John Adams
Library.

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No.
ADAMS
31.6

John Adams

BASILII FABRI

THESAVRVS ERVDITIONIS SCHOLASTICÆ.

TOMUS ALTER.

O—Z.

BASILII FABRI

THESAVRVS

ERVDITIONIS

SCHOLASTICÆ.

ADAMS
31.6
U.N

TOMUS ALTER

O Littera, quæ *rotundo oris spiritu comparatur* dicente Capell. 3 p. 58, etiam rotundata figura exprimitur. Græcis ratione quantitatis o breve vocatur *Omicron*, i. e. parvum; sed o longum *Omega*, i. c. o magnum, cujus diversa etiam figura ω ex parvo geminato orta esse dicitur. Hinc & Latinis priscis, non secus ac hodienum Germanis, mos fuit, hanc aliasque vocales in syllabis natura longis geminare; qua distinguendi ratione postea non sine caussa, cum confusionem pareret, omissa & rejecta, diversitas quantitatis in aliis atque aliis verbis non ex forma, sed usu apud Latinos cognoscenda est. Omnia in o terminata producta esse apud veteres docet Charisius l. 1 p. 5; & Diomedes l. 2 p. 430. ¶ 2. De mutatione autem hujus vocalis agit Priscianus l. 1 p. 553. O, inquit, *aliquot Italiæ civitates, teste Plinio, non habebant, sed loco ejus ponebant u, & maxime Vmbri & Tusci. O transit in a; ut* creo, creavi: *in e; ut*, tutor tutela, bonus bene, γόνυ genu, πῦς pes, &c. O *convertitur in i; ut*, virgo virginis: *in u; ut* tremo tremui, huc illuc *pro* hoc illoc. Virgil. Æn. 8, 423. Hoc tunc ignipotens &c. *Et pleraque quæ apud Græcos nominativum in os terminant, o in u convertunt apud nos; ut* κῦρος Cyrus, σπονδεῖος Spondeus, κύπρος Cyprus, πέλαγος pelagus. *Multa præterea vetustissimi etiam in principalibus mutabant syllabis; ut* cungrum *pro* congrum, cunchin *pro* conchin, huminem *pro* hominem *proferentes*, funtes *pro* fontes, frundes *pro* frondes. *Vnde* Lucret. 1, 720. Augustoque fretu *pro* freto. Idem 3, 992 & 998 Acherunte *pro* Acheronte. *Quæ tamen a junioribus repudiata sunt, quasi rustico more dicta. V quoque multis Italiæ populis in usu non erat*, sed e contrario utebantur O. unde *Romanorum quoque Vetustissimi in multis dictionibus loco ejus o posuisse inveniuntur:* poblicum *pro* publicum, polchrum *pro* pulchrum, colpam *pro* culpam dicentes, & Hercolem *pro* Herculem. *Et maxime digamma antecedente hoc faciebant;* ut servos *pro* servus, volgus *pro* vulgus, Davos *pro* Davus. Adde reliqua apud Priscianum. it. Quint. 1, 4 p. 45. Sæpe etiam o pro *au* occurrere novimus; ut *plodo* pro *plaudo*; *codex* pro *caudex*; *plostrum* pro *plaustrum*. vid. Burm. ad Calpur. ecl. 2, 48. Pro Græcis Diphthongis *oi* & *ou* Latini jam olim receperunt suum æ & *u* nudum, nisi quod in fine nominum pluralium simplex i pro *oi* manserit: e. g. a κοῖλον est *cœlum*, a κοινὴ *cœna*, a μῶσα *Musa*, ἐυνοῦχος *eunuchus*, σκιῦρος *sciurus*; Sic a λόγοι *Logi*, δάκτυλοι *dactyli*, &c. Sed ex Poinicus postea factum est Punicus. v. Drak. ad Sil. 1, 602. ¶ 3. Apud Rhetores hujus litteræ repetitio rebus in subitis maxime locum habet. Virg. Æn. 5, 870 ad signandam subitam Palinuri mortem: *O nimium cœlo & pelago confise sereno.* Interdum affectibus indicandis inservit: Cic. pro domo c. 53; & Catil. 1, 1; & pro Dejot. c. 11. *O tempora, o mores!* Etiam sublimem ac grandem efficit orationem: conf. exordium 4 Catilin.

O, ὦ, interjectio vocantis, admirantis; ut, *O faciem pulchram!* Ter. Eun. 2, 3, 5. ¶ 2. Exclamantis; ut, *O cœlum! ô terra! ô maria Neptuni! ô audaciam!* Id. Ph. 2, 2, 13. ¶ 3. Dolentis; ut, *ô Mysis, Mysis, etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis*, ach meine liebe ꝛc. Ter. Andr. 1, 5, 48. Et Lucret. 2, 14. *O miseras hominum mentes, ô pectora cæca!* Nep. 19, 4, 3. *O quam indigna perpeteris.* ¶ 4. Irridentis; ut, *O præclarum custodem ovium, ut ajunt lupum!* Cic. Phil. 3, 11. Phædr. 1, 27 *O canis merito jaces.* ¶ 5. Exultantis, ut, *O factum bene, beasti me*, &c. Ter. Andr. 1, 1, 78. ¶ 6. Desiderantis vel optantis: *O si, O utinam*, ut,

O mihi præteritos referat si Jupiter annos! Virg. Æn. 8, 560.

Et, *O tantum libeat mecum tibi sordida rura*
Atque humiles habitare casas, Idem eclog. 2, 28.

¶ 7. Sequente vocali producitur juxta & corripitur: Tibullus 2, 4, 7

O ego non possem tantos sentire dolores!

Ovid. Heroid. 1, 5 *O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat,*
Obrutus insanis esset adulter aquis!

Contra Virgil. ecl. 2, 65 *Te Corydon, ô Alexi*, &c. Correptionis ratio græca est. Per signum exclamationis egregie quasi suspenditur. vid. Taubm. ad Virgil. p. 20.

ŌĂRĪON, *ōnis*, m. id est, Orion, de quo infra. v. Rutil. 1, 637 & Interpretes Catulli carm. 67 v. ult. *Proximus Hydrochoi fulgeat Oarion.*

OASIS, *is*, f. locus desertus inter Ægyptum & Libyam, quo fontes exsilii caussa deportabantur. v. Zosimum 5, 9, 7; & Leg. ult. § 2. Cod. de pœnis. Hinc adjective

¶ *Oasena deportatio* Lege unica Cod. Theod. de Nili aggeribus.

ŎAXIS, *is*, m. ὄαξις, Cretæ fluvius, ab Oaxe filio Apollinis sic dictus. Virg. ecl. 1, 66 *Et rapidum Cretæ veniemus Oaxen.* Taubman. p. 12.

¶ Oaxus, *i*, f. Ὄαξος, civitas est Cretæ, Steph. Byzant.

OB, præpositio, idem quod propter, um, wegen. Cum accusativo jungitur; ut, *Pretium ob stultitiam fero*, Ter. Andr 3, 5, 4. *Ob delictum pœnas dii expetunt.* Cicero pro Marcell. c. 6. Interdum significat coram: ut *Ob oculos versari*, Idem pro Sextio c. 21, für augen schweben. Sallust. Iug. c. 31 *Ob rem τῷ frustra* oppositi: *Ego*, inquit apud eum Memmius, *libertatem experiar: verum id frustra, an ob rem faciam, in vestra manu situm est*, mit einigem fortgang. Ter. Phor. 3, 2, 42 *Non pudet vanitatis? Minime dum ob rem.* ¶ 2. Pro *ad*, poni probat Festus illo Ennii: *Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.* Etiam in verbis compositis pro *ad* sæpe ponitur. Sic *occensi* pro *accensi*: *obmoveto* pro *admoveto* Ennio: *occurrere* pro *accurrere* Lucretio: *obtulerat* pro *attulerat* Catullo: *obligatus* pro *alligatus* Horatio dicitur. *Obstetrix* quoque ab *obstare*, quo pro *adstare* sive *adsistere* veteres Latini utebantur, appellatur. v. Fest. Aliquando tamen & quid contrarii noxiique significat: ut in *Obsto, Obscenus, Obsum.*

Obæratus, Obambulo, &c. Obarescо, Obarmo, Obaro, Obater, obatrescо, Obaudio, quære in *Æs, Ambulo, Areo, Armo, Aro, Ater, Audio.*

OBBA, *æ*, f. poculi genus vel ligneum, vel textile ex sparto, ein hölzern trinckgeschirr, eine schleiff-kanne. *Sessilem obbam* dixit Pers. sat. 5, 148, ubi Casaub. p. 447, proprie dolium vel utrem significare ait. Legitur & apud Varronem, auctore Nonio 2, 597. Tertull. Apol. c. 13. *Differt a simpulo obba.*

¶ Obbatus, *a, um*, instar obbæ, wie ein trinckgeschirr. Apul. Met. 10 p. 254 *Cassides obbatæ*, id est, formam obbarum habentes

Obbibo, Obblatero, Obbrutescо, vide *Bibo, Blatero, Brutus.*

Obdo, Obdormio, Obduco, Obduro, vide *Do, Dormio, Duco, Duro.*

Obediens, obedientia, obedio, &c. Obeliscus, vide *Audio, Obelus.*

ŎBĔLVS, *i*, m. ὀβελὸς, (quæ vox proprie veru notat) virgula recta jacens, inter notas criticas, dictionem redundantem quasi jugulans, ein strich. Contrarium ἀστερίσκος, hoc est, stellulis signare vel illustrare, vid. Chiliad. Sic Auson. præfat. Ludi septem Sap.

Pone obelos igitur spuriorum stigmata vatum,
Palmas, non culpas esse putabo meas.

Isidor. 1, 20 *Obelus*, inquit, *virgula jacens, apponitur in verbis vel sententiis superflue iteratis, sive in iis locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta jugulet supervacanea, atque falsa confodiat. Sagitta enim græce ὄβελος dicitur.* Hoc signo maxime Aristarchus usus in compungendis alienis carminibus. vid: Seneca epist. 88. Vnde & Horat. de Arte poët. v. 445

Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transverso calamo signum, &c.

Hieronymus extrema præfat. in Paralipomenos libros, quæ epistola 108 est, *Obelum* quidem æque ac *Asteriscum* de additione usurpat, non autem eodem auctore: *Vbicunque*, inquit, *asteriscos, id est, stellas radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebræo additum, quod in latinis codicibus non habetur: ubi vero obelus, transversa scilicet virga præposita est, illic signatur, quid LXX interpretes addiderint.* Vid. quos laudat Burm. ad Quintil. 1, 4 p. 38.

¶ Obeliscus, *i*, m. ὀβελίσκος, diminut. criticum signum, ut *Asteriscus.* Vide modo dicta in *Obelus:* & adde Augustini verba supra in *Asteriscus*, quibus *Obeliscum* etiam in signis Criticorum numerat. ¶ 2. Moles lapidea, inferius lata & quadrata, paulatim in gracilitatem & metæ figuram assurgens, minor tamen pyramide, Soli sacrata, ein steinerner pfeiler oben zugespitzt und glatt. vid. Plin. 36, 8, 9, 10 & 11 Amm. Marcell. 17, 7; & Tac. Ann. 2, 60, 3. Aristoteles Polit. 7, 2 auctor est, tot numero obeliscos circa bellicosorum virorum tumulos figi solitos, quot hostes quisque interfecisset.

¶ Obeliscŏlychnium, *i*, n. ὀβελισκολύχνιον, apud Quintilian. 8, 6 instrumentum militare, scil. lucerna obelisco sive veruculo præfixa.

Obeo, Obequito, Oberro, Obesitas, &c. Obesse, Obex, vide *Eo, Equus, Erro, Edo, Sum, Iacio.*

Obfirmo, Obfusco, vide supra *Firmus, Fuscus.*

Obgannio, Obhæreo, Obherbesco, Obhorreo, vide *Gannio, Hæreo, Herba, Horror.*

Objaceo, Objecto, &c. vide *Iaceo, Iacio.*

OBĬI, *orum*, m. pl. mortui, die todten, ab *Obeo.* Apulejus de Mundo p. 74 *Geniis ministratur, obiis libatio profunditur.* Ita ex MSS. Elmenh. legit: in vulgatis est *obitis.*

Objicio, &c. Obiascor, &c. Obiter, Obitus, Objurgo, &c. vide *Iacio, Ira, Iter, Eo, Iurgo.*

Oblangueo, Oblaqueo, Oblatio, &c. Oblatro, &c. Oblecto, &c. Oblenio, Oblido, Obligo, &c. Obligurio, Oblimo, &c. Oblinio & oblino. vide *Langueo, Laqueus, Fero, Latro, Lacio, Lenis, Lædo, Ligo, Ligurio, Limus, Linio.*

OBLIQVVS, *a, um*, transversum, cui contrarium est *rectum*, schreg, überzwerch, schieff, über eine seite, schlimm. Cæs. B. G. 4, 17 *Sublicæ obliquæ.* Ibid. 7, 73 *Obliqui ordines.* Et B. Civ. 1, 60 *Obliquo itinere.* Ovid. Amor. 2, 17, 20 *Obliquo claudicare pede*, hincken. Scaliger ad Festum in voce *Sublices*; Sublicus *vel* oblicus, inquit, *vel* Subliquus & obliquus, *composita sunt: quorum simplex* liquus *vel* liquis, *Vetus auctor loquens de figuris & lineamentis: Omnem autem summitatem metiundi observationes sunt duæ;* Enormis & liquis. Enormis, *quæ in omnem actum rectis angulis continetur:* Liquis, *quæ minuendi laboris caussa & salva rectorum ratione angulorum, secundum ipsam extremitatem extenditur.* Compar. Plin. 2, 77 *Positio obliquior.* ¶ 2. Tralate *Obliqua infectatio*, Tac. Ann. 14, 11, 4, quæ non directe & palam, sed ex transverso velut & per insinuationem ac artem intenditur. Ita Florus 4, 2, 9 *Catonem adversus potentes semper obliquum* dixit: id est, adversantem, obtrectantem potentibus, hämisch, scheel. Statius 2 Silv. 6, 102 *Obliquoque notat Proserpina vultu*, id est, invido: quod doleret, se forma a Pileto vinci, de quo ibi poëta agit; aut impudico potius & libidinante, quasi capta illius pulcritudine, & amore ejus incensa. Nam *obliquum vultum habere*, seu *limis aspicere*, vel, ut Virgilius loquitur, *transversa tueri*, (schielen, scheel sehen), non æmulorum tantum & invidentium, verum amantium quoque & libidinantium est. Et sic adverbialiter Apul. Met. 3 p. 140 *Oculis obliquum respiciens.* ¶ 3. Apud eumdem Statium Silv. 1, 2, 27 *Obliquum carmen* est poëmation, dissimulato & mutato ejus nomine, de quo vere scriptum est, compositum. Intelligit enim versus Stellæ, quibus ille Violantillam, amicam suam, dissimulato ejus vero nomine Asteridem appellans, ne quam illa infamiæ labem contraheret, celebraverat. Ita *obliquas orationes* dicit Suetonius de Domitiano c. 2 agens, qui Titum fratrem dissimulato nomine sæpe apud populum carpebat. Aur. Victor Epit. c. 9 *Obliqua dicta* vocat. Sic apud Rhetores *ductus obliquus simplici* opponitur. Fortunatianus 1 Rhet. *Ductus orationis sunt quinque*, simplex, *subtilis, figuratus*, obliquus, *mixtus.* Simplex, *cum simpliciter quid agimus; ita, ut in themate propositum est.* Obliquus, *cum palam dicere pudor impedit.* Hæc e Gevart. Lect. Papin. ad 1 Silv. c. 14. Conf. Barth. ad Stat. Silv. p. 48 & 49.

¶ Oblique, adverb. cui opponitur *recte*, überzwerch, schlimm, seitwerts. Cic. de Fin. 1, 6 *Atomi, quæ oblique feruntur.* Cato c. 41 *Vitis latus alterum præradito oblique.* ¶ 2. Translate est dissimulanter: ut, *Oblique admonere*, mit verblümten worten. Gell. 3, 2 extr. Idem 7, 17, ubi grammaticum dissimulanter irridet: *Tum vero*, inquit, *permotus ego agendum jam oblique, ut cum homine stulto, existimavi.*

¶ Obliquum, adv. idem. Apul. 3 p. 140 *Humidis tamen oculis obliquum respiciens.*

¶ Obliquitas, *ātis*, f. die krümme. Plinius 3, 5 *Obliquitas in latus digredi videtur.*

¶ Obliquo, *avi, atum, are*, obliquum efficere, überzwerch lencken, seitwerts beugen, krümmen. *Obliquare sinus in ventum.* Virg. Æn.

5, 16 eſt, quod nos laviren appellamus. De quo infra in *Pes.* Tac. Germ. 38, 2 *Inſigne gentis, obliquare crinem nodoque ſubſtringere.* Stat. Theb. 3, 382 de Polynice, qui bellum quidem diſſuadebat, animo tamen optabat,

Variis prætentat pectora dictis,
Obliquatque preces commotæ queſtibus iræ.

¶ Obliquans, *tis.* Lucan. 4, 726 *Obliquans caput.* Ovid. Met. 7, 4, 3 *Obliquans oculos*, ſchielend.

¶ Oblīquātus, *a, um*, idem quod obliquus. Amm. 16, 12 *Vndarum moles obliquatis meatibus declinantes.* Idem 28, 4 *Notos antea obliquato contuetur adſpectu.* Apul. Met. 6 p. 185 *Obliquata cervice pedes haſtare.*

¶ Obliquatio, *onis*, f. die Krümmung, beugung; ut, *Hedera thyrſo per obliquationem circumfuſa*, Macrob. Sat. 7, 1.

Obliteratio, oblitero, &c. Oblitesco, Oblitus, Oblivio, vide *Litera, Lateo, Linio, Obliviſcor.*

OBLĪVISCOR, *oblitus ſum, obliviſci*, ab antiquo *Liviſci*, memoriam alicujus rei amittere, vergeſſen. *Neſcio quid oblitus hodie ſum tibi ac volui dicere*, Ter. Andr. 5, 1, 22. *Obliviſci veteris contumeliæ, injuriarum*, Cæſ. B. Gall. 1, 14. Et, *Obliviſci ſuæ conſuetudinis & inſtituti ſui*, Cic. Att. 4, 18. ¶ 2. Et cum Accuſativo: *Obliviſci artificium, & ſtudium deponere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 17. *Amiſſos obliviſcere Grajos*, Virg. Æn. 2, 148.

¶ Obliviſcens, *tis.* Catull. 69, 43 *Fugiens ſeclis obliviſcentibus ætas.*

¶ Obliviſcendus, *a, um.* Plaut. Mil. 4, 8, 46 *Muliebres mores diſcendi, obliviſcendi ſtratiotici.* Horat. 1 epiſt. 11, 9 *Oblitusque meorum, obliviſcendus & illis.*

¶ Oblitus, *a, um*, vergeſſen; ut, *Oblita mihi carmina*, Virg. ecl. 9, 53. Cic. fam. 9, 15 pr. *oblitas* dixit *Latio facetias.* Et Auguſtinus de Muſic. 4, 4 *Et canis dominum jam ſuis hominibus oblitum recognoviſſe prædicatur.* ¶ 2. Sed active *Oblitus*, der vergeſſen hat. Virg. Æn. 4, 267 *Rerum oblite tuarum*, Horat. 3 od. 5, 10 *Nominis & togæ oblitus.* Metaphor. Virg. Georg. 2, 59 *Poma ſuccos oblita priores*, die ſich ausgeartet.

¶ Oblīvio, *ōnis*, f. memoriæ defectus, die vergeſſenheit. Publ. *Injuriarum remedium eſt oblivio.* Vulgo dicunt: *Rerum irrecuperabilium remedium optimum eſt oblivio.* Sic, *Dare oblivioni*, vergeſſen, Livii locutio eſt 1, 31; & 4, 37; & 33, 1. Adde Varr. de L. L. 6, 3. *Cepit me oblivio alicujus rei*, Cic. Off. 1, 8. *Venire in oblivionem*, Ejusdem nomine Declamator in Salluſtium, in vergeſſenheit geſtellet werden. *Laudem alicujus ab oblivione hominum vindicare.* Cicero de Orat. 2, 2, nicht laſſen in vergeſſenheit kommen. Plur. *Lividæ obliviones*, Horat. 4 od. 9, 33. ¶ 2. Suet. Claudio c. 39 vitium *reminiſcentiæ* contrarium eſt, quam Græci μετεωρίαν dicunt: quæ ἀναισθησίας ſpecies eſt. v. ibi Caſaub. & Heinſ. de Senecæ Apocol. Laborantem hoc vitio Aur. Victor *immemorem* in Claudio vocat.

¶ Oblīvius, *a, um*, adject. vergeſſen; ut, *Oblivia verba*, i. e. obſoleta, quæ perierunt. Varro de L. L. 4, 1. *Hæc ſunt tripartita verba, quæ ſunt aut noſtra, aut aliena, aut oblivia.*

¶ Oblivium, *i*, n. ſubſt. idem ac oblivio. Tac. Hiſt. 4, 9, 4 *Eam ſententiam modeſtiſſimus quisque ſilentio, deinde oblivio transmiſit.* Plurale neutrum, poëticum eſt: Virg. Æn. 6, 715

Securos latices & longa oblivia potant.

Ovid. Triſt. 1, 7, 11 *Te cepere oblivia noſtri.* conf. 5, 7, 67. Et Horat. 2 ſat. 6, 62 *Ducere ſollicitæ jucunda oblivia vitæ.*

¶ Oblīviōſus, *a, um*, vergeßlich, der leicht ein ding vergiſſet; ut, *Obliviosi ſenes*, Cic. de Senect. c. 11. *Obliviosum Maſſicum*, i. e. vinum oblivionem malorum afferens, Hor. 2 od. 7, 21. Superl. Tertull. de Anima c. 24 *Obliviosiſſimo etiam homini inobliterata perſeverabit ſcientia naturalium.*

¶ Oblīviālis, *e*, was vergeſſen macht. Prudent. hymno ante ſomnum:

Mens æſtuans procellis, Curisque ſauciata,
Totis bibit medullis obliviale poclum.

¶ Inoblītus, *a, um*, memor, unvergeſſen. Ovid. Pont. 2, 15, 37

Semper inoblita repetam tua munera mente.

Obloco, Oblocutor, Oblongus, Obloquor, &c. Oblucino, &c. Obluctor, &c. Obludo, Obluridus, vide *Locus, Loquor, Longus, Loquor, Lucus, Luctor, Ludus, Luridus.*

Obmolior, Obmoveo, Obmurmuro, Obmuſſito & obmuſſo, Obmutesco vide *Molior, Moveo, Murmur, Mutio, Mutus.*

Obnato, Obnatus, Obnitor, obnixus, Obnoxius, &c. Obnubilo, Obnubo, Obnuntio, &c. Obnuptus, vide *No, Naſcor, Nitor, Noxa, Nubes, Nubo, Nuntius, Nubo.*

Oboleo, obolitio, vide infra *Olea.*

ŎBŎLVS, *i*, m. ὀβολός, numus, qui ab Eiſenſchmidio duobus cruciatis Rhenanis cum quarta ejus parte, aut uno ſolido Turonenſi cum dimidio æſtimatur. Paullo plus quam ſeptem nummuli Miſnici. 40 oboli igitur efficient imperialem. Ratione ponderis vid. in *Siliqua.* Ter. Andr. 2, 2, 32 *Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni:* i. e. minimo pretio emtos afferre. Ariſtoph. Ranis, v. 141 φῆν ὡς μέγα δύνασθον παντα̃χε̃ τῶ δύ' ὀβολώ; vid. *Triobolus.*

¶ Diŏbŏlus, *i*, m. & Diobolum, *i*, n. ὁ διώβολος, duo oboli, parva moneta Atticorum. Inde

¶ Diobolāris, *e*; ut, *Diobolare ſcortum*, Pœn. 1, 2, 58. *Diobolaris anus*, Id. Pſeud. 2, 2, 64. v. Chiliad.

¶ Semiobŏlus, *i*, m. dimidius obolus, Rhemnius Fannius de ponder. & menſur. v. 8.

Semioboli duplum eſt obolus.

¶ Sesquiobolus, *i*, m. obolus cum dimidio; ut, *Succus ſesquioboli*, Plin. 26, 8. Qui Romæ erat *Seſtertius*, Athenis fuit *ſesquiobolus.*

¶ Triŏbŏlus, *i*, m. τριώβολος, nummus, qui ab altera parte Iovis, ab altera noctuæ effigiem habebat, apud Atticos, apud quos merces judicum erat, pro judicio quovis ſolvenda, unde paſſim ejus fit mentio. vid. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. v. 329, ubi etiam obſervat, primo duos modo obolos datos, quorſum pertinet verſus Ariſtophanis laudatus in *obolus.* Plaut. Pœn. 1, 2, 168 *Non ego homo trioboli ſum.* Id. Bacch. 2, 3, 26 *Negat ſe debere tibi triobolum.*

¶ Triobŏlum, *i*, n. idem. Plaut. Rud. 5, 2, 43 *Non poteſt triobolum hinc abeſſe*, es muß voll geld ſeyn. conf. ibid. v. 67; & 5, 3, 11.

Obominor, Oborior, Obortus, Oboſculor, vid. *Omen, Orior, Os, Oris.*

Obraucatus, Obrendarium, Obrepo &c. Obretio, Obrigeo, Obrodo, Obrogo, &c. Obructo, Obruo, v. *Raucus, Obruo* in *Ruo, Repo, Rete, Rigeo, Rodo, Rogo, Ructus, Ruo.*

OBRŪSA, vel Obruſſa, *æ*, f. monetæ vocabulum, auri argentique per ignem examen ſive explorationem atque probationem ſignificans, die gold- und ſilber-probe, der probierſtein. Cic. in Bruto c. 74. *Adhibenda, tamquam obruſa, ratio eſt.* Sen. epiſt. 13 *Sic verus ille animus & in alienum non venturum arbitrium, probatur: hæc ejus obruſſa eſt.* Suet. Ner. c. 44. *Exegitque ingenti faſtidio & acerbitate numum aſperum, argentum puſtulatum, aurum ad obruſam*, das die probe hält. vid. ſtatim *Obryzum.*

OBRŪZVM, *i*, n. ὄβρυζον, aurum ſincerum, fein gold, ἄπεφθον, Theognis vocat, hoc eſt, absque opera hominum & coctura jam purum & ſui metalli, (quamquam aliter Schol. Thucyd.) *Obryzum* autem ab *Ophir* deducunt, loco apud Indos, apud quos aurum optimum naſcitur. Ita enim dici potuit, quaſi *Ophiryſum*, Hieronymo teſte in Hieremiam. V. Torrent. ad Suet. Ner. c. 44; & Harduin. in Plin. 33, 3. Vulgatus interpres aliquoties retinuit, & ubi præſtantiſſimum aurum nominandum fuit, *Obryzum* vocavit, Eſ. 13, 12; Iob. 28, 15 & c. 31, 24; Dan. 10, 5; 2 Paral. 3, 5. Iſidor. 16, 17 dictum putat, quod *obradiet ſplendore.* Alii a latino *obrufo* derivant, quod ejus color rufus, fulvus ſeu rutilus appareat. Hermolaus quidem in Plin. l. c. & Cornel. a Lap. in Ier. c. 10 p. 69 ex græca origine ὄβρυζον dicunt quaſi ἄβρυζον, h. e. purum, ſincerum. Sunt denique, qui ab *Obruſſa, Obryzum* denominant, quod ſit ita expurgatum, ut nulla amplius excoctione aut exploratione indigeat.

¶ Obryzātus, *a, um*; ut, *Solidi obryzati*, qui ex auro expurgato & excocto conflantur, ducaten von feinem golde. l. ult. C. de vet. numiſm. poteſt.

Obſaturo, Obſcævo, vide *Satur, Scæa.*

OBSCĒNVS, *a, um*, adject. turpis, ſpurcus, immundus, unflätig, ſchändlich, ſchandbar, garſtig. Quibusdam a κοινόω, *inquino*, eſt, qui per OE ſcribunt. Servius vero, cujus locum infra n. 4 adducemus, ab *occanendo* deducit: qua ratione *obſcenus* ſcribendum: quomodo & paſſim reperitur exaratum in monumentis veteſtis. Quæ ratio recta quoque & vera erit, ſi a *ſcena* veniat, quæ Varronis ſententia. Veteres tamen per *æ*, *Obſcenus* ſcripſiſſe, idem innuit, quippe qui ſæpius A ante E ponere ſoliti fuerint. Verba ejus de L. L. 6, 5 iſta ſunt: OBSCAENVM *dictum a ſcena, ea ut Græci, ut Accius ſcribit*, SCENA. *In pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non. Vt quod partim dicunt* SCAEPTRVM, *partim dicunt* SCEPTRVM &c. *Quare turpe id OBSCÆNVM? Quod niſi in ſcena palam dici non debet.* Nota eſt licentia ſcenarum ac theatrorum, turpitudoque inſignis; ut mirum non ſit, inde *Obſceni* vocem derivatam. Namque & Græcis ἐπίσκηνον, ἀπεσπὲς, eſt, ut Scaliger obſervat. Sed aliam originationem ibidem affert Varro, cum pergit: *Poteſt vel ab eo, quod pueris turpicula res* (faſcinus ſeu pudendum virile) *in collo quædam ſuſpenditur, ne quid obſit, bonæ ſcævæ cauſſa &c. Quod dixi* SCAEVVM, *bonum omen eſt:* OBSCAENVM *verum turpe, &c.* vide & paullo poſt *Obſcæna verba.* Sic, *Genus jocandi obſcenum*, Cicero Off. 1, 29 ein grober ſcherz. Compar. Cic. Tuſc. 5, 38 *Illud Antipatri eſt quidem paullo obſcenius: ſed non abſurda ſententia eſt.* Superl. Id. ad Qu. fratr. 2, 3 *Verſus obſceniſſimi.* Et 5, 8 *Victum ſibi obſceniſſimum quærere*, de meretricibus. ¶ 2. *Obſcena*, ſubſtantive partes eæ, quibus ſexus diſcernitur: quæ & *pudenda*, item *verenda* appellantur. Mela 3, 7 *Pars nudi agunt, pars tantum obſcena velati.* Iuſtin. 1, 6, 14 *Obſcena corporis.* vid. Burm. ad Ovid. Faſt. 6, 631. Sed Ovid. de rem. 437 *reddente obſcena puella* de excrementis dicitur, quemadmodum & a Mela 1, 9. Et Samon. 168 *Obſcenos ex virgine rores* urinam pueri inveſtis dicit. Pro *podice* uſus Seneca epiſt. 70 circa f. ¶ 3. *Obſceni* etiam, qui muliebria paterentur, qui & *impudici* appellati: unde & Seneca præfat. 4 Controv. in Excerptis ſub finem, *Impudicos & obſcenos* conjungit. ¶ 4. Veteres etiam *obſcenum* dicebant, quod mali ominis erat. Varr. l. c. Sic Virg. Æn. 3, 241 Harpyias *obſcenas volucres* dixit. Vbi Servius: OBSCENAE AVES *ſunt, quæ canendo adverſa ſignificant.* Hinc *Obſcenum & funeſtum omen* Mattius dixit apud Varronem. add. Cic. pro domo c. 55, 1. *Obſcenum oſtentum* Suet. Galba c. 4. Et Feſtus: *Allienſis dies dicebatur apud Romanos obſceniſſimi ominis*, i. e. funeſtiſſimi, peſſimi. ¶ 5. Et hac de cauſſa *Obſcenus* & infelicem, infauſtum, ſignificat. Catull. 68, 99

Sed Troja obſcena, Troja infelice ſepulcrum Detinet.

¶ Obſcēne, adverb. idem; ut, *Obſcene dici*, Cicero Off. 1, c. 35. *Obſcenius excitata natura Mercurii traditur*, Idem Nat. D. 3, 22. conf. idem in Orat. c. 45. Superl. Eutrop. 8, 13, 3 *Impudiciſſime & obſceniſſime vixit.*

¶ Obſcenĭtas, *ātis*, f. die ſchändlichkeit; ut, *Rerum turpitudini adhibere verborum obſcenitatem*, zoten reiſſen, Cicero Off. 1, 29. *Verborum turpitudinem & rerum obſcenitatem vitare*, Idem de Orat. 2, 59 extr. Et, *Orationis obſcenitas*, Off. 1, 35. In ſtrictiore ſignificatione OBSCENITAS appellata veteribus fœda illa Venus eſt, qua ori illudebatur. v. Suet. Tib. c. 65; & Claudio c. 15. Nec aliter accipienda eſt vox Lege 2 § 8 Dig. de officio præf. urbis. Vide & Feſtum in *Oſcis.*

¶ Obſcēno, *āre*, quod μολύνω in Onomaſtico vertitur, ex quarta notione eſt βλασφημεῖν, ſive, ut ex Plauto interpretatur Caſaubonus ad Theophraſtum, *omen vituperare alicui*, ſive *male ominatis verbis uti.*

¶ Subobſcenus, *a, um*, etwas grob, unflätig, unzüchtig. Cicero in Orat. c. 26 *Ridiculo ſic utatur orator, ut nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit: nec ſubobſceno, ne mimicum: nec petulanti, ne improbum.*

OBSCŪRVS, *a, um*, caliginoſus, ſine luce, dunckel, finſter; ut, *Nox obſcura*, Virgil. Æneid. 2, 420. Et, *Infernis tenebris obſcurior*, Claudian. in Eutrop. 2, 231. Sed *Oratio, ſententia obſcura*, i. e. non aperta, non perſpicua, undeutlich, unvernehmlich. Sic *obſcura & ambigua*

ambigua oracula, Cicero Divin. 2, 56. *Verba ignotiora & obſcuriora*, Quint. 7, 4. *Nimis, valde, minime obſcurus*, Civ. Div. 2, 64. *Non obſcura benevolentia*, i. e. nota & manifeſta, Cicero fam. 13, 70, nicht heimlich. *Fama eſt obſcurior annis*, Virg. Æneid. 7, 205. *Videre res obſcuriſſimas*, Cic. de Orat. 2, 36, hoc eſt, ſagacem eſſe. Id. Verr. 2, 37 *Non erat obſcurum, quid homo improbus cogitaret*, es war unverborgen. Sic, *Nomen obſcurum*; *Homines obſcuri*, h. e. ignobiles, non celebres, Cicero Fam. 4, 13, 9. *Majoribus obſcuris ortus*, Cicero Off. 1, 32. *Obſcuro loco natus*, Liv. 26, 6. *Obſcuriſſimis initiis natus*, Vellej. 2, 26, 4. Et Horat. 1 epiſt. 18, 94 *Plerumque modeſtus Occupat obſcuri ſpeciem*: Vbi *obſcurus* tectum & minime apertum ſignificat: alibi *fictum aſtutumque* vocat, ein tuckmäuſer, der hinter dem berge hält. Cicero *occultum* vocat. Modeſti enim dum tacent, & verecundantur, videntur ſimulare pudorem ac diſciplinam, & inſidiari aliorum ſimplicitati. Ex *Ob* & *cura* vocem conflari, placet Scaligero de Cauſſis L. L. c. 34, quod ob ea quæ obſcura ſunt, multa cura opus ſit. Voſſius cum Becmano mavult ab obſoleto, *ſcuras*, *ſrorus* vel *ſcaurus*.

¶ Obſcurum, adverbialiter, Lucan. 5, 631. *Obſcurum nimboſus aër*.

¶ Obſcūre, idem. Cicero pro Cluent. c. 19 *Neque id obſcure ferebat, neque diſſimulare ullo modo poterat*. Et, *Malum obſcure ſerpens*, Id. Catil. 4, 3, das unvermerckt ſich ausbreitet. Tertull. de Pudic. c. 13 *Obſcurius miſeretur quam indignatur*. Cicero fam. 1, 5, 12 *Obſcurius iniqui*. Gell. 11, 16 *Ne pluribus quidem verbis non obſcuriſſime dicere*. Et Cicero Verr. 4, 24 *Avertere aliquid de publico quam obſcuriſſime*.

¶ Obſcurĭtas, *ātis*, f. quæ in rebus eſt & cauſſis, unde dubitatio & difficultas judicandi naſcitur, ut Cicero deſcribit, die dunckelheit. Cicero de Orat. 3, 13 *Tanta inſolentia ac turba verborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras adferat*. Plur. Id. Divin. 2, 64 *Obſcuritates & ænigmata ſomniorum*. Plinius 20, 1 *Obſcuritates & vitia oculorum ſanare*. Gell. 20, 1 *Obſcuritates aſſignemus inſcientiæ non aſſequentium*. Arnob. 1 p. 38 *Incredibile dictu eſt, & cæcis obſcuritatibus involutum*. ¶ 2. Eſt & ignobilitas, ſchlecht herkommen. Cic. Off. 2, 13 *Propter humilitatem & obſcuritatem in hominum ignoratione verſari*.

¶ Obſcūro, *avi*, *atum*, *are*, obſcuritatem inducere, verdunckeln; ut, *Nox tenebris rem obſcurat*, Cicero Catil. 1, 3; &, *Oblivio obſcuratura laudes*, pro M. Marcello c. 10. *Obſcurare ſuam famam*, Lucan. 4, 718. De obſcuritate ſermonis Quinctil. 8, 2 p. 676. jam apud T. Livium ſe inveniſſe dicit (forte in epiſtola ad filium, de qua Quinctil. 10, 1) *fuiſſe præceptorem aliquem, qui diſcipulos obſcurare, quæ diceremt, juberet, Græco verbo uterus*, σκοτιζον. ¶ 2. Et occultare, heimlich halten, verbergen; ut, *Quod obſcurari non poteſt, præ nobis ferendum eſt*, Idem Cic. pro Arch. c. 11.

¶ Obſcurans, *tis*. Horat. 2 ſat. 7, 55 *Caput obſcurante lacerna*, mit verhüllterm kopf.

¶ Obſcurātus, *a*, *um*, verdunckelt, verborgen. Cicero de Orat. 2, 23 *Memoria ſenſim obſcurata*. Horat. 2 epiſt. 2, 115 *Obſcurata diu populo vocabula eruere atque proferre in lucem*, die unbekannt worden.

¶ Obſcuratio, *ōnis*, f. die verfinſterung, verborgenheit. Fragm. Cicer. apud Auguſtin. de Civ. D. 3, 15 *Romuli interitus in obſcuratione ſolis factus eſt*. Idem Cic. de Fin. 4, 13 *Tum licebit otioſe quærere de iſtis ipſis obſcurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant*: ubi dubiæ & abſtruſæ res ſignificantur.

¶ Obſcurefacio, *ere*, obſcurare. Nonius 2, 601 *Obliterare eſt obſcurefacere & in oblivionem ducere*.

¶ Inobſcūro, *are*, idem, Cic. Phil. 9, 5 *Nulla ejus legationem poſteritatis inobſcurabit oblivio*.

¶ Inobſcurābilis, *e*, unverberglich. Tertull. de Anima c. 3 *Inobſcurabilis regula*.

¶ Perobſcurus, *a*, *um*, valde obſcurus, ſehr dunckel; ut, *Perobſcura quæſtio eſt de natura Deorum*, Cicero de N. D. 1, 1. *Perobſcura fama*, Liv. 1, 16.

¶ Subobſcūrus, *a*, *um*, ubi *ſub* minuit, ſicut *per* augebat, etwas dunckel, undeutlich. Cicero de Clar. Orat. c. 7. *Grandes verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breves, & ob eam ipſam cauſſam interdum ſubobſcuri*.

¶ Subobſcūre, adverb. idem. Gell. 3, 14 *Subtiliter quidem, ſed ſubobſcure explicat*. Idem 10, 1 *Breviter & ſubobſcure*.

Obſecro, &c. Obſecundo, &c. Obſecutor, Obſepio, &c. Obſequor, &c. Obſero, āre, Obſero, ēre, Obſervo, &c. vide *Sacer*, *Secundus*, *Sequor*, *Sepes*, *Sequor*, *Sera*, *Sero*, *Servo*

Obſes, obſeſſio, Obſibilo, Obſideo, &c. vide *Sedeo*, *Sibilus*, *Sedeo*.

OBSIDIVS, *i*, m. Romanus quidam, cætera forte obſcurus, ſed inde nobilis, quod ab eo inventus

¶ *Obſidianus lapis* in Æthiopiâ, qui & *Obſidius*, *nigerrimi coloris, aliquando & translucidi*, &c. Hinc *Vitrum Obſidianum, & Tinctura genus Obſidianum*, &c. vid. Plinius 36, 26. Panciroll. rer. deperd. 1, 3.

Obſido, Obſigno, &c. Obſipo, Obſiſto, Obſitus, Obſoleo, obſoletus, &c. Obſolidatus, vide *Sido*, *Signum*, *Sipo*, *Siſto*, *Sero*, *Oleo*, *Solidus*.

OBSŌNIVM, vel Opſonium, *i*, n. ab ὄψον enim eſt, quo, quicquid in cibum coëmitur ex macello, ſignificatur, ſpeiſe, vorrath, mund-koſt, zugemüs. Hinc, ὄψον ἄριστον πόνος τῷ γήρᾳ: *Obſonium optimum ſenectuti labor*, vide Chiliad. Et Xenoph. περὶ παιδείας Κύρ. lib. 7 exeunte: ὁι γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς, *Labores obſonium bonis ſunt viris*. Horat. 1 ſat. 2, 9 *Omnia conductis coëmens obſonia nummis*. Conf. ibid. 2, 2, 41. Et Plaut Stich. 3, 1, 36 *Ibo & obſonabo obſonium*. ¶ 2. Quamquam autem *obſonium*, uti dictum eſt, omne id ſignificat, quicquid in cibum emitur, ſive, quicquid cum pane editur, tamen ſignate id veteres de piſcibus dixerunt. Nam & apud Græcos ὄψον & ὀψάριον, non temere niſi de piſcibus dicitur, ut ad Ariſtophanem Florens Chriſtianus obſervat. Auſonius in Moſella v. 127 ita *Obſonia plebis aloſas*, ſignate dixit: & Apul. Apol. p. 292 *Obſonium piſcium*. Et p. 300 de piſcibus loquens, *Sicinius*, inquit, *ſuomet obſonio diſcit*, &c. Nec aliter accipiendum putaverim illud Nepotis 2, 10, 3 *Myuntem, ex quæ obſonium haberet*. Nam Myus ad mare valde piſcoſum ſita fuit. Vide & Ludov. Nonium Ichthyophagias c. 9. ¶ 3. *Obſonia* militum, quoque ſtipendia dicebantur, quia non modo pecunia, ſed cibaria etiam dabantur illis. v. Er. Schmidii Not. ad N. T. p. 503 ad Luc. 3, 14.

¶ Obsōno, aut Opsōno, *are*, obſonium emere, in die küchen einkauffen. Plaut. Aul. 2, 4, 1 *Poſtquam obſonavit herus, & conduxit coquos*. conf. Apul. Met. 1 p. 113. Apud Cicer. Tuſc. 5, 34 *Socrates ambulando obſonare ſe famem* dicit, i. e. acuere & excitare ad obſonia ſumenda.

¶ Obsōnor, *ari*, idem. Ter. Andr. 2, 6, 20 *Vix drachmis obſonatus eſt decem*. conf. Plaut. Aul. 2, 4, 16; & Menæch. 1, 3, 26.

¶ Obsōnātor, *ōris*, m. qui cibis emendis ac parandis præfectus eſt, ein einkäufer, küchenmeiſter, ſpeiſemeiſter. Sen. epiſt. 47 *Obſonatoribus dominici palatus ſubtilis notitia eſt*. Et Plaut. 3, 1, 73 *Primarius paraſitus, obſonator optimus*.

¶ Obſonatus, *us*, Subſt. der einkauf der ſpeiſen. Plaut. Truc. 4, 2, 27 *Dare minam in obſonatum*, marcktgeld geben. Sed, *Obſonatum mittere*, ſupini forma eſt apud eumdem Caſin. 2, 8, 5.

¶ Obsōnĭto, *are*, frequentat. ſæpe parare obſonia, vel convivari. Cato apud Feſtum: *Poſtea centenis obſonitavere*.

¶ Obsōnōmus, *i*, m. ædilis, cui cura piſcium venditio. v. Taubm. in Plaut. Aul. p. 194.

Obſopio, Obſordeſco, vide *Sopor*, *Sordes*.

Obſtaculum, obſtantia, Obſterno, Obſtetrix, &c. Obſtinatus, obſtino, &c. Obſtipo, &c. Obſtitus, Obſto, Obſtragulum, Obſtrangulatus, Obſtrepiraculum, obſtrepo, &c. Obſtrictus, obſtrilligo, &c. obſtringo, Obſtructio, obſtruo, &c. Obſtrufus, Obſtupeo, &c. Obſtupratus, vide *Sto*, *Sterno*, *Siſto*, *Stino*, *Stipo*, *Siſto*, *Sto*, *Sterno*, *Strangulo*, *Strepo*, *Stringo*, *Struo*, *Trudo*, *Stupor*, *Stuprum*.

Obſum, Obſurdeſco, Obſutus, quære *Sum*, *Surdus*, *Suo*.

Obtego, Obtempero, &c. Obtendo, obtentus, &c. Obtero, Obteſtor, &c. Obtexo, Obthuro, Obticentia, obticeo, Obtineo, Obtingo, Obtinnio, Obtorpeo, Obtorqueo, obtortus, Obtrectatio, obtrecto, &c. Obtritus, Obtrudo, &c. Obtrunco, &c. Obtueor, Obtundo, Obturamentum, Obturbo, &c. Obturgeſco, Obturo, Obtuſus, Obtutus, vide *Tego*, *Tempero*, *Tendo*, *Tero*, *Teſtis*, *Texo*, *Thus*, *Taceo*, *Teneo*, *Tango*, *Tinnio*, *Torpeo*, *Torqueo*, *Trabo*, *Tero*, *Trudo*, *Truncus*, *Tueor*, *Tundo*, *Tbus*, *Turba*, *Turgeo*, *Tbus*, *Tundo*, *Tueor*.

Obvagio, Obvallo, &c. Obvarico, obvaro, Obvenio, obventio, &c. Obverbero, Obverſor, &c. obverto, &c. Obviam, obvio, &c. Obviolo, Obumbratio, obumbro, Obunctus, Obuncus, Obundatio, obundo, Obvolvo, obvolutio, &c. Oburo, obuſtus, vide *Vagio*, *Vallum*, *Varus*, *Venio*, *Verber*, *Verto*, *Via*, *Violo*, *Vmbra*, *Vngo*, *Vncus*, *Vnda*, *Volvo*, *Vro*.

Occa, Occæco, Occallatus, occalleo, Occaſio, occaſus, Occatio, &c. Occentus, vide *Occo*, *Cæcus*, *Callus*, *Cado*, *Occo*, *Cano*.

OCCHVS, *i*, f. in Hyrcaniæ convallibus fico ſimilis arbor, ex qua defluit mel horis matutinis duabus. Plin. 12, 8.

Occĭdens, &c. occido, Occīdo, &c. Occillo, &c. Occino, Occipio, Occiput, &c. Occiſio, &c. Occlamo, Occludo, vide *Cado*, *Cædo*, *Occo*, *Cano*, *Capio*, *Caput*, *Cædo*, *Clamo*, *Claudo*.

OCCO, *occare*, eſt crate inducta glebas confringere, ac ſemina profundius condere, eggen, einegen. Horat. 2 epiſt. 2, 160 *Occat ſegetes villicus*. Plaut. Merc. prol. v. 71 *Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis*, betteſt du dir wohl, ſo ſchläffſt du wohl. Sententiæ etiam vim habet illud Perſii 6, 26 *Occa & ſeges altera in herba eſt*, h. e. labora, & ſpes eſt, non defore tibi neceſſaria. Plaut. Capt. 3, 5, 5 *Semper occant prius, quam ſarriunt ruſtici*. Ex *Occæcare* eſt. vide mox locum Ciceronis in *Occatio*; & Non. in *Occæcare* ſub *Cæcus*. Adde Varr. R. R. 1, 29 & 31; Plin. 18, 24.

¶ Occatio, *ōnis*, f. opera occatoris, die eggung. Cicero de Senect. c. 15 *Quæ* (terra) *cum gremio mollito ac ſubacto, ſparſum ſemen excepit, primum id occæcatum cohibet: ex quo* OCCATIO (*quæ hoc efficit*) *nominata eſt*. Plin. 18, 20 pr. *Aratione per transverſum iterata, occatio ſequitur*. Colum. R. R. 11, 2 p. 429 *Pulverationem vocant ruſtici occationem, cum omnis gleba refringitur & reſolvitur in pulverem*. conf. Nonius 1, 306; & Iſidor. 17, 2.

¶ Occamen, *ĭnis*, n. idem. In Gloſſ. Iſidori *Contuſio* eſſe dicitur, ſcil. glebarum.

¶ Occator, *ōris*, m. ein eger, der da eget. Columell. 2, 13, proprie; & Plaut. Capt. 3, 5, 4 metaphorice: Dixerat nimirum Hegio: *Sator ſartorque ſcelerum, & meſſor maxime*. Huic reſpondet Tyndarus: *Non occatorem dicere audebas prius?* &c.

Occatorius, *a*, *um*; ut, *Opera occatoria*, Col. 2, 13.

¶ Occa, *æ*, f. inſtrumentum occationis, eine ege. Onomaſticum; *Occa*, βωλοκόπημα.

¶ Occillo, *are*, contundere, zerſtoſſen. Plauti eſt Amph. 1, 1, 28 *Advenienti os occillet probe*, er mag ihm das maul klopffen. Eſt enim ab *Occare* diminutivum, quod ſonat glebas diminuere. Onomaſticum Vetus: *Occillare*, συγκόπτειν: & Gloſſ. Cyrilli: *Occo*, *Occilio*, (leg. *Occillo*), βολοσροφῶ; &

¶ Occillator, *ōris*, m. qui ſcindit glebas, ibidem βωλοκόπος vertitur.

¶ Deocco, *are*, idem quod ſimplex, egen. Plin. 18, 15 *Vicia non ſeritur, non ſtercoratur, nec aliud quam deoccatur*.

¶ Deoccatio, *onis*, f. idem quod *Occatio* apud Columellam.

¶ Inocco, *are*, ein- oder unteregen, unterbringen. Columell. 2, 8 *Semen, quod ſicco loco ingeſtum & inoccatum eſt*. Id. 11, 2 *Lupini modii tres ſparguntur & inoccantur*.

¶ Inoccātus, *a*, *um*, eingeegt; ut, *Emundata & inoccata terra*, Colum. 3, 15.

Occubo, Occulco, Occulo, occulto, occultus, &c. Occumbo, Occupatio, occupo, &c. Occurro, occurſatio, occurſo, &c. vide *Cubo*, *Calx*, *Colo*, *Cubo*, *Capio*, *Curro*.

OCEĂNVS, *i*, m. ὠκεανός, mare magnum, quo tota cingitur terra, ab ὠκύς, ut putatur, quod eſt *velox*, & νεῖσθαι, *fluere*, das groſſe weltmeer.

ineer. *Bellaoſus Oceanus*, Horat. 4 oda 14, 47. Secundum poëtas *Oceanus* Cæli & Veſtæ fuit filius, maritus Tethyos, quem maris Deum eſſe aſſerunt. ¶ 2. Sortitur nomina a litoribus etiam, ut *Oceanus Atlanticus*, *Gaditanus*, *Perſicus*, *Indicus*, *Germanicus*, &c. Poëtæ *Oceanum* pro quocunque mari uſurpant. ¶ 3. Quia vero rerum principium Thales aquam ſtatuerat; idcirco Claudianus ſecutus Sophum, Oceanum *rerum principem*, dixit de Conſ. Honorii 4, 23, ubi Barthius videri poteſt. Hanc eamdem gloriam Ægyptii Nilo ſuo aſſerebant, Deorum generationem illi attribuentes. Ac reperies quoque Nilum dictum *Oceanum*. Conſule Euſebium de præparat. Evang. 3, 2; Kircher. Oedip. Tom. 1 c. 1. *Orbis vinculum, terrarum cuſtodiam* vetus Rhetor apud Senecam Suaſor. 1 vocat. ¶ 4. Quidam adjective uſurpant. Catull. 63, 7 ex emendat. Scaligeri: *Nimirum oceano ſe oſtendit noctifer imbre.* Iuvenal. ſat. 11, 94 *Qualis in oceano fluctu &c.* & paullo poſt: *Litore in oceano.* Sext. Rufus c. 5 *Vſque Gades ad oceanum mare pervenimus.* Venantius Fortunatus 3, 7 de Reſurr. v. 4

Qui (ſol) vagus oceanas exit & intrat aquas.

Sic Fabricius edidit: Browerus autem: *Qua vagus Oceanus &c.* Alibi tamen & ipſe Browerus adjective, nempe lib. 7 carm. 12, 56.

Quicquid ab oceanis circulus ambit aquis.

Ampelius, pr. ubi de mundo, *Aqua, ex qua mare Oceanum.*

¶ Oceanicus, *a, um*, laudatur Mela 3, 3 pr. 7.

¶ Oceānītis, *itidis*, f. filia Oceani. Virg. Georg. 4, 341

Clioque & Beroë ſoror, Oceanitides ambæ.

Ocella, ocellus, &c. vide poſt paullo *Oculus.*

OCHRA, *æ*, f. ὤχρα, terra acris aduſta, colore luteo: quæ & *lutea* latine dici poſſit, ochergelb oder ocker. Duplex eſt, *Ochra nativa*, berggelb: &, *Ochra factitia*, ſive plumbaria, bleygelb. vid. Agricola, & Plin. 35, 6. Adde Bald. in Lex. Vitruv. p. 75.

OCHVS, *i*, m. Artaxerxis filius, Perſarum rex, cum diu regnaſſet, & moriturus tandem a filio natu majore interrogaretur, quidnam faciens regnum tot annos cuſtodiviſſet? reſpondit, τὰ εἴκοσι πράττων πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους κηδεύς, hoc eſt, *Iuſta erga omnes homines deoſque faciens*: v. Athen 12 p. 548. Ochum Bagoas eunuchus veneno ſuſtuliſſe dicitur, a quo & filius Arſes poſt trium annorum imperium interemptus eſt. Cadaver ille Ochi ſelibus objecit, oſſaque ejus, ut repræſentaret animum ad cædes propenſum, in gladiorum manubria convertit. v. Diod. Sic. 17, 5; & Ælian. V. H 6, 8. ¶ 2. *Ochus* fluvius Indiæ, ſeu Bactrianæ potius. conf. Plin. 6, 16; & 31, 7.

ŌCIMVM, vel Ocinum, *i*, n. non Ocymum, quia græce ὤκιμον, pabuli genus eſt, ſic dictum, quod citius cæteris pabulorum generibus vere primo adoleſcat, ut Varro interpretatur R. R. 1, 31, baſilienkraut. ¶ 2. Eſt etiam hortenſe *ocimum*, de quo Varro l. c. conf. Plin. 20, 12. Perſio ſat. 4, 22, *cantare ocima* idem eſt ac *convicia ingerere.* v. Catlaub. qui hic laudat Plin 19, 7 *Nihil ocimo fœcundius: Cum maledictis & probris ferendum præcipiunt, ut lætius proveniat.* Adde Columell. 10, 319. ¶ 3. Macer etiam maſculino genere *Ocimus* uſus eſt: *Inter præteritas numerabitur ocimus herbas.*

¶ Ocimīnus, *a, um*, ὠκίμινος, ut, *Ociminum oleum ſ. unguentum*, Dioſc. 1, 50, baſilien-öl.

¶ Ocimoīdes, *is*, m. ὠκιμοειδὴς, ocimum referens, ſcil. carduus ſilvaticus, eine wald-diſtel, Apul. de Herb. c. 109.

Ocior, ociſſimus, Ocium, vide *Ocyor, Otium.*

OCNVS, *i*, m. Bianor a Virgilio dictus eclog. 9, 60, & Mantuæ conditor, Æn. 10, 198. v. Cellar. & Drakenb. ad Sil. 8, 601. ¶ 2. *Ocnus* quidam pictus a Socrate, qui ſpartum ſive funem torquet, quem aſellus arrodit. Hinc proverb. *Ocnus funem torquet*, in eos, qui non profuturam in aliqua re operam collocant. vid. Chiliad. Eraſmi: item Pauſan. in Phocicis: Plinium 35, 11, & Nat. Comit. Mythol. 7, 16, ubi de Polygnoto pictore agit: nam & hic Ocnum pinxit. Propert. 4, 3, 21

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternusque tuam paſcat, aſelle, famem.

Quamquam vero ὄκνος, græce *pigrum* notat, ipſe tamen Ocnus gnavus homo & induſtrius fuiſſe perhibetur, ſed eo infelix, quod uxor ejus prodiga & ſumtuoſa profunderet, quicquid ipſe opere faciundo per ſummum laborem quæritaſſet. Hæc illa pictura.

OCRA, *æ*, f. Alpium pars humillima, qua ad Carnos accedunt. ¶ 2. Etiam urbs Venetorum eſt Plinio 3, 19. ¶ 3. *Ocra* in pigmentis ſeu colorum materiis numeratur ab Iſidoro 19, 17. vide *Ochra.*

OCREA, *æ*, f. calceamenti genus, quo crura teguntur, ein ſtiefel; ut, *Ocreæ ferreæ*, eiſern harniſche. Livius 9, 40 *Siniſtrum crus ocrea tectum.* Varroni de L. L. 4, 24, dicitur quaſi *ob crus*, quod crus tegat. Iſidorus 19, 34 *Ocreæ, tibialia calceamenta, dicta quod crura tegant.* Et, *Leves ocreæ*, Virg. Æn. 7, 634; & 8, 624.

¶ Ocreātus, *a, um*, ocreas indutus, geſtiefelt. Horat. 2 ſat. 3, 234. *In nive Lucana dormis ocreatus.* Et Plin. 19, 2 *Ocreatis cruribus.*

OCRIS, *is*, f. ὄκρις, idem quod ἄκρις, *mons confragoſus*, apud Feſtum, ubi & Liv. Andron.: *Sed qui ſunt hi, qui aſcendunt altam ocrim, &c.* Addit Feſtus, *Inde fortaſſe etiam ocreas eſſe dictas inæqualiter tuberatas.*

ŌCRĪSIA, *æ*, f. Publii Corniculæ uxor, Servii Tullii mater, Tanaquilis reginæ ancilla captiva, de qua, quomodo Tullium conceperit, mira narrat Plinius 36, 27. Ovid. Faſt. 6, 627

Namque pater Tulli Vulcanus, Ocriſia mater.

Octaedros, Octangulus, vide ſupra *Hedra, Angulus.*

OCTĀVIA, *æ*, f. gens apud Romanos, e qua *Octavius Auguſtus*: vide Bernegg. ad Suet. Aug. c. 1 & 2. ¶ 2. *Octavia*, Neronis fuit uxor, quam interfecit: æqua ¶ 3. *Octavia*, Tragœdia Senecæ. ¶ 4. Et *Octaviæ porticus* duæ erant Romæ. vid. Vellej. 1, 11, & Suet. Aug. c. 29.

¶ Octavīnus, *a, um*, adject. ut, *Bellum Octavianum*, Cic. de Divin. 1, 2. Porro *Octavius*, qui *Cæſaris*, deinde & *Auguſti* cognomen aſſumſit, natus M. T. Cicerone & Antonio Coſſ. dictus *Octavianus* eſt poſt adoptionem, cum ante adoptionem eſſet *Octavius.* V. Dion. Caſſium lib. 46, & quæ inde ad Eutrop. 7, 1, 3 notavit Cellarius. *Octavianorum Colonia*, Mel. 2, 5. al. *Octavanor.*

OCTO, ὀκτὼ, numerale cardinale indecl. pl. acht; ut, *Tetro pedes protentus in octo*, Virg Georg. 1. 171. *Octo genera pœnarum in legibus eſſe* ſcribit Tullius ap. Auguſt. de C. D. 21, 11. Ajunt, Steſichori ſepulchrum *octo columnas, octo gradus, octo angulos* habuiſſe. Unde proverbium: πάντα ὀκτώ, *omnia octo*, cum rei nihil deeſſe ſignificamus. v. Chil.

¶ Octies, adv. achtmahl. Cicero Somn. Sc. c. 2 *Ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusque convertit.* conf. Lamprid. Commod. c. 11.

¶ Octāvus, *a, um*, ordinale, der achte; ut, *Sapientum octavus*, Horat. 2 ſat. 3, 296, proverb. reſpectu ad ſeptem Græciæ ſapientes. *Octavam circiter horam*, Id. 1 epiſt. 7, 47. *Octavam partem tuli*, Cicero Att. 15, 26.

¶ Octavum, adverbialiter, ſicut *tertium, quartum*, zum achten mahl. Liv. 6, 36 *Sextus Liciniusque jam octavum tribuni plebis refecti.*

¶ Octava, *æ*, f. ſubſt. vectigalis ſpecies, ein achtel, l. ult. C. de Eunuch. *Octavas more ſolito dependere*, l. 7 C. de vectig.

¶ Octavārius, *i*, m. exactor octavæ vectigalium nomine ſolvendæ, l. 8 C. de Vectig.

¶ Octōnus, *a, um*, proprie diſtributivum, je acht; quod tamen pro cardinali, quemadmodum & cætera numeralia ejus generis, ſæpenumero uſurpatur. Plin. 8, 32 de cervis: *Octonis menſibus ferunt partus*, acht monat. Pallad. 1, 35 *Octonis diebus peractis*, in acht tagen. Ovid. Met. 13, 753 *Octonis iterum natalibus actis.*

¶ Octonārius, *a, um*, aus achten beſtehend; ut *Octonarius numerus*, Macrob. Somn. Scip. 1, 5. *Fiſtulæ octonariæ*, Plinius 31, 6; & Pallad. 9, 12.

¶ Octonatio, *onis*, f. Vet. Interp. Irenæi 1, 1.

¶ Octōginta, indecl. achtzig. Cicero de Senect. c. 19 *Octoginta regnavit annos.* conf. Id. de cl. orat. c. 64. Pro *Octoginta*, quod politius eſſe exiſtimatur, etiam *Octuaginta*, inveniri apud Vitruv. 10, 17: & Gell. 3, 10, docet Ol. Borrich. Cogit. p. 184. *Octoginta octo*, Plin. 4, 12.

¶ Octōgēnus, *a, um*, je achtzig; Et plur. *Octogeni*, idem quod *octoginta.* Plinius 9, 51 *Torpedo, octogenos fœtus habens invenitur.* Livius 10, 30 extr. *Data ex prædæ militibus æris octogeni bini, &c.* Varro R. R. 2, 10 *Octogenæ birtæ oves.*

¶ Octōgēnārius, *a, um*, achtzig jahr alt. Plinius 6 epiſt. 33 *Octogenarius ſenex.* Eumenius de reſtaurandis ſcholis c. 17 *Major octogenario.* Sed aliter accipitur Pallad. 9, 12 *Octogenaria fiſtula*, vid. Geſn.

¶ Octōgēſimus, *a, um*, der achtzigſte; ut, *Quartum annum ago & octogeſimum*, Cic. de Senect. c. 10. *Quam ſextus & octogeſimus annus pulſat*, Iuvenal. 6, 191. conf. Varro R. R. 1, 1 pr. *Octuageſimus* aliqui etiam dicunt. v. Valla 3, 5.

¶ Octogies, adverb. achtzig mahl. Cicero in Piſon. c. 35 *Seſtertium centies & octogies.*

¶ Octuagies, idem, bis apud Plinium 2, 108, & apud Mart. Capellam lib. 6 p. 198.

¶ Octans, *antis*, m. der achte theil eines dinges. Vitruv. 10, 11 *Dividuntur circinationes octantibus, in partes octo ductis lineis.*

¶ Octōber, *bris*, m. menſis octavus a Martio, unde ſuum annum veteres auſpicabantur Romani, der weinmonat, menſis vindemialis. Quæ appellatio Carolo magno tribuitur: Saxones vocant, den ſaatmonat, a ſemente. Hodie tamen vulgo etiam Latina appellatio obtinet, der October; ut, Vellej. 2, 56, 3 *Cum Cæſar menſe Octobri in urbem reverteſſet, idibus Martiis interemtus eſt.* Colum. 11, 2 *Ultimæ partes Octobris, &c.* ¶ 2. *October equus appellabatur, qui in campo Martio immolabatur quotannis Marti, &c.* Feſtus.

¶ Octūplus, *a, um*, acht mahl ſo groß; ut, *Sexta pars octupla primæ.* Cic. de Vniverſ. c. 7.

¶ Octuplicītus, *a, um*, idem. Livius 4, 24 *Octuplicato cenſu æra rium facere.*

¶ Octuplicatio, *onis*, f. der achtmahlige zuſatz, die vermehrung auf achtmahl. Mart. Capella 7, 267 *Octuplicatione metiri.*

Compoſita:

Octachordos, Octangulus, Octaſtylos, Octennis, Octiduum, Octingenarius, octingenteſimus, octingenti, Octipes, Octodecim, Octogonos vel octagonos, Octojugis, Octominutalis, Octophorum, Octuſſis, vide *Chorda, Angulus, Stylus, Annus, Dies, Centum, Pes, Decem, Gonia, Iugum, Minor, Phora, As.*

¶ Duodeoctoginta, acht und ſiebenzig; ut, *Duodeoctoginta millia paſſuum*, Plin. 3, 5.

¶ Vndeoctoginta, neun und ſiebenzig. Horat. 2 ſat. 3, 117 *Si & ſtramentis incubet unde Octoginta annos natus.*

¶ Sesquioctāvus, *a, um*, acht und ein halbes; ut, *Sesquioctavum intervallum*, Cic. de Vniv. c. 7. In proportionibus ſignificandis uſurpatur. v. Budæus in initio lib. 1. de Aſſe.

ŎCŬLVS, *i*, m. ab *occultando*, ſub palpebris enim quaſi latet, ein auge, in quo ſunt *iris*, vel *area*, der ſtern im auge, & *pupilla*, der augapfel. *Oculi nocturni*, glauci, Plauto inter convicia ſunt Curc. 1, 3, 35. Item *herbei* eidem Curc. 2, 1, 16, *Cæſii* aliàs: unde *Cæſia*, apud Ter. Heaut. 5, 5, 18: ubi vide. *Oculi molles*, Ovid. de Rem. am. 1, 340, qui facile lacrymantur. *Oculi recti*, Sen. de Conſt. Sap. c. 5, ubi vid. Lipſ. itemque Suet. Aug. c. 16. *Irretortos* Horatius vocat 2 od. 2 extr. qui ingentes acervos ita contemnunt, *ut non opus habeant avertere aut detorquere oculos, quia ipſos non excæcat auri fulgor aut præſtinguit. Oculi contenti & tumentes*, Suet. Tib. c. 7. *Oculi exſtantes i gentesque*, Idem Ner. c. 49. Et, *Oculi nigri & vegeti*, Idem Cæſ. c. 45, ubi Caſaub. *Oculi natantes*: v. *Nare. Oculos vigilia fatigatos cadentes in operè detinere*, Sen. epiſt. 8. De inſigni deceptione Liv. 6, 15 extr. *Vereor ne abſtuleritis obſervantibus etiam oculos.* vid. ibi Gronov. qui ex Græcis hanc formulam illuſtrat. v. etiam Caſaub. ad Athen. 1, 15. *Oculos in terram dejicere*, (1) verecundiæ eſt, Ter. Eun. 3, 5, 132. Item (2) mœroris, Plutarch. de virtuoſo pudore princ. Et (3) pavoris, Horat. 1 epiſt. 6, 14. *Oculis uti*, non falli videndo, Plaut. Epid. 1, 1, 4. *Oculis uſurpare aliquid,*

aliquid, id eſt, videre, Lucret. 1, 300. *Oculis cernere*, idem, apud Nep. 20, 2, 2. *Lumina oculorum*, i. e, viſus: Nepos 20, 4, 1 *Hic cum ætate jam provectus eſſet, lumina oculorum amiſit*, das geſichte. *Reſtituere alicui oculos*, i. e. viſum, Suet. Veſp. c. 7. *Ferre in oculis*, eſt carum habere, Cic. ad Qu. fratr. 3, 1, 3. Quod *geſtare in oculis*, Ter. Eun. 3, 1, 11. Et, *Eſſe in oculis alicui*, Cic. Tuſc. 2, 26; & Att. 6, 2. *Populatio in oculis erat*, Liv. 37, 28. *Ponere in oculis*, Cic. ad Quint. fr. 1, 1, 2. Ac, *Oculis ſubjicere*, Quintil. 6, 3. *Vir bonus ſemper ante oculos habendus*, Sen. epiſt. 11. *Ante oculos verſari*, Cic. pro Mil. c. 23; *Obverſari*, Id. pro Sextio c. 3, für augen ſchweben. *Paſcere oculos, animumque exſaturare alicujus cruciatu, ſupplicio*, Id. Verr. 5, 26, die augen weiden. Sic, *Fructum oculis capere ex aliqua re*, an etwas ſeine luſt ſehen, Nepos 18, 11, 2. Contra *aures* & *oculi vulnerari* & *dolere* dicuntur moleſtiæ & indignationis cauſſa: Cic. fam. 8, 14 *Nunquam oculi tui doluiſſent, ſi in repulſa vultum Domitii vidiſſes*. v. Taubm. in Plaut. Aſin. p. 158. Petr. Victor. Var. Lect. 2, 5. Turneb. Adverſ. 12, 17. Cic. Verr. 2, 15, 1 *adjectum eſſe oculum hereditati*, er habe ein auge darauf. Ovid. Met. 13, 70

Adſpiciunt oculis ſuperi mortalia juſtis.

De faſcinis oculorum v. Barth. ad Script. Venat. p. 137; Turneb. Adverſ. 9, 28; Caſaub. ad Perſ. p. 202. & Geſner. Chreſtomath. Plin. n. 10 no. 39 ſq. Nonnunquam Romani per oculos jurabant. Plaut. Menæch. 5, 9, 1 *Si vultis per oculos jurare*. Ovid. Amor. 2, 16, 43

At mihi te comitem juraras usque furorem,
Per me, perque oculos, ſidera noſtra, tuos.

Morientium oculos claudunt proximi. v. Virg. Æn. 9, 487: Val. Max. 2, 6, 8. *Oculos morientibus operire, Quiritium ritu ſacrum eſt*, Plin. 11, 37 ſ. 55. Apud Ovid. ep. 1, 101 Penelope ad Vlyſſem de Telemacho;

Di, precor, hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Adde Art. am 3, 743. ¶ 2. Sunt & furculorum in arboribus, & vitium *oculi*, qui & *gemmæ* dicuntur, apud Catonem & Columellam 3, 18; & 11, 2. Radicibus etiam *oculos* Plinius tribuit 17, 20, knoſpen, augen. ¶ 3. Quæ ſingulari ornamento decorique ſunt, etiam *oculi* vocantur. Ita Cic Nat. D. 3, 38 *Corinthum & Carthaginem duos oculos oræ maritimæ*, vocat. Plin. 2, 5, ſ. 4 *ſtellarum collucentium oculos* dixit. Sic apud Iuſtin. 5, 8, 4 *Negarunt ſe Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos*, ſc. Athenas. Catull. 32, 1

Peninſularum, Sirmio, inſularumque Ocelle.

Similiter Pindarus Agrigentum, *Siciliæ oculum* appellavit. v. Pet. Victorium Var. Lect. 9, 9; Obert. Giſan. obſerv. in Ling. lat. p. 257; Colomeſ. & Burm. ad Quint. lib. 6 proœ. p. 494. Etiam e regiis miniſtris quosdam, ſignificantes imperatoribus, quod ſcitu erat opus, *aures* ac *oculos* vocitatos fuiſſe, ex eleganti loco Apuleji de Mundo aperit Corn. Tollius Not. ad Palæph. p. 232. ¶ 4. *Oculos* dicimus, quos ad delicias amamus. Neque enim oculis nobis quicquam carius ac amabilius eſt. Vnde *pretioſiſſimam partem corporis & quæ lucis uſu vitam diſtinguit a morte*, Plinius appellat 11, 37, ubi plura de oculis leges. Plaut. Curc. 1, 3, 47 *Bene valc, oculc mi*. Sic Sextus gloriatus, *ſe par oculorum in amicitia M. Antonii triumviri exſtitiſſe*, auctore Suetonio de Claris Rhet. c. 5. Atque hinc

¶ Oculiſſimus, *a, um*, pro multo cariſſimo Plautus dixit joculari atque ad riſum compoſita voce, in Curc. 1, 2, 28 *Salve, oculiſſime homo*. Et Curc. 1, 1, 17 *Oſtium oculiſſimum*. vid. Feſtus. Sic *oculitus*, adverb. pro, cariſſime, de quo poſtea.

¶ Ocellus, *i*, m. diminut. parvus oculus. Martial. 1 ep. 93

Sæpe mihi queritur non ſiccis Ceſtus ocellis.

¶ 2. Per metaphoram res, quæ peculiari eſt ornamento, ut modo expoſuimus. v. *Oculus* n. 3. Apud Plautum Moſt. 1, 3, 11 amica de ſuo: *Volo placere meo ocello*. Cic. Att 16, 6 *Cur ocellos Italiæ, villulas meas, non vides*. ¶ 3. *Ocellæ*, vel, ut alii, *Ocelli* dicebantur apud Romanos, qui oculis parvis nati. Plin. 1, 37 Quod in cognomen etiam abiit, ut & alia vitia corporis. ¶ 4. *Servii Ocellæ* mentio apud Cic. fam. 2, 15; & 8, 7; & ad Att. 10, 12 & 25. ¶ 5. *Ocellus Lucanus*, Ὦκελλος (unde proprie huc non pertinet) philoſophus Pythagoreus Ariſtotele prior, qui mundum ſtatuit æternum. Qua ratione & Philo ejus meminit: quem vide libro, quod mundus ſit incorruptibilis, non longe ab initio. Cujus nomine inſcriptus liber *περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, de univerſi natura*, ſuppoſititius videtur.

¶ Ocellatus, *a, um*, das augen hat; ut, *Ludere ocellatis*, ſcil. calculis, mit würfeln. Suet. Aug. c. 83; *Ocellata* ibi, ut Caſaubonus explicat, ſunt globuli vel lapidei, vel eburnei, quibus olim puellæ luſitabant. conf. Salmaſ. in Solin. p. 496.

¶ Oculeus, *a, um*, voll augen. Plaut. Aul. 3, 6, 19 *Argus totus oculeus fuit*. Et translate Apulej. Met. 2 *Perſpicacior ipſo Lynceo vel Argo, & oculeus totus*, ſehr ſcharfſichtig.

¶ Oculitus, adverb. ut, *Oculitus aliquam amare*, id eſt, inſtar oculi cariſſimam habere, Plautus apud Nonium 2, 608.

¶ Oculāris, *e*, zum auge gehörig. Veget. 2, 17 *Ocularis tunica. Medicus ocularis*, Murat. Inſcr. p. 927.

¶ Oculariter, adverb. mit augen; ut, *Oculariter intueri*, Sidonius 7 epiſt. 14.

¶ Oculārius, *a, um*, zum auge gehörig; ut, *Medicus ocularius*, ein auge gen-arzt, Celſ. 6, 6, 8; & Inſcript. Grut. p. 634 n. 2. *Chirurgus ocularius*, Idem p. 400 Inſcript. 7. Sic, *Euphorbiæ ſuccus proficit ad ocularium claritatem*, Solinus c. 37. ¶ 2. *Ocularius* ſimpliciter, & quaſi ſubſtantive, pro medico ab oculis, apud Scrib. Largum compoſ. 37 & ſeq. ein oculiſt.

¶ Oculariārius, *a, um*, idem, ut, *Ocularium faber*, apud Reineſium claſſ. 11 Inſcript. 66, qui vitra muniendis oculis, vel objectis majori forma repræſentandis conficit. Sed licet de Reineſiana explicatione dubitare, ob novitatem inventi.

¶ Oculo, *are*, i. e. oculorum uſum dare, vel reddere, ſehend machen. Sæpe invenitur apud patres. Tertull. de Pœnitentia c. 12 *Ibi hirundo ſi excæcaverit pullos, novit iſtos oculare rursus de chelidonia ſua*. Quæ eadem poſtea Pacianus in Paræneſin ſuam de pœnitentia transſcripſit. Cyprianus de Idolol. vanitate: *Cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularet*. v. Barth. Adverſ. 33, 12; & 43, 24.

¶ Oculātus, *a, um*, ſehend. Plaut. Truc. 2, 6, 8 *Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem*. Quia ὦτίων πιστότερον ὀφθαλμοὶ, *Oculis magis habenda fides, quam auribus*, ſehen mehr für hören ſagen. Id Afin. 1, 3, 50 *Oculatæ manus ſunt noſtræ, credunt quod vident*, man trauet weiter nicht, als man ſiehet. Id. Pseud 1, 2, 67 *Eme die cæca, venito oculata die*, kaufe auf borg und verkaufe um baare zahlung. *Male oculatus*, Suet Rhetor. c. 5. *Oculati circuli*, de maculis pantherarum, Solin. c. 27 *Oculatior Deus*, i. e plura videns quam homines, Tertull. adv. Marc. 2, 25. ¶ 2. Paſſive, qui videtur, conſpicuus, apertus, ſichtbar. Cic. Att 4, 6 extr. *Ne βαβύτης mea, quæ in agendo apparuit, in ſcribendo ſit oculatior*. Et, *Oculatiſſimus locus*, id eſt, ſumme conſpicuus. Plin. 34, 6.

¶ Oculata, *æ*, f. genus piſcis apud Plinium 32, 7: neunauge.

¶ Oculatio, *onis*, f. laudatur ex Plin. 17, 21 ſ. 35 n. 6. Sed recte Hard. *Pampinationi & occationi facilior*.

¶ Oculicrepĭda, *æ*, m. cujus oculi crepant, quando pugnis contundi ſolent. Plaut. Trin. 4, 3, 14.

¶ Oculiferium, *i*, n. plur. *Oculiferia*, i. e. res ludicræ; v. g. ejusmodi *pegmata, quibus imperitorum feriuntur oculi*, ſchöne ſchau- und ſpielwercke, ut Seneca deſcribit epiſt. 88. Idem epiſt. 33 *Non habemus iſta oculiferia, nec emptorem decipimus*. Ita Lipſius correxit. conf. ejus Elect. 1, 16.

Compoſita ab initio:

¶ Apoculo, *are*. Petron. c. 67 *Ego me apoculo*, i. e. abeo, ſemoveo me, e conſpectu me furripio. Scheferus eodem ſenſu derivat ab ἀποκυλίω, *avolvo*. Aliam ſententiam vide infra in *Poculum*. Sic &

¶ Apoculānius, *i*, m. id eſt, *cæcus, oculis captus*, Petron. c. 62. Sed de lectione non ſatis conſtat, quam alii aliter eiungunt.

¶ Deficĕculus, *i*, m. cui deſit vel deeſt oculus, einäugig. Martial. 12 epigr. 59 *Hinc defioculus & inde lippus*. Sed lectio ſuſpecta.

¶ Exŏculo, *are*, oculos eruere, die augen ausreiſſen, blind machen. Antique Plautus Rud. 3, 4, 26 *Si me ei caput exoculaſſitis*, pro, *Si non eum exoculaveritis*.

¶ Exoculatus, *a, um*, oculis privatus, blind. Apulej. 8 Mileſ. p. 207 *Toraſylli convulnerat tota lumina, eumque prorſus exoculatum velim ſuens, &c.* Idem 7 p. 188 *Cæca & prorſus exoculata fortuna*.

¶ Inoculo, *are*, inſerere, oculiren, äugeln, pfropfen. Colum. 11, 2 *His diebus arbores ficorum inoculantur*. conf. Apul. Florid. p. 343. ¶ 2. Tralate Macrob. in Somn. Scip. 1, 1 *Ad hunc juſtitiæ affectum pectoribus inoculandum*, einzupflantzen.

¶ Inoculatus, *a, um*, inſitus, eingepfropfft. Item, exornatus. Apul. Met. 6 p. 185 *Inoculatus bullis aureis*.

¶ Inoculātio, *onis*, f. inſitio, die einpfropffung, quæ fit gemmis inſitis intra lignum & corticem, quam vocant *emplaſtrationem*, Plinius 17, 14. vid. & Columell. 5, 11.

¶ Inoculator, *oris*, m. der da pfropffet, Plin. 18, 33.

¶ Monŏculus, *i*, m. einäugig, vox hybrida, ex græco & latino compacta, qua uſus eſt Iul. Firmicus 8, 19 *Frunt ſurdi, monoculi, ac ſtolido fatuitatis ſtupore confecti, &c.* vid. Ol. Borrich. Cogit. p. 171. *Monoculus inter cæcos rex*, v. in Adag. Eraſmi.

¶ Siccoculus, vide infra in *Siccus*.

¶ Suboculāris, *e*, das unter den augen iſt; ut, *Suboculares venæ*, Veget. 4, 4.

¶ Vnoculus vel Vnioculus, *i*, m. einäugig. Gell. 3, 11 *De cyclope inquit, vel maxime quod unoculus fuit*. Plaut. Curc. 3, 22 *Vnocule ſalve*; & mox v. 24 *Cœlites ſunt uniculi*. Aliqui legunt *uniculi*. Gleſſ. lat. gr. *Vnioculus μονόφθαλμος*. In fœminino habet Solinus c. 25 *Vnocula gens eſt*. Vnoculos viros illuſtres aliquot enumerat Voſſius 1 Inſt. Orat. p. 76.

Ocўmum. vide paullo ante *Ocimum*.

ŌCYOR, *us*, & Ocyſſimus, *a, um*, ὠκίων (vel ὠκύτερος) ὤκιστος, a poſitivo ὠκύς, quo Latini carent, celerior, celerrimus, geſchwind, ſchnell, behend. Diſputant grammatici, per *y* an per *i* ſcribi hæc vox debeat. Giſanius detendit, per *i* ſimplex ſcribendum, auctoritate omnium librorum veterum, ipſiusque Priſciani, a vel ſit ab ὠκύς. Adſtipulatur Voſſius de Analog. 2, 26 p. 369; & Etymol. fol. 352, cui primum eſt illud argumentum, quod græce etiam ὠκίων, ὠκίστος, eadem exarentur vocali. Accedit, quod *ior* & *iſſimus* terminationes non Græcorum ſint, ſed Latinorum. Hæc ita cum ſint, non tamen eos damnabimus, qui originis græcæ contemplatione *ocyor* & *ocyſſimus* ſcribunt. Sic, *Ventis & fulminis ocior alis*, Virg. Æn. 5, 319, Et, *Ocior Eure*, ibid. 8, 223; & Horat. 2 Od. 16, 24. Sic Grat. Cyn. 204 *Ocior adſecta mentis, pinnaque cucurrit*. Vbi talia multa Barth. Plinius de Mercurii aſtro 2, 8 *Inferiore circulo fertur novem diebus ociore amoiu*. Idem 16, 31 *Senectus ociſſima*.

¶ Ociter, ocius, ociſſime, adverb. idem. Ter. Eun. 3, 5, 61 *Perlonge eſt, ſed tanto ocius properemus*. Cic. Tuſc. 4, 14 *Recreari ocius*. Salluſt. Iug. c. 25 *Quam ociſſime provinciam accedat*. Apulejus poſitivo *Ociter* uſus eſt 1 Met. p. 113.

¶ Quantocius, adv. fein bald, contracte ex *Quanto ocius*, apud Sulpit. Severum 3 Dialog. c. 5 *Diſcede quantocius*.

ŌCYPĔTE, *es*, f. Ὠκυπέτη, una ex Harpyiis, ab ὠκύς, velox, & πέτομαι, *Volo*, vide *Harpyia*.

ŌCўROE, *es*, f. Nymphæ nomen apud Ovid. Metam. 2, 639. ubi plures commemorat Burm.

ŌDA, *æ*, vel Ode, *es*, f. ᾠδή, cantio, carmen, ein lied. Auctor elegiæ de Philomela v. 25 *Et merulus modulans tum pulchris concinit odis*. *Ode* etiam titulus eſt cujusvis carminis lyrici apud Horatium.

¶ Odēum, *i*, n. ᾠδεῖον, cantilenarium, ſive quoddam theatri genus, cantui deſtinatum, ein ſing-ſaal, opern-haus, ut Pauſanias lib. 1 declarat, & Vitruvius 5, 9, ut & Suidas, qui tale quoddam Athenis Piſiſtratum ædificaſſe ait. Et Philander ad Vitruv. l. c. obſervavit, quatuor Romæ fuiſſe *Odea*, 1 in Aventino, 2 inter Palatinum & Cælium montes, 3 prope theatrum Pompeji, & 4 Domitiani. Cicero habet ad Att. 4, 16, ubi tamen in emendationibus hodie exemplaribus *forum* legitur, non *odeon*, quod Nizolius legit. v. Caſaub. ad Theophraſt. p. 133. Salvianus 6 de Gub. Dei p. 199 *Longum eſt nunc dicere de omnibus amphitheatris, ſcilicet odeis, luſoriis, pompis, &c.* Vbi adi notas Rittershuſ. p. 189. Habet & Eutropius 7, 15, 6.

¶ Odārium, *i*, n. in Gloſſis ᾠδάριον, *cantilena*, ein geſang. Petron. c. 53 *Odaria ſaltare*; pro quo *Carmina ſaltare*, Ovid. Triſt. 5, 7, 25 nach liedern tantzen. Hinc

¶ Odāriārius, *i*, m. cantilenarum magiſter. Vet. Inſcript. VERGILIVS EPAPHRODITVS MAGISTER ODARIARIVS &c. *Odorarium* legit Reineſius claſſ. 11 n. 81 ex Luc. Langermanno: ſed legendum *Odariarius* ab *Odario*, quod eſt *cantilena* apud Cangium in Gloſſario. vid. Fabrettus p. 716.

¶ Ĕpōdus, *i*, m ἐπῳδός, & ἐπῳδή, carminis genus eſſe volunt, in quo ſingulis verſibus ſingulæ accinantur clauſulæ; hoc eſt, in quo ſecundus quisque verſus contractior, ſeu brevior ſit priori, ut in libro ἐπῳδῶν Horatii. Atqui duo poſtrema Horatii poemata de Canidia monocola ſunt; quibus accinitur nihil. Etiam Auſon. epiſt. 16 quaternarios jambos perpetua ſerie connexos *Epodos* vocat. Falſum igitur hoc, quod de Epodis Horatianis tradunt grammatici. Galenus auctor eſt, poſt cantiones aliquas ad aras Deorum expletas acceſſiſſe aliquem, qui ſacra certis verſiculis clauderet, atque hunc *Epodon* appellatum. v. Scalig. Poëtic. 1, 44. In Lyricis *epodus* eſt, quod ſtrophæ & antiſtrophæ accinitur. De qua re accurate Pindari interpretes agunt, qui conſulendi. Adde Quintil. 10, 1. Burm. p. 911; & Turneb. Adv. 21, 6.

¶ Hilarōdus, vide ſupra *Hilaris*.

¶ Mŏnōdia, *æ*, f. μονῳδία, idem quod nænia.

¶ Pălĭnōdia, *æ*, f. παλινῳδία, recantatio, ſeu retractatio, ein wiederruf. Cic. Att. 4, 5 *Subturpicula mihi videbatur eſſe palinodia.* conf. ad Att. 2, 9; & 7, 7 *Palinodiam canere*, eſt diverſum ab his, quæ prius dixeris, dicere, wiederrufen, παλινῳδεῖν. Macrob. 7, 5 *Nec abnego, potuiſſe me quoque tamquam palinodiam canere.* V. Chiliad. & Interpretes Hor. 1 od. 16 extr. ubi *recantata opprobria* memorantur. ¶ 2. *Palinodia* pro veteri & iterata cantione. Metaphor. Ammian. 18, 5 *Cohors palinodiam in exitium concinens noſtrum.*

¶ Părōdia, *æ*, f. παῤῳδία, canticum ad alterius imitationem. Adhibet vocem Aſconius in Proœm. act. Verr. p. 55.

¶ Prosōdia, *æ*, f. προσῳδία, latine *Accentus* dicitur; Gellius 13, 6 & 24 inter alia *Vocalationem* vertit; eſtque ratio ipſa univerſa pronuntiandi, & carminis ſcribendi, die wiſſenſchaft von kurtzen und langen ſylben. Huic diligentiſſimam pueri, & ab initio quidem ſtatim ſtudiorum, operam navent. Ejus enim vel negligentia vel inſcitia turpitudinem certam atque impedimentum reliquis ſtudiis omnibus graviſſimum conciliat & affert. Plur. Varro ap. Gell. 18, 12 *In verbo graves proſodiæ quæ fuerunt, manent*, h. e. accentus.

¶ Proſodiăcus, *a, um*, zur vers-kunſt gehörig; ut, *Numeri proſodiaci*, Mart. Capella lib. 9 p. 334.

¶ Pſalmōdia, vide infra in *Pſallo*.

¶ Pſeudōdia, *æ*, f. ψευδῳδία, falſa cantio. Hieron. ep. 79.

Odefacio, vide mox in *Odor*.

ŏDESSOS, *i*, f. urbs, Mileſiorum colonia, Plinio 4, 11; Melæ 2, 2; & Ovid. Triſt. 1, 9, 37.

ōDI, *odiſſe*, odio habere, proſequi, feind ſeyn, haſſen; ut, *Acerbe & penitus aliquem odiſſe*, Cic. pro Cluent. c. 61. *Aperte vel odiſſe magis ingenuum eſt, &c.* Id. de Amic. c. 18. Sic, *Quem metuunt, oderunt, quem quisque odit, periiſſe expetit*, Cic. Off. 2, 7. v. *Metuo*. Interdum *odiſſe aliquid*, eſt faſtidire & ab illo omni modo & mente abhorrere. Ter. Adelph. 4, 1, 7 *Illud rus nulla alia cauſſa odi tam male.* conf. Plaut. Menæch. 1, 3, 7. Et Cic. fam. 7, 2 *Oderam multo pejus hunc quam illum.* Cæterum non ita defectivum eſt, ut ſibi perſuaſerunt grammatici: cum & plura inveniantur tempora, quæ contrarium oſtendunt; ut, *Odio, odiet, odient, odivi, odivit, odite, odientes, oditur* ab *odior, &c.* v. Voſſ. de analog. 3, 39. *Odio, μισῶ*, in Gloſſ. In perfecto ſub deponentis forma *oſus ſum*, Plautus dixit Amph. 3, 2, 19; & Gellius 4, 8. v. Voſſ. ibid. *Oditur* paſſive Tertull. Apolog. c. 3. *Odivi*, Antonius ap. Cic. Phil. 13, 19. Et, *Hominem odiit*, Tertull. de anima c. 10. *Odientes*, Petron. c. 93. Et Apul. de Syllog. Cat. p. 29 *Orationis variæ ſpecies*: ut *odiendi*, &c.

¶ Oſor, *ōris*, m. ein haſſer. Plaut. Pœn. arg. v. 2. *Oſor mulierum.* Et Pacatus Paneg. Theodoſii c. 20 *Regii nominis Brutus oſor.*

¶ ŏdium, *i*, n. prima brevi, ira inveterata, groll, haß, feindſchaft, widerwille; ut, *Odium immane, crudele, hoſtile, inteſtinum, recens, vetus, diuturnum, inveteratum, capitale, anceps*, apud Cicer. & alios epitheta ſunt. *Odio alicujus flagrare*, Sen. in Octavia v. 132. *Odium in aliquem concipere*, Cic. ad Quir. poſt red. c. 1. Et, *Odium alicui conciliare*, Plin. 28, 8 ſect. 28. *In aliquem concitare odium*, Quintil. 6, 1, einem feindſchaft machen, erregen. *Odio alicui eſſe*, Virg. ecl. 8, 38. *In odio eſſe omnibus*: Cic. Att. 2, 21 pr. Et, *Odio eſſe apud omnes*, pro L. Manil. c. 22, bey iederman verhaßt ſeyn. *Venire in odium*, Id. de Fin. 2, 24, haß verdienen. Idem Phil. 2, 36 *Te tantum cepiſſe odium regni videbatur.* Multitudinis numero non tantum poëtæ utuntur; ut, *Premi odiis*, Claud. in Rufin. 2, 13; verum & alii, ut Liv. 21, 1 *Odiis prope majoribus certarunt, quam viribus*: & Curt. 4, 11, 4 *Quid opus eſt armis, inter quos odia ſublata ſunt?* ¶ 2. Pro faſtidio, tædio, Terentius poſuit Eun. 3, 1, 13 *Eum ſatietas hominum aut negotii odium ceperat*, er war der leute oder arbeit überdrüßig. Conf. 5, 5, 2.

¶ Odiōſus, *a, um*, qui in odio eſt, dem man nicht gut iſt, dem man gram iſt, verhaßt. Ter. Hec. 4, 3, 13 *Odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis.* Cic. de Senect. c. 2 *Senectus ſic plerisque ſenibus odioſa eſt, ut onus ſe Ætnâ gravius dicant ſuſtinere.* Id. de Amic. c. 20 *Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium*, es ſind verdrießliche leute. Id. in Verr. l. 4 c. 20 *Accuſator odioſus.* Ter. Phorm. 5, 7, 44 *Si porro eſſe odioſi pergitis, &c.* conf. Plaut. Curc. 1, 1, 7; Bacch. 1, 3, 28, & ſæpe alias. *Paleſtrici motus ſunt odioſiores geſtus*, Cic. Off. 1, 36. Et, *Ad reliqua aliquanto odioſiora pergamus*, Idem de Orat. 3, 13. *Nihil odioſius eſt affectatione*, Quintil. 1, 6. *Odioſiſſima aliis natio*, Phædr. 2, 6, 4. Et Capitol. Albino c. 11 *Vxori odioſiſſimus fuit.*

¶ Odiosĭcus, *a, um*, idem; ut, *Paraſiti odioſici*, Plaut. Capt. 1, 1, 19.

¶ Odiōſe, adv. verdrießlich. Cic. de Orat. 2, 65 *Odioſe interpellare.* Id. de Clar. Orat. c. 82 *Si quis eos, qui nec ineptе dicunt, nec odioſe, nec putide, Attice putat dicere, &c.* Plaut. Bacch. 4, 9, 139 *Odioſe facis*, i. e. moleſtus es. conf. Id. Truc. 2, 7, 57. Nazar. Paneg. Conſtantini c. 16 *Odioſe obloqui.*

¶ Odibĭlis, *e*, idem quod odioſus, odio dignus, verhaßt. Accius ap. Priſcian. 6 p. 709 *Gnati mater peſſimi odibilis*, &c. Lamprid. Heliog. c. 18 *Vitâ, moribus, improbitate ita odibilis, ut ejus nomen ſenatus eraſerit.* Vſus & Ambroſius epiſt. 14, ſæpe, & vulg. Int. Rom. 1, 30, &c.

¶ Coodibĭlis, *e*, ſimul odioſus. Tertull. adv. Marc. 4, 9 *Apud συμμισούμενον, id eſt coodibilem.* Et c. 36 *Coodibiles hæretici.*

¶ Exodiōſus, *a, um*. Gloſſ. lat. gr. *Exodioſa* μεμισημένη.

¶ Exōſus, *a, um*, active plerumque ſignificat, qui odio habet, vel habuit, der da feind iſt. Curt. 8, 7, 12 *Patrios mores exoſus es.* Virg. Æn. 5, 687 *Si nondum exoſus ad unum Trojanos.* ¶ 2. Paſſive idem ac *odioſus*, verhaßt. Gell. 2, 18 *Non omnes omnino Diis exoſi ſunt, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur.* Eutrop. 7, 24 *Ob ſcelera univerſis exoſus.* conf. Macrob. Sat. 1, 11; Ammian. 18, 3.

¶ Perōdiſſe, in magno odio habere, ſehr haſſen. Manilius 5, 409 *Quisquis vero favit, culpamve perodit.* Sic in Vopiſci Aurel. c. 21 Salmaſius legi cupit: *Perodiendum talem principem, non optandum*; al. *perfodiendum.*

¶ Perōſus, *a, um*, gehäßig. Liv. 3, 34 *Plebs conſulum nomen haud ſecus, quam regnum peroſa erat.* Suet. Tib. c. 21 *Dii te valere nunc & ſemper patiantur, ſi non populum Rom. peroſi ſunt.* Prudent. Eulalia v. 41 cum patrio caſu, *Peroſa quietis.* ¶ 2. Paſſive verhaßt. Val. Fl. 6, 289 *Si fata peroſo tarda tibi.* Juvencus Hiſt. Evang. 3, 482 *Melius fuerit thalamis caruiſſe peroſis.* Tertull. de Pœnit. c. 5 *Erit tanto magis peroſus Deo.* Comp. Id. de Anima c. 1 *Veritas tanto peroſior, quanto plenior.*

¶ Perōdiōſus, *a, um*, ſehr verhaßt. Cic. ad Att. 13, 22.

¶ Subodioſus, *a, um*, aliquanto odioſus, verdrießlich.

ODINOLYON, *ontis*, m. ὠδινολύων, piſcis, quem Latini *remoram* vocant. Sic dictus quod ſale adſervatus & adalligatus gravidis partus ſolvat, Plin. 32, 1. Alii legunt *odynolytes*, ὀδυνολυτης.

ŏDĪTES, *æ*, m. unus ex Centauris in Ovid. Met. 5, 97; & 12, 457.

ŏDO, *ōnis*, m. a gr. ὀδόνη, calceus laneus, ſive ſolea lanea, ein filtzſchuch oder ſocke, fußſocke, l. 25 § 17 ff. de aur. argent. Quidam malunt legere *Vdo*, de quo infra.

ŏDONTAGRA, *æ*, f. ὀδοντάγρα, forfex, qua dentes evelluntur, ein inſtrument zum zahn ausbrechen, ab ὀδὼς *dens* & ἄγρα *captura.*

¶ Odontalgia, *æ*, f. ὀδονταλγία, dentium dolor, zahnſchmertz, zahnwehtagen.

¶ Odontotrimma, *ătis*, n. ὀδοντότριμμα, *dentifricium*, zahnpulver.

¶ Odontītes, *is*, f. ὀδοντίτης, herba inter fœni genera, quæ dentium dolori medetur. Plin. 27, 12.

¶ Mŏnōdos, vide ſupra in M. ſeorſum.

ŏDŏPĔTA, *æ*, f. dubiæ admodum ſignificationis vox apud Petron. c. 35 *Super ſagietarium odopetam impoſuerat.* Alii legunt ōtopeta & exponunt, *leporem* ſecundum vetus gloſſarium, in quo ὠτοπετὴς eſt *auritus* ſcil. lepus. Vid. Comment. edit. Petronianæ & eris paullo incertior.

ŏDOR, *ōris*, m. ὀδμή, der geruch. *Omnis odor ad ſupera fertur*, Cic. N. D. 2, 56. *Odor vini*, Plaut. Curc. 1, 1, 81. *Odor evaneſcit*, Plin. 13, 1, der geruch vergehet. Iuvenal. ſat. 14, 204 *Lucri bonus eſt odor ex re Qualibet.* Quod in Veſpaſianum poëta dixit, qui reprehendenti filio Tito, quod etiam urinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admovit ad nares, ſciſcitans, *num odore offenderetur?* v. Suet. Veſp. c. 23. ¶ 2. Res odorata, quæ odorem de ſe ſpargit, per metonymiam cauſſæ. Lamprid. Heliog. c. 31 *Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi*, räuchwerck. Conf. Plaut. Menæch. 2, 3, 3; Horat. 2 epiſt. 1, 269; & 1 Od. 5, 2; Colum. 12, 20. ¶ 3. Per metaphoram ponitur pro tenuiſſimo rei alicujus guſtu, ut Barth. Adverſ. 17, 2 interpretatur. Cic. Att. 4, 16 *Eſt nonnullus odor dictaturæ.* Id. pro Cluent. c. 27 *Odore ſuſpicionis corruptus.* Lactant. 6, 12 de Philoſophis: *Quaſi odore quodam veritatis retenti propius aberraverunt*, ſie haben es etlicher maſſen gerochen. ¶ 4. *Odos* pro *Odor*, antique apud Lucret. 4, 88; & 6, 885 & 952. Adde & Plaut. Curc. 1, 2, 5 &c. Sall. Iug. 44, 4 Cort.

¶ ŏdōrus, *a, um*, quod odorem ſpirat, wohlriechend; ut, *Odora res*, Varro L. L. 5, 8. *Flos odorus*, Ovid. Met. 9, 78. ¶ 2. Quod olfactu præſtat. Virg. Æn. 4, 132 *Odora canum vis*, hoc eſt, canes odore veſtigantes, ſeu veſtigatores, ſpürhunde.

¶ ŏdōro, *are*, θυμιᾶν, odore replere, riechend machen. Ov. Met. 15, 734 *Thura ſuper ripas &c. odorant æra fumis*, ſie räuchern. Colum. 9, 4 *Crocus colorat odoratque mella.*

¶ ŏdoror, *ari*, olfacere, riechen. Colum. 6, 2 de bobus domandis: *Nares perfricato, ut hominem diſcant odorari.* ¶ 2. Cicero hoc verbo metaphorice frequentiſſime uſus eſt; ut, *Sagaciſſime odorari, quid*

quid existiment judices, de Orat. 2, 44, mercken, gewahr werden. *Pervestigare & odorari*, Id. Verr. 4, 13. Et Att. 4, 14 *Tu soles festine odorari*, du hast eine dünne nase. Ibid. 4, 8 extr. *Tu velim e Fabio odorere.* Et 14, 22 *Odorari quid futurum sit.*

¶ Odōrans, *tis.* Plaut. Mil. 2, 2, 113 *Ibo odorans quasi canis venaticus.* Cic. in Pison. c. 34 *Vestigiis odorantes ingressus tuos.*

¶ ŏdōrātus, *a, um*, quod vel proprium, vel aliunde acceptum odorem spirat, riechend: ut, *Cedrus odorata*, Virg. Georg. 3, 414. *Rosæ odoratæ*, Tibull. 1, 3, 62. *Serta odorata*, Ovid. Trist. 5, 3, 3. Plin. 21, 7 *Hortensium odoratissima, quæ ficca: quædam vetustate odoratiora, ut cotonea; &c.* ac 15, 28 *Tenue vinum odoratius.* Apul. de Mundo p. 74 *Cupressorum odoratius lignum:* Et rursus Plin. 15, 29 *Myrtus odoratissima.*

¶ Odoratus, *ūs*, m. subst. der geruch, das riechen. Cic. Acad. Qu. 4, 7 *De gustatu & odoratu loqui.* It. N. D. 2, 63 *Pomorum odoratus & aspectus.*

¶ Odoratio, *ōnis*, f. vis odorandi, idem, Cic. Tusc. 4, 9 *Voluptas odorationum.*

¶ Odorāmen, *ĭnis*, n. & Odoramentum, *i*, n. quicquid odoris gratia habemus, wohlriechende specerey, räuchwerck. Macrob. præf. 1 Sat. *Confusura omnium succos odoraminum in spiramentum unum.* Plin. 21, 7 *Omnium odoramentorum differentia est in colore & odore & succo.* Colum. 11, 2 *Odoramentis condire vina.*

¶ Odōrārius, *a, um*, riechend; ut, *Myrrha odoraria*, Plin. 12, 16. ¶ 2. Item, qui odores vendit, aromatopola, ein würtzkramer.

¶ Odoratīvus, *a, um*, idem; ut, *Semen odorativum*, Apulejus de Herb. c. 79.

¶ Odefacio, *ĕre*, pro *olfacere*; quæ vox a græco ὀσμὴ tracta est apud Festum.

¶ ōdōrĭfer, *a, um*, wohlriechend; ut, *Arabia odorifera*, so viel wohlriechende dinge giebt, Plin. 5, 11. Et Silius 16, 309.

Odoriferis adspergit floribus aras.

¶ Odōrĭsequus, *a, um*, Liv. Andron. *Odorisequi canes*, spürhunde.

¶ Exōdōratus, *a, um*, ausgeräuchert, ir. verrochen. Tertull. de Pallio c. 4 *Exuvie diu mollitæ & evigoratæ, & exodoratæ.*

¶ Inŏdōro, *are*, odore inficere, riechend machen. Colum. 11, 3 de allio: *Mandentium halitus inodorat.*

¶ Inodōrus, *a, um*, adj. sine odore, apud Gellium 7, 9 in veteribus libris, (nam *inora* hodie vulgatum est, de quo infra in *Os*, dicemus) reperitur, & apud Nonium in *Inauditus* 2, 463.

¶ Subodōror, *ari*, eine dünne nase haben, es leicht mercken, abnehmen. Ammian. 26, 1 *Implendi negotii præsagus, ut subodorari dabatur.*

ODRŸSA, *æ*, f. urbs Thraciæ; Hinc *Odrysarum gens*, Plin. 4, 11.

¶ Odrysius, *a, um*, adject. idem quod Thracius; ut, *Rex Odrysius*, Ovid. Met. 6, 490. *Hasta Odrysia*, Stat. Achill. 1, 485. *Odrysius boreas*, Silius 5, 571. *Odrysius dux*, Ovid. Art. am. 2, 134 est Rhesus.

Odynolytes, vide *Odinolyon.*

ŌDYSSĒA, *æ*, f. Ὀδύσσεια, Homeri opus de erroribus Ulyssis, viginti quatuor libris absolutum, ab Ὀδυσσεύς, *Ulysses.* v. Cic. de Clar. Or. c. 18; & Gell. 3, 16. Auson. Epit. 5 *Perlege Odyssean omnia nosse volens.*

OE, Diphthongus frequenter in u mutatur, ut *Pœni Punicus, mœrus murus, mœnio munio, mœnera munera*, v. Drakenb. ad Sil. 3, 257. Ita *œnus, cœrare, œsus* pro *unus, curare, usus* sunt. Cic. de Leg. 3, 3 & 4.

OEA, *æ*, f. urbs Africæ. v. Drakenb. ad Sil. 3, 257.

OEAGRVS, *i*, m. pater Orphei vatis, &, ut volunt, fluvius Thraciæ. Hinc

¶ Oeagrius, *a, um*, adject. ut, *Oeagrius Hebrus*, quod ex Oeagro fluat, Virg. Georg. 4, 524. *Oeagrii nervi*, Silius 5, 463. conf. Manil. 5, 322.

OEBĂLVS, *i*, m. Ὄϊβαλος rex Oebaliæ, quæ Laconia est. ¶ 2. Alius, Telonis, regis Caprearum insulæ prope Neapolim, filius, de quo Virg. Æn. 7, 733 *Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur &c.*

¶ Oebalia, *æ*, f. regio Laconiæ, Statius 1 Achill. v. 20

Solverat Oebaliæ classem de litore pastor Dardanus &c.

¶ 2. *Oebalia* altera in Italia est prope Tarentum Calabriæ. Virgil. Georg. 4, 125 *Sub Oebaliæ memini me turribus altis &c.* Quod ipsum ex priori notione emanavit: nam Tarentum Lacedæmonii condiderunt.

¶ Oebălides, *æ*, m. patronymicum apud Ovid. in Ibin v. 588 *Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas*, i. e. Hyacinthus, qui Lacon fuit.

¶ Oebalis, *ĭdis*, f. patronymicum, positum pro adjectivo apud Stat. 1 Silv. 2, 150

Queis purpura sæpe
Oebalis, & Tyrii moderator livet aheni,

hoc est, ostrum Laconicum & murex Tyrius.

¶ Oebalius, *a, um*, adj. Idem Statius Theb. 9, 690

Ipse bis Oebalio saturatam murice pallam, &c.

Idem 3 Silv. 2, 10 *Oebalii fratres*, i. e. Laconici Castor & Pollux. Apud Silium 12, 451 *Oebalii nepotes* sunt Tarentini.

OECHALIA, *æ*, f. pars Laconiæ, & civitas in ea, de qua Virg. Æn. 8, 290

Vt bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamque Oechaliamque ut duros mille labores, &c.

Conf. Ovid. Met. 9, 136; & Heroid. epist. 9, 3.

OECLĪDES, *æ*, m. apud Ovid. Met. 8, 317 *Amphiaraus*, Oeclei filius, de quo s. l.

Oeconomus, &c. vide mox in *Oecos.*

OECOS, *i*, m. οἶκος, *domum* significat, ein haus, item, partem domus nobilem, in qua convivia celebrantur, ein saal. Vitruv. 6, 10 *Constituuntur æci magni.* It. *quadrati*, 6, 5. Cœnationibus œcos esse aptos, constat ex eodem loco, & Plin. 36, 25. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 77; & Io. Fr. Gronov. de Museo Alexandrino, T. 8 Thesauri Gron. p. 3743.

¶ Oecŏnŏmus, *i*, m. οἰκονόμος, distributor vel administrator rei familiaris, ein haushalter, schaffner, verwalter. ¶ 2. Pro *Oeconomus* in Iure pontificio & Novell. Iustinian. legitur passim *Iconomus.* Quam scriptionem defendunt Alciat. Parerg. 9, 3, & Gifanius apud Muret. 2 epist. 23, nempe quod οι Græcorum pronuntiari soleat ut *i* Latinorum. Videtur & hic aliis seculis aliud placuisse. Cur autem nos ab ea scriptione, quæ jam maxime probatur eruditis, recedamus, causa non est. L. 14 C. de Sacrosanct Eccles. *Oeconomus est, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur.* Et l. 33 § 4 C. de Episc. & Cler. *Dispensator pauperum* est *œconomus ecclesiæ*, kirchvater, almosenierer.

¶ Oecŏnomia, *æ*, f. οἰκονομία, procuratio vel administratio rei domesticæ, die haushaltung. ¶ 2. Est ordo, & dispositio quædam argumenti, ut omnia inter se quadrent nec pugnent priora cum posterioribus; Sulpitio Victori dicitur *dispositio artificiosa pendens a consilio auctoris.* Sic, *Oeconomia orationis, causæ*, dispositio dicitur, die ordnung, richtige theilung, einrichtung, apud Cic. Att. 6, 1. Quintil. 3, 3 *Quæ elocutionis sunt, Hermagoras subjicit œconomiæ, quæ græce appellata ex cura rerum domesticarum, & hic per abusionem posita, nomine latino caret.* Adde Vitruv. 1, 2.

¶ Oeconomĭcus, *a, um*, οἰκονομικός, rei familiaris procurandæ peritus, der sich auf die haushaltung verstehet, haushälterisch; ut, *Oeconomicus Xenophontis, Oeconomica Aristotelis.* vid. Cic. Off. 2, 24; & Colum. 11, 1; & 12, 1. ¶ 2. Apte & concinne constitutus, wohl eingerichtet. Quint. 7, 10 *Oeconomica totius causæ dispositio.*

¶ Antœci, m. pl. Ἀντοικοι, ab Antipodibus differunt, ac sunt, qui trans æquinoctialem Parallelum, æqua latitudine ab eodem distantem, nobis in hemisphærii sui conformi latere sunt siti, quibus nostri Antipodes Periœci sunt. *Antœci* autem dicuntur, quod non contrariam, ut Antipodes, sed diversam Austrini lateris terram habitent: cum quibus nobis convenit in unitate diei, imo meridiei, propter unitatem Meridiani. Verum cum apud nos longissimus est dies, apud illos brevissimus est, propter contrariam latitudinem. Differunt & aliis temporum a nobis varietatibus, sicut autumnus sit ipsis in ariete, cum nobis ver est: in cancro hiems, cum nobis est æstas; in primo gradu libræ veris sunt ipsis initia, cum nobis autumni; in capricorno bruma nobis, cum illis æstas sit.

¶ Diœcēsis, *is*, f. διοίκησις, administratio, a διοικᾶν, gubernare, ein amt, pflege, weichbild, gebiet. Usus eo aliquoties Cicero est in fam. & ad Att. epistolis, v. g. 3, 8 ad Appium: *Omnium diœcesium, quæ cis Taurum sunt, magistratus legationesque.* Adde 13, 67, & Att. 4, 5 extr. ubi Grævius laudat Turn. Adv. 5, 6, & Torrent. ad Sueton. Aug. c. 42. Plin. 5, 29 pr. *jurisdictiones* vocat, i. e. tribunalia, quo minora oppida convenire necesse habebant juris petundi causa. Constantini temporibus & insecutis Diœceses certum numerum provinciarum complectebatur, quæ simul collectæ parebant Vicario præfecturæ prætorianæ. v. H. Valesium ad Euseb de Vita Constant. 4, 36. ¶ 2. Ecclesiasticis Scriptoribus ita appellatur cujuscunque territorii jurisdictio ad unius civitatis episcopum pertinens: item *parœcia*, id est, pars episcopalis diœceseos, ut Salmasius de Episcopis, & du Fresne in Glossario mediæ Græcitatis docet, das kirchspiel, der sprengel. Sulp. Severus Dial. 2 c. 4 *Consequenti item tempore iter cum eo, dum diœceses visitat, agebamus.* Loquitur de S. Martino Turon. episcopo. v. Sidon. 7 ep. 6; & 9, 16 cum not. Sirmondi p. 102; Balsamon ad Canon. 17 Concil. Chalced. & Menzerus dissertat. de Concil. Nicæno p. 5.

¶ Diœcētes, *æ*, m. διοικητής, procurator, administrator, ein verwalter, verweser. Cic. pro Rabir. Post. c. 8 *Diœcetes fuit regius, & quidem in custodia etiam fuit regia.* Et c. 9 *Id facere non poterat, nisi Diœcetes: hoc enim nomine utitur, qui a rege esset constitutus.*

¶ Metœcus, *i*, m. μέτοικος, colonus, advena, ein antommling. Eumenius Paneg. Flavienſium nomine c. 4, *Civitatem jacentem erigere, metœcis undique transferendis.* Suidas: Μέτοικοι, οἱ ἀφ' ἑτέρας πόλεως μεταστάντες, καὶ εἰς ἑτέραν οἰκοῦντες, qui aliam urbem inhabitant, priore relicta.

¶ Mŏnœcus, *i*, m. μόνοικος, portus & statio Liguriæ, ubi Hercules pulsis aliis solus habitavit, unde portus Herculis. vid. Virg. Æn. 6, 830; Lucan. 1, 408 & Sil. 1, 184.

¶ Parœcus, *i*, m. πάροικος, plur. *Paroeci* ejusdem fani accolæ & consortes, die in eine pfarr oder kirchspiel geboren, pfarrkinder, πάροικοι enim etiam πρόσοικοι dicuntur, id est, *vicini*, Latine magis proprie *curiales*, nachbarn. Et *curia*, sacra vicinia, eine pfarr. De hac, & parœciæ voce vide Grotium in Lucæ c. 24 p. 832.

¶ Parœcia, *æ*, f. παροικία, eine nachbarschaft, ein kirchspiel. Sumitur nonnunquam pro tota diœcesi, ut apud Augustinum epist. 261: Aliquando pro singulari ecclesia. vid. infra in *Parochia*; & Hospinian. de Templ. 1, 8 p. 51. Petr. de Murga Disput. Moral. & Canon. Tract. 8 T. 1 & Zimmerm. Anal. Menstr. 1 p. 8.

¶ Periœci, m. pl. περίοικοι, circumcolæ, qui sub eodem parallelo, & meridiano, per polos ducto habitant; qui simul hiemem, simul æstatem, & tempora anni reliqua, nobiscum habent; in hæc tantum a nobis diversi, quod nec eumdem ortum nec occasum habent noctis, & contra. v. Vadian. in lib. 1 Pomp. Melæ.

¶ Proœconomia, *æ*, f. pro dispositione aliquoties dicitur a Servio in Virgil.

¶ Synœcium, *i*, n. συνοικία, cohabitatio, contubernium, eine wohnung, logement. Petr. c. 93 *Aliquis ex his, qui in eodem synœcio potant*, ubi plura unius domus conclavia intelliguntur.

¶ Synœcēōsis, *is*, f. συνοικείωσις, figura sententiæ est, quæ duas res diversas vel divisas conjungit: ut, *Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet.* Item, *Hominis avari atque astuti unum & idem vitium est, uterque enim pecunia sua nescit uti.* Rutil. Lupus. Adde Quintil. 9, 3.

OECVMĔNĬCVS, *a, um*, οἰκουμενικός, universalis, allgemein; ut *Synodus Oecumenica.* Οἰκουμένη orbem terrarum significat: frequentissime Romanum imperium Lucæ 2, 1. v. Conring. de Concil. th. 11, & D. Ziegler ad Lancellot. Iur. Canon. p. 267 seqq. *Episcopus Oecumenicus*, appellatio scelesta olim & invisa fuit. v. Calixt. in Apparat. p. 268.

OEDĬPVS, *Oedipi* & *Oedipŏdis*, m. filius Laji regis Thebarum, sic dictus a tumore pedum, contracto ex suspendio ab arbore, pedibus gladio

dio perforatis, cum infans paſtori occidendus a patre traditus fuiſſet ab οἰδέω, *tumeo*, & πούς, *pes*. Ter. Andr. 1, 2, 23 *Davus ſum, non Oedipus*, ich bin ein einfältiger Kerl, und kein gelehrter. Oedipus enim Sphingis ænigma diſſolvit, ad quod Plautus alluſit Pœnulo 1, 3, 34 *Oedipo conjectore opus eſt*. Fabulam Oedipi habes apud Sophoclem Oedipo Tyranno v. 1032 & ſeqq. itemque Euripidem in Phœniſſis v. 27 & ſeqq. Et in Senecæ Oedipo.

¶ Oedipŏdes, æ, m. οἰδιπόδης, idem. Statius Theb. 1, 17

Limes mihi carminis eſto
Oedipodæ confuſa domus. Conf. Martial. 10 epigr. 4.

¶ Oedipŏdiōnius, *a, um*, adject. ut, *Oedipodioniæ Thebæ*, Lucan. 8, 407. Et Ovid. Met. 15, 429 *Oedipodioniæ, quid ſunt niſi fabula, Thebæ?*

¶ Oedipŏdiōnides, æ, m. Οἰδιποδιονίδης, patronymicum apud Statium Thebaid. 1, 313.

OENAGRA, æ, f. οἰνάγρα, herba eadem quæ *œnotheras*, Dioſc. 4, 113.

OENANTHE, es, f. οἰνάνθη, herba Dioſcoridi 3, 126, Theophraſto & Plinio 21, 24 naſcens in petris. ¶ 2. Eſt & flos labruſcæ, Plin. 12, 28, ſive vitis ſilveſtris Dioſcoridi, wilde reben oder holtztrauben. Non autem *Filipendula* eſt, ut multi exiſtimarunt. Matthiol. p. 299.

¶ Oenanthīnus, *a, um*, adject. ex Oenanthe factus, ut *Oleum Oenanthinum*, apud Plin. 23, 4.

OENEATES, *is*, m. inter vina transmarina Plin. 14, 7.

OENEUS, dtrab. ſyllab. *ei*, m. Οἰνεύς, rex Calydoniæ fuit, pater Deianiræ, in cujus agros aprum vastantem Diana immiſit, quod ab eo in ſacrificiis neglecta fuiſſet. v Ovid. 8 Met. fab. 4.

¶ Oenēus, *a, um*, adject. tribus ſyllabis. Idem ibid. v. 281

Oeneos ultorem ſpernens per agros dilapſi aprum &c.

¶ Oenīdes æ, m. patronym. Idem ibid. v. 415 *Ad manus Oenidæ variat*, &c. id eſt, Meleagri, Oenei filii. Denique eſt

¶ Oeneīus, *a, um*, quatuor ſyllabis, adject. apud Statium Theb. 5, 661 *Oeneius heros.*

OENĪGĔNA, æ, m. *vino genitus*, apud Feſtum. Sed emendat Gothofr. *vino genitos* in *unigenitos*, cum æ pro *u* antique ponatur

OENŎGĂRVM, *i*, n. condimenti genus, eine weinbrühe. Apic. 1, 31; & 3, 21; & 5, 1. Hinc

¶ Oenogarātus, *a, um*; ut, *Porcellus œnogaratus*, Apic. 8, 7.

OENŎMĀVS, *i*, m. Martis filius, Elidis & Piſæ rex. Hic oraculo acceperat, ſe a genero ſuo interfectum iri. Igitur quum ejus filia Hippodamia a multis ambiretur, curule certamen procis propoſuit, ea lege, ut, qui vinceret, præmium Hippodamiam duceret; qui vero vinceretur, morte afficeretur. Victis igitur & occiſis 13, Pelops tandem, Tantali filius, Myrtili aurigæ dolo adjutus vicit; & Hippodamia nuptui & regno potitus eſt. v. Hygin. fab. 84. Stat. Theb. 1, 275 etc. ¶ 2. *Oenomaus*, Οἰνόμαος, Cynicus Cataractis, Porphyrio paullo ſuperior juxta Suidam; cum Plutarcho, Sexto, Agathobulo ſub Adriano A. celebris teſte Euſebio, Hieronymo in Chronicis. Mentio ejus apud Socratem Hiſt. Eccl. 3, 19, Nicephor. 10, 36, Euſeb. de præparat. Evang. 5, 10; & 6, 6, quibus e locis patet, eum de falſitate quoque oraculorum ſcripſiſſe.

OINŎMĔLI, n. οἰνόμελι, vinum mulſum, de quo Dioſc. 5, 16, mest ſüſſer wein. L. 9 D. de trit. vino vel ol. *Oenomeli plane, id eſt, dulciſſimum vinum conficiebatur.* Adde Pallad. Octob. 17; Apic. 7, 6. *Oenomelum* vocat Iſidorus 20, 3.

OENONE, es, f. Nympha Idæa, amore Paridis mutuo capta, antequam ille Helenam Menelai uxorem raperet. Exſtat epiſtola ejus ad Paridem inter Ovidianas quinta, qua de ejus perfidia conqueritur, utque Græcis Helenam reddat, ſuadet. ¶ 2. *Oenonen* inſulam, poſtea appellatam fuiſſe Æginam, vide ſupra in *Ægina*.

OENOPHŎRVM, *i*, n. οἰνοφόρον, vas ad vina ferenda aptum, ein weinfaß. Cic. de Fin 2, 8 *Vinum diffluam e pleno œnophoro*. Martialis 6 epigr. 89

Reddidit œnophori pondera plena ſui.

¶ Oenophŏrus, *i*, οἰνόφορος, ſtatua, ut videtur muliebris, opus Praxitelis. Plin. 34, 8.

OENŎPIA, æ, f. inſula, quæ & *Ægina*; vide ſupra *Ægina*.

¶ Oenŏpius, *a, um*, adject. ut, *Oenopii muri*, Ovid. Met. 7, 490.

¶ Oenopides, æ, m. (quem & *Inopidem* & *Enopidem* ſcribi invenies,) patria Chius fuit, celebris Geometriæ ſtudio, quem diſcendi cupiditate inventum Ægyptios adiiſſe, cognoſcimus e Diod. Sic. 1 part 2 c 6, cujus etiam verba repræſentat Euſebius de Præpar. Evang. 10, 2. Oenopides cum videret adoleſcentulum multos libros conquirentem, dixit: μὴ τῇ κιβωτῷ ἀλλὰ τῷ σώθι, *non ciſtæ, ſed pectori*, Anton. Monach. l. 1.

OENŎPOLA, æ, m. vini venditor, οἰνοπώλης, ein weinſchencke.

¶ Oenopōlium, *i*, n. οἰνοπώλιον, taberna vinaria, ein weinhaus, weinkeller. Plaut. Aſin. 1, 3, 48 *Quum a piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio.*

OENŎTHĒRAS, æ, m. οἰνοθήρας, herba magica hilaritatem afferens, Plin. 26, 11 & 14.

¶ Oenothēris, *idis*, f. eadem herba, Plin. 24, 17.

OENŌTRIA, æ, f. Οἰνωτρία, pars Italiæ, ſic vel ab *Oenotro*, vel a vini feracitate dicta. Sic & poſtea Italia ipſa vocata.

¶ Oenōtrius, vel Oenotrus, *a, um*, adject. Virg. Æn. 1, 532 *Oenotri coluere viri*, contracte. Et ſic Sil. 8, 220 *Oenotris æternum, numen in oris.* v. ibi Dan. Heinſ. & Drakenb. Et *Oenotria tellus*, Virg. Æn. 7, 85; *pubes*, Sil. 12, 587.

¶ Oenotrīdes, *um*, f. pl. duæ inſulæ contra Veliam, Pontia ſcilicet & Iſcia, Plin. 3, 7.

OENVS, *i*, m. Germaniæ fluvius, qui & *Ænus*, de quo ſupra: vulgo, der Inn. ¶ 2. *Oenus*, quod ap. Cic. de Leg. 3, 3, & in Inſcript. antiqua legimus, ἀπὸ τῆ οἰνῆ, i. e. μόνη, *unus*: unio e græco οἰνή. Sic *utor* ex *œtor*, & id genus alia deſcendunt, notante Reinelio de Lingua Punica ſtatim principio.

OESOPHĂGVS, *i*, m. οἰσοφάγος, gula, ſive meatus a faucibus usque ad ventriculum, per quem cibus & potus eo defertur, der ſchlund, die ſpeiſeröhre. vide Medicos.

OESTRVM, *i*, n. vel potius Oeſtrus, *i*, m. οἶστρος, inſecti genus, apibus & equis inſeſtum, eine weſpe, hummel, hornißt, roßbreme. Plin. 11, 16 *Naſcuntur in extremis favis apes grandiores, quæ ceteras fugant. Oeſtrus vocatur hoc malum.* conf. Colum. 9, 14; & Pallad. 6, 10. Hoc quoque infecto a Iunone agitatam eſſe Io pellicem, poſtquam in juvencam converſa eſt, refert Virg. Georg. 3, 147 *Cui nomen aſilo Romanum eſt, Oeſtron Graii vertere vocantes, &c.*

Hoc quæ agitantur armenta, eo impetu ferri ſolent, ut furere videantur. ¶ 2. Hinc *Oeſtrum* pro furore ponitur. Vet. Gloſſ. *Aſilas, furor*, οἰστρομανία. v. Feſt. & Virg. l. c. ibique Servium. In Eraſmi Adag. *Oeſtro percitus*, οἴστρῳ παραπληγείς, eſt ingenti animi cupiditate commotus, ac velut attonitus. Inprimis poëtæ quodam furore tamquam œſtro corripi dicuntur. Statius Theb. 1, 32.

Tempus erit, cum Pierio tua fortior œſtro Facta canam.

OESYPVM, *i*, n. & Oeſypus, *i*, m. οἰσύπη γῆ, οἴσυπος, ſordes adhærentes ovium lanis ſuccidis, unflat, ſo an der wolle hanget, ſchafbrallen. ¶ 2. Item, lana ipſa recens detonſa, nondum purgata, vellus ſuccidum, ſchmutzige wolle von ſchafen; quaſi οἶος ῥύπος, hoc eſt, *ovis ſordes*, Plin. 29, 2, qui eſt locus claſſicus. Fucandæ faciei adhibebant; unde Ovid. de Arte am. 3, 213.

Oeſypa quid redolent, &c. *Demtus ab immundæ vellere ſuccus ovis?* vid. Heinſ. Et rurſus de Remed. amoris 1, 353

Pyxidas invenies, & rerum mille colores,
Ut fluere in tepidos œſypa lapſa ſinus.

OETA, æ, montis nomen. Virgil. Culice v. 202

Et piger aurato procedit veſper ab Oeta.

Idem in Ciri v. 350 *Egelidum Oetam*, dixit. Sen. Herc. Oetæo v. 861

Hæc, hæc renatum prima qui videt diem,
Oeta eligatur.

Et in Hercule Fur. v. 132 *Iam caruleis vectus equis*
Titan ſumma proſpicit Oeta,

ut in codice Florentino legitur. Et recte: nam τὴν Οἴτην Græci appellant. Mons eſt inter Theſſaliam & Macedoniam, morte & ſepulcro Herculis clarus. v. Auguſt. de C. D. 18, 4. Plinius 25, 5 a Parnaſſo usque Pindum, partem in Thermopylas vergentem, *Oetam* proprie dici ſcripſit; & Livius 36, 15 ſcribit, *Extrema in orientem Montanorum Græciæ juga Octæ nomine vocari.* Ad cujus radices *Heraclea* quondam ab Hercule condita inſignis fuit, ſed ipſe mons exceſſu Herculis nobilior, de quo Silius 6, 453

Vix dum ſumma dies ſumma luſtrabat in Octa
Herculei monumenta rogi.

Idem 3, 43 *Inter quæ fulget jacratis ignibus Oete,*
Ingentemque animam rapiunt ad ſidera flammæ.

Quod Virgilius dixit eclog. 8, 30 *Tibi deſerit Heſperus Oetam*, ita accipi vult Servius, quod in eo monte ſtellæ videantur occidere, ſicut in *Ida* naſci. Imo potius id Virgil. dixit, eas ab Oeta oriri. vide Turneb. Adverſ. 37, 25, & Gevart. ad Stat. 5, 8.

¶ Oetæus, *a, um*, adject. ut *Hercules Oetæus*, Tragœdia Senecæ. *Oetæa faville*, Statius 4 Silv. 6, 53.

OETVS, *i*, m. ſunt & quibus *Oeteus* ſcribitur, aliis *Otus*, frater Ephialtæ, cum quo filius fuit Aloei. De quibus Virgil. Æn. 6, 582

Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cælum
Aggreſſi, ſuperisque Iovem detrudere regnis.

¶ 2. *Otus*, herba Ægyptia, Plin. 21, 15.

OFA, & OFFA, æ, f. fruſtum carnis, ein ſtück fleiſch. Proprie fuilla dicitur. Varro de L. L. 4, 22 PERNA *a pede ſuis. A nomine ejus* (Suis) OFFA & OFFVLA, *offa minima in ſue.* Quomodo vero *offa* a *ſue* dicatur, alius conjecerit. v. mox de *Offula* ſeorſum. Plaut. Mil. 3, 1, 165, & Nævius apud Feſtum *offam penitam*, offam pernam cum cauda vocarunt. v. Feſt. & ibi Scalig. Huc etiam pertinet illud *offam facere* ex hoſtibus, quod Plauto reſtituit Gronov. Mil. 1, 1, 8. ¶ 2. A carnibus ad alia transfertur: ein biſſen, ein mund voll. *Sordidi panis offas* Columella 9, 7 dixit. Idem 12, 14 *Quidam lectis ficis pediculos adimunt* &c. *tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant* &c. *hæc cum bene conculcaverint, & totam maſſam comminuæ ſici permiſcuerint, modicas offas foliis ficulneis involvunt.* Ita Feſto auctore glomerata puls *offa* dicta fuit veteribus Romanis. Et Plinius 18, 8 ut probet, paltem ediſſe priſcos pro pane, provocat ad Ennium, qui in fame deſcribenda, *offam cripuiſſe plorantibus liberis patres*, commemoret. In panificio *tractas* vocant paſtillos in longum productos, ut contra *offas* paſtillos in rotundum glomeratos. Ioſ. Scalig. 1 epiſt. 16 p. 107. Sic, *melle ſaporatam offam objicere*, Virg. Æn. 6, 420. *Neceſſe eſt, offa objecta cadere fruſtum ex pulli ore, cum paſcitur*, Cic. de Divin. 1, 15. *Quantas robuſti carminis offas Ingeris*, Perſ. ſat. 5, 5.

¶ Offula, æ, f. dimin. Colum. 12, 53 de ſalſura carnis fuillæ: *Deinde off ulæ carnis ſpiſſæ componuntur & alternis ſal ingeritur.* Ita & Varro *offulam* de fuilla dixit de R. R. 2, 4. Succ. Claud. c. 40 *Cum de laniis & vinariis ageretur, exclamavit in Curia: Rogo vos, quis poteſt ſine offula vivere?* Apul. 6 Met. p. 181 *Vnius offulæ præda.* Minutius Felix in Octavio c. 9 *Canis jactu offulæ ad impetum & ſaltum provocatus.*

¶ Offla, æ, f. pro *Offula*, Petron. c. 56 & 58.

¶ Öfella, æ, f. aliud diminut. pulpa, carnis fruſtulum, ut, *Aprugneæ ofellæ*, Apic. 7, 4. Et Iuvenal. ſat. 11, 144. *Exiguæ fruſtis imbutus ofellæ.* Martialis 14 epigr. 221

Parva tibi curvâ craticula ſudet ofella:
(F. leg. *Curva tibi parva*) *Spumeus in longa cuſpide fumet aper.*

Et 12 epigr. 48 *Me meus ad ſubitas invitet amicus ofellas.*

Ofellæ Puteolanæ ſunt in lemmate Cato. de R. R. c. ult. ſed in ipſo contextu nihil, quod huic nomini reſpondeat. Samon. 840 *Manabit lacteus caprifici ſuccus ofellam.*

¶ Offatim, adverb. fruſtatim, biſſen-weis, ſtückweis, in einzelen biſſen. Onomaſticum Vetus: *Offatim*, λεπτομερῶς. Plaut. Truc. 2, 7, 52 *Ego te hic hac* (machæra) *offatim conficiam*, ich will dich in ſtücken zerhauen. Conf. mox & v. 60.

¶ Offārius, *i*, m. *coquus, qui particulatim, id eſt, offatim excoquit*, Iſidor 20, 2.

Offendo, offenſa, &c. Offero, offerumentum, vide *Fendo, Fero.*

Officialis, officina, officinator, officio, officioſus, officiperda, officium, &c. Offigo, Offirmatus, vide *Facio, Figo, Firmo.*

Offecto, Offoco, vide *Fecto, Faux.*

Offrena-

Offrenatus, Offringo, vide *Frenum, Frango.*

Offucia, Offula, Offulcio, Offundo, Offufco, Offufus, vide *Fucus, Offa, Fulcio, Fundo, Fufcus, Fundo.*

OGDOAS, *ădis*, f. ὀγδοάς, Octonarius numerus. Tertull. de Anima c. 37 *Ogdoas nos non creat.* Idem de Præfcript. c. 33 *De prima ogdoade æonum.* conf. c. 49; & adv. Valentin. c. 7 & 20.

Oggannio, Oggero, vide *Gannio, Gero.*

OGMIVS, *i*, m. ita vocatus eſt a Gallis Hercules, quem eloquentiæ ſapientiæque Deum exiſtimabant. Effingebant autem ut ſenem calvum & rugoſum, leonino tergore indutum, qui dextera clavam tenens, arcum ſiniſtra, pharetram ex humeris pendulam haberet, hominum vero confertiſſimam multitudinem traheret, catenulis quibusdam tenuiſſimis e lingua ſua in ipſorum aures pertingentibus. vid. Lucian. T. 2 p. 365, cui hujus fabulæ confervationem debemus; & Steph. Forcatulus de Gallorum Imper & Philoſ. l. 1 p. 139 ſq. Nomen Ogmii, (Ὄγμιος) corruptum eſſe, cenſet Reineſius ac reformandum in Ὄγκιον, Ὄγγιον, vel etiam Ἀγώνιον, in Linguæ Punicæ ἰσοθεμ. lit. K. 2.

ŌGŸGES, æ, m. conditor & rex fuit Thebarum Bœotiæ, ſub quo diluvium ingens fuiſſe, Varro de R. R. 3, 1 ſcribit, in Attica ſc. regione, ex maris exundatione. conf. Aug. de C. D. 18, 8.

¶ Ogygius, *a, um*, adject. ut, *Ogygiis circumdata mœnia Thebis*, Virg. Ætna v 569. *Ogygius Deus*, i. e. Bacchus a Thebanis cultus, Ovid. Heroid. 10, 48. *Luxus Ogygii Iacchi*, Stat. Theb. 2, 84. *Ogygia mœnia*, i. e. *urbs Thebarum*, Feſtus.

¶ Ogygia, æ, f. inſula, ab Ogyge in ea regnante cognominata ab Homero 1 Odyſſ. alias *Calypſo*, Plin. 3, 10.

¶ Ogygides, æ, m. id eſt, Thebanus, apud Statium Theb. 2, 586.

OH, interjectio eſt comica diverſarum ſignificationum, quarum exempla Terentii & Plauti Comœdiæ ſuppeditant: moleſtum tamen affectum plerumque exprimit. *Oh, tibi ego ut credam?* Ter. Andr. 3, 5, 12. *Oh, iniquus es*, Id. Heaut. 5, 3, 8, &c. CAP. *Oh! oh! oh!* LO. *Ejulatione haud opus eſt*, Plaut. Capt. 2, 1, 6.

¶ Ohe, interjectio ſatietatem deſignans: *Ohe jam deſine Deos, uxor, gratulando obtundere*, laß es doch einmal gut ſeyn, höre doch auf ꝛc. Ter. Heaut. 5, 1, 6. *ohe jam ſatis eſt, ohe libelle*, Martial 4 epigr. 91. conf. Horat. 1 ſat. 5, 12; & Iuvenal. ſat. 7, 62.

¶ Oho! interjectio admirantis & gaudentis ap. Plaut. Pſeud. 4, 2, 31.

¶ Ohoho! idem. Plaut. Moſt. 1, 4, 12 *Ohoho! oculus es meus.*

OIAX, ὄιαξ, Græcis gubernaculi ſumma pars ſive anſa dicitur; ipſum etiam totum gubernaculum hoc nomine intelligi poteſt. vid. Pollux 1, 9; & Vitruv. 10, 8; ibique Philander.

ŌĪLĔVS, *ei*, tribus ſyllabis, rex Locrorum, pater Ajacis. Ovid. Met. 12, 622. Virgil. Æneid. 1, 41 *Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei.*

¶ Oīlīdes, æ, m. patronymicum. Propert. 4, 1, 117

Victor Oïlide rapa nunc & dilige vatem.

Olax, vide *Oleo, ere.*

OLBIA, æ, f. civitas Galliæ Narbonenſis, Ptolemæo 5, 5; & Melæ 2, 5. Vulgo *Eres.* ¶ 2. Pamphyliæ oppidum, juxta Cataracten ibidem, Plin. 2, 27. ¶ 3. *Olbia* Bithyniæ, quæ poſtea Nicæa, de cujus ſinu Mela 1, 19. ¶ 4. *Olbia* Sarmatiæ ad Boryſthenem, Plin 4, 11, & Mela 2, 1.

¶ Olbiānus, *a, um*, adject. ut, *Olbianus ſinus*, Mela 1, 19.

¶ Olbiopŏlis, *is*, f. ad Boryſthenem, Plin 4, 12.

OLCA, æ, f. gemma barbari nominis, aliis *Orca*, Plin. 37, 10.

ŎLEA, æ, f. ἐλαία, ein ölbaum, arbor duorum generum, altera ſativa, altera ſilveſtris. *Olea prima omnium arborum eſt*, Colum. 5, 8 pr. *Folia oleæ*, Plin. 21, 4; & *Rami oleæ*, Stat. Theb. 12, 468. Olim caſtitati hæc arbor conſecrata fuit: vide in *Oliva.* ¶ 2. Varro & Columella ipſos etiam fructus *Oleas* dixerunt, oliven; ut, *Olea conditanea*, quæ ad condituram aſſervatur, ap. Varr. R. R. 1, 24 pr. Et Horat. 2 epiſt. 1, 31

Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri,

proverbialiter dixit in conceſſa negantes & manifeſto falſa pro veris affirmantes; v. Chiliad. Hinc *Olearum oſſa* Suetonius dixit Claudio c. 8. ¶ 3. Ex olea arbore & *termini* ponebantur. Siculus Flaccus de Conditionibus agrorum: *In quibusdam regionibus palos pro terminis obſervant. Alii ilicevs, alii oleagineos, alii juniperos* &c. vid. & Arcadii Fragmenta Terminalia, & Innocentium de Caſis literatis apud Rigaltium. Hinc, *Extra oleas vagari*, eſt extra fines legitimos ſive terminos vagari, die ſchranken überſchreiten, aus dem geſchirr ſchlagen. vid. Scholiaſtem Ariſtophanis in Ranas a. 4 ſc. 1 ſub fin. in primis Victor. Var. lect. 31, 10.

¶ ŏleāceus, *a, um*, adject. vom ölbaum; ut, *Liquor oleaceus*, apud Plin. 35, 15 *Folia oleacea*, Id. 21, 4.

¶ ŏleāginus, *a, um*, idem; ut, *Radix oleaginea*, Virg. Georg. 2, 31. Et, *Oleaginæ virgulæ*, apud Nepotem 8, 4, 1. conf. Cato R. R. c. 43.

¶ ŏleāgineus, *a, um*, idem; ut, *Corona oleaginea*, Gell. 5, 6. *Oleaginea ſemina*, Varro R. R. 1, 40. *Folia oleaginea*, Plin 12, 26.

¶ Oleāgo, *ĭnis*, f. ſordes olei, unguentum craſſum ex oleo, ölhefen, ölſalbe.

¶ ŏleaſter, *tri*, m. olea ſilveſtris, ein wilder ölbaum. Virgilius Georg. 4, 20 *Ingens oleaſter obumbret.* Conf. 2, 314. Cic. Verr. 1, 23 *Hominem corripi ac ſuſpendi juſſit in oleaſtro quodam.* Apud veterem Irenæi interpretem *Oleaſter* fœm. gen. legitur.

¶ Oleaſtellus, *i*, m. dimin. Colum. 12, 49 *Oleam Calabricam quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum vocant.*

¶ Oleaſtro an Oleaſtrum? Bæticæ oppidum Plin. 3, 1 ſ. 3.

¶ Oleaſtrenſis, *e*, adject. ut, *Oleaſtrenſe* plumbi nigri ſpecies. Plinius 34, 17, ab *Oleaſtre* Bæticæ oppido dictum.

¶ Oleum, *i*, n. ἔλαιον, öl; ut, *Oleum viride*, Apic. 1, 28; *conditum*, Suet. Cæſ. c. 53. *Oleum camino addere*, Horat 2 ſat. 3, 321, proverbialiter dixit, pro, malo fomentum ſuppeditare. Sicut &, *Incendium oleo reſtinguere*, eadem figura dicitur, öl ins feuer gießen, übel ärger machen. *Oleum & operam perdere*, eſt operam & ſumtum perdere, hopfen und malz, mühe und unkoſten verlieren. Plaut. Pœn. 1, 2, 119 *Pol ego & oleum & operam perdidi.* Et Cic. Att. 2, 17 *Ne & opera & oleum philoſophiæ noſtræ perierit.* Ratio ducta a re culinaria eſt. Namque cum veteres omnes fere cibos cum oleo coxerint, coci, qui corrupiſſent cibos, *oleum & operam*, item *impenſam perdidiſſe* dicebantur. *Impenſa* autem fartura dicebatur, ut ex Apicio conſtat. Ita proverbium Iac. Nicol. Loenſis interpretatur Epiphyl. 7, 2; Barthius vero ad nocturnum oleum, hoc eſt, vigilias & lucubrationes refert, quem vide Adverſ. 22, 21.

¶ Oleāmen, *ĭnis*, & Oleamentum, *i*, n quod ex oleo factum, ut unguentum, ölfett, ſalbe. Vtroque uſus Scribonius Largus, illo Compoſitione 269; hoc, 222.

¶ Oleāris, *e*, zum ölgehörig; ut, *Oleares cotes*, quæ oleo, non aqua adſperguntur. Plin. 33, 14 *Cum in exacuendo* (ferro) *oleares cotes aquariæque differant, & oleo delicatior fiat acies.*

¶ Olearius, *a, um*, idem; ut, *Olearia ampulla*, Apul. 2 Florid. p. 346, ein ölkrug, ölflaſche. *Olearia cella*, Cicero Topic. c. 3, die ölkammer. *Dolia olearia*, Plin. 15, 8 pr. ölfaſſen. *Olearii fructus*, Vitruv. 6, 9.

¶ Olearius, *i*, m. ſubſt. qui oleum facit, vel vendit, ein ölſchläger. Columella 12, 50 *Diligentes olearii baccam integram prelo non ſubjiciunt.* conf. Plaut. Capt. 3, 1, 29.

¶ Oleātus, *a, um*, geölt, in öl gekocht. Cæl. Aurel. Acut. 2, 37 *Pultes non oleatæ.*

¶ Oleĭtas, *ātis*, f. die ölernöte; ut, *Vbi vindemia & oleitas facta erit, prela extollito*, Cato R. R. c. 68. conf. c. 114.

¶ Oleōſus, *a, um*, oleo plenus, öligt. Plin. 27, 12 *Semen oleoſum.* Idem 28, 9 *Butyrum eſt oleoſum natura*, hoc eſt, vim olei habet, pingue inſtar olei eſt.

¶ Olĕtum, *i*, n. ölgarten. Cato R. R. c. 1 & 3 &c. Alia notione vide proxime poſt in *Oleo.*

¶ ŏlīva, æ, f. olea ipſa & fructus, ein ölbaum, eine olive, cujus recrementum expreſſum *amurca* eſt. Cic. N D 2, 8 *Ex oliva naſci*, &c. *Palladi*, quæ perpetuo virgo credita, & caſtitati olim hæc arbor ſacra fuit. Pallad. 1, 6 *Græci jubent olivam, cum plantatur & legitur, a mundis pueris atque virginibus operandum: credo, recordati, arbori huic eſſe præſidem caſtitatem* v. Barth. ad 2 Theb Stat p. 653. Sed & *Paci* ſacra olea fuit. Vnde *Mitis oliva*, Ovid. Met. 7, 277; *Placita paci*, Virg. Georg. 2, 425; *Imbellis* Val. Flacco 5, 361. Hinc, qui petebant pacem ſupplices, olivæ ramum præferebant. Virgil. Æn. 8, 116

Paciferæque manu ramum prætendit oliveæ.

Inde Statius Theb. 12, 492 *ſupplicem* vocat. Vbi vetus Scholiaſtes SVPPLICIS, *per quam pax petitur ſupplicando* ¶ 2. *Olivarum* porro alia *Orchas* eſt ſeu *Orchites* rotunda ſcilicet, oliven: alia *radius*, hoc eſt, *Oliva oblonga*: alia *pauſia*, id eſt, nigricans præ maturitate: alia *regia* ſeu *majorana* ſeu *phaulia*, Φαυλία, *oliva condit. nat. Dioſp.*, oliva immatura eſt, *Sanſa* vel *Samſa*, oſſiculum olivæ eſt, der kern. vide Plin 15, 3 & 5; item Colum. 12, 47: &c.

¶ Olīvum, *i*, n. pro oleo, baumöl, dixit Virg. Georg 2, 466, *Corrumpitur uſus olivi.* Et Horat. 1 ſat. 6, 123 *Vngor olivo.* Ibidem 1 oda 8, 8 *olivum* palæſtritarum unguentum, ex cera oleo ſubacta factum. conf. Plaut. Pſeud. 1, 3, 67.

¶ ŏlīvētum, *i*, n. idem, quod öletum, Cic. de L. Agrar. 2, 25 *Olivetum fieri poteſt.* Id. de N. D. 3, 36 *Oliveta habere.* Colum. 5, 9 extr. *De olivetis hactenus dixiſſe ſatis eſt.* Horat. 2 oda 15, 7 *Oliveta fertilia.* Adde poſt paullo in *Olivitor.*

¶ Olīvārius, *a, um*, zu oliven gehörig; ut, *Mola olivaria*, l. 21 Dig. de Inſtructo vel inſtrum. legato. *Olivariæ metretæ*, Colum. 12, 47 fin.

¶ Olīvĭtas, *ātis*, f. tempus legendarum olivarum, die olivenleſung. Colum. 12, 50 pr. *Media eſt olivitas plerumque initium menſis Decembris.* Idem 1, 1 *Largiſſimæ olivitates.*

¶ Olīvītor, *ōris*, m. qui colit oleas, ein ölgärtner. Apul. 2 Florid. p. 350 *Ager fœcundior oliveto, nec vinitori, nec olivitori ſcalpitur.* Et Sidon. 2 epiſt. 9 *Colles exercentur vinitori & olivitori.*

¶ Olivīna, æ, f. Plaut. Pſeud. 1, 2, 76 *Olivinam domi habent maximam.* Sic MSS. vid. ibi Taubm. Apud Feſtum eſt *Oliveta.*

¶ Olīvo, *āre*, olivas legere, oliven leſen. Plin. 15, 3 *Olivantibus lex antiquiſſima fuit: Oleum ne ſtringito.*

¶ Olīvĭfer, *a, um*, ferax olivæ, da ölbäume wachſen. Ovid Faſt. 3, 151 de Numa:

Primus oliviferis Romam deductus ab arvis.

conf. Virgil. Æneid. 7, 711. Et Prudentius Tetraſticho 44

Montis oliviferi Chriſtus de vertice ſurſum
Ad Patrem rediit.

¶ Olifera, *orum*, n. pl. quæ ex liquamine, oleo & mero inferuntur, aliis *olifatra*, Apic. 3, 10.

¶ Oleomella, æ, f. arbor naſcens in Palmaria Syriæ civitate, ex cujus trunco oleum diffluit in craſſitudine mellis & ſaporis ſuavis. v. Iſidor. 17, 7.

¶ Oleoſelīnum, *i*, n. apii ſpecies, Iſidor. 17, 11.

OLEĀROS, *i*, f. inſula una Cycladum, Virgil. Æn. 3, 127. Stat. Achill. 2, 3. ¶ 2. Dicitur etiam *Oliaros* Ovid. Met. 7, 470; & Plin. 4, 12.

Oleitas, Olentia, olenticetum, vide *Olea, Olco.*

ŌLĔNVS, *i*, Ætoliæ oppidum, ubi Iovem ferunt educatum lacte capræ Amaltheæ, quæ inde dicta *Olenia*, Plin. 4, 5. Conf. Cellarii Geog. Ant. L. 2 c. 7 p. 895. Huic urbi nomen fecit ¶ 2 *Olenus*, Vulcani filius, in lapidem convertus. vid. Ovid. Met. 10, 69. Hyg. Aſtron. 2, 13. ¶ 3. *Olenus* Calenus, Hetruriæ celeberrimus vates, Plinio 28, 2.

¶ ōlenius, *a, um*, poſſeſſivum. Ovid. Faſt. 5, 113

Naſcitur Oleniæ ſignum pluviale Capellæ.

Ita Her. 18, 188 *Olenium pecus* de eadem. Quod Statio Theb. 3, 25 *Aſtrum Olenium* eſt. Rurſus Ovid c. l. v. 251

Oleniis flos miſſus ab arvis.

¶ ōlenides, æ, m. patronym. apud Valer. Flacc. 3, 204.

ŎLEO, *ŏlui, ĭtum*, (& *ēvi, ētum*), *ŏlēre*, proprio & primario ſuo ſignificatu creſcere eſt, augeri πρὸς τὸ ὄλον, ut Scaliger cenſet, wachſen, zunehmen; inde *Adoleo, Indoleo* & *Indoles*, id eſt, incrementum: *Suboleo*, unde *Suboles*, quod ſuccreſcit patri, de quibus in compoſitis infra. Hoc ſignificatu verbo *Olere*, uſus eſſe quibusdam videtur

tur princeps Christianorum poëtarum Prudentius hymno ad incensum lucernæ v. 21

Nectar, inquit, *de liquido vertice fœtidum*
Guttatim lacrymis stillat olentibus.

Ibi enim Iso Magister in Glossis: *Olentibus, i. e. crescentibus.* Neque tamen res est extra controversiam. Certe ad gratum ceræ odorem, de quo sæpe poëtæ, retulit I. F. Gronov. Observ. Eccles. c. 5 p. 53. ubi hunc locum ab ineptis interpretationibus vindicat. ¶ 2. *Olere*, est odorem spirare, einen geruch von sich geben, riechen, stincken; ut, *Bene, jucundè, male olere*: Martialis 2 epigr. 12

Postume, non bene olet, qui bene semper olet:

hoc est, fœtorem oris vel aliud malum tegit, qui unguentorum odorem sibi conciliat. Plaut. Most. 1, 3, 116 *Mulier recte olet, ubi nihil olet.* Add. Cic. Att. 2, 1. Et, *Olet lucernam*, i. e. multo studio elucubratum est. vid. Chiliad. Sic fere, *Olere Musas*, Sidon. 5 epist. 17. *Olere hircum*, Horat. 1 sat. 2, 27. *Olerunt vina Camœnæ*, quæ scil. biberunt, idem 1 epist. 19, 5. Et, *Olere nardo*, cum ablativo, Propert. 4, 7, 32 *Cur nardo flammæ non oluere meæ?* i. e. Cur non infudisti rogo meo nardum? Ov. Her. 15, 76 *Non Arabo nostri rore capillus olet*, ubi plura Heins. add. Giosa. ad Ovid. met. 5, 405. ¶ 3. Interdum idem est ac prodere, indicare: Cic. pro Rosc. Com. c. 7 *Non ne id olere malitiam & clamitare calliditatem videntur.* Etiam Germ. riecht darnach. ¶ 4. Etiam *Olëre*, tertia conjugatione, antiqui dixere; ut, *Olat, Olant*, Afranius & Pomponius apud Nonium 2, 693. Adde Plauti fragmentum, quod supra in *Arabice* ex Diomede produximus.

¶ Olens, *tis*. *Rami olentes*, Virg. Georg. 1, 188. *Olenti in formice stare*, Hor. 1 sat. 2, 30. Conf. Prod. 10, 1. Sic, *Bene olens*, v. *Bene* in *Bonus*; *Graveolens*, v. *Gravis*; & *Suaveolens*, v. *Suavis*.

¶ Ŏlentia, *æ*, f. der geruch. Tertull. adv. Marc. 2, 22 *Suavis olentia gratia.* conf. infra *Suaveolentia* in *Suavis*.

¶ Olentica, *orum*, n. pl. mali odoris loca: Paulus, Festi interpolator.

¶ Olentĭcētum, *i*, n. sterquilinium, ein mißhaufen. Apulejus Apolog. p. 278 *Semper in fœtutinis & olenticetis suis jacet.*

¶ Olĕtum, *i*, n. subst. stinckender unflat, dreck. Gloss. *Oletum*, κόπρος. Festus exponit per *flercus humanum*. Persius sat. 1, 112

Hoc juvat: hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Aliam hujus vocis significationem vide paullo ante in *Olea*.

¶ Oleto, *are*, oleto inquinare, besudeln, garstig machen. Lex apud Frontinum de Aquæduct lib. 2 p. 249 *Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit. Si quis oletarit, sestertiorum X. M. mulcta esto.* Vetus Inscriptio apud Reines. Class. 7 n. 2 eamdem legem reperit.

¶ Oleſco, *ĕre*, i. e. crescere, wachsen, autoritate Festi in *Suboles*. Et Lucret. 2, 1128 *Donicum olescendi flammum tetigere cacumen.* Ita Lambinus vult legi al. *alescendi*.

¶ ŏlĭdus, *a, um*, stinckend; ut, *Olida vestes murice*: apud Martial. 1 epigr. 50 & *Olida vulpes*, apud eund. Murice tinctas enim vestes fœtere idem Martialis docet 4, 4, 10 epigr. 37. *Olidus veternus*, Catull. 17, 24. Rutil. Itin. 1, 624 *Atque olidum doctas nosse cubile caves.* Superl. *Olidissima hasta*, Petron. c. 21.

¶ Olax, *ācis*, idem quod *Olidus*. Mart. Capella lib. 1 *Olacis temeti mador.* Idem lib. 2 *Olax acerra.*

¶ Olfácio, vide mox post composita ab *Oleo*.

¶ Graveolens, Graveolens, Suaveolens, vide *Gratia*, *Gravis*, *Suavis*.

Composita ab *Oleo* præteritis variantia:

¶ Abŏleo, *ui, itum*, & *évi, ētum, ēre*, abschaffen, abthun, austilgen. Virg. Æn. 4, 497

Abolere nefandi Cuncta viri monumenta jubet.

Liv. 3, 38 *Haud ignari, tentatiunem eam fore abolendi sibi magistratus*, hoc est, abrogandi, absetzen. Quintil. 1, 5, 45 *Si consuetudo vicerit, vetus lex formonis abolebitur.* Et, *Abolere testamentum*, Vellej. 2, 58, 2. ¶ 2. Etiam absolute & neutraliter pro *Exolescere*, abkommen verachen. Liv. 1, 23. *Cum ve nomen quoque vetustate abolevit.* Id. 9, 36 *Cladis Caudinæ nondum memoria abolverat.* Et Gell. 20, 1 *Pœna abolevit*, i. e. in desuetudinem abiit. conf. Perizon. ad Sanct. 4, 14. Pass. Virg. Æn. 11, 789

Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis.

¶ Abolesco, *ĕre*, verachen, vertilget werden. Virg. Æneid. 7, 232 *Tantique abolescet gratia facti*, hoc est, abolebitur. Et Colum. 3, 2 *Unus fecitatibus non abolescit*, verdirbt nicht.

¶ Abolitus, *a, um*, abgeschafft, aufgehoben, vertilget; ut, *Nomen abolitum*, Plinius 14, 4. *Abolitis & obliteratis elementis*, Gell. 12, 1. *Abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est*, Quintil. 1, 6. *Corpus igni abolitum*, verbrannt, Tac. An. 16, 6, 3.

¶ Abolītio, *ōnis*, f. die abschaffung; ut, *Abolitio legis*, Suet. Aug. c. 34: *Abolitio sententiæ*, Tac. An. 6, 2, 5. Et Ulpianus ad SC. Turpil. Lege 13 *Interveniente publica abolitione ex senatus consulto.*

¶ Abŏlītor, *ōris*, m. qui abolet, ein vertilger. Tertull. de Cultu fœmin. (seu Habitu mulier.) 1, 3 *Scriptura Enochi ante cataclysmum edita, post eum casum, omnium rerum abolitorem, falsa.* Auson. Grat. act. c. 2 *Summus abolitor omnium*, der alles verwüstet macht.

¶ Abŏlēfácio, *ĕre*, idem quod *abolere*. Tertull. Apolog. c. 35 *Civitatem tabernæ habitu abolefacere.* Hinc

¶ Abolefactus, *a, um*, abolitus. Idem Tertull. de Habit. mul. c. 3 *Scriptura abolefacta violentia cataclysmi.*

¶ Adoleo, *ui* & *évi, itum, ēre*, cremare, incendere, räuchern, anzünden. Virgil. Æneid. 7, 71 *Adolet altaria tædis*, i. e. thus ad altaria. Id. ecl. 8, 65 *Verbaque sanque adole pingues* &c. Ubi Servius; ADOLE, i. e. *incende. Sed κατ' ἐυφημισμὸν dicitur. Nam* ADOLE *est auge.* Idem Æn. 1, 708

Et flammis adolere penates.

ADOLERE, inquit idem Servius, *id est, colere, sed* ADOLERE *proprie* augere. *In sacris* ADOLERE *per bonum omen dicit ur*, &c. vid. Festum in SYMBOLIS: & Nonium 1, 288; & 4, 44. Nam & sic *maciare, immolare* &c. non contumendi sed augendi significationem habent. ¶ 2. Sed apud Plaut. Cas. 2, 3, 19 *Unde hic unguenta adolent?* woher kömmt der balsam-geruch?

¶ Adolesco, *ĕre*, incendi, brennen; ut, *Adolescunt ignibus aræ*, Virg. Georg. 4, 379. ¶ 2. Item, ætate augeri, crescere, aufwachsen, quam significationem Festus a græco ἀδολεσχέω natam tradidit. Incepre. Siquidem *Oleo*, certe *olesco*, jam crescendi significationem sumunt. *Vix credibile memoratu, quantum superbiæ socordiæque adoleverit Vitellio*, Tac. Hist. 2, 73, 1. Et, *Simulatque adoleverit ætas*, Horat. 1 sat. 9, 34; conf. Virg. Æneid. 12, 438; & *Adoluerit*, ex Varrone ap. Priscian. 9 p. 872. *Adolevit in tantum numerus*, die zahl ist so groß worden, Vellej. 2, 30, 6. Ovid. Her. 6, 11 *Seminibus jactis segetes adolesse virorum.* conf. Nonius 4, 44.

¶ Ădŏlescens, *tis*, adject. crescens. Tertull. ad Nation. 1, 1 *Adeo quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis.* Ammian. 22, 18 *Borysthenes concursu multorum amnium adolescens.* Vnde quoque Comparativus est: Cic. fam. 9, 8 *Nosti os illius adolescentioris academiæ*, hoc est, impudentiam academicorum novorum. Et Hieronymus epist. 23 pr. *Benjamin adolescentior.* conf. Isidor. 12, 2.

¶ Adolescens, *tis*, subst. ein aufschößling, junger gesell, jüngling. Cic. Off. 1, 34 *Est adolescentis, majores natu vereri, exque his deligere optimos & probatissimos, quorum consilio & auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est.* Liv. 2, 18 *Veniam erroris hominibus adolescentibus darent.* Id. 28, 40 *Pigritiam homines adolescentes sane appellent.* Adolescentes autem veteribus ab anno XV ad usque trigesimum appellatos, Censorinus auctor de Die natali c. 14. Hinc Livius 2, 3 Tarquinios *adolescentes* appellat, qui mariti jam erant. Sic Cæsar B. C. 2, 38 Curioni tribuno plebis *adolescentiam* tribuit, Scipioni Livius 30, 30, qui jam XXIX annum ætatis excesserat. Atque vel XXX annis majores esse *adolescentes* vocatos; Manutius ostendit ad Cic. fam. 2, 1 extr. ¶ 2. *Adulescens* etiam in Plauto, Prisciano & Commodiano invenitur. v. Dausqu. Orthogr. part. 2. h. v.

¶ Adolescentulus, *i*, m. diminut. idem; ut, *Imberbis adolescentulus*, Cic. pro Domo c. 14. Et Nepos præfat. n. 4 *Laudi in Græcia ducitur adolescentulis, quam plurimos habere amatores.* Nam virilis generis id nomen esse, exemplum Alcibiadis, ad quod respicit auctor, c. 2 ostendit. *Admodum adolescentulus*, Idem 22, 1, 1

¶ Adolescentula, *æ*, fœm. ein jung mädgen. Ter. Andr. 1, 1, 91 *Forte unam adspicio adolescentulam.* conf. Plaut. Epid. 1, 1, 41.

¶ Peradolescens, *tis*, noch sehr jung. Cic. pro Lege Manil. c. 21 *Homini peradolescenti imperium dare.*

¶ Peradolescentulus, *i*, m. idem, Nepos 18, 1, 4.

¶ Adolescentia, *æ*, f. die jugend; ut, *Vitia ineuntis adolescentiæ magis emendare virtutibus*, Nepos 2, 1, 1. *Studia adolescentiam alunt*, Cic. pro Arch. c. 7. ¶ 2. Sponius Misc. p. 129 e medii ævi inscriptione affert ADVLESCENTIÆ.

¶ Adolescenturio, *ire*, adolescentis mores sumere. Laberius apud Nonium 2, 46 *Incipiunt adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.* Quintil. 2, 2 *Qui sunt in suprema parte pueritiæ, & adolescenturire incipiunt.*

¶ Adolescentior, *ari*, idem. Varro apud Nonium 2, 25 *Tu quoque adhuc adolescentiaris*, h. e. petulanter & juveniliter agis.

¶ Adultus, *a, um*, qui adolevit, erwachsen; ut, *Virgo adulta*, Horat. 3 od. 8. *Ætate adulta puer*, Cic. Verr. 3, 68. Sic, *Ver adultum*: Sic & cæteræ partes anni: ut, *Æstas adulta*, Tac. Ann. 2, 23, 1. Adde Servium ad Virg. Georg. 1, 43, die mittlere zeit des sommers, &c. vide infra *Ver*. Et, *Nox adulta*, Tac. Hist. 3, 23, 3, mitternacht. Sic, *adulta viribus Dalmatia*, i. e. aucta, Vellej. 2, 110, 2. Compar. *Adultiores pulli* (avium) Plin. 10, 33.

¶ Adŏlefactus, *a, um*, aufgewachsen. Vetus Inscriptio: ARBORVM ADOLEFACTARVM & COINQVENDARVM &c.

¶ Coadolesco, *ĕre*, zugleich aufwachsen. Tertull. de Anima c. 16 *Quod accidit ex serpentis instinctu, ipsum illud transgressionis admissum, exinde inolevit & coadolevit in anima ad instar jam naturalitatis.* Ibid. c. 19 *Coalescens & coadolescens robori suo, donec ætas impleat habitum.*

¶ Superadultus, *a, um*. Vulg. Interpr. 1 Cor. 7, 36 *Virgo superadulta*, h. e. plusquam adulta.

¶ Coolesco, *ĕre*, concrescere, conglutinari, zusammen wachsen. Lucret. 6, 1086 *Saxa vides coolescere calce.* Et 2, 1059 *Concta tandem coolescunt.* Sic legit Lambinus, alii *Coalescere*, de quo in *Alo*.

¶ Exŏlesco, *évi, ētum, ĕre*, deficere, evanescere, aufhören, veralten, verwerfen, verwelcken; ut, *Exolescere vetustate*, Quintil. 1, 6. *Exoleverat dolor*, Tac. An. 6, 25, 1. *Hic dies nullo exolescet ævo*, Stat. Silv. 1, 6, 99.

¶ Exolescens, *tis*. Suet. Aug. c. 7. *Literis pene jam exolescentibus scriptum*, mit verblichener schrifft. Inscriptio Ancyrana: MAIORVM EXOLESCENTIA EXEMPLA. *Exolescente metu*, Macrob. Sat. 2, 13.

¶ Exolētus, *a, um*, veraltet, verlegen; ut, *Exoletus, qui adolescere, id est, crescere desiit*, Festus. *Domi reliqui exoletam virginem*, Plaut. Fragm. ex Priscian. l. 9 p. 872. *Exoleta annalium vetustate exempla*, Liv. 27, 15; &, *Odium exoletum vetustate*, Id. 2, 35 extr. so sich nach und nach verlohren. ¶ 2. *Exoletus*, obsceno sensu de scorto masculo, sodomitisch; ut, *Histrio exoletus*, Vellej. 2, 28, 3, i. e. impudicus. Et subst. Cicero pro Mil. c. 21 *Semper secum scorta, semper exoletos ducebat.* Sen. de Provid. c. 3 *Exoletus omnia pati doctus.* Curt. 6, 7, 2 *Exoleti amore flagrare.* Prudent. in Romani pass. v. 235

Leno, exoletum qui tyrannus pertulit.

¶ Inolens, *tis*, non olens. Lucret. 2, 849

Quoad licet, ac potis es reperire, inolentis olivi
Naturam, nullam quod mittat naribus auram. Sed

¶ Inŏlesco, *évi, itum, ĕre*, succrescere, bekleiben, anwachsen. Virg. Georg. 2, 76

Aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inolescere libro:

Atque hic neutrali sensu accipitur. Gellius jam active, jam passive usus est: Active 12, 5 *Natura induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis,*

principiis, quibus nati sumus, amorem nostri & caritatem, sie hat uns die eigen-liebe eingepflantzet. Passive lib. eod. c. 1 *In moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis, & natura lactis tenet.* Est igitur Gellio *Inolesco* idem, quod *insero.*

¶ Indoles, *is*, fœm. natürliche art, zuneigung, in adolescentibus maxime. Ab *inolesco* enim docti deducunt. Scaliger ad Festum ita: INDOLES *incrementum significat primigenia notione, ut apud Gellium* (20, 6 extr.) *mendi indoles.* Olere *enim*, Crescere. *Significat & spem, quam ex vultu colligimus, virtutis futuræ in puero.* Hactenus Scaliger, & bene, ex veterum indole ac mente. Nam Cic. 3 ad Brut. init. *Cæsaris pueri mirifica indoles virtutis.* Id. Fin. 2, 35 *In adolescentibus bona spes & magna indoles est.* Nec adultiori ætati inconveniens vocabulum, ut animi solertiam & naturalem bonitatem prudentiamque significet. Liv. 1, 3 de Lavinia, Æneæ vidua regnatrice: *Tanta indoles in Lavinia erat*, ein solcher verstand. Sen epist. 11 *Amicus bonæ indolis.* Quin etiam in malam partem, *indoles vitiorum* dicitur. Rursus Liv. 21, 4 de Hannibale: *Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Asdrubale imperatore meruit.* Et sicut *industriæ indolem*, Plautus Trin. 2, 2, 42: ita Tacitus Ann. 12, 26, 3 de Britannico: *Neque segnem ei fuisse indolem ferunt.* Tandem de aliis quoque rebus fas est *indolem* dicere, ut *arborum* & *frugum*, apud Gell. 12, 1 &c.

¶ Oböleo, *ui, ēre*, & Obolesco, *ĕre*, nach etwas riechen, anstincken; ut, *Obolere allium*, Plaut. Most. 1, 1, 38. Quod etiam unguentis nitido adolescenti Vespasianus respondit: *Maluissem allium oboluisses*, apud Suet. in vita ejus c. 8. conf. & Calig. c. 23. ¶ 2. Translate idem est ac observari, deprehendi, uti quædam res odore deprehenduntur. Plaut. Amph. 1, 1, 165 *Hei! numnam ego obolui?* Id. Menæch. 2, 3, 33 *Oboluit huic marsupium, quod habes*, er hat deinen beutel gerochen.

¶ Obolitio, *onis*, f. idem quod *Abolitio*, die zernichtung. Apul. de Mundo p 239 *Nebula est exhalatio vaporata, &c. cui serenitas obolitionem infert*, vertreibt ihn. Elmenh. p. 61 est *abolitio.*

¶ Obsoleo, *ēre*, ab *ob* & *oleo*, S interposito, est inveterascere, ab usu recedere, veralten, nicht mehr gebräuchlich seyn, verächtlich werden. Cic. Phil. 2, 41 *In homine turpissimo obsolebant dignitatis insignia.*

¶ Obsolesco, *ĕre*, idem. Cic. pro Sextio c. 28 *Virtus splendet per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.* Idem Acad. 1, 3 *Hæc ne obsolescerent, renovabam, cum licebat, legendo.* Curt. 9, 6, 14 *Cito gloria obsolescit in sordidis hostibus.* Rursus Cicero pro L. Manil. c. 17 *Obsolevit jam ista oratio*, die rede ist zu alt und nicht mehr bräuchlich. Id. de Invent. 1, 26 *Propter vetustatem obsoleverunt.* conf. Priscian. 9 p. 872.

¶ Obsŏlētus, *a, um*, alt, verlegen, unbrauchbar; ut, *Abjecta & obsoleta verba fugiat orator*, Cicero de Orat. 3, 37. Et, *Paullo obsoletior oratio*, ibidem c. 9. Sic *Vestitus humilis atque obsoletus*, Nep. 17, 8, 2. *Obsoletum amiculum*, Curt. 6, 9, 25. Liv. 27, 34 etiam *vestem obsoletam* dixit, pro detrita & sordida, ein zerlumptes abgerissenes kleid; sicut & Cicero Agrar. 2, 5 *Obsoletiorem vestitum*: & Apul. l. 4 Florid. p. 262 *Obsoletissimos vestitu.* Sic &, *Obsoletos honores*, pro invulgatis & multo usu velut detritis & inobnutis Nepos dixit 1, 6, 2 eosque *raris* & *gloriosis* opposuit.

¶ Obsŏlēte, adverb. cujus compar. est in Cic. Verrina 1, 58 *Obsoletius vestitus.*

¶ Obsolēto, *are*, pro obsolescere, vel conspurcare, besudeln, verächtlich machen. Tertull. adversˇ. Gnostic. c. 6 *Qui vestitum obsoletassent nuptialem.* Idem Apolog. c. 15 *Majestatis vestigia obsoletant.*

¶ Obsŏlētātus, *a, um.* Zeno Veronensis Sermone de Iob: *Obsoletatus sordibus*, id est, inquinatus, befleckt.

¶ Obsolescio, *ĕre*, in abgang bringen, abnützen, vernichten. Arnobius lib. 5 p. 161 *Ne illam vis temporis & vetustatis obsolescere longitudo.* Suet. Aug. c. 89 *Admonebat, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolescere.* conf. *Commissio* in Mitto. Hinc

¶ Obsolefactus, *a, um*, veraltet, abgetragen, beschmutzt. Val. Max. 3, 5, 1 *Prætexæ candidæ toga, turpitudinis maculis obsolefacta*, id est, inquinata per infamiam. Et Sen. epist. 29 *Auctoritas obsolefacta*, hoc est, contemta. Id epist. 90 ext. *Rivi cœtu itinere obsolefacti*, i. e. naturalis cursus amœnitate per aquæductum privati.

¶ Inobsŏlētus, *a, um*, unveraltert, unabgenützt. Tertull. de Resurr. Carn. c. 58

Vestimenta & calceamenta indetrita & inobsoleta manserunt.

¶ Peroleo, *ēre*, starck riechen. Lucilius apud Priscian. 9 p. 872

Quis totum scis corpus jam peroleſſe bisulcis:

Peroleſſe, pro *peroleviſſe*, κατὰ συγκοπήν.

¶ Redoleo, *ēre*, nach etwas riechen, geruch von sich geben; item den schein haben. Cic. de Orat. 2, 25 *Doctrinam redolet exercitationemque puerilem.* Et de Clar. Orat. c. 82 *Ex illius orationibus ipsæ Athenæ redolere videntur.* Cum ablat. Virg. Æn. 1, 440 *Redolensque thymo fragrantia mella.* Prudent. Cathem. 3, 103

Ver ubi perpetuum redolet.

¶ Redolens, *tis.* Cic. Phil. 2, 25 *Antonius vomens fruſtis esculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit.* Idem de Clar. Orat. c. 21 *Oratio antiquitatem redolens.*

¶ Subŏleo, *ēre*, aliquantulum olere, von ferne riechen. Per metaphoram ita deprehendi, ut illi, qui præsentiscit aliquid, res subolere dicatur, gewahr werden. Ter. Phorm. 3, 1, 10 *Numquid patri subolet?* merckt auch der vater etwas. *Subolet mihi & sentio*, ich merke den braten wohl, Plaut. Trin. 2, 4, 145 & 3, 2, 72; Pseud. 5, 1, 7 &c. ¶ 2. Proprie est *succrescere*: unde quemadmodum ab *indoleo*, *indoles*; ita ab *suboleo*, *suboles* dicitur, quod scil. patri succrescat. Exinde etiam

¶ Subŏlesco, *ĕre*, inchoativum est, itidem crescendi notione, heranwachsen. Ammian. 14, 11 *Subolescere imperio adultos ejus filios.*

¶ Subolescens, *tis.* Liv. 29, 3 *Romanis Latium juventutem præbuisse; majorem semper frequentioremque pro tot cæsis exercitibus subolescentem*

¶ Subŏles, (ita quidam malunt scribere; v. Voss. Etym. p. 499) vel, Sŏboles, *is*, f. propago, proles, ein geschlecht, gewächs, kind, kinder. Est enim ab *sub* & *olere*, id est, crescere. Vnde & Livius loco modo citato *juventutem suboleſcentem* dixit. Sic, *Cara Deûm soboles &c.* Virg. ecl. 4, 49. *Soboles juventutis*, Cic. Phil. 2, 23. Et, *Robur & soboles militum interiit*, Pollio Cicer. fam. 10, 33, der stamm und beste kern des kriegsvolcks. Cicero Off. 1, 17 *Quæ propagatio & soboles origo est rerum publicarum*, welche zucht &c. ¶ 2. Neque vero de hominibus tantum dicitur; sed & de aliis rebus: ut de apibus Plinius 11, 11 extr. *non gignuntur soboles*; de plantis, Apul. Apol. p. 329 *Inter soboles herbarum & propagines vitium.* Nempe *soboles*, παραφυάδες, ut ad Albinovanum docte notat Scaliger. Pallad. 12, 7 de pruno præcipiens: *Exstirpandæ sunt soboles a radice, exceptis rectioribus, quæ servabuntur ad plantas.* Columell. de Arboribus c. 26 extr. *Materia, quam inseveris, si suboleſcere ramos oblivisci, omnia præcidito, ne quid sit, quo possit succus evocari.* Idem de crinibus Varro ap. Nonium 6, 43 *Ante aures modo ex subolibus parvuli interti demittebantur sex circinnuli &c.* Apul. Met. 2 p. 118 *Mille cum fere puenti subole spissus cumulat verticem.* ¶ 3. *Soboles*, in plurativo numero: Varro & Apulejus adductis locis. Colum. de Cerere 10, 213 *Et generet soboles varias.* Symmach. 4 epist 34 *Notæ subolis primo parentes die hilarant, mox pii metus brevem gratiam fugiunt.*

Oleosus, Oleator, &c. Oleto, oletum, vide *Olea, Olus, Oleo.*

OLFACIO, *ēre*, odorari, riechen. (Ioh. de Ianua facit *Odefacio*) *Cernere, audire, gustare, olfacere, tangere aliquid*, Cicero Tusc. 5, 38. ¶ 2. Significat *præsentire*, per metaphoram, gewahr werden. Ter. Adelph. 3, 3, 43 *An non sex totis mensibus prius olfeciſſem, &c.* solt ich es nicht ein halb jahr zuvor gemerckt haben? ¶ 3. *Olfacere labra lacte* apud Varr. R. R. 2, 2, 15 significat lactis odore vel sapore potius ea imbuere.

¶ Olfactus, *a, um*, gerochen. Plin. 23, 8 *Laurus Delphicæ folia tyita olfacta.* Id. 24, 16 *Semen dracunculi olfactum.*

¶ Olfactus, *ûs*, m. subst. sensus odoris, das riechen. Plinius 8, 4 *Subsistere ab olfactu.* Et 29, 4 *Basiliscus olfactu necat.*

¶ Olfacto, *are*, frequent. Et Plin. 20, 14 *Pulegii ramum olfactandum dare.* Plaut. Menæch. 1, 2, 56 & 58 *Olfactare vestimentum muliebre, &c.*

¶ Olfactans, *tis.* Plinius 20, 17 de anisο: *Parere facilius olfactantes.*

¶ Olfactatus, *a, um.* Plin. 28, 16 *Membrana partus asinarum olfactata, accedente morbo comitialium resilit.*

¶ Olfactōrium, *i*, n. vasculum, in quo odores asservantur, ein riechfläschgen, balsam-büchse, schnupftabacks-dose. Plin. 20, 9 *Aristæ* (silvestris brassicæ) *farina in olfactorio collecta odore tantum naribus rapto, vitia earum graveolentiamque sanat.* conf. Id. 30, 11. Apud Scrib. Larg. c. 104 sunt *Olfactaria.*

¶ Olfactoriŏlum, *i*, n. dimin. apud Vet. Interpretem Esa. 3, 20. Isidor. 19, 31 *Olfactoriola vascula sunt muliebria, in quibus odoramenta gestantur.*

¶ Olfactrix, *ĭcis*, f. die wohl riechen kan. Plin. 17, 24 de vite usurpat, quæ raphanum & laurum odore sentiat, fugiatque inimicum saporem. Sic autem ex MSS. Harduinus legit: vulgo *olfactatrix.*

¶ Subolfacio, *ĕre*, idem quod *Olfacere*, in Petronii c. 45.

Oliditas, olidus, vide paullo ante *Oleo.*

Oligarchia, Oligochronicus, vide *Arche, Chronos.*

ŌLIM, adverbium omnium horarum, ut Taubmannus ait ad Virg. p. 837. Nam quodlibet tempus significat, præsens scilicet, præteritum & futurum. v. Servius ad illud Virg. Æn. 1, 203 *Forsan & hæc olim meminiſſe juvabit.* ¶ 1. Ad præsens adjungitur, ut infinitum fiat, & omnia tempora complectatur, iemal. Plaut. Asin. 3, 3, 127 *An quid est olim homini salute melius?* ¶ 2. De præterito, vorzeiten. Ter. Eun. 2, 2, 15 *Olim isti fuit generi, quondam quæstus apud seclum prius.* ¶ 3. De futuro, dereinst, mit der zeit. Quintil. 10, 1 *Sunt clari hodieque & qui olim nominabuntur.*

Ovid. Fast. 1, 517 *Montibus his olim totus promittitur orbis.*

Virg. ecl. 10, 34 *Vestra meos olim si fistula dicat amores.*

¶ 4. Horatius pro *aliquando*, zu zeiten, bisweilen, posuit 1 satyr. 1, 25

Vt pueris olim dant crustula blandi Doctores:

¶ 5. *Olim jam nec perit quicquam mihi nec acquiritur*, Sen. epist. 77 (al. 78) i. e. jam a longo tempore, schon eine gewaume zeit her. conf. Plin. 1 ep. 11.

Olitor, olitorius, vide paullo post *Olus.*

Oliva, olivare, olivetum, olivitas, &c. vide paullo ante *Olea.*

OLLA, *æ*, f. pro qua *Aulam* veteres dixerunt, ut ex Plauto apparet, vas est fictile, ein irden gefäß, ein topf. Fragile fuisse vas, adeoque ex luto, Plautus adstruit: eaque de caussa Columella 12, 43 extr. *Bibulas & male coctas ollas* dixit, die schlecht gebrannt und durchschlagen. Vetus tamen Interpres apud Siracidem c. 13, 3 græcam vocem, quæ æneum vas notat, *ollam* latine vertit. Nec fictiles tantum, sed & aheneas fuisse, Avienus ostendit fab. 11 & Serv. ad Æn. 7, 662 *Ollæ vestigium in cinere turbato*, id est, nullum iracundiæ vestigium relinquas, sed memoriam ejus omnem tolle. vid. Chil. Item de amicis parasitis: *Fervet olla, vivit amicitia*, quod advocat Schefferus ad Petro. 38 *Sociorum olla male fervet.*

¶ Ollula, *æ*, f. diminut. Varro de R. R. 1, 54 *Uva in ollulas addatur.*

¶ Ollicula, *æ*, f. idem, apud Th. Priscian. lib. de Phys. Scient.

¶ Ollāris, *e*, adject. ut, *Ollares uvæ*, quæ in ollis asservantur, apud Statium 4 Silv. 9, 42.

¶ Ollarius, *a, um*, idem. Vnde *ollaria æris temperatura*, vase hoc nomen dante, Plinius 34, 9. ¶ 2. *Ollaria*, n. pl. subst. sunt loculi ad ollas cinerarias asservandas, in Inscript. apud Gruterum p. 307 Q. CANVSIVS PRÆNESTINVS MACERIAM ET OLLARIA LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS FECIT. Plura vide apud Fabrettum Inscript. p. 3.

OLLVS, *a, um*, pro *Ille, illa, ud*, dixerunt antiqui. *Olli subridens, &c* apud Virgil. Æn. 1, 254; & 8, 94 & 595 &c.

¶ Ollic, pro *illic*, Paulus apud Festum.

OLMA, *æ*, f. pro *Ebulo*, attich apud Dacos. vid. Apul. de Herb. c. 91.

ŏlŏlygon, ōnis, m. pl. *Ololygones*, ita ranæ mares vocantur, dum cient ad coitum fœminas, die quackende frösche, Plinius 11, 37. Alii ipsam vocem, quam mittunt, ibidem *ololygonem* vel *ololyzontem* dici volunt, das froschgeschrey, das quacken.

ŏlor, ōris, m. cygnus, quasi ὅλος ὠχρός, totus pulcher, ein schwan. vide *Cygnus*. Sic, *Argutos interstrepit anser olores*, Virgil. ecl. 9, 36.

¶ ŏlōrīnus, *a, um*, von schwanen; ut, *Penna olorina*, Virgil. Æn. 10, 187. Et, *Cantus olorinus*, Sidon. 8 epist. 9. *Color olorinus*, i. e. candidus, Plin. 37, 10. *Olorina biga*, Stat. Silv. 3, 4, 46.

¶ Olōrifer, *a, um*, cygnos alens locus. Claudian. epistola ad Serenam v. 12

Cygnus oloriferi vexit ab amne Padi.

ŏlostrae, *arum*, m. pl. Indorum gens, Plin. 6, 20. Lucan. 3, 249 *Tunc furor extremos movit Romanus Olostras.*

olvārium, *i*, n. mensuræ genus, apud Festum. Item, quod est in olla coctum. vid. Meurs. P. 2. Crit. Exerc. 3, 16.

ōlus, *i*, m. vel Tolus, nomen viri, ex cujus sepulchro caput effossum *Capitolio* Romæ nomen dedisse dicitur. v. Arnob. 6 p. 194.

ŏlus, *eris*, n. omnis herba & planta sativa, quæ esui est, ut, *rapæ, malvæ, betæ, brassicæ, lactucæ*, &c. allerley küchenkraut. Horat. 1 epist. 5, 2

Nec modica cœnare times olus omne patellâ.

Idem 1 epist. 17, 13 & 15 *Prandere olus: Fastidii e olus*, i. e. tenuem & quotidianum victum. Conf. 2 sat. 7, 30. Proverbium, *Syrorum mala olera*, Plinius indicat 20, 5, quod in hortis colendis operosissimi Syri fuerint. ¶ 2. κατ' ἐξοχήν, tamen aliquando auctoribus *Olus* brassica vocatur, kohl. Auctor Moreti v. 72

Hic olus & late fundentes brachia betæ.

Sic Plin. 27, 4 *florem oleris* de brassica dixit. Usus ita & Varro de Re Rust. 1, 16 extr ubi vide Scalig. p. 198. Oleribus olim, ut tenui cibo, qui optime tamitur in morbis, victitasse ægrotos, Plautus indicat Capt. 1, 2, 87. Sane *languentium cibos* olera Hieronymus vocat epist. ad Marcellum non procul ab initio: eamque ob caussam illorum comestione in somnis morbuni portendi, Astrampsychus onirocrites observat. Vid Voss. 4 Instit. Orat. 137. Apud Priscian. 6 p. 722 dicitur *holus, eris.*

¶ ŏlusculum, *i*, n. diminut. Cic. Attic. 6, 1 *Oluscula non soles pascere.* Horat. 2 sat. 6, 64

Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo.

Et Iuvenalis sat. 11, 78

Curius, parvo quæ legerat horto,
Ipse focis brevibus ponebat oluscula.

¶ ŏlitor, *ōris*, m. ein gärtner, kohlgärtner. Cic. fam. 16, 18 *Parbedrum excita, ut hortum ipse conducat. Sic olitorem ipsum commovebis.* Colum. 10, 83

Ipse ferens olitor diductos pondere qualos.

Gellius 2, 6 prodit antiquissimum versum, qui vicem proverbii habuerit: Πολλάκι γὰρ κἀτερὸς ἀνὴρ μαλα καίριον ἧπεν

Erasmus in Adag. latine ita vertit:

Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus.

Simile est illud Ciceronis Phil. 7 extr. *Summi gubernatores in magnis nonnunquam tempestatibus a vectoribus admoneri solent.* Vide & Sophoclis Trachin. v. 60.

¶ Olitōrius, *a, um*; ut, *Forum olitorium*, Liv. 21, 62. grüner marckt.

¶ Olero, (Holero) *are*, oleribus conserere, kraut stecken. vid. Priscian. 6 p. 722, ubi Cn. Mattius: *Meos hortulos plus stercoro quam olero.* Hinc

¶ Olerator, *ōris*, m. idem qui *Olitor*. Gloss. Vet. *Holerator*, λαχανοπώλης. Nam veteres & *Holus* scribebant.

¶ Olerarium, *i*, n. vel Holerarium, ibidem λαχανάριον græce vertitur.

¶ Oleräceus, *a, um*, wie kraut, dem kraute ähnlich; ut, *Oleraceus frutex*, Plin 26, 8.

¶ Olusatrum, *i*, n. olus pullum, genus herbæ, Plin. 19, 8; Apul. de Herb. c. 106. ita *Hipposelinum* a Latinis appellari, Dioscorides scripsit, Ivebstock. v. *Hipposelinum*. Vet. Glossæ tamen *Olusatrum* πετροσέλινον interpretantur, peterstille. Adde Dioscor. 3, 71; Plin. 20, 11; Colum. 12, 7; & Apic 4, 2.

Olybrius, *i*, m. plures hujus nominis recensct Herm. Conring. diliert. de Stud. liberal Vr. Rom. & Constant. p. 6 & 7. Conf. Barth. ad Claud. Paneg. de Consulat. Probini & Olybrii.

ŏlympia, *æ*, f. Ὀλυμπία, urbs Græciæ in Elide Peloponnesi, in qua Iupiter Olympius colebatur. De quo mox sub *Olympus*.

¶ Olympia, *ōrum*, n. pl. ludi & certamina gymnica, in honorem Iovis instituta, quæ apud *Olympiam* in *Pisam* urbem, quinto quoque anno recurrente celebrabantur. Horat. 1 epist. 1, 50 *Magna coronari Olympia.* Ennius apud Ciceronem de Senectute c. 5

Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit olympia, nunc senio confectu quiescit.

Est nomen adjectivum proprie, intelligiturque *certamina*. Vnde & Nepos 7, 6, 2 *Olympiæ Victores*. Vide ibi Schottum. *Olympium certamen* vocat Iustinus 7, 2, 14; & 12, 16, 6. Etiam ita aliis Græciæ locis fuisse *Olympia*, docet Palmer. ad Lucia. Harmo.

¶ Olympiacus, *a, um* adject. ad Olympia pertinens. Auctor ad Herenn. 4, 3 *Si quis ad Olympiacum venerit cursum.* Statius Theb. 6, 554

Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,

id est, oleagina corona. Virg. Georg. 3, 49 *Olympiacæ præmia palmæ.*

¶ Olympicus, *a, um*, ὀλυμπικός, idem. Horat. 1 od. 1, 3

Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat.

¶ Olympionices, *æ*, m. ὀλυμπιονίκης, victor in certamine olympiaco. Cic. Tusc. 1, 46 *Nobilis olympionices Diagoras.* Idem de Invent. 2, 49 *Qui tyrannum occiderit, olympionicarum præmium capito.* De quo honore vide supra in *Hieronica*: adi & copiose de his agentem Paschalium de Coron. 11, 7. 8; & P. Fabri Agonist. 2, 23. Etiam *Olympionicarum equarum femina* fuit Col. 3, 9.

¶ Olympias, *ădis*, f. ὀλυμπιάς, spatium quatuor annorum. v. Scalig. Auson. Lect. 2, 23; & lib. de Emendat. temporum. Cum post quartum annum exactum celebrarentur ludi, hinc factum, ut quinque interdum anni tribui videantur uni olympiadi. Vid. *Lustrum*. Seneca Hercule Furente v. 840

Quantus (populus) *Eleum coit ad Tonantem,*
Quinta cum sacrum revocavit æstas.

Ovid. ex Ponto 4, 6, 5 *In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.* Manilius 3, 592

Numero nisi deesset Olympias una.

Per *Olympiades* Græci tempora numerare cœperunt paullo ante Romam conditam. Eutrop. 1 c. 1 *Romulus urbem exiguam in Palatino monte constituit XI Kal. Maji, Olympiadis sextæ anno tertio.* Alii paullo aliter de Vrbis conditu, ejusque vero natali, quorum sententias Solinus c. 1 collegit. ¶ 2. Et *Olympias* nomen fuit matris Alexandri Magni. vid. Iustin. 7, 6, 10; & 9, 7; & Gell. 13, 4. ¶ 3. *Olympias* est ventus flans in Eubœa, Plin. 17, 24.

ŏlympvs, *i*, m. Ὄλυμπος, inter Thessaliam & Macedoniam mons, omnium toto orbe terrarum altissimus, adeo, ut *supra ejus verticem nulla avium sublimetur*, ut Apulejus de eo loquitur lib. de Deo Socratis p. 46, & ut cineres in subdiali altari, quod est in vertice, relicti nullis ventis toto anno diffleutur, Solin. c. 9. ¶ 2. Sed montes etiam alii excelsi *Olympi* dicti sunt, quorum quatuor Strabo memorat: sex, Schol. Apollo. Rhod. ad 1, 598. add. Servius ad Virg. G. 1, 282 &c. ¶ 3. Hanc ob caussam & ipsi cælo hoc nomen tribuitur, quo nihil altius est, der himmel. Quamquam aliis ὄλυμπος quasi ὁλολαμπής videatur dictum *cælum*, quod totum luceat. Apulejus de Mundo p. 72 *Hujus (DEI) locum quærimus, qui neque finitimus est terræ contagionibus, neque tamen medius in aëre turbido, verum in mundano fastigio; quem Græci ἠθερον recte vocant: ut qui sit altitudinis finis. Et iidem ea ratione ὄλυμπον nominant, quem ab omni fuscitate & perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas & nives sustinet, nec imbribus cæditur. Hæc enim de olympo, qui est celsitudinis summæ, poëta* (Homerus) *cecinit &c.* Ex quibus verbis intelligere licet, non omne cælum, sed ejus altissimam tantum & remotissimam partem, in qua Deorum sedes, *Olympum* antiquis appellatam. Quemadmodum & Homerus hac voce usus est. Et inde Seneca de morte Claudii: *Placet*, inquit, *in eum severe animadverti, eumque quam primum exportari, & cælo intra dies XXX excedere, olympo intra diem tertium.* Lactantius de Falsa Relig. 1, 11 ex Euhemero, Iovem, quem hominem fuisse docet, maximam vitæ partem in monte Olympo coluisse scribit. Hinc igitur fieri potuit, ut *Olympus* diceretur Deorum sedes. De summa serenitate ac tranquillitate, quæ in Olympi montis vertice est, exstat & Claudiani elegantissimum carmen Paneg. de Manlii Theodori consulatu v. 205 & sqq. item apud Lucanum 2, 269. Sic, *Vasti rector Olympi*, Ovid. Met. 2, 60. *Superi regnator Olympi*, Virgil. Æn. 2, 779. *Viam affectare Olympo*, Id. Georg. 4, 562. ¶ 2. *Olympus* tibicen nobilis, de quo Lucian. adv. indoct. p. 381 Gr. item Schol. Aristoph. ad equit. v. 9. Hunc & duos alios commemorat etiam Suidas, antiquiorem unum Marsyæ discipulum, a quo etiam Mysiæ mons *Olympus* dictus sit; & ejus meminit Ovid. Met. 6, 393; alterum Alexandrinorum legislatorem, quem mirifice laudat. Add. Balb. ad Val. Fl. 1, 25 & Fabric. Bibl. Gr. 1, 17 p. 107.

¶ Olympius, *a, um*, adject. ab Olympo; ut, *Iupiter Olympius*, Cic. Tusc. 2, 17, & in antiquis Inscriptionibus. V. Reinesi. p. 172. Vnde hæc appellatio originem trahat, Lactantius modo docuit de Falsa Relig. 1, 11. Alii apud Diod. Sic. 3 extr. ab Olympo, a quo institutus sit. Perperam *Olympicus* vocatur, ut Casaub. ad Suet. Calig. 22, & Burm. ad Aug. 60 docent. ¶ 2. *Olympius* idem ac cælestis, himmlisch. Appellatio Hadriano Imp. tributa. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 12 p. 497 sq. it. Commodo. v. ibid. p. 499. ¶ 3. *Olympius Nemesianus*, poëta, teste Vopisco in vita Numeriani pr. scripsit *Halieutica, Cynegetica, Nautica*, de quibus Cynegetica tantum supersunt. v. Fabric. Bibl. Lat. 3, 5 p. 543.

¶ Olympiodōrus, *i*, m. tibicen, qui Epaminondam docuit cantare tibiis, teste Aristoxeno apud Athenæum 4, 25; & Nepote 15, 2, 1. ¶ 2. Alius medicus, Plin. 1, 12. ¶ 3. Alius historicus, qui Theodosio, Arcadii filio, historiam dedicavit. v. Voss. de Hist. Græc. 2, 20. ¶ 4. Peripateticus, cujus commentaria in Aristotelem quædam extant. v. Fabric. Bibl. Gr. 3, 11 p. 307.

ŏlynthvs, *i*, m. Ὄλυνθος, *urbs*, ut Cic. Verr. 1, 21 vocat, *antiqua, & omnibus rebus aucta & ornata*: sita in Macedoniæ finibus prope Aegeum mare: sed alieni juris, ut ex Curtio etiam 8, 9, 19 apparet. Plutarchus de cohibenda ira p. 458 *Cum Philippus Olynthum expugnasset, quidam dixit: ἀλλ' ἐκ ἂν οἰκίσαι γε πόλιν ἐκεῖνος δύναιτο τηλικαύτην, qui certe tantam is urbem condere non posset.* Quod ille de ira quoque dicendum esse addit, quæ evertere possit ac dejicere; non autem erigere aut servare. conf. Iuvenal. 12, 47; & Stat. Theb. 12, 520. ¶ 2. *Olynthi*, ficorum grossi, quos aliqui caprificos dicunt, Dioscor. 149.

¶ Olynthiacus, *a, um*, adject. ut, *Olynthiacæ orationes Demosthenis*, quibus ille Athenienses adversus Philippum, Olynthiis bellum inferentem, incitavit.

ŏlyra, *æ*, f. ὄλυρα, frumentum, quod Plinio 18, 8; & 22, 25 *arinca* est, unde germanica appellatio, rocken, amelkorn; Dioscor. 2, 82.

ŏlysippvm, *i*. n. ὀλυσσιπόλις, Ulyssis civitas, Lusitaniæ urbs: Plinio est *Olyssipo* 4, 22; *Municipium*, inquit, *civium Romanorum OLYSSIPPO Felicitas Iulia cognominatum.* Hodie *Lisbon*, vel *Lissabon* appellatur conf. Cell. Geogr. Ant. L. 2 c. 1 n. 8 p. 56.

oma, *æ*, f. fici Tarentinæ genus. Plin. 15, 18.

Omaletides, vide supra *Analectides*.

ōmāsvm, *i*, n. intestinum pinguius, atque crassius bubulum, vel pars potius ventriculi crassior & opimior, das dicke und niedliche an einem rinds-maven. *Patinas cœnabat omasi Vilis &c.* Horat. 1 epist. 15, 34. Vbi vide Torrent. Habet etiam Plin. 8, 45 f. 70. *Pingui tentus omaso*, ein dicker wanst, Idem 2 sat. 5, 40. Vocabulum Gallicæ originis est. Vet. Gloss. *Omasum, βόειον κοπρεῶν λιπαρὸν, τῇ τῶν Γαλλων γλώττῃ.*

¶ Abōmāsum, *i*, n. intestini genus circa reticulum; Gaza τὸ ἦνυστρον ita interpretatur, das inster, das fette netz um den magen.

ombria, *æ*, f. tamquam ὀμβρίας λίθος, pluvialis gemma, quod cum imbribus caderet, Plin. 37, 10.

ŌMEN, *ĭnis*, n. quaſi *Osmen* ap. Varr. L. L. 5, 7; vel *velut Oremen, quod fit ore aliove modo*, ap. Feſtum; ubi Dacerius *Omen* ait, *vocem eſſe fortuitam ab alio profectam, quam ipſe ad rem tuam detorques, quaſi oremen, i. e. effatum.* Hinc Cicero de Divinat. 1, 45 inter alia: *Neque ſolum Deorum voces Pythagorei obſervarunt, ſed etiam hominum, quæ vocantur OMINA. Quæ majores noſtri quia valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis*, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, *præfabantur*; rebusque *divinis, quæ publice fierent*, ut faverent linguis, *imperabatur* &c. *Itemque in luſtranda colonia, & cum imperator exercitum, cenſor populum luſtraret*, bonis nominibus, *qui hoſtias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu conſules obſervant, ut primus miles fiat* bono nomine. Sic ex nominibus omen hausit Auguſtus, de quo refert Suet. c. 96 *Apud Actium deſcendenti in aciem aſellus cum aſinario occurrit*: Eutychus *homini, beſtiæ* Nicon *erat nomen.* Scilicet inde eventum ſelicitatis, εὐτυχίας & victoriæ νίκης præſenſit. Exemplum ominis aliud ſubjicit l. c. Cicero c. 46: *L. Paullus conſul iterum, cum ei, bellum ut cum rege Perſe gereret, obtigiſſet, ut ea ipſe die domum ad veſperam rediit, filiolam ſuam Tertiam, quæ tum erat admodum parva, oſculans animadvertit triſticulum*: quid eſt, inquit, *mea Tertia? quid triſtis es? Mi pater, inquit, Perſa periit. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio, inquit, mea filia, Omen: Erat autem mortuus catellus eo nomine.* Sed & videndus Cicero div. 2, 40, ubi totum hoc de ominibus irridet. ¶ 2. Latius autem *Omen* dicitur quodvis præſagium; & ſic *dextrum, ſiniſtrum, fauſtum, bonum, triſte*, ejus adjectiva ſunt, paſſim obvia, eine vorbedeutung, ein gutes oder böſes zeichen. v. Sil. 13, 114; Ovid. Heroid. 13, 49; Id. Met. 6, 448; & 9, 784; Id. Amor. 3, 12, 1. Cic. Phil. 11, 5 *Hoc deteſtabile omen avertat Iupiter.* Idem ad Brut. 10 *Quod dii omen avertant*, da Gott für ſey. Et, *Quod dii omen obruant*, Idem de Aruſp. Reſp. c. 20. *Ne in omen verteretur irritum inceptum*, Curt. 3, 1, 18. *Nomen atque omen quantivis eſt pretii*, Plaut. Perſ. 4, 4, 73. *Omen* cum caſu tertio apud Liv. 5, 18. *Omen concordiæ, rei maxime utili.* De ſuperſtitione veterum in ominibus v. Barth. ad Claudian. lib. 1 in Eutrop. v. 125; itemque Pontanum ad Macrob. p. 6943; inprimis Briſſon. de Formulis 1 p. 91 ſqq. Sic de *omine imperii, & quod victoriam portendit*, Juſtin. 12, 16, 5 ſq. ¶ 3. *Omina* etiam dicuntur fauſtæ precationes, wünſche. v. Nonius 5, 31. Vnde, *Optimis ominibus aliquem proſequi*, einem alles gutes wünſchen, Cic. fam. 3, 12. Et Tac. An. 1, 35, 4 *Fuere etiam, qui legatam a D. Auguſto pecuniam repoſcerent, fauſtis in Germanicum ominibus.* Idem Hiſt. 2, 74, 1 *Fauſta Vitellio omina precantem.* Et Livius præfat. fin. *Cum bonis ominibus votisque ac precationibus incipere.* Hinc & *ominari*, precari eſt, de quo infra. ¶ 4. *Omina* pro auſpiciis poſuit Virgilius Æn. 2, 178. Conf. Nonius 4, 332. Ita Scaliger Auſon. Lect. 1, 16 tres omnium ſpecies explicat cæteris nobiliores: παλμὸν ſ. ſternutationem, παλμὸν ſ. palpitationem oculi, & tinnitum denique auris. conf. Gesneri Chreſtom. Plin. n 51 & 55. ¶ 5. *Omina* & *Omnia* miſcent interdum librarii. v. Drakenb. ad Sil. 4, 131; it. 9, 4. & Guil. Canter. l. 1 nov. lect. 8, quos Dukerus ad Liv. 29, 10 excitat.

¶ ōmĭnōſus, *a, um*, das was bedeutet. Plin. 3 epiſt. 14 *Notabilis, atque etiam, ut exitus docuit, ominoſa res accidit.*

¶ Ominoſe, adv. Quint. Decl. c. 5 *Inauſpicatum motiens iter prorſus ominoſe retentus.*

¶ Ōmĭnor, *atus ſum, āri*, augurari, prophecyen, etwas zukünftiges ihm ahnen laſſen. Vellej. 2, 71, 2 *Varro vera de exitu Antonii ominatus eſt.* ¶ 2. Item precari, optare, wünſchen. Plin. 4 epiſt. 15 *Optamus tibi, ominamurque in proximum annum conſulatum.* Et Plin major 28, 2 *Primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem fauſtum ominamur.* Liv. 26, 18 *Clamore & favore ominati extemplo ſunt felix fauſtumque imperium.* Cic. Offic. 2, 21 *Sin qua neceſſitas hujus muneris alicui reipublicæ obvenerit, malo enim, quam noſtræ, ominari.* ¶ 3. Pomponius etiam activo uſus eſt apud Nonium 7, 53 *Et tibi bene ſit, qui recte ominas.*

¶ Ōmĭnans, *tis*. Suet. Ner. c. 48 *Milites & ſibi adverſa & Galbæ proſpera ominantes.*

¶ Ōmĭnātus, *a, um*, paſſiv. Apud Horatium 3 od. 14, 11 Torrentius tuetur: *Male ominatis parcite verbis*; Lambinus hiatum timens cœpit reponere *nominatis*; Cuninghamus *male o ominatis.* Idem ſibi vult hæc formula, quod Græcorum εὐφημεῖ ἔχω, vel Latinorum *fave linguis*, quam ominis cauſa adhibitam ex Cic. paullo ante in *Omen* oſtendimus.

¶ Ominatio, *onis*, f. Feſtus: *Faventia ſignificat bonam ominationem.*

¶ Ominator, *ōris*, m conjector, ein weiſſager. Plautus Amph. 2, 2, 90 *Ob iſtud omen ominator copies, quod te condecet.*

¶ Ōmĭnālis, *e*, idem quod auguralis, ut, *Ominales aves*, Sarisb. 1, 13.

Compoſita:

¶ Abōmĭnor, *āri*, exſecrari, & ut rem mali ominis deteſtari, einen greuel und abſcheu haben verfluchen. Liv. 30, 30 *Quod igitur nos maxime abominaremur.* Proprie eſt, malum omen averſari. Idem Liv. 6, 18 *Benefacitis, quod abominamini.* Et c. 40 *Quod abominaris.* Ovid. Met. 9, 676, & Pont. 3, 1, 105 *Quod abominor!* Add. Sueton. Claud. c. 45. Elegans hæc veterum phraſis: vulgo dicitur: *Quod Deus avertat!* v. Parei Lex. Crit. p. 10. Alia formula: *Hoſtibus illud eveniat*, de qua Drakenb. ad Sil. 2, 54; & Brouckh. ad Prop. 3, 6, 20. ¶ 2. Activa forma *Abomino* uſus eſt Plaut. Trin. 3, 2, 82. Hinc paſſ. Verrius apud Priſcianum l. 8 p. 791 *Sævitia eorum abominatur ab omnibus.*

¶ Abominanter, adverb. abſcheulicher weiſe. Theod. Cod. 2, 12 *Si quis filiam fratris ſororisve faciendam crediderit abominanter uxorem.*

¶ Abominandus, *a, um*, deteſtandus, paſſive, abſcheulich, greulich. Liv. 9, 38 *Licimus tertia clade abominandum eam curiam facit.*

¶ Abominatus, *a, um*, der einen abſcheu gehabt. Liv. 40, 4 *Abominatus mentionem facinoris.* Apud eumdem 30, 25 Hannibal, Italia relicta, Africam repetens, cum exſcenſurus audiſſet, *Sepulcrum dirutum* illum locum appellari; *abominatus, prætervehi juſſo gubernatore, ad Leptim appulit*: i. e. omen averſatus, metuens, ne iſta appellatio cladem ſibi præſagiret. ¶ 2. Paſſive, verabſcheuet, verflucht. Horat. epod. 16, 8 *Parentibus abominatus Annibal.* Liv. 31, 12 *Abominati ſemimares.*

¶ Abōmĭnābilis, *e*, abſcheulich, greulich. Quint. Trib. Mar. Decl. c. 4 Burm. p. 78 *Abominabilis impudicitiæ.* Hieron. in Ierem. c. 22, 30, & Gloſſ. Cyrilli: *Abominabilis*, βδελυκτός.

¶ Abōmĭnōſus, *a, um*, idem. Solin. c. 3 *Propter paves dies Februarius quaſi abominoſus Diis inferis deputatur.* Diomed. lib. 3 *Sonum vocis abominoſæ audire.*

¶ Abominatio, *ōnis*, f. ein greuel, abſcheu. Lactantius 1, 17 extr. *Quid equorum tam pertinax abominatio?* Vetus Bibliorum Interpres aliquoties uſus eſt: & Gloſſ. Vet. *Abominatio*, βδέλυγμα, ἀποτροπιασμός. Tertull. adv. Iud. c. 5 *Incenſum abominatio eſt mihi.*

¶ Abominamentum, *i*, n. idem, vel res abominanda, Tertull. adv. Iud. c. 13 *Projecit homo abominamenta ſua aurea & argentea.* Paulus Oroſius 2, 5 *Duo vel maxima malorum abominamenta, fames & peſtilentia, feſſam urbem corripuere.* Ibid. extr. *Omnium abominamentorum quod immiſſa per hoſtem flamma non adiit, miſſus e cælo ignis evertit.*

¶ Adominatio, *onis*, f. bona ominatio, contraria *abominationi*, in Gloſſ. v. Barth. ad Stat. Theb. 2 v. 170.

¶ Inominatus, *a, um*, infelix, inauſpicatus, unglücklich, unſelig. Horat. epod. 16, 15 *Inominata cubilia.*

¶ Inominalis, *e*, idem; ut, *Inominalis dies*, id eſt, infelix, apud Gellium 5, 17; & Macrob. Saturn. 1, 16.

¶ Obōmĭnor, *ari*, contra ominari, diras devotiones in aliquem precari, böſes anwünſchen. Apul. lib. 9 Met. *Crurum ei fragium abominata.* Ita Pricæus p. 192 & alibi: Elmenh. autem p. 227 *abominata.* Sed alterum ad ſeriem & textum verborum propius accedit.

ŌMENTVM, *i*, n. quaſi *operimentum*, tunica eſt, ſeu panniculus nervoſus multis venis & arteriis conſtans, cui infuſa eſt pinguedo copioſa, oritur a diaphragmate, & tegit interiorem ventriculi partem & inteſtina, ac porrigitur usque ad pubem, das netz im bauch, um den magen, leber ꝛc. Plin. 11, 37 ſect. 80 *Venticulus atque inteſtina pingui ac tenui omento integuntur.* Vtilitas ejus eſt, ut innatum ventriculi calorem concluſum teneat. Græcis eſt ἐπίπλοον. ¶ 2. Pro cerebri membrana, quam μήνιγγα Græci vocant, poſuiſſe Macrobius quibusdam videtur Saturn. 7, 9. Ait enim: *Cerebrum, quod tactu ſui hominem vel torquet, vel frequenter interimit, non ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſui, id eſt, omenti, hunc importat dolorem.* Hinc occaſio nata Voſſio, vocem ipſam latinam derivandi a græca μήνιγξ, a cujus videlicet prima ſyllaba, ſi O præmittas, ſit *omen*; ac poſtea *omentum*, ea forma, qua *momentum* a *momen.* Sed ſuſpectus eſt Macrobii locus, placetque hic ſententia Hieron. Mercurialis, qui Var. Lect. 6, 8 illa verba, *id eſt, omenti*, delenda putat. Quod ſi maxime Macrobium ipſum ſic ſcripſiſſe arbitremur, cauſſa tamen non eſt, cur aliam hic ſignificationem voci huic imponamus, quam habuerat paullo ante, ubi non membranam *cerebri*, ſed generali ſenſu *quamvis*, atque adeo etiam oſſis, denotabat. Clara ſunt verba: *ut os ſecetur, omentum, quod impoſitum eſt oſſi, cruciatum, dum ſectionem patitur, importat.* Vbi *omentum* certe idem eſt, quod in genere quodvis *operimentum*, eine decke, ein häutlein. Atque *operimenti* voce uſum quoque Macrobium, ſuſpicatur Mercurialis, quia nec alius quisquam, nec alibi Macrobius ipſe omentum ea notione uſurparit. Forte dixeris, intelleximſſe vim originis Macrobium, ſupra indicatam, eaque propter *omentum* dixiſſe tegumentum quodlibet, licet haud ignarum, id vulgo non aliter, quam per ſynecdochen generis uſurpari pro illo membranoſo reti, quod ſtomacho eſt & inteſtinis ſuprapoſitum.

¶ Omentātus, *a, um*, omento involutus. Apic. 2, 1 *Omentata iſicia.*

ŌMĒTIS, *ĭdis*, f. plur. *Ometides*, ſcapulares vel humerales faſciæ, ab ὦμος humerus. Ita Turnebus Adverſ. 4, 23 affirmat legendum eſſe in Ovid. de Arte am. 3, 273; ubi alii *Analectides*, legunt. v. ſupra *Analecta.*

ŌMILLA, n. pl. ὦμιλλα, ludi genus, in quo nucibus luditur, & ille vincit, cujus in circumſcriptum circulum nuces conjectæ ibi maneant. Suid.

Ominari, ominoſus, Omitto, vide *Omen, Mitto.*

Ommento, Omnifariam, omnifer, omnigenus, omnimodus, omnino, &c. vide *Maneo*, & in ſequenti *Omnis.*

OMNIS, *e*, plur. *omnes*, univerſi, cuncti, alle, jedweder; ut, *Omne cælum, tota terra, cum univerſo mari*, Cic. Fin. 2, 34. *Omnium generum, ætatum, ordinum omnes viri ac mulieres, omnis fortunæ ac loci*, Id. in Piſon. c. 22. *Omnibus partibus*, Idem de Invent. 1, 34. Et, *Omnibus modis*, Idem de Lege agrar. 1, 5, durchaus, allerdings. *Omnibus precibus orare*, Cæſ. de B. Gall. 1, 78, ſo ſehr als man bitten kan. *Omnem fidem interponere*, Id. de B. Civ. 1, 86. *Per omnia repugnare*, gänzlich darwider ſeyn, Vell. 2, 69, 6. *Ante omnia deplorati erant equites*, Liv. 4, 40, zuvörderſt die reuter, ꝛc. *In eo mihi ſunt omnia*, h. e. hæc eſt ſumma eorum, quæ volo, Cic. fam. 2, 9, 4. Sed fam. 13, 1, 1 *cum Patrono mihi ſunt omnia*, amicitiam & neceſſitudinem ſummam indicat. Ita *omnia facere*, de quo Barth. in Ciriin. ita Gr. τὰ πάντα, ut Lucia. Tyrannic. p. 392. ¶ 2. *Omnis* crebro ponitur pro *toto*, *totus* pro *omni*, cum tamen *totus* proprie reſpiciat corpus, quod quantitas eſt continua, & *omnis* dicatur ratione numeri, qui quantitas eſt diſcreta; quæ κατάχρησις eſt reciproca: ſunt enim ἀκόλουθα, ſive utrimque commutabiles. v. Voſſ. Inſt. Orat. 4, 12 p. 227. *Equitatui omni præfuit*, Corn. Nep. 23, 3, 1, i. e. toti. Servius ad illud Virg. Æn. 1, 185 *Nos tota armenta ſequuntur: Inter TOTVM*, inquit, *& OMNE hoc intereſt, quod* Totum *dicimus unius corporis plenitudinem*: Omne *de univerſis dicimus. Vt puta*: Totum auditorium habet ſcholaſticos, *i. e.* plenum eſt auditorium ſcholaſticis. Omne auditorium habet ſcholaſticos, *hoc eſt*, omnia auditoria. *Vſurpant tamen Poetæ & iſtud confundunt, ut hoc loco TOTA ARMENTA, pro omnibus poſuit: & contra pro toto, omnem poſuit: ut eſt*: Omnemque reverti per Trojam. *Et Statius* (Theb. 1, 81). Et totos in pœnam ordire nepotes: *id eſt*, OMNES, &c. Sic Plaut. Epid. 2, 2, 29 *Quantum in urbe omni fuit.* Horat. 3 oda 30, 6 *Non omnis moriar.* Macrob. de Somnio Scip. 2, 13 *Omnis hic locus de Phædro Platonis ad verbum a Cicerone translatus eſt.* Apul. in Floridis p. 347 *Prorſus omnes virtutes tuas ita effingit & repræſentat.* Hieron. epiſt. ad Helvid. quæſt. 10, (Tom. 4 fol. 67) *Omnis*, i. e. tota, *ad Romanos epiſtola interpretatione indiget.* Auguſtin. Confeſſ.

10, 28 *Cum inhæsero tibi ex omni me* (i. e. ex me toto; nec neceſſe fuit, pro his ſcribi: *ex memoria*, ut eſt in marg. Dulciloquiorum Auguſtini, quæ excerpta ſunt quædam ex libris Confeſſionum 2, 19 p. 101.) *nunquam erit mihi dolor & labor*. Cæterum *Omne*, numero ſingulari adjectivum ſemper eſt, nunquam ſubſtantivum. Sed alias adjective ſingulari numero dici, nihil inſoliti eſt, Sall. Iug. 92, 5 *Neu omnis* mons *natura, velut opere, atque conſulto præceps*, hoc eſt mons ex omni parte. v. Cort. De ſingulari *omnis* etiam Brouckh. ad Prop. 4, 8, 30. it. Burm. ad Val. Flac. 1, 14. & ad Albin. ad Liv. 202. ¶ 3. *Omnes* & *cuncti* quomodo differant, Feſtus v. *Cuncti* & Serv. ad Virg. Æn. 1, 518 docent. Interdum conjunguntur hæ voces, ut ap. Liv. 7, 34 *Admiratione paventibus cunctis, cum omnium in ſe vertiſſet oculos.*

¶ Omnīno, adverb. prorſus, gänzlich, allerdings, freylich; ut *Omnino nihil*, Horat. 2 ſat. 8, 94. *Nusquam omnino*, Cic. de Amic. c. 6, gar nirgends. Cæſ. de B. C. 3, 46 *Noſtri vero quinque ſuorum omnino amiſſis, quietiſſime ſe receperunt.* C. Nepos 16, 2, 3 *Cum omnino non eſſent amplius centum.* Suet. Claudio c. 17 *Expeditionem unam omnino ſuſcepit*, nicht mehr als eine. Plin. Ep. 7, 11 *Supereſt, ut coheredes æquo animo ferant, ſeparatim me vendidiſſe, quod mihi licuit omnino vendere.*

¶ Omnĭcănus, *a, um*, omnia canens, alles ſingend. Apul. Flor. 2 p. 347 *Oratio intellecta utilis, & modo omnicana.* Orationem humanam philoſophi vocibus animalium opponit.

¶ Omnĭcarpus, *a, um*, alles benagend. Varro de L. L. 4, 19 *Omnicarpæ capræ.*

¶ Omnicognoſcentia, *æ*, f. die allwiſſenheit. Mar. Victor 4 adv. Arium.

¶ Omnĭcŏlor, *ōris*, allfärbig; ut, *Omnicolor pictura*, Prudentius paſſione Petri & Pauli v. 39.

¶ Omnifāriam, adv. omnibus modis, omni ex parte, auf allerley weiſe, πανταχῶς. Gell. 12, 13 *Oceanus terras omnifariam & undique verſum circumpluit.* Apul. in Triſmegiſto p. 85 *Dicunt, Deum debuiſſe omnifariam mundum a malitia liberare.* Id. Met. 2 p. 123 *Ore undique omnifariam deformato.* Macrob. Sat. 7, 13 *Senarius numerus omnifariam plenus, perfectus, atque divinus eſt.* Adde Capitol. Marco c. 11, & Vopiſc. Aurel. c. 27.

¶ Omnĭfārius, *a, um*, allerley, mancherley, dicitur ſicut *Plurifarius*, quo Suetonius uſus eſt, quod etiam Eraſmus annotavit. Gloſſ. παντοῖος.

¶ Omnĭfer, *a, um*, ferens omnia. Ovid. Met. 2, 275

Suſtulit omniferos collo tenus arida vultus.

Sed alii aliter legunt. vid. Heinſ.

¶ Omnĭformis, *e*, von allerhand geſtalten. Apul. in Triſmegiſt. p. 78 *Mundus præparatus eſt a Deo receptaculum omniformium ſpecierum.* Prudent. in Romano v. 339 *Verbo creavit omniformem machinam.*

¶ Omnĭgenus, *a, um*, allerley art. Virg. Æn. 8, 698 *Omnigenumque Deum monſtra.* Claud. Gigantomach. v. 51 *Omnigenis coeuntia numina formis.* Lucret. 2, 758 *E quibus omnigenos gignunt variantque colores.* Idem 5, 441 *Omnigenis e principiis &c.* ¶ 2. Omnia gignentem notat apud Prudent. in Symmach. 1, 12 *Patris ars eſt omnigeni.*

¶ Omnĭmŏdus, *a, um*, idem. Apul. Met. 5 p. 196 *Voculas omnimodas edocens.* Id. Apol. p. 306 *Omnimodis maculationibus convariat.* Lucretius 1, 684 *Omnimodas ignis.*

¶ Omnĭmŏdis, adverbialiter, auf allerley weiſe. Apul. Florid. 1 p. 342 *Tibicen quidem fuit omnis vocum bedas modulator, & idem omnimodis per itus modificator.* Atque ita ſæpe Lucretius *Omnimodis*, pro, Omnibus modis, vid. 2, 488 & 699; & 3, 407 &c.

¶ Omnĭnŏdo, adv. omnino; Gellius 1, 7; & 7, 4. Lactant. 6, 12 pr. *Tenendum eſt omnimodo, ut &c.* & Gellius 18, 15; quæ vero diviſe quoque *omni modo* ſcribi poſſunt.

¶ Omnimorbia, *æ*, f. herba ſic dicta, quod multis morbis ſubveniat, apud Iſidorum 17, 9.

¶ Omnĭpărens, *tis*, c. aller mutter oder vater; ut, *Omniparens terra*, Lucretius 2, 259; Virg. Æn. 6, 595; Apul. Met. 6 p. 177. Et Avienus Phænom. Arat. v. 795 *Nutu Iovis omniparentis.*

¶ Omnĭpăter, *tris*, m. Prudent. paſſione Eulaliæ v. 70

Omnipatremque negare Deum.

¶ Omnĭpăvus, *a, um*, der alle dinge fürchtet. Cæl. Aurel. Acut. 3, 12 *Pantophobus, i. e. omnipavus.*

¶ Omnipollens, *tis*, omnipotens, allmächtig. Prudent. Apoth. præf. *Statum laceſſunt omnipollentis Dei Calumnioſis litibus.*

¶ Omnĭpŏtens, *tis*, idem. Virgil. paſſim, v. g. Æn. 2, 689 *Iupiter omnipotens.* Id. Æn. 1, 64 *Pater omnipotens.* Et Cic. Tuſc. 4, 34 ex poeta: *Te, omnipotens Neptune, invoco.* Superl. Auguſtin. de C. D. 21, 19 *Omnipotentiſſimus creator.* Et Macrob. Somn. Sc. 1, 17 *Deus ille omnipotentiſſimus.*

¶ Omnipotentia, *æ*, f. die allmacht. Macrobius Saturn. 5, 16 *Fortune omnipotentiam tribuit.*

¶ Omniſonus, *a, um*, allſchallend; ut, *Chelys omniſona. Omniſonis pulſibus*, Mart. Capella l. 9 p. 309 & 312.

¶ Omnitenens, *tis*, παντοκράτωρ, omnia complectens, allgewaltig; ut, *Omnitenentis verba*, Tertull. f. Cyprian. adv. Marc. Carm. 5 p. 9.

¶ Omnĭtuens, *tis*, allſehend; ut, *Sol omnituens*, Apul. de Mundo p. 71. Val. Flacc. 5, 248

Hæc tibi, fatorum genitor tutela meorum
Omnituens. conf. Lucret. 2, 940.

¶ Omnĭvăgus, *a, um*, allenthalben herumlaufend: ut, *Diana omnivaga.* Cic. Nat. D. 2, 27. pro quo *annivaga* Adr. Iun. in Animadv. 4, 20 reponit v. Menck. Obſerv. L. L. h. v.

¶ Omnividentia, *æ*, f. die allſehenheit. Mar. Victor 4 adv. Arium.

¶ Omnĭvŏlus, *a, um*, qui omnia vult, der alles will. Catull. Carm. 69, 140 ad Manlium:

Conjugis in culpa flagravit quotidiana
Noſcens omnivoli plurima furta Iovis.

¶ Omnĭvŏmus, *a, um*, alles ausſpeyend. Pacuvius: *Omnivomus oceanus.*

¶ Omnĭvŏrus, *a, um*, der alles frißt. Plin. 25, 8 *Boves omnivoræ ſunt in herbis.*

ŌMŌLE, *es*, f. mons Theſſaliæ, Virg. Æn. 7, 675.

ŌMŌPHĂGI, m. pl. ὠμοφάγοι, qui cruda carne veſcuntur, quáles eſſe perhibentur Ætoli, ut ait Thucydides, die rohes fleiſch eſſen.

¶ Omophagia, *orum*, n. pl. ὠμοφάγια, i. e. *Bacchanalia immania, quibus nomen omophagiis Græcum eſt, &c.* uti crudarum carnium eſum deſcribit Arnobius lib. 5 p. 169. conf. Reineſ. in epiſt. p. 594.

ŌMOPLĀTAE, f. pl. ὠμοπλάται, duo oſſa lata a cervice ad ſcapulas tendentia, die ſchulterbeine. Celſ. 8, 1.

ŌMOTĂRĪCHVS, *i*, ὠμοτάριχος, ſalſamentum ſive ſalſi thynni caro, eingeſalzen fiſchwerck. Dioſcor. 2, 30.

ŌMPHĂCIVM, *i*, n. ὄμφακιον, ſuccus eſt, vel oleæ, vel uvæ acerbæ nondum matureſcentis. Locus claſſicus eſt Plinii 12, 27 ſ. 60. Dioſc. 5, 5. *Omphaces* enim ſunt fructus immaturi.

¶ Omphacĭnus, *a, um*: ut, *Omphacinum oleum*, quod ex olivis nondum maturis expreſſum eſt, Plin. 23, 4; & 12, 27.

¶ Omphacocarpon vel Omphalocarpon, *i*, n. ὀμφακόκαρπον, i. e. Aparine, Dioſc. 3, 95; Plin. 27, 5

¶ Omphacomel, *lis*, n ὀμφακόμελι, i. e. mel acerbæ uvæ ſucco confectum, Dioſc. 5, 22; & Pallad. Aug. t. 13.

ŌMPHĂLE, *es*, f. Ὀμφάλη, regina Lydiæ, cui Hercules, mundi domitor, amoris cauſſa ſerviens, ſæpius ſandalio ab ea pulſatus, atque in tabulis ita pictus fuit. Ad lanificium Herculem compulit, cum ipſa calathum & colum cultusque fœmineos ſagittis & clava leonisque tegmine mutaſſet. v. Ovid. Faſt. 2, 305 ſeqq. Senec. Hippol. v. 317 ſeqq. & Herc. fur. v. 465. Ter. Eun. 5, 8, 3 *Qui minus huic, quam Hercules ſervivit Omphale.* Propertius 3, 17 *Omphale in tantum formæ proceſſit honorem.* Vbi ſecunda contra indolem producta eſt; niſi forte Græca imitatione vocalem longam in fine corripi potius quam elidi dicamus.

ŌNA, *æ*, f. fici genus Tarenti; al. *Oma*, Plin. 15, 18; ab ὠνή, *emptio*, quod onæ propter bonitatem jure emi dicantur.

ŌNĂGER, *gri*, ὄναγρος, ὄνος ἄγριος, aſinus ferus vel ſilveſtris, ein wald-eſel. Cicero Att. 6, 1. Virgil. Georg. 3, 409 *Curſu timidos agitare onagros.* conf. Varr. de R. R. 2, 6; Martial. 13 epigr. 97 & 101. Mulæ ex onagro natæ præſtantiores, vid. Plin. 8, 44. Petro. c. 38 p. 163.

¶ Onāgos, *i*, m. ὄναγος vel ὄνηγος, aſinarius, ein eſeltreiber, qui ap. Virg. Georg. 1, 273 *Agitator aſelli.* Plaut. Aſin. prol. v. 10 *Huic nomen græce Onagos fabulæ.*

¶ Onagra, *æ*, f. ὀνάγρα, frutex eſt Dioſcoridi. ¶ 2. Et machina bellica, eadem quæ *Scorpio.* Veget. 4, 9 & 22.

Onaſimus, vide mox *Oneſimus.*

ONCA, *æ*, f. ſic apud Thebanos appellata fuit Minerva, ut ex Æſchylo intelligi datur. vid. Guil. Canter. nov. lect. 6, 1, qui ſanat inde quemdam Pauſaniæ, & alterum Sophoclei ſcholiaſtæ locum.

ONCHESMVS, *i*, m. portus Epiri; unde

¶ Onchesmites ventus inde flans verſus Italiam. v. P. Victorius & Grævius ad Cic. Att. 7, 2 p. 650.

ONCHESTVS, *i*, f. urbs Bœotiæ, condita ab Onchesto, Neptuni filio, vid. Strab. lib. 9; Stat. Theb. 7, 272.

ONCO, *are*, ὀγκᾶν, de aſello dicitur ap. Auct. Philomelæ v. 55 *Oncat aſellus.* al. legunt *uncat.*

Onerare, onerarius, oneroſus &c. vide poſt paullo *Onus.*

ONĒSICRĪTVS, *i*, m. Ὀνησίκριτος, Ægineta, philoſophus & hiſtoricus in comitatu Alexandri M. a quo & ad ſophiſtas Indiæ miſſus eſt, & cujus ipſe incunabula & laudes ſcripſit. vid. Curt. 9, 10, 3; & 10, 1, 10; Gell. 9, 4; Plin. 6, 22 & 23; Voſſ. de Hiſt. Græc. 1. 2 p. 48.

ONĒSĪMVS, *i*, m. Probi vixit ætate, ac diligenter vitam ejus Cæſaris exſcripſit, inquit Voſſius de Hiſt. Lat. 2, 4 p. 184. Meminit ejus aliquoties Vopiſcus. Qua lingua ſcripſerit, neſcio utrum compertum ſatis. Ac Voſſius quidem Latinis eum hiſtoricis inſerit. Sed Petrus Crinitus (cui per typographi, credo, errorem *Oneſius* eſt) græcum auctorem vocat, de Honeſt. diſcipl. 9, 2. Hoc certum, vocem græcam eſſe, ὀνήσιμος, ὠφέλιμος καὶ ὄνοιτο κτέον. Cujus hominis nomen illud proprium fuerit, non addit. In præcedentibus vero memorat *Onaſimum* quemdam Cynicum aut Sparetanum, qui hiſtoricus juxta fuerit ac ſophiſta, vixeritque temporibus Conſentinis. Hunc ipſum Robertus & Carolus Stephani *Oneſimum* ſcribunt in Lexicis ſuis; ſed Voſſius de Hiſt. Græc. 4, 19 p. 420 [illegible].

ŌNĒTOR, *ōris*, m. philoſophus ſcripſit librum, cui titulus, ὁ χρηματίσας ὁ σοφός, h. e. ut interpretatur Caſaubonus, an is, qui vere fuerit ſapiens, pecuniæ comparandæ operam dabit? Citatur a Diog. Laert. in vita Plat. p. 192. ¶ 2. Alius, de quo Suidas in Ὀνήτωρ, ad quem Demoſthenes ſcripſit. ¶ 3. Alius, pater Phrontidis ejus, qui Menelai nauclerus fuit, & inde Homero Ὀνητορίδης vocatur Odyſſ. 5, de quo & Lucian in Phoc.

ŌNĪROS, *i*, m gr. ὄνειρος, *ſomnus.* ¶ 2. Etiam papaver, quod ſomnum promovet, mohn, magſamen. v. Apul. de Herb. c. 53.

¶ Onirocritēs, *æ*, m. ὀνειροκρίτης, ſomniorum interpres, ein traumdeuter. Fulgent. 1 Mythol. *Onirocriten, ſoporis nugas ariolantem, adverto.*

ŌNISCVS, *i*, m. ὄνισκος, vermis terrenus, *Multipeda, Millepeda, Centipeda* alias dictus, ein kellerſchabe. Repit arcuatim multis pedibus Plin. 29, 6.

ŌNĪTIS, *idis*, f. ὀνῖτις, herba eadem cum origano, ſed folio candidiore. Plin. 20, 17; Apul. de Herb. c. 122; Dioſc. 3, 29.

ŌNOBA, *æ*, f. Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, prope Iunonis promontorium. Plin. 3, 1; Mela 3, 1.

ONOBRŸCHIS, *is*, f. ὀνοβρυχίς, lat. palmes aſini, plantæ genus, hahne-topf, Dioſc. 3, 161; Plin. 24, 16.

ŌNŌCARDION, *i*, n. ὀνοκάρδιον, herba eadem quæ *Chamæleon*, eberwurtz. Apul. de Herb. c. 25.

ŏNŏCENTAVRVS, *i*, m. ὀνοκένταυρος, monſtrum ſuperius hominis, inferius aſini ſpeciem præferens. Vulg. Interpr. Eſ. c. 34, 14 verſ. v Caſp. Schott. Phyſ. curioſ. 9, 59.

ONOCHĒLES, *i*, n. ὀνοχηλὲς latine ſonat *labium aſini*, genus herbæ, Plin. 23, 21, ochſenzungen-kraut. conf. Plin. 21, 16; Dioſc. 4, 25, ubi *Anchuſae* ſynonymon eſt. Scribitur etiam *Onochiles*.

ONOCHOĒTES, *æ*, m. fictus ab Iudæo nebulone Chriſtianorum Deus, auribus aſininis, & pedibus ungulatis, apud Tertullian. Apol. c. 16; & ad Nation. 1, 14. Adde ibi Rigaltium, qui de variante quoque ſcriptura, quæ mirabilis in ficto & peregrino vocabulo eſt, teſtatur. Havercampius ὀνοκοίτην vult, quaſi ex aſino conceptum.

ONOCLĒA, *æ*, f. ὀνόκλεια, herba eadem quæ *Onocheles*, Dioſc. 4, 25.

ONOCRŎTĂLVS, *i*, m. ὀνοκρόταλος, avis eſt aquatica, anſere major, ab ὄνος & κρόταλος, *crepitus*. Sonus enim ejus, quem capite ſub aquas demerſo edit, rugitui aſini ſimilis eſſe dicitur, ein eſel-ſchreyer, kropfvogel, ſchneegans. Plin. 10, 47; Martial. epigr. 22. Vulg. Interpr. Deut. 14, 18.

ŏNŏMA, *ătis*, n. gr. ὄνομα, Æolice ὄννυμα, nomen, fama, celebritas, der name. Hinc

¶ Onomaſticus, *a*, *um*, ὀνομαστικὸς, ad nomen pertinens; ut, *Onomaſticus dies*, der namens-tag. *Carmen onomaſticum*, ein angebinde in verſen. ¶ 2. *Onomaſticum* ſubſt. i. e. dictionarium, ein wörterbuch.

¶ Onomacrĭtus, *i*, m. quem omnium eorum, qui leges ſcripſiſſent, antiquiſſimum habuere quidam, patria Locrus, familiaris Thaleti: v. Ariſtot. Polit. 2, 10. ¶ 2. *Onomacritus*, Athenienſis poëta, Piſiſtrato, Athenienſium tyranno, ejusque filiis Hipparcho & Hippiæ σύγχρονος. Hujus poëmata ſunt ea, quæ Orphei dicebantur, item χρησμοὶ, ſive reſponſa, quæ Muſæo adſcribebantur. v. Voſſ. de Poët. Græc. c. 4 p. 23; Lambec. prodr. Hiſt. litt. 2, 4 f. 177 ſeqq. & infra in *Orpheus*.

¶ Onomarchus, *i*, m. ſecundus Phocenſium dux fuit in bello, quod ſacrum vocant, cujus initium incidit, auctore Diodoro Sicul. lib. 16, in Philippi Macedonis (qui pater fuit Alexandri M.) annum imperii ſeptimum. De bello Iuſtinum v. l. 8, & Diod. Sicul. l. 16. ¶ 2. Alius *Onomarchus*, Catanæ tyrannus, quem narrat Ælianus leonem ſuæ menſæ convictorem adhibuiſſe, de Hiſt. Animal. 5, 39.

¶ Onŏmatopœia, *æ*, f. ὀνοματοποιία, nominis fictio, qua rei, cui nomen non eſt, nomen effingimus. v. Iuſt. 1, 36; & Voſſ. P. 2 Rhet. p. 241.

Compoſita ab initio:

¶ Anŏnŏmaſtos, *i*, m. ἀνωνόμαστος, *non nominatus*, *nomen non habens*, un-genannt. Sic vocatur Æon hæreticorum Tertull. adv. Valent. c. 35.

¶ Anōnўmus, *i*, m. ἀνώνυμος, ſine nomine, ungenannt, herba eſt. Plin. 27, 4. ¶ 2 *Anonymus auctor* libri, cujus nomen ignotum eſt, & *liber anonymus*, qui non eſt auctoris nomine inſcriptus.

¶ Antŏnŏmăſia, *æ*, f. ἀντονομασία, figura, qua ſeu patronymicum, ſeu epitheton, ſeu aliud quodcunque pro proprio ponitur: ut *Æacides*, aut *Pelides* pro Achille, *Poeta* pro Virgilio, &c. Quintil. 8, 6; & 9, 1.

¶ Epōnўmia, *æ*, f. ἐπωνυμία, *cognomen*, der zuname.

¶ Evōnўmus, *i*, m. εὐώνυμος, bonum & fauſtum nomen habens, wohlbenannt. κατ' ἀντίφρασιν ita dicta arbor inauſpicata, *Fuſaria* vulgo, quod ex ea fuſi fiant, Germanis ſpindel-baum. Plin. 13, 22. ¶ 2. *Evonymus* inſula Æoliæ, Plin. 5, 19.

¶ Hierōnўmus, *i*, m. ἱερώνυμος, cujus nomen ſacrum eſt, vide ſupra ſeorſum.

¶ Hŏmōnўmia, *æ*, f ὁμωνυμία, una voce multa ſignificat; *Synonymia* vero multis vocibus idem teſtatur, uti explicat C. Fronto vetus Grammaticus. Adde Quintil. 7, 9; & 8, 2.

¶ Homonўmon, *i*, n. ὁμώνυμον, nomen diverſa ſignificans, quod & *Polyſemum* Grammatici, & *Æquivocum* Dialectici vocant; ut, *acies*, *lupus*, *aries*, *nepos*. Differt a *Synonymo*, de quo inferius.

¶ Homonўmĭcus, *a*, *um*, v. Quintil. l. c.

¶ Metōnўmia, *æ*, f. μετωνυμία, eſt nominis transmutatio; *Denominatio* Autori ad Herenn. 4, 32; *Nominis pro nomine poſitio*, Quintil. 8, 6. qua aut inventor pro re inventa ponitur: ut, *Sine Cerere & Libero friget Venus:* vel continens pro contento; ut, *Nunc pateras libate Iovi*; vel contra; ut, *Vina coronant* &c. v reliqua in libellis de Schematibus, apud Feſtum & Cic. in Orat. c. 27.

¶ Paronōmăſia, *æ*, f. παρονομασία, *Agnominatio*, cum jucunda quædam fit vocum colluſio, in contrarium deflexa; ut, *Novem convivium*, *ſeptem convicium*. conf. ſupra *Agnominatio* in *Nomen*, ubi exempla ex Ter. & Cic. Hac figura in joculari & parum ſevero ſcripto nihil gratius, at in ſerio nihil ineptius, præſertim ſi frequentetur, qua tamen affectatione multi hodie ſibi mirifice placent. Nempe ut Nævius ait: *Oratores novi, ſtulti adoleſcentuli*. Conf. Quintil. 9, 3; Mart. Capell. 5 p. 174; & Cic. de Orat. 2, 63.

¶ Paronymia, *æ*, f. παρωνυμία, denominatio derivative facta. Et ſic

¶ Paronўmon, *i*, n. παρώνυμον, plur. *Paronyma*, quæ ab alio quodam trahuntur, & nihil de ſupra memoratis ſignificant; ut, *equus*, *eques*. v. Diomed. p. 310.

¶ Patronymicum, vide infra ſeorſum in P.

¶ Polyonўmos, *i*, multa nomina habens; item celebris, honoratus. ¶ 2 *Polyonymos*, helxine ſive herba perdicalis, winde. v. Apul de Herb. c. 81. ¶ 3. *Polyonyma* eadem etiam quæ *Synonyma*. v Diomed. p. 309.

¶ Protonomaſia, *æ*, f προσονομασία, figura eſt ex aliqua vocum ſimilitudine & verborum quadam affinitate. v. Quintil. 9, 3.

¶ Pſeudonўmos, *i*, c. ψευδώνυμος, falſum nomen gerens, nomen aliquod mentiens, falſch benamt.

¶ Synōnўmon, *i*, n. συνώνυμον, plur. *Synonyma*, vocabula ſunt plura, rem eandem ſignificantia: ut, *Liber*, *codex*, *volumen*; *domus*, *ædes*, *domicilium*, &c. v. Chariſ. p. 129.

¶ Synonymia, *æ*, f συνωνυμία, prima ratio variandi, quæ Synonymis, id eſt, vocibus diverſis idem ſignificantibus conſtat. conf. Quintil. 8, 3; Mart. Cap. 5 p 175. In locutionibus ſimile quiddam eſt *Iſodynamia*, hoc eſt, æquipollentia: ut, *Vir egregie doctus*, *vir minime indoctus*. Vide de utraque variatione l. 1 Copiæ Eraſmi.

ŏNōNIS, *ĭdis*, ὀνωνὶς, herba eadem, quæ *Anonis*, de qua ſupra in A, die heuhechel. v. Plin. 27, 4; & 21, 15; Dioſc. 3, 19.

ŏNōNYCHĪTES, *æ*, m. ὀνονυχίτης, habens ungulas aſininas, v. Tertull. Apol. c. 16. al. *Onochœtes*, de quo ſupra.

ŏNŏPORDVM, *i*, n. ὀνόπορδον, weiß wegdiſtel. Si aſini comederint, crepitus reddere dicuntur. v. Plin. 27, 12.

ONOPYXOS, ὀνόπυξος, herba ſpinoſa, Plin. 21, 16.

ŏNOS, *i*, m. ὄνος, *aſinus*, ein eſel. ¶ 2. Locuſta carens alis, Dioſcor. 2, 57.

ŏNOSMA, *ătis*, n. ὄνοσμα, herba ab ὄνος ὀσμὴ dicta, i. e. ab aſini odore, Plin. 27, 12; Dioſc. 3, 138. vid. etiam *Oſma*.

ŏNVPHIS, *is*, f. urbs celebris Ægypti, a qua vicina præfectura *Onuphitis*, Plin. 5, 9.

ŏNŪRIS, *is*, f. ὄνυρις, herba eadem quæ *Ononotheta*, Plin. 26, 11; Dioſc. 4, 113.

ŏNVS, *ĕris*, n. die laſt, bürde, beſchwerung; ut, *Oneri eſſe*, Liv. 23, 43, beſchwerlich ſeyn. *Onus ſuſtinere*, Cic. de Senect. c 2. *Onus ſuſcipere*, Cic. Verr. 3, 4. *Onus alicui imponere*, Idem fam. 13, 56; &, *D ponere onus officii*, pro Sylla c. 23; &, *Opprimi onere*, pro Roſc. Amer. c. 4. *Liberare aliquem onere*, Quintil. 5, 6. In quibus locutionibus *onus* idem fere eſt, quod munus, ſeu officium. ¶ 2. *Onera* etiam ſumtus dicuntur, qui gravant; itemque alia cum moleſtia aliqua & impenſa præſtanda, allerley auflagen, de quo ICti. Suet. Calig. c. 42 *Filia nata pauperiatem, nec jam imperatoria modo, ſed & patria conquerens onera, collationes in almoniam ac dotem puellæ recepit*. Idem Domit. c. 12 *Neque eo ſecius in explicandis oneribus omnibus haereret*. ¶ 3. Non raro etiam fœtum notat in utero matris, weibliche bürde, leibesfrucht. Ov. Met. 10, 481 *Vixque uteri portabat onus*. Ibid. v. 506 De Adonide in utero Myrrhæ in arborem abeuntis delitescente: *Tendit onus matrem &c.* Et Stat. Theb 2, 615 *Hunc utero &c. onerisque oblita ferebat*.

¶ Onerōſus, *a*, *um*, quod oneri eſt, ſchwer, beſchwerlich; ut, *Oneroſa præda*, Virg. Æn. 9, 384. Ovid. Met. 1, 52

Imminet his aër, qui quanto eſt pondere terræ,
Pondere aquæ levior; tanto eſt onerоſior igne.

Et, *Oneroſus creditor*, l. 25 Dig. de pignorat. act dicitur, qui fit durus & acerbus, quales I. Cæſaris apud Suet. ejus vita c 18. Plutarch. in vita Cæſ. Et, *Oneroſiores ſarcinulæ*, Fulgent. Contin. Virg. p. 142.

¶ Onerōſe, adverb verdrießlich. Paulinus Nolanus epiſt. 11 (vid. ed. epiſt. 5) n. 6 *Cur in nos oneroſe loqueris?*

¶ Onerōſĭtas, *ātis*, f. die beſchwerlichkeit. Tertull. de Cultu fœm c. 7 *Tanta ornandi capitis onerоſitas*.

¶ Onero, *avi*, *atum*, *are*, onus imponere, beladen beſchweren, beläſtigen; ut, *Onerare menſas epulis*, Virg. Georg. 4, 378. *Onerare aliquem maledictis*, Plaut. Pſeud. 1, 3, 122: *Injuriis*, Ter. Andr. 5, 1, 8; *Cateris*, Horat. 4 oda 11, 45: *Mendaciis*, Cic. fam. 3, 10: *Promiſſis*, Salluſt. Iug. c. 12: Et, *Spe præmiorum*, Liv. 35, 11. *Onerare ſe vino*, ſich voll ſaufen. Iuſtin. 1, 8, 6. ¶ 2. Etiam de re non moleſta uſurpatur Idem Iuſtin. 5, 4, 13 *Non humanis tantum, verum & divinis eum honoribus onerant*. Phædr. 5, 88 *Multis onerare laudibus*. Liv. 9, 17 *Oneratus fortunæ apparatibus ſuæ*. ¶ 3 Eſt & in invidiam adducere, verhaßt machen. Tac. Hiſt. 2, 64, 3 *Triariæ licentiam, modeſtum e proximo exemplum onerabat*. Item Hiſt. 4, 14, 2 *Delectum natura gravem onerabant miniſtri avaritia & luxu*. Apud Colum. 4, 2 *Rationes onerare*, eſt diſpendioſum eſſe. Virg. Æn. 9, 24 *Multa Deos orans, oneravitque æthera votis*. ¶ 4. *Onerare* & *ornare* ſolenniter miſcent librarii, vid. Heinſ. ad Val. Fl. 3, 9. Gron. ad Liv. 24, 48.

¶ Onerans, *tis*. Horat. ſat. 10, 10 *Impediat verbis laſſas onerantibus aures*.

¶ ŏnerātus, *a*, *um*, beſchwert beladen. Curt. 4, 14, 2 *Armis ſuis onerati*. Idem 5, 7, 4 *Mero onerati*, i. e. ebrii, trunckene. Sic, *Vino & epulis onerati*, Salluſt. Iug c. 46. *Iumenta onerata plagis*, Horat. 1 epiſt. 18, 46. *Oneratæ lances*, Virg. Æn 8, 284.

¶ Oneratio, *onis*, f. die beſchwerung apud Auguſtinum.

¶ Onerarius, *a*, *um*; ut, *Navis oneraria*, quæ oneratur, ein laſt-ſchiff. Cic. Divin. 1, 32; Nepos 2, 2, 5; Vellej. 2, 53, 2. conf. Non. 13, 15. *Onerariæ* ſæpe apud Livium occurrunt, pro *onerariis navibus*, ut 34, 50, 35, 37. v. Gronov. ad 25, 27 *Qui onerarias naves retro Africam repetere juberent*, ubi meliores etiam τὸ *naves* omittunt.

¶ Onuſtus, *a*, *um*, cui onus impoſitum eſt, beladen, beſchwert; ut, *Onuſta frumento navis*, Cic. Off. 1, 34. *Onuſtus cibo & vino*, Id de Divin. 1, 29. *Onuſtas præda*, Liv. 3, 29. Horat. 2 ſat. 2, 77 *Corpus onuſtum Heſternis vitiis animum quoque prægravat una, &c.*

¶ Onuſtatus, *a*, *um*, idem, Vulg. Interpr. Iudith. c. 15, 7.

Compoſita:

¶ Coönero, *are*, valde onerare. Tac. German. c. 30, 4 *Super arma ferramentis quoque & copiis coonerant*.

¶ Deōnero, *are*, onus deponere, abladen. Cic. in Verr. Divinat. c 14 *Ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere*. Arnobius 7 p. 249 *Averſabili fœditate corpus deonerare*, den leib erleichtern.

¶ Deoneratus, *a*, *um*, ausgeleeret, abgeladen. Ammian. 24, 6 *Validiores naves deoneratas implevit armatis*. conf. Ambroſ. epiſt. 6, 36.

¶ Deoneratio, *onis*, f. die abladung, apud Firmicum.

¶ Exŏnero, *are*, entledigen, ledig machen, erleichtern; ut, *Exonerare aliquem metu*, Liv. 2, 2. *Exonerare conſcientiam*, Curt. 6, 8, 12 ſein gewiſſen befreyen. *Exonerare animum ſolicitudine*, Id. 4, 3, 22, ſich der ſorge entſchlagen. Seneca epiſt. 4 *Quidam, quæ tantum amicis committenda ſunt, in quaslibet aures, quicquid ebs urit, exonerant*, ſie beichten ihre noth überall aus. Martial. 10 epigr. 48

Exoneratrix vomitorum malva.

¶ Exoneritus, *a*, *um*, ausgeladen. Tac. Hiſt. 5, 2, 4 *Exonerata in proximas terras multitudo*.

¶ Exoneratio, *ōnis*, f. die ausladung, erleichterung; ut, *Exoneratio mercedis*, Papinianus Lege 15 § 7 Dig Locati conduct.

¶ Semionuſtus, *a*, *um*, halb beladen. Sifenna apud Priſcian. p. 909 *In eam paludem multi piſcium a navibus ſemionuſtis commeant*.

ÒNYX, *onȳchis*, *ŏvυξ*, m. unguis & gemma habens candorem unguis humani, carniol, chalcedonier. Plin. 37, 6. *Ex onyche amphoræ & urceoli*, Nepos Fragm. 8 n. 7. Martial. 12 epigr. 50

Calcat onyx tuo sub pede lucet onyx.

¶ 2. *Onyx* pro vase unguentario. Horat. 4 od. 12, 17 *Parvus onyx nardi.* Et Martial. 7 epigr. 93 *Unguentum onyx parva gerebat.* Verſu hoc vulgo probatur genus dubium hujus vocabuli; ſed cum alias ſemper maſculino genere occuriat, recte I. F. Gronovius ita emendavit: *Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebas.* Approbat Broukh. ad Propert. 2, 10, 30. v. Ol. Wormius Hiſt. rer. var. 1, 15.

¶ 3. *Onyx* piſcis, Plin. 32, 11.

¶ Onychius, *a, um*, adj. ut, *Lapis Onychius*, Tertull. adv. Marc. 2, 10.

¶ Onychinus, *a, um*, adject. aliud; ut, *Vaſa onychina*: & *pyra, pruna onychina*, hoc eſt, unguis formam habentia, Plin. 15, 15; & Col. 12, 10.

¶ Onychinīnus, *a, um*, idem; ut, *Onyches intinæ cruſtæ*, Sidon. 9 ep. 7.

¶ Onychītis, *idis*, f. cadmiæ ſpecies, intus onychis maculis ſimilis, Plin. 34, 10.

¶ Onychipuncta, *æ*, f. gemma ex jaſpidum generibus, niveo colore, rutulis punctis ſtellata, Plin. 37, 9.

¶ Jaſponyx, vide ſupra *Jaſpis*.

¶ Peronychia, vide ſeorſum in P.

¶ Sardŏnyx, &c. vide infra *Sarda*.

OOGALA, n. *ωόγαλα*, puls ex ovis & lacte, eyer-milch, Iunius.

OOSCYPHIVM, *i*, n. poculum in ovi formam oblongum, cujusmodi figura hodie pocula formantur ex nucibus Indicis, eine indianiſche nuß.

OPA, *æ*, f. *ὀπὴ*, foramen, ein loch. *Opæ ſunt tignorum cubilia*, die löcher, darinne die balcken ſtecken, apud Vitruvium 4, 2.

ŌPĀCVS, *a, um*, umbroſus, ſchattiet, dunckel; ut, *Arbor opaca*, Virg. Æn. 6, 136. Sic, *Frondes, montes opaci*. Et, *Opaciſſima nemorum paſcua*, Colum. 6, 21. Idem 8, 17 *Multi putant, ſpecus eſſe fabricandos, quo ſint opaciores æſtuantibus diebus*. Et Plin. 5 epiſt. 6 *Hippodromi limes cupreſſis ambitur & tegitur, denſiore umbra opacior nigriorque.*

¶ Opācitas, *ātis*, f. die dunckelheit, der ſchatten. Colum. 8, 17 *Plus nocet patris umbra, quam prodeſt opacitas*. conf. Plin. 15, 30.

¶ Opāco, *āre*, opacum reddere, obumbrare, umbra tegere, beſchatten, ſchatticht machen. Cic. de Orat. 1, 7 *Platanus ad opacandam hunc locum natalis eſt diffuſa ramis*. Virg. Æn. 6, 195 *Opacat ramus humum*. Sil. 13, 331 *Opacat tempora pinus*. Et Venantius Fortunatus 1 carm. 20

Pinguis & altricem palmes opacat humum.

¶ Inŏpāco, *āre*, idem. Colum. 8, 15 *Quæ inopacant avium receptacula*.

¶ Pĕrŏpācus, *a, um*, ſehr ſchatticht. Lactantius Div. Inſtit. 1, 22 pr. *Erat quædam ſpelunca peropaca.*

Opalia, opālis, vide infra *Ops*.

ŌPĂLVS, *i*, m. gemma colore quidem candida, ita tamen, ut in ea & carbunculi ignis, & amethyſti purpura, & ſmaragdi viror transluceat: Plin. 37, 6.

Opeconſiva, Opella, vide *Ops* & *Opera*.

ŎPĔLĬCVS, *i*, m. unctoris nomen apud Martialem 12 epigr. 71.

ŌPĔRA, *æ*, f. actio, officium, arbeit, fleiß, hülfe. dienſt. Sed *Opus operæ finis* eſt, Valla 4, 76, de quo infra. Colum. 11, 1 de Hichomacho quodam, quem ſic ait dixiſſe: *Malo vobis agilem atque induſtriam, quam decem hominum negligentem & tardam operam*. App. Claud. apud Liv. 5, 4 *Nusquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ferme ſine impenſa operæ eſt. Dare operam amori, ſtudio, litteris diſcendis, valetudini, honoribus*, ſich auf etwas befleißigen, beſſelben warten, mit etwas umgehen. Ter. Heaut. 1, 1, 58; Ovid. Rem. am. v. 158. Et, *Nunc id operam do*, Ter. Andr. 1, 1, 130, itzt hab ich das für, ich gehe darauf um. Suet. Vitell. c. 10 *Ludere operam*, pro dare, dixit v. Gronov. ad Liv. 3, 63 pr. it. 4, 24 pr. Sic, *In aliquid operam dare*, ſich auf etwas legen. Cic. Tuſc. 1, 4 *In quam exercitationem nos ſtudioſe operam dedimus*. Et, *Impendere operam*, Colum. 12, 1, fleiß anwenden. *Operam in aliquid conferre*: & *Operam*, ſeu *multum operæ in re aliqua ponere*, utrumque Cicero Off. 1, 6. *Sumere operam inanem*, Horat. de Arte Poet. v. 443, vergeblich arbeiten. *Operam frugiferam conſumere, conterere*, mühe und arbeit umſonſt haben. *Operam ludere, perdere*, Plaut. Caſ. 2, 7, 1; & Bacch. 1, 2, 24 & 57. Inde prov. *Oleum & opera perit*, es iſt bey dem und mehr verlohren, v. *Oleum*. Similiter dicitur: *opera & impenſa perit*. Utrumque a re culinaria eſt. Nam cum veteres omnes fere cibos cum oleo coxerint, hinc coci, qui cibum corrumperent, *oleum & operam*, item, *impenſam* dicebantur perdidiſſe. *Impenſa* autem farctura eſt. *Data opera*, Plin. 7 epiſt. 12 n. 6; Et, *dedita opera*, Cic. pro Roſc. Am. c. 36; in Bruto c. 8; ad Att. 10, 3, id eſt de induſtria, quod vulgo dicunt ſtudioſe, fürſetzlich, mit allem fleiß. v. ſupra in Do *deditus*. Nepos 7, 6, 2 *Res accidiſſe ejus opera*, durch ihn, durch ſein zuthun. conf. Id. 15, 8, 1. ¶ 2. *Operam dare alicui*, eſt adeſſe, einem helfen, einem zu dienſte ſeyn. Plaut. Curc. 2, 2, 24. Item Aul. 4, 7, 29 *Si mihi dat operam, mihi iraſci injuria eſt*. Et Ter. Heaut. 3, 1, 102 *Diffidet me, otioſus ut tibi operam darem*. Et rurſus Eun. 2, 2, 50 *Tum tuigitur paululum da mihi operæ, fac, ut admittar ad illam*. Vbi Donatus: *Proprie ſic dicitur AD DIVVA*, ſeu in meinen dienſten. *Operas dare* eodem ſenſu Cic. Attic. 11, 10. Parad. 6, 2 & Val. Max. 6, 9, 8. dixere. Quod & *operam navare* dicitur. Cic. ad Brut. ep. 8 *Tibi omnes navare operam & ſtudium volunt*, iederman will das beſte bey dir thun, dir dienen. *Operam alicui ſuam commodare, condicere*, Plaut. Rud. 2, 2, 22; Pſeud. 1, 5, 147. &, *Operam alicui locare*, in eines dienſte ſich begeben, ſich vermiethen. Gell. 3, 3 *Quum operam hiſtoriæ locaſſet*. Cic. Verr. 3, 41 *Quicunque in operis erant* v. g. ſocietatis magiſtri. ¶ 3. *Operam alicui dare*, eſt & auſcultare, quod plene dicitur *audiendi operam dare*, zuhören. Sic Plaut. Curc. 2, 2, 9 *Da mihi igitur operam*. videlicet narraturo ſomnium: id eſt, auſcultа. Id. prol. Capt. v. 6 *Id ego hic apud vos proloquar, ſi operam datis*. Cic. Brut. 42, *Cum diſcendi cauſa ducibus peritiſſimis operam dediſſet*, i. e. eorum inſtitutione uſus eſſet. Conf. Menck. Obſ. L. L. ¶ 4. Speciatim *operam dare*, judex dicitur diſceptantibus; isque tum privatus, ſive arbiter, tum publicus a prætore datus. De illo Ter. Heaut. 3, 1, 93 *Vicini ambigunt de finibus, me capere arbitrum; ibo ac dicam, ut dixeram operam datum me, hodie non poſſe iis dare*. De publicis vide quæ produxit ex Cic. & ICtis loca Pareus Lex. Crit. p. 854. Gell. 14, 2 *Viri in patrociniis & in operis fori celebres*. ¶ 5. Nepos 24, 1, 2 *Magni ejus opera æſtimata eſt in prælio apud Senam*, er hat gute dienſte gethan. Id. 9, 1, 1 *In eo bello Cononis opera magni fuit*. conf. Id. 14, 1, 4. Et Colum. præf. lib. 12 *Itaque nec villici quidem, aut villicæ magni erat opera, cum ipſi domini quotidie negotia ſua reviſerent atque adminiſtrarent*, es kam nicht viel auf ſie an. ¶ 6. *Operas reddere*, id eſt, edere opus, ein werck liefern. Cic. fam. 6, 10 *Muſis noſtris para ut operas reddas*. Pro quo Seneca de Provid. c. 2 *edere operas* dixit: *Ferrum iſtud, civili bello parum & innoxium, bonas tandem & nobiles edet operas*. Iuſtin. præf. § 5 *Otii & Cato reddendam operam putat. Opera otii* eſt opus, quod elucubravit in otio. ¶ 7. Interdum *Operæ* dicuntur ipſi homines, quorum opera utimur, werckleute, arbeiter, tagelohner; ut, *Prohibere operas aditu*, Cic. Att. 4, 3. Plaut. Amph. 1, 1, 16 *Ipſe dominus dives operis, & laboris expers, &c.* OPERIS, id eſt, operariis, ſervis. Horat. 2 ſat. 7, 118 *Accedes opera agro nona Sabino*: i. e. vinctus traderis in agrum Sabinum, ut pro mancipio ibi nono opus facias. Hinc translate Cicero Phil. 1, 9 *Mercenarias operas* vocat, conductitiam multitudinem in foro vel comitiis, quæ accepta pecunia velle ſe ſimulat, quicquid, qui eam conduxit, voluerit. ¶ 8. *Operæ* vocabulum etiam in re ſacra veteres adhibuerunt pro ſacrificio, nempe quia operari idem ipſis fuit, quod ſacrificare, de quo infra. Afranius ap. Nonium 12, 21 *jubeo hominem tolli, & collocari, & conſoveri, ſolvo operam Dianæ*. Vbi *ſolvere operam* eodem ſenſu dictum, ut *votum ſolvere*, quod loquendi genus apud Nonium præceſſerat quoque. Ideo Turnebus Adv. 6, 9 interpretatur, ſacra facere, & ſolvere rem divinam, quæ debebatur. ¶ 9. Adhibetur & pro culpa. Catullus carm. 3 de paſſere mortuo Lesbiæ v. 16

Tuâ nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

um deinet willen. Adde Cic. Att. 2, 25. Ter. Hec. 2, 1, 31 *Non mea opera neque culpa evenit*, ich hab nichts dafür. conf. Nep. 6, 1, 3. ¶ 10. *Operæ pretium*, decens, fructuoſum, non alienum ab aliquo, der mühe wohl werth. Cic. Verr. 2, 53 pr. *Cenſores quemadmodum creati ſint, operæ pretium eſt cognoſcere*. Id pro S. Roſc. c. 37 *Facere aliquid, quod ſit operæ pretium*. Liv. princ. fui operis: *Factursne operæ pretium ſim &c. nec dum ſcio, &c.* Id. 25, 6 *Operæ pretium habent libertatem civitatemque*. Id. 21, 43 *Magna operæ pretia mereri*. ¶ 11. Subauditur etiam *pretium*. Plaut. Truc. 4, 4, 30 *Operæ ubi mihi erit, ad te venero*. Id. Caſ. 5, 2, 5 *Eſt operæ auribus percipere*. Et contra. *Non eſt operæ*, Id. Merc. 5, 2, 77; Mil. 2, 2, 97; & 3, 2, 6; Sic & Val. Max. 1, 7, 2. Liv. 4, 8, pr. *Conſulibus operæ non erat, id negotium agere*. Idem 5, 15 *Si operæ illi eſſet*. conf. Id. 5, 75 med. 21, 9 Et Gell. 7, 17 *Nunc mihi operæ non eſt; quam otium erit &c.* Add. Perſ. ſat. 6, 9.

¶ Operula, *æ*, f. dimin. Apul. 1 Met. poſt princ. *Operulas quas adhuc vegetus merebam, &c.* quas lib. 4 p. 148 *pannoſas rejiculas* vocat, ſcil. opera & labore ſuo partas. At proprie de exigua opera Arnob. lib. 4 p. 147 *Non iſtam ſuſcepimus vel operulam, vel voluntatem.*

¶ Opella, *æ*, f. dimin. aliud. Lucret. 1, 1105 *Parva perductus opella*. Et Horat. 1 epiſt. 7, 8

Officioſaque ſedulitas & opella forenſis.

¶ Ŏperōſus, *a, um*, laborioſus, mühſam, arbeitſam, geſchäftig; ut, *Senectus non iners, ſed operoſa, & ſemper agens aliquid*, Cic. de Senect. c. 8. Ovid. Faſt. 1, 101 *Vates operoſe dierum*. Et, *Operoſiſſima ſecuritas mortis*, Plin. 7, 53; i. e. multis argumentis declarata. Agit de M. Otilio Hilaro hiſtrione, qui natali die ſuo in convivio, dum coronam capiti detractam perſonæ ſuæ imponit, morte oppreſſus nullo ſentiente diriguit. Sed ¶ 2. Apud Cic. ad Qu. frat. 3, 5 *Res operoſa*, quæ multa opera conſtat, multo artificio, kunſtlich, daran viel zu thun. Cic. de Leg. 2, 26 *Lege ſanctum eſt, ne quis ſepulcrum faceret operoſius, quam quod decem homines efficerint triduo*. Ovid. am. 2, 16, 33 *operoſi vitibus agri* & 1 Art. 399 *operoſa colentibus arva*. vid. Broukh. ad Tib. 1, 10, 8. ¶ 3. Item, quod multo labore & moleſtia paritur, ſauer, ſchwer. Sic *operoſiores divitias*, Horatius dixit 4 oda 1 extr. Et Val. Max. 4, 1, 2 *Multo ſeipſum, quam hoſtem ſuperare, operoſius eſt*. Id. Ovid. Heroid. 2, 63

Fallere credentem non eſt operoſa puellam Gloriæ.

¶ 4. Efficax, wirckend, kräftig. Stat. 5 Silv. 1, 158 *Ars operoſa medentum*. Ovid. Met. 14, 22 *Vtere operoſæ viribus herbæ*.

¶ Operoſe, adv. mit mühe. Cic. in Orat. c. 44 *Vt fiat quaſi ſtructura quædam, nec tamen fiat operoſe*. Plin. 18, 26 *Dicemus mox paulo operoſius*, ausführlich. Sen. de Brev. Vitæ c. 9 *Operoſius occupati ſunt.*

¶ Operōſitas, *ātis*, f. difficultas, mühe. *Operoſitas ſupervacua*, Quintil. 8, 3. Et Tertull. de Cultu fœm. 2, 7 pr. *Ordinandi crinis operoſitas*. Ita Rigaltius: alii *onerоſitas*.

¶ Opĕror, *atus ſum, āri*, eſt opus facere, operam in aliqua re ponere, wircken, arbeiten. Vet. Gloſſ. *Operatur, ἐργάζεται*. Sic luna *operari noctes* dicitur, cum noctu lucet, quod veluti opus ſuum eſt: Propert. 2, 24, 2

Cynthia jam noctes eſt operata decem.

cum dativo Tac. Ann. 3, 43, 2 *Operari liberalibus ſtudiis*, ſtudiren. Et Hiſt. 5, 20, 4 *Cædendis materiis operari* dixit. Colum. 12, 4 *Rebus Venereis operari*. ¶ 2. Eſt & ſacrorum verbum *Operari*, opfern. vid. Nonius 12, 21. Iuvenalis ſat. 12, 92

Et matutinis operantur feſta lucernis.

Vbi Vetus Scholiaſtes: *Operantur, id eſt, ſacrificant. Vt Virgil. lætis operatus in herbis*. Vide Briſſon. lib. 1 Formul p. 16. Turneb. Adverſ. 6, 9, Xylandrum Annot. ad Horat. 3, od. 14, qui & *operationes* eſſe ſacrificia, docet a Porphyrione, & quos Drakenb. ad Liv. 10, 39 adducit. Lamprid. Heliogabalo c. 8 *Omne magorum genus adorat illi, operabaturque, quotidie hortante illo, & gratias diis agente, quod amicos eorum invenieſſet, eum inſpiceret exta puerilia,*

lia, & excruciaret hostias ad ritum gentilem suum. Quod autem Muretus Comment. in Ethic. Aristot. 6, 4 p. 469 arbitrari se ait, nullum omnino alium usum apud veteres hujus verbi fuisse, quam pro eo, quod est *sacra facere*: id assentiri nos ipsi, vetant ea, quæ de hoc verbo supra sunt allata. Plura dicentur paullo post in *Operatus*, & in *Operatio*. ¶ 3. Apud Christianos scriptores *Operari*, caritatem exercere est, & eleemosynas conferre, allmosen geben: qui actus κατ' ἐξοχὴν quoque *opus* iisdem & *operatio* appellatur. Cyprianus de opere & eleemosynis c. 9 *Si vereris & metuis, ne, si operari plurimum cœperis, patrimonio tuo largâ operatione finito, ad penuriam forte redigaris.* Et c. 11 *Metuis, ne patrimonium forte deficiat, si operari eo largiter cœperis.* Tertull. adv. Marc. 4, 16 *Major est bonitas, quæ operatur in extraneos.* Ambros. de Offic. c. 16 *Quo plus operari viderit populus, plus diligat.* Vide & Dehd. Heraldum Digression. 2, 3 sub fin.

¶ Operans, *tis.* Plin. 21, 14 *Operantes intus*, sc. apes. Cæl. Aurel. Acut. 3, 8, 9 *Clysteres vehementius operantes.* Vulg Sirac. 51, 2 *Operantes mendacium.* Apul. 3 Met. p. 130 *Iuvenis mucrone districto cædibus operans*, der immer drauf los meselt. Moveri quoque & comparari per gradus solet: ut, *Bonitas operantior*, Tertull. adverf. Marc. 2, 4 *Præstantius atque operantius sinapi*, Cæl. Aurel. Acut. 2, 9. *Clysteres adhibere operantissimos*, Idem Acut. 2, 39.

¶ Opĕrītus, *a, um*, beschäfftiget, geschäfftig, bemühet, mühsam. Lucret. 4, 982

Et quibus in rebus consuerunt esse operati.

Horat. 1 epist. 2, 29

In cute curanda plus æquo operata juventus.

Sen. de Brev. Vitæ c. 12 *Quid illi, qui in componendis, audiendis, discendisque canticis operati sunt?* Iungitur & cum dativo: Virgilius Æneid. 3, 136

Connubiis arvisque novis operata juventus.

Boëth. 4 de Consolat. Metro 7 cum accusativo: *Bella bis quinis operatus annis Vltor Atrides.* Compar. Tertull. de Anima c. 57 *Non alia fallaciæ vis est operatior.* ¶ 2. De rebus sacris & cultu religioso: Virg. Georg. 1, 338 *Annua magnæ Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.* Tibull. 2, 5, 95 *Tunc operata Deo pubes discumbat in herba.* Et Obsequ. c. 71 *Mulieres operatæ sedebant*, i. e. postquam sacra fecerant. ¶ 3. Passive Tertull. adv. Hæret. c. 29 *Tot virtutes, tot charismata perperam operata.*

¶ Operātus, *ūs*, m. subst. das opfer. Lucil. apud Nonium 12, 21 *Operatu aliquo in celebri cum æqualibus fano.*

¶ Operatio, *onis*, f. die arbeit. Plin. 11, 24 *Aranearum genus erudita operatione conspicuum.* Operationis nomen Muretus loco, quem in *Operor* citabamus, priscis illis latini sermonis auctoribus (quorum quidem in censu Plinium non habent), ignotum prorsus, quantum e scriptis eorum constet, & inauditum fuisse asserit: ac *putatur*, inquit, *alicubi legi in epistolis ad Atticum, sed locus depravatus est.* Respicit ad ista verba ad Attic. 6, 3 *Hujus nebulonis operatione si Brutus moveri potest, licebit illum solus ames.* Vbi pro *operatione* quidam legunt *oratione:* Simeon Bolus, qui de hac voce mire inter se digladiari Lambinum & Gruchium testatur, *obiratione. Operationem* tamen retinet Manutius & interpretatur turpem instigationem. Esto tamen, nec eo in loco apud Ciceronem, nec alio ista vox reperiatur, placet hic illud Audomari Talæi, hanc ipsam de *operandi operationisque* vocabulo controversiam attingentis, in Admon. ad Adr. Turnebum: *Sunt in Cicerone permulta, quæ semel in eo leguntur, quæ si propterea tollas, violentus videare. Quid si verbum nullo apud Ciceronem loco reperiretur, an Ciceronianum propterea negaveris? &c.* Iam Pareus, (qui tamen idem propemodum sentire cum Mureto videtur), p. 855 Lex. Crit. e fragmentis Plauti hoc affert: *Vt isthæc operatio crimen expiet.* Quo loco tametsi *operatio* sacrificium est, tamen eo satis refellitur illa superior opinio Mureti. ¶ 2. *Operatio*, φιλοπονία, tanquam virtus sistitur in Prudentii Psychom. 573.

¶ Operātor, *ōris*, m. Tertull. Exhortat. ad castit. c. 3 *Indulgentia patrocinatur operatori.* Hieronym. epist. 151 extr. ad Algasium: *Mittit illis Deus non operatorem, sed operationem, fontem erroris.* Iul. Firmic. 3, 9 n. 7 *Artes, ex quibus vigiliæ perpetuæ operatoribus exiguntur.*

¶ Operatrix, *īcis*, f. Tertull. de Anima c. 11 *Sancti Spiritus vis operatrix prophetiæ.* Et c. 52 *Operatrix mortis.*

¶ Operārius, *a, um*: ut, *Homo operarius*, ein handwercker. Cicero Att. 7, 2. *Lapides operarii*, Plin. 36, 22 sect. 47, werckstücken. *Dies operarius*, profestus, ein werckstag, apud Catonem R. R. c. 2, si certa scriptura est.

¶ Operarius, *i*, m. subst. ein arbeiter, tagelöhner. *Operarii aut baculi deesse non possunt*, Cic. de Clar. Orat. c. 73 extr. Apud Varronem R. R. 1, 17 Cassius scripsit: *Operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, nec minores annorum XXII, & ad agriculturam dociles.*

¶ Operaria, *æ*, f. Plaut. Bacch. 1, 2, 41 *Nimium pretiosa es operaria.*

¶ Ŏpus, *ĕris*, n. operæ finis, das werck, die verrichtung. *Deum agnoscis ex operibus ejus*, aus seinen geschöpffen. Cicero Tusc. 1, 29 *Opera auctorum*, i. e. libri, bücher. Vellej. 2, 86, 1 *Arctatum opus.* Idem 2, 36, 3 *Perfectissimus in forma operis sui.* Et, *Opera publica*, ipsa ædificia publica, gebäude; Suet. Tib. c. 30 *De exstruendis reficiendisve operibus ad P. C. referebatur.* Hinc *operum publicorum curatores*, Suet. Aug. c. 37, ubi vide Casaubon. Quin urbes quoque & castella, conditoris respectu *Opera* dicerunt. Plin. 3, 3 *Colonia Tarraco, Scipionum opus, sicut Carthago Pœnorum* Vellej. 2, 130, 1 *Quanta suo fuorumque nomini exstruxit opera. Novum opus nuntiare* apud ICtos est inhibere, ne novum opus ædificando fiat aut perficiatur. V. tit. π. (39, 1) *de novi operis nuntiatione.* Et, *Opera pistoria*, gebackenes. Suet. Tib. c. 34, ubi vide Interpretes. Censorin. c. 2 *Munera, quæ ex argento nitent, cælato opere quam materiâ cariora &c.* Sed etiam qui factus institutusque ab altero est, illius *opus* vocatur. Albinov. ad Liv. 39 *Cæsaris illud opus*, quod recte interpretatus fuerat Scaliger, ex Mæcenatis epicedio *Et magnum magni Cæsaris illud opus.* Sen. ep. 34 *Assero te mihi, meum opus es.* Male Gorallus apud Pedonem filium intelligit, quamquam alioquin Ovid Met. 15, 751 *Neque enim de Cæsaris actis Vllum majus opus, quam quod puer extitit hujus.* Nam de eadem adoptione Octavii verbum *genuisse* adhibet poëta. ¶ 2. De agricultura speciatim *Opus* optimi scriptores dixerunt. Ter. Heaut. 1, 1, 87 *Qui opere rustico faciundo facile victum exercent suum*, feldarbeit. Sed & absolute *opus facere*, pro operari in agro, dixit Ter. Eun. 2, 1, 14. Sen. epist. 86 *Exercebat opere se, terramque (ut mos fuit priscis) ipse subigebat.* Florus 1, 11, 13 de L. Quinctio dictatore, *Patricium virum lictor in ipso opere deprehendit*, &c. Vnde ibidem n. 12 *Dictator ab aratro*, appellatur. Plin. 8, 45 *Excellentes in opere boves*, gute pflüg-ochsen. Ovid. 7, 539 de pestilentia:

Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medioque recumbere sulco.

¶ 3. Vsurpatur de arte factis quibusque, deque actionibus majoris momenti, rebusque bellicis, geschäffte, thaten. Quintil. 10, 3 *Nihil rerum ipsa natura voluit magnum effici cito, præposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem.* Sic, *Habere magnum opus in manibus*, Cic. Acad. 1, 1. *Opus procedit*, Quintil. procem. lib 4. Virg. Æn. 10, 468 *Sed famam extendere factis hoc virtutis opus*, id est, non nisi virtus efficere potest. *Opus felix eventu, forte conatu*, Vellej. 2, 112, 2. *Principalia opera*, quæcunque agit princeps, Id. 2, 124, 3. *Majori operi præparare exercitum*, Id. 2, 109, 2. *Bellicis operibus civiles artes* opponit Idem 2, 97, 2. *Adjutor operis*, Id. 2, 95, 1. *Consummatum tantum opus*, de bello confecto Id. 2, 117, 1. ¶ 4. Interdum *Opus facere*, idem est ac munire, exstruere, bauen. C. Nepos 2, 6, 5 *Interim omnes servi atque liberi opus facerent.* Loquitur de exstructione murorum Athenienfium. Id. paullo post c. 7 n. 2 *Cum Lacedæmonii quererentur, opus nihilo minus fieri*, daß der bau noch immer fortwuchse. Cæs. B. Gall. 5, 21 *Locum reperit egregie naturâ & opere munitum:* OPERE, id est, manuum labore & opera. Suet. Aug. c. 18 *Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere deterfit*, i. e. operante vel opus faciente milite: vel *labore militari*, ut Victor in eadem re loquitur. Sed & vallum, fossæ, aggeres & alia munimenta militaria, OPERA appellantur. Nepos 1, 7, 2 *Vrbem operibus claufit.* Et paullo post n. 4 *Incensis operibus, quæ statuerat, &c.* Sic nos munitiones vocamus, wercke. *Circumdata operibus Numantia exciſaque*, Vellej. 2, 4, 2. ¶ 5. *Opus censorium*, nota censorum, sive animadversio dicebatur. Suet. Cæs. c. 41 *Nudatos opere censorio, aut sententiâ judicum condemnatos restituit.* Colum. lib. 12 præf. extr. *Ne videar intempestive censorium opus, objurgandis moribus temporum nostrorum, fuscepisse.* ¶ 6. Pro *magnopere*, Plaut. Truc. 2, 7, 27 *opere* absolute dixit: *Iussit opere orare.*

¶ Ŏpus, indecl. indigentiam notat, so man etwas bedarf, oder gebraucht. Aliquando plus est *necesse est*, quam *opus esse.* Nam *opus* dicitur, quod usui quidem, non necessarium tamen est, *necesse*, quo carere non potes. Vt in illo Catoniano apud Sen. epist. 94 (al. 95) *Emas, non quod opus est, sed quod necesse est.* Refertur ergo hic ad *utile*, quod a *necessario* distinguere jubent quoque Philosophi. Distinxit a necessario etiam Seneca, sed ita, ut is, cui aliqua re opus est, simul intelligatur ejus utendæ peritiam habere: *Volo tibi*, inquit epist. 9, *Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait, sapientem nulla re* indigere, *& tamen multis illi rebus* opus esse. *Contra, stulto nulla re* opus est, *nulla enim re scit uti, sed omnibus* eget *Sapienti & manibus & oculis & multis ad quotidianum usum necessariis* opus fit, *sed* eget *nulla re:* egere *enim* necessitatis *est, nihil autem necesse sapienti est.* Fuit autem subtilitas hæc Stoicorum, de qua Plutarchum vide communibus notitiis adverf. Stoic. f. 1068. ¶ 2. *Non opus est* significat interdum noxium est. Cicero pro Cluent. 50 extr. *ut si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum, posset se negare dixisse.* Ita Livius 27, 48 pr. *Non opus esse, castra dilatari.* Simile est Ter. Phor. 5, 3, 15 *Hei plene plus quam sat erat* (dixi). Et Colum. 12, 50, 13 in olearia cella *minime vapor ignis desideratus.* ¶ 3. De ipsa phraseos constructione nota grammaticorum est regula, jungi eam dativo personæ, nominativo vel ablativo rei acquirendæ: ablativo tamen (de quo & Gellius 1, 2 obiter monuit), frequentius: ut, *Expedito nobis homine opus est*, Cic. Phil. 11, 10. Et, *Præsidio firmiori opus est ad istam provinciam.* Id. fam. 3, 3. Et Sallust. Cat. c. 1 *Consulto opus est:* & *properato*, Cic. pro Mil. c. 19: & *maturato*, Liv. 1, 58 &c. *Nunc animis opus, Ænea, &c.* Virg. Æn. 6, 261. Sic &, *Feræ graminibus, frugibus opus habent*, dixit Columella 9, 1. Nominativo: ut, *Dux & auctor nobis opus est*, Cic. fam. 2, 6. Et Nep. 25, 7, 1 *Quæ amicis suis opus fuerant.* Pluraliter Cicero de Invent. 2, 19 *Nobis exempla permulta opus sunt.* Atque nominativus hic, ut alias, migrat in accusativum, si oratio finita vertatur in infinitivam. Ter. Heaut. 5, 1, 20 *Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, &c.* V. Vossium de Arte Grammatica 7, 8; ubi accurate adversus Alvarum disputat, *opus* in his loquendi formulis non adjectivum esse, sed substantivum E quo & illud adstruit, aliorum substantivorum genitivum regere. Plancus Cicer. fam. 10, 8 *Sed aliquantum nobis temporis, & magni laboris, & multæ impensæ opus fuit, ut, quæ reipubl. bonisque omnibus polliceremur, exitu præstaremus.* Nisi forsan ab neutro *aliquantum*, substantive posito, illi genitivi, ut sæpe fit, reguntur. Construitur & cum infinitivo? Cicero Attic. 7, 8 *Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare?*

¶ Opuscŭlum, *i*, n. dimin. ut, *Lucubratum opusculum*, Cicero proœmio paradoxor. Quintil. 2, 1 p. 128, ubi de progymnasmatis agit, *narrationes & laudandi vituperandique opuscula* conjungit. Et Horat. 1 epist. 4, 3

Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat.

¶ Ŏportet, *uit, ere*, impersonale, man soll, es muß, es gehöret sich. Proprie de eo dicitur, quod per legem & officii rationem faciendum est; quo nomine interdum *necessario* opponitur, quod ad vim quandam & coactionem refertur, ut in illo Ciceronis Verr. 4, 39 ext. *Tamquam ita fieri non solum oporteret, sed etiam necesse esset.* Idem Verr. 5, 14 ext. *Hæc ipsa ædilitas, non quia necesse fuerit, alicui candidato data; sed quia sic oportuerit, recte collocata esse videatur.* Interdum opponitur illi, quod *opus est*, h. e. quod utile & ex re est. Ita Cic Att. 4, 6 *Ego vero, qui si loquor de rep. quod oportet, insanus, si, quod opus est, servus existimer, quo dolore esse debeo?* interdum deni-

que illi, quod *licet*, opponitur. Id. pro Balbo c. 3 *Eſt aliquid, quod non oporteat, etiamſi licet. Quidquid vero non licet, certe non oportet.* Hoc expreſſiſſe videtur Amm. Marcell. 30, 8 *Sunt aliqua, quæ fieri non oportet, etiam ſi licet.* Hunc locum cum aliis laudat H. Grotius de Iure Bell. 3, 4, 2. Qui poſtea tamen ejusd. c. n. 10 animadvertit, *oportere* dictum alicubi a Donato pro *licere*, cum ad Ter. Adelph. 2, 1, ſervos dictos ait, qui ſervati eſſent, *quum eos occidi oporteret jure belli*, i. e. liceret. ¶ 2. Cæterum de conſtructione notandum, *Oportet* ſæpius abſolute poni, atque accuſativum referendum eſſe ad infinitivum, minime vero ab impersonali verbo regi, quod docet vulgus Grammaticorum. Nam & interdum ante ſe habere videtur nominativum. Cic. pro Balbo c. 3 *Id factum ab eo, quod non oportuiſſet. Eſt enim aliquid, quod non oporteat, &c.* Id. Parad. 3, 2 *Quicquid non oportet, ſcelus eſſe, quicquid non licet, nefas putare debemus.* Et Florus 3, 20, 14 *Quod ſub gladiatore duce oportuit.* ¶ 3. Prorſus abſolute Cæſ. B. G. 7, 33 *Alio loco, alio tempore atque oportuerit.* Cic. Att. 6, 2 *Ne quid fiat ſecus, quam volumus, quamque oportet.* Vulgo dicunt: *Oportet legere libros, evolvere auctores, &c.* magis grammatice per paſſiva, *oportet legi libros, evolvi*, Valla 3, 49. Ter. Andr. 1, 5, 5 *Nonne prius communicatum oportuit?* hätte man es nicht zuvor mit mir bereden ſollen? Id. Heaut. 1, 2, 26 *Manſum oportuit*, man hätte bleiben ſollen. Et 2, 2, 6 *Non oportuit relictas.* Et Adelph. 2, 2, 6 *Adoleſcenti morem geſtum oportuit.* Sic & cum conjunctivo omiſſo ut: Colum. præf. lib. 1 *Sit oportet naturæ ſagaciſſimus.* Sen. epiſt. 6 *In rem præſentem venias oportet.* ¶ 4. In veriſimilitudinis ſignificatione, ut *debet*. Plaut. Pœn. 5, 2, 70 *Servum hercle te eſſe oportet & nequam & malum, Hominem peregrinum atque advenam qui irrideas.* ¶ 5. Perſonaliter per Archaiſmum: Ter. Heaut. 3, 2, 25 *Hæc facta ab illo oportebant.* Et ita Andr. 3, 2, 1 *Quæ aſſolent, quæque oportent ſigna eſſe.*

¶ Opĭfex, *icis*, m. ab *opus* & *facio*, artifex, ein werckmeiſter; ut, *Opifex ædificatorque mundi Deus*, Cic. Nat. D. 1, 8. Id. fam. 7, 25 *Virgilium nec tron versum unguem a ſtilo. Is enim eſt dicendi opifex.* Veſt. Gloſſ. *Opifex*, δημιουργός, χειροτέχνης, ein handwercksmann. Cic. Tuſc. 4, 19 *Demoſthenes dolore ſe ajebat, ſi quando opificum antelucana vicius eſſet induſtria.* Varro de R. R. 3, 16 *Apes ſilveſtres minores ſunt, ſed opifices magis*, weit fleißiger.

¶ Opĭfĭcium, *i*, n. ein werck, handwerck. Varro Rei Ruſt. 3, 16 de apibus: *Niſi opificii eas urget tempus*, die zeit, da ſie bauen. Lactantius elegantem librum prænotavit, *De Opificio Dei.*

¶ Opĭfĭcius, *a, um*, adject. künſtlich. Apul. Florid. 1 Colv. p. 224 *Evſtare in opificiis operibus.*

¶ Opĭfĭcina, *æ*, f. die werckſtat. Cic. Off. 1, 42 *Non quidquam ingenuum poteſt habere opificina; alii officina.* Plaut. Mil. 3, 3, 7 *In opificina aut mala eſſe aut fraudulenta.*

¶ Magnopere, Maximopere, vide ſupra *Magnus.*

¶ Quantopere, Tantopere, vide infra *Quantus, Tantus.*

¶ Cooperor, *āri*, mitwircken. Gloſſ. Vet. *Cooperor, συνεργάζομαι.* Eccleſiaſticis ſcriptoribus hoc verbum, & derivata nomina una recepto trita ſæpiuſcule ſunt. Rom. 8, 28 *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

¶ Cooperans, *tis.* Vulg. Marc. 16, 20 *Domino cooperante.* conf. 1 Cor. 16, 16; & Auguſt. de C. D.

¶ Cooperatio, *onis*, f. die mitwirckung; ut, *Miſericordia Domini & cooperatio*, Vulg. Sirac. 51, 8. Quin & Quintil. Decl. 16 extr. *Habet omnia miniſteria ſua debilitas, ſuas cooperationes.*

¶ Cooperĭtor, *ōris*, m. ein mitarbeiter. Apul. 2 Florid. Colv. p. 225 *Cooperatoris laborem eſſe.* Aliter legit Elmenhorſt. p. 346. Hieronymus epiſt. 79 *Cooperatoribus & auctoribus vobis hæreſis Celeſtiana jugulata eſt.* Ambroſius epiſt. 84 p. 260 *Cooperatores gratiæ Dei.* Paulinus Nolanus epiſt. 37 (al. 27) ad Victricium n. 6 *Cooperator patris.*

¶ Cooperarius, *i*, m. idem quod *Cooperator* Apulejo.

¶ Exoperor, *ari*, ausarbeiten, Gloſſ. ἐξεργάζομαι, *exoperor.*

¶ Inoperor, *ari*, erweiſen. Tertull. adv. Marc. 5, 17 *Deus inoperatus eſt in Chriſtum valentiam ſuam &c.*

¶ Inoperatus, *a, um*, adject. unbeſchäfftiget. Tertull. adv. Marc. 2, 11 *Nec natura* (Dei) *inoperatam debuit continuiſſe bonitatem.*

¶ Perŏpus, valde opus, höchſtnöthig. Ter. Andr. 1, 5, 30 *Sed nunc peropus eſt, &c.*

¶ Sesquiopera, *æ*, f. opera diei unius & dimidii, anderthalb tagwerck. Colum. 2, 13 *Fabæ occantur ſesquiopera, ſarriuntur ſesquiopera &c.*

¶ Sesquiopus, *eris*, n. idem. Plaut. Capt. 3, 5, 66 *Cum octonos alii lapides effodiunt, niſi quotidianus ſesquiopus confeceris &c.* i. e. niſi duodenos effoderis, Budæus.

Operculare, operculum, operio, operior, vide infra *Pario, ĕre.*

Operor, operoſus, &c. Opertus, &c. Operula, Opes, vide *Opera, Pario, ĕre, Opera, Opis.*

OPETIS, *is*, f. herba, ariſtolochia, oſterlucey. Apul. de Herb. c. 19.

ŎPHĂRUS, *i*, Ὄφαρος, Scythiæ fluvius, Plin. 6, 8.

OPHELTES, *æ*, m. Ὀφέλτης, Lycurgi filius a ſerpente necatus; de quo Ovid Met. 3, 606. Stat. 2 Silv. 1, 181; & Theb. 4, 733. ¶ 2. Alius Cyzicenus apud Val. Flacc. 3, 198.

ŎPHEOSTAPHŸLE, *es*, f. Ὀφεωσταφύλη, frutex capparis, ein capernſtrauch. Plin. 13, 23.

ŎPHIĂCA, *orum*, n. pl. ὀφιακά, de ſerpentibus commentarii, bücher von ſchlangen. Plin 20, 23 *Petridius ophiaca ſcripſit.*

ŎPHIŪDES, *is*, f. inſula in mari Arabico, ſic appellata, vel quod rex eam a ſerpentibus liberavit, vel quod multi applicantes a ſerpentibus interficiebantur. vid. Diodor. 3, 3.

OPHIAS, *adis*, f. Ophii filia Combe, Ovid. Met. 7, 387.

OPHIĀSIS, *is*, f. ὄφιασις, vitium capitis, unde cutis emoritur, pilus excidit, glabrietaque ſerpentis effigiem relinquunt, der erbgrind. Celſus 6, 4.

OPHICARDĒLUS, *i*, m. gemma, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt, Plin. 37, 10.

OPHIDION, *i*, n. piſcis longus & lævis, annumeratur muſteilis: a Gesnero, Plin. 32, 11.

OPHIOGĔNES, *um*, m. pl. gens Phariæ, medendis ſerpentum morſibus celebris, ſicut *Pſylli Marſique.* v. Plin. 28, 3. Varro apud Priſcianum lib. 10 in *Pungo*: *Et habent Pharii, qui vocantur OPHIOGENES, ut in Africa PSYLLI: quorum* Ophiogenes, *cum arbitrantur, ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe, ei admovent, ut pungat, colubram. Cum pupugerit, ſi de genere ſit, vivere: ſi non ſit, mori.* Vide infra *Pſylli.* Ex Plinio 7, 2 diſcimus, *Ophiogenes ſerpentum ictus contactu levare ſolitos, & manu impoſita venena extrahere corpori.* v. Kornm. de Mirac. Vivor. p. 220.

OPHIOGLOSSON, *i*, n. ὀφιόγλωσσον, herba a *lingua ſerpentina* appellata, vulgo, natter-zünglein. Tabern. p. 1232.

OPHIOMĂCHUS, *i*, m. ὀφιόμαχος, lacerta, cum ſerpentibus pugnans, ein eidex. Vulg. Interpr. Levit. c. 21, 22. conf. Suid.

OPHION, *onis*, m. peculiare Sardiniæ animal, Plin 28, 9; & 30, 15. ¶ 2. *Ophion* ante Saturnum cum Eurynome uxore, quam genuit Oceanus, rerum potitus, & a Saturno fugatus. Hujus gigantis nomen occurrit apud Claudian. de Raptu Proſerp. 3, 348. ¶ 3. *Ophion* unus e Cadmi ſociis, qui e dentibus ſerpentinis prognati. Hinc

¶ Ophiōnius, *a, um*, adject. ut, *Ophionia cædes*, i. e. Thebana, Senec. Oedip. v. 485.

¶ Ophionĭdes, *æ*, m. Ophionis filius, Ovid. Met. 12, 245.

OPHIOPHAGI, *orum*, m. pl. Arabiæ populi, ab ὄφις, *ſerpens*, & φάγω, *edo*, dicti, quos *ſerpentibus veſci adſuetos* Plin. 6, 29 interpretatur. De iis & Solinus videatur Polyhiſtore c. 33.

¶ Ophiophagia, *æ*, f. ὀφιοφαγία. v. Reineſ. in epiſt. p. 593 & 657.

OPHIOSCŌRŎDON, *i*, n. ὀφιοσκόροδον, *allium ſilveſtre* eſt Dioſcoridi, *angutum* vocant *allium*, wilder knoblauch, oder ſchlangen-knoblauch. Plin. 13, 23.

OPHIOSTĂPHŸLOS, *i*, m. ὀφιοσταφυλος, vitis genus, Plinius 23, 1, wilde rebe.

ŌPHĪTES, *æ*, m. lapis, λίθος ὀφίτης, ab ὄφις, *ſerpens*, ein ſchlangenſtein, ſerpentinſtein, valet contra ictus ſerpentium. Eſt marmoris genus Plinio 36, 7 & 22, *ſerpentium maculis ſimile.* In Bœotia effoditur, ideo *Thebanus ophites* Lucano 9, 714 dictus. conf. Stat. Silv. 1, 5, 35. ¶ 2. *Ophitæ* hæretici ſerpentem & Chriſtum ſub ſerpentis ſpecie colentes. v. Iſidor. 8, 1; Auguſtin. de Hæreſ. c. 16.

OPHIŪCHUS, *i*, m. ὀφιοῦχος, cœleſte ſidus inter Herculem & ſcorpionem, hominis figura ſerpentem manibus prementis. vid. Manil. 1, 331. Latinis *Serpentarius* eſt, & *Anguitenens.* Cæſar Germanicus in verſione Arati de hoc ſidere:

Lux tenuis manibus, per quas elabitur anguis,
Preſſus utraque manu medium cingens Ophiuchum.

OPHIŪSA, *æ*, f. Rhodos quæ dicta poſtea eſt, Plin. 5, 31. vide & *Rhodos.* ¶ 2. Inſula Hiſpaniæ in mediterraneo mari, Pityuſarum altera, ſerpentibus maxime infeſtata, Plin. 3, 5. ¶ 3. Quin Cypro etiam, itemque Teno ac Cythno, utrique e Cycladum numero hoc nomen datum ob ſerpentum copiam, oſtendit Spanh. ad Ariſtoph. Plut. v. 717. ¶ 4. Herba, qua pota minas terroremque ſerpentium animo obverſari, tradidit Democritus: quare & ſacrilegis bibenda dari conſuevit, natter-wurtz. Plin. 24, 17.

¶ Ophiūsius, *a, um*, adject. ut, *Ophiuſia arva*, Ovid. Met. 10, 229.

OPHRYS, *ўdis*, f. ὄφρυς, herba duobus foliis denticulato oleri ſimilis, quæ capillis nigredinem inducit, zweyblat, Plin. 26, 15.

OPHTHALMIA, *æ*, f. ὀφθαλμία, ægritudo oculorum, augenwehe. ¶ 2. *Ophthalmia* ſeu *Ophthalmias* potius, maſc. piſcis eſt. Plinio 32, 7 *oculata*, dictus, idem qui *melanurus*, fulpard. Geſnerus. conf. Plaut. Capt. 4, 1, 76, & Turneb. Adverſ. 4, 19.

¶ Ophthalmĭcus, *i*, m. ein augen-artzt. Martialis 8 epigr. 74

Heplonachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

¶ Ophthalmica, *æ*, f. ſubſt. herba, augentroſt. Tabernæm. p. 1246.

¶ Ophthalmos typhonos, herba, alias ſtœchas, welſcher kümmel oder thymian. Apul. de Herb. c. 42.

¶ Triophthalmus, *i*, m. τριοφθαλμος, gemma trium oculorum effigiem præ ſe ferens in Sicyonia, Plin. 37, 11.

OPHYRIVM vel Ophirium, *i*, n. materia vitri faciendi apud Plinium 36, 26.

ŌPĪCUS, *a, um*, ſordidus, fœdus & putidus, unflätig, ſtinckend. Plinius 29, 1 Catonis verbis: *Nos quoque* (Græci) *dictitant barbaros, & ſpurcius nos, quam alios opicos appellatione fœdant.* Et Iuvenal. ſat. 3 v. 207 *Opici mures.* conf. ſat. 6 v. 455. Vſus præterea hoc verbo eſt Tiro libertus ap. Gellium 13, 9 *Ut noſtri opici putaverunt*, id eſt, plebeji, rudes, ſordidi: & ipſe Gell. 11, 16. Sic &, *Opicas evolvere chartas*, Auſon. Profeſſ. Burd. 23, 3 *Opicæ tegunt papyri*, Id. epiſt. 5, 79. Bern. Bonævall. Abb. in Vi. Bern. l. 2 *Panis ibi opicus*, h. e. ater, *pro ſimila.* ¶ 2. *Opicus* etiam eſt ἀβρητοποιός, infandæ libidinis, ab *Opicis* populis, quibus frequens rerum turpium uſus. v. Plin. 29, 1. Auſonius epigr. 128 v. 2 *Eunum opicum magiſtrum* vocat. v. Scalig. ad Feſt. & Auſon item Turneb. Adverſ. 10, 12 & Lipſ. 5 Qu. epiſt. 6. Ab ipſis populis Opicis etiam prior illa ſignificatio tracta videtur. Ariſtides Quint. de Muſ. l. 2 p. 72 Meib. Ὀπικοὶ ἐκαλοῦντό τινες ῥυπαρῶς ἀκτώβολοι, ὡς ὅτε περὶ τὴν Ὀπικὴν καὶ Λευκανίαν. Ὀπικοὶ etiam Stephano Byzantino ſunt populus Italiæ, qua occaſione de illis agit L. Holſtenius.

Opidum, vid. *Oppidum.*

Opifer, Opifex, Opificium, Opigena, vide *Opis, Opera, Opis.*

OPILIO, *onis*, m. ein ſchäfer, ſchafhirt. Colum. 7, 3 *Poſt futuram deinde longinqua regionis paſcua petiturus opilio.* Metri cauſſa, Servio judice, poetæ *upilio* ſcribunt, *Venit & upilio*, &c. Virgil. eclog. 10, 19. Gloſſ. *Opilio*, διπόλος, a qua Græca voce, quæ & ipſa *ovium paſtorem* ſignificat, latina deduci videtur. ¶ 2. *Opilio* genus avis, apud Feſtum.

Opimare, opime, opimitas, vide mox *Opimus.*

OPĪMIUS, *i*, m. *Lucius Opimius*, conſul Romanus, qui C. Grachum,

&

& M. Fulvium, pernicioſos cives, interfecit, & præterea amplius tria hominum millia necavit. v. Vellej. Parere. 2, 7 & 8.

¶ Opimianus, *a, um*, adject. *Celeberrimum Opimiani vini nomen*, Vellej. 2, 7, 5. Quod vinum & abſolute *Opimianum* dicitur; Opimio conſule defuſum, quod in annos ducentos duraret. v. Martial. 9 epigr. 89; ſt. 10, 49; 3, 82; & 2, 40; Plin. 14, 4 & 14 pr. Petron. c. 34.

ŏPĪMVS, *a, um*, pinguis, fett, ſtattlich; ut, *Opimi boves*, Varr. R. R. 2, 1, quos ſuperante gradu Tertull. ad Nationes 2, 8, de Joſephi ſomnio loquens, *boves opimiſſimos* dixit. Gell. 5, 14 *Membra opima*, id eſt, pinguia & carnoſa. Virg. Æn. 3, 224 *Dapibus epulamur opimis.* Feſtus in hac voce: *Hoſtiæ opimæ, præcipue pingues.* Rurſus Tertull. de Anima c. 6 *Non ſubſtantiæ ipſi alimenta proficiant ſtudiorum, ſed diſciplinæ: quia nec opimiorem animam efficiunt, ſed ornatiorem.* ¶ 2. Hinc ad alia transfertur; ut, *Opimus & fertilis ager*, Cicero Agrar. 2, 19. Et, *Opimior fructus*, Apul. 5 Met. p. 196. Et, *Præda opima*, Curt. 5, 1, 4, reiche beute. Sed omnium nobiliſſima fuerunt *Spolia opima*, quæ dux duci hoſtium detraxit, ut Feſtus deſcribit, quem pluribus explicantem vid. conf. Virg. Æn. 6, 855. Locus claſſicus eſt Liv. 4, 20 *Coſſis ſpolia opima regis interfecti gerens*: item: *Spolia in æde Iovis Feretrii prope Romuli ſpolia, quæ prima* OPIMA *appellata ea tempeſtate erant, dono fixit.* De iis ſpoliis accurate diſputat Rutgerſ. Var. Lect 4, 7. Perizon Animadv. c. 7; & Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 224 ſq. ¶ 3. Dicunt & abſolute *Opima*, ut Plin. Paneg. c. 7. Adde interpretes ad Curtium 3, 11, 7; & Silium 12, 280.

¶ ŏpīmē, adverb. herrlich, köſtlich. Plautus Bacch. 3, 1, 6 *Domus inſtructa opime & opipare.*

¶ ŏpīmĭtas, *ātis*, f. der-überfluß. Solinus c. 59, & Ammian. 19, 22 *Expletas prædarum opimitate exercitus.* Plautus etiam pluraliter *opimitates* dixit Capt. 4, 1, 29; & Afin. 2, 2, 16.

¶ ŏpĭmo, *are*, pingue reddere, mäſten, feiſt machen. Colum. 8, 7 *Tempus opimandi*, die maſtzeit. Et c. 9 *Oſſa canis, vino madefacta, celerius opimant.* Apul. de Mundo p. 68 *Terra imbribus madefacta, ad educandos fœtus ſuos opimatur.* Tralate Auſonius epiſt. 15 pr. *O qui ventoſtus uberi facundia Sales opimas Tetraſti.*

¶ ŏpīmātus, *a, um*, gemäſtet, ausgefattert; ut, *Opimata vivariis oſtrea*, Sidon. 8 epiſt. 12. *Opimato abdomine venter*, ein fetter wanſt, Auſon. Moſella v. 165.

¶ Præopīnus, *a, um*, valde opinus, ſehr fett. Tertullianus de Pœnitent. c. 8 *Immolat vitulum præopimum.*

Opinatio, opinio, vide in ſequenti *Opinor.*

OPINOR, *atus ſum, ari*, opinionem habere, meinen, dencken. Ter. Andr. 2, 2, 29 DA. *Num videntur convenire hæc nuptiis?* PAM. *Non opinor.* DAV. DA. *Opinor narras?* Vbi Donatus: *Quoniam argumenta ſunt, & conjectare*, OPINOR *dixit. Nam cum a opinionem, certa res eſt: quæ autem opinamur, putamus: quæ putamus, incerta ſunt.* Itaque reprehendit Davus Pamphilum, quod verbo nimis levi uteretur. Cicero pro Domo c. 40 *Falſo multa invita homines opinantur.* Et, *De nobis ſenatus opinatus, non ſecus ac de hoſtibus*, Cic. in Piſon. c. 20. ¶ 2. Verbo *Opinari*, non ſemel Suetonius pro *dicere* uſus eſt, raiſonniren; ut in Aug. c. 51 *Cum Æmilio Æliano Cordubenſi inter cætera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari de Cæſare ſoleret.* Ad quem locum Calaub. OPINARI, inquit, eſt ὑπολαμβάνειν, *intra ſe aliquid ſentire: hic vero* male opinari, male dicere *ſignificat, & ad λόγον προφορικὸν referri debet, non ad ἐνδιάθετον, niſi malis ad utrumque* &c. vide ipſum. Idem Suet. Calig. c. 27 *Nec omnes* (ferro diſſecuit) *gravibus ex cauſſis, verum male de munere ſuo opinatos.* add. id. Aug. 67 & *Opinio* n. 3.

¶ Opino, *are*, pro *Opinor, opinari*, Ennius: *Tacere opino eſſe optimum.* v. Nonius 7, 59, ubi ſimul exempla Plauti, Pacuvii, Cæcilii.

¶ Opinans, *tis.* Suet. Aug. c 67 *Cujusdam ſervum graviſſime de ſe opinantem non ultra quam compedibus coercuit.* conf. mox *Necopinans.*

¶ ŏpīnātus, *a, um*, paſſive, vermeint, verhofft. Cicero Tuſc. 4, 6 *Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis.* Arnob. lib. 1 *Irreligioſe opinata.* ¶ 2. *Opinatos* Ennius apud Gellium 1, 4 (ita enim legendum eſt) dixit, quos Euripides & Paullus apoſtolus δοκοῦντας vocant, i. e. de quibus magna opinamur. Sic ipſe Gellius *opinatiſſimos auctores*, qui in magna exiſtimatione & fama &c. ſehr berühmt. vide Alciat in Pareg. 8, 12; & Savaron. ad Sidon. 1 epiſt. 5. Ita Flor. 2, 7, 8 *Rhodos opinatiſſima inſula, & totius Aſiæ inſularum metropolis.* Quæ verba reſtituit Pighius: in vulgatis enim non habentur.

¶ ŏpīnātus, *ūs*, m. ſubſt. die meinung, der wahn. Lucret. 4, 467

Parvorum maxima fallit Propter opinatus animi.

¶ ŏpīnātio, *ōnis*, f. opinio, opinandi actus, die einbildung. Cic. Tuſc. 4, 11 *Opinatio eſt, judicare ſe ſcire quod neſciat.* conf. Acad. Qu. 1, 11. Val. Max. 1, 8 extr. 8 *Sophiſta ineptæ & mordacis opinationis.* Arnob. 3 p. 103 *Tullius ingenue, conſtanter & libere, quid ſuper tali opinatione ſentiret, pietate cum majore monſtravit.* Ineptas opiniones ethnicorum notat, quas de diis ſuis habuere. Sic, *Stultiſſimæ opinationes*, Id. 7 p. 225. Eandem vocem Liv. 28, 40 B. Rhenanus reſtituere vult, cum in codicibus ſit *opinio.* Adde Cæl. Aurel. Acut. 2, 9, 55.

¶ Opinamentum, *i*, n. idem. Apul. de Deo Socrat. p. 299 Colvii: *Aliquando eorum nonnulla etiam opinamenta habet.* Elmenh. legit *hortamenta* p. 52.

¶ ŏpīnātor, *ōris*, m. qui rebus incertis, ut certis, aſſentitur. Cic. Acad. 4, 20 *Ego vero ipſe & magnus quidem ſum opinator, (non enim ſum ſapiens), & meas cogitationes ſic dirigo*, &c. In Iſidori Gloſſ. idem ac *exiſtimator.*

¶ ŏpīnato, adverb. Livius 3, 15 *Propius aliud novum malum, nec opinato exoritur*, wider vermuthen.

¶ ŏpīnābilis, *e*, quod opinione concipi poteſt, glaublich vermuthlich. Cic. de Divin. 1, 14 *Artes, quæ conjectura continentur & ſunt opinabiles.* Et mox: *Omnis opinabilis eſt divinatio: conjectura enim nititur.*

¶ ŏpĭnio, *ōnis*, f. der wahn, die gedancke, meinung. Ter. Eun. 2, 2, 3 *Concurrunt multæ opiniones.* Cicero ad Octavium: *Quantum te, populo Romano, de me fefellit opinio! Opinione celerius venturus dicitur*, Cicero fam. 14, 23, ehe bevn man dencket. Sic, *Opinione duci*, Cicero pro Muræna c. 30. *Opinione augurari*, ibid. c 31, muthmaſſen. *Ut mea fert opinio*, Idem Verr. 4, 10, meines erachtens. *In opinionem nemini venibat*, niemand ließ ſich davon träumen, Nep. 25, 9, 6. *In opinionem adducuntur*, ſie gerathen auf den wahn, Id 14, 6, 6. *Præter opinionem res ceciderat*, es war unverhofft ſo abgekommen, Id. 1, 2, 5 ¶ 2. Sed, *Opinio magna hominum de aliquo*, Cic. fam. 1, 7 eſt fama, exiſtimatio, die hochachtung. Sic Cæſ. de B. G. 7, 60 *Quæ civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis.* Sic Nepos 7, 7, 3 *Nimia opinio ingenii atque virtutis.* conf. 18, 13, 2. Publ. Mimus: *Bona opinio homini tutior pecunia eſt.* Quint. 1, 2 pr. *Sunt multa exempla tam læſæ quam conſervatæ ſanctiſſimæ opinionis.* Sic, *Optimæ opinionis viros* dixit Grajus ICt. lege 7 Dig. Teſtam. quemadm. aperiantur. Hos & *opinatos* dici, modo percepimus. *Exit opinio*, ein gerücht. Suet Ner c. 53, ubi Casaubonum vide. ¶ 3. *Opinio*, eine falſche einbildung, cum veritati vel rei veræ opponitur. Cicero in Læl. c. 26 *Ego autem non de virtute* (vera) *nunc loquor, ſed ea virtutis opinione*, i. e. vana atque inani perſuaſione. Mamerti. Pan. Iulia. c. 4 *Principis mores atque inſtituta falſarum opinionum licentiam ſubmoverent.* vid. Livin. & Acidal.

¶ opiniuncula, *æ*, f. ut, *Si profutura ea tibimet vel tenui opiniuncula judicem*, c. Salvian. Maſſil. lib. 4 contra avar. p. 156. *Diverſas opiniuncas* etiam lego apud Radulf. Ardent. homil. in Evang. feſt. Petri Apoſt. p. 178.

¶ Opimoſus, *a, um*, abundans opinionibus, voller meinungen: ut, *Opinioſiſſimi homines*, Cic. Acad. 4, 47, i. e. δογματικώτατοι, in quantum dogmatici academicis & ſcepticis opponuntur, die alles wiſſen und alles für den wollen. Poſitivum habet Tertull. adv. Marc. 4, 35 *Si cui tam opinioſus videbitur.*

¶ Opinus, *a, um*, vide *Nec-opinus* inter Compoſita.

Compoſita:

¶ Adŏpinor, *ari*, ſich einbilden, muthmaſſen. Lucret. 4, 814 *Deinde adopinamur de ſignis maxima parvis.*

¶ Inopinor, *ari*, idem quod *Opinari*, meinen. Gell. 18, 7 *Miſit Faventinorum, quem promiſerat, Verrii, inopinor, Flacci erat*, meines erachtens. Ita eſt in Edit. H. Stephani Par. 1585. Sed reprehendit Cuper. & legit *opinor.*

¶ Inopinans, *tis*, nomen potius quam participium, der ſich nicht verſehen. Cæſ. B. G. 6, 29 *Multos in agris inopinantes deprehendit*, id eſt, non, vel nec-opinantes. Adde ibid. 4, 4; Nep. 14, 3, 4; Liv. 27, 42 Juſtin. 1, 10, 15; & 2, 4, 19.

¶ Inopinanter, adv. ſubito & præter exſpectationem, plötzlich, unverſehens. Suet. Tib. c. 60 *Inopinanter offerre alicui aliquid.* & Vet. Gloſſ. *Inopinanter*, ἀπροσδοκήτως.

¶ Inopinatus, *a, um*, quicquid accidit præter opinionem, unvermuthet, unverſehen; ut, *Res inopinata ac recens*, Cic. pro domo c. 4. *Nova tibi hæc ſunt & inopinata?* Id. Verr. 2, 8. Et ibid c. 28 *Cum hoc illi improviſum atque inopinatum accidiſſet.* Nepos 19, 4, 3 *Non inopinata ſe perpetior.* Frontin Strat. 3, 6, 4 *Inopinati capti ſunt.* Sil. 7, 137 *Inopinata circumdare fraude.* Suet. Galba c. 10 *Repente ex inopinato prope cuncta turbata ſunt.* Superl Auguſtinus de Trinitate 7, 1 *Ex quo conficitur inopinatiſſimus ſenſus.*

¶ Inopināto, adverb. quaſi; vere per ellipſin pro *ex inopinato*, præter opinionem, unverhofft. Liv. 26, 6 *Cum inopinato in caſtra Romana Numidæ Hiſpanique cum elephantis irrupiſſent.*

¶ Inopinate, adverb. idem. Spon. Miſc. Erud. Antiq p. 203 INOPINATE DISIVNXIT AMICITIAM. Conf Ferret. Muſ. Lapid. p. 156. Et Sen. ad Helviam c. 5 *Hoſtium adventus eos proſternit, quos inopinate occupavit.*

¶ Inopinābilis, *e*, nicht zu vermuthen, apud Gellium 11, 18, & 17, 9. Et Aurel. Victor in Diocletiano: *Quæ res poſt memoriam humanam nova & inopinabilis fuit.*

¶ Inopīnus, *a, um*, pro inopinatus apud poëtas, unvermuthet: ut, *Inopina quies*, Virg. Æn. 5, 857. *Inopino turbine*, Silius 12, 185. Sed etiam, *Inopina ſpecitas*, Plin. Paneg. c. 30.

¶ Necŏpinus, *a, um*, idem quod *Inopinus*, aliquoties Statius uſus eſt: ut Theb. 6, 592 *Brevemque fugam necopino fine reponunt*
Ibid. v. 778 *Et manibus necopinam interſerit ictum.*
Silius 14, 189 *Et ſtruit arcana necopina pericula cæde.*
Phædrus 1, 10, 6 *Ipſum accipiter necopinum rapit*
Et Ovid Met. 1, 224 *Nec te gravem ſomno necopina perdere morte.*

¶ Necŏpinans, *tis*, idem. Phædrus 5, 8, 7 *Concidit caſu gravi necopinans.* Lucret. 3, 973 *Necopinanti mors ad caput adſtitit* conf 5, 775 & 1319

¶ Necopinanter, adv. idem. Vet. Gloſſæ: *Necopinanter*, ἀπροσδοκήτως.

¶ Necopīnatus, *a, um*, idem ſæpe apud Livium, v. g. 26, 51 *Necopinato adventu ac prope furto urbis dici urbem interceptam.* Et 27, 33 *In necopinatam fraudem lapſos eſſe.* Idem 33, 7 *Ab necopinato viſu.* & 39, 49 *Pro necopinato gaudio.* Quamquam enim dividi poſſint *nec* & *opinatus*: tamen in accuratiſſimis etiam libris conjuncta leguntur.

¶ Necopinato, adverb. unverſehens. Livius 7, 17 *Caſtra quoque, necopinato aggreſſas, cepit.* Quod tamen etiam diviſum ſcribi, & adjectivum cum præpoſitione pro eo poni poteſt. Idem Livius 4, 27 *Vnde ex necopinato adverſum hoſtem invadat.*

ŏPĭPĀRVS, *a, um*, reichlich, herrlich, köſtlich, quaſi *ope paratum.* Plaut. Capt. 4, 1, 2 *Maximas opimitates opiparasque epulas mihi.* Id. Mil. 1, 2, 29 *Vino, ornamentis opiparisque odoribus.* Id Perſ. 1, 1, 4 *Mihi reddidiſti res opiparas opera tua*, du haſt mir in ſtattlichen ſtand gebolffen. Et Perſ. 4, 4, 1 *Satin' Athenæ tibi viſæ fortunatæ atque opiparæ.*

¶ ŏpĭpăris, *e*, alia forma, unde *opipares cibi*, Apul. 2 Mileſ. p. 123 ed. Elmenh. & 33 ed. Priæi. Vterque enim ita expreſſerunt.

¶ ŏpĭpăre, adverb. idem. Cic. Art. 13, 52 *Edit & bibit jucunde, opipare & apparate.* Id. Off 3, 14 *Opipare apparatum convivium.* Sen. de morte Claudii, *Boletus opipare conditus.* Et Plaut. Bacch. 3, 1, 6 *Omnis ad perniciem inſtructa domus opime atque opipare.*

ŏPIS, *opem, ope*, f. ſingul. defectivum, cujus antiquus nominativus

quidem supereſt *Ops, opis*, ſed in quantum Deæ nomen eſt, de qua mox ſuo loco. Significat autem, ut obſervatum etiam Perizonio Animadv. c. 7 p. 244 ¶ 1. Abundantiam omnium rerum; & maxime quas terra (Dea *Ops*, mater Tellus) ſuppeditat, quæ a Græcis ζῴωσις hac de cauſſa appellatur. ¶ 2. Poteſtatem & vim aliquid efficiendi, quemadmodum *facultas* Latinorum, & Germanorum, macht und vermögen. Ita Ter. Heaut 3, 3, 31 *Quantum DI dant tibi opis*, de poteſtate patris in filium. Salluſt. Cat. pr. *Omnes homines ſumma ope niti decet*, i. e. cunctis viribus. Apul. Florid. 2 p. 351 *Pythagoram comperio laudem magis quam opem quæſiſſe.* Virg. Æn. 1, 605 *Non opis eſt noſtræ*, wir ſind allzuſchwach. ¶ 3. Conſuetiſſima autem illa ſignificatio eſt, ubi adjuvandi facultatem, aut ipſum adeo auxilium notat, die hülfe. Ita Nepos 5, 4, 2 *Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti, ut ſi quis opis ejus indigeret, haberet, quod ſtatim daret.* Ita *Opem alicujus implorare*, Ovid. Met. 8, 269. *Ferre* vel *afferre alicui opem*, einem helfen, Id. Met. 8, 601; & Cic. fam. 4, 1. *Nihil opis eſt in ipſis*, Id. de Senect. c. 2. *Ope conſilioque tuo factum*, Id. de N. D. 3, 30. ¶ 4. Imperium notat in illo veteris poëtæ apud Cic. Tuſc. 1, 35 *Stante ope Barbarica*, h. e. regno Trojano.

¶ Opes, *um*, f. plur. Easdem plane ſignificationes habet, quas de ſingulari retulimus. Nam ¶ 1. frequentiſſime notat divitias & copiam rerum, quas terra largitur, güter, reichthum. Cic. pro Cluent. 55 *Homo præditus magnis opibus*, ein ſehr reicher vermögender mann. Ovid. Met. 1, 140 *Effodiuntur opes irritamenta malorum.* Sen. Herc. fur. v. 166 *Ac nullo ſine beatas componit opes.* Cic. Off. 2, 12 *Premitur inops multitudo ab iis, qui majores opes habent.* ¶ 2. Hinc *Opes* etiam locum Romæ in foro Trajani dictum vult Scholiaſta vetus ad Iuvenal. 10, 23

Prima fere vota, & cunctis notiſſima templis,
Divitiæ ut creſcant, ut opes, ut maxima toto
Noſtra ſit arca foro.

Ait enim: *Vsque ad Cerealem præfectum, in foro Trajani arcas habuerunt ſenatores, in quibus argentum aut pecunias intus deponebant. Propterea & locus ipſe, in quo erant arcæ poſitæ,* OPES *dicte ſunt.* Sed res, ut videtur, ad ſcholiaſtæ ſolius fidem redit, cui neſcio quantum tribuendum ſit. Certe Iuvenalis verba nihil tale docent. Poteſt enim ad argentariorum in foro tabernas arcasque, vel generatim ad fortunas eorum, qui in forum ventitant, reſpici. ¶ 3. Non autem ad ſolas divitias pertinet hæc vox, ſed & omnes copias facultatemque efficiendi aliquid notat. Cic. de L. Agrar. 2, 13 *Confirmare opibus & copiis poteſtatem aliquam*, mit aller macht. Horat. 1 epiſt. 18, 29 *Stultitiam patiuntur opes*, i. e. divitiæ & potentia, den reichen und mächtigen gehet eine thorheit hin. v. Cort. ad Salluſt. Catil. c. 17. Drakenb. ad Liv. 2, 21; 4, 8. Ita *Opibus mores tradere*, de quo in *Trado* ex *Do*. Ita *ſummis opibus*, Plaut. Moſt. 2, 1, 1 eſt omni conatu, omnibus viribus, aus allen kräften; quod Ennius dixit ap. Macrob. Sat. 6, 1 *Summa nituntur opum vi.* ¶ 4. Quin ſpeciatim exercitum notat interdum ut *copiæ*. Nepos 1, 5, 5 *Nulla unquam tam exigua manus tantas opes proſtraverit*: ubi etiam Germani, eine ſo groſſe macht. Idem 9, 4, 3 *Ducem fortem & prudentem regiis opibus præfuturum ac ſecum dimicaturum, videbant.* ¶ 5. Imperium, quoque ſignificat. v. g. Virgil. Æn. 2, 4 *Trojanas ut opes & regnum everterint Danai.* Ibid. v. 603 *Verum inclementia divûm Has evertit opes.* Claud. Conſ. Honor. 4, 42 *Margine cæli clauſit opes*, er hat ſein reich ausgebreitet bis an der welt ende. ¶ 6. Auxilium aut certe facultatem adjuvandi ſignificat, hülfe, ſchutz. Nep. 11, 3, 2 *Eurydice ad Iphicratem confugit, cujusque opibus defenſa eſt.* Idem 20, 2, 2 *Vtrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſæpe adjuti fuerant.* Horat. 3 od. 3, 26 *Nec Priami domus Perjura pugnaces Achivas Hectoreis opibus refringit.* Id. 1 epiſt. 16, 34

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frenumque recepit.

¶ ŏpŭlentus, *a, um*, opibus abundans, dives, reich, vermögend; ut, *Regia opulenta*, Catull. Carm. 65, 43. *Provincia pecuniæ opulenta*, Tac. Hiſt. 2, 6, 6. Et, *Opulentior Arabum theſauris*, Horat. 3 od. 24 pr. *Pars provinciæ agro virisque opulentior*, Salluſt. Iug. c. 16. *Opulentiſſimi in terris populi*, Liv. 23, 33. conf. 1, 7. Et, *Rex Aſiæ opulentiſſimus*, *Cræſus*, Cic. Divin. 2, 56. *Civitas opulentiſſima*, Idem Nat. D. 3, 33. Plaut. Aul. 3, 4, 2 *Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper cœpit rem habere aut negotium.* Proprie *Opulenti* dicuntur, qui rebus terreſtribus copioſi, ut auctor eſt Feſtus in *Opis*.

¶ ŏpŭlens, *tis*, idem; ſicut utrumque dicitur *Gracilens* & *Gracilentus*: *Violens* & *Violentus*. Salluſt. Iug. c. 69 *Civitas magna & opulens.* Apul. Met. 10 p. 248 *Matrona quædam pollens & opulens.* Nepos 12, 3, 3 *Opulentiam fortuna.* conf. Plaut. Curc. 2, 3, 5. Ambroſius orat. de obitu fratris: *Neque ut opulens exultavit in divitiis.* Auſon. Idyll. 2, 7 *Non opulens, nec egens: parcus ſine ſordibus egi.* Idem in Profeſſ. Burdig. epigr. 19, 5

Illic conjugium natique opulenſque ſenectus.

¶ Opulente, adverb. reichlich. Apul. Apol. 2 p. 333 *Grandis domus, opulente ornata.*

¶ Opulenter, adverb. idem; ut, *ſe opulenter colere*, ſich gütlich thun, ſich wohl warten: Salluſt. Iug. c. 85 *Neque milites arcte colam, me opulenter.* Liv. 1, 35 *Tarquinius ludos opulentius inſtituit ſuſceptosque, quam priores reges, fecit.* Juſtin. 3, 3, 5 *Epulari opulentius.*

¶ ŏpŭlentia, *æ*, f. das reichthum, vermögen; ut, *Opulentiam ex aliorum ſanguine & miſeriis parare*, Salluſt. in Cicer. c. 2. Et verus Salluſt. Cat. c. 6 *Invidia ex opulentia orta eſt.* Lactant. de Ira c. ult. *Opulentia libidinum incitatrix.* Nepos 5, 2, 5 *Opulentiâ fretus.* Plural. Plaut. Bacch. 3, 4, 22 *Antequam illa meis opulentiis ſiat gravior.*

¶ ŏpŭlentĭtas, *ātis*, f. idem. Plaut. Milit. a. 4 ſc. 4, 35 *Quaſi ejus opulentitatem reverear.*

¶ Opulento, *are*, opulentum facere, bereichern, Horat. 1 epiſt. 16 princ.

Fundus meus, optime Quincti,
Arvo paſcat herum, an baccis opulentet olivæ.

Vide ibi Torrentium. Et Sidonius 9 epiſt. 13 in Anacreonteo ſubnexo: *Opulentet ut meruco Bibulum colore vellus.*

¶ ŏpŭleſco, *ĕre*, pro *opulentum fieri*, reich werden. Furius poëta vetus ap. Gellium 18, 11 & Nonium 2, 615 *In patriis opuleſcere campis.*

¶ ŏpĭfer, *a, um*, opem ferens, hülfreich. Plin. 11, 37 *In dedicanda æde opifera*, ſcil. *Deæ*. Ovid. Met. 15, 653 de Æſculapio:

Cum Deus in ſomnis opifer conſiſtere viſus.

¶ ŏpĭgena, *æ*, f. Iunonis cognomen apud Feſtum & Mart. Capellam lib. 1, quod ferat opem in partu laborantibus. Sed poſſis etiam interpretari Opis Deæ i. e. Rheæ vel Cybeles filiam & referre ad *Ops, Opis*, de qua ſuo loco.

¶ Opĭtulor, *atus ſum, ari*, opem ferre, helfen, zu hülffe kommen, ab *ope* & *tollendo*, cujus præteritum eſt *tuli*. Cicero Off. 1, 43 *Patriæ ſubvenire opitularique* conf. ibid. c. 15. Idem fam. 4, 13 *Sontibus opitulari poteram.* Idem pro Roſc. Am. c. 10 *Mulier hoſpiti oppreſſo jam, deſperatoque ab omnibus, opitulata eſt.* Et de Invent. 2, 1 *Præceptores permultum ad dicendum opitulati ſunt.* Celſ. præf. *Remedia morbis opitulantur.* Cornelia apud Nepot. Fragm. 12 n. 5 *Ne id quidem tam breve ſpatium poteſt opitulari, quin & mihi adverſeris.* Plaut. Mil. 3, 1, 26 *Ire amanti opitulatum.* Sed

¶ Opitulo, *are*, forma activa Livius Andr. apud Nonium 7, 61 *Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor; corrige, opitula.* Hinc paſſive apud Sarisb. epiſt. 268 *Naufragi poterunt & volent opitulari.*

¶ ŏpĭtulātus, *ûs*, m. ſubſt. die hülffe, der beytrag. Fulgent. Mythol. 3 *Ejus opitulatu cuncta germinum adoleſcit nativitas.*

¶ Opitulatio, *ōnis*, f. idem. Vlpian. Lege 1 Dig. de minor. viginti ann. *Prætor pollicitus eſt adverſus captiones opitulationem.* Arnobius lib. 4 p. 129 *Gratioſis opitulationibus præſto eſſe.*

¶ Opitulus, *i*, m. &, quod idem eſt,

¶ Opitulātor, *ōris*, m. ein helffer. Ita *Iupiter* dictus eſt quaſi *opis lator*, apud Feſtum. Apul. Florid. 3 p. 353 *Sodalis opitulator.*

¶ Inops, *inŏpis*, pauper, egens, omnium opę deſtitutus, arm, dürftig, hülfloß; ut, *Tam inops ego eram ab amicis*, Cicero pro Domo c. 22 *Non inops verbis*, Idem de Clar. Orat. c. 70. Et, *Inops humanitatis & inurbanus*, de Orat. 2, 10. *Inops auxilii*, Livius 3, 7; Et, *conſilii*, Idem 26, 18, ohne rath. *Inops mentis*, Ovid. Met. 2, 200, unſinnig. *Inops linguæ & infacundus*, Gellius 18, 3, unberedt. Sic Horat. 1 ſat. 4, 17

Dii benefecerunt, inopis me, quodque puſilli
Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis.

Inops criminum, Auctor de cauſſis corruptæ eloquentiæ c. 12. Ovid. Met. 14 fab. 9, 429

Viderunt inopem ſomnique cibique.

¶ Inŏpia, *æ*, f. contrarium copiæ, egeſtas, fames, armuth, mangel, dürftigkeit; ut, *Inopia frumenti*, Cæſ. B. Gall. 3, 7 *Cibariorum*, ibid. c. 18; *frugum*, Cicero pro Domo c. 7; *rei frumentariæ*, ibid. c. 3. Publius: *Inſtructa inopia eſt in divitiis cupiditas.*

¶ Inopiōſus, *a, um*, pro Inops, apud Plautum in Pœnulo 1, 1, 2, ubi *Res dubias, egenas, inopioſas conſilii* dixit.

ŌPIS, *is*, f. Nympha, comes & miniſtra Dianæ. Virgil. Æneid. 11, 836

At Triviæ cuſtos jamdudum in montibus Opis.

conf. v. 532 & 867; Claud. de Laud. Stil. 3, 254; Macrob. Sat. 3, 6. ¶ 2. *Opis*, Ὦπις, ipſa eſt Diana apud Callimachum H. in Dia. v. 204 & 240. Inde Ὦπιγξ hymnus in laudem Dianæ. vid. Spanh. ad Callim. l. c.

OPISCVS, *i*, m. *qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto incolumis editus erat*, Probus de Prænomine.

ŎPISTHŌGRĀPHVS, *a, um*, ὀπισθόγραφος, utriaque pagina ſcriptus, auf beyden ſeiten voll geſchrieben, pagina nimirum averſa & adverſa, ab ὄπισθεν, *retro*, & γράφω, *ſcribo*. In hac ſignificatione nomen hoc apud Plin. legitur 3 epiſt. 5 n. 17. Quidam etiam pro ejusmodi ſcripto accipiunt, quod legi poſtea non poſſit, niſi denuo deſcriptum, & *Opiſthographum*, ὀπισθόγραφον, dici volunt, quod in chartam deletitiam perſcriptum eſt, & in novam poſtea deſcribitur, concept, auffatz. *Adverſaria* dixiſſe Ciceronem, quia adverſarentur opponerenturque chartæ novæ, ut pro Roſc. Comœdo c. 2 *Præſcriptionem & litterarum ſuarum adverſaria proferre.* Sed contradicit Ioſ. Scalig. Animadv. in Guillandini Comm. de Papyro p. 45, & ſignificationem, quam initio propoſuimus, tuetur.

OPISTHŌTŌNVS, *i*, m. ὀπισθότονος, morbus, cum rigidi nervi corpus totum in poſteriorem partem flectunt. Plin 28, 12 *Dolorem inflexibilem, (opiſthotonum vocant) &c.* Adde 20, 21; & 24, 12. Vitium contrarium, *Emproſthotonus*, dicitur, ἐμπροσθότονος, cum rigidi nervi in partem anteriorem propendent, ab ἔμπροσθεν & τείνω, *in anterius diſtendor. Tetani* ſunt duæ ſpecies. v. omnino Celſum 4, 3, cujus locum proferemus in *Tetanus*; & Scrib. Larg. Compoſ. 255. Cæl. Aurelianus Acut. 3, 6, 61 vocat *Opiſthotoniam* & latine *raptum ſupinum*. Hinc

¶ Opiſthotonĭcus, *i*, m. qui hoc vitio & deformitate laborat. Plinius 20, 18 *Opiſthotonicis contractus ad poſteriores partes ſit*, ait Cæl. Aurel. l. c. n. 68.

Opiter, vide infra *Pater*.

ŎPĬTERGIVM, *i*, n. oppidum Venetorum, nunc *Oderzo*.

¶ Opitergīnus, *a, um*, gentile nomen: & *Opitergini*, incolæ, de quorum rate in civili Cæſaris bello Florus 4, 2, 33 narrat, mille juvenes in ea circumventos, ne ſe dederent Pompejanis, mutuis vulneribus concidere maluiſſe. Quintil. 3, 8 *Ratis Opitergina.* Et Lucanus 4, 462

Hic Opiterginis moles onerata colonis Conſtitit.

Opitulatio, opitulor, opitulus, &c. vide paullo ante *Opis*.

ŎPIVM, *i*, n. ὄπιον, ſuccus papaveris, mahn- oder mogſaamen-milch oder ſaft.

Opobalſamum, vide ſupra *Balſamum*.

OPOCARPĀTHON, *i*, n. ὀποκάρπαθον, ſuccus carpathi, quem inter venena connumerat Plinius 28, 10.

ŎPŎPĀNAX, *ācis*, f. ὀποπάναξ, ſuccus herbæ panacis, heilwurtzſaft. *Succos* enim Græci omnes ὀπὸς vocant. Ille omnes morbos ſanare dicitur, Plin. 20, 24.

ŏpōrĭce, es, f. ὀπωρική, medicamentum nobile, Plin. 4, 14.

ŏpōrĭnus, i, m. ὀπωρῖνος, idem quod autumnalis. Martial. 9 ep. 13
Si daret autumnus mihi nomen, oporinus essem.

ŏpōrŏthēca, æ, f. ὀπωροθήκη, locus in quo fructus autumnales asservantur, ein obſt-keller. Varroni de R. R. 1, 59; ὀπώρα enim *autumnus*.

Oportet, Oportunus, &c. vide *Opera, Opportunus* ſub *Portus*.

Oppango, Oppecto, Oppedo, Opperior, Oppeſſulatus, Oppeto, Oppexus, vide *Pango, Pecto, Pedo, Pario, ĕre, Peſſulus, Peto, Pecto*.

oppiānus, i, m. Ὀππιανός, poëta Cilix fuit, ſcripſit Halieutica, hoc eſt, de piſcibus & piſcatione libros quinque. Quatuor item de Venatione, qui exſtant. *Halieutica* tanti feciſſe legitur Severus Imp. ut pro quolibet carmine aureum ei dono dederit nummum. Suidas.

Oppico, *are*, vide infra *Pix*.

oppĭdum, i, n. (quod & *Opidum* ſcribunt, derivant enim ab *ope* vel *opibus* grammatici,) die ſtadt. v. Varro de L. L. 4, 32; & Feſtus; ubi ita ipſe Cicero de hac etymologia, *Oppidum*, ait, *ut imiter ineptias Stoicorum, quod opem daret. Oppida florentiſſima*, Serv. Sulpic. ad Cic. fam. 4, 5. *Oppidum conſtituere*, Cæſ. B. Civ. 1, 15. Plaut. Perſ. 4, 4, 5 *Id quod vidiſti, ut munitum muro tibi viſum eſt oppidum? &c.* ¶ 2. Scaliger in Appendice Conjectan. notat, quotieſcunque Romani hiſtorici *oppidi* mentionem faciunt, nihilque præterea addunt, non dubium eſſe, antiquam Romam intelligi, quam quadratam Ennius vocat. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 178. Nepos Athenas *oppidum* abſolute 1, 4, 2; nec non 2, 2, 8, & *Thebas* 16, 1, 2 appellat. Ita Cic. Verr. 4, 52 *Syracuſas* vocat *oppidum*, quam *maximam Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium* dixerat. ¶ 3. Quamquam enim *urbem* & *oppidum* ita ſolent vulgo diſtinguere grammatici, ut urbs aliquid nobilius atque præſtantius ſit oppido, tamen hæc duo vocabula ſæpe reperies uſurpata promiſcue: quomodo Corn. Nepos in eadem re jam *urbis* vocabulo, jam *oppidi* utitur, ut 1, 3, 1 *Quibus ſingulis ipſarum* urbium *perpetua dederat imperia. Sic enim putavit, facillime ſe græca lingua loquentes, qui Aſiam incolerent, ſub ſua retenturum poteſtate, ſi amicis ſuis* oppida *tuenda tradidiſſet*. Et c. 7, 2 *Copias e navibus eduxit*, urbem *operibus clauſit*. Et mox: *cum jam in eo eſſet, ut* oppido *potiretur*. ¶ 4. Sæpe vocabulum univerſale *oppidum* adjicitur ſingularibus ſeu individuis: ut, *Oppidum Amphipolim conſtituit*, apud Nepot. 5, 2, 2. *In oppido Citio eſt mortuus*, ibid. c. 3 n. 4. ¶ 5. Feſtus etiam auctor eſt, *oppidum* dictum eſſe locum in circo, unde quadrigæ emitterentur.

¶ Oppĭdulum, i, n. diminut. Cic. ad Attic. 10, 7 *Melita aut alio in loco ſimili oppidulo*.

¶ Oppĭdānus, a, um: ut, *Senex quidam oppidanus*, aus der ſtadt, Cic. de Orat. 2, 59. *Ius oppidanum*, das ſtadt-recht, id. pro Plancio c. 12. Subſtant. Cæſ. B. Gall. 2, 33 *Milites oppido excedere juſſit, ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent*. conf. Nep. 1, 7, 3. Atque ſic ſæpe alibi.

¶ Oppĭdāneus, a, um, idem. Theod. Cod. 12, 1 *Vinculo incolatus oppidanea neceſſitas eum detinet obligatum*. Ibid. *Obſequiis oppidaneis mancipari*.

¶ Oppĭdātim, adverb. per ſingula vel varia oppida, durch alle ſtädte. Suet. Aug. c. 59 *Provinciarum pleræque ludos quinquennales pene oppidatim conſtituerunt*. Et in Galba 18 *Cum oppidatim victimæ caderentur*.

¶ Oppĭdo, adverb. ſignificat *valde, omnino*, ſehr, allerdings. Ter. Heaut. 4, 4, 12 *Dic, me hic oppido eſſe invitam atque ſervari*. Plaut. Amph. 1, 1, 143 *Oppido interii*. Amm. 16, 11 *Oppido pauci*, quod etiam Apulejus dixit de Mundo princ. Rurſus Plautus Moſt. 1, 2, 56 *Perdidi operam fabrorum illico oppido*. Cic. de Fin. 3, 10 *Definitiones paullum oppido inter ſe differunt*, gar wenig. *Ortum eſt autem hoc verbum*, Feſto dicente, *ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quisque frugum faceret, utque multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur: Quantum vel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem venit, ut diceretur oppido pro valde multum, &c.*

¶ Inoppĭdātus, a, um, oppido carens, ein landmann, der auſſer der ſtadt iſt. Gloſſ. lat. gr. *Inoppidata, ἀλίκυτα, ἀλίμενα*. Sidon. 5 epiſt. 13 *Singulos ſparſos inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit*.

Oppignero, &c. Oppĭlo, &c. vide *Pignus, Pilo*.

oppius, i, m. hiſtoricus Romanus, cui prænomen fuit Cajo. ¶ 2. Alius *Oppius Chares* grammaticus. De utroque vide Voſſium de Hiſt. Lat. 1, 13 p. 67 & 68. e Sueton. c. 56 Iul. & c. 13 de Illuſtr. Grammat. &c. ¶ 3. *Oppius* mons Romæ, Varr. de L. L. 4, 8.

¶ Oppia, æ, f. virgo Veſtalis, quæ convicta ſtupri viva defoſſa eſt. v. Iuvenal. 4, 9. ¶ 2. *Oppia* Mindi uxor, Cic. fam. 13, 28.

Oppleo, oppletus, Opploro, Oppono, Opportunus, Oppoſitus &c. Oppreſſus, opprimo &c. Opprobrium, opprobro &c. Oppugno &c. Oppavio, vide *Pleo, Ploro, Pono, Portus, Pono, Premo, Probrum, Pugna, Pavio*.

ops, ŏpis, f. ſoror & uxor Saturni, quæ & Rhea, & Cybele, & Mater Deum. vid. Brouckh. ad Tibull. 1, 4, 62. Item Plaut. Ciſt. 2, 1, 39. Hinc *Ædes Opis*, Cic. Phil. 1, 7. Eſt autem nihil aliud, quam terra, quæ Græcis Ὦπις: unde *Opis* Latinorum, ut in Conjectan. docet Scalig p. 31 & 201. Terra vero *Ops* vocata, *quia hic omne opus, & hac opus ad vivendum &c.* ut Varro ait, de L. L. 4, 10. conf. Macrobii Sat. 1, 10. ¶ 2. *Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus, ut teſtimonio eſt non ſolum ei contrarius inops &c.* Feſtus. ¶ 3. *Opis*, defect. v. ſupra ſeorſum.

¶ Ŏpālis, e, i. e. Deæ Opi dicatus. Auſon. eclog. de Fer. Rom. v. 15 *Vis & opale ſacrum*. Plinius 19, 6 abſolute *Opalia* vocat feſta, in honorem Opis menſe decembri paucis diebus ante Saturnalia celebrata. *Opalia*, inquit Feſtus, *dicebantur dies feſti, quibus Opi ſupplicabant*.

¶ Opeconsīva, *orum*, n. pl. iidem, quæ *Opalia*, dies dicti *ab Dea Opeconſiva, cujus in regia ſacrarium, quod ideo actum, ut eo præter virgines Veſtales & ſacerdotem publicum, introeat nemo &c.* Varr. L. L. 5, 3.

¶ Opigĕna, æ, f. quod huc referendum videtur, vid. ſupra in derivatis ex *Opis*.

Opſonium, v. *Obſonium*.

Optabilis, optatus &c. v. *Opto*.

optĭca, æ, vel Optice, es, f. ὀπτική, eſt ſcientia de quantitate lucis & tenebrarum, die ſehe-kunſt. v. Voſſ. de Scient. Mathem. p. 98; Bald. Lex. Vitruv. p. 77; Gell. 16, 18.

¶ Optĭcus, a, um, ὀπτικός, zum ſehen gehörig; ut, vulgo *tubus opticus*, ein perſpectiv, fernglas. *Nervi optici*, die geſichts-ſehnen, apud Mathematic. & Phyſic. Adde Vitruv. 1, 1; & Gell. 16, 18 *Pars quædam Geometriæ ὀπτικὴ appellatur, quæ ad oculos pertinet*.

¶ Dioptra, æ, f. Διόπτρα, inſtrumentum geometricum, a perſpiciendo dictum, ein inſtrument, dadurch man etwas abſiehet, diſtantiam ſcilicet & altitudinem locorum e longinquo; id enim Plinio eſt 2, 69. Generali tunc nomine omnia inſtrumenta mathematica, præcipue geometrica & aſtronomica, cujusmodi *aſtrolabium*, & *regula parallactica, dioptræ* dicuntur, quibus Solis, Lunæ, & aſtrorum intervalla cognoſcuntur. v. Dalechamp. ad Plin. l. c. Ita Vitruvio 8, 6 regula eſt ad librandas aquas, eine waſſer-wage; *Libratur*, inquit, *dioptris, aut libris aquariis*.

¶ Epopta, Epopticus, vide ſupra in *E*.

Optimas, optimus, optio, &c. v. *Opto*.

opto, avi, atum, are, cupere, deſiderare, habere in votis, wünſchen, begehren; ut, *Optare & expetere fortunam*, Cic. in Piſon. c. 14. *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus*, Horat. 1 epiſt 14, 43. Ter. Andr. 4, 5, 2 *Inhoneſte optavit parare divitias potius &c.* Memorabilis eſt inſcriptio ſepulchri, quam laudat Brouckh. ad Propert. 4, 5, 76 *Quod quisque veſtrum optaverit mihi, illi ſemper eveniat vivo & mortuo. Optaſſis* pro *Optaveris*, Plaut. Mil. 3, 1, 74. ¶ 2. Eſt & eligere, wählen. Virg. Æn. 1, 425 *Pars optare locum tecto*. Super quo Scaliger Poët. 4, 16 *Legunt* aptare *ex antiquis exemplaribus, ſed inepte. Eſt enim militare verbum* optio. *Cum locus peteretur a principe, dicebatur* optari. *Sic in* Æneid. 3, 109 *Optavitque locum regno &c.* Ad quem locum Cerda f. 289 *Hæc vox pro*, elegit, *uſurpata multis, & fortaſſe nullum verbum in Declamationibus Quintiliani frequentius. Inde Optio, quæ Græcis αἵρεσις. Ad ſimplicis ſignificationem alludunt, coopto, & adopto*. Referemus nos huc & Terentii locum Eun. 5, 9, 27 *Quodvis donum & præmium a me optato, id optatum feres*. Vbi Donatus: *Dictum militariter. Nam & OPTIO dicitur, & OPTARI a militibus, ut alibi: VIR FORTIS OPTET QVOD VOLET PRÆMIVM*. Et ſane eſt hæc propria hujus verbi notio. Secundaria vero eſt εὐχεσθαι. Omne enim votum electio præcedit. Manet etiam eligendi notio, ubi videtur ſignificare ¶ 3. Petere, bitten und begehren, Plin. 10 epiſt. 20 *Quam patronum me provinciales optaſſent contra Marium Priſcum*; ubi Buchnerum vide n. 623. Apul. lib. Florid. de Cratete: *Adeo is cupiebatur, ut virgo nobilis, ſpretis junioribus ac ditioribus procis, ultro eum ſibi optaverit*.

¶ Optans, *tis*. Virg. Æn. 9, 6 *Quod optanti Divûm promittere nemo Auderet*. Sic, *Afferre optantibus auxilium*, Idem 8, 200. conf. Cic. de Orat. 1, 1.

¶ Optandus, a, um, zu wünſchen. Cic. in Piſon. c. 14 *Optandam mihi duco fuiſſe illam expetendamque fortunam*. Et mox c. 20 abſolute: *Atqui fuit optandum*.

¶ Optātus, a, um, gewünſcht, erwünſcht; ut, *Optatam curſu contingere metam*, Horat. Art. Poët. v. 412. *Optatis epulis intereſſe*, Id. 4 od. 8, 29. *Optata hoſtia, i. e. opima*, apud Feſtum. Et, *Mihi nihil fuit optatius*, Cic. Att. 9, 15. Et fam. 2, 19 *Mihi quæſtor optatior obtingere nemo potuit*. Ibidem principio epiſt. *Cum optatiſſimum nuntium accepiſſem*. Et ad Qu. fratr. 2, 7 *Frater optatiſſime*. Et pro Domo c. 28 *ea quæ mihi eſſent optatiſſima & pulcherrima*.

¶ Optātum, i, n. quaſi ſubſtantivum, der wunſch; ut, *Optata loquere*, i. e. grata & votis noſtris conformia, Ter. Heaut. 3, 3, 50. *Reſpondet optatis meis fortuna*, Cic. fam. 2, 1. *Dii tibi omnes, oro, omnia optata ſemper offerant*, Ter. Adelph. 5, 9, 21. Cic. fam. 2, 13 *Cur mihi non in optatis ſit complecti hominem?* warum ſolte ich es nicht wünſchen? Id. in Piſon. c. 20 *Accidit præter optatum meum*.

¶ Optāto, adverb. gewünſcht, nach wunſch; ut, *Optato advenis*, Ter. Andr. 3, 3 pr. *Niſi quid te impediet, mihi optato veneris*, Cic. Att. 13, 28 extr.

¶ Optātio, ōnis, f. der wunſch, die wahl. Cic. Off. 3, 25 *Theſeo cum tres optationes Neptunus dediſſet, optavit interitum Hippolyti*.

¶ Optābilis, e, expetendus, wünſchens werth, das zu wünſchen iſt. Cic. de Orat. 1, 51 *Quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur*. Comp. *Optabilior vita*, Id. de Fin. 4, 23. *Vox generoſior, quam optabilior*, Val. Max. 6, 4 ext. 4.

¶ Optabiliter, adverb. cum deſiderio, optato, nach wunſch. Cic. Tuſc. 1, 40 *Quam optabiliter iter illud ineundum eſt*. Sed ex MSS. aliter hodie legunt. Compar. Val. Max. 5, 1 ext. 6 extr. *Vt optabilius in patria, ita ſpecioſius pro patria &c.*

¶ Optātīvus, a, um. Apud Grammaticos; *Modus optativus, per quem optamus aliquid agere; ut, utinam legerem*, Iſid. 1, 8. Adde Mart. Capell. l. 3 p. 83.

¶ Optĭmus, a, um, contracte ex *optatiſſimus*, der beſte, erwünſchte, erwählteſte. Cic. de Orat. 1, 33 *Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi magiſter eſt. Optimus quisque ita loquebatur*, Id. in Verr. 2, 8. Sen. epiſt. 108 *In ætate noſtra quod eſt optimum, primum eſt*. Virg. Georg. 3, 66

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit, ſubeunt morbi triſtisque ſenectus &c.

Ovid. Amorum 2, 6, 39 de Pſittaci morte:

Optima prima fere manibus rapiuntur avaris:
Implentur numeris deteriora ſuis:

Plaut. Trin. 2, 4, 84 ſeq. *Semper cogites, id optimum eſſe, tute ut ſis optimus: Si id nequeas, ſaltim ut optimis ſis proximus*. Cic. ad Qu. fratr. 1, 1 *Vt quisque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur*. Liv. 35, 34 *In civitatibus principes, optimum quemque Romanæ ſocietatis eſſe*, de quo loco v. Weſſel. Obſerv. 1, 8. *Optimum eſt*, es iſt ſchon gut, Plaut. Caſ. 3, 5, 53; Epid. 1, 1, 57; Curc. 2, 1, 29; &c.

Sic *Optimum factum eſt*, formula nata ex illa: *Bonum factum*, Plaut. Pſeud. 1, 2, 52. Ita Colvius etiam expreſſit pro *Optimum factu*, in Apul. lib. 1 Met. vid. ejus not. p. 15. *Optimo jure*, vel *optima lege*, formulæ ſolennes. vid. *Jus* extr. ¶ 2. *Optimus*, *Maximus*, Dei cognomen eſt; qui *optimus* propter bonitatem ſummam: *maximus* propter vim & infinitam poteſtatem. Et prius quidem *optimus*, deinde *maximus* appellatus eſt; quia *majus* eſt; *certe gratius*, *prodeſſe omnibus*, *quam opes maximas habere*, ut Cicero de Nat. D. 2, 25 interpretatur. vide eumd. & 3, 36. ¶ 3. *Optimi* etiam Trajano cognomen a ſenatu additum, ut Octaviano *Auguſti*. v. Plin. Paneg. Trajani c. 88 n. 8. Idem appellationis honor & aliis imperatoribus datus eſt. Papin. L. 30 D. de excuſat. tut. *Iuriſperitos*, *qui tutelam gerere cœperunt*, *in conſilium principum aſſumtos*, *optimi maximique principes noſtri conſtituerunt excuſandos*. Add. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 12 p. 500. ¶ 4. *Optimus maximus* de fundo etiam, agro, domo, aliis apud ICtos dicitur. Ita autem dicitur fundus, qui liber ab omni ſervitute eſt. vide L. 126 & L. 169 D. de Verb. Signif. Inſcriptio vetus: HI HORTI ITA VTI OPT. MAXIMIQVE SVNT CINERIBVS SERVIANT MEIS. Alia: VINEAM CHALCIDIANAM CVM PARTE FVNDI POMPEIANI, EA VTI OPT. MAXIMAQVE SVNT &c.

¶ Optĭme, adverb aufs beſte. Cic. de Orat. 2, 20 *Humanitatis eſt*, *vel non facere*, *quod non optime poſſis*, *vel facere*, *quod non peſſime facias*. Et de Orat. 1, 26 *Mihi quidem optime dicunt*, *tamen niſi timide ad dicendum accedant*, *pene impudentes videntur*. *Optime eſt*, es iſt ſchon aut, formula vel annuentis vel comminantis, Plaut. Caſ. 5, 2, 44; & Bacch. 3, 4, 33 & 4, 6, 13.

¶ Optĭmas, *ātis*, com. gen. der fürnehmſte. Cic. pro Sext. c. 25 *Qui ita ſe gerebant*, *ut ſua conſilia optimo cuique probarentur*, *optimates habebantur*. Totus ille locus cognoſcendus eſt, utpote de hoc argumento claſſicus. Id. fam. 7, 6 *Matronæ opulentæ*, *optimates*. Cælius Cic. ſub Att. 10, 9 *Vide*, *ne*, *dum pudet te parum optimatem eſſe*, *parum diligenter*, *quod optimum ſit*, *eligas*. Nepos 19, 3, 1 *Factionum una populi cauſſam agebat*, *altera optimatum*, i. e. nobilium. Conf. ibid. 7, 5, 3.

¶ Optimĭtas, *atis*, f. die fürtreflichkeit. Mart. Capella lib. 4 p. 109 *Vt bonum dicimus a bonitate*, *non ita optimum ab optimitate*.

¶ Optio, *ōnis*, f. electio, die wahl. *Optio eſt optativ*, inquit Feſtus. *Dare*, *permittere optionem*, die wahl laſſen: Cic. pro Cæcin c. 23 *Si mihi optio detur*, *utrum malim defendere &c.* Id. de Finib. 1, 10 *Soluta nobis eſt eligendi optio*, wir haben die freye wahl. Id. de Fato c. 2 *Optio ſit tua*. ¶ 2. Eſt & militare vocabulum *Optio*, ut ſupra dicebamus in *Opto* n. 2; quo deſignabatur is, qui antiquis *accenſus* dicebatur, *qui dabatur centurioni adjutor a tribuno*, ut Feſtus docet, ein lieutenant, adjutant. Hinc *Optio* dicitur pro eo, qui alteri quamcunque vicariam operam præſtat, ein behelfer. Vide Parei Lex. Crit. p. 863; Stewech ad Veget. 2, 7; Sigon. de antiquo Iure provin. p. 130; Cujac. Obſervat. 6, 33: & Langlæum Otii ſemeſtris p. 312. *Optiones* quoque erant ſigniferorum. Antiqua inſcriptio: DEAE NEMESI AVRELIVS OPTIO SIGN. LEG. XIII. GEM. &c. apud Grut. p. 804. vide aliam p. 43 n. 9; ſed mendis ſcatet; verſu tamen 13 apte habet OPTIO SIGNIF. vide & p. 445 n. 10, & p. 558 n. 7. Lipſius de Milit. Rom. 2 dial. 7. Erant & *Suboptiones*, Gruter. p. 529 n. 8. Vltima verba ſic ſunt explicanda: *Si quis hanc aream poſuerit extra fundum ſupraſcripti ſuboptionis Aurelii*, *dabit fiſco centum*. Poſterior ætas diverſo paullum ſenſu *optiones* vocat, qui velut cuſtodes quidam, arbitri & inſpectores, aufſeher. Plutarchus ὀπτῆρας nominat. V. Lipſ. ad 1 Ann. Tac. p. 12. *Optio carceris* in antiquis Inſcriptionibus eſt, quibus damnatorum cura committitur, der kerkermeiſter. vid. Scalig. ad Manil. 5 p. 462. vid. & Reineſ. in Inſcript. antiqu. p. 12, ubi de variis optionibus agit copioſiſſime.

¶ Optiōnātus, *ūs*, m. officium optionis militaris, ut decurionatus, die lieutenants-ſtelle. v. Feſt. ubi & Cato: *Parare bonis atque ſtrenuis optionatus*.

¶ Optīvus, *a*, *um*, erwehlt, angenommen. Horat. 2 epiſt. 2, 101 *Optivo cognomine creſcit*.

Compoſita:

¶ Adopto, *avi*, *atum*, *āre*, eligere, adſciſcere, erwählen; ut, *Adoptare ſibi patronum*, *defenſorem*, Cic. Div. in Verr. c. 16 extr. *Quemque facetus adopta*, freundlich empfangen, Horat. 1 ep. 6, 55. *Adoptare ſibi nomen*, Martial. 7 epigr. 31. conf. Vitruv. præf lib. 7. *Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem*. Plaut. Ciſt. 4, 2, 78. ¶ 2. *Adoptare ſibi aliquem filium*, *& aliquem pro filio* ap. Plaut. Men. prol. v. 60, & Pœn. prol. v. 119, eſt, in ſuam familiam, & in locum adeo filii aſſumere alienum filium, an kindes ſtat annehmen; ut, *Scipionis filius*, *is*, *qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit*, Cic. de Claris Orat. c. 19. *Publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videbatur*, Flor. 1, 9, 5. De adoptandi jure & ceremonia eſt locus claſſicus Cic. pro domo ad Pont. c. 13 ſq. Add. Perizon. Animadv. c. 3 p. 125; de nominibus adoptatorum Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 77.

¶ Adoptātus, *a*, *um*, angenommen an kindes ſtat; ut, *Adoptatus Agrippa*, Vellej. 2, 104, 1. ¶ 2. Quin *Adoptare* fuerit ſimpliciter dictum pro *Optare*, non finit nos dubitare Ciceronis locus fam. 10, 21 *Quorum mihi fuit adventus adoptatiſſimus*, ſehr erwünſcht; ita meliores omnes libri, præſertim Palatini codices.

¶ Adoptio, *ōnis*, f. die erwehlung an kindesſtat: ut, *Ius adoptionis*, Cic. pro Domo c. 13. conf. ibid. c. 14; & ad Att. 7, 7. *Per adoptionem aliquem familiæ inſerere*, Suet. Claud. c. 38. *In adoptionem adſciſci*, Spartian. Hadriano c. 4. *Dare in adoptionem alicui filium*, Quintil 3, 6. Et Plin. 5 epiſt. 8 *Avunculus meus*, *idemque per adoptionem pater*. Proprie autem *Adoptio* de iis dicebatur, quorum patres adhuc viverent: nam *arrogatio* dicebatur, cum adoptarentur, qui parentum ſuorum morte patresfamilias effecti eſſent. Et fiebat *adoptio* privatim: *arrogatio* publice. v. Torrent. ad Suet. Aug. c. 64, itemque Chr. Coler. Parerg. c. 7. Ritum adoptandi graphice & eleganter deſcribit Henr. Noris in Cenotaph. Piſan. p. 85.

¶ Adoptātio, *ōnis*, f. idem, apud Gellium 5, 19. Sic & Plin. Paneg. c. 5 n. 1 *Quem pax & adoptatio & tandem exorata terris numina dediſſent*. conf. Borrich. Cogit. p. 39.

¶ Adoptātor, *ōris*, m. der einen vor ſeinen ſohn annimmt. Gellius 5, 19 *Pater adoptator*.

¶ Adoptātĭtius, *a*, *um*, angenommen an kindes ſtat. Plaut. Pœn. 5, 2, 100 *Demarcho ipſe fuit adoptatitius*. conf. ibid. v. 85. Item, ex adoptato filio natus, Feſtus.

¶ Adoptārius, *a*, *um*, idem; ut, *Adoptarius puer*, ex adoptato natus, in Iſidori Gloſſ.

¶ Adoptīvus, *a*, *um*, idem. Gellius 5, 19 pro ſe & ex Scipionis oratione de filio adoptato. Cic. pro domo c. 13 *Amiſſis ſacris paternis in hæc adoptiva venisti*.

¶ Adoptābilis, *e*, erfreulich, ſchätzbar. ICt. Cod. 11 t. 11 l. 1 *Quod in cultu ornatuque noſtro ſacrum & adoptabile eſt*.

¶ Redadopto, *are*, iterum adoptare, wieder an kindes ſtat annehmen. Lege 41 Dig. de Adoption. *Quem denuo redadoptavit*.

¶ Coopto, *are*, eligere in ſuum ordinem & collegium, wehlen und annehmen; ut, *Cooptare in collegium & ordinem*, Cic. pro Cæl. c. 2. *In vacuum locum cooptari*, Liv. 5, 10. Conf. Duker. ad 2, 33. Videtur hoc verbum proprie de ſacerdotibus uſurpatum. Suet. Claud. c. 22 *In cooptandis in collegia ſacerdotibus*, *neminem*, *niſi juratus*, *nominavit*. Item Ner. c. 2 *Pontificibus offenſior*, *quod alium*, *quam ſe*, *in patris locum cooptaſſent*.

¶ Cooptātus, *a*, *um*, auf- und angenommen. Cic. de Clar. Orat. c. 1 *Cooptatus ab eo in collegium*. In Nummo Neronis: CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINCEPS IVVENT. SACERD. COOPT. IN OMN. CONL SVPRA NVM. EX S. C. i. e. *Sacerdos cooptatus in omnia Collegia ſupra numerum ex Senatus conſulto*.

¶ Cooptātio, *ōnis*, f. die annehmung, erwehlung. *Cooptatio in patres*, h. e. in ſenatorium ordinem, Liv. 4, 4 *Cooptatio tribunorum*, Id. 5, 12.

¶ Deopto, *are*, idem ac *Optare*. Hyginus fabul. 191 *Midæ Liber pater deoptandi dedit poteſtatem*, *ut*, *quicquid vellet*, *peteret a ſe*.

¶ Exopto, *āre*, optare etiam atque etiam, heftig wünſchen oder begehren. Cic. Att. 4, 6 *Multis de cauſis te exopto quam primum videre*. Ter. Andr. 5, 5, 6 *Quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi &c.*

¶ Exoptans, *tis*. Silius 10, 303

Exoptans animam certantem ponere dextra.

¶ Exoptatus, *a*, *um*, erwünſcht, erfreulich. *Carcalio exoptate*, *ſalve*, Plaut. Curc. 2, 3, 27. *Antiphila*, *maxime animo exoptata meo*, die hertzgeliebte, Ter. Heaut. 2, 4, 28. *Dulces nati exoptatusque parens*, Virg. Æn. 2, 138. *Nihil exoptatius adventu meo*, *nihil carius*, Cic. Att. 5, 15. *Exoptatum nuntium afferre*, Id. pro Roſcio Am. c. 7. Et, *Exoptatiſſima gratulatio*, Idem ad Att. 4, 1.

¶ Perexoptātus, *a*, *um*, idem, apud Gellium 18, 4, qui tamen hic tmeſin admbuit: *Per*, *magiſter optime*, *exoptatus mihi nunc venis*.

¶ Exoptābilis, *e*, idem. Sil. 11, 387 *Exoptabile tempus*. Plaut. Stich. 2, 2, 67 *Nunciare nuncium exoptabilem*. conf. Lucil. ap. Non. 2, 438.

¶ Exoptatio, *onis*, f. der wunſch, apud Auguſtinum.

¶ Inoptātus, *a*, *um*, unverlangt, unangenehm. Seneca lib. 8 Excerpt. Controv. ult. *Lacryma eſt indicium inoptatæ rei*.

¶ Inoptābilis, *e*, deteſtandus, nicht lieb, unerfreulich. Apul. Met. 9 p. 222 *Inoptabilis officinæ diſciplina*.

¶ Peroptatus, *a*, *um*, valde optatus, ſehr gewünſcht. Hinc

¶ Peroptato, adv. idem. Cic. de Orat. 2, 5 *Peroptato nobis datum eſt*.

¶ Peroptime, ſehr wohl, aufs beſte. Iuſtinian. de Confirm. Dig. ad Sen. 2 § 9 *Compoſita & elaborata peroptime*.

¶ Præopto, *āre*, potius optare vel eligere, vielmehr oder lieber wollen. Ter. Hec. 4, 1, 17 *Adeone pervicaci eſſe animo*, *ut puerum præoptare poſſe &c.* Nepos 25, 12, 1 *Præoptare equitis Romani filiam generoſarum nuptiis*. Liv. 9, 45 *Suas leges Romanæ civitati præoptare*, vorziehen.

¶ Redopto, *are*, wieder wünſchen, Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 4 extrem. *Mors redoptanda*.

¶ Suboptio, *onis*, f. vide ſupra in *Optio* n. 2 ex Gruteri opere, cui addi poteſt Fabrett. Inſcript. p. 345.

Opulens, opulentia, opulentus, opuleſco &c. vide in *ŏpis*.

ŎPŬLUS, *i*, f. arbor ſimilis corno, maßholder, aſſtholder. Colum. 5, 6; & Id. de Arbor. c. 16. Adde Varr. R. R. 1, 8.

OPUNCŬLO, *onis*, vel Opuncula, *æ*, f. *opilionis* (avis) *genus*, *quod cantus imitatur*, Feſt.

OPUNTIA, *æ*, f. circa *Opuntem Opuntia eſt herba etiam homini dulcis*, Plin. 21, 17.

Opus, opuſculum, vide ſupra *Opera*.

ŌRA, *æ*, f. poſt ἀποθέωσιν dicta *Herſilia*, ubi vid.

ŌRA, *æ*, f. rei cujuscunque extremitas, der rand, das äuſſerſte eines dinges. *Ora veſtimentorum*, der ſaum an kleidern, Feſt. Lucret. 1, 934

Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur, *prius oras pocula circum*
Contingunt mellis dulci flavoque liquore.

¶ 2. Sed & regionum terrarumque fines, & maritimæ ipſæ regiones *Oræ* dicuntur, die arenten und landſchaften am meer. *Quacunque in ora ac parte terrarum*, Cic. de Nat. D. 2, 66. Nepos 7, 5, 6 *Urbes*, *quæ in ora ſitæ ſunt Aſiæ*. *Orâ extremæ ſilvæ*, Liv. 23, 24 *Cæleſtes oræ*, Ovid. Met. 9, 254. ¶ 3. *Ora* funis nauticus eſt, quo navis ad terram religatur, das ſchiffſeil. Quintil. epiſt. ad Tryphonem: *Permittamus vela ventis*, *& orem ſolventibus bene precemur*, die vom land abſchiffen. Videtur locutio eſſe ex idiotiſmo nautico, qui *oram ſolvere* dixerunt, pro *ſolvere funes*, qui ad oram navem tenebant alligatam. conf. Burm. p. 2. Liv. 22, 19 *Vixdum omnes conſcenderant*, *cum alii reſolvunt oras*, *aut ancoram vellunt*. Id. 28, 36 *Trahunt ſcalas*, *oraſque & ancoras*, *ne in moliendo mora eſſet*, *præcidunt*. Et Quintil. 4, 2 *Conſcendi*, *ſublatæ ſunt ancoræ*, *ſolvimus oram*, *profecti ſumus*. Conf. Parei Lex. Crit. p. 865, & Gron. Obſerv. 4, 26.

¶ Orā-

¶ Orārius, *a, um*, ad oram pertinens, zum rand gehörig; ut, *Navis oraria*, ein fischer-kahn: Plin. 19 epist. 26 *Nunc destino partim orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere.* Ad quem Plinii locum ita Buchnerus n. 639 *Orariam* apud Plautum Fulgentius in Glossis *naviculam modicam piscatoriam* interpretatur. Quam vocem ab ora deducunt nonnulli, quod hoc navicularum genere oræ litorum tantum legi solerent, quo Caranæus *orarias* illas Plinianas interpretatur. An *orarias* interpretabimur naves illas, quas Suetonius Cæsare c. 43 *vectorias* appellat, & *orarias* dictas, quod præstolarentur ad oram vectores, ut transportando mercedem facerent? die fähren. An denique, quæ oris h. e. funibus e litore trahuntur?

¶ Orātim, adverb. per oras, von ufer zu ufer. Solin. c. 9 (Salmas. 3) *Longum est, ut oratim omnes insulas legamus.* vid. Salmas. ad h. l. p. 67.

Oraculum, oracularius, vide infra *Oro.*

ŌRĀMA, *ātis*, n. ὅραμα res quæ videtur, spectaculum, ein schauwerck. Sic absque spiritu aspero cum Hadrianide Nodot recepit in textum apud Petronium c. 53 *Reliqua animalia & oramata tricas meras esse.* Consule Burmann. p. 261.

Orarium, Orarius, *a, um*, vide *Os, Ora.*

ŌRĀTA, *æ*, f. eadem quæ *Aurata*, de qua suo loco. Est autem piscis nomen, die forell. ¶ 2. Atque hinc factum cognomen est Sergio cuidam, de quo Macrobius Sat. 3, 15 *Sergius Orata cognominatus est, quod et pisces, qui aurate vocantur, carissimi fuerint. Hic est Sergius Orata, qui primus balneas pensiles habuit, primus ostrearia in Bajano lacavit, primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit. Fuit autem ætate L. Crassi illius disertissimi, qui quam gravis & serius habitus sit, etiam Cicero docet.* Mentio *Oratæ* etiam apud Cic. de Fin. 2, 22.

ŌRĀTES, *is*, m. fluvius Scythiæ Europææ, v. Ovid. Pont. 4, 10, 47.

Oratim, Oratio, orator &c. vide *Ora, Oro.*

Orbare, orbatio &c. Orbicularis, orbiculo, *are*, orbiculus, orbile &c. orbifico, vide *Orbus, Orbis, Orbus.*

ORBĪLIVS, *i*, m. grammaticus fuit, Horatii præceptor, vehemens in discipulos, & plagosus. Horat. 2 epist. 1, 70

Memini quæ plagosi mihi parvo Orbilius dictare.

In senectute omnem memoriam amisit, adeo ut & literarum oblivisceretur, unde a Bibaculo *literarum oblivio*, vocatus. V. Sueton. Illustr. Grammat. c 9. Conf. Voss 6 Inst. Orat. p. 519.

ORBIS, *i*, m. circulus, ein kreis, ring, circkel, umfang. Cic. Somn. Scip. c. 3 *Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.* Sic, *Signifer orbis*, der thier-kreis, Cic. Nat. D. 2, 20. Et, *In orbem torquere*, Id. de Univers. c. 7. Et, *orbem facere*, einen kreis machen, schliessen: Ovid. Met. 3, 77 de serpente:

Immensum spiris facientibus orbem.

Adde mox dicenda in militari significatione. *Saltatorium orbem versare*, Cic. in Pison. c. 10, tantzen. *Solis orbis*, Vellej. 2, 59, 6. *Laneus orbis* vitta est aram ambiens, ap. Propert. 4, 6, 6. ¶ 2 Sic & *Orbem orationis*, continuam seriem & conclusam Cicero dixit & periodos, eine rede, so auf einander folget, und sich in einander fein schliesset, sc. in Orat. c. 71 *In Thucydide orbem orationis desidero.* Et de Orat. 3, 51 *Circuitus & quasi orbis verborum.* ¶ 3. Est & militare verbum, ordinem militum signans, in orbem consistentium, ut eos hostis ex nulla parte aversos inveniat. Cæs. B. G. 4, 38 *Cum illi, orbe facto, se se defenderent.* Liv. 4, 39 *Tumulo quodam occupato, in orbem se tutabantur.* Et Sallust. Iug. c. 97 *Romani veteres neque & ob ea scientes belli, si quos boreas aut casus conjunxerat, orbes facere* (cœperunt,) *ut pugnarent ab omnibus partibus simul, edocti & instructi, hostium vim sustentabant.* Curt 4, 13, 31 *Ultimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem orbe munirent.* ¶ 4. Et *Orbis* mundus est, a rotunditate, der erdkreis, die welt. *Si fractus illabatur orbis*, Horat. 3 od. 3, 7. Plin. in præfat. lib 3 *Terrarum orbis universus in tres dividitur partes &c.* ¶ 5. Aliquando tamen non orbem universum, sed Romani imperii terminum notat. Virg. ecl. 1, 67

Toto divisos orbe Britannos.

Britannia autem insula, olim etiam *alter orbis* dicta, vid. Taubm. ad Virgil. p. 12. Sic Tac. Germ. 2, 1 *Adversus oceanus variis ab orbe nostro navibus aditur.* Heumannus tamen orbem Virgilii intelligit peripheriam insulæ. At pro ipso imperio Rom. de Antonio & Octaviano Nepos 25, 20, 5 *Cum se uterque princeps orbis terrarum esse cuperet*, qui alii restrictius *orbem Romanum* dicunt. Salvianus lib. 5 p. 171 de Pagaudis eorumque similibus: *Quos per universum Romanum orbem fecit Romana iniquitas jam non esse Romanos.* Sic & aliæ mundi partes συνεκδοχικῶς appellantur *Orbes.* Idem lib. 7 de Gub. Dei p. 275 *Carthaginem dico in Africano orbe quasi Romam.* De eadem urbe Prudentius Peristeph. 4, 61 dixit:

Vix parens orbis profulsa Pœni, &c.

Ubi *parens orbis Pœni* est metropolis Africæ. Cognata huic significationi est, qua multitudinem hominum ingentem sonat. Ovid. de Arte am. 1, 173 *Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ*

Venere: atque ingens orbis in orbe fuit.

¶ 6. *Orbes* etiam rotæ sunt curruum; ut, *Ferrati orbes*, Virg. Georg. 3, 361, beschlagene räder. Et illarum partes extimas, *rotarum orbes* dixit Plin. 8, 16, quando de leone ait: *Hoc fœvum animal rotarum orbes circumacti curruque inanes terrent.* ¶ 7. Et quemadmodum rotæ conversio ad suum principium redit: ita omnis vicissitudo & recursus ad principia *Orbis* appellatur. Cic. Att. 2, 9 *Festive & mirifice sonitu, quam putarem, hic orbis in rep. est conversus.* Et 2, 21 *Sperabam sic orbem reip. omnem conversum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus.* Tac. Ann. 3, 55, 5 *Forte rebus cunctis inest quædam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.* Hinc *in orbem ire*, eit, die reihe herumgehen, abwechseln; Liv 3, 36 de Decemviris: *Ita servarunt, ut unus fasces haberet, & hoc insigne regium in orbem, suum cujusque vicem, per omnes ires, &c.* Plin. ep. 9, 30 Liberalitatis est, *quos præcipue scias indigere sustentantem - fovere tempusque orbe quodam societatis ambire*, h. e. complecti & communicando de suo unum quasi corpus facere. ¶ 8. Et *Orbis* vulgo dicitur, super quo cibos in mensa tractamus, ein teller. Quo illud Martialis referunt 2 epigr. 43

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur ista fugina vestra gula.

Quamquam alii potius ipsas mensas rotundas *Libycos orbes* interpretantur. vide commentatores. ¶ 9. *Orbes* apud poetas passim sunt clypei. Val. Flacc. 1, 451 *Orbis, quem genitor fecerat* Claud. de B. Gild. v. 211 *Clypeique recandit orbis.* v. Gonsal. ad Petron. c. 89 p. 145. ¶ 10. *Orbis* etiam piscis nomen est ap. Plin. H. N. 32, 11 *Durissimum esse piscem constat, qui orbis vocetur, rotundus est, & sine squamis totusque capite constat.*

¶ Orbs, pro orbis, Fortunat. lib. 8 carm. 5

Gaudet & orbs totus, pontus, arena, polus.

Item: *Orbs quoque totus item per nova vota fremit.*

¶ Orbĭcŭlus, *i*, m. diminut. parvus orbis. *Vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes*, Pallad 3, 11. *Minutis orbiculis superpictæ pantheræ*, Solin. c. 27 (Salmas. c. 17) de ora Caspii Maris. Et Apul. 2 Florid. p. 346 *Ipse ejus annuli orbiculum circulaverat.* Adde Vitruv. lib. 9 extr.

¶ Orbicŭlāris, *e*, rund, kugelrund, scheibicht; ut, *Orbicularis herba*, Apul. de Herb. c. 17. conf. Marcell. Emp. c. 4. Prov. *Non omnia ova orbicularia sunt*, v. Novar. T. 2. Apophth. Eccl. p. 275.

¶ Orbĭcŭlo, *are*, rund machen, verbum, servarunt Glossæ veteres, in quibus est; *Orbiculatur*, κυλεύεται. Vnde participium

¶ Orbiculātus, *a, um*, rund; ut, *Poma* f. *mala orbiculata*, runde scheib-äpfel, Colum. 5, 10. Et Cœlius Cic. fam. 8, 15 *Malis orbiculatis pasti.* Est, qui interpretatur mala in orbiculos secta & ex tenui massa farinacea fricta, gebackene äpfel. Plin. 27, 13 pr. *Capitibus cauliam orbiculatis.* Ammian. 31, 6 *Orbiculata figura.*

¶ Orbĭcŭlātim, adv. per orbes seu circulos, im kreis, in die runde. Macrob. Saturn. 7, 9 *Orbiculatim rotatur.* Et Plinius 11, 37 (sect. 67) *Cervix e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis.*

¶ Orbĭcus, *a, um*, adject pro circulari, rund, kuglicht. Varro apud Nonium 2, 614 *Vt fidera cæli Divum, circum terram Atque axem quæ volvuntur motu orbico.*

¶ Orbīle, *is*, n. circumferentia rotæ, quæ radiis fulcitur, & canthis cingitur, radfelgen, das äusserste am rad, so mit eisen beleget wird. Varro Rei Rust. 3, 5 *In insula est columella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cavata sit ut tympanum, &c.*

¶ Orbius, *i*, m. clivus Romæ, per cujus flexuosos orbes Tullia & Tarquinius superbus interfecto rege properaverant in regiæ domus possessionem. Cœptus est autem sic appellari, quod pronus cum esset, per orbes in Exquiliarum collem duceret. v. Festus p. 138

¶ Semiorbis, *is*, m. semicirculus, ein halber kreis, halber zirkel. Seneca Qu. Nat. 1, 8 *In semiorbe nihil prohibet aspici totam pilam.* Et Ammianus 20, 4 de Luna: Δίχο τομος *forma semiorbem ostendit.*

ORBĪTA, *æ*, f. vestigium rotæ decurrentis, eine wagenleise fahrleise; ut, *Vix impressam orbitam videre*, Cic. Att. 2, 21. conf Virg. Georg 3, 294. Et Iuvenalis per metaphoram, cum de pravis majorum exemplis juventuti nocentibus fatur 14, 32 agit:

Corrumpunt vitiorum exempla domestica, &c.
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.

¶ 2. pro orbe, vel in orbem circumacto cursu. Corn. Severus in Ætna 230 *Solis scire modum, & quanto minor orbita Lunæ.* Ateonius in Verrem p. 108 *Orbita duas res significat: Nam orbita & rota ipsa intelligitur, & vestigium in molli solo.*

¶ Orbītōsus, *a, um*, plenus orbitis, ausgefahren. Incertus Aut. in Catalect. *Per orbitosa millia*, i. e. milliaria.

¶ Exorbito, *āre*, apud Theologos latinos legitur, ex orbita discedere, aus dem rechten wege schreiten, irren, abweichen, zu weit gehen, proprie aus dem gleis fahren. Tertulliani, Sidonii, Firmici exempla Posterioribus Curis exhibuit Gellarius p. 209. Addi possunt ex Tertulliano alia: ut adv. Marc. 3, 2 *Suspectum habebitur omne, quod exorbitarit a regula.* Et Lactant. 2, 5 *Exorbitare stellæ a præfinitis itineribus non licet.*

¶ Exorbitans, *tis*. Tertull. ad Nationes 2, 2 *Exorbitantes ab initio sapientiæ, id est, metu in Deum.* ICti *Exorbitantia* interpretantur *extralimitanea, irregularia, & propemodum absurda*, unrichtige dinge.

¶ Exorbītātio, *ōnis*, f. die ausschreitung, abweichung, übertretung. Tertull. de Anima c. 24 *Agnoscimus animam a primordio exorbitationis capacem.* Id. de Idololatria c. 14 *Exorbitatio disciplinæ.*

¶ Exorbitātor, *ōris*, m. qui exorbitat, ein übertreter. Idem Tertull. adv. Marc. 2, 13 *Lex aliud objecuteri proposuit: aliud exorbitatori.* Idem 3, 6 *Iudaismi exorbitator & destructor.*

Orbitas, orbitudo, Orbius, vide *Orbus, Orbis.*

ORBVS, *a, um*, qui vel oculis, vel alia re cara privatus est, beraubt, entblößt, einsam; ut, *Luminibus orbus*, Plin. 9, 42, der seines gesichts beraubet ist. Sic &, *Respubl. orba*, Cic. fam. 3, 11. Et cum casu, *Rebus omnibus orbus*, Id. fam. 4, 13. Sic, *Orbus, orbi parentibus*, waisen. Ter. Adelph. 4, 5, 16 *Orba patre virgo.* Et Vet. Gloss. ἄτεκνος. *Orbus homo gaudium hæredis sui*, ut Phædrus de avaro dixit 4, 19, 18, veluti extranei hæredes etiam hodie Germanis appellantur *ridentes, non flentes*, lachende erben. ¶ 2. *Orbum* pro exhæredato bis posuit Plin. 5 epist. 1, & 8 epist. 18, ubi Buchneri notas vide n. 114 & 437, enterbt. *Orbus auxilii*, Plaut. Rud. 2, 3, 19, hülflos.

¶ Orbĭtas, *ātis*, f. die verlierung, beraubung; ut, Plin. 7, 37 *Magna Critobulo fama est, extincta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.* Et Iustin. 1, 5, 8 *Dolor orbitatis*, scil. ob filium interfectum. At cum Cicero dixit de Fin. 5, 28 *Bonum liberi, miseria orbitas:* orbitas ibi ἀτεκνία est, die einsamkeit ohne kinder. Ea interdicta, & vetita olim Leg Romanis, Iulia præsertim de maritandis ordinibus. vid. ad illam ICti; it. de jure liberorum Conf. Vertranium Maurum de Jure trium liberorum Lipsi ad 3 Ann. Tac. Et Stat. 4 Silv. 7 ad Maximum Iunium v. 33 *Orbitas omni fugienda nisu: Quam premit votis inimicus hæres, &c.*

Alexan-

Alexander M. apud Curtium 6, 9, 13 *Orbitas quoque meæ, quod ſine liberis ſum, ſpernitur.* conf. 7, 1, 2. Plur. Solin. c. 53 *Stipylus, Tantalis antea dictus, & in illam vocabuli memoriam orbitatibus datus Niobæ.* Arnob. ſub fin. lib. 5 *In vinculis, orbitatibus, planctibus.* Et Auguſtin. Civ. Dei 22, 22 *Calamitas ab orbitatibus atque luctu.*

¶ Orbĭtūdo, *ĭnis*, f. veteres etiam dixerunt pro *Orbitate*; ut Accius, Pacuvius, Turpilius apud Nonium 2, 599, & Vetus Gloſſ. ἀτεκνία, *Orbitudo, orbitas.*

¶ Orbo, *avi, atum, are*, re quacunque cariſſima privare, berauben, entziehen. Plin. 12, 8 de peſtilente frutice: *Pæne equitatu orbavit Alexandrum.* Sic Cic. QQ. Acad. 4, 19 de falſa philoſophia: *Omnibus orbat ſenſibus.* Petron. c. 119 *Phaſidos unde orbata eſt avibus.*

¶ Orbātus, *a, um*, beraubt, entblößt, verluſtig. Cic. pro Cluent. c. 15 *Mater orbata filio.* Id. fam. 4, 9 *Reſpublica multis claris viris orbata*, die ſo viel tapfere leute eingebüſſet. Petron. c. 136 *Anſeres orbati duce*, Ovid. Met. 1, 547 *Furit catulo lactante orbata leæna.*

¶ Orbātio, *ōnis*, f. die beraubung. Sen. ad Marciam c. 7 *Paupertatem, luctum, orbationem alius aliter ſentit.* Sed aliter libri manu ſcripti, e quorum veſtigiis *abitionem* pro *orbationem* Gronovius legit. Tamen epiſt. 87 idem Seneca, *Paupertas*, inquit, *non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem: Græci dicunt*; κατὰ στέρησιν. Gloſſ. Vet. *Orbatio*, στέρησις, τύφλωσις.

¶ Orbātor, *ōris*, m. ein berauber Ovid. Met. 13, 500
Exitium Trojæ, noſtrique orbator, Achilles.

¶ Orbona, *æ*, f. Dea, quæ præeſt parentibus liberis orbatis: de qua Arnob. l. 4 p. 131 *In tutelu ſunt Orbonæ orbati liberis parentes.* Sed Plinius 2, 7 inter noxia numina cum Febri & mala Fortuna collocat, quocum facit Cic. de N. D. 3, 25 ex emendat. Lambini.

¶ Orbefăcio, *ēre*, ſicut vacuefacere a *Vacuus*, idem quod *Orbare*, berauben. Vetus onomaſticum: *Orbefacio*, ὀρφανόω.

¶ Orbĭfĭco, *are*, idem. Accius apud Nonium 2, 852 *Pernici orbijcor libvorum leto & tabificabili.*

¶ Exorbo, *are*, wegrauben, ausplündern. Plaut. Bacch. 4, 8, 28 *Jam illorum ego animam exorbabo*, i. e. illos interficiam: Al. *exforbebo.*

ORCA, *æ*, f. ὄγκη, bellua marina, nomen hoc fortita a vaſis olearii vel vinarii ſimilitudine, quam refert, ein wallfiſch, oder groß meerſchwein. Geſn. vid. & Plin. 9, 6. ¶ 2. *Orca* deinde multorum vaſorum appellatio eſt; ut, *olearii, vinarii, ficarii*, eine öl-tonne, weinfaß, feigenkorb, ap. Varr. R. R. 1, 13; & Colum. 12, 15. ¶ 3. Cadus item falſamentarius Perſio ſat. 3, 76, eine herings-tonne. ¶ 4. Eidem Perſio 3, 50 *orca* eſt pyrgus ſive turricula illa, per quam in ludo aleæ mittebantur tali, ſive teſſeræ, de qua multis Dan. Souterius in Palamede. ¶ 5. Gemma, Plin. 37, 10.

¶ Orcula, *æ*, f. vas minutum, eine gelte. Cato R. R. c. 117.

¶ Orcularius, *a, um*, ad vaſa vinaria pertinens, vor die weinfäſſer gehörig; ut, *Orcularii ſervi*, qui illa vaſa ſive orcas curant; Ita aliqui legunt apud Petron. c. 43; ubi alii *Oricularii.*

ORCĂDES, ſeu Orchades, *um*, f. pl. Ὀρκάδες, inſulæ in oceano boreali, quas triginta dixit eſſe Mela 3, 6. Parent hodie regi Britanniæ.

ORCE, *es*, f. avis inter apodas, Plin. 11, 47.

ORCHESTRA, *æ*, f. ὀρχήστρα, medium theatri, qui locus erat editior, in quo ſenatores conſidebant, & ſcenicæ exhibebantur actiones, der herren ſitz. Vitruv. 5, 6. Ab ὀρχέομαι. *Salio*, quod ibi ſaltationes fieri conſueviſſent. De ea plene Lipſius in Amphitheatro c. 14. Hinc *jus ſpectandi in orcheſtra*, Suet. Aug. c. 35. Pro ſenatu in theatro ſedente orcheſtram accipit Iuvenal. 3, 177 *Similemque videbis Orcheſtram & populum.*

¶ Orcheſtropolarius, *i*, m. apud Firmicum, qui vertiginoſa & concita ſaltatione in orbem movetur; græce ὀρχηστρόπολος, ein gaukler. V. Salmaſ. ad Solini c. 49 p. 693.

ORCHION, *i*, n. herba Mercurialis, bingelkraut. Apul. de Herb. c. 335.

ORCHIS, ὄρχις, vel Orchitis, *is*, f. oliva teſticularis, quæ ad eſcam melius, quam liquorem ſtringitur, oliven, die man iſſet. Colum. 5, 8. ¶ 2. Et *Orchis* vel *orbis* piſcis Niliacus & marinus, non edulis, Geſner. & Plin. 32, 2. ¶ 3. Et *Orchis* planta, knaben-kraut, geilwurtz. Plin. 26, 10.

¶ Enorchis, *is*, f. gemma, quæ diviſa fragmentis teſtium effigiem repræſentat, Plin. 37, 10.

¶ Triorches, *æ*, m. τριόρχης, avis ſic dicta, quod τρεῖς ὄρχεις, *tres teſtes*, habeat; Latine *huteo*, ein buſarn. Plin. 10, 8.

ORCHIVS, *i*, m. in Iambicis metris, apud Mart. Capell. 9 p. 332.

ORCHOMENVS, *i*, viri & urbis nomen vid. in *Minyæ.*

Orcinus, orcius, Orcula, &c. vide *Orcus, Orca.*

ORCVS, *i*, m. infernus poëticus, die hölle, ἕρκος, *ſeptum*, vel ὅρκος, *juſjurandum*, quod per ſtygiam paludem Dii jurarent: ſive etiam ὀρχὸς, *fovea*, in qua conduntur mortui. Sane & veteres Latinos *Orchus* dixiſſe teſtimonio eſt Nævii Epitaph. ap. Gellium 1, 24, in quo *Orchius* vel *Orchivus theſaurus* mortui dicuntur. Gronovius tamen *Orcinus* præfert, de quo proxime dicemus. Sic & *orca* & *orcha* dicebatur ac ὄρχη. v. Caſaub. ad Suet. c. 35, & Brouckh. ad Tib. 3, 3 ult. ¶ 2. *Orcum* Plautus, Ennius, Laberius, Horatius, Tibullus, pro ipſo rege inferorum, qui & *Dis* & *Pluto* dicitur, poſuerunt. Etiam Cic. Verr. 4, 50 *Ut Verres, alter Orcus, veniſſe videretur.* Petron. c. 62 *Erat miles fortis tanquam orcus.* v. ibi Burm. Apul. 3 de Aſino p. 133 *Iam in peculio Proſerpinæ & Orci familia numeratus*, i. e. morti aut neci vicinus. Liv. 9, 40 *Iunius orco ſe mactare dictitans Samnitium ſacratos milites, ſigna intulit.* v. Gœſ. ad Petron. c. 34 p. 144; & Græv. Lect. Heſiod. c. 17. ¶ 3. *Orcum* etiam pro morte accipi, contendit Iac. Nic. Loenſis Miſcell. 3, 4 apud Gruter. Tom. 5 Lamp. p. 341, ubi de hoc vocabulo reperies plura. Sic, *Orci nil miſerantis victima*, Horat. 2 od. 3, 24. *Orcum morari*, i. e. non mori, cum quis mori debeat, Idem 3 od. 27, 50. ¶ 4. *Orci galeam*, ἄϊδος κυνῆν eam vim habere fingunt poëtæ, ut, qui ea tectus eſt, videri a nemine poſſit. Hyginus quidem Poët. Aſtron. 2, 12 ineptiarum accuſat, qui ἄϊδος κυνῆν Orci vel Plutonis galeam interpretantur. Sed ineptiarum convinci ipſe facile poteſt ex iis, quæ copioſe affert Schottus ad Zenob. Prov. Cent. 1, 41. Eſt igitur *Orci galea* ejusdem poteſtatis ac *Gygis annulus.*

¶ Orcius, *a, um*, i. e. ſepulcralis, ſive ad defunctos ſpectans, zum grabe oder leiche gehörig; ut, *Orcius theſaurus*, ein grabmahl, Nævius apud Gellium 1, 24. conf. paullo ante dicta in *Orcus.*

¶ Orcīnus, *a, um*, idem. Ita Gronovius legit in Gellii l. c. ¶ 2. *Orcini* vel *Orcivi* ab *Orcus*, dicebantur olim ignobiles, quos alias terræ filios appellabant. Sic ſenatores ignobiles, qui in curiam irrepſerant, *Orcinos* appellatos Sueton. ſcripſit in Aug. c. 35. Niſi potius *Orcini* dicti, non ob ignobilitatem, ſed quod poſt necem Cæſaris, ut ibid. tradit Suetonius, allecti. Quemadmodum ſcilicet, *orcini liberti* dicebantur, qui ex teſtamento libertatem conſecuti & patronum non vidiſſent. Vide ICtos v. g. lege 22 Dig. de peculio legato, &c. & Bernegg. ad Suet. Aug. c. 35.

¶ Orcīnĭānus, *a, um*, idem; ut, *Sponda orciniana*, apud Martial. 10 epigr. 5 *Vocet beatos, clamiteque felices,*
Orciniana qui ferantur in ſponda:
Vbi pro *ſandapila* & *feretro mortuorum* ſimpliciter accipiunt quidam, die todtenbahre. Sed Iac. Nic. Loenſ. Miſcell. 3, 3 illud feretrum interpretatur, quo interfecti in arenâ gladiatores ſeu beſtiarii, item cadavera noxiorum efferebantur, non ad ſepulturam, ſed ut in ſpoliarium abjicerentur, h. e. in publicam quamdam cloacam & ſentinam. Putat enim e quodam loco Tertulliani (quem reperies Apol. c. 15) colligi poſſe; aliquem petulantem Pantomimum perſonam Orci indutum, ſolitum ſandapilam illam cum malleo præcedere, cadaveraque interfectorum gladiatorum aut beſtiariorum deducere, quæ ob id per jocum *orciniana ſponda* dicta ſit. Verba Tertulliani hæc ſunt: *Riſimus, inter ludicras Meridianorum crudelitates, Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus & Iovis fratrem*, (Orcum videlicet, ſeu Plutonem) *gladiatorum cadavera cum malleo deducentem.*

¶ Exorcizo, Exorciſmus, Exorciſta, vide ſupra in E.

ORCŸNVS, *i*, m. piſcis marinus, Plin. 32, 11.

Ordinare, ordinarius, ordinatio, & reliqua vide mox in *Ordo.*

ORDIOR, *orſus ſum, ordiri*, incipere, anfangen; ut, *Ordiri orationem*, Cic. in Orat. c. 35; *ab initio*; Id. epiſt. ad Octavium; *a facillimis*, Id. Fin. 1, 5. Et, *Initium vitæ alterius ordiri*, ad Att. 4, 1. *Ordiri altius*, weit her anheben. Cic. Verr. 4, 47. *Ordiri reliquos*, Nepos 7, 11, 6. conf. Non. 1, 183. ¶ 2. Proprie eſt texere, telam incipere; ut, *Ordiri telam*, anzetteln, Plin. 11, 24. Sic *Exordiri telam*, Plaut. Pſeud. 1, 4, 6. Sic *Orſum* pro texto, Virgilius poſuit. Hinc *redordiri*, apud Plin. 6, 17, eſt teſam in illa diſſolvere. v. Lipſ. Epiſt. Qu. 2, 23. ¶ 3. *Ordire* act. eſt ap. Non. 1, 183. Nam ubi ex Afranio laudatur, *tamen animo ordiri me oportet*, Mercerus legit *ordire*. Huc pertinet, quod dixit Vulg. interpr. Eſai. c. 25, 7 *Orditus ſum.*

¶ Ordītus, *a, um*, & quidem paſſive, angefangen. Sidonius 2 epiſt. 9 *Bifariam orditus.* Et Fortunat. lib. 1
Verſibus orditum carmen amore trahit.
v. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 24, & Goclen. in Probl. Gramm. 2, 2.

¶ Orſus, *a, um*, active, der angefangen hat. Cic. de Leg. 1, 3 *Cum ſemel quid orſus tradutor alio.* Virg. Æn. 7, 386 *Majorem orſa furorem.* ¶ 2. *Orſus* etiam dicitur, qui fari incipit, vel qui locutus eſt: Virg. Æn. 1, 329 *Veneris ſic filius orſus*, er fieng alſo an. Id. Æn. 2, 2 *Æneas ſic orſus ab alto.* conf. ibid. 9, 656; & 12, 806. Plene Id. Æn. 6, 125 *Sic orſa loqui vates.* ¶ 3. Sed paſſive Id. Æn. 7, 435 *Orſa ore referre*, i. e. cœpta verba. ¶ 4. *Orſus* & *ortus* a librariis commutantur. v. ad Liv. 21, 60 interpretes. Hinc

¶ Orſa, *orum*, n. pl. ſubſt. incepta, initia, das vorhaben, der anfang. Idem Virg. Æn. 10, 632 *In melius ſua orſa reflectere.* Livius præfat. Deos precatus eſt, ut *orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.* Prudent. καθημερ. 4, 96 *Vatis pia præcinentis orſa.* Manil. 2, 57
Noſtra loquar: nulli vatum debebimus orſa.

¶ Orſus, *us*, m. ſubſt. idem. Virg. Culice v. 2
Atque ut araneoli tenuem formavimus orſum.
Et Cic. de Divin. 2, 30 *Vani pectoris orſus.*

¶ Ordium, *i*, n. principium, origo, der urſprung, der anfang, unde & *primordium* eſt, de quo ſuo loco. Lucret. 4, 32
Quove modo diſtracta rediret in ordia prima:
id eſt, primordia, per metathefin.

¶ Ordiundus, *a, um*. Liv. extr. præfat. *Querelæ ab initio tantæ ordiundæ rei abſint*, beym anfang des ſo wichtigen vorhabens. Cic. *Ordiendus* dixit de Orat. 1, 21, *Craſſus princeps ejus ſermonis ordiendi fuit.*

Compoſita:

¶ Aborſus, non ab *Ordior*, ſed ab *Orior*, ubi vide.

¶ Adordior, *iri*, idem quod ſimplex, anfangen, anheben. Ambroſ. lib. 1 Offic. *Poſtea nunquam niſi conſulto Domino bellum adorſus eſt.*

¶ Exordior, *īri*, idem quod ſimplex. Cic. de Orat. 2, 33 *Pertæxe, quod exorſus es*, führe hinaus, was du angefangen haſt. Et, *Exordiri a principio*, Id. de Divin. 2, 48; *ab adverſarii dicto*, Auct. ad Herenn. 1, 6; *adverſus aliquem argutias*, Plaut. Bacch. 1, 2, 19; *conſilium*, Id. Aſin. 1, 1, 102; *bellum*, Liv. 4, 17.

¶ Exorſus, *a, um*, der angefangen hat. Plaut. Perſ. 4, 1, 7 *Rem exorſus facete & callide.* Liv. 2, 38 *In concionis, modum orationem exorſus.* Cic. Fin. 1, 8 *Exorſus dicere.* Id. pro Cælio c. 35 *Quid tumultuaris ſoror? quid clamore exorſa verbis parvam rem magnam facis?* ¶ 2 Paſſive Plaut. Bacch. 2, 3, 116 *Exorſa hæc tela non male omnino mihi eſt.* Cic. Orat. 2, 38 *Reperiunt, quibus ante exorſa & potius detexta, prope retexantur.* Hinc

¶ Exōrſa, *orum*, n. plur. idem quod *Orſa*. Virg. Georg. 2, 46
Atque per ambages & longa exorſa tenebo.
Idem Æn. 10, 111 *Sua cuique exorſa laborem Fortunamque ferent.*

¶ Exorſus, *ûs*, m. ſubſt. der anfang; ut, *Exorſus orationis meæ*, Cic. pro Leg. Manil. c. 4.

¶ Exordium, *i*, n. initium, der anfang, eingang; ut, *Exordium vitæ*, Cic. de Fin. 5, 7; *mali*, Id. in Rull. 1, 3; *pugnæ*, Virg. Æn. 7, 40; *rerum*, Lucret. 2, 333. Et Apul. 5 Mileſ. p. 167 *Exordio ſomni prementis implicitus*, im erſten ſchlaf. ¶ 2. Orationis principium, quo animus auditoris quaſi præparatur, der eingang der rede. *Capere exordium ſcribendi a tempore*, Cic. de Leg. 1, 3. *Ducere exordium*

dium ab aliqua re, Quint. 4, 1. ¶ 3. Pro libro toto posuit aliquoties Columella, e. g. 4, 4, 1.

¶ Oborsus, *ûs*, m. subst. der untergang. Tertull. de Anima c. 37 *Moysi lex oborsus reum talionibus judicat.*

¶ Primordium, primordialis, &c. vide *Primus* in *Prior*.

¶ Redordior, *ïri*, Plinius aliquoties dixit, pro retexere, aufs neue, wiederum anheben; ut, *Redordii ifila rursumque texere*, lib. 6 c. 17.

ORDO, *ĭnis*, m. dispositio, series, collocatio singulorum suo loco, die ordnung, reihe: ut, *Ordine aliquid dicere*, Ter. Phorm. 4, 1, 14. *Ordine rem narrare*, Id. Eun. 5, 5, 28. *Redigere in ordinem*, Aut. ad Herenn. 3, 9 pr. Cic. de Orat. 2, 86 *Affert maxime lumen memoriæ ordo.* Xenophon in Oeconomico: ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως ὥστε εὐσχημον, ὥστε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις, *Nihil hominibus præstantius, neque utilius, ordine.* v. Colum. Rei R. 12, 2. Quint. 1, 5 p. 65 Burm. *Grammaticam cum in ordinem incurreret, inhonoratam transire noluimus.* ¶ 2. Hinc *Ordo* & de fato ac serie causarum, quæ sic divinitus compositæ sunt, usurpatur, & *Forti* vel *Casui* opponitur. Manil. 1, 531 *Non casus opus est, magni sed Numinis ordo*, göttliche verordnung. vid. & Casaub. ad illud Persii 3, 66

Causas cognoscere rerum,
Quid sumus, & quidnam victuri gignimur, ordo Quis datus.

¶ 3. *Ordo* genus vitæ, seu status, ut vulgus vocat, ein stand. Exactis regibus, populus Romanus in tres ordines distributus est: in senatorium, equestrem, & plebejum. Cic. Verr. 1, 28 *Homo ordinis sui frugalissimus.* Auson. in Gripho sive II Eidyll. v. 78

Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu.

Cic. pro Flacco c. 18 *Adeptus ordinem senatorium*, den raths-herrenstand; & Vell. Paterc. 2, 69, 5 *Vir senatorii ordinis.* Sed *Ordo equester* vel *equestris*, die ritterschafft. Cic. pro Domo c. 28 *Proximus est huic dignitati ordo equester.* Et Nepos 25, 19, 2 *Contentus ordine equestri.* Hinc, *Utriusque ordinis viri*, Vellej. 2, 100, 5, i. e. senatores & equites. Cum vero dicuntur, *Omnium ordinum homines*, apud Nepot. 25, 13, 6, aut *Omnis ordinis homines*, ut est apud Vellejum 2, 130, 2, plebeji etiam includuntur. Κατ' ἐξοχήν de senatorio, & decurionibus, qui loco senatus in provinciis erant, non raro legitur. Vet. Lexic. βουλή, ἐπὶ συνήματος, *Curia, Ordo*: Item, βουλευτήριον, *Curia, Ordo*. Sic *ordinem Mutinensem* de decurionibus Tacitus dixit Hist. 2, 52, 4. Suet. Cæs. 14 *Obtinuissetque adeo, nisi labantem ordinem confirmasset M. Antonii oratio.* Sic ORDO SINGILIENSIVM in Veteri Inscript. & in alia, ORDO MVNICIPII dicitur: eamque ob causam ORDO & POPVLVS distinguuntur. Vetus Lapis Oretanus: PETENTE ORDINE ET POPVLO IN HONOREM DOMVS DIVINÆ PONTEM FECIT &c. Aliquando tamen aliquid additur ad differentiam significandam: ut, *Amplissimus Ordo* apud Plinium 10 epist. 3 & alibi: item Suet. Oth. c. 8; & Vesp. c. 2; vel *Splendidissimus*: Vetus Inscriptio: MÆCILIÆ. P. F. HERENNIANÆ T. ALIVS CLODIANVS VXORI CARISSIMÆ ACCEPTO LOCO AB SPLENDIDISSIMO ORDINE SIARENSIVM PECVNIA SVA POSVIT. Prudentio 1 in Symmach. v. 571 *Excellentior ordo*, senatus vocatur. *Ordo amplissimus*, senatorius, Cicer. de Provinc. consul. c. 10. Conf. Plin. Iun. Interpp. ad 10, 3. Differunt ita *ordo* & *collegium*, quod hoc paucorum etiam esse potest, ille tantum plurium. V. Guther. de vet. jure Pontif. 1, 3. ¶ 4. Dicitur & de militibus; ut, *Ordines ducere*, militibus præesse, ein officier seyn. Cic. Phil. 1, 8. *Ordines* num. speciatim centuriæ, quas omnes, i. e. LX, certe XXX manipulos, binarum centuriarum unius cohortis percurrebant, ut v. g. ex decimo hastato decimus princeps, ex decimo principe decimus pilus, ex decimo pilo nonus hastatus fieret, donec ita ad primum pilum ascenderet. Vid. Lipsi. de mil. Ro. 2, 8. coll. 2, 3. unde *gradus* quoque vocabulo ea in re Suetonius usus Othone c. 1, *Quamvis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret.* Tac. Hist. 4, 59, 4 *Interfectorem Voculæ altis ordinibus, ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit. Milites in plures ordines instruere*, Liv. 8, 8. Sic, *dare ordines* Suet. Cæs. c. 75, inter præmia militaria erat, ut contra in pœnis, *ordines adimere. Multiplicare in arcto ordines*, i. e. densare, Liv. 2, 50. v. Robort. Annot. 2, 30. *Densare ordines*, Liv. 33, 8, & *densi ordines*, 35, 5, quibus *rari* opponuntur. *Reddi* autem *ordines* dicebantur, cum in pristinum locum restituerentur. Tac. Hist. 1, 52, 2 *Redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ: Plura ambitione, quædam judicio: in quibus sordem & avaritiam Fonteji Capitonis, adimendis assignandisque militiæ ordinibus, integre mutarat.* Liv. 2, 59 *Centuriones duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percussit.* ¶ 5. Alioquin etiam gregariorum uniuscujusque locus vocatur ordo, quem nemini impune erat deseruisse, abinde *in ordinem quem cogere* vel *redigere*, videtur dictum, pro coërcere, castigare, zu rechte bringen. Liv. 3, 35 *Appius in ordinem se cogit*, cum ingenio & consuetudini non congruentia facit. Et c. 51 ext. *Decemviri queruntur, se a patribus in ordinem cogi*, cum magistratu abire a senatu jubentur. Plin. 1 epist. 23 *Potestatem tribunit am in ordinem cogi a nullo decet.* Idem 2 epist. 6 n. 5 *Redigere in ordinem* dixit. ¶ 6. Aliquando ad fortunam & genus vitæ refertur, der stand, die beschaffenheit. Ter. Eun. 2, 2, 3 *Conveni hodie adveniens quemdam mei loci hinc atque ordinis*: id est, pauperem, quemadmodum ego. *Ordinis inferioris amici* dicuntur, qui sunt infimæ conditionis, apud Cic. de Amic. c. 19. ¶ 7. Præterea elegantes multas hoc vocabulum formulas parit, ut in primis est: *Recte atque ordine facere*, hoc est, secundum leges, ut decet, laudabiliter: Sallust B. Catil. c. 51 *Quæ majores nostri recte atque ordine fecere.* Cic. Phil. 3, 15 *Brutum, exercitumque ejus, municipia, colonias provinciæ Galliæ recte atque ordine, exque rep. fecisse & facere.* Et Liv. 24, 31 *Scriptum erat, recte eum* (Marcellum) *atque ordine fecisse, quod in Leontinis nulli peperciss.* Idem 11, 57 eleganter dixit: *Omnem ordinem consilii turbare*, einem das concept verrucken. Apud Ovid. Amor. 1, 11, 10 *Simplicitas ordine major*, est nimia, ausserordentlich.

¶ Ordinārius, *a, um*, in quo servatur ordo, was nach der ordnung gehet, ordentlich; ut, *Duo ordinarii consules*, Liv. 41, 18. *Ordinariæ vites*, Colum. 3, 16. *Ordinarium officium*, Sen. Benef. 3, 28. *Ordinarii gladiatores*, Id. epist. 7, hoc est, qui legitimo tempore, loco & apparatu inducuntur. V. Lipsi. ibi. Sic & *Ordinarii pugiles*, Suet. Aug. c. 45. Et, *Ordinarius consulatus*, Idem Galba c. 6, scil. imperio extraordinario oppositus, quod suscipiebant in aliorum locum, principis præsertim, in consulatu suffecti. ¶ 2. *Ordinarium hominem* vocabant Veteres, quem Græci ἀγόραιον dicebant, qui totos dies forum conterit. *Subrostranum* Cicero fam. 8, 1. Plautus Capt. 4, 2, 35 *Subbasilicanum* appellat, ad quem locum v. Taubm.

¶ Ordinarie, adverb. ordentlicher weise. Tertull. de Resurr. Carn. c. 2 *Hæretici ex conscientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant.* Et Frontinus de Colon. ex edit. Keucheni p. 355 *Agrum convallium ordinarie disposuerunt.*

¶ Ordĭno, *avi, atum, are*, in ordinem redigere, ordine distribuere, disponere, ordnen, in ordnung stellen. Etiam agricolarum est: Horat. 1 od. 1, 9

Est ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis.

Sic, *Ordinare vineam, ordinare solum, ordinare locum vitibus*: ap. Colum. 3, 13; & 5, 3. ¶ 2. Et militare verbum est. *Ordinare milites*, Liv. 29, 1; &, *Ordinare aciem*, in schlacht-ordnung stellen, Curt. 3, 8, 24. Sic Nepos 11, 2, 2 *In eam consuetudinem adduxit* (copias,) *ut, cum prælii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opere sic ordinatæ consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore disposti viderentur.* Horat. epod. 17, 6 *In quem superbus ordinarat agmina Mysorum.* Florus 3, 19, 9 *Familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat.* ¶ 3. Est & civile verbum, & ad constituendam publici status rationem pertinet, anordnen, einrichten, zu recht bringen. Sic, *Ordinare rempublicam, provinciam, imperii corpus*, i. e. formare, & statum ei aliquem imponere, Flor. 1, 1, 16; 4, 2, 22; 4, 3, 5. Et Curt. 7, 3, 3 *Ipse sexaginta diebus Evergetarum gentem ordinavit.* Suet. Cæs. c. 40 *Conversus hinc ad ordinandum statum reipubl.* Id. Aug. c. 13 *Partitis post victoriam officiis, cum Antonius orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos recognovisset.* Id. Galbâ c. 7 *Africam Proc. biennio obtinuit, extra sortem electus ad ordinandam provinciam: ordinavitque magnâ severitatis ac justitiæ curâ etiam in parvulis rebus.* Idem & *ordinare magistratus* dixit, pro constituere, qui ordine succedant, Cæs. c. 76; & Vesp. c. 23 *Dispensatorem ordinare.* Denique, quicquid principes constituunt, *Ordinare* dicuntur: unde *Ordinationes principum*, fürstliche verordnungen, vide infra. ¶ 4. Refertur & ad mensas. Sidonius 9 epist. 13 *Dum rex convivii circa ordinandam moras nectit oxygarum.* ¶ 5. Item ad scriptores, qui quid ordine explicant sive componunt: Hor. Od. 2, 1, 10 *Mox ubi publicas res ordinaris*, h. e. bellum civile describeris. *Ordinare libellos, ordinare testamenta*, apud ICtos; v. g. Lege 5 Dig. de Inofficioso testamento: *Quum testamentum iniqui ordinaret.* ¶ 6. Tandem ad alia: ut, *Ordinare litteras syllabarum*, Priscian. buchstabiren. *Ordinare res suas suo arbitrio*, nach belieben anstellen, Sen. epist. 9. *Cupiditates improbas ordinare*, Id. epist. 10. Et, *Ordinare diem*, eintheilen, Id. epist. 12. *Titius suprema sua ordinavit*, Paul. 28 D. t. 2 l. 25. *Ita Dii fata ordinavere*, Curt. 4, 14, 20.

¶ Ordinans, *tis*. Flor. 2, 16, 3 *Metello, ordinanti tum maxime Macedoniam, mandata est ultio.*

¶ Ordinandus, *a, um*, was in ordnung zu bringen. Suet. de Clar. Gramm. c. 21 *Cura ordinandarum bibliothecarum.* Justin. 11, 9, 8 *Opera in ordinanda acie.*

¶ Ordinātus, *a, um*, geordnet, angeordnet, bestellet, eingerichtet. Flor. 4, 2, 36 *Ordinatis a tergo omnibus.* Et, *Ordinatæ acies*, quæ in acie stant, Nepos 11, 2, 2. *Pars superior mundi & ordinatior*, Sen. de Ira 3, 6. *Vita nec ordinatior, nec prudentior, &c.* Id. epist. 74 *Ordinatius aliquid proferre*, Hieron. ad Marcellam epist. 17, Paulæ & Eustochii nomine. *Dictio ordinatissima*, Sidon. 9 epist. 7. *Meatus longe ordinatissimi*, Apul. de Deo Socrat. p. 42.

¶ Ordināte, adverb. ordentlich, nach der ordnung. Aut. ad Herenn. 4, 56 *Distincte & ordinate disponens.* Compar. Tertull. adv. Marc. 1, 19 *Quo plenius & ordinatius retractentur.* Superl. Augustin. Retract. 1, 24 *Ordinatissime itaque subjunxit.* Et de Genesi contra Manich. 2, 12 *Ordinatissime caput mulieris vir est.*

¶ Ordinātim, aliud adverb. idem; ut, *Petere ordinatim honores*, wenn die ordnung an einen kommt, Servius ad Cic. fam. 4, 5. Et D. Brutus Cic. 11, 13 de fugiente Antonio: *Ille it passim; ego ordinatim*, in guter ordnung.

¶ Ordinatio, *ōnis*, f. constitutio, die verordnung, anstalt, einrichtung, ut, *Ordinatio operum*, Tertull. adv. Hermog. c. 19. Nerva Imp. ad Plin. 10 epist. 67 *Cum rerum omnium ordinatio, quæ prioribus temporibus inchoatæ consummataque sunt, observanda sit, tum epistolis etiam Domitiani standum est.* Vellej. 2, 59, 5 *Omnem ordinationem & necis & testamenti comperit.* Id. 2, 124, 3 *Ordinationem comitiorum manu sua scriptam Augustus reliquerat. Ordinatio provinciæ*, Suet. Ner. c. 40; *vitis*, Colum. 12, 3.

¶ Ordinātor, *ōris*, m. qui ordinat. Sen. epist. 19 *Advocatus & ordinator litis.* Et Augustin. Civ. Dei 19, 12 *Leges summi illius creatoris ordinatorisque.*

¶ Ordinātivus, *a, um*, ad ordinationem faciens, zur ordnung dienlich; ut, *Adverbia ordinativa*, Priscian. lib. 15 p. 1022. Tertull. adv. Hermog. c. 19 *Vocabulum ἀρχὴ non tantum ordinativum, sed & potestativum capit principatum.*

¶ Ordinālis, *e*, ordinem significans; ut, *Nomen ordinale, primus, secundus, tertius*, Idem Priscian. lib. 2 p. 581.

¶ Ordinabĭliter, adverb. ordentlich. Zeno Veron. serm. 6 *Frumenta ordinabiliter creata, omni furfure abjecto.*

¶ Ordinamentum, *i*, n. die verfügung, verfassung, apud eundem.

Composita:

¶ Adordino, *are*, zubereiten, stellen, anstellen; ut, *Adordinare patellam*, Apic. 4, 2.

¶ Extraordĭnārius, *a, um*, quod præter ordinem fit, ausserordentlich, ungewöhnlich; ut, *Extraordinarii honores*, Cic. de Brut. epist. 4, & Cæs. B. C. 1, 32. Et, *Extraordinarium imperium*, Cic. Phil.

Publ. 2, 7, quod non ordinario magistratui demandatum erat. Et de Clar. Orat. c. 67 *Consulatus petitio extraordinaria.* Sic, *Extraordinaria postulatio*, Id. pro Domo c. 9; *portus*, Liv. 40, 27. Et Varro R. R. 2, 1 fin. *Extraordinariæ fructuum species.* Liv. 35, 5 *Extraordinarii milites.*

¶ Inordino, *are*, idem quod ordino, si vera lectio Stephani & Comneli. apud Colum. 11, 3, 9. Nam alii *ordinandi.*

¶ Inordinatus, *a, um*, fine ordine, unordentlich; ut, *Ex inordinato in ordinem adducere*, Cic. de Vniversi. c. 3. *Inordinati atque incompositi milites*, Liv. 22, 50. *Inordinatissimi palpebrarum pili*, Plin. 22, 22 s. 45.

¶ Inordinate, adverb. idem. Corn. Celsus 3, 3 extr. *Febres inordinate redire dicunt.* Id. 4, 25 *Periculose vitæ genus subito mutabit & inordinate aget.*

¶ Inordinatim, adverb. idem. Ammian. 19, 7 *Densatæ acies non inordinatim incedebant.*

¶ Inordinatio, *ōnis*, f. confusio, ἀταξία, die unordnung. Apul. ad Asclep. p. 92 *Senectus mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum omnium.*

¶ Inordinaliter, adverb. unordentlich. Cæl. Aurel. Acut. 3, 4 *Inordinaliter judicare.*

¶ Interordinium, *i*, n. spatium inter ordines, die lücke, der raum zwischen den reihen. Colum. 3, 15 *Interordiniorum spatia.* Et 4, 16 *Palus medio interordinio pangetur.* Idem 5, 4 *Laxiora interordinia velin juncta.*

¶ Superordino, *are*, ordinationi superaddere, drüber ordnen. Tertull. adv. Marc. 5, 4, & Interpr. Vulg. Gal. 3, 15 *Hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.* Græce ἐπιδιατάσσεται.

Orea, vide intra *Os, oris.*

ŌRĒĂDES, *um*, f. plur. Ὀρεάδες ab ὄρος, Nymphæ sunt montium, Dianam sequentes, berg-nymphen. Virg. Æn. 1, 500

Hinc atque hinc glomerantur Oreades, &c.

Apud Calphurn. 4, 136 in singulari *Oreas*:

Per juga siccato felix pede currit Oreas.

ŌRĒON, *i*, n. ὄρειον, herba in montibus nascens. De Polygono, Plin. 27, 10.

¶ Oreoselīnum, *i*, n. ὀρεοσέλινον, apium montanum, berg-eppich, Plin. 19, 8; & 20, 11; Dioscor. 3, 69.

ŌRĒSITRŌPHVS, *i*, m. ὀρεσιτρόφος, unus ex canibus Actæonis, quasi dicas, in montibus nutritus, ein berg-hund, Ovid. Met. 3, 233.

ŌRESTES, *æ*, m. Ὀρέστης, Agamemnonis regis & Clytemnestræ filius, qui, ut patris cædem ulcisceretur, fuit matricida, ut Alcmæon & Nero, qui conjunguntur in illo senario ap. Suet. Ner. c. 39 Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων ματροκτόνοι. Refertur cum Pylade inter paria amicorum a Cic. de Amicit. c. 7; & de Fin. 2, 24. Vnde & apud Thraces iis sacrificia fieri solita, ut Lucianus refert in Toxari. Sic, *Scelerum furiis agitatus Orestes*, Virg. Æn. 3, 331, de quo & Iuvenal. sat. 1, 5

Aut summi plena jam margine libri
Scriptus & in tergo, nec dum finitus, Orestes:

id est, Tragicæ nugæ de Oreste, quibus pleni sunt multi libri. Scriptus autem in tergo, (leguntalii & rectius a *tergo*;) h. e. ὀπισθόγραφος, id est, pagellis utrinque scripturæ plenis. Hoc tanquam proverbio usus Valerius, vetus episcopus, epist. ad Rusin. *Amice, det tibi Deus omnipotens, fœminæ fallacia non falli, & illuminet cor tuum, ne fœstigiatis oculis, quo ego timeo -- Sed ne Orestem scripsisse videar, vale.* v. Barth. Adversar. 35, 12.

¶ Orestēus, *a, um*, adject. penult. long. ὀρέστειος. *Sacra Orestea Dianæ*, Ovid. Met. 15, 489.

ŌRESTION, *i*, n. idem ac *Helenium*, alantwurtz, in Dioscor. suppos. Ex Plinio vid. supra *Horeslion.*

ŌRĒTÆ, *arum*, m. pl. populi Indorum, apud Lucanum 3, 249, ubi Grotius & alii legunt *Oritæ*, de quibus supra.

ŌREXIS, *is*, f. ὄρεξις, appetitio, esuritio, ab ὀρέγομαι, *appeto*, begierde zu essen. v. Lamprid. Heliog. c. 29 ext. Iuvenal. 6, 427

Sexteri is alter
Ducitus ante cibum vitiosam facturus orexin.

Idem sat. 11, 27 *Hinc jurgia, orexis, Hinc stomacho vires.*

ORGĂNVM, *i*, n. ὄργανον, instrumentum, ein instrument, werckzeug. Cic. fam. 11, 14 *Organum meum erat senatus.* Quint. 1, 2 extr. *Animus quo generosior celsiorque est, hoc majoribus vel organis commovetur.* Apud Vitruv. 10, 1 *machinæ* & *organa* sunt instrumenta, ædificiis construendis apta. Apud Colum. 12, 1 *Organum* sumitur pro instrumento ad metiendum apto. ¶ 2. *Organa*, omnia instrumenta musica familiariter appellavit Quintilianus; ut 9, 4 *Organorum sonus.* Et, *Animi organis affjuntur*, Id. 1, 10 p. 87. Ita *organis decipiuntur lusciniæ*: v. Barm. ad Petron. c. 36 p. 154. Sunt autem *organa* sive instrumenta musica triplicia, ἔμπνευστά, quæ flatu complentur, so geblasen werden: ἔντατα, vel ἔγχορδα, quæ nervis intenduntur, so saiten haben: & κρουστά, quæ pulsantur, drauf man schlägt. Primi ordinis sunt, *Tuba, Tibia, Fistula, Buccina* & *Lituus.* Secundo ordini debentur, *Lyra, Cithara, Testudo, Psalterium, Sambuca, Pandora, Barbiton, Nanlium* & *Pectis.* Ad tertium referuntur, *Tympanum, Sistrum* & *Cymbalum*, Iunius. ¶ 3. Κατ' ἐξοχήν *Organa* dicuntur, quæ cannis diversis constant, quibus inflandis folles adhibentur: qualia hodie in templis nostris visuntur: *organa.* De quibus vide, quæ ad Claudianum Barthius notat p. 178. Sed apud veteres non pneustica tantum, sed & hydraulica fuerunt organa, quæ concitatione aquarum ventum concipiebant, ut ederent sonum, aut horas indicarent, cujus generis organa Vitruvius descripsit l. 9 & 10. Vid. de his plusquam in Gesneri Chrestomathia Plin. n. 47 n. 11 p. 404 sqq. Quint. 11, 3 p. 1006 Burm. *Vox omnes habens in se, qui desiderantur, sonos, intentiones que & toto, ut ajunt, organo inest natura.*

¶ Orgănārius, *i*, m. qui organa tractat, ein organist. Vet. Gloss. *Organarius*, ὑδραύλης: ὑδραυλικὸς autem, quia veterum organa hydraulica plerumque erant, h. e. est, aquarum agitatione ventum concipiebant, non ut pneustica nostra, follibus. vid. Iof. Scalig. Comment. in Æt-nam Severi. *Organarii* cujusdam mentio fit apud Ammian. 28, 1. Et Firmicus Mathes. 3, 14 *Ingeniosos, musicos* & *organarios* conjungit.

¶ Orgănĭcus, *a, um*, idem fere quod musicus. Lucr. 2, 112 seq.

Ac musæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefactæ figurant.

Et lib. 5, 335 *Modo organici melicos peperere sonoros*; hoc est, dulces sonos invenerunt. Re vera adjectivum esse, ostendit id. 3, 133 *Ab organico saltu Heliconis*, id est, ab nemore Heliconio musicis cantibus personante. conf. Cato ap. Non. 2, 70.

¶ Orgănĭce, adverb. durch rüstung, instrument; ut, *mechanice, organice moveri*, tribuitur Vitruvio 10, 1, quamquam ibi terminatione græca *mechanicōs, organicōs.*

ORGIA, *orum*, n. pl. ὄργια, Bacchi sacra trieterica, quia tertio tantum anno celebrabantur. Dicta *Orgia* vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est, *a montibus*, ad quam etymologiam alluxit Virg. Æn. 4, 303; vel ab ὀργή, *furor*; vide *Bacchanalia, Dionysia*, & Clem. Alex. Protreptico ad Gentes p. 7 extr. ¶ 2. Transfertur hoc nomen ad alia etiam sacra. Et sane notat Servius ad Virg. Æn. 4, 302, *Orgia*, apud Græcos omnia sacra dici, sicut ap. Latinos *cerimoniæ* dicuntur, fest, feyerung. Ita μυσῶν ὄργια, Aristophanes in Ranis, & *Pieridum orgia*, Stat. 5 Silv. 5, 4 dixit. Itaque Græcis ὀργιάζειν & ὀργιάζεσθαι, est in communi, *rem divinam facere*: κατοργιάζεσθαι, *initiari divinis mysteriis*, quæcunque illa sint. Quo factum, ut *orgia* sint, qui ἀπὸ τῆς ἄρχειν deducant, ab *arcendo*, quod ab his sacris profani arcerentur. Erant enim mysteria quædam, quæ nisi ab initiatis aut spectari, aut audiri fas non erat. v. Cerda ad Virg. Georg. 5, 529, & Muret. in Catull. de nupt. Pel. p. 191. Quare sic dicendum potius, primam *Orgiorum* notionem generalem esse; posteа κατ' ἐξοχήν sic appellata sacra Bacchi.

ORGVIA, *æ*, f. ἡ ὀργυιά, eine klaffter, lachter, mensura, quæ inter manus expansas continetur, quæ fere sex pedum est. Hesychius: Ὀργυιά, ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις.

¶ Orgyora, *æ*, f. strychni sive solatæ species thyrsos emittens decem vel duodecim ulnarum, sohnen-kraut, Apul. de Herb. c. 74.

ORIA, *æ*, f. inter navium antiqua nomina a Gellio 10, 25 refertur. Fulgent. Planc. in Expos. Serm. antiqu. n. 15 *ORIAM dicunt navicellam modicam piscatoriam.* Plautus *caciste*: *Malo hunc alligari ad oriem, ut semper piscetur, &c.* vide *Horia.*

Oričla, *æ*, f. dimin. Gell. 10, 25. v. *Horiola.*

ŌRĪBĂSVS, *i*, m. nomen canis, latine *montes adscendens*; Ovid. Met. 3, 210.

¶ Oribates, *æ*, m. ὀρειβάτης, i. e. *montes scandens*, ein bergsteiger, Firmic. lib. 4.

Orichalcum, Oricillæ, v. *Aurichalcum, Auricilla* in *Auris.*

ŌRĪCVS, vel Oricum, *i*, n. oppidum Epiri, cujus multa mentio in bello civili Cæsaris: vide lib. 3 &c. Mela 2, 3 extr. & Lucan. 3, 187.

¶ Orĭcius, *a, um*, adject. Virg. Æn. 10, 136 & Propert. 3, 6, 48 *Oricia terebinthus*, quod imitatus Samon. 589. Avienus Descript. Orbis v. 551 *Oriciumque Pulsant flabra solum.*

Oriens, orientalis, v. *Orior.*

ORIENTIVS, *i*, m. Illiberitanus in Hispania Bætica episcopus, poëta Christianus, cujus commonitorium a Schurtzfleischio integre editum. Stylus quidem non est emendatus plane ac purus, nec vero omni Latini sermonis elegantia destitutus. Sexti seculi scriptor, Venant. Fortunatus lib. 1 de vita S. Martini, *Orientium florentis oris scriptorem* nominat. Vide plura in præfat. editoris.

Orificium, v. *Os, ōris.*

ŌRĪGANVM, *i*, n. ὀρίγανον, cunila, auctore Dioscoride 3, 29, herba est, wolgemuth. *Origanum silvestre*, dosten. *Hortense* & *Hispanicum* cognominatur. v. Plin. 20, 17. *Origanus herba* dicitur apud Serenum v. 909.

¶ Origanītes, *æ*, m. ὀριγανίτης, vinum ex origano. Dioscor. 5, 58.

¶ Origanītus, *a, um*, adject. ut, *Vinum origanitum*, Cato R. R. c. 127.

ŌRĪGĔNES, *is*, m. Ὠριγένης, Adamantinus dictus ob studiorum & laborum tolerantiam: Episcopus fuit Alexandrinus, cujus sex millia librorum se legisse alicubi scripsit B. Hieronymus. Mortuus est in summa paupertate anno Christi 255. De doctrina ejus hæc breviter annotavit Epiphanius: κακῶς διηματίσας τὰ περὶ πίστεως, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν γεγραφῶν κακῶς φράσας. h. e. *Qui male de fide docuit, plurimas etiam scripturas male interpretatus est.* Est etiam illud pervulgatum: *Vbi bene, nemo melius; ubi male, nemo pejus.*

Origo, cum derivatis, v. *Orior.*

ŌRINDA, *æ*, f. panis genus, &c, ex quo conficitur, semen peculiare Æthiopiæ, sesamo persimile, quo cocto vescuntur, ut est apud Hesychium in Ὀρίνδην. Apicius 2, 2 *Orindam infusum terere.*

Oriola, Oriolochia, vide *Horia* & *Oria, Orsilochc.*

ŌRĪON, *ōnis*, m. Ὠρίων, pœtis venator est & sacrelles Dianæ, inter sidera relatus. Fuit autem auditor Atlantis, qui doctrinam de cœlestibus motibus & stellis ex Libya in Græciam attulit. Nomen Orionis quidam ab ὦρα, quod significat differentias temporum anni, *ventos, æstatem, &c.* Grammatici derivant ab ὄρος, id est, *status, tempestas*, quia cosmicus occasus Orionis in Novembri ciet sævas tempestates: unde Virgilius dixit Æn. 7, 719 *Sævus ubi Orion hibernis conditur undis.* Et inde apud eundem Æn. 4, 52 *aquosus* appellatur. Sed aliam causam affert Lutatius, vetus Scholiastes Statii, in Theb. 3, 27. Fabula ita habet: Pelasgus Iovem, Neptunum, Mercurium hospitio susceperat hospitio: qui referendæ gratiæ copiam dedere precandi, quod vellet. Pelasgus orbus filium optavit. Dii in eorum bovis quem immolaverat Pelasgus, mingunt: defossumque post novem menses tolli jubent. Tum igitur natus Orion, ab ὄρον, *urina* accepit nomen, antea etiam *Vrion* dictus est. Vide ipsum, & adde Ovid. Fast. 5, 535. Hic fingitur ictu Scorpionis interfectus, & in cœlum juxta Tauri sidus constitutus. Vide *Orion* sidus, cujus cingulum rusticis nostris der jacobsstab. Prima syllaba anceps est. Nam ab ὄρειον, si altera auferatur vocalis, relinquitur ὄρειν; postea ex ὄρειον, quod Doricum est, o

longum

longum eſt. Id vero magis eſt mirum, quod *o* in penultima aliquoties Ovidius corripuit, ut lib. 5 Faſt. v. 493

Quærum ſi mediis Bœoton Oriona quæres.

¶ 2. Nicandro ὠαρίων dicitur: Quem ſecutus Catullus Carm. de Coma Berenices 67 extr.

Proximus, ait, *Hydrochoi fulgeat Oarion.*

Et Rutil. 1, 637

Namque procelloſo ſubjungitur Oarioni.

Vocatus & *Iugula* veteribus, de quo vide ſuo loco. ¶ 3. *Orion* quoque nomen proprium grammatici fuit, cujus majores apud Ægyptios ſacerdotali munere functi fuerant. Inter Procli præceptores eum memorat Marinus Neapolitanus in vita Procli.

ŏRIOR, (*ĕris*, & *īris*) *ortus ſum*, *oriri*, naſci, ſurgere, entſpringen, aufgehen, entſtehen, herkommen, erwachſen. *Orīri* mediam ſemper producit, *Oratur* corripit. Lucret. 1, 204 *Conſtat quid poſſit oriri.* Virg. Æn. 2, 680 *Dictuque oritur mirabile monſtrum.* Ter. Adelph. 2, 1, 35 *Tibi a me nulla orta eſt injuria*, ich habe dir nichts zu leide gethan. Add. Hec. 2, 1, 25; Adelph. 4, 3, 2; Eun. 5, 5, 28; Andr. 3, 2, 9. Sic, *Sol oritur: Stellæ oriuntur*, ſie gehen auf: Ovid. Faſt. 1, 295 *Quid vetat & ſtellas, ut quæque oriturque caditque, Dicere?* Plin. 4 epiſt. 30 *Fons oritur in monte: per ſaxa decurrit*, er quillet, entſpringet. Vellej. 2, 114, 5 *Tantorum nominum, quibus ortus eſt, ornamentum.* ¶ 2. *Oriri* apud antiquos *ſurgere* frequenter ſignificabat, ut apparet in eo, quod dicitur: *Oriens conſul magiſtratum populi dicat*, quod eſt, ſurgens: Velius Longus de Orthogr. p. 2234 Putſchii. Hinc etiam Alb. Rubenius ap. Liv. 8, 23 ext. emendat: *Cum Coſ. oriens nocte ſilentio diceret dictatorem.* conf. Drakenb. ad 9, 38, ubi ejusdem ritus veſtigia.

¶ ŏriens, *tis.* Cic. Somn. Scip. c. 6 *Orientis aut obeuntis ſolis partes.* Virg. Æn. 7, 138 *Noctis orientia ſigna*, i. e. ſidera. Horat. 2 epiſt. 1, 130 *Orientia tempora*, die nachwelt. Vellej. 2, 99, 2 *Orientium juvenum fulgor.*

¶ Oriens, *tis*, m. ſubſt. plaga mundi, in qua ſol oritur & regio orientalis, der aufgang, morgen. Cic. de N. D. 2, 66 *Qui terras ab oriente ad occidentem colunt.* Ampelius de Mundo: *Cœli regiones ſunt quatuor, oriens, occidens, meridies, ſeptemtrio.* Deſcriptio orientis apud Virg. Georg. 1, 250

Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis.

Conf. Idem Æn. 5, 42. ¶ 2. Regio ſita ad orientem, morgenland. Juſtin. 1, 8, 1 *Univerſus oriens in poteſtatem redactus.* conf. Id. 5, 1, 9. Virg. Æn. 1, 293 *Spoliis orientis onuſtus.* Ovid. Met. 7, 266 *Extremo lapides oriente petiti.* Plin. 19, 25 *Orientis oceanus.* Suet. Tito c. 5 *Orientis regnum.*

¶ Orientālis, *e*, morgenländiſch, gegen morgen; ut, *Auxilia orientalia*, Juſtin. 14, 4, 18. *Orientalia regna*, Id. 39, 5, 3. *Ab orientali arboris parte*, Palladius 3, 17.

¶ Ortus, *a, um*, aufgegangen, entſprungen, entſtanden. Virg. Georg. 3, 156 *Sol recens ortus.* Horat. 4 od. 6, 31 *Orti claris patribus.* Sall. Iuſt. B. Iug. c. 108 *Ortus ex concubina.* Quintil. 3, 8 *Antiquis nobilibus ortus.* Liv. 26, 6 *Loco obſcuro tenuique fortuna ortus*, von geringer ankunfft. Nepos 25, 18, 3 *Ortus ab hoc.*

¶ Ortus, *ūs*, m. ſubſt. der urſprung, die ankunfft. Statius 2 Silv. 1, 218

Ortus quicquid habet, finem timet; ibimus omnes, &c.

Sic, *Nobilis ortu*, Silius 1, 77, edel gebohren. *Cato Tuſculanus ortu*, Cic. de Legib. 2, 2. ¶ 2. De aſtris, der aufgang. Catull. 67, 2 *Qui ſtellarum ortus comperit, atque obitus.* Et Virg. ecl. 9, 46 *Quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?* ¶ 3. De plantis, das aufgehen. Lucret. 5, 212 *Terraique ſolum ſubigentes cimus ad ortus.*

¶ Ortīvus, *a, um*, ab ortu, a plaga orientis, aufgehend. Manilius 3, 189

Ortivo totidem de cardine duces.

Vbi *Ortivus cardo*, horoſcopus eſt, ut Scaliger interpretatur.

¶ ŏriundus, *a, um*, originem trahens, herſtammend, entſproſſen, bürtig. Liv. 24, 6 *Nati Carthagine, ſed oriundi a Syracuſis.* Idem 1, 49 *ab Ulyſſe Deaque Circe oriundus.* Et ibidem c. 20 *Sacerdotium Albæ oriundum.* Flor. 1, 5, 1 *Tarquinius oriundus Corintho.* Et cum adverbio: ut, *Ego ſum inde oriundus, unde tu*, Valla 3, 57. Qui ad leg. 190 ff. de V. S. commentantur, obſervare ſolent, *oriundum* aliquem dici reſpectu originis non ſuæ, ſed majorum ſuorum: *ortum* autem reſpicere ad locum nativitatis. Vide ibi Alciatum. Fornerius tamen ad eamdem legem ait, ſubtilem hanc differentiam juris auctores promiſcue uſurpando ſuſtuliſſe. Cic. Top. c. 6 *qui ab ingenuis oriundi ſunt.* Lucret. 2, 989 *Denique cæleſti ſumus omnes ſemine* (al. *ſtirpe*) *oriundi.*

¶ ŏrīgo, *ĭnis*, f. der anfang, urſprung, die geburt. Cic. de Vniverſ. c. 2 *Nullius rei, cauſſa remota, reperiri origo poteſt.* Virg. Æn. 6, 730

Igneus eſt ollis vigor & cæleſtis origo.

Clarus origine, Ovid. Heroid. 19, 147. *Modicus originis*, Tac. An. 6, 39, 3. *Aliunde originem ducere*, Quintil. 1, 6; *autore ab illo*, Horat. 3, od. 17, 5. *Origo verborum*, Quint. l. c; *nominum*, Id. 1, 4. *Origines* vocantur metropoles reſpectu coloniarum. Sall. Iug. 19, 1 *pars originibus ſuis præſidio, aliæ decori fuere.*

¶ ŏrīginālis, *e*, urſprünglich, des erſten urſprungs; ut, *Originalis ſententia*, Apul. Met. lib. 10 ſub fin. Idem lib. 11 ſub init. *Ceres, alma frugum parens originalis.* Et Tertull. adv. Hæret. c. 21 eccleſias Apoſtolicas vocat *matrices & originalis fidei.*

¶ ŏrīgĭnaliter, adverb. idem. Auguſtin. Retract. 1, 15 *Peccatum ex Adam originaliter trahere.* Adde infra in *Primordialiter.*

¶ Originārius, *a, um*, idem quod *Originalis.* Ambroſius ſub fin. Sermonis 17 de Calend. Ianuar. *Inveteratum & originarium malum eſt.* Cod. lib. 10 tit. 38 *de municipiis & originariis*, i. e. de illis, qui contrahunt municipatum origine principaliter.

¶ Originatio, *ōnis*, f. die herſtammung, notatio Ciceroni, v. ſupra *Etymologia.* Sunt, *qui originationem vocent*, inquit Quintil. 1, 6 p. 78 Burm.

¶ Orīgĭnĭtus, adverb. urſprünglich. Ammian. 31, 6 *Vnde etiam Perſæ, qui ſunt originitus omnes Scythæ.*

Compoſita:

¶ Abŏrior, *abŏrīri.* Priſcis Latinis nihil aliud erat, quam interire, occidere, contrarium videlicet τῷ *oriri*, untergehen. Varro L. 4 de L. Lat. *infimus aër conjunctus terræ, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur.* Lucret. 3, 156 *Infringi linguam, vocemque oboriri.* Idem & verbo *aboriſci* eadem ſignificatione uſus eſt, ut Pareus legit. Adde dicenda in *Abortus* & *Abortio.* ¶ 2. Naſci ante maturitatem, abgehen. De procurantibus abortum Gellius 12, 1 *Nituntur, ut fœtus in corpore ſuo concepti aboriantur.* Varro ap. Nonium 2, 24 *Si prægnans biberit, fieri, ut aboriatur*, ſc. embryo. In quibus tamen locis ab altera ſignificatione, qua *aboriri* idem ac mori eſt, non diſcedendum putat Facciolatus Epiſt. 9 p. 435.

¶ Abŏrĭſcor, *ſci*, idem. Ita, ut modo diximus, Pareus legit in Lucret. 5, 732 *Inque dies privos aboriſci quæque creata.* Gifanius in Indice tuetur conſenſu librorum. Gaſſendus *aboriri.* At Fayus cum Lambino & Creechio *aboleſcere.*

¶ Abortus, *a, um*, idem quod Exortus, aufgegangen, apud Statium Theb. 8, 32. Sed hodie ibi legunt *Oborta ſidera.* Ian. Gebhardus Crepund. 12, 14 Ovidio ex MSS. hanc vocem reſtituit.

¶ Abortus, *ūs*, m. ſubſt. partus immaturus, eine unzeitige geburt. *Abortum facere, pati*, zur unzeit gebähren. Plin. 21, 18; & 28, 7 Etiam metaph. id. præf. p. 5, 20 Hard. *parturire adverſus libellos, quos edidi, & ſubinde abortus facere.* Manilius 1, 140 *Abortum* pro occaſu ſtellarum poſuit. *Abortus* & *Aborſus* quomodo differant, vide apud Nonium 5, 106.

¶ Abortio, *ōnis*, f. idem. Iul. Paulus recept. ſent. tit. 23 ſent. 7 *Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, &c.* Plaut. Truc. 1, 2, 98 *Abortioni operam dare.* Deteſtatio procuratæ abortionis eſt ap. Ovid. Amor. 2, 13 in primis 14.

¶ Abortium, *i*, n. pro *abortu* vel *abortione* dixit Hieronymus epiſt. 26 c. 1 ad Pamm. ſuper obitu Paulinæ, (Tom. 1 f. 74) *Dum crebris abortiis & experta fœcunditate conceptum non deſperat liberos.*

¶ Abortio, *ire*, verbum, ſignificans idem quod *abortum facere*, zur unzeit gebähren. Tribuitur Plinio 8, 51, *propter facilitatem abortiendi.* At Harduinus *aboriendi* legit, defenditque conſenſu MSS. librorum. At Vulg. Interpr. Iob. 21, 10 *Bos eorum concepit & non abortivit.*

¶ Aborto, *āre*, idem. Varro de Re Ruſt. 2, 4 *Haram facere oportet, ea altitudine abs terra, ne, dum exilire velit* (ſus) *prægnans, abortet.* Vſus eſt & Firmicus 3, 7, 6.

¶ Abortīvus, *a, um*, adjectivum, quo Plinius ſæpe uſus eſt, tam pro eo, quod vim abigendi fœtum habet, abtreibend, ut 20, 21 *Malvas cum aëipe anſeris abortivas* dicit ex quorumdam ſententia: quam pro ipſo abortu, mißgebährend; ut 18, 17 *Evaneſcit quodam abortivo*, i. e. abortu. Ita omnes MSS. libri, teſte Harduino. Nam & *Abortivi* dicuntur, qui abortu nati ſunt, unzeitige kinder, apud Suet. Aug. c. 35. conf. Horat. 1 ſat. 3, 46. Et

¶ Abortīvum, *i*, ſubſtantive pro *abortu* dicitur, die todte frucht, unzeitige geburt. Gloſſ. Vet. *Abortivum*, ἔκτρωσις. Vulg. Interpr. Iob. 3, 16 *Sicut abortivum abſconditum non ſubſiſterem.* conf. 1 Cor. 15, 8. ¶ 2. Poculum concilians abortum. Iuv. 6, 368 *Et quod abortivo non eſt opus.*

¶ Aborticium, & Aborticioſum, *i*, n. etiam in antiquis Gloſſ. leguntur, iisque vertuntur ἐκτρωματικόν, ἐκτρωματιαῖον, ut adeo idem ſit quod *abortivum.*

¶ Aborſus, *a, um*, etiam ex *Aborior*, non *Abordior*, abgetrieben. Sic, *Aborſus vel abactus venter* eſt fœtus, venenis & medicamentis ejectus. v. Paul. lib. 4 ſentent. t. 9 § 6.

¶ Aborſus, *ūs*, m. ſubſt. die abtreibung der frucht. v. Nonius 5, 16. *Procurare aborſum homicidii ſpecies eſt.* v. ICt. in l. qui in utero ff. de ſtatu hom.

¶ Aborigines, vide ſeorſum ſupra in A.

¶ Adŏrior, *ortus ſum*, *iri*, invadere quovis modo, anfallen, antaſten; ut, *Adoriri aliquem jurgio*, Ter. Adelph. 3, 3, 50, ad quem locum hæc Donatus: *Aggredimur de longinquo, adorimur de inſidiis & ex proximo. Nam adoriri eſt quaſi ad aliquem exſurgere. Adoriri aliquem gladio*, Cic. pro Sextio c. 37, überlauffen. *Adoriri a tergo, ex inſidiis*, Idem pro Mil. c. 10. *Fortuna eum demergere eſt adorta*, i. e. aggreſſa eſt, voluit, Nepos 10, 6, 1. conf. 8, 2, 5.

¶ Adorio, *ire*, activa forma Nævius apud Priſcian. Tib. 8 p. 801 *Hectore proficiſcente tunc ipſos adoriant.*

¶ Adortus, vel Adortus, *a, um*, der ſich fürgenommen, der anaefangen hat. Virg. Æn. 7, 386 de femina: *Majus adorta nefas*, ubi aliqui *adorſa* legunt. Sicuti etiam in Ovid. ex Ponto 2, 2, 16 *Nullum majus adorſa nefas.* v. N. Heinſ. ad Triſt. 2, 92. Curt. 3, 1, 6 *Arcem oppugnare adortus.* Sed Raderus ibi mavult *Adorſus*, ab *Adordior.* Adde Nep. 9, 4, 4; Flor. 1, 3, 4; 3, 1, 13; & 4, 12, 44. ¶ 2. Paſſive Aurelius ap. Priſcian. 8 p. 791 *Ex his Gallos adortos ex inſidiis plurimos necatos.* Vulgo etiam tribuitur Floro 2, 6, 46 *Cum urbem tantum non adortam reliquiſſet*; Sed in omnibus MSS. legunt & reſtituunt hodie *adoratam.*

¶ Coörior, *cooriri*, ſimul oriri, zugleich entſtehen; ut, *Cooritur bellum*, Cæſ. B. G. 3, 7. *Cooriuntur ſubito maximæ tempeſtates*, Cic. Verr. 1, 18, es erhebt ſich ein ungewitter. Virg. Æn. 1, 152 *In populo ſi quando coorta eſt Seditio.*

¶ Coortus, *a, um*, entſtanden. Nepos 15, 8, 5 *Riſus cum hilaritate coortus.* Lucret. 6, 956 *Coorta tempeſtates.* Idem 5, 1000 *Coorti ſluctibus mare ſævit.* ¶ 2. De militibus ſubito inſurgentibus in hoſtem Liv. 2, 30 ext. *Conſul ſtare ſuos juſſit; ubi dat manus veniſſet hoſtis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.* Id. 2, 35 *Adeo infenſa erat coorta plebs.* Id. 4, 9 *Adverſus quos eo infeſtior coorta optimatium acies.* Id. 21, 32 *Coorti in pugnam repente*, add. 4, 3 pr.

¶ Coortus, *ūs*, m. der urſprung. Lucret. 2, 1104 *Poſt terræ ſolisque coortum.* Id. 6, 671 *Tempeſtates graviore coortu ſunt.*

¶ Exŏrior, *exoriri*, naſci, entſtehen. *Exoriri ſolet bito*, Cic. fam. 1, 5. *Dies exoritur*, Lucan. 1, 234. *Injuria unde exorta eſt, ad eum plerumque revertit*, Lucret. 5, 1152. Et, *A mea uxore hæc ſunt exorta omnia*, kommt von ihr. Ter. Hec. 4, 4, 10. *Timor exoritur ex conſcientia ſpectatorum*, Cic. in Paradox. 5, 3. *Fama exoritur*, Liv. 6, 21. Cic. Att. 7, 26 pr. *Quoties exorior*, Boſio interprete eſt, quoties e mœſtitia, qua pæne concidi, recreor, ſo offt ich mich in etwas aufrichte.

¶ Exoriens, *tis*: ut, *Sol exoriens*, Virg. Georg. 1, 438. *Amnis exoriens*, Lucret. 6, 723. *Annus exoriens*, Tibull. 3, 1, 2.

¶ Exortus, *a, um*, aufgegangen, entstanden; ut, *Exortus sol*, Lucret. 3, 1058. *Idare exorto*, Virg. Æn. 4, 130. *Pestis exorta*, Plin. 10, 50. *Nova ex improviso exorta acies*, Liv. 8, 9.

¶ Exortus, *ûs*, m. subst. der aufgang: ut, *Exortus solis*, Plin. 12, 11. Et, *Siderum exortus*, 11, 12. *Cum ab occasu solis ad exortus intenderent iter*, Liv. 21, 30. v. Burm. ad Suet. Aug. 5. Sed *Exorsus* v. in *Exordior*.

¶ Exortivus, *a, um*, gegen aufgang gelegen: ut, *Exortiva pars*, das theil gegen aufgang, Plin. 18, 34. *Exortivus oceanus*, Idem 37, 2.

¶ Inexortus, *a, um*. Gloss. lat. gr. *ἀνεκτος, inexortum*.

¶ Inŏrior, *inoriri*, idem quod *Oriri*. Tac. Ann. 12, 23, 4 *Quid si memoria eorum inoriretur?* Sed Criticis suspectum verbum. v. notas Ryckii.

¶ Obŏrior, *oboriri*, idem fere quod simplex, entstehen. *Tanta hæc lætitia oborta est*, Ter. Heaut. 4, 3, 2. *Lux oboritur*, Stat. Silv. 17, 481. Et, *Nox oborta est*, Sen. Here. Fur. v. 823. Et Cic. pro Ligar. c. 3 *Vide, quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur*.

¶ Obortus, *a, um*, entstanden; ut, *Terræ motus obortus*, Lucret. 6, 586. *Vepavit oborta febris*, Statius Theb. 8, 32. *Lacrimæ obortæ*, Liv. 1, 58.

¶ Obortus, *ûs*, m. subst. der ursprung. Lucret. 4, 218

Perpetuoque fluant certis ab rebus oborta.

¶ Suborior, *suboriri*, idem fere quod *Orior*, scil. in alterius locum, immer wieder entstehen. Lucret. 1, 1035 *Ex infinito suboriri copia possit*.

¶ Suboriens, *tis*. Plin. 2, 93 *Metallorum opulentia aut seculis subcrescens*. Arnob. lib. 3 p. 104 *Nova quæque suboriente fœtura*.

¶ Subortus, *ûs*, m. subst. ortus continuatus, der fortwährende ursprung. Lucret. 5, 704 *Ex alio atque alio lacum fluere subortu*. ¶ 2. Est idem quod occasus, quo fluus sub terris oritur, der untergang. Manil. 3, 524 *Stent ne duo fluctuum ortus occasusque subortus*.

ŌBĪTĔLARGVS, *i*, m. ὀβολοδώτης, ein kleiner, armer. Plin. 10, 3.

ŌBĪTES, *æ*, gemma globosa specie, quæ & *fideritis*. Plin. 37, 10.

ŌRĪTHŸIA, *æ*, f. filia Erichthei Athenienium regis, quam boreas rapuit, & in Thraciam tulit, & ex ea Zethen & Calaim fuscepit. Vecta ab homine translatarunt ad ventum. vide Apollon. Argonaut. lib. 1, & Ovid. Met. 6, 683. Meminit & Cic. de Leg. 1, 1: & Stat. Theb. 12, 640. Adde Nat. Comit. 8, 2; & Cæl. Rhodig. 15, 23. ¶ 2. *Orithyia* alia Amazonum regina, quæ Marpesiæ matri successit. v. Justin. 2, 4, 17 & 26.

¶ Orithўos, *i*, m. mons, de quo Sidonius 11 epist. 2

Quæ super Idalium levat Orithyos in æthram.

ŌRIX, vel Oryx, *orygis*, m. Nam *fœmina oryx* Martialis 13 epigr. 95 dixit: animal est ex genere caprarum silvestrium, eine wilde ziege, de quo Plin. 8, 53 f. 79 & ibi Hard. de adoratione Sirii, quem *exorientem fiernutatione salutare* dicitur Id. 2, 40. v. Bartholin. de unicorn. c. 10 ad 13.

ORMĔNIS, *idis*, f. filia Orminii, Astydamia ab Hercule rapta. Ovid. Heroid. 9, 50 *Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos.*

ORMĪNIVM, seu Orminum, *i*, n. ὄρμινον, silvestris asparagus. Plin. 20, 10. vide supra *Herminium*

¶ Orminos agnos, idem. v. Plin. 26, 10. Harduinus legit *Herminos*.

¶ Orminālis, *is*, f. herba, alias *Satyrion*, geilwurz. Apul. de Herb. c. 15.

Ornamentum, ornatus &c. Orneus, vide *Orno*, *Ornus*.

ORNĪTHIÆ, *ārum*, m. pl. ὀρνίθια, venti septemtrionales sunt Columellæ 9, 2. De quibus Plin. 2, 47 *Spirant a brumæ, qui vocantur ornithiæ, sed leniores & paucis diebus*. Sic autem dicti ab avium eorum adventu: Budæus.

ORNĪTHON, *onis*, m. ὄρνιθων, aviarium, ein vogelhaus. Varro. ad. præfat. lib. 2 lib. 3 c. 5. Et Colum. 8, 1 & 3 & 4 & 9.

¶ Ornithŏbosĭcium, *i*, n. ὀρνιθοβοσκεῖον, locus, in quo gallinæ & aves aluntur, ein hünerhaus, hüner-korb. Varr. R. R. 3, 9.

¶ Ornithotrŏphium, *i*, n. ὀρνιθοτροφεῖον, idem, eidem Varr. 3, 5.

¶ Ornithotrophia, *æ*, f. cohortalis ratio, die hünerzucht, die haltung des federviehes. Columella 8, 2.

¶ Ornithŏgălum, *i*, n. ὀρνιθόγαλον, planta frequens in agris, radice nucibus castaneis suaviore, ein erd nus. v. Dioscor. 2, 177

¶ Ornithogŏlon, *i*, f. ὀρνιθόγαλον, herba quam describit Plin. 21, 17.

ORNO, *avi, atum, are*, pulchritudinem aut melius reddere, zieren, schön machen, ehren. *Manus ornare* vestes, unter mittich machen, Ter. Eun. 2, 1, 8. *Ornari laude, dignitate, eximia laude*, Cic. fam. 2, 15, & pro Planc. c. 9. *Ut disputatio vestra gravissimisque sententiis & verborum & rerum ornata sit*, Id. Fin. 3, 8. *Sepulchrum ejus floribus ornatum est*. Id. pro Flacco c. 38. ¶ 2. Significat etiam *rebus necessariis instruere, apparare*, zurüsten, versehen. *Ornare atque instruere copias omnibus rebus*, Cic. pro L. Manil. c. 8. *Exercitum auxiliis ornare*, Id. fam. 2, 10. Sic *Classem ornare*, Cic. pro L. Manil. c. 4, & Liv. 26, 37. *Navem armatis ornare*, Nep. 10, 9, 2. Sic & Ovid. Heroid. 9, 103 *Ornare se armis*. Liv. 42, 1 *Magistratus multis tabernaculisque & omni alio instrumento militari ornabantur. Armandi ornandique & instruendi eos artem ignorare*, Liv. 7, 10. Et, *penum ornare*, Plaut. Capt. 4, 4, 12. Ita etiam *Ornare fugam*, mit der flucht umgehen. Ter. Eun. 3, 4, 6 in MS. Bembi. Sed al. *adornabat*. ¶ 3. Significat & beneficiis cumulare, quæ ornamento & gloriæ sint. Cic. pro Dejot. c. 1. *Eum regem, quem ornare antea consul, cum senatu si licuit &c.* Id. pro Rosc. Am. c. 47 *Non modo non lædetur caussa nobilitatis, si istius hominibus restituetur: verum & ornabitur*. Id. fam. 7, 5. *M. Furium, quem mihi commendas, vel regem Galliæ facium, vel Lepte ipsum. Si vis tu, ad me adium vidua, quam ornem*. Sic & Cic. in Verr. 1, 13 *Ornare aliquem beneficiis officiisque omnibus*. Non dissimiliter *ornare divitiis*, pro locupletare, Nepos dixit 2, 2, 3. ¶ 4. Superioribus exemplis adscribitur & illud Ciceronis aliorumque dictum de Augusto, quo *eum ornandum tollendumque* pronunciant, ut Suetonius memoriæ est Aug. Sed præbet ibi *ornare* pro *laudare* accipere. Ita enim Vellejus interpretatur 2, 62 extr. *Hoc est*, inquit, *illud tempus, quo Cicero, insito amore Pompejanarum partium*, CÆSARI MAGNANDVM & TOLLENDVM *censebat. Cum aliud diceret, aliud intelligi vellet*. Ultima verba Paterculi ad ambiguum sensum verbi *tollere* pertinent, de quo s. l. ¶ 5. Pro simpliciter *ornare*, usus Victorius præfat. lib. 6 de Aristippo loquens: *Ibique de philosophia atque ejus variis nominibus ornatus est: ut non tantum se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerunt*, (in naufragio,) *vestitum & cetera, quæ opus esset, ad victum præstaret*. Quamquam non ad vestitum tantum, sed cætera etiam, quibus ad vitam tuendam opus erat, respicere potuit: ad eum tamen cum maxime respexit. Nam & *ornamenta* dicimus, quæ gestamus corpore induti. ¶ 6. *Ornare* & *onerare* confundunt librarii, ubi vid.

¶ Ornans, *tis*. Vulg. 1 Tim. 2, 9 *Mulieres cum verecundia & sobrietate ornantes se*.

¶ Ornātus, *a, um*, geziert, geschmückt, zierlich. Plautus Pœn. 1, 2, 88 *Bono ingenio me esse ornatum quam auro multo mavelo*. Nepos 15, 3, 1 *Ornatus in oratione*. Cic. pro Cornel. 1 apud Ascon. *Adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata*. Id. de Senect. c. 16 *Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius*. Tac. Ann. 14, 4, 3 *Navis inter alias ornatior*. Cic. Div. in Verr. c. 9 *Lectissimus atque ornatissimus adolescens*, wohl qualificirt. Et pro lege Manil. pr. *Locus ad dicendum ornatissimus*, sehr beredt. ¶ 2. Interdum idem est ac honoratus, beehrt, geehrt; ut, *Ornatus aliquis clarissimorum virorum testimoniis*, Cic. fam. 13, 14. *Pompeius benevolus & ornatus*, Id. de Arusp. Resp. c. 13. *Homo ornatissimus loco, cui nomine, virtute, ingenio &c.* Id. Verr. 1, 48 extr. Et, *Ornatissimus beneficiis*, fam. 7, 5. ¶ 3. Ironiam habet illud Ter. Adelph. 2, 1, 22 *Ornatus ex tuis virtutibus*, h. e. male, quod mereris, mulcatus. v. *Locupletare* n. 2. ¶ 4. Significat etiam *instructum, paratum*, zugerüstet, gerüstet, fertig. Festus: ORNATVS *aptus ad id quod agere, ut miles, aut gladiator, aut acturus fabulam*. Sic, *Classis ornata armis*, Lucret. 2, 42. *Naves omni genere armorum ornatissimæ*, Cæs. B. G. 2, 42. *Ornatus elephantus*, Nepos 23, 3, 4. Et, *Inventus ornatus ad prælium*, Tac. H. 3, 63, 2; ita enim legendum ex MS. monuit Lipsius. Sic, *Ornatus vestitu militari*, idem Satyr. Nepos 11, 9, 3. *Ornata exercitu & pecunia provincia*, Cic. in Pis. c. 2. *Juventus ornatusque ad prædam equus*, Gell. 5, 2. *Insi pitur aries ornati armaturaque*, Liv. 10, 39. *Asini ornati*, Cat. R. R. c. 10. Et *copiose ornatum*, i. e. pretiosa instructum supellectile Verrem putat Antiochus, v. Cic. Verr. 4, 27.

¶ Ornate, adverb. zierlich. *Ornate & copiose dicere*, Cic. pro Cæcin. c. 14. *Ornatius caussam quam dicere*. Id. de Orat. 1, 53. Et, *Ornatius causas agere*, fam. 9, 21. *Ornatissime de aliquo loqui*, Cic. Att. 1, 14. Et, *Ornatissime & copiosissime insequi*, de Clar. Orat. c. 5.

¶ Ornatus, *ûs*, m. subst. der zierath, schmuck; ut, *Ornatus militaris*, Cic. Off. 1, 18 extr. *Ornatus regalis*, id. de Fin. 2, 21. *Ornatum afferre orationi*, Id. de Orat. c. 39. *Regium ornatum fumere*, Nepos 13, 13, 3. Liv. 9, 40 *Gladiatores eo ornatu armaturaque, Samnitibus nomine compellarant*. Et Plaut. Pœn. 1, 2, 93 *Publicum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt*. Differt a *cultu*, vide supra in *Colo*.

¶ Ornatio, *onis*, f. bereitzierung. Vitruv. 5, 7 *Specie ornationis &c.*

¶ Ornītor, *oris*, m. qui ornat. Gloss. Ver. ὁ κοσμῶν, κοσμήτης. Cassiodor. 1 epist. 2 *Ædilium*, (consulum) *Neptunius generator florentis purpuræ, ornator fori*. Verius Infer. ap. Reines. 9, 62 EPERASTVS IVLIÆ ORNATOR.

¶ Ornatrix, *icis*, f. eine zierath, kammermägen. Nam *Ornatrices* dicebantur ancillæ, quæ dominarum crinem componebant; qualis *Nape*, *Cypassis* apud Ovidium, *Lotis* apud Propertium; Juvenali *Cosmet* appellantur. v. Torrent. ad Claud. Suet. c. 40, ubi *liberta ornatrix* dicitur: itemque Pignor. de Servis: nec non Wower. ad Petronium. Ovid. de Arte am. 3, 239 *Tuta sit ornatrix*, Id. Amor. 1, 14, 16. Utroque loco fœvitiam in ornatrices dominarum commemorat, quas acu crepe laniaverint. conf. Lett. in *Acu*.

¶ Ornamentum, *i*, n. der schmuck, die zierde, zierlichkeit ehre, wohlthat. *Vera ornamenta maximum præsidia non vestis sunt*, Justin. 20, 4, 12. *Orationis ornamenta*, Cic. de Fin. 1, 5 *Lumen & ornamentum reipubl. Hortensius*. Id. pro Mil. c. 14. *Non modo temporibus nostris, sed ipsis etiam litteris ornamento fuerunt*, Plin. 6 epist. 11. *Vir optimus & inter præcipua sæculi ornamenta numerandus*, Id. 8 epist. 12. *Quanto est tibi ornamento, fortibus*, Nepos 10, 2, 1. Sed, *Nullum ab eo habebat ornamentum, ut cæteri, qui per eum aut honores aut divitias capiunt*, Id. 25, 7, 2. ¶ 2. *Ornamentum* & ita appellatur, unde adornari aliquid potest, die mentirung, ausrüstung. Vide *arma* vocantur *ornamenta*, apud Sen. præf. l. 4 Nat. Qu. *Sic ei ferrum, ut telum, ut ornamentum, ut fulmen impenetrabilis: cum cæteris cæsorum, per ornamenta ferit*, h. e. theracem, scutum, galeam. Vide & fœnicorum apparatus, qui Græcis σκευή, *ornamentorum* nomine venit. De quo Casaub. ad illud Suet. in Tito c. 9 *Ornata sibi ornamenta pugnantium insidiandi perrexit*. Ubi tamen *fercmenta* malim legere, quod MSti fieri habent. Nam Victor uterque in eodem narratione *gladios* vocat. Lipsius quidem Saturn. 2, 17 offendit, *arma* gladiatorum *ornamenta* dici auctoribus. Sed aliud *arma*, aliud *tela* sunt: De *telis* autem Suetonius loquitur. Cæterum Cic. Catil. 2, 11 *ornamenta*, pro apparatu belli vel armis videtur dixisse: *Neque vero*, inquit, *cæteras copias, ornamenta, præsidia vestra, cum illius latronis inopia ac egestate debeo conferre*. Plaut. prol. Amph. v. 85 *Eis ornamenta & eorum ut concidissent*, i. e. vestes scenicas. Sic I. Pœud. 1, 3, 108 *Sine ornamentis*, nudam significat. Sic, *Ornamenta triumphalia, consularia, senatoria &c.* dicebantur cuncta cæteraque insignia triumphantium, Consulum, Senatorum &c. de quibus suis locis.

¶ Ornamen, *inis*, n. idem. Mart. Capella l. 6 p. 192 *Cyllenium excludit ornamen*.

¶ Ornamentārius, *i*, m. ornator. Gloss. gr. lat. κοσμήτης, *Ornamentarius, ornator*.

Composita:

¶ Adorno, *avi, atum, are*, quod quam simplex, venustius est, auspicium; ut, *adornare aliquem insigni veste*, Liv. 1, 20. Plin. 1 epist. 8

Ib.

li, qui benefacta sua verbis adornant, &c. Adde Curt. 3, 3, 11 & 18. ¶ 2. Præparare, zubereiten, zurüſten, angenehm machen, anſtalt machen. Ter. Eun. 3, 5, 34 *Continuo hæ adornant, ut lavet*, i. e. apparant. *Adornare bellum*, Liv. 10, 38, *naves*, Cæſ. de B. G. 1, 26. *Fugam*, Ter. Eun. 4, 4, 6.

¶ Adornātus, *a, um*, ausgeziert, begabt, geſchmückt; ut, *Tantis adornatus virtutibus*, ſo tugendhafft, Vellej. 2, 2, 2. *Adornati præcipuis donis viri*, herrlich beſchenckt, Id. 2, 121, 3. *Adornata verbis in ſpeciem*, Tac. An. 1, 52, 2. *Equos venatui adornatos ſiſtere*, fertig zur jagd, Id. An. 12, 13, 4. *Tunicæ gemmis adornatæ*, Curt. 3, 3, 13. *Armis maximo cultu adornati*, Id. 5, 9, 1. *Armatum adornatumque adverſus Gallum producunt*, Liv. 7, 10.

¶ Adornate, adverb. idem. Suet. de Rhetor. c. 6 *Declamabat ſplendide atque adornate.*

¶ Superadorno, *are*, drüber decken. Seneca Quæſt. Nat. 4, 2 *Nullum materiæ ſuperadornatæ manet experimentum.*

¶ Coorno, *are*, zieren, ausrüſten. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 61 *Accepiſti dentes ad nucellum coornandum.*

¶ Deorno, *are*, den ſchmuck abnehmen, verunehren. Gloſſ. gr. lat. ἀποκοσμῶ, *Deorno.* Claud Mam. de Statu Anim. 3, 1 *Qui deornat animam.* Ita reſtituit Barth. ad h. l. p. 440; & Adverſ. 50, 3.

¶ Exorno, *are*, idem quod ornare, zieren, putzen, waſchen. Cic. Tuſc. 5, 4 *Pythagoras præſtantiſſimis inſtitutis & artibus exornavit magnam Græciam.* Plaut. Moſt. 1, 3, 132 *Mulier nequaquam exornata eſt bene, ſi morata eſt male.* ¶ 2. Item, inſtruere, ausrüſten. Sic, *Exornare aciem*, Salluſt. Iug. c. 52. *Exornare nuptias*, Plaut. Aul. 4, 10, 54.

¶ Exornatus, *a, um*, geziert; ut, *Exornatus varia veſte*, Ter. Eun. 4, 4, 16. *Ornatu nullo potes exornatior eſſe*, Vet. Poët. in Error. Ven. p. 115. *Exornatiſſima auro cithara*, Auct. ad Herenn. 4, 44. ¶ 2. Ter. Heaut. 5, 1, 78 *Quem adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit mei*: i. e. probe verberatum. Similiter nos: ich will ihn ſchön zurichten. v. *Ornatus* n. 3. ¶ 3. Ornatu privatus, ut exarmatus. Tertull. de Cultu fœm. c. 9 *Gratiam decoris reddunt exornatam & naufragam*, i. e. ornatu ſpoliatam.

¶ Exornatio, *ōnis*, f. die ausziehung, ausſtaffirung; ut, *Exponere aliquid ſimpliciter ſine ulla exornatione*, Cic. de Invent. 2, 3. *Vaſa, quæ ad exornationem pertinent*, id eſt, ſplendidior, non autem neceſſaria, ſupellex, Colum. 12, 3.

¶ Exornātor, *ōris*, m. qui ornat. Cic. de Orat. 2, 12 extr. *Cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.*

¶ Exornatrix, *īcis*, f. apud Marcell. Empir.

¶ Inorno, *are*, ausziehen, ausſtaffiren. Tertull. adv. Valent. c. 12 *Vt ſigillarium extrinſecus quoque inornaſſent.* Id. de Anima c. 19 *Floſculi inornantur & ſuci conduntur.*

¶ Inornatus, *a, um*, ſine ornatu, unzierlich, ungeputzt; ut, *Inornati capilli*, Ovid. Met. 5, 472. *Inornata verba*, Horat. Art. Poët. v. 234. *Nuda atque inornata inventio*, Aut. ad Herenn. 4, 56. *Non ego te meis chartis inornatum ſilori patiar*, Horat. 4 od. 9, 30; *Inornatum*, i. e. illaudatum, non illuſtratum.

¶ Inornate, adverb. unzierlich. Aut. ad Herenn. 4, 31 *Hoc pacto non inornate poterimus & in laudando & in ludendo dicere.*

¶ Perorno, *are*, nimium laudare. Tac. Ann. 16, 26, 3 *Detraheret potius ſenatui, quem perornaviſſet, infamiam tanti flagitii.* Paulinus 7 Natal. Felic. v. 304 *Defecta in parte perornant.*

¶ Peroratus, *a, um*, ſehr zierlich. Cic. de Clar. Orat. c. 43 de Craſſi eloquentia: *Quod difficile eſt, idem & perornatus, & perbrevis.*

¶ Redorno, *are*, verneuen, ergäntzen. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 12 *Redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus attriverat.*

¶ Suborno, *are*, aliquantum ornare, juvare, inſtruere, an die hand gehen, mit etwas verſehen, fourniren. Planc. Cic. fam. 10, 23 *Vigilanter nervoſque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes.* ¶ 2. Et latenter contra aliquem adducere ſeu allegare, heimlich anſtifften, beſtellen; ut, *Adeo hos Charetem eum ſubornabat*, Nep. 19, 2, 3. *Falſum ſubornavit teſtem Roſcius*, Cic. pro Qu. Roſc. c. 17. *Pecunia aliquem ſubornare*, Id. Phil. 13, 16. Et Plaut. Mil. arg. v. 13 *Suam clientam ſolicitandam ad militem ſubornat.*

¶ Subornatus, *a, um*, unterrichtet, abgerichtet. Sen. epiſt. 24 *Videbis hominem non eruditum, nec allis præceptis contra mortem aut dolorem ſubornatum.* Id. de Benef. 3, 28 *In militum, & quidem non vulgarem cultum ſubornati*, i. e. veſtiti. Cic. in Vatin. c. 1 *Accuſatores inſtructi & ſubornati.*

¶ Subornator, *ōris*, m. qui ſubornat, ein anſtifter. Ammian. 15, 8 *Subornatore & conſcio præfecto prætorii.* Lamprid. Commod. c. 19 *Servorum ſubornatores.*

ORNVS, *i*, f. arbor, eine buche, wilder eſchen baum; v. Colum. de Arbor. c. 16. ut, *Ornus antiqua, annoſa*, Virg. Æn. 2, 626; & 10, 766. Et Georg. 2, 111 *Steriles ſaxoſis montibus orni.* conf. Horat. 1 Od. 9, 12.

¶ Orneus, *a, um*, büchen, von hagbuchen. Colum. 11, 2 *Orneam frontem bubus recte præbebimus.*

ORNȲTION, *ōnis*, m. filius Siſyphi, frater Glauci, Theſſandri, & Almi, pater Phoci, ut e Corinth. ſive l. 2 Pauſan. p. 86 cognoſcimus. Præter Phocum etiam Thoas ipſi filius fuit, quod docebit Scholiaſtes in Oreſten Euripidis p. 255, qui tamen ipſum pro Ornytione vocat *Ornytum.*

¶ Ornȳtus, *i*, m. de quo modo dictum. ¶ 2. Alius, de quo Clemens Alex. Protr. f. 17 Πολεμων τὴν Ἀθηναν ὑπὸ Ὀρνυτου τρωθηναι λέγει, i. e. *Polemo dicit Minervam fuiſſe vulneratam ab Ornyto.* Fabulam hanc copioſius narrat Pauſan. Arcad. ſeu l. 8 p. 459, qui addit, alio nomine *Teuthidem* appellatum. conf. Virg. Æn. 11, 677; & Val. Flacc. 3, 173. Apud Statium Theb. 12, 207 & v. 219 eſt *Ornitus.*

ŌRO, *avi, atum, are*, rogare, bitten. Quorum utrumque minus eſt, quam *obſecrare* & *obteſtari.* Aſcon. Ped. Div. in Verr. 1 *Rogare ut hominem, orare, ut deos. Oro* autem dicitur ab *ore* quaſi *ore profero.* Sic, *Etiam atque etiam te oro*, Cic. Att. 11, 1. *Multis & ſupplicibus verbis orare*, Id. Att. 12, 32. Et Nepos 20, 5, 2 *Oravit omnes, ne id facerent.* Ter. Andr. 3, 2, 43 *Orato uxorem gnato &c.* Suet. Veſp. c. 16 *Qui* (bubulcus) *negata ſibi gratuita libertate, quam* (Veſpaſ.) *imperium adeptum orabat &c.* ¶ 2. Dicere, orationem habere, eine rede halten. Non tantum Feſtus & Nonius 4, 342 *orare* laudant pro *agere*; ſed eſt etiam ap Quint. l. 1 proœm. *Artem orandi litteris tradere.* Et 1, 10 *Scientia orandi*, die rede-kunſt. ¶ 3. Sed *orare cauſſam*, agere vel dicere cauſſam eſt, für gericht reden, ſachen führen. Ter. Phorm. 2, 1, 62 *Seorſum hominem cauſſam orare, leges non ſinunt.* Et, *Scientia ſ. ars orandi*, Quintil. 1, 103; & præf. l. 1 *Neminem unquam melius ullam orationem cauſſam*, Cic. de Clar. Orat. c. 12.

¶ Orans, *tis*. Ter. Adelph. 3, 4, 26 *Venit ipſus ultro, lacrumans, orans, obſecrans.* Id. Heaut. 2, 3, 124 *Offendi ibi militem ejus noctem orantem.* Liv. 21, 6 *Legati miſſi, auxilium ad bellum jam haud dubie imminens orantes.* Virg. Æn. 1, 523 *Orantes veniam.* Ov. Pont. 2, 9, 65 *Orantia brachia tendo.*

¶ Orātus, *a, um*, gebeten. Horat. 1 ep. 13, 18 *Prece multa oratus.* Id. 2 ſat. 3, 1 6 *Oratus per divos.* Vellej. 2, 70, 1 *Cæſar obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico.* ¶ 2. Eſt *Exoratus*, erbeten, ap. Plaut. Mil. 2, 6, 9 *Satisne oratus abis?*

¶ Oratum, *i*, n. ſubſt. pro re orata, eine bitte. Ter. Hec. 4, 1, 60 *Vereor ne orata noſtra nequeat diutius celare.* Et ibid. 3, 3, 25 *Cum orata ejus reminiſcor*, i. e. preces.

¶ Oratus, *ūs*, m. ſubſt. das bitten und flehen. Plaut. Caſ. 4, 1, 17 *Illorum oratu faciunt.* Cic. pro Flacco c. 37 *An etiam ſcripſit oratu tuo?* Coripp. 2, 11

Ipſe autem procerum magnis oratibus actus.

¶ Ōrātio, *ōnis*, f. omnis locutio ſecundum Ciceronem, die rede, das ſagen. Ter. Phorm. 1, 4, 47 *Meminiſtin' olim, ut fuerit veſtra oratio?* was ihr für worte geführet? Et Andr. 1, 1, 214 *Honeſta oratio eſt*, i. e. ſpecioſum eſt, quod dicitur, es läſt ſich hören. Ib. 1, 5, 16 *Oratio hæc me miſeram exanimavit metu.* Vbi Donatus: *Etiam pauca verba veteres* Orationem *dicebant.* Sic Principum mandata decretaque & conſtitutiones *orationes* ſæpe appellabantur, quemadmodum hac voce uſus Suetonius Tito c. 6. Id. Ner. c. 15 *rationes* vocat. Alii & *epiſtolas* dixerunt, de quo ſuo loco. v. & Caſaub in Capitol. Cæſ. de B. C. 1, 35 *Cujus orationem legati domum referunt.* Sed *oratio perpetua* ſive *continens* eſt, quæ *interpellatæ* opponitur. v. infra *Perpetuus. Qualis homo ipſe eſſet, talem ejus eſſe orationem, orationi autem facta ſimillima, factis vitam, Socratem diſſerebat*, Cic. Tuſc. 5, 16. Et, *Animo ægrotanti medicus eſt oratio*, ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατροὶ λόγοι. v. Chiliad. *Flexanima atque omnium rerum regina oratio*, Cic. de Orat. 2, 44. *Habere orationem contra aliquem*, Quintil. 2, 17. *Scribere orationem*, ibidem. *Orationes intervertere*, vide in *Verto.*

¶ Ōrātiuncula, *æ*, f. dimin. Cic. de Nat. D. 3, 17 *Lælius in illa aureola oratiuncula dicit &c.*

¶ Ōrātor, *ōris*, m. ein redner, qui *vir bonus eſt, dicendi peritus*, quemadmodum Quintiliano definitur, Æſchinem Catonemque ſecuto: non optime, Voſſio cenſente, quem vide de natura & conſtitut. Rhetoricæ, ſub finem c. 1. Sic, *Proprium oratoris eſt, apte, ornate, & diſtincte dicere*, Cic. Off. 1, 1. *Orator ad vos venio*, Ter. prol. Hec. v. 9. *Formare oratorem*, Quintil. 1, 1. De oratorum in curia Rom. imaginibus Tac. An. 2, 83, 5, & ibi Lipſ. ¶ 2. Olim *Oratores* dicebantur, qui nunc *Legati*, geſandten. Liv. 1, 15 *Vejentes, pacem petitum oratores Romam mittunt.* Id. 9, 43 ext. *Pacis oratores* dixit. Et Virg. Æn. 11, 331 *Centum oratores primâ de gente Latinâ, Ire placet.* v. Varron. de L. L. 6, 3. Nam ab eo, quod antiqui *Orare* dicebant pro *Agere*, uti Feſtus teſtatur, & Nonius 4, 342, *Legati* dicti ſunt *Oratores*, quia principis aut reſpublicæ mandatas partes agebant. Adde, qui de Legatis ſcripſerunt, Carol. Paſchal. c. 2; Alb. Gentil. 1, 2; Herm. Kirchn. 1, 1, 10. ¶ 3. Item Demagogi in illo Nævii ap. Cic. de Sen. 6 extr. *Proveniebant oratores novi ſtulti adoleſcentuli.* ¶ 4. Et *Oratores*, qui rhetoricam & eloquentiam docebant magnatum liberos. Sidon. 5 epiſt. 5 *Puerilium tuam competenter ſcholis liberalibus memini imbutam, & ſæpe numero aveſtiter eloquenterque declamaſſe coram oratore, ſatis babebo compertum.* Vnde ad diſcrimen *Cauſſidici* dicebantur *forenſes oratores.* v. Barth. ad Claudian. p. 76.

¶ Ōrātrix, *īcis*, f. die rednerin, vorbitterin. Plaut. Mil 4, 2, 80 *Quam me oratricem haud ſpreviſti, ſuaviſque exorare ex te.* Alio & oratorio ſenſu Quintil. 2, 14 pr. RHETORICEN *in latinum transferentes, tum* ORATORIAM, *tum* ORATRICEM *nominaverunt.*

¶ Ōrātōrius, *a, um*: ut, *ornamenta oratoria*, zierliche worte der redner, Cic. de Clar. Orat. c. 75. *Ornatus oratorius*, Quintil. 3, 1. *Vrbanitas oratoria*, Id. 6, 3.

¶ Oratoria, *æ*, f. ſubſt. die redner-kunſt. Quintil. 2, 14 *Oratoria ſic effertur ut eloquentia.* vide paullo ante *Oratrix.*

¶ Oratorium, *i*, n. εὐκτήριον, locus precationis, templum, ein betkämmerlein, bethaus, kirche. Hac enim ſignificatione utuntur frequenter ſcriptores eccleſiaſtici. v. Vulg. Interpr. Iudith. c. 9, 1, & Auguſtin. ep. 109.

¶ Oratorie, adverb. nach redner-kunſt; ut, *Pulchre & oratorie dicere*, Cic. in Orat. c. 68.

¶ Orāculum, *i*, n. reſponſum, & oratio Deorum certa: Hinc enim appellari Cicero ſcripſit in Topicis c. 20, eine göttliche antwort, weiſſagung. Vel, *oraculum eſt voluntas divina, hominis ore enuncia*ta, Seneca auctore præf. l. 1 Controv. p. 37. Sed ethnicorum *oracula* intricata, flexiloqua, & plane ænigmatica fuerunt. Cic Tuſc. 1, 48 extr. *Oraculo edito.* Id. Div. c. 34 *Cum oraculum ab Jove Dodonæo petiviſſent.* Virg. Æn. 2, 114 *Scitatum oracula Phœbi Mittimus.* ¶ 2. *Oraculum*, locus ipſe, in quo eduntur oracula. Cic. pro Fonteio c. 10 *Hæ ſunt nationes, quæ quondam tam longe ab ſuis ſedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vocandum ac ſpoliandum profectæ ſunt.* Huc pertinent illa loca, quibus *oraculo aliquid editum eſſe* dicitur. Cic. Off. 2, 22 *Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nullam alia niſi avaritia eſſe periturum.* Id ad Brut. ep. 2 ext. *Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita vel puta; nihil ita eſſe verius.* Porro *oracula* antiquiſſima celeberrima fuere: *Dodonæum*, in Epiro: *Jovis Hammonis*, in Libya: *Pythium* Delphis, *Apollinis Didymæi &c.* Quæ colligi & diſputari de Oraculis ſolent, poſt alios multos collegit Antonius van Dale, quem conſulas. ¶ 3. *Ex & oraculum*, celebre alicujus, ac veluti divinum dictum, eine

nachdrückliche rede: ut, *Illud verum eſt M. Catonis oraculum: nihil agendo homines male agere diſcunt*, Colum. 9, 1. Eidem *oracula* tribuit Seneca procem. controv. p. 37; it. Plin. 8, 4 & 5. Ita χρησμὸν Attico ſuo Cicero ad ipſum ſcribens 3, 10. Itaque & *oraculorum* appellatio frequens principalibus litteris aut mandatis. Symmach. 2 ep. 13 *Neque enim te exhauſerit, quod adeuntium preces indefeſſo abſolvit affatu, quod venerandi principis mentem loqueris & oracula.* v. Barth. ad Claudian. p. 80, qui plura his dabit. ¶ 4. Vt *oraculum* etiam pro loco poni monuimus, ubi redduntur oracula; ita translate Cic. de Orat. 1, 45 ext. *Eſt fine dubio domus ICti totius oraculum civitatis.*

¶ Oraculārius, *a, um*; ut, *oracularii ſervi*, Petron. c. 43; Qui ſcilicet oracula fundunt, futuraque prænunciant: quales habuiſſe veteres quandoque ſua in familia ſui commodi cauſſa, novimus ex Act. 16, 16. Sed alii aliter legunt.

¶ Orāmentum, *i*, n. ein bittwort, plauderwerck. Plaut. Truc. 2, 2, 63; ex lectione Meurſii: *Mutari poteſt blandimentis, oramentis cæteris meretriciis.* Vbi *oramenta* eadem eſſe putantur, quæ & *exorabula* nominavit, de quibus mox in compoſitis.

Compoſita:

¶ Adōro, *avi, atum, are*, προσκυνεῖν, anbeten, quod ab *Ador, adore*, derivat Priſcianus p. 678. Sed rectius ducitur ab *ad* & *oro*. Plin. 23, 2 *In adorando dextram ad oſculum referimus, totumque corpus circumagimus.* Suet. Vitell. c. 2 *C. Cæſarem adorari ut Deum conſtituit, cum reverſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato, circumverſoque ſe, deinde procumbens.* Clarius Apulej. Apol. p. 310 *Si fanum āliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admovere.* Eandem apud Græcos adorationis i. e. προσκυνήσεως rationem fuiſſe ex Luciano conſtare poteſt Demoſth. encom. T. 2 n. 707, de Demoſthene venenum ex calamo vel annulo fugente, τὴν χάλκα τῷ στόματι προσαγαγόντος, ὃδὲν ἄλλ' ἢ προσκυνεῖν ἀπελάμβανον. Quin antiquiſſimus Hiobi liber 31, 26 & 27 aperte huc reſpicit. v. P. Pithœum Adverſ. ſubciſ. lect. 1, 7; Lipſ. Elect. 2, 6; Wower. ad Minuc. Fel. p. 107; Gror. Explic. Decal. p. 35. ¶ 2. Hoc autem geſtu non deos tantum, ſed homines etiam colebant, quos honoratos vellent: quod etiam *adorare* dicebant, einen reverentz machen. Vetus Epigrammatarius de pantomimo:

Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat.

Suet. Ner. c. 12 *Citharam a judicibus delatam adoravit, ferrique ad Auguſti ſtatuam juſſit.* Tac. Hiſt. 1, 36, 4 *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oſcula &c.* Alibi hoc idem *manu venerari* dixit; ut Annal. 16, 5, 3 *Poſtremo flexus genu & cœtum idum manu veneratus, ſententiam judicum operiebatur.* Nam & quovis modo venerari aliquem, *adorare* dicebant: quemadmodum & Græci ſuo προσκυνεῖν leguntur uſi, de quo Grotius loco mox indicando B. Hieronymus de vita Malchi: *Pervenimus ad interiorem ſolitudinem: ubi dominam liberosque ex more gentis adorare juſſi, cervices flectimus.* Sic Eumenius Paneg. pro reſtaurat. ſchol. c. 11 *Hoc ego ſolatium, quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio.* Quam lectionem & Livinejus ſequitur, & confirmat Gruterus, quamquam alii, inter quos ipſe etiam Scaliger eſt, *adæratum* legant. v. ſupra in *Æs, adæro.* ¶ 3. Tribuitur & mutis interdum *Adoratio*: ut, *Elephanti regem adorant, genua ſubmittunt*, Plin. 8, 1. ¶ 4. *Adorare* interdum eſt compellare & ſalutare, anſprechen, anreden. Sic apud Apulej Met. l. 2 & 3 *Adorare populum*, eſt verba ad populum facere. Statius præf. l. 3 Silv *Quem ſtatim ut videram his verſibus adoravi.* Id ep. l. 4 *Germanici conſulatum adoravi.* add n. 6. ¶ 5. *Adorare* interdum ſimplicis vim habet, ſignificatque *optare*, bitten, wünſchen. Liv. 6, 12 *Hoſtia cæſa pacem Deum adorare.* Ita Propert. 1, 4, 27 *Maneat ſic ſemper, adoro, Nec quidquam ex illa, quod querar, inveniam.* Plura dabit Brouckh ad h. l. ¶ 6. In LL. XII tabularum *adorare* de actione civili adhibetur, ut tab. 11 *Si adorat furto &c.* it. *furti ne adorato.* Feſtus: *Adorare apud antiquos ſignificabat agere, unde & legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt.* Convenit itaque cum n. 4.

¶ Adōrans, *tis*. Vulg. Matth. 20, 20 *Acceſſit adorans & petens aliquid ab eo.* Et Act. 16, 25 *Paulus & Silas adorantes laudabant Deum.* Ovid. Triſt. 2, 291 *Adorans Iunonia templa.* conf. Id. Faſt. 3, 348.

¶ Adōratus, *a, um*, angebetet angeſprochen. Lucan. 6, 243

Magnus adorato ſubmittat Cæſare ſigna.

Prudent. Periſteph. 4, 38 *Adoratæ cineres puellæ* Florus 2, 6, 46 *Cum urbem tantum non adoratam reliquiſſet.* Statius Theb. 6, 664

Adorato rediit ingloria diſco. conf. Ovid. Met. 9, 350.

¶ Adōrātio, *ōnis*, f. die anbetung, anruffung. Plin. 28, 2 *Cur faſcinationibus adorationem peculiari occurrimus alii, græcam Nemeſin invocantes?* Et Apul. 4 Met. p. 155 *Venerem religioſis adorationibus venerabantur.*

¶ Adōrātor, *ōris*, m. ein anbeter. Tertull. de Spectac. c. 8 *Si Capitolium, ſi Serapeum ſacrificator & adorator intravero.* Adde Vulg. Interpr. Ioh. c. 4, 23.

¶ Adōrābĭlis, *e*, dignus adoratione, anbetens-werth; ut, *Adorabile beneficium*, Apul. lib. 11 Met. p. 265 ed. Elmenh.

¶ Coādōro, *are*, zugleich anbeten. Ambroſius de Spiritu S. 3, 12 *Per unitatem poteſtatis ejusdem coadoratur in Deo Spiritus, dum Deus adoratur in ſpiritu.* Iuſtin. l. 6 § 2 C. de ſumma Trinit. *Chriſtus ſolus eſt coadorandus &c.*

¶ Deoro, *are*, pro *perorare* nonnulli uſurparunt. Vnde Feſtus *Deorata* exponit *perorata.*

¶ Exōro, *are*, orando obtinere, erbitten; ut, *Sine te exorem*, Ter. Eun. 1, 2, 105. *Facile exorari*, Cic. pro Dejot. c. 3. Statius Genethliaco Lucani v. 121 *Vnum quæſo diem Deos ſilentum Exores.*

¶ Exorans, *tis*. Ovid. Triſt. 3, 13, 23 *Dare thura nihil exorantia divos.*

¶ Exōrātus, *a, um*, erbeten. Ovid. Metam. 9, 698

Dea ſum auxiliaris, opemque Exorata fero.

Et Propert. 4, 12, 4 *Non exorato ſtant adamante viæ*; i. e. via præcluſa eſt. Cic. pro Cluent. c. 25 *Poſt exoratus pecuniam popoſcit.* conf. Plin. Paneg. c. 5.

¶ Exoratio, *onis*, f. die erbittung, verſohnung. Vulg. Sirac. 16, 11 *Patens exoratio.* Fulgent. epiſt. ad Venant. *Ipſe eſt exoratio propitiatis noſtris*, conf. Declam. Trib. Mar. quæ Quintil. tribuitur, c. 8 Burm. p. 81.

¶ Exōrātor, *ōris*, m. qui exorat. Ter. Hec. prologo v. 10 *Sinite, exorator ſim.* Tertull. de Pudicit. c. 19 *Horum ultra exorator non erit Chriſtus*, fürſprecher.

¶ Exoratrix, *īcis*, f. Salvian. lib. 3 p. 89.

¶ Exōrābŭlum, *i*, n. argumentum, quo exoramus, ein bettlers-behelff. Plaut. Truc. 1, 1, 6 *Quoſque quæret exorabulis.* Apul. 4 Florid. p. 36 *Cuncta exorabula judicantium facile perdidicit.*

¶ Exōrabĭlis, *e*, a quo facile obtinemus quod oramus, erbittlich, der zu erbitten iſt; ut, *Minus exorabilem aliquem experiri*, Cic. Att. 1, 3 extr. Et Horat. 2 ep. 2, 179 *Non exorabilis auro Orcus.* Propert. 2, 30, 11 *Si pecces, Deus exorabilis ille eſt.* conf. Ovid. Met. 2, 546. comp. Sen. de Clement. 2, 20 *In ſuis, quam in alienis exorabilior injuriis.*

¶ Inexōrabĭlis, *e*, unerbittlich; ut, *Inexorabilis judex*, Cic. Tuſc. 1, 5. Et, *Nimium te inexorabilem præbuiſti*, Id. ad Qu. frat. 1, 2. *Leges, res ſurda, inexorabiles ſunt*, Liv. 2, 3. *Inexorabilis cuſtos*, Quint. Decl. 10 fin. *Arcæ inexorabilibus clauſtris obſeratæ*, Val. Max. 4, 8 ext. 2.

¶ Inexōratus, *a, um*, non rogatus, unerbeten. Arnob. 3 p. 114 *Hoc eſt proprium Dei, inexorata beneficia præbere feſſis atque invalidis rebus.*

¶ Inoro, *are*, id eſt, os inſtruere, beredt machen, die zunge löſen. Tert. de Reſurr. Carn. c. 16 *De coronis potatoris ſui inorabitur.*

¶ Inōratus, *a, um*, davon nichts geredet oder gehandelt worden; ut, *Legati re inorata reverterunt*, Cic. pro Roſcio c. 9.

¶ Inōrābĭlis, *e*, unerbittlich. Accius ap. Nonium 8, 28 *Pervico Ajax animo atque inorabili.*

¶ Perōro, *are*, orationem habere, de aliqua re verba facere, reden, ſprechen, herſagen. Cic. de Leg. 2, 27 *Omnis oratio Platonis de legibus perorata eſt uno æſtivo die.* Quint. 2, 4 p. 142 *Moris eſt, citra perſonas in ipſa vitia perorare.* ¶ 2. Item, orationis facere finem, die rede beſchlieſſen. Cic. Acad. 4, 48 *Quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum.* Et, *Brevi perorare*, Id. de Invent. 1, 48. Et Propert. 4, 12, 99 *Cauſſa perorata eſt: flentes me, ſurgite teſtes.* Quint. Decl. 3 fine: *Cauſſa, ut mediocritas mea tulit, perorata eſt.* Sic, *Perorare narrationem*, pro finire, Auct. ad Herenn. 1, 10.

¶ Peroratus, *a, um*, geſprochen, beſchloſſen; ut, *Cauſſa prope perorata*, Cic. Verr. 5, 1.

¶ Perōratio, *ōnis*, f. epilogus, conſtans ἀναπεφαλαιώσει, i. e. repetitione præcipuorum argumentorum, eorumque quæ dicta ſunt, der beſchluß der rede. Cic. de Orat. 2, 19 *Concluſionem orationis & quaſi perorationem collocant.* Id. de Clar. orat. c. 33 *Extat ejus peroratio, qui epilogus dicitur, qui tanto in honore pueris nobis erat, ut eam etiam diſceremus.* De Galba Servio loquitur.

ŏrŏbanche, *es*, f. ὀροβάγχη, ervi angina herba, ſtrangulans & enecans ervam & legumina, *Scandulaca*, ſchmeerkraut, ſommerwurtz. Plin. 22, 25; & 18, 17; & 26, 8.

¶ Orobarthion, *i*, n. ὀροβάρτιον, idem quod *Orobanche*, Plin. 26, 8. Apulejus de Herb. c. 7 *Orobethron* vocat.

orobia, *æ*, f. thuris genus, Plin. 12, 14.

orobītis, *is*, f. color luteæ herbæ, gelbe farbe von heberich, Plin. 33, 5.

ŏrŏbus, *i*, m. ὄροβος, *ervum*, erbſen, Dioſc. 2, 100.

¶ Orobĭnus, *a, um*, von erbſen; ut, *Orobinus color*, erbſfarbe, Plin. 37, 10.

ŏrŏdes, *is*, m. Parthorum rex, qui M. Craſſum cum filio Publio captum occidit, auro liquato in os ejus infuſo; Vellej. 2, 46, 4, Iuſtin. 42, 4, & Plutarchus in Craſſo. ¶ 2. Alius *Orodes* a Mezentio interfectus apud Virg. Æn. 10, 732 &c.

orodoecĭdes, *is*, m. ὀροδοικίδης, jambis Simonidis ad ἀυτοχειρίαν adactus, eoque nomine cum Lycambe & Bupalo, quos Archilochus & Hipponax ita ulti ſunt, conjunctus a Luciano Pſeudol. T. 2 p. 433.

oroetĭcvm, *i*, n. inter vina transmarina, Plin. 14, 7.

ŏrŏmĕdon, *ontis*, m. gigantis nomen, apud Propert. 3, 8, 48.

ŏrontes, *is*, m. Trojanus, unus ex Æneæ ſociis, Lyciæ claſſis ductor, de quo Virg. Æn. 6, 334, & Æn. 1, 113

Vnam, quæ Lycios fidamque vehebat Orontem.

¶ 2. *Orontes* etiam nomen fluminis in Syria. Propert. 2, 23, 21

Et quas Euphrates, & quas mihi miſit Orontes.

vide Plin. 2, 103; & 5, 22; Strabon. lib. 16, & Lucan. 6, 51.

¶ ŏrontēus, *a, um*, pro Syriaco: Propert. 1, 2 pr.

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,

ſcilicet *juvat*. Vbi tamen *Orontea myrrha* dicitur, non quod naſcatur in Syria, ſed quia camelis Antiochiam Syriæ deferebatur.

oropvs, *i*, f. Ὠρωπος, civitas in confinio Atticæ & Bœotiæ, controverſiarum multarum inter Athenienſes & Thebanos occaſio, ut Strabo obſervat, ejusque ſitum accurate deſcribit lib. 9 p. 275. Addi poteſt Wolfius Tom. 5 operis Demoſthenici p. 335, & Plin. 4, 7.

oropygivm, *i*, n. ſeu *Orropygium* & *Vropygium*, (ubi vide) ὄρροπύγιον. ὀροπύγιον, extrema pars ſpinæ, in ſacrum os deſinentis, podicique incumbentis, der buſſel, der rumpff. v. Med.

orosanga, *æ*, m. a regibus Perſarum vocabatur is, cui bene de ſe merito gratos ſe ac memores præſtabant, v. Briſſon. de Regn. Perſ. l. 1 p. 122.

orosivs, *i*, m. Hiſpanus, cum Roma capta ab Alarico Gothorum rege, gentiles omnium calamitatum culpam in Chriſtianos conjiceret, hortatu Auguſtini ſeptem libris ſcriptis oſtendit, quovis tempore atrociſſimas per orbem calamitates accidiſſe. v. Voſſ. Hiſt. Lat. 2, 14.

orospeda, *æ*, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis. De quo Strabo l. 30. Io. Geneſ Sepulveda epiſt. 48, quæ eſt ad Quignonium p. 188.

orozelon, *i*, n. herba eadem quæ *Chamæpitys*, feld-cypreſſen Apul. de Herb. c. 26.

orphanvs, *i*, m. ὀρφανός, qui caret patre, præſidioque paterno, ein waiſe. Latine *pupillus* eſt, cui adhibetur tutor, Vall. 4, 33.

¶ Orphanotrŏphium, *i*, n. ὀρφανοτροφεῖον, ein waiſen-haus. Lege 22 Cod. de SS. Eccleſ. & leg. omnia privilegia C. de Epiſc. & Cler.

¶ Orpha-

¶ Orphanotrŏphus, *i*, m. (qui & Orphanotrophīta, *æ*,) orphanis nutriendis præpositus, ein waysen-vater. v. Leges citatas.

Orphas v. *Orphus*.

ORPHEVS, *ei*, m. ὀρφεύς, poëta Thracius antiquissimus & sapientissimus, Calliopes & Apollinis, vel potius, Oeagri filius, (Brouckh. ad Propert. 2, 23, 31 suspicatur, Apollinem Oeagri specie latitasse.) Andr. Chr. Etchenbachius de tota ratione poëseos & doctrinæ Orphicæ docte commentatus est in Epigene s. de poëti Orphica libro Norimb. 1702. Apud Ovidium de Arte am. 3, 321 *Saxa ferasque lyrâ movit*, i. e. homines agrestes mansuetiores effecit sapienti quodam orationis genere. Hymni & alia carmina, quibus Orphei nomen præscribitur, & *Orphica* olim appellata fuerunt, non antiquissimi hujus Orphei sunt, sed aliorum, qui ab Orpheo tradita mirabantur, ut Grotius l. 1 de veritate Christianæ Religionis observat. Cic. de Nat. D. 1, 38 *Orpheum Poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse: & hoc Orphicum Carmen Pythagorei ferunt cujusdam Cercopis*: ita enim legendum esse, non *Cerdonis*, viris doctis, Petro Victorio Castig. ad hunc Ciceronis locum p. 523; Hadriano Iunio Adag. 638 f. 250; & Vossio c. 13 de nat. poët. § 3 p. 79, (qui plura de Orpheo præclara suggerit,) observatum est ex his Suidæ verbis in Ὀ Φεύς: λέγονται δὲ (ἐιῶσι λογοι τὸ Ὀ, Φέος) εἶναι θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ, οἱ δὲ Κερκωπος τοῦ πυθαγορείου. ¶ 2. Cæterum *Orphei* plures, quos liberali copia nobis annumerat Suidas videntur ad binarium cogi debere. Sane Orpheum *Lebethrium* sive *Argonautam*, Orpheum *Ciconeum*, & Orpheum *Regem Thraciæ*, de quibus ille, tamquam tribus diversis viris agit, unum & eumdem hominem fuisse, contendit Petr. Lambec. Prodr. lit. 2, 4 f. 179, qui de Orpheo copiose agit in præcedentibus. Neque nisi duos Orpheas ex Herodoto memorat Apollonii Scholiastes p. 2, quorum alter socius fuerit Argonautarum. Atque hic *Argonauta* (pertexemus enim rem verbis Vossii de Orig. Idol. 1, 39 f. 145) *vixit triginta circiter annis ante excidium Trojanum. Alter ille, vel potius Onomacritus, cujus plerasque sunt Orpheo tributa, claruit temporibus Hipparchi & Hippiæ, filiorum Pisistrati, ut Tatianus etiam scripsit adversus gentes.* Nempe hic est, quem Orphei Crotoniaten vocat Suidas, & ex Aesclepiade facit æqualem Pisistrati. Vide *Onomacritus*. Vossius Orpheas nunquam fuisse existimat, & probat testimonio Aristotelis ex Cic. de N. D. 1, 38. Origenes etiam ulla Orphei scripta suo ævo extitisse negat l. 1 contra Celsum. De Orpheo, Mose Huet. Dem. Evang. 4, 8, 19. Quæ porro dici possunt, omnia dicta ex Fabricii Bibl. Gr. &, qui ibi laudantur, auctoribus. De lyra Orphei Lesbum delata cum ipsius capite, vide fabulam ap. Lucian. adv. indoct. p. 385 Gr. ¶ 3. *Orphei* nomen per allusionem Q. Hortensius servo suo dedit, qui in θηριοτροφείῳ sive leporario cervos, apros, capreas, cæterasque quadrupedes convocabat, ut videre est ap. Varronem de R. R. 3, 13.

¶ Orphĭcus, *a, um*, adject.; ut *Orphicum carmen*, Cic. de N. D. 1, 38.

¶ Orphĕus, *a, um*, idem. Ovid. principio lib. 10 Metam.

Orphеâ nequicquam voce vocatur.

¶ Orphaĭcus, *a, um*, idem. *Liberum Patrem Orphaici νᾶν ὑλινὸν suspicantur intelligi*, Macrob. in Somn. Scip. 12.

ORPHNE, *es*, f. ὄρφνη, *tenebræ*, Nympha avernalis, Mater Ascalaphi, Ovid. Met. 5, 539.

¶ Orphnæus, *i*, m. ὀρφναῖος, equus Plutonis, a tenebris & ipse nomen habens. Claud. de Raptu Proserp. 1, 283 *Orphnæus crudele micans &c.*

ORPHVS, *i*, m. ὀρφός, piscis species, die orfe, Plin. 32, 11; & 9, 16. vid. Gesn. & Vlit. ad Ovid. hal 103 ubi *Orphas* legitur.

Orrhopygium, vide paullo ante *Oropygium*.

ORSILŎCHE, *es*, f. nomen Tauricæ Dianæ. Ammian. 22, 8 *Immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orsilochе.* Græce Ὀρσιλοχάα eam vocari παρὰ τὸ ὀρσίλοχον τὴν λοχιαν, a promovendo partus labore, atque sic apud Ammianum legi debere, cum alias esset *Orsilodia*, sentit Hadr. Iunius Animadv. 4, 23. Ὀρσιλοχία, *Orsilochian* nominat Antonius Liberalis Metamorph. κζ p. 37. Nam quod Iphigeniæ, cum in divarum ea numerum recepta fuisset, nomen hoc inditum ait: sciendum e Gyraldo Synt. 12 hist. deor. f. 357, Iphigeniam eamdem esse quæ Tauropolos Diana.

ORSILŎCHVS, *i*, m. filius Diodei interfectus ab Ænea, Homer. Iliad. 2.

Orsus, vide paullo ante *Ordior*.

ORTHAGŎRAS, *æ*, m. Sicyoniorum rex, Aristot. Polit. 5, 12. ¶ 2. *Orthagoras* Thebanus, tibicen Platon. Protag. f. 222.

ORTHAMPĔLOS, *i*, f. ὀρθάμπελος, vitis, quæ non indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens, Plin. 14, 3.

ORTHANVS, *i*, m. Bacchi epitheton, de quo plusçula habent Hemst. & Drakenb. ad Sil. 3, 395.

ORTHIVS, *a, um*, ὄρθιος, arduus, erectus, aufrechts, ab ὀρθός, ἡ, ὀν, *rectus*, unde ὀρθόω, *erigo*: ut, *Orthium carmen*, Gell. 16, 19, genus est modulationis, quod Arionem cecinisse refert ex Herodoto lib. 1. De *Orthia Diana*, ejusque ara, ad quam Laconum pueri cæderentur, v. Pausan. Lacon. p. 95 Wech.

¶ Catorthōma, vide supra seorsum in C.

¶ Epanorthōsis, *is*, f. ἐπανόρθωσις, Correctio, qua interdum verbum, & interdum sententia tollitur, Rutilio μετάνοια vocatur. Cic. pro Plancio c. 41 *Brundusium veni, vel potius, ad mœnia accessi.* Id. Offic. 2, 22 *Italiam ornare, quam domum suam, maluit: quamquam, Italiâ ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior.*

ORTHŎCISSVS, *i*, m. ὀρθόκισσος, hederæ species, gerader epheu, Colum. 11, 2 *Orthocissos & hederas idibus Februarii poni oportere.*

ORTHŎCOLVS, *a, um*, ὀρθόκωλος, affectus nervorum & articulorum vitio, quo illi perpetuo tenduntur nec inflecti possunt, steif, ungelenck; ut, *lamenta orthocola*, Vegec. 2, 54.

ORTHŎDOXVS, *a, um*, ὀρθόδοξος, qui recta est de fide sententia, rechtgläubig. Hieronymus ep. 144 ad Damasum: *Commentaria a nostris, hoc est, orthodoxis viris scripta.* Et Isidor. 7, 14 *Orthodoxus est recte credens, & ut credis, recte vivens &c.*

ORTHOËPIA, *æ*, f. ὀρθοέπεια, emendata cum suavitate vocum explanatio, eine art recht und lieblich auszureden: Quintil. 1, 9.

Orthogonius, *a, um*, vide supra *Gonia*.

ORTHOGRAPHIA, *æ*, f. ὀρθογραφία, ratio recte scribendi, cujus inprimis diligentissima est habenda ratio in omnibus linguis. Constat autem in legitima collatione vocalium & consonantium, adspirationis & diphthongorum, die kunst recht zu schreiben. Cassiodorus libri de Orthographia, ex variis collecti, conclusione: *Orthographia, quemadmodum scribi debeat, designat.* Adde Quint. 1, 7, ubi græcum vocabulum interpretatur *recte scribendi scientiam.* Suet. de Augusto c. 88 *Orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam non adeo exegit.* ¶ 2. Apud Vitruv. 1, 2 *Orthographia est erecta frontis imago*, der aufriß eines gebäudes. Opponitur Ichnographiæ & scenographiæ, de quibus vid. suis locis & Baldi Lex. Vitr. p. 78.

¶ Orthogrăphus, *i*, m. artis orthographicæ peritus. Cassiodorus dicto loco: *Artigraphos de Orthographia tractasse*, & iterum *Orthographos de partium declinatione disseruisse.*

ORTHOMASTĬCVS, *a, um*, ὀρθομαστικός, i. e. erectus instar mammæ: ut, *Poma orthomastica*, grosse äpffel. Plin. 15, 14.

ORTHŎMĬNVM, *i*, n. lini species, Plin. 19, 1.

ORTHOPNOEA, *æ*, f. ὀρθοπνοια, difficultas spirandi summa vel anhelitus, ein schwerer athem. v. Celsus 4, 42. Alia difficultas dicitur ibidem ὀυσπνοια, alia ἄσθμα.

¶ Orthopnoicus, *a, um*, ὀρθοπνοϊκός, eo vitio laborans, engbrüstig, keichend. Plin. 20, 14. Sic, *Orthopnoicum jumentum*, Veget. 3, 46.

ORTHOSTĂTA, *æ*, m. ὀρθοστάτης, eine säule vfoste, darauf etwas ruhet. Quo nomine dicuntur arrectaria pila seu fulcimenta, apud Vitruv. 2, 8.

ORTHRAGORISCVS, *i*, m. ὀρθραγόρισκος, piscis, qui & *Luna*, & *Percus* dicitur, ein mondfisch oder sunfisch, piscis longus latusque teretis figura, cujus extremum corporis lunæ in cornua curvatæ simile est; grunnit porci modo, cum capitur, Gesn. & Plin. 32, 11.

ORTHRVS, *i*, m. canis apud inferos, Cerberi comes, vide omnino Nic. Heinsium ad Sil. 13, 845.

Ortivus, ortus, vide paullo ante *Orior*.

ORTŌNA, Ortone, Hortona vel Artene, Latinorum urbs, de qua Sigon. ad Liv. 11, 43 pr.

ORTŸGIA, *æ*, f. Ὀρτυγία, insula in mari Ægæo, inde dicta, quod in ea primum visæ sunt (teste Solino,) coturnices, quas ὄρτυγας Græci vocant. Virg. Æn 3, 124 & 143. ¶ 2. Alia hujus nominis fuit insula circa Siciliam, de qua Virgilius Æn 3, 694.

¶ Ortygius, *a, um*; ut *Ortygia Dea* Diana, Ovid. met. 1, 694, vel quod Delos dicta etiam *Ortygia*, in qua nata Diana; sed cum Apollo non ita dicatur, probabilior est Orphei versus, ubi dicitur Latona peperisse τὸν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὴν δὲ κραναῇ ἐπι Δήλῳ.

¶ Ortygometra, *æ*, f. ὀρτυγομήτρα, mater seu matrix coturnicum, die führerin unter den wachteln. Plin. 10, 23 *Aquilone maxime volant, ortygometra duce.*

ORTYX, ўgis, f. ὄρτυξ, herba, quam alii *plantaginem* vocant, breit wegerich. Plin. 21, 17.

Oryx, vide paullo ante *Orix*.

ORŸZA, *æ*, f. ὄρυζα, leguminis species, reis. Plin. 18, 10. *Ptisanarium orizæ*, Horat. 2 sat 3 v. 155. Adde omnino Plin. 18, 7; & 28, 8; & Dioscor. 2, 86.

¶ Oryzāminum, *i*, n. schwaden, legumen milio tenuius.

OS, *ōris*, n. concavum intra quod dentes sunt, & lingua, der mund, das maul. *Impudentissimum os*, ein unverschämtes maul, Cic. Phil. 5, 7. Eunip. in Bacch. Ἀχαλίνων σωμάτων ἀνόμε τ' ἀφροσύνης τὸ τέλος δυσψυχία, id est, *Infrenis oris & iniquæ vecordiæ finis seu vestigial est calamitas.* Citatur a Gellio 1, 15 *Os sublinire*, vel *oblinire*, apud Plautum frequenter legitur, dare verba & arte quadam decipere: ut in Aul. 4, 6, 2 *Fidei censebam maximam esse illi, ea sublevit os mihi penissime*, id est, penitus me decepit. Conf. Taubman. in Plaut. Epid. p. 469. *Os magna sonans &c.* poëtis tribuitur. v. Drakenb. ad Sil. 14, 28. *Unо ore*, i. e. uno consensu, einhellig, Ter. Andr. 1, 1, 69. Et, *Habere aliquid semper in ore*, Cic. fam. 6, 15, immer und ofte von etwas reden. *In ore est omni populo*, Ter. Adelph. 1, 1, 13, hoc est, fama est, rumor est, alle leute sagen es. Et Cic. Verr. 1, 46 extr. *In ore vulgi atque communium proverbiis versari*, in aller mäuler seyn. Sic *in* vel *per ora hominum volare, ire*, ad famam pertinet. v. Drakenb. ad Sil. 3, 135. Apud Rutil. 16, 1, 172 *Principis ore loqui* est vice illius loqui ad Senatum. ¶ 2. *Os* non illam partem tantum significat, unde loquimur, sed totam faciem, in qua sunt *oculi, genæ, pudoris sedes, nasusque & mentum*: uno verbo, vultum seu frontem, das gesicht. Hinc *lacrymis totum os rigere*, Ter. Heaut. 2, 3, 65. Et, *os præbere*, id est, buccas, Adelph. 2, 2, 7, quod Tertullianus, *faciem contumeliis alaparum objicere*, de Spectaculis c. 23 dixit. Sed Liv. 4, 35 *Os præbere*, de sola irrisione dicitur. vid. etiam Cic. Att. 1, 18 p. 146 Græv. & Grut. ad Cic. Verr. 3, 16. Terentio *Sparsum os*, lentiginosa facies dicitur, (sommersprossig,) de quo vide in *Spargo*. Tac. Hist. 4, 13, 3 *Civilis ultra quam barbaris solitum, ingenio fulvus, & Sertorium se aut Hannibalem ferens simili oris dehonestamento &c.* nimirum quod piscis, seu altero captus esset oculo, perinde uti Sertorius & Hannibal. Ovid. Met. 1, 85

Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Sen. de Ira 3, 17 de Lysimacho: *Telesphorum Rhodium, amicum suum, undique decurtatum, cum aures illi nasumque abscidisset, in cavea, velut novum animal aliquod & in fixatum, diu pavit, cum ORIS detruncati mutilatique deformitas humanam faciem perdidisset.* ¶ 3. Iam cum in vultu hominis & pudoris sit sedes, factum inde, ut alibi *Os* sumatur cum respectu ad pudorem ac verecundiam: ut, *os durum*, i. e. inverecundum & obduratum quasi mendaciis, ein unverschämtes angesicht. Ter. Eun. 4, 7, 35, quod *impudens*, eadem fab. 5, 1, 22 appellat. Dacerii conjux in notis ad Terentium

vium Gallica lingua editum *os durum* putat esse ein hart bein, quasi Thraso diceret: objectioni huic vix satisfieri posse, sicuti ossa duriora frustra roduntur. Sed & *os ferreum* Licinius Crassus vocat apud Suet. Ner. c. 2. Et Quint. 6, 4 p. 572 Burm. *Quosdam præduri oris esse*, ait, *ut obstrepant*. Huic *molle*, i. e. verecundum opponitur apud Senecam epist. 11. *Duritiem oris* Idem vitium ipsum dixit, de Constantia Sap. c. 17. Quin & *sine ore* dicebantur esse, qui omnem pudorem deposuissent. Cato apud Senecam de ira 3, 38 *Affirmabo omnibus, Lentule, falli eos, qui te negant os habere*. Hinc & *oris verecundiam* pro rubore genarum, pudoris indice, Suetonius dixit Domit. c. 18. Ter. Heaut. 4, 2, 22 *Quo ore appellabo patrem?* Sic & Phorm. 5, 7, 24 *Quo ore redibo ad eam, quam contempserim?* i. e. qua fronte, vel audacia, mit was entblödung, oder kühnheit? Ovid. Heroid. 17, 102 *Nec tibi plus cordis sed magis oris inest*. Et Cic. Verr. 4, 29 *Os hominis, insignemque impudentiam cognoscite*. Id. præf. Qu Acad. f. fam. 9, 8, 2 *Os adolescentioris academiæ*. Vatin. Cic. fam. 5, 10 *Non si Appii os haberem*. Cic. pro Quint. 24, 1 *Ore durissimo esse, qui præsente eo* (Q. Roscio) *gestum agere conaretur*. Conf. Manut. ad Cic. epist. fam. 9, 8. Id. pro S. Rosc. 31 *Quam sis audax, hinc omnes intelligere potuerunt, quod - - solus tu inventus es, qui os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres*. ¶ 4. Ad oculos quoque refertur, & conspectum seu præsentiam significat. Cic. pro Rosc. Am. c. 6 *Erat Roscius Romæ frequens, atque in foro & in ore omnium quotidie versabatur*, er ließ ſich alle tage ſehen. Et Tac. Hist. 3, 77, 4 *In ore ejus jugulatur*, hoc est, in conspectu. Sallust. in Fragm. c. 31 *A prima adolescentia in ore vestro privatus & in magistratibus egi*. Et c. 32 *Cupidius in ore ducis sese quisque bonum & strenuum ostentantes*. Ter. Heaut. 3, 3, 11 *At certo concedes ab eorum ore paulisper*. Florus 2, 15, 7 *Classem sub ipso ore urbis incendit*, vor der naſe. Tac. Hist. 3, 36, 1 *Non in ore vulgi agere, sed in hortis abditus*: ubi & Lipsium licebit videre. Adde Nic. Heins. ad Sil. 3, 66. ¶ 5. *Ora* interdum anteriorem hominis partem significant, cui opponuntur *Terga*. Curt. 4, 15, 31 *Alexander mutato equo, quippe plures fatigaverat, resistentium ora fodiebat, fugientium terga*. ¶ 6. *Ora* denique ostia sunt maris, aut fluminum, ein- und ausflüſſe. Virg. Georg. 4, 292 de Nilo: *Septem discurrit in ora*. Liv. 1, 33 *In ore Tiberis Hostia urbs condita*. Curt. 9, 9, 23 *Os amnis*. Flor. 2, 17, 7 *Victor ad Gades & oceani ora pervenit*. Sed ibi *ora* pro *oras* potuit etiam dixisse. Sic Flaccus de Condit. agrorum p. 2 *In his litoribus Romani colonos miserunt, qui ora Italiæ tuerentur*. ¶ 7. Origines fluviorum etiam *ora* dici ostendit Burm. ad Vell. 2, 101 & ad Ovid. met. 15, 274. ¶ 8. *Os specus* pro ingressu seu aditu Tacitus dixit Ann. 4, 59, 2; & Curt. 7, 11, 3. *In ipso aditu atque ore portus*, Cic. in Verr. 5, 12. *Geminus portus in ora duo versus*, Liv. 28, 6. Nam omne patens scriptoribus *Os* perhibetur. v. Barth. ad Grat. Cyn. 28. Sic, *ora vulneris, matricis*. ¶ 9. *Os* pro *Oscillo*, de quo mox in derivatis, dici nonnunquam vult Scaliger Lect. Auson. 2, 26 p. 160.

¶ Orārium, *i*, n. ein ſchweißtuch, ſchnuptuch, ab *os, oris*, etiam deducitur; in quo vocabulo explicando valde fudat Lipsius Elect. 2, 10. Omnium accuratissime fusissimeque de eo docet Casaubonus ad Aurelianum Vopisci p. 335, qui omnino videndus, ipsique jungendus Voss. de Vit. Serm. 3, 30 p. 523. Proprie significat linteum obvelando vel tergendo paratum. Lucil. ap. Nonium 14, 16 *Ricini aurati ricæ, & oraria mitræ*. Vopisc. Aurel. c. 48 *Sciendum, ipsum primum donasse oraria populo Romano, quibus uteretur populus Romanus ad favorem*. Ambrosius de Lazaro, quem Christus suscitavit, loquens: *Defunctus exivit foras de monumento, ligatus pedes & manus institis, & facies ejus orario colligata erat*: v. ejus lib. de Fide Resurr. T. 3 Opp. f. 34. Desumsit enim hoc Ambrosius ex historia sacra Ioh. 11, 44, ubi græca hæc sunt: ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Vulg. interpres: *Facies illius sudario erat ligata*. Utramque vocem ex Hieronymo conjunxit Sarisber. lib. 7 Policrat. c. 23 *Ridiculum & plenum dedecoris est, referto marsupio, quod sudarium & orarium non habeas, gloriari*. Vbi hæc duo distinxisse eum patet. ¶ 2. Deinde vero & vestem sacerdotalem *orarium* significat: v. Voss. de Vit. Serm. 3, 30.

¶ Orea, *æ*, f. das gebiß am zaum. Oreas antiqui frenos dixerunt, ab ore, quod ori adhiberentur. Citatur ex Titinnio & Cæcilio. Vide Festum, in *Aureas*, & ibi Scalig. Vsus & Ausonius est Eclog. de Solstitio: *Inde floridum reflexis ver revisit oreis*.

¶ Ōrĕtĕnus, pro *memoriter* & pro *coram*, merito suspectum. Romanis notat *usque ad os*, bis an das maul, ut si quem *in aquam oretenus mersum* dicas. Tac. Ann. 1, 70, 3 *Modo pectore, modo oretenus exstantes*. Adde Gell. 17, 8. Tacito etiam sonat *verbis, sine re*: Annal. 15, 45, 3 *Hic græca doctrina oretenus exercitus, animum bonis artibus non induerat*, er hatte nur gut maulwerck.

¶ Ōrĭcŭlārius, *a, um*, ad os vel ad aures pertinens: ut, *Oricularium spectillum*, Cels. 7, 26. *Oricularii servi*, Petron. Fragm. Trag. c. 43. conf. ibi not. Reinesii p. 64. In Petronio nunc demum integro *auricularii* dicuntur. vide supra *Auris*. Alii legunt *Oracularii*.

¶ Ōrĭdūrius, *a, um*, hartmäulicht. Gloss. græc. lat. σκληρόστομος, *Oridurius*.

¶ Orĭfĭcium, *i*, n. angustus aditus vel exitus tamquam per os, das mundloch, die öffnung. Macrob. Sat. 7, 4 *Ventris duo sunt orificia*, &c. & mox: *Retrimenta per intestina inferiore orificio tradente labuntur*.

¶ Oriputĭdus, *a, um*, cui os fœtet, den aus dem mund ſtincket. Eædem Glossæ: ὀζόστομος, *oriputidus*.

¶ Oscen, vel Oscĭnis, & Oscĭto cum derivatis, vide mox suo loco.

¶ Inōrus, *a, um*, mundlos; ut, *Inora animalia*, quæ os non habent, Gellius 7, 6. Sed alii *inodora* malunt v. Gronovium in h. l. conf. de *Astomorum gente*, quam Plinius 7, 2 describit *sine ore, halitu tantum viventem, & odore, quem naribus trahant*.

¶ Ōsculum, *i*, n. diminut. Horat. 1 ode 13, 14 *Dulcia barbare Laedentem oscula* Auson. epist. 25 *Aut tua Sigelion Ægyptius oscula signet*. Vbi pro ore simpliciter ponitur. Petron. c. 126 *Nares paullulum inflexæ: & osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit*. Vide ibi animadv. Wowerii p. 470, & Gonsal. ad Petronii locum alium c. 114 p. 185 Burm. ¶ 2. *Basium* est ein kuß. Servius inter *basium* & *osculum* ita distinguit, ut dicat, *osculum* religionis esse, *basium* voluptatis. Paullo aliter Donatus ad Ter. Eun. 3, 2, 4 *Tria*, inquit, *osculandi genera sunt*: OSCVLVM *scilicet*, BASIVM, & SVAVIVM. OSCVLA *officiorum sunt*: BASIA *pudicorum affectuum*: SVAVIA *libidinum & amorum*. Sed hæc non semper observant auctores. De varia osculorum ratione apud Veteres vide Lipsium Elect. 2, 6. Sic, *Osculum præbere, figere, jungere, dare*, locutiones sunt poeticæ. *Osculo aliquem excipere*, Suet. Othone c. 6, qui & *osculum ingerere* de Grammat. ill. c. 23 dixit, küſſen. Plaut. Amph. 2, 2, 169 *Iam illud non placet principium de osculo*. Ovid. Art. am. 1, 663 *Quis sapiens blandis non misceat oscula verbis? &c.* Ibid. v. 669 *Oscula qui sumpsit &c.* Tibull. 2, 5, 91 *Natusque parenti oscula compressis auribus eripiet*. Id osculi genus κύσφον Græcis appellatum, & alia huc facientia, observat Brouckh. ¶ 3. *Osculum labratum*, quo soli Impp. salutabantur, quid sit, docet Salmasius in Vopisci Probum c. ult. Gloss. Vet. *Labratum*, φλημα βασιλικόν.

¶ Oscillum, *i*, n. aliud diminut. parvum os. Onomasticum vetus: *Oscillum*, στομάτιον. ¶ 2. *Oscilla* imagunculæ ad humanam effigiem factæ, quæ Diti & Saturno sacrificabantur, eine tocke, puppe. Macrob. Sat. 1, 7: item Servius ad illud Virg. Georg. 2, 389

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Item Scalig. Lect. Auson. 2, 26. ¶ 3. Machinula jocularis, cujus descriptionem ex Ausonii præf. Eidyl. 13 damus. Similem ait centonem *ludicro, quod Græci* στομάτιον *vocavere*. *Oscilla ea sunt, ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim æquilatera, vel triqueta - - Harum vestibularum variis coagmentis simulantur species mille formarum. Elephantus bellua, aut aper bestia, anser volans - - & alia hujusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio scientius variegant*. Pueri nostri ex charta varie plicata similia effingunt. ¶ 4. Sed *Oscillum*, aut *oscillatio*, lusus puerilis & rustici genus est, quo, religatis de tigno arboreve funibus, in aëre librati subvectantur, quod *oscillo jactari* dicitur, ſchauckeln, ἀιωρᾶν seu ἀιώρᾳν, dixerunt Græci. ¶ 5. Vnde *Oscillum* pro ipsa libratione & agitatione, etiam exta hoc ludicrum genus. Tertull. de Pallio c. 1 *Arietem* (machinam bellicam) *dicitur Carthago prima omnium armasse in oscillum penduli impetus*. Vide ibi Salmas. p. 130, qui aliunde derivat, quando ἀιώρᾳν & librationem significat, nempe a *Cinus* seu diminuto *Cillus*, quod νεῦμα Glossæ interpretantur; unde *cilleo* antiquum, i. e. movere, inclinare: & compositum *obscilleo* seu *oscilleo &c.* Vide ipsum.

¶ Oscillo, *are*, se per funes jactare, ſich am ſeile ſchwingen, ſchaukeln. Apud Festum in *Oscillum*, idem est ac *inclinare, præcipitemque in os ferri*. Cornificius ibidem ait, *Oscillantes* ab eo dici, quod os celare sint soliti propter verecundiam in eo lusus genere.

¶ Oscillatio, *ōnis*, f. jactatio, das ſchauckeln. Petron. c. 140 *Veluti oscillatione ludere*. Quo de lusu ejusque origine copiose Festus l. c. ubi & *Oscillationem* vocat *imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altissima ad infimum, & infima ad summum efferuntur*. Conf. Lud. Vives in Augustin. de C. D. 18, 19, & Scalig. in Auson. p. 159.

¶ Osculor, *ātus sum, ari*, osculo excipere, küſſen, herzen. *Os cum ore conferre* est *osculari* apud Festum in *Auscultor*. *Osculari atque amplexari inter se*, Plaut. Mil. 5, 1, 40. *Cum mea sorore osculata esset suumpte amicum*, ibid. 2, 4, 38. *Venerari & osculari signum Herculis*, Cic. Verr. 4, 43. *Amplecti & osculari*, Id. ad Att. 16, 5. ¶ 2. Nonius 7, 77 apud Titinnium in activa forma reperit: *Laudor, quod osculavi privignæ caput*. Priscianus lib. 8 p. 796, ubi de Communibus agit, dicit, quædam significare & actionem & passionem; ut, *Osculor te, & osculor a te*.

¶ Osculans, *tis*. Cic. Somn. Scip c. 3 *Ille me complexus atque osculans flere prohibebat*. Paullo insolentius Plautus Mil. 2, 3, 17 & 67 *Videre osculantem cum alieno viro*. conf. Nep. 25, 22, 1.

¶ Osculatus, *a, um*, der geküſſet hat. Cic. Att. 16, 5 *Eum complexus osculatusque dimisit*. ¶ 2. Passive Apul. Met. 2 p. 117 *Osculato tuo capite*.

¶ Osculātio, *ōnis*, f. der kuß. Cic. pro Cælio c. 20 *Complexu, osculatione, &c.* Catull. 49, 6 *Seges osculationis*.

¶ Osculābundus, *a, um*, küſſend. Suet. Vitell. c. 2. Et Apulej. Met. 11 p. 259 *Velut manum sacerdotis osculabundus*.

¶ Osculānus, *a, um*, idem. Apud Festum *Osculana pugna* in proverbio, quo significabatur *victos vincere, &c.*

Composita ab *Osculor*:

¶ Adosculor, *āri*, küſſen. Dictys Cret. (vulgo C. Nepos) de B. Troj. 2, 51 *Adosculari genas atque omnem vultum*.

¶ Deosculor, *āri*, idem quod simplex, abherzen. Martial. 8 epigr. 81

Hos amplectitur, hos deosculatur.

Alii *perosculatur* legunt. Val. Max. 2, 10, 2 *Cupide Scipionis dexteram apprehenderunt, ac diu deosculati*. Plaut Cas. 1, 48 *Sine tuos ocellos deosculer*. Ibid. 2, 8, 16 *Vix reprimo labra, quin te deosculer, &c.* conf. Gell. 1, 24.

¶ Deosculatus, *a, um*, der geküſſet oder lieb gewonnen hat. Gell. 1, 23 *Senatus fidem atque ingenium pueri deosculatus consultum facit*. Apul. 3 Met. p. 390 *Quam ego amplexus ac deosculatus prius &c.* Idem 2 p. 127 *Hujus diu manus deosculatus*. ¶ 2. *Deosculatus* passive, geherzt. Id. Apul. 2 p. 119 *Illa rursum me deosculato*. Et p. 121 *Ac me pressim deosculato*.

¶ Deosculātio, *ōnis*, f. das herzen, apud Augustin. & Hieron.

¶ Exosculor, *āri*, küſſen. Suet. Ner. c. 28 *Sporum identidem exosculans*.

¶ Exosculatus, *a, um*, der geküſſet hat. Gell. 2, 26 *Scientiam, verborumque ejus elegantiam exosculatus*, hoc est, blande approbans. conf. Suet. Ner. c. 34, & Petron. c. 91. ¶ 2. Passive idem ac *osculo exceptus*, geküſſet. Ammian. 22, 7 *Exosculatum suscepitumque reverenter secum induxit*. Apul. Met. 4 p. 154 *Manus ejus exosculata*. Id. 11 p. 265 *Exosculatis vestigiis Deæ*.

¶ Exo-

¶ Exoſculātio, *ōnis*, f. das herzen. Plin. 10, 12 & 34 de columbis, das ſchnäbeln.

¶ Oboſculor, *āri*, contra oſculari, aut idem ac ſimplex, quia omnis oſculatio eſt rei oppoſitæ. Petron. p. 171 c. 126 *Viderint matronæ, quæ flagellorum veſtigia oboſculantur*, hoc eſt, ſervos.

¶ Oboſculabundus, *a, um*, herzend, küſſend. Apul. Apol. 2 p. 220 *Flens & manus noſtras oboſculabundus &c.*

¶ Peroſculor, *ari*, idem quod *deoſculari*, pro quo legitur ap. Martial. 8, 81. Ex MS. reſtituit Heinſ. ad Petron. c. 41 p. 184. Ita etiam in uſu *Perbaſiare*, *Percolaphare*.

OS, *oſſis*, n. ὀστέον, ein bein, knochen, gebein. *Oſſa mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem*, Cic. de Nat. D. 2, 55. Plaut. Aul. 3, 6, 28 *Oſſa atque pellis totus eſt*, es iſt nichts an ihm als haut und knochen. *Os ineſt orationi illi*, ὀστοῦν ἔνεστι τῷ λόγῳ. Vide Chiliad. es hat hände und füſſe, was der mann redet. ¶ 2. *Oſſa terræ*, lapides ſunt. Vide infra *Exoſſatus*. Et, *Os ligni*, der aſt am holtze. *Oſſa arborum*, Plin. 17, 27. ¶ 3. *Oſſa* etiam durum in fructibus quibusdam, quod nucleum continet, der ſtein. Plin. 23, 5 f. 52 *Palma -- oſſa non habet in balanis.* Ita *oſſa palmularum & olearum*, Sueto. Claud. 8.

¶ Oſſe, *is*, n. antique idem ac *Os*. Ex Varr. & Titinnio affert Chariſius p. 40 addens, nominativum eſſe *Hoc Oſſe*.

¶ Oſſum, *oſſi*, veteres etiam antiquiſſimi, dixerunt pro *os, oſſis*, & in plurali, *oſſua*, pro *oſſa*, unde *Oſſuarium*, de quo poſt. Vid. Lauremberg. Antiquar. p. 314. Vetuſtum marmor Romæ apud Delr. Comm. in Herc. fur. Senec. p. 230

Sed quid ego hæc cerno, mea ſunt hîc oſſua in olla
Condita. Vive hoſpes dum licet, atque vale.

Addit Delrio : Pœni forte hoc epitaphium. Nam temporibus Auguſtini etiam & Arnobii in Africa non *Os*, ſed *Oſſum*, nec *Oſſa*, ſed *Oſſua* dicebant, ut teſtatur Auguſtinus in Pſ. 138 (Ebr. 139) v. 15, ſignificans id grammaticorum ſui temporis conviciis excipi ſolitum. Immerito : nam antiquos *oſſum* & *oſſa*, ut Cornu, dixiſſe, Chariſius lib. 1 p. 23, & Priſcian. lib. 7, auctores ſunt. Gruter. Inſcript. p. 575 n. 3 OSSVA POSITA SVNT. Hinc

¶ Oſſulum, *i*, n. dimin. Conſt. Afer de Animal. *Oſſulum quod in vulva aſinæ eſt, ſi mulier tulerit, non concipiet.* Sed

¶ Oſſiculum, *i*, n. aliud dimin. Gell. 6, 1 *Cum natura corpora humana fingeret, ratio ſubtilior & utilitas ipſa operis poſtulavit, ut tenuiſſimis minutisque oſſiculis caput compingeret.* Add. Plin. 30, 15, qui limacis lapillum in dorſo *oſſiculum* dixit. Id. 11, 37 *Cerebro medio inſunt oſſicula parva.* Inſcr. antiqua ap. Murat. p. 1514 *Miſceboque tuis balſama in oſſiculis.* ¶ 2. Quo nomine etiam dicitur os penetrale fructuum, qui nucleos habent, ut, *ceraſa, pruna*, der ſtein.

¶ Oſſiculātim, adverb. ſtückweiſe, ein bein nach dem andern. Cæcilius apud Nonium 2, 609 *Oſſiculatim aliquem de via legere.*

¶ Oſſetim, idem, ſi proba lectio Parei, quam tamen rejicit Taubmannus, & Gron. in Plauti Menæch. 5, 2, 105 *Hunc ſenem oſſetim dedolabo.*

¶ Oſſeus, *a, um*, knechig, beinern ; ut, *Manus oſſea*, Iuvenal. 5, 53. Adde Colum. 5, 11 ; & Plin. 36, 18.

¶ Oſſillo, *are*, pro fruſtulatim comminuere, in ſtücken zerſchlagen. Ita *Oſſillet* non male videtur Douſa legiſſe in illo Plauti Amph. 1, 1, 28 *Qui mi advenienti os occillet probe.*

¶ Oſſilāgo, *ĭnis*, f. die knorpel. Veget. 2, 22 *Tumor oſſilagini ſimilis.* Arnobii locum vide mox in *Oſſipaga*.

¶ Oſſuārium, *i*, n. vel Oſſuaria, *æ*, f. locus, in quo reponuntur oſſa defunctorum, ein beinhaus. Vlpianus L. 2 ff. de Sepulcr. violat. Onomaſticum vetus : *Oſſuaria*, ὀστοθηκεῖα. ¶ 2. Et *Oſſuariæ olle* in antiquis Inſcriptionibus leguntur, todten-töpffe. v. Voſſ. Etymol. f. 359. Nempe quia veteres *oſſua* dicebant, pro *oſſa*. Conf. Fabretti Inſcript. p. 16. Murat. Inſcr. p. 917.

¶ Oſſuōſus, *a, um*, plenus oſſibus, beinicht. Veget. de Re Vet. 2, 13 *Loci oſſuoſi & commiſſurales, &c.*

¶ Oſſifrāgus, *i*, m. qui oſſa frangit, ein beinbrecher. Sen. Controv. 33 ſub init. *In quemque ſæviens oſſifragus iſte, alterius brachia amputat, alterius enervat : alium diſtorquet, alium delumbat.* ¶ 2. *Oſſifragus*, vel *Oſſifraga*, aquilæ genus a frangendis oſſibus ita dictæ, ein ſteinbeiſſer. Lucret. 5, 1078 *Accipitres atque oſſifragæ.* Plinius 30, 7 *Vnum eſt oſſifrago inteſtinum mirabili natura omnia devorata conficienti.* conf. ibid. 38, 8 ; & de *Oſſifraga*, 10, 31. Græce dicitur φήνη, Dioſc. 2, 47. ¶ 3. Iſidoro 12, 7 *Oſſifragus avis, quæ oſſa ab alto dimittit & frangit.*

¶ Oſſilĕgus, *i*, m. qui legit oſſa, ein beinſammler. Onomaſticum vetus : *Oſſilegus*, ὀστολόγος.

¶ Oſſilegium, *i*, n. ὀστολογία erat, quum poſt crematum cadaver oſſa legerent, ut conderent poſtea. Vnde Virgil. Æn. 6, 228

Oſſaque lecta cado texit Corinæus aheno.

Totam rem luculenter deſcripſit Tibullus 2 eleg. 3. V. & Deſid. Heraldum Adverſ. 1, 7 ; & Kirchm. de Funer. 3, 6. add. Homeri Il. 23, 234. Philoxeni Gloſſæ : ὀστολόγιον, *Oſſilegium* : Et Onomaſt. vetus : ὀστολογία, *Oſſilegium*.

¶ Oſſipaga, *æ*, f. ſic enim legendum exiſtimant Stewechius, atque alii quidam, apud Arnobium, cum impreſſum ſit *Oſſilago*, quod quidem & Gyraldus retinet Synt. 1 Hiſt. deor. f. 48. Significatur enim Dea oſſium ſolidatrix, a *pago*, antiquo verbo, quod eſt *pango* : Quamobrem & *Oſſipanga* Stewechio non diſplicet. Verba Arnobii leguntur lib. 4 p. 131 *Nam quæ durat & ſolidat infantibus parvis oſſa, Oſſilago eſſe memoratur.* Dubium, an eadem voce uti voluerit lib. 3 p. 118, ubi hæc habemus : *Nulla Pomana, nulla Oſſipagina, nulla Februtis, Populonia, &c. Opigena* enim ibi pro *Oſſipagina* legendum eſſe, placet Meurſio Crit. Arnob. 3, 6 p. 67. Nec diſplicet Heraldo ad Arnob. p. 147. Alii tamen utrobique malunt *Oſſipagam* aut *Oſſipangam*.

¶ Exos, *exoſſis*, adj. ſine oſſe, ἀνόστεος, ohne knochen. Quo nomine Polypum piſcem dicit Heſiodus ἐ. v. 522, quod cartilagine potius, quam oſſibus carnes ejus conſtent, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τείνει, &c. Poſtremam corripuit Lucretius 3, 721 *Animantum copia tanta Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus.* It. Samon. 677 *Nec non eſt agnis ceſſantibus exos hirudo.*

¶ Exoſſus, *a, um*, idem. Apul. 1 Met. p. 104 *Enervam & exoſſam ſaltationem* dixit, quæ mollior eſt inceſſu. Et in Apol. p. 321 ſeq. *Saltandis fabulis exoſſis & enervis.* Ita Elmenhorſtius, cujus Emendationes vide p. 125. Nam ipſe tertia declinatione edidit. Id. Apul. ibid. p. 300 *Solus ille cum ſit cætera exoſſis.*

¶ Exoſſo, *are*, oſſa removere, von den knochen reinigen, die beine oder gräten heraus nehmen ; ut, *Exoſſare piſces*, Ter. Adelph. 3, 3, 24. Et, *Hic me quaſi murænam exoſſare cogitat, &c.* Plaut. Amph. 1, 1, 163. conf. Menæch. 5, 2, 106 ; & Pſeud. 1, 3, 148 ; & Apic. 8, 7.

¶ Exoſsātus, *a, um*, ohne knochen, ohne gräten. Plaut. l. c. v. 162 *Exoſſatum os eſſe oportet, quem probe percuſſeris*, die zähne müſſen heraus ſeyn. Lucret. 4, 1264

Atque exoſſato ciet omni pectore fluctus :

id eſt, pectore ita inflexo & incurvato, ut oſſibus carere videatur. Petron. c. 65 *Exoſſatæ gallinæ.* ¶ 2. *Exoſſatus ager* Perſio ſat. 6, 51 eſt probe cultus & lapidibus purgatus. vid. ib. Caſaub. p. 501. Nam, ut ait Ovid. Met. 1, 393

Magna parens terra eſt, lapides in corpore terræ Oſſa reor dici.

Itaque & Met. 4, 66 cum Atlas in montem mutaretur, *Oſſa lapis fiunt.*

¶ Exoſſatim, adverb. idem. In nonnullis libris legitur apud Lucretium l. c. eadem ſententia. vid. Barth. Adverſ. 35, 14 f. 1611.

¶ Exoſſatio, *ōnis*, f. die ausnehmung der beine oder gräten, apud Apicium.

OSACES vel Oſates, *is*, m. Dux Parthorum apud Cic. Att. 5, 20 p. 540. Gr.

OSCA, *æ*, f. urbs Hiſpaniæ, de qua Ptolemæus 2, 6, & Plin. 3, 1 & 3. vid. Nonii Hiſpania c. 83, Gronov. ad Liv. 22, 20, & Marc. Donat. ad 34, 10.

¶ Oſcenſis, *e*, adject. ut *Oſcenſe argentum*, quod Minucius & M. Porc. Cato in triumpho tulerunt. Liv. 34, 10 & 46. Idem 40, 43. *Oſcenſe ſignatum* commemorat. Et *Oſcenſes* Hiſpaniæ populi apud Cæſ. B. C. 1, 60.

Oſcedo, vide mox *Oſcito*.

OSCI, *orum*, m. Campani, populi Italiæ. Servius ad illud Virgilii lib. 7 Æn. *Oſcorumque manum ; Capuenſes*, inquit, *dicit, qui ante* Oſci *appellati ſunt, quod illic plurimi abundavere ſerpentes.* vide & Plin. 3, 5, *Vltra Circejos Volſci, Oſci, Auſones, unde nomen Latii proceſſit ad Lirim amnem. Oſci* a quibusdam dicti putantur, quaſi *obſceni*, quod oris impuri & immundi fuerint. vid. Turneb. Adverſ. 3, 19 & 24.

¶ Oſcus, *a, um*, adject. ut, *Gnari Oſcæ linguæ*, Liv. 10, 20. *Oſci ludi*, Cic. fam. 1, 10, i. e. nullius pretii, nichtswürdige ſpiele. *Lana Oſca*, minus delicata, ex Nævio Varr. L. L. 6, 3. v. Scalig. ad h. l. p. 129.

¶ Oſce, adv. ut, *Oſce loqui*, Gell. 17, 17, id eſt, Oſcorum impura lingua, grob reden. In proverbium abiit, quo protervi & impuri ſermones notantur.

OSCĬNIS, *is*, vel Oſcen, *ĭnis*, m. ein ſing-vogel. *Oſcines* ſunt *aves*, quæ ore vel cantu auſpicium faciunt, ut *præpetes*, quæ pennis. Plin. 10, 19 *oſcines* vocat omnes aves, quæ canunt. Cic. fam. 6, 6 *Non cantu ſiniſtro oſcinis auguror, ut in noſtra diſciplina eſt.* Horat. 3 od. 27, 11 *Oſcinem corvum prece ſuſcitabo.*

¶ Oſcĭnum, *i*, n. *avium augurium.* Cic. de Leg. 2, 9 *Iidem fulgura atque oſcina pianto.* Sed hodie omnes legunt *Obſtita*.

OSCĬTO, *are*, (& *Oſcitor, ari*, deponentialiter), jähnen eſt rictu os diducere ſeu ſomnolentia, ſeu alia ex cauſſa. Lucret. 3, 1079

Oſcitat extemplo, tetigit cum limina villæ.

Clare & ſonore oſcitare, Gell. 4, 20. *Pandiculans oſcitatur*, Plaut. Menæch. 5, 2, 80. Cum caſu Auguſtinus de Vera Relig. c. 3 extr. *Quid adhuc oſcitamus crapulam heſternam?* Vbi *propter* vel ſimile ſubaudiendum.

¶ Oſcĭtans, *tis*, negligentem & ſecurum ſignificat, unachtſam, faul, hinläßig. Ter. Andr. 1, 2, 20 *Id voluit, nos oſcitantes opprimi.* Et, *Oſcitans & dormitans ſapientia*, Cicero de Orat. 2, 33 *Oſcitantes heſterna potatione*, Quintil. 8, 3 *Oſcitante uno, oſcitat & alter*, hoc eſt, uno aliquo duce ſcelus audente, audent & cæteri. vide Chil.

¶ Oſcĭtanter, adverb. negligenter, nachläßig, ohne ſorge ; ut, *Oſcitanter aliquid agere*, Cic. de Clar. Orat. c. 80.

¶ Oſcĭtantia, *æ*, f. pro oſcitatione, male. vid. Cellar. Antibarb. p. 78.

¶ Oſcĭtātio, *ōnis*, f. das jähnen. Plin. 7, 6 *Oſcitatio in enixu letalis eſt.* Gell. 4, 20 *Oſcitatione vinci*, ſich des jähnens nicht enthalten können ; de eo, quem cenſor, quod coram ſe in luſtratione oſcitaſſet, notare volebat. Martial. 2 epigr. 6 *Longas trahere oſcitationes.* ¶ 2. Metaphorice, die ſorgloſigkeit. Sic Statius 4 Silv. 9, 10 de libellis negligenter ſcriptis :

Sed Bruti ſenis oſcitationes
De capſa miſeri libellionis.

¶ Oſcĭtābundus, *a, um*, in lemmate Gell. 4, 20, & Sidonius 2 epiſt. 2 *Diſcipulis exponere oſcitabundus ordiris.*

¶ Oſcēdo, *ĭnis*, f. vitium frequenter oſcitantis, die jähnſucht. Gell. 4, 20 Samo. 231.

Oſculanus, oſculari, oſculatio, oſculum, Oſcus, vide *Os, oris, Oſci*.

OSIM, antique pro *auſim*. Cic. Att. 12, 5 *Quod autem oſim hanc rem.* Sed Gronovius cum Turnebo & Lambino aliter.

OSĪRIS, *ĭdis*, m. Iovis filius, ab Ægyptiis pro Deo cultus. Euſebius *multoculum* interpretatur, & referri putat ad ſolem. Adſtipulatur Diod. Siculus 1, 2 *Oſiridem græca interpretatione, ut qui ſuis radiis, veluti pluribus oculis terram ac mare luſtraret, multos oculos habentem* (πολυοφθαλμον) *dixere.* vid. & Heurn. Philoſ. Barb. p. 41 & 57. Aliis tamen alia placuit originatio. Seleneccero Annot. ad c. 11 Sapient. *dictus eſt Oſiris ab Hebræo Haſchor, quæ vox Hebræis bovem ſignificat. Schor addito articulo.* Putat enim, eſſe eumdem, qui & *Apis*. At Reineſius in Punicis K. 3 *ex Ebr. Mitzraim, Meſraim*, inquit, *Ægyptii, qui eorum conditor, abjecto* ם *fecere Ozri, Oſri, & ex hoc Græci Latinique Oſiris.* Agriculturam Ægyptios docuit, quod beneficium occaſio procul dubio fuit, quamobrem pro Deo cultus ſit. Tibull. 1, 8, 29 *Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris.* Plura de eo vide in Plu-

tarchi libello de Iside & Osiride: item apud Synesium de Providentia, & Servium ad illud Virg. 1 Georg. initio: *Vncique puer monstrator aratri.* ¶ 2. *Osiris*, ὄσιρις, (Dioscoridi ὄνυρις) herba, quam vulgo linariam vocant, leinkraut. Plin. 27, 12. Sic, *Osiridis diadema*, h. e. halimus, meerstrandt, in Dioscoride. Suppos.

¶ Osīrītes, *æ*, m. ὀσιρίτης, herba apud Ægyptios, quam *Cynocephaliam*, i. e. canis caput vocant. Plin. 30, 2.

¶ Osiriaca, vel Osyriaca, *æ*, f. herba quæ alias *malva erratica*, feldrosen, pappeln. Apul. de Herb. c. 40.

¶ Osireostăphe, *es*, f. herba, quæ & *Cynocephalion* dicitur, orant, streichkraut, Apul. de Herb. c. 86.

OSMA, *ădis*, vel Onosma, *ătis*, f. ὄσμα & ὄνοσμα, ochsenzungenkraut, Dioscor. 3, 138.

ŌSMĪTES, *æ*, m. ὀσμίτης, wilde münze oder poley. al. *Mentastrum*, Apul de Herb. c. 90.

Osor, vide supra *Oss.*

OSPRATŪRA, *æ*, f. est cura leguminum sive minutarum frugum in foro, der einkauf der aemuser, l. 18 § 9, de muner. & honor. Nam

¶ Osprion, *i*, n. ὄσπριον, *legumen*, hülsenfrucht. Vnde Apicii liber quintus est *Osprios*, quasi *leguminarius.*

OSROES, *is*, m. idem qui *Chosroës*: vide ibi. Hinc est

¶ Osroëne, *es*, f. regio Mesopotamiæ septemtrionalis, cujus Edessa caput fuit. Scribitur & *Osdroëne*. Eutropius 8, 11 de Caracalla: *Defunctus est in Osdroëne, apud Edessam.* Meminit etiam Dio l. 40; & Herodian. 3, 9, 5; 6, 7, 18, & 7, 1, 23. Scribuntur incolæ hujus regionis & *Oroëni*, ὀροηνοί, it. ὀρρηνοί. Spanhem. de usu & præst. num. diss. 8 p. 534, ubi de Abgaris, hujus populi regibus, *Osrhoënus* semper nominat.

OSSA, *æ*, f. Ὄσσα, mons Thessaliæ, Centaurorum stabulum. Apul. de Mundo p. 56 *Iuga Ossæ ardua.* Vnus ex montibus, quos expugnando cælo gigantes cumulasse, & alterum alteri imposuisse finguntur. Ovid. 1 Met. de Gigantomachia ab Iove dissipata:

Excussæ sonjectam Pelion Ossæ.

Ἔστιν μέγα, τὴν Ὄσσης τε καὶ τὸ Ὄλυμπον ὑψηλότερον, *opus magnum, Ossa Olympoque sublimius*, proverbiali specie dixit Maxim. Tyr. dissert. 18. Quarto casu *Ossan* dixit Ovid. Fast. 1, 307 *Non ut ferat Ossan Olympus.*

¶ Ossæus, *a, um*, adjectivum; ut, *Rupes Ossæa*, Lucanus 6, 334.

Osse, Osseus, ossiculum, ossifragus, ossilegium, ossipaga, ossuaria, ossum, vide ante *Os, ossis.*

OSTAE, *arum*, plur. sunt motus terræ, *quibus solum quatitur*, uti describit Apulejus de Mundo p. 65.

OSTĀNES, *is*, qui & Osthanes, ab aliis Hostanes, Hosthanes, scribitur, Persa & Magus. De quo Plinius 30, 1 *Primus exstat, (ut equidem invenio), commentatus de ea* (Magia) *Osthanes, Nerxem regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac velut semina artis portentosæ sparsit, obiter infecto, quacunque commeavit, mundo.* Mentionem ejus faciunt & Apulejus Apolog. p. 326 edit. Colv. Tertull. de Anim. c. 57, Minuc. Felix Octavio p. 61, & ibi Wower.

Ostendo, ostentatio, &c. ostentum, vide infra *Tendo.*

OSTIA, *æ*, f. & OSTIA, *orum*, n. urbs Italiæ in ostiis Tiberis, ab Anco Martio condita. v. Flor. 1, 4, 2; & 3, 21, 12. Scribunt & *Hostia.* Liv. 1, 33 extr. *In ore Tiberis Hostia condita.* Sosipater Inst. Gramm. 1 p. 76 *Ostia, exitus fluminum in mare, neutro genere semper pluraliter dicuntur: sed si urbem significare velis, singularem potius numerum observabis: uti Sallustius, quamvis etiam frequenter plurali numero urbem significet.* Exempla vide ap. I. Fr. Gronov. ad Liv. 9, 19, & Isac. filium ad 27, 23. Hinc

¶ Ostiensis, *e*, vel Hostiensis, possessivum: ut, *Ora Ostiensis*, Plin. 9, 17, & ibidem c. 6 *Portus Ostiensis*, de quo Burm. ad Quint. 2, 21 ext. ¶ 2. Et *Ostiensis*, porta Romæ, Ostiam versus ducens.

Ostiarium, ostiatim, vide mox in *Ostium.*

Ostigo, vide *Mentigo*: est enim idem.

OSTIVM, *i*, n. janua, fores, die thür, ab *obstando*, vel ab ὀστέον, hoc est, *repellere*: vel ab *os*, quod per illud domum aut locum ingredimur. vid. Muret. Var. Lect. 1, 17. *Ostium aperire*, Cic. pro Rosc. Am. c. 23. *Ostium observare: ostia pessulum obdere*, Ter. Eun. 3, 5, 55, & 4, 6, 25. Translate Cic. de N. D. 2, 54. *Aspera arteria ostium habet.* ¶ 2. *Ostium fluminis*, der ausfluß eines wassers ins meer. Cic. Phil. 2, 11 *Ad ostium fluminis Cydni.* Sic & *Oceani ostium.* Idem fretum Herculeum dixit, pro L. Manil. c. 12, quia illic se oceanus in medias Europæ, Africæ & Asiæ terras infundit. Et plur. *Ostia*, de fluminis exitu. Virg. Æn. 5, 281 *Plenis subit ostia velis.*

¶ Ostiolum, *i*, n. dimin. Colum. 8, 14 *Aditus firmis ostiolis munire.* De hara anserum loquitur. Vsus & Plin. 19, 8.

¶ Ostiārius, *i*, m ostii custos, der thurhüter, pförtner. Sen. de Const. Sap. c. 14 *Ostiarii difficultas*, scil. non admittentis: & c. 15 *Limen vacuum, & ab ostiario liberum.* Vitruv. 6, 10 pr. *Cella ostiarii.* Suet. de Rhet. c. 3 *L. Otacilius servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse.* Sed ap. Vitruv. l. c. & Petron. c. 28, 29, &c. scribitur etiam *Hostiarius.*

¶ Ostiārium, *i*, n. tributi genus, quod ostiorum nomine pendebatur: Cæsar de B. Civ. 3, 32; & Cicero fam. 3, 8.

¶ Ostiatim, adv. von haus zu haus. Cic. Verr. 4, 22 *Nolite exspectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim.* Ibidem c. 24 *Ostiatim eorum oppidum compilavit.* Et Quintil. 5, 10 *Ostiatim pulsare.*

OSTŎCŎPVS, *i*, m. ὀστοκόπος, ostium dolorem sentiens. Serenus v. 892

Ostiocopon lente conducit melle perungi.

Ostracias, ostracinum, ostracum, ostracismus, &c. vide sequens *Ostrea.*

OSTRĔA, *æ*, f. & Ostreum, *i*, n. quanquam posterius improbat Charis. inst. Gr. 1 p. 42, ὄστρεον, edim. *Ostreæ*, vel *ostrea*, pisces bivalvii, testa duriori contecti, placentæ similes, operum. plena auferri, meerschnecken, muscheln. vide Gell. 2, 3. *Ostrea Lucrina nascitur*, Iuvenal. 6, 302. vid. *Grang.* Celebrantur & Burdegalensia. v. Scalig. Auson. lect. 2, 14 extr. Simon. 14 *Ostrea lapis ipse dulcis circum.*

¶ Ostracias, *æ*, m. ὀστρακίας, id enim nummis ab ostreis Plin. 37, 10 fecit, gemma est, lapis.

¶ Ostracites, *æ*, m. λίθος ὀστρακίτης, lapis vel alius vel idem, qui ostracia, topfstein, trifstein. His enim appellationibus germanicis distinguit Georg. Agricola: vid. Plin. 36, 19.

¶ Ostrācismus, *i*, m. ὀστρακισμός, & ἐξοστρακισμός, exilium, ostracorum seu testularum, id est, calculorum suffragiis decretum. Relegationis erat genus, non propter improbitatem, sed propter potentiam nimiam & divitias, injunctæ. Plutarchus in Aristide & Themistocle, Corn. Nepos passim. vid. & Ios. Scaliger in Euseb p. 94. De auctore ostracismi idem ad eumdem disputat p. 47. De quo tamen aliter sentit Maussacus in Harpocrationis Lexic. p. 93 & seq. Telum id adversus dominatum; sed, ut est genius popularis libertatis, intemperanter haberi cœptum, atque in virtutis clarissimæ injurias conversum: τὰ στρατηγικῶς γὰρ ἐχρῶντο οἱ πολλοί. vid. Sigon. de Republ. Athen. 2, 4; Petitus Comment. ad Leg. Att. p. 366 sqq.

¶ Ostrăcum, *i*, n. ὄστρακον, testa & pavimentum testaceum, cui appellatio germanica respondet, ein estrich. De lusu ostracorum apud veteres vide Erasm. in *Ostracismo.*

¶ Ostracium, *i*, n. diminutivum, ὀστράκιον. Quo nomine etiam *Onychen* a quibusdam vocari, scripsit Plinius 32, 10.

¶ Ostreārius, *a, um*, zu den meerschnecken gehörig; ut, *Ostrearius panis*, Plin. 9, 51. ¶ 2. *Ostrearium*, subst. locus, ubi servantur ostrea. Macrob. Sat. 2, 11 *Sergius Orata primus ostrearia in Bajano locavit.* conf. Plin. 9, 5.

¶ Ostreātus, *a, um*, rauh, schrumpficht; ut, *Tergum ulceribus ostreatum*, i. e. asperum & scrupolosum, verberibus duratum, veluti testæ ostreorum, Plaut. Pœn. 1, 2, 186.

¶ Ostreōsus, *a, um*, ostreis plenus, voll austern; ut, *Cyzius ostreosa*, Poëta Phallicus carm. 77. Et Catullus in Priapejo carm. 18 *Ora Hellespontia cæteris ostreosior oris*, id est, abundantior, feracior ostreis. Adde Vinetum ad Ausonii epist. 9, 28.

¶ Ostrum, *i*, n. ὄστρον, dicitur, quod ex ostrearum seu concharum testis eximitur, meerschnecken-blut, purpur-farbe. Descripsit Vitruvius 7, 13. Passim apud poëtas pro *purpura* ponitur: ut, *Instratos ostro alipedes*, Virg. Æn. 7, 277. Sic, *vestes ostro perfusæ; ostro rigentes*, Id. Æn. 5, 111; & 11, 72. *Strato super discumbitur ostro*, i. e. in lectis purpureis, Id. Æn. 1, 704.

¶ Ostrīnus, *a, um*, purpurfärbig; ut, *Ostrinæ vestes*; vide Nonium 16, 8. *Ostrinus torus*, Propert. 1, 14, 20. Idem 3, 1, 7

Et Tyros ostrinos præbet Cadmea colores.

¶ Ostriāgo, *ĭnis*, f. herba, de qua Apulejus c. 28.

¶ Ostricolor, *ōris*, purpureus, purpurfärbig. Sidonius carm. 5, 18 *Ostricolor pepli textus.*

¶ Ostrifer, *a, um*, ὀστροφόρος, das purpur trägt. Virg. Georg. 1, 207 *Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.* Et Val. Flacc. 1, 456 *Ostrifer Gerastius.*

¶ Epostracismus, *i*, m. ἐποστρακισμός, lusus puerorum, quo testulam (ea ὄστρακον est) sive lapillum distringunt super aquæ æquor, numerumque saltuum, quos facit, priusquam desidat, ineunt, victoria penes illum relicta, qui saltuum multitudine superet. Quem lusum Pollux ita nominavit 9, 7, & claris verbis Minucius Felix c. 3 descripsit. Germanorum pueri vocant, das enten-werffen; totque anates se ajunt feriisse, quoties testula resiliit.

¶ Leiostrea, vel Liostrea, *æ*, f. λειόστρεον, *lævis ostrea.* Lamprid. Heliogab. c. 19 *Primus fecit de piscibus ificia, primus de ostreis, & leiostreis, & aliis hujusmodi marinis conchis.* Quem ad locum Ioh. Bapt. Egnatius: *Sunt*, inquit, *liostreæ læves ostreæ, dictæ a lævore, cum aliæ trachea, id est, asperæ dicantur*; nam λεῖος, *lævis*, τραχὺς, *asper.*

Ostrogothi, vide supra *Gothi.*

Ostrum, vide proxime ante in *Ostrea.*

OSTRYA, *æ*, & Ostrys, *yos*, f. arbor similis fraxino, Plin. 13, 21.

OSVS, pro *Vsus*, Mart. Capell. lib. 2 p. 28. v. ibi not. Grotii.

OSYMANDVAS, *æ*, m. rex Ægypti antiquissimus, primus eorum, qui bibliothecam feruntur collegisse, cui inscripsit: ψυχῆς ἰατρεῖον, *Animæ medicina*; Diod. Sicul. 1, 49.

Osyris, Osyriaca, vide paullo ante *Osiris.*

ŌTĂCVSTA, *æ*, m. apud Apulejum est emissarius, auscultator, auribus aliorum sermones captans, ein spion, laurer. Gloss. gr. lat. ὠτακουστής, *Auricularius*, ein ohrenbläser.

OTHO, *ōnis*, m. cognomen Romanum. *L. Roscius Otho* tribunus plebis, legis theatralis auctor: qua proximi XIV ordines equiti ad spectandum assignati, cautumque, ne quis libertinus ibi consideret. Vnde Horatius epod. 4, 15 in Mænum superbum illum Pompeji libertum:

Sedilibusque magnus imprimis eques Othone contemto sedet:

OTHONE CONTEMTO, h. e contemta lege theatrali Othonis. *Fortem virum* Othonem istum appellat Cicero Orat. pro Muræna, ubi etiam de lege hac habes: de qua & Liviana Epitome lib. 119, & Tacitus Annal. 15, 32. ¶ 2. *M. Salvius Otho* interfecto Galba, invasit imperium: quod, femetipsum cum peremisset, Vitellio reliquit. Ejus vitam & Suetonius & Plutarchus scripserunt.

¶ Othōniānus, *a, um*, frequens vox apud Tacitum; ut, *Othoniani duces*, Hist. 2, 24. Et, *Othonianæ partes*, ibidem c. 33.

ŎTHONNE, *es*, f. οθόννη, herba in Syria, similis erucæ, Plinius 27, 12.

OTHRYĂDES, *is*, m. Ὀθρυάδης, Dux vel unus certe CCC. Lacedæmoniorum contra Argivos de Thyrea in limite sito oppido pugnantium; qui inter mortuos cum jam jacuisset, letali vulnere affectus, tropæum tamen erexit, spoliatis aliquot hostium cadaveribus, & sanguine suo inscripsit: Λακεδαιμόνα κατ' Ἀργείων. Copiose Barthius ad Stat. 4 Theb. 48 ex Schol. ad h. l. Stobæo, Floro, Suida & multis aliis, omnino videndus est p. 902 sqq.

OTHRYS, *yos*, n. mons editissimus Thessaliæ, sedes Centaurorum. Strabo lib. 9 p. 298 juxta Phthiotidem locat. Virgil. Æn. 7, 675 *nivalis* est: & *nubilus* Statio Achill. 1, 238, *piniferus* Alcimo Avito 4, 516, & *nemorosus* Lucano 6, 338. conf. Solin. c. 13.

¶ Othrȳsius, *a, um*, adject. ut, *Othrysius ales*, Martial. 7 epigr. 7. *Othrysiæ pruinæ*, Id. 10 ep. 7. *Othrysiæ oræ*, Claud. 1 in Ruffin. v. 176.

ŌTIA, *æ*, pisces marinus ex ostrearum genere, ab ὠτίον, *auricula*, Plin. 32, 11.

Otiolum, otior, ari, &c. otiosus, vide mox *Otium.*

ŌTIS, *ĭdis*, f. ὠτὶς, avis, quæ inter gallinas feras ſeu ſilveſtres refertur. Sunt, qui vocari ſcribant, ein haſelhuhn. Longol. Sed cum magnitudo, tum aliæ notæ *Otidis*, gallinulæ ſilveſtri, cui nomen illud a corylis eſt, non reſpondent. Genere igitur eamdem cum *Tardâ* vel *Tetrace*, eſſe putant, ein trapp, trapp-gans. Geſnerus, & Plin. 10, 23, & 29, 6. *Quas Hiſpania aves tardas appellat, Græci oſidas*, Idem Plin. 10, 22. ¶ 2. De *Otus*, quæ avis eſt diverſa, vide infra.

ŌTIVM, vel *Ocium*, *i*, n. obſervari utramque orthographiam novimus; Sed illam veram & germanam pertendit Pierius in Virgilium, auctoritate ſcriptorum codicum, & lapidum veterum: qui tamen & pro ſcribendi altera ratione haud minus ſtant, de quo Muretus ad illud Ter. Heaut. 3, 1 extr. & Voſſ. 2 Inſt. Orat. p. 252. Μέσον ipſum vocabulum eſt, & ſignificat vel honeſtam vel turpem ceſſationem, ſeu vacationem, muſſe, ruhe. Ovidius Pont. 1, 5, 21 *Otia corpus alunt &c.* Stat. 4 Silv. 4, 34 *Major poſt otia virtus.* Ter. Adelph. 3, 3, 65 *Non hercle otium eſt nunc mihi auſcultandi*, ich habe nicht weile oder muſſe. Cic. fam. 10, 28 extr. *Plura ſcribam, ſi plus otii habuero.* Id. fam. 3, 7 pr. *Otium nanciſci.* Ter. Heaut. 1, 1, 23 *Tantumne ab re tua eſt otii tibi &c.* haſt du denn ſo viel zeit übrig von deinen geſchäfften? Id. Phorm. 5, 5, 4 *Otium a ſenibus ad potandum ut habeam.* Et Cic. de Orat. 1, 13 *In angulis conſumendi otii cauſſa diſſerunt*, die zeit zu vertreiben, vor die lange weile. Et, *Abundare otio*, ibidem 1, 6; & *Diffluere otio*, ibid. 3, 32. Idem Agrar. 2 c. ult. *Vivere in otio*, gute tage haben. ¶ 2. *Otium* in malam partem, der müßiggang, die faulheit. Ex Ovidii Remed. Am. v. 139 vide ſupra *Cupido.* Catull. 52, 15 *Otium reges prius & beatas Perdidit urbes.* Galba ap. Suet. in ejus vita c. 9 *Nemo rationem ſui otii reddere cogitur.* Quam rationem tamen viro magno indignam, & perniciſam reipubl. ibi ſignificat Cataubonus. Aliter Iuſtinus ſentit præfat. §5 cum Catonis auctoritate: *ut & otii mei*, inquit, *cujus & Cato reddendam operam putat, apud te ratio conſtaret.* conf. Colum. 2, 22. ¶ 3. *Otium* & pacem notat & ſtatum quietum, friede und ruhe. Cic. pro Sext. c. 45 *Otium cum dignitate* ſummum bonum civitatis. Cæſ. de B. C. 1, 5 *Si qua hominum æquitate res ad otium deduci poſſet.* conf. 2, 36. Livius 4, 35 *Ab ſeditionibus urbanis otium fuit.* Tac. A. 15, 6, 2 *Cur deſerta per otium, quæ bello defenderant?* Et An. 12, 12, 1 *Militares artes per otium ignotæ.* Virg. eclog. 1, 6 *Deus nobis hæc otia fecit.* Nepos 20, 3, 2 *Otium toti inſulæ conciliavit:* Et 22, 2, 5 *Tota Africa otium reddidit.* Adde Val. Max. 1, 7 ext. 6; Iuſtin. 6, 9, 6 &c.

¶ Otiŏlum, *i*, n. dimin. Cælius Ciceroni fam. 8, 3 *Vbi delectem otiolum meum, non habeo.*

¶ Otiōſus, *a*, *um*, otio deditus, otio fruens, ſecurus, bey muſſe, müßig; ut, *Quin tu otioſus es*, Ter. Adelph. 4, 1, 17, ſey du zufrieden. *Animo jam nunc otioſo eſſe impero*, Idem Andr. 5, 2 pr. ohne ſorge. Cicero Off. 3, 1 *Scipio dicere ſolebat nunquam ſe minus otioſum eſſe, quam quum otioſus; nec minus ſolum, quam cum ſolus eſſet.* Prius ita redditPlut. in apophth. ὁπότε σχολάζοι πλεῖονα πράττειν. Attilius ap. Plinium 1 epiſt. 9 eruditiſſime ſimul & facetiſſime dixit: *Satius eſt otioſum eſſe, quam nihil agere*, id eſt, quieſcere, aut litteris vacare, quam rebus implicari inanibus. Hoc enim eſt *nihil agere.* v. Catanæum. Cic. Agrar. 2, 4 *Etiam iſtos, quibus otioſi negotium feciſſemus, otioſiſſimos reddam.* Id. fam. 3, 11, 12 *Ad urbem te otioſiſſimum eſſe arbitrabar.* Macrob. Sat. 7, 13 *Vſus annulorum exemptus dextræ, quæ multum negotiorum gerit, in lævam relegatur, quæ otioſior eſt.* Sen. de Ira 2, 13 *Quid quiete otioſius animi, quid ira laborioſius?* Id. epiſt. 87 *Quid otioſius verme?* Martial. 11 epigr. 1 *Turbam non habet otioſiorem.* Plin. 1 epiſt. 13 *Otioſiſſimus quisque, multo ante rogatus, & identidem admonitus, non venit*, puta, ad audiendas declamationes, aut recitationes poëtarum. *Dies otioſus*, ein feyertag, Cicero ad Qu. fratr. 3, 8. ¶ 2. *Otioſa pecunia* dicitur, quæ condita eſt, & domino fructum nullum affert, liegend geld, das nichts erwirbt. Plinius 10 epiſt. 62 *Pecuniæ publicæ & exactæ ſunt, & exiguntur, quæ vereor, ne otioſæ jaceant.* Scævola l. 63 § 1 Dig. de Vſur. *Pro pecunia otioſa uſuras præſtare.* Vocatur ab eodem alibi & *vacua*, ab Vlpiano *herilis.* Huic opponitur *occupata pecunia*; de qua ſupra. Tac. An. 13, 3 *Annotabant ſeniores, quibus otioſum eſt vetera & præſentia contendere*; id eſt, quibus vacat. *Studiorum otioſi*, Plin. præf. Harduino interprete p. 2 no. 12 ſunt, qui ſemoti ſunt a ſtudiis literarum, propter negotia. Cicero fam. 9, 5, 4 *Severitas otioſorum*, i. e. eorum, qui neutram partem ſequuntur, die neutral ſeyn. *Otioſiſſimæ occupationes*, Plinio 9 epiſt. 6 ſunt inutiles, nugatoriæ. ¶ 3. Cicero in Bruto ſive de Clar. Orat. c. 24 *Otioſum* dixit ἀπαθῆ, ſedatum & affectibus liberum animum habentem. *Vt ipſi*, inquit, *Galbæ, quem fortaſſe vis non ingenii ſolum, ſed etiam animi, & naturalis quidam dolor incendebat, efficiebatque, ut & incitata, & vehemens, & gravis eſſet oratio: deinde quum otioſus ſtilum prehenderat, motusque omnis animi, tamquam ventus hominem defecerat, flaccefcebat oratio.* ¶ 4. Eſt & oratoris ac ſermonis vitium, ſi dicatur eſſe otioſus, h. e. nihil ad rem faciens, ſuperflua multa habens, überflüßig, unnütze. Auctor Dialogi de Orat. c. 18 *Facile eſt deprehendere, Calvum Ciceroni viſum exſanguem & attritum, Brutum autem otioſum atque diſjunctum.* Vbi tamen Lipſius in notis n. 54 ſuſpicatur, *odioſum* ſcribi debere. Sed vulgatam lectionem, quæ *otioſum* facit Brutum, defendit Gevart. Lect. Papin. 4, 12 p. 223 ex eo, quod apud Statium quoque 4 Silv. 9 invenimus *Bruti ſenis oſcitationes.* Sic Quintil. 1, 1 *Otioſas ſententias* vocat. Idem 8, 2 *Ego otioſum ſermonem dixerim, quem auditor ſuo ingenio non intelligit:* Hæc Gevartius. Addo alium ex eodem Dialogo locum c. 22, ubi priores Ciceronis orationes negat carere vitiis antiquitatis: nam *lentus eſt*, inquit, *in principiis, longus in narrationibus, otioſus circa exceſſus.*

¶ Otiōſe, adverb. ſine ſolicitudine, müßig, ohne ſorge: ut, *Otioſe domi vivere*, Cic. Off. 3, 26. *Otioſe inambulare*, Liv. 23, 7. Et, *In aurem utramvis otioſe dormire*, Ter. Heaut. 2, 3, 101. *Segniter, otioſe, negligenter omnia agere*, ſchläfrig oder träg ſeyn, Liv. 2, 58. *Otioſe ire*, i. e. lente, tarde, fein langſam, Plaut. Epid. 5, 1, 21.

¶ Otiōſitas, *ātis*, f. pro otio. Sidon. 2 epiſt. 10 *Otioſitates trepidanter edere.*

¶ ōtior, *āri*, otioſum eſſe, vacare, müßig ſeyn, ruhen; ut, *Otian-*

di cauſſa ſe quo conferre, Cic. Off. 3, 14. *Domeſticus otior*, i. e. privatus ſum domi, Horat 1 ſat. 6, 128.

¶ Otiātus, *a*, *um*, der müßige zeit gehabt. Sidonius 3 epiſt. 1 *Artibus inſtituti, luſibus otiati.*

¶ ōtiābundus, *a*, *um*, otioſus. Sidonius 4 epiſt. 18 *Multis diebus otiabundus.*

¶ Inotiōſus, *a*, *um*, ἄσχολος, unmüßig. Quintil. 11, 3 extr. ex Lena Popilio, *Inotioſa actio.* Sed multum variant libri & doctorum ſententiæ. Turnebus interpretatur ἄσχολον ὑπόκρισιν.

¶ Negōtium, *i*, n. occupatio, ein geſchäfft, gewerb; ut, *In otio eſſe plus, quam in negotio*, Ter. prol. Hec. v. 18. *Negotiis implicari*, Cicero Nat. D. 1, 20, viel zu thun haben. *Negotium alicui dare*, Idem pro Domo c. 20; & Nepos 7, 10, 4. *Dedere cui negotium*, Ter. Andr. 5, 4, 50, quod eſt committere, befehlen, commißion geben. *Legare cui negotium*, id eſt, mandare, Plaut. Caſ. 1, 1, 2, quod *allegare quem ad negotium*, Id. dixit Epid. 3, 3, 46. Et Cicero pro Quint. c. 19 *Negotium gerere*, i. e. adminiſtrare. *Negotium alicui exhibere*, Id. Nat. D. 1, 30 extr. & *Faceſſere negotium*, Idem fam. 3, 10, id eſt, moleſtiam, κόπος παρέχειν, verdruß, mühe machen; pro quo Iulius Paulus ICtus, *Comparare negotium* dixit. v. ſupra *Calumnioſus.* Et, *Suſcipere, adminiſtrare, conficere negotium*, Cicero conjunxit fam. 13, 10 & 11. Sic etiam dicimus: *Eſt mihi negotium cum eo*, Nepos 14, 7, 1, ich habe mit ihm zu thun. Cic. Att. 6, 2 *Multiplex pueri ingenium, quo ego regendo habeo negotii ſatis.* Ter. Adelph. 4, 5, 8 *Mirabar, quid hic eſſet negotii tibi. Pompejo cum Cæſare eſt negotium*, Cælius ad Cicer. fam. 8, 8 ſub fin. *Nullo negotio: absque ullo negotio*, id eſt, facile, leichtlich, ohn alle mühe. vid. Iuſtin. 1, 7, 5. *Nihil negotii ſupereſſe*, Idem 1, 10, 6. Cicero Tuſc. 1, 6 *Quid eſt negotii, hæc poëtarum ac pictorum portenta convincere?* was wird es für mühe koſten? Sic, *Decidere negotia*, i. e. abſolvere, Horat. 1 epiſt. 7, 59; & Suet. Veſp. c. 21. Sed, *Mittere in negotium*, etwas zu thun geben, Cic. pro Rab. c. 2. *Dimittere a negotio*, i. e. liberum præſtare ab illo, L. 69 ff. pro ſocio. *Philoſophos de negotio dejicere*, i. e. non permittere iis negotium, ſed id ſumere ſibi, Petron. c. 56. v. ibi Burm. p. 277, qui addit locum Sen. ep. 88 extr. *Zenon Eleates omnia negotia de negotio dejecit*, h. e. ſupervacua & philoſopho indigna judicavit. Similis luſus eſt in illo Ennii ap. Gellium 19, 10. *Otio qui neſcit uti, plus negotii habet, Quam cum eſt negotium in negotio, &c.* ¶ 2. Plaut. Capt. 3, 3, 10 *Neque de hac re eſt negotium, quin occidam*, id eſt, cauſſa. Similiter ſc. 5, 11 *Sed quid eſt negotii, quamobrem ſuccenſeas mihi?* ¶ 3. Hinc & ad judicia trahitur, & litem ſeu controverſiam, item accuſationem ſignificat. vid. ICtos. Tertull. ad Scapulam circa fin. *Quod aliud negotium patitur Chriſtianus, niſi ſuæ ſectæ?* ¶ 4. Significat & mercaturam, die handlung. Sic, *Bithyna* & *Cibyratica negotia*, Horat. 1 epiſt. 6, 33. Hinc *negotiari* mercari eſt, & *Negotiator* mercator.

¶ Negōtiŏlum, *i*, n. dimin. Cic. ad Qu. frat. 3, 4 fin. *Erit neſcio quid negotioli.*

¶ Negōtiōſus, *a*, *um*, geſchäfftig, mühſam, voll mühe; ut, *Negotioſa & moleſta provincia*, Cic. pro Muræn. c. 8. *Res negotioſa*, multi negotii, difficilis, ein mühſelig ding, Plaut. Stich. 2, 3, 31. Comparat. Sen. de Ira 2, 13 *Quid ira laborioſius? quid clementia remiſſius? quid crudelitate negotioſius?* Superlat. *Negotioſiſſimum opus*, Auguſtinus Retract. 1, 18. Et, *Vir negotioſiſſimus*, Idem epiſt. 54.

¶ Negōtiōſitas, *ātis*, f. Ita Gellius 11, 16 interpretatur græcum πολυπραγμοσύνη, die einmiſchung in viel händel.

¶ Negōtiālis, *e*, zum geſchäffte gehörig. Cic. de Invent. 1, 11 *pars negotialis, &c.* Et 2, 21 *Conſtitutio negotialis, quæ in ipſo negotio juris civilis implicatam habet controverſiam.* Quintil. 2, 21 *Locus negotialis*, i. e. πραγματικός.

¶ Negōtior, *āri*, geſchäfftig ſeyn, ſchaffen, hanthieren. *Otiandi, non negotiandi cauſſa aliquo ſe conferre*, Cic. Off. 3, 14. Item, mercaturam facere: Cic. pro L. Manilia c. 7 *Deinde cæteris ex ordinibus homines navi & induſtrii partim in Aſia negotiantur, &c.* Colum. præf. lib. 12 *Aliquo genere mercaturæ negotiari*, eine handlung haben, kaufmannſchafft treiben.

¶ Negotians, *tis.* Suet. Aug. c. 42 *Aratores ac negotiantes.* Petron. c. 101 *Familia negotians*; ubi Burm. p. 472 annotat, Negotiantes proprie Romæ dictos, qui per provincias fœnus exercerent, & merces undique coemptas, & præcipue annonam, Romam comportarent.

¶ Negotiatio, *ōnis*, f. mercatura, hanthierung, kaufmannſchafft, Sueton. Veſpaſian. c. 16 *Negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit.* Sic, *Negotiationes Aſiaticas*, Cicero fam. 6, 8. (conf. ibid. 13, 66). Et, *Negotiationem ſagariam*, (kleiderhandel) Vlpian. L. 52 § 4 Dig. pro ſocio: *Negotiationem lignariam*, (holtzhandel), Capitol. in Pertinace c. 1 dixerunt. *Negotiatio eſt, non amicitia, quæ ad commodum accedit*, es iſt marckterenderey Sen. epiſt. 9. Sub poſterioribus principibus Romanis militibus negotiatione interdictum fuiſſe, Savaro ad Sidon. epiſt. 1, 8, docet.

¶ Negotiator, *ōris*, m. ein kaufmann. Cicero Att. 1, 18 extr. *Sub luſtrum cenſeri Germani negotiatoris eſt. Sordidæ mercis negotiator*, Quintil. 1, 2. *Negotiator veſtiarius*, ap. Scævolam ICtum l. 45 Dig. de operis libert. *Frumentarii negotiatores*, l. 9 Dig. de vacar. & excuſat. mun. fornhändler. *Negotiator magnarius*, Apul. 1 Met. p. 104, ein großhändler, ein kaufmann, der im gantzen (ins groſſe) handelt. conf. Turneb. Adverſ. 27, 21. Et fere *Negotiator* is dicitur, qui non minutim, ut *inſtitores*, ſed ut locupletiores ſolent, generatim mercaturam aliquam exercet. Ita *Negotiatores* cives erant Romani, qui in provinciis ſedem fortunarum ſuarum conſtituerant, ſic, ut raro in urbem, nec fere niſi cenſendi cauſſa redirent, quales erant aratores, pecuarii, argentarii, &c. de his Cic. l. c. item Verr. 2, 13 *Selecti e conventu, aut propoſiti ex negotiatoribus judices nulli.* vid. Hotomann. de verb. jur.

¶ Negotiātrix, *īcis*, f. Paulus ICt. l. 32 § 4 de auro, arg. leg. *Cum teſtatrix negotiatrix fuerit.* Tertull. adv. Marc. 2, 3 *Bonitas, apparituri boni negotiatrix.*

¶ Negotiatōrius, *a*, *um*, ad negotiationes pertinens, zur handlung gehörig; ut, *Naves negotiatoriæ*, kauffartheyſchiffe, ap. Vopiſcum in Firmo & Satur. c. 3.

¶ Negotinummius, *a*, *um*, nummos acquirens vel nummi cauſſa

 datus,

datus, bezahlt, ums geld erkauft. Apul. Met. 10 p. 248 *Adventorum negotiummia basiola.*

Otopeta, vide supra *Odopeta.*

OTREVS, *ei*, m. Cissei filius, Hecubæ frater, apud Hesychium. ¶ 2. Alius e Mariandinis ab Amyco interfectus, de quo Val. Flacc. 4, 162. ¶ 3. Alius in bello Colchico ab Ambeno occisus, apud eumdem 6, 252.

¶ Otriades, & m. patronym. ut, *Panthus Otriades*, Virg. Æneid. 2, 319 & 336.

ŌTVS, *i*, m. *ōtos*, noctua aurita, eine ohreule, Gesner. eine schleyereule. Ebero bubone minor est, & noctua major. v. Virg. Culic. v. 234. ¶ 2. *Otus* nom. propr. Vide *Oetus*, & Plin. 11, 37.

Ovalis, ovatio, ovatus, vide *Ovo*, *āre*, & *Ovum.*

Oviaria, ovicula, vide mox *Ovis.*

ŌVĪDIVS, *i*, m. cognomento *Naso*, patria Sulmonensis fuit, ex equestri familia natus, dives, ingenio ad poësin felicissimo, sicut ipse testatur Trist. 4, 10, 25 *Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos, Et quod tentabam scribere, versus erat.*

Sed Quintil. 10, 1 p. 906 cum etiam *nimium amatorem ingenii sui* vocat, h. e. qui plus justo sibi indulserit. Vxores tres habuit, quarum duabus repudiatis, cum tertia amantissime & conjunctissime vixit. Cum autem Augustum imprudenter offendisset, in Scythas relegatus est, natus annos quinquaginta; cujus exilii, de quo ubique tristissime queritur, causas fuisse duas testatur, alteram, quod libros de Arte amandi composuisset, alteram, errorem quemdam in Augustum; sed cujusmodi fuerit, ut ubique ipse dissimulat, & supprimit, ita nec divinari quidem potest, nec sciri ipse etiam voluit: *Et quid præterea peccarim*, inquit, *quærere noli, &c.* Scripsit, *Epistolas Heroidum*: de *Amoribus* vel *Elegiarum* libros quinque; de *Arte amandi* libros tres; de *Remedio amoris* libros duos: *Metamorphoseon* libros quindecim, quos in Tomis, ubi exulavit, a se exustos, descriptos tamen antea alii ab interitu conservarunt: de *Tristibus* libros quinque, quos in exilio ad uxorem scripsit, cum jam de reditu ad urbem desperare cœpisset; ex *Ponto* epistolarum libros quatuor; *Fastorum* libros duodecim, quorum sex tantum ad nostra tempora pervenerunt. Cœpit & de *piscibus* librum, quem non absolvit. Carmen de *nuce*, & de *medicamine faciei*, puer adhuc composuisse videtur. Cætera vero, quæ libris ipsius adjecta sunt, ut de *Philomela* carmen, de *Culculo*, de *Pulice*, *de Aurora*, de *Limace*, de *Vetula*, de *quatuor humoribus*, Ovidii non sunt. Videtur & Tragœdias scripsisse. Namque Medeam ejus Quintilianus 10, 1 laudat his verbis: *Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo imperare quam indulgere maluisset.* Exilium cum annos octo, & menses aliquot pertulisset, in eo tandem mortuus est anno Tiberii Imp. quinto. Sepultus est apud oppidum Tomos, ut Eusebius tradidit. vid. Ioh. Massoni Vita Ovidii Tomo quarto edit. Burmann.

ŎVIS, *is*, f. *ŏïς*, ein schaf, marem significat & fœminam, Valla 4, 13 censente. *O præclarum custodem ovium, quod ajunt, lupum!* Cic. Phil. 3, 11. *Lupo ovem committere*, Ter. Eun. 5, 1, 16, quod nos dicimus, den bock zum gärtner setzen. Propert. 2, 5, 19

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti læsa repugnat ovis.

Oves glabræ, scabræ, Plaut. Trin. 2, 4, 40. *Oves rejiculæ*, quæ, quod aut ætate defectæ, aut morbo tentatæ removentur, a *rejiciendo* sic appellatæ, mertz-schafe, Varro R. R. 2, 1. *Ovis* invenitur etiam in genere masculino: v. Festum, & Gell. 11, 1. ¶ 2. Sunt etiam *feræ oves*, ap. Plin. 8, 18, qui hoc animal ab Æthiopibus *Nabun*, ab aliis *Camelopardalin* vocari refert. *Ἄγρια ὄϊες* sunt ap. Xenoph. Cyrop. 1 p. m. 18. ¶ 3. Aliquando & stolidi ac simplices *Oves* dicuntur. Plaut. Bacch. 5, 2, 3 *Amabo, quis has huc oves adegit?* Si nos, er ist ein einfältig schaf. *Oves aureo vellere opertas*, Demosthenes appellavit divites & rudes, ut Galenus auctor est Suasoria ad artes c. 3. Quod Laertius Diogeni Cynico tribuit. Caligula quoque M. Silanum *auream pecudem* sive *ovem* vocavit, quod dives quidem, cæterum ignarus esset & hebes: v. Tacitus Annal. lib. 13 pr. & Dio Cassius lib. 59, qui id ad laudem interpretatur, quod probrum diserte Tacitus agnoscit.

¶ ŏvĭcula, *æ*, f. Sic Q. Fabius Cunctator *Ovicula a clementia morum* dictus, ap. Aurel. Victorem de Vir. Illustr. c. 43. Onomast. vet. *Ovicula, προβάτιον.* Et August. de Doctr. Christ. 3, 21 *Oviculam exhibuit manducandam.*

¶ Ovĭārius, *a, um*; ut, *Oviarium pecus*, Columell. 7, 6, schafvieh. Vetus SC. ap. Murat. p. 606, 2 *Conductor gregum oviariorum.*

¶ Oviaria, *æ*, f. subst. ovium multitudo, eine schäferey. Varr. prolog. lib. 2 de R. R. *In Apulia oviarias habui grandes.*

¶ Ovīnus, *a, um*, ad oves pertinens. Serenus Samonicus c. 15 de dentium vitio: *Aut tu fume pilam, quæ caudis hæret ovinis.* ¶ 2. *Ovinia* gens Romana, a Varrone de re rust. 2, 1 inter eas, quæ a minori pecore appellationem sortitæ sunt, memoratur. Conf. Fest. in *Præcidi* & Gland. Onomast.

¶ ŏvillus, *a, um*, idem; ut, *Pellis ovilla*, ein schaf-fell. *Fimus ovillus*, Plin. 17, 9, schafmist. *Grex ovillus*, Liv. 22, 10. *Pecus ovillum*, Varro R. R. 2, 1, & 2.

¶ Ovillīnus, *a, um*, idem. Th. Priscian. de Diæt. c. 3 *Lac ovillinum.* Idem c. 6 *Ovillina caro.*

¶ Ovīlis, *e*, idem. Apul. Met. 4 p. 145 *Ovili stabulationi accommodatus.*

¶ ŏvile, *is*, n. subst. ein schafstall. Ovid. Trist. 1, 5, 10

Incustoditum captat ovile lupus.

Conf. Virg. Georg. 3, 537, & eclog. 1, 8. ¶ 2. Romæ peculiaris erat locus in campo Martio cancellis conclusus, qui *Ovile* appellabatur, de quo vide Beroald. Annot. in Serv. ad Bucol. (Tom. 1 Lampad. Grut. p. 278). Gruch. lib. 1 de Comit. Rom. f. 688. Rosin. Antiq. Roman. 6, 14. Donati de U. Roma 3, 16. Nardini Ro. Vet. 6, 6. Plurali usus hac in re est Lucanus 2, 197

Tunc fles Hesperiæ, Latii jam sola juventus,
Concidit, & miseræ maculavit Ovilia Romæ.

Loquitur de cæde, quæ Syllæ jussu eo in loco fuit commissa.

¶ Ovīlio, *ōnis*, m. ovium custos, (qui & *Opilio*, de quo supra suo loco) ein schäfer. l. fundi in fine ff. de fund. instr. legat.

ŎVO, *āre*, lætari, freudig seyn, frolocken, in sprüngen gehen. Livius 1, 25 *Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt.* Val. Flacc. 4, 342 *Lætus ovat.* ¶ 2. Est & *triumphare*, minus tamen, vide brevi post in *Ovatio.* Grammaticis defectivum verbum est, quod solam tertiam personam & participium usus ferat. Vide Phocam, veterem Grammaticum, p. 1718 ed. Putsch. Forte injuria est temporum, quod reliquarum personarum auctoritatem non habemus. Quæ autem supersunt flexiones, pretium est observare, ut, si plures forte occurrant, annotari possint, & defectus suspicione magis magisque verbum optimum liberari. Sunt autem hæc fere: *Ovat*, Val. Flacc. 2, 507. *Ovet*, Stat. 4 Silv. 1, 8. *Ovaret*, Id. Theb. 1, 153. *Ovandi jus*, Suet. Claud. c. 1. Et Solin. c. 57 (Salm. c. 45) de Antiocho: *Equum ovaturus insiluit.*

¶ Ovans, *tis*; ut, *Socii ovantes*, Virgil. Georg. 1, 346. *Victor ovans*, Sil. 11, 260. *Successu cædis ovantem*, &c. Ovid. Met. 12, 298. *Ovantibus victoria obviam ire*, Livius 27, 47. conf. 41, 28. *Ite deserto rege ovantes*, Curt. 9, 2, 34. Egregie Festus: *Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata O littera.* Alia ibi mens Dacerii & Plutarchi, de quo v. *Ovatio.* Sed & *Currus ovantes*, Propert. 3, 8, 53. *Ovans lyra*, Stat. Silv. 1, 2, 249. *Ovantia verba*, Sil. 8, 265. *Flammæ ovantes*, i. e. surgentes, Id. 14, 448.

¶ Ovanter, adverb. idem. Tertull. adv. Valent. c. 28 *Propere & ovanter accurrit.*

¶ Ovātus, *a, um*, i. e. victoria acquisitus, triumphatus, erbeutet, im triumph aufgeführt; ut, *Ovatum aurum*, Persius sat. 2, 55.

¶ Ovatus, *ûs*, m. subst. clamor vincentium, jubel-geschrey. Val. Flaccus 6, 18

Barbarici glomerantur ovatus.

¶ ŏvātio, *ōnis*, f. lætitia, & minor triumphus, einige triumphs-freude, frölichkeit. Fuit enim *Ovatio* triumphi genus, sed minus tamen triumphali honore, quippe qui ob insignes & excellentes victorias concedebatur victoribus, cum *ovatio* ob leviores daretur. Itaque duo hæc manifeste distinguit Livius 5, 30, *Valerio triumphus, Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum est.* v. Rosin. Antiq. Rom. 10, 38. Alex. ab Alex. G. D. 2, 22; & 6, 18. Nomen ab *ove* esse dicitur, quam *ovantes* sacrificabant, cum *triumphantes taurum* immolarent, ut Plutarchus Marcello, & Servius in Virg. Æn. 5, 543 nos docent. Adde Fest. in *Ovans.* Et incedebant ovantes equo singulari vecti, cum contra triumphantes quadrigis & curru uterentur: v. Servius dicto loco; Tibull. 1, 1; Symmach. 10 epist. 22. Gellius 5, 6 *Dissensisse scriptores*, ait; *partim enim scripsisse, qui ovaret, introire solitum equo vehentem; At Sabinum Massurium pedibus ingredi ovantes dicere, sequentibus eos non militibus, sed universo senatu.* vid. omnino Spanh. de usu & præst. num. ubi *περὶ θριάμβου*, vocari a Græcis ostendit diss. 10 p. 206; & ex instituto de *ovatione* agit p. 217. Florus 3, 19, 8 *Fuitque de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret.* Add. Suet. Tib. c. 1; & Claud. c. 24. ¶ 2. Alia notione & origine vide in proxime sequenti *Ovum.*

¶ Ovālis, *e*, ad ovationem pertinens: ut, *Corona ovalis*, quæ myrtea erat, & quam gestabant, qui ovantes incedebant: apud Gellium 5, 6, & Festum. v. ibi Dacerium.

¶ Inovans, *tis*, valde ovans, freudig, frolockend. Apul. Met. 1 p. 264 *Inovanti gradu comitari.*

ŌVVM, *i*, n. *ᾠόν*, ein ey. Cibus optimus & saluberrimus. *Vitellus*, vel *luteum ovi*, eyerdotter. *Album*, vel *ovi album*, das weisse im ey. *Ovi testa*, aut *putamina*, Columellæ 8, 5, aut *cortex ovi*, Sereno c. 30, die eyerschale. *Calyces* dixit Plin. 28, 2 f. 4, ubi inter superstitiones refert, *Ovorum, ut quisque sorbuerit, calyces protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari.* Sic, *Ovum durum, molle, sorbile*, vel *tremulum*, harte, weiche eyer. *Ovum hypenemium*, seu *hypenium*, Plin. 10, 90, ein windey. Vide suo loco. *Ovum Zephyriam*, idem. *Ova urina* vel *cynosura*, Plinius c. l. irrita, ex incubatione derelicta. *Ovum geminum, δίδυμον* Aristoteli, mit zweyen dottern. *Ovum decumanum*, ein gar groß ey. *Ovum recens*, ein frisch ey, *requietum*, non recens, ein verlegen ey. *Ovum frixum*, eyer im schmaltz. *Ova piscium*, rogen. *Ova gallinis supponere*, Cic. Nat. D. 2, 48. *Ovis incubare*, über den eyern sitzen, brüten. *Ova parere, gignere*, ibidem c. 21, eyer legen. *Non tam ovum ovo simile*, de rebus indiscretæ similitudinis, v. Chil. Horat. 2 sat. 4, 1

Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Vt succi melioris, & ut magis alba rotundis Ponere.

Ab ovo usque ad mala, id est, a principio usque ad finem, proverbiale apud Horatium 1 sat. 3, 6, vom anfang bis zu ende. Poma enim claudebant cœnam, ova incipiebant. Vnde illud Ciceronis fam. 9, 20 *Integram famam ad ovum affero.* Vide Horatianos Interpretes.

¶ ŏvĭco, *āre*, ab inusitato *ovare*, est ovi albumine subigere, mit eyern ey rühren. Plin. Valer. 1, 17 *Ovo crudo ovicare.*

¶ Ovātus, *a, um*, instar ovi, oval, länglicht-rund wie ein ey; ut, *Ovata species*, Plin. 15, 21.

¶ ŏvātio, *ōnis*, f. tempus vel actus, quo gallinæ ova pariunt, die legung der eyer. Plin. 29, 3. Sed pluribus libris *operationem*, non *ovationem* legimus. ¶ 2. Alia *Ovatio* est in *Ovo, are.*

¶ ŏvĭpărus, *a, um*, ova pariens, & fœtum ovis excludens, eyer legend, Apul. Apol. p. 298 *Discrevit natura viviparos & oviparos.* Et Fulgent. Mythol. 1, 12 *Oviparos fœtus pullulare.* Auson. Mosellâ v. 133

Præpinguis, teres, oviparâ congestior alvo, sc. gobio.

ŌXĂLIS, *ĭdis*, f. *ὀξαλὶς*, herba, quam vulgus *acetosam* vocat, sauerampffer, rumex. *Oxalis minuta*, klein sauerampffer. Et *Oxys*, *ὀξὺς*, trifolium acetosum est, hasenampffer, sauklee, guckguckklee, Plin. 20, 21.

OXALME, *es*, f. *ὀξάλμη*, acida muria, salsen, saltzbrüh. Plin. 23, 2 *Acetum salsum* vocat. Idem 24, 4.

OXIA, *æ*, f. genus navis velocis, ein rennschiff. Gell. 10, 25.

OXVS, *i*, m. apud Bactros fluvius, per deserta Scythiæ fluens, Plin. 31, 7, & Mela 3, 5.

OXYCEDRVS, *i*, f. ὀξύκεδρος, species cedri, Plin. 13, 5.

OXYDRĂCAE, *arum*, m. pl. Indiæ populus apud Curtium 9, 9 & 14, Strabonem lib. 15, & Pausan. lib. 1.

OXYGĂLA, *æ*, f. vel Oxygalum, *i*, n. ὀξύγαλα, lac acidum vel acetosum, sauermilch, buttermilch. Plin. 28, 9; & Colum. 12, 8.

Oxygarum, vide supra *Garum*.

OXYGONIVM, *i*, n. aculeatum genus cibi, ut tribulus &c. eine ſtachelnuß. Petron. c. 66 *In alveo circumlata sunt oxygonia*. Al. *Oxicomina*.

Oxylapathum, ὀξυλάπαθον, vide *Lapathum*.

OXYLVS, *i*, m. Æmonis filius, ex Ætolia profugus, regno Elidis potitus est; Strab. l. 10, & Pausan. l. 5. Hujus lege quadam cautum fuisse scribit Aristotel. l. 6 Polit. c. 4, ne cui fœnore fundum alterius occupare liceret.

OXYMĔLI, *ĭdis*, seu oxymel, *Oxymellis*, n. ὀξύμελι, acetum mulsum, ſyrup von honig und eßig. Plin. 14, 17; 23, 2; 26, 11; Dioſc. 5, 14.

OXYMŌRON, *i*, n. ὀξύμωρον, sententia ita acute & affectate enunciata, ut fatua videatur. Virg. Æn. 7, 295 *Num capti potuere capi?* Vide Voſſ. 2 Rhet. p. 407.

OXŸMYRSĪNE, *es*, f. ὀξυμυρσίνη, ruscus silvestris, agrifolium, ſtechpalmen, walddiſteln. Plin. 15, 7; & 23, 9.

¶ Oxymyrsīnus, *a*, *um*, von walddiſteln; ut, *Oleum oxymyrsinum*, Plin. 23, 4.

Oxypæderotinus, vide post paullo *Pæderota*.

OXŸPŎRVM, *i*, n. ὀξύπορον, remedium cito penetrans, ejusmodi ex junipero conficiunt. Plin. 20, 23. ¶ 2. Columellæ 12, 57 *Oxyporа*, cibi sunt, aceto conditi. Condimenta acetata, quæ & *Oxygala* dicuntur, saure ſalſen. Conf. Stat. 4 Silv. 9, 36.

¶ Oxyporopōla, *æ*, m. ὀξυποροπώλης, ein eßig- oder ſenfkrämer. Plin. 20, 7.

OXYRINCHVS, *i*, m. ὀξύρυγχος, piscis, mugil fluvialis, eine art von weißfiſchen, Geſnerus. ¶ 2. *Oxyrynchus* etiam Ægypti urbs, sic ab oxyrincho pisce dicta, cui templum erat in ea conditum: Strab. lib. 17.

¶ Oxyrinchites, *æ*, m. Ægypti nomos seu præfectura, Plin. 5, 9.

OXYRHŎDON, *i*, n. ὀξύροδον, acetum rosaceum, roſen-eßig. Octav. Horat. 1, 7.

OXYS, *yos*, f. ὀξὺς, haſenklee, haſenampffer. Plin. 27, 12. Est & juncigenus, Plin. 21, 12.

OXYSCHOENVS, *i*, m. ὀξύσχοινος, acutus juncus, qui & marinus dicitur, camelſtroh, Plin. 21, 18; Dioſc. 4, 50. v. *Schœnus*.

OXYTŎNON, *i*, n. ὀξύτονον, papaver agreste, klapperroſen, kornroſen. Apul. de Herb. c. 53. ¶ 2. *Oxytonon*, *Paroxytonon*, & *Properoxytonon* Græcis dicitur dictio, prout accentum habet vel in ultima, vel penultima, vel antepenultima syllaba.

Oxytriphyllon, vide infra *Phyllon*.

OXYZŌMVS, *a*, *um*, ὀξύζωμος, acetoso jure conditus, ſäuricht. Apic. 6, 9 *Oxyzomus pullus*. Prisc. de Diæta c. 6 *Oxyzoma nutriunt competenter*.

ŎYON, *i*, n. ὄυον, plur. *Oya*, ſorba, ſpeierlein, arlesbeere. Dioſc. 1, 141.

ŎZAENA, *æ*, f. ὄζαινα, piscis de polyporum genere, qui & ὄσμυλος vel ὀσμύλη, & ὄζολις dicitur. Plin. 9, 30. *Ozena* autem inde appellatur, quod ex fistula in capite tetrum odorem emittat ab ὄζειν. ¶ 2. Hinc & *Ozæna* morbus dicitur, cum ulcera circa nares generantur, odorem fœdum habentia, naſen-geſchwär. Celſus 6, 8.

¶ Ozænitis, *ĭdis*, f. ὀζαινῖτις, herba ex genere nardi, Plin. 12, 12.

ŌZE, *es*, f. ὄζη, fœtor oris, geſtanck des mundes. Celſ. 3, 11.

Ozymum, vide supra *Ocimum*.

PMVTA litera, *labris* quod ait Cap. p. 58 *spiritu erumpens*, adspiratione assumta, ad potestatem accedit litteræ Græcorum φ; ut, *Phidias*, *Phidippus*, *Philippus* &c. vide infra PH. ¶ 2. Magnum quidem discrimen est inter B & P, quorum illud mollius, hoc durius pronuntiatur; nihilominus ambo facile permutantur; ut & V consona & f & φ cum P. e. g. *πυξος*, *buxus*; *πατρικὸς*, *vitricus*; *πέλεκυς*, *falx*; *πήγω*, *figo*; *βόσκω*, *pasco*; *Κάνωβος*, *Canopus*; *ποφύρα*, *purpura*. Neque id modo accidit in vocibus e Græcia tralatis, sed & in Latinis; ut a *Poplicola*, *Publicola*; a *Scribo*, *Scripsi*; a *Sorbeo*, *sorpsi*; *Officina* forte pro *Opificina*: Sic ex *ob* & *pono* fit *Oppono*: Etiam antiquitus *Optineo* pro *Obtineo* dictum &c. Neque reſpuit P. commercia cum reliquis mutis: ut *λύκος lupus*; *Adpono*, *appono*; *λάγως lepus* &c. Et vice versa *Iecur* ab *ἧπαρ*: *Lugeo* a *λυπέω*; *studium* a *σπεύδω*. ¶ 3. In compositione ante *p* pro *n* sumitur *m*: ut *Impono*, *Compono*, *simplex* i. e. sine plica. Cum hac socia labiali adeo conjungi amat *p*, ut inter *m* & *t*, itemque inter *m* & *s* mediam se interferat, quippe quod eæ sint incompatibiles, ut vult Priscianus. Hinc *Sumo*, *sumpsi*, *sumptum*; *demo*, *dempsi*, *demptum*; *Emo*, *emptum* &c. In quibus tamen & monumentorum fides & doctorum auctoritas variat. ¶ 4. In prænominibus, majuscula sola posita, idem sonat quod *Publius*; ut, *P. Virgilius Maro*, lege *Publius*; sed *P. F. Publii filius*. At *P. R.* est *Populus Romanus*. *PR. K.* valet *Pridie Kalendas*. *P. M. Pontifex Maximus*. *P. P. Pater patriæ*. Et *P. C. Patres conscripti*. v. Valerius Probus de literis antiquis. ¶ 5. Cum fiat labiis arcte compressis, repetitio ejus compressionem aliquam notabit; ac vel temporis continuitatem exprimet, ut in illo Maronis Æneid. 4, 238

Ille patris magni parére parabat Imperio:

vel ad violentiam referetur, ut in hisce Statii Cæcilii: *Aut per servolum*
Percutias pavidum, postremo a parco patre
Quod sumas, quanto dissipas libentius!

Confert etiam exprimendis flatibus, ut docet Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 46. ¶ 6. Cum veteres librarii *p* scripserint pro *per*, factum ut v. g. apud Quintil. 1, 2 fin. p. 31 extr. Burm. scriptum fuerit *aptos* pro *apertos*, & sic sæpius, ut observant Gibſon & Burm. ad l. c.

PABO, *ōnis*, m. vehiculum unius rotæ, ein ſchubkarn. Isidor. in Gloſſ.

PĂBŬLVM, *i*, n. cibus herbaceus, paleaceus & stramenticius pecudum, wende, futter, fourage. Valla 4, 62 a *pasco* ait descendere. Virg. eclog. 1, 50 *Non insueta graves tentabunt pabula fœtas*. Ovid. Heroid. 6, 84 *Pabula falce metit*. Sed, *Pabulo distendi*, wohl ausgefüttert werden, zunehmen. Quint. 2, 10. Liv. 23, 48 *Altæ in segetibus herbæ pabulum præbere poterant*. ¶ 2. Cicero per translationem dixit Acad. 4, 41 *Animorum ingeniorumque naturale quasi quoddam pabulum, consideratio contemplatioque est*. Et Lucret. 4, 1056 *Pabula amoris*.

¶ Pābulāris, *e*, zum futter gehörig; ut, *Vicia pabularis*, ſo man füttert. Colum. 2, 14. Adde 11, 2; & Plin. 18, 16; & Pallad. 1, 6.

¶ Pabulor, *āri*, futter zuſammen ſuchen, fouragieren. Cæſ. B. Civ. 3, 37 *Quo in loco nostri pabulari consueverant*. Ibid. 1, 40 *Milites pabulatum his pontibus mittebat &c.* conf. Liv. 6, 30; & Gell. 17, 2. ¶ 2. *Pabulari* est pascere, pastum exire, in die wende gehen. Colum. 7, 6 *Capella placide ac leniter pabulatur*. ¶ 3. *Fimo pabulandæ sunt oleæ*, i. e. stercorandæ, man muß sie düngen. Colum. 5, 9. ¶ 4. *pabulari* & *populari* a librariis commutantur ap. Liv. 10, 3 & 26.

¶ Pabulans, *tis*, apud Val. Maximum.

¶ Pabulatio, *onis*, f. wende oder fütterung; ut *Pabulatio idonea*, id est, pastus. Varr. de Re Rust. 3, 16. Et Cæſ. B. Gall. 7, 17 *Hostis pabulationes nostras observabat*. Ibid. 1, 15 *Hostem pabulationibus prohibere*.

¶ Pābulātor, *ōris*, m. ein fouragierer. Cæſ. B. G. 5, 15 *Repente ad pabulatores advolaverunt*. Hirt. B. Gall. 8, 11 *Equites præsidio pabulatoribus mittit*. Liv. 27, 43 *Vagi per agros pabulatores*. conf. Id. 29, 2.

¶ Pābulātōrius, *a*, *um*, adject. zum füttern dienlich; ut, *Corbis pabulatorius*, vel *pabulatoria*. Sic enim apud Columell. 6, 3 etiam sequiore genere legitur, ein futter-korb, graſe-korb. vide supra *Corbis*.

¶ Pabulōsus, *a*, *um*, pabulo plenus, voll fütterung. Solinus c. 35 de Britannia: *Ita pabulosa, ut pecuaria, nisi interdum æstate a pastibus arceantur, in periculum agat satietas*.

Pacalis, pacator, pacatus, vide post in *Pax*.

PĂCHŸNVS, *i*, m. πάχυνος, promontorium Siciliæ, ab aëris densitate sic dictum: παχὺ est *densum*, *crassum*. v. *Sicilia*. Virg. Æn. 7, 289

Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno.

Ovidius primam etiam produxit Met. 13, 726

Et quibus imbriferos versus Pachynus ad austros.

Priscianus de Situ Orbis etiam secundam corripuit:

Eminet ad Zephyrum Lylibe, Pachynusque sub ortum.

PACIDIANVS, *i*, m. gladiator nobilis. vide *Æfernius* in *Æfernia*.

Pacifer, pacifico, are, &c. pacisor, paco, vide infra in *Pax*.

PĂCŌRVS, *i*, m. Parthorum regis Orodis filius, cæsus cum exercitu a Ventidio Basso. v. Vellej. 2, 78; Justin. 42, 4; Flor. 4, 9. Martial. 9 epigr. 36 *Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aula*.

Pactilis, Pactio, Pactitius, vide *Pango*, *Pax*.

PACTŌLVS, *i*, m. Πακτωλὸς, fluvius Lydiæ aureis arenis abundans: quem eam ob caussam nonnulli *χρυσορόαν* appellarunt, Solino auctore c. 43. Horat. epod. 15, 19 *Si pecore & multâ dives tellure licebit,*
Tibique Pactolus fluat &c.

Pactor, pactum, vide *Pax*.

PĂCŬVIVS, *i*, m. poëta fuit Brundusinus, Ennii ex sorore nepos. Scripsit tragœdias, quibus sententiarum gravitatem, & pondera verborum Quint. 10, 1 p. 912 tribuit: doctrinam Horatius, cum ait 2 ep. 1, 56

Aufert Pacuvius docti famam senis, Attius alti.

Dictio tamen ejus antiquitatis vitiis laborat, non elegans ac terſa satis. Vnde *Pacuvii veternum* Quintilianus dixit Dialogo de causſis corruptæ eloquentiæ c. 20, 6. Hinc ejus lectione & imitatione antiquarii delectabantur: de quo Persius 1, 77, & Martialis 11 epigr. 91. Citarunt nonnullos ejus versiculos Gellius, Cicero, & Nonius; ut, *Ego odi homines ignava opera, & Philosopha sententia*, Gell. 13, 8. Item: *Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet; id viri est officium, fletus muliebri ingenio additus*, Cic. Tusc. 2, 21. Nonius servavit & hos versus:

O flexanima, atque omnium regina rerum oratio.
Item: *Tamen obfirmato animo miteſcit metus.*
Et: *Patior facile injuriam, si est vacua a contumelia.*
Et: *Munificus nemo putatur, nisi & volens.*

¶ 2. *Pacuvius*, qui Syriam usu suam fecit, memoratur a Seneca epist. 12, vide ibi not. Lipsii.

¶ Pacuvianus, *a*, *um*, possessivum. Cic. de Div. 1, 57 *Ille Pacuvianus, qui in Chryse physicus inducitur*.

PĂDAEI, *orum*, m. Indiæ populi, ægrotos aut senes epulari soliti. Tibull. 4, 1, 144 *Impia nec sævis celebrans convivia mensis,*
Victima vicinus Phœbo tenet arva Padæus.

add. Herodot. 3, 99.

PĂDES, *is*, f. arbor picea, unde *Padus*, Plin. 3, 16.

PĂDVS, *i*, m. quem Græci Ἠριδανον vocant, fluvius est maximus & celeberrimus Italiæ, der Po; vide *Eridanus*, & Plin. 3, 16.

¶ Padua, *æ*, f. a Padi vicinitate urbs elegantissima dicta est, quæ & *Patavium*, T. Livii & Valerii Flacci patria. Hanc Antenor Trojanus condidit, ut Virgilius docet Æn. 1, 251.

¶ Padūsa, *æ*, f. fossa ex Pado Ravennam usque ducta. v. Plin. 3, 16. Virg. Æn. 11, 452; & Claud. in Epithal. Pallad. v. 109.

¶ Circumpădānus, *a*, *um*, Pado utrimque adjacens, um den Po; ut, *Circumpadani campi*. Liv. 21, 35. Item, circa Padum quod nascitur aliturve; ut, *Circumpadanæ lanæ*, vel *oves*, Plin. 8, 48.

¶ Cispadānus, *a*, *um*, ad eumdem modum formatur, diſſeit dem Po, ut, *Gallia Cispadana*, quæ cis Padum Romanis fuit, circa Mutinam & Parmam.

¶ Transpădānus, *a*, *um*, über den Po gelegen. Cic. Off. 3, 22 *Causſa Transpadanorum agua*. Et Suet. Cæſ. c. 9 *Transpadani*. Et, ITALIA TRANSPADANA, Gruter. Inscript. p. 459 n. 7.

PAEAN, ānis, m. παιάν, hymnus in Apollinis & omnium Deorum laudem decantari solitus, ein lob-lied. Servius ad illud Virg. Æn. 6, 657

Lætumque choro pæana canentes:

Proprie, inquit, *Pæan Apollinis laudes: abusive omnium deorum.* Est quoque titulus & argumentum operis Pindarici de laudibus Deorum. Sed hominibus etiam *pæanes* cantati, ut Demetrio ab Athenienſibus. v. Athen. 6 p. 233, quod alias religioni habitum refert Caſaub. c. 14. add. l. 15 c. 16. Imperatoribus etiam Rom. circa ἀποβάσεων canebant. v. Herodian. 4, 2 ext. Plura dabit Cuperus obſ. 1, 1. ¶ 2. Apollo ipſe apud Cic. Verr. 4, 57. Sic in illo Iuvenalis 6, 171

Parce precor, Pæan & tu depone ſagittas.

Ovid. de Art. am. 2, 1 tamquam in triumpho:

Dicite, io Pæan: & io bis dicite Pæan &c.

Et Auſon. ep. 100 *Pone arcum Pæan &c.* Ita autem Apollo dicitur ἀπὸ τοῦ πάιειν a *feriendo*, quod Pythonem interfecit. v. Vinet. not. Auſon. p. 234 & conf. Feſt. vid. & *Pæon* paullo poſt. ¶ 3. *Pæan* pes in verſu aut oratione, qui alias *Pæon*, de quo infra n. 2. Cic. de Orat. 1, 59 *Pæanem aut Munionem citare.*

¶ Pæantĭdes, *um*, f. plur. παιανπίδες, gemmæ, quæ parturientibus mederi dicuntur, Plin. 37, 10. Solin. c. 14.

¶ Pæantius *Heros*, Philoctetes eſt, Ovid. R Am. 111.

Pæcma, vide infra *Pegma.*

PAEDAGŌGVS, *i*, m. παιδαγωγός, cui ducendi & regendi pueros provincia tradita eſt, ein zuchtmeiſter, aufſeher der kinder. *Diſcipuli cuſtos* vocatur a Iuvenali 7, 218. Erant rectores monitoresque ac cuſtodes additi ingenuis pueris, quos ſemper ſequebantur, unde & *Comites* appellati. *Vultus Pædagogi* pro triſti & ſevero, Suet. Ner. c. 37. Et Cic. de Amic. c. 20 *Pædagogi negligendi non ſunt, ſed quodammodo volendi.* Idem de dignitate pædagogorum Div. 2, 2. quam ſententiam obiter huc annotare vitum mihi eſt: *Nullum munus reipublicæ aſſerre majus meliusve poſſumus, quam ſi doceamus atque eruditamus juventutem, iis præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refrenanda atque coërcenda ſit.* Sic, *Cuſtodem cui & pædagogum dare*, Sen epiſt. 11. *Pædagogus adit me &c.* C. Gall. eleg. 3, 17. *Quaſi pædagogus agricolationis*, Colum. 1, 1. Diſcrimen a veteribus obſervatum inter præceptorem & pædagogum. Hic enim proprie deducebat & comitabatur pueros in ſcholam &c. v. Burm. ad Petron. c. 85 p. 416 ſq. & ad Quint. 1, 1 p. 16. Sen. de Ira 2, 22; & Lipſ. in not. ad h. l. ¶ 2. Interdum convicii loco uſurpatur. vid. Plaut. Pſeud. 1, 5, 32; Suet. Galba c. 14; Sen. epiſt. 90; Petron. c. 94.

¶ Pædăgōga, *æ*, f. Hieronymus ad Gaudentium epiſt. 12 *Sit ei magiſtra comes, pædagoga cuſtos.*

¶ Pædagōgĭum, *i*, n. παιδαγωγεῖον, locus, in quo pueri miniſtratorii verſabantur, Plin. 7 ep. 27, eine kinder-ſchule pagen-ſchule. ¶ 2. Item, ipſi adminiſtratorii pueri, & qui in deliciis dominis erant. Plin. H. N. 33, 3 *Viri pædagogiis id damus.* v. Torrent. in Suet. Ner. c. 23; itemque Pignor. de Servis. Adde Sen. de vita beata c. 17; & Parei Lex. Crit. p. 876. Harduinus ad Plin. 33, 3 & 12, ubi hæc vox occurrit, Gallicum page inde derivat, ſecutus, credo, Iac. Gothofr. ad l. 6 C. Th. de diverſis officiis (8, 7) ubi vid. plura.

¶ Pædăgōgianus, *a*, *um*, ex pædagogio: ut, *puer pædagogianus*, ein page, Ammian. 26, 17. Adde 29, 18.

¶ Pædagōgo, *are*, zuchtmeiſter ſeyn, ſchule halten. Fulgent. de Contin. Virg. *Pædagogantis ſuſpectio.* Pacuv. ap. Feſtum in Repotia: *Depulſum mamma pædagogandum accipit.* v. Turneb. Adv. 13, 25.

¶ Pædăgōgātus, *ûs*, m. die zuchtmeiſterey, die führung. Tertull. adv. Valent. c. 13 *Chriſti & Spiritus Sancti pædagogatus.*

¶ Compædagōgius, *i*, m. qui cum aliis ſub eodem pædagogo eſt, ein mitſchüler, ex Vet. Inſcr. Spon. Miſc. p. 228; & Fabrett. p. 361 DIS. MAN. NERITI. POMPONII. MATERNI. PVERI. CONPAEDAGOGII. MERENTI.

¶ Compædagogīta, *æ*, m. qui ſimul cum aliis pædagogus eſt. Inſcript. ap. Fabrett. p. 361 TIB. CLAVDIVS EVANGELVS COMPAEDAGOGITAE SVO.

PAEDĔRASTIA, *æ*, f. παιδεραστία, obſcenum & deteſtandum crimen, cujus meminit Paulus Rom. c. 1, 27, olim Romanis uſitatiſſimum, die knabenſchändung. v. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 2. Hinc

¶ Pædĭco, *are*, cum puero vel maſculo rem habere, apud Catullum carm. 15, 1 & 17; & carm. 21, 4; Martial. 11 epigr. 79 &c.

¶ Pædĭco, *ōnis*, m. qui & *pæderaſtes*, ein knabenſchänder. Martial. 6 epigr. 33; & 12 epigr. 87.

¶ Pædĭcātor, *oris*, m. idem. Suet. Cæſ. c. 49 *Pædicator Cæſaris.*

PAEDĔROS, *ōtis*, m. acanthus criſpus & lenis Plinio eſt 22, 22 bärenklau, conf. Apul. de Herb. c. 104. Legunt alii *Pæderota*, *æ*. ¶ 2. Gemma, quæ alio nomine *opallium*, opal. Plin. 37, 6; Solin. c. 36. Et hinc

¶ Oxypæderōtĭnus, *a*, *um*, ὀξυπαιδερώτινος, colorem gemmæ illius referens; ut, *Oxypæderotinæ veſtes*, quibus matronæ in ſolatium ademptæ purpuræ utebantur, quod proxime ad purpureas accederent, v. Vopiſc. Aurel. c. 46.

PAEDOR, *ōris*, m. ſqualor & illuvies in homine vel animali, collecta ex continua quiete aut aliis cauſſis, geſtanck und unflat an menſchen oder vieh. Dictus a ſordibus pueriles ætatis. *Situm* exponit Valla 6, 25. Lucan. 2, 73 *Longumque in carcere pædor.* Cic. Tuſc. 3, 12 *Barba pædore horrida.* Et, *Obſitus pædore*, mit unflat beladen. Sen. Agam. v. 991. *Pædore horrida membra*, Lucret. 6, 1267.

¶ Pædĭdus, *a*, *um*, id eſt, ſordidus atque obſoletus, unflätig, ſchmutzig. *Quia παῖδες, id eſt, pueri talis ſunt ætatis, ut a ſordibus neſciant abſtinere*, Feſtus, & Lucil. edit. Douſæ p. 47. Superl. *Pædidiſſimi ſervi*, Petr. c. 34.

¶ Pædidoſus, *a*, *um*, vide *Pœdidoſus.*

¶ Pæmĭnōſus, *a*, *um*, i. e. mali odoris, a pædore dictum ſecundum Nonium 2, 722. Sed pro ſicco & arido poſuiſſe potius videtur, quem ſolum laudat Nonius, Varro R. R. 1, 51, 1 *Æſtu pæminoſa area*: ad *grana* retuliſſe videtur Nonius. Conf. Geſn. ad h. l.

¶ Impædio, *ire*, beſudeln. Plaut. Amph. Suppoſ. ad 4, 2 *Quis tam vaſto &c.* v. 12 *Domi uxorem meam impudicitia impædivit.* vide Barth. Adverſ. 25, 1.

Pæne, Pænula &c. vide *Pene*, *Penula.*

PAEON, *ōnis*, m. παιών, *ῶνος*, medicorum præſes Apollo apud Homerum, a *πάω percutio*, quia ſerpentem Pythonem ſagittis confodit. Vnde & pro medico generatim uſurpatur *Pæon* ab Ariſtophane. conf. Iſid. 17, 9. ¶ 2. *Pæon* pes in carmine, qui quadruplex eſt. Primus, qui ex longa & tribus brevibus conſtat, - ∪ ∪ ∪, ut, *conficeré.* Secundus, qui ex brevi, longa, & duabus poſtremis brevibus ∪ - ∪ ∪, ut, *reſolvere.* Tertius, ex duabus prioribus brevibus & longa & brevi poſterioribus, ∪ ∪ - ∪, ut, *ſociare.* Quartus, ex tribus brevibus & longa, ∪ ∪ ∪ -, ut, *domuerint, ſonipedes.* vid. Cic. Orat. c. 57 & 64, & de Orat. 3, 47 & 49. Quintil. 9, 4. Adde Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 435 ſeq.

¶ Pæŏnia, *æ*, f. herba laudatiſſima nomen accepit a Pæone, päonien oder patonien, pfingſt-roſen, παιωνία, Plin. 25, 4 &c. Apul. de Herb. c. 64.

¶ Pæonion, *i*, n. eadem herba apud Apulejum l. c.

¶ Pæŏnius, *a*, *um*, adject. ut, *Pæonia herba*, i. e. medicæ. Virg. Æn. 7, 769. *Pæonium in morem*, i. e. more Pæonis medici, Id. 12, 401.

¶ Pæonĭcus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Genus Pæonicum*, inter rythmica genera apud Mart. Capellam lib. 9 p. 329.

PAEŎNES, *um*, m. populi qui ad Rhodopen montem & Macedoniam maritimam habitant, quos male nonnulli cum *Pannonibus* confundunt. vid. Dio Caſſius lib. 49. conf. Ov. Pont. 2, 2, 77. Stat. Achill. v. 417. Hinc

¶ Pæonia, *æ*, f. regio Pæonum in Macedonia ad amnem Axium. vid. Plin. 4, 10. Strab. & Ptolem. conf. Juſtin. 7, 1, 5; Liv. 40, 3 pr.

¶ Pæonius, *a*, *um*, adject. ut, *Pæonius rhetor*, Cic. ad Qu. Frat. 3, 3.

PAESTVM, *i*, n. Παῖσον, Lucaniæ oppidum, Græcis Poſidonia appellatum, ut Plinius auctor eſt 3, 5. Bis ibi roſæ proveniebant anno uno. Vnde Virg. Georg. 4, 119 *Biferique roſaria Pæſti.* Propert. 4, 5, 59 *Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti.* conf. Ovid. Met. 15, 708; & Mart. 12, 31.

¶ Pæſtānus, *a*, *um*, adject. ut, *Pæſtanus ſinus*, Cic. Attic. 16, 6. Et, *Pæſtanus cultus*, Auſonius in *Roſis*:

Vidi Pæſtano gaudere roſaria cultu.

Sic & Strabo Gallus Hortul. præfat.

Non minimum eſt, ſiquis Pæſtanæ deditus arti
Horruit obſceni curas tractare Priapi.

PAETVS, *a*, *um*, ab oculorum vitio dictus, übersichtig, liebäugig. Horat. 1 ſat. 3, 44 *Strabonem appellat pætum pater*, i. e. non faſtidit pater non ſolum filiorum vitia, ſed & extenuat, & vel ad laudem transfert. Ex quo intelligitur, minus vitii habere *pætum*, quam *ſtrabonem.* Vetus ſcholiaſtes Horatii ad laudatum locum: STRABO *dicitur, qui eſt diſtortis oculis*: PÆTVS *qui leviter declinatis, cujus huc ac illuc tremuli volvuntur*, ſchiel. Hoc autem venereum. Et inde Venus ipſa *Pæta* vocatur. Ovid. de Arte am. 2, 659

Si pæta eſt, Veneri ſimilis: ſi flava, Minervæ.

¶ 2. Et proprium cognomen Romanæ familiæ *Pæti.* Plinius 11, 37 *Vni animalium homini depravantur* (oculi) *unde Strabonum & Pætorum cognomina.*

¶ Pætulus, *a*, *um*, diminut. apud Cic. de Nat. D. 1, 29 pr. *Redeo ad Deos, ecquos ſi non tam ſtrabones, at pætulos eſſe arbitramur?*

¶ Subpætulus, *a*, *um*, nonnihil pætulus; ut, *Oculi ſubpætuli*, Varro.

Paganalia, paganicus, paganus, pagatim, vide mox *Pagus.*

PĂGĂSAE, *arum*, f. pl. oppidum maritimum Theſſaliæ, Pheræorum navale, non procul a Pelio monte, ἀπὸ τῆ παγάσαι, quod eſt *compactum eſſe*, quodibi compacta fuerit Argo navis. vid. Val. Flacc. 8, 451; Mela 2, 3 *Sinus Pagaſæus urbem Pagaſam amplexus amnem Sperchion accipit: & quia Minyæ Colchida petentes inde Argo navem ſolverunt, memoratur.*

¶ Păgăſæus, *a*, *um*, adject. ut, *Pagaſæa puppis*, Ovid. Met. 7, 1, id eſt, Argo navis. Eadem *Pagaſeïa puppis*, Val. Flacc. 1, 422. *Pagaſæum litus*, Lucan. 6, 400. *Pagaſæus ſinus*, Mela l. c. Argonautæ *Pagaſæi juvenes*, v. Brouckh. ad Propert. 1, 20, 17. *Pagaſæa Evadne*, Ov. A. A. 3, 19.

¶ Păgăſĭcus, *a*, *um*, idem; ut, *Sinus Pagaſicus*, Plin. 4, 8.

Pagella, pagina, pagmentum, vide *Pango.*

PAGO, *pĕgi*, *pāgĕre*, verbum antiquum, idem quod *pacifci.* vid. *Pango* n. 4.

PAGRVS, & Phagrus, *i*, m. πάγρος, φάγρος, quaſi φάγος, id eſt, vorax, pilcis, eine groſſe rothe meerbraßme. Geſner. Plin. 9, 16; & 32, 10. Sed

¶ Pagūrus, *i*, m. πάγουρος, cancri marini ſpecies, eine meer-ſpinne, ſeekrebs. vid. Ovid. Halieut. v. 107, ubi vocatur *pāgā.* Plin. 9, 31; Pallad. 1, 35; & Ariſtot. lib. 4 de Animal.

PĀGVS, *i*, m. proprie ſignificat ſocietatem vicorum, vicos plures ditione quadam conjunctos, eine pflege oder gemeine aus vielen dörfern. *Vicus* enim tantum villarum eſt congeries, ſine mœnibus, ein dorf. Hac ſignificatione *pagus* apud Cæſarem & Tacitum legitur. Videnturque in plano fuiſſe pagi. Inde *paganos* a *montanis* diſtinguit Cic. pro Domo c. 28. v. Scalig. Lect. Auſon. 1, 23 p. 66. ¶ 2. Vocant & *pagum* vicum, ſed improprie, ein dorf, a πηγή, *fons*, quod pagi circa fontium rivos collocarentur, vel quod eadem aqua uterentur, ut Feſtus voluit. Virg. Georg. 2, 382 *Ingentes pagos & compita circum.*

¶ Pāgānus, *a*, *um*, ruſticus, bäuriſch; ut, *Feſcula* [illegible] Propert. 4, 4, 76. *Foci pagani*, Ovid. Faſt. 1, 670. [illegible] 4, 62 *Pagani mater Amyntæ.* Subſtantive Cic. pro Dom. [illegible] 28 *In hac urbe nulli pagani, aut montani*, bauern. ¶ 2. *Pagani* ICtis dicuntur omnes, qui non ſunt milites. Plin. 10 epiſt. 18, Veget. 2, 23, Buchn. ad Plin. 7 epiſt. 25, Bernegg. ad Suet. Aug. c. 27, unde & *paganum peculium caſtrenſi* opponitur; itemque *paganus cultus militari*, ap. Plinium 7 epiſt. 25. Tac. Hiſt. 3, 24, 4 *Vos niſi vincitis, pagani*, ſcil. eſtis; i. e. pro paganis, non pro militibus habebo. Ita & alibi *pagani* eidem non milites ſunt, ut Hiſt. 2, 14, 4, ubi

ubi & Pichena quædam notavit. ¶ 3. Hinc & *Pagani* veteribus Chriſtianis dicebantur gentiles, quod Chriſti milites non eſſent, heyden, unchriſten, ut quidam cenſent. Sed alii a *pagis*, ubi extra urbes ſub Chriſtianis principibus idola colebantur, notionis hujus rationem ducunt. v. Heraldum principio Comment. in Arnobium, & Cellarii Cur. poſter. p. 276. Oroſius præf. lib. 1 *Ex locorum agreſtium compitis & pagis pagani vocantur.* Auguſtin. Retract. 2, 43 *Deorum falſorum multorumque cultores pagani.* Hinc &

¶ Paganĭtas, *ātis*, ritus & religio paganorum, das heydenthum. Salvian. 8 de Gub. Dei p. 302 *Profeſſa jugiter plurimorum paganitas fuit.* Et Rutil. 1, 373 *Hilares per compita ruſtica pagi.* Theod. Cod. l. 15 tit. 5 de ſpectaculis: *Paganitatis ſtolidæ errore detineri.*

¶ Paganĭcus, *a, um*, adject. dorfhaftig, bäuriſch. Martial. 14 epigr. 45 *Paganica pluma.* Varro de L. L. 5, 3 *Paganicæ feriæ, agriculturæ cauſſa ſuſceptæ.* ¶ 2. Chriſtianis ſcriptoribus *Paganicus* eſt quoque heydniſch. Salvianus principio lib. 1 de Gubern. *Incredulitas paganica.* Id. lib. 1 contra Avar. p. 25 *Impia & paganica ſolicitudo.* Gruter. Inſcript. p. 21 n. 11 IOVI PAGANICO.

¶ Paganalia, *ium*, n. pl. feſta ruſticorum, bauer-kirchmeß. vid. Varro de L. L. 5, 3. Onomaſt. Vet. *Paganalia*, κωμητικά. De his videtur Ovidius intelligendus Faſt. 1, 669

Pagus agat feſtum: pagum luſtrate coloni,
Et date paganis annua liba focis.

¶ Pagatim, adverb. per ſingulos pagos, von dorf zu dorf. Liv. 31, 26 *Templa pagatim ſacrata.* Ibidem c. 30 *Pagatim habitantes.*

¶ Areopagus vide ſuo loco in A.

¶ Semipaganus, *a, um*, pro ſemidocto, inexercitato aut imperfecto. Perſius in proœmio v. 7

Ipſe ſemipaganus
Ad ſacra vatum carmen adfero noſtrum.

Et Sarisb. prolog. lib. 6 *Quis a ſemipagano tibiam aurochalco junctam & exilem tubæ grandioris expectet?*

PĀLA, *æ*, f. inſtrumentum foſſorum, ein ſpaten, grabſcheid, ſchaufel, a *pangendo* dictum, quia in terra pangitur. v. Varro de L. L. 4, 31; ut, *juncoſam aquam palâ vertere*, Plin. 18, 6. Liv. 3, 26. de L. Quinctio: *Seu foſſam fodiens palæ innixus.* Sic Gron. vulgo *palo.* ¶ 2. Et inſtrumentum aliud, quo in furnum panis mittitur, eine backſchaufel. Quo quidam referunt *palas ligneas* Catonis c. 11 extr. de Re Ruſt quæ vero videntur aliud inſtrumentum, quod numerus *quadraginta* arguit, fuiſſe. ¶ 3. Item aliud, quo ventilantur & purgantur frumenta, eine wurfſchaufel. Tertull. de Perſecut. c. 2 *Hæc pala illa, quæ & nunc dominicam aream purgat, Eccleſiam ſcilicet, confuſam acervum fidelium eventilans, & diſcernens frumentum martyrum & paleas negatorum.* Et Iuvenc. 1, 371 *Auralis pala.* ¶ 4. *Pala* denique σφενδόνη eſt, hoc eſt, plana & latior pars annuli, cui vel inſigne inſculpitur, vel gemma inſeritur, der ballen am ringe, der kaſten. Cic. Off. 3, 9 *Gyges cum palam ejus annuli ad palmam converteret, a nullo videbatur &c.* ¶ 5. Eſt & *Pala* arbor apud Indos, de qua Plin. 12, 6. ¶ 6. *Pala auri & æris*, id eſt, maſſula, & quidem lebbralis, ein ſtücklein golds. Plin. 34, 6. Sed meliores omnes libri *palea* habent, non *pala.* Hinc vero

¶ Pālacra, *æ*, f. major auri maſſa, ein goldklump, Plin. 33, 4.

¶ Palacrana, *æ*, f. idem, ibidem.

¶ Bīpālium, *i*, n. inſtrumentum, quo terra foditur, quaſi bina pala, ein grabſcheid ſpaten, karſt. Colum. 3, 5 *Ager bipalio ſubigi debet.* Et Cato de R. R. c. 6 *Bipalio vortito.* Et c. 45 *Locus bipalio ſubactus fiet.*

PĂLAEMON, *ōnis*, m. grammaticus fuit Romæ Quintiliani ætate, tantæ arrogantiæ, ut, ſicut Suetonius de Gramm. c. 23 auctor eſt, *ſecum & natas & morituras litteras jactaret*, item M. Varronem, Romanorum longe doctiſſimum *porcum* appellaret. v. & Quintil. 1, 4. *Palæmonis* artem pro Grammatica dixit Iuvenal. 6, 451. Adde Voſſ. de Poëtis Latin. p. 42. ¶ 2. *Palæmon* etiam dictus fuit Inus & Athamantis filius, maris Deus, qui & Melicerta, Latinis *Portunus*; in cujus honorem ludi Iſthmici inſtituti. vid. Ovid. Met. 4, 511, & Heroid. 18, 159. ¶ 3. Eſt & paſtoris nomen apud Virgil. ecl. 3.

¶ Pălæmōnius, *a, um*, adj. Claudian. de Conſul. Mallii Theod. v. 289

Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis.

Vbi ad mediam ſignificationem, ſeu Palæmonem illum reſpicitur, cui ludi in Græcia dicati erant, quorum præmia, coronæ, exploratæ & probatæ manui, i. e. catervæ, dabantur.

PALAEOPHARSĂLVS, *i*, f. eſt antiqua Pharſalus, ſive vetus urbs in regione ad Pharſalum, alt-Pharſal. Frontin. Strateg. 2, 3, 22 *Cn. Pompejus adverſus C. Cæſarem Palæopharſali triplicem inſtruxit aciem.* conf. *Pharſalus.*

PALAEPHĂTVS, *i*, m. ſcriptor antiquus, tempore Artaxerxis, patria Parius, vel, ut alii volunt, Prienæus, qui volumina quinque ſcripſit ἀπίστων, ſive *Rerum Incredibilium.* De pluribus hujus nominis v. Voſſ. de Hiſt. Gr. 1, 9; & 3, 395; & Cæl. Rhodig. 30, 34.

¶ Pălæphatius, *a, um*, adj. Virg. in Ciri v. 88

Docta Palæphatia teſtatur voce papyrus.

PALAEPŎLIS, *is*, f. Græca quondam urbs in Italia, uti jam *Neapolis*, ap. Liv. 8, 22.

PĂLAESTĪNA, *æ*, f. regio Syriæ auſtralis, præſertim illa, quæ ad mare eſt mediterraneum, olim *Philiſtæa.* Deinde omnis Iudæorum regio, Plin. 5, 12, das gelobte land.

¶ Pălæſtīnus, *a, um*, adject. Silius 3, 606

Hic fera gentis
Bella Palæſtinæ primo delebit in ævo.

¶ Pălæſtīni, *orum*, m. pl incolæ regionis. Spartianus in Severo c. 17 pr. *In itinere Palæſtinis plurima jura fundavit.*

¶ Palæſtīnenſis, *e*, aliud adject. Spartian. ibidem c. 9 *Neapolitani Palæſtinenſes.*

PĂLAESTRA, *æ*, f. παλαίστρα, (quæ & *Pale*, vide infra;) locus luctationi (τῇ πάλῃ vel τῷ παλαίειν) deſtinatus, eine fecht-ſchul, ring-platz, Virg. Æn. 6, 642

Pars in gramineis exercent membra palæſtris,
Huic dedita olim maxime fuit Laconica juventus, itemque Virgines Lacænæ, notante Barth. ad 4 Theb. Statii p. 980. vid. Hieron. Mercurial. de Art. Gymn. 1, 6. *Agreſtis palæſtra*, Virg. Georg. 2, 531. *Fac periculum in palæſtra*, Ter. Eun. 3, 2, 24. Eidem Phorm. 3, 1, 20 *Palæſtra* improprie vocatur domus amicæ, in qua quis aſſidue verſatur. Sic & loca diſputandi exercitio deſtinata *Palæſtræ* dicuntur. v. Vitruv. 5, 11.

¶ Palæſtes, *æ*, m. παλαιστής, ein ringer, fechter. Lamprid. de Alex. Sev. c. 27 *Palæſtes primus fuit, in armis magnus &c.* conf. c. 20.

¶ Pălæſtrīta, *æ*, m. παλαιστρίτης, idem, vel qui curat palæſtram tanquam præfectus. Cic. Verr. 4, 57: & Martial. 3 epigr. 58.

¶ Pălæſtrĭcus, *a, um*, fechteriſch; ut, *Ars palæſtrica*, Quintil. 2, 21. *Motus palæſtrici*, Cic. Off. 1, 36. Et, *Facies ſucci palæſtrici plena*, Apul. Apol. p. 315, ſtarck und fett. Ita *athletice valere*, vide ſupra. Quintil. 12, 2 ſunt *palæſtrici doctores*, fechtmeiſter. Adde 1, 11 *Paulum etiam palæſtricis vacare.*

¶ Pălæſtrĭce, adv. palæſtritarum more. Cic. de opt. Gen. Orat. c. 3 *Palæſtrice ſpatiari in xyſto.*

¶ Pălæſtrans, *tis*, fechtend, ringend. Fulgent. 1 Mythol. *Sudor hic opus eſt palæſtrantis ingenii.*

¶ Apălæſtri, *orum*, m. pl. ἀπάλαιστοι, imperiti palæſtræ, die nicht fechten gelernet. Quintil. 9, 4. Sic *Motus apalæſtri*, dicebantur incompoſiti & indecentes, non reſpondentes palæſtræ, (ita enim etiam decentiam in motu & flexu corporis appellabant,) ungeſchickte tölpiſche ſprünge.

PALALIA, *æ*, f. herba, quæ & *Cyclamen*, erdäpfel. Apul. de Herb. c. 17.

PĂLAM, adverb. manifeſte, in omnium conſpectu, öffentlich. Tib. 2, 1, 84 *Voce palam pecori, clam ſibi quisque vocet.* Ter. Adelph. 3, 2, 30 *A lenone ipſius eripuit palam.* Sic, *Divulgare palam*, Cic. poſt red. in ſenat. c. 5, ausbreiten, ruchtbar machen. *Palam eſt*, Ter. Eun. 1, 2, 24, es iſt nicht heimlich. *Aperte ac palam aliquid facere*, Cic. in Orat. c. 12. *Qui palam eſt adverſarius*, Idem Verr. 1, 15. *Aperte palamque dicere*, Id. Verr. 2, 7. Et, *Palam ante oculos omnium*, Idem Verr. 5, 26. Sic, *Palam beatus*, Ter. Phorm. 1, 3, 17, ſcheinbarlich glückſelig. *Palam re facta*, Nepos 23, 7, 7. Et, *Palam facere alicui*, 23, 11, 1. ¶ 2. Conſtruitur cum ablativo. Ovid. A. A. 2, 569 *Marte palam.* Liv. 6, 14 *Palam populo.* add. I. Fr. Gronov. & Drakenb. ad 25, 18; & Burm. ad Quint. Decl. 2, 13 p. 51; & 6, 14 p. 141. Hinc

¶ Diſpălеſco, *ĕre*, divulgari, kundbar werden. Plaut. Bacch. 4, 9, 123 *Periiſſe fuavius eſt, quam illud vitium vulgo diſpaleſcere.*

¶ Propălam, adv. idem quod *palam*; ut, *Tabulæ & ſigna propalam collocata*, Cic. de Orat. c. 35, frey, öffentlich. Sic Liv. 34, 33 extr. *Hæc propalam dicebat: illa tacita ſuberat cura.*

¶ Propălo, *are*, divulgare, verbum cadentis latinitatis, kund machen, ausbreiten, offenbaren. Mamertus de Anima 1, 2 *Pagina propalatur.* Sidonius 9 epiſt. 11 *Quæ propalare diſſimulat, excolere detrectat.*

¶ Propălatus, *a, um*, kund gemacht, offenbaret. Oroſius 6, 5 *Contra edictum propalatæ & publicæ veritatis.* Et Auguſt. epiſt. 137 *Divinitus propalatum.*

PĂLĂMĒDES, *is*, m. Παλαμήδης, Nauplii Eubœæ regis filius, inventor quatuor litterarum græcarum, θ ξ χ φ, in bello Trojano, vide Plin. 7, 56. conf. Martial. 13 ep. 75. De ejus morte v. Serv. in Æn. Virg. 2, 82; item Xenoph. Apol. Socratis p. 705.

¶ Palamedēus, *a, um*, adj. Manil. 4, 205 *Palamedeis certans viribus.* v. ibi Scalig. p. 288; & Erafmi Adag. *Palamedeum inventum.*

PĂLANGAE, *arum*, f. pl. fuſtes teretes, per quos naves in mare attrahuntur, vel ad litus ſubducuntur, rollen, walzen, bebebäume, apud Varronem in Nonii c. 2, 725. Græcis φάλαγγις & φαλάγγα, unde & Cæſar *Phalangas* dixit: de B. C. 2, 10; & 3, 40 *Scutulas* vocat. vide infra *Phalanga.*

¶ Palangarius, *i*, m. qui aliquid oneris fuſtibus transvehit, ein handlanger mit walzen. v. Nonius l. c.

¶ Palango, *are*, fuſtibus deducere, fortwalzen. Afran. *Carinam unam ſemilaceram quaterni ſimul palangabant.* v. Lauremb. Antiqu. pag. 316.

Palanteum, vide *Pallanteum*, in *Pallas.*

PĂLĂRA, *æ*, f. avis, de qua Autor Philomelæ v. 11

Dulce Palara ſonat, quam dicunt nomine Droſtam.

Palaria, palaris, Palas, vide infra *Palus, Pallas.*

PĂLĂTHA, *æ*, f. παλάθη, maſſa ficorum, ein hauffe feigen auf einander gedruckt, teſte Heſychio. vid. Vulg. Interpr. Iudith. c. 10, 5.

Palatinus, quære in ſequente *Palatium.*

PĂLĀTIVM, *i*, n. unus ex ſeptem montibus Romæ: cujus appellationis ratio varie explicatur. De nominis origine v. Varr. de Lat. Ling. 4, 8. Cic. Catil. 1, 1 *Nihilne te nocturnum præſidium Palatii movit?* Adde, qui Romanæ urbis hiſtoriam dederunt, & Drakenb. ad Liv. 1, 6. ¶ 2. Item, domus Cæſarum ſeu Imperatorum, kayſerliche pfalz, paſſim apud Auguſteos Scriptores; quam notionem egregie explanat Dio Caſſius lib. 53 p. 507, cujus ſumma eſt, quod Auguſtus Cæſar in Palatino monte habitaverat. v. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 8, 1. ¶ 3. Sumitur ergo pro quavis etiam domo ampla & magnifica, ein herrlicher pallaſt, ſchloß; ut, *Romana palatia*, Virg. Georg. 1, 499. *Secreta palatia*, Iuvenal. 9, 23. conf. Silius 12, 716. Poëtæ interdum, ut primam producere poſſent, τὸ L geminare ſolent, & *Pallatia* dicere. Vnus Martialis plura ſuppeditabit exempla: ut, 1 epigr. 71; 4 epigr. 5 &c.

¶ Palatīnus, *a, um*, quod ad aulam imperatoriam pertinet, zum pallaſt gehörig. Sic *Palatini*, qui in Palatio miniſtrant: ut, *Palatinus Altienſis*, Suet. Calig. c. 57. *Palatini ludi*, qui in Palatio triduo celebrabantur circa templum Palatinum in honorem Auguſti, de quibus

bus Iosephus in rebus Caji meminit, & Suet. Aug. c. 56, ubi vide Casaub. *Palatinus Apollo*, Horat. 1 epist. 3, 17. Quare *Clodiam* Cicero *Medeam Palatinam* dixerit, leges apud Voss. 4 Inst. Orat. p. 137. Sic, *Palatinæ ædes*, Aur. Vict. Epit. c. 6. *Officia Palatina*, Idem c. 14. ¶ 2. *Palatini comitis* nomen, pluribus olim principibus commune, hæsit in primis Electori ad Rhenum, cujus etiam cives sunt *Palatini*, die Pfälzer, & *Palatinatus*, vulgo die Pfalz. Alii vero sunt quasi ex hoc ipso fonte derivati *litterati illi Comites Palatini*.

¶ Palatua, *æ*, f. Dea, in cujus tutela Palatium esset, Varro de L.L. 6, 3.

¶ Palatualis, *e*, adject. ut, *Palatualis flamen*, qui ad sacrificandum ei Deæ constitutus erat; Festus, & Varro l. c.

PALĀTVM, *i*, n. (Cicero etiam de Fin. 2, 8 *Palatus* dixit gen. masc.) interioris oris cavitas est, der gaumen. Cic. de Nat. D. 2, 18 *Epicurus, dum palato quid sit optimum judicat, cæli palatum, ut ait Ennius, non suspexit*, hoc est, non fuit memor beatæ voluptatis in cælo. Horat. 2 epist. 2, 61

Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.

Iuvenal. 10, 203 *Et quibus in solo vivendi caussa palato est*, qui vivunt, ut edant. Sen. Consol. ad Helviam c. 9 extr. *O miserabiles, quorum palatum, nisi ad pretiosos cibos, non excitatur.* Sic, *Templum linguæ palatum*, elegantissima tralatione dixit Lucret. 4, 625.

PĂLĒ, *es*, f. πάλη, lucta, unde & *palæstra* dicta est. Nominis rationem diversam prodiderunt auctores. Vide Mercurialem de Gymnastica 2, 8. Scaliger a concussione ἀπὸ τοῦ πάλλειν πάλην dictam censet de Re Poëtica 1, 22. Stat. 6 Theb. de Tydeo v. 824

Ille quidem & disco bonus, & contendere cursu,
Nec cæstu bellare minor, sed corde labores
Ante alios, erat uncta Pales.

ubi *Pales* pro *Pale* est: quam Vetus scholiastes *palæstræ studium* interpretatur. Barthius monuit ex MSCtorum fide Pale legendum esse, sibilum ex proxima voce adhæsisse. Potest etiam in mentem venisse librario *Pales* Virgiliana, de qua statim. ¶ 2. Aliud *Pale* est apud Sidonium 9 epist. 13, cum ait:

Bimari remittat urbe Thymelen Palenque docta
Tepidas ad officinas Citharistrias Corinthus.

Vbi per *Palen* videtur saltationem intelligere.

PĂLEA, *æ*, f. granorum folliculi, spreu, kaff, heckerling; pabulum jumentorum. *Levis palea*, Virg. Georg. 1, 368. Idem Georg. 3, 134

Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes.

Cic. Fin. 4, 27 *Gubernator æque peccat, si palearum navem evertit, & si auri.* ¶ 2. Et *Palea*, cartilago est dependens a collo galli, des hahnes bart, das rothe läpplein. Varro R. R. 3, 9; & Colum. 8, 2. ¶ 3. *Palea æris*, erzt-schaum. Plin. 34, 13. Sed

¶ Palear, *āris*, n. seu *Palearia*, plur. pellis est dependens a gutture boum, die wammen, ochsen-kehle. Sen. Hippol. v. 1041 *Musco tenaci pectus & palear viret.* Stat. Theb. 3, 332 *Proscissis palearibus.* Virg. Georg. 3, 53

Cui crurum tenus a mento palearia pendent.

¶ Palealis, *e*, in paleis reconditus, in spreu gefüttert oder verwahrt; ut, *Palealcs uvæ*, Cæl. Aurel. Acut. 2, 37. conf. 3, 21.

¶ Palearis, *e*, von spreu. Fortunat. 3 Mart.

Immanemque hostem palearis aristæ removit.

¶ Palearium, *i*, n. ein spreuboden. Colum. 1, 6 *Pars*, inquit, *villæ fructuaria dividitur in fœnilia paleariaque, & apothecas, & horrea.*

¶ Paleatus, *a, um*, mit spreu gemenget, ut, *Lutum paleatum*, quod paleam habeat admixtam, Colum. de arbor. c. 8; & 12, 44.

PĂLES, *is*, f. pabuli Dea, quæ cum Apolline νομίῳ a rusticis colebatur. Vnde & conjungit Virg. ecl. 5, 35

Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.

Tibull. 1, 1, 15 *Hic ego Pastoremque Deum lustrare quotannis,*
Et placidam soleo spargere lacte Palem. v. Brouckh.

Nam *Pastor Deus* Apollo νόμιος est. Alii vero *Palem* Deum fecerunt. Vide Servium ad Virg. 3 Georg. princ.

¶ Palilis, *e*, ad cultum hujus deæ pertinens, ut Ovid. Fast. 4, 798 *Palilis flamma.*

¶ Palīlia, & Parilia, *ium*, n. pl. festa Deæ Palis, quæ celebrabantur II Calend. Maji, das hirten-fest. Vellej. 1, 8, 4 *Parilibus Romam condidit Romulus.* Propert. 4, 1, 19 *Annuaque accenso celebrare Palilia fœno.* Tibull. 2, 5, 87

At madidus Baccho sua festa palilia pastor
Concinet: o flabulis tunc procul este lupi.

Et Ovidius Fast. 4, 721 *Palilia poscor;*
Non poscor frustra, si favet alma Pales.

Ad quem locum Heinsius observavit, *Parilia* in plerisque libris antiquis esse, quod etiam de Plinio (19, 5 sect. 24) Harduinus tradit, ubi vulgo *Palilia*; in MSS. *Parilia* legi. vid. etiam Casaub. ad Pers. 1, 27 *Famosa palilia fœno*, & qui laudantur ad Calpurn. ecl. 2, 63. Hinc

¶ Palīlīcium, *i*, n. sidus cæleste, oculus tauri, stella primæ magnitudinis, una ex Hyadibus sive Suculis. Plin. 18, 28 *Hoc est vulgo appellatum sidus Palilicium, quoniam &c.* Vbi idem Harduinus annotavit, in MSS. *parilicium* legi. Scilicet *Parilia* non a Pale, sed a *pariendo* putant dici, quod sub Parilicii exortum cosmicum omnia parturiant.

PALFŬRIVS, *i*, m. Sura cognomine, orator & caussidicus, a Domitiano senatu motus, quod cum Vitellianis sensisset. v. Iuvenal. 4, 53.

PĂLĪGVS, *i*, m. pl. Palici, gemini fratres, Iovis & Thaliæ Nymphæ sive Ætnæ, filii, quorum historiam exhibet Macrobius Sat. 5, 19. conf. De la Cerda ad Virg. Æn. 9, 585; Ovid. Met. 5, 506 & Burm. ad h. l. ir. Sil. 14, 220.

¶ Palicanus, *i*, m. Lolliæ gentis cognomen, de quo Burm. ad Quint. 4, 2 pr.

Palilia, Palilicium. vide paullo ante *Pales.*

PALIMBACCHĪVS, *i*, m. παλιμβακχεῖος, pes, qui & *Antibacchius*, constans duabus syllabis longis, & tertia brevi--v, ut, *Augustus.* v. Quintil. Inst. Orat. 9, 4.

PALILOGIA, *æ*, f. παλιλογία, iteratio. Hæc figura repetito verbo aut nomine, non diversa vult intelligi, sed vehementius repetita significat. e. g. *Nos, nos, dico aperte, nos consules desumus*, Cic. Cat. 1, 1.

PĂLIMPISSA, *æ*, f. παλίμπισσα, pix recocta, eingesotten pech. Plin. 24, 7.

PALIMPSESTVS, *i*, m. παλίμψηστος, membrana iterum abrasa, charta deleticia, seu potius membrana vel tabella rasilis, cujusmodi est abacus calculatorum, eine schreibetafel, eselshaut. Ejusmodi enim quiddam hodie fit ex pelle asinina. Dicitur a πάλιν, *rursus*, & ψέω, seu ψάω rectius, *rado.* Scribunt & *palinxestus* rectissime a ξέω, eadem significatione. Vsus est hac dictione Cicero fam. 7, 18 *Nam quod in palinxesto, laudo equidem parsimoniam; sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc scribere*; ubi potius legendum: *non scribere*, ut libri quidam probant & sententia exigit.

Palinodia, vide supra *Oda.*

PĂLĪNŪRVS, *i*, m. gubernator classis Æneæ, a πάλιν & οὖρος. Martialis 3 epigr. 78 *Mejere vis iterum, jam Palinurus eris.* Ludit ambiguitate vocis, οὖρος enim *ventum*, οὖρον *urinam* significat. conf. Virg. Æn. 3, 202 & 562 &c. Ab eodem *Palinurus* promontorium Cyrenaicæ regionis in Africa, & aliud Pæstani sinus in Italia cognominatum. v. Lucan. 9, 42.

PĂLĪVRVS, *i*, m. παλίουρος, frutex spinosus, eine art von disteln. Virg. eclog. 5, 39 *Carduus & spinis surgit paliurus acutis.*

¶ Pāliūreus, *a, um*, heckigt, dornicht. Fulgent. 1 Mythol. *Paliurea prata incedente premere planta.*

PALLA, *æ*, f. ein mantel, eine schaube, propria mulierum, ut Marcilius ad Tertull. de Pallio ostendit. Virg. Æn. 1, 684

Pallam signis auroque rigentem,
Ornatus Argivæ Helenæ, quos illa &c. Horat. sat. 1, 2, 38 *Circumdata palla.* Conf. Ferrarius de Re Vest. P. 1, 3, 18. Deos tamen æque ac Deas pallis induunt poëtæ. v. Brouckh. ad Tib. 4, 6, 13. ¶ 2. Item omnium, quæ in tragœdia agebantur, personarum. Hinc eam heroibus poetæ tribuunt, ut Flacc. Arg. 3, 718. Iasoni. v. Suet. Interpretes in Calig. c. 54; & Barth. ad Claudian. p. 736. ¶ 3. Videntur & Galli ea usi. Martial. 1 epigr. 93 *Dimidiasque nates Gallica palla tegit.*

¶ Pallula, *æ*, f. diminut. Plaut. Truc. 1, 1, 32 *Consciissa pallula est.*

¶ Pallium, *i*, n. vestitus erat Græcorum, viris ac fœminis communis, ein mantel. *Corpus pallio tegere*, Cic. de Divin. 2, 69. Plaut. Trin. 5, 2, 30 *Tunica pallio propior est*, das hemde ist mir näher als der rock. *Colligere pallium*, zusammen fassen, Plaut. Capt. 4, 2, 9, quod ejus est, qui pugnam molitur: vide & 4, 3, 9 seqq. *Conjicere pallium in collum*, Idem dixit Epid. 2, 2, 10, quod festinanti tribuit. Plura de *Pallio* libro singulari Tertullianus & Salmasius ad illum, quem vide etiam in Hist. Aug. f. 389, &c. De *pallii* etiam in lecto usu Ovid. Am. 1, 2, 2 it. 1, 4, 50 & Iuven. 6, 235. ¶ 2. *Pallium* pro tecto vel operimento, die decke, der fürhang. Sic vulgata Exod. 36, 18 velum tabernaculi *pallium* vocat.

¶ Palliŏlum, *i*, n. ein röcklein, mäntelein. Cic. Tusc. 3, 23 ex Cæcilio: *Sæpe est etiam sub palliolo fordido sapientia.* Ovid. Art. am. 1, 733 in describendo languentis & ægroti habitu: *Nec turpe putaris, Palliolum nitidis imposuisse comis.*

¶ Palliastrum, *i*, n. pallium fordidum, lacerum, eine alte hülle. Apul. 1 Met. p. 104 *Humi sedebat, scissili palliastro semiamictus.*

¶ Pallio, *āre*, verhüllen; item, astute & insidiose celare & dissimulare, bemänteln; Apul. *Nec palliari tam aperta res potest.*

¶ Palliŏlo, *are*, idem ex diminutivo. Cæcil. apud Nonium 2, 624 *Avolat periculamentum & palliolatur.*

¶ Palliatus, *a, um*, pallio indutus, qui Græcorum habitus, unde *Comœdiæ palliatæ*, repræsentantes scilicet actus Græcorum. *Iudex palliatus*, Cic. Phil. 5, 5. Et Suet. Cæs. c. 48 *Vno triclinio sagati palliative; altero togati discumbebant.*

¶ Palliŏlatus, *a, um*, idem, ex diminut. Suet. Claud. c. 2 *Palliolatus novo more præsedit.* Martial. 9 epigr. 33, 1

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

¶ Palliŏlatim, adv. mit einem mantel. Plaut. Pseud. 5, 1, 29 *Palliolatim amictus sic incessi*, i. e. pallio indutus.

¶ Depallo, *āre*, den mantel nehmen, entblößen. Tertull. de Pallio c. 4 *Græcatim depallari magis quam amiciri.*

¶ Expalliatus, *a, um*, pallio spoliatus, dem der mantel genommen ist. Plaut. Cas. 4, 10, 6 *Expalliatus sum miser.*

PALLĂCA, *æ*, f. παλλάκη, ein kebsweib. Suet. Vesp. c. 21 *Quieti vacabat accubante aliqua pallacarum.* Conf. Plin. 35, 10.

¶ Pallĭcāna, *æ*, f. cepæ genus. Plin. 19, 6. Apic. 4, 2 *Purgare cepas pallacanas*, i. e. condimentarias.

Palladium, Palladius, vide mox *Pallax, ădis.*

Pallanteum, Pallantias, vide proxime post *Pallas, antis.*

PALLAS, *ădis*, f. Παλλάς, Iovis filia sine matre, quam, cum Iuno nullos ferret filios, percusso capite armatam edidit ex cerebro. vid. Ovid. Fast. 3, 815 seqq. & 841: Lucan. 9, 350; & Lucian. Dial. Vulcani & Iovis. Hanc sapientiæ disciplinarumque omnium Deam vocant, de qua plura supra in Minerva. ¶ 2. Et quia olei inventrix *Pallas* credita, pro oleo id nomen etiam aliquando est. Ovid. Heroid. 19, 44

Pallade jam pingui tingere membra putes?

¶ 3. Vestæ etiam hoc nomen tribui nonnunquam observat Spanh. ad Callim. p. 588. v. Propert. 4, 4, 43.

¶ Palladius, *a, um*, adject. ad Palladem spectans; ut, *Palladia arbor*, Silius 1, 238, id est, oliva. Sic & *Palladia silva*, Virg. Georg. 2, 181. Et, *Palladia ars*, Propert. 3, 7, 42.

¶ Palladius, *i*, m. subst. viri nomen, qui de agricultura scripsit. De ipso aliisque ejus nominis v. Fabric. Bibl. Lat. 3, 4.

¶ Palladium, *i*, n. arcanum Deorum apud Trojanos positum, quo salvo salus imperii constabat. Quid fuerit, apud multos in ambiguo est. Generatim significatur quodvis Palladis simulacrum, & inprimis id, quod regnante Ilo, Priami avo, Trojæ de cælo cecidisse fertur, quo accepto Apollo consultus respondit:

Ætiæ-

Æthoream ſervate Deam, ſervabitis urbem.

Sed id Vlyſſem ac Diomedem nocturnis inſidiis ex urbe ad Græcos detuliſſe ajunt. v. Drakenb. ad Sil. 13, 47. Romæ deinde in templo Veſtæ quoque aſſervatum ut pignus imperii. v. Virg. Æneid. 2, 166; Lucan. 9, 994; & Ovid. Faſt. 6, 419. Livius ipſe 5, 22 *Signum* vocat, *quod imperii pignus cuſtodia templi Veſtæ tenetur.* Clem. Alex. Protrept. 30 Cæl. Rhodig. Lect. Antt. 28, 9; & Lud. Vives in Auguſtin. de C. D. 1, 2. Arnobius autem lib. 4 p. 143 *Ex reliquiis Pelopis compactum eſſe Palladium*, gentiles ipſos prodidiſſe ſcribit: hoc eſt, *ex oſſibus Pelopis a Scytha quodam fabricatum & Trojanis venditum*, ut Iul. Firmicus de Error. profanæ relig. interpretatur p. 31. edit Oiſel. Vid. Camerar. Cent. 1 Hor. Subc. c. 60, & Barth. Adverſ. 60, 2 p. 2843. Alex. Neapol. G. D. 28, 6. Natal. Com. Mythol. 4, 5. Tomaſinus de Donariis p. 33, qui innumera ex ligno in urbe Palladia fuiſſe docet. Memorabilis quoque de eo locus apud Herodian. in Commodo 1, 14, quem vide, & ibi Bœcler. p. 377. ¶ 2. *Palladium* quoque forum fuit Athenis, ubi de cæde non voluntaria agebatur.

PALLAS, *antis*, m. rex Arcadiæ, proavus vel avus Evandri, qui ab eo nomine urbem ſuam ad Tiberim conditam *Pallanteum* appellavit. Virgil. Æneid. 8, 54

Peſuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine, Pallanteum.

Conf. ibid. v. 341. ¶ 2. Alias *Pallas* Evandri hujus filius, a Virgil. l. 8 Æn. & alibi laudatus. ¶ 3. Alius gigas Auroræ pater. vid. *Pallantias.*

¶ Pallantēum, *i*, n. oppidum Evandri, de quo in *Pallas* modo dictum eſt. Ejus nomen in *Palatium*, qui collis Romanus eſt, mutatum fuiſſe auctor eſt Dionyſius Halicarn. lib. 1 Antiq. Rom. p. 25.

¶ Pallantias, *ădis*, f. Pallantis gigantis filia, Aurora. vide Ovid. Met. 15, 191.

PALLĒNE, *es*, f. urbs Macedoniæ vel Thraciæ, quam Hyperboream vocat Ovidius Met. 15, 357. conf. Virg. Georg. 4, 390; Mela 2, 2 & Seneca Herc. Fur. v. 978.

¶ Pallēnæus, *a, um*, adj. ut, *Pallenæi triumphi*, Stat. 4 Silv. 2, 56.

¶ Pallenenſis, *e*, aliud adject. ut, *Pallenenſis iſthmus*, Plin. 4, 10.

PALLEO, *ui*, *ēre*, pallidum eſſe, blaß oder bleich ſeyn. *Quoniam pallet, neceſſe eſt eum agrotaſſe*, Auct. ad Herenn. 2, 25. ¶ 2. Active pro *timere*, uſus Horatius eſt: ut lib. 3 ode 27, 27 *Mediasque fraudes Pallait audax*, er iſt darüber erblaßt. Aliter Propert. 1, 15, 39 *Multos pallere colores* dixit, id eſt, in alios aliosque colores mutari, ut male conſcii ſolent, ſich offt entfärben. Perſius rurſus aliter ſat. 1, 124

Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene pallet:

id eſt, propter Eupolidem; ſive ex aſſidua Eupolidis lectione palles. Horatius *pallere alicui*, (quemadmodum & *timere* dicimus) dixit 1 epiſt. 7, 7 *Dum pueris omnis pater & matercula pallet*, h. e. propter illos. Paſſ. Quint. 7, 10 p. 654 de diſerto futuro: *Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum.*

¶ Pallens, *tis*, pallidus, bleich, blaß; ut, *Pallentes umbræ Erebi*, Virg. Æneid. 4, 27. *Animæ pallentes*, ibid. v. 242. *Pallentes violæ*, Idem ecl. 2, 47. *Pallentes morbi*; & *Pallentes curæ*, quæ pallidos reddunt homines, Id. Virg. Æn. 6, 275, & Martial. 11 epigr. 7. Ovid. Met. 5, 537 *Palleus cortex* pomi pœnicei, quia coloris aurei.

¶ Palleſco, *ere*, pallidum fieri, erblaſſen, bleich werden, erſchrecken. Plin. 19, 10 *Ocimum palleſcit*, Horat. 1 epiſt. 1, 60

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

¶ Pallĭdus, *a, um*, blaß, bleich; ut, *Mulier pallida*, Horat. 1 ſat. 2, 129. *Ora baxo pallidiora gerens*, Ovid. Met. 4, 134. Idem de Ponto 1, 10, 28

Membraque ſunt cerâ pallidiora nova.

Plinius 2, 25 *Pallidiſſimæ ſtellæ.* ¶ 2. *Pallidus* & *Squalidus* miſcentur a librariis. v. *Squalidus.*

¶ Pallĭdŭlus, *a, um*, diminut. etwas bleich. Catul. carm. 66, 6

Pallidulum manans alluit unda pedem.

¶ Pallor, *ōris*, m. die bleiche farbe, blaſſe, das erblaſſen; ut, *Terrorem pallor ſequitur*, Cic. Tuſc. 4, 8. *Magno cum tremore & pallore aliquid dicere*, Idem pro Flacco c. 4. Naſcitur, cum ſe ad præcordia fugiens contrahit ſanguis, juxta Servium ad Virg. Æn. 3, 30. ¶ 2. *Pallor* Deus ita dictus, apud Liv. 1, 27; Lactant. 1, 20; Dempſter. in Rolini Ant. Rom. p. 72. ¶ 3. Pro ſitu & ærugine, ſchimmel, roſt. Col. 12, 41, 4 *Ne pallorem trahat vas, alte ſuſpenditur.* vid. Geſneri Lexicon ruſt. ¶ 4. Pro *ſyſalore* male poſuiſſe librarios, docet pluribus Burm. ad Quint. Decl. 5, 19 p. 122.

Compoſita:

¶ Expalleo, *ēre*, vel

¶ Expalleſco, *ēre*, totum vel vehementer palleſcere, erblaſſen. *Expalluiſſe, ſignum eſt conſcientiæ*, Auct. ad Herenn. 2, 5. *Expalluit notabiliter, quamvis palleat ſemper*, Plin. epiſt. 1, 5, 13.

¶ Expallĭdus, *a, um*, erblaßt; ut, *Corpus frigidum, expallidum*, Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 57. conf. Suet. Calig. c. 50 ex Cod. Salmaſ.

¶ Impalleo, *ēre*, idem. Stat. 6 Theb. 6, 805

Eventu impalluit ipſe ſecundo.

¶ Impalleſco, *ēre*, idem Perſius ſat. 3, 62 *At te nocturnis juvat impalleſcere chartis*, i. e. ſtudere ad cruditatem ortumque inde pallorem, ſich blaß ſtudiren.

¶ Obpalleo, *ēre*, Prudentius Periſteph. 1 de Calagurritanis v. 92 *Stupore obpalluit.*

¶ Perpallĭdus, *a, um*, ſehr blaß. Celſ. 2, 6 pr. *Color perpallidus.*

¶ Semipallĭdus, *a, um*, halb bleich. Zeno Veron. *Semipallidæ olivæ.*

¶ Subpallĭdus, *a, um*, etwas blaß. Celſus 2, 4 extr. *Id, quod excernitur, ſi eſt ſubpallidum.* Conf. Idem 5, 18 & 26.

¶ Vepallĭdus, *a, um*, valde pallidus, ſehr blaß. Horat. 1 ſat. 2, 129 *Ne vepallida tecto defiliat mulier.* Alii legunt *vel pallida.* De ſignificatu particulæ *Ve* vide infra.

Palliaſtrum, palliatus, pallio, pallium &c. v. *Palla.*

PALMA, *æ*, f. manus explicata, vel dilatata, ut Cicero loquitur, eine flache hand. Nam *pugnus*, manus eſt contracta. *Forrecta palma ferire*, Plaut. Caſ. 2, 6, 53, maulſchellen geben. Cicero de Fin. 2, 6 *Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugni ſimilem eſſe dicebat.* ¶ 2. Pars remi latior, cujus impulſu navis protruditur, apud Vitruv. 10, 8, & Laberium in Nonii c. 2 n. 637. ¶ 3. De arboris itemque palmitis ſignificatu vide mox ſeorſum. ¶ 4. *Palmam* pro *Parma* ſæpe librarii, forte ipſi etiam auctores poſuere. v. Broukh. ad Tib. 10, 82; & ad Propert. 4, 10, 40.

¶ Palmula, *æ*, f. dimin. Apul. 3 Mileſ. p. 138 *Vngueline palmulis ſuis adfricata.* Id. lib. 8 p. 205 *Decora lractia ſavientibus palmulis converberat.* ¶ 2. *Palmula*, remus, vel pars ejus extrema, qua remiges æquora verrunt. Feſtus: *Palmulæ appellantur remi, a ſimilitudine manus humanæ.* Minucius Felix c. 29 *Expanſis palmulis labitur navis.* Sidonius epiſt. ult. in metro v. 5

Solvit antennas, legit alta vela,
Palmulam ponit manus, &c.

Catull. 4, 4 *Sive palmulis opus foret volare ſive linteo.* conf. Virg. Æn. 5, 163. ¶ 3. *Palmulæ* pennæ majores avium, ſchwingfedern. Apul. Floridi. 2 p. 388 *Intimas plumulas & extimas palmulas* conjunxit ¶ 4. De *palmula*, fructu arboris, vide mox ſub *Palma* arbore.

¶ Palmulāris, *e*, das mit der flachen hand geſchicht. Martian. Capell. 2 *Fricłaque palmulari mudida detergit ora.*

¶ Palmus, *i*, m. major, duodecim; & minor, quatuor digitorum eſt. Major σπιθαμὴ vocatur, & *Dodrans* Latinis, eine ſpanne; Minor, einer handbreit, vier zoll. vid. Vitruv. 2, 3; & 7, 4.

¶ Palmāris, *e*, einer ſpannen lang; ut, *Virgulæ palmares*, Varro de R. R. 1, 35. *Palmarem in minutiem contrahi*, Arnob. 6 p. 204. *Per ſpatia palmaria*, Colum. 8, 3 ſub fin. ¶ 2. Aliam notionem vide mox in *Palma* arbore.

¶ Palmipedālis, *e*, ein ſchuh und hand breit oder lang. Colum. 3, 19 *Malleolus palmipedalis.* Et Vitruv. 10, 20 *Craſſitudine quoque verſus palmipedales.*

¶ Palmīpes, *ĕdis*, menſura ex palmo & pede. Definitur ſpatio a cubito ad digitos extremos extenſos. Plin. 17, 20 *Palmipede intervallo.* Eſt & *Palmopes* apud Vitruv. 5, 6. ¶ 2. *Palmipes* idem eſt ac planos pedes habens, ut anſeres & cæteræ aves aquaticæ, breitfüßig. Plin. 10, 11; & 11, 47 *Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.*

¶ Palmo, *āre*, eſt palma ſignare, vel palmam imprimere, mit der flachen hand zeichnen. Quintil. 1 p. 31 *Manus palmare veſtigium poteſt.* ¶ 2 *Palmare* eſt etiam adulari vel palma blandiri, ſtreicheln. Pollio Cic. fam. 10, 33, 5 *Palmarer plane neceſſe erat:* al. *palparer.* Sed v. not. Manutii & Grut. ¶ 3. Alia notio occurret mox in *Palmes.*

¶ Palmātus, *a, um*, mit der flachen hand gezeichnet; ut, *Palmatus ſanguine paries*; Quintil. 1. c. p. 30.

¶ Bipalmis, *e*, duorum palmorum, von zwen ſpannen, zwey hände breit oder lang; ut, *Tabulæ bipalmes*, Varr. R. R. 3, 7. *Bipalme ſpiculum*, Liv. 42, 65.

¶ Bipalmus, *a, um*, idem. Apul. de Herb. c. 7 *Naſcitur thyrſis bipalmis.*

¶ Depalmo, *āre*, i. e. palma manus probe quem verberare, einen mit ohrfeigen oder maulſchellen empfangen. Gell. 20, 1 *Quidam Lucius fuit, egregie homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus ſuæ palma verberare. Eum ſervus ſequebatur crumenam plenam aſſium portitans: & quemcunque depalmaverat, numerari ſtatim ſecundum XII. Tabb. aſſes jubebat.*

¶ Expalmo, *are*, idem. Gloſſ. gr. lat. ῥαπίζω, *Expalmo, alapo.*

PALMA, *æ*, f. φοῖνιξ, arbor nobiliſſima illa, quæ nulli cedit ponderi, ſed contra aſſurgit & reluctatur, ein dattelbaum, palmbaum. Quod modo diximus reluctari hanc arborem ponderi, non ex errore vulgi accipimus, ſed de ligno illius, ſi transverſum jaceat, uti interpretantur Plin. 16, 42; & Gell. 3, 6. Eraſmus in ſimilibus: *Ut palma, quia cortice ſit cultellato, difficilis quidem eſt aſcenſu, ſed fructum habet dulciſſimum: Itidem eruditio & virtus aditum habent difficilem, ſed fructum dulciſſimum.* Sexu dignoſcitur hoc arborum genus & quædam quaſi connubia exercet. De quo Ammian. 24, 3 & ibi Lindebrog. p. 142; item Philoſtratus lib. 1 Icon. in Paludibus. Claud. de Nuptiis Honorii v. 66 *Nutant ad mutua palmæ Fœdera.* De *palma* arbore ejusque ramis & dactylis in nummis v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 6 p. 335 ſq. *Palma* pro dono victoribus apud Græcos inito, poſt & apud Romanos in Circenſibus ceſſit. Anno V. C. 480 primum adhibita, ut Livius auctor eſt 10, 47. Suet. Ner. c. 5 *Mercede palmarum aurigarios fraudavit*; vid. ibi Torrentium, tum c. 22. ¶ 2. Et inde *Palma* pro victoria, der ſieg. Ter. Phorm. prol. v. 17 *Palma in medio poſita eſt, &c.* Id. Heaut. 4, 3, 31 *Huic equidem conſilio palmam do*, den vorzug. *Deferre palmam*, Cic. de Orat. 2, 56. *Palma aliquem donare*, Ovid. de Arte am. 2, 3. Et, *Palmam ferre*, victorem eſſe, gewinnen, Cic. Att. 4, 15. *Tot bellorum palmæ laureæque*, i. e. victoriæ; Juſtin. 14, 4, 7. ¶ 3. Fructus palmæ eſt, palmula, eine dattel. Ovid. Faſtor. 1, 185. *Quid vult palma ſibi rugoſaque carica?* ¶ 4. *Palma* dicitur vitis flagellum, ein rebenſchoß. Varr. R. R. 1, 31; & Colum. 3, 17. ¶ 5. *Palma elata*, ſive abies, ein tannenbaum, Plinius 12, 28. ¶ 6. De manus ſignificatu vide paullo ante.

¶ Palmŭla, *æ*, f. diminut. fructus palmæ, dactylus, eine dattel. Varro R. R. 1, 67 *Palmulam promere.* Celſ. 1, 2 *Palmulas pomaque & ſimilia primo cibo mollius aſſumit.* Suet. Aug. c. 76 *Panem & palmulas guſtavimus.* Sulp. Severus Dial. 1 de Monach. Orient. c. 7 *Cum plenam palmulis manum obtuliſſet, accurrit beſtia, accepitque.* ¶ 2. Aliam notionem vide in *Palma*, manu.

¶ Palmāris, *e*, zum ſieg gehörig; ut, *Statua palmaris*, quæ alicui propter victoriam ponitur, ein ſiegsbild, Cic. Phil. 6, 5 *Ludi palmares* in vet. lapide ap. Murat. 619, 2. *Sententia palmaris*, Cicero de Nat. Deor. 1, 8.

¶ Palmārius, *a, um*, palma dignus, der fürnehmſte. Ter. Eun. 5, 4, 8 *Id vero eſt, quod mihi puto palmarium me reperiſſe*, damit gedencke ich ehre einzulegen. Aliam notionem *manus* invenies ſupra.

¶ Palmatus, *a, um*, i. e. palmis clavatus vel ornatus, mit palmen geziert; ut, *Lapides palmati*, Plinius 36, 18. *Toga palmata*, vel a *palmis* pictis ſic appellata; vel quod ea uterentur, qui *palmam*, h. e. victoriam meruiſſent, Liv. 30, 15. Apud eumdem Liv. 10, 7 *Sella curulis, toga prætexta, tunica palmata, toga picta, corona triumphalis & laurea* conjunguntur. Meminit & Martial. 7 epigr. 1. Sic & *Palmata veſtis,*

veſtis, Sidon. in Gratiarum act. conf. Ferrarius Rei Veſt. P. 1, 2, 8; & Salm. ad Vopiſc. Carum c. 20 p. 853 ſeqq. ubi & copioſe hac de re agit.

¶ Palmeus, *a, um*, ex palma, vom palmbaum; ut, *Tabulæ palmeæ*, Vitruv. 10, 20. Et, *Teges palmea*, Columell. 5, 5. *Vinum palmeum*, dattelwein, Plin. 24, 17.

¶ Palmētum, *i*, n. ein dattel-garten, palmen-wald. Plinius 5, 14 Hierichunticam regionem dicit *palmetis conſitam*. conf. Iuſtin. 36, 3, 3.

¶ Palmeſia, vel Palmenſia, n plur. ſcil vina, *quæ a palma una forte enata*, Plin. 14, 6 *ita appellata* narrat. Purat Hard. in *Palmenſi agro* genita, quem in Piceno commemorat Plin. 3, 13 ſ. 18.

¶ Palmīceus, *a, um*, von palmzweigen; ut, *Sporta palmicea*, Sulp. Severus Dial. 1 de Monach. Orient. c. 5 & 7, id eſt, ex palmarum foliis texta, Hieron. in vita Pauli ſub fin. *Tunicam ejus ſibi vindicavit, quam in ſportarum modum de palmæ foliis ipſe ſibi contexuerat.*

¶ Palmōſus, *a, um*, palmis abundans, voll palmbäume; ut, *Palmoſa Selinus*, Virg. Æn. 3, 705. *Palmoſa toga*, id eſt, palmam habens intextam, quæ triumphantium fuit, ex Liv. 10, 7 citatur vulgo, ſed meliores ibi libri, *palmata* exhibent.

¶ Palmĭfer, *a, um*, das palmen trägt; ut, *Pharos palmifera*, Ovid. Amor. 2, 13, 8. Et, *Idume palmifera*, Sil. 3, 600.

¶ Palmĭger, *a, um*, idem; ut, *Nemea palmigera*, Plin. 31, 4.

¶ Palmīprimus, *a, um*; ut, *Vinum palmiprimum*, Plin. 14, 16 ſ. 19 e ficis, q. d. a palmeo vino primum.

Palmaris, palmarius, vide binis locis antecedens *Palma*.

PALMATIAS, *æ*, m. motus, quo terra quatitur, ein erdbeben. Apul. de Mundo p. 65 *Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione illa, quæ trepidant, ſine inclinationis periculo natant*, &c.

Palmatus, vide binis locis proxime ante in *Palma*.

PALMES, *ĭtis*, n. vitis furculus, eine rebe oder rebenſchoß. Eſt virga vitis luxuriantis. *Palmes pampinarius*, Colum. 4, 24, qui ex duro provenit, & primo anno plerumque frondem ſine fructu affert, ein rebzweig ohne trauben. *Palmes fructuarius*, qui ex anniculo palmite procreatur, fructuque protinus induitur. *Palmites annui*, ein jahrgewachs. *Novelli palmites*, rebenſchoßlein, Plin 17, 22. *Palmes focaneus*, Colum. 4, 24, eine beygerten, heurling. *Nemoroſus palmite Gaurus*, Stat. 3 Silv. 1, 147. *Palmes orbus*, eine blinde rebe ohne augen, Colum. 5, 6. Dicti ſunt autem *palmites*, quod in modum palmæ humanæ virgulas quaſi digitos a ſe explicent.

¶ Palmo, *āre*, palmites alligare, die reben heften. Colum. 11, 2. conf. ſupra *Palma*, manus.

Palmetum, palmeus, palmiceus, palmifer, palmipedalis, palmipes, palmo, palmoſus, palmula, palmus, &c. vide binis locis *Palma*.

PALMȳRA, *æ*, f. Syriæ urbs Ptolemæo 5, 15. Hinc

¶ Palmyrēnus, *a, um*, adject. ut, *Palmyrenæ ſolitudines*, Plin. 5, 25 & 26. De imperio Palmyreno eſt erudita Chriſtoph. Cellarii diſſertatio.

Palo, *āre*, vide infra *Palus*, *i*.

PĀLOR, *āri*, deponens, πλανᾶσθαι, ῥέμβεσθαι, paſſim vagari, hin und her ſchweiffen, herumſtreichen, proprium militum prædantium vel fugientium & fuga metuque diſperſorum, ſich verlauffen, ſich zerſtreuen. Liv. 1, 11 *Victi abſcedant vagique per agros palantur*. conf. Tac. Hiſt. 3, 17, 5; & 3, 80, 4. Id. Hiſt. 4, 18, 7 *Auxilia, fœda fuga diſperſa, totis campis palantur*. Quidam a *Palam* deduci exiſtimant, alii a *Palis* caſtrorum, modo huc modo illuc translatis. ¶ 2. Sed & *Palo*, activa forma Sulpicia ſat. v. 43 *Sic noſtri palare ſenes dicantur*.

¶ Palans, *tis*, zerſtreut; Liv. 1, 11 *Palantes milites inagris oppreſſit*. Id. 7, 17 *Multos populatores agrorum vagos, palantes, oppreſſit*. Virg. Æneid. 5, 265 *Demoleus, curſu palantes Troas agebat*. Et, *Palantes polo ſtellas*, Idem dixit Æn. 9, 21. Iuſtinus 15, 3, 11 *Infectans palantes hoſtes*. Et Silius 2, 162 *Palantesque fuga* &c. Idemque 5, 446 *Pelagus in terga*, id eſt, fugientium. Sic &, *Dare terga palantia*, auereiſſen, Virg. Æn. 12, 738.

¶ Pālātus, *a, um*, idem quod palans, diſperſus, zerſtreut. Liv. 8, 24 *Contrahens ſuos ex fuga palatos*. Idem 33, 15 *In vagos, palatosque per agros hoſtes impetum fecerunt*. Idem 35, 51 *Repente Menippus palatos aggreſſus eos cecidit*.

¶ Pālābundus, *a, um*, idem. Cyprian. epiſt. 42, 4 *Palabundæ & errantes oves*. Et Tertull. Apol. c. 21 *Iudæi diſperſi, palabundi, & cæl. & ſoli ſui extorres vagantur per orbem*.

¶ Pălĭtor, *ari*, errare, umherſchweiffen. Plaut. Bacch. 5, 2, 5 *Oves eunt a paſtu palitantes*.

¶ Diſpălor, *ātus*, idem quod palari, vagari, umherſtreichen, herumwandern. Sitenna apud Nonium 2, 250 *Tanto plures paſſim diſpalentur*. Ammianus 31, 2 *Abſque lare vel lege aut ritu ſtabili diſpalantur*. Idem 15, 4 *In compoſito agmine milites huc & illuc diſpalantes*.

¶ Diſpālatus, *a, um*, zerſtreuet, von einander geſondert. Gell. 1, 11 *Sparſi diſpalatique*. Salluſt. de Rep. ord. 2, 13 *Multitudo in artes vitasque varias diſpalata*. Nepos 6, 1, 2 *Diſpalati in agris*. Apud eumdem 23, 5, 2 *Multitudinem jumentorum diſpalatam immiſiſſe* Hannibal dicitur, die zerſtreuet hin und her gelauffen. Paſſive Ammian. 16, 22 *Diſpalato terrore*.

Palpatio, &c. vide paullo poſt *Palpo*.

PALPĔBRAE, *arum*, f. pl. βλέφαρα, quibus oculi teguntur, die augenwimmern, augenlieder, ſic dictæ a motu, hoc eſt, palpitatione. *Reſectis palpebris, M. Regulum illigatum in machina, vigilando necaverunt Carthaginenſes*, Cic. in Piſon. c. 19 pr. ¶ 2. *Palpebra*, *æ*, in ſingulari etiam Celſus dixit 5, 26.

¶ Palpebrum, *i*, n. idem. Teſtatur Nonius 3, 164 *Palpebrum* ſuo tempore uſitatius fuiſſe quam *palpebra*

¶ Palpebrālis, *e*, den augenwimmern gehörig oder dienlich; ut, *Setæ palpebrales*, Prudent. Hamartig. v. 872. *Collyria palpebralia*, Cæl. Aurel. Tard. 4, 2.

¶ Palpebro, *āre*, wimmern mit den augen. Cæl. Aurel. Acut. 1, 2 *Viſus attentus vel frequenter palpebrans*. Idem 2, 10 *Palpebrant ægrotantes*.

¶ Palpebrātio, *ōnis*, f. das augenwimmern. Cæl. Aurel. Tard. 1, 5 *Oculorum frequens palpebratio*. Idem Acut. 1, 3 *Sine ulla palpebratione*.

¶ Impalpebratio, *onis*, f. palpebrarum immobilitas & ad claudendum ineptitudo, die erſtarrung der augenlieder. Cæl. Aurel. Tard. 2, 5 *Vocis amputatio cum impalpebratione*. v. Reinef. Var p. 671.

PALPO, *āre*, & Palpor, *āri*, deponentialiter, blande tangere, ſeu demulcere; unde & pro adulari ponitur, ſtreicheln, ſchmeicheln. Plaut. Amph. 1, 3, 9 *Obſervate, quam blande malus palpabitur*. Horat. ſat. 2, 1, 20 *Cui male ſi palpere*, i. e. ſi adulatus fueris. Cicero Att. 9, 9 pr. *Palpabuque, ecquonam modo poſſim voluntate ejus nullam reip. partem attingere*. Ammian. 28, 4 *Meritorii corporis lupam palpare*, betaſten. Iuvenal. 1, 35 *Quem nemo palpat*.

¶ Palpans, *tis*, Ammian. 14, 11 *Eum blandius palpantes*.

¶ Palpābilis, *e*, quod palpari poteſt, handgreiflich; ut, *Tenebræ craſſitudine palpabiles*, Oroſius lib. 1.

¶ Palpātor, *ōris*, m. id eſt, adulator, ein ſchmeichler. Plaut. Rud. 1, 2, 37 *Malus, perjurus, palpator*.

¶ Palpatio, *ōnis*, f. das liebkoſen, ſtreicheln. Plaut. Menæch. 4, 2, 4 *Aufer hinc palpationes*.

¶ Palpāmen, *ĭnis*, n. idem. Prudent. Hamartig. v. 303 *Tactus*
Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit.

¶ Palpamentum, *i*, n. idem. Ammian. 27, 12 *Aptus ad muliebria palpamenta*, zur betaſtung.

¶ Palpus, *i*, m. vel Palpum, *i*, n. idem; ut, *Palpo percutere*, Plaut. Amph. 1, 3, 28. Et, *Palpum obtrudere*, pro, blandiendo decipere, Idem Pſeud. 4, 1, 35, einen fuchsſchwantz verkauffen.

¶ Palpo, *ōnis*, m. idem qui *Palpator*. Sarisb. 3, 4 *Cæterum palpo hominum mentes explorat*. Et Perſius 5, 176 *Ius habet ille ſui palpo*.

¶ Palpĭto, *āre*, eſt leniter & frequentius moveri, zittern oder zappeln. Cic. Nat. D. 2, 9 *Cor animantis evulſum mobiliter palpitat*. Plinius 11, 37 ſ. 49 *Vni homini in infantia palpitat* (cerebrum). De vulneratorum & moribundorum membris frequenter utuntur poëtæ. vid. Heinſ. ad Ovid. met. 5, 40. conf. Iuvenal. 3, 134.

¶ Palpitans, *tis*. Plin. 7, 1 *Quam diu palpitans* (homini) *vertex*. Apul. Met. 3 p. 130 *In multo ſanguine palpitantes*.

¶ Palpitātio, *ōnis*, f. das zappeln. Plin. 11, 4 *Inſectis divulſis præcipua vivacitas, & partium ſingularum palpitatio*. Plin. 32, 5 ſect. 18 *Si quis linguam extrahat ranæ viventi ipſaque dimiſſa imponat ſupra cordis palpitationem*, h. e. locum pectoris, ubi ea ſentitur, *mulieri dormienti, quæcunque interrogaverit, vera reſponſuram*.

¶ Palpitātus, *ūs*, m. idem. Plin. 9, 30 *Ne palpitatu ejiciatur*.

¶ Expalpo, *are*, abſchmeicheln. Plaut. Pœn. 1, 2, 144 *Exora, blandire, expalpa*. Idem apud Nonium 2, 277 forma deponentis: *Servus argentum a patre expalpabitur*.

¶ Expalpatio, *ōnis*, f. die beſänfftigung, apud Tertullianum.

¶ Expalpōnides, *is*, ein abſchmeichler. Compoſitione ficta Plaut. Perf. 4, 6, 22 *Expalponides nummorum*.

¶ Præpalpo, *are*, valde vel ante palpare, berühren. Paulinus Nolanus epiſt. 49 (vet. ed. 36) n. 3 *Molli manu ante præpalpans*.

¶ Subpalpo, *are*, leniter palpare, beſtreicheln, liebkoſen. Symmach. 1 epiſt. 90 *Non dicam dolo, utpote ſubpalpandi neſcius*. Et Plaut. Mil. 2, 1, 28 *Occepit ejus matri ſubpalpari*; ex deponentiali forma.

PALTVM, *i*, n. jaculi ſeu haſtilis genus apud Perſas, ex *πάλλω, quatio, vibro*. v. Briſſon. de Regno Perſ. lib. 3 p. 364.

PĂLVDA, *æ*, f. ita Pallas Latinis dicta, ut, Græcis Τριτογένεια, quia nata & educata ſit juxta Tritonem, Bœotiæ fluvium. Ennius apud Varronem de L. L. 6, 3, & Probum:

Corpore tartarino prognata Paluda virago, &c.

Quamvis Varro ita nominatam putet a *paludamentis*, quia eadem ſit *Paluda & Bellona*: vide mox in *Paludamentum*.

¶ Paludāmentum, *i*, n. chlamys imperatoria, id eſt, eorum, qui exercitus ducebant, erat alba aut purpurea, ein Generalsrock: unde *imperatoria paludamenta*, Plin. 1, 26; & Suet. Cæl. c. 64. Quamquam & militum erant paludamenta, Liv. 1, 26. Eſt Varroni de L. L. 6, 3 a *Palam*, qui ibidem interpretatur *inſignia & ornamenta militaria, quod conſpiciuntur qui ea habent ac ſunt palam*. Adde Livius 9, 5; Flor. 1, 5, 6, ubi origo: & 4, 2, 59; & Salluſt. apud Nonium 14, 11. ¶ 2. An lictorum etiam in bello geſtamen fuerit, diſputat Drakenb ad Sil. 9, 420 ex Gronov. ad Liv. 41, 10. Adde Ferrar de re veſt P. 2. L. 3 c. 5. ¶ 3. Fœminarum etiam illuſtrium fuiſſe colligas ex Plin 33, 3 ſ. 19. Hinc

¶ Paludātus, *a, um*, paludamento indutus. Cic fam. 15, 17 *Parſa noſter paludatus profectus eſt*, &c. conf. ad Att 4, 13. Ipſos milites *paludatos* vocat etiam Sidonius 5 epiſt. 7, i. e. armatos & ornatos. conf. Feſtus cum not. Dacerii.

Paludifer, paludivagus, paludoſus. v. *Palus, ūdis*.

PĂLVMBES, *is*, c. Palumbus, *i*, m. & Palumba, *æ*, f. apud Martialem 13 epigr. 67 legitur, ſed *palumbes* uſitatius eſt. Significat *Columbam ſilveſtrem torquatam*, eine ringeltaube, groſſe holtztaube. Nam *Livie* vulgares ſunt columbæ feræ, gemeine holtztauben. Vulgo *Tetas* vocatas, Servius auctor eſt ad eclog. 1 Virgilii, de quibus Turneb. Adverſ. 21, 1. Virg. ecl. 3, 69 *Acriæ quæ conſueſſe palumbes*. Palumbes vivax eſt, vivit 30 vel 40 annis. Mares fœminam non deſerunt, usque ad mortem, neque fœminæ rurſus mares. Sed ubi viduus relinquitur, alter absque conjugio vivit. Idem & corvi, monedulæ & cornices faciunt: Athenæus.

¶ Palumbulus, *i*, m. dimin. in blanditiis amatoriis, Apul. Met. 8 & 10 p. 213.

¶ Palumbīnus, *a, um*, von holtztauben, ut, *Caro palumbina*, Plinius 30, 12.

PĂLVS, *ūdis*, f. prima corr. aqua non fluens, neque perpetua: item, locus aquoſus, eine pfütze, pfuhl, lache, moraſt; ut, *Stantes paludes*, Horat. 3 oda 27, 9. *Siccare paludes*, Cic. Phil. 5, 3.

¶ Pălu-

¶ Pălūdōſus, *a, um*, ſumpficht; ut, *Humus paludoſa*, Ovid. Met. 15, 268. *Paludoſus Nilus*, Stat. 3 Silv. 2, 108. Et, *Paludoſæ Ravennæ*, Sil. 8, 602.

¶ Pălueſter, & Paluſtris, *e*, idem; ut, *Locus paluſtris*, Cæſ. B. Gall. 7, 20. *Iuncus paluſtris*, Ovid. Met. 8, 337. *Cælum paluſtre*, Liv. 22, 2. *Paluſter* an recte dicatur, inquirit Chariſius p. 63. conf. Priſcian. p. 628. Sed exſtat apud Vitruv. 3, 3 *Locus congeſtitius ad imum aut paluſter.*

¶ Palūdeſtris, *e*, idem. Caſſiod. Var. 2, 32 *Male paludeſtre poſſedit.*

¶ Palūdĭcŏla, *æ*, m. der in ſümpfen wohnt; ut, *Paludicolæ Sicambri*, Sidon. Apollinar. 4 epiſt. 1.

¶ Palūdĭfer, *a, um*, moraſtig. Auctor Philomelæ v. 44

Inque paludiferis butio bubit aquis.

¶ Pălūdĭvăgus, *a, um*, idem. Avienus Deſcript. Orbis v. 312

Mæſta paludivagos Germania flevit alumnos.

¶ PĀLVS, *i*, m. priore prod. lignum acutum, quod in terram defigitur, ein pfahl, zaunpfahl, weinpfahl; ut, *Teneram palis adjungere vitem*, Tibull. 1, 7, 33. *Pali uſtulati*, Vitruv. 5, 12, gebrannte pfähle. Cicero Verr. 5, 5 *Damnati producuntur & ad palum alligantur. Exercere ad palum*, vide mox in *Palaria*. Plaut Rud. 5, 2, 2 *Perii, cum mentionem fieri audio usquam viduli, quaſi palo pectus tundat:* quod conferri poteſt cum Paulino: ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί. *Pali* ſeu ſtipites ſæpe pro terminis enunciantur in tabula terminali Meſſianenſi apud Gruterum p. 220. Translate pro membro virili Horat. Serm. 1, 8, 5 *Obſcœnoque ruber porrectus ab inguine palus*; de Priapo.

¶ Palum, *i*, n. idem; ex Varrone refert Nonius 3, 171. v. *Tripalis.*

¶ Pălāris, *e*, zum pfählen dienlich; ut, *Silva palaris*, in qua cæduntur pali & pedamenta. Vlpian. l. 9 § 7 de Vſufruct.

¶ Pălāria, *ium*, n. pl. ſubſt. exercitii militaris genus, quo diſciplinam pugnandi addiſcebant tirones, ad palum inſtitui ſolitum. Chariſius lib. 1 *Hæc* PALARIA, inquit, *cum milites ad palos exercentur.* Id ejusmodi erat: Statuebatur palus, ſeu ſtipes in terram rectus ac fixus, qui emineret pedes ſex in modum hominis: eumque hinc illinc tiro aſſiliebat, & variis ictibus, aſtante magiſtro, ſeu campidoctore, impetebat. Vide Veget. de Re militari 1, 11; & 2, 23; item Alex. ab Alex. 1, 20. Seneca epiſt. 18 *Exerceamur ad palum, &, ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris.*

¶ Pālo, *are*, verbum apud Columell. legitur 11, 2, quod eſt palis fulcire, mit pfählen verſehen. Etiam Pallad. 4, 7 *Palandæ & ligandæ ſunt vites.* Idem 12, 15 *Almus neceſſaria, ſi humidus locus ad accipienda fundamenta palandus eſt.* ¶ 2. Alia notio vid. in *Palor* n. 2.

¶ Pālātio, *ōnis*, f. quæ & *feſtucatio* dicitur, id fundamenti eſt genus, quod fit palis demiſſis in aquam aut locum uliginoſum, eine grundfeſte, ſo man unter das waſſer ſetzt mit pfählen, ein herd. Vitruv. 2, 9 *Almus in paluſtribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebre fixa, recipiens in ſe, quod minus habet liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & ſuſtinet immania pondera ſtructuræ.*

¶ Pālĭfĭcatio, *ōnis*, f. palorum conſeptum, Thuano, arcendis hoſtium acceſſibus ad propugnacula factum, dicitur lib. 133, paliſaden.

¶ Depālo, *are*, idem quod palare, aut deorſum palis affigere, mit pfählen befeſtigen. Tertull. adv. Hermog. c 19 pr. *Inculti primo elementis depalans quodammodo mundum.* Idem Apol. c. 10 *Civitas quam depalaverat.* ¶ 2. Barbaram notionem, a *Palam* ductam, pro *manifeſtare*, refutat Voſſius de Vitiis Serm. l. 4, 5. conf. Iunii not. ad Tertull. p. 162. In Inſcript. apud Fabrettum p. 211 *Depalare* idem ſignificat, quod Frontino delimitare, abſtecken mit pfählen: ITA VT DEPALATVM EST.

¶ Depālātio, *ōnis*, f. die abſteckung oder befeſtigung mit pfählen. Vitruv. 9, 8 pr. *Horologiorum depalationes.* Diverſas interpretum ſententias vide in Voſſii Etym. p. 365, & adde Inſcript. Fabrett. p. 245 HI TERMINI POSITI SVNT AB SCRIBONIANO ET PISONE FRVGI EX DEPALATIONE T. FLAVII VESPASIANI ARBITRI.

¶ Depālātor, *ōris*, m. ein baumeiſter, der pfähle abſtecket. Sic Tertulliano adv. Marc. 5, 6 Paulus appellatur *Architectus prudens & depalator diſciplinæ divinæ*, qui quaſi palis poſitis ſacris definivit & circumſcripſit in publico.

¶ Tripālis, *e*, dreypfählicht. Varro apud Nonium 3, 171 *Quid tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici.*

Pambaſilea, Pamphagus, vide *Baſilea, Phago.*

PAMPHĬLVS, *i*, m. nomen adoleſcentis apud Terentium, a πᾶν & φίλος, *omnium amicus.* ¶ 2. Suidas *tres Pamphilos* commemorat, duos Grammaticos, & unum Athenienſem ærarii publici expilatorem; unde proverbium in peculatores, qui e publico ſuffurantur: Παμφίλιος κοσφισμός, i. e. *Pamphili furtum.* vid. Eraſm. in Adag. De his Suidæ Pamphilis vid. Burm. ad Quintil. 3, 6 p. 246 ſq. ¶ 3. *Pamphilus* diſcipulus Origenis, cujus voluminum maximam partem ſua manu deſcripſit. Hujus neceſſarii ſui nomen ſuo adjunxit Euſebius, & *Euſebius Pamphili* dici voluit: Hieron. de Script. Eccleſ. c. 75.

PAMPHȳLIA, *æ*, f. Παμφυλία, regio minoris Aſiæ inter Lyciam & Ciliciam. Stat. 1 Silv. 4, 77

Hunc quoque perque novem timuit Pamphylia meſſes.

¶ Pamphȳlius, *a, um*, qui eſt ex Pamphylia, Cic. de Divin. 1, 15. Item, ad Pamphyliam pertinens. Plin. 5, 26 *Mare Pamphylium Ciliciо jungitur.*

PAMPĪNVS, *i*, m. folium & ramuſculus vitis virens, ein weinblat, weinreblein ſamt den blättern. *Pampini*, wein-laub. *Defendit pampinus uvas*, Virg. Georg. 1, 448. *Uva veſtitur pampinis*, Cicero de Senect. c. 15. ¶ 2. *Pampinus* in picibus apud Plinium 9, 51.

¶ Pampīnārius, *a, um*, von weinblättern; ut, *Palmes pampinarius*, Colum. 4, 24. vide *Palmes.* Et *Pampinarium*, ſubſt. genus palmitis, Plin. 17, 22.

¶ Pampīneus, *a, um*, idem; ut, *Vites pampineæ*, Ovid Met. 10, 100. *Autumnus pampineus*, Virg. paſtor. lib. 2 Georg.

¶ Pampīnōſus, *a, um*, voll weinblätter; ut, *Vitis pampinoſa*, dicke von laub, Colum. 5, 5. *Folia pampinoſa*, Plin. 23, 1.

¶ Pampīnāceus, *a, um*, aliud adjectivum; ut, *Succus pampinaceus*, ſaft von weinlaub. Columell. 12, 20.

¶ Pampīno, *are*, pampinos decerpere, das weinlaub abnehmen, abblatten. *Pampinare vineas*, Plin. 17, 22; & 18, 29.

¶ Pampīnātus, *a, um*, mit weinlaub beſteckt. Plinius 16, 22 *Pampinato orbe ſe volvens.* Treb. Pollio in Claud. c. 17 *Lanx argentea pampinata.*

¶ Pampīnātio, *ōnis*, f. die abblattung des weinlaubs. Colum. 4, 6 & 14.

¶ Pampīnātor, *ōris*, m. ein laubbrecher. Colum. 4, 27.

¶ Expampino, *are*, idem quod *Pampinare*, apud Colum.

PAN, Pānos, vel Pānis, m. Πάν, Arcadibus cultus, præſes ovium & equorum: inde ejus religionem Evander in Italiam traduxit, v. Ovid. Faſt. 2, 271. Vnde *Pan Deus Arcadiæ, Pan curat oves, ovium cuſtos, &c.* Virgilio appellatur in eclog. 2 &c. Habitum ejus elegantiſſime deſcripſit Silius 13, 326 ſeqq. Naturæ univerſi ſymbolum eſt: unde τὸν τῆς ὕλης κύριον, *univerſæ ſubſtantiæ materialis dominum*, Arcades indigitarunt. vid. Macrob. Sat. 1, 19, item Phornutum Speculatione de Deorum natura, & Servium in ecl. 2 Virgilii. At Val. Flaccus 3, 48 *Pan nemorum bellique potens:* BELLIPOTENTEM, ut opinor, vocat, propter repentinos terrores, quos ille immittere credebatur. Plura de Pane dabit Lucian. bis accuſat. p. 216 ſeq. Græv. Huetius in Demonſtr. Evang. præter alia etiam celebrem fabulam de Panis morte ad Naxon navigantibus nuntiata, quam habet Euſeb. Præp. Ev. 5, 17, examinat. Explodit illam etiam Anton. van Dale de Orac. p. 432 ſq.

¶ Pānĭcus, *a, um*, adject. ad Pana pertinens; ut, *Terror Panicus*, Πανικὸς φόβος, quem Pan immittit. Is irritatus dicebatur ſubitos, & quorum cauſſa ignoraretur, timores immittere. v. Chiliad. Cic. ad Att. 7, 26 *Ego bellum fœcundiſſimum futurum puto, niſi qui Panicus caſus extiterit.* Sed, *Parthicus caſus* in libris melioribus, non *Panicus.* Attamen ad Attic. 14, 3 πανικὸν, de repentino terrore uſurpavit. vid Conrad. & Manut. Nimirum

¶ Panĭcum, *i*, n. Πανικὸν, abſolute, terriculamentum ſubitum ſed inane, a *Pane*, ut credidit vetuſtas, immiſſum, ein unverſehenes und plötzliches ſchrecken. Cicero fam. 16, 23 *Atticus noſter quondam me commoveri πανικοῖς intellexit.* Mali autem ominis habebatur: Plutarchus Cæſare p. 728. E. De eo & Dionyſ. Halicarnaſſ. 5, 16, & Politianus Miſcell. c. 28. Rationem reddit Polyænus lib. 1 Strateg. conf. Barth. ad lib. 11 Theb. Statii p. 1296 ſeq. ¶ 2. *Panicum* frumenti genus, vide infra ſuo loco: neque enim huc pertinet.

¶ Pānīſci, *orum*, m. Πανίσκοι, dii ſilveſtres, quaſi parvi Panes, diminutivum. Cic. Nat. D. 4, 17 *Nymphæ, Paniſci & Satyri.*

PĂNĂCES, *is*, neutrum, πάνακες, vel *Panax*, fœmininum, vel *Panacea*, *æ*, penult. longa, herba dicta, ἀπὸ τῦ πάντα ἀκεῖν, quod omnia ſanet; triplex eſt: *Aſclepion*, Ασκλήπιον, quæ & agreſtis origanus, wilder wohlgemuth, Dioſc. 3, 51. *Chironion*, χειρώνιον, ſive *Panax chironios*, herba, quæ & *Inula Campana*, alantwurtz. Dioſc. c. 52; & Apul. de Herb. c. 95; ubi etiam *Panax centaurios* dicitur. *Heraclion* vel *Herculeum*, Ἡράκλειον; item *Panax Heracleos*, apud Romanos Millefolia, ſchafgarbe. Dioſc. 3, 50; Plin. 25, 5. *Panaces* herba, vid. Plinius 25, 4; & 26, 8 & 9 &c. Celſ. 5, 4 & 27. Lucret. 4, 122, Colum. 10, 103. *Odorifera panacea*, Virgil. Æn. 12, 419. *Panaceæ potens*, Lucan. 9, 918. *Panacea*, pro cunila bubula, Plin. 20, 16. *Panace*, herba, apud Celſ. 3, 21. *Panax*, frutex, Plin. 12, 26; & 20, 15 &c. *Panax*, herba, Colum. 11, 3, pro liguſtico Plin. 19, 8.

¶ Panacītes, *æ*, m. πανακίτης, vinum ex panace herba, wein von heilkraut, Dioſc. 5, 41 (al. 72).

¶ Panacos Ceras, herba pœonia, päonien. Apul. de Herb. c. 64.

¶ Opopānax, *ācis*, f. ὀποπάναξ, ſuccus Panacis dicitur, Dioſc. 3, 50. Panætolicus, vide ſupra in *Ætolia.*

PANAETIVS, *i*, m. philoſophus Stoicus, Ciceroni ſæpe laudatus, *quem excellentem ingenio virum* non minus ac Polybium Scipio Æmilianus *domi militiæque ſecum habuit.* vid. Vellej. 1, 13, 3, & Tull. Fin. 4, 9, vid. de eo Fabric. in catalogo Stoicorum in Bibl. græca.

PANĂRĔTVS, *i*, πανάρετος, omnibus virtutibus præſtans Martial. 6 epigr. 89.

Panaricium, panariolum, panarium, vide infra *Panis.*

Panathenæa, Panathenaicus, vide ſupra *Athenæ.*

PANCARPIÆ, *arum*, f. pl. παγκαρπίαι, coronæ ex vario genere florum; Feſtus, ubi vid. Dacer. & Tertull. adv. Valent. c. 12.

¶ Pancarpum, *i*, n. πάγκαρπον, genus ſpectaculi & quaſi ex omnium arborum fructibus concinnata ſilva. Iuſtin. in Novell. de Conſul. § ac primus quidem.

¶ Pancarpineus, *a, um*, adject. von allerley blumen, eſſe ajunt, apud Varronem.

PANCHĂĪA, *æ*, f. Παγχαία, regio Arabiæ thurifera, Virgil. Georg. 2, 139

Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

¶ Panchāius, *a, um*, adject. ut, *Panchaia cinnama*, Claudian. in nupt. Honor. & Mar. v. 94.

¶ Panchaĭcus, *a, um*, adject. aliud; ut, *Panchaica tellus*, Ov. Metam. 10, 309.

¶ Panchæi, *orum*, m. pl. populi Libyæ, ophiophagi.

PANCHRESTVS, *a, um*, παγχρηστος, *Panchreſtum medicamentum*, omnibus affectionibus utile, eine artzney für allerley kranckheit. Cic. Verr. 3, 65. Adde Plin. 23, 7, & Mencken. Obſerv. L. Lat.

¶ Panchreſtarius, *i*, m. artifex operis dulciarii, ein pfefferküchler. Arnobius lib. 2 p. 70. vid. Elmenhorſt. in h. l. & Turneb. Adverſ. 13, 14.

PANCHRŌMOS, *i*, m. πάγχρωμος, herba verbenacæ, hierabotane, eiſenkraut. Apul. de Herb. c. 3.

PANCHRVS, *i*, m. πάγχρες, gemma varii coloris, Plin. 37, 10.

PANCHRYSOS, *i*, c. πᾶν χρυσὸν, Plinius 5, 29 *Berenice* (urbs Ægypti) *Panchryſus cognominata eſt.*

PANCRĂTIVM, *i*, n. παγκράτιον, ludus gymnicus, qui advocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum contentione transigitur, ein kampf-spiel. Propert. 3, 13, 8

Et patitur duro vulnera pancratio.

Erat autem duplex: alterum, quod ex *luctu* & *pugilatu* compositum erat. Neque enim pugnis tantum commissi hoc genere se feriebant invicem, sed & comprimere & continere, ibique dejicere studebant. Quorum alterum pugilatus, alterum luctæ est, & eo referendus Propertii locus paullo ante laudatus. Alterum volutatorium dicebatur & luctæ species erat. Eo enim sternebantur humi, atque invicem complicati, seque mutuo convolventes alter alterum subjicere nitebantur. Vide Mercurialem de Arte Gymnastica 2, 8 & 9. ¶ 2. *Pancration* herba, quam *cichorium* vocant, Plinius 20, 8. Item herba *scilla*, eidem 27, 12; & Apul. de Herb. c. 42.

¶ Pancratiastes, *æ*, m. παγκρατιαστής, qui pancratio certat, ein kämpfer, ringer. Gell. 3, 15 *Diagoras tres habuit filios, unum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem.* Adde Plin. 34, 8, & Sen. 5 Excerpt. Controv. 3.

¶ Pancratiarius, *i*, m. idem Gloss. lat. gr. *Pancratiarii*, παγκρατιάριοι.

¶ Pancrătice, adverb. wie ein kämpfer; ut, *Pancratice valere*, pro, firma esse valetudine, gesund und starck seyn. Plaut. Bacch. 2, 3, 14.

¶ Impancro, *are*, ex *In* & *pancro*, quod a πᾶν *omne* & κρέας *caro*. Nonio 1, 293 est *invadere* & *quasi* πᾶν κρέας *consumere*. Vbi Varro: *Ecclesiam in regiam aream impancrarunt.* conf. Turneb. 29, 19.

PANDA, *æ*, f. Dea, alias Ceres. Gloss. lat. gr. ἀρούης θεός. conf. Arnob. lib. 4 p. 128, Gell. 15, 15, & Voss. Etymol. p. 366. ¶ 2. *Panda* oppidum Sogdianorum, Solin. c. 62; Plin. 6, 16.

PANDANA, *æ*, f. porta Saturnia Romæ, sic dicta, quod semper pateret; Festus, & Solin. c. 2.

PANDATARIA, *æ*, f. insula maris Tyrrheni in sinu Puteolano. Sic apud Strabonem & Plin. 3, 6; Quæ perperam *Pandectaria* in codice Taciti antiquo. Adde Solinum c. 9.

Pandatio, Pandatus, vide in *Pando*.

PANDECTÆ, *arum*, f. pl. libri dicuntur nihil non continentes, ex quibus possis velut copiæ cornu, quicquid velis, depromere, a πᾶν & δέχομαι: bücher von allerhand sachen; ut, *Pandectæ legum*, quæ omne jus complectuntur. conf. Plin. præfat. lib. 1. Gell. 13, 9. Sunt qui pertendant, hoc vocabulum in masculino debere efferri, non fœminino, quia & apud Græcos ὁ πανδέκτης dicitur. Sed illi non attendunt, talia ex græco sumta in fœminina transire. Sic ὁ χάρτης, *hæc charta*, ὁ γαυσάπης, *hæc gausapa* &c. quæ & Prisciani ratio est lib. 7, quem & Casaubonus sequitur Castigationibus ad lib. 5 Strabonis p. 86. Eam tamen tum demum valere Vossius putat, cum in vocabulis non intelligitur aliud nomen, unde suum genus accipiant: non item in illis, ubi καθ' ὑπόνοιαν respicitur aliquod subsitantivum. Ex quo pronunciat, *Pandectas* masculinum videri. Nam cum πανδέκτης dicitur, ὁ λόγος subintelligitur. Vide ipsum de Analogia 1, 19, Dilherr. Tom. 1 Disp. philolog. p. 364; & Coler. in Parerg. c. 23.

¶ Pandecter, *ēris*, m. πανδέκτης, qui omnia continet. Ita liber 4 Apicii inscribitur.

PANDĒMOS, *i*, *luis species* appellatur ap. Ammianum 19, 4; a πάνδημος, i. e. per universum populum grassans.

PANDIA, *æ*, f. gemma varios colores spectantibus exhibens: de qua & Cassiodorus lib. 5 epist. 34.

Pandicularis, pandiculor &c. vide mox *Pando*.

PANDĪON, *ōnis*, m. Πανδίων, Erichtei Athenarum regis filius, cujus filiæ fuerunt Progne & Philomela: Pausan. Attic.

¶ Pandĭŏnius, *a*, *um*, Atticus. Claudian. de Rapt. Proserp. 2, 19

Et Pandionias quæ cuspide protegit arces.

PANDO, *pandi*, *passum* & *pansum*, *pandĕre*, est aperire, explicare, öffnen, ausbreiten, ausstrecken. Virg. 10 Æn. princ.

Panditur interea domus omnipotentis olympi.

Et, *Velorum pandimus alas*, Idem Æneid. 3, 520. Cicero Tusc. 5, 27 *Longe lateque se pandunt divina bona.* Id. Tusc. 4, 5 *Pandere vela orationis*, metaphorice dixit, der rede ihren freyen lauf geben.

¶ Pandens, *tis*. De Cerbero Virg. Æn. 6, 420 *Fame tria guttura pandens.* Ibid. 8, 712 *Nilus pandens sinus.* Lucanus 2, 697 *Pandentes carbasa nautæ.*

¶ Passus, *a*, *um*, ausgebreitet, ausgespannet; ut, *passus capillus*, zerstreuete haare. Ter. Phorm. 1, 2, 56. *Crines passi*, Cæs. B. G. 1, 51. *Passis manibus*, mit ausgebreiteten händen. Id. B. G. 2, 19. *Vento secundo, velo passo*, mit vollem segel, Plaut. Stich. 2, 3, 44. Ita *Passi versus*, i. e. soluta oratio apud Apulej. Florid. 2 p. 241. Nemesia. Cyn. 142 *Lumina passa* sunt oculi aperti. ¶ 2. Rugosus, gedörrt, runtzlich; ut, *Uva passa*, eine rosin, quod in siccando ad solem sit passa, Plaut. Pœn. 1, 2, 99. vid. Nonium 1, 38. *Racemi passi*, Virg. Georg. 4, 269. *Lac passum*, gewellte milch, Ovid. Met. 14, 274. Lucilius *Passos senes*, id est, exsuccos dixit apud Nonium l. c. conf. eumdem 4, 364. ¶ 3. Vtrum *pansus* etiam dixerint boni auctores pro *passus*, disputat in partem negantem Burm. ad Nemesia. Cyn. 142.

¶ Passum, *i*, n. subst. liquor ex uvis passis, id est, sole siccatis expressus, ein tranck von rosinen, oder gesottener wein, apud Virg. Georg. 2, 93; Cels. 2, 10; Plin. 14, 9; & 20, 19; Varr. apud Nonium 17, 16; Colum. 12, 39; Plaut. Pseud. 2, 4, 51; Gell. 10, 23; (ubi in Stephani edit. *passa* pro mulierum potu) & Apic. 2, 3 &c. Adde Voss. 1 Inst. Orat. p. 169.

¶ Passus, *ūs*, m. aliud subst. gressus vel mensura pedis, ein schritt, ein tritt, quod gressibus alterni pedes panduntur. *Passus simplex*, qui pedes duos & semipedem continet; *passus geometricus*, qui pedes quinque continet, ein maaß, fünf schuhe lang. *Peragrare passibus disjunctissimas terras*, Cic. pro M. Marcello c. 2, durchwandern. Idem ad Qu. fratr. 3, 1, 2 *Sese mensum pedibus ajebat passuum CCCC*, zu fuß durchreiset. Nep. 1, 4, 2 *Is abest ab oppido circiter millia passuum decem.* His veteres namque metiebantur suos lapides, & milliaria. Facere autem 1000 passus unum lapidem vel milliare Ital. 4000 passus unum milliare Germanicum, vulgo traditur. Ita apud Quintil. 11, 3 p. 1026 *Fl. Virginius interrogabat de quodam Antisophista suo, quot millia passuum declamasset?* de discursante nimirum & fatagente oratore. Ovid. Trist. 1, 8, 15

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat, &c.

¶ Passim, adverb. a *passu*, hin und wieder, vulgo, undique. *Huc & illuc passim vagari*, Cicero Nat. D. 2, 38, de avibus. Idem pro Muræn. c. 35 conjunxit *vulgo*, *passim*. Et pro Sylla c. 15 pr. *Describi ab omnibus statim librariis, dividi passim, & pervulgari.* Hinc

¶ Passivus, *a*, *um*, communis, promiscuus, vulgaris, frequens, gemein, gemengt; ut, *Passiva congeries*, Apul. 6 Met. p. 177. Et, *Transeuntium viatorum passivi morsus*, Idem 9 Met. v. Colvii not. p. 129. Sic *passiva Venus*, i. e. vulgaris, Idem 2 Met. p. 122 Elmenh. cujus Indicem consule. Et apud Firmicum 7, 18 *Passivi amatores*, qui passim & indifferenter fœminas amant. ¶ 2. Alium significatum vide in *Patior*.

¶ Passive, adverb. i. e. passim, hin und her. Apul. 11 Met. *Crines per colla passive dispersi.* v. Elmenh. emend. ad p. 258. Adde Tertull. adv. Psych. c. 2.

¶ Passivĭtus, aliud adv. i. e. vulgo, insgemein. Tertull. de Pallio c. 3 *Passivitus omnibus utiles.*

¶ Passīvĭtas, *ātis*, f. frequentia promiscua seu confusio, die umherschweiffung, vermischung; ut, *Passivitas luxuriæ*, Tertull. Apol. c. 9. *Turbulentia & passivitas*, Idem adv. Hermog. c. 41. Idem de Pallio, de Anima, de Pudicitia & alibi utitur; & Salvian. l. 7 p. 237.

¶ Passo, *are*, paßiren, fortgehen. Theod. Priscian. 1, 34 *Quibus ungues passaverint.*

¶ Passagium, vide infra seorsum.

¶ Passalis, *e*, quod passim pascitur, das sich hier und da füttert. Hinc *Passales & oves & gallinæ*, ap. Festum.

¶ Passārius, *a*, *um*, idem quod *Passus*, gedörrt, getreugt; ut, *Ficus passariæ*, Capitol. in Albino c. 11.

¶ Pansus, *a*, *um*, idem quod *passus*, ausgespannt; ut, *Pansis in altum brachiis*, mit aufgehabenen händen. Prudent. Cathem. 12, 170. Hinc

¶ Pansa, *æ*, m. subst. pansos i. e. latos habens pedes, gr. πλατύπους, ein breitfuß, breitfüßiger. Plaut. Merc. 3, 4, 55 *Pansa aliquantulum.* ¶ 2. Hinc cognomen Romanum *Pansa*, qui latipes est, Plin. 11, 45. Clarissimus fuit *C. Pansa*, Ciceronis epistolis laudatissimus Consul, qui in Mutinensi prælio mortem occubuit. Add. Cicero Phil. 11, 9.

¶ Pando, *are*, est incurvare, sich einwerts krümmen, contrarium τῷ fornicari. Plinius 16, 42 *Populus ad omnia inferiora pandatur*, der baum krümmet sich unter sich. *Pandare* enim oneri cedere est. Vitruvius 2, 9 *Ulmus & fraxinus celeriter pandant*; ubi Philandr. vide.

¶ Pandatus, *a*, *um*, gebogen, eingebogen, gekrümmet. Quintil. 11, 3 *Manus leviter pandata*: cui *supinata* opponitur. Plinius 11, 10 *Apes farcina pandatæ*, quod hyperbolicum videtur Gassendo apud Harduin.

¶ Pandatio, *ōnis*, f. die beugung. Vitruvius 7, 1 *Contignationes pandatione fidentes.*

¶ Pandus, *a*, *um*, pandatus, incurvus, krumm, gebückt, gebogen; ut, *Iuga panda boum*, Ovid. Amor. 1, 13, 16. *Rostrum pandum*, Idem Met. 14, 287. Et, *Pandi delphines*, Trist. 3, 10, 43. *Cupressus & pinus in operibus solent esse pandæ*, Vitruv. 2, 9.

¶ Panda est & Deæ nomen, de qua paullo ante seorsum.

¶ Pandĭculor, *ari*, sich dehnen, strecken. Festus: *Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt.*

¶ Pandiculans, *tis*. Plaut. Menæch. 5, 2, 30 *Pandiculans oscitatur.*

¶ Pandĭculātio, *ōnis*, f. corporis inter oscitandum extensio, die ausdehnung der glieder, die streckung.

¶ Pandĭculāris, *e*, adject. Ita *Pandicularis dies*, Festo est, quo omnibus divis communiter sacra fiebant, aller heiligen tag, quod is dies in omnes pariter extendi videretur.

Composita:

¶ Dispando, *ĕre*, von einander zerren, ausspannen. Lucret. 6, 598 de terra:

Neu distracta suum late dispandat hiatum.

¶ Dispansus & Dispensus, *a*, *um*, ausgebreitet, ausgespannt; ut, *Arbor vastis dispansa ramis*, Plin. 9, 4. *Dispansa manus*, Suet. Domit. c. 19. *Dispansæ vestes*, Lucretius 1, 306. ¶ 2. *Dispessis manibus*, Plautus dixit Mil. 2, 4, 7. Et Cicero Arat. v. 105 *Taurus late dispensus.*

¶ Expando, *ĕre*, extendere, ausbreiten, ausstrecken; ut, *Expandunt alas aves*, Plinius 10, 38. *Naturam expandere dictis*, i. e. explicare, erklären, Lucret. 1, 126. *Ficus in sole expandunt*, Colum. 12, 15.

¶ Expassus, *a*, *um*, diductus, distentus, aufgethan, ausgestreckt, ausgebreitet; ut, *Expassæ fores*, Tac. Hist. 5, 13, 2. Et, *Flammeum expassum*, ex Cæcilio Gell. 15, 15.

¶ Expansus, *a*, *um*, idem; ut, *Capillus porrectus & expansus*, Gell. l. c.

¶ Expansio, *ōnis*, f. pandiculatio, die ausdehnung. Cæl. Aurel. Tard. 5, 11, 139 *Corporis expansio ex thalamo.*

¶ Expanditor, *ōris*, m. der sich ausbreitet; ut, *Amnis expanditor*, Plin. Paneg. c. 30 n. 4 de Nilo.

¶ Oppando, *ĕre*, entgegen strecken. Gratius Cyneget. v. 55

Illa vel ad flatus Helices oppande ferenæ.

¶ Oppansus, *a*, *um*, ausgesperrt. Prudent. Psych. v. 242 *Cornibus oppansis.* ¶ 2. *Oppansum*, subst. habet Tertull. de Anima c. 53 *Anima de oppanso corporis erumpit in apertum & purum & suam lucem.*

¶ Oppassus, *a*, *um*, idem. Tertull. Apol. c. 16 *Conspectus cæterorum velo oppasso interdicebatur.*

¶ Præpando, *ĕre*, præextendere; item aperire, vorspannen, aufthun. Plin. 11, 24 *Exigua vestibula præpandere.* Cic. in Arat. v. 274

Et post hiberni præpandens temporis ortus.

Et

Et Lucret. 1, 144 *Quo carmine demum*
Clara tuæ poſſim præpandere lumina menti.

¶ Propando, *ĕre*, herfürſtrecken. Hinc

¶ Propanſus, *a, um*, ausgeſtreckt; ut, *Aquila propanſis utrimque pinnis*, Apulej. Mileſ. 6 p. 179.

¶ Repando, *ĕre*, aperire, aufmachen. Apulej. lib. 4 Mileſ. p. 150 *Clavi ſubtracta fores januæ repandit.*

¶ Repandus, *a, um*, aufwerts gebogen. Plin. 14, 12 *Pectoroſa cervicis repandæ oſtentatio.* Idem 9, 8 de Delphino, *Dorſum repandum.* Et Solin. c. 43 (al. 30) de Rhinocerote: *Cornu repandum.*

¶ Repandiroſtrus, *a, um*, qui habet roſtrum repandum. Pacuvius apud Quintil. 1, 5 *Repandiroſtrum pecus.*

PANDŌCHĔVM, *i*, n. πανδοχεῖον, diverſorium, in quo omnes hoſpites recipiuntur, ein wirtshaus, gaſthof, vox græca.

PANDŌRA, *æ*, f. Πανδώρα, ſimulacrum illud Heſiodi, munus ſcil. omnium Deorum, quod ad homines decipiendos Iupiter in terram miſit. Significat voluptatem, cauſſam omnium malorum hominibus. v. Heſiod. ἔργ. v. 80, & Heinſium in eum c. 12, 13, 14 & 15. Fabula eſt, fœminam a Vulcano fabricatam fuiſſe, eique Palladem ſapientiam contuliſſe, Apollinem muſicæ peritiam, Mercurium bene dicendi artem, Venerem formæ decus, aliosque alia tribuiſſe munera; ex quo dicta *Pandora* eſt. Hujus pyxidem clauſam Epimethei uxor ad ſe delatam ſimulac aperuit, morbos & mala omnia in genus humanum effudiſſe dicitur, ſola ſpe in pyxidis fundo remanente.

PANDŪRA, *æ*, f. inſtrumentum muſicum, idem ac τρίχορδον, ut Pollux auctor eſt, vulgo reddunt, eine geige, violin. Meminit Varro, & Iſidorus 2, 20, *Pandorium* vocatum ait ab inventore, de quo Virgilius eclog. 2, 32 *Pan primus &c.* Vet. Scholiaſtes Horatii, nomen barbarum & Aſſyrium putat. Cujus gentis inventum quoque res ipſa fuit, ſicut Pollux tradit 4, 9. vid. Cataub. & Salmaſ. ad Lamprid. Heliog. c. 32. Hic antiquioribus quidem τρίχορδον ſignificaſſe docet, ſed recentioribus, ut Iſidoro inter ἐμπνευστὰ inſtrumenta relatam, & eſſe fiſtulam Panis.

¶ Pandurиſta, *æ*, m. qui pandura canit, ein violiſt, geiger. Cæl. Rhodig. 5, 23.

¶ Pandūrīzo, *are*, pandura canere, geigen, apud Lampridium in Heliogabalo c. 32.

Pandus cum derivatis, & Pane, vide in *Pando* & *Panis*.

PĂNĒGȳRIS, *is*, f. πανήγυρις, ſolennis & publicus conventus, eine zuſammenkunfft oder verſammlung des volcks, cujusmodi quinto quoque anno celebrabantur Athenis, & in quibus certatim habebantur orationes de laudibus Græciæ. Cic. Att. 1, 14 *Erat in eo ipſo loco illo die nundinarum* πανήγυρις. Πανήγυρις dicta eſt a πανηγύω, *congrego*. Claudianus laudatoria ſua carmina, quibus imperatores & vivos principes celebravit, quæ & *Panegyrici* appellantur, *Panegyres* inſcripſit, perinde, ut *Conciones* vocantur non ipſi conventus tantum, ſed & quæ orationes in conventibus habentur.

¶ Panēgȳricus, *a, um*, adject. πανηγυρικὸς, ut λόγοι πανηγυρικοὶ, *orationes panegyricæ*, laudationes, lobreden. ¶ 2. Subſtantive, ſuppreſſo λόγῳ vel *ſermonis* vocabulo, Cic. de Orat c. 11 *Iſocrates fecit panegyricum*, i. e. ſermonem laudatorium in conſeſſu nobili ad multitudinem congregatam recitandum. Et Quint. 10, 4 extr. *Panegyricum Iſocratis decem annis dicunt elaboratum.* Et notus Plinii *Panegyricus dictus Trajano.* Sic enim inſcribi ſolet.

¶ Panegyriſta, *æ*, m. πανηγυριστὴς, auctor ſermonis panegyrici, apud Sidonium 4 epiſt. 1.

PĂNĔROS, *i*, gemma, fœcunditatem afferre credita, Plin. 37, 10.

PANGO, *panxi, pegi*, it. *pepigi, panctum, pactum*, (ſed cum diſcrimine, de quo deinde) *pangere* ex Græco πήσσω vel πήγω, πάγω, πήγνυμι, ejus fere ſignificationem habet, figendi nimirum & firmandi, ſetzen, ſtecken, befeſtigen. Feſtus PANGERE *figere eſt, unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur; & verſus pangi, id eſt, figi in cera.* Alluſit, credo, huc Colum. 10, 251 *Nomine tum Graeco ceu litera proxima primæ Pangitur in cera docti mucrone magiſtri; Sic & humo pingui ferratæ cuſpidis ictu Deprimitur foliò viridis pede candida beta.* Sæpius ipſe Columella & Palladius in ſerendi ſignificatione hac voce utuntur. vid. Geſneri lex. ruſt. Sueto. Galba c. 1 *Ramulum pangere.* Hoc intellectu ſunt formæ præteriti quidem *panxeris*, Col. 11, 2, 42 & *panxerus*, Pall. Febr. 9, 10. Sed aliter Pacuv. apud Feſtum in *Tonſilla, Tonſillam pegi leto in litore* h. e. fixi. Huc pertinet illud *clavum pangere*, dictatorium opus, de quo agimus in *clavus*. Itemque ubi de terminis ſermo eſt, Cic. de leg. 1, 21 *Requiri placere terminos quos Socrates pegerit.* Ita Grut. & Gron. ex MSS. & Priſciano, al. *pepigerit*. Sed in Piſon. 16 edidit Gron. *obtinuiſti provinciam finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ pepigerat.* ¶ 2. Ad ſcribendi rationem transferri jam prolatis Columellæ verſibus indicavimus. Sed ita etiam Cic. fam. 16, 18 *An pangis aliquid Sophocleum?* Id. Att. 2, 6 *Itaque ἀνέκδοτα -- Theopompino genere* (adeoque proſa oratione) *-- pangentur.* Hor. A. P. 416 *Ego mira poëmata pango.* ¶ 3. Ad conventiones & fœdera, quæ firmantur, transfert præſertim Livius, ſed ita, ut præterita tantum forma, quantum obſervavi, utatur: v. g. 1, 11 *Pepigiſſe eam*, (Tarpeiam) h. e. ſtipulatam, habe ſich bedungen. Ita 27, 32 *pepigiſſe inducias*; 34, 31 *Vt vobis mitterem auxilia pepigiſtis*, & mox, *tu ipſe mecum ſocietatem pepigiſti*, & *pangere amicitiam*, 38, 9. Ita Virg. 11, 133 *Bis ſenos pepigere dies*, & 10, 902 *Tecum hæc pepigit fœdera.* ¶ 4. Hæc ipſa præterita non a *pango* derivat, ſed ab antiquo *pago* Quintil. 1, 6 p. 73 Bur. PEPIGI *quidem dixiſſe ſummos auctores confitebantur, rationem tamen negabant permittere: quia prima poſitio* PACISCOR, *cum haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito* PACTVS SVM. *Nos præter auctoritatem oratorum atque hiſtoricorum, analogia quoque dictum tuebamur. Nam cum in XII tabulis legeremus* NI ITA PAGVNT: *inveniebamus ſimile huic,* CADVNT *inde prima poſitio etiamſi vetuſtate exoleverat, apparebat* PAGO: *unde non erat dubium, ſic* PEPIGI *nos dicere ut* CECIDI. Confirmantur iſta verbis Cic. ad Her. 13 extr. *Ex pacto jus eſt, ſi qui inter ſe pepigerunt, ſi quid inter quos convenit. Pacta ſunt, quæ legibus obſervanda ſunt, hoc modo,* REM VBI PAGVNT ORATO, NI PAGVNT &c. quæ quidem verba ex ipſis XII tabulis videntur repetita.

¶ Pactus, *a, um*, Ovid. Her. 2, 4 *Littoribus noſtris aucora pacta tua eſt.* Sed ¶ 2. Pactus, *a, um*, & Pactio, *onis*, &c vide ſub *Paciſcor* in Pax.

¶ Panctio, *ōnis*, f. die pflantzung, pfropfung, einſeuckung. Pallad. Oct. t. 3 *Vitium fertilitatem providebimus panctione.*

¶ Pactilis, *e*, junctus, füglich zuſammen geſetzt; ut, *Corona pactilis*, Plin. 21, 3.

¶ Pages, *is*, f. compactio eſt, die fuge; unde *Compages*. v. Non. 1, 327.

¶ Pāgĭna, *æ*, f. pars utraque folii, quaſi *pangina*, a *pangendo* dicta, vel compingendo, charta enim papyri ex ſchedarum binis ordinibus in cratem ſibi impoſitis compingebatur, vid. Plin. 13, 12 f. 24, das blat, die ſeite des blats. Mart. 1 epigr. 5

Laſciva eſt nobis pagina, vita proba eſt.

Complere utramque paginam, Cic. Att. 13, 34. Et, *Fortuna utramque facit paginam*, Plin. 2, 7, i. e. *omnia feruntur accepta fortunæ & omnia expenſa*, ut ipſe interpretatur Plinius, am glucke liegt alles. Nam a rationibus tractum eſt. De quo ita Scaliger Animad. in Guilandi Comm. de papyro p. 45 *Adverſaria dicuntur, quæ in adverſa parte ſcribuntur, qualia erant quotidiana vita & ephemerides. At in averſa ſolebat & ſcribi: unde* Opiſthographorum *nomen. Sed in adverſa rationes dati & expenſi perſcribebantur, in averſa accepti. Quando averſa pars conveniebat adverſæ*, h. e. *cum rationes accepti congruebant cum rationibus expenſi & dati, tunc hoc dicebatur* utramque paginam facere, *quod &* pariari *dicitur. Cui contrarium* reliquari. *Nam villicus, qui non pariat, reliquari dicitur. Id paria* facere *dicant etiam.* Hæc ille. ¶ 2. *Paginam* pro epiſtola, non ſemel Sidonius & alii illorum temporum ſcriptores poſuerunt. Pro aliquot verſibus libro arboris inciſis Calp. ecl. 1, 20 *Sed quæ nam ſacra deſcripta eſt pagina fago.* ¶ 3. *Pagina* in vineto, ein platz im weingarten. Plin. 17, 22 *Iugo paginæ includi.* De tegula lapidea Pall. Mar. 11, 3.

¶ Pāgella, *æ*, f. diminut. Cic. fam. 11, 25 *Non imitor* λακωνισμὸν *tuum? altera jam pagella procedit.* Quo ex loco apparet, aut pagellis non ita magnis, aut non minutis litteris uſum tum fuiſſe Ciceronem.

¶ Pagĭnula, *æ*, f. dimin. aliud, idem. Cic. Att. 4, 8 *Longas in codicillorum faſtis paginulas habere.*

¶ Pagino, *āre*, verbum finxerunt medii ævi ſcriptores, pro compingere. Vnde

¶ Paginatus, *a, um*, zuſammen geſetzt. Paulinus Iambo ad Cytherium v. 353

Solidoque navem paginatam robore
Ad pervehendum præparat.

¶ Pagĭnalis, *e*, pro epiſtolaris. Ennodius 2, 13 *Paginalis* (i. e. epiſtolaris) *ſtyli cura.* Idem 2, 16 *Paginalis commercii libamenta.*

¶ Pagmentum, *i*, n. die hefftung, ſchnitzwerck. Vitruv. 4, 6 *Ante ſecundum pagmentum.*

¶ Antepagmentum, *i*, n. & uſitatius pl. *antepagmenta*, vocabulum eſt architectorum, quod a Feſto deſcribitur hoc modo: *Antepagmenta valvarum ornamenta, quæ antis adpanguntur, id eſt, adfiguntur*, allerhand zierrathen an den thüren. Niſi fallor, ea reſpexit, quæ Vitruvius tradit 4, 6 init. in quo multis verbis differit de oſtiorum antepagmentis. Ceterum utcumque Feſtus, & alii Critici ſentiant, credibile tamen eſt *antepagmenta* non ſolum in oſtiis locum habuiſſe, ſed etiam in projecturis mutulorum ſub ſtillicidio, & fortaſſe etiam in aliis ædium partibus, ubi aliquid adpangitur ad ornamentum, vel munimentum. Vtplurimum autem lignea fuiſſe videntur; attamen negari nequit, ex ſtructura etiam, aut ex lapidibus fieri interdum potuiſſe, allerhand zwiſchen-zierrathen von holtz-ſtructur u. d. g. Vitruvius 6, 7 *Supra parietes trajecturæ mutulorum projiciantur; item in eorum frontibus antepagmenta ſigantur.* Vetus lapis apud Gruter. p. 207 *Tegulas primores omnes in antepagmento ferro figito.* Et paullo infra: *Facito antepagmenta abiegna.* Quibus auctoritatibus addenda ipſius Catonis, auctoris longe locupletiſſimi, qui c. 14 R. R. de Villa ædificanda bis *antepagmenta* nominat; eorumque uſum multo pluris facere videtur, quam ut valvis ornandis definiatur. Hæc vox ab *ante*, & *pango* componitur: in aliquibus autem Feſti codicibus legitur *Antipagmentum*, ea ſcilicet ratione, qua *Antiſto* pro *Anteſto* dicitur. Adde Plautinos interpretes Aſin. 2, 4, 20 & Salmaſ. exercit. Plin. f. 1217.

¶ Adpango, vel Appango, vel Appingo, *pegi, pactum, ĕre*, hinzuthun, anmachen. Habet Feſtus, ubi *Antipagmenta* deſcribit. Huc referunt aliqui, quæ in *Appingo* a *Pingo* occurrunt.

¶ Circumpango, *ĕre*, ex Plin. 17, 13 adducitur in vulgaribus Lexicis, qui dixerit *ramis terra circumpactis.* At Harduino monitore, ex MSS. *circumfartis* legendum eſt.

¶ Compingo, *ĕre*, eſt componere, coagmentare, zuſammenfügen, zuſammendrücken. Colum. 6, 19 *Roboreis axibus compingitur ſolum.* Sed, *Compingere in vincula*, eſt detrudere, compellere: Aur. Vict. Vir. Illuſtr. c. 1 *Amulius ipſam in vincula compegit*, ins gefängniß geworffen. *Detrudere & compingere in piſtrinum*, Cic. de Orat. 1, 11.

¶ Compingens, *tis*. Tertull. adv. Hermog. c. 18 *Ego eram compingens cum ipſo.*

¶ Compactus, *a, um*, zuſammengefüget, an einander geſetzt, zuſammengefaſt. Virg. eclog. 2, 36 *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. Compactum & robuſtum corpus*, derb, dichte, wohlgeſtalt, Plin. 7 epiſt. 24. Et, *Compacta & firma membra*, Suet. Veſpaſ. c. 20. Aliam notionem vide ſub *Paciſcor* in *Pax*, ubi etiam agimus de ſubſt. *compactum.*

¶ Compactĭlis, *e*, gefüglig. Vitruv. 4, 7 *Compactiles trabes.* Id. 10, 20 *Poſtes compactiles.* ¶ 2. De corporibus animalium cum dicitur, concinnam quandam & robuſtam parvitatem ſignificat, kurtz und unterſetzt. Plin. 8, 16 f. 18 *Leonum duo genera, compactile & breve, criſpioribus jubis.* Id. 11, 18 f. 19 de apibus: *Optimæ breves & in rotunditatem compactiles.*

¶ Compactio, *ōnis*, f. die fuge, zuſammenfügung; ut, *Compactio membrorum*, Cic. de Fin. 5, 11 *Spiſſis compactionibus ſolidatus*, Vitruv. 2, 7.

¶ Compictio, *onis*, f. idem. Claud. Mamert. 1, 9 *Quæ offium coitio, quæ compictio?* vid. Barth. & Schott. ad h. l.

¶ Compactūra, *æ*, f. idem. Vitruv. 4, 7 *Compactura habet laxationem.*

¶ Compactitius, *a, um*, veraccordirt. Tertull. adv. Valent. c. 31 *Statim excipit compactitius ille Soter.*

¶ Compactivus, *a, um*, i. e. turgidus, oppletus, angefüllt, eingepfropfft. Ita pro *Conlativo ventre* apud Festum legit Barth. Adversf. 41, 8.

¶ Compāges, *is*, f. significat etiam compositionem, commissuram, eine zusammenfügung, eine fuge; ut, *Discussa compage*, Lucanus 2, 487. *Compagem solvere muri*, Idem 3, 491. Pluraliter Virg. Æn. 1, 293 *Compagibus arctis Claudentur belli portæ:* Cic. de Senect. c. 21 *Dum famus in his inclusi compagibus corporis, munere gravi perfungimur.* Et Seneca Thyeste v. 1013 *Compagibus revulsis.*

¶ Compāgo, *inis*, f. idem. Celsus 4, 7 *A compagine corporis.* Ov. Met. 1, 711 *Disparibus calamis compagine cerâ Inter se junctis &c.* Add. Manil. 1, 717, 725, 838. Et Augustinus C. D. 16, 2 extr. *Compaginibus organorum.*

¶ Compāgus, *i*, m. calceamenti genus barbaricum, interciſum ſive ſuperiori parte perforatum. Vnde *reticulos* Gallienus vocavit. Treb. Pollio in vita Gallienorum c. 16 *Caligas gemmatas annexuit, quum compagos reticulos appellaret.* Adde Casaub. & Salmas. & Dempſter. ad Rosini Antiq. Rom. 5, 36 p. 596.

¶ Compagīno, *āre*, conjungere, copulare, compingere, zuſammen ſetzen, aneinander fügen. Scriptores Rei Agr. Gœſii p. 346 *Compaginantes agri limitesve.* Paulinus epiſt. 12 (nov. ed. Pariſ. epiſt. 32 n. 10) *Hæc igitur ratione perſuasus, baſilicas noſtras tuis, ſicut & operis tempore, & voti genere conjuncta ſunt, ita & litteris compaginari curavit.* Zeno Veronenſis Sermone de Præcepto ATTENDE TIBI &c. *Talis namque natura ipſa verbi Spiritu compaginante formata eſt.* Prudent. in Romano v. 890 *Aut fracta nodis farciens compaginat.* Auguſt. Confeſſ. 13, 30 *Quæ tu contraheres, & compaginares, atque contexeres.*

¶ Compaginatus, *a, um*, zuſammengeſetzt. Ammian. 21, 2 de ſcuto: *Axiculis orbis erat compaginatus.* Id. 28, 2 *Compaginatæ formæ e roboribus conjectæque in alveum.* Et Auguſtin. Serm. 1 feria III Pentecoſt. *Vnius corporis membra diſperſa, ad unum caput Chriſtum compaginata.*

¶ Compaginatio, *ōnis*, f. die zuſammenfügung. Gloſſ. vet. ἁρμογή, *junctura, compages, compaginatio.* Pro eodem apud Innocentium legitur *Compagina*; ut, *Omnis compagina litterarum*, p. 239 & 246 edit. Gœſii.

¶ Recompingo, *ĕre*, wieder zuſammenſetzen. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 30 *Recolligi & recompingi os ad os.*

¶ Depango, *ĕre*, defigere, einſetzen, pflantzen. Colum. 3, 16 *Medio ſpatio, quod vacat, inter vites depangere.* Hinc

¶ Depactus, *a, um*, eingeſetzt, feſtgeſteckt; ut, *Facile naſcens & depactus ſarculus*, Plin. 16, 26 *Depacta in terram*, Idem 2, 96. Tibull. 1, 1, 17 *Stipes deſertus in agris depactus eſt.* Lucret. 2, 1085

Quandoquidem vitæ depactus terminus alte &c.

¶ Expango, *ere*, ſetzen, ordnen. Plin. 2, 26 *Sidera ad normam expangere.*

¶ Impingo, *ĕre*, illidere, anſtoſſen, anſchmeiſſen; ut, *Impingere colaphum, pugnum alicui*, Plaut. Bacch. 4, 7, 2, ohrfeigen geben. *Fuſtem cui impingere*, Cælius Cic. fam. 8, 8. Et, *Caput parieti impingere*, Plin. 3 epiſt. 16. Et, *Dicam impingam tibi gravem*, ich will dir einen proceß an den hals werffen, Ter. Phorm. 2, 3, 92. *Culpam omnem poſt impingito*, gieb ihm die ſchuld, Plaut. Mil. 3, 3, 54; ſed alii hic *imponito* legunt. Sen. de Benef. 1, 1 *Gratus adverſus eum quisquam eſſe poteſt, qui beneficium aut ſuperbe injecit, aut iratus impegit?* Sed *In portu impingere*, ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν, eſt vel in ipſo operis ingreſſu, vel poſt negotium bene confectum, in extremo peccare, es anfangs oder zuletzt verſehen. V. Chiliadas.

¶ Impactus, *a, um*, angeſchlagen. Plin. 6 epiſt. 31 *Apparet ſaxeum dorſum, impactoſque fluctus in immenſum eliait & tollit.* Liv. 8, 6 *Impactus ſaxo.* Id. Dig. 48 t. 3 l. 13 *Impactus in carcerem*, gefangen geſetzt. Quint. Trib. Mar. c. 5 Burm. p. 79 *Probatio impacti facioris in tribunum*, der ihm aufgeheffteten oder ſchuld angehenen that.

¶ Impactio, *ōnis*, f. das anſchlagen, anſtoſſen. *Diſſimilis autem crepitus fit ob diſſimilem impactionem nubium.* Sen. Nat. Quæſt. 2, 12.

¶ Impages, *is*, f. ein ſpund, nagel. Vitruv. 4, 6 *Super medium medii impages collocentur.* Et mox: *Latitudo impagis*: item, *de impage ſimilia.* Bene Feſtus: *Impages dicuntur, quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant.*

¶ Oppango, *ĕre*, anheften. Plaut. Curc. 1, 1, 59 *Vt quæque illi occaſio eſt Surripere ſe ad me: ubi ſuavium oppegit, fugit.*

¶ Propāges, *is*, f. ubi, dicente Feſto, ruſtici vitem vetulam ſupprimunt, ut ex ea una plures faciant, ein geſenck am weinſtock. Item, ein geſchlecht Pacuv. ap. Nonium 1, 327 *Salvete gemini, mea propages ſanguinis*

¶ Prōpago, *inis*, f. proprie vitis ſuppreſſa, ein weingeſenck. Cic. de Senect. c. 15 *Vivi radices, propagines.* Horat. epod. 2, 9 *Adulta vitium propagine.* Conf. Virg. Georg. 2, 26 & 63. Apul. Apol. p. 329 *Inter ſuboles herbarum & propagines vitium.* Vet. Gloſſ. *Propagines, ἀπωρυγες.* ¶ 2. Significat & ſobolem ſeu genus, metaphorice, der ſtamm, das geſchlecht. Virg. Æn. 12, 827 *Romana potens Itala virtute propago.* Nepos 25, 18, 2 *Sic familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines puſſimus cognoſcere*, id eſt, ſtemmata, familias. Vet. Gloſſ. *Propago, ἡ καταξολή, ἡ ἐπίδοσις τοῦ γένους, γονή.* Sic, *Propago catulorum*, Lucret. 4, 995. Sed adde 1, 42; & 5, 1026; Ovid Faſt 3, 157. Virg. Æn. 6, 870 &c. Vbique hac notione prima corripitur.

¶ Prōpagmen, *inis*, n. die fortpflantzung. Sunt qui ex Ennio apud Nonium 1, 327 legunt: *Nobis unde forent fructus vitæque propagmen.*

¶ Prōpago, *avi, atum, are*, fortſetzen, fortpflantzen. *Propagare vitem in ſulcos*, Cato c. 32. *Sic laudem alicujus in ſempiternam memoriam propagare*, Cic. pro domo c. 32. ¶ 2. Eſt & dilatare, vel extendere, ausbreiten, ausſtrecken; ut, *Propagare religionem*, Cic. Div. 2, 72; *vitam*, Id. Fin. 5, 11. Id. Cat. 3, 11, 4 *Eandemque diem intelligo & ad ſalutem urbis & ad memoriam conſulatus mei propagatam.* Et, *Agere radices & propagare*, Off. 2, 12. *Propagare fines imperii*, Nepos 22, 2, 5. Sic Suet. Cæſ. c. 24. *Propagare imperium in quinquennium*, i. e. prorogare, das commando verlängern. Id. Calig. c. 29 *Propagari ſibi commeatum deſiderans.*

¶ Prōpagatus, *a, um*, fortgepflantzet. Colum. de Arbor. c. 8 *Vitis propagata celeriter convaleſcet.* Cic. ad Octav. *Quæ veriſſime memoria propagata.*

¶ Prōpagatio, *ōnis*, f. die fortpflantzung; ut, *Propagatio vitium*, Cic. de Senect. c. 15. *Propagatio finium imperii*, Id. de provincia conſ. c. 12. Et, *In vita nihil ineſt, niſi propagatio miſerrimi temporis*, Id. fam. 5, 15.

¶ Prōpagator, *ōris*, m. ein fortpflantzer, erweiterer; ut, *Propagator provinciæ*, Cic. Attic. 8, 3.

¶ Prōpagīno, *āre*, idem quod *propagare*, fortpflantzen. Gloſſ. gr. lat. καταμοσχεύω, *propagino.*

¶ Prōpaginatus, *a, um*, ausgebreitet. Tertull. de Pallio c. 2 *Quot populi propaginati.*

¶ Repango vel Repingo, *ĕre*, einſencken, zurechte bringen. Columella de Arborib. c. 22 *Ibi ſemen ferulæ repangito.* Eadem 5, 10 legunter ab eodem tradita. Sed Fortunatus lib. 1 de Vita Martini: *Oculos pupilla repingit*, i. e. reſtituit.

¶ Repagīno, *āre*, wieder zuſammen bringen. Chryſolog. Serm. 62 in Symb. *Si carnem repaginari poſſe credas.*

¶ Repagulum, *i*, n. eſt a *repango*, quod tamen a *pago* Feſtus facit, ein fürſchub, ein ſchlagbaum oder riegel, den man fürſchiebt. Plaut. Ciſt. 3, 18 *Occludite ædes peſſulis, repagulis.* Cic. Verr. 4, 43 *Convulſis repagulis effractisque valvis labefactare conantur.* Et de Nat. D. 3, 26 ex poëta: *Recludere iram repagulis.*

¶ Repages, *is*, f. idem. Feſtus: *Repagula ſunt, quæ poëtæ interdum repages appellant.*

¶ Repagularius, *i*, m. plur. *Repagularii*, judices ſeu diſceptatores commiſſarii, ad fores curiæ jus dicentes, ſchiedsleute die den ſtreit ſchlichten. Horum ſententiæ *acta repagularia* vocantur, gütliche tractaten. v. Budæus.

¶ Subpingo, vel Suppingo, *ĕre*, anheften. Plaut. Trin. 3, 2, 94 *Fulmentas jubeam ſubpingi ſoccis*, hoc eſt, fulcimenta ſubſui.

¶ Subpactus, vel ſuppactus, *a, um*, angehefftet. Plaut. Bacch. 2, 3, 98 *Qui ſoccis habeat auro ſubpactum ſolum.*

¶ Superpingo, *ĕre*, hinzuſetzen. Symmach. 1, 62 *Calcar quoddam ſuperpingo properantibus.* Alia notio in *Pingo.*

PANGŌNIUS, *i*, m. gemma pluribus angulis, Plin. 37, 10. Γωνία enim Græcis *angulus* eſt.

Paniceus, panicoctorius, vide mox *Panis.*

Panicula, panicum, Panicus, Panifex, &c. vide *Panus, Pan, Panis.*

PANION, *i*, n. herba, quæ & *Satyrion*, geilwurtz. Apul. de Herb. c. 15.

PĀNIS, *is*, m. brot, a *paſcendo* dictus veteribus, ideo, quod divina providentia corpori humano cognatus eſt, & in ſuccum corpori convenientem ſtatim convertitur. Apud Iſidorum 20, 2 *Panis* dictus, *quod cum omni cibo apponatur:* vel *quod omne animal cum appetat. Panis ſecundarius*, Suet. Ner. c. 27, vel *cibarius*, hauſtadenbrot. Item, *ſequens, ſecundus, ſordidus, fiſcalis.* V. Rigalt. ad Artemidorum c. 31. *Panis malus*, Sen. epiſt. 123. Id. epiſt. 18 *Panem durum ac ſordidum* dixit, id eſt, non recentem & mollem, ſed mucidum etiam forte. *Panis lapidoſus*, id eſt, durus æque ut lapis, apud eumdem de Benef. 2, 7. Et Cic. Tuſc. 1, 34 *Ptolemæo peragranti Ægyptum, comitibus non conſecutis, cum cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane jucundius. Panis Picentinus* commendatur Plinio 18, 11; & Apicio 4, 1. Sed deliciarum tantum cauſſa adhibebatur. *Panis Alexandrinus* & ipſe laudatur Apicio l. c. add. Liſter. ad h. l. ex Barthii Adverſ. *Panis gradilis* quid fuerit vide ſuo loco. Et *Panis ſiligineus*, flar weitzenbrot, quem *plebejo* opponit Seneca epiſt. 119. *Panis furfureus*, kleienbrot. *Panis fermentatus, non fermentatus*, ἔνζυμος &c. *Panis acerоſus*, ſpältzig brot. *Panis nauticus*, bis coctus, zweyback, ſchiff-brot, qui *buccellatus* antea dictus, vide *Buccea.* Et, *Panis crocatus*, croco & ovi luteo imbutus, eyerkuchen. *Panis dulciarius*, pfefferkuchen. *Panis ſubcinericeus*, aſchenkuchen. *Panis mucidus*, ſitum reſipiens, ſchimmlicht brot. conf. Iſidor. l. c. Horat. 2 ſat. 2, 17 *Cum ſale panis*

Latrantem ſtomachum bene leniet.

Plaut. Curc. 2, 3, 88 *Hæc ſunt ventri ſtabilimenta, panis & aſſa bubula.* Vbi *Pane* in gen. neut. legit Chariſius & Nonius 3, 161. vid. Taubm. ad h. l. p. 336, & Arnob. 1 p. 36 extr. Pane cultores formæ, ad nitidandam faciem, uſos, Suetonius ſignificat Othone c. 12. *Panis conficiendi* rationem eleganter deſcribit Seneca epiſt. 90. Romanis pueris ejus uſus ignotus olim, qui ſola pulte victitabant, itemque Cimbris. Flor. 3, 3, 13. Gallæus ad Lactant. p. 120. ¶ 2. *Panes* etiam vocant auctores materiam quamcunque in morem panum formatam. Sic, *Panes æris*, Plin. 34, 11. *Panes aphronitri*, Stat. 3 Silv. 9, 37. *Panis ex ſimo bubulo factus*, apud Marc. Empiricum. Germani eodem modo ſilber-kuchen, &c. ¶ 3. *Panis porcinus*, cyclamen, ſaubrot, erd-äpffel. Apul. de Herb. c. 17.

¶ Panicellus, *i*, m. dimin. parvus panis, ein brotgen, ſtücklein brot. Plin. Valer. 1, 6 *Panicellus debuccellatus.*

¶ Panarium, *i*, n. vas, quo panes conſueverunt ferri, ein ſpeiſe-korb, brot-korb. Suet. Domit. c. 4 *Septimontiali ſacro quidem ſenatui equitique panariis, plebi ſportellis cum obſonio diſtributis, initium veſcendi primus fecit.* Vbi nota, *panaria* honeſtiora fuiſſe, *ſportulis.* Plin. 1 epiſt. 6 *Proinde cum venahere, licebit, auctore me, ut panarium & lagunculam, ſic etiam pugillares feras.* Stat. 1 Silv. 6, 31

Hi panaria candidasque mappas Subvectant, epulasque lautiores.

Vid.

Vid. Stuck. Antiq. Convival. p. 150.

¶ Pānārĭŏlum, *i*, n. dimin. apud Martial. legitur 5 epigr. 50.

¶ Pānārius, *i*, m. ἀρτοπώλης, ut Vet. Gloss. interpretatur, ein brotverkäuffer, brotbecker.

¶ Pānārĭcium, *i*, n. die geschwulst am finger. Apul. de Herb. c. 42 *Scylla radix pisita cum aceto & pane impositia panaricium sanat.*

¶ Panĭceus, *a, um*, aus brot gemacht, gebacken. Sic *Militες paniceos, pistorienses, placentinos* per jocum vocat Plaut. Capt. 1, 2, 59.

¶ Panĭcoctārius, *a, um*, zum brotbacken gehörig; ut, *Panicoctaria mulier*, eine brotbeckerin. Chrysolog. Serm. 99. vid. Meurs. P. 2 Crit. Exercit. 3, 32.

¶ Panifex, *ĭcis*, m. ἀρτοποιὸς, ein becker. Onomast. Vet.

¶ Pānifĭcium, *i*, n. das backwerck, allerley art brots. Nam & ad placentas refertur. Ita enim usus Suetonius est Vesp. c. 7 ubi *panificii* nomine *popana* designat, quæ Serapidi offerebantur, de quibus infra suo loco. Vet. Gloss. *Panificium*, ποπανῶν. Adde Varr. de L. L. 4, 22 pr.

¶ Panificus, *i*, m. ein becker. Vid. Vulg. Interpr. 1 Sam. 8, 13. Gloss. gr lat ἀρτοποιὸς, *pistor, panificus.*

¶ Pānōsus, *a, um*, mit brot bereitet. Cæl. Aurel. Tard. 2, 14 *Cibus magis panosus.*

PANIS, *ĭdis*, m. aut *Panides*, Πανίδης, Chalcidis rex fuisse dicitur, qui Hesiodum Homero prætulerit; Vnde Πανίδος ψῆφος, i. e. *Panidis suffragium*, esse ajunt, si quis stulte & inerudite judicat. v. Erasm. in Adag.

Panisci, vide supra *Pan.*

Pannarium, panneus, panniculus, &c. vide mox *Pannus.*

PANNŎNIA, *æ*, f. Παννονία, a Pannone rege, cujus apud Methodium fit mentio, accepisse nomen videtur. Alii tamen *Pannoniam*, & *Pannones* a *pannis* dictos arbitrantur, quod vestes gererent ex variis pannis ac plagulis consutas. Vid. Casaub. ad Suet. Aug. c. 21. Duplex est, *Pannonia superior*, quæ & *prima* dicta, quæ Germaniam spectat, in Austriam usque procurrens, cui & Austriæ pars adscripta fuit: & *inferior* sive *secunda*, Macedoniam versus: utraque autem Danubio fuit terminata, nec quicquam de Transdanubiana parte, uti superiorem hodie Hungariam appellamus, duæ hæ Pannoniæ tenuerunt. v. Geographos. *Pannonia provincia facta*, Vellej. 2, 39, 3. Et, *Pannonia domanda*, Ovid. Trist. 2, 225.

¶ Panno, *ōnis*, m. pl. *Pannōnes*, incolæ; quos male nonnulli *Pæones* vocant, ut Dio animadvertit lib. 49 p. 413. Græci tamen plerique *Παίονας*, Παίονες, appellant, quos Latini vocant *Pannonas.* Sic, *Pannonis ursa*, Lucan. 6, 220.

¶ Pannonius, *i*, m. idem. Stat. 1 Silv 4, 78 *Pannoniusque ferox.* Auson. epigr. 3, 4 *Armiferi Pannonii.* Conf. Ovid. ad Liviam v. 390.

¶ Pannŏnĭcus, *a, um*, Ungarisch; ut, *Pannonicæ cattæ*, Martial. 13 epigr. 69. *Pannonicum bellum*, Suet. Aug. c. 20.

PANNVS, *i*, m. vestis lanea, tuch. Horat. 1 epist. 17, 25

Contra, quem duplici panno patientia velat, h. e. crasso, qualis est pauperum. Et Horat. 1 od. 35, 21 *Albo fides velata panno.* ¶ 2. Idem epist. ad Pisones de Art poët. v. 15

Purpureus latè qui splendeat, unus & alter Assuitur pannus:

Quo in loco *pannus* plagula est, ein strich. Val. Max. 7, 2 extr. 5 diadema, seu fasciam regiam *pannum* appellat. Sed & infantium σπάργανα sive fascias, *pannos* vocarunt, windeln. Ovid. in Ibin v. 233 *Membra vincire pannis* Prudent. Apotheosi v. 608

Esine Deus, cujus cunas veneratus Iovis
Lanicibus auratis regalia fercula supplex
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert.

¶ 3. *Panni* etiam ῥάκη sunt, lappen, lumpen. Hinc mendicis & egenis tribuuntur. Lucret. 6, 1267 *Membra pannis cooperta.* Petron. c. 83 *Sola pruinosis horret facundia pannis.* Lactantius carmine de Phœnice:

Luctus acerbus adest, & egestas obsita pannis.

Ter. Eun. 2, 2, 5 *Homo annis pannisque obsitus*, alt und zerlumpt. conf. Heaut. 2, 3, 52 & Suet. Calig. c. 35. Sane & linteamina, quibus vulnera obligantur, *pannos* Columella dixit de Re R. 6, 12; *Deinde*, inquit, *pannis aceto & sale & oleo madentibus inculcatis*, &c. in medicina bovi claudicanti facienda. ¶ 4. Veteres & in neutro genere *pannum* dixerunt. Nævius ap. Nonium 3, 165 *Pannum positum in purpura est.* Vet. Lexicon: ῥάκος, *Pannum.*

¶ Pannulus, *i*, m. diminut. Ammian. 31, 3 de Hunnis: *Semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata*, bis es in stücken zerrissen. Apul. Met. 7 p. 191 *Diloricatis statim pannulis.*

¶ Pannĭculus, *i*, m. diminut. aliud, idem: ut, *Panniculus quadratus*, Cels. 6, 18, 8. Adde Iuvenal. sat. 6, 259.

¶ Pannĭcŭlārius, *a, um*; ut, *Caussa pannicularia*, &c. de pannis h. e. vestibus damnatorum, quas vindicabant sibi speculatores & optiones. Ulpia. l. 6 *De interdictis & relegatis* (48, 20.)

¶ Panneus, *a, um*, von tuch; ut, *Pannea vestes.* Onomast. *Panneus*, ῥάκινος.

¶ Pannārium, *i*, n. plur *Pannaria*, tücher, zeuge. Stat. Silv. 1, 6, 31 *Hi pannaria candidasque mappas subvectant.*

¶ Pannārius, *i*, m. pannorum venditor, ein tuchhändler. vid. Cæl. Rhod. 6, 12.

¶ Pannosĭtas, *ātis*, f. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11 *Cutis veluti ruginosa vel sulcata pannositas.*

¶ Pannōsus, *a, um*, pannis obsitus, zerlumpt, bettlerisch. Ita *pannosi aridam faciem*, Seneca dixit de Clement. 2, 6. Cic. Att. 4, 3 *Pauci pannosi.* Iuvenal. 10, 102 *Pannosus ædilis.* Pers. sat. 4, 32 *Pannosa fax.* Iustin. 2, 6, 19 *Pannosus castra ingreditur.*

¶ Pannūcius, vel Pannuceus, *a, um*, idem. Persius sat. 4, 21 *Pannucia labucis*; ita nominatur apud poëtas quævis anus paupercula. Petron. c. 14 *Pannucia vestis ne centonibus quidem bonis digna.* Et Martial. 11 epigr. 47 *Pannucea mentula*, i. e. debilis, laxa, anus ut ipse vocat.

¶ Pannulejum, *i*, n. sudariolum, ein tüchlein. Varro de L. L. 4, 23. Sed rectius *Panuelum* vel *Panuclum* legitur, de quo infra in *Panus.*

¶ Depannis, *e*, sine pannis, nackicht, ungekleidet. Ita Pompon. ap. Nonium 8, 42 unica voce: *Liripuisti primitus depannibus.* Sic

¶ Inpannis, *e*, idem. Plaut. Asin. 1, 2, 16 *Inpanni inopia*, i. e. propter inopiam pannis carens. v. Lipsi. Ant. Lect. 5, 15, sed & not. Gronovii.

PANNYCHISMVS, *i*, m. παννυχισμὸς, in Glossis redditur *pervigilium*, die nachtfeyer. Arnob. 5 p. 173 *Quibus mysteriis pervigilia consecrata sunt & pannychismi graves.*

PANOMPHÆVS, *i*, m. Iovis epitheton, quod vel omnium vocibus celebretur, vel omnium voces audiat, a πᾶν & ὀμφὴ, *vox.* Ovid. Met. 11, 193 *Ara Panomphæo vetus est sacrata tonanti.*

PANŌPE, *es*, f. Πανοπὴ, & Panopæa, *æ*, Πανόπαια, una ex Nereidibus, Nympha marina. v. Ovid. ad Liv. v. 435; & Virg. Æn. 5, 240 & 820.

PANOPLIA, *æ*, f. πανοπλία, perfecta armatura, ein kriegsvolle rüstung, vox græca est.

PANORMVS, *i*, f. & Panormum, *i*, n. Πάνορμος, metropolis Siciliæ, *Palermo* hodie vocatur, civitas antiquissima, ab ὅρμος, *portus*, quod eo naves appeliant, denominata. v. Silius 14, 262. & Mela 2, 7.

¶ Panormīta, *æ*, & Panormitanus, *i*, m. incola.

Pansa, vide paullo ante in *Pando.*

PANSĔBASTVS, *i*, m. πανσέβαστος, gemma, quæ & *Panceros*, Plin. 37, 10.

Pansus, vide supra in *Pando.*

PANTAGĀTHVS, *i*, m. παντάγαθος, i. e. *usquequaque bonus*; nomen hoc nescio cui, & forte sibimetipsi Martialis imposuit 6 epigr. 52. ¶ 2. Similem in modum *Pantagathi*, aves, quod perfectam felicitatem sponderent, de quibus Lampridius Anton. Diad. c. 4 *Pantagathi in domo patris ejus nidum posuerunt.* ¶ 3. *Pantagathos* etiam herba, quæ *pulegium* dicitur, poley. Apul. de Herb. c. 92.

PANTAGIAS, vel Pantagies, *æ*, m. fluvius Syriæ rapidissimus. Quidam dicunt a sonitu; πανταγὴς enim *sonitum* significat; alii ἀπὸ τὰ πάντα ἄγειν, quod obvia quæque prosternat, ac secum rapiat. Meminit ejus Ovid. Fast. 4, 469; Virg. Æn. 3, 689; Sil. 14, 232; Claudian. de Raptu Proserp. v. 58.

PANTALEON, *ontis*, m. Πανταλέων, nomen Græcis familiare. De tyranno hujus nominis vide Festum in *Pisatilis*; & de Pantaleonte principe Ætoliæ, Liv. 42, 15. Plura notat Burm. ad Quint. 7, 9 p. 648.

PANTARCES, *is*, m. παντάρκης, i. e. *omnes juvans*, ein helffer vor alle. Arnob. 6 p. 199 *Phidias, cum Olympii formam Iovis molimine operis extulisset immensi, super Dei digito PANTARCES inscripsit PVLCHER. Nomen autem fuerat amati ab se pueri, &c.*

Pantex, *icis*, vide mox *Pantices.*

PANTHĔA, *æ*, f. πανθέα, q. d πανθέατος, *omnium visu digna.* Hoc nomen fœminis impositum in lapidibus antiquis observante Reinesio Inscript. 201 n 3 p. 10.

PANTHĔA, *æ*, f. πάνθεια, a θεὸς, quasi *tota divina*, nomen fœminæ Babyloniæ fidei erga maritum memorabilis ap. Xenophontem Cyrop. l. 6 & 7; it. Suidam. ¶ 2. Drusillæ etiam Caligulæ sorori ab eo consecratæ hoc nomen tributum auctor est Dio l. 59. Scribitur etiam πανθέα.

¶ Panthēum, *i*, n. πάνθειον, vel penult. corr. πάνθεον, signum Dei alicujus majoris & reliquorum vel argumenta vel ipsas etiam icunculas hinc inde anaglyptas habens, quale erat, quod celebrat Ausonius epigr. 30. ¶ 2. Templum signo ejusmodi pantheo consecratum, cujus generis ac nominis tria fuisse Romæ post alios Reinesius observat Inscript. cl. 1 n. 3 p. 10, Agrippæ, Iovis ultoris & Minervæ medicæ. Vnum horum hodieque, quantum ad corpus ædificii attinet, superest D. Mariæ rotundæ nomine, quod miratur Lipsius Admir. Rom. 3, 6. Meminit Plin. 36, 15; & Ammian. 16, 10. ¶ 3. *Pantheus* in Inscriptionibus quibusdam est imperator ἀποθεωθὲις, i. consecratus, ut *Augusta Panthea.* v. Reines. l. c. Priapi epitheton esse docet Brouckh. ad Tib. 1, 1, 24.

PANTHER, *ĕris*, m. πάνθηρ, animal, quod lupis annumeratur. Quidam *lupum cervarium* esse volunt, ein panther, thier-wolf. Idem animal etiam *Pantherion*, πανθήριον, & *Lycopantheros*, λυκοπάνθηρος, dicitur. Ab hoc diversa est

¶ Panthēra, *æ*, f. πανθήρα, quæ & *Pardalis*, πάρδαλις, bestia maculosa tota, variis notis, quæ & *Leopardus* dicitur, ein leopard. Cælius a Cicerone petit aliquoties, ut sibi pantheras e Cilicia mittat. Pantherarum pelles heroibus in usu erant. Virg. Æn. 8, 460 de Evandro:

Demissa ab læva pantheræ terga retorquens.

De *Panthervini* generis animalibus in nummis v. Spanh. diss. 4 p. 205.

¶ Panthērinus, *a, um*, πανθηρινὸς, vom panterther; ut, *Pantherinæ pellis*, Plin. 35, 11. Translate Plaut. in Epid. 1, 1, 15 *Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus*; & Plin. 13, 15 *Pantherinæ mensæ*, i. e. varietate ciborum insignes.

¶ Panthēron, sive Pantherum, *i*, n. πάνθηρον, retis genus est, ex eo dictum, quod omnes aves concludat, ein zeugarn. Θήρα venatum significat aucupum. Ulpianus fœminino genere usus est l. ult. § ult. Dig. de Action. emti & venditi, *Cum futurum jactum retis a piscatore eminus, aut indaginem plagis positis a venatore, vel pantherum ab aucupe*, &c. Vide & Varr. de L. Lat. Lib. 4 p. 26.

PANTHVS, *i*, m. contractum ex *Pantheus*, Trojanus. Virg. Æn. 2, 319 & 322 *Panthus Othryades, arcis Phœbique sacerdos.*

Et *Quo res summa loco, Panthu?*

PANTĪCES, *um*, m. pl. fluxum ventris significant, ut Festus exponit, sed nescio quam recte. *Pantices* enim verius echinum significent, hoc est, ventriculum bovis, & intestina pelliculata, ut Nebrissensis vult. *Panticibus* respondere videtur germanica appellatio, der wanst. Ita enim pelliculatum illud in ventriculo bubulo lanii vocant. Usi sunt Plaut. Pseud. 1, 2, 51 *Vino vos vestrosque pantices madefacitis*: & Martial. 6 epigr. 64 *Quod cum panticibus laxis*, &c. Iac Dalechampius ad Plin. 11, 37 notat, Plautum *lactes* prisco & obsoleto verbo *pantices* appellasse. Ios. Scaliger ad Catalecta dicit: *Pantices* esse, quod vulgo *Farcin* vocant, corrupte a *farcimine.* In Saxonia inferiori vocant pansen, intestina, quæ alii futtelu, caldaunen. Nominativus singularis *Pantex* in veteri Glossario invenitur & explicatur, ἕλκος ἐπὶ τραχήλῳ κτηνῶν. Tibull. in Priapum: *Latet jacente pantice abditus specu.*

Pan-

Pantomimus, vide supra in *Mimus*.

PĀNVS, *i*, m. instrumentum est textorum, cui subtegmen involvitur, eine weberspule. Scaliger in conjectan. ad Varr. p. 45 ex Festo *Panum τολόεν* explicat, quod Latinis *glomus* est, ein knaul. Lucil. ap. Nonium 2, 623 *Foris subtegminis panus est*. add Hard. ad Plin. 16, 36 f. 60. ¶ 2. *Panus* tumor sub faucibus, auribusque, & inguinibus, eine drüse oder beule am halse, ohren ꝛc. Exempla Afranii & Nævii sunt apud Nonium l. c. conf. Plin. 20, 1. ¶ 3. *Panus* in arboribus, ein baumschwamm, eine kolbe. Plin. 16, 8.

¶ Panĭcŭla, æ, f. seu Paniculus, *i*, m. dimin. est illa coma in juglandibus & corylis, quæ ante florem dependet ac decidit, Idem Plin. 16, 10, ein kleiner fasen. Sic de coma, in qua semina dependent, das saamen-büschlein, Idem 16, 36; 18, 7; & 19, 1. Quicquid igitur sublonga & subrotunda forma tumet, *panicula* dici fere potest. Sic Plin. 21, 4 *Græcula rosa convolutas habet foliorum paniculas*. Idem 8, 32 f. 50 de cervorum cornibus: *Eadem teneris increscunt ferulis, arundineas in paniculas*, i. e. modo panicularum, *molli plumata lanugine*, sind wollicht wie die schilf-blüte. ¶ 2. De *paniculis inguinum* Apul. de Herb. c. 13. Scrib. Larg. Comp. 82; Marcell. Emp. c. 32.

¶ Pānĭcum, *i*, n. a *paniculis* dictum, & uti Plin. describit 18, 7, frugibus annumeratur, hirsen, heydekorn, grütze. Cæs. de B. Civ. 2, 22 *Pestilentia conflictati ex diutina conclusione & mutatione victûs. Panico enim vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur*. Et Plin. 18, 7 *Milium ac panicum parvis avibus exposita sunt*. Semina rudibus continet paniculis, dense confertimque acervata, alias rufa, candida alias & nigra, hendelpfennig, buchweitze, welscher hirsen. Eber. Matthiol. ¶ 2. *Panicum*, πανικόν, aliud est, de quo supra in *Pan*.

¶ Panucla, vel Panulia, æ, tramæ involucrum, ex quo panni texuntur, ap. Isidorum 19, 29. *Panula* eadem Nonio 2, 623.

¶ Panuclum, vel Panuelum, *i*, n. idem dictum, a *pano* & *volvendo filo*, Varro de L. L. 4, 23.

PANYĂSIS, *is*, m. poeta Græcus, cujus mentionem facit Quintil. 10, 1. v. Burm. Comm. p. 893.

PĂPA, æ, f. der papa. Orta hæc appellatio videtur a voce infantum cibum petentium, cum cibum ac potionem *buas* ac *papas* vocent; qua de re Varro apud Non. 2, 97; vel a πάππας, i. e. *nutritius, pater*. v. paulo post *Pappa*: vel ab Hebræorum *Abba*, pater. vel contracta ex *Pater patriæ*, quæ appellatio principum & imperatorum compendii causa scripta olim *PaPa*. ¶ 2. Hoc jam recepto nomine pastores cum officii paterni admonebantur in ecclesia. Nam *Papa* patrem venerabilem notat, Πάπα πατρὸς ὑτοκόεισμα, Hesychius: fuitque nomen hoc pastoribus omnibus commune usque ad Gregorium VII, quo tempore per peculiarem ἐξοχὴν episcopo Romano tantum attributum est, der Pabst. v. Io. Diecm. differt. de vocis PAPÆ ætatibus. Reperitur illa vox apud Tertullianum de Pudic. c. 13; & Sidonium 2 epist. 10.

¶ Papārius, *i*, m. obscene fellator, ein lecker, apud Senecam 2 Controv. 9 prope finem. Schottus castigans mavult legere: *Pararium facere*. Rectius est *Papparium*, de quo mox in *Peppa*.

PĂPÆ, παπαῖ, interjectio admirantis cum irrisione, ey! Ter. Eun. 2, 3, 25 *Papæ, nova figura oris*. Adde Persii sat. 5, 79. & Plaut. Epid. 1, 1, 52; Stich. 3, 1, 24; &c.

PĂPĀVER, ĕris, n. farivum, mohn, magsaamen, album id est [illegible] grum. *Papaver erraticum*, klapperrosen. Est & *papaver* [illegible]. v. Plin. 19, 8. Vim soporiferam habet. Vnde nocti, qu[illegible]e papavere coronam Ovidius tribuit Fast. 4, 659. In plu[illegible]el. 2, 47 *Et summa papavera carpens*.

I iv. 1, 54 *Summa papaverum capita baculo decussit*. conf. & Fr[illegible]; & Propert. 1, 19, 38. Inter bellaria fuit. Hinc *dicta factaque quasi ligno & papavere sparsa*, dicuntur probe condita & polita, [illegible], wohlgewürzt, Petron. c. 1. Dictum etiam putant *Papaver* a *Papare*, i. e. edere, (vid. *in Pappa*) quod in cibo ejus usus sit multus, vel quod *papæ* i *pappæ* puerorum inderetur; unde *vescum papaver* vocat Virgil. Georg 4, 131. ¶ 2. Etiam masc. genere uti sunt Varro ap. Nonium 3, 177; Plaut. Pœn. 1, 2, 113; & Trin. 2, 4, 8, ubi in accus. *Papaverum*.

¶ Păpăverculum, *i*, n. diminut. Apul. de Herb. c. 7.

¶ Păpăvĕreus, *a, um*, de papavere, von mohn; ut, *Comæ papavereæ*, apud Ovid. Fast. 4, 438.

¶ Papaveratus, *a, um*, wie mohn geschmückt; ut, *Papaveratæ vestes*, id est, candidæ, apud Plin. 8, 48.

PĂPHĂGES, *is*, m. rex Ambraciæ, a leæna, catulis suis stipata, cui obviam factus erat, occisus. Hinc

¶ Păphăgēus, *a, um*, adject. Ovid. in Ibin v. 502

Sitque Paphageæ caussa leæna necis.

Paphiacus, Paphius, vide mox *Paphos*.

PAPHLĂGŎNIA, æ, f. Παφλαγονία, Asiæ minoris regio, Bithyniam inter & Pontum regionem sub Ponto Euxino sita, dicta ita a Paphlagone Phinei filio, ut auctor est Stephanus.

¶ Paphlăgon, ŏnis, m pl. *Paphlagones*, ipsa natio: vilis & contemtim habita olim, ut, *Mysi, Phryges &c.* Curt. 6, 11, 4 *Ludibrio ei fuisse rusticos homines, Phrygasque & Paphlagonas appellatos &c.* v. Freinsh. Ind. Curt.

PĂPHOS, vel Paphus, *i*, f. Πάφος, Cypri urbs, in qua Venus culta est. Ex quo Horatius eam *Paphi reginam* appellat 1 od. 30, 1 *O Venus regina Gnidi, Paphique*. Sed sua ætate, Hieronymus scribit, tantum vestigia ejus exstitisse. conf. Virg. Æn. 10, 86.

¶ Păphius, *a, um*, adjectivum possessivum: ut, *Myrti Paphiæ*, Ovid. de Arte am. 3, 181. *Venus Paphia*; cujus templum & religionem Tac. describit Hist. 2, 2, v. & Annal. 3, 62.

¶ Paphiăcus, *a, um*, idem. Avienus Descript. Orb. v. 227

Cespite Paphiaco prodit saxosa Carambis.

Sed ibi de Paphlagonia agitur. Prima etiam producta aliam originem arguit.

PĀPIA gens Romæ, a cujus uno nomen habet ¶ 2. *Lex Papia Poppæa* de conjugiis, nobilissima monumentis veterum. De ea diatriben edidit Torrentius & commentario Horatian. subjunxit Dicta a *M. Papio Mutilo & Q. Poppæo Secundo* Consulibus, qui tulerunt. Auson. epigr. 89

Papia lex placuit, Iulia displicuit.

PĀPĬLIO, ōnis, m. vermiculus est alatus, imbecillis, relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur, ein sommervogel, dämmerling, zweyfalter. Plin. 11, 19. Ov. Met. 15, 374 *Feralis papilio* dictus. Sed qui circa lychnum volitat noctu, Papilio ic. minor, *Hepiolus*, est ἡπίολος, ein lichtwurm. ¶ 2. *Papilio* tentorium etiam est, ein gezelt, ap. Plin. 5, 3. (al. *pabulis* leg.) Certiora sunt ap. Veget. 1, 23. Spartian. in Nigro c. 11; Lamprid. in Alex. c. 51. Gloss. Vet. *Papilio σκήνωμα*.

¶ Papiliunculus, *i*, m. diminut. Tertull. de Anima c. 32 *Siccitatibus gaudent locustæ, papiliunculi, chamæleontes*.

Papilla, vide paullo post *Papula*.

PAPINIANVS, *i*, m. jureconsultus, Severo principi gratissimus, cuique moriens filios suos commendavit. Securi percussus tandem est ab Antonino Bassiano Caracalla Imp. propterea, ut quidam volunt, quod parricidium in fratre Geta commissum diluere in senatu & apud populum noluisset, sed respondisset, *Non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri*. Sed hoc non convenire, ait Spartianus in Ant. Caracalla: Aurelius quoque Victor ait, *improbe abjurandum esse*. Neque enim præfectus poterat dictare orationem; & constat, eum quasi fautorem Getæ occisum. v. ipsos, & laudem Papiniani in Spartiani Severo c. 21. Est etiam de Papiniano luculentus commentarius Ever. Ottonis L. B. 1718 editus.

¶ Papinianista, æ, m. Papiniani studiosus. Papinianistæ olim dicti, qui biennium in legum studio versati, tertium etiam adjungebant. v. Horoman. de verbis Iuris.

PAPPA, æ, f. πάππα, infantum & puerorum cibus, pappe, kinderbrey, mus. v. Varr. apud Nonium 2, 97.

¶ Pappo, seu Papo, *are*, balbutie puerili patrem appellare. Pers. sat. 3, 17 *Et similis regum pueris pappare minutum Pejcis &c.* ¶ 2. Plautus, pro, cibum sumere, edere, usurpat in Epid. 5, 2, 62 *Novo liberto opus est quod pappet*. p. *dabitur*.

¶ Papparium, *i*, n. quod edendum præbetur, brey; ut, *Dominicæ libidini papparium facere*, Sen. 1 Controv. 1. v. Gronov. in Sen. p. 408, & Pareum Lex. Crit. p. 881.

¶ Pappus, *i*, m. πάππος, avus, der groß-vater. Auson. Protrept. v. 18

Pappos aviasque sementes,
Anteferunt patribus seri nova cura nepotes.

¶ 2. *Pappus* cognomen M. Aemilii apud Liv. 9, 7, ubi Sigon. *Papus* restituit. conf. Suet. interpretes ad Aug. 2. ¶ 3. *Pappus* flos carduorum, das stäubige auf der verblüheten distel-blüte. Festus ita explicat *pappos volantes* ex Lucr. 3, 387. ¶ 4. Possis etiam ita dicere lanugines sub autumnum per aera volantes, quas vulgus Germanorum den sommer nominare solet. ¶ 5. Denique *Pappus* herba est Plinio 25, 13, quæ *Senecio* & *Erigeron*, a Græcis ἠριγέρον dicitur, creutzwurtz.

¶ Pappas, æ, m. pater, ein vater, verpfleger. Iuvenal. sat. 6, 632

Timidus præguſtet pocula pappas.

¶ 2. In Gloss. Isidori *Pappas* est *pædagogus, qui sequitur studentes*.

PĂPŬLA, æ, f. pustula, eine hitzblatter, papulæ, fervidæ eruptiones, rubidæ corporis aspredines, boa, blätzgen, kleine blattern, mayern, pocken. Ap. Cels. 5, 28, 18 *papularum* duo genera sunt, *quibus cutis exasperatur*. Adde Virg. Georg 3, 564. Vet. Gloss. *Papula, φυσᾶκα*. Sen. de vita beata c. 27 *Papulas observatis alienas, ipsi obsiti pluribus ulceribus*.

¶ Păpilla, æ, f. dimin. Samon. 134 de elephantiasi *Turpans infandis ora papillis*. add. v. 724 it. 1138. 1115. ¶ 2. A similitudine ita dictum capitulum mammiæ, per quod lac trahitur & tranat, die warze an der weiber brüsten. Nec enim audiendus Isid. 11, 1, qui dictas vult, *quod eas infantes quasi papant, dum lac sugunt*. Propert. 4, 4, 54 *Dura papilla lupæ*. Ov. Amor. 2, 5, 20 *Forma papillarum &c.* ¶ 3. Ipsa item *mamma*, die zitze. Virg. Æn. 11, 803 *Sub exertam papillam*. Plaut. Cas. 4, 4, 22 *Papilla bellula*. Id. Rud. 2, 4, 10 *Papillæ turgentes*. ¶ 4. In fonte saliente. vid. *Mammilla* n. 2.

¶ Păpulo, *are*, mit hitzblattern anfüllen. Cæl. Aurel. Tard. 2, 1 *Papulare corpus*, conf. eumdem 3, 4.

¶ Expapillo, *are*, papillas nudare. Hinc

¶ Expapillatus, *a, um*, mit blossen zitzen. Plaut. Mil. 4, 4, 444 *Expapillato brachio*, est quasi usque ad papillam renudato, uti exponit Nonius 2, 266; vel secundum Festum, ita exerto, ut papilla nudetur.

PĂPȳRVS, *i*, f. & hoc *Papyrum*, πάπυρος, planta Ægyptia duo cubita non excedens, quæ & βίβλος seu βύβλος dicta, ex qua chartæ olim fieri consueverunt, Egyptisch schilf, das man zum schreiben zuerichtet. A papyro igitur nomen chartis in omnem inhæsit ætatem, pariet. *Papyrus emporetica*, maculatur, kramer-papier, inutilis scribendo & involucris tantum mercium usum præbens. v. *Charta*. ¶ 2. Poetis sæpius pro libro ponitur. Catullus ad libellum 36, 2 *Velim Cæcilio papyro dicas &c.* De *Papyro* peculiarem librum sive commentar. in Plin. 13, 11, 12 & 13 Melch. Guilandinus scripsit: cui rursus alium opposuit Ios. Scaliger. v. & Salmas. in Vopisc. p. 444, & Exercitat. Plin. p. 705 sqq. & supra *Charta*. Eundem Plinii locum diligenter explicavit Gesn. Chrestom. Plin. n. 66.

¶ Păpȳraceus, *a, um*, [illegible]. Plin. 6, 22 *Papyraceæ naves*.

¶ Păpȳrius, *a, um*, id. Ausonius epist. 7, 47

Fac campum replices Musa papyrium.

¶ Papyrīnus, *a, um*, id. Varro ap. Nonium 2, 759 *Stylo nostro papyrino*.

¶ Păpȳrio, *ōnis*. locus ubi copiosa papyrus. Vulg. Interp. exod. 2, 5 *Fiscella in papyrione*.

¶ Păpȳ-

¶ Pāpȳrifer, *a, um*, ſchilfreich, Nilus, apud Ovid. Met. 15, 753
Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili.

PAR, *păris*, n. ſubſt. numerus duorum, quaſi inter ſe parium, ein paar. Cicero de Amic. c. 4 *Ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum.* Id. de Opt. Gen. Orat. c. 6 *Par gladiatorum.* Et Verr. 4, 19 *Paria ſcyphorum.* Vellej. 2, 46, 1 *Invictum par conſulum.* Ovidius Met. 13, 837 *Par columbarum.* Idem Faſt. 3, 193
Cum pare quæque ſuo coëunt volucresque feræque.
Hic ſermo eſt de maſculo; de fœmina genus mutat Id. Ovid. Faſt. 3, 526 *Accumbit cum pare quisque ſua.* Id. Faſt. 4, 98 *Venus docuit jungi cum pare quemque ſua.*

¶ Par, *păris*, adject. g. o. gleich, gerade; ut, *Par ætate*, Ovidius Met. 7, 514. *Pares ætate miniſtri*, Virg. Æneid. 1, 708. *Vnus alteri virtute & laude par*, Cic. pro Planc. c. 11. *Infima ſummis paria facere*, Id. de Leg. 3, 9. *Par ingenium nanciſci*, Ter. Hec. 1, 2, 95, eine gleiche art und weiſe antreffen. Id. *Par referre*, Adelph. 1, 1, 46. Et, *Par pari referre*, Eun. 3, 1, 55. Siculi dicunt μοῖτον ἀντὶ μοίτης, ut ibi Lindebruchius notat. Vno verbo *reddere*, Ter. Eun. 5, 7, 18, mit gleicher waare bezahlen. *Paria paribus reſpondere*, Cicero Att. 6, 1. Quod Plautus ſimpliciter Capt. 2 ſc. 2, 65 *Bene merenti bene profuerit: male merenti par erit*, i. e. æqualia reddentur. Et, *Mihi omnia cum illo paria ſunt*, Cicero pro Ligario c. 9. *Noxiæ pœna par eſto*, Id. de Leg. 3, 20. ¶ 2. Sed, *parem eſſe alicui rei, negotio*, eſt ſatisfacere poſſe, einem dinge gewachſen ſeyn, ut, *Parem eſſe oneri ferendo*, Ovid. Met. 15, 403, ubi *par* ſubauditur. *Par laboribus corpus*, Quint. Decl. 15. Pompejus ſub Cic. Att. 8, 12 *Nos pares eſſe adverſariis non poſſumus.* Et ep. ſequente: *Videndum, ne diſtracti pares eſſe adverſario non poſſimus.* Liv. 9, 17 *Ceſſiſſet videlicet in acie oblatus par, Manl. Torquatus.* Idem 28, 44 *Habes parem, quem das, Hannibalem.* Conf. Gronov. ad 22, 35 & Nepos 2, 4, 2; 7, 6, 2 &c. ¶ 3. Eſt etiam idem ac æquum, juſtum, recht, gehörig. *Paria facere*, vide infra *Pariare.* Et, *Par non eſt*, Nepos 18, 8, 4, id eſt, æquum non eſt. *Relinqui eum, par non eſſe*, Idem 14, 6, 4. Superl. *pariſſimam talionem* Gellius dixit 20, 1. ¶ 4. Sæpe pro *ſimili* ponitur, gleich. Horat. 1 ep. 5, 25 *Coëat par jungaturque pari.* Cic. de Senect. c. 3 *Pares cum paribus veteri proverbio facillime congregantur.* Plaut. Curc. 4, 2, 20 *Pariſſimi eſtis.* Sic Capitolinus *pares amicos* dixit, qui ætate aut moribus ſimiles. Sen. act. 2 extr. Troad. *Et par ſollicito fabula ſomnio.* Boethius 3 metr. 7
Habet omnis hoc voluptas, Stimulis agit furentes,
Aſpiumque par volantum, Vbi grata mella fudit,
Fugit & nimis tenaci, Ferit icta corda morſu.
v. Freinsh. ad Curt. 5, 5, 7. Livius 45, 53 *Similia omnia magis viſa, quam paria.* ¶ 5. Cæterum obtervandum, veteres poëtas, claſſicosque *Par* cum compoſitis *Compar, Diſpar, Impar*, ſemper produxiſſe, ut ex Catullo, Lucretio, Horatio & aliis conſtat: cum contra, qui Theodoſii temporibus & poſt vixerunt, ut Auſonius, Prudentius, Proſper, Mart. Capella, alii, fere corripuerunt. ¶ 6. *Par impar*, ludi genus. *Ludere par impar*, gerade oder ungerade ſpielen, Suet. Aug. c. 71. Horat. 2 ſat. 3, 248 de pueris.
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

¶ Pāriter, adverb. ſimul, zugleich. Cic. Off. 2, 13 *Tua laus pariter cum republ. cecidit.* Sen. epiſt. 5 *Quomodo iſta tam diverſa pariter ſunt?* wie reimt ſich das zuſammen? Ibidem: *Iſta quæ tam diſſimilia ſunt, pariter incedunt*, es kan wohl beyſammen ſtehen. Ovidius Triſt. 4, 1, 13
Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis
Fallitur ancillæ decipiturque labor.
conf. Lucan. 2, 52; & 3, 297. ¶ 2 Æqualiter, gleicher weiſe, gleicher geſtalt. Ter. Phorm. 3, 3, 3 *Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es.* conf. Id. Eun. 1, 2, 12. Et Virg. Georg. 1, 189 *Pariter frumenta ſequentur.* conf. Chariſ. 2 p. 191. ¶ 3. *Pariter* cum ſexto caſu Liv. 38, 16, conjungit: *Vt quas adiſſent, quasque non adiſſent, pariter ultimæ propinquis, imperio parerent.* v. quæ de hac vocabuli pariter uſu Bentlej. ad Cic. Tuſcul. c. 18, & Burmann. ad Nemeſ. Cyneg. 158, notant.

¶ Părilis, *e*, æqualis, gleich; ut, *Parilis ætas*, Ovid. Met. 8, 631. Idem Triſt. 1, 7, 26
Accipere, & parili reddere voce, Vale.

¶ Pariliter, adv. idem. Per hoc *Pariter* exponit Chariſius l. c.

¶ Paritās, *ātis*, f. æqualitas, die gleichheit. Gell. 14, 3 *Æquiparatio ipſa plerumque & parilitas virtutum inter ſeſe conſimilium, etiamſi contentionis ſtudium & voluntas abeſt, ſpeciem tamen æmulationis creat.* Et Sidon. 4 epiſt. 4 *Natalium paritas.* conf. Aggenus Goeſ. p. 53.

¶ Paritas, *ātis*, f. idem. Arnobius 2 p. 78 *Aut in impari paritas aut dulcedo in amaritudine contineri nequit.*

¶ Paro, *avi, atum, are*, idem eſt quod *compărare*, intellectu quem ſecundum hic eſſe juſſimus, ſich vergleichen. Salluſt. Iug. 43 *Coſſ. deſignati (provincias) inter ſe paraverunt.* Vox *provincias* abeſſe poteſt autoritate MSS. & exemplis aliorum. Vide Cort. ad l. c. & quos ille laudat Vict. ad Cic. ep. 1, 9 n. 74. Gronov. obſ. 1, 10.

¶ Părio, *āre*, vergleichen, gleich machen, quod rationum verbum eſt: nam quum rationes accepti cum rationibus expenſi congruebant, dicebatur hoc, *pariari:* contrarium huic, *reliquari.* Vide ſupra in *Pagina.* Vlpian. lib. 4 D. de manumiſſ. *Proinde etſi nummos prorogavit emtor, cum ei pariaverit, poteri ad libertatem pervenire.* Columella dixit 11, 1 *Paria facere cum rationibus.* Et, *Parem rationem facere*, Id præf. lib. 12. Alii ſimpliciter *paria facere* dixerunt: Plinius ſub figura Paneg. Trajani c. 6 extr. & Nazarius Paneg. Conſtantini c. 13. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 53 *Pariant inter ſe Chriſtus & Adam.* Idem de Reſurr. Chriſti c. 6 *Non rapinam exiſtimavit pariari Deo &c.*

¶ Părĭatio, *ōnis*, f. ſcriptura, qua rationibus redditis ſatisfactum eſſe creditori aut domino apparet, & qua quadrare rationes cavetur, richtige abrechnung. Sic Lege ult. § 3 Dig. de Condict. indebiti: *Pariam quod in pariationibus adſcribi ſolet.*

¶ Pariator, *ōris*, m. qui ita rationes retulit, ut quadrent, der ſeine rechnung richtig abgelegt. L. 81 Dig. de Condit. & demonſtr. *An Stichone mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore vel reliqua habente &c.*

¶ Pararius, huc etiam referri poteſt ex *Paro.*

¶ Parifico, *are*, idem quod *pariare, exæquare.* Orientius Common. l. 2 p. 91
Trina poteſtatum concluſio parificatur.
Sic, *Pariſicare aliquem alicui*, Sarisb. 3, 14.

Compoſita:

¶ Æquipar, Æquiparo, cum derivatis, vide ſupra in *Æquus.*

¶ Compar, *āris*, gleich; ut, *Connubium compar*, gleiche ehe, Liv. 1, 9. *Compari Marte*, Idem 36, 44, id eſt, pari. ¶ 2. *Compar*, ſubſtantive pro ſocio ſeu conjuge, ein ehegatte mitgenoß. De ſocio cujusvis rei Plaut. Pſeud. 4, 3, 9. De marito, Id. Caſ. 4, 2, 18. Sic Horat. 2 od. 5, 2 *Mania comparis æquare.* Et Plinius 8, 23 *Nec niſi cum compare vita eſt.*

¶ Compărilis, *e*, idem. Auſonius eclog. 2, 38
Neſcit compariles laterum formare figuras.

¶ Comparo, *avi, atum, are*, conferre, aſſimilare, vergleichen, gegen einander halten. Dicimus *comparare alicui, cum quo, ad quid*, & *inter ſe*; etiam abſolute, *res quasdam comparare.* Cic. de Senect. c. 5 *Equi fortis & victoris ſenectuti comparat ſuam.* Plinius Paneg. c. 44 *Quis comparari tibi non reformidet.* Sed uſitatius præpoſitio *Cum* intervenit. Cic. pro Domo c. 15 pr. *Et hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate.* Et fam. 3, 6 pr. *Quum meum factum cum tuo comparo &c.* conf. Nep. 11, 1, 1. Sed nec inelegantes ſunt aliæ præpoſitiones. Ter. Eun. 4, 4, 14 *Nec comparandus hic quidem ad illum eſt.* Cicero Off. 1, 43 *Hæ* (honeſtatis partes) *in deligendo officio ſæpe inter ſe comparentur, neceſſe eſt.* Et Livius 24, 10 *Conſules comparavere inter ſe, uter cenſorius creandis comitia haberet.* Abſolute *Conferre pugnantia, comparare contraria*, Cic. dixit in Orat. c. 12, &, *Comparare ſimilitudines*, Off. 1, 4 Quintil. 1, 2 p. 29 *Neceſſe eſt, ut ſibi nimium tribuat, qui ſe nemini comparat.* ¶ 2. Comparare inter ſe dicuntur, qui poſt aliquam deliberationem ſine ſorte provincias inter ſe partiuntur, ſich vergleichen. Liv. 24, 10 *Conſules comparavere inter ſe, uter creandis cenſoribus comitia haberet.* Idem 4, 46 *Tandem ita comparatum eſt inter tribunos, ut alternis diebus &c.* ¶ 3. Eſt & arenæ verbum: nam cum inducti eo gladiatores in paria ordinarentur, qui inter ſe pugnarent, non *componi* tantum, ſed *comparari* etiam dicebantur, ut e Quint. Decl. notat Lipſius Sat. 2, 19. Cicero ad Q. Frat. 3, 4 *Cum Aſſernino Samnite Pacidianus comparandus videretur*; ubi reſpicit verſus Lucilii, quos ſervavit Nonius 4, 62 *Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus loco Cum Pacideiano componitur, optimus multo Poſſit homines gratus gladiator quo fuit unus.* Igitur peſſimus cum optimo comparatus l. commiſſus. Hinc Ciceroni etiam *conjungere & comparare* Synonyma ſunt Timæo, cum ait: *Ita contigit, ut inter ignem & terram, aquam Deus animamque poneret, eaque inter ſe compararet atque conjungeret &c.* ¶ 4. *Comparare* pro acquirere, apparare, vide in compoſitis a *Paro, parare.*

¶ Compărātus, *a, um*, verglichen, gleich gehalten. Nepos 20, 3, 6 *Nullius unquam conſilium non modo antelatum, ſed ne comparatum quidem eſt.* conf. Cic. ex *Comparo* n. 3.

¶ Comparate, adv. in vergleichung. Cic. Top. 22 *Cum quæritur, quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparate &c.*

¶ Comparatio, *ōnis*, f. aſſimilatio, die vergleichung eines mit dem andern. *Comparatio parium*, Cic. Topic. c. 18; Et, *Similium*, Quintil. 1, 6. *In comparatione vis rerum cernitur*, Cic. c. 1 Plin. epiſt. 30 *Quum lego, ex comparatione ſentio, quam male ſcribam.* Eſt igitur *comparatio*, quam Græci ἀναλογίαν vocant, & ita Cicero in de Vniverſo. Sen. ep. 43 *Quicquid inter vicina eminet, magnum eſt illic, ubi eminet. Nam magnitudo non habet certum modum: comparatio eam aut tollit, aut deprimit.*

¶ Compărābilis, *e*, quod ſimilem rationem in diverſis habet, vergleichlich, das ſich vergleichen läſſet. Cicero de Invent. 1, 28 *Simile ex ſpecie comparabili: comparabile autem ex conſequenda atque aſſimilanda natura judicatur.* Et Livius 39, 5 *Trium clariſſimorum ſuæ cujusque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videtur eſſe, quam quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore vitæ exitum habuit.*

¶ Comparātitius, *a, um*, idem. Tertull. adv. Valent. c. 13 *Angelorum comparatitius antiſtatus.* In Cod. l. 12 t. 40 l. 2 bis mentio fit *auri comparatitii, quod compenſationis grātia redditur.*

¶ Comparatīvus, *a, um*, idem; ut, *Comparativa judicatio*, Cicero de Invent. 2, 24 & 25. Hinc *Comparativus gradus* apud Grammaticos. Gell. 5, 21 *Vocabulum comparativum.* Et mox abſolute: *Forma in comparativo.*

¶ Comparative, adverb. idem. Gellius l. c. *Compluries cum dicimus, non comparative dicimus.*

¶ Incomparatus, *a, um*, quod cum nullo conferri poteſt, unvergleichlich. Superlativus apud Tabrettum Inſcript. p. 420 CONIVX CONIVGI INCOMPARATISSIMO FECERVNT.

¶ Incomparābilis, *e*, cui nemo comparari poteſt, unvergleichlich; ut, *Incomparabilis magiſter* Quint. 1, 2. *Incomparabilis invicti animi ſublimitas*, Plin. 7, 25.

¶ Incomparabiliter, adverb. idem. Auguſtinus Hieronymo epiſt. 9, 4 *Incomparabiliter pulchrior eſt veritas Chriſtianorum, quam Helena Græcorum.* Idem de Civ. Dei 21, 9 *Incomparabiliter plura.* Et Sidon. 6 epiſt. 4 *Incomparabiliter eminens Apoſtolatus.*

¶ Diſpar, *ăris*, diſſimilis, ungleich. Cic. Off. 1, 34 *Ætatibus diſparibus, non eadem officia tribuantur.*

¶ Diſparilis, *e*, idem quod *diſpar.* Cic. de Divin. 1, 36 *Ex cæli varietate, & ex diſparili adſpiratione terrarum.*

¶ Diſpărilitas, *ātis*, f. die ungleichheit, mannigfaltigkeit. Varr. L. L. 9, 2 *Diſparilitas vocis.* Gell. præf. five Epilogo: *Facta eſt in his commentariis rerum diſparilitas*, i. e. varietas, mixtura. Idem 7, 3 *Diſparilitas collationis.* Salvian. 2 de Gubern. Dei p. 50 *Meritorum diſparilitas.*

¶ Dispăriliter, adv. auf ungleiche art. Varr. de Re Ruſt. 1, 6 extr. *Hæc ad celeritatem aspari iliter habent momentum.*

¶ Dispăro, *āre*, ſeparare, ſejungere, von einander ſcheiden, abſondern. Gellius 11, 1 *Varie ac lepide tot ſententias in eandem rem, quaſi aliud atque aliud diceres, disparavit.* Prudentius Romano v. 888 *Vel nexa nervis disparare vincula.* Paulinus Nolanus carm. 12, 20 *Perque orbem, magni qui nos procul æquore ponti Disparat.*

¶ Dispărātus, *a, um*, abgeſondert, unterſchieden; ut, *O pura, o ſancta, atque ab omni turpitudinis labe disparata atque abjuncta divinitas*, Arn. 3 p. 105. Hinc, *Disparatum eſt id, quod ab aliquare per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo*, SAPERE & NON SAPERE, Cic. de Invent. 1, 28. ¶ 2. Dialectici ſpecies inter ſe prorſus adverſas & contrarias *Disparata*, vocant; ut, *Homo, bos.*

¶ Dispăratio, *ōnis*, f. ſeparatio, die abſonderung, der unterſcheid. Vitr. 2, 9 *Ad disparationem procreationis.*

¶ Disparāſco, *ĕre*, ungleich ſeyn, unterſchieden ſeyn. Claud. Mamert. 1, 9 *Quod a nobis disparaſcere arbitraris.*

¶ Impar, *āris*, non par, inæqualis, ungleich, ungerade; ut, *Impar benevolentia*, Cic. fam. 5, 8. *Certamen impar*, Ovid. Met. 11, 157. Cum caſu ſexto paſſim Livius conjungit: ut 22, 15. *Omni parte virium impar*, 25, 27 *Impar viribus & numero navium.* 27, 1 *Par audacia Romanus, conſilio & viribus impar.* Virgil. ecl. 8, 75 *Numero Deus impare gaudet.* De *imparis numeri* ſuperſtitionibus vid. Keuchen. & Burm. ad Samo. 32.

¶ Impăriter, adverb. ungleich. Horat. de Arte Poët. v. 75 *Verſibus impariter junctis.*

¶ Impărilis, *e*, idem ac diſpar. Aur. Victor in Hadriano: *In remiſſo ingenio ſuſpectam æſtimantes ſi cietatem ævi longe imparilis.*

¶ Impărilitas, *ātis*, f. die ungleichheit. Gell. 5, 20 *Solæciſmus aliis impari litas appellatus.* Id. 14, 1 *Imparilitas hæc turbat obſervationem.*

¶ Impăritas, *ātis*, f. idem; ſed autoritas deeſt.

¶ Sēpar, *āris*, ſeparatus, abſonderlich. Solin. c. 12 *Duo in Bœotia flumina natura ſepari*, i. e. diverſa vel diſcrepante, ungleicher art. Val. Flaccus 5, 58 *Oſſaque nec tumulo nec ſepare contegat urna.* Stat. Theb. 4, 482 *Tu ſepare cœtu.* Fortaſſis hæc vox & Phædro reſtituenda eſt 1, 31, 7. Nam pro illo, quod eſt in Pithœano Codice, *Eſt ratio ſeparata, ait, ac diverſum genus*, legendum puto, ut metrum conſtet: *Eſt ratio ſepar, ait, ac diverſum genus.*

¶ Sēpăro, *avi, atum, are*, a *ſepar*, ſignificat ſejungere, ut diſſimilia ſejungimus, von einander thun, abſondern. Cic. fam 5, 12 *A perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quæ dixi, bella ſeparavernnt.* Idem Off. 1, 27 *Cogitatione magis, quam re ſeparari ab aliquo.* Id. Agrar. 2, 32 *Duo maria*, (apud Corinthum) *pertenui diſcrimine ſeparantur.* Ovid. Heroid. 18, 173 *Lato non ſeparor æquore.*

¶ Sēpărātus, *a, um*, abgeſondert, abſonderlich. Cic. Tuſc. 4, 15 *Virtus per ſe, ſeparata etiam utilitate, laudabilis.* Horat. 2 od. 19, 18 *Separatis in jugis.* Tertull. de Anima c. 18 *Intellectus ſeparatior.* Auguſt. de Immort. animæ c. 6 *Origo inferior, & ordo ſeparatior.*

¶ Separate, adverb. beſonders. Compar. Cic. de Invent. 2, 51 extr. *Separatius quædam adjungere.*

¶ Sepărātim, adverb. peculiariter, ſeorſum, abſonderlich; ut, *Nihil accidet ei ſeparatim a reliquis civibus*, Cic. fam. 3, 16. Cæſar ſæpe uſus eſt, v. g. de B. Gall. 1, 19 *Quæ ſeparatim quisque de eo apud ſe dixerit.* Et ibid. c. 29 *Separatim pueri ſenes, mulieresque.*

¶ Separatus, *us*, m. ſubſt. die ſcheidung. Apul. Florid. p. 350 *Adoleſcens eſt viſenda pulchritudine, crinibus fronte pariti ſeparatu per malas revulſæ.*

¶ Separatio, *ōnis*, f. die trennung, abſonderung. Cic. de Invent. 2, 18 *Facti ſeparatio.* Adde Quintil. 7, 1; & 9, 3; Colum. 3, 21; Frontin. de Colon. p. 335; Gellius 2, 8 *Separatio animi & corporis in morte videns eſt.* Et Gloſſ. Vet. *Separatio*, χωρισμός, διαχωρισμός.

¶ Separator, *ōris*, m. qui ſeparat. Eædem Gloſſæ: *Separator*, χωριστής, διαχωριστής. Et Tertull. de Præſcript. c. 30 *Factum ſeparatum poſteriorem oſtendit ſeparatorem.*

¶ Separatrix, *icis*, f. Auguſtinus de Trinit. 11, 10 *Voluntas conjunctrix ac ſeparatrix hujuſcemodi rerum.*

¶ Separativus, *a, um*, trennend, ſcheidend. Gloſſ. διαζευκτικόν, *Separativum.*

¶ Separābilis, *e*, das ſich trennen, ſcheiden, abſondern läſt; ut, *Anima a corpore ſeparabilis eſt*, Cic. Tuſc. 1, 10.

¶ Diſsēpăro, *āre*, idem ac ſimplex. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 2 *Quæ temporibus diſſeparata ſunt, animorum præſumtione jungantur.* Ita Livinejus, Acidalius, Gruterus: una edit. Vienn. *diſparata.*

¶ Diſſeparatio, *ōnis*, f. die trennung. Porc. Latro Decl. in Catil. *Diſſeparationi eorum neque ſolem orientem neque occidentem interveniſſe.*

¶ Insēpărātus, *a, um*, unabgeſondert, unzertrennt. Tertull. adverb. Praxean. c. 9 *Inſeparatus ab altero utro Patrem & Filium & Spiritum teſtor.* Et c. 18 *Individuus & inſeparatus a patre.*

¶ Inſepărābilis, *e*, unzertrennlich. Sen. epiſt. 85 *Ei juncta ſemper eſt atque inſeparabilis.* Idem ep. 118 *Aliquid inter ſe habent mixtum & inſeparabile.* Sic, *Inſeparabilis fratrum caritas*, Cyprian. 1 epiſt. 1 Apul. Met. 9 p. 224 *Quotidie inſeparabilis aderat.* conf. Sidon. 9 epiſt. 9. Compar. *Inſeparabilior Trinitas*, Auguſt. de Trinit. 15, 23.

¶ Inſeparabiliter, adverb. idem. Macrob. Somn. Scip. 1, 22 *Quæ inſeparabiliter involuta rerum in ſe neceſſitas vinxit.* Et Lactantius 3, 11 *Inſeparabiliter connexa.*

¶ Inſeparabĭlitas, *ātis*, f. die unzertrennlichkeit. Auguſtinus cit. loco, cap. incunte; *In Trinitate tanta eſt inſeparabilitas, ut &c.* Idem epiſt. 29 *Illud de inſeparabilitate virtutum.* Adde ejusdem epiſt. 263.

¶ Suppar, *āris*, id eſt, fere par, faſt gleich. Cicero de Clar. Orat. c. 7 *Huic ætati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes.* Et Apul. 3 Doctr. Plat. p. 37 *Inter ſuppares & incongruas* (propoſitiones) *pugna dividua eſt.* Ammianus 31, 7 *Aluni Hunnis per omnia ſuppares.*

¶ Suppăro, *āre*, quodammodo ſimile reddere, faſt gleich machen. Ita videtur Tertullianus uſus eſſe adverſ. Valentin. c. 4 *Lupa fœminæ formam quotidie ſupparare ſolenne eſt.* Aliam notionem vide in *Parare.*

Parabola, parabolicus, vide ſupra *Bole.*

PARABOLĀNI, & Parabolarii, *orum*, m. pl. apud ICtos (v. Leg. 18 Cod. de Epiſc. & Cleric.) dicti, qui ægrotos pauperiores curarent, eosque, ſi morerentur, efferrent, armen-verpfleger. Dicti videntur a Græco παράβολος, quo denotatur homo projectæ audaciæ & ad pericula adeunda præceps & temerarius. vid. Voſſ. Inſt. Orat. 4, 9 p. 216. Inprimis vero Iac. Gothofr. ad l. 42 C. Theod. de Epiſcopis, Eccl. (16, 2) Ab ead. origine &

¶ Paraboli dicebantur, qui beſtiis certabant, alio nomine *Confectores* appellati, ut docet Scaliger ad lib. 4 Manilii. Caſſiodorus 11, 17 Tripart. *Crudeli beſtiæ artifex parabolus pugnet.*

PARABYSTVS, *i*, m. παράβυστος, lectus ſponſalis, ein braut-bette, quaſi abſconditus & latens ἀπὸ τῦ βύω, *claudo.* v. Salmuth. in Pancirolli. Deperd. Tit. 19; & Cæl. Rhodig. 15, 9; ubi etiam ex Pauſania refertur, *Parabyſton* forum fuiſſe Athenis ignobilius, in obſcuro urbis loco, ubi minimæ agerentur lites.

PARACENTĒSIS, *is*, f. παρακέντησις, curatio chirurgi, quæ fit acu vel hamulo, das ſchneiden des wundarztes, oder öffnung mit einem eiſen. Plin. 25, 13. ¶ 2. Sunt qui *paracenteſin* quoque id vocant, cum perforatur venter hydropicorum, aquæ educendæ gratia.

¶ Paracentētērium, *i*, n. παρακεντητήριον, inſtrumentum chirurgicum perforationi idoneum, ein wundeiſen, de quo Vegetius Mulomed. 2, 17.

Parachlamys, vide *Chlamys.*

PARĀCLĒTVS, *i*, m. παράκλητος, advocatus, patronus, deprecator, conſolator, a παρακαλέω, ein fürſprecher, beyſtand, tröſter. Tertull de Virg. veland. c. 1 *Quæ eſt ergo Paracleti adminiſtratio niſi hæc, quod diſciplina dirigitur, quod ſcripturæ revelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur?* conf. Idem de Anima c. 55, & de Reſurr. Carn. c. 63 extr. Penultimam natura longam corripuit Prudentius Cathem. 5, 160 *Spirat de patrio corde Paracletum.* Add. Idem Periſteph. 14, 430.

PARACLŸTVS, *i*, m. παράκλυτος, infamis, übel berüchtiget, vox Græca a παρὰ & κλυτός.

Paracolleticus, Paracynanche, vide *Colla, Cynanche.*

PĂRĂDA, *æ*, f. navigii tegumentum vel umbraculum, eine ſchiffdecke. Sidon. 8 epiſt. 12 *Superflexa crate paradarum.* vide ibi Sirmond. Et Auſon. epiſt. 5, 27 *Expoſitum ſubter paradas lectoque jacentem.* vid. de h. l. Burm. ad Rutil. 1, 347.

Paradiaſtole, Paradigma, vide *Diaſtole, Digma.*

PARADĪSVS, *i*, m. παράδεισος, vox Perſica, hortum ſignificat diligentiſſime cultum & amœnum, apud Xenophontem in Oeconomico, de hortis ſive viridariis regum Perſarum & Cyri inprimis loquentem, ein luſtgarten, paradies. Gell. 2, 20 *Vivaria παράδεισος, Græci appellant.* ¶ 2. Quo nomine etiam οἱ ὁ vocant hortum illum, in quo primi homines conditi egerunt, quem Moſes collocat in Eden. ¶ 3. Hinc *Paradiſus* etiam dicitur locus ille æternis gaudiis abundans. Nam & Chriſtus ipſemet, Luc. 23, 43, ita latronum alteri dicebat: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Tertull. Apol. c. 47 *Paradiſum nominamus locum divinæ amœnitatis, recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum &c.*

¶ Paradīſiăcus, *a, um*, adject. paradiſiſch. Alcimus Avitus 1, 300

In paradiſiaca ponuntur ſede parentes.

Et Venantius Fortunatus lib. 6 carm. 8

Et paridiſiacas ſpargit odore roſas.

¶ Paradīsĭcŏla, *æ*, m. ein himmels-bürger. Prudent. Hamartig. v. 928 de Lazaro:

Et paradiſicolæ poſt ulcera diva beato.

¶ Paradīsĭgĕnus, *a, um*, in paradiſo natus, himmliſch, paradiſiſch. Theodulf. *Hic Paradiſigeno veniens de vertice.*

Paradoxus, Paradromis, vide *Doxa, Dromas.*

PĂRAENĒSIS, *is*, f. παράινεσις, admonitio, præceptio, eine vermahnung, erinnerung. Gell. 6, 14. Vulcat. Gallic. in Avidio Caſſ. c. 3 *Per ordinem parænefeen, hoc eſt, præceptionum, per triduum diſputavit.*

¶ Parænĕtĭcus, *a, um*, παραινετικός, admonitorius, a παραινέω; ut *Philoſophia Parænctica*, (quam *præceptivam* vertit Seneca) & *dogmatica:* vide Senecam epiſt. 94 & 95.

PARAETACA, *orum*, n. pl. urbs Mediæ: apud Steph. Byzantium. Notior regio eſt

¶ Parætacēne, *es*, f. inter Perſidem & Mediam ſita, cujus & Curtius meminit 5, 13, 2.

¶ Parætacæ, *arum*, populus illius tractus, apud Arrianum lib. 3 de expedit. Alex. p. 205.

PĂRAETŌNIVM, *i*, n. portus & oppidum Ægypti, non longe ab Alexandria. v. Ovid. Amor. 2, 13, 7; & Met. 9, 772. ¶ 2. Coloris ſpecies ab ipſo loco unde foditur, nomen habens, apud Vitruvium 7, 7; & Plin. 35, 6.

¶ Parætōnius, *a, um*, adject. ut, *urbs Paretonia*, Lucan. 10, 9. *Paretoniæ ſyrtes*, Idem 3, 295. *Paretonius Nilus*, Stat. Theb. 5, 12.

PARAGAVDES, & Paragauda, *æ*, f. acceſſorium veſtis ornatûs cauſſa, videlicet faſcia vel plagula, eine borde. Cujus mentio in Codice, Vopiſco & Trebellio Pollione. Vid. Vopiſc. in Aureliano c. 15 & 46 & Trebell. in Claud. c. 17. Turnebus Adverſ. 9, 11 ſemigræcam & ſemilatinam dictionem cenſet, ex παρὰ, & *gaudium* vel *cauda.* Sed Caſaubonus ad Pollionem, illam puram putam Syrorum eſſe, oſtendit. Vide ipſos.

¶ Paragaudius, *a, um*, adject. ut, *Veſtes paragaudiæ*, & *paragaudiæ interulæ*, bordirte kleider, apud eumdem Vopiſcum, v. g. in Aurel. c. 46 *Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit.* Vbi *Paragaudias* mavult Caſaubonus.

Paragoge, paragogion, vide ſupra *Agoga.*

PARAGŌRICVS, *a, um*, mercabilis, Oct. Horat. 1, 8.

Paragra-

Paragraphe, paragraphus, Paralios, vide *Graphe, Paralius.*

PĂRĂLĪPŌMĔNON, *i*, παραλειπόμενον, derelictum, prætermissum, das nachgeholte; ut, *Homeri paralipomena*, per Qu. Calabrum. Sic in Bibliis *Paralipomena* dicuntur libri duo Chronicorum, quibus prætermissa aut leviter degustata in libris regum supplentur, vid. Hieron. 1 epist. 13. Isidor. 6, 1 & 2.

PARALIPSIS, *is*, f. παράλειψις, præteritio, figura, qua nos omittere ea simulamus, quæ vel maxime dicimus.

PARALIVS, *i*, m. παράλιος, species tithymali, Plin. 26, 8. Apulej. de Herb. c. 108, Dioscor. 4, 164, springwurtzel.

PARALLAXIS, *is*, f. παράλλαξις, differentia locorum & apparentium, vid. Mathemat.

PĂRĂLLĒLVS, *a, um*, παράλληλος, æqualiter distans, gleich nahe oder weit von einander. Sic *Parallelæ lineæ* dicuntur, æqualiter ab æquatore & inter se distantes & in eodem polo centrum habentes. Plin. 6, 33 extr. *Segmenta mundi, quæ nostri circulos appellavere, Græci parallelos.* Et muliebri genere, ut Græcum παράλληλος, quia adjectivum commune est. Vitruvius 5, 8 *Linea parallelos designatur.* Idem 10, 15 *Tabulæ paralleli.* Etiam substantive Frontinus de Limit. p. 313 *Cum ad extremum pervenerit parallelon.*

¶ Parallelogrammus, *a, um*, parallelis constans lineis, das gleich von einander abstehende linien hat; ut, *Parallelogramma mensura*, Frontin. de Colon. p. 336, 353 & 358.

¶ Paralleloneus, *a, um*, aliud adject. ut, *Paralleloneus terminus*, Autor de Limit. apud Gœsium p. 310.

Paralogia, paralogismus, Paralysis, paralyticus, vide *Logus, Lysis.*

PARAMESE, *es*, f. παραμέση, musicus sonitus inter stantes, Vitruv. 5, 4.

PARANĒTE, *es*, f. παρανήτη, scil. chorda, proxima ultimæ. Ita *Paranete Synemmenôn, Diezeugmenôn, Hyperbolicôn*, Vitruvius l. c. & 6, 1.

Parangarius, vide supra *Angarus.*

PARANĪTES, *æ*, m. παρανίτης, gemma ex amethystorum genere, Plin. 37, 9.

Paranymphus, *a*, Parapegma, Parapetasia, Parapherna, paraphernalis, Paraphoron, Paraphrasis, paraphrastes, vide *Nympha, Pegma, Petasus, Pherne, Phora, Phrasis.*

PARAPSIS, *idis*, f. πάραψις, quadrangulum & quadrilaterum vas, id est paribus absidis, ein tischgeschirr, schüssel, Isidor. 20, 4. Vt hæc descriptio Isidori monstri aliquid habere videtur, ita *parapsis* legendum putarem, nisi ita scriberetur etiam apud Petron. c. 34 *Vri parapsis excidit.* Et mox: *Parapsidem projicere*, vid. *Paropsis.*

Pararius, vide paullo post in *Paro.*

PĂRĂSANGA, *æ*, f. vox Persica, παρασάγγης, modus spatii, quo Persæ itinera sua metiebantur, eine Persische meile oder 30 stadia. Herodotus & Xenophon 30 stadiis definiunt. Iustiniani temporibus, Iberi & Persæ uno tantum supra 20 æstimabant. Idemque Lazos sentire, qui tamen ἀναπαύλας, seu *mansiones*, vocabant, Agathias observat & approbat lib. 2 Hist. Iustiniani. Plinius quoque tradit, non unius generis parasangas fuisse. Nam 6, 26 *Persæ*, inquit, *schœnos & parasangas alii alia mensura determinant.* De inconstantia ac varia mensura schœnorum ac parasangarum pro temporum locorumque ratione vid. Dodwell. dissert. de Isidoro Characeno præmissa geographis minoribus Hudsonianis § 12 usque ad 15.

PĂRĂSCĒVĒ, *es*, f. παρασκευή, præparatio, a παρασκευάζω, *præparo*, eine vorbereitung, zurichtung. ¶ 2. Dies proximus ante sabbathum vel festum quodvis; *Vigiliam* posterior ætas dixit. Sed speciatim ita vocatur dies passionis & mortis Salvatoris, der charfreytag, rüstag. vid. Casaub. contra Baron. Exercit. 16 s. 17, & exempla apud Tertull. adv. Marc. 4, 12; & adv. Pschicos c. 14.

Paraselene, vide infra *Selenion.*

PARASIŌPĒSIS, *is*, f. παρασιώπησις, schema rhetoricum, latine præoccupatio, cum quid reticere nos dicimus, quod tacitum tamen intelligitur. v. Quintil. 9, 3.

PĂRĂSĪTVS, *i*, m. παράσιτος κόλαξ, alienæ mensæ affecta, vivens aliena quadrâ, ein schmarutzer, schmeichler, tellerlecker. Veteri appellatione honesta παράσιτοι erant, qui epulis sacris adhibebantur, quorum etiam peculiaris erat magistratus. Ita *parasitorum Apollinis*, qui & *Synhoditæ* (*synhodus* enim pro convivio sæpe capitur) i. e. mimorum & scenicorum generatim collegio allectorum, sæpe mentio fit in Inscriptionibus, quarum aliquas affert Montfauc. Palæogr. Gr. p. 172. add. Scalig. Lect. Auson. 2, 19 pr. Postea vero infamis vox haberi cœpit de iis, qui cibi causa aliis adulantur, uti docet Athenæus 6, 5. Horum tria nominarunt veteres genera. Primum eorum erat, qui dictis factisque ridiculis sibi victum parabant, qui & *scurræ* appellati. Græci γελωτοποιὸς vocabant. Plautus & Horatius etiam *derisores* dixerunt, possenreisser. Alterum illorum, quos ficta voce *plagipatidas* Plautus appellat, quod paterentur plagas, & alapas sibi per ludum incuti, die aufblasen, und nasenstieber aushalten. Tertium assentatorum seu adulatorum erat, schmeichler, liebkoser: quod omnium noxium maxime deterrimumque ostendit Plutarchus præclaro libello de discrimine Amici & Adulatoris. De primo & secundo genere Ter. Eun. 2, 2, 13, dum Gnathonem, hujus commatis hominem, ita introducit loquentem: *Ego infelix neque* (1) RIDICVLVS *esse, neque* (2) PLAGAS PATI *possum.* De tertio vero, quod semet ipsum instituisse jactat, v. 16 subjicit, cum ait:

Hoc novum est aucupium: ego adeo hanc primus inveni viam.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt:
Nec sunt: hos confector: hisce ego non paro me ut rideant,
Sed eis ultro arrideo, & ingenia eorum admiror simul:
Quicquid dicunt, laudo &c.

Cic. de Amic. c. 26 *Assentatio parasitorum in comœdiis nobis faceta non videretur, nisi essent milites gloriosi.* Est etiam elegans Luciani libellus *de parasito*, sive quod ars sit parasitica.

¶ Parasita, *æ*, f. Horat. 1 sat. 2, 98 *Ciniflones, parasitæ.* ¶ 2. Plin. 10, 23 *Otis imitatrix avis ac parasita & quodam genere saltatrix.*

¶ Parasitaster, *tri*, m. parasiti imitator, secundum Vallum, ein junger schmarutzer. Ter. Adelph. 5, 2, 4 *Est alius quidam parasitaster parvulus.*

¶ Parasiticus, *a, um*, adject. schmarutzerisch; ut, *Ars parasitica*, Plaut. Capt. 3, 1, 9. *Perjuratiunculæ parasiticæ*, Idem Stich. 1, 3, 77. Et Suet. vita Horatii ex Augusti epist. ad Mæcen. *Veniet ab hac parasitica mensa ad hanc regiam.*

¶ Parasitor, *āri*, παρασιτεῖν, parasitum agere, schmeicheln, fuchsschwäntzen. Plaut. Stich. 4, 2, 54 *Vides ridiculos nihili fieri atque ipsos parasitarier.*

¶ Parasitatio, *ōnis*, f. fuchsschwäntzerey. Plaut. Amph. 1, 3, 23.

¶ Supparasitor, *āri*, schmeicheln. Ibidem 3, 4, 10 *Supparasitari patri.* Et Mil. 2, 3, 77 *Hic illi supparasitatur semper.* Legitur & in cinerario cujusdam Sergii parasiti in Ferret. Mus. Lapid. p. 281 VERITATI SVPPARASITANTI.

PĂRASTAS, *ădis*, f. παραστάς, άδος, postis, lapis ostio appositus, eine pfoste, thürseule. Vitruv. 10, 15 *Latitudo parastadis mediæ, &c.*

¶ Parastăda, *æ*, f. idem. Vitruv. l. c. *ad medianam parastadam, &c.* Sunt *Parastadæ* sive *Parastades* lapides utrumque ostii latus munientes, thürsteine, a παρίσανω, *adstare, assistere, opitulari, latus fulcire adstando.* v. Baldi Lex. Vitr. p. 80. Hinc

Parastata, parastatica, vide infra *Stasis.*

Parastichis, Parasynaxis, vide infra *Stichus, Synaxis.*

PARATELLA, *æ*, f. herba, quam vocant lapathum, wilder ampffer: Macer de Herb. 2, 6.

Parate, paratio, vide *Paro.*

PĂRĂTITLA, *ōrum*, n. pl. παράτιτλα, summariæ titulorum expositiones: unde fieri de toto tractatu conjectura possit. v. ICt. & Iustinian. lib. 1 § pen. C. de vet. jur. enucl.

Paratragœdio, Paratura, paratus, vide *Tragœdia, Paro.*

Paraveredus, vide *Veredus.*

Parazonium, vide infra *Zona.*

PARCÆ, *ārum*, f. pl. dictæ per antiphrasin, quod nemini parcant, quemadmodum ad ἔτυμον illud allusisse videtur Martialis, cum ait 4 epigr. 54

Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit, observant quem statuere diem.

Quamquam contra Scaliger sic dictas velit, quod maxime parcant, Poët. 3, 90. Pro altera tamen ratione & S. Hieronymus est epist. ad Onasum, sive, ut Erasmo placet, Bonasum: *An ideo*, inquit, *tibi bellus videris, quod fausto vocaris nomine? Quasi non & lucus ideo dicatur, quod* minime luceat, *&* Parcæ, *quod* nequaquam parcant; & Eumenides, Furiæ, *quod* non sint benignæ, *& vulgo* Æthiopes *vocentur* argentei. Varro vero immutata littera T, a *Partu* dictas voluit, quas nominavit *Nonum, Decimam, Mortam.* Vide Gellium 3, 16. Et inde *Partula* apud Tertullianum, quod Turnebus observat 18, 34. Aliis *Parcarum* nomina sunt: *Lachesis*, a λαγχάνω, *fortior*, hæc quasi colum tenet, & futura fata assignat; *Clotho*, quæ vocatur a κλώθω, *neo*, quæ fila ipsa ducit, & præsentis quasi rationem habet; & *Atropos*, ab α privativo & τρέπω, *verto, muto*, quæ filum abrumpit: & significat præteriti temporis immutabilitatem. Porro per *Parcas* poëtæ nihil significarunt aliud, quam fatum, cursum vitæ, & mutationem rerum omnium; quodque res omnes regantur divina ordinatione, quam homines non intelligant. Vide Apulejum de Mundo sub finem: itemque Lactant. 1, 11 sect. 14; &, qui veterum dicta fere collegit Bocatius. Cæterum non *nent* tantum Parcæ stamina fatalia, sed canunt etiam *fata non ulli dissolvenda Deo.* vid. omnino Brouckh. ad Tib. 1, 8 seq. ¶ 2. Notetur *Parca* in Sing. ex Varr. ap. Gellium 3, 16; Horat. 2 Od. 16, 38; Ovid. Trist. 5, 3, 14; & Heroid. 11, 105; Pers. sat. 5, 48.

Parciloquium, parcipromus, parcitus, vide sequens *Parco.*

PARCO, *pĕperci*, & *parsi, parsum, parcĕre*; *Peperci*, cum significat abstinere, seu veniam dare, schonen, verschonen; sed *parsi*, cum significat conservare, sparen, kargen, an sich halten, auctore Donato. Sed quam differentiam non servavit Plautus in Aul. 2, 8, 10 *Festo die si quid prodegeris, profecto egere liceat, nisi peperceris.* Nævius etiam dixit *parcuit*, ap. Nonium 2, 653. Nepos 8, 1, 5 *quibus in bello pepercerat fortuna*; in MS. est *parcerat.* vid. Bangii Observ. Philol. 11 p. 564. Idem 21, 2, 2 *Nullius pepercit vitæ. Sibi parcere*, Ter. Heaut. 1, 1, 112, seiner schonen. *Suo labori parcere*, Idem Hec. 2, 1, 29. *Parcere operæ*, Cic. fam. 13, 27. Et *Valetudini*, Id. fam. 11, 27. *Petiit, ne cui rei parcat*, id est, ne quid omittat vel negligat, Nepos 4, 2, 5. ¶ 2. Virg. eclog. 3, 94

Parcite oves nimium procedere: non bene ripæ Creditur:

id est, fugite, cavete, nolite. Nam oves ipsas alloquitur. Servius *prohibete* interpretatur, & ad custodes ovium refert, qua ratione id verbi cum accusativo construitur. Quasi dicat: *o pueri parcite oves*, id est, prohibete, ne nimium procedant. Et sane ita locutos veteres, ostendit sacrificiorum formula, qua operantes *parcere linguam*, id est, continere, hoc est, tacere jubebantur, apud Festum. Nam male ibi *pascite*, pro *parcite linguam*, legi, Salmasius dudum monuit. Plaut. Curc. 3, 10 *Qui homo mature quæsivit pecuniam, Nisi eam mature parsit, mature cesurit.* Gell. 16, 19 *Vitam modo sibi ut parcerent oravisse.* Neque tamen ubivis locum habere Serviana interpretatio potest. v. g. Ovid. A. A. 3, 457 *Parcite Cecropides juranti credere Theseo.* Sever. Ætna 585 *Parcite, avara manus, dites attollere prædas.* Sil. 17, 27 *Parcite pollutis contingere vincula palmis.* ¶ 3. Est &, ubi cum præpositione jungitur. Liv. 25, 25 *Precantes, ut a cædibus & ab incendiis parceretur.*

¶ Parcens, *tis*. Ter. Heaut. 1, 1, 87 *Laborans, quærens, parcens, &c.* Et Hec. 2, 1, 29 *Meo labori haud parcens.* Horat. 3, 19, 21 *Parcentes ego dexteras odi*, h. e. parcas. Sed alio intellectu Samon. 80 *Sic pavidum corpus dextra parcente foveto*, h. e. levi & suspensa, ne fricando noceat. Ita Stat. Theb. 3, 130 *Pars Spicula dextra Nequidquam parcente trahunt*, & Achill. 3, 573 *Nunc thyrso parcente ferit.* Horat. 1 sat. 10, 13 *Parcens viribus.*

¶ Parsimonia, *æ*, f. moderatio sumtuum, die sparsamkeit. Extrema habet, *luxum* & *sordes*, quæ immoderata sunt. Cic. Paradox. 6, 3 *Odii immortales, non intelligunt homines, quam magnum sit vectigal parsimonia.* Id. Off. 2, 24 *Res familiaris conservatur diligentiâ & parsimonia, iisdem etiam rebus augetur.* Sen. epist. 1 *Sera parsimonia in fundo est.* Plur. Prudent. Cathem. 7, 5 *Adesto castis, Christe, parsimoniis.*

¶ Parcus, *a, um*, frugalis, sumtibus parcens, sparsam, karg, genau. *Parcus & tenax pater*, Cic. pro Cæl. c 15. *Colonus parcissimus, frugalissimus*, Idem de Orat. 2, 76. *Parcissimus beneficiorum suorum æstimator*, der seine wohlthaten gar nicht hoch anschlägt, Plin. Paneg. c. 21. *Parcior meritò ira*, Ovid. Pont. 1, 2, 98. *Manu parca offerre*, nicht viel geben: Horat. 3 od. 16, 42 *Multa petentibus Desunt multa, bene est, cui Deus obtulit Parca, quod satis est, manu. Parcus* ab *avaro* quid differat, vide supra in *Avarus.*

¶ Parce, adverb. kärglich. *Parce ac duriter agere*, Ter. Andr. 1, 1, 47. Et, *Parce, continenter, sobrieque vivere*, Cicero Off. 1, 30. Lucret. 5, 1117

Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce Æquo animo.

Horat. 1 od. 25, 1 *Parcius junctas quatiunt fenestras*, hoc est, rarius. Plin. Paneg. c. 38 *Parcius, quam decuit principem.* Ibidem c. 54 *Honores parcissime delibare.* Quintil. 10, 4 extr. *Panegyricum Isocratis, qui parcissime decem annis dicunt elaboratum.*

¶ Parcĭter, adverb. idem. Claud. Mamert. præfat. *Parciter prælibare.* Conf. Nonius 11, 47.

¶ Parcĭtas, *ātis*, f. raritas, die seltenheit. *Parcitas animadversionum*, Senec. de Clement. 1, 21. *Parcitati beneficium ministrat luxuria*, Pallad. 1, 26.

¶ Parcibĭlis, *e*, qui parcit. Vet. Interp. Irenæi 4, 37 *Salvans illud & parcibilis ab eo.*

¶ Parcilŏquium, *i*, n. die sparsame rede. Apul. 5 Met. p. 164 *Fidei atque parciloquii mei perpendisti documenta.*

¶ Parcipŕomus, *i*, m. ein filz, der ungern heraus giebt. Plaut. Pseud. 5, 1, 22 *Parcipromi victu cætero.* Id. Truc. 1, 2, 81 *Qui cum geniis suis belligerant, parcipromi.*

Composita cum particulis:

¶ Comparco, *comparsi, comparcĕre*, zusammen sparen. *Vnciatim de demenso jure comparcere*, Ter. Phorm 1, 1, 9. Adde Facati Paneg c. 2.

¶ Dēparcus, *a, um*, id est, valde parcus, sordidus, gar karg, apud Sueton. Nerone c. 30, qui dixit, *Sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret.* Et Apul. Apol. p. 290 *Accensatis annis servum, ut deparci: tres libertos, ut profusi.*

¶ Deparco, *ĕre*, sparen. Solin. c. 10 (Salm. 4) *Hoc collaxaneum deparcitur, ut sufficiat usui, ubi defecerint scaturigines.* Ita emendat Salmas. in Solin. p. 72.

¶ Imparco, *ĕre*, id est, valde parcere, erkargen. Plaut. Amph. 1, 3, 2: & Casin. 4, 4, 12.

¶ Neparcus, *a, um*, i. e. non parcus, freygebig. Ita Acidalius legit apud Plaut. Pseud. 1, 1, 77 *Id quidem tibi neparcus dabo.* v. *Ne* n. 2.

¶ Perparce, adverb. sehr genau. Ter. Andr. 2, 6, 24 *Tu quoque perparce nimium*, i. e. tenaciter admodum, scil. sumptum facis.

¶ Præparcus, *a, um*, valde parcus, sehr sparsam. Plin. 11, 19 *Apes præparcæ.* Idem 22, 24 *Animi esse humilis & præparci*, quos Græci μικροψύχους, vocant.

¶ Rĕparco, *ĕre*, id est, non facere, nolle, ersparen. Lucret. 1, 668

Scilicet ex ulla facere id si parte reparcent.

Ita & Plaut. Truc. 2, 4, 25 *Reparcere suaviis.* Adde Gisanium in Indice Lucretiano, vim verbi & compositionis copiose interpretantem. Cum accusativo Symmach. 1 epist. 33 *Istius muneris operam non reparcam.*

¶ Triparcus, *a, um*, valde parcus. Sic Plautus Persa 2, 3, 14 *triparcos homines* dixit sordidos & tenaces, karge knicker.

Pardalianches, pardalion, pardalios, pardalis, vide mox *Pardus.*

PARDVS, *i*, παρδὸς, ein pardel, panterthier, animal frequens in Asia Syriaque. v. Plin 8, 17; & 10, 73. *Magno sublimis pardus hiatu*, Iuvenal. sat. 11, 123. conf. sat. 8, 36. *Ad ignoscendum ferrei, ad amicitias pardi, ad fallendum vulpes*, Sidonius 5 epist. 7.

¶ Pardālis, *is*, f. πάρδαλις, de fœmina dicitur.

¶ Pardălios, *i*, m. gemma maculis variegata, Plin. 37, 11.

¶ Pardalion, *i*, n. παρδάλιον, unguentum pardalis odorem reddens, Plinius 13, 1.

¶ Pardalianches, *is*, n. caro aconito perfricata, & venenum illud, quo pantheræ capiuntur, sic dictum, quod fauces earum illico occupat, ab ἄγχω, *suffoco*, Plin. 8, 27.

¶ Leopardus, *i*, m. vide supra in litt. L. Vid. & Philostrat. de pardorum cum leænis concubitu de vita Apollonii 2, 7 & Claud. Paneg. Mallii v. 300.

PĂRĒAS, *æ*, m. ὁ παρείας, serpentis genus. Hesychius: *παρείαι ὄφεις*, &c. Lucan. 9, 721 *Et contentus iter caudâ sulcare parcas.*

Parecbasis, vide supra *Basis.*

PARĒGHĒSIS, *is*, f. παρήχησις, cum plures litteræ vel syllabæ eumdem sonum reddunt. v. Voss. P. 2 Rhet. p. 331; & infra *Tautacismus.*

PĂRECTĀTVS, *a, um*, qui de pueritia venit ad pubertatem, mannbar. Apud Non. 1, 341 Varro: *Parectatæ adsunt.* Et Lucilius:

Inde parectato chlamydes ac barbula prima.

Paredrus, vide supra *Hedra.*

PARĒGMĔNON, *i*, n. παρηγμένον, cum voces ejusdem originis conjunguntur. v. Voss. P. 2 Rhet. p. 208.

PARĒGŌRIA, *æ*, f. παρηγορία, solatium, mitigatio, trost, linderung. Apul. de Herb. c. 24 *Herba mirifice paregoriam præstat.*

¶ Parēgŏrĭcus, *a, um*, παρηγορικὸς, mitigatorius, lindernd. Th. Priscian. 1, 9 *Paregorica adjutoria.*

PARELCON, *ontis*, n. παρέλκον, dictio aut adjectio abundans. Ter. Andr. 1, 1, 63 *Comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere*, pro, nihil attinere, ut *quicquam* abundet. Donat. Et Virgil. Æn. 1, 207

Durate & vosmet rebus servate secundis.

Pro *vos*, ut *met* parelcon fit, Servius.

PARĒLIVS, *i*, m. παρήλιος, est imago solis a latere ejus in nube densa & aqua apparens, die nebensonne. Aliquando diversi soles duo, vel tres apparent. vid. Plinius 2, 31. Exempla recensent Corn. Gemma Cosmocrit. 7, 8.

¶ Parelia, *orum*, n. pl. soles bini ternique apparentes, apud Senecam Nat. Qu. 1, 11.

PARENCHIRĒSIS, *is*, f. παρεγχείρησις, molitio in alieno opere, Cic. ad Attic. 15, 4.

PĂRENS, *tis*, Masc. ut Charisius notat p. 79, vater und mutter; plur. *parentes*, eltern: a verbo *Pario, ĕre: Carissimos parentes habere debemus*, Cic. post red. in Senat. c. 1. *Observare & diligere aliquem ut alterum parentem*, Idem fam. 5, 8. *Ætas parentum pejor avis tulit nos nequiores, &c.* Horat. 3 od. 6, 46. Quintil. 2, 12 *Discipulos in unum moneo, ut præceptores suos non minus, quam ipsa studia ament; & parentes esse, non quidem corporum, sed mentium credant. Multum hæc pietas studio confert.* ¶ 2. Nam & sic transferimus: *Ceres alma frugum parens*, Apul. Met. 11 p. 257. Et, *Philosophia bonarum artium parens est*, Cicero de Orat. 1, 3. Et, *Philosophiæ parens Socrates jure dici potest*, Idem Fin. 2, 1. Et, *Parentes & conditores civitatis*, Liv. 37, 54. conf. Duck. ad Flor. 1, 3, 9, ubi Alba *parens* Romæ vocatur. Et Plin. 7, 30 *Parens patriæ primus appellatus Cicero est.* Apud Lucan. 4, 110 *Summus parens mundi* dicitur Iupiter. ¶ 3. Capitolinus, Lampridius, Vopiscus & alii ejus ævi scriptores sæpius *parentem* pro cognato, amico vel etiam patrono posuerunt. Exempla notat Casaub. ad Capitol. in M. Anton. Philos. c. 5 ad verba: *Adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantum privatus, exhibuit.* Et qui genuerant, pridem concesserant fatis. Ergo cognati & propinqui intelliguntur. Hæc appellatio plane ad Gallos commigravit, apud quos *parentes* non sunt, qui genuere, sed cognati generatim. ¶ 4. Genitivum casum PARENTIVM pro PARENTVM non necessitate metri produci, ut in Horatio commentatores adnotant 3 od. 24, 21, sed communi usu adhiberi, vult Fabrettus Inscript. p. 99, ubi exempla collegit. Ipse Cicero sic sæpe dixit, teste Charisio lib. 1.

¶ Parentēla, *æ*, f. die freundschafft, apud Iul. Capitolinum legitur in Cordiano nepote c. 23, pro cognatione parentum aut soceri cum liberis: *Duxit*, inquit, *uxorem filiam Misithei, doctissimi viri, quem ex ipsa eloquentiæ dignum parentela sua putavit.* Vox ad exemplum vocis *clientela* formata in legibus Salicis, Burgundicis, Longobardicis, & medii ævi scriptoribus sæpe occurrit. vid. Voss. de Vit. Serm. 3, 32.

¶ Parento, *avi, atum, are*, est justa parentibus celebrare, der verstorbenen eltern gedächtniß begehen. Item in genere, ein leichbegängniß halten. Seneca *parentari* passive dixit epist. 122. Vetus lapis: VOS FILII IN VIVENTEM PARENTEM PIENTISSIMI, IN MORTVVM PII MAGIS PATERNOS CINERES EX HISPANIA EXPORTATE COMMVNIQVE SEPVLCRO CONDITE. QVO AVITIS CINERIBVS IMMIXTI SACRO GAVDEANT ANNIVERSARIO PARENTARI. Conf. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 6, cum accusandi casu Petronius c. 69 *Hoc nemo parentat*, i. e. in laudatione funebri omittitur; uti Germani: man setzt es nicht in den leichenlauf. ¶ 2. *Parentare* etiam est cædem fuorum ulcisci. Livius 24, 21 *Parentandum regi sanguine conjuratorum esse.* Sic, *Manibus alicujus parentare*, Flor. 2, 6, 8; & Iustin. 13, 3 extr. *Civibus, qui interierunt, parentare*, Cæs. B. G. 7, 17, 7. Pari fere modo Petronius c. 81 *Nexio sanguine parentabo injuriæ meæ.* ¶ 3. Eleganter Seneca de Vita Beata c. 11 extr. *Parentare luxuriæ* dixit, i. e. explere luxuriam: Lipsius ad h. l. *Videntur enim sepulchrales epulæ, quia velut mortui efferuntur.* Idem Sen. epist. 12 *Vino & funereis epulis sibi parentare.*

¶ Părentatio, *ōnis*, f. parentandi actio, das leichbegängniß. Tertull. de Spect. c. 12 *Quod mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur.*

¶ Părentālis, *e*, quod ad parentes pertinet, väterlich. Ovid. 4 Trist. eleg. 10, 87 *Parentales umbræ*, i. e. parentum animæ. Et Alcimus Avitus lib. 1, 186 de conjugali amore pietatem in parentes superante:

Ista parentales non rumpant vincula curæ.

¶ 2. Quod parentationis est; ut, *Dies parentales*, Ovid. Fast. 2, 548. *Parentali Marte*, Idem Metam. 13, 619.

¶ Părentālia, *ium*, n. pl. subst. dies & festivitates inferiarum, das leichgedächtniß. Cicero Phil. 1, 6 *Parentalia cum supplicationibus miscere.* Petron. c. 78 *Ad parentalia invitare.* Auson. præfat. Parentalium: *Titulus libelli est:* PARENTALIA: *antiquæ appellationis hic dies, & jam inde ab Numa cognatorum inferiis inflitutus.* Idem & ita describit præfatione Parentalium metrica:

Annua ne tacitus munera præteream:
Quæ Numa cognatis solemnia dedicat umbris:
Vt gradus aut mortis postulat aut generis.

¶ Părenticida, *æ*, c. ein eltern-mörder. Plaut. Epid. 3, 2, 13 *Ego tuum patrem faciam parenticidam.* Sed libri *perenticidam* habent vocem a *pera* fictam, id est, *peræ cæsorem*, ut joco alludatur ad *parenticida*, pro quo *parricida* usitatius est. Vide Lambinum ibi.

¶ Cunctiparens, Omniparens, vid. *Cunctus, Omnis.*

¶ Parentheſis, parentheticus, Parento, vide *Thesis, parens.*

PĀREO, *ui, ĭtum, ēre*, interdum idem est, quod apparere, qua in significatione non semel usi ICti, erscheinen. Vnde Petronius c. 137

Iurisconsultus PARET, NON PARET, habeto
Atque esto, quicquid Servius aut Labeo.

Scilicet PARET significat *apparet, liquidum est.* vide quos laudat Erhardus ad h. l. Sic fere Cato lib. 3 Distich.

Fortunæ donis raro parere memento.

Parere enim est ostentare se, πομπεύεσθαι, ἐλαμπρύνεσθαι, ut Scalig. explicat, pralen, gesehen seyn wollen. Conf. Parei Lex. Crit. p. 883. ¶ 2. Plerumque autem *obtemperare, obedire*, significat, unterthan, gehorsam seyn, folgen; ut, *Parere legibus*, Cic. Off. 2, 11; *Necessitati*, Idem Fam. 4, 9; *Consiliis alicujus*, Att. 8, 12; *Præceptis*, Virg. Æn. 2, 607. *Dicto alicujus*, Liv. 8, 4, ubi tamen Gronov. pro: *Samnitium quoque dicto parcamus:* legere mavult: *Samnitibus*, notatus propterea a Dukero ad h. l. *Modeste qui paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse*, Cic. de Legib. 3, 2. *Oppidum illud paret regi*, Plin. 6. 28. *Parere institutis patriæ*, Nepos 17, 4, 3; *Imperio regis*, Idem 14, 4, 2. *In tanto hominis periculo & tempori ejus & voluntati parere*, i. e. servire, sich nach dessen umständen und willen richten. Cicero in Vatin. c. 1. *Parere humillimis*, Vell. 2, 37, 1. Imperf. activ. in formula ICtorum: *si paret*; de qua Manut. ad Cic. Div. in Cæcil. 17.

Brissom.

Briſſon. de form. l. 5 p. 371. & Drakenb. ad Liv. 9, 18. paſſ. Lucan. 4, 148 ſqq. *Cæſar capere arma jubet &c. Paretur.* Et Symmach. 10 ep. 36 (al. 43) *Suggeſtum eſt, paritum eſſe ſententiæ.* ¶ 3. Eleganti translatione v. g. *navis parere ventis* dicitur, ſich vom winde treiben laſſen; *memoria oratori*, wenn ihm das gedächtniß nicht ablegt; vide Brouckh. ad Tib. 1, 10, 9: & Burm. ad Quintil. 1, 12 p. 121.

¶ Pārens, *tis*, obediens, ſubjectus, gehorſam. Nep. 9, 5, 3 *Nuntio parens.* Salluſt. Iug. c. 102, 7 *Parentes abunde habemus*, wir haben unterthanen genug. Cic. Off. 1, 21 *Lacedæmonii & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores.* Sic, *Gulæ parens*, i. e. ſerviens, ein bauchdiener, Horat. 2 ſat. 7, 111. *Dicto parens*, gehorchend, Virg. Æn. 1, 699.

¶ Pārientia, *æ*, f. pro obedientia, der gehorſam. Hanc vocem Pareus Lex. Crit. p. 885 Tacito Agric. 16, 2, atque alias reſtitutam cupit, ubi vulgo *patientia.* vid. *Imparentia.*

¶ Parītor, *oris*, m. der folget. Zeno Veronenſ. *Alienæ malitiæ & nequitiæ paritores.*

Compoſita:

¶ Appāreo, *ui, ĭtum, ēre*, conſpici, eminere, manifeſtum eſſe, ſich ſehen laſſen. Virg. Georg. 1, 404 *Apparet liquido ſublimis in aere Nilus. Res apparet*, Ter. Adelph. 5, 9, 7, es iſt klar, es weiſet ſich aus. Et cum infinitivo, *Apparet, ſervum hunc eſſe domini pauperis*, man ſiehet wohl ꝛc. Ter. Eun. 3, 2, 33. *Iam ego apparebo domi*, Plaut. Capt. 2, 3, 97, ich will ſtracks wieder zu hauſe ſeyn. *Ille bonus vir nusquam apparet*, er läſt ſich nirgend ſehen, Ter. Eun. 4, 3, 17. *Fac promiſſa appareant*, laß das verſprechen zum vorſchein kommen. Id. Eun. 2, 3, 19. ¶ 2. *Apparere* etiam dicuntur, qui cui ad manum præſto ſunt, aufwarten, an die hand gehen. Nepos 18, 13, 1 *Cum VII annos Philippo apparuiſſet.* Val. Max. 2, 2, 4 *Lictori, ut ſibi appareret, imperavit*; h. e. ut aliquam muneris ſui partem, animadverſionem puta, in patre conſulis adventante exerceret, eumque deſcendere equo juberet, & honorem habere conſuli filio. Virg. Æn. 12, 849

Hæ Iovis ad ſolium, ſævique in limine regis Apparent.

¶ Appāreſco, *ĕre*, idem. Ennod. 7 c. 19 *Appareſcere in foribus.*

¶ Appārentia, *æ*, f. die erſcheinung. Tertull. adv. Marc. 1, 19 extr. *Ab apparentia Chriſti usque ad audaciam Marcionis.* Et Firmic. 5, 8 *Homines bonæ apparentiæ, & qui ornatis veſtibus delectantur*, die gut ausſehen.

¶ Appārītio, *ōnis*, f. munus apparitoris, & interdum cujusvis officii exhibitio & præſentia ad obſequendum, die aufwartung. Cic. fam. 13, 54 *Marcilii in longa apparitione ſingularem fidem & abſtinentiam cognovi.* Fuerat autem Marcilius Ciceronis in provincia interpres. *Apparitionis præfecturæ prætorianæ princeps*, Ammianus 15, 5. h. e. apparitorum. Et Auguſtinus epiſt. 75 pr. *Vir ſpectabilis venit ad eccleſiam, apparitione pauperum ſuæ poteſtati congrua comitatus.* Ita Symm. 6, 12 *error apparitionis* eſt apparitorum. ¶ 2. Item, die erſcheinung. Onomaſt. *Apparitio*, ἐπιφάνεια.

¶ Appārītūra, *æ*, f. idem. *Appariturам magiſtratibus facere*, Suet. de Grammat. Illuſtr. c. 9, aufwarten.

¶ Appārītor, *ōris*, m. ſtator vel miniſter magiſtratus, ein gerichtsdiener, aufwärter. *Apparitores regii*, Liv. 1, 40, trabanten. *Apparitores a prætore aſſignatos habere*, Cic. Verr. 1, 25. Vet. Gloſſ. *Apparitores*, ἀπόδεκτοι. Εἰσὶν δὲ ὑπηρέται τοῖς ἄρχουσι προσδεχόμενοι. Ἐκδίκαιοι. Iidem & *Officiales*: de quorum variis generibus vide Codicis lib. 12 tit. 53 & ſeqq. Et illud ipſum corpus apparitorum *Officium* vocabatur, ut ex notitia imperii locis innumeris conſtat. Vbi & habes, qui in cujusque magiſtratus officio militarent. Vide ſupra *Officium.* Tertull. adv. Marc. 2, 8 *Qui facit ſpiritus angelos, & apparitores flammam ignis.*

¶ Apparitorium, *i*, n. in veteri lap. apud Io. Rhod. ad Scribo. comp. 212 p. 296 ipſe conjicit eſſe locum, in quo apparitores conſidebant, ut magiſtratui præſto eſſent.

¶ Compāreo, *ēre*, idem quod apparere, erſcheinen, ſich ſtellen; ut, *Nulla ſcintilla comparet incendii*; Auctor Antequam iret in exil. c. 5. *In libris multa diligentia comparet*, Nep. 24, 3, 4. Et poëta de morte Druſi ad Liv. v. 407

Lucifer in toto nulli comparuit orbe.

Cic. pro Cluent. c. 64 *Omnis ſuſpicio in eos ſervos, qui non comparebant, movebatur*, die ſich nicht einſtelleten. Liv. 8, 37 *Prima luce nec autor, nec cauſſa terroris comparuit*, es fand ſich nichts.

¶ Diſpāreo, quod riſſimum tamen eſt, verſchwinden. Lactant. 3, 10 *Latibula ſibi parant, in plures exitus diſparentia.*

¶ Imparens, *tis*, non parens, non obediens, ungehorſam. Feſt.

¶ Impārentia, *æ*, f. der ungehorſam. Gell. 1, 13 *Culpa imparentiæ ſubeunda*; nempe ſi contra dictum ejus, cujus negotium eſt, facias. Quidam *imparientia* præferunt eadem ſententia: *impatientia* placet Gronovio. v. Parei Lex. Crit. p. 885.

PAREORON, *i*, n. idem quod *Heliotropium*, die ſonnenblume. Apul. de Herb. 49.

PĂRERGON, *i*, n. πάρεργον, operis appendix vel ornatus, ſeu corollarium, quod adjicitur præter neceſſitatem, ein nebenwerck, nebengeſchäffte. Plin. 35, 10 *Adjicit parvulas naves, quas pictores parerga appellant.* Vitruv. 9, 9 *Reliqua parerga.* Agathon:

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκποιούμεθα.

hoc eſt, *rebus ipſis neceſſariis neglectis, aliena plerumque & non neceſſaria curamus.*

PĂRHIPPVS, *i*, m. πάριππος, equus qui juxta ducitur, ein handpferd. Lege 22 Cod. Theod. de Curſu publico.

PĂRHŸPĂTE, *es*, f. παρυπάτη, i. e. ſubprincipalis, phthongi ſpecies Vitruv. 5, 4. v. Bald. Lex. Vitr. p. 80, & ſupra *Hypate.*

Parianus, parium, pariare, pariatio, pariator, Paricida, &c. vide *Par, Pater.*

PĂRIES, *ĕtis*, m. qui inter unam & alteram domum, ſeu conclave, interjacet, eine wand. *Ducere parietem per veſtibulum*, Cic. pro Milon. c. 27, eine wand durchführen. Horat. 1 epiſt. 18, 84

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Cic fam. 4, 14 *Nihil mihi intra parietes meos tutum, nihil inſidiis vacuum video*, in meinem eigenen hauſe, zwiſchen meinen vier pfählen. Id. pro Quintio c. 11 *Intra parietes experiri & diſceptare*, hoc eſt, privatim inter amicos componere. Quint. 1, 2 pr. *Domi ac intra privatos parietes continere ſtudentem*, privatim oder zu hauſe informiren laſſen. Sic, *Una fidelia duos dealbare parietes*, Proverb. vide ſupra *Fidelia.* Item: *Duos linis parietes*, du tragſt auf beyden achſeln, Petron. c. 39 p. 172 Burm. Cicero Top. c. 4 *Omnibus eſt jus, parietem directum ad parietem communem adjungere, vel ſolidum, vel fornicatum &c. Directum* parallelum interpretor & juxta communem illum poſitum *ſolidus* per ſe intelligitur, & quia apponitur *fornicatus*, ſqui minuendi ſumtus & ponderis cauſa interſtinctus fornicibus eſt, das ſchwibbogen hat.

¶ Parietīna, *æ*, f. paries vetuſtus, & conſidens, eine alte verfallene wand. Cic. fam. 13, 1; & Plin. 22, 17 *Auſtericum naſcens in tegulis parietinisque.* Rurſus Cic. fam. 4, 3 *In parietinis reipublicæ.* ¶ 2. Sed adjective *Parietina herba*, quæ mox dicetur *parietaria.* Sic per jocum propter innumeras operum ſuorum inſcriptiones, vocatus eſt Trajanus, apud Ammian. 27, 5, & Aurel. Vict. in Conſtant. Epit. c. 60. Sam. Glonerus Proſodiæ P. 1 p. 68 retulit hanc vocem inter illa, quæ penultimam producunt, ſecutus autoritatem aliorum Lexicographorum. Sed P. 2 p. 505 contendit, analogiam ſuadere, ut penultima corripiatur more adjectivorum in *inus* a rebus inanimatis deſcendentium.

¶ Pārietālis, *e*, zur wand gehörig; ut, *Parietalis herba*, Marc. Emp. c. 13.

¶ Parietāria, *æ*, f. herba, quæ & vitriola, Græcis ἑλξίνη, helxine dicitur, tag und nacht, maurkraut. Naſcitur in parietinis, ſepibus & maceriis. vid. Apul. de Herb. c. 81.

¶ Pārietārius, *i*, m. ſtructor parietis, ein maurer. Iul. Firmic. 8, 24 *Virginis pars XIX in horoſcopo inventa architectos faciet, ſtructores, parietarios, vel marmorarios.* Adjective in Inſcript. apud Fabrettum p. 157 STRVCTOR PARIETARIVS.

Parifico, Parilia, Parilis, parilitas, v. *Par, Pales, Par.*

PĂRIO, *pĕpĕri, partum, parĕre*, fœtum emittere, gebähren, zeugen. *Ovum parit gallina*, legt. Cic. Acad. Qu. 4, 18. *Fruges & reliqua, quæ terra parit*, hervor bringt. Id. de N. D. 1, 2. *Liberos ex ſeſe parit mulier*, Servius Cic. fam. 4, 5. *Parere* etiam viros dici poſſe, Cælius autor eſt apud Nonium 6, 94, et amplius probat Druſius Quæſt. Hebr. 3, 31. ¶ 2. Vſitata valde metaphora latinis auctoribus idem ſignificat, quod acquirere vel comparare, afferre, & creare, erwerben, erlangen, zuwege bringen. *Parere ſibi beneficium*, Ter. Eun. 5, 2, 32. Nep. 21, 2, 3 *Cum virtute tyrannidem ſibi peperiſſet.* *Dignitatem & ſalutem ſuis laboribus parere*, Cic. Catil. 4, 1. Et, *Dolorem parere*, Id. de Finib. 1, 15. *Peperit nobis injuria curas*, Propert. 1, 18, 23. *Gratiam apud aliquem ſibi parere*, Liv. 34, 44, ihm gunſt und freundſchafft machen. *Victoriam parere*, Idem 30, 14. *Parere verba*, id eſt, nova fingere, Cic. de Fin. 3, 1, neue worte erfinden. In qua ſignificatione paſſive etiam legitur. Cic. de Fin. 1, 16 *Voluptates injuriæ pariuntur.* Nepos 15, 5, 4 *Paritur pax bello &c.* Et, *Mihi immortalitas parta eſt*, Ter. Andr. 5, 5, 4. ¶ 3. *Paribo* pro *Pariam* Pomponius apud Nonium 10, 26 *Si prægnans non es, paribis nunquam.* Nimirum quartæ conjugationis hoc verbum veteribus fuit, quod Voſſius docet in Etym. & compoſita *Aperio, Operio &c.* arguunt. Hinc & Ennius ap. Varr. L. L. 4, 10 *Ova parire ſolet genus pennis condecoratum.*

¶ Pariens, *tis*. Ovid. Met. 9, 322 *Parientem juverat*, ſie hatte ihr in der kindesnoth beygeſtanden. Sic *Timidæ parientes*, ibid. v. 283. Et 10, 507

Nec Lucina poteſt parientis voce vocari.
Gramen pariens florens eſt Calpurn. ecl. 2, 32.

¶ Parens, *tis*, cum derivatis vide paullo ante ſeorſum poſitum.

¶ Pāritūra, *æ*, f. pro *puerpera.* Ovid. Met. 5, 304

Lucinam novies, novies paritura vocavit, in kindesnöthen.

conf. ibid. 6, 127; & 8, 593. Et de Anſeribus Pallad. 1, 30 *Paritura*, wenn ſie legen wollen.

¶ Pāriendus, *a, um*, der da ſoll gebohren werden. Auguſtin. Serm. 67 de Tempore: *Virginalem uterum, ſine diſpendio virginitatis, pariendus introivi.* Sub Chriſti perſona loquitur.

¶ Partus, *a, um*, gebohren; ut, *Genus veterino ſemine partum*, Lucr. 5, 863. ¶ 2. Sed active *parta*, quæ peperit, die gebohren hat. Col. 7, 4 *Parta nutrici conſociata.* ¶ 3. *Partus*, erlangt, erworben; ut, *Res partæ honeſte, male*, id eſt, quæſitæ. *Libertas plurimo ſudore & ſanguine majorum parta*, Cic. Agrar. 2, 6. Ter. Phorm. 5, 3, 5 *Etenim nisi patris bene parta indiligenter tutatur. Male parta, male dilabuntur*, Cic. Phil. 2, 27 ex Plauto, cujus eſt in Pœnulo 4, 2, 22 *Male partum, male diſperit*, übel gewonnen, übel zerronnen. Liv. 30, 30 *Simul parta ac ſperata decora unius horæ fortuna evertere poteſt.*

¶ Partus, *ūs*, m. ſubſt. die geburt, geburts-ſtunde. *Partus appropinquat*, Cic. pro Cluent. c. 11. *Poſtremo partu parere*, Idem de Orat. 3 ex poëta, zum letzten mal gebähren. Id. pro S. Roſc. 22 *Etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliat.* ¶ 2. Ipſa item proles. *Partum edere*, Plin. 10, 63, die frucht zur welt bringen. *Partus monſtroſi*, wunder-geburten. Lucan. 1, 562. *Feræ partus ſuos diligunt*, ihre jungen, Cic. de Orat. 2, 40.

¶ Partūra, *æ*, f. genitura, fœtura, die geburt. Varro de R. R. 2, 1 circa fin. *Deme duas res de mulis, admiſſuram & parturam.* Nim. nec admiſſarii muli eſſe poſſunt, neque parere mulæ.

¶ Partītūdo, *ĭnis*, f. idem. Plaut. Aul. 1, 1, 36 *Propinqua partitudo cui appetit.* conf. ibid. a. 2 ſc. 3, 9.

¶ Pāritūdo, *ĭnis*, idem. Solin. c 4 *Si corpuſculum in marem figuratur, melior eſt color gravidis, & pronior paritudo uteri.*

¶ Partio, *ōnis*, idem. Gell. 3, 16 de generatione hominis: *Hippocrates cum tempus ipſius partionis nono aut decimo menſe definiſſet.* Id. 12, 1 *Non partionem ſolum, ſed aliturам quoque feram & ſævum criminatus eſt.* Et Varro R. R. 3, 9 de gallinis: *Hæ ad partiones ſunt aptiores*, beſſere leghühner. Plaut. Truc. 1, 2, 92 *Horreſco, mentio quoties fit partionis.*

¶ Partor, *ōris*, vide in Compositis *Postpartor*.

¶ Partŭālis, *e*, ad partum pertinens, zum gebähren gehörig; ut, *Partualis sanguinis fluxus*, Tertull. adv. Marc. 4 c. 20.

¶ Partŭmējus, *a*, *um*, adject. geschickt zu gebähren, exstat apud Horatium epod. 17, 49 *Tibi hospitale pectus, & puræ manûs Tuusque venter partumejus*. Turneb. Adverſ 30, 2, quem & Lambinus ſecutus eſt, a *partu* & verbo *mejo* conflatum putat Quaſi Canidia tam facile pariat, ut ſine magno nixu, *mejere* potius, quam *parturire* videatur. Alii ſimplex putant & a *partu* quidem deductum nomen, ſed ita tamen, ut *τὸ mejus*, tantum additamentum ſit, & terminatio, quæ per ſe nihil ſignificat; ut in propriis *Paetumejus* apud Paulum ICt. Lege ult. D. de hered. inſtituend. & *Postumejus* in Nicanoris verſibus apud Suet. de Illuſtr. Grammat. c. 5

Savius' Postumejus idem ſed Marcus' docebit.

Quamquam & in appellativis hæc terminatio reperiatur. Ita enim & *hordejus* pro *hordeaceo*; & *triticejus* pro *triticeo* apud Plaut. legitur Caſina 2, 8, 60. Item, *impetejus*, pro eo quem ἴσιον Græci appellant, in Gloſſario Veteri. Sane videntur veteres, ut *Paetumius* & *Postumius*, ſic & *Partumius*; deinde *Partumejus* dixiſſe; uti & *Paetumejus* & *Postumejus* dicebant. *Partumius* autem ſeu *Partumejus venter*, qui concipere partum & edere poteſt: ſive qui partui aptus. Diſſimulandum tamen non eſt, Bentlejum & Cuningamum legere *Paetumejus*.

¶ Parturio, *īre*, e dolore partus laborare, in Kindes-nöthen ſeyn. Ter. Adelph. 3, 4, 42 *Nummam quæſo illa parturit?* ¶ 2. De plantis Virg. ecl. 3, 36 *Nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos*, die bäume ſchlagen aus. ¶ 3. Per metaphoram Cic. pro Muræna c. 39 *Periculum conceptum reſpubl. parturit*. Et Phil. 2 extr. *Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jam diu parturit*, wollte es ſchon lange umgehet. Sic fere Liv. 21, 18 *Quod diu parturit animus vester, aliquando pariat*. Horat. de Art Poet v. 139

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

¶ Parturītio, *ōnis*, f. die gebährung. Auguſt. Confeſſ. 8, 6 *Turbidus parturitione novæ vitæ*. Idem epiſt. 34 *Conceptio & parturitio*.

¶ Partula, *æ*, f. Dea, quæ partum gubernet, die geburtsgöttin. Tertull. de Anima c. 37. Parcæum nomen eſſe videtur. v. ſupra *Parcæ*.

I. Nomina & verba compoſita cum *Pario*, quæ A retinent:

¶ Cunctipărens, Omniparens, Frugiparens & Frugiparus, Luciparens, Oviparus, Viviparus, quære in ipſis nominibus *Cunctus*, *Omnis*, *Frugis*, *Lux*, *Ovum*, *Vivo*.

¶ Adparo, *ēre*, i. e. acquirere, comparare, addere ſibi, προσκλᾶσθαι, zuwege bringen, zubereiten. Lucret. 2, 1108 *Vnde adpareret ſpatium cæli domus*. Sic reſtituit ex vet. lib. Ghanius.

¶ Antepartus, *a*, *um*, vorher erworben. Nævius apud Charif. p. 189 *Anteparta patria peregre prodigere*. Plaut. Trin. 3, 2, 17 *Virtute majorum anteparta prodigere*. Vide mox *Postpartor*.

¶ Expartus, *a*, *um*, i. e. effœtus, nicht mehr trachtig; ut, *Pecudes expartæ*, Varr. R. R. 2, 5. alii legunt *expertæ*.

¶ Poſtpartor, *ōris*, m. ſucceſſor, hæres, ein nachfolaer, erbe. Plaut. Truc. 1, 1, 42 *Anteparta dare poſtpartoribus*, i e. illis, qui poſt noſtra adepti bona poſſident. v. Turnebi Adverſ. 10, 25.

¶ Reparturio, *īre*, wieder gebähren. Alcimus ad Sororem v. 70

Grande bonum, teneris dum virtus creditur annis,
Teque reparturiens melius, quam corporis alvo.

II. Compoſita, quæ A in E mutant:

A *Pario* Priſc. l. 8 & 10 deducit compoſita verba *Aperio*, *Comperio*, *Operio* & *Reperio*; etiam Deponentia *Experior* & *Opperior*, ſingula cum derivatis ſuis; cui magnus quoque Voſſius in Etymol. p. 34 conſentit, ſolo verbo *Experior* excepto, cujus originem in antiquo *Perior* (unde *periculum* ſuperſit) ingenioſe quærit. Cætera tam ratione formæ, quam notionis, mirifice omnia, ut ſolet ſua, illuſtravit, quæ relegiſſe non pœnitebit. Ex Ennio enim, Priſciano & Diomede docet, veteres *Parīre* pro *Parĕre*, dixiſſe, unde compoſita antiquam formam ſecuta ſint quartæ conjugationis. Sunt autem

¶ Aperio, *aperui*, *apertum*, *aperīre*, öffnen, aufmachen, entdecken, ex *ad* & *pario*, quod partu aperiantur in lucem edita, quæ latebant in uteri tenebris. *Aperire fores*, Ter. Adelph. 2, 1, 13. *Aperire viam*, Liv. 6, 2. *Aperire epiſtolam*, erbrechen. Cic. Att. 5, 11 extr. Et, *Dionyſius Corinthi dicitur ludum aperuiſſe*, Id. fam. 9, 18, angefangen. *Aperire caput*, i. e. *nudare*, entblöſen, Cic. Phil. 2, 31. Sed apud Iuvenalem 9, 98 *Feſte aperire caput*, vulnerate eſt. *Aperire ſe*, apud Ter. Andr. 4, 1, 8, ſich bloß geben. *Aperire fores amicitiæ* Cic. fam. 13, 10. *Aperire alicui ſuos ſenſus*, id eſt, manifeſtare, eröfnen, Nepos 10, 8, 2. *Ei, quis ſit, aperit*, er giebt ſich ihm zu erkennen. Idem 2, 8, 6. *Diſpulſa ſole nebula aperuit diem*, Liv 26, 17. ¶ 2. *Aperibo* pro *Aperiam*, Pomponius dixit apud Nonium 10, 15.

¶ Aperiens, *tis*, patefaciens. Cic. Nat. D. 2, 20 *Stella tum deliteſcens, tum rurſum ſe aperiens*, der ſich wieder ſehen läßt. Quint. præf. l. 1 *Latius ſe aperiente materia*.

¶ Ăpertus, *a*, *um*, offen, öffentlich, entdeckt; ut, *Apertus campus*, Virg. Georg. 2, 280, das freye feld. *Aër* vel *æther apertus*, Idem Æn. 1, 587, freye luft. *Caſtra locis apertis poſuit*, Liv. 34, 46. *Homo apertus*, Cic. fam. 1, 9, id eſt, ſimplex, non ſimulator, ein aufrichtiger, offenherziger menſch. *Pectus apertum*, Cic. in Lælio c. 26, ein herz ohne falſch. Quint. 1, 2 ext. *Majora intellectu, velut parum apertos ad percipiendum animos non ſubibunt*. Præceſſit ſimilitudo de vaſculis oris anguſti, quibus inſtillandus magis liquor quam infundendus. Cic. de Invent. 1, 20 *Aperta narratio*, eine deutliche erzehlung. Idem pro Cluent. c. 17 *Quis apertior in judicium adductus eſt?* Et Pallad. 1 c. 5 *campus apertior*. Liv. 32, 21 *Peninſula nulli apertior, usque opportunior, quam navali bello*. Cic. Verr. 4, 20 *Nihil tam clauſum, neque tam reconditum, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promtiſſimumque eſſet* conf. Nonius 3, 5.

¶ Apertum, *i*, n. quod patet. Cic Parad. 6 *In apertum proferre*, ans licht bringen. Liv. 1, 33 *Caſtris in aperto poſitis*, an einem freyen orte. Salluſt. Iug. c. 5 *Pauca ſupra repetam: quo omnia illuſtria magis, magisque in aperto ſint*, deſtomehr offenbar. Tacito tamen, imitatori Salluſtianæ dictionis, *in aperto*, dicitur, quod facile eſt, leicht; ut, Hiſt. 3, 56, 5 *Cum feſſos hieme atque inopia hoſtes aggredi in aperto foret*. Id. Agric. c. 1, 2 *Apud priores agere memoratu digna prorum, magisque in aperto erat*. Et c. 33, 7 *Vota virtusque in aperto*.

¶ Aperta, *æ*, m. Apollinis cognomen, *quia patente* ſeu aperta *cortina reſponſa ab eo dentur*, Feſt. Et Pacuv. *Apertai fatur dictio*. vid. Dacer.

¶ Aperte, adverb. öffentlich, offenherzig. Ter. Heaut. 4, 3, 24 *Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrato*. Horat. ſat. 1, 2, 83 *Aperte oſtendere*. Cic. de Amic. c. 18 *Aperte vel odiſſe alium, magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam*. Id. pro Roſc. Com. c. 15 *planius atque apertius dicam*. Et Att. 16, 3 *Ad Balbum ſcribam apertius*. Id. Verr. 2, 64 extr. *Vt poſſet multas iſtius & varias injurias quam apertiſſime planiſſimeque explicare*. conf. de Aruſp. Reſp. c. 26.

¶ Ăpertio, *ōnis*, f. die öffnung, aufthuung. Pallad. 1, 6 *In vite ante apertionem floris & gemmæ*. Varr. R. R. 1, 63 *Cum periculo introitur recenti apertione*. Apul. Met. 11 p. 266 *Templi matutinæ apertiones*.

¶ Apertūra, *æ*, f. idem. Vitruv. 4, 6 *Ipſaque forium ornamenta non ſunt ceroſtrata neque bifora; ſed valvata & aperturas habent in exteriores partes*, ſie gehen auswärts auf.

¶ Apertor, *ōris*, m. der da öffnet, it. ein anweiſer. Tertull. f. Cyprian. 2 adv. Marc. in Carm. *Baptiſmi primus apertor*.

¶ Apertorium, *i*, n. die öfnung. Conſt. Afer 4, 17 *Apertorium intus & extra habere*.

¶ Aperībĭlis, f. Apertībĭlis, *e*. Cæl. Aurel. Acut. 3, 3 *Acre ſive immodice aperibile*. Id. 3, 4 *Superunctiones tenuabiles & apertibiles*.

¶ Aperītīvus, f. Apertīvus, *a*, *um*, idem. Conſt. Afer 5, 3 *Res oppilationum aperitiva*. Et Cæl. Aurel. Acut. 3, 4 *Vnguenta provocativa & apertiva, quæ ἀναστομωτικὰ appellant*.

¶ Aperto, *are*, frequent. aufthun. Plaut. Menæch. 5, 5, 12 *Quæſo cur apertas brachium?* Et Arnob. lib. 2 *Portas immortalitatis aperiare*.

¶ Apertulārius, *i*, m. Iſidoro *effractor*: ſive, *qui operta aperit*, der da öfnet. Vet. Gloſſ. *Apertularius*, ὑποπανουργος.

¶ Adăperio, *īre*, idem quod aperire, entblöſen, eröfnen; ut, *Adaperire caput*, Seneca dixit ep iſt. 64 extrema. Hinc

¶ Adapertus, *a*, *um*, aufgethan. Liv. 25, 30 *Ex improviſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ*, das offenſtehende thor. *Adapertæ vites*, Colum. 5, 5, weinſtöcke, ſo ungedeckt liegen. *Adaperta ſella*, i. e. ex parte aperta, Suet. Aug. c. 53, ut ibi Beroaldus legendum cenſet, probante Calaubono, quem vide. Ovid. Amor. 3, 732 *Ianua per noſtras ejt adaperta manus*.

¶ Adapertio, *ōnis*, f. die entdeckung. Auguſtinus Octogintario quæſt. 61 *Legis adapertione & diſputatione*.

¶ Ad. pertĭlis, *e*, das ſich öfnen läſt. Ovid. Triſt. 3, 11, 45 *Adſpicis a dextra tatus hoc adapertile tauri*.

¶ Circumaperio, *ire*, ringsherum öfnen. Celſ. 6, 19 *Vbi ſcabri ungues ſunt, circumaperiri debent*.

¶ Inăpertus, *a*, *um*, contrarium τῷ *apertus*, verſchloſſen. Silius 7, 26 *Fraudique inaperta ſenectus*, i. e. non patens.

¶ Interaperio, *īre*, von einander thun. Gloſſ. gr. lat. διανοίγω, *Interaperio*.

¶ Semiapertus, *a*, *um*, halb offen. Liv. 26, 39 *Semiapertis portarum foribus*.

¶ Semadapertus, *a*, *um*, idem. Ovid. Amor. 1, 6, 4

Aditu fac janua parvo
Obliquum capiat ſemadaperta latus.

¶ Subaperio, *īre*, etwas öfnen. Arnob. l. 2 p. 84 *Quid nivem in plumeas ſubaperiat cruſtulas*. Adde Apicium 8, 7.

¶ Compĕrio, *compĕri*, *compertum*, *comperire*, erfinden, erfahren; ut, *Comperire ex aliquo*, Ter. Heaut. 1, 1, 69. Et, *Comperire per exploratores*, Cæſ. B. G. 4, 19. Certius aliquid ſignificat, quam quod ex rumore eſt. Cic. fam. 5, 5 *Ex multis audivi: nam comperiſſe me non audeo dicere*. v. omnino Caſaub. ad Cic. Att. 1, 14 p. 91.

¶ Compĕrior, *īri*, depon. idem quod *Comperire*, apud Salluſt. Iug. c. 45 pr. *Sapientem virum fuiſſe comperior*. Idem c. 108 *Sed ego comperior*.

¶ Compertus, *a*, *um*, erkundiget, elegantes quoque formulas parit. *Compertum habere de re aliqua*, Cic. pro Cluent. c. 45, der ſachen kundig ſeyn. ¶ 2. Sed, *Compertus ſtupri*, Liv. 22, 57; *probri*, Id. 7, 4; *ſacrilegii*, Id. 32, 1; *flagitii*, Tac. An. 1, 3, 6; *noxæ*, Apul. Af. aur. 10 p. 242; vim habet verbi accuſandi, überzeuget, quod & dicitur *Compertus in ſtupro*, Suet. Tib. c. 25. Abſolute etiam Tacitus Ann. 2, 12, 4 *Comperta nuntiare*, gewiſſe dinge. Idem An. 1, 66, 2 *Cæcina comperto, vanam eſſe formidinem*, nachdem man erfahren, auf die nachricht. Sic Liv. 33, 5 *Nondum comperto*, i. e. re nondum comperta.

¶ Comperte, adverb. vor gewiß. Gellius 1, 22 *Exquiſite & comperte Iulius Paulus dicebat*. Et comparative Idem 1, 11 *Qui hoc compertius memoriæ tradiderunt*.

¶ Incompertus, *a*, *um*, unbewuſt, unerfahren. Liv. 4, 23 *Inter cetera vetuſtate incomperta, hoc quoque in incerto poſitum*. Et 9, 26 *Incompertum dicere*. Virg. in Ætna v. 141 *Incomperta via eſt*. Prudent. adv. Symm. 2, 363

Adſciſcendo deos majoribus incompertos.

¶ Expĕrior, *īri*, deponens, quod quidam huc referunt, vide cum derivatis ſuis infra ſub antiquo *Perior*.

¶ Ŏpĕ-

¶ ŏpĕrio, *ui, tum, īre*, significat claudere, tegere; ut, *Ostium operire*, zuſchlieſſen. Ter. Phorm. 5, 3, 33. *Caput operire*, bedecken, Horat. 2 ſat. 3, 37. *Languore oculos ſupor operit*, Catull. 64, 37. *Nox operit terras*, Virg. Æn. 4, 352. ¶ 2. *Operibo caput* pro *Operiam*, Pomponius dixit apud Nonium 10, 25.

¶ ŏpertus, *a, um*, bedeckt, verborgen, heimlich; ut, *Patefactio rerum opertarum*, Cic. de Fin. 2, 2. *Pectus operta comis Pallas*, Propert. 2, 2, 6.

¶ Opertum, *i*, n. ſubſt. die heimlichkeit. Cic. Paradox. 4 *Opertum Bonæ Deæ accedere.* Horat. 1 epiſt. 5, 16

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.

Prudentius Periſt. 11, 169 de ſepulcro: *Corpus mandatur opertis.* Val. Flacc. 2, 440 *Sacra operta* dixit pro myſteriis ſacris. Adde Barth. Adverſ. 40 c. 13 extr.

¶ Opertus, *us*, m. ſubſt. die bedeckung. Apul. Apol. p. 310 *Non modo indutui & amictui, ſed opertui quoque in rebus ſacris uſurpatur.*

¶ Opertūra, *æ*, f. idem. Ammianus 20, 7 *Petitus baliſtarum ictibus & ſagittarum denſitate, opertura armorum abſceſſit innoxius.*

¶ Operte, adverb. verdeckter weiſe. Gellius 4, 11 *Operte & ſymbolice*, i. e. recte.

¶ ŏpertāneus, *a, um*, verborgen, heimlich; ut, *Opertanea ſacra*, quæ in operto, non ſub dio fiebant, Plin. 10, 56. ¶ 2. *Opertaneos* inter Deos refert Mart. Capella lib. 1 p. 16.

¶ Operto, *are*, frequent. wohl zudecken. Lucilius apud Feſtum: *Sagus quem pinguis opertat.*

¶ Operimentum, *i*, n. ein deckel, eine decke, ſtürze. Cato de R. R. c. 10 extr. *Velat operimento lateris.* Prudentius Pſych. v. 463 contraxit metri lege in *opermentum.* Pro eo

¶ Opertōrium, *i*, n. idem. Sen. epiſt. 87 pr. *Ex penula opertorium facere.* Sidon. 3 epiſt. 12 de ſepulcro uſus eſt. Gloſſ. gr. lat. ἐπιβόλαιον, *amictorium, opertorium.*

¶ Operculum, *i*, n. idem. Cato c. 10 *aheni operculum.* Plin. 8, 39 *Adhærente operculo ejusdem teſtæ.* Proverb. *Dignum patella operculum*, auf einen ſolchen topf gehört eine ſolche ſtürze. Hinc

¶ Operculo, *are*, operculis claudere, munire, zudecken, verſpinden. Colum. 12, 30 *Ab eo die, quo primum dolia operculaveris.* Et eodem lib c. 15 *Vaſa operculare & oblinere convenit.*

¶ Operculatus, *a, um*, zugedeckt; ut, *Operculati favi*, Colum. 11, 2.

¶ Opperior, (male *Operior*,) quære etiam infra ſub antiquo *Perior.*

¶ Adoperio, *īre*, idem quod *Operire*, bedecken. Hinc

¶ Adŏpertus, *a, um*, bedeckt, zugedeckt; ut, *Hiems adoperta gelu*, Ov. Faſt. 3, 235. *Capite adoperto*, Liv. 1, 26 extr. & Epit. 89, mit verhülletem haupt. Tibull. 1, 1, 84 *Tenebris mors adoperta caput.*

¶ Adoperte, adv. idem. Mart. Capella lib. 8 p. 303 *Lachesis adoperte dementiat.*

¶ Semiadŏpertŭlus, *a, um*, halb zugeſchloſſen. Apulej. Metam. 3 *Semiadopertuli oculi.*

¶ Circumoperio, *ire*, umher bedecken. Cato R. R. c. 76 *Pruna inſuper, & circumaperito.*

¶ Coŏperio, *īre*, zudecken. Liv. 4, 50 *Ut tribunus militum ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur.* Vſus eadem phraſi Cic. Verr. 1, 46.

¶ Coopertus, *a, um*, zugedeckt, angefüllt; ut, *Miſeriis coopertus*, id eſt, *miſer*, Salluſt. Iug. c. 14. Sic, *Nefariis ſceleribus coopertus*, i. e. ſceleſtus, Cic. Verr. 1, 4. *Famoſis coopertus verſibus*, Horat. 2 ſat. 1, 68.

¶ Cooperculum, *i*, n. idem quod *Operculum*, ein deckel, ſtürze. Apulej Met. 6 p. 244 *Somnus cooperculo revelatus invadit eam.* Adde Plin. 14, 21; & 23, 6, Pallad 7, 7.

¶ Coŏperimentum, *i*, n die decke, der umſchlag. Gabius Baſſus apud Gellium 5, 7 *Os cooperimento perſonæ tectum*, verlarvet. Et Auguſtin. de Geneſi adv. Manich. 2, 16 *Cooperimenta mendacii.*

¶ Coopertōrium, *i*, n. idem. Vegetius de Re Veterin. 3, 77 *Callidis coopertoriis involutus.* Ita L. 38 § 1 ff. de aur. arg. leg. *Coopertoria vel copertoria Tabiana* ſunt ſtragula ex Tabia Paphlagoniæ civitate advecta. Vulgus Italicum hodieque copertoria appellare ſcribit Panciroll. Var. Lect. 2, 100, quem laudat Bynckerh. obſ. 4, 24.

¶ Diſcooperio, *ire*, aufdecken, entblöſen. Hieron. epiſt. 128; & Vulg. Interpr. Levit. 18, 7 &c. Sic Ezech. 22, 10 *Verecundiora diſcoopernerunt.*

¶ Diſcooperiens, *tis.* Vulg. 2 Sam. 6, 20 *Rex diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum.*

¶ Diſcoopertus, *a, um*, aufgedeckt, entblöſt. Vulg. Ruth. 3, 7 *Diſcoopertum pedibus ejus pallio.* Et Iſ. 20, 4 *Diſcoopertis natibus.*

¶ Percooperio, *ire*, ganz und gar bedecken. Octav. Horat. 4 *Omnia loca percooperire.*

¶ Deŏperio, *īre*, pro aperire, entdecken, öffnen. Ambroſius dixit c. 1 de Iſaac & anima, (Tom. 4 f. 213.) Sic & Celſus 8, 4 *Os deoperire.*

¶ Inopertus, *a, um*, bloß, aufgedeckt; ut, *Capite inoperto*, Sen. Vit. Beat. c. 13, mit unbedecktem haupt. Id. de Otio Sap. c. 30 *Inoperta ac confeſſa veritas.* Prudent. Cathem. 3, 117 *Poſt epulas inoperta vident Corpora.*

¶ Reperio, *pĕri, pertum, īre*, invenire, finden, befinden. Sed inter *reperire* & *invenire* ita diſtinguunt Grammatici, ut *inveniantur quæſita; reperiantur oblata forte.* Quod attendendum non eſt. Nam aliter ſæpius iis verbis uſi autores. Nam & *reperire*, ex inquiſitione cognoſcere eſt, ut infra docebimus. Nec juvat illud Ovidii Met. 1, 654 *Tu non inventa reperta es.* Nam *non inventa, non invenibilis* eſt, ut recte Turnebus interpretatur. Quaſi diceret: Quam ego nunquam invenire poſſe credidi, ea nunc reperta mihi eſt. conf. & Heinſius ad h. l. Itaque indifferenter *reperiri* dicuntur, tum quæ ſe forte offerunt; tum quæ in quæſtione nobis fuerunt ¶ 2. Pro *cognoſcere* per metaphoram. Plaut. Capt. 3, 4, 93 *Hoc ſi ſecus reperies, nullam ea ſſam dico, quin mihi & parentum & libertatis apud te deliquio ſiet*, wo du es anders erfahren wirſt ꝛc. Sæpe ita Cæſar; ut de B. Gall. 2, 4 *Cum ab his quæreret, quæ civitates, quantisque in armis eſſent, & quid in bello poſſent, ſic reperiebat, &c.* Et 6, 9 *Cognita Cæſar cauſſa, reperit ab Suevis auxilia miſſa.* Pari modo & verbo *invenire* Plautus eſt uſus, de quo ſuo loco. ¶ 3. Sic *Reperire* aliquando & excogitare eſt, fingere, comminiſci, erſinnen, erdenken. Ter. Heaut. 3, 2, 22 *Aliquid reperiret, fingeret fallacias:* & 3, 3, 35 *Reperiſti tibi quod placeat.* Nepos 2, 1, 5 *Celeriter quæ opus erant, reperiebat.* Lamprid. Heliog. c. 11 *Ferunt multi, ab ipſo primum repertum, ut in vindemiarum feſtivo multa in dominos jocularia & audientibus dominis dicerentur.* Hinc de poëtis hoc verbo uſus eſt Plautus Capt. extr. v. 5 *Hujusmodi paucas poëtæ reperere comœdias.* Phædrus præfat. v. 1

Æſopus auctor quam materiam reperit,
Hancce ego polivi verſibus ſenariis.

¶ 4. *Reperibit* pro *Reperiet*; & *Reperibitur* pro *reperietur*, ex Pomponio, Plauto & Cæcilio adducit Nonius 10, 29.

¶ Reperiens, *tis.* Cic. Acad. 2, 6 *Zeno nihil novi reperiens, ſed emendans ſuperiores.*

¶ Reperīto, *are*, frequent. idem quod *Reperire.* Varro R. R. 1, 1 *Indicabo a quibus ſcriptoribus reperites*; al. *reperias.*

¶ Repertus, *a, um*, erfunden, angetroffen, angeſchafft. Sulpit. Apoll. in Ter. Eun. Arg. v. 11 *Civis repertus frater ejus.* Virg. Æn. 6, 610 *Divitiis incumbere repertis.* Ovid. Met. 1, 688 *Fiſtula reperta.* Lucret. 3, 420 *Dulci reperta labore carmina.* Superl. Apul. Apol. p. 309 *Per me licet fuerit repertiſſimum.* ¶ 2. Abſolute *Reperta* inventa ſunt. Lucret. 1, 732 *Præclara reperta*, ſtattliche erfindungen. Sic *divina reperta* apud eumd. princ. lib. 5 leges.

¶ Repertītius, *a, um*, idem quod *repertus.* Salluſt. Declam. in Cic. c. 1 *Repertitius, aſcitus, & paullo ante inſitus huic urbi civis.*

¶ Repertus, *us*, m. ſubſt. die findung. Apul. Met. 11 p. 257 *Ceres repertu lætata filiæ.* Id. Florid. p. 341 *Ars iſta repertu novo orieba-tur.*

¶ Repertor, *ōris*, m. inventor, auctor, εὑρετής, ein erfinder, ſchöpfer. Virg. Æn. 10, 829 *Olli ſubridens hominum rerumque repertor.* Quemadmodum & *orbis repertorem* Prudentius Deum appellat Hymn. 4 Cathem. v. 9. *Repertores doctrinarum* Lucretius dixit 3, 1050. Vet. Gloſſ. εὑρετής, *Inventor, Repertor*, conf. Plin. 2, 12.

¶ Repertrix, *īcis*, f. eine erfinderin. Apul. Apolog. p. 285 *Paupertas omnium artium repertrix.*

¶ Repertōrium, *i*, n. vulgo *Inventarium* dicitur, ein regiſter. Vlpian. Lege 7 § 1 de adminiſtrat. & peric. tutor.

¶ Irrepertus, *a, um*, non repertus, unerfunden. Horat. 3 oda 3, 49 *Aurum irrepertum* dixit, quod nondum effoſſum eſt ex latebris terræ.

PĀRIS, *ĭdis*, m. Πάρις, Priami filius, poſt matris Hecubæ ſomnium, quaſi facem Trojam adurentem pareret, a paſtoribus exponi juſſus, (de quo Apollodorus lib. 3 Biblioth.) in Ida monte tamen ſervatus & educatus. *Alexandri* cognomen habuit ab opitulatione, h. e. ab ἀλέξω, auxilior, & ἀνήρ, *vir*, ut Ovidius expreſſit in 16 epiſtola ipſius ad Helenam v. 357

Pæne puer cæſis abductа armenta recepi
Hoſtibus, & cauſſam nominis inde tuli.

Helenam Menelao rapuit, atque eo ipſo facto, fax revera & incendium patriæ fuit, de qua re diverſæ apud auctores, Herodotum maxime, opiniones leguntur, quas hic conſulto præterimus. Vide Servium ad illud Virg. Æn. 10, 91 *& fœdera ſolvere furto:* & Vineti not. Auſon. p. 220. ¶ 2. Cicero vel potius auctor declamationis ad Octavium, quæ epiſtolis ad Brutum ſubjicitur, id nomen non ſine gratia tranſtulit: *Ego vemp. fefelli, cum te Iunonium puerum & matris tuæ partum aureum eſſe dixi. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vaſtares urbem incendio, Italiam bello, &c.* ¶ 3. Fuit & Pantominus Domitiani hoc nomine, cujus mentio apud Suet. c. 3 & 10. Sæpe & illum perſtringit Iuvenalis, v. g. ſat. 6, 88 *Ludos Paridemque reliquit.*

¶ Dyſparis, δύσπαρις, non Homero tantum vocatur Paris, quaſi tu infelicem Paridem dicas: ſed minime contemnenda eſt lectio Ovid. Her. 13, 43 *Dyſpari Priamide*, ubi nunc *Dux Pari.* vid. Comm. in edit. Burm.

PĀRĪSII, *orum*, m. pl. Παρίσιοι, Galliæ Lugdunenſis populi, quorum urbs tenuis quondam, ſedes deinde regum ac hodie frequens, & populoſa adeo eſt, ut cum maximis Europæ urbibus certet; Paris. vide *Lutetia.* Ammian. 15, 11 *Circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, Lutetia nomine.*

¶ Pariſius, *a, um*, adject. Pariſiſch. Ammian. 20, 4 *Pariſii homines.*

¶ Pārĭſĭcus, *a, um*, idem. Venantius Fortun. lib. 4 de Vita Martini: *Inde Pariſiacum placide properabis ad arcem.* Murat. Inſcr. p. 1066 *Pariſiaci nautæ.*

PARĬSON, *i*, n. πάρισον, *prope æquatum*, eſt figura conſtans ſimilibus verbis; ut, *Non verbis, ſed armis.* v. Mart. Capell. 5 p. 174.

Paritas, pariter, Parito, Paritudo, Parius, vide *Par, Paro, Pareo, ĕre, Paros.*

PARIX, *ĭcis*, f. avis, die meiſe. Theod. Priſc. de Diæta c. 7. Dicitur etiam *Parus*, quod vide ſuo loco.

PARIVM, *i*, Helleſponti oppidum, de quo Plin. 5, 32 f. 40 *Parium colonia, quam Homerus Adraſtiam appellavit.* Hinc

¶ *Parianus colias*, Plin. 32, 11 f. 53 ex piſcium genere, qui lacerti etiam vocantur.

PARMA, *æ*, f. ſcutum breve peditum juxta ac equitum, pelta tamen majus, ein kleiner runder ſchild. Nepos 11, 1, 4 *Iphicrates peltam pro parma fecit.* Liv. 38, 21 *Parma tripedalis.* Vide Manut. Quæſtis per Epiſt. part. 3 epiſt. 6, & Lipſ. Milit. Rom. 3, 1 & 2. ¶ 2. *Parma*, urbs Italiæ, inter Placentiam & Cremonam, patria Macrobii, cujus lana olim in pretio fuit. vid. Martial. 5 epigr. 13 & 14 epigr. 155. Vnde

¶ Parmenſis, *e*, adject. ut, *Caſſius Parmenſis* ſic dictus a patria, Horat. 1 epiſt. 4, 3. Sic & *Parmenſes* oppidani apud Plinium, Martialem, Ciceronem; & apud Varronem de L. L. 7, 31 *Parmani.*

¶ Parmula, *æ*, f. diminut. Horat. 2 od. 7, 10, Frontinus Strateg. 4, 7, 29, & Feſtus.

¶ Parmulārius, *i*, m. ſcutorum faber, ein ſchildmacher; uti interpretan-

pretantum nonnulli apud Quintil 2, 11 *Alius* (rhetoricæ artis magister) *per contumeliam Theodoreus an Apollodoreus* (duæ rhetorum sectæ erant, de quibus idem Fabius 3, 1) *esset? ego, inquit, parmularius sum.* Sed Burmannus & quidem verius putat, altera significatione accipi. Nimirum ¶ 2. *Parmularii* etiam dicti, qui Threcibus, (gladiatorum factio erat,) faverent, quorum armatura parma erat, ut docet Lipsius Saturn. 2, 8. Ita accipienda hæc vox in Domitiani dicto apud Suet. ejus vita c. 10. Lipsius eodem lib. 2 c. 24.

¶ Parmatus, *a, um*, mit einem schild versehen. Liv. 4, 38 *Parmata cohors*, ubi vulgo: *armata*. Ibid. 39 princ. *Parmatis locum dare.*

PARMĔNĪDES, *is*, m. Eleates philosophus, cujus nomine Plato scripsit Dialogum. Hic primus terram rotundam, & Deum coronæ similem dixit. v. Suid. & Cic. de N. D. 1, 11; & Acad. 4, 5 & 23 &c.

PARMĔNIO, *ōnis*, m purpuratorum Alexandri M. fidissimus, tandem jussu ejus occisus. vid. Curt. 3, 6; & 7, 1 &c.

Parmula, parmularius, Parnacis, vide *Parma, Arnacis.*

PARNĀSUS, vel Parnassus, *i*, m. Παρνασσός, mons Phocidis, Musis sacer, in quo fons Castalius & Apollinis fuit templum. Gemino jugo erat, quorum alterum Helicon appellatum, Phœbe sive Apollini: alterum Cytheron dictum, Baccho sacrum erat; qui poëtarum Dii. Hinc biceps Parnassus apud Persium sat. 1, 2. v. Servium in Virg. 7 Æn. Hic mons & creditus fuit in mundi medio situs. Lucanus 5, 71

Hesperio tantum, quantum semotus Eoo
Cardine, Parnassus gemino petit æthera colle,
Mons Phœbo Bromioque sacer.

De orthographia hujus nominis vid. Drakenb. ad Sil. 15, 311.

¶ Parnāsius & Parnassius, *a, um*, adject. ut, *Parnassia rupes*, Virg. eclog. 6, 29. Et, *Parnassia laurus*, Id. Georg. 2, 18.

¶ Parnasēus, *a, um*, idem. Avienus Phænom. Arati v. 620
Vt Parnassëo munus memorabile Phœbo.

PARNOETES, *æ*, m. cognomen Callistrati, Athenienſium principis, qui instituit, ut in judiciis & concionibus nummuli distribuerentur; unde in illos, qui novum excogitant præmium, quo illectent, proverbium: Ὄβολον ἔυρε Παρνοίτης, i. e. *reperit obulum Parnætes.* v. Chiliad.

PARO, *avi, atum, are*, instituere, adornare, moliri, bereiten, zurüſten, ſchaffen, anſchaffen. Ter. Prolog. Phorm. v. 3 *Maledictis deterrere, ne scribat, parat*, er gehet damit um, er unterſtehet ſich, ꝛc. *Inanimum instituere aut parare*, Idem Adelph. 1, 1. *Parare copias, bellum, prandium, cœnam*, nota ſunt & obvia. Liv. 21, 60 *Societas parata armorum est. Abi, præcurre, ut sint domi parata*, Ter. Eun. 3, 2, 46, daß alles zu haus beſtellet und fertig ſey. *Parare fugam*, Id. Phorm 1, 4, 14. Id. Eun. 2, 2, 9 *Itane parasti te, ut spes nulla reliqua in te sit tibi?* haſt du dich ſo ſchlecht verſehen? Et v. 18 *Hisce ego non paro me ut rideant, sed iis ultro arrideo.* conf. Burm. ad Calpurn. Flacci decl. 25 p. 823. Et, *Parare se ad discendum*, Cic. in Orat. c. 35. *Parare divitias, amicos*, eſt acquirere, vel comparare, güter erwerben, freunde machen. *Amicos res opimæ parant, tristes probant*: Publ. ¶ 2. Per ellipſin abſolute Virg. Æn. 2, 120
Obstupuere animi, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo:

PARENT, ſubaudi mortem. ¶ 3. Non raro ad emtionem transfertur; & *parare* idem eſt, quod ære numerato acquirere, kauffen. Catull. 10, 20 *Non possem oculo homines parare rectos*, ubi vid. Muretus: qui in Terentii tamen loco falſus eſt, ut Scaliger notat. Ter. Eun. 3, 2, 34 de ſervo: *Nemo posset, sat scio, Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti* ¶ 4. *Parare* idem eſt quod *comparare*, ubi de Coſſ vel aliis magiſtratibus ſermo eſt, de quo in *paro* ex *par* n. 2. ¶ 5. *Parare* & *petere* ſæpe miſcent librarii. v. Burm. ad Calp. Flacc. decl. 25 p. 823.

¶ Parans, *tis*. Virg. Æn. 4, 390 *Multa parans dicere.* Ibid. 11, 549 *Ille innare parans.* Stat. Silv. 5, 2 *Animi infanda parantes.*

¶ Părātus, *a, um*, paratior, paratiſſimus, fertig, bereit. Cic. pro Quint. c. 11 *Cum paratus meditatusque veniss't.* Id. in Piſon. c. 9 *Se advocato aut adstipulatore paratiorem fore putabat.* Id. de Fin. 2, 23 *Consulatus tibi paratissimus est*, es ſtan dir nicht entgegen. Sic, *Paratiores ad pericula subeunda*, Cæſ. B. Gall. 1, 5. Et, *Naves paratissimæ, atque omni genere armorum ornatissimæ*, ibid. 3, 14. *Paratum animo esse*, id eſt, præſenti animo eſſe, von guter reſolution, Id. de B. C. 3, 85. Sic Cic. pro Mil. c. 9 *Homo ad omne facinus paratissimus*, id eſt, audax ac promtus: & *Paratus sceleribus*, Tac. An. 12, 47, 7, id eſt, ad ſcelera. Sic, *Parata incestio.* Id. An 14, 2, 1. *Paratus litteris*, id eſt, inſtructus. Auſon. Profeſſ. Burdegal. epigr. 3, 13. Sic, *Paratus exercitu, omni re*: &, *ab exercitu, ab omni re*, mit allem verſehen, Planc. & Cæl. Cic. fam. 8, 10; & 9, 8. ¶ 2. Apud Ter. Andr. 5, 4, 6 *paratus*, ſubornatus eſt & dolo compoſitus, ut Donatus interpretatur. Sic *paratum & meditatum* Cicero conjunxit pro Quintio c. 11, der darauf abgerichtet und ausgelernet hat. *Paratus*, qui mendacia, dolos & fraudes in parato & promtu habet. conf. *Parate* n. 2. ¶ 3. *Paratum* dicitur etiam, quod in promtu atque ad manum & velut obvium eſt, & ſine negotio acquiri, ſumi, invadi poteſt; e. g. *Philosophi habent paratam, quid de quaque re dicant*, ſie haben es in bereitſchaft. Cic. de Orat. 2, 36. Sic, *Obvius & paratus humor*, Plin. 2 epiſt. 17. Et, *Paratus fructus*, ibid. 2, 10. Et, *Parata oblivio mortuorum*, 6 ep. 10. Et, *Parati honores*, quos facile conſequi liceat, 7 epiſt. 24. Petron. c. 15 *Nolo, quod cupio, statim tenere, Nec victoria mi placet parata*: i. e. quæ venit ex facili, & nullo labore atque diſcrimine conſtat. Reſtituenda forte vox *Paratus* etiam Plinio Secundo 3 epiſt. 5 *Erat sane somni paratissimi nonnunquam etiam inter studia instantis.* Male vulgo: *erat sane somni parcissimi.* Amat Plinius hanc vocem. In Paneg. c. 88 *Paratum id quidem & in medio positum.* Conf. quæ jam adducta ſunt loca 2 epiſt. 7 & 10, & 6 epiſt. 10. ¶ 4. *Paratum*, ſubſtantive dixit Terent. Eun. 3, 4, 4 *Parati nihil est*, es iſt nichts beſtellt, zugerichtet. *Et prata antiqui parata dixere*, ait Plinius 18, 5.

¶ Parate, adverb. fertig, geſchickt. Plaut. Rud. 1, 3, 9 *Id parate curavi, ut caverem.* Cic. in Bruto c. 68 *Ad dicendum veniebat audacter magis quam parate.* Sen. Vit. beat. c. 8 *Quicquid aget, in bonum exibit facile & parate, & sine torgiversatione agentis.* Cic. de Orat. 1, 23 *Sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere.* Et Phil. 2, 32 *Invectus est in illum paratius Dolabella, quam nunc ego.* Plin. 3 epiſt. 9 *Paratissime respondere.* ¶ 2. *Parate* apud Plaut. Epid. 3, 2, 38 eſt callide, docte, ut nunquam hæſitet, nunquam impingat, quo minus fallat. Male id Acidalius in *perite* ivit mutarum.

¶ Părātus, *us*, m. ſubſt. pro apparatu, der vorrath, die anſtalt, zubereitung; ut, *Copiosus verborum paratus*, Quintil. 10, 1. Liv. 10, 41 *In oculis erat omnis ille occulti paratus sacri. Funebris paratus*, Tac. An. 13, 17, 1. Stat Achill. 1, 97 *Alios iterum commenta paratus.* Tac Hiſt. 2, 59, 3 *Ipse* (Vitellius) *Arare flumine devehitur, nullo principali paratu*, ohne Fürſtl. aufzug und pracht. Id. 2, 81, 6 *Tantum simul peditum equitumque, & æmulantium inter se regum paratus, speciem fortunæ principalis effecerant.* Val. Flacc. 2, 652 *Stant gemmis auroque tori mensæque paratu Regifico.* Et ante hos omnes Ovid. Heroid. 16, 191 *Decet Hanc faciem largis sine fine paratibus uti.* Et Lucan. 4, 374 *Luxuries nunquam parvo contenta parato.*

¶ Părātio, *ōnis*, f. idem. Salluſt. Iug. c. 31 *Fuerit sane regni paratio, plebi jura sua restituere.* Ita MSS. libri: Vulgo *reparatio.* Afran. apud Nonium 3, 173 *Silentio opus est, nulla inest paratio.* Adde Vlpian. Dig. lib. 30 t. 1 l. 39 § 7.

¶ Parātūra, *æ*, f. Tertullianus formavit pro *paratu, apparatu*; ut, *Paratura materiarum*, de Pallio c. 3; & *Spectaculorum*, de ſpectac. c. 4.

¶ Părābĭlis, *e*, leicht zu bekommen; ut, *Parabilis cultus corporis*, Curt. 3, 5, 2. *Parabili victu*, Id. 6, 2, 3. *Natura divitias, quibus contenta sit, parabiles habet*, Cic. Fin. 1, 13. *Parabile est, quod natura desiderat, & expositum*, Sen. epiſt. 4. *Res non magno parabiles*, wohlfeile dinge, Id. ep. 5.

¶ Pararius, *i*, m. ein unterhändler, mäckler. Vtitur hoc nomine Seneca pro conciliatore de Benef. 2, 23 *Quidam volunt nomina sic fieri, nec interponi pararios, &c.* Dubium, ſitne a *Par*, quia inter duos eſt medius: vel a *Parare*, quia utrimque præparat & conjungit animos. v. Voſſ. Etym. p. 370. ¶ 2. Adjective Feſtus: *Pararium æs appellabatur, id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur*; ſcil. a paribus equis. Qui enim geminis utebantur, *pararii* dicti ſunt.

¶ Paratūrius, *a, um*, facilis paratu, ſeu parabilis, wohlfeil; ut, *Phaseoli paratarii*, Apic. 8, 6 pr. Humelbergius intelligit, qui umbræ conciliandæ ſint parati.

¶ Parīto, *āre*, frequent. trachten. Plaut. Merc. 3, 4, 64 *Quo nunc ire paritas?* Id. Pſeud. 1, 5, 71 *Minas per doctos dolos paritas ut auferas a me.*

Compoſita:

¶ Anteparo, *avi, atum are*, vorbereiten. Propert. 1, 8, 36
Et quas Elis opes antepararet Equis.

¶ Appăro, *avi, atum, are*, ſich geſchickt machen, zurüſten, anrichten, zubereiten; ut, *Apparare bellum*, Nepos 7, 3, 2. *Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius*, Publ. Sic etiam ἐλλειπτικῶς: *Cum in apparando* (ſcil. bello) *acerrime esset occupatus*, Nepos 23, 7, 1. *Apparare ludos*, Cic. ad Q. frat. 3, 8 extr. *Iter apparare*, ſich zur reiſe anſchicken, Id. pro Mil. c. 10. *Apparare nuptias*, Terent. Andr. 4, 1, 32, anſtalt zur hochzeit machen.

¶ Appărātus, *a, um*, adornatus, zubereitet; ut, *Apparata verba*, Aut. ad Herenn. 1, 7. *Domus instructior & apparatior*, beſſer eingerichtet, Cic. de Invent. 1, 34. *Spectaculum apparatissimum*, Id. Phil. 1, 15. conf. in Piſon. c. 27. Et, *Inter apparatissimas epulas luxusque regales*, Sen. epiſt. 83 ſub fin. bey einem ſehr prächtigen panquet. Ita & Suet. Ner. c. 9 *Apparatissimo funere elatus.*

¶ Apparatus, *us*, m. ſubſt. die anſtalt, zurüſtung, zubereitung. *Apparatus ludorum*, Cic. Off. 2, 16; & *epularum*, Id. in Orat. c. 25.

¶ Apparatio, *ōnis*, f. idem; ut, *Apparatio popularium munerum*, Cic. Off. 2, 16. Et Vitruv. 2, 10 *Quoniam de apparationibus est explicatum, &c.*

¶ Apparate, adverb. cum apparatu, köſtlich, prächtig; ut, *Ludi magnifice apparateque facti*, Liv. 31, 4. *Et edit & bibit opipare sane, & apparate*, Cic. Att. 13, 52. *Apparatius cœnare*, Plin. 1 epiſt. 15.

¶ Apparator, *oris*, m. qui apparat: ut *Apparator ludi*, Liv. 44, 9.

¶ Apparatōrium, *i*, n. ein vorgemach. Inſcriptio vetus HOC APPARATORIVM PERTINET AD MONVMENTVM Q. AQVILI DIONYSI &c. apud Reineſium p. 818, quem hic interpretantem invenies. De loco, ubi rogus apparatus fuerit. Huic contrarius Fabrettus Inſcript. p. 232 aſſerit, *Apparatorium* ædificium aliquod ſepulcro annexum fuiſſe, ad luſtrationem ſepulcri & cœnas ſociales paratum &c. Gloſſ. lat. gr. *Apparatorium*, ἐξαετιήριον.

¶ Inapparatio, *ōnis*, f. ſchlechte anſtalt. Auct. ad Herenn. 2, 4 *Si ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio videbitur fuisse: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur.*

¶ Compăro, *avi, atum, are*, verſchaffen, zu wege bringen, machen. *Comparare sibi aditum ad aliquam rem*, Cic. Att. 2, 17 einen weg oder zugang machen. *Comparare exercitum*, Id. Phil. 5, 13, volck aufbringen. *Comparare convivium*, anſtellen, Id. Verr. 1, 26. v. Brouckh. ad Tib. 1, 11, 42. *Comparare sibi laudem ex artibus*, Cic. fam. 2, 4. *Gloriam ex rebus bellicis*, Id. Off. 2, 13, lob, ruhm erlangen. *Auctoritatem sibi ex aliqua re bene gesta comparare*, Cæſ. B. Gall. 5, 53, ſich ein anſehen machen. *Dolum, ad capiendos eos, comparant*, Liv. 23, 35. adde Plaut. Capt. Prol. v. 47. *Ex incommodis alterius sua comparare commoda*, Ter. Andr. 4, 1, 3. *Comparare se*, Id. Eun. 1, 1, 2, ſich ſtellen, ſich gefaſt machen. Cic. ad Quint. frat. 1 *Illud te admoneo, ut te ante compares, quotidieque meditere, resistendum esse iracundiæ.* Liv. 28, 33 *Ad iter se comparare.* Id. 4, 48 *Se ad intercessionem comparare.* ¶ 2. Veteres hoc verbum abſolute ponunt, ſubaudito caſu accuſativo, v. g. bellum, copias, ſe, aut aliquid ſimile, ſich rüſten, in poſitur ſetzen, gefaſt machen. Cic. fam. 16, 11 *Omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur.* Nepos 8, 2, 2 *Tempore ad comparandum dato.* vid. not. & quæ Gronovius obſervat ad Liv. 36, 3, & 38, 12, quibus in locis additio accuſativi ſuſpecta eſt. ¶ 3. *Comparare frumentum*, Liv. 2, 9, id eſt, emere, quomodo etiam Donatus ad Ter. Eun

Eun. 2, 3, 63 explicat, einkauffen. *Comparare carius*, id eſt, majori pretio, Suet. Calig. c. 27. ¶ 4. Eſt etiam conſtituere, anordnen. Auct. ad Herenn. 4, 16 *Bene majores noſtri hoc comparaverunt*, ſie haben die löbliche ordnung gemacht. ¶ 5. *Comparare* de gladiatoribus etiam dicitur: de quo vide ſupra in *Par*: inde enim in ea ſignificatione, non a verbo iſtoc *parare* eſt. Reliqua quoque, quæ conferendi & aſſimilandi ſignificationem habent, (vergleichen,) ibidem invenies.

¶ Comparatus, *a, um*. Curt. 5, 6, 3 *Supellex non ad uſum modo, ſed ad oſtentationem luxus comparata*. Frequens hujus participii uſus ex quarta verbi ſignificatione, de moribus, legibus, natura, Cic. pro do. 29 *Ius a majoribus noſtris ita comparatum eſt*, h. e. conſtitutum. Ter. Heaut. 3, 1, 97 *Ita comparatam eſſe hominum naturam*. Adde Adelph. 2, 2, 4; & Phorm. 1, 1, 7. Et Cic. de Divin. 2, 59 *Si ita natura comparatum eſſet*. Al. *paratum*.

¶ Comparatus, *ûs*, m. ſubſt. die anſchaffung, zubereitung. Vitruv. lib. 7 præfat. fin. *Amplo modulorum comparatu architectari*.

¶ Compărātio, *ōnis*, f. apparatio, die zurüſtung, bereitung, verſchaffung. *Comparatio novi belli*, Cic. pro L. Manil. c. 4. *Initium & comparatio novæ amicitiæ*, Sen. epiſt. 9. ¶ 2. Emtio. Gloſſ. Vet. *Comparatio*, ἀγοραστία. ¶ 3. Collatio. Sed de hoc ſupra in *Par* actum.

¶ Comparator, *ōris*, m. qui comparat. Leg. 1 C. de præd. decurion. *Oppreſſus potentia comparatoris*. Gloſſ. Vet. *Comparator*, συνωνήτης.

¶ Comparatrix, *īcis*, f. id. Zeno Veron. *Iuſtitia immortalitatis comparatrix*.

¶ Comparabilis, vide in *Par*, quia illa tantum notio cognita eſt.

¶ Diſpăro, *āre*, vide ibidem in *Par*.

¶ Imparatus, *a, um*, adject. non paratus, non inſtructus, unbereitet, ungeſchickt, ungerüſtet. Ter. Andr. 3, 1, 20 *Si me imparatum adortus eſſet*. Nepos 17, 2, 2 *Omnes imparatos imprudentesque offendere*. Cic. Att. 7, 15 *Imparati ſumus cum a militibus tum a pecunia*, wir ſind mit volck und geld übel verſehen. Cæſ. B. C. 1, 30 *Imparatiſſimus omnibus rebus*.

¶ Imparatio, *onis*, f. die unrichtigkeit, üble beſchaffenheit. Marcell. Emp. c. 20 *Sentire imparationem ſtomachi*.

¶ Impĕro, *avi, atum, are*, plus eſt, quam jubere, befehlen, gebieten. Ter. Eun. 2, 3, 97 *Iubeo, cogo, atque impero*. Proprie ducum, & qui bellis præſunt, eſt. Vnde & acclamatio militum aſſentientium duci erat, IMPERET, QVÆ VELLET, Cæſ. B. C. 3, 6. Sic, *arma, naves, pecunias imperare*, eſt cum imperio cogere, ut arma, naves, pecunias conferant in belli uſum. Nepos 9, 4, 2 *Ad mare miſſus eſt, ut Cypriis & Phœnicibus, cæterisque civitatibus naves longas imperaret*, zu liefern auferlegte. Id. 25, 7, 3 *Victor cum privatis pecunias per epiſtolas imperaret*, abforderte. Et Cæſ. B. C. 1, 6 *Tota Italia delectus habetur, arma imperantur, pecuniæ a municipiis exiguntur*. Sic, *Tributum imperare*, Plautus dixit Epid. 2, 2, 43. Sall. Iug. 62, 8 *Cum ipſe ad imperandum vocaretur*, h. e. ad imperia accipienda. Cic. fam. 9, 25 *Nunc ades ad imperandum*, eadem ſententia. ¶ 2. *Imperare*, regieren, das regiment führen, herrſchen. Cic. Leg. 3, 2 *Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt*. Sed, *Imperare ſibi*, Ter. Eun. 2, 2, 21, ſich vornehmen. v. plura ap. Drakenb. ad Sil. 2, 652; it. Burm. ad Quint. 5, 16 p. 422; & 10, 1 p. 912. *Imperare animo ſuo*, Liv. 34, 31. *Cupiditatibus imperare*, Cic. de Amic. c. 22, an ſich halten. *Animum rege, qui, niſi paret, imperat*, Horat. 1 epiſt. 2, 62. *Imperat aut ſervit pecunia*, Id. 1 epiſt. 10, 47. ¶ 3. Eleganter & hoc verbum ad ea transfertur, quæ exoluntur ſtudio & labore, ut votis noſtris reſpondeant, quemadmodum verbo *Iubere* etiam uſi nonnulli. Virg. Georg. 1, 99

Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.

Imperat arvis agricola, dum exercet, & colit, & eo labore tamquam cogit, ut frumenta ferant. Columella de nimio cultu & ſtudio hoc verbo circa vites uſus eſt; quo fiat, ut plurimum quidem vini ferant, ſed cito emoriantur: Locus eſt 3, 3 *Sic imperant*, inquit, *vitibus, & eas multis palmitibus onerant, ut poſteritati non conſulant*, ſie übertreiben die weinſtöcke. Sen. de Tranqu. an. c. 15 *Vt fertilibus agris non eſt imperandum: cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas*. Hoc *nimis imperare* Plin. dixit 5 epiſt. 19, *Dum*, inquit, *per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit*: i. e. ſupra modum exercet vocem, plus ab ea exigit, quam valetudo permittit, er greifft ſich mit der ſtimme zu ſehr an.

¶ Indŭpĕro vel Endopero, *are*, antique pro *imperare*. Hygin. fab. 221 de VII Sapient. *Solon, ne quid nimis induperabit*. Et Ennius ap. Feſtum in *Navus*: *Navorum imperium ſervare eſt indoperandum*. conf. Heſſel. p. 110.

¶ Impĕrans, *tis*, etiam ſubſt. ein regent, gebietender herr; ut, *Illo imperante*, Cæſ. B. G. 7, 17; & Salluſt. fragm. c. 32. *In gentem nomenque imperantium conceſſere*. Tac. Ann. 16, 28, 1 *Imperantis lenitas*. Aurel. Vict. Epit. c. 24 *Conditio imperantium*.

¶ Imperatus, *a, um*, anbefohlen, angeordnet, auferlegt; ut, *Imperata pecuniæ*, Cæſ. B. C. 3, 32. *Obſidibus imperatis*, Id. B. G. 6, 4. *Equitatu imperato*, ibid. 4, 6. *Naves ſociis ex fœdere imperatæ*, Curt. 3, 1, 20.

¶ Imperatum, *i*, n. ſubſt. mandatum, ein gebot; ut, *Imperatum* vel *Imperata facere*, Cæſ. B. G. 5, 36; & 2, 3; & Nepos 16, 9, 2, ſich dem befehl gemäß halten. *Imperata effecta reddere*, Plaut. Pſeud. 1, 3, 151.

¶ Imperatus, *ûs*, m. ſubſt. die verordnung; ut, *Imperatu Gratiani*, Ammian. 31, 19.

¶ Imperĭto, *āre*, frequent. herrſchen. Horat. 1 ſat. 6, 4 *Olim qui magnis legionibus imperitarint*. Sæpe hac voce utitur Tacitus; e. g. *Virgo late imperitabat*, Hiſt. 4, 61, 4; *Imperitandi cupido*, die herrſchſucht, Hiſt. 4, 25, 5; *Quanto ſit auguſtius imperitatum*, An. 4, 4, 5, &c. Et Aur. Vict. Cæſ. c. 40 *Ardore imperitandi agitari*, herrſchſüchtig ſeyn. Conf. Curt. 4, 7, 1; & 9, 6, 20; & Salluſt. Iug. c. 19 f.

¶ Imperĭtans, *tis*. Salluſt. Iug. c. 78 *Naturam ipſam cæteris imperitantem induſtria vicerat*. Curt. 6, 5, 25 *Reginam habebant omnibus imperitantem*.

¶ Imperativus, *a, um*; ut, *Imperativæ feriæ*, Macrob. Saturn. 1, 16 *quas conſules vel prætores pro arbitrio poteſtatis indicunt*. Sic & *Imperativus modus*, qui imperandi vim habet, apud Grammaticos.

¶ Imperatĭve, adverb. idem. Vlpian. tit. 24 titulorum ex corpore Vlpiani § 1 *Legatum eſt, quod legis modo, id eſt, imperative teſtamento relinquitur*.

¶ Impĕrātor, *ōris*, m. dux exercitûs, penes quem imperii ſumma eſt, ein commandirender General, Generaliſſimus, apud majores noſtros, ein Feld-hauptmann. *Exercitui imperatorem præponere*, Cic. de Invent. 1, 34. Id. pro L. Manil. c. 10 *In ſummo Imp. quatuor has res ineſſe oportet, ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem*. Plaut. Amph. 1, 3, 6 *Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum, citius, quod non facto eſt uſus, fit, quam quod facto eſt opus*. Veſpaſianus dixit, *Imperatorem ſtantem oportet mori*: ἀυτοκράτορα ἑστῶτα ἀποθνήσκειν δεῖ, Xiphilinus. Sed *appellatio* IMPERATORIS, inquit Caſaubonus ad Suetonii Cæſarem, *in Hiſtoria Romana trifariam accipitur*: ¶ 1. *Primum pro* ἡγεμὼν στρατηγός: *Hoc ſenſu Imperator a militibus nominatus, qui imperium belli ſuis auſpiciis adminiſtrandi a pop. accepiſſet. Veteres* Prætorem *vocabant*. ¶ 2. *Deinde pro* victor & νικητής. *Nam qui res magnas bello geſſerat, & lege definitum numerum hoſtium* (notant Dio lib. 37. Cicero Phil. ult. alii) *occiderat, a militibus* Imperator *ſolitus ſalutari*. De hac ſignificatione ſtatim dicemus pluribus. ¶ 3. *Poſtremo Imperator a Iulio Cæſare idem ſignificare cœpit, ac rex*, vide ipſum p. 53. De media ſignificatione pluſcula obſervanda ſunt: De numero occiſorum hoſtium, hoc quidem ſignificat Dio, certum eum & definitum fuiſſe: ſed quantus fuerit, diſerte non addit. Neque Cicero id fecit. Locus eſt c. 5 initio: ubi cum *mille*, & *duo millia* nominat, non ad legem veterem loquitur; ſed vero pro conſuetudine recepta, qua multo pauciores etiam hoſtes, quam lege definitum, qui occidiſſent, Imperatores dicerentur; *At ſi quis*, inquit, *Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quæ increbuit, Imperatorem appellaret Senatus?* Quod & ex ipſo Dionis loco cognoſci poteſt. Vnde patet, veterem illam legem tam ſtricte ſervatam minime fuiſſe, & *Imperatores* appellatos, qui duo millia aut mille, aut pauciores etiam occidiſſent. Sane Curio ſic appellatus eſt, qui vix dum CXX ceciderat; vid. Cæſ. B. C. 2, 25 & 26, etiam ob rem a quæſtore bene geſtam abſens Prætor, ap. Varr. R. R. 2, 4, 2. Deſiiſſe vero id honoris genus ſub Principibus, ſive Cæſaribus, ut duces bellorum, cæſis hoſtibus, *Imperatores* appellarentur; nec cuiquam alteri poſt Iun. Blæſum, qui ſub Tiberio fuit, tributum, Iuſtus Lipſ. ad l. 3 Taciti Annalium obſervat. At vero Appianus lib. 2 de Bellis Civ. cum Curionis in Sicilià res perſequitur, diſerte tradit, id ſua adhuc ætate (vixit autem ſub Adriano) duraſſe; ſed privato Duci nulli conceſſum, niſi cæſis hoſtium decem millibus. Ex quo conjicere licet, non deſiiſſe quidem plane; non niſi raro ac difficulter datum tamen. Recte vero ibidem notat Lipſius, *Imperatoris* appellationem, quando principibus tribueretur, præponi, tanquam prænomen, cum victorem belli notaret, & privatis etiam tribueretur, poſtponi, tanquam cognomen, ſolitam: ut, IMPERATOR CÆSAR AVGVSTVS; contra: M. TVLLIVS CICERO IMPERATOR. Et, IVN. BLÆSVS IMPERATOR. Atque ſignate Suetonius Cæſ. c. 76 *Recipit inſuper prænomen Imperatoris, cognomen Patris Patriæ*. Id. Claudio c. 12 *In ſemet augendo parcus atque civilis, prænomine* IMPERATORIS *abſtinuit*. Cæterum qui rei ſive imperio Romano præerant, reſpectu militum *Imperatores*; civium vero *Principes* dicebantur. Vnde Plin. Paneg. Trajani c. 22 *Fœminas etiam tunc fœcunditatis ſuæ maxima voluptas ſubiit, cum cernerent, cui principi cives, cui imperatori milites peperiſſent*. Hinc per civilitatem & deprecandæ invidiæ ſe Tiberius non niſi a militibus appellari Imperatorem patiebatur, *Dominum* ſervorum, *Imperatorem* militum, cæterorum ſe *Principem* dictitans, ut auctor eſt Dio lib. 57. Meminit & Syneſius Orat. de regno p. 19. Doctiſſima ſunt, quæ de toto *Imperatoris* nomine ejusque diverſo uſu more ſuo diſputat Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 180 ſq. & diſſ. 12 p. 392 ad 413. ¶ 4. *Iupiter Imperator* eſt apud Liv. 6, 29 extr. ¶ 5. IMPERATORES INVICTI PII AVGG. de Severo cum uxore Iulia apud Spanh. ad Iuliani Cæſ. p. 93.

¶ Endŏperator vel Induperator, *oris*, m. antique dicitur pro *Imperator*, & quidem, ut videtur, carminis cauſa apud Ennium:

Omnis cura viris, uter eſſet Indoperator.

Ita edidit Heſſelius p. 22. Sed Gruter. & Gronov. in Cic. de Divin. 1, 48 *Induperator*. Alius locus Ennii exſtat apud Gellium 18, 9. Ita apud Lucretium 5, 1226 *Endoperator claſſis*, ein admiral. Et apud eundem 4, 964 *Enduperatores pugnare ac prælia obire*. Sed Iuvenal. ſat. 4, 28 *Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus Induperatorem*, ſcil. Domitianum. Et Sidonius carm. 7, 314 *Princeps, caput, induperator*.

¶ Modimperator, *ōris*, quære ſupra in *Modus*.

¶ Imperatrix, *īcis*, f. eine regentin. Cic. pro Cælio c. 28 *Fortes viros ab imperatrice inſidiis atque in præſidio balneorum locatos*. Sic, *Imperatrix Italia*, apud Plin. 26, 3; *Imperatrix civitas*, Conſtantinopolis, L. 39 Cod. de Epiſc. & Cler. Hodie Imperatoris ita uxor appellatur, die Kayſerin, cui olim *Auguſtæ* nomen ſufficiebat.

¶ Impĕrātōrius, *a, um*, dem Feldherrn gehörig; ut, *Laus imperatoria*, Cic. Acad. 4, 1. *Manubiæ Imperatoriæ*, Id. de Orat. 3, 3. *Nomen cooptare imperatorium*, Id. fam. 11, 4. *Imperatoria appellatio*, Vellej. 2, 25, 5. *Imperatoria majeſtas*, die Kayſerliche Majeſtät, Spartian. Hadriano c. 8. *Imperatorium faſtigium*, Capitol. Anton. Pio c. 6.

¶ Imperatoria, *æ*, f. ſubſt. herba, vulgo meiſterwurtz. Tabern. p. 238.

¶ Imperatorie, adverb. wie ein Feldherr. Treb. Pollio Claud. c. 6 *Dum ſe ad id bellum imperatorie inſtruit*.

¶ Impĕrium, *i*, n. primo significat jussum quodcunque, ein befehl, gebot; ut, *Accipere imperium*, befehl annehmen, gehorchen, Tac. Hist. 2, 19, 4. *Intentus ad imperia accipienda*, Liv. 25, 9. Et, *Imperia exspectare*, Curt. 4, 13, 21, auf ordre warten. Ita ap. Plaut. Trin. 2, 2, 19, pater ad filium, quem ad virtutem hortatus fuerat: *Hæc si tu mea imperia capessîs*, wirst du meinem befehl folgen. Sic medicis etiam imperium tribuitur: Plin. paneg. c. 22 *Ægri quoque neglecto medentium imperio &c.* i. e. præscripto, verordnung. ¶ 2. *Imperium* significat etiam imperandi potestatem tum absolutam, tum ab aliis dependentem; die herrschafft, macht, obrigkeitliche gewalt. Cæs. B. G. 3, 29 *Sub populi Rom. imperium redigere*, unter Römische botmäßigkeit bringen. *Imperium habere in quem*, Ter. Eun. 3, 1, 25. Et, *Sub imperio habere*, Sen. epist. 11. *Esse in imperio*, eine verordnete obrigkeit seyn, elegans dicendi modus, ap. Ciceronem; ut, Fin. 1, 7 *Pronuntiaret, eum non talem videri fuisse in imperio, &c. Cum imperio esse*, cum exercitu in provinciam mitti, significat; ut, *Crassus tres legatos decernit ex iis, qui cum imperio sunt*, 1 fam. 1. Et, *Neque in provincia cum imperio fuerat*, Id. 8 epist. 9. *Imperio potiri*, Cæs. B. G. 1, 2. *Sub alicujus imperio esse*, Ter. Heaut. 2, 2, 4. *Imperium consulare, regium.* Sic, *Alicujus imperium perferre*, Cæs. B. G. 5, 52. *Facile est imperium in bonos*, Plaut. Mil. 3, 1, 17, fromme leute sind leicht zu regieren. Sen. in Troad. v. 258 *Violenta nemo imperia continuit diu: Moderata durant.* Sallust. Orat. Cottæ in fragm. c. 31 *Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores.* ¶ 3. *Imperium*, est ducatus, sive potestas, qua quis bello & exercitui præest, ἡγεμονία, das generalat, das commando. Cic. pro Marcello c. 9 *Obstupescent posteri certe, imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, triumphos audientes & legentes tuos.* Nepos 3, 2, 1 *Idem prætor fuit &c. Neque aliud est ullum hujus in re militari illustre factum, quam hujus imperii memoria.* Ita Cæs. hac voce B. C. 1, 5 & 6, & aliis locis usus est. Suet. Cæl. c. 54 *Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus præstitit.* Vbi nota, *Imperia* de potestate militari: *Magistratum*, de civili dici. Ita *summa imperii*, de qua Græcæ resp. inter se disceptarunt, sæpe significat jus constituendi imperatorem i. e. ducem adversus hostes communes. Ita ap. Nepot. 3, 2, 2 *Summa imperii maritimi*, das recht einen admiral zu bestellen, oder die oberhand zur see. ¶ 4. Etiam ditio sive provinciæ imperio subjectæ *imperii* nomine veniunt. Cæs. B. G. 4, 16 *Populi Rom. imperium finit Rhenus*, das Römische Reich. Et ita passim.

¶ Imperiālis, *e*, ab *imperio* tractum appellativum, zum Reich oder zur regierung gehörig, Kayserlich. Aur. Vict. Epit. in Tiberio: *Imperialis molestiæ magnitudinem declinare. Ornamenta imperialia*, Capitol. M. Anton. Phil. c. 17. *Insigne imperialis majestatis*, Id. Albino c. 2. *Ad culmen imperiale surgere*, Kayser werden, Ammian. 15, 5; & 21, 16.

¶ Imperālis, *e*, idem: ut, *Imperalia statuta*, Vlpian. Dig. 47 t. 12 l. 3 § 5.

¶ Impĕriālĭter, adv. von Reichs wegen. Leg. un. § 15 C. de cad. tollendis: *Nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter existimantes.*

¶ Imperabiliter, idem. Cato apud Charisium p. 181 Grammat. Putschii, *Imperabiliter, pro nimis imperiose & dure.*

¶ Imperiōsus, *a, um*, herrisch, tyrannisch, der sich der gewalt überhebt. Plaut. Asin. 2, 4, 4 *Nimis imperiosus est.* Cic. Parad. 5 c. 3 *Dura domina, imperiosa, vehemens cupiditas.* Sic, *Imperiosa dictatura*, Liv. 7, 40. Et, *Imperiosissima & superbissima familia*, Id. 9, 34. *Imperiosus æquor*, Horat. 1 Od. 12, 8. *Expers Gelonis imperiosior*, Claud. Fescenn. v. 3. *Vis imperiosissima*, Quintil. 6, 3. *Imperiosissimi fasces*, Val. Max. 2, 7, 7. ¶ 2. Est etiam cognomen T. Manlii Torquati, ejus, a quo *Manliana imperia* dicuntur, de quibus supra in *Manlius* ex Liv. 8, 7 &c. Solo *imperiosi* nomine ipsum designat Plin. 22, 5. ¶ 3. *Imperiosus sui* est continens, der seine begierden im zaum halten kan. Plin. 34, 8, de Tiberio sub initio principatus. ¶ 4. Cic. in Orat. c. 34 *Imperiosi populi* sunt πολλὴν καὶ μεγάλην ἀρχὴν κεκτημένοι, ut recte in margine Gothofrediano interpretatum videas, mächtige volcker, die ein groß Reich haben.

¶ Imperiōse, adv. herrisch; ut, *Nimis imperiose*; vide dicta modo in *Imperiabiliter*. Gell. 2, 29 *Non severe, non imperiose præcepit.* Compar. ap. Nonium 4, 138 ex Varrone: *Metium Sofotium propter perfidiam interemit pæne imperiosius, quam humanius.* Et Augustin. de Trinit. 2 c. ult. *Nullus imperiosius egisse dictus est.*

¶ Incipero, *āre*, pro *Imperare*, Plaut. dixit Truc. 3, 2, 8 *Inci* enim pro *in* dictum olim, pluribus ostendit Scaliger ad Festi *Incitege.*

¶ Præpāro, *avi, atum, āre*, utilia quæ sint aut fore videantur, antea parare, zuschicken, vorbereiten. Cic. Off. 1, 4 *Ad vitam degendam præparare res necessarias.* Id. pro Cæl. c. 15 *Habes hortos, ac diligenter eo loco præparasti.* ¶ 2. Est & verbum τεχνικὸν, ad παρασκευασματα rhetorum & causidicorum pertinens, quo significatu & aliquando simplex usurpatur. Sen. proœm. 2 Controvers. *Ambitiosæ sunt curæ, foroque se & honoribus præparant.* Vet. Schol. in vita Iuvenal. *Ad mediam ætatem declamavit, animi magis caussâ, quam quod foro aut scholæ præpararet.*

¶ Præparatus, *a, um*, zugeschickt, vorbereitet. Cic. de Invent. 1, 29 *Pœnæ apud inferos sunt impiis præparatæ.* Horat. 2 od. 10, 13 *Sperat infestis, metuit secundis Alteram sortem bene præparatum Pectus:* id est, adversus omnes eventus sapienter instructum. Absolute Sen. epist. 11 *Non ex præparato locutus est.* Et Quintil. 4, 42 *Præparato facere*, i. e. ex præparatione.

¶ Præparatus, *ūs*, m. subst. die vorbereitung, anstalt. Vellej. 2, 76, 3 *Adventus in Italiam Antonii, præparatusque contra eum Cæsaris, habuit belli metum.* Gell. 10, 11 *In præparatu rei rusticæ.*

¶ Præpărātio, *ōnis*, f. idem. Cic Off. 1, 21 extr. *Diligens præparatio in omnibus rebus, priusquam aggrediare, adhibenda est.*

¶ Præparatūra, *æ*, f. idem. Tertull. adv. Marc. 4, 13 *Spiritus Sanctus in Ioanne egerat præparaturam viarum Domini.*

¶ Præparator, *ōris*, m. qui præparat. Idem Tertull. adv. Marc. 4, 33 *Ioannes antecursor & præparator viarum Domini.*

¶ Præparatōrius, *a, um*, ad præparationem spectans, zur vorbereitung gehörig. Tribuitur Vlpiano.

¶ Repāro, *avi, atum, are*, wiederschaffen, erstatten; ut, *Reparare bellum*, Liv. 30, 7. *Reparare modica quiete exercitum*, Id. 36, 14. *Reparari labore ac vefici*, Plin. Paneg. c. 77. Ovid. Heroid. 4, 90 de quiete: *Hæc reparat vires, fessaque membra novat.* Cic. Verr. 3, 86 *Id perdere videbatur, quod eodem ex agro reparare posset*, i. e. recipere, wieder kriegen. Hor. 4, 7, 13 *Damna tamen reparant celeres cælestia lunæ.*

¶ Repărātus, *a, um*, erneuert, wieder angeschafft. Curt. 4, 9, 11 *Majores copias esse reparatas.* Hor. 1 od. 31, 12 *Vina Syra reparata merce*, umgesetzt.

¶ Repărātio, *ōnis*, f. die wiedererstattung. Ex Sallustii Iug. c. 31 *Regni reparatio* vulgo affertur: sed verior ibi lectio ex MSS. est *paratio*, ut editum a Manutio, Pareo & Crispino est. Prudent. Hymno exsequiali v. 120 *Mors hæc reparatio vitæ est.* Et Veget. 3, 14 fin. *Reparationis spes.*

¶ Reparator, *ōris*, m. ein wiederbringer, erneuerer. Stat. 4 Silv. 1, 11 *Reparator maximus ævi*, conf. Fabius Pict. ap. Serv. Georg. 1, 21. Nisi tamen legendum *Redarator.*

¶ Reparābilis, *e*, wiederbringlich; ut, *Damnum reparabile*, Ovid. Amor. 1, 14 ext. & Met. 1, 379. Id. Heroid. 5, 103 *Nulla reparabilis arte Læsa pudicitia est.* Et Sen. de Brevit. Vitæ c. 6 *Vitam abire, ut rem supervacuam & reparabilem, finitis.*

¶ Irreparabilis, *e*, unwiederbringlich, unersetzlich. Virg. Georg. 3, 284 *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.* Conf. Æneid. 10, 467.

¶ Irreparabiliter, adv. idem. Sarisb. 2, 27 *Irreparabiliter stratus.*

¶ Recupero, vel Recipero, *āre*, ab antiquo *recu* vel *reci* pro *re*, idem est ac *reparare*, vel *recipiendo parare*, id est, rem amissam rursus acquirere, wieder erobern, wieder erlangen; ut, *Recuperare erepta*, Cic. pro Muræna c. 25; *Libertatem suam*, Cæs. Civ. B. 3, 91, wieder zu seiner freyheit kommen; *Iudicio suum*, Cic. Verr. 3, 14, das seine für gericht erstreiten; *victoriam*, Id. Verr. 2, 35; *imperium*, Nep. 17, 7, 1; & Liv. 1, 45; *vigorem*, Curt. 3, 6, 16; *gratiam liberalitate*, Id. 6, 6, 11; *patrimonium*, Nepos 25, 12, 3. Id. 17, 6, 3 *Adolescentulos simulata laude recuperavit:* id est, denuo sibi adjunxit ac recepit veluti, & ad officium reduxit, qui transire ad hostes paraverant, er hat sie wieder gewonnen. *Recuperare aliquem*, id est, liberare ex vinculis hostium, Nepos 16, 5, 2. Sed rarius de personis occurrit. Sic tamen & Cæs. B. G. 3, 8; Val. Max. 5, 2, 5; Frontin. 8, 1. Cæs. in Cic. ad Att. 9, 8 *Tentemus, si possumus omnium voluntates recuperare*, i. e. omnes reconciliare. ¶ 2. Scribitur & *Recipexare.* Sic Varro de R. R. 1, 13 *Se quiete reciperare*, ausruhen. Iustin. 18, 7, 5 *Non expugnatum, sed reciperatum patriam venire.* Id. 22, 2, 6 *Vires reciperare*, wieder zu kräfften kommen. Sic sæpe Tacitus: e. g. Hist. 2, 24, 2 *Reciperare gloriam:* & Ann. 12, 34, 2 *Reciperandæ libertatis initium, &c.* Eleganter Vitruv. 2, 9 *Ex terra recipientes radices arborum in se succum, reciperantur & restituuntur in antiquam soliditatem.*

¶ Recuperātus, vel Reciperatus, *a, um*, ersetzt, wieder erlangt; ut, *Reciperatum regnum*, Iustin. 36, 1, 1, & 39, 2, 7. *Reciperatus pons*, Tac. Hist. 4, 77, 3. *Reciperatæ cibo somnoque vires*, Idem Hist. 3, 22, 1.

¶ Recuperatio, vel Reciperatio, *ōnis*, f. die wiedererlangung. Cic. Phil. 10, 10 *Recuperatio libertatis.* Iustin. 30, 1, 7 *Contentus recuperatione urbium, quas amiserat.* ¶ 2. In juridica significatione apud Festum ex Gallo Ælio *Reciperatio* est, *cum inter populum & reges lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque.*

¶ Recuperātor, vel Reciperator, *ōris*, m. ab ordinario judice delegatus, qui de privatis factis judicet: quales hodie COMMISSARII appellantur, ein verordneter richter oder schiedsmann, der einem ieden zu dem seinen hilfft. Hinc pasim cum judicibus conjunguntur. In Pandectis Florentinis RECIPERATORES appellantur, & in aliis antiquis codicibus, quod per eos unusquisque suum reciperet. Vide Theophilum, qui Institutiones Iustiniani græce interpretatus est; Donatum Marcellum ad Annal. Tacit. 1, 74, 7 (*de pecuniis repetundis ad reciperatores itum est:*) & Levinum Torrentium in Suet. Ner. c. 17. Plaut. Bacch. 2, 3, 36 *Postquam prætor recuperatores dedit.* Cic. Verr. 3, 11 *De conventu nullam neque judicem neque recuperatorem dedit.* Adde ibidem c. 13 & 28, ac pro Cæcin. c. 21; it. Liv. 25, 48; it. 43, 2; & Tac. An. 2, 52, 5.

¶ Recuperatōrius, *a, um*, zur commission gehörig; ut, *Recuperatorium judicium*, quo res per recuperatores reciperantur, Cic. de Invent. 2, 20. Adde Plin. 3 epist. ult. & Suet. Vesp. c. 3. Eodem pertinet

¶ Recuperatīvus, *a, um*, ut, *Status recuperativus*, de controversia in agris, Aggenus Vrb. de limitibus Goes. p. 63.

¶ Recuperabilis, *e*, quod recuperari potest. Hinc

¶ Irrecuperabilis, *e*, quod non potest recuperari, unersetzlich. Tertull. de Pudic. c. 14 *Immunditia irrecuperabili tabi fus.* v. ibi Rigaltium. Gloss. gr. lat. ἀπαράιτητος, *Irrecuperabilis.* Friderici Imperatoris sententia fuit, quæ & Norimbergæ in ære scripta est: *Rerum irrecuperabilium summa felicitas est oblivio.*

¶ Irrecuperabiliter, adv. idem. Vetus interpres Horatii, qui Acron vulgo putatur, ac de Arte poëtica v. 452 *Irrecuperabiliter dederunt.*

¶ Sēpāro, *are*, cum derivatis, vide supra in *Par.*

¶ Suppāro, *are*, leniter & molliter apparare, adjungere, mit zubereiten. Tertull. de Cultu fœm. 7 *Ne exuvias alieni capitis, faciem immundi, nocentis, & gehennæ destinati, sancto & Christiano capiti supparetis.* Loquitur de caliendris sive capillamentis mulierum. Id. de Anima c. 25 *Labem corpori & animæ supparare.* conf. Id. adv. Valentin. c. 4 & 14.

¶ Supparatūra, *æ*, f. die ersetzung; ejusd. Tertull. est de Resurr. Carn. c. 61 *Generis supparatura.* Vide Rhenan.

PĀRO, *ōnis*, m. navigium piraticum Festo est, ein raubschiff: Ciceronis apud Isidorum 19, 1 versus est: *Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni.*

¶ Parun-

¶ Paruncŭlus, *i*, m. dimin. idem. Cic. ap. Isidor. 19, 1 *Paruncŭlis ad littus ludit celeribus.*

¶ Myŏpăro, Isidoro l. c. *quasi minimus paro*, vide supra suo loco.

PARŎCHVS, *i*, m. παροχος, qui necessaria peregrinis & hospitibus præbebat, ein frener wirt fur fremde gäste. Sic Acron exponit, a παρέχω, *præbeo*. Horat. 1 sat. 5, 46 *Pravit, & parochi quæ debent ligna salemque*; Legaris scilicet, quibus ii salem & ligna suppeditabant, vide ibi Torrentium. Cic. Att. 13, 2 *Ium Sestius noster, parochus publicus, occupavit*: Sed legunt quidam *parochis publ.* παροχῶν a *Parocha*, de qua statim. ¶ 2. Horat. & pro Convivatore, qui cœnam præbet, usurpavit 2 sat. 8, 35 *Vertere pullor*

Tunc parochi faciem nil sic metuentis, ut acres Potores.

¶ 3. Hinc factum videtur, ut episcopi *Parochi* quoque dicantur, quia virtutem illam, φιλοξενίαν nimirum, ab illis Paulus requirit, ein pfarrer, oder pfarrherr. Vel ipsi sunt quasi paranymphi ecclesiæ, quæ sponsa Christi est. Nam ¶ 4. Apud Græcos πάροχοι sunt, qui *eodem* cum sponsa *curru vecti* eam deducunt. Ap. Lucian. Herod. p. 574 Gr. πάροχος & νυμφαγωγὸς conjunguntur. v. Lambin. ad Horat. sat. 1, 5, 46; & Pfeiff. Antiquit. Græc. 4, 15.

¶ Parŏcha, *æ*, f. παροχή, parochi munus, die reisekost, auslösung; ut, *Parochæ publicæ*, Cic. Att. 13, 2; *Præbenda* vocat Gellius 15, 4. Alii aliter legunt, ut modo vidimus in *Parochus* n. 1. Cæterum *Parochæ* sunt lautia observante Bosio ad h. l. de quibus suo loco.

¶ Parochia, *æ*, f. pro qua voce Budæus legit *Parœcia*, quod verum & rectum est: alterum enim ex hoc corruptum. Est autem *Parœcia* conventus eorum, qui sunt unius fani consortes, zusammen gepfarrete. vid. Voss. de Vitiis serm 11; & 3, 32, & supra *Parœcia* in *Oecos*. Sidon. 7 ep. 6 *Per rusticas solitudo parochias*. conf. Sirmondi not. p. 102.

Parodia, vide supra *Oda*.

PARŎDONTIDES, *um*, παροδοντίδες, tubercula circa gingivas, Celf. 6, 13.

Parœcia, parœcus, vide supra *Oecos*.

PAROEMIA, *æ*, f. παροιμία, proverbium, adagium, dictum celebre, & aliqua novitate insigne, ein sprichwort. Quintil. 8, 6.

PAROMOEON, *i*, n. παρόμοιον, affimile, quoties plura verba ab eodem incipientia elemento conjunguntur, v. Diomed. 2 p. 441; ut:

Mala mali malo mala contulit omnia mundo.

¶ Paronomasia, Paronomasia, vide *Logus*, *Onoma*.

PARONŸCHIA, *æ*, f. (quamquam Plinius 24, 9, & 28, 8 neutro etiam genere utitur *Paronychium*,) Penult. product. παρωνυχία, abscessus circa radices unguium, quæ Æginetæ definitio est, a παρὰ & ὄνυξ, *unguis* Petron. c. 31 *Aliis insequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus*. Vbi ipsi ungues supercrescentes intelligi videntur, vel certæ fibrillæ iltæve capillamenta, quæ Germani vulgo vocant, neider. vid. *redavia*. ¶ 2. Est & herba, παρωνυχία, Paronychias sanans, mauerrauten, Dioscor. 4, 52.

PAROPSIS, *idis*, f. πάροψις, patina concava, eine tieffe schüssel. Iuvenal. 3, 142 *Quam multa magnaque paropside cœnat*. Et Suet. Galba c. 12 *Paropsis leguminis*. *Parapsis* scribi vult Heinsius ad Petron. c. 34 p. 134.

PAROPTVS, *a*, *um*, παροπτὸς, assatus, gebraten. Apicius 6, 9 *Pullus paroptus*.

PĂROS, *i*, f. Πάρος, insula una ex Cycladibus, a qua *Parius lapis*, marmor candidum, weiss marmelstein. Virg. Æn. 1, 593. Hinc, *Nitea Paros*, Virg. Æn. 3, 126. Et, *Marmorea Paros*, Ovid. Met. 7, 468. Quapropter *opibus elata* dicitur Nepoti 1, 7, 2. Adagii vim habet, quod refert Scholiasta Aristophanis ad vespas v. 1184

Ἐν δὲ Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες,

id est, *In Paro frigida quidem est aqua, sed pulchræ mulieres*. Cum significamus, dispendia compendiis farcienda esse; ut interpretatur Eustathius in Chiliad. Sed ego putarim, frigidam aquam (utpote marmore quasi refrigeratam) non minus quam pulchras mulieres in laudibus insulæ hujus commemorari.

¶ Parius, *a*, *um*, denominativum, de quo modo diximus. Horat. 1 oda 19, 6 *Splendentis Pario marmore purius*.

conf. Petron. c. 126. Sic, *Parius lapis*, Plin. 36, 17 & 18 & 22. Sic, *Crimen Parium*, culpa non expugnati in hac insula oppidi, Nepos 1, 8, 8.

¶ Parii, *orum*, m. incolæ & habitatores hujus insulæ, Nepos 1, 7, 4.

PĂRŌTIS, *idis*, f. παρωτις, apostema circa aurem, a παρὰ & ὠτα, *aures*, ein ohren-geschwär. Plin. 20, 1 *Parotidas sanare*. Sed Cels. 4, 1 pr. *Arteriæ, quas parotidas vocant*, die pulsadern hinter den ohren. conf. 5, 18; & Macer 1, 30.

PĂROXYSMVS, *i*, m. παροξυσμὸς, vulgo dicitur febris vel alius cujusdam morbi excandescens accessio, impetus & recursus, der anfall eines fiebers, der starcke anfall einer krandheit. Vox ipsa græca est.

PARRA, *æ*, f. avis inauspicata, & mali cantus; unde Paulinus epist. 2 ad Ausonium: *Sic conters fulicas cygnis, & ædona parræ* Meminit Horat. 3 od. 27, 1; Plin. 4, 29; & Festus. Prudent. Symmach. 2, 570 *Oscine parra*. Vet. Gloss. *Parra, μύσης ὄρνεον, κουβούλος ἢ ἀσραγαλικός*. Ideo vero inauspicata habebatur, quod mali cantus esset, alias ratione situs auspicata habebatur. Erat quippe *parra* in oscinibus juxta & alitibus, ut Festus auctor est.

PARRHĂSIA, *æ*, f. παῤῥασία, regio in Peloponneso, Arcadia.

¶ Parrhăsis, *idis*, f. patronym. mulier Arcas. Hinc adjective *Parrhasis ursa*, Ovid. Heroid. 18, 152. *Parrhasides stellæ*, Id. Fast. 4, 577. Vide fabulam de Calisto in ursam mutata, & in sideribus reposita. Sic, *Parrhasis Helice*, Lucan. 2, 237.

¶ Parrhasius, *a*, *um*, adject. i. e. Arcadius; ut, *Parrhasius axis*, Sen. Herc. Oet. v. 1281. *Parrhasio more*, i. e. Arcadico, Virg. Æn. 8, 344. ¶ 2. *Parrhasius*, pictor, qui cum Zeuxide certavit: Plin. 35, 10, & obscenas picturas ipsum fecisse notat: quod & Suetonii locus arguit Tib. c. 44. conf. Horat. 4 od. 8, 6.

PARRHĒSIA, *æ*, f. παῤῥησία, libertas dicendi, die freyheit der rede. Quint. 9, 3 *Oratio libera, quam Conficius licentiam vocat, Græci* παῤῥησίαν.

¶ Parrhēsiastes, *æ*, m. a παῤῥησία, ob nimium procacem linguam appellatus Democharis est, Seneca de Ira 3, 23.

Parricīda, parricidium, &c. vide infra *Pater*.

PARS, *partis*, f. plur. *partes*, in quas totum quippiam secatur vel dividitur, ein theil, ein stück. Proprie pars maxima integri est dimidia, Q. Fann. de ponder. v. 52 sq. *Posthæc semissis solidi pars maxima fertur: Nam quæ dimidium superat, pars esse negatur*. Ter. prolog. Adelph. v. 23 *Senes, qui primi veniunt, hi partem aperiunt*. Item, *Vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum*, wolte Gott, die liebe wäre unter uns gleich getheilet, in Eun. 1, 2, 12. Vellej. 2, 38, 4 de Hispania: *Inde varie possessa, & sæpe amissa partibus, ducta Augusti fasta stipendiaria*, Significat, non totam, sed partes saltem aliquas amissas fuisse, stückweise. Nam *partes* & *universum* opponuntur. Idem paullo ante n. 1 *Vt quæ facilius, quam partibus, simul universa conspici possint*: i. e. in partibus. *Partes facere*, theilen, Phædrus 1, 6, 6. *Majorem partem noctis vigilare*, Cic. Div. 1, 28. Sall. Iug. 55, 4 *Exercitus partem* (ita Cort.) *ipse ducere*. Et, *Magna ex parte*, Id. Att. 7, 3, & D. Brutus Cic. fam 11, 4. Et, *Majore ex parte*, Cic. de Div. 2, 9. Et, *Multo maxima ex parte*, de Arusp. Resp. c. 6, guten, grösten, meisten theils. *Ex omnibus partibus*, allenthalben, Cic. fam. 5, 15 pr. At, *Ex parte*, Quint. 6, 3, zum theil. *Aliqua ex parte*, etlicher massen, Cic. Att. 3, 14. *Ex parte dimidia*, Id. pro Domo c. 14, zur helffte. *Ex altera parte*, id. Verr. 1, 53, auf einer seiten. *Ex omni parte diligentissime aliquid considerare*, Cic. Div. 2, 13, überall, auf aller seiten. *In eam partem accipio*, Ter Eun. 5, 2, 37, ich wills dahin verstehen, oder deuten. *Hærere in parte aliqua apud aliquam*, einen zutritt behalten, Id. Eun. 5, 9, 25. *In utramque partem*, Cic. Off. 2, 6. Et, *In optimam partem aliquid accipere*, Cic. Att. 11, 7 extr. etwas zum besten deuten, wohl auslegen. *Mitiorem in partem interpretari*, Id. pro Mureen. c. 31, zum gütlichsten auslegen. *Rapere in pejorem partem*, Ter. Adelph. prolog. v. 3, übel oder zum ärgsten auslegen. ¶ 2. Pertinet ad mensas etiam vocabulum *partium*. Nam quæ de cibis apponebantur convivis, vel ex cœna ad amicos & caros mittebantur, vocabantur *partes*. Suet. Calig. c. 18 *Qua epulatione equiti Romano contra se hilarius avidiusque vescenti, partes suas misit*, seine portion. Idem Domit. c. 11 *Securum hilaremque dimisit: partibus etiam de cœna dignatus est*. ¶ 3. Multæ autem loquendi rationes a scena fere traductæ sunt. *Partes* enim ibi Scenicorum officia muneraque appellabantur. Quorum quidem aliæ primæ, aliæ secundæ &c. dicebantur: de quibus cum alii, tum etiam Torrentius ad Horat. 1 ep. 18, 14. Sic, *Primas partes agere*, Ter. prolog. Phorm. v. 28, die vornehmste person seyn, oder agiren. *Quamobrem has partes didicerim*, Idem Heaut. prolog. v. 10, warum ich die person zu spielen auf mich genommen. Et ibid. v. 1 *Partes feni dare, quæ sunt adolescentium*, einem alten auftragen, was vor junge gehöret. *Esse primarum partium*, Cic. in Verr. Divin. c. 15, der fürnehmsten einer seyn. *Priores partes apud aliquem habere*, Ter. Eun. 1, 2, 71, den vorzug haben, oben an sitzen. *Primas partes alicui tribuere*, einem die oberstelle lassen: Cic. ad Qu. fratr. 3, 4 *Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi*. Id. de Claris Orat. c. 21 *Etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Lælio*, subaudi, *partes*, ut sæpe fit, den vorzug geben. ¶ 4. Sed, *Meæ partes sunt*, i. e. meum officium. Cic. Att. 7, 26 *Sin erit bellum, ut video fore, meæ partes non desiderabuntur*, man wird meiner oder meines dienstes nicht nöthig haben. Sic, *Agere alicujus partes*, Ter. Phorm. 5, 5, 7, eines amt vertreten. *Duras fratris partes prædicas*, Id. Eun. 2, 3, 62. Et, *Partes alicui imponere*, einem etwas auftragen, zu thun geben: Anton. Cic. sub Att. 10, 8 *Iudicabam, duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra*. Sic, *sustinere partes, sustinere*, die sache auf sich nehmen, auf sich haben. Cic. Verr. 4, 36 *Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo?* & c. sq. *Suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar*. Pro eodem Quint. 6, 1 dixit *Partes subire*. *Excipit has partes*, i. e. hoc negotium Nep. 10, 8, 3. ¶ 5. Litigantes etiam *partes* dicuntur, parteyen. Sen. Lud. in Claud. *Quo non alius potuit citius discere cautus, una tantum parte audita, sæpe & neutra*. Id. Medea v. 199 *Qui statuit aliquid parte inaudita altera*. ¶ 6. Sæpius etiam sumitur pro factione, aut pro sociis & contendentibus, die parteyen, der anhang. Sed hoc fere in plurali numero: ut Cic. pro Quint. c. 21 *Erat illarum partium*. Sic, *Trahere quem in partes alicujus*, Tac. Ann. 4, 60, 4. Et *Studium partium*, Id. Hist. 1, 85, 3. Nepos 25, 6, 1 *Semper optimarum esse partium*. Id. 25, 2, 2 *Alterutram partem offendere, cum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus*. Vellej. 2, 86, 3 *Partibus alicujus se miscere*, sich zu der parteyen schlagen. Id. 2, 52, 1 *Non quicquam illis partibus salubrius fuit*. Singulariter tamen Liv. 4, 35 *Plebs ad spem conflatus in partem* (sc. suam) *revocandam adspirare non audet*. ¶ 7. *Pars* cum verbo plurali distributioni inservit, & significat *aliqui*, etliche, vel *alii*, die andern. Tac. Hist. 5, 11, 3 *Poscebant pericula pars virtute, multi ferocia*. Ibid. 4, 23, 5 *Alii præliabantur, pars intus occulti muros subruebant*. conf. Id. An. 1, 24, 2; & 3, 1, 3; &c. Virg. Æn. 1, 216 *Pars in fruſta secant, &c.* Sallustianum etiam hoc esse ostendit Cort. ad Cat. 1, 2. ¶ 8. *Pars* pro *partim*, ap. Suet. Vesp. c. 8 *Milites, pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore ad omnem licentiam audaciamque processerant*. Liv. 28, 16 *Pars transitione, pars fuga dissipati*: ad quem locum Gronovius, posterius *pars* interdum eleganter omitti, notat. ¶ 9. Intervit multiplicationi, ubi Germani suum mahl, adhibent. Cic. Verr. 3, 19 *Duabus partibus amplius frumenti abstulisse, quam populo Romano misisse*. Plin. 2, 21 *Solem abesse a luna undeviginti partes, quantum lunam ipsam a terra*, 19 mahl so weit, vel ut astronomi loquuntur, 19 diametris orbitæ lunaris. ¶ 10. *Partibus locare* apud Plin. ep. 9, 37 significat pacta aliquota fructus parte colonis agrum elocare, v. g. dimidia, tertia &c. Talis redemtor videtur vocari *partiarius*. ¶ 11. Apud Petron. c. 46 p. 228 *Quatuor partes*; & c. 75 p. 373 *Decem partes* ita commemorantur, ut quædam litterarum elementa intelligi appareat. Quæ sint proprie, lectis virorum doctorum adnotationibus magis etiam dubitabis. ¶ 12. Aliquando hujus vocis vis in aliis latet: ut, *Summas amphoras operit auro & argento*, h. e. summas amphorarum partes, Nepos 23, 9, 3. *Reliquum oppidum relinquunt*, Idem 2, 2, 8, i. e. reliquam partem oppidi. *Infimi montes*, Idem 18, 9, 3, i. e. infima pars montium. *Quis est, quem video in ultima platea?* h. e. in ultima parte plateæ, Ter. Phorm. 1, 4, 38. ¶ 13. Veteres casu quarto *partum*, non *partem* dicebant, de quo Gronov. Observ. 3, 2. Cortius ad Sallust. Iugurt. c. 55, consulendi. conf. in *Partim* n. 2.

¶ Particŭla, *æ*, f. diminut.; ut, *Tenuissimæ particulæ*, Cic. de Orat. 2, 39. *Minutæ rerum particulæ*, Quint. 3, 11. Et Horat. 1 od. 28, 24 *Arenæ particulam ossibus & capiti inhumato dare.* Id. 2 sat. 2, 79 *Divinæ particulam auræ humo affigere*, i. e. animam. ¶ 2. Grammatice *Particulæ* sunt minores voculæ indeclinabiles, quæ compositioni aut constructioni inserviunt. vid. Gellius 5, 9.

¶ Particularis, *e*, absonderlich, einzeln; ut, *Propositio particularis: Signum particulare*, apud Dialecticos, Apulej. de Syllog. Cat. hac voce usus est frequentissime. Quint. Trib. Mar. c. 3 Burm. p. 78 *Particularis iniquitas gravi est animadversione ferienda.*

¶ Particŭlārĭter, adverb. idem. Apulej. l. c. *Non nisi particulariter converti potest.* Firmicus 5, 1 *Quia generaliter diximus &c. nunc particulariter explicemus.* Augustin. Retract. 1, 5 extr. *Per animam corpus subsistit, & eo ipso est, quo animatur: sive universaliter, ut mundus; sive particulariter, ut unumquodque animal intra mundum.* Et Quint. Trib. Mar. c. 1 ed. Obrecht. *Sermo ad ipsum particulariter dirigatur.* Sed Burm. p. 76 cum Gibsone mavult *peculiariter.*

¶ Particŭlātim, aliud adverb. per partes, stückweise, einzeln. Colum. 7, 5 *Particulatim facilius, quam universus convalescit*, scilicet grex ovium. Et Sen. epist. 24 med. *Particulatim excarnificare*, durch alle glieder. Id. epist. 67 *Cum vota particulatim fiunt.* Adde Auct. ad Herenn. 1, 9; & Lucret. 3, 549; Varr. de L. L. 4, 3; & quos citat Borrichius Cogit. p. 188.

¶ Particulatio, *onis*, f. die zerstückung; ut, *Quarta particulatio*, Mart. Capella lib. 9 p. 322.

¶ Particŭlo, *ōnis*, m. cohæres, sic dictus, quod partem patrimonii sumat, ein miterbe, ein theilhabender. Pomponius ap. Nonium 1, 71 *Particulones producam tibi.* ¶ 2. Apud Phædr. 5, 1, 10; & 5, 6, 43, est proprium viri nomen.

¶ Partiārius, *a, um*, ex æqua parte cum altero communicatus, vel cum alio partes communes habens, gleichgetheilt, oder gleichtheilend. Apul. Met. 4 p. 156 *Cum mortali puella partiario majestatis honore tractor.* Idem 8 p. 213 *Domi promiscui operis partiarios agebant concubitus.* Ita *pecora partiaria*, quorum fœtus inter dominum & pastorem dividuntur, l. si pascenda 8 C. de pactis. ¶ 2. Hinc & *Partiarii*, qui aliquid partiuntur; ut, *Partiarius redemptor*, der um einen gewissen theil mitbauet. Cato de R. R. c. 137. Sed *redemptori* tantum est ex lemmate: videtur adverbium esse hic non minus quam c. 16. vid. *partibus locare* in *pars* n. 10. Sic, *Partiarii erroris Judæi*, i. e. participes, theilhafftig, Tertull. adv. Marc. 3, 16.

¶ Partiario, adv. dimidia vel æqua parte, auf halben oder gleichen theil. Apul. Met. 9 p. 229 *Cum uxore mea partiario tractabo, nec erciscundæ familiæ, sed communi dividundo formula dimicabo.* Et Cato de R. R. c. 16 *Calcem partiario coquendam dare.* Vid. modo dicta in *partiarius.*

¶ Partiātim, aliud adverb. stückweise. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11 *Partiatim cucurbitas adhibere.*

¶ Partibĭlis, *e*, quod in partes dividitur, theilbar, zertheilig. Claud. Mamert. 1, 18 *Animam partibilem putant.*

¶ Partĭlis, *e*, idem. Ammianus 14, 11 de Nemesi: *Generali potentia partilibus præsidens fatis.* Claud. Mam. l. c. *Corporeum omne quod partile.* Augustin. de Trinit. 12, 9 *In curam partilem traditur.*

¶ Partĭliter, adverb. stückweise. Augustinus loco cit. *partiliter possidet.* Et Arnob. 6 p. 192 *Non partiliter aspiam sed ubique esse totum.* conf. lib. 6 p. 204, & lib. 1 p. 8.

¶ Partim, adverb. ex parte, theils, zum theil. Geminari fere solet in oratione. Cic. ad Qu. fratr. 1, 3 *Partim deseruerunt me amici, partim prodiderunt.* Aliquando tamen, pro altero *partim*, substituebatur *Alius*, contra quam Budæus in Pandect. 5 putat. v. Alciat. Parerg. 7, 20. Nepos 16, 1, 4 *Alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant.* Sallust. Iug. c. 19 *Super Numidium Gætulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare.* Cic. de Nat. D. 1, 37 *Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites &c.* Alibi solum posuit: ut Verr. 2, 65 *De quo homine hoc auditum est unquam, quod ibi accidit, ut ejus in provincia statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim & per universum multitudinem dejicerentur?* Etiam *Partim* & *in commune* opponuntur. Latinus Pacatus paneg. Theodosii c. 21 *Quæ in medio constituta & non partim, sed in commune conducunt.* Est contra, ubi quater *Partim* repetitum est. Cic. pro Cluent. c. 32 *Ego me ad omnia confirmavi, & sic paravi, ut docerem, quæ facta postea judicia de illo judicio dicerentur, partim ruinæ similiora aut tempestati, quam judicio & disceptationi fuisse: partim nihil contra Avitum valere: partim etiam pro hoc esse: partim esse ejusmodi, ut neque appellata unquam judicia sint, neque existimata.* ¶ 2. Veteres etiam dicebant *partim hominum*, pro pars hominum. v. Gellium 10, 1. Sic, *quorum partim invitissimi, &c.* Nepos 25, 7, 2. conf. Id. 14, 10, 2 cum not.

¶ Partio, *ivi, itum, ire*, dividere, theilen. Plaut. Asin. 2, 2, 5 *Prædam pariter cum illis partiam.* Id. Amph. 4, 3, 1 *Vos inter vos partite.* Ennius: *Eandem me in suspicionem sceleris partivit pater.* Hunc locum & alia Lucilii, Afranii & Accii retulit Nonius 7, 33 & 64. Et Lucret. 5, 683 *Sol imparibus amfractibus ætheris oras partit.* Hinc & forma passiva Cic. de Orat. 3, 30 *Paullo secus a me atque ab illo partita sunt.* Id. pro Sylla c. 3 *Partiendæ invidiæ caussa*, & in Vatin. c. 5 *Partiendæ merces.*

¶ Partior, *iri*, deponens, idem; ut, *Partiri cum aliquo*, mit einem theilen; *Cicero cum Hortensio caussas partiebatur*, Cic. de Clar. Orat. c. 51 *Cum Scipione honorem partitur*, Cæs. B. Civ. 3, 82. *Partiri aliquid in membra*, Cic. de Univers. c. 7, zertheilen. Et *Officia inter se partiri*, unter sich theilen: Id. Phil. 14, 6 *Partiebantur inter se, qui Capitolium, qui vostra, qui urbis portas occuparent.* Virg. Æn. 1, 194 *Socios partitur in omnes.*

¶ Partiens, *tis.* Iustin. 1, 3, 2 *Pensa inter Virgines partiens.* Phædr. 3, 9, 13 *In ambos caritatem partiens.*

¶ Partītus, *a, um*, passive, getheilt, zertheilt, eingetheilt. Lucret. 3, 711 *Animi natura partita per artus.* Ovid. de Arte am. 3, 593 *Partita fœdera lecti.* Propert 4, 10, 10 *Per tria ora partitos sonos dare.* Liv. 4, 13 *Partita ducibus multitudinis ministeria.* ¶ 2. Active, der getheilet hat. Horat. 2 sat. 5, 82 *Penelope tecum partita lucellum.* Et Silius 7, 520 *Partitus socias vires.*

¶ Partīte, adverb. getheilt, stückweise. Cic. in Orat. c. 33 *Partite, definite, distincte dicere.*

¶ Partīto, adverb. idem. Ulpianus tit. 24 ex corpore ejus: *Cum aliquo hæreditatem partito dividere.*

¶ Partītim, adv. idem. Claud. de Laud. Stilic. 1, 30 *Partitim singula quemque Nobilitant.* Quam lectionem approbat Barthius p. 189.

¶ Partītio, *ōnis*, f. divisio, die theilung; ut, *Æquabilis prædæ partitio*, gleiche theilung der beute, Cic. Off. 2, 11. ¶ 2. *Partitiones* rhetorum sunt, quas Græci παρεγχυρήσεις, vocant, divisiones thematum in manus & digitos. v. Turn. ad Quint. 1, 2 p. 28 it. ad 2, 5 pr. *Nos dispositiones* vulgo vocamus, sceleta quasi orationis, vestienda deinde. vid. *Divisio.*

¶ Partītor, *ōris*, m. ein theiler. Cic. in Vatin. c. 5 *Non custos ad continendas, sed partitor ad partiendas merces missus.* Alii, *Portitor.* Gloss. Cyrill. μερισής, *partitor.*

¶ Portio, *ōnis*, f. est quasi *partitio*, & omnino a *parte* vel a *partiendo* factum videtur, ein stück, theil, antheil. Iuvenal. 9, 127 *Miseræ brevissima vitæ portio*, kurtze lebens-zeit. ¶ 2. Significat sæpe ἀναλογίαν, quam *comparationem* vel *proportionem* dicimus. Liv. 7, 1 *Pro portione etiam alia ex multitudine funera multa fuere.* Ipse Cic. Verr. 5, 21 *Nunquam frumentum publico est emptum, quin Mamertinis pro portione imperarctur.* Plin. 31, 6 f. 31 *Si centena vicena, ac deinde ad has portiones.* Curt. 7, 11, 12 *Eadem ad decem homines servabitur portio.* Id. 9, 1, 6 *Pro portione aut gradus, aut navatæ operæ.*

¶ Portiuncŭla, *æ*, f. dimin. Oros. 6, 7 *Historiæ Suetonii competentes portiunculas decerpsimus.* Apulejus: *Cum a me portiunculam posceret.* Ulpian. l. 4 ff. de usu & habit. *Portiuncula contentus.* conf. Id. ff. 39 t. 2 l. 15 § 13, & t. 3 l. 10.

¶ Portiōnālis, *e*, idem quod *particularis.* Tertull. de Virg. veland. c. 4 *Subjectum est portionale universali.* conf. Idem de Resurr. carn. c. 57, & adverf. Hermog. c. 31.

¶ Partĭceps, *cipis*, qui partem rei capit, theilhafftig, substant. ein mitgenoß, contrarium *experti.* Brutus & Cassius Antonio fam. 11, 2 *Digni fuimus, quos habeas consilii tui participes*, die um deine anschläge wissen. Cic. pro Fontej. c. 17 *Fortunarum omnium socius & particeps.* Id. de Univers. c. 8 *Compos & particeps rationis animus.* conf. Id. de Leg. 1, 7. Et, *Facere aliquem partis ipem suæ voluptatis*, i. e. communicare eam alicui, fam. 10, 12. Etiam *ratione particeps* legit Grut. apud Cic. Acad. 4, 7. Ter. Heaut. 1, 1, 98 *Nisi ubi ille huc salvus redierit particeps meus*, id est, filius, qui bonis meis mecum ex æquo debebat frui: sive, *quem pariter uti his decuit*, ut ipse paullo ante dixerat. ¶ 2. Rarior loquendi modus cum gen. rei & dat. personæ: *Ejus consilii fortibus viris & illustribus esse participem*, Curt. 6, 7, 6. Sic Quint. Decl. 3 c. 3 *In plerisque ruris operibus marito particeps.* Sen. Herc. fur. v. 369 *Particeps regno veni.*

¶ Particĭpo, *are*, est participem facere & fieri, theilhafftig machen und werden, oder gemein haben. ¶ 1. Quum *participem facere* significat, genitivo cum accusativo jungitur. Plaut. Cist. 1, 3, 17 *Paternum servum sui participat consilii.* Hellenismus hic esse, Vossius notat Aristarcho 5, 33. Vel ablativo cum accusativo: ut, *Participare quem sermone*, Plaut. Mil. 2, 2, 108. Interdum accusativo & ablativo cum præpositione *cum*: Liv. 3, 12 *Suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas &c.* Iustin. 34, 2 *Regnum cum aliquo participare.* Apul. Met. 9 p. 228 *Mensam nobiscum participat.* Spartian. Adriano c. 26 *Venationem semper cum amicis participavit.* Et, *cum aliquo imperium participare*, Id. Severo c. 5; & Treb. Pollio Gallien. c. 7. ¶ 2. Quum *Participem fieri* significat, cum accusativo tantum construitur. Cic. Tusc. 2, 17 *Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem ut participet parem.* Vide *Exitium.*

¶ Participātus, *a, um*, mitgetheilt, gemeinschafftlich. Treb. Pollio Gallien. c. 12 *Participato imperio.* Iustin. 34, 2, 8 *Participato cum fratre regno.* Cyprian. 1 epist. 2 *Participato invicem consilio.*

¶ Partĭcĭpatio, *ōnis*, f. die theilhafftigkeit, gemeinschafft, mitgenoßenschafft. Spartian. in Iuliano c. 6 *Participatio imperii.* Augustin. Octing. quæst. 24 *Boni immutabilis participatio.* Varr. de Philos. in fragm. p. 172 *Assumere socium ad participationem boni.*

¶ Participatus, *ūs*, m. idem. Spartianus Severo c. 8 *Quum* (Iulianus) *Severum ad participatum vocaret.* Capitol. in Vero c. 3 *Participatu imperatoriæ potestatis inaulto.* Et, *In participatum adsciscere*, zum mitgenossen annehmen, Id. in Opil. Macr. c. 5.

¶ Participator, *oris*, m. der antheil hat. Hinc

¶ Participatrix, *icis*, f. die auch antheil hat. Vet. Interpr. Irenæi 5 *Caro participatrix vitæ.*

¶ Partĭcĭpalis, *e*, theilhafftig. Lege un. pr. Dig. de Off. prætor. *Adsociati participales curæ*, id est, participes. ¶ 2. *Verba, quæ declinantur cum temporibus & casibus, vocari a multis participialia*, docet Varro de L. L. 9, 2 extr.

¶ Participium, *i*, n. apud Grammaticos ea pars orationis, quæ partem capit nominis & verbi. vid. Varro de L. L. 7, 32, & 8, 63. Quint. 1, 4, 8; & 9, 3. Apulej. de Syllog. Cat. & Arnob. lib. 1 p. 35.

¶ Participialis, *e*, ad participium pertinens; ut, *Participialia verba*, Quintil. 1, 4 extr. ed. Burm.

¶ Participialiter, adv. occurrit apud Festum in voce *Ostentum* & in *Torrens.*

I. Composita cum numeralibus:

¶ Bipartior, *iri*, pass. in duas partes dividi, in zwey theile sich scheiden. Colum. 11, 2 *XI Cal. Majas ver bipartitur.* Cic. Catil. 3, 2 *Atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos, & pons interesset.*

¶ Bipartītus, *a, um*, zweytheilig; ut, *Hiems bipartita*, Colum. 11, 2. *Melos bipartitum*, Cato ap. Nonium 2, 10. *Genus bipartitum*, Cic. Top. c. 22.

¶ Bipartīto, adverb. in zwey theile. Cic. de Invent. 2, 29 *Id fit bipartito*, hoc est, duobus modis. Sic, *Classis bipartito distributa*, Id. pro Flacco c. 14. Ovid. Rem. am. v. 443

Secta bipartito cum mens discurrit utroque
Alterius vires subtrahit alter amor.

¶ Tri-

¶ Tripartītus & Tripertītus, *a, um,* dreytheilig, in drey theile; ut, *Diviſio tripartita,* Cic. Off. 3, 2; & *Cauſſa tripertita,* (nam & ſecunda vocali ſcribitur) in Verr. 1, 5. Sic & Sen. epiſt. 89 *Tripertita philoſophia.* Aut. ad Herenn. 2, 19 *Argumentatio breviſſima eſt tripartita.* conf. Apul. de Dogm. Plat. c. 48.

¶ Tripartītō, adverb. idem. Liv. 21, 7 *Vrbem tripartito aggrediuntur,* auf drey ſeiten. Et Cic. Tuſc. 5, 14 pr. *Bona dividit tripertito.* Adde Vitruv. 6, 11; Colum. 3, 1; & 5, 1.

¶ Quadripartio, *ire,* in quatuor partes dividere, viertheln. Dictys Cret. 1, 19 paſſive: *Per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus.*

¶ Quadripartītus, *a, um,* viertheilig. Cic. Tuſc. 1, 28 *Commutationes temporum quadripartitæ,* die vier jahrẽ-zeiten. Et Verr. 1, 12 *Quadripartita diſtributio.* Varro L. L. 4, 1 *Fit ut omnia fere ſint quadripartita.*

¶ Quadripartito, adv. idem. Colum. 4, 26 *Brachia quadripartito locabimus.* conf. Cenſorin. de die nat. c. 23.

¶ Quadripartītio, *ōnis,* f. die theilung in vier ſtücke. Varro de L. L. 4, 1 *Quadripartitio magis ſic apparebit.* conf. Id. 6, 2 pr.

¶ Quinquepartītus, vel Quinquepertītus, *a, um,* fünfftheilig: ut, *Quinquepartita argumentatio,* h. e. in quinque partes diſtributa, Cic. de Invent. 1, 34. Et Auguſt. de Trinit. 15, 5 *Habet vita pecoris ſenſum quinquepertitum: ſed intellectum habet nullum.*

¶ Quinquepartito, adv. in fünff theile. Plin. 25, 6 *Foliis inciſis quinquepartito.*

¶ Multipartītus, *a, um,* vide ſupra in *Multus.*

II. Compoſita cum præpoſit.

¶ Compartĭceps, *ĭpis,* ein mitgenoß. Vulg. Interpr. Epheſ. 3, 6.

¶ Comportiōnālis, *e,* gleichmäßig; Scriptores rei agrariæ uſurpant. Aggenus Vrb. p. 51 edit. Gœſii, definit: *Terminos, qui intra poſſeſſionum fines inveniuntur, comportionales appellavit antiquitas.* Et Anonymus p. 254 *Comportionalium ſigna.*

¶ Diſpertio, & Diſpartio, *ivi,* & *ii, īre,* in partes diverſas diſtribuere, austheilen, zertheilen: ut, *Prædam æquabiliter diſpartire,* Cic. Off. 2, 11. *Prædarum partem ſuis diſpertit,* Nepos 14, 10, 2. *Bona militibus diſpertivit,* Id. 10, 7, 1. *Secundam menſam ſervis diſpertiit,* Id. 17, 18, 4. *Diſpertire exercitum per oppida,* Liv. 29, 1, in die ſtädte vertheilen. Et, *Diſpertiri,* paſſive, zertheilet werden: *Cum regna familiaribus diſpartirentur,* Nepos 18, 2, 1.

¶ Diſpartior, *īri,* deponens, eintheilen. Cic. de Leg. 2, 9 *Iureconſulti, quod poſitum eſt in una cognitione, id in infinita diſpartiuntur.* Liv. 3, 10 *Conſules belli adminiſtrationem inter ſe dispertiri juſſi.*

¶ Diſpertītus, *a, um,* paſſive, hin und her zertheilt, ausgetheilt. Cic. Att. 9, 10 *Exiſtimo, vos diſpertitos & in ſpeculis eſſe.* Id. fam. 5, 2 *Mihi tecum diſpertitum officium.* Et Lucret. 1, 888 *Diſpertita animæ vis.*

¶ Diſpertitio, *ōnis,* f. die zertheilung, ausſpendung. Tertull. adv. Hermog. c. 31 *Eadem ratione non poteſt pati diſpertitionem & demutationem.*

¶ Diſpartībilis, *e,* diviſibilis, theilbar. Tertull. adv. Hermog. c. 39 *Demutabilis & diſpartibilis.*

¶ Expers, *tis,* o. partem non habens, vacuus, unfähig, leer, untheilhafftig; ut, *Expers & ignarus eruditionis,* Cic. de Orat. 2, 1. *Expers humanitatis,* Id. de Div. 2, 38, wild, unfreundlich. *Expers virtutum,* Vellej. 2, 74, 2, untugendhafft. Horat. 3 od. 4, 65 *Vis conſilii expers mole ruit ſuâ,* ſtärcke ohne klugheit. *Animantia rationis expertia,* Cic. de Leg. 1, 7. Sic, *Facere expertem,* berauben, Id. pro Corn. Balbo c. 8. Cum Ablativo junxit Plautus Amph. 2, 2, 81 *Eo more expertem te factam adveniens offendi domi,* daß du die gewohnheit abgelegt. Idem, *Expertem metu,* Aſin. 1, 1, 31; &, *Domo expertem,* Perſâ 4, 3, 40 dixit. Lucret. 2, 1089 *Natura videtur Ipſa ſua per ſe ſponte omnia DIs agere expers.* Catull. de Coma Berenices v. 77 *Omnibus expers unguentis,* i. e. coma unguentis nunquam delibuta. vid. Voſſ. ad h. l. p. 267. Hoc quoque notandum, *τὸ expers* ex illorum numero eſſe, quæ contrarias ſignificationes admittunt, & communiter quidem *expertem* dici, qui alicujus rei particeps factus nunquam eſt; & contra aliquando, quamquam rarius, qui factus eſt particeps. Vet. Gloſſ *Expers, ἄπαιρος καὶ ἔμπαιρος* Perſius ſat. 6, 8 *Poſtquam ſapere urbi Cum pipere & palmis venit noſtram hoc maris expers:* hoc *ſapere maris expers,* id eſt, hæc ſapientia græcanica & trans mare cum pipere & palmis advecta. Itaque ſapientia *expers maris* eſt, mare experta. Vide ibi Caſaubon.

¶ Impertio, *ivi, itum, īre,* mittheilen. Sic conſtruitur: *Impertio tibi multam ſalutem,* &, *impertio te plurima ſalute,* ich grüſſe dich. Cic. Att. 2, 12; & Ter. Eun. 2, 2, 40. Cic. de Amic. c. 19 *Impertiant aliis fortunam.* Et, *Impertire laudem,* Id. pro L. Manil. c. 8 *Alicui aliquid de re familiari impertire,* Id. Off. 2, 15. Et Suet. Ner. c. 37 *Aliquem impertire oſculo.* Tac. A. 14, 16, 3 *Sapientiæ doctoribus tempus impertiebat.* Et c. 21, 6 *Aures ſtudiis honeſtis impertire.* Paſſ. Nep. 25, 1, 2 *Doctrinis puerilis ætas impertiri debet,* i. e. innutriri. Cic. Catil. 3, 6 *Collegæ meo laus impertitur.*

¶ Impertior, *īri,* deponens, geben, mittheilen. Cic. pro Archia c. 5 *Multis gratuito civitatem in Græcia homines impertiebantur.* Id. ad Brut. ep. 12 *Rogamur, ut miſericordiam liberis ejus impertiamur,* daß wir an kindern barmhertzigkeit erweiſen. Ter. Adelph 3, 2, 22 *Sed ceſſo hoc malo heram impertiri propere.* Singulari ratione uſus eſt Sen. Conſol. ad Polyb. 26 *Impertiri te nec voluptati, nec dolori, nec ulli rei potes, totum te Cæſari debes.*

¶ Impartior, *iri,* idem. Lactant. Epit. 6 *Summa illa majeſtas donum immortalitatis impartitur.*

¶ Impertiens, & Impartiens, *tis.* Mart. Capella lib. 1 p. 21 *Ornamenta aliis impartiens.*

¶ Impertītus, *a, um,* paſſive, begabt, verliehen. Suet. Claudio c. 4 *Relinquere nullo honore impertitum.* Apul. Apol. p. 377 *Nulla impertita mora,* unverzüglich. Abſolute Liv. 21, 41 *Pro his impertitis oppugnatum patriam noſtram veniunt,* i. e. pro beneficiis.

¶ Impertītio, *ōnis,* f. die mittheilung. Arnob. lib. 2 p. 43 *Honoris impertitione viduari.*

¶ Impertĭlis, *e,* untheilbar. Auguſtin. lib. 6 Muſ. *Impertilis nota.*

¶ Proportio, *ōnis,* f. comparatio duarum rerum ſecundum quantitatem, die gleichheit, vergleichung, ähnlichkeit, Cic de Vniverſ. c. 4 extr. *Id optime adſequitur, quæ græce ἀναλογία, latine* (*audendum eſt enim, quoniam hæc primum a nobis novantur*) *comparatio proportiove dici poteſt.* Et ſequenti c. 5 *Ita contigit, ut inter ignem & terram aquam Deus animamque* (h. e. aërem) *poneret, eaque inter ſe compararet & proportione conjungeret, ut quemadmodum ignis animæ; ſic anima aquæ: quodque anima aquæ; id aqua terræ proportione redderet.* De ſimplici *portio* hoc ſenſu v. paullo ante.

¶ Proportiōnātus, *a, um,* gleichformig, gleichgetheilt. Firmicus Maternus 4, 13 *Corpus ſatis proportionatum.*

¶ Proportionālis, *e,* idem; ut, *Termini proportionales,* Frontinus de Colon. p. 330 & 331.

¶ Superpartiens, *tis,* arithmeticorum veterum vox cum ſignificare volunt, numerum continere aliquem alium, quo cum comparetur, & inſuper aliquot partes ejus aliquotas Ita v. g. 5 ad 3 & 10 ad 6 eſt ſuperpartiens numero ſupertertio, quia 5 continet 3 & duas ejus tertias &c. v. Mart. Capella lib. 7 p. 252 & 253 *De ſuperpartiente.*

¶ Superparticularis, *e,* itidem dicitur numerus, quo cum comparatur, & inſuper partem illius unam aliquotam: v. g. 3 ad 2. Nam 3 continet 2 & hujus partem dimidiam; ita 9 ad 6; 12 ad 8. v. Capella l. c. *de multiplici ſuperparticulari.*

Parſimonia, vide ſupra *Parco.*

PARTHAON, *ōnis,* m. Martis aut potius Meleagri Caledoniæ regis filius, Theſtii & aliorum filiorum pater. v. Boccat. de Geneal. Deor. 9, 11 p. 225 ſq. Hinc

¶ Parthaŏnius, *a, um,* adj. ut, *Parthaonia domus,* h. e. Meleagri familia, Ovid. Met. 8, 541.

PARTHĔNIÆ, *arum,* f. pl. (non *Parthenii,* ut vulgo,) ita dicti Tarentini, Lacedæmone profecti, ob notam materni pudoris: quâ de re Iuſt. 3, 4, 7; & 20, 1, 15, ubi ſpurios vocatos ait. Adde Lactant. 1, 20, qui aliter nonnihil refert. Ὁ παρθενίας plane reſpondet noſtrati, ein jungfer-kind.

¶ Parthenĭce, *es,* f. herba, quæ & *Parthenis.* Catull. carm. 62, 94 *Alba parthenice velut, luteumque papaver.*

¶ Parthenicon, *i,* n. παρθενικόν, herba, *pulegium,* poley, flöhkraut. Apul. de Herb. c. 92.

¶ Parthĕnis, *ĭdis,* f. herba poſtea dicta *artemiſia.* Plin. 25, 7.

¶ Parthĕnius, *a, um,* adject. Idem ac *virginalis.* Sic *Parthenia antra,* Propertio 1, 1, 11, in Arcadiæ monte, ubi Atalanta expoſita, de qua Ælianus H. V. 13, 1; & in quo monte virgines venari conſueverunt. v. Plin. 4, 6, & Servius ad Virg. eclog. 10. ¶ 2. *Parthenius,* fluvius; Ovid. Pont. 4, 10, 49; & Plin. 6, 2. ¶ 3. *Parthenius,* poëta quoque Nicæus apud Suidam. conf. Martial. 4 epigr. 45; & Macrob. Saturn. 5, 17. ¶ 4. De *Parthenio,* Tiberii ſervo, habes Gundlingia. 30, 3. Hinc

¶ Partheniānus, *a, um,* poſſeſſivum. Martial. 9 epigr. 50

Hæc toga jam non eſt Partheniana, mea eſt.

¶ Parthenia, *æ,* f. inſula, Samos quondam dicta, Plin. 5, 31.

¶ Parthenium, *i,* n. παρθένιον, herba notiſſima: vulgo *matricariam* vocant, metran oder mutterkraut. Nomen ei fuit a Minerva, de qua Plin. 22, 17; Dioſc. 3, 141. Muralem quoque vel perdicium appellavere veteres. Adde Plinium 21, 30; Celſum 2, 33; & Apulej. de Herb. c. 81. ¶ 2. *Parthenium,* promontorium, Plin. 4, 12 & 91. Et oppidum, Plin. 5, 29, 30.

¶ Parthenŏpe, *es,* f. Παρθενόπη, una ex Sirenibus, a qua *Parthenope* Neapolis dicta fuit, de qua v. ſupra. Silius 12, 33 in hujus urbis deſcriptione:

Sirenum dedit una ſuum & memorabile nomen
Parthenope muris, Acheloias, æquore cujus
Regnavere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.

¶ Parthenŏpēĭus, *a, um,* adject. ſex Syllabarum: ut, *Parthenopeia mœnia,* Ovid. Met. 14, 106.

¶ Parthenŏpæus, *i,* m. Meleagri & Atalantæ filius, bello Thebano celebris, de quo multa Statius. Meminit ejus Virg. Æn. 6, 480.

¶ Parthenŏpŏlis, *is,* f. oppidum Myſiæ in Aſia, Plin. 5, 32. ¶ 2. *Parthenopolis* etiam *Magdeburgum,* a quibusdam vocatur, quam a Venere vel Gratiis ita dictam volunt. *Virgo* enim majoribus noſtris fuit eine magd, quod hodie ancillam notat.

PARTHIA, *æ,* f. Παρθία, regio Aſſyriaca, quam *Parthienem* Curtius vocat 6, 2, 11, ubi & docet, Parthos Scytharum progeniem eſſe, quod & Dionyſius teſtatur. Fuit initio obſcura & minus validagens, deinde nobiliſſima & potentiſſima evaſit, potita ſummo imperio poſt Perſas & Alexandrum M. Arſace duce; quibus tamen id cedere ruſus, volventibus fatis, fuerunt coacti, circa A. C. 230 duce Perſarum Artaxerxe. Vide Dionem Caſſium lib. 40 in rebus Craſſi, ubi accurate de iis exponit: e junioribus vero Onuphr. Panvinium lib. 3 Reip. Rom. p. 425.

¶ Parthi, *orum,* m. pl. populus ex Romana hiſtoria notiſſimus, qui ut modo obſervatum, Perſarum imperium ab Alexandri M. exceſſu ad A. C. 230 tenuit. Sed ſæpe Perſarum Parthorumque nomen confunditur. v. Dodwell. diſſ. de Iſidoro Characeno in Geogr. Græcis Hudſonianis c. 4 p. 62; & Spanhem. ad Iulian. Orat. 1 p. 123, 149. cont. ſupra *Arſacides.*

¶ Parthĭcus, *a, um,* adject. ut, *Dominatus Parthicus,* Tac. Ann. 6, 34, 6. *Equitatus Parthicus,* Flor. 4, 9, 5. De cognomine Imperatorum Rom. qui ſe *Parthicos* dici amabant, v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 66. *Parthicæ pelles,* apud Romanos poſteriores dictæ, quæ Parthorum commerciis ex ea ditione, quæ hodie vocatur Siberia, afferebantur, vulgo zobeln. Hinc

¶ Parthicarii, negotiatores harum pellium, apud ICtos. v. If. Voſſius ad Catull. p. 190.

Partiarius, &c. particeps, participare, participium &c. particula &c. partim, partior, partitio, vide paullo ante ſub *Pars.*

Partitudo, Partula, Partumejus, parturio, partus, vide *Pario.*

Parve, parvitas, vide mox *Parvus.*

PĂRVLIS, *idis*, f. παρηλίς, plur. *Parulides*: Sic aliqui legunt apud Celsum 6, 13, pro *Parodontides*.

PĂRVM, adverb. wenig; ut, *Parum diligenter aliquid facere*, Cæsius Cic. sub Att. 10, 9. Et, *Parum firma sunt, quæ de fratre meo scribis*, ipse Cic. Att. 10, 11. Liv. 8, 32 *Cum parum precibus, parum causa proficerent*. Et Plaut. Rud. 4, 4, 59 *Parum intelligere, &c. Prisno processit parum*, Ter. Andr. 4, 1, 47, zum erſtenmahl hat es nicht wollen anſchen. *Parum successit quod agor*, ib. v. 55. Ruſus Plaut. Pſeud. 1, 5, 62 *Cum apud te parum fidei fuit*. Ter. Eun. 1, 2, 117 *Mihi parum hab et fidem*. Et Plaut. 5, 7, 27 *Irene parum mihi fidem esse apud te?* Sen. proœm. Controverſ. *Parum in illis habueris fiduciam*. Ovid Heroid. 3, 25 *Nec repetiſſe parum est, pugnas ne redear*. De talibus incrementi formulis Gronov. ad Plin. 21, 13.

¶ Parumper, adv. refertur ad tempus, eine kleine weile, ein wenig. Ter. Andr. 4, 2 extr. *Dum exeo, parumper operire hic*. Et Cic. 9, 4 extr. *Abducere parumper animum a molestiis*. Liv. 4, 30 *Romanos parumper exterruit*. Id. 5, 38 *Parumper subsidiariis tutatus est locus*.

¶ Perpărum, adv. ſehr wenig, allzu wenig. Cic. Verr. 1, 57 *Perparum ex illis magnis lucris ad se pervenire*. Alii *Perparvum*.

Paruncŭlus, vide *Pero, onis*.

PĂRVS, *i*, f. prima brevi, inſula una e Cycladibus. vide ſupra *Paros*. Sed

PĂRUS, *i*, m. prima longa, avis, eine meiſe. Autor Philomelæ v. 9 *Parus enim quamvis pervicacem timuit omnem*. Eſt hæc avis multarum ſpecierum: *Parus major*, vel *fringillago*, ſpiegelmeiſe. *Parus ater*, kohlmeiſe. *Parus cærulens*, vel *montanus*, weidmeiſe. *Parus palustris*, tannmeiſe, capite prorſus eſt nigro. *Parus cristatus*, beutelmeiſe, ſtraußmeiſe, cristam enim in capite nigro fert retro extenſam. *Parus caudatus*, ſchwanzmeißlein. *Parus silvaticus*, waldmeißlein, tannenmeißlein. Gesner.

PARVUS, *a*, *um*, ex græco παῦρος, klein. Ter Eun. 1, 2, 11 *Forsitan hic mihi parvam habeat fidem*, er dürffte mir wenig glauben. *Beneficium suum non parvum commemorare*, Cic. pro Cæcin. c. 10. *Rem parvo pretio vendere*, Id. Verr. 4, 60, um geringes geld verkauffen. *Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi*, Id. Off. 1, 22. Et Horat. 2 sat. 2 pr. *Quæ virtus & quanta boni sit, vivere parvo, Disce*. Idem epiſt. 10, 41 *Serviet æternum, qui parvo nesciet uti*. Conf. Lucan. 4, 377. Sed *Parvi facere, æstimare, pendere, putare*, gering achten. Plaut. Mil. 4, 8, 41 *Parvi ego illos facio*. Ter. Hec. 3, 5, 63 *Quæ dico, parvi pendunt*. Apul 4 Met. p. 154 *Lacrymas parvi pendere latrones conjecere*, ſie fragen nicht viel darnach. v. non inter composita. Cic. pro Arch. c. 6 *Pericula mortis & exsilii parvi esse ducenda*. Et Catullus carm. 23, 25 *Noli esse parvi, nec putare parvi*. Et *parvi esse* dicimus. Nepos 18, 10, 4 *Omnes præ illo parvi futuros*. Et, *Herus meus operam meam parvi existimat esse pretii*, Ter. Hec. 5, 3, 1. Sic, *Parvi refert*, es iſt wenig daran gelegen. Sed, *parvi quid curare*, ſordida formula eſt. ¶ 2. Eſt & ubi pro *parum* ponitur. Lucan. 4, 239

Si torrida parvus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesque furorque:

Parvus cruor, id eſt, parum cruoris. Similiter Sedulius de Chriſto infante: *Parvoque lacte pastus est, Per quem nec ales esurit*. id eſt, non multo lacte: exigua lactis copia. Sed durissimæ hæc dicta videntur. ¶ 3. Aliquando *Parvus* pro brevi ponitur, & tempus notat. Sic Lucanus *parvam mortem* dixit 4, 476 & 525. Ter. Andr. 1, 1, 83 *Sic cogitavam: hem, hic parvæ conjunctionis consuetudo hujus fert tam familiariter*. ¶ 4. *Parvus* aliquando pauper & humilem, ſive non multo illuſtrem & clarum ſignificat, ut etiam Gell. Horat. 1 epiſt 3, 28 *Parvi properamus & ampli*. Servius ad illud Virg. ecl. 7 *Tibi Delia parvus &c. vel puer*, inquit, *vel humilis vel pauper*. Hirt. de B. Afric. c. 57 *Aquinium hominem navum, parvum senatorem*. ¶ 5. Puerum etiam ſignificat, ein kind. Cic. Catil. 3, 8 *Romulus, quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem, ubertibus lupinis inhiantem fuisse meministis*. Id de ſin 5, 15 *Parvi primo ortu sic jacent, tanquam omnino sine animo sint*. Sic, *ætate parvi*, i. e. minores, junge leute, kinder, Suet. Aug. c. 48. Val. Flaccus, de Achille ſub Chironis magiſterio loquens, 1, 269 *Te parvus lituos & bella loquentem Miretur*. Stat. 1 Silv 6, 44 *Parvi, fœmina, plebs, eques, senatus*. Et Theb. 7, 520 *Liquistis enim parvo quæ sanguine*. Conf. Barth. ad Stat. Silv. p. 152 & 157, qui perperam latino uſu damnari a ſciolis hanc vocem notat. Eodem modo & *parvulus* accipitur. De quo poſtea. ¶ 6. Contra regulam comparatur; ut, *Minor*, *minimus*, de quibus ſupra in M. *Parvissimus* tamen invenitur apud Lucretium, ut, *Parvissima quæque corpora*, 1, 609 & 614. conf. 3, 200. Sic, *Ritus parvissimus*, Varr. ap. Nonium 6, 43. Adde Perizon. in *Sanct.* Et Iſidor 4, 8 de *Ordeolo*. Sic & Cæl. Aurel. Chron. 1, 1, 5 *Parvissimæ guttarum flores*. Id 1, 1, 29 *In frustra minuti parvissimi*, & alibi. Habet ille etiam *Parvior*: ut, *Volantum parvior*, ibid. 2, 1, 26.

¶ Parve, adv. ein wenig. Vitruv. 9, 6 *Parvus per eos flectitur delphinus*. Superiat Cæl Aurel. Acut. 2, 38 *Parvissime aliquid commovare*.

¶ Parvulus, *a*, *um*, dimin. etwas klein. Virg. Æn 4, 328 *Si quis mihi parvulus aula Lusisset Æneas*. *Parvula manus pedisque*, Brutus Cic. ſam. 1, 10. *A parvulo*, Ter. Andr. 1, 1, 8; & *a parvulis*, von kindheit auf: Cæl. B. G. 6, 20 *A parvulis duritiæ & labori studeant*. Quod Liv. 1, 39 *a parvo* dixit. ¶ 2. Vitiatur ſæpe pro *puero*, præcipue ſequioris ævi ſcriptoribus, ein kind. Iuſtin. 1, 4, 13 *Sors parvulorum*. Quintil Decl 24 *O manus olim mea, quæ me parvulum salvum ejecisti*. Alia exempla vide ap. Barthium ad Ceirin v. 139. Hinc inter inſulſe Pranium veterum interpretem Bibliorum latinum reprehenduſſe, quod apud Matthæum c 18, 2 παιδίον, *parvulum* verſellet quam ſe quem *puerum* reddere debuiſſet, cum *parvulus* potius natura, quam ætatis ratione dicatur. Et quidni *parvulus* ita dicatur, ut modo ſi coronem *parvo* uti docuimus?

¶ *Parvulum*, adv. gar wenig. Plin. 8 epiſt. 14 *Parvulum referret, an ille vitia diligeret*. &c.

¶ *Parvitas*, *ātis*, f. die kleinigkeit apud Cicer. legitur pro ſubſtan ia parva, ſic convert c 11 *Quæ cerni non possint propter parvitatem*. Cæl 1, 5 *Ut rerum & parvitates rerum & magnitudines*. ¶ 2. Pro tenuitate, imbecillitate ingenii virtusque poſuit Valerius Max. in prologo: *Mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrerit*, meine wenigkeit. Quem locum nolim a Liptio ſolicitatum. Ita enim & Hieron. epiſt. ad Tranquill. *Quia meæ parvitatis quæris sententiam*. conf. Sidon. 7 ep. 9.

¶ Parvulitas, *ātis*, f. die kindheit, minderjährigkeit. Vox inclinatæ Latinitatis apud Commodianum Inſtruct. 6 p. 6 *Si parvulitas sic sensit*, i. e. pueritia & juventus.

¶ Minor, compar. & Minimus, ſuperlat. &c. vide ſupra *Minor*.

¶ Paucus, Paucitas, &c. quæ ejusdem originis, vide mox eorſum.

¶ Paululus, *a*, *um*, diminut. pro *parvulus*, ſehr klein, ſehr wenig, winzig. Liv 8, 11 *Pro paulula via magnum mercedem Romanis esse solvendam*. Idem 35, 11 *Equi hominesque paululi & graciles*. Plaut. Bacchid. 4, 8, 24 *Pacisci cum illo paulula pecunia potes*, vor ein bagatell-geld. Abſolute Cic. Tuſc. 5, 8 *Sed habeo paululam, quod requiram*. Et mox ibid. *Huic paululam ad beatam vitam deest*. Sic & Ter. Adelph. 1, 2, 10 *De suo jure concedere paululum*. Et Plaut. Pœn. 2, 6, 7 *Prædæ paululum feci*, nur etwas. ¶ 2. *Polulus* pro *Paululus* antique dixit Cato de R. R. ut, *Labellum polulum*, c. 10. Et, *Luminæ polulæ*, c. 21.

¶ Paululum, adverbialiter, ein wenig. Cic. pro Quintio 16 *Paululum respirare*, etwas luft ſchnen. Ter. Andr. 3, 5, 16 *Sed paululum sine ad me ut redeam*. Id. Eun. 4, 4, 5 *Paululum si cessassem*, nur ein weilgen.

¶ Paululo, per ſe ablativus, interdum adverbiaſcens. Nominis enim naturam retinet. Ter. Eun. 1, 1, 30 *Si nequeas paululo*, ſcil. *redimere*. Id. Heaut. 3, 1, 35 *Muliercula paululo tam erat contenta*, mit wenigen.

¶ Paululatim, adv. allmählich. Apul. 2 Met. p. 121 *Paululatim labellis minuens*. Atque ita etiam alibi. Vide Indicem Elmenhorſtii. Nec aliter Pricæus vulgavit: vide p. 31 &c.

¶ Paulus, five Paullus, *a*, *um*, aliud diminutivum ex *Paululus* contractum; unde utroque modo *Paullus* & *Paulus* ſcribitur, ſi vel unam tantum literam, vel totam ſyllabam de medio tollas, wenig, klein. *Paulus* præfertur a Priſciano p. 614. Titinnius ap. Nonium 4, 47 *Cocus magnum abenum, quando servit, paulla confutat trud*. Ter. Andr. 5, 3 extr. *Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri*. Ibid. 1, 5, 31 *Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur*. Adelph. 5, 4, 22 *Paulo sumtu*.

¶ Paulum, vel Paulum, neutrum genere crebro adverbiaſcit, uti *Paululum*: v. g *Paulum adspectu conterritus hasit*, Virg. Æn. 3, 597. *Adspexi paulum ab aliquo loco*, Cic. Acad. 1, 1. Sic, *Admodum paulum*: &, *Paulum modo aliquid ostendere*, Id. fam. 1, 5, nur ein wenig.

¶ Paullo, ſive Paulo, per ſe ablativus, unde etiam comparativis eleganter apponi ſolet; ut, *Paullo majora canamus*, Virg. ecl. 4, 1. *Litteræ paullo liberiores*, Cic. Att. 2, 13. *Civis haud paullo melior, quam ipsi nostri*, ibid. epiſt. 12, viel oder weit frömmer. *Non paullo gratius id est*. *Paullo ante, Paullo prius*, kurtz zuvor. v. Afran. ap. Charit. p. 191. *Paullo post*, & *post paullo*, Cæſ. B. C. 1, 20, bald hernach, nicht lange darnach. *Post paullo* elegantius eſſe, docet Gronov. ad Liv. 22, 60; nec non Burman ad Quint. 2, 5 pr. *Verba paullo magis prisca*, id eſt nimium priſca, Cic. de Clar. Orat. c. 21. *Paullo minus prudens & consideratus patersamilias*, ein wenig zu unvorſichtig und unbedachtſam, Idem. Utrumque autem dicitur & *paullo minus* abſolute, & cum particula *quam*, de quo Caſaubonus ad Suet p. 141. *Paullo facius*, ein wenig anders, Cic. de Orat. 3, 30. *Plus paulo*, Ter. Heaut. 2, 1, 8.

¶ Paullatim, vel Paulatim, adv. uti *paululatim*, ſignificat ſenſum, leniter, mählig, langſam. Ter. Adelph. 5, 6, 10 *Paulatim plebem primulam facio meam*, allmählich allſachte, nach und nach. *Omnia paulatim crescunt*, Lucret. 1, 190. *Carpit vires paulatim*, Virg. Georg. 3, 215. conf. ecl. 4, 28 &c. *Cujus amicitia me paullatim in hanc perditam caussam impulit*, Cæl. ad Cic. fam. 8, 17.

¶ Paullisper, vel Paulisper, adv. paulum admodum, ein kleins wenig; ut, *Paulisper mane*, Ter. Adelph. 2, 2, 46. Et, *sine quæso paulisper*, Id. Heaut. 2, 3, 137. *Commoratus est paulisper, dum se uxor comparat*, Cic. pro Mil c. 10. ¶ 2. Pro aliquamdiu, eine weile. Plaut. Bacch. 3, 3, 12 *Paulisper est libido hominis, suo animo obsequi*. Id. Pseud. 1, 1, 36 *Quasi solstitialis herba paulisper fui*. conf. Virg. Æn. 5, 846.

Pauxillus, pauxillulus, &c. vide paullo poſt in *Paucus*.

¶ Paulus, ſive Paullus, *i*, m. a diminutivo *paulus*, vel *paullus*, nomen Romanum eſt, & quidem in gente Fabia prænomen, in Æmilia autem cognomen primum, deinde etiam prænomen. v. Perizon. Animadv. hiſt. p. m, ut, *Æmilii Pauli &c.* a ſtatura parva. Sic, *Paulus Fabius*, *Paulus Iulius*, *Paulus Venetus*, apud Tacitum. Græce etiam eſt παῦλος. Et multi veterum dicunt, *Apoſtolum Paulum* nomen hoc elegiſſe, ut oſtenderet ſe *minimum Apoſtolorum*. Quin etiam inter Iudæos dictum *Samuel Haklaton* i. e. parvus ingeniole oſtendere conatus eſt Zeltnerus in Differt. A. 1713 Altorfi habita. Debet autem *Paulus* potius, quam *Paulus* ſcribi, ut ex Capitolinis lapidibus, Sigonius Emend. 1, 1, & Dausqueius in Orthographia part. 2 oſtendunt. Indeque

¶ Paulianus, *a*, *um*, adj. ut, *Inclyta Pauliana victoria*, Val. Max. 8, 11, 1. Sic Iuriſconſultis dicta eſt *actio Pauliana* a Paulo prætore. Sic, *Pauliana responsa*, in Inſp. præfat Pandect § 5. Hinc &

¶ Paulinus, *i*, m. & Paulina, f. nota in hiſtoria Romana nomina; ut, *Suetonius Paulinus*, *Pompejus Paulinus*, &c. *Lollia Paulina*, *Pompeja Paulina*, apud Tacitum. Duo præterea *Paulini* epiſtolarum inſignes: alter ille *Nolanus* epiſcopus, cujus carmina & epiſtolæ ſuperſunt: & alter, *Petrocorius* a patria, Aquitaniæ oppido, cognominatus, & ipſe poëta, qui vitam S. Martini ſcripſit, ab Iureto & Barthio commentariis illuſtratam.

¶ Paullulus, *i*, m. Poſtumiorum Albinorum agnomen, apud Pigh. Annal. ad an. DLXII.

¶ Parvibibulus, *a*, *um*, der wenig trinckt. Cæl. Aurel. Acut. 3, 15 *Phrenetici parvibibuli, quos ὀλιγοποτας vocant*.

¶ Parvicollis, *le*, kleinhälſigt. Cæl. Aurel. Tard. 2, 12 *Parvicollis, microtrachelus*.

¶ Parvifacio, *ere*, geringachten, compoſite ap. Nonium 1, 64 *Ego rumorem parvifacio, dum sit, rumen qui impleam*. Et ſic Feſtus *Multifacere* dicitur, *sicut magnifacere & parvifacere*. Sed

diviſe Plaut. Mil. 4, 8, 41; Rud. 3, 3, 35; &c. ¶ 2. *Parvifacior* paſſ. Titinnii eſt ap. Priſcian. p. 789 *Conſilium bonum gratia parvifaciatur.*

¶ Parvipendo, *ere*, idem, & eodem modo Sen. de Benef. 1, 5 *Illud quod in re carum atque pretioſum eſt, parvipendunt.* Ter. Hec. 3, 5, 63 *Quæ dico, parvipendunt.* conf. Plaut. Bacch. 3, 6, 29; Rud. 3, 2, 36; Trin. 3, 2, 65; & Macrob. Somn. Sc. 2, 9. Etiam hoc diviſe potius ſcribitur.

Compoſita ab initio:

¶ Perparvus, *a, um*, ſehr klein. Plin. 5, 7 *Perparva inſula.* Cic. pro Dejot. c. 3 *Perparva inſula.* Id. Verr. 1, 38 *Perparva & tenuis civitas.*

¶ Perparvŭlus, *a, um*, idem: ut, *Duo ſigilla perparvula*, Cic. Verr. 2, 43. Et, *Perparvuli ſcrupuli*, Solinus c. 53.

¶ Perpaululus, *a, um*, idem. Cic. de Orat. 2, 35 *Inter ingenium & diligentiam perpaululum loci reliquum eſt arti.*

¶ Perpaulum, adv. ein klein wenig. Cic. de Fin. 1, 6 *Perpaulum declinare.*

¶ Præparvus, *a, um*, ſehr klein. Iuvencus extremo lib. 2 in Matth. c. 13
Simile eſt, cordis ſi panditis aures,
Præparvi grano regnum cæleſte ſinapi.

Paſcalis, vide mox in *Paſco.*

PASCEŎLUS, *i*, m. ex aluta ſacculus, ein beutel, taſche. Plaut. Rud. 5, 2, 27 *Centum denaria Philippea in paſceolo.* Adde ex Lucio & Catone loca ap. Nonium 2, 635. Græce φάσκωλον & φασκώλιον. Suid. φασκώλιόν ἐστι μαρσύπιον. vid. Turneb. Adverſ. 3, 11, & Meurſ. Exerc. Crit. P. 1 c. 1 p. 228, qui dicit eſſe diminut. a *paſcele.*

PASCHA, πάσχα, Græcis in N. T. indeclinabile. v. Voſſ. de Analogia 1, 20. Patres Latini in prima forma flectunt. Tertull. ad Vxor. 2, 4 *Solemnibus paſchæ abnoctare.* Id. de Corona Mil. c. 3 *A die paſchæ in pentecoſten usque.* Et Hieron. adverſ. Vigilantium, *In vigiliis paſchæ.* Plur. Symmach. 10 ep. 77 *Paſcharum dies celebrare.* Significat tranſitum ab Ebraico פסח, Oſtern, id eſt, *reſurrectio*, urſtend. De varia hujus vocis ſignificatione v. Caſaubon. contra Baron. Exercit. 16 ſect. 11 & ſeqq. De ritibus & ceremoniis ſolemnitatis Paſchæ vide præter antiquitatum & ſpeciatim feſtorum Scriptores, Scalig. de Emendat. temporum, Bezam ad Matthæi c. 26, 21, itemque Briſſon. ad Codic. de Feriis. Omnium autem diligentiſſime & copioſiſſime Iac. Gothofred. ad varia loca Cod. Theod.

¶ Paſchālis, *e*, öſterlich. Sedulius exordio opuſculi:
Hæc eſt via namque ſalutis,
Hæc firmos ad dona gradus paſchalia ducit.
Chryſologus ſerm. 73 *Paſchalis ſolemnitas.* De *Paſchali cyclo* Iſidorus 6, 17.

¶ Paſchaliter, adverb. idem, apud Hieronymum lib. 1 epiſt. 7.

PASCHIĒNUS, *i*, idem qui paſſivus ſive pathicus, παςχητιὼν, ein weichling. v. Lauremb. Antiqu. p. 321. Ita Pacatus Rhetor *Paſſieno, prima ejus ſyllaba in Græcum mutata, obſcenum nomen impoſuit*, apud Senecam præfat. Controv. lib. 5.

PASCO, *pāvi, paſtum, paſcĕre*, pecudum eſt, ſicut veſci hominum, Valla auctore, weyden, füttern. Ponitur quandoque abſolute; ut Ovid. Met. 4, 635 *Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Paſcebant &c.* Niſi heteroſin quis malit eſſe, *paſcere* pro paſci. Eſt enim activum, *Paſcere boves, beſtias:* Virg. eclog. 1, 46 *Paſcite, ut ante, boves, pueri, &c.* Ibid. 10, 18 *Oves ad flumina pavit Adonis.* conf. Georg. 4, 152. Item, *Paſcere crinem*, das haar wachſen laſſen. vide *Crinis. Paſcere barbam*, Horat. 2 ſat. 3 v. 35. *Polus dum ſidera paſcet*, Virg. Æn. 1, 612. ¶ 2. Veteres proprie de ſervorum familia dicebant, unterhalten; ut apud Catonem, *Bene veſtire, & bene paſcere.* Quo reſpexit Apulejus Apol. *parcius paſco, levius veſtio.* Iuvenal. ſat. 3, 141 *Quod paſcit ſervos?* Spartian. in Adriano c. 11 *Ante omnes tamen enitebatur, ne quid otioſum vel emeret aliquando, vel paſceret.* ¶ 3. Pro *edere* etiam veteres uſurparunt. Martial. 9 epigr. 81 *Paſcit Gellius*, er ſpeiſet. Convivium etiam dare vel epulari lautius ſignificat, docente Gronovio Obſerv. 2, 4; quem laudat Burm. ad Quint. 6, 2 p. 560. Add. Burm. ad Petron. c. 57 p. 284. ¶ 4. Transfertur eleganter ad oculos & animum. Virg. Æn. 1, 464 *Animum pictura paſcit inani.* Et, *Oculos paſcere ſuos in aliqua re*, Cic. Phil. 11, 3 extr. ſeine luſt ſehen. *Numos alienos paſcere*, Horat. Ep. 1, 18, 35, i. e. ad fœnus accipere, & augere. ¶ 5. *Paſcor*, paſſ. Ovid. Amor. 1, 14, 39 *Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit.* Et Cic. pro Cluent. c. 25 *Beſtiæ, fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſunt, revertuntur.* Sic, *Paſci diſcordiis*, Id. pro Sext. c. 46. *Bibliotheca alicujus*, Id. Att. 4, 10; *mendicato cibo*, Ovid. Triſt. 5, 8, 14.

¶ Paſcens, *tis.* Iuſtin. 2, 2, 3 *Armenta & pecora paſcentes.* Virg. ecl. 1, 78 *Me paſcente &c.* Id. Georg. 2, 198 *Campus paſcens cygnos.* Id. ecl. 3, 96 *Paſcentes capellæ*, die in der weyde gehen. Sic *Paſcentes agni*, Id. ecl. 4, 45. *Paſcentes hedi*, 5, 12.

¶ Paſtus, *a, um*, geweydet, gefüttert; ut, *Agna gramine paſta*, Ovid. Pont. 4, 8, 41. *Paſtos agere greges*, Id. Heroid. 24, vel A. Sabini 3, 14. *Planus quæſtu judiciario paſtus*, ein cauſſenmacher. Cic. pro Cluent. c. 26. ¶ 2. Item, abgefreſſen; ut, *Paſtæ radices*, i. e. quas beſtiæ paverunt, Plin. 9, 3.

¶ Paſtus, *ûs*, m. ſubſt. die weyde, fütterung. Cic. Nat. D. 2, 47 *Comparavit paſtum animantibus large, & copioſe natura.* Id. Tuſc. 5, 23 *Suaviſſimus paſtus animorum oblectatio ſolertiæ*, hertzens luſt und weyde.

¶ Paſtio, *ōnis*, f. pecudum alimentum, & actio ipſa paſcendi, das futter, die weyde. Cic. pro L. Manil. c. 6 *Aſia magnitudine paſtionis omnibus terris antecellit.* Hygin. fab. 254 *In paſtionem boves mittere.* conf. Varr. de R. R. 2, 10.

¶ Paſtūra, *æ*, f. idem. Pallad. Septemb. tit. 8 *Vsque in Majum menſem ejus paſtura ſufficiet.*

¶ Paſtor, *ōris*, m. cui pecoris paſcendi cura commiſſa eſt, ovium vero proprie, ein hirte. A bubulco enim diſcernit Iuvenalis ſat. 11, 151 *Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci.* Et Suet. Tiberium provinciarum præſidibus reſcripliſſe, tradit: *Boni paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere.* ¶ 2. *Paſtores* etiam dicuntur, qui pecuariam exercent. Vide *Arator* in *Aro.* Metaphorice *Paſtores* apud Homerum erant *reges*, qui frequenter λαῶν, *populorum*, addit, v. g. Iliad. B. v. 85 ποιμένι λαῶν, ubi Didymus: ποιμένι, βασιλεῖ. Cic. pro Flacco c. 17 *Paſtores cupidi litterarum*, ironice.

¶ Paſtōrius, *a, um*, quicquid ad paſtorem pertinet, das des hirten iſt. Ovid. Met. 2, 682 *Paſtoria pellis.* Calpurn. eclog. 5, 105
Gnavaque ſedulitas venit, & paſtoria virtus.
Et, *Paſtorius habitus*, Flor. 1, 17, 4. Et 1, 20, 2 *Paſtoria Pales.*

¶ Paſtoralis, *e*, idem; ut, *Paſtoralis habitus*, Liv. 9, 36. *Iuventus*, Ovid. faſt. 2, 365. *Paſtoralis cantus*, Claudian. 1 laud. Stilic. v. 182. *Tectum paſtorale*, das hirten-haus, Stat. Theb. 12, 268. *Paſtorale baculum*, ein hirten-ſtab, Sil. 13, 334.

¶ Paſtoraliter, adverb. auf hirten-art. Venant. Fortunatus in epiſt. quæ inter 14 & 15 carmen eſt, lib. 8.

¶ Paſtōrĭcius, *a, um*, dem hirten gehörig: ut, *Fiſtula paſtoricia*, Cic. ad Attic. vide *Fiſtula.* Et, *Fera quædam ſodalitas & plane paſtoricia atque agreſtis*, Id. pro Cælio c. 11. *Paſtoricius canis*, Apul. 9 Met. p. 233.

¶ Paſtĭcus, *a, um*, gemäſtet: ut, *Agnus paſticus*, Apic. 8, 6.

¶ Paſcĭto, *āre*, frequent. oft weyden. Varro de R. R. 3, 16 *Feræ apes, quæ in ſilveſtribus locis paſcitant.*

¶ Paſcalis, vel Paſcualis, *e*, das auf der weyde gehet. Feſtus: *Paſcales oves Cato poſuit pro paſcuales.* Lucil. ap. Feſt. in *Solox. Paſcali pecore* &c. Vulg. Interpr. 1 Reg. 28, 24 *Paſcualis vitulus.*

¶ Paſcuōſus, *a, um*, zur weyde dienlich; ut, *Herba paſcuoſa*, Apulej. de Herb. c. 52.

¶ Paſcuus, *a, um*, adject. idem; ut, *Silva paſcua*, l. 30 § ult. de Verb. ſignif. *Paſcuus ager*, Plaut. Truc. 1, 2, 47. *Rura paſcua*, Lucret. 5, 1247, quæ paſcuis deſtinata ſunt, viehetrift, weyde-platz.

¶ Paſcuum, *i*, n. ſubſt. plur. *Paſcua*, die weyde. *Læta paſcua*, Horat. 4 oda 4, 13. *Herboſa paſcua*, Ovid. Met. 2, 689. Colum. 7, 1 *Longinquæ regionis paſcua.* ¶ 2. Sed & in fœminino *paſcua, paſcuæ*, dicitur, non antiquis modo, ſed & poſterioris ævi ſcriptoribus. Tertull. Apol. c. 22 *Et quæ illi accuratior paſcua eſt, quam ut hominem e cogitatu veræ divinitatis avertat præſtigiis falſis?* Sane revera adjectivum eſt: itaque cum *paſcua* dicitur, ſubintelligi *terra* debet; cum *paſcuum*, ſubintelligendum *arvum* aut *rus.* vid. antecedens *Paſcuus, a, um.* ¶ 3. Male Grammatici negarunt *paſcuum* in ſingulari exſtare. Nam Varro de Re Ruſt. 2, 12 *viride paſcuum*; Columella 7, 1 *Rus, quod paſcuo caret*; Et c. 12 *Agrum ſine paſcuo*, dixit.

¶ Paſcue, adverb. pro laute, köſtlich, reichlich; ut, *Abacus paſcue vinolentus*, Apul. Met. lib. 2 ap. Beroald. p. 197 al. aliter.

¶ Pabulum, Pabulari, &c. vide ſupra ſuo loco.

Compoſita:

¶ Compaſco, *ĕre*, ſimul paſcere, mit einander weyden. Varro R. R. 1, 2 *Ne capras compaſcat.* Plin. 9, 54 *In Lucrino compaſcere.* Et, *compaſci*, ſimul paſci, Varro R. R. 1, 52. *Ius compaſcendi habere*, Scævola l. *teſtatrix* § 1 ff. ſi ſervitus vind.

¶ Compaſtus, *a, um*, mitgefüttert. Plin. 32, 6 *Brundiſiaca in averno compaſta.*

¶ Compaſtor, *ōris*, m. in Gloſſ. gr. lat. συννομεὺς, ein mithirte. Hyginus fab. 187 *Alter compaſtor.*

¶ Compaſcuus, *a, um*, zur gemeinen weyde gehörig; ut, *Ius compaſcuum*, Scævola l. c. § ult. Et, *ager compaſcuus, relictus ad paſcendum communiter vicinis*, Feſtus. Cic. in Topicis c. 3 *Si compaſcuus ager eſt, jus eſt compaſcere.*

¶ Compeſco, *ui, ĕre*, quaſi intra paſcua continere, coërcere, cohibere, inne halten, zurück halten, zähmen; ut, *Animum, mentem compeſcere:* Horat. 1 ep. 2, 62
Ira furor brevis eſt, animum rege, qui niſi paret,
Imperat, hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
Digito compeſce labellum, Iuvenal. ſat. 1, 160. conf. Feſt.

¶ Depaſco, *ĕre*, activ. & Depaſcor, *ſci*, deponens, abweyden, abfreſſen. Colum. 7, 5 ſub fin. *Si hædi roſidas herbas depaverint.* Virg. Georg. 3, 458 *Artus depaſcitur arida febris.*
Idem Æn. 2, 215 *Miſeros morſu depaſcitur artus.*
Sed & paſſive Cic. de Orat. 2, 70 *A pecore ejus depaſci agros publicos dicebant.* conf. Id. de Leg. 1, 21. Sic

¶ Depaſtus, *a, um*, abgefreſſen, paſſive; ut, *Depaſtæ ſegetes*, Plin. 18, 17.

¶ Depaſtio, *ōnis*, f. die abweydung. Idem Plin. 17, 24 *Depaſtio animalium.*

¶ Diſpeſco, *ui, ĕre*, abtheilen, abſondern, unterſcheiden. Feſtus: DISPESCERE *proprie eſt, pecus a paſtione diducere, ut compaſcere, una paſcere, & in uno loco continere.* Hinc pro disjungere, ſeparare ponitur. Apul. de Deo Socr. p. 99 *Habitacula ſumma ab infimis tanta intercapedine faſtigii diſpeſcunt.*

¶ Diſpeſcens, *tis.* Plin. 5, 9 *Nilus Africam ab Æthiopia diſpeſcens.*

¶ Epaſtus, *a, um*, geweydet, gefüttiget. Ovid. Halieut. v. 119 *Vt Scarus epaſtus ſolas qui ruminat eſcas.*

¶ Impaſco, *ĕre*, idem quod *paſcere.* Columella 6, 5 *Loca, quibus nullum impaſcitur pecus.* Sic

¶ Impeſco, *ere*, Feſto eſt *in lætam ſegetem paſcendi gratia immittere*, auf die weyde bringen. Sed

¶ Impaſtus, *a, um*, non paſtus, ungefüttert, hungerig. Virg. Æn. 9, 339
Impaſtus ceu plena leo per ovilia turbans.
Silius 7, 129 *Impaſta turba luporum.* Et Prudentius Cathem. 4, 99 *Impaſti licet irruant leones.*

¶ Perpaſco, *ĕre*, mäſten. Varro de L. L. 4, 19 *Pecus ab eo quod perpaſcat.*

¶ Perpaſtus, *a, um*, gemäſtet, wohl gefüttert; ut, *Canis perpaſtus*, Phædr. 3 fab. 7.

¶ Repaſco, *ĕre*, wieder ſpeiſen, wieder füttern. Paulinus Nolanus Iambo ad Cytherium v. 853
Vt pullus aquilæ dicitur repaſcere
Curâ parentes mutua.
Idem epiſt. 44 (vet. ed. epiſt. 31) c. 1 *Quid agam? a quo mihi tribui petam impendia, quibus poſſim divitem pauper repaſcere?*

PASĬPHĂE, *es*, f. πασιφάη, ſolis filia, uxor Minois regis Cretæ & mater

mater Minotauri. v. Hygin. fab. 40; Nat. Com. 6, 5; Virg. Æn. 6, 24: & ecl. 6, 45; Ovid. Art. am. 1, 289 ſq. Sil. 8, 471. Nefandus hujus cum tauro concubitus Romæ exhibitus eſt. Hinc Martial. Spectac. carm. 5

Paſiphaen junctam Dictæo credite tauro.

¶ Pāsĭphāēĭus, *a, um*, adject. ſex ſyllabar. *Paſiphaëiam Phædram* dixit Ovidius filiam Paſiphaes lib. 15 Metam. v 500.

PĀSĪTĔLES, *is*, m. ſculptor, plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæ & cœlaturæ eſſe dixit. v. Plin. 35, 12.

PĀSĪTHEA, *æ*, f. Πασιθέα, alias Aglaja, una Gratiarum. Stat. Theb. 2, 286 *Non hoc Paſithea, blandarum prima ſororum.*

PASSAGIVM, *i*, n. ita prolapſa latinitate dicebatur expeditio in terram ſanctam. Scripſit ea de re pecul. diſſert Bœclerus.

¶ Paſſalis, paſſare, paſſarius, vide *Pando.*

PASSER, *ĕris*, m. στρουθός, avis notiſſima & ſalaciſſima, ein ſpatz, ſperling. vid. Catull. epigr. 2 & 3. Cic. de Divin. 2, 29 & 30, & de Fin. 2, 23. Plin. 10, 36; & 18, 17 &c. *Paſſer ſilveſtris* ſeu *torquatus*, ein ringelſperling, waldſperling, a torque albo, quo a paſſeribus communibus differt. *Paſſer* alius *ſilveſtris magnus*, ein geiſthammer; hordeum enim & triticum depaſcit. *Paſſer aquaticus*, nidificat in arundinetis, ein rohrſperling. *Paſſer troglodytes*, ſic dictus, quod in arborum cavernis nidificet, ein baumſperling; τρωγλοδυτᾶν, cavernas ſubire ſignificat: Geſnero avicula eſt regulo ſimilis. *Marinus paſſer*, pro ſtruthio camelo, apud Feſtum & Plaut. Perſ. 2, 2, 17. *Paſſer*, quia avis: *marinus*, quia peregrinus; ut apud nos *ſimiæ caudatæ* vocantur meerkatzen, quia trans mare advehuntur. Sic & Celſus *paſtinacem marinam* pro peregrina dixit, Scaligero obſervante. *Paſſer vetulus non illaqueatur*, Italorum proverbium eſt & Germanorum: Geſnerus. ¶ 2. *Paſſeres*, piſces, *rhombi* vel *ſolea*, halbfiſche, ſchollen, platteiſen, butten. Cognatæ enim videntur eſſe ſpecies, tametſi differant. Vide Geſner. & ex veteribus, Ovid. hal. 125; Colum. 8, 16; Plin 9, 20; & 31, 11

¶ Paſſerculus, *i*, m. dimin. Cic. Divin. 2, 30.

¶ Paſſerinus, *a, um*. Pompon. ap. Nonium 2, 335 *Vt te objectes fruſtatim paſſerinum prandium.*

PASSERNICES, *um*, f. pl. cotes ſic dictæ Transalpinæ, voce, ut Harduino videtur, Celtica, Plin. 36, 22.

PASSIĒNVS, *i*, m. C. Vibius cognomine Priſcus, vitricus imperatoris Neronis. vid. Burm. ad Quint. 6, 1 p. 513. v. *Paſchienus.*

Paſſim, paſſionalis, Paſſivitas, paſſivitus, paſſivus, &c. Paſſum, paſſus, vide *Patior* & *Pando.*

PASTILLVS, *i*, m. maſſam ſignificat, cujuscunque materiæ, orbicularis formæ, ein feuilaen. Gloſſ. *Paſtilli*, τροχίσκοι, runde küchlein, trazäken. Plin. 27, 12 *Quidam tradunt lavari, atque ita ſiccatam digeri in paſtillos*; & paullo poſt: *Radicem terentes digerunt in paſtillos ſole ſiccatos.* Pilulas unguentarias exponit Eraſmus in illo Horatii 1 ſat. 2, 27 *Paſtillum Rufillus olet*, &c. vide Chil. Quid ſit, Celſus explicat 5, 17.

¶ Paſtillarius, *i*, m. qui paſtillos faciebat, vendebatque. Inſcr. Murat. p. 527, 1 COLLEG. PASTILLARIORVM.

¶ Paſtillĭco, *āre*, paſtilli figuram rotundam repræſentare. Plin. 21, 8 ſ. 25 *Luteus bellio paſtillicantibus barbulis coronatur.*

PASTĪNĀCA, *æ*, f. σαφυλῖνος, herba ſeu olus potius, quod etiamnum in culmis ſub hoc nomine notum eſt, paſtinack. Sed variæ ſpecies: *Paſtinaca agreſtis*, *Paſtinaca erratica*, Plin. 20, 5; & 25, 9: & *pratenſis*, 21, 15. ¶ 2. *Paſtinaca*, piſcis: *Paſtinaca marina*, caudam habet oblongam, & in ea aculeum ſeu radium, quo nihil eſt venenatius, Plinio auctore 9, 47. Græcis τρυγὼν θαλαττία eſt, Germanis interioribus, ein peilſtert, hoc eſt, cauda ſagittata.

PASTĪNVM, *i*, n. ferramentum bifurcum vinitorum, ein karſt, grabſcheid, ein e weinhacke, apud Columellam 3, 18. ¶ 2. Ipſe paſtinandi actus *Feſtinum* dicitur, die umgrabung des weinbergs. Pallad. Ianuarii tit. 10 *Paſtinum fieri nunc tempus eſt, quod ſit aut terra in totum foſſa, aut ſulcis, aut ſcrobibus.*

¶ Paſtĭno, *āre*, fodere, graben, hacken, aufhacken. Vetus interpres Matth. 12, 1 *Vineam paſtinavit homo.* Palladius l. c. *Scrobibus paſtinemus aut ſulcis.* Columella docet 3, 13 *Quomodo terra paſtinetur.* Id. 11, 3 *Paſtinandi ſoli duo ſunt tempora &c.*

¶ Paſtĭnātus, *a, um*, gehackt, umgegraben. Vnde abſolute Colum. 3, 13 *Suſpenſiſſimum paſtinatum.* Idem 4, 4 *Facta in paſtinato ſcrobe &c.*

¶ Paſtĭnatus, *ûs*, m. das hacken, umgraben. Plin. 17, 20 *Bipedaneo ſeri paſtinatu*, wozu zwey ſchuh tieff gegraben worden.

¶ Paſtĭnatio, *ōnis*, f. idem. Colum. 3, 12 extr. *Paſtinationem ſuſcipere.* Idem 3, 13 *Paſtinationis altitudo.* Et 11, 2 *Paſtinationis menſura.*

¶ Paſtĭnator, *ōris*, m. ein winker, weinhacker, apud Columell. 3, 13. Et Firmicus 5, 4 *Fabricatores aut paſtinatores.*

¶ Perpaſtĭno, *āre*, wohl durchhacken. Tralate Tertull. de Cultu fœm. 2, 9 *Perpaſtinantes divitiarum vel elegantiarum uſum*, id eſt, evellentes, abdicantes. Ita Rigalt. legit: ſunt qui & *repaſtinantes.*

¶ Repaſtĭno, *are*, reſodere, ut, *Vineam repaſtinare*, aufs neue umhacken. Colum. 4, 32. It. Varro R. R. 1, 18 *Si altius repaſtinaverimus.* Et c. 37 Aut *repaſtinandum aut ſulcandum.* Feſtus docet: qui *repaſtinari ager* dicatur. Sic & *Repaſtinare ungues*, Tertull. de Pœnitent. c. 11. vide *Vnguis.* Idem &, *Vitum repaſtinare*, dixit pro renovare, de Anima c. 50. Verba ſunt: *Nec magiæ dabit quisquam, ut eximat mortem, aut repaſtinet, vitis modo, vitum, ætate renovata.*

¶ Repaſtĭnatus, *a, um*, umgegraben aufs neue. Colum. 3, 18 *Repaſtinatæ vineæ dictæ veteres, quæ refodiebantur, &c. Nunc conſuetudo, quicquid emoti ſoli vineis præparatur, repaſtinatum vocat.*

¶ Repaſtĭnatio, *ōnis*, f. die umhackung. Cic. de Senect. c. 15 *Quid agri foſſiones repaſtinationesque proferam.*

Paſtio, vide paullo ante *Paſco.*

PASTŌMIS, *ĭdis*, f. πασσάλις, inſtrumentum ferreum, ſeu ligneum, quo equi in naribus aut ore coërcentur, ein knebel, naſenband, bremſe. Lucil. ap. Non. 1, 84 *Paſtomides huic ingentes de naribus pendent.* *Poſtomis* ibi legitur. Vox ipſa truncata eſt pro *epiſtomis*, a στόμα, *os, oris.* Vnde & *Epiſtomium*, de quo ſupra. v. Turneb. Adv. 17, 24.

PASTŌPHŌRVS, *i*, m. παστοφόρος, i. e. pallium ferens ſacerdotale, ut fit in proceſſionibus & ſupplicationibus, ein prieſter im prieſter-habit. Apulej. Met. 10 *Cœtus paſtophororum.* Id. lib. 11 *Collegium paſtophorum*, add. ipſum extremum libri, p. 265.

¶ Paſtophŏrium, *i*, n. παστοφόριον, atrium templi, ſacerdotum domicilium, die ſacriſtey, prieſter-wohnung. v. Suid. & Salmaſ. in Solin. p. 856.

Paſtor, paſtoralis, &c. paſtus, vide ante *Paſco.*

PATÆCI, vel potius Pataici, *orum*, m. pl. eſt enim apud Herodotum, unde alii hauſere, παταῖκοι, Phœnicum numina fuerunt, quæ in pronis navium collocare ſolebant. Locus Herodoti eſt 3, 37 παταικοὶ, τοὺς οἱ φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριηρέων περιάγουσι -- πυγμαίοις ἀνδρόσι, μέμψις ἐφι. Bochartus Phaleg. 2, 3 ab Ebr. n. 9 derivat & ſculpturam ſeu titulum notare ait. Suidas & Heſychius has imagines in puppi collocant. v. Seld. de DIS Syris 2, 16. Add. Comment Academiæ Inſcript. To. 2 p. 43 ſq.

PATAGIVM, *i*, n. ornamentum eſt illud, quod tunicæ ſummæ aſſuitur, der kragen. Ita Feſtus expoſuit, & uſus eſt Apul. Met. p. 119 *Crines ſinuato patagio refidentes* Nonius Marcellus 14, 19 *Patagium aurea chlamys, quæ pretioſis veſtibus immitti ſolet.* Quod vero ſimilius eſt, ein güldenſtück. Salmaſ. de Pallio p. 190 per *aureum clavum* exponit.

¶ Patagiatus, *a, um*, patagio ornatus. Plaut. Epid. 2, 2, 47 *Veſtis indufiata, patagiata.*

¶ Patagiārius, *i*, m. qui patagia conficit. Plaut. Aul. 3, 5, 35 *Patagiarii, indufiarii.* Adde vet. Inſcript. apud Spon. Miſc. p. 224, & Reineſ. ad Claſſ. 11 Inſcript. 83.

PĂTĂGVS, *i*, m. πάταγος, genus morbi, capitis conquaſſatio, eine hauptkranckheit, in Plauti fragmento, quod citat Macrob Sa . , 19. conf. Taubm. ad Plaut. p. 1486. Nomen a maculis habet morbus ille peſtilens, quo correptus qui moritur, nullum indicium morbi relinquit præter nævulos in parte corporis. v. Scalig. Append. ad Conject. p. 192.

Patalena, patalis, vide mox *Pateo.*

PĂTĂRA, *æ*, f Lyciæ urbs, Apollini ſacra, ubi & ſex hibernis menſibus oracula reddebat. Servius ad illud Virg. Æn. 4, 143 *Qualis ubi hibernam Lyciam &c.* & Lutatius Scholiaſtes Statii ad Theb. 1, 696.

¶ Pătăreus, *ei*, m. triſyllabum, cognomen Apollinis apud Horat. 3 ode 4, 64 *Patareus Apollo.* ¶ 2. *Patareus* quatuor ſyllabis, vel *Pataræus, a, um*, adject. ut, *Pataræa regia*, Ovid. Met. 1, 516.

¶ Patarĕis, *ĭdis*, f. adject. aliud. Avienus Deſcript. Orbis v. 684

Qua frons tenta ſalo Patareidos eminet arcis.

PĂTĂVIVM, *i*, n. vide *Padus* & *Padua*, urbs Italiæ in Venetis ad Adriaticum mare, ab Antenore condita, patria T. Livii. Vide ſupra *Antenor*, & Virg. Æn. 1, 251; & Meſſ. Corvinus p. 6.

¶ Patavīnus, *a, um*, denominativum: ut, *Livius Patavinus.* Et, *Patavinorum aquæ calidæ. Patavina puella*, Martial. 11 epigr. 17.

¶ Patavinĭtas, *ātis*, f. quam in Livio Pollionem deprehendiſſe Quintilianus refert 1, 5, de qua D. G. Morhofii liber legi dignus eſt. Illud quidem apertum, fermonis & linguæ vitia quædam Quintilianum intellexiſſe.

Patefacio, &c. Patella, &c. vide ſequens *Pateo*, *Patina.*

PĂTĔO, *ui, ēre*, apertum, patentem eſſe, offen ſtehen. Ter. Eun. 5, 8, 28 *Poſtulo, ut tua mihi domus, te præſente, abſente, pateat.* Idem 1, 2, 9 *Semper tibi patent fores hæ.* Virg. Æn. 6, 127

Noctes atque dies patet atri Ianua ditis.

Cic. Somn. Scip. c. 3 *Huc tibi aditus patere non poteſt*, hieher kanſt du nicht kommen. *Omnium querelis aures tuæ patent.* Id. ad Qu. fratr. 1, 1, 18. *Illa patent, in promptuque ſunt omnibus*, Id. de Orat. 1, 6, es iſt allen klar und offenbar. Id. pro Q. Roſc. 2 pr. *Nomen in adverſariis patere contendit*, h. e. diſerte ſcriptum eſſe. *Late, latiſſime patere*, ſich weit erſtrecken, vieles in ſich begreiffen. *Avaritia latiſſime patet*, Cic. Off. 1, 7. *Alpes patere a ſupero mari ad inferum*, i. e. extendi, Nepos Fragm. c. 8 n. 1. *Scythia multum in longitudinem & latitudinem patet*, Juſtin. 2, 2, 2. Eleganter Cic. pro Dejotaro c. 5 *Domum ſe contulit, teque Alexandrinum bellum gerente utilitatibus tuis pat. it*, id eſt, nihil negavit tibi, nihil veluti clauſum tibi eſſe voluit, quod uſui eſſe poſſet. Ita Lambinus legit: alii *paruit utilitatibus.* Id. Att. 4, 13 *Mihi tui libri pateant*, i. e. ſerviant, laß ſie mir vergönnet, unverwehret ſeyn. Propert. 4, 7, 73

Nutrix in tremulis ne quid deſideret annis
Parthenie, patuit, nec tibi avara fuit.

Commendat Cynthia poetæ amatori Parthenium nutricem ſuam, ne gravis ſenectâ egeat. Ei rei argumenta duo ducit: primo quod ei *patuit*; hoc eſt, facilis ei fuit, & libenter annuit votis ejus, cum aditum ad amicam peteret. Secundo, quod *non avara fuit*, hoc eſt, non care vendidit ei ad amicam aditus. ¶ 2 Hinc & obſceniuſculum verbum eſt, & de illis dicitur, qui florem ætatis abutendum aliis præbent. Tibullus in Priapejo: *Nec tibi tener puer Patebit ullus.* Ovid. Met 13, 133

Si mea virginitas Phœbo patuiſſet amanti.

Honeſtius eſt illud ejusd. de Arte am 1, 361

Pectora dum gaudent, nec ſunt adſtricta dolore,
Ipſa patent, blandâ tunc ſubit ante Venus.

¶ 3. *Patere ictibus* dicitur, qui nullo modo repellit ictus, ſed recipit, Virg. Culice v. 194 *Fœdéque patentis Ictibus oſſa ferit.* Hinc Celſus 2, 1 dixit *Senectutem longis morbis patere*, pro, obnoxiam eſſe. Dicitur &, *præbere latus.* vide *Latus.*

¶ Pătens, *tis*, offen; ut, *Campi patentes*, Virg. Georg. 4, 77, freye felder. *Cælum ex omni parte patens atque apertum*, Cic. Divin. 1, 1. *Patentior vallis*, Liv. 71, 7. *Patentior via*, Id. 34, 39. Aut Priap. p. 17 *Porta te facit patentiore. Patentiſſimis locis*, Suet Claud. c. 32. *Patentiſſimi oris dolium*, Colum. 12, 8. conf. c. 45.

¶ Patenter, adv. frey. Cic. de Invent. 2, 23 pr. Compar. *patentius* uſus eſt. Vide in *Expedite* ſub *Pes.*

¶ Pāte-

¶ Pătesco, *ĕre*, patentem fieri, aufgethan, oder geöffnet werden. Virg. Æn. 1, 483 *Apparet domus intus, & atria longa patescunt.* Et Æn. 2, 309 *Danaumque patescunt Insidiæ*, hoc est, manifestæ fiunt, wird offenbar. Verbum poeticum, quo tamen usi & historici & oratores, ut observat Voss. 6 Inst. Orat. p. 453. Liv. 22, 4 *Deinde paullo latior patescit campus.*

¶ Patiscens, *tis*, offen, ausgesperrt; ut, *Patiscens cælum*, dicitur apud Senecam epist. 94.

¶ Pătălēna, *æ*, f. Dea frumenti, cum folliculi ejus patescunt, ut spica exeat. vid. Augustin. de C. D. 4, 8.

¶ Patālis, *e*, idem quod patens, offen. *Patalis bos* Plauto Truc. 2, 2, 22, dicitur, qui diversa & patula cornua habet, ut Festus explicat. Græci quoque ejusmodi boves πεταλεῖς vocant, ut Scalig. in Conject. observat p. 43.

¶ Patēna, *æ*, f. vas grandibus labris, ein trog, groß gefäße. Colum. 12, 43; & Veget. 1, 56.

¶ Patera, Patibulum, Patina, vide mox singillatim.

¶ Pator, *ōris*, m. nomen, quod hiatum & apertionem sonat, ein spalt, klaffung, öffnung. Apulejus sæpe usus est: vide Indic. Elmenhorst. v. g. lib. 1 de Asino p. 111 *Vulnus debiscit in profundum patorem.* Et lib. 10 p. 213 *In quadratum patorem cuneati.* Et lib. 3 p. 137 *Perflatilis ædium pator.* Adde ex Scrib. Largi Composit. 46 & 47 *Narium pator*, &c.

¶ Patūra, *æ*, f. idem. Plin. Valer. 3, 22 *Ad paturam ligare.*

¶ Pătŭlus, *a, um*, quod semper patet, offen, ausgebreitet; ut, *Patulis ramis diffusa platanus*, Cic. de Orat. 1, 7. Et Horat. 1 epist. 18, 70 *Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.* Servius ad illud Virg. ecl. 1 *Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.* PATVLVM, inquit, *dicitur, quod patet naturaliter, ut* NARES, ARBOR, CRVX, PATENS *vero est, quod clauditur & aperitur, ut* OSTIVM, OCVLI &c.

¶ Patulcius, *i*, m. Ianus dictus, quia tempore belli valvæ ejus templi patebant; pacis vero tempore claudebantur. vid. Macrob. Sat. 1, 9. Ovid. Fast. 1, 129 *Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem,*
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.

¶ 2. *Patulcius*, debitor quidam Ciceronis; Vnde

¶ Patulcianus, *a, um*, adject. ut, *Patulcianum nomen*, i. e. debitum, Cic. ad Att. 14, 18.

¶ Patulcia, *æ*, f. ut, *Patulcia Iuno*, apud Reinesium Inscript. cl. 1 n. 33 p. 60 ita dicta, quod patere faceret clausuram uteri. Eadem igitur, quæ Lucina.

¶ Pătŭlĭco, *are*, sich aufthun. Plinius 21, 8 *Patulicantibus barbulis.* Alii legunt *pastillicantibus.*

¶ Pătefăcio, *fēci, factum, ĕre*, aperire, eröffnen, aufthun, offenbaren; ut, *Hostibus portas patefacere*, Liv. 2, 15. *Fenestram ad nequitiam patefacere:* vide *Fenestra.* Et, *Aditum alicui ad aliquid patefacere*, Cicero fam. 13, 78. *Iter alicui patefacere*, Liv. 31, 34. Ter. Hec. 3, 1, 23 *Meas injurias nullo unquam patefecit loco.* Cic. Att. 11, 13 *Odium suum in aliquem patefacere.* Id. Fam. 6, 10 *Ei totum me patefeci*, ich habe bey ihm mein hertz ausgeschüttet. ¶ 2. De literis arbori insculptis Calpur. ecl. 1, 35 *Læta patefactis incidere carmina fagis.*

¶ Patefio, *ēri*, geöffnet werden, offenbar werden. Ter. Phorm. 5, 4, 6 *Sin patefit:* opponitur τῷ celari. *Patefiunt nocte fenestræ*, Propert. 3, 20 extr. *Omnia patefacienda*, scil. a venditore, Cicero Off. 3, 12. Arnob. lib. 1 p. 38 *Inexplicabilis ratio fati, clausis patefacienda mysteriis.*

¶ Patefactus, *a, um*, eröffnet, aufgethan, offenbaret; ut, *conjuratio patefacta*, Sallust. Cat. c. 57. *Patefactus equus*, Trojanus scil. Virg. Æneid. 2, 259 *Veritas patefacta*, Cicero pro Sulla c. 16. *Verum patefactum*, Id. Lælio c. 26. *Patefactus aratro lucem adspexit Tages*, Id. Div. 2, 23.

¶ Patefactio, *ōnis*, f. die eröffnung, offenbarung. Cic. de Fin. 2, 2 *Patefactio rerum opertarum.*

Composita varia:

¶ Adpătŭlus, *a, um*, idem fere quod *patulus* & *propatulus*, klar, offenbar. Var. L. L. 6, 3 *Omnia vero adpatula*, i. e. aperta, perspicua, ut idem autor loqui amat 6, 5, ubi opponit *obscura.*

¶ Bipătens, *tis*, doppelt oder auf 2 seiten aufgehend. Virg. Æn. 2, 330
Portis alii bipatentibus adsunt, hoc est, geminis.
Et Æneid. 10, 5 *Confidunt tectis bipatentibus*, i. e. apertis.

¶ Dispăteo, *ēre*, hin und her offen seyn. Lactantius 3, 10 sect. 3 *Latibula sibi parant in plures exitus dispatentia.*

¶ Expăto, *are*, Festo est *in locum patentem se dare, sive in spatium se conferre*, sich herausbegeben, ausschweiffen. Pacuvius: *Expatant se omnes publiceque ostendunt.*

¶ Interpăteo, *ēre*, darzwischen offen seyn. Macrob. Sat. 1, 18 *Ei Deo ædes dicata est specie rotunda, cujus medium interpatet tectum.* Veget. de Re Mil. 3, 15 *Senos pedes a tergo inter singulas acies in latum diximus interpatere debere.* Mart. Capella lib. 6 c. de quarto sinu Europæ: *Inter Bosporos, id est, Cimmerium & Thracium latus, interpatent millia quingenta.* Et Lactant. Opific. c. 11 sect. 9 *Fistula interpatet in extremis palati regionibus.* Sic ex MSS. legendum est.

¶ Prōpătŭlus, *a, um*, late patens, weit offen stehend; ut, *Apertus ac propatulus locus*, Cic. Verr. 4, 49, ein gar freyer und offener ort. *In propatulo*, id est, palam, frey und öffentlich; Nepos 23, 9, 3 *Statuas in propatulo domi abjicit.* Sallust. Catil. c. 13 *Pudicitiam in propatulo habere*, i. e. corporis usuram quasi publice venum exponere, sich feil bieten. conf. Plin. epist. 1, 8. ¶ 2. Et *Propatulo* sine præpositione, quasi adverbium, pro *in propatulo.* Pomp. Mela 1, 19 de Mosynis: *Propatulo vescuntur.* Ita ediderunt Is. Vossius & Iac. Gronovius.

¶ Semipătens, *tis*, halb geöffnet. Sidonius 7 ep. 6 *Semipatentibus jacere vestibulis.*

¶ Subpăteo, *ēre*, von unten offen seyn. Apul. 7 Met. p. 198 *Immitto me campis subpatentibus.* Et 8 p. 210 *Fovea fruticibus imis subpatet.*

PĂTER, *patris*, m. πατήρ, parens, genitor, qui ex se genuit liberos, ein vater. Ter. Adelph. 5, 7, 4 *Tuus hercle vero, & animo & natura pater.* Ibidem 1, 2, 46 *Natura tu illi pater es*, ein leiblicher vater. *Patre usus est diligente*, Nepos 25, 1, 2. *Pater familias*, ein haus-vater. vide infra. *Patrem gerere*, pro, paterno affectu esse, Claud. de 4 Cons. Honorii v. 92, vide supra & *Mater.* Apud Liv. 4, 3 *Nullo patre nati* sunt ignobiles, ut ap. Horat. sat. 1, 6, 11 *Nullis majoribus orti* v. Perizon. Anim. P. 3 p. 157. ¶ 2. *Patrum* nomine etiam veniunt avi, soceri: denique auctores omnes generis. Plin. 7, 3 *Q. Metellus Macedonicus cum VI relinqueret liberos, XI nepotes reliquit, nurus vero generosque & omnes, qui se patris appellatione salutarent, XXVII.* Ita *patres* pro utroque parente dicuntur. v. Burm. ad illud Ovid. met. 4, 61 *Sed vetuere patres.* ¶ 3. Erat & honoris ac reverentiæ vocabulum, cum bene meritos suos *Patres* vocarent. Plaut. Rud. 4, 8 pr. *Mi Trachalio, mi liberte, mi patrone, mi pater.* Horat. ad Mæcenatem 1 epist. 7, 37

Sæpe verecundum laudasti: Rexque paterque
Audisti coram; nec verbo parcius absens.

Nempe sunt patroni clientibus quasi patres, unde & appellati. Cæterum illos speciatim *Patres* appellabant, a quibus præsenti mortis periculo erepti essent; ut Minutius magister equitum Fabium Cunctatorem. v. Val. Max. 5, 2, 4; & Drakenb. ad Sil. 8, 2. ¶ 4. Sic & boni rectores & præsides civitatis, *Patres patriæ* appellantur, quod genus honoris primum Ciceroni datum est, patefacta eliasque nefaria conjuratione Catilinæ. Quæ appellatio postea communis imperatoribus omnibus fuit. Quam multi tam cupide & ambitiose expetierunt, ut primo statim imperii die assumerent: contra, quam graves ac sapientes principes fecerunt, qui illud nominis vel detrectare maluerunt, quam temere, nec satis meriti (ut sibi videbantur, quod nimis arduum esset implere) accipere: ut Augustus, Trajanus &c. v. Plin. Paneg. c. 21, & ibi Lips. Sed qua de causa principes dicti *Patres patriæ*, pulchre docet Seneca de Clementia 1, 14 *Principem patrem patriæ appellavimus, ut sciret datum sibi potestatem patriam, quæ est temperatissima, liberis consulens, suaque post illos ponens.* Florus 2, 4, 5 etiam Romulum, conditorem illum populi Romani, *patrem* vocat; nec non Virg. Æn. 6, 859. De *Patris patriæ* titulo in nummis v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 12 p. 445; qui etiam p. 448 de *patris* appellatione defunctis imperatoribus tributa agit; item p. 451 de *patre castrorum, exercitus &c.* ¶ 5 Sed & Romulus a cura paterna, qua rempubl. deberent tueri, senatores *Patres* appellavit. De quo Florus 1, 1, 15 *Ex auctoritate Patres, ob ætatem Senatus vocabantur.* Sallust. de primo civitatis Romanæ statu Catil. c. 6 *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reipubl. consultabant. Hic vero ætate, vel curæ similitudine* PATRES *appellabantur.* ¶ 6. Quid? quod & ipsi Dii *Patres* appellati; ut, *Iane pater, Mars pater &c.* vid. omnino Gell. 5, 12. Est enim religionis nomen, Diis omnibus commune, ut Servius auctor est Quin Iupiter ipse *summus pater*, & absolute atque κατ' ἐξοχήν, *Pater* appellatur. Virg. Georg. 1, 283

Ter pater exstructos disjecit fulmine montes.

Et plurimis aliis locis. Horat. 1 od. 2, 1 *Iam satis terris nivis atque diræ Grandinis misit pater.* Aristoteles Ethic. ad Nicom. 8, 10 auctor est, Iovem ab Homero πατέρα appellatum, ut innueret, paternum esse debere regnum. Quibus similia & Dio Chrysostomus Oratione de Homero in fine scripsit. Aliter tamen & *Pater* dictus est Iupiter, & nobis quoque vocatur Deus, quia pater auctorque omnibus est. Vnde & Plato *communem patrem* appellavit. Vide Max. Tyrium, & Boëthium 3 metro 6. Licet autem *Patris* nomen generale sit Deorum, tamen proprie *Libero* semper cohæret, nam *Liber pater* vocatur. v. Vellej. 2, 82, 4; Horat. Epist. 1, 5; Virg. Georg. 2, 4 & 7. Eadem ratione fluvios dicebant patres, & speciatim Nilum fœcunditatis parentem. v. Brouckh. ad Tib. 1, 8, 23. ¶ 7. *Pater* senior est, & magister in quaque re. vid. Barth. ad 3 Theb. Stat. p. 815: & adverss. 58, 3 p. 2725. Hinc philosophi quoque sectæ suæ auctores ac principes *Patres* vocabant. Horat. 1 sat. 3, 126 *Non nosti, quid pater, inquit, Chrysippus dicat.* Lucret. lib. 3 init. ad Epicurum:

Tu pater, & rerum inventor: tu patria nobis
Suppeditas præcepta.

Similiter quoque Horat. 1 epist. 19, 6; & Propert. 3, 2, 6 Ennium *patrem* dixerunt. Nec alia ratione veteres & primos religionis nostræ doctores appellamus *Patres.* ¶ 8. Solebant & salutari *Patres*, qui ætate præcederent; æquales enim *fratres*, minores *filios* appellabant. Horat. 1 epist. 6, 54 *Frater, pater, adde:*

Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adepta.

V. ibi Torrent. itemque Casaub. ad Characteres Theophrasti p. 125. Fuit enim hæc ratio non Latinis tantum, sed Græcis etiam usitata: quin Ebræis quoque; ut 1 Samuel. c. 24, 12, & Actor. c. 6, 2, aliisque locis plurimis patet. Estque dubio procul gentibus omnibus communis. ¶ 9. *Pater patratus* dicebatur princeps fecialium, ut Servius interpretatur, cujus opera in bellis indicendis pangendisque fœderibus prisci utebantur Romani: sic appellatus, quod *ad jusjurandum patrandum*, id est, ad sanciendum fœdus, adhiberetur, ut loquitur Livius 1, 24 & 32. Vide ibi Gronov. & Servium in Virg. lib. 9 Æneid.

¶ Patercŭlus, *i*, m. diminut. apparet in nominibus propriis. ¶ 1. *Vellejus Paterculus*, elegantis ac plane Romanæ dictionis historicus, duos reliquit libros, quos scripsit ad M. Vinicium consulem, progenerum Tiberii Cæsaris. Sed bona pars scriptorum ejus periit. vid. Voss. de Hist. Lat. 1, 24. ¶ 2. *Paterculus*, Romanus quidam, cujus filia Sulpicia pudicissima fœmina judicata est, & electa, ut simulacrum Veneris dedicaret, Plin. 7, 35.

¶ Păternus, *a, um*, adject. väterlich. Cicero de Orat. 1, 38 *Bona paterna, hæreditas paterna.* Sic, *Paterna domus, aut sedes*, Ovidius Met. 11, 437; & Virg. Æn. 11, 44. *Paternus animus*, ein vater-herz, Hor. 2 od. 2, 6. Ter. Adelph. 3, 4, 4 *O Æschine, pol haud paternum istuc dedisti*, darinnen schlägst du deinem vater nicht nach. Latini sæpe utuntur adjectivis, ubi possent uti substantivis: ita dicitur *paternus amicus*, pro *amicus patris.* v. Anton. Cic. Att. 14, 13. conf. Mart. 6 ep. 25. Germani contra. Sic, *fraternus sanguis*, pro *fratris sanguis*, Nepos 20, 1, 4. ¶ 2. Quod patriæ est, Hor. Od. 1, 20 *Paterni fluminis ripæ*, Id. de A. P. 256 *jura paterna.* Conf. Mencken. Observ. L. L.

¶ Paterne, adv. väterlich, treulich.

¶ Paternālĭter, idem. Vetus Irenæi Interpres 1, 1 *Paternaliter factus.*

¶ Paternĭtas, *ātis*, f. die vater-art. Augustinus epist. 232 *Episcopali paternitate ecclesiæ providere.* Adde Vulg. Interp. Eph. 3, 15.

¶ Patrius, *a, um*, aliud adject. väterlich; ut, *Patria bona abligurire*, Ter. Eun. 2, 2, 4. *Eminente animo patrio inter publicæ pœnæ miniſterium*, Liv. l. 2 c. 5. *Animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertit*, Idem 7, 5. *Patrius animus in liberos*, Cicero pro Roſc. Am. c. 16. *Res patria & avita*, Id. Verr. 5 procem. *Hoc patrium eſt*, id eſt, patriis, vel paternum officium, Ter. Heaut. 1, 1, 49. ¶ 2. Quod patriæ eſt, landüblich; ut, *Patrii ritus*, Cic. de Leg. 2, 9. *Mos patrius occiderat*, Idem Paradoxo 4, hoc eſt, leges & diſciplina. *Sermo patrius*, die mutter-ſprache, Cic. de Fin. 1, 2 pr. *Circum muros patrios*, Virg. Æn. 2, 279. *Dii patrii* ſ. πατρῷοι, Vid. Voſſ. ad Catull. p. 5. Gron. ad Stat. 4, 8 ſilv. nimirum quorum cultus a majoribus ad poſteros traductus eſt. Quidam geminum adjectivum *patricius* faciunt, alterum a *pater*; a *patria* alterum deducentes; ſed ſine cauſſa ita diſtinguunt, cum & ipſa *patria*, πατρίς, per ſe latine adjectivum ſit, ſub quo *terra* audiatur, quemadmodum Virgilius Æn. 6, 508 plenius dixit *Patria decedens ponere terra*.

¶ Patria, *æ*, ſ. πατρίδα, πατρίς, communis omnium parens, das vaterland. Sua natura adjectivum. vid. quæ modo dicta ſunt. Cic. Tuſc. 5, 37 *Patria eſt ubicunque bene eſt*. Sive: *Omne ſolum forti patria eſt*, quod eleganter admodum Germani dicunt, Biedermanns erde liegt in allen landen. Horat. 3 od. 2, 13 *Dulce & decorum eſt pro patria mori*. Cic. Catil. 4, 12 extr. *Patriæ ſolum cum omnibus eſt carum, tum vero dulce atque jucundum*. Præclare ille apud Plutarchum Præceptis Polit. p. 809 φιλῶ τέκν', ἀλλὰ πατρὶδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ: *Amo liberos; ſed patriam meam amo magis*. Sic, *Patria carere*, de exule, Nep. 16, 1, 4. ¶ 2. Non autem terra, ſed maxime homines *patriæ* appellatione continentur. v. Lipſ. 5, 54 pr. Speciatim patricii vel ſenatus Romæ hoc nomen ſibi vindicabant. v. Liv. 4, 60 pr. it. 5, 4, ubi & *patriæ & reip.* vox ita adhibetur. ¶ 3. *Patriam* cum proprie ſit *civitas vel urbs parentum*, pro *regione vel terra aliena* poſuit Virgilius Æn. 11, 25. vid. Nonius 6, 107. ¶ 4. Et *patria* pro quavis civitate & regione ſæpe apud poſterioris ævi ſcriptores occurrere, Barth. ad Guil. Briton. Philipp. 7, 827, & Voſſ. de Vit. Serm. lib. 6 obſervant.

¶ Patrie, adv. patrio affectu, väterlich. Quintil. 11, 1 *Vtitur hac moderatione Cicero pro Cælio contra Atticinum, ut eum non inimice corripere, ſed patrie monere videatur*.

¶ Patricus, *a, um*, πατρικὸς, väterlich; ut, *Patricus caſus*, i. e. genitivus, Varro de L. L. 8, 39 & 46. Idem caſus dicitur *patrius* a Gellio 4, 16, & *paternus, quia per eum pater demonſtratur*, a Priſciano 5 p. 670.

¶ Patrice, πατρικῶς, idem, wie ein vater. Plaut. Caſin. 3, 6, 4 *Magnifice, patriceque, amiceque hero ire advorſum*. Turneb. explicat ſplendide, ut patricii ſolent. Et variat lectio.

¶ Patricii, *orum*, m. pl. Ita dicti Romæ, qui ex patribus, ſive primis ſenatoribus, quos legerat Romulus, nati ducebant genus. Liv. 1, 8 extr. PATRES *ab honore*, PATRICII, *qui progenies eorum appellati*. Poſtea vero, cum ceteris ſub regibus aut ampliandus aut ſupplendus eſſet ſenatus, illorum quoque, qui tum allecti inter patres ex clariſſimis civium eſſent progeniti, *Patricii* appellati. Sed cum diſcrimine aliquo: nam qui ex Romuli patribus oriundi eſſent, *majorum gentium*; hi poſtremi, *minorum* appellati fuerunt. Quamquam ab hoc nonnihil abire videatur Tacitus Ann. 11, 25, 2, qui *minorum gentium patricios* ad eos refert, qui a L. Bruto creati patres. Quem locum tamen corruptum putavit Lud. Vives, ut Liptius obſervat, quem ibi vide. Sed ſub Cæſaribus, cum deficere cœpiſſent patriciorum familiæ, ex clariſſimis & veteriſſimis ſenatoribus quique in patricias gentes fuerunt transſcripti. Quo accidit, ut neque ſenatores omnes patricii, ut ſub regibus; nec omnes patricii ſenatores eſſent. Poſt reges enim plures de plebe in ſenatum adoprati atque ad magiſtratus admiſſi fuerunt. v. Sigonium de antiquo Iure Civ. Rom. 1, 7. & Onuphr. Panvin. in 1 Faſt. p. 42 & ſeq. Adde Pithœum Adverſ. 2, 7, itemque Caſaub ad Suet. Aug. c. 10. *Patricios* inde dictos volunt, quod *patrem ciere* poſſent. Quo illud Livii 10, 8 pertinet orat. P. Decii Muris *En unquam fando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt, nihil ultra, quam ingenuos?* Adde Dionyſ. Antiqu. 2 p. 83. Plut. in Rom. p. 24. Ego puto τὸ *cius*, non a *cieo*, ſed merum additamentum eſſe; ut a *Faber Fabricius*, ita a *Pater Patricius*. Hærer patriciorum vel illa, vel ſimilis quædam, in quibusdam hodie adhuc Germaniæ urbibus appellatio, geſchlechter. Imperator ſequiori ætate dictus *primus Patricius Romanus*, ut alii principes imperatori non ſubjecti: qua de re Tiraquell. Tract. de Nobilitat. c. 20, Barth. ad Claudian. p. 1344, & ad Stat. Silv p. 60. ¶ 2. Diverſi generis *Patricii* fuerunt illi, qui a Conſtantino Magno inſtituti fuerunt, & ſequentium imperatorum temporibus celebrantur. Hi enim amici & conſiliarii principum erant, & proximi gradu cenſebantur, adeo ut honor iſte ac dignitas aliis omnibus anteferretur. De eo intelligendum illud Prudentii opinor, cum de ſeipſo præfat. in ſuos libros ſcribit: *Tandem militiæ gradu Eveſtum pietas principis extulit Aſſumtum propius ſtare jubens ordine proximo*. v. Meurſium Gloſſario Græco-barbaro in voce πατρίκιος. it. Reinold. Var. Iur. c. 19, & Gentil. de Patric. Orig.

¶ Patricius, *a, um*, adject. edel. Vellej. 2, 59, 2 *Patricia genitus familia*, Stat. 4 Silv. 8, 60 *Patricias intrare fores*. Feſt. *Patricius vicus*. Plaut. Capt 5, 4, 5 *Patricii pueri*. Iſidor. 19, 34 *Patricies calceos Romulus reperit 4 corrigiarum, aſſutaque luna*, i. e. nota centenarii numeri, &c.

¶ Patriciātus, *ūs*, m. ipſa dignitas patriciorum, der geſchlechter-ſtand. Suet. Aug. c. 2 *Ea gens per D. Iulium in patriciatum rediit*. Ammianus lib. 29, 13 *Patriciatus columina*. Adde Caſſiodor. 8 epiſt. 9.

¶ Patricalis, *is*, f. herba quæ & *ſideritis* vel *Heraclea*, gliedkraut. Apul. de Herb c. 72.

¶ Patrīmus, *i*, m. & Patrima, *æ*, f. patrem adhuc ſuperſtitem habens, deren vater noch lebet, ſicut *Matrimus*, matrem; vide ſupra in *Mater*. Sic, *patrimi matrimique*, qui parentem utrumque adhuc habent in vivis, Liv. 37, 3. conf. Obſequens c. 55 & 100. *Pater patrimus* dicitur apud Feſtum, *qui cum jam ipſe pater eſt, habet etiam tum patrem*. Apud Eumdem *Patrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis, unus, qui facem præferret, & duo, qui t verent nubentem*. Voſſius legit *patroa* ubi vide p. p. Sic Tac Hiſt. 4, 53, 3 *Virgines Veſtales cum pueris puellisque patrimis matrimisque*. Habiti vero *patrimi & matrimi* ſoli, qui ex confarreatis parentibus naſcerentur, quod docet ſolus forte Servius Dan. ad Georg. 1, 31. *Patrima virgo* Minerva dicitur Catullo epigr. 1, 9, ubi v. Scalig. p. 7.

¶ Patrimōnium, *i*, n. hæreditas a patre relicta, das vater-gut, väterliches erbe; ut, *Lautum, copioſum patrimonium*, Cic pro Rab. Poſt. c. 14. *Patrimonium gubernare*, Id. Att. 16, 8, ſein vermögen. *Diſſipare patrimonium ſuum lautum conviviis*, Id. pro Flacc. c. 36. Et, *Patrimonium effundere*, Id. Off. 2, 15. *Patrimonium exhaurire*, Quintil. 5, 10. Et, *Honeſtus rumor alterum patrimonium eſt*, Publius.

¶ Patrimonialis, *e*, apud Iurisconſultos, vom vater geerbt; ut, *Fundus patrimonialis*, L. 2 Cod. de his ipſis *Fundis patrimonialibus*, etiam in Rubrica ita appellatis. *Munus patrimoniale*, l. 1 ff. de mun. & honor.

¶ Patrīnus, *i*, m. ſponſor, qui levat aliquem de ſacro fonte, ein taufpathe, apud Io. de Ianua in Cathol. v. *Compater*.

¶ Patriſſo, *are*, patris mores imitari, nach dem vater gerathen. Ter. Adelph. 4, 2, 25 *Laudo, Cteſipho, patriſſas, &c.* Plaut. Pſeud 1, 5, 27 *Id tu miruris, ſi patriſſat filius?* Et Apul. Florid. p. 341 *Patriſſare in artificio*.

¶ Patrītus, *a, um*, vom vater herrührend; ut, *Patrita ancilla*, quæ a patre data eſt, Plaut. Mil. 3, 1, 100. *Patrita & avita philoſophia*, quam patres & avi noſtri profeſſi ſunt, apud Cicer. Tuſc. 1, 19. conf. Nonius 2, 703.

¶ Patrite, adv. idem. Ita *Patrite aviteque*, legit Pareus in Plaut. Caſ. 3, 6, 4; ubi alii *Patrice*, de quo paullo ante.

¶ Patro, *are*, Patronus, &c. Patronymicum, vide ſuis locis.

¶ Patrous, *a, um*, idem qui patrius. Catull. proœ. v. pen. *o patroa virgo*, de Veſta ex emendat. Voſſii. Sed Codices, quos Corradinus ab Allio evolvit, omnes *patrona* habent. V. ejus Crit. in Catul.

¶ Patruus, *i*, m. patris frater, des vaters bruder, der vetter. Ter. Phorm. 2, 1, 33 *Nihil fecit, patrue, quod ſuccenſeas*. Adde Leg. 1 Dig. de Grad. ubi & *Patruus magnus* dicitur, qui avi paterni frater eſt.

¶ Patruus, *a, um*. Horatius adjectivum fecit 3 od. 12, 3 *Patruæ verbera linguæ*, id eſt, objurgationes ſeveriores, quales patruorum eſſe ſolent: qui non æque, ut patres, nepotibus indulgent: vide ibi Torrent. Manilius 5, 455 *Laudabant verba Catonis Tutoriſque ſupercilium, patruumque rigorem*. Add Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 15, 10. Superl. Plaut. Pœn. 5, 4, 24 *Patrue mi patruiſſime*.

¶ Patruēlis, *is*, m. plur. *patrueles*, tratrum duorum filii & filiæ, zweyer brüder ſohne und tochter, brüder-kinder. Cic. de Fin. 1, 5 *Noſter cognatione patruelis, amore germanus*. Ovid. Met. 4, 461 *Moliri ſuis letum patruelibus*. Idem Met. 13, 157 *Teucer patruelis Achilli eſt*.

¶ Patruēlis, *e*, adject. vom vetter. Ovid. Met. 1, 352 *Patruelis origo*. Idem 13, 41 *Donis patruelibus ortus*. Et Heroid. epiſt. 14, 61 *Patruelia regna*. Sic & *patrueles fundos* dixit Martial. 5 epigr. 36.

¶ Patruinus, *i*, m. idem, quod patruelis. Lapis antiq. ap. Ald. Manut. Orthogr. COCCEIVS PATRVINVS.

¶ Patruītus, *a, um*, idem, quod *Patritus*, vom vater her. Tertull. adv. Valentin. c. 12 *Ieſum cognominant Seterem, & Chriſtum, & Sermonem de Patruitis*. Iunius mallet legere *de Patritis*.

¶ Paterfamĭlias, & Paterfamiliæ, (ſicut & *Materfamiliæ*, de qua ſuo loco) qui imperium habet in familiam, ein haus-vater, haus-herr. Genit. *Patrisfamilias* & *Patrisfamiliæ &c.* Nep. 25, 13, 1 *Neque minus bonus paterfamilias quam civis*. Pro ſimplice aliquo & plebejo homine ſæpe ponitur. Cic. de Orat. 1, 29 *Sicut unus paterfamilias his de rebus loquor*. Et paullo poſt c. 34 *Quemcunque patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo*. Quo nomine Suetonius etiam pro cive uſus eſt in Domit. c. 10, ubi v. Caſaub. & Torrent. ein gemeiner bürger. Cæſar 2 B. C. in fine: *Pauci milites patresquefamilias, &c.* ubi a militibus videntur diſtingui. Martialis 1 epigr. 80 *Paterfamiliæ verus eſt, Quirinalis*. Tertull. de Virg. vel. c. 11 *Paterfamiliæ inveſtis*. Id. de fœm. cultu c. 20 *Sapientes patresfamiliæ*. Sed & Siſenna *Patresfamiliarum* ſcripſit apud Varr. de L. L. 7, 38. Item Vitruv. 1, 1 *Ne controverſiæ patribusfamiliarum relinquantur*.

¶ Patriarcha, *æ*, m. πατριάρχης, qui princeps eſt patrum, ein patriarch, ertz-vater. Eccleſiæ ritu id nomen certis epiſcopis datum fuit, Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano: etiam in Occidente Aquilejenſi. v. Cantelii Hiſt. Metropol. Vrbium P. 1 Diſſ. 1 c. 2. Sed Tertull. adv. Praxean. c. 16 *Ab Adam usque ad patriarchas & prophetas*. Id. de Idolol. c 17 *Patriarchæ & cæteri majores*; intelligit viros illuſtres inter Adamum & Moſen, qui & paterno imperio ſuas familias rexere, & veritatem divinam ſervarunt. Adde Sidon. 6 epiſt. 12; & 9 ep. 4. ¶ 2. Metaphorice pro auctore rei præcipue Tertullianus poſuit, cum adv. Hermog. c. 3, & de Anima c. 3 dixit: *Philoſophi patriarchæ hæreticorum*.

¶ Patriarches, *æ*, m. Hac forma Græca Tertullianus de Cor. Mil. c. 9 dixit: *Quis patriarches, quis prophetes &c.*

¶ Patricīda, *æ*, vel quod uſitatius *Parricida* & *Paricida*, *æ*, c. patris interfector; item matris, avi, fratris, ſororis, liberorum &c. ein vater-morder, oder mörder naher freunde. Paulus lib. 5 Recept. Sent. tit 24 ſent. 1 *Lege Pompeja, de parricidiis tenetur, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, ſororem, patronum, patronam occiderit. Hi etſi antea inſuti culeo in mare præcipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur vel ad beſtias dantur*. Livius 3, 50 Virginius, occiſa a ſe filia, rogat, *ne ſe ut parricidam liberum averſarentur*. ¶ 2. XII Tabb. legibus *Parricidæ* etiam dicti, qui civem ſeu liberum hominem data opera occidiſſent, ut Torrentius notat ad Suet. Cæſ. c 42. v. Gravina Orig. Iur. Civ. p. 371. ¶ 3. Sed & qui impii in patriam, *Parricidæ* vocati. Sic, quod invaſiſſet imperium, & bellum interret patriæ Vitellius, *Parricida* vocatus, de quo Tac. Hiſt. 1, 85, 6. Et Cic. Cat. 1, 12 *Hoc parricida civium interfecto*. conf. Flor. 4, 1, 10. ¶ 4. Vt ad primam ſignificationem redeamus, Solon interrogatus, quam ob rem contra parricidas legem nullam tuliſſet, reſpondit, διὰ τὸ ἀνεπίτευκτον, hoc eſt, quia deſperaſſet hujusmodi ſcelus, hoc eſt, non putaſſet, hominem tam atrox unquam facinus audere poſſe. v. Diog. Laert. Cicero pro Roſcio c. 25 & hoc de Solone & Romanam pœnam culei refert, quæ ſub Impp it: aucta eſt, ut, qui patrem interemiſſet, culeo cum gallo gallinaceo, vipera & ſimia inſueretur, & vectus plauſtro, nigris bubus juncto, in mare præcipitaretur, aut flumen, ſi mare vicinum

vicinum non esset: Instit. tit. ult. lib. 4 §. *Alia deinde &c.* Et lege un. Cod. de his qui parentes. Et lege 9 ff. de lege Pompeja de Parricid. v. Coler. Parerg. c. 3.

¶ Parrĭcīdālis, vel Parricidialis, *e*, mörderiſch. *Vultus parricidali ardore suffusi*, Quintil. decl. 16. *Parricidiale bellum*, Flor. 3, 21, 1. *Parricidali manu gladium stringere*, Petron. c. 80. *Parricidiale scelus*, Iustin. 27, 1, 10. *Parricidiales discordiæ*, Id. 39, 3 pr. *Homo parricidialis animi*, Lamprid. Heliog. c. 14. Sulp. Severus Hist. S. 1, 38 *Parricidiales conatus.* Cyprian. 1 ep. 2 *Parricidalia arma.* ¶ 2. Cæterum *parricidalis* quasi a *parricida* est, *parricidialis* a *parricidium.* v. Burm. ad Quint. Decl. 4, 19 p. 100.

¶ Parricidiāliter, adverb. idem. Lamprid. Alex. Severo c. 1 *Parricidialiter perire.* Augustin. epist. 168 *Parricidialiter frendens.*

¶ Parricidiose, idem. Sunt quibus adverbium placet ex Ciceron. Tusc. 5, 2, ubi distincte legendum potius: *Hoc parricidio se inquinare audet.*

¶ Parrĭcīdium, *i*, n. ein vatermord. *Parricidio se inquinare*, Cic. de Fin. 4, 23; & Tusc. 5, 2. *Parricidium patriæ*, proditio patriæ, conjuratio contra patriam, Id. Phil. 2, 7. Adde Phil. 11, 12; & Off. 3, 21. Et, *Parricidium fraternum*, Id. pro Cluent. c. 11.

¶ Parricidatus, *ûs*, m. idem: quod vocabulum vix tolerabile in Cælio produxit Quintilianus 1, 11. conf. Parei Lex. Crit. p. 886.

Composita varia ab initio:

¶ Apātor, *ŏris*, m. gr. *ἀπάτωρ*, qui est sine patre, ohne vater. Tertull. de Præscript. c. 53 de Melchisedech: *Ut apator sit, ametor sit.* ¶ 2. Etiam Spurii appellantur *ἀπάτορες*, *quasi sine patre filii*, in § 12 Instit. de Nupt.

¶ Abpatruus, *i*, m. des urgroßvaters bruder. Gaj. ICt. D. lib. 38 t. 10. l. 3.

¶ Antĭpater, *tri*, m. *Ἀντίπατρος*, Iolai fuit filius, e Paliura civitate Macedoniæ, discipulus Aristotelis, Alexandrique miles primum, deinde dux, postremo successor, Suid. Plutarch. ¶ 2. *Antipater* alius fuit Sidonius, poëta nobilis, qui ex tempore innumerabiles pæne faciebat versus, quemadmodum meminerunt Cicero de Orat. 3, 50; & Quint. 10, 7. ¶ 3. Alius rursus Tyrius, Philosophus Stoicus, Catonis Vticensis præceptor, ut Plutarch. indicat in Catonis vita. ¶ 4. Et Hierapolitanus alius Sophista nobilis, præceptor liberorum Severi Principis, cujus res gestas scripsit, & magister epistolarum fuit, ut auctor est Philostratus. ¶ 5. *Antipater* denique Ascalonita Herodis fuit regis pater, vir maximus & potentia præstans.

¶ Antipatris, *idis*, f. oppidum Palæstinæ juxta mare mediterraneum, ab Antipatro, Herodis patre renovatum, inter Hierosolymam & Cæsaream situm. Vid. Actus Apost. c. 23, 30.

¶ Compăter, *tris*, *Patrinus* aliis, qui infantem de sacro fonte levat, ein pathe. Vtrumque non satis latinum. Melius, *Sponsores fidei*: & *offerentes*, & *susceptores* vocantur, vel *baptismatis testes*, & *patres lustrici.* v. Voss. de Vitiis serm. l. 2; & Richard. Montacut. de Orig. Eccles. P. 1 p. 83, 104 & 115. ¶ 2. *Compatrem* etiam nostri dicunt, einen gevatter, quem rectius *baptismi fœdere conjunctum*, aut simili modo dicerent. v. Cellar. Cur. poster. p. 350 & Antib. p. 20.

¶ Compatriōta, *æ*, m. ein landsmann. Gloss. gr. lat. *συμπολίτης*, *Compatriota.* Sarisb. 4, 11 *Compatriotis ducem dare.*

¶ Cunctĭpăter, Diespiter, Omnipater, vide *Cunctus*, *Dies*, *Omnis.*

¶ Eupător, *ŏris*, m. gr. *εὐπάτωρ*, *nobilis*, *claro patre natus.* Cognomen fuit quondam regum Syriæ, Alexandri, Mithridatis &c. v. Strab. l. 10; & Appian.

¶ Eupatoria, *æ*, f. urbs Paphlagoniæ a Mithridate condita, victoque eo *Pompejopolis* appellata, Plin. 6, 2. conf. Salmas ad Solin. p. 889. ¶ 2. *Eupatoria*, herba ab Eupatore rege sic dicta, Plin. 25, 6. conf. *Eupatoria* in E.

¶ Eupatria, *æ*, f. *εὐπατέρεια*, claro patre genita; vel bene agens pro patria, pro familia, eine gute hausmutter. Suidas explicat: *καλὸν πατέρα ἔχουσα*, *generosum patrem habens*, eine edel-dame. Sed Petronius c. 37 de ultimæ sortis fœmina per ironiam: *Hæc eupatria provident omnia.*

¶ Eupatrĭdæ, *arum*, m. pl. *εὐπατρίδαι*, nobiliores Athenienſium cives, sive iidem, qui Romæ *patricii*: unde & per *patricios* hæc vox in Glossis vertitur, die ſtadtjuncker. vid. Dion. Halicarn. lib. 2; & Petiti comm. in Leges Att. 2, 3.

¶ Expatricius, *i*, m. qui patriciatum depositit. Zeno ICt. lib. 3 Cod. de Senat. & Patric.

¶ Opĭter, *tris*, m. ex *ob* & *pater*; vel ex *obeo* & *pater*, bey dem der großvater vaterſtelle vertritt. Festus: *Opiter est, cujus pater avo vivo mortuus est; ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat, id est, pro patre.*

¶ Propător, *ŏris*, m. gr. *πρωπάτωρ*, avus, generis auctor, vel qui vice patris est, ein großvater, ſtammvater, anherr. Tertull. de Præscript. c. 49 adversus Valentini fabulam, *Christum missum ab illo propatore, qui est Bythos.*

¶ Propatruus, *i*, m. avi paterni frater, des großvaters bruder. Vid. Leg. 1 Dig. de Gradib. ubi § 5 *patruus magnus*, & § ult. *Propatruus* dicitur.

¶ Repatrio, *āre*, pro redire in patriam, heimziehen. Solin. c. 40 *Cum multi captivorum repatriaverint.* Et c. 46 fin. *Hinc ad Pelusium repatriemus.* Ad h. l. vide Salmas. p. 400.

¶ Sēmĭpăter, *tris*, m. ex Ovid. Fast. 6, 214 vulgo affertur. Libri habent *Semo pater*, atque ita etiam Inscriptio Reatina apud Grut. p. 96 n. 7 SANCO FIDIO SEMO PATRI. Vide *Semo.*

PĂTĔRA, *æ*, f. poculum amplum ac patens; inde etiam dictum est, quod pateat, ein breiter becher, eine trinckſchale; ut, *Implere pateram mero*, Virg. Æn. 1, 730. Et Æneid. 7, 133 *Nunc pateras libate Iovi, precibusque vacate. Paterâ sanguinem excipere*, Cic. de Clar. Orat. c. 11.

Paterculus, paternitas, paternus &c. vide paullo ante in *Pater.*

PĂTĒTON, *i*, n. *πατητόν*, palmæ genus, Plin. 13, 4.

PĂTHOS, *πάθος*, perturbatio, animi ægritudo, affectio, die bewegung des gemüths. Adducitur a Cicerone de Fin. 3, 10; & Tusc. 4, 6; & a Quintil. 6, 2. Sic & plur. *πάθη*, motus animi turbati, passiones, Cic. Tusc. 3, 4; & Offic. 2, 5; & Gell. 19, 12. Hinc

¶ Păthētĭcus, *a*, *um*, *παθητικὸς*, ad motus animi accommodatus, beweglich. vid. Cicero in Orat. c. 37. Sic, *Pathetica quæstio*, Quint. Decl. 299. *Oratio pathetica*, Macrob. Sat. 4, 2. Adde 4, 5 & 6.

¶ Pathetice, *παθητικῶς*, adv. idem. Macrob. Sat. 4, 6 *Vtrumque Virgilius bene pathetice tractavit.*

¶ Pathĭcus, *a*, *um*, *παθικὸς*, Venereæ actionis impudice patiens, unzüchtig, unkeuſch. Carm. Priap. *Cui mens est pathicæ memor puellæ* Adde Catull. 16, 2; & 113, 2. It. Iuvenal. 2, 99 & 9, 130. It. Firmic 8, 20 & 21. Superl. Martial. 12 epigr. 97 *Musæi pathicissimi libelli.*

¶ Pathologia, *æ*, f. *παθολογία*, pars medicinæ, quæ morbos, causas morbificas, symptomata, omnesque res docet, quibus hominis naturalis constitutio labefactatur. v. Med. ¶ 2. *Pathologia* est pars oratoriæ, quæ affectibus concitandis agit. Vocatur etiam *παθοποιία.*

¶ Apăthes, *is*, unempfindlich. Sic Græcum imitatus Plinius est 7, 19 *Exit hic animi tenor in rigorem quemdam torvitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales Apathes Græci vocant &c.* *ἀπαθὴς* enim dicitur, qui sine affectionibus est.

¶ Apăthīa, *æ*, f. *ἀπάθεια*, affectuum vacuitas, die unempfindlichkeit. Vsus Græca voce est & tandem Latina Gell. 19, 12 *Isti apathiæ sectatores* (Stoicos intellige) *qui videri se esse tranquillos, & intrepidos, & immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent, omnibus vehementioribus animi officiis amputatis in torpore* (ita cum Lipsio n. 39 ad Taciti Germ. legendum pro *corpore*) *ignavæ & quasi enervatæ vitæ consenescunt.* Seneca Græcam vocem quomodo reddat Latine non reperit satis, epist. 9 *In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπάθειαν uno verbo scite voluerimus*, & impatientiam *dicere. Poterit enim & contrarium ei, quod significare volumus, intelligi. Nos enim cum volumus dicere, qui respuat omnis mali sensum: accipietur is, qui nullum possit ferre malum. Vide ergo, num satius sit, invulnerabilem animum dicere, aut animum extra omnem patientiam positum.* Parum scite, judicio Lipsii, qui mallet *imperturbabilem animum* dici, ut uno verbo (licet enim fingere) *imperturbationem.* Iam diu ante Lipsium sic reddiderat Hieronymus ad Ctesiph. adv. Pelag. c. 2 *Evagrinus edidit librum & sententias περὶ ἀπαθείας*, *quam nos* impassibilitatem *vel* imperturbationem *possumus dicere, quando nunquam animus ullo perturbationum vitio commovetur, & ut simpliciter dicam, vel saxum vel Deus est.* Cicero *ἀπαθείας sedationes* videtur vocavisse Tusc. 5, 15, *cum perturbationes animi miseram, sedationes autem vitam efficiant beatam* Nam *indolentiæ* vox, quam alibi adhibet, *ἀναλγησίας* est proprie, quæ tamen ab *ἀπαθείᾳ* non multum distat, cum eaque conjungitur a Gellio 12, 5.

¶ Antĭpathes, *is*, n. *ἀντιπαθὲς*, corallium nigrum est Dioscoridis 5, 93; Plin. 37, 10; & Cretiæ apud Stobæum, gemma contra effascinationes. Lævius Poëta vetus inter philtra recensetur apud Apulejum Apologia p. 294 *Philtra omnia undique eruunt, Antipathes illud quæritur.*

¶ Antipathīa, *æ*, f. *Ἀντιπάθεια*, repugnantia rerum & naturarum est, hoc ipsum videlicet, quo inter se naturæ dissident: ut *Sympathia* (*συμπάθεια*,) est, qua sibi congruunt. Plin. 20, 4 de hyssopo & raphano: *Hæc antipathia est.* Id. 24, 9 *Mirabilis antipathia.* Hanc idem cum sympathia l. 20 præf. *Odia, & amicitias rerum* appellat: Manilius *amorem, & odia* 2, 518. vide *Sympathia*, & exempla in libro eruditissimo Divinationum Peuceri. De caussis Antipathias lege Sext. Empiricum lib. 1 Pyrrhon. Hypotyp. p. 10. Cæterum Physici recentiores, ut reliquas occultas quas dicebant veteres, qualitates, ita etiam antipathiam cum sympathia inter inania vocabula numerant, excogitata ad ignorantiam rerum naturalium tegendam. Ipsi studeant illis phænomenis ex structura & apertis corporum affectionibus satisfacere. ¶ 2. *Antipathia* etiam est quædam temperatura ferri rubigini resistens, de qua Plin. 34, 14 ext. *A rubigine vindicatur ceruſſa ex gypso & liquida pice. Hæc est temperatura a Græcis antipathia dicta.*

¶ Sympathia, *æ*, f. *συμπάθεια*, *compassio.* Cicero *consensum & conjunctionem* vertit *naturæ*, in libris de Nat. Deor. & de Divinatione. Plinius *amicitias* Præf. l. 20, ut & Manilius 2, 475 vocat: paullo ante versu videlicet 466 *Fœdus* appellarat; v. 515 *amorem* dixit, natürliche zuneigung. Gell. 19, 7: *Habere συμπάθειαν cum luna augescente ac senescente.* Varro apud Nonium 6, 57 Latinis litteris: *Quam sympathiam lumbi ad oculum haberent.* ¶ 2. Doloris etiam societatem vox hæc Græca haud eleganter exprimit, das mitleiden.

Patibilis, vide in *Patior.*

PĂTĪBŬLUM, *i*, n. crux, furca, quæ suspensum & strangulatum exanimat, ein galgen. *Patibulo affigi*, Sallust. fragm. apud Nonium 4, 355; *suffigi*, Apul. Met. 6 p. 186. Et Tac. An. 4, 72, 4 *Milites patibulo affixi.* Gloss. Vet. *Patibulum*, *σανιδός.* Cic. Verr. 4, 41 *Statua pro patibulo fuit.* ¶ 2. Sera, qua ostium occluditur, quod hac remota valvæ pateant, ein ſchloß, vorleg-ſchloß. Titinn. apud Nonium l. c. *Patibulo hoc ei caput defringam.* ¶ 3. Instrumentum vindemiatorium in torculari, de quo Cato R. R. c. 26 & 68.

¶ Patĭbŭlus, *i*, m. idem apud antiquos. Lucil. apud Nonium 3, 184 *Deligata ad patibulos &c.*

¶ Patibulo, *āre*, hencken, an galgen ſchlagen. Hinc

¶ Patibulatus, *a*, *um*, qui patibulum seu furcam fert, gehenckt. Plaut. Most. 1, 1, 53 *Te forabunt patibulatum per vias stimulis.*

¶ Patibŭlus, *a*, *um*, idem. Plaut. Fragm. Carbon. *Patibulus ferar per urbem, deinde suffigar cruci.* Et Apul. Met. 4 p. 147 *Exitiabili nexu patibulum relinquere*, h. e. pendentem, manu ipsius clavo affixa ad ostii tabulam.

Patiens, patienter, patientia, vide mox *Patior.*

PĂTĪNA, *æ*, f. eine ſchüſſel, pfanne. Nam & ad coquendum patinis utebantur, quemadmodum ex Plinio 23, 2 probari potest. *Patinas eluere*, Plaut. Capt. 4, 2, 66, ſpülen, aufwaſchen. *Iam dudum animus est in patinis*, Terentius proverbialiter dixit Eun. 4, 7, 46.

¶ Pătel-

¶ Pătella, *æ*, f. lanx parva, diminutivum a *patina*, ein ſchüſſelgen. Ideo enim modicam & exiguam dixere poetæ. Horat. 1 epiſt. 5, 2 *Nec modicâ cœnare times olus omne patellâ.* Et Iuvenal. 5, 85 *Ponitur exigua feralis cœna patellâ. Patella* tamen *grandis cum ſigillis ac ſimulacris Deorum*, apud Cic. in Verr. L. 4 c. 21 occurrit. ¶ 2. Et *Patella* morbus eſt arborum, ſolis ſcilicet exuſtio, quæ & *clavus* & *fungus* dicitur, der brand an bäumen, Plin. 17, 24. ¶ 3. *Patella* os parvum, molle, cartilaginoſum genu conſtituens, Celſ. 8, 1.

¶ Patellīna, *æ*, f. & Patella, Dea, de qua Arnob. 4 p. 131 *Patellana numen eſt & Patella, ex quibus una eſt patefactis, patefaciendis retus altera præſtituta.* Eadem *Patalena*, de qua ſupra in *Pateo*. vid. Elmenh. in Arnob. p. 131.

¶ Patellārius, *a, um*, parvus, minutus, cui patella libabatur. Sic *Patellarii dii* per jocum, minorum gentium dii Plauto Ciſt. 2, 1, 46 appellantur: ut ſunt Lares, & Penates. Varro apud Nonium c. 15, 6 *Oportet bonum civem legibus parere, & Deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.* Ex quo loco ratio nominis patet.

¶ Patinārius, *a, um*, in patina repoſitus; ut, *Struices patinariæ*, Plaut. Menæch. 1, 1, 26, ubi etiam ſyſtema quaſi quoddam patinarum intelligere poſſis, einen aufſatz von ſchüſſeln. Apud eumdem *Patinarius piſcis*, aſſo opponitur, Aſin. 1, 3, 28. ¶ 2. Subſtant. *Patinarius*, homo vorax, ein vielfraß. Suet. Vitell. c. 17.

¶ Tripătīnum, *i*, n. trium patinarum ſeu ferculorum epulæ. Plinius 35, 12 ex Feneſtella: *Tripatinum appellabatur ſumma cœnarum lautitia.* Vide ibi latius expoſitum.

PĂTIOR, *paſſus ſum, pāti*, ferre, tolerare, ſuſtinere, geſtatten, vertragen, dulten, leiden. Cicero Catil. 1, 5 *Non feram, non patiar, non ſinam.* Sic, *Facile pati*, zufrieden ſeyn, geſchehen laſſen. Cic. fam. 6, 12. v. de hac formula Manut. ad fam. 5, 7, add. 7, 15 & 31. Perinde eſt ac *non laboro*. Ita Att. 13, 33 ext. *Audire me facile paſſus ſum, fieri autem moleſte fero.* Add. Caſaub. ad Cic. Att. 14, 8. Idem Cic. Att. 15, 16 pr. de laudibus filii ſui agens: *Vel verba mihi dari facile patior in hoc, neque libenter præbeo credulum.* Ic. 16, 11 *Non modo facile paterer, ſed etiam lætarer.* Et Ter. Andr. 1, 2, 32 *Vbivis facilius paſſus ſum, quam in hac re me deludier.* Et, *Pati æquo animo*, Cicero Phil. 12, 4. *Dolores toleranter pati*, Id. Tuſc. 2, 18, geduldig ausſtehen. *Tacitum pati*, Liv. 7, 1. *Servitutem pati*, Id. Phil. 6, 7. *Imperium alicujus pati*, Liv. præfat. operis. *Ne longinquam militiam non paterentur Faliſci*, Idem 4, 18 pr. *Vim frigoris non pati*, Idem 4, 18. *Pati ſupplicium*, Cæſ. B. Civ. 2, 30. *Deſiderium extincti non poſſe pati*, Petron. c. 111. *Pati repulſam*, Ovid. Met. 3, 289, abgewieſen werden. Ita eleganter hoc verbo utitur Latinitas, cum quid velut invitus quis perfert: Exempla vide apud Barth. ad Rutil. p. 194. ¶ 2 *Pati* ſine deſignatione objecti, ut idem fere ſit, quod *vivere*, non ſemel poſſiſſe videntur auctores, ſich gedulten, ſich bringen. Virg. ecl. 10, 52 *Certum eſt in ſilvis inter ſpelæa ferarum Malle pati.* Lucan. 5, 313 *Diſce ſine armis poſſe pati.* Ad quem locum alia exempla adducit Grotius & ἰδιωτισμὸν eſſe oſtendit. Add. Gron. Sen. Thyeſte v. 468 *Immane regnum eſt, poſſe ſine regno pati*, quem laudat Burm. ad Ovid. am. 1, 14, 3 *At, ſi paſſa fores.* ¶ 3. Speciatim etiam dicuntur *pati*, qui non repugnant, cum tamen poſſint, geſchehen laſſen. Ter. Andr. 2, 3, 6 *Quid? vis patiar?* niſi tamen eſt ἀποσιώπησις, *quidvis patiar*. Nepos 18, 1, 3 *Neque tamen non patiebantur.* Idem 5, 1, 4 *Elpinice negavit ſe paſſuram.* Huc refere etiam liceat illud Terentii Heaut. 5, 5, 13 *Non poſſum pati, Quin tibi caput denuleeam*, i. e. non poſſum me continere, non poſſum aliter facere, ich kan es nicht laſſen. *Pati* hic κατ' ἐξοχὴν eſt. ¶ 4. *Se pati* eleganter dicuntur, qui minime inquieto & ambitioſo animo ſunt, ſibique vivere, & ſua contenti eſſe fortuna poſſunt, vergnügt ſeyn. Sen. Nat. Qu. 4 princ. *Scio, quam ſit ambitioni alienus, familiaris otio ac literis. Turbam rerum hominumque deſiderent, qui ſe pati non poſſint.* Nempe *ſe pati* qui ita dicuntur, componunt adducuntque animum, ut acquieſcat præſentibus, nec evagetur longe, plura petens & ambiens. ¶ 5. Denique obſerves, hoc verbum tam ad læta quam ad triſtia referri. Plaut. Aſin. 2, 2, 58 *Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur bonum.* Ita Pœn. 3, 3, 82 *Si quidem potes eſſe pati te in lepido loco*, &c. i. e. Si potes pati, te eſſe &c. ¶ 6. Obſoletum *Patio* pro *Patior* ex Nævio vid. apud Diomed. p. 395 & apud Cic. de Leg. 3, 4 *Doceri a magiſtratibus privatisque patiunto.*

¶ Pătiens, *tis*, leidend; irem, gedultig, willig, vertragend; ut, *Patiens latus: Partes non patientes*, i. e. non ægrotas, non affectas. Cæl. Aurel. Acut. 2, 16, 98 *Patiens admirandum in modum*, Nepos 15, 3, 2. *Patientem autem præbere*, Horat. 1 epiſt. 1, 40. *Si jam eſt equa Veneris patiens*, Colum. 6, 37. Durum & robuſtum ſignificat in illo Ovid. Amor. 1, 15, 31 *Dens patientis aratri*, dauerhafft. Compar. & ſuperl. imprimis elegantes. Cicero ad Qu. fr. 1, 1 c. 14 *Meæ literæ te patientiorem, lenioremque fecerunt.* Propert. 1, 15, 29 *Saxo patientior.* Et, *Aures patientiſſimæ*, Cicero pro Ligario c. 8. *Patientiſſima juſti imperii civitas*, Livius 6, 16. ¶ 2. *Patiens* ægrotus, ein patiente. Samon. 584 *Quarum decoctos patiens hauriro liquores.*

¶ Patienter, adverb. non repugnanter, gedultig. Cic. de Amic. c. 25 *Patienter accipere*, admonitiones puta. Ovid. Triſt. 4, 6, 37 *Nos quoque quæ ferimus, tulimus patientius ante.* Val. Max. 4, 3, 11 *Iſta patientiſſime Cato toleravit.* conf. Sen. ep. 66.

¶ Patientia, *æ*, f. καρτερία, die gedult, erdultung, quæ *rerum eſt arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio*, Cicero de Invent. 2, 54. Horat. 1 Od. 24, 19 *Durum, ſed levius fit patientia Quidquid corrigere eſt nefas.* Major eſt conſtantia. Cic. pro Lig. 9 *Quæ fuit igitur in illo homine tanta conſtantia? Conſtantiam dico? Neſcio an melius patientiam poſſim dicere.* De hac virtute agit Tertulliani liber *de patientia.* ¶ 2. Ipſum actum patiendi notat. Sic, *Patientia famis, frigoris, inopiæ* &c. Cic. Catil. 1, 10 *Patientiam alicujus tentare*, Cicero de Lege Agr. 2, 7. ¶ 3. Majorem aliquem gradum frugalitatis notat, quæ a duritie parum abſit, ſtrenge lebensart. Cic. Off. 1, 34 *Adolescentia a libidinibus arcenda eſt, exercendaque in labore patientiaque & animi, & corporis.* Ita Nepos 17, 7, 4 vel *libidini, aut εὐτυχίᾳ*, vel certe *luxuriæ, κατὰ χιασμὸν*, oppoſuit, cum ait: *Quam* (domum Ageſilai) *qui intrarat, nullum ſignum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat: contra plurima patientiæ atque abſtinentiæ.* Cicero Verr. 2, 3 de Siculis: *Hominum ipſorum ea patientia, virtus frugalitasque eſt, ut proxime ad noſtram diſciplinam videantur accedere.* Nepos 7, 11, 4 *Eumdem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic duritiæ ſe dediſſe* &c. ¶ 4. *Patientiam* quoque nonnunquam pro ipſo labore duro atque ærumnis poni, docet Brouckh. ad Tib. 3, 11, 5; & Drakenb. ad Sil. 6, 545; quos laudat etiam Burm. ad Quint. lib. 6 proœ. p. 498. ¶ 5. Non raro latinis auctoribus ea lenitudo atque ignavia *Patientiæ* nomine venit, qua mariti adulterari uxores ſuas æquo animo ferunt. Porcius Latro apud Sen. 2 Controv. 15 *Quamquam eo prolapſi ſunt mores, ut nemo ad ſuſpicanda adulteria nimium credulus videri poſſit; tamen ego adeo longe ab eo vitio ſemper fui, ut etiam timeam, ne quis in me aut nimium patientiam, aut nimium ſtuporem arguat, quod ſeram querelam* (de adulterio uxoris) *detuli.* Plinius 1 epiſt. 31 *Sed maritum non ſine aliqua reprehenſione patientiæ amor uxoris retardabat: quam quidem etiam poſt delatum adulterium domi habuerat, quaſi contentus æmulum removiſſe.* Alia vide apud Herald. ad Apologeticum Tertulliani c. 47, & Menck. Obſerv. L. L.

¶ Pătibĭlis, *e*, tolerabilis, leidlich; ut, *Patibiles dolores*, Cic. Tuſc. 4, 23. *Omne animal patibilem habet naturam*, eine natur, die was leiden kan, de Nat. D. 3, 12. *Anima patibilis & pœnæ ſentiens*, Lactant. 7, 20.

¶ Paſſus, *a, um*, der gelitten hat; e. g. *Multa bello paſſus*, Virg Æn. 1, 9. *O paſſi graviora*, ibid. v. 203. *Bos nullum paſſa jugum*, Ovid. Met. 3, 11 *Utilis interdum eſt ipſis injuria paſſis*, Ovid. Heroid. 17, 187. ¶ 2. Aliam notionem vide ſupra in *Pando*.

¶ Paſſio, *ōnis*, f. ſive πάθος, ſive *affectum*, ſive *perpeſſionem malorum* ſignificet, non ſatis tuto uſurpari poterit, die gemüths-bewegung, das leiden. Pure enim Latini hoc vocabulum vix agnoſcunt. Corn. Gallus, ſi modo is auctor eſt carminis, quod circumfertur, eleg. 5, 42 *Quæ nihil imminuit paſſio, nulla fuit.* Conf. Voſſ. 1 inſt. Orat. p. 192. Aug. de C. D. 9, 4 *De paſſionibus & perturbationibus animorum.* In altero ſignificatu frequens eſt Eccleſiaſticis. Prudent. Periſteph. 2, 292 *Mortis exitu omnis peracta eſt paſſio.* Sev. Sulpit. Hiſt. 2, 32 *Exſtant mandatæ litteris præclaræ martyrum paſſiones.* Tamen & alii, quamquam raro, utuntur. Apul. in Trismeg. p. 93 *Incredibiles poſt delicta cogentur credere, non verbis, ſed exemplis, nec minis, ſed ipſa paſſione pœnarum.*

¶ Paſſiōnālis, *e*, empfindlich, ſchmerzlich, apud Tertull. contra Gent. c. 2 & 4. Et Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Paſſionales* κοινότητες ſunt morborum analogiæ, & indicationes communes.

¶ Paſsīvus, *a, um*, idem. Sic Arnob. 2 p. 61 *Paſſivum* dixit pro patibili, *quicquid cauſſa ingruente nonnulla ita mutatur, & vertitur, ut integritatem ſuam retinere non poſſit.* Idem ibidem p. 65 *Argumenta ſunt præſto, quibus animas paſſivas atque interibiles invenitur.* Apul. de Deo Socratis p. 49 *Animalia animo paſſiva*, i. e. ut ipſe addit, *perturbationibus mentis obnoxia.* Vet. Gloſſ. *Paſſivum*, παθικόν. ¶ 2. De alio ſenſu vocabuli hujus vide in *Pando*.

¶ Paſſibĭlis, *e*, idem. Arnob. 7 p. 214 *Quicquid vexatur rei alicujus e motu, paſſibile eſſe conſtat & fragile.* Tertull. adverb. Praxean. c. 29 *Times dicere paſſibilem, quem dicis compaſſibilem.* Et L. 7 § 2 C. de ſumma Trinit. *Chriſtus paſſibilis carne, impaſſibilis deitate.*

¶ Paſſibiliter, adv. idem. Tertull. de Anima c. 45 *Anxie & paſſibiliter in ſomniis conterreri.*

¶ Paſſibĭlĭtas, *ātis*, f. aptitudo ad recipiendam paſſionem, die leidenſchafft. Arnobius 2 p. 62 *Paſſibilitate interveniente corruptibilem eſſe.*

Compoſita:

¶ Compătior, *paſſus ſum, pāti*, pro συμπαθεῖν, una pati, zugleich leiden, mitdulten. Tertull. adv. Praxean. c. 29 *Nec compaſſus eſt pater filio.* Et mox: *Quid eſt compati, quam cum alio pati.* Conf. de Reſurr. carn. c. 40. ¶ 2. Pro συμπάσχειν, ein mitleiden haben; ubi antiqui dicunt, *caſu alicujus affici, miſericordia moveri, alterius calamitatem exiſtimare ſuam.* Hieron. epiſt. 87, & in Eſa. c. 15 *Compatientis affectu.*

¶ Compatiens, *tis*. Cæl. Aurel. Acut. 2, 16, 98 *Tuſſicula ſit compatientibus quibusdam partibus.* Idem Tard. 5, 3, 58 *Compatientibus clunibus.*

¶ Compaſſus, *a, um*, der zugleich gelitten. Alcimus Avitus 3 extr. ad Chriſtum: *Ceu tibi compaſſo miseranti ſuccurre latroni.*

¶ Compaſſio, *ōnis*, f. συμπάθεια, communis dolor, das mitleiden. Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 40 *Quod pro compaſſione promittitur* &c.

¶ Compaſſibĭlis, *e*, mitleidend. Tertull. adv. Praxean. c. 29 *Pater ſi compaſſibilis, utique paſſibilis* &c.

¶ Incompaſſibilis, *e*, nicht mitleidend. Tertull. l. c. *Si impaſſibilis pater, utique & incompaſſibilis.*

¶ Impaſſibĭlis, *e*, ohne leiden. Lactant. 1, 3 extr. *Deus incorruptibilis eſſe dicet, perfectus, impaſſibilis.* Prudentius Apotheoſ. v. 84 *Ardua vis eſt impaſſibilis.* Adde Tertull. Apol. c. 50; & de Anima c. 12; & adv. Praxean. c. 29; & Iſidor. 7, 1.

¶ Impătĭbĭlis, *e*, id eſt, intolerabilis, unerträglich, ſo nicht zu erleiden iſt. Cicero de Fin. 2, 17 extr. *Dolorem impatibilem facitis.* ¶ 2. Active, pro eo, qui neſcit pati, vel impaſſibili dixit Lactantius 2, 8.

¶ Impătiens, *tis*, ungedultig; ut, *Laboris impatiens*, Ovid. Triſt. 3, 2, 10. *Impatiens frigoris*, Plinius 8, 10, der froſt nicht vertragen kan. *Intubi hyemis impatientiores*; item: Origanum *impatientiſſimum eſt frigorum*, Idem 19, 8. *Impatientiſſimæ famis eſſe*, Colum. 7, 11, ſehr hungrig ſeyn. *Marius quietis impatientiſſimus*, Vellej. 2, 23, 1, ein unruhiger kopff. *Impatientiſſima ſolicitudo*, matris de puero ſuo, Gell. 12, 1 extr. Lucanus 1, 92 *Nulla fides regni ſociis, omnisque poteſtas Impatiens conſortis erit.* Macrob. ſat. 7, 4 *Nihil impatientius imperitia*: i. e. imperiti nihil admittunt.

¶ Impătienter, adverb. ungedultig. *Impatienter requiro*, Plin. 2 epiſt. 7. *Impatientiſſime dolere*, Id. 4 ep. 22. *Impatientius deſiderare.* Quintil. Decl. 11 ſub fin. conf. Borrich. Vind. p. 101.

¶ Impătientia, *æ*, f. die ungedult, qua quis pericula, & labores ſuſtinen-

tinendos fugit: & in defectu patientiæ opponitur. Sic, *Æstus impatientia*, Plin. 9, 16. *Impatientia frigorum*, Idem 11, 23. *Impatientia Veneris*, Apul. l. 2 Met. qua se quis non continere potest. ¶ 2. *Impatientia* apud Senecam epist. 9 ἀπάθεια, die unempfindlichkeit, de qua conf. supra in *Pathos*.

¶ Perpĕtior, pĕrpĕti, perferre, fortiter ferre, erdulten, vertragen. *Facile omnes perpetior & perfero*, Cic. de Orat. 2, 19. *Perpeti dolorem*, Idem de Finib. 1, 14. Et fam. 2, 16 *Quidvis perpessurus sim &c.* Sic, *Perpeti contumelias*, Ter. Eun. 1, 1, 3. *O quam indigna perpeteris*, Nep. 19, 4, 3. Horat. 1 od. 3, 25 *Audax omnia perpeti gens humana &c.* conf. Virg. Æn. 12, 644.

¶ Perpetiens, *tis*. Cic. Fin. 2, 20 *Casus nobis miserabilis cudentibus, illi perpetienti erat voluntarius*.

¶ Perpessus, *a, um*, der ausgestanden hat, e. g. *Ventos perpessus & imbres*, Virg. Æn. 9, 60. *Turpia perpessus vincla*, Propert. 2, 2, 15.

¶ Perpessus, *ûs*, m. subst. das leiden, die erdultung. Cic. Fin. 4, 26 *Asperum & difficile perpessu*. Eundem ablativum, qui aliis supinum est, habet Cic. Tusc. 2, 8 & 12. Et Ammian. 17, 9 *Dura & perpessu asperrima tolerantes*.

¶ Perpessio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Inv. 2, 54 *Laborum perpessio*. Sen. ep. 67 *Fortitudinis patientia & perpessio & tolerantia rami sunt*.

¶ Perpessĭtius, *a, um*, παθητός, πολυτλήμων, der viel vertragen kan, Sen. epist. 53 *Levis aliquem motiuncula decipit: sed cum creverit, & vera febris exarserit, etiam a duro & perpessitio confessionem accipit*. Id. epist. 104 *Socratem perpessitium senem, per omnia jactatum &c.*

PATMOS, *i*, f. Πάτμος, insula in Ægæo, in qua Iohannes Apostolus exul scripsit Apocalypsin. Ad Sporades pertinet.

Pator, vide ante *Pateo*.

PATRAE, *arum*, f. pl. urbs Achajæ, Plin. 4, 4. Ovid. Met. 6, 417 *Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ*. Et Sil. 15, 310 *Tum lustrata Ephyre, Patræque & regia Pleuron*. cf. Cic. fam. 7, 28 & 13, 50, it. 16, 1.

¶ Patrensis, *e*, adject. ut, *Patrensis civis*; item, *Patrensium leges*, Cic. fam. 13, 19.

Patria, patriarcha, patricida, patricius &c. patrimonium, patrimus, patritius, vide *Pater*.

PĀTRO, *avi, atum, āre*, designare est, conficere, perficere, thun, begehen, ausrichten, vollenden; ut, *Patrare facinus*, Liv. 23, 8 extr. *Patrare promissa*, id est, præstare, vel perficere, Cic. Att. 1, 14. Ita *Patrare bellum* pro conficere, finire, Sallustius, Vellejus, Tacitus, & Florus dixerunt. *Patrare pacem*, Liv. 44, 25. *Patrare jussa*, Tac. Hist. 4, 83, 6. *Patrare cædem*, den mord verüben, vollbringen. Id. Ann. 14, 44, 2. *Conata patrantur*, i. e. fiunt, Lucret. 5, 386. vid. de hoc verbo Barth. ad Grat. 72 & Burm. ad Quinct. 8, 3 p. 695. ¶ 2. *Patrare* & *parare* in MSS. confunditur. v. Interp. Sall. Iug. 13 & Duker. ad Flor. 2, 15.

¶ Patrans, *tis*. Videtur proprium locum habere in rebus turpibus. Vnde Pers. sat. 1, 18 *Patranti fractus ocello*: Vbi vetus Scholiastes, *Patratio*, inquit, *est rei venereæ perfectio vel consummatio, unde & Patres dicti, eo quod patratione filios procreant*. Hæc ille. Quibus similia Isidorus scribit. Hinc nonnulli illud *Patrare bellum* apud Sallustium v. g. Iug. 21, 2 irriserunt culparuntque, tamquam κακέμφατον; quod sancte & antique ab ipso dictum Fabius Quintilianus statuit 8, 3; Et refutat illos tamquam intempestivos Criticos Burm. ad l. c. Vide & mox *Expatrare*.

¶ Patrātus, *a, um*, verübt, vollbracht; ut, *Commissum patratumque prælium*, die gehaltene schlacht; Vellej. 2, 21, 3. *Patrati belli emolumentum*, Id. 2, 114, 4. *Sperandique patratæ pacis*, Liv. 2, 26 ex emend. Gebh. vulgo *paratæ*. Sic Tac. An. 11, 28, 3 *Patratæ mortes*. Idem Hist. 4, 81, 6 *Patratum remedium* dixit, & *irrito* oppositum. Id. An. 2, 66, 3 *Patratum* & *inceptum* opponit: etiam Sallustius Iug. c. 21, & auctor incertus Paneg. Constantini c. 6. Conf. Barth. ad Script. Venat. p. 72 & 73. ¶ 2. *Pater patratus*, princeps dicebatur fecialium, qui bellum in hostium finibus indicebat, & qui ad patranda, hoc est, peragenda vel confirmanda juramenta mittebatur, ein herold. Vide *Fecialis* & supra in *Pater* n. 9.

¶ Patratio, *ōnis*, f. die verübung, handhabung, stifftung; ut, *Patratio pacis*, Vellej. 2, 98, 2. Pro usu Venereo Priscian. 2 c. 11. Sicuti etiam in vetusto Glossario latino arabico *Patratio rei venereæ consummatio* est.

¶ Patrator, *ōris*, m. qui patrat, auctor rei, ein stiffter, urheber, thäter. Tac. An. 14, 62, 2 *Maternæ necis patrator Anicetus*. Et Avienus in Arat. Phænom. v. 20 *Auctor agendorum, proprique patrator*.

Composita:

¶ Expatro, *āre*, verthun. Catullus 29, 17 *Parum expatravit? an parum belluatus est?* Vbi Scaliger, *Hunc locum*, inquit, *habet in animo auctor Glossarii, quum scribebat: Patrat, μασᾶται, κακεμφάτως, ὡς ἐπ' αἰσχρῶν. Nam non semper significat, μασᾶσθαι. Sed expatrare est scortando μασᾶσθαι, imo ἀφεδᾶσθαι. Sed omnium linguarum felicissime germanica*, verhuren. Vet. Glossæ: ἐκφέλνω (f. ἐκφέλνω) ἐπὶ συνουσίας, *Expatro*. Similiter *Effutuere aurum* pro futuendo prodigere legimus Suet. Cæs. c. 51.

¶ Impĕtro, *avi, atum, are*, erhalten, quod proprie est *perficere*. Plaut. Pœn. 5, 2, 14 *Incipere multo est, quam impetrare, facilius*, ubi vide Taubmann. Postea id verbi ad auspicia translatum est: in quibus id fuit, quod in sacrificiis *litare*: in qua notione plerumque tamen, pro *Impetrare, Impetrire* dicebant. v. Taubm. ad Plaut. Asin. 2, 1. Quia itaque *impetrare* erat, quum id, cujus causa auspicati fuerant, consequerentur; quemadmodum *litare*, sacrificando a Diis, quod volumus, obtinere, significat; hinc communiter pro obtinere, exorare, vel consequi usurpari cœptum est, erlangen, erbitten. Plaut. Curc. 1, 1, 65 *Neque quicquam queo æqui & boni ab eo impetrare, &c.* conf. Vellej. 2, 125, 1. *Impetrare ab animo non posse*, Liv. 43, 25 h. e. sibi imperare non posse. *Impetrare de aliquo*, apud Cic. aliosque legitur. v. Menck. Obs. L. L. h. v. ¶ 2. Occurrit aliquoties infinitivus futuri archaicus hujus verbi *Impetrassere* pro *impetraturum esse*, v. g. Plaut. Cas. 2, 3, 53; Mil. 4, 3, 3; Et *Impetrassere gratiam*, Id. Stich. 1, 2, 23. vide Grammaticos; ut Vrsinum T. 1 p. 674.

¶ Impetratus, *a, um*, erlangt, erbeten. Vellej. 2, 68, 2 *Non impetrato reditu*. ¶ 2. *Impetritus* pro *impetratus*, ap. Plaut. Asin. 2, 1, 11; Festum & Parei Lex. Crit. p. 578. Et Val. Max. 1, 1, 1 cum not. Pighii. Adde Plin. 28, 2; ubi *Sacra impetrita depulsoria & commendatitia* conjunguntur.

¶ Impetratio, *ōnis*, f. die erlangung. Cic. Att. 11, 22 *Illud molestius, ejus impetrationes nostras nihil valere*. Et Augustinus ineunte lib. 12 Confess. *Longior est petitio, quam impetratio*.

¶ Impetrator, *ōris*, m. der etwas erlanget, erhält. Cod. Theod. lib. 12 tit. 16 *Impetratores beneficii*.

¶ Impetrābilis, *e*, leicht zu erlangen, möglich. Liv. 39, 29 *Magnitudo rerum gestarum triumphum impetrabilem faciebat*. Id. 25, 29 *Omnia & tuta et impetrabilia apud Romanos erant*. Tac. Hist. 4, 69, 5 *Impetrabilis venia*. Sen. præf. lib. 4 Nat. Qu. *Vt sis impetrabilis*. Sed meliores libri habent & sententia postulat *impenetrabilis*, de quo in *Penetro*. Ammian. 14, 8 *Impetrabilis efficacia*. Idem 17, 11 *Impetrabilis vigilantia*. Id. 29, 5 *Cujus virtutes ut impetrabiles nitebant*. Compar. Liv. 30, 16 *Impetrabilior pax*. ¶ 2. Active significat nonnunquam qui valet ad impetrandum ac facile impetrat, Gr. πιθανός. Ita Plaut. Most. 5, 2, 40 *Non potuit venire orator magis impetrabilis*. Et Merc. 3, 4, 20 *Impetrabilior qui vivat, nullus est*.

¶ Subimpetro, *are*, zugleich mit erlangen. Tac. An. 4, 23, 1 *Priores duces subimpetrando triumphalium insigni sufficere res suas crediderunt*. Ita ex MS. legit Pichena. v. Gronov. p. 282

¶ Perpetro, *are*, perficere, ausrichten, bewerckstelligen. Tac. Hist. 4, 51 extr. *Validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Iudaici belli perpetranda*, i. e. finienda, conficienda. Et Suet. Calig. c. 46 *Quasi perpetraturus bellum, directa acie in litore oceani &c.* conf. Drakenb. ad Liv. 42, 30. Id. 44, 22 *Sacrificium rite perpetrare*. Plaut. Pseud. 5, 1, 24 *Postquam opus meum, ut volui, omne perpetravi, hostibus fugatis*. Rursus Tac. Hist. 4, 65, 7 *Legati ad Civilem & Velledam missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere*.

¶ Perpetratus, *a, um*, vollendet, vollbracht. Liv. 33, 21 *Pace nondum perpetrata*. Id. 44, 37 *Sacrificio rite perpetrato*. Id. 1, 6 *Perpetrata cæde*.

¶ Perpetratio, *ōnis*, f. die vollbringung, verübung. Tertull. de Pœnit. c. 3 *Aliqua difficultas perpetrationem ejus intercipit*. Et Augustin. de Trinit. 13, 6 *Non de ullius mali perpetratione vel adeptione gaudere desiderat*.

¶ Perpetrator, *ōris*, m. ein thäter. Sidon. 8 epist. 6 *Cædis infaustæ perpetratores*. August. epist. 5 *Tot sceleratorum auctor & perpetrator, quem Iovem nominant*. Et de Civ. Dei 20, 1 *Peccati magni perpetratores*.

¶ Perpetrābilis, *e*, zugelassen. Tertull. ad Vxor. 2, 1 *Nubere in Domino perpetrabile est*, id est, facile impetratu, permissum.

¶ Propetro, *are*, mandare quod perficiatur, apud Festum.

Patrocinium, patrocinor, vide mox in *Patronus*.

PATRŎCLES, *is*, m. Πατροκλῆς, Athenienſis quispiam fuit impense parcus sordidusque adeo, ut ne quidem in omni vita laverit. Vnde proverb. natum, ἐκ Πατροκλέους, *E Patroclis domo venit*, in sordidos. vide Chiliad.

PATRŎCLVS, *i*, m. Achilli conjunctissimus ad Trojam ab Hectore in pugna interfectus occubuit. De hoc multa Homerus. Vnde non minus Alexander propter Patrocli amicitiam, quam ob Homeri præconium, Achillem fortunatum judicavit: Plutarch. in Alex.

¶ Patroclianus, *a, um*, adj. Martial. 12 epigr. 78 *Sellas ante perit Patroclianas*; i. e. latrinas publicas, Patrocli cujusdam opus.

PATRON, *onis*, m. Acarnan, in Italiam cum Ænea veniens in Aluntinis consedit. vid. De la Cerda ad Virg. Æn. 5, 298, & Turneb. Adverf. 26, 17.

PATRŌNVS, *i*, m. proprie qui patriam benevolentiam & fidem præstat, ein patron. Nomen a Romulo inventum fuit. Nam cum potentiores secrevisset a plebe, & plebejos illis tuendos regendosque commendasset, illos hoc respectu *Patronos*; hos *Clientes* appellavit, a cura paterna scilicet & solicitudine, qua suos clientes deberent complecti, & ea omnia præstare clientibus, quæ patres filiis solent præstare: non a *Patrono* quodam defensore inopum ac vindice, qui Evandrum Arcadem secutus fuerat, ut quidam voluere. Vide Plutarchum in Romulo p. 24 & 25, & Dionys. Halicarnass. 2, 9, 10 & 11. Vbi etiam habes de utrorumque officiis juribusque. Neque vero singuli homines tantum potentiores sibi adoptabant patronos, sed integræ civitates etiam; nec viros tantum, sed & matronas. Sic Bononiensium Patronus Antonius: sic Lacedæmonii in Claudiorum tutela fuerunt, ut Suet. Aug. c. 17, & Tib. c. 6 testatur. *Patronorum Antii* coloniæ mentio est apud Liv. 9, 20 ext. *Siciliæ patroni* Marcelli fuere, inprimis ille Syracusarum victor, vid. Cic. in Verrinis passim, & in eas Asconius, itemque Halicarnasseus supra citato loco. Cic. fam. 2, 28 *Novi vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit*. B. Hieronymus in vita Malchi: *Piculus hic, post multos vel* DOMINOS *vel* PATRONOS, *dum ego adolescentulus moraver in patria ad Papæ Evagrii, necessarii mei, possessionem devolutus est*. Ad fœminas quod attinet, extat in antiquitatis monumentis decretum vetus Pactuinorum, quo se in Nummiæ Variæ, sacerdotis Veneris, domusque ejus clientelam tradiderunt. Atque hinc *Tutelares* etiam *Deos* PATRONOS vocarunt. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 46 HERCVLI DEO INVICTO ET REIPVBL. ARVCCITANAE PATRONO. ¶ 2. Sed & liberti dominos suos, a quibus manumissi erant, PATRONOS vocabant, ehemaliger Herr. Hinc Tac. Hist. 1, 2, 6 *Odio & terrore corrupti in dominos servi, in patronos liberti*. Erant & hi inter se certis juribus invicem obstricti. Namque & operas liberti debebant patronis, & alimenta, si egerent, denique testamento semissem, de quibus ICti & Lipsius aliquid ad 2 Hist. Taciti p. 494. ¶ 3. Et quoniam id quoque in veterum patronorum officiis fuit, ut clientibus adessent in judicio, & jura eorum tuerentur: idcirco id nominis denique ad omnes eos translatum est, qui aliorum causas agerent, vertheidiger, advocat: (nam & hi ipsi, quorum causæ agebantur, *clientes* vocati) cum discrimine tamen ab *Advocatis*. Asconius in Divinat. Cic. *Qui defendit alterum in judicio, aut* PATRONVS *dicitur, si orator est; aut* ADVOCATVS, *si aut jus suggerit, aut præsentiam*

tiam ſuam commodat amico; aut PROCVRATOR, *ſi abſentis* (ita legendum eſt) *negotium ſuſcipit; aut* COGNITOR, *ſi præſentis cauſſam novit, & ſic tuetur ut ſuam.* Suet. Claud. c. 6 *Equeſter ordo bis patronum cum perferendæ pro ſe legationis elegit &c.* Vbi *Patronus* nihil aliud, quam orator eſt. Ter. Eun. 4, 6, 32 *Huic opus eſt patrono, quem defenſorem paro.* Sed, *Patronum adhibere*, Cic. fam. 16, 26. *Patronum alicui cauſſæ conſtituere*, Id. pro Muræn. c. 2. *Patronus juſtitiæ*, Id. de Amic. c. 7, der der gerechtigkeit beyſtehet. ¶ 4. Sed & qui præclare meriti eſſent de aliis, eorum *Patroni* dicebantur. Ita enim Livius Druſus ob eximiam adverſus Gracchos operam PATRONVS SENATVS dictus fuit, ut Suetonius auctor eſt Tib. c. 3. Minucius ſubſidio Fabii conſervatus *sum a legionibus ſuis patronum ſalutari voluit*, Val. Max. 5, 2, 4.

¶ Patrōna, *æ*, f. eine beſchirmerin. Ter. Eun. 5, 2, 48 *Te mihi patronam cupio.* Martial. 7 epigr. 71 *Vt vocem mihi commodes patronam*, daß du vor mich ſprecheſt. Vetus Inſcriptio ap. Grut. p. 353 n. 2 PATRONÆ PERPETVÆ &c Multa idem Gruterus exempla habet p. 931 ſeq. conf. Aur. Vict. Cæſ. c. 4. Hieron. epiſt. 8 ad Demetriad. *Exemplum patronæ & dominæ ſecuta eſt clientum turba atque famularum.* Auguſt. Confeſſ. 5, 8 *Niſi conſuetudo patrona ſit.*

¶ Patronālis, *e*, dem patron gehörig; ut, *verecundia patronalis*, quæ patrono debetur, l. 20 pr. Dig. de Donat.

¶ Patronatus, *ûs*, m. das ſchutzrecht. Iure civili eſt jus patroni in libertorum perſonam & bona. vide ICt. Dig. lib. 37 t. 14 l. 3 & 21, & lib. 48 t. 20 l. 8, & ejusdem lib. t. 23 l. 1 §. 1, & in Cod. lib. 1 t. 3 l. 20. ¶ 2. Iure vero canonico eſt jus idoneos rectores in eccleſiis epiſcopo offerendi &c. vide apud Canoniſtas tot. tit. de jur. patr.

¶ Patrōcĭnor, *ari*, defendere, alicui adeſſe defenſorem, beyſtehen, ſchützen. Hirt. B. Hiſp. c. 29 *Noſtri pede preſſo propius rivum quum appropinquaſſent, adverſarii patrocinari loco iniquo non deſinunt*, h. e. non ceſſant tueri iniquum locum. Quintil. 2, 4 *Non homini, ſed crimini patrocinari.*

¶ Patrocĭnans, *tis*. Plin. 14, 4 *Patrocinante vicinitate.* Tertull. adv. Praxean. c. 5 *Aliquid ſcripturis & interpretationibus earum patrocinantibus vindicare.*

¶ Patrocĭnātus, *a, um*, active. Tertull. adv. Gnoſtic. c. 4 *Intentio* (Dei) *martyriis patrocinata.*

¶ Patrōcĭnium, *i*, n. tutela, defenſio, der beyſtand, vertheidigung, ſchutz, ſchirm. Nep. 19, 3, 1 *Macedonum patrociniis niti.* Plin. 13, 3 *Patrocinia quærimus vitiis.* Et, *Voluptas plurimorum patrociniis defenditur*, Cic. Paradox. 1, 4. *Voluptatis patrocinium repudiare*, Idem de Fin. 2, 21. *Suſcipere patrocinium alicujus cauſſæ, controverſiæ, diſciplinæ*, Cic. de Nat. D. 1, 3. *Difficultatis patrocinia præteximus ſegnitiæ*, Quint. 1, 12 p. 124. Et Ovid. Triſt. 1, 1, 26

Cauſſa patrocinio non bona, pejor erit.

¶ Compatrōnus, *i*, m. qui cum alio patronus libetti eſt. Vlpian. l. 1 ff. ſi quid in fraud. patr. *Adverſus compatronum Faviana non competit, &c.* conf. l. 3 §. 5; & l. 5 § 4 de legit. tutor.

PATRŌNYMĬCVM, *i*, n. πατρωνυμικόν, i. e. a patre denominatum. Plur. *Patronymica*, ſunt nomina derivata a propriis patrum, matrum, fratrum, regum, urbium, gentium, &c. finita terminationibus fere a, as, es, e, is, ut, *Æneida, Romulida, Cecropida, Troas, Ilias, Tydides, Priamides, Atlantiades, Chryſeis, Thebais, Æneis, Theſeis, Nerine, Adraſtines, &c.* Quorum formationem, & genera ex Grammaticis pete: Diomede p. 310; & Priſciano p. 581; &c.

Patruelis, patruus, vide ſupra *Pater.*

PATTAEGION, *ōnis*, m. infamis calumniator, cui cum mos eſſet, bonos viros calumniari, atque hoc fœdo quæſtu parare rem, tandem deprehenſus convictusque popularibus comitiis lapidatus eſt, quod fur eſſet ædiumque perfoſſor. Vnde proverbium: Παττακίωνος συκοφαντικώτερος, *Pattæcione calumnioſior.* vid Chiliad.

Patulcius, patulico, patulus, Pava, vide *Pateo, Pavo.*

PAVCI, *æ, a*, plur. wenige; ſingularis enim numerus Latinis in hac voce exoletus eſt. Hyginus tamen fab 194 *Paucum* in ſingulari dixit: *Poſt paucum*, inquit, *tempus nunciatur Pyrantho*, &c. *Pauci*, ihr wenig, minus multi, rari: Virg. Æn. 6, 129

Pauci, quos æquus amavit
Iuppiter atque ardens evexit ad æthera virtus.

Rem in pauca conferre, Plaut. Pœn. 5, 4, 54, es kurtz faſſen. Ita etiam dicunt *Paucis complecti, conſtringere*, ſubaudi verbis. Et, *Paucis interpoſitis diebus*, innerhalb oder nach wenig tagen, Cic. de Clar. Orat. c. 22. *Res in paucis digna, quæ cognoſcatur*, h. e. ita ut paucæ, præter cæteras, Plin. 30, 1 pr. *Hoſtium pauciores ſuperfuerant*, Liv. 24, 42. *Pauciores dies*, Paul. l. 2 D. de jure deliberandi. *Anſeres plurima ova ſedecim, pauciſſima ſeptem*, auf das wenigſte. Plin. 10, 59. *Minima & quam pauciſſimæ plagæ*, Celſ. 7, 2.

¶ Pauculi, *æ, a*, diminut. gar wenig. Ter. Heaut. 4, 6, 24 *Loquitur pauncula.* Et, *Pauculos dies alicubi eſſe*, Cic. Att. 9, 15.

¶ Paucĭtas, *ātis*, f. die wenigkeit; ut, *Paucitas amicorum*, Aut. Declam. Antequam iret. *Magna oratorum eſt, ſemperque fuit paucitas*, Cic. de Orat. 1, 2 extr. *Ad paucitatem redigi*, Curt. 3, 3 extr. Et, *Paucitate ſuorum erubeſcere*, Id. 4, 5, 4. *Paucitati non multum obeſſe poſſe*, wenigen nicht viel anhaben, Nepos 14, 7, 5. conf. 16, 2, 3.

¶ Paucies, adverb. pro *raro* dici, ſelten, docet Nonius 2, 681 autoritate Titinnii & Cælii; ut, *Paucies arceſſitus: In urbem paucies venire ſoles &c. Pauciens* idem ex Titinnio apud Feſtum.

¶ Pauxillus, *a, um*, diminutivum aliud a *Paucus*, ſehr wenig: ut, *Oſſa pauxilla atque minuta*, Lucret. 1, 835. *Res pauxilla eſt*, Plaut. Pœn. 3, 1, 62.

¶ Pauxillum, adverb. idem. *Pauxillum contentus*, Plaut. Capt. 1, 2, 73.

¶ Pauxillo, per ſe ablativus etiam adverbii vices ſuſtinet, non ſecus ac *paullo*. Celſus 5, 28, 18 *Medium habet pauxillo levius.* Afran. ap. Chariſ. p. 191 *Pauxillo prius me convenit.*

¶ Pauxillŭlus, *a, um*, idem. Ter. Phorm. 1, 1, 3 *Erat ei apud me veſtigium pauxilludum monmorum*, er hatte noch bey mir gar ein wenigs ſtehen. Gellius præfat. etiam *Pauxillulas admonitiones* dixit: & Plaut. Stich. 1, 3, 9 *Non pauxillulam in utero geſto famem.* conf. ibid. 2, 1, 115; & Rud. 4, 3, 58; & Truc. 5, 1, 48.

¶ Pauxillŭlum, adverb. idem. Sidon. 2, 9 *Cum vel pauxillulum bibere deſiiſſet.* Id. 8, 9 *Sepone pauxillulum declamationes.* Sed &

¶ Pauſillŭlum pro *Pauxillulum* legitur. Plaut. Rud. 3, 4, 24 *Occipito illis afferre vim joculo pauſillulum.*

¶ Pauxillatim, paulatim, allmählig. Plaut. Epid. 2, 2, 63 *Cœpi ad illas pauxillatim accedere.*

¶ Pauxilliſper, pauliſper, kürtzlich. Idem Plaut. Truc. 5, 21 *Plus decem pondo amoris pauxilliſper perdidi.*

¶ Paucĭlŏquium, *i*, n. wenig worte, *multiloquio* opponit Plautus Mercat. 1, 1, 31.

¶ Paucĭlŏquus, *a, um*, βραχυλόγος, der oder die wenig worte macht. Sid.

¶ Perpauci, *æ, a*, ſehr wenige. Liv. 43, 11 *Patres perpauci Italici generis.* conf. Nep. 16, 1, 2. Superl. Colum. 3, 20 *Cum perpauciſſimis agricolis contigerit.*

¶ Perpauculi, *æ, a*, idem. Cic. de Leg. 1, 20 *Perpauculis paſſibus.*

¶ Perpauxillum, adverbialiter, aufs wenigſte. Plaut. Capt. 1, 2, 74 *Perpauxillum modo*, ſcil. *contentus.*

PĂVEO, *ēre*, plus eſſe videtur quam *timere*, ſchüchtern ſeyn, zittern, erſchrecken; ut, *Id paves, ne ducas tu illam, tu autem, ut ducas*, dir iſt davor angſt, Ter. Andr. 2, 2, 12. *Pavet animus apud conſilium pro reo dicere*, Cic. Phil. 5, 5. *Pavet acres agna lupos*, Horat. epod. 12, 25. *Admiratione pavere*, Liv. 7, 35 *Speque metuque*, Ovid. Faſt. 3, 362. Conf. Drakenb. ad Sil. 16, 432.

¶ Pavens, *tis*, furchtſam, ſchüchtern; ut, *Rerum novitate pavens juvenis*, Ovid. Met. 2, 31. *Hoc ſermone pavens &c.* Iuvenal. 6, 188. *Pavente fœminæ*, Tac. Ann. 15, 18, 34. *Non paventis funera Galliæ*, Horat. 4 od. 14, 49. *Clamor paventium*, Liv. 37, 42.

¶ Paventia, *æ*, f. Dea pavoris. Auguſt. de C. D. 4 c. 11 *De pavore infantium Paventia nuncupatur.*

¶ Pavendus, *a, um*, erſchrecklich; ut, *Pavendæ ſerpentes*, Plin. 8, 23.

¶ Paveſco, *ĕre*, pavefieri, in furcht und ſchrecken gerathen. Gell. 9, 1 extr. *Paveſcere ſenſim & quaſi albeſcere.* Cum accuſativo per ellipſin τῆς ob. Tac. An. 1, 4, 2 *Paveſcere bellum*, den krieg ſcheuen. Id. Hiſt. 4, 14, 7 *Inania legionum nomina paveſcere.* Sil. 16, 128 *Deum paveſce.*

¶ Pāvĭto, *are*, frequent. beben. Ter. Hec. 3, 1, 40 *Vxorem Philumenam pavitare, neſcio quid dixerunt.*

¶ Pavĭtans, *tis*. Petron. c. 122 *Pavitans fraternos palluit ictus.* conf. Virg. Æn. 2, 107; & 6, 498. Sil. 11, 24

Iuravit pavitans Tyrio ſua prælia Marti.

Prudent. 1 adv. Symmach. v. 374 de Diana: *Putare*

Eſſe Deam, quæ corda hominum pavitantia figat.

¶ Pavitātio, *onis*, f. trepidatio, die erſchütterung, das zittern. Apul. de Mundo p. 65 *Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione illa, quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutant.*

¶ Pavibundus, *a, um*, furchtſam. Arnob. l. 7 p. 221 *Pavibundæ trepidationes.*

¶ Pavĭdus, *a, um*, qui ſemper timet, furchtſam, ſchüchtern, erſchrocken. Ita enim Servius ad illud Virg. Æn. 2, 489 *Tum pavidæ tectis matres &c. PAVIDVS*, inquit, *eſt ſemper timens: PAVENS, ex cauſſa.* Habitum quaſi notat. Sic, *Cervi pavidi*, Virg. Georg. 3, 372. Metonymice & metus dicitur *pavidus*, quia pavidos efficit. Ovid. Faſt. 1, 16

Deque meo pavidos excute corde metus.

Sic & *Fuga pavida*, apud Silium 3, 133, qui etiam ſuperante gradu *pavidiſſimus* lib. 10, 65 dixit. Compar. Plin. 8, 8 *Elephantorum fœmine multo pavidiores.* Id. 28, 8 de chamæleonte: *Nullum animal pavidius exiſtimatur.*

¶ Pavide, adv. meticuloſe, aus furcht; ut, *Pavide fugere*, Liv. 5, 39.

¶ Pāvor, *ōris*, m. eſt *metus, loco movens mentem*, Cic. Tuſc. 4, 8, groſſe furcht, entſetzen. Cujus tamquam Dei ædem Tullus Hoſtilius poſuit extra urbem, & cum *Pallore* coluit, ut apud Livium 1, 27 eſt. cf. Lactant. 1, 20, & Auguſt. de C. D. 6, 10 ac Heſ. paſſim. *Pavor me capit*, Liv. 24, 42. Et, *Pavor occupat*, ibidem c. 40, ſchrecken iſt mich ankommen. *Eorum, quos pavor pertulerat in ſilvas, atrox cædes fuit*, Id. 7, 15. *Peritos nandi laſſitudo & vulnera, & pavor degravant*, Id. 4, 33. *Pavorem incutere*, Idem 27, 42, furcht und ſchrecken einjagen. *Pavores induere*, erſchrecken, Tac. Hiſt. 4, 38, 1. *Exultantia haurit corda pavor pulſans*, Virg. Æn. 5, 137. ¶ 2. Pro religione poſuit Silius 3, 215, ubi plura ejus ſcriptoris loca laudat Dan. Heinſius. conf. ad L. XVI v. 432. Nic. Heinſ.

¶ Pāvefacio, *ĕre*, einen erſchrecken, einem furcht einjagen. Gloſſ. Vet. δεινοποιῶ, *pavefacio.*

¶ Pavefactus, *a, um*, erſchreckt. Ovid. Met. 13, 878 *Ego pavefacta mergor.* Et Sil. 6, 178 *Pavefacti corde.*

Compoſita:

¶ Compāveſco, *ĕre*, erſchrecken. Macrob. Sat. 1, 6 *Animo compaveſcere.* conf. Gell. 1, 23.

¶ Compavĭdus, *a, um*, erſchrocken. Apul. Met. 7 p. 197 *Miſera illa compavida atque dirupta.* Ita legit Aldus. Sed mel. *compavita.*

¶ Expāveo, *ēre*, & Expāveſco, *ĕre*, idem quod ſimplex, aut cum augmento ſignificationis, ſehr erſchrecken, erbeben. Commune horum præteritum *Expavit*, perquam uſitatum eſt. Stat. Theb. 8, 638 *Tumultu Expavit domus.* Et cum quarto caſu Horat. 1 oda 37, 22 *Nec muliebriter Expavit enſem.* Sil. 1, 67 *Expavere trucem per vaſta ſilentia vocem.* Stat. Theb. 3, 19 *Ad comitum lacrymas expavit Agave.* conf. Lucan. 10, 453. Nec ſolis poëtis vindicamus, ſed Livius quoque 6, 34 *Quum ad id expaviſſet minor Fabia.* Vbi & illud obſerves, cum præpoſitione jungi, quod argumento eſt, ſi nudum accuſativum habet, *AD* vel *PROPTER* ſubaudiri. Sic Petron. c. 94 *Nec mercenarius ad raptum ferramentum expaverat.* Idem c. 26 *Ne puella quidem expaverat nuptiarum nomen.* Plin. 9, 30 *Cuſtodes expavere novitatem.* Præſentis formæ exempla ſunto: Sen. Thyeſte v. 40 *Fratrem expaveſcat frater, & gnatum parens.* Frontin. Strat. 2, 3, 13 *Perſæ Græcos milites expaveſcunt.* Plin. 13, 24 *Non grandinum*

unt

aut nivis injuriam expaveſcit. Quint. 6, 2 p. 524 *Percuſſor expaveſcet circumventus.* Id. 9, 4 p. 838 *Non id ut crimen ingens expaveſcendum eſt.* Et in altera forma Stat. lib. 3 præf. *Cum audaciam ſtili noſtri frequenter expaveas.*

¶ Expāvens, & Expaveſcens, *tis.* Plin. 10, 75 *Aquatilia ad tumultum aliquem expaventia*, al. *expaveſcentia.* Idem 23, 1 *Expaveſcentes repente.*

¶ Expaveſcentia, *æ*, f. der ſchrecken, das erbeben. Vet. Interp. Irenæi, 1, 1 *De expaveſcentia & aporia elementa facta eſſe.*

¶ Expāvidus, *a, um*, erſtaunt, erſchrocken. Gellius 1, 8 *Expavidus ictusque pecuniæ magnitudine.*

¶ Expāvefăcio, *ēre*, ſcheu machen. Seneca epiſt. 86 *Expavefacere ad occurſum hominum.*

¶ Expavefactus, *a, um*, erſchreckt. Hyginus fab. 47 *Equi expavefacti, Hippolytum diſtraxerunt.*

¶ Impāvĭdus, *a, um*, intrepidus, unerſchrocken; ut, *Pectus impavidum*, Liv. 21, 30. conf. Horat. 3 od. 3, 8.

¶ Impavide, adv. audacter, intrepide, ohne ſcheu. Liv. 39, 50 *Poculo* (veneni) *impavide exhauſto.* Cæl. Aurel. 4, 3, 30 *Medicamen erit impavide accipiendum.*

¶ Perpavefacio, *ēre*, einen ſehr erſchrecken, durchängſtigen. Plaut. Stich. 1, 2, 28 *Earum perpavefaciam pectora.*

Pavicula, pavimentum, &c. vide ſequens *Pavio.*

PĂVIO, *pavire*, antiquum verbum, ſchlagen, eben machen. Cic. Div. 2, 34 *Terram pavire.* Cato de R. R. c. 18 *De teſta arida pavimentum ſtruito, ubi ſtructum eſt, pavito.*

¶ Pavītus, *a, um*, geſchlagen. Plin. 9, 10 *Terra pavita & complanata.* Id autem *tundere* ſignificat, a *παίειν, ferire.*

¶ Pavērus, *a, um*, multum tritus, ausgeſchlagen, gedroſchen; ut, *Pavera frumenta*, quæ de vagina non bene exibant, Feſtus. vid. Scalig. Catalect. p. 61.

¶ Pāvīmentum, *i*, n. a *pavio* dictum eſt, ein eſtrich, ein boden. Iuvenal. ſat. 14, 60

Verre pavimentum, & nitidas oſtende columnas.

Cic. Phil. 2, 41 *Natabant pavimenta vino*, auf der erden ſchwamm der wein. *Facere pavimentum*, Cic. ad Qu. fratr. 3, 1, 1, ein eſtrich ſchlagen. De luxu veterum in pavimentis v. Caſaub. ad Suet. Cæſ. c. 47.

¶ Pāvīmento, *are*, Plinius 27, 4 etiam fecit, pro, pavimento ſternere, einen boden machen. *Pavimentandum, ubi ſata alee* Et hinc

¶ Pavimentatus, *a, um*, mit einem boden verſehen. Cic. ad Qu. frat. 3, 1, 1 *Porticus pavimentata.*

¶ Pavimentarius, *i*, m. qui pavimenta ſternit. Murat. Inſcr. p. 527, 1 *Colleg. Pavimentariorum.*

¶ Pāvīcula, *æ*, f. inſtrumentum, quo terra complanatur, ein ſchlägel, rammel; ut, *Pavicula coæquare*, Cato R. R. c. 129. Et Colum. 11, 3 *His diebus ozyma ſeruntur: quorum ſemen cum obrutum eſt, diligenter inculcatur pavicula vel cylindro.* Vet. Gloſſ. *Paviculæ, ὁμαλιστῆρες.*

¶ Pavĭculo, vel Paviclo, *are*, i. e. pavicula planare & contundere, eben machen. Gloſſ. Vet. *Paviclat, ποδίζει, ἰδαφίζει*, per ſyncopen.

¶ Pavitenſis, *e*, gepreſt, dicht; ut, *Pavitenſis veſtis*, contraria *levidenſi*, quod graviter preſſa atque calcata ſit, Iſidor. 19, 22.

Compoſita:

¶ Circumpāvio, *īre.* Hinc

¶ Circumpavītus, *a, um*, was um und um in eine ebene gebracht iſt; ut, *Circumpavita area*, Plin. 12, 14. Sic

¶ Compavītus, *a, um*, conculcatus, zertreten, zerſtoſſen. Apul. Met. 7 *Miſera illa compavita atque dirupta.* v. Elmenh. emend. ad p. 197.

¶ Depāvio, *īre*, idem, quod ſimplex. Vnde

¶ Depavītus, *a, um*, eben gemacht. Vſus eſt Solinus c. 2 *Parcius depavita levibus veſtigiis inviare.* Pro *Depavire*, (mutata vocali, ut ex *Calco* Conculco.)

¶ Depuvio, *īre*, abſtoßen. Feſtus ex Lucilio legit, qui dixit *Palmisque miſellam Depuvit me.* v. Salmaſ. in Solinum p. 41 edit. iteratæ.

¶ Oppuvio, *īre*, idem. Vide eumdem Salmaſ. c. l. & Feſtum.

¶ Oppuvium, *i*, n. verber, plaga, ein ſchlag. Afran. *Oppuviis pueri coercentur* v. Laurenb. Antiqu. p. 311.

¶ Tripudium, *i*, n. quod ipſe Cicero Divin. 2, 34 deducit a *Terra* & *Pavio*, alii a *Tripus*, vide infra in *Tripus.*

Pavitatio, pavito, vide paullo ante *Paveo.*

Paulatim, Paulinus, pauliſper, paululum, Paulus, &c. vide *Parvus.*

PĂVO, *ōnis*, m. *παὼς*, ein pfau; *Avis Iunonis, Iunonia.* Ovid. de Arte am. 1, 627 *Laudatas oſtentat avis Iunonia pennas,*

Si tacitus ſpectes, illa recondit opes.

Iuvenalis 7, 30 *Didicit jam dives avarus,*

Tantum admirari, tantum laudare diſertos, Vt pueri Iunonis avem.

Lucret. 2, 805 *Caudaque pavonis larga cum luce repleta eſt.* Ovid. Met. 2, 533 *Tam nuper pictis cæſo pavonibus Argo, &c.* Pavonis deſcriptio feſtiva apud Dionem Chryſoſt. Orat. 12 pr.; Lucian. Orat. de Domo; Horat. 2 ſat. 2, 23 ſqq. Breviſſima, nec illepida apud Tertull. de Pallio c. 3. conf. Turneb. Adverſ. 7, 20. Huic natura formæ e volucribus dedit palmam, ut Varro ſcribit de Re R. 3, 6. Eoque pertinet fab. 18 l. 3, apud Phædrum. Fuerunt pavones in magno pretio olim, & voluptatis cauſſa in viridariis habiti. vid. Interpr. Petron. c. 57 p. 267. Vnde ſubreptum pavonem tam ægre tulit Tiberius, ut militem, qui furripuerat, capite puniverit, ut Suetonius ejus vita auctor eſt c. 60. Primus in adjiciali cœna ſacerdotii orator Hortenſius pavonem appoſuit, ut Varro dicto loco, & Tertull. de Pallio c. 5 obſervant. Item Plinius 10, 20, qui *gloriosum juxta hoc animal & malevolum* notat. De pavonum educatione & cura Columella legatur 8, 11, qui diſtincte ibi de ſexu loquitur, *pavo maſculus, pavo fœmina.* Adde etiam Plin. l. c. & Ælian. de Animal. 5, 21.

¶ Pāvus, *i*, & Pava, *æ*, idem, pro diſcrimine generis. Varro ap. Gell. 7, 16 *Pavus e Samo.* Auſon. ep. 69 *Pavaque de pavo conſtitit ante oculos.* Tertull. de Anima c. 33 *Pulcherrimus pavus & quo velit colore culciſſimus.*

¶ Pāvōnīnus, *a, um*, vom pfauen; ut, *Ovum pavoninum*, ein pfauenei. Pallad. 1, 30. conf. Colum. 8, 5 & 11; Petron. c. 33; Varr. R. R. 3, 9. Sic, *Pavoninus ornatus*, Tertull. adv. Valentin. c. 13.

¶ Pavonāceus, *a, um*, buntfärbig. Plin. 36, 22 *Pavonacea tegendi genera.* Alii legendum putant *pavita* vel *pavimentata*; Sed Dalechamp. explicat de tegulis picturatis, ad inſtar pennarum pavonis ſplendentibus.

Pavor, vide paullo ante in *Paveo.*

PAVPER, *ĕris*, tenuis fortunæ, cui, cum neceſſaria non deſint plane, nihil tamen ſupereſt atque abundat, arm, von geringen mitteln. Eſt igitur inter *egenum* & *divitem* medius. *Dives* enim plus habet, quam opus eſt, ut alterum etiam juvare poſſit; *egenti* vero opus eſt aliena ope. Hoc eleganter oſtendit Martialis 11 epigr. 33, quod ita concluſit: *Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.* conf. Brouckh. ad Tib. 1, 1, 3; it. Drakenb. ad Sil. 1, 609 *Ex paupere dives factus es*, Cic. in Vatinium c. 12. Martial. 5 epigr. 82 *Semper eris pauper, ſi pauper es, Æmiliane, Dantur opes nullis nunc niſi divitibus.* Ovid. Faſt. 1, 218 *Pauper ubique jacet.* Horat. 2 ſat. 3, 142 cum genitivo: *Argenti & auri pauper.* Id. 3 od. 30, 11 *Aquæ pauper Daunus.* Fœm. *Pauper domus*, Virg. Æn. 12, 519. *Pauperes res*, Plaut. Rud. 5, 1, 17. *Pauper lingua*, Sidon. epiſt. 1. Et Ter. Andr. 4, 6, 2 *Quæ ſe inhoneſte optavit parare hic divitias Potius, quam in patria honeſte pauper vivere.* Ita enim Probus, Servius & Priſcianus legunt, qui obſervant, Veteres in fœminino etiam genere dixiſſe *pauper.* Et ſic Ovid. Remed. am. v. 748 de Hecale; *Altera pauper erat.* Plautus tamen *Paupera* etiam in fragm. dixit: cujus auctoritate fretus Franciſcus Fabricius *paupera vivere* in Terentio retinuit; quod eam lectionem in vetuſtis libris repererat. Similiter *Soror paupera*, Commodianus Inſtruct. 71 p. 101. Et Cæl. Aurel. Tard. 1, 1 *Caput carnibus pauperum*, i. e. carens. Adde Varr. de L. L. 7, 39. ¶ 2. Gradus *Pauperior, pauperrimus:* Apul. Florid. extr. p. 366 *Exemplis pauperior.* Ovid. ex Pont. 4, 2, 20 *Carmen vena pauperiore fluit.* Martial. 14 epigr. 103 *Pauperiore mero.* Horat. 1 ſat. 1, 111 *Turba pauperiorum.* Id. 1 ſat. 1, 79 *Pauperrimus bonorum.* Et Val. Maxim. 4, 3, 6 *Fabricius honoribus & auctoritate omni cive temporibus ſuis major; cenſu par unicuique pauperrimo.* conf. Cic. Verr. 2, 15.

¶ Pauperculus, *i*, m. & pro diverſo ſexu Paupercula, *æ*, f. armſeelig; ut, *Advena anus paupercula*, Ter. Heaut. 1, 1, 44. *Pauperculæ res*, Plaut. Perſa 3, 1, 17.

¶ Paupertīnus, *a, um*, idem fere quod *pauper*, ſed plerumque ad ingenium & ſtudia litterarum refertur, ut, *Paupertinum ingenium*, Symmach. 1 epiſt. 14. *Paupertinæ litteræ*, Gell. 14, 9. *Paupertina cœnula*, Apul. Met. 3 p. 135. *Paupertinus calamus*, Sidon. 2 epiſt. 10, eine ſchlechte art zu ſchreiben. Varro ap. Nonium 2, 715 *Paupertina ſunt, ſine elegantia.*

¶ Paupĕrius, adverb. comparativum, armſeeliger. Tertull. de Cultu fœm. 2, 11 *Ex quo facta eſt Chriſtiana, pauperius incedit.*

¶ Paupertas, *ātis*, f. tenuitas, inopia, rei familiaris anguſtia, die dürftigkeit das armuth. Publius Mimus: *Hominem experiri multæ paupertas jubet.* Petron. c. 84 *Paupertas bonæ mentis ſoror.* Horat. 2 epiſt. 2, 51 *Vt verſus facerem, paupertas impulit audax.* Plaut. Sticho 1, 3, 24 *Paupertas omnes artes perdocet.* Idem, veluti ex eo citat Sextus Pompejus: *Vbi ad paupertatem acceſſit infamia, paupertas gravior fit.* Ejus luculentum encomium habes, apud B. Chryſoſt. Homil. 5 de fide Annæ, & Apul. Apol. p. 285, ubi *omnium artium repertrix* dicitur, &c. Et Baſilius *philoſophiæ nutricem* vocat epiſt. 169, quæ ad Olympium ſcripta eſt. Vide & Sen. ad Helviam c. 9, 10, 11 & 12. Sed, *facilius eſt paupertatem laudare, quam ferre*, ut Arellius Fuſcus ait apud Sen. Controv. 9. Seneca filius epiſt. 87 *Paupertas eſt, non quæ pauca poſſidet, ſed quæ multa non poſſidet.* Nimirum mediocritatem potius fortunæ quam egeſtatem hoc nomine ſignificari, modo in *Pauper* docuimus. Vide ſupra in *Egeſtas. Paupertates* numero plurali vide apud Nonium 2, 714.

¶ Pauperies, *ei*, f. idem. Horatius ſæpe; v. g. 3 od. 24, 42 *Magnum pauperies opprobrium jubet Quidvis & facere & pati:* die ein vorwurff iſt. Apul. de Philoſ. mor. p. 18 *Quid inter pauperiem ac divitias interſit.* conf. Virg. Æn. 6, 437. ¶ 2. Apud ICtos *pauperies* eſt damnum ſine injuria facientis datum, v. g. a beſtia. vid. ad tit. Inſt. & pandect. *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.*

¶ Paupĕro, *are*, pauperem facere, arm machen. Plaut. Pſeud. 4, 7, 27 *Boni viri me pauperant: improbi alunt.* Et Horat. 2 ſat. 5, 35 *Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te*

Contemtum caſſa nuce pauperet.

Alexander Severus dixit, *Fures a republ. repellendos & pauperandos eſſe*, auctore Lampridio c. 22. Adde Nonium 2, 679.

¶ Pauperātus, *a, um*, arm gemacht, verarmt. Sidon. 6 epiſt. 12 *Defectio civium pauperatorum.* Et Firmicus: *Pauperatus luminibus*, i. e. privatus.

¶ Depaupĕro, *āre*, in armuth ſetzen. Varro: *Priusquam domum depauperaret ſumptu ſuo.* v. Perott. Cornuc. col. 253.

¶ Perpauper, *ĕris*, ſehr arm; ut, *Rex perpauper*, Cic. Att. 6, 3.

PAVSA, *æ*, f. *παῦσις*, Ennii, Plauti, Lucilii & Lucretii eſt pro ceſſatione vel quiete, die ruhe, die ſtillhaltung. vide Nonium 2, 686. Cornelia apud Nepotem in Fragmentis: *Denique quæ pauſa erit, & quando deſinet familia noſtra inſanire?* wenn wird man aufhören? Gellius 9, 13 *Facta pauſa eſt*, ſie haben inne achalten; nempe pugnæ quieverunt, ut juſſi erant. Lucret 3, 944 *Frigida pauſa vitæ*, i. e. mors. Apul. 11 Met. p. 257 *Tu ſævis exantlatis caſibus pauſam pacemque tribue.* Idem 9 p. 231 *Pauſam luctui facere*, das trauren einſtellen. Et 8 p. 214 *Pauſam carnificinæ dare.* ¶ 2. Et, *Pauſa*, muſica nota eſt, eine pauſe.

¶ Pauſo, *āre*, Plauto *quieſcere* eſt, ſtill halten, aufhören, nachlaſſen, Trin. 1, 2, 150. Vetus Gloſſ. *Pauſat, ἀναπαύεται καὶ ἀναπαύει.* Cæl. Aurel. Tard. 1, 1, 16 *Cum capitis pauſaverit dolor.* Vetus Inſcript. apud Gruterum p. 1050 n. 9 AVRELIVS EVSEBIVS MATRI CONTRA VOTVM FIDEL. PAVSANTI.

¶ Pauſans, *tis.* Cæl. Aurel. Acut. 3, 21, 212 *Pauſante vomitu.* Id. Tard. 5, 10, 116 *Pauſante tumore omni ex parte.* Et Commodianus Inſtruct. 42 p. 56 *Pauſantes in lecto ſuo miatare recedunt.*

¶ Pau-

¶ Paufatus, *a, um*, ſtill gehalten. Arnob. lib. 5 p. 160 *Tundit & faveat pectus paufatæ circum arboris robur.* Vbi Def. Heraldus in Animadv. p. 204 mavult legere adverbialiter *paufate*, quia certo modo τακτῶς; ac per paufas in planctu pectus pulſaverint.

¶ Paufatio, *ōnis*, f. das ſtillhalten. Plin. Valer. 1, 41 *Poſt paufationem prandii.*

¶ Pausābilis, *e*, gelind. Cæl. Aurel. Acut. 2, 13 *Pauſabilior inſpiratio*, i. e. mitior, moderatior aër.

¶ Pausārius, *i*, m. qui remigibus modum dat, & nunc pergere imperat, nunc quieſcere ſive pauſare, ein rudermeiſter; alias *Portiſculus* dicitur. Vide infra. Seneca epiſt. 56 *Sed jam me ad omnia iſta duravi, ut audire vel PAVSARIVM poſſim, voce aceröiſſima modos dantem.* Ovid. Met. 3, 619 ita deſcribit:

Et qui requemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.

¶ Pauſus, *i*, m. Deus, qui pauſam afferret & quietem, ein friedensgott, ſecundum Turnebum Adverſ. 15, 21. Arnob. lib. 1 p. 15 *Qui Pauſos reverentur atque Bellonas.*

¶ Anapauómĕnos, *e, on*, ἀναπαυόμενος, *η, ον*, quieſcens, ruhend. Plin. 35, 10 de Tabula a Protogene ſub gladio, cum Rhodus a Demetrio obſideretur, picta: *Satyrus is eſt, quem anapauomenon vocant, titibias tenens.* Plin 35, 10 *Ariſtides pinxit anapauomenon, propter fratris amorem morientem.* ¶ 2. De fonte ejusdem nominis v. Id. 2, 103.

¶ Expauſo, *are*, inne halten, ausruhen. Hinc

¶ Expauſatus, *a, um*, ausgeruht; ut, *Expauſatum jumentum*, Veget. de Re Veterin. 1, 38.

¶ Impausābilis, *e*, unaufhörlich. Fulgent. Myth. 1 *Alecto græce impauſabilis dicitur.*

¶ Impauſabiliter, adv. idem. Cæl. Aurel Tard. 3, 2 *Impauſabiliter cibum ſumere.*

PAVSANIAS, *æ*, m. Παυσανίας, Lacedæmoniorum dux, multa aliquamdiu ſapienter, feliciter & modeſte geſſit. Sed cum ex ſucceſſu inſolens & crudelis factus eſſet, fortuna cum animo ejus immutata eſt. Vide Nepotem. ¶ 2. *Pauſanias* alius fuit Cæſarienſis hiſtoricus, qui Geographiam ſcripſit univerſæ Græciæ, cum ejus hiſtoriis, quæ hodieque extant. Romæ is vixit Hadriani Imperatoris tempore. v. Voſſ. de Hiſt. Græc. 2, 14 & Fabric. Bibl. Gr. 4, 15. ¶ 3 *Pauſanias*, nobilis Macedo, interfector Philippi regis, immiſſus ab Olympiade, quæ eum in cruce pendentem coronavit. v. Iuſtin. 9, 6, 4, & c. 7.

PAVSIA, vel Pauſea, *æ*, f. oliva a paviendo dicta, id eſt, tundendo. Aliter enim oleum ex ſe non facit. Virg. Georg. 2, 86 *Et amarâ pauſia baccâ.* Adde Colum. 5, 8; & Plin. 15, 3.

PAVSIAS, *æ*, m. pictor Sicyonius; Is Glyceram corollarum textricem adamavit, eamque depinxit: Ejus tabulam Lucullus duobus talentis emit. v. Plin. 21, 2; & Varr. de R. R. 3, 17.

¶ Pauſiacus, *a, um*, adj. Horat. 2 ſat. 7, 95 *Vel cum Pauſiaca torpes inſane tabella.*

PAVSĬLўPVM, *i*, n. villa Campaniæ, non procul a Neapoli, ἀπὸ τῆς παύσεως τῆς λύπης, *a ceſſatione mœroris* dicta, Plin. 9, 53. v. Cluver. Ital. antiq. p. 1150.

Pauſus, vide *Pauſa.*

PAVTALIA, *æ*, f. Thraciæ urbs, aut certe in ejus confiniis. vid. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 4 p. 219.

Pavus, Pauxillus, vide *Pavo, Paucus.*

PAX, *pācis*, f. a *pango*, tranquillitas, tranquilla libertas, otium, concordia, friede, ruhe, ſtille. *Paci conſulere*, Cic. Off. 1, 11, zum friede rathen. Cic. Off. 3, 30 *Pacem cum Samnitibus fecerant. Pacem impetrare*, Liv. 30, 35 extr. *Componere pacem*, Idem 2, 13. *In ſpem pacis venire*, Cæſar Oppio ſub Att. 9, 13. *Pacem inter aliquos conciliare*, Cic fam. 10, 27. cui contrarium eſt Sall. Iug. 81 extr *pacem* alicujus *imminuere. Pacem cum quo habere*, Cic. Phil 7, 8 extr. Et Phil. 13, 1 *Dulce nomen pacis, res vero ipſa cum jucunda, tum ſalutaris.* Ruſticam pacis laudationem v. apud Tibullum 1, 11, 45. Silius 11, 594

Pax optima rerum,
Quas homini noviſſe datum eſt, pax una triumphis
Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem,
Et cives æquare potens &c.

Quem locum procul omni dubio in animo habuit Prudentius, cum Pſychomachia v. 769 & ſqq. ſcriberet.

Pax plenum virtutis opus: pax ſumma laborum;
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli,
Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace,
Nil placitum ſine pace Deo.

Liv. 30, 30 *Melior tutiorque eſt certe pax, quam ſperata victoria: hæc in tua: illa in Deorum manu eſt.* Cic. Att. 7, 14 extr. *Ad pacem hortari non deſino, quæ vel injuſta utilior eſt, quam juſtiſſimum bellum.* Sen. epiſt. 66 *Felicior pax eſt numquam laceſſita, quam multo reparata ſanguine.* Nepos 15, 5, 4 *Paritur pax bello.* Stat. Theb. 7, 554 *Sævis pax quæritur armis.* Liv. 6, 28 *Pax obnoxia*, cui *æqua* opponitur, v. Drak. Sed & *Paces* in plurali numero Plaut. Perſ. 5, 1, 1 *Pacibus perfectis.* Varro ap. Non. 2, 621 *Paces conſtituere, colere*; ubi Nonius nove poſitum putat. Sed & adde Lucret. 5, 1229; Horat. 1 epiſt. 3, 8; & 2 epiſt. 1, 102. ¶ 2. *Pax* Dea habita olim Romanis & ara culta, de qua Ovidius Faſt. 1 extr. Athenis ei tum aræ primum politæ & inſtitutum pulvinar eſt, cum Lacedæmonii a contentione diutina deſtitiſſent, conceſſo Athenienſibus principatu, ut Nepos 13, 2, 2 auctor eſt: quamquam ea de re aliter tradiderit Plutarchus. Cæterum eodem ferme quo Ceres habitu fingebatur, ſpicam nimirum manu tenens Vid Broukh. ad Tib. 1, 11, 67. ¶ 3 Πολιτικώτερον illud Flori eſt 4, 2, 28 *Sed ubi pax fluminis rediit*: id eſt, cum deſiit obundatio. Similiter *Pax ventis* tribuitur a poëtis, cum ex tempeſtate ſilent. vid. Barth. ad Stat. 7, 87. ¶ 4. Animæ etiam tranquillitas hoc nomine venit. Cic. fin. 1, 14 pr. *Epicurus non propter ſe expetendam dixit temperantiam, ſed quia pacem afferat animis.* ¶ 5. Ter. Eun. 3, 2, 13 *Pace quod fiat tua*, hoc eſt, venia, permiſſione, mit vergünſtigung, mit deiner erlaubniß. *Pace tua dixerim*, vel *dicam*, Cic. pro M. Marcell. c. 2. *Pace horum dixerim*, Id de Orat. 1, 17. Et, *Pace diligentiæ Catonis dixerim*, Vell. Paterc. 1, 7, 4. conf. 1, 17, 3; & 2, 129, 4. *Galli donis capti Annibalis cum bona pace exercitum illius per fines ſuos tranſmittunt*, Liv. 21, 24 extr. *Is alteri populo cum bona pace imperitaret*, Id. 1, 24. ¶ 6. *Pacem a Diis petere*, eſt veniam petere, Plauto Curc. 2, 2, 19. Liv. 1, 16 Romuli, novi Dei, *pacem precibus expoſcunt*, &c. Id. 7, 2 *Pacis Deum expoſcendæ cauſſa lectiſternium fuit.* vid. omnino Vlit. ad Grat. 482. Similiter *pacis* vocabulo de venia & reconciliatione paterna uſus Terentius eſt Heaut. 5, 2, 45, & ſc. 5, 2. ¶ 7. *Pax*, interjectio eſt apud Plautum, Terentium, Auſonium, quam male Grammatici admirantis voluerunt, cum ſit illius potius, qui ſibi ſilentium imponit vel alteri, ſermonemque ejus interpellat, holla! ſtill! Ex græco enim πάξ, i. e. παῦε *deſine*, ſubaudi, *loqui*. v. Scalig. Auſon. lect. 1, 19, itemque Guyet. ad Ter. Heaut. 2, 3, 50, Voſſ. denique de Analog. 4, 28.

¶ Pācālis, *e*, friedlich, zum frieden gehörig; ut, *Oleæ pacales*, Ovid. Met. 6, 101. *Pacales flammæ*, Id. Faſt. 1, 719. *Pacalis laurus*, Id. Met. 15, 591.

¶ Paco, *avi, atum, āre*, placare, zu frieden ſtellen, befriedigen, ſtillen. Cæſ. B. Gall. 7, 65 *Civitates pacaverat.* Id. B. Civ. 1, 7 *Hortatur* (Cæſar milites,) *cujus imperatoris ductu Galliam Germaniamque pacaverint, ut ejus exiſtimationem dignitatemque ab inimicis defendant.* Ibid. c. 85 *Ad pacandas Hiſpanias*, den frieden allda herzuſtellen. Et cum præpoſitione: MARE PACAVI A PRAEDONIBVS, Auguſtus de ſe in monument. Ancyrano.

¶ Pacātus, *a, um*, geſittet, friedlich, ruhig. Cæſ. B. Gall. 2, 25 *Omni Gallia pacata.* Cic. fam. 15, 4 *Vici male pacati.* Liv. 3, 19 *Magis pacati, quam bellantes, propitios habemus Deos.* Virg. ecl. 4, 17 *Pacatum orbem regere.* Vellej. 2, 59, 4 *Pacatis bellis civilibus.* Liv. 8, 34 *Vagi milites in pacato, in hoſtico, erant.* Id. 23, 27 *Nec diu in pacato manſit*, in freundes lande. Id quod ſæpe vim nominis induit, & per gradus movetur; ut, *Pacatiſſima provincia*, Cic. pro Ligar. c. 2. *Pacatiſſimæ gentes*, Id. pro domo c. 23. *Oratio pacatior*, Id. de Clar. Orat. c. 31 extr. Et Ovid. Pont. 1, 2, 109 *Subire pacatius arvum.*

¶ Pacate, adv. idem. Compar. Petron. c. 10 *In riſum diffuſi pacatius ad reliqua feceſſimus.* Et Auguſtinus epiſt. 111 *Pacatius & diligentius inquiramus.* Id. Soliloq. c. 7 extr. *Pacatiſſime & commodiſſime placuit.*

¶ Pacātio, *ōnis*, f. der friedensſchluß. Frontinus Strat. præfat. p. 4 *Quæ ad prælium & confectam pacationem pertinent.*

¶ Pacator, *ōris*, m. ein friedemacher, verſöhner; ut, *Orbis pacator*, Senec. Herc. Oet. extr. Claud. 2 Conſ. Stilic. v. 13 *Rheni pacator & Iſtri.* Sil. 2, 483 *Nemeæ pacator*, id eſt, Hercules. Et de Sept. Severo Gruter. Inſcript. p. 56 n. 5 & 6 PACATORI ORBIS. Gloſſ. gr. lat. εἰρηνάρχης, *Pacator.*

¶ Pacatōrius, *a, um*, verträglich, verſöhnlich. Tertull. adv. Marc 4, 29 *Iuſtum judicium & pacatorium judicate.*

¶ Pāciſcor, *pactus ſum, paciſci*, convenire, ein gedinge und vertrag machen, accordiren, ſich vergleichen. *Paciſci & conſtituere diem*, Cic. Catil. 1, 9. *Paciſci ſibi aliquid*, etwas bedingen, ausdingen, Id. pro Sextio c. 25. Et, *Paciſci inducias cum hoſte*: vide *Induciæ* in *Duco.* Item, *Mercede cum aliquo paciſci*, Liv. 25, 33, des lohns einig werden. Iuſtin. 1, 10, 4 *Pacti inter ſe ſunt.* Liv. 22, 52 *Pacti, ut arma atque equos traderent.* Virg. Æn. 12, 49 *Letumque ſinas pro laude paciſci*, h. e. fortem eſſe cum periculo præſentiſſimo vitæ. Conf. Stat. Theb. 1, 319, & Ovid. Met. 7, 307. ¶ 2. Eſt & matrimoniorum verbum. Liv. 1, 2 *Turno pacta Lavinia fuerat.* Iuſtin. 2, 15, 4 *Pauſanias proditionis præmium cum Xerxe nuptias filiæ ejus paciſcitur.* Conf. 7, 4, 7. Paſſ. Tac. An. 2, 43, 3 *Silani filia Neroni vetuſtiſſimo liberorum pacta erat.* Nam ¶ 3. *Paciſco* etiam pro *Paciſcor*, antique Nævius apud Nonium 7, 54. Ammian. 31, 12 *Ut firma fierent paciſcenda*, i. e. res pacis cauſſa tractandæ. Præt. *pepigi* ad verbum paciſcor adjeciſſe quosdam, apparet ex loco Quinctiliani 1, 6, quem integrum laudamus in *pango* n. 4.

¶ Pactus, *a, um*, beſchloſſen, verglichen, abgeredt; ut, *Fœdus pactum*, Virg. Georg. 4, 158. *Pacta conjux*, Id. Æn. 10, 722. *Pacta merces*, Horat. 3 od. 3, 22. *Pacta ſalus*, Iuſtin. 8, 5, 3. *Pacta ſocietas*, Id. 20, 5, 6. *Filia alii pacta*, Tac. An. 1, 55, 4. *Pacta alii puella, alii deſtinata*, Quintil. Declam. 343. v. Dukerus ad Liv. 44, 30, ubi Latinos plerumque *viro puellam pactam*, raro *virum puellae pactum*, dicere, oſtendit. Hinc

¶ Pacta, *æ*, f. abſolute, eine verlobte. Nam cum facta mentio nuptiarum tantum, tum *ſperata* dicebatur puella; cum conveniſſet de nuptiis certis conditionibus, tum *pacta*; quæ mox celebratis ſponſalibus *ſponſa* denique appellabatur. v. Hotomann. de vetere nuptiarum ritu c. 1; & Iuret. in Symmach. p. 168. Vellej. 1, 1, 3 *Pactæ ejus nuptias occupaverat*, er hatte ihm die braut vor dem maule weggenommen.

¶ Pactum, *i*, n. ſubſt. conſenſus atque conventio, ein vertrag, accord, abrede, vereinigung, bund. *Conditio atque pactum*, i. e. ſtipulationes, Cic. Verr. 2, 6. *Pactum ſervare*, Id. Off. 3, 24. Et, *Ex pacto*, Nepos 1, 2, 4, i. e. ex conventione, conf. Liv. 1, 11. *Pacto non ſtare*, Liv. 9, 11. ¶ 2. Sed *Quo pacto*, *Eo pacto*, i. e. modo, welcher geſtalt, wie, auf dieſe weiſe, alſo. Cic. Catil. 1, 7 *Servi, mehercle, mei ſi me iſto pacto metuerent*, id eſt, eo modo. Id. pro Quintio c. 17 *Quemadmodum natus, & quo pacto educatus ſim, memini.* Virg. Georg. 2, 248 *Pinguis quæ ſit tellus, hoc denique pacto Diſcimus*

¶ Pactus, *ûs*, m. ſubſt. id. Petron. c. 81 *Vnius noctis pactu omnia vendere.*

¶ Pactio, *ōnis*, f. idem, eine vereinigung, ein vertrag; ut, *Facere pactionem cum aliquo de aliquo*, Cic. pro Qu. Roſc. c. 14. Item, *Si res non venit ad pactionem*, Cic. Att. 9, 10. Id Att. 5, 13 *In noſtra provincia confectæ ſunt pactiones*, ſcilicet inter publicanos & provinciales. *Interpoſita pactione*, Frontin. ſtrat. 4, 7, 25. *Fœdus pactione, pactio ſponſione* firmior atque ſtabilior eſt. *Talibus pactionibus pacem facere*, auf ſolche puncte, Nepos 10, 3, 5. *In pactione manere*, Id 17, 2, 4.

¶ Pactor, *ōris*, m. ein unterhändler; ut, *Pactores ſocietatis*, Cic. Verr. 5, 21.

¶ Pactī-

¶ Pactĭtius, *a, um,* idem quod *pactus,* accordiret, ut, *Cessatio pugnæ pactitia,* i. e. induciæ, Gellius 1, 25.

¶ Pācĭfer, *a, um,* friedbringend; ut, *Pacifera laurus,* Plin. 15, 30. *Pacifera Minervæ, Pacifero Herculi,* in nummis antiquis est. Vide Vaillantium Num. Cæs. Tom. 1 p. 160, & Tom. 2 p. 85. *Paciferum Apollinem* celebrant Inscript. duæ laudatæ Brouckhusio ad Tib. 2, 5, 79. *Pacifera olivæ ramus,* Virg. Æn. 8, 116, & Alcimus 4, 581. Tertullianus quoque Christum *paciferum* appellavit adv. Marc. 3, 21.

¶ Pacifĕro, *are,* friede haben. Gloss. gr. lat. εἰρήνην ἄγω, *pacifero.*

¶ Pācĭfĭco, *are,* & Pacificor, *ari,* pacem conciliare, friede machen. Justin. 6, 1, 2 *Dux pacificari cum altero statuit.* Liv. 5, 23 *Legati pacificatum venerunt.* ¶ 2. Pro placare, delinire, demulcere, begütigen, usurpavit Claud. præf. de Bello Gild. *Pieriis aures pacificare modis.*

¶ Pacifĭcans, *tis.* Sallust. Iug. c. 66 *Metellus initio, Iugurtha pacificante præsidium imposuerat.* Et Silius 15, 421 *Pacificans divos.* Hinc

¶ Pacificatus, *a, um,* der sich verglichen hat, der einen bund gemacht. Justin. 23, 1, 1 *Agathocles pacificatus cum Carthaginiensibus.* Plaut. Stich. 4, 1, 13 *Satin' ego tecum pacificatus sum.* Tribuitur etiam Ciceroni Att. 15, 7, ubi aliis est *Pacificator,* de quo postea.

¶ Pacificātio, *ōnis,* f. die friedens-stiffung. Cic. Att. 7, 8 *Quæris, ecqua spes pacificationis sit,* ob auch hoffnung zum vertrag sey.

¶ Pacificator, *ōris,* m. ein friedemacher. Cic. Att. 15, 7 *Servius pacificator videtur obiisse legationem.* Liv. 27, 30 *Adhibitus ab Ætolis pacificator Aminander, rex Athamanum.* Talis hodie *Mediator,* sed minus latine, appellatur; conf. Iustin. 18, 2, 4.

¶ Pacificatōrius, *a, um,* dienlich friede zu machen; ut, *Legatio pacificatoria,* Cic. Phil. 12, 1.

¶ Pācĭfĭcus, *a, um,* friedlich, friedfertig; ut, *Pacificus Numa,* Martial. 12 epigr. 63. Cic. Att. 8, 12 *Æquæ pacificæ persona desideretur.* Lucan. 3, 304 *Duramque viri deflectere mentem Pacifico sermone parant.*

¶ Pacifice, adv. Cyprianus epist. 41 extr. *Pacifice sibi ac fideliter consulere.* Sed & Messala Corv. de Aug. progenie: *Dardania pacifice aliquandiu stetit.*

Composita:

¶ Circumpectus, *a, um,* i. e. defraudatus, circumventus, bevortheilet, betrogen; ut, *Miles circumpectus;* alii legunt *Circumscriptus,* in Petronii c. 112. v. Burm. p. 521.

¶ Compĕcĭscor, *sci,* zusammen eins werden. Sed

¶ Compactio, compactus, &c. vide in *Pango.* Huc pertinet

¶ Compactum, *i,* n. subst. eine abrede, abgelegter handel. Plaut. Capt. 3, 1, 23 *Scivi extemplo, de compacto rem geri.* v. 27 *Omnes compacto rem agunt.* Liv 5, 11 *Compacto eam rem & communi fraude patriciorum actam.* Suet. Cæs. c. 20 *Ut productus pro rostris auctores ex compacto nominaret.*

¶ Depĕcĭscor, *sci,* pactione transigere, vel pacisci, sich vertragen, friede machen; ut, *Depecisci cum hoste,* Cic. pro S. Rosc. c. 38. Idem Att. 9, 7 *Cum tot impendeant, cur non honestissimo depecisci velim.* Sed & Id. Verr. 3, 24 *Non ante dimissus, quam ad conditiones ejus depactus est.* Et Apul. 10 Met. p. 248 *Grandi præmio cum altore depacta est noctis unius concubitum.* Ter. Phorm. 1, 3, 14 *Iam depecisci morte cupio,* ich wolte das leben dran setzen. Apul. Apol. p. 322 *Cum creditoribus depecisci tur,* er setzt sich mit ihnen.

¶ Depectus, *a, um,* abgeredt, bedungen. Et vero Ulpianus L. 3 Dig. de Calumn. *Depectum,* turpiter pactum interpretatur. Quod in universum verum haud est. Namque & *depecisci honeste* licet. v. Cic. Att. l. c.

¶ Depectio, *ōnis,* f. eine abrede, verbindung. Theod. Cod. lib. 2 tit. 10 *Depectionibus conscelerati aliquem spoliare.*

¶ Depector, *ōris,* m. ein unterhändler. Sic apud Apul. in Apol. p. 321 *Depector litium,* est turpis litium pactor & redemtor.

¶ Impācātus, *a, um,* male pacatus, unfriedlich, feindselig, unruhig; ut, *Impacata vita,* Sen. de Ira 3, 27. *Impacati Iberi,* Virg. Georg. 3, 408. *Impacata quies pelagi,* Claudian. 1 in Rufin. v. 71. *Mens impacati pectoris,* Prudent. Psychom. v. 776. Et, *Impacati populi,* Avienus Descript. Orbis v. 863.

¶ Perpāco, *are,* stillen, schlichten, zu frieden stellen. Aur. Victor de M. Curio Dentato n. 33 *Samnites usque ad mare superum perpacavit.*

¶ Perpācātus, *a, um,* geschlichtet, besänftiget. Liv. 36, 21 pr. *Paucos per dies omnibus perpacatis.* Et ejusdem libri c. 42 *Omnia in Græcia perpacata erant.*

PAXAE, *arum,* f. pl. insulæ duæ maris Ionii, Plin. 4, 12. ¶ 2. Sed *Paxos,* insula Asiatici maris, Taphiarum una, ibid.

PAXĂMVS, *i,* m. coquus quidam, ad jura condienda mire exercitatus. v. Cæl. Rhodig. 7, 11. Hinc

¶ Paxamacium, vel Paximatium, *i,* n. Isidoro in Glossis est *panis subcinericius;* Aliis panis minutus sex unciarum. v. Voss. de Vit. L. L. 3, 33.

PAXILLVS, *i,* m. a *palus,* (ab eo enim Priscianus diminutivum hoc facit,) ein pflock, pfal, stiel. Varro ap. Nonium 2, 649 *Novum cribrum novo paxillo pendeat.* Item, *Novam hæresin novo paxillo suspendisse.* conf. Cic. in Orat. c. 45; Cels. 8, 10; Colum. 8, 8; Plin. 17, 21; & 19, 7. ¶ *Paxillum paxillo pellere,* πατταλον πατταλῳ ἐκκρούειν, hoc est, malum malo, dolum dolo repellere. Simile est: *Cuneus cuneum trudit.* v. Chiliad.

PECCO, *avi, atum, are,* delinquere, labi, es versehen, sündigen, unrecht thun; ut, *Peccare in aliquem,* Cic. Att. 3, 15: *Erga aliquem,* Plaut. Aul. 4, 10, 62. *In re aliqua peccare,* Idem Verr. 2, 3. Et, *Ut ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimem,* Id. fam. 4, 13. *Peccare largiter,* Plaut. Epid. 3, 4, 53; & Most. 2, 2, 8. Active Idem cum accusativo Cist 2, 1, 41 *Propter te hæc pecco.* Et Bacch. 3, 3, 29 *Si unam peccavisset syllabam.* Cic. Nat. D. 1, 12 *Xenophon eadem fere peccat.* Ter. Adelph. 1, 2, 44 *Te plura in hac re peccare ostendam.* conf. Horat. Art. Poet. v. 354; Ovid. Pont. 3, 7, 10; Tac. Ann 11, 36, 2. ¶ 2. Aliquando stricte sumitur, & *scortari,* significat, quemadmodum Tibullus usus 1, 7, 16. Et Corn. Sever. Ætna v. 80 *Norunt bella Deûm: norunt abscondita nubis Conjugia, & falsa quoties sub imagine peccant.* Horat. 1 sat. 2, 63 *Inter Est in matrona, ancilla peccesne togata.* Martial. 1 epigr. 35 *Incaste diti, & aperti, Lesbia, semper Liminibus peccas, nec tua furta tegis.* Lactant. 5, 19 *Quid enim latro sacrificans, aut gladiator roget, nisi ut occidat? Quid venerarius, nisi ut fallat? Quid meretrix, nisi ut plurimum peccet?* Hinc *mulier peccatrix* in Evangelio Lucæ c. 7 pro meretrice, ad quem locum vide Casaub. Notas. ¶ 3. Tertia persona, ut in aliis neutris, passive interdum legitur; ut, *In republica multa peccantur,* Cic. Off. 1, 10. Et 3 Paradoxo extr. *Quicquid peccatur, perturbatione peccaturationis atque ordinis.* Ita *Peccatur,* impersonale, apud Horat. 1 epist. 2, 16 *Iliacos intra muros peccatur & extra,* i. e. ubique.

¶ Peccans, *tis,* etiam subst. ein sünder. Horat. 2 sat. 7, 62 *Maritus matronæ peccantis.* conf. 1 epist. 20, 9. Martial. 14 epigr. 68 *Peccantis fumuli pugno ne percute dentes.* Sen. epist. 97 *Maxima peccantium pœna est peccasse;* i. e. Conscientiæ inquietis cruciatus post peccatum commissum gravissima pœna est. Compar. Cæl. Aurel. Acut. 3, 8, 88 *Est etiam profecto peccantius prohibito cibo vinum dare,* es ist schädlicher.

¶ Peccanter, adv. sündlich, fälschlich. Cæl. Aurel. Acut. 3, 1 *Hoc peccanter definiunt.* conf. ibid. 2, 9, 40. v. Barth. Advers. 38, 3.

¶ Peccantia, *æ,* f. apud Tertull. adv. Iudæos c. 10 *Peccantia delictorum* h. e admissio criminum.

¶ Peccatus, *a, um,* ex quorumdam opinione, qui peccavit, der gesündiget hat; ut, *juratus,* qui juravit; *erratus,* qui erravit. Ter. Hec. 5, 1, 11 *Iam ætate ea sum, ut non sit peccato mihi ignosci æquum.* Sed peccato potius est ablativus absolutus pro *si peccatum sit.* vide etiam, quæ ad *erratus,* quod similiter accipi volunt, diximus. Daceria ad h. l. Ter. (ex ipsius divisione 4, 4, 11) nobiscum facit.

¶ Peccātum, *i,* n. culpa, factum contra officium, das versehen, übelthat, sünde. Cic. Att. 3, 14 *Scio, nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse.* Id. de Amic. c. 12 *Turpis excusatio, & minime accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra remp. se amici caussa feciss e fateatur.* Sen. epist. 28 extr. *Initium est salutis notitia peccati,* quod ut Epicuri sententiam laudat. Plura vide in Borrichii Vindic. p. 154.

¶ Peccatus, *ūs,* m. subst. actus peccandi, die versündigung. Cic. extrema Verrina de Siciliæ jurisdict. *In manifesto peccatu teneri.* Quod etiam Gellius 13, 20 tuetur, ne putes, peccatum scribarum esse.

¶ Peccatio, *ōnis,* f. idem, apud Gellium l. c.

¶ Peccamen, *ĭnis,* n. peccatum. Prudentius Apotheos. v. 915 de anima: *Tincta malo peccamine principis Adæ.* Idem Peristeph. 10, 517 *Fomes peccaminum.* Et Cathem. 9, 95 *Dissolutis pristinorum vinculis peccaminum.*

¶ Peccatēla, *æ,* f. insolentior vox est, sicut *Corruptela,* apud Tertull. de Anima c. 40.

¶ Peccator, *ōris,* m. ein sünder. Lactantius 3, 25 *Injustus & insipiens peccator.* Adde Tertull. Apol. c. 7.

¶ Peccatrix, *īcis,* f. eine sünderin. Tertullian. de Spectac. c. 3 *Gens peccatrix.* Et contra Marc. 4, 18 *Peccatricis fœminæ argumentum.* Paulinus Nolanus epist. 23 ad Sever. c. 15 *Proles peccatrix.*

¶ Peccatōrius, *a, um,* sündhafft. Tertull. adv. Marc. 2, 24 *Mala non peccatoria, sed ultoria.* Id. de Carne Christi c. 8 *De peccatorio censu.*

¶ Compecco, *are,* mit irren. Cæl. Aurel. Acut. 2, 12, 84 *His etiam compeccavit Themison.* conf. Tard. 3, 1, 12.

¶ Impeccabĭlis, *e,* frey von sünden. Gellius 17, 19 extr. *Is erit impecabilis, vitamque vivet tranquillissimam.*

¶ Impeccantia, *æ,* f. die unschuld. Hieronymus dixit 3 adv. Pelag. c. 4.

Pecorarius, pecorosus, vide infra *Pecus.*

PECTEN, *ĭnis,* masc. instrumentum textorum, quo fila implicant, κτεὶς, der kamm, oder das blat am weberstul. Virg. Georg 1, 294 *Percurrere pectine telas.* Et Claudian. in Eutrop. 2, 381 *Doctissimus artis Lanificæ, moderator pectinis unci.* ¶ 2. Item, quo explicamus & ornamus capillos, ein kamm; ut, *Attondere per pectinem,* Plaut. Capt. 2, 2, 18. *Deducere pectine crines,* Ovid. Met. 4, 311. De *pectine* ap. Martialem 14 epigramma est 25; ubi *multifido buxus dente* vocatur. ¶ 3. *Pecten* denique cratis dentatæ genus est, & agricolarum instrumentum, eine ege. It. instrumentum, quo pannus recens textus raditur, & quidquid denique ad dentium quamcunque similitudinem accidit. Ita Colum. 2, 21 *Alii pectinibus spicam legunt.* Vbi convenit cum eo instrumento, quo hodie lini semen ab herba sua viridi separant, eine riffel. Ita possis etiam pectinem dicere, eine hechel. item eine krempel. Ovid. de Remed. am. v. 192 *Et tonsam rara pectine verrit humum,* mit dem rechen. ¶ 4. *Pecten* etiam plectrum est. Virg. Æn. 6, 647 *Iamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.* Vet. Gloss. *Pecten,* πλῆκτρον, κέντισμα. ¶ 5. *Pectines,* marinæ sunt conchæ. Plinius 9, 33, ubi de testis & conchis agit: *Saliunt pectines & extra volitant.* Et Horat. 2 sat. 4, 34 *Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.* ¶ 6. In arboribus vero *Pectines,* fibræ sunt seu lineæ, annorum indices, die jahrstriemen im holtz. Plin. 16, 38 *Fagis pectines transversi in pulpa.* v. ibi Harduinum. ¶ 7. *Pecten* etiam pubes est sive crinis ad verenda nascens, ap. Iuvenal. 6, 370 *Inguina jam pectine nigro.* Plin. 29, 1 f. 8 *Pectines fœminarum publicari* stomachatur, i. e. medicis depilandos præberi. ¶ 8. *Pecten veneris* herba a similitudine pectinum, hechel kamm. Plinius 24, 19.

¶ Pectunculus, *i,* m. diminut. piscis genus, sed in concha vel cum illa. Colum. 8, 16 *Limosa regio idonea est conchyliis, muricibus & ostreis purpurarumque, tum concharum pectunculis.* Plin. 9, 29 *Loligo volitat, extra aquam se efferens; quod & pectunculi faciunt sagittæ modo.*

¶ Pectina, *æ*, f. neſcio quo ſignificatu occurrit apud Spon. miſc. erud. antiquit. p. 231 REFECTOR PECTINARVM.

¶ Pectĭno, *are*, idem quod pectere; ut, *Pectinare ſegetem*, hoc eſt, pectine ſubigere, unteregen. Plin. 18, 21.

¶ Pectĭnatus, *a, um*, gekämmt, geſtriegelt; ut, *Iuba probe pectinata*, Apul. 6 Met. p. 185.

¶ Pectĭnator, *oris*, m. der kämmet. Gloſſ. Cyrill. *Pectinator*, κτενιστής.

¶ Pectĭnatim, adv. in morem pectinis, wie ein kamm. Plin. 32, 11 *Dentes pectinatim ſpiſſati*. conf. 28, 6, ubi *digitorum pectinatim implexorum* inter ſe mentionem facit. Ita 8, 25 de crocodilo: *Pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie*. Et Vitruv. 1, 5 *fundamenta pectinatim diſpoſita*.

¶ Pectĭnāris, *e*. Vet. Inſcript. apud Fabrett. p. 701 ACCEPTO CHIÆ SERVO PECTINARI LANARI SODALES POSVERE.

¶ Pecto, *pexui & pexi, pexum, pectĕre*, kämmen, ſtriegeln; ut, *Pectere capillos*, id eſt, diſcernere, explicare: Ovid. Met. 13, 738

Et dum pectendos præbet Galatea capillos.

¶ 2. Metaphorice Plaut. Rud. 3, 2, 47 *Pectere quem pugnis*, einem ohrfeigen geben. Et Capt. 4, 2, 116 *Pectere fuſti*, abprügeln.

¶ Pexus, *a, um*, gekämmt, rauch: ut, *Folia pexa*, Colum. 11, 3. Sed *Pexæ veſtes*, villoſæ, quibus pili lanugo adhuc conſtat, die noch gute wolle haben, nicht abgetragen ſeyn. Plin. 8, 48. *Pexæ* enim *tritis* opponuntur. Horat. 1 epiſt. 1, 95 *Si forte ſubucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ*. v. Turneb. Adv. 5, 14. Grat. cyn. 273 *Cæſaries non pexa nitnis, non frigoris illa Impatiens*, neque nimis villoſum vult canem, neque calvum. Sic, *Caput immenſa pexum porrigine*, Serenus p. 2. ¶ 2. Apud Quintil. 1, 8 p. 55 *Pexus pinguisque doctor*: ad exprobrationem mollitiei pertinet. v. Burm.

¶ Pexātus, *a, um*, id eſt, pexâ ejusmodi tunica indutus, der einen rauchen rock trägt. Martial. 2 epigr. 58.

Pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita;
Sunt hæc trita quidem, Zoile, ſed mea ſunt.

¶ Pexĭtas, *ātis*, f. De araneis, Plin. 11, 24 *Cribratæ pexitas telæ*, i. e. tela ad cribri formam pexa, ein durchlöchert und weiches gewebe.

¶ Pectĭtus, *a, um*, pro Pexus, gerupft, gekämmt. Columell. 10, 94

Verum ubi jam puro diſcrimine pectita tellus.

Tellus autem *pecti* dicitur, cum foditur & paratur ſationi. Ibid. v. 147

Ferroque bicorni Pectat, & algentem ſulcis exterminet herbam.

Idem 12, 3 *Præparatæ ſint, & pectitæ lanæ*, gehechelt.

Compoſita:

¶ Circumpectus, *a, um*, eſt a *Paciſcor* in *Pax*.

¶ Depecto, *ĕre*, herabkämmen, abſtriegeln; ut, *Crines depectere*, Ovid. Faſt. 6, 229, idem quod *pectere*. Sic, *Depectere frondium canitiem*, Plin. 6, 17 de Scribus lanicium ſilvarum legentibus: Ita enim more ætatis ſuæ loquitur de ſerico, ut cum xylino confundat. Et 12, 14 *Quod in arbore hæſit, ferro depectitur*, wird abgekraßt, abgeſchabet. Virg. Georg. 2, 121 *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres*.

¶ Depexus, *a, um*, ausgekämmt, abgeſtriegelt; ut, *Iuba depexa*, Ovid. de arte am. 1, 630. *Depexi crinibus Indi*, Id. Faſt. 3, 465. Translate Ter. Heaut. 5, 1, 77 *Adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit ſemper mei*, ich will ihn zauſen oder ſtriegeln, daß er an mich gedencken ſoll. Nonio 1, 23 *Depexus* eſt *laceratus*, zerzauſt, zerriſſen.

¶ Expecto, *ĕre*, auskämmen. Quintilian. 1, 7.

¶ Impexus, *a, um*, ungekämmt, ungeputzt; ut, *Barba impexa*, non pexa, Virg. Georg. 3, 366. *Impexa antiquitas*, Auctor Dialog. de Orat. c. 20.

¶ Oppecto, *ĕre*, auffämmen. De cibis & piſcibus Plaut. Perſ. 1, 3, 30 *Nimio melius oppectuntur frigida*, i. e. digitis vel dentibus quasi pectine carpuntur. Noſtri: abklaubeln.

¶ Oppexus, *ûs*, m. ſubſt. der haar-puß. Apul. Met. 11 p. 261 (Pric. p. 244) *Flexu digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent*.

¶ Perpexus, *a, um*, ausgekämmt, glatt. Firmic. lib. 5 *Perpexam barbam permulcere*.

¶ Propexus, *a, um*, gleich unter ſich gekämmt; ut, *Barba propexa*, Ov. Faſt. 1, 259. Add. Sil. 13, 310.

¶ Repecto, *ĕre*. Hinc

¶ Repexus, *a, um*, zurücke oder rückwarts gekämmt. Claudian. in Conſul. Prob. & Olybr. v. 3 *Crinemque repexi*
Blandius elato ſurgent temone jugales.

Ovid. de arte Am. 3, 154 *Coma illa repexa modo.*

PECTIS, *ĭdis*, f. herbæ ſpecies, quæ conſolida & ſymphyton dicitur, günſel, wallwurtz. v. Apul. de Herb. c. 59.

¶ Pecton, *i*, n. πηκτόν, eadem herba, Dioſcor. 4, 11. ¶ 2. *Pecton chalcanthum*, eſt gelatum atramentum ſutorium, quod in ſpeluncis fit, inque foſſas derivatum concreſcit, πηκτὸν χάλκανθον, Dioſc. 5, 68.

Pectorale, Pectuncuius, vide *Pectus*, *Pecten*.

PECTVS, *ŏris*, n. pars animalis anterior, a gula usque ad ventrem, die bruſt. Plin. 11, 37 (ſect. 82) *Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis &c.* ¶ 2. Pro animo frequenter *pectus* uſurpatur, das hertz, das gemüth. Cic. de Amic. c. 26 *In amicitia, niſi ut dicitur apertum amici pectus videas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas*. Sic, *Fidum pectus*, Horat. 2 od. 12, 16. Et *caſtum*, Sen. Hippol. v. 130. *Amicum pectus*, Ov. Art. am. 3, 737, ein getreues, keuſches, liebreiches hertz oder ſeele. Cic. de Leg. 1, 18 *Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore, ut dicitur?* von gantzem hertzen. Ergo proverbialis & trita locutio fuit. Propert. 4, 12, 39 *Et Perſen proavo ſtimulantem pectus Achille*. Liv. 1, 59 *Stupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium*. Id de eodem: *Oratio habita nequaquam ejus pectoris ingeniique, quod ſimulatum ad eam diem fuerat*. Horat. 1 epiſt. 4, 6 *Non tu corpus eras ſine pectore*, id eſt ſine intelligentia, prudentia. ¶ 3. *Pectus amicitiæ* pro amico, eleganti periphraſi dixit Manilius 2, 598 *Nihil ex ſemet natura creavit,*
Pectore amicitiæ majus, nec varius usquam, ein hertzens freund. Sic & Statius 4 Silv. 4, 103, cum Martiale 9 epigr. 15. Eodem modo & Zeno Veronenſis, ni fallor, *pectus fidei* pro fideli poſuit. ¶ 3. *Pectus montis*, media pars, Grat. 444.

¶ Pectuſculum, *i*, n. dimin. Hieronym. epiſt. 22 c. 13 ad Euſtoch. de cuſtod. Virginit.

¶ Pectōrōſus, *a, um*, wohl bebrüſtet, hochbrüſtig. Colum. 8, 2 de gallinis: *Sint matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ*. Et Carm. Priap. 36 *Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.*

¶ Pectŏrālis, *e*, zur bruſt gehörig. Celſ. 8, 1 *In exiguo ſinu pectoralis oſſis*, des bruſt-beines. Ammian. 14, 9 *Pectoralis tunica*, ein bruſtlatz.

¶ Pectorale, *is*, n. ſubſt. ein bruſtharniſch, bruſtſtück. Plin. 34, 7 *Fecit* (Sp. Carvilius ſtatuam Iovis) *ex pectoralibus eorum* (Samnitum) *ocreis & galeis*.

¶ Adpectŏro, *are, applicare ad pectus*, an die bruſt drücken, in Gloſſ. Iſidori. Hinc

¶ Adpectoratus, *a, um*, angelegt an die bruſt, geherzt. Solin. c. 39 de urſis; *Canes interdum adpectoratas fovent*. Sed quædam editiones: *ad pectora eas*. Conf. Salmaſ. ad h. l. p. 224.

¶ Compectŏrātus, *a, um*, verciniget mit den brüſten. Apul. in Pſeudepigraphis Petronii p. 228 *Membra molli lectulo compectorata adhærent Veneris glutino*.

¶ Expectŏro, *are*, verbum, quod Fabius 8, 3 ut antiquum nimis, repudiat, ex pectore ejicere ſignificat, aus dem hertzen jagen. Ennius ap. Cic. Tuſc. 4, 8 *Tum pavor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat*. Accii exempla vide apud Nonium 1, 52, qui verbum interpretatur, *extra pectus ejicere*. Conf. Cic. de Orat. 3, 38.

¶ Tripectŏrus, *a, um*, ut *Tricorpor*, dreyhertzig. Lucret. 5, 28

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.

Pecu, pecuaria, pecuarius, pecuinus &c. vide *Pecus*.

¶ Peculator, peculatus, peculiaris, peculioſus &c. vide mox *Peculium*.

PĔCŪLIVM, *i*, n. quod a *pecore* faciunt, quo nomine primum omne patrimonium, deinde ſervorum tantum appellatum eſt, haab und gut. Servius ad Virg. eclog. 1 *Omne patrimonium apud antiquos* PECVLIVM *dicebatur a* PECORIBVS, *in quibus eorum conſtabat univerſa ſubſtantia: unde etiam* PECVNIA *dicta eſt. Aut certe & hoc ad morſum temporum pertinet. Nam modo tantum* SERVI PECVLIVM *dicimus &c.* v. Taubm. ad Virg. p. 9. Liv. 2, 41 *Peculium filii Cereri conſecravit*. Vet. Gloſſ. *Peculium*, περιουσία, περίκτησις, ἴδιον, ὑπέτερον, ὑπόστασις δούλου. Item, *Peculium*, κτῆσις τῷ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος τοῦ ἐξιν υἱὸς ἢ δούλου. Scholiaſt. inedit. Priſciani ad lib. 4 *Peculium eſt collectio pecorum, proprium, poſſeſſio ſervi*. Cic. Verr. 1, 38 *Nihil habere peculii*, nichts eigenthümliches beſitzen. Sen. epiſt. 12 *Epiſtola ſine peculio venit*, ohne vorrath. Virg. eclog. 1, 33

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

Sic, *Caſtrenſe peculium*, im krieg gewonnen gut. Vide titulum hujus nominis in Pandectis 15, 1; & ad illum ICtos, præſertim Duarenum de peculio p. 978 ſq. opp. *Pecunia ſine peculio fragilis eſt*, geld ohne nahrung gehet bald dahin, Celſus ICt. dixit L. 79 de Legat. & fideicom. 3. *Peculium re, non verbis augetur*, Pompon. ICt. ¶ 2. Apud Petronium c. 8 &c. & alios *Peculium*, inter vocabula improba eſt, mentulamque ſignificat: vide *Peculiatus*.

¶ Peculiŏlum, *i*, n. diminut. Quintil. 1, 5 *Magnum peculiolum erunt, qui ſolæciſmum putent*.

¶ Peculiāris, *e*, quod in peculio alicujus, & proprium ejus eſt, eigenthümlich, eigen. Plaut. prolog. Capt. v. 19 *Hic poſtquam hunc* (ſervum) *emit, dedit eum gnato ſuo Peculiarem, quia quaſi una ætas erat*. Item Merc. 3, 1, 26 *Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos ſexaginta Peculiarem*. conf. Aul. 3, 4, 7; Perſ. 2, 2, 19; Capt. 5, 4, 16: Aſin. 3, 1, 39; t. 16 § 1 ff. de lib. cauſ. & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 151. ¶ 2. Hinc *Peculiaris* & ſpecialis eſt, abſonderlich. Suet. Cæſ. c. 76 *Monetæ publicisque vectigalibus peculiares ſervos præpoſuit*. Vet. Gloſſ. ἰδικός, *peculiaris, ſpecialis*. VERNA PECVLIARIS occurrit in vetere inſcriptione apud Murat. p. 892.

¶ Peculiārĭter, adverb. proprie, præcipue, eigentlich, ſonderlich; ut, *Medicina peculiariter efficax*, Plin. 22, 7. Et Quintil. 8, 2 *Commune nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut VRBEM, Romam accipimus*. Plin. 36, 20 *Hæmatites peculiarius ſplendet*. Alii, *clarius*.

¶ Peculiarius, *a, um*, idem quod *peculiaris* apud ICtos, e. g. Marcian. l. 18 Dig de peculio legato: *In eum creditoribus peculiariis actiones non competunt*. v. Bynckershœck Obſerv. Iur. Rom. 1, 25, qui inveniri præterea docet l. 4 & 5 ff. de dolo malo & met. except. Similia etiam laudat *ſingularius, intercalarius, pupillarius*.

¶ Peculio, *are*, comica licentia dictum pro locupletare, peculium augere. Plaut. Perſ. 2, 2, 10 *Ob iſtam rem ego te aliquid peculiabo*. Taubm. qui ad nequius illuc peculium reſpici, obſervat.

¶ Peculiatus, *a, um*, reich, vermöglich. Aſin. Pollio Cic. fam. 10, 32 pr. *Balbus trajecit ſeſe in regnum Bogudis, plane bene peculiatus*, id eſt, pecunia multa inſtructus. Vet. Gloſſ. *Peculiatus*, κτήσιος, πολυούσιος. conf. Apul. Met. 10 p. 247. ¶ 2. Alium, eumque obſcenum ſignificatum, videre licet in Priapeis carmine 52, ubi *Pulcre penſilibus peculiatus*, eſt bene mentulatus.

¶ Peculiōſus, *a, um*, aliud adj. peculio abundans, angeſeſſen. Plaut. Rud. 1, 2, 24 *Peculioſum eſſe decet ſervum & probum*.

¶ Pecŭlor, *ari*, furari ea eſt, quæ ad rempubl. ſeu principem, ſeu ſacra pertinent, das gemeine gut beſtehlen; ut, *Peculari remp.* Florus 3, 17, 3.

¶ Pecŭlātus, *ûs*, m. furtum rerum ad remp. pertinentium, der raub des gemeinen guts; ut, *Accuſari peculatûs*, Auct. ad Herenn. 1, 12, *Damnari peculatûs*, Cic. pro Flacco c. 18. *Reus peculatûs*, Aur. Victor de Illuſtr. viris c. 50. Feſt.: *Peculatus furtum publicum dici cœptus eſt a pecore, quia ab eo initium ejus fraudis eſſe cœpit*.

¶ Peculator, *ōris*, m. publicæ pecuniæ fur, ein dieb des gemeinen guts. Cic. Off. 3, 18 *Sicarii, fures, peculatores non verbis ſunt & diſputatione philoſophorum, ſed vinculis & carcere fatigandi*.

¶ Pecu-

¶ Peculatōrius, *a, um,* zur Haabe gehörig; ut, *Oves peculatoriæ,* quæ servis aut filiisfamilias sunt in peculio, Varro de L. L. 4, 19. conf. Taubm. in Plaut. Amph. p. 155.

¶ Depeculor, *ari,* idem quod *peculari,* etwas vom gemeinen aut entwenden. Cic Act. in Verr. 4 *Urbes, fana depeculari,* beſtehlen, berauben. Id. Verr. 4, 36 *Laudem honoremque familiæ veſtræ depeculatus eſt,* er hat euch euer lob abgeſchnitten. ¶ 2. Paſſive Cælius ap. Priſcian. p. 793 *Ubi ſenatus intellexit populum depeculari,* i. e. ἀπεσυλοῦσθαι. Hinc

¶ Depeculātus, *a, um,* paſſive, beraubt. Plaut. Epid. 3, 4, 82 *Perdam potius, quam ſinam me impune irriſum eſſe habitum, depeculatum eis.*

¶ Depeculatus, *ûs,* m. ſubſt. defraudatio populi, die beraubung des gemeinen guts. Feſtus.

¶ Depeculātor, *oris,* m. ein räuber. Cic. Verr. 2, 1 *Depeculator ærarii,* ein dieb des gemeinen kaſtens.

¶ Depeculaſſere, antique, peculium rapere, plündern, berauben. Lucil. ap. Nonium 2, 218 *Depeculaſſere aliqua ſperans me,* pro *depeculaturum eſſe.* Nam eſt futurum a fchaicum infinitivi. In edit. Merceri legitur *depeculaſſere.*

¶ Expeculiatus, *a, um,* peculio exhauſtus, der um alles gebracht worden. Plaut. Pœn. 4, 2, 21 *Cruciar apud nos expeculiatos ſervos fieri ſuis heris.*

PĔCŬNIA, *æ,* f. geld, vermögen. Plin. 33, 3 *Servius Rex primus ſignavit æs. Signatum eſt notâ pecudum, unde* pecunia *appellata.* Servius vero inde *pecuniam* a *pecore* dictam cenſet, quod omnis ſubſtantia veterum in pecore conſtaret: verba ejus proxime ante produximus in *Peculium. A pecudibus ipſa pecunia nominata eſt. Nam omnis pecuniæ pecus fundamentum,* ut ait Varro R. R. 2, 1. conf. Cic. de Rep. apud Nonium 1, 204. Ea & Columellæ mens fuit, cum præf. l. 6 ſcriberet: *In ruſticatione antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademque quæſtuoſiſſima. Propter quod nomina quoque &* PECUNIÆ *&* PECULII *tracta videntur a* PECORE: *quoniam id ſolum veteres poſſederunt: & adhuc apud quasdam gentes unum hoc uſurpatur divitiarum genus.* Et vero *Pecuniæ* nomine omnes res veniunt, quæ in poſſeſſione alicujus ſunt. Vlpianus Lege *Pecuniæ,* 178 Dig de Verb. ſignif. & Hermogen. Lege *Pecuniæ* 222 Dig. eodem. Ita Scævola, in definitione hæreditatis genus ejus pecuniam facit apud Cic. Topicis c. 6; & de Fin. 2, 17 *Effectrix multarum & magnarum voluptatum pecunia eſt.* Id. Cic. ad Quint. frat. 1, 1, 5 *Omnes vias pecuniæ norunt Græci, & omnia pecuniæ cauſâ faciunt.* Sen. de Tranqu. an. c. 3 *Optimus pecuniæ modus eſt, qui nec in paupertatem cedit, nec a paupertate diſcedit.* Nepos 5, 1, 3 *Magnas pecunias ex metallis fecerat. Quærere pecuniam: Pecunias acerbe conquirere,* Tac. Hiſt. 3, 76, 4. *Pecuniam avertere,* (quod & *intercipere* & *intervertere* dicunt,) unterſchlagen. Id. Hiſt. 1, 53, 2 *Mox compertum, pecuniam publicam avertiſſe, ut peculatorem flagitari juſſit. Imperare pecunias,* vide *Impero* in *Paro. Verſare pecunias,* vide *Verſo. Pecunia occupata, vacua;* vide in *Occupo.* Cic. pro L. Manilia c. 7 *Pecunias magnas collocatas habent* Suet. Aug. c. 39 *Notavit aliquos, quod pecunias levioribus uſuris mutuati, graviore fœnore collocaſſent.* At, *Pecunia abire* & *proficiſci,* eleganter ac lepide dicitur, quæ dilapidatur: v. ad Plaut. Trin. 2, 4, 17. Et, *Mutuas pecunias ſumere,* Cic. Verr. 1, 10. *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum,* Ter. Adelph. 2, 2, 8. *Pecuniam numeratam accipere,* Nepos 13, 1, 3: baar geld. Iuvenal. 6, 297

Prima peregrinos obſcena pecunia mores
Intulit &c.

Pecuniam quidem qui primum ad Lacedæmonios invexerunt, morte mulctati ſunt, ideo, quod oraculum Lacedæmonii accepiſſent: ἡ φιλοχρηματία Σπάρτην ὀλεῖ, hoc eſt, *Avaritia Spartam perdet,* Plutarch. in Apophth. Cic. Off. 2, 6 *Male ſe res habet, cum id, quod virtute effici debet, tentatur pecunia.* Plaut. epid. 2, 1, 10 *Pulchra edepol dos pecunia eſt,* geld iſt eine gute roſuna. Et Horat. 1 epiſt. 6, 37 *Et genus & formam regina pecunia dotat.* Id. 3 od. 16, 17 *Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Majorumque fames.* Iuvenal. 14, 138 *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit; &c.* Elegans eſt de viribus pecuniæ poëmation Petronianum c. 137.

¶ Pecūniōſus, *a, um,* pecuniis & poſſeſſionibus abundans, πολυχρήματος, ut Vet. Gloſſ. exponunt, reich. C. Nep. 5, 1, 3 *Non tam generoſus quam pecunioſus.* Idem 25, 15, 1 *Cum eſſet pecunioſus, nemo illo fuit minus emax.* conf. Cic. pro Q. Roſc. c. 15. Comp. Mamert. Paneg. Iuliani c. 20 *Tanto vir quisque melior, quo pecunioſior habetur.* Suet. Aug. c. 25 *Viris fœminisque pecunioſioribus indictum.* Superlativo *pecunioſiſſimus* etiam Cicero uſus eſt Verr. 2, 14; & 5, 9, &c.

¶ Pecunialis, *e,* zum gelde gehörig. Cæl. Aurel. Tard. 1, 5 *Pecunialis quæſtus,* ein geld-handel.

¶ Pecuniārius, *a, um,* geld betreffend; ut, *Inopia rei pecuniariæ,* h. e. pecuniæ, Cic. ad Brut. 1, 18. *Lis pecuniaria,* Quintil. 6, 1. *Cauſſa pecuniaria,* eadem quæ Lis pecuniaria, L. 9 pr. Dig. de Offic. proconſ. eine geld-ſache. *Iure pecuniario poſſidere,* Auguſtin. epiſt. 89. Subſtantive in Gloſſ. gr. lat. χρηματιστής, *Pecuniarius,* ein mann von groſſen capitalien.

¶ Pecuniāris, *e,* idem; ut, *Pecuniaris damnatio,* Macer Lege 10 extrema Dig. de Pœnis.

¶ Pecuniarie, adverb. modo in cauſſa pecuniaria uſitato, Vlpianus Lege 10 § 2 Dig. de compenſat. *Si in ea* (cauſſa) *pecuniarie agitur.*

¶ Pecuniārĭter, adverb. idem. Lege ult. Dig. de Privat. delict. *Pecuniariter agere.*

PĔCUS, *pĕcŭdis,* fœm. & Pécus, *pecŏris,* neutr. omne, ut Valla ait, animal, quod ſub imperio hominis pabulo terræ veſcitur, greges nimirum & armenta, allerley vieh. *Pecudes rationis expertes,* Cic. Off. 2, 3. *Pecus mutilum cornuto* opponitur; *Raripilum ſetoſo,* apud Colum. præf. l. 1. pro equo, dixit Avienus Arat. v. 477. Et, *pecus equinum,* Virg. Georg. 3, 72. ¶ 2. *Pecus, oris,* neutr. ſignificat oves maxime, ſchafe, quod πόκος, ſeu lanam geſtant, unde & ipſa appellatio eſt, quod & Scaliger Pater de Lingu. Latina, & Filius in Conjectan. ad Varr. p. 39 obſervat. Plin. 8, 49 *Suis fœtus ſacrificio die quinto purus eſt: Pecoris* (ovis) *die ſexto: boum triceſimo.* Iuſtin. Imp. l. 2 Inſtit. *Sed etſi pecorum vel ovium uſus legatus ſit, neque laſſe, neque agnis, neque lana utetur uſuarius.* Quint. Decl. 13 *Inuſum veſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur.* Liv. 4, 30 pro armentis: *Defectus aquarum ſtragem ſiti pecorum morientium dedit.* ¶ 3. Interdum ſumitur pro quibusvis animalibus, effigie humana carentibus. v. Luctat. ad 1 Stat. Theb. Sic *feræ* a Virgilio appellantur *pecus,* Georg. 4, 168

Ignavum fucos pecus a præſepibus arcent. vid. Burm ad Grat. cyneg. 265. ¶ 4. Eſt & convicium in ſtolidos & tardos, quos *oves* quoque & *verveces* ſolemus vocare, ein tummes thier. Cic. in Piſon. c. 9 *Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet, aut præſidio niti volebam.* Horat. 1 ep. 19, 19 *O imitatores ſervum pecus.*

¶ Pecu, ut *Pecus,* veteres & in genere neutro dixerunt: unde *Pecua* & *Pecuum.* Cato. vid. Servium & Feſtum. Plaut. Rud. 4, 3, 5 *Squamoſum pecu, i. e. piſces.* Varro R. Ruſt. 2, 1 *Cum homines & pecua ſemper fuiſſe ſit neceſſe.* Liv. 35, 21 *In agris paſſim inundatis pecua ablata;* Ict 26, 34 *Pecua captiva.* Apul. Met. 2 p. 115 *Boves & id genus pecua.* Id. 6 p. 182 *Gregalia pecua.* Lucret. 6, 113 *Pecubus balantibus.* Adde Voſſ. Gramm. 4, 17.

¶ Pecuſculum, *i,* n. dimin. Iuvenc. 2, 593

Foveam ſi forte pecuſcula veſtra Inciderint.

¶ Pĕcŏrōſus, *a, um,* viehreich, voll vieh; ut, *Ver pecoroſum.* Statius Theb. 10, 229

Cui fœtura gregem pecoroſo vere novavit.

Et Theb. 4, 45 de Arcadiæ regione: *Pecoroſaque Phyllos.*

¶ Pecorārius, *i,* m. qui rem pecuariam curat, der mit vieh umgehet. Onomaſt. Vet. *Pecorarius,* πεσβατώδης, adjective.

¶ Pecualis, *e,* viehiſch. Sedulius lib. 1 de Bileami aſina v. 164 *Edidit humanas animal pecuale loquelas.* Et Fortunatus de vita Martini 2, 146 *Et mihi præda jacet pecuali capta miniſtro.*

¶ Pecuārius, *a, um,* paſtoralis, zur vieh-zucht gehörig; ut, *Res pecuaria,* die vieh-zucht; *ampla, culta, fructuoſa,* Cic. pro Quint c. 3. *Canis pecuarius,* ein ſchaf-hund. Colum. 7, 12. *Pecuarium magiſterium,* Apul. Met. 10, 253.

¶ Pecuarius, *i,* m. ſubſt. qui rem pecuariam tractat, der vieh-zucht hat. Cic. pro Dejot. c. 9 *Optimus pater familias, & diligentiſſimus agricola & pecuarius habetur.* conf. Liv. 10, 23 & 47; Iſidor. 15, 17. Hinc *Pecuarii,* publicanorum genus, qui & *Paſtores* appellati; v. *Paſtor,* & Aſcon. Divin. Verr p. 29. It. Burm. de Vectigal. c. IX p 140. *Ordo pecuariorum,* Cic. Verr. 2, 6. *Ex multaticia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis,* Liv. 10, 23.

¶ Pecuāria, *orum,* n. plur. pecora, armenta, vieh. Virg Georg. 3, 64 *Solve mares, mitte in Venerem pecuaria primus.* conf. Perſ. ſat. 3, 9. Auctor ad Herenn. 4, 34 *Cum canes funguntur officiis laborum, cuinam præſidio pecuaria credemus?* Sed Gruterus legit *pecua.* Grat. 435 *Defecta mala pecuaria tabe,* h. e. pecudes.

¶ Pecuaria, *æ,* f. ſing. grex pecorum. Varro R. R. lib. 2 præfat. *Et ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias, & Reatino equarias,* ſchäferey en, ſtuterey en. Id. 3, 1 *Libros ſcripſi de pecuaria,* i. e. de arte parandi & paſcendi pecoris, von der vieh-zucht. Sic, *Pecuariam facere,* ſich von vieh-zucht nähren, Suet. Cæſ. c. 42.

¶ Pecuaſco, *ĕre,* das vieh austreiben. Legitur in Decreto finium regundorum: PECUASCERE GENUATES VETURIOSQUE LICEAT.

¶ Pecuātus, *a, um,* Vet. Onom. θηριώδης, i. e. *pecu ſimilis,* wie das vieh. Fulgent. in Moral. n. 53 *Fabre compactum animal quis ferat ſic ire pecuatum?*

¶ Pĕcuda, *um,* n. plur. idem quod *pecora,* allerley vieh. Apud Nonium c. 2, 691 Nævius: *Pecuda ut ad mortem meant.* Accius: *Pavore pecuda in tumulis deſerunt.* Cic. de Rep. *Adhibent in pecuda paſtores.* Et Siſenna ibidem: *Iumenta & pecuda locis 31 epidare compluribus.*

¶ Pecudifer, *i,* m. Legitur in vetere lap. Murat. p. 70, 1, PECUDIFERO SILVANO.

¶ Pecudālis, *e,* ut *pecualis,* viehiſch. Mart. Capell. 7 *Non minus ſenſus quam nominis pecudalis.*

¶ Pecuīnus, *a, um,* quod pecorum eſt, viehiſch, vom viehe. Apul. Met. 8 p. 215 *Pecuinis uſſibus catenatum flagrum.*

Peda, pedalis, pedamen, pedaneus, pedarius, pedatio, &c. vide *Pes.*

PĒDĒMA, *ătis,* n. πήδημα a πηδάω ſalio, ſuit genus ſaltationis Lacedæmonicæ, quod Cicero in Piſon. c. 10 reſpicere videtur. *Pedemate* autem legit apud Iuvenalem 11, 173 Brodæus Miſcell. 5, 26. contra Muretus Var. Lect. 10, 6 *Petteumate*; Iul. Cæſ. Scal. Poët. 1, 22; & Politian. Miſcell. 2, 38; & lib. epiſt. 11 *Pytaliſmate*; Flav. 4 Conject. cent. 1 *Poppiſmate*; Alciat. Parerg. jur. 6 *Pyreiſmate*; Lipſ. epiſt. quæſt. 4, 5 *Pygiſmate*; Turneb. Adv. 21, 18 *Pytiſmate,* de quo infra leorium.

Pedemontium, pedepreſſim, pedes, pedeſter, pedetentim, Pedianus, vide *Pes, Aſconius.*

PEDIASĬMOS, *i,* m. πεδιάσιμος, genus myrrhæ, Dioſc. 1, 69.

Pedica, pedicellus, pedicoſus, pediculus, vide *Pes.*

PEDIDŌSUS, *a, um,* ſtinckend. Titinn. ap. Feſtum in *Pedibus obſitum: Pedidoſus, ſqualidus.* Rectius *Pædidoſus* a *pædore.* v. ibid. Scalig. & Dacer.

Pediolus, Pediſſequus, *a,* pedito, Peditum, *us,* vide *Pes, Pedo, ere.*

PĒDIUS, *i,* m. cognomine *Blæſus,* fenatu motus ſub Nerone ob violatum ab eo theſaurum Æſculapii. v. Tac. An. 14, 18. Senatui reſtitutus ab Othone, Id. Hiſt. 1, 77. ¶ 2. *Qu. Pedius* cohæres Auguſti bonorum Cæſaris. In conſulatu auctor *Legis Pediæ* latæ contra interfectores Cæſaris. Recentiores interdum *Legis Pediæ* reos poſtulant, quos contra proſodiam peccaſſe indicare volunt. ¶ 3. *Qu. Pedius,* hujus nepos, pictor mutus, Plin. 35, 4.

¶ Pedianus, *a, um,* adject. ut, *Aſconius Pedianus,* vide *Aſconius.*

PĒDO, *pĕpēdi, pedĕre,* crepitum ventris emittere, einen wind laſſen, farzen. Horat. 1 ſat. 8, 46 *Nam diſpluſa ſonat quantum veſica, pepedi.* Conf. Martial 7 epigr. 17; It. 10, 14. & 12, 78 & 79. Cæterum ita περιφράζει Sen. in Ludo c. 4 *Vltima vox ejus hæc inter homines audita eſt, cum majorem ſonitum emiſiſſet illa parte, qua facilius loquebatur: Væ me, puto concacavi me.* ¶ 2. Sed *Pedo, are,* vide in *Pes.*

¶ Peditum, *i,* n. & Peditus, *ûs,* m. ein furz. Catull. 55, 3 *Subtile & leve peditum Liboni eſt.* Gloſſ. Cyr. πόζη, *Peditus, Peditum.*

¶ Oppĕdo, ĕre, pro adverſari, anfarꝛen, verächtlich tractiren. Horat. dixit 1 ſat. 9, 70 *Curtis Iudæis oppedere.*

¶ Suppĕdo, ĕre, nonnihil pedere, ein wenig farꝛen. Cic. fam. 9, 22 *Suppedere, flagitium eſt.*

PĔDO, ōnis, m. poëta epigrammatarius, de quo ſupra in *Albinovanus.* ¶ 2. Alius cauſſidicus, de quo Iuvenal. 7, 129 *Sic Pedo conturbat &c.*

PĔDON, vel Pedum, *i*, n. Italiæ oppidum, Prænestis finitimum, non procul diſtans Roma. Hinc

Pedanus, *a, um*, adject. ut, *Regio Pedana*, Horat. 1 epiſt. 4, 2.

Pedule, pedulla, pedum, pedunculus, pedunculus, vide *Pes.*

PĔGĂNON, *i*, n. πήγανον, ruta hortenſis, raute. Apulej. de Herb. c. 89. Et, *Peganon, orinon*, i. e. ruta montana, Id. ibid. c. 115.

¶ Diapeganon, *i*, n. antidotum ex ruta aliisque materiis, eine artzney wider gift. De ejus confectione agit Macer 1, 12 f.

PĔGĂSVS, *i*, m. πήγασος, equus alatus poëticus, ex ſanguine capitis Meduſæ amputati natus, de quo Ovid. met. 4, 784 & Burm. ad h. l. it. Muncker. ad argum. fab. 17 l. 4 met. Natal. Comes Mytholog. 7, 11; & 9, 4. Nomen accepit a fonte, quem ungula feriens ſaxum in Helicone aperuit; πηγὴ enim *fons* eſt. De ejus imagine in nummis ſuo more Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 5 p. 273 ſq. Venuſte Cic. pro Quint. 25 de ſumma celeritate vel potius incredibili, *o hominem fortunatum, qui ejusmodi nuncios, ſu potius Pegaſos habet.* ¶ 2. Sidus cæleſte. Germanicus Cæſar in hoc ridere: *Sed Pegaſus æthere ſummo*

Velozes agitat pennas, & ſidere gaudet.

¶ 3. *Pegaſus*, nomen viri, Virg. Æn. 11, 670. ¶ 4. *Pegaſus*, Iuriſconſultus & urbis præfectus ſub Veſpaſiano, Iuvenal. 4, 77.

¶ Pēgăsēius, *a, um*, adject. ut, *Gradus, Volatus Pegaſeus*, id eſt, celerrimus. Catull. 55, 24 *Non ſi Pegaſeo ferar volatu.* Et Sen. Troade v. 385 *Ætas Pegaſeo corripiet gradu.*

¶ Pegasĭus, *a, um*, aliud adj. ut, *Pegaſeium melos*, Perſii prologo v. 14.

¶ Pēgăſis, *idis*, patronymicum fœmininum; ut, *Pegaſides Muſæ*, a fonte, quem in Helicone Pegaſus e ſaxo ungula excitavit. Vide Ariarte Avieni v. 495. Ovid. Heroid. epiſt. 15, 27

At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant.

PEGMA, vel Pagma, ătis, n. πῆγμα a πήγνυμι, *pango* vel *exſtruo*, ein gerüſt, eine Bühne. *Pegmata* quid fuerint, declarat his verbis Seneca epiſt. 88 *His annumera machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacite in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato varietates, aut debiſcentibus quæ cohærebant, aut his, quæ diſlabant, ſua ſponte cohærentibus, aut his, quæ eminebant, paulatim in ſe reſidentibus. Pegma* igitur nihil aliud erit, quam contabulatio, quæ ſponte ſenſim ſurgebat, & deprimebatur, &c. Vide de illis plura apud Lipſ. de Amphitheatro c. 22; Ioſ. Scalig. ad 5 Manilii p. 400, Caſaub. ad Suet. Hujusmodi pegmatum multum uſum in ludicris Romanorum, inque arena arguit Suet. Calig. c. 26; & Claudio c. 37 extr. & Claud. Paneg. Mallii v. 323. *Pegmata atriorum* ſimpliciter pro tabulatis videtur dixiſſe Auſonius epiſt. 25. Etiam Cicero Att. 4, 8 p. 392 Gr. ita vocat pluteos librorum.

¶ Pegmăris, *e*, ut, *Pegmares gladiatores* in pegmate exhibiti, Suet. Calig. c. 26. vid. Lipſ. Saturn. p. 95.

¶ Antipegmata, *um*, n. pl. valvarum ornamenta, alias *Antepagmenta*, vel *Antipagmenta*, de quibus ſupra in *Pango.*

¶ Parapegma, ătis, n. παραπήγμα, tabula aſtronomica, in qua deſcripta cæli ratio. Vitruv. 9, 7 *Parapegmatum diſciplinas invenire.* conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 79.

Pejero, vide ſupra *Iuro.*

PĔIOR, ōris, & neut *Pejus*, eſt comparativus, qui, niſi *Malus* ſubſtituatur, poſitivo caret, ärger, ſchlimmer. Ter. Adelph. 3, 2, 46 *Pejore res loco eſſe non poteſt*, es könte nicht übler beſtellet ſeyn. Liv. 3, 68 *Communis res ptr hac loco eſt pejore.* Vellej 2, 68, 1 *Pejor illi res familiaris erat*, er hatte nicht viel zum beſten. Horat. 3 od. 6, 46 *Ætas parentum pejor avis tulit Nos nequiores &c.* Id. 1 od. 7, 30 *Viri pejora paſſi.* Idem 2 epiſt. 1, 265 *Victo in pejus vultu.* Sic Virg. Georg. 1, 200 *In pejus ruere*, verfallen, ſchlechter werden. ¶ 2. Hinc ſuperlativus *Peſſimus, a, um.* Ovid. Met. 14, 489 *Sors peſſima rerum.* Id. Art. am. 1, 615 *Peſſima ſit, nulli non ſua forma placet.* Catull. 50, 5 *Peſſimus omnium poëta.* ¶ 3 *Peſſimum* etiam ſubſtantive dixit Varro de R. R. 1, 13 *Villis peſſimo publico ædificatis ea tantæ.* Et Liv. 2, 1 *Neque ambigitur, quin Brutus peſſimo publico reges exactarus fuerit*, zu groſſem allgemeinen ſchaden. Eadem forma *malum publicum* idem dixit 4, 44. *Nec ſenatui tanti ſe civem, aut quemque alium debere eſſe, ut in parcendo uni malum publicum fiat.* Salluſt. Catil. c. 37. *Lex atque alios omnes malum publicum alebat.*

¶ Pējus, peſſime, adverb. ärger, gar übel am ſchlimmſten. Nepos 15, 10, 1 *Videne tu pejus conſulas.* Horat. 1 epiſt. 17, 30 *Cane pejus & angue vitare.* Sic, *Pejus accidere alicui*, Cæſ. B. G. 1, 31. *Peſſime de republ. ſentire*, Cic. Phil. 14, 6. Et, *Peſſime iſtud in te atque in illum conſulis*, du bringſt dich und ihn in ſchaden, Ter. Heaut. 3, 1, 28.

¶ Pejōro, āre, pro deteriorem reddere, ärger machen, verſchlimmern. Paulus 2 Sentent. tit. 28 *Qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, & pejorare eum, & meliorem facere poteſt.* Hinc

¶ Pejōrans, *tis*, intranſitive. Cæl. Aurel. Acut. 2, 1, 3 *Pejorante morbo*; & *Strictura pejorante.* Id. Tard. 4, 1 *Pejorante paſſione.*

¶ Peſsimo, āre, verſchlimmern. Vulg. Interpr. Sirac. c. 36, 11. Hinc

¶ Peſſimatus, *a, um*, ut, *Ætate peſſimata*, laudatur ex Lactant. 1, 11, 46: Sed legunt hodie *peſſum acta*, vel, quod magis probem, *peſſime acta.*

PĔLĂGVS, *i*, m. & n. πέλαγος, profundum maris, & ipſum mare, das meer. *Fervet æſtu pelagus*, Cic. de Orat. 3, 39 ex poëta. Ovid. Heroid. 2, 19 *Venti calo pelagoque faventes.* ¶ 2. *Pelage*, in plurali græco more, Lucret. 6, 619.

¶ Pelăgius, *a, um*, adj. das im meer iſt; ut, *Pelagii greges piſcium*, Varr. R. R. 3, 3. *Phaleras pelagias*, Labertius ap. Petronium dixit c. 55. Et ibid. c. 109 *Pelagia volucres.* Et Colum. 8, 16 *Arenoſi gurgites pelagios* (piſces, *melius paſcent.*

¶ Pelagĭcus, *a, um*, idem. *Piſces ſaxatiles aut pelagici*, Colum. 8, 17; quos ibidem *pelagicos greges* etiam vocaverat. Nec mirum ſit, eumdem modo *Pelagius* dixiſſe, modo *Pelagicus.* Nam Græci etiam utroque modo formant πελαγίτης & πελαγικός. Sed

¶ Pelagia, *æ*, f. ſubſt. πελαγία, piſcis; Et plur. Pelagiæ, arum, πελαγίαι, purpuræ ſunt, magnæ & ſcabræ, purpurſchnecken. Plin. 9, 37; & 32, 6. Eidem 9, 35 f. 54 *Pelagiæ*, conchæ ſunt, quæ Athenæo dicuntur ἐμβλῆσι, *altius merſa, quam ut radii ſolis penetrent*: quarum proinde margaritas candidiores reliquis docet.

¶ Pelagium, *i*, n. ſubſt. genus purpuræ, Plin. 9, 38.

¶ Archipelagus, *i*, m pars maris circa inſulas inter Græciam & Aſiam minorem; alias mare Ægæum Alius Archipelagus S. Lazari, alius Maldivarum, &c. vide Geographos.

PĔLĂMYS, *ydis*, f. πηλαμύς, piſcis ſalſus & exiguus, qui & *thynnus* dictus, παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύειν, quod in cœno ſe occultet. Gaza *limariam* vertit: Plinius 9, 15 *limoſam: Limoſæ a luto pelamydes incipiunt vocari, & cum annum exceſſere tempus, thynni.* Iuvenal. 7, 120 *Vas pelamydum.*

PĔLĂRGVS, *i*, m. πελαργός, ein ſtorch. vide ſupra *Ciconia.*

PĔLĂSGIA, *æ*, f. Πελασγία, Græciæ regio, unde *Pelasgi*, Πέλασγοι, populi Græciæ veteſtiſſimi, qui & *Danai* dicti fuere, die alten Griechen. vid. Strabo lib. 5, & Virg. Æn. 8, 600.

¶ Pelasgus, *a, um*, adjectiv. ut, *Claſſis Pelasga*, Ovid. Met. 13, 268.

¶ Pelasgus, *i*, f. lauri genus ſeu planta, quæ & *Daphnoides*, Plin. 15, 30. ¶ 2. *Pelasgus*, m. Rex Archivorum, primus templum conſtituit Iovi Olympio. v. Hygin. fab. 124 & 125; & Roſin. Antiqu. Rom. 4, 16.

¶ Pelasgias, ădis, f. patronym. ut, *Vrbes Pelasgiades*, Ovid. Heroid. epiſt. 9 Deianiræ, v. 3. Sed

¶ Pelasgis, ĭdis, f. Πελασγίς, Arcadia eſt, a *Pēlasgo*, rege, v. Plin. 4, 6.

PĔLĔCĪNVM, *i*, n. planta inter triticum, hordeum & vicias naſcens, das unkraut in wicken und linſen. *Hedyſarum* appellat Dioſcorides, ἡδύσαρον, & *ſecuridacam*, quod ancipitem ſecurim ſiliquæ ejus, in quibus ſemen latet, imitentur: πέλεκυς, *ſecurim* ſignificat. Conf. Plin. 18, 17, & 27, 2.

PĔLECYNON, *i*, n. horologii ſpecies, Vitruv. 9, 9. A forma ſecuris, quæ Græcis πέλεκυς. vide Baldi Lex. Vitr. p. 80.

PĔLETHRONIVM, *i*, n. Πελεθρόνιον, oppidum Theſſaliæ, a quo *Pelethronii Lapithæ*, qui primi equorum domandorum rationem invenerunt. Virg. Georg. 3, 115 *Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere.*

¶ Pelethronia, *æ*, f. herba, centauria major, Apul. de Herb. c. 34.

PĔLEVS, *ei*, m. Πηλεύς, Æaci filius, pater Achillis, quem ex Thetide genuit v. Ovid. Met. 11. 267 & 350 &c. *Magis ea re fulsit, quam Peleus gladio ſuo*, proverbialis eſt locutio, er verläßt ſich darauf, wie der bock auf die hörner. Eum autem gladium ajunt illi a Vulcano modeſtiæ ipſius gratia dono fuiſſe datum, quo, ſive in bellis, ſive in venatu uteretur, omnia ex ſententia conficeret: Suid. Hinc

¶ Pelīdes, æ, m. Πηλείδης, Achilles, Virg. Æn. 12, 350.

¶ Pēlĭus, ădis, f. patronym. ut, *Pelias haſta*, qua uſus eſt Achilles, Ovidius Heroid. epiſtola Briſeidis 3, 126. Niſi tamen potius a Pelio monte dicta eſt, unde ſumptam ipſe dicit Homerus. vid. Euſtath. ad Il. π, 143.

¶ Pēlēĭus, *a, um*, adject. Silius 13, 803 *Æquantem Peleia facta*, id eſt, geſta Achillis.

PĔLIAS, æ, m. filius Neptuni, frater Æſonis, Theſſaliæ rex, qui Iaſonem ad Colchicam expeditionem incitavit, inſtinctu Medeæ a filiabus interfectus. v. Ovid. Met. 7, 298; It. de Rem. am. v. 48 & Sen. Medea v. 133 & 666. ¶ 2. Alius vir Trojanus ab Vlyſſe vulneratus. vid. Virg. Æn. 2, 435.

PELICĀNVS, *i*, m. verius Pelecanus, πελεκάν, πελεκᾶνος, avis, ein leſſner, oder ſchüfler, a roſtri latitudine, de ardearum videtur eſſe genere. Pullos a ſerpente occiſos ſanguine ex lateribus ſuis excuſſo, in vitam revocare dicitur, quod experimento tamen nullo affirmari poteſt, ſed pictorum magis inventum eſt. Ceterum vulturem Ægyptium ita ardenter pullos ſuos amare ajunt, ut per CXX dies ex eorum loco nusquam in aëra ad venandum cibum ſe commoveat, ſed, ſi alimenti facultas deſit, femori ſuo vulnus infligat, ac ſanguine effluente ipſos paſcat. Geſner. ¶ 2. *Pelecanum* chirurgi vocant organum, quo dentes apprehenſi extrahuntur, ein zahnbrecher. Geſnerus.

PĒLIGNI, *orum*, m. pl. populi vicini Marſis, ex quibus originem duxiſſe ſe teſtatur Ovidius Amor. 3, 15, 8 *Pelignæ gentis gloria dicar ego.* Sulmo enim Pelignorum fuit metropolis, Ovidii patria.

¶ Pelignus, *a, um*, adject. ut, *Rus Pelignum*, Ovid. Amor. 2, 16 pr.

PĒLION, *i*, n. πήλιον, mons Theſſaliæ, junctus Oſſæ: Ovid. Faſt. 4, 381. Lucan. 6, 336. Virg. Georg. 3, 94. Hinc

¶ Pelius, *a, um*, adject. ut, *Pelium nemus*, Cic. pro Cælio c. 8.

¶ Pēliăcus, *a, um*, aliud adject. ut, *Peliacus apex*, Ovid. Faſt. 1, 308. *Peliacus vertex*, Id. Amor. 2, 11, 2. Et, *Peliaca juga*, Stat. Achill. 1, 321.

¶ Pēlias, ădis, adject. fœm. apud Ovid. Heroid. epiſt. 12, 8

Phryxeam petiit Pelias arbor ovem;

Pelias arbor, i. e. Argo navis, cujus lignum in Pelio monte natum, & in Magnetide regione Theſſaliæ proxima fabricatum. *Pelias haſta* vid. paullo ante in *Peleus.*

PELLA, æ, f. Πέλλα, Macedoniæ oppidum clarum quondam alumnis Philippo & Alexandro.

¶ Pellæus, *a, um*, adject. Iuvenal. ſatyr. 10, 168

Vnus Pellæo juveni non ſufficit orbis.

Pellacia, pellax, pellectus, pellex, pellicio, &c. quære in *Lacio.*

PELLĒNE, *es*, f. pervetuſta Achaiæ civitas, Protei patria, in qua diverſæ veſtimentorum formæ fieri conſueverunt, atteſtante Suida. Hinc

¶ Pellenĭcus, vel Pellenæus, *a, um*, adject. ut, *Lacerna Pellenica*, in Iunoniis certaminibus olim victori præmii vice data: & *Pellenæa veſtis*, alte tracht. Vſurpatur de priſco cultu in Adag. Eraſmi.

Pellicula, pelliculare, pellio, &c. vide mox in *Pellis.*

PELLION, *i*, n. lauri genus, alias *Victorila* vel *Daphnitis*, Apul. de Herb. c. 58.

PELLIS, *is*, f. detracta eſt; nam cutis corpori adhæret, eine abgezogene haut, ein fell, pelz; ut, *Pelliscaprina, ovina*, vel *ovilla*, &c. De *pellibus Parthicis* v. *Parthicus. In propria quieſcere pelle*, Horatius dixit 1 ſat. 6, 22, pro intra ſuam ſe continere ſortem, mit ſeinem ſtande zufrieden ſeyn. Idem & *pellem alicui detrahere* dixit, pro, animum detegere, den ſchalck aufdecken, 2 ſat. 1, 64. Ita Perſius 4, 13 *Summa nequiquam pelle decoratus,*

decorus. Pelles Parthicæ, quæ nunc *Zibellinæ*, zobel. vid. Voſſ. ad Catull. p. 190. ¶ 2. *Pelles* etiam dicebantur tentoria ſcortea, gezelte, ſub quibus antiquitus hiemare ſolebant Romani, quod primum in Vejentium obſidione fieri cœptum, Florus 1, 12, 8 auctor eſt. *Sub pellibus agere, durare*, Liv. 5, 2. *Sub pellibus milites habere*, id. 37, 39. Cic. Acad. 2, 2 pr. *Non multum otii imperatoribus ſub ipſis pellibus relinquitur.* Tac. An. 13, 35, 4 *Retentus omnis exercitus ſub pellibus, quamvis hieme ſæva.* Sic, *Sub pellibus ſcribere*, eſt in caſtris ſtudere: Ammian. 25, 5 de Iuliano: *Ad æmulationem Cæſaris Iulii, quædam ſub pellibus ſcribentis obſcuræ noctis altitudine ſententiis cujusdam philoſophi tenebatur.* Add. Turn. Adv. 7, 1. ¶ 3. *Pellem* pro calceo poſuit Ovid. Art. am. 1, 516 *Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.*

¶ Pelliccula, *æ*, f. diminut. Cic. pro Muræn. c. 36 *Lectulum ſternere pelliculis hædinis.* Horat. 2 ſat. 5, 38 *Pelliculam curare*, ſich was zu gute thun. Martial. 3 epigr. 16 *Sed te, mihi crede, memento,*

Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

Vbi ad cerdonis pariter opus, ac ad Horatianum illud, *in propria pelle quieſcere*, quod modo laudavimus, reſpicitur. Perſ. 5, 116 *Pelliculam veterem retines*, i. e. antiquos mores, du beſſerſt dich nicht.

¶ Pelliculo, *āre*, mit leder überziehen. Colum 12, 39 *Opercula gypſare & pelliculare.* Adde c. 46 & 56. Gloſſ. lat. gr *Pelliculare*, δερματῶσαι.

¶ Pelliculatio, *onis*, f. inductio, Cato apud Feſtum & Paulum a Pelliciendo, torte rectius a *Pelliculando*.

¶ Pelliceus, *a, um*, von pelz gemacht, pelzern; ut, *Veſtis pellicea*, ein pelz. *Stragulum pelliceum*, eine pelz-decke. L. 24 Dig. de auro & arg. leg. Sed & in neutro plur. dicebant *pellicea* abſolute, pelzwerck. v. Hier. Magium Miſcell. 3, 7; Voſſ. de Hiſt. Græc. p. 394; Bernegg. ad Iuſtin. 2, 2.

¶ Pellio, *ōnis*, m. ein kürſchner. Plaut. Menæch. 2, 3, 63.

¶ Pellionārius, *i*, m. idem, vel mercator pellium, ein rauchhändler. Sponius Miſc. Erud. Antiqu. p. 65 ex Romano lapide; PROCVRATOR COLL. PELLIONARIOR. Sic &

¶ Pellarius, *i*, m. qui curat pelles, apud Firmicum 4, 7.

¶ Pellaria, vel Pellefuina, *æ*, f. das pelz-haus, die kürſchner-werckſtat. Varro de LL 7, 30 *Ἀναλογικῶς ſi eſſent vocabula, ubi pelles veneunt, pellaria, non pellefuina diceretur.*

¶ Pellītus, *a, um*, id eſt, pellibus tectus, veſtitus, der einen pelz an hat, pelzern. Horat. 2 od. 6, 10 *Dulce pellitis ovibus Galeſi Flumen.* Loquitur de Tarentinis ovibus; quas & *Græcas* vocabant: pellitasque appellat, quod pellibus adverſus æëris injuriam, ne corrumperentur, quod molliores cæteris eſſent, tegerentur. v. Varr. Rei Ruſt. 2, 2; Colum. 7, 4; & Plin. 8, 47. Propert. 4, 1, 11

Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu,
Pellitos habuit, ruſtica corda, patres:

Vbi ſignificat, primos ſenatores non prætextatis togis uſos fuiſſe, ſed pellibus, ruſticorum more, fuiſſe veſtitos. Pelles enim ruſticorum veſtes olim. Idem Propertius paullo poſt v. 25 *Verbera pellitus ſetoſa movebat arator: Verbera ſetoſa*, flagellum ſive ſcuticam ex pelle caprina appellat. Sunt & barbarorum *pelles* propriæ. Vnde *pellita juventus* de barbaris, ap. Claud. de 4 Conſ. Honorii v. 466. Et Hieronymus Epitaphio Nepotiani: *Peſſorum feritas, & pellitorum turba populorum.* Nemeſia. cyn. 316 *pellitos pedes* tribuit anſeribus, h. e. palmipedes, quorum digiti membrana conjuncti ſunt. ¶ 2. *Pelliti Sardi*, proprio nomine ap. Liv. 23, 40 *Hampſicora tum forte profectus erat in Pellitos Sardos.* v. Cluv. Sard. ant. p. 487 & Salmaſ. ad Flor. 2, 6, 35.

¶ Pelleātus, *a, um*, idem quod *pellitus*, ſive pelle indutus. Paulinus ad Nicetam v. 528 *Et uterque Dacus, Qui colit terræ medio, vel ille Divitis multo bove pelleatus Accola ripæ.*

¶ Apella, vide ſupra ſeorſum in A.

¶ Bispellio, *onis*, m. homo duarum pellium, zweyhäutlicht. Ejus autem appellationis origo in Arcadum fabula poſita eſt, de hominibus ad certum tempus in lupos transmutatis. vid. Hotomann. de verbis juris, & quæ notantur ſupra in *Lycanthropia*. ¶ 2. *Bispelliones*, vel *Bispellones* etiam dicuntur veſpillones, die todtengräber, in vetere Gloſſario, νεκροθάπται, κοπετοί, nempe a binis palliis, quod lugubres veſtes ſuis ſuperinducerent. v. Fr. Iunius ad Tertull. de Pallio c. 4 p. 15.

¶ Centipellio, *onis*, m. hundertheutlicht. Sic dicitur venter interior in cervo, Plin. 28, 9, propter multas plicas. v. Hard. no. mai. 25.

¶ Depelliculo, *āre*, pellem detrahere, excoriare, die haut abziehen, apud Celſum.

¶ Tripellis, *e*, habens tres pelles, dreyhäutlicht; ut, *Calva tripellis*, Martial. 6 epigr. 74 al. *Triplis.*

¶ Verſipellis, vide infra in *Verto*.

PELLO, *āre*, obſoletum verbum, quod notionem *loquendi* habuit, ut ex compoſitis, quæ ſuperſunt, manifeſtum eſt. Hinc enim ſunt

¶ Appello, *avi, atum, āre*, id eſt, nominare, vocare, nennen; ut, *Appellare nomine* vel *nominatim, cognomine*, bey namen nennen, einen zunamen geben. Nepos 3, 1, 2; & Plaut. Moſt. 2, 2, 82 & 85 &c. *Appellare unamquamque rem ſuo nomine.* Cic. fam. 9, 22. Cic. fam. 1, 9 fi. (p. 20 Verb.) *nutu ſignificationeque appellare*, h. e. ita deſignare, quaſi appellaſſes. ¶ 2. Significat & alloqui, anſprechen, zuſprechen. *Appellare blande*, Plaut. Caſ. 2, 3, 12. Et, *Appellare litteris aliquem*: Cic. fam. 15, 20 *Quo tolerabilius feramus igniculum deſiderii tui, crebris nos litteris appellato*, ſchreibe uns oft. ¶ 3. Item, implorare, orare, um hülffe anruffen. Cic pro Quint. c. 30 *Quid agendum eſt? qui Deus appellandus eſt?* Nepos 25, 8, 3 *Itaque appellatus eſt a C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut ejus rei princeps eſſe vellet*, er iſt angeſprochen oder gebeten worden. *Appellare de ſtupro aliquem*, Quintil. 4, 2, Val. Max. 6, 1, 7, vel *ſtupri cauſſe*, ibid. n. 11, eſt ſolicitare ſive *attentare pudicitiam alterius*, ut Val. Maximus alibi loquitur, unzucht anmuthen. ¶ 4. Item, debiti admonere, der ſchuld halben erinnern, anſprechen, mahnen. Cic Att. 1, 8 *Tulliola tuum munuſculum flagitat, & me ut ſponſorem appellat.* Val. Maximus 4, 8, 3 *Neque de ſorte quemquam debitorum ſuorum, neque de uſura a ſuis appellari paſſus eſt.* Sic, *de pecunia aliquem appellare*, Cic. Phil. 2, 29 dixit. Sen. ad Marciam c. 10 *Vſus fructus noſter eſt, cujus tempus ille arbiter muneris ſui temperet: nos oportet in promtu habere, quæ in incertum diem data ſunt, & appellatos ſine querela reddere.* Loquitur de externis rebus, quæ commodantur a Deo tantum nobis, non dantur propriæ; ſed reddendæ tempore, cum reposcit. Alphius fœnerator ap. Colum. 1, 7 *Veloptima nomina non appellando fieri mala* dixit. ¶ 5. In jus vocare, vorfordern. Cic. Off. 1, 25 *Cavendum, ne major pœna, quam culpa ſit: & ne iisdem de cauſſis alii plectantur, alii nè appellentur quidem.* ¶ 6. *Appellare* poſtremo eſt, a ſententia judicis inferioris ad ſuperiorem provocare, quod vulgo dicunt appelliren; Ac Cicero quidem & aureæ ætatis ſcriptores, quantum conſtat, non interpoſita præpoſitione dixerunt: *Appellare aliquem.* Cic. pro Quintio c. 20 *Cujus procurator a prætore tribunos appellare auſus ſit.* Male in Nizoliano theſauro legitur, *ad tribunos.* Idem Cic. pro Planc. c. 10 *Appellavi populum: tribubus ſubmiſi me.* Plura dabit Nizolius. Ita Suet. Cæſ. c. 23 *Appellato collegio* ſc. tribunorum. Et L. 1 § 3 de Appellat. & rel *Appellare majorem judicem.* Sed plerumque apud ICtos cum præpoſitione hæc notio eſt; ut, *Appellare ad Imperatorem*, L. 39 Dig. de Minoribus; *a præfectis*, ibidem Lege 16. *Appellare adverſus ſententiam præſidis*, L. 18 Dig. de Accuſationib. *Appellare a crudelitate ad Chriſtum*, Prudent. Romano v. 818. Quin ipſe Quint. 11, 1 p. 978 *Apud eos a quibus appellatum erit, ſi forte ad eosdem remittentur &c.* Singulare eſt, niſi vitioſum Macrob. Sat. 1, 6 extr. *Vicinus ad dominum appellat, reſtitui ſibi pecudem* (interceptam a ſervis). Forte abeſſe debet *ad* & *appellare* ex n. 4 intelligendum. ¶ 7 *Appellare* olim etiam *Applicare*, ut ex Afranio & Lucilio probat Nonius 4, 12.

¶ Appellans, *tis*. Cic. de Orat. 2, 47 *Cum ego illum crebro appellans collegam ei ſuum commendarem.* Salluſt. B. Iug. c 19 *Barbara lingua Mauros pro Medis appellantes.*

¶ Appellatus, *a, um*, genennet; ut, *Is appellatus*, Nepos 18, 13, 2. vid. plura in *Appello* n 3 & 4.

¶ Appellatio, *onis*, f. nominatio, vocabulum, nomen, der name, die benennung. Sic *Appellatio probrioſa*, Gell. 1, 5. Plin. 7, 13 *Omnes qui ſe patris appellatione ſalutari erit.* Gell. 10, 25 *Appellationes navium & telorum vocabula.* Vbi vides *appellationem* & *vocabulum* ſynonyma haberi: cum tamen alii inter hæc duo diſcrimen fecerint, dixerintque, *vocabula* nomina eorum eſſe, quæ corpus & ſpeciem habeant: *appellationes* contra, quæ non habeant; de quo Quint. 1, 4 p. 46. Et ibid. p. 49 *appellationes verbi* ſunt nomina a verbis derivata. Et exiſtimavit Heraldus, ut Caſaubonus notat, huc reſpexiſſe Cæſarem illo dicto, quo, *nihil eſſe reliqui, appellationem modo, ſine corpore & ſpecie*, pronunciavit, ut Suetonius ejus vita c. 77 refert. ¶ 2. Pronunciatio. Cic. de Clar. Orat. c. 74 *Lenis*, inquit, *appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat*, die liebliche ausſpruche. ¶ 3. Provocatio ad judicem alium, das appelliren vom unter- zum ober-gericht; quæ res in libera rep. Romæ minus frequens, ſub principibus in immenſum crevit. Suet. Calig. c. 16 *Magiſtratibus liberam jurisdictionem, & ſine ſui appellatione conceſſit.* Et in Ner. c. 17 *Vt omnes appellationes a judicibus ad ſenatum fierent.* Sed primus ordinavit Auguſtus, Suetonio auctore 2, 33, ubi inprimis Torrentius videndus, itemque Digeſtorum titulus de Appellationibus. Liv. 3, 56 *Appellatio provocatioque adverſus injuriam magiſtratuum*; ad quem locum Glareanus, quomodo a provocatione & interceſſione differat, oſtendit. Dicimus autem non ſolum *appellationem facere ad quem*, ut L. 1 Dig. An per alium: & *fieri*, ſupra ex Suet. Ner. c. 17; verum etiam *interponere appellationem*, l. 24 § 1 de Appellation. & l. ultima ejusd. tituli, principio. *Admittere appellationem*, ibidem l. 6. *Recipere*, vel *non recipere*, titulo hujus rei ſingulari & in Pandectis.

¶ Appellator, *oris*, m. qui a judice ad alium provocat, der da appellirt. Cic. Verr. 4, 65, cum dixiſſet *Prætor appellatur* contra libertatem populi Syracuſani; addit, *nihil ægrius factum eſſe, quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.* Et l. 7 Dig. Quando appelland. *Nihil nocere appellatori.* Et l. 23 Cod. de Appellation. *judicium ſacrum appellator obſervet.* Et l. unica Dig. Si pendente, *Appellatore defuncto.*

¶ Appellatōrius, *a, um*, ad appellationem pertinens, zum appelliren gehörig; ut, *Libelli appellatorii*, l. 1 Dig. de Appellationibus: & *appellatoria tempora*, l. 5 Dig. de appellat. recip. § ult.

¶ Appellīto, *āre*, frequent. nennen. Apul. Apol. p. 270 *Hoccine eſt, quod appellitabatis dæmonium?* Et Feſtus: *Appellitaviſſe, appellaſſe.*

¶ Appellatīvus, *a, um*: ut, *Nomen appellativum* apud Grammaticos, quod multis naturaliter commune eſt. v. Chariſ. p. 126.

¶ Compello, *avi, atum, āre*, eſt *alloqui*, anreden. *Blande aliquem compellare*, Plaut. Pœn. 3, 3, 72. *Compellare nominatim*, Aut. ad Herenn. 1, 14. conf. Ovid. Met. 3, 147; Virg. Æn. 2, 280 &c. ¶ 2. Aliquando idem ferme, quod accuſare, anklagen, zu rede ſetzen. C. Nepos 7, 4, 1 *Hoc crimine ab inimicis compellabatur.* Id. 20, 1, 5 *Quin eum fratricidam impiumque deteſtans compellaret*; quo loco idem eſt ac increpare, convitio objurgare. Liv. 34, 2 *Ne compellatæ a Conſule viderentur*, ubi Duker. vide & Turn. Adv. 16, 21. Sic apud Suet. Cæſ. c. 17 extr. *Compellare majorem poteſtatem* deferre Caſaub. interpretatur. v. Burmann. ad h. l.

¶ Compellans, *tis*. Horat. 1 ſat. 7, 31 *Magna compellans voce cucullum.*

¶ Compellatio, *ōnis*, f. die anrede, bezüchtigung, ſchelt-worte. Cic. fam. 12, 25 *Crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit.* Et Gell. 1, 5 *Maledictis compellationibusque probroſis jactatus eſt.*

¶ Interpello, *āre*, einem ins wort fallen, darzwiſchen reden. Cic. Tuſc. 1, 7 *Nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo.* Horat. 1 ſat. 9, 26 *Interpellandi locus hic erat.* ¶ 2. Etiam impedimentum ſine verbis & ſermone aut interruptam rem ſignificat, dare zwiſchen kommen, verhindern, unterbrechen. Matius Cic. fam. 11, 28 extr. *Sin caſus aliquis interpellarit.* Liv. 4, 43 *Tribuni interpellant interregem, ne SCtum de comitiis conſularibus faciat*, id eſt interceſſione prohibent. Curt. 4, 6, 8 de cuniculis: *Nec ſaxa cotesque, quæ interpellent ſpecus, obſtabant.* Et, 6, 6, 12 *Otium interpellandum erat bello.*

¶ Interpellatus, *a, um*, unterbrochen, gehemmet, gehindert. Cic. Att. 1, 19 *Hæc tota res interpellata bello refrixerat.* Cæſ. B. Civ 3, 105 *Ampius interpellatus adventu Cæſaris profugit.* Liv. 9, 14 *Ob interpellatam dulcedinem iræ.*

¶ Interpellātio, *onis*, f. der einſpruch, die hinderniß. Cic. Partit. Orat. c. 8 *Si interventus alicujus, aut interpellatio dederit occaſionem.* Idem fam. 6, 18 *In literis ſine ulla interpellatione verſor.*

¶ Interpellator, *oris*, m. der dazwiſchen redet, oder einen hindert. Cic. Att. 16, 13 *Interpellatores illic minus moleſti.* Et Off. 3, 14 *Diebat, ſe hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet.* Utroque loco ſalutatores inprimis intelliguntur, verdrußliche viſitenmacher.

¶ Interpellatrix, *īcis*, fœm. Hieron. epiſt. 3 ad Heliodorum, ſive Nepotiani Epitaphio p. 8 *Interpellatrix duri judicis vidua*, ad Chriſti verba Luc. 18, 5 reſpiciens, die den richter oft anläufft.

PELLO, *pepŭli, pulſum, pellĕre*, tertiæ conjugationis, abigere, extrudere, fugare, treiben, vertreiben. Ter. Eun. 2, 1, 9 *Iſtum æmulum quod poteris, ab ea pellito.* Sic, *Pellere aliquem domo, regno, ſedibus, poſſeſſionibus, patria, civitate.* v. Nepos 3, 1, 3; & 19, 3, 1 &c. *Pellere in exilium*, Cic. de Orat. 2, 13. *Pelli foras*, Ter. Eun. 5, 9, 11. *Pellere metum*, Id. de Fin. 4, 5. ¶ 2. Ferire, percutere, pochen. *Tune has pepulisti fores?* Ter. Adelph. 4, 5, 3. v. *Pulſus* n. 2. ¶ 3. *Pellere* eſt movere, concitare, ſicut affectus ſolent, treffen, bewegen. Cic. in Orat. c. 53 *Pellere animum.* Et Liv. 30, 14 pr *Hæc cum dixiſſet, non mediocri cura Scipionis animum pepulit.* Id. 3, 30 *Is metus pepulit, ut ſcribi militem tribuni juberent.* Rurſus Cic. fam. 4, 13 *Nulla me ipſum privatim pepulit inſignis injuria.* ¶ 4. Præteritum *pulſerat* pro *pepulerat* ſibi indulſit Ammianus 30, 5 ext.

¶ Pellens, *tis*. Ovid. Met. 14, 216 *Glande famem pellens, &c.* Horat. 2 od. 11, 7 *Pellente laſcivos amores canitie.*

¶ Pellōnia, *æ*, f. Dea, quæ pellendis hoſtibus præerat. v. Arnob. lib. 4 p. 128; & Auguſtin. de C. D. 4, 21. Adde Duker. ad Liv. 39, 7.

¶ Pulſus, *a, um*, vertrieben, geſchlagen. Nepos 16, 1, 4 *Pulſus patria caret.* Propert. 3, 13, 51 *Auro pulſa fides.* Vellej. 2, 26, 1 *Pulſus a Sulla acie.* Virg. Æn. 1, 382 *Pulſus corde dolor.* ¶ 2. *Pulſi pueri*, i. e. pulſati, verberati, Cic de Fin. 5, 18 pr.

¶ Pulſim, adv. i. e. per pulſum, Nigidius apud Non. 2, 281.

¶ Pulſus, *us*, m ſubſt. der trieb der ſchlag, die bewegung, berührung. Virg. Æn. 7, 722 *Pulſu pedum tremit tellus.* Adde Æn. 12, 334, 445 & 533; Cic. Tuſc 1, 23; It. Divin. 2, 61 & 67; & de Orat. 1, 35; Cæſ. B. G. 3, 13; Laber. ap. Nonium 2, 637; Liv. 22, 19; & 27, 37. *Immanis pulſus undarum*, Ammian. 31, 8. *Vrbis terræ pulſu vim ata*, Id. 23, 1. Sic & *Pulſus venarum*, Plin. 2, 97, der puls. Id. 11, 37 *Arteriarum pulſus, in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum.* Sic Tac. An. 6, 50, 4 *Pulſum venarum attingere*, am puls fühlen. Plur. Silius 14, 488 *Senis duſtor Rhœteius ibat Pulſibus*, pulsa remorum. ¶ 2. Eſt & Aſtronomorum vocabulum. Nam quod τροπὴ (unde *circuli tropici* dicti) Græcis, id *pulſus* Latinis appellatur. Vide Grotium ad Aratea Avieni v. 69.

¶ Pulsio, *onis*, f. idem. Arnob. 4 p. 129 de Pellonia dea: *Statricque favorem ac ſuffragium commodarit, nominis ſui vim credat, quæ partis unius in pulſione formatum eſt.*

¶ Pulſo, *avi, atum, are*, frequent. eſt percutere, klopffen, pochen, blauen, ſchlagen. *Pulſare oſtia*, Horat. 1 ſat. 1, 10. *Pulſare tellurem pedibus*, mit den füßen ſtampffen. Idem 1 od. 37, 1 *Pulſare cithara*m, auf der harffe ſpielen, Virg. Æn. 6, 647. *Ictibus clypei pulſabant oculos*, fielen in die augen. Sil. 6, 436. ¶ 2. Non raro *pulſari* dicuntur, qui vapulant. Tac. Hiſt. 4, 45, 1 *Matrius Patricii ordinis ſenatorii, pulſatum ſe in colonia Seni niſi querebatur.* *Pulſamur* autem manu; *cædimur* aut *verberamur* fuſtibus, flagris: Itaque *verberari* gravius, quam *pulſari*: unde & ICti diſcrimen faciant, de quo vide Chriſtoph. Coleri Parerga c. 36. ¶ 3. Barthio auctore ad 4 Theb. Statii p. 1109 & 1110 *Pulſari* omnia dicuntur, quæ ſollicitantur, evocantur, & quocunque modo poſcuntur, quod multis ibi oſtendit. Sic Claud. B. Gildon. v. 170 *Crimine pulſatur falſo*, i. e. *labefactatur, evertitur, conpetitur.* Symmach. 3 epiſt. 69 *Cum tua quoque fama pulſata ſit.* conf. Stat. 5 Silv. 5, 79, l. 2 § 5 ff. de Iudiciis.

¶ Pulſans, *tis*. Virg. Æn. 5, 138 *Corda pavor pulſans.* Id. Georg. 4, 313 *Ut nervo pulſante ſagittæ.* Iuvenal. 9, 62 *Cymbala pulſans.* Stat. Theb. 4, 477 *Solvite pulſanti loca.*

¶ Pulſatus, *a, um*, geklopfft, geſtoſſen, geſchlagen. Ovid. Pont. 3, 1, 1 *Æquor pulſatum remige.* Virg. Æn. 3, 555 *Pulſata ſaxa.* Id. Æn. 4, 608

Hic quibus inviſi fratres, dum vita manebat,
Pulſatusve parens aut fraus innexa clienti &c.

Liv. 3, 11 extr. *Pulſatos ſe querentes.*

¶ Pulsātio, *onis*, f. das ackloppfe, die ſchläge. Cic. pro Cælio c. 10 *De ſeditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulſatione Puteolana.* Liv 31, 39 *Majore cum ſonitu, quam vulnere ullo, pulſatio ſcutorum ſuccedentes Romanos tenuit.*

¶ Pulſator, *oris*, m. der da ſchläget; ut, *Citharæ pulſator Apollo*, Val. Flaccus 5, 693 ein harffen-ſchläger. Et, *Pulſator aurium mearum*, Auguſtin. Confeſſ. 10, 31, der einem in ohren liegt.

¶ Pulsābŭlum, *i*, n. pecken, quo fides pulſantur, plectrum, ein klöppel, ſchlägel. Apul. Florid. 2 p. 351 *Dextera pſallentis geſtu ſuo pulſabulum citharæ admovet, ceu parata percutere.*

¶ Pulſuōſus, *a, um*, i. e. pulſibus plenus, ſchlagend. Cæl. Aurel. Tard. 5, 10 *Pulſuoſus dolor.* conf. eumdem Acut. 2, 14.

¶ Pulto, *āre*, idem quod *pulſare* apud comicos; ut, *Pultare oſtium*, Ter. Heaut. 3, 1, 1. *Pultare fores*, Plaut. Bacch. 4, 1, 68 &c. *Pultare pectus digitis*, Id. Mil. 2, 2, 47. v. Quint. 1, 4 ed. Burm. p. 43, ubi cum *mertare* pro *merſare* jungitur.

¶ Pultatio, *onis*, f. idem quod *pulſatio*. Plaut. Truc. 2, 2, 3 *Ad haſce acceſſio ædes & pultatio.*

Compoſita:

¶ Abspello, ſive Aſpello, *ĕre*, ab *abs*, wegtreiben. Plaut. Capt. 3, 3, 4 *Neque adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat metum* Et Cic. Tuſc 2, 10 ex poëra: *Sed longe a leto numine aſpellor Iovis:* id eſt, pellor vel repellor. Adde Plaut. Merc. 1, 2, 5; & Trin. 3, 2, 46.

¶ Abspulſus, *a, um*, eſt ab aliquo pulſus, apud Frontonem de Serm. Lat. p. 1331.

¶ Appello, *appuli, appulſum, ĕre*, antreiben, anlanden, ankommen. Cic. Verr. 5, 25 *Appellitur navis Syracuſas.* Et de Nat. D 3, 34 *Cum ad Peloponneſum claſſem appuliſſet.* conf. Nep. 8, 4, 4. Ap. Livium tamen 8, 3 abſolute legitur, *Alexandrum Epiri regem in Italiam claſſe appuliſſe conſtat.* Tac. A. 2, 24, 3 *Sola Germanici trivemis Chaucorum terram appulit.* & A. 4, 27, 2 *Quum--tres biremes appulere.* Ter. Andr. 4, 6, 12 *Haud auſpicato huc me appuli*, ich bin hieher kommen. Id. prol. Andr. v. 11 *Appellere animum ad ſcribendum*, pro adjungere, applicare, ſich auf das ſchreiben legen. Et Cic. de Orat. 2, 37 *Appellere animum ad philoſophiam.*

¶ Appulſus, *a, um*, angetrieben, angeländet; ut, *Appulſa claſſis*, Cic. Verr. 3, 33; & Nep. 1, 4, 2. *Magno numero navium appulſo*, Cæſ. B. G. 3, 3.

¶ Appulſus, *ûs*, m. ſubſt. pro acceſſu, qui fit navigio, die anländung. *Claſſem a litorum appulſu arcere*, Liv. 27, 30. *Omnes nimios & frigoris & caloris appulſus ſentire*, Cic. de Nat. D. 2, 56. Id. Div. 1, 30 *Deorum appulſu homines ſomniant.*

¶ Circumpulſo, *are*, herumſchlagen. Stat. Theb. 6, 228 *Lituis aures circumpulſantur acutis*, ſie werden gerühret, betäubet.

¶ Cispello, *ĕre*, eſt diverſim & ex loco pellere & abigere, vertreiben. Plaut. Amph. 3, 4, 17 *Inde optime cispellam virum.*

¶ Compello, *puli, pulſum, ĕre*, cogere, congregare in unum locum, treiben, nöthigen zwingen. Virg. eclog. 7 pr. *Compulerantque greges Corydon & Thyrſis in unum.* Sic, *Domum aliquem vi & armis compellere*, Cic. pro Mil. c. 27. *Compellere in anguſtias*, Id. Acad. 4, 35. *Compellere tyrannum ad mortem*, Quintil. 7, 3.

¶ Compulſus, *a, um*, getrieben, bewogen. Virg. Æn. 1, 579 *Rex noto* (vento) *compulſus.* Curt. 8, 8, 2 *Rabie compulſus.*

¶ Compulſus, *ûs*, m. ſubſt. die zuſammenſtoſſung. Apul. Met. 8 p. 203 *Incendio feritatis ardeſcens dentium compulſu &c.*

¶ Compulſio, *ōnis*, f. die nothigung. Caſſiodor. 12 epiſt. 10 *Quid egit totius anni ſuſcepta compulſio?*

¶ Compulſor, *oris*, m. ein nöthiger, treiber; ut, *Compulſor bovis*, Pallad. 7, 2. Caſſiodorus 1, 2 *Non compulſorem ad te mittimus, ſed ultorem.* Ammianus 22, 8 (Valeſ. c. 6 pr.) *Si compulſori quidquam dederit, ut levari debito poſſit*; ubi vide Valeſium interpretantem p. 302, quod nimirum is ſit, qui fiſcalia debita exigit, & lentos debitores ad ſolvendum compellit, ein preſſer, exequirer. Horum mentio fit etiam Lege 15 Cod. Theod. de Exactionibus. Ennodius 7 epiſt. 10 *Compulſoris functus officio*, ubi Sirmondum adde p. 32. Gloſſ. gr. lat. ἐπακτης, *Compulſor.*

¶ Compulso, *are*, frequentativum, zuſammen ſtoſſen. Apulej. Met. 7 p. 197 *Ore improbo compulſat & morſicat.* Tertull. Apol. c. 20 *Regnis regna compulſant.*

¶ Compulſatio, *onis*, f. ſtreit. Tertull. ibidem c. 21 *Compulſatio inter nos & illos eſt.*

¶ Compulsāmentum, *i*, n. der zwang, die nöthigung. Fulgent. Mythol. 3 *Sororum compulſamento percita.*

¶ Compulſoriālis, *e*, antreibend; ut, *Litteræ compulſoriales*, ſcharffe befehle, ap. ICtos.

¶ Depello, *ĕre*, arcere, abigere, prohibere, abhalten, abtreiben, ut, *Periculum a ſe depellere*, Cic. pro Cluent. c. 6. *Depellere morbum*, Idem fam. 7, 27 extr. *Depelli ſententiâ*, Cic. Tuſc. 2, 6; & *De ſententia*, pro Ligario c. 9. *De ſpe*, Cic. Catil. 2, 7. *Dionyſium tota Sicilia depulit*, Nep. 20, 2, 2. ¶ 2. Eſt & ruſticum, & de pecoribus dicitur, quæ ablactantur, wenn ſie abgeſtoſſen, abgeſetzt, entwohnet werden. Virg. ecl. 7, 15 *Depulſos a lacte domi quæ clauderet agnos.* Hos *prohibere a matribus*, Idem dixit Georg. 3, 398. Varro R. R. 2, 2 *Cum depulſi ſunt agni a matribus.*

¶ Depulſus, *a, um*, abgetrieben, verdrungen. Cic de N. D. 2, 54 *Stomachus agitatione & motibus linguæ depulſum & quaſi detruſum cibum accipit.* Sic, *a gradu, a re depulſus*, Nep. 2, 5, 3; & 14, 7, 3. *Depulſi muris ad portam tuendam concurrunt*, Liv. 42, 54. Antique Aut. ad Herenn. 4, 10 *Præceps in Neptunias depulſus lacunas*: pro *depulſus.*

¶ Depulſum, *i*, n. ſubſt. ein vertreibungs-mittel. Val. Max. 1, 1, 1 *Portentorum depulſa expiticare.*

¶ Depulſio, *onis*, f. die abtreibung: ut, *Depulſio ſervitutis*, Cic. Phil. 8, 4; *mali*, Id. de Fin. 2, 13; &, *doloris*, Id. de Fin. 5, 7 pr.

¶ Depulſor, *ōris*, m. ein antreiber. Cic. Phil. 2, 11 *Depulſor dominationis.* Eſt & Iovis cognomen in Gruteri Inſcript. p. 20 n. 3, i. e. ἀλεξικακος, ἀλεξητήριος, *averruncus.*

¶ Depulsōrius, *a, um*, wegtreibend. Sic, *Numinibus per ſacra depulſoria ſupplicans*, Ammian. 25, 5. Sunt autem *depulſoria ſacra*, quibus mala depelluntur, abwendungs-opffer. Meminit & Plinius 28, 2, ubi cum *impetritis* & *commendatitiis* jungit.

¶ Depulſo, *are*, frequentativum, offt wegtreiben. Plaut. Stich. 2, 2, 13 *Cubitis depulſare de via.*

¶ Depulſatio, *onis*, f. die wegtreibung, abwendung. Apul.

¶ Depulſator, *oris*, m. ein wegtreiber, apud Auguſtinum.

¶ Depulsīto, *are*, idem quod *Depulſo*. Gloſſ. gr. lat. *Depulſitaſſe*, ἀποωθηκένη.

¶ Diſpello, *ĕre*, in diverſum pellere, hin und wieder verjagen, zertreiben; ut, *Diſpellere caliginem ab animo*, Cic. Tuſc. 1, 26. *Quos æquore turbo diſpulerat*, Virg. Æn. 1, 515.

¶ Diſpulſus, *a, um*, von einander getrieben. Cic. ad Attic. 7, 7 *Pecudes diſpulſæ ſui generis ſequuntur greges.*

¶ Expello, *ĕre*, ejicere, exſtirpare, ausſtoſſen, ausjagen, vertreiben; ut, *Expellere domo, finibus, civitate, regno. Expellere bonis & fortunis*

fortunis omnibus, Cic. in Verr. 2, 25. *Expellere e patrimonio*, Id. pro Roſc. Am. c. 50. *Expulit helleboro morbum*, &c. Horat. 2 epiſt. 2, 137.

¶ Expulſus, *a, um*, ausgetrieben, verſtoſſen. Cic. pro Cluent. c. 5 *Expulſa atque exturbata filia.* Virg. Æn. 1, 624 *Finibus expulſus patriis*, ein erulant. Nep. 1, 3, 5 *Poteſtate expulſi.*

¶ Expulſio, *ōnis*, f. die ausſtoſſung, verjagung; ut, *Civium bene meritorum expulſiones*, Cic. Off. 2, 6.

¶ Expulſor, *ōris*, m. ein austreiber. Cic. pro Quintio c. 8 pr. *Acerrimus bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor.* Nep. 10, 10, 2 *Tyranni expulſor.* Et Lactant. 5, 10 ſub fin. *Expulſor patris ſui Iupiter.*

¶ Expultrix, *īcis*, f. ut, *Philoſophia expultrix vitiorum*, Cic. Tuſc. 5, 2; Fabr. Cod. *exultrix.* v. Gruter. & Apul. de Mundo pr.

¶ Expulſo, *are*, frequent. Martial. 14 epigr. 46 *Si me ſcis expulſare, &c.*

¶ Expulſatus, *a, um.* Ammianus 23, 6 *Seleucia per duces expulſata*, h. e. expugnata.

¶ Expulſim, adverb. i. e. expellendo, ſchlagweiſe. Varro apud Nonium 2, 281 *Videbis pueros pila expulſim ludere*, den ball ſchlagen.

¶ Impello, *ĕre*, urgere, incitare, antreiben, ſtoſſen, dringen; ut, *Ad ſcelus aliquem impellere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 14. *Barbaros ad bellum impellere*, Id. pro Sylla c. 13. *Ad quodvis maleficium homines impellit avaritia*, Auct. ad Herenn. 2, 22. *Impuliſtis me in hunc caſum*, ihr habt mich in das unglück gebracht, Cic. Att. 3, 9. conf. ibid. 3, 13.

¶ Impellens, *tis.* Virg. Georg. 4, 305 *Zephyris impellentibus undas.* Iuſtin. 4, 5, 4 *Impellente fato.*

¶ Impulſus, *a, um*, bewogen, fortgetrieben. Nepos 1, 5, 2 *Ejus auctoritate impulſi Athenienſes.* Vellej. 2, 51, 3 *Prælio graviter impulſi milites.* conf. c. 70 n. 1. Ovid. Met. 10, 145 *Impulſus tentavit pellice chordas*, er hat die ſaiten gerührt.

¶ Impulſus, *ūs*, m. ſubſt. der antrieb; ut, *Sua ſponte, non externo impulſu*, Cic. Nat. D. 2, 11. Ter. Hec. 2, 1, 45 *Vbi duxere veſtro impulſu*, h. e. hortatu, ſuaſu, juſſu.

¶ Impulſio, *ōnis*, f. die treibung, der anſtoß. Cic. de Vniverſ. c. 5 *Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur & frangitur.* Addo Arnob. lib. 7 p. 234.

¶ Impulſor, *ōris*, m. ein antreiber, aufreizer. Ter. Eun. 5, 5, 18 *Me impulſore hoc non fecit*, hoc eſt, meo impulſu. *Suaſor & impulſor profectionis meæ*, Cic. Att. 16, 7. *Impulſore Chreſto*, Sueton. Claud. c. 25.

¶ Impulſtrix, vel Impultrix, *īcis*, f. Afran. ap. Nonium 2, 631.

¶ Perpello, *ĕre*, inducere, zu etwas bringen, bereden, bewegen. Ter. Andr. 4, 1, 38 *Suadere, orare, usque adeo, donec perpulit.* Liv. 1, 59 *Incenſam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret. Perpellere ad deditionem*, Idem 32, 14. Et 2, 61 idem Livius: *Illum* (Ap. Claudium) *non minæ plebis, non ſenatus preces perpellere unquam potuere, ut &c.* Curt. 8, 6, 8 *Sua ſponte motum perpulit.* ¶ 2. *Perpello* & *Percello* quid differant, vide ſupra in *Percello.* Cæterum Gronovius loco Livii ibi citato illud etiam contra Gifanium aliosque tuetur, *perpellere* nunquam eſſe pulſando evertere, ſed ea loca, ubi ita videatur poſitum, emendanda eſſe in *Percellere.*

¶ Propello, *ĕre*, procul amovere, von ſich treiben, forttreiben; ut, *Hoſtem a caſtris propellere*, Liv. 7, 24. *Impetum inimicorum propellere*, Aut. decl. Antequam iret c. 1. Et, *Navem remis propellere*, Cic. Tuſc. 4, 5.

¶ Propellens, *tis.* Lucret. 4, 286 *Alium præ ſe propellens aëra.*

¶ Propulſus, *a, um*, fortgetrieben, geſchlagen. Lucan. 7, 789 *Cernit propulſa cruore Flumina.* Cæſ. B. Gall 8, 19 *Victi propulſique.* Et Hirt. B. Hiſp. c. 26 *Adverſarios adhuc propulſos habemus.*

¶ Propulſus, *ūs*, m. ſubſt. der ſtoß, die forttreibung. Seneca Quæſt. Nat. 5, 14 *Ventum propulſu ſuo concitare.*

¶ Propulſor, *ōris*, m. der forttreiber. Venantius Fortunatus 3 de vita Martini v. 301 *Cornigeri pecoris propulſor*, i. e. bubulcus.

¶ Propulſo, *avi, atum, are*, frequent. wegſchlagen, abtreiben; ut, *Propulſare hoſtem*, Cæſ. B. Gall. 1, 49. Et, *Bellum mœnibus propulſare*, Liv. 3, 69. *Periculum propulſare*, Cic. pro S. Roſc. c. 3; & Salluſt. B. Iug. c. 51.

¶ Propulſans, *tis.* Curt. 9, 4, 31 *Clypeo incidentia tela propulſans.* Id. 9, 2, 6 *Vix diurno quæſtu propulſans famem*, der ſich des hungers kaum erwehren kan.

¶ Propulſātus, *a, um*, fortgeſchlagen, abgetrieben. Hinc

¶ Propulſatio, *ōnis*, f. die abtreibung, abwendung. Cic. pro Sylla c. 1 *Propulſatio periculi.*

¶ Propulſātor, *oris*, m. der abtreibet. Val. Max. 7, 8, 7 *Propulſatores odio inſecutus.* Arnob. 7 p. 249 de Æſculapio: *Valetudinum peſſimarum propulſator.*

¶ Repello, *ĕre*, rejicere, propellere, zurück halten, jagen, treiben. ut, *Hoſtem armis repellere, fugare, avertere*, Cic. pro Cæcin. c. 12. *Dolorem a ſe repellere*, Id. de Fin. 1, 9, von ſich abweiſen. Et, *Repellere vim vi*, pro Sextio c. 17. Et, *Repellere a conſulatu*, Id. Catil. 1, 10. ¶ 2. *Repello* & *Refello* confund. ubi vid.

¶ Repulſus, *a, um*, retro pulſus, abgewieſen, zurückgetrieben. Vellej. 2, 63, 1 *Per colloquia repulſus a Lepido.* Salluſt. B. Iug. c. 110 *Si quid meque vobisque dignum petiveris, haud repulſus abibis*, du ſollſt keine abſchlägige antwort bekommen. *Repulſus* ſimpliciter is, qui cum honorem a populo peteret, impetrare eum non potuit, vocatur a Cic. de Haruſp. Reſp. 26. Inde *Repulſor*, Cato ap. Feſtum comparative formavit.

¶ Repulſus, *ūs*, m. ſubſt. das zurückſchlagen; ut, *Scopulorum repulſu*, Cic. Divin. 1, 7 extr. Et Claudian. B. Gildon. v. 433 *An Mauri fremitus raucosque repulſus Vmbonum, & veſtros paſſuri cominus enſes?* hoc eſt, repercuſſus & pulſationem ſcutorum num ſuſtinebunt Mauri, qui Gildoni militabant.

¶ Repulſa, *æ*, f. rejectio a magiſtratu, die abweiſung, abſchlägliche antwort, fehlbitte. v. Val. Max. 7 c. 5 tot. Sic autem dicimus: *Accipere repulſam*, conatu ſuo fruſtrari, repudiari, einen bloſſen ſchlagen. Cic. pro Plancio c. 21 *Marius, duabus ædilitatis acceptis repulſis, conſul eſt factus.* Et, *repulſam ferre*, Nepos 4, 2, 5, einen korb bekommen: Cic. Att. 5, 19 *Scribis, libenter repulſam tuliſſe eum &c.* Contra, *Sine repulſa magiſtratum aſſequi*, Id. in Piſon. c. 1. Ovid. Heroid. 20, 167 *Gravior mihi morte repulſa eſt.*

¶ Repulſio, *onis*, f. die zurücktreibung. Cæl. Aurel. chron. 2, 7, 112 *Repulſione arguere aliquem*, i. e. refutare.

¶ Repulſo, *are*, frequent. zurück ſtoſſen. Vnde

¶ Repulſans, *tis.* Lucret. 4, 583 *Colles verba repulſantes*: & v. 912 eod. lib. *Vera repulſanti diſcedas pectore dicta.*

¶ Repulſorius, *a, um*, ut, *Cohortes repulſoriæ.* Ammian. 24, 12 (Valeſ. c, 4,) quæ diſpoſitæ ſunt ad hoſtium incurſiones repellendas, die einen ort, fouragirer, oder arbeitende bedecken ſollen.

¶ Semipulſus, *a, um*, halbgeſchlagen. Fragm. Cenſorino adjectum c. 14 *Semipulſus onere gravi.*

PELLOS, vel Pellus, *i*, m. πέλλος, avis, quæ Latinis *ardea* dicitur, ein reiger. Plin. 10, 60.

¶ Pelluceo, pellucidus, Pelluvium, vide ſupra *Lux, Luo.*

Peloponneſus, &c. vide ſequens *Pelops.*

PĔLOPS, *ŏpis*, m. Πέλοψ, Tantali, Phrygum regis, filius, quem cum pater coctum diis appoſuiſſet, ſola Ceres humerum ejus abſumpſit; Ideo a Iove in vitam revocatus accepit eburneum. Equorum pernicitate vicit Oenomaum, adduxitque ex pacto filiam ejus Hippodamiam uxorem. v. Cic. Tuſc. 3, 12; Ovid. Met. 6, 404. Virg. Georg. 3, 7 *Humeroque Pelops inſignis eburno.* Plin. 28, 4 *Elide ſolebat oſtendi Pelopis coſta, quam eburneam affirmabant.* Hard. in MSS. reperit *Hoſtiliam*, tentatque legere *ſcapulam*, quæ certe *humero* propior quam *coſta.*

¶ Pelŏpĭdæ, *arum*, m. pl. a Pelope oriundi. Ob Atrei & Thyeſtis ſcelera, *Pelopidæ* pro quibusvis tyrannis dicuntur: ut cum Cicero e veteri poëta ad Atticum 15, 11 ait, *Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam*, quem etiam verſum reſpexit ad Att. 14, 12 & fam. 7, 28 & 30. ¶ 2. *Pelopidas*, Thebanus militaris rei gloria clariſſimus, de quo Nepos.

¶ Pelŏpēĭus, *a, um*, adj. ut, *Arma Pelopeia*, Ovid. Met. 8, 625.

¶ Pelŏpēus, *a, um*, idem, ut, *Mœnia Pelopea*, Virg. Æn. 2, 193.

¶ Pelopea, *æ*, f. filia Thyeſtæ, mater Ægiſthi. vid. Ovid. Ibis v. 359, & Iuvenal. ſat. 7, 92.

¶ Pelopēis, *ĭdis*, & Pelopēias, *ădis*, patronymica fœminina.

¶ Peloponnēſus, *i*, f. Πελοπόννησος, peninſula Achaiæ continens, quæ *Morea* hodie dicitur; ſi veterem gloriam ſpectes, nulli terræ nobilitate poſtferenda. Nomen habet a Pelope, cum ante Apia, aut Pelasgia appellata fuerat. v. Plin. 4, 4 pr. & ibi Harduin.

¶ Peloponnenſis, *e*, adj. Curt. 7, 4, 32 *Peloponnenſium defectio.*

¶ Peloponneſius, *a, um*, idem; ut, *Civitates Peloponneſiæ*, Cic. ad Attic. 6, 2.

¶ Peloponneſiăcus, *a, um*, idem, ut, *Bellum Peloponneſiacum*, Cic. Offic. 1, 24, & Nepos 7, 3, 1: quod altera forma idem 9, 1, 2 *Peloponneſium* dixit. Illud vero ex Græco Πελοποννησιακὸς eſt. De ipſo bello 27 annorum, Thucydidem legas, qui accuratiſſime perſcripſit.

PĔLŌRIS, *ĭdis*, f. πελωρὶς, conchylii genus, eine meerſchnecke, muſchel; v. Plin. 32, 9 & 11; Horat. 2 ſat. 4, 32; Varr. de L. L. 4, 12; Martial. 6 epigr. 11 *Tu Lucrina voras, me paſcit aquoſa peloris.*

PĔLŌRVS, *i*, m. πέλωρος, Siciliæ promontorium. Silius 14, 79 *Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus.*

¶ Pelŏris, *ĭdis*, f. πελωρὶς, idem. Cic. Verr. 5, 3 *Ad Peloridem.* Avienus Deſcript. Orbis v. 636 *Celſa Peloris.* Dionyſius Afer v. 472 ἠεμόεσσα Πελωρίς.

¶ Pelŏrias, *ădis*, f. alia forma, idem. Ovid. Faſt. 4, 479 *Iamque Peloriadem, Lilibeaque, jamque Pachynon Luſtrarat.*

¶ Pelŏritanus, *a, um*, adj. ut, *Peloritana regio*, quæ ad Pelorum: Solinus de Sicilia c. 5.

PELTA, *æ*, f. πέλτη, ſcutum breviſſimum, ein kurzer runder ſchild. Virgilius *Peltas lunatas*, dixit, quia forma earum lunæ creſcentis ſimilitudinem referret; Æn. 1, 491 *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.* Liv. 28, 5 *Pelta cætræ haud diſſimilis eſt.* v. Aldum Manutium Quæſitis per epiſt. part. 3 epiſt. 6. Adde Alex. ab Alex. 6, 22, & expreſſas peltarum figuras apud Pierium Hieroglyph. lib. 42. Item Lipſ. Analect. Milit. Rom. 3 n. 2.

¶ Peltatus, *a, um*, pelta utens, mit einem ſolchen ſchild verſehen. Liv. 28, 5. Et Ovid. Amor. 2, 14 pr. *Peltatæ puellæ.* add. Drakenb. ad Sil. 2, 80.

¶ Peltifer, *a, um*, idem. Statius Theb. 12, 761.

¶ Peltaſta, *æ*, m. πελταστὴς, idem. Nepos 11, 1, 4 *Peltaſtæ pedites.* Liv. 31, 36 pr. *Cetratos, quos peltaſtas vocant, in inſidiis abdiderat.* vide laudatum Livii locum in *Pelta.* Adde iis Rigalt. in Gloſſario Tactico p. 143.

Pelvis, vide ſupra *Luo.*

PĒLŪSIVM, *i*, n. Πηλούσιον, oſtium Nili extremum, Arabiam verſus: & civitas Ægypti ad dextram illius ripam.

¶ Pēlūſius, & Peluſiticus, *a, um*, adject. Martialis 13 epigr. 9 *Accipe Niliacam, Peluſia munera, lentem.* Virg. Georg. 1, 128 *Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.* Cæterum *Peluſiacam lentem* dixit, vel quod ibi primum inventa lens; vel quod optima ibi naſcitur, ut Servius interpretatur. B. Hieronymus, *Peluſiacam lentem* Virgilio dictam accepit, non quod ibi genus hoc leguminis gignatur vel maxime, ſed quod e Thebaide & omni Ægypto per rivum Nili illuc plurimum deferatur. Sic Statius l. 4 Silv. ult. *Niliacum thus* dixit, non quod ibi naſcatur, (in ſola enim Arabia provenit,) ſed quod interpoletur ibi, & inde Romam deportetur, de quo Plinius 12, 14 *Peluſiaca palus*, Prudent. adv. Symmach. 2, 924.

¶ Peluſianus, *a, um*, idem; ut, *Peluſiana mala*, Colum. 5, 10.

Peminoſus, vide *Pæminoſus* in *Pædor.*

PEMMA, *ătis*, n. πέμμα, placentæ genus, kuchen, butter-gebackens. Dioſc. 2, 83. Pro *penia* & pro *remma* Scaliger reſtituit Varroni ap. Nonium 2, 483. Plur. *Pemmata* ſunt bellaria, menſæ ſecundæ, cupediæ, confect; v. Heſych. & Athen. lib. 14 & inprimis Gell. 13, 12.

Pena-

Penarius, vide infra *Penus.*

PĔNĀTES, *um*, m. plur. Dii domestici, tutelares: *Omnes Dii, qui domi coluntur*, ut Servius interpretatur, haus-götter. Tertull. ad Nation. 1, 10 *Deos, quos Lares & Penates domestica consecratione perhibetis.* Distinguuntur tamen L. 12 Cod. Theod. de pagan. sacrif. & templ. *Larem igne, mero Genium, Penates nidore veneratus.* Vet. Gloss. *Penates*, πατρῶοι θεοί. Hinc, *Dii patrii ac penates*, Cic. Verr. 4, 8. Ter. Phorm. 2, 1, 82 *At ego Deos penates hinc salutatum domum divertar.* Cic. Nat. D. c. 27 *Nec longe abjunt hâc vi Dii penates: a* PENV *ductο nomine, (est enim omne, quo vescuntur homines penu) sive ab eo, quod* PENITVS INSIDENT, *Ex quo etiam* PENETRALES *a poetis vocantur.* Confirmat hæc postrema Ciceronis Seneca Theb. v. 340 *Ferte arma: facibus petite penetrales Deos.* Et ita Tacitus etiam vocat An. 2, 10, 2. ¶ 2. Non singularum autem familiarum modo erant *Penates*, sed totarum etiam civitatum. Ita Cic. pro domo c. 57 *Penates patrios & familiares* conjungit. Sic Virg. Æn. 4, 598 & poëtæ passim de *Palladio* usurpant. ¶ 3. *Penates* poëtæ sæpius pro domo, quam incolimus, usurpant, das haus; ut, *Desolati penates*, Statius 2 Silv. 1, 67. Sed & alii: e. g. Vellej. 2, 74, 4 *Penatibus suis ignem subjicere.* Id. 2, 95, 1 *Quem intra Cæsaris penates enixa est.* In singulari Liv. 28, 18 *Sub uno tecto esse atque in eodem penate*, si Sigonii lectio placet. Aliter Gronovius in Not. ad h. l. & Observ. 4, 6. *Alii volunt, ut habeat nominativum singularem Penas, alii Penatis*, Festus.

¶ Pēnātiger, *a, um*, qui Penates gerit; ut, *Penatiger Æneas*, Ovid. Met. 15, 450, qui Palladium ignibus Trojanis eripuit.

Penator, vide infra *Penus.*

PENDEO, *pĕpendi, pendēre*, neut. suspensum esse, hangen, schweben. Ita, & quidem patibuli sensu, *ex arbore pendere*, Cic. Verr. 5, 26. *Sagittæ pendent ex humero*, Id. Verr. 4, 34. Et, *Vita omnium pendet ex unius salute*, pro Marcell. c. 7, an ihm ist allen gelegen. *Respubl. pendet e Bruto*, Id. ad Att. 14, 20. *Pendemus ex laude*, unser dichten und trachten ist nach lob, Quint. 4, 2 p. 311. *Pendere ex fortuna*, Id. in Paradox. c. 2. *Ex arbitrio alterius pendere*, Liv. 35, 32, eines andern willen unterworfen seyn. Inprimis elegans est sententia Ciceronis ex Platone expressa fam. 5, 13 pr. *Laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male viventi suspensas habere rationes.* Brut. ad Cic. fam. 11, 20 med. *Totam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant*, alles sey darauf abgesehen. *Animus pendet*, Ter. Adelph. 2, 2, 19, & *Animis pendere*, Cic. Tusc. 1, 40; & *Animi pendere*, Ter. Heaut. 4, 4, 5, id est, ambigere, ungewiß seyn und im zweiffel stehen. Ita Cic. Att. 8, 5 ext. *Pendeo animi expectatione.* Sen. epist 61 *Fruor vita, quia, quamdiu futurum hoc fit, non nimis pendeo*, i. e. solicitus, anxius sum. Virg. Æn. 4, 79 *Pendere narrantis ab ore*, fleißig zuhören. ¶ 2. Florus 1, 13, 15 *Sex mensibus circa montem unum pependerunt, nec diebus modo, sed noctibus omnia experti:* PEPENDERVNT dixit, primo quia montem oblidebant: sic enim Martialis & *capreas de rupe* dixit *pendere*, 13 epigr. 100; & Virgilius *capellas* eclog. 1, 77; qui prorsus similiter Æn. 6, 151 *Nostroque in limine pensas*, i. e. moraris. Deinde, quia ab eventu dubii erant: namque & tales dicuntur *pendere.* Ita enim *rei* dicuntur *pendere* Suetonio, qui nec damnati, nec absoluti sunt, & inter spem metumque versantur, Domit. c. 9, ubi vide Casaub. & Beroaldum. ¶ 3. *Venales pendere* eidem dicuntur Suetonio Claudio c. 9, quorum bona publice pendente tabella venum exposita sunt. v. ibi Torrent.

¶ Pendens, *tis*, ut, *Pendentes lychni*, häng- oder kronen-leuchter, Lucret. 5, 296. *Anelli pendentes ex se*, Idem 6, 911. *Vbera circum pendentes pueri*, Virg Æn. 8, 631. *Spolia pendentia tectis*, Idem Æn. 5, 393. *Ego plectar pendens*, auf der leiter oder leiter, Ter. Phorm. 1, 4, 43. *Vinum pendens*, quod adhuc in vite pendet, Cato R. R. c. 149. Et, *Olea pendens*, c. 146. *De te pendens amicus*, Horat. 1 ep. 1, 105. ¶ 2. Item, zweiffelhaft, ungewiß; ut, *Pendens animus*, Sen. epist. 5. Liv. 7, 10 *Mortalium animi spe metuque pendentes.* Et Cic. ap. Nonium 3, 85 *Atque animo pendens noctu eventa timebat:* ubi forte metri causa legendum *nocturna*, aut levi transpositione *noctu pendens.* Plin. præf. p. 5, 10 *pendenti titulo* inscripturæ opera sua artifices, FACIEBAT h. e. imperfecto tempore, *tanquam inchoata semper arte & imperfecta.*

¶ Pendulus, *a, um*, quod pendet, hangend; ut, *Pendula tela*, Ovid. Heroid. 1, 10. *Pendula retia*, Sedul. Hist. Resurr. 5, 395. *Pendula loca*, i. e. declivia, abhängig, Colum. 2, 18. Hor. 1 ep. 18, 110 *Dubiæ spe pendulus horæ.*

¶ Pensĭlis, *e*, suspensus, & sublimis, hangend, schwebend; ut, *Vva pensilis*, Hor. 2 sat. 2, 121. Sic, *Lychni pensiles*, id est, suspensi, vel in aere pendentes, aufgehenckte lampen. Valla. *Pensilem se facere*, i. e. suspendere, sich erhencken. Plaut. Pseud. 1, 1, 87. ¶ 2. *Pensile* dicitur, quidquid non tota sua superficie innititur, sed fulcris aut fornicibus sustinetur. Ita *Hortus pensilis*, inter 7 mundi miracula relatus, Plin. 36, 14 & Curt. 5, 1, 32. Ita Plin. 26, 3 *Vsus balinearum pensilis*, qui explicatur in Gesneri Chrestom. Plin. p. 690. Id. Plin. 36, 12 habet *ambulationem pensilem*: & 36, 15 *urbem Romam pensilem & subterravigatam* per cloacas, ac ibid. *pensiles tribus*, i. e. in theatro versatili sedentes. v. *Suspendo.* ¶ 3. Subst. *Pensilia* sunt virilia. Priap. carm. 52 *Pulvere pensilibus peculiati.*

¶ Pendīgo, *ĭnis*, f. velamen simulacri, aut cujusvis rei, vulgari interpretatione, der fürhang. Sed apud Arnob. 6 p. 201 *Vtinam liceret in simulacri alicujus medias introire pendigines*, videntur potius junctura intelligi & nexus partium aut cohæsiones. Ita Vegetius Mulomed 2, 44 *Inter nervos & commissuras pendigines faciat.*

Compositа:

¶ Antependŭlus, *a, um*, vorwarts hangend; ut, *Antependuli crines*, Apulejus lib. 2 Milesi. p. 125.

¶ Appendeo, *ēre*, anhencken. Apic 8, 7 extr. *Porcellum ad fumum suspendes, & appendens &c.*

¶ Bipensĭlis, *e*, zweyhencklicht; ut, *Bipensiles forcipes*, Varro ap. Nonium 2, 234.

¶ Circumpendeo, *ēre*, herumhangen. Vnde

¶ Circumpendens, *tis.* Curt. 8, 9, 24 de Indorum rege: *Aurea lectica, margaritis circumpendentibus, recubat.*

¶ Dependeo, *ēre*, herab hangen; ut, *Dependent lychni laquearibus aureis*, Virg. Æn. 1, 726. Ovid. Fast. 3, 356 *Dependetque fides a veniente die.* Colum. 3, 6 *Per pampinum numerus uvarum dependet.*

¶ Dependens, *tis.* Suet. Galba c. 11 *Dependente a cervicibus pugione ante pectus.*

¶ Dependŭlus, *a, um*, idem. Apul. 2 Met. p. 119 *Crines cervice dependuli.* Id. 3 p. 130 *Alii statuis dependuli.*

¶ Impendeo, *ēre*, oben überhangen, bevorstehen. *Mors, quasi saxum Tantalo, semper impendet*, Cic. Fin. 1, 18, schwebet über uns ꝛc. ad imitationem ejus, quod Idem Tusc. 4, 16 dixit: *Poëtæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt.* Sic, *Impendet procella reip.* Cic. Arusp. Resp. c. 3. *Mala adsunt atque impendent*, id est, imminent, Id. pro Quint. c. 14, schwebet über dem haupt. *Ilias malorum impendet*, Cic. Att. 8, 11. Et Plaut. Epid. 1, 1, 77 *Absumtus es: tantæ in te impendent ruinæ.*

¶ Impendens, *tis*; ut, *Impendens tempestas*, Cic. Att. 5, 3. *Cædis impendentis periculum*, ibid. 8, 13. *Impendente pluvia*, Plin. 18, 35.

¶ Superimpendeo, *ēre*, drüber hangen. Catullus 64 de Nupt. Pel. & Thet. v. 286 *Tempe, quæ silvæ cingunt superimpendentes.*

¶ Præpendeo, *ēre*, für etwas herhangen. Vitruv. 4, 6 *Ancones exsculptæ dextra ac sinistra præpendeant.* Cæs. B. Civ. 2, 9 *Tegumenta præpendent.* Martial. 9 epigr. 48 *Præpendit mento nec tibi barba minor.*

¶ Præpendens, *tis.* Cæs. B. C. 2, 9 *Soreæ circum turrem præpendentes.*

¶ Propendeo, *ēre*, für sich hangen, sich neigen, überwiegen; ut, *Lanx in libra propendet*, Cic. Tusc. 5, 17. *Ex graviore parte bona propendent*, ibidem c. 31. *Necesse est, ut inclinatione voluntatis propendeat in nos*, Idem de Orat. 2, 29.

¶ Propendens, *tis*; ut, *Canis propendentibus auribus*, i. e. demissis, Colum. 7, 12.

¶ Propendŭlus, *a, um*, idem; ut, *Propenduli crines*, Apul. Florid. 1 p. 342.

¶ Propensus, *a, um*, id est, sua sponte aliquo inclinans, proclivis, geneigt; ut, *Omnes ad discendum propensi sumus*, Cic. de Fin. 3, 20. Et, *Animus paullo ad lenitatem propensior*, Cic. pro Muræn. c. 31. *Ad voluptatem propensior*, Idem Offic. 1, 30. Et *Vt natura ad aliquem morbum proclivior, sic animus altus ad alia vitia propensior est*, Idem Tusc. 4, 37. *Propensissima voluntas*, Hirt. B. Alex. c. 26.

¶ Propense, adverb. willig und geneigt. Lentulus ad S. P. Q. R. Cic fam. 12, 15 *Conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense factam esse.*

¶ Propensio, *ōnis*, f. animi inclinatio, die zuneigung; ut, *Propensio ad summum bonum*, Cic. de Fin. 4, 17.

¶ Retropendulus, *a, um*, zurückhangend. Apul. Met. lib. 5.

¶ Subterpendeo, *ēre*, hinunter hangen. Palladius Martio c. 10 de pomis: *Mala sine terræ tactu subterpendentia.*

¶ Superpendeo, *ēre*, drüber hangen. Liv. 37, 27 *Exesæ fluctibus rupes, ita ut superpendentia saxa plus in altum promineant.*

¶ Suppendeo, *ēre*, idem quod *subterpendere*, unten anhangen. Col. 4, 26 extr. *Ita colligare, ut solo vimine suppendeat.*

¶ Sulpendeo, *ēre*, hangen, herabhangen. Ita nonnulli legunt apud Columellam l. c. *sulpendeat* pro *suppendeat.*

¶ Sulpensio, sulpensus &c. vide mox in *Pendo.*

Pendigo, vide proxime ante in *Pendeo.*

PENDO, *pĕpendi, pensum, pendĕre*, est æstimare, pondus efficere, wägen, schätzen, achten. Plin. 9, 15 *Thymum invenimus talenta quindecim pependisse.* Cic. in Orat. c. 16 *In philosophia res spectatur, verba non pendentur*, die worte werden nicht so genau abgewogen. Proprie significat *pondero*, quoniam ea, quæ ponderantur, a libra *pendent*, unde ipsum quoque *pondus* dictum *videtur.* Per similitudinem autem, ut dictum, ponitur pro *æstimo, considero.* Cic. fam. 5, 17, 7 *Te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus semperque pendemus.* Id. pro Rosc. Am. c. 22 *Levi conjectura res penditur.* Hinc sunt ¶ 2. *Magni pendo, Parvi pendo &c.* hoch oder gering halten. Plaut. Stich. 1, 2, 78 *Latrones & mendicos homines magni pendere.* Ter. Hec. 3, 5, 63 *Quæ dico, parvi pendunt. Ego flocci pendo*, Id. Ter. Eun. 3, 1, 21. *Pater id nihili pendit*, Id. Adelph. 3, 4, 6. Conjunctim quidam ferihunt. Itaque videbis etiam suis locis *parvipendo &c.* ¶ 3. Sed, *Tributum, vectigal, pecuniam, æs, pretium pendere*, idem est, quod solvere, zahlen, erlegen. v. Cic. in Rull. 3, 2; Liv. 1, 43. Quæ significatio inde deducta est, quia, antequam signatus esset nummus, eumque Romani adhuc gravi ære utebantur, non numerato ære, ut hodie, sed penso utebantur. Quin signatum etiam æs appendebant. v. Spanh. de usu & præst. num. Diss. 1 p. 13. ubi inprimis Cassiodori locus memorabilis, Var. 7, 32. Inde tot vocabula ponderum in re monetaria manere &c. Liv. 45, 26 *Vectigal dimidium ejus, quod regi pendissent*; ubi *pendissent* pro *pependissent*, de quo Voss. Gramm. 5, 26. Nep. 23, 7, 5 *Vt esset pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur. Stipendium pendere*, Liv. 9, 41. Sic, *Pendere grates*, h. e. *persolvere*, Stat. Theb. 11, 223. Sic, *Pendere pœnas*, strafe leiden, büssen. Cic. Att. 11, 8 *Maximas pœnas pendo temeritatis meæ.* Ibid epist. 11 *Nos stultitiæ nostræ gravissimas pœnas pendimus.* Sallust. B. Iug. c. 76 extr. *Quas victi ab hostibus pœnas metuerant, eas ipsi volentes pependere.*

¶ Pensus, *a, um*, ponderatus, deliberatus, æstimatus, gewogen, erwogen, bedacht, geachet. Ovid. Met. 14, 270 *Pensis examinat herbas.* Claud. Mamert. 1 præfat. *Pensus loquendi arbiter.* Gell. 13, 12 *Ratum pensumque nihil habere*, nichts recht überlegen. Inde & comparativum formavit Gell. 12, 5 *Nihil quicquam est carius pensiusque nobis, quam nosmet ipsi*, wir halten nichts höher. Et Plaut. Sticho 1, 2, 61 *Vtra sit conditio pensior, virginemne an viduam habere*, welches besser.

¶ Pense,

¶ Penſe, vel Penſim, adv. genau, ſorgfältig. Gell. 1, 3 *A Theophraſto penſim & enucleate ſcripta.* Alii legunt *Penſiculate.* Symmach. 2 epiſt. 34 *Nihil hac ætate tractandum penſius domeſticis rebus.*

¶ Penſum, *i*, n. ſubſt. manipulus eſt lanæ, vel lini colo alligatus, ein rocken, wolle oder flachs, ut, *Penſum ſuum accurare*, Plaut. Bacch. 5, 2, 33. *Dare penſum*, Id. Men. 5, 2, 45. Et Iuſtin. 1, 3, 2 *Penſa inter virgines partiri.* Sic, *Trahere, carpere penſa*, poëtarum locutiones ſunt, ſpinnen: v. Ov. Faſt. 2, 743; & Horat. 3 od. 27, 64. *Ancilla data penſa trahens*, Ovid. Triſt. 4, 1, 13; & Heroid. 3, 75. *Penſum* autem a *pendo* eſt. Heræ enim lanam ancillis appendebant, nendam per diurnum opus, reddendamque in filo eodem pondere, deductis quisquiliis & burrhis, ſi non reſpondiſſent, multabantur. Titinn. ap. Nonium 4, 362 in PVTARE *Date penſam lanam: qui non reddet tempori putatam recte, facite, ut multetur malo.* Quod ſi quid deliquiſſent ancillæ, augebantur penſa pœnæ loco; niſi eodem tempore, quo cæteræ, conficerent, plectendæ. Propertius eo dixit 3, 15, 15

Ah quoties famulam penſis oneravit iniquis.

Idem 4, 7, 41 *Et graviora rependit iniquis penſa quæſillis,*
Garrula de facie ſi qua locuta mea eſt.

¶ 2. Hinc *Penſum* pro parte ſui muneris, aut pro officio etiam oratoribus familiare eſt, tagearbeit, ordentliche verrichtung. Cic. de Orat. 3, 30 *Me ad meum munus penſumque revocabo. Penſum ſuum abſolvere*, Varro R. R. 2, 2. *Penſum conficere*, idem eſt: Plaut. Perſa 2, 4 pr. *Penſum meum, quod datum eſt, confeci.* Et, *Penſum exigere*, Cic. Verr. 3, 46. *Penſa imperare*, Quint 3, 7. ¶ 3. *Penſum, penſi*, cogitatum; Liv. 34, 31 *Vobis, quid faciatis, minus penſi eſt*, ihr bedenckt wenig was ihr thut. Salluſt. Catil. c. 5 *Neque id, quibus modis aſſequeretur, unquam penſi habebat*, er bedachte niemals. Et c. 23 *Neque dicere neque facere quicquam penſi habebat.* Idem ibid. c. 52 ſub fin. *Quibus ſi quicquam penſi unquam fuiſſet, non ea conſilia de republ. habuiſſent.* Plaut. Truc. 4, 2, 52 *Nec mihi adeſt tantillum penſi jam*, i. e. neque jam curo &c. *Nec penſi duxerat*, Valer. Max. 2, 9, 3. conf. Nonius 1, 165.

¶ Penſio, *ōnis*, f. libratio, die wägung, das gewicht. Vitruv. 10, 8 *Penſionem parem perficit.* ¶ 2. Solutio, item tributum, tagzeit, termin, zahlung, lieferung, ſold, zinſe. *Penſionem ante diem ſolvere*, Cic. Att. 16, 2. *Tertia penſio*, ibidem. Suet. Ner. c. 44 *Penſionem annuam repræſentare.* Liv. 31, 13 *Tertia penſio debebatur eo anno.* Id. 33, 30 *Mille talentum daret pop. Romano: dimidio præſens: dimidium penſionibus decem annorum*, auf termine. Rurſus 7, 27 *In penſiones æquas triennii ſolutio æris alieni diſpenſata eſt.* conf. Hirt. B. Afr. c. 90.

¶ Penſiuncŭla, *æ*, f. diminut. Columell. præfatione lib. 10 ineunte: *Fœnoris tui, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquam penſiunculam percipe.*

¶ Penſor, *ōris*, m. qui pendit, expendit, penſitator, der wäget. Auguſtinus Confeſſ. 5, 4 extr. *Menſor cæli, & numerator ſiderum, & penſor elementorum.*

¶ Penſūra, *æ*, f. das wägen. Varro de L. L. 4, 16 fin. *Propter penſuram trutinam habet poſitam.*

¶ Penſo, *avi, atum, āre*, diligenter pendere, fleißig erwegen, beurtheilen; ut, *Amicos factis penſare, non ex dictis*, Liv. 34, 49. Hor. 2 ep. 1, 29 *Romani trutina penſantur eâdem Scriptores.* *Penſare beneficia*, eſt compenſare, vergelten, Sen. de Benef. 3, 9. *Penſare maleficia benefactis*, Liv. 37, 1. ¶ 2. Exæquare, gleich machen, wieder einbringen. Calpurnius eclog. 3, 83 *Dicitur & cocto penſare legumine panem.* Et eclog. 4, 141 *Sic Deus, & nolit penſare palatia cælo.* Seneca Hercule Oetæo v. 692 *Male penſantur magna ruinis.* Tac. Hiſt. 4, 72, 3 *Ignes, quibus tot caſtrorum excidia penſavimus.* Flor. 4, 9, 7 *Craſſianam cladem Pucori cæde penſavimus.* Plin. 31, 8 *Ejus rei vicem penſat*, es erſetzet die ſtelle. Vetus Gloſſ. *Penſat, ἐξισοῖ, ἀντελλογᾶι, γρὴ ταθμίζει.*

¶ Penſans, *tis.* Sil. 4, 152 *Vertice ſacro Penſantes aurum Celtæ.* Et Sen. Oedip. v. 490 *Meliore penſans damna marito.*

¶ Penſatus, *a, um*, erwogen. Sil. 7, 23 *Penſata diu belli ſententia.* Item, vergolten. Liv. 26, 37 *Transmarinæ res quadam vice penſatæ.*

¶ Penſĭto, *āre*, frequent. fleißig erwegen, überlegen. Plin. 7, 7 *Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* Plin. 7 epiſt. 17 *Cum uno aut altero penſitare.* Ita *penſitare vectigalia*, Cic. pro L. Manil. c. 6, eſt ſolvere, zahlen, abtragen. *Penſito* autem eſt a *Pendo*, non a *Pendeo*, uti mendoſe inde deducitur ap. Gell. 9, 6.

¶ Penſĭtātus, *a, um*, überlegt; ut, *Multum ac diu penſitatus amor liberalitatis*, Plin. 1 epiſt. 8. *Sæpe apud ſe penſitato*, Tac. An. 3, 52, 4.

¶ Penſatio, *ōnis*, f. idem quod *penſio* vel *compenſatio*, die zahlung, vergeltung, überlegung. Ammianus 16, 12 *Penſatione moderata & cauta.* Adde Petron. c. 141. Quint. declam. 332. Vlpianus Dig. 16 t. 2 l. 7 § 1. Sic & in Pandectis ſæpe. vide & adde Briſſonii exempla.

¶ Penſitatio, *ōnis*, f. idem. Plin. 19, 6 *Properare præteriti temporis penſitatione.* conf. Aſcon. Divin. in Verr. & de prær. urb. p. 112.

¶ Penſator, *ōris*, m. ein wagmeiſter. Plin. 33, 3 *Stipis ponderandæ penſatores libripendes dicuntur.*

¶ Penſitator, *ōris*, m. idem: ut, *Verborum penſitatores ſubtiliſſimi*, die alle worte auf die goldwage legen. Gell. 17, 1.

¶ Penſābĭlis, *e*, erſetzlich. Ammian. 31, 13 *Nunquam penſabilia damna.*

¶ Penſĭcŭlo, *āre*, idem quod *penſitare*, wohl bedencken. Gellius 13, 20 *Moderate aliquid penſiculare.* Hinc

¶ Penſiculāte, adv. mit gutem bedacht. Gellius 1, 3 *A Theophraſto penſiculate & enucleate ſcripta.* conf. ſupra in *Penſe* allata.

¶ Penſiculātor, *ōris*, m. qui rem diligenter penſiculat, & velut trutina ponderat, der fleißig erweget. Tribuitur Gellio 17, 1; Sed ibi eſt *Penſitator.*

¶ Pendiculus, *i*, m. in Gloſſis Cyrilli ἀγπεδῶν & ἀγπεδώνιον vertitur, ein ſtrenes ſeil.

¶ Libripens, *dis*, vide *Libra.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Appendo, *di, ſum, ĕre*, lance ſtaterave ponderare, wägen. *Pecuniæ appenduntur, non numerantur*, Cic. Phil. 2, 38 ſcil præ multitudine. Dicitur eſſe apud Plinium in ſuſpendendi ſignificatione *appendere uvas.* Sed negant indices.

¶ Appendix, *ĭcis*, f. quicquid alicui eſt adjunctum, quaſi ex alio pendeat, ein anhang, zuſatz, zugabe, & quicquid accedit rei, ut pars ſit ejus, ut uva in vite, Bud. Sic Cic. ap. Non. 1, 199 *Appendix animi corpus.* Liv. 21, 5 *Carpetani cum appendicibus, Olcadum Vaccæorumque*, i. e. auxiliaribus. Cave enim lixas & calones hic intelligas; de invicta acie loquitur. ¶ 2. Plin. 24, 13 *Spina eſt appendix appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur.* ¶ 3. De quantitate penultimæ in obliquis videatur Borrichius in Cogit p. 310, & Analect. parte 2 p. 30 ſeq. Hanc enim producendam eſſe, ſicut alia verbalia, contra vulgarem uſum contendit. ¶ 4. *Ampedices dicebantur ab antiquis, quod circumpenderent, quos nunc appendices appellamus*, Feſtus. Sed forte hic legendum potius *Ampendices.* conf. l. 35 ff. de acqu. vel om.

¶ Appendĭcŭla, *æ*, f. ut, *Appendicula cauſſæ judicatæ & damnatæ*, Cic. pro Rab. Poſtum. c. 4 pr.

¶ Appenſus, *a, um*, angehenckt, abgewogen. Cic. Tuſc. 5, 21 *Fulgen. gladius e lacunari ſeta equina appenſus.* Sed verius alii *aptus.* Liv. 5, 48 *Nondum omni auro appenſo.*

¶ Appenſus, *ūs*, m. ſubſt. die abwägung. Apul. de Mundo p. 235 *Æther is menſu appenſuque diſtincta eſt natura.*

¶ Compendo, *ĕre*, in uſu non eſt: inde tamen

¶ Compendium, *i*, n. der nutz, das intereſſe, die erſparung. Cic. Verr. 3, 46 *In illis rapinis in quæſtu ſunt compendioque verſati*, haben gewinn und vortheil davon gehabt. Quæ duo etiam conjunxit in Verr. 2, 3, de honeſta negotiatione, ubi *compendia* mercatorum quæſtus ſunt. conf. Tibull. 1, 3, 39; & Calpurn. ecl. 5, 36. *Suo privato compendio ſervire*, Cæſ. B. C. 3, 32. Et Suet. Vitell. c. 2 *Cujus filius ſectionibus & cognitoris uberius compendium nactus &c.* Sic Plin. 23, 7 *Magno ligni compendio percoquunt*, ſie erſparen viel holtz. ¶ 2. *Compendium*, μέθοδος, ein kurtzer weg. Florus 3, 3, 7 *Marius, mira ſtatim velocitate occupatis compendiis prævenit hoſtem.* Quint. 1, 1 *Brevia docendi monſtrare compendia.* Vnde methodi artium & inſtitutiones breves dici ſolent *compendia.* Idem 2, 13 ſub fin. *Ductus compendio iter deſerit.* Hinc *Compendium facere alicujus rei, vel compendii facere aliquid*, quod etiam uno verbo dicitur, *compendifacere*, eſt erſparen. Plaut. Bacch. 2, 2, 6 *Compendii verba multa jam faciam tibi*, i. e. condonabo tibi ſalutationis ambages, weg mit ſo vielen complimenten. Ita Rud. 1, 2, 190 *Compendium facere errationis*, de ea dixit, quæ poſt naufragium & errorem in eo erat, ut aquis jam periret. Idem Pœn. 1, 2, 138 *Curam hanc facere compendii potes.* Dictum autem *Facere compendii*, ut, *Facere lucri.* Cenſorin. c. 5 *Quam potero, compendio dicam*, ſo kurtz, als möglich.

¶ Compendiōſus, *a, um*, zuträglich, richtig, kurtz; ut, *Iter compendioſum*, i. e. breve. *Mortis citæ compendioſus exitus*, Prudent. in Laurentio v. 335. Eleganter Columella 1, 4 *Quod per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma ſit compendioſum.*

¶ Compendioſe, adv. kürtzlich. Comparat. Sidon. 7, 10 *Compendioſius intimare.*

¶ Compendialĭter, idem. Vetus Interpr. Irenæi 3, 11 *Compendialiter & ſimpliciter.*

¶ Compendiārius, *a, um*, idem; ut, *Compendiaria via*, ein kurtzer und richtiger weg. *Socrates expedita & compendiaria via eos ad gloriam perventire dicebat, qui id agerent, ut, quales videri vellent, tales etiam eſſent*, Val. Max. 7, 2 ext. 1. ¶ 2. Abſolute *Compendiariam*, pro compendiaria ratione ſeu via dixit Seneca epiſt. 27: *Hanc*, inquit, *compendiariam excogitavit.* Et epiſt. 119 pr. *Ad maximas te divitias compendiariâ ducam.* Petronius c. 2 *Magnæ artis compendiariam invenit.*

¶ Compendiario, intellige *itinere*, aufs kürtzſte. Seneca epiſt. 73 *Te in cælum compendiario voco.*

¶ Compendiātus, *a, um*, kurtz gefaſt, zuſammen gezogen. Tertull. adv. Marc. 4, 1 *Compendiatum eſt novum teſtamentum.* Idem mox c. 9 *Facturus ſermonem compendiatum.*

¶ Compendĭfacio, *ĕre*, contractum ex *Compendii facere*, de quo ſupra, gewinnen, erſparen, kurtz faſſen. Plaut. Perſ. 4, 3, 2 *Ego hodie compendifeci binos panes.* Id. Moſt. 1, 1, 57 *Orationis operam compendifacere.* Sic *compendifieri* paſſive apud eumdem Aſin. 2, 2, 41. Auſonius epiſt. 17 proſa, ſub finem: *Hæc ad litteras tuas reſponſa ſint. Cetera, quæ noſcere habes, compendifaciam.*

¶ Compenſo, *avi, atum, āre*, vergelten, erſtatten, gut thun, erſetzen; ut, *Labores compenſantur gloriâ*, Cic. de Orat. 3, 4. *Vitia ſenectutis diligentiâ compenſanda ſunt*, Id. de Senect. c. 11. *Diſſolvere & compenſare damna*, Id. Verr. 7, 13. Et Val. Max. 1, 1 ext. 2 *Lente gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat*, er bringt es wieder ein. Horat. ſat. 1, 3, 70 *Compenſare vitiis bona*, dargegen rechnen. Ovid. Heroid. 3, 51 *Tot amiſſis te compenſavimus unum*, i. e. loco amiſſorum te æſtimavimus, quod tuetur Burm. cum maluerit Heinſius *amiſſos te uno*: Vide eundem de uſu hujus verbi ad Vellej. 2, 12. ¶ 2. Et cum præpoſitione. Cic de Fin. 2, 30 *Compenſabatur cum ſummis doloribus lætitia.*

¶ Compenſatus, *a, um*, erſetzet, vergolten. Cic. de Orat. 3, 4 *Labores magna compenſati gloriâ mitigantur.* Id. Verr. 3, 13 *Damna compenſata.*

¶ Compenſato, adverbialiter, vergoltener weiſe, in abrechnung. Tert. de Pallio c. 2 *Alias verſura compenſato redit.* Sed Salmaſ. legit *compenſati* p. 161, & explicat *compenſationis.* v. *Verſura* in *Verto.*

¶ Compenſātio, *ōnis*, f. comparatio, die vergleichung, vergeltung.

Cic. de Nat. D. 1, 9 extr. *Quæ sunt incommoda in vita, sapientes commodorum compensatione leniunt.*

¶ Compensa, æ, f. idem. Ruricius apud Barthium in Adverſ. 12, 14 *Scriptuarum compensa*, i. e. compenſatio.

¶ Compenſativus, *a, um*, erſetzend; ut, *Compenſativa qualitas*, Victorin. 1 Rhet.

¶ Dependo, *ĕre*, idem quod pendere, aut ſolvere, bezahlen: ut, *Dependere mercedem*, lohnen, ablohnen, Colum. 5, 1. *Mihi abjurare certius eſt, quam dependere*, Cic. Att. 1, 8 extr. *Is dependi facile patitur, pro quo ſpoponderis*, Id. ad Brut. epiſt. 18. *Dependere pœnas*, Id. pro Sextio c. 67, ſtraffe leiden. *Tempora dependere amori*, Lucan. 10, 80, die zeit drauf wenden. ¶ 2. Apud Plaut. Aſin. 2, 2, 39 *Neque dependis neque prependis, quin malus nequamque ſis*: convertere poſſis, du wiegſt kein loth weniger und keines mehr als ein ſchelm. Ita certe Turneb. ad h. l. *Dependere* eſt non ſatis pendere, neque pondus æquare, *propendere*, plus pendere. ¶ 3. Item, examinare. vide Scalig. Auſon. Lect. 1, 17.

¶ Depenſus, *a, um*, abgewogen, it. bezahlt: ut, *Depenſam lanam reddere*; Titinn. ap. Nonium 4, 362. conf. Turneb. Adv. 30, 9. Sic, Apul. Met. 8 p. 213 *Depenſo pretio*, i. e. ſoluto. Sic & abſolute, *Depenſo parare*, id eſt, immenſo pretio parare, theuer kauffen, Apul. Apolog. p. 239.

¶ Depenſio, *onis*, f. die ausgabe, der abtrag, die bezahlung. ICt. in Dig.

¶ Diſpendo, *ĕre*, diſtribuere, ausſpenden, verſpenden, vertheilen. Colum. 8, 2 de gallinis cohortalibus: *Parandi modus eſt ducentorum capitum, quæ paſtoris unius curam diſpendiant*, i. e. diſtrahant, die einem hirten zu thun machen.

¶ Diſpendium, *i*, n. damnum, verluſt, ſchaden. Plaut. Men. 3, 2, 20 *Minore nusquam bene fui diſpendio*, mit wenigern unkoſten. Ter. Hec. 2, 5, 29 *Ut gratiam ineat ſine ſuo diſpendio. Diſpendia famæ*, Claud. Conſ. Honor. 6, 452. Apul. Apol. p. 276 *Impenſo labore, diuque noctuque, cum deſpectu & diſpendio omnis valetudinis eloquentiam quæſiſſem.* ¶ 2. *Diſpendium*, via obliqua & per ambages, ein umweg; contraria *compendio*, apud Lucan. 8, 2 *Hæmoniæ deſerta petens diſpendia ſilvæ.*

¶ Diſpendioſus, *a, um*, nachtheilig, ſchädlich. Columella 2, 21 pr. *Cunctatio diſpendioſa eſt*, ſäumen thut kein gut. Sextus Rufus c. 29 *Conditiones pacis diſpendioſæ.*

¶ Diſpenſo, *avi, atum, āre*, diſtribuere, diſponere & ordinare eſt, vertheilen, jedes an ſeinen ort austheilen, rathſam anſtellen, ordnen: ut, *Diſpenſare rem domeſticam*, Cic. Att. 11, 1, die haushaltung einrichten. Colum. 4, 24 *Aliquid æqua portione diſpenſare.* Ovid. ad Liviam v. 371 *Fortuna arbitriis tempus diſpenſat iniquis.* Id. Met. 6, 278 *Oſcula diſpenſare per natos*, ein kind um das andere herzen. ¶ 2. *Diſpenſare* eſt etiam temperare, moderari, mit etwas haushälterig umgehen, & profuſioni opponitur. Sen. Controv. 1 præfat. de Porcio Latrone: *Neſciebat diſpenſare vires ſuas, ſed immoderati adverſus ſe imperii fuit.* conf. Drakenb. ad Sil. 13, 342. Horat. ſat. 1, 2, 74 *Si tu modo recte diſpenſare velis.* Liv. 27, 50 *Lætitia diſpenſari potuit.* ¶ 3. *Diſpenſare* eſt dare poteſtatem obtinendi aut faciendi aliquid, begünſtigen, zulaſſen. v locus Senecæ in *Diſpenſatus.* ¶ 4. *Diſpenſor* pro *Diſpenſo* eſſe vetuſtiſſimis ait Priſcian. p. 796.

¶ Diſpenſatus, *a, um*, ausgetheilt, eingerichtet, verwaltet. Statius 5 Sil. 2, 74 *Pietas per omnes diſpenſata modos.* Sen. de Benef. 1, 10 *In petulantiam & audaciam erumpet male diſpenſata licentia.*

¶ Diſpenſātio, *ōnis*, f. ipſa diſpenſatoris functio ſeu munus, die verwaltung, einrichtung; it. die begünſtigung. Suet. Othone c. 5 *Servo Cæſaris pro impetrata diſpenſatione decies ſeſtertium expreſſerat.* Item Veſp. c. 23 *Quendam e caris miniſtris diſpenſationem cuidam, quaſi fratri, petentem &c. Diſpenſatio erarii*, Cic. in Vatin. c. 15 adminiſtratio eſt. Gloſſ. Vet. *Οἰκονομία, Diſpenſatio, adminiſtratio.* ¶ 2. Sicut autem Græci Patres οἰκονομίας vocabulo de incarnationis Chriſti myſterio ejusque humana natura, (unde & θεολογίαν & οἰκονομίαν aliquando oppoſuerunt, quod & Heinſius in Ariſtarcho ſacro obſervat,) ita Latini eadem in re *Diſpenſationis* voce fuerunt uſi: ut Fulgentius de Incarnat. Chriſti 1, 1 &c. Alii & *diſponendi* verbo uſi leguntur. Alcimus Avitus ad Sororem v. 207 *Solus qui carnis proprium diſponeret ortum.* Cauſſam appellationis Cyrillus aperit epiſt. ad Succeſſum Iſauriæ Epiſc. quod λογος, five verbum carnem ſibi univerit, non converſione naturæ factus homo, ut nos, ſed diſpenſatoria voluntate. *Voluit enim*, inquit, *fieri homo, quod nonerat: ſecundum naturam tamen quod erat Deus, nequaquam abjiciens.*

¶ Diſpenſator, *ōris*, m. ſervi genus, qui domini rationes atque pecunias curat & diſponit, five diſpenſat, ein verwalter, hofmeiſter. Cic. ap. Nonium 3, 18 *Quidſ tu, inquam, ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi ea ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta eſt, non probare?* Paſſim *Diſpenſatorum* mentio, cum apud alios, tum apud Suetonium, itemque in Lapidibus vetuſtis. Vet. Gloſſ. *Diſpenſator, Οἰκονόμος, ἐπιδαπανητής.* Item Οἰκονόμος, *Diſpenſator, Oeconomus.* Vetus Scholiaſtes Perſii ad ſat. 2, 59 *Fuit aſſis libralis & dipondius, quod hodie in uſu remanſit, & ſolebat penſari potius, quam numerari: unde &* DISPENSATORES *dicti prorogatores.* Nimirum, qui tum *Prorogatores* appellabantur, hos ante *Diſpenſatores* dictos, ſignificat. Neque vero *Diſpenſatores* pecunias tantum, ſed & alias res dominorum tractabant. Nam & conſervis τὸ σιτόμετρον, ſive τὴν τροφήν, hoc eſt, demenſum præſtare ſolebant. Vnde Zeno Veronenſis Serm. 1 ad Neophytos: *Ioſeph promotus, ad menſuram prorogat cunctis annonam.* Neque vero *Diſpenſatores* in privati familiarum, ſed palatinis, hoc eſt, principum miniſteriis erant, ſchatzmeiſter, cammermeiſter ꝛc. Cujusmodi munere apud Domitianum functus Hetruſcus, de quo Statius 3 Silv. 3, 86 *Creditur un' Sanctarum digeſtus opum, partæque per omnes Diviti e populos, magnique impendia mundi &c.* Cum itaque omne patrimonium principis curarent diſpenſatores, facile licet conjicere, lucroſum admodum id muneris genus fuiſſe. Qua de cauſa neſcio quis ſervus Othonis, qui apud Galbam id impetraverat ſibi, decies ſeſtertium, hoc eſt, 25000 coronat. dedit, ut Suetonius refert Othonis vita c. 5 Atque hi *Diſpenſatores ordinarii* vocantur Suet. Galba c. 13. v. Torrent. Othone, dicto loco, itemque Statianos interpretes, Gevartium & Crucium, nec non Pignorium de Servis. De diſpenſatore rationis privatæ extat inſcript. ap. Gruter. p. 597. *Procuratorum* quoque erant *diſpenſatores*, quemadmodum Claudii quemdam ſervum Plinius 33, 11 *diſpenſatorem Hiſpaniæ citerioris* vocat. De *Diſpenſatore belli*, Id. 7, 39. De *diſpenſatore capitolii, caſtrorum, ad cenſus provinciæ Lugdunenſis*, vid. Fabrett. p. 293. conf. interpretes Petron. inprimis Gonſal. c. 30. Apud Feſtum *Diſpenſatores dicti, qui æs penſantes expendebant, non adnumerabant.* Neque tamen in ſola erogatione, ſed etiam in exactione diſpenſatorum munus verſabatur, quod exigendæ quoque pecuniæ facultatem haberent, uti patet ex l. *Diſpenſatori* 51 Dig. de ſolut. & liberat. Martial. 5 epigr. 43 *Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica.*

¶ Diſpenſatrix, *īcis*, f. eine verwalterin, ausgeberin. Hieronymus Quæſt. Hebr. in 1 Paralip. 1 *Mezeab filia aurificis, quæ duos patres habere deſcribitur, ad ſignificandum myſterium ſub una interpretatione nominis: ut aurifex genuerit diſpenſatricem, diſpenſatrix genuerit benignitatem Domini.* Et Ambroſius Offic. 1, 12 pr. *Plerique revocantur ab officio diſpenſatricis miſericordiæ.*

¶ Diſpenſātōrius, *a, um*, haushälteriſch. *Diſpenſatoria ſimulatio*, Auguſtinus Hieronymo (inter Hieronymi epiſt. 97.)

¶ Diſpenſative, adverb. Hieronym. epiſt. 89, 4.

¶ Indiſpenſatus, *a, um*, non diſpenſatus, unmäßig. Silius 16, 342 *Indiſpenſato laſſantem corpora niſu*, hoc eſt, immoderato. v. Drakenb. ad h. l.

¶ Expendo, *ĕre*, auswägen. *Expendere atque æſtimare pecunia*, Cic. Verr. 5, 9. Plaut. Merc. 2, 4, 19 *Hanc hominem decet auro expendi*, der mann iſt gelds werth. ¶ 2. Inde examinare eſt, conſiderare, bedencken, überlegen. Cic. pro Flacco c. 5 *Teſtem diligenter expendere.* Idem Off. 1, 31 *Quæ contemplantes expendere oportebit.* Et de Orat. 2, 76 extr. *Argumenta cauſſarum expendere*, erwegen. Virg. Æn. 12, 21 *Æquum eſt omnes expendere casus.* ¶ 3. Dein ad pœnas refertur. Tac. Ann. 12, 19, 3 *Pœnas capite expendere*, mit dem hals bezahlen. Virg. Æn. 11, 258 *Scelerum pœnas expendimus omnes.* Contra apud Silium 7, 713 *Dignum pretium expendere*, eſt belohnen, vergelten.

¶ Expenſus, *a, um*, ausgewogen; ut, *Expenſum aurum*, Cic. pro Flacc. c. 28. *Ire expenſo gradu*, Propert. 2, 3, 6, mit abgemeſſenen ſchritten. De molli & delicato inceſſu eleganter interpretatur ex aliis Brouckh.

¶ Expenſum, *i*, n. ſubſt. &

¶ Expenſa, *æ*, f. ſumptus, die ausgabe, unkoſten; ut, *Codex accepti & expenſi*, ein verzeichniß der einnahme und ausgabe, Cic. pro Roſc. Com. c. 3. *Expenſum referre alicui*, eſt annotare pecuniam expenſam, aut aliis datam, in die ausgabe eintragen; ut contra *acceptum referre alicui*, eſt annotare in tabulis, a quo aliquid acceperis, in die einnahme ſchreiben. Cic. Verr. 1, 39 *Te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent.* Scilicet Verres, ne convinci poſſet, quantum pecuniæ haberet, in rationes ſuas non retulerat, quibus eam dediſſet; ſed retulerant debitores, quorum tabulis convictus eſt, add. Cic. fam. 5, 20. Plin. 2, 7 de fortuna: *Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta.* Plaut. Moſt. 1, 3, 145; & Truc. 4, 2, 36 *Accepti & expenſi ratio.* Id. Truc. 1, 1, 54 *Accepta & expenſa meretricia.* Nep. 25, 13, 6 *Expenſum ſumptui ferre*, i. e. id quod erogatur & expenditur inter ſumptus referre.

¶ Expenſe, adverb. idem quod *impenſe, vehementer*, gar ſehr, heftig. Th. Priſcian. de Diæta c. 15 *Caliacos expenſe deficcant.*

¶ Expenſio, *onis*, f. die aufwendung, ausgabe. Symmach. 2 epiſt. 77 *Me votiva delectat expenſio.* Id. 5 epiſt. 76 *Ceſſantibus novis expenſionibus.*

¶ Expenſo, *āre*, ausgeben, unter die ausgabe rechnen. Plaut. Pſeud. 2, 2, 32 *Argentum accepto, expenſo.* Ssævol. leg. 41 § libertatem ff. de fideicomm. libert. *Nummos redactos expenſavit tutoribus.*

¶ Expenſilatio, *ōnis*, f. die verrechnung wegen des ausleihens, apud ICtos & Gell. 14, 2. Vide ſupra *Acceptum* in *Capio.*

¶ Impendo, *ĕre*, inſumere, anlegen, dran wagen: ut, *Impendere pecuniam, ſumtus*, geld, unkoſten drauf wenden. Cic. Verr. 3, 98 de agricultura: *Ad incertum caſum & eventum certus quotannis labor & certus ſumtus impenditur.* Sic, *Impendere tempus*, Plin. 3 epiſt. 5. *Laborem impendere ſtudiis*, Id. 6 epiſt. 20. *Curam impendere*, Colum. præfat. operis. *Operam*, Id. 12, 1, fleiß dran ſtrecken. *Impendere vitam famæ*, Stat. 5 Silv. 1, 63, das leben dran ſetzen, ſeinen ehrlichen namen zu erhalten.

¶ Impendium, *i*, n. impenſa, aufwand, unkoſten; ut, *Inſtituere quæſtum ſine impendio*, gewinnen und nichts dran ſetzen wollen, Cic. pro Quint. c. 3. ¶ 2. Idem Att. 6, 1 *Fœnus & impendium recuſare*, capital und zinſen verleugnen. Significat enim populi nomine bonam copiam ejurare. *Fœnus* ipſa ſors eſt uſuris credita, *impenſæ* uſuræ. v. Gronov. Mantiſſ. pec. vet. p. 416; & Manut. ad l. c. p. 165 Græv. Inprimis notabilis locus Varronis de L. L. 4, extr.

¶ Impendio, adverb. idem quod *impenſe*, ſehr, heftig. Ter. Eun. 3, 5, 39 *Impendio magis animus gaudebat mihi*, id eſt, multo magis, da ward mein hertz noch viel freudiger. Additur enim comparativis; ut, *Impendio loquacior*, Gell. 1, 2. Tamen etiam ſine comparatione: Apul. Apol. p. 275 *Etiam hi, qui ſibi delicti alicujus conſcii ſunt, tamen cum male audiunt, impendio commoventur & obiraſcuntur.* Id. de Deo Socr. p. 53 *Impendio mirari.* Id. Met. 2 p. 122 *Impendio exclamare.*

¶ Impendiōſus, *a, um*, qui nimium impendit, verthulich, der zu viel ausſtickt, aufwendet. Plaut. Bacch. 3, 2, 12 *Nimio præſtat, impendioſam te, quam ingratam dicier. Idem laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali*

¶ Im-

¶ Impensus, *a*, *um*, aufgewendet: item, groß, koſtbar. Ita *Impensum pretium*, pro grandi Cæſar dixit de B. G. 4, 2. Et Tac. Hiſt. 1, 31, 7 *Longa navigatione ægros impensiore cura Galba refovebat.* Apul. Apol. p. 336 *Impensis precibus oravi*, i. e. magnis. Et, *Impenso labore*, ibid. 276. *Impensa opera invenire*, Gell. 9, 14. *Impensiore damno*, Id. 20, 1. Ovid. Met. 2, 406 *Arcadiæ tamen eſt impensior illi Cura ſuæ*, i. e. major. Sic, *Impensioribus verbis laudare*, eſt majore ſtudio, ap. Val. Max. 4, 3 ext. 1. *Impensiſſimæ preces*, Suet. Tib. c. 13. ¶ 2. Diverſimode accipitur illud Plauti Bacch. 3, 2, 10 *Ingrato homine nihil impensius eſt*; i. e. nihil vilius, contemptius, minoris pretii. Ita placet Lambino & Pareo in Lex. p. 576 cum Turnebo 2, 20; cui hic *impensum* eſt *non penſum*. Salmaſius pro *ingrato* legit *grato*, eique *impensius* eſt pretioſius. Gronovius vero & Taubm. cum Piſtorio intelligunt de ingrato, in quem multum magna cum jactura impenditur & ſine fructu; ideoque eo nihil eſſe impenſius. Adde Biſciolæ Hor. ſubſec. 1, 14, 18.

¶ Impenſa, *æ*, f. ſubſt. unkoſten; ut, *Facere impenſam in rem aliquam*, hoc eſt, ſumtum, unkoſten auf etwas wenden, Cic. Phil. 6, 5. *Impenſæ parcere*, Liv. 35, 44, mit unkoſten an ſich halten. *Periit & opera & impenſa*: Item, *Operam & impenſam perdere*; Vbi *Impenſa* farctura eſt: vide ſupra in *Oleum* & *Opera*. Colum. 3, 3 *Ampliſſimas impenſas vineæ poſcunt*. v. Ind. R. R.

¶ Impenſus, *ûs*, m. & Impenſum, *i*, n. ſubſt. idem: *Majore impenſu*, alia forma, Symmachus pater dixit 1 epiſt. 11. Et Colum. 9, 8 de apibus: *Et impenſum & eandem operam cuſtodis poſtulant bonæ atque improbæ*, al. *impenſam*. Sed & abſolute Horat. ſat. 2, 3, 245 *Luſciniæ impenſo coëmptæ*, i. e. magno pretio.

¶ Impenſe, adv. admodum, valde, ſehr, heftig; ut, *Vir impenſe doctus*, Gell. 10, 24. *Impenſe invidere*, Ter. Eun. 3, 1, 23. Et, *Impenſius legatos ſupplices mittere, pacem orare*, Salluſt. Iug. c. 47. *Impenſius rebus ſuis diffidere*, ibid. c. 75. Et, *Impenſius petere*, Suet. Claud. c. 11. *Incendio abſumta impenſiſſime reparare*, hoc eſt magnis impenſis, Id. Domit. c. 20. Virg. Æn. 12, 20 *Tanto me impenſius æquum eſt Conſulere.*

¶ Impenſibĭlis, *e*, quod ſatis expendi nequit, unbegreifflich; ut, *Veritas impenſibilis*, Gell. 11, 5, ſed alii *incomprehenſibilis*.

¶ Præimpendo, *ĕre*, vorher aufwenden. Gloſſ. *προδαπανῶ, præimpendo.*

¶ Interpendium, *i*, n. idem quod *compendium*, metaphora a ponderibus ſumta; cum in utraque lance paria ſunt, gleich gewicht. Vide Salmaſ. in Solin. p. 708, (ed. nov.) ubi ex Gloſſis refert: *Interpendium, παράλληλον*, ubi Labbæus *interpondium* edidit tam in græco-latinis, quam latino-græcis Gloſſis.

¶ Interpensīvus, *a*, *um*, darzwiſchen gewanut. Vitruv. 6, 3 abſolute: *Trabes in atrii latitudine trajectæ habeant interpenſiva*, quæ quid ſint, diſputant interpretes. Vide Lex. Vitruv. p. 62.

¶ Perpendo, *ĕre*, diligenter expendere, conſiderare, betrachten, ausrechnen, überlegen; ut, *Acri judicio perpendere*, Lucret. 2, 1040, ſcharf nachdencken. *Diligentiſſime perpendere momenta officiorum*, Cic. pro Muræn. c. 2. Proprie, *Perpendere in librili*, wägen, Gell. 20, 1.

¶ Perpenſus, *a*, *um*, conſideratus, accuratus, exactus, erwogen, genau unterſucht Colum. 3, 1 *Perpenſum & exploratum habere.* Arnob. 2 p. 52 *Homo examinis judiciique perpenſi*, bedächtlich.

¶ Perpenſe, adverb. genau, eigentlich, cujus comparativo uſus eſt Ammianus lib. 25 extremo: *Perpenſius judices electurus.* Idem 26, 12 *Vtilitate rei perpenſius cogitata.*

¶ Perpenſo, *are*, frequent. wohl erwegen. Gratius Cyneg. v. 299 *Vires ſit cura futuras perpenſare.* Ammian. 19, 24 *Altis mentibus perpenſantes*: & 24, 8 *Inſtantiam obſidentium perpenſantes.*

¶ Perpenſatio, *ōnis*, f. die erwegung, betrachtung. Gellius 2, 2 *Perpenſatio honorum atque officiorum.*

¶ Perpendĭcŭlum, *i*, n. regula erectæ ſtaturæ, das loth, die bleyſchnur, richtſchnur. *Ad perpendiculum columnam dirigere*, Cæſ. B. Gall. 4, 17. *Ad perpendiculum eſſ*, gleich oder nach der ſchnur gerichtet ſeyn, Cic. Verr. 1, 51. *Ad perpendiculum fieri*, Plin. 35, 14. Ammian. 29, 2 *Honeſtatem lenium morum velut ad perpendiculum librans.* Auſon. Parental. 5, 8 *Ad perpendiculum ſeque ſuosque habuit*, alles an der ſchnur.

¶ Perpendicŭlāris, *e*, ſchnurgleich, gerade herunter. Vet. Gloſſ. *Perpendiculare, ἐπικάθετον.*

¶ Perpendiculator, *ōris*, m. qui perpendiculo utitur, ut faber materiarius, cæmentarius, ein zimmermann, maurer. Epitome Victoris in Hadriano: *Fabros, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum exſtruendorum mœnium, ſeu decorandorum in cohortes centuriavit.*

¶ Perpendĭculatus, *a*, *um*, ad perpendiculum factus, abgemeſſen, nach der ſchnur. Mart. Capella lib. 6 *Illæ velut perpendiculatæ ſuſpectantur.*

¶ Propendo, *ĕre*, plus pendere, mehr wiegen, über die wage ſchlagen. Plaut. Aſin. 2, 2, 39 *Nec dependis, nec propendis, &c.* v. in Dependo n. 2.

¶ Propenſus, propenſe, propenſio, vide in *Pendeo.*

¶ Rependo, *ĕre*, compenſare, vergleichen, erſtatten, erſetzen, wieder vergelten; ut, *Dona, præmia, gratiam rependere*, poëtis familiaria ſunt. Stat. Theb. 9, 658 *Hæc ſola rependo Dona pio comiti.* Ibid. v. 50 *Has tibi grates, hæc præmia digna rependi?* Et Ovid. Met. 2, 694 *Neu gratia facto Nulla rependatur.* Id. Heroid. epiſt. 15 Sapphus v. 31 *Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.*

¶ Repenſus, *a*, *um*, zugewogen, vergolten. Cic. de Orat. 2, 67 *Pro capite aurum repenſum.* Et Plin. 3, 3 *Caput auro repenſum.*

¶ Repenſo, *are*, frequent. idem. Colum. 3, 2 *Id tamen incommodum repenſant uvarum multitudine.* Velloj. 2, 12, 5 *Videtur bona malis repenſaſſe.*

¶ Repenſatio, *ōnis*, f. die vergleichung, vergeltung. Salvianus lib. 4 ad Eccleſ. p. 151 *Ad repenſationem viciſſitudinis.*

¶ Repenſatrix, *īcis*, f. eine vergelterin; ut, *Repenſatrix data*, Mart. Capella lib. 9 p. 304.

¶ Suſpendo, *ĕre*, anhencken, aufhencken, anhefften. Virg. Georg. 4, 307 *Tignis nidum ſuſpendit hirundo. Telas ſuſpendit araneus Suſpendere ſe e fico*, Quintil. 6, 3. *Suſpendere ſe de arbore*, Cic. de Orat. 2, 69, ſich erhencken. *Suſpendere in furcas*, an galgen hencken. Vlpian. in l. ſacrilegii § 1 ff. ad l. Iul. pecul. ¶ 2. *Suſpendere* eſt differre, ſiſtere, cohibere. Liv. 39, 29 *Medio reſponſo rem ſuſpenderunt*, im zweiffel gelaſſen. Ovid. Faſt. 4, 849 *Nec jam ſuſpendere fletum ſuſtinet*, aushalten. Plin. 28, 7 *Fluxiones oculorum ſuſpendit*, es ſtillet. ¶ 3. Item, incertum reddere & morari, aufziehen. Suet. Tib. c. 24 *Senatum ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens.* Plin. 2 epiſt. ult. *Diu miſeram exſpectatione ſuſpendis.* conf. Curt. 7, 4, 14. *Naſo adunco aliquem ſuſpendere.* vide *Naſus.* ¶ 4. *Suſpendi* etiam ſtructuræ dicuntur fornicati operis, quæ inde vocantur *penſilia.* vid. *Penſilis.* Quin etiam fulcris ſuppoſitis quæ ſtabiliuntur contra ruinam, quam minabantur, *ſuſpendi* dicuntur, unterſtützt werden. Cic. Topic. c. 3 *Ejus operis* (fornicis) *vitio, quod ita ædificatum eſt, ut ſuſpendi non poſſet*, i. e. ſuffulciri. Sen. de Benef. 6, 15 *Agentem ex imo rimas inſulam ſuſpendit.* Ita Plin. 33, 4 *Tellus ligneis columnis ſuſpenditur*, de metallis, der ſtollen wird gefaſſet. Id. 34, 8 *Cervum ita veſtigiis ſuſpendit, &c.* de aëreo ſimulacro, er hat ihn auf die zähen geſtellt. Huc pertinet Quint. 11, 3 p. 1026 *Pes ſummis digitis ſuſpenditur.* conf. *Suſpenſus* n. 5.

¶ Suſpenſus, *a*, *um*, aufgehenckt; ut, *Aulæa ſuſpenſa*, Horat. 2 ſat. 8, 54. *Suſpenſa mento corpora*, Id. epod. 5, 36. ¶ 2. Erectus, fornicatus, aufgerichtet, gewölbt; ut, *Suſpenſa ſaxis rupes*, Virg. Æn. 8, 190. *Suſpenſis auribus aliquid bibere*, fleiſig zuhören, Propert. 3, 5, 8. Colum. 3, 13 *Suſpenſiſſimum paſtinatum*, alte effoſſum eſt & eam ob rem leve ac rarum, aufgelockerte erde. ¶ 3. Cohibitus, zurückgehalten; ut, *Suſpenſæ diu lacrymæ fluxere*, Ovid. Amor. 1, 7, 57. *Suſpenſus volatus*, Stat. Theb. 3, 463. ¶ 4. Dubius, incertus, ungewiß, zweifelhafft; ut, *Detinere aliquem ſuſpenſum*, Cic. Att. 10, 1. Sic, *Animus ſuſpenſus & ſolicitus*, Id. Att. 2, 18. Et, *Suſpenſus exſpectatione rerum novarum*, fam. 15, 1. Ita Liv. 4, 32 pr. *Animos ex levibus fortunæ momentis ſuſpenſos gerere*, den mantel nach dem winde hängen. conf. Drakenb. ad 5, 39. Ovid. Her. 16, 84 *Munere ſuſpenſi plena timoris*, imperium & virtus. *In ſuſpenſo relinquere*, Plin. 10 epiſt. 40 ad Trajanum, unerörtert laſſen. *Suſpenſa manu commendare*, Idem 6 epiſt. 12 pr. hoc eſt, dubia. Compar. *Suſpenſiore animo*, Hirt. B. Afric. c. 40. ¶ 5. De inceſſu cum dicitur, ſignificat, aliquem non totis plantis ac firmo pede, ſed ſummis tantum digitis nixum ire, quod ſæpe etiam mollitiei eſt; ut, *Suſpenſo gradu ire*, auf den zehen, leiſe gehen, ſchleichen, Ter. Phorm. 5, 6, 28. *Suſpenſum veſtigium* ſimiliter dixit Plin. Paneg. c. 22. *Suſpenduntur* autem *veſtigia & gradus*, quando molliter atque cum cura ac ſollicitudine reponuntur pedes, ne ſonum temere fixi excitent: unde *Suſpenſum & inſanum veſtigium* Apulejus dixit 3 Mileſ. p. 138. Virg. in Ciri v. 212 *Tum ſuſpenſa levans digitis veſtigia primis Egreditur.* v. ibi Lindebr. not. & Drakenb. ad Sil. 15, 617.

¶ Suſpenſe, adv. cujus comparativo Auguſtinus uſus eſt Confeſſ. 10, 34 extr. *quia ſuſpenſius incideram.*

¶ Suſpenſio, *ōnis*, f. opus fornicis, das gewölbe. Vitruvius de fornice hypocauſti loquens 5, 10 *Flamma pervagabitur ſub ſuſpenſione.* Sed apud Hirtium de B. Afric. c. 48 *Suſpenſio animi*, die zweifelhafftigkeit, ita habent aliqui codices pro *Suſpenſiore animo.*

¶ Suſpensūra, *æ*, f. idem. Vitruv. l. c. *Suſpenſuræ caldariorum ita ſunt faciendæ, &c.* Adde Senec. epiſt. 90; & Pallad. 1, 40.

¶ Suſpendiōſus, *a*, *um*, qui ſibi ipſe laqueo fregit gulam, der ſich erhenckt. Varro apud Servium in Æn. 12, 603 SVSPENDIOSIS, *quibus juſta fieri jus non ſit, ſuſpenſis oſ. illis veluti per imitationem mortis parentatur.* Plin. 28, 4 *Capitis dolores ajunt ſe lare laqueum ſuſpendioſi circumdatum temporibus.* Vſus & Vlpian. Dig. lib. 3 t. 2 l. 11 § 3.

¶ Suſpendium, *i*, n. die erhenckung. Caſſius Hemina apud eundem Servium citato loco ſcribit, *Tarquinium Superbum, cum cloacas Pop. facere coëgiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſiſſe corpora eorum cruci affigi: Tunc primum turpe habitum eſt, mortem ſibi conſciſcere, &c.* Reperitur & apud Plautum *ad ſuſpendium adigere*, in Aulul. 1, 1, 11. *Suſpendio vitam amittere*, Gell. 15, 10. *Injuriæ remedium morte ac ſuſpendio quærere*, Cic. Verr. 3, 56.

Pendulus, vide paullo ante *Pendeo.*

PĒNĔ, vel Pæne, prope, propemodum, faſt, beynahe. Cic. fam. 1, 4 *Bibulum habuimus multo juſtiorem, pene etiam amicum.* Virg. ecl. 8, 18 *Pene ſimul tecum ſolatia rapta.* Ovid. Heroid. 16, 357 *Pene puer*, noch gar jung. Superl. Plaut. Moſt. 3, 121 *Mea conſilia perturbat pœniſſime.* Add Id. Aul. 3, 4, 7; & 4, 6, 2. Apul. Met. 8 p. 203 *Pœniſſime ibi, quam devoverat, reddit animam.* conf. Sidon. 8 epiſt. 3; & Voſſ. Etym. p. 381.

PĒNĔLEVS, *ĕi*, m. unus ex Bœotorum ducibus, Virg. Æn. 2, 425.

PĒNĔLŎPE, *es*, f. Πηνελόπη, Vlyſſis conjux, laude pudicitiæ, in diuturna mariti abſentia cuſtoditæ, celebris. v. Ovid. Heroid. 1 quæ eſt Penelopes. Vnde & pro caſta qualibet & pudica ponitur. Martial. 1 epigr. 63 *Incidit in flammas, juvenemque ſecuta relicto Conjuge, Penelope venit, abit Helene.* Vide tamen Fr. Florid. Sabinum Lect. Subciſiv. 3, 2; & Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 123, qui laudant auctores, Panem ex promiſcua ejus libidine natum perhibentes. Add. Luſus in Priap. p. 79 Lindebrog. ¶ 2. *Penelopes telam texere*, eſt deſtruere illa, quæ efficeris. Proverbium natum ex fabula de Penelope illudente procos pollicitatione telæ abſolutæ. *Sponſos Penelopes* Horat. 1 epiſt. 2, 28 vocat homines luxui deditos; quia illis nihil cordi erat præter convivia, citharam, choream, voluptates: vide Chiliadas.

¶ Pēnelēpæus, *a, um*, adject. ut, *Penelopæa fides*, Ovid. Trist. 5, 14, 36.

PĒNELOPS, *ōpis*, f. Πηνέλοψ, avis circa paludes & amnes versans, vario colore, collo puniceo, anas fortalis illa fera, quam Germani ein rothhals vocant. Gesner. & Plin. 37, 2.

PĒNES, præpos. quæ potestatis, aut possessionis, aut administrationis significationem habet, bey. *Esse penes aliquem*, significat in alicujus manu & potestate esse, in eines gewalt stehen. Cic. de leg. Agr. c. 19 *Agrorum omne judicium, & potestas penes Pompejum est.* Justinus 1, 1, 1 *Imperium penes reges erat.* Vellej. 2, 63, 1 *Summa virium penes eum est.* Et Plaut. Amph. 2, 2, 21 *Omnia bona adsunt, quem penes est virtus*, id est, a quo virtus quodammodo possidetur, wer tugend hat. Cic. in Orat. c. 41 *Eloquentia eos exornat, penes quos est.* Ter. Adelph. 3, 3, 34 *Hæc jam penes vos psaltria est?* id est, apud vos. Horat. Art. Poet. v. 72 *Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi*, i. e. usus. Ovid. Fast. 1, 119 *Me penes est unus vasti custodia mundi.*

Penetrale, &c. vide in sequenti *Penetro.*

PĒNETRO, *āvi, ātum, āre*, quasi penitus, intus, intrare, inwendig hineingehen, durchgehen, durchdringen, ut, *Penetrare in urbem*, Liv. 2, 53; *in portum*, Cic. Verr. 5, 37: *in calum*, Id. Nat. D. 2, 61 pr. Et, *In extremos penetrare Indos*, Catull. 11, 2. *Penetrare in animos*, Cic. de Clar. Orat. c. 38. *Ad sensum alicujus penetrare*, Id. Part. Or. c. 36. *Penetrare inter ceremonias*, Suet. Cæs. c. 6. Tac. An. 3, 4, 3 *Nihil Tiberium magis penetravit, quam studia hominum accensa in Agrippinam*, es ist ihm nichts näher gegangen. Id. Hist. 4, 7, 3 *Suffragia & existimationem Senatus reperta, ut in cujusque vitam famamque penetrarent*; de inspectione & censura, & inde præpositione, Sil. 1, 64 *Nocturno penetrat Capitolia visu.* v. Oudend. ad Front. Strateg. 3, 9, 5. ¶ 2. Plautus non semel active usus est; ut, *Penetrare se in fugam*, Amph. 1, 1, 94; &, *Penetrare pedem in ædes*, Menæch. 5, 2, 64. conf. Gell. 5, 14. Unde passivum bonis scriptoribus superest *Penetratus.*

¶ Penetrans, *tis.* Lucret. 4, 720 *Penetrantibus illis*, scil. feminibus. Cic. de Universo c. 9 *Astra per cælum penetrantia.* Id. Phil. 13, 9 *Antonio in Galliam penetranti* s. *Brutus objecit.*

¶ Penetratus, *a, um*, durchdrungen, hindurchgedrungen. Stat. 4 Silv. 6, 104 *Penetrata limina mortis.* Vellej. 2, 5, 1 *Penetratis omnibus Hispaniæ gentibus*: & c. 40 de Pompejo: *Penetratæ cum victoria Media, Albania, Iberia.* Absolute Lucret. 1, 529; & 4, 671 *Penitus penetrata.*

¶ Penetrātio, *ōnis*, f. das durchdringen. Apulejus 4 Florid. p. 360 *Paribus utrinque aculeis, simili penetratione.*

¶ Penetrator, *ōris*, m. qui penetrat, der durchdringet. Augustin. epist. 159 *Domus alienæ penetratores.* Paulinus Nol. epist. 29 (al. 10) n. 2 *Divinarum aurium penetrator*, hoc est, qui ardenter orat. Prudent. Hamartig. v. 874 *Ignis Trajector nebulæ vasti & penetrator operti est.*

¶ Penetrālis, *e*, adject. inwendig, innerst: ut, *Adyta penetralia*, Virg. Æn. 2, 297. *Penetrales Dii*, de quibus jam dictum in *Penates.* Sic, *Abditi & penetrales foci*, i. e. interiores, Cic. de Ar. Resp. c. 27. *Penetrales tenebræ*, Solin. c. 58 (Salm. 46) de Assyria. *Penetrale chaos infernæ gehennæ*, Sedul. in Lucæ c. 8. Lucret. 1, 494 & 535 *Penetrale frigus, Penetralis ignis*, i. e. penetrabilis, eindringend. Ovid Met. 13, 337 *Signum penetrale Minervæ*, i. e. palladium. Sulpicia Sat. 3 *Penetrale consilium.* Compar. Lucret. 2, 382 *Fulmineus multo penetralior ignis.*

¶ Penetrale, *is*, subit significat omnem partem interiorem domus vel templi, seu omne quod in intimis est partibus, ein gemach, das inwendige im hause. Claud. in Laud. Stilic. 2, 244 *Penetrale profanum Pandite.* Et Ovid. Met. 15, 34 *Patriæque simul tran ferre penates Incipiat. In sedes penetrale novas.* Celebrius plurale: ut, *Penetralia regum*, Virg. Æn. 2, 484. *Arcana tecti penetralia*, Stat. Theb. 5, 313. ¶ 2. Apud Virg. Æn. 7, 59 de media parte domus aperta sive impluvio, der innerste hof. v. Dan. Heinf. ad Sil. 15, 18. ¶ 3 Livius 6, 41 extr. *Tradamus ancilia, penetrania, Deos*; respexisse videtur ad eam significationem, de qua Festus ait *Penetralia penatum esse sacraria.* ¶ 4. Inde metaphorice pro arcanis præceptis ponit e. g. Quint. 6, 2 p. 522 *Sed mihi in animo est, ipsa hujus loci aperire penetralia.* ¶ 5 Legitur etiam *Penetral.* Macrob. Sat. 7, 1 *Intra suum penetral.* Symmach. 2 epist. 34 *Sanctum penetral animi tui nesciant.*

¶ Penetrāliter, adv. einwerts, innerlich. Fortun. 4 Mart. *Penetraliter ardens mordent.*

¶ Penetrābilis, *e*, quod facile penetrat, durchdringend. Virg. Æn 10, 481 *Penetrabile telum.* Martialis 4 eleg. 19 *Ne madidos intret penetrabile frigus in artus.* v. Drakenb. ad Sil. 7, 649. ¶ 2. Passive Stat. 2 Silv. 5, 21 *Caput haud penetrabile Nili*, quod penetrari nequit, darzu man nicht kommen kan. Compar. *Penetrabilius in venas vinum*, Macrob. 7, 12.

¶ Impenetrale, *is*, n. *Cujus ultimum penetrale intrare non licet*, ein verborgenes, verschlossenes zimmer. Festus.

¶ Impenetrābilis, *e*, quod penetrari non potest, undurchdringlich, dem man nichts anhaben kan: ut, *Impenetrabilis ferro silex*, Liv. 36, 25. *Tergus impenetrabile*, Plin. 8, 25. *Superior pars corporis Crocodili impenetrabilis*, Sen. Quæst. Nat. 4, 2. *Impenetrabilis blanditiis vitiorum*, ibid. præfat. Sic, *Pudicitia impenetrabilis*, quæ expugnari non potest, Tac. An. 4, 12, 4. *Mens impenetrabilis iræ*, Sil. 7, 561, das sich nicht erzürnen läßt.

PĒNĒUS, sive Penēos, *i*, m. Πηνειός, fluvius Thessaliæ inter Ossam & Olympum decurrens, ubi Tempe. In hujus ripa Daphnis in laurum conversa dicitur, Ovid. Met. 1, 569.

¶ Penēĭus, *a, um*, adject. ut, *Daphne Peneia*, ibid. v. 452.

¶ Penēus, *a, um*, idem: ut, *Nympha Penea*, i. e. Daphnis, ibid. v. 504.

¶ Penēis, *ĭdis*, f. ut, *Nympha Peneïde*, ibid. v. 472.

Penicillus, peniculamentum, peniculus, vide mox in *Penis.*

Peninsula, vide supra *Insula.*

PĒNIS, *is*, m. cauda, interprete Festo, ein schwantz. Nævius apud eumdem: *Lares peni pinxit bubulo*, hoc est, penicillo grandi, ex bubula cauda facto. Unde *Offa penita*, offa porcina cum cauda, eodem auctore. ¶ 2. Est & in obscenis hoc vocabulum, & id significat, quo viri fumus, das männliche glied. Sic, *adolescentes penè deditos*, Piso dixit. Sall. Cat. 14, 2 *Ventre, pene, bona patria lacerare.* Vide Cic. fam. 9, 22. Sic Cato lib. 4 Distich.

Indulgere gulæ noli, quæ penis amica est.

¶ Pēnītus, *a, um*, caudatus, geschwäntzt; ut, *Offa penita.* Festus. Vide paullo ante in *Penis.*

¶ Pēnĭcŭlus, *i*, m. seu Peniculum, *i*, n. dimin. Festus: *Peniculi, queis calceamenta tergentur, quod e caudis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea*, eine fehrbürste, schuhbürste. ¶ 2. Instrumentum item pictorum, quo colores ducunt, ein pinsel. Plin. 30, 10 de Apelle: *Arrepto peniculo, lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam.* ¶ 3. *Peniculus* etiam spongiam significat; ut, *Peniculo abstergere vulnera*, die wunden mit einem schwamm wischen oder trucknen. Ter. Eun. 4, 7, 7.

¶ Pēnĭcillus, *i*, m. sive Penicillum, *i*, n. diminut. aliud, ein pinsel. Quintil. lib. 2 extr. *Opifex desiderat instrumentum, ut calator calamo, pictor penicillo.* Metaphorice Cic. ad Qu. fratr. 2, 15 *Pingam colorinos tuis, penicillo meo.*

¶ Pēnĭcŭlāmentum, *i*, n. der schwantz. Arnob. lib. 5 p. 163 *Peniculamenta decurtantem anteriorum*, id est, caudas. vid. Elmenh. ad h. l. p. 162. Ennius pro laciniis tractis vestium posuit, ut docet Scalig. ad Catalecta p. 162, der saum oder schweif am kleide, die schleppe. Adde ex Lucilio & Cæcilio Nonium 2, 624.

¶ Peniculo, *āre*. Apud Arnob. l. c. Bacchum *peniculantem* quidam habent, ubi Scaliger *peniculamenta* legit.

PĒNĬTUS, adverb. loci & qualitatis, i. e. in intima parte, prorsus, omnino, gar drinnen, inwendig durchaus, gänzlich; ut, *Effodere aurum & argentum penitus abditum*, Cic. Off. 2, 3 extr. *Periculum inclusum penitus in venis atque visceribus reipubl.* Id. Catil. 1, 13. Et ad Q. fratr. 1, 1, 5 *Explicari mihi consilia tua plane volo, ut penitus intelligam. Victoriam penitus amittere*, Id. Off. 2, 8. *Penitus præcepta animo figere*, Tac. Agric. 45, 6, tief zu herzen nehmen. *Penitus haurire philosophiam*, Auct. Dialog. de Orat. c. 30. ¶ 2. Revera adjectivum est: Dicebant enim antiqui

¶ Pēnītus, *a, um*, penitior, penitissimus, innerst. *Penitum* enim intimum erat. Sic, *Usque ex penitis faucibus*, Plaut. Asin. 1, 1, 28. *Trahere se in penitiorem partem domus*, Apul. ap. Priscian. p. 599. Plaut. Cist. 1, 1, 65 *Penitissimum pectus*; & in Persa 4, 3, 71 *Barbariam penitissimam* dixit. *Penitissimos Scythas* Gell. 11, 4. Et Macrob. Sat. 5, 19 *De Græcorum penitissimis litteris hanc historiam erudit Maro.* Hinc

¶ Penĭtus, antiquum adverbium, ap. Catull. de Nuptiis Mallii v. 178, ut quidem eum locum ex antiquis codicibus restituit Scaliger, quam lib. Compar. Cell. 5, 28, 11 *Penitius condita suppuratione.* Superl. Sidon. 4 epist. 9 *Actiones ejus quotidianas penitissime inspexi*, ganz zu innerst, durch und durch.

PENNA, *æ*, f. ein federkiel, federstock, cujus molle, quo vestitur, *pluma* proprie est. Sen. epist. 42 *Dixi, te pennam tenere; mentitus sum, plumam tantum tenebas. Pennas*, ait Festus, *antiquos ferunt appellasse ex Græco, quod illi πτερὰ, quæ sunt volucria, dicant.* Isidor. 6, 14 *Instrumenta scribæ calamus & penna*, &c. die schreibfeder. Propert. 2, 25, 22 *Ille tuas pennas tam cito vertit amor:* i. e. fugit, sie hat keinen bestand. ¶ 2. *Pennas nido majores extendere*, proverbiali locutione Horatius eleganter dixit 1 epist. 20, 21 pro, amplius se efferre, quam fortunæ nostræ ferant, höher fliegen wollen, denn die federn gewachsen seyn. Et Cic. Att. 4, 2 *Qui mihi pennas inciderant, nolunt eadem renasci*, die mir die flügel beschnitten: hoc est, qui auctoritatem & potestatem mihi imminuerunt meam, nolunt eamdem me recuperare, *ne altius evolem*, qua metaphora utitur fam. 1, 7, 25. Alii autem legunt *pinnas.* Horatius *Pennas decidere* dixit 2 epist. 2, 49 *Unde simul primum me dimisere Philippi, Decisis humilem pennis, &c.* Plaut. Pœnulo 4, 2, 49 *Sine pennis volare haud facile est.* ¶ 3. *Penna* & *Pinna* sæpe confunduntur ut significatione, ita scriptione. v. Burm. ad Quint. 1, 4 p. 43

¶ Pennula, *æ*, f. Cic. Nat. D. 2, 52 *Cum pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur.*

¶ Pennālis, *e*, voll federn. Sedul. *Pennali libramento corpus sustentare.* ¶ 2. *Pennalis* olim dictus novellus Academicus; & hinc *Pennalissimus* prioris anni status in Academia olim dictus.

¶ Pennātus, *a, um*, gefiedert, geflügelt, a *Penna*, quo Dracontius usus est Hexaem. v. 146 *Pennantur tunc membra*, i. e. pennis induuntur. Loquitur de creatione avium. *Pennatum telum*, Plin. 34, 14. *Pennati amores*, Claudian. de Stilic. laud. 2, 356. *Iovis pennata satellites*, i. e. aquila, Cic. de Divin. 1, 47. *Pennati serpentes*, Ovid. Met. 7, 350.

¶ Pennātŭlus, *a, um*, dimin. Tertull. ad Nation. 1, 10 *Mercurius in calvitio pennatulus*, i. e. galero pennato indutus.

¶ Pennesco, *ĕre*, federn bekommen. Cassiod. 1 epist. 38 *Adulta ætate pennescere.*

¶ Pennĭfer, *a, um*, idem quod *Pennatus.* Sidon. carm. 2, 309

Flectis pennigeros hederis bicoloribus armos.

¶ Pennĭger, *a, um*, idem; ut, *Sagitta pennigera*, (*pennatum telum* modo dictum,) ein gefiederter bolzen. Sil. 8, 375 *Animal pennigerum*, Cic. de univers. c. 10. Eleganter Idem fam. 7, 33, 2 *Ut etiam, si quando aliquid dignum vestro nomine emiserimus, ingemiscamus, quod hæc pennigero non armigero in corpore tela exerceantur, ut viz Philoctetes apud Accium, abjecta gloria.* Philoctetes nimirum detentus in Insula, sagittis aves dejiciens, malebat hostes petere; Cicero decimam domi mallet suo more in foro ac luce versari. Plin. 11, 16 de rege apum, *Neque vermiculus, sed statim penniger.*

¶ Pennĭpes, *ĕdis*, pennatus pedibus, mit federn an füssen. Catullus carm. 55 ad Camerium v. 25 *Pennipes Perseus.*

¶ Pennĭpŏtens, *tis*, geflügelt; ut, *Pennipotentum corpora*, Lucret. 2, 865; & 5, 787.

¶ Bipen-

¶ Bipennis, *e*, duas pinnas ſ. alas habens, das zwey flügel hat. Plin. 11, 28 *Inſectorum quædam binas gerunt pennas, ut muſcæ -- Nullum, cui aculeus in alvo eſt, bipenne.* Add. Priſc. 5 p. 652. ¶ 2. Δίτομος, duas acies habens, zweyſchneidig. Virg. Æn. 11, 135 *Ferrum bipenne.*

¶ Bipennis, *is*, f. ſubſt. telum, nempe ſecuris, ex utraque parte aciem habens, eine hellebarte, partiſane. Tibull. 1, 7, 53

Illa bipenne ſuos cædit truculenta miniſtros.

Et Horat. 4 od. 4, 57 *Duris ilex tonſa bipennibus.* Virg. Æn. 2, 479 *Ipſe inter primos correptâ dura bipenni Limina perrumpit.* De etymologia hujus vocis vid. Quint. 1, 4 p. 42. *Bipennem* & *ſecurim* promiſcue dici a poëtis quanquam differant, docet Drakenb. ad Sil. 16, 264.

¶ Bipennifer, *a, um*, mit einer partiſane verſehen. Ovid. Met. 8, 391 *Bipennifer Arcas.* Idem Triſt. 5, 3, 39

Oſſa bipenniferi ſic ſint male preſſa Lycurgi.

Sed *Bipennis*, & *Bipennifer* alii a *Pinna* deducunt. Iſidorus tamen a *Penna* de Orig. 19, 19. vid. Nonius 2, 82.

¶ Depennatus, *a, um*, vid. *Depinnatus* in *Pinna*.

¶ Diſpenno, *ĕre*, proprie de avibus, quando pennas expandunt, die flügel ausbreiten. Item, extendere, ausdehnen. Plaut. Mil. 5, 1, 14 *Diſtendite hominem diverſum & diſpennite.*

¶ Impennatus, *a, um*; ut, *Impennatæ agnæ*, Paulo ad Feſtum in *Penna*, ſpicæ ſunt ſine ariſtis, v. Scal. & Dac.

PENNĪNVS, *i*, m. Deus Alpinorum, quem in ſummo vertice colebant, Livius 21, 38, occurrit etiam in vetere lapide in Miſc. Sponii p. 85. conf. Cuperi Apoth. Hom. p. 16. Hinc pars certa Alpium

¶ *Alpes Penninæ* dictæ quas perperam quidam *Pœnas*, quaſi a tranſitu Pœnorum, Hannibale duce, appellant.

Penſabilis, penſatio, penſator, penſiculo, &c. vide ſupra *Pendo, ĕre.*

Penſilis, vide *Pendeo, ēre.*

Penſio, penſitatio, penſitator, penſito, penſiuncula, penſo, penſor, penſum, quære ſupra in *Pendo, ĕre.*

Pentachordon, Pentadactylus, vide *Chorda, Dactylus.*

Pentadoron, Pentameter, vide ſupra *Doron, Metrum.*

PENTAMĪRON, *i*, n. πεντάμοιρον, fünf theil, Vitruv. 4, 1.

¶ Epipentamīron, *i*, n. ἐπιπεντάμοιρον, über fünf theil, ibid.

PENTAPĔTES, *æ*, f. herba, quæ & *Pentacænon*, *Pentagonum*, *Pentatomon*, & communiter *Pentaphyllon*, fünffinger-kraut. vid. Plin. 25, 9; & Apulej. de Herb. c. 2.

Pentapharmacum, Pentaphyllon, Pentapolis, &c. vide *Pharmacum*, *Phyllon*, *Polis.*

PENTAPRŌTĪA, *æ*, f. πενταπρωτεία, i. e. quinque primorum munus, quos alibi conſtitutiones quinque ſummates vocant, v. l. 2 C. de privil. eorum qui in ſac. pal. mil.

Pentaptotoŭ, vide infra *Ptoſis.*

PENTAS, *ădis*, f. πεντάς, numerus quinarius, fünfe. Mart. Capella lib. 7 p. 239.

¶ Pentaſemus, *i*, m. genus pedis rhythmici, ibid. lib. 9 p. 330.

Pentaſpaſton, Pentaſphærum, Pentaſtiche, vide *Spaſmus*, *Sphæra*, *Stichus.*

PENTATEVCHOS vel Pentateuchum, *i*, n. πενταteύχον, quinque libri Moſis, die 5 bücher Moſis, a πέντε *quinque* & τὸ τεῦχος *volumen.* v. Hieronym. adv. Rufin. 2, 7; & Tertull. adv. Marc. 1, 10.

Pentathlus, vide ſupra *Athlos*, & in *Ars Quinquertio.*

PENTĒCOSTĒ, *es*, f. πεντηκοστή, pfingſten, dies quinquageſimus poſt paſcha: vide Act. c. 2, 1; & Joſephum de Bello Iud. 2, 5 Græc. (Lat. c. 2) p. 778. Tertull. de Idolol. c. 14 *Pentecoſten implere non poterunt.*

PENTELĬCVS, *i*, m. mons Atticæ, unde *Pentelicum marmor.* Pauſanias Atticis c. 32 Ὄρη δὲ Ἀθηναίοις ἐστι, Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομία, &c. Hinc *Hermæ Pentelici*, ſtatuæ, apud Cic. ad Attic. 1, 8.

Penteris, Pentethronius, Penthemimeris, v. *Eretes*, *Thronus*, *Meris.*

PENTHĔSĬLĒA, *æ*, f. Πενθεσίλεια, Amazonum regina, fuit auxilio Trojanis contra Græcos, Virg. Æn. 1, 491; & Plin. 7, 56.

PENTHEVS, *ei*, m. Thebarum rex: qui non initiatus cum inſpexiſſet Baccharum ſacra irriſiſſetque, a matre, uxore, ſororeque minutatim diſcerptus periit, v. Euripidis Bacchas, & Ovid. Met. 3, 514; itemque Horat. meminit & 2 ode 19, 14. Nomen habet a πένθος, i. e. *luctus.* Theocrit. Idyll. 26, 26

Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ πενθῆα, φέρεσαι.
Ex monte luctum, non Penthea, reportantes.

¶ Penthēus, & Pentheius, *a, um*, adject. ut, *Pentheum genus*, Stat. Theb. 2, 575. *Pentheia mater*, Sidon. carm. 22, 94.

Pentiremis, quære infra in *Remus.*

PENTŎRŎBON, *i*, n. πεντόροβον, herba, pæonia, Plin. 25, 43 & 27, 10. Apulej. de Herb. 64.

PENTRI, *orum*, m. pl. Samnitium populus, cujus caput *Bovianum*, Liv. 9, 31.

¶ Penuarius, vide mox in *Penus.*

PĔNŬLA, *æ*, f. (vel *Pœnula*: unde græca vox φαιλόνης, 2 Tim. 4, 13, vel φενόλης, ſumta a Romanis,) tunica frigori & imbribus arcendis ſerviens loco pallii, ein regen- oder reiſe-rock oder mantel. Suidas: φελονης ῥωμαικὴ στολή. Quint. 6, 3 p. 545 *Si non pluit, non eſt opus tibi penula, Si pluit, ipſe utar.* Martial. 14 epigr. 145 tit. *Pœnula gauſapina.* Et ibid. 130 *Pœnula ſcortea*, ein rauhes oder mit pelz gefüttertes kleid. v. Torrent. ad Horat. 1 epiſt. 9, 18; & ad Suet. Calig. c. 52; itemque Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 6 & 7; Burm. ad Quint. 6, 3 p. 548; Lipſ. Elect. 1, 25; & in quantum Grammaticorum habitus fuit, Id. Lipſ. de Pron. L. L. c. 3 extr. ¶ 2. *Penulam ſcindere*, eſt impenſius retinere, den ermel ausreiſſen. Cic. Attic. 13, 33 *Ego ita egi, ut non ſciderem pœnulam.* Et mox: *Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt.* ¶ 3. Penula eſt quodvis operculum, & tegumentum, die decke, der deckel, fürhang. Sic Vitruvius 10, 12 bis partem *Cteſibicæ machinæ penulam* vocat. vid. ibi Baldi Lex. p. 81. Nonius 6, 3 obſervat, *Penulam abuſive omne, quicquid tegit nobiliſſimos veteres tranſtuliſſe.* Unde Varro: *Penula reliquum pedem ſcortea pertegere.* Turneb. Adv. 28, 12 de ea parte calcei exponit, quæ pedem involucro ſui obtegit, die laſche an ſchuhen.

¶ Penulātus, *a, um*, der einen mantel um hat. Cic. pro Mil. c. 10 *Cum uxore in rheda vehevetur penulatus*, id eſt, penula tectus. Martial. 2 ep. 57 *Codrus alpha penulatorum.* Sidon. 8 epiſt. 6 *Conſuales penulati.*

¶ Penuleus & Penulārius, *i*, m. idem quod *penulatus*, i. e. penula indutus. Lamprid. Ant. Diad. c. 2 *Paraverat ſane penulas populo dare in honorem filii ſui*, &c. *aſſerens, melius filium ſuum Penuleum vel Penularium dicendum*, &c. Occurrit etiam *Cn. Caſſatius Penularius* in vetere lapide Puteolano & apud Murat. p. 907, 2.

¶ Penulārium, *i*, n. quaſi theca & vagina penuiæ, ein mantelſack, kleiderkaſten. Nævius apud Nonium 2, 618.

Penultimus, Penuria, vide *Ultra*, *Penus.*

PĔNVS, *i*, & *ūs*, maſc. & f. ſecundæ & quartæ declinat. eſt, quicquid ad victum pertinet, allerley vorrath von eſſen und trincken, proviant. *Eſt enim omne, quo veſcuntur homines*, inquit Cic. Nat. D. 2, 27. *Hæc continentur, quæ eſui potuique ſunt*, Ulpian. 3 ff. de *penu legata.* Lucil. ap. Non. 3, 174 *Magna penus parvo ſpatio conſumta peribit.* Sed hoc genus rarius eſt. Perſius 3, 74 *In locupletæ penu.* Dicta autem *penus*, quod ibi intus & penitus habeantur, quæ uſui omnino ſint. v. Gellium 4, 1, & ſupra in *Cellarium.*

¶ Penus, *ŏris*, n. idem. Horat. 1 epiſt. 16, 72 *Annonæ proſit, portet frumenta penusque. Penus multiplex*, Suet. Nerone c. 11. Gellius 4, 1 extr. *Ea ſola eſſe penoris putat.* Et Paulus ad Feſtum: *Penora dicuntur res neceſſariæ ad victum quotidianum.*

¶ Penum, *i*, n. idem. Plaut. Capt. 4, 4, 12 *Dicam, ut ſibi penum aliud ornet.* Pompon. leg. 2 D. de tritico, vin. *Cum alii penum, alii vinum legatum eſſet, excepto vino, omne penum ad aliam legatarium pertinebit.* Sed hoc Ter. Eun. 2, 3, 18 dupliciter legi Donatus ait: *Cum in cellulam ad te patris penum omnem* (& *omne*) *congerebam clanculum.*

¶ Penūtor, *ōris*, m. qui penus geſtat, ein proviantmeiſter, marcketender. Cato apud Feſtum: *Ex militibus penatores dare.*

¶ Penārius, & Penuārius, *a, um*, ut, *Cella penuaria*, ein ſpeisgewölb, ſpeiſekammer, Cic. de Senect. c. 16. Id. Verr. 2, 2 *M. Cato ſapiens cellam penariam reip. noſtræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit.* Legunt & ſubſt. in neutro genere *Penarium.* vid. Paulus ad Feſtum in *Penora.* Et maſc. Gloſſ. gr. lat. κελλάριος, *penuarius*, ein kellner, ſpeiſemeiſter.

¶ Pēnūria, *æ*, f. inopia, mangel, earum rerum præcipue, quæ ad penum pertinent; inde enim vox ducta eſt, ut Feſtus auctor eſt. Sed quia Virgilius Æn. 7, 113 primam producit, ſunt, qui putent, hoc nominis a græco πᾶνα, *fames*, potius deduci. conf. Horat. 1 ſat. 1, 108. Ter. Adelph. 3, 3, 88 *Illiusmodi jam nobis magna civium penuria eſt.* Et Cic. de Amic. c. 17 *Conſtantium amicorum magna eſt penuria.* Idem *Magna ſapientium civium bonorumque penuria eſt*, de Clar. Orat. c. 1. *Penuria cibi*, Lucret. 5, 1005. *Penuria conſilii*, Plin. 8, 6. *Penuria mulierum*, Liv. 1, 9.

PĔPĂRĒTHVS, *i*, f. inſula una Cycladum in mari Ægæo cum oppido ejusdem nominis. v. Ovid. Met. 7, 471. Senec. Troad. v. 840, & Plin. 4, 12.

PEPLION, *i*, n. & Peplis, *ĭdis*, f. πέπλιον & πεπλὶς, herba portulaca ſilveſtris eſt Dioſcoridi, naſcitur in maritimis. v. Plin. 20, 20 Sed

¶ Peplus, *i*, m. πέπλος, herba alia eſt eidem, quam vulgo eſulam rotundam vocant, provenit in vinetis & agris incultis, lacteo ſucco, groſſe wolffs-milch. Plin. 27, 12.

PEPLVS, *i*, m. & Peplum, *i*, n. veſtis genus, ein ſchleyer, mantel, eine ſchaube. Plaut. Fragm. *Niſi cum infertur peplum.* v. Taubm. p. 1483, & Plaut. Merc. prolog. v. 67. *Peplus fluens*, Claudian. in Honor. nupt. v. 123. conf. Tertull. de Pallio c. 4; & Gonſal. ad Petron. c. 114 p. 183. Spanh. ad Iulia. Cæſ. p. 461 ſq. ¶ 2. *Peplum* quinto quoque anno Athenis Minervæ in ludis Panathenaicis magnis a matronis conſecrabatur ſolenniter. In quo intextæ erant res a Minerva geſtæ, præcipue Gigantomachia, ut Virgilius in Ciri deſcribit v. 21, & aliquot ſequentibus. Meminit & Plato Euthyphrone. Idem Virg. Æn. 1, 479 *Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant Suppliciter triſtes.* Vbi Servius: *PEPLVM proprie eſt palla picta fœminea Minervæ conſecrata: ut Plautus: NVNQVAM AD CIVITATEM VENIO, NISI CVM INFERTVR PEPLVM. Hodie multi abutuntur nomine.* Hæc ille. v. Meurſ. Panathen. c. 17 ſq. Apud Statium tamen Theb. 10, 56 Iunoni peplum matronæ ſolenne donum conſecrant: ubi Vetus Scholiaſtes PEPLVM, inquit, *veſtis candida eſt, aureis clavis picta, ſine manicis, quod ſimulacris ſiebat. Sed hoc peplum primum eſt ab Athenienſibus inſtitutum, quod matronæ ſuis manibus faciebant, & inter triennium Numinibus offerebant.* ¶ 3. Scaliger ad Cirin Virgilianam ex Ariſtophane obſervat, in illo Minervæ peplo præter victorias Pallados & ſtrenuorum ducum geſta intexta fuiſſe, eamque ob cauſſam Ariſtotelem librum ſuum, quem de heroum tumulis conſecrat, PEPLVM vocaſſe. Quem imitatus Auſonius epitaphiis heroum, qui Trojano bello interfuerunt. Hinc *Dignus peplo*, ἄξιος τῦ πέπλυ, eſt proverbium in eos, qui ob merita ſua & res præclare geſtas ſummis honoribus decorantur. Explicatur etiam a Meurſio l. c.

PĔPO, *ōnis*, m. πέπων, pfeben, melonen, genus cucumeris: *qui magnitudine enim exceſſerint, pepones vocantur*, ut Plinius auctor eſt 19, 5. Vide eumdem & 20, 2. De uſu peponum & medicina contra nephriticos dolores lege Gaſſendum de vita Peireſcii 2 p. 161; & 6 p. 491. Origo eſt a πέπτω, *coquo*, *emollio*, quoniam a ſole ejuscemodi fructus coquuntur, & molles atque dulces redduntur. ¶ 2. Per convicium Tertull. de Anima c. 32 *Pepo tam inſulſus.* Id. adverſus Marc. 4, 40 *Peponem cordis loco habere*, i. e. eſſe ſtupidum, mollem, ignavum.

¶ Melopepŏnes, *um*, melonen: Sed, *anguriæ*, gurcken.

PEPTĬCVS, *a, um*, zur dauung dienlich; ut, *Peptica medicinæ*, co-

ctionem iuvantes, quæ foris applicantur, **däupfläſter**, a *πέψις, coctio*, a *πέπτω, digero*, Plinius 20, 18.

PER, præpoſitio, aliud cum nominibus aliis conjuncta ſignificat; ut, *Per alium oſtendere ſuam ſententiam*, durch anzeigen, Ter. Heaut. 2, 1, 7. *Per alium tranſigam*, Cic. pro Roſc. Am. c. 38. Adverbiis circumſcribendis inſervit. Horat. 1 od. 10, 9 *Per dolum amotos boves* dixit, i. e. doloſe, geſtohlen. Et, *Per avaritiam aliquid appetere*, aus geiß, Cic. pro Roſc. Com. c. 8. *Per inſidias interficere*, Idem pro Domo c. 23, hinterliſtig, mit liſt. *Per litteras cum aliquo colloqui*, i. e. litteris, ſchrifftlich, Idem Att. 6, 1. *Per ſimulationem, per ſpeciem*, unter dem vorwand, zum ſchein. Cic. poſt redit ad Quir. c. 9; Cæl. B. C. 2, 35; Liv. 1, 3 & 41; Item 24, 47; & 39, 35: *Per contumelias alicui inſultare*, h. e. contumelioſe, Liv. 3, 62. Id. 30, 28 *Percunctatusque ſatin per commodum omnia exploraſſent*, i. e. commode. v. ibi Gronov. & Cort. ad Sall. Iug. 2. *Per vices*, wechſelsweiſe, Suet. Claud. c. 42. *Per partes*, ſtückweiſe, Colum. 1, 4; 4, 24. *Per forum ferre*, über den marckt. Cic. Att. 14, 18. *Per domos*, von haus zu haus, Liv. 1, 9; & 25, 31. *Per illa tempora perraræ litteræ fuerunt*, i. e. illis temporibus, zu ſelbigen zeiten, Liv. 6, 1. *Pridie per meridiem profecti*, Id. 42, 64. *Per noctem*, Iuſtin. 1, 8, 10, & 11, 15 &c. Ita etiam cum adjectivis neutris, *Per ſubitum, longum, tacitum, occultum*, quæ omnia poetarum auctoritate confirmant N. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 15, 145. *Per me tibi licet*, meinethalben iſt dirs unbenommen, Ter. Hec. 5, 2, 6. *Si mihi per ejusdem amicitiam licebit*, Cic. fam. 1, 8. *Per ætatem*, Ter. Eun. 1, 2, 34; & Adelph. 2, 2, 28, alters halben. *Per occaſionem*, Liv. 1, 11, nach gelegenheit. *Per otium*, Cic. de Invent. 1, 3, mit muſe, & Liv. 4, 58. *Per luxum*, Id. 44, 45. *Per valetudinem commodius venire, tamen noluiſti*, Id. fam. 7, 1, der geſundheit halben. conf. fam. 16, 7. *Per te ſtetit, quo minus be fierent nuptiæ*, Ter. Andr. 4, 2, 16, an dir hat es gelegen. *Per tempus adveni*, hoc eſt, temperſtive, ibidem 1c. 4, 44, zu rechter zeit. *Poſſe aliquid per ſe*, Cic. de Amic. c. 8, von ihm ſelbſt. *Per ſe ſibi quisque carus eſt*, ibid. c. 21, von natur. *Per ſe ipſa probitas parum tuta eſt* Salluſt. Iug. c. 14, von ihr ſelbſt, vor ſich. *Per eum honores cepit*, i. e. illius ope beneficioque, Nepos 25, 7, 2. *Neque per ſenatum efficere potuit*, Id. 24, 2, 1, i. e. propter ſenatum, ſenatu obſtante. *Per Deos*, Cic. pro Rabir. Poſt. c. 13; & Curt. 4, 10, 32, um Gottes willen. *Per dextram, fidem tuam*, modi ſunt deprecandi, Ter. Andr. 5, 54 & 55. *Per fortunas*, ſimilis formula, Cic. Att. 3, 20, ſo lieb dir iſt, 1c. v. ibi Manut. conf. 1 Imenh. indicem Apuleji; it. Burm. ad Petron. c. 127 p. 667. Omittitur ſæpe verbum *oro, rogo*, vel ſimile. Sic Quint. decl. 6, 8 p. 134 *Per matrimonium vetus miſerere*. v. quos laudat Burm. ad h. l. it. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 1, 658. ¶ 2. Elegans interpoſitio illa, *Per ego te Deos oro &c.* Ter Andr. 5, 1, 15. Et Liv. 22, 9 pr. *Per ego te, fili, quæcunque liberos jungunt parentibus, precor quæſque &c.* Vid. Cort. & quos laudat ad Sall. Iug. 14 extr. Et, *Per enim magni æſtimo, tibi factum noſtrum probari*, Cic. Att. 10, 1. *Per hoc mihi mirum viſum eſt, te hoc illi concedere*, Id de Orat. 1, 49. *Per mihi, per inquam gratum feceris*, Id. Att. 1, 20 extr add. Drakenb. ad Sil. 5, 82. ¶ 3. Obſerva, *Per*, præpoſitionem, cum nominibus & adverbiis ſignificationem eorum ſæpe intendere: ut, *Perbenignus, è, perabjurdus, è, perarduus, peracutus, perjucundus*; & interdum imminuere: ut, *perfidus, è, perjurus*, & quæ alia ſexcenta ſunt hujus notæ, quæ in implicibus eorum invenies; in compoſitione vero verborum continuationem quamdam notare: ut *perſedere* apud Suet. Claud. c. 34 eſt totum diem ſedere usque ad finem: & *perſpectare*, ad finem usque ſpectare, ibid. Domit. c. 4.

¶ Perinde, æque, gleich alſo, eben ſo. Flagitat fere poſt ſe has particulas, *ac, atque, ac ſi, ut, quam, &c.* ut; *Perinde ac ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent*, Cæſ. B. Civ. 3, 60. *Perinde ac ſi ujus eſſem*, Cic. Att. 13, 49, eben als hätte ichs gebraucht. *Vereor, ut hoc perinde intelligi poſſit, atque ego ſentio*, Id. pro Marcello c. 4, man dürffte es wohl nicht ſo verſtehen, als ichs meyne. *Atque hæc perinde æquor, quaſi &c.* Id. pro Quintio c. 26. *Perinde habebo, ac ſi ſcripſiſſes*, Id. ad Att 3, 13. Et Suet. Domit. c. 16 *Nulla re perinde commotus eſt, quam reſponſo mathematici*. Ter. Heaut. 1, 2, 21 *Hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet.*

¶ Perquam, id eſt, valde, nimis, ſehr, überaus; ut, *Perquam breviter perſtringere aliquid*, Cic. de Orat. 2, 49. *Perquam modica alicujus merita in majus extollere*, Plin Paneg. c. 60. ¶ 2. Additur quoque ſuperlativis hæc adaugens particula. Apul. Met. 2 p. 117 *Facetum perquam ſapidiſſimum*. Pomp. t. de Orig. Iuris § 45 *Duos libros perquam breviſſimos reliquit*. Et Curt. 4, 6, 2 *Perquam maximo poſſet exercitu coactis*. Impugnat quidem Gronovius, ſed defendit Perizonius ad Sanctii Minerv. p. 715.

PĔRA, æ, f. *πήρα*, facculus, eine taſche, ranſen, bettelſack. *Peras impoſuit Iupiter nobis duas*, Phædr. 4, 9, 1. Martial. 14 epigr. 81 ad Cynicorum ſordes alludens: *Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat, &c.* Sic, *Pera cum baculo*, inter philoſophorum inſignia, præcipue Cynicorum, qui pauperes & omnium rerum contemtores. Martial. 4 epigr. 53 *Cum baculo peraque ſenex*. Apul. Apol. p. 287 *Proinde gratum habitum, ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram & baculum fuiſſe*. Et paullo poſt p. 288 *Peram & baculum tu philoſophis exprobras es?* Et mox: *Veruntamen hoc Diogeni & Antiſthení pera & baculus, quod regibus diadema, imperatoribus paludamentum &c.*

¶ Pĕrŭla, æ, f. diminut. Sen. epiſt. 90 *Fregit exemtum e perula calicem*. Apul. Met. 5 p. 165 *Quantum putas boni nobis geris in iſta perula?*

¶ Perātim, adv. quantum ad peram attinet, mit der taſche. Sic *Peratim ductitare* dicebantur ſervi, qui heros ſuos argento, quod in pera fuit, circumduxerunt, Plaut Epid. 3, 2, 15.

¶ Perenticida, æ, m. fide apud Plaut. Epid. 3, 2, 13, qui peram ſeu marſupium ſuam incidit, teque auro emungi patitur. Servi ibi verba ſunt. *Ego tuum patrem facium perenticidam*; q. d. dum peram prorſus inanem reddet, poſthac non *Periphanes*, ſed *Perenticida* nominabitur. Pareus mallet legere *Peræcida*; ſed fuiſſe auctorem in ambiguo vocum, *pareuticidæ* & perenticidæ, vult Salmaſius in ed. Gronov.

¶ Aſcopera, Bactroperita, Hippopera, vide ſub ſuis elementis.

Peracer, Peraceſco, Peractio, &c. vide ſupra *Acer, Aceo, Ago.*

Peradoleſcens, peradoleſcentulus, vide *Oleo.*

Perædifico, Peræquatio, peræque, &c. vide *Ædes, Æquus.*

Perago, Peragratio, peragro, vide *Ago, Ager.*

Peramanter, peramo, Peramplus, vide *Amo, Amplus.*

PĔRANNA, æ, f. Dea, temporis præſes a veteribus credita, cui ſacrificabant menſe Martio. v. Macrob. Sat. 1, 12. Martial. 4 epigr. 64 *Annæ pomiferum nemus Perannæ*. Dicitur ſæpius *Anna Perenna*. vid. Ovid. Faſt. 3, 634; & ſupra *Anna.*

Perantiquus, Perappoſitus, vide *Antiquus, Pono.*

Perarduus, Perareſco, Perarmo, Peraro, v. *Arduus, Areo, Arma, Aro.*

Peraſper, Peraſtutus, vide *Aſper, Aſtutus.*

PERATĬCVM, bdellium ex Media advectum, Plin. 12, 9.

Perbacchor, Perbene, Perbibeſia, Perbito, vide *Bacchus, Bonus, Bibo, Beto.*

PERCA, æ, f. *πέρκη*, & *περκὶς*, piſcis, ein pars. *Perca marina*, ein meerpars. *Perca fluviatilis minor*, ein faulpars. v. Ovid. in Halieut. v. 112: Plin. 9, 16 &c. Apic. 10, 1.

¶ Percis, *idis*, f. *περκὶς*, eine meerſchnecke. Plin. 32, 11.

Percello, Perceptio, Perceptor, percipio, Percis, Percĭtus, Percludo, vide *Cello, Capio, Perca, Cieo, Claudo.*

PERCNOS, *i*, m. *περκνός*, aquilæ genus, Plin. 10, 3.

¶ Percnopterus, *i*, m. *περκνόπτερος*, a nigro alarum colore ſic dicta aquila apud Plinium l. c.

Percognitus, percognoſco, Percontatio, percontor, &c. vide *Noſco, Contus.*

PERCŌTE, *es*, f. *περκώτη*, urbs Troadis. Val. Flacc. 2, 626 *Iam juga Percotes Pariumque infame &c.*

¶ Perconius, *a, um*, adj. ut, *Conjux Percoſia*, ibid. 3, 10.

Percuſſio, percuſſor, percutio, vide *Quatio.*

Perdagare, require in *Indagare.*

PERDĬCIVM, *i*, n. herba Plinio 21, 17 eadem, quæ *helxine*; *ἑλξίνη, parietaria*, tag und nacht. *Περδίκιον*, dicta herba a *perdicibus*, quod ea perdices præcipue veſcantur.

PERDIX, *ĭcis*, f. *πέρδιξ ἀπὸ τῦ περισσῶς ἕδειν*, avis ſilvatica nota, ein rebhun, oder feldhun. Plin. 10, 33, ſ. 51 dedita opera. *Perdix major*, ein welſch rebhun. *Perdix ruſtica*, quæ *ruſticula*, ein ſchnerff. De Turcarum perdicibus cicuribus Busbequius epiſt. 3 Legat. Turcicæ p. 165 ſeqq. De perdice voces humanas edocta, Plutarchus in Sympoſ.

¶ Perdĭcālis, *e*, von einem rebhun; ut, *Herba perdicalis*, quæ & *Perdicium*, Apulej. de Herb. c. 81.

Perdite, perditio, perditor, perdo, Perduellio, perduellis, Peregre, peregrinor, peregrinus, &c. v. *Do, Duellum, Ager.*

Peremptio, peremtor, &c. vide ſupra in *Emo.*

Perendie, &c. Perenna, Perennis, perenno, &c. Perenticida, Pereo, Perequito, Pererro, Pereſus, Perexiguus, Perexilis, Perexpeditus, vid. *Dies, Anna, Annus, Pera, Eo, Equus, Erro, Edo, Exiguus, Ile, Pes.*

Perfectio, &c. perficio, Perfidia, perfidus, Perfoco, *are*, Perfrictio, Perfringo, Perfunctorius, Perfundo, perfuſio, perfuſorius, &c. vide *Facio, Fido, Faux, Frico, Frango, Fungor, Fundo.*

PERGĂMVS, *i*, f. & PERGAMVM, *i*, n. *Πέργαμος*, & *Πέργαμον*, Aſiæ urbs, vicina Troadi, Galeni & Apollodori patria, cujus etiam in Apocalypſi fit mentio. Sedes fuit regum Attalicorum, ubi chartæ ex pecudum pellibus paratæ, repertæ ſunt, ut ex Varrone Plinius prodit 13, 11. v. mox *Pergamena.* ¶ 2. *Pergamus*, & plur. n. *Pergama*, orum, aliquando pro ipſa Troja urbe ſumitur. Proprie eſt *ἀκροπολις* Ilii ſive arx, Ilium autem urbs, Trojani regni caput: Heſychius. Et inde Græci omnia *ὑψηλὰ Pergama* vocarunt. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 137. Virg. Æn. 1, 470 *Namque videbat, uti bellantes Pergama circum &c.* Sen. Troad. v. 14 *Exciſa ferro eſt Pergamus, incubuit ſibi.* ¶ 3. *Pergamus* ſervi illius nomen, cujus meminit Auſon. epigr. 15 & 16. A patria id genus hominum appellari ſolebat. vid. Vineti not. in Auſon. p. 207.

¶ Pergamēus, *a, um*, adject. ut, *Arces Pergameæ*, id eſt, Trojanæ, Virg. Æn. 5, 744. Et, *Vates pergamea*, apud Propertium 4, 1, 51, pro Caſſandra, Priami Trojanorum regis filia fatidica.

¶ Pergamēnus, *a, um*, idem: ut, *Civitas Pergamena*, Cic. pro Flacc. c. 30. *Pergamenus rex Eumenes*, Nepos 23, 10, 2. *Pergamenæ naves*, ibidem 11, 5. *Pergamena jurisdictio*, Plin. 5, 30.

¶ Pergamena, æ, f. abſolute pro charta ſive membrana pergamena dicitur, perquam. Iſidor. 6, 11 *Pergameni reges cum charta indigerent, membranas primo excogitaverunt. Unde & Pergamenarum nomen hucusque tradente poſteritate ſibi ſervatum eſt, &c.* Plinius 13, 11 ex Varrone tradidit, *æmulatione circa bibliothecas, ſuppriment*e *chartas Ptolemæo, membranas Pergami repertas ab Eumene.* Hieronymus vero Pergamenas inventas Attalo tribuit. Ejus de illis verba vide ſupra in *Membrana* in *Membrum.* Corii multam Pergami negotiationem fuiſſe, colligas forte etiam ex Cic. pro Flacco 7, ubi de multitudine plebis *Sutores* & *Zonarii*, al. *Coriarii.*

Pergo, vide infra *Rego.*

PERGŬLA, æ, f. pars domus exporrecta & propendens, accommodata exponendis rebus venalibus, ein ercker oder laden. Plin. 35, 10 de Apelle: *Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auſcultabat.* Lucilius ap. Lactantium 1, 22 *Pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa.* Commode uſurpari poteſt de vita humana. ¶ 2. Aliquando & *pergula* caſula eſt ſeu tuguriolum, eine bauerhütte. v. Scalig. Auſon. Lect 2, 12. Vetus Gloſſ. *Pergula, ὑπερῶον καὶ ἰκρία*; Item, *Pergula, μεσοδμη, ὑπερῶον, ὀροφὴ, ξενὸν οἴκημα. Pergula magiſtrales*, ſunt ſcholæ, quia in pergulis Romæ magiſtri artium docebant. Vopiſc. in Saturn. c. 10 *In Africa Rhetoricæ operam dederat: Romæ frequentaverat pergulas magiſtrales.* Adde Suet. de Grammat. c. 18. ¶ 3. *Pergula* in vineis eſt, eine weinlaube, oder gebäude, darüber der wein gezogen wird. Conf. Plin 21, 3; & Iuvenal. 11, 137.

¶ Pergulānus, *a, um*, zur ſommerlaube gehörig; ut, *Pergulanæ vites*, quæ pergulis ſuſtinentur, Colum. 3, 2.

PERGVS, *i*, m. lacus Siciliæ, apud Ennam urbem, ubi Proſerpina a Plu-

Plutone rapta dicitur. vid. Ovid. Met. 5, 386, ubi vulgo *Pergasa*. Sed adde not. Heinsii, & Claudian. de Raptu Proserp. 2, 112.

Perhibeo, Perhiemo, vide *Habeo*, *Hiems*.

PERIACTI, *orum*, m. pl. περίακτοι, Winbel; machinæ versatiles ad scenarum mutationes, ap. Vitruv. 5, 7. Adde Baldi Lex. Vitruv. p. 81.

PERIAMBVS, *i*, m. pes constans duabus syllabis brevibus. Quintil. 9, 4.

PERIANDER, *dri*, m. Περίανδρος, rex vel tyrannus Corinthi, idemque unus e septem sapientibus, cujus multæ egregiæ sententiæ sunt apud Laertium. Ausonius de eodem: *Nunquam discrepat utile a decore. Plus est sollicitus magis beatus. Mortem optare, malum, timere pejus. Favis ut libeat quod est necesse. Multis terribilis caveto multos. Si fortuna juvat, caveto tolli; Si fortuna tonat, caveto mergi.*

PERIBOETOS, *i*, m. περιβόητος, i. e. celebris famigeratusque, berühmt, berufen. Plin. 34, 8.

Peribole, peribolus, vide supra *Bole*.

PERIBOMIVS, *i*, m. Archigallus cinædus apud Iuvenal. sat. 2, 16, q. d. περὶ βωμὸν, circa altaria versans.

Pericardium, Pericarpum, vide *Cardiaca*, *Carpus*.

PERICHRISTARIVM, *i*, n. medicamenti genus, Marcell. Empir. c 8.

PERICLES, *is*, m. Athenienſis orator, qui ſuggeſtum adſcenſurus precari ſolebat, ne quod ſibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur: Quintil. 12, 9: Ælian. Hiſt. Var. 4, 10 *In ejus labris comici leporem habitasse ferunt*, ut Cic. ait de Orat. 3, 34. conf. Id. Att. 12, 6 extr. Plin. epiſt. 1, 20. Angel. Politianus Miſc. c. 91. Fuit temporibus Thucydidis & Alcibiadis. Cum amicus eum rogaret, ut pro cauſſa ejus falſum dejeraret, reſpondit: Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν, legunt alii βωμῶν, i. e. *Oportet me juvare amicos, ſed usque ad deos*, vel *aram*, Gellius 1, 3. Ob eloquentiam *Olympium* dictum, memorat Plutarchus in ejus vita p. 315 H. Steph. add. Gronov. ad Plin. 35, 8.

Periclitatio, periclitor, &c. v. *Periculum*.

PERICLYMENOS, *i*, m. περικλύμενον, herba, quam vulgo Matriſilvam dicunt, geißblat, Plin. 27, 12. ¶ 2. *Periclymenus*, Nelei filius, cui ab avo Neptuno conceſſum, ut in omnes ſe, quas vellet, transformaret figuras. v. Ovid. Met. 12, 556.

Pericope, Pericranium, vide *Cope*, *Cranium*.

PERICVLVM, *i*, n. diſcrimen ſalutis, κίνδυνος, gefahr. Salmaſius ex græco deducit. Græcis enim παράβολον eſt: pro quo Æoles παραγγολον dixere: unde *periculum* eſt. Sed melius derivatur a *perior*, vid. n. 3, & Beemanni Orig. p. 910, ſed & Voſſ. Etym. p. 34. Ter. Hec. 3, 1, 46 *Si periculum ullum in te est, periisse me una haud dubium est*. Et, *Pericula adire*, Id. Andr. 4, 1, 53. *Obire pericula*, Liv. 1, 54. *Laberem ac pericula impendere*, Id. 4, 35. *Asperrima quæque ad periculum laboremque deposcere*, Id. 25, 6. Tac. Hiſt. 3, 69, 2 *Consilium ab omnibus datum: periculum pauci jurejurando fecerunt*. Et 3, 76, 1 *Periculum in aperto audere* dixit. Suet. Aug. c. 84 *Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret: instituit recitare omnia*, id eſt, ne neceſſe haberet experiri memoriæ fidem, haud absque pericuio, ut hæſitaret, aut obmutesceret penitus, deferente memoria &c. Nepos 10, 2, 4 *Quæsivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet* (Dionyſius tyrannus,) *simulque ab his petiit, si forte majori periculo esset, ut sibi faterentur*. conf. Id. 14, 5, 3; & 23, 9, 2. Ita *Periculo venire* vel *esse*, omiſſo *in* vel *cum* alias quoque legas. v. Græv. ad Cic. Att. 9, 10 p. 55. *Cum periculo accedere ad flammam*, Ter. Andr. 1, 1, 103. *In periculum venire*, Cic. pro Muræn. c. 27, *Periculum subterfugere*, Id. fam. 15, 1. *Aliis aliunde est periculum*, Ter. Phorm. 2, 2, 19. *Nihil tibi pericli est a me*, du haſt dich nichts zu beſorgen, Id. Hec. 5, 1, 9. *De meo periculo*, Plaut. Aſin. 2, 4, 51. *Periculum erat, ne ancipiti premerentur periculo*, Nep. 2, 3, 3. conf. 7, 8, 5; & 18, 8, 2. ¶ 2. Sumitur interdum pro judicio capitali, e. g. Nepos 19, 2, 3 *Hunc in periculis non defendit*, in gefährlichen proceſſen. Cic. pro Archia c. 2 *Persona in judiciis periculisque tractata*, conf. ibid. c. 6; pro Roſc. Am. c. 30, it. fam. 6, 11 pr. ¶ 3. Experimentum ſignificat vi originis ſuæ, die erfahrung, probe. v. g. Sall. Cat. 2, 2 *Periculo atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse*. vid. Gron. Hinc Apul. Apol. p. 308 *Cui bono periculo totam domus fortunam concrederet*, & p. 278 *Possim bono periculo vel his dictis contentus perorare*. Hic fere ſucceſſum potes experimenti intelligere. Sed ¶ 4. Etiam ſignificat id, quod fit ab artifice experiundi tantum & periclitandi ingenii gratia: ſeu, quod primo ab artifice excogitatur atque efficitur, ut expoliatur poſtea, & accuratius elaboretur, der verſuch, die probe. Cic. de L. L. 1, 1, de poëtis differens: *Nonnulli inquit, faciunt imperite, qui in ipso periculo non ut a poëta, sed ut a teste veritatem exigant*. Intelligit autem poëma ſuum de Mario, periclitandi ingenii vel ſcholaſticæ exercitationis gratia editum. De iudicro militum agone, qualis naumachia, Auſonius Moſella v. 215 *Aut Pompejani Mylasena pericula belli*. v. Scalig. Auſ. Lect. 1, 4. Hinc *Periculum facere*, id eſt, experiri, verſuchen, Ter. Hec. 5, 1, 41. Idem Heaut. 1, 2, 36 *Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet*, an andrer leute ſchaden ſoll man klug werden. ¶ 5. *Periculum* etiam pro libello ſive tabella, in qua aliquid conſignatur, ſumitur. Vnde titulus Codicis: *De Sententiis ex periculo recitandis*: & *periculo magistratuum* apud Ciceronem eſſe dicuntur in Verr. 3. Sic C. Nepos 15, 8, 2 *Unum ab iis petiit, ut in periculo suo conscriberent &c.* IN PERICVLO, i. e. in elogio ſive titulo ſepulcrali. v. Cujac. Obſerv. 5, 52, (contra quem fruſtra Hotomannus diſputat Obſerv. 3, 20,) & præcipue Salmaſium de Modo uſurarum c. 15 p. 66 & 1qq. H. Grotius mavult *periculum* in Spartione florum p. 30.

¶ Pĕrīcŭlōsus, *a*, *um*, cum periculo conjunctus, gefährlich, mißlich; ut, *Periculosæ aleæ plenum opus*, Horat. 2, 1, 7. *Consilium periculosum sequi*, Plancus Cic. fam. 10, 18. Et, *Bellum grave & periculosum*, Cic. pro L. Man. c. 2. *Eo periculosior ira est compositis ac remissis moribus, quo plus in iis mutat*, Sen. de Ira 3, 5 pr. *Quod omnibus procellis periculosius erat*, Petron. c. 114. *Periculosissimus annus*, Liv. 27, 35. *Periculosissimæ dimicationes*, Hirt. B. Alex. c. 22. ¶ 2. Active Cic. Att. 13, 27 pr. *Fuissemus in nosmetipsos pæne periculosi*, i. e. facile nobis periculum creaſſemus.

¶ Periculose, adv. idem; ut, *Navigatur periculose hieme*, Cic. fam. 16, 11, im winter zu ſchiffen iſt gefährlich. *Periculose ægrotare*, Idem Att. 8, 2. *Periculose facere aliquid*, Cic. pro Mil. c. 4. *Periculosius navigare*, Hirt. B. Alex. c. 64. *Quod homines & periculosissime & libentissime faciunt*, Sen. de Ira 3, 22.

¶ Periculor, *atus*, *ari*, in gefahr ſeyn. Cato apud Feſtum: *Periculatus sum*, i. e. *periclitatus sum*.

¶ Periclitor, *atus sum*, *ari*, in periculo verſari, in gefahr ſeyn, oder ſtehen; ut Plin. 17, 24 *Arbores gelu periclitantur*. Iuſtin. 3, 3, 7 *Veneno periclitatus est*. Liv. 29, 7 *Ne præsidio periclitaretur*, i. e. ſubiret periculum amittendi præſidii. v. Gronov. & Drakenb. ad 38, 25. Martial. 6 epigr. 26 *Periclitatur capite Sotades*. Sed Apul. 8 Met. p. 216 *Me capitis periclitatum memini*. Cic. Cat. 1, 5 *Non est sapius in uno homine tutus summa periclitanda reipublicæ*, man hat ſie nicht auf die ſpitze zu ſtellen. v. Burm. ad Quint. Decl. 280 p. 546. ¶ 2. Et *periclitari*, periculum facere eſt, auf die probe ſtellen, verſuchen; ut, *Haud dubius Rex, seu patrum, seu plebis animos periclitaretur*, Liv. 1, 42. *Periclitari ingenii vires*, Cic. de Orat. 1, 34. *Tentare & periclitari belli fortunam*, Id. Verr. 5, 50. ſein heil im kriege verſuchen. Id. de Orat. 3, 36 *Mihi non sit difficile periclitari*. Cæſ. B. G. 2, 8 *Equestribus præliis, quid hostis virtute posset, periclitabatur*. ¶ Periclitans, *tis*. Tac. An. 1, 39, 5 *Neque aliud periclitanti subsidium*. Ibid. 3, 25, 2 *Multitudo periclitantium*. conf. 5, 8, 2. Et Petron. c. 110 *Periclitantium advocatus*, conf. c. 114.

¶ Periclitatus, *a*, *um*, active, der verſucht hat. Hirt. B. Alex. c. 13 *In portu periclitati remigio, quid quæque navium efficere posset, milites imposuerunt*. conf. ibid. c. 43. ¶ 2. Paſſive, geprüft, verſucht. Cic. de Amic. c. 17 *Vtamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiis, aliquæ parte periclitatis moribus amicorum*.

¶ Periclitātio, *ōnis*, f. der verſuch. Cic. Nat D. 2, 64 *Stirpium & herbarum utilitates longinqui temporis usu & periclitatione percipimus*.

¶ Periclitabundus, *a*, *um*, verſuchend, probirend. Apul. Met. 5 de Pſyche p. 168 *Puncto pollicis extremam sagittæ aciem periclitabunda*. Id. 3 p. 138 *Sui periclitabunda*.

Peridromis, Periechuntes, vide *Dromas*, *Echo*.

PERIERGIA, *æ*, f. περιεργία, quæ & μακρολογία, oratio longior juſto. Exempla vide in libellis de Schematibus. Apud Quintil. 8, 3 vertitur *supervacua operositas*.

PERILEVCVS, *i*, m. περίλευκος, gemma filum transmittens candidum. Plin. 37, 10.

PĔRILLA, *æ*, f. filia Ovidii, poëtria. vid. Ovid. Triſt. 3, 7, 1.

PERILLVS, *i*, m. artifex ænei tauri ſub Phalaride. Plin. 34, 8 *Perillum nemo laudat, sæviorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito, & primus eum expertus est, justiore sævitia. Itaque una de caussa servantur opera ejus, ut quisquis illa videat, oderit manus*. conf. Ovid. de Arte am. 1, 655. ¶ 2. *Perillus* alius fœnerator & jurisperitus, apud Horat. 3 ſat. 3, 75.

¶ Perillĕus, *a*, *um*, adject. Ovid. in Ibin v. 437 *Ære Perilleo vetus imitere juvencos*. Adde eumdem Triſt. 5, eleg. 1, 53.

Perimachia, vide ſupra *Mache*.

PĔRĪMĒDE, *es*, f. inſignis venefica apud Theocritum Idyll. 2.

Perimēdēus, *a*, *um*, adject. Propert. 2, 1, 74 *Non Perimedea gramina cocta manu*. Ita recte Beroaldus, Muretus & Paſſeratius. Alii corrupte: *Non per Medæ &c.* Scaliger plane omittit hoc diſtichon cum tribus ſequentibus.

PERIMĒLE, *es*, f. Nympha Hippodamantis filia in inſulam ſui nominis mutata. vid. Ovid. Met. 8, 591.

Perimeter, Perimo, Perinde, Periniquus, vide *Metrum*, *Emo*, *Per*, *Æquus*.

PĔRINTHVS, *i*, f. urbs Thraciæ, poſtea *Heraclea* dicta.

¶ Perinthius, *a*, *um*, adject. unde *Perinthia*, fabula Menandri, cujus meminit Terent. Andr. prolog. v. 9.

PERIOCHA, *æ*, f. περιοχή, argumentum brevibus comprehenſum, der kurze inhalt eines ſpiels oder buchs. Vet. Gloſſ. Περιοχὴ βιβλίς, *Argumentum*. Περιοχὴ πόλεως ἢ τόπων, *Periocha*, *circuitus*. Græce habet etiam Cicero ad Attic. 13, 25. *Periochas* fabularum Terentii ſcripſit Sulpitius Apollinaris grammaticus, præceptor Pertinacis Imperatoris; *Periochas* in Iliadem Homeri Auſonius. ¶ 2. Sumitur & pro loco quodam auctoris, quemadmodum hac voce uſus Lucas in Actis c. 8, 32. Vbi vide Caſaubon.

Periodeuta, periodicus, periodus, Perioeci, vide *Hodos*, *Oecos*.

PĔRIOR, *iri*, verbum deponens, & obſoletum, quod *comari*, *tentare*, *discere* ſignificaſſe, ex reliquis ejus derivatis apparet. Videtur eſſe a περάω vel περάσω, eliſo jota; Ionum more. Περᾶν enim & *periri* idem erant ſignificatione. vide Voſſii Etymolog. p. 34. Hinc

¶ Pĕrītus, *a*, *um*, ex participio verbi *Periri*, gnarus, doctus, exercitus, tentatus, erfahren, verſucht, kundig. *Doctum & peritum cum simile videatur, a Tullio diseretum est, ut sit peritum plus quam quod doctum*, inquit Nonius 5, 29. Cic. de Clar. Orat. c. 21 *Fabius Pictor & juris & litterarum, & antiquitatis bene peritus*. Ibid. c. 56 *Scriptorum veterum litterate peritus*. Et c. 26 *Juris valde peritus*. Horat. 1 ſat. 1, 9 *Juris legumque peritus*. Cic. pro L. Manil. c. 23 *Bellorum omnium peritissimus*. Id. Off. 1, 41 *Usu peritus*. Suet. Claud. c. 42 *Cum utroque sermone nostro sis peritus*. Varr. R. R. 1, 2 *De agricultura Romanus peritissimus*. Cic. de Orat. 1, 15 *Te peritissimum in iis ipsis rebus, quas ab te didicerit, superabit*. Id. pro Font. c. 15 *Vir ad labores belli impiger; ad pericula fortis; ad usum ac disciplinam peritus*. Paullo ante eodem c. *Belli gerendi peritissimus*. Id. Off. 3, 14 *Homo peritus definiendi*. Tac. Agric. 8, 1 *Peritus obsequi*. Virg. ecl. 10, 32 *Soli cantare periti Arcades*. conf. Perſ. ſat. 2, 34. Comp. Cic. pro Cluent. c. 38 *Quis ingenio prudentior? jure peritior?* Cæſ. B. Civ. 1, 61 *Peritiores rei militaris*: & ibid. c. 73 *Peritissimi atque exercitatissimi duces*.

¶ Perīte, adv. weislich. Cic. de Orat. 1, 11 *Callide & perite versari in re*. Sic, *Peritissime disputare*, Val. Max. 8, 11, 1. *Peritissime scribere*, Gell. 1, 17. *Peritissime & callidissime*, Cic. Verr. 2, 54 Comparativus eſt Senecæ epiſt. 90 *Multa facit aut peritius aut exercitatius*.

¶ Perītia, *æ*, f. die kundſchafft, wiſſenſchafft, erfahrung. Plin. 14, 1 *Peritia domini*. Et, *Peritia locorum*, Sallust. Iug. c. 46. *Peritia morum Tiberii*. Tac An. 1, 69, 6. Et *Peritia legum præminere*, Id. 12, 12, 1.

¶ Pĕrī-

¶ Pĕrīcŭlum, *i*, n. πεῖρα, tentamen, ein verſuch, & qui tentaminis eventus dubius eſt, κίνδυνος, eine gefahr, ab eodem verbo *Periri* peritiſſime derivatur. Sed ſupra cum derivatis ſeorſum eſt expoſitum, ubi videas.

Compoſita:

¶ Comperior, *iri*, vide ſupra in *Pario*.

¶ Expĕrior, *expertus ſum*, *experiri*, deponens, ἀποπειρᾶσθαι, tentare, periculum facere; Item per metonymiam conſequentis comperire, ſentire, periculo ac negotio cognoſcere, verſuchen, probiren, erfahren. Virg. eclog. 3, 28 *Vis ergo, inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim Experiamur?* Nepos 22, 4, 3 *Eo eſt perductus, ut interire, quam non Romanos experiri mallet*, i. e. non explorare vellet commiſſo bello, quid poſſent Romani, eines mit ihnen wagen. Ter. Phorm. 3, 3, 5 *Quin cum opus eſt beneficium, rurſum ei experiamur reddere.* Sed, *Experiri jus*, rechten, Plaut. Moſt. 5, 1, 41. Sic, *Legibus experiri*, etiam dicebant, vide *Lex*. Florus 3, 20, 13 *Cum fugam in Siciliam pararent, neque navigia ſuppeterent, ratesque ex cratibus & dolia connexa virgultis in rapidiſſimo freto fruſtra experirentur &c.* Plaut. Amph. 2, 2, 7 *Ego id nunc experior de me. Re ipſa experiri*, Ter. Adelph. 5, 5, 7. Sic & Plaut. Truc. 4, 3, 41 *Expertus ſum reapſe.* Et, *Experiri periculo*, Cic. Att. 9, 10. *Extrema experiri*, Salluſt. Catil. 26, das äuſſerſte wagen. *Omnia experiri*, nichts unverſucht laſſen, Ter. Andr. 2, 1, 13. Vbi vide Donatum. Publii Syri mimiambus eſt: *Hominem experiri multa paupertas jubet.*

¶ Experiens, *tis*, adject. fundig, erfahren; ut, *Vir experiens*, Horat. 1 epiſt. 17, 42, i. e. ſtrenuus, induſtrius. V. ibi Torrent. & Sylv. ad Cic. pro Clu 8. Ita *fortem & experientem* Cicero conjunxit Verrina 1, 11. Ovid. Met. 14, 159 *Comes experientis Vlyſſei*, h. e. multa experti. *Ingenium experiens*, Ovid. Am. 1, 90, 31. *Experientiſſimus homo*, Cic. Verr. 3, 21 pr.

¶ Expĕrientia, *æ*, f. ἐμπειρία, ἀγχίνοια, die erfahrung. Colum. 1, 1 *Vſus & experientia dominantur in artibus.* Cic. pro Rab. poſthumo c. 16 *Experientia patrimonii amplificandi*, der verſuch, die probe. Planeus Cic. fam. 12, 19 ext. *Agam gratias fortunæ conſtantiæque meæ, quæ me ad hanc experientiam excitavit.* Aleman apud Pindari interpretem: Πεῖρα τοι μαθήσις ἀγχίνοια: *Experientia diſciplinæ principium eſt.* Vellej. 2, 57, 1 *Laudandum experientia conſilium.* Virg Georg. 1, 4 *Apibus quanta experientia.* Manil. 1, 61 *Per varios uſus artem experientia fecit.*

¶ Experĭmentum, *i*, n. die probe; ut, Plin. 13, 2 extr. *Experimentum unguentorum inverſa manu capitur, ne carnoſæ partis calor vitiet.* Quint 2, 5 p. 151 *In omnibus fere minus valent præcepta quam experimenta.* Id. 3, 8 p. 280 *Facillime ad conſentiendum homines ducuntur experimentis.* Et Plin. Paneg. c. 49 *Diſcimus experimento*: & paullo ante c. 43 *Probabitur experimento.*

¶ Experĭmento, *are*, probiren, verſuchen. Veget. 3, 2 *Experimentare remedium.*

¶ Experimentatus, *a*, *um*, probirt. Theod. Priſcian. 3, 5 *Omnibus uſibus experimentatum remedium*, ein probat mittel.

¶ Expers, i. e. ſine parte, vide ſupra in *Pars*. Iſidoro tamen l. 10 litt. E ſimul *expers* dicitur, *qui eſt extra peritiam & intellectum.* Hinc &

¶ Experitus idem eſt ac *Imperitus* apud Feſtum, per ex privativum. Sed

¶ Expertus, *a*, *um*, quod eſt πεῖρασθείς, experientia doctus, verſucht, kundig, geübt, erfahren. Et cum de rebus dicitur, probatus, δοκιμασθείς, probirt. Iſidoro lib. 10 litt. E *Expertus* eſt *multum peritus. Ex enim hic pro valde ponitur.* Sic, *Vir per omnia expertus*, Liv. 1, 34 extr. *Vir expertæ virtutis*, Id. 3, 44 *Homo expertæ audaciæ*, Id. 8, 25. *Expertus belli miles*, Tac. Hiſt. 4, 76, 2 ein verſuchter ſoldat, quales & Virg. Æn. 10, 173 *expertos belli juvenes*, dixit. Sed Suet. Veſp. c. 4 *Induſtriâ expertus*, ſecundum codices quosdam, alii *induſtriæ*. Eſt enim græca loquendi ratio, cum genitivus pro texto caſu ponitur, qui Latinorum eſt. Et ita Tac. Hiſt. 4, 42, 6 *Expertum defenſionibus ingenium*, id eſt, probatum, cognitum, erkannt, geprüfft: quemadmodum & Plin. Paneg. c. 61 *Virum expertum honoribus*, dixit. Ita Liv. 1, 17 *Libertatis dulcedine nondum experta*, i. e. cognita ſcil. per experientiam, & 24, 28 *Feliciter expertam amicitiam.* v. Rittersh. ad Gunth. Lig. 2, 74, Voſſ. Gramm. 5, 6. Sil. 6, 98 *Vulneris æſtus Expertis medicare modis.* Superlat. Suet. Tib. c. 19 *Confidens oſtento, ſibi ac ſuis expertiſſimo.* ¶ 2. Nec vero, dum aliis caſibus, quam ſecundo & ſexto jungitur, vim verbi tui, unde eſt, amittit penitus, ſed ut participium, cum quarto etiam caſu componi poteſt. Liv. 42, 63 *Quidam vim ſuperbiamque experti, læti eam famam accepere.* Horat. 3 od. 14, 10 *Puellæ jam virum expertæ*, die einen mann erkannt. vid. plura in Borrich. Cogit. p. 99.

¶ Expertio, *ōnis*, f. probatio, die prüfung. Vitruv. 8, 5 pr. *Expertiones & probationes eorum ſic ſunt providendæ &c.*

¶ Expertor, *ōris*, m. ein probirer. Silius 12, 502 *Turbarum expertor.* Sed plerisque ſuſpectus locus. v. N. edit. Drakenb.

¶ Expretus, *a*, *um*, tranſpoſita littera pro *Expertus* haberi ſolet. Nam ita Feſtus: *Expreta antiqui dicebant quaſi ex peritia habita.* Et ſic Plaut. Bacch. 3, 3, 42. Sed Gronovius ad Plaut. l. c. haud paullo probabilius docet, *Expretus* dici pro *Spretus*, ubi vide ſub *Sperno*. Apud Feſtum autem legit: *Expertia antiqui dicebant quaſi extra partem habita.*

¶ Inexperientia, *æ*, f. die unerfahrenheit. Tertull. de Anima c. 20 *Acuunt doctrinæ &c. Obtundunt inſcitiæ, inexperientiæ &c.*

¶ Inexpertus, *a*, *um*, unerfahren, unverſucht; ut, Liv. 6, 38 *Animus inexpertus ad contumeliam. Legiones civili bello inexpertæ*, Tac. Hiſt. 2, 75, 1. Et, paſſive, *Inexperta remedia*, Curt. 3, 5, 15, unprobirt. *Inexperta fides*, Id. 6, 7, 9. Et, *Nihil inexpertum omittere, relinquere*, Id. 4, 4, 2; & 9, 2, 27. Plin. 8 epiſt. 14 *Genus quæſtionis non ſatis tritum, aut etiam inexpertum.* conf. Sil. 3, 436.

¶ Impĕritus, *a*, *um*, rudis, ignarus, unverſtändig, unerfahren, ungelehrt; ut, *Vulgus imperitum*, Plin. 34, 14. *Multitudo imperita*, Cic. Verr. 1, 54. *Homine imperito nunquam quicquam injuſtius*, Ter. Adelph. 1, 2, 17. *Imperitus omnium rerum homo*, Cic. Verr. 1, 51. Comp. Id. pro Roſc. Am. c. 46 *Ne quis imperitior exiſtimet.* Gell. 6, 1 *Nihil prorſus iſto imperitius.* conf. Aſcon. in Cic. cont. Piſ. p. 163. Quint. 1, 10. Superl. *Concio ex imperitiſſimis conſtans*, Cic. de Amic. c. 25, *Imperitiſſimæ gentes*, Celſus initio præfationis.

¶ Imperīte, adverb. indocte, ungeſchicklich; ut, *Imperite facere*, Nep. 20, 3, 5. *Imperite multa diſſerere*, Plin. 35, 10. Gell. 19, 12 *Convellere aliquem imperitius.* Cic. pro Balbo c. 8 *Quid potuit dici imperitius?* Et ibid. c. 11 pr. *Eſt illud imperitiſſime dictum.*

¶ Imperītia, *æ*, f. die unerfahrenheit, der unverſtand. Salluſt. Iug. c. 38 *Vanitas atque imperitia legati.* conf. ibid. c. 85 & 99. Plin. 17 2 *Contra Circium ſerere, imperitia exiſtimatur.* Ibid. c. 22 *Magno imperitiæ errore.*

¶ Opĕrior, ſeu Oppĕrior potius, *oppertus* vel *opperitus ſum*, *opperiri*, expectare eſt, warten erwarten, harren. Ter Phorm. 3, 2, 29 *Vnam præterea horam ne oppertus ſies.* Ibidem: *Hic ego interea vos opperiar.* Horat. 1 epiſt. 2, 71 *Nec tardam opperior, nec præcedentibus inſto.* Plaut. Moſt. 3, 2, 101 *Seni non otium erat, id ſum opperitus.* Sall. Iug 91 *Ibi quam occultiſſime poteſt, cum omnibus copiis operitur.* V. ibi Cort. & Periz. ad Liv. 33, 14.

¶ Opĕriens, *tis*; ut, *Opperiens reginam hoſtem*, Virg. Æn. 1, 458; & 10, 771. conf. Val. Flacc. 5, 391.

¶ Operio, *ire*, bedecken, zuſchlieſſen, vide in *Pario*.

PERIPATĔTICI, *orum*, m. pl. περιπατητικοι, philoſophi, quorum princeps exſtitit Ariſtoteles. Docebant inambulando. Inde enim nomen habuerunt: περιπατέω eſt *deambulo.* Cic. Acad. Qu. 1, 4

PERIPATĔTICI *dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo.* Et paſſim alibi Ariſtoteleos Cicero hoc nomine appellavit. ¶ 2. Ad etymon alluſit Paulinus Nolanus epiſt. 16 ad Iovium c. 7 *Eſto Peripateticus Deo: Pythagoreus mundo.*

¶ Peripatēticus, *a*, *um*, adj. ut, *Peripateticæ ſectæ conditor Ariſtoteles*, Colum. 9, 3. Sic, *Philoſophia peripatetica*, Gell. 1, 3; Et, *diſciplina*, Id. 1, 8. conf. Capitol. in Anton. Phil. c. 3.

PERIPĔTASMA, *ătis*, n. περιπέτασμα, aulæum, ein fürhang oder teppich. Cic. Verr. 4, 12 pr. *Attalica peripetaſmata.* conf. Varr. de L. L. 4, 35; it. de R. R. 3, 5, 16. Plautus *periſtromata* dixit.

PERIPHAS, *antis*, m. unus ex comitatu Pyrrhi, qui cum illo Priami regiam oppugnaſſe dicitur. v. Virg. Æn. 2, 478; Ovid. Met. 7, 401; & 12, 449.

PERIPHĔRĪA, *æ*, f. περιφέρεια, circumferentia, rotunditas, linea circuli, der umfang, der umkreis. Mart. Capella lib. 6 p. 229; & 8 p. 278.

Periphoretus, Periphraſis, vide *Phora*, *Phraſis*.

PERIPLVS, *i*, m. περίπλους, iter maritimum, navigatio, eine ſee- oder ſchiffahrt. Inter τῶν περίπλων ſcriptores eſt etiam *Xenophon*. Hinc Plin. 7, 48 *Xenophon in periplo.* Adde Val. Max. 8, 13 extr. 7. Alii ſunt *Scylax*, *Hanno*, *Arrianus*, quorum ſcripta in Geographis minoribus ab Hudſono editis comprehenduntur.

Peripneumonia, peripneumŏnĭcus, vide *Pneuma*.

PERIPSĒMA, *ătis*, n. περίψημα, in Gloſſ. limatura metalli, & purgamenta pomi, & quisquiliæ domus, & raſura cujusque rei, feilſtaub, ausfehricht. Tertull. de Pudic. c. 14, ex 1 Corinth. c. 4, 13 *Facti ſumus omnium peripſema*, i. e. res viliſſima & abjectiſſima, Lutherus reddidit, fegopffer.

Peripterus, vide infra *Pteron*.

PERISCĔLIS, *ĭdis*, f. περισκελίς, & περισκελής, *Periſceles*, τὰ περισκελῆ, ornamenta circa crura, knie- oder hoſen-bänder. Petron. c. 67 *Periſcelides reſolvere.* Horat. 1 epiſt. 17, 56 *Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis &c.* In mundo fœmineo numerat *Periſcelides* Pollux 2, 16. vid. Cæl. Rhodig. 4, 11.

¶ Periſcĕlium, *i*, n. idem. Tertull. de cultu fœm. lib. 2 extr. *Neſcio, an crus periſcelio lætatum, in nervum ſe patiatur artari.* Vide Rigalt.

PĔRISSON, *i*, n. περισσόν, copia, abundantia. Ita fruticem Strychnon vocant Plin. 21, 313 & Apul. de Herb. c. 74.

¶ Periſsŏchŏrēgia, *æ*, f. περισσοχορηγία, annonæ curatio. Theod. Cod. l. 14 t. 25 *Periſſochoregiæ nomen penitus amputare.*

¶ Periſſolŏgia, *æ*, f. περισσολογία, ſupervacua adjectio verborum. Livius: *Legati non impetrata pace, retro domum, unde venerant, reverſi ſunt.* Hic enim ſuperflua ſunt *retro, unde venerant*: περισσὸν, *ſuperfluum* eſt vid. Quintil. 8, 6 p. 749.

Periſtaſis, vide infra *Staſis*.

PERISTEREON, *ōnis*, m. vel Periſtereos, *i*, f. ſic enim legit Plin. 25, 10. Περιστερεών, vel περιστερεὼν ὀρθός, herba *verbenaca*, ſeu *verbenaca recta*, eiſen-kraut. Adde Apul. de Herb. c. 66.

¶ Periſtereon, *ōnis*, m. & Periſterotrŏphium, *i*, n. περιστερεών, περιστεροτροφεῖον, columbarium, ein taubenhaus, taubenſchlag. Varr. de R. R. 3, 7, περιστερὰ, *Columba*.

Periſtroma, Periſtrophe, Periſtylium, vide *Stroma*, *Stropha*, *Stylus*.

PĔRĬTŌNÆVM, *i*, n. τὸ περιτόναιον, membrana viſceribus & inteſtinis circumtenta, das netz um lung und leber und eingeweide, apud Celſum 4, 1; & 7, 4.

PERITRĒTVM, *i*, n. περίτρητον, ipſum balliſtæ foramen græco vocabulo appellat Vitruvius 1, 2. Nam περίτρητον *perforatum* denotat. conf. 10, 7, & Baldi Lex. Vitruv. p. 83.

Peritia, peritus, Perjurium, perjurus, vide *Perior*, *Iuro*.

PERIXYŌMĔNOS, *i*, m. περιξυόμενος, i. e. diſtringens ſe ſcil. in balneo. Ita Antigoni opus nobile ex ære appellat Plin. 34, 8.

Perizoma, &c. Perizonium, vide *Zoma*, *Zona*.

Perlinere, Perluſtrare, vide ſupra *Linio*, *Luſtrum*.

PERMESSVS, *i*, m. fluvius Heliconis, ſive de Helicone cadens. Virgil. eclog. 6, 64 *Tum canit, errantem Permeſſi ad flumina Gallum Aonas in montes ut duxerit una ſororum.* Vide ibi Servium Hinc

¶ Per-

¶ Permessis, *ĭdis*, f. patronymicum. Martial. 1 epigr. 77 *Quid tibi cum Permessidos unda?* Ian. Gul. Leg. *Permesside lympha.*

¶ Permessius, *a, um*, adj. Claudianus Laude Serenæ v. 8 *Fons Aganippea Permessius educat unda.*

Permissio, permitto &c. Permolo, Permotio, permoveo, Permulceo, Permunio, vide *Mitto, Mola, Moveo, Mulceo, Munio.*

PERNA, *æ*, f. πέρνα, tam prior quam posterior coxa porcina, ein ſchincken. Martial. 13 epigr. 55 *Petasonem* dixit. Plaut. Perſa 1, 3, 26 *Pernam quidem jus est apponi frigidam postridie.* Horat. 2 sat. 2, 117 *Fumosa perna.* conf. 2 sat. 4, 60. ¶ 2. Pro homine stolido accipitur ap. Plaut. Truc. 2, 2, 39. ¶ 3. *Perna*, pisces e concharum genere, qui & *pinna minor*, kleine ſteckmuſcheln. Sic dicitur a similitudine pedis porcini, Gesnerus. Adde Plin. 32, 11. ¶ 4. *Pernam* vocat Plinius 17, 10, s. 13 cum qua avelluntur stolones; eandem avulsi surculi *calcem* dixit c. 21 s. 35 n. 3 partem stirpis, quæ simul cum surculo avellitur, a similitudine. Nam rotunda superius latitudo, desinit in acumen.

¶ Pernōnides, *æ*, m. idem quod *perna.* Apud Plautum Menæch. 1, 3, 27 *Obsouari laridum pernonidem.* Est nomen per parasiticam lasciviam in patronymici morem formatum.

¶ Supperno, *are*, id est, pernas succidere sive poplites, subnervare, suffraginare. Vnde

¶ Suppernatus, *a, um*, gelähmt, gefället. Catull. 17, 18 *Velut alnus In fossa Liguri jacet suppernata securi.* ad quem locum vide Scaliger. Item Casaub. & Scip. Gentilem ad Apulei Apolog. n. 828.

¶ Compernis, *is*, m. qui genibus plus justo longis & conjunctis est, ut Festus explicat, γονύκροτος, ein krummfuß. Exstat apud Plaut. Mil. Glor. 3, 1, 128; Lucil. & Varron. &c. vid. Nonius 1, 103; & Festus.

Pernicialis, pernicies, perniciosus &c. vide in *Neco.*

Pernicĭtas, perniciter, vide mox *Pernix.*

PERNIO, *ōnis*, m. τὸ χιμεθλον, affectio calcanei ex nimio frigore, erfroren und aufgebrochen fleiſch an füſſen. Plin. 20, 3 *Rapum pernionibus fervens impositum sanat.*

¶ Perniunculus, *i*, m. diminutivum, idem, Plin. 26, 11.

PERNIX, *īcis*, perseverans, beharrlich, a pertinendo dictum vult Servius ad illud Virg. Georg. 3, 229 *Inter Dura jacet pernix instrato saxa cubili.* ¶ 2. Item, celer, geſchwind, behend. Plaut. Mil. 3, 1, 36 *Pernix sum manibus.* Virg. Æn. 4, 180 *Pedibus celerem & pernicibus alis.* Et Horat. de Arte poët. v. 165 *Amata relinquere pernix.* Sic, *Vento pernicior*, Stat. Theb. 4, 312. *Pernicior unda Garumnæ*, Claud. in Rufin. 2, 113. *Perniciſſimæ quadrigæ*, Colum. 3, 9. Et, *Temporis perniciſſimi celeritas*, Sen. epiſt. 108.

¶ Pernīcĭtas, *ātis*, f. velocitas, celeritas, die behendigkeit. *Pernicitas pedum Papyrio inerat, quæ ei cognomen etiam dedit Cursoris*, Liv. 9, 16. *Nisi pernicitatis pedum & cursus aliquod præmium est*, Id. 22, 59. Adde Plaut. Menæch. 5, 2, 4 & 114; Cic. Tusc. Qu. 5, 15; & Non. 5, 92.

¶ Pernĭciter, adverb. geſchwind. Plaut. Amph. 5, 1, 64 *Apprehendit eos manu perniciter.* Add. Catull. 63, 8; & Liv. 26, 4. Plin. 8, 14 *Alites alte perniciterque supervolantes.* Apul. Met. 6 p. 177 *E conspectu perniciter abeunt.* Compar. Plin. 8. 52 *Rupricapræ pernicius exsultant.* Et Paulin. Petrocor. 4, 206 *Ad rhedam rediere viri, pernicius inde Præcipiti cogunt jumenta erumpere saltu.*

Pernocto, pernox, &c. Pernonis, vide *Nox, Perna.*

PĔRO, *ōnis*, calceamentum rusticum, a πήρη, unde & *pera*; plur. *Perones*, halbe ſtiefeln, hohe ſchuhe. Budæus *tibialia laxa rusticorum* reddit, weite bauren-ſtiefeln. Virg. Æn. 7, 690 *Crudus tegit altera pero*, scilicet *vestigia.* Et Iuvenal. sat. 14, 185 *Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto Per glaciem perone tegi.* Et Sidonius 4 epiſt. 20 *Quorum pedes perone fetoso vinciebantur.* conf. Iac. Rævardus Varior. 1, 8; & Rosini Ant. Rom. 5, 36 p. 593.

¶ Pĕrōnatus, *a, um*, geſtieffelt. Perſ. sat. 5, 102 *Peronatus arator.*

PERORĪGA, *æ*, masc. qui equas curat & admittit, ein ſtuttmeiſter. Varro de Re Ruſt. 2, 7 & 8. Apud Plin. 8, 42 in vetuſtis exemplaribus, ut Scaliger auctor est, *Pruriga* dicitur. Recte: a *prurigine* scilicet admiſſuræ. Vnde penultima producenda videtur. Aliis legendum esse videtur *Proriga*, ubi vide.

Peroro, Perosus, Perpastinare, Perpendicularis, perpendiculum &c. perpendo, vide *Oro, Odi, Pastinum, Pendo.*

PERPENSA, *æ*, f. ita baccharim herbam a quibusdam dici, Plinius indicavit 2, 16.

Perpensatio, perpensus, vide supra *Pendo.*

PERPĔRAM, adv. idem quod falso, prave, vitioſe, falſch, übel; ut, *Perperam judicare*, Cic. pro Cæcin. c. 24, & *interpretari*, Liv. 1, 23; & Sen. epiſt. 9. *Perperam pronunciare*, Plin. 3 epiſt. 5. *Perperam & nequiter facere*, Auct. ad Herenn. 2, 3. Contrarium *Recte facere*: Liv. 29, 17 *Scipio omnium nobis recte perperamque factorum est testis.*

¶ Perpere, idem. Claud. Mamert. 1, 1 *Opiniones perpere præsumtæ*, vid. Barth. Adverſ. 42, 10.

¶ Perperus, *a, um*, malus, pravus, vitioſus, böſe, ſchlimm. Est ex græco πέρπερος, quod & Latini suum fecere. Vet. Gloſſ. *Perperus*, πέρπερος, πρωπετης. Plautus quoque *perperas oves* dixit Truc. 3, 1, 9, quas Scalig. ἀχρήστας interpretatur. Sic & Accius ap. Nonium 2, 626 *Describere in theatro perperos populares*, i. e. ut Nonius exponit, indoctos, stultos, rudes, insulsos, mendaces. Et Vopiscus Tacito c. 6 *Nihil immaturum, nihil perperum &c.*

Perperitūdo, *ĭnis*, f. pravitas, ruditas, die bosheit, tummheit. Id. Accius apud Nonium l. c. *ductabilitate nimia vestra aut perperitudine.*

Perpes, Perpessio, perpessus, vide *Peto, Patior.*

Perpetim, Perpetior, Perpetratio, perpetro &c. v. *Peto, Patior, Patro.*

Perpetualis, perpetuitas, perpetuus &c. vide *Peto.*

Perpictus, Perplexus &c. Perpusillus, vide *Pingo, Plecto, Pusio.*

Perquam, Perquiro, perquisitio &c. vide *Quam, Quæro.*

Perrarus, Perrepto, Perroro, Perruptus, vid. *Rarus, Repo, Ros, Rumpo.*

Persa, persea, Persector, persecutio, &c. Persentisco, vide *Persia, Sequor, Sentio.*

PERSĔPHŌNE, *es*, f. Περσεφόνη, latine Proserpina, Dea & regina inferorum. Ovid. Fast. 4, 591 *At neque Persephone digna est prædone marito.* Conf. Stat. Theb. 12, 276. ¶ 2. Pro morte Ovid. Heroid. epiſt. 21, 46 *Persephone nostras pulsat acerba fores.* Et Tibull. 3, 5, 5 *At mihi Persephone nigram denunciat horam.*

¶ Persephonion, *i*, n. idem quod *Rhamnus*, ein dornſtrauch. Dioſc. suppoſ.

Persepolis, Persequax, persequor, vide *Persia, Sequor.*

PERSES, *is*, m. rex Macedoniæ, qui a Paulo Æmilio devictus, & in acie captus, ductus & in triumphum Romam cum liberis, perjitque in carcere, mœrore animi confectus. vide Livium lib. 45. De græca forma Περσεύς, *Perseus*, ejusdem nominis, vide mox in *Perseus*, n. 2.

¶ Persĭcus, *a, um*, adj. ut, *Bellum Persicum*, cum Perse rege gestum, Plin. 18, 11; & Cic. Off. 1, 11.

Persevēro, *are*, &c. vide *Severus.*

PERSEVS, *ei*, m. duabus syllab. Περσεύς, Danaës ex Iove filius, Cephei Æthiopum regis gener, Andromedam ceto expositam liberavit & duxit: ob quam pietatem inter sidera relatus est. v. Ovid. 5 Met. *Pennipes* vocatur Catullo. ¶ 2. *Perseus* etiam multis vocatur, qui modo *Perses* appellatus fuit, rex Macedoniæ, ab Æmilio Paulo in triumpho ductus. Nam & hic Græcis Περσεύς est.

¶ Persēis, *ĭdis*, f. patronymicum. Apollonio Rhodio itemque Ovidio ita vocatur *Hecate*: quippe quam Persei filiam in Theogonia Hesiodus facit. vid. Giosa. ad Met. 7, 74. De eadem Seneca Medeâ v. 814 *Caussa vocandi, Persei, tuos sæpius arcus.* ¶ 2. Et inde *Herbæ Perseides* pro magicis, Ovid. de Remed. am. v. 263. Nam Hecate Dea magica est.

PERSIA, *æ*, f. seu Persis, *ĭdis*, f. Περσὶς, orientalis regio ad mare rubrum, regnum quondam omnium Asiæ maximum & potentissimum, Persien. Plaut. Perſa 4, 1 extr. *usque e Persia*; & sc. 3 v. 28 *Tabellæ e Persia allatæ.* Sed plurimi alii malunt græca forma *Persis, idis*, uti. Curt. 5, 3, 16 *Montium perpetuum dorsum in Persidem excurrit.* Nep. 18, 8, 1 *In regione Persidis.* Virg. Georg. 4, 290 *Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget.*

¶ Persa, *æ*, m. incola Persidis, plur. Persæ, *arum*, die Perſier oder Perſen, (qui hodie illam regionem colunt, eos dicimus Perſianer.) ut, *Persarum imperium*, Curt. 4, 14, 20. ¶ 2. Gentis nomen pro regione. *In Persas proficisci*, Corn. Nep. 16, 4, 3, i. e. in Persiam. Tale est apud eumdem 18, 8, 4 *Via, qua ex Medis ad adversariorum hibernacula possit perveniri. Ex Medis* idem quod *ex Media.* Gubernatores habuerunt reges cum magis, qui artium rerumque in naturæ varietate eximiarum cognitione excelluerunt. vide *Magus.* Adolescentibus nota esse debet narratio de disciplina juventutis Persicæ, quæ apud Xenophontem exstat lib. 1 de Pædia Cyri. Persarum regi cubicularius excubitor quotidie in cubiculum diluculo ingressus dicebat, ἀνάστα, ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων, ὧν σε φροντίζειν ὁ θεὸς ἐθέλησε, id est, *Surge, rex, atque eâ curâ negotia tua perage, qua jussit Deus*, Plutarch. in lib. de doctrin. principum. ¶ 3. *Persarum* nomine interdum *Parthi* veniunt. vide supra *Arsacides.*

¶ Persĭcus, *a, um*, adj. ut, *Sinus Persicus*, Plin. 6, 24, ad mare rubrum, quem Persæ semper accoluere. Horat. 1 oda 38, 1 *Persicos odi, puer, apparatus*, i. e. luxurioſos & magnificos, cujusmodi utebantur Persæ, apud quos laudi erat luxurioſe vivere, ut testatur Nepos 7, 11, 5. *Malum Persicum*, ein pfersing, quod ex Persia primum allatum. v. Plin. 13, 9: & Isidor. 17, 7.

¶ Persicus, *i*, & Persica, *æ*, f. subſt. arbor ex Perside primum in Græciam & Italiam advecta, ein pfirſchen-baum. Pallad. 1 tit. 37 *Persicus, pirus, pomiferæque arbores.* vid. Idem Ian. t. 16; & April. t. 5. Sic & *Persicæ arbores*, Plin. 15, 13; & 16, 26. ¶ 2. De *Persica* porticu vide Interpr. ad Cic. Att. 15, 9 p. 629 Græv.

¶ Persĭcum, *i*, n. subſt. fructus persicæ, die pfirſche, pfirſing. Apic. 4, 2 *Persica duriora purgabis.*

¶ Persice, adv. Quint. 11, 2 ext. p. 996 *Themistoclem unum intra annum optime locutum esse Persice constat.*

¶ Persĭdes, *um*, f. plur. pisces ex genere polyporum, Plin. 32 c. ult.

¶ Persites, *æ*, m. tithymali species, Apul. de Herb. c. 108.

¶ Persea, *æ*, f. περσεα, arbor Ægyptiaca, quæ & *Persica* dicitur, fructum ferens stomacho accommodatum, Dioſc. 1, 150. De discrimine & confusione hujus & *Persicæ* arboris vid. Salmaſ. ad Solin. passim, & Homonym. c. 68.

¶ Persepŏlis, *is*, f. Persiæ fuit metropolis, & regum Persicorum sedes vide Curtium 5, 6, 1 seqq.

¶ Semiperſa, *æ*, m. Apul. Apol. p. 289 *Mixto genere fuit, Semimedus & Semiperſa.*

Persĭbus, Persĭdo, *ĕre*, vide infra *Sibus, Sedeo.*

PERSIVS, *i*, m. prænomine Caji, doctisſimus Romanorum ſua ætate. Fuit coævus Lucilio poëtæ, vide de eo Cic. de Orat. 2, 6; it. Plin. præfat. ſuæ Hiſtoriæ &c. ¶ 2. *Persius* poëta satyricus sub Nerone fuit, Volaterris Hetruriæ oppido natus. Vixit 28 annis, minus novem circiter diebus, ut Casaubonus supputat ex veteri scholiaſte. Quintil. 10, 1 *Multum & veræ gloriæ, quamvis uno libro, Persius meruit.* Scaliger Pater in Hypercritico ejus stilum morosum & ineptum censet, illique idcirco & Iuvenalem & Horatium præponit. Quos tamen contra a Persio superari Casaubonus censet, quem vide in Prolegomenis in Persium, cui id omne debet Persius, quanti hodie æstimatur a doctis. A quo tamen rursus dissentit Heinsius, qui Flaccum præfert: vide ejus librum de Satyra Horatiana.

¶ Persolido, *are*, Persolla, persollata, Persolvo, vide *Solidus, Persona, Solvo.*

PERSOLVTA, *æ*, f. sive Persolyton, *i*, n. herba hortensis apud Ægyptios, Plin. 21, 33.

PERSŌNA, *æ*, f. πρόσωπον, eine maſque, larve, ficticia nempe facies, qua utebantur hiſtriones actoresque in fabulis seu ludis scenicis, quæ instar galeæ erat, ac totum caput tegebat adeo, ut ejus adversa pars in similitudinem humanæ faciei efficta, aversa autem capillamento tecta esset. Hæc ratio tum ex antiquis figuris colligitur, quas post alios Daceria in præfat. ad Terentium a se editum describit

tum fabula etiam illa declaratur Phædri 1, 8 (al. 7) *Personam tragicam forte vulpes viderat, o quanta species, inquit, cerebrum non habet, δίαν κεφαλὴ, ἐγκέφαλον δὲ οὐκ ἔχει.* Denique etymologia etiam favet. Blandius enim est, cum Scaligero Poët. 1, 13 inde derivare, quod sit *περὶ τὸ στόμα*, quam cum C. Basso apud Gell. 5, 8 a *personando*, cui modus penultimæ syllabæ repugnat. Deformes plerumque has personas, tragicas certe, fuisse, pallides, hiante ore, tum antiquæ effigies testantur, qualem etiam habes apud Pignorium de Servis p. 99; tum Lucianus de saltatione p. 796 Gr. & inprimis Iuvenalis 3, 175 *Cum personæ pallentis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans.* Præterea ex ligno factas docet Prudentius adv. Symmach. 2, 645 *Vt tragicus contra ligno tegit ora cavato, Grande aliquod cujus per hiatum crimen anhelet.* Elegantior tamen fuit Nero, de quo Sueton. c. 21 *Tragœdias cantavit personatus, heroum Deorumque, item heroidum ac Dearum personis assictis ad similitudinem oris sui, & fœminæ, prout quamque diligeret.* Rationem personarum comicarum plenius aperit Quintil. 11, 3 p. 1014 *In comœdiis pater ille, quia interim comitatus, interim lenis est, altero erecto, altero composito est supercilio.* Vbi credibile videtur, actorem cum iratum patrem ageret, ita stetisse, ut erectum illud modo supercilium ostenderet, alterum contra ubi lenem. Pulchra est Publii Mimi sententia: *Hæredis fletus sub persona risus est*, unter der maſque der thränen iſt des erben lachendes herz verborgen. ¶ 2. Hinc *Persona* per metaphoram significat, quidquid simulationis caussa foris assumptum est. Vel quod prohibet, quo minus aliquid plane cognosci possit. Sen. epist. 24 *Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua*, die larve, den äuſſerlichen ſchein muß man wegnehmen. Liv. 2, 36 ext. *Is finis Appio fuerendæ alienæ personæ fuit, suo jam inde vivere ingenio cœpit*, nun legte er die maſque ab. ¶ 3. Ipsi actores scenici cum toto habitu suo *Personæ* vocantur: & sic in fronte fabularum Plauti ac Terentii, Græcorum item comicorum *personæ* vel *πρόσωπα* enumerantur. Hoc sensu etiam *persona muta* vel *κωφὸν πρόσωπον* vulgo dicitur. De his personis v. Scalig. de re Poët. 1, 13 ad 17. Ad hanc scenicam etiam significationem refero, cum quis quid vel *sua* vel *alterius persona* dixisse apparet, quomodo Gellium & Quintilianum locutos esse volunt. Ita Cicero in dialogis multa non ex sua, sed ex eorum, quos loquentes inducit, persona protulit. ¶ 4. Iam ad vitam civilem transfertur hæc vox, adeoque si vita fabula est, *persona* est ille habitus, quem quisque gerit, der ſtand, der character. Ita *personam* Valla vocat qualitatem, qua homo ab homine differt corpore, animo, & fortuna; ut, Hector ad Priamum *persona filii est*; ad Astyanactem *persona patris*; ad Andromachen *persona mariti*; ad Paridem *persona fratris*; ad Sarpedonem *amici*; ad Achillem *inimici*. vid. Vall. 6, 84; & Scalig. c. 72 de L. L. Cic. ad Cæs. sub Att. 9, 11 *Ad eam rationem satis aptam esse existimabam naturam & personam meam.* Id. Phil. 8, 10 *Magnum est in republ. tueri personam principis*, ſich halten wie einem regenten gebüret, ſtandesmäſſig. Id. pro Sylla c. 3 *Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & respubl. imposuit, jam voluntas & natura ipsa detraxit.* Sic enim pro Mutæn. c. 3 *Has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper ego libenter, illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi*, von ſtrengigkeit habe ich nie ſtaat gemacht. Nepos præfat. pr. *Genus scripturæ leve & non satis dignum summorum virorum personis.* Idem 15, 1, 2 *Scimus, musicen moribus nostris* (ROMANORVM) *abesse a principis persona.* ¶ 5. Nomine *personæ* ipsi etiam designantur homines, quatenus hanc vel illam personam gerunt, uti scil. primo significatu & vestem & actorem ea indutum denotat. Cic. ad Pomp. sub Att. 8, 11 p. 795 *Vt mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare*, h. e. ut populo gratum facere viderentur improbi cives, qui in me, Catilinæ, populatis viri, expulsorem, agrariæ legis dissuasorem, Clodii, tribuni pl inimicum, Roscie, theatralis legis, populum notantis, defensorem, &c. impetum facerent. Tale est ejusdem Cic. ad Att. 8, 12 p. 798 *Ecquæ pacifica persona desideretur*, q. d. qui semper togatus & cum olea, nunquam armatus in scenam quasi publicam prodiit. Idem pro Cluent. c. 29 pr. *Hujus Staleni persona ab nulla turpi suspicione abhorrebat*, i. e. talem se gesserat, & ea commiserat, ut quidvis de eo suspicari fas esset. Idem fam. 5, 12 *Si in uno argumento unaque persona mens tua tota versabitur.* Consulatum ibi suum a Luccejo describi petit, quem mox vocat *fabulam rerum eventumque suorum, quæ varios actus multasque actiones habeat.* Nec dubitamus huc referre ad fam. 6, 6 *Cæsar nunquam nisi honorifice Pompejum appellat; at in ejus personam multa fecit asperius*; h. e. in quantum hostis & æmulus erat. Nepos 16, 4, 3 de Pelopida: *Hæc fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ*; ubi ad primarum secundarumque partium actores aperte respicitur, er war die andere hauptperſon. Sic Ascon. in Cic. Div. p. 34 *Persona primarum, secundarum, tertiarum partium.* Cels. præfat. p. 14 *Quos ego ideo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida personæ periclitari conjectura sua voluerit*, an einer ſtandesperſon. Id. 5, 8, 13 *Malagmata ad strumas in personis varie respondent*, h. e. prout hic vel ille hoc vel alio modo affectus esset. Sen. Ludo in Claud. c. 10 *Ne videar in personam, non in rem sententiam dicere*, i. e. in Claudii im ſtolidum, crudelem, mihi invisum, &c. Hic etiam referendus est *personarum respectus*, vel *discrimen*, de quo in *acceptio*. ¶ 6. Quod autem quibusdam videtur, *personam* simpliciter etiam usurpari pro homine, ut cum Germanice dicimus, es waren drey perſonen ꝛc. id quidem Ciceronis & æqualium auctoritate vix probari posse arbitramur. Ac Ciceronis quidem, Celsi & Senecæ, quæ proferri solent, jam n. 5 explicavimus. De aliis sequioris ævi si curate inspicias, dubitare forte adhuc fas fuerit. Laudant Quintil. 5, 2 *De infirmitate personarum quærendum*, i. e. hominum. Vellej. 2, 68, 1 *Neque enim persona umbram actæ rei capit*, i. e. aliquis, unus. De his inquam dubitare fas fuerit; non item de Suetonio in Ner. c. 1 *Domitii ne prænomina quidem ulla, præterquam Cnæi & Lucii usurparunt; modo continuantes unumquodque per tot has personas, modo alternantes per singulas.* Hic enim simpliciter homines vel viros notat. v. Andr. Borrich. Vindic. p. 159. ¶ 7. Theologis concedendum, ut *personas* in divina essentia vocent, quæ Græcis sunt *ὑποστάσεις* vel *ὑφισάμενα*.

¶ Persŏla, æ, f. diminutivum, ut, *Corolla* a Corona; Plautus usus est Curc. 1, 3, 36. Vide ibi Isac. Operarium, & Parei Lex. Crit. p. 922, & Voss. Etymol. p. 385, & p. 480 in *Solus*. Sonat autem larvulam, sive personam minorem. (Alii tamen, ut Lambinus, Salmasiusque, cujus lectionem etiam retinet Gronovius, legunt *persolæ*, a Persolus, quod vide in *Solus*). Hinc

¶ Persŏlla, æ, f. (male *Persolata*,) græce *προσώπιον* & *προσωπὶς*, herba sic dicta, quod personæ seu larvæ instar hominum faciem contegere valeat ob foliorum amplitudinem. Vulgo vocatur *bardana* & *lappa major*, groß kletten-kraut. Ejus mentio apud Plinium 25, 9; & 26, 5; & Dioscor. 4, 107.

¶ Persŏnata, æ, f. subst. eadem planta Plin. 25, 9; & Colum. 6, 17.

¶ Persŏnatia vel Persŏnacia, æ, f. idem, Apul. de Herb. c. 36; & Marc. Empir. c. 17.

¶ Persŏnatus, a, um, adj. larva indutus, vermummet, verlarvt. Cic. de Orat. 3, 59 *Nostri senes personatum ne Roscium quidem magnopere laudabant.* Sen epist. 24 *Pueri, si personatos vident, expaveſcunt.* Id. epist. 80 *Personata felicitas*, h. e. fucata, fallax.

¶ Persōnālis, e, ad personam pertinens, perſönlich; ut, *Personale beneficium*, Vlpian. Lege 63 Dig. § 1 pro socio.

¶ Persŏnaliter, adverb. idem. Grammaticorum notio apud Gellium est 15, 13. Aliter Arnobius lib. 3 p. 124 *Etiamsi personaliter ignoramus, qui sunt Lares, qui sunt Novensiles, qui Penates &c.*

¶ Impersŏnālis, e, unperſönlich. Grammaticis *Impersonale* est, ubi persona non determinatur. v. Priscian. p. 812, &c. Sic, *Verbum impersonale*, Mart. Capella lib. 3 p. 83; & 4 p. 119. Gloss. gr. lat. *ἀπρόσωπος*, *impersonalis*.

¶ Impersŏnalĭter, adv. idem. Flor. ICt. l. 15 ff. de stip. serv. Et Iustin. Instit. 3 t. 18 § 1.

Persŏno, *are*, persŏnus, Perspecto, perspicacitas, perspicax, &c. perspicio, perspicuus, vide *Sonus*, *Specio*.

Perstrepo, Perfuastrix, Persultator, persulto, v. *Strepo*, *Suadeo*, *Salio*.

Pertædesco, pertædet, pertæsus, Pertĕgo, Pertendo, pertento, Pertepeo, Perterebro, Pertergo, Pertĕro, Perterrefacio, perterreo, &c. vide *Tædet*, *Tego*, *Tendo*, *Tepeo*, *Terebra*, *Tergo*, *Tĕro*, *Terreo*.

PERTĬCA, æ, f. eine ſtange, ein ſtecken. Vetus Gloss. græco-latin. *κοντὸς*, *Pertica*, *Sudes*, *Cumax*. Item, *κάμαξ*, *Ritica*, *Pertica*. ¶ 2. Item instrumentum, quo agros metiebantur, eine meßruthe. Valerius Cato in Diris v. 45 *Pertica, quæ nostros metata est impia agellos.* Propert. 4, 1, 130 *Abstulit excultas pertica tristis opes.* Habet autem pertica decem pedes, unde & *Decempeda* dicebatur. Vetus auctor de Limitibus, apud Rigalt. p. 297 PERTICA *habet passus duos, id est, pedes decem.* PERTICA *autem a portando dicta, quasi* PORTICA. Vet. Gloss. *Pertica*, *κανὼν*, *κάμαξ*. Hinc proverbiale, *Non una pertica tractare, non uno modulo metiri*, sive, non una ratione tractare, Plin. 8 epist. 2. ¶ 3. *Pertica* etiam ipse ager, metatus pertica & assignatus. Aggenus: *Pertica quatuor regionibus æqualiter divisa.* Frontinus: *Solum autem quodcunque coloniæ est assignatum, id universum* PERTICA *appellatur.* v. Salmas. Exercit. Plin. p. 681, & seqq. ubi pluribus de perticis veterum & tota dimetiendi ratione disputat.

¶ Pertĭcālis, e, langſteckicht; ut, *Salix perticalis*, id est, ex qua fieri possunt perticæ, Colum. 4, 31. *Perticale* etiam dicitur, quod decem pedes sive perticam longum est.

¶ Pertĭcatus, a, um, perticam ferens, der eine ſtange trägt. Martial. 5 epigr. 12 *Nutantia fronte perticata gestat pondera Maſthlion.* Ita ex MS. legit Gruterus & cum eo Scriver. vid. ejus Animadv. p. 130. Visus sane ejusmodi præstigiator in pertica fronti imposita gestans vitrum aqua impletum. Vulgo legitur *pertinaci*.

Pertimesco, Pertinacia, pertinaciter, pertinax, & pertinenter, pertineo, Pertingo, Pertolero, Pertŏno, Pertractatio, pertracto, &c. Pertremisco, vide *Timeo*, *Teneo*, *Tango*, *Tolero*, *Tono*, *Trudo*, *Tremo*.

Pervado, Pervagabilis, pervagor, āri, pervăgus, Pervaleo, Pervasor, Pervastare, Pervector, perveho, Pervello, Pervenari, Pervenio, Perverse, perversitas, perverto, vide in *Vado*, *Vagus*, *Valeo*, *Vado*, *Vastus*, *Velo*, *Vello*, *Venor*, *Venio*, *Verto*.

PERVĬCAX, ācis, quasi *pervincax*, secundum Vossium, perseverans cum vi quadam, per omnes vices nemini cedens, steiff, beharrlich, hartnäckig. *Pervicax* est, qui constanti & infracto animo rem gerit: *Pertinax*, qui obstinate tenet & pertendit id, in quo non debet pertendi. Illud laudem, hoc vituperationem meretur. Accius apud Nonium 5, 40 ad etymon simul alludens: *Nam pervicacem dicis me esse & vincere, Perfacile patior, pertinacem nil moror.* Hæc (*pervicacia*) fortes sequitur, illam (*pertinaciam*) indocti possident. Vetus Scholiastes ad illud Horatii epod. 17, 14 *Heu pervicacis ad pedes Achillei: PERVICACES dicuntur, qui in aliquo certamine ad vincendum perseverant: sicuti* PERNICES *a* PERNITENDO. Tac. Hist. 4, 5, 5 de Helvidio Prisco: *Opum contemtor, recti pervicax, constans adversus metus.* Vet. Glossæ: *Pervicax*, *βίαιος*, *δυσέριστος*, *σφοδρὸς*, *μονότονος*, *ἐπίμονος*, *φίλερις*. *Pertinax φιλόνεικος*, *μονότονος*. Sed non semper hoc discrimen attenditur. Et sæpe *pertinax* in bonis; *pervicax* in malis ponitur. Ter. Hec. 4, 1, 17 *Adeone pervicaci esse animo, &c.* ſo halsſtarrig ſeyn. Liv. 42, 62 *Pervicax superbia.* Contra Id. 25, 14 pr. *Vicit tamen omnia pertinax virtus.* Sic Apul. Met. 9 p. 223 *Nequissima fœmina* etiam *pervicax* & *pertinax*. Contra Idem Apol. p. 338 *Vir pertinax justitiæ.* Superlat. *Pervicacissimi hostes*, Flor. 1, 11, 11.

¶ Pervĭcācia, æ, f. die beharrlichkeit, hartnäckigkeit. Nonius: *Pervicacia & Pertinacia hoc distant: Pervicacia interdum est bonarum rerum perseverantia, pertinacia semper malarum.* Cic. Tusc. 4, 11 *Ægrotationi subjecta sunt mulierositas, pervicacia, liguritio &c.* Et Plin. 17, 20 *Perdurandi pervicacia*, de castanea arbore.

¶ Pervicacĭtas, ātis, f. idem. Gloss. Vet. *Pervicacitas*, *μονοτονία*.

¶ Pervicāciter, adverb. beſtändig, L. 3 § 16 Dig. de Suspect. tutor. *Neque pecuniam deponere pervicaciter persistant.* Compar. *Pervicacius oblaturos esse annulum*, Curt. 10, 6, 18. *Pervicacius caussam belli quærere*, Liv. 42, 14.

¶ Pervicus, a, um, idem quod *pervicax*. Accius apud Nonium 5,

28 *Pervico Ajax animo.* Et Plautus ibidem: *Quidam pervicus cuſtodem addidit.*

Pervinco, Pervireo, Pervivo, Perunctio, perungo, Pervolito, pervolo, Peruro, vide *Vinco, Vireo, Vivo, Vngo, Volo, Vro.*

PĔRŪSIA, *æ*, f. vel Peruſium, *i*, n. urbs Tuſciæ, in qua L. Antonius ab Auguſto obſeſſus, extrema fame coactus, tandem ſe dedidit. vid. Vellej. 2, 74. Liv. 9, 37 *Peruſia, Cortona, & Arretium, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempeſtate erant.* v. Cluver. Ital. Ant. Lib. 2, c. 3 p. 576.

¶ Perūsīnus, *a, um*, adject. ut, *Peruſina fames*, Lucan. 1, 41. vid. Boſch. ad Petron. c. 141 p. 665 Burm. *Peruſina ſepulcra*, Propert. 1, 21, 1. Abſolute *Peruſini*, cives apud Vellej. l. c. n. 4.

Peruſtus, Perutilis, Pervulgo, *are*, vide *Vro, Vtor, Vulgus.*

PES, *pĕdis*, m. πούς, totum illud quod eſt a femore ad calcem usque, der ſchenckel, der fuß, von der hüffte bis auf die fußſole, das bein. Virg. Georg. 3, 55 *Pes etiam, & camaris hirtæ ſub cornibus aures.* Propert. 2, 6, 38 *Quæ nunquam ſupra pes inimicus eat.* Et, *Accidere ad pedes*, Cic. Att. 1, 14. *Abjicere ſe ad alicujus pedes*, Id. Att. 8, 9. *Projicere ſe ad pedes*, Id. pro Sextio c. 11, einem zu fuſſe fallen, einen fußfall thun. *Pedem portâ efferre*, Id. Att. 7, 2. Quint. 12, 9 p. 1084 *In his actionibus omni, ut agricolæ dicunt, pede ſtandum eſt*, i. e. omni contentione, totisque viribus opus eſt. v. Turneb. Adv. 7, 19. *Quocunque pedes ferent*, wohin mich die füſſe tragen. v. Chiliad. *Pedem referre*, Ovid. Heroid. 15, 186, zurück kehren. *Pedem trahit*, pro claudicare, Ovid. Remed. am. 1, 379. *Pedibus*, zu fuſſe; ut, *Pedibus iter facere*, Cic. Att. 5, 9. Et Epit. Victoris in Hadriano: *Immenſi laboris, quippe qui provincias omnes pedibus circumierit.* Ita *pedibus itur* in ſententiam Cic. poſt red. in Sen. c. 4 ex legis formula, *ne quis ad vos referret -- ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet.* Hinc *pedarii* Senatores dicti, ubi vid. Sic, *Pedibus merere*, Liv. 24, 18, zu fuſſe dienen. Id. 4, 40 *Equitem ad pedes deducere.* Id. 29, 2 *Omiſſa pugna equeſtri, ad pedes Hiſpani equites deſcenderunt.* v. I. Fr. Gronov. ad 21, 46. *Pedibus aliquo pervenire*, eſt itinere terreſtri pervenire, Cæſ. de B. C. 2, 21. Nam vox *pedibus* non ſemper id vult, ac ſi ſuis aliquis pedibus ingrediatur, ſed navali interdum itineri opponitur. v. Græv. ad Cic. Att. 10, 4 p. 134; & deinde in *Pedeſtris* dicenda. Sic, *Nec pes, nec caput:* proverbiale de inconditis confuſisque: Plaut. Aſin. 3, 3, 238 *Quin nec caput, nec pes apparet.* Idem Capt. 3, 4, 28 *Garriet, quod neque pes umquam, neque caput appareat.* Cic. fam. 7, 31 *Propter res tuas ita contractas, ut nec caput, nec pedes.* Huc pertinet Catonis ille apud Plutarchum (p. 624 H. Steph.) jocus in tres legatos μήτε πόδας, μήτε κεφαλὴν μήτε καρδίαν ἔχοντας. Proverbialiter etiam *Ante pedes eſſe* dicuntur, quæ præſentia ſunt, was vorhanden iſt. Ter. Adelph. 3, 4, 23 *Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt.* v. Lindebruch. Sic, *Tranſilire ante pedes poſita*, das gegenwärtige fahren laſſen, Cic. de Orat. 3, 40. Sed *ſub pedibus eſſe* dicuntur, quæ in noſtra poteſtate & ſub imperio ſunt. v. Virg. Æn. 7, 99; & Drakenb. ad Sil. 17, 145. Proverbii formam etiam iſta habent Cic. fam. 7, 32 *De judiciis non laboro. Trahantur per me pedibus omnes rei.* Att. 4, 16 med. *Per me iſta pedibus trahantur. Pedis offenſio* ſiniſtrum omen Romanis. v. Brouckh. ad Tib. 1, 3, 20. ¶ 2. Eſt autem polyſemum *Pedis* nomen & ad plura alia transfertur. Quod Seneca notat de Benef. 2, 34; *Ingens*, inquit, *copia eſt rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed aliis commodatisque. PEDEM & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis: CANEM & venaticum, & marinum, & ſidus &c.* ¶ 3. *Pedes lectorum* fulcra ſunt, nec non *menſarum*, das geſtelle. Ovid. Met. 8, 660

Menſam ſuccincta tremensque
Ponit anus, menſæ ſed erat pes tertius inſtar.

Hinc *Menſa tripes*, Horat. 1 ſat. 3, 13. ¶ 4. *Pedes velorum*, pars utraque inferior, quibus tenditur velum: & pro utroque latere, *dexter* alter, alter *ſiniſter*, ſchiffſeile. Lucan. 5, 427 *Et flexo navita cornu Obliquat lævo pede carbaſa.* Hinc *pedem facere* nautica phraſi eſt, vento dimidio navigare, lavieren. Virg. Æn. 5, 830, quod in princ. v. 16 *obliquare ſinus* dixit. v. Scalig. ad illud Catull. 4, 20

Sive utrumque Iupiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem;

qui *pedem* funiculum interpretatur, cui angulus veli religetur: nec non Turneb. Adverſ. 20, 4; & 25 c. 21. ¶ 5. *Pedes carminum*, ſunt compoſitiones aliquot ſyllabarum; ut, *Spondæus, Iambus, Dactylus &c.* De horum uſu etiam in oratione agit Cicero de Orat. 3, 47. Ovid. Am. 1, 1, 30 de carmine elegiaco *Muſa per undenos emodulanda pedes.* Ad pedes carminum alludens Plautus Menæch. prol. v. 49 *Nunc in Epidamnum pedibus redeundum eſt mihi.* ¶ 6. Decurſus ſive lapſus aquarum, *Pedis* nomine deſignantur poëtis, lauf, fall. Virg. Culice v. 17 *Caſtalia & reſonans liquido pede labitur unda.* Horat. epod. 16, 48 *Lævis crepante lympha deſilit pede.* Imo & de aliis liquidis fluentibusque *pes* dicitur. Cornel. Severus in Ætna v. 13 *Ipſe ſuo flueret Bacchus pede.* Add. Drakenb. ad Sil. 6, 140. Etiam Nonius 6, 75 in *Revocare pedem*, idem ex Virg. Æn. 9, 126 confirmat. ¶ 7. Item acceſſus, adventus, ankunfft. Sic *dexter pes*, felix acceſſus: Silius 7, 172 *Attulit hoſpitio pes dexter & hora Lyæum.* Sic fere etiam Virg Æn. 8, 302 ad Herculem: *Et tua dexter adi pede ſacra ſecundo.* Auguſtinus epiſt. 44 ad Maximum grammaticum, ubi etiam ad hunc Virgilii locum provocat: *Nam Phanio quid aliud ſignificat, quam* BONI PEDIS HOMINEM, *id eſt, cujus adventus adferat aliquid felicitatis: ſicut ſolemus dicere*, SECVNDO PEDE INTROISSE, *cujus introitum proſperitas aliqua conſecuta ſit*, der zur glücklichen ſtunde kommen. ¶ 8. Et quia ſtandi fundamentum *Pes*, ut Varro de L. L. 4, 19 ſcribit: inde cujusquemodi rei fundamentum, *pes*, der grund. Et, *qui fundamentum inſtituit*, idem Varro ait, PEDEM PONIT. Hinc & in ædificiis in area, PES MAGNVS dicitur. PES MAGNVS, inquit Scaliger, *conſtratus eſt: Ita vocabant veteres* ἐπίπεδον τὸ ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος. Sic in libris de Limitibus agrorum legitur p. 31 PLANVM *eſt, quod Græci* ἐπιτέδον *appellant*; *nos* CONSTRATOS PEDES: *in quo longitudinem & latitudinem habeamus: per quem etiam agros, ædificiorum ſola, & quibus altitudo & craſſitudo ponitur &c. intelligimus.* Sic de *Pede porrecto* ſive *præſtato*; de *Solido* ſive *quadrato* vide ibid. p. 30. Auſonius erudite in Moſella v. 327

Quin telam riguis humili pede condita pratis;

Humili pede, i. e. ſolo vel ſitu, die niedrig liegen. Sen. de Tranqu. an. c. 10 *Exiguæ ſæpe areæ in multos uſus deſcribentis arte patuere: & quemvis anguſtum pedem diſpoſitio fecit habitabilem*: Hic *Pes* nihil aliud eſt, quam ſolum, ſive *area*, ut paullo ante appellarat. ¶ 9. Sed & imas montium partes, quæ & radices appellantur, *pedes* vocarunt Latini juxta ac Græci, v. Suidam. Ammian. 14, 26 *Has autem provincias, quas Orontes ambiens amnis, imosque pedes Caſſii montis illius celſi prætermeans, funditur in Parthenium mare.* ¶ 10. *Pes* etiam menſura eſt. Frontinus Expoſit. Formarum, *palmis III, unciis XII* definit. p. 43. De *Pede Ptolemaico, Monetali*, & *Druſiano* Hyginus de Limit. Conſtit. p. 219. Horat. 1 epiſt. 7 extr. *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt*: Quo poëta monet, id ut ſequamur vitæ genus, quod cuique aptum maxime eſt. ¶ 11. *Pes vinaceorum* eſt cumulus, qui ſub prelo eſt. vid. Col. 12, 36. it. 12, 43, 10, inprimis Plin. 15, 1 f. 2. ¶ 12. *Pes gallinaceus*, herba καννός, i. e. fumaria, hanenfuß. Plin. 25, 13. Alia forte herba pes *milvi* ſ. *milvinus*, Col. 12, 7, 1 & 5. ¶ 13. *Pedes* etiam vermiculi, quos *pediculos* appellamus, läuſe. Plaut. Curc. 4, 2, 13 *Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo, Vt muſcæ culicesque pedesque pulicesque.* Varro de Re Ruſt. 3, 4 *Quando de clunibus habere cœperint pinnas* (pulli gallinacei) *e capite, & e collo eorum crebro eligendi pedes. Sæpe enim propter eos conſeneſcunt.* Sic, *Pedibus obſitus*, i. e. pediculis, lauſicht. Feſtus ibique Liv. Andr. & Lucil. Sed & in Singulari

¶ Pĕdis, *is*, ut Nonius 3, 180 loquitur, *quem nos pediculum dicimus, generis maſculini eſt*, eine laus. Vbi Novius: *Eſt pedis unus ingens in naſo.* Sed fœm. Plautus Vidul. *Vbi quamque pedem videbat, ſuffurabatur omnis.*

¶ Pĕdĭcŭlus, *i*, m. dimin. Plin. 9, 28 de piſcium generibus: *Mollia ſunt, loligo, ſepia, polypus, & cætera ejus generis. His pediculi octoni ommibus.* ¶ 2. Et *Pediculi* ſunt, quibus poma omnia, ut mala, pira, pruna, ficus, ſuſtinentur, die ſtiele. Plin. 15, 28 *Dependent alia pediculis, ut pira: alia racemis, ut uvæ, palmæ.* Colum. 12, 45 *Poma ſic componi debent, ut floſculi ſurſum: pediculi deorſum ſpectent.* ¶ 3. Quid ſint *pediculis argenteis adjecta ſigna ænea*, L. 32 pr. ff. de aur. arg. leg. diſputatur. Bynckersh. Obſ. 4, 23 emendat e conjectura *reticulis*; mulieres enim apicibus, quibus comam includerent, appendiſſe ſigilla. ¶ 4. *Pediculi* item vermiculi ſunt in capitibus & corpore animalium, qui & *Pedes* appellantur, läuſe, ut modo dictum probatumque fuit in *Pes* n. 13. Colum. 8, 7 de gallinis farciendis: *Plana omnis e capite, & ſub alis atque clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet: hic ne ſtercore loca naturalia exulceret.* Plinius 9, 71 ext. dicit *animalia, quæ capillus maxime celat.*

¶ Pedicellus, *i*, m. aliud ὑπεκοριστικὸν, minutus pediculus, Petronius fragm. Tragur. p. 42 (c. 57) *In alio pedicellum vides: in te ricinum non vides?*

¶ Pĕdĭcŭlōsus, *a, um*, plenus pediculis, lauſicht. Onomaſt. vetus: *Pediculoſus*, φθειριῶν. Martial. 12 ep. 59 *Menti dominus pediculoſi.*

¶ Pĕdĭcŭlo, *āre*, pediculos venari, lauſen. Gloſſ. Vet. *Pediculo*, φθειρίζω. Quod a φθεὶρ, *pediculus*, eſt.

¶ Pediculatio, *ōnis*, f. die läuſe-krancheit, in aliis Gloſſis vertitur φθειρίασις.

¶ Pediculāris, *e*, ut, *Morbus pedicularis*, phthiriaſis, die läuſeſucht. Vide *Phthiriaſis.* Gloſſ. Vet. *Pedicularis*, φθειρικός. Columella 6, 30 *Herba pedicularis.*

¶ Pediculāria, *æ*, f. herba, quæ pediculos necat, ſtaphis agria, ſterbhaus-körner, läuſekraut. Scrib. Larg. Comp. 8, 166, 16, 170.

¶ Pediculārius, *i*, m. qui ſcabella vel cymbala pedibus percutit, der mit den füſſen orgelt oder muſicirt, der auf dem pedal ſpielet. Gloſſ. lat. gr. *Pedicularius*, συντονάριος.

¶ Pediŏlus, *i*, m. a *pede*, diminutive; ut, *Nudo pediolo*, Afran. apud Nonium 2, 699.

¶ Pĕdŭſculus, *i*, m. idem. Plin. 11, 10 *Apprehenſis peduſculo lapillis ſe librant.* Alii: *Apprehenſi ponduſculo lapilli.*

¶ Pedunculus, *i*, m. aliud diminut. vermis marinus, ein ſee-wurm. Plin. 32, 7 *Pedunculus maris*, alii legunt *Pediculus.*

¶ Pedunculāria, *æ*, f. herba eadem, quæ *Pedicularia*, Marc. Empir. c. 1.

¶ Peda, *æ*, f. veſtigium humani præcipue pedis, ein fußtritt. Feſtus.

¶ Pedāgium, *i*, n. in Gloſſ. vectigal dicitur, quod perſolvitur domino loci a transeuntibus, geleitegeld, zoll. Vide ICtos.

¶ Pedālis, *e*, eines fuſſes, eines ſchuhes lang oder breit; ut, *Pedalis longitudo*, Colum. 8, 3. *Pedalia ligna*, Cæſ. B. C. 2, 2, h. e. craſſitie integrum pedem æquantia, eines ſchuhes dick. *Pedale ſpatium*, Varro R. R. 3, 5.

¶ Pedale, *is*, n. ſubſt. ſocculus, qui pedi inducitur, ein ſtrumpf, bein-kleid. Petron. in Satyr. c. 56.

¶ Pedalion, *i*, n. herba, alias proſerpinaca, Apul. de Herb. c. 18.

¶ Pedāneus, *a, um*, idem quod *pedalis.* Colum. 5, 6 *Nemo minorem pedanea ſcrobem vitibus comparet.* Pallad. Majo tit. 11 *Pedaneum ſuper rudus inducimus.* ¶ 2. *Pedaneus judex*, Gr. χαμαιδικαστὴς, qui a præſide conſtituitur, ut minora judicia diſcernat. Is enim ſedebat ad pedes præſidis, vel plano pede ſtabat. Commemorantur Vlpian. 2 ff. t. 7, l. 3 § 1; & Paul. 48 ff. t. 19, l. 38 § 10. Eſt etiam titulus 3, 3 C. de *judicibus pedaneis.* item Nov. 82.

¶ Pedaneum, *i*, n. ſcabellum eine fußbanck, ein fußſchemmel. Firmic. lib. 50 *Sub pedaneum pedum.*

¶ Pĕdārius, *a, um*, zu fuß gehend; ut, *Pedarius ſenator*, qui nondum majoribus functus honoribus, pedibus itabat in curiam, cum alii, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, curru eo veherentur: Ita Gell. 3, 18. Sed damnata Gellio ſententia placuit etiam Feſto, cui ita appellatur, *qui tacitus transeundo ad eum, cujus ſententiam probat, quid ſentiat, indicat*; quem & referente Feſto Lucilius *Agipedem* dixit. v. Tac. An. 3, 65, 2. Erant itaque *Pedarii* etiam abſolute, qui tantum pedibus in ſententiam ibant, hoc eſt, ſententiam in ſenatu nunquam dicebant ipſi, ſed ab alio dictam acceſſione ſua ad illam partem comprobabant. Cæterum etiam primarii viri nonnun-

nunquam ibant in ſententiam. Cic. Att. 1, 19 *Raptim in eandem ſententiam pedarii cucurrerant*, die jaherren. Verſum quoque Laberii affert Gellius l. c. *Caput ſine lingua, pedaria ſententia eſt.*

¶ Pedes, *ĭtis*, m. qui pedibus rem peragit, ein fußgänger. Curt. 8, 1, 18 *Scivere, ne pedes venaretur*, zu fuß. Virg. Æn. 6, 880 *Seu cum pedes iret in hoſtem.* ¶ 2. Miles, qui pedibus meretur, ein fußknecht, mußquetierer. Cæſ. B. Gall. 2, 24 *Levis armaturæ pedites.* Tac. Germ. 6, 6 *Plus penes peditem roboris*, ſingulari pro numero multitudinis. Sic & Liv. 30, 34 pr. *Equite nudata erat Punica acies cum pedes concurrit.* Id. 6, 12 *Sic eques, ſic pedes, ut præceperat, pugnant.* ¶ 3. *Pedites* etiam ſunt, quos nos ſchanzgräber appellamus, vel a Gallis mutuata voce pionnier. Severus in Ætna v. 139

Cernis, & in ſilvis ſpatioſa cubilia ratro
Antraque demiſſis pedites fodiſſe latebris.

Vbi Scaliger: *Pedites, quos vulgo Peones dicimus corrupte, pro Peditones, qui militare opus faciunt, aggerem, foſſas.*

¶ Pedito, *are*, zu fuß gehen. Gloſſ. gr. lat. πεζεύω, *Pedito.*

¶ Pĕdĭtātus, *ūs*, m. peditum copiæ, das fußvolck, die infanterie. Cic. fam. 15, 4 *Equitatu & peditatu paratus.* Cæſ. B. G. 4, 34 *Magna multitudo peditatus equitatusque coacta.*

¶ Pĕdeſter, & Pedeſtris, *e*, zu fuß; ut, *Pedeſter exercitus*: *Pedeſtres copiæ*, fußvölcker: Nepos 18, 4, 3 *Equitibus profligatis, pedeſter exercitus pacem petiit.* Curt 4, 7, 3 *Pedeſtribus copiis Peluſium petere juſſit.* Sic, *ſcutum pedeſtre* Livius dixit 7, 10. ¶ 2. *Pedeſtre iter*, Cæſ. B. C. 2, 32, & Hirt. B. Alex. c. 26 eſt, quod idem Hirtius paullo ante *terreſtre* vocat, eine reiſe zu lande. Sic, *pedibus ire, pedibus venire, pedibus profugere*, eſt terrâ ire apud eumdem Cæſ. B. C. 2, 21 & 23. Inde & apud Cic. in Vatin. c. 5 *Pedibus iter confecere, & navigare* opponuntur: *Cum*, inquit, *illud iter Hiſpanienſe pedibus fere confici ſoleat: aut ſi quis navigare velit, certa ſit ratio navigandi.* Etiam Nepos 7, 8, 2: & 12, 2, 3 *pedeſtres copias* illas dixit, quæ in terra rem gerunt, *navalibusque* oppoſuit, quas Polybius inde πεζικὰς δυνάμεις lib. 1 dixit; quod & Caſaubonus notat. Sic & Livius 35, 37 *Pedeſtres copias* equites peditesque vocat, v. Drakenb. 37, 53, ubi præter cætera, ſic etiam Græcos loqui, notat. Apud Tacitum quoque *pedeſtris pugna, navali* opponitur An. 12, 57, 2. Item Hirtius eo quem citavimus loco, *pedeſtrem acceſſum* pro terreſtri poſuit contra *maritimum*: *Ægyptus*, inquit, *maritimo acceſſu Pharo, pedeſtri, Peluſio, velut clauſtris munita exiſtimatur.* ¶ 3. Sed *pedeſtris oratio* dicitur, quæ non tantum metrica & poëtica non eſt, ſed nec numeroſa. Quintil. 10, 1 p. 903 de Platone: *Multum ſupra proſam orationem, & quam pedeſtrem Graci vocant, fingit.* Horatio etiam de Arte poët. v. 95 *Sermo pedeſtris* eſt humilis, atque ita etiam *Muſam pedeſtrem* dixit 2 ſat. 6, 17. ¶ 4. *Pedeſtris ordo* pro hominibus de plebe, qui eo loco & conditione ſunt, ut pedibus ſtipendia facere debeant, ap. Liv. 5, 4, occurrit: *Pedeſtris ordinis ſe, ajunt, nunc eſſe, operamque reipublicæ extra ordinem pollicentur*; ubi Duker.

¶ Pĕdica, *æ*, f. laqueus, quo pedes volucrum impeditur, eine ſchlinge, ſchleiffe, ſprencke, fußeiſen. Virg. Georg. 1, 307 *Tunc gruibus pedicas & pandere retia cervis.* Ovid. Met 15, 473 conjungit *Retia cum pedicis laqueoque e arte parata.* Liv. 21, 36 extr. *Iumenta, velut pedicâ capta, hærebant in durata & alte concreta glacie.* Metaphorice Apul. Met 6 p. 172 *Nuptiarum pedicis alligari*, verrathen.

¶ Pedicinus, *i*, m. ; es torcularis, quo arbores ſtatuuntur in ejus fundamento, ein fuß an der kelter. Cato R. R. c. 18 *Foramen pedicinis duobus facito, ibi arbores pedicino in lapide ſtatuito.* Conf. Turn. Adverſ. 7, 25.

¶ Pedĭcōſus, *a, um*, lauſicht, voll ungeziefer. Ita *Pedibus obſitum* i. e. pediculis, *pedicoſum* appellat Titinnius apud Feſtum. v. Dacer.

¶ Pedo, *ōnis*, m. cui lati ſunt pedes, ein breitfuß. Gloſſ. gr. lat. πλατύπους, *pedo.* ¶ 2. *Pedo*, nomen poëtæ, vide ſupra.

¶ Pĕdo, *avi, atum, are*, veteres pro *ire* dixiſſe, notat Perottus in Cornucop. p. 771. Hinc *Repedare*, quaſi pede iterare. Et *tertio pedato* eſt tertio reverſi. v. Cato ap. Non. 1, 325. ¶ 2. Eſt ſuſtentaculum addere vel fulcire vites vel arbuſculas, ſtützen, unterſtützen, pfäle ſtecken. *Vitææ pedandæ cura*, Columell. 4, 12.

¶ Pĕdātus, *a, um*, geſtützt, gepfält; ut, *Vitis pedata*, Plin. 17, 21. ¶ 2. *Pedatus*, pedibus valens, der gute beine hat, der wohl gehen kan. Suet. Othone c. 12. *Fuiſſe traditur male pedatus ſcambusque*, übel zu fuß.

¶ Pedatim, adv. fuß vor fuß. Plin. 11, 45 *Leo & camelus pedatim gradiuntur.*

¶ Pedatus, *ûs*, m. ſubſt. acceſſus per pedem, der ſchritt, anſatz Plaut. Ciſt. 2, 1, 50 *Niſi pedatu tertio, omnes aſſtixero*; id eſt, impetu, coitione ſive incurſu vid. Parei Lex Crit. p. 980; & Non. 1, 325.

¶ Pedātio, *ōnis*, f. die ſtützung, ſtützung. Colum. 4, 12 *Dum ſe vinea corroborat in pedationem.*

¶ Pĕdātūra, *æ*, f. ſpatium certo numero pedum finitum, & ipſa menſuratio per pedes, das ruthen- oder fuß-maaß. vid. Gœſii Indic. & Rigalt. Gloſſ. Agrimenſ. p. 314, & ſupra *Adæro* in Æ. Frontinus de Colon. p. 333 *Numero pedaturæ ſunt limites conſtituti.* conf. p. 338 & 358.

¶ Pedāmen, *ĭnis*, n. &

¶ Pedamentum, *i*, n. ſuſtentaculum, quod arbuſculis aut vitibus adhibetur, eine ſtütze, pfal, a verbo antiquo *pedare*, pro fulcire, unde *pedamen* eſt ap. Columell. 4, 15; & *Pedamentum* eſt Plinii 14, 1; & 17, 20 &c.

¶ Pĕdālis, *e*, zu den füſſen gehörig; ut, *Faſciæ crurales pedulesque*, quibus pedes veſtiuntur, ſtrümpfe, beinkleider. Vlpian. leg. 25 § 4 Dig. de aur. arg. &c. v. *Faſcia.*

¶ Pedūle, *is*, n. ſubſt. ſoccus vel aliud, quod pedibus præſtat utilitatem, eine ſocke ſchuch oder pantoffel. Lamprid. in Alexandro c. 40 *Pedulibus ſemper uſus eſt*, ſubaudi: *faſciis.* vid. ibi Salmaſ. Sic cum apud Feſtum dicitur: *Pedulla quæ dicimus, πέδιλα Græcos appellare manifeſtum eſt*, rectius legitur *Pedulia*, alias *Pedalia.*

¶ Pedum, *i*, n. baculus incurvus, quo utuntur paſtores ad comprehendendas oves aut capras, a pedibus: ein hirtenſtab, ſchäferſtock. Vide Feſtum. Virg. ecl. 5, 88 *At tu ſume pedum, &c.*

¶ Peſſum, adverb. veteribus idem ſignificavit quod *deorſum*, hinunter, abwerts zu den füſſen, zu boden. *Peſſum* enim quaſi *ſub pedes* projectum, unter ſich; ut, *Peſſum ire*, hinunterſincken, contrarium ei eſt *innatare*, ap. Colum. 12, 6 extr. Sen. Qu. Nat. 3, 25 *Sic evenit, ut in quibusdam ſtagnis ne lapides quidem peſſum eant.* Lucret. 6, 528 *Multæ per mare peſſum Subſidere ſuis pariter cum civibus urbes.* *Peſſum ſidere* Lucano 3, 674 dicuntur corpora quæ concidunt. Conf. ex Boeth. 5 metro 5 ſupra in *Homo.* Plautus *Peſſum ire* dixit pro perdi, zu grunde gehen, Ciſt. 2, 1, 12. Sic Tac. An. 1, 79, 3 *Peſſum itumos Italiæ campos.* Et, *Peſſum dejicere*, idem quod *peſſundare*: Apul. Met. 5 p. 163 *Nec ſum mulier, nec omnino ſpiro, niſi eam* (torrentem Pſychen) *peſſum de tantis opibus dejecero.* Ita *Peſſum do* quod junctim ſcribunt

¶ Peſſundo, *ăre*, zu boden ſtoſſen, de quo verbo ſupra in *Do, dare.*

¶ Pedemontium, *i*, n. ſive *Pedemontana regio*, vulgo Piemont, quaſi dicas *pedem montium*, quia ad radices Alpium pertinet, olim ducatus Taurinus vel Taurinorum, cui præeſt dux Sabaudiæ, cujus ſedes Augusta Taurinorum.

¶ Pĕdētĭmſim, non minus ac *pedetentim*, dictum eſt cauſe, quaſi lenta & tarda itione, apud Nonium 1, 119, langſam, ſachte, mählich.

¶ Pedetentim, adverb. gemach, ſachte, leiſe, fuß für fuß. Ter. Phorm. 3, 3, 19 *Dii bene vortant, quod agas, pedetentim tamen.* Cic. pro Quint. c. 16 *Timide & pedetentim iſtuc deſcendunt.* Id. fam. 9, 14 *Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus a te ad cauſſam facti, tum receſſus, &c.* Id. Off. 1, 33 *Senſim pedetentimque facere.* Et pro Cluent. c. 42 *Caute pedetentimque omnia dicere.* conf. ex Lucil. & Cat. Charif. 2 p. 190, & ex aliis Non. 1, 119. Dicitur autem a *pedibus* & *tentando*, & alluſio eſt ad cæcum, qui ne offendat, paullatim ambulat, & ut Naſo in Ibin dicit v. 260 *Pretentat baculo luminis orbus iter.*

¶ Pĕdiſsĕquus vel Pediſequus, *i*, m. famulus dominum ſequens, ein nachtreter, laqey. *A pediſſequis conculcari*, Cic. pro Domo c. 42 Et, *Semper Cimonem pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti*, Nepos 5, 4, 2. conf. 25, 15, 3.

¶ Pediſsĕqua, *æ*, eine nachtreterin, magd, zoffe; ut, *Accelo ad pediſſequas*, Ter. Andr. 1, 1, 96. *Virtutis pediſſequæ ſunt divitiæ*, Auctor. ad Herenn. 4, 14. *Pediſequam* ſcribi a Priciano, & in Pandectis Florentinis, & in Marmore Romano, confirmat Schurzfl. Orthogr. Rom. p. 48.

I. Compoſita cum nominibus:

Pes diverſi ordinis compoſita præbet, & multa cum nominibus, quæ ſuis locis inſerta vide: ut,

¶ Æquipedus, vid. *Æquus*; Aëripes, *Aër*; Alipes, *Ala*; Capripes, *Caper*; Celeripes, *Celer*; Cornipes, *Cornu*; Fiſſipes, &c. in *Findo*; Fluxipedus, in *Fluo*; Ignipes, in *Ignis*; Latipes, in *Latus, a, um*; Lentipes, in *Lentus*; Loripes, in *Lorum*; Mollipes, in *Mollis*; Multipes & Multipeda, in *Multus*; Nudipes, & Nudipedalia, in *Nudus*; Planipes & Planipedia, in *Planus*; Plumipes, in *Pluma*; Remipes, in *Remus*; Serpentipes, in *Serpo*; Solidipes, in *Solidus*; Sonipes, in *Sonus*; Tardipes, in *Tardus.*

II. Compoſita cum numeralibus:

¶ Vnipedius, *a, um*, uno tantum pede enarus, das nur einen ſtiel hat. Marc. Empir. c. 15 *Manipulus urticæ unipediæ.*

¶ Bīpes, *ĕdis*, duos habens pedes, zweyfüßig. Cic. pro domo ſua c. 18 *Miniſter omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus.* Virg. Georg. 4, 389 *equos bipedes* memorat, ſed marinos, poſteriore parte piſces.

¶ Bipĕda, *æ*, f. duorum pedum lapis aut ſimile aliquid, ein groſſer zweyſchuhiger backſtein, mauerziegel ꝛc. Pallad. 1, 40 *Aream bipedis ſternis*: & paucis interjectis: *Bipedas conſtitues ferreis ancoris colligatas.* Id. 16, 11 *Bipedas, quæ per omnia latera canaliculos habeant digitales, jungemus, ita ut calce viva ex oleo temperata, bipedarum canales, qui inter ſe connectendi ſunt, impleantur.*

¶ Bipĕdālis, *e*, duorum pedum, zwey werckſchuhe groß. *Bipedalis latitudo*, Colum. 8, 3. *Trabes bipedales*, Cæſ. B. Gall. 4, 17. Vetus Inſcriptio ap. Fabrettum p. 500 c. AQVILI APRILIS EX PEDICA ET BIPEDALE DOLIA, ubi Fabrettus: *Bipedale opus ſunt ipſi lateres bipedalis exactæ menſuræ.* Metaphorice Horat. 2 ſat. 3, 309 *Ad ſummum totus moduli bipedalis*, hoc eſt, homo tenuiſſimæ fortunæ.

¶ Bipedaneus, *a, um*, idem. Colum. 2, 2 *Bipedanea humus.* Id. 4, 1 *Bipedanea ſcrobe*: & 5, 5 *Latitudo bipedanea.* Add. Plin. 17, 20.

¶ Tripes, *ĕdis*, dreyfüßig; ut, *Menſa tripes*, ein tiſch, ſo auf dreyen füſſen ſtehet, Horat. 1 ſat. 3, 13; & ex eo Sen. epiſt. 120. Sic per prodigium *tripes mulus Reate natus*, Liv. 40, 2. ¶ 2. Item, ſella ruſticana: quæ & *Tripetia* vulgo dicta. Vide ſupra in *Cathedra*, & Savaron. ad Sidon. 4 epiſt. 24.

¶ Tripĕdālis, *e*, dren werck-ſchuh groß. *Parma tripedalis*, Liv. 38, 21. *Caulis tripedalis*, Plin. 27, 12. *Tripedalis altitudo*, Id. 17, 22 pr. conf. Varro R. R. 3, 9.

¶ Tripedaneus, *a, um*, idem. Colum. 5, 5 *Scrobs in longitudinem altitudinemque defoſſus tripedaneus abunde eſt.* Id. 3, 2 *Tripedaneæ vites, &c.* conf. 11, 3; & 12, 44; & Plin. 14, 3; & 17, 18.

¶ Intripedo, *are*, im kreis herum reiten. Symmach. ap. Iornand. de Reb. Get. c. 15 *Orbes variis inflexibus intripedare.* v. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 244, alii legunt *Interpedare.*

¶ Quadrŭpes, *ĕdis*, adj. & ſubſt. vierfüßig. *Vaſta quadrupes*, Cic. Nat. D. 2, 44 in Arati verſione. Fœminino eſt, quia *beſtia* vel *bellua* ſubauditur. Eſt nimirum, cum ſubſtantive uſurpatur, generis omnis, ex ea ratione, quia tum ſubaudiri poteſt aliud ſubſtantivum, idque jam generis maſculini, quomodo Virg. Æn. 7, 500 *Saucius* eſt *quadrupes*, quia ſubintelligatur cervus; jam fœminini, ut modo, & eidem Virg. eclog. 5, 25 *Nulla nec amnem Libavit quadrupes*, quoniam in animo erat *beſtia*; jam neutrius, ut cum Columella 11, 2 *Quadrupedia caſtrandi tempus idoneum* nominat, *animalia* innuens. Docuit hæc Voſſius Grammat. 3, 18 p. 73. Fœminino uſus & Solinus eſt c. 43 *Apud Sambros nulla eſt auvita quadrupes, ne elephanti quidem.* Quadrupedia, vierfüßige thiere. Cic. in Paradox. 1, 4 *Nihil inter*

inter te atque inter quadrupedem interest. ¶ 2. *Quadrupedem aliquem constringere*, einem hände und füsse binden. Ter. Andr. 5, 2, 24. ¶ 3. Obsequens c. III pro *quadrupes* dixit *puella quadripes.*

¶ Quadrupēdo, *āre*, quatuor pedibus incedere, trappen mit allen vieren. Vide Turneb. Adverſ. 26, 29. Vnde participium ſupereſt

¶ Quadrupēdans, *tis*, quatuor pedibus incedens, viertappicht. Virg. Æn. 8, 596 de equo: *Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.* Vſus & Plautus eſt Capt. 4, 2, 34 *Quadrupedanti advehi*, quem eodem verſu *cruciantem canterium* vocat. Et Plin. 8, 45 *Equo juxta quadrupedante.*

¶ Quadrupēdus, *a, um*, quatuor pedibus nixus, auf vier füſſen. Ammian. 14, 2 *Per ancoralis quadrupedo gradu repentes.*

¶ Quinquepedālis, *e*, fünff werckſchuh groß. Hygin. de Limit. p. 212 *Terminus egregius dicitur quinquepedalis.*

¶ Senīpes, *ēdis*, ſex pedum, ſechsfüßig. Sidonius carm. 23, 131 de Menandro: *Hic dum ſenipedem ſtilum polibat*: i. e. verſus ſex pedibus conſtantes ſcribens.

¶ Sēpes, *ēdis*, idem; ut, *Sepedes populi*, i. e. formicæ, die ameiſen mit ſechs füſſen, apud Apulej. Met. 6 p. 177.

¶ Septīpes, *ēdis*, ſeptem pedum, ſiebenfüßig, apud Sidonium 8 epiſt. 9 in metro: *Hic Burgundio ſeptipes frequenter Flexo poplite ſupplicat quietem.* Septipes, quaſi giganteæ ſtaturæ. Idem carm. 12 ad Catulinum: *Spernit ſenipedem ſtilum Thaliæ Ex quo ſeptipedes videt patronos.* Adde Caſaubonum in Suet. Tib. c. 68, ubi plura de hac re.

¶ Septempēdālis, *e*, ſieben werckſchuhe groß; ut, *Statua ſolida ex auro ſeptempedalis*, Plaut. Curc. 3, 1, 61.

¶ Octīpes, *ēdis*, achtfüßig. Ovid. Faſt. 1, 313 *Octipedis fruſtra quærentur brachia cancri.*

¶ Decempes, *ēdis*, zehnfüßig. In proverbio *Decempes umbra*, δεκάπους σκιά ἐστι, occurrit, quo hora cœnarum ex umbris ſolarii numerata ſignificatur. Auctor eſt Lucianus. v. Chil.

¶ Decempēda, *æ*, f. pertica, die meßruthe, meßſtange. Cic. pro Mil. c. 27 *Cum architectis & decempedis villas hortosque peragrabat.* Horat. 2 od. 15, 14 *Decempedis metata portious.* Adde Cic. Phil. 14, 4; Suet. Aug. c. 24; & Scriptores Gromaticos.

¶ Decempēdator, *oris*, m. agrimenſor, ein land- oder feldmeſſer. Cic. Phil. 13, 18 *Æquiſſimus agri privati & publici decempedator.*

¶ Centīpes, *ēdis*, hundertfüßig. Vermiculi genus apud Plinium 9, 43 *Scolopendræ, quas centipedes vocant.*

¶ Centīpēda, *æ*, f. vermis, eine oſſel, keller-wurm. Plin. 29, 6, vocat *inſectum piloſum, multis pedibus artuatim repens, tactuque ſe contrahens.* Eberus: *Scolopendra vel centipeda pennatis inſectis connumeratur; diſciſſa longo vivit tempore, ut pleraque inſecta* πολύποδα, *& abſciſſa pars verſus uterum movetur extremum, caput & caudam*, eine naſſel, noſſel, oder oſſel. Gesnerus: *Scolopendra vel centipeda maxima*, eine meernaſſel.

¶ Millēpēda, *æ*, f. idem. Plin. 29, 6 *Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt e vermibus terræ, &c.* Græcis eſt ὄνος, vel ὀνίσκος, *aſellus.*

¶ Sēmīpes, *ēdis*, m. duo palmi; item, medii pedis longitudo, ein halber ſchuh. Vitruv. 5, 5 *Aperturæ relinquantur longæ pedes duos: altæ ſemipedem.* Solin. c. 47 (al. 34) *Verticuli ſpinæ ipſius* (belluæ) *latitudinem ſemipedem ſunt ſupergreſſi.* Pallad. 4, 1 *Semipedis ſpatio*, auf halben ſchuh. Et Cato R. R. c. 121 *Intervallum facito ſemipedem latum.*

¶ Sēmīpēdālis, *e*, einen halben ſchuh groß; ut, *Semipedale intervallum*, Plin. 19, 8. *Arrectaria ſemipedalia*, Vitruv. 10, 19.

¶ Sēmīpēdāneus, *a, um*, idem. Colum. 4, 1 *Abunde eſt, ſemipedaneam conſitis reſolutam vitibus terram ſubjicere.*

¶ Sesquīpes, *ēdis*, anderthalb ſchuh. Pallad. 1, 34 *Sesquipedis altitudine.* Et 3, 10 *Sesquipedis ſpatio diſtare.*

¶ Sesquīpēdālis, *e*, anderthalb ſchuh groß; ut, *Sesquipedalis craſſitudo.* Plin. 16, 40, & Vitruv. 10, 21, qui & *Sesquipedales tegulas* 5, 10 dixit. Tralate *Sesquipedalia verba*, magnifica, prälende worte, Horat. Art. Poët. v. 97.

¶ Sesquipēdaneus, *a, um*, idem; ut, *Sesquipedanea cornua*, Plin. 9, 27.

III. Compoſita cum præpoſitionibus:

¶ Antepēdes, *um*, anteambulones, vorgänger. Iuvenal. 7, 143 *Togati antepedes.* Salmaſ. in Trebellii Claud. c. 14 p. 390 conjungit: alii dividunt *ante pedes.*

¶ Circumpes, *ēdis*, miniſter a pedibus, ein laqven, aufwärter. Volunt eſſe Cic. Verr. 3, 36 *Circumpedes hominos formoſos & litteratos ſuos eſſe dicebat.* At rectius diviſe ſcribitur: Sunt nimir. ſervi dominis aſſiſtentes: Ita & Curtius 4, 15, 10 in miniſterii deſcriptione *Circa* uſus eſt, *Lætique circa Siſygambim*, h. e. ſpadones: vide ibi annotata.

¶ Compes, *ēdis*, fœm. pedica, vinculum pedis, ein feſſel, fußeiſen. Sed ſingulari numero vix alium caſum, quam ſextum, uſus fert. Hic autem non poëtis modo placuit; ut, *Dura compede*, Horatio epod. 4, 4 *Compede magna*, Iuvenali 11, 80. *Compede exſoluta*, Statio 1 Silv. 6, 4. Sed Columella quoque 8, 2 extr. dixit: *Ea quaſi compede cohibentur feri mores.* Vide, quæ Th. Ryckius ad Taciti An. 12, 47, 4 notavit. Pluralis integrior. Cic. pro C. Rabir. c. 7 *Ille ex compedibus atque ergaſtulo.* Val. Max. 3, 23, 3 *Xerxes Neptuno quoque compedes minitans.* Iuſtin. 1, 6 extr. *Demtis compedibus.* Et Cato ap. Gellium 11, 18 non minus ſcite, quam vere: *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt; fures publici in auro atque in purpura*, die kleinen diebe müſſen an eiſerne ketten, die groſſen an güldene. Sed *Aureæ compedes* proprie ſunt, quibus vel reges aliquando conſtricti fuerunt, ut Curtius 5, 12 extr. de Beſſo & Nabarzane refert: *Ne tamen bonos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt*: conf. Iuſtin. 11, 15, 1, & de Artaxerxis fratre 5, 11, 4: vel metaphorice ſunt ſplendida moleſtia, de quo Eraſmus Adagio *Compedes aureæ* videatur. ¶ 2. In ornamentis mulierum *compedes* erant. Plin. 33, 12 *Argentum ſuccedit aliquando & auro; luxu fœminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium, quas induere aureas, mos tritior vetat.* ¶ 3. Metaphorice impedimentum quodvis deſignatur. Cic. Att. 8, 3 p. 762 *Age jam has compedes, faſces inquam hos laureatos*, &c. ¶ 4. *Compedes parati*, in maſc. genere contra latinorum morem legitur apud Lactantium de Mort. Perſecut. c. 21, n. 3.

¶ Compēda, *æ*, f. idem quod *Compes*; ut, *Linea compeda*, ut Scaliger legit ex Varrone apud Nonium 1, 113; & 6, 20.

¶ Compēdio, *ivi, itum, ire*, eſt compedibus ſtringere, feſſeln, zuſammen binden. Varronis ap. Nonium 1, 113 eſt; *Domo exeo, intro, & pedes corrigiis compedio.* Et Auguſtinus epiſt. 39 *Timeo, te rebus mortalibus pernicioſiſſime compediri.*

¶ Compeditus, *a, um*, gefeſſelt, gefangen, verſtrickt. Hinc *Compediti* ſervi ſunt apud Catonem R. R. c. 56; & Plaut. Capt. 5, 1, 24; & Vet. Bibl. Interpretem, ut B. Hieronymus epiſt. ad Chromatium citat in illo: *Dominus ſolvit compeditos: Dominus illuminat cæcos.* Sen. de Tranqu. an. c. 10 *Cogita, compeditos primo ægre ferre onera, & impedimenta crurum.* Et, *Compeditos criminum*, i. e. ſervos peccatorum, dixit Pet. Chryſologus ſerm. 5.

¶ Endopedio, vel Indupedio, *ire*, antique, metri maxime cauſſa, pro *Impedire*, hindern. Lucret. 4, 68 *Quanto minus endopediri Pauca queunt.*

¶ Endopeditus, *a, um*, i. e. impeditus, implicitus, verwirrt. Lucret. 2, 1 *Endopedita ſuis perplexis ipſa figuris*, conf. v. 458; item 6, 452 & 1008. Sic & 5, 874 *Endopedita ſuis fatalibus omnia vinclis.*

¶ Endopedite, adv. idem. Lucret. 1, 240 *Minus aut magis endopedite.*

¶ Expēdio, *ivi, itum, ire*, eſt impeditum exſolvere, löſen, los machen; ut, *Hærerem, niſi tu me expediſſes*, Cic. in Piſon. c. 30. *Exercitum eadem quæ impedierat fortuna, expedivit*, Liv. 9, 9. *Expedire ſe ærumnis*, Ter. Hec. 3, 1, 8. *Curâ ſe expedire*, Id. Phorm. 5, 4, 4; *ſe crimine*, ibid. 5, 1, 28; *ſe ab omni occupatione*, Cic. Att. 3, 20, ſich losreiſſen, aller geſchäffte ſich entledigen. Nep. 18, 5, 3 *Hinc ſe expedivit*, Cic. Ar. reſp. c. 9 *Expedire cauſſam ſuam*, ſeine ſache ausmachen. v. Id. fam. 13, 26. Virg. Æn. 2, 602 *Tela inter & hoſtes Expedior.* ¶ 2. Depromere & rei gerendæ parare, hervorlangen, zu rechte machen, fertig machen; ut, *Expedire arma*, Virg Æn. 4, 592; *naves*, Cæſ. B. Civ. 2, 4: *commeatum*, Liv. 44, 26; *vicarium alicui expedire*, id. 29, 1. Ita *Inſtitor expedit merces*, Ovid. Art. am. 1, 421. *Cererem caniſtris expediunt*, Virg. Æn. 1, 05. Huc etiam refero ex quibusdam MSS. Quint. 1, 12 p. 124 Burm. *Muſicis modis expediat cantica*, i. e. canendo proferat. ¶ 3. *Expedire arcu alimenta ſibi*, parare, impetrare eſt, Tac. Ann. 6, 43, 3. ¶ 4. Exponere; ut, *Dilucide & perſpicue expedire*, klar und deutlich darthun, berichten. Plin. 18, 28. *Paucis, uno verbo, expedire*, Ter. Phorm. 1, 4, 20. ¶ 5. *Expedire nomina & exſolvere*, zahlen, was man ſchuldig iſt. Cic. Att. 16, 6. Sic, *Rationes expeditæ*, quæ liquidæ ſunt, & minime conturbatæ, richtige rechnung, eidem fam. 10, 25. Contra, *impeditæ rationes*, quum plus debemus aliis, quam alii nobis, ac ita ſolvendo non ſumus. vide & Turneb. Adverſ. 4, 5. ¶ 6. Eſt & verbum militare, & in bellum proficiſci ſive ſe bello accingere, ſignificat, zu felde ziehen, ſich rüſten. Tac. Hiſt. 1, 10, 3 *Nimiæ voluptates, cum vacaret; quoties expediret, magnæ virtutes.* Et 1, 88, 2 *Comitum ſpecie ſecum expedire jubet.* Plautus quoque *expedire ſe*, de eo dixit, qui pugnæ ſeſe accingit, Amph. 1, 1, 152. Eſt autem in his ellipſis: integrum enim eſt: *ad bellum, ad pugnam expedire ſe.* Liv. 2, 55 *Concitati homines veluti ad pugnam ſe expediunt.* conf. 38, 21. Tac. Hiſt. 2, 99, 1 *Atrocibus undique nunciis territus, Cæcinnam & Valentem expediri ad bellum jubet.*

¶ Expēdit, impersonale, utile eſt, es iſt gut, nütz, dienlich. Ter. Heaut. 2, 3, 96 *Nihil ſatis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.* Vellej. 2, 58, 2 *Facto ejus expediebat*, es ſchickte ſich zur that. Sen. Herc. Fur. v. 368 *Pacem reduci velle, victori expedit, Victo neceſſe eſt.* Ovid. Pont. 2, 3, 9 *Cura, quid expediat, prius eſt, quam quid ſit honeſtum.* Id. de A. A. 1, 637 *Expedit eſſe Deos, & ut expedit, eſſe putemus.*

¶ Expediens, *tis*, Tac. Ann. 6, 43, 3 *Alimenta arcu expediens*, ex ſignificatu verbi, quem tradidimus n. 3.

¶ Expēditus, *a, um*, ſolutus, non implicatus, wohl zu fuß, fertig, rüſtig, gerüſtet; ut, *Expeditus exercitus*, Cic. fam. 15, 4. Et, *Legio expedita*, Liv. 24, 41, eine fliegende armee. *Manus expedita*, Nep. 14, 6, 2; & Tac. H. 2, 83, 1. *Expediti equites*, Salluſt. Iug. c. 68, leichte reuter. & abſolute: *Cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus*, Liv. 38, 4. v. Interpp. ad 22, 16. *Iter expeditum*, Pompejus ad Dom. ſub Cic. Att. 8, 12, ein gleicher und richtiger weg. *Conſilia expedita*, Cic. Att. 9, 12. Et Fam. 1, 3 *Negotia & ampla & expedita habet.* Sic *Expedita & facile currens oratio*, Id. de Clar. Orat. c. 63, die wohl vom munde gehet. *Rationes expeditæ*, vide in *Expedio* n. 5. *Expeditior ratio eſt*, Pallad. 4, 9. *Motus navium expeditior*, Cæſ. B. Gall. 4, 25. *Expeditiores milites reddidit*, Nep. 11, 1, 5. *Expeditiſſima pecunia*, Cic. fam. 11, 24 extr. *Dimicatio expeditiſſima*, Plancus Cic. fam. 10, 24. *Hoc expeditiſſimum eſt*, Celſus præf. ¶ 2. Abſolute Plin. 4, 23 *Reddenda conſummatio eſt, nequid non in expedito ſit noſcere volentibus*, damit man es leicht überſehen kan. Et Curt. 4, 2, 22 *Cum appellere ſcaphas in expedito eſſet.*

¶ Expedite, adverb. behend, fertig, hurtig, leichtlich. Plaut. Merc. 1, 2, 10 *Ille tam expedite exquirit curſuram ſibi.* Cic. de Clar. Orat. c. 67 *Quod propoſuerat, explicans expedite.* Id. de Invent. 2, 23 *Non implicite & abſcondite: ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.* Vitruv. 10, 9 *Tympanum*, machina aquæ exhauriendæ, *exhaurit expeditiſſime multitudinem magnam.* Plin. 6 epiſt. 22 *Expeditiſſime defenſus.* Et Gell. 16, 8 *Expeditiſſime ita finit.* conf. Cic. fam. 6, 20, 4.

¶ Expeditio, *ōnis*, f. perfectio, die verrichtung, ausmachung der geſchäffte. Auct. ad Herenn. 54 extr. *Habet paucis comprehenſa brevitas multarum rerum expeditionem.* ¶ 2. Apparatus militaris, die kriegs-rüſtung, der feldzug, die campagne: ut, *In expeditionem mittere*, Cæſ. B. Gall. 5, 10. *Exercitum in expeditionem educere*, das kriegsvolck ausführen. Cic. de Divin. 1, 33. *Expeditionem conficere ternis menſibus*, Plin. 7, 2.

¶ Expeditiōnālis, *e*, caſtrenſis ad militiæ expeditionem pertinens,

zum feldzug gehörig. Spartianus in Nigro c. 10 *Iussit omne argentum submoveri de usu expeditionali.* Ammian. 31, 16 *Ad sortem expeditionalium rerum habilis.*

¶ Inexpĕditus, *a, um*, difficilis, ſchwer, unfertig. Arnob. 5 p. 182 *Cuncta, quæ scripta sunt, inexpeditissimum vobis est traducere, invertere, &c.* Etiam non promtum & impeditum notat, ungeſchickt. Id. 7 p. 247 *Rusticus, senior, inexpeditus in rebus obeundis.*

¶ Inexpedibilis, *e*, unauflöslich, unumgänglich. Ammian. 31, 13 *Per moras inexpedibiles populandi amittere copiam.*

¶ Perexpeditus, *a, um*, ſehr leicht, richtig; ut, *Perexpedita defensio*, Cic. de Fin. 3, 11.

¶ Impedo, *are*, pedamentis fulcire, pfähle ſtecken. Colum. 4, 16 *Vinea statuminibus impedanda est.*

¶ Impeditus, *a, um*, gepfählt; ut, *Vitis impedata*, Colum. l. c.

¶ Impēdio, *are*, pedicis conſtringere, anfeſſeln. Ammian. 30, 4 *Si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille impedicant.*

¶ Impĕdio, *ivi, itum, ire*, implicare, involvere, verwirren, verwickeln, verhindern, verbum contrarium ſuperiori *expedire.* Ter. Andr. 1, 5, 26 *Tot me impediunt curæ:* & 3, 5, 11 *Viden' me tuis consiliis miserum impeditum esse.* Cic. pro Rab. Post. c. 9 *Sapientis est, quum stultitiâ sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.* Et, *Impediri malis domesticis, occupationibus, morbo, pudore*, gehindert werden, Cic. pro Sext. c. 45; de Fin. 1, 18; & 4, 1 &c. *Nihil impedit, quo minus id facere possimus*, es iſt nichts im wege ꝛc. Id. de Fin. 1, 10. Et, *Casus quidam, ne facerem, impedit*, Id. de Fato c. 1. *Nos ipsi, qui ab delectatione omni negotiis impedimur*, Id. pro Mur. 19. *Impedire se in plagas*, id eſt, in retia illaqueare, Plaut. Mil. 4, 9, 11. Non adeo vulgaris eſt conſtructio Cic. ad Att. 4, 2 p. 357 *Ut nulla re impediret, quod ne mihi esset integrum*, i. e. quominus vel quin.

¶ Impediens, *tis.* Ovid Met. 1, 503 *Illi cursum impedientibus undis.*

¶ Impeditus, *a, um*, gehindert, unbequem; ut, *Iter impeditum*, Stat. 4, Silv. 3, 32, ein beſchwerlicher weg. *Tempora reipubl. impedita*, Cic. in Piſ. c. 1, verwirrete, ſchwere zeit. *Agmen impeditum* phalangem Liv. vocat 42, 59, ubi Perizonius *agmen peditum* legere mavult. *Impeditior saltus*, Id. 9, 2. *Impeditiora loca*, Cæſ. B. Gall. 3, 28. *Impeditissimæ silvæ*, Hirt. de B. G. 8, 18. Et, *Impeditissimus ad iter faciendum*, D. Brut. Cic fam. 11, 13.

¶ Impēditio, *ōnis*, f. die verhinderung, verwickelung. Cic. de Divin. 3, 51 *Animus liber ab omni impeditione curarum.* Vitruv. 9, 4 *Veneris stella cum est liberata ab impeditione radiorum solis.*

¶ Impedīmentum, *i*, n. die hinderniß; ut, *Impedimento esse*, Cic. pro S. Roſc. c. 4, hinderlich ſeyn. *Quæ res ad levandam amonam impedimento fuit*, i. e. quominus levaretur, Liv. 4, 13 pr. *Superabat impedimenta naturæ diligentiâ Demosthenes*, Cic. de Orat. 1, 61. ¶ 2. *Impedimenta in exercitu*, arma ſunt, farcinæ, jumenta, & alia neceſſaria, die bagage. Sic, *amissa impedimenta*, Curt. 4, 15, 12; & *direpta*, ibid. v. 22; *sequuntur agmen*, ibid. 4, 12, 3 &c. conf. Nep. 8, 2, 5. ¶ 3. Nugas & ineptias Grammaticorum *impedimenta* vocat Quint. 1, 8 extr.

¶ Impĕdimentōſus, *a, um*, abundans impedimentis, Caſſiodor. 1 epiſt. 35 *Impedimentosa venalitas* h. e. avaritia omnia venalia habens, & ad impedimenta officii comminiſcenda ingenioſa.

¶ Perimpeditus, *a, um*, ſehr unbequem. Hirtius B. Afric. c. 58 *Locus perimpeditus ante aciem Scipionis.*

¶ Indupedio, pro *Impedio*, vide paullo ante *Endopedio.*

¶ Interpedo, *are*, vide *Intripedo* inter Compoſita cum numeralibus.

¶ Interpĕdio, *ire*, ejusdem ſignificantiæ ut *Impedire*, apud Macrob. 7, 12 extr. *Gustatum linguæ fervor interpedit.*

¶ Perpedio, *ire*, pro *impedire*, Accius ap. Nonium 4, 10 *Si unquam perpediar gnato &c.*

¶ Præpedio, *ire*, verhindern, hinderlich ſeyn. Liv. 9, 6 *Pudor præpediebat.* Ovid. Heroid. 14, 20 *Præpedit ossa tremor*, ubi Nic. Heinſ. vide, & Cort. ad Sall. Iug. 28, 5. Et Accius apud Nonium 2, 583 *Qua præpediantur soni.*

¶ Præpedītus, *a, um*, idem propemodum, quod *Impeditus*, aufgehalten, verhindert; ut, *Gaudio nimio aut ægritudine præpediti*, Ter. Heaut. 3, 1, 100. *Pavore præpediti*, Liv. 7, 36. Et, *Præpeditus morbo*, Cic. pro Rabir. c. 7.

¶ Præpedimentum, *i*, n. idem quod impedimentum, die hinderung. Plaut. Pœn. 3, 2, 28 *Ne fallaciæ præpedimentum objiciatur*, id eſt, ne dolus impediatur. Sidon. 7 epiſt. 6 *Præpedimento alicui esse.*

¶ Impræpeditus, *a, um*, unbehindert. Ammian. 21, 5 *Impræpedito cursu tendemus.* Idem 30, 1 *Confossurus juvenem impræpeditum*, al. *præpeditum.*

¶ Impræpedite, adv. idem. Ammian. 27, 10 pr. *Impræpedite abduxit*, h. e. nemine impediente. Et 22, 30 *Cum impræpedite liceret.* Pro eo &

¶ Impræpedito, idem Ammian. dixit 26, 16 *Ut impræpedito ipse pergeret, quo tendebat.*

¶ Propes, *ĕdis*, m. funis, quo pes veli alligatur, ein ſegel-ſeil. Turpil. apud Iſidorum 19, 4 *Si quis propedem misit in veli sinistrum.*

¶ Repedo, *are*, antiqui dicebant, pro redire, ut & *pedare*, pro ire potuiſſe videri poſſunt, umkehren, zurück gehen. *Repedare* verbo uſi Lucilius atque Pacuvius. v. Feſtum & Nonium 2, 738. Impp. Honor. & Theod. L. ſi quis 11 Cod. de Cohortibus: *Si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare.* Vſus hoc quoque verbo Iuvencus eſt, poëta Chriſtianus, ſæpenumero, v. g. de Maria 1, 104 *Ad propriamque domum repedat, jam certa futuri.* 1, 223 *Ad patriam læti repedant, puerumque reportant.* 2, 75 *Inde domum repedat terrarum lumen Iesus.* add. 4, 495. Ammianus quoque 24, 17 *Ad signa repedavit ocius miles.*

¶ Repedābĭlis, *e*, rückgängig. Fortunat. lib. 1 *Extimuit fugitiva virum repedabilis arbor.*

¶ Semĭpes, Semipedalis, vide inter compoſita cum numeralibus.

¶ Suppes, *ĕdis*, ſub pedibus jacens, in Petron. Fragm. p. 205, Burm. p. 674.

¶ Suppedāneum, *i*, n. ſcabellum quod pedibus ſubſternitur, ein fußſcheumel. Non eſſe novam vocem, ex veteri Inſcriptione probat Borrich. Cogit. in Voſſ. p. 250. Quin & Iul. Firmicus de Error. profan. Relig. *Quoad usque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum.* conf. Lactant. 4, 12.

¶ Suppedamentum, *i*, n. idem in Inſcript. apud Gruterum p. 1076.

¶ Suppedĭto, *avi, atum, are*, proprie & primarie eſt pedibus ſubjicere, zu füſſen legen. Vetus inſcriptio: *Mors omnia calcat, suppeditat, rapit.* vid. Reineſ. in Var. p. 503. ¶ 2. Deinde ſuggerere eſt, ſubminiſtrare, præbere, darreichen, darſtrecken. Ter. Eun. 5, 9, 46 *Necesse multum accipere Thaidem, ut tuo amori suppeditare possit.* Et Heaut. 5, 1, 57 *Si illi pergo suppeditare sumtibus, mihi illæc vere ad rastros res redit. Sumtibus* (faciendis) *suppeditare* dicitur, ut *dono, muneri dare: arrhaboni relinquere*; & alia hujus generis. *Suppeditare frumentum*, Cic. Verr. 2, 2 extr. Id. de Amic. c. 23 *Omnium rerum abundantiam & copiam alicui suppeditare.* Et, *Otium studio suppeditare*, Auct. ad Herenn. 1, 1. *Fistulis aqua suppeditabatur templis*, Cic. pro Rab. perduell. c. 11. ¶ 3. Aliquando *Suppeditare*, eſt ſufficere & parem eſſe ſuſtinendæ rei, genug ſeyn. Plaut. Aſin. 2, 4, 17 *Labori non queo suppeditare.* Cic. Catil. 2, 11 *Sed si omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamus:* Sed alii *suppeditamur.* Id. Off. 1, 4 *Parare ea, quæ suppeditent ad cultum & ad victum.* ¶ 4. Item pro ſuppetit, *Suppeditat* eſt. Liv. 28, 27 *Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium nec oratio suppeditat.* Et Cic. fam. 7, 18, 5 *Ne chartam quidem tibi suppeditare significas.* Id. de Clar. Orat. c. 70 *Si vita suppeditasset.* Tac. Hiſt. 4, 40, 5 *Publio neque animus in periculis, neque oratio suppeditavit.* Id. An. 15, 16, 1 *Obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ne horreis ignem injicerent.* Rutil. Lupus l. 1 de figuris ſentent. in ANACLASI: *Aristoteles dicitur dixisse, ejus esse vitam beatissimam, cujus & fortuna sapientiæ, & sapientia fortunæ suppeditet.* ¶ 5. *Suppeditor*, deponens in Cic. ad Att. 14, 18 *De Patuliciano nomine, quod mihi suppeditatus es &c.* ſi lectio ſalva.

¶ Suppeditans, *tis.* Cic. de Amic. c. 23 *Deus suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam.*

¶ Suppĕdĭtātus, *a, um*, ut, *Frumentum suppeditatum*, Cic. pro Balbo c. 17.

¶ Suppedĭtātio, *ōnis*, f. die darreichung, der vorſchub. Cic. Nat. D. c. 40 *Suppeditatio bonorum, nullo malorum interventu.*

PESCIA, *orum*, n. pl. capitia ex pellibus agninis facta: quod Græci vocent pelles πέσκη, rauche mützen, pelzhauben, ex Ælio Stilone Feſtus.

Peſeſtas, Peſſarium, vide *Pestis, Pessus.*

Peſſimus, *a, um, &c.* vide ſupra *Pejor.*

PESSĪNVS, *nuntis*, m. emporium Phrygiæ, ubi templum fuit matris Deûm Cybeles, cujus meminit Strabo l. 12, Liv. 29, 10; & Ammian. 22, 9. Galatiæ adſcriptum hoc oppidum inter Livii & Tiberii ætatem docet Montfauc. Palæogr. Gr. p. 126. Maſculino genere poſuit aliquoties Cic. de haruſp. reſp. c. 13.

¶ Peſſinuntius, *a, um*, adject. ut, *Pessinuntius sacerdos magnæ matris*, Cic. pro Sext. c. 26. Ipſa Cybele *Pessinuntica* dicitur Apul. Met. 11 p. 259.

PESSŬLVS, *i*, m. obex, ein riegel: non a *pede*, ut volunt grammatici, neque a græco πεσσὸς, *calculus*; verum a Dorico πάσσαλος, *paxillus, clavus ligneus.* v. Muret. Var. Lect. 12, 9. Sulpitius, quod *ori vasis obditur*, interpretatur, ut obſervat Caſaubonus in Æneam Tacticum p. 52, ein ſtöpſel, ſpund. Ter. Heaut. 2, 3, 37 *Anus foribus obdit pessulum*, ſie ſchiebt den riegel für.

¶ Oppeſſŭlatus, *a, um*, clauſus, peſſulis obfirmatus, verriegelt, verſchloſſen. Sic, *Oppessulatæ fores*, Plaut. Amph. ſuppoſ. ſc. Di voſtram v. 22 & Petron. c. 97 *Oppessulatas invenit fores*: & Apul. Met. 9 p. 231 *Foris diligentissime oppessulata*; & Ammian. 31, 39 *Ianuæ oppessulatæ.*

Peſſum, vide in *Pes*; Peſſundo, in *Do.*

PESSVS, *i*, m. πεσσὸς, calculus ſive talus luſorius, ein würffel. ¶ 2. Medicamentum molli lana compoſitum, quod fœminis inter naturalia, ſi doleant, ſubjicitur. v. Celſus 5, 21. *Pessum* pro *Pessus* apud Apulej. de Herb. c. 121 *Herbæ anethi medicamine pessum factum injiciatur ab obstetrice.* v. Reineſ. ad Petron. Fragm. p. 109.

¶ Peſsārium, *i*, n. lineum medicamento illitum in digiti formam, apud Th. Priſcian. 3, 5.

PESTIS, *is*, f. a πεσεῖν vel *pessum*, proprie omne noxium eſt, quod rem aliquam, ſive animatam ſive inanimatam, affligit & perdit funditus, die peſt, das übel, der gift. Sane pro toxicis ſive venenis poſuit Seneca Medeâ v. 681 *Pestes vocat, quacunque ferventes creat Arena Libyæ &c.* Et v. 720 *Æmonius illas contulit pestes Athos. Pestem textilem* eleganter dixit Cicero veſtem venenis imbutam, qua periit Hercules, Tuſc. 2, 8. *Alicui pestem minitari*, Liv. 2, 49. Id. 25, 19 *Cæteri passim alii alia peste absumpti sunt*, i. e. fame, ſubmerſione, frigore. Et Plaut. Capt. 4, 3, 3 *Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!* wie wird es über ſchincken und ſpeck hergehen? conf. Taubm. Comm. p. 294. Sic, *Volcania pestis*, i. e. incendium, Sil. 7, 360. conf. Virg. Æn. 5, 699. Quâ ſignificatione de homine etiam uſurpatur &c. Ter. Adelph. 2, 1, 34 *Pernicies communis adolescentium, perjurus, pestis*, de lenone. Sic, *Pestis ac pernicies civitatis*, Cic. pro Rab. Perduell. c. 1 *Pestis in amicitia nulla major, quam adulatio* &c. Id. de Amic. c. 25. Et Off. 2, 5 *Tam detestabilis pestis nulla est, quæ non homini ab homine nascatur.* Plur. Id. fam. 5, 8, 3 *Quædam pestes hominum*, i. e. peſtiferi homines. Sic malæ mulieres Apul. Met. 5, p. 164 ſunt *pestis deterrimæque furiæ.* conf. Id. Apol. p. 334. ¶ 2. Deinde proprie & abſoluto ſenſu ſignificat luem contagioſam, die peſtilenz. v. Barth. ad Statii Theb. 2 p. 433. Ennius ap. Priſcian. 9 p. 861 *Hos pestis necuit.* Lucan. 6, 89 *Fluide contagia pestis.* Iuſt. 2, 13 *Multorum dierum inopia contraxerat & pestem.* Vet Gloſſ. *Pestis,* λοιμὸς, φθορὰ. Lexicon Cyrilli: λοιμὸς, *pestilentia, pestis, lues.* Sane Plautus cum Amph. 2, 1, 33 ait: *Pestis te tenet*, de morbo loquitur, qui caput & mentem tentat. Apulejus vero Apol. p. 306 de comitiali morbo *pestis* vocabulo uſus eſt: *Cum illa pestis in caput redundavit.* Sic & Liv. 4, 25 *Avertendæ a populo pestis caussa.*

Et

Et 5,14 *Peſtis arcendæ cauſa.* Et 25, 26 *Major vis peſtis Pœnorum caſtra quam Romana affecerat.* Et ibid. *Multi eadem peſte abſumpti ſunt.* conf. Andr. Borrich. Vind. p. 157, & Salvagn. ad Ovid. Ibin v. 577. Pro morte ipſa *peſtem* dixit Plautus Capt. 3, 3, 11. Plurali *peſtes* uſus eſt Columella 7, 5 *Mutandæ regiones, quod in omnibus morbis & peſtibus fieri debere cenſemus.* Et Sil. 14, 623 *Et minuere avidæ mortis contagia peſtes.* Add. Drakenb. ad 14, 582.

¶ Peſtilentia, æ, f. idem. Liv. 27, 23 *Incidit peſtilentia gravis per urbem,* eine ſeuche, ein ſterben, die peſtilenz; ut, *Gravi peſtilentia conflictari,* Cæſ. B. Civ. 2, 22. Colum. 7, 7 *Alia genera pecorum cum peſtilentia vexantur &c.* Apul. Met. 4 p. 149 *Beſtiæ repentina correptæ peſtilentia.* Ad h. l. Beroaldus p. m. 463 obſervat, peſtilentiam magna ex parte incipere a brutis animalibus. conf. Sen. Oedip. v. 233 & ibi Farnab. Peſtilentia unde oriri ſoleat, explicat Ammianus 29, 4. Sic non ſecus ac *peſtis* de aliis noxiis: ut, *Animorum labes & peſtilentia,* Gell. 1, 3. Catull. 44, 11

Orationem in Attium petitorem Plenam veneni & peſtilentiæ legit.

¶ Peſtĭlens, *tis,* adj. peſtem inferens, ſchädlich, giftig, verderblich, peſtilenzialiſch: ut, *Locorum alii ſunt ſalubres, alii peſtilentes,* ungeſund. Cic. de Fato c. 4. Liv. 3, 6 *Grave tempus & forte annus peſtilens erat,* de quo & ſimilibus locis v. Iac. Gronov. de Iconc. Smet. c. 8. *Ager peſtilens;* item, *Fundus peſtilentior,* Varro R. R. 1, 4. *Homo peſtilentior patria ſua,* Cic. fam. 7, 24, 3. Sic, *Peſtilens avaritia,* Apul. Met. 9, p. 225; *invidia,* Sen. Hipp. v. 487; *Ventus,* Catull. 26, 5. *Peſtilentior annus,* Liv. 4, 21. *Graviſſimus & peſtilentiſſimus annus,* Cic. fam. 5, 16. Et, *Peſtilentiſſimæ regiones,* Vitruv. 1, 4.

¶ Peſtilentus, *a, um,* idem antique. Nævius apud Gell. 19, 7 *Loca & pulverulenta & peſtilenta.*

¶ Peſtĭlentiarius, *a, um,* idem. Tertull. de Spectac. c. 27 *Sedilia boſtium Chriſti, cathedra peſtilentiaria.*

¶ Peſtilentiōſus, *a, um:* *Locus peſtilentioſus,* Vlpian. Lege 2 § 29 Dig. Ne quid in loco publ. aut itin. Et Auguſtinus Conf. 5, 10 *Ex hoc initio peſtilentioſo cetera ſacrilegia ſequebantur.*

¶ Peſtibĭlis, *e,* idem L. 4 Cod. de Ædil. action. *Peſtibilis fundus, id eſt, peſtibiles herbas vel letiferas habens.*

¶ Peſtĭfer, & nonnunquam Peſtiferus, *a, um,* idem. Cic. pro Domo ſua c. 32 *Tu unus peſtifer civis.* Claud. B. Gildon. v. 514 *Hinc hominum pecudumque lues, hinc peſtifer aër Sævit &c.* Altera forma eſt Celſi 2, 6 *Sudor frigidus in acuta febre peſtiferus eſt.* Ita Lindenius & Almelov. ediderunt. Ibidem: *Vomuiſſe in febre peſtiferum eſt,* id eſt, pernicioſum, Cic. Att. 8, 14. *Venenata & peſtifera vipera,* Id. de Aruſp. Reſp. c. 24. *Peſtifera auſpicia, peſtiferum fulgur;* vide apud Feſtum.

¶ Peſtĭfere, adverb. idem. Cicero uſus eſt de Legib. 2, 5 *Multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis,* zum nachtheil.

¶ Peſtĭlis, *e,* idem. Arnob. 1 p. 11 *Poſſunt nos auri peſtilibus enecare.*

¶ Peſtĭlĭtas, *ātis,* f. pro peſte, peſtilentia, pernicie, die peſtilenz. Lucret. 6, 1096, ubi de cauſis morborum & peſtilentia agit, *Clades nova peſtilitasque.* conf. Lucil. apud Nonium 2, 684.

¶ Peſeſtas, *ātis,* f. idem apud Feſtum. v. ibi Dacer.

¶ Peſtĭmus, *a, um,* i. e. peſtifer, λοιμοφόρος, in Gloſſ. Vet.

Peta, vide mox in *Peto.*

PĔTĂLVM, *i,* n. πέταλον, folium: item lamina, bractea, ein blat, oder blech. Ita Iſidorus 19, 21 *Petalum* vocat *auream laminam in fronte pontificis,* das ſtirnblat.

¶ Petălium, *i,* n. πετάλιον, unguentum e foliis nardi, nardenſalbe. Plaut. Curc. 1, 2, 7 *Tu crocum & caſia es, tu petalium.* Alii *Bdellium.*

¶ Petalismus, *i,* m. πεταλισμός, exilii genus apud Syracuſanos, uti Oſtraciſmus Athenis, ad comprimendos potentiores. vid. Alex. ab Alex. 3, 20.

¶ Petalurgus, *i,* m. πεταλουργός, ein blechſchmid, klemperer, klipper. Hac græca voce *Bractearii* explicantur lib. 10 C. de Excuſ. artif. t. 64 l. 1.

PĔTĂLVS, *i,* m. Πήταλος, unus ex his, qui in aula Cephei regis Perſeo vim inferre conati ceciderunt, apud Ovid. Met. 5, 115.

PETAMINĀRIVS, *i,* m. a πέτομαι, *volo,* apud Firmicum 8, 15, qui funè ſe per aëra jaculatur, & ſtrenua corporis agilitate ſaltans volare videtur, ein ſeiltänzer, gaucklr. Salvian. de Gub. Dei lib. 6 p. 122 conjungit *Athletas, petaminarios, pantomimos.*

Petaſatus, vide in *Petaſus.*

PĔTĂSĬO, & Pĕtăſo, *ōnis,* m. perna vel coxa porcina, Sipontino, ein ſchincken, ribbenſtück vom ſchwein. Varro de R. R. 2, 4 *Pernæ, petaſiones &c.* Martial. 13 epigr. 55 *Nam mihi cum vetulo ſit petaſione nihil.*

¶ Pĕtăſuncŭlus, *i,* m. dimin. Iuvenal. 7, 119 *Siccus petaſunculus.* Alia notione vide mox in *Petaſus.*

PĔTĂSVS, *i,* m. πέτασος, pileus viatorius, ſolem defendens, ein paraſol, ſchaubhut, reiſehut, a πετάννυμι, *extendo.* Apulejus, *pilei umbraculum* vocat: eadem eſt *caufia.* Plaut. Amph. 1, 1, 287 *Itidem habet petaſum ac veſtitum; tam conſimile eſt atque ego.* ¶ 2. Item, faſtigium galeri forma ædificiis impoſitum. Plin. 36, 13 *Supra id in quadratum pyramides ſtant quinque, quatuor in angulis, in medio una, ita faſtigiatæ, ut in ſummo orbis æneus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus.*

¶ Petaſunculus, *i,* m. diminut. a *Petaſus.* Arnob. 6 p. 198 *Mercurium rurſus arripiat, atque in ſolis faciat demigrare delubrum, detque huic radios: Solis capiti petaſunculum ſuperponat.* Quem hic petaſunculum dicit, paullo ante (p. 197) *petaſum* vocaverat. *Cum petaſo,* inquit, *gnatus Majæ formatur, tamquam vias aggredi præparet, & ſolem pulveremque declinet.*

¶ Petăſātus, *a, um,* der einen reiſehut oder paraſol hat. Suet. Aug. c. 82 *Domi non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur.* Maxime id pilei genus tabellarii & peregrinantes amabant. Cic. fam. 15, 17 *Præpoſteros habes tabellarios: &c. petaſati veniunt, comites ad portam exſpectare dicunt;* id eſt, parati ſunt & accincti ad iter ingrediendum. vid. P. Victorii Var. Lect. 1, 24.

¶ Petaſites, æ, m. πεταλίτης, planta, peſtilenzkraut. Dioſcor. 4, 103.

¶ Parapetaſia, *orum,* n. pl. ſchuppen, ſchirm- oder wetter-dächer, Theod. Cod. 15, 1 *Ædificia, quæ vulgi more parapetaſia appellantur.*

PĔTAVRVM, *i,* n. πέταυρον, geſticulatorum ludus, & inſtrumentum ſeu machina, circa quam agilitatem ſuam exercent, cujusmodi ſunt haſtæ, circa quas ſe volvunt; funes, in quibus ambulant; circuli, per quos ſe transmittunt, allerley gaucklerzeug, gaucklerſpiel, gaukeley. Martial. 11 epigr. 22 *Quam rota transmiſſo toties impacta petauro.* Vid. Turneb. Adverſ. 4, 8, & Scalig. ad Manil. lib. 5.

¶ Petauriſtes, vel Petauriſta, æ, m. πεταυριστής, ein gaukler, lufftſpringer, ſeilgänger. *Petauriſtæ* ſic dicti, quod πρὸς ἀέρα πετῶνται, i. e. per aëra volitent. vid. de his Varro apud Nonium 1, 277; Lucil. & Ælius Stilo apud Feſtum; Plin. 11, 33; & Scalig. ad Feſt. Impr. H. Stephanus in Theſauro Græco.

¶ Petauriſtārius, *i,* m. idem, apud Firmicum 8, 15; & Petron. c. 47, 53 & 60, ubi nonnullæ eorum artes. v. Burm. p. 260.

PETELLIA, Petelia, & Petilia, æ, f. urbs in Brutiis, Lucanorum metropolis, a Philoctete condita, quæ exſpiravit prius, quam Romanæ ſocietatis reſpectum deponeret. vid. Val. Max. 6, 6 ext. 2. Liv. 23, 30 &c. Virgil. Æn. 3, 402 *Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.* Luc. Holſtenius ad Stephan. p. 307. Petiliam fuiſſe cenſet eam urbem, quæ *Strongoli* hodie appellatur. v. Cellarii Geogr. Antiq. T. 1 p. 743.

¶ Petellīnus, *a, um,* adj. ut, *Petellinus lucus,* Liv. 6, 20; & 7, 41. *Petellina fides,* Valer. Max. l. c. *Petellini,* incolæ, ibid.

¶ Petĭlianus, *a, um,* adject. Martial. 12 epigr. 57 *Petilianis delicatus in regnis.*

¶ Petĭlium, *i,* n. flos ſive roſa ſilveſtris, Plin. 21, 8.

PĔTEON, *ōnis,* f. urbs Bœotiæ, Stat. Theb. 7, 333.

Peteſſo, Petigo, vide *Petiſco* ſub *Peto.*

PĔTĬLVS, *a, um,* antiqu. tenuis, exilis, λεπτός, dünn. Vide Nonium 2, 620, & Scalig. ad Varr. de R. R. p. 216.

Petimen, petiolus, petiſco, &c. vide *Peto.*

PETISIVS, *a, um,* adj. ut *Petiſia mala* ab inventore Petiſio, Plin. 15, 14.

Petiſſo, petitio, vide ſequens *Peto.*

PĔTO, *petīvi* & *petii, petĕre,* quocunque modo aliquid poſtulare, ac interdum humiliter, certe precibus, bitten, begehren. Habetque in hac ſignificatione fere ablativum perſonæ cum *a* vel *ab,* & accuſativum rei; ut, *Omnibus precibus ab aliquo aliquid petere,* Cæſ. B. G. 5, 6. *Petere aliunde* & *ab aliquo ſivi auxilium,* Ter. Phorm. 5, 1, 2; & Nep. 1, 4, 3; *veniam in præteritum,* Tac. An. 11, 30, 2; *præſidium ab aliquo,* Cic. de Fato c. 9, um hülfe bitten. *Peto abs te;* Id. fam. 13, 35. Et, *Peto a te hoc diligentius, &c.* Ibid 13, 14. *Pacem ſuppliciter petere,* Cæſ. B. G. 1, 27. *Pacem cum precibus petere,* Liv. 9, 16. *Conſulatum petiit nunquam,* Cic. de Amic. c. 3, hoc eſt, appetiit. Sic, *Petere honores,* Q. Cic. de petit. conſ. extr. um ein amt anhalten. *Præturam &c.* Cic. Verr. 2, 8. Et cum duobus accuſativis, ut *poſcere, rogare,* & ſimilia. Ovid. Metam. 7, 296 *Petit hoc Aeetida munus.* v. ibi Burman. & ad Phædr. 1, 16, 3, item Abr. Gronov. ad Iuſt. 34, 11. Eſt vero hoc verbum ſollenne de candidatis, qui munus ambiunt, & civium ſuffragia colligunt. v. Drakenb. ad Liv. 40, 42. ¶ 2. Interdum ſimpliciter eſt quærere, parare, ſchaffen, hernehmen, v. g. *Unde mihi petam cibum?* Ter. Heaut. 5, 2, 25, woher ſoll ich zu eſſen nehmen? *Conſilium a ſe ipſo petere,* den rath bey ihm ſelbſt nehmen, Quint. præf. lib. 7. *Delectatio ex ſtudiis petitur,* Cic. pro Arch. c. 7, es wird geſucht, genommen ꝛc. *Petere ſalutem fugâ,* Nepos 23, 11, 4, ausreiſſen. Sed, *Naves onuſtæ petunt Rhodum,* Cic. Off. 3, 12, die beladenen ſchiffe gehen nach Rhodis ꝛc. Et, *Petere pœnas* eſt repetere, zur ſtrafe ziehen: Id. Att. 1, 16 p. 108 Gr. ¶ 3. Igitur etiam juris verbum eſt. Cic. fam. 7, 11 pr. *Ego omnibus, unde* i. e. a quibus *petitur,* ſ. reis in jus vocatis *hoc conſilii dederim:* v. Græv. ad h. l. & add. fam. 14, 2, 6; & inprimis Ter. Eun. prol. v. 11. ¶ 4. Eſt & gladiatorum verbum *Petere,* id eſt, ictum inferre, auf einen los gehen, cui contrarium *vitare,* quod eſt impetum declinare. Virg. Æn. 9, 439 *Volſcentem petit, in ſolo Volſcente moratur.* Vbi Servius: *Petitiones,* inquit, *proprie dicimus impetus gladiatorum.* Cic. in Orat. c. 68 *Vt enim athletas, nec multo ſecus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer &c. ſic oratio nec plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta &c.* Id. pro Ligar. c. 3 *Cujus latus ille mucro petebat.* conf. Catil. 1, 5. Curt. 6, 1, 4 de Agide loquens: *Vndique nunc cominus, nunc eminus petebatur diuque arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat, alia corpore vitabat.* In his omnibus *petere* eſt ὀρμᾶν, quemadmodum & Vet. Gloſſ. interpretatur: *Peto,* ἰκνοῦμαι, κατὰ τέλλομαι, κατὰ ὁρμῶ, ἄξιῶ, κατὰ μέτειμι. Gloſſæ Cyrilli: ὁρμῶ, *Impetum facio, peto, quo.* Virg. eclog. 3, 87 *Bos cornu petit,* der ochſe ſtößt. Ovid. de Nuce v. 2 *A populo ſaxis præterevunte petor.* Sic, *Gladio petere quem,* Ovid. Met. 5, 185, auf einen zuhauen oder ſtoſſen. Add. Quint. & Veget. in *Petitio.* Ira, *Petere aliquem inſidiis,* auf einen lauren, Liv. 40, 55. *Petere aliquem epiſtola,* mit einem brief bombardiren, Cic. Att. 2, 2 p. 186 Gr. ¶ 5. Quemadmodum autem jaculatores eo dirigunt arcum, quod volunt ferire ſeu petere: ita & cupiditas eo intendit ſe, quo cupit potiri. Itaque *petere* etiam pro cupere, optare, ponitur: quemadmodum & *jaculari* verbo Horatius uſus. conf. Id. 3 od. 16, 42 mox in *Petens.* Et Ter. Heaut. 3, 1, 75 *Quodcunque inciderit in mentem, volet, neque id putabit, pravumne an rectum ſit, quod petet.* Diligenter in primis de hoc verbo totaque ejus familia egit Perizo. ad Sanct. Min. 4, 4 n. 46. Breviter *peto,* πέτω eſt *cado,* ſtudioſe ad aliquid incitor &c. Conſidera compoſita, *impetus, præpes, expeto.*

¶ Petens, *tis,* ſignificationes verbi habet. Nepos 2, 9, 4 *Petens amicitiam:* Et 4, 3, 3 *aditum conveniendi.* Virg. ecl. 1, 45 *Reſponſum dedit ille petenti.* Id. Æn. 4, 127 *Non adverſata petenti Annuit.* Horat. 3 od. 16, 42 *Multa petentibus deſunt multa.* Ovid. Met. 1, 478 *Illa averſata petentes.* Et 9, 512 *Non rejectura petentem.* Liv. 10, 9 *Q. Fabium, conſulem, nun petentem, omnes dixerunt centuriæ.* Sed,

Acheru-

Acherusia templa petentes, Lucret. 3, 86. *Alsena petentes velut exules loca*, Catull. 64, 14. *Nova regna petens*, Virg. Æn. 1, 624. Sed, *Aliquem saxis petens*, der nach einem wirft, Horat. epod. 5, 97. *Canes morsu petentes*, beiſſend, Lucret. 5, 1067.

¶ Pĕtītus, *a*, *um*, begehrt, gebeten, verlangt, geholt; ut, *Puella vobis sæpe petita meis*, Ovid. Amor. 3, 7, 2. *Magis triumphi spes tentata est, quam petita pertinaciter*, Liv. 28, 38. *Præmia petita*, Ovid. Trist. 3, 6, 34. *Quo petitus abis?* Id. Met. 3, 455. *Unde petitum hoc in me jacis?* ſcil. crimen, Horat. 1 Sat. 4, 79. *Spiritus petitus imo latere*, Id. epod. 11, 10. ¶ 2. Item, angefallen, angegriffen; ut, *Petitus insidiis*, Vellej. 2, 62, 3. *Bellua petita ferro*, Horat. epod. 5, 10.

¶ Petītum, *i*, n. ſubſt. eine bitte, ein begehr. Catull. 69, 39 *Utriusque petiti copia facta est.*

¶ Petītus, *ûs*, m. idem. Gell. 18, 3 *Consensu petituque omnium.* Apul. Apol. p. 303 *Servi petitu tuo adsunt.* Adde Lucret. 3, 173.

¶ Petitio, *ōnis*, f. bitte, werbung; ut, *Petitio consulatus*, Cic. pro Muræna c. 22. ¶ 2. Item, gladiatorum impetus, invationes ſeu rationes impetendi & evertendi adverſarium, der anfall, angriff, vid. Servius ad Virg. Æn. 9 in *Peto* n. 4. Transfertur hæc notio a gladiatoribus in oratores. v. ex Cic. Or. c. 68 in *Peto* n. 4. Id. Div. in Q. Cæcil. c. 14 *Novi omnes hominis petitiones, rationesque dicendi.* Et in Catil. 1, 6 *Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi?* wie viel ſtreiche habe ich auspariret? Duplicis autem generis hæ *petitiones* ſive *manus*, ut Quintilianus loco adducendo appellat, erant: aliæ *adverſæ* & *rectæ*, quas obſervare & cavere facile erat: aliæ *averſæ* & *obſcuræ* ſeu *tectæ*. Quint. 9, 1 *Ut in armorum certamine adverſos ictus & rectas & ſimplices manus cum videro, tum & cavere ac propulsare facile est: averſæ tectæque minus sunt obſervabiles: aliud oſtendisse, quam petas, artis est; Sic oratio, &c.* Veget. de Re mil. 1, 11 *Contra illum palum tamquam contra adverſarium, tiro cum crate illa ac clava, velut cum gladio se exercebat & ſcuto: ut nunc quæſi caput aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur &c.*

¶ Pĕtitiuncula, *æ*, f. dimin. Vet. Gloſſ. *Petitiuncula*, δεηδίδιον.

¶ Petītor, *ōris*, m. qui petit, ein anſprecher, werber. De candidato, ſive honorem petente, uſus eſt Hor. 3 oda 1, 10 *Descendit in campum petitor.* conf Macrob. Sat. 3, 14. & Liv. epitom. lib. 69. Sic, *Famæ petitor*, Lucanus 1, 31. Sed, *Petitoris perſonam capere*, i. e. actoris, qui litem intendit, kläger ſeyn, Cic. pro Quintio c. 13.

¶ Petītrix, *īcis*, f. Quint. Decl. 252 *Quid pœnæ adjicitur, quod adverſus petitricem?* Et Paulus ICt. l. 74 extr. Dig. ad SC. Trebell. *Contra petitricem pronunciavit.*

¶ Petitōrius, *a*, *um*, bittlich ſuchend; ut, *Judicium petitorium*, Cajus ICt. l. qui petitorio judicio utitur ff. de rei vindic.

¶ Petisco, vel Petisso, *ĕre*, antiqui dicebant pro *Petere*, verlangen; ſed, ut Feſto videtur, tum ſignificabant *ſæpius petere*. v. Lucret. 3, 649; & 5, 808. *Petesso* tamen apud Cic. Div. 1, 11 legitur.

¶ Petissens, *tis*. Lucret. 5, 808 *Fugiens humorem auramque petissens.*

¶ Pĕtītūrio, *ire*, anhalten. Cic. ad Attic. 1, 14 extr. *Video hominem valde petiturire.*

¶ Peta, *æ*, f Dea precum. Arnob. 4 p. 131 *Rebus petendis Peta præest.*

¶ Pĕtax, *ācis*, begierig. Fulgent. Mythol. 2 *Vitæ tantum commodis anxia, ornatus petax, habendi insatiata.*

¶ Petīgo, *ĭnis*, ſcabies infeſtans corpora, der anſprung, die krätze, räudigkeit, flechte, ab *impetendo* dicta; vide *Impetigo*. Cæterum præter Nonium voce hac uſus eſt Cato de R. R. c. 157 *Petigini braſſicam opponito, ſanam faciet.* Nam in illo Lucilii apud Nonium 2, 700 *Illuvies, ſcabies, oculos huic deque petigo Conſcendere*: Tmeſis eſt, uſitata figura illi poëtæ.

¶ Petimen, *ĭnis*, n ulcus in humeris jumentorum apud Lucilium & Nævium, ſi recta eſt interpretatio Feſti.

¶ Petĭŏlus, *i*, m. parvus pes, quo folium aut pomum ſuſtinetur & pertitur, ein ſtiel. Colum. R. R. 12, 47 *Olivæ cum petiolo leguntur.* Id. de arbor. c. 23 *Antequam petioli rumpantur, quibus pendent mala.* conf. Apic 1, 1. Sed, *Petioli agni hædive*, apud Celſum 2, 18 & 24, iidem ſunt qui *pedioli*. Vnde & *Petiolum* a *pede* eſſe exiſtimant.

¶ Petulans, & Petulcus, ſeorſum infra reperies.

I. Compoſita cum nominibus:

¶ Agripeta, Altipeta, altipetax, Cœnīpeta, Cornupeta, Honoripeta, Lucripeta, Veneripeta, vide in nominibus *Ager*, *Altus*, *Cœna*, *Cornu*, *Honor*, *Lucrum*, *Venus*.

II. Compoſita cum præpoſit.

¶ Appĕto, *ĕre*, conari aliquid comprehendere manibus, ore, &c. nach etwas greiffen, ſchnappen. Cic. Divin. 1, 23 *Cum Cyro dormienti ſol ad pedes visus esset, ter eum ſcribitur fruſtra appetiviſſe manibus.* Ib. 2, 41 *Iupiter puer in gremio fortunæ ſedens, mammam appetens.* Add. de Nat. D. 2, 51. Inde etiam interpretamur illud de N. D. 2, 39 *Mare terram appetens litoribus cludit*, nimirum tanquam brachiis, ut Ovid Met. 1, 14 *Nec brachia longo margine terrarum porrexerat Amphitrite.* ¶ 2. Hinc ſignificat cum affectu qualicunque petere, mit luſt oder hefftig begehren. Cic. Tuſc. 4, 6 *Vt bona naturâ appetimus, ſic a malis natura declinamus.* Sen. in Thyeſte v. 471 *Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus, nec appetendum.* Sed ¶ 3. Eſt invadere, anfallen, angreiffen; ut, *Ferro atque inſidiis appetere*, Cic. pro S. Roſcio c. 11. *Lapidibus appetere*, Id. pro Domo c. 5. Contra ¶ 4. Apud Cic. de Senect. c. 18 inter ſenectutis honores eſt *ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi.* Add. Q. Cic. de pet. Conſ. c. 8 f. 23. Porro ¶ 5. *Tempus, nox appetit*, id eſt, inſtat, adventat, Liv. 5, 44, die nacht fällt ein, iſt verhanden. *Iudicii dies appetit*, Plin. 5 epiſt. 1. Add. Plaut. Aul. 1, 1, 36. Ap. Liv. 5, 19 pr. *Iam Vejos fata appetebant*; alii *Vejorum*; Gronov. *Vejis*; nihil ſine auctoritate, nec repugnante ſententia

¶ Appĕtens, *tis*; ut, *Appetens gloriæ*, Cic. pro L. Manil. c. 3. *Alieni appetens, ſui profuſus*, Salluſt. Catil. c. 5. *Stimulus quidam nos amicitiarum appetentes facit*, Sen. epiſt. 9. *Lux appetens*, der anbrechende tag, Tac. Ann. 4, 51, 4. *Appetentior famæ*, Id. Hiſt. 4, 6, 1. *Sumus natura ſtudioſiſſimi appetentiſſimique honeſtatis*, Cic. Tuſc. 2, 25. *Nihil est appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quam natura*, Id. de Amic. c. 14. Sueton. Claud. c. 23 *Cibi vinique quocunque & tempore & loco appetentiſſimus.* Et Capræ *animal odoratorum fruticum appetentius*, Plin. 12, 17.

¶ Appetenter, adverb. gern, begierig. Cic. Off. 1, 10 *Vt ne cupide quid agerent, ne appetenter*; al. *nec appeterent.* conf. Turneb. 26, 32. Apul. Met. 7 p. 192 *Appetenter funere.*

¶ Appetentia, *æ*, f. die begierde, der appetit; ut, *Appetentiam cibi facere*, Plin. 19, 8; *præſtare*, Id. 20, 17. *Liberalium artium appetentia*, Id. 23, 1. *Libido effrenatam appetentiam efficit*, Cic. Tuſc. 4, 7. Et Lactant. 6, 23 *Cupiditas & appetentia* (Veneris) *in homine vehementior & acrior invenitur.*

¶ Appĕtītus, *a*, *um*, deſideratus, begehrt, verlangt. Pallad. Mart. t. 15 *Floribus avidius appetitis.* Cic. in Piſ. c. 28 *Non fugit ejus amicitiam, cum esset præſertim appetitus.* ¶ 2. Idem ac *invaſus*, angefallen, angetaſtet. Cic. pro Quintio c. 31 *Ignominiis omnibus appetitus.* conf. pro S. Roſc. c. 11; & pro Domo c. 5. Eutrop. 7, 12 de Vitellio: *Stercore in vultum & pectus ab omnibus obviis appetitus*, mit koth geworffen.

¶ Appĕtītus, *ûs*, m. ſubſt. eſt immenſa & immoderata cupiditas, hefftige luſt und begierde, apud Vall. 5, 7. Cic. Off. 1, 29 *Efficiendum, ut appetitus rationi obediant.* Ibid. *Appetitus omnes contrahendi ſedandique.* conf. Id. de N. D. 2, 12. Et, *Diſſimulare appetitum voluptas.* Id. Off. 1, 30.

¶ Appetitio, *ōnis*, f. conatus, quo aliquid appetimus, die begierde, das trachten nach einem dinge; ut, *Appetitio alieni*, Cic. Off. 3, 6; *principatus*, ibid. 1, 4; *qua ad agendum impellimur*, ad Acad. Qu. 4, 8; *ſocietatis*, Sen. epiſt. 9; *cibi*, Gell. 16, 3.

¶ Appetītor, *ōris*, m. qui appetit, ein liebhaber, nachſtreber. Vulg. Interpr. 1 Petr. 4, 15 Lamprid. Alex. Sever. c. 40 *Boni linteaminis appetitor fuit.* Ammian. 25, 5 *Laudum intemperans appetitor.* Arnob. 4 p. 136 *Quæ Pallantem occidit patrem, inceſtorum appetitorem, est quinta Minerva*, quam ab aliis *Coryphaſiam* dici docet. Et Auguſtinus Serm. 1 feria 2 Pentec. de Chriſtianis: *Præſentium hoſpites, futurorum appetitores.*

¶ Appetibilis, *e*, annehmlich, beliebig. Apul. 2 Dogm. Plat. p. 19 *Solicitudinem & laborem appetibiles ducebat esse.* Macrob. Saturn. 1, 1 *Venuſtate appetibilis.*

¶ Appetiſſo, *ere*, i. e. appetere, herzuholen. Accius apud Nonium 4, 8 *Cur vetera tam ex alto appetiſſis diſſidia?*

¶ Appĕto, *ōnis*, m. i. e. appetitor. Laberius apud Nonium 2, 43 *Alienum appetonibus viæ perditæ diverticula ſequi.*

¶ Compĕto, *ĕre*, eſt honorem vel conjugium, vel quidvis aliud ſimul petere, cum duobus vel pluribus ſcilicet, zugleich um etwas werben; ut, *Vnam ſpecioſam duobus competentibus*, Aur. Vict. Vir. Illuſtr. c. 59. conf. Nonius 4, 110. ¶ 2. Item, quadrare, convenire, ſich ſchicken, gemäß ſeyn, gleich eintreffen. *Competit in eum actio*, Quint. 3, 4. *Si cuncta competunt voto*, Colum. 4, 10. *Si villæ ſitus ita competit*, Colum. 9, 5. Tac. Hiſt. 2, 50 extr. *Incolæ memorant & tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu competiſſe*, i. e. concurriſſe, in idem tempus incidiſſe. ¶ 3. Seneca pro *accidere*, *contingere*, ſich ſchicken, poſſuit epiſt. 75 *Non quærit ager medicum eloquentem, ſed ſanantem; ſed ſi ita competit, ut idem ille, qui ſanare poteſt, compte de his, quæ facienda ſunt, diſſerat, bene conſulet.* ¶ 4. Nonius 4, 110 inter cæteras acceptiones hujus verbi, & *rei cujusque meminiſſe, aut conſtanter valere* ſignificare obſervat, atque pro ea affert Salluſt. locum: *Hic vero quaſi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere.* Nec aliter uſus hoc verbo Tacitus, Salluſtii æmulus, An. 3, 46. 1 *Inconditique ac militiæ neſcii oppidani neque oculis, neque auribus ſatis competebant.* Item Hiſt. 3, 73, 2 *Dux ſegnis & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.* In his *competere* idem eſt quod compotem eſſe, der ſinnen ꝛc. nicht mächtig ſeyn.

¶ Compĕtens, *tis*, gehörig, rechtmäßig; ut, *Competens judex*, Vlpian. l. 19 ff. de jurisdict. omn. jud. Et, *Tribunal competens*, Idem l. 35 § 2 ff. de procurat. Incert. paneg. f. epithal. Max. & Conſt. c. 7 *Quid competentius, quid providentia tua dignius?* ¶ 2. *Competentes*, in veteri eccleſia dicebantur, qui ſecundo inter Chriſtianos gradu cenſerentur. Primi enim *Catechumeni* erant, rudiores illi, & qui fidei elementa tantum docebantur. *Competentes* vero ſecundo loco, qui, Catechumenis dimiſſis, in myſteriis religionis Chriſtianæ inſtituebantur. *Fideles* denique, qui facti ſacramentorum participes, τελέως jam Chriſtiani. *Competentes* igitur appellati, quod ſacramentum baptiſmi ſimul peterent, ut Auguſtinus Sermone CXVI tradit. Vide de iis & Voſſium de tribus Symbolis p. 16. conf. Ilider. 7, 14.

¶ Competenter, adv. füglich, gebürlich. Apul. ad Aſclep. p. 83 *Digne & competenter Dei voluntati parens.* Prudent. Romano v. 118 *Perſona quæque competenter plectitur.* Symmach. 9 epiſt. 128 *Competenter ulciſci.* Hieron. adv. Helvidium c. 2. *Adverſus quos in alio loco competentius diſſeremus.* Et Apul. Apol. p. 316 *Competentiſſime videor uſus Platone.*

¶ Competentia, *æ*, f. id eſt, convenientia, ἀναλογία, quæ & *proportio* dicitur, die übereinſtimmung, proportion. Gell. 1, 1 *Comprehenſa menſura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei menſuræ conveniret, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus est* Id. 14, 1 *Si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, ut in eodem illo puncto ſub eodem circulo cæli plures ſimul ad eam dem competentiam naſci non queant &c.*

¶ Competitio, *ōnis*, f. die zuſammenſtimmung. Sidon. 2 epiſt. 9 *Inter aleatoriarum vocum competitiones.*

¶ Compĕtītor, *ōris*, m. qui in honoribus aut magiſtratibus petendis concurrit, der zugleich um etwas anhält, ein mitwerber. Cic. Off. 1, 12 *Cum competitore certamen honoris & dignitatis est.* conf. Idem Att. 2, 1; & de Clar. Orat. c. 30.

¶ Competītrix, *īcis*, f. Cic. pro Muræ. c. 19 *Nos quoque habuimus ſcenam competitricem*: h. e. Antonii competitoris ludi petitionem noſtram difficiliorem reddidere.

¶ Compitum, cum derivatis, vide ſupra in *C*.

¶ Incomperens, *tis*, non conveniens, ungehörig. Hinc

¶ Incom-

¶ Incompetenter, adv. idem. Cassiod. 5 epist. 14 *Illis detrimenta sarciant, quibus incompetenter damna fecerunt.* Et Ennod. 1, 10 *Incompetenter ingerere.* conf. Cod. 1 t. 3. l. 19; & 12 t. 3 l. 2.

¶ Depĕto, *ĕre*, abfordern. Tertull. adv. Marc. 4, 20 *Non depetunt ab alio, quod meminissent petendum sibi a creatore.*

¶ Depetitus, *a, um*, hergenommen. Gellius 17, 9 tit. *De litteris ex vetere historia depetitis.* Al. *petitis.*

¶ Depĕtīgo, *ĭnis*, der ausſatz, die krätze, flechte. Gloss. Cyrilli: λέπρα, *lepra, depetigo.* Locum Lucilii vide supra in *Petigo.* Hinc

¶ Depetigĭōsus, *a, um*, qui eo morbo laborat, ausſätzig, krätzig. Eædem Glossæ: λεπρὸς, *Leprosus, depetigiosus*, & *depetigosus.*

¶ Expĕto, *ĕre*, erwehlen, begehren, wünſchen, fordern. Ter. Andr. 4, 2, 13 *Hanc mihi expetivi.* Proprie autem *expetuntur honesta planeque bona*, inquit Valla. *Deposcere & expetere aliquem imperatorem ad bellum*, Cic. pro L. Manil. c. 11. *Summâ cupiditate expetere aliquid*, Idem Verr. 4, 49. Et rursus pro L. Manil. c. 11 *Italia a Pompejo auxilium absente expetivit.* Sic, *Amicitia per se & propter se expetenda*, Id. de Amic. c. 21. Et pro Arch. c. 6 *Nihil est in vita magnopere expetendum, nisi laus & honestas.* ¶ 2. Fit exposcere, repetere, ubi de jure vel pœna fermo eſt, Cic. fam. 6, 1 *Expetere promissum.* Liv. 3, 40 *Ius ab invitis expetituram remp. si a volentibus nequeat.* Cic. pro Marc. c. 6 *Di immortales pœnas a populo Rom. ob aliquod delictum expetiverunt*, ſie haben das volck geſtraft. Paullo aliter Liv. 1, 22 & 23 *Di* dicuntur *clades vel pœnas expetere in aliquem*, eodem ſenſu. Sed 6, 29 pr. *Adeste Dii, testes fœderis, & expetite pœnas simul debitas vobis violatis, nobisque per vestrum numen deceptis.* ¶ 3. Accidere, uſu venire, ſich zutragen. Plaut. Amph. 1, 1, 10 *In servitute expetunt multa iniqua*; & 1, 3, 23 *Nequiter pene expetivit prima parasitatio*, es iſt übel ausgeſchlagen. Id. Mil. 2, 4, 40 *In vigilantes expetunt visa in somnis*, das geträumte trifft ein. ¶ 4. Item, recidere. Plaut. Amph. 1, 2, 32 *Delictum suum suamque culpam expetere in mortalem ut finat*, daß er ſein verbrechen iemanden ausbaden oder büſſen laſſen ſolte. Et 3, 2, 14 *Nunc insonti mihi Illius ira in hanc & maledicta expetent*, es wird über mich gehen. Vbi nota, cum dativo id verbi conſtruxiſſe. Quemadmodum & præcedentis ſcenæ v. 11 dixerat Iupiter: *Mea sit culpa, quod egomet contraxerim, Si id Alcumenæ innocenti expetat.*

¶ Expetens, *tis*, ut, *Sana consilia expetens*, Sen. Hippol. v. 179. *Capræ maleficum frondibus animal, odoratorum vero fruticum expetentius*, Plin. 12, 17. Alii *appetentius.*

¶ Expetendus, *a, um*, optabilis, erwünſcht, appetitlich. Plaut. Perſ. 4, 3, 5 *Forma expetenda & liberali mulier.* Cic. in Orat. c. 1 *Res magnas & magno opere expetendas concupiscere.* conf. in *Expeto* n. 1.

¶ Expetītus, *a, um*, erwünſcht. Seneca Thyeſte v. 509 *Complexus mihi redde expetitos.*

¶ Expetītor, *ōris*, m. qui aliquid expetit, der nach etwas verlangt. Symmach. 8 ep. 46 *Iam dudum hoc animus meus vestri expetitor efflagitat.*

¶ Expetibĭlis, *e*, annehmlich, erfreulich. Tac. Annal. 16, 21, 2 *Iuvenalium ludicro parum expetibilem operam præbuerat.*

¶ Expetisso, vel Expetesso, *ĕre*, antique, verlangen, begehren, ausbitten. Plaut. Mil. 4, 1, 13 *Tuam expetisse pulcritudinem.* Id. Trin. 2, 1, 4 *Vtrum harum mihi artem expetessam.* vid. Parei Lex. Crit. p. 450 ſq.

¶ Impĕto, *ĕre*, invadere, anfallen, an einen ſetzen, einem zuſetzen. Solinus c. 55 *Quicquid impetit, facile ictu ejus perforatur.* Onomaſt. Vet. *Impeto*, προσβάλλω.

¶ Impetens, *tis*. Apulej. *Iurgiis me oppido impetens.* Sen. Hippol. v. 275 *Cupido impetens flammis simul & sagittis.* Et, *Impetentes a se ejiciunt fucos*, Varr. Rei Ruſt. 3, 16.

¶ Impetus, *ûs*, m. der anfall, anlauff, ſturm. Sic, *Impetum facere in aliquem*, Cæſ. B. Gall. 1, 25; *In alicujus fortunas, bona*, Cic. Verr. 1, 36. *Impetus dare*, Liv. 1, 4. *Impetum alicujus excipere*, Cæſ. B. Gall. 1, 52; *sustinere*, ibid. c. 24, begeanen, aushalten. Sed, *Continere impetum*, Liv. 7, 37; *comprimere*, Cic. de Aruſp. reſp. c. 11; *temperare impetus*, Liv. 3, 24; *contundere*, Horat. 3 oda 6, 10; *inhibere*, Sen. Medea v. 413; *impetus arcere*, Liv. 25, 36; *impetus declinare*, 37, 41. Quint. 10, 3 p. 931 *Repetito spatio sumere impetum*, einen zulauf nehmen, paullo poſt idem vult, ut *conatus longius petant.* Sic, *Tota mente omnique animi impetu in rempubl. incumbere*, Cic. fam. 10, 5. *Furentes ac violenti impetus*, Id. de Ar. reſp. c. 22. *Primo impetu*, incurſione, im erſten anfall. Aur. Victor de Vir. Illuſtr. c. 11. *Difficiles aditus impetus omnis habet*, Ovid. Rem. am. v. 120. Et Stat. Theb. 10, 704 *Da spatium tenuemque moram: Male cuncta ministrat Impetus*, eilen thut kein gut.

¶ Impes, *impētis*, poëtice, idem. Lucret. 6, 326 *Capere impetis auctum.* Hinc *Impete*, ablativus, pro *impetu*; ut, *Magno impete*, Gell 19, 7. *Impete vasto fertur*, Ovid. Met. 3, 79. conf. 8, 359. Et Sil. 2, 243 *Impete vasto*: & lib. 13, 248 *Procursus impete.* Plural. Lucret. 1, 293 *Impetibus crebris.*

¶ Impetibĭlis, *e*, quod peti non debet, unverlangt. Vet. Gloss. *Impetibile*, ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον. ¶ 2. Quod petitori obnoxium, quod facile impeti poteſt, anfällig. Solinus de Chamæleonte c. 53 *Impetibilis est coraci, &c.* i. e. impetitur. ¶ 3. Vſurpatur denique de re turpi & reprehenſioni obnoxia. Ita, *Impetibile scelus*, Apul. Apol. p. 328. Ita, *Impetibilis morbus*, Plin. 20, 18.

¶ Impetuōsus, *a, um*, violentus, ungeſtümig, ſtürmiſch; ut, *Impetuosus animus.* Ita vulgo ex Plinii 35, 10 affertur; ſed Harduinus auctor eſt p. 220, nihil hujus in MSS. reperiri, & ipſe hæc & alia verba, ut ſpuria & adſuta, prætermiſit, ut ita parum præſidii huic vocabulo ex Plinii auctoritate accedat. Hinc tamen

¶ Impetuoſe, adv. idem. Meſſala Corv. poſt init. *Ad mœnia impetuose contendit.*

¶ Impetējus, *a, um*, idem. Gloss. lat. gr. *Impetejus*, βλωθρός.

¶ Impētīgo, *ĭnis*, ut, *Depetigo*, der ausſchlag der haut. Samon. 160 *Si vero vitium est, quod ducit ab impete nomen*, ubi vid. Intr. Celſus 5, 28 n. 17 pr. *Impetiginis species sunt quatuor, &c.* Plinius ſæpe uſus eſt, v. g. 22 c. ult. ſect. 73 de ervo: *Corrigis impetigines.* Conf. 20, 9; & 25, 7. Gloss. Vet. *Impetigo*, λειχήν, ἄλφος.

¶ Impetigōsus, *a, um*, räudig, in Gloss. Vet. λειχηνώδης, *Impetigosus.* Sed impetigine affectum *Impetiginosum* vocant ICti l. 6 § 1 ff. de ædil. edict.

¶ Oppĕto, *ĕre*, mori; ut, *Oppetere mortem*, in den tod gehen, ſterben, Cic. pro Sextio c. 20. Accuſativus interdum ſubauditur. Virg. Æn. 1, 98 *Queis ante ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis, Contigit oppetere.* Cic. Phil. 12, 12 *Mors necessitatem habet fati, aut si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria.* conf. Curt. 7, 10, 5.

¶ Oppetitus, *a, um*, übernommen. Cic. Tuſc. 1, 48 *Claræ mortes pro patria oppetitæ.*

¶ Adoppeto, *ĕre*, pro *Oppetere*, ſterben. Apul. Met. 7. Colv. p. 110 *Fortissimum quemque variis quidem sed impigris casibus adoppetisse* Sed Elm. p. 189 *oppetiisse.*

¶ Perpes, *ētis*, perpetuus, gantz, gäntzlich, vollſtändig; ut, *Perpetem noctem dormire*, Plaut. Amph. 1, 1, 123. conf. ibid. 2, 2, 105, & Truc. 2, 2, 23. *Nocte perpeti alea ludere*, Capitol. in Vero 4. Et Solinus c. 65 (al. 52) *Gymnosophistæ perpetem diem alternis pedibus insistunt.* Et Lactant. de Mort. Perſecut. c. 33 *per annum perpetem.* De Etymo vide Voſſ. p. 406.

¶ Perpetuus, *a, um*, beharrlich, immerwährend, ſtätig; ut, *Tempus perpetuum*, hoc eſt, continuum, non interruptum, aut intermiſſum. Ter. Hec. 1, 2, 12 *Biennium ibi perpetuum illum tuli*, zwey jahre in einem ſtück. Sic, *Firma & perpetua amicitia*, Cic. de Pet. conſ. c. 7; *Perennes & perpetui cursus stellarum*, Id. Nat. D. 2, 21; *Oratio perpetua*, quæ non interrumpitur, & *interpellatæ* opponitur; Nepos 15, 5, 1. Cic. Tuſc. 1, 5 & *continentem* appellat. *Perpetua palus*, Cæſ. B. Gall. 7, 57. *Perpetuæ vigiliæ*, Id. B. Civ. 1, 21; &, *Perpetuæ munitiones*, B. Civ. 3, 44, quæ *continuæ* ſunt, feſtungswercke, die in einem fortgehen. Sic *Cratem perpetuum* Lucanus dixit 3, 485. Apud Nepotem 1, 3, 1 *Perpetuum imperium* temporario opponitur. Plaut. Cist. 1, 3, 46 *Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum*, es iſt nichts beſtändiges. Cic. pro Planc. c. 37 *Respubl. in perpetuum præsidium salutis suæ perdidisset*, auf ewig. Compar. *Perpetuius*, & Superl. *Perpetuissimus*, utrumque Cato habet apud Priſcian 3 p. 601. Subſtantive videtur uſus Plaut. Mil. 4, 2, 87 *Qui mille annorum perpetuo vivunt a seculo ad seculum.*

¶ Perpetuum, Perpetuo & Perpetim, adverbia, ſtets, fort und fort, ohn unterlaß. Ter. Adelph. 4, 1, 6 *Perpetuum in lætitia degere*: niſi ellipſin τῆς *in* eſſe ſtatuas. Nepos 25, 1, 1 *Perpetuo equestrem obtinuit dignitatem*, i. e. quamdiu vita fuit. *Perpetuo sub alicujus ditione & imperio esse*, Cæſ. B. Gall. 1, 31. *Iam anno perpetim assiduo convictu spectavi illam*, Apul. Apol. p. 321. *In angulo oculi perpetim humor emanans*, Plin. 20, 6.

¶ Perpetuālis, *e*, durchgängig, ſtetswährend. Quintil. 2, 13 καθολικὰ, i. e. (*ut dicamus, quomodo possumus*) *universalia vel perpetualia.* Fulgent. Mythol. 1 *Conjux aut perpetuale refugium aut pereme tormentum.* Et Sponius Miſc. 128 SOMNO PERPETOALI.

¶ Perpetuārius, *a, um*, idem; ut, *Perpetuarius mulio*, Senec. ludo de Claudii morte, vide *Mulio.* Hinc *Perpetuarii*, qui fundum aut rem perpetuo conduxerunt, l. fin. C. de locat. præd. civ. ein erbſaſſe, erbpachter.

¶ Perpetuĭtas, *ātis*, f. continuatio, ſtetigkeit, ewigkeit, beharrung; ut, *Vitæ perpetuitas*, Cic. Off. 1, 33. *Perpetuitas consequentis temporis*, Id. Tuſc. 1, 41; *Laudis*, Id. fam. 10, 25; *Voluntatis*, ad Q. fratr. 3, 5. Id. Off. 2, 7 *Fidelis vel ad perpetuitatem benevolentia est.* Plur. Vitruv. 2, 10 *Apennini pars continetur umbrosis & opacis perpetuitatibus.*

¶ Perpetuo, *are*, nach einander fortſetzen; ut, *Perpetuare verba*, id eſt, continuare, Cic. de Orat. 3, 46. *Dii te perpetuent!* acclamationis formula apud Lamprid. in Alexand. c. 6 i. e. æternum ſoſpitent. *Ad perpetuandam gloriam*, den ruhm zu verewigen. Ammian 25, 10. Et Sidon. 4 epiſt. 3 *Vt meæ famæ personæ librorum tuorum beneficio perpetuaretur.*

¶ Perpetuatus, *a, um*, verewiget, ſtets fortgeſetzt. Arator extremo lib. 1 in Act. Apoſt. *His est tibi Roma catenis Perpetuata salus.*

¶ Perpetuito, *āre*, frequent. verewigen. Ennius apud Nonium 2, 632 *Libertatem ut perpetuitassint quam maxime.*

¶ Conperpetuus, *a, um*, gleich ewig. Prudentius Apoth. v. 271 Chriſtum vocat *Conperpetuum retro Patris, & Patre natum.*

¶ Imperpĕtuus, *a, um*, vergänglich, unbeſtändig. Sen. epiſt. 72 *Cui quid abscedere potest, id imperpetuum est.*

¶ Præpeto, *ĕre*. Feſtus ſcribit, antiquos *Præpetere* dixiſſe pro *anteire*: indeque *Præpetes* aves dici, *quæ se ante auspicantem ferant.*

¶ Præpes, *ētis*, adj. omnis gen. i. e. velox, ſchnell, hurtig, fliegend. Virg. Æn. 6, 15 *Præpetibus pennis ausus se credere cælo.* Gell. 6, 6 affert ex veteri poëta exemplum: *Dum dat vincenti præpes Victoria palmam*: i. e. alata. Victoriæ namque, inter Deos numeratæ, alas affingebant veteres. Conf. Auſon. epigr. 1, 2. ¶ 2. Proprie *Præpetes*, aves auſpiciorum, ex quibus erant aquilæ, vultures, buteones, ſangualis, immuſſulus &c. vide *Oscines.* Ovid. Faſt. 6, 196 *Præpes adunca Iovis*, i. e. aquila. Servius ad illud Virg. Æn. 3, 361 *Præpetis omina pennæ*: notat: *Præpetes sunt, quæ secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur &c. Præpetes aut superiora tenent, & præpetes vocantur, aut inferiora, & dicuntur inferæ. Præpetes autem ideo, quia omnes aves priora petunt volantes.* Conf. Paulus ad Feſtum, qui etiam perſtringit inepte ex præpoſitione latina componentes & græco vocabulo, προπετὲς ſcilicet, i. e. *facile, pronum ad labendum.* Adde Gell. 6, 6, Voſſ. Etym. p. 406 & Perizo. ad Sanct. Min. 4, 4 n. 46. Livius 7, 26 de corvo M. Valerii: *Si divus, si diva sibi præpetem misisset.* ¶ 3. Cæterum poëtæ *Præpetes*, gen. fœm. promiſcue omnes appellant aves, vögel, ut Paulus teſtatur l. c.

¶ Repĕ-

¶ R-pĕto, ĕre, restituendum petere, wieder fordern, wieder nehmen. Per. Eun. 4, 6, 11 *Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretii.* *Gratiam pro beneficio repetere*, Liv 1, 47. Et, *Repetere somnum*, Cic. Att. 13, 38. *Castra repetere*, Liv 31, 21, wieder nach dem lager ziehen. *Retro in Africam repetere*, Liv. 25, 27. v. l. Fr. Gronov. ad 22, 6. *Auspicia de integro repetere*, Liv. 5, 52, quod & *renovare auspicia*, vocat, licet Duker. ad 8, 30 contendat, *repetere* de ducibus, *renovare* de interregibus tantum dici. *Studia sua repetere*, est ad studia intermissa redire, Cic. de Fato c. 2. *Ab & a capite repetere*, Id. de Leg. 1, 6 pr. von vorn her etwas wiederholen. It. *Ab ultima antiquitate repetere*, de Fin. 1, 20. *Repetere ex superiorum memoria*, Liv. 7, 3. Id. 3, 33 *Repetitum est, ut duobus mandaretur consulum nomen imperiumque*, man hat wieder angefangen ꝛc. *Repetere memoriâ*, Sen. epist. 10, sich erinnern, besinnen. *Cogitare & memoriâ repetere vetera*, Cic. de Orat. 1, 1. ¶ 2. *Res repetere* solenne erat Romanis, cum damni vel injuriæ reparationem peteret a populo populus; qua negata bellum inferebatur. v. Liv. 1, 22 & 32; Cic. pro Sext. c 26 ext. & Off. 1, 11. Add. Serv. ad Æn. 10, 14; & quæ diximus in *Clerigatio*. ¶ 3. Sed & homines dicuntur *repeti*: ut gladiatores, qui icti, novo ictu feriuntur. *Toxico quem repetere* dixit Suet. Claudio c. 44, pro, post prius venenum aliud alicui propinare. Nam sicut *petere* arenæ verbum est, ita & *repetere*, de quo Lipsius Saturn. 2, 20. Huc pertinet signum vel tessera percussorum Caligulæ apud Suet. c. 58 *Repete*. Item *Rei*, cum accusantur de novo, *repeti* dicuntur. Sueton. Domit. 9 *Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos dispendio liberavit, nec repeti nisi intra annum permisit*, Conf. Aug 32 & Quintil. Inst. 7, 8. ¶ 4. Est etiam rem intermissam vel neglectam paullo serius facere, nachholen was man versäumet. Colum. 11, 2, 6.

¶ Repetens, *tis*; ut, *Memoria vetera repetens*, Cic. de Orat. 1, 1 pr. conf. Id. pro Archia c. 1 pr. & Virg. Æn. 1, 376; 12, 439.

¶ Repertus, *a, um*, wiederholet, wieder herfür gesucht. Cic. in Q. Cæcil. Divin. c. 22 *Hæc majorum consuetudo longo intervallo repetita.* Id. Att. 13, 38 *Repetito somno simul cum sole experrectus sum.* Id. fam. 13, 29 *Hæc tam longe repetita principia quo spectent.* Ovid. Heroid. 16, 341 *Ecquæ repetita per ænigma?* scil. fœmina. Ex significatione verbi tertia est illud Livii 4, 19 pr. *Repetitum cuspide ad terrorem affixit.*

¶ Repetitio, *ōnis*, f. die wiederholung. Cic. de Orat. 3, 54 *Crebra repetitio.*

¶ Repetitus, *ūs*, m. idem. Vsurpat Nonius 1, 325, ubi ait: *Pedato positum pro repetitu vel accessu quasi per pedem.*

¶ Repĕtentia, *æ*, f. idem Gloss. Iat. gr. *Repetentia*, ἐπανάληψις. Apud Lucretium 3, 864 est ἀνάμνησις, recordatio, reminiscentia, die erinnerung, das gedächtniß, ubi ait: *Interrupta semel cum sit repetentia nostra.* Alii legunt *Repentia*, alii *Retinentia*. Sed & Arnobius 2 p. 61 *Amittere repetentiam priorum.* Et p. 62 *Repetentiam detrahere.*

¶ Repetītor, *ōris*, m. ein wiedernehmer. Ovidius Heroid. 8, 19 *Sit socer exemplo, nuptæ repetitor ademtæ*; id est, Menelaus Helenam repetens.

¶ Repetundarum, & Repetundis, genit. & abl. plur. utrobique *pecuniarum* & *pecuniis* subaudito. Fiunt vero *repetundæ pecuniæ*, si ita loqui licet, quæ lege repetebantur ac judicio ab eo, qui illas ob aliquam partem muneris sui publici exercendam, aut muneris certe obtentu injuste acceperat, quod eri nen lariſſime patebat, unrechtmäßige acceptation, finanſten. Vide IGtos, e. g. Gravinam de Orig. Iur. 3, 94; & interpretes ad Leg. 1 Dig. de Lege Iulia repetundarum. Sic, *Repetundarum insimulari*, Quintil. 4, 2. *Repetundis damnari*, vide in *Damno*. Et, *Repetundarum convinci*, Suet. Cæs. c. 43. Convicti autem primum exilio puniebantur & æstimatione: Lege Iulia autem iidem amittebant & ordinem. V. Casaub. & Torrent. ad l. c. Integra phrasi Cicero usus plerumque est, v. g. pro Cluent. c. 53 extr. *Clames, te lege pecuniarum repetundarum non teneri.* Et de Clar. Orat. c. 27 *L. Piso Trib. pl. legem primus de pecuniis repetundis tulit.* Vide & Vallam 1, 34.

¶ Suppĕto, ĕre, darsein, vorhanden seyn; a quo compositio tertiæ tantum personæ in locutionibus auctorum Latinorum reperiuntur. Plaut. Epid. 3, 3, 16 *Ei omnes suppetunt res prospera*, id est, in promtu sunt, er hat alles vollauf. Horat 1 epist. 12, 4 *Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.* Et, *Si vita suppeteret*, Cic. de Fin. 1, 4, so ich leben werde. Liv. 40, 56 *Si vita longior suppetiisset. Suppetunt vires*, es sind kräfte übrig, Cæs. B. G. 7, 85 extr. *Non suppetit consilium*, Liv. 4, 48, ich weiß nicht, was ich thun soll. Plaut. Pseud. 1, 1, 106 *Dictis factis suppetunt*, die that kömmt mit den worten überein. Cic. fam. 15, 13, 3 *Mihi ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem.* Liv. 2, 56 *Rudis in militari homine lingua non suppetebat animo.* Curt 5, 9, 1 *Nec aut consilium suppetebat, aut vox.* Id. 7, 11, 1 *Alimenta tantæ multitudini vel per biennium suppetunt*, reichen zu.

¶ Suppetiæ, *arum*, f. pl. auxilium, præsidium, schutz, hülfe; ut, *Suppetias ferre*, Plaut. Epid. 5, 1, 52, helffen. *Venire, advenire suppetias*, zu hülffe kommen. Hirt. B. Afric. c. 5 *Nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire.* Ibid. c. 25 *Suis finibus oppidisque suppetias profectus est.* Et c. 39 *Suis fugientibus suppetias ire contendit.*

¶ Suppetium, *i*, n idem quod *Suppetiæ*. Commodian. Instruct. 43 p. 59 *Suppetium nullum erit.* Et Instruct. 70 p. 99 *Petit suppetium.*

¶ Suppetior, *āri*, deponens, auxiliari, subvenire, beystehen, helffen. Apul. Met. 8 p. 210 *Facile est suppetiari miserrimo seni.* Et paullo ante p. 209 *Pastorem illum suppetiatum ciet*; & l. 7 p. 190 *Omnem vicinitatem suppetiatum convocans*, zu hülffe. conf. 4 p. 147, 6 p. 184; & 9 p. 234. Inde Montagnanus in Cic. Att. 14, 18 pro *suppeditatus es* legit *suppetiatus es.* v. Manut. ad h. l.

¶ Suppetiatus, *ūs*, m. subst. quo *auxiliatum* Lucretii exponit Nonius 2, 47, der beystand.

PĔTORĪTUM, vel Petorritum, *i*, n. genus carri quadriroti, eine carrete. Nam πέτορες quatuor, ut decet Scaliger ad Varronem p. 252. Vide eumdem & in Catalect Sed Gellius 15, 30 nomen Gallicum esse, ex Varrone tradit, it. Quint. 1, 5 p. 66. Horat 2 ep. 1, 192 *Lassis luctantur pectora, petorrita, naves.* Conf idem 1 sat 6, 104: & Auson epist 5, 33. & Festum.

PĔTŌSĪRIS, *is*, m. Astrologus quidam. Vide supra *Necepsius*. Pro quovis Astrologo sive Chaldæo Iuvenalis posuit sat. 6, 579.

PETRA, *æ*, f. πέτρα, saxum, rupes, ein fels, steinklippe. Plin. 10, 32 *Gaviæ in petris nidificant.* Et, *Petrarum*, inquit Festus, *genera sunt duo: quorum alterum naturale, saxum prominens in mare, alterum manufactum &c.* Curt. 7, 11, 2 *Petra in altitudinem triginta eminet stadia, &c.* ¶ 2. *Petræ* nomen habent nonnullæ urbes: ut, *Petra deserti*, in Arabia, Plin. 6, 28. *Petra* Macedoniæ, cujus meminit Lucanus 6, 16 & 70. *Petra* Siciliæ, quæ *Petræa* dicta Silio 14, 249. ¶ 3. *Petra* cognomentum equitum illustrium Romanorum. v. Tac. Ann. 11, 4, 1.

¶ Petræus, *a, um*, steinicht, felsicht; ut, *Petræa brassica*, Plin. 20, 9. conf. Idem 12, 21; & 27, 6.

¶ Petrējus, *i*, m. nobilis Romani nomen, Cic. fam. 16, 12; Lucan. 4, 5.

¶ Petrēna, *æ*, f. mulier, *quæ pompam præcedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scil. petris, appellata*: Festus.

¶ Petrensis, *e*, felsicht; ut, *Pisces petrenses*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 1. Sed ¶ 2. *Stagnum Petrense*, i. e. incolarum urbis Petræ, Solin. c. 11.

¶ Petrinus, *a, um*, idem. *Circumcisi petrina acie*, Tertull. adv. Iudæos c. 9, & adv. Marc. 3, 16. Sed est etiam ¶ 2. proprium vici & prædii nomen, cujus incolæ, *Petrini*, Cic. Verr. 1, 39. *Sinuessanum Petrinum*, Horat. 1 epist. 5, 5. *Petrinum Lepta*, Cic. fam. 6, 19.

¶ Petrītes, *æ*, m. genus vini, Plin. 14, 7.

¶ Petrōsus, *a, um*, steinicht, felsicht. Plin. 9, 31 pr. de locustis: *Vivunt petrosis locis.*

¶ Petricōsus, *a, um*, adferunt ex Martiali 3 epigr. 63 v. ult. *Res petricosa est*, id est, difficilis. Sed rectius legitur *prætricosa*, aut *pertricosa*. Vide Interpretes.

¶ Petrones, *um*, m. pl. rustici, a petrarum asperitate, grobe, ungeschliffene bauern. Vide Festum & ibi Scalig. Festi locum, qui huc pertinet, emendat Barthius Adversi. 26, 25. ¶ 2. Plautus arietes *Petrones* vocat in Capt. 4, 2, 40.

¶ Petronius, *i*, m. nomen familiæ, quæ equestris fuit, ut ex Plinio constat. Ex qua fuit *Petronius Arbiter*, auctor Satyrici: a quo scripto si obscenitas abesset, nihil purius, venustius, elegantius in toto Latio extaret. Vnde Hispanus quidam *impurissimæ puritatis auctorem* vocavit.

¶ Petronia, *æ*, f. *amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicato transeunt, cum in campo quid agere volunt. Quod genus auspicii peremne vocatur.* Festus h. v.

¶ Petronii canes Grat. Cyn. 202, interpretante Vlitio, qui ita solidos calces habent, ut petras illæsi percurrant. Vide hunc & Tho. Fullerum de viris illustr. Angl. To. 2 p. 150.

¶ Petroselīnum, *i*, n. πετροσέλινον, apii genus, saxosa loca amans, eppich, peterſilge. Plin. 20, 12; Dioſc. 3, 10.

¶ Petroselinītes, *æ*, m. πετροσελινίτης, vinum ex petroselino, Dioscor. 5, 41.

PĔTŬLANS, *tis*, improbus, contumeliosus, immodestus, procax, qui, ut Festus loquitur, *proterve impetu alios petit*, muthwillig, frech, frevelhaftig, unverſchämt. Cic. Att. 2, 2 *modesto* opponit. *Petulans in aliqua generosa ac nobili virgine*, Id. Parad. 3, 1. *Petulans & improbus scurra*, Id. pro Cluent. c. 13. *Aures alicujus convicio petulantiore pulsare*, Arnob. 4 p. 151. Et Declamator sub Cic. nomine in Sallust. *Define, bonos petulantissimâ consectari lingua.* Et Cic. pro Mureen. c. 6 *Dictum petulans nullum in vita proferatur.* Gloss. Cyrilli, ἄτακτος, *Inquietus, inordinatus, petulans.* Pers. sat. 1, 12 *Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno*; ubi *petulans splen* non est, qui justo majus spatium petat & occupet, ut exponit vir summus, sed qui proclivis est ad aliorum vitia irridenda, & fallis dicteriis, quæ risum plerisque maxime movent, traducenda. v. de hoc verbo Nic. Heins. & Drakenb. ad Sil. 8, 266.

¶ Petulanter, adverb. liederlich; ut, *Vivere petulanter*, Cic. pro Cæl. c. 16. *Petulanter in aliquem invehi*, Id. Att. 2, 19. Compar. Id. pro Cæl. c. 3 *Contumelia, quæ petulantius jactatur.* Id. pro Sext. c. 52 *Bonum civem petulantissime est insectatus.* conf. Att. 9, 19. Paul. Nolanus epist. 23 n. 24 *Hi petulantius infirmiora vasa pertentant.* Et Augustin. epist. 254 *Si petulantius locuti sunt.* Adde Gell. 16, 7 tit.

¶ Petulantia, *æ*, f. κόρη ἔκγονος, id est, *faturitatis proles*, quemadmodum dixit Philo, leichtfertigkeit, muthwillen. A *petendo* autem & *petulans*, & *petulantia* dicuntur. Et modestiæ & pudori contrarium. Vnde Cic. Catil. 2, 11 *Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia.* Nimirum *petulantia*, lascivia seu licentia est cum injuria & obscenitate conjuncta. Sic cum Nero per ludum & jocum & quoddam prolubium animi, vagatur per urbem noctu, cædit obvios, & vestibus mulctat, *Petulantiam* vocat Suetonius, ejus vita c. 26, quam eam ob causam & *Comitatis excessum* facit Plin. 8 epist 21. *Comitatis* enim est, jocari & ludere, sed honeste & innocenter, quos terminos *petulantia* transilit. Ad obscenitates autem, quæ pudorem violant, idem Plinius refert, cum lib 9 epist. 17 scribit: *Si quid petulans & scurra profertur*: id est, obscenum, & dictu turpe. ¶ 2. *Petulantia* Latinis sæpe significat maledicentiam, linguæ effusam procacitatem, effrenem aliis obtrectandi, & acerbis dicteriis ac conviciis proscindendi libidinem, schmähſucht. Tac. Hist. 2, 27, 4 *Postremo Valens & petulantia etiam perfidiam suspectabat.* Illam petulantiam non nisi linguæ procacitatem fuisse, & contumeliosa illa militum dicta, quæ jactabant: *coercitos a se quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam*, præcedentia declarant. v. Græv. ad Cic. fam. 6, 7 pr. Plur. Gellius 3, 3 *Delicta sua & petulantias dictorum, quibus multos ante laserat, ailuit.*

¶ Petulcus, *a, um*, lascivus, geil, muthwillig, stößig; ut, *Agni, capri petulci*, die da stoßen, Colum. 7, 3. *Petulcum vaccam*, quæ cornu petit, Severus Sulpitius dixit Dialog. 2, 9.

¶ Impetulans, *tis*, i. e. valde petulans, sehr frech und unverſchämt; ut, *Impetulans proruptio*, Matt. Cap ella lib. 8.

Petulus, petus, vide supra *Patus*.

PEVCE, *es*, f. πεύκη, genus arboris, quæ vel picea, vel larix, Plin. 11, 35,

II, 35, & 14, 7. ¶ 2. *Peuce* insula Mysiæ inferioris ad Istri ostia. v. Plin. 4, 12; & Val. Flacc. 8, 217 &c. Lucan. 3, 202.

PEVCĔDĂNOS, *i*, m. vel Peucedanum, *i*, n. πευκέδανος, planta, quæ & *fœniculum porcinum* dicitur, haarſtrang, ſaufenchel. vid. Apul. de Herb. c. 94 & 113. Et in altera forma Celſus 5, 18 &c. Plin. 25, 9 &c. & Scribon. Larg. Compoſit. 163 &c.

PEVCESTES, *æ*, m. Alexandri M. ſervator, cujus ſimulacrum ex ære Tiſicratis opus, Plin. 34, 8. conf. Curt. 9, 5, 14 & 17.

PEVCĔTIA, *æ*, f. peninſula ſic appellata a *Peucetio*, poſtea etiam Calabria & Meſapia dicta. v. Plin. 3, 11.

¶ Peucetii, *orum*, m. pl. populi, Plin. 3, 21; & Ovid. Met. 14, 513.

PEVMĔNE, *es*, f. πευμένη, ſpumæ argenteæ genus, Plin. 36, 6.

Pexatus, pexitas, vide ſupra *Pectен.*

PEZITA, *æ*, m. plur *pezitæ*, πεζῖται, ita a Græcis fungos dici, qui ſine pediculis naſcantur, Plin. tradidit 19, 3, ſchwämme ohne ſtiel.

PH. An omnia vocabula ſcripta per ph, ſint originis græcæ? & contra, an talia, ut latinitati vindicentur, ſcribi debeant per F? diſputat Corvinus Dubior. Rhetor. 10 dub. 9.

Phacelina vel Phacelitis Diana vide in F.

PHĂCIA, *æ*, f. φακία, lentigo faciei, varorum & lenticularum ſpecies, ſommerſproſſen, rieſel im geſicht, warzen, apud Celſum 6, 5. Dicitur etiam

¶ Phacos, *i*, m. φάκος, apud Dioſcoridem. Sed ¶ 2. *Phacos*, φακὸς, leguminis genus, quod Romani lentem ſive lenticulam dicunt, linſen, Dioſc. 2, 98. ¶ 3. Eſt etiam *Phacos* ſalvia, ſalbey, Apul. de Herb. c 101; Plin. 22, 25. Harduinus legit *Sphacos*. Conf. Dioſc. 3, 35.

¶ Phacoïdes, *is*, φακοειδὲς, herba a lentis ſimilitudine dicta, alias *Empetrum*, Dioſc. 4, 174.

PHÆAX, *ācis*, m. plur. *Phæăces*, φαίακες, populi Corcyræ ſub Alcinoo, luxu infames fuerunt, quemadmodum ex Homero videre eſt in Odyſſea 2. Vnde & Horat. 1 epiſt 15, 24 *Phæacem* pro bene habito & ex luxuria obeſiore dixit: *Pinguis ut inde domum poſſim Phæaxque reverti.* Et epiſt. 2, 28 ejusd. libri: *Nebulones, Alcinoique In cute curanda plus æquo operata juventus.* Phæacum quippe rex Alcinous fuit. ¶ 2. Scaliger Lect. Auſon. 1, 28 p. 80 Auſonio reſtituit ex MSS. *Tres primas Phæacum pugnas &c.* quaſi ex φέαξ, penultima correpta, & interpretatur de molliboribus ludis, curſu, lucta, ſaltatione, quibus ſolis operam dabant Phæaces, armis valere juſſis.

¶ Phæācus, & Phæācus, *a*, *um*, adject. Tibull. 4, 1, 78 *Finis & erroris miſeri Phæacia tellus.* Et Propert. 3, 1, 51 *Nec mea Phæacas æquant pomaria ſilvas.*

PHAECASIVS, *i*, m. ſive Phæcaſium, *i*, n genus calceamenti græcanici, cujus mentio apud Plutarchum, Appianum Civ. 5 p. 677, Heſychium, ein ſchuh. Seneca de Benef. 7, 21 *Pythagoricus quidam emerat a ſutore phæcaſia, rem magnam, non præſentibus nummis.*

¶ Phæcaſiatus, *a*, *um*, phæcaſiis calceatus, apud Senecam in epiſt. 113, & Iuvenalem 3, 218, quamquam loca aliter legat Pithœus. Petronius quoque c. 82 *Age in exercitu veſtro, phæcaſiati milites ambulant?* vide ibi Interpretes; & Turneb. Adv. 10, 7.

PHAEDON, *ōnis*, m. φαίδων, Elidenſis ſervus & auditor Socratis, poſtea ejus ſectæ philoſophus inſignis. Platoni valde fuit amatus, unde & divinum illum de animæ immortalitate librum ejus nomine perſcripſit: vide de eo Gellium 2, 18.

PHAEDRA, *æ*, f. Φαίδρα, filia Minois regis ex Paſiphae, uxor Theſei, quæ privignum Hippolytum parenti detulit, quaſi ſtuprum ſibi offerre conatus fuerit, quod ipſa ab illo fruſtra petierat. Vnde patris precibus pœna Hippolyto ex Neptuno. Ovid. Faſt. 6, 737 *Notus amor Phædræ, nota eſt injuria Theſei: Devovit natum credulus ille ſuum.* Adde Hygin. Mythol. fab. 47.

PHAEDRVS, *i*, m. Φαῖδρος, diſcipulus Platonis, & Platonis ejusdem liber nobilis. ¶ 2. Hoc nomine & Tiberii libertus fuit, qui Æſopicas fabulas verſibus jambicis elegantiſſime expoſuit. Primus eas Pithœus vulgavit: poſtea Rittershuſius, Rigaltius, alii Notis expolierunt. Ejus oratione nihil purius, caſtigatius, ſuavius eſt, in qua nativa illa ſermonis Latini indoles ita eſtulget, ut cum Lucretio, Catullo, Terentio comparari poſſit: Quo magis miror, Pet. Scriverium animadverſ. in Martial. 3 epigr. 20, harum fabularum auctorem indignum judicaſſe, qui ad optimum illud, quod præfert, ævum referatur: multo enim recentiorem fœtum eſſe, cui Nic. Perottus, Sipontinus pontifex, fuerit pater, adductus iis, quæ ille in Cornucopiæ ad Martialis 1 epigr. 76 de fabellis ſuis ex Avieno converſis refert, atque producit. Quis poſſit putare, Perottum inter primum renaſcentes litteras tam Latine, tam terſe ac eleganter ſcribere potuiſſe? Sane veterum Phædrum fabellarum auctorem eſſe, vincit etiam marmor vetus Albæ Iuliæ apud Gruterum, in quo Phædri de fabula 56 verſus NISI VTILE EST QVOD FACIAMVS STVLTA EST GLORIA legitur. Et ſolent in Inſcriptionibus hujusmodi non raro auctorum optimorum inveniri Chriæ. Optimum eſt conſulere vitam Phædri a Io. Scheffero Argent. compoſitam, & Fabricii Bibl. Lat. 2, 3 p. 316 ſqq. Scriverii ſententiam de Nic. Perotto, fabularum, quæ Phædro tribuuntur, autore, ſuam quoque fecit Ioh. Frid. Chriſtius, differt. ſingulari de Phædro. ¶ 3. Fuit & alius *Phædrus*, Epicureus philoſophus, cujus non ſemel Cicero meminit. vid. quæ ad Att. 13, 39 ext. notavit ex Reineſio Grævius.

PHÆNIĂNA, *æ*, f. Φανίανα, apud Ptolem. 2, 12 Rhetiæ urbs; alio nomine *Phæniana caſtra*, hodie Bebenhuſium, ſive Bubgau in Schwaben.

PHÆNŎMĔNA, n. plur. græc. φαινόμενα, a φαίνω, *oſtendo*, proprie ſunt *apparentia*, quæ quocunque ſenſu percipiuntur. Ita apud Phyſicos ſolenne eſt, ex phænomenis rerum ipſarum interiores indagare rationes. Speciatim ¶ 2. Aſtronomis *Phænomena* ſunt ſupra nos in cælis conſpicienda, die erſcheinungen am himmel. Ita notus eſt *Arati* liber *Phænomena* inſcriptus, a Ciceronе, Germanico, Cæſare, & Avieno Latino carmine redditus. De libro, *quo Naſo phænomena breviter comprehendit*, Lactant. 2, 5 n. 24. ¶ 3. Etiam medici *Phænomena* vocant, quæ in corpore obſervantur & in ſenſus incurrunt, ex quibus de morbo ſententia firmatur. vid. Octav. Horat. 2, 7.

PHÆNOMĔRIS, *ĭdis*, f. Φαινομὶς, *ĭδος*, Lacæna mulier, inter eundum femora retegens; vid. Plutarch in Num., & Pollux 7, 13.

PHÆNON, *ontis*, m. Φαίνων, Saturni ſtella, Cic. de N. D. 2, 20.

PHAEOCŌMES, *i*, m. i. e. fuſcam habens barbam, ein ſchwarzbart, nomen viri apud Ovidium Met. 12, 431.

PHAĔTHON, *ontis*, m. Φαέθων, Solis filius. Cic. Off. 3, 25 *Phaethonti filio Sol, factarum ſe eſſe, dixit, quicquid optaſſet. Optavit ut in currum patris tolleretur: ſublatus eſt, atque is, antequam conſtitit, ictu fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat ei, hoc promiſſum patris non eſſe ſervatum?* Ovid. Triſt. 1, 1, 79 *Vitaret cælum Phaethon, ſi viveret, & quos Optavit ſtulte, tangere nollet equos.* Fabulam copioſe enarrat 2 Met. pr. ¶ 2. Poetæ græci *Phaethontis* nomine frequenter ipſum appellant Solem ἀπὸ τῆ φάος, a *luce*, & ἄϊθω, *uro*. Virg. Æn. 5, 105 *Alterum Phaëthontis equi jam luce vehebant.* Vbi Servius: *Phaëthontis, Solis.* ¶ 3. Tiberius naturam ſævam probroſamque in Caligula animadvertens ſæpius præmonebat: *Exitio ſuo omnibusque Cajum vivere? & ſe matricem Pop. Romano, Phaethontem orbi terrarum educare*, Suet. Calig. c. 11 extr. ¶ 4. *Phaethon* etiam Iovis ſtella; vid. Cic. de N. D. 2, 20.

¶ Phaethontius, *a*, *um*, adject. Silius 7, 149 *Phaëthontius amnis*, id eſt, Eridanus, ſive Padus, in quem fingitur aduſtus Phaëthon decidiſſe.

¶ Phaëthontēus, *a*, *um*, idem. Ovid. Met. 4, 246 *Poſt Phaëthonteos vidiſſe dolentius ignes.*

¶ Phaethontis, *ĭdis*, f. patronym. Mart. 4, 32 de ape electro incluſa *Et latet & lucet Phaethontide condita gutta.* Avienus Phænom. Arat. v. 793

Illum prolixis darę Phaethontides ulnis
Planxerunt, id eſt, ſorores Phaëthontis.

¶ Phaëthontias, *ădis*, f. idem. Virg. ecl. 6, 62 *Tum Phaethontiadas muſco circumdat amaræ Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.* Nimirum in arbores ſuccinum ſtillantes ſorores Phaëthontis fabulantur converſas.

¶ Phaëthūſa, *æ*, f. Solis filia, ſoror Phaëthontis. Ovid. Met. 2, 346

E queis Phaethuſa ſororum Maxima &c.

PHĂGĔDAENA, *æ*, f. φαγέδαινα & φάγαινα, exulceratio eſt usque ad oſſa celeriter depaſcens, cum inflammatione ſaniem malo olentem emittens, & ad mortem perducens, der wurm, ein böß freſſend geſchwür, a φάγειν, *edere*: Plin. 23, 1. ¶ 2. Eſt etiam *nomen* morbi *ſine modo eſurientium*, ut deſcribit Plin. 26, 11 f. 58. Cæl. Aurel. Tard. 3, 3 *Eſt etiam phagedæna ex ſtomachi paſſionibus, qua affecto ſequetur cibi vehemens appetentia* &c. ¶ 3. Eſt etiam apum morbus, de quo Col. 3, 13, 10 *Cum vacuæ cerarum partes computreſcunt, & corrupto deinde melle apes ipſæ intereunt.*

¶ Phagedænicus, *a*, *um*, ad phagedænam pertinens, wurmfreſſend; ut, *Phagedænica ulcera.* Plin. 24, 4.

PHAGER, vel Phagrus, *i*, m. φάγερος, animal quoddam in aquis degens; Plin. 32 c. ult. eine art von braſſen, vide Geſnerum.

PHĂGO, *ōnis*, m. græcanica vox, latine *Edo*: qui multum vorat, ein freſſer, vielfraß. v. Nonium ex Varrone 1, 237. Vopiſcus in Aureliano c. ult. *Vehementiſſime delectatus eſt phagone, qui eo usque multum comedit, ut uno die ante menſam ejus aprum integrum, C panes, vervecem & porcellum comederet.* v. mox *Polyphagus.* Plura *phagunum* (& *Potorum*) exempla Lipſius exhibuit Centur. Miſcell. epiſt. 51.

¶ Phăgŏlœdŏrus, *i*, m. φαγολοίδορος, i. e. convicia devorans, & maledicta, qua voce uſus Hieronymus prologo in Ezech.

¶ Monophăgus, *i*, m. μονοφάγος, qui ſemotus ab aliis cibum ſumit. Athenæus notat, hunc morem diverſum eſſe a Romanis, qui ſimul cum amicis accumbebant. v. Caſaub. ad Hiſt. Aug. p. 80. Hinc *Monophagi* ſordidi & inhoſpitales, qui neminem invitant ad convivium, v. Eraſmi Adag.

¶ Monophagia, *æ*, f. μονοφαγία, victus ſine ſocio, criminis loco ſolitus quondam objici, ut Athenæus obſervat.

¶ Pamphăgus, *i*, m. παμφάγος, omnia devorans, der alles friſſet und verzehret. Nimirum *Pamphagi*, populi omnia mandentes, Plin. 6, 30: *Quibus*, ut Solinus c. 43 deſcribit, *eſca eſt, quidquid mandi poteſt, & omnia fortuito gignentia.*

¶ Pŏlyphăgus, *i*, m. πολύφαγος, ein vielfraß. Suet. Ner. c. 37 *Polyphagus crudam carnem mandere aſſuetus*, &c.

Phagrus, vide paullo ante *Phager.*

PHĂLACRŌCŌRAX, *ăcis*, m. Φαλακροκόραξ, corvus aquaticus eſt, ein waſſerrabe, ſic dictus a calvitie naturali, ut Plin. teſtatur 10, 48; Φαλακρὸν enim Græci *calvum* dicunt.

Phalæ, vide ſupra *Falæ.*

PHĂLAECVS, *i*, m. poëtæ nomen, a quo ut inventore

¶ Phalæcium, *i*, n. carmen dictum, quod & a numero ſyllabarum *Hendecaſyllabicum* dicitur. *Phalæcium* idem carmen dicitur apud Mart. Capellam 5 p. 168. v. Terentianus Maurus c. 71.

PHALANGA, *æ*, f. ſcribunt & *Palanga*, lignum aut fuſtis, quo onera aut loco moventur, aut geſtantur, aut naves in portum ſubducuntur, eine walze, rolle, ein hebebaum. Plin. 7, 56 *Prælium Aſii contra Ægyptios primum fecerunt fuſtibus, quos vocant Phalangas.* It. ¶ 2. Pertica, vectis, eine ſtange. Ambroſius T. 5 Serm. in feſto S. Cypriani de hiſtoria Num. 13, 24 *Botrum exploratores in phalanga ad filios Iſrael propriis humeris detulerunt:* Vet. Vulg. *in vecte.* Adde ſupra *Palanga.*

¶ Phalangārius, *i*, m. a *phalanga*, eſt bajulus, qui fuſti, ſeu perticæ, onus portat, ein träger mit einer ſtange, ein handlanger. Vitruv. 10, 8 *Onerum maxima pondera, cum feruntur a phalangariis hexaphoris, & tetraphoris, examinantur per ipſa media contra phalangarium, &c.* Gloſſ. Vet. *Phalangarii, οἱ τῶις δοκοῖς ἀποκειμνῶντες βάρη καὶ πλοῖα ἅμα βαστάζοντες.* Adde ſupra in *Palanga*, & in *Phalanx*, & Nonium 2, 725.

PHĂLANGĪTES, *æ*, m. vel Phalangium, *i*, n. Φαλάγγιον, herba quam & *leucanthemon* vel *leucacanthum*, ab aliis dici, Plinius obſervat 27, 12. grasslilien. Cordus *Liliaginem* vocat, Geſnerus *Aſphodelum Germanicum*, propter florum & radicum ſimilitudinem. ¶ 2. Aliam notionem *Phalangitæ* vide poſt paullo in *Phalanx.*

¶ Phalangium, *i*, n. idem quod *Phalangites*, uti jam dictum, Celſ. 5, 27; Plin. 11, 24, & 25, 10; item 27, 4 &c. ¶ 2. Et *Phalangium*, a-

reneus est, multorum generum, quorum nocentissimum *Tarantula* est, cui gigantea erō spinae. Plin. 29, 4; & Solin. c. 16. Theod. Priscianus c. 10 est *Phalangio, onis: Sparagus concussos a phalangionibus longe fit.*

PHALANTVS, *i*, m. Lacedæmonius Tarenti in Italia ad Galesum fluvium conditor, de qua ejus urbe Horatius 2 od. 6, 11 *Regnata Lacenā rura Phalanto.* conf. Iustin. 3, 4, 8.

¶ Phalanteus, *a, um*, adject. ut, *Phalanteum Tarentum*, Sil. 11, 16.

¶ Phalantīnus, *a, um*, idem; ut, *Agna Galesi Phalantini*, i. e. Agna Tarentina, apud Martial. 5 epigr. 38.

PHĀLANX, *angis*, f. φάλαγξ, acies Macedonica, quæ octo continebat peditum armatorum millia, cui troupp von 8000 mann. *Phalangas* enim Macedones, quas Romani dixere *Legiones.* Phalanga Macedonicam & ejus disciplinam egregie depingit Curtius 3, 2, 13. conf. quæ ad 5, 13, 10 Freinsheimius notat. Nero legionem, quam ex tironibus Italicis lenum pedum conscripserat, *Alexandri Magni Phalanga* appellavit; v. Suet. ejus vita c. 19 vide statim *Phalangarii.*

¶ Phalangārii, *orum*, m. pl. milites ex phalange. Lamprid. in Alex. Severo c. 50 *Fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari jussit.* ¶ 2. Pro bajulo, vide paullo ante in *Phalanga.*

¶ Phalangītæ, *arum*, m. pl. idem; de quibus sic Livius 37, 40 *Pecem & sex millia petitum, more Macedonum, armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.* Adde 42, 51; 43, 18 & Crophii Antiq. Maced. Lib. 3 c. 5.

Phalarica, vide supra *Falarica.*

PHALARIS, *idis*, m. Φάλαρις, Agrigentinorum tyrannus omnium crudelissimus, ut eum Cicero vocat in Verr. 4, 33, qui & Φαλαρισμὸν ab eo pro *tyrannide* dixit ad Attic. 7, 12. Iuvenal. sat. 8, 79 *Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem Integer, ambigua si quando citabere testis Incertaque rei, Phalaris licet imperet, ut sis Falsus, & admoto dictet perjuria tauro.* De tauro ideo poeta meminit, quod Phalaris in taurum æneum mittere homines supplicii causa solebat & flammis subjectis enecare: quo tamen ipse, qui invenerat, Perillus inclusus novissime periit: de quo Cic. Verr. 4, 33; & de Off. 2, 7; itemque Heraclides Ponticus de Politiis, Plin. 34, 8; & Ovid. de Art. am. 1, 655. ¶ 2 *Phalaris*, φάλαρις, herba, milium silvestre putat esse Matthiolus. v. Plin. 27, 12. ¶ 3. Est & avis, *Phalaris*, ein muttervogel. Eber. Gesner. Varr. R. R. 3, 11; & Col. 8, 15 apud quem scribitur *Phalerides*; ut & apud Plin. 10, 48 f. 67.

¶ Phalarismus, *i*, m. Φαλαρισμὸς, tyrannis est Cic. Att. 7, 12, tyranney.

PHĀLĔRAE, *arum*, f. pl. Φάλαρα, quamquam & singulare reperitur, ornamenta sunt equitum nobilium, & ipsorum equorum, schone reuter-rüstung und pferde-schmuck. Cic. Verr. 3, 80 *Q. Rubrium excellentem virtute, auctoritate, copiis, corona & phaleri & torque donasti.* Virg. Æn. 5, 310 *Primus equum phaleris insignem victor habeto.* Liv. 22, 52 *Argenti plurimum in phaleris equorum erat.* Cæterum omnino etiam equitum insigne fuisse, contra Cerdam, qui solis equis attribuerat, disputat Drakenb. ad Sil. 15, 255. ¶ 2. *Phalerae* inter insignia principatus fuisse observat Barth. ad Claud. de 4. Conf. Honor. v. 549. Quod simpliciter ita accipiendum non est, quasi *Phalerae* non nisi principibus ac imperatoribus competierint, exclusis equitibus: quorum & ipsi equi omnino phalerati fuerunt, sed non tam splendide & pretiose, ut principales. In Flori loco, quem allegat ex 1, 5, 6, non regum aut imperatorum tantum, sed ordinum quoque aliorum insignia enarrantur. Alias & annuli etiam, de quibus ibidem memorat, non nisi principum fuissent. Heraclianus quoque, quem ibi citat, cum Φάλαρα βασιλικὰ dixit, eas intelligit phaleras, qualibus uterentur reges & principes: non quia regum ac principum unice essent. ¶ 3. *Ad populum phaleras*, proverb. ex Persii sat. 3, 30; i. e. apud rudes & imperitos te jactes, cum prudentioribus glaucoma objicere nequeas, rodomontaden gegen vor die einfältigen. v. Manut. in Quæst. epist. 2, 10.

¶ Phalero, *are*, ornare, putzen, zieren schmücken. Usus Ambrosius in Lucan. 2, 18 *Plebem Dominus simplicem requirebat, quæ phalerare auctor & fucare nescivit.* Id. de Offic. 1, 12 *Eloquentiæ phalerandæ gratia.*

¶ Phaleratus, *a, um*, phaleris ornatus, geziert mit pferdezeug ut. *Phalerata equus*, Liv. 30, 17. Id. 43, 5: & Obsequ. c. 129. *Armillata & phalerata Mazacum turba.* Suet. Ner. c. 30 ext. ¶ 2. Fucatus, & ad speciem ornatus, per metaph. ut, *Phalerata dicta*, glatte, geschmierte worte, rodomontaden. ut, *Phaleratis dictis suis ducitas me*, &c. Ter. Heaut. 3, 2, 15.

PHALĒRUS, *i*, m. Iasonis comes in expeditione Colchica: Valer. Flacc. 1, 398, & 6, 218. Hinc

¶ Phalerēus, *a, um*, adject. ut, *Phalereus portus*, primus ille & antiquissimus Atticorum, Nepos 2, 6, 1. ¶ 2. Hinc etiam nomen *Demetrii Phalerei*, quamquam illius penultima corripienda ex Φαλληρεύς, ut Orpheus e Orpheus. vide supra *Demetrius.* ¶ 3. *Phalereus quidam, deplorata a medicis vomica morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoste*, Plin. 7, 50. Sed legendum *Iason Pheraeus*, ubi vide.

PHALLVS, *i*, m. φαλλὸς, pl. *Phalli*, simulacra virilium pudendorum. Usus eorum in turpissimis Bacchi sacris. Vide Suidam in hoc verbo: Herodotum 2, 48, & Schol. Aristoph. Achar. 242. ¶ 2. *Phalli* erant etiam notabilis altitudinis columnæ, vid. Lucian. de Dea Syr. p. 672.

¶ Phallicus, *a, um*, adjectivum, obscenus; ut, *Poeta Phallicus*, auctor Priapeiorum carminum.

¶ Phallophorus, *i*, m. φαλλόφορος, phallum ferens vid Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 6, 17. Item *Hyphallus*, de quo supra in *I.*

¶ Phallĭvitrĭbŭlum, *i*, n. obscenæ figuræ poculum, sive ex vitro Priapus, apud Capitol. in Pertinace c. 8. Vide ibi Casaubonum: quamquam lectionem Salmasius solicitat.

¶ Tripbollus, *i*, m. nomen Priapi in carmine Tibulli Priapeo (8, 3: ubi alii *Priape* legunt, alii *Tripalle*; v. ibi Scalig. p. 211.

PHYNAEVS, *i*, m. promontorium in Chio insula, optimo vino celebratum, a Phanaeo rege sic dictum: Virg. Georg. 2, 98.

Phanticus, vide supra *Fanum.*

PHĀNIA, *æ*, m. Appii Pulchri libertus, apud Cic. fam. 3, 1. ¶ 2. *Phania* quidam congestas ex opes domi recondisse mentiebatur, quod ultimo Odysseæ libro reliquit Eustachius. Hinc *Pomnia* dicti omnes, qui, cum tenuis fortunæ fuit, summas tamen divitias jactant & simulant. vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 6, 18.

PHANTASIA, *æ*, f. Φαντασία, vulgo dicitur animæ nostræ pars, quæ rerum imagines recipit, qui facta, defingunt homines, die einbildungs-kraft; de commemorato infantiæ genere Celsus 3, 18, *Insaniæ genus est, cum imaginibus, non mente fallumur: qualem insanivisse Ajacem vel Orestem, poetarum fabulæ memorant.* Quantum in institutione Phantasiæ possit, de eo luculentum locum apud Oppianum habemus lib. 1 κυνηγ. v. 330. Vide ibi & Ritterhusium. ¶ 2 Ipsas *Visiones animi* Φαντασίας interpretatur Gellius 19, 1. Sic *Phantasias* vocant rhetores conceptus mentis, cum fingunt aliquid, quod circa rem aliquam contingere possit, quamvis numine contingat, a qua re dicuntur ἐυφαντασιῶτοι. Sen. Suasor 2 CESTIVS *cum ceteri ipsi fisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent, adjecit:* PER SEPVLCRA NOSTRA IVRAPITVR. NICETAS *longe distortius hanc phantasiam movit, &c.* conf. Voss. 6 Inst. Orat. p. 447 & Viri docti ad Longi. 1. 15. Vulg. Interp. Sirac. 34, 5 *Sicut parturientis cor tuum phantasias patitur.* ¶ 3. Convicium est apud Petron. c. 38 p. 168 *Phantasia non homo*, ut *somnium* &c.

¶ Phantăsma, *ătis*, n. Φάντασμα, imaginatio rei sive idea, ein bild oder eine vorstellung im gehirn oder kopf. Augustin. de Trinit. 8, 6 *Alexandri illum cum eloqui volo, quam nunquam vidi, præsto est apud me phantasma ejus. Cum enim a multis audissem, & credidissem, magnam esse illam urbem, sicut mihi narrari potuit, finxi animo meo imaginem ejus, quam potui.* ¶ 2. Spectrum, ein gesicht, gespenst. Plin. 7 epist. 27 pr. *Perquam velim scire, esse ali quid phantasmata, an &c.* ubi alii *phasmata* malunt legere. Vulg. Interp. Marc. 6, 49 *Putaverunt phantasma esse.* conf. Matth. 14, 26. Et Alcimus Avitus 2, 68 de Satana: *Del sos fagiens vano phantasmate tactus.*

¶ Phantasmaticus, *a, um*, φανταστικὸς, phantastisch: item voll gespenster. Sarisb. 2, 15 *Locus imaginum phantasmaticarum fœcundior.*

PHAON, *ōnis*, m. Φάων, *ωνος*, Veneris & postea Sapphus amasius. v. Perizon. ad Ælian. H. Var. 12, 18. add. Theod. Canterus Var. Lect. 1, 19.

PHĀRAO, *ōnis*, m. est dignitatis nomen, quo primitus reges Ægyptii appellati fuere, ut ex Eucherio ad Sidonium Savaro observat. De origine & notione vocabuli vide Bochartum in Phaleg 2, 26 extr. & Ath. Kircherum in Lingua Copta restituta tuppiem. c. 6 p. 589.

PHĀRĔTRA, *æ*, f. Φαρέτρα, ein köcher oder pfeilsack. Hinc *Sagittiferæ pharetræ*, Statio Achill. 1, 416. Et Horat. 1 od. 22, 1 *Integer vitæ scelerisque purus, Non eget Mauri jaculis, nec arcu, Nec venenati gravida sagittis, Fusce, pharetra.* Penultima poëtis anceps est. Virg. Æn. 1, 327 *Succinctas pharetra.*

¶ Pharetrātus, *a, um*, pharetram gerens, der köcher und pfeil hat; ut, *Pharetratus miles*, Sil. 7, 636. *Pharetratus puer*, Cupido, Ovid. Met. 12, 525. *Virgo pharetrata*, Diana, Idem Amor 1, 1, 10.

¶ Phāretrĭger, *a, um*, idem. Silius 14, 287 *Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas.*

PHARIA, *æ*, f. insula Illyrici maris cum oppido, Plin. 3, 26. Hanc Strabo *Pharum*, Φάρον, vocat lib. 7 p. 218, adferens, olim *Parum* appellatam fuisse, quod oppidum ejus insulæ Parianorum esset colonia. ¶ 2. *Pharia*, uvæ genus apud Pilas, Italiæ civitatem, unde & *Pharium vinum*, Plin. 14, 3.

PHĀRICON, *i*, n. Φάρικον, vel Φαρικὸν venenti genus, vel ab insula Pharo, vel ab inventore Pharico. Plin. 28, 10. Dioscor. in Alex. c. 19. *Pharicum* vocat Scribon. Larg. Compolit. 106.

PHĀRĪSAEVS, *i*, m. Φαρισαῖος, *separatum* significat, ab Ebræo, *Parash*, quod est *dividere*; quod separati a vulgo agerent sanctimonia vitæ; quam originationem aliorum præfert Casaubonus, qui ab interpretatione Legis hic appellatos existimabant, ad Acta Apost. c. 22, 3. De hac Judæorum secta & ejus dogmatibus Iosephus & Suidas videndi. Ex Iunioribus Scaliger Triharef. Nic. Serrarius Elencho c. 8. Fullerus Miscell. Sacr. 2, 3, itemque Grotius ad Matth. c. 22, 27 & 28. De phylacteriis eorum & Decalogo in fimbria vestis inscripto Hieronymus in c. 22 & 23 Matthæi: quem notat tamen Scaliger paullo ante laudato loco Tertull. de Præscript. c. 45 *Pharisæi addi amenta quædam legi adstruendo a Judæis divisi sunt.* ¶ 2. Adjective Iuvencus 2, 612 *Cæca Pharisæa factio gentis.* Et Sedul. patch. 3, 403 *Pharisæa potens convivia.*

¶ Pharisæus, *a, um*. Hieronymus adv. Vigilantium sub epist. 53 p. 160 *Sepulcra Pharisaica foris dealbata sunt, cum intus immundo cinere fordeant.*

PHARMĂCVM, *i*, n. Φάρμακον, vocabulum μέσον, medicamentum & venenum significans, arzney und gift. Caius ICt. L. 236 de Verb. signif. *Quod nos venenum appellamus, Græci* Φάρμακον *dicunt: apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur.*

¶ Pharmăcus, *i*, m. Φαρμακὸς, venefici, sacrilegus, scelestus, ein zauberer, ertzbübe. Petron. c. 107 *Pharmace responde.* Ex usu Græcorum, v. g. Aristoph. Equ. 1402. v. Erhard. p. 494 sq. Burm. Inter victimas veterum etiam fuisse dicuntur homines *Pharmaci* dicti, qui publice faginati civitates suo expiarent interitu, teste Leonico Hist. Var. 3, 33 apud Vitrinum Analect. Sacr. Vol. 1 fasc. 1 n. 29 p. 23. Sed aliter Eustath. ad Odyss. X extr. p. 1731. 15. Add. Perit. ad LL. Att. 7, 1. De his, qui mactarentur, Fl. Valer. ad Harpocrat. in Φαρμακός.

¶ Pharmăcopōla, *æ*, m. Φαρμακοπώλης, qui pharmaca vendit, ein apotheker. ¶ 2. Veteribus *Pharmacopolæ* dicebantur agyrtæ medicamentarii, qui circulati per regiones dicto medicinas, revera mendacia venditabant, theriaks krämer marckschreyer. Vnde *Pharmacopolam circumforaneum* Cicero dixit, pro Cluent. c. 14. Et Cato apud Gellium 1, 15 *Itaque auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam. Nam ejus verbo audiuntur: verum ei se nemo committit, si æger est.* Glossæ Cyrilli Φαρμακοπώλην *Aconitarium* interpretan-

pretantur: quod Pharmacopolæ iſti non raro aconita, ſeu toxica, miſcebant & propinabant redemti: qualem L. Clodium apud Ciceronem leginus pro Cluentio c. 14. Horat. 1 ſat. 2 pr. *Ambubajarum collegia, Pharmacopolæ, &c.*

¶ Pharmăcopōlium, *i*, n. Φαρμακοπώλιον, die apotheke.

¶ Pharmăcevtice, *es*, f. Φαρμακευτική, medicina, quæ per medicamenta curat, die apotheker-kunſt. Celſus præfat. lib. 1.

¶ Pharmăcevtria, *æ*, f. Φαρμακευτρία, *æ*, f. Virgilii ecloga 8 de veneficiis, vel venefica *Pharmacevtria* interibitur, eine zauberin.

¶ Enneapharmăcum, *i*, n. ἐννεαφάρμακον, emplaſtrum ad puſ movendum & ad purgandum valens; conſtat ex novem rebus. vid. Celſ. 5, 19, 10.

¶ Pentapharmăcum, *i*, n. πενταφάρμακον, medicamentum ex quinque ſpeciebus compoſitum. Ælii Veri ab Adriano adoptati fuit illud commentum edulii, quo ſemper Adrianus eſt uſus, ut *ſumen, phaſianum, pavonem, pernam craſſulatam & aprugnam* confunderet, id *Pentapharmacum* dixere. vid. Spartianus in Ælio c. 5. Sic &

¶ Tetrapharmăcum, *i*, n. τετραφάρμακον, cibi genus ex quatuor pretioſis obſoniis, Spartianus l. c. *Tetrapharmacum, aut potius Pentapharmacum.* De emplaſtro Celſus 5, 28, 4 de Sacro igne: *Emplaſtrum vel Heræ, vel tetrapharmacon, &c.* adde etiam Celſ. 5, 15, 9; item 6, 3 & 18, & Veget. 3, 21.

PHARMACŪSA, *æ*, f. inſula ad litus Aſiaticum, ſupra Miletum, hodie *Parmoſa* corrupte dicitur, auctore Bellonio. Suet. Cæſ. c. 4 *Circa Pharmacuſam inſulam a prædonibus captus eſt.*

PHARNĂCES, *is*, m. Ponti rex, Mithridatis illius Romanorum hoſtis avus vel proavus, de quo Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 8 p. 479 ſq. ¶ 2. Alius ejusdem Mithridatis filius, quem in bello adverſus Pompejum Cæſar vicit, ac de eo poſtea illud jactavit, *veni, vidi, vici.* v. Suet. in Cæſare c. 37.

¶ Pharnăceon, *i*, n. a Pharnace, rege illo Aſiæ, inventore dicitur herba panax, ſive centaurium, Plin. 25, 4.

PHARSĀLVS, *i*, oppidum Theſſaliæ, a quo *Pharſalia* regio circa illud. v. Strabo lib. 8 & 9. Catullus 65, 37 *Pharſalum coeunt, &c.* vide poſt paullo in *Pharſalius.* Ad illud oppidum patentes campi ſunt, in quibus Cæſar memorabili clade Pompejum vicit, unde *Pharſalia* ipſa illa clades dicta eſt Lucano. Sed & opus ſuum de clade illa & bellis inter Cæſarem & Pompejum geſtis *Pharſaliam* Lucanus appellavit. Sic enim ipſe lib. 9, 985 ſcribit:

Pharſalia noſtra
Vivet, & a nullo tenebris damnabitur ævo.

¶ Pharsālius, & Pharſalicus, *a, um*, adjectiva. Catullus 65, 37 *Pharſalum coeunt: Pharſalia tecta frequentant.* ubi Voſſius *Pharſaliam* legit & ſecundam communem eſſe contendit; contradicente Burm. ad Calpur. ecl. 4, 101. Et Lucanus 5, 391 *Pharſalicus annus*, quo prælium in campis Pharſalicis commiſſum fuit. Et, *Pharſalica pugna*, Cic. Phil. 14, 8.

PHĀRVS, vel Pharos, *i*, f. inſula prope Alexandriam Ægypti, in qua turris ingens fuit alba lapillo a Sostrato Gnidio Ptolemæi Philadelphi auſpiciis exſtructa, in qua noctu accenſæ faces navigantium curſus dirigebant, quæ & ipſa *Pharus* dicta, quod nominis ad cæteras poſtea ſpeculas in ejusmodi uſum exſtructas tranſivit, eine leuchte auf dem meer, eine warte. Plin. 38, 12; Strabo lib. 17. Exempla habes apud Suet. Tib. c. 74; Calig. c. 46; & Claud. c. 20 extr. De Pharo Ægypti ita Stat. 3 Silv. 5, 100 *Vbi dulcia nautis Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula lunæ.* Et Cæſar B. C. 3, 112 *Pharus eſt in inſula turris, magna altitudine, mirificis operibus exſtructa, quæ nomen ab inſula accepit.* Pharus enim inſula objecta Alexandriæ, molibus & ponte cum oppido conjungitur, & portum efficit, ut ibidem Cæſar docet. ¶ 2. Eleganti metaphora Tertullianus *Pœnitentiam & Exomologeſin, duas humanæ ſalutis Pharos* appellavit lib. ext. de Pœnitentia. Sed de lectione Rigaltius dubitat, quem videas. ¶ 3. Synecdochice pro Ægypto, regno Ægyptio. Lucan. 8, 443 *Petimus Pharon arvaque Lagi.* Stat. 3 Silv. 2, 102 *Regina Phari.*

¶ Pharius, *a, um*, adject. pro *Ægyptius* & *Alexandrinus*, apud poëtas: ut *Pharius rex*, Lucan. 6, 306. *Pharia unda*, Id. 3, 260, id eſt, Nilus. *Iactans Pharia tinnula ſiſtra manu*, Ovid Pont. 1, 1, 38. *Pharia puppis*, Stat. 5 Silv. 5, 66. Ita *Pharius piſcis* Ovid. Art. am. 3, 270 crocodilus eſt. Verba ejus ſunt: *Nigrior ad Pharii confuge piſcis opem.* Fuco autem adhibitum crocodili ſtercus Horatius docet Ipod. 12, 11. Sed hæc κατὰ συνεκδοχήν. Proprie Lucanus 9, 1005 *Pharias flammas* illum ignem dixit, qui ex turri Pharia navigantibus portum Alexandrinum oſtendebat.

PHĀSĒLIS, *is*, f. urbs Pamphyliæ in monte ſita, piratarum ac prædonum perfugium, quod ipſum deinde per antonomaſian ſignificat, ein raubneſt. Cic. Verr. 4, 10 Primo quæ fuerit *Phaſelis* enarrat, deinde de Mamertinis, *hæc*, inquit, *civitas iſti prædoni ac piratæ Siculenſi Phaſelis fuit, huc omnia undique deportabantur.* Lucan. 8, 25 *Parva Phaſelis dicitur.*

¶ Phaſelītæ, *arum*, m. pl. incolæ, qui piſciculos falſos Deo ſuo obtulerunt; unde *Phaſelitarum ſacrificium*, de ſordido ac tenui ſumptu, ſchlechter aufwand. vid. Chiliad. & Cic. Agrar. 2, 19.

PHĀSĒLVS, *i*, m. Φάσηλος, genus naviculæ brevioris, quo Ægyptii voluptatis cauſſa in Nilo flumine utebantur: cujusmodi Veneti *Gondolas* vocant, ein klein ſchiff. Virg. Georg. 4, 287 *Nam qua Pallai gens fortunata Canopi Accolit effuſi ſtagnantem flamine Nilum Et circumpictis vehitur ſua rura phaſelis.* Vbi Servius: PHASELIS, *brevibus phaſelis, quibus utuntur, cum ſtagnaverit Nilus.* vid. Dedicatio phaſeli Catulliana p. 4, & comm. inprimis If. Voſſii p. 10. Parvas fuiſſe has naviculas, præter Virgilium & Martialis 10 epigr. 30, & Iuvenalis 15, 125 teſtantur. Sed Iuvenalis etiam *teſt ecos*, ſeu *ſtellio*, fuiſſe oſtendit. De his intelligendus eſt locus Strabonis lib. 17, cum in deſcriptione Canopi ante omnia memorabilem turbam eorum tradit, qui ad feſtivos conventus per foſſam Alexandria deſcendunt. *Nam ſingulis diebus*, inquit, *& naviculorum plena eſt foſſa vires ac mulieres vectantium, qui extrema cum laſcivia cantant atque tripudiant.* Quibus ſimilia de lacu Bajano Seneca prodidit epiſt. 51. Nonio 13, 7 *Faſelus* eſt *navigium Campanum*: nec tantum minoris generis, ſed omnino etiam grandioris. Affert enim Salluſtii hæc verba: *Et forte in navigando cohors una, grandi faſelo vecta, a ceteris decerravit.* ¶ 2. *Phaſelus*, &

¶ Phaſĕŏlus, vel Phaſiolos, *i*, m. dimin. legumen, welſche bonen. Apic. 8, 6 pr. *Coques cum phaſeolis paratariis.* Plin. 27, 11 *Ipsyron aliqui Phaſiolon vocant.* conf. Colum. 2, 10; & 11, 2. v. ſupra *Faſelus.*

¶ Phāsĕlīnus, *a, um*, quod ex legumine phaſelo conficitur, ut, *Phaſelinum oleum*, bonen-öl, Plin. 23, 4.

PHASGĀNIVM, *i*, n. Φασγάνιον, herba eſt, germanice ſchwertel. Plin. 25, 11. Apulej. de Herb. c. 46.

Phaſianarius, phaſianus, &c. Phaſiolos, vide *Phāſis, Phaſelus.*

PHĀSIS, *is*, f. Φάσις, Aſtrologis eſt apparitio vel affectio corporum cæleſtium, præſertim lunæ; ut, *Phaſes lunæ*, mondsgeſtalten.

PHĀSIS, *ĭdis*, fluvius Colchidis. Ovid. Met. 7, 6 de Argonautis: *Contigerant rapidas limoſi Phaſidos undas.* Et Val. Flaccus principio operis: *Fatidicamque ratem, Scythici quæ Phaſidos oras Auſa ſequi.* ¶ 2. *Phaſis*, urbs Colchorum ad oſtium cognominis fluvii. Mela 1, 19 *Hic ſunt Colchi: hic Phaſis erumpit: hic eodem nomine quo amnis eſt, a Themiſtagora Mileſio deductum oppidum.*

¶ Phāsias, *ădis*, f. gentile, i. e. Medea. Ovid. de Art. am. 2, 382 *Barbara per natos Phaſias ulta ſuos.* Contracte idem *Phaſida* vocat, i. e. *Phaſiadem*, Faſt. 2, 42.

¶ Phāsĭăcus, *a, um*, adject. Colchicus, ſeu quod Phaſidis fluminis eſt; ut, *Phaſiaca aqua*, Ovid. Heroid. 12, 10. Et *Phaſiacæ gramina terræ*, Id. de Remed am. v. 261. Et, *Phaſiaco ſtetiſſe portu*, Sidon. carm. 9, 63. Et, *Phaſiaca conjux*, i. e. Medea, Sen. Herc. Oet v. 948.

¶ Phāsĭānus, *a, um*, aliud adjectivum, unde *avis Phaſiana* dicitur, ein faſan, faſan-hun. Hinc

¶ Phaſiana, *æ*, f. ſubſtantive de fœmina. Plin. 10, 48 *Phaſianæ in Colchis.* ad. ibid. c. 52; & Suet. Calig. c. 22. A Phaſide fluvio nomen habent, quod vel plures ibi, quam in cæteris locis: vel inde primum per Argonautas in Græciam invectæ. Martialis 13 epigr. 72, quod *Phaſianus* virili genere inſcriptum eſt, ſed rectius muliebri legitur, ut ex ipſo epigrammate conſtat:

Argoûs primum ſum transportata carinâ,
Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

¶ Phāsĭānus, *i*, m. ſubſtantive etiam & viriliter eſt illa avis, ein faſan. Lamprid. Alexandro c. 41 *Aviaria inſtituerat pavonum, phaſianorum, gallinaceorum &c.* Adde Suet. Vitell. c. 13; Pallad. 1 tit. 29; & Plin. 11, 37 & 48.

¶ Phaſianinus, *a, um*, vom faſan; ut, *Phaſianina ova*, Pallad. l. c.

¶ Phaſianārius, *i*, m. ein faſanen-wärter. Paul. ICt. l. 66 ff. de legat. 3 *Phaſianarii & paſtores anſerum.*

PHASMA, *ătis*, n. φάσμα, apparitio, ſpectrum, ein geſicht, eine erſcheinung. Plin. 7 epiſt. 27 *Perquam velim ſcire, eſſe aliquid phaſmata, an inania & vana ex metu noſtro imaginem accipere.* Ita plures legunt: alii *phantaſmata*, ut ſupra ſub *Phantaſia* in *Phantaſma* quoque dictum fuit. ¶ 2. Et fabulæ nomen apud Menandrum. Ter. in prol. Eun. v. 9 *Idem Menandri Phaſmata nunc nuper dedit.* v. ibi Donatum. Iuvenalis 8, 186 *Clamoſum ageres ut phaſma Catulli.*

PHASSĂCHĀTES, *æ*, m. Φασσαχάτης, gemma, Plin. 37, 10.

PHATNAE, *arum*, f. φάτναι, ſtellæ in cancri ſigno, quæ etiam *Præſepe* a Latinis dicuntur. Cic. ap. Priſcian. 16 p. 1034 *Tenui quæ candent lumine Phatnæ.*

PHAVLIA, *æ*, f. Φαυλία, oliva minimo ſucco, Plin. 15, 3.

PHAVNVS, *i*, m. idem qui *Faunus*, de quo ſupra. Plin. 16, 44 *Oleaſtro deputato quod gignitur, vocant Phaunus*, quaſi ſilvarum Deos.

Phavorinus, Pheaces, vide ſupra *Favorinus, Phœax* n. 2.

PHĒGEVS, *ei*, m. famuli nomen apud Virgil. item ducis apud eumdem & Statium. vid. Virg. Æn. 5, 263; & 9, 765; & 12, 371. Stat. Theb. 2, 609 & 7, 603. ¶ 2. *Phegeus* pater fuit Alphesibœæ, de quo Ovidius Met. lib. 9. Hinc

¶ Phēgēius, *a, um*, adject. ut, *Enſis Phegeius*, ibid. v. 412.

¶ Phegis, *ĭdis*, f. patronym. i. e. Phegei filia, Alphesibœa. Ovid. Rem. Am. v. 455 *Amphilochi frater ne Phegida ſemper amaret.*

PHELLANDRION, *i*, n. φελλάνδριον, herba folio apii, Plin. 27, 12.

PHELLVS, *i*, m. φελλός, Latinis ſuber eſt, pantoffel-holtz, alias ὕλος, Vitruv. 9 latine uſus eſt pro horologii parte ex hoc ligno facta.

PHĒMIVS, *i*, m. citharœdus, Homeri præceptor, quem ipſe inducit cantantem Odyſſ. 1. Ovid. Amor. 3, 417

Quid juvat, ad ſurdas ſi cantet Phemius aures.

PHĒMONŌE, *es*, f. filia Apollinis, Sibyllarum una, quæ prima Delphici oraculi vates fuiſſe & carmen heroicum inveniſſe dicitur. De eadem Statius 2 Silv. 2, 39, & Lucan. 5, 126.

PHĔNĔVM, *i*, n. vel Pheneus, *ei*, f. urbs Arcadiæ, juxta quam eſt lacus ejusdem nominis, cujus aquæ nocturno tempore perniciosæ, interdiu ſalubres. v. Ovid. Met. 15, 332. Ibi & naſcitur Molus herba, contra omnia veneficia præſens remedium; Plin. 4, 4; & 21, 9.

PHENGĪTES, *æ*, m. Φεγγίτης, lapis durus, marmoris inſtar candidus, atque translucens, ein glasſtein. Plin. 36, 22. Suet. Domitiano c. 14, à φέγγος, *ſplendor.*

PHĒNION, *i*, n. herba, quæ & *anemone* dicitur. Plin. 11, 23.

PHĔRAE, *arum*, f. pl. oppidum Theſſaliæ, Plin. 4, 8. Cic. Divin. 1, 25.

¶ Pheræus, *a, um*, adjectiv. ut, *Alexander Pheræus*, qui tyrannus crudeli dominatu tenuit Pheræos, quemque uxor, Thebe nomine, cum ſimul cubaret, noctu occidit. vid. Cic. de Invent. 2, 49. Ovid. in Ibin v. 321. Notus eſt etiam *Iaſon* ille *Pheræus*, Prometheus Theſſalus, de quo ſuo loco. Admetus quoque Pherarum rex fuit, unde Ovid. Art. am. 2, 239 *Vaccas Pherææ* paviſſe Apollo dicitur. Sic, *Pheræi duces*, i. e. Theſſalici, Stat. Theb. 2, 163. *Campi Pheræi*, Val. Flacc. 1, 444.

PHĔREClVS, *i*, m. architectus, qui, ut Homerus ait, Paridi ad raptum Helenæ ituro naves fabricavit. Hinc

¶ Phereclēus, *a, um*, adj. ut, *Phereclea puppis*, Ovid. Heroid. 15, 22

PHĔRECRĂTES, *is*, m. Φερεκράτης, Atheniensis poëta comicus, qui

ſub Alexandro M. militavit. v. Suid. ¶ 2. Alius a Deucalione ortus v. Cic. Tuſc. 1, 10.

PHĔRĔCȳDES, *is*, m. Φερεκύδης, philoſophus Syrus, Pythagoræ magiſter. Qui primus animum ſempiternum dixit, Cic. Tuſc. 1, 16; & Divin. 1, 50. Obiit *copiâ ſeptentium e corpore ejus erumpente*, Plin. 7, 51, (ita enim phthiriaſin circumſcribit). v. Laert. & Heraclides de Politiis in Samiorum Rep. Add. Salm. Exercit. Plin. p. 592 ſq. Intr. ad Ælian. 4, 28 & 5, 2 H. V.

¶ Pherecȳdeus, *a, um*, adj. Cic. Divin. 2, 13 *Quale Pherecydeum illud, quod eſt a te dictum.*

¶ Pherecydes, *um*, m. pl. patron. Ita Silius 12, 159 Puteolos vocat *Pherecydum muros*. v. Heinſ.

Pherenice, vide ſupra *Berenice.*

PHĔRĒTIĂDES, *is*, m. gentile. Ita vocatur Admetus Pheretis filius, pro quo Alceſtis uxor morti ſe obtulit. v. Ovid. Art. am. 3, 19.

Pheretrum, vide ſupra *Feretrum.*

PHERNE, *es*, f. φερνή, dos quæ cum ſponſa datur, die morgengabe, das heyrathsgut. v. Pollux 3, 4.

¶ Antipherna, *orum*, n. pl. ἀντίφερνα, ita vocant ICti ea, quæ maritus uxori remunerandæ dotis cauſſa largitur, ein gegengeſchenck, gegenvermächtniß. vid. l. ult. C. de donat. ante nupt.

¶ Parapherna, *orum*, n. pl. παράφερνα, peculium quod datur præter dotem, was über die mitgifft der braut mitgegeben wird, zugebrachtes gut, kaſten-geräthe. vid. l. 9 § 3 D. de jur. dot.

¶ Paraphernālis, *e*, zur gerade gehörig; ut, *Paraphernalia bona*, gerade-ſtücken, apud ICtos.

PHEROMBROS, *i*, m. cucumis ſilvaticus, Apul. de Herb. 113.

PHETRIVM, *i*, n. in Inſcript. Grut. p. 214 eſt locus, quem *curiam* alioquin Latini, Græci vero φρατρίον, Φάτριον, vel Φήτριον, itemque φράτιον dixere. Pollux 3, 52 τὸ ἱερὸν, ἃς ὁ συνήεσαν (οἱ φρατορες) φράτριον ἐκαλεῖτο. Euſtath. ad ιλ. β p. 239 ed. Ro. ubi ex inſtituto quid Φρήτρη, Φρήτορες, φρατρία eſſet, diſputat, atque indifferenter φατρίαν atque φρατρίαν dici monet, v. 30 Φράτιον, inquit, τόπος, ἐν ᾧ οἱ τῆς αὐτῆς φρατρίας συνήγοντο. Ead. fere habet ad ιλ. ι p. 735, 48. Et conſtat vel ex Appiani loco de B. Civ. 3 p. 586, C. Κυρίας γὰρ ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιρῶντες, καλεῖν ὡς Ἕλληνας ἐκαζοντι φάναι φατρίας. Iam *Auguſtales*, quibus *phetrium* ædificatur in inſcriptione, collegium ſunt, ſodales ſunt, qui ſuam ſibi curiam habent ad conventus ſuos inſtitutam. Hanc quidni Græco nomine appellarent Cærites homines originis ſuæ Græcæ memores. Laudat veterem librum H. Stephanus Lo. 3 c. 98, ubi φρατρίαexponitur non ſolum *conventiculum*, & *contubernium*, ſed & *ſodalitium*. Erit igitur *Phetrium Auguſtalium* locus, ubi ſodales Auguſtales conveniunt ad collegii res & rationes expediendas. Græca vox non dedecet hanc inſcriptionem, cum eadem habeat *pronaon Martis*, *Lyſiponum ſcribam*. Idem viſum de *Phetrio* Ioſ. Scalig. de emend. temp. p. 477 it. Reineſ. V. L. 3 p. 602 & confirmantur, quæ diximus, nota Mauſaci ad Harpocrat. in φρατρίαρχος.

PHEVXASPIDION, *i*, n. herba, alias polium, Apul. de Herb. c. 57.

PHĬĂLA, *æ*, f. φιάλη, vas vini vel aquæ aureum, ein güldener trinck-gefäß, eine ſchale, a πίνειν. Martialis 8 epigr. 51 *Quis labor in phiala.* Iuvenalis etiam ex electro habet phialas ſatyr. 5, 38 *Inæquales beryllo Virro tenet phialas; tibi non committitur aurum.*

¶ Phiale, *es*, f. impudicæ mulieris nomen, Iuvenal. ſat. 10, 238. ¶ 2. Inter comites Dianæ *Phiale*, apud Ovid. Met. 3, 172.

PHĪDĬAS, *æ*, m. pictor & ſtatuarius, artifex nunquam ſatis laudatus, Plin. 36, 5 & alibi. De cujus miro artificio vide Apulejum de Mundo p. 72. Hunc ſpeciem ſuam ſive imaginem in clypeo Minervæ incluſiſſe, cum inſcribere non liceret, ut nobilitaretur a morte, Cicero auctor eſt Tuſc. 1, 15. ¶ 2. *Signum Phidiæ*, proverbialiter pro re elaboratiſſima & ſummæ perfectionis. Cicero extrema præfatione Paradoxorum: *Hoc opus in acceptum ut referas, nihil poſtulo. Non eſt enim, ut in arce poni poſſit, quaſi illa Minerva Phidiæ &c.*

¶ Phīdĭăcus, *a, um*, adjectivum poſſeſſivum; ut, *Phidiaca manu*, Martial. 6 epigr. 73. *Phidiaci toreuma cœli*, Idem 10 epigr. 87. Iuvenalis 8, 103 *Phidiacum vivebat ebur*, hoc eſt, ad vivum expreſſa erat & ſculpta ex ebore ſtatua.

PHĪDȳLE, *es*, f. ruſtica fœmina, apud Horatium 3 od. 23, 2. Cuningamus *Phidyle.*

PHĪDIPPVS, *i*, m. Φείδιππος, Herculis nepos ex Theſſalo filio, apud Homerum. ¶ 2. Eſt & perſonæ comicæ nomen Ter. Hec. 3, 4, 35.

¶ Phidippĭdes, vel Philippides, curſor nobilis, v. Boſ. ad Nepot. 1, 4, 3.

PHĪDȳTIA, *orum*, n. pl. φειδίτια, convivia parca & cœnationes Lacedæmoniorum, a φείδω, *Parſimonia.* Cic. Tuſc. 5, 34 *Victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nonne videmus?* v. Meurſ. Miſcell. Laconn. 1, 9 & 10 Scribunt nonnulli *Philitia* a φίλος, *amicus*, quod amicitias illis convictibus conciliare ſtuderent.

PHĬLADELPHVS, *i*, m. φιλάδελφος, Ptolemæus ille dicebatur rex Ægypti, qui bibliothecam Alexandriæ, libros 50000 continentem inſtruxit, & libros Moſis in græcum per LXX interpretes transferri curavit.

¶ Philadelphia, *æ*, f. Φιλαδελφία, amor fraternus, die bruder-liebe. ¶ 2. *Philadelphia*, urbs una Lydiæ reliquæ motibus vexata; altera eſt in Cœleſyria. Eſt & alia Ciliciæ, & alia Ægypti.

PHĬLAE, *arum*, f. pl. urbs inter Ægyptios & Æthiopes, Lucan. 10, 313. ¶ 2. *Philæ* ſunt quatuor Nili inſulæ, de quibus Plin. 5, 9. ¶ 3. Eſt & una Sporadum. v. Plin. 4, 12.

PHĬLAENI, *orum*, m. pl. φίλαινοι, duo Carthaginienſes fratres, qui pro ampliandis finibus patriæ vivos ſe paſſi ſunt ſepeliri. Vide Salluſt. Iug. c. 79. Iis eo in loco, quo ſepulti ſunt, Carthaginienſes, ne eximia in patriam pietas ulla temporum injuria oblivioni traderetur, duas conſtituerunt aras, quæ *Philenorum aræ* dictæ, & Siculo Peloro oppoſitæ in media quodammodo Syrtium tellure poſitæ ſunt. conf. Sil. 15, 699 ſ. 703 ed. Drakenb.

PHILAENIS, *ĭdis*, f. impudica mulier, ut quæ Περὶ ποικίλων ἀφροδισίων σχημάτων ſcripſiſſe dicitur. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 13 p. 522 ſ.

PHILAGRIVS, *i*, m. medicus, natione Epirota, Galeni æqualis, Suid. conf. Sidon. carm. 7, 156; & 24, 93.

PHĬLAMMON, *ōnis*, m. φιλάμμων, Apollinis ex Chione filius. Ovid. Met. 11, 317 *Carmine vocali clarus citharâque Philammon.*

PHĬLANTHRŌPIA, *æ*, f. Φιλανθρωπία, humanitas, amor erga homines, die leutſeligkeit, der gute wille, die menſchen-liebe. Vlpian. l. 2 Dig. de Proxenet. *Si aliquid philanthropiæ nomine acceperit.*

¶ Philanthrōpos, *i*, m. φιλάνθρωπος, humanus, leutſelig. ¶ 2. Et herba aparine, *Philanthropos*, dicitur, klebkraut, quod veſtibus adhæreſcat, Plin. 24, 19.

PHILAVTIA, *æ*, f. φιλαυτία, ſui ipſius amor, die eigen-liebe, quem omnium peccatorum cauſſam eſſe, Plato dixit lib. 5 de Legib. Τὸ δὲ ἀληθὲς γε πάντων ἁμαρτημάτων, διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτῶ φιλίαν αἰτία ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε, id eſt, *Revera nimius in ſe ipſum amor omnium peccatorum omnibus ſemper eſt cauſſa.* Cic. Att. 15, 13 *Niſi forte me communis φιλαυτία decipit.*

¶ Philautos, *i*, m. Φίλαυτος, ſui nimium amans, der viel auf ſich hält.

PHĬLĒMA, *atis*, n. φίλημα, oſculum, ein kuß. Sed ¶ 2. Lucret. 4, 1162 *Labioſa* amica ab amatore per ὑποκορισμὸν ita vocatur, quaſi commoda ad oſculum excipiendum tanto mollius. Hinc

¶ Philēmātium, *i*, f. diminut. φιλημάτιον, ein liebgen, ſchätzgen, eadem forma qua Chiledonium, Euſtochium, Glycerium &c. & alia nomina mulierum. Nomen eſt meretricis in Plauti Moſt. Sed poſterior ætas aliter inflexit; ut, *Philematius*, *Philematia*. Et Sidonius, ut ſecundam ſyllabam poſſet corripere, fecit: *Pulcher Philimatius*, 5 epiſt. 17. Et, *Matrona Philimatia*, 2 epiſt. 8, 4. Vide ibi notas Sirmondi p. 29, ubi & *Philematium*, & *Philematio* ex antiquis lapidibus producit.

PHĪLĒMON, *ōnis*, m. φιλήμων, poëta comicus, proximus Menandro, Quintiliani judicio 10, 1 p. 900 Bur. Sententias ejus quasdam annotavit Stobæus, de quibus eſt: Ἄνθρωπος ὢν τοῦτ' ἴσθι καὶ μίμνησ' ἀεί. *Homo cum ſis, id fac ſemper intelligas, & memineris.* Collectæ & editæ in primis ſunt cum Menandri reliquis, ubi vid. ¶ 2. *Philemon* ruſticus, qui, cum Iovem & Mercurium hoſpitio excepiſſet, una cum uxore Baucide in arbores converſus, & domus ejus in templum. vid. Ovid. Met. 8, 710 ſeqq. ¶ 3. Alius *Philemon*, ad quem D. Paulus Oneſimi ſervi cauſſa epiſtolam ſcripſit.

PHILENIVM, *i*, f. meretricis nomen in Plauti Aſinar.

PHILĒSIVS, *i*, m. cognomen Apollinis. Plin. 34, 8 *Canachus Apollinem nudum, qui Phileſius cognominatur*, ſcil. in ære finxit. Adjective *Phileſia regna*, Ovid. in Ibin v. 327. v. Micyll. ad h. l.

PHILETAERIA, *æ*, f. φιλεταίριον, herba rutæ ſimilis, wiederſtoß, Plin. 25, 6; & Dioſcor. 4, 8.

PHILĒTAS, *æ*, m. poëta Græcus, elegiacus, patria Cous, acerrimus poëtarum cenſor, Ptolemæi Philadelphi præceptor, tanta macie, (quam ex vigiliis & quæſtiunculis propoſitis ſibi contraxerat,) ut ſolum calceorum ferro vel plumbo, ut alii volunt, ſuppactum haberet, ne vento raperetur: ut Athenæus & Ælianus de eo prodiderunt. Propertius cum Callimacho eum componit 3 eleg. 1 pr. *Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ In veſtrum, quæſo, me finite iri nemus.* ¶ 2. Græci & fures ac latrones *Philetas* dicebant, räuber. Heſychius, φιλήτης, κλέπτης, λῃστής, *fur, latro.* Sic Feſtus: PILARE & COMPILARE, *ſunt, qui græcæ originis putent: Græci enim fures*, PILETAS, *Ædolice nempe* πιλῆτας (vocant.) Seneca Ægyptiorum vocabulum tradit. Sed tunc loqui Ægyptii græce cœperunt, poſtquam in ditionem demum venerant. Verba Senecæ ſunt epiſt. 51 extr. *Volaptates præcipue exturba, & inviſiſſimas habe latronum more, quos* PHILETAS *Ægyptii vocant. In hoc nos amplectuntur, ut ſtrangulent.* In quo & etymologiam aperire videtur; quaſi ideo ſic appellati, quod amplecterentur homines, quaſi amici & blandi, cum tamen id facerent, ut ſtrangularent; φιλᾶν, enim *amplecti* eſt. Quamquam aliam originem Euſtathius affert, quod Lipſius obſervat, ad eum Senecæ locum.

¶ Phīlētēus, *a, um*, adject. Propert. 3 eleg. 2 v. ult. *Ora Philetæâ noſtra rigavit aqua*, i. e. elegiaca. add. 4, 6, 2 & 3, ubi *Philetei curymbi & Cyrenæa aqua*, quæ Callimachum reſpicit, conjunguntur.

PHILETIS, *ĭdis*, f. collyrium ad puſtulas oculorum, Celſ. 6, 6, 12. Philimatia, philimatius, vide paullo ante *Philema.*

PHĪLIPPI, *ōrum*, m. pl. Φίλιπποι, Macedoniæ urbs trans Strymonem in veteris Thraciæ parte, in cujus campis ab Octaviano & Antonio victi, aut potius a fortuna deſerti ſunt C. Caſſius & M. Brutus. v. Florus 4, 7. De eodem prælio Virgilius (quamquam commiſcens Pharſalicæ & Philippenſis pugnæ loca) Georg. 1, 490 *Romanas acies iterum videre Philippi.* Fuit colonia Iuris Italici. vid. Act. 16, 11 & 12, ibique Caſaub.

¶ Philippenſis, *e*, adj. ut, *Philippenſe prælium*, Plin. 7, 45, quod apud urbem Philippos commiſſum eſt. *Philippenſis acies*, Valer. Max. 1, 5, 7. *Philippenſe bellum*, Suet. Aug. c. 13.

PHĪLIPPVS, *i*, m. Φίλιππος, rex Macedonum, Amyntæ filius, pater Alexandri, cui erudiendo Ariſtotelem præceptorem præfecit. Vixit annos 45, ac feliciter imperavit. Si quidem callide uſus diſſidiis Græcorum, quæ aut excitarat ipſe, certe alebat, omnem Græciam in poteſtatem ſuam redegit, viamque adeo filio Aſiaticarum victoriarum munivit. Sed inſolentia victus, cum Athenienſes ad Chæroneam ſuperaſſet, ac paullo poſt inter Deos coli voluiſſet, & obſcenis voluptatibus ſe dediſſet, a ſatellite quodam Pauſania interfectus eſt. v. Diod. Sicul. l. 16, & Iuſtin. l. 8 & 9. Vnoculus fuit, de quo vid. Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 77. ¶ 2. *L. Philippus* orator & Cauſſidicus Romæ, de quo Hor. 1 epiſt. 7, 6. v. ibi Interpp. ¶ 3. *Philippus* etiam dixere pro nummis Philippeis. Horat. 2 epiſt. 1, 234 *Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos.* Adde Plaut. Bacch. 4, 8, 27 &c & Pœn. 3, 1, 55; & 3, 5, 26 & 36.

¶ Philippēus, *a, um*, adject. φιλιππειος. Plaut. Aſin. 1, 3, 1 *Nummi Philippei aurei*, qui fuerunt inſignes imagine Philippi regis Macedonum. conf. Id. Pœn. 1, 1, 38 *Trecenti nummi Philippei.* Adde Liv 37, 59.

Sic

Sic, *Aurum Philippeum*, Id. Curc. 3, 70. add. Bacch. 2, 2, 42. Sic & *Philippeus ſanguis*, Propert. 3, 9, 40.

¶ Philippicus, *a, um*, aliud adject. ut, *Philippicum argentum*, Plaut. Truc. 5, 1, 60. Sic *Philippicæ*, Φιλιππικοὶ λόγοι, orationes Demoſthenis in Philippum regem, & ad illarum imitationem Ciceronis in Antonium ſcriptæ.

¶ Philippopolis, *is*, f. urbs Thraciæ, a Macedonum rege Philippo condita, *Ponerepolis* antea, a ſitu *Trimontium* dicta. v. Plin. 4, 11. Ptolemæus male cum Hadrianopoli confundit. Turcis dicitur *Filibe*.

¶ Pſeudophilippus, *i*, m. fictus rex Macedoniæ. vid. Vellej. 1, 11, 1; & Cic. Agrar. 2, 33.

PHĬLISTIO, *ōnis*, m. mimus valde nobilis. Martial. 2 epigr. 41 *Mimos ridiculos Philiſtionis*. Suidas eum Socratis temporibus vixiſſe ſcribit. Falſo procul dubio. Nam non niſi recentiores ejus meminerunt. Euſebius Tiberii temporibus vixiſſe tradit, quod veriſimile eſt. Vnde & in illo elegantiſſimo libello, qui Menandri & Philiſtionis σύγκρισις inſcribitur, pro Philiſtionis, Philemonis reponendum videtur viris doctis. v. Rutgerſ. Variar. 4, 12.

PHILISTVS, *i*, m. φίλιστος, hiſtoricus Thucydidem imitatus, de quo Cic. de Orat. 2, 13 & 23; & ad Quintum frat. 2 epiſt. 13; Quint. 10, 1 p. 900.

Philitia, Phillyra, phillyrides, vide *Phiditia, Philyra*.

PHILO, *onis*, m. Iudæus Alexandrinus, Platonis æmulus, & alter Plato, quemadmodum de eo Græci teſtantur: ἢ Πλάτων Φίλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει, *aut Plato Philonem imitatur, aut Philo Platonem*. v. Chiliad. Fuit Cæſaris Caligulæ, ad quem legationem ſubiit, temporibus. Scripſit vitas illuſtrium Hebræorum, & alia, quæ exſtant. ¶ 2. Alius Academicus, Romam profugus, Mithridatico bello, de quo Cicero in Bruto c. 89, & alibi ſæpe.

PHILŎCHĂRES, *is*, m. φιλοχαρὲς, marrubium, **andornkraut**, Plin. 20, 22.

PHILŎCHŎRVS, *i*, m. Φιλόχορος, Athenienſis, ſcripſit Atthidis lib. 17, qui res geſtas & magiſtratus Athenienſium continent: Suid.

PHILŎCLES, *is*, Φιλοκλῆς, Ægyptius pictor, picturæ linearis inventor, Plin. 35, 3. ¶ 2. Alius *Philocles* Athenienſis tragicus, facie inprimis fœda, & ab iracundiæ vitio *Bilis* appellatus: Suid.

PHĪLŎCRATES, *is*, m. φιλοκράτης, ſervus, qui & *Euporus*, de quo ſupra.

PHILOCTĒTES, *æ*, m. hæres Herculis, & funerator, pro quo munere ejus accepit ſagittas, de quibus Aut. ad Herenn. 4, 30. Lege Servium ad Virg. 3 Æn. & Lactant. 1, 9 extr. & ibi Betulejum. Add. Lucian. Adv. indoct. p. 381 ext. Gr.

¶ Philocteæus, *a, um*, adj. ut, *Philocteteus clamor*, Cic. Fin. 2, 29.

PHĬLŎDĒMVS, *i*, m. Epicureus Ciceronis ætate nobiliſſimus. vid. Cic. de Fin. 2, 35; Horat. 1 ſat. 2, 121; & Gaſſend. in vita Epicuri 2, 6.

PHĬLŎGRAECVS, *i*, m. qui græcis dictionibus delectatur. Varro de Re Ruſt. 2, 10 pr. *Illud genus vos philograeci vocatis ἀμφίβιον*.

PHILOGYNIA, *æ*, f. φιλογυνία, amor mulierum, die weiber-liebe. Cic Tuſc 4, 11 *Mulierioſitas, quæ græce* φιλογυνία *dicitur*.

PHILOISTOR, vel Philohiſtor, *ŏris*, m. φιλοίστωρ, cupidus doctrinæ, Hieron. epiſt. 103, 7.

PHILOLAVS, *i*, m. Philoſophus Pythagoricus, cujus tres libros Plato decem millibus denariûm, quæ a Dione Syracuſano acceperat, mercatus eſt. Ipſe aliquem diſcipulorum e vinculis liberaturus Dionyſio tyranno unum ſuorum librorum obtuliſſe dicitur. vid. Diog. Laert. lib. 8. Meminit ejus Cic. de Orat. 3, 34. Inter primas diſciplinas eam de motu ſiderum aut potius quiete profeſſus eſt, quam poſtea Nic. Copernicus excoluit. Vnde Bullialdus *Philolaicam* Aſtronomiam ſuam vocavit. v. de illo Philolao Fabricii Bibl. Gr. 2, 13 p. 499. ¶ 2. *Philolaus* Tarentinus, inſignis mechanicus. vid. Vitruv. 1, 1 ext.

PHĬLŎLŌGIA, *æ*, f. φιλολογία, quæ γραμματικὴ ἱστορικὴ eſt ſtudium humaniorum litterarum, *Eruditionem variam* Sueton. vocat Aug. c. 89, & *Eruditionem* abſolute, in Caligula c. 53. *Multiplicem variamque doctrinam*, Idem de Illuſtr. Grammat. c. 10. v. Caſaub. ad Suet. Aug. & Io Wowerium Polymathias c. 20. Sen. epiſt. 108 *Quæ philoſophia fuit, facta philologia eſt*, hoc eſt: Verba ſectamur, ponderamus: res, præſertim morales, negligimus. Et Cic. fam. 15, 21 *Non eſt ſejunctus locus a philologia*. Adde Vitruv. lib. 7 præfat. & lib. 8, 4.

¶ Philŏlŏgus, *i*, m. φιλόλογος, litteris humanioribus deditus, ein liebhaber der freyen künſte. Cic. Att. 13, 12 *Homines nobiles, ſed nullo modo philologi*. conf. ad Quint. frat. 2 epiſt. 10. Et Seneca l. c. paucis interjectis: *Cum Ciceronis libros de republica prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philoſophiæ deditus; alius alio curam ſuam mittit &c.* ¶ 2. Adjective, ut, *Philologis rebus delectari*, Vitruv. prooem. lib. 6.

PHĪLŎMĒLA, *æ*, f. φιλομήλα, luſcinia, eine nachtigall. Pandionis Athenarum regis filia, & ſoror Prognes, uxoris Terei, regis Thracum, in avem ſui nominis converſa, cum a Tereo compreſſa fuiſſet. vid. Ovid. Met. 6, 451 & 503. Adde Elegiam de *Philomela*, quæ Ovidii libris apponi ſolet, Virg. eclog. 6, 79; & Georg. 4, 511; Martial. 14 epigr. 75; Plaut. Rud. 3, 1, 12; & Sidon. 2 epiſt. 2. Nomen eſt quaſi a μέλος *cantus*. Sed &

¶ Philomēlus, *i*, m. Φιλομήλος, amator pomorum, a μῆλον *malum, pomum*, apud Athenæum lib. 7. Martial. 4 epigr. 5 *Hoc nihil eſt, nunquam ſic philomelus eris*.

¶ Philomelium, *i*, n. urbs magnæ Phrygiæ, cujus crebra apud Ciceronem mentio; ut fam. 3, 8; 13, 43; 15, 4; & Att. 5, 20 &c.

PHĪLŌMŪSVS, *i*, m. φιλόμουσος, Muſis amicus, ein liebhaber der künſte. Martial. 3 epigr. 10.

PHILONIDES, *is*, m. curſor Alexandri M. qui ex Sicyone Elin mille & ducenta ſtadia novem diei confecit horis, Plin. 2, 71. ¶ 2. Alius Melitenſis prægrandi corpore & inſulſus, unde proverbium: *Philonide indoctior*.

PHĪLŌNIVM, *i*, n. φιλώνιον, pharmaci genus ab auctore dictum. Serenus v. 393 *Quid referam multis compoſita Philonia rebus*. vid. Keuchen.

PHILOPÆS, *pædis*, m. marrubium, quod inter primas herbas commendatur, quod nonnulli *Philopedam* vocant, lungenkraut. Plin. 20, 22.

PHILOPĂRĂBŎLOS, *i*, m. & f. Φιλοπαράβολος, periculis ſe offerens, wagehälſicht, verwegen; ut, *Curatio philoparabolos*, i. e. vehemens, periculoſa, temeraria, phreneticis aptanda, Cæl. Aurel. Acut. 1, 16, 131 & 144.

PHĪLŎPĂTOR, *ōris*, m. φιλοπάτωρ, *amans patris*, apud Arnob. 6 p. 193. Fuit & cognomen Ptolemæi regis Ægyptii, ſed per antiphraſin, quia patre ac matre interfectis, regnum occupaverat. vid. Iuſtin. 29, 1.

¶ Philopatris, *ĭdis*, m. φιλόπατρις, *amans patriæ*; quo nomine Metellum Cos. ornat Cic. Att. 2, 1 p. 170. Apud Græcos hoc nomen inter elogia honorum ac laudum poſitum obſervat Perizon. ad Ælian. H. V. 3, 26. Eſt etiam inter Luciani opuſcula dialogus, cui hoc nomen præſcribitur, de quo eſt diſſertatio Io. Matthiæ Geſneri cum ipſo dialogo edita 1715.

PHILOPĔDA, *æ*, f. marrubium, **andorn**. Plin. 20, 22. Sed melius *Philopæs*.

PHILOPOEMEN, vel Philopœmenes, *is*, m. dux Achæorum præſtantiſſimus, quem inter ſummos imperatores recenſet Iuſtinus 32, 4, 13. Idem Plutarch. & Livius multa de eodem.

PHĬLŌSŎPHIA, *æ*, f. φιλοσοφία, weisheit, ſtudium ſapientiæ, mater & procreatrix omnium bonarum rerum & artium, bene vivendi diſciplina, ut eam paſſim Cicero appellat. Id. de Leg. 1, 22 *A ſapientiæ amore Græco verbo philoſophia nomen invenit*. Novitas nominis orta eſt a Pythagora cum Leonti diceret, *artem quidem ſe ſcire nullam, ſed philoſophum eſſe*. v. Id. Tuſc. 5, 3. Germanorum appellationem, qua vulgo vocatur, die welt-weisheit, tanquam a contemptoribus philoſophiæ ortam & injuriam rejicit Heumannus in Actis Philoſ. T. 1 p. 314 ſq. Veræ Philoſophiæ eſt non tam ſcire, quam agere recta. Cicero *medicinam animi* appellat Tuſc. 3, 3, quia virtutis præcepta dat, quæ menti ſanitatem adferunt & confirmant. Idem Tuſc. 2, 5 *Culturam animi vocat*. Item de fin. 3, 2 *Artem vitæ*. Et Tuſc. 1, 26 *Matrem artium, donum & inventum Deorum. Quo nullum majus munus homini in genere a Deo datum*, fam. 15, 4; & Acad. qu. 1, 2. Apulejo de Mundo pr. p. 56 eſt *Virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum*. Platoni triplex eſt philoſophia: λογικὴ, quæ dicendi artes complectitur; φυσικὴ, quæ rerum naturas explicat; ἠθικὴ, quæ præcepta de virtutibus, & œconomica & politica gubernatione tradit. Seneca *legem vitæ* vocat, epiſt. 14. *Philoſophiam profiteri*, Cic. in Piſon. c. 29. ¶ 2. Quoniam philoſophi proprium eſt, veritatem rerum inquirere, idcirco aliquando *Philoſophia* pro diſquiſitione; *Philoſophari* pro diſquirere, ſive inveſtigare rem, ponitur. Cic. Tuſc. 1, 36 *Quamquam quid opus eſt in hoc philoſophari, cum rem non magnopere indigere philoſophia videamus*. Sic, *Philoſophia contemplativa, activa*, Seneca epiſt. 95. ¶ 3. Porro, uti ſapientiæ vocabulum ad omnes artes & diſciplinas olim extendebatur, ita & de philoſophiæ voce factum videmus. Vetus auctor de Limitibus apud Rigalt. p. 272 *Si quis novit geometricæ artis philoſophiam*: i. e. doctrinam, ſeu diſciplinam. ¶ 4. In plurali *Philoſophiæ* dicuntur ſophiſmata & ancipites diſputationes, apud Cic. de Orat. 3, 27; Sen. epiſt. 48; Gell. 4, 1; 5, 3.

¶ Philŏsŏphus, *i*, m. φιλόσοφος, qui ſtudet omnium rerum humanarum divinarumque vim, naturam, cauſſasque noſſe, & omnem bene vivendi rationem tenere; Cic. de Or. 1, 49, ein liebhaber der weisheit. Philoſophorum ſcholæ, ſive ſectæ nobiliores quatuor præter cæteras a Socrate deductæ fuerunt: *Ariſtotelica, Epicurea, Stoica & Academica*. De falſis philoſophis, & qui habitu tantum profitebantur ſectam, diſputantesque de virtute magnifice, vita & moribus luxurioſi & improbi erant, vide Plauti locum Curc. 2, 3, 9 & ſeq. itemque Gell. 9, 2 Lactant. 3, 15 cum pluribus aliis. Hos tales *Aretalogorum* nomine intelligit Suetonius Aug. c. 74 ext. ut ibi Caſaubonus interpretatus eſt, quem vide. *Cathedrarios philoſophos* dixit Seneca, qui verbo, atque in cathedra, non opere & vita philoſophantur: vide ſupra *Cathedra*. De miro diſſenſu inter philoſophos, vid. Quintil. 1 prooem. & quos ad h. l. laudat Burm. p. 8; Id. Declam. 282, & Arnob. 2 p. 46 &c. Seneca Ludo de morte Claudii: *Facilius inter philoſophos, quam inter horologia conveniet*. Varronis noti ſunt verſiculi: *Poſtremo nemo ægrotus quidquam ſomniat Tam infandum, quod non aliquis dicat philoſophus*.

¶ Philŏsŏphus, *a, um*, adject. philoſophiſch. Sic Pacuv. ap. Gell. 13, 8 *Ego odi homines ignava operâ, philoſophâ ſententiâ*. Superl. *Philoſophiſſimus* reperitur in l. fin. C. de jure dot.

¶ Philoſophaſter, minutus philoſophus, aut ſimia potius philoſophi. Auguſt. de C. D. 2, 27.

¶ Philoſophicus, *a, um*, idem. Cic. extremo lib. 5 Tuſc. *A Bruto impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones*.

¶ Philoſophice, adv. idem. Lactantius 3, 14 ſub finem, *Philoſophice vivere* dixit.

¶ Philŏsŏphor, *ari*, diſſerere, ſeu diſputare de artibus, de natura rerum, von der weisheit reden, ſich der weisheit befleiſſigen. Cic. de Orat. 2, 37 *Decrevi philoſophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis*. conf. Id. Tuſc. 4, 23, & in *Philoſophia* n. 2. ¶ 2. Paſſive Plaut. Pſeud. 2, 3, 21 *Sed jam ſatis philoſophatum eſt*.

PHILOSTRĂTVS, *i*, m. φιλόστρατος. Duo fuerunt *Philoſtrati*, ſenior & junior. Senioris exſtant ſcripta græce lib. 8 de vita Apollonii Tyanei, philoſophi Pythagoræi. *Icones* etiam, quæ ſunt accuratæ, elegantes & tamquam depictæ variarum rerum florido ſtilo deſcriptiones. *Heroica* præterea, id eſt, Heroes, qui ad Trojam pugnarunt, & *vitæ Sophiſtarum*. Exſtant & junioris Philoſtrati icones: vide Suidam & prolegomena in præſtantiſſima editione Philoſtratorum Olearii.

PHĬLŎTECHNVS, *a, um*, a Φίλος & τέχνη, *ars*, **kunſtliebend**. Vitruv. prooem. lib. 6 *Philotechnis rebus me delectans*.

PHILOTHEŌRVS, *i*, m. φιλοθέωρος, qui ſpectacula amat. Cic. fam. 7, 16 *Quod in Britannis non nimis philotheoron te præbuiſti, plane non reprehendo*. Adjective Varro ap. Nonium 4, 68 *Alterum genus philotheoron*: corrupte ibi legitur *philotoreum*.

PHILOTĪMVS, *i*, m. φιλότιμος, Ciceronis libertus, ut ipse scribit Appio fam. 3, 9.

PHILOTOREOS, rectius *Philotheōros*, ap. Nonium, v. *Philotheorus*.

PHILOXĔNVS, *i*, m. musicus apud Plutarchum is, qui in carcerem reduci maluit, quam Dionysii versus laudare v. Græv. ad Cic. Att. 4, 6 p. 383; & quos laudat Fabric. Bibl. Gr. 2, 19 p. 686 seq. ¶ 2. Item pictor apud Plinium 35, 10. ¶ 3. Item heluo, qui optabat sibi gruis guttur, quo diutius cibi potusque voluptate frueretur, de quo Aristoteles 3 Ethicor. c. 11. ¶ 4. Fuerunt & alii hoc nomine, de quibus Suidas. Et plures quidem voracitate apud veteres noti, ut fatale quodammodo nomen istud ingluviei esse videatur. Vnus fuit *Leucadius*; alter *Euripidis filius*; tertius *Cythereus poëta &c.* v. Athenæus 1, 3.

PHILTRVM, *i*, n. φίλτρον, poculum amatorium, in rabiem agens, ein liebes-tranck; ut, *Philtra exhibere*, einem die liebe geben. Ovid. de Arte amandi 2, 106 *Philtra nocent animis, vimque furoris habent.* Iuvenal. 6, 609 *Hic magicos adfert cantus, hic Thessala vendit Philtra quibus valet ut mentem vecare mariti.* Verum non potiones amatorias tantum philtrorum nomine venire: sed alias quoque res, Lælii, sive Lævii potius, versus ab Apulejo in Apologia citati testari possunt: namque *tenia*, ibi eo nomine etiam comprehenduntur, quæ *lica* Virgilio sunt. Et inde Cyrilli Glossario φίλτρον, *Amatorium*, generaliter exponitur de eo, quod amorem facit, non amatorium poculum. ¶ 2. Est *Philtrum* cavum illud in labro superiori sub naribus, quod *Lacunam* Lactantius dixit, das grübgen unter der naſen. Pollux 2, 90 Φίλτρον ἡ ἐν τῷ ἄνω χείλει κοιλότης.

¶ Philtrodes, & Philtrodotes, *æ*, f. herbæ apud Apulej. de Herb. c. 56 & 65.

PHILVS, *i*, m. φίλος, amans, amator, ein liebhaber. Petron. c. 110 *Quam cito etiam philorum obliviscerentur.* al. *filiorum.*

PHĪLYRA, *æ*, f. Oceani filia, mater Chironis Centauri, a qua ille *Philyrides*, & *Philyrejus* dictus. vid. Spanh. ad Callim. in Iov. 36. ¶ 2. *Philyre*, vel *Philyra*, apud Græcos & arbor est, Latinis *tilia*, eine linde. ¶ 3. Transfertur & nomen ad tenues tunicas inter corticem & lignum (baſt) multiplici membrana, unde vincula olim ad corollas texendas sumebant. Vnde Horat. 1 od. ult. v. 2 *Displicent nexæ philyra coronæ.* Vbi vide interpretes. Sic Ovid. Fast. 5, 337 *Ebrius incinctus philyrâ conviva capillos.* ¶ 4. Etiam aliæ membranulæ aut coria hoc nomine veniunt. Ita Plin. 13, 11 f. 23 de papyro: *Præparantur ex eo chartæ diviso acu in pratenues sed quam latissimas philuras.* Vnde est, quod plagulas etiam ipsas sive chartas quidam ita nominant Vide de tota hac voce late disputantem Ang. Politianum Miscell. c. 72.

¶ Philyrēius, *a*, *um*, adject. quinque syllabis. Ovid. Met. 7, 352 *Fugit alta superque Pelion umbrosum, Philyreia tecta.* Et, *Philyreius heros*, i. e. Chiron, Ovid. Met. 2, 678; & Fast. 5, 391.

Philyrides, *æ*, m. vel Philyrides, prima metri causa producta, patronym. de Chirone, Ovid. de Arte am. 1, 11. v supra in *Achides*.

PHĪMVS, *i*, m. φιμός, fritillus, ein trichter zu den würffeln. Vsus Horatius est 2 sat. 7, 17, uti quidem in MStis libris & optimis editionibus is locus concipitur Quidam tamen pro *phimum*, *pyrgum* legunt: male, ut recte pronunciavit Torrentius. vide & supra *Fritillus*

¶ Phimōsis, *is*, f. φίμωσις, coarctatio: Apud medicos sic dicitur vitium penis, si glans ita contecta est, ut nudari nequeat, dicente Celso 7, 25, 2. Meatuum naturalium præclusio est Galeno 9, 6.

PHINEVS, *ei*, m. rex Arcadiæ, excæcatorum a se filiorum pœnam luens cæcitate & Harpyiarum rapinis, a quibus tamen Zeti & Calais, qui in Argonautis fuere, ope liberatus est. vid. quos laudat Lud. de la Cerda ad Virg. Æn. 3, 212. it. Heinſ. ad Ovid. A. A. 1339. Idem forte, quem vatem laudat Lucianus Hesiod. p. 487 Gr. ¶ 2. Alius frater Cephei, a Perseo in lapidem Gorgonis objectu conversus. v. Ovid. Met. 5, 230. ¶ 3. Alius in avem mutatus. v. Ov. Met. 7, 399.

¶ Phinēius, *a*, *um*, patronymicum a primo illorum, quos modo laudavimus, tractum: ut, *Phinēia monstra*, i. e. Harpyiæ, Virg. Æn. 3, 212. Apul. Met 10 p. 245 *Harpyiæ diripiebant Phineias dapes.*

Phintias Pythagoræus: vide supra *Damon*.

PHĪSON, seu *Pison*, unus ex fluviis paradisum rigantibus; Genes. c. 2. Sic autem ibi vocatur *Ganges*, ex vulgari quondam opinione, quæ paradisum non circa Euphratis Tigridisque confluentes locat, sed latissime per Indiam & Ægyptum extendit. Alcimus Avitus 1, 290

Quartum Phison erit, quem possidet India Gangem.

PHITHĀRVS, *i*, m. inter pisces ap. Plin. 32, 11. Harduinus legit *Phthitarus*.

PHLĔBŎTŎMIA, *æ*, f. φλεβοτομία, incisio venæ, quæ Φλεβοτομία Græcis est, das aderlaſſen. Cæl. Aurel. Acut. 2, 18, 104 *Phlebotomiam adhibere.*

¶ Phlebotomīce, *es*, f. idem, apud Cæl. Aurel. Acut. 1, 3, 39.

¶ Phlebotŏmo, *are*, zur ader laſſen; ut, *Phlebotomare equos*, Veget. 3, 24. Adde Th. Prisc. 1, 37, Octav. Horat. 2, 14; & Cæl. Aurel. Acut. 1, 14, 111.

¶ Phlebotomātus, *a*, *um*, dem man zur ader gelaſſen; ut, *Phlebotomati carotantes*, Cœl. Aurel. Acut. 2, 13, 88.

¶ Phlebŏtŏmus, *i*, m & Phlebotŏmum, *i*, n. φλεβοτόμον, scalpellum, quo vena secatur, das laſſeiſen, die fliete, lanzete. Octav. Horat 2, 4, & 9 & 21. *Vti phlebotomo*, Cœl. Aurel. Acut. 2, 19, 121.

PHLĔGĔTHON, *ontis*, m. Φλεγέθων, fluvius infernalis, a φλέγω, *ardeo*; ut, *Tartareus Phlegethon*, Virg. Æn 6, 551.

¶ Phlegethontēus, *a*, *um*, adject. hölliſch). Prudentius Hamartig. v. 827 *Phlegethontæo sub gurgite.* Et Ausonius epigr. 108 extr.

Ad Phlegethonteas sese jam præparat undas.

¶ Phlegethontis, *idis*, f. patronymicum. Pro infernali Ov. Met. 5, 544 *Spargumque caput Phlegethontide lympha.*

PHLEGMA, *ătis*, n. φλέγμα, pituita, humor aquosus, frigidus & humidus, redundans in corpore propter infirman. coctionem, das waſſerige geblüt, oder feuchtigkeit. v. Theod. Priscian. de Diæta c. 10.

¶ Phlegmătĭcus, *a*, *um*, φλεγματικός, phlegmate abundans, phlegmatiſch), ſchleimichter natur. Th Prisc de Diæt c. 14.

¶ Apophlegmatismus, *i*, m. ἀποφλεγματισμός, est, si quid ore exigendi ex capite phlegmatis aut humoris caussa manditur, ut grana mastiches, pyrethrum. Sic, *Apophlegmatismum adhibere*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 4.

¶ Apophlegmatidio, *are*, verbum est apud Th. Priscian. 2, 3.

¶ Leucophlegmatia, *æ*, f. hydropis genus. vide infra in L.

PHLEGMŌNE, *es*, f. φλεγμονή, incensio cum tumore & ulcere, entzündung des geblüts, daraus ein geſchwär wird. vid. Cels. lib. 1. præfat. & Plin. 20, 4.

PHLĔGON, *ōnis*, m. unus ex equis Solis, Φλέγων a φλέγειν *ardere*; Ovid. Met. 2, 154. ¶ 2. *Phlegon Trallianus*, non Augusti, quod quibusdam videtur, sed Hadriani libertus, cujus fragmentum de Mirabilibus, & de Longævis libellus ex Io. Meursii editione intertus est Tomo VIII. Antiquit. Græc. Gronovii. vid. de hoc & aliis hujus nominis Fabric. Bibl. Gr. 4, 13.

¶ Phlegontis, *ĭdis*, f. gemma, in qua ardere videtur flamma, Plin. 37, 12.

PHLEGRA, *æ*, f. seu Phlegræus campus, juxta Cumas, in quo gigantes ab Hercule victi sunt, Plin. 3, 5, & Strab. a Φλέγειν, *ardere*; est enim terra sulphurea. Adde Sil. 8, 539. ¶ 2. Sunt *Phlegræi campi* in Græcia, de quibus Sil. 9, 305, & Cellarius ad ipsum.

¶ Phlegræus, *a*, *um*, adject. ut, *Prœlia Phlegræa*, Stat. 5 Silv. 3, 196. *Tumultus Phlegræi*, Propert. 2, 1, 39.

PHLEGYAS, *æ*, m Martis filius, rex Lapitharum, Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, ex qua Apollo suscepit Æsculapium. Sed pater dolens incendit Apollinis templum, ideoque tagittis ejus ad inferos detrusus. v. Virg. Æn. 6, 618; Ovid Met. 5, 87; Stat. Theb. 1, 703.

¶ Phlegyæ, *arum*, m. pl. populi Thessaliæ, diluvio merſi a Neptuno, quod Deos & homines spernerent. vid. Ovid. Met. 11, 415.

PHLEOS, *i*, m. Φλεός, herba, ſiebekraut, Plin. 21, 15.

PHLŌGĪNVS, *i*, & PHLOGĪTES, *æ*, m. φλογῖνος, φλογίτης, gemma ostrea, aureo vel flammeo colore, Plin. 37, 10 & 11; & Solin. c. 40.

PHLŎMOS, *i*, m. φλόμος, verbascum, quo pro ellychnio utuntur, waukraut. Plin. 25, 10; Apul. de Herb. c. 71; Dioscor. 4, 104.

¶ Hypophlŏmos, *i*, m. ὑποφλόμος, album genus mandragoræ, weiſſer alraun. Plin. 25, 13.

PHLŌNĪTIS, *is*, f. φλονῖτις, herba, quæ & *Onosma* dicitur, ochſenzungenkraut. Dioic. 3, 138.

PHLOX, *phlŏgis*, φλόξ, i. e. flamma, genus floris, Plin. 21, 11.

PHLYCTÆNA, *æ*, f. Φλυκταίνη, pustula in summa cute enascens, eine blatter, hitzblatter, apud Celsum.

PHŌCA, *æ*, f. vitulus marinus vel canis marinus, ein ſee-hund, oder meer-hund. *Phoca oceani*, ein meer-kalb. Ejus pellis, ut Hyænæ fulmine non tangitur juxta Plin. 2, 55. Ovid. Her. 10, 187 *Et freta* (circa Naxon) *dicuntur magnas expellere phocas.* ubi multi codd. *magnos.*

¶ Phōcæna, *æ*, vel Turſio, piſcis alius est, parvus delphinus, ut Ephesius interpretatur, ein meer-ſchwein. Gesnerus. De utroque pisce in nummis agit Ez. Spanh. de usu & præst. num. diss. 4 p. 234.

PHŌCAEA, *æ*, f. Φωκαία, Athenienſium in Ionia colonia, ut Strabo auctor est. Quæ cum oppugnaretur a Persis, cives ejus, ne servitutem inciderent, asportatis liberis, conjugibusque & rebus cæteris, quas possent, in naves profugerunt, & urbem vacuam reliquerunt Persis: diris devotionibus obstricti invicem, de patria nunquam repetenda; quæ omnia pluribus Herodotus lib. 1 explicat. Exsecrationem illorum factam respicit Horat. Epod. 16, 17. Atque hi illi sunt, qui postea Massiliam condiderunt: de quo suo loco diximus. Situm urbis Phocææ apud Livium habes 39, 31.

¶ Phōcæus, *a*, *um*, & Phocæenſis, *e*, adj. Plin. 3, 4. *Massilia Græcorum Phocæensium fœderata.* Græcis Φωκαεύς, Φωκαιεύς, Φωκαιτης, Stephano teste. vid. de orthographia quos laudat Duker. ad Thucyd. p. 12, 98.

¶ Phōcaïcus, *a*, *um*, idem; ut, *Phocaicus murex*, Ovid. Met. 6, 11.

¶ Phōcias, *ădis*, fœm. ut, *Iuventus Phocias*: Lucanus 3, 301 *Phocias in dubiis causa est servare juventus.* Massilienſes intelligit. Sed

¶ Phōcis, *ĭdis*, f. regio parva Græcorum est, in qua Delphi fuerunt, civitas Apollinis oraculis celebris & mons Parnassus; inter Bœotiam & Locrida sita, ut Strabo describit, quem lib. 9 de ea vide. ¶ 2. *Phocis* pyri genus apud Chios, Plin. 17, 24

¶ Phōcensis, *e*, (Φωκαῆς, Φωκικοί, Græcis,) Iustinus 8, 1, 4.

¶ Phōcaïcus, *a*, *um*, etiam *Phocide* format Lucanus 5, 144 *Candida Phocaicâ completitur infula lauro*, i. e. Phocensi, Delphica.

PHŌCAS, *æ*, m. Imperator Constantinopolitanus, Mauricii interfector & successor, cujus nomen secundo casu heda *Phocadis* flectit extremo lib. 1 Hist. Eccles. Angl. sed Zonaras τὸν Φωκᾶ.

PHOCION, *ōnis*, m. Φωκίων, Athenienſis, ex optimis illis Græcis, quos pauperrimos fuisse Ælianus scripsit, unus; qui post multa in rempubl. Athenienſium merita, pro laude invidiam, pro gratia odium reportavit. Damnatus mortis cum aliis, veneni sibi sumendi solutionem, cum id solvere se posse carnifex negaret, ab amico impetravit. Idque antequam biberet, filio mandavit, ne quid harum memoria rerum Athenienſibus irasceretur. Ejus ingenua ilia ad Antipatrum vox fuit. Οὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι, τοῦτέστι καὶ φίλῳ καὶ μὴ φίλῳ, id est, *Non potes me simul & amico uti & adulatore, hoc est, amico & non amico*: Plutarchus in Apophth. Adde de laudibus ejus C. Nepot. in ejus vita, qui de morte paullo aliter tradit.

Phocis, *ĭdis*, vide paullo ante *Phocæa*.

PHOCVS, *i*, m. filius Æaci, de quo Ovid. Met. 7, 795. ¶ 2. *Phocus*, Phocionis filius, qui, cum paternas opes per luxum dilapidasset, Athenienſibus adeo invisus fuit, ut occurrentes omnes diffamatorem sui generis nuncuparent. Proverb. *Phoci convivium*, v. Erasm. Adag.

PHOCYLĬDES, *is*, m Milesius, poëta antiquus: cujus Elegia nuthetica legitur, tanta sententiarum gravitate & sanctitate, ut Christiani scriptoris opus existimarit Scaliger: quod etiam Heinsio fuit persuasum Exercit. Sacr. in N. T. 16 3. Barthius tamen dubitare videtur, qui argumenta in contrarium non insuper habenda censet, cæterum divinum poëma appellat: idque & cultu orationis & numerorum aptitudine nulli optimorum vatum concedere arbitratur. vide eum Adversar. 27, 9; & ante omnes Fabric. Bibl. Gr. 2, 11 p. 442 sq.

PHOEBVS, *i*, m. Φοῖβος, Apollo, divinationis & sapientiæ Deus, Musarum præses, lux vitæ, a φῶς, & βίος. Ad solem enim refertur. Idem qui Apollo. Hinc sæpe conjungitur *Phœbus Apollo*. v. Virg. Æn. 3, 251 &c. Idem repertor medicinæ, & artis poëticæ, ac vaticinationis. Ovid. Remed. am. v. 76 *Carminis & medicæ, Phœbe, repertor opis.* Lucan. 5, 70 *Delphica fatidici referat penetralia Phœbi.* ¶ 2. Poëtis pro sole ponitur. Horatius 3 oda 21 extrema: *Dum rediens fugat astra Phœbus.* Rutil. itin. 2, 28 *Qua fert atque refert Phœbus uterque diem*, h. e. sol oriens & occidens. vid. Intt.

¶ Phœbēus, *a*, *um*, adject. Virg. Æn. 4, 6

Postera Phœbeâ lustrabat lampade terras Auroræ.

¶ Phœbēĭus, *a*, *um*, idem. Ovidius Metam. 15, 642.

Quam colat, exploraut, juvenis Phœbeius urbem:

Is est Æsculapius, filius Phœbi. *Phœbeia dona*, Sidon. Carm. 4, 7.

¶ Phœbē, *es*, f. Φοίβη, Phœbi soror, luna, der mond, Virg. Georg. 1, 431 *Vento semper rubet aurea Phœbe.* Lucan. 1, 538 *Iam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe:* Descriptio hæc est plenilunii. ¶ 2. *Phœbe* Leucippis, ubi vid. Castoris uxor apud Propert. 1, 2, 15, ubi Brouckhusius laudat Meurs. Misc. Lacon. c. 15.

¶ Phœbas, *ădis*, f. sacerdos Phœbi fatiloqua, Phœbeo numine correpta, quæ & *Pythia*. v. Lucan. 5, 128. Et Sil. 15, 282 de Cassandra:

Sanctius Iliaca servata est Phœbade virgo.

¶ Phœbĭgĕna, *æ*, m. Phœbi filius, Æsculapius Phœbo genitus. Virg. Æn. 7, 773 *Fulmine Phœbigenam stygias detrusit ad undas.*

PHOENĪCE, *es*, vel PHOENĪCIA, *æ*, f. Φοινίκη, Asiæ regio, in quâ Tyrus & Sidon sunt urbes, & montes, Carmelus ac Libanus thuriferi. *Syriæ atque Phœnices* simul meminit Cicero Phil. 11, 14; & Plin. 5, 12. Nonnullis pars est Syriæ. Nomen est vel ἀπὸ τῶν φοινίκων, a palmarum copia; vel a colore rubri maris, unde Phœnices in Syriam migrarunt; vel a purpuræ colore puniceo, cujus Tyri magnus proventus; vel a Phœnice, qui Phœnicibus imperavit, de quo Silius 1, 89. Alii nomen hebræum faciunt, quod בני ענק *Bne Anak* h. e. filii Anaki, vel Enaki, dicti sint incolæ. vid. Plin. 2, 47; & Meurs. Att Lect. p. 311.

¶ Phœnīces, *um*, pl. regionis incolæ, Virg. Æn. 1, 349. Ipsi primi perhibentur litterarum fuisse inventores, Plinio auctore 5, 12, itemque Lucano 3, 220, & Avieno Orbis terræ descript. v. 1159. Sed multis id approbare contendit Scaliger ad Euseb. Idem Plinius l. c. & navigationem invenisse Phœnicas, auctor est. Proverb. Συρὸς πρὸς Φοίνικας; h. e. *Adversum Phœnices Syri*, ubi versuto imponere fatagit versutus, ein schelm über den andern. *Phœnices*, omnes dicti, qui quæstus essent avidi v. Erasmi Adag. & Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 18, 24. Infandæ libidinis cos & impuri oris accusatos arguit τὸ φοινικίζειν cum λεσβιάζειν conjunctum apud Lucian. Apophrad. p. 447 Gr.

¶ Phœnīssa, *æ*, f. non tantum fœmininum est, uti pro Didone ponitur apud Virg. Æn. 1, 671, nec adjective tantum ponitur in fœmineo genere: ut, *Phœnissa juventus*, apud Sil. 17, 636: sed alio etiam genere; ut, *Phœnissa metuntur agmina*, eod. lib. v. 147.

¶ Phœnīceus, *a*, *um*, adject. de colore, braun, purpurfarbe. Purpura enim laudarissima in Tyro tingebatur. Scribitur & *Pœniceus* sine adspiratione. Ovid. Met. 12, 104 *Phœniceæ*, vel *Pœniceæ vestes.* Vnde porro *Puniceæ*. v. *Punicus* in *Pœnus*. Idem 14, 345 *Phœnicea chlamys*. conf. Amor. 3, 431. Adde Plin. 21, 23; & 25, 13; & Gell. 3, 16, ubi *Phœniceus color*, idem est ac fulvus & rutilus. *Pœniceum corium*, punicei scilicet coloris, roth leder. Scrib. Largus Compos. 267 cum not. Rhodii.

¶ Phœnicea, *æ*, f. subst. herba, quam hordeum murinum, quidam vero sterilem avenam appellant, Plin. 22, 25.

¶ Phœnicias, *æ*, m. φοινικίας, ventus media regione inter ortum brumalem & meridiem, südost zu südost. Plin. 2, 47.

¶ Phœnicītes, *æ*, m. gemma balano similis, Plin. 37, 10.

¶ Phœnicius, *a*, *um*, a Phœnice regione deductum, ut Plin. 5, 12 *Phœnicen id quod præjacet mare totum, Phœnicium appellatur.* ¶ 2. *Phœnicium* meretrix in Plauti Pseud.

¶ Phœnicobalanus, *i*, m. φοινικοβάλανος, palmæ Ægyptiæ fructus, Plin. 12, 22.

¶ Phœnīcoptĕrus, *i*, m. φοινικόπτερος, avis palustris, colore puniceo, ciconia paullo major Gesnero, a rubentibus pennis sic appellata: cujus lingua in deliciis ciborum habita fuit, ideoque Caligulæ, Vitellio & Heliogabalo maxime apposita, Suetonio Lampridioque auctoribus; hic etiam *cerebellis Phœnicopterum* in Heliogabali cœnis locum dat. c. 19. Suetonii locus est Vitell. 13. it. Calig. 22 & 57. v. Plin. 19, 48. Martialis Xeniis epigr. 68 *Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis Nostra sapit, quid si garrula lingua foret.* Mirum autem tantum phœnicopteri carni tribuisse veteres, quæ saporis exquisiti non sit, & piscem oleat, aquaticarum aliarum instar; unde & a provincialibus in Gallia ut plurimum abjicitur. v. Pet. Gassend. lib. 2 extr. de vita Peireskii, & lib. 3 p. 201, ubi habes, cur *Phœnicopterum* Iuvenalis *ingentem* dixerit sat. 11, 139; nimirum ob proceritatem colli & crurum, quorum altero læso, collo sive rostro pro pede utitur, alternatim tollens &c.

¶ Phœnicūrus, *i*, m. φοινίκουρος, avis a caudæ rubedine ita dicta, ein rothschwänzlein. Plin. 10, 29. vid. *Erithacus*.

¶ Phœnicussa, *æ*, f. φοινικοῦσσα, una ex Vulcaniis insulis, Plin. 3, 9.

PHOENIX, *icis*, m. φοῖνιξ, avis Arabica, solitaria, *vivax, unica semper*, Ov. Amor. 2, 6, 54, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa collum, cætera purpurea, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus &c. vid. Plin. 11, 2, & Horapoll. c. 34, 35 & 57, inprimis elegans de Phœnice carmen, quod cum Lactantio edi solet. Vivere secundum alios proditur annis trecentis quadraginta, juxta alios sexcentis, secundum alios denique mille quadringentis & sexaginta annis. Maxime vulgatum, quingentos annos vivere. Seneca epist. 42 *Nam ille aliter fortasse* (sapiens) *tanquam Phœnix, semel anno quingentesimo nascitur. Nec est mirum, ex intervallo magna generari. Eximia enim ipsa raritate natura commendat.* Ipse se reseminat. Ovid. Met. 15, 392 *Vna est quæ reparet, seque ipsa reseminet ales, Assyrii Phœnica vocant &c. Hæc ubi quinque suæ complevit secula vitæ &c.* Quod si vere dicerentur, quæ de Phœnice traduntur auctoribus, præclaram imaginem resurrectionis hæc avis omnino præberet. Et vero argumenta resurrectionis ab ea non pauci Patrum ducere solent: ut Tertull. de Resurr. c. 13. Ambros. de Fide resurr. itemque in Hexaëm. 6, 23. Zeno Veronensis de Resurrect. & alii. Sed non pauci profanorum auctorum addicunt, ut Plinius, Tacitus, Dio, Victor, Mela, alii; Qui & visam hanc avem tradunt, & ejus descriptionem exhibent. Et contra tales certe argumento κατ' ἄνθρωπον recte usi sunt veteres Christiani. Sed dubitat Greg. Nanzianzenus Orat. 37, quæ de Spiritu Sancto est: itemque Origenes contra Cels. lib. 4. Sed B. Maximus plane negat lib. ad Petrum Illustrem apud Photium p. 306. Vide & Donati Marcelli disputatiunculam de hac avi ad Taciti An. 6, 33; Patinæ Dissertat. non indoctam de Phœnice ave in nummis, & inprimis Spanh. de usu & præst. num. diss. 5 p. 285 sq. ¶ 2. Est & *Phœnix*, herba, *lolium murium* alias dicta, mäusekorn. ¶ 3. Arbor denique palma, *Phœnix* etiam græce dicitur. Theophrastus libro de Odoribus φοινικα etiam appellat unguentum palmeum, sive ex palma confectum. ¶ 4. *Phœnix*, Amyntoris filius, Achillis magister & comes fuit, qui docuit eum *& bene facere, & bene dicere*, Μύθων τε ῥητῆρ' ἐμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων, hoc est, *Rhetorem esse verborum, operum autem effectorem*, Homer. Iliad. Iota v. 443; ubi tota illius historia, sed nihil de cæcitate, quam innuere videtur Ovid. Art. am. 1, 337. Adde Lud. Viv. ad Augustin. de C. D. 1, 4.

PHŎLVS, *i*, m. Φόλος, Ixionis ex nube filius, unus ex Centauris: Virg. Georg. 2, 456; Sil. 1, 438; Lucan. 6, 391; Stat. Theb. 2, 564.

¶ Pholoë, *es*, f. mons Arcadiæ, in quo Pholus sepultus: Lucan. 3, 198 & 388. Idem 7, 449 & 827. ¶ 2. Est etiam nomen mulieris, Virg. Æn. 5, 285; & Horat. 1 od. 33, 9; & 2 od. 5, 17.

¶ Phŏloëtĭcus, *a*, *um*, adj. ut, *Pholoëtica monstra*, Sidon. carm. 5, 230.

PHŌNASCVS, *i*, m. φωνασκός, qui vocem & pronunciationem format, ein singmeister, sprachmeister, a φωνέω, *loquor*. Exstat apud Quintil. 11, 3 *Non est eadem cura oratoribus, quæ phonasci*s. Et Suet. Aug. c. 84 *Dabat assidue phonasco operam.* ¶ 2. Est & *Phonascus* præcentor in choro, ein capellmeister. v. Wower. c. 5 de Polymathia. Primam corripuit Sidonius 4 epist. 11 *Psalmorum modulator & phonascus.*

PHŌNŌLĔNĬDES, *æ*, m. Phonoleni filius, Ovid. Met. 12, 433. v. Heins.

PHŌNOS, *i*, m. φόνος, herba eadem quæ *atractylis*, ita dicta, quod sanguineum fundat succum, Plin. 12, 16.

PHŌRA, *æ*, f. gr. φορά, latio, actio, a φέρω, *fero*; unde

¶ Amphŏra, cum derivatis vide in A.

¶ Anaphŏra, *æ*, f. quæ & Epanaphora, ἀναφορὰ κατ' ἐπαναφοράν, *relatio ad certas partes.* Ascon. Ped. in Cic. Div. p. 18 *Cum anaphora fit ad personam Siculorum, &c.* Plin. 7, 49 *XC. partium exortivam mensuram (quod anaphoras vocant) transgredi.* ¶ 2. *Anaphoræ* figura repetitio est Auctori ad Herenn. 4, 13, cum per principia plurimum commatum idem verbum repetitur: ut Virgil. Eclog. 10, 42 *Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori, Hic nemus, hic ipso tecum consumerer ævo?* Et Æn. 4, 369 *Num fletu ingemuit nostro? Num lumina flexit? Num lacrimas victus dedit? aut miseratus amantem est?* Cic. Verrina 2, 10 *Verres calumniatores apponebat, Verres adesse jubebat, Verres cognoscebat, Verres judicabat.*

¶ Anaphoricus, *a*, *um*, ἀναφορικός, i. e. relativus; ut, *Prologus anaphoricus*. Vide *Prologus* in *Logus*. Vitruv. 9, 9 *Anaphorica horologia*, ita legit Baldus in Lex. Vitr. p. 7. Firmico 3, 13 pr. *Anaphorici* sunt, quibus crassior pituita ægre ejicitur.

¶ Apophŏrēta, *orum*, n. plur ἀποφόρητα, munera dicebantur, quæ mutuo amici Saturnalibus mittere soliti. Suet. Vesp. c. 19 *Saturnalibus dabat viris apophoreta, & calendis Martii fœminis.* Vide & Martialis ad lectorem epigramma lib. 14, quo toto *Apophoreta* persequitur: hoc est, quæ illo nomine Saturnalibus dari solebant. ¶ 2. *Apophoreta* etiam dicta postea sunt, quæ quis munuscula, vel quas partes, ex convivio accipiebat ferebatque domum; ut poma, pyra, alia hujus generis: de quo Marcilius ad illud Horatii 1 ep. 7, 17 *Non invisa feres pueris munuscula parvis.* ¶ 3. *Apophoreta* quoque dicta fuisse, quæ ludorum aut spectaculorum editores post ea finita mitterent amicis, docebit Lipsius Saturnal. 1, 16, e Symmachi locis quibusdam, qui & *Apophoretica* vocat eadem quæ *canistella argentea* 2, 80, itaque suspicari licet, *apophoretica* esse, in quibus feruntur apophoreta. conf. Petron. c. 40, 56, 60. *Apophoreta* itaque nos vocare poterimus, angebinde, neujahrs-geschencke, Christ-bescherung, mitgegebenes von der mahlzeit.

¶ Diaphŏra, *æ*, f. Διαφορά, præter significationem eam, qua denotat *differentiam*, etiam schema est oratorium, cognatum, ut videtur, Correctioni, ut: *Ærumnæ ejus commovere possent quemvis hominem, modo sit homo Rutilius.*

¶ Diaphŏrēsis, *is*, f. διαφόρησις, medicis est evaporatio sive evacuatio, quæ fit per poros, eine ausleerung oder zertheilung der dünste. v. Th. Prisc. de Diæt. c. 14. Est etiam defectio & dissolutio virium, eine entkräfftung, abmattung. Cæl. Aurel. Acut. 1, 15, 143.

¶ Diaphŏrētĭcus, *a*, *um*, διαφορητικός, zertheilend, schweißtreibend; ut, *Remedia diaphoretica*, i. e. sudorem moventia, Th. Prisc. de Diæt. 10 & 15. *Diaphoretica solutio*, Cæl. Aurel. Acut 1, 17, 166. *Diaphoreticus effectus*, Id. Acut. 2. 10, 74; Et *Virtus diaphoretica*, Macer 4, 19, 4.

¶ Diaphoron, *i*, n. διάφορον, differentia, unterschied. Hinc

¶ Adiaphŏron, *i*, n. ἀδιάφορον, indifferens, gleichgültig, quod in medio relinquitur, & liberum est, si vel facias vel omittas, ein mittelding. v. Varro ap. Nonium 2, 103; & Cic. de fin. 3, 16. *A Græcis tum ἀδιάφορα tum μέσα appellantur, quæ in medio sunt*, Gell. 2, 7.

¶ Adiaphŏria, *æ*, f. ἀδιαφορία, qualitas rerum, per quam indifferentes habentur, die gleichgültigkeit. Item in neutram partem inclinatio, die unparteylichkeit. v. Cic. Att. 2, 17; & Acad. qu. 2, 42.

¶ Dysphoria, *æ*, f. δυσφορία, tolerandi difficultas, die unleidlichkeit. Hinc

¶ Dysphorĭcus, *a*, *um*, δυσφορικός, intolerabilis, unleidlich. Firmic. 8, 12 *Dysphorici ac miseri.*

¶ Ecphŏra, *æ*, f. ἔκφορά, latine *projectura*, ein sims, ein verdach. Vitruv. 6, 2 *Columnarum projecturæ mutulorum ecphoræ.* conf. Id. 3, 3.

¶ Epiphŏra, *æ*, f. ἐπιφορά, lacryma ex humore mordace oculos afficiente,

ciente, dicta ἀπὸ τῦ ἐπιφέρειν, quod dolorem vel oculis vel aliis membris, quæ afficit, inferat, ein fluß im auge oder ſonſt. *Delacrymatio* Plinio 25, 13; & 34, 11. *Pituitæ curſus* Celſo 7, 7. Cic. famil. 16, 23 ad Tironem, *Balbus ad me ſcripſit, tanta ſe epiphora oppreſſum, ut loqui non poſſit*, es habe ihn ſo ein fluß überfallen. Plin. 21, 19 *Epiphoras arida leniunt*, ſc. folia roſarum. ¶ 2. Species παρεκβάσεως eſt apud Rhetores, quæ ſequitur confirmationem, continens locos communes in epilogis. Sopater apud Voſſ 3 Inſt. Orat. p. 463. ¶ 3. Eſt etiam Schema oratorium, quo repetitio fit in clauſulis. Plaut. Trin. 1, 2, 168 *Qui omnia ſimulant ſe ſcire, nec quidquam ſciunt, Quod quisque in animo habet, aut habiturus eſt, ſciunt, &c.*

¶ Epiphorēmăta, *um*, n. pl. ἐπιφορήματα, omnia ſecundis menſis inferri ſolita præter portionem unicuique convivarum ſtatim appoſitam, nachеſſen. v. Rhodig. Lect. Ant. 14, 15.

¶ Hexapnŏri, *orum*, m. pl. ἑξάφοροι, ſeni bajuli, ſechs träger. Vitruv. 10, 8 *Phalangarii hexaphori.*

¶ Hypophŏra, *æ*, f. ὑποφορά, objectio, die einwendung. Mart. Capell. 5 p. 185.

¶ Anthypŏphŏra, *æ*, f. ἀνθυποφορά, figura ſententiæ, objectio, oppoſitio, cum tacite occurrimus rationi. Vt Virg. Æn. 4, 603 *Verum anceps belli fuerat fortuna; fuiſſet.* Ovid. in epiſt. Penelopes principio: *Troja jacet certe, Danais invisa puellis.* conf. Quintil. 9, 2, 3. Sen. Controv. 1, 7 *Deinde anthypophoram ſumpſit.*

¶ Metaphŏra, *æ*, f. μεταφορά, translatio, figura, quæ vocem a genuina ac propria ſignificatione ad non propriam transfert, verblümte redensart. Quæ quia non neceſſitatis ſolum, ſed & ornatus gratia excogitata eſt, in lingua latina latiſſime patet, quemadmodum Cicero oſtendit de Orat. 3, 38 ſeqq. *Nihil enim tum gratius eſt, tum delectat magis, quam metaphoræ in loco uſurpatæ.* Vide Quintil. 8, 6 p. 732; & Eraſmi Copiam.

¶ Metaphorĭcus, *a*, *um*, verblümt; ut, *Metaphorica locutio.*

¶ Metaphorice, adverb. verblümter weiſe.

¶ Octŏphŏrum vel Octaphorum, *i*, n. ὀκτοφόρον, lectica, quæ ab octo ſervis portabatur, eine ſenffte, ſo von achten getragen wird; ut, *Octophoro vehi*, quod delicatorum erat, Suet. Calig. c. 43. v. ibi Beroald. Sic *Octaphoro portari*, Martial. 6, 84. conf. Cic. ad Qu. Fratr. 2, 9.

¶ Paraphŏron, *i*, n. παράφορον, ſpecies aluminis, Plin. 35, 15.

¶ Periphŏrētus, *i*, m. περιφορητός, quoquo verſus, verſatilis, gewandt, gelenck, hurtig von einem ort zum andern. Plin. 34, 8 *Artemon periphoretos appellatus eſt.* De cauſſa appellationis vide ſupra in *Artemon.*

¶ Tetraphŏri, *orum*, m. pl. τετράφοροι, quaterni bajuli, vier träger. Vitruv. 10, 8 *Phalangarii tetraphori.*

PHORBAS, *antis*, m. Φόρβας, comes Æneæ, Virg. 5 Æn. 842.

PHORCVS, *i*, m. Græcis eſt Φόρκυς, filius Neptuni & Theſeæ Nymphæ. Virg. Æn. 5, 240 *Chorus Phorci.* Ibid. v. 824 *Exercitus Phorci.* ¶ 2. *Phorcus* pictor ac ſculptor egregius, Plin. 36, 5. ¶ 3. *Phorcus* etiam piſcis eſt, Plin. 32, 11.

¶ Phorcys, ўdis, m. Meduſæ pater, a quo

¶ Phorcўnis, *nĭdis*, & Phorcys, ĭdis, f. patronymica, pro ipſa Meduſa: Ovid. Met. 5, 230, & Propertius 3, 22, 8. ¶ 2. *Phorcydes* cuſtodes Meduſæ vid. Ovid. met. 4, 774.

PHORIMON, *i*, n. aluminis ſpecies, Plin. 35, 15.

PHORMIO, *ōnis*, m. philoſophus; Cic. de Orat. 2, 18. ¶ 2. Item dux Athenienſis, de quo Gellius 17, 21. Quoniam incommoda militiæ facile pertulit, *Phormionis tori* abierunt in proverbium, de ſtratis minime delicatis, qualia ſunt cubilia militaria, & quale ſibi apud Homerum parat Vlyſſes, ex arborum congeſtis frondibus, ac ramis humi ſubſtratis. v. Chiliad. ¶ 3. Paraſitus Terentii, a φορμός, *tegeticula.* Vide ſupra *Æro*, & Salmaſ. Exercit. Plin. p. 574. v. Ter. Phorm. prol. v. 2[7]; & Turnebi Adv. 24, 2. Nobilem præ cæteris fuiſſe apparet iſtam fabulam. Cic. pro Cæcin. c. 10. *Argentarius, cui nomen eſt Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentians eſt Phormio.* Et Auſon. ep. 22, 10 *Terentianum Phormionem* vocat, quem ſignificare vult *incultum & horridum.* v. Scalig. Auſon. Lect. 2, 9 p. 112.

PHŌRŌNEVS, *ei*, m. Φορωνεύς, tribus ſyllab. Inachi fluvii filius, & ut videtur, etiam pater rex Argivorum, a quo dicti ipſi ſunt *Phoronæi*: Stat. Theb. 4, 589: & Plin. 7, 56, qui antiquiſſimum Græciæ regem appellat, quod de Inachi filio dici vix poteſt. Apparet idem ex patronymico, quod ſtatim ſequitur.

¶ Phorōnis, ĭdis, f. Φορωνίς, patronym. quod de Io, Inachi filia, Phoronei nepte, uſurpant poëtæ. vid. Ovid. Met. 1, 668; & 2, 524. Et adjective Seneca Thyeſt. v. 114 *Phoronides venæ*, i. e. undæ fluvii Inachi, patris Phoronei.

¶ Phŏrōnēus, *a*, *um*, adject. Stat. 3 Silv. 2, 101

Iſi Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris.

PHOSPHŌRVS, *i*, m. Φωσφόρος, ſtella Veneris, Lucifer, der morgenſtern. vide ſupra *Lucifer* & *Heſperus.* Martial. 8 epigr. 21

Phoſphore, redde diem, quid gaudia noſtra moraris?

PHŌTĪNVS, *i*, m. Syrmii epiſcopus, hæreſiarcha ſive caput Photinianorum, initium Chriſti ex Maria prædicantium, & divinam ejus ab æterno naturam negantium. v. Sulp. Sev. 2, 37. Socrat. H. E. 2, 29.

PHRAGMĪTES, *æ*, m. Φραγμίτης, genus calami, qui circa ſepes naſcitur, Plin. 32, 10. Dioſcor. 1, 114.

PHRAGMON, *ōnis*, m. Statuarius, de cujus operibus Plin. 34, 8.

PHRĀHĀTES, ſive Phraates, *æ*, m. Parthorum rex, quo expulſo ob tyrannidem, Tiridates regnum occupavit. Quo tamen rurſus dejecto, reſtitutus Phrahates ab Auguſto fuit. v. Juſtin. lib. 42, & Dionem Caſſium lib. 54 extr. Hinc Horat. 2 od. 2, 17 *Redditum Cyri ſolio Phrahaten Diffidens plebi numero beatorum eximit virtus.* ¶ 2. Hic *Phrahates* filium cognominem habuit, de quo Tacitus An. 6, 31. ¶ 3. Sed plures *Phrahates* in regibus Parthorum: & quartus fuit hujus nominis, qui Auguſto æqualis erat. v. Hiſt. Antiq.

PHRĀSIS, *is*, f. φράσις, forma loquendi, ἀπὸ τῦ φράζειν, *loqui*, die weiſe zu reden, redensart. Quintil. 8, 1, pr. *Quam Græci φράσιν, vocant, Latine dicimus Elocutionem.*

¶ Phraſeologia, *æ*, f. φρασεολογία, modi & formulæ loquendi.

¶ Antiphrăſis, *is*, f. ἀντίφρασις, dictio vi etymologiæ contrarium ſignificans: ut, *Manes*, quaſi minime boni. *Manum* enim antiqui bonum dicebant, Servio teſte; *Eumenides*, quaſi minime benevolæ; *Bellum* quod minime bellum. v. Quintil 8, 6; Gell. 11, 1; & 19, 7. Sed in exemplis caute agendum, ne antiphraſin fingamus, ubi nulla eſt. Ita *lucum* ſunt, qui dictum velint per antiphraſin, quod umbra opacus parum luceat; & *ludus*, quia ſit longiſſime a luſu; & *Dis*, quia minime dives: quæ habet ac ridet Quintil. 1, 6 p. 80. De *luco* videri etiam poteſt Hieronymus Epiſt. 100 ſub finem: quem tamen alii absque antiphraſi malunt a luce ſacrificiorum ita dictum. Immo ſunt eruditi, qui negent, ullum vocabulum eſſe per antiphraſin dictum, ut Luc. Ioann. Scoppa 1 Collect. 18. Quem ſecutus Voſſius ἀντίφρασιν vocat inane Grammaticorum commentum f. 196 Etymol. voce *Lucus.*

¶ Ecphrăſis, *is*, f. ἔκφρασις, elocutio, expoſitio dilucida, eine erklärung.

¶ Metaphrăſis, *is*, f. μετάφρασις, translatio, interpretatio, die überſetzung oder auslegung mit andern worten. v. Sen. 1 Suaſor.

¶ Paraphrăſis, *is*, f. παράφρασις, interpretatio liberior, ſed non ſine mutatione & additione, cujusmodi eſt Themiſtii in Ariſtotelem, Nicephori in Euſebium, Eraſmi in Novum Teſtamentum, & Chaldæorum interpretum in S. Biblia, præſertim poſteriorum. conf. Quint. 10, 5 p. 941.

¶ Paraphraſtes, *æ*, m. παραφραστής, *enarrator, interpres*, ein erklärer, ausleger. Hieron. præf. in libr. Reg.

¶ Periphrăſis, *is*, f. περίφρασις, circuitio, circumlocutio, copioſior rei deſcriptio, eine umſchreibung; ut, *Scholæ peripateticæ princeps*, pro Ariſtotele. Virg. Æn. 4, 584 *Et jam prima novo ſpargebat lumine terras Tithoni croceum linquens aurora cubile.* Pro, *Dies incipiebat oriri*, aut *illucescere.* Conf. Quintil. 8, 3 & 6; item 9, 1 & 3; Gell. 3, 1; & Iſidor. 1, 36.

PHREATTIVM, *i*, n. Forum erat Athenis, in quo agebatur cauſſa, ſi quis reus cædis involuntariæ, præterea cædem commiſiſſet voluntariam.

PHRĔNES, *um*, f. pl. φρένες, *præcordia, quæ cordi prætenduntur*, Plin. 11, 37. Proprie ſunt membranæ, quibus cor involvitur, das netz ums hertz; etſi Euſtathius ita vocet τὸ διάφραγμα. Vide *Diaphragma*, & Cæl. Rhodig. Lect. ant. 4, 21.

¶ Phrēnēſis, *is*, f. penult. producta, φρένησις, ſymptoma, & morbus ægrotantium, cum deſipere videntur & furiosa loquuntur, haupt-kranckheit, wahnwitz. Iuvenal. 14, 136 *Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis.* Licenter Sammonicus alteram corripuit c. 8 *Ex vitio cerebri phreneſis furioſa movetur.* Item Prudentius Hamartig. v. 125 *Imo hac attoniti phreneſis manifeſta cerebri.*

¶ Phrēnētĭcus, *a*, *um*, φρενητικός, phreneſi laborans, wahnwitzig, der irre im haupt iſt. Cic. de Divin. 1, 38 pr. *Ego haud ſcio, an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis.* Adde Martialem 11 epigr. 29 ſecundum multorum codicum lectionem. *Frenetico* exſtat in Petron. c. 63 f.

¶ Phrenītis, ĭdis, f. φρενῖτις, idem quod *Phreneſis*, Celſo 2, 1. Idem 3, 18 quid ſit, eleganter exponit: *Phrenitis tum demum eſt, cum continua dementia eſſe incipit; aut cum æger, quamvis adhuc ſapiat, tamen quasdam vanas imagines accipit: perfecta eſt, ubi mens illis imaginibus addicta eſt.*

¶ Phrēnītici, iidem qui *Phrenetici.* Celſus 3, 18 *Ex phrenitiſis alii hilares, alii triſtes ſunt.*

¶ Phrenetīzo, *āre*, unſinnig ſeyn. Cæl. Aurel. præfat. Acuti *Phrenetizandi cauſſas dicere.*

¶ PHRŌNĒSIS, *is*, f. φρόνησις, prudentia in rebus expetendis & fugiendis, die fürſichtigkeit, apud Cic. Offic. 1, 43.

¶ Phronēſium, f. φρονήσιον quaſi *prudentale*, meretrix in Plaut. Truc.

¶ Phrontiſta, *æ*, m. φροντιστής, philoſophus contemplator, Pollux 4, 6.

¶ Phrontiſterium, *i*, n. φροντιστήριον, locus, in quo cogitationes noſtras explicamus, i. e. ſchola, eine ſchule. v. Polluc. Onom. l. c.

PHRYGANIVM, *i*, n. animal, quod ſe ignorare Plinius 30, 11 ait, cum tamen remedio eſſe quartanis ex Chryſippo commemoret.

PHRŸGIA, *æ*, f. Φρυγία, regio minoris Aſiæ *pluribus vicis, quam urbibus frequens*, ut de ea Curtius ſcribit 3, 1, 11. A fertilitate *pinguem* vocat Horat. 2 od. 12, 22. Duplex etiam fuit, major & minor. Vide Geographos, & Claud. in Eutrop. 2, 238 & ſeq. ubi eleganter deſcribit. ¶ 2. *Phrygia* etiam herba eſt, quæ & *Phrygitis*, de qua Apul. de Herb. c. 56 & 96.

¶ Phryx, gen. *Phrўgis*, m. Φρύξ, plur. *Phrўges*, qui & *Phrygii*, *qui* ſunt ex Phrygia. Cic. fam. 7, 16 pr. *In equo Trojano ſcis eſſe in extremo: Sero ſapiunt Phryges*, narren werden mit ſchaden klug. Per *Equum Trojanum*, intelligit vetuſtiſſimi poëtæ Livii Andronici tragœdiam. *Proverbium* autem, ut Feſtus docet, *eſt natum a Trojanis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam, quæque cum ea erant rapta, reddere Achivis.* Ita *Phrygem plagis fieri ſolere meliorem* Græcorum & ipſum proverbium erat, docente Cic. pro Flacco 27. Sane in commune Phryges agreſtis & inurbani ingenii habiti; nec mirum, qui paucas urbes colerent, ut Curtius ſignificat, cujus locum ſupra laudavimus. Vrbes enim cultiora & acutiora ingenia alere ſolent. Hinc iidem Phryges in magno omnium contemtu: atque ſic appellati, qui deſpectui erant. Curtius 6, 11, 4 ex perſona Belonis Philetam deferentis, *ludibrio ei fuiſſe ruſticos homines, Phrygasque & Paphlagonas appellatos.* Et Cic. ad Quint. Frat. 1, 1 *Niſi forte me Paconii, neſcio cujus hominis, ne Græci quidem aut Myſii, aut Phrygii potius, querelis moveri putas.* Phædrus præfat. 3, 52 *Si aut Phrygii potius, querelis moveri putas. Si aut Phryx Æſopus potuit, ſi Anacharſis Scythes, Æternam famam condere ingenio ſuo: &c.* id eſt, ſi neque Æſopo, neque Anacharſi patria obſuit, quo minus ingenio excellerent, quamvis alter inter viliſſimos Phryges, alter inter ſocordiſſimos Scythas natus eſſet. Et vero Phryges, κατ' ἐξοχήν quoque dicti Barbari: ut cum *Barbarus* abſolute diceretur, *Phryx* ſignificaretur. Vide ſupra in *Barbarus.*

¶ Phrygio, *ōnis*, m. qui acu pingit, ein ſeidenſticker. Phryges enim texturam illam primi invenerunt, Plinio auctore 8, 48. Vide & Serv. in Virg. 3 Æn. *Phrygionis* vocabulo uſus Varr. ap Nonium 1, 10: & Plaut. Aul. 3, 5, 34 *Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius* Dicitur & *Barbaricarius.* Phryges enim κατ' ἐξοχήν Barbari, de quo paullo ante.

¶ Phrў-

¶ Phrygius, *a, um*, adj. ut, *Phrygium æquor*, Virg. Æn. 1, 381. *Phrygiæ arces*, Ovid. Met. 13, 44. *Phrygius lapis* est gleba pumicosa, Cels. 5, 7; & 6, 6; Plin. 36, 9 & 20. ¶ 2. *Phrygius modus* est musicus, Mart. Capell. lib. 9 p. 317 Hinc *Cantus Phrygii*, Cic. Divin. 1, 50; & Apul. Met. 8 p. 274. *Phrygium carmen* vid. in *Dorium*.

¶ Phrygiānus, *a, um*, idem; ut, *Vestes Phrygianæ*, Plin. 8, 48, gestickte kleider. Ad quem locum Harduinus notat, MSS. omnibus libris esse *Phrygioniæ*, ut a Phrygio, *ōnis*, adjectivum formatum sit. Verba Plinii sunt: *Acu facere id Phryges invenerunt, ideoque Phrygionia appellatæ sunt*, subaudi, vestes. Est igitur

¶ Phrygiōnius, *a, um*, adj. a *Phrygio*, *Phrygionis*, formatum, de quo modo dictum est.

PHRYNE, *es*, f. meretrix Thespiaca, tanta pulchritudine, ut ad ejus similitudinem simulacra Veneris universa Græcia fingerentur, ut Arnobius auctor est lib. 6. Hinc acculata impietatis, non tam eloquentia Hyperidis patroni, quam formæ excellentia absoluta fuit. Narrant Athenæus lib. 4. Sext. Empiricus lib. 2 adv. Mathemat. itemque Plutarch. in Hyperide, & Quint. 2, 15. Hæc tantam pecuniæ vim quæstu corporis redegit, ut Thebas ab Alexandro M. excisas denuo condiderit & instaurarit, Athenæus lib. 13. Plin. 34, 8; & Tibull. 2, 7, 45. ¶ 2. Apud Horat. epod. 14 extr. *Phryne* pro quovis scorto ponitur.

PHRYNION, *i*, n. φρύνιον, herba, quæ & Paronychia, ita dicta, quod τοὺς φύνους, i. e. rubetis adversetur, schleedorn, finger-nägel-kraut, Plin. 25, 10; & 27, 12 &c.

PHRYNVS, *i*, m. φρῦνος, genus ranæ omnium maximum, in vepribus tantum vivens; unde & *Rubetam* Latini appellant, Plin. 32, 4.

PHRYXVS, *i*, m. Athamantis Bœotiæ regis filius. Hic a Nephele matre aureo vellere arietem, Mercurii donum, acceperat, cui insidens Iûs novercæ odia ut effugeret, mare trajecit, quod delapsa in illud Helle, quæ post fratrem sederat, Hellesponti nomine signavit. Ipse Colchos delatus arietem quidem Marti immolavit: pellem vero auream Æetæ Colchorum regi, socero suo (ejus enim filiam Chalciopem duxerat,) dono dedit. v. Apollod. lib. 2 Bibliothecæ item Hygini fab. 3; & Astron. 2, 20. Nam hujus arietis effigiem inter sidera retulisse Iupiter fingitur. Meminit hujus arietis & Fac. An. 4, 34, 4. Conf. Bocat. de Geneal. Deor. 13, 67. Pellis hujus arietis est nobile illud *vellus aureum*.

¶ Phryxēus, *a, um*, φρυξεῖος, adj. ut, *Aries Phryxeus*, Seneca Medea v. 471. *Vellus Phryxeum*, apud Ovid. Met. 7, 7.

PHTHĪA, *æ*, f. Φθία, oppidum Thessaliæ, Achillis patria, de qua Virgilius Æn 1, 284.

¶ Phthius, *a, um*, adj. *Non ego sum Phthia &c.* Ovid. epist. Didonis v. 165. Sic, *Phthium Achillem* Horatius dixit 4 oda 6, 4.

¶ Phthiōta, *æ*, m. Phthiæ incolæ, Φθιώτης: ut, *Senex Phthiota*, Cic. Tusc. 1, 10.

¶ Phthiōtĭcus, *a, um*, adj. ut, *Phthiotica tempe*, Catull. 65, 35.

PHTHĪRIASIS, *is*, f. φθειρίασις, morbus pedicularis: a φθὴρ φθειρός, die läuſeſucht. Gloſſæ Cyrilli: φθειρίασις, *Pediculatio*. Periit eo morbo Cassander, Antiochus, Sylla Romanus, (v. Aur. Vict. vir. ill. c. 75.) Pherecydes philosophus; post alios & Philippus II Hispaniarum rex, Caroli V filius, ut Baudius Iamborum Funebri. libro, carmine in Philippi obitum restatur. Cui & hanc notam adjecit, non meminisse se, quem quam excellæ dignitatis principem tali genere mortis interiisse, nisi qui vel sæviendo, vel divinos honores affectando humanitatem exuisset. Vide ejusdem & Epos 5 Heroicorum Part. 1, & ad id calce libri appositam notam. Hoc autem de morbo agit Plinius 24, 10; & 20, 6. & 22; & 30, 15 &c.; & Serenus c. 6.

¶ Phthirŏphăgi, *orum*, m. pl. φθειροφάγοι, ad pontum Euxinum populi, a squalore & sordibus nomen adepti, velut *pediculivori*, teste Strabone, läuſefreſſer.

¶ Phthirĕphŏros, φθειροφόρος, epitheton piceæ, de qua Plin. 16, 10 quasi *pediculifera*. v. Theophr. Hist. 2, 3.

PHTHĪSIS, *is*, f. φθίσις, tabes, exulceratio pulmonis, dicta ἀπὸ τῦ φθίνειν, *tabescere*, die ſchwindſucht. Columella 6, 14 pr. *Cum pulmones exulcerantur, inde tussis & macies, & ad ultimum phthisis invadunt.* Iuvenalis 13, 95 *Et phthisis, & vomicæ putres.* Adde Celsum 3, 22; & Senec. epist. 75.

¶ Phthisĭcus, *a, um*, φθισικός, phthisi laborans, ſchwindſüchtig, vide Scribon. Larg. Composit. 186. Plin. 24, 15; & 26, 11; & Martial. 11 epigr. 22, ubi P. Scriverius & Gruterus ex optimo codice restituerunt *de phthisico cinædo*, pro vulgato *Delphitico* & Scaligeri *Deliaco cinædo*.

¶ Phthisĭsco, *ĕre*, phthisi laborare, ſchwindſüchtig ſeyn. Sidon. 5 ep. 14 *Iecoro sis & phthisiscentibus medicabilis.*

PHTHONGVS, *i*, m. φθόγγος, sonus, sonitus, der ton, ſchall, klang. Plin. 2, 22 *Saturnum Dorio moveri phthongo, Iovem Phrygio.* Add. Vitruv. 5, 4; & Mart. Capella 9 p. 318.

¶ Diphthongus, *i*, f. ἡ δίφθογγος, scil. vocalis, ein doppellautender vocalis. Vide Grammaticos. ¶ 2. *Diphthongæ syllabæ, Græco nomine dictæ, quod in eis binæ vocales jungantur; Ex his apud nos verus esse scimus quatuor, æ, œ, æu, eu.* Isidor. 1, 15.

¶ Enneaphthongos, c. adj. von neun ſaiten. Mart. Capella 1 p. 17 *Enneaphthongos chelys.*

PHTHŎRIVS, *a, um*, φθόριος, perdendi & necandi vim habens. Sic *Phthoria medicamenta* sunt, quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quæ & *Ecbolia* dicuntur, ab ejiciendo. Plin. 14, 16 de scammonite vino, *Hoc vinum phthorium vocant, quoniam facit abortus.*

PHV, φῦ, herba Valeriana, baldrian. Matthiolus. vid. Plin. 21, 20; & 12, 12; Dioscor. 1, 10. Scribon. Larg. Composit. 170.

PHY, interjectio mirantis, pfuy. Terentio Adelph. 3, 3, 59; al. 4, 49, ubi est admirantis cum laude.

PHYCIS, *ĭdis*, f. φύκις, piscis verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus, Plin. 9, 26; & 32, 11.

PHYCOS, *i*, m. φῦκος, alga sive frutex marinus, waſſerkraut. Plin. 13, 25; & 26, 10. vid. *Fucus* n. 2.

¶ Phycītes, *æ*, m. φυκίτης, gemma algæ nitorem habens, Plin. 37, 10.

PHYGETHLON, *i*, n. φυγέθλον, est tumor durus, eine geſchwulſt. Cels. 5, 28.

PHYLĂCA, *æ*, f. φυλακή, custodiæ locus, carcer, das gefängniß, Plaut. Capt. 3, 5, 93 *Abductus recta in phylacam.* ¶ 2. *Phylace* oppidum Phthioticæ regionis in Thessalia, quæ sub imperio Protesilai fuit, quem ea causa θανατηλὸν νεκυίσκον appellat Lucianus T. 1 p. 341. vide Lucan. 6, 352. Hinc

¶ Phylacides, *æ*, m. ipse Protesilaus, prima contra naturam primitivi producta (vel geminato forte *l.*) apud Ovid. Art. Am. 2, 356 *Phylacides aberat Laudamia tuus.* Et ita Propert 1, 19, 7.

¶ Phylacēius, *a, um*, adject. ut, *Conjux Phylaceia*, Ovid. Trist 5, 14, 19.

¶ Phylacista, *æ*, m. φυλακιστής, custos carceris, ein ſtockmeiſter, kerkermeiſter. Plaut. Aul. 3, 5, 44 *Treceni cum sunt phylacistæ in atriis*, id est, custodes mancipiorum in ergastulis. Est a φυλακίζειν, *in carcerem conjicere.* v. Turneb. Adv. 14, 5; & 24, 23.

PHYLACTĒRIVM, *i*, n. remedium avertendis morbis & incantationibus paratum: a custodiendo seu servando sic dictum, ein präſervativ oder mittel wider gifft und zauberey. Græcum enim est, φυλακτήριον, *Servatorium, Amolimentum, Amoletum, Prophylactica.* Vet. Gloss. *Amoletum*, φυλακτήριον. Erant autem hæc remedia ferme magica & præcantatoria, superstitiosa certe, & nullis naturæ causis nixa: unde & vetita Christianis, & sacrilega, quemadmodum Augustinus appellat de catechisandis rudibus c. 25, de iis agens, qui pro Christianis habendi non sint, quales *ebriosos, avaros, fraudulentos, aleatores, adulteros, præcantatores, denique remedia sibi sacrilega alligantes* recenset. Isidorum adde 8, 9. Quoniam autem hæc remedia alligabantur, ideo & *Ligaturæ* & *Alligaturæ* appellata. Gaudentius Brixiensis 4 de Lectione Exodi; *Partes ideò idololatriæ sunt, veneficia, præcantationes, saballigaturæ.* Habes exemplum & apud Augustinum epist 73. Huc pertinent laminæ illæ pro colubrarum ictibus, quas Marsi & Psylli vendebant, de quibus Arnobius 2 p. 39 & 50. Item illud ABRACADABRA, a collo suspensum, de quo Serenus Sam. c. 53; Keuchen. ad Seren. præf. p. 541 sq. edit. Burm. & Selden. de Diis Syris 1, 2 p. 120. Item *Ephesiæ litteræ*: & *Nicteriæ*, quæ dicebantur; de quibus supra suis locis. Item, numismata aurea Alexandri M. quæ circumligari fuisse solita, Chrysostomus Homil. 21 ad Pop. Antioch. scribit. Et quoniam artifices talium, eorum efficaciam ad quamdam arcanam naturæ vim referebant, idcirco favorabiliore vocabulo φυσικὰ περίαπτα appellabant. Augustinus laudato lib. 2 c. 20 *Quæ mitiore nomine PHYSICA vocant, ut non quasi superstitione implicare, sed naturâ prodesse videantur &c.* Conf. Voss. de Idol. 1, 8 Scip. Gentil. in Apol. Apul. p. 307; Lubin. ad Persium p. 692; & de *annulis physicis* Kuster. ad Aristoph. Plut. p. 884. ¶ 2. *Phylacteria* apud D. Matthæum c. 23, 5 appellantur *pittacia illa* sive *membranæ* Pharisæorum, in quibus decalogum habebant perscriptum; has complicantes ligabant in fronte & quasi coronam capiti faciebant. Hodie vulgo a precibus, in quibus utuntur, vocant *tephillin*, gedenck-zettel. Vide ibi Hieronymum; itemque Scalig. Elencho trihæresii c. 8; & Sam. Petitum Var. Lect. 2, 3; itemque Fagium in Exod. c. 13; Drusium de Sectis Iud. p. 103; Fuller. Miscell. 5, 7, alios. Quod quia gloriæ causa faciebant, idcirco πλατύνειν τὰ φυλακτήρια proverbialiter, pro ostentare se captandæ inanis laudis gratia, dici est cœptum. Clemens Alexandr. 1 Strom. p. 215 extr. Οὐκ ὀφείλομεν πλατύνειν τὰ φυλακτήρια κενοδοξίαν ζηλοῦντας: *Non oportet ergo unquam dilatare phylacteria vanam ambiendo & magnificiendo gloriam.*

¶ Phylactērius, *i*, m. plur. Phylacterii vocabantur, qui phylacteria seu amuleta conficiebant præbebantque. De quibus ita Balsamo ad Canon. 61 Concilii in Trullo: φυλακτήριοι *hoc est, remediorum seu amuletorum prabitores dicuntur, qui fraude Dæmonis eis, qui a se decipiuntur, vincula quædam ex fericis filis contexta, quæ & πέγγια dicuntur, præbent. Quæ aliquando quidem intus habent scripturas, aliquando vero falsa quædam alia, quæcunque incident.* Dicunt autem, *hæc juvare, si ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuo pendeant, ad omne malum vitandum.* Laudat h. l. & plura habet Lindebr. ad Ammian. l. 19.

PHYLARCHVS, *i*, m. φύλαρχος, tribunus, tribuum princeps, tribui præfectus, qui φυλῆς ἀρχὴν habet, ein zunfftmeiſter, obriſter. Cic. fam. 15, 1 *Iamblichus, phylarchus Arabum*, i. e. dynasta seu princeps *phylarum*, in quas Arabes divisi sunt, sicuti Ægyptii in *nomos*. Ammian. 24, 2 *Malechus Phylarchus Saracenorum Assanitarum, famosi nominis latro.* conf. Sexti Rufi Breviar. c. 14.

PHYLE, *es*, f. castellum Atticæ, Corn. Nepos 8, 2, 1, de quo vid. Meurs. lib. de populis Atticæ p. 144.

PHYLLANTHES, *is*, n. φυλλάνθης, herba ex aculeatarum genere, Plin. 21, 16.

PHYLLIS, *ĭdis*, f. Sitonis, Thracum regis, filia, Demophoonti, Thesei regis filio, adamata, petitaque in conjugium. Quæ amatore suo procoque profecto, quod se spretam putaret, laqueo sibi fregit gulam, vel, ut alii volunt, amatoris impatientia mœroreque animi exspiravit, in amygdalum arborem demum conversa. Vnde & Pallad de infitione v. 61 & v. 149 *Phyllida* pro amygdalo dixit. v. Ovidii Heroid. 2; itemque Serv. ad Virg. ecl. 5, & Hygin. fab. 59. Antequam necem sibi conscisceret, per *novem vias* amicum sibum persecuta dicitur, vid. Parrhas. ad Claudia. de raptu Prof. 1, 135, cujus verba exhibet etiam Giosa ad Ovid. R. A. 55. ¶ 2. Sed in illo Virg. ecl. 5, 10 *Si quos aut Phyllidis ignes Aut Alconis habes; Phyllis* puellæ rusticæ, sicut *Alcon* pueri, nomen est: ut ecloga 7 extr. & eclog. 10, 44.

PHYLLĪTIS, *ĭdis*, f. Φυλλῖτις, planta, *lingua cervina*, vulgo hirſch-zungen. v. Dioscor. 3, 121.

PHYLLŎDŌCE, *es*, f. Nymphæ nomen, Virg. Georg. 4, 336.

PHYLLON, *i*, n. φύλλον, spina sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculeatis, &c. Plin. 27, 12 & 22.

¶ Phyllophares, *is*, m. marrubium, Apul. de Herb. c. 45, lungenkraut.

¶ Enneaphyllon, *i*, n. ἐννεάφυλλον, herba novem foliis constans, neunblättericht, Plin. 27, 9.

¶ Heptaphyllon, *i*, n. ἑπτάφυλλον, latine septifolium, ſiebenblättericht, Apul. de Herb. c. 116.

¶ Myriophyllon, *i*, n. μυριόφυλλον, *millefolium*, ſchaffgarb, Plin. 24, 16; & Dioscor. 4, 110.

¶ Pentaphyllon, i, n. πεντάφυλλον, herba, *quinquefolium*, fünffingelkraut, Plin. 25, 9; Apul. de Herb. c. 2.

¶ Triphyllon, i, n. τρίφυλλον, *trifolium*, dreyblätterichter klee. Dioscor. 3, 114; & 4, 108.

¶ Oxytriphyllon, i, n. ὀξυτρίφυλλον, trifolium acutum, ſauerklee, katzenklee, Plin. 21, 9; & Dioſc. 3, 14.

PHYLLOS, i, Φυλλος vel Φύλη, urbs Theſſaliæ, *pecoroſa* dicta Statio Theb. 4, 45.

¶ Phyllēius, a, um, Ovid. Met. 12, 479.

¶ Phyllēis, ĭdis, f. *Phyllidis* matres Ovid. Her. 13, 35, ubi vid. Heinſ.

PHŸMA, ătis, n. φῦμα, tuberculum, turunculo ſimile, ſed rotundius ac planius, eine hitzblatter. v. Celſ. 5, 18, 16 & 20; it. 5, 28, 9.

PHYNON, ĭnis, m. collyrium hvelpidis, Celſ. 6, 6, 20.

PHŸRĀMA, ătis, n. Φύραμα, gummi genus, kleiſter, Plin. 12, 23. In genere medicis eſt omnis malla miſta, ein teig, a Φύρω, *miſceo*.

PHYSĂLIS, ĭdis, f. φυσαλις, i. e. *helicacabus*, die ſtudenkitſche, Dioſc. 4, 70.

PHŸSĒMA, ătis, n. φύσημα, plur. *Phyſemata*, ſic dicuntur abortus concharum, qui inde contingant, ſi tempore generationis earum incidant tonitrua: Plin. 9, 35.

¶ Anaphyſēma, ătis, n. ἀναφύσημα, evaporatio, dunſt. Apul. de Mundo p. 242 *Anaphyſemata Graeci vocant eos ſpiritus, qui de fundo vel hiatibus terrae exploſi ad ſuperna maris ſolent devenire.*

PHŸSĒTER, ēris, m. Φυσητήρ, belua marina admirandae magnitudinis ex genere balænarum, Gellius ex Gellio, ein ſprützwal, groſſer wallfiſch. Avienus Arateis v. 308 *Cano nutrit ſub gurgite Nereus Delphinos virides & Phyſeteras anoplos.*

PHŸSIS, is, f. Φύσις, natura, die natur. ¶ 2. *Phyſes*, (Φύσαι) gemmas factitias appellari, ſcribit Plinius 37, 12, velut ipſius naturae admirationem venditantes.

¶ Phyſĭcus, a, um, adject. φυσικὸς, naturalis, ad naturam pertinens, natürlich; ut, *Phyſica ratio*, Cic. Nat. D. 2, 21. ¶ 2. Interdum *Phyſicus* eſt *magicus*. vid. quae in *Phylacterium* n. 1 obſervavimus.

¶ Phyſĭcus, i, m. ſubſt. ein naturkündiger. Cic. Nat. D. 1, 30 pr. *Phyſicus, id eſt, ſpeculator venatorque naturae*. conf. Gell. 1, 9. Prudent. in Symm. 2, 203 *Phyſicorum dogmata*.

¶ Phyſica, ae, f. φυσικὴ, ſcientia rerum naturalium, die naturkunſt. Cic. de Fin. 3, 21 *Ad eas virtutes dialecticam adjungunt & phyſicam.*

¶ Phȳſĭca, ōrum, n. pl. idem. Cic. Fin. 1, 6 pr. *Epicurus in phyſicis, quibus maxime gloriatur, totus eſt alienus.* Id. in Orat. c. 34 *Ne phyſicorum quidem ignarus.* conf. Auſon. Idyll. 4, 48; & Sidon. carm. 15, 101.

¶ Phyſice, adv. ſecundum dogmata phyſicorum. Cic. Nat. D. 3, 7 *Quae a te phyſice dicta ſunt de vi ignea.*

¶ Phyſicŭlo, āre, a *Phyſicare*, pro φυσικεύεσθαι, Mart. Capella dixit: hoc eſt, rimari atque inquirere, quod in natura abditum, die natur erforſchen. Cic. Timaeo, pr. *Inveſtigare res, quae a natura involutae ſunt*, dixit. Hoc magi jactabant: item aruſpices & divinatores alii. Ita *Phyſiculandi ſolertiam*, i. e. divinandi dixit Saxo grammaticus lib. 1 Hiſt. Daniae. v. Scalig. ad Priapeja, & Grotium ad Capellam lib. 1. Et ſic Apul. de Deo Socratis p. 102 ed. Beroaldi *Phyſiculanda exta dixit.* Sed Elmenh. p. 45 legit *fiſſiculanda.*

¶ Phyſiognōmon, ŏnis, m. φυσιογνώμων, quaſi naturam cognoſcens, praeſertim ex vultu, oculis, lineamentis aut ſignis ſimilibus. Cic. de Fato c. 5 *Quid? Socratem nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus Phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere.*

¶ Phyſiognōmia, ae, f. υσιογνωμονία, ars inſpectrix naturae ex vultu & corporis habitu. Cui tuus quoque locus debetur, magni alicujus Theologi judicio. Etiamſi enim non ad artes certas, fallere & falli neſcias, ad σοχαστικὰς tamen pertinet.

¶ Phyſiŏlŏgus, i, m. υσιολόγος; phyſicus, phyſicae ſcientiae deditus, ſeu de natura diſſerens.

¶ Phȳſiologia, ae, f. υσιολογία, phyſica. Cic. Divin. 1, 41 *Naturae rationem, quam Phyſiologiam Graeci appellant, notam eſſe ſibi profitebantur.*

¶ Metaphȳſica, ae, f. eſt ſcientia, quae ens ſpeculatur, & ea, quae huic inſunt, Ariſtot. Metaphyſ. 3, 1. Sed inter recentiores diverſas plane notiones haec vox accepit. Siquidem mox principia omnis ſcientiae generalia, mox doctrinam de Deo & ſpiritibus aliis, mox explicationem vocabulorum a ſcholaſticis maxime inventorum, mox haec omnia eo nomine intelligunt.

¶ Metaphyſicus, i, m. qui tractat metaphyſicam.

PHŸTEUMA, ătis, n. Φύτευμα, herba, cujus uſus ad amatoria, creutzwurtz, Plin. 27, 12. Dioſc. 4, 130.

PHYTŌLŎGIA, ae, f. φυτολογία, eſt diſciplina rerum vegetabilium & plantarum; φυτὸν enim *planta* eſt, die lehre von erd-gewächſen und kräutern.

Piabilis, piacularis, piaculum, piamen, piatio &c. vide infra, *Pio, āre.*

PĪCA, ae, f. dicta ἀπὸ τῆ ποικίλη, hoc eſt, *a coloris varietate*, avis nota eſt, ein aglaſter, älſter, Plin. 10, 29. *Pica loquax, garrula*, apud poëtas, v. Martial. 14 epigr. 76. Sic, *Pica glandaria*, garrulus eſt, ein häher oder heltſchreyer, vide *Garrulus.* ¶ 2. *Pica*, etiam in gravidis mollities eſt, & languor diſſoluti & omnia faſtidientis ſtomachi, das gelüſten der ſchwangern frauen. *Libidinem gulae* Tertullianus appellavit. Vide ſupra *Faſtidium.*

¶ Pīcus, i, m. avis alia, ein ſpecht oder baumhacker, Plin. 10, 16. *Picus maximus*, vel *niger*, ein groſſer ſchwarzer ſpecht. *Picus varius*, ein maurſpecht. *Picus viridis*, ein grünſpecht. *Picus cinereus*, ein nußhacker, nußpicker. *Picus muralis*, ein maurſpecht. Ovid. Faſt. 3, 37 *Martia picus avis.* Adde Horat. 3 od. 27, 15. ¶ 2. *Picos* prodigyphibus dixit Plaut. Aul. 4, 8 pr. *Pici, divitiis, qui aureos montes colunt, Ego ſolus ſupero:* ita conſtrue: Ego ſolus ſupero picos divitiis, qui pici aureos montes colunt, i. e. qui ex montibus Hyperboreis aurum effodere creduntur. v. Turn. Adv. 23, 26; & 24, 23. ¶ 3. *Picus* etiam Latinorum rex fuit, Saturni filius, Fauni pater, Latini avus, auguriorum peritiſſimus. Fingitur in avem ſui nominis a Circe immutatus. v. Ovid. Met. 14, 320, & Servium in Virg. Æn. 7, 190.

¶ Picātus, a, um, plur. *Picati appellantur quidam, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem Sphingum, quod eas Dorii PICAS vocant*, Feſtus.

Picare, picaria, picatus, picea, piceaſter, vide *Pix.*

PĪCĒNVM, i, n. Italiae regio, trans montem Apenninum, ab ipſis montibus usque ad mare Adriaticum extenſa. Ab Ancona, celeberrimo emporio, Marchia Anconitana hodie dicta.

¶ Picēnus, a, um, adj. ut, *Telles Picena*, Silius 8, 425. *Picena regio &c.* Feſt. Sic, *Picina uva*, ſorſan, *Picena*, Plin. 15, 15.

¶ Picentīnus, a, um, idem; ut, *Picentina Ceres*, Martial. 13 epigr. 47.

¶ Picentia, ae, f. praecipua urbs Picentinorum inter Campaniam & Lucaniam: Silius 8, 579.

¶ Pīcentes, ium, & Picentīni, orum, m. pl. incolae. Sing. *Picens* Prudentii eſt in Hippol. v. 206. Plura in Geograph. conf. Liv. 10, 10.

PICRIS, ĭdis, f. πικρὶς, herba, intubus ſilveſtris ſeu cichorium, ſeu ſeris ſilveſtris, wegwciß, oder wegwart, vide *Cichorium* & *Intybus.* Plin. 19, 8, & 21 c. 17, & 22 c. 22. Dioſc. 2, 160.

¶ Picridium, i, n. πικρίδιον, diminut. genus lactucae, ſalat. Auguſtin. Quaeſt. 21, 21.

PICTA, ae, f. de navi; plur. *Pictae* vel *Picatae*, ſcil. naves, Veget. 5, 7. Alii *Pincae* legi volunt.

Pictacium, Pictavia, &c. Pictilis, vide *Pittacium, Pictones, Pingo.*

PICTŎNES, um, m. pl. Galliae populi Ptolemaeo, quorum metropolis

¶ Pictavia, ae, f. ſeu Pictavium, i, n. urbs celebri hodie Academia inſignis. Hod. *Poitiers.* Ab urbe funt

¶ Pictāvi, ōrum, m. pl. iidem qui *Pictones.* Paulinus Petrocor. 1, 287 *Dum Pictavorum doctor floreret in oris.*

¶ Pictavĭcus, & Pictŏnicus, a, um, adject. Auſon. epigr. 51 *Imago Rufi Rhetoris Pictavici.* Alii *Pictavica*, ſcil. *urbis.* Pari modo idem Profeſſ. 10, 41 *Pictonicaque dedit*, ſubintellige, *urbi.* Sic *Pictonicum litus*, Id. epiſt. 9, 36. Et Paulinus Nolanus carm. 10, 249 *Pictonicis tibi fertile rus viret arvis.*

Pictor, pictura, &c. Picula, vide *Pingo, Pix.*

PĪCVMNVS, i, m. cum Pilumno fratre Deus praeſes auſpiciis conjugalibus deputatus, uti docet Nonius 12, 36, ubi & Varro: *Dii conjugalibus Pilumno & Picumno in aedibus lectus ſternebatur.* Servio dicente in Virg. Æn. 9, 4 *Picumnus uſum ſtercorandorum invenit agrorum; Pilumnus pinſendi frumenti.* Adde Minucii Felic. Octav. 25, 8.

Picus, Pie, vide *Pica, Pius.*

PIĔRES, m. pl. Πιερῆς, populi olim Macedoniae, Plin. 4, 10. Strab. lib. 10.

¶ Piĕria, ae, f. Πιερία, regio Macedoniae, in qua Iupiter ex Mnemoſyne genuit Muſas; Plin. 4, 10.

¶ Pieris, ĭdis, f. ſing. & plur. *Pierides, um*, Muſae, quae amoenitatibus montium & ſilvarum gaudent, die Muſen: Ovid. Faſt. 6, 599, & Virg. eclog. 8, 69 *Dicite Pierides.* Singulare *ô Pieri*, eſt Horatii 4 oda 3, 18. Et Ovid. Faſt. 4, 220 *Pieris orſa loqui.*

¶ Pĭerius, a, um, ad Muſas pertinens; ut, *Carmen Pierium*, Lucret. 1, 945. Omnem humanam litteraturam hac voce notant poëtae. v. Barth. ad Statii Silv. p. 65, 66 & 98. Sic, *Pierium antrum*, i. e. Muſis ſacrum, Horat. 3 od. 4, 40. *Pierii receſſus*, Martial. 7 epigr. 62.

¶ Pierus, i, m. mons in Theſſalia, qui in Macedoniam protenditur, Plin. 4, 8. ¶ 2. *Pierus*, Macedo quidam, pater novem filiarum, quae Musis in certamen provocare auſae & in picas verſae ſunt: Ovid. Met. 5, 302.

Pietas, pietaticultrix, vide infra *Pius.*

PĬGER, gra, grum, ignavus, tardus, faul, langſam, verdroſſen. *Mane piger ſurgis*, Perſ. ſat. 5, 132. Plaut. Rud. 4, 2, 15 *Nihil eſt, qui piger eſt: nimisque id genus ego odi. Mane vigilare decet hominem, qui vult ſua tempore conficere officia.* Horat. 1 epiſt. 1, 21 *Annus piger*, das langſam hingehet. Id. 1 ſat. 4, 12 *Piger ferre laborem ſcribendi* Aut. ad Herenn. 4, 32 *Frigus pigrum dicimus, quia pigros homines facit.* Sev. in Aetna 624 *piger ſenecta.* Colum. 2, 18 *Pigriora remedia.* Sic & *Impetus tardior pigriorque*, Val. Max. 7, 3, 10. *Ad litteras ſcribendas pigerrimus*, Cic. fam. 8, 1. Et, *Gens pigerrima ad militaria opera*, Liv. 21, 25. *Arar pigerrimus undae*, Sil. 15, 504. *Pigriſſimus* dixit Tertull. Exhort. ad Caſtit. c. 13 *Suffoſſio pigriſſimorum ad continentiam.*

¶ Pigre, adv. idem. Sen. de Ira 3, 17 *Pigre in ſervitutem tranſiens.* Colum. 7, 5 *Pigre ac ſegniter agere.* Id. praef. lib. 10 *Pigre aggredi.* Compar. Plin. 10, 34 de columbis: *Amor ſoboli aequalis: ſaepe & ex hac cauſſa caſtigatio, pigrius intrante foemina ad pullos.*

¶ Pigrĭtia, ae, & Pigrĭties, ēi, f. quae, ut Cic. Tuſc. 4, 8 definit, *metus eſt laboris conſequentis*, ignavia, die faulheit, verdroſſenheit. Cic. Att. 16, 15 *Facere me pigritiae noli putare, quod non mea manu ſcribam.* Et, *Ingenuam pigritiam*, pro liberali otio Martialis dixit 12 epigr. 3.

¶ Pigrēdo, ĭnis, f. idem quod *pigritia*, die trägheit. Interpretes Vulg. Proverb. c. 19, 15 *Pigredo immittit ſoporem.*

¶ Pigrĭtas, ātis, f. idem. Vet. Gloſſ. *Pigritas*, ἀργία.

¶ Pigror, ōris, m. idem. Lucilius apud Nonium 3, 169 *Languor enim oppreſſit, pigror, torporque quietem.*

¶ Pigror, āri, ſich verdrieſſen laſſen. Negative fere ponitur. Cic. ad Att. 14, 1 *Tu quaeſo, quidquid novi, multa autem expecto, ſcribere ne pigrére*, id eſt, ne moreris. Lucret. 1, 409 *Quod niſi pigraris, paullumve receſſeris ab re.*

¶ Pigro, āre, ſäumen, ſäumig ſeyn, etiam activa forma dicitur. Ut ita Accius ap. Nonium 2, 655 *Cur propter te pigrem?* It. *Melius pigraſſe quam properaſſe eſt nefas.* Gloſſ. Cyrill. *Pigro*, ὀκνῶ. Sed a *Pigreo* apud Ennium & Accium in Nonii 3, 170 Gothofredus in notis legit *pigret* & *pigrent* pro *Pigne.* conf. *Pigne.*

¶ Pigreſco, ĕre, pigrum effici & lentum, faul werden. Plin. 18, 18 *Nilus pigreſcit in Virginem transgreſſo ſole.*

¶ Pi-

¶ Pigritor, *ari*, idem quod *Pigrari*. Vulg. Interpr. Act. c. 9, 38. Gloss. gr. lat. ὄκνησις, *pigritatus sum*. Improbat Goelen. Observat. L. L. p. 440.

¶ Pigranĭmis, *e*, faul, träge. Avienus apud Barth in Adversar. 46, 1.

¶ Impĭger, *a, um*, strenuus, diligens, unverdrossen, thätig, hurtig; *ut, impiger ad labores belli*, Cic pro Pontej. c. 15. *Patientem atque impigrum se præbere*, sich gedultig und arbeitsam erzeigen, Id. Verr. 5, 10. *Impiger mercator*, Horat. 1 ep. 7, 45; *equus*, Id. 4 od. 3, 4.

¶ Impĭgre, adverb. Idem. Liv. 1, 10 *Satis se impigre movere*. Id. 2, 47 *Impigre milites secuti sunt*. Val. Max. 2, 1, 9 *Corpora & animos ad publica officia impigre sustinenda roborarunt*.

¶ Impigrĭtas, *ātis*, f die arbeitsamkeit, ex Ciceronis de Republ. libris citatur a Nonio Marcello 2, 434.

¶ Impigrābilis, *e*, unermüdet. Gloss. lat. gr. *Impigrabile*, ἀνεργάστατον.

¶ Repigro, *are*, verbo, pro retardare, faul machen, hindern, usus est Zeno Veronensis Serm. de Resurrect. n. 13. Et hoc antiquior Apul. Met. 8 p. 208 *Ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus*, h. e. remittit.

¶ Repigrātus, *a, um*, geschwächt, zurück getrieben. Mart. Capella 1 p. 13 *Vexoris fatibus repigratus*. Apul. Met. 1 p. 106 *Obsepto utero & repigrato fœtu*. Apud Capellam l. c. exstat etiam comparativus *Repigritior*, quasi a *repigritus*.

PĪGET, *piguit, pigēre*, idem plerumque significat, quod *pœnitere*, & molestum esse, gereuen, verdrießen: ut, *Num facti piget?* Ter. Andr. 5, 3, 7. Id. Heaut. prol. v. 19 *Negat se id pigere*. Cic. pro Domo c. 11 *Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet*. Plaut. Pseud. 1, 3, 47 *Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget*. Et Trin. 2, 2, 64 *Pudere quam pigere præstat totidem literis*: h. e. præstat in præsentia pudere te, quam illo pudore ductum committere, cujus te post pœniteat. ¶ 2. Apud Priscianum p. 635 personale est *Pigo* & inde *Piguus*; ubi Scholiast. inedit.: *Pigeo* idem ait esse ac *Pigresco*. Cum accusativo Ter. Phorm. 3, 3, 21 *Ne quid faxit, quod nos post piget*. conf. Heaut. Prol. v. 19. *Pigere interdum pro tardare, interdum pro pœnitere poni solet*. Fest.

¶ Pigĭtum est, idem quod *Piguit*. Silius 7, 173 *Nec pigitum, parvosque lares humilisque subire Limina cælicolam tecti*.

¶ Pĭgens, *tis*, verdrießlich. Apul. Met. 4 circa fin. *Rex affatu sanctæ vaticinationis accepto pigens tristisque*; Elmenh. legit *piger*. v. ejus emend. ad p 157.

¶ Pigendus, *a, um*, zu bedauern. Gerundio usus est Cicero de Clar. Orat. c. 50 *Ad pigendum induci*: Participio passivo Propertius 4, 1, 74 *Pulcris ab invitâ verba pigenda lyrâ*. Et Ovid. Heroid. 7, 110 *Caussas habet error honestas. Adde fidem; nulla parte pigendus erit*.

¶ Pĭguus, *a, um*, a *Pigeo* apud Priscian. p. 635 ubi Scholiastes: *Piguus est, qui & piger*, verdrossen.

Pigmentarius, pigmentatus, pigmentum, Pignero, &c. vide *Pingo*, *Pignus*.

PIGNE, occurrit apud Nonium 3, 170. Sed alii ibi ex Ennio *Piget*, ex Accio legunt *Pigent*; alii *Pigret* & *pigrent*; aliis ibi *pigres* est subst. pro *Pigritia*. Sed vide Hesselii edit. p. 117.

PIGNVS, *pignŏris*, & *pignĕris*, n. ὑποθήκη, quod ob debiti fidem datur & accipitur, ein Pfand, unterpfand. Liv. 3, 38 *Dimissi apparitores circa eorum domos, ad pignora capienda*, sie zu pfänden. Sic, *Pignori opponere*, versetzen, verpfänden. Ter. Phorm. 4, 3, 56; & Plaut. Pseud. 1, 1, 15. Pro quo absolute Catullus *opponere*, dixit carm. 26, 1 *Furi, villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, nec ad Favoni, Nec sævi Boreæ aut Apeliotæ, Verum ad milia quindecim & ducenta. Opposita ad millia quindecim*, auf 15000 versetzt: Sen. de Benef. c. 14 *Rebus meis in securitatem creditoris oppositis*. Plaut. Cas. prol. v. 75 *Id ni fit, mecum pignus, si quis volt, dato in urnam mussi*, es wette einer mit mir um ein maß meet. Id. Epid. 5, 2, 35 *Ni ergo matris filia est In meum nummum, in tuum talentum pignus da*, wette und setze mir ein talent an einen pfennig. Sic *Pignore contendere*, Catull. 45, 4. *Dic, mecum quo pignore certes?* Virg. ecl. 3, 31. ¶ 2. Ab istis sponsionibus sumta metaphora, *Pignora* pro argumentis sive rationibus ponuntur, quibus obtinetur aliquid ac vincitur, anzeichen, beweis. Quomodo non semel hac voce usus est Severus in Attium: ut v. 133 *Certis tibi pignora rebus Atque oculis hæsura tuis dabit ordine telas*. Et v. 418 *Certaque venturæ præmittit pignora flammæ*. Et v. 474 *Sed signum commune leve est, atque irrita caussa, Quæ tu pendas: verum certo tibi pignore constet*. Et supra v. 40 dixerat: *Turpe est sine pignore carmen*; id est, quod fabulosum prorsus est, nec quicquam certis atque idoneis rebus verum probare ac vincere potest. Vbi & Scaligerum vide. Ovid. Fast. 3, 71 *Arbiter armorum, de cujus sanguine natus Credor, & ut credar, pignora multa dabo*. Id. Art. am. 2, 378 *Ardet & in vultu pignora mentis habet*. Liv. 39, 9 *Hæc amoris pignora cum essent*. v. Burm. ad Ovid. Heroid. 15, 103. Sen. procem. 2 Controvers. *Ipse & hoc ipsum melioris ingenii pignus, non corrumpi benitate ejus, ut illo male utaris*. conf. Buchn. ad Plinii 10 epist. 11. Liv. 32, 38 *Adjicit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitiæ*: ad quem locum Dukerus notat, præpositionem in hoc loquendi genere sæpe omitti, ut ap. Curt. 4, 10, 11 *Dextram tuam amplexus, reconciliati pignus animi*. ¶ 3. Sed & liberi passim dicuntur *Pignora*, quod iis parentum amor ac fides obligatur invicem, & velut vinculo quodam aut pignore adstringitur, die kinder, eheyfänder. v. Alb. Gentilem de Nuptiis 2, 2. Ita accepit Tac. An. 12, 2, 1 *Proxima suis pignora*. Claud. in Eutrop. 1, 1 *Semiferos partus, metuendaque pignora matri*. Add. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 21. Sed & *pignora* pro liberis simul & uxore aliisque necessitudinibus sumit Tacitus An. 15, 57, 2; & 16, 26, 4; Germ. 7, 3; Agr. 38, 2, nahe freunde, angehörige. Ita etiam Quint. 6, 1 *Affert in his momentum & ætas, & sexus, & pignora: liberi, dico & parentes & propinqui*. Et aliquanto post: *Quare & obsecratio illa judicum* PER CARISSIMA PIGNORA, *utique si reo sint liberi, conjux, parentes, utilis erit*. Ovid. Met. 3, 134 *Et pignora cara nepotes*. conf. Id. Trist. 3, 11, 15. ¶ 4. Aliquando non tam ipsos necessarios quam amorem & affectum, quo illos prosequimur, notat. v. Schulting. ad Quint. Decl. 1 p. 7. Lucanus 3, 33 *Abscindis, frustra bello tua pignora, ne*, id est, frustra affinitatis jura bello pares extinguere, quibus per me, conjugem tuam, devinctus Cæsari &c. Loquitur enim hoc Iuliæ umbra per somnium ad Pompejum maritum. Agnellus, vetus grammaticus, *pignera* rerum, *pignora* filiorum & affectionum esse putat.

¶ Pignĕro, *avi, atum, are*, activo; & Pignĕror, *atus sum*, deponentium forma: quæ tamen non promiscue unum & idem significant. Nam PIGNERARE, unde & *oppignerare* est, est dare pignori, sive pignori opponere, versetzen, verpfänden. Suet. Vitell. c. 7 *Satis constat, exituro viatico defecisse, tanta egestate res familiaris, ut domum in reliquam partem anni adlocaret: utpote ex aere matris detractum unionem pignoraverit ad itineris impensas*. PIGNERARI vero est capere pignus, sive quem sibi accepto pignore obligare, & tuum quasi facere, zum pfande nehmen. Cic. Phil. 14, 12 *In fugâ, fœda mors: in victoriâ, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet*. Alii scribunt *Pignorare, ari*.

¶ Pigneratus, *a, um*, passive, verpfändet. Liv. 24, 1 *Velut obsidibus datis pigneratos habere animos*. Itemque active, der einen obligirt und verbindlich gemacht. Suet. Claudio c. 10 *Primus Cæsarum fidem militis præmio pigneratus*.

¶ Pignerātio, *onis*, f. pignerandi actus, die verpfändung. Gajus ICt. l. 9 § 1 D. de pignor. & hypoth. *Quod emtionem venditionemque recipit, etiam pignerationem potest recipere*. conf. Decret. lib. 6 epist. 6 tit. de injur. Respicit vero *pigneratio* res potius quam personas, clarigatio, Græcis ἐνεχυρασία, potius personas, quam res. v. Marc. Donat. ad Liv. 8, 14 & quos ibi laudat Dukerus.

¶ Pignerator, *ōris*, m. ein pfandnehmer. Cic. Verr. 1, 11 *Publicanus petitor ac pignerator*.

¶ Pigneratrix, *ĭcis*, f. ICt. in Dig.

¶ Pignerātĭtius, *a, um*: ut, *Creditor pignoratitius*, der auf pfand leihet, l. 15 § 25 D. de damno infecto. *Actio pignoratitia*, pfandklage. v. tit. Dig. de pignerat. act. præsertim l. 9. Sic & absolute & subst. l. 3 § 2 D. de transact. *Si agat pignoratitia debitor*. Item l. 61 § 1 D. de furtis: *Contraria pignoratitia consequi*.

¶ Pignŏrisĕapio, *onis*, f. ut *usucapio*, est quasi captio in pignore, die pfandnehmung. Cato apud Gellium 7, 10 *Pignoriscapio ob æs militare vocabulum seorsum fit, &c.*

Composita:

¶ Oppignĕro, *are*, pignori dare seu relinquere, verpfänden, versetzen. Ter. Heaut. 4, 5, 46 *Num illa oppignerare filiam meam, me invito, potuit?* Martial. 2 epigr. 57 *Oppigneravit Claudii modo ad mensam Vix octo nummi annulum, unde cænaret: Claudius*, tœnerator est: *Per mensam*, trapeziticam intelligit. Cic. pro Sext. c. 51 *Libelli etiam pro vino sæpe oppignerabantur*.

¶ Oppignerator, *ōris*, m. der auf pfand leihet. Augustin. epist. 215 *Ab oppignerator ibus urgeri*.

¶ Præpignĕro, *are*, sehr verpfänden. Ammian. 29, 12, (Vales. p, 558) *Colloquiis præpignĕratus abstrusis*.

¶ Repignero, *are*, verbo *pignerare* contrarium: significat enim pignus luere, seu liberare, das pfand lösen. Vlp. L. 5 § 12 D. commodati: *Rem tibi dedi, ut creditori tuo pignori dares. Dedisti, non repigneras, ut mihi reddas*. Festus: RELVERE, *solvere, repignerare*.

Pigrari, pigredo, pigritia, &c. vide paullo ante *Piger*.

PILA, *æ*, f priori brevi, σφαῖρα est, ein ball, eine kugel. V. Gl. *Pila, κρηπὶς, καὶ ὅλμος, καὶ παρασὰς, καὶ σφαῖρα*, ubi diversa modulo penultimæ vocabula miscentur. *Pila lusoria*, Plin. 7, 56. *Pilâ ludere*, Cic. de Orat. 1, 16. *Pila exercere se*, Celsus 1, 6. *Ad pilam se conferre*, Cic. de Orat. 3, 15. Sen. de Benef. 2, 32 *In lusu est aliquid, pilam scite ac diligenter excipere; sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte & expedite remisit quam exceperat. Cadere pila* dicitur, cum excidit, hoc est, non excipitur remittiturque, Sen. de Benef. 2, 17. Qui *datores* & *factores* in pilæ lusu; item, quid *datatim*, quid *raptim ludere*, vide supra in *Dator*, & *Datatim* in *Do*. conf. interpretes Petron. inprimis Erhard. ad c. 27. it. Octav. Ferrar. de Balneis. conf. Mercurial. de Arte Gymnast. & Horat. 1 sat. 6, 49, qui *Principem* etiam fuisse *exercitium* ait. Adde Fabr. Agonist. 1, 6. De Helvio Pertinace Aurel. Vict. Epit. c. 34 *Provectus eo, ut* FORTVNÆ *vocaretur* PILA. Etiam Germani, ein ball des glücks. Et Plaut. Capt. prolog. v. 22 *Pilas quasi Dii habent homines*. ¶ 2. *Pilæ* etiam dicebantur effigies hominum lanceæ, quæ Laribus suspendebantur: videlicet *Oscilla*. vide Festum. Item, fœnei illi sive stramenei homines, quibus in venationibus feræ proritabantur, ausgeopffte männer. Martialis de Spectaculis epigr. 9 *Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?* Et epigr. 22 *Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum, Iactat ut impositas taurus in astra pilas*. add. epig. 19 & Lipsi. ad Senec. de Ira 3, 30. ¶ 3. Sumitur pro quovis globulo, glomo, aut re rotundius formata. Sic, *Pilæ pilæ*, pro lapillis marinis, Ovid. Met. 10, 262. *Pila quæ candis hæret ovinis*, eine schnaflorber, Seren. v. 251. *Crepantes pilæ*, geschrauffte, Stat. 1 Silv. 5, 38. *Nursinæ pilæ*, i. e rapa in orbem nata Nursiæ, runde rüben; Mart. 13 epigr. 20. *Pilæ roboreæ* Samon 114 Gallæ sunt, quercuum poma, gall-äpffel. Samo. 347 *veteris sevi pila*, h. e. minuta portiuncula. vide *Pilula*. ¶ 4. Sed de *Pila*, priori longa, vide paullo post in *Pilo*.

¶ Pilŭla, *æ*, f. dimin. speciatim sic vocant medicamenta in globulos formata, pillen. Plin. 28, 9 *Axungia in pilulis sumpta*. Sed pro arborum rotundo proventu Plin. 16, 7 *Pilulæ* roboris *nucibus non absimiles*. Habet etiam Marcell. c. 6 & Sammon. 1051 *platani pilulas*. Id. v. 379 *Aut platani pilulas aceri infundemus aceto*. vid. *pila*, n. 3.

¶ Pilāris, *e*, ad pilam pertinens; ut, *Pilaris lusio*, das ball-oder kegelspiel. Stat. Silv. 4 præfat.

¶ Pilārius, *i*, m. præstigiator, ein gaucker, taschen-spieler. Pilularum enim jactatione ludit. Vtitur hac voce Quintil. 10, 7 *Miracula in scenis pilariorum & ventilatorum, ut ea, quæ emiserint, ultro venire in manus credas, & quæ jubentur decurrere*. v. Burm. p. 952.

¶ Pilicrĕpus, *i*, m. numerator in lusu pilæ. Seneca ep. 56 *Si vero pilicrepus supervenerit, & numerare cœperit pilas.* Vide ibi Lipsium, & adde Turneb. Adverſ. 7, 4, quamlibet aliter paullo, ac Lipſius fecit, interpretantem. Hadr. Iunius a *pilus* deducit, ut Lipſius ibidem enarrat ac repellit.

¶ Pililădius, *i*, m. qui pila ludit, ein ballſpieler, in Gloſſ. Iſidori. conf. Scalig. ad Manil. lib. 5 p. 402 ſeq.

¶ Præpilātus, *a, um*, pilæ inſtar rotundus, vornen rund, ſtumpf; ut, *Præpilata miſſilia*, Liv. 26, 51. Et, *Haſta præpilata*, i. e. ferrea cuſpide carens & pila quaſi munita, ne nocere poſſit, Plin. 8, 6. Docet hoc adverſus eos, qui contra *præpilatum* interpretantur *acutum*, Lipſius Poliorc. dial. 4; & cum eo Cellar. ad Hirtii B. Afric. c. 72. Metaphorice Quintil. 5, 12 *Declamationes ad pugnam forenſem velut præpilatæ*; ubi Burmannus p. 455 laudat Salmaſ. de Cruce, qui p. 301 oſtenderit, eſſe tela, quæ pilas, i. e. σφαίρας in extremo haberent, ne læderent. Sed vide etiam *præpilare* ex *Pilo*.

Pĭla, pilanus, pilates, pilatim, pilatus, vide poſt paullo *Pilum*.

Pilatus, Pileatus, vide *Pilus*, *Pileus*.

PĪLENTVM, *i*, n. petoritum, vehiculum penſile, ein hangender wagen, eine kutſche, carroſſe. Liv. 5, 25 *Honor matronis habitus, ut pilento ad ſacra ludosque carpentis feſto profeſtoque uterentur.* A molli vectione Virg. Æn. 8, 665 *Pilentis matres in mollibus.* Hinc & Prudent. in Symm. 2, 1088 *Fertur per mœstas plateas pilento reſidens mater.* conf. Horat. 2 epiſt. 1, 191.

Pileæ, vide *Phileta* n. 2.

PĪLEVS, *i*, m. & Pileum, *i*, n capitis tegumentum, ein hut, a πῖλος, quod apud Græcos nomen commune eſt omnium, quæ ex lana coacta fiunt, ſive capiti tegumento ſint, ſive pedi. v. paullo poſt *Impilia*, & verbum *Pilo*. Sic, *Vocari ad pileum*, apud Livium, Suetonium, & alios eſt, ad libertatem vocari. Nam cum manumitterentur ſervi darenturque in libertatem, reſecari capilli, & calvo capiti pileus imponi ſolebat. Hinc *Pileus* libertatis ſymbolum. Plaut. Amph. 1, 1 extr. *Vt ego hic hodie raſo capite calvus capiam pileum.* Perſius 5, 82 *Hæc nera libertas: hoc nobis pilea donant.* Hinc interfecto Nerone, multi geſtarunt pileos, tamquam libertatem conſecuti eſſent, ut Dio notavit lib. 63 ſub fin. Adde Sen. epiſt. 47, & Taubm. ad Plauti Amph. p. 43. De forma pilei inde conſtat, quod Caſtori & Polluci, itemque Vlyſſi pileus tribuitur paſſim apud veteres, qui in nummis dimidiati ovo ſimiles videntur, adeo ut If. Voſſius ad Catull. p. 91 ſuſpicetur, fabulam de ovo, ex quo prognati Caſtor & Pollux, ab his ipſis pileis ortam. v. Spanh ad Callim. in Pallad. v. 24 p. 555 ſeq. it. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 15. ¶ 2. *Pileum* etiam dici membranam ſeu pelliculam, qua involvitur fœtus, das feld, das man mit zur welt bringt, accurate explicat Salmaſius ad Solin. p. 659. *Pileum naturale* vocat Lampr. in Antoni. Diad. c. 4. vid. ibi Caſaub.

¶ Pileŏlus, *i*, m. dimin. Horat. 1 epiſt. 13, 15 *Vt cum pileolo ſoleas conviva tribulis*, ſcilicet *portat*. conf. Ovid. de Art. am. 1, 746.

¶ Pileŏlum, *i*, n. idem. Hieronymus Paulino epiſt. 153 extr. *Pileolum texturâ breve, caritate latiſſimum, ſimili capiti confovendo, libenter accepi.*

¶ Pileātus, *a, um*, pileo veſtitus, der einen hut trägt. Suet. Ner. c. ult. *Plebs pileata. Turba pileata*, Sen. epiſt. 18. *Pileatæ nationes*, quæ pileos geſtant, Aur. Vict. de Cæſ. c. 13. Dio vocat πιλοφόρους. Apud Scythas etiam πιλοφορικοὶ erant nobiles, & ſtatim poſt reges. v. Lucian. in Scytha.

¶ Pileārius, *i*, m. ſive Pileo, *onis*, m. qui pileos conficit, ein hüter, hutmacher.

¶ Impilia, *orum*, n. pl. ſocci ex lana, filzſchuhe. Plin. 19, 2 *Eſſe laneam naturam, ex qua impilia veſtesque conſiciant.* Et Vlpian. l. 25 § 4 Dig. de aur. arg. *Et impilia veſtis loco ſunt.* In gloſſis πόσια. Heſychius ἐμπίλια in Νάκτα dixit a πῖλος eſſe, quod indumentum ex lana coacta notat, non tantum capitis, ſed pedum etiam; uti apud Heſiodum ἔργ. v. 542 pedibus applicatur. v. omnino Græv. ad h. l.

Pilicrepus, pililudius, quære paullo ante in *Pila*.

PĪLO, *are*, merum græcum eſt a πιλόω, *cogo*. Quod fit in *pila*, cavo utenſili, quod inde nomen vel habet, vel originem verbo dedit, ſtampfen, zuſammen preſſen. ¶ 2. Pro ſpoliare uſus Ammianus eſt 31, 14 *Pilando villas & incendendo.* Et Petronius c. 44 *Singulos pilabat*, hinc ortum Gallorum *piller*. Quomodo & hanc ſignificationem a Græco fonte quidam arceſſant, vid. in *Philetas* n. 2. Sed uſitatiora ſunt compoſita, *Compilo*, *Expilo*. ¶ 2. *Pilare* prima brevi, vide in *Pilus*.

¶ Pilans, *tis*. Ammian. 31, 2 *Inimica caſtra pilantes.*

¶ Pilātus, *a, um*, preſſus, denſus, derb, geſtampft. Ennius ex ſatyr. l. 2 & 3 *Pilatas ætheris oras* dixit, i. e. denſas & preſſas, ut Servius interpretatur. ¶ 2. Sed *Pilata cohors* eſt pilis armata, Martiali 10 ep. 48, die ſpieſſe führet. Sic, *Pilata agmina*, Virg. Æn. 12, 121.

¶ Pilatrix, *īcis*, f. eine räuberin, diebin. Titinn. ap. Nonium 2, 259 *Extorrem hanc domo faciam pilatricem pallii.*

¶ Pilates, *æ*, m. lapidis genus, cujus meminit Cato apud Feſtum: *Lapis candidior quam pilates.*

¶ Pilātim, adverb. per pilas, mit ſeulen, von einem pfeiler zum andern. Vitruv. 6, 11 *Quæ pilatim aguntur ædificia.* ¶ 2. *Pilatim* eſt preſſe, dichte, enge beyſammen. v. quæ Scaliger in *Compilare* adfert ex Scauro.

¶ Pīla, *æ*, f. priori longa, vas concavum, in quo frumentum contundebatur, ein trog, oder gefäß, darin man etwas zuſtoſſet, ein mörſel. In hac ſignificatione apud Catonem R. R. c. 10 legitur *Pila lignea.* ¶ 2. Et, *Pila*, columna eſt ædificata ex lapidibus cæſis, ein aufgemauerter pfeiler von quaderſteinen. Columna enim ex ſolido eſt ſeu lapide ſeu ligno. Ejusmodi *pilæ lapideæ* incila eſt devotio Alcibiadis apud C. Nep. 7, 4, 5, qui mos infamiæ conficiendæ cauſſa apud Athenienſes uſurpatus. ¶ 3. *Pilæ* in aquis etiam deficiuntur, pfeiler im waſſer, moles. v. Lipſ. ad 14 An. Taciti: dicebantur & *Faleria*, de quo ſuo loco. ¶ 4. Sed de *Pila* priori brevi, jam dictum eſt ſuorſum.

¶ Pīlum, *i*, n. idem quod piſtillus, qui in pila agitur, der ſtempel, Gloſſ. ex emendatione Lipſii de mil. Ro. 3, 4 *Pilum*, ὕπερον, Ῥωμαϊκὸν ὄργον. Inepte legitur vulgo ὑπερῷον. Plin. 18, 10 *Piſcente pilo præſervato.* Cato R. R. 10, 5 eſt *pilum fabarium, farrarium, ſeminarium.* Id. 18, 7 *Pilis ſubigere corium*, add. Pallad. 1, 41, 2. Varro LL. 4. (p. 29, 32.) ex lectione ejusd. Lipſii, *ab emine dictum pilum, quod hoſtes ferivet, ut pilum.* Nempe ¶ 2. *Pilum*, ἀκόντιον, telum, jaculum, ſeu haſtile miſile, ein wurfſpieß, proprium Romanorum telum. Servius in Virg. Æn. 7, 664 *Pilum haſta Romana, ut geſa Gallorum, ſariſſæ Macedonum.* Nominis rationem indicat Varro l. c. n. 1 adde, quod, utrumque fuit lignum præferratum. *Torquere pila*, Lucan. 1, 364. *Adigere alicui pilum*, Val. Max. 3, 2, 23. Plaut. Moſt. 3, 1, 43 *Pilum injeciſti mihi*, id eſt, me aggreſſus es. Ejus formam laborarunt præpingere doctiſſimi viri, v. g. Lipſ. Mil. Ro. 3, 4, qui de tota re copioſiſsime agit. non tamen ſatis fecerunt Ioſ. Scaligero, cujus ultimum conatum in tetris ajunt fuiſſe veram, ipſius judicio, hujus teli delineationem. vid. Barth. ad 4 Theb. Statii p. 930, & ad Silvas ejusd. p. 316. Ex nummo veteri exhibet Iac. Guther. de Iure Pontif. Vet. Rom. 3, 16 p. 329.

¶ Pīlus, *i*, m. dictum eſt genus militiæ Romanæ, qui alias Triarii vocabantur, quod *pilis* pugnabant, vid. verba Varronis, quæ laudamus in *Pilanus*. Et videtur primo unusquisque miles Triarius *Pilus* dictus eſſe, fere ut apud majores noſtros, ein degen, h. e. gladius, militem fortem ſignificabat, quod apparet ex appellatione *primipili*, de qua in *primus*. Deinde ¶ 2. Collective *pilus* totum corpus & ordinem triariorum ſignificat, ut *primipem* & *haſtatum* de toto illo genere atque corpore dici obſervat Lipſ. de mil. Ro. 2 p. 77, ut cum *pilum ducere* idem eſt, quod *primum pilum ducere* h. e. *primipilum* eſſe. Ita accepit Martialis 1, 32 it. 6, 58 *Et referes ſtili præmia clarus equeſ.* ¶ 3. *Pilus* centuriam etiam Triariorum ſ. pilanorum ſignificat in formula *primum pilum ducere*, qua utitur v. g. Cæſ. B. G. 5, 35; 6, 38. Ita Suet. Calig. 44 *Plerisque centurionum maturis jam, & nonnullis ante pauciſſimos, quam conſummatum* (juſtum tempus) *eſſent dies, primos pilos ademit.* Liv. 25, 19 *Inſignis inter primi pili centuriones.* Ita etiam 2, 27, quæ prima ejus rei mentio eſt. Cic. pro Balbo c. 15 *L. Marcius primi pili Centurio.* Veg. de re mil. 2, 8 *Centurio primi pili.* Scribunt fere junctim, ut *reſpublica, juſjurandum.* Sed prædat forte disjungere, ut a *primipilo* diſtinguatur, de quo in *Primus* ſub *Prior*.

¶ Pīlanus, *i*, m. miles ejus pili, quem modo deſcripſimus. Ovid. Faſt. 3, 129 *Et totidem Princeps, totidem pilanus habebat Corpora.* Varro L. L. 4, 16 (p. 24, 1) *Haſtati dicti, qui primi haſtis pugnabant; Pilani, qui pilis--Pilani Triarii quoque dicti.*

I. Compoſita variæ ſignificationis:

¶ Antepīlānus, *i*, m. qui pilanos præcedit. Liv. 8, 8 *Antepilanos* deſcribit *XXX manipulorum agmen, ſcutatos omnes inſignibus maxime armis.* Mentio illorum & c. ſeq. Adde jam dicta in *Pilanus*. Metaphorice *antepilanum* Ammian. 28, 10 pro inſigni paraſtata & auxiliatore dixit. *In cruento certamine cum Maximino, velut antepilano ſuo, contendens*, h. e. certans cum illo in ſuppliciis fontium infontiumque.

¶ Compīlo, *are*, zuſammen raffen, in einander preſſen. *COMPILARE*, inquit ad Feſtum Scaliger, *verbum militare eſt, pro cogere. Nam pilatum agmen dicebatur, preſſum ac denſum. Scaurus*: pilatim exercitum duxit, i. e. *ſtrictim ac denſe*: *Ab eo* pilare *qui premere, cogere.* Pilatim & paſſim iter facere *opponuntur. Ab eo igitur* compilare: *non ut Aſconius* a pilis: *quem ſaltem modulos debuiſſet inducere, ut aliter exiſtimaret. Qui igitur omnia preſſim colligit, dicitur* compilare, cogere, *& in unum condere, ut Feſtus exponit.* Hæc ille. Conf. dicta in *Pilo* themate. ¶ 2. Beſtehlen, berauben. Hor. 1 ſat. 1, 120 *Ne me Criſpini ſcrinia Lippi Compilaſſe putes.* Idem ibid. v. 78 *Servi ne te compilent fugientes*, i. e. ne tua auferant. Et Apul. Apolog. p. 334 *Compilare domum alicujus.*

¶ Compilatus, *a, um*, beſtolen, beraubt. Leg. 33 ff. de negot. geſt. *Hæres viri defuncti uxorem compilatæ hereditatis poſtulare non debet.*

¶ Compīlātio, *ōnis*, f. die beſtehlung, beraubung; ut, *Compilatio Chreſti*, i. e. furtum & rapina, quam ille paſſus eſt, Cic. fam. 2, 8.

¶ Compilator, *ōris*, m. improbus ſpoliator, ein räuber, plünderer. Gloſſ. gr. lat. συλητὴς, *compilator*. conf. Iſidor. lib. 10 litt. C.

¶ Concipīlo, *are*, pro *Compilare* comici veteres etiam dixerunt: e. g. Nævius apud Feſtum, qui *corripere* & *involare* interpretatur. Adi Dacerium in hunc locum. Et Plaut. Truc. 2, 7, 61 *Quem ego offatim jam concipilabo.*

¶ Depīlo, *are*, pro, pilos evellere, vide in *Pilus*. Pro *Compilare*, vel excerpere ex alienis ſcriptis Voſſius reperit apud Petrum Bleſenſem. v. Borrich. Cogit. in Voſſ. p. 82.

¶ Expīlo, *are*, idem, beſtehlen, plündern. Cic. pro L. Manil. c. 19 *Socios ſpoliare, ærarium, provincias expilare & deſpicere.* Salluſt. Iug. 31 *Taciti indignabamini, ærarium expilari.* v. ibi Cort. Suet. Cæſ. c. 54 *In Gallia fana templaque Deûm donis referta expilavit.*

¶ Expilatus, *a, um*, ausgeplündert. Cic. pro Cluent. c. 64 *Armario expilato, pecunia ablata.* Id. Verr. 4, 27 *Rex ſpoliatus expilatusque.* Liv. 31, 12 *Quæſtionem de expilatis theſauris habere.*

¶ Expīlātio, *ōnis*, f. die beſtehlung, plünderung; ut, *Expilatio direptioque ſociorum*, Cic. Off. 2, 21.

¶ Expilator, *ōris*, m. ein dieb, räuber. Cic. ad Quint. frat. 1, 1, 2 extr. *Cum domus hoſpitem, non expilatorem, recepiſſe videatur.*

¶ Oppīlo, *are*, obſtruere, occludere, verſtopfen, verſperren, verrammeln. Lucret. 6, 725 *Fluctibus adverſis oppilare oſtia contra.* Et Plaut. Rud. 4, 1, 14 *Iam mihi oppilabit ſua vaniloquentia aures*, er wird mir die ohren voll machen.

¶ Oppilatus, *a, um*, obſtructus, clauſus, verſchloſſen, verſtopft. Cic. Phil. 2, 9 *Scalis tabernæ oppilatis impetum tuum compreſſit.*

¶ Oppilatio, *ōnis*, f. vitium oppilati epatis, aut aliorum viſcerum, die verſtopfung der leber, oder anderer glieder. Sic *Oppilatio narium*, id eſt, arcta obſtructio, Scrib. Larg. Compoſ. 47. conf. Barth. Adv. 40, 4.

¶ Præpīlo, *are*, ſcharmutziren. Ita interpretatur Lipſius Poliorc. 4 dial.

dial. 4 p. 172; ut idem prope sit, quod *Propilare*, de quo statim dicetur. Auctor adhuc solus est Ammianus 24, 7 *Romani præpilatis missilibus per procursatores principiis pugnæ tentatis.* Præpilare est igitur præjaculari, pugnam jactis pilis lacessere. Sed

¶ Præpīlātus, *a, um*, quod a *pila* est, ibi vide.

¶ Primipilus, primipilaris &c. vide infra in *Primus* ex *Prior*.

¶ Propīlo, *are*, pila emittere, pilis pugnare, mit ſpieſſen fechten. Ammian. 16, 29, (Valeſ. c. 12 p. 144) *Magnis concurſum eſt viribus. Propilabantur miſſilia &c.* Sylburgii edit. habet *præpilabantur*.

¶ Suppīlo, *are*, berupffen. Plaut. Aſin. 4, 2, 6 *Suppiles clam domi uxorem tuam.* conf. Id. Aſin. 5, 2, 38; Menæch. 5, 1, 40; Truc. 2, 7, 15.

¶ Suppīlātor, *oris*, m. ein räuber, ſtehler. Laber. ap. Nonium 8, 56 *Quænam mens, quæ deliritas vos ſuppilatores facit?*

Pilum &c. vide in antecedente *Pilo*.

PILVMNVS, *i*, m. Deus conjugalis cum Picumno fratre. conf. *Picumnus*. Turni avus fuiſſe dicitur. v. Virg. Æn. 9, 4; & 10, 76; & 12, 83.

PĪLVS, *i*, m. generale eſt, haar des menſchen oder des viehes; ut, *In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus*, Plin. 11, 37 ſect. 47 Hard. Eleganter Cicero dixit pro Roſcio Com. c. 7 *Hic capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne ullum pilum viri boni habere videatur*; es iſt kein gut haar an ihm. Phædr. 5, 6 *Calvus defectus pilis.* ¶ 2. *Pili non facere*: *Ne pilo quidem melior*: *Ne pilo quidem minus*, familiares Ciceroni hyperbolæ ſunt: v. g. ad Att. 5, 20 p. 543 *E Cappadocia ne pilum quidem*, ſc. accepi. Germani ſimiliter, nicht ein haar.

¶ Pīlōſus, *a, um*, häricht, fäſicht; ut, *Genæ piloſæ*, Cic. in Piſon. c. 1. *Piloſus colonus*, rauch, Mart. 12 epigr. 59. *Folia piloſiora*, Plin. 20, 16. *Virſis aſperior piloſiorque*, Priapeo carm. 46.

¶ Pīlo, *pilare*, pilos tum emittere, tum detrahere, rauch werden, haare gewinnen, und haare ausrauffen. *Pilare*, inquit Nonius 1, 184, *eſt ut plumare, pilis veſtiri.* Ibidemque Afranius: *Corpus meum nunc pilare primum cœpit &c.* Paulus Feſti interpolator: *PILAT, pilos habere incipit, alias pro Detrahit pilos: a quo Depilari.* Martialis 6 epigr. 57 *Exſtirpa mihi crede pilos de corpore toto*: *Teque pilare tuas teſtificare nates.*

¶ Pīlātus, *a, um*, pro depilatus, calvus, berupft, kahl. Idem Martial. 10 epigr. 48, 2 *Atque pilata redit &c.* Ita legi juſſit Scaliger prima brevi; non ut vulgo, *Et pilata*, prima longa, (vide in *Pilo*) ad Tibull. 1, 219.

¶ Dēpīlis, *e*, depilatus, glaber, kahl, unbehärt. Varro ap. Nonium 12, 47 *Pueri glabri ac depiles propter ætatem.* Apul. 7 Met. p. 191 *Depiles genæ*, id eſt, glabræ, imberbes.

¶ Depīlo, *āre*, abrupffen, die haare ausrauffen. Lucil. ap. Nonium 1, 163 *Depilati omnes jumus.* Vet. Gloſſ. *Depilat, μαϊζει. Depilatus eſt, ἐμαϊάθη.* Apic. 6, 3 *Depilabis perdicem.* Lipſius Epiſt. Qu. 1, 15 mavult ap. Spartian. Adriano c. 4 *Eum delicatos depilaſſe* quam *deligatos ſepeliſſe.*

¶ Depilātus, *a, um*, gerupfft, abgerupfft, mit ausgeraufften haaren. Sen. de Conſtant. Sap. c. 17 *Flentem vidimus Fidum Cornelium, cum illum Corbulo ſtruthiocamelam depilatum dixiſſet.* Martial. 9 epigr. 28 *Depilati colei.* Apic. 2, 1 *Depilatæ amygdalæ*, i. e. decorticatæ, abgeſchält. Idem 6, 5 *Nuces depilatæ.*

¶ Depilatio, *onis*, f. die ausrauffung der haare, Celſo tribuitur.

¶ Depīlātor, *ōris*, m. ein haarſchneider, oder der haare wegbeitzet. Gloſſ. gr. lat. *ἐξωτακιστής, Dropaciſta, colipilarius, depilator.*

¶ Horripīlo, *āre*, vide ſupra in *Horror*.

¶ Raripīlus, *a, um*, vide infra in *Rarus*.

PIMPĪNELLA, *æ*, f. herba, bibernell. Matthiol. p. 360; Dioſc. 4, 45.

PIMPLA, *æ*, f. mons Bœotiæ prope Heliconem, quocum Strabo conjungit, & cum Pieria, lib. 10 p. 324. Hinc

¶ Pimplæus, vel Pimplēus, *a, um*, adject. ut, *Pimpleum ſcandere montem*, Catull. Carm. 10, 1. Et Martial. 12 epigr. 11

Cujus Pimpleo lyra clarior exit ab antro.

¶ Pimplēa, *æ*, f. Muſa. Horat. 1 oda 26 *Necte coronam Pimplea dulcis.* Nam mons Muſis ſacratus fuerat. Vid. Strabo c. l. ¶ 2. Fons Muſis ſacer, Statii 1 Silv. 4, 26 *Excludat Pimplea ſitim.*

¶ Pimplēis, *ĭdis*, f. pro *Muſa*. Martialis 11 epigr. 4 *Non urbana meâ tantum Pimpleide gaudent Otia.* Et Paulus Feſti interpolator: *Pimpleides Muſæ, a fonte Macedoniæ dictæ.*

Pinacidion, pinacotheca, vide *Pinax*.

PĪNĀRIVS, *i*, m. imperitus & ruſticus ſacerdos Herculis, a Pino, Numæ regis filio, vel ut alii volunt, a *πεινᾶν*, id eſt, *eſuriendo* dictus, ſicut *Potitius*, a *potiendo*: quod hic ad tempus præſto eſſet inter ſacrificandum; ille vero tardius accederet. Vnde Hercules ſtatuit, ut Potitiis epulantibus, Pinariorum familia tantum miniſtra eſſet, & ab epulis excluderetur. v. Feſtus in *Potitio*; Macrob. Sat. 1, 12; & 3, 6; Liv. 1, 7; Taubm. ad Plaut. Bacch. 1, 2, 15 p. 544, & Interpretes Virg. Æn. 8, 269

Servavere diem primusque Potitius autor
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.

¶ Pinarius, *a, um*, adject. ut, *Pinaria gens*, Aur. Vict. de orig. Gent. Rom. c. 8. v. Plutarch.

Pinaſtellum, pinaſter, vide poſt paullo *Pinus*.

PĪNAX, *ăcis*, m. *πίναξ*, tabella quævis apud Græcos, eine tafel. Sunt illis *Pinaces* quadræ lances, quibus in menſis utimur, teller; ſunt libelli, in quos notanda conjicimus, ſchreib-tafel. Hinc & in aquario organo rabella cum ſoraminibus *Pinax* dicta apud Vitruv. 10, 3.

¶ Pinācĭdion, *i*, n. dimin. *πινακίδιον*, i. e. tabella, indiculus, pugillar. Græce legitur apud Gellium in fine operis, Plin. præfat. & Lucæ c. 1, 63.

¶ Pīnācŏthēca, *æ*, f. *πινακοθήκη*, locus, ubi tabulæ pictæ, (unde & nomen; *πίναξ* enim *tabulam* ſignificat, vid. Dalechamp. ad Plin. p. 7) ſtatuæ & alia hujus generis viſenda aſſervabantur, ein bilder-gemach, eine kunſt-kammer, gallerie, Petron. c. 83. *In pinacothecam perveni, vario genere tabularum mirabilem. Nam & Zeuxidis manus vidi, nondum vetuſtatis injuria victas, & Protogenis rudimenta &c.* conf. c. 93. Ejus ſitum & collocationem Vitruvius 6, 7 deſcripſit. Plin. 35, 2 *Pinacothecas veteribus tabulis conſuunt &c.* Adde Alex. ab Alex. Genial. Dier. 5, 24. Scaliger ad Feſtum *Tablinum* interpretatur, quaſi idem ſit: quod & Philander ad Vitruvium fecit. Quamvis autem *Tablinum* a tabulis dicatur; unde & *pinacothecarum* nomen eſt, ut diximus: Latini tamen *Tablina* dixerunt, non ubi tabulæ pictæ, ſed ubi acta & rerum geſtarum commentarii, qui in tabulas referebantur, cuſtodiri ſolebant, quæ & *Tabularia* appellata, ut Petavius animadvertit, quem vide Notis in Dionem Syneſii p. 27. Idem & Bernard. Baldus notavit in Lex. Vitruv. p. 86 & 122.

PINCERNA, *æ*, m. *ὁ οἰνοχόος*, ein einſchencker, mundſchencke. Interpres Vulg. Geneſ. 40, 1 *Pincerna regis Ægypti*, ubi LXX Græci *ἀρχιοινοχόος*. Aſconius Ped. in Cic. de Præt. Vrb. p. 89 *Provocant ſe invicem: majoribus autem poculis poſcunt a pincerna.* Et Lamprid. Alexandro c. 41 *Piſtores & pincernæ, omnes caſtrenſes miniſtri &c.* Poſſis dictum putare a *πίνειν* & *κιρνᾶν*, *miſcet* enim aqua vinum *bibentibus*.

PĪNDĂRVS, *i*, m. *Πίνδαρος*, poëta Thebanus, fuit temporibus Xerxis Perſarum regis, princeps lyricorum novem celebrium græcorum; qui fuere, Alcæus, Sappho, Steſichorus, Ibicus, Bacchylides, Simonides, Alcman, Anacreon, & nonus Pindarus. Quintil. 10, 1 p. 895 *Novem Lyricorum longe Pindarus princeps ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum verborumque copia, & velut quodam eloquentiæ flumine. Propter quod Horatius merito eum credidit nemini imitabilem.* Locus eſt Horatii 4 carm. 2, 1. Scripſit multa, ut *Olympia, Iſthmia, Pythia, Nemeæa.* Eum melle pro lacte eſſe nutritum, Ælianus ſcribit Var. 12, 45.

¶ Pindārĭcus, *a, um*, adject. ut, *Os Pindaricum*, Propert. 3, 17, 40. *Pindaricæ fidicen lyræ*, Ovid. Pont. 4, 16, 28.

PINDENISSÆ, *arum*, pl. Ciliciæ urbs, Cic. Att. 5, 20 pr. aut potius incolæ ejus urbis, quæ *Pindeniſſus* vocatur eadem epiſt. p. 540 Græv.

PINDVS, *i*, m. *πίνδος*, mons Græciæ ex Moloſſide incipiens, & longo jugo in Theſſaliam procurrens, habitaculum variarum gentium, Perrhæborum maxime: Plin. proœm. lib. 4. Apud poëtas Muſis & Apollini ſacer eſt. Virgil. eclog. 10, 11 *Nam neque Parnaſſi vobis juga, nam neque Pindi Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe.*

Pinea, pinetum, pineus, vide paullo poſt *Pinus*.

PINGO, *pinxi, pictum, pingĕre*, pictura exprimere, mahlen. Cic. fam. 5, 12 *Alexander ab Apelle potiſſimum pingi volebat.* Et, *Pingere tabulas*, Id. de Invent. 2, 1, gemählde verfertigen. Et ad Qu. fratr. 2, 14 ait metaphorice: *Pingam coloribus tuis, penicillo meo.* Id. de Clar. Orat. c. 37 *Pingere verba & illuminare ſententiis*, per translationem, zierliche und prächtige worte brauchen. ¶ 2. Transfertur ad veſtes pulchre variegatas, (geſtickte oder verbrämte kleider) & alia. Sic, *Acu pingere*, ſticken. Ovid. Met. 6, 23. Ita *Pingere humum floribus*, i. e. variare, ornare & diſtinguere, putzen, beſtreuen. Plaut. Stich. 2, 3, 28. conf. Lucret. 2, 375; & 5, 1395.

¶ Pictus, *a, um*, gemahlt, gefärbt, geſchmückt; ut, *Pictæ tabulæ*, ſchilderenen, gemählde. Horat. 1 epiſt. 2, 52. *Prælia rubrica picta aut carbone*, Id. 2 ſat. 7, 98. *Picta cauda*, pavonis ſcil. Id. 2 ſat. 2, 26. De veſtibus Virg. Æn. 1, 7, 5 *Pictum croceo velamen acantho.* Sic, *Toga picta*, apud Propert. 4, 4, 53, geſtickt. Varro ap. Nonium 6, 16 *in Meridiem noctis*: *Cum pictus aër fervidis late ignibus Cæli choreas aſtricas oſtenderet*: *Pictus ignibus*, i. e. ſtellis ornatus. Virg. Culice v. 69 *Florida cum tellus gemmantes picta per herbas &c.* Compar. Cic. de Clar. Orat. c. 85 *Lyſia nihil poteſt eſſe pictius*, nichts zierlicher. ¶ 2. Adagii ſimile eſt illud Cic. Fin. 5, 27 *Qui neque philoſophum pictum, ut dicitur, viderunt*, h. e. plane *ἀφιλοσόφοι*.

¶ Picte pro ornate legit Rittersh. in Phædro 4, 24, 5; Sed a Nic. Rigaltio reſtitutum *Pyctæ*, & lectio altera ab omnibus dudum reprehenſa. v. *Pyctes*.

¶ Pictĭlis, *e*, gemahlt, geſtickt; ut, *Pictiles baltei*, Apul. Met. 10 p. 247.

¶ Pictor, *ōris*, m. ein mahler. Cic. Acad. 4, 7 *Vident multa pictores, in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus.* Id. in Bruto c. 18 pictores laudat. conf. Plin. 35, 9 ſqq. Horat. A. poët. v. 9 *Pictoribus atque poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

¶ Pictōrius, *a, um*, adject. Tertull. adv. Marc. 1, 3 *Poëtica & pictoria licentia*, h. e. poëtarum, pictorum.

¶ Pictūra, *æ*, f. ars pingendi, die mahlerkunſt. Cic. in Bruto c. 18 *Similis in pictura ratio, in qua laudamus & inventum & perfectum &c.* Apul. de Mundo p. 66 *Pictura ex diſcordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, lutcis & puniceis &c. imagines facit.* ¶ 2. *Pictura*, das gemählde, die ſchilderey. *Animum pictura paſcit inani*, Virg. Æn. 1, 408. *Oculi picturâ tenentur, aures cantibus*, Cic. Acad. 4, 7. *Pictura textilis*, gewircket mahlwerck, Id. Verr. 4, 1. Et in Orat. c. 11 *In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca*: *contra alios nitida, læta, colluſtrata delectat.* Plaut. Moſt. 1, 3, 105 *Nova pictura interpolare opus*, eine neue farbe anſtreichen. Itaque *Pictura* & artem & opus ſignificat. Ars quomodo inventa ſit, Athenagoras Orat. pro Chriſtianis p. 371 & ſeqq. docet. Eam liberalibus (a quibus tamen excludebat Stoicorum ſeveritas, & Seneca ex iis epiſt. 88,) connumerat, diſcendamque pueris Galenus præcipit. Suaſoria ad artes extrema: Vide & Ariſtotelem Polit. 8, 3. Quando pars inſtitutionis puerilis facta, docet Plin. 35, 10; ubi & tradit, *Semper ei honorem fuiſſe, ut ingenui eam exercerent, mox ut honeſti, perpetuo interdicto, ne ſervitia decerentur.* Vide ibi plura, quæ huc faciunt. Plutarchus libro de Gloria Athenienſium p. 346 ad gloriam urbis interpretatur hoc quoque, quod plures atque præclaros dediſſet pictores. Romæ in tanta dignitate fuit, ut & patricii ei navarent operam, & ſibi cognomina inde peterent: exemplo Fabius eſt. vid. Plin. 35, 4. Præclarum Franc. Iunii opus eſt de *Pictura veterum*, cui etiam adjectus pictorum catalogus.

¶ Pictūrātus, *a, um*, adject. gefärbt, angeſtrichen, buntfärbig; ut, *Veſtes picturatæ*, Virg. Æn. 3, 483. *Picturato gyro*, Stat. 5 Silv. 1, 104. *Picturatus floribus ager.* Idem Theb. 6, 58. *Picturatæ volucres.* Claudian. epiſt. ad Seren. v. 3.

¶ Pigmen-

¶ Pigmentum, *i*, n. die farbe, das mahlwerck. *Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt*, Cic. Div. 1, 13. ¶ 2. Deinde colores rhetorici *Pigmenta* dicuntur, die zieraten; quo fere modo *Aristotelica pigmenta* dixit Cic. Att. 2, 1. *Sententiæ sine pigmentis*, Id. de Or. 2, 45. ¶ 3. Tandem etiam fuci atque fraudis notionem subit, die schmincke. Cic. de Orat. 2, 45 *Sine pigmentis fucoque puerili.* conf. Plaut. Most. 1, 3, 106.

¶ Auripigmentum, vide supra *Aurum.*

¶ Pigmentārius, *i*, m. qui pigmenta, quin & medicamenta vendit, ein farben-händler, materialist; ut, *Attius pigmentarius*, Cic. fam. 15, 17. *Pigmentarii, si cui temere cicutam &c. dederint*, l. 3 § 3 Dig. de Sicar. Et Vet. Gloss. *Pigmentarius*, μυροπώλης, φαρμακοπώλης, καὶ μυρεψός. Item: *Pigmentarius*, χρωματοπώλης.

¶ Pigmentatus, *a*, *um*, pigmento obductus, gefärbt, geschminckt. Tertull. de Cultu fœm. 2, 13 *Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.* Prudent. Hamart. v. 315 *Pigmentato meretrix crine.*

Composita:

¶ Appingo, *pinxi*, *pictum ĕre*, anmahlen, bemahlen. Horat. de Art. Poët. v. 30 *Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.* Translate Cic. Att. 2, 8 *Superiorem epistolam restituae nobis, & appinge aliquid novi*, i. e. adscribe.

¶ Depingo, *ĕre*, abmahlen. *Mens nostra quidvis cogitatione potest depingere*, Cic. Nat. D. 1, 15. Id. pro Rosc. Am. 27 *Quemadmodum vitam hujusce depinxeris. Cum pugna depingeretur*, Nepos 1, 6, 3. *Formam verbis depinxti mihi*, pro *depinxisti*, Plaut. Pœn. 5, 2, 154. *Ver in ipso ortu jam gemmulis floridis cuncta depingit*, i. e. exornat. Apul. Met. 10 p. 253.

¶ Depictus, *a*, *um*, abgemahlt; ut, *Tabella depicta*, Quintil. 6, 2. *Homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti*, braun und blau geschlagen. Apul. Met. 9 p. 222.

¶ Expingo, *ĕre*, mahlen, schmincken. Tertull. de Cultu fœm. 2, 12 *Thamar se expinxerat & ornaverat.* Plin. 35, 7 *Et pericula expingimus: ne quis miretur & rogos pingi. Pericula* intelligit naves.

¶ Expictus, *a*, *um*. Cic. Tusc. 5, 39 *Motus hominum expicti.* Et Tertull. l. c. *Si impudicarum ritu procedatis cultæ & expictæ.*

¶ Impictus, *a*, *um*, non pictus; ut, *Crystallum impictum*, Apul. lib. 2 Met. 23. Sed Elmenh. *impunctum.*

¶ Perpictus, *a*, *um*, esse dicitur Ovid. Met. 10, 262 *Lilia perpictasque pilas &c.* Sed vide not. Heinsii.

¶ Repingo, *ere*, a *re* & *pango*, huc non pertinet.

¶ Subpingo, *ĕre*, etwas bemahlen. Avienus Prognost. Arat. v. 132 *Ignito subpinxerit ora rubore.*

¶ Superpingo, *ĕre*, drüber mahlen. Id. Avien. Phænom. Arat. v. 907 *Cuncta superpingunt rutilam sua sidera noctem.* conf. Plin. 35, 11.

¶ Superpictus, *a*, *um*. Solin. c. 21 *Pantheræ minutis orbiculis superpictæ.*

¶ Trīpictus, *a*, *um*, tribus linguis scriptus. Prudent. Apoth. v. 381 de titulo crucis Christi: *Pilatus jubet ignorans; I, scriba, tripictis. Digere versiculis, quæ sit suffixa potestas.*

PINGVIS, *e*, feist, fett. *Gallinæ pingui in cervice cute*, Plin. 10, 50. *Agni pingues*, Virg. Georg. 1, 341. *Latino sanguine pinguior campus*, Horat. 2 od. 1, 29. *Pinguiorem agnum illi habent, &c.* Plaut. Aul. 2, 5, 5. Glis *pinguior* hieme, de quo Martialis 13 epigr. 50 *Pinguior illo Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.* Iuvenal. 11, 65 *Pinguissimas hædulas.* Horat. epod. 2, 55 *Lecta de pinguissimis oliva ramis.* ¶ 2. Sed, *Pingue solum, Pinguis ager*, id est, fœcundus, fruchtbar. Virg. Georg. 1, 64 *Terræ pingue solum fortes invertant tauri.* Idem lib. 2, 92 de vitibus diversi generis: *Pinguibus hæ terris habiles, levioribus illæ.* Ovid. Rem. am. v. 206 *Pingui membra quiete levat*, i. e. profunda. ¶ 3. *Pingui Minerva*, crasse, ruditer, vide *Minerva.* Nam & pro imperito & invenusto dicitur, grob. Sic Poëta: *Pingui nil mihi cum populo.* Et Cic. pro Arch. 10 *Cordubæ nati poëtæ pingue quiddam sonant atque peregrinum.* Sic, *pinguis toga*, crassa & duplex: cujusmodi in hieme utebantur, Suet. Aug. c. 82. Et, *Pingues lacernæ*, Iuvenal 9, 28. Item Suet. Ner. c. 20 *Pinguem comam* de densa dixit, ut Torrentius interpretatur.

¶ Pingue, *is*, n. substantive, die fettigkeit, das schmaltz. *Denso distendere pingui*, Virg. Georg. 3, 124.

¶ Pinguiusculus, *a*, *um*, aliquantum pinguis, etwas fett. *Pinguiuscula corpora*, Solinus c. 18 (Salmas. c. 11).

¶ Pinguĭter, adv. Colum. 2, 2 *Solum pinguiter densum.* conf. Plin. 37, 5. Comparat. *Pinguius* exstat L. 14 pr. Dig. de Except. rei judicatæ. Et Gell. 13, 19 (al. 20) *Insipidius nescio quid facies & pinguius.*

¶ Pinguāmen, *ĭnis*, n. schmeer, schmaltz. Gloss. gr. lat. λίπος, *sebum*, *pinguamen*, *adeps.*

¶ Pinguēdĭneus, *a*, *um*, fett; ut, *Pinguedineus liquor*, Plin. 35, 15, ut vult Salmasius ad Solin. p. 89.

¶ Pinguēdo, *ĭnis*, f. die fettigkeit. Plin. 23, 8 *Pinguedo corporis:* alii *pinguitudo* legunt. Tradit enim Gronovius, Plinium nunquam dixisse *pinguedinem*; & ubi vulgo ea vox legatur, in melioribus libris *pinguitudinem* esse. Perottus ad 6 epigr. Martialis miratur, Servium scripsisse, *το pinguedo* non esse Latinum, cum utantur ea voce Eutyches lib. 1 de Disc. conjug. p. 2155, & Sidonius 2 epist. 2.

¶ Pinguĭtūdo, *ĭnis*, f. idem; ut, *Laborare nimia pinguitudine*, Quintil. 1, 11. Apud Festum *Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus*, fett und wohl gemästet. conf. Plin. 17, 6. Et Varro R. R. 2, 4 *Quæ res pinguitudinem efficiunt.* Ibid. Cato: *Sus pinguitudine crescere solet &c.* Et mox Varro: *in Arcadia suem præ pinguitudine carnis surgere non potuisse, &c.*

¶ Pinguitia, *æ*, f. pro *pinguedine*, apud Arnob. lib. 7 p. 226 *Non videtis, albas esse hostiarum carnes, ossa, dentes, pinguitias?*

¶ Pinguĭtĭes, *ēi*, f. idem. Apulejus Met. 10 p. 245 (Pric. p. 221) *Corpus obesa pinguitie compleveram.*

¶ Pinguĭārius, *i*, m. qui pinguia amat, der gerne mit fett umgehet. Martial. 11 epigr. 101 *Carnarius sum, pinguiarius non sum:* q. d. carnosam amicam opto, non nimis pinguem.

¶ Pingueo, *ēre*, pinguem esse, fett seyn. &

¶ Pinguesco, *ĕre*, pinguem effici, feist werden. Columell. 2, 11 *Emaciatum armentum ex herba Medica pinguescit.* Virg. Georg. 1, 491 *Sanguine nostro pinguescere campos.* conf. Ovid. Met. 15, 89. Sed Plin. 37, 10 f. 65 *Achates politura pinguescit*, hoc credo vult, lævitatem & splendorem illi similem accipit, qui alias est a pinguibus.

¶ Pinguescens, *tis*; ut, *Pinguescens inertiâ*, Plin. 9, 15 f. 17 de pisce attilo.

¶ Pinguefācio, *ĕre*, pinguem efficere, mästen, feistmachen. Plin. 16, 44 *Dein ea pinguefacit.*

¶ Pinguefactus, *a*, *um*, gemästet. Octav. Horat. 1, 27 *Mollis & pinguefactus.* conf. Tertull. adv. Psychicos c. 6.

¶ Compinguesco, *ĕre*, zunehmen, starck werden. Tertull. de anima c. 25 *Compinguescere in solidam substantiam carnis.*

¶ Impinguo, *āre*, fett machen, düngen. Onomast. vetus: *Impinguo*, πιαίνω. Vulg. Interpr. Ps. 23, 5 *Impinguasti in oleo caput meum.* Et Prov. 13, 4 *Anima operantium impinguabitur.* Sed Apic. 8, 7 *Coques, donec lenis fiat & impinguet*, de tructa siccata sermo, ejusque splendore pinguetudinem æmulante.

¶ Impinguatus, *a*, *um*, idem quod *Pinguefactus.* Vulg. Deut. 32, 15 *Incrassatus & impinguatus.* Tertull. de Ieiuniis c. 6 *Cui cor impinguatum.* conf. Id. adv. Psychic. 6; & Th. Priscian. de Diæt. c. 4.

¶ Impinguatio, *onis*, f. die mästung, apud Apicium esse dicitur.

¶ Præpinguis, *e*, sehr fett. Virg. Æn. 3, 698 *Præpingue solum:* &

¶ Subpinguis, *e*, etwas feist. Celsus 6, 4 *Densa cutis & subpinguis.*

Pinifer, vide paullo post *Pinus.*

PINNA, *æ*, f. penna, πτερόν, proprie quæ pluma, id est, mollior penna, non est, eine schwung- oder flügelfeder, oder federkiel. Suet. Claud. c. 33 *Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens; & ut statim supino & per somnum hianti pinna in os inderetur ad expurgandum stomachum.* De re ipsa vide interpretes Casaub. & Torrent. & adde Cic. de N. D. 3, 23, item in Arat. Phæn. v. 384. Vlit. in Grat. Cyneg. 83, ubi *pinnas* alarum *pennam* plumam in pectore, vel in tergo esse tradit. ¶ 2. *Pinnæ piscium* sunt, quibus natant, die fließfedern. Plin. 9, 20 *Pinnæ pedum vice datæ sunt piscibus.* ¶ 3. Est & *Pinnæ* propugnaculi genus, schieß-schartten. Glossæ Cyrill. ἐπάλξεις, *Pinnæ, propugnacula.* Erantque hæ pinnæ in muris & vallo. Curt. 9, 4, 30 *Augusta muri corona erat. Non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Coronam* vocat summam partem muri, quam mox *fastigium* appellat, die zinnen. Hanc non distinctam pinnis fuisse, sed continua, sive perpetua lorica exstructam, significat. Ergo *pinnæ* erant per intervalla & de summo muro sublatæ partes, ita ut interjecta vacua spatia transitum præberent, qui in lorica perpetua nullus relinquebatur. Itaque *pinnatus murus* erit  perpetuâ loricâ exstructus  . Cæs. B. Gall. c. 72 *Post eas* (duas fossas) *aggerem & vallum XII pedum exstruxit. Huic loricam, pinnasque adjecit grandibus cervis &c.* V. Lipsius Poliorc. 2 dial. 2; Eumenius Paneg. Constantini, qui 9 est, c. 19 *Iam intervalla pinnarum uncis manibus invaserant.* ¶ 4. *Pinna*, πίννα vel πίννη, conchæ genus, eine art von muschelen. De ejus cum parva squilla societate, quæ squilla inde vocatur *pinnophylax*, vid. Plin. 9, 31 & 42; & 32, 11; Cic. de N. D. 2, 48, item de Fin. 3, 19. ¶ 5. Pinnam vocari, quidquid est acutum; tum porro *pennam* & *pinnam* sæpe confundi in veteribus libris, docet Quintil. 1, 4; & quos ad eum laudant Colomes. & Burm. p. 43. Adde Drakenb. ad Liv. 21, 30.

¶ Pinnula, *æ*, f. parva pinna. Columell. 8, 5 *Inhibetur cupiditas incubandi, pinnula per nares trajecta.* ¶ 2. *Pinnulas* pisces habent, quibus etiam gradiuntur, Plin. 9, 57.

¶ Pinnāculum, *i*, n. fastigium ædificii, in acumen tendentis, πτερύγιον, der giebel, die zinne. Tertull. contra Iudæos c. 8 pr. dixit: *Destrui pinnaculum usque ad interitum.*

¶ Pinnalis, *e*, pinnarum similitudinem habens ex n. 3. *Pinnalis vigor* laudatur ex Frontin. de Colon. p. 340.

¶ Pinnātus, *a*, *um*, citat ex poëta Cicero de Nat. D. 1, 47 *Iovis altisoni pinnata satelles*, de aquila. Id. de N. D. 3, 23 *Pinnatus Cupido. Pinnatus murus* quid sit, paullo ante in *Pinna* dictum n. 3. *Pinnatus nuntius*, i. e. celer, Prudent. Apoth. v. 615. *Pinnatus coluber*, Idem Psychom. v. 791.

¶ Pinnicillum, *i*, n. pro penicillo, ein wisch, ein pinsel. Pallad. 4 tit. 1 *Pinnicillo tenuis debet frequenter humor affundi.*

¶ Pinnĭger, *a*, *um*, das floßfedern hat; ut, *Pisces pinniger*, Ovid. Met. 13, 963.

¶ Pinnirăpus, *i*, m. pro gladiatore, pinnam, hoc est, galeæ summitatem adversario rapiente, apud Iuvenalem 3, 158.

¶ Pinnophylax, *ăcis*, & Pinnotĕres, *æ*, m. squilla parva, sive piscis, comes pinnæ conchæ. v. Plin. & Cic. in *Pinna* n. 4.

¶ Bipennis, bipennifer, vide supra in *Penna*, unde Isidorus deducit. Pluribus ea vox a *Pinna* est. vid. Voss. Etym. p. 71.

¶ Depinnatus, *a*, *um*, idem quod *pinnatus*, gefiedert. Varro ap. Fulgent. de priscо Serm. n. 11 *Deum depinnato attoliam orationis eloquio.* Ita Scalig in Fragm. p. 124. al. *Depennatus.*

PINSO, *pinsĕre*, item Piso, *pisĕre*, & Piso, *pisare*; tot enim modis hoc verbum efferebant veteres, ut Diomedes auctor est lib. 1 p. 370. Servius & *Pindere* dixisse observat in fragmentis, & exponit *pilo* (id est, pistillo) *tundere, molere*, stampfen, zerstossen, zermalmen, mahlen, knäten. Vet. Gloss. *Pisat*, πτίσσει. Auctor Panegyrici in Pisonem v. 17 *Humida callosâ quum pinseret hordea dextra.* Persius 1, 58 *O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit.* v. Nonium 2, 643. Varro R. R. 3, 16 *Vvam passam & ficum pinsebant.*

¶ Pinsio, *īre*, Ennius dixit apud Varronem de L. L. 4, 4 *Interram cadentes cubitis pinsibant humum.* Nisi potius *pinsabant* legendum, ut Turnebus ex MS. observavit Adversar. 20, 29. Nam veteres &

¶ Pinso, *āre*, dixerunt. Varro R. R. 1, 63 *Vt in pistrino pinsetur ac torreatur.* Scaliger ibi legit *pisetur.* Nam &

¶ Pis-

¶ Pĭſo, *piſĕre*, pro Pinſo, *pinſĕre*, ſcribitur. v. Harduini Plin. 18, 10 ſect. 23, ubi ſæpius ita ſcriptum recurrit: ut, *Pinſente pilo: niſi piſant: cum piſtur ſpica, &c.* & c. 11 *Piſunt cum arena.*

¶ Pinſens, *tis*; ut, *Pinſente pilo præferrato*, Plin. 18, 10.

¶ Pinſĭtus, *a, um*, geſtoſſen, geſtampft, zermalmet. Colum. 2, 9 *Panicum pinſitum, & evolutum furfure.* Id. 8, 4 *Pinſitum hordeum.*

¶ Pinſus, *a, um*, idem; ut, *Pinſi flagris*, Plaut. Merc. 2, 3, 81. *Rudus pinſum*, Vitruv. 7, 1.

¶ Piſtus, *a, um*, idem. Plin. 18, 10 *Cea ac tiphe ſi piſtæ ſerantur.* Et Feſtus: *Piſtum pro polĭtum antiqui frequentius uſurpabant.*

¶ Piſus, *a, um*, gekñätet, gebacken. Plin. 20, 5 *Sale aut aceto piſa arefactaque.*

¶ Pinſatio, *ōnis*, f. das ſtampfen, ſtoſſen. Vitruv. 7, 1 *Rudus crebriter pinſatione ſolidetur.*

¶ Piſtor, *ōris*, m. (vel Pinſor,) primum dicebatur non alius niſi is, *qui in piſtrino pinſeret farinam*, ut Varro teſtatur ap. Nonium 2, 643, ein ſtampfer, müller. Id. Varro ap. Non. l. c. *Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus, qui ruri far pinſebat.* Add. Cic. Fin. 2, 8. ¶ 2. Deinde *Piſtores* dicti ἀρτοποιοὶ brot-becker. Gloſſ. Vet. ἀρτοποιὸς, *piſtor, panificus.* Martialis utrumque conjunxit 8 epigr. 16 *A piſtore, Cipere, non recedis; Et panem facis, & facis farinam.* Sic, *Piſtor dulciarius*, ein honigkuchen-becker, leb-kuchler, zucker-becker. Martial. 14 ep. 22; Apul. Met. 10, 244. *Coquum & piſtorem apud antiquos eumdem fuiſſe*, monet Feſtus. Neque vero adhibiti Romæ piſtores ante A. V. 580, quod matronarum ea curatio eſſet. v. Plin. 18, 11. add. Burm. ad Petron. c. 38 p. 167 ſq. ¶ 3. *Piſtor* Iupiter cognominatus. Lactant. Div. Inſt. 1, 20 *Eodem tempore Iovi quoque Piſtori ara poſita eſt, quod eos in quiete monuiſſet, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hoſtium caſtra jactarent.*

¶ Piſtrix, *īcis*, f. Lucilius apud Varronem de L. L. 4, 31, ubi de pilo & piſtrino agit. Add. Feſt. in *Mamphula.*

¶ Piſtōrius, *a, um*, zum backen gehörig; ut, *Piſtorium opus*, Plin. 18, 11. & Celſ. 2, 18 pr. gebackenes.

¶ Piſtōrĭcus, *a, um*, idem. ICt. *Operas locare piſtoricas.*

¶ Piſtorienſis, *e*, idem: ut, *Milites piſtorienſes*, Plaut. Capt. 1, 2, 57. Interpretes exiſtimant, Plautum nomen populi in Italia per jocum ad eſculenta transtuliſſe. Nam *Piſtorium* oppidum Italiæ.

¶ Piſtura, *æ*, f. artificium pinſendi, das backwerck. Plin. 18, 10.

¶ Piſtrīna, *æ*, f. taberna piſtorum, das backhaus. Hinc *Opera piſtrinarum* dixit Plin. 19, 8: 18, 9, & alibi. ¶ 2. Veteres etiam *Piſtrinam* dixiſſe, fœmineo genere, die ſtampfmühle; ſicut *textrina, tonſtrina*, & aliæ officinæ dicuntur; Donatus ad Ter. Adelph. 4, 2, 45 ex diminuto *piſtrilla* conjectat.

¶ Piſtrīnum, *i*, n. ubi far pinſitur, die mahlmühle. Varro de L. L. 4, 31 *Pilum, quod eo far pinſunt. Id ubi ſit, piſtrinum.* conf. Pallad. 1 t. 42. Hinc, *in piſtrinum detrudere, dare*, Terent. & Plaut. quæ ſervorum pœna fuit. Ter. Heaut. 3, 2, 19 *Homo piſtrino dignus.* Cic. de Orat. 1, 11 *Tamquam in aliquod piſtrinum detrudi & compingi videbam.* Eſt de piſtrinis veterum liber jucundus lectu Frid. Lebr. Goetzii Cygneæ 1730 editus.

¶ Piſtrilla, *æ*, f. diminutivum, eine kleine mühle. Verba Terentii in Adelph. 4, 2, 45 ſunt: *Eſt piſtrilla, & exadverſum eſt fabrica.* Allio tamen in Lex. Crit. p. 63, *Piſtrillum* idem plane ac piſtrinum eſſe, contendit.

¶ Piſtrīnārius, *i*, m. der müller. Vlpian. l. 1 § 9 Dig. Depoſiti: *Actionem eſſe adverſus piſtrinarium.*

¶ Piſtrinenſis, *e*, quod ad piſtrinum pertinet. Sic *Per jumenta piſtrinenſia*, Suet. Calig. c. 39 ſignificat mulos vel caballos, quorum in piſtrino uſus eſt. De mulis Suetonius Cæſare c. 32; de caballis Servius IC. de Legatis.

¶ Piſtrinalis, *e*, ex piſtrino, aus der mühle; ut, *Piſtrinale album pecus* de ſuibus, ſi vera eſt lectio Colum. 7, 9.

¶ Piſo, *ōnis*, m. etiam a *Pinſo*, eſt aliquot Romanorum nobilium cognomen, de quo infra. ¶ 2. Proprie mortarium ſignificat, ein mörſel. Marc. Empiricus c. 8 *Radices betæ maxime nigræ ex aqua tepida lavabis & expreſſas ſabano ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo.*

¶ Pīsīto, vel Piſto, *āre*, frequentat. ſtoſſen. Veget. de Re Vet. 1, 31 *In pila lignea piſtabis, cernesque ſubtiliter.* Et Auct. Philomel. v. 17 *Sturnus tunc piſitat ore*, er ſchlägt, zwitſchert.

¶ Piſtillum, *i*, n. inſtrumentum, quo in pilum ſeu mortarium impoſita contunduntur, die mörſelkeule, reibkeule. Colum. 12, 55 *Piſtillis conterere.* Add. Plaut. Aul. 1, 2, 17.

¶ Piſtillus, *i*, m. idem. v. Nov. ad Nonium 3, 182. Virg. in Moreto v. 111 *Sed gravior lentos ibat piſtillus in orbes.* Formam collige ex vetuſto epigrammate Sympoſii n. 85 *Vna mihi cervix, capitum ſed forma duorum.*

¶ Expinſo, *ĕre*, ausmahlen, zermalmen. Cato R. R. c. 2 *Videto, quæ opera fieri potuerint, expinſi far, &c.*

PĪNVS, *i*, & *ūs*, f. πίτυς, arbor, ein hartbaum, kiefern- oder kienholz, fichten. Petron. c. 131 *Circumtonſæ trepidanti vertice pinus.* Non ſilvarum tantum hæc arbor; verum hortorum etiam fuit. Virg. ecl. 7, 65 *Fraxinus in ſilvis pulcherrima, pinus in hortis.* Vide ibi Gvellium Pimpontium. Vitruv. 2, 9 *pinu* format in ſexto caſu. De *pinu* & *nuce pinea* in nummis v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 6 p. 308 ſqq. itemque de corona Iſthmiaca e pinu p. 314. Propert. 1, 18, 20 *Arcadio pinus amata Deo.* Reſpicit poëta ad fabulam, quam exponit Auct. Geopon. 11, 11. Nimirum *Pitys* nympha Pani adamata, & a Borea fruſtra petita, cum hunc averſaretur, ſolo alliſa, terræ beneficio in arborem ſui nominis excrevit. ¶ 2. *Pinus* & flos eſt, chamæpitys videlicet. Virg. Georg. 4, 112 *Ipſe thymum pinosque ferens de montibus altis.* Vide ibi Taubmannum, & quos ad illum locum alios nominavit auctores. Scal. ad Cul. Virg. p. 41. ¶ 3. *Pinorum erucæ*, πιτυοκάμπτου ſunt Græcis, die würmer von fichten. Plin. 23, 2.

¶ Pīneus, *a, um*, von fichten; ut, *Pinea corona*, qua apud Iſthmum victores coronabantur, Plinio auctore 15, 10 *Pinea nux*, vel *Nuclei pinei*, Celſ. 2, 22, zirbelnüſſe. *Pinea tæda*, Ovid. Faſt. 2, 558. *Texta pinea*, Id. Triſt. 1, 3, 11.

¶ Pinea, *æ*, f. ſubſtantive etiam dicitur, eine fichte. Colum. 5, 10 *Eodem tempore juglandem, & pineam, & caſtaneam ſerere oportet.*

¶ Pīnaſter, *tri*, m. pinus ſilveſtris, ein wilder zirbel-baum. Plin. 16, 10. ¶ 2. Eſt & pinus maritima.

¶ Pinaſtellum, *i*, n. dimin. herba, quæ & *Peucedanum*, sau-fenchel, ſchwefel-wurtz. Apul. de Herb. c. 94.

¶ Pīnētum, *i*, n. ein fichten-wald. Plin. 27, 8 *Chryſolachanum in pineto naſcitur.* Ovid. Met. 15, 604 *Murmura pinetis fiunt.*

¶ Pinĭfer, *a, um*, voll fichten; ut, *Piniferum Atlantis caput*, Virg. Æn. 4, 249.

¶ Pinĭger, *a, um*, voll fichten; ut, *Pinigerum Fauni caput*, Ovid. Faſt. 3, 84.

PIO, *avi, atum, are*, purgare, ſatisfacere, placare, büſſen, verſühnen, ſtillen, reinigen. Virg. Æn. 2, 140 *Culpam miſerorum morte piabunt.* Cenſorinus c. 22 *Eſt februum, quicquid piat purgatque.* Vet. Gloſſ. *Piatur, ἁγνίζεται καὶ καθαίρεται.* Propert. 3, 17, 18 *Iram cæde piavit.* Virg. Æn. 2, 184 *Nefas piare.* Sil. 17, 579 *Quis noſtra ſatis delicta piabit.* Cic. pro Domo c. 51 *Si quid tibi aut piandum aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica.* conf. Non. 4, 363; & 2, 636, ubi *Pietatem piare*, ex Plaut. Aſin. 3, 1, 3 eſt *pietatem colere.* Adde Parei Lex. Plaut. p. 932. ¶ 2. Eſt etiam ſacra facere, exſequi. v. Livinej. in Propert. 1, 1, 20 *Et labor in magicis ſacra piare focis*, i. e. opfern. Imperf. Obſequ. c. 107 *Cum piaretur, taurus victima exanimis concidit.*

¶ Piatio, *ōnis*, f. die reinigung, ſühnung. Plinius 28, 2 de cibo pontifici inter ſacras epulas decidente: *In menſa id reponi, adolerique ad larem, piatio eſt*, id eſt, expiatio, averruncatio mali ominis.

¶ Piātor, *ōris*, m. v. *Expiator.* Hinc

¶ Piatrix, *īcis*, f. eine verſühnerin; ut, *Sacerdos, quæ expiare erat ſolita*, ut Feſtus Pompejus deſcribit. Plaut. Mil. 3, 1, 100 *Piatricem clementer non poteſt quin munerem.*

¶ Piāmen, *ĭnis*, n. idem quod *Piatio.* Ovid. Faſt. 2, 19 *Februa piamina.* Et Prudent. καθημερ. 9, 33. Poëticum eſt, ein ſühn-opfer.

¶ Piāmentum, *i*, n. idem. Sen. ad Helv. c. 16 *Dolituræ domus piamentum.* Plin. 37, 1 *Satis piamenti in unius gemmæ voluntario damno.* Id. 25, 4 *Terræ piamentum.* Feſtus de Piatrice: *Piamenta dicebantur, quibus in expiando utitur.*

¶ Pīculum, *i*, n. ſacrificium ſeu cultus pro ſatisfactione, ein ſühnopfer; ut, *Ea prima piacula ſunto*, Virg. Æn. 6, 153. Et Liv. 6, 21 *Auctores defectionis ab Romanis, piacula iræ Romanorum dederentur.* Id. 21, 10 *Nec dedendum ſolum id piaculum rupti fœderis.* Add. Horat. 1 Od. 28, 34; & 1 epiſt. 1, 36. ¶ 2. Item crimen, vel peccatum expiatione dignum, eine tod-ſünde; Virg. Æn. 6, 569 *Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.* Hinc, *Solvi piaculo*, i. e. crimine, peccato, Tac. Annal. 1, 30, 4. Et, *Piaculum mereri*, id eſt, culpam contrahere, Livius 2, 38.

¶ Piacularis, *e*, damit man verſöhnet; ut, Liv. 29, 21 *Piaculare ſacrum facere*, ein ſühnopfer. Id. 42, 3 *Vt piacularia Iunoni fierent*, abſolute, ſacrificiorum voce ſubaudita, ſicut integre lib. 1 c. 26 *Piacularia ſacrificia* memorantur. Plaut. Epid. 1, 2, 35 *Men' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam?* ſoll ich vor deine thorheit büſſen? Plin. Paneg. Trajani c. 34 *Agnoſcebamus & fruebamur, cum velut piaculares publicæ ſolicitudinis victimæ ad lenta ſupplicia ducerentur.*

¶ Piacularĭter, adverb. idem. Tertull. extremo lib. de Pudicit. *Piaculariter negare.* Quidam malunt *peculiariter.*

¶ Pīcŭlus, *a, um*, idem eſt ac *Piacularis.* Cato R. R. c. 139 & 140 *Porco piaculo facere*, id eſt, piaculari ſacrificio porcum mactare.

¶ Piaculo, *are*, expiare, verſühnen. Idem Cato c. 141 *Mars pater, te hiſce ſua vitaurilibus piaculo &c.* vid. Barth. in Stat. 9 Theb. p. 1031.

¶ Pīăbĭlis, *e*, verſöhnlich; ut, *Fulmen piabile*, Ovid. Faſt. 3, 289, hoc eſt, quod expiari poteſt, & Iupiter placari. Nam addit: *& ſævi flectitur ira Iovis.*

¶ Pius cum derivatis, vide infra ſeorſum.

Compoſita:

¶ Expio, *are*, ausſühnen, ausfegen, ausbüſſen. Plaut. Moſt. 2, 2, 34 *Metuo, te atque iſtos expiare ut poſſis.* Horat. 1 od. 2, 29 *Cui dabis partes ſcelus expiandi Iupiter?* Sic *Expiare legatorum injurias*, Liv. 3, 14; *errata*, Cic. de Aruſp. R. c. 11; *cæde cædem, ſanguine ſanguinem*, Salluſt. de Rep. ord. c. 3; *dedecus ferro*, Flor. 2, 18, 17; *hoſtia periculum*, Phædr. 3, 3, 11; *oſtenta cæde aliqua illuſtri*, Suet. Ner. c. 36; *ignibus voluptates*, Plin. Paneg. c. 33; *morte crimen*, Sen. Medea v. 647. Rurſus Cic. de Ar. Reſp. c. 16 *Nomen populi Rom. tanto ſcelere contaminavit, ut id nulla re poſſit, niſi ipſius ſupplicio expiari.* Plin. 33, 11, cum luxum majorum enarraſſet, ſubdit: *Quæ omnia expiavit bellum civile Syllanum*, welches in dem kriege gebüſſet worden. Cic. in Piſon. c. 35 *Tua ſcelera Dii immortales in noſtros milites expiaverunt*, i. e. propter te noſtros afflixerunt, ſie haben es unſere ſoldaten entgelten laſſen. Liv. 1, 26 de Horatio ſororis interfectore: *Ve cædes manifeſta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, filium expiaret pecuniâ publica.* Plin. 8 epiſt. 10 *Quem errorem magnis detrimentis expiavit, in ſummum periculum adducta:* De uxore loquitur, quæ abortum inſcientiâ graviditatis fecerat.

¶ Expiatus, *a, um*, ausgeſühnt, gereiniget. Cic. Phil. 1, 12 *Expiato foro, diſſipato concurſu impiorum, principibus ſceleris pœna affectis.* Cæſ. B. G. 8, 48 *Expiato ſuo dolore.* Horat. 2 od. 1, 4 *Arma nondum expiatis uncta cruoribus.* Cæſ. B. C. 1, 7 *Exempla expiata Gracchorum caſibus.* Flor. 1, 12, 3 *Clades ingentibus expiata victoriis*, h. e. reparata.

¶ Expiatus, *ūs*, m. ſubſt. die ausſöhnung. Tertull. adv. Valent. c. 13 *Continet hic ordo enthymiſeos & conjunctæ paſſionis expiatum.*

¶ Expiātio, *ōnis*, f. idem. Liv. 5, 17 *Vtam expiationem eorum eſſe ut &c.* Et 9, 1 *Expiatio fœderis.* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 10 *Diis violatis expiatio debetur.* Id. de Leg. 1, 14 *Expiatio criminis.*

¶ Expiātor, *ōris*, m. qui expiat, ein ausſühner, austilger. Tertull. de Pudicit. c. 15 extr. *Impuritatis expiator.* Carmine de nomine

Iesi, quod Barthius Adverſ. 34, 1 vulgavit, & Paulino cenſet vindicandum eſſe, v. 71 *Expiator criminum.*

¶ Expiatrix, *icis*, f. Feſtus in *Pietrix*, quam ſacerdotem fuiſſe, ſupra diximus: *Alii*, inquit, *ſagam, alii expiatricem vocant.*

¶ Expiatōrius, *a, um*, ausſöhnend; ut, *Expiatoriæ pœnæ*, Auguſtin. Civ. D. 21, 13.

¶ Expiābilis, *e*, quod expiari poteſt, verſöhnlich; ut, *Nuspiam expiabilis*, apud Tertullianum. Tribuitur etiam Ciceroni. Sed eſt

¶ Inexpiabilis, *e*, contrarium, ἀσπονδον, unausſöhnlich; ut, *Inexpiabile bellum*, Cic. Phil. 13, 1, ut Manut. & Lambin. & Gruterus legunt; nec audiendi, qui indidem *expiabile bellum* inducunt. Livius quoque 4, 35 *Inexpiabile bellum* dixit, quod pertinax eſt, da kein friede zu hoffen. Et, *Inexpiabile odium*, Idem 39, 51.

¶ Inexpiabiliter, adverb. idem: Auguſtin. de Geneſi ad lit. 11, 13 uſus eſt.

¶ Inexpiatus, *a, um*, unausgeſöhnt. Auguſtin. epiſt. 56 *Dedecus inexpiatum manet.*

¶ Impio, *are*, pro polluere, contaminare, beflecken, verunreinigen; ut, *Impiare ſe*, eſt peccato obſtringere, ſich verſündigen. Plaut. Rud. 1, 3, 8 *Si ego parentem aut deos me impiavi.* Pacatus Paneg. Theod. c. 43 *Ne oculos iſtos omnibus ſalutares homo funebris impiaret.* Ac Prudentius hymno ante ſomnum v. 53

At qui coinquinatum vitiis cor impiavit.

¶ Impiatum eſt, impersonaliter, man hat übel gethan. Min. Felix Octavio 25, 6 *Toties Romanis impiatum eſt, quoties triumphatum.*

¶ Impiatus, *a, um*, ſceleratus, inquit Feſtus, beſudelt, geſchändet. Apul. Met. 1 p. 110 *Cruore humano adſperſas atque impiatus.* Id. 3 p. 131 *Reus tot cædibus impiatus.* Sen. Hippol. v. 1180 *Thalamos petam tanto impiatos facinore?* Minuc. Fel. Octav. 28, 6 *Impiata ſacra.*

¶ Impiamentum, *i*, n. die verunreinigung, verſündigung. Cyprian. epiſt. 64, 3.

PĪPER, *ĕris*, n. πίπερι, εως, pfeffer; ut, *Piperis baccæ*, pfeffer-körner. Vitruv. 8, 3 *Augulus iſte fervet piper*, Horat 1, 14, 23. *Piper vugoſum*, Perſ. 5, 55. *Piper non homo*, habet ſpeciem proverbii in nimis aſperum, apud Petron. c. 44. Fragm. Trag. p. 15. vid. ibi Scheffer. p. 93.

¶ Pipĕrātus, *a, um*, gepfeffert. Apicius 8, 8 *Lepus in piperato liquamine*, haſenſchwartz. conf. 4, 2. *Garum piperatum currebat ſuper piſces*, Petron. c. 31. *Acetum piperatum*, Colum. 12, 47 & 57, h. e. conditum pipere. Tralate, *Piperata dicta*, i. e. mordacia: item *Piperata facundia*, i. e. mordax, ap. Sid. n. 5 epiſt. 8.

¶ Piperatum, *i*, n. ſubſt. ein gepfeffert eſſen. Celſ. 4, 22 *In piperatum conjicitur.* Apic. 2, 2 *Bene tritum ac lutulentum facias piperatum.* conf. Plin. 14, 16.

¶ Piperīnus, & Pipereus, *a, um*, vom pfeffer. Cathol.

¶ Piperītis, *ĭdis*, f. herba, cunila, thymbra & ſatureia, pfefferkraut, ſaturey. Plin. 20, 17.

Pipilo, pipilum, Pipinna, Pipio, vide *Pipo, Piſinnus, Pipo.*

PĪPO, *are*, antiquum verbum, pfeifen, pipen wie ein hühnlein Scalig. in Conject. *Pipare*, inquit, *Oſci dicebant pro eo, quod eſt ejulabunde conqueri: videlicet a pipatu pullorum.* Varro ap. Nonium 2, 676 *Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat.* In Philomelæ carm. v. 24 etiam de accipitre uſurpatur: *Accipiter pipat.*

¶ Pipatus, *ūs*, m. das geſchrey, gepipe oder gepipe der jungen hühner. Varro de L. L. 6, 5 *Pipulum declinatum a pipatu pullorum.*

¶ Pipatio, *ōnis*, f. idem; ſive *clamor plorantis lingua Oſcorum*, Feſtus.

¶ Pīpĭlo, *are*, paſſer dicitur, zwitſchern, ſchirpen. Catull. 3, 8 de paſſere Lesbiæ; *Sed circumſiliens modo huc, modo illuc, Ad ſolam dominam usque pipilabat.*

¶ Pīpŭlum, *i*, n. quod pro convicio, ploratu, ſumitur, ein ſchmähwort. Vide Varronis locum, quem adduximus in *Pipatus*, ubi l. c. additur: *Multa ab animalium vocibus translata in homines.* Et Iſidorus in Gloſſ. *Pipulo*, i. e. convicio, ploratu. *Pipulo differre*, Plaut. Aul. 3, 2, 32 eſt diffamare, einen ausſchreyen, austrauen. *Pipulo poſcere*, eſt contumelioſa appellatione poſcere, vid. Taubm. ad Plaut. Merc. 2, 3, 73 p. 913. Et Cn. Mattius in Mimiambis: *Dein docenti vaſa cunctis dejectas; Nequamve ſcitamenta pipulo poſcit.* Alii: *Nequamve ſutamenta pipulo poſcit.*

¶ Pipio, *are*, eſt plorare, vagitum edere, wimmern. Tertull. adv. Valent. c. 15 *Cæleſtes imbres pipiavit Achumoth*, i. e. effudit plorando.

¶ Pipians, *tis*, wimmernd; ut, *Infantes pipiantes*, Tertull. de Monogam c. 16.

¶ Pīpio, *īre*, itidem pullorum eſt, gallinaceorum præſertim. Columella 8, 5 *Aſcultetur, ſi pipiant*, nempe pulli in ovis.

¶ Pipio, *ōnis*, m. pullus avium, columbarum maxime, ein jung hühnlein. Lamprid. Alexandro c 41 *Servos ex pipionibus alerent.*

PĪRÆEVS, *ĕi*, m. Πειραιεύς, tribus ſyllabis, emporium Athenarum & portus quadringentarum navium capax. Diſputat Cicero Att. 7, 3, an recte ſcripſerit *in Piræa*, pro quo alii *in Piræum*. Et ſic Ter. Eun 3, 4, 1 *Ceimus in Piræum.* Nepos 8, 2, 5 *Hinc in Piræeum tranſiit.* conf. 19, 3, 4. Idem de Themiſtocle 2, 6, 1 *Hujus conſilio triplex Piræei portus conſtitutus eſt, &c.* v. plura apud Strab. lib. 9; Plin. 4, 12; Vitruv. 7 proœm. & 8, 3; Flor. 3, 5, 10; Iuſtin. 5, 8, 4; & Meurſ. de Piræo.

¶ Piræus, *a, um*, adject. Ita Propert. 3, 21, 23 *Portum Piræum* dixit. Et, *Litora Piræa*, Ovid. Met. 6, 446. Sic & abſolute Catullus carm. 65, 74 *Egreſſus curvis e litoribus Piræi.* Et neut. plur. Ovid. Faſt. 4, 563

Piræaque tuta receſſu Linquit.

PĪRĀTA, *æ*, m. πειρατης, predo in mari, ein meer-räuber oder ſee-räuber, a πειραω, *tranſeo*. conf. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 4. Sic Cic. Verr. 5, 29 *Piratam vitam tenuiſti.* conf. Id. Off. 3, 29. Et Vellej. 2, 31, 2 *Piratæ orbem cheſſibus jam, non furtivis expeditionibus vexabant.*

¶ Pirātica, *æ*, f ſubſt. die ſee-räuberey; ut, *Ægeſtate & improbitate coactus piraticam fecit*, Cic. poſt red. in ſenat. c. 5. Eam in laude ponebant Normanni, teſte P. Æmilio lib. 3 de geſtis Francorum: quod de priſcis Græcis quoque memorat Thucydides lib. 1.

¶ Piraticus, *a, um*, ſeeräuberiſch; ut, *Navis piratica*, ein raub-ſchiff, Quint. 2, 14. *Bellum piraticum*, Cic. l. c. *Piratica ſcelera*, Vellej. 2, 73, 3.

¶ Archipīrāta, *æ*, m. ἀρχιπειρατης, dux prædonum, der oberſte unter den ſee-räubern. Vtitur Cic. in Off. 2, 11 & Verr. 3, 25 *Archipiratam ipſum videt nemo, de quo ſupplicium ſumi oportuit.* Item c. 29 *Qui pro archipirata ſecuri feriretur.* conf. Verr. 5, 29.

PĪRĒNE, *es*, f. Πειρήνη, fons Corinthiacus, Pauſanias Corinth. 2, 3; vel in Acrocorintho fons Muſis ſacer, Plin. 4, 4. De eo Perſius prolog. v. 4. *Heliconiadasque pallidamque Pirenen.* vide Caſaub. ad h. l. & conf. Stat. 1 Silv. 4, 27. Hinc

¶ Pīrēnis, *ĭdis*, adject. fœm. ut, *Pirenida ad undam*, Ovid. Pont. 1, 3, 75. Et plur. *Pirenidas undas*, Idem Met. 2, 240.

PĪRĪTHŎVS, *i*, m. rex Lapitharum, cum Theſeo par amicorum conſtituit. Horat. 4 oda 7 extrema: *Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere caro Vincula Pirithoo.* conf. Virg. Æn. 6, 601; Ovid. Triſt. 1, 4, 19; & Martial. 10 epigr. 10.

PĪRVS, *i*, arbor, ein birnbaum, & Pirum, *i*, n. fructus, eine birn. Sic enim *I* ſimplici potius, ut plane latina vox, quam per *Y* ſcribitur: quamliber a πῦρ, cujus pyramidalem formam repræſentet fructus, deduci velint, quidam Grammatici. Sunt qui potius a voce ἄπιος, quæ idem ſignificat, derivata latina *Pirus* & *Pirum*. v. Voſſii Etym. p. 393. Virg. ecl. 1, 74 *Inſere nunc Melibœe piros.* Horatius epod. 2, 19 *Vt gaudet inſitiva decerpens pira.* Genera pirorum admodum varia. vide Plin. 15, 15.

¶ Pīrāticum, *i*, n. potus ex piris, birn-moſt. Hieronym. 2 contra Iov. *Bibere piraticum*. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 35.

PĪSA, *æ*, f. ſingulare, urbs Elidis in Peloponneſo, ita antiquis temporibus everſa, ut quidam negaverint unquam extitiſſe. vid. Virgil. Georg. 3, 180; Stat. Achil. 3, 19; & Theb. 7, 416. Hinc

¶ Piſæi, *orum*, m. pl. ſubſt. populus ejus regionis, Plin. 4, 5. Et

¶ Pīſæus, *a, um*, adject. ut, *Piſæus annus*, i. e. anni tempus, quo ludi Olympici prope Piſam celebrabantur, Stat. 1 Silv. 3, 8. *Piſæ ramus olivæ*, Iuvenal. 13, 99. conf. Ovid. Triſt. 3, 386. Nemeſia. Cyneg. 23 *Piſæi tori* lex ad Hippodamian pertinet, ubi vid. Sed

¶ Piſæ, *arum*, f. pl. urbs Etruriæ, quam ex Piſa Achaica profecti condiderunt. vid. Liv. 21, 39; Lucan. 2, 401; Rutil. 1, 532. Vnde

¶ Piſāni, *orum*, m. pl. dicuntur incolæ, Plin. 2, 103; & Liv. 40, 43.

¶ Piſatiles, pro Piſanis, dixit Nævius e Piſis oriundos. Feſtus.

PĪSANDER, *dri*, m. Polyctoris filius, unus procorum Penelopes, de quo Homerus Odyſſ. χ v. 243, & Ovid. Heroid. 1, 91. ¶ 2. Poetam, qui res Herculis proſecutus, & plures hujus nominis commemorat Suidas.

PĪSAVRVS, *i*, m. fluvius Piceni, a quo *Piſaurum*, civitas Vmbriæ fluvio ſuperimpoſita. Servius ſcribit, ſic dictam eſſe, quod illis *aurum penſatum* ſit, quod Galli a Romanis acceperant, & Camillus receperat. Hodie *Peſaro*. vid. Plin. 3, 14; & Catull. 82, 3.

PISCIS, *is*, m. ein fiſch: ut, *Capiuntur hamo piſces*, Cic. de Senect. c. 13. Et, *Hamo ſuſpendere piſcem*, Ovid. Met. 15, 101. *Ludunt in aqua piſces*, Ter. Adelph. 3, 3, 23. Et, *Piſces ex ſententia nactus ſum*, ibid. v. 66 *Piſcis nequam eſt, niſi recens*, Plauti eſt Aſin. 1, 3, 26. v. Chiliad. *Piſcis primum a capite fœtet:* vide easdem. *Piſcis patinarius* & *aſſus* opponuntur ap. Plaut. Aſin. 1, 3, 30. De ſacris in Lydia piſcibus Varro de R. R. 3, 17. ¶ 2. *Piſcium vitam vivere* dicuntur potentes, qui eos, quibus antiſtant, non damno ſolum mactant, ſed bonis quoque plane exuunt. Id ſcite expreſſit Varro ap. Nonium 2, 98 *Natura humanis omnia ſunt paria, Qui poti', plus urget: piſceis ut ſæpe minutos Magnu' comeſt, ut aves enecat accipiter.* ¶ 3. *Magis mutus, quam piſcis*; parœmia alia de infantibus aut valde taciturnis. ¶ 4. *Piſces*, pl. ſignum Zodiaci. v. Avieni Aratea v. 541.

¶ Piſciculus, *i*, m. dimin. Cic. Nat. D. 2, 48 *Piſciculi parvi.* Et Ter. Andr. 2, 2, 32 *Piſciculi minuti.* conf. Celſ. 3, 22.

¶ Piſcārius, *a, um*, zum fiſchen gehörig; ut, *Hamulus piſcarius*, Plaut. Sticho 2, 1, 17; &, *Forum piſcarium*, Id. Curc. 4, 1, 13, fiſchmarckt, quod & Varro habet de L. L. 4, 32, & Liv. 40, 51.

¶ Piſcaria, *æ*, f. ſubſt. etiam locus, in quo piſces venduntur, der fiſchmarckt. Varro in Perotti Cornuc. p. 158 *Nullus in piſcaria piſcis erat.* conf. Vlpian. l. 17 ff. de Verb. ſignif. ſed alii *picaria* legunt, de qua in *Pix*. v. Alex. ab Alex. Gen. 2, 12.

¶ Piſcārius, *i*, m. etiam ſubſtantive, qui piſces vendit, ein fiſchhändler. Varro ap. Perott. l. c. *Inter piſcarios nemo vendebat.*

¶ Piſcīna, *æ*, f. in qua piſces aluntur, ein teich, vivarium, ein halter; ut, *Piſcina publica*, Cic. ad Qu. fratr. 3, 7. De piſcinis Varro R. R. 3, 3 & 17; Plin. 9, 17; & quos laudat Brouckh. ad Tibull. 2, 6, 27. ¶ 2. *Piſcina* eſt omnis aqua collecta ad natandum, eine ſchwemme. Plin. 5 epiſt. 6 *Si natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt, in proximo puteus.* Adde Feſtum & Tac. Hiſt. 5, 12, 1. Sic de *piſcina* pecorum Colum. 1, 6 *Quæ anſeribus ac pecoribus ſerviat*, viehtränckе.

¶ Piſcinula, & Piſcinella, *æ*, f. diminutiva, apud Varr. de L. L. 8, 45.

¶ Piſcinālis, *e*, zu den fiſchteichen gehörig; ut, *Piſcinales cellæ in æſtivis balneis*, Pallad. R. R. 1 tit. 40.

¶ Piſcinenſis, *e*, idem; ut, *Piſcinenſis res eſt*, Lucil. apud Feſtum in *Piſcina.*

¶ Piſcinārius, *i*, m. qui piſcinis delectatur. Sic Cicero Att. 1, 19 Lucullum & Hortenſium *piſcinarios* appellat. v. Varr. R. R. 3, 17; & Macrob. Sat. 2, 11.

¶ Piſcor, *atus ſum, ari*, piſcibus inſidiari, fiſchen. Cic. Offic. 3, 14 *Piſcatores ad ſe convocavit, & ab iis petiit, ut ante ſuos hortulos poſtero die piſcarentur.* Plin. 19, 1 *Retia in piſcando darantia.* Sed, *Piſcari in aëre*, eſt operam ludere, Plaut. Aſin. 1, 86.

¶ Piſcans, *tis*, Subſt. idem ac *piſcator*, Feſtus: *Piſcatorii ludi vocantur, qui menſe Iunio fieri ſolent pro quæſtu piſcantium trans Tiberim.*

¶ Piſcatus, *ūs*, m. ſubſt. die fiſcherey, der fiſchfang, fiſchzug, fiſchwerck. Plaut. Rud. 2, 1, 10 *Hamatilem & ſaxatilem piſcatum aggredi.* Idem Moſt. 3, 2, 41 *Piſcatu probe ecclili vitam colere*, i. e. piſcibus ſelectiſſimis. Cic. Fin. 2, 8 *Vivere piſcatu, aucupio, venatione.* Plin. 6, 22 *Eſt in piſcatu voluptas, maxime teſtudinum.* Vitruv. 8, 4 *Frumenti fructu-*

fructu privari arbustisve, aut carne, aut piscatu. Apud Nonium 8, 38 veteres: *Omne piscati genus*, pro *piscatus*. Translate Plaut. Bacch. 1, 1, 69 *Piscatus hic tibi hodie evenit bonus.*

¶ Piscātio, ōnis, f. idem. Vlpian. leg. 13 Dig. t. 4 lib. 8 *Piscationem tonnariam exercere.* v. & Non. 3, 156. Hieron. epist. 4 ad Rusticum: *Apostoli de piscatione lacus Genezareth ad piscationem hominum transierunt.* Et L. 9 § 5 Dig. de Vsufr. & quemadm. *piscationes* pluraliter.

¶ Piscātūra, æ, f. idem. Tertull. adv. Marc. 4, 9 *De tot generibus operum ad piscaturam respexit, ut ab illa in Apostolos sumeret.*

¶ Piscator, ōris, m. ein fiſcher. Cic. Off. 3, 14 *Piscatores ad se convocavit.* vide *Piscari.* Et Ter. Eun. 2, 2, 16 *Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes* conjunguntur. Repetit & plures aggregat Cic. Off. 1, 42. *Piscator ictus sapit*, mit ſchaden wird man klug, Proverb.

¶ Piscātrix, īcis, f. Ita *Ranam piscatricem* vocat Plin. 9, 42.

¶ Piscātilis, e, fiſchreich, das ſich fiſchen läſt, Cathol.

¶ Piscātōrius, a, um, zum fiſchfang gehörig; ut, *Navis piscatoria*, Cæſ. B. Civ. 2, 4, & Liv. 23, 1, ein fiſcher-kahn; *Lina piscatoria*, Plin. 24, 9, ein fiſchernetz, ſaltem materia, unde retia conficiuntur. *Arundo piscatoria*, Id. 16, 36 ſub fin. eine angel-ruthe. *Piscatorio artificio quæstum facere*, Lactant. 5, 2 extr. *Piscatorium æs*, quod datur pro piſcibus, fiſchgeld. Feſt.

¶ Piscatorium, *i*, n. ſubſtantive Gloſſ. gr. lat. ἰχθυοπωλεῖον, *Piscatorium*, der fiſchmarckt.

¶ Piscōsus, a, um, fiſchreich; ut, *Amnis piscosus*, Ovid. Faſt. 3, 581. *Piscosum profundum*, Martial. 10 epigr. 37.

¶ Piscŭlentus, a, um, idem; ut, *Loca pisculenta*, Plaut. Rud. 4, 2, 2. *Piscolentissima stagna*, Solin. c. 10 (Salm. 4) de Sardinia. *Pachynum piscolentissimum*, ibid. c. 11 (Salm. 5) de Sicilia.

¶ Piscĭceps, ūpis, m. pro *piscatore*, an recte dicatur, ut *Auceps*, *upis*, quærit Varro de L. L. 7, 33.

¶ Piscĭfluus, a, um, fiſchreich; ut, *Piscifluus Rhenus*, Theodulf. lib. 2 Carm. v. 579.

¶ Piscĭvŏrus, a, um, das fiſche frißt, Cathol.

¶ Appiscatus, a, um, der erlanget oder erſchnappet hat. Lucil. ap. Prisc. *Magnum inde appiscatus infamium.* v. Lauremb. Antiqu. p. 34, qui pro *adeptus* esse dicit, ita ut ad *Apiscor* referri queat.

¶ Expiscor, *atus sum, ari*, interprete Donato, eſt, omni ſtudio inquirere, ubi piſces lateant, auefiſchen; it. ausforſchen, ausfragen, auslocken. Ter. Phorm. 2, 3, 35 *Provinde expiscare, quasi non nosses.* Cic. fam. 9, 19 *Nescis, me ab illo omnia expiscatum?* Idem in Pison. c. 28 *Nihil expiscatus es.*

¶ Semipiscīna, æ, f. der halbe teich. Varro de R.R. 1, 13 *Lacus intra stylobatas sit semipiscina.*

PĪSĒNOR, ŏris, m. unus ex Centauris, Ovid. Met. 12, 303.

PĬSĬDIA, æ, f. regio Aſiæ inter Pamphiliam & Phrygiam majorem, ut Lydiam Lyciamque quodammodo contingat. v. Geograph.

¶ Pisĭdæ, *arum*, m. pl. incolæ ejus regionis. Claudianus in Eutrop. 2, 241 *Finibus obliquis Lydi Pisidæque feroces Continuant australe latus.* Et ibidem v. 465 *Pamphylos Pisidasque rapi.* Cic. de Divin. 1, 1 *Pisidarum gens volatibus avium cantibusque, certissimis signis, declarari res futuras putat.*

PISĬDICE, es, f. regis Methymnæorum filia, quæ Achilli patriam ſuam prodidit. v. Parthen. Erot. c. 21.

PĬSINNVS, *i*, m. antiquum vocabulum, puerum ſignificans, ein knabe. Labeo apud veterem Scholiaſt. Perſii ad ſat. 1, 4 *Crudum manduces Priamum Priamique pisinnos.* Martial. 11 epigr. 73 *Drauci Nata sui vocat pisinnam, Collatus cui Gallus est Priapus.* vide Farnab. ad h. l. qui *Pipinnam* habet. At Pet. Scriverius cum Cæl. Rhodig. 4, 6 *vepenem*; & Turnebus Adverſ. 8, 4 *bipennem.*

PĪSISTRĂTVS, *i*, m. Πισίστρατος, Athenienſis tyrannus eloquentia clarus, tempore Servii Tulli regis Romani. Meminit hujus Cicero de Orat. 3, 34; ad Att. 8, 16; & de Senect. c. 20.

Piſito, ăre, piſo, ere, & are, vide paullo ante *Pinso, ere.*

PĪSŌNES, *um*, m. pl. nobiles Romani, ex Numæ Pompilii familia, ſic dicti vel a *piso*, ut a *lente* Lentuli: vel a *pisendo*, ut Plinius cenſet 18, 3; cum quo & auctor Panegyrici in Piſonem facit, quando ſcribit v. 14 *Claraque Pisonis tulerit cognomina prima, Fumida calloſa cum pinseret hordea dextra?* Fuit Calpurniæ gentis cognomen.

¶ Pīsōnianus, a, um, adject. ut, *Pisonianum vitium:* id eſt, mira libido loquendi, quo vitio laboravit L. Piſo: B. Hieron. ad Oceanum epiſt. 83 *Primum spinosulus noster obmutuit: deinde Pisoniano vitio, cum loqui nesciret, tacere non potuit.* Hoc vitii genus Græcis λαλιά; & eo qui laborarent, λάλοι, Latinis *Linguaces*, *Linsulacæ*, *Locutuleji* appellati. v. Theophraſti Charact. & ad eos Caſaub. itemque Gell. 1, 15.

PĪSSA, æ, f. πίσσα, i. e. pix, pech. Hinc

¶ Piſsinus, a, um, πισσινος, von pech; ut, *Pissinum oleum*, pech-öl, oder wagen-ſchmiere, Plin. 23, 4. *Picinum* dicitur ibid. 15, 1.

¶ Piſsītes, æ, m. πισσίτης, vinum picatum ex liquida pice & muſto, Dioſcor. 5, 35.

¶ Piſſalphaltus, *i*, m. πισσάσφαλτος, pix bitumine mixta, a πίσσα & ἄσφαλτος, *bitumen*, bergwachs, Plin. 35, 15. conf. 27, 6.

¶ Piſſelæon, *i*, n. πισσέλαιον, oleum ex pice, pech-öl. Plin. 24, 5 *Fit ex eo* (cedri ſucco) *oleum, quod pisselæum vocant.* Ibid. 15, 7 Harduinus legit pro *Picino.* conf. & 24, 6.

¶ Piſsŏcĕros, *i*, πισσοκήρος, melliginis genus ex cera & pice ſive reſina miſtum. Plin. 11, 7 de apum mellificio: *Prima fundamenta operis* comoſin *vocant periti, secunda* piſſoceron, *tertia* propolin.

PISTĀCIVM, *i*, n. πιστάκιον, & Piſtacia vel Piſtacea, æ, f. nucis genus ſunt, welſche pimpernüſſe. Plin. 13, 5; Pallad. Febr. tit. 25, & Matthiol. Hæc amygdalis fructum breviorem, ſed nobiliorem faciunt. Palladius de Inſitione v. 157 *Quin & amygdaleos subeunt pistacia ramos, Et meritum nuncus de brevitate petunt.*

PISTĀNA, æ, f. herba ex ulvarum genere, Plin. 21, 17.

PISTĬCVS, *a, um*, πιστικός, ſincerus, unverfälſcht; ut, *Nardus pistica*, Vulg. Ioh. 12, 3.

Piſtillum, piſtillus, piſto, vide *Pinso, ere.*

PISTŎLŎCHIA, æ, f. πισολοχία, ariſtolochiæ genus, hollwurtz. Plin. 20, 4.

Piſtor, piſtrina, piſtrinenſis, piſtrinum, &c. vide *Pinso.*

PISTRIX, īcis, ſive Piſtris, *is*, f. marina bellua, quæ & Priſtis & Phyſeter, & Phyſalus, φυσητὴρ, φύσαλος, dicitur. vide *Pristis.* Flor. 3, 5, 16 de nuntio obſeſſam Cyzicum adnatante: *Videntibus procul quasi marina pistrix evaserat.* ¶ 2. Sidus item cæleſte, quod & cetus dicitur. Cic. in Arat. v. 664 ed. Grut. *Et fera pistrix labitur*, i. e. occidit. Obliquis differunt *Pistrix* & *Pistris.* Cicero ibidem v. 398 *Pistricis spinæ valida cum luce refulgens.* Et Germanicus Cæſar in Arat. c. de Piſce Notio: *E quibus una magis sub cauda flamma relucet Squamigeræ Pistris.* ¶ 3. *Pistris*, navis nomen apud Virg. Æn. 5, 154 &c. alii *Pristis* legunt, quod idem eſt. ¶ 4. *Pistrix* fœm. a *Pistor*, vide in *Pinso.*

¶ Piſtriger, vide infra *Pristiger* in *Pristis.*

Piſtura, piſtus, vide ſupra *Pinso.*

PĪSVM, *i*, n. πίσον, plur. *pisa*, legumen notum, erbſen. Plin. 18, 12 *Ex leguminibus novembri seruntur lens, & in Græcia pisum.* Et paucis interjectis: *Pisum in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. Ideo in Italia & in austeriore cælo non nisi verno tempore, terra facili ac soluta.* Adde Colum. 2, 10. Ex quibus apparet, delicatius piſum, quam ervum eſſe, & fere reſpondere illi generi, quod in hortis plantamus, zucker- oder garten-erbſen. Priorem *pisi* produci ex *Pisonum* cognomine, de quo ante, colligi poſſe videtur.

¶ Pīsĭnus, a, um, von erbſen. Plin. 23, 5 *Pisino oleo usus est passim ad quadrupedum scabiem.*

PĬTĂNE, es, f. oppidum Æolidis in Aſia ad fluvium Caycum, patria Archeſilai philoſophi, Plin. 5, 30; Ovid. Met. 7, 358.

¶ Pitanæi, *orum*, & Pitanitæ, *arum*, m. pl. incolæ.

PĬTHAVLES, æ, m. πιθαύλης, ut *Aſcaules*, de quo ſupra dictum. Proprie, qui tibia inſtar dolioli vel cadi facta cantat, a πίθος, *dolium.* Sen. epiſt. 76 poſt princ. *Quis sit pithaules bonus, judicatur.* Et Vopiſc. in Carino c. 19 de ludis: *Choraulas centum: etiam pithaulas centum: pantomimos & gymnicos mille.* Vbi Salmaſium vide. Noſtro more eſt fere ein ſack-pfeiffer. ¶ 2. At *Pythaules*, prima producta, qui Pythia cantat, de quo infra.

PĬTHĒCVS, *i*, m. πίθηκος, ſimia, ein affe, unde *Pitbecusa.* ¶ 2. De *Cercopitheco*, vide ſupra ſuo loco. Hinc

¶ Pithēcium, *i*, n. πιθήκιον, ein äffaen. Plautus ab hac appellatione *Pithecium* deformem dixit mulierem, in Milite 4, 1, 42, ein affen-geſichte. *Pithecium hæc est præ illa, & spinturnicium.* ¶ 2. Eſt & nomen herbæ, Apul. de Herb. c. 86.

¶ Pithecūla, æ, f. inſula in mari Tyrrheno, non procul ab oſtio Tiberis, alias *Ænearia* & *Inarime*, nunc *Iſchia*, in cujus ſummitate oppidum fuit Pithecuſæ. Scriptores veteres modo Aenariam & Pithecuſas unam eandemque, modo diverſas inſulas ſtatuunt: De quo Cluver. Ital. Ant. L. 4, c. 4 p. 116, 4. & Salmas. Exercit. Plin. p. 68. A *pitheco* dictam volunt nonnulli, atque in iis Ovidius Met. 14, 90, quos tamen caſtigat Plinius 3, 6, qui a figlinis doliariorum ſic appellatam docet. Sane πίθος *dolium* eſt.

PITHEVS, *ei*, & Pithites, æ, m. πιθίτης, cometæ genus, dolii figuram gerens, apud Apul. de Mundo p. 64 (ubi *Pithos*) & Plin. 2, 25. ¶ 2. *Pitheus* nomen proprium, unde *Pitheius*, vide mox *Pittheus.*

¶ Pithia, æ, f. meteoron, Senec. Quæſt. Nat. 1, 14 & 15.

PĪTHO, ōnis, f. πειθώ, perſuadendi dea, ut a Quintiliano, & *Suadela*, ut ab Horatio 1 epiſt. 6, 38 nominatur. Cic. de Clar. Orat. c. 15 Πειθὼ *quam vocant Græci, hanc Suadam appellavit Ennius.*

PĪTHŌDĒMVS, *i*, m. πειθοδήμος, luctator egregius, Plin. 34, 8.

PĪTHOEGIA, *ōrum*, n. pl. πιθοιγία, feſtum, quo vini dolia primum relinebantur, a πίθος, *dolium*, & οἴγω, *aperio.* vid. Rhodig. Antiqu. Lect. 28, 25.

PĪTHŎLĔON, *ontis*, m. Πιθολέων, poëta Rhodius, trivialis & abjectus, qui perquam ridicule Græca Latinis miſcuit, de quo Horat. 1 ſat. 10, 22.

PĪTISSO, *are*, modice vel paullatim deguſtare, koſten, ſchmecken. Ter. Heaut. 3, 1, 48 *Pitissando modo mihi quid vini absumsit?* Vet. Gloſſ. ἀπογευομαι, *Pitisso, degusto.* v. Scalig. ad Manil. p. 455, & Guyetum ad Terentii productum locum: qui *pitisso* ſcribit; Scaliger *pytisso.* Inde *Pytisma* apud Iuvenalem. vide *Pityſma.*

PITTACIVM, *i*, n. quod ſcribi videas etiam Pictacium, πιττάκιον, epiſtola brevis & modica, ut Iſidorus exponit. Vet. Gloſſ. πιττάκιον, *Pittacium, Brevis. Breves* enim ſubſtantive, ut loquuntur Grammatici, pro brevibus libellis, epiſtolis, eine kleine tafel, it. ein zettel, ein brief. Petron. c. 34 *Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo, FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM.* Vbi *Pittacia* ſunt tabellæ, quibus inſcripta eſt ætas vini. v. Interpretes edit. Burm. & conf. c. 56. Pro *alpo* ſive *brevi* (*brevis* enim proprie album) poſuit Lampridius in Severo c. 21 *De promovendis*, inquit, *etiam sibi annotabant & perlegebat cuncta pittacia.* Vbi Caſaubonus: *Pittacia*, id eſt, *breves, ut modo dixit. Sed* pittacia *dicuntur pice vel malthâ illitæ breves tabulæ, in quibus elogia scribebantur & id genus alia, quæ paucis verbis possint comprehendi. Vt illa Polybiana pittacia, de quibus aliquid ad Sacerdotium notare meminimus* lib. 2. *Vox est originis græcæ* πιττάκια ἀπὸ τῆς πίττας, *usu vero Romanorum &c.* ¶ 2. Apud Celſum 3, 3 *Pittacium* pro panniculo medicamento illito, qui capiti vel præcordiis applicatur, ponitur, ein pflaſter. Sic & Laberius apud Gellium 16, 7 capitium ſive tegmen capitis *Pictacium* vocaſſe dicitur. Sed lectio & interpretatio incerta.

¶ Pittăciŏlum, vel Pictaciolum, *i*, n. dimin. Adelhelm. de Virg. c. 26 *Pictaciolis apicum excludi.*

PITTĂCVS, *i*, m. Πιττακὸς, Mytilenæus de numero ſeptem fuit Græciæ ſapientum, Croeſi regis tempore, cujus hæc de moribus præcepta Auſonius dat in ſapientibus. *Loqui ignorabit, qui tacere nescit.*

sciet. Bono probari malo, quam multis malis. Pareto legi, quisque legem fanxeris. Plures amicos re secundâ compara: Paucos amicos rebus adversis proba. Idem cum reipubl. summæ aliquando præfuisset, ab ea recedens, *Quam difficile*, pronunciavit, *est, bonum virum esse, ὡς χαλεπὸν, ἐσθλὸν ἔμμεναι*, Plutarch in convivio 7 Sapientum. Legem etiam sanxit, ut ebrii peccantes majori pœna afficerentur, quam sobrii: Aristot. Polit. 2 c. ult. v. Laërtius & Suidas, uterque in *Pittaco*.

PITTHEVS, ei, m. Πιτθεύς, avus Thesei maternus, qui Trœzene regnavit, & primus rhetoricam docuisse & scripsisse dicitur. vid. Plutarch. in Theseo, Pausan. in Corinth. & Voss. de Rhet. nat. & const. c. 9. Hinc

¶ Pittheïs, ĭdis, f. patronym. ut, *Pittheïdos Æthræ filius*, i. e. Theseus, Ovid. Heroid. 10, 131.

¶ Pithēius, & Pithēus, a, um, adj. ut, *Pitheia & Pitheæ Trœzen*, Ovid. Met. 6, 418; & 15, 297. *Pitheia regna*, Idem Heroid. 4, 107.

PĪTVĪTA, æ, f. φλέγμα, humor redundans, & ex ore naribusque fluens, catarrhus, der unflat aus maul und nasen, schleim, roz, schnupfen; ut, *Pituita redundat*, Cic. Tusc. qu. 4, 10. *Pituitam detrahere*, Plin. 27, 12. *Deducere*, Cato 156. add. Arnob. 4 p. 142. De *pituita crassiore & tenuiore* v. Cels. 2, 233; deque *pituita oculorum*, Id. 7, 15 von augentrieffen. Prima autem in *pituita* semper producitur. Nam in illo Horatii 1 epist. 1 extrema: *Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est*: συνίζησις, & *pituita* trisyllabum est: & in illo Persii sat 2, 57 *Somnia pituita qui purgatissima mittunt*. Sane Catullus produxit epigr. 23, 17 *Mucusque & mala pituita nasi*. Pituitam in gallinaceo genere vocant nostri den pips. vid. Colum. 8, 5.

¶ Pituitōsus, a, um, catarrhosus, rozig, schnupfficht. Cic. de Fato c. 4 *Videmus in aliis* (locis) *esse pituitosos, & quasi redundantes: in aliis exsiccatos atque aridos.*

¶ Pituitāria, æ, f. uva agrestis, sic dicta, quod pituitam oris siccet, pipsmúnze. Plin. 23, 1.

PITŬLVS, i, m. est nomen fictitium remigum. Hyginus de Argonautis fab. 14 ext. *Ad pitulum sederunt Hercules & Idas.* Eos autem ad pitulum sedisse declarat Turnebus 28, 43, qui operam dabant, ut remiges pariter remis aquam pellerent. Esse enim *Pitylum* sonum illum, quem remus illisus aquæ efficiat, & nauticos *pitylum* vocare, cum ad celeusma navigetur. conf. Scheffer. de Milit. navali 3, 1 ext. ubi ostendit celeusmatis præcipuum usum fuisse, ne diverso ac multiplici remorum ictu navis cursus impediretur, sed æqualis esset.

PĪTYS, ĭdos, f. πιτύς, nux pinea e pinastris, eine grosse zirbelnuß, tannapffel, Plin. 15, 10. Dioscor. 1, 87, nam πίτυς, *pinus* est.

¶ Pityinus, a, um, πιτύινος, von fichten: ut, *Resina pityina*, apud Marcell. Empir. *Cera pityina*, Theod. Priscian. 2.

¶ Pityocampe, es, f. πιτυοκάμπη, vermis sive eruca e pinu arbore nascens, eine raupe, holzwurm. Plin. 23, 2; & 28, 9; & 29, 4. Dioscor. in Alex. 2.

¶ Pityocamptes, æ, m. cognomen *Scinis* vel Sinis, latronis crudelissimi, de quo suo loco.

¶ Pityūsa, æ, f. πιτυοῦσα, genus tithymali, teuffelsmilch. Plin. 24, 6. Dioscor. 4, 106. ¶ 2. *Pityusæ*, insulæ in mari Balearico, a pineorum fruticum ubertate dictæ, Plin. 3, 5. De aliis Idem 4, 12; & 5, 31.

¶ Pityasma vel Pityliasma, ătis, n. quidam volunt esse poculum de arbore pinu fabricatum; alii velocis cujusdam exercitationis genus vocant. v. Iuvenal. 11, 172. Infinitas fere doctorum de hoc versu sententias vide in edit. Henninniana; & inprimis longa Gangæi epistola eo redit denique, *pityasma* esse obscenum illud sputum venereum.

PĪVS, a, um, qui Deo fidit, Deum metuit, colit; qui officium suum præstat parentibus, cognatis, amicis, patriæ, gottselig, gottsfürchtig, fromm; ut, *Pium ac pudicum ingenium*, Ter. Hec. 1, 2, 77. *Piæ preces*, ein andächtiges gebet, Liv. 34, 3. *Pius in parentes*, Cic. Off. 3, 23. *Pia arma sunt, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes*, Liv. 9, 1. *Sagunti excidium nobis pia ac justa induit arma*, Id. 30, 31. v. Brisson. de Form. L. 4 p. 344. ¶ 2. Significat & benignum atque clementem, gütig. Claudian. ad Honor. consul. 4, 275 *Si pius in primis; nam cum vincamur in omni Munere, sola Deos æquat clementia nobis.* Hinc Antoninus Imp. a clementia *Pius* cognominatus est. Marcus philosophus in epistola ad Faustinam apud Vulcatium in Avidio Cassio c. 11 *Non enim quicquam est, quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam clementia. Hac Cæsarem Deum fecit, hac Augustum consecravit, hac patrem tuum inprimis PII nomine ornavit.* v. & Capitol. in Pio. Quamquam alii sic dictum volunt a pietate in socerum, quem senem & fessum ætate manu sublevasset. Quemadmodum Metellus etiam, & primus quidem *PII* cognomen meruit, quod patrem lacrymis & assiduis precibus ab exilio revocavit. Similiter & Tiberium nonnulli *Pium* appellare voluerunt, quod ex Illyrico revocari se nullis modis passus est, priusquam id formidolosissimum bellum confecisset. De quo lege Suet. ejus vita c. 16 & 17. Adde de hoc cognomine Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 75, & 12 p. 434. ¶ 3. Sic & pro blando & quod non grave, sed jucundum potius & amœnum est, usurpatum. Sic *pium cælum* Germanicus Cæsar Arateis dixit v. 266 & v. 633, ut quidem H. Grotius locum utrumque corruptissimum emendavit, quem vide. Sic Horat. 1 od. 21, 4 amphoram suam vinariam *piam testam* vocat. Mart. Capella lib. 1 de Iove, ad ejus planetæ naturam respiciens: *Tene igitur illo quo benignus numine es, Deposco, cæli blanda temperatio, Piumque culmen.* Idem lib. 6 metro 2 *Moxque imitata pium lactea luna diem.* ¶ 4. *Pius* etiam epitheton poëtarum est ut *sanctus*, quo significare volunt θεῖον illud & quandam cum Diis communionem. Ita Catullus 16, 6 *Nam castum esse decet pium poëtam Ipsum, versiculos nihil necesse est.* Ita Statius Silv. 1, 2, 95 Stellam *pium signiferum Cupidinis* appellat, h. e. poëtam eroticum. Nam quod Barthius ad h. l. p. 93 *suavem, non pugnacem* interpretatur *pium*, aut alii *doctum* intelligi volunt, vix probabile videtur. *Pium os* vati tribuit etiam Ovidius Fast. 3, 324. Forte etiam *pius Æneas* a Virgilio propter τὸ θεῖον & Heroicam naturam dictum est. ¶ 5. *Piissimus*, superlativus a *pius*. Cic. Phil. 13, 19 M. Antonio quidem exprobrat, quod *Lepidum piissimum* vocet, & *quod verbum omnino nullum in lingua Latina sit, id, propter suam divinam pietatem, novum inducat.* Verum parvi hanc censuram æstimarunt sequentis temporis scriptores, Curt. 9, 6, 17; Sen. Rhetor. Controv. 27; & Philosophus Consol. ad Polyb. c. 26; Tac. Agric. 43, 7; Florus 4, 7, 15; Apul. Met. 9 p. 220; Hygin. fab. 254; Sulp. Severus Dial. 3, 16, qui omnes *piissimus* dicere non sunt subveriti. Vt innumeras inscriptiones antiquas taceamus, quibus vel parentes, vel liberi, vel fratres *piissimi* laudantur, v. g. apud Gruter. p. 575 n. 5 PATRI PIISSIMO ET INDVLGENTISSIMO. Et p. 689 n. 1 FILIO PIISSIMO BENE MERENTI, &c. conf. Charis. p. 90. ¶ 6. *Pientissimus* etiam frequens in antiquis inscriptionibus, ut Operum Gruteri & Reinesii indicibus, qui appellationes adfectuum continent, probatissimum est. Pauca exempla sufficiant. Gruter. p. 369 n. 5 PATRI PIENTISSIMO: & p. 752 n. 3 MATRI PIENTISSIMÆ: & p. 636 n. 7 FRATRI OPTIMO PIENTISSIMO: & p. 600 n. 8 FIL. OPT. PIENTISS. &c.

¶ Pie, adverb. idem; ut, *Pie, humane facere*, id est, clementer, vel ex officio, Cic. fam. 11, 27. *Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror*, Ter. Adelph. 3, 4, 13. Sen. ad Polyb. c. 34 de Cajo Cæsare fratris Lucii obitum lugente: *Piissime & fortissime tulit.* Ammian. 19, 9 *Tractari piissime.* Adde quæ mox in *Impie* dicemus.

¶ Piĕtas, ātis, f. gravissimum & sanctissimum nomen, die gottesfurcht, gottseligkeit, frömmigkeit, gr. εὐσέβεια. Hæc in Deum *pietas* (ut verbis utar Cic. pro Plancio c. 12) *fundamentum est omnium virtutum.* Et quemadmodum Philo dixit, *Sicut Deus ipse autor omnium, ita regula virtutum pietas, & principium.* Verba ipsius lib. de Decalogo ista sunt: ἀρχὴ δ' ἀρίστη πάντων τῶν ὄντων θεός, ἐπιστῶν δ' εὐσέβεια. Cic. de Nat. D. 1, 41 ex persona Balbi stoici: *Est pietas justitia adversum Deos.* Et 2, 61 *Quæ intuens animus, accipit ab his cognitionem Deorum, ex quæ oritur pietas.* Ejusdem autem impia est sententia in Orat. post red. ad Quir. c. 8 *Vobis, Quirites, pollicebor primum qua sanctissimi homines pietate erga Deos immortales esse solent, eadem me erga populum Rom. semper fore, numenque vestrum mihi æque grave ac sanctum ac Deorum immortalium in omni vita futurum*, &c. ¶ 2. *Pietas* quoque dicitur amor naturalis ac reverentia in parentes, liberos, cognatos, patriam, &c. liebe, treue, ehrerbietung und gehorsam gegen die eltern, die anverwandten, das vaterland, ꝛc. Cicero fam. 1, 1 princ. *Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio.* Vbi plura Manutius affert. Id. de Invent. 2, 22 *Pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos officium conservare monet.* conf. ib. c. 53. Sic, *Colere pietatem*, Cic. Somn. Scip. c. 3, thun, was man eltern, freunden schuldig ist; ubi & *viam in cælum* vocat. *Vultu sæpe læditur pietas*, Id. pro S. Rosc. c. 13. Plur. Auctor Epithal. Maxim. & Constant. c. 13 *Perpetuis profecto pietatibus affinitas ista coalescat stirpibus.* ¶ 3. Iustitia item, benignitas, clementia, *Pietatis* nomine significatur passim apud auctores. Vide Fabri Semest. 2, 2. Vnde Claudianus *rigori* opponit de Consul. Honorii 4, 513. ¶ 4. *Pietas* ut Dea culta a Romanis. Hinc *ædes pietatis* memoratur a Cic. Divin. 1, 43, & Liv. 40, 34. conf. Arnob. 4 p. 127; & Lactant. 1, 20.

¶ Pictāticultrix, īcis, f. quæ pia est erga parentes. Petron. Satyr. c. 55 *Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietaticultrix.* Ita Phædrus dixit *memoricultrix*, Catullus *Silvicultrix.*

¶ Impius, a, um, a pietate alienus, Græci ἄθεον dicunt, ruchlos, gottlos. Cic. de Leg. 2, 9 *Impius ne audeto placare donis iram Deorum.* Id. in Pis. c. 20 *Deorum sunt in impios & sceleratos pœnæ certissimæ constitutæ.* Tibull. 1, 3, 52 *Dicta in sanctos impia verba Deos.* Et ex altera significatione. ¶ 2. *Filius impius in patrem &c.* liebl os. *Impia bella suscipere*, Curt. 4, 1, 12. *Impiissimus*, Auson. ad Gratian. Et Hieron. epist. 26 ad Pammach. c. 2 *Rex impiissimus.* Et 28 Dig. t. 5 l. 48 § 1 *Filius meus impiissimus, male de me meritus.* ¶ 3. Item immitis, sævus, crudelis. Hor. epod. 5, 13 *Impube corpus, quale posset impia Movere Thracum pectora. Impius* pro parricida, Quintil. 8, 6 p. 739.

¶ Impia, æ, f. subst. herba, de qua Plin. 24, 19 *Herba impia vocatur incana &c.* hünerdarm, vogelkraut.

¶ Impie, adverb. gottloser weise. Cic. Nat. D. 2, 16 *Qui astra videt, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget.* Id. Tusc. 5, 2 *Vituperare quisquam vitæ parentem* (philosophiam) *& hoc parricidio se inquinare audet? & tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri deberet?* Liv. 3, 56 *Quæ impie nefarieque alia super alia ea ausus.* Superl. Salv. 3 de Avar. p. 98 *Nunc impiissime nullis omninò a fatis minus relinquitur, quam quibus ob Dei reverentiam plus debetur.* Invehitur in eos parentes, qui liberos religionem professos hæreditate excludunt. v. Rittersh. ad h. l. Et Marcellus ac Faustus libello precum ad Imperatores p. 26 ed. Sirmondi: *Advertit sapientia vestra, Ariminensem synodum piissime cœptam, sed impiissime terminatam.*

¶ Impietas, ātis, f. die gottloſigkeit, das gottlose wesen. Cic. de Fin. 4, 24 *Etsi impietas molita quidpiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet, id fore semper occultum.* Ovid. Met. 4, 4 *Impietatis habet socios.* Ib. 8, 477 *Impietate pia est* Althæa fratrum cædem ulciscens filii sui sanguine. ¶ 2. Aliquando & crimen læsæ majestatis sic appellatur. Tac. Ann. 6, 47, 3 *Dein multorum amoribus famosa Albucilla defertur impietatis in principem.* Ita & Dio ἀσεβείας; voce non semel est usus, ut in Tito: itemque in Nerva princ.

¶ Impio, impiatus, vide supra in *Pio, are.*

PIX, pĭcis, f. πίσσα, resina ex pinu, pech. *Pix liquida*, Plin. 16, 11. *Cælum pice nigrius*, Ovid. Heroid. 18, 7, pechschwarz. *Picem calidam bibito*, Plaut. Merc. 1, 2, 29. Est quoque in tortorum apparatu, qui picem fervidam instillabant tortis. Plaut. Capt. 3, 4, 65 * Atra pix agitet te apud carnificem.* Lucret. 3, 1030 *Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ.*

¶ Pĭcŭla, æ, f. dimin. etwas pech. Apul. de Herb. c. 36 *Herbam cum nitro & axungia & picula ex aceto tere.* Veget. 3, 3 *Picula oleoque curari.*

¶ Pĭceus, a, um, adj. von pech, pechschwarz; ut, *Piceus nimbus*, Stat.

Stat. Theb. 1, 97. *Picea caligo*, Virg. Georg. 2, 309. De nigrore fuliginis hoc verbum ſæpius dicitur: Ovid. Met. 11, 549 *Inducta piceis e nubibus umbra Omne latet cœlum.*

¶ Picea, *æ*, f. ſubſt. πεύκη, πίτυς, arbor a *pice* dicta, quam fundit; eſt ejusdem cum pinu generis, ein pechbaum, rother tannenbaum. vid. Plin. 16 c. 9, 10, 12, 24 ſqq. it. 17 c. 12, 18; it. 24, 6. *Piceam nigrantem* dixit Virg. Æn. 9, 87. conf. Meibom. de Fabr. Trirem. ant. Rom. T. 12 p. 644.

¶ Piceaſter, *tri*, m. picea ſilveſtris, eine rothe tanne. Plin. 14, 20 *Fit e picea reſina, in Hiſpania autem e piceaſtris minime laudata.*

¶ Picīnus, *a, um*, Plin. 15, 7 de oleo; *E pice fit, quod picinum appellant.*

¶ Pico, *are*, pice illinere, pichen, verpichen. *Dolia picare*, Suet. Claud. c. 16. Et Colum. 12, 18 *Doſia cæteraque vaſa picanda ſunt.* Et paullo poſt: *Ferventiſſima pice infuſa picatur.*

¶ Picatus, *a, um*, gepicht; ut, *Dolium picatum*, Col. 11, 2. *Vinum picatum*, der auf pech liegt, Martial. 13 epigr. 107.

¶ Picceatus, *a, um*, idem. Martialis in furem 8 epigr. 59 *Non fuit Autolyci tam picceata manus:* die da kleben läßt.

¶ Picāria, *æ*, f. vel ubi foditur Pix, (eſt enim *pix* quædam *foſſilis*, Plinio teſte 6, 12) vel ubi coquitur, eine pechhütte, pechgrube. Cic. de Claris Orat. c. 22 *Liberi ſocietatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio Coſſ. redemiſſet &c.* ubi MSS. teſte Allio in Lex. Crit. p. 65 *Picearias* habent. Vlp. L. 17 D. de Verbor. ſignificat. *Vectigal portûs vel venalium rerum, item ſalinarum & metallorum, & picariarum.*

¶ Impico, *are*, pice illinere, verpichen. Colum. 12, 29 *Amphoram novam oblinito & impicato diligenter.* Et c. 43 *Impicare dura pice.*

¶ Oppico, *are*, verpichen, zupichen. Cato de R. R. c. 120 *In amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.*

Placabilis, placamen &c. vide paullo poſt *Placo, āre.*

PLACENTA, *æ*, f. πλακοῦς, libum farinaceum, ein kuchen, fladen. Græce πλακοῦς χρτος, ex cujus accuſativo πλακοῦντα fit *placenta.* Aliis nomen inde eſt, quod nobis placeat, vel quod ea deos placaverint. Plin. 7, 53 *Cum in cœna placentam appeteret.* Placentarum differentiæ multæ ſunt; ut, *Teganitæ*, τηγανίτου, pfannkuchen, a τήγανον, *ſartago. Placentæ tortiles*, στρεπτοὶ ἢ στρεπτίλιοι, ſpritzkuchen ꝛc. v. Athenæum lib. 2. ὀβελίαι, ſpießkuchen. *Placentæ mellitæ*, honigkuchen, Horat. 1 epiſt. 10, 11.

¶ Placentārius, *i*, m. qui placentas conficit, ein kuchenbecker. Vet. Gloſſ. πλακουντάριος, *Placentarius dulciarius.*

Placentia, Placentinus, vide ſequens *Placeo.*

PLĂCEO, *ui, ĭtum, ēre*, gratum eſſe, gefallen, wohlgefallen. Ovid. Amor. 2, 4, 20 *Cui placeo, protinus ipſa placet.* Cic. Attic. 13, 1 *Exſpecto, quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem. Neque Iupiter, ſeu pluat, omnibus placet, ſeu ſit ſerenus.* Theognidis eſt v. 25 οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς οὐδ' ὕων πάντως ἀνδάνει, ἤτ' ἀνέχων. Cic. de Orat. 2, 4 *Ego nunquam mihi minus, quam heſterno die placui*, ich bin nicht weniger mit mir ſelbſt zufrieden geweſen. Liv. 33, 31 *Cum primum ei res ſuæ placuiſſent*, i. e. cum primum ſibi ſatis paratus ad bellum Romanum viſus fuiſſet. v. Gron. ad Taciti Germ. 11. Paſſ. Ovid. Am. 2, 4, 18 *Placita es.* ¶ 2. Vſurpatur ſæpius perſonaliter, *placet, placuit* & *placitum eſt*, de decretis, ut Gr. ἔδοξε, δέδοκται. *Placet ſenatui* in formulis SCtorum frequens, e. g. Cic. Phil. 3 extr. ut, *Doctiſſimis, ſapientiſſimisque placuit*, id eſt, doctiſſimi cenſuerunt, Cic. Divin. 1, 49. Et, *Poſtridie placuit, ut breviter ſententias diceremus*, Id. fam. 1, 2. D. Brutus ſam. 11, 1 *Placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi*, h. e. viſum eſt mihi, ich habe es für gut angeſehen. conf. fam. 8, 4. *Si placet, amplexum ſume*, Petron. c. 127. Liv. 31, 5 *Tum reſpondere placere*, nempe ſenatui vel conſulibus v. de hac formula Duker. ad Liv. Briſſon. de Form. L. 2 p. 194. ¶ 3. Elegans uſus hujus verbi in expoſtulationibus. Apud Ter. Eun. 5, 2, 12 ita objurgat Thais deprehenſum Chæream: *Satin' id tibi placet?* iſt das recht? Add. Cic. ad Att. 6, 6 p. 625 Gr. Tibull. in Priapejo: *Placet, Priape? qui ſub arboris conia Soles ſacrum revincte pampino caput Ruber ſedere &c.* Vide ibi Scalig. p. 64.

¶ Plăcens, *tis*, gefällig. Horat. 2 od. 14, 21 *Linquenda tellus & domus & placens uxor.* Vulg. 1 Theſſ. 2, 4 *Non quaſi hominibus placentes, ſed Deo.*

¶ Placentia, *æ*, f. Latinis veteribus dictus habitus animi vitioſus ille eſt, qua ſemper ſtudemus placere, die gefälligkeit. Græcis ἀρέσκεια appellatur; de qua Theophraſtus in Charact. & ibi Caſaub. In Gloſſis Cyrilli & *Placor* vocatur, ἀρέσκεια. Apul. de Philoſoph. 2 p. 15 *Ad placentiam reflecti.* ¶ 2. *Placentia*, urbs antiquiſſima Italiæ ad Trebiam amnem, nec procul a Pado, ut ſcribit Plinius 3, 15. Vulgo *Piacenza.* Sil. 8, 594 *Certavit Mutinæ quaſſata Placentia bello.*

¶ Plăcentīnus, *a, um*, gentile; ut, *Placentinus alcator*, Cic. Verr. 1, 13. *Placentini calices*, Id. in Piſon. c. 27.

¶ Placendus, *a, um*, quod placere debet, was gefallen ſoll. Plaut. Trin. 5, 2, 35 *Si illa tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi.*

¶ Plăcĭtūrus, *a, um.* Stat. Theb. 1, 705 *Tu doctus iniquas Parcarum præneſſe manus, fatumque quod ultra eſt, Et ſummo placitura Iovi*; verbo, res futuras. Tibull. 2, 5, 51 *Marti placitura ſacerdos.* conf. Cic. ad Qu. Fr. 3, 1 c. 4; & Virg. Æn. 12, 76.

¶ Placĭtus, *a, um*, gefällig, angenehm, beliebt. Salluſt. B. Iug. c. 8! *In locum ambobus placitum conveniunt.* Ita Nemeſia. ecl. 4, 9 *Fagos placitas & valles conditas* ſynonymicῶς jungit. Suet Calig. c. 36 *Cum maxime placitam feminam ſevocaſſet.* Virg. Georg. 2, 425 *Placita paci oliva*, Ovid. Heroid. 17, 98 *Eſt virtus, placitis abſtinuiſſe bonis.* Idem de Arte Am. 3, 535 *Facimus placitæ præconia formæ.* Superlativum *Placitiſſimus*, Iuſtino 18, 3, 9 Gronovius & Grævius vindicarunt: ille etiam Statio Theb. 12, 302. Idem autem eſt, quod gratiſſimus, acceptiſſimus. ¶ 2. *Placitus* & *Placidus* ſæpe confunduntur a librariis. vid. Drakenb. ad Sil. 1, 11. add. Nemeſia. ecl. 4, 9.

¶ Placĭtum, *i*, n. ſubſt. ut, *Per tutum placitumque ire*, Ovid. de Arte am. 1, 243, Sed Heinſius legit *planumque.* Et, *Medicorum placita*, Plin. 14, 22, h. e. decreta.

¶ Plăcĭto, *are*, frequent. wohl gefallen. Plaut. Bacch. 4, 10, 10 *Neque placitant mores*, i. e. non placent, non probantur.

¶ Plăcēſco, *ĕre*, idem. Tac. Ann. 14, 3, 1 *Quod otium placeſceret:* Ita emendavit Barthius in Notis ad Guil. Briton. p. 495, cum legatur, *laceſceret.*

¶ Plăcĭbĭlis, *e*, gefällig. Tertullian. Reſurr. Carn. c. 47 θυσίαν εὐάρεστον Rom. c. 12, 1, vertit *hoſtiam placibilem Deo &c.*

¶ Placīvus, *a, um*, idem. Gloſſ. gr. lat. ἀρεστός, *placivus.*

¶ Plăcor, *ōris*, m. die ſanftmuth, gefälligkeit. Vulg. Interpr. Sirac. c. 4, 13 *Complectitur placorem ejus.* conf. c. 39, 22, & ſupra *Placentia.*

Compoſita:

¶ Complăceo, *ēre*, ut ſimplex *Placere.* Atque ita ſæpe paſſive: ut, *Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi*, Ter. Andr. 4, 1, 21. Et Plaut. Rud. 1, 3, 3 *Hoc Deo complacitum eſt*, hoc eſt, placuit. Gell. 18, 3 *Conſilium acceptum ab univerſis & complacitum eſt.* ¶ 2. Proprie, pluribus una placere, ex compacto & conventione placere & approbari. Gell. 17, 9 *Quænam vero* (litera) *ante iis complacebat.* Quod paullo ante dixit: *Erat conventum inter eos clandeſtinum &c.* ſie waren unter einander einig worden.

¶ Complĭcītus, *a, um*, wohlgefällig, beliebig, Gell. 1, 21 *Id doctis etiam viris complacitum.* Apul. Met. 4 p. 157 *Quamvis gentibus totis complacitam odiſſe formoſitatem.* Nemeſian. Cyneg. v. 12 *Inſiſtere prato complacito.*

¶ Diſplĭceo, *ēre*, minus placere, nicht gefallen, misfallen. Ter. Heaut. 4, 2, 28 *Prius quæſo diſce, quid ſit vivere, ubi ſcies, ſi diſplicebit vita, cum iſtoc utitor.* Cic. Attic. 2, 18 *Diſpliceo mihi, nec ſine ſummo ſcribo dolore*, ich bin mir ſelber gram. Gellius 1, 21 *Cum ei diſplicita eſſet inſolentia & inſuavitas illius.*

¶ Diſplĭcens, *tis*, misfällig, verdrießlich; ut, *Sibi diſplicens levitas*, Sen. de Brevit. vitæ c. 2.

¶ Diſplicentia, *æ*, f. die misfälligkeit. Sen. de Tranquill. vitæ c. 2 *Tædium & diſplicentia ſui.*

¶ Diſplĭcĭtus, *a, um*, misfällig; ut, *Diſplicita inſolentia & inſuavitas*, Gell. 1, 21.

¶ Diſplĭcīna, *æ*, f. idem. Plaut. Ciſt. 1, 1, 18 ex lectione Meurſii; *Nec niſi diſplicina, apud te fuit quicquam ibi, quin mihi placeret.* Sed Gron. & Scal. *Diſciplina.*

¶ Perplăceo, *ēre*, ſehr wohl gefallen; ut, *Lex mihi perplacet*, Cic. Attic. 3, 23.

¶ Semiplacentinus, *a, um*, gentile. Cic. in Piſon. c. 1 *Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi eſt cœptus.* conf. ibid. c. 6.

PLACIĂDÆ, *arum*, m. pl. πλακιάδαι, ita dicuntur deprehenſi adulteri, & contumelioſe, ſicuti merentur, tractati, quia apud Placiadas, incolas Atticæ regionis, mos fuit, ut deprehenſus in adulterio ignominioſas pœnas daret. v. ex Plutarcho Eraſm.

PLĂCĬDUS, *a, um*, ſanft, ruhig, ſtille; ut, *Mare placidum*, Virg. ecl. 2, 26. Et, *Venti placidi*, id eſt, quieti, Æn. 5, 763. *Cum fervet maxime, tam placidum ut ovem reddo*, Ter. Adelph. 4, 1, 18. Nam etiam de pecoribus dicitur. Sic Colum. 6, 20 *Lauros membris ampliſſimis, moribus placidis laudat*, hoc eſt, tractabiles, qui cornu non petant. Hominibus ergo & feris commune eſt. Cic. pro Cæcin. c. 10 *Placidum mollemque aliquem reddere.* Sen. de Ira 1, 15 *Neque quicquam magnum eſt, niſi quod ſimul & placidum*, friedſam, ſanftmüthig, freundlich. *Nihil eisdem placidius erat*, Liv. 3, 14. *Placidiores gradus*, Vitruv. 9, 4, ſunt tardiores, de progreſſione Iovis ſtellæ. *Loca placidiora*, Pallad. 1, 6. *Placidiſſima unda arenoſi Tibridis*, Ovid. Faſt. 1, 241. Et, *Somnus Deorum placidiſſimus*, Id. Met. 11, 623. conf. Virg. Æn. 3, 78.

¶ Placidŭlus, *a, um*, diminut. idem; ut, *Cinis placidula*, Auſon. Parental. 27, 3.

¶ Plăcĭde, adverb. ſine tumultu, quiete, in der ſtille, gedultig. *Dolorem placide ſedateque ferre*, Cic. Tuſc. 2, 24. *Ferre placide injuriam*, Id. Verr. 2, 34 *Loqui placide ſedateque*, glimpflich, ohne zorn, Id. in Orat. c. 27. *Placide ire*, ſachte gehen, Plaut. Pſeud. 1, 3, 14. Compar. Salluſt. Cat. c. 39 *Quo plebem in magiſtratu placidius tractarent.* Superl. Auguſt. Conſil. 6, 1 *Promiſeras placidiſſime.*

¶ Placidĭtas, *ātis*, f. lenitas, die ſanftmuth, gelindigkeit, der glimpf. Gell. ex Servio Claudio 13, 22 extr. NERIO *dictum quaſi NEIRIO, hoc eſt, ſine ira & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillamque fieri Martem precamur.* Ammian. 29, 1 ext. *Alypius quoque ex Vicario Britanniarum placiditatis homo jucundæ.* Pecudibus tribuit Lactantius 6, 15. Locutus enim de Stoicis, qui affectus homini ereptum eant, addit: *Quod tale eſt, quale ſi velint aut metum detrahere cervis, aut venenum anguibus, aut iram feris, aut placiditatem pecudibus.* Nam & Varro R. R. 2, 1 *Oves*, ait, *aſſumptas propter placiditatem. Maxime enim hæ naturæ quietæ & aptiſſimæ ad vitam hominum.*

¶ Placidiānus, vel Placidejanus, *i*, m. gladiator omnium præſtantiſſimus, ut ex Lucilii verſibus apparet apud Nonium 4, 62. Adde Horat. 2 ſat. 7, 97; & Cic. Tuſc. 4, 21.

¶ Placido, *are*, placidum reddere, beſänftigen, beruhigen. Ambroſ. 3 de Virgin. *Vbi curſus ſuos ab equorum perturbatione placidaverit.*

¶ Implăcidus, *a, um*, ſævus, non placidus, unruhig, toll. Horat. 4 od. 14, 10 *Druſus Germanos, implacidum genus, Dejecit &c.* Et Martem alloquitur Statius Theb. 9, 4 *Divum implacidiſſime.*

¶ Mareplacĭdæ, vide ſupra *Mare.*

PLĂCĪTIS, *ĭdis*, f. πλακῖτις, cadmiæ ſpecies vel tutiæ, Plin. 34, 9.

PLĀCO, *avi, atum, are*, mitigare, lenire, mitem ac placidum reddere, beſänftigen, zufrieden ſtellen, verſöhnen, ſtillen; ut, *Placare ſibi aliquem*, Cic. fam. 13, 1. einen wieder zum freunde machen. *Aliquem placare reipublicæ*, Id. Catil. 2, 8. *Placare odia improborum*, Id. pro Domo c. 17. *Noſtræ ſunt inter nos iræ, diſcordiæque placandæ*, Id. de Ar. Reſp. extr. Et, *Impius ne audeto placare donis iram Deorum*, de Leg. 2, 9. *Tumida æquora placat*, Virg. Æn. 1, 146. *Sanguine*

placaſtis ventos, ibid. 2, 116. *Iratum ventrem placavit eſca*, Horat. 2, 2, 5. Paſſ. Nepos 16, 5, 2 *Nunquam is animo placari potuit in eum.* Liv. 8, 33 *Cum in ſe magis incitarent dictatorem, quam in magiſtrum equitum placarent.* Vbi v. I. Fr. Gronov. Ovid. Met. 13, 46 *Per tale ſacrum numen placabitur.*

¶ Placans, *tis*, verſöhnend ſtillend. Cic. Divin. 2, 30 *Divûm placantes numina tauris.* Val. Fl 3, 408 *Carmina placantia manes.*

¶ Plācātus, *a, um*, geſtillt, verſöhnt, geruhig; ut, *Maria placata*, Virg. Æn. 3, 69. *Deos placatos pietas eſſe et ſanctitas*, Cic. Off. 2, 3. *Tribunitia poteſtas, placata reconciliataque patribus*, Liv. 3, 9. Compar. Plin. 2, 63 *Placatiore Deâ.* Liv. 2, 60 *Placatior patribus exercitus rediit.* Et 37, 45 *Placatiore eo & ſua & regis ſpe invento.* Cic. Tuſc. 1, 41 *Mors ſomno ſimilis eſt, qui nonnunquam placatiſſimam quietem affert.* ¶ 2. *Placatus* & *Pacatus* a libris ſæpe permutari, docent N. Heinſ. ad Ovid. Metam. 4, 31; 8, 845. Bentley. ad Horat. Art. Poët 197, & Drakenb. ad Sil. 2, 483.

¶ Plācāte, adverb. ſine perturbatione, ohne unaedult, verſöhnlich. *Omnia humana placate & moderate feramus*, Cic. fam. 6, 1. Et comparative, *Remiſſius & placatius ferre aliquid*, eod. libro epiſt. 13.

¶ Placatio, *onis*, f. die beſtiedigung, begütigung, verſöhnung. Cic. Nat. D. 3, 2 *Noſtra civitas numquam profecto ſine ſumma placatione deorum immortalium tanta eſſe potuiſſet.* conf. Id. Tuſc. 4, 28.

¶ Placator, *ōris*, m. Vnde

¶ Placatrix, *īcis*, f. eine verſöhnerin. Salvianus de Gub. Dei lib. 3 p. 57 *Eccleſia eſſe debet placatrix Dei, & eſt exacerbatrix.*

¶ Placatōrius, *a, um*, verſöhnend. Tertull. de Patient. c. 13 *Afflictatio carnis hoſtia domino placatoria.*

¶ Plācābĭlis, *e*, qui facile placatur, verſöhnlich, friedlich. Ovid. Triſt. 3, 5, 31 *Quo quisque eſt major, magis eſt placabilis iræ, Et faciles motus mens generoſa capit.* conf. Virg. Æn. 7, 764; & 9, 585: Horat. 1 epiſt. 20, 25. Item active, quod placat, verſöhnt; ut, *Sacrificium placabile*, Lactant. Inſt. Epit. 6, 14. *Placabiliores Deos*, Id. 4, 28, 7. Idem comparativus etiam paſſive occurrit. Aut. Epiſt. ad Cic. inter Ep. ad Att. 14, 13 *Eo placabiliorem ſe præbere.* Adde Ver. 2, 38; Tac. Ann. 3, 18, 2; Ter. Adelph. 4, 3, 17; & Phorm. 5, 7, 68.

¶ Placabĭlĭter, adv. idem. Gellius 7, 3 *Propitiandi laudabiliter ac placabiliter.*

¶ Placabĭlĭtas, *ātis*, f. die ſanftmuth, verträglichkeit, gelindigkeit. Cic. Off. 1, 25 *Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.*

¶ Placāmen, *ĭnis*, n. die verſöhnung; ut, *Placamina cæleſtis iræ inſtituere*, Livius 7, 2.

¶ Placamentum, *i*, n. idem, & pro re, qua quis placatur, das ſühnopfer: ut, *Placamenta Deorum*, Plin. 8, 4; & Tac. Ann. 15, 44, 3. Et, *Placamenta hoſtilis iræ*, Tac. Hiſt. 1, 63, 4.

Compoſita:

¶ Complāco, *are*, idem quod ſimplex; ut, *Conciliare ſibi, & complacare judices*, Gell. 7, 3.

¶ Depl co, *are*, valde placare; *De* enim auget. Zeno Veron. Serm. 1 de Abraham: *Hæc mihi victima placet, hoc me ſanguine deplacabis.*

¶ Implacātus, *a, um*, ungeſtillt, ungeſättiget, unbefriediget. Ovid. Met. 8, 851 *Implacataque manebat Flamma gulæ.*

¶ Implacābĭlis, *e*, unverſöhnlich; ut, *Ira implacabilis*, Ovid. Pont. 3, 3, 63. *Implacabilem ſe alicui præbere*, Cic. in Pison. c. 33. Et Spartian. in Severo c. 15 *Implacabilis delictis fuit.*

¶ Implacabĭlĭter, adverb. idem; ut, *Implacabilius iraſci*, hart und unverſöhnlich zürnen, Tac. Ann. 1, 13, 5, conf. Hiſt. 3, 53, 5.

¶ Implacabĭlĭtas, *atis*, f. die unverſöhnlichkeit. Ammian. 14, 1 *Quidquid Cæſaris implacabilitati ſedifſet.* conf. Id. 26, 10.

PLACVSIÆ, *arum*, f. pl. inter conchas refertur apud Plaut. Rud. 2, 1, 9. πλακοῦσιος eſt a πλακοῦς, ut ῥαμνούσιος a ῥαμνοῦς. Eſt igitur concha lata inſtar placentæ, eine platte muſchel. Ita quidem Salmaſ. quem ſequitur Gronov. ad l. c. Alii *plagufias* habent.

PLĀGA, *æ*, f. πληγή, ictus, percuſſio, ein ſchlag, ſtoß, ſtreich. *Plagas pati*, Ter. Eun. 2, 2, 15; *perferre*, Cic. Tuſc. 2, 17, ſchläge vertragen; *Plaga injecta eſt illi*, Id. pro Mur. c. 23. *Infligere plagam mortiferam*, Id. in Vatin. c. 8. *Plagas ingerere*, Apul. Met. 9 p. 222, ſchlagen, verwunden. *Imponere*, idem eſt; & *Accipere*, pati: Cic. pro Sextio c. 19 *Si mihi uni percundum fuiſſet, ac non accipienda plaga mihi ſanabilis, illis mortifera, qui eam impoſuiſſent &c. Vulnerari aliquot plagis*, etliche wunden bekommen, Nepos 18, 4, 2. *Hac ille perculſus plaga*, i. e. calamitate, Id. 18, 5, 1. Rurſus Cic. fam. 9, 16 *Levior eſt plaga ab amico, quam a debitore.* Id. pro Flacco c. 27 vocat vetus proverbium, *Phrygem plagis fieri ſolere meliorem.*

¶ Plāgo, *are*, percutere, ſchlagen, ſchmeiſſen. Auguſtin. de C. D. 21 c. 11 *Laceſſivit dominum vel plagavit.* Vetus Iuvenal. Scholiaſtes ſat. 6, 652; & ſat. 13, 113 *Mars cum plagatus eſſet a Diomede.*

¶ Plāgōſus, *a, um*, paſſive plagis plenus, voll wunden; ut, *Dorſum plagoſum*, Apul. Met. 9 p. 222, h. e. vibicibus notatum, ein buckel voll ſchläge. Sic, *Plagoſa crura*, i. e. vulneribus & plagis plena, Id. Met. 8 p. 210; & 9 p. 222. ¶ 2. Active, qui infert crebro plagas, der gerne zuſchlägt, quomodo Horatius Orbilium, magiſtrum ſuum, *plagoſum* dixit 2 epiſt. 1, 70.

¶ Plagiator, *ōris*, m. idem qui plagoſus active. Hieron. epiſt. 6 ad Florentium: *Magiſtrum pueri tui plagiatorem ejus eſſe, non dubium eſt.* Aliam notionem vide vocabulo ſequente.

¶ Plagiger, *a, um*, plagas ferens, patiens, ſeu ad plagas natus & damnatus, ſtreichwürdig; ut, *Plagigera genera hominum*, Plaut. Pseud. 1, 2, 20.

¶ Plagigerulus, *a, um*, idem. Plaut. Moſt. 4, 1, 19 *Peculii ſui prodigi, plagigeruli.*

¶ Plagiŏſĭppus, *i*, m. pro adverſario, a quo quis vapulat, habet Auct. ad Herenn. 4, 31. conf. Turnebi Adv. 20, 25, ubi tentat corrigere.

¶ Plagĭpatĭda, *æ*, m. qui plagas patitur, der pûffe kriegt, apud Plaurum in Moſt. 2, 1, 9; & in Capt. 3, 1, 12.

¶ Seſquiplāga, *æ*, f. quaſi dicas, anderthalb ſchläge. Tac. An. 15, 67, 5 *Ille multum tremens, cum vix duobus ictibus caput amputaviſſet, ſævitiam apud Neronem jactavit, ſeſquiplaga interfectum a ſe dicendo.*

¶ Sexcentoplāgus, *i*, m. qui ſexcentas plagas accipit. Plaut. Capt. 3, 5, 68 *Sexcentoplago nomen indetur tibi*, i. e. immuneras plagis ſenties.

PLĂGAE, *arum*, f. pl. correpta priore, & plurale, retia dicuntur, quibus capta implicantur, das netz, idergarn. Vnde *Diſponere plagas*, Sen. Thyeſte v. 491. Et, *Tendere plagas*, Cic. Off. 3, 17, netze ſtellen; & metaphoricum illud, *In plagas incidere*, Id. Verr. 5, 8, pro. in periculum incidere. Servius ad illud Virg. Æn 4, 131 *Retia rara plagæ &c. Sciendum*, inquit, *PLAGAS proprie dici FVNES illos, quibus retia tenduntur, circa imam & ſummam partem.* Vetus Gloſſator: *Plagæ, κυνηγετικὰ λίνα.* Alius Vetus Gloſſator pro pertices ſeu furcis videtur accipere, quibus tolluntur & ſuſtinentur retia, quæ ſχάλικες Græcis appellantur Ita enim ille: *ſχάλικες τῶν δικτύων αἱ ſχαδαι, Plagæ*; addirque: *Singulare non habet.* ¶ 2. *Plagæ*, (etiam ſingular. *Plega*,) in cœli terræve diviſione dicuntur certi ſpatii tractus, die gegend. Virg. Æn. 7, 227 *Dirimit plaga ſolis iniqui.* Et Stat. 1 Silv. 2, 51 *Qua ſtat plaga lactea cæli*, hoc eſt, via lactea. Ovid. Met. 1, 48 *Totidemque plagæ tellure premuntur.* Vet. Gloſſ. *Plaga, ζώνη ἀζιμὰς γῆ ἴσις.* Varro apud Nonium 4, 361 *Oculis cæli rimari plagas.* Et Cic. Divin. 2, 13 *Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat: cæli ſcrutantur plagas.* ¶ 3. *Plaga*, veſtem ſtragulam in lectis notat, eine decke, ein bett-tuch, teppich. Varro apud Nonium l. c. *Eburneis lectis & plagis ſigillatis.* Id. apud Nonium 14, 5 *Chlamydes, plagæ, vela aurea.*

¶ Plāgula, *æ*, f. dimin. chartarum folium, ein bogen, ein blat papier, vide *Charta.* Plin. 13, 12 de papyro Ægyptia: *Premitur prælis, & ſiccantur ſole plagulæ.* ¶ 2. Genus peſtromatis aut veſtimenti eſt, ut plaga n. 3. Liv. 39, 6 *Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt. Is primum veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia advexerunt.* Et Afran. ap. Nonium 4, 361 *Plagulam de lecto dimitte.*

¶ Plagium pro reti vid. mox h. v. n. 2.

¶ Implāgium, *i*, n. ein klein netz. Iſidorus 19, 5 *Minus rete implagium dicitur a plagis.* Et in Gloſſis ejusdem legitur: *Implagium, minus rete.*

¶ Implāgo, *are*, irretire, ins netz bringen, fangen. Sidon. 9 epiſt. 9 *In retia ſua præcipites implagabuntur.* Scriban. in Med. *Implagare aliquem muneribus.* v. Voſſ. de Vit. L. L. 4, 11.

PLĂGIVM, *i*, n. proprie crimen, quo quis ſciens liberum hominem aut alienum mancipium dolo malo vendit, emit, donat, celat, ein menſchen-raub. L. 5 § 2 Dig. de re militari: *Si plagium factum, vel adgreſſura, vel abigeatus, vel quid ſimile acceſſerit.* Alii a *Plagis* derivant; rectius Iſidor. lib. 10 lit. P. a πλαγίου, quod eſt *oliquum, doloſum*, quia hoc crimen pelliciendo dolis committitur. ¶ 2. *Plagium literarium* etiam datur, ein bücher-raub, *quo quis, quæ mittit in vulgus, ex aliorum libris decerpens, horum tamen, e quibus profecit, diſſimulato nomine, videri vult e ſuo peperiſſe ingenio, quæ aliis clam ſubtraxit*; quæ deſcriptio eſt Iac. Thomaſii principio præclaræ diſputationis *de Plagio literario.* ¶ 3. *Plagium* pro reti Gratius Cyneg. v. 24 videtur poſuiſſe Barthio, *Armorum caſſes plagiique exercitat aſtus*, ſed conf. ed. Burm.

¶ Plāgiārius, *i*, m. ein menſchen-dieb. Cic. ad Qu. frat. 1, 2 Licinium *plagiarium* appellat. ¶ 2. *Plagiarius* etiam libellorum fur, ein bücher-dieb. Martial. 1 epigr. 53 de poëta, qui ſe dominum libellorum ſuorum falſo dixerat: *Impones plagiario pudorem.*

¶ Plagiator, *ōris*, m. idem. Tertullian. adv. Marc. 1, 23 *Talis aſſertor damnaretur in ſeculo, nedum plagiator.* conf. Iſidor. lib. 10 lit. P.

PLAGVSIÆ, *arum*, f. pl. piſcis genus ap. Plaut. Rud. 2, 1, 9. Quid illud ſit, incertum. Quidam *Pelagias* interpretantur: & ita Colvius legendum putat. Sed optima lectio eſt *Placuſiæ*, ubi vide.

Planaratum, planarius, vide paullo poſt *Planus.*

Planca, Plancianus, Planctus, vide *Plancus, Plango.*

PLANCVS, *i*, m. qui pedes planos habet, der gerade und ſchlechte füſſe hat, a *Planca*, quod vocabulum tabulam planam ſignificare Feſtus ait, qui & initio *Plotos*, & poſtea *Plautos*, eosdem *Plancos* dictos ſcripſit. v. Dacer. & conf. Plin. 11, 45. Ver. Gloſſ. *Plancos*, πλατύπους, ein breitfußiger. ¶ 2. *Plancus* aquilæ genus, Plin. 10, 3. ¶ 3. *Plancus* nobilis Romanus, cujus epiſtolæ luculenter ſcriptæ, inter familiares Ciceronis extant. vide ſupra *Numatius* & *Munatius.*

¶ Planca, *æ*, f. tabula plana, eine tafel, uti ex Feſto percepimus. Sunt & *Plancæ* aſſeres complanati, tafel-bretter, dielen, ex quibus fit etiam genus illud parietis, quod Germanis dicitur eine plancke. Plin. 8, 43 *Nec pontes aſini tranſeant, per raritatem plancarum tranſlucentibus fluviis.* Et Pallad. 1, 21 *Plancæ roboreæ ſupponantur ſtationibus equorum cum ſtramine.* Add. Gronov. Obſerv. Eccl. c. 20 p. 221.

¶ Plancianus, *a, um*, adj. ex nomine proprio; ut, *Plancianum ſenatusconſultum*, l. 1 § 10 Dig. de lib. agnoſc.

Plane, planeſco, vide infra *Planus.*

PLĂNĒTA, *æ*, m. πλανήτης, ſtella erratica, ſeu vaga potius dicta: non quidem a motu erroneo, (cum motum certiſſimum habeant planetæ), ſed quod diverſis ſpatiis ac intervallis moveantur, ein planet, lauffern. *Errones* has ſtellas dixit Nigidius, ut Gellius auctor eſt 14, 1. Planetæ ſeptem ſunt: *Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.* De quibus pueri notent verſum memorialem: *Poſt SIMSVM ſequitur, ultima* Luna *ſubeſt.* ¶ 2. A Planetis etiam eſt appellatio dierum hebdomadalis, *dies Solis, dies Lunæ &c.* oppido antiqua. Dio Caſſius lib. 37 p. 37 Ægyptiorum inſtitutum vocat, vetuſtis Græcis quidem ignotum, quod vero *νῦν nunc* (Dionis ævo) *τοῖς ἄλλοις ἅπασι,*

ἅπασι, καὶ αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει, *apud omnes gentes, & ipsos Romanos receptum usitatumque sit.* Cauſſam diſtributionis & appellationis geminam adfert. Vel enim dictos ita dies eſſe, quæ cœli ſtellarumque ordo credatur talis eſſe, qualis in muſica harmonia, ubi ἡ διὰ τεσσάρων τὸ κῶρος συνέχειν πεπίστευται, *quæ per quatuor ſonos fit, primas partes teneat.* Quod ſi ergo hac ratione per ordinem planetarum, pro dierum præſidio, decurras; novum illum ordinem oriri, quem in diebus ita appellatis obſervamus, ut Saturnum Sol; Solem Luna; hanc Mars &c. excipiat. Altera ratio, quam ex traditione Dio prodit, æque aut magis ſuperſtitioſa eſt. Nam XXIV horas diei naturalis ita diſtribuit, ut ſingulis horis ſuus planeta ordine, quo in cœlo locati ſunt, adſignetur, primæ Saturnus, ſecundæ Iupiter &c. quo fit, ut vigeſimam quartam Mars obtineat, & novum diem Sol auſpicetur, ac terminet Venus; atque ita Luna initia det ſequentis diei &c. Adde Scalig. Proleg. de Emend. Temp. & quos laudat Selden. de DIs Syris 2, 4 p. 290.

¶ Planetārius, *i*, m. aſtrologus, **ein nativitätſteller.** Auguſt. Confeſſ. 4, 3 *Illos planetarios, quos mathematicos vocant, conſulere non deſiſtebam.*

¶ Plānĕticus, *a, um*, planetiſch. Sidon. 8 epiſt. 11 *Planeticorum ſiderum globus.*

PLANGO, *xi, ctum, gĕre*, proprie tundere, ferire, ſtoſſen, ſchlagen, a *plaga*: unde primitus *plago*, deinde *plango*: ut *tago* & *tango*, dicebatur. Lucret. 6, 113 *Suſpenſam veſtem chartasve volantes Verberibus venti verſant planguntque per auras*; Ovid. Her. 19, 121 *Me miſeram, quanto planguntur litora fluctu.* Id. Her. 16, 334 *Cæſaque ſanguineam victima planget bumum.* Fere autem de pectore in luctu percuſſo. Ovid. Met. 2, 584 *Plangere nuda meis conabar pectora palmis.* Et Met. 9, 636 *Planxitque ſuos furibunda lacertos*, add. Her. 12, 153. ¶ 2. Deinde, qui ita in luctu palmis plangebant, id eſt, tundebant pectus, ab eo *plangere*, pro *lugere* uſurpari cœptum eſt, beweinen, betrauren, ſich für leid übel gehaben. Stat. Theb. 11, 117 *Plangunt ſua damna coloni.* Id. Theb. 12, 383 *Mea funera plangis.* Sic, *Plangere mortuos*, Petron. c. 42 & 63. ¶ 3. Virg. Georg. 1, 334 *Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt*: i. e. cum ſonitu percutiuntur, ſie geben einen ton oder ſchall von ſich. ¶ 4. Paſſiva vel reciproca potius ſignificatione Ovid. Met. 11, 75 *Vtque ſuum laqueis – Crus ubi commiſit volucris, ſenſitque teneri, Plangitur, ac trepidans adſtringit vincula motu.* Et Met. 5, 675 *Dumque volunt plangi, per brachia mota levatæ Aëre pendebant.*

¶ Plangens, *tis*, heulend, wehklagend; ut, *Plangentia agmina*, Virg. Æn. 11, 145. Sed *Fluctus plangentes ſaxa*, i. e. verberantes & ſonantes, anſchlagend, rauſchend, Lucret. 2, 1154.

¶ Planctus, *us*, m. proprie percuſſio, der ſchlag. Lucan. 1, 24 *Exigit ad fœvos famulorum brachia planctus.* conf. Petron. c. 81 & 136. ¶ 2. Lamentatio, luctus, klage, leid, geheule. Seneca Herc. Oet. 1545 *Planctus immenſus reſonet per urbes.* Et, *Segnes planctus*, Claud. Bell. Get. v. 273 dixit vanos, inutiles, qui timidorum ſunt & nihil agentium.

¶ Plangor, *ōris*, m. nomen aliud, percuſſio, planctus, herzeleid, Cic. Phil 2, 34 *Diadema imponebas cum plangore populi*, mit wehklage des volcks. Id. in Orat. c. 38. *Plangore & lamentatione complere forum.* Virg. Æn. 2, 487 *Fœmineis ululant plangoribus ædes.* Adde Lucret. 5, 971.

¶ Planguncula, *æ*, f. pupa, eine docke, a Gr. πλάγγων, quod *pupam* ſignificat. Cic. Att. 6, 1 extr. *Inventæ ſunt quinque planguncułæ matronarum*: quæ lectio eſt ex conjectura Boſii, quam non audet recipere Grævius, licet vulgatum *langunculæ* ſenſum non habeat. Conf. Parei Lex. Crit. p. 937.

¶ Deplango, *ĕre*, idem quod ſimplex *Plangere*, aut cum intenſione. Ovid. Met. 4, 545 *Cadmeida palmis Deplanxere domum.* Ibid. 14, 580 *Ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.*

Planilŏquus, planipes, planitas, planities &c. vide mox *Planus.*

PLANTA, *æ*, f. a *Planus*, tota ſuperficies pedis inferior cum digitis, die ſohle an füſſen, die gantze fußſohle; ut, *Plantæ alatæ*, Virg. Æn. 4, 259. *Pernices plantæ*, Id. Æn. 11, 718. *Ancipiti figens veſtigia planta*, Iuvenal. 14, 272. Et, *Plantis ſidera contingere*, Propert. 1, 8, 43, quæ felicitatis deſcriptio eſt. *Plantas ægri ſubterlinere*, Plin. 28, 7, die fußſohlen beſtreichen. ¶ 2. *Planta* alia notione eſt Φυτόν, herba, ſeu frutex, ein erdgewächs, eine pflantze. Feſtus: *Plantæ ſemina olerum, quod plana ſunt, & appellantur etiam ex ſimili plantæ noſtrorum pedum.* conf. Voſſ. Etym. p. 394. *Plantas ex ſeminario transferre in aliud*, Plin. 17, 11 pr. Item, ſurculus, qui transfertur, ein reiß oder zweig, den man pfropft oder verſetzt. Virg. Georg. 2, 23 *Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis.* *Plantâ ponere*, i. e. plantare, ſetzen, pflantzen. *Semine ponere*, i. e. ſerere, ſäen; Colum. 11, 3 *Menſe autem Februario vel planta, vel ſemine, (ruta* ſubaudi, quod ex præcedentibus repetendum,) *recte ponetur.* Pallad. Martio tit. 9 *Nunc & ſinapis & caules optime ſeruntur vel plantantur*, id eſt, planta ponuntur. *Planta, quæ ſæpius transfertur, non coaleſcit*, vel, ut eſt apud Senecam epiſt. 2, *non convaleſcit*, ein ſtein, der hin und her gewelzet wird kan nicht herwachſen. v. Chiliad. Νυτίκα καὶ φυτὰ ὄλλα, ἃ κάπτιμά ἐστι, γενέσθαι, Quintil. vertit 8, 3 *Generoſioris arboris planta ſtatim cum fructu eſt.*

¶ Plantāgo, *f. ĭnis*, herba, quæ major eſt, & minor ſeu acuta, ſchafs-zunge, ἀγγλωσσον, *plantago major*, breit wegerich, *plantago minor*, ſpitzwegerich. *Plantago aquatica*, waſſer-wegerich. vid. Plin. 25, 8.

¶ Plantāris, *e*, adj. ad plantas pedum pertinens, zu den fußſolen gehörig. Stat. 1 Theb. v. 304 de Mercurio: *Summa pedum propere plantaribus illigat alis.* ¶ 2. Eſt & herbotus, fruticoſus, kräutricht, ſtaudicht. Iuvenal. ſat. 13, 123 *Exigui lætus plantaribus horti.*

¶ Plantārius, *a, um*, ad plantationem pertinens, zur pflantzung dienlich. Colum. 5, 9 *Antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo.* Sed hodie aliter legitur.

¶ Plantārium, *i*, n. ipſa planta, & plantarum locus, ſeminarium, eine pflantze oder ſetzreis: item, pflantzbeete, pflantz- oder baum-ſchule. Plin 13, 4 *Plantaria inſtituere.* Colum. de Arbor. c. 3 *Plantaria facito ab exoriente luna.* Et Virg. Georg. 2, 27 *Viva ſua plantaria terra &c.* ¶ 2. Apud Perſium 4, 39 per *plantaria vellenda* intelliguntur teneriores pili, ſive ipſa pubes, quam depilandam præbebant molles.

¶ Planto, *avi, atum, are*, pflantzen. Plin. 17, 10 *Punicæ plantantur.* Opponitur ei *ſerere.* Vide quæ in *Planta* n. 2. ex Palladio diximus.

¶ Plantātio, *ōnis*, f. die pflantzung. Plin. 21, 4 *Plantatione proficiunt roſæ*, ſie werden ſchöner, wenn man ſie fortſetzet.

¶ Plantator, *ōris*, m. ein pflantzer. Auguſtin. epiſt. 112 *Plantator & rigator.* Et Proſper Aquitanicus de Ingratis c. 20

Agro cum plantatore miniſtret.

¶ Plantiger, *a, um*, das pflantzen trägt; ut, *Siliqua plantigera*, vide infra *Siliqua.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Complanto, *are*, zugleich pflantzen. Vet. Gloſſ. *Complanto*, φυτεύω, καταφυτεύω.

¶ Complantātus, *a, um*, mitgepflantzt. Ambroſ. epiſt. 42 ſub fin. *Complantatus virtutibus.* Vſus & Vulg. Interp. ad Rom. c. 6, 5 *Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus.* Græce, σύμφυτοι γεγόναμεν.

¶ Complantatio, *ōnis*, f. die mitpflantzung. Vet. Gloſſæ: *Complantatio*, καταφύτευσις.

¶ Deplanto, *are*, abbrechen; ut, *Ramum deplantare*, Colum. 2, 2. Plin. 17, 16 *Quæ cortice nituntur tantum, vel leni aura ocyſſime deplantantur.* Varr. R. R. 1, 43 *De Cyſo virgulæ deplantantur.*

¶ Deplantatus, *a, um*, abgebrochen, ausgejätet. Varr. R. R. 1, 40 *Videndum eſt, ut eo tempore ſit deplantatum, quo oportet.* conf. Plin. 17, 20.

¶ Deplantatio, *onis*, f. die ausjätung. JCt. in Cod.

¶ Deplantator, *oris*, m. ein ausreiſſer der pflantzen, ap. Auguſtinum.

¶ Explanto, *are*, eradicare, ausreiſſen, ausrotten. Colum. 4, 14 *Explantari ventis.* Id. 5, 5 *Antequam explantes arbuſculum.*

¶ Supplanto, *are*, pede ſuppoſito in terram dejicere, einem ein bein unterſchlagen. Proprie luctantium eſt. Cic. Off. 3, 10 *Qui ſimulatione currit, ſupplantare eum, quicum certet, aut manu depellere non modo debet.* Hinc idem ac diruere, einreiſſen, umwerfen. Virtus. 10, 22 *Vehemens aquæ vis immiſſa ſupplantavit fulturas.* Sed *Supplantare in terram vites*, den wein einſencken, ein weingeſencke legen. Plin. 17, 23; & Colum. de Arbor. c. 7. Translate Perſius ſat. 1, 35 *Tenero ſupplantant verba palato*, i. e. nec plane pronuntiat, ſed moliter palato elidit, frangitque adeo & corrumpit, er liſpelt, er verbeißt die worte.

¶ Supplantatus, *a, um*, umgeworfen, getreten mit füſſen. Sen. epiſt. 13 *Qui ſupplantatus adverſarium toto tulit corpore.*

¶ Supplantator, *ōris*, m. qui ſupplantat, ein untertreter. Hieron. epiſt. 83, 3 ad Oceanum: *Rachel ſupplantatoris oſculo ſalutata*, id eſt, Iacobi. Et Ambroſ. epiſt. 60 *Ille eſt ſupplantator, qui uſurarum captat emolumenta.* Adde Chryſolog. Serm. 154; & Interpr. Irenæi 4, 38.

¶ Transplanto, *are*, in alium locum plantam transponere, fortſetzen, anderswohin pflantzen; unde *transplantatus*, fortgepflantzt. Sedul. 1, 257 *Nonnulli venerantur olus, mollesque per hortos Numina ſicca rigant, verique hac arte videntur Transplantatorum cultores eſſe Deorum.*

PLANŪDES, *is*, m. monachus fuit, unus ex conſervatoribus linguæ Græcæ. Tranſtulit græce libellum de moribus regendis, qui Cato inſcribitur. Convertit & in eandem linguam opera Auguſtini annis aliquot ante Conſtantinopolim captam. Dicitur & fabulas, quæ Æſopi nomine circumferuntur, coliegiſſe. E Latino certe in Græcum tranſtulit Ovidii Metamorphoſes, Heroidas, Macrobii Saturnalia, & Somnium Scipionis. Collegit & libros ſeptem epigrammatum græcorum, qui exſtant. Mortuus eſt, intequam Conſtantinopolis a Turcis capta eſt, *Maximus Planudes* dictus. vide Genebrard. Chronic. & Voſſ. de Poët. Græc.

PLANUS, *a, um*, æquabilis, gleich, flach, eben; ut, *Area planiſſima campi*, Ovid. Met. 10, 86. *Area planior*, Pallad. 11, 11. *Ager planus*, Varro L. L. 4, 4. *Planus & æquus locus*, Cic. pro Cæc. c. 17. *Plani piſces*, breite fiſche, Plin. 9, 24. *Narratio plana*, aperta & perſpicua dicitur, Cic. Top. c. 26, eine deutliche erzehlung. Plaut. Perſa 2, 2 pr. *Satin' hæc tibi ſunt plana, & certa?* Et, *Planum facere*, eſt declarare, klar darthun: Cic. in Verr. 2, 14 *Cum planum facere multis teſtibus poſſim.* Item, *Planiora illa facere*, erklären, Sen. epiſt. 12. *Planiore probatione videtur eſſe perſpicuum*, Quint. 2, 20. *Tibi pater facilem fecit & planam viam ad quærendam honorem*, er hat dir den weg gebahnet, Plaut. Trin. 3, 2, 19. ¶ 2. Abſolute Flor. 1, 9, 4 *Ædes in plana ſubmiſit*, er hat niedria gebauet. Sic, *In plana deducere* vel *deſcendere*; *in plano eſſe, habitare & incolere* ſcil. poſt relictos montes, Id. Flor. 2, 3, 5: 3, 5. 28, & 4, 12, 59. *In plano cadere*, auf ebener ſtelle umſchlagen Ovid. Triſt 3, 4, 17. ¶ 3. Apud ICtos DE PLANO, & PRO TRIBUNALI opponuntur, ut apud Ciceronem fam. 3, 8 *ex ſuperiore* & *ex æquo loco.* Nam *de plano* cognoſcit judex vel magiſtratus, cum in via atque in tranſitu, ſine ſtrepitu judicii de levioribus negotiis, his maxime, quæ voluntariæ jurisdictionis ſunt, ſolet cognoſcere. Papin. 38 Dig. t. 5 l. 11 § 6 *De plano libellus dari poſſe* Lucret. 1, 411 *Hoc tibi de plano poſſum promittere*, h. e. liquido ac ſimpliciter, quaſi ex æquo loco. vid. Turn. Adv. 28, 21, Polleti Hiſt. Port. Rom. 1, 5 p. 38; & Torrent. ad Suet. Tib. c. 33. ¶ 4. Adhibetur etiam in hac formula *de plano*, ubi de edictis publice propoſitis ferme eſt, quæ ad omnium notitiam facilem ut perveniant, non alto nimis loco, ſed ita ponuntur, ut ab humi ſtantibus legi queant. *De plano* hic eſt ἐξ ἐπιπέδου γεγραμμένον. Auſon. Grat. act. ad Gratianum: *Hæc ego literis, quæ in columnis, pilis atque porticibus, unde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere manda-*

mandavero. V. Briſſon. itemque Cujac. Obſerv. 7, 29, nec non Torrent. ad Suet. l. c.

¶ Plāne, adverb. aperte, clare, deutlich, unverblümt; ut, *Plane & aperte loqui*, Cic. de Fin. 2, 5. *Plane & perſpicue aliquid expedire*, Idem de Fin. 3, 5 extr. Et, *plane & dilucide loqui*, de Orat. 1, 32. *Bene plane magnus quidem mihi dolor videtur*, Id. Tuſc. 2, 19. *Quod tibi ut planius exponam*, Id. fam. 1, 9. Et, *Nemo planius eo locutus*, de Orat. 1, 61. *Apertiſſime & planiſſime aliquid explicare*, klar und deutlich darthun, eigentlich berichten, Cic. Verr. 2, 64. *Quam planiſſime ad me ſcribas*, Id. Att. 3, 21. ¶ 2. *Plane*, idem interdum etiam quod *omnino* eſt, ganz und gar, gänzlich, durchaus. Horat. 1 ſat. 3, 66 *Communi ſenſu plane caret*, er iſt ganz ſinnlos. Ter. Phorm. 4, 4, 5 *Ad reſtem mihi quidem res rediit planiſſime*, da wird nichts anders aus. Sic, *Perfecte planeque eruditus*, Cic. de Clar. Or. c. 81. *Quo planius accipiatur*, deſto völliger. Id. Topic. c. 3. Suet. Claud. c. 21 *Illud quoque plane quantumvis ſalubriter & in tempore &c.*

¶ Planĭtus, adverb. pro penitus, gänzlich, gar eben. Tertull. de Pallio c. 4 *Quo planitus adeantur.* Gloſſæ ὁμαλῶς ſic interpretantur.

¶ Planāris, *e*, idem quod *Planus*, gleich eben; ut, *Planaris figura*, Mart. Capella lib. 6.

¶ Planārius, *a, um*, quod ſit in plano, was auf der ebene geſchiehet; ut, *Planaria interpellatio*, Conſtant. leg. 4 C. de dilat. Et Ammian. 19, 5 *Viri ad planārios conflictus apti.*

¶ Planaratum, *i*, n. genus vomeris gallicum, eine pflug-rade, Plin. 18, 18. Harduinus mallet *Plauſtra ratum.* vid. in *Plauſtrum.*

¶ Plānĭties, *ēi*, f. loci æqualitas, die gleichheit, das platifeld, flachfeld, die ebene. Cic. Div. 1, 1 *Aſſyrii propter planitiem regionum, quas incolebant, cœlum &c. obſervarunt.* Id. Verr. 4, 48 *Æquata agri planities.* Liv. 9, 31 *Poſtquam prima ſigna planitiem ſummam cœperunt, ſenſitque acies, æquo ſe jam inſtitiſſe loco.* Lucret. 4, 294 *Planities ſpeculi.*

¶ Planĭtia, *æ*, f. idem. Liv. 45, 6 *Partem planitiæ aut Iovis templum aut oppidum tenet.* Vitruv. 7, 3 *Planitiæ coronarum ſunt periculoſæ.* Et 9, 8 *Quæ eſt in planitia:* & mox *Planitiæ æquilatatio.* conf. Idem 5, 12; & 8, 7. Sic & Inſcript. vet. apud Vrſinum in Cæſ. B. Civ. 1, 43 CLIVOM IN PLANITIAM REDIGENDVM. Sic & Hygin. & Frontin. de Limit. v. Voſſ. de arte Gramm. L. 3 c. 35.

¶ Plānĭtas, *ātis*, f. idem. metaphorice perſpicuitas, ſimplicitas, die deutlichkeit. Auctor Dial. de cauſſ. corrupt. eloq. c. 23 *Sententiarum planitas.*

¶ Plānĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Colum. 4, 30 *Perticæ cacuminum modicæ planitudinis.* Gloſſ. lat. gr. *Planitudo*, ὁμαλία.

¶ Plāno, *are*, ſchlichten, glätten, gleich machen. Corippus 2, 231 *Ante pedes planate vias.*

¶ Planeſco, *ĕre*, planum fieri, gleich werden, eben werden. Hilarius in Geneſ. v. 97 *Planeſcunt campi.* Et Paulinus Nolanus carm. 6, 314 de Baptiſta ex Eſa. c. 40 *Totum coget planeſcere mundum.*

¶ Planula, *æ*, f. vulgo ein ſchlicht-hobel. Sed Onomaſt. Vet. *Planula*, ἀγκωνίς.

¶ Plānĭlŏquus, *a, um*, der deutlich redet. Plaut. Truc. 4, 4, 11 *Planiloqua eſt*, ſie redet, wie es ihr ums herze iſt.

¶ Planĭpes, *ĕdis*, qui pedibus planis, hoc eſt, nudis incedit, barfüßig, flachfüßig. Ita autem dicebantur Mimi, propterea quod nudis pedibus agerent, ſine ſocco, cothurno aut calceo. v. Scalig. ad Feſtum. *Exultat planipes*, Atta ap. Diomed. p. 487. *Planipes ſaltans*, Gell. 1, 11. *Planipes impudica & prætextata verba jaciens*, Macrob. Sat. 2, 1. v. Burm. ad Quint. 5, 11 p. 443.

¶ Planipedius, *a, um*, humilis, ſchlecht, barfüßig; ut, *Planipedia comœdia*, argumenti humilis, cujus actores nudis incedebant pedibus. vid. Donat. Diomedes, & Voſſ. lib. 2 Inſtit. Poët. p. 157.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Complāno, *avi, atum, are*, gleich, ſchlecht und eben machen. Cato R. R. c. 151 *Id bene aut manibus aut pedibus complanato.* Sen. de Provid. c. 5 *Multa accident dura, aſpera, ſed quæ molliat & complanet ipſe.* Sic, *Domum complanare*, Cicero dixit, pro Domo ſua c. 38, pro demoliri aut ſolo æquare, ſchleifen.

¶ Complanātus, *a, um*, eben, gleich gemacht; ut, *Complanata foſſuris montium juga*, Suet. Calig. c. 37.

¶ Complanatio, *onis*, f. gleiche ausſtreckung, glattmachung. Sen. Nat. Qu. 8, 1 *Sub exiguo oneris tumulo & complanatione exſpirare.*

¶ Complānātor, *ōris*, m. ein ſchlichter. Apul. Apol. p. 277 (ed. Elmenh.) *Pulviſculus complanator tumidulæ gingivulæ*, zahnpulver.

¶ Deplāno, *are*, eben machen, glätten. Lactant. 4, 12 *Deplanare montes.* Gloſſ. gr. lat. ἐξομαλίζω, *deplano, exæquo.* Veget. 2, 19 *Si vulnus fecerit & deplanaverit.* ¶ 2. *Deplanare* idem eſt ac *Explanare*, erklären. Nonius 5, 63 *Quid interſit, Nigidius deplanavit.*

¶ Deplanum, *i*, n. die glättung; ut, *Runcinarum levigata deplanis*, glatt gehobelt, Arnob. lib. 6 p. 200.

¶ Diſplāno, *are*, gleich machen, ausblatten. Varro ap. Nonium 2, 66 *Rutro caput diſplanare.*

¶ Explāno, *are*, planum facere, declarare, erklären, klar darthun. Sic, *Explanare apertiusque dicere*, quod non intelligatur, Cic. Fin. 2, 19. *Explanare rem obſcuram*, Id. de clar. or. c. 41. conf. Ter. Phor. 2, 2, 33. *Si quid explanari tibi voles*, Cic. N. D. 3, 1.

¶ Explanātus, *a, um*, ausgelegt, erklärt, deutlich; ut, *Explanata vocum impreſſio*, Cic. Acad. 1, 5. ¶ 2. Item, ausgebreitet, ausgeſtreckt; ut, *Explanatus in denos pedes cortex*, Plin. 16, 8.

¶ Explanate, adverb. aperte, deutlich, klärlich, vernehmlich; ut, *Explanate ſcriptum*, Gell. 16, 8. *Explanatius definire*, Cic. in Orat. c. 33.

¶ Explanābĭlis, *e*, idem; ut *Vox explanabilis*, eine vernehmliche deutliche rede. Seneca de Ira 1, 3.

¶ Explanatio, *ōnis*, f. interpretatio, die auslegung, erklärung. Cic. Divin. 1, 51 *Quod erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum.* Id. de Ar. reſp. c. 9 *Explanatio portentorum.* ¶ 2. Diſtincta pronuntiatio, die deutliche ausſprechung. Quint. 11, 3 p. 1004 *Vt eſt neceſſaria verborum explanatio, ita omnes computare ac velut adnumerare literas, moleſtum & odioſum.*

¶ Explanator, *ōris*, m. interpres, ein ausleger. Cic. Div. 1, 51 *Sunt explanatores oraculorum & vaticinationum, ut grammatici poëtarum.* Et Lactant. 6, 8 *Neque eſt quærendus explanator aut interpres ejus alius.*

¶ Explanatōrius, *a, um*, erklärend. Cæl. Aurel. Tard. 3, 1 *Liber explanatorius aphoriſmorum Hippocratis.*

¶ Inexplanātus, *a, um*, non explanatus, unausgelegt, undeutlich; ut, *Inexplanatæ linguæ eſſe*, Plin. 11, 37 ſect. 65, eine ſchwere zunge haben, unvernehmlich reden.

¶ Inexplanābĭlis, *e*, unausſprechlich. Mart. Capella lib. 4 p. 95 *Neſcio quid vulgo inexplanabile loquebatur.*

¶ Implānus, *a, um*, uneben. Aur. Vict. de Cæſ. c. 27 abſolute: *Inter implana urbis.*

¶ Perplānus, *a, um*, ſehr deutlich; ut, *Perplana expoſitio*, Diom. Gr. 2 p. 431.

PLĀNVS, *i*, m. priore brevi, pro impoſtore, græcum eſt πλάνος, ein teuſcher, betrüger, ſchurcke. Vet. Gloſſ. *Planum, Fallacem, ἀπὸ τῆς πλανῆς.* Aliæ Gloſſæ: πλάνος, *erroneus, erraticus ſeductor.* Petron. c. 82 *Notavit me miles: ſive ille planus fuit, ſive nocturnus graſſator.* Id. c. 140 *Vnde plani, unde levatores viverent, niſi aut locellos aut ſonantes ære facellos pro hamis in turbam mitterent?* PLANVS, erro, qui ſine noxa diſcurrit: GRASSATOR, qui molitur cædes aut prædam captat. Cic. pro Cluent. c. 26 *Hinc ille planus improbiſſimus quæſtu judiciario pactus.* Quod & Gellius obſervat 17, 7. Vſus & Horat. 1 epiſt. 17, 59; Plin. 35, 10; Arnob. 2 p. 39; & Tertull. contra Marc. c. 15 extr.

¶ Apoplānēſis, *is*, f. ἀποπλάνησις, i. e. aberratio, quæ eſt hujusmodi dicendi ratio, qua differendo, obſcurando, tergiverſando judicem in errorem trahimus. Quod Cicero facit in cauſſa Cluentii, qui reus erat veneficii. v. Turneb. ad Quintil. 2, 17 p. 194 Burm.

¶ Implāno, *are*, ſeducere, decipere, verführen, betrügen. Vulg. Sirac. 15, 12 *Non dicas, ille me implanavit.* Et Cyprian. *Si quis putat ſe aliquid eſſe, cum non ſit, ſeipſum implanat.*

PLASEA, *æ*, f. pars omenti. Arnob. lib. 7 p. 230 *Plaſea ſiligine & ſanguine delibuta.*

PLASMA, *ătis*, n. græcum eſt, πλάσμα, a πλάττω, *fingo, formo.* Inde *Plaſma*, figmentum, ein gemächt, töpferwerck. Auſonius epigr. 10 pr. *Si qua fides unquam falſis adhibenda figuris, Nec plaſma ſemper allinunt.* Et Mart. Capella p. ult. 336 *Agreſti finxit plaſmate.* ¶ 2. Potionis genus. Perſius 1, 17 *Sede leges celſa, liquido cum plaſmate guttur Collueris.* Vbi plaſma ſorbitiuncula eſt, qua colluebantur fauces, ne raucedine aſperæ vocem corrumperent, ein tranck, der einen glatten hals macht. v. ibi Caſaub. Quintil. 1, 8 *Sit inprimis lectio virilis, & cum ſuavitate quadam gravis, & non quidem proſe ſimilis, quia carmen eſt, & ſe poëtæ canere teſtantur: non tamen in canticum diſſoluta, nec plaſmate (ut nunc a pleriſque fit,) effœminata.* Ergo hæc plaſmata recitantes adhibebant, non tam ut tuerentur vocem naturamque ejus, quam ut inflecterent & delicatiorem efficerent. Quod idem Perſius paulo poſt *eliquare, & tenero palato ſupplantare verba* v. 35 dixit. Vox, quæ hoc modo emendata non eſt, ἄπλαστος Plutarcho dicitur. ¶ 3. In primis hoc verbo delectantur Chriſtiani ſcriptores, & quidem pro corpore creato ſeu creatura uſurpantes, ein geſchöpf. Prudentius hymno omnis horæ v. 91 *Quid tibi, profane ſerpens, profuit rebus novis Plaſma primum perculiſſe?* Qui ſcriptor & alibi uſus eſt, ut Cathemer. 7, 184 *Emancipator ſervientis plaſmatis.* Alcimus Avitus itidem de creatione hominis lib. 2, 89 *Subitum conſurgere plaſma.* Hinc

¶ Plaſmo, *are*, verbum eſt iisdem eccleſiaſticis, pro *fingere, creare*, bilden, ſchaffen. Hieron. epiſt. 61 ad Pammach. c. 5 *Antequam Adam plaſmaretur de terra.* Prudent. Apoth. v. 869 *Plaſmaſſe corporis effigiem.* Et Tertull. de Spectac. c. 23, *Illi oculos Deus plaſmavit.* Id. adv. Iudæos c. 13 *Terra, ex qua homo primum plaſmatus eſt.*

¶ Plaſſo, *are*, idem pro *formare, ſtipare.* Apicius 2, 1 *Exinde iſicia plaſſantur.* vid. Barth. Adverſ. 38, 2.

¶ Plaſmator, *ōris*, m. id eſt, *creator*, der formirer, ſchöpfer. Tertull. adv. Iudæos c. 2 pr. *Deus univerſitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plaſmator &c.*

¶ Plaſtes, *æ*, & Plaſta, *æ*, m. πλάστης, figulus, fictor, ein töpfer, bildmacher. Plin. 35, 12 *Plaſta laudatiſſimus.* Tertull. de Idolol. c. 3 *Plaſtes effingit idolum.* conf. Petron. c. 88. De ſtatuariis univerſis accipit Vellej. 1, 17, 4 *Idem eveniſſe plaſtis, pictoribus, ſcalptoribus.* Speciatim tribui poſſe videtur iis, qui e cera imagines effingunt, wachspoußirer.

¶ Plaſticātor, *ōris*, m. idem. Firmicus 8, 16 *Inauratores, plaſticatores.*

¶ Plaſtĭce, *es*, f. πλαστική, ars fingendi ſimilitudines ex argilla, gypſo, rubrica, creta &c. das töpfer-handwerck, die bilder-kunſt, gyps-arbeit. v. Plin. 35, 12. Statuaria videtur in ſpecies quinque diſtributa; Quæ argillam tractat, *Plaſtice* vocari ſolet, Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 29, 24.

¶ Plaſtĭcus, *a, um*, adject. vim fingendi habens, bildend; ut, *Plaſtica manus*, Tertull. ad Nationes 1, 12. Sic ipſam artem fingendi *rationem plaſticam* vocat Vitruv. 1, 1. ¶ 2. Subſtantive idem quod *Plaſtes*, Firmicus 7, 25 *Faciet pictores, plaſticos, aurifices.*

¶ Cataplaſma, *ătis*, n. κατάπλασμα, emplaſtrum, pflaſter, medi-

medicamentum molle e viridibus ſimplicibus decoctis contuſisque, Celſ. 3, 19.

¶ Cataplaſmum, *i*, n. idem. Lucil. ap. Non. 4, 210 (conf. etiam 4, 314) *Ventrem alienum mœſtum fovere ex molito hordeo, uti cataplaſmo.*

¶ Cataplaſmo, *are*, pflaſter auflegen. Vulg. Interpr. Eſaiæ 38, 21 *Cataplaſmare ſuper vulnus.* Cæl. Aurel. Tard. 2, 3 *Cataplaſmanda exteriora.*

¶ Metaplaſmus, *i*, m. μεταπλασμὸς, q. d. transfiguratio, complectens omnes fere figuras grammaticas, tum orthographicas, quæ adjectione, ablatione, permutatione conſtant, tum etiam alias, ubi nominis vel verbi pars aliqua mutatur, ſecundum aliam inflexionis formam &c. vid. Gramm. v. g. Vrſin. T. 2 p. 282. Sed etiam Quinctil. 1, 8 *Vitia ipſa aliis in carmine nominationibus appellantur: metaplaſmos & ſchematiſmos & ſchemata vocamus.*

¶ Proplaſma, *ătis*, n. quod ante opus fingitur, ein modell, formſchnitt. Plin. 35, 12 *Arceſilai proplaſmata pluris venire ſolita artificibus ipſis, quam aliorum opera.*

¶ Proplaſtice, *es*, f. προπλαστικὴ, ars confingendi futuri operis formas, die kunſt modell zu machen, formſchneidung. Plin. 35, 12.

¶ Prōtoplaſtus, *i*, m. πρωτόπλαστος, primo creatus, der erſte menſch Adam. Tertull. Exhort. Caſtitatis c. 2 *Etſi diabolus quid vult, te velle, quod Deus non vult; non tamen facit, ut & velis, quia nec tunc iſtos protoplaſtos ad voluntatem delicti ſubegit; immo neque invitos, neque ignorantes quid Deus nollet.* Alcimus Avitus lib. 2, 35 *His protoplaſtorum ſenſum primordia ſacra Continuere bonis.* Ita Sirmondus: at *protoplaſtûm* Fabricius & Zehnerus, forte ne prima ex ω orta corripere neceſſe eſſet, quod autem non inſolens fuit Chriſtianis poëtis. Orient. Common. 2 p. 96 *Per pomum, protoplaſte, cadis.*

¶ Primoplaſtus, *i*, m. idem. Prudentius hymno omnis horæ v. 17

Ne gens periret primoplaſti ex germine.

¶ Replaſmo, *are*, wiederſchaffen, von neuem bilden. Vet. Interpr. Irenæi 3, 20 *Replaſmare hominem.*

PLATÆÆ, & Platææ, *arum*, f. pl. urbs in Bœotia. vid. Nepos 3, 2, 1; & 4, 1, 1; & Cic. Off. 1, 18. Hinc

¶ Platæenſis, *e*, adject. ut, *Platæenſe prælium*, Nepos 3, 2, 1. *Platæenſes*, incolæ, apud eundem 1, 5, 1.

Platalea, vide mox *Platĕa avis.*

PLĀTĀNVS, *i*, f. πλάτανος, arbor ſilveſtris, foliorum amplitudine & umbra grata, major ahorn vocatur; minor maßholdern. *Platanus alta, umbrifera*, Cic. Divin. 2, 30; *patulis diffuſa ramis, &c.* Id. de Orat. 1. 7; ibique apparet, jucundam inprimis hujus arboris umbram viſam eſſe antiquis. Ita Cicero ſub platano ibi in dialogis illis ſedens imitatus eſt Platonem, cujus Phædrus dialogus itidem ſub platano fingitur habitus. vid. p. 229 Serrarii, & Lucian. de domo p. 453 Græv. Ante jam nobilis eſt platanus a Xerxe adamata, de qua Herod. 7, 31; itemque aurea illa, qua Xerxis patrem Darium Pythius donaverat ap. Herod. 7, 27, & Plin. 23, 10 f. 47; quosque ibi laudat Harduinus. Igitur *umbræ gratia ex alieno orbe petitam* refert Plinius 12, 1; ubi plura de hac arbore. Add. Burm. & alii ad Petron. c. 131 p. 623. it. Virg. Ge. 4, 14; & Horat. Od. 2, 2.

¶ Platānĭnus, *a*, *um*, adjectivum, quod de platano eſt; ut, *Folium plataninum*, Colum. 12, 16.

¶ Platānētum, *i*, n. locus platanis conſitus, ein ahorn-wald. Gloſſ. πλατανὼν, *platanetum.*

¶ Platănon, *ōnis*, m. idem. Ita cum Græcis vocarunt Vitruv. 5, 11; Petron. c. 126 & 131; & Martialis 9, 48. Hic etiam 3 epigr. 19 *Exornant fictæ quæ platanona feræ.* Etiam Plinius 1 epiſt. 3 πλατανὼν *opaciſſimus.*

¶ Plataniſta, *æ*, m. piſcis in Gange Indiæ fluvio, delphino multo major. Plin. 9, 15.

¶ Plataniſtus, *i*, m. promontorium Peloponneſi, Plin. 4, 5.

PLĂTĒA, *æ*, f. πλατεῖα, ſubintellige *via*, eine gaſſe, ſtraſſe. Ter. Andr. 4, 6 pr. *In hac habitaſſe platea, dictum eſt, Chryſidem.* Nec tantum in publico plateæ, ſed in ædibus etiam majoribus. Lamprid. Eliogab. c. 24 *Stravit ſaxis Lacedæmoniis ac porphyreticis plateas in palatio*, die gänge. Horatius 2 epiſt. 2, 71 per figuram ſecundam corripuit: *Puræ ſunt plateæ, nihil ut properantibus obſtet.*

PLĂTĔA, *æ*, f. avis, quam Cicero *Plataleam* vocat de Nat. Deor. 2, 49 pr. Eſt autem Pelecanus, ubi vide, eine rohrdommel, löffelgans.

PLĂTESSA, *æ*, f. genus planorum & jacentium piſcium. Auſon. epiſt. 4, 58 *Mollesque plateſſæ.* vid. Scalig. Lect. Auſon. 2, 12

PLĂTĬCE, *es*, f. πλατικὴ, rudis diſpoſitio, ut mox ſubtexatur doctrina plenior, der erſte entwurf. Firmicus 2, 11 *Nunc ad platicem revertamur.* vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 19, 4.

¶ Platĭcus, *a*, *um*, πλατικὸς, laxus, latus, remotus, weitläufftig; ut, *Platica diſpoſitio*, Firmicus 3, 2.

¶ Platĭce, adverb. i. e. ruditer, aus dem gröbſten; ut, *Primum platice inſtitui*, Idem Firmic. 2, 16.

PLĀTO, *ōnis*, m. Πλάτων, philoſophus Athenienſis, ſub finem Perſicæ fuit monarchiæ, ſic appellatus ab humerorum latitudine: nam prius *Ariſtocles* appellatus fuit, ut Laërtius & Apulejus de Phil. nat. p. 1 teſtantur. Curvum fuiſſe, Plutarchus tradit de diſcrimine adulatoris & amici p. 53. Vir unus totius Græciæ facile doctiſſimus, princeps ingenii & doctrinæ, magiſter intelligendi ac dicendi. Cui parvulo in cunis dormienti, cum in labellis apes conſediſſent, reſponſum fuit, ſingulari eum fore orationis ſuavitate. vid. Cic. Divin. 1, 36, & Ælian. H. V. 10, 21. Athenis primum a Socrate eruditus eſt. Deinde in Italiam profectus, Pythagoreos audivit. Acceſſit & Ægyptum, ubi libros Moſis legiſſe eum, creditum eſt. Ariſtotelem, quod is ſcientiis ab eo optimis quibusque inſtructus, ſcholam contra ipſum aperuiſſet, mulum appellavit. Muli enim lacte materno ſaturati calcibus matrem petunt. vid. Ælian. H. V. 4, 9. Anno ætatis LXXXI placidiſſimo deceſſit obitu inter ſcribendum, ut Cicero & Seneca tradunt; ut Laërtius ex Hermippo annotat, in nuptiis diſcumbens. Alii majorem natu tradiderunt. vide Laërtium. Cæterum ad tam grandem ætatem frugalitate, & diligente ſui tutela perveniſſe, Seneca epiſt. 58 circa finem auctor eſt. Tanti eum

fecit Cicero, ut dixerit, *malle ſe cum Platone errare, quam cum aliis vera ſentire*, Tuſc. Quæſt. 1, 17. *Deum philoſophorum* vocat de N. D. 2, 12 pr. Et Quint. 10, 1 p. 903 *Vt mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videatur oraculo inſtructus.*

¶ Plātōnĭcus, *a*, *um*, adject. ut, *Platonici philoſophi*, Gell. 15, 2. Et, *Schola Platonica*, Salvian. 1 Gub. Dei p. 5. *Platonica ſublimitas & latitudo*, Plin. 1 epiſt. 10.

¶ Complatonicus, *i*, m. Platonis ſectarius. Sidon. 4 epiſt. 11 *A collegio Complatonicorum ſolo habitu ac fide diſſociabatur.* Conf. Carm. 13 ep.

PLĀTŌNIÆ, *arum*, f. pl. πλατωνίαι, columnæ, ſeulen, apud Caſſiodor. 3 epiſt. 9. conf. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 71 D.

PLĂTŸCĔROS, *ōtis*, m. πλατυκέρως, animal latis cornibus, Plin. 11, 37.

PLATYCORIĂSIS, *is*, f. morbus equorum ita dictus. vid. Th. Priſcian. 9, 29; & Veget. 2, 16.

PLATYOPHTHALMVS, *i*, m. πλατυόφθαλμος, ſpumæ lapis candidæ nitentisque, oculos dilatans, &c. Plin. 33, 6.

PLATŸPHYLLON, *i*, n. πλατύφυλλον, genus tithymali, Plin. 26, 8 & 11. Apul. de Herb. c. 7 & 108. Dioſcor. 4, 165.

PLATYS, gr. πλατὺς, *latus*, breit. Plin. 26, 8 f. *Nervus, qui platys appellatur.*

PLAVDO, *ſi*, *ſum*, *ĕre*, manus collidere, & ſtrepitum ciere, frohlocken, die hände zuſammen ſchlagen. Qui geſtus vel in gratulationibus, vel deriſionibus, & in fine actionum deſignari ſolebat. Cic. de Senect. c. 19 *Neque hiſtrioni ut placeat, peragenda eſt fabula &c. neque ſapienti usque (ad) PLAVDITE vivendum.* Horat. Art. poët. v. 155 *Donec cantor, VOS PLAVDITE, dicat.* Quintil. 6, 2 *Tunc eſt commovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, PLAVDITE.* Apul. Apol. *Habet in iſtis, quod ſibi plaudat*, id eſt, propter quod ſibi gratuletur. Cic. Att. 16, 2 queritur, *Populum Romanum manus ſuas non in defendenda rep. ſed in plaudendo conſumere.* Ibid. 13, 44 *Ne victoria quidem plauditur*, i. e. non excipitur plauſu. Alii: *Ne victoriæ quidem ploditur.* ¶ 2. Transfertur etiam ad pedes, Virg. Æn. 6, 644 *Pedibus plaudunt choreas*, ſie tantzen. Martialis 12 epigr. 50

Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit.

¶ Plodo, ĕre, pro *Plaudo*, *ere*, antique dicitur. Varro ap. Nonium 7, 85 *Romæ in balneis plodere cœpimus & murmurari.* Et Petron. c. 45 *Ego tibi plodo.*

¶ Plaudens, *tis*. ut, *Populus plaudens*, Ov. Amor. 3, 13, 13. *Diis hominibusque plaudentibus*, Cic. ad Q. frat. 2, 4. *Ebriæ mulieres plaudentes*, Petron. c. 26. *Alis plaudens columba*, flatternd, Virg. Æn. 12, 515.

¶ Plauſus, *a*, *um*, geklitſcht, geklopft. Virg. Georg. 3, 186, & ex eo Auſon. præf. Ludi 7 Sapient. v. 9 *Plauſæ ſonitum cervicis amare.* v. Drakenb. ad Sil. 4, 265. De equis idem Virg. Æn. 12, 85 *Manibus laceſſere pectora plauſa.* Manilius lib. 5, 421 *Et plauſa reſonabit aqua &c.*

¶ Plauſus, *ûs*, m. ſubſt. concuſſio manuum, das klitſchen, das händeklopfen, frohlocken. Plin. 10, 21 *Gallinacei diem venientem nunciant cantu, ipſum vero cantum plauſu laterum*, hoc eſt, concuſſione alarum, mit zuſammenſchlagung der flügel. Virg. Æn. 1, 747 *Ingeminant plauſum Tyrii &c. Excitare plauſum*, Cic. pro Sextio c. 58. *Captare plauſum*, id eſt, approbationem, Id. Tuſc. 2, 26. Cæterum Ciceronis ævo inſolitum quid fuit *plauſus* proprie ſumptus *oratori datus.* v. Quint. 8, 3, 1. Nero inſtituit, *ut ſibi plauſus ex arte daretur per varia genera*, de quo Suet. ejus vita c. 20, & ibi Caſaub. Cæterum plauſus non gratulantium tantum lætantiumque, ſed ſupplicantium etiam ſignum. Florus 3, 6, 13 *Mox ubi circumfuſa undique roſtra viderunt, abjectis ſtatim telis remiſque plauſu undique pari, quod ſupplicantium ſignum fuit, vitam petiverunt.* Sed ex inſtituto copioſeque hoc argumentum tractat Fr. Bern. Ferrarius de Veterum acclamationibus & plauſu, qui liber principia tenet T. 6 Antiqu. Rom. Græv.

¶ Plauſor, *ōris*, m. qui plaudit. Horat. Art. poët. v. 145 *Si plauſoris eges &c.* Suet. Ner. c. 25 *Sequentibus currum ovantium ritu plauſoribus.* Petron. c. 5 *Plauſor in ſcena.* Sic &

¶ Plōſor, *ōris*, m. pro *Plauſor*, apud Sidonium 4 epiſt. 25 *Promiſerat, eccleſiaſtica ploſoribus ſuis prædæ prædia fore.* conf. Id. 9 ep. 3. Id. carm. 9, 300 *Ploſores cui fulgidam Quirites ſtatuam locarunt.*

¶ Plauſtrix, *ĭcis*, f. Nonius 2, 631.

¶ Plausĭbĭlis, *e*, popularis, ſeu quod plauſu populi excipitur, das an jemand gefallen hat, annehmlich; ut *Plauſibilis oratio.* Sen. ep. 59. *Hæc plauſibilia non ſunt, ut in ſinu gaudeant*, Cic. Tuſc. 3, 21. *Nomen populare & plauſibile*, Id. Divin. in Cæcil. c. 3. *Latus & plauſibilis locus*, Quintil. 4, 31. Gloſſ. *Plauſibile*, αἰτησίκροτον.

¶ Plausĭbĭlĭter, adv. löblich, gefällig, erfreulich, ap. Diomed. p. 401. Comp. Sidon. 8 epiſt. 10 *Amplum plauſibilius manifeſtat ingenium.*

¶ Plauſilis, *e*. ut, *Plauſilibus aliquem fovere ulnis*, freundlich umarmen, Sidonius 9 epiſt. 14.

¶ Plausĭto, *āre*, frequentat. Aut. Philomel. v. 21 *Plauſitat arborea clamans de fronde palumbes.*

Compoſita:

¶ Applaudo, *ſi*, *ſum*, *ĕre*, frölichen beyfall geben, zujauchzen. Plaut. Pſeud. 5, 2, 31 *Si vultis applaudere, atque approbare hunc gregem & fabulam, in craſtinum vos vocabo.* Cic. pro Sext. c. 54 *Cui generi civium maxime applauditur.* ¶ 2. Sed *Applodere* eſt allidere, anklitſchen, anſchmettern. Hygin. fab. 126 *Cum Vlyſſes Irum applauſiſſet*, ſcil. in terram. Apul. 6 Mileſ. p. 184 *Incuſſis in eam poſteriorum pedum calcibus, protinus applodo terræ.* Sic Elmenh. at Pricæus *applaudo.* conf. Feſtus in *Apluda.*

¶ Applauſus, *a*, *um*, angeſchlagen, geklitſcht; ut, *Applauſum corpus palmis*, Ovid. Met. 4, 352. *Cervicis applauſæ blandi ſonitus*, Silius 16, 356. ¶ 2. *Applauſus* etiam dicitur: ut, *Ovum applauſum ad terram frangere*, Spartian. Anton. Geta c. 3. conf. Lamprid. Heliog. c. 6.

¶ Applauſus, *ûs*, m. ſubſt. der frölichе zuruff, die beyſtimmung.

Cic. Divinat. 2, 50 *Ennius magno applausu loquitur, populo assentiente.*

¶ Applausor, *ōris*, m. der mit händeklopffen ſchmeichelt, *qui applaudit.* Plin. Paneg. c. 46 *Scenici imperatoris ſpectator & applausor.* Manet in metaphora; quia ſcenicus eſt imperator, ſpectatores habet & applauſores, non cives.

¶ Circumplaudo, *ēre*, umgeben mit frohlocken. Ovid. Triſt. 4, 2, 49 *Quaque ibis, manibus circumplaudēre tuorum.*

¶ Complaudo, *ēre*, ſimul plaudere, zuſammen frohlocken. Cic. de Amic. c. 7 *Stantes complaudebant in re ficta*, al. *plaudebant.*

¶ Complōdo, *ēre*, zuſammen ſchlagen; ut, *Complodere manus*, eſt manus adverſas invicem collidere ad teſtificandum ſeu dolorem, ſeu lætitiam, Quint. 11, 3. Adde Vallam 4, 9.

¶ Complōſus, *a, um.* Seneca de Ira 1, 1 *Complosæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus.*

¶ Diſplōdo, *ēre*, von einander ſchlagen. Varro R. R. 2, 9 *Pedes ingredienti ei diſplodantur.*

¶ Diſplōſus, *a, um*, disruptus, zerſprengt, zerquetſcht; ut, *Veſica diſploſa*, Horat. 1 ſat. 8, 46; & Lucret. 6, 130. *Diſploſis naribus*, i. e. dilaratis, mit weiten naſenlöchern. Arnob. 3 p. 108.

¶ Diſploſio, *onis*, eſſe dicitur apud Arnob.

¶ Explōdo, *ēre*, eſt manibus cum ſono pulſantibus ejicere, mit ſpott abweiſen, auszischen. Cic. ad Qu. frat. 2, 11 *Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus eſt exploſus.* Id. Parad. 3, 2 *Hiſtrio exſibilatur & exploditur.*

¶ Explaudo, *ēre*, idem. Auſon. in Sapient. & quidem Thal. v. 27 *Pars plaudite, pars offenſi explaudite.*

¶ Explaudens, *tis*, excutiens. Lucret. 4, 711 *Gallus noctem explaudentibus alis, Auroram clara conſuetus voce vocare.*

¶ Explōſus, *a, um*, verworffen, ausgemertzt; ut, *Exploſæ ejectæque ſententiæ*, Cic. de Fin. 5, 8.

¶ Exploſio, *ōnis*, f. die verwerffung. Cælius Ciceroni fam. 8, 13 *Ludorum exploſiones.*

¶ Replaudo, *ēre*, repercutere, wieder ſchlagen, wieder ſtampffen. Hinc

¶ Replaudens, *tis.* Apul. Met. 1 p. 105 *Dextra frontem replaudens.* Id. Met. 6 p. 185 *Quadrupedi curſu ſolum replaudens.*

¶ Supplaudo, *ēre*, beyfall geben, liebkoſen. Tertullian. de Idolol. c. 12 *Male nobis ſupplaudimus.* Idem de Pudicit. c. 19 *Neſcio, quid diverſæ parti ſupplaudere videtis.* At

¶ Supplōdo, *ēre*, mit den füſſen klappen, ſtampffen, niederſtoſſen; ut, *Supplodere pedem*, Cic. de Orat. 1, 53. Sen. epiſt. 75 pr. *Etiam ſi diſputarem, nec ſupplooderem pedem, nec manum jactarem, nec attollerem vocem: ſed iſta oratoribus reliquiſſem &c.* Macrob. 1, 2 *Supplodere calumniam.*

¶ Supplōſio, *ōnis*, f. das ſtampffen; ut, *Supploſio pedis*, Cic. de Orat. 3, 12; & in Bruto c. 43. Quod & *Supplauſio* ſcribitur lib. ad Herenn. 3, 15 *Pedis dextri rara ſupplauſione uti.*

¶ Superplaudo, *ēre*, darüber flattern. Solinus c. 2 de avibus in Diomedis juxta Apuliam inſula: *Pennulis ſuperplaudant.*

PLAVSTRVM, *i*, n. (quod & *Ploſtrum* ſcribitur, ſicut *plaudo, plodo, Claudius* & *Clodius*,) currus, vehiculum, ein wagen, laſtwagen. Plaut. Epid. 4, 2, 22 *Perii, plauſtrum perculi*, i. e. rem perturbavi. Proverbium ruſticum in not. Gron. ab eo ſumptum, qui male ſedulus & opera vehemente plauſtrum inclinatum immodice levando in alterum latus evertit. Germanice, ich habe den karn in den dreck geführet. conf. Feſt. Horat. 3 od. 24, 10 *Scythārum plauſtra vite trahunt domos.* conf. Iuſtin. 2, 2, 4. Hor. Art. poët. v. 275 *Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camœnæ Dicitur & plauſtris vectaſſe poëmata Theſpis &c.* Plauſtra huic Theſpidi pro theatro & pro vehiculo fuerunt, priusquam ſcena eſt inventa. Eadem antiqua forma Cato R. R. c. 2 *Vendat ploſtrum vetus.* Et Cic. Verr. 1, 20 *Omnia ploſtris evecta aſportataque eſſe.* Apud Liv. 5, 25 pro: *Pilento ad ſacros ludoſque uterentur*, veteres editi *plauſtro* præferunt, ſed vulgata lectio melior eſt. ¶ 2. *Plauſtrum* Seneca Oedip. v. 477 ſidus dixit urſæ majoris, den heerwagen.

¶ Ploſtellum, *i*, n. diminut. Varro R. R. 1, 52 *Ploſtellum Pœnicum.* Et Horat. 2 ſat. 3, 247 de pueris: *Ædificare caſas, ploſtello adjungere mures.*

¶ Ploſtrarius, *a, um*, ad ploſtrum pertinens; ut, *Aſini ploſtrarii*; & *Iuga ploſtraria*, Cato R. R. c. 11.

¶ Plauſtrārius, vel Ploſtrarius, *i*, m. ſubſt. qui plauſtrum regit, der fuhrmann. Vlpian. L. 27 § 33 Dig. ad Legem Aquil. *Si ex ploſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione ploſtrarium teneri placet &c.*

¶ Plauſtrarātum, *i*, n. aratrum cum rotis, ein pflug mit rädern. Plinio tribuit hanc vocem Harduinus 18, 18 ſ. 48, ubi de aratro: *Galli*, inquit, *duas addidere tali rotulas, quod genus vocant plauſtraratum*; al. *planaratum.*

¶ Plauſtrīlūcus, *a, um*, i. e. lucens inſtar ſideris, quod *Plauſtrum* dicitur. Mart. Capella 9 p. 309 *Sub te plauſtrilucis luminat ignibus.* Sed quia error ex accentu, Grotius mallet legere *Plauſtriducis.*

Plauſus, *a, um*, & Plauſus, *ûs*, vide proxime ante in *Plaudo.*

PLAVTVS, *a, um*, appellativum, πλατὺς, *latus*, breit, breitfüßig. *Conchæ plautiores*, Tertull. de Pallio c. 3. v. ibi Salmaſ. *Plauti* vel *Ploti* iidem olim dicti ſunt, qui & *Planci*; de quibus ſupra. Feſtus, *Ploti*, inquit, *appellantur, qui ſunt planis pedibus; unde & poeta Accius initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus.* Nimirum M. Accius

¶ Plautus, *i*, m. poëta comicus, a pedum planitie dictus, patria Sarſinas fuit ex Vmbria, quod in fabula Moſtellaria ipſe ſubindicavit. Romæ vixit, quo tempore P. Scipio, & M. Cato excellentes habiti ſunt. Redactus ad ſummam paupertatem, cum pecuniam omnem in apparatus ſcenicos erogaſſet, operam Romæ piſtori locavit molis, quas truſatiles vocant, circumagendis. A quibus tamen quotiescunque vacare ei concederetur, fabulas ſcripſit. Quarum viginti quinque genuinas Plauti eſſe Lælius cenſuit, de quibus viginti hodie reliquæ ſunt. Alii plures ei tribuerunt, quemadmodum ex Gellio clarum eſt 3, 3. Cicero *urbano, ingenioſo, & faceto genere jocandi refertum eum* ſcripſit, notante Fabio Inſtit. Orat. 10, 1. conf. Cic. Off. 1, 29; & de Orat. 3, 12. Et Varro ex Ælii Stilonis ſententia, *Muſas*, dixit, *Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui voluiſſent.* v. Quint. l. c. p. 913. Quod de Terentio tamen potius dixerim, qui multo & verecundior, & elegantior: quæ ille ſæpe neglexit, ut riſum captaret. Obiiſſe traditur annis paucis poſt Ennium Olympiade 145, P. Claudio, L. Portio Conſulibus. v. Gell. 1, 24.

¶ Plautīnus, *a, um*, adj. ut, *Numeri, verſus Plautini*, Horat. Art. poët. v. 270 *At noſtri proavi Plautinos & numeros, & Laudavere ſales.* Auſon. epiſt. 9, 46 *Aut parāſitorum collegia Plautinorum.* Superlat. apud Gell. 3, 3 *Verſus Plautiniſſimi*, i. e. γνήσιοι, non ſuppoſititii, ſed digniſſimi Plautino ingenio.

¶ Plautius vel Plotius, *i*, m. alius quispiam poëta comœdiarum, de quo etiam Cic. pro Arch. c. 9, & Gell. 3, 3. ¶ 2. *C. Plautium Numidam* & *M. Plautium* amoris conjugalis exempla ſiſtit Valer. Max. 4, 6, 2 & 3. ¶ 3. *L. Plautius*, ſeu *Plotius*, Gallus, primus rhetoricam Romæ docuit. v. Suet. de Clar. Rhet. c. 2; & Quintil. 2, 4. Nimirum ¶ 4. *Plautia gens* plebeja Romæ fuit, ex qua plures in hiſtoria Romana occurrunt. Sic & *Plotia lex*, Cic. pro Mil. c. 13.

¶ Plotianus, *a, um*, adject. ut, *Bona Plotiana*, Cic. fam. 13, 8.

¶ Semiplotia, *ōrum*, n. pl. appellabant *ſoleas dimidiatas, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent:* Feſtus in *Ploti.*

PLEBS, *plēbis*, f. (ex antiquo *Plebes* contractum, quæ vox apud Cic. & Salluſt. legitur,) viliorem partem populi ſignificat ſeu vulgus. Dicta ἀπὸ τῶν πλειόνων, hoc eſt, a *pluribus*, der gemeine mann, der pöbel, das gemeine volck. Sic, *Plebs & infima multitudo*, Cic. pro Mil. c. 35. Apud Salluſt. tamen Orat. 2 ad Cæſ. pro populo ponitur, in quo & eques, & plebs: *In duas*, inquit, *partes ego civitatem diviſam arbitror, patres, & plebem.* Ita & *Populus* aliquando pro *plebe* ponitur. Vide infra. *Ad populum plebemve ferre*, conjunctim dicitur ap. Cic fam. 8, 8, 15. Diſtinguit *plebem* a *populo* Liv. 2, 56, *Tribunum non populi ſed plebis magiſtratum eſſe*, ubi plura Klockius dabit. ¶ 2. Pluraliter Auguſtinus epiſt. 166 ſub init. *Recedite a plebibus noſtris.* Contra Hor. 1 epiſt. 1, 59 etiam de uno: *Plebs eris*, i. e. plebejus. ¶ 3. De antiquo *Plebes* pro *plebs*, v. Rittershuſ. in Phædr. p. 133, ubi *Minuta plebes* 4, 5, 13. Sic Lucanus 7, 760 *Capit impia plebes Ceſpite patricio ſomnos.* Sic, *Hebraica plebes*, Alcim. 5, 544. Sic, *Plebes Iudæa*, Iuvenc. 2, 164. Quin ipſe Cic. & Salluſt. ut dixi, ſæpius; & Livius 3, 55, cujus verba ſtatim laudabimus in *Plebiſcitum.* Id. 3, 38 *Hæc fremunt plebes.* Id. 24, 2 *Vt plebes ab optimatibus diſſentirent*, & ſic ſæpe collective, v. Interpp. ad 2, 35. ¶ 4. Fuiſſe olim etiam quintæ declinationis, antiquus genitivus teſtatur Livio familiaris, ut qui *tribunos plebei* dicere ſoleat; v. g. 3, 64. conf. Cic. fam. 7, 27, 3; & 10, 16, 4; & Salluſt. in Fragm. c. 23. Adde Voſſium de A. Gramm. L. 4 c. 19, 20; & Drakenb. ad Liv. 2, 42.

¶ Plēbecula, *æ*, f. diminut. Cic. Att. 16, 8 *Plebeculam urbanam ſecum habiturus.* Horat. 2 epiſt. 1, 186 *His plebecula gaudet.* Et Perſius 4, 6 *Motâ fervet plebecula bile.*

¶ Plēbējus, *a, um*, vulgaris, popularis, gemein, ſchlecht: ut, *Sermo plebejus*, Cic. fam. 9, 21. *Amictus plebejus*, Propert. 2, 25 extr. *Ludi plebeji*, quos exactis regibus, pro libertate plebis fecerunt Romani, aut pro reconciliatione plebis poſt feceſſionem in montem Aventinum. Ita Aſconius exponit in procem. ſive Act. 1 in Verr. p. 57. Mentio horum crebra apud Livium, ut 29, 11 *Ludi Romani ter, plebeji ſepties inſtaurati:* & 30 c. ult. *Plebeji ludi ab ædilibus ter toti inſtaurati. Cum plebejis magiſtratibus conſilia communicare*, Liv. 6, 11. *Vt utrumque plebejum conſulem fieri liceret*, Id. 8, 12. ¶ 2. *Plebeji*, ordo plebejus, pars populi Romani, ſed infima, gemeine leute, bürger. v. Gell. 10, 20. *Plebejum eſſe*, & *de plebe eſſe*, quomodo differant, docet Voſſ. de Vit. L. L. 1, 33; & Duker. ad Liv. 39, 18.

¶ Plebīcŏla, *æ*, m. qui plebi placere ſtudet, bürger-freund. Cic. Agrar. 2, 31 *Tribunus plebicola.* Et Liv. 3, 33 *Plebicola, omnisque auræ popularis captator.*

¶ Plebīſcītum, *i*, n. quicquid non patrum, ſed plebis autoritate & judicio conſtitutum eſt, eine ordnung und ſatzung der gemeine. Vide *Scitum in Scio.* Liv. 31, 50 *Plebiſcitum eſt factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitus ire juberent.* Id. 3, 55 *In controverſo jure erat, tenerenturne patres plebiſciis.* Id. 8, 12 *Vt plebiſcita omnes Quirites tenerent*, ubi Interpretes conſulendi. Valerius autem & Horatius Coſſ. *legem tulere, ut quod tributim plebes juſſiſſet, populum teneret.* Itaque magna horum vis & auctoritas erat. Cic. de Orat. 2, 48 *Plebiſcitis toties conſularem poteſtatem minui.* Quid ſit *Plebiſcitum*, *Lex*, *Privilegium*, *Rogatio*, diſputat Gell. 10, 20.

PLECTO, *plexi, plexum, plectĕre*, ſignificationem interdum habet verbi πλέκειν, quod eſt implicare, nectere, flechten, in einander fügen. Ov. f. Lucan. ad Piſonem v. 169 *Celeres ſuper orbibus orbes plectis*; ſed alii legunt *flectis.* Ab hac autem notione ſunt *Plectilis*, *Plexus*, *Perplexus*, & hujus derivata, de quibus poſt paullo. ¶ 2. Altera ſignificatio verbi *Plecto*, eadem eſt quæ verbi πλήκτω, a quo *plecto* factum videtur. Nam *plectere* ſupplicio afficere eſt, ſchlagen und ſtraffen: *Plecti*, paſſ. puniri, dare pœnas. Ter. Phorm. 1, 4, 42 *Tu jam lites audies, ego plectar pendens*, ich werde müſſen herhalten, ſtraffe leiden. *Plecti capite*, Cic. de Leg. 3, 20, am leben geſtrafft werden. Horat. 1 epiſt. 2, 14 proverbialiter: *Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Plecti in re aliqua*, apud Nepot. 25, 11, 6 ſignificat paullo latius, pœnas dare erroris admiſſi, reprehendi ob neglectum officium.

¶ Plexus, *a, um*, geflochten; ut, *Caput plexis redimire corollis*, Lucret. 5, 1398. Et, *Plexa foramina linguæ*, Idem 4, 623. Feſtus: *Plexa colligata ſignificant ex Græcis, qui id ἐμπεπλεγμένον dicunt.*

¶ Plexus, *ûs*, m. ſubſt. das geflechte. Manilius 5, 145 *Tortosque in plexum ponere crines*, die haare wickeln.

¶ Plecta, *æ*, f. plur. plectæ, σειρά, ein haarzopf. v. Salmaſius de Cæſarie & Coma p. 570.

¶ Plectĭlis, *e*, id eſt, nexilis, das ſich flechten läſt. Plaut. Bacch. 1, 2, 37 *Corolla plectilis.* Et apud Prudent. Apotheoſ. præf. 2, 23 *Solvant ligantque quæſtionum vincula Per ſyllogiſmos plectiles.* Sed

¶ Plectĭ-

¶ Plectibilis, *e*, pœna dignus, ſtrafbar. Sidonius 6 epiſt. 1 *Recordatio vitæ plectibilis.* Idem 4 epiſt. 6 *Plectibili invidia calumniam ſufflammare.* Et ejusdem libri epiſt. 13 *Nemo ferme eſt, qui plectibilibus careat occultis.* Et Claud. Mamert. 1, 1 *Plectibile vitium.*

¶ Plectrum, *i*, n. inſtrumentum citharœdi, quo tangit chordas, noſtris moribus, der bogen zur violine, der fiedel-bogen, cujusmodi inſtrumento Herculem puerum, Linum, qui fidibus eum cantare docebat, interfeciſſe, Ælianus ſcribit H. V. 3, 32 *Alia res eſt ſceptrum, alia plectrum:* Ἕτερόν ἐστιν, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. Sic reſpondit Stratonicus citharœdus Ptolemæo regi, pertinacius ſecum de arte canendi diſputanti; v. Chiliad. Poëtis perquam familiaris vox, cum carmina muſicis inſtrumentis ſignificant. v. Horat. 1 od. 26, 11; & 2 od 1, 40 &c. ¶ 2. Gubernaculum navis, das ſteuer-ruder. Silius 14, 403 *Deduxit telum & reſidentis puppe magiſtri Affixit plectro dextram:* i. e. ſagitta gubernaculo affixit. Ibid. v. 549 *Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ Parcitur.*

¶ Plectripotens, *tis*, munices & poëticæ peritus, muſicaliſch. Sidon. 9 epiſt. 13 in metro: *Qua Flaccus lyricen Pindaricum ad melos Franis flexit equos plectripotentibus.*

Compoſita, quæ & genus mutant:

¶ Amplector, *amplexus ſum, amplecti*, comprehendere, umfangen, faſſen, annehmen, ergreiffen; ut, *Amplecti cogitationem aliquam toto pectore*, ernſtlich auf etwas bedacht ſeyn, Cic. Att. 12, 35 extr. Et, *Tuam amplitudinem meis officiis amplector*, Id. fam. 5, 8. Elegans eſt Ciceronis jocus pro Flacco c. 18, *Cum rem publicam nimium amplecteretur, peculatus damnatus eſt.* ¶ 2. Interdum idem eſt quod *complecti*, ſeu, *amore complecti*, lieb haben. Sic Cic. fam. 6, 6 *Me amiciſſime quotidie magis Cæſar amplectitur. Amplecti alicujus virtutem*, Phil. 10, 9. Et, *Communiter omnia amplectar*, i. e. ſermone complectar, Liv. 29, 17. ¶ 3. Plautus etiam in activo *Amplecto* uſus eſt, in Rud. 3, 5, 36 *Amplectitote crura fuſtibus*, ſchmeiſſet ihm wacker um die beine, & Paſſ. ap. Priſc. 8 p. 791 *Ego non feram me amplectier.*

¶ Amplectens, *tis*. Virg. Æn. 10, 523 *Genua amplectens ſupplex.* Ov. Met. 6, 99 *Iſque gradus templi amplectens.* cont. Propert. 2, 9, 9.

¶ Amplexus, *a, um*, der da begreifft, der da umfaſſet, einnimmt. Stat. 2 Silv. 1, 81 *Amplexusque ſinu tulit & gemiſſe putavit.* Virg. Æn. 2, 490 *Amplexæque tenent poſtes, atque oſcula figunt.* Plin. 16, 31 *Amplexa jugerum ſoli quercus.* Martial. 9 epigr. 62 *Ædibus in mediis totos amplexa penates, Stat platanus denſis Cæſariana comis:* AMPLEXA, i. e. patulo ramorum tegmine undiquaque contingens & obumbrans. Perſius 5, 182 *Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thynni:* i. e. ab utraque parte catini multum prominens, ut interpretatur Caſaub. Poſſis etiam intelligere piſcem ita magnum, ut rectus jacere nequeat in catino, ſed peripheriam ejus quaſi amplectatur. ¶ 2. *Amplexus*, paſſive, begriffen, umfaſſet. Apud Priſcian. lib. 8 p. 791 Petron. in Fragm. (Burm. p. 671) *Animam noſtro amplexam in pectore.* Ovid. Heroid. 4, 139 *Viderit amplexos aliquis, laudabimur ambo.* ubi v. Heinſ. & Burm. Conf. Voſſ. Grammat. 5, 6.

¶ Amplexus, *ûs*, m. ſubſt. die umfaſſung; ut, *Jungi mutuo amplexu*, einander in die arme nehmen, herzen, ex Plinio aſſertur 2, 65; ſed legunt alii *implexu.* Cic. Divin. 1, 36 *Serpentis amplexu circumplicatus.* Virg. Æn. 1, 687 *Cum dabit amplexus atque oſcula dulcia figet.* Sen. Hippol. v. 705 *In amplexus ruit.* ¶ 2. De concubitu interdum adhibetur. v. Drakenb. ad Sil. 11, 399.

¶ Amplexor, *ari*, frequent. idem fere eſt quod ſimplex: ut, *Amplexari aliquem & in manibus habere ac fovere*, einen an ſich halten, umarmen, lieb haben, Cic. fam. 1, 9. Et, *Amplexari otium*, Id. pro Sextio c. 45. *Amplexari amicam*, Plaut. Pſeud. 2, 4, 32 &c. ¶ 2. *Amplexo* pro *Amplexor*, Accius ap. Nonium 7, 14 *Poſtremo amplexa, fructum quem Dii dant, cape.* Plaut. Pœn. 5, 4, 60 *Hanc amabo atque amplexabo.* conf. Petron. c. 63; & Parei Lex Plaut. p 84. Hinc Paſſ. Lucilius ap. Priſcian. 8 p. 791 *Quin amplexetur* (περιπλεκέσθω) *qui velit, ego non ſinam me amplectier.*

¶ Circumamplector, *xus ſum, ĕti*, umfaſſen, umſchlingen. Diviſim ſcribi tuadet elisio. Virg. Æn. 5, 312 *Lato quam circum amplectitur auro Baccus.* v. Not. Taubm. Manil. 1, 304 *Circum amplexus utrumque anguis.*

¶ Examplexor, *ari*, beaierig umfaſſen. Auct. ad Herenn. 4, 52 *Tu, per Deos, hunc examplexare &c.*

¶ Cataplectatio, *ōnis*, f. καταπλαγμός, rixa, qua ſe mutuo plectunt quaſi, & verberant. v. Io. de Ianua in Cathol. Pro hac voce hodie legitur *objurgatio* in Vulg. Sirac. 21, 4.

¶ Circumplector, *ĕti*, umfaſſen, umfangen. Cic. de Vniverſ. c. 7 *Undique eſt eas circumplexus.* Plin. 13, 10 *Circa Memphim arbores terni nequeunt circumplecti.* ¶ 2. Eſt abripere, an ſich ziehen; ut, *Patrimonium alicujus circumplecti*, Cic. Phil. 13, 5. vid. illud Cic. *amplecti nimis remp.*

¶ Circumplecto, *ere*, umfaſſen. Activa forma Cato R. R. c. 21 *Foramina laminis circumplectito.* Et Plaut. Aſin. 3, 3, 106 *Meum collum circumplectie.* Hinc

¶ Circumplexus, *a, um*, umfaſſet. Paſſive Gell. 15, 1 *Turris lignea cum ex omni latere circumplexa igni foret.*

¶ Circumplexus, *ûs*, m. ſubſt. die umfaſſung. Plin. 10, 63 *Lacertæ circumplexu Venerem movere*, i. e. coëunt.

¶ Complector, *ĕti*, faſſen, halten, ergreiffen, umgeben; ut, *Complectitur vitis ſuis claviculis quidquid eſt nacta*, Cic. de Senect. c. 15: *Complecti facultatem*, i. e. ea uti, Id. fam. 10, 20 ext. Et in Piſon. c. 31 pr. *Complecteris amiciſſimos viros ad tuum & Gabinii ſcelus*, i. e. ſocios eſſe dicis tui ſceleris, du menageſt ſie mit hinein. *Mulierem complectitur*, Ter. Andr. 1, 1, 106. *Obſidione munimentisque aliquem complecti*, Vellej. 2, 51, 2. Et, *Complecti animo*, gedencken, Cic. fam. 5, 17: *Cogitatione & mente*, Id. in Orat. c. 2; & *memoria*, de Div. 2, 71. *Sententiam aliquam verbis complecti*, Quint. 3, 6. ¶ 2. Sed *Complecti* abſolute, & *Complecti amore, benevolentia, familiaritate*, lieb haben, amiſta werden, latinæ admodum locutiones ſunt. Cic. fam. 2, 8 *De te homini, complecterer, mihi crede.* Id. pro Marc. c. 3 *Qua benevolentia complectemur?* Et Sen. epiſt. 1 *Complectamur ſenectutem & amemus.*

¶ Complecto, *ere*, activa forma idem. Vitruv. 10, 6 *Scapos quatuor complectit & compegit.* Pompon. ap. Non. 7, 39 *Quando convenit, complectite.* Sic & paſſ. Cic. ap. Priſcian. p. 793 *Cupio eum tam invidioſa fortuna complecti*, & Tuſc. 5, 14 *Nihil habendum in eo genere, quo vita beata complectitur, ſi id poſſit amitti.*

¶ Complectens, *tis*. Cic. Acad. 4, 36 *Perficies, ut ego iſta innumerabilia complectens, nusquam labar.* Catull. 65, 307 *Corpus complectens undique veſtis*, das den leib einhüllet. conf. Ovid. Triſt. 1, 3, 70.

¶ Complexus, *a, um*, active, idem. Stat. 1 Silv. 1 pr. *Moles ſtat Latium complexa forum.* Id. 2 Silv. 1, 121 *Gremio puerum complexa.* Virg. Æn. 6, 786 *Centum complexa nepotes.* Rutil. Itiner. 1, 77 de Roma: *Tu quoque legiferis mundum complexa triumphis &c.* Et Claud. in Conſul. Olybrii & Probi v. 1 *Sol qui flammiferis mundum complexus habenis.* ¶ 2. Paſſive, vel adjective ex *con* & *plexus*, begriffen, verwickelt, verfaſſet. Cic. pro S. Roſc. Am. 13 *Vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videntur.* Sic, *Complexi inter ſe*, Virg. Æn. 5, 765; ubi tamen deponentialis etiam ſignificatio locum habere poteſt. Simillima ratio eſt Lucret. 2, 153. vid. Goclen. in Problem. Gramm. 2, 79.

¶ Complexus, *ûs*, m. ſubſt. die umfaſſung, umarmung. *Avelli & abſtrahi de matris complexu*, der mutter vom ſchooß, oder aus ihren armen, Cic. pro Font. c. 17. Et, *Diſtrahi a ſuorum complexu*, Id. pro Domo c. 37. Et, *In ſinum & complexum alicujus venire*, Id. Phil. 2, 25. Plur. Virg. Æn. 5, 742 *Quis te noſtris complexibus arcet?* Et Horat. 1 ſat. 5, 43 *O qui complexus & gaudia &c.* ¶ 2. *De complexu alicujus & ſinu eſſe* dicuntur, qui ſunt familiariſſimi, vertraute freunde. Cic. fam. 14, 4 *Iſte vero ſit in ſinu ſemper & complexu meo.* Et Verr. 3, 10 *Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit.* Adde Orat. Catil 2, 10.

¶ Complexio, *ōnis*, f. die zuſammenfaſſung, der begriff. Quod nomen pro ambitu ſententiæ & periodo a Cicer. de Invent. 1, 1, 40 &c. & a Quint. 5, 14 fere uſurpatur, ein vollkommener ſatz. Quintil. 1, 5 p. 56 *συναίρεσιν* etiam vel *συναλοιφὴν complexionem* dicit. *Brevis complexio totius negotii*, Cic. de Invent. 1, 26. conf. Tuſc. 5, 10 &c. ¶ 2. Et vulgo *Complexionem* in corporibus dicimus, quam Græci κρᾶσιν vocant; ſed rectius *Temperaturam*, *Conſtitutionem* appellamus, das temperament. Vide Ioviani Pontani Dialogum, quem Ægidium inſcripſit, ſub finem.

¶ Complexim, adv. Plaut. Pœn. 3, 3, 84 *Complexim contrectare mulierem*, h. e. complecti amatorie.

¶ Complexo, *āre*, idem quod *Complecti*. Corippus 1, 114 *Portum, quem geminæ complexant brachia ripæ.*

¶ Complexatus, *a, um*. Apul. Met. 10 p. 249 *Artiſſime complexatum me totum prorſus recepit.*

¶ Complexivus, *a, um*, zuſammenfaſſend. Gell. 10, 29 *Particula atque non tantum complexiva, ſed vim habet pluſculam.*

¶ Circumcomplexus, *a, um*, idem quod *Complexus*. Iuvencus 4, 81 *Ales uti molli ſolita eſt ſub corpore pullos Objice pennarum circumcomplexa fovere.*

¶ Incomplexivus, *a, um*, unbegreifflich. Gloſſ. gr. lat. ἀνεπερίληπτον, *incomprehenſibile, incomplexivum.*

¶ Deplexus, *a, um*, i. e. complexus & pendens ab aliquo, feſt, faſſend. Lucret. 5, 1330 de Ixionis: *Deplexæque dabant in terram vulnere vinctos.* v. Turneb. Adverſ. 30, 22. *Deplexæ* aliis ſunt deligatæ, i. e. non ligatæ, ſed ſolutæ. v. Lambini not. p. 719; & Parei Lex. Lucr. Sed melior interpretatio, quam primam dedimus, Creechii.

¶ Implecto, *ere*, einflechten, einwickeln. Apul. Apolog. *Multæ arundines dentibus implectuntur.*

¶ Implexus, *a, um*, pro involuto ſeu implicato, ut ait Feſtus, eingeflochten. *Implexæ crinibus angues, Eumenides*, Virg. Georg. 4, 482. *Virorum crinibus aurum implexum*, Plin. 33, 1. conf. 25, 7. Apul. Apol. p. 276 *Horrore implexus atque impeditus.*

¶ Implexus, *ûs*, m. ſubſt. die verwickelung. Plin. 2, 65 *Mutuo implexu jungi.*

¶ Implexio, *onis*, f. idem. Mart. Capella lib. 2 p. 42 *Serpentis gemini implexio.*

¶ Implecticus, *a, um*, eingeflochten. Veget. de Re Vet. 3, 29.

¶ Perplexus, *a, um*, ſignificat intricatum, ambiguum, ſeu valde plexum, verwirret, verwickelt, zweifelhaft; ut, *Reſponſum perplexum*, Liv. 35, 14. Et, *Sermones perplexi*, Id. 40, 5. *Perplexius carmen*, Id. 25, 12. Sic, *Iter perplexum*, Virg. Æn. 9, 391. *Titulus ſervili cognomine & regia appellatione perplexus*, Valer. Max. 3, 4, 3, ein vermiſchter name. *Perplexior motus*, Plin. 2, 15.

¶ Perplexe, adverb undeutlich, verworren; ut, *Loqui perplexe*, eſt contraria & inter ſe pugnantia loqui, ut nihil certi inde colligere liceat, cui contrarium *aperte loqui*, apud Ter. Eun. 5, 1 pr. Sic, *Agere, reſpondere perplexe*, mit der ſache oder ſprache nicht recht heraus wollen Liv. 8, 23; & 30, 42. *Haud perplexe indicare*, deutlich zu verſtehen geben, Id. Liv. 6, 13. Contrarium eſt, *Palam agere, &c* Compar. Prudent. adv. Symm. 2, 847 *Anfractus dubios habet, & perplexius errat.* Ammian. 22, 8 *Adjuetudo perplexius litigandi.*

¶ Perplexim, aliud adverb. idem ſignificans. Plaut. Sticho 1, 2, 18 *Vtrum ego perplexim laceſſo oratione ad hunc modum.* conf. Non. 11, 50.

¶ Perplexio, *ōnis*, f. die verwirrung, zweifelhaftigkeit. Auguſtinus: *Perplexio ambiguitatum.* Sed & Porcius Latro decl. in Catil. *Me fateor perſpe deliraſſe miris perplexionibus illius.*

¶ Perplexĭtas, *ātis*, f. idem. Ammian. 18, 14 f. (Valeſ. c. 6) *Ob perplexitatem nimiam.*

¶ Perplexor, *āri*, perplexe & captioſe agere, verwirren, zweifelhaftig machen. Plaut. Aul. 2, 2, 81 *At ſcio, quo vos pacto ſoleatis perplexarier, &c.*

¶ Perplexăbĭlis, *e*, figuratum, quod aliud audiatur, aliud ſentiatur, ſecundum Nonium 2, 638, verblümt, verdreht. Nimirum *Perplexabile verbum*, eſt dictum ambiguum atque obſcurum, Plaut. Aſin. 4, 1, 47. Al. *perplexibile.*

¶ Perplexabĭlĭter, adverb. idem. Plaut. Stich 1, 2, 28 *Perplexabiliter eorum hodie perpavefaciam pectora*, ſie ſollen nicht wiſſen wo aus noch ein.

Plectrum, vide proxime ante *Plecto*.

PLĔCVSA, *æ*, f. πλεκυσα, ornatrix ancilla a πλέκειν, das kammermädgen. Martial. 2 epigr. 66 *Et cecidit fectis icta Plecusa comis.*

PLĒIAS, trisyll. & Plējas, dissyll. *ădis*, f. πλειάς, plur. *Plēĭădes, Plējădes*, & *Pliădes*, πλειάδες, latine *Vergiliæ* dicuntur, a verni temporis significatione, quo navigatio incipitur, quemadmodum Græcis a πλέω, *navigare*, nominantur. Pleiadum enim ortus vernus, navigationis tempus indicavit. *Pleiades*, das ſiebengeſtirn. Describit eas Ovid. Fast. 5, 165 *Ora micant Tauri, septem radiantia flammis, &c.* Idem Fast. 4, 170 *Quæ septem dici, sex tamen esse solent.* Poëtæ filias faciunt Atlantis ex Pleione Nympha, (ideo *Atlantidas* Virgil. dixit Georg. 1, 221) earumque nomina finxere, *Electram, Alcinoen, Celæno, Meropen, Asteropen, Taygetam, Majam.* Valde autem inter se constipatæ densatæque hæ stellæ sunt: unde *glomerabile sidus* Manilius vocat 4, 516. Et Propertius 3, 5, 35 quatuor syllabis: *Pleiadum denso cor coit igne chorus.* Seneca Medea v. 96 *Et densi latitant Pleiadum greges.* Ovid. Fast. 4, 167 tribus syllabis: *Plejades incipient humeros relevare paternos.* Virgil. Georg. 4, 233 in singulari bisyllab. *Plejas, & occani spretos pede reppulit amnes.* Ovid. Met. 1, 670 trisyll. *Pleias enixa est, letoque det, imperat, Argum.* Statius 1 Silv. 3, 95 prima brevi: *Hæc per & Ægeas hiemes Pliadumque nivosam Sidus &c.*

¶ Plēĭŏne, *es*, f. Nympha, Oceani & Thetyos filia, uxor Atlantis, ex qua suscepit Pleiadas. Ovid. Fast. 5, 83 *Hinc fata Pleione cum cælifero Atlante iungitur, ut fama est, Pleïadasque parit.* Conf. Ejusd. epist. Paridis v. 62, & Metam. 2, 744.

Plemina, vide Hemina.

PLEMMŸRIVM, *i*, n. πλημμύριον, Siciliæ promontorium, dictum a πλημμύρω, *inundo*. Quemadmodum & *undosam* Virg. dixit Æn. 3, 693.

Plenilunium, Plenitas, plenitudo, &c. vide *Luna, Plenus.*

PLĒNVS, *a, um*, πλῆος, πλέος, cumulatus, refertus, integer, voll, völlig, vollkommen, ganz, reichlich. Contraria sunt, *vacuus, inanis, imminutus. Plenus atque integer annus*, Cic. pro Mil c. 9. *Pleniora perscribere*, Cæs. B. Civ. 1, 53, &, *plenissima legio*, Bell. Gall. 3, 2. Construitur cum genitivo & ablativo; ut, *Præceptorum ipsorum plenus ille*, Ter. Adelph. 3, 3, 59. *Plenus consilii*, Nepos 4, 1, 2. *Pleni prædæ*, Liv. 3, 25. *Irarum*, Id. 2, 38. *Fortunarum gloriæque, simul publicæ, simul privatæ*, Id. 3, 68. *Civitas plena religionum*, Id. 6, 5. v. Drakenb. ad 3, 23. *Epistola plena festinationis*, Cic Att. 5, 14. *Nec vocem pleniorem aut suaviorem mihi videor audisse*, Id. de Orat. 1, 29. *Dedecore plena*, Plaut. Amph. suppos. *Di vostr. fidem* v. 29. *Cœlum splendore plenum*, Id. Merc. 5, 2, 39. *Plenus adhuc iræ*, al. *iræ*, Liv. 27, 40. *Plenus humanitate*, Plin. 1 epist. 10, 2. *Plenus annis, plenus bonoribus*, ibid. 2, 1, 7. *Multa caligine plenus*, Stat. Theb. 2, 686. Observat Quintil. 9, 3 pr. antiquos frequentius cum ablativo, suam ætatem cum genitivo hanc vocem junxisse. v. Burm. p. 799. Sunt præterea nonnullæ formulæ: ut, *Plena manu*, Cic. Att. 2, 25, id est, copiose, prolixe, reichlich. *Plena domus*, i. e. dives, reich, angefüllt, Horat. 4 od. 12, 24. Idem *Plenas domus Arabam* vocat 2 od. 12, 24. Et, *Plenissima villa*, 1 sat. 5, 50. *Pleno gradu cunctos in collem subducit*, Sall. Iug. 98, ubi Cortium & Wass. vide. Veget. l. 1 de re milit. c. 9 *Militarem gradum*, a *pleno* sic distinguit, ut illo viginti millia passuum horis quinque duntaxat æstivis conficienda sint, hoc totidem horis viginti quatuor millia peragenda. Transfertur etiam ad alia. Quintil. Declam. 3, 2 *Si fors ita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu.* ubi v. Burm. *Pleno, pleniore ore, laudare*, Cic. Off. 1, 18. Et, *Velis plenissimis navigare*, mit vollem winde, Idem pro Domo c. 10. *Ad plenum*, id est, plene: vide supra *Ad.* ¶ 2. *Plena*, i. e. gravida, schwanger. Plautus utrumque conjunxit Amph. 2, 2, 49 *Et cum te gravidam, & cum pulchre plenam adspicio, gaudeo.* Ovid. Met. 10, 469 *Plena patris thalamis excedit.*

¶ Plēne, adv. völlig, reichlich; ut, *Plene præstare*, Horat. 1 epist. 11, 14. Et, *Plenius æquo laudare*, Id. 2 epist. 2, 10. *Plenius gratulari*, Vellej. 2, 104, 4. *Plenissime dicere*, Cic. de Fin. 4, 6. conf. Plin. 5 epist. 8.

¶ Plenĭter, aliud adv. idem, apud Octav. Horat. 1, 26.

¶ Plenārius, *a, um*, adject. & Plenarie, adverb. völlig, inter barbara. vid. Sarisb. 5, 3.

¶ Plenĭtūdo, *ĭnis*, f. die fülle, vollständigkeit; ut, *Crescere ad plenitudinem*, Plin. 11, 37. Auct. ad Herenn. 4, 20 *Longitudo aut plenitudo syllabarum multitudinem alterius exæquet.* Colum. 4, 30 *Plenitudo & crassitudo.*

¶ Plēnĭtas, *ātis*, f. idem. Vitruv. 8, 2 *Propter plenitatem & gravitatem.* Idem *Plenitates* plur. numero dixit 5, 9.

¶ Plenicentrum, *i*, n. monstrum vocis prolatum alias ex Mart. Capell. 8 p. 290. Sed cohærebant scilicet in editione Grotii duæ voces. Legendum enim ita: *Cito superioris vasis, aqua videlicet pleni, centrum aperi.* vid. *Centrum* n. 4.

¶ Plenilunium, vide supra *Luna.*

¶ Semiplēnus, *a, um*, halb voll; ut, *Semiplenæ naves*, Cic. Verrin. 5, 25. *Semiplenæ stationes*, Liv. 25, 30. *Semiplena legio*, Vellej. 2, 80, 1, & 2, 112, 2. Adde Colum. 5, 5; & 9, 15; & Pallad. Febr. t. 32.

¶ Semiplēne, adv. idem. Sidonius 4 epist. 22 *Præterita infructuose, præsentia semiplene dicuntur.*

PLEO, plēre, antiquum verbum, & haud dubie nominis *Plenus*, & quæ inde manarunt, origo. Hujus autem sola composita superſunt; nisi quod *Plentur* antiquos dixisse, Festus docet. Adde

¶ Plētus, *a, um*, id est, *plenus*, voll; ut, *Sanguine pleti*, Lucret. 2, 631. Et, *Pletis ex naribus*, Idem 6, 1201. Sed alii aliter legunt; nempe priore loco *læti*, posteriore *pleni*. Atque ita etiam Creechius.

¶ Plētūra, *æ*, f. die füllung. Paulinus: *Crescente pletura sui.*

Composita cum præpos.

¶ Compleo, *ēvi, ētum, ēre*, füllen, erfüllen, voll machen; ut, *Complere fossam*, Cæs. B. G. 5, 39. *Sol omnia lustrat & complet suâ luce*, Cic. de Somn. Scip. c. 4. Et, *Complevit annos centum*, Id. de Senect. c. 5. *Complere summam promissi*, Id. Verr. 3, 49, erfüllen. *Complere se cibo*, Id. N. D. 2, 49; *hominem summa spe*, Cæs. B. C. 2, 4; *omnia clamoribus, fletu*, Id. B. G. 5, 33; *loca militibus*, Virg. Æn. 2, 495. Cum Gen. Plaut. Amph. 1, 2, 8 *Erroris ego illos & dementiæ complebo.* conf. Id. Men. 5, 5, 3. *Complesse* pro *complevisse*, Lucret. 4, 171, & 6, 251. *Fremida turba atria complentur*, Ovid. Met. 5, 2; *omnia cæde*, Sallust. Iug. c. 92.

¶ Complens, *tis.* Vulg. Gen. 26, 3 *Complens iuramentum.*

¶ Complētus, *a, um*, voll, angefüllet; ut, *Bene completa domus*, Cic. Att. 1, 18. *Animorum consentientium multitudine completus mundus*, Id. Divin. 2, 58. *Decem millia armatorum completa*, Nepos 1, 5, 1. *Rerum humanarum sorte completa*, Curt. 10, 6, 6. *His rebus completis*, Cæs. B. Civ. 3, 46.

¶ Complete, adv. völlig, unde comparat. Gell. 1, 7 *Completius ad auram sonat.*

¶ Completio, *ōnis*, f. die erfüllung, ausfüllung. Augustinus epist. 161 *Completio prophetiæ.* Festus: *IGITVR pro completionis significatione valet.*

¶ Complētor, *ōris*, m. qui complet. Iuvencus in Matth. c. 12 *Legum completor Iesus.*

¶ Completorium, *i*, n. officium erat ecclesiasticum, quod diurna officia complebat & claudebat, nempe preces dicendæ sub noctis initium, der beſchluß des tages mit gebet. Hinc *Hora completorii* apud Augustinum, die veſperzeit.

¶ Complēmentum, *i*, n. die erſetzung, erſtattung, vollenduna. Tac. An. 3, 38, 1 *Omnium accusationum complementum.* Cic in Orat. c. 69 *Inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum*, füllwörter, die den raum ausfüllen.

¶ Incomplētus, *a, um*, unerfüllt unvollkommen. Firmic. 5, 2 *Imperfecta incompletaque consilia relinquere.*

¶ Incomplēbilis, *e*, was nicht zu erfüllen iſt. Gloss. gr. lat. ἀπλήρωτος, *incomplebilis.*

¶ Depleo, *ēre*, exhaurire, leeren, ausleeren. Stat. 1 Achill. pr. *Tu modo, si veteres aigno deplevimus haustu, Da fontes mihi, Phœbe, novos &c.* Colum. 12, 50 *Conchæ ferreæ, quibus depletur oleum.* Paulinus Nolanus epist. 49 ad Macarium n. 2 *Sentinam depleri, necesse erat.* Et Manilius Astron. 4, 13 *Totque supervacuis vitam deplete querelis.*

¶ Depletio, *ōnis*, f. die ausleerung, apud Hieronymum esse ajunt.

¶ Expleo, *ēvi, ētum, ēre*, implere, erfüllen, anfüllen; ut, *Mundum bonis omnibus explevit Deus*, Cic. de Vniverſ. c. 3. *Quantum nox providentiæ adimat, tantum diligentia expleant curnque*, Liv. 30, 5. *Animum suum explere*, den muth ſättigen, Ter. Andr. 1, 2, 17. *Avaritiam explere pecuniâ*, Cic. pro S. Rosc. c. 52. *Explere sitim*, Id. de Senect. c. 8. *Explere damnum*, Liv. 3, 68. *Explere desiderium*, Id. 1, 9. v. Burm. ad Ovid. Rem Amor. 129, ubi in his *explere* significationem contrariam τῷ *implere* habere, ac minuere notare, ostendit. Et Ovid. Trist. 4, 3, 38 *Expletur lacrymis egeritque dolor.* ¶ 2. Candidati tribus aut centurias *non explent*, cum non possunt necessarium aut legitimum numerum suffragiorum ferre. v. Liv. 3, 64 ext. it. 37, 47 ext. ¶ 3. Pro *exhaurire*, entledigen. Ter. Hec. 5, 1, 29 *Exple illis animum*, id est, *exonera, exinani*, ut Donatus interpretatur. conf. 5, 2, 19 & 21. Horat. 2 ode 7, 21 *Obliviso lævia Massico Ciboria exple.* Virg. Æn. 6, 545 *Discedam, explebo numerum*, i. e. minuam, ut vult Servius. conf. Nonius 4, 169, Merceri p. 298. Sed hæc loca omnia commode etiam implendi significationem admittunt. Itaque dubitat etiam Hardouinus admittere MStorum lectionem, qui in Plin. 11, 19 f. 20 habent *explent*, ubi vulgati *non explent*. Tota res redit adeo ad testimonium Servii & Donati ll. cc. quorum ille laudat etiam versum Ennianum: *Navibus explebant sese, terramque replebant.* Sed hic constructio etiam diversa est. ¶ 4. *Explenunt, pro explent, scripsere veteres*, Festus.

¶ Explētus, *a, um*, vollſtändig, erfüllt. Cic. de N. D. 2, 13 *Perfectus expletusque omnibus suis numeris & partibus.* Virg. Æn. 3, 630 *Expletus dapibus.* Stat. 2 Silv. 1, 15 *Flendi expleta voluptas*, er hat ſich ſatt geweinet. Id. Achill. 1, 291 *Finis expletus pudoris*, i. e. anni virginitatis finiti. Lucret. 6, 1201 *Sanguis expletis naribus ibat*, i. e. plenis. Iuvenc. 3, 88 *Expleta plebes*, i. e. saturata, geſättiget.

¶ Expletīvus, *a, um*, ausfüllend. Gloss. lat. gr. *Expletivum*, παραπληρωτικόν. Sic, *Conjunctiones expletivæ*, Isidor. 1, 11.

¶ Explētio, *ōnis*, f. die erfüllung, vollendung. Cic. de Fin. 5, 14 *In ea expletione naturæ summi boni finem consistere.*

¶ Explēmentum, *i*, n. die ſättigung. Sen. epist. 110 *Si scieris, cacumina arborum explementum esse ventris*, i. e. frugibus arborum etiam contentam esse, si opus sit, frugalitatem. conf. Plaut. Stich. 1, 3, 19.

¶ Explēbilis, *e*, erſättlich, leicht zu erfüllen. Et

¶ Inexplēbilis, *e*, contrarium, unerſättlich. Cic. Tusc. 4, 9 *Indigentia libido inexplebilis.* Et Tusc. 5, 6 *Cupiditas inexplebilis.* Sen. epist. 89 extr. *Stomachus inexplebilis.* Liv. 28, 17 *Vir inexplebilis virtutis.*

¶ Inexplētus, *a, um*, unerſättlich, unerfüllt. Virg. Æn. 8, 559 *Inexpletum lacrymans*, nomen pro adverbio. Prudent. Apoth. v. 755 *Amnis inexpletis ripis.* Stat. Theb. 2, 518 *Inexpleta alvus.* Idem 8, 667 *Inexpletis cædibus hausi quinquaginta animas.* Id. Silv. 3, 3, 8 *Inexpletus quæstus.*

¶ Impleo, *ēvi, ētum, ēre*, erfüllen, anfüllen, quod interdum & genitivo jungitur, ut Virg. Æn. 1, 215 *Implentur veteris Bacchi &c.* ubi Servius: *Impleor duos casus regit, genitivum, dicimus enim: impleor illius rei, & impleor illa re.* Plaut. Aul. 3, 6, 15 *Omnes angulos furum implevisti in ædibus.* Liv. 1, 46 *Adolescentem suæ temeritatis implet.* Cum ablativo Virg. Æn. 1, 733 *Implevitque mero pateram.* Ovid. Amor. 3, 14, 17 *Locum omnibus deliciis implere.* Id. Met. 12, 56 *Implent sermonibus auras.* Liv. 7, 16 *Militem præda implevit.* Id. 26, 25 *Implevit populares laudes meritis Scipionis.* Petron. c. 16 *Implevimus nos cœna.* conf. c. 115 & 125 &c. Colum 12, 36 *Implere ad summum.* Plin. 3 epist. 14 *Fidem peractæ mortis implevit*, er hat die leute glauben gemacht, er wäre wirklich todt. Cic. pro Cluent. c. 18 *Impudentiæ est, id profiteri, quod non possis implere*, h. e. præstare, perficere, ins werck richten, vollenden. ¶ 2. Liv. 4, 30 *Vrbs deinde impletur*, h. e. contagione inficitur, ut Gr. ἐναπιμπλαμαι ap. Thucyd. de pestil. Attica. vid. quæ dicimus in *Implementum* & *Adimpletus.*

¶ Implens,

¶ Implens, *tis.* Vulg. Gen. 27, 15 *Puteos obſtruxerunt implentes humo.* Et Marc. 15, 36 *Implens ſpongiam aceto.*

¶ Implēbilis, *e*, idem. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *Implebilis potius quam ſicabilis.*

¶ Implētus, *a, um*, erfüllt, gefüllt, voll. Cic. Acad. 4, 27 *De quibus rebus volumina impleta ſunt.* Iuſtin. 22, 2, 6 *Spe impletus.* Id. 23, 2, 11 *Impleta regia ſletibus.* Et 43, 1, 8 *Fatua aſſidue divino ſpiritu impleta.* Liv. 7, 2 *Impleta modis ſatura*, i. e. verſu ſcripta.

¶ Impletio, *ōnis*, f. die erfüllung, unde mox *Adimpletio.* Salvian. de Gubern. Dei 2 p. 33 *Regimen ſuum Dominus & impletionem oſtendit.* Et mox p. 34 *Fructum in ſe habet divinitatis impletio.*

¶ Implēmentum, *i*, n. idem. Cæl. Aurel. Tard. 1, 5 p. 148 de mania *Capitis implemento affici in iracundia conſtitutos, atque æſtimare ſe in furorem deveniſſe.* Eſt ibidem p. 171 *Impletum caput magis gravatur*, p. 176 *cum cantilenæ ſonus caput impleat.* Noſtri nimmt den kopf ein. v. *Adimpletus.*

¶ Adimpleo, *ēre*, idem quod *Implere.* Paulus L. 43 Dig. de adminiſtr. & peric. tutor. *Adimplere id, quod promiſit.* Et Leg. 57 Dig. de contrah. emt. pr. *Venditionem adimplere emtor coarctandus eſt*, den kauf zu halten. Tertull. contra Marc. 5, 17 *Temporum adimplendorum diſpenſatio.* Id. ad Nation. 1, 5 *Quot philoſophi dicuntur, nec tamen legem philoſophiæ adimplent?* Et Salvian. l. c. p. 34 *Salvat ea quæ adimplentur.* Sed Plin. 11, 37 veteres novique libri *implent*, non *adimplent*, habent.

¶ Adimplētus, *a, um*, angefüllt. Firmicus de Error. profan. Relig. p. 10 *Adimpleti tibiarum cantu.* Conf. *Implementum* & *Impleo* n. 2.

¶ Adimpletio, *ōnis*, f. die vollendung. Tertull. adv. Marc. 5, 17 *Temporum adimpletiones:* & mox, *Diſpenſatio ſine adimpletione:* etiam de Monogam. c. 5 *Adimpletio temporum.* conf. Salvian. l. c. p. 34.

¶ Oppleo, *ēre*, obruere, voll füllen; ut, *Lacrymis opplet os totum ſibi*, Ter. Heaut. 2, 3, 65. *Luctus opplevit urbem*, Liv. 22, 56.

¶ Opplētus, *a, um*, überzogen, bedeckt. Cicero N. D. 2, 52 *Ægyptum Nilus tota æſtate obrutam oppletamque tenet.* Id. poſt red. in Senat. c. 4 *Mentes oppletæ tenebris ac ſordibus.* Plaut. Aul. 1, 2, 6 *Ædes inaniis ſunt oppletæ atque araneis.*

¶ Repleo, *ēvi, ētum, ēre*, implere, füllen, erfüllen. Lucret. 5, 811 *Fœmina quæque Cum peperit, dulci repletur lacte.* Ovid. Faſt. 4, 823 *Foſſa repletur humo.* Et Pont. 4, 4, 19 *Fama Pontum rumore replevit.* Plura exempla Menckenius in Obſ. L. L. collegit.

¶ Replētus, *a, um*, voll, gefüllet. Liv. 9, 41. *Iam ſtrage hominum armorumque inſignium, campi repleti.* Celſ. 7, 8 *Foramen auris alte repletum*, tief verſtopft. Suet. Aug. c. 89 *Eruditione varia repletus.* Lucret. 2, 1167 *Genus pietate repletum.* Iuſtin. 13, 8, 7 *Repleta quatuor pueros peperit*, i. e. gravida facta, ſchwanger.

¶ Repletio, *onis*, f. die füllung, auffüllung; ut, *Belliſſima repletio*, Imp. Cod. 7 t. 2 l. 15 § 4. conf. Cod. 6 t. 28 l. 4; & Iuſt. præf. 1 de concept. Dig.

¶ Replētūra, *æ*, f. idem. Theod. Cod. lib. 13 *Accreſcentes repleturæ.*

¶ Replum, *i*, n. operimentum, die decke, ausfüllung. Vitruv. 4, 6 & 10, 17. Adde Turneb. Adverſ. 11, 4, & Baldi Lex. Vitruv. p. 110. Sed Turnebus l. c. eo propendet, ut fere malit *peplum* legi.

¶ Irreplētus, *a, um*, non repletus, unerfüllet. Paulinus Nolanus carm. 17 ad Nicetam v. 67 *Cogimur victu, licet irrepleti, Cedere voto.*

¶ Suppleo, *ēvi, ētum, ēre*, erſtatten, erſetzen, wieder voll machen. Livius 29, 24 *In locum eorum ſubjecit, quos ſecum ex Italia adduxerat, ſupplevitque ita eas legiones, ut &c.* Cicero Qu. frat. 3, 4 *De bibliotheca ſupplenda, &c.* Suet. de ill. Gramm. c. 12 *Librum ipſe ſupplevit.* Virg. ecl. 7, 35 ad Priapum: *Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu, Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.*

¶ Supplētus, *a, um*, ergänzt, voll gemacht; ut, *Legionibus ſuppletis ex D. Bruti exercitu*, Cic. Phil. 8, 9.

¶ Suppletīvus, *a, um*, ausfüllend, ergänzend. Gloſſ. gr. lat. παραπληρωματικός, *ſuppletivus.*

¶ Supplēmentum, *i*, n. quod ſuppletur, die erſetzung, erſtattung. Liv. 1, 30 *Legiones veteres ſupplemento explevit & novas ſcripſit:* Et 22, 36 *Decem millia novorum militum ſcripta in ſupplementum*; & ita ſæpe apud Curtium *ſupplementum militum* occurrit, ut 5, 7, 12; 6, 6, 35; &c. die recruten, recrutirung. Et Cic. fam. 3, 3 *Vt legionibus ſupplementum ſcriberetur.* conf. Salluſt. Iug. c. 39; Cæſ. B. G. 7, 7 & 9; Iuſtin. 3, 4, 5; 3, 5, 6 &c. Sed Colum. R. R. 7, 6 de caprina fœtura: *Capita robuſtiora in ſupplementum gregis reſervantur.* Id. 9, 13 *Apes juventutis ſupplementis frequentatæ.*

PLEONASMVS, *i*, m. πλεονασμός, adjectio non neceſſaria eſt ad ſignificationem plenam, & emphaticam: unde vitioſus non eſt: ut, *Hiſce oculis egomet vidi*, Ter. Adelph. 3, 2, 31. *Sic ore locuta eſt*, Virg. Æn. 1, 615. Meminit hujus figuræ Quintil. 1, 5; & 8, 3; & 9, 3; & Mart. Capella 5 p. 176.

PLĒRĪQVE, *pleræque, pleraque*, a πλῆρες, die meiſten, der mehrere theil, gemeiniglich alle. Suo modo Terentius addit, *omnes*, ut in Andr. 1, 1, 28 *Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli.* v. Donat. ad h. l. Eſt autem hæc ratio loquendi ab Atticis petita, qui dicunt: πλέονες πάντες. Id. Heaut. 4, 7, 2 *Dixi pleraque omnia.* Nepos, cujus phraſis cum Terentiana valde convenit, 18, 12, 1 *Hic cum plerique omnes primo perturbati admirarentur.* Salluſt. Iug. 85 *Plerique oratione ſuos majores extollunt.* ¶ 2. Interdum hujus nominis usus eſt in ſingulari: Et ſic Salluſt. Iug. c. 79 *Qua tempeſtate Carthaginenſes pleraque Africæ imperitabant.* Gell. 3, 8 *Cum pleraque Italia ad regem deſeciſſet.* Et 4, 8 *Ita in pleraque hiſtoria ſcriptum eſt.* Iterum Salluſt. Iug. c. 21 *Vbi plerumque noctis proceſſit*, i. e. major pars noctis. Et Liv. 45, 9 *Per Europæ plerumque atque Aſiam omnem*, ubi v. Dukerum.

¶ Plērus, *a, um*, ut obſoletum absque additione *que* idem ſignificat ac *Plerusque* & *pleræque* & *plerumque*, dicente Priſciano 5 p. 668; ubi Pacuvius: *Pater Achæos pleros perdidit.* Idem ibid. *Pericre Danai, plera pars peſſundata eſt.* conf. ibid. Cato & Aſellio. conf. & Feſtus. Et Cicero de Leg. 3, 3 *Minores magiſtratus partiti juris plures in plera ſunto*; ubi tamen varietas lectionis eſt. Alii enim *pluria*, al. *prælia* habent. Sed *plera* Turnebi & Victorii retinet etiam Gronovius. *Plerinus* legunt quidam Gell. 4, 19 pr. Sed alii habent, *ſi plurimo cibo, nimioque ſomno uterentur.*

¶ Plērumque, adverb. fere ſemper, gemeiniglich, offters, mehrentheils. Ter. Andr. 1, 2, 32 *Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.* Virg. Georg. 1, 500

Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur.

¶ Plērōma, *ātis*, n. πλήρωμα, i. e. *plenitudo*, die fülle. Fabulas Valentini hæretici *de pleromate* expedit Tertull. de Præſcript. c. 49.

¶ Plērōpĭcus, *a, um*, ſuppletus, vollſtändig, ergänzt. Frontin. de Colon. Gœſii p. 131 *Plebe deficiente aliis paucioribus ager eſt aſſignatus, terminis pleropicis.*

¶ Anaplērōſis, *is*, f. ἀναπλήρωσις, repletio chirurgica, qua deficientia reſtituuntur, die ausfüllung. Hinc

¶ Anaplerotĭcus, *a, um*, ἀναπληρωτικός, ausfüllend; ut, *Anaplerotica medicamenta*, quæ alta vulnera carne complent, Veget. 2, 26.

Pletura, pletus, Plevitas, vide *Pleo*, *Plebitas* in *Plebs.*

PLEVRĪTIS, *ĭdis*, f. πλευρῖτις, dolor lateris, a πλεῦρον *latus*, quod in ipſa paſſione vexatur, das ſeitenſtechen, das ſeitenweh. Latine uſus eſt Vitruvius 1, 6 de morbis ex vitio locorum minus ſalubrium ortis. vid. Cæl. Aurel. Acut. 2, 13 &c. ¶ 2. *Pleuritides* ſunt inſtar coſtarum in aquario organo, apud Vitruv. 10, 13. vid. ibi Bald. p. 87.

¶ Pleurĭſis, *is*, f. idem. Prudentius in Romano v. 484

Mucrone quanto dira pulſat pleuriſis.

¶ Pleuritĭcus, *i*, m. πλευριτικός, qui laterum dolorem patitur, der ſeitenſtechen hat. Plinius 26, 7 *Pleuriticis & peripneumonicis centaurium majus, item hyſſopum bibitur.* ¶ 2. Adjective Celſus 4, 9 *Morbus* πλευριτικός.

¶ Pleurĭcus, *a, um*, aliud adject. a πλευρά, quaſi *lateralis*; ut, *Termini pleurici*, Frontin. de Colon. p. 336.

¶ Iſopleurus, *ĭſόπλευρος*, æquilaterus, gleichſeitig, item, *Polypleurus*, πολύπλευρος, multa habens latera, vielſeitig; item τετράπλευρος, vierſeitig; item, *Tripleurus*, τρίπλευρος, dreyſeitig; Mathematicorum vocabula ſunt, cum de figuris agunt vel areis. v. Mart. Capell. 6 p. 229 & 230, ubi de ejusmodi figuris agit.

PLEVRON, *ōnis*, f. Πλευρών, urbs Ætoliæ, Plin. 4, 2. Ibi Combe in avem converſa, Ovid. Met. 7, 382.

¶ Pleurōnia, *æ*, f. ipſa regio Ætoliæ, Auſon. Epitaph. 10.

¶ Pleurōnius, *a, um*, adject. ut, *Pleuronius Agmon*, Ovidius Met. 14, 494.

Plexibilis, plexus, Plias, Plica, &c. vide *Plecto*, *Pleias*, *Plico.*

PLICHAS, *ădis*, f. πλιχάς, rectius πληχάς, totum illud, quod inter inguina utriusque cruris eſt, vel ſpatium inter utrumque crus.

PLĪCO, *ui, itum*, & *avi, atum, are*, πλέκειν, in ruges vel plicas contrahere, falten, zuſammen falten. Lucret. 4, 826. Virg. Æn. 5, 279. Et Martial. 4 epigr. 83 *Tibi charta plicetur.*

¶ Plicans, *tis*, Virgil. Æneid. 5, 279 *Serpens ſe in ſua membra plicans.*

¶ Plĭcātus vel Plĭcĭtus, *a, um*, gefalten, gewickelt; ut *Numeri gradatim pliciti*, Mart. Capell. lib. 7.

¶ Plĭcātĭlis, *e*, quod plicari poteſt, faltig, das man zuſammen leat. Plin. 5, 9 *Navis plicatilis*; facta ſcil. ex corio, quam quis complicatum ſecum fert ad trajiciendos amnes. Idem 10, 29 *Vpupa criſtâ plicatili.*

¶ Plicatūra, *æ*, f. die falte, faltung Plinius 7, 51 *Plicaturas ſtragulæ veſtis* in ſignis mortis ponit.

¶ Plicatio, *ōnis*, f. idem apud Columellam eſſe dicitur.

¶ Plica, *æ*, f. die falte, vox eſt recentior, qua ægre caret ſermo.

¶ Plicator, *oris*, m. ein falteumacher, oder der da falzt, ap. Sidon.

Compoſita:

¶ Applĭco, *ui*, & *avi, itum* & *atum, are*, admovere, adjungere, recipere ſe, zufügen, hinzufehren; ut, *Applicare ſe ad arborem*, Cæſ. B. G. 6, 26. Et Ter. Andr. 5, 4, 21 *Ille egens forte applicat ad Chryſidis patrem ſe*, er hält ſich, er ſchlägt ſich zu ihm. *Applicare ſe ad amicitiam fidemque populi Romani*, Cicero Verr. 2, 1; &, *Ad alicujus familiaritatem*, Id. pro Cluent. c. 24. *Applicare alicui oſcula*, küſſen. Ovid. Faſt. 4, 851. *Applicare animum ad aliquod ſtudium*, Ter. Heaut. prol. v. 23, idem eſt quod appellere, adjicere, ſich auf etwas begeben. *Alii ſe ad philoſophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant*, Cic. Off. 1, 32. *Applicare animum ægrotum ad partem deteriorem*, Ter. Andr. 1, 2, 22. Et, *Applicare navem ad litus*, Iuſtin. 2, 4, 21, & *ad terram*, Cæſ. B. Civ. 3, 101, eſt appellere, anländen. Ovid Faſt. 1, 543 *Ecce boves illac Eritheidas applicat heros*, er treibt die kühe hin. Heinſius tamen mallet *Appulit.*

¶ Applĭcātus, & Applĭcĭtus, *a, um*, beygefügt, hinzugethan; ut, *Applicatæ naves ad terram*, Cæſ. B. C. 3, 101. *Applicatus ad ſe diligendum*, Cic. fam. 4, 13. *Vrbs colli applicata*, Liv. 33, 14; Plin. 4, 4. *Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum p. vexiguum*, es iſt angebauet, Plinius 2 epiſt. 17 § 23. *Applicito captivo cum civem ex voce cognoviſſet*, Iuſtin. 11, 15, 6. ¶ 2. Sed *applicare nexu inhærere*, pro *applicatiore*, Apul. Met. 10 p. 249. vide mox *Applex.*

¶ Applicatio, *onis*, f die zufügung; ut, *Applicatio animi*, die neigung, Cic. in Lælio c. 8. *Ius applicationis*, Idem de Orat. c. 39, i. e. jus ſuccedendi clienti peregrino, qui ſe ad nos applicaverit, ſi is ab inteſtato ſit mortuus.

¶ Applex, *ĭcis*, ut Complex, *icis.* Compar. Apul. Met. 10 p. 249 *Appliciore nexu adhærebat*, ſie hangte ſich feſt an.

¶ Circumplĭco, *are*, umwickeln. Cic. Divin. 2, 28 *Si anguem vestis circumplicaviſſet.* Prudent. Periſteph. 10, 272 *Barbam rigentem dum Iovis circumplicat.*

¶ Circumplicātus, *a, um*, umſchlungen, umwickelt. Cic. de Divin. 1, 36 *Puer circumplicatus ſerpentis amplexu.* conf. c. 24.

¶ Complico, *are*, zuſammen wickeln, falten; ut, *Complicare epiſtolam*, einen brief zuſammen legen, Cic. ad Q. fr. 3, 1, 5.

¶ Complicatus, & Complicītus, *a, um*, zuſammen gelegt, verwickelt. Metaphorice Cic. Off. 3, 19 *Animi ſui complicatam notionem evolvere*, ſein gewiſſen unterſuchen. Alia forma; *Complicitis pedibus*, Apul. 9 Met. p. 236.

¶ Complex, *ĭcis*, pl. *Complices*, anhänger, rottgeſellen, verbum poſterioris latinitatis. Iidoriis Orig. 10 litt. C, *Complex, qui uno peccato vel crimine alteri eſt applicatus ad malum.* Prudent. in Romano v. 822 *Complices ſectæ impiæ.* Et adject. Id. Hamart. v. 614 *De ſemine complicis hydri.* Sidon. 8 epiſt. 11 *Ceteris complicibus oppreſſis*, ſcil. factionis. Caſſiod. Var. 39 *Complices expiterant criminis.* ¶ 2. *Deos, qui ſunt intrinſecus atque intimis penetralibus cæli, Conſentes & Complices Etruſci ajunt & nominant*, Arnob. lib 3 p. 123.

¶ Decemplex, decemplicatus, vide ſupra *Decem.*

¶ Deplico, *are*, explicare, aufwickeln, apud Auguſtinum.

¶ Deplicatio, *onis*, f. explicatio, die aufwickelung, apud eundem.

¶ Diſplico, *are*, auseinander ſetzen. Hinc

¶ Diſplicātus, *a, um*, zerſtreuet, verirret. Varro de R. R. 3, 16 *Si quando apes diſplicatæ ſunt, cymbalis revocant in locum unum.* Sed f. leg. *diſpalatæ.*

¶ Diſplicatio, *onis*, f. die zerſtreuung. Auguſtinus.

¶ Duplex, duplicare, vide ſupra poſt *Duo.*

¶ Explico, *are*, evolvere, extendere, von einander thun, aufwickeln, ausbreiten, ausſtrecken; ut, *Pavo explicat alas*, Martial. 13 ep. 70, & *pennas*, Ovid. Amor. 2, 6, 55. Et, *Explicare ordines*, Livius 2, 46; *agmen*, Id. 30, 5; *turmas*, Lucan. 6, 9; *legiones*, Cæſ. B. Civ. 2, 25, i. e. in patentem locum vel in aciem deducere, ins feld oder in ſchlachtordnung ſtellen. *Aperte & plane aliquid explicare*, Cic. Verr. 2, 64 eſt exponere ſeu declarare, an tag geben, erklären, klar machen. *Definitione aliquid explicare*, Idem Fin. 3, 10. Et, *Rerum cauſſas explicare*, fam 5, 12. Sic Id Off 3, 2 *De duobus generibus primis tribus libris explicavit.* Id. de Off. 1, 3 *De quibus eſt nobis his libris explicandum.* ¶ 2. *Explicare* etiam dicitur, quod remotis omnibus impedimentis ad finem adducitur, vollbringen. Sic, *Explicare bellum*, Idem 1, 17, 5. *Explicare res*, Cæſ B. C. 3, 75. *Explicare conſilium*, Id B. C. 1, 78 eſt certum conſilium arripere. Ita Cicero Att. 8, 11 pr. *Levatur omnis cura, cum aut confecit conſilium, aut cogitando nihil explicatur*, wenn man ſich entweder reſolvirt hat, oder gefunden, daß nichts zu erſinnen. Cicero pro Flacco 4 *Laborant* Græci teſtes, *quemadmodum ſe explicent dicendo*, ſich los oder herauswaſchen. *Explicare annonam, pecuniam*, apud ICtos eſt curare, ut præſto ſit & expedita, getreide, geld ſchaffen. Suet. Domit. 12 *Neque eo ſcitius in explicandis oneribus omnibus hæreret. Onera* ſunt ſumptus & impenſæ, quæ faciendæ neceſſario: in iis itaque explicandis hærebat Domitianus, hoc eſt, expedire ſe non poterat, cum multum ſemper deeſſet ad conficiendam ſummam per prodigalitatem exhauſto. Sic *explicari* dicuntur, qui liberantur ex periculo. *Legatos, quo minus violarent ir, fuga explicuit*, Liv. Epit. l. 48. Id. ibid. 49 *Cum neglectos ab una parte muros duo tribuni cum cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis graviter caderentur, a Scipione explicati ſunt*, es iſt ihnen luft gemacht worden. Sic *Explicari morbo* dicuntur, qui liberantur. vide *explicatur.*

¶ Explĭcit, in finibus librorum, præſertim manu ſcriptorum, frequens vox, quibus ſubnotarum eſt: *Explicit liber &c. Explicit feliciter*, aut ſimili modo: quibus ſignificatur, finiri librum & abſolutum eſſe. *Explicit liber ſecundus &c. incipit tertius.* Videtur autem decurtatum eſſe ab *explicitus* vel *explicitum.* Sic enim Martialis 14 epigr. 1 extr. *Ne pauca explicitum eſt omne duobus opus.* Et obſervat Car. du Freſne in Gloſſar. elegantioris notæ codices adſcriptum ferre: *Explicitus eſt liber &c.* Qua notione Orolius extremo lib. 7 etiam active dixit: *Explicui, adjuvante Chriſto, &c.* Non autem nova eſt, aut barbaris demum ſeculis nata dictio, ſed Hieronymus quoque (ſi ſalva lectio eſt) epiſt. 138 ad Marcellam commemoravit: *Solemus*, inquit, *completis opuſculis, ad diſtinctionem rei alterius ſequentis, medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid iſtiusmodi.*

¶ Explicātus & Explicĭtus, *a, um*, klar, deutlich, erläutert ausgewickelt. Plaud. Pſeud. 4, 1, 18 *Habe animum bonum, pulchre ego hanc explicatam tibi rem dabo.* Cicero pro Plancio c. 2 *Facilis & explicata cauſſa*, eine richtige ſache. Id. Acad. 1, 2 *Philoſophia diligenti ipſe me Græcis litteris explicata.* Sic, *Ex morbo explicatus*, idem eſt ac convaleſcens, ein geneſender. Sen. de Tranqu. an. c. 2 *Admoneor exemplo eorum, qui e longa & gravi valetudine explicati, mutationibus levibusque interim offenſis perſtringuntur.* Ulpian. l. 1 ff. ad Senatus conſ. Trebell. *Tractatus explicitus*, i. e. abſolutus, vollendet vollzogen. Cæſ. B. C. 3, 75 *His explicitis rebus, duas in caſtris legiones reliquit.* Compar. Idem Cæſ. B. C. 1, 78 *Ex propoſitis conſiliis duobus explicitis videbatur Herculem reverti*: i. e. facilius, expeditius, minore cum difficultate ac periculo conjunctum.

¶ Explicate, ſeu Explicīte, adverb. clare, aperte, klar, ausdrücklich; ut, *Explicate dicere*, Cic. de Orat. 3, 14.

¶ Explicatus, *ūs*, f. ſubſt. die ausſtreckung, item, die erklärung. Plinius 8, 42 de equis: *Mollis alterno crurum explicatu glomerativo*, ein ſanfter ſchritt. Cicero N. D. 3, 39 *Quam difficiles explicatus haberet.*

¶ Explicatio, *ōnis*, f. idem. Cic. Divin. 1, 56 *Eſt quaſi rudentis explicatio*, des ſeils auf- oder abwindung. Idem declaratio; ut, *Explicatio fabularum*, Cicero N. D. 3, 24; & *Rerum facilis explicatio*, Id. Phil. 7, 1.

¶ Explicator, *ōris*, m. ein ausleger; ut, *Prudens rerum explicator*, Cic. de Invent. 2, 2

¶ Explicatrix, *īcis*, f. ut, *Explicatrix vis dicendi*, Idem Cicero Acad. 1, 8.

¶ Explicābĭlis, *e*, ſo ſich zu erklären, daraus man ſich finden kan; ut, *Explicabilis meretrix*, Plin. 4, 13.

¶ Explicabĭliter, adverb. deutlich. Diomedes 1 p. 401 & adject. *Explicabilis*: & inde derivatum adverb. *Explicabiliter* commendat.

¶ Inexplicābilis, *e*, ſehr ſchwer, verwirrt, unauflöslich; ut, *Error inexplicabilis*, Plinius 36, 13. *Lapides inexplicabiles*, Quintil. 5, 12, daraus ſich nicht zu wickeln iſt. *Inexplicabiles continuis imbribus viæ*, Livius 40, 33, tiefer weg. *Res ſunt inexplicabiles*, Cicero Att. 10, 2, id eſt, difficiles, quemadmodum ad eumdem 8, 3 *O rem difficilem*, inquit, *& inexplicabilem!* daraus man ſich nicht helfen kan. Idem Tuſc. 1, 30 *Fraudes inexplicabiles concipere*: al. melius *inexpiabiles*, & ſic Gronov.

¶ Inexplicābĭliter, adv. unauflöslich. Apul. 2 Mileſ. p. 115 *Cætera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia*, hoc eſt, tam apte congruentia, ut explicari & verbis exprimi non poſſit. Et Auguſtin. epiſt. 255 *Inexplicabiliter implicare.*

¶ Inexplicatus & Inexplĭcītus, *a, um*, unerklärt, unerläutert, verwirrt. Arnob. lib 7 *Inexplicatum quid atque intactum transcurrere.* Statius Theb. 2, 511 *Diſſo inexplicitis.* Martial 9 epigr 48 *Inexplicitos Platonas* dixit intricatos philetophos. Et Prudent Cathem. 3, 153 *Tractatus anguis inexplicitis viribus inerme piger revomit.*

¶ Perexplicĭtus, *a, um*, ganz erklärt. Sidon. in Carm. *Iam ſexto reditu perexplicito.*

¶ Subexplico, *are*, ein wenig aus einander ſetzen. Arnobius 7 p. 251 *Æſculapius repſit, ut coluber, non pedibus ſe ferens, neque ſuas ſubexplicans itiones, ſed ventre nixus ac pectore.*

¶ Implico, *are*, involvere, einwickeln, verwickeln, verwirren. Seneca epiſt 22 *Quod male implicuiſti, ſolvas potius, quam abrumpas.* Sic, *Multis moleſtiis & negotiis implicari*, Cicero Nat. D. 1, 20; &, *Occupationibus*, ibidem c. 19. *Implicari morbo*, krank werden, Livius 1, 31. v. loca a Drakenb. ad 7, 23 collecta. *Implicari in morbum*, Nepos dixit: vide *Implicitus.* Contra, *explicari morbo*, eſt liberari morbo, ſeu convaleſcere. vide paullo ante locum Senecæ in *Explicatus.*

¶ Implicātus & Implicĭtus, *a, um*, verknüpfft, verwickelt, verworren. Cicero fam. 6, 12 *Omnes Cæſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos conſuetudine & benevolentia.* Nepos 10, 1, 1 *Dion tyrannide implicatus.* v. Voſſ. de A. Gramm. 5, 20. Nepos 4, 4, 6 *Si tantis implicitum rebus ſubleviſſet.* Idem 5, 3, 4, & 17, 8, 6 *In morbum implicitus* conf. Liv. 23, 34. Sed & Idem Livius 5, 31; & 7, 23 habet *morbo implicitus*; nec non Lucret. 6, 1230. Horat. Art. Poët. v. 423 *Litibus implicitam eripere* Comp. Ammian. 26, 6 extr. *Implicatior ad loquendum diu tacitus ſtetit.* Superl. Gellius 6, 2 extr. *Obſcuriſſima & implicatiſſima quæſtio.* Et Auguſtinus Confeſſ. lib. 2 extr. *Implicatiſſima nodoſitas.*

¶ Implicate, ſeu Implicĭte, adverb. verſteckt, verdeckt. Cicero de Invent. 2, 2 *Non implicite & abſcondite, ſed patentius & expeditius.*

¶ Implicatio, *ōnis*, f. die verwirrung, verwickelung. Cic. N. D. 2, 55 *Implicatio rerum in tuto corpore.* ¶ 2. *Implicatio rei familiaris* eidem Cicero pro Sext. c. 26 dicitur de iis, qui ære alieno ſunt oppreſſi.

¶ Implicatrix, *īcis*, f. in Gloſſis Cyrilli ἐμπλέκτρια vertitur.

¶ Implicatūra, *æ*, f. die einwickelung. Sidon 9 epiſt. 9 *Vernaculis implicaturis in vetia ſua præcipites implagabuntur.*

¶ Implicĭtor, *ĭri*, idem ac *Implicari*, Plaut Amph 2, 2, 97 *Ubi primum tibi ſenſiſti impliciſcier?* ſcil. *atram bilem?* wenn biſt du ſo melancholiſch worden?

¶ Implicito, *are*, frequentat. pro *implicare*, quod habent optimæ editiones Plinii jun 9 ep. 33 inter alia de Delphino: *Varios orbes implicitat expeditque*, er ſchwinget ſich im kreis herum und wieder zurück.

¶ Interplico, *are*, mit unterflechten einflechten. Stat. Theb. 2, 282 *Raptumque interplicat atro Tiſiphonem de crine ducem.* Et Theb 4, 218 *Albaque puniceis interplicat faſcia criſtis.*

¶ Multĭplex, multiplicare, vide ſupra in *Multus.*

¶ Perplicatus, *a, um*, verworren, verwirret. Lucret. 2, 394 de Elementis per Tmeſin: *Hamatis inter ſe perque plicati*, perplexis.

¶ Quadruplex, Quincuplex, quinquiplico, &c. vide *Quatuor, Quinque.*

¶ Replĭco, *are*, rurſus plicare, wieder falten, zurück wickeln. Cato R. R. c. 21. *Feramenta laminis circumplectitur, replicato laminas &c.* Plin. 17, 14 *Cortex replicatur in rugas.* conf. id. 8, 27. ¶ 2. Eſt reflectere, zurück wenden. Sen. Benef. 1, 4 *Chryſippi acumen nimis tenue retundimur, & in ſe ſæpe replicatur.* ¶ 3. Item metaphorice *repetere*, wiederholen. Cicero pro Sylla c. 9 *Ut ne replices annalium memoriam tuos.* Id Leg. 3, 14 *Si velis replicare memoriam temporum. Hæc ridenti mecum replicans*, erwegend, Apulej. Metamor. 3 p. 129.

¶ Replicātus, *a, um*, zurückgebogen, umgewandt; ut, *Replicata cervix*, Plin. 34, 8. *Replicatum intus*, Idem 9, 33.

¶ Replĭctus, *a, um*, poëtice pro *Replicitus*, umgekehrt: apud Statium 4 Silv. 9, 29 *Replicta bulla rotat tantos.*

¶ Replicātio, *onis*, f. die umwendung. Cicero Nat. D. 1, 13 de Ariſtotele: *Mundum ipſum Deum dicit eſſe; modo quendam alium prope manu, cujus eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat.*

Simplex, ſimplicitas; & Supplico, cum derivatis ſupplex, ſupplicium, &c. item Triplex vide infra in littera *S*; & in *Tres.*

PLIGORIVS, *a, um*, i. e. prolixior, longior; apud Innocent. de Cæſ. p. 224 *Per pligorias lineas.*

PLĪNIVS, *i*, m. Secundus Veronenſis, Veſpaſiani Imp. fuit temporibus: vir acri ingenio, ſtudio incredibili, vigilantia ſumma. Habemus ejus de Hiſtoria mundi, ſeu naturalis hiſtoriæ libros 37: opus quemadmodum Plinius junior recte cenſuit, *diffuſum, eruditum, nec minus varium quam ipſa natura.* Idem & Hiſtorias Civiles ſcripſit. V. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 29. Perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Idem nullum dicere ſolebat librum usque adeo eſſe malum,

malum, ut non aliqua parte prodeſſet. Periit ſuffocatus fumo ex Veſuvio, cum ad ejus incendii explorandas cauſſas propius acceſſiſſet. Vide omnino Plinium Iuniorem 3 epiſt. 5; & 6 epiſt. 16, in quibus omnis vitæ ejus & ſtudiorum exponitur ratio. ¶ 2. Alter *Plinius junior*, Novocomenſis, ex ſorore majoris natus, & ab avunculo in nomen & cætera jura adoptatus. Eloquentia, virtute & ſanctitate vitæ ac morum aut maximus ipſe, aut inter maximos ſeculi ſui viros. Floruit ſub Trajano, cui & Panegyricum ſcripſit: ubi tamen plane abuſus panegyrici nomine videtur, judicio Voſſii 1 Inſtit. Orat. p. 44, qui alibi etiam, nempe lib. 3 p. 409, quo ordine ea oratio ſcripta, & quando habita, indicat. Legimus ejus epiſtolarum libros: veriſſimum Atticæ eloquentiæ exemplum. Ex quibus vita ejus & mores diſci poſſunt. Vitam illius per COSS. accurate deſcriptam dedit Io. Maſſonus. ¶ 3. Male hos confundit Hieronymus Chronico Euſebiano numero 2125, & ex duobus Pliniis unum nobis, quantum in ſe fuit, concinnavit. Id quod dignum animadverſione ſua exiſtimavit Scaliger.

¶ Pliniānus, *a, um*, adject. ut, *Pliniana ceraſa*, Plin. 15, 25.

PLINTHVS, *i*, f. πλίνθος, laterem ſignificat, ein mauer-ziegel. Vitruv. 3, 3 *Craſſitudo cum plintho ſit columnæ &c.* Ergo contectæ plinthis columnæ, verkleidet. Adde Hygin. Gœſ. p. 205 & p. 210.

¶ Plinthis, *ĭdis*, f. plinthi baſis, ut Philander explicat ad Vitruvium 3, 2 *Spirarum plinthides æque magnæ ſint &c.* conf. Vitruv. 10, 15; & Baldi Lex. Vitruv. p. 88, & Turnèb. Adverſ. 2, 4; & 29, 13. Vulgo *Plinthides* ſunt ipſi laterculi quadrati, ziegelſteine.

¶ Plinthium, *i*, n. πλινθεῖον, proprie ſiglina laterum; officina, in qua lateres finguntur, die ziegelhütte. Vitruvius autem 9, 9 *Plinthion* latine *lacunar* reddidit. vide Autores modo citatos.

¶ Plinthigonatus, *a, um*, eckicht wie ein mauer-ziegel. Vitruv. 10, 17.

¶ Diplinthius, *a, um*, conſtans duorum laterum ordine, zwey ziegel dicke; ut, *Paries diplinthius*, Vitruv. 2, 9. Sic

¶ Triplinthius, *a, um*, drey ziegel ſtarck, ibid. conf. Baldi Lex. p. 40.

PLISTHĔNES, *is*, m. Πλισθένης, Pelopis filius, pater Agamemnonis & Menelai, qui cum juvenis deceſſiſſet, filii illius apud Atreum educati. ¶ 2. Filius Thyeſtæ, epulandus patri ab Atreo patruo appoſitus, de quo Seneca Thyeſt. v. 724. conf. infra *Thyeſtes*. ¶ 3. *Pliſthenes* impudicus a poëtis dicitur. vid. Quintil. 3, 7. Sed recte poſt alios Burmannus ad h. l. oſtendit *Cliſthenem* legendum eſſe, quem vide p. 269.

¶ Pliſthenius, *a, um*, adject. ut, *Pliſthenius vir*, i. e. Agamemnon, apud Ovid. Remed. amor. v. 778.

PLISTŌBŌLINDA, *æ*, f. πλειστοβόλινδα, aleæ ſpecies, quæ non teſſerarum modo, ſed & aſtragalorum eſt, de majoris numeri jactu, das würfelſpiel. vid. Pollux 7, 33, 10; & 9, 7.

PLISTŌLŌCHIA, *æ*, f. πλειστολοχία, herba ex malvarum genere, paſtinack. Plinius 20, 4. Harduinus legit *Piſtolochia*. conf. 25, 8 & 11.

PLITOLYCIA, *æ*, f. malvæ ſpecies, quæ & *Ariſtalthæa*, Plinius 20, 21.

PLŎCĂMOS ISĬDIS, πλόκαμος ἴσιδος, i. e. Iſidis capillus, frutex eſt mari naſcens, Plin. 13, 25.

PLŎCE, *es*, f. πλοκή, frequentior vocum repetitio, Quintil. 3, 9; & Mart. Capell. lib. 5 p. 174. ¶ 2. *Ploce* in modulando eſt, cum diverſa ſociamus. v. Mart. Capella 9 p. 323.

¶ Symplŏce, *es*, f. συμπλοκή, connexio, ſi quis ſæpe ab una voce incipit, & ſæpe in unam deſinit: e. g. *Quis legem tulit? Rullus. Quis decemviros creavit? Rullus.* v. Mart. Capella 5 p. 175.

Plodo, unde Applodo, Diſplodo, &c. vide ſupra *Plaudo*.

PLŌRO, *avi, atum, are*, plus videtur eſſe, quam lacrymari, weinen, heulen. Quintil. 6, 1 *Date puero panem, ne ploret.* Plorare jubebant, quibus male cupiebant, quosque miſeros eſſe volebant. Horat. 1 ſat. 10, 90. *Demetri, teque, Tigelli, Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras.* Et 2 ſat. 5, 68 *Invenietque Nil ſibi legatum, præter plorare, ſuisque.* Loquendi hanc formam a Græcis ſumtam οἰμώζειν κελεύειν, Lambinus Torrentiusque oſtendunt.

¶ Plorans, tis. Plaut. Pœn. 1, 2, 164 *Iam ego faciam plorantem illum.* Petron. c. 108 *Spongia uda facies plorantis deterſa eſt.*

¶ Plorātus, *a, um*, beweinet; ut, *Veneri ploratus Adonis*, Ovid. Art. am. 1, 75. *Plorata domus*, Stat. 1 Silv. 3, 164.

¶ Ploratus, *ūs*, m. ſubſt. fletus, das weinen, das geheule; ut, *Edere ploratum*, Cic. Tuſc. 2, 8. Et pluraliter Livius 29, 17 *Omnia paſſim mulierum puerorumque ploratibus ſonant.* Et Lucret. 2, 579 *Quæ non audierit miſtos vagitibus ægris Ploratus.*

¶ Plōrātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Convallis plorationis*, Auguſtinus de Sanctis Serm. 17, 2.

¶ Plorātor, *ōris*, m. ein greiner, flenner. Martial. 14 epigr. 54 *Si quis plorator collo tibi vernula pendet.*

¶ Plorābilis, *e*, jammernd, kläglich. Perſ. 1, 34 *Vatum & plorabile ſi quid Eliquat.* Claud. in Eutrop. 1, 261 *Verbisque ſonat plorabile quiddam.*

¶ Plorabundus, *a, um*, weinend. Plaut. Aul. 2, 4, 38 ex vulgata lectione, quam Pareus retinet: *Plorabundus devenit.*

Compoſita:

¶ Applōro, *are*, für einem weinen. Horat. epod. 11, 17 *Nil valere candidum Pauperis ingenium; Querebar applorans tibi.*

¶ Complōro, *are*, beweinen; ut, *Complorare mortem*, Cic. pro Domo c. 37. Imperf. *Complorabatur publice eſt*, Flor. 2, 15, 8.

¶ Complorātus, *a, um*, beweinet; ut, *Complorati omnibus pariter vivis mortuisque*, Liv. 5, 39.

¶ Complorātus, *ūs*, m. ſubſt. die beweinung; ut, *Comploratus familiarum*, Liv. 22, 55. *Iuſto complorato proſequi mortuos*, Id. 25, 26.

¶ Complorātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Comploratio mulierum*, Liv. 3, 47. Id. 2, 2, 4 *Fletus & complorationis ſui patriæque fregere virum.* Id. 1, 41 *Complorationis orta.* Iuſtin. 11, 9, 13 *Complorationem ediderunt.*

¶ Deplōro, *are*, deflere, conqueri, beweinen, beklagen; ut, *Calamitates publicas deplorare*, Cic. Phil. 11, 2. Et, *Dolenter, dolentius deplorare*, Idem pro Sextio c. 6. Et, *Deplorare de ſuis miſeriis apud aliquem*, Idem Verr. 2, 4. Liv. 3, 38 *Deploratur in perpetuum libertas.*

¶ Deplōrans, *tis*. Cic. Tuſc. 2, 13 *Lamentabili voce deplorans.*

¶ Deplorātus, *a, um*, cui ultimus luctus perſolutus eſt, beweint, beklagt. Liv. 5, 40 *Deplorati equites non privato magis quam publico luctu.* ¶ 2. *Deploratus* deſperatus dicitur, cuique nullo remedio ſuccurri poteſt, bey dem alle hülfe und hoffnung aus iſt, um den es geſchehen. Sic, *Deploratus phthiſicus*, Plin. 28, 17. *Ulcera deplorata*, Idem 26, 14. Et Liv. 5, 40 *Suam quisque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, exſequentes.* Ovid. lib. 1 Metam. v. 272 *Sternuntur ſegetes, & deplorata coloni Vota jacent.* Conf. lib. 1, 481.

¶ Deplōrātio, *ōnis*, f. die beweinung. Tertull. Apol. c. 1 *Quid hoc mali eſt, quod naturalia mali non habet, timorem, pudorem, tergiverſationem, pœnitentiam, deplorationem?* Sen. ad Marc. c. 9 *Unde tanta rebis pertinacia in deploratione noſtri?* Id. epiſt. 74 *Ex hac deploratione naſcitur, ut ingrati divinorum interpretes ſimus.*

¶ Deplōrābundus, *a, um*, weinend. Plaut. Aul. 2, 4, 38 *Homo ad prætorem deplorabundus venit:* Ita cum Nonio 10, 37 Taubmann. edidit & Gron.

¶ Indeplōrātus, *a, um*, unbetrauret, unbeweinet. Ovid. Trist. 3, 3, 46 *Sine honore ſepulchri Indeploratum barbara terra tegit.* Et Met. 11, 670 *Nec me Indeploratum ſub inania Tartara mitte.*

¶ Endoplōro, *are*, implorare, *quod eſt cum queſtione inclamare: implorare namque eſt cum fletu rogare, quod eſt proprie vapulantis*, Feſtus, anflehen.

¶ Exploro, *are*, quod compoſitum a ſimplicis ſignificationibus diſcedit. Eſt enim callide inquirere & obſervare, erforſchen, erkundigen; ut, *Explorare alicujus animum*, Ovid. de Arte am. 1, 456; *mentem*, Silius 5, 60; *conſilium*, Hirtius B. Gall. 8, 18, auskundſchafften, was einer gedenket, ꝛc. Liv. 35, 22 *Etſi per legatos idemtidem omnia explorabantur.* Nep. Hannib. 2 *De alicujus voluntate explorare.* Plura exempla Menck. in Obſerv. congeſſit.

¶ Explorans, *tis*. Liv. 37, 28 *Ex propinquo explorans, quid hoſtes agerent.*

¶ Exploranter, adverb. kundſchaftlich. Ammian. 16, 5 *Exploranter reip. munera curabat.* al. *explorate.*

¶ Exploratus, *a, um*, certus, ausgekundſchafftet, erforſcht; ut, *Exploratum eſt mihi*, Cic. fam. 2, 16. *A quo mihi exploratum eſt, nihil eum feciſſe*, Idem fam. 5, 20. Et, *Exploratum habeo*, Idem de Nat. D. 1, 19, ich bin des gewiß und verſichert. *Perſpecta, & explorata perſcribere*, Idem ad Attic. 2, 15 extr. *Exploratiora videbuntur*, Cic. 16 ad Attic. epiſt. 4 extr. *Exploratior ſecuritas*, Gell. 1, 11 extr. *Exploratiſſima victoria*, Vellej. 2, 84, 1. Et Cic. ad Quir. poſt redit. c. 6 *Cum mihi eſſet exploratiſſimum.*

¶ Explōrate, & Explorato, adverb. certo, verſichert, gewiß, richtig. Cic. ad Quint. fratr. 2, 14 *Hæc ita ſentio, judico, & ad te explorate ſcribo.* Idem de Nat. D. 1, 1 *Explorate perceptum eſſe.* Liv. 23, 43 *Explorato cum firmisque præſidiis tuto receptu prædatum ierat.* Compar. Ammian. 8, 15 *Miſſus ego, exploratius noſcendi gratia, quæ gerebantur.* Id. 26, 6 *Exploratius indagare.* Sed & Cic. fam. 6, 1, 16 *Exploratius poſſem pronuntiare.*

¶ Exploratio, *ōnis*, f. die erkundigung, forſchung. Macrob. Sat. 2, 2 *Adulterii exploratio.* Colum. 3, 9 *Exploratio ſurculi.*

¶ Explōrātor, *ōris*, m. ein kundſchafter, ausforſcher. Cæſ. B. G. 1, 12 *Per exploratores certior factus eſt.* conf. ibid. 2, 17, 1; & Curt. 3, 13, 2. Sil. 16, 80 *Prænuntius affert Explorator eques.*

¶ Exploratrix, *īcis*, f. Auguſtin.

¶ Explōratorius, *a, um*, zum ausforſchen, kundſchaffen dienlich. Suet. Calig. c. 45 *Coronas diſtinctas ſolis ac lunæ ſiderumque ſpecie exploratorias appellavit.*

¶ Inexploratus, *a, um*, unerforſchet, unerkundigt; ut, *Inexplorata ſtagni vada*, Liv. 26, 48. *Inexplorata inventionis res*, Plin. 35, 6.

¶ Inexplorate, & Inexplorato, adverb. ohne kundſchafft, ungewiß. Gell. 5, 19 *Non temere nec inexplorate.* Liv. 21, 25 *Silvæ circa viam erant, plerisque incultis. Ibi inexplorato profectus, in inſidias præcipitatus, &c.* Idem 22, 4 *Inexplorato anguſtiis ſuperatis.*

¶ Implōro, *are*, eſt appellare & obteſtari, flehlich anrufen, anflehen. Feſtus: *Implorare* eſt *inclamare, ad auxilium invocare*; Idem, ubi *Endoplorato* antique idem eſt ac *implorato*, addit: *Implorare eſt cum fletu rogare, quod eſt proprie vapulantis.* Servius ad Virg. Æn. 10, 19 *Implorare eſt auxilium cum miſeratione depoſcere.* Ovid. Her. 12, 195 *Non ego te imploro contra taurosque virosque.* Sic *Implorare milites*, Liv. 29, 9. Ter. Adelph. 3, 4, 43 *Illæc fidem nunc veſtram implorat Demea.* Sic, *Implorare auxilium alicujus*, Cic. pro Rabir. perd. c. 3; & *ab aliquo*, Cæſ. B. Gall. 1, 31, bey einem hülfe ſuchen. *Implorare Deos immortales*, Cic. Cat. 2, 13.

¶ Implorans, *tis*. Hirt. B. Afric. c. 26 *Se in miſeriis ſuamque fidem implorantibus auxilio eſſe non poſſe.* conf. Liv. 37, 26.

¶ Implōrātus, *a, um*, angerufen, angeſchrieben. Sic, *Imploratus in auxilium*, Iuſtin. 23, 3, 1. *Imploratus ad alicujus rei auxilium*, Idem 22, 1, 3. Et, *Contra aliquem imploratus*, Idem 4, 3, 1. *Imploratos auxilium adverſus Philippum tuliſſe opem.* Liv. 34, 23. Sic Catullus carm. 69, 65 *Iam prece Pollucis, jam Caſtoris implorata.*

¶ Imploratio, *ōnis*, f. die anrufung; ut, *Omnium deorum & hominum imploratio*, Cic. de Orat. 2, 47.

¶ Implorabĭlis, *e*, qui implorari poteſt, den man anrufen kan. Val. Flacc. 1, 573 *Lumen miſeris olim implorabile nautis*, ſcil. *lumen* ſeu ſtella in fronte Caſtoris & Pollucis, quæ ſunt gemina Ledæ ſidera.

¶ Opplōro, *are*, entgegen weinen; ut, *Vos auribus meis opplorare non deſinitis*, die ohren voll zu weinen, Auctor ad Herennium 4, 52.

Ploſor, Ploſtellum, ploſtrum, vide *Plaudo, Plauſtrum.*

PLŌTÆ, *arum*, f. duæ inſulæ maris Ionii, quæ & Strophades Plinio 4, 12.

PLŌTĪNVS, *i*, m. Πλοτῖνος, e Platonica familia philoſophus fuit, celebratus a doctis, ut alter Plato. Scripſit de Rebus philoſophicis libros 54 in Enneades ſex diſtributos, quos latine interpretatus eſt Marſilius Ficinus. Luculentum ejus encomium apud Firmicum legere eſt Matheſeos 1, 3. Conf. Fabric. in Biblioth. Græca, Brucker. in Hiſt. Philoſ.

¶ Plōtī-

¶ Plōtīna, *æ*, f. Trajani Cæsaris uxor, ſanctitate, probitate, & omnibus, quæ in muliebrem ſexum cadunt, virtutibus celebrata. Hujus favore Adrianus adoptatus eſt, qui poſtea in defunctæ honorem templum, palatium & amphitheatrum Nemauſi exſtruxit. vid. Dion. & Spartianus in Adriano.

¶ Plōtianus, *a*, *um*, & Plotius, *a*, *um*, adj. ut, *Plotiana bona*, Cic. fam. 13, 8. *Plotia lex*, qua peregrinis acceſſus in civitatem Romanam permiſſus, Cic. fam. 8, 8; & ad Att. 1, 18; & pro Milon. c. 13.

PLŌTIVS, *i*, m. Gallus fuit, quem inſignem dicendi præceptorem Quintilianus vocat 2, 4 extr. Et a quo Cicero ſe litteras latinas una cum fratre Quinto edoctum teſtatur, in libris de Oratore. ¶ 2. *Plotius Criſpinus*, poëta, Aretalogus cognominatus, quod garrula ſcriberet carmina. Meminit ejus Horat. 1 ſat. 1, 120. ¶ 3. *Plotius Tucca*, de quo etiam Horat. 1 ſat. 5, 40; & ſat. 10, 81. Taceo plures hujus nominis.

PLŌTVS, *i*, m. idem qui *Plautus*. vide Plautus. *Ploti appellantur, qui ſunt planis pedibus, &c.* Paulus ex Feſto.

¶ Semiplōtus, *a*, *um*, i. e. brevis, ſchmahl, affertur ex Catull. 5, 2 *Semiplotæ crura*, i. e. brevia, obeſiuſcula. Sed poſt Scaligerum legitur *ſimilauta*.

¶ Semiplotia, *orum*, n. pl. Latinis ſoleæ dimidiatæ, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent, halbſtiefel, vide Feſt. l. c. & Turneb. Adverſ. 19, 19.

PLOXĔMVM, *i*, n. capſum in ciſio Feſtus interpretatur, ein wagenkaſten, magazin. Catullus carm. 96, 6 *Gingivas ploxemi habet veteris*. vid. omnino interpretes ad Quintil. 1, 5 p. 53. Burm.

PLŬMA, *æ*, f. mollior penna, eine feder. vide *Penna*. Eſt ab hoc vocabulo germanicum, eine pflaumfeder, penna ſcilicet mollior cuti proxima. Cicero de Fin. 3, 5 *Verſicolores plumæ columbis ad ornatum ſunt*. Idem Attic. 8, 15 *Moveri facilius plumâ, aut folio*. Horatius 4 ode 10, 2 ad Ligurinum puerum tumentem atque ſuperbum formæ dotibus, ſeque jam ſenem, faſtidientem ſcribit: *Inſperata tuæ cum veniet pluma ſuperbiæ, Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ; &c.* Hic *inſperata pluma* non prima lanugo, quod quibusdam videtur, ſed canities eſt, ſive ſenectus, quo & ſequens verſus, & duo qui hunc excipiunt, referendi ſunt: wenn dir federn wachſen, die du dir itzt nicht einbildeſt. Poſſis forte etiam ita interpretari: Cum *ſuperbiæ tuæ*, i. e. muneribus, quibus jam ſuperbis, *pluma veniet*, qua avolet nimirum. Plaut. Men. 3, 2, 22 *Quid ais, homo Levior quam pluma, peſſime & nequiſſime*. Idem Moſt. 2, 1, 60 *Pluma haud intereſt. Levior pluma gratia*, Id. Pœn. 3, 6, 17. Cicero Att. 8, 15 p. 816 *Conſules pluma aut folio facilius moventur*.

¶ Plūmŭla, *æ*, f. dimin. Colum. 8, 5 *Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ*. Et Apul. Florid. 2 p. 348 *Color piſtacio viridis, & intimis plumulis*.

¶ Plūmeus, *a*, *um*, federicht, gefiedert; ut, *Plumea culcitra*, ein küſſen voll federn, Cicero Tuſc. 3, 19. *Plumeus apex*, Plin. 10, 2. *Plumea turba*, i. e. aves, Iuvencus in Matth. c. 13 *Plumea cutis*, Apul. Met. 3 p. 138. *Torus eſt plumeus*, ein feder-bette, Ovid. Met. 11, 610.

¶ Plumōſus, *a*, *um*, idem; ut, *Plumoſa pectora*, Auctor eleg. de Druſi morte ad Liviam v. 109. *Plumoſum aucupium*, Propert. 4, 2, 34.

¶ Plūmo, *āre*, plumas emittere, federn gewinnen, flücke werden. Gell. 2, 29 *Pullis jamjam plumantibus*. Et Apulejo 3 de Aſino p. 138 active, *plumare*, eſt plumis veſtire: *Fotis*, inquit, *indicat, dominam ſuam nocte proxima in avem ſeſe plumaturam*. ¶ 2. Eſt ποικίλλειν, variegare, pingere, ſticken. *Plumas* enim veteres vocabant notas ex auro vel purpura rotundas, quibus veſtes in modum plumarum intertexebantur & pingebantur. Vopiſc. in Carino c. 20 *Tunicæ plumandi difficultate pernobiles*, mühſam geſtickte kleider. vide ad h. l. Salmaſ.

¶ Plumātus, *a*, *um*, plumis veſtitus, flücke, gefidert, voll federn. Cicero in Arat. v. 221 & de N. D. 2, 44 *Nitens plumato corpore corvus*. Apul. Met. 2 *Aves plumatæ*. Et Plin. 8, 32 *Molli plumata lanugine*: De cervorum cornibus recentibus, mit einer gelinden wolle überzogen. ¶ 2. *Plumatus*, eſt pictus & variegatus plumis; hoc eſt, notis, ſignis aut clavis aureis purpureisve, ad inſtar plumarum, vel plumis ipſis, geſtickt. Nam ex his plumis quoque diverſorum colorum texebantur luxurioſæ & delicatæ veſtes. Prudentius Hamartig. v. 294 *Hunc videas laſcivas præpete curſu Venantem tunicas, avium quoque verſicolorum Indumenta novis texentem plumea telis: &c.* Perperam eruditi locum Senecæ huc trahunt epiſt. 91 *Non avium plumæ in uſum veſtis conſeruntur?* Non enim ibi de elaboratis arte & delicatis veſtibus philoſophus loquitur, ſed quæ tegendo corpori factæ temere & velut ſponte oblatæ. De altero genere Laberius apud Petronium c. 55 *Plumato amictus aureo Babylonico. Babylonicum*, eſt veſtis Babylonica, ſive quales Babylonii conficere ſolent. *Plumatum* dixit, quia pictum & variegatum: *aureum* vero ut genus picturæ deſignaret: auro enim diſtincta veſtis erat, *Pars auro Plumata erat*, Lucanus dixit 10, 125. v. Turneb. Adverſ. 11, 25, præcipue vero Salmaſium ad Carinum Vopiſci p. 507 & ſeqq.

¶ Plumālis, *e*, adj. idem. Vet. Poëta in Error. Venereis p. m. 116 de Leda: *Plumalem de Iove fecit avem*, ſcil. cygnum.

¶ Plūmātilis, *e*, idem quod *plumatus*, vel plumarum colorem referens, geſtickt, oder das ausſiehet wie bunte federn; ut, *Plumatile veſtimentum*, Plaut. Epid. 2, 2, 49. conf. Nonius 14, 22.

¶ Plumatium, ſive Plumacium, *i*, n. lectus plumis effultus, ein feder-bette. Ambroſ. epiſt. 27 extr. ad Valentin. *Ne ſine veſte, ſine plumatio paterentur extrudi ſenem*. Gloſſæ gr. lat. πλουμάκιον, *plumatium*.

¶ Plūmārius, *i*, m. ſubſt. qui plumatas veſtes conficit, ein federſchmücker, ſeidenſticker. Varro ap. Nonium 2, 716 *Nulla, quæ non didicit pingere, poteſt judicare, quid ſit bene pictum a plumario*. Vitruv. 6, 7 *Plumariorum textrinæ pictorumque officinæ*. vide Baldi Lex. Vitruv. p. 88. Sed aliter Gloſſ. Vet. *Plumarius*, πτιλοβάφος. Sed ibi legendum ψιλοβάφος: ψιλὴ genus tapetis eſt. Vide Salmaſ. laudato loco.

¶ Plumarius, *a*, *um*, adject. geſtickt; ut, *Opus plumarium: ars plumaria*, apud B. Hieronym. 1 epiſt. 44 ſub fin. *Nam & in Exodo cæterisque locis, ubi deſcribuntur plumaria arte contexta &c.* Vid. Barth. ad Statii Silvas p. 58.

¶ Plumeſco, *ĕre*, idem quod *Plumare*; ut, *Pullus plumeſcit*, es wird flück. Plin. 10, 53. Onomaſt. Vet. *Plumeſco*, πτεροῦμαι.

¶ Plūmĭger, *a*, *um*, das federn hat; ut, *Anſeres plumigeri*, Plinius 10, 22.

¶ Plumĭpes, *ĕdis*, das federn an füſſen hat. Catull. carm. 56 ad Camerium v. 27 *Plumipedes volatilesque*.

¶ Deplumo, *āre*, plumas detrahere, die federn ausziehen, rupfen. Legunt aliqui *Deplumabis* pro *Depilabis perdicem*, apud Apicium 6, 3.

¶ Deplumatio, *onis*, f. die abrupfung der federn. ICt. in Cod.

¶ Deplumator, *oris*, m. ein federſchlieſſer, ap. Auguſtin.

¶ Deplūmis, *e*, gerupfft; ut, *Hirundines nudæ atque deplumes*, bloß und ohne federn, Plin. 10, 24.

¶ Implūmis, *e*, idem. Horat. Epod. 1, 19 *Vt adſidens implumibus pullis avis*.

¶ Replūmis, *e*, quod iterum plumis veſtitur, dem die federn wieder wachſen. Paulinus Iambo ad Cytherium v. 853 de aquilæ ſenectute. *Donec replumi veſtiantur corpore, Pennisque floreſcant novis*.

PLVMBVM, *i*, n. metallum notum, μόλιβος, μόλιβδος, μόλυβδος græce, unde Voſſius derivat Etym. p. 394; ubi alias etiam dici placet a πελὸς, *niger*. Sed Iſidoro 16, 21, a *pila*, quaſi *Pilumbus, quod ex eo primum pilis factis maris altitudo tentata fuerit*. Inepte. Eſt vero duplex: *plumbum album, candidum, argentarium*, κασσιτερὸς, zinn; *plumbum nigrum*, bley. *Plumbum liquidum*, Horat. 1 od. 35, 20, geſchmoltzen. ¶ 2. Pro globulis plumbeis poetæ uſurpant, bleykugeln. Ovid. Met. 2, 727 *Baleárica plumbum Funda jacit*. Sil. 9, 233 *Tortum plumbum* vocat. Val. Flacc. 1, 420 *vulnificum*. ¶ 3. Eſt & genus vitii in oculis, quod *Plumbum* dicitur, Plin. 25, 13. *Maculam coloris plumbei* exponit Gloſſ. Iſidori.

¶ Plumbeus, *a*, *um*, von bley, bleyern; ut, *Canalis plumbeus*, Colum. 8, 3. *Plumbei nummi*, Plaut. Moſt. 4, 2, 11, de quibus vide *Quadrans*. ¶ 2. Per translationem *Plumbeum* vocatur, quicquid immobile, grave, rude &c. ut, *Plumbeæ iræ*, quæ animo diu & altiſſime inſident, Plaut. Pœn. 3, 5, 18. Sic & *Plumbeus*, ſtupidus, hebes, ſtultus, plump, tölpiſch. Ter. Heaut. 5, 1, 4 *Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus*. Cicero Tuſc. 1, 29 *In animi autem cogitatione dubitare non poſſumus; niſi plane in phyſicis plumbei ſimus*. Id. de Fin. 4, 18 *O plumbeum pugionem!* Conf. ad Att. 1, 16. Et Martialis *Plumbea vina*, & *plumbea mala* pro vilibus, & nullius pretii dixit 10 epigr. 89 & 98.

¶ Plumbea, *æ*, f. ſubſt. pro pila plumbea, eine bleykugel. Spartianus Severo c. 11 *Mortuus ictu plumbeæ*.

¶ Plumbāgo, *ĭnis*, f. bleyweiß. vide *Molybdæna*. Sic, *Plumbago fornacum*, herdbley, bleyertzt. Plin. 34, 18. ¶ 2. Vitium metallorum, aut gemmarum, Id. 37, 5. ¶ 3. Herba, flöhkraut. Id. Plinius 25, 13.

¶ Plumbārius, *a*, *um*, zum bley gehörig; ut, *Officina plumbaria*, Plin. 34, 18, eine bleyhütte. *Lapis plumbarius*, glantz. Agricola.

¶ Plumbarius, *i*, m. ſubſt. in Gloſſ. μολιβδουργὸς, qui facit opera ex plumbo, ein bleyarbeiter, bleygieſſer. v. Vitruv. 8, 7. Frontin. de Aquæduct. 1 p. 230; Et l. fin. ff. de jure immunit.

¶ Plumbōſus, *a*, *um*, voll bley. Plin. 34, 18 *Melior molybdæna quanto minus plumboſa*. Id. 33, 6 *Fex argenti plumboſiſſima*.

¶ Plumbo, *āre*, ſignificat plumbo conglutinare, löthen, verlöthen, mit bley vergieſſen. Aliud eſt *ferruminare*, ut ex lege in *Adplumbare* allegata apparet. Cato R. R. c. 21 *Modiolos qui indat & plumbet operas fabri*.

¶ Plumbātus, *a*, *um*, mit bley begoſſen. Solin. c. 46 *Accole illas congeries plumbatis petum jaculis*. Et Plin. 10, 33 *Plumbatis eos ſagittis decutiunt indigenæ*.

¶ Plumbata, *æ*, f. ſubſt. pila plumbea, eine bleykugel. Veget. 1, 17 *Plumbatarum exercitatio tradenda eſt junioribus*. Ita quidem interpretatus fuerat Turnebus 24, 12; ſed oſtendit Stewech. ad Veget. 4, 29 ex auctore antiquo, ſed anonymo, tela miſſilia fuiſſe, *in modum ſagittæ pennis inſtructa*. Habes ibi picturam & deſcriptionem bene longam. ¶ 2. De flagellis, quæ globulos plumbeos innexos habebant, Ambroſius de Paſſion. Gervaſ. *Iuſſit eum plumbatis contundi*. Et l. 2 Cod. Theod. de Quæſt. *Plumbatarum ictibus*. De his intelligendus Prudent. Periſt. 10, 116 & 122. It. Iac. Gothofr. ad l. 2 C. Theod. de quæſt.; Ioſ. Scalig. 2 ep. 146; Pancir. Var. Lect. 1, 41 p. 68; quos laudat Bynckersh. Obſ. Iur. Rom. 1, 2 p. 14.

¶ Plumbātio, *onis*, f. die löthung, apud Caſſiodorum.

¶ Plumbatūra, *æ*, f. conjunctio plumbo facta, die verlöthung mit bley. Lege 23 § 5 Dig. de rei vindic. Vide *Adplumbare*.

Compoſita:

¶ Adplumbo, vel applumbo, *āre*, anlöthen. L. 23 § 5 Dig. de rei vindic. *Non idem in eo, quod adplumbatum ſit, quia ferruminatio per eamdem materiam facit confuſionem: plumbatura non idem efficit*.

¶ Applumbātus, *a*, *um*, mit eingegoſſenem bley befeſtiget, angelöthet; ut, *Vaſa operta & applumbata*, Marcell. Empir. c. 35. Et Scrib. Largus compoſ. 271 *Vaſe adplumbato reponere*; i. e. ferruminato.

¶ Circumplumbo, *āre*, umher verlöthen. Cato de R. R. c. 20.

¶ Implumbo, *āre*, plumbo connectere, mit bley eingieſſen. Vitruv. 10, 6 *Ferreos chodaces in capitibus ſcaporum implumbavit*.

¶ Replumbo, *āre*, entlöthen, das bley abſcheiden. Sen. Quæſt. Nat. 4, 2 *Argentum replumbatur: ſignorum coagmenta ſolvuntur*. Gloſſ. gr. lat. ἀπομολιβδῶ, *Replumbo*.

Plūmesco, plumeus, plumiger, plumitium, plumo, &c. vide paullo ante *Pluma*.

PLŪO, *plui, pluĕre*, regnen, tröpfeln. Cic. Nat. D. 2, 43 ex Arato: *Hyadas Græci vocitare sueverunt a pluendo* Dicimus autem: *Pluere aliquid*, & *aliqua re*, Liv. 40, 19 pr. *In area Vulcani & Concordiæ sanguinem pluit*, es hat blut geregnet. Id. 35, 21 *Nuntiatum est, Amiterni terrâ plūisse*: & 36, 37 *Nuntiatum est, aliquoties lapidibus pluisse*, es habe erde, steine geregnet. Id. 3, 10 *Inter alia prodigia & carnem pluit*. ubi v. Drakenb. *Ineptiunt*, inquit Scaliger de causis L. L. *qui pluit & ejusmodi putabant αὐτοδιδέτερα: quum tamen sit activum verissimum. Pluit sanguinem & lapides, legimus in historia, & terra computa est &c.* Ita sane Statius 1 Silv. *Iam bellaria adorea pluebant*. Prudent. Hymn. 3 Καθημερ. v. 78 *Arbor onus tremefacta fluxit, Deciduo gravis imbre pluit*. Passivo *pluitur* usus Apulejus in Floridis p. 340 *Totum istud spatium qua pluitur & ningitur*. ¶ 2. *Pluverat* plusquamperfectum ab antiquo *Pluveo*. Plaut. Menæchm. Prol. v. 63 *Rus ut ibat forte, ut multum pluverat*. Citat quoque *lapidibus & sanguine pluvit* ex Livio Priscianus L. X p. 881. conf. Hier. Columnam ad Enn. Ann. L. 2 p. 54.

¶ Pluens, *tis*. Lactant. in carm. de passione Christi: *Spinisque caput crudelibus hausturn Undique diva pluens vivum super ora cruorem*.

¶ Pluor, *ōris*, m. der regen. Laberius ap. Nonium 3, 181 *Pedem ex taberna tulimus, tantus eum flaret pluor*.

¶ Pluvia, *æ*, f. ὄμβρος, der regen; quem grammatici ab imbre ita distinguunt, ut hunc & summa cadere vi, & cito desinere, illam, non effuse ingruere, sed durare diutius, pronuntient. Revera adjectivum est, *aqua* enim subintelligitur: & plene *aquam pluviam* Cicero pro Muræn. c. 9 dixit, quæ & *pluvialis* appellatur. Nihilominus ut substantivum tractatur, & epitheta quoque adsumit; ut *Pluvia ingens*, Virg. Georg. 1, 325: & *Tenues pluviæ*, ibid. v. 92. *De pluviis prodigiosis* v. Plin. 2, 56 & loca indicata in *Pluo*, it. Iul. Obsequens de Prodigiis. ¶ 2. *Pluviæ* per metaphoram omnis ingens copia, eine groſſe menge. Claudian. in Nupt. Honor. & Mar. v. 298 *Nec miles pluviæ flores dispergere ritu Cessat*.

¶ Plŭvius, *a, um*, ut diximus, adject. regenhafft; ut, *Cælum pluvium*, Varro R. R. 1, 13. *Aer pluvius*, Stat. 5 Silv. 1, 104. *Pluvius cæli flatus*, Colum. 2, 10. *Auster pluvius*, Ovid. Met. 1, 66, qui pluvias infert. Id. Fast. 6, 282 *A Pluvio vindicat imbre tholus*. ¶ 2. *Pluvius Iupiter* olim dictus, cui pluviam & fœcunditatem terræ assignabant. De hoc disputandi occasio nata doctis, præsertim ex narratione veteri de *legione fulminatrice Christianorum*, de qua vid. suo loco. *Iovi pluvio* enim tribuisse Antoninum, quod precibus Christianorum verius adscripsisset, patet ex columna Antoniniana, cujus hanc partem exhibent & explicant Montfauc. Antiqu. explic. T. 1 p. 44; Burm. ad Petron. c. 44 p. 213; Havercamp. ad Tertull. Apol. c. 5 p. 63. Egregium etiam *nummum Iovis pluvii* exhibet & interpretatur Spanh. ad Aristoph. Nub. v. 370. Add. quos laudat Brouckhus. ad Tibull. 1, 8, 26; ubi de Ægypto: *Arida nec pluvio supplicat herba Iovi*.

¶ Plŭviālis, *e*, idem; ut, *Aqua pluvialis*. Colum. 1, 5. *Pluvialis auster*, Virg. Georg. 3, 429, regenwind. *Pluvialis imber*, Tac. Hist. 5, 23, 6, videtur durans diutius, cum alias imber cito desinere soleat. *Pluvialis dies*, Colum. 2, 13 sub fin.

¶ Plŭviātilis, *e*, quoque pro eodem reperitur; ut, *Aqua pluviatilis*, Celsus 4, 15; & 7, 3, & Scrib. Larg. compos. 22, & Colum. 9, 1.

¶ Pluviaticus, *a, um*, idem; ut, *Aqua pluviatica*, Marcell. Emp. c. 8.

¶ Pluviōsus, *a, um*, voll regen; ut, *Hiems pluviosa*, in qua pluviæ sunt frequentes, Plin. 18, 25.

Composita:

¶ Appluo, *ĕre*, drauf regnen. Plin. 9, 16 *Vbicunque pisces in eadem aqua assiduí, nisi appluat, exanimantur*.

¶ Compluo, *ĕre*, beregnen. Augustin. de Genesi contra Manich. 1, 23 *Aquæ, quibus Noë compluebatur*. Adagium ex græco est: *Qui domi compluitur, huius ne Deum quidem misereat*: id est, omnibus modis malo suo dignus est, qui adeo ignavus est, ut nec domi suæ possit a pluvia tutus esse. Græce sic: τὸν ὄικοθεν βρεχόμενον οὐδὲ θεὸς ἐλεεῖ. v. Chil.

¶ Complūtus, *a, um*, begoſſen, beregnet. Solinus c. 10 de Thracia: *Nautæ compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili*.

¶ Complŭvius, *a, um*, aus regenwaſſer; ut, *Compluvius lacus*, ortus ex pluviis, Varro 1, 13.

¶ Compluvium, *i*, n. subst. locus, in quem aqua pluvia confluit, der hof. Suet. Aug. c. 92 *Enatam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam, in compluvium Deorum penatium transtulit*. Et Colum. 4, 24 in vineis quoque *compluvia* memoravit. Adde Varr. de L. L. 4, 33 & Festum.

¶ Complŭviātus, *a, um*, in modum compluvii factus. Sic apud Plin. 17, 21 *Compluviata vinea dicitur a cavis ædium compluviis: dividitur in quaternas partes totidem jugis*; Cum nimirum vites ita disponuntur, ut quadrata semper in medio spatia vacua relinquantur.

¶ Depluo, *ĕre*, herabregnen. Tibullus 2, 5, 72 *Multus ut in terras depluerétque lapis*. Propert. 2, 20, 8 active de Niobe: *Sollicito lacrymas depluit a Sipylo*.

¶ Displuviātus, *a, um*, utrimque pluviam dimittens; ut, *Tecta displuviata*, Vitruv. 6, 3 dixit, quæ fiunt trabium junctis capitibus, & imis partibus divaricatis, ut in diversas partes aqua pluvia defluat, zweyſeitige dächer.

¶ Impluo, *ĕre*, einregnen. Plin. 2, 96 *Celebre fanum habet Veneris Paphus, in cujus quamcam aram non impluit*. ¶ 2. Translate; ut, *Malum cum impluit cæteros, ne impluat mihi*, Plaut. Most. 4, 1, 15.

¶ Impluvium, *i*, n. media domus area, ædificiis cincta, der hof. Festus: *Impluvium, quo aqua implúit collecta e tecto*. Est itaque aula, in quantum liberum habet cælum, & tecto caret, ut *compluvium* cum connotatione areæ inferioris Ter. Eun. 3, 5, 41 *venisse clanculum per impluvium*. Vitruv. 6, 4 *Impluvii lumen relinquatur*. conf. Gell. 10, 15, Quint 11, 2, & Varr. de L. L. 4, 33. Plaut. Amph. 5, 1, 56 *Devolant angues jubati deorsum in impluvium*. Adde Cic. Veri 1, 56; & Ascon. in Cic. p. 85. Dan Heins. ad Sil. 15, 18.

¶ Impluvia, *æ*, f. Perotto vestis est, qua lecti lotes per imbrem utebantur, ein regenmantel. Varro: *Sidem quoque fervente tempore impluvia amictum fuisse criminabantur*. Forte nomen est a colore, uti

¶ Impluviātus, *a, um*, *Quasi fumato stillicidio implotus* (implutus,) inquit Nonius 16, 3, betrauſſelt. Plaut. Epid. 2, 2, 40 *Impluviata* vestimenti genus. vid. Ferrar. Rei Vest. 1, 3, 20 & Turneb. 14, 19.

¶ Perpluo, *ĕre*, durchregnen. Plaur. Trin. 2, 2, 41 *Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant*; & Most. 1, 2, 30 *Perpluant tigna*. Quintil. 6, 3 *Quum cœnaculum ejus perplueret*.

¶ Repluo, *ere*, iterum vel vicissim pluere, wieder oder entgegen regnen. In Gloss. Isidori *Repluentes* sunt *ex inundantes*, scil ob repetitam pluviam. Sen Controv. 5 præf. *Quis ferret hominem de siphonibus dicentem: cælo repluunt*, i. e. pluunt vicissim ad cœlum.

¶ Suppluviālis, *e*, etwas regenhafft. Saresb. Policrat. 1, 13 *Suppluviale tempus*.

Pluralis, pluralitas, pluries, plurifariam, plurimus &c. vide *Plus*.

PLVS, genit. *plūris*: & plurali numero *plures*, neut. *plura*, (*pluria*,) mehr, viel mehr. Varie constituitur; & *Plus* sæpe adverbialiter *pro magis* vel *amplius* poni videtur. Vulgo est loco comparativi a *Multus*. Sic, *Plus virium habet alius alii*, Cic. de Leg. 1, 2, mehr als der andere. *Ancillas secum adduxit plus decem*, über zehen, Ter. Heaut. 3, 1, 42. *Plus quingentos colaphos infregit mihi*, Id. Adelph. 2, 1, 46. Et, *Plus annum obtinere provinciam*, Cic. Att. 6, 6, über ein jahr, länger als ein jahr. *Plus duobus mensibus*: *Anno plus tecum vixit*, Id. pro Quint. c. 12. Et pro Sext. c. 39 *Plus viginti vulneribus acceptis jacentem vicistis*. Et, *Dies triginta, aut plus eo, in navi fui*, Ter. Hec. 3, 4, 7. *Annos sexaginta natus es, aut plus eo*, Id. Heaut. 1, 1, 10; *plus eo* (scil. *tempore*, quod utrobique subintelligi potest. Ita & τὸ *amplius* poni solet. *Ego te nimio plus diligo*, Ant. Cic. Attic. 10, 8, ich liebe dich allzuviel. Sic, *Plus nimio delectare*, Horat. 1 epist. 10, 30. *Plus justo*, Id. 3 od. 7, 24. *Plus æquo*. Id. 1 ep. 2, 29. *Pæne plusquam sat erat*, Ter. Phorm. 3, 5, 14, mehr als gut ist. *Plus satis calefeces*, Id. Eun. 1, 2, 5. *Is ubi adbibit plus paullo*, ein wenig zu viel, Id. Heaut. 2, 1, 8. Cic. Phil. 2, 13 de Cæsaris interfectoribus, *Nisi liberatores populi Ro. --sint, plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse*. Ita comparationibus inservit sequiori præsertim ætate. Nemes. ecl. 4, 72 *Plus formosus* h. e. formosior. Quinct. 11, 2 *Plus firma memoria*. *Dies plus minus triginta*, i. e. circiter, ohngefehr. Sic, *Plus minus decem vetule*, Martial. 9 ep. 103. *Speranti plures &c. venerunt plusve minusve duæ*, Id. 8 epigr. 71. Ovid. R. A. 560 de malis, *Omnibus illa Deus plusve minusve dedit*. *Plus minus complecti*, Plin. 16, 6. *Ne quid plus minusve faxit*, Ter. Phorm. 3, 3, 21. *Pompejum plus plusque indies diligo*, ich mehr und mehr, Cic. Att. 6, 2. conf. Plaut. Aul. 3, 6, 16. *Plus facere*, pro πλεονεκτεῖν, in Ter. Eun. 2, 1, 15 interpretatur Franc. Fabricius. Verba sunt: *Vigilabis lassus: hoc plus facies*, so viel wirst du damit gewinnen. Thædria nim ut alto somno curarum oblivisci posset, opere rustico se defetigare in animo habebat, cui ista respondet servus. Ovid. Her. 21, 243 *Plus hoc quo fuit virgine factum* h. e. plus quam decebat Virginem. Cic. Att. 12, 28 *Mea mihi conscientia pluris est, quam omnium hominum sermo*, es gilt mehr bey mir, als ꝛc. *Facio pluris omnium hominum nemini*, Id. Att. 8, 2. *Pluris ædificare*, id est, majore sumtu, kostbarer. Colum. 1, 4 *Pluri succo* an recte dicatur, v. Goclenii Prob Grammat. 3, 30. *Plure altero tanto, quanto ejus fundus est*, Plaut. ap. Charis. p. 189. Ibid. Cic. *Plure venit*. Et Lucil. *Plure foras vendunt &c.* Plur. *Plures civitates*, Cæs. B. G. 3, 10, i. e. plurimæ, die meisten. *Plura oscula nulli dividit*, Horat. 1 od. 36, 6. Veteres *Plura* æque & *Pluria* dixisse, docet Gellius 5, 21. conf. Lucret. 1, 876, & 2, 1133, & 4, 1082. *Te plura* (aliqui *pluria*) *in hac re peccare, ostendam*, Ter. Adelph. 1, 2, 44. *Ne te plura moremur*, i. e. amplius, diutius, Lucret. 5, 92; & 6, 244. *Nihil opus est pluribus verbis commemorare*, Nepos 25, 21, 5.

¶ Plusculus, *a, um*, diminut. etwas oder ein wenig mehr. Ter. Phorm. 2, 3, 60 *Plusculo sapellectile opus est*. Lucret. 4, 620 *Plusculum habent rationis*. Cic. fam. 5, 12 *Longiore plusculum amori nostro*. Et adverbialiter Plaut. Amph. 1, 1, 127 *Invitavit sese in cœna plusculum*.

¶ Pluries, adverb. pro *sapius*, offters, mehrmahls. Cæs. B. C. 1, 79 *Expeditæ cohortes novissimum agmen claudebant, pluriesque in locis campestribus subsistebant*.

¶ Plurĭmus, *a, um*, sehr viel, superlativi loco censetur a *Multus*, cum id significationis ratio suadeat; ut, *Plurima salute impertire*, freundlich grüssen, Ter. Eun. 2, 2, 39. *Plurima fuit horum opera in eo bello*, Liv. 36, 7. *Labor plurimus*, Horat. 4 od 2, 30. Id. 1 oda 7, 8 *Plurimus, in Iunonis honorem, Apium dixit equis Argos, ditesque Mycenas*: i. e. plurimi dicunt. Nepos 19, 2, 2 *Hephæstionem unum Alexander plurimi fecerat*, er hatte vor andern sehr viel auf ihn gehalten. Quidam huc referunt Ter. Eun. prol. v. 1 *Qui placere se studet bonis, quam plurimis*. Muretus comparationem inesse putans per *plurimos* ait intelligi malos, & Eugraphius addit hanc cautionem, quod boni admodum pauci sint, vid. ibi Weitz. Sed præstat cum Guyeto & Daceria conjungere, *bonis quamplurimis & minime malos lædere*.

¶ Plurĭmum, adverb. gar offt, gar viel, gar sehr; ut, *Plurimum valeat amicorum bene sentientium auctoritas*, Cic. de Amic. c. 13. Et Ter. Phorm. 1, 4, 17 *Domum ire pergam, ibi plurimum est. Plurimum prodesse, abesse*, Nepos 7, 4, 6; & 12, 3, 3.

¶ Plūrālis, *e*, adject. das viele bedeutet, nota vox grammaticorum, nec modo recentium, sed antiquorum etiam: vide Charisium, Diomedem, Priscianum & Quintil. 8, 6. Gloss. Vet. *Pluralis*, πληθυντικός.

¶ Plurālitas, *ātis*, f. die vielheit. Charisius p. 72 *Alia pluralitate carent*, i. e. plurali numero.

¶ Pluraliter, adverb. von vielen. Gloss. Vet. *Pluraliter*, πληθυντικῶς. Quintil. 9, 3 *Vt de uno pluraliter dicamus*. Sen. Qu. Nat. 2, 56 *Tonitrua nos pluraliter dicimus*.

¶ Plurātivus, *a, um*, id est, *pluralis*. Gellius 1, 16; & 5, 21; & 19, 8

Plurativum numerum vocat, qui multitudinis eſt, vulgo *Pluralis* a grammaticis dicitur.

¶ Plūrifārius, *a, um*, mancherley. Suet. Claud c. 21 *Gladiatoria munera plurifaria & multiplicia exhibuit.* Adde Apicium 3, 15.

¶ Plūrifāriam, adverb. id eſt, pluribus locis, & pluribus modis, hin und wieder, auf verſchiedene art und weiſe. Suet. Tib. c. 43 *Cubicula plurifariam diſpoſita.* Id. Galba c. 19 *Statuit ſe Legionariorum firmare præſidiis, qui multifariam diverſoque tendebant.* Id. Aug. c. 46 *Operibusque ac vectigalibus plurifariam* (id eſt, pluribus modis) *inſtruxit* (Italiam.) conf. Aug. c. 80; & Calig c. 54; & Gell. 10, 24.

¶ Plūriformis, *e*, vielfältig; ut, *Pluriformi modo*, Apul. Flor. 1 p. 341.

¶ Plurĭvŏcus, *a, um*, plura ſignificans, vieldeutig. Mart. Capella 4 p. 97 *Quæritur, quid ſit æquivocum, quid univocum, quid plurivocum.*

¶ Complūres, & neut. *Complura* & *Compluria*, viel; ut, *Complures ſimul tonſores*, Suet. Aug. c. 78. *Dies complures*, Cic. fam. 2, 8. Et de Orat. 2, 26 *Ambiguorum complura genera ſunt.* conf. Nep. 13, 4, 2. Ter. Phorm. 4, 3, 6 *Nova hic compluria.* Vbi Donatus: *Secundum regulam locutus eſt Terentius; nam complura & compluria dicitur.*

¶ Complūries, adverb. offt, vielmahl. Cato ap. Nonium 2, 143, & Gell. 5, 21. Et ipſe Gellius 7, 3 *Quæ compluries in cœtibus populi acta dictaque erant.* Et Plaut. Perſ. 4, 3, 65 *Senſi ego jam compluries.*

¶ Compluriens, idem apud Feſtum, ubi ſignificat *ſæpe*, & ubi Cato: *Contumelias mihi dixiſti compluriens.*

¶ Complŭſculi, *æ, a*, idem quod *Complures*, aut cum diminutione quadam, etwas viel. Plaut. Rud. 1, 2, 43; & Ter. Hec. 1, 2, 102 *Dies complŭſculos.* Et Gell. 7, 11 *Verba complŭſcula.*

¶ Complŭſcŭle, adv. vielmahls. Gellius 17, 2 *Veteres complŭſcule ita dixerunt.* Sed editt. vett. *complŭſculi.*

¶ Complūrĭmus, *a, um*, ſehr viel. Gell. 11, 1 ex Varrone: *Bucetæ gigni paſcique complurima.*

¶ Complurimum vel Cumplurimum, adverb. idem ac plerumque, gemeiniglich, meiſt; vel ad ſummum, aufs höchſte. Suet. Aug. c. 78 *Non amplius complurimum quam ſeptem horas dormiebat:* Sed melius forte diſtincte legitur: *cum plurimum*, ſc. dormiret. Ita Plin. 16, 12 *Aperitur picea cumplurimum bipedali hiatu.*

¶ Perplūres, *a*, gar viel. Plin. 13, 24 *Perplures reditus*, ſi ſalva ſcriptura. Libri enim plerique aliter.

¶ Perplūrĭmum, adverb. idem; ut, *Perplurimum refert*, Plin. 2, 54.

¶ Quamplures, *ra*, ſehr viel, ihrer ie mehr. Plaut. Stich. 1, 3, 45 *Curioſi ſunt hic quamplures mali.* Id. Caſina 2, 2, 13 *Quamplura ſunt mihi, quæ ego velim.* Cæſ. B. C. 1, 50 *Permanſerunt aquæ dies quamplures.* Cic. Tuſc. 5, 21 *abacos quamplures ornavit argento.* Sed apud Cæſ. & Cic. alii malunt *complures.* Gell. 1, 7 *Videbatur quampluribus.* Et melius forte fuerit omnia illa, quæ ex *quam* compoſita vulgo adferuntur, diviſim ſcribere. Sed dandum aliquid conſuetudini.

¶ Quamplūrimus, *a, um*, ſehr viel, allermeiſt. Cato c. 156 *Quamplurimum braſſicæ ederit.* Cic. Off. 3, 12 *Suum quamplurimo venditurus*, theuerſt. Diſtinguendum ſine dubio in illo Catonis apud Feſtum in *Veternoſus: Quam plurimum bibit, tam maxime ſitit.*

¶ Vtplurimum, adverb. gemeiniglich, am meiſten. Cic. de Leg. 2, 14 *In bello ſuſcipiendo & deponendo jus utplurimum valet & fides.* Etiam hoc diviſerim.

PLŪTARCHVS, *i*, m. Πλούταρχος, Chæroneus fuit, Trajani temporibus. Scripſit græce parallela, h. e. vitas & res geſtas illuſtrium virorum tam apud Græcos, quam Latinos inter ſe comparatas. Scripſit & alia multa, erudita omnia & lectu digniſſima, ita ut bibliothecæ inſtar ſolus eſſe poſſit. Horum catalogum jam olim Lamprias ſcripſit. v. Fabric. Bibl. Gr.

PLŪTĔVS, *i*, m. machina ad expugnandos muros inventa, ein ſturm-dach. *Pluteos* enim veteres vocarunt tabulas aſferesque, quibus aliquid præſepiretur, ut Feſtus indicat; unde & poſtea machina bellica, ſub qua tecti conſiſtunt expugnatores, *pluteus* appellata eſt. v. Lipſ. 1 Poliorcet. dial. 7 Cæſ. B. G. 2, 30 *Deuſtos pluteos turrium videbant.* Tac. Hiſt. 2, 21, 5 *Pluteos, cratesque & vineas ſuffodiendis muris expedire.* ¶ 2. Suetonius *Pluteum* appellare videtur fulcrum lecti diſcubitorii, das haupt-bret an einem bette. Verba ejus in Calig. c. 26 iſta ſunt: *Cœnanti, modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos* (ſenatores) *linteo paſſus eſt.* Loquitur de lecto triclinari, quo ad menſam diſcumbebatur. *Frontem lecti* Iuvenalis vocavit, ut ibi Torrentius obſervat. conf. Mart. 3 epigr. 49. ¶ 3. Perſius *Pluteum* tabulam dixit, qua utuntur, qui ſcribunt, ein pult, ſchreib-pult. Ita ille ſat. 1, 105 *Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues.* Vide *Mordeo.* ¶ 4. *Plutei* etiam dicuntur receptacula ſive repoſitoria librorum, ein bücherſchrauck, bücherrahm. Iuvenal. ſat. 2, 7 *Et jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas.* Vet. Gloſſ. *Pluteus*, παραθήκη. ¶ 5. Vitruvius etiam genere neutro uſurpat 10, 20 *Supra caput collocatum erat pluteum, turriculæ ſimilitudine ornatum.*

¶ Pluteālis, *e*, ad pluteos pertinens ſive pluteis incluſus; ut, *Plutealia ſigilla*, Cic. Att. 1, 10. Alii *Putealia ſigillata* legunt.

PLŪTO, vel Pluton, *ōnis*, m. Πλούτων, Saturni regis filius, frater Iovis & Neptuni, cui in regni diviſione pars occidentis obtigit. Quæ fabulæ occaſio fuit, Plutonem inferorum eſſe regem, uxoremque ejus Proſerpinam, vide *Dis.* Vocatur etiam *Summanus* quaſi ſummus Deorum manium: quis ille tamen, Ovidius dubitat. v. Dalechamp. ad Plin. 2, 52; Virg. Æn. 7, 327; Horat. 2 od. 14, 6 &c.

¶ Plūtōnius, *a, um*, adj. ut. *Domus exilis Plutonia*, Horat. 1 od. 4, 19. *Plutonia conjux*, h. e. Proſerpina, Prudent. in Symmach. 1, 367. ¶ 2. Abſolute *Plutonia, orum*, loca quædam peſtifera in Aſia. vid. Cic. Divin. 1, 36.

PLŪTVS, *i*, m. Πλοῦτος, Græcis fingitur *divitiarum Deus*, in adventu claudus, in receſſu alatus: ut ſignificent, quod ſerius opes acquirantur & cito pereant. Eumdem cæcum faciunt, & judicii expertem, quod indigniſſimus quisque affluat divitiis, & probi iisdem deſtituantur. Eſt hujus nominis comœdia apud Ariſtophanem, unde Pluti & divitiarum adeo ratio pulchre diſci poteſt. Hauſit inde bonam ſuorum partem in Timone Lucianus.

¶ Pŏlўplūſius, *i*, m. πολυπλούσιος, abunde dives, ein ſehr reicher mann. Sic in latinam litteraturam id nominis convertit Plaut. Capt. 2, 2, 27; & 5, 2, 20.

Pluvia, cum derivatis, vide ſupra in *Pluo.*

PNEVMA, *ătis*, n. flatus, ſpiritus, der wind, athem, geiſt. Hinc

¶ Pnevmătĭcus, *a, um*, πνευματικός, vom wind getrieben; ut, *Organa pnevmatica*, orgeln, Plin. 19, 4. Et, *Ratio pnevmatica*, Idem 7, 37. *Res pnevmaticæ*, Vitr. 9, 9. Sed

¶ Pnevmon, *ōnis*, m. πνεύμων, eadem etymologia a πνέω, *ſpiro*, pulmo dicitur, die lunge, unde

¶ Pnevmonia, *æ*, f. πνευμονία, & Peripneumonia, die lungenſucht.

¶ Empneumātōſis, *is*, f. ἐμπνευμάτωσις, inflatio, ventoſitas, die aufblähung. Spiritus flatuoſi collectio in inanibus corporum ſpatiis. v. Cæl. Aurel. Tard. 3, 8, 116; & Marcell. Emp. c. 20.

¶ Peripnevmŏnia, *æ*, f. περιπνευμονία, affectio & inflammatio pulmonis, die entzündung der lungen, lungenſucht. v. Celſ. 4, 10.

¶ Peripneumātĭcus, *a, um*, περιπνευματικός, qui ex affectione pulmonis laborat, lungenſüchtig, dem die lunge fäulet. vid. Celſius l. c.

¶ Peripnevmonĭcus, *a, um*, idem. Plin. 26, 7 *Peripnevmonicis centaurium majus bibitur.* conf. 20, 17; & 22, 24.

PNĪGEVS, *ĕi*, m. πνιγεύς, a πνίγω, *ſuffoco*, pyramidula, qua repente lucerna extinguitur, ein deckel das licht auszuleſchen. Vitruv. 10, 13. vid. Bald. in Lex. Vitruv. p. 91.

¶ Pnĭgītis, *ĭdis*, f. πνιγῖτις, terra quædam Eretriæ ſimillima, grandioribus tantum glebis & glutinoſa, ſchwartze kreide. Plin. 35, 16 & 17. Dioſcor. 5, 157.

¶ Propnigēum, *i*, n. πρόπνιγεον, præfurnium, in quo ignis ſuffocatur, das ofenloch. Plin. 2 epiſt. 17, 11 *Adjacet propnigeon balinei.* Hanc quoque partem Vitruvius 5, 11 in balineis ponit.

PNYX, *ycis*, locus Athenis habendis concionibus a Solone deſtinatus. vide Ruterſ. Var. Lect. 1, 1.

Pocillator, pocillum, poculentum, vide ſequens *Poculum.*

PŌCŬLVM, *i*, n. ſcyphus, ein trunckgeſchirr, becher; ut, *Tingere aliquem poculis*, Horat. 4 od. 12, 22, id eſt, ex poculis, einen beſauffen. Virg. Georg. 4, 378 *Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt Pocula.* Fuere etiam anſata, Ovid. Her. 16, 251 *Dum ſtupeo viſis, (nam pocula forte tenebam) Tortilis e digitis excidit anſa meis.* De poculorum thecis vid. Salmaſ. ad jus Artic. p. 501: Poculorum apud Græcos uſitatorum nomina & deſcriptio magnam partem occupat libri 11 Athenæi. ¶ 2 Id ipſum quod bibimus, der trunck, das getränck. Virg. Georg. 3, 529 *Pocula ſunt fontes liquidi &c.* Id. Æn. 3, 354 *Libabant pocula Bacchi*, i. e. vinum. De tribus poculis in convivio Iovi Olympio, terræ ac heroibus, Iovique ſoteri ſolitis libari, v. Scholiaſt. Pindari ad Iſthm. 6, 1. *Poculum dare alicui*, Cic. pro Cluent. c. 10. Et ibid. c. 11 *Exhauſto illo poculo mortis:* quibus in locis eſt venenum, ein gifft-trunck. Sane etiam alias, ubi de veneno ſermo eſt, frequentiſſimam eſſe poculorum mentionem, obſervavit Brouckh. ad Tib. 3, 5, 9. Sic, *Vbi eſſent, præ poculis neſcientes*, Florus 2, 10, 2, vor trunckenheit. Plaut. Caſ. 5, 2, 52 *Vt ſenex hoc eodem poculo, quo ego tibi, biberet:* id eſt, in eamdem calamitatem incideret. In malo enim & infortunio familiarem eſſe Plauto poculi ſeu potionis ſignificationem docet Boxh. ad Rud. 3, 6, 46 in edit. Gron. Et notus eſt uſus idem in ſacris libris. Horat. epod. 5, 38 *Amoris poculum*, i. e. philtrum.

¶ Pōcillum, *i*, n. diminutiv. Liv. 10, 42 *Pocillum mulſi Iovi victori voverat.* Cato R. R. c. 156 *Ponito pocillum.*

¶ Pocillator, *ōris*, m. a poculis, mundſchencke. Gloſſ. Vet. *Pocillator*, οἰνοχόος, πιγκέρνης. Adde Apul. Met. 6 p. 183.

¶ Pōculentum, *i*, n. getränck, quæ vox ab aliquibus ex Cicerone hoc modo legitur, ab aliis autem *Potulentum*, vel *potulens*, alles, was zu trincken iſt, de Nat. D. 2, 56 *Eſculentis & poculentis iter patefecit natura.* Gell. 4, 1 *Penus eſt, quod eſculentum aut poculentum eſt.* Sua natura adjectivum eſt.

¶ Poto, *are*, cum derivatis, vide infra ſuo loco.

¶ Apoculo, *are*, id eſt, recedere a menſis & a poculis, aufhören zu trincken. Petron. c. 67 *Ego me apoculo.* v. Burm. Not. & ſupra in *Oculus*; nam meræ conjecturæ ſunt de hoc verbo, & de Petron. c. 62; ubi legitur: *Apoculemus nos*: al. *Apoculanius.*

PŎDĀGRA, *æ*, f. ποδάγρα, a πούς, *pes*, & ἄγρα, *captura*, pedum dolor, das zipperlein, die gicht an füſſen. vide *Chiragra.* Sic, *Ardere doloribus podagræ*, Cic. Fin. 5, 31. *Doloribus podagræ complures annos cruciari*, Id. Tuſc. 2, 19. Catull. 72, 6. *Illam affligit odore, ipſe perit podagra.* Ovid. ex Ponto 1, 3, 23 *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.* ¶ 2. Inter ovium morbos refert Virg. Georg. 3, 298 *Glacies ne frigida ledat Molle pecus, ſcabiemque ferat, turpesque podagras.*

¶ Pŏdăger, *gri*, m. ποδάγρος, podagra laborans, der das zipperlein hat. Ennius ap. Priſcian. 8 p. 829 *Nunquam poëtor niſi podager.* Ita legendum cenſet Salmaſius in Lampr. Heliog. c. 29 pro *podagroſis.* Et ita Claud. epigr. *in Podagrum: Atque nihil prorſus ſtare putat podager.* Plur. Plin. 35, 15 de ſulphure: *Illinitur & podagris.*

¶ Pŏdăgrĭcus, *a, um*, idem, apud Plin. 28, 9; Et Celſ. 4, 27 *Equitare podagricis alienum eſt.* Vitruv. 8, 3 *Homo podagricus.*

¶ Poda-

¶ Podagrōsus, *a, um*, idem ap. Plautum Merc. 3, 4, 8; Vopisc. in Saturnino c. 7, & Lucil. ap. Non. 2, 743.

PŎDĂLĪRIVS, *i*, m. a pedum magnitudine sic dictus filius Æsculapii, medicus præclarus, qui ob insignem medendi peritiam una cum fratre Machaone ex Creta insula Trojam, cum sæviret ibi pestis, vocatus fuit. De ejus arte Ovid. Arte am. 2, 735; & Trist. 5, 6, 11. ¶ 2. Italus quidam, qui a partibus Æneæ stetit, apud Virg. Æn. 1, 304.

PODARGE, *es*, f. una Harpyjarum, a pedum velocitate nomen habens ποδαργὴ apud Homerum.

¶ Podargus, *i*, m. ποδαργός, pedibus albis vel velocibus, sic dictus Hectoris auriga apud Eumdem.

PŎDĒRIS, *is*, ποδήρης, est *tunica corpori astricta, usque ad pedes descendens*, secundum Isidorum 19, 21, ein langer mannsrock. *Vir indutus podere*, Tertull. adv. Iudæos c. 11. conf. adv. Marc. c. 7.

PŎDES, gr. plur. πόδες, *pedes*, die füſſe, a πῆς *pes*. Et hinc

¶ Pŏdĭcus, *a, um*, ποδικός, ad prosodiæ rationes pertinens vocabulum. Mart. Capell. 9 p. 328 *Temporum alia simplicia sunt, quæ podica etiam perhibentur*, h. e. quibus constituuntur pedes.

¶ Pŏdismus, *i*, m. ποδισμός, dimensio pedibus facta, eine abmeſſung nach ſchuhen. Est *pedalis mensura*, ut Columella vocat: alii Latine *Pedaturam* appellarunt. vid. Veget. 2, 7. Sic, *Lapides ad suum numerum podismumque constituti*, Frontin. de Colon. ed. Gœs. p. 130. Quid apud eumdem sit *Podismis adærare*, supra expositum est: v. *Adæro* in *Æs*.

¶ Pŏdismātus, *a, um*, i. e. pedibus mensuratus, abgemeſſen nach ſchuhen. Iterum Frontin. l. c. p. 132 *Alii termini spissiores sunt, id est, sine mensura vel numero podismati sunt*.

¶ Pŏdium, *i*, n. projectura est, quæ in summo muro paullum provehitur ut propendeat, instar pedis, unde & nomen est, ein ercker oder ausladen, ein gang, fußtritt, eine bühne, emporkirche. *Menianorum* ea quædam species, in theatris, templis, ædibus ad circumeundum, innitendum, spectandum. De *podiis ædium*, Vitruv. 3, 3; de *theatralibus*, Id. 5, 7. Suet. Ner. c. 12 *Toto podio adaperto spectare consueverat*, v. ibi Torrent. Lipsius de Amphitheatro c. 11. *Omnibus ad podium spectantibus*, Iuvenal. 2, 147. conf. Prudent. in Symm. 2, 1108. *Spectare alicujus pulverem veluti coronatus auriga de podio*, i. e. secure, Sidon. 8 epist. 9.

¶ Ăpŏdes, *um*, f. pl. (sing. Apus, *odis*, ἄπους) i. e. sine usu pedum; hirundines sunt, quæ & *Cypseli*, κύψελλοι dicuntur, propterea, quod in cistellis ex luto compactis nidificant: Pedibus non carent, sed pilosos eos & adeo minutos habent, ut carere iis putentur; circumvolitant perpetuo, nunquam considentes. Plin. 10, 39 *Plurimum volant, quæ Apodes vocantur, quia careant usu pedum*. Spirſchwalben Agricola interpretatur; alii geyerſchwalben, reinſchwalben ꝛc.

¶ Antĭpŏdes, *um*, pl. iidem *Antichthones*, die unter uns wohnen. (Sing. Antipus, *odis*, ἀντίπους). *Antichthones* dicti, quod terra eorum nostræ contra posita sit ac subdita: *Antipodes*, quod adversus nos vestigia ponant. Habitant itaque sub iisdem meridianis, sed sub eorum punctis e diametro sibi oppositis. Cic. Acad. Qu. 4, 39 *Nonne etiam dicitis esse è regione, è contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?* Non esse Antipodas putarunt nonnulli ex veteribus, quorum rationes videre licet apud Plutarchum libro de facie in orbe Lunæ; conf. Lucret. 1 v. 1063. præcipue vero Christiani. v. Lactant. 3, 24. (verba ejus quære in *Alius* sub *Aliquis* n. 3.) itemque Augustinum de Civ. D. 16, 9. Nec mirum: quippe qui & rotundam negabant terram. v. Theophilum Antiochen. lib. 2 ad Autolycum. Sed esse antipodes, hodie post rationes mathematicorum observatione navigantium comprobatas nemo dubitat. Vide & Plin 2, 65. ¶ 2. Festive ac lepide Seneca ep. 122 luxuriosos homines, qui noctu potant, interdiu dormiunt, & ita cæteris, frugi qui sunt, contraria faciunt, *Antipodas* vocat: quem locum operæ pretium erit videre; ut & Cæl. Rhodig. 9, 13. Petronius in Fragm. p. 674 tales vocat *Alucitas*, nachtſchwärmer. conf. Cæl. Rhod. 5, 32.

¶ Monopŏdium, *i*, n. μονοπόδιον, mensa fulta uno pede, ein runder tiſch mit einem fuß, ein dreh-ſtuhl. v. Liv. 39, 6; Plin. 34, 3.

¶ Monopodius, *i*, m. ein einfüßiger. Sic Commodus, de quo Lampridius c. 10 *Monopodios, quibus singulos pedes fregisset, appellabat*.

¶ Polypodium, *i*, n. πολυπόδιον, herba, quæ & *filicula* & *serpyllum* dicitur, engelſüß, baumfarn. v. Plin. 16, 44; & 26, 8, 11, 12. conf. in *Polypus*.

¶ Polypus, *i* & *odis*, vide seorsum in P.

¶ Tetrăpus, *odis*, o. τετράπους, *quadrupes*, vierfüßig. Ita Apicii liber octavus vocatur, in quo quadrupedum animalium opsonia lautioresque condituræ traduntur.

¶ Trĭpus, *ōdis*, m. ὁ τρίπους, vas, lebes, poculum, mensa, sive aliud instrumentum tres pedes habens, ein dreyfuß, tiegel, becher, ſtuhl mit drey füſſen. Cic. de Nat. D. 3, 16 *Herculem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus*. Erant enim tripodes in præmiis heroum. Virg. Æn. 5 v. 110 *In medio sacri tripodes viridesque coronæ*. Et Horat. 4 od. 8 v. 3 *Donarem tripodas, præmia fortium Grajorum*. conf. Ovid. Heroid. 3 v. 32; Nepos 4, 1, 3; Sidon. 4 epist. 24; Isidor. 20, 8; & de sellula Martini *tripode* dicta ex Sulpitii Dial. 2, 1 supra in *Cathedra*. De *Tripode Delphico*, unde oracula edebantur a Pythia in templo Apollinis, consulatur Diod. Siculus 16, 26. Hinc *Tripodas sentire*, Virg. Æn. 3 v. 360, est revelationem habere ab oraculo Apollinis. *De Tripode dictum*, eine offenbarung, weiſſagung: conf. de hac formula Erasm. in Adag.

¶ Trĭpŭdium, *i*, n. saltatio, ein tantz, ſprinae-tantz, freuden-ſprung, sic dicta, quia saltantes lætantesque ter pedibus terram feriebant; unde Horat. 3 oda 18 v. 15 *Gaudet invisam pepulisse fossus Ter pede terram*. Certe, quemadmodum Aristophanes διποδιάζειν dixit; ita *tripudiare* Latini, ut Turnebus notat Adversar. 25, 29; & Voss. 2 Instit. Orat. p. 236. In Festi fragmento *Tripudium* esse dicitur *a terra pavienda*; nam *pavire* est *ferire*. Quæ sententia nititur verbis Ciceronis de Divin. 2, 34 *Terripavium primo, post terripudium, jam tripudium dicitur*. Quibus verbis indicatur, quod saltus & a loco & a modo saltandi diversa nomina acceperit. Liv. 10, 40 *Tripudium Solistimum*, vide *Solistimum*. Idem 1, 20 *Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis solennique saltatu jussit*. Catull. 64 v. 26 *Quo nos decet citatis celerare tripudiis*.

¶ Trĭpădio, *āre*, frolocken, tantzen, hüpffen. Cic. pro Sextio c. 41 *In funeribus reipublicæ exsultare & tripudiare*. Priorem longam fecit Fortunat. 8, 4, 4 *Creduntur que sacro tripudiare gradu*.

¶ Tripudiātio, *ōnis*, f. das frolocken, der freuden-tantz. Gloss. lat. gr. *Tripudiatio*, χορεία ἱερέως περὶ βωμόν.

PŌDEX, *ĭcis*, m. corporis pars posterior, der ſteiß, der hindere; ut *Turpis podex*, Horat. epod. 8, 5. *Subluto podice*, Martial. 2 ep 42. conf. Iuvenal. 2, 12. Derivatur autem *Podex* a *Pedo*, ut: *Pondus* a *Pendo*.

Podicus, podismus, podium, vide *Podes*.

POEAN, *antis*, pater Philoctetis, qui ab eo *Pœantiades* dicitur; v. Ovid. Met. 13, 313; & *Pœantius heros*, de Remed. am. v. 111; Item, *Pœantia proles*, Met. 13, 45.

POECĪLE, *es*, ποικίλη, nomen porticus Athenis pictæ, Nep. 1, 6, 3. v. Rutgers. Var. Lect. 5, 1. Meurs. Att. Lect. 6, 18; & Athen. Attic. 1, 5. ¶ 2. Etiam apud Eleos erat *Pœcile*. v. Pausan. Eliac. p. 170 & 237.

Pŏēma, *ātis*, n. ποίημα, ein gedicht. vide infra *Poëta*.

POEMĒNIS, *ĭdis*, f. Ποίμενις, canis fœmina, quæ Actæonem laceravit: Ovid. Met. 3, 215 *Pœmenis & natis comitata Harpyja duobus*, a ποιμήν. Est igitur canis pastoritia, ein hirtenhund.

POENA, *æ*, f. die ſtraffe. Latinam vocem Varro de L. L. 4, 36 fecit a *puniendo* vel a *pœnitendo, quod post peccatum sequitur*. Sed tota græca est: ποινὴν enim Græci dixerunt *pretium*, quod homicida propinquis & affinibus mortui tribuebat, ne homicidii reum agerent: ut ex Hesychio Mausacus ad Harpocrationem docet p. 269. Add. Dan. Heins. ad Sil. 2, 551. Sed Pindarus etiam pro *præmio* sive *pretio* posuit, quod ludorum dabatur victoribus. Nunc in malam partem accipitur, atque significat *animadversionem, ultionem, supplicium*. Tria autem pœnarum genera tradiderunt philosophi: I. Νεμεσίαν, quæ κόλασις etiam, & παραίνεσις dicitur, & verbis tantum constat, cum emendandi spes adest. II. Τιμωρίαν, cum dignitas auctoritasque alicujus vindicatur. III. Παράδειγμα, cum punitio propter exemplum est necessaria, ut cæteri a similibus peccatis abstineant. v. Gell. 6, 14. *Gravissimæ legum pœnæ*, Cic. in Pis. c. 21. Et, *Ne major pœna quam culpa sit, cavendum est*, Id. Off. 1, 25. *Pœnâ afficere*, Id. Off. 2, 6, ſtraffen. *Pœnam alicui irrogare*, idem, Quintil. 6, 4. Et Sen. Herc. Oet. v. 899 *Nemo nocens sibi ipse pœnas irrogat*. Sic, *Pœnas ab aliquo repetere*, Cic. in Verr. 5, 63. Ita etiam *capere pœnas*, Sall. Iug. 68, 3 *Dum pro civibus suis - pœnas caperent*. *Pœnas repræsentare*, est sine dilatione exsequi, Suet. Claud. c. 34. *Iustissimas optime de se merito viro pœnas dedit*, er iſt ſeines von ihm beleidigten wohlthäters halben geſtrafft worden, Vellej 2, 64, 1. Et, *Dare pœnas temeritatis suæ*, Cic. Att. 9, 10. *Pendere pœnas gravissimas stultitiæ suæ*, Id. Att. 11, 11. Et, *Pœnas dependere*, pro Sextio 6. 67. In quibus omnibus *pœna*, ut multa consideratur, quam exigit qui punit, solvit qui punitur. Ita *Persolvere pœnas*, Cic. Bruto epist. 5. Et Sall. 69, 3 *Pœnæ fuit civitas* h. e. supplicio affecta. *Pœnam perferre*, Cic. pro Sext. c. 69: *Sufferre*, Id. Catil. 2, 13; *remittere*, erlaſſen, Quint. 7, 1 sub fin. *Sequitur pœna scelus*, Cic. de Ar. Resp. c. 18. *Ultimam pœnam in aliquem statuere*, est capitis damnare, Suet. Cæs. c. 14. Celsus IC. D. de *pœnis*: *Ultimum supplicium mortem solam interpretamur*. L. Gracchus 4 C. ad L. Iul. de Adult. *Legitime factum pœnam non meretur*. ¶ 2. Pro vindicta sumitur. v. g. Liv. 4, 19 pr. *Id pœnæ hostibus redditum*, h. e. ita sumus ulti hostes. ¶ 3. Aliquando & pro quovis malo ac dolore sumitur. Plin. 2, 7 f. 5 *Deus non potest mortem sibi consciscere, si velit, quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis*. Apud Eumdem 8, 16 f. 21 *Pœna in ipsis ejus* (leonis) *telis est dolor ex osse, quod morsu avidiore dentibus inhæserat*. Ita 11, 6 f. 5 *Pœnæ pariendi* sunt dolores partus. Add. Burm. ad Quint. procem. l. 6 p. 498. Ita Lucanus 8, 195 *Mors ultima pœna est*. ¶ 4. *Pœna* etiam Furiarum mater. Furiæ enim pœnarum exactrices habebantur. Val. Flacc. 1, 796 *Ultricesque Deæ, Fas, & grandæva furorum Pœna parens*. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 551. Quin *Democritus*, Plinio teste 2, 7 f. 5 pr. *duos omnino* deos statuit, *Pœnam & Beneficium*. Furiæ etiam ipsæ *Pœnæ*. Virgil. Cul. v. 217 *Et flammas & sæva quatit mihi verbera Pœna*, ubi v. Taubm. Cic. in Pis. c. 37 *O Pœna, ô Furia sociorum!* Id. pro Domo c. 2 *Quæ te tanta Pœna tuorum scelerum flagitiorumque vexat?* Ita etiam Auctor Philopatridis Lucianei p. 183 ed. Gesn. ποινοποινὰς vocat Furias. Huc refer illud Bionis ap. Diog. Laërtium de uxore ducenda, ἢ οἰκεῖν ποινήν.

¶ Pœnālis, *e*, ad pœnam pertinens, zur ſtraffe gerichtet; ut, *Pœnalis opera*, Plin. 18, 11. *Pœnales aquæ*, Id. 4, 8 extr. *In pœnalem sibi civitatem remitti*, Iustin. 38, 9, 9. *Pœnale opus metallorum*, Tertull. de habitu mul. c. 5, quod damnati in fodinis faciebant. *Pœnalia claustra*, Ammian. 15, 5. Et, *pœnale exitium*, Apul. 7 Met. p. 197. *Cadere, perire pœnali ferro*, Ammian. 27, 26; & 28, 2. Et, *Pœnalis labor*, Prudent. pass. Laurentii p. 192, id est, loco pœnæ impositus. Compar. Salvian. 5 de Gubern. p. 173 *Illud indignius & pœnalius*. Et 6 p. 220 *Scelera pœnaliora*, id est, digniora gravioribus pœnis, desto ſtraffbarer. Superl. etiam Salvian. adv. Avarit. 2 p. 254 *Cogitantes quoque inter hæc horrenda & pœnalissima*.

¶ Pœnāliter, adv. zur verdienten ſtraffe; ut, *Pœnaliter interire*, Ammian. 16, 12 Vales. 8. Et Augustin. Conf. 10, 33 *Pœnaliter me peccare confiteor*.

¶ Pœnālitas, *atis*, f. apud Hieronymum esse dicitur.

¶ Pœnārius, *a, um*, idem quod *pœnalis*; ut, *Pœnariæ actiones*, Quintil. 4, 3.

¶ Pœnio, *īre*, pro *punire*, ſtraffen. Ita Gellius 20, 1 *Qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus est, capite pœnitur*. Et 11, 18 *Furem, cujusmodicumque fuerit, supplicio capitis pœniendum esse*. Hæc ex MSS. libris & similia ex Cic. pro Mil. c. 31; & Tusc. 1, 44, &c. adducit Pareus Lex. Crit. p. 943. Sed in impressis plerisque *punire* legitur.

¶ Pœnitio, *ōnis*, f. die beſtraffung. Gell. 11, 1 *Eaque res faciebat inæqualem multæ pœnitionem.* conf. 6, 14, ubi tamen hodie *punitio.*

¶ Pūnio, *īvi, ītum, īre*, pœnâ afficere, ſtraffen. Cic. Off. 1, 25 *Prohibenda in puniendo maxime ira eſt.* Idem dixit *Punire peccata*, de Invent. 2, 22; &, *maleficium*, pro Cæcin. c. 2. Et, *Punire ſontes*, Id. Off. 1, 24; *ſupplicio*, pro Domo c. 29; *morte*, Plin. 8 epiſt. 14 n. 3, um leben ſtraffen; *tergo & capite*, i. e. virgis cæſum capite plectere, Liv. 3, 55 ext. Et, *Facinus puniendum*, Cic. pro Mil. c. 7. ¶ 2. Antiqui etiam *Puniri* deponentis formâ dixerunt: Quintil. 9, 3; vide & Nonium 7, 27, qui duo Ciceronis exempla adducit. Quibus adde pro Mil. c. 13 *Inimiciſſimum crudelius punitus es, quam &c.* v. Barth. Adv. 23, 9; Gebhard. 6 ep. 2, 11. De ſimilibus Muncker. ad Hygin. 18 & 273; Salm. ad Lampr. Commodo c. 11. Paſſive Ovid. Met. 9, 778 *Quod non ego punior ipſa.* Hinc

¶ Pūnitus, *a, um*, geſtraft. Cic. de Invent. 2, 28 *Levius reus punitus, quam promeritus eſt.*

¶ Punītio, *ōnis*, f. die beſtraffung; ut, *Punitione liberari*, Val. Maxim. lib. 8 ineunte. *Iudicata punitione*, Tertull. ad Nation. 1, 16.

¶ Pūnītor, *ōris*, m. qui punit, ein rächer, ſtraffer. Cic. pro Mil. c. 13 *Fuit ultor injuriæ, punitor doloris ſui.* Val. Max. 3, 4, 5 *Craſſianæ ſtragis punitor exſtitit.* Et 6, 1, 8 *Stuproſæ mentis punitor.*

¶ Impūnis, *e*, ſine pœna, ſtraff-frey, Solin. c. 27 *Impunis rediit*, quod Salmaſius defendit p. 230. Plaut. Merc. 4, 6, (al. 8) *Id ſi reſcivit uxor, impune eſt viro*, es bringt ihm keine gefahr.

¶ Impūne, adv. ſine pœnæ periculo, ungeſtraft; ut, *Impune facere*, Ter. Adel. 5, 3, 38. *Impune habere*, Id. Eun. 5, 7, 18. conf. Lucil. ap. Non. 2, 468. *Impune latrocinari*, Cic. pro Mil. c. 7. Et, *Impune ferre*, ſam. 13, 77. Comp. Id. pro Dejot. c. 6 *Impunius facere.* Superl. Plaut. Pœn. 1, 3, 2 *Impuniſſime vendere.*

¶ Impūnĭtas, *ātis*, f. licentia, libertas a pœna, die erlaſſung der ſtraffe, freyheit zu ſündigen; ut, *Impunitas flagitiorum*, Cic. in Piſ. c. 9; *Scelerum*, Id. pro Domo c. 7. *Impunitatem peccatorum alicui dare*, Id. Tuſc. 4, 20. Et, *Impunitatem aſſequi*, ſam. 1, 9 *Impunitatem & licentiam habere*, pro Mil. c. 31. Sic, *Spes impunitatis maxima eſt illecebra peccandi*, Ibid. c. 16.

¶ Impūnītus, *a, um*, ungeſtraft; ut, *Stupra impunita*, Val. Max. 9, 1 exter. 2. *Quo impunitior libido, eo effrenatior eſt*, Liv. 3, 50. Etiam Perſius ſat. 5, 130 *Qui tu impunitior exis?*

¶ Impœnitus, *a, um*, pro *impunitus.* Gell. 11, 18 *Apud veteres Ægyptios furta omnia licita & impœnita.*

¶ Impunīte, adverb. idem; ut, *Impunite licere*, Matius Cic. fam. 11, 28, 9. *Impunitius mœchari*, Feſtus in *Non*, ſub proverb. *Non omnibus dormio.* Ammian. 30, 9 *Impunite quædam ſceleſta committi.*

Pœnice, Pœnicus vide mox *Pœnus.*

POENĪTET, *uit, ēre*, gereuen: *A pœna, eo quod ipſe homo in ſe puniat, quod male admiſit*, Iſidor. 6, 19. *Pœnitet* ergo idem eſt ac *tædet*, vel *piget*, vel *pudet.* Sic, *Quod te offenderim, me pœnitet*, Cic. Att. 11, 13. *Illius malo me, quam mei pœnitere*, Id. Att. 12, 21 p. 332 Gr. *Nec te pœniteat calamo triviſſe labellum*, Virg. ecl. 3, 34. Sen. Agam. v. 241 *Quem pœnitet peccaſſe, pœne eſt innocens.* It. *An pœnitebat te flagitii &c.* Ter. Eun. 5, 7, 12. ¶ 2. Idem eſt ac *diſplicet*, es mißfället. Ter. Phorm. 1, 3, 20 *Noſtri nosmet pœnitet*, wir ſind mit unſerm zuſtand nicht zufrieden. Eadem ſententia Cic. fam. 6, 1 *Suæ quemque fortunæ pœnitet.* Ibid. 1, 7, 26 *Me meæ fortunæ ne nimis pœniteret, virtute tua effectum eſt.* Cic. Tuſc. 5, 18 *Sapientia ſemper eo contenta eſt quod adeſt, neque eam unquam ſui pœnitet.* Ter. Eun. 5, 7, 12 *An pœnitebat flagitii, te auctore quod feciſſet adoleſcens?* h. e. annon ſufficiebat flagitium? Id. Heaut. 1, 1, 20 *Me, quantum hic operis fiat, pœnitet.* Cic. Att. 12, 28 *Non pœnitet me quantum profecerim.* Ovid. Pont. 2, 3, 14 *Et gratis pœnitet eſſe probum* Sine pronomine etiam Liv. 28, 40 *Dum ne pœniteat adhuc aliorum ſpecioſiora conſilia ſemper viſa.* Id. 23, 12 *Quid eſt Hanno? etiam nunc pœnitet belli ſuſcepti adverſus Romanos.* ¶ 3. Veteres & cum nominativo copularunt. Plaut. Sticho 1, 1, 50 *Me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.* Cic. Tuſc. 5, 27 *Sapientis eſt proprium, nihil, quod pœnitere poſſit, facere.* Gerund. *Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.* Publius. ¶ 4. Codices veteres optimæ notæ pro *Pœnitet* paſſim *pœnitet* exhibent, ſed male. v. Dausqu. orthogr. parte 1ec. hac voce, Voſſ. Etymol. in *Pœna.*

¶ Pœnĭtens, *tis*, nomen, den etwas gereuet, bußfertig; ut, *Pœnitens facti*, Suet. Vitell. c. 15. Et, *Pœnitens de matrimonio*, Id. Claud. c. 43. Ciceronis ſententia: *Portus optimus pœnitenti mutatio conſilii*, Phil. 12, 2. conf. Quint. Trib. Mar. c. 6. Burmann. p. 80.

¶ Pœnitenter, adv. ſo daß man es hernach bereuet. Minucius Felix in Octavio c. 26 *Auſpicia & auguria pœnitenter omiſſa; obſervata feliciter.*

¶ Pœnĭtūrus, *a, um*, der bereuen wird. Accius ap. Nonium 2, 685 *Neque te neque quenquam arbitror tuæ pœniturum laudis.* Salluſtium quoque *non pœniturum* pro *non acturo pœnitentiam* dixiſſe, ait Quint. 9, 3 p. 802.

¶ Pœnĭtendus, *a, um*, das zu bereuen iſt, deſſen man ſich ſchämen muß. Liv. 1, 35 *Sub haud pœnitendo magiſtro didiciſſe.* Colum. de agro ſicco & macro 2, 2 *Sive exercetur ſeu ceſſat, colono eſt pœnitendus*, der bauer hat ſchaden davon. Auſon. ad Gratian. prope fin. *Tu nunquam pœnitenda feciſti.* conf. Suet. Tit. c. 10.

¶ Pœnitentia, *æ*, f. die reue, buſſe; ut, *Sera pœnitentia ſubiit regem*, Curt. 3, 2 extr. *Præcipitis conſilii comes eſſe ſolet pœnitentia. Melior eſt providentia pœnitentiâ*, Dionyſii Halicarnaſſei eſt lib. 11, κρείττων ἡ πρόνοια τῆς μεταμελείας. *Agere pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ*, ſich vom neuen anders beſinnen, Plinii locutio eſt 7 epiſt. 10. Similiter Curt. 8, 6, 23 *Pœnitentiam ejus* (facinoris) *agere.* Et auct. Dialogi de Orat. c. 15 *Neque ſermonis mei pœnitentiam ago.* Etiam ſequente *Quod*: Val. Max. 3, 4, 2 *Virtutibus effecit, ut hæc civitas pœnitentiam ageret, quod &c.* Iuſtin 1, 9, 19 *Dato in pœnitentiam ſpatio.* ¶ 2. Caveant autem tirones, ne cum hac eccleſiaſticam notionem, buſſe thun, confundant, quæ potius Latine exprimitur verbis *reſipiſcere, ad frugem redire, vitia virtutibus emendare, &c.* Ideoque magis laudatur græca vox μετάνοια, i. e. *reſipiſcentia*, quam latina *pœnitentia.* Quæ quoniam Ciceroniana non eſt, Auſonius epigr. 12, 10 *Pœnitentiam* ſic introducit loquentem: *Sum Deu, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.*

¶ Pœnĭtūdo, *ĭnis*, f. idem; ſed antiquum: uſus eo Pacuv. ap. Non. 2, 769. Item Hieron. Dialog. 1 contra Pelag. c. 9. Zeno Veronenſ. Serm. de præcepto ATTENDE TIBI; *Pro quibus debeas pœnitudinem gerere.* L. ult. C. de Feriis: *Subeat animos vicaria pœnitudo.* Sed & Sidonius uſus eſt 6 ep. 9. Et Auſonius in Sap. Thal. v. 22 *Prædes vadesque pœnitudinis reos* vocat.

¶ Pœnitentialis, *e*, zur buſſe gehörig; ut, *Dies pœnitentialis*, ein bußtag.

¶ Pœnitentiarius, *i*, m. qui confitentes peccata ſua abſolvit, ein beichtvater, apud Hieronymum.

¶ Impœnĭtens, *tis*, unbußfertig; ut, *Cor impœnitens*, Vulg. Interpr. Rom. 2, 3. Quint. Trib. Mar. c. 6 Burm. p. 80 *Si quis abſolvi quærat impœnitens &c. impœnitentem rigor non præterit ultionis.* conf. Fulgent. epiſt. ad Venant.

¶ Impœnitentia, *æ*, f. unbußfertigkeit; ut, *Impœnitentia Iudæorum*, Saresb. Policrat. 2, 5. Adde Fulgent. epiſt. ad Venant.

¶ Impœnitendus, *a, um*, ἀμεταμέλητος, das nicht zu bereuen iſt. Auguſtin. prologo Retractationum: *Qui non valuit omnia in pœnitenda dicere.* Et Caſſiod. 1 epiſt. 30 *Impœnitenda eſt ultio, quæ de legibus venit.* Et Apul. Met. 11 p. 271 *Impœnitendæ ſe pauperiei committere.*

¶ Suppœnĭtet, es gereuet faſt. Aſt Cic. Att. 7, 14 *Hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet*, er iſt damit nicht wohl zufrieden. v. *Pœnitet* n. 2.

POENVS, *i*, m. plur. *Pœni*, Carthaginienſes, quaſi *Phœni* dicti, quia *Phœnicibus* orti fuere: ut ait Servius in Virg. Æn. 1, 302 *Ponuntque ferocia Pœni Corda volente Deo.* Sic, *Pœni fœdifragi*, Cic. Off. 1, 12. ¶ 2. Adjective; ut, *Pœni leones*, Virg. ecl. 5, 27. Et Stat. 4 Silv. 3, 91 *Pœnos inter agros*: & eod. lib. 5, 45 *Pœnus ſermo.* Plautus fingit etiam comparativum *Punior*, in Pœnulo 5, 2, 31. Nam & alia derivata diphthongum œ in u mutant.

¶ Pœnĭcus, *a, um*, pro *Punicus*, adject. ut, *Pœnicæ fœminæ*, Val. Max. 2, 6, 15. *Pluſtellum Pœnicum*, Varro R. R. 1, 52. *Pavimenta Pœnica*, marmore Numidico conſtrata ſignificat Cato apud Feſtum. *Lapis Pœnicus*, Plin. 36, 22. v. Drakenb. ad Sil. 1, 682. ¶ 2. *Pœnicum*, ſubſt. veſtimenti genus, *quod a Pœnis primum allatum*, Varro L. L. 4, 23.

¶ Pœnĭcè, adv. Idem Varro R. R. 1, 2 *Video qui de agricultura ſcripſerunt & pœnice & græce & latine.*

¶ Pœniceus, *a, um*, pro *puniceus* eſt, v. g. Ovid. Am. 3, 7, 29.

¶ Pūnĭcus, *a, um*, adject. magis frequens; ut, *Punica regna vides, &c.* Virg. Æn. 1, 338. *Bella Punica*, i. e. Romanorum cum Pœnis, tria inprimis numerantur; quorum primo Siciliam ſibi ſubjecerunt Romani; altero Hiſpaniæ maxima parte, poſt ſumma diſcrimina Italiæ & ipſius urbis, potiti ſunt; tertio plane Carthaginenſium urbem & imperium everterunt. Secundi pericula ab Hannibale maxime ſunt orta; & inde graviora, quæ poſt fuere, *bella cum bello Punico comparant* auctores: v. g. Eutropius 5, 1, 2; & 6, 6, 2; & 8, 6, 7. Etiam Ammianus 17, 4 ed. Grut. *Malum Punicum*; vide *Malum.* Et adde Cratetis dictum apud Laërtium: *Sicut omnibus malis Punicis ineſt aliquod granum putre, ſic nemo eſt, qui omni prorſus vitio careat.* Sic, *Punicæ litteræ*, Cic. Verr. 4, 46. *Punica fides*, pro fallaci, ab ejus gentis peculiari perfidia in proverbium abiit, untreue, meinend. Salluſt. Iug. c. 108 *Bocchum Punica fide ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis attinuiſſe.* ¶ 2. *Punicus* interdum eſt *Puniceus*, ubi vide n. 2.

¶ Punĭcè, adv. Plaut. Pœn. 5, 2, 22 *Adibo hoſce atque appellabo Punice; Si reſpondebunt, Punice pergam loqui.* Apul. Apol. p. 336 *Loquitur nunquam niſi Punice: Latine neque vult neque poteſt.* Et Auguſt. epiſt. 173 *Punice interpretari.*

¶ Pūniceus, *a, um*, adject. aliud. Ovid. in Ibin de M. Regulo v. 281 *Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putavit, A duce Puniceo pertulit ipſe, feras.* Vbi *dux Puniceus*, Pœnorum dux eſt, ſive *Punicus ductor.* ¶ 2. *Puniceum* etiam & *Punicum* dicitur, quod colorem rubentem habet, rothlich. Ipſe enim color ille *Punicus* ſive *Puniceus* appellatur: qui Græcis φοινικος & φοινικεος eſt. Virg. Æn. 12, 76 *Cum primum craſtina cælo Puniceis invecta rotis aurora rubebit.* Et Ovid. Art. Am. 2, 6, 22 de Pſittaco: *Tincta gerens ſabro Punica roſtra croco.*

¶ Pūnĭco, *are*, verbum, pro, puniceum colorem trahere, ſive habere, apud Apulejum princ. lib. 3 Metam. *Commodum punicantibus phaleris Aurora roſeum quatiens lacertum, cælum inequitabat.*

¶ Punicānus, *a, um*, adject. aliud. Cic. pro Muræna c. 36 *Punicani lecticuli*, quales Carthagine ſolebant fieri. Ita *Punicana coagmenta* laudat Cato 18, 9 & *feneſtras* Varro 3, 7, 3.

PŌĒTA, *æ*, m. ποιητης, a ποιέω, *effingo*, ein dichter, poet. Commendationes poëtarum paſſim reperiuntur, ut, *Eſt Deus in nobis, &c.* Ovid. Art. am. 3, 554, & *ſacri vates*, ibidem v. 539. Cic. pro Arch. c. 8 *Vulet naturâ ipsâ poëta & mentis viribus excitatur, & quaſi divino quodam ſpiritu afflatur.* Catull. 16, 5 *Caſtum eſſe decet pium poëtam, &c.* Ruſus Cic. de Fin. 1, 2 *Rudem eſſe omnino in noſtris poëtis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii delicatiſſimi.* Id. Tuſc. 5, 22 *Adhuc neminem cognovi poëtam, qui ſibi non optimus videretur.* Et Att. 14, 20 *Nemo unquam neque poëta neque orator fuit, qui quemquam meliorem quam ſe arbitraretur.* Primario *Poëtæ* nomen meretur, qui & ſcite fictis vera imitari & poëtico ſpiritu carmen animare, & orationem numeris ligare callet. Secundario, imo tenui admodum jure nomen illud occupat, qui poſterius tantum præſtare poteſt. Priores *Poëtas*, poſteriores *Verſificatores* appellat Quintil. 10, 1. Scaliger lib. 6 de Poët. vocat *verſifegulos.* vid. Hekel. de Cor. Poët. c. 3 p. 28,

§ 3 p. 28, & in not. p. 120. ¶ 2. Pro artifice posuit Plautus Asin. 4, 1, 3 *Nam tu poëta es prorsus ad eam rem unicus.*

¶ Poëtilla, *æ*, m. diminutivum per ludibrium effictum, ein elender verſemacher. Plaut. Truc. 2, 6, 4 *Poëtillæ millę memorari possunt.*

¶ Poëtria, *æ*, f. & Poëtris, *ĭdis*, f. ποιήτρια, mulier vates, eine poetin. Posteriore Persius usus est in proœmio *Corvos poëtas, & poëtridas picas.* Prior forma est apud Cicer. pro Cælio c. 27 pr. *Fabella veteris & plurimarum fabularum poëtriæ.*

¶ Poëticus, *a, um*, ποιητικός, poetiſch; ut, *Auctoritas poëtica*, & *Poëtica licentia*, Quintil. 2, 4 *Poëtica fabulositas*, Plin. 7, 28 pr. *Dii poëtici*, Cic. N. D. 3, 31. *Afflatus poëticus*, sine quo nemo poëta bonus, Id. in Orat. 2, 47. vid. Barth. ad lib. 1 Theb. Statii p. 7 seq.

¶ Poëtica, *æ*, & Poëtice, *es*, f. ποιητική, profeſſio poëtica, die poeſterey, verskunſt. Cic. in Orat. c. 53 *Poëtica, & versus inventus est terminatione aurium.* conf. Id. Tusc. 1, 1. De Attico Nep. c. 18, 5 *Attigit quoque poëticen* &c. Adde Plin. 7 ep. 4.

¶ Poëtice, adv. idem; ut, *Loqui poëtice*, hoc eſt, poëtarum more, poetiſch. Cic. de Fin. 5, 4. conf. Plin. 2 ep. 5.

¶ Poëtor, *ari*, poëtam agere, poetiſiren. Ennius apud Priscian. 8 p. 829 *Nunquam poëtor nisi podager.*

¶ Poëtĭficus, *a, um*, poëtas reddens; ut, *Fons poëtificus*, i. e. caballinus, Ennius in Fragm.

¶ Pŏëma, *ătis*, n. ποίημα, ein gedicht. Cic. Acad. 1, 3 *Varium & elegans omni fere numero poëma facere. Poëmata ad aliquem componere*, Idem ad Qu. frat. 3, 1, 4. *Poëma condere*, Idem Att. 1, 16. Et ad Qu. frat. 3, 5 *Opus est ad poëma quadam animi alacritate.*

¶ Poëmarum, *i*, n. & plur. *Poëmăta, orum*, etiam antiquos dixisse, testatur Charisius p. 28. Idem p. 114 *horum poëmatorum* & *his poëmatis* ex Cic. probat. conf. ibid. Q. Lælius & Accius.

¶ Poëmătium, *i*, n. ποιημάτιον, parvum poëma. Auson. Edyll. 7 præf. ad Paulum: *Poëmatia, quæ in alumnam meam luseram, rudia & inchoata, proferri ad lucem coëgisti.*

¶ Poëlis, *is*, f. textus & totum opus poëtarum, die poeſie. Non. 2, 25. De qua Horatius, *ut pictura poësis erit*, de Art. Poët. v. 361. Et Cic. Tusc. 4, 33 *Anacreontis tota poësis est amatoria.* Originem poëseos lepide ad agricolas refert Tibullus 2, 1, 51. vid. Brouckh. ad h. l.

PŌGŌNIAS, *æ*, m. πωγωνίας, genus est cometæ, Plinio 2, 25 a πώγων, *barba.* Sic enim ipse: *Pogonias vocant, quibus inferior ex parte in speciem barbæ longe promittitur juba*, ein comet mit einem bart. v. Gesneri Chrestom. Plin. 12, 6 no. 3.

¶ Tetrapogon, ex Dioſc. 2, 132, i. e. *Tragopogon*, de quo infra in T.

Pol, perpol, Polaris, vide *Pollux, Polus.*

PŌLEA, *æ*, f. seu πωλίον, potius, sic enim vocat Aristoteles simum, quem equa parturiens ante pulli editionem effundit. Plinius *Poleam* dixit 28, 13.

PŌLĔMARCHUS, *i*, m. πολέμαρχος, dux belli, ad quem summa rei militaris refertur, latine *tribunus militum*, ein General, ein Feldmarſchall. vid. Budæus Not. in Pandect. l. ult. ad fin. de muneribus.

¶ Polemarchia, *æ*, f. πολεμαρχία, munus polemarchi & magiſtratus, das generalat, feldmarſchall-amt. vid. Budæus l. c.

¶ Pŏlemĭcus, *a, um*, πολεμικός, zum ſtreit gehörig, vocabulum theologicum. Hinc *Scripta polemica*, ſtreit-ſchriften.

PŌLĔMON, *ōnis*, m. juvenis, cum esset extremi luxus, ebrius ingressus ludum Xenocratis de continentia disserentis ita mutatus est, ut mox fieret unus auditorum. Horat. 2 sat. 3, 254 *Quæro, faciasne quod olim Mutatus Polemon?* v. Lært. & Val. Max. 6, 9 exter. 1. ¶ 2. Fuit & alius *Polemo*, Ponti rex, de quo Tac. An. 2, 56. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 8 p. 448. Inde

¶ Polemŏnĭăcus, *a, um*, adject. ut, *Pontus Polemoniacus*, Eutrop. 7, 9.

PŌLĔMŌNIA, *æ*, f. & Polemonium, *i*, n. πολεμώνιον, herba Dioscoridi 4, 9, & Plinio 25, 6, weiſſer dictam. *Rutam caprariam* vocant alii, habet speciem fœni græci, Matthiol. liebweich exponunt quidam: & quidam taubenkropf.

PŌLENTA, *æ*, f. ἄλφιτον, hordeum aqua perfusum, deinde siccatum ac mediocriter frixum, non multum differt a Germanorum malz. Genus cibi fermentati fuit, teste Plin. 22, 7. Ovid. Met. 5, 450 *Tosta quod coxerat ante polenta.* Sen. epist. 18 *Non jucunda res est aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis; sed summa voluptas est, posse capere etiam ex his voluptatem.* Ex quo apparet, in vilissimo victu fuisse. Curtius 4, 8, 6 tradit, ambitum Alexandrinorum mœnium *polenta* designatum fuisse, unde omen captum fuit.

¶ Polentārius, *a, um*, zum malz gehörig; ut, *Crepitus polentarius*, Plaut. Curc. 2, 3, 16, quia cibus erat polenta. Vide Interpretes. Onomast. Vet. *Polentarius*, ἀλφιτικός. Et Apul. Met. 6 p. 709 *Damnum polentarium.*

PŌLENTIA, vel Pollentia, *æ*, f. urbs Liguriæ. v. Sil. 8, 599 & Drakenb. ad h. l. Liv. 39, 44.

¶ Pŏlentīnus, *a, um*, adj. ut, *Saltus Polentini*, Stat. 2 Silv. 6, 63. Et, *Polentini agri*, Prudent. in Symmach. 2, 719.

Poleptica, vide *Polypsycha.*

POLIA, *æ*, f. gemma, canitiem quamdam sparti indicat, Plin. 37, 11. ¶ 2. *Polia*, πωλία, grex equorum, eine heerde pferde, ſtutterey. Vlpian. in l. Ædiles ajunt. Dig. de ædil. edict. Varroni R. R. præf. lib. 2 *est equaria.*

Polimen, polimentum, vide sequens *Polio.*

PŌLIO, *īvi, ītum, īre*, ornare, componere, glatt machen, ſchmücken, aufputzen; ut, *Opus poliat lima, non exterat*, Quintil. 10, 4 extr. *Arma polire*, Stat. 4 Silv. 6, 48. *Facere & polire orationem*, Cic. de Orat. 1, 14 extr. *Carmina polire*, Ovid. Pont. 1, 5, 60. Sed *Agrum polire*, est excolere: *Nam omnia exculta & ad nitorem deducta POLITA dicimus*, inquit Nonius 1, 339. Sic, *Calce polita ædificia*, calcata sunt. *Opere albario, tectorio polire*, tünchen und weiſſen, Vitruv. 7, 4. conf. Id. 5, 10. *Polibant* pro *poliebant* habet Virg. Æn. 8, 436. ¶ 2. Est & fullonum verbum, walcken, platten; & sic *Polire vestes* Plinius dixit pro incrustare: & *linum torrente poliri*, Id. 19, 1. Vide Savaronem ad Sidon. 5 epist. 17. ¶ 3. Vsurpatur hoc verbum etiam de frumentis, quando purgantur: vide locum Columellæ allegatum in *Expolitus.* ¶ 4. Est etiam in pulverem redigere minutissimum, ut lævigare, abreiben. Plin. 33, 8, f. 42 *Qui minium in officinis poliunt, faciem laxis vesicis illigant* &c.

¶ Pŏlītus, *a, um*, urbanus, elegans, geſchmückt, geziert, ausgeputzt; ut, *Politus artibus*, Cic. de Fin. 1, 7. *Omni liberali doctrina politissimus*, Idem fam. 13, 1. *Politioris humanitatis expers*, Cic. de Orat. 2, 17. De agris vide in *Polio* & loca Ennii apud Non. 1, 339. Virg. Æn. 8, 426 *Iam parte polita Pars imperfecta manebat.* Vitruv. 10, 12 *Politus torno.*

¶ Polītulus, *a, um*, diminut. artig, galant; ut, *Limatulum & politulum judicium*, Cic. fam. 7, 34.

¶ Pŏlīte, adverb. nett, zierlich; ut, *Dicere polite*, Cic. de Fin. 4, 3. *Scribere polite*, Id. de Clar. Orat. c. 19. *Quædam limantur a me politius*, Id. Acad. Qu. 1, 1. Id. apud Rufinum Gramm. p. 2715 Putschii: *Verba ad poëticum exstruere numerum, ut perfecte & politissime possint esse absoluta.*

¶ Pŏlītio, *ōnis*, f. die poliruna, ausputzung. Vitruv. 7, 3 *Recipiens in se politionem, fulgentes in adspectu, certasque considerantibus imagines reddit*, es ſpiegelt, wenn es politet wird. De cultu agri Cato R. R. c. 136 *Politionem quo pacto dari oporteat.* conf. Nonius 1, 339, cui *Politiones* sunt *agrorum cultus diligentes.* Vid. Gesn. & conf. *Pollintio* in *Pollen.*

¶ Politūra, *æ*, f. idem. Plin. 11, 24 *Scissa protinus reficit, ad polituram farciens.* Sen. Qu. nat. 7, 31 *Corporum politura.* Vitruv. 7, 1 *Testacea lævigationibus & polituris perficere.*

¶ Pŏlīmen, *ĭnis*, n. idem. Apul. de Deo Socrat. p. 54 *Neque in emendis equis phaleras consideramus, & baltei polimina inspicimus.* ¶ 2. Testes, testiculi, die hoden. Arnob. 7 p. 230 *Polimina porro sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus: a vulgaribus autem assolent cognomine testium nuncupari.*

¶ Polimentum, *i*, n. idem. Posteriore notione Plautus Menæch. 1, 3, 28 *Polimenta porcina* dixit. Rationem appellationis dat Festus Pompejus, quem videas.

¶ Pŏlītor, *ōris*, m. qui polit, ein polirer, plattner. Firmicus 4, 7 extr. *Gemmarum politores.* Et quia *polire*, etiam de agris dicimus, ut supra ex Nonio ostensum, cui Festum in voce *Polimenta* adjicias; fit, ut *Politor* quoque inter agri cultores a quibusdam referatur. Vlp. L. 52 § 2 Dig. pro socio: *Cum agrum politori damus in commune quærendis fructibus:* hoc est, qui curat agrum & excolit. Add. Catonem R. R. c. 136. Sed hic alii *pollintor*, de qua voce agimus in *Pollen.* In Vlpiani autem loco *olitori* mavult Bynckersh. Observat. Iur. Rom. 2, 9 p. 25. Vid. Gesn. ad Cat. l. c. qui putat, triturandi & purgandi in primis laborem hac appellatione contineri.

¶ Pŏlio, *ōnis*, m. qui arma polit, ein zeugwärter, ſchwerdtfeger, apud Firmicum. Sic *Poliones & custodes armorum*, Lege ult. Dig. de jure immunitat.

Composita:

¶ Depŏlio, *īre*, abputzen, glätten. Plin. 36, 25 *Si cote depolitum est, nigri pavimenti usum obtinet.* Plaut. Epid. 1, 1, 85 *Virgis dorsum depoliet meum*, er wird mich abblauen.

¶ Depolītus, *a, um*, abgeputzt, im völligen ſtande. Festus: *Depolitum, perfectum; quia omnes perfectiones antiqui politiones vocabant.*

¶ Depolītio, *ōnis*, f. die abputzung, fegung. Varro apud Nonium 1, 339 *Ex agri depolitionibus ejiciuntur.*

¶ Depolītor, *oris*, m. ein abputzer, apud Auguſtinum.

¶ Expolio, *īre*, ausputzen, zieren. Sic, *Expolire aliquem & hominem reddere*, Cic. de Orat. 2, 10. Et, *Doctrinis aliquem expolire*, unterrichten, Id. de Orat. 3, 34.

¶ Expolītus, *a, um*, ausgeputzt, geglättet. Plaut. Mil. 4, 4, 38 *Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas.* Catull. 1, 2 *Libellus arido pumice expolitus.* Pumice nimirum poliebant membranam, hodieque habemus ejus generis tabellas, abgerieben. Id. 40, 24 *Dens expolitior.* Colum. 2, 21 *Frumenta expolitiora*, wohlgefegt korn. Scipio ap. Gell. 2, 20 *Villæ expolitissimæ.*

¶ Expolītio, *ōnis*, f. die ausputzung; ut, *Expolitio orationis, inventi*, Cic. de Invent. 1, 40. Id. ad Quint. frat. 3, 3 *Expolitiones utrisque nostrum sunt in manibus.* Et, *Expolitiones ædificiorum*, Vitruv. 6 extremo. Adde 7, 9. ¶ 2. *Expolitio*, schema rhetoricum, est explicatio seu variatio ejusdem sententiæ, verbis commutatis; e. g. Ovid. Pont. 2, 3, 11 seqq. *Nec facile invenies multis e millibus unum, Virtutem pretium qui putet esse sibi. Ipse decor recti, facti si præmia desint, Nil movet, & gratis pœnitet esse probum.* Vide lib. 2 Copiæ Erasmi cap. de Expolitione.

¶ Impŏlītus, *a, um*, non politus, unſcheinbar, unpolirt, ungehöfelt, grob; ut, *Forma ingenii admodum impolita & plane rudis*, Cic. de Clar. Orat. c. 85 extr. Id. de Orat. 2, 31 *Vt videatis, quam sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum*, ungelehrt. Quint. 1, 5 p. 52 Burm. *Si quis erit plane impolitus, & modo vestibulum hujus artis ingressus.* Compar. Veget. 2, 4 *Descriptio obscurior & impolitior.* Quint. 8, 6 p. 756 *Lapides impolitiores.* ¶ 2. Interdum pro non perfecto ponitur, unrichtig. Cic. de Prov. Consul. c. 14 *Impolitæ res & acerbæ si erunt relictæ, efferent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent.*

¶ Impolīte, adverb. unzierlich. Cic. de Orat. c. 1, 49 *Breviter impoliteque dicere.*

¶ Impolitia, *æ*, f. politionis neglectio, unzierlichkeit, unſcheinbarkeit. Cato apud Gellium 4, 12. *Eques habens equum parum nitidum impolitia, notabatur.*

¶ Interpŏlio, *īre*, Salmas. ad Solin. p. 277. Sed usitatius est

¶ Interpŏlo, *āre*, renovare, vetusto novam quasi formam inducere, verneuern, ausflicken, ausbeſſern. Cic. Verr. 3, 61 *Aliquid demere, mutare, & ne litura appareat, interpolare.* Apud Nonium 1, 145

Interpolare eſt immittere, & interponere, & novam formam a vetere fingere. Et eſt tractum ab arte fullonia eorum, qui poliendo diligenter vetera quæque quaſi in novam ſpeciem mutant, eine andere geſtalt geben, ſcheinbar machen, it. untermengen. Cic. ad Qu. Frat. 2, 12 *Togam interpolare.* Curt. 6, 2, 5 *Satietatem epularum ludis interpolabat.* Plaut. Moſt. 1, 3, 105 *Nova pictura interpolare opus.* Id. Amph. 1, 1, 161 *Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo*, er wird mir den kopf zurechte ſetzen. ¶ 2. Eſt & addendo corrumpere, verſchlimmern. Prudent. præf. 2 Apotheoſ. v. 45

Qui læta Chriſti culta fur interpolat, Addens avenas æmulas.

¶ Interpŏlātus, *a, um*, neu ausſtaffirt, ausgeflickt. Sic, *Veſtes interpolatæ*: *Mancipia interpolata*, in jure civili, quæ cum ſint veterana, lenocinio & arte faciem mutant, proque novis licent.

¶ Interpolatio, *ōnis*, f. interpolandi actio, die ausbeſſerung, verneuerung. Plin. 13, 12 *Curioſa interpolatione principalem fecit*, chartam puta. Et Tertull. adv. Hæret. c. 39 *Omnis interpolatio poſterior credenda eſt.*

¶ Interpolāmentum, *i*, n. idem, ſive quicquid aliunde immittitur, der zuſatz, das eingeflickte. Claud. Mamert. præf. lib. 1 *Sine alienorum interpolamento finem liber accepit.*

¶ Interpŏlātor, *ōris*, m. qui veſtes antiquas renovat. Onomaſt. Vet. *Interpolator*, ἐπισκευαστής, der kleider ausflickt, alte neu macht. It. qui addendo corrumpit. Tertull. de Anima c. 16 *Avenarum ſuperſeminator, & frumentariæ ſegetis nocturnus interpolator.* Id. de Spectac. c. 2 *Multum eſt inter inſtitutorem & interpolatorem.* Et de habitu mul. ſive de cultu fœm. 1, 8 *Diabolus interpolator naturæ.* Ergo & corruptorem ſignificat, qui in deteriorem formam pervertit; non eum modo, qui renovat ad meliorem, ein verderber.

¶ Interpolatrix, *īcis*, f. die etwas ändert. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 15 de hiſtoria: *Neque in hoc veri interpolatrix tenenda*; hoc eſt, non exiſtimanda, ea in re veritatem corrupiſſe. Et Tertull. adv. Hæret. c. 7 *Sapientia humana, affectatrix & interpolatrix veritatis.* Conf. ex Pomponio Parei Lex. p 631.

¶ Interpŏlis, *e*, & Interpolus, *a, um*, quod interpolatum, incruſtatum ac renovatum eſt, angeſtrichen, geſchminckt, verneuert. Plaut. Moſt. 1, 3, 117 *Nam iſtæc Veteres quæ ſe unguentis unctitant, interpoles, Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant.* Plin. 29, 1 de medicina: *Mutatur ars quotidie, ſtoties interpolis*, an der ſo oft gebeſſert wird, Vet. Gloſſ. *Interpolum*, ἐπίγναφον. Et Martianus ICt. L. 45 Dig. de contrah. emt. *Si veſtimenta interpola quis pro novis emerit.*

¶ Perpŏlio, *īre*, abſolvere, fertig machen, ausboliren. Cic. fam. 5, 12 extr. *Inſtituta perpolies.* Id. pro Balbo c. 7 *Perpoliendi operis extremus labor.* Et de Orat. 2, 13 *Perpolivit opus.*

¶ Perpŏlītus, *a, um*, ausgeziert, ausgeſchmückt; ut, *Literis perpolitus*, Cic. in Piſ. c. 29. *In dicendo perpolitus*, Id. de Orat. 1, 13. *Perpolita oratio*, Auct. ad Herenn. 4, 12. *Perpolitum tritu aurum*, Plin. 33, 4.

¶ Perpŏlīte, adverb. ganz zierlich. Superl. Auct. ad Her. 4, 32 extr. *Ut continuationes perfecte & perpolitiſſime poſſint eſſe abſolutæ.*

¶ Perpolitio, *ōnis*, f. die ausbolirung, ausputzung. Auctor ad Herenn. 4, 13 *Verborum exornatio ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.*

¶ Repŏlio, *īre*, wieder putzen. Columella 2, 21, extr. *Nihil attinet repoliri*, ſcilicet frumenta.

Poliorcetes, Polipticus, vide *Polis, Polyptychus.*

PŎLIS, *is*, f. πόλις, civitas; Hinc

¶ Pŏlītia, *æ*, f. πολιτεία, (quæ pronunciatio, etiam cum latine ſcribitur, obſervatur), respublica, der ſtaat, die policey, das ſtadt-regiment. Gell. 18, 2. Cic. Divin. 2, 27 pro libro Platonis de Rep. (qui græce ita inſcriptus eſt) dixit: *Platonis politiam nuper apud me mures corroſerunt*, conf. Id. Att. 4, 15.

¶ Politĭcus, *a, um*, πολιτικός, civilis, urbanus, ſtatiſtiſch, politiſch, das gemeine weſen betreffend; ut, *Libri politici*, Cælius Cic. fam. 8, 1 extr. Et, *Theſes politicæ*, ipſe Cic. Att. 9, 3. Et ibid. ep. 18 *Epiſtola* πολιτική.

¶ Pŏlītĭca, *æ*, & Politice, *es*, f. ſubſt. doctrina ſive ſcientia rempublicam recte conſtituendi & adminiſtrandi, die ſtaats-klugheit. Apul. de Philoſophia p. 71 *Civilitatem Plato politicen vocat &c.* Abuſus vocis eſt, cum & de malis in republica artibus dici ſoleat.

¶ Politĭcus, vel Polliticus, vel Polipticus, intellige *liber.* Ita legebatur alias apud Vegetium 2, 19 *Res annonaria vel civilis politicis adnotatur.* Sed legendum *polyptychis*, de quibus ſuo loco.

POLIORCĒTES, *æ*, m. πολιορκητής, urbium obſeſſor & expugnator, ein belagerer und überwinder der ſtädte. *Hoc cognomen Demetrio ab exitio urbium fuiſſe*, ait Seneca epiſt. 9. Et Gellius 15, 31 *Rhodum obſidebat oppugnabatque Demetrius, dux ætatis ſuæ inclytus, cui a peritia diſciplinaque faciendi obſidii, machinarumque ſolertia, ad capienda oppida repertarum, cognomentum* πολιορκητὴς *fuit.* Conf. Vitruv. 10, 22; & Ammian. 23, 4; & 24, 2. Vide & Lipſii libros quinque de *Poliorceticis*, ſ. machinis, tormentis, telis.

¶ Apŏlis, *idis*, c. ἄπολις, qui civitate excidit, des bürgerrechts verluſtig. Vlp. l. 1 § 2 Dig de Legatis lib. 3 *Deportati nec teſtamenta faciendi jus habent, cum ſint* ἀπολίδες. Marcianus l. 17 Dig. de pœnis: *Quidam* ἀπολίδες *ſunt, hoc eſt ſine civitate.* Ab α ergo & πολις compoſitum eſt: nec facile Latine ſcriptum invenitur.

¶ Apoliticus, *i*, m. ἀπολιτικός, civilis gubernationis expers, der kein ſtaatsmann iſt, der den ſtaat nicht verſteht. Græce ſuperlat. exſtat in Cic. Att. 8, 16 *Ego hominem* ἀπολιτικώτατον *jam ante cognoram.*

¶ Amphĭpŏlis, *is*, f. urbs Macedoniæ ſic dicta, quod illam Strymon fluvius circumfluat ambiatque. v. Plin. 4, 10.; Liv. 45, 9 & 29. Chriſtiani vocarunt *Chriſtopolin.*

¶ Amphipolitānus, *a, um*, adj. ut, *Amphipolitana arx*, Iuſtin. 4, 6, 15.

¶ Antipŏlis, *is*, f. Narbonenſis Galliæ oppidum, hodie *Antibes.* v. Plin. 3, 4; Tac. Hiſt. 2, 15, 3. ¶ 2. *Antipolis* Tranſtiberina regio contra Romam, quæ nunc Ianiculum, ut eſt apud Plinium 3, 5.

¶ Antipolitānus, *a, um*, adj. ut, *Antipolitani thynni*, Martial. 4 epigr. 89; & 13 epigr. 103.

¶ Decapolis, *is*, f. δεκάπολις, Iudææ regio decem urbium, die zehen ſtädte. Matth. 4. ult. Vide Geograph.

¶ Decapolitānus, *a, um*, adj. Plin. 5, 18 *Iungitur Iudeæ, latere Syriæ, Decapolitana regio, a numero oppidorum.*

Metropolis, Metropolita &c. vide ſupra in M.

¶ Pentapolis, *is*, f. Πενταπόλις, regio inter Palæſtinam, & Arabiam, appellata hoc modo a quinque civitatibus, inter quas *Sodoma* fuit & *Gomorra.* Proſper Aquitanicus de Providentia Dei v. 254 *Aut cum in Pentapolim deſcenderit igneus imber.* ¶ 2. *Pentapolis* alia in Palæſtina, mari mediterraneo propior, conſtans ex quinque urbibus Philiſtæorum, *Gath, Accaron, Azotus, Aſcalon, Gaza.* vid. 1 Samuel. 6, 17. ¶ 3. Sed omnium celeberrima *Pentapolis Cyrenaica* in Africa, quæ etiam uno nomine *Cyrenaica* appellatur. Habuit quinque clariſſimas urbes, *Cyrenen*, unde nomen regioni, *Apolloniam, Ptolemaida, Arſinoen*, & *Berenicen.* Hinc

¶ Pentapolitanus, ut, *Pentapolitana regio*, quæ eſt ipſa Cyrenaica, apud Plin. 5, 5 pr.

¶ Tetrapŏlis, *is*, f. τετράπολις, Antiochena regio Straboni dicitur a quatuor inſignibus oppidis. ¶ 2. Item alia Atticæ *Tetrapolis*, quam Attius latine *Quadrurbem* vocavit. Vide in *Quatuor.*

¶ Trĭpŏlis, *is*, f. τρίπολις, Phœniciæ locus celebratus tribus urbibus, Tyro, Sidone & Arado, Straboni; Plinio 5, 1; Melæ 1, 12. ¶ 2. Eſt & alia *Tripolis* Africæ. conf. Plin. 6, 4.

¶ Tripolitanus, *a, um*, adj. ut, *Tripolitana provincia*, Eutrop. 8, 10. *Tripolitani populi*, Plin. 5, 29.

PŎLIVM, *i*, n. πόλιον, herba, quam Muſæus & Heſiodus tamquam ad omnia utilem laudarunt, ut Plinius 21, 7, refert. Duo genera ejus: campeſtre, majus; & ſilveſtre, minus

¶ Tripŏlium, *i*, n. τριπόλιον, a polio diverſiſſima planta, naſcens in locis marinis, unda alliſis. Sic appellata, quod florem ſuum ter mutet per diem. Mane enim albet, meridie purpuraſcit, veſpere puniceo fit colore, quemadmodum indicat Dioſcor. 4, 130.

POLLEN, neut. & Pollis, maſc. genit. *pollinis*, mehl, ſtaubmehl. Sic enim exponit Marcellus, Dioſcoridis interpres, ſub eaque ſignificatione ex Terentio legi videtur in Adelph. 5, 3, 60. *Atque illa favilla plena fumi, ac pollinis, cuquendo ſit faxo & molendo.* Sic Cato R. R. c. 157 *Addito & ſalis paululum, & cuminum, & pollinem polentæ.* Et Colum. 6, 30 *Thuris polline armi linantur.*

¶ Pollinarius, *a, um*, zum mehl gehörig; ut, *Cribrum pollinarium*, Plaut. Pœn 3, 1, 10; *Arca pollinaria*, & Plin 18, 11, ein mehlkaſten.

¶ Pollĭnāris, *e*, idem. Gloſſ. Cyrill. *Pollinare cribrum*, γνφίσκιον κόσκινον.

¶ Pollināceus, *a, um*, ex polline quod eſt, aus mehl. Eædem Gloſſæ *Pollinaceus*, γνφίτης ἄρτος.

¶ Pollincio, *īre*, eſt farinam in piſtrino lucrifactam dividere, in Perotti Cornucopiæ p. 867, nulla, credo, auctoritate: qua etiam deſtituuntur

¶ Pollinctio vel pollintio, quod laudant ex Cato. de R. R. 136; ſed in illo lemmate legendum *politio.*

¶ Pollintor, *ōris*, etiam quem proferunt ex eodem Cato. de R. R. c. 136, (al. 137) potius eſt *politor.* vid. edit. Geſn.

POLLEO, *ui, ēre*, valere, poſſe, gelten, vermögen, kraft haben; ut, *Auro loquente nihil pollet quævis oratio*, v. Chiliad. Liv. 6, 35 *Plus pollere multorum ingenia conſiliaque.* Id. 44, 40 *Fortuna, quæ plus humanis conſiliis pollet. Multum* vel *plus pollet ejus auctoritas*, Salluſt. Iug. c. 13. Ita in formula jurisjurandi apud Liv. 1, 24 ext. *Tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque.* Conf. Interpretes ad 2, 34. *Pollere ad fidem faciendam*, Cic. Off. 2, 9. *Pollere adverſum omnes*, Plin 16, 22. Et, *Herba contra anginas efficaciſſime pollet*, Id. 24, 19. Et cum ablat. *ſcientia pollere*, Cic. Partit. c. 22.

¶ Pollens, *tis*, gültig, mächtig; ut, *Genus pollens & honoratiſſimum*, Plaut Capt. 2, 2, 28. *Vini pollens*, de Baccho, Id. Curc. 1, 2, 21. Sall. Iug. pr. *pollens potensque*, ubi obſervat Cortius frequenter hæc duo ita conjungi. Ovid Met. 5, 508 *inferni pollens matrona tyranni. Pollens opibus*, reich, Lucret. 1, 60 *Hoſtis equo pollens &c.* Ovid. Triſt. 3, 10, 55 Compar. Sil. 14, 339 *Aſtus pollentior armis.* Tertull adv. Mysh. c. 6 *Multo pollentioris mentis, vivacioris cordis.* L. 2 Cod. Theod. de Advocato fiſci, *Pollentior litteris.* Solin. c. 2 *Pollentiſſima ingenia.* Alcimus Avitus 5, 63 *Pollentiſſime curſus Teſtor, Nile, tuos.* ¶ 2. *Pollens* dicitur artemiſia, beyfuß. Apul. de Herb. c. 10 *Alii valentinam, alii artemiſiam, non pauci per ſe pollentem vocant.*

¶ Pollenter, adverb. mächtiglich, cujus comparativo uſus Claudian. de 4 Conſul. Honorii v. 254 *Caſuque redit pollentius hydra.*

¶ Pollentia, *æ*, f. die macht, gültigkeit. Plaut. Rud. 3, 2, 4 *Impiorum potior pollentia quam innocentum.* Id. Caſ. 4, 4, 3 *Ut potior pollentia ſis, vincasque virum.* Conf. Stewech. in Arnob. p. 99, qui Salluſtio reſtituit: *Invidia ex pollentia orta eſt.* ¶ 2. *Pollentia*, urbis nomen, vide *Polentia.*

Compoſita:

¶ Æquipolleo, æquipollentia, vide in *Æquus.*

¶ Antepolleo, *ui, ēre*, übertreffen, mehr vermögen. Apul. Met. 1 p. 104 *Quæ civitas cunctæ Theſſaliæ antepollet.* Idem cum quarto caſu Met. 7 p. 189 *Toto vertice cunctos antepollebat.*

¶ Omnipollens, vide ſupra *Omnis.*

¶ Præpolleo, *ēre*, plurimum pollere, ſehr vermöglich ſeyn. Hinc

¶ Præpollens, *tis*, hochmögend, vortrefflich; ut, *Gens divitiis præpollens*, Liv. 1, 57. Et, *Virtute & fortuna præpollens*, Id. 5, 34. Compar. *Præpollentior vis oculorum*, Auguſtin Civ. Dei 22, 29.

POLLEX, *icis*, m. a *pollendo* dictus digitus prior, cæteris firmior

ac pollentior, gr. ἐυτύχης, der daum, und die groſſe zee am fuſſe. Iuvenal. 7, 237 *Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat.* Horat. epod. 5, 47 *Irrefectum dente vodens pollicem*, i. e. unguem pollicis. Et de pollice pedis Plinius 7, 53 *Egrediens incuſſo pollice limini cubiculi.* ¶ 2. Hujus digiti geſtu & compoſitione veteres favoris juxta & odii edebant ſigna: Favoris quidem, ſi comprimerent; odii, ſi quando ſubrigerent. Ita nimirum Politianus Miſcell. c. 42; Turneb. Adverſ. 11, 6; Lipſ. Saturn. 2, 22 docent: Plinii loco adducto maxime, qui eſt 28, 2 his verbis conceptus: *Pollices, cum favemus, premere etiam proverbio jubemur.* Mihi contra videtur, *preſſos* odium, *ſubrectos* favorem ſignificaſſe. Quintil. 11, 3 *Fit & ille habitus, qui eſſe in ſtatuis pacificator ſolet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenſo, manum infeſto pollice extendit.* Quo in loco *infeſtum pollicem*, quis non videt *preſſum* intelligendum; qualis videlicet eſſe illorum ſolet, qui infeſti aliis ſunt, & male volunt? Significat enim, in iſto habitu cæteros manus digitos omnes protenſos, ſolum pollicem preſſum fuiſſe. Apul. 2 Met. p. 124 *Inſtar oratorum conformat articulum, duobusque infimis concluſis digitis, cæteros eminentes porrigit, & infeſto pollice, clementer ſubrigens, inſit &c.* Sane & hic *infeſtum pollicem*, preſſum eſſe, non dubitabit, qui ſingula diligentius excutiet, & inter ſe conferet. Namque ſi ſubrexiſſent oratores pollicem in eo habitu, non opus fuiſſet Apulejo diſerte nominare pollicem; ſatis fuiſſet dicere: *concluſisque duobus infimis digitis, cæteros eminentes porrigens clementer inſit, &c.* Nunc cum *infeſto pollice* addit, ſignificat, cum illis duobus infimis digitis concluſis *preſſum* fuiſſe. Perſuadet ita Fulgentius Planciades de continentia Virgiliana ſuper hac ipſa re ſcribens: *Itaque compoſitus in dicentis modum erectis in Iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verba exorſus eſt.* Alii infeſtum hunc pollicem, *verſum* ſive *converſum* vocant: qui idem cum *preſſo* eſt. Verſus enim ſive converſus, eſt retortus, ſive reflexus in cavam manus a recto atque nativo ſtatu ſuo. Iuvenalis 3, 36 *Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter.* Prudentius adv. Symmach. lib. 2 extr. *Pectusque jacentis Virgo modeſta jubet converſo pollice rumpi.* Ad Plinii locum quod eſt, ſane jamdudum eum de mendo ſuſpectum habuit Alciatus Parerg. 12, 9, & pro *premere, promere* putavit legendum. Quæ emendatio ſi vera eſt, ut ego judico, rem factam habebimus. *Promere* enim eſt explicare. Quintil. 11, 3 *Averſo pollice demonſtrare aliquid.* Horat. 1 epiſt. 18, 66 *Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum*; i. e. impenſiſſime & cum ſummo favore laudabit: quemadmodum, *utraque manu promittere*, eſt, valde promittere. In altercatione Hadr. ad Epict. *Quare mortuo pollices ligantur.* ¶ 3. *Pollex* in vite eſt pars flagelli abſciſſi in matre relicta, eadem quæ alias *cuſtos, reſex, præſidiarius palmes* appellatur, Colum. 4, 21, 3. it. 4, 24, 13 &c. ¶ 4. Sunt & in palmarum corticibus *pollices*, de quibus Plin. 13, 4 *Palmæ teretes atque proceræ, denſis gradatisque corticum pollicibus ut orbibus, facilesque ſe ad ſcandendum orientis populis præbent.* ¶ 5. *Pollex*, vulgo ein zoll. ¶ 6. *Pollex* cognomen Romanum, unde luſus Cic. Att. 13, 46 pr. *Pollex fuit - plane pollex, non index.* Volebat nimirum aliquid ab eo reſciſcere.

¶ Polliˊcāris, *e*, pollicis craſſitudinem habens, daumens breit oder dick; ut, *Pollicaris latitudo*, Plin. 15, 24.

Polliceor, pollicitatio, pollicitor &c. vide *Liceo*. Pollinaceus, pollinarius, *Pollen*. Pollincio, pollinctor, pollinctura &c. *Pollingo* in *Lingo*. Pollintor, pollis, *Pollen*.

POLLIO, *ōnis*, m. Πολλίων, *Aſinius Pollio*, orator celebris Romæ, Auguſti amicus, & Virgilii patronus. Horatius Tragœdiarum & Hiſtoriarum eum ſcriptorem fuiſſe teſtatur 1 ſat. 10, 85 &c. Et Virgil. ecl. 3, 86 *Pollio & ipſe facit nova carmina &c.* vid. de illo Manut. ad Inſcript. Cic. fam. 10, 31.

POLLVBRVM, vel Polubrum, *i*, n. antiquum, ſignificat pelvim, ein hand- oder fuß-becken. Vide Feſtum & Nonium 15, 11, qui autor eſt, legi apud Livium: *Argenteo polubro & aureo gutto.* Et apud Fabium Pictorem: *Aquam manibus pedibusque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto.* Vſus & Arnobius 2 p. 59 *Polubrum, filiquaſtrum, trulla.* Gloſſæ Vet. *Pollubrum, ποδονίπτηρον.* Simplici & geminato L. ſcriptum invenitur, ein fußbecken.

Polluceo, pollucibilis, polluctum &c. vide *Luceo* in *Lux*.

Polluo, cum derivatis, vide ſupra in *Luo*.

POLLVX, *ūcis*, m. Caſtoris frater, (vide in *Caſtor*); præſes erat certaminum, pugilum maxime. Seneca Medea v. 88 *Cedes Caſtore cum ſuo Pollux cæſtibus aptior.* Ovid. Amor. 3, 2, 54 *Pollucem pugiles, Caſtora placet eques. Polluces* pro Pollux, etiam de uno, apud Varronem L. L. 4, 20. Et Servius in Virg. Georg. 3 *Ambo licenter & Polluces & Caſtores vocantur.* Exempla vide in Plaut. Baceh. 4, 8, 53; Symmach. 1 epiſt. 89; & Arnob. lib. 13, Geſneri Chreſtomath. Plin. n. 59 no. 10, ubi *Caſtores* pro Caſtore & Polluce poni docetur. ¶ 2. *Iulius Pollux*, grammaticus ſub Commodo, qui græcum Onomaſticum, 10 conſtantem libris reliquit. vid. Fabric. Bibl. Gr. 4, 33.

¶ Pol, jurandi adverb. pro *certe*, quaſi dicas, *per Pollucem.* Frequentiſſime occurrit apud Plaut. & Terent. Sed & Horat. 1 epiſt. 7, 92 *Pol, me miſerum patrone vocares.* conf. Id. 2 ep. 2, 38.

¶ Perpol, vulgo creditur idem eſſe ac *per Pollucem*, ap. Ter. Hec. 1, 1, 1. Sed eſt, *Per Pol quam paucos reperias fideles &c.* Etiam Donatus monuit, per tmeſin dictum eſſe pro *pol perquam paucos.* Serv. in 1 Æneid. Sic apud Plaut. Caſ. 2, 6, 18 *Per Pol ſæpe peccas*, i. e. *Pol perſæpe.* Sic & Gell. 3, 6 *Per hercle rem mirandam Ariſtoteles dicit*, pro *Rem hercle permirandam.*

¶ Edepol, juramentum erat viris & fœminis commune, Gellio autore 11, 6, aut fœminis ſolis, juxta Varronem. Scribi vulgo ſolet *Ædepol* per diphthongum, quia ſic jurari credunt quaſi per *ædem Pollucis.* Sed non ita eſt, inquit Voſſ. in Etymol. f. 9. Nam ſcribendum *edepol*, quod conflatum ex tribus vocibus: particula jurandi *me* vel *e*, & *deus Pollux.* Simile eſt *medius fidius.* Hæc ille. Rectius emendatiusque abeſſe vult diphthongum, licet utrumque exſtet in veteribus libris. Sane in Vaticano Terentii exemplari aliisque codd. antiquis *edepol* & *ecaſtor* ſine diphthongo ſcribi, e Faërno monet idem Voſſius in Ecere f. 189. Non æque illud probem, quod e tribus vocibus originem vir doctiſſimus arceſſit. Magis hic accedam ſententiæ Ioh. Meurſii Par. 1 Exerc. Crit. ad Capt. c. 4 p. 80, cauſſam, cur ſcribendum ubique ſit *edepol*, ita exponentis: *Mos enim veteribus vocales longas duplicare, & vel H vel D inſerere. Itaque pro* Epol *ſcribebant* Eepol & Edepol, *ſicut* Mecum, Meecum, Medecum, & *ſimilia. Nam* Epol *dicebant quomodo* Ecaſtor, Equirine, Ejuno. *Quæ duo poſtrema non ubique obvia. Prius eſt apud Feſtum legere, poſterius apud Soſipatrum lib.* 2. Sua fecit hæc totidem pæne verbis Pareus Lex. Crit. p. 419, 420. Quod de *edepol* ita diximus, transferendum & ad ſimilia jurandi adverbia. Scribendum *ecaſtor, ecere, equirine.* Non per ipſorum ædem, ſed per ipſos his verbis jurabant. Illud autem *E* putes per ἀφαίρεσιν factum eſſe vel ex *me*, quod integrum remanſit in *mecaſtor, mehercules, medius fidius*, putaturque græcorum eſſe μα, quo & ipſo utebantur jurantes; vel ex νὴ, de quo Voſſ. Etymol. f. 315 in *me-dius-fidius.* Sed quod ſimpliciſſimum ex νή, quo in adſeverationibus utuntur etiam Græci.

Polubrum, Polulus, vide *Pollubrum, Paululus* in *Parvus*.

PŎLVS, *i*, m. πόλος, cardo cœli, quem *verticem* Cic. Nat. D. 2, 41 dixit, a πολέω, *verto*, der pol, der himmelsangel. Auguſtinus Soliloq. 1, 1 *Deus, cujus legibus rotantur poli, & curſus ſuos ſidera peragunt.* Poli duo ſunt, alter *arcticus*, qui & *borealis*, & *ſeptemtrionalis*, & *aquilonius* dicitur, qui nobis in Europa, & majore parte Aſiæ habitantibus perpetuo apparet, der nord-pol; alter *antarcticus*, vel *auſtralis*, vel *meridionalis*, der ſüder-pol. De utroque ſic Virgil. Georg. 1, 242 *Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.* Conf. Plin. 2, 15. ¶ 2. *Polus* poëtis ſæpius eſt ipſum cœlum, der himmel. Virg. Æn. 6, 608 *Polus dum ſidera paſcet.* Et Æn. 3, 589 *Aurora polo dimoverat umbram.* Hinc paſſim *ſignifer, ſtellifer, ſidereus polus* dicitur.

¶ Polāris, *e*, adjectiv. ut, *Stellæ polares*, apud Aſtronomos.

¶ Poloſe, adverb. i. e. per polos. Mart. Capella lib. 1 p. 14 *Obliqua decuſſata poloſe.*

POLVS, *i*, m. hiſtrio, de quo Gellius 7, 5. Hic Electram Sophoclis acturus, pro Oreſtis oſſibus oſſa filii ſumſit, qui paucis ante diebus deceſſerat. Ea res cum luctum verum revocaret in memoriam, fletu adeo miſerabili theatrum complevit, ut omnes eo commoti dolerent.

PŎLYĂCANTHOS, *i*, m. πολυάκανθος, carduus & folio & caule ſpinoſas lanugines habens, eine weg-diſtel. Plin. 21, 16.

PŎLYÆNVS, *i*, m. Πολύαινος, rhetor Macedo fuit, & ſcripſit libros octo Strategematum, quibus ampliſſima fœcundiſſimaque rei militaris ſcientia continetur. Sententiam ejus unam Stobæus annotavit, ἐπὶ τοῖς ἀπυθνήσκουσι μὴ λυπῆ, ἀναγκαῖον γὰρ, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αἰσχρῶς τελευτῶσιν. Hoc eſt: *Propter morientes ne triſteris, eſt enim neceſſarium, ſed propter turpiter e vita diſcedentes.*

POLYANDRIVM, *i*, n. πολυάνδριον, commune ſepulcretum, ſive locus, ubi tumuli ſunt mortuorum, der gemeine kirchhof, gottesacker, grabſtäte. Arnob. 6 p. 194 *Polyandria illa Varronis.* Gloſſ. lat. gr. *Strages*, πολυάνδριον, σωρὸς νεκρῶν. Lactant. div. Inſt. Epit. c. ult. *Congerentur in ea valle corpora mortuorum, & vocabitur nomen ejus Polyandrium.* conf. Elmenh. ad Arnob. l. c. p. 175.

POLYANTHĔMVM, *i*, n. πολυάνθεμον, herba, quam quidam *Batrachion* appellant, hahnenfuß. Plin. 27, 12.

POLYARNES, *um*, c. πολύαρνες, multos agnos poſſidentes, die viel ſchafe haben, a πολύαρς, Varr. R. R. 2, 1.

POLYBIVS, *i*, m. Πολύβιος, Arcas fuit, ſcripſit Græcorum & Romanorum hiſtorias libris quadraginta, de quibus 17 hodie reliqui ſunt. Auctor longe optimus & civili juxta & militari prudentia nemini ſecundus: v. Caſaub. præfat. in Polybium, & Voſſ. de Hiſt. Græc. 1, 19. Lapſu ex equo mortuum dicunt. ¶ 2. Alius medicus, fuit gener, diſcipulus & ſucceſſor Hippocratis, cujus quædam ſcripta illi tribuuntur. V. Fabr.

PŎLŸBVS, *i*, m. rex Corinthiorum, qui, cum liberis careret, Oedipum Laji patris juſſu expoſitum, inventumque a paſtore, pro ſuo educavit. vid. Stat. Theb. 1, 64; Sen. Oedip. v. 12; Martial. 7 epigr. 71. ¶ 2. Alius inter procos Penelopes, apud Ovid. Heroid. epiſt. 1, 91.

POLYBŪTES, *æ*, m. πολυβότης, boum copia dives, reich an rindern, Varr. R. R. 2, 1.

POLYCARPVS, *i*, m. πολύκαρπος, latine *fructuoſus*, herba *Proſerpinaca* alias dicta, Apulej. de Herb. c. 18. ¶ 2. *Polycarpus*, S. Iohannis diſcipulus, Smyrnæorum epiſcopus, pro fide Chriſtiana combuſtus; de quo Irenæus adv. Hæret. 3, 3. Tertull. de Præſcript. c. 32, & alii.

POLYCHARMVS, *i*, m. cælator eximius. v. Plin. 36, 5; & Mart. 8 epigr. 37.

PŎLYCHRESTVS, *a, um*, πολύχρηστος, quicquid frequentis uſus eſt, uti ſal &c. zu vielen dingen nützlich. vid. Apic. 1, 1.

PŎLYCHRŌNIVS, *i*, m. πολυχρόνιος, diuturnus, longævus, der lange lebt. Firmicus 8, 28.

PŎLYCLĒTVS, *i*, m. ſtatuarius & ſculptor Sicyonius nobiliſſimus, de quo Plin. 34, 2 & 8; Iuvenal. 3, 217; Martial. 8 epigr. 51, & 10 epigr. 89.

¶ Polyclētēus, *a, um*, adject. Stat. 4 Silv. 6, 28 *Quod Polycleteis juſſum eſt ſpirare caminis.* Et 2 Silv. 2, 67 *Aut Polycleteo juſſum eſt quod vivere cælo.*

POLYCNĒMON, *i*, n. πολύκνημον, herba odorifera. Plinio 26, 14, & Dioſcoridi.

PŎLYCRĀTES, *is*, m. Πολυκράτης, Samiorum tyrannus fuit, fortuna opibusque clarus. Cruci affixus eſt ab Oroete, cum paullo ante filia ejus in ſomnis viſa ſibi eſſet, cernere patrem in æthere ſublimem, a Iove ablui & a ſole inungi. Suſpenſum enim ardores ſolis ita percoxerunt, ut liquefacta exſtillaret e corpore pinguedo, quæ cadaver oblinebat, & cœleſtes id viciſſim pluviæ abluerent. De felicitate & annulo ejus vide Cic. Fin. 5, 30; & Plin. 33, 1 ex Herodoto. ¶ 2. *Polycrates*, Athenienſis ſophiſta, qui Buſiridem laudavit, reprehenſus ab Iſocrate, cujus oratio ejusdem argumenti adhuc exſtat, v. Quint. 2, 17 p. 191 Burm. ¶ 3. Alius ſtatuarius, Plin. 34, 8.

PŎLŸDĂMAS, *antis*, m. Πολυδάμας, Trojanus fuit, Panthoi filius & Hectoris æqualis. Dares Phrygius c. 39 ſeqq. Trojam Græcis noctu ab hoc proditam fuiſſe ſcripſit. Metri cauſſa prima producitur.

tur. v. Ovid. Met. 12,547; Pers. sat. 1,18. An *Polydamas* imitatione Græca scribi debeat in talibus, vid. Heins. ad Ovid. Her. 5, 94. ¶ 2. *Polydamas* vel *Pulydamas* athleta celebris, de quo Pausan. Eliac. p. 182 sq. cujus statuam febricitantes sanare refert Lucian. T. 2 p. 714 Gr. *Scotussæum Polydamanta* nominat T. 1 p. 626.

¶ Polydamantēus, *a, um*, adject. Silius 12, 212 *Polydamanteis juvenis Pedianus in armis*. v. ibi Drakenb.

PŎLYDECTA, & Polydectes, *æ*, m. Πολυδέκτης, rex Seriphi insulæ, Ovid. Met. 5, 242, ubi mythologos comparat Burm. ¶ 2. Alius *Polydectes* statuarius, Plin. 36, 5.

PŎLŸDŌRUS, *i*, m. Πολύδωρος, Priami ex Hecuba filius, missus cum magna vi auri ad Polymnestorem Thraciæ regem, a quo tandem Troja capta interfectus est: vide Virg. 3 Æneid. sub initium.

¶ Polydōrēus, *a, um*, adject. Ovid. Met. 13, 629 *Et Polydoreo manantem sanguine terram*.

POLYGĂLA, *æ*, f. & Polygălon, *i*, n. πολύγαλον, herba, quæ potata lactis ubertatem inducit, creutzblume, Plin. 27, 12. Dioscor. 4, 142.

Polygamia, polygamus, quære supra in *Gamus*.

POLYGNŌTUS, *i*, m. Πολύγνωτος, pictor antiquissimus, de quo Plin 33, 13; & 34, 8; & 35, 6 & 9. Pausanias lib. 10 referr, cum pinxisse Ocnum torquentem spartum, & asinam prope rodentem; quod ænigma est frustra laborantis, qui uxorem habeat prodigam. vid. Erasmi Proverb. *Ocnus torquet Spartum*; & supra *Ocnus*.

POLYGŌNĂTON, *i*, n. πολυγόνατον, herba, quam vulgo *Sigillum Salomonis* vocant, weisswurtz. Plin. 27, 12.

Polygonius, *a, um*, vide supra in *Gonia*.

POLYGŌNOĪDES, *is*, f. πολυγονοειδής, herba folio lauri; unde & *Daphnoides* appellatur, Plin. 24, 15.

POLYGŌNON, *i*, n. πολυγονον, herba alia Plin. c. l. quæ & *sanguinaria* & *sanguinalis* dicitur, weggras oder wegtritt. Id *Polygonon marem* vocant: *Polygonon fœmina*, knauenkraut.

Polygrammos, vide supra *Gramma*.

POLYGŸNÆCĒON, *i*, n. πολυγυναικεῖον, mulierum frequentia, ein haufen frauenzimmer. Athenion pinxisse dicitur Plinio 35, 11.

PŎLYHISTOR, *ŏris*, m. ὁ πολυίστωρ, der viel weiß. Suet. Grammat. c. 20 *Cornel Alexandrum propter antiquitatis notitiam polyhistorem multi vocabant*. Ita & opus suum, ex Plinii naturali historia collectum, C. Iul. Solinus inscripsit.

POLYHYDION, *i*, n. πολυύδιον, centauria major, tausendgülden-kraut. Apulej. de Herb. c. 34.

Polyhymnia, vide mox *Polymnia*.

POLYMACHÆROPLACIDES, *æ*, m. militis nomen fictum a Plauto Pseud. 2, 31 & seqq.

POLYMĂTHIA, *æ*, f. πολυμαθία, multiplex eruditio, eine vielwissenheit. Græce exstat apud Gellium 14, 6.

POLYMĒLUS, *i*, m. πολυμηλος, pecorosus, viehreich. Varr. R. R. 2, 1.

POLYMESTOR, *ŏris*, m. Πολυμήστωρ, Milesius puer, cum a matre locatus esset ad caprarios partus, ludicro leporem consecutus est; & ob id statim productus a gregis domino, victor in stadio meruit coronam: Solin. c. 6.

POLYMĪTUS, *a, um*, πολύμιτος, multis, versicoloribus etiam licciis contextus, vielfädicht, auch von mancherley farben, a πολὺ & μίτος, *filum*. Sic, *Ars polymita*, i. e plumaria. Hieronym. epist. 8 ad Demetriadem. Sic, *vestem polymitam* pro varia, vetus Interpres Bibl. dixit Genes. c. 23, 37. v. Salmas. in Hist. Aug. p. 310. Plin. 8, 48 *Plurimis liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit*, polemit. Isidor. 19, 22 *Polymitas textus multorum colorum est*.

¶ Polymitārius, *i*, m. qui variegat opus varii coloris filis, ein zeugwürcker Vulg. Interpr. Exod. 35, 35. conf. Isidor. 19, 22.

POLYMNESTOR, *ŏris*, m. Πολυμνήστωρ, rex Thracum fuit, tempore belli Trojani; vide paullo ante *Polydorus*, & Ovid. Met. 13, 551.

PŎLYMNIA, vel Polymnēia, *æ*, Πολύμνια, una, ex novem Musis poëticis est, sic dicta vel a memoria, μνεία, vel a cantu, ὑμνος. Ovid. Fast. 5, 9 & 53 *Polyhymniam*, penult. corr. & Horatius 1 od. 1, 33 *Polymnelam* dixerunt vide *Musæ*.

Polymyxos, Polynevron, vide *Myxa*, *Neura*.

PŎLYNĪCES, *is*, m. Πολυνίκης, Oedipi filius, frater Eteoclis, qui in bello ad Thebas, mutuis cum fratre vulneribus confligens, periit: vide *Eteocles*. Stat. Theb. 7, 689 *Parcior ad cives Polynicis inhorruit ensis*.

Polyonymos, Polyphagus, vide *Onoma*, *Phago*.

POLYPHĒMUS, *i*, m. Πολυφημος, Cyclops Homero & Virgilio est, seu potius vir prudens, quem tamen Ulysses calliditate superavit. De hoc Homerus lib. 9 Odyss. & Virg. Æn 3, 641.

Polypleurus, Isopleurus, Polyplusius, vid. *Isopleurus* in *Pleuritis*, *Plutus*.

Polypodium, Polyptoton, vide *Pedes*, *Ptosis*.

POLYPTYCHUS, vel Polyptychum (est enim adjectivum Græcum πολύπτυχος) quod vel ad βιβλίον Græcum, vel ad Latinum *liber* referetur. Hæc vox, in quantum ad Latinas transiit, varie corrupta est in *Pulaticum*, *polpticum*, *pollitticum*, *polticum*. v Lucilius ad Veratium super reliquis Menandri p. 101 sq. ex Salmasii variis locis. Quod spectat significationem & usum, πολυπτυχα δέλτοι apud Lucian. T. 1 p. 902 Gr. sunt *tabulæ plicabiles* multarum quasi valvarum; quemadmodum in *Diptycha* duabus tantum tabulis conflabant. *Poliptici* i. e. *Polyptychi* vocantur apud Vegetium 2, 19 libri, *quibus res annonaria vel civilis annotatur*, de quibus ex instituto Cujac. Observ. 4, 27 ex variis locis lectorum, quem laudat etiam & quædam de suo adjecit Stewech. ad Veget. l. c.

PŎLYPUS, *i*, & *ŏdis*, m. πολύπους, piscis, grosse meer-spinne, mit vielen füssen, a pedum sic dictus multitudine, Germanis nobis ignotus est. Ab epitheto ingenio colorem suum mutantis, & accommodantis, ad id loci, cui adhæserit, ne facile capiatur, *Polypi*, vertipelles proverbio dicuntur, verstellagene und listige leute. v Plutarch. Quæst. Nat. p. 916. In bonam partem, Theognis πολύποδος νοον ἔχε &c *Polypi mentem obtine*. Plautus ad aliam etiam metaphoram transtulit in Aul. 2, 2, 21 *Ego istos novi polypos, qui, ubi quid tetigerunt, tenant*. Polypum, si fame laboret, tibi cirros ambedere, sentiunt Alcæus apud Athenæum, Orus Apollo in Hieroglyphicis, Ælianus, alii: Plinius tamen falsam esse hanc de polypo opinionem existimat lib. 9, 29. *Polypus* gen. fœm. est apud Lucil. in Nonii 3, 175. ¶ 2. Est & *Polypus* narium morbus, ein nasen-geschwär, Celso 6, 8. Meminit & Horat. epod. 12, 5, & 1 sat. 3, 40. Et hinc

¶ Pŏlўpōsus, *a, um*, πολυπώδης, polypo, narium morbo, laborans, der ein nasen-geschwär hat, apud Martialem 12 epigr. 37.

¶ Polypŏdion, *i*, n. herba, cujus radix hispida atque crinita, ut est Polypus &c. vid. Isidor. 17, 9. conf. supra in *Podes*.

POLYRRHIZON, *i*, n. πολυρριζον, herba, quam & *Melampodium nigrum* vocant, Plin. 25, 5 & 8; & 26, 12.

POLYSCHEMATISTUS, *a, um*, πολυσχηματίστος, multis figuris constans, von vielerley art; ut, *Polyschematista metra*, quæ Prisciano *mixta* & *confusa*, v. Micyll. lib. 1 de Re metrica.

POLYSIGMA, vitium orationis, ubi S litera crebrius geminatur; ut, *Sulla in solario soleas sarciebat suas*.

POLYSPASTUS, *i*, m. πολύσπαστος, eine winde oder kloben mit vielen scheiben oder rollen, apud Vitruvium 10, 5. Baldus Lex. Vitr. p. 138 latine reddit multitraham machinam, trochleam scilicet, multis orbiculis constantem, quibus pondus quasi in partes conciditur. vid. Casp. Schotti Curs. Mathem. p. 441.

Pŏlўtyndēton, vide infra *Syndetus*.

POLYTĔLES, *is*, πολυτελὴς, i. e. sumptuosus, impendiosus, kostbar. Ita inscribitur liber septimus Apicii ab impensarum & opsoniorum, quæ in eo traduntur, copia & multitudine.

POLYTRĪCHON, *i*, n. seu *Callitrichon*, Græcis τειχομανὲς, herba, steinbrech, non *Adiantum*, ἀδίαντον, quod *capillum Veneris* vulgo dicunt, frauenhaar, mauerraute. *Polytrichum* a multitudine capillorum, seu filorum, cujusmodi in radicibus ejus herbæ videntur, nomen accepit, nam τρίχες *capilli*. vid. Plin. 22, 21. Dicitur etiam *Polythrix*, πολύθριξ, Plin. 26, 11, 12 & 14. ¶ 2. Ejusdem etiam nominis gemma, quæ defluvia capillorum facere dicitur, Plin. 37, 11.

PŎLYXĔNA, *æ*, f. Πολυξένη, Priami regis filia, a Pyrrho ad Achillis sepulcrum jugulata. Consule historiam belli Trojani, & Ovid. Met. 13, 448 & v. 460. Hinc

¶ Polyxenius, *a, um*, adject. Catull. carm. 65, 368

Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra.

PŎLYXO, *ûs*, f. mulier ex Lemno, Apollinis vates, quæ, cum Lemni mulieres ob spretam Venerem hircum olerent, & mariti ex Thracia uxores adsciscerent, hortatrix fuit, ut omnem virilem sexum interimerent. vid. Stat. Theb. 5, 90 & 327; & Val. Flacc. 2, 316.

Polyzonus, vide infra *Zona*.

PŌMA, *ătis*, n. πῶμα, fructus palmæ, de quo Dioscor. 1, 129 *Ex palma nascens palmula vocatur a copia succi, quo sitim arcet, poma*, i. e. *poculum*.

Pomarius, *a, um*, pometum, Pomeridies, pomeridianus, Pomifer, Pomilio, vide *Pomum*, *Meridies*, *Pomum*, *Pumilio*.

POMOERIUM, *i*, n. quasi *postmœrium*, hoc est, post murum, seu circa murum potius locus, quemadmodum Livius testatur, qui & *postmœnium* ab aliis dici indicat, der zwinger. v. Livium 1, 44, qui vel solus sufficit interpretationi: *Augere*, inquit, *fossis & muro civitatem urbem. Ita pomœrium profert. Pomœrium, verbi vim solam intuentes, postmœnium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem inaugurato consecrabant, ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur; & extrinsecus pleri aliquid ab humano cultu pateret soli.* v. ad hunc locum Jac. Gronov. Adde Gell. 13, 14, ubi describitur; & Rigalt. Not. in Agrimensores p. 79. Quod urbi Romæ *pomœrium* protulerit Romulus, & quomodo semper augeri fuerit solitum, pro fortuna Pop. Rom. prolatisque imperii terminis, docet Tacit. An 12, 23 & 24.

Pomona, pomosus, vide paullo post *Pomum*.

POMPA, *æ*, f. πομπή, apparatus cum ostentatione, cujusmodi in triumpho est, aut in funere, ein gepränge, procession, pracht; ut, *Pompa lictorum*, Cic. fam 2, 16: &, *Rhetorum*, Id. Tusc 4, 21. *Adhibere pompam in dicendo*, Id de Orat. 2, 72. *Pompa funeris*, Nepos 25, 22, 4, das leichen-gepränge. *Solemnes ducere pompas*, einen umzug halten, Virg. Georg 3, 22. *Deorum pompa* in circo duci solebat ante ludos commissos. v. Ovid. Art. am 1, 147. De magno comitatu eoque apparate instructo est apud Plaut. Curc. 1, 1, pr & Ter. Heaut. 4, 4, 17, eine grosse spitz. Hinc ævi scriptores medii formarunt nomina, verba & adverbia:

¶ Pompo, *are*, ein gepränge machen, est Sedulii post præfationem l. 1, 2 *Grandisonis pompare modi, tragicoque boatu.*

¶ Pomparus, *a, um*, prächtig, ansehnlich; unde Comparat. Tertull. de Spectacul. c. 7 *Circenses paullo pompatiores suggestus.*

¶ Pompābilis, *e*, idem. Treb Pollio in Zenobia. *Ducta per triumphum ea specie, ut nihil pompabilius populo R. videretur.*

¶ Pompālis, *e*, idem. Capitolin. in Gordianis c. 6 *Erat canitie decora & pompali vultu.*

¶ Pompaliter, adverb. idem. Treb. Pollio in Gallien. c. 8 *Gladiatores pompaliter ornati.*

¶ Pompālitas, *ătis*, f. pompa, die pracht. Priscianus libello de Versib. Comicis post principium, edit Putsch. p 1320.

¶ Pompaticus, *a, um*, aliud adject. prächtig. Apul. Met. 10 p. 253 *Pompatico favore deducor.* Tertull de Cultu Fœm. 2, 9 conqueritur de suorum temporum Christianis fœminis, *Ita pompaticas progredi, ut sapientiam non videantur consecutæ.* conf. Id. adv. Valent. c. 16. Et Hieron. proœm. in ep. ad Ephes. *Pompaticum jactare sermonem.*

¶ Pompōsus, *a, um*, idem. Sidon 4 epist. 9 *Pomposus incessus.*

¶ Pompose, adverb. idem. Sidonius 9 epist 9 *Pompose scribere.*

¶ Pompeum, *i*, n. τομπεῖον, Athenis erat locus publicus, ubi pomparum instrumenta asservabantur, frumenta etiam dividebantur interdum Meminit Plinius 35, 11 f. 40 n. 33. vid. Pollux 9, 45; inprimis Casaub. & Menag. ad Diog. Laërt. 2, 43.

¶ Depompātio, *ōnis*, f. die beraubung der pracht. Hieronymus dixit adv. Rufin. 1, 7, quod arguit, & verbo *Depompare* illius ævi hominibus usos fuisse. Sic

¶ Expompo, *are*, dehonestare, schänden, schimpfen. Augustin. Serm. 12 a Sirmondo edit. p. 140 *Quid times? inveniri & damnari? inveniri & expompari?*

POMPĒIVS, *i*, m. *Cn. vel Cne. Pompejus*, quem *Magnum* Sylla appellavit, & *virum ad omnia ſumma natum*, Cic. in Claris Orat. c. 68; qui totus eſt in illius laudibus in Orat. pro L. Manilia. Sed aliis locis nec vitia ejus diſſimulavit. v. g. ad Att. 7, 25 ext. *Malas cauſſas ſemper obtinuit, in optima concidit*, item 8, 3 p. 758 Gr. *Nihil actum eſt a noſtro Pompejo ſapienter, nihil fortiter.* conf. 8, 8. Ita 8, 16 pr. ἀπολιτικώτατον vocat & ἀρρατηγικώτατον. Etiam Caſſius ad Cic. fam. 15, 19 ext. *fatuitatis* & *crudelitatis* nomine reprehendit. Cæterum imperator fuit multis feliciſſime confectis bellis & victoriis clarus, unus denique ex præcipuis viris, qui unquam vixerunt: Sed victus tandem pugna Pharſalica a Cæſare, & in fuga interfectus, exemplum fuit inſtabilitatis fortunæ, & quantas magni viri accerſant ſuis ſibi erratis ſæpe miſerias. Periit autem duodeſexaginta natus annos, ut Plutarchus Vellejusque auctores ſunt.

¶ Pompēĕus, *a*, *um*, adjectivum, quatuor ſyllabarum; ut, *Domus Pompeia*, Ovid. Pont. 4, 5, 9. & trium, Propert. 2, 23, 45 *Vmbroſis Pompeia columnis Porticus*, quam 4, 8, 75. itemque Ovid. art. 1, 67 & 3, 387 & Mart. 11, 48 *Pompeiam umbram* vocant.

¶ Pompējānus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Triumphi Pompejani*, Lucan. 3, 166. Et Auguſtus Livium *Pompejanum* dixit, id eſt, Pompeji nimium laudatorem, apud Tac. An. 4, 34. Sic, *Pompejanæ partes*, Vellej. 2, 52, 2. Et abſolute *Pompejani*, qui a partibus Pompeji ſteterunt, Id. 2, 51, 3.

¶ Pompejopŏlis, *is*, f. Ciliciæ urbs, dicta antea *Soloë*, poſtea *Trajanopolis*, Solino teſte c. 51. ¶ 2. Alia Hiſpaniæ, nunc *Pampelone*.

POMPHŎLYX, *ўgis*, f. πομφόλυξ, cinis metallicus, naſcens in ſummitatibus fornacum, **hüttenrauch.** *Nil album*, eſt in officinis, de quo proverbium vulgi eſt, nichts iſt den augen gut, id eſt, prodeſt oculis *Pompholyx*: Dioſcor. 5, 43: & Plin. 34, 13.

POMPĪLIVS, *i*, m. vide *Numa*. Horat. 1 od. 12, 33 *Quietum Pompili regnum laudat*. Et adjective Id. Art. Poët. v. 292 *Pompilius ſanguis*. Plural. Prudent. Periſteph. 10, 402 *Inventa regum pro ſalute publica Pompiliorum noſtra carpunt ſecula*: ubi ſecunda contra Horatii auctoritatem producitur.

POMPĪLVS, *i*, m. piſcis, alio nomine *Nautilus*, quod navis ſpeciem præ ſe ferat, Plin. 6, 29; & 9, 15; & 32, 11. Ovid. Halieut. v. 101 *Qui ſemper ſequeris ſpumas, pompile, nitentes.*

POMPŌNIVS, *i*, m. Atticus, nobiliſſimus eques Romanus, ingenio excellenti & humanitate ſumma præditus, dives, & Ciceroni conjunctiſſimus, poſt turbatam rempublicam Rom. Athenas ſeceſſit, ubi in omnium hominum gratia & admiratione diu vixit, ac propterea, quod Atticam linguam feliciſſime didicit, *Atticus* cognominatus eſt. Vitam ejus elegantiſſime deſcripſit C. Nepos. ¶ 2. *Pomponius Secundus* conſularis, poëta tragicus, Plinii majoris amicus, qui ejus vitam ſcripſit, teſte Plinio juniore 3 ep. 5. De hoc refert major H. N. 7, 19 f. 18 *Nunquam eum ructaſſe*. Add. Quint. 10, 1 p. 912. ¶ 3. *Pomponius Mela*, vide ſupra *Mela*.

¶ Pompōnia, *æ*, f. mater Scipionis, ut hic videri volebat, a Iove in anguem mutato compreſſa. Sil. 13, 615 *Adſtabat fœcunda Iovis Pomponia furto*.

¶ Pomponiānus, *a*, *um*, adject. ut, *Pira Pomponiana*, quod ea primus inſeruerit Pomponius, Plin. 15, 15. ¶ 2. Eſt & *Pomponiana*, inſula una ex Stœchadibus, Plin. 3, 5.

Pompoſus, pomptina palus, vide *Pompa*, *Pontina*.

PŌMVS, *i*, f. arbor pomifera, ein obſt-baum. Plin. 17, 1. Et Tibullus 2, 1, 43 *Conſita pomus*. ¶ 2. *Hanc pomum* de ficu fructu dixit Cato major apud Plin. 15, 18 f. 20 teſte Harduino ex MSS. & conſentiente contextu etiam apud eos, qui legunt *hoc*; ſequitur enim *recentem*.

¶ Pōmārius, *a*, *um*, adjectivum, zum obſt gehörig; ut, *Pomarium ſeminarium*, Cato de Re Ruſtica c. 48.

¶ Pomārius, *i*, m. ſubſt. qui poma vendit, ein obſt-krämer, obſt-händler. Vet. Gloſſ. *Pomarius*, ὀπωροπώλης. Legitur & in vetuſtis Inſcript. Gruter. p. 651 n. 11, Spon. Miſc. Erud. Ant. p. 230, & apud Horat. 2 ſat. 3, 227.

¶ Pōmārium, *i*, n. ein obſt- oder baum-garten. Colum. 1, 6 extr. *Pomaria & hortos oportet ſepto circumdari*. Ovid. Met. 4, 646 *Pomaria claudere*: adde Heroid. 4, 29. Propert. 3, 1, 51. Varr. R. R. 1, 23. Cic. Cat. Maj. c. 15, & Tac Germ. 26, 5. ¶ 2. Locum, in quo poma reponuntur, *pomarium* quoque dixit Plinius 15, 16, ein obſt-keller.

¶ Pomētum, *i*, n. idem. Pallad. R. R. 1 tit. 36 *Longe ab hortis, vineis, atque pometis*. Et Tertull. de Pallio c. 2 *Amœnum Alcinoi pometum*.

¶ Pōmum, *i*, n. ein ſtück obſt, ein apffel ꝛc. Nomen generale omnium eſt fructuum, qui ex arboribus eſui apti ſunt, adeo, ut omne nucum genus ea appellatione contineatur, ſecundum Paulum ICtum L. 105 Dig. de Verb. Signif. Atque hinc Plin. 15, 22 etiam nuces appellavit *poma*, & *mora* ibid. c. 24. Itemque Palladius de inſitione. Aliter Caſcellius ICtus: Nam lapidatus a populo Vatinius cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut ædiles edicerent, NE QVIS IN HARENAM NISI POMVM MISISSE VELLET: forte iis diebus Caſcellius conſultus a quodam, AN NVX PINEA POMVM ESSET? reſpondit, SI IN VATINIVM MISSVRVS ES, POMVM EST, ut Macrobius refert Saturn. 2, 6. Nimirum ſtatuit Caſcellius, pomorum nomine non niſi eos fructus contineri, qui molliore corio tegantur: quæ & Servii mens eſt in eclogam 2 Virgilii ita ſcribentis: NVCES *generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore*; *ut* avellanæ, amygdalum, juglandes, caſtaneæ: *ſicut contra dicuntur* POMA *omnia molliora*. Sed quod de POMIS Servius; alii ad MALA referunt: POMORVM enim nomen generaliter accipiunt. v. Macrob. Sat. 2, 15. De piris Auguſtin. dixit Confeſſ. 2, 4 *Erat pirus in vicinia, pomis onuſta &c. Poma vieta*, welcke, ſchrumpfflichte äpffel. Varro de Re R. 1, 59.

¶ Pōmulum, *i*, n. diminutiv. Paulinus Petrocor. 5, 452 *Mitia pomula*.

¶ Pomōna, *æ*, f. Dea pomorum, Varroni & Feſto; Ovidius inter Hamadryadas ponit Met. 14, 623. ¶ 2. *Pomona* proprie eſt pomorum proventus, ut *annona* unius anni fœtus. Solinus c. 22 *Pomona copioſa eſt*. Poſtea ex *Annona* & *Pomona* Deas finxerunt. Hinc Inſcriptio vetus: DIVÆ ANNONÆ. conf. Elmenhorſt. in Arnob. p. 121.

¶ Pōmōſus, *a*, *um*, quod plenum pomis, voll obſt. Tibullus 1, 1, 17 *Pomoſique ruber cuſtos donatur in hortis*. Propert. 4, 2, 17 *Inſitor hic ſolvit pomoſa vota ſorori*.

¶ Pōmĭfer, *a*, *um*, obſt-reich. Horat. 3 oda 23, 8 *Pomifer annus*. Et 4 oda 7, 11 *Pomifer autumnus*. Inſcr. Murat. 70, 1 *Pomifero Sylvano*.

¶ Pomĭfero, *are*, obſt bringen. Gloſſ. lat. gr. *Pomiferat*, ὀπωροτροφῶ.

Ponderare cum derivatis, vide mox in *Pondus*.

PONDO, n. vulgo putatur indeclinab. nominativi, genitivi & accuſativi, caſuum, ac fere pluralium. Significare autem idem quod *libra*, ein pfund, oder pfundsgewicht; ut, *Mille pondo: Bis mille pondo; Decem pondo auri*, Cic. Paradox. 3, 1. Et, *Vsque ad mille pondo clarigatio eſſet*, Liv. 8, 14. ubi *mille pondo* ſunt mille æris, ſive mille aſſes. *Torques aureus centum pondo*, Quint. 6, 3 p. 555. Et, *Auri quinque pondo abſtulit*, Cic. pro Cluent. c. 64. *Singulas uncias auri pondo relinquant*, Liv. 26, 36. *Quot pondo te cenſes eſſe nudum*, Plaut. Aſin. 2, 2, 33. Petron. c. 67 *Sex pondo & ſelibram debet habere*. Et mox: *Habeo decem pondo armillam*. Ita vulgo Grammatici. Sed oſtendit Io. Frid. Gronov. de P. V. c. 6 & 7 fuiſſe olim *pondus*, *i*, *o*, neutro genere ut *vulgus*. In uſu autem ſolum relictum ablativum ſingularem ut acceſſionem vocis *libra* vel partium aſſis, quæ indicet, de pondere & quidem librarum ſermonem eſſe. Ita Macrob. 3, 15 *nullum, qui duas pondo libras excederet*. Cato de R. R. 84 Mellis P. h. e. pondo quadrantem. & c. 85 *mellis pondo ſemiſſem*, add. c. 158, 1. Talia de omnibus pæne partibus aſſis profert. Liv. 3, 29 & 4, 20 *Coronam auream libram pondo* ex MSS. legit, & oſtendit interdum accuſativum *libras* vel *libram* poni, ubi nominativo opus eſſe videri poterat e. g. Liv. 26, 47 *Pateræ aureæ libras fere omnes pondo* int. *habentes*. Cum autem ad *pondo* adjicitur adjectivum numerale, ita ſe expedit, uti dicat intelligi *librarum pondera* v. g. Colum. 7, 4, 3 *Cordi fœni ſeptem pondo*. Hæc operoſe admodum Gronovius.

¶ Æquĭpondium, vide ſupra in *Æquus*.

¶ Centupondium, *i*, n. i. e. pondo centum librarum, ein centner, hundert pfund; ut, *Centupondium æquum*, gerade hundert pfund, Plaut. Aſin. 2, 2, 37.

¶ Duapondo, indecl. duarum librarum pondus, zwey pfunde, recte dici affirmat Quint. 1, 5 p. 55. Burm. add. Gron. de Pec. vet. 1, 7 p. 36.

¶ Dupondius, *i*, m. ſeu Dupondium, & Dipondium, *i*, n. pretium ſeu pecuniola erat duorum aſſium, zwey pfund. Varro 4 de L. L. circa fin. DVPONDIVS *a duobus ponderibus, quod unum pondus* ASSIPONDIVM *dicebatur*; *id ideo, quod* AS *erat libræ pondus*. Vetus Scholiaſtes Perſii ad ſat. 2, 59 *Fuit autem aſſis* LIBRALIS, & DVPONDIVS, *quod hodie in uſu remanſit, & ſolebat penſari potius quam numerari &c.* Seneca epiſt. 18 *Tunc mihi crede exſultabis, dupondio ſatur, & intelliges, ad ſaturitatem non opus eſſe fortuna*. DVPONDIO SATVR, i. e. vili cibo & parvo, duobus aſſibus ſcilicet parando. Cum ait, *fortuna ad ſaturitatem non opus eſſe*, ſignificat, divitiis hoc eſt, maximo impendio opus non eſſe, ut fiat ſatur.

¶ Dipondiārius, vel Dupondiarius, *a*, *um*, adject. zweypfündig; ut, *Orbiculus dipondiarius*, Colum. 4, 30. conf. Plin. 34, 2.

¶ Superpondium, *i*, n. ὑπέρμετρον, der ausſchlag, übermaß. Apul. 7 Met. p. 196 *Ipſe quoque inſuper humeros meos inſiliens, reſidebat; exiguum ſcilicet, & illud tantæ molis ſuperpondium*.

¶ Trepondo, indecl. trium librarum pondus, drey pfund. Quintil. 1, 5 p. 55 Burm. add. Gron. de Pec. vet. 1, 7 p. 36.

¶ Tripondis, *de*, adj. dreypfündig. Zeno Veronenſ. *Tripondes homines*.

PONDVS, *ĕris*, n. gravitas, eine ſchwere, ein gewicht, eine groſſe ſumme; ut, *In terram feruntur omnia nutu ſuo pondera*, Cic. Somn. Scip. c. 4. Et, *Grande pondus argenti*, Id. pro Cæc. c. 4. Et, *Magnum optimi argenti pondus*, Id. Phil. 2, 27. De ponderibus verum, eorumque nominibus Fannius ſcripſit, poëta vetus, hexametris heroicis, & alius vetus ſcriptor proſa inter grammaticos auctores Rigaltii p. 322. ¶ 2. Tralate pro onere ſumitur, die laſt; ut, *Pondus conſcientiæ grave*, Cic. Nat. D. 3, 35. Sic & *Curarum pondera*, Poëtæ paſſim, die ſorgenlaſt. v. Drakenb. ad Sil. 3, 61. ¶ 3. Etiam auctoritatem ſignificat, der nachdruck; ut, *Pondus teſtimonii*, Cic. Top. c. 19; *verborum*, Id. de Orat. 2, 17. *Tuæ literæ maximi ſunt apud me ponderis*, Id. fam. 2, 19. *Eodem eſſe apud aliquem pondere*, Id. Att. 10, 1, eben ſo viel bey einem gelten. Sic, *Nugis addere pondus*, id eſt, auctoritatem & vim, Horatius dixit 1 ep. 19, 42. Stat. 5 Silv. 3, 246 *Quid referam expoſitos, ſervato pondere, mores*. ¶ 4. Etiam alias ad mores refertur. Nemeſianus ecl. 1, 51 *Plenum tibi ponderis æqui Pectus erat*: h. e. æquitatis in neutram partem propendentis. Sed quid ſit apud Hor. 1 ep. 6, 51 *Cogat trans pondera dextram Porrigere*: conſtare ſibi negat Burm. ad l. c. Nemeſiani. Agitur de aſtuto nomenclatore, qui norit homines, quorum gratia aut opibus petitio noſtra juvari queat. Hic cogit monendo, latus lævum fodicando, *dextram* prenſandi cauſa *porrigere trans pondera*, h. e. ut cum mathematicis loquamur, ita extendere cum manu dextra ipſum corpus & verſus eum, quem ſalutare volunt, inclinare, ut linea directionis cadat extra baſin, corpusque adeo ſublato æquilibrio in lapſus periculo ſit, quod eo facilius contingit, cum *lævum latus fodicet* nomenclator. Lucanus 8, 280 *Curarum arcana mearum Expromam, mentisque meæ quo pondera vergant*: A bilance deſumpta eſt metaphora, quæ poſt æquilibrium in alterutram partem majori pondere deprimitur.

¶ Ponduſculum, *i*, n. diminut. etwas ſchweres. Plin. 14, 16 *Inter flores ex roſæ foliis tuſis in linteolo in muſtum collatis, cum ponduſculo, ut ſidat*. Solinus de gruibus c. 15 *Vigiles ponduſcula digitis amplectuntur*.

¶ Ponderĭtas, *ātis*, f. die wichtigkeit. Accius apud Nonium 2, 671 *Ponderitas gravitasque hominis*.

¶ Ponderōſus, *a*, *um*, wichtig, ſchwer; ut, *Pyritarum ponderoſiſſimi*, Plin. 36, 19. *Spica ponderoſior*, Id. 18, 10; &, *Ponderoſiſſimum ſemen*, Id. 12, 25. Et, *Caput ponderoſius*, Val. Max. 9, 4. *Ponderoſiſſima vis*, Id. 3, 2 pr. *Ponderoſiſſimum triticum*, Plin. 18, 11. Et, *Epiſtola ponderoſa*, pro longa & multa continente, Cic. Att. 2, 11.

¶ Pondero, *avi*, *atum*, *are*, librare, wägen. Plaut Amph. 1, 1, 156 *Pugnos ponderat*, h. e. librat ad ictum. Plin. 18, 7 *Si quis ipſum granum*

num ponderet. ¶ 2. Considerare, examinare, erwägen, ermessen; ut, *Æstimare & ponderare unamquamque rem*, Cic. pro Font. c. 6. *Ponderare causas*, Id. pro Cæc. c. 21. Et, *Consilia eventis ponderare*, pro Rab. posth. c. 1. *Verborum delectum aurium quodam judicio ponderare*, Id. de Orat. 3, 37. *Virtus sine fortuna ponderanda est*, Nepos 8, 1, 1.

¶ Ponderans, *tis.* Cic. de Leg. 1, 13 *Corpori deservientes atque omnia voluptatibus & doloribus ponderantes.*

¶ Ponderātus, *a, um*, abgewogen, erwogen, wichtig. Comparat. Sidon. 8 epist. 6 *Sententia affectu ponderatiore prolata.*

¶ Ponderātio, *ōnis*, f. die abwägung, erwegung. Vitruv. 10, 8 *In statera æquipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum.* Et Th. Prisc. 1, 13 *Æqua ponderatione confici.*

¶ Ponderatūra, *æ*, f. idem. Gloss. gr. lat. σαθμὸς, *ponderatura.*

¶ Ponderator, *ōris*, m. ein wagmeister. Gloss. lat. gr. *Ponderator*, σαθμητὴς, ἢ ζυγοστάτης.

¶ Ponderābilis, *e*, quod ponderari potest, was man wägen kan; ut, *Corpora numerabilia, ponderabilia & mensurabilia*, Claud. Mamert. 2, 4.

¶ Ponderamentum, *i*, n. das gewicht, die schwere; ut, *Setarum ponderamentum*, Prudentius.

¶ Compondĕro, *are*, abwägen. Apulejus in Trismegisto p. 89 *Pari lance conponderans.*

¶ Depondero, *are*, hinwägen, niederdrücken. Gloss. gr. lat. καταβαρῶ, *depondero.* Petron. Fragm. p. 679 Burm. *Sic rate demersa fulvam deponderat aurum.*

¶ Præpondero, *are*, pondere superare, überwägen, schwerer seyn. Seneca Quæst. Nat. 3, 10 *Natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat, ne, portionum æquitate turbata, mundus præponderet.* Et Statius Theb 8, 615 eleganter alludit: *Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum, Quem vicisse velint: tacite præponderat exul.* Gell. 1, 3 *Honestas prorsus dubio præponderat.* Passive Cic. Off. 3, 4 *Qui omnia metiuntur emolumentis & commodis, neque ea volunt præponderari honestate*, i. e. pluris fieri, pluris æstimari.

¶ Præponderatus, *a, um*, überwogen. Solin. c. 11 *Præponderatis fimbus alveos vertunt.*

¶ Præponderatio, *onis*, f. die überwägung, der ausschlag. Gloss. lat. gr. *Præponderatio*, ῥοπὴ.

¶ Repondĕro, *are*, wieder zuwägen, vergelten. Sidon. 1 epist. 4 *Reminiscaris, velle me tibi studii hujusce vicissitudinem reponderare.* Id. 5 epist. 1 *Reponderatur tibi ex hoc consummatissima gloria.* conf. 9 epist. 11. Et Claud. Mamert. 3, 15 *Pro falsitate veritatem alicui reponderare.*

PŌNĔ, adverbium, significat *post, retro, a tergo*, hinterrücks, rückwärts, zurück; ei contrarium *ante.* Cic. in Timæo c. 13 *Ita totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate, & fortuito, ut sex motibus veheretur; nam & ante, & pone, ad lævam & ad dextram, & sursum & deorsum, modo huc, modo illuc.* Virg. Æn. 2, 725 *Pone subit conjux &c.* Vbi Servius: *Pone, post: sed loco tantum, non & tempori apponitur &c.* Id. Æn. 10, 226 *Pone sequens*, hinten her. *Pone versas*, Cato habet ap. Charis. p. 191; ut, *Exercitum adduxi pone versus castra hostium.* Idem ibid. *Nostros pone versas hostes esse ab dextera parte &c.* ¶ 2. Aliquando etiam est præpositio, nach, hinter. Liv. 40, 30 *Pone castra utrique pabulatum & lignatum ibant.* Plaut. Pœn. 3, 2, 34 *Pone nos recede*; & v. 35 *Pone sese locare.* Tac. Hist. 3, 85, 4 *Vinctæ pone tergum manus.*

PŌNO, *posui, pŏsĭtum, pōnĕre*, diversas habet significationes, quas paullo distinctius juvat adducere. ¶ 1. De corporibus dum adhibetur, idem est quod collocare, setzen, legen. Cic. in Pis. c. 4 *Ponere fundamenta*, den grund legen. Curt. 9, 1 *Oppidum ponere.* Tacit. 12, 63 *Byzantium in extrema Europa posuere Græci.* v. Menck. Observ. L. Lat. Et Liv. 5, 28 *Ponere castra in plano ad murum*, sein lager schlagen. Cic. pro domo c. 30 *Ponere statuam alicui*, eine ehrensäule aufrichten. conf. Nepos 12, 1, 3; & 25, 3, 2. Idem 4, 2, 3 *Quod ex præda tripodem aureum Delphis posuisset*, i. e. memoriæ causa dedicasset. Id. 14, 8, 3 *Datames tropæum posuit. Ponere in ædem*, Liv. 41, 28. ¶ 2. Speciatim de vino aliisque potulentis frequenter adhiberi hoc verbum, ostendit Burmannus ad Petron. c. 20 p. 68, & Heinf. ad Ovid. A. A. 1, 231. Germani, ein glas wein vorsetzen. Sic, *Mensam ponere*, die tafel decken, id. Petron. c. 53, sed & ipsi convivæ *positi* dicuntur, vid. Bur. ad Ovid. A. A. 1, 231. ¶ 3. Hortense verbum est, ubi non modo radices ac plantæ, sed & semina *poni* dicuntur. Colum. de Horto v. 122 *Atque oleris pulli radix lacrymosaque cepe Ponitur.* Idem 11, 2 *Arundineta ponere*, setzen, anlegen, pflantzen. Et, *Post Kalendas Ian. conf. lim recte ponitur lepadium: Mense autem Februario vel planta vel semine rutas* (scil. ponitur. Huc refer cum *poni* dicitur *pecunia*, ut Hor. epod. 2 extr. *Quærit Kalendis ponere*, anlegen; ita Ovid. Am. 2, 3 extr. *Bene ponendi munera tempus habes.* Nam pecunia, beneficium, ut semina fructus causa collocantur. add. 11. 9. ¶ 4. Pictores & statuarii *ponere* dicuntur opera sua, cum perficiunt, hinsetzen, hinstellen. Huc pertinet Virg. ecl. 3, 46 *Orpheaque in medio posuit silvasque sequentes.* Horat. 4 od. 8, 7 *Hic saxo, liquidis ille coloribus Solers, nunc hominem ponere, nunc Deum.* Nepos 1, 6, 3 *Cum pugna depingeretur, prima Miltiadis imago ponebatur.* ¶ 5. Militari præsertim formula hoc verbum de præsidiis custodiisque certis in locis collocandis usurpari solitum. Cæs. B. Civ. 3, 34 *Cæsar, deducta Orico legione, quam tuendæ oræ maritimæ posuerat, tentandas sibi provincias existimabat.* Ibid. c. 40 *Alteram navem, quæ erat ad custodiam ab Acilio posita, aggressus &c.* Et rursus c. 62 *Ad eas munitiones Cæsar Lentulum cum legione X positum habebat.* Nepos 7, 4, 7 *Præsidio perp. tuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt* Ita, *Ponere insidias contra aliquem*, einen hinterhalt auf einen bestellen. Cic. Agr. 2, 18. conf. Id. pro Dejot. c. 7. ¶ 6. Etiam ad alia transfertur: ut, *Ponere aliquem in gratia apud alterum*, beliebt machen, insinuiren. Cic. ad Attic. 5, 3 *Apud Lentulum ponam te in gratiam*, i. e. significabo Lentulo, te pro illo meum sollicite egisse. Sic Gronov. ad Liv. 44, 14 exponit. *Pro certo ponere*, fest stellen, Liv. 10, 9. *Ponere in conspectu*, Cic. Tusc. 4, 29. ¶ 7. Ad actus animi quandoque pertinet; ut, *Ponere spem in aliquo*, Cic. Verr. 5, 16; *Curam in aliquare*, davor besorgt seyn. Id Divin. 1, 42; *Totum animum in aliquare*, Id. pro Mur. c. 22. *Qui multum in fluvium misericordia ponunt &c.* Curt. 5, 5, 11. *Quem poneremus consilium, cui nos regioni crederemus*, Petron. c. 115. ¶ 8. *In te hoc positum est*, i. e. in tua est potestate, es stehet bey dir, kommt auf dich an, Cic. ad Planc. fub Att. 16, 2. ¶ 9. Interdum idem est, quod adhibere vel consumere, famea formula a fœnore, de quo n. 3, anwenden, anlegen oder zubringen. Cic. fam. 13, 26 *Id beneficium bene apud Mescinium positurus es*, du wirst es wohl anwenden. Id. ad Qu. Frat. 3, 1 *Sumptus nunquam melius potest poni.* Id. in Brut. c. 22 *Diem totum in considerandis rebus ponere*, den tag damit zubringen. Id. Att. 6, 2 *Quæ filiolam in reditu ponere.* ¶ 10. Putare vel existimare interdum significat, achten, schätzen, halten. Nepos præf. n. 5 *Ea et ad nos infamia ponuntur.* Id. 7, 3, 5 *Non ei par quisquam in civitate ponitur.* Id. 8, 1, 1 *Hunc primum omnium ponam.* Et alia constructione Idem 15, 1, 2 *Scimus nostris moribus saltare in vitiis poni.* conf. 7, 11, 4. Et Cic. de Amic. c. 6 *Summum bonum in virtute ponere.* Id. fam. 15, 4 *Aliquid in beneficii loco ponere.* Id. pro Flac. c. 17 *Ponere in lucro*, vor gewinn halten. Liv. 4, 23 *Hoc quoque in incerto positum.* Id. 26, 37 *Ad mœnia urbis Romæ nullo prohibente se pervenisse, in gloria ponebat.* ¶ 11. Elegans est ratio dicendi: *Pone, eum esse virum*, Ter. Phorm 4, 3, 25, gesetzt, laß seyn, daß er verlohren habe. Simili elegantia: *Sed fac, te dedisse mihi*, Cic. Phil. 2, 24. Et, *Finge, justum intulisse te bellum*, Curt. 4, 10, 29, & qui similes modi sunt. Sic Quintil. Decl. 273 *Fingamus, alium creditorem fuisse &c. Ponamus nunc debitorem sine sponsore.* Et Cic. in Orat. c. 4 *Positum sit igitur inprimis, sine philosophia non posse effici eloquentem*, man setze dieses voraus. conf. Borrich. Vind. p. 179. ¶ 12. Interdum *ponere* est instituere, anstellen, einsetzen. Tac. hist. 5, 5 extr. *Quippe Liber festos lætosque ritus posuit*: i. e. sanxit, ordinavit. ¶ 13. Est & Philosophorum ac disputantium verbum, qui *Ponere* dicuntur, cum quæstiones proponunt, de quibus disserendum est. Cic. Tusc. 1, 4 *Ponere jubebant, de quo quis audire vellet.* Id. pro Cæl. c. 22 *Res minime dubitanda in contentione ponitur, utrum &c.* Id. N. D. 1, 6 *Ponere in medio sententias.* Sen. Suasor. 6 extr. *Solent scholastici declamatores ponere*: AN PROMITTENTE SALVTEM ANTONIO ORATIONES SVAS (Cicero) COMBVRAT. Et plene, *quæstionem proponere*, Idem Cic. fam. 7, 19, 4 dixit. conf. Id. 9, 26, 3. Phædrus 3, 15, 7 *Ille se torquet diu, Nec quæstionis positæ causam intelligit.* Hinc *Propositum* idem quod θέσις, de quo infra. ¶ 14. Pro deponere nonnunquam usurpatur, bey seite, weg legen; ut, *Ponere de manibus*, legen, Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 8. *Ponere curam*, Liv. 1, 19; *feroces animos*, Id. 8, 1; *vitia*, Sen. epist. 11. *Ponere inimicitias*, Cic. fam. 8, 6, 4; *iras*, Ovid. Fast. 6, 41; *metum*, Id. Trist. 5, 2, 3. *Positis armis*, Cic. fam. 6, 2, 3; & 10, 6, 2. *Ponere spiritum*, Val. Max. 7, 8, 8; *vitam*, Cic. fam. 9, 24, 9; Nep. 4, 4, 5; Propert. 2, 13, 3. ¶ 15. Intransitive dixit Virg. Æn. 7, 27 *Cum venti posuere*, da sie sich geleat. Id. 10, 103 *Tum Zephyri posuere.* ¶ 16. Præteritum antiquum *Posivi* pro *posui* Priscianus p. 898 observat ex Plauti Vidul. in fragm. v. 11. Add. viri docti ad illud Catonis R. R. 1, 1 *Majores nostri in legibus posiverunt. Posierunt* pro *posuerunt*, Inscr. Murat. 1066. Ita *apposivi, deposivi, oppositi &c.* ut deinde videbimus.

¶ Pōnens, *tis.* Ovid. Met. 8, 236 *Tumulo ponens corpora nati.* Ibid. v. 723 *Ponensque recentia serta.* Idem 14, 427 *In gelida ponens corpora ripa.*

¶ Pŏsĭtus, *a, um*, gesetzt, gelegt, gestellt; ut, *Statua posita*, Nepos 13, 2, 3. *In cujus pernicie spes posita*, Id. 18, 11, 2. *Omnem in misericordia victoris spem positam habere*, Liv. 38, 34. *Posita ad fores arbor*, Plin. 16, 10. *Seminibus positis*, Virg. Georg. 2, 354. *Positus extra omnem ingenii aleam Cicero*, ausgesetzt; der vortrefflichste kopf. Plin. præf. lib. 3. *Roma in montibus posita*, i. e. sita, gelegen, Cic. in Rull. 2, 35. Et, *Delos in Ægæo mari posita*, pro L. Manil. c. 18. *Custos frumento publico positus*, Id. pro Flacco c. 19. *Iuvenis super armamentarium positus*, i. e. præfectus ejus, Curt. 6, 7, 22. *In illo fortunæ gradu positum venerari*, Id. 6, 10, 25. *Positus in conditione tristissimæ sortis*, Quint. Decl. 4 pr. *Homo extra sensus affectusque positus*, Id. decl. 19, 5 ext. *Suppliciter posito procumbere genu*, einen fußfall thun. Ovid. Fast. 2, 438. *Hoc autem posito atque concesso, esse quandam vim divinam*, Cic. Divin. 1, 52. *Hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinæ satis*, Id. Leg. 2, 19. conf. Cellar. Cur. poster. p. 415, & Borrich. Vind. p. 181. vid. plura in *Pono.*

¶ Pŏsĭtus, *a, um*, idem pro *Positus* apud poëtas. Lucret. 3, 885 *Corpore posito*, i. e. humato. Id. 1, 1057 *In terram posita.* Id. 3, 871 *Semina in ordine posita.* conf. 6, 763 & 965. vid. *Repositus.*

¶ Pŏsĭtus, *ûs*, subst. idem quod positio, die stellung, die lage, der satz; ut, *Positus siderum*, Tac. An. 6, 21, 4, die gestalt des gestirns. Id. An. 4, 5, 4 *Positu regionis*, nach der lage des orts. Ovid. Pont 1, 8, 12 *Urbs positu vix adeunda loci.* Sed, *Positus capillorum*, ornatus est. Idem de Medicam. fac. v. 19 *Vultis odoratos positu variare capillos.*

¶ Pŏsĭtio, *ōnis*, f. idem de situ loci; ut, *Positio campestris*, Columella præf. p. 8, eine ebene gegend, ohne berg und wälder. *Positio cæli*, Idem 1, 6. Sic, *Loci positio*, Trajanus Plinio epist. 59. *Urbis positio*, alii *possessio*, Cic. pro Flacco c. 26. Metaph. Sen. ep. 64 *In quacunque positione mentis sim*, ich mag disponirt seyn wie ich will. ¶ 2. Hortense verbum sit, sicut *ponere*, die pflantzung. Colum. 4, 1 *Præcipua commoda humilis positionis sunt, quod celeriter adolescant seminæ.* Et ibidem, *Arbustiva positio.* Idem 11, 2 *Allii & ulpici ultima est hujus temporis positio.* ¶ 3. Ad grammaticos quandoque pertinet, ac thema seu primam vocem notat, quæ deinde in figuras varias flectitur. Sic, *Positio dictionis*, das stamm-wort, Quint. 1, 5. Sic, *Positio fœminina, neutralis*, Id. 1, 4. *Vitia positionum*, Id. 2, 10. ¶ 4. *Positio* in prosodia, cum vocalem sequuntur duæ consonantes &c.

¶ Pŏsĭtūra, *æ*, f. die stellung: ut, *Positura stellarum*, Gell. 14, 1. *Positura ligni*, Id. 5, 3 de Protogoræ studiorum initiis, die geschichte zusammenlegung. *Posturâ discipitant res*, Lucret. 2, 1017, id est, dispositione.

¶ Pŏsĭtīvus, *a, um*, gestifftet, fest gestellt. Gellius lib. 10 in summa capitis

capitis 4 *P. Nigidius argutiſſime docuit, nomina non poſitiva eſſe,* (i. e. hominum ingenio impoſita) *ſed naturalia.* Sic, *Lex poſitiva,* apud philoſophos, naturali ſuperaddita. *Gradus poſitivus,* apud grammaticos. vid. Iſidor. 1, 6.

¶ Pŏsĭtor, *ōris,* m. ein ſtiffter, urheber; ut, *Templorum poſitor,* Ovid. Faſt. 2, 63. Et de urbis conditore Met. 9, 448 *Mœnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.*

Compoſita:

¶ Āpōno, *ere,* idem volunt ac *Deponere,* weglegen. Laudant Plaut. Pœn. 4, 2, 35 SY. *Onus urget.* MI. *at tu apone.* Id. Caſ. 2, 6, 11 *Apone hic ſitellam.* v. Parei Lex. Cr. p. 102. Sed utrobique rectius *appone* legitur, ubi vid.

¶ Abſpoſitus, *a, um,* beyſeit geſetzt. Plin. Valer. 3, 21 *Abſpoſitum perdiu reſervari poteſt.* v. Barth. Adverſ. 4, 21.

¶ Antepōno, *ſui, ſĭtum, ĕre,* præferre, fürziehen, höher achten; ut, *Amicitiam omnibus rebus humanis anteponere,* Cic. in Lælio c. 5. Et, *Alterius vitam anteponere ſuæ,* pro Marcello c. 7. *Eum ſibi anteponi indigne ferebant,* Nepos 18, 1, 2. conf. Id. 15, 1, 4. Elegans etiam tmeſis eſt. Salluſt. Iug. c. 15 *Ne verba inimici ante facta ſua ponerent.* ¶ 2. Item de cibis, vorſetzen. Plaut. Menæch. 2, 2, 2 *Bonum anteponam prandium pranſoribus.*

¶ Antepoſitus, *a, um,* vorhergeſtellt, hinausgeſetzt; ut, *Antepoſita propugnacula,* Tac. An. 12, 56, 3. *Antepoſitæ vigiliæ,* ibid. 1, 50, 5. ¶ 2. Prælatus, vorgezogen. Id. Tac. An. 12, 69, 5 *Antepoſitus filio privignus.*

¶ Appono, *ĕre,* nahe bey- oder zuſetzen, beyfügen, zulegen. Ter. Andr. 4, 3, 10 *Ante noſtram januam appone puerum.* Horat. 1 od. 9, 13 *Quid ſit futurum cras, fuge quærere, & Quem ſors dierum cunque dabit lucro Appone.* Id. 2. od. 5, 15 *Illi apponet annos* Et, *Apponere,* aliquando de onere dicitur, quod recreationis cauſſa pauliſper deponimus, mox reſumturi. Plaut. Pœn. 4, 2, 35 SY. *At onus urget.* MI. *at tu appone & reſpice ad me.* Ter. Heaut. 1, 1, 36 *At iſtos raſtros interea tamen appone.* Ita enim in plerisque Manuſcriptis legitur, Faerno & Fabricio teſtibus. *Apponere* frequens in epulis earumque apparatu occurrit. Mart. Epigr. 4, 78 *Miniſtri apponunt oculis plurima, pauca gulæ.* v. Burm. ad Petron. 20. Oudendorp. ad Obſequ. de Prod. 61. ¶ 2. *Appoſivi* pro *Appoſui,* Apul. in 1 Hermog. *Cibatum appoſiverunt.*

¶ Appōsĭtus, *a, um,* aufgetragen, aufgeſetzt. Cic. Att. 14, 21 *Hæc ad te ſcripſi oppoſita mensâ ſecunda.* Horat. 2 ſat. 8, 17 *Vina appoſita.* ¶ 2. Significat accommodatum, aptum, geſchickt, gelegen, bequem. Cic. Verr. 1, 11 *Menſes mihi tres eripuiſtis ad agendum maxime appoſitos.* Id. Verr. 4, 57 *Operarius appoſitior ad deferenda, quam ad auferenda ſigna.* Varro R. R. 2, 10 *Non omnis apta natio ad pecuariam: Galli appoſitiſſimi, maxime ad jumenta.* Id. 3, 9 *Gallinæ ad partum appoſitiſſimæ,* gute brüt-hüner, glucken. ¶ 3. *Appoſitus* etiam eſt *adjacens,* bey- oder anliegend. Tac. An. 2, 7, 1 *Appoſitum Luppiæ caſtellum.* Et Curt. 4, 1, 26 *Appoſita ubi regio.* Adde 10, 10, 4. & v. Gron. ad Sen. ep. 4.

¶ Appoſitum, *i,* n. ſubſt. ein zuſatz, beywort. Quintil. 8, 6 *Si dicas, ille qui Carthaginem & Numantiam evertit, antonomaſia eſt: ſi adjeceris, Scipio, appoſitum.* Id. 5, 10 *Appoſita, vel comparativa dicuntur, quæ minora ex majoribus, majora ex minoribus, paria ex paribus confirmantur.*

¶ Appoſite, adv. commode, apte, convenienter, füglich, bequemlich; ut, *Dicere appoſite ad perſuaſionem,* Cic. de Invent. 1, 5.

¶ Appoſitus, *ūs,* m. ſubſt. appoſitio, die beyfügung, der zuſatz. Plin. 23 extr. *Prodeſt appoſitu, fotu, illitu.* Et 24, 5 *Appoſitu vel ſuffitu.* Varro de R. R. 1, 7 *Alius eſt ad vitem appoſitus, alius ad frumentum.*

¶ Appōsĭtio, *ōnis,* f. idem; ut, *Sine appoſitione exemplorum de obſcuris diſputare,* Cic. Paradox. 1, 3. *Falſi criminis appoſitio,* falſche auflage, beſchuldigung. Lamprid. Commodo c. 5. ¶ 2. *Appoſitio,* figura Syntaxeos, vide *Epexegeſis,* & bonorum auctorum exempla, quæ dat Drakenb. ad Sil. 3, 387.

¶ Perappōsĭtus, *a, um,* wohlgeſchickt. Cic. de Orat. 2, 57 extr. *Subabſurda, ridicula, non ſolum mimis perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis.*

¶ Circumpōno, *ĕre,* umher ſetzen, herum legen. Horat. 2 ſat. 4, 74 *Piper album cum ſale nigro Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.*

¶ Circumpŏsĭtus, *a, um,* herum gelegt. Celſus 8, 10 *Ferulæ fiſſæ circumpoſitæque oſſa in ſua ſede continent.*

¶ Circumpoſitio, *ōnis,* f. die herumlegung. Auguſt. epiſt. 199 *Auri circumpoſitio.*

¶ Compōno, *ſui, ſĭtum, ĕre,* zuſammen legen, an einander fügen. Ter. Hec. 4, 3, 5 *Compone, quæ ſimul tecum ferantur. Componere ligna* de farcina, Gell. 5, 3. *Claſſiarios in numeros legionis componere,* i. e. diſponere, diſtribuere, Tac. Hiſt. 1, 87, 2. *Templa fratribus Deis fratres de gente Deorum compoſuere,* Ovid. Faſt. 1, 707, id eſt, Caſtori & Polluci Tiberius & Druſus ex gente Iulii & Auguſti templa condiderunt. Sic vulgo dicimus *Componere hiſtoriam, poema, carmen, commentarium, &c.* Quin Velleius 1, 3, 2 *Componere tempora Iliaca*; & 1, 5, 3 *Componere bellum Troicum* dixit, i. e. ſcribere. ¶ 2. Sane *componere,* eſt cum cura ponere, conſtruere, ornare, ita, ut ordo, decor, concinnitas cuſtodiatur: nec aliquid ſit, quod horreat, atque offendat. v. *Compoſitus* n. 2. Vnde Sen. epiſt. 89 *Prima* (moralis philoſophia) *componit animum.* Idem ad Helv. c. 16 *Quiescenti ceſſit, in perpetuum componitur.* Cato præfat. Diſtich. *Quo pacto morem animi tui componas,* id eſt, bene ordines atque ad honeſtatis & rectæ rationis legem diſponas. vid. Compoſitus n. 3. Cic. pro Dejot. c. 6 *Locus erat quidam, in quo erant compoſita omnia, quibus te rex munerare conſtituerat,* da alles ordentlich bey einander geſetzt und geſtellet war: vide & infra in *Compoſite.* ¶ 3. Sed, *componere controverſias, lites, bellum,* eſt pactis conventis finire: Iſtud habes apud Cæſ. B. Civ. 3, 109: illud ap. Virg. ecl. 3, 108; hoc apud hiſtoricos paſſim & Aſin. Pollionem ſam. 10, 33. Sed & *provinciæ componi* dicuntur, quando pacantur. Tac. Hiſt. 4, 3, 1 *Lucilius Baſſus cum expedito equite ad componendam Campaniam mittitur,* daſſelbige zu beruhigen. Sic, *Cum bona gratia aliquid inter aliquos componere,* Ter. Phorm. 4, 3, 16, etwas in güte vertragen und beylegen. ¶ 4. *Componi gladiatores* dicuntur, cum ordinantur in paria, quæ inter ſe pugnent. Quint. 2, 17 p. 197 *Sæpe gladiatores ſub eodem magiſtro edocti inter ſe componuntur.* Et paullo poſt: *Si quis caſus duos inter ſe bonos viros compoſuerit.* vid. *Comparare* in *Par.* Inde de aliis quoque ſibi adverſariis; v. g. Lucan. 3, 195 *Cum ventis pelagique furentibus undis Compoſuit mortale genus,* i. e. commiſit inter ſe. ¶ 5. *Componi* etiam dicuntur, index ſive delator & reus, cum ſimul ambo introducuntur, ut arguant argumentum, wenn ſie gegen einander geſtellt, confrontirt werden. Tac. An. 15, 51, 5 *Accita quippe Epicharis & cum indice compoſita, nullis teſtibus innixum facile confutavit.* ¶ 6. Sed & mortui *componi* dicuntur poſt oſſilegium, cum cineres eorum & oſſa conduntur urnis & ſepeliuntur, begraben, beygeſetzt werden. Tibull. 3, 2, 26 *Sic ego componi verſus in oſſa velim.* v. Brouckh. h. l. Propert. 2, 24, 35 *Tu mea compones, & dices: oſſa, Properti, Hæc tua ſunt.* Ita Horat. 1 ſat. 9, 28 *Haud mihi quisquam: Omnes compoſui.* Tac. Hiſt. 1, 47, 3 *Piſonem Verania uxor & frater Scribonianus; T. Vinium Criſpina filia compoſuere.* ¶ 7. *Componere* & comparare eſt, vergleichen, gegen einander oder zuſammen halten, namque in juxta poſitis rebus apparet facile, ecquid conveniat aut diſtet. Virg. ecl. 1, 23 *Sic parvis componere magna ſolebam.* Auſon. Ecl. princ. *Divinis humana licet componere.* Sic, *Dicta cum factis componere,* Salluſt. Iug. c. 48. *Cauſſam ſuam cum adverſarii cauſſa componere,* Quintil. 7, 2 p. 602.

¶ Componens, *tis.* ut, *Vetuſtas in majus componens,* die alles gröſſer macht, Salluſt. Fragm. c. 32. Virg. Æn. 8, 486 *Componens manibusque manus atque oribus ora.*

¶ Compŏsĭtus, *a, um,* zuſammen geſetzt, zuſammen geſtellt, geordnet. Salluſt. Iug. c. 2 *Genus hominum compoſitum ex corpore & anima.* Idem c. 18 *Exercitus compoſitus ex gentibus variis.* Liv. 37, 21 *Agmen ad iter magis quam ad pugnam compoſitum.* De gladiatoribus Horat. 1 ſat. 7, 19 *Par pugnat uti non Compoſitus melius cum Bitho Bacchius.* Sen. de Provid. c. 2 *Ecce par Deo dignum; vir fortis cum mala fortuna compoſitus.* Virg. Æn. 12, 315 *Compoſitæ leges,* i. e. conſtitutæ. Et ſic Iuſtinianus Proœm. Inſtitut. vocat collectas & in unum volumen redactas. Vellej. 2, 76, 3 *Pax circa Brundiſium compoſita,* i. e. conciliata, geſtifftet. Et Horat. 4 od. 14, 52 *Arma compoſita* dixit, i. e. ſinita, beygelegt. Id. 2 epiſt. 1, 77 *Poëma craſſe compoſitum illepideve,* gemacht. Liv. 4, 13 *Necdum compoſitis maturisve ſatis conſiliis.* Salluſt. Iug. 111 *Ita compoſito dolo digrediuntur.* ¶ 2. *Compoſitus* eſt elegans, aptus, geſchickt, wohlgefaſt, wohlgeſtellt; ut, *Compoſitiſſimæ litteræ,* ſehr wohl eingerichtet, Cic. Att. 6, 9. Quintil. præf. lib. 1 p. 7 *In his libris erunt omnia compoſitiora.* Salluſt. Iug. c. 85 *Compoſita oratio; Compoſita verba.* Tac. Agric. 4, 4 *Locus græca comitate & provinciali parſimonia miſtus ac bene compoſitus,* id eſt, temperatus, ordentlich. Liv. 28, 22 *Acrior impetu atque animis, quam compoſitior ordine ullo, pugna fuit.* Sane Terentius *Compoſitum* cum *mundo* & *eleganti* conjungit Eun. 5, 5, 13. Cic. pro Roſc. Am. c. 46 *Ipſe compoſito & delibuto capillo per forum volitat,* i. e. ornato & eleganter inſtructo, aufgeputzt, accommodiret. ¶ 3. *Compoſita mens,* bene ordinata, ſedataque cohibitis affectibus. Sen. epiſt. 2 *Primum argumentum compoſitæ mentis exiſtima, poſſe conſiſtere & ſecum morari:* id eſt, non in plura diverſaque vota & cupiditates earum rerum, quæ extra nos poſitæ ſunt, diſtrahi. Veſtricius Spurinna od. 1 *Soli qui ſapientiæ Poſt florem lepidum, nec ſtabilem gradum Ætatis, ſenium dicat Mentis compoſitæ: qualis ab arduis Ad ſe verſa laboribus,* &c. Sic *Affectus mites atque compoſiti,* Quintil. 6, 2. Sic *Compoſita ætas,* eſt matura & quieta, Tac. An. 12, 32, 1. ¶ 4. *Compoſitus* eſt quoque fictus, falſus, verſtellt, abgerichtet; ut, *Falſi ac feſtinantes vultuque compoſito,* Tac. An. 1, 7, 1. *Compoſitus ad mœſtitiam,* Id. 13, 20, 2, 1. e. mœſtitiam præ ſe ferens. Liv. 3, 10 *Fabula compoſita Volſci belli.* Id. 40, 12 *Hoc fictio & compoſito argumento.* Et Auſon. epiſt. 24, 7 *Compoſitis credula cauſſis Suſpicio,* id eſt, vanis, conſictis, ac falſis. ¶ 5. Significat id, quod vulgo affectatum dicimus, affectirt. Tac. An. 3, 31, 3 *Compoſitus & velut eluctantium verborum,* ſc. Tiberius. ¶ 6. *Compoſitus* eſt condictus, conſtitutus, abgeredt; ut, *Compoſita hora,* i. e. deſtinata, Horat. 1 od. 9, 20. *Compoſiti auctores ſeditionis,* Tac. Hiſt. 4, 14, 3. Sic & abſolute *Compoſito,* abgeleget maſſen; ut, *Compoſito factum eſt,* Ter. Phorm. 5, 1, 29. Et Virg. Æn. 2, 159 *Compoſito rumpit vocem, & ſic ore profatur.* Nepos 14, 6, 6 *Perfugas mala fide compoſitoque feciſſe.* Et, *de compoſito,* Apul. Apol. p. 273. *Ex compoſito,* Liv. 1, 9; 5, 14, & 24, 14; & Tac. Hiſt. 4, 66, 3. ¶ 7. Pro appoſitus & idoneus, occurrit apud Quint. 2, 8 p. 158 *Alius hiſtoriæ magis idoneus, alius compoſitus ad carmen.* ¶ 8. *Compoſtus* pro *compoſitus,* metri cauſſa. Et de ſepulto quidem Virg. Æn. 1, 253 *Nunc placida compoſtus pace quieſcit.* ¶ 9. Compar. *Compoſitior,* h. e. inſtructior in Verr. A. 1, 11, ſed Græv. malit ex veteri interprete *copioſior.* Sed habet tamen hunc gradum Quintilianus, quem laudamus n. 2.

¶ Compŏsĭte, adverb. apte, eleganter, zierlich, artlich, ordentlich. Cic. in Orat. c. ult. *Compoſite & apte dicere.* Gell. 1, 5 *Compoſite indutus.* Tac. Ann. 15, 3, 1 *Compoſitius cuncta, quam feſtinantius agere.*

¶ Compŏsĭtio, *ōnis,* f. die zuſammenfügung; ut, *Compoſitio membrorum,* Cic. Nat. 1, 18. *Compoſitio verborum,* Id. de Orat. 2, 14. *Quem in poëmate locum habet verſificatio, eum in oratione compoſitio,* Quint. 9, 4 p. 865. Sed *Compoſitio gladiatorum,* Cic. fam. 2, 8 pr. vid. Manut. it. *Componere* n. 3. ¶ 2. *Pacis, concordiæ, compoſitionis auctor eſſe non deſiiti,* Cic. Phil. 2, 10, ubi idem eſt ac conventio, der vergleich, vertrag, accord. conf. ad Att. 9, 13. Sic, *De compoſitione agere,* Cæſ. B. C. 1, 26, in tractaten ſtehen, accordiren. conf. ibid. c. 32; & 3 c. 15; &c. ¶ 3. In uſu medicinali idem eſt ac præparatio vel mixtura, die vermiſchung, zubereitung. Cic. de N. D. 2, 58 *Compoſitiones unguentorum.* Sen. Benef. 4, 28 *Compoſitiones remedjorum ſalutarium.* Plura ex Celſo, Plinio & Columella v. in Borrich. Vind. p. 29.

¶ Compositūra, *æ*, f. idem. Asinius apud Gellium 5, 20 *Compositura orationis.* Et Lucret. 4, 328 *Et feriunt oculos turbantia composituras*, i. e. commissuras lacerantia.

¶ Compŏsĭtĭtius, *a, um*, idem quod *Compositus*, aut quod potest componi. Tertull. de anima c. 9 *Dissolubile omne compositĭtium & fragile.*

¶ Compositivus, *a, um.* Mart. Capella 6, 320 *Compositiva quædam qualitas.*

¶ Compŏsĭtor, *ōris*, m. der verfertiger. Cic. in Orat. c. 19 *Inventor, aut compositor, aut actor.* Ovid Trist. 2, 356 *Compositor operum*, tui scribent. Et Corippus sub initium lib. 1 de laudib. Iustin. Imp. *Compositor morum, juris legumque sacerdos*

¶ Incompŏsĭtus, *a, um*, unordentlich; ut, *Agmen incompositum*, Liv. 5, 28. Quintil. 9, 4 *Incompositum* opponit *juncto* & *bene collocato.*

¶ Incomposite, adv. sine ordine, ohne ordnung. Liv. 25, 37 *In hostem negligenter atque incomposite venientem incurrunt.*

¶ Præcompŏsĭtus, *a, um*, abgerichtet. Ovid. Fast. 6, 674 *Cum præcompositō nuntius ore venit.*

¶ Recompono, *ĕre*, wieder zusammen legen. Vlpian. l. 25 § 11 ff. De auro, argento &c. *Lapilli in hoc resoluti, ut recomponantur.* Et Vegetius: *Recomponere fracturam.*

¶ Recompŏsĭtus, *a, um.* Ovid. Amor. 1, 7 v. ult. *Pone recompositas in statione comas.*

¶ Supercompono, *ĕre*, drüber legen. Apic. 4, 2 *Pisces supercomponens.*

¶ Contrapōno, *ĕre*, entgegen setzen. Tertull. ad Martyr. c. 4 *Spiritus contraponat sibi & carni, &c.* Quintil. 9, 3 *Non semper quod adversum est.*

¶ Contrapŏsĭtum, *i*, n. subst. der gegensatz. Quint. l. c. *Contrapositum, vel, ut quidam vocant, contentio (ἀντίθετον dicitur) non uno fit modo.* Et paullo ante: *In contrapositis vel comparativis &c.* conf. c. 4.

¶ Depōno, *ĕre*, hinlegen, ablegen; ut, *Deponere de manibus*, Cic. Acad. Quæst. 1, 1. Et, *Deponere curas, mœrorem, luctum*, est abjicere. Id. Phil. 14, 13. *Deponere imperium*, Liv. 2, 28: *officium*, Plin. Paneg. c. 87; *provinciam*, Cic. Att. 2, 1. *Deponere amorem*, die buhlschafft einstellen, Catull. 77, 13. *Coronam in aram deponere*, Liv. 23, 11. ¶ 2. *Deponi* etiam dicebantur, aut plane desperate ægri, aut recens mortui. Nam de sublimiore lectulo humi collocabantur: de quo Torrentius ad Horat. 1 sat. 9; & Gonsal. ad Petron. c. 134 p. 255. Vide & Plautinos interpretes, & infra *Depositus.* Similiter, *Vino aliquem deponere*, einen zu boden saufen, Plaut. Aul. 3, 6, 38. Apud Cæsarem *deponi* ægri dicuntur & saucii, qui ab exercitu separati, in locis certis collocantur, ubi curari possint, de B. C. 3, 63: *Præsidioque Apolloniæ cohortibus IV, Lyssi una, III Orici relictis, quique erant ex vulneribus ægri, depositis.* ¶ 3. *Deponere* etiam aliquid dicuntur certantes pignore, cum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum sit victoris. Virg. ecl. 3, 31 *Ego hanc vitulam, ne forte recuses, Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.* ¶ 4. *Deponere pecuniam pupillarem in fidem publicam*, Liv. 24, 18, niederlegen. *Si quis gladium sanâ mente apud te deposuerit, &c.* Cic. Off. 3, 25, aufzuheben geben. ¶ 5. *Deponere* est quoque plantare, in terram defigere, einsencken. Virg. Georg. 2, 24 *Plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis.* Colum. 3, 4 *Vineæ, quæ vel vere, vel autumno tempestive deponuntur.* ¶ 6. *Deposivi* pro *deposui*, legitur apud Catullum carm. secul. 35, 8 *Deposivit olivam.* Et Plaut. Most. 2, 1, 35 *Deposivit caput.*

¶ Deponens, *tis. Deponens genus verbi* dicitur, quod deponit aliquid de qualitate communis verbi, scil. passivam significationem. conf. Isidor. 1, 8.

¶ Depŏsĭtus, *a, um*, abgelegt, niedergelegt; ut, *Deposita vestis*, Curt. 3, 3, 4, & 3, 5, 2. Pro desperato, vel desperatæ salutis: Cic. Verr. 1, 2 pr. *Mihi videor magnam & maxime ægram, & prope depositam reip. partem suscepisse.* Sic & Virg. Æn. 12, 395 *Ille ut depositi proferret fata parentis.* Vide ibi Servium & alios interpretes. Sen. Herc. Oetæo v. 302 *In taurum trucem Deflecteret serpente deposita minas.* Vbi *deposita serpens*, dejecta, sive confecta est, etc. legt. At *pecunia deposita*, quæ custodienda data est, Cic. Agrar. 2, 16. Hinc

¶ Depŏsĭtum, *i*, n. subst. quod alicui servandum, commissum est, das eingesetzte; ut, *Accipere depositum*, Quint 7, 3; *reddere*, Cic. Paradox 3, 1; *abnegare*, L. 1 Dig. de Furtis. *Depositum a Cajo Cæsare ad ædem Opis occupatum ab Antonio*, Vellej. 2, 60, 4. De terra sterili Ovid. Met. 5, 48 *Arvaque jussit Fallere depositum:* ita *fides, fallax, mendax* adhibentur.

¶ Depositio, *ōnis*, f. actio deponendi, die niederlegung. Vlpian. lege 1 § 2 Dig. Depositi vel contra. De academico depositionis ritu vide apud Middendorpium de Academiis.

¶ Depŏsĭtor, *ōris*, m. pro eo, qui negat aut evertere conatur, apud Prudentium Apoth. v. 179 *Iam cede Sabelli, Depositorque Patris, matique insane negator.* Sed *Depositor pecuniæ*, qui deponit, der es aufzuheben giebt, l. 31 Dig. de adquir. rer. dominio.

¶ Depositārius, *i*, m. penes quem depositum est, bey dem man etwas eingesetzet oder aufzuheben gegeben, l. 1 § 36 extr. Dig. Depositi. Interdum etiam Deponentem videtur notare, ut L. 7 § ult. ejusdem Tituli.

¶ Dispōno, *ĕre*, in certum ordinem distribuere, ordinare, ordnen, anordnen. Sic, *Disponere cleſſem*, Cæs. B. Civ. 3, 5; *præsidia*, Id. B. G. 1, 8; *vigilias per urbem*, Liv. 39, 14. Et, *Comas disponere*, in ordnung legen, Martial. 12 epigr. 84. *Libros confusos disponere*, Cic. de Orat. c. 34. ¶ 2. Est & simpliciter *distribuere*, austheilen, eintheilen. Cæs. B. C. 1, 14 *Legiones a Cæsare acceptas in Apulia hibernorum caussa dispositurat.* Quod hic *disponere*, extremo capite *distribuere* dixit. Ibid. c. 37 *C. Legiones III. Narbone, circumque ea loca, hiemandi caussa dispositurat.* Et, *Disponere diem*, Cic. fam. 9, 37 pro, in certos actus distribuere atque describere non temere mutandos. Tac. de Germanis c. 30, 3 *Disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare.* Et inde *Ephemerides* & *diurna* cœperunt: ubi præscripta erant, quæ diebus singulis peragenda essent. ¶ 3. Hortense verbum est, ut *differre*, verseen. Colum. 11, 3 *Beta simulatque quinque foliorum est, ut brassica differtur æstate, si riguus est hortus; at si siccaneus, auctumno disponi debebit.* Ita passim hoc cap. ¶ 4. In Vet. Gloss. *Disponit, διοικεῖ* exponitur, quod est regere & gubernare, videturque hoc verbum junioribus Latinorum (sicut & *ordinare*, quod ex idiotismo Italorum & Gallorum colligitur, ubi de imperiis frequenter usurpatur,) poni aliquando solitum. Hinc enim & *Dispositio*, de qua postea.

¶ Dispŏsĭtus, *a, um*, distinctus, distributus in ordinem, geordnet, ordentlich, cui *inordinatus* opponitur: item, *indispositus.* Plin. 16, 24 *Dispositæ myrto folia, concava buxis, inordinata pomis.* Et Plin. Iun. 3 epist. 1 *Me ut certus siderum cursus, ita vita hominum dispositа delectat, senum præsertim: nam juvenes adhuc, confusa quædam & quasi conturbata non indecent; senibus placida omnia & ordinata conveniunt.* Nep 11, 2, 2 *Ab imperatore dispositi*, sc. milites. Liv. 27, 7 *Gracchus per dispositos equos die tertio Pellam pervenit.* Et, *Vir dispositus*, qui recte sibi constat, nihil confuse ac turbide agit aut dicit, Plin. Iun. 2 epist. 11. Comp. Lactant. de Ira Dei c. 10 *Mundo nihil potest esse dispositius ad ordinem.* Sen. Nat. qu. l. 1 præf. *Neque formosius est quidquam, nec dispositius.*

¶ Dispŏsĭte, adverb. ordinate, ordentlich, stückweise. Cic. in Verr. 4, 40 extr. *Non possum disposite istum accusare, si cupiam.* Vitruv. procem. lib. 7 *Dispositе de singulis exponendum.* Superl. Sidon. 5 epist. 11 *Colis, ut qui solertissime: ædificas, ut qui dispositissime.*

¶ Dispositus, *ûs*, m. subst. dispositio, die ordnung, einrichtung. Tac. Hist. 2, 5, 2 *Aptior sermone, dispositu, proviſuque, rerum civilium peritus.*

¶ Dispŏsĭtio, *ōnis*, f. die einrichtung, eintheilung, abtheilung. *Dispositio est pars architecturæ, quam Græci διάθεσιν vocant*, Vitruv. 1, 2. *Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio*, Cic. de Invent. 1, 7. *Dispositio est ordo & distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum*, Aut. ad Herenn. c. 2. *Nihil est pulchrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine*, Col. 12, 2. ¶ 2. *Dispositio* pro cura, administratione, item præcepto edictove ponitur, die anordnung, anstalt. Capitol. Gordiano Tertio, in Oratione ipsius Gordiani ad Senatum: *Cujus ductu & dispositione & hæc transegimus, & cætera tranſigemus.* Sidonius cum alibi, tum 3 epist. 6 *Vestrum est, expectationem nostram competentibus dispositionibus munerari.* Sic in notitia utriusque Imperii, itemque in Novellis: *Sub dispositione viri illustris Præfect. Prætor. &c.* non semel legas. Vetus Inscriptio Romæ: QVÆ FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIONIS SVB GLADII PERICVLO CVSTODIENDA MANDATVR. ¶ 3. *Dispositio* recentioribus auctoribus etiam dicitur provisio annonaria. Capitol. in Gordiano Tertio: *Cujus viri tanta in republ. dispositio fuit, ut nulla esset unquam civitas limitanea, quæ non posset exercitum Pop. Rom. ac principem ferre.* vid. Casaub. ¶ 4. *Dispositio* recentioribus & pro consilio, seu ratione usurpatur, die klugheit. Veget. de Re militari 3, 26 extr. *Magna dispositio est, hostem fame magis urgere, quam ferro.* Sic *Imperatorias dispositiones* Eumenius rhetor dixit pro Restaur. Schol. c. 5.

¶ Dispositūra, *æ*, f. idem, ex veteri forma. Lucret. 1, 1025 *Deveniunt in tales disposituras.* conf. 5, 193.

¶ Dispŏsĭtor, *ōris*, m. qui disponit, ein regierer. Sic, *Dispositor mundi Deus*, Sen. Nat. Qu. 5, 18, quem & Lactant. 4, 9 *Rerum naturæ dispositorem atque opificem universitatis* dixit. Adde Augustin. epist. 28, qui *Deum dispositorem temporum* dixit. v. supra in *Producle*, sub *Duco.*

¶ Dispositrix, *īcis*, f. Fortunatus 7 carm. 6

Floret & egregia dispositrice domus.

¶ Indispŏsĭtus, *a, um*, non dispositus, unordentlich. Tac. Hist. 2, 68, 2 *Apud Vitellium omnia indispositа, temulenta, pervigiliis ac bacchanalibus, quam disciplinæ & castris propiora.*

¶ Indispositе, adverb. idem. Sen. epist. ult. p. 622 *Quid ergo, inquis, muta animalia perturbate & indispositе moventur? Dicerem, illa perturbate & indispositе moveri, si natura illorum ordinem caperet.*

¶ Prædispŏsĭtus, *a, um*, abgerichtet. Liv. 40, 56 *Medicus Calligenes nuntios prædispositos misit ad regem*, i. e. antea in statione collocatos, ut celerius perferretur nuncius. Alii, *per equos dispositos.*

¶ Expōno, *ĕre*, explicare, expedire, auslegen. *Exponere in sole fœnum, ut ficcescat*, Colum. 12, 28, ausbreiten. *Exponere infantem, pueros*, Liv. 1, 4, wegsetzen. *Eum exponendum do illi, &c.* Ter. Heaut. 4, 1, 37. conf. Iustin. 1, 4, 7. Nimirum exponebant sive abjiciebant (atque hæc duo conjungit Suetonius Claudio c. 27) impune olim parentes, quos alere & educare nollent: de qua immanitate veterum plura observat Lipsius Cent. 1 ad Belgas epist. 85. Vid. & Lindebrog. ad Ter. Andr. 4, 4, itemque Herald. in Apol. Tertull. Comment. c. 1, & Digress. c. 8. Gravissime eam Lactantius taxat 6, 20. ¶ 2. Est & nauticum verbum. *Exponere* enim naute dicuntur ex navi eos, qui conscenderant ante & jam exscendunt; item, quæ importata exportantur, ausladen, aussetzen. Nepos 2, 8, 7 *Ephesum pervenit, ibidemque Themistoclem exponit.* Horat. 1 sat. 5, 20 *Iamque dies aderat, cum nil procedere lintrem Sentimus: &c. quartâ vix demum exponimur hora.* Liv. 28, 44 *Dum expono exercitum in Africam.* Cæsar plenius in *terram exponere* dixit: ut de B. C. 1, 31 *Hic* (Actius Varius) *venientem Vticam cum navibus Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur.* Ita quoque aliis locis pluribus locutus est. Huic contrarium *Imponere*, aufladen: de quo infra. ¶ 3. Sed, *Exponere omnia ordine*, Liv. 30, 17 est referre & explicare, darstellen, erklären. *Ex memoria exponere*, Cic. Catil. 3, 6; &, *memoriter*, Id. de Fin. 4, 1, auswendig erzehlen. *De re aliqua exponere sermonem*, Id. de Amic. c. 1. ¶ 4. Sulp. Severus

verus Dial. 1 de Virtutibus Monach. Orient. c. 4 peculiari quadam ἐνεργείᾳ hoc verbo usus, cum ait: *Nihil penitus omisit, quod non carpere, incessere, exponere.* Significat enim, nihil dissimulasse, produxisse omnia, in aperto posuisse & claro, atque ita vulgasse, ut contemnerentur.

¶ Expŏsĭtus, *a, um*, ausgelegt, ausgesetzt, ausgestellt; e. g. *Expositus oculis*, vor Augen, Cell 5, 28. *Tota caussa ante oculos exposita*, vor Augen gestellt, Cic. pro Rosc. Am. c. 12. *Expositus solibus locus*, an der Sonne gelegen, Plin. 15, 5. *Expositus ventis*, dem Wind entgegen, Idem 17, 22. *Licet ire & redire per expositum limen*, i. e. patens, non occlusum, die Thüre stehet offen, Stat. 1 Silv. 2, 34. ¶ 2. *Expositus* singulari notione idem est ac humanus, comis, promptus, paratus, facilis, & quasi omnibus obvius, sehr freundlich, willig, dienstfertig. Plinius 1 epist. 10 *Amari ab eo laboravi, etsi non erat laborandum: Est enim obvius & expositus plenusque humanitate.* Et Stat. 5 Silv. 3, 246

Quid referam expositos, servato pondere, mores?

¶ Exponte, adverb. klar, deutlich. Gell. 3, 2 *Non exposite & aperte ostendere.*

¶ Expositum, *i*, n. subst. der vortrag. Apul. de Syllog. Categ. p. 38 *Appellatur ab Stoicis prima constitutio vel primum expositum.*

¶ Expŏsĭtio, *ōnis*, f. die auslegung. Quintil. 4, 3 *Rerum gestarum expositio*, die erzehlung. *Expositio sententiæ suæ*, Cic. de Orat. 3, 53. Et Aut. ad Herenn. 4, 39 *Descriptio continet perspicuam & dilucidam expositionem*, eine ausführung, erklärung. ¶ 2. *Infantis expositio*, die wegsetzung. Iustin. 1, 4, 9; & 1, 5, 4.

¶ Exponcĭuncula, *æ*, f. diminut. eine kleine vorstellung, Hieronym. adv. Iovinian. 1, 22.

¶ Expŏsĭtor, *oris*, m. qui exponit, ein ausleger. Augustinus epist. 80 *Expositores divinorum eloquiorum.* Id. epist. 107 *Lege expositorem ejus* (orationis Dominicæ) *beatissimum Cyprianum.*

¶ Expositĭtius, *a, um*, hingelegt; *Exposititia puella*, Plaut. prolog. Casin. v. 79, ein findling.

¶ Expositīvus, *a, um*, erklärend, erläuternd; ut, *Expositivus status controversiæ*, Aggen Vrb. de Limit. Agr. p. 63.

¶ Impōno, *ĕre*, anlegen, auflegen, aufsetzen; ut, *Imponere nomen alicui*, einen nahmen geben Ovid. Met. 9, 707. *Imponere coronam.* Cicero fam. 5, 12; &, *diadema*, Id. Phil. 3, 5. *Imponere leges*, Id. Phil. 7, 5, setzen geben. Et, *In cervicibus aliquorum sempiternum dominium imponere*, de Nat. D. 1, 20. *Chorus virtutum in equestrem impositus*, Id. Tusc. 5, 5. Et, *Imponere fastigium operi*, Off. 3, 7; & *summam manum*, Quint. procem. lib. 1, ein werck ausmachen, beschliessen. *Extremam manum imponere*, Virg. Æn. 7, 572. *Onus alicui imponere*, Cicero ad Qu. frat. 2, 1. *Imponere præsidium civitati*, aut *arci*, Curt. 3, 7, 2, besatzung einlegen. Ita, *Cohortem imponere.* Nep. 5, 4, 1. Ita Sall. Iug. 100, 3, *quasi nullo imposito, omnia providere*, h. e. quasi nullius rei præpositus esset. Et hic Ovid. Amor. 3, 4, 1 *Dure vir imposito teneræ custode puellæ.* Sed Sall. Cat. 48 extr. *Tantam sibi contumeliam a Cicerone impositam.* Cic. pro Quinct. 31 *Injuriam sine ignominia sibi imponerent.* Curt. 7, 7 *Quæ subinde nuntiata sunt Regi, continuæ felicitati rerum ejus imposuerunt labem.* ¶ 2. Est & verbum nauticum, uti *Expono*, cui contrarium est, einladen, einschiffen, einnehmen. Cæs. B. C. 3, 6 *Ipsi expediti naves conscenderent, quo major numerus militum imponi posset.* ¶ 3. *Imponere alicui*, est decipere, in qua locutione subauditur *fraudem*, einen betrügen, ubi etiam Germani, einen aufsetzen. Cicero ad Qu. frat. 2, 6 *Cui tamen egregie imposuit Milo noster.* Nep. 18, 5, 7 *Dum de conditionibus tractat, præfectis Antigoni imposuit.*

¶ Impŏsĭtus, *a, um*, vel impostus, aufgesetzt, aufgeleat. Propert. 4, 2, 29 *Imposita corona.* Ovid. Met. 15, 520 *Impositum feret urbi onus.* Cic. Att. 1, 16 *Tanto impositio reipublicæ vulnere*, i. e. impresso, facto, nach geschlagener wunde. Rutus ad Attic. 5, 17 *In sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ.*

¶ Impŏsĭtus, *ūs*, m. subst. die auflegung. Plin. 24, 4 *Ulcera commanducatu imposituque efficacissime sanari.*

¶ Impositio, *ōnis*, f. idem. Plin. 27, 13 *Succus ejus, vel semen, impositione spicula e corpore ejicit.* Varro L. L. 4, 1 *Neque omnis impositio verborum extat*, beylegung der nahmen. Idem. 9, 3 aliquoties habet.

¶ Impŏsĭtĭtius, *a, um*, aufgeleat. Lege 41 § 11 Dig de Legat. 1 *Canthari, per quos aquæ saliunt, si imposititii sint.* Varro L. L. 7, 2 *Imposititia nomina.*

¶ Impositīvus, *a, um*, idem. Plin. 28, 4 pr. *Impositiva nomina.* Varro L. L. 9, 3 *Potius in naturalibus casibus, quam in impositivis.*

¶ Impositor, *oris*, m. qui imponit, der da auf- oder beyleget. Varro L. L. 6 pr. *Eruenda voluntas impositoris*, i. e ejus, qui nomen rebus imposuit.

¶ Impostor, *ōris*, m. deceptor, ein betrüger. Gloss. *Impostor, stellionator*, ἐπίβετης. Vlpian. l. 1 § 3 ff. de extraord. cognit *Vt vulgari verbo impostorum utar.* conf. Isidor. 10 litt. I; & Voss. Etym. p. 400.

¶ Impostūra, *æ*, f. betrug, fälscherey. Vlpian. L. 3 Dig Stellionat. § 1 *Si quis impostūram fecerit, vel collusionem in necem alterius, &c.*

¶ Impomenta, *orum*, n. pl. *quasi imponimenta, quæ post cœnam mensis imponebant*, Fest. der nachtisch, letzte aufsatz.

¶ Superimpōno, *ĕre*, drüber legen. Colum. 8, 3 *Vimineos qualos superimponunt.* Et Cels. 3, 10 *Superimponenda sunt cataplasmata.* Adde 6, 6, 1; Quintil. 1, 1; Liv. 21, 1; Plin. 31, 9.

¶ Superimpŏsĭtus, *a, um*, draufgeleat, drübergeschlagen. Plin. 31, 9 *Superimposito linteolo madente vino.* Liv. 21, 1 *Stipendio superimposito.* Apul. de Herb. c. 49, 3 *Herba plagæ superimposita.* Quint. 1, 1 p. 21 *Manum pueri superimposita manu regere*, einem kinde die hand führen.

¶ Interpōno, *ĕre*, immiscere, interjicere, mit einmengen, darzwischen setzen; ut, *Fidem suam interponere*, Cicero pro Rosc. Am. c. 39, gut dafür werden. *Interponere jusjurandum*, mit einem ende verkräftigen, Livius 34, 25. *Interponere moram*, Cæs. B. G. 4, 11, aufziehen. *Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones*, Cicero fam. 10, 27, wenn du dich damit nicht einlässest. *Interponere accusatorem*, id est, subornare, Id. Verr. 1, 11 *Interponere caussam*, vorschützen. Nep. 2, 7, 1.

¶ Interpŏsĭtus, *a, um*, darzwischen gestellt; ut, *Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe perrabat omnia*, Cicero pro Mur. c. 17 *Magna mora interposita*, Cæs. B. C. 1, 64. *Interposita caussa*, ibid. 1, 42. Et, *Offensione interposita*, Cic. Phil. 2, 4. *Illo interposito discrimine*, Gell. 3, 3.

¶ Interpositus, *ūs*, m. subst. die darzwischenkunft. Cic. de Nat. D. 2, 40 *Luna incidens in umbram terræ, quum est e regione solis, interpositu interjectuque terræ, repente deficit.*

¶ Interpŏsĭtio, *ōnis*, f. idem. Cicero fam. 16, 22 *Interpositio difficilior est.* Id. de Invent. 1, 6 *Certarum personarum interpositio.*

¶ Oppōno, *ĕre*, objicere, entgegen setzen, stellen *Opponere se periculis*, sich gegen die gefahr setzen, Cicero pro Balbo c. 10. *Vitium virtuti opponere*, Id. Fin. 3, 12. *Pignori opponere*, Ter. Phorm. 4, 3, 56, zu pfand einsetzen. Vide *Pignus.* Est etiam Circense verbum de præcedente auriga, cum prohibere studet, ne superetur a sequente, Plin. 8, 42 *Equi in Circensibus palmam occupavere, opponentes effundentes.* vid. Drakenb. ad Sil. 16, 396 ex Salmasio. ¶ 2. *Opponere* quoque de disputationibus interdum dicitur, einwenden, entgegen halten. Cicero Phil. 2, 4 *Sed quid opponas tandem, si negem, me unquam istas litteras ad te misisse?* id Fin. 2, 3 *Non tam ut probaret, protulit, quam ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret.* ¶ 3. *Opponere* nonnunquam est prætexere, vorschützen. Cicero ad Qu. frat. 2, 10 *Opposuisti semel Ciceronis nostri valetudinem.* Et Att. 1, 1 *Suum regnum judiciale opposuit.* ¶ 4. *Opposivi* pro *Oppositi*, Plaut. Curc. 2, 3, 77 *Pono pallium, ille suum annulum opposivit*, scil. pignori.

¶ Oppŏsĭtus, *a, um*, entgegen gestellt. Cicero pro Domo c. 24 *Vim meo corpore oppositio ab omnium bonorum cervicibus depuli.* Idem Off. 2, 4 *Moles oppositæ fluctibus.* Iuvenal. 11, 18 *Lancibus oppositis*, i. e. oppignoratis, verpfändet. Simile ex Catullo vide in *Pignus.*

¶ Oppositum, *i*, n. subst. ein gegensatz. Gell. 16, 8 *Opposita ipsa inter sese adversa sunt.* Item: *Quæ opposita, non sunt contraria.* cont. Mart. Capella 4 p. 115.

¶ Oppositus, *ūs*, m. subst. die entgegenstellung, der gegensatz. Cic. pro Marc. c. 10 *Non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.* Et Silius 10, 212 *Oppositu membrorum* Plin. 2, 71 *Oppositu globi.*

¶ Oppŏsĭtio, *ōnis*, f. idem; ut, *Oppositio solis & lunæ*, wenn sonn und mond gegen einander über stehen. Cic. Invent. 1, 28 *Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo: Sapere & non sapere.*

¶ Postpōno, *ĕre*, est posthabere, nachsetzen, hindansetzen. Cicero filius fam. 16, 21 *Omnia postposui, dum modo præceptis patris parerem.* Horatius 1 epist. 18, 34 *Scorto postponit honestum Officium.* Et Ovid. Met. 6, 211 *Vos est postponere natis Ausa suis.*

¶ Postpŏsĭtus, *a, um*, hindangesetzt. Ovid. Amor. 3, 1, 22 *Tua postposito facta pudore refers*, ohne scheu. Heinsius legit *Præterito.*

¶ Præpōno, *ĕre*, est anteponere, præferre, fürziehen, vorsetzen; ut, *Præponi alicui*, Ter. Eun. 1, 2, 59. *Aliis se præponere*, Idem Andr. 1, 1, 38. *Salutem pop. Rom. vitæ suæ præposuit*, Cicero Phil. 9, 7. Add. Horat. 1 Od. 7, 7. ¶ 2. Sed, *Præponere aliquem muneri i, negotio*, est præficere, einen über ein amt setzen. Cic. de Orat. 2, 10; & fam. 15, 4. Frequenter autem de militaribus imperiis ac curis sic usurpatur; ut, *Bello, exercitui imperatorem præponere*, einem das commando auftragen. Cicero pro L. Manil. c. 22. Et Tac. de Germ. 30, 3 *Multum (ut inter Germanos) rationi ac solertiæ præponere electos*, (de ducibus loquitur) *audire præpositos: nosse ordines, intelligere occasiones.* ¶ 3. *Præposivi*, pro *præposui*, Plaut. Rud. 4, 2, 11 *Lucrum præposivi sopori & quieti.*

¶ Præpŏsĭtus, *a, um*, voraesetzt, vorgestellt. Cicero de Ar. Resp. c. 12 *Servitium in alteram scenam immissum, alteri præpositum.* Idem de Divin. 1, 34 *Præposita oraculo sacerdos.* Tac. Hist. 1, 20, 4 *Prævositi exactioni equites.* Idem An. 3, 5, 7 *Præposita toro effigies.* Sen. de ira 1, 16 *Centurio supplicio præpositus.* Nepos 8, 1, 5 *Tyranni præpositi a Lacedæmoniis.* Contracte Lucret. 6, 997 *Omnia nobis præposta, parata.* Hinc

¶ Præpositus, *i*, m. subst. militum præfectus, ein officirer. Suet. Oth. c. 1 *Ausus milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos occiderent, capite punire.* Tac. Hist. 1, 36, 2 *Gregarius miles caveri insuper præpositos jubebat.* Cicero Invent. 1, 34 *Exercitui præpositus imperator*, ein feldherr. Cæs. B. C. 3, 5 *Toti officio maritimo præpositus.* Burmanni observatio est ad Quint. Decl. 3, 15 p. 72 Veteres fere dativum adjunxisse, Taciti & Suet. ævo absolute poni solitum. ¶ 2. A militia deinde ad ecclesiasticum ordinem, ut plures aliæ, tralata est vox, & dicti *Præpositi*, qui post episcopum plebi præsunt, alias & *Oeconomi* appellati, pröbste, vorsteher.

¶ Præpositum, *i*, n. sub græce προηγμένον, ut ipse Cicero indicat de Fin. 4, 26 *Valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Græce προηγμένα, Latine autem producta, sed præposita aut præcipua malo.* Ita ea, quæ quis magis habere vellet, quam non habere, non dicebantur *bona* a Stoicis, sed *præposita*, vorzüge, was andern vorzuziehen. Nam idem Cicero l. c. *Appellatum præpositum ex eo credo, quod præponatur aliis.* conf. Fin. 3, 16 & 17, ubi *præposita* etiam vocat *præcipua*, illisque opponit *remota*, & *rejecta*, s. rejectanea. Sic, *Præposita Zenonis*, Id. Acad. 1, 10.

¶ Præpŏsĭtio, *ōnis*, f. philosophice idem actus præponendi, die vorausetzung. Cicero Fin. 3, 16 *Neque tamen illa præpositio ad eum, quem dixi, finem pertinebit.* ¶ 2. Grammatica notione & Cicero usus est Topic. c. 11 *Præpositio IN privat verbum ea vi, quam habebat.* Id. in Orat. c. 47 *Una præpositio est AB.* Add. Quint. 1, 4 p. 46 & 1, 5 p. 64. Et Gell. 15, 3 *Ab præpositio &c*, ubi & plures præpositiones a Græcis acceptæ.

¶ Præpŏsĭtīvus, *a, um*, quod præponi poteſt, das ſich vorſetzen läßt; ut, *Vocales præpoſitivæ*, Priſcian. 1 p. 561. *Conjunctio præpoſitiva*, Diomed. 1 p. 409 edit. Putſchii.

¶ Præpoſĭtūra, *æ*, f. officium & dignitas præpoſiti, ein obrigkeitlich amt, amtsvogtey. Lamprid. Heliog. c. 6. *Militaribus etiam præpoſituris & tribunatibus, & legationibus, & ducatibus venditis.* Et in Alex. c. 46 *Dabat præpoſituras locorum civilium, non militum.* vid. Salmaſ. Ita vulgo *Præpoſitura* eſt, quam Germani dicunt, die probſtey.

¶ Prōpōno, *ĕre*, vorlegen, vorſetzen, vorſtellen; ut, *Proponere ſibi ante oculos*, Cic. Nat. D. 1, 41. *Voluntatem ſenatus alicui proponere*, Cæſ. B. Civ. 1, 3. *Proponere, quod ſis dicturus*, Cicero in Orat. c. 40. *Propoſueram illud mihi extremum*, Idem fam. 15, 14, das hatte ich mir zum letzten vorbehalten. *Propoſitum eſt mihi*, Id. de Clar. Orat. c. 6. Cæſ. B. G. 6, 10 *Non alienum eſſe videtur de Galliæ Germaniæque moribus, & quo differant eæ nationes inter ſeſe, proponere*, i. e. explicare, enarrare. Vellej. 2, 53, 1 *Ægyptum petere propoſuit*, i. e. ſtatuit, er hat ſich fürgenommen. *Proponere edicta, exemplum, libellos*, noti uſus ſunt. Et ita ſolebant imperatores, quoties aliquam conſtitutionem ad omnium notitiam pervenire vellent, ſua manu adſcribere. *Proponatur*, ut diſcimus ex Novellis aliquot Valentiniani & Majoriani. ¶ 2. *Proponere congiarium, donativum*, apud Suet. Ner. c. 7 eſt publice promittere, idque, ut puto, libello propoſito; nam dicto facere, id *pronunciare* dixit in Cæſare c. 19 *Numos de ſuo communi nomine per centurias pronunciaret.* Vellej. 2, 6, 5 *Pretium ſe daturum propoſuit*, i. e. promulgavit, er hat kund gemacht. Cic. ad Att. 2, 21 *Locus, ubi edicta proponuntur.* ¶ 3. Vſurpatur hoc verbum & de rebus promercalibus, quæ venum exponuntur. Idem Suet. Ner. c. 15 *Interdictum, ne quid in popinis coëli præter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non obſonii genus proponeretur*, da ſonſt alles feil ſtunde. ¶ 4. Eſt & diſputantium ac eruditorum verbum. Nam *proponere* dicuntur, qui afferunt rem, de qua dicendum ac diſceptandum eſt, vortragen. Cicero Tuſc. 5, 4 *Quinto autem die, cum eodem loco conſediſſemus, ſic eſt propoſitum, de quo diſputaremus.* Hinc *Propoſitum* Θέσις eſt, de quo poſt dicendum erit. Et quia in omni theſi aliquid vel affirmatur vel negatur: idcirco *proponere* etiam pro pronuntiare, ſtatuere, ponitur. Celſus præf. *Neque eſſe crudele* (incidere corpora), *quod plerique proponunt.* Tertull. Apol. c. 48 *Qui proponimus, multo utique dignius credi hominem ex homine rediturum, &c.*

¶ Prōpŏsĭtus, *a, um*, vorgeſtellt, fürgeſetzt, fürgenommen. Cicero pro Mur. c. 31 *Ad imitandum propoſitum exemplar.* Vellej. 2, 38, 1 *Propoſiti operis regula.* Horat. 2 ſat. 6, 99 *Propoſitum iter peragunt.* Livius 28, 2 ext. *Asdrubal propoſitum ſe bello ratus*, nimirum explicante Gronovio, inſtar ſcopi, quem omnes peterent. ¶ 2. Item promiſſus, oblatus, verſprochen, angetragen. Suet. Tito c. 8 *Propoſito gladiatorio munere, non ad ſuum, ſed ad ſpectantium arbitrium editurum ſe profeſſus eſt.* Cicero pro Rabir. c. 5 *Libertatis ſpem propoſitam habere.* Cæſ. B. C. 1, 17 *Magno propoſito præmio.*

¶ Propoſitum, *i*, n. ſubſt. quod quisque ſibi faciendum propoſuit, der fürſatz; ut, *Tenere propoſitum*, Cæſ. B. Civ. 1, 83; & Nep. 18, 3, 6. *Aberrare propoſito*, Cic. Tuſc. 1, 33 extr. &, *a propoſito*, Idem de Fin. 5, 28. *Deterreri a propoſito*, Brutus Ciceroni epiſt. 11. *Averti a propoſito*, Liv. 2, 8. *Tenax propoſiti*, Ovid. Met. 10, 405. Quint. 8, 3 p. 683 *Sed ad propoſitum*, (ſc. redeamus). Gallorum formula ad Germanos etiam migravit, *A propos.* ¶ 2. Hinc certa quoque vivendi quædam ratio, ad quam obſtrinximus nos, *propoſitum* appellatur, die lebensart. Vellej. 2, 2, 2 de Tiberio Graccho: *Vir alioquin vita innocentiſſimus, ingenio florentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus*, i. e. vivendi diſciplina. Phædr. præf. 3, 15 *Mutandum tibi propoſitum eſt, & vitæ genus.* Sic Iuvenalis cœlibatum Hippolyti & fugam muliebris conſortii, *propoſitum* vocat ſat. 10, 324. Seneca epiſt. 68 inſtitutum Lucilii in receſſu vivendi perpetuo, *propoſitum* ſimiliter dixit: *Aliud*, inquit, *præpoſito tuo nomen impone.* Ambroſ. 6 epiſt. 36 de receſſu Paulini: *Matrona quoque virtuti & ſtudio ejus proxime accedit, neque a propoſito viri diſcrepat.* Aliis Chriſtianis ſcriptoribus & *Votum* appellatur, quod Heraldus obſervat: quem vide lib. 2 Digreſſ. ad Tertull. Apol. c. ult. ſub fin. Aliis & *Secta* vocatur: de quo ſuo loco. Vet. Gloſſ. *Propoſitum*, προαίρεσις, (quod huc pertinet) προθεσις καὶ προσκείμενον. ¶ 3. Item, Θέσις, vel quod ad diſceptandum ponitur, der ſatz, vortrag, die vorſtellung. Cicero Top. c. 21 *Quæſtionum duo ſunt genera, alterum infinitum, alterum definitum.* DEFINITVM *eſt, quod* ὑποθεσιν *Græci, nos* CAVSSAM: INFINITVM, *quod* θεσιν *illi appellant: nos* PROPOSITVM *poſſumus nominare.*

¶ Prōpoſĭtio, *ōnis*, f. idem. Cicero Tuſc. 3, 18 *Vitæ propoſitio.* Quint. 12, 1 p. 1053 *Quod prima propoſitione durum videtur*, bey dem erſten vortrag. Rhetorico ſenſu paſſim obvium eſt apud Cicer. & Quint.

¶ Repōno, *ĕre*, primo ſimplicis ſui ſignificationem habet, hinlegen, auflegen. Virg. Æneid. 3, 231 *Ardisque reponimus ignem.* Et, *Grues in tergo prævolantium capita reponunt*, Cicero de Nat. D. 2, 49. *Loco ſuo omnia reponere*, Id. Verr. 1, 56 pr. ein jedes an ſeinen ort ſetzen. Cicero Tuſc. 5, 12 ext. *In ſe ipſo omnem ſpem reponet.* Livius 1, 49 *In caritate civium nihil ſpei reponens*, i. e. ponens, collocans. ¶ 2. Reſtituere in locum ſuum, ut intelligatur, rem illo exiiſſe, inprimis de luxatis; v. g. Celſ. 8, 17 *Manus reponi non difficillime poteſt*, i. e. in ordinem redigi, vel, ut deinde dicit, *in ſuam ſedem compelli*, wieder eingerichtet werden. Huc referri poteſt Tac. An. 1, 63, 6 *Ruptos veteſtate pontes reponere*, wieder aufrichten. Et Val. Flac. 7, 245 *Mentemque repone*, emotam ſcil. ¶ 3. Eſt quaſi retroponere, ſervandi ſcil. cauſſa & ſuo tempore promendi. Cicero N. D. 2, 62 ext. *Condere & reponere fructus*, aufheben und zurücke legen. Liv. 29, 19 *Duplam pecuniam in theſauros reponere.* Quint. 2, 6 *Reponere alimenta in hiemem.* ¶ 4. Hinc etiam ad animum & mores transfertur. Virgil. ecl. 3, 54 *Senſibus hæc imis reponas*, behalte. Huc pertinet: *Manet alta mente repoſtum*, de quo ſtatim. Tac. Agric. 39, 4 *Optimum in præſentia ſtatuit reponere odium*, i. e. ad tempus & occaſionem ulciſcendi occultare, den haß zu verbergen. ¶ 5. *Reponere* etiam eſt reddere. Sen. de Ira 2, 28 *Reponere injuriam*, i. e. ulciſci, das unrecht vergelten, ſich rächen. Tac. An. 16, 13, 6 *Reponere amiſſa urbi*, wieder erſtatten, wieder geben. Cicero Att. 13, 12 *Catulo & Lucullo alibi reponemus.* Plaut. Perſa 1, 1, 37 *Mihi des nummos, quos continuo tibi reponam.* ¶ 6. Itaque etiam reſpondere ſignificat, antworten. Cicero fam. 1, 9 *Ne tibi ego idem reponam, cum venero.* Speciatim in declamatoria ſchola is dicitur reponere, qui reſpondet themati alterius. Huc reſpexit Iuvenal. 1, 1 *Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?* vid. Barth. Adv. 21, 1, qui huc refert etiam Propert. 1, 17, 11 *An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis?* Sed invito Brouckhuiſio, qui Palleratii interpretationem præfert, ad oſſilegium referentis, & *fata* intelligentis mortui reliquias. ¶ 7. *Repoſivi* pro *repoſui*, Plaut. Aſin. 3, 1, 16 *Si repoſivi venum.*

¶ Repŏsĭtus, *a, um*, & per ſyncopen poëticam *Repoſtus*, zurückgelegt, aufgehoben; ut, *Apulæ repoſtæ*, Virg. Georg. 3, 527 *Terras tentare repoſtas*, entlegene länder, Idem Æneid. 3, 364. *Tellure repoſti*, i. e. ſepulti. Id. Æneid 6, 655. *Manet alta mente repoſtum Judicium Paridis &c.* es liegt ihr noch immer im ſinn. Idem Æneid. 1, 26. Et, *Repoſitus honos Poppææ*, i. e. reſtitutus, wieder hergeſtellt, Tac. An. 14, 61, 3. *Repoſita fora templaque*, Id. Hiſt. 3, 34, 4. Abſolute Sen. de Benef. 4, 20 *Multa ex repoſito acquiſitoque perdenda ſunt.*

¶ Repoſĭtio, *ōnis*, f. die hinlegung. Pallad. 1, 32 *Repoſitiones fœni, ligni, cannarum nihil refert, in qua parte fiant, dummodo ſiccæ ſint.*

¶ Rĕpoſtor, *ōris*, m. qui reponit, ein wiederbringer, erſetzer. Ovid. Faſt. 2, 63 *Templorum poſitor, templorum ſancte repoſtor:* id eſt, reparator, reſtitutor, inſtaurator.

¶ Repoſitōrium, *i*, n. id erat antiquis, quod ſuper menſa reponebatur ad fercula collocanda, ein aufſatz mit ſpeiſen. Ita accipi apud Petronium docet Gonſal. ad c. 33 p. 117 ed. Burm. Plin. 28, 2 *Bibente conviva, menſam vel repoſitorium tolli, inaudſicatiſſimum habetur.* ¶ 2. Pro loco ſecretiori apto ad aſſervandas res pretiosas Capitol. Anton. Phil. c. 17 *Gemmas multas in repoſitorio ſanctiore Adriani repererat*, im geheimen cabinet.

¶ Sēpōno, *ĕre*, ſeorſum ponere, ſeparare, weglegen, beyſeit ſetzen, abſondern. Cicero de Orat. 1, 6 *Græcos video ſepoſuiſſe a cæteris dictionibus eam partem dicendi.* Ovid. Met. 3, 318 *Cura ſepoſuiſſe graves.* Idem 5, 380 *De mille ſagittis unam ſepoſuit* Ita *Seponi* & homines dicuntur, quos a conſpectu noſtro ut odioſos & graves removemus ac relegamus quodammodo. Suet Aug. c. 65 *Agrippam, ob ingenium ſordidum ac ferox, abdicavit ſepoſitoque Surrentum*, er hat ihn weggeſchafft. Tac. Hiſt. 1, 13, 5 *Mox ſuſpecta in eadem Poppæa in provinciam Luſitaniæ ſpecie legationis ſepoſuit.*

¶ Sēpŏsĭtus, *a, um*, beyſeit geſchafft, abgeſondert. Sic Stat. 2 Silv. 2, 150 *Sepoſitas divitias* dixit. Et Sen Medea v. 339 *Mea ſepoſitum.* Martial. 2 epigr. 3 *Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara*, i. e. tam remota, ſo weit entlegen. Tac. Hiſt. 1, 85, 1 *Sepoſitus per eos dies C. Dolabella in Coloniam Aquinatem.* Et, *Sepoſitæ veſtes* ſunt repoſitæ, & non quotidiani uſus, Tibull. 2, 5, 8.

¶ Sepoſĭtio, *ōnis*, f. die beyſeitlegung, abſonderung. Vlpian. l. 2 § 2 Dig. de pollicitat. *Si deceſſerit ante ſepoſitionem.*

¶ Suppono, *ĕre*, ſubjicere, unterlegen; ut, *Ova gallinis ſupponere*, Columell. 8, 5. Ita apud Medicos de *balano*, quam & *glandem* vocant, & recentiores ab hoc ipſo verbo *ſuppoſitorium.* Samon. 527 *Aut igitur tectum lana ſupponis alumen.* ¶ 2. Eſt & fallum; ro vero introducere, ſeu ſubjicere, einſchieben, unterſchieben. Ter. Eun. 5, 3, 2 *Reformam illi ſacrilego gratiam, qui hanc ſuppoſuit nobis.* Sic, *Teſtamentum falſum ſupponere*, Cicero de Leg. 1, 16. *Supponere infantem*, Plaut. Ciſt. 4, 2, 49. conf. ibid. 1, 2, 17; & 1, 3, 4; it. Epid. 3, 4, 58. Vnde *Suppoſitio*, item *Suppoſtrix*: de quibus mox dicemus. ¶ 3. Cum *Supponere* proprie ſit *ponere inferiori loco*, metaphorice etiam ſignificat, ſich unterthänig machen. Ovid. Faſt. 1, 306 *Æthera quæque ingenio ſuppoſuere ſuo.* ¶ 4. *Suppoſivit*, pro *Suppoſ. it*, habet Plaut. Truc. argum. v. 4, & ibid. 2, 5, 9; & 4, 3, 30.

¶ Suppŏsĭtus, & Suppoſtus, *a, um*, unterlegt, aufgewechſelt. *Suppoſitus puer*, Plaut. Truc. 1, 1, 70. Cicero Verr. 5, 27 *Ille ſuppoſitus facile & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimulabat.* Ibidem c. 30 *Alium in ſuppoſiti locum ſupponere.* Cont. Nep. 12, 9, 4. Virg. Æn. 7, 283 *Suppoſita de matre.* Id. Æneid. 6, 24 *Suppoſtaque furto Paſiphaë.* Et Sil. 3, 90 *Nos clauſæ nivibus rupes, ſuppoſtaque cælo Saxa manent*, i. e. excelſa; ut in illo Ovid. Her. 9, 18 *Hercule ſuppoſito ſidera fulcit Atlas.*

¶ Suppŏsĭtio, *ōnis*, f. unterlegung, aufwechslung. Colum. 8, 5 *Suppoſitio per hos fere dies eſt commodiſſima.* Loquitur de ovis gallinæ ſupponendis. Plaut. Truc. 2, 4, 83 *Suppoſitiones puerorum.* conf. Id. Capt. Grex. v. 3.

¶ Suppoſtor, *ōris*, m. ein aufwechsler. Vetus Inſcriptio ap. Salmaſ. in Solin. p. 196 SIGNAT. SVPPOSTORES. MALLIATORES. MONETÆ. Sic,

¶ Suppoſtrix, *īcis*, f. Plaut. Truc. 4, 2, 50 *Suppoſtrix puerûm.*

¶ Suppŏsĭtĭtius, *a, um*, qui ſupponitur, eingeſchoben, aufgewechſelt. Varro R. R. 2, 8 *Mater ſuppoſititia*, de equa, cui pullus aſininus ſubjicitur. Martialis 5 epigr. 25 *Hermes ſuppoſititius ſibi ipſe eſt*, quia ipſe ſemper recens ad novas pugnas accedit, neque opus habet, ut alius ſibi ſufficiatur. Ter. Heaut 5, 3, 11 *ſubditum* dixit. Vet. Gloſſ. ὑποβολιμαῖος, *Suppoſititius*, *ſubditicius.* Add Plaut. Pſeud. 4, 7, 71.

¶ Suppoſitōrius, *a, um*, unterſchoben; ut, *Cellæ ſuppoſitoriæ*, i. e. balnea tepidaria. Vopiſc. Carino c. 17. In Gloſſ. gr. lat. ὑπόθεμα eſt *Suppoſitorium*, die ſtüfruna: Et medicorum filii ſic vocant magma, forma glandis inteſtino recto immiſſum, ein ſtuhlzapfen. vid. Borricii Cogit. p. 251.

¶ Præſuppono, *ĕre*, vorausſetzen, pro *ante conſtituere*, quod Ciceronis eſt, e. g. Offic. 1, 9.

¶ Superpōno, *ĕre*, auf etwas legen; ut, *Medicamentis ſuperponi*, Plinius 29, 2 extr. Et Silius 16, 420 *Humeris trepidantis Iberi Ora ſuperpoſuit.* Adde Celſ. 5, 6; Suet. Claud. c. 20; & Senec. epiſt. 58.

¶ Su-

¶ Superpŏsĭtus, *a, um*, drauf gelegt. Ovid. Heroid. 21, 190 *Ægra superpositâ membra fovere manu.* Conf. Colum. 5, 5; & 4, 24; Sidon. 4 epist. 34. ¶ 2. Est *Superpositus* etiam pro præposito, præfecto, ein vorſteher. Gruter. Inſcript. p. 581 n. 7 SVPERPOSITO MLDICORVM.

¶ Superpositio, *onis*, f. die auflegung. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3, 44 *Tardante paſſione ſuperpoſitionis tempore.*

¶ Suprapositus, *a, um*, zuvor geſetzt, oben gedacht, drüber gelegt. Cic. Topic. c. 18 *Exemplum ſuprapoſitum eſt.* Et Celſus 6, 18, 2 *Quale ſuprapoſitum eſt cataplaſma.* Legitur disjunctim forte melius.

¶ Transpōno, *ĕre*, verſetzen, überſetzen. Tac. An. 2, 8, 2 *Transpoſuit militem.* Pallad Sept. t. 13 *Plantas Novembri inchoante transponas.* Iuſtin. 23, 3, 9 *Exercitum transponere in Italiam.* Et Plin. 10 ep. 69 (*ad*)*vecta foſſa onera transponere in flumen.*

¶ Transpŏsĭtus, *a, um*, verſetzt. Gell. 12, 1 *Sæpe videas, arborem in locum alium transpoſitam deperiſſe.*

¶ Transpositio, *ōnis*, f. die verſetzung, græce μετάθεσις, Grammat.

¶ Transpositivus, *a, um*, das ſich verſetzen läſſet. Quint. 3, 6 p. 250 μετάληψιν *nos varie translativam, transſumptivam & transpoſitivam vocamus.*

PONS, *pontis*, m. dictus ſecundum Voſſ. Etym. p. 400 a *Pendeo*, quia ut ſuper aquas tranſitus fiat, in aëre quaſi ſuſpendatur, eine brücke. Lucanus 4, 15 de Sicori, Hiſpaniæ fluvio: *Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu.* Et, *Pons lapideus*, Curt. 5, 1, 29. *Fluvio pontem imponere*, Id. 5, 1, 29. *Pontem facere*, Nepos 1, 3, 1. Et Planc. fam. 10, 23 *Interrupi pontes, quos feceram. Pontem in Arare faciendum curat.* Cæſ. B. Gall. 1, 13, & cum quarto caſu Livius 40, 51. *Portum & pilas pontis in Tiberim locavit. Interſcindere pontem a tergo*, Cic. de Leg 2, 4; *reſcindere*, Nepos 1, 3, 4, *diſſolvere*, Id. 2, 5, 1. *Ponte adjungi & contineri*, Cic. Verr. 4, 52 extr. *Ponte flumen committere*, i. e. utramque ripam conjungere, ut ex altera in alteram tranſiri poſſit: Flor. 1, 4, 2 *Interfluentem urbi Tiberim ponte commiſit.* Plin. 8 epist. 8 *Ponte transmittere flumen*, Iuvenal. 14, 134. *Invitatus ad hæc aliquis de ponte*, i. e. mendicus: *Quia mendici in pontis itinere ſedent*, ut vetus Scholiaſtes ibi annotat. Idem ſat 4, 116 *Cæcus adulator, dirusque a ponte ſatelles*, id eſt, *de numero mendicorum*, ut idem Scholiaſtes interpretatur. *Satellitem* dixit, quia mendici ſatellitum inſtar ſequi prætereuntes ſolent, flagitantes ſtipem. Sen. de vita beata c. 25 *In ſubitarium pontem me transfer, & inter egentes abige: non ideo tamen me deſpiciam, quod in illorum numero conſiteo, qui manum ad ſtipem porrigunt*, vide *Sublicius.* ¶ 2. *Pontes* etiam dicuntur viæ aggeratæ & ſtratæ lignis, in locis paludoſis. Tac. An. 1, 63, 4 *Cæcina monitus, pontes longos quam maturrime ſuperare. Anguſtas is tramites, vaſtas inter paludes, & quondam a L. Domitio aggeratus.* ¶ 3. Item, *Tabulata navium.* Id. Tac. Ann. 2, 6, 3 *Multæ* (naves) *pontibus ſtratæ, ſuper quas tormenta veherentur, ſimul aptæ ferendis equis, aut commeatui.* ¶ 4. *Pontem januæ* Vellejus 2, 7, 2 dixit ſuperius januæ limen, quod in pontis modum arcuatum eſt, ut Meurſius interpretatur: quem vide Mantiſſa ad lib. de luxu Rom. c. 15. *Pontem* etiam Lipſius & Gruterus legunt: *poſtem* Voſſius, Heinſius & Bœclerus ex Aldi conjectura. ¶ 5. Per *Pontes* etiam in comitiis ibat in campo populus ad ſuffragia ferenda, quos potius ad affluentem multitudinem coërcendam, quam ad aquas ſuperandas factos fuiſſe apparet. Ita Cæſaris interfectores apud Suet. c. 80 deliberant, *utrum illum in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem, partibus diviſis, e ponte dejicerent, atque exceptum trucidarent.* De hoc *ponte dejiciebantur* olim ſexagenariis majores. vid. quæ mox dicemus in *Depontani.* Ejusmodi pontis in nummo gentis Liciniæ expreſſa imago tum apud alios, tum apud Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 192. ¶ 6. *Pontibus* etiam jungebantur turres oppugnantium cum muris obſeſſis. Talis *pontis ruina conſauciatus Auguſtus* apud Suet. c. 20; quod Plinius 7, 45 ruina e turri factum dicit, conciliante hos auctores, ita ut diximus, Harduino.

¶ Ponticulus, *i*, m. ein ſteg über ein waſſer. Cic. Tuſc. 5, 20 *Foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjungere.* Adde Suet. Cæſ. c. 31. Et Catullus 17, 3 *Crura ponticuli* vocat ſublicas, die brücken- oder waſſerpfäle.

¶ Pontīle, *is*, n. ein gebrücke, tabulatum, quo ſternuntur ſtabula equorum. Veget. mulomed. 1, 56 pr. *Diligens dominus ſtabulum frequenter intrabit, & primum dabit operam, ut ſtratus pontilis emineat, ipſamque ſit non ex mollibus lignis -- ſed -- equorum ungulas -- obdurat.*

¶ Pontiliānus, *i*, m. nomen viri, ad quem ſcripſit Martialis 5 epigr. 67; & 7 epigr. 2.

¶ Ponto, *ōnis*, m. navis in trajiciendis amnibus pontis uſum præbens, eine fähre. Paulus ICtus L. fin. D. de ſervit. ruſt. prædiorum: *Flumine interveniente via conſtitui poteſt, ſi aut vado tranſiri poteſt, aut ponto habeat, diverſum ſi pontonibus trajiciatur.* Cæſ. de B. C. 3, 29 *pontones*, genus navigii Gallici interpretatur.

¶ Pontonium, *i*, n. idem. *Pontonium*, inquit Iſidorus 19, 1, *navigium flumenſe tardum & grave, quod non niſi remigio progredi poteſt.*

¶ Pontaticum, *i*, n. vectigal quod in tranſitu pontis datur, Ammon. 5, 1 brucken-zoll.

¶ Pontifex, *icis*, m. der prieſter, hohepriester; nam & hoc nomen a *ponte* veteſtas fecit: Primi enim pontifices a Numa creati, pontem ſublicium fecerant, ac inde reficiebant, ut ſacra & uls & eis Tiberim fierent. v. Varr. L. L. 4, 15. Sed Q. Scævola a *poſſe* & *facere* deducit: ut *Pontifex* dicatur quaſi *potentifex*, qui potens ſit facere, id eſt, ſacrificare. Unde & *Pontificium* aliquando pro jure, facultate & poteſtate faciendi aliquid dicitur. v. Varr. l. c. & Plutarch. in Numa p. 65; itemque Dionyſ. Halic. 3, 58. Penes pontifices cura erat ſacrorum & religionis. Pontificibus ſuperior unus omnibus prætectus, *Pontifex maximus* dicebatur, & ſimpliciter *Pontifex*. v. ad Liv. 1, 32, & 34, 44. Suſceperuntque hunc honorem non Cæſares ſolum ethnici, Iulius, Auguſtus, Tiberius, & alii: ſed Impp. etiam Chriſtiani, pontificalem veſtem a collegio pontificum accipientes: quod latius oſtendit Io. Andr. Boſius in Diſſert. de Pontifice Maximo Romæ Veteris. cont. Grævii Thes. Antiq. Rom. t. 5. Grævius ad Suet. Aug. c. 31. it. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 12 p. 413. Auguſti hæreditariam fuiſſe hanc dignitatem docet Idem p. 421; eamque ipſos obiiſſe p. 422 ſeq. Adde Ioh. Bouherii Diſſert. de Pontificatu maximo Imperatorum. ¶ 2. Notum eſt *Pontificis* nomen poſtea ad Chriſtianorum epiſcopos tranſiiſſe, ita quidem ut Romano *Pontifici maximi* appellatio tribuatur, der Pabſt.

¶ Pontĭfĭcatus, *ûs*, m. potificis dignitas, das prieſterthum, prieſters amt. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 9 *Statas ſolemnesque cærimonias pontificatu contineri.* Et Val. Max. 6, 9, 13 *Maximi pontificatûs ſacerdotium.* Et ſic plane etiam Vellejus 2, 59, 3.

¶ Pontificālis, *e*, prieſterlich; ut, *Libri pontificales*, quibus ſacræ cærimoniæ continentur, *Pontificum commentarii* appellati a Livio 4, 3. *Pontificalis auctoritas*, Cic. de Leg. 2, 21. *Pontificalis honos*, Ovid. Faſt. 3, 420. *Pontificale ſacrum*, Id. Faſt. 1, 462. *Cœna pontificalis*, id eſt, ſumtuoſa & opipara: vid. Horat. 2 oda 14, 28.

¶ Pontificensis, *e*, id. Plin. 3, 1 *Obulcum, quod Pontificenſe appellatur.*

¶ Pontĭfĭcius, *a, um*, aliud adject. idem; ut, *Ius pontificium*, Cic. de Leg. 2, 23 pr. de quo pontificio jure apud veteres, lac. Gutherius, Gallus, eruditos libros dedit. ¶ 2. *Pontificii, orum*, abſolute, libri pontificii: Cicero de Nat. D. 1, 30 *Nomium non magnus numerus in pontificiis noſtris.* Vbi elliptice *libri* ſubaudiuntur. Sed &

¶ Pontificium, *i*, n. ſubſt. aliquando pro jure, facultate ac poteſtate faciendi aliquid accipitur, die macht oder gewalt etwas zu thun. Gell. 1, 13 *Sunt non pauci, qui ſententiam ſuam unâ in parte depexerint, & re ſemel ſtatutâ deliberatoque ab eo, cujus negotium id pontificiumque eſſet, nequaquam putaverint, contra dictum ejus eſſe faciendum, &c.* Symmach. 7 epiſt. 27 *Quod quidem fieri oportere conſentio: ſed non catenus, ut pontificium tuum in damna noſtra protendas.* Vide ad eum locum Iureti notata. Pet. Chryſologus Serm. 5 *Pater hic duos filios habuit conditoris pontificio, non neceſſitate generantis.* conf. Barth. Adverſ. 132, 10.

¶ Depontani, *orum*, m. Romæ antiquitus dicebantur ſexagenarii ſenes, alte unvermögende leute. Nam qui ætatis id eſſent, quod crederentur inutiles gerendis rebus de ponte dejiciebantur in campo. v. in *Pons* n. 5. Feſtus: DEPONTANI SENES *appellabantur, qui ſexagenarii de ponte dejiciebantur*; id eſt, ſuffragio privabantur, quod per pontem ferebant; uti proverbialem locutionem inde factam exponit Varro de Vita P. R. apud Nonium 12, 22; & ex eo Sigonius de Antiqu. Iure Rom. 1, 17. Varro apud Nonium in CASNARES: *Vix hæc fatus erat, cum more majorum ultro Caſnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant.* CASNAR Oſca vox, *ſenem* ſignificat, ut ex Varrone de L. L. 6, 3, Feſto item & Nonio diſcimus. Hinc Ovid. Faſt. 5, 623 *Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos Miſſa neci, ſceleris crimine damnat avos, &c.* Adde de hoc ritu Petr. Victor. Var. Lect. 18, 7; & Feſt. in Sexagenariis cum not. Dacerii. Alludit huc Cic. pro Roſc. Am. c. 35 *Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorum annis LX. de ponte in Tiberim dejecerit.*

¶ Deponto, *are*, i. e. de ponte deturbare: ad quem deturbandi morem apud Nonium 3, 142 Varro alluſiſſe videtur, ubi ait: *Iactati ſumus, ut depontare rumor ſit verus.* conf. not. Gothofredi.

¶ Expontifex, *ficis*, m. qui epiſcopus fuit, der ein Biſchoff oder hoher prieſter geweſen iſt. Saresb. Policrat. 8, 23.

PONTIA, *æ*, f. Πονπία, inſula Tyrrheni maris, teſte Ptolemæo 3, 1. Ex hac Pontius Pilatus fuiſſe dicitur. ¶ 2. *Pontiæ*, inſulæ in mari Tuſco, Plin. 3, 6. ¶ 3. *Pontia* vel *Pontina tribus*, a Pontia urbe eſt dicta, cujus cives in urbem Romam adſciti. v. Feſtus, & Alex. ab Alex. 1, 17.

Pontica, ponticus, Pontifex, &c. vide *Pontus, Pons.*

PONTĪNA, *æ*, f. vel *Pomtina palus*, (utroque enim modo apud auctores invenitur ſcriptum), Latii veteris eſt, poſt Circejos, quem locum viginti trium urbium fuiſſe, Mutianus prodidit, ut refert Plinius 3, 5. In plurativo numero *Pontinas paludes* Plinius 26, 4 & Suet. Cæſ. c. 43 dixere, hodieque vetus nomen *Paludi Pontine* retinet. Latrunculorum autem fuiſſe ſedem, ait Iuvenalis 3, 307, Lucan. 3, 85, & Quintil. 3, 8.

Ponto, pontonium, vide paullo ante *Pons.*

PONTVS, *i*, m. πόντος, Aſiæ minoris provincia ſuper Euxino Ponto inter Halym fluvium & fines Colchidis, quæ etiam *Cappadocia Pontica* appellatur, quod ab auſtro Cappadociam attingit. Sub Cæſaribus dividi cœpit in tres provincias, Pontum Galaticum, Polemoniacum & Cappadocium: v. Ptolemæum 5, 6. Regnum olim Mithridatis fuit regis maximi & Romanorum infenſiſſimi hoſtis. Cic. pro L. Manil. c. 9 *Ex ſuo regno ſic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur.* ¶ 2. Aliæ etiam regiones ad Pontum Euxinum ſitæ, *Ponti* nomine appellantur. Ovid. Triſt. 5, 10 pr. *Vt ſumus in Ponto, ter frigore conſtitit Iſter.* Quod de Tomitana regione in Mœſia interiore intelligendum eſt. Sic Romani *Provinciam Ponticam* appellarunt, quæ Bithyniam, Paphlagoniam, & partem Ponti Mithridatici continebat. Vetus Inſcriptio apud Grut. p. 454 n. 3 C. PLINIVS C. F. C. N. CÆCILIVS SECVNDVS COS. AVGVR LEGAT. PROPRÆT. PROVINC. PONTI. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM. AB IMP. CÆSARE NERVA TRAIANO AVG. GERMANICO MISSVS &c. Conſtat autem ex epiſtolis hujus Plinii, Bithyniam fuiſſe præcipuam partem provinciæ, quam auſpiciis & juſſu Trajani regebat. ¶ 3. Hæ autem provinciæ *Ponti* nomen habuerunt a *Ponto Euxino*, mari inter duos Boſporos, Cimmerium & Thracium, contento, cui nomen prius *Axeni* (ἄξενος) fuit, propter inhoſpitalitatem circumcolentium barbarorum; poſtmodo in auſpicatius εὔξεινος, id eſt, bene hoſpitalis, commutatum. Ovid. Triſt. 4, 4, 55 *Frigida me cohibent Euxini littora Ponti, Dictus ab antiquis Axenos ille fuit.* Qui & abſolute *Pontus* vocatur. Ovid Triſt. 3, 10, 37 *Vidimus ingentem glacie conſiſtere pontum.* Et Cic. Verr. 4, 58 *In Ponti ore & anguſtiis.* Hodie dicitur *Mare nigrum*, das ſchwarze meer. Quin apud Euripidem Medea v. 211 jam occurrit hæc appellatio, quam Huet. Demonſtr. Ev. 4, 8, 14 inde derivat, quod *niger* borealem notet, ut *albus* auſtralem. Siquidem & Propontida *album mare*

dictum

dictum vult. Add. Tournefort. apud Clericum Bibl. ant. & hod. T. 2 p. 342. ¶ 4. Poëtis, græco more, quodlibet mare *Pontus* dicitur, das meer. v. g. *Pontus Libyæ*, Virg. Æn. 1, 560, mare Africanum. Et Horat. 3 oda 3, 37 *Dum longus inter sæviat Ilion Romamque pontus*, hoc est, mare mediterraneum. Hinc, *Se credere ponto*, Ovid. Met. 13, 900. *Ferri ponto*, Virg. Æn. 9, 121. *Pontum pone legere*, Id. Æn. 2, 207. *Pontum transire*, Lucret. 1, 200; *transcurrere*, Stat. 3 Silv. 4, 1; *pervarare*, Sen. Medea v. 650. Ridicule per contrarium dici *Pontum* arbitrantur, quod careat *ponte*. Alii esse ajunt a *Ponto* Nerei filio.

¶ Pontĭcus, *a, um*, adj. ut, *Pontica terra*, Ovid. Trist. 1, 2, 94, quæ ad Pontum Euxinum sita est. Sen. Medea v. 454 *Pontici fauces freti*, hoc est, Bosporus. Colum. 12, 35 *Ponticum absinthium*. Iuvenal. 6, 660 *Pontica ter victi medicamina regis*, scil. Mithridatis, mithridat. Plinius 15, 22 *Ponticæ nuces*, i. e. avellanæ, haselnüsse, *quod in Asiam Græciamque e Ponto venere. Pontici mures*, apud Plinium 10, 73 s. 93 interpretante Harduino ad 8, 37 s. 55, sunt quos vulgo *Hermelinos* vocant, quorum pelles in pretio ac deliciis, hermelin. ¶ 2. *Ponticus* subst. poëta σύγχρονος Propertii, ad quem scribit 1, 7. vid. Brouckh. Aliud est apud Martialem, &c.

¶ Pontĭca, *æ*, f. subst. gemma, livore pellucida, habens stellas rubras, interdum & aureas. Dicunt, per eam interrogari & fugari dæmones: Plin. 37, 10. Isidor. 16, 14.

¶ Diapontius, *a, um*, διαπόντιος, qui per pontum sive mare venit, der über meer gekommen. Plaut. Most. 2, 2, 66 *Ego transmarinus hospes sum diapontius.*

¶ Helleſpontus, vide supra in littera H.

¶ Prŏpontis, *idis*, f. προποντὶς, est laxitas maris inter duo freta, Helleſpontum & Bosporum Thracium intercepta. Hodie *Mare di Marmora* Italis & aliis vocatur, a Proconneso, marmoris divite in illa insula, quæ nunc *Marmora* vocatur. Geographi enim primas angustias maris se coarctantis *Helleſpontum* vocant. Inde exspatiatur æquor, quæ laxitas, *Propontis* appellatur. Vbi iterum in arctum coit & stringitur, illæ angustiæ *Bosporus Thracius* nominantur: Vbi iterum effunditur, *Pontus Euxinus*, qui deinde curvatus in figuram Scythici arcus, & cum ostio paludis Mæotidis commissus, *Bosporus Cimmerius* appellatur. Vide *Pontus* & *Helleſpontus*. Sic, *Longa Propontis*, dixit Ovid. Pont. 4, 9, 118.

¶ Prŏpontĭăcus, *a, um*, adject. Ovid. Trist. 1, 9, 29 *Propontiacis hærentem Cyzicon oris*. Et Propert. 3, 22 pr. *Propontiaca qua fluit Isthmos aqua.*

PŎPA, *æ*, m. immolator, qui ad aram alligabat victimas, feriebatque & jugulabat, ein schlachter des opfer-viehes. Vet. Gloss. *Popa*, θύτης. Item προπαχθύσης. Item, *Popa, immolator*, θύτης. Propert. 4, 3, 66 *Succinctique calent ad nova lucra popæ*. Vide & Suet. Calig. c. 32. Turneb. Adv. 18, 5, & Jac. Gutherium de Vet. jur. Pontif. 2, 14 p. 230. Videtur poparum ea fuisse functio Romæ, quæ Levitarum Hierosolymis, ut mactarent hostias. ¶ 2. Sed & ii dicti sunt *Popæ*, qui victimas venales habebant; ut placet Fabretto opere Inscript. p. 56. ¶ 3. Persius 6, 74 pro popinatore & guloso lurcone *popam* dixit, ut Casaubonus interpretatur, ein schlemmer, schmeerbauch. *Ast illi tremat omentato popa venter*. ¶ 4. Etiam caupones & popinarii ita dicti videntur, gastwirthe, garköche. Ita Cicero pro Mil. c. 24 *Popæ Licinii meminit, nescio cujus de circo maximo*, qui pro testimonio dixerit, *servos Milonis apud se ebrios factos.*

¶ Pŏpānum, *i*, n. πόπανον, placenta rotunda, qua in sacrificiis veteres utebantur, ein opfer-kuchen, cujus dictionis frequens usus ad Aristophanem est. Iuvenalis 6, 540 *Scilicet & tenui popano corruptus Ostris. Panificium* appellat Suetonius Vespasiano c. 8.

¶ Pŏpīna, *æ*, f. a *popa* fit, media producta, locus est, ubi obsonia cocta publice vendebantur, frequentatus iis, qui dediti gulæ, die garküche, der gasthof. Vnde id Floro poëtæ Adrianus Imperator ad Spartianum c. 16 objicit, versus ejus refutans: *Ego nolo Florus esse, Ambulare per tabernas, Latitare per popinas, Culices pati rotundos.* Et Horat. 1 epist. 14, 21 *Fornix tibi & uncta popina Injiciunt urbis desiderium.*

¶ Pŏpīnālis, *e*, leckerhaft; ut, *Deliciæ popinales*, Colum. 8, 16 *Luxuria popinalis*, Apulejus libr. 8 Metam. pr.

¶ Popinārius, *i*, m. qui popinæ præest, ein garkoch. Firmicus 4, 15 *Faciet* (constellatio hæc) *hospites, popinarios, tabernarios, myropolas.* Lamprid. in Allex. c. 49 *Cum Christiani quemdam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii dicerent, sibi eum deberi; rescripsit, melius esse, ut quomodocunque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur.* Sic & Casaubonus legit in eodem Alexandro c. 33 pr. pro *lupinariorum.*

¶ Pŏpīno, *ōnis*, m. qui in popinis heluatur, ein schlemmer, schwelger, zechbruder. Vide Nonium 2, 705. Suet. de Illustr. Grammat. c. 15 de Lenæo, quod Sallustium *lastaurum, & lurconem, & nebulonem, popinonemque* appellaverit. Horat. 2 sat. 7, 39 *Imbecillis, iners, si quid vis, adde, popino.*

¶ Pŏpīnor, *āri*, heluationis caussa popinas frequentare, schwelgen, schlemmen, prassen. Trebell. Pollio in 30 Tyrannis c. 29 sive in Cello: *Dum Gallienus popinatur, & balneis ac lenonibus deputat vitam.*

¶ Popinātio, *ōnis*, f. die schwelgerey. Gellius 10, 17 *Cives ἀσωτίαν & popinationem adolescentis filii deplorans.* Alii legunt *propinationem.*

¶ Popinator, *ōris*, m. idem qui *popino, lurco, beluo*. Macrob. Sat. 7, 14 pr. *Apud popinatores proponi.*

Popellus, vide paullo post *Populus.*

PŎPĪLIVS, *i*, m. Lænas: Hoc nominis fuisse Ciceronis interfectori, cujus in caussa tamen capitali aliquando Cicero fuerat defensor, auctor est Valerius Max. 5, 3, 4. ¶ 2. Alius ex Popilia gente, quæ plebeja Romæ fuit, *M. Popilius Lænas*, flamen Carmentalis, cum sacrificium faceret læna amictus, seditionem concitatam sedavit. v. Cic. in Bruto c. 14. Liv. lib. 24, &c. & de aliis *Popiliis* passim.

Popina, cum derivatis, vide proxime ante in *Popa.*

POPLES, *poplĭtis*, m. pars pedis genui opposita, quæ inflectitur, das knie, die krümme oder beuge unter dem knie, knie-kehle. Nam *mola* est, die knieschеibe. Livius 22, 51 *Quosdam & jacentes vivos succisis feminibus, poplitibusque invenerunt.* v. ad Petron. c. 1 interpretes. Primam Virgilius semper produxit, v. Æn. 9, 762 *Succiso poplite Gygen Excipit.* Lucretius autem corripuit lib. 4, 950 *Brachia palpebræque cadunt, poplitesque cubanti.*

Poplicola, poplicus, poplus, vide in *Populus.*

POPPÆA, *æ*, f. Sabina cognomine, prius Othonis, deinde Claudii Neronis Cæsaris, coram quo Otto illam sæpius laudaverat, uxor adultera; de qua Suet. Ner. c. 35, & Tacitus multis in locis. Hinc

¶ Poppæānus, *a, um*, adject. quod ad Poppæam spectat, vel quo Poppæa usa est. Iuvenal. 6, 462 *Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana Spirat:* i. e. unguenta fragrantia a Poppæa inventa.

POPPYSMA, *ătis*, n. ποππυσμὰ, vocis blandimentum, quod adhibetur equis indomitis cum tractatione manuum, das schmatzen, pfeifen und streicheln, so man den wilden pferden thut. Iuvenal. 6, 583 *Præbebit vati crebrum poppysma roganti:* i. e. palpum sive sonum lingua, manu ac similibus modis excitatum ad favorem ostendendum, ein lobes- und freuden-zeichen.

¶ Poppysmus, *i*, m. ποππυσμὸς, ponitur pro labiorum & manuum complosione, das schmatzen, das zusammenschlagen oder geklitsche mit den händen. Plin. 28, 2 *Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est.* Vtrumque a ποππύζειν est, *sibilare* vel *complodere.* Manus cavæ complosæ sonum efficiunt, qui *poppysmus* dicitur. v. Turnebi Adverſ. 4, 15.

¶ Poppyzon, *ontis*, m. ποππύζων, labris acutiorem sonum edens, der mit den lippen schmatzet oder einen schall giebt. Plin. 35, 10 *Cum pingeret poppyzonta retinentem equum.*

Populabilis, popularis, populatio, &c. populiscitum, popŭlosus, vide mox *Pŏpulus.*

PŎPŬLUS, *i*, f. arbor nota duorum generum. Est enim *populus alba*, ein pappelbaum. Horat. 2 oda 3, 9 *Quo pinus ingens, albaque populus &c.* Et, *Populus nigra*, Plin. 16, 23 pr. ein aspenbaum. Addit ibidem tertium genus, quæ *Libyca* appellatur, *minima folio, ac nigerrima, fungisque enascentibus laudatissima.* Herculi sacra est hæc arbor. v. Brouckh. ad Tibull. 1, 4, 26.

¶ Pŏpuleus, *a, um*, denominativum, aspen, von pappeln; ut, *Populea corona:* Hor. 1 od. 7, 23 *Tempora populeâ fertur vinxisse corona.*

¶ Populnus, *a, um*, idem, apud Plautum in Casina 2, 6, 32.

¶ Populneus, *a, um*, idem. Columella 6, 3 *Frons populnea*, laub vom pappelbaum.

¶ Populētum, *i*, n. locus populis consitus, ein ort da pappeln stehen. Plin. 14, 6 *In palustribus populetis.*

¶ Pŏpŭlĭfer, *a, um*, das aspen oder pappeln trägt. Ita Ovidius *Padum populiferum* dixit Amor. 2, 17, 32.

PŎPŬLUS, *i*, m. hominum conjunctio & societas, sub iisdem legibus in urbe aut regione degentium, ein volck. Sic, *Populus Romanus*, qui senatu, equite & plebe constabat. Ita apud Livium 3, 19 ad tribunos plebis L. Quintius Cos. dicit inter alia: *Humillimus homo de vestra plebe, quam partem veluti abruptam a cætero populo vestram patriam peculiaremque remp. fecistis.* Idem 2, 56 *Non populi sed plebis eum magistratum esse.* v. Sigon. ad Liv. 25, 3. Ita *plebem* & *populum* distinguit Gellius 10, 20, *quoniam in populo omnis pars civitatis omnesque ejus ordines contineantur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non insunt.* Nec de magnis civitatibus tantum hoc nomen accipiendum est, sed & de vicis, quos Græci δήμους, & κώμας appellarunt. Ita unius *gentis* plures nonnunquam *populi* commemorantur. vid. late Sigon. ad Liv. 5, 34, itemque Gron. ad h. l. Virg. 10, 202 *Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.* Ita passim Plin. v. g. 6, 17. Huc referendum illud Apulei est in Apologia p. 304 *Quindecim*, inquit, *liberi homines, populus est; totidem servi, familiæ totidem vincti, ergastulum.* Et, *Vrbanus populus*, apud Nepotem 5, 2, 1 opponitur exercitui, die bürgerschaft, das stadt-volck. ¶ 2. Aliquando *Populus* partem tantum civilis societatis, plebem videlicet, significat, qua ratione hac voce sæpissime usus Suetonius est, der gemeine hause. Nec aliter Plinius, cum Panegyr. c. 25 *Datum congiarium populo* scribit. Martialis 8. epigr. 15 *Dat populus, dat gradus eques, dat thura senatus.* Hinc *popularia*, loca in theatro, ubi plebs spectabat. Aliquando tamen epitheton additur, quod vocem ad plebem restringat. Sic poëta, quem Virgilium quidam existimant, qui & in Appendicem Virgilian. a Scaligero relatus est, in elegia ad Valer. Messalam sub fin. *Pingui nil mihi cum populo est.* ¶ 3. Aliquando & pro quavis turba, multitudine seu copia sumitur, die menge der leute, die schaar. Lucanus 3, 665 *Nutaretque ratis populo peritura recepto. Populum* enim vectorum turbam dixit: hoc est, qui navi vehebantur. Iustin. 10, 1, 6 *Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo,* (i. e. filiorum multitudine), *non solum sociari, verum etiam sileri parricidium potuit.* B. Cyprian. Serm. de Mortalitate extr. *Illic prophetarum exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus.* Et quemadmodum Virgilius atque Homerus *gentis* vocabulum apibus tribuunt, ita & iisdem *populi.* Columella 9, 13 *Duo*, inquit, *populi conjungi debent.* Similiter *aëreos populos* pro avibus Manilius dixit 5, 363, die vögel. vide & Buchner. in Venantii Eleg. de Resurrect. v. 81. Sed *populi* voce ita uti promiscue in prosa, præcipue si de inanimis sermo, audacius est, quam ut dicendi regulæ quadret: quale illud Sidonii est, qui 6 epist. 2 *Scelerum populum* dixit. Nonnulla huc pertinentia ad Nonnum & Pet. Cunæus notavit p. 10 & seqq. Adde Barth. ad Claudian. p. 1233, & Voss. 4 Instit. Orat. p. 103.

¶ Pŏplus, *i*, m. pro *populus*, contracte posuit Plautus Amph. 1, 1, 103, & Cas. 3, 2, 6, & Most. 1, 1, 14, ubi Taubmannus ponit *populi*: Rectius Camerarius ex lege carminis comici *popli.* Et hinc nonnulli faciunt *Poplicus* pro *Publicus*, apud Plaut. Trin. 1, 1, 16. Item *Poplicitus*, pro *publicitus*, vel *publice*, apud eumdem Stich. 3, 2, 35. Item *Poplicola* pro *publicola*, apud Silium 2, 8. vid. Heins. & Drakenb. ad h. l. In Plutarcho quidem constanter est πεπλικόλας.

¶ Pŏpellus, *i*, m. diminut. das völcklein. Horat. 1 epist. 7, 65 *Tunicato scruta popello vendere.* Et Persius 4, 15 *Blando caudam jactare popello.*

¶ Pŏpŭlāris, *e*, quod est populi, gemein im volck, bürgerlich; ut *Fama popularis*, Cicero de Fin. 2, 15. *Imperium populare semper ventosum est*, Idem Phil. 11, 7. Hinc *popularis res militari* opponitur, apud Ciceron. de LL. 2, 8 *Quippe agent rem duelli, quique populare auspicium.* Et 3, 6 *Veteres non ad hunc usum* pupu-

popularem ac civilem de republ. differebant. Sed, *Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata*, Id. de Orat. 1, 23, i. e. ad captum populi. Off. 2, 10 *Popularibus verbis est utendum & maxime usitatis, cum loquimur, de opinione populari. Populare* etiam dicitur populo gratum, & ad parandam populi gratiam comparatum, was dem volck lieb iſt. Cic. ad Pompejum ſub Att. 8, 11 p. 795 *Vt mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare.* Plin. Paneg. c. 77 *Preces atque ad prætores remittebat: atque ita, ut collegas vocaret,* (de Trajano Imp. loquitur) *non quia populare gratumque audientibus, sed quia ita sentiebat.* Ita ſæpe Tacitus. Liv. 7, 33 *Nihil popularius est, quam quibus artibus petimus magistratus, iisdem gerere.* Et vero ipſi, qui populi ſtudia gratiamque captabant, *Populares* dicti, dem volck zugethan. Liv. 2, 10 *Nec quisquam malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit.* Nimirum opponuntur interdum *populares* optimatibus; qua de re claſſicus locus eſt Cic. pro Sext. c. 45-49 *Quæ ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini jucunda esse volebant, populares habebantur.* Alias Agrar. 2, 4 intellectu paullo diverſo *popularem se consulem* dicit, i. e. *pacis, libertatis, otii auctorem.* Tales Plutarchus in Arato φιλοπολίτας vocat.

¶ Pŏpŭlāris, *is*, ſubſt. civis, conterraneus, ein bürger, landsmann. Cic. de Leg. 1, 23 *Non popularis alicujus, cogniti loci, sed civis totius mundi.* Id. Att. 10, 1 *Solon popularis tuus* Id. Acad. Qu. 4, 37 *Thales Anaximandro, populari & familiari suo non persuasit.* Liv. 34, 61 *Præparare popularium animos.* Id. 8, 36 *Rem per se popularem dexter egit.* Ter. Adelph. 2, 1 pr. *Obsecro populares &c.* Et qui ejusdem conditionis, ſortis & fortunæ eſt. Idem Phorm. 1, 1, 1 *Amicus summus meus, & popularis Geta.* ¶ 2. *Popularium* etiam nomine intelligitur multitudo urbana, quæ nilitibus opponitur, ſtadt-leute. Capitol. in Marco Antonino c. 17 *Pestilentia multa millia & popularium & militum interemerat.* Vlpianus de officio præfecti urbi: *Debet etiam dispositos milites stationarios habere, ad tuendam popularium quietem.* ¶ 3. *Populares* etiam translatione quadam dicuntur ejusdem factionis ac ſectæ homines, cameraden, anhänger. Sic, *Populares sceleris, populares conjurationis*, i. e. complices, vel ſocios ſceleris & conjurationis, Salluſt. Cat. c. 22 & 24, & Sen. de Vita beata c. 13 *Mea quidem ista sententia est, (invitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicuri & recta præcipere.* Per *populares* intelligit eidem ſectæ, cui ipſe, addictos, Stoicos puta. ¶ 4. *Populares* Gloſſ. Latin. reddit etiam σφαιρώτας, de quo v. Heraldi Adverſaria 1, 8, & Rubenii Electa 1, 14.

¶ Populāria, *ium*, n. pl. dicebantur loca, ſive ſedilia theatri, in quibus plebs ſpectabat. Suet. Claudio c. 25, & Domit. c. 4 extr. v. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 371, & Lipſ. de Amphith. p. 38. ¶ 2. *Popularia* ſacra ſunt, *quæ*, ut ait Labeo apud Feſtum, *omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt.*

¶ Populācia, apud Nonium 2, 630 *ut nugalia vel puerilia.* Lab. *Late coquentibus hœdum populacia agimus per ludum.*

¶ Pŏpŭlārĭtas *atis*, f. die landsmannſchafft. Plaut. Pœn. 5, 2, 80 *Si quid opus est, quæso, dic atque impera popularitatis caussa.* ¶ 2. Studium placendi populo, die bürger-liebe. Stat. Silv. 2, 7, 69 *Et gratum popularitate Magnum.* Id. Sidon. Carm. 9, 301 *Et carus popularitate princeps.* Ita & Suet. uſus Calig. c. 15; & Tac. An 3, 69, 4. Et Plin. 6 epiſt. 31 *Homo munificus & innoxiæ popularitatis.*

¶ Popularĭter, adverb. populi more, nach des gemeinen volcks weiſe und verſtand; ut, *Loqui populariter*, Cic. de Fin. 2, 6. Et Iuvenal. 3, 37 *Quemlibet populariter occidunt*, Ironice.

¶ Populifŭgia, *orum*, n. pl. feſta Romæ menſe Iunio celebrata, quo die repente fugerit populus. v. Varr. de L. L. 5, 3; & Macrob. Sat. 3, 2. Attingit Ovid. Faſt. 2, 496.

¶ Populiſcītum, *i*, n. decretum populi, ψήφισμα, ein bürger-ſchluß, alias *plebiscitum*: quamquam plebem & populum diſtinguit Gell. 10, 20, atque ita etiam plebis populique juſſa. Nepos 7, 5, 4 *Populiscito restituitur*: & 15, 7, 4 *Populiscito non paruit.* Sed melius ſorte ſcribitur diviſe. Liv. 45, 25 *Vt nullum de ea re scitum populi fieret.*

¶ Pŏpŭlōnia, *æ*, f. Iuno dicta, quod populum tueatur & protectrix ejus ſit. v. Macrob. Sat 3, 11; Mart. Capella 2 p. 38; Arnob. 3 p. 118; & Auguſtin. de C. D. 6, 10. ¶ 2. *Populonia*, vel *Populonium*, oppidum Hetruriæ juxta Piſas. vid. Plin. 3, 5 & 6; item Virg. Æn. 10, 172.

¶ Populōſus, *a, um*, πολυάνθρωπος, volckreich. Apulej. Met. 8 p. 212 *Civitas populosa.* Veget. de Re Milit. 3, 19 *Populosior* (militum) *globus.* Et Solinus c. 52 *In Gange insula est populosissima, amplissimam continens gentem.* Et, *Populosissima Cappadocia*, Authentic. 30 principio. conf. Borrich. Cogit. p. 197, & adde Alcim. Avitum 5, 295

Tota curatur populosum funus in urbe.

¶ Pŏpŭlōsĭtas, *ātis*, f. die vielheit, menge. Arnob. lib. 3 p. 102 *Populositas summa*, ſcil. Deorum. Et Fulgent. Mythol. 1 *Argus luminum populositate conseptus.*

¶ Pŏpŭlo, *āre*, & Populor, *āri*, quorum poſterius uſitatius eſt, ſignificat, *prædari*, plündern, rauben; ut, *Populari agros*, auf dem lande umher ſtreiffen und alles verheeren. Cic. Off. 1, 10. *Ferro populator & igni*, Lucan. 2, 445. Translate Ovid. Medicam. faciei v. 45 *Formam populabitur ætas.* Sed *Populat* Virgilius dixit Georg. 1, 185 *Populatque ingentem farris acervum Curculio.* Eadem phraſis de formicis exſtat apud eumdem Æn. 4, 402; vide & Æn. 1, 527, & exempla Quadrigarii & Accii ap. Nonium 7, 26. Ovid. Met. 2, 319 *Flamma populat capillos.* Mamert. Paneg. Iuliani c. 8 *Quæ non modo nihil cuiquam adimunt, neque urbes hospitus populant &c. Populari* etiam paſſive uſurpatur. Liv. 3, 3 *Uri sua popularique passi*, & c. 6 *urbem Romanam subita Deum ira morbo populari.* ¶ 2. *Populare* ſignificat populi amorem conciliare; uti Nonius 1, 185 explicat illud Pacuvii: *Mihi patriam populavit meam.*

¶ Populans, *tis.* Ovid. Met. 2, 319 *Rutilos flamma populante capillos.* Et Sen. Hippol. v. 278 *Labitur totas furor in medullas, Igne furtivo populante venas*, i. e. conſumente.

¶ Pŏpŭlātus, *a, um*, paſſive, verheeret, verwüſtet, geplündert; ut, *Populata, vexata, funditus everſa provincia*, Cic. Divin. in Cæcil. c. 3. *Arva populata Marte*, Horat. 3 od. 5, 23. Et metaphorice Virg. Æn. 6, 496 *Populataque tempora raptis auribus.* ¶ 2. Active, *Populatus*, der verwüſtet hat. ut, *Amnes in æquora currunt, Quisque suum populatus iter*, Virg. Æn. 12, 524. *Populatus cædibus urbes*, Stat. Theb 3, 221. conf. Theb. 5, 1.

¶ Populātim, adverb. per populos, catervatim, in univerſum, von volck zu volck, hauffen-weiſe, alleſamt. Pomponius apud Nonium 2, 628 *Pœta placuit populatim omnibus.* Et Cæcilius apud eumdem 2, 659 *Omnes servos perdo populatim.*

¶ Populātus, ūs, m. ſubſt. plünderung, verwüſtung, verheerung. Lucan. 2, 544 *Ardent Hesperii sævis populatibus agri.* Sic & Claudian. in Eutrop. 2, 244 *Squalent populatibus agri.*

¶ Populatio, *onis*, f. idem. Liv. 2, 64 *Populationem facere.* conf. 3, 3; & 37, 20. Id. 3, 2 *Æquos populationibus incursionibusque meliores esse.* Idem 21, 57 *Terror populationum eo plerosque ex agris compulerat.* Plin. 9, 34 *Populatio morum* eſt corruptio, de luxu. ¶ 2. Eſt populus, turba, der hauffe. Sedul in Ioannis c. 11 de Lazaro reſuſcitato 4, 275 *Flebant germanæ, flebat populatio præsens.*

¶ Pŏpŭlātor, *ōris*, m. ein räuber, verheerer, verwüſter; ut, *Populator everſorque civitatis*, Quint. decl. 12, 24 p. 266. *Trojæ populator*, Ovid. Met. 13, 655. *Populatores agrorum nostrorum*, Liv. 3, 68. *Luxus populator opum*, Claudian. in Ruſin. 1, 35. *Populator bruchus*, Prudent. Hamartig. v. 228. conf. Lucan. 4, 92.

¶ Populatrix, *īcis*, f. Stat. 3 Silv. 2, 86 *Siculi populatrix virgo profundi*, id eſt, Scylla.

¶ Pŏpŭlābilis, *e*, leichtlich zu verwüſten. Ovid. Met. 9, 263 *Quodcunque fuit populabile flammæ, Mulciber absulerat.*

¶ Populabundus, *a, um*, verwüſtend. Liv. 1, 15 *In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli.* Et 2, 60 idem: *Vagari populabundum hostem per agros.* Ac Siſenna apud Gellium 11, 15 *Populabundus agros.* Nam etiam caſus verborum regunt in *bundus* formata. Vide ſupra *Imaginabundus.*

¶ Populito, *āre*, frequent. ausplündern. Lege 21 D. § 3 de Appellationib. *Cum populitarentur ab adversario.*

Compoſita:

¶ Depŏpŭlo, *āre*, & Depopulor, *āri*, ut populari, verheeren, wegrauben. Cic. Div. in Verr. c. 4 *Provinciam depopulatus est.* Ovid. Faſt. 1, 683 *Cerealia dona depopulantur aves.* Activa forma Hirt. B. Hiſp. c. 42 extr. *Agros vestramque provinciam depopulavit.* conf. Val. Flacc. 6, 532.

¶ Depopulātus, *a, um*, paſſive, ausgeplündert. Plin. 2, 53 *Agris depopulatis.* Et Quintil. Decl. 13 p. 286 *Credo depopulatos agros, everſosque reditus.* conf. Liv. 37, 13 & 21. Iuſtin. 42, 2, 1.

¶ Depopulatio, *ōnis*, f. die ausplünderung, verwüſtung; ut, *Depopulatio agrorum*, Cic. in Piſon. c. 17; *prædiorum*, pro Domo c. 58; *ædium sacrarum*, Id. Act. in Verr. c. 4. *Depopulationem agris inferre*, Idem de Aruſp. reſp. c. 2. *Defendere provinciam a depopulatione*, Idem pro Font. c. 16.

¶ Depopulator, *ōris*, m. ein verwüſter, räuber; ut, *Fori depopulator*, Cic. pro Domo ſua c. 5.

¶ Expopulor, *ari*, ausplündern. Hinc

¶ Expopulatio, *ōnis*, f. idem quod *depopulatio.* Colum. 3, 2 *Apianæ vites apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.*

¶ Expopulator, *oris*, m. idem quod *populator*, ap. Marc. Empiricum.

¶ Novempopuli, *orum*, m. pl. Auſcorum metropolis in Aquitania. Auſon. Profeſſ. Burdig. 20, 4 *Te, flaphyli, genitum stirpe Novempopulis.*

¶ Perpŏpŭlor, *āri*, durchaus plündern. Liv. 22, 3 *Hannibal perpopulatur Italiam, vastat & urit omnia.* Id. 34, 28 *Cum perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentis & amœni agri loca esset.*

¶ Perpopulatus, *a, um*, paſſive, ausgeplündert. Liv. 26, 9 *Hannibal, infestius perpopulato agro Fregellano, in Lubicanum venit.*

Popus, vide infra *Pupus.*

POR, *ōris*, pro *puer*, in fine dictionis declinationem mutat, ac fit tertiæ, ſignificatque ſervum. De ſervis enim Plin. 32, 1 *Apud antiquos singuli Marcipores, Luciporesve, dominorum gentiles omnem victum in promiscuo habebant.* Quint. 1, 4 p. 49 *In servis jam intercidit illud genus, quod ducebatur a Domino, unde Marcipores, Publiporesque.* Priſcian. 6 p. 700 *Publipor, Marcipor antiqui pro Publii puer vel Marci puer dicebant, quæ o non producunt in obliquis casibus.* Plures laudat Voſſ. Inſtit. Orat. 4, 12 p. 225. Vide infra in *Puer.*

Porca, porcarius, porcellus &c. vide mox *Porcus.*

PORCEO, *ēre*, verbum antiquum, ſyncopatum ex *porro* & *arceo*, idem ac prohibere, abhalten, zurückhalten, verwehren. Apud Nonium 2, 696 Pacuvius: *Magnus, ut verear eloqui, porcet pudor.* It. Accius: *Iam ab armis anni porcent.* Item Ennius: *Civium porcet pudor.* Et Lucilius: *Non te porro procedere porcent.* v. Gloſſ. *porceo*, βιάζομαι.

PORCIVS, *i*, m. gentis Romanæ nomen, ex qua Catones fuerunt. Appellatio a *porcis* eſt. Sunt enim plura Rom. populi nomina ab utroque pecore, majore atque minore petita, de quo Varro R. R. 2, 1. Idem non tantum de Porciis, ſed etiam de Suilliis, Bubulcis, Caprariis, obſervat Plutarch. Public. p. 187; de Bubulcis Plin. 18, 3. Hinc male *Portius* ſcribunt, de quo Sigon. ad Liv. 26, 6.

¶ Porcia, *æ*, f. celebris Catonis filia, Bruti uxor, cum doctrina ac fide, tum conſtantia ac fortitudine exitus. Quippe quæ, ne marito ſuperviveret, ardentes favillas hauſit ore, ſeque e vita ejecit. De qua Dio lib. 63 & 47 extr. itemque Cic. Att. 13, 37 & 48; Val. Max. 4, 6, 5; & Plutarchus in Bruto p. 989 & ſeq. ¶ 2. *Porcia lex* a M Porcio Laeca dicitur, qui leges Valerias de provocatione ad populum renovavit, & graviore pœna animadvertit in eos, qui civem Rom. verberaſſent vel necaſſent. Vnde frequentiſſima illius mentio, ubi de civium Rom. jure ſermo eſt. v. Liv. 10, 9. Cic. pro C. Rab. c. 3 *Porcia lex virgas ab omnium civium Rom. cor-*

pere removit. Id. Verr. 5, 62 *Cædebatur virgis civis Rom. cum interim nulla vox miseri audiebatur, nisi hæc: Civis Rom. sum. O lex Porcia! &c.*

PORCVS, *i*, m. a rictu porrecto seu prominente dictus quibusdam videtur; v. Voss. Etym. p. 401, ein schwein; ut, *Porci sacres*, Plauto Rud. 4, 6, 4, & Men. 2, 2, 16, i. e. incen, puri, integri & idonei sacrificiis, uti explicat Varro de R. R. 2, 1 & 4. *Porci lactantes*, spanferckel. *Porci delici*, a mamma depulsi, abgesetzte ferckel, Id. Varro 2, 4. Porcum Laribus immolabant infani, quique piaculum aliquod admiserant, & quibus liberorum prole aucta erat domus, v. Pontan. Vol. 1 Progymnasm. Dial. 20, 17 p. 280. ¶ 2. Translate *Porcus* pro homine pingui, corpulentiore habitioreque accipitur; ut, *Epicuri de grege porcus*, Horat. 1 epist. 4, 16, eine epicurische mastsau. Catullus 39, 11 *Aut porcus Umber aut obesus Etruscus.* Ita quidem Scaliger; Sed Vossius p. 94 præfert *pastus.* ¶ 3. *Porcus fœmina*, eine sau. Cato c. 135 (al. 134) ut Meursius legit & tuetur etiam Popma. Sic & Cicero de Leg. 2, 22 *Porco fœmina piaculum pati.* ¶ 4. Varro R. R. 2, 4 Postquam observavit, in conjunctione nuptiali novam nuptam & novum maritum porcum immolasse, addit: *Et nostræ mulieres, maxime nutrices, naturam, qua fœminæ sunt, in virginibus appellant porcum, & Græcæ χοῖρον, significantes esse dignum insigni nuptiarum.*

¶ Porca, æ, f. a *Porcus*, eine sau. Cato R. R. c. 141 *Præcidanea porca.* Horat. 3 od. 23, 4 *Avida porca.* Et Virg Æn. 8, 641 *Cæsa parabant fœdere porca.* v. notata ad Quinct. 8, 3 p. 684 Burm. ¶ 2. *Porca*, in agro idem est quod *lira*, terra nimirum elata inter duos sulcos. Error est in Vet. Gl. ita corrigendus, quod jam Vulcanius vidit *Porca* (non *porta*, ut editum est) *τὸ μεταξὺ τῶν ἀυλάκων ὕψος.* Itemque in illa, *Porta*, (etiam hic lege *Porca*) *τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων.* ein beet, aufgeworffene erde, zwischen furchen. *Porca dicta, quod ea seges frumentum porricit*, Varro R. R. 1, 29. Festus a *porcendo* deducit, *quod porce prohibeant aquam frumentis nocere:* vel, *quod tamquam signo falcorum ultra se jeci semina prohibeant*, dicente Nonio 1, 305. conf. 2, 644: & Cic. de Leg. 2, 22, & Colum. 2, 4. Plinio eadem *Porcelatum* dicta 17, 22, ut mox dicemus.

¶ Porcŭlus, *i*, m. diminut. Plin. 9, 15 *Porculus marinus.* Adde & Plaut. Menæch. 2, 2, 38. ¶ 2. *Porculus* in torculari vinario batillus; ut, *Porculum figere*, Cato R. R. c. 19. vid. Turnebi Adverss. 7, 25.

¶ Porcŭla, vel Porculōna, æ, f. Plaut. Milit. Glor. 4, 2, 68. conf. Voss. Etymol. p. 19 in *Alius.*

¶ Porcellus, *i*, m. aliud diminut. Varro de R. R. 2, 4, & Suet. Ner. c. 33.

¶ Porcellio, ōnis, m. vermiculus, eine schabe, keller-wurm. Cæl. Aurel Tard. 1, 4 *Porcelliones, i. e. onisci, animalia, quæ humectis locis nascuntur.*

¶ Porcellīnus, a, um, schweinern. Apic. de Re culin. 4, 3, & Th. Priscian. de Diæta c. 6 *Porcellina caro.*

¶ Porcetra, æ, f. sus, quæ semel peperit, ut *scropha*, quæ sæpius, eine sau, die einmahl geworffen, apud Gell. 18, 6.

¶ Porcīnus, a, um, adj. schweinern; ut, *Caro porcina*, Plaut. Capt. 4, 2, 69. *Vox porcina*, Sen. de Ira 2, 12.

¶ Porcīnārius, *i*, m. qui porcinam carnem vendit, ein schweinfleischhändler. Plaut. Capt. 4, 3, 5 *Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis!* Et Cod. Theod. l. 14 t. 4 *Porcinarii urbis æternæ.*

¶ Porcīnārium, *i*, n. ein schweinstall, saukobe. Gloss. gr. lat. *ὑοφορβεῖον, Porcinarium.*

¶ Porcārius, *i*, m. ein schweinhirt. Firmicus 3, 6, 7 *Facit armentarios, bubulcos, pastores, equorum domitores, porcarios &c.*

¶ Porcarius, a, um, adj. schweinern; ut, *Vulva porcaria*, Plin. 11, 37 sect. 84.

¶ Porculatio, ōnis, f. nutricatus porcorum, die schweinzucht oder saumost. Varro de R. R. 2, 4.

¶ Porcŭlātor, ōris, m. ein saumärter, Col. 7, 9. Differt a subulco. Idem Columella proœmio p. 9 *Porculatoris & subulci diversa professio, diversæ pastiones.*

¶ Porculētum, *i*, n. a *porca*, id est, lira, Plin. 17, 22, suntque *Porculeta* pulvini & areæ in agris, vineis ac hortis, beete.

¶ Porcilāca, vel Porculata, æ, f. herba vulgo *Portulaca* dicta, de qua mox in *Porta*, bürgel. vid. Plin. 20, 20 pr. & ibi Harduin. Adde Voss. Etymol. p. 402.

¶ Imporco, *are*, porcam facere, furchen aufwerffen, beete machen. Gloss. *Imporco, ἀυλακίζω*, nam *ἀυλαξ sulcus.*

¶ Imporcātus, *a, um*, in porcas redactus, in die furchen gebracht. Columella 20, 10 *Cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.*

¶ Imporcītor, ōris, m. *qui porcas in agro facit arando*, Festus.

¶ PORDĂCA, æ, f. vasis genus esse videtur apud Ammian. 28, 4 *Lucanicus cum porduca & salsula.* Græce *πορδακὸν, madidum*, seu *uliginosum* exponitur.

PŎREASTRVM, *i*, n. portulaca, bürgel, apud Apulej. de Herb. c. 103.

Porgo, pro *Porrigo*, vide infra in *Rego.*

PŎRISMA, ătis, n. *πόρισμα*, consectarium, corollarium, additamentum ex demonstratis resultans, ein folgender schluß.

PORNÆ, *arum*, f. pl. *πορναὶ*, i. e. *meretrices.* A Iustiniano tit. de Consulib. in Novell. § ac primus quidem. Ita vocantur turpissima spectacula sive ludi scenici, in quibus meretrices producebantur in scenam.

PORPHŸRA, æ, f. *πορφύρα, purpura*, purpur. Dioscor. 2, 4 *Porphyras Romani purpuras dicunt.*

¶ Porphȳrio, ōnis, m. *πορφυρίων*, avis aquatica, corpore toto cœrulea, rostro vero & cruribus purpurea, in Commagene laudatissima, Plin. 10, 46. ¶ 2. *Porphyrion* unus ex gigantibus dictus. vid. Horat. 3 od. 4, 54; & Martial. 13 epigr. 78.

¶ Porphyris, ĭdis, f. *πορφυρίς*, purpura, avis marina a *Porphyrione* diversa, apud Aristophanem, Gesner. ¶ 2. Insula in sinu Laconico, postea Cithēre dicta, (nunc Cerigo) Plin. 4, 12.

¶ Porphyrītes, æ, m. *πορφυρίτης*, lapis est Ægyptius rubens, candidis distinctus punctis, Plinio 36, 2, rother marmel.

¶ Porphyrēticus, a, um, adject. ut, *Marmor porphyreticum*, Suet. in Nerone c. 50, rother marmelstein. *Saxa porphyretica*, Lamprid. Elagabalo c. 24. conf. Capitol. in Antonino Pio c. 11.

¶ Porphȳriăcus, a, um, purpureus, purpurfärbig. Ovidio tribuitur: *Et porphyriacis figere labra genis.* Sed negat Index Burm.

¶ Porphyrītis, ĭdis, f. fici genus, longissimo pediculo, Plin. 15, 18.

¶ Porphyrogĕnītus, *i*, m. *πορφυρογεννήτης*, uti Zonaras reddit in Constantino; & exponitur *in purpura*, h. e. *patre jam imperatore vel rege nato*, vel *in Porphyra loco.* Nam talem Constantinus M. ædificari jussit, ubi augustæ parerent. v. Luitprandus de Reb. Europ. 1, 2.

¶ Holoporphȳrus, a, um, *ὁλοπόρφυρος*, totus purpureus, ganz von purpur; ut, *Vestis holoporphyra*, Isidor. 19, 22.

PORPHYRIVS, *i*, m. *πορφύριος*, Tyri, Phœniciæ metropoli natus, philosophus Platonicus, Christianorum hostis, contra quos scripsit; primum Longini, deinde Plotini discipulus fuit. De scriptis vid. Suidas. *Porphyrii* nomen a præceptore Longino accepit. Ante enim *Malchus* dictus fuerat, quod Syrorum lingua *regem* significat. *Πορφύρα* enim sive *Purpura* regum propria: vide Eunapium ejus vita.

Porraceus, vide *Porrum*, Porrectio, *Porrigo* in *Rego.*

PORRĬCIO, *ĕre*, quasi porro jactare, sacrificandi est verbum, significans, Dis porrigere vel sacrificare, exta vel imponendo aræ, vel projiciendo in mare, den göttern geben oder aufopffern. Virg. Æn. 5, 775 *Extaque salsos Porricit in fluctus.* Adde eod. lib. v. 238. ubi Taubmannus ex Macrob. Sat. 3, 2, & Varrone notat, hoc verbum ex disciplina aruspicum, & ex præcepto pontificum, solenne sacrificantibus fuisse. Liv. 29, 27 *Cruda exta victimæ cæsæ in mare porricit.* Plaut. Pseud. 1, 3, 32 *Si in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci si lucri quid detur, potius rem divinam deseram.* Adde Nævium ap. Nonium 2, 62; & Fenest. ibid. 2, 660; Varr. R. R. 1, 29; Lud. de la Cerd. ad Virg. ll. cc. & quæ dicimus statim in *Porrectus.*

¶ Porrĭciæ, *arum*, f. pl. exta, quæ in aræ foco ponebantur. Solin. c. 11 *Nec ignis apponitur in hanc congeriem, cum porricias intulerint.* conf. Voss. Etymol. p. 414 in *Prosecta.*

¶ Porrectus, a, um, geopffert; unde *porrecta* scil. exta, quæ porriciuntur Diis. Et hinc elegans proverbium Cic. Att. 5, 18 *Ne quid inter cæsa & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur aut temporis.* Lux huic formulæ ex variis Varronis locis affunditur. Nam de L. L. 5, 3 docet, quod *flamen dialis auspicetur vindemiam & agna Iovi faciat, inter cujus exta cæsa & porrecta prorsus vinum legat.* Eodem ibi 5, 4 dicente *intercisi dies sunt, per quos mane & vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam cæsam & exta porrecta fas.* conf. Chil. ¶ 2. Aliam notionem vide in *Porrigo* a *Rego.*

PORRIGO, *gĭnis*, f. morbus, die schuppichte, jückende räudigkeit, der haupt- oder erb-grind. Idem est ac *Prurigo* vel *Prorigo* a *Purio.* Lucilius apud Nonium 2, 701 *Corruptus scabie & porrigine plenus.* Horat. 1 sat. 3, 126 *Caput impexa fœdum porrigine.* conf. Seren Sam. c. 4. Iuven. 2, 79 *Grex totus in agris unius scabie cadit & porrigine porci.* Vet. Gloss. *Porrigo, πιτυρίασις, porrigo, πίτυρα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ.*

¶ Porriginōsus, a, um, qui porrigine infestatur, räudig, grindig. Plin. Valer. 1, 4 *Porriginosum caput.*

PORRIMA, æ, f. soror Carmentæ, matris Evandri, Ovid. Fast. 1, 633.

Porrina, vide mox *Porrum.*

PORRO, *πόρρω*, adverb. quod ex Græco usu primo idem fere ac *procul, ultra* significat, weit, fort. Ter. Hec. 3, 1, 18 *Nova res orta est, porro ab hac quæ me abstrahat.* Plaut. Rud. 4, 3, 95 *Vbi tu hic habitas?* GR. *Porro illic longe usque in campis ultimis.* Liv. 1, 7 *Agere porro armentum.* ¶ 2. Continuandi adverbium est, & significat longius, ulterius, weiter, ferner. Cic. de Fin. 4, 27 *Pergè porro, nam de isto magna dissensio est.* Ter. Andr. 4, 4, 10 *Move ocius te, ut quid agam porro intelligas.* Cic. pro Mil. c. 9 *Eum porro summo consensu consulem fieri videbat.* Id. pro Rosc. Am. c. 40 pr. *Iam porro videte cætera, judices*, demnach besehet das ander. Ter. Andr. 1, 5, 42 *Adeon' me ignavum putas? adeon' porro ingratum?* Vbi vim conjunctionis expletivæ habere annotavit Donatus, und noch darzu. ¶ 2. Significat *in futurum*, hinfüro, künfftig. Cato ap. Charis. 2 p. 190 *Me solicitum habitum esse, atque porro fore.* Et Afran. *Nunc est distentus animus negotiis, porro autem propero.* conf. Liv. 40, 36.

¶ Proporro, porro, ulterius, noch weiter. Lucret. 2, 978 *Et sibi proporro, quæ sint primordia, quærunt.* Idem 4, 888 *Inde ea proporro corpus ferit.*

PORRVM, *i*, n. & Porrus, *i*, m. lauch. Martialis 13 epigr. 19 *Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.* Vet. Gloss. *Porrus capitatus, κεφαλωτὸν*, lauch. *Porrum agreste, ἀμπελοπράσον*, wild lauch. Inter Deos repositorii Ægyptii: vide Voss. 4 Inst. Orat. p. 155.

¶ Porrāceus, a, um, lauchfärbig; ut, *Folia porracea, color porraceus*, Plin. 21, 18.

¶ Porrina, æ, f. locus porris consitus, ein lauchbeet. Scævola l. 58 § 1 ff. de usufruct. *Sempronio do; lego ex reditu fructum oleris & porrinæ.* Adde Arnob. 2 p. 85, & Caton. R. R. c. 47.

PORSĔNA, æ, m. media correpta, quæ epenthesin tamen interdum admittit. Rex Tusciæ fuit, qui Romam obsedit. v. Liv. 2, 9. Martial. 1 epigr. 22 *Vrere quam potuit contemto Mucius igne. Hanc spectare*

ſpectare manum Porſena non potuit. Et Sil. 8, 480 *Quum Porſena magne jubebas.* v. Drakenb. ad 10, 480. Nec aliter Horat. epod. 16, 4. *Minacis aut Etruſca Porſenæ manus.* At Virg. Æn. 8, 646 *Nec non Tarquinium ejectum Porſenna jubebat*, quam geminationem plerique libri MSS. ſequuntur, etiam ſolutæ orationis & ſine metro. vide Gronov. ad Liv. 2, 9; & ibid. c. 14 de more *bona Porſenæ regis vendendi.*

PORTA, *æ*, f. ab importando & exportando dici videtur, vel a portando vomere, quod mox ex Iſidoro cognoſcetur, ein eingang, thor; ut, *Ad portam expectare comites*, Cic. fam. 15, 17. *Ad portam præſto eſſe*, Id. in Piſ. c. 23. *Porta patet*, ibidem. Et, *Pedem porta efferre*, ad Att. 8, 2. *Qui portas tuetur*, der thor-hüter, Sen. de Tranqu. an. c. 11. De originatione hujus vocabuli egregie Cato apud Iſidorum 15, 11 *Qui urbem*, inquit, *novam condit, tauro & vacca aret; ubi araverit, murum faciat; ubi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat & portet, & portam vocet.* Aperte huc reſpicit Varr. R. R. 2, 1, 10 *Cum urbs condita eſt, tauro & vacca, qui eſſent muri & portæ, definitum.* ¶ 2. *Portæ* dicuntur quævis loca, per quæ ingreſſus eſt, der weg, die pforte, der paß. Manilius 4, 604 *Hac ubi ſe primum portâ mare fudit ab alta.* Sic, *Caſpiæ portæ*, qua iter eſt per montes Caſpios, Plin. 6, 11. *Saltum, in quo Ciliciæ portæ ſunt ſitæ, præoccupare*, den paß nach Cilicien verhauen. Nepos 14, 7, 2. Virg. Æn. 1, 87 *Qua data porta, ruunt &c.* Cæſ. B. Gall. 7, 70 *Portis anguſtioribus relictis.* v. & Buchner. ad Venantii Eleg. de Reſurrect. Chriſti v. 2. *Portæ Scææ* appellari poſſunt, quæ non directa, ſed obliqua itinera habent. v. infra *Scæa.* ¶ 3. Sedes imperatoris Turcici quare *Porta Ottomannica* appelletur, vide apud Leunclavium in appendice Xenophontea, notis p. 1023; nimirum, quia *Porta*, more Orientalium, pro *aula* ſive *ipſa regia* accipitur, & cum perſona principis in loca quævis, etiam in caſtra migrat.

¶ Portula, *æ*, f. diminut. Liv. 25, 9 *Philomenes portula adſueta venationem inferens.* Et mox ibid. *Portulæ parte alia, qua commeare aſſuerat.* Item: *Portula aperitur.* Et c. 24 *Portula magna.*

¶ Portŭlăca, *æ*, f. herba, quaſi *Portulata*, quia foliis portulas imitatur, & portulas habere videtur, bürgel, burzelkraut. v. Celſ. 2, 20 & 33; Id. 4, 9; Plin. 13, 22; & 27, 13; Colum. 12, 13. Apul. de Herb. c. 103.

¶ Portella, *æ*, f. aliud diminut. Gloſſ. lat. gr. *Portella*, πυλωτὸν.

¶ Portārius, *i*, m. ein thorhüter. Vulg. Interpr. 2 Reg. c. 7, 11.

¶ Portĭcus, *ûs*, f. locus deambulationis cauſſa adverſus tempeſtates ſolisque æſtum tectus, & columnis ſuſpenſis: quarum pro ordinum numero & nomina porticus ſortiebantur; atque nunc *duplices*, ut Vitruvio 5, 9, nunc *triplices*, ut Suetonio in Nerone c. 16 nominantur, ein bedeckter gang oder laube, eine galerie, börſe. Tales fuere variæ Athenis, teſte Meurſio Attic. Lect. 6, 17 & 18. De *porticu, quæ Pœcile vocatur*, Nepos 1, 6, 3. Cur templis adderentur, docet Vitruvius 3, 2; & Plin. 9 epiſt. 39. Sic, *Ampla, excelſa porticus*: Virg. Æn. 3, 353 *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* Et Vitruv. 5, 1 *Porticum contignationes.* De vinea, machina bellica, uſurpavit Cæſ. B. Civ. 2, 2 *Itaque pedalibus lignis conjunctis inter ſe, porticus integebatur.*

¶ Portĭcŭla, *æ*, f. & Porticulum, *i*, n. diminut. Cic. fam. 7, 23 *Exhædria quædam mihi nova ſunt inſtituta in porticula Tuſculani.* Inſcript. apud Murat. p. 1716 *Cum monumento & porticulo.*

¶ Circumporticātio, *ōnis*, f. circuitus porticus, ein umgang. Lege 37 § 1 Dig. de relig. & ſumt. funer. Sed dubia lectio: *Porticatio* certe ibi eſt.

¶ Cryptoportĭcus, *ûs*, f. occulta porticus, ein heimlicher gang, ſub terra juxta atque in edito, Plin. 2 epiſt. 17; & 5 epiſt. 6.

¶ Pſeudoportĭcus, *ûs*, f. falſa porticus, ein falſcher gang. Plin. 6, 27.

Portendo, portentoſus, portentum &c. vide *Tendo.*

PORTHMOS, *i*, m. πορθμὸς, i. e. fretum, ſive maris inter duos continentes anguſtiæ, vide *Iſthmus.* ¶ 2. Eſt & oppidi in Eubœa nomen, Plin. 3, 5; & 4, 12.

¶ Porthmeus, *ĕi*, m. πορθμεὺς, qui navigia traducit, a πορθμὸς, *fretum*, ein überführer, fährmann. Iuvenal. 3, 265 de Charonte: *Iam ſedet in ripa, tetrumque novicius horret Porthmea.*

Porticus, vide *Porta*, Portio, *Pars*, Portiſculus, *Portus*, Portitor &c. *Porto.*

PORTO, *avi, atum, are*, ferre, geſtare, tragen, führen, bringen. Duobus modis dicimus: uno, cum jumentis aut curribus aliquid nobiſcum ducimus: altero, cum corpore noſtro, imitatione jumentorum, ferimus. Ter. Andr. 4, 3, 4 *Mi homo, quid iſtud obſecro eſt? Quo portas puerum?* Sic, *Portare onus moleſtum*, Horat. 1 ſat. 6, 99. *Portare humeris*, Id. 1 ſat. 5, 90. *Portari lectica*, Cic. Att. 10, 16. Sed Ter. Andr. 2, 2 pr. *Di boni, boni quid porto?* was bringe ich vor gute zeitung? Liv. 45, 1 *Magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuncium portabant.* Prop. 4, 7 *Ne portent viſa timores. Portare fallaciam alicui*, einen betrügen wollen, Ter. Andr. ſc. 6 pr. &, *jurgium*, Id. Hec. 3, 5, 63. Id. Heaut. 4, 1, 12 *Neſcio, quid peccati portet hæc purgatio*, was ſie bedeute. Nep. 14, 4, 2 *Quæ regi portarentur, abripiebat.* Sall. Cat. 6, 5 *amicis auxilia portare.* Id. Iug. 39, 4 *Coſ. impeditus ne copias ſecum portaret.*

¶ Portans, *tis.* Ovid. Pont. 3, 4, 1 *Non vanam portantia verba ſalutem.* Virg. Æn 11, 333 *Munera portantes.* Manil. 5, 29 *In totum portans incendia mundum.* Iuſt. 1, 3, 3 *Ferrum & arma portantes.*

¶ Portatus, *a, um*, getragen, geführt. Bibl. Interpr. Ier. 10, 4 *Portata tollentur.* Et Ezech. 12, 7 *In humeris portatus.* Hinc

¶ Portātus, *ûs*, m. ſubſt. ut ajunt, ſubvectio, deportatio, die führung, das tragen. Silius 12 de navibus, quas Hannibal ex obſeſſo portu per averſa plauſtris & machinis extraxit, v. 433, ut quidam legunt: *Perque averſa tulit portatus in arva carinas*: v. Dauſquej. qui etiam ex Plin. 9, 35 *Perditione portatu* producit, ſed vulgari & pravata nixus lectione. Harduinus ex ſex MSS. edidit *perdito nepotatu.* Nec illud Silii ſatis certum. Nic. Heinſius, quem Cellar. ſecutus & Drakenb. *portatas arva carinas.* Adde Plin. 23, 7 *Mala piraque portatu jumentis mire gravia ſunt.* Sed hic aperte ſupinum eſt.

¶ Portatio, *ōnis*, f. idem. Vitruv. 10, 1 *Portationes eorum non eſſent, niſi plauſtrorum inventæ eſſent machinationes.* Salluſt. B. Cat. c. 42 *Armorum atque telorum portationibus.*

¶ Portābilis, *e*, quod portari, tragbar. Sidonius 8 epiſt. 11 *Portandus quidem, ſed portabilis.* Auguſtin. epiſt. 34 ad Paullinum: *Onus tolerabilius & portabilius.*

¶ Portatĭlis, *e*, idem: vulgo dicitur, ſed ſine auctoritate; ut, *Horologium portatile*, eine ſack uhr.

¶ Portātōrius, *a, um*, idem. Auguſtinus Serm. 7 Adſcenſionis feſto: *Delectat adſpicere Chriſtum Dominum portatoriis nubibus adſcendentem*, i. e. ad portationem idoneis. Sic, *Portatoria ſella*, ein trage-ſtuhl, Cæl. Aurel. Tard. 1, 1, 15.

¶ Portĭto, *are*, frequent. offt tragen. Gellius 20, 1 *Eum ſervus ſequebatur crumenam plenam aſſium portitans.*

¶ Portitor, *ōris*, m. quaſi a *portando* iequioris ætatis ſcriptoribus dicitur, ein träger. Serv ad Æn. 6, 298 Portitor *proprie qui* portat; *abuſive etiam, qui* portatur, portitor *dicitur, ſicut* vector. Prudent. paſſ. Vincent. v. 405 *Corvus Eliæ datus Olim ciborum portitor.* ¶ 2. Tabellarii, qui literas ferunt, etiam *portitores* dicti, überbringer. Apollinar. ep. 6, 3 *Commendamus apicum portitorem.* Caſſiod. Var. 10, 8 *Harum portitorem ad excellentiæ veſtræ beneficia deſtinavit.* Add. Iſidor. 6, 8. ¶ 3. *Portitor*, a *porta* dictus quis ſit, vid. h. v.

¶ Portitōrium, *i*, n. das zollhaus, geleithaus. Gloſſ. lat. gr. *Portitorium*, τελωνεῖον.

¶ Portōrium, *i*, n. merces quæ datur portitori, i. e. vectigal non ſolum portus, ſed pontis etiam aliorumque terreſtrium itinerum, maut, zoll, accis, geleite-geld. Gloſſ. Vet. *Portorium*, τέλος ἐν λιμένι. Hirt. B. Alex. c. 13 *Erant omnibus oſtiis Nili cuſtodiæ, exigendi portorii cauſſa, diſpoſitæ.* Et L. 60 Dig. Locati cond. § Vehiculum 8 *Cum vehiculum pontem tranſiret, redemtor ejus pontis portorium ab eo exigebat*, brücken-zoll. Cæl. B. Gall. 3 pr. *Inter Alpes magnis portoriis mercatores ire conſueverant*; h. e. vectigalibus, ex quibus quæſtum Alpinæ gentes faciebant. Conf. Plaut. Trin. 4, 4, 15. Idem Aſin. 1, 3, 7 pretium lenæ ſolvendum vocat *portorium.* ¶ 2. Quia portitor etiam eſt, qui navi vectat, *portorium* interdum idem valet ac ναῦλον ſive pretium vecturæ, das fährgeld, it. fuhrlohn, fracht.

Compoſita:

¶ Apporto, *are*, adferre, advehere, bringen, herzubringen, zuführen, zutragen. Plin. 7, 56 *Plumbum ex Caſſiteride primus apportavit Midacritus.* Et, *Apportare rem novam*, Plaut. Moſt. 2, 2, 35. *Apportat aliquid novi tempus*, Ter. Adelph. 5, 4 pr. *Apportare nuntium*, Id. Heaut. 3, 1, 18. *Senectus apportat vitia*, Cic. de Senect. c. 8 ex poëta. Etiam hic Germ. mit ſich bringen.

¶ Apportātio, *ōnis*, f. die zufuhre. Vitruv. 2, 9 *Cujus materiei ſi eſſet facultas apportationibus ad urbem, &c.*

¶ Aſporto, *are*, contrarium, eſt alio transferre, ſeu portare hinwegbringen, wegführen. Ter. Phor. 3, 3, 18 *Quoquo hinc aſportabitur terrarum certum eſt perſequi.* Et, *Secum aſportare*, mit ſich hinwegnehmen, Cic. in Parad. c. 1. Et Nepos 2, 2, 8 *Sua omnia Trœzenam aſportant.* Priſcian. 2 p. 571 *Aſporto* quaſi *Abſporto.* B manens in *Abſcedo, Abſterreo* & aliis, hic abjicitur.

¶ Aſportatus, *a, um*, weggeführt. Solin. c. 45 *Aſportata inde terra.*

¶ Aſportātio, *ōnis*, f. die wegführung, abfuhre. Cic. in Verr. 4, 49 *Eorum* (ſignorum ſeu ſtatuarum) *demolitio atque aſportatio perdifficilis videbatur.*

¶ Comporto, *are*, zuſammentragen, zuführen; ut, *Comportare frumentum ex agris in loca tuta*, Cic. Att. 5, 18. Et Horat. 2 ſat. 3, 104 *Si quis emat citharas, emptas comportet in unum.*

¶ Comportatus, *a, um*, zuſammengetragen. Cic. de Orat. 3, 24 *Rebus exquiſitis undique, & collectis, acceſſitis, comportatis.* Horat. 1 epiſt. 2, 50 *Comportatis rebus bene uti.*

¶ Comportātio, *ōnis*, f. die zuſammenführung. Vitruv. 1, 5 pr. *Cum per portus marinæ ſubvectiones habuerint ad mœnia comportationes expeditas.*

¶ Deporto, *are*, abführen, wegführen; ut, *Deportare jumentis*, Pomp. Lentulo ſub Cic. Att. 12, 8. *Deportare navibus*, Cæſ. B. Gall. 3, 12. *Mihi placebat, ut te Leucadem deportaret, &c.* Cic. fam. 16, 1. Et Nepos 7, 4, 3 *In triremem, qui ad eum deportandum erat miſſa, adſcendit.* Id. 18, 13, 4 *Oſſa ejus ad matrem deportanda curarunt.* Sed, *Deportare in ſolas terras*, Ter. Phorm. 5, 7, 85, pro eo, quod vulgo dicunt, relegare, ſeu exilio mulctare, verweiſen. ICtis tamen *deportati* & *relegati*: item, *relegatio* & *deportatio*, quæ gravior atque atrocior, differunt, quos vide. Sed, *Deportare gloriam*, ruhm davon tragen, bringen. Curt. 9, 10, 24; *Plus victoriæ quam prædæ*, Id 10, 2, 11; *triumphum*, Nepos 24, 2, 1. *Pecuniæ ex provinciis Romam a quæſtoribus deportabantur*, die gelder wurden hingeliefert, Vellej. 2, 62, 3.

¶ Deportatus, *a, um*, weggebracht, hingetragen. Cic. pro Mur. c. 5 *Aliquod ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus.* De triplici exulum genere ſcil. *de Interdictis & relegatis & deportatis* v. tit. 22 ff. lib. 48. *Deportatus mortui loco habetur*, v. l. 4 § 2 ff. de bonis libert.

¶ Deportātio, *ōnis*, f. die wegtragung. Cato c. 144 *In ſingulas deportationes.* Pro relegationis atroci genere, ut dictum, apud ICtos. L. 3 Dig. ad Leg. Iuliam pecul. *In aquæ & ignis interdictionem facile ſucceſſit deportatio.* Et L. 6 § 1 Cod. Vnde vi, *Æterna deportatione puniri*, mit ewiger lands-verweiſung.

¶ Deportator, *oris*, m. ein wegführer. Vnde

¶ Deportatorius, *a, um*, tragbar, das wegzutragen iſt. L. 1 Cod. de Veteranis: *Deportatorio onere officii.*

¶ Exporto, *are*, efferre, hinausführen, austragen; ut, *Exportare ex oppido*, Cic. Verr. 4, 35. *Ex provincia exportare*, Id. pro Flacco c. 28. Et, *In navem exportare*, Verr. 4, 10. *Exportandum in ultimas terras portentum*, Id. Verr. 5, 15, id eſt, homo propter ſcelera intolerandus

lerandus. Plaut. Truc. 1, 2, 4 *Serva has ædes, ne qui manus attulerit ſteriles intro ad nos, gravidas foras exportet.*

¶ Exportatus, *a, um,* hinausgetragen, abgeführt. Iuſtin. 11, 15, 3 *Darius claſſo vehiculo exportatus.* Suet. Domit. 17 *Cadaver ejus ſandapila per veſpillones exportatum.* Obſequ. c. 104 *Servus trans mare exportatus.*

¶ Exportatio, *ōnis,* f. die ausführe. Cic. Off. 2, 3 *Earum rerum, quibus abundaremus, exportatio: & earum, quibus egeremus, invectio certe nulla eſſet, niſi &c.* conf. Sen. de Tranqu an. c. 11.

¶ Exportator, *oris,* m. ein ausführer, ICt. in Dig.

¶ Importo, *are,* inferre, einbringen, hineintragen, hineinführen; ut, *Importare frumentum in oppidum,* Hirt. B. Gall. 8, 35. *Diſcordia civilis clades importat,* Liv. 24, 22, bringt ſchaden. *Importare incommodum,* Cic. Off. 2, 5. *Mala importare,* Id. Tuſc. 5, 10; *calamitatem,* pro Sextio c. ult.; *peſtem,* pro Dejot. c. ult.; *periculum,* Liv. 39, 14.

¶ Importatus, *a, um,* zugeführt. herzugebracht. Cæſar B. Gall. 5, 12 de Britannis: *Ære nituntur importato.*

¶ Importātitius, *a, um,* idem, vel quod importatur aliunde. Hirtius B. Afric. c. 20 *Frumento ſe in Africa, niſi importatitio, uti non poſſe.*

¶ Importābilis, *e,* quod nequit portari, untragbar, unerträglich. Tertull. adv. Marc. 4, 27 *Excuſandus cenſuit, ſi importabilia portare non poſſent.* Et Saresb. 4, 11 *Importabilis moles.*

¶ Perporto, *are,* hintragen. Liv. 28, 46 *Prædam captivi Carthaginem perportantes.*

¶ præporto, *are,* vor ſich her tragen, apud poëtas legitur eo ſenſu, quo alii ſcriptores dicunt, *præ ſe ferre.* Lucret. 2, 621 *Telaque præportant violenti ſigna favoris.* Catull. 65, 194 *Frons exſpirantis præportat pectoris iras,* i. e. indicat, oſtendit.

¶ Præporrans, *tis.* Cic. in Arato v. 434 *Scorpius infeſtus, præportans ſpicula acumen.*

¶ Reporto, *are,* referre, zurück tragen, wiederbringen; ut, *Reportare hameis ſuis exſulem,* Salluſt. in Cic. extr. *exercitum,* Cic. Att. 4, 17. & Liv. 38, 50. Idem: *Reportare legiones ac reddere reipublicæ,* c. 42. *Hæc triſtia verba reportat,* Virg. Æn. 2, 115. ¶ 2. Interdum eſt nanciſci, erlangen, davon tragen; ut, *Reportare victoriam a rege,* Cic. pro L. Manil. c. 3; *Prædas ac manubias ab hoſtibus,* Idem Agrar. 2, 23; *Laudem, gloriam ex proconſulatu,* Plin. 3 epiſt. 7.

¶ Reportātus, *a, um,* zurück gebracht. Cic. poſt Red. in Senat. c. 11 *In patriam equis & curru reportati.*

¶ Reportatio, *onis,* f. die zurückbringung, ICt. in Dig.

¶ Reportator, *oris,* m. der zurückführet, apud Apulejum eſſe ajunt.

¶ Supporto, *are,* importare, zuführen; ut, *Supportare rem frumentariam,* Cæſar B. Gall. 1, 39. Et, *Omnia hinc in caſtra ſupportabantur,* Liv. 41, 1. Adde Nep. 25, 11, 2.

¶ Transporto, *are,* transferre, traducere, hinüberbringen, überführen. Cic. Att. 7, 16 *De pueris in Græciam transportandis cogitavam.* Et, *Transportare copias,* Pomp. Lentulo ſub Cic. Att. 8, 12; *exercitum in provinciam,* ipſe Cic. in Piſ. c. 20, & Liv. 45, 41. Ita Nepos 1, 3, 4 *Cum his copiis, quas ſecum tranſportaverat,* i. e. traduxerat. Cæſ. B. C. 2, 54 *Militesque his navibus ſi men transportat.* Suet. Aug. c. 65 *Agrippam in inſulam transportavit.*

¶ Transportatus, *a, um,* hinübergeführt. Martial. 13 epigr. 72 *Argiva transportata carina.*

¶ Transportatio, *ōnis,* f. die wegführung. Sen. ad Helviam c. 6 extr *Populorum transportationes exſilia publica ſunt.*

¶ Transportāneus, *i,* m. ein ausſätziger, ſiecher. Ita Caſſiodorus vocat *transportaneos* eos, qui elephantiaſi laborantes extra urbem ablegantur. Sed alii ita dictos putant, quia in corruptione extremæ cutis humor ab interioribus ad ſuperficiem transportatur. Verba Caſſiodori hæc ſunt 10 epiſt. 30 de Elephante: *Cutis hujus ulcerosis vallibus exaratur, a qua transportaneorum nefanda paſſio nomen accepit.*

Portula, portulaca, vide *Porta,* Portunus, *Portus.*

PORTVS, *ūs,* m. Ulpiano L. 59 de Verb. ſignif. eſt *locus concluſus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa atque munita,* eine niederlage. ¶ 2. Vſus obtinuit, ut *Portum* appellemus marinum in litore locum, vel natura vel manu ita munitum, ut inde excurrere naves in mare, & tuto recipi ex mari, ibique latere contra impetum ventorum poſſint, ein port, hafen, anfuhrt, ſeehafen. Nepos 2, 6, 1 *Quam Phalereo porta neque magno neque bono Athenienſes uterentur, hujus conſilio triplex Piræei portus conſtitutus eſt.* Sic, *Tutus & clauſus portus,* Cic. Provinc. Conſul. c. 12 Sed etiam de oſtiis Nili non munitis Ovid. Her. 14, 107 *Per ſeptem Nilus portus emiſſus in æquor.* Vid. Burm. ad h. l. & ad Am. 2, 13, 10 At ¶ 3. *Res eſt in portu,* Plaut. Merc. 4, 7, 49. Et, *In portu navigare,* Ter. Andr. 3, 1, 22, proverbiales locutiones ſunt, pro, eſſe extra periculum, ſicher fahren, außer gefahr ſeyn. *In portu impingere,* eſt, ſtatim in ipſo operis ingreſſu peccare, vide *Impingere,* in *Pango.* Cic. fam. 1, 9 *In navigando tempeſtati obſequi, artis eſt, etiam ſi portum tenere non queas.* ¶ 4. *Portus* tralate perfugium ſeu refugium eſt, eine zuflucht. Cicero utrumque conjungit, *portus & perfugium,* pro Cæcin. c. 34; &, *Portus & refugium,* Off. 2, 8. Ovid Heroid. 1, 110 *Portum & aram,* hac ſignificatione conjunxit: *Tu citius venia, portus & ara tuis.* Nam & ad aras ſalutis cauſſa receptio erat. Sic Plin. 8 epiſt. 12 de Titinnio Capitone: *Multorum, qui aliqua componunt, portus, ſinus, præmium; omnium exemplum.* Nec aliter Græci, ut eſt in Adagiis: Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη, *Ars ipſa portus eſt inopiæ* vel *miſeriæ hominibus.* Horat. 1 od. 14, 2 ad remp. *Fortiter occupa portum* i. e. pacem & tranquillitatem. conf. Quintil. 8, 6. ¶ 5. *Portum* majores frequenter pro domo poſuiſſe, Feſtus & Paulus aſſerunt: & ſic in XII Tabb. poſitum eſſe: *Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.*

¶ Portiſculus, *i,* m. κελευστής, ut Ver. Gloſſ. exponit, qui in portu remiges hortatur, qui remigibus modum dat, ein rudermeiſter. Vide Feſtum & ibi Scalig. & Dacer. Nonio 2, 637, qui a *pertica* ducit, etiam eſt *hortator remigum.* Sed Heinſius ad Silium 6, 361 *pergula* legendum docet: vid. & Plautinos interpretes ad Aſin. 3, 4, 15 *Portiſculum habere ad loquendum & tacendum,* einen der deswegen ein zeichen giebt. Adde Parei Lex. Crit. p. 951, & Lindebr. Obſervat. in 6 Theb. Statii p. 728 B. Vide ſupra *Pauſarius,* & Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 272, nec non in Etym. p. 402. I. F. Gronovius autem Obſ. 4, 26 ſtatuit, *Portiſculum eſſe* malleum, quem hortator manu tenet, vel perticam, quam incutit. vide ipſum, & quos præterea laudat Drakenb. ad Silii l. c.

¶ Portītor, *ōris,* m. Portitores proprie publicani, redemtores portuum, aut eorum operæ, qui in portu capiebant vectigal: eoque obſervabant commeantes, & ibi cuſtodiam agebant, ne quid inſcriptum transjiceretur, *telonarios* vocat Non. 1, 95, zoll einnehmer, viſitator. Vid. Donat ad illud Ter. Phor. 1, 2, 100, ubi *epiſtola* transmarina dicitur *ad portitores data*; qui locus forte occaſionem dedit, ut poſterior ætas *portitores* a portando derivaret, & tabellarios intelligeret, de qua ratione agimus in *portitor* ſub *Porto* Sed pergimus. Cic. Off. 1, 42 *Improbantur ii qui ſolia, qui ſe odia hominum incurrunt, ut portitorum, at fœnatorum.* Plaut. Trin. 4, 4, 15 *Solutum eſt portitori jam portorium:* & Men. 1, 2, 8 de uxore importune curioſa *Portitorem domum duxi, ita omnem mihi Rem neceſſe loqui eſt, quidquid egi atque ago.* Conveniunt huc Ilb. Donati verba ad Æn. 6, 298 *Portitor is proprie eſt, qui portum obſervat, ut nullas ejus injuſſi in alienas regiones tranſeat.* Quin Ciceronis, qui cum de L. Agr. 2, 22 legem Rulli recitaſſet, *ut quicunque de provincia deceſſerit, apud decemviros quant m habeat præda, manubiarum, auri coronarii, profiteatur*; c. 23 *intoleranduin* dicit, *hos decemviros portitores omnibus omnium peccati conſtitui, qui etiam imperatores multos exercitant.* Hinc Statio Theb. 1, 69; *Hyperboreæ glacialis portitor orſæ* eſt Arctophylax, oſtendente, cui plenaque illa debentur, Io Frid Gronovio obſ. 3, 20. ¶ 2. Quum iidem homines & transveherent ſcaphis, & naulum colligerent publicanis, inde *portitor* etiam eſt πορθμεύς, *navicularius*, cui fabrimann ſubſſer. De tali metaphora Plaut. Aſin. 1, 3, 7 *Ego pol iſtum portitorem privabo portorio.* Sen. de benef. 6, 18 *Plato cum flumen nave tranſiſſet, nec ab illo quidquam portitor exegiſſet.* Tales ſunt *portitores frumenti*, i. un. C ne quid oneri publ mpo. Ita Charon eſt nobilis ille apud inferos *portitor*, vid. Virg. Æn. 6, 298. Id. Ge. 4, 502 *Portitor orci.* Stac. Theb. 12, 559 *Lethæi portitor amnis.* Albinov. ad Liviam 35 *Fata manent omnes, omnes expectat avarus Portitor, & turbo vix ſatis una vatis.* Add. Ov. Met. 10, 73 & Broukh. ad Prop. 4, 11, . Huc pertinet etiam ille *aries nubigenæ Phryxi nec portitor Helle* apud Columellam 10, 155 h. e. qui Phryxum, non item ſororem illius Hellen peruhit: *Proditor Helles* ideo dictus ab aliis, Vid. Heinſ. ad Ovid. met. 4, 715. Sed a *portu* hic derivandum *portitorem* jam viderat & multis ad locum Columellæ oſtenderat Bapt. Pius annott. poſt. c 136.

¶ Portunus, *i,* m. *Portumnus*, vel potius *Portumnus*, Deus marinus, qui portubus præeſt, Virg. Æn. 5, 241. Alias *Palæmon* dicebatur. vid Gallæus ad Lactant. p. 118 & 119. Meminit ejus Feſtus, & Cic. d. N. D. 2, 26. -Et Pauſanias in Corinth. ſcribit, in templo Neptuni, quod eſt in Iſthmo Corinthiaco, eſſe Portuni ædem & penetrale ſubterraneum, ubi is lateat, ac ſi quis civis vel hoſpes eo in loco pejeravit, quin perjurii pœnas det, effugere nulla ratione poſſe.

¶ Portunālia, ſeu Portumnalia, *ium,* n. pl feriæ inſtitutæ Portumno, cui ædes Romæ in portu Tiberino factæ. vid. Varro L. L. 5, 3. Græcis eadem *Portunalia* Παλαιμόνια dicta; item *Iſthmia*, ab Iſthmo Peloponneſiaco, ubi celebrari ſolebant.

¶ Portuōſus, *a, um,* da man laufen kan; ut, *Portuoſum mare,* hoc eſt, multos habens portus, Cic. de Orat. 3, 19. Et *Pars Numidiæ portuoſior*, Salluſt. Iug. c. 16. *Inſularum portuoſiſſima*, Plin. 4, 12.

Compoſita:

¶ Angiportus, vide ſupra in *Ango.*

¶ Importūnus, *a, um,* proprie ſecundum Voſſium in Etymol. eſt *portu carens*, adeoque navibus in tutus: ſicut *opportunum* contra, quod quaſi *ob portum* jacet, feu portum habet in propinque, ideoque commodum navigantibus. ¶ 2. *Importunum* vulgo eſt, quicquid præter tempus loci, aut perſonarum ſit rationem, moleſtumque eſt, unbequem, ungelegen, verdrießlich. Et ſane ipſi Ciceroni de Orat. 2, 5, & Off. 1, 40 *Importunum tempus incommodum eſt.* ¶ 3. *Importunus* idem ac inhumanus & durus eſt, ungeſtüm, unmenſch. wild. Namque & Cicero de Senect. c. 3 *Importunitatem* & *inhumanitatem* conjungit. Id. in Cat. 4, 6 *Quæro, ſi quis paterfamilias, liberis ſuis a ſervo interfectis, uxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſervo quam acerbiſſimum ſumſerit, utrum is clemens ac miſericors; an inhumaniſſimus & crudeliſſimus etiam videatur? Mihi vero importunus & ferreus, qui non dolorem ſuum & cruciatum dolore nocentis lenierit.* Et apud Ter. Heaut. 1, 1, 23, cum Menedemum Clitipho *Importunum ſenem* appellat; nihil aliud, quam violentiam ejus duritiemque nimiam accuſat. Vet. Gloſſ. ἀκαιρος: *Importunus*, *Opportunus*, lege *importunus*: Namque in altero Gloſſario latino-græco, *Importunitas*, ἀκαιρίας exponitur. Sic Florus 1, 8, *Importuna dominationem*, aſperam, duram, impotentem vocat, de Tarquinio Superbo loquens. *Importunum tempus*, ungelegene zeit, Cic de Orat. 2, 5; & Off. 1, 40. Et, *Argenti ſatis importuna*, Horat. 1 epiſt. 18, 23, die unruhige beate de nach ſelde. *Morbus importunior*, Celſus 4, 6 pr. *Cyclops alter, malo importunior*, Cic. Verr. 5, 56. *Homo importuniſſimus*, Id. fam. 5, 3; &, *Importuniſſimus tyrannus*, Liv. 29, 17 extr.

¶ Importūne, adverb. zur unzeit, unſchicklich; ut, *Importune inſiſtere*, Cic. Acad. 4, 25. Item, *Importune immiſſis verſus*, hoc eſt, perperam, Gell. 10, 16. *Importunius veritati inſultare*, Lactant. 5, 2. *Importuniſſime facere*, iterum Gellius 10, 5. Et, *Importuniſſime negare*, Auguſt. de Morib. eccleſ. Cathol. c. 28.

¶ Importūnitas, *ātis,* f. die ungeſtümigkeit, wunderliche, verdrießliche, ſchand-

ſchändliche weiſe. *Quæ nec temporis, nec loci habet commoditatem*, ut Donatus ait, quin neque perſonæ. Itaque non mediocris vitii ſignificationem habet. Sic, *Importunitatem ſpectate aniculæ*, ſehet doch das tolle verfahren, Ter. Andr. 1, 4, 4. Et Cic. de Senect. c. 3 *Importunitas & inhumanitas omni ætati moleſta eſt.* Id. pro Cluent. c. 61 *Hujus importunitatem matris a filii capite depellite*, id eſt, importunum ac deteſtandum facinus. Id. in Piſ. c. 9 *Funeſtum animal ex omnium ſceleruin importunitate concretum.*

¶ Importūōſus, *a, um*, carens portu, ohne aufurt; ut, *Mare importuoſum*, Salluſt Iug. c. 17. *Littus importuoſum*, Plin. Iun. 6 epiſt. 31 extr. Et, *importuoſiſſima inſula*, Plin. maj. 4, 12.

¶ Opportūnus, *a, um*, quaſi *ob portum*; eſt enim verbum nauticum. Hinc pro utili, commodo, idoneo, ſumitur, was bequem, gelegen, und zu rechter zeit nützlich iſt. Lucret. 3, 207 *In medio, o bone, rebus, Vtilis invenietur & opportuna cluebit.* Idem 5, 606 *Opportunus ita eſt ſi forte & idoneus adſit.* Vet. Gloſſ *Opportunus, ἐπιτήδειος, ἔυκαιρος, tempeſtivus.* Plaut. Epid. 3, 3, 44 *Nihil homini amico eſt opportuno amicius*, der zu bequemer zeit hilft. *Tempus opportunum*, Cic. Off. 1, 40. Liv. 6, 24 *Romanus opportunus huic eruptioni fuit.* Seneca de Ira 1, 11 *Cædunt ob nullam rem aliam opportunos quam ob iracundiam. Loco opportuniore nullo eſſu potuiſti*, Cic. fam. 6, 20. Et, *Locis opportunioribus munitiones imponere*, Liv. 36, 17. *Opportuniſſimus ac fractuoſiſſimus locus*, Cæſ. B. Gall. 1, 30. *Opportuniſſima res accidit*, Idem 4, 13.

¶ Opportūne, adverb. eben recht, füglich. Ter. Andr. 3, 4, 11 *Opportune hic ſi mihi obviam. Accidere opportunius nihil potuit*, es hätte nichts ſo à propos kommen können, Cic. fam. 1, 9. *Opportuniſſime nuntiis allatis*, Cæſ. B. Civ. 3, 101. *Anticyra opportuniſſime ſita*, Liv. 32, 18, lieget bequem, vortheilhaftig.

¶ Opportūnitas, *ātis*, f. ἐυκαιρία, tempus opportunum, die bequemlichkeit. Sic, *Opportunitas aliquid faciendi &c.* Cic. de Invent. 1, 27. *Loci opportunitas*, Cæſ. B. Gall. 3, 19, ein vortheilhafter ort: etiam pluraliter, *opportunitates locorum*, Plin. Paneg. c. 15. *Opportunitas ætatis*, Salluſt. Iug. c. 6.

¶ Inopportūnus, *a, um*, unfüglich, ungelegen. Cic. de Orat. 3, 5 *Eſt in eo loco ſedes huic noſtro non inopportuna ſermoni.*

¶ Peropportunus, *a, um*, ſehr bequem; ut, *Peropportunum diverſorium*, Cic. de Orat. 2, 57.

¶ Peropportune, adv. eben zu rechter zeit; ut, *Peropportune accidit*, Cic. de Orat. 2, 4. *Peropportune bellum ſuntum*, Liv. 1, 42. Ac idem 44, 7 *Peropportune litere allate ſunt.*

PŌRVS, *i*, m. lapis Pario marmori ſimilis, Plin. 36, 6 & 17 pr. Vet Gloſſ. πῶρος, ὁ λίθος. ¶ 2. *Pōrus*, rex Indiæ miræ proceritatis, & quidem tantæ, ut Philoſtratus 2, 10 refert, quantæ poſt Troiana tempora nemo. Fuit enim quinque cubitos altus. Devictus autem eſt ab Alexandro M. de quo Curtius 8, 12 & 14; Claud. Conſul. Honorii 4, 375; & Sidon. carm. 2, 436.

PŌRVS, *i*, m. πῶρος, penult. brevi, plur *Pōri*, cuticulares meatus, inviſibilia foramina Medicis, ex quibus ſudor exit, die ſchweißlöcher. ¶ 2. *Pōrus*, eſt abundantiæ Deus: ex quo & *Penia* Amorem natum finxit Plato in Sympoſio. Quam fabulam Latinis elegiis elegantiſſime Dan. Heinſius reddidit: nec inelegantер myſtico ſenſu adhibuit Hugo Grotius Silv. lib 1, carmine ult. de Euchariſtia.

¶ Pōroſus, *a, um*, poris abundans, voll ſchweißlöcher.

¶ Anapōrĭcus, *a, um*, ἀναπορικός, i. e. *regredi nō*, zurückgehend; ut, *Horologia hyberna anaporica*, Vitruvius 9, 9. conf. Salm. p. 7.

POSCA, ſeu Pulſca, *æ*, f. vinum tenue, lora, laur, lotwein, ſeu oxycraton, id eſt, potio ex aquæ acetique mixtura, ut quidam volunt, ein tranck von eſſig und waſſer, erweut. Celſus 2, 30 *In poſca decoctus.* Adde Plinium 20, 4; Spartian. Hadriano c. 20; & Taubm. in Plauti Mil. Glor. p. 846.

POSCO, *pōpoſci, poſcĕre*, quaſi debitum imperioſe petere, fordern, erfordern. Vide de differentia horum verborum, *Peto, poſco, poſtulo, flagito*, Vall. 5, 77. Dicimus: *Poſcere ab aliquo*; Et, *Poſcere aliquem aliquid.* Eſt enim tranſitivum. Sic, *Tribunitium poteſtatem populus Romanus requiſivit; quam cum poſcebat, verbo illam poſcere videbatur, revera judicia poſcebat*, Cic. præem. in Verr. c. 15. *Audaciæ partes Roſcii ſibi poposcerunt*, Id. pro Roſc. Am. c. 13. *Si hoc a me muneris provincia pop ſciſſet*, Id. Verr. 2, 47. *Poſcere ex aliquo*, Id. de Orat. 3, 32. *Ego poſcor olymo*, i. e. ab olympo, ich werde vom himmel beſtimmt, Virg. Æn. 8, 533. Et cum duobus accuſativis: *Tu modo poſce Deos veniam*, i. e. a Diis pete, Id. Æn. 4, 50. Sic, *Poſcere parentes pretium pro ſepultura liberorum*, Cic. Verr. 1, 3. *Vſus poſcit*, hoc eſt, exigit aut requirit, die noth erfordert es, Cæſ. B. Gall. 4, 2. *Clamorem aliquem poſcere*, de illis, qui creditam importune exigunt, Plaut. Curc. 5, 3, 5. *Alius alium poſcit*, einer mahnet den andern an, ibid. 3, 3, 8. Pro *popoſci* antiquos dixiſſe *pepoſci*, teſtatur Gell. 7, 9. Etiam *poſcerit* pro *poposcerit* in quibusdam Livii codicibus 36, 7, ubi v. quos laudat Drakenb.

¶ Poſcens, *tis*. Ovid. Met. 4, 334 *Poſcens Nympha ſine fine ſororia oſcula.* Id. 7, 376 *Præmia poſcenti negabat.* Horat. 2 epiſt. 2, 62 *Convivæ poſcentes multum diverſa.*

¶ Poſcinummius, *a, um*, geldgierig. Apul. Metam. lib. 10 p. 248 *Poſcinummia meretricum baſia.*

Compoſita cum præpoſ.

¶ Appoſco, *appōpoſci*, (retinet enim geminationem præteriti) *appoſcĕre*, vel *adpoſcere*, drüber fordern, darzu begehren. *Si plus adpoſcere viſus*, Hor. 2 epiſt. 2, 100. *Talenta dotis appoſcent duo*, Ter. Heaut. 4, 7, 10.

¶ Compoſco, *ere*, zugleich abfordern. Mart. Capella lib. 5 p. 136 *Bellaque compoſcens, arcus atque Herculis arma.*

¶ Depoſco, *depōpoſci, depoſcĭtum, depoſcĕre*, vehementer poſcere, allerdings fordern, abfordern. Cic. Phil. 3, 13 *Id non modo non recuſo, ſed appeto etiam atque depoſco.* Et, *Depoſcere ad ſupplicium aliquem*, Hirt. B. G. 8, 38. *Depoſcere in pœnam*, Liv. 21, 6. *Votis depoſcere pugnam*, wünſchen, Lucan. 2, 533.

¶ Expoſco, *expopoſci, expoſcĕre*, obnixe poſcere, ernſtlich um etwas bitten, ſuchen, anhalten; ut, *Expoſcere alicujus opem votis*, Ovid. Met. 9, 545. *Expoſcere precibus pacem*, Liv. 1, 16. *Implorare & expoſcere miſericordiam*, Cic. pro Mil. c. 34, um gnade bitten. ¶ 2. Aliquando eſt ad pœnam poſcere, zur ſtrafe abfordern. Nepos 2, 8, 5 *Nam cum ab Athenienſibus & Lacedæmoniis exp ſceretur publice, ſupplicem non prodidit.* Id. 23, 7, 6 *Hos Hannibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus.*

¶ Repoſco, *repoſcĕre*, wieder fordern. Ter. Adelph. 1, 2, 52 *Ambos curare, repoſcere illam eſt, quem dediſti.* Cicero cum duobus accuſativis extulit in Verr. 4, 51 *Seſe a ſuis civibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adiret, & eum ſimulacrum Cereris repoſceret.* ¶ 2 *Repoſcere* etiam dicuntur magiſtri, cum diſcipulos dictata reddere jubent: Terentianus Maurus de Carm. Anacreontio Choriambico: *Tu genus hoc memento reddere, cum repoſcam.*

¶ Repoſcōnes, *um*, m. a repoſcendo apud Ammianum 22, 16 *Ægyptii controverſi & repoſcones acerrimi.* Illi ſorte iidem qui *flagitatores acres, moleſti & aſſidui* ap. Cic. in Bruto c. 5.

¶ Irrepoſcĭbĭlis, *e*, das man nicht kan wiederfordern. Apul. Apol. p. 332 *Vidua nihil affert irrepoſci ile.* Sidon. 8 epiſt. 15 *Quod mihi inſolubile videtur, tibi quoque videatur irrepoſcibile.*

POSEA, vel Poſia, *æ*, f. oleæ vel olivæ genus, ſcribitur etiam *Pauſia*, de qua ſupra. vid. Cato R. R. c. 6; Varro R. R. 1, 24; & Colum 12, 47.

PŌSĪDEON, *i*, m. menſis apud Athenienſes, qui Romanis Ianuarius erat, Plutarch. in Cæſare p. 725 E. ¶ 2. *Poſidium*, vel *Poſidium*, promontorium & oppidum Ioniæ, oraculum Branchidarum appellatum, Plin. 5, 29. Aliud in finibus Macedoniæ, Plin. 4, 10. Aliud in Syria, Plin. 5, 20.

¶ Poſidiānus, *a, um*, adject. ut, *Poſidianæ aquæ*, Plin. 31, 2.

PŌSĪDŌNIA, *æ*, f. urbs Lucaniæ, Plin. 3, 5.

¶ Poſidonius, *i*, m. philoſophus Stoicus, diſcipulus & ſucceſſor Panætii, admodum familiaris Ciceroni, quem vide de Nat. D. 1, 3, &c. & Voſſ. de Hiſt. Græc. 1, 24, & de Philoſ. Sect. c. 19 §. 12. De ejus ſphæra v. Lactant. 2, 34.

Poſitio, poſitor, poſitura, vide ante in *Pono*.

POSONIVM, *i*, n. urbs Hungariæ ſuperioris ad Danubium, Preßburg. vide Geograph.

Poſſeſſio &c. vide *Sedeo*, Poſſibilis &c. *Potis*, Poſſideo &c. *Sedeo.*

POSSINACVM, *i*, n. certi ponderis diſcus, quo juvenes in agone contendebant, ſortiorem judicantes, qui ultra denguati ſpatii finem jeciſſet. vid. Barthii Adverſ. 55, 2 p. 1590.

Poſſum, vide paullo poſt *Potis.*

POST, præpoſitio, nach; ut, *Poſt hunc diem*, Plaut. Rud. 5, 3, 60, nach dem tage. *Poſt diem quartum*, Cic. Attic. 9, 10. *Poſt diem tertium*, Liv. 6, 1, ubi eſt: pro tertio die poſt, ut *ante diem* 15 *kalendas*, pro die 15 ante kalendas. v. Drakenb. *Poſt hominum memoriam*, &, *poſt homines natos*, elegantiſſimi ſunt modi dicendi, cum ultimam præteriti temporis memoriam ſignificamus, bey menſchen gedencken: v. Nep. 2, 5, 3; & 3, 1, 2. Cic. Verr. 3, 17 *Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit.* Et Cat. 1, 7 *Hoc poſt hominum memoriam contigit nemini.* Id. Phil. 11, 1 *Duo hec capita nota ſunt poſt homines natos teterrima & ſpurciſſima, Dolabella & Antonius.* Iu. de opt. gen. or. c. 6 ex Lucilio: *Optimus longe poſt homines natos.* Et pro Balbo c. 10 *Pauci poſt genus hominum natum reperti ſunt.* Liv. 7, 18 pr. *Ablato poſt undecimum annum a plebe conſulatu*, h. e. XI annis, quam conſulatus ablatus eſt. ¶ 2. *Poſt tergum*, id eſt, a tergo, hinterrück. Cæſ. de B. Gall. 7, 84 *Poſt tergum pugnantibus exſtitit.* Et c. 88 *Repente poſt tergum equitatus cernitur.* Et c. 83 *Poſt montem ſe occultavit*, hinter dem berge. Ita Virg. ecl. 3, 20 *Ita poſt carecta latebas.* ¶ 3. Sed in exemplis ſequentibus *Poſt* adverbium eſt: Virg. ecl. 1, 30 *Longo poſt tempore venit.* In quo tamen Servius *poſt*, præpoſitionem agnoſcit & eam rationem dicendi ad ἀνάπαιστον refert: *Antiqui enim*, inquit, POST, ANTE, CIRCVM, *etiam ablativo jungebant.* Sic Cic. pro Flacco c. 23 *Multis poſt annis pecunia recuperata eſt*, viele jahre hernach. Et Sulpit. Cic. fam. 4, 5 *Paucis poſt annis.* Et *Anno poſt*, Cic. pro Cluent. c. 20. *Poſt de matre videre*, was die mutter belanget, will ich hernach beſehen, Ter. Hec. 4, 4, 78. Et Cic. pro Roſc. c. 30 *Poſt viderimus de Capitone.* Liv. 29, 27 *Quæ geruntur, poſtque gerentur.* Quo pertinet *poſt eſſe*, quod infin. verbi compoſiti eſt, revera autem diviſa ſunt. Salluſt Catil. c. 23 *Ubi periculum advenit, invidia atque ſuperbia poſt fuere*, id eſt, poſtpoſita fuerunt, ſie ſind hintan geſetzet worden. Ita Ter. Adel. 2, 3, 9 *Omnia ſibi poſt putavit eſſe præ meo commodo.* Ita *Poſtire*, vide in *Fo.* ¶ 4. Solent & aliquando auctores *hinc*, vel *acinde*, per pleonaſmum addere. Virg. Æn. 8, 546 *Poſt hinc ad naves graditur, ſociosque reviſit.* Ter. Andr. 3, 2, 3 *Poſt deinde, quod juſſi ei date bibere, & quantum imperavi, date.* ¶ 5. *Multo poſt*, lange hernach. *Non ita multo poſt*, Cic. Off. 2, 6; Liv. 35, 11. Et Cic. fam. 1, 9 *Occidam equidem paullo poſt, qui ſit meus ſenſus & ſtatus. Aliquanto poſt*, Cic. pro Cæc. c. 4. Nepos 5, 3, 4 *Poſt neque ita multo.* Id. 21, 3, 4 *Neque ita multo poſt.* Et, *Poſt non multo*, 4, 3, 1. Itaque *tò multo*, in do præponitur, modo poſpenitur. Similiter *paullo poſt*, & *poſt paullo* dicebant. Cæſ. B. Civ 1, 20 *Poſt paullo tamen in Domitii fuga cognoſcunt.* Vide ſupra *paullum*, in *Parum.* A *poſt* multa ſunt:

¶ Poſterus, *a, um*, adject. folgend, nachgehend; ut, *Poſtera dies*, der folgende tag. Virg. Æn. 3, 588. conf. Nep. 1, 5, 3. *In poſterum diem differre*, Cic. pro Deiot. c. 7. *In poſterum proſpicere*, Id. pro Mur. c. 28. Et, *In poſterum tempus*, Id. Nat. D. 2, 91. Id. ad Brut. epiſt. 15 fin. *Ut & in poſterum ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterreren, & in poſterum decernentium ſtatuerem*, auf künftige. Sic, *Poſtero tempore pecunia Alio nomine tranſlata*, i. e. poſtea, Nepos 3, 3, 1. *Poſtero anno*, Varr. de R. R. 1, 40, im folgenden jahr. Cic. pro C. Corn *Auſpicato poſtero anno.*

¶ Poſteri, *ōrum*, m. pl. ſubſt. minores, poſt nos nati, die nachkommen. *Degenerarunt horum poſteri*, Cic. de Fin. 5, 5. *Ratio, quæ etiam poſteris eſſet ſalutaris*, Id. ad Brut. epiſt. 15. *Poſterorum negotium ago*, ich beuele auf die nachwelt, Sen. epiſt. 8. Ictis a *tempore* dicuntur *poſteri.* Paulus ICt. L. 10 § Parentes 7 D. de gradibus: *Parentes usque ad tritavum apud Romanos proprio nomine appellantur. Ulteriores, qui non habent ſpeciale nomen*, MAIORES *appellan-*

tur. Item Liberi, usque ad trinepotem: ultra hos POSTERI *vocantur.* Caligula tamen per insignem calumniam præter filios neminem in posteris haberi volebat, auctore Suet. ejus vita c. 38. Verba sunt: *Negabat jure civitatem Romanam usquam pati eos, quorum majores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filii essent. Neque enim intelligi debere posteros ultra hunc gradum.*

¶ Posterior, *us*, comparativus, nachſtehend, nachgehend. *Non convenit posterius priori*, Ter. Adelph. 5, 4, 26, das letztere kömmt mit dem erſten nicht überein. Horat. 1 Sat. 4, 58 *Quod prius ordine verbum est, Posterius facias*, das erſte ſtellſt du nachſtehen. Ter. Adelph. 5, 4, 26 *Non posteriores feram:* ubi Donatus subaudiendum putat, *partes*, ich will der letzte nicht ſeyn, will ihm nichts nachgeben. Convicium eſt, *Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius*, Cic. in Piſ. c. 27. vid. *Postremus* n. 2. *Suam salutem posteriorem communi salute ducere*, Id. pro Rab. perd. c. 1. Et, *Vitam, corpus, fortunam, posteriora libertate ducere*, alles der Freyheit nachſetzen, Id. Phil. 13, 3.

¶ Posterius, adverbium, nachgehends, hernach, künftighin. Ter. Andr. 3, 2, 30 *Ne tu hoc mihi posterius dicas*, v. Adelph. 1, 2, 60, & 2, 1, 8. Virg. princ. Culicis *Posterius graviore sono tibi Musa loquetur.* Plaut. Amph. 2, 2, 156 *Ne posterius in me culpam transferas*, i. e. postea.

¶ Posteritas, *ātis*, f. posterorum seculum, die nachkommenſchaft, nachwelt. Cic. de Amic. c. 4 *Sperare videor, Scipionis amicitiam & Lælii notam posteritati fore.* Id. Tusc. 1, 15 *Optimus quisque maxime posteritati serviat*; i. e. famæ apud posteros. Sic Cæſ. B. Civ. 1, 13 *Proinde habent rationem posteritatis & periculi sui.* Ovid. Pont. 1, 4, 24 *Quam laudem a sera posteritate ferat.* Cic. fam. 2, 18 ext. *Vitabis inimicitias, & posteritatis utio consules*, h. e. futuri temporis ac ætatis tuæ.

¶ Postĕro, *āre*, relinqui, ὑστερᾶσθαι, zurück bleiben. Pallad. Novemb tit. 4 *Oliva cum tota nigrescet, quod speciei merito posteravit, fundendi ubertate compensat.*

¶ Posterula, *æ*, f. postica, porta posterior, die hintertüür. Cassianus 5, 11 *Quantalibet urbe sublimitate murorum & clausurum portarum firmitate muniatur, posteralæ unius, quamvis parvissimæ, proditione vastabitur.* ¶ 2. De aliis, quam de porta, rebus accipitur. Ammianus 30, 1 *Cum bivium armato milite vidisset oppletum, per posteralem, tramitem medium spatientem frutectis & sentibus vitabundus excedens, in Armenios incidit fossos.* Vbi semita retroducta & occulta intelligitur. Vide Valeſ. ibi p. 587.

¶ Postrēmus, *a, um*, ſuperlat. a *posterus*, der letzte, äuſſerſte. Ter. Phorm. 4, 3, 44 *Hæc denique ejus fuit postrema oratio.* Cic. fam. 1, 9 *Esse in postremis*, der letzten und geringſten einer ſeyn. Id. pro Roſc. Am. *Postremi homines*, die draſten und liederlichſten. ¶ 2. Quamquam autem *postremus* ſuperlativi gradus eſſet, tamen id compararunt veteres, & ab eo *postremius, postremissimus* fecerunt. Apul. de Deo Socr. p. 43 *Nullam animal in terris homine postremius.* Id. Apol. p. 336 *Cum adolescentulis postremissimis inter scorta & pocula puer hoc ævi convivium agitat.* Gracchus apud Gell. 15, 12 *Omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatote.* Vius & Tertull. de Cultu fœm. pr. *Postremissimus* autem eſt omnium vilissimus, & in quo nihil æſtimandum; hoc eſt, qui rei nullius eſt, nichtswürdig.

¶ Postremum, adverb. zum letzten mal. Ter. Andr. 2, 1, 24 *Si id facis, hodie postremum me vides.* Cic. de Orat. 3, 2 *In quo ille vestigio postremum institit.*

¶ Postrēmo, adv. zuletzt, endlich. Ter. Andr. 3, 2, 41 *Postremo id mihi da negotii.* Liv. 3, 23 *Fames postremo inde detraxit hostem.*

¶ Postrēmĭtas, *ātis*, f. das ende, die endſchaft. Macrob. Saturn. 1, 11 *Tam ima quam summa postremitas.*

¶ Postĭcus, *a, um*, cui *anticus* opponitur, hinterwertig, hinterſt. Servius in Virg eclog. 9 *Augures*, inquit, *designant spatia, & eis dant nomina: ut prima pars dicatur* ANTICA, *posterior* POSTICA. Sic *posticam partem palatii* Suetonius Othone c. 6: & *posticam sannam* Perſius dixit ſat. 1, 62, quæ a tergo ſit, de quo paullo ante v. 58 *O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit. Ciconia* enim ſannæ genus eſt. Vide ſupra in *Ciconia.* Liv. 33, 8 *Hortus erat posticis ædium partibus*, an dem hinterhauſe. v. Gronov. ad 40, 11. Solin. c. 26 *Posticis pedibus insistere*, auf den hinterfüſſen ſtehen. *Postica linea*, & *Posticum ostium*, vide apud Feſtum.

¶ Postĭca, *æ*, f. & Postĭcum, *i*, n. ſubſtantive, eſt occultius oſtium, ſeu aditus in adverſa ædium, ſive cubiculi parte, quo accedere, vel recedere ſolebant, qui clam volebant id facere, atque ſic fallere, die hinterthür. In fœminino *pars*, in neutro *ostium*, ſubintelligitur. Expreſſit *partem* Lucil. apud Non. 3, 158 *Non genuit, verum postica parte profudit* Ibidem Varro: *Perrexit in interiores partes domus posticæ, ut ait Plautus, penitissimæ. Posticum* frequentius eſt. Virgilius ita deſcribit Æn. 2, 453 *Limen erat, cæcæque fores, & pervius usus Tectorum inter se Priami, postesque relicti A tergo; infelix qua se (dum regna manebant) Sæpius Andromache ferre incomitata solebat &c.* Horat. 1 epiſt. 5 extr. *Tu quatus ostiis valvis, rescribe, & rebus omissis Atria servantem postico falle clientem.* Vult enim occultum diſcedere per poſticum, non per januam, ut, qui ſervant ibi, notare poſſint, hinteneus entwiſchen. Conf. Plaut. Stich. 3, 1, 41; & Moſt. 3, 3, 27; & Vitruv. 3, 1 ext Sic Suet. Claudio c. 18 *Vt ægre nec nisi postica exadito in palatium penetrarit*, Dio, *posticam partem.* Othone c. 6, &, *aversa in posticam partem domus*, Tac. Hiſt. 2, 51, 1 dixit: *Virginius*, inquit, *per aversa in domus partem fugientium dejectis &c.* Plutarchus ὀπισθίαν, (ita & Vet. Gl.) alii ψευδοθύρας appellant, & arrio, ſive atrienſi janua opponunt. vid. infra *Pseudothyrum* in *Thyra.* ¶ 2. *Posticum*, & pur *Postica*, in neutro etiam dicuntur, per quæ retrimenta alvi emittuntur, der hinterer; ut & nos appellamus. Iterum Varro ap. Nonium l. c. *Retrimenta exit, quæ exierunt per posticum, vallum fecerunt.* Et Arnob. 2 p. 54 *Superfluas fœditates inferioribus egerant ejiciuntque posticis.* ¶ 3. *Postica*, cava loca amphitheatri, quibus bestiæ emittebantur. Ammianus 28, 3 *Vt sæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ posticis.* Vopiſc. in Probo c. 19 *exhibuit in amphitheatro una missione centum jubatos leones - - - qui omnes posticis interemti sunt.* Ita Salmaſius ex MSS. reſtituit, idque præclare ibidem explicat. Vulgo *contificis* lectum.

¶ Postĭcium, *i*, n. idem. Gloſſ. lat. gr. *Posticium*, παρᾴθυρα, παραθύριον.

¶ Postĭculum, *i*, n. dimin. ein hinterreſer, hintergebäude. Plaut. Trin. 1, 2, 157 *Posticulum hoc recepit, cum ædes vendidit*; id eſt, retinuit partem poſteriorem, er hat es vor ſich ausgezogen ꝛc. conf. ibidem 4, 3, 78; & Gell. 17, 6.

¶ Postĭcula, *æ*, f. Apul. 2 de Aſino Aur. p. 124 *Per quamdam brevem posticulam intro vocat me.*

¶ Postĭlēna, *æ*, f. a *post*, ut *Antilena* ab *ante*; craſſius lorum eſt ſub equi ſeu jumenti cauda, der ſchwantzriemen. Plaut. Caſ. 1, 1, 37 *Vt postilena possit ex te fieri.* conf. Voſſ. Etym. p. 403.

¶ Postumus, *a, um*, a *post*, (ut ab *extra, extimus* vel *extumus*, ab *intra, intimus*, vel *intumus*) idem eſt ac *postremus*, der letzte, hinterſte. Sed aliud eſt *Postbumus*, de quo ſupra in *Humus*; aliud *postumus.* Nam *Postbumus* eſt, qui poſt humationem parentis creatus, ut Servius interpretatur; *Postumus*, qui poſtremo loco natus eſt, vel vivente adhuc patre. Et ſic Virg. Æn. 6, 763 *Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles, Quam tibi longævo serum Lavinia conjunx Educet &c.* Optime enim mihi hunc locum expoſuiſſe videtur Cæſellius. Quamvis enim multi auctores tradiderint, Ænea mortuo, Silvium natum; videtur tamen Virgilius aliter ſenſiſſe. Neque enim mortuum, *longævum* dicere potuiſſet. Et hic audiendus Sulpitius non eſt, licet Servius eum ſequatur, qui *longævum*, Deum interpretatur. Aliud enim eſt *longævum* eſſe, aliud *immortalem*, quod proprie Deorum. Et recte Gellius id argutius, quam verius pronuntiavit, quem vide 2, 16. Ita *postima*, ſive *postuma dies*, i. e. extrema: *postuma spes*, id. eſt, ultima, Apul. Met. 4 p. 144. ¶ 2. v. Sigon. de Nomin. Rom. ubi *Postumus* prænomen eſt, & *Postumius* nomen gentis. Add. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 37. *Postumia lex* Numæ de parſimonia vini laudatur ap. Plin. 13, 12.

¶ Postumo, *āre*, i. e. poſteriorem eſſe, nach einem ſeyn. Tertull. Apol. c. 19 *Prophetæ Mosi postumant*, i. e. poſt Moſem fuerunt. v. ibi notas Iunii & Rhenani. Id. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 45 *Etsi ordine postumat, effectu anticipat.*

¶ Postumus, *us*, m. ſubſt. locus poſterior, die letzte ſtelle. Tertull. adv. Valent. c. 35 *Sunt, qui nec principatum Bytho defendant, sed postumatum.*

Postante, vide *Ante*, Poſtea, poſteaquam, *Is, ea, id.*

Posthac, posthinc, vide ſupra *Hic, hæc, hoc.*

Postĭbi, vide *Ibi*, Poſtidea, postidem, *Is, ea, id*, Poſtilla, *Ille, a, ud.*

¶ Postĭnde, hernach, nach der zeit, apud Lucret. 3, 530 & Suetonium de Illuſtr. Gramm. Sic & *Pest deinde*, per pleonaſmum apud Ter. Andr. 3, 2, 3; & Virg. Æn. 5, 321.

Postmodo, postmodum, vide *Modus.*

¶ Postquam, nachdem, als, indicativo jungitur. Ter. Andr. 3, 1, 16 *Postquam ante ostium me audivit stare*; & Adelph. prolog. pr. *Postquam poeta sensit &c.* ubi τὸ *Postquam* pro *Quoniam*, Donatus exponit. ¶ 2. Eleganter vero inter *post* & *quam*, diſtracta, aliquid interdum interponitur. Cic. Att. 6, 3 *Nil sane habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem ad te liberto tuo literas.* Sic & Id. Att. 12, 48 *Non multo post, quam tu a me discessisti.* Adde ibid. 5, 20; & 6, 3; & 13, 30. ¶ 3. Aliquando *postquam* ita diſtrahitur, ut *post* præpoſitionis fungatur vicem, atque cum ſuo jungatur caſu. Nepos 10, 10, 4 *Quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.* Cic. Att. 9, 10 *Hoc scribit post diem quartum, quam ab urbe discessimus:* hoc eſt, quarto die, poſtquam ab urbe diſceſſimus. Hæc enim communis ratio eſt: & ita Nepos 3, 1, 5 *Sexto fere anno, postquam erat expulsus.* Alii ſimpliciter: *quam erat expulsus.* v. ibi commentatores. Vellej. 2, 44, 4 *Ius ab his restitutum post annos 152, quam Capua redacta erat &c.*

Postridie, postriduanus, vide ſupra *Dies.*

¶ Impostĕrum, rectius diviſim *in posterum*, de quo in *Posterus.*

¶ Præpostĕrus, *a, um*, perverſus, verkehrt; ut, *Ordo præposterus*, Lucret. 3, 621. *Consilia præpostera*, Cic. in Lælio c. 22, unzeitiger rath. *Præposteri tabellarii*, Id. fam. 15, 17. Et pro Domo c. 55 *Iste præposteris verbis, identidem seipsum revocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, pronunciavit.* conf. Ovid. Triſt. 1, 8, 5.

¶ Præpostĕre, adverbium, hinterſt zuvörderſt; ut, *Præpostere agere*, id eſt, nullo ordine, die pferde hinter den wagen ſpannen. Cic. Acad. Quæſt. 4, 20 extr. Id. Att. 7, 16 pr. *Omnes arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam.* Ergo *præpostere* & *ordine* opponuntur.

¶ Præpostĕrĭtas, *ātis*, f. die verkehrung. Arnob. 3 p. 118 *Græci nominis præpostèritas.*

¶ Præpostĕro, *āre*, pervertere, verkehren. Quint. Trib. Marc. c. 9 Burm. p. 82 *Ordinem judiciarium militis præposteravit impietas.*

POSTA, *æ*, f. die poſt. Ita Celtæ, Belgæ, Hiſpani, Galli & Itali curſum publicum appellant, a poſitis certo loco equis, quibus veredarii maxima celerrime itinera conficiunt. vid. Voſſ. Etymol. in *Veredus* p. 548 & ſupra Budæus in *Angaria.*

Postea, posteaquam, vide *Is, ea, id.*

POSTELLA, *æ*, f. quaſi *Post sella*, der nachtiſch. Iſidor. 20, 16.

Posterganeus, vide *Tergum*, Posterus &c. *Post*, Postgenitus, *Gigno*, Posthabeo, *Habeo*, Posthumus, *Humus*, Posticus &c. *Post.*

POSTIS, *is*, m. oſtii latus, ſeu paraſtata, die pfoſte, thürpfoſte. Virg. Æn. 2, 493 *Emoti procumbunt cardine postes.* Cic. pro Domo c. 23 *Parietibus, tectis, & postibus meis bellum intulisti.* Vet. Gloſſ. *Postes*, ἐνεώματα. Refertur & ad feneſtras. Servius ad illud Virg. Æn. 2, 442 *Postesque sub ipsos Nituntur gradibus: Si circa portam*, SUB POSTIBUS: *si circa feneſtras*, CIRCA POSTES. Sed forte legendum: *sub postes.* v. Barth ad Stat. Silv. p. 174, 2. *Postem tenere*, formula vereris juris pontificii, quæ locum habet in templis & domibus conſecrandis, Cic. pro Domo 45, 46. v. Menck. Obſ. L. L.

Postliminium, vide *Limen*, Poſtmeridianus, *Meridies*, Poſtmitto, *Mitto*, Poſtmodum, *Modus*, Poſtomis, *Pastomis*, Poſtpartor, *Pario*, Poſtpono, *Pono*, Poſtputo, *Puto*, Poſtremus &c. *Post*, Poſtridie &c. *Dies*, Poſtſcenium, *Scena*, Poſtſcribo, *Scribo*, Poſtſignanus, *Signum*, Poſtvenio, *Venio*, Poſtverta, *Verto.*

POSTVLO, *avi, atum, are*, requirere, fordern; ut, *Tempus & necessitas postulat*, Cic. Off. 1, 23, die zeit erfordert es. Ter. Andr. 1, 2, 18 *Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat. Abs te postulo atque oro*, Id. Aud. 5, 1, 4 *Postulare de colloquio*

quio, Cæſ. B. Gall. 1, 42, Reperias & conjuncta hæc verba *poſtulare, poſcere, efflagitare*, apud Cic. Divin. in Verr. c. 3. ¶ 2. Aliquando *Poſtulare* eſt, velle, cupere, wollen, begehren. Plaut. Menæch. 2, 1, 88 *Sed ego inficior, qui me hero poſtulem moderari.* Id. Caſ. 1, 1, 53 *Nunc ne tute mihi reſpondere poſtules, abeo intro.* Ter. Heaut. 4, 2, 4 *Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere, nihil eſt.* Nepos 18, 8, 2 *Illa phalanx Alexandri Magni, qui Aſiam peragraverat &c. non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabat.* Videturque hæc notio primaria eſſe; illa altera vero ſecundaria. Nam prius volumus, cupimusque, quam poſcimus. Itaque tum antecedens pro conſequente ponitur. *Petere, poſcere*, & *poſtulare* quidam ita diſtinguunt, ut, *petere* ad preces pertineat, *poſcere* ad imperium, *poſtulare* ad jus. Sed id non perpetuum eſſe, apertum eſt. ¶ 3. Eſt & verbum interdum accuſandi, anklagen. vide Græv. ad Cic. fam. 5, 10. Plin. 7 epiſt. ult. *Impietatis reum poſtulat.* Suet. Cæſ. c. 4 *Dolabellam repetundarum poſtulavit.* Sic, *lege aliquem poſtulare*, Cæl. Cic. fam. 8, 12. *Poſtulare cum aliquo* eſt expoſtulare ap. Plaut. Mil. 2, 6, 35. *De ambitu aliquem poſtulare*, Cic. ad Qu. fr. 1 ep. 2 c. 5. conf. Menck. Obſervat. hac voce. ¶ 4. *Poſtulare* & ICtis eſt ſuum vel alterius deſiderium pro tribunali, id eſt, apud eum, qui præeſt jurisdictioni, allegare & exponere, aut alterius jurisdictioni contradicere: vide ICtos, & Schild. ad Sueton. p. 569. *Poſtulare ſervos in queſtionem*, Ipſe Cic. pro Mil. c. 20. v. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 16. ¶ 5. *Poſtulare* diſputantes etiam dicuntur, cum aliquid ſibi *dari* ſive *concedi* petunt: cujus formæ multa exempla Cicero ſuppeditat, v. g. de LL. 1, 7 M. *Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, Deorum immortalium vi, natura, ratione &c. naturam eam regi?* A. *Do ſane, ſi poſtulas.* Hinc *Poſtulata* ſunt apud Geometras, quæ jure ſibi concedi petunt, ut *lineam rectam ducere ab uno puncto ad aliud.* ¶ 6. Eſt & arenæ verbum. Nam *poſtulare* dicitur *populus*, cum certos gladiatores petit. Suet. Calig. c. 30 *Cumque Tetrinius latro poſtularetur; & qui poſtularent, Tetrinios eſſe ait.* Lipſ. Saturn. 2, 14.

¶ Poſtulans, *tis*. Phæd. 2, 2, 2 *Prædator intervenit partem poſtulans.* Petron. c. 25 *Plaudentibus univerſis & poſtulantibus nuptias fecerunt.*

¶ Poſtulatus, *a, um*, gefordert; it. verklagt, angeclagt. Cic. ad Quint. fr. 2, 3 *Seſtius a Nerio de ambitu poſtulatus.* Id. in Vatin c. 14 *Poſtulatus lege Licinia & Iunia.* Apul. Met. 3 p. 132 *Poſtulatus crimine.*

¶ Poſtulatum, *i*, n. ſubſtantive, die forderung, anforderung, das begehren, anmuthen. Cic. fam. 12, 4 *Legati ab Antonio ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt.* Nepos 7, 8, 4 *Poſtulata facere nolait.* Cæſ. B. C. 1, 5 *Exſpectabat ſuis leniſſimis poſtulatis reſponſa.* conf. Apul. Met. 3 p. 138. De Geometrarum poſtulatis diximus in *Poſtulo* n. 5.

¶ Poſtulatus, *us*, m. ſubſt. idem. Liv. 4, 9 *Poſtulatu audito matris.* Sed dubia lectio eſt, & codices nonnulli *poſtulato* habent.

¶ Poſtulatio, *ōnis*, f. idem; ut, *Æqua & honeſta poſtulatio*, ein billiges und ehrliches verlangen, anmuthen, Cic. pro S. Roſc. c. 2. *Poſtulatio opinione valentior*, Id. Att. 7, 6. ¶ 2. *Poſtulatio* pro querela, eine klage. Ter. Hec. 1, 2, 102 *Neque lites ullæ inter eas, poſtulatio nunquam.* Suet. Ner. c. 7 *Celeberrimis patronis, non translatitias & breves, ſed maximas plurimasque poſtulationes certatim ingerentibus:* Vbi *poſtulationes*, ſunt judiciales interpoſitiones querelarum, gerichtliche anklagen. ¶ 3. *Poſtulatio* piaculare ſacrum, ad averruncandam Deorum iram, cum facto prodigio aliquo illorum numen videretur honoris inſtaurationem poſtulare, ſi quid in re divina foret omiſſum, ein verſ hnungs-feſt, bußtag. v. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 10, 19. Hinc Cic. de Ar. Reſp. c. 14 *Eodem oſtento Telluri poſtulatio deberi dicitur.* Et paullo ante c. 10 *Poſtulationes eſſe Iovi, Saturno, Neptuno, Telluri, Diis cæleſtibus.* Sic &

¶ Poſtulio, *ōnis*, f. vox eſt ſacrorum pro *Poſtulatio*. Varro de L. L. 4, 32 *Iſſe reſponſum Deum Manium poſtulionem poſtulare &c.* Et Arnob. lib. 4 p. 148 *In ceremoniis veſtris rebusque divinis poſtulionibus locus eſt.* vid. ibi Herald. p. 177.

¶ Poſtulātor, *ōris*, m. qui poſtulat, ein kläger. Suet. Ner. c. 15 *Reſpondere poſtulatoribus.* ¶ 2. Patronus, qui cauſſas agit; vide Torrent. ad Sueton. l. c. ICti *Procuratorem* fere vocant, ein anwald.

¶ Poſtulatrix, *īcis*, f. eine klägerin. Sed Tertull. de coron. Mil. c. 13 adjective: *Solennitates poſtulatrices.*

¶ Poſtulatōrius, *a, um*, quo aliquid poſtulatur, fordernd: ut, *Poſtulatoria ſalmina*, Sen. Qu. Nat. 2, 49, *quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetuntur.* Eadem apud Feſtum ſunt *Poſtularia fulgura, quæ votorum ſacrificiorum ſpretam religionem deſignant.*

¶ Poſtulāticius, *a, um*, qui poſtulatur, begehrt. Sic, *poſtulaticios gladiatores*, quos populo poſcenti indulgebant, *ordinariis paribus* opponit Seneca epiſt. 7; de quibus Lipſium conſulas in Saturn. Vſus hoc verbo etiam Tiro eſt in Notis p. 7.

Compoſita:

¶ Adpoſtŭlo, *are*, apprecari, anwünſchen. Tertull. de Monogam. c. 10 *Pro anima ejus orat, & refrigerium adpoſtulat ei.*

¶ Depoſtŭlo, *are*, pro vehementer poſtulare, heftig anhalten. Hirt. B. Hiſp. c. 1 *Civitates auxilia ſibi depoſtulabant.*

¶ Depoſtulator, *ōris*, m. ein forderer. Tertull. Apol. c. 35 *Depoſtulatores Chriſtianorum*, ſcil. ad ſupplicium, ſeu accuſatores.

¶ Expoſtŭlo, *are*, vehementer expetere, flagitare, ſeu poſtulare, abfordern, begehren. Tac. An. 12, 46, 3 *Vt decedant expoſtulat.* Et 15, 17, 3 *Armentum vacuum fieri expoſtulabat.* ¶ 2. Deinde de injuria apud eum, qui fecit, conqueri, ſich beklagen, zur rede ſetzen, beſtrechen. Hanc enim Donati expoſitionem Vallæ præfero. Ideo cum verbo *Queri*, Cicero conjungit Tuſc. 5, 5, *Expoſtulare & queri. Expoſtulare cum aliquo injuriam*, ſich über unrecht beſchweren, Ter. Andr. 4, 1, 15. Et, *Expoſtulare de injuriis*, Cic. Verr. 3, 89 pr. *Iracunde, vehementer expoſtulare*, Id. pro Sylla c. 15. *Mittebat oratores, qui ſuo nomine expoſtularent*, Tac. An. 13, 37, 5.

¶ Expoſtulans, *tis*. Tac. H. 1, 82, 1 *Oſtendi ſibi Othonem expoſtulantes.*

¶ Expoſtulatus, *a, um*, abgefordert, beſprochen, angeredet über etwas; ut, *Expoſtulata ad ſupplicium Galvia*, Tac. H. 1, 73, 1. *Cauſſas exp ſtulatas*, Tertull. de Coron. Mil. c. 1.

¶ Expoſtulātus, *us*, m. die beklagung, beſprechung, der wortwechſel, ut, *Expoſtulatibus modum facere*, Symmach. 9 epiſt 13.

¶ Expoſtulatio, *ōnis*, f. flagitatio, das heftige anhalten; ut, *Expoſtulatio ſingulorum*, Tac. An. 1, 13, 5; ſcil. ut ſuſcipiatur imperium. ¶ 2. Exprobratio, die vorrückung. Donatus ad illud de Hecyra Terentiana 1, 2, 102 ſupra allegatum: *Proprie* EXPOSTVLATIO *eſt apud illum ipſum, qui peccaverit:* POSTVLATIO *de ido apud alium.* Et Cic. ad Qu. frat. 2, 1 *Fuerunt expoſtulationes cum abſente Pompejo.* Liv. 42, 52 *Si talibus de cauſis, quæ vix querela & expoſtulatione dignæ ſunt, arma capitis.*

Poſtumatus, poſtumo, poſtumus, vide *Poſt*, Poſtvorta, *Verto*.

Potabilis, potaculum, vide paullo poſt *Poto*.

PŌTĀMAVTIS, *idis*, f. ποταμαῦτις, herba, alio nomine *Thalaſſegle*, qua pota lymphari homines dicuntur, Plin. 24, 17. Sed fluctuat lectio, & res ipſa fabuloſa.

PŌTĀMO, *ōnis*, m. Alexandrinus philoſophus, qui ſectam illam inſtituit, quam ἐκλεκτικὴν appellabant. vide ſupra *Eclecticus*.

PŌTĀMŌGĪTON, *ōnis*, ποταμογείτων, herba fluviatilis, ſamkraut, Plin 26, 8; & 32, 4; & Dioſcor. 4, 101.

Potatio, potator &c. vide *Poto*, Potens, potentia &c. *Potis*.

PŌTĒRIVM, *i*, n. ποτήριον, ein becher. Plaut. Trin. 4, 3, 10 *Samiolo poterio bibere.* ¶ 2. Herba, quæ & *Phrynion*, foliis rotundis &c. Plin. 27, 12.

Poteſtas, poteſtas, vide mox *Potis*.

PŌTHOS, *i*, m. πόθος, herba, de cujus vi & ſpeciebus Plinius 21, 11.

Potina, potio &c. vide *Poto*, Potior, *Potis*.

PŌTIS, uno caſu reperitur, in utroque numero & in omni genere; eſtque idem quod *potens* vel *poſſibilis*, mächtig, gültig, möglich; ab antiquo *Pos*, unde & *Poſſum*, & *Compos*, *Impos*, quod recto caſu obſcurius eſt eſſe a *potentia*. Videtur enim *Pos* ſignificare potius *potentem*, quam *potentem*, uti Varro nos docet de L. L. 4, 1. Sing. num. Ter. Heaut. 2, 3, 79 *Multis modis iniquius injurius eſt, neque ferri potis eſt*, hoc eſt, poteſt. Namque & *poſſum* eſt ex *potis ſum* contractum. Cic. Tuſc. 2, 16 ex poëta: *Neque ſanguis ullo potis eſt pacto pro ſalute conſiſtere.* Catull. in Mentulam epigr. 96 *Cur non divitiis Croeſum ſuperare potis ſit*: hoc eſt, poſſit, vel poteſtas ſit, vel poſſibile ſit Lucret. 2, 849 *Quoad potis es reperire.* Virg Æn. 11, 148 *Non potis eſt vis ulla.* Sic & in gen. neutro Idem 1, 451 *Quod nunquam ſine perniciali Diſcidio potis eſt ſejungi.* conf. Id. 4, 1235; & 5, 718. Et Plaut. Amph. 2, 2, 61 *Qui iſtud potis eſt fieri?* Adde Ter. Adel. 4, 1, 5; & 4, 4, 16. ¶ 2. Etiam in neutro *Pote* uſurpatur. Ter. Adel. 2, 3, 11 *Nihil pote ſupra.* Et Phor. 3, 3, 2 *Si hic pote fuiſſet exorari.* Cic. in Bruto c. 46 *Hoſpes non pote minoris*, ſc. vendi. Id. Att. 13, 38 *Hoc quidquam pote impurius?* Catull. 77, 16 *Hoc facies, ſive id non pote, ſive pote.* v. Plura in Sanctii Minerva 4, 17 p. 852. ¶ 3. In plurali autem *Potis ſunt* idem eſt ac *poſſunt*, Plaut. Pœn. 1, 2, 16 *Duæ* (mulieres) *maximo mi populo plus ſatis dare negotii potis ſunt.* Et Varro R. R. 2, 2, pr. *Videamus quid paſtores a Pergamide Maledove potis ſint.* Hinc

¶ Pōtior, & neut. *potius*, comparat. per omnes caſus, beſſer, gültiger; ut, *Plus poſſere, & potiorem eſſe*, hoc eſt, meliorem ſeu præſtantiorem, Cic. Tuſc. 4, 32. *Res oratione potior eſt*, Matius Cic. fam. 11, 28, die that iſt beſſer als die worte. *Honeſta mors turpi vita potior*, Tac. Agric. 33, 11. ¶ 2. In re amorum *Potiores* dicuntur, qui amicæ animum maxime tenent, & plurimum apud eam poſſunt, die den vorzug haben. Tibullus 1, 6 extr. *At tu qui potior nunc es, mea furta caveto.* Horat. Epod. 15, 13 *Non ferre, aſſiduas potiori te dare noctes.* Terentius *primum* dixit; qui ſimiliter & *priores partes habere* dicitur Eun. 1, 2, 7.

¶ Pōtiſſimus, *a, um*, ſuperl. der vornehmſte. Plaut. Menæch. 2, 3 *Meret, poſſimus noſtræ domi ut ſit*, daß er huhn im korbe ſey. Sen. de Benef. 6, 16 *Ego illi potiſſima cura fui.*

¶ Pōtius, potiſſime, potiſſimum, adverbia, vielmehr, vornemlich, ſonderlich). Cic. Att. 7, 7 *Deſpigna potius, quam ſervias*, lieber, eher. Ceſ. 3, 6 *In ipſo impetu febris potiſſimeque ubi ardens ea eſt.* ¶ 2. Præ aliis, allermeiſt, zuvörderſt, hauptſächlich. Cic. pro Mur. c. 2 *Is potiſſime benore affecto defenſor daretur.* Nepos 25, 12, 1 *Potiſſimum ejus dilexit affinitatem.* Ter. Andr. 5, 5, 6 *Quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi.*

¶ Pōtior, *potitus ſum, potiri*, verbum, (a *potis* enim fecit Valla lib. 3) eſt obtinere, & in poteſtate habere, erlangen, bekommen. Legitur cum ablativo ut plurimum: ut, *Potiri victoria*, den ſieg erhalten, Cæſ. B. G. 3, 24 *Potiri optatis*, Val. Flacc. 6, 469. *Potiri voto*, Ovid. Met. 9, 312, ſeines wunſches gewähret werden. In poteſtate habere ſignificat Liv. 6, 33 extr. *Quoniam oppido potirentur.* Eſt &, ubi genitivi hi adduntur, *rerum*, Cicero ſæpe ut pro S. Roſc. c. 25, & Suet. Veſp. c. 4; *regni*, Vellej. 1, 1, 3; *imperii*, Nepos 17, 2, 1. Quo illud Aut. ad Herenn. 4, 25 pertinet: *Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ*, ſie haben ſich ihrer bemächtiget. In his ſubaudienda aliqua vox eſt; e. g. *poteſtate* vel *ſumma*, cum & quandoque adjiciatur. vid. Sanctii Minerva p. 589; & Voſſ. de Conſtruction. c. 31. Cum accuſativo etiam junxiſſe veteres, Priſcian. lib 18 exemplis oſtendit. Ita Nepos 18, 3, 4 *Semper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſummam imperii potirentur.* Lucret. 3, 105 *Quorum unus Homerus Sceptra potitus.* conf. Tac. A. 11, 10, 8; Juſtin. 6, 4, 8; 9, 7, 12; 12, 7, 10; 37, 1, 4; Voſſ. de Conſtr. c. 22. Cort. ad Salluſt. Iug. 75, 10. ¶ 2. Abſolute ſine caſu poſuit Cic. ad Att. 7, 17 p. 704 ſq. Græv. *An iis me dem, qui tenent, qui potiuntur.* ¶ 3. *Potiri hoſtium*, paſſive, pro, redigi in poteſtatem hoſtium, ſeu capi, in der feinde hände kommen, Plautus dixit Capt. 1, 1, 24, & ſc. 2, 41. v. Turneb. Adverſ. 30, 34. Scip. Gentil. Pareg. 1, 42, & Taubm. ad Plaut. Amph. p. 14. Namque idem Plaut. & activo *Potio* uſus eſt Amph. 1, 1, 23 *Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater ſervitutis.* ¶ 3. Obſerva & tertiam conjugatio-

jugationem in Virg. Æn. 3, 55 *Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur.* Conf. Æn. 4, 217. Cicero in verſione oraculi Tuſc. Quæſt. 1, 48 *Euthynous potitur fatorum munere lecto.* Et Ovid. Met. 9, 312 *Potiturque puerpera voto* Et Val. Flacc. 7, 54 *Scilicet Æoliæ pecudis potiretur ut auro.* Add. Brouckh. ad Propert. 2, 7, 64.

¶ Pŏtiens, *tis.* Cic. Tuſc. 3, 18 *Natura voluptatibus potiens dolore caret.* Hinc formarit aliquis

¶ Impotiens, *tis*, idem quod impotens vel non potiens, Ovid. 3, 7, 36 ubi vulgo: *Forſitan impatiens ſit latus inde meum.* Loquitur certe de impotentia ſua. Viderint docti.

¶ Pŏtītus, *a, um*, der mächtig worden, der bekommen hat. Nepos 1, 2, 1 *Tota regione potitus loca communivit.* Virg. Æn. 3, 296 *Conjugio ſceptrisque potitus.* Id. Æn. 11, 493 *Liber equus campoque potitus aperto.* Etiam paſſive uſurpari, docet Voſſ. Gramm. L. 5, c. 6.

¶ Potītor, *ōris*, m. i. e. Compos, der da genießt. Laudant Plaut. Caſ. 1, 1, 23 *Me ſuſpendio, quam tu ejus potitor ſias, ſatius eſt mortuum.* Sed Paubmannus ex MSS. ſubſtituit *potior.* Val. Max. 3, 2, 20 *Hannibalem ſpe ſua Capuæ potitorem.*

¶ Pŏtiſſum, vel Poteſſum, poteſſe, antique, können. Plaut. Pœn. 1, 2, 17 *Populo, cui lubet, plus ſatis dare poteſſunt.* conf. Plaut. Perſ. 1, 1, 41. Id. *Poteſſe*, pro *pote eſſe* vel *poſſe* uſus eſt; ut Aul. 2, 4, 30; & Ciſt. 1, 1, 32 &c. vid. Parei Lex. Crit. p. 959 & 961. Adde Lucret. 3, 1008. Hinc

¶ Poſſum, *pŏtui, poſſe*, contractum ex *potis & ſum*, vermögen, kraft und gewalt haben, können. Ter. prol. Heaut. v. 27 *Ne plus iniquûm poſſit, quam æquûm, oratio.* Et, *Plurimum apud aliquem poſſe amicitia, beneficiis, dignitate*, viel gelten, Cic. pro S. Roſc. c. 1. *Fieri poteſt, ut fallar*, Id. Phil. 13. *Non poſſum, quin exclamem*, ich kann nicht laſſen. Id. de Or. 2, 10. Virg. ecl. 8, 63 *Non omnia poſſumus omnes. Numquid tu melius vis quam potes?* Julii Flori dictum apud Quint. 10, 3 p. 933 ad cunctantem & morioſe, quid diceret, quærentem. *Quoad poſſum & mihi licet*, Cic. principio de Amicit. Ter. Eun. 5, 1, 20 *Comprehendi jube, quantum poteſt*, ſcil. fieri, ſo gut und bald es möglich iſt, ut in illo Liv. 10, 23 *Si quid poteſt*, h. e. ſi fieri poteſt. ¶ 2. Et cum præpoſitione: Ter. prolog. Heaut. v. 13 *Hic actor tantum poterit a facundia*, ſeine beredſamkeit wird ſich ſo weit erſtrecken. ¶ 3. Elegans verbi hujus uſus in iſtis eſt: apud Plaut. Amph. 1, 1, 190 *Poſſum ſcire, quo prifectus, quo jus ſis, aut quid veneris?* Minantis eſt. will du ſagen? Ita Ariſtoph. Theſmophor. v. 3, 4 οἶσθ᾽ ὃ τι παθὼν σὺ πυθέσθαι. Idem Plaut. Caſ. 3, 5, 25 *Poſſum ſcire ego iſtum ex te, quid negotii eſt?* Et Ter. Andr. 4, 4, 45 *Poſſumne ego hodie ex te exſculpere verum?* ¶ 4. *Græca poſſe*, i. e. ſcire apud Cic. Acad. qu. 1, 3 pr. *Qui Græca poterunt.* Sic Germani ariechiſch können. ¶ 5. *Qui nihil poſſunt*, i. e infirmi in republica; *qui poſſunt*, id eſt, potentes, Cic. Att. 4, 5 p. 377 Gr. ¶ 6 *Poſſe* etiam dicuntur, qui Veneri patrandæ ſufficiunt, qui in Venerem validi. Ter. Eun. 4, 3, 22 de Eunuchis: *At pol ego amatores mulierum eſſe audio vos maxumos, Sed nihil poteſſe*; i. e. poſſe vel potes eſſe, conf. Plaut. Aul. 2, 4, 30; Ciſt. 1, 1, 32 &c. Et *Poteſſit* pro *poſſit*, Id. Perſ. 1, 1, 41. Eſt a *Poteſſum*, quod habet Id. Pœn. 1, 2, 17. ¶ 5. Pŏteſtur, pro *poteſt*; poteratur pro *poterat*, apud veteres. Lucret. 3, 1024 *Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.* v. Feſtum, & Non. Marc. 10, 33 & 34. Vetus lex ap. Cujacium Obſerv. 7, 29 APVD FORVM PALAM VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSITVR, pro *poſſit*. conf. Voſſ. de Analogia 3, 36 extr.

¶ Pŏtin', pro *poteſne*, apud Comicos ſæpiſſime: Sic Plaut. Amph. 3, 2, 22 *Potin', ut abſtineas manum?* wilſt du die hand davon laſſen? Id. Epid. 1, 1, 60 *Potin', ut moleſtus ſies?* Ter. Adelph. 4, 1 extr. *Potin', ut deſinas?* Eſt vero in his oratio elliptica, *potesne facere? potesne adduci &c.*

¶ Pŏtens, *tis*, δυνατὸς, vermögend, mächtig, gewaltig; ut, *Roma potens opibus*, Ovid. Faſt. 4, 255. *Nobilitate potens*, Id. Met. 13, 22. *Ingenti præda potens*, in libris quibusdam vetuſtis, apud Liv. 1, 33. vulgo *potitus. Dum mei potens ſum*, Liv. 26, 13. Et, *Mentis non potens*, unſinnig. Sen. Thyeſte v. 547. *Florens & potens*, Cic. pro Domo c. 19. *Potentes herbæ*, kräftige kräuter, Virg. Æn. 7, 19. *Potentia verba*, nachdrückliche, vielvermögende worte. Ovid. Amor. 3, 11, 31. Et, *Auro nihil potentius*, Id. Amor. 3, 8, 29. *Domi feliciora potentioraque arma*, Liv. 31, 7. *In affectibus potentiſſimus*, Quint. 6, 2 ſub fin. *Potentiſſimorum hominum contumaciam nunquam tuli*, Cic. Att. 6, 3. *Potentiſſima in toto orbe terrarum Græcia*, Plin. 18, 7. *Potentiſſimus odor*, Id. 13, 2. ¶ 2. *Potens* aliquando dicitur, qui apud amicam plurimum poteſt, vel primas partes tenet, qui & *Potior* dicitur. Propert. 2, 26, 21 *Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella Serviat, & tota dicar in urbe potens.* Ter. Eun. 2, 3, 61 *Quis is eſt tam potens, cum tanto munere hoc?* Plenius Catullus 101, 8 *Sis felix, Cæli, ſis in amore potens. Potentior largis muneribus æmuli*, ſcil. apud amicam, Hor. 4 od. 1, 17. ¶ 3. *Potentem* pro feroce & imperioſa dixiſſe Terentius videtur Heaut. 1, 2, 53 *Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumtuoſa, nobilis*, ſie thut vornehm. Potentes quippe & opulenti, ſuperbi ferme & imperioſi ſunt. ¶ 4. *Potentes*, ſubſtantive, die gewaltigen, groſſe herren. Cic. fam. 9, 16 *Contra potentes ne quid ſtulte, ne quid temere dicam aut faciam, reliquum eſt.* Phædrus 2, 7, 1 *Contra potentes nemo eſt munitus ſatis.*

¶ Pŏtenter, adverb. mächtiglich. Horat. de Arte Poët. v. 40 *Cui lecta potenter erit res, Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo*, der ſich eine materie erſehen, der er mächtig iſt. Et 3 od. 16, 9 *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa, potentius Ictu fulmineo.* Quint. 6, 4 *Quod in altercatione ſit potentius.* Id. Decl. 274 *Potentiſſime dicere.*

¶ Pŏtentia, *æ*, f. die macht, gewalt; ut, *Potentia minime ferenda*, Cic. Phil. 1, 12. *Potentia in vi poſita & armis*, Id. ad Brut. epiſt. 10. *In magna potentia eſſe*, Id. pro Mur. c. 11. *Dimicant de ſua potentia homines*, Id. ad Att. 7, 3.

¶ Potentialis, *e*, möglich; unde

¶ Pŏtentiăliter, adverb. auf mögliche art. Sidon. 7 epiſt. 14 *Cui me animus potentialiter notam facit.*

¶ Potentātus, *ûs*, m. dominatio, die obergewalt, herrſchaft; ut, *De potentatu inter ſe multos annos contendere*, Cæſ. B. Gall. 1, 31. *Æmulo potentatûs inimicus*, Liv. 26, 38. Et Arnob. 1 p. 31 *Quod tuis ſit viribus potentatuique conveniens.* conf. Vulg. Sirac. 10, 11.

¶ Potentator, *ōris*, m. ein oberherr, gewalthaber. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 23 *Solus potentator & rex regnantium.*

¶ Pŏteſtas, *ātis*, f. imperium & imperandi facultas, gewalt, macht, vermögen; ut, *Regia poteſtas*, Cic. de Leg. 3, 2. *Præditus ſumma poteſtate homo*, Id. pro Domo c. 42. *Habere ſummam poteſtatem in aliquo loco*, Id. ad Qu fratr. 1, 1, 10. *In poteſtatem ſuam alios redigere*, Nepos 16, 5, 1. *Eſſe ſub alicujus poteſtate*, Liv. 24, 42. *Omnibus in rebus me fore in tua poteſtate, tibi confirmo*, ich will dir in allen zu willen ſeyn, Cic. fam. 5, 4. vide, quæ ibi notat Grævius Ita ad Att. 1, 10 *Magnopere confido, illum fore in officio & in noſtra poteſtate. Accipere poteſtatem*, Victor de Vir. Illuſtr. in Scævola. *Adimere poteſtatem*, Cic. pro Quint. c. 2; &, *Abrogare*, Id. de Leg. 3, 10. *Verſari cum imperio & poteſtate in republica*, Id. Phil. 1, 7. *In poteſtate ſua continere aliquos*, Id. Catil. 2, 12. ¶ 2. Hinc *Poteſtas*, pro magiſtratu ipſo, ſive illis, qui cum imperio vel poteſtate ſunt, dicitur, die obrigkeit, regierung. Iuvenal. 10, 99 *Hujus, qui trabitur prætextam ſumere mavis, An Fidenarum Gabiorumque eſſe poteſtas?* POTESTAS, i. e. magiſtratus. Quæ vocis acceptio adhuc in idiotiſmo Italico obtinet, quo, qui præfecti urbibus cum imperio ſunt, *Poteſtà* appellantur. Aut ad Herenn. 3, 7 *Quemadmodum habuerit in poteſtatibus gerendis animum.* Plin. 29, 4 *Mites præſtare dominos poteſtatesque exorabiles.* Suet. Cæſ. c. 17 *Eodem* (in carcerem conjecit) *Nevium quæſtorem, quod compellari apud ſe majorem poteſtatem*, (magiſtratum) *paſſus eſſet.* Sane ut *ſenatores* Romæ dicebantur, qui alibi *decuriones* appellati: ita videntur *magiſtratus*, qui Romæ eſſent cum imperio: *Poteſtates* autem, qui in provinciis ciuitatibus præerant, appellari. Suet. Claudio c. 23 *Iurisdictionem de ſe commiſſis quotannis & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſolitum in perpetuum, atque etiam per provincias poteſtatibus demandavit* Salvian. lib. 1 de providentia: *Itaque tunc illi pauperes magiſtratus opulentam habebant rempublicam, nunc autem dives poteſtas pauperem facit eſſe rempublicam.* ¶ 3. Eſt & *Poteſtas* facultas illa, uve copia ac vis, qua quis ad efficiendum aliquid poſſet, di willkühr, freyheit, das vermögen. Ter. Heaut. 4, 2, 31 *Hic me magnifice effere, Qui vim tantam in me & poteſtatem habeam tantæ ſtultitiæ.* Sic, *Liberius vivendi poteſtas fuit*, er hat dürfen freyer leben, Ter. Andr. 1, 1, 25. *Poteſtas ea tua eſt*, Id. Heaut 4, 3, 42, das ſtehet bey dir. Cic. Acad. 4, 12 *Quæ in noſtra ſita poteſtate, reddenda aſſensio eſt.* Liv. 8, 13 *Omnium rerum vobis ad conſulendum poteſtas eſt.* Sed Quint 6, 2 *Neque enim ſunt motus in noſtram poteſtatem*, ut legendum putat Burm. p. 523, laudatque, qui de hac conſtructione egerunt, quibus adde Drakenb. ad Liv. 2, 14. Sic, *Poteſtatem dare, facere, permittere*, macht geben; ut, *Conveniendi ſui poteſtatem omnibus facere*, Cic. Phil. 6, 10. *Vitæ necisque poteſtatem habere in aliquem*, Id. pro Domo c. 29. *Poteſtas certorum hominum eſt*, id eſt, habeo illos ad manum, ich habe ſie zur hand. Id. fam. 1, 7, 2. Ita Id. 1, 9, 72 *Quocunque tempore mihi poteſtas tui præſentis fuerit*, h. e. copia, ſo bald ich dich zu ſprechen bekomme. Liv. 36, 27 *Ipſos nihilominus ſuæ poteſtatis fore, ſi quid melius fortuna oſtendiſſet.*

¶ Pŏteſtatīvus, *a, um*, gewalthabend. Tertull. adv. Hermog. c. 19 *ἀρχὴ non tantum ordinativum, ſed & poteſtativum capit principatum.*

¶ Poſſĭbilis, *e*, quod fieri poteſt, möglich, durius adjectivum, ut Fabius inquit 3, 8, rarius igitur. Sedul. 4, 17 in Matth. c. 19 *Poſſibile eſt jus omne Deo.* Modeſt. Dig. 27 tit. 1 l. 1 § 1 *Faciam autem, quoad poſſibile erit.* Et Pompon. Dig. 28 tit. 4 l. 16 *Conditione ſi poſſibiles ſunt.* Tert. de Reſurr. Carn. c. 57 *Quæ impoſſibilia apud homines, poſſibilia apud Deum ſunt.*

¶ Poſſĭbĭlĭtas, *ātis*, f. die möglichkeit, vermögenheit. Arnob. 1 p. 25 *Omnia numinis ſui poſſibilitate facere.* Ammian 19, 2 *Mutuatur quisque vulneribus pro poſſibilitate vel curantium copia.* Cæl. Aurel. Tard. 1, 1, 22 *Iuxta virium poſſibilitatem.* Adde Pallad. Febr. tit. 14. Symmach. 9 epiſt. 48, & Servium, dum explicat illud Virg. Æn. 1, 605 *Non opis eſt noſtræ &c.*

I. Compoſita cum nominibus:

¶ Altipotens, vide *Altus*, Armipotens, *Arma*, Cœlipotens, *Cœlum*, Chriſtipotens, *Chriſtus*, Cunctipotens, *Cunctus*, Flammipotens, *Flamma*, Ignipotens, *Ignis*, Multipotens, *Multus*, Omnipotens, Omnipotentia, *Omnis*, Plectripotens, *Plectro*, Primipotens, *Prior*, Sagittipotens, *Sagitta*, Sapientipotens, *Sapio*, Tridentipotens, *Dens.*

II. Compoſita cum præpoſit.

¶ Antepŏtens, *tis*, quaſi antepollens, vortrefflich. Plaut. Trin. 5, 1, 1 *Hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus gaudiisque antepotens.*

¶ Compos, *ōtis*, potens, particeps, ἔμπυχος, fähig, mächtig, theilhaftig; ut, *Sui compos*, Celſ. 5, 26 *Compos animi*, Ter. Adel. 3, 2, 12. *Compos mentis*, Ovid Met. 8, 35, pro eo, qui eſt animi ſani, νηφων, bey guter vernunft. *Libertatis compos*, frey Plaut. Capt. Prol. v. 41. *Aliquem voti compotem facere*, Liv. 7, 40, einen ſeiner bitte gewähren. Et Cic. Att. 7, 15 *Si me aliquando veſtri & patriæ compotem fortuna fecerit.* Cum ablat. Salluſt. fragm. c. 32 *Neque animo neque lingua ſatis compotem.*

¶ Compŏtens, *tis*, idem. Ita vocatur Diana in Nummis veterum & Inſcriptionibus.

¶ Comporentia, *æ*, f. die theilhaftigkeit, apud Apulejum.

¶ Compŏtio, *ire*, compotem facere, gewähren. Apul. Met. 11 p. 267 *Compotire aliquem voti.* Plaut. Rud. 4, 2, 6 *Pſittatu novo me uberi compotivit.* Adde Colvii not. ad Apul. p. 158. & Apul. Florid. p. 366 Elmenh.

¶ Compotior, *iri*, erlangen, theilhaftig werden. Plaut Rud. 1, 3, 22 *Hic*

Hic ſolis locis compotita ſum, ich bin an dieſem einſamen ort. Tertull. adv. Valent. c. 11 *Non viſu nec auditu ejus compotiri fas eſt.*

¶ Depotior, *iri*, überkommen, genieſſen. Gloſſ. lat. gr. *Depotitur*, ἀπολαύει.

¶ Impos, *ōtis*, unfähig, unmächtig; ut, *Eripite quæſo iſti gladium, quæ ſui eſt impos animi*, die ihrer ſelbſt nicht mächtig iſt, Plaut. Caſ. 3, 5, 7. conf. Trin. 1, 2, 94. *Impos eſt*, inquit Feſtus, *qui animi ſui potens non eſt, qui animum ſuum in poteſtate non habet.*

¶ Impŏtens, *tis*, & qui nihil, & qui nimium poteſt, eoque excedit, & opibus ſuis abutitur, ſeque ipſum in poteſtate non habet, kraftlos, ohnmächtig; item, übermüthig, übermäßig. Servius in Virg. Æn. 1, 506 *Sunt multa quæ pro locis intelliguntur: ut IMPOTENS & ſatis, & minus, & nihil potens ſignificat.* Sen. Medea v. 143 *Culpa eſt Creontis tota, qui ſceptro impotens Conjugia ſolvit*, der ſich ſeiner königlichen macht überhebet. Nepos 6, 1, 4 *Vt Athenienſium impotentem dominationem refringerent*: id eſt, immoderatam, ſuperbam ac intolerabilem. Liv. 7, 39 *Impotensque ac crudele patrum & Conſulum regnum.* Idem 33, 46 *Impotens regnum, neque enim civiliter nimiis opibus utebantur.* Suet. Ner. c. 28 *Ferox & impotens mulier.* Sic Catull. 36, 12 *Impotentem amorem* dixit nimium, & qui ſe ipſe ſatis capere non poteſt. Sic & *Impotentem animum*, Ter. Andr. 5, 3, 8, qui ſe regere non poteſt. *Motus animi impotentes*, Cic. de Partit. Orat. c. 35, hoc eſt, incontinentes, unbändige affecten. Ter. Heaut. 2, 2, 130 *Ego te novi, quam ſoleas eſſe impotens*, wie übel du an dich halten kanſt. *Impotentior rabies*, Liv. 29, 9. *Homo impotentiſſimus*, Cic. Phil. 5, 16. Et fam. 10, 27 *In poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtitui.* ¶ 2. Iungitur & genitivo; ut, *Impotens animi*, Curt. 8, 1, 49, qui cohibere animum ſuum non poteſt. Sic, *Impotens doloris*, Val. Max. 4, 6, 2. *Impotens iræ*, Liv. 29, 9. *Impotens amoris*, Tac. Hiſt. 4, 44, 4.

¶ Impŏtenter, adverb. idem. Quintil. 1, 3 *Ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus eſt puer*, aus unbeſcheidenheit. Et, *Magna potentia impotenter uti*, tyranniſch ſeyn, Sen. epiſt. 41. *Impotentiſſime facere*, Id. Benef. 4, 17. Et, *Impotentius regi*, Liv. 27, 48.

¶ Impotentia, *æ*, f. die unvermöglichkeit, ſchwachheit. Ter. Adelph. 4, 3, 16 *Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.* ¶ 2. Item inſolentia, incontinentia, cum plus audemus, aut tribuimus nobis, quam par eſt, übermuth, hochmuth. Hinc cum *ſuperbia* conjungit Valer. Max. 9, 5 pr. *Vt ſuperbia & impotentia in conſpicuo poſuantur.* Flor. 1, 23, 1 *Prima diſcordia ob impotentiam fœneratorum.* Cic. Tuſc. 4, 16 *Animi impotentia & ſuperbiloquentia.* Vellej. 2, 29, 3 *Potentia ſua numquam ad impotentiam uſus.* Suet. Cæſ. c. 77 *Impotentiæ voces.* conf. Siſenna ap. Non. 12, 31. Liv. 30, 16 *In Hannibalem impotentiæque ejus fautores*: ubi pro illegitima potentia ponitur.

¶ Impoſſĭbĭlis, *e*, ἀδύνατος, unmöglich. Quint. 5, 10 *Non longum tantum, ſed etiam impoſſibile eſt.* Id. 5, 13 *Impoſſibilia aggredi.* Iuſtin. 2, 4, 18 *Quaſi impoſſibile imperavit.* Macrob. Saturn. 7, 3 *Impoſſibilem mihi dicitis ſpem ſalutis.* Plura ex Apulejo, Tertull. & ICtis vide in Borrich. Vindic. p. 103.

¶ Impoſſĭbĭlĭtas, *ātis*, f. die unmöglichkeit. Apulej. Met. 6 p. 179 *Impoſſibilitate ipſa mutata in lapidem Pſyche.* Et Tertull. de Bapt. c. 2 *In ſtultitia & impoſſibilitate materias operationis ſuæ inſtituit.*

¶ Perpotior, *iri*, völlig erlangen; ut, *Honeſta pace perpotiri*, Iuſtin. de Confirmat. Dig. § 12. conf. lib. 12 Cod. t. 7 l. 2 &c.

¶ Præpoſſum, *præpoſſe*, prævalere, die oberhand haben, mehr vermögen; ut, *Poſtquam Macedones præpotuere &c.* Tac. Hiſt. 5, 8, 4.

¶ Præpŏtens, *tis*, valde potens, ſehr mächtig, hochmögend; ut, *Præpotens terra marique Carthago*, Cic. pro Balbo c. 15. *Præpotens opibus*, Plin. 36, 5. Compar. Salvian. 4 de Gub. Dei p. 144 *Cum victus cujusdam pauperis prece præpotentiori cuidam ſupplicavem.*

¶ Præpŏtentia, *æ*, f. die obermacht, hochmögenheit. Tertull. adv. Marc. 2, 7 *Deus per præſcientiam & præpotentiam ſuam interceſſiſſe potuiſſet.*

PŎTĪTIVS, *i*, m. ruſticus ſacerdos Herculis, unde *familia* ſive *gens Potitiorum*, de qua Aurel. Vict. Vir. illuſtr. c. 34; & inprimis Liv. 9, 29 ext vide Feſtum, & Valer. Max. 1, 1, 17, & ſupra *Pinarius.* Plaut. Bacch. 1, 2, 15 *Stultior es barbaro Potitio*, allzuentſältig.

POTITVS, *i*, m in Valeria Romanorum gente prænomen & cognomen. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 36.

POTNIA, *æ*, f. urbs Bœotiæ, ubi Glaucus equas humana carne alere conſuevit, quo cupidius in hoſtem irruerent. Sed ab his ipſis, furore immiſſo a Venere, cujus ſacra ſpreverat, dilaceratus eſt. Hinc

¶ Potnias, *ădis*, f. gentile; ut, *Potniades quadrigæ*, Virg. Ge. 3, 268. Et Ovid. in Ibin v. 555 *Potniadum morſus ſubeas, ut Glaucus, equarum.*

PŌTO, *potavi, potatum*, & *potum, potare*, bibere, trincken, Virg. Ge. 3, 463 *Lac cum ſanguine potare.* Martial. 1 ep. 12 *Merum potare.* Plin. 12, 1 *Arbores vina potare docuimus.* Id. 11, 37 *Guttur intumeſcit, aquarum, quæ potantur, plerumque vitio.* Colum. 12, 51 *Dare potatum bobus.* Et Virg. ecl. 7, 11 *Huc potum venient juvenci*, i. e. potatum. ¶ 2. Immoderate bibere, zechen, ſauffen. Horat. 2 ſat. 8, 3 *De medio potare die.* Cic. Phil. 2, 27 *Totos dies potabatur.* In quantum ad hilaritatem pertinet hoc verbum. v. Brouckh. ad Tib. 1, 11, 31. ¶ 3. Translate Plin. 9, 38 *Quinis lana potat horis*, ziehet näſſe an ſich.

¶ Pōtans, *tis*. Cic. de Fin. 2, 20 *M. Regulum beatiorem eſſe quam potantem in roſa Thorium.* Petron. c. 34 *Potantes & lautitias mirantes.* Virg. Georg. 4, 146 *Miniſtrans platanus potantibus umbras.* Horat. 1 epiſt. 10, 27 *Potantia vellera ſucum Aquinatem.*

¶ Potatūrus, & Pōturus, *a, um*, der da trincken wird. Ter. Phorm. 5, 8, 9 *Apud me potaturus eſt.* Claud. in Eutrop. 2, 250 *Pro Rheno poturus Halyn.* Vbi ſimpliciter *bibere* notat. Stat. Theb. 6, 102 *Potura cruores.*

¶ Pōtandus, *a, um*, das man trincken ſoll. Ovid. Faſt. 2, 317 *Potanda vina.* Id. Heroid. 15, 198 *Potandas nectare miſcet aquas.* Et Iuvenal. 6, 9 *Potanda ferens infantibus ubera.*

¶ Potātus, *a, um*, getruncken, geſoffen; ut, *Aqua potata*, Plin. 2, 103. *Iſta magis guſtata quam potata delectant*, Cic. Tuſc. 5, 5.

¶ Pōtus, *a, um*, paſſive, idem. Ovid. Faſt. 1, 216 *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.* Cic. de Clar. Orat. c. 11 *Sanguine tauri poto, mortuus concidit Themiſtocles.* ¶ 2. Sed active, bezecht, betrunken; ut, *Bene potus, plus potus*, Ter. Hec. 1, 2, 64. *Potus juvenis*, Tibull. 2, 5, 100.

¶ Potatus, *ûs*, m. ſubſt. der trunck, das getränckе. Apul. Met. 7 p. 192 *Vinum potatui affatim ſufficiens.*

¶ Pōtus, *ûs*, m. idem; ut, *Serpentes exiguo indigent potu*, Plin. 10, 72, ſie trincken ſehr wenig. *Potui dare medicamentum*, Celſus 2, 13. *Obſtupefieri potu & paſtu*, Cic. de Divin. 1, 29. conf. plura de potu medico ex Borrich. Cogit. p. 200, der trunck. ¶ 2. *Potus hominum* σεμνολογία quadam pro urina dixit Plin. 17, 9 f. 5, uti p. a. *dapes hominum* ead. metalepſi dixerat.

¶ Potātio, *ōnis*, f. eine zeche, ein geſäuffe. Plaut. Bacch. 1, 2, 46 *Si apud te veniat deſubito prandium, aut potatio forte, aut cœna.* Sen. epiſt. 12 *Deditos vino potatio extrema delectat.*

¶ Pōtio, *ōnis*, f. der trunck. Cic. de Senect. c. 11 *Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Sed, *Potio medicorum*, eſt medicamentum. Ita, *Potionis aliquid alicui dare*, Plaut. Menæch. 5, 5, 22. Cic. pro Cluent. c. 14 *Pharmacopola circumforaneus prima potione mulierem ſuſtulit.* Pro venenato poculo uſus eſt Horat. epod. 5, 73, & Cicero l. c. ut Torrent. ad Suet. Calig. c. 50 obtervat. Pro actu bibendi Cic. pro Clu. 10 *Subito in media potione exclamavit.*

¶ Potiuncŭla, *æ*, f. diminutivum. Suet. Domitiano c. 21 *Vt modicam in ampulla potiunculam ſumeret.*

¶ Pōtātor, *ōris*, m. qui potationibus indulget, ein ſäuffer, trincker; ut, *Potatores maximi*, Plaut. Menæch. 2, 1, 34. Et Vetus Interpres Matth. c. 11, 19 *Potator vini.* conf. Tertull. de Monog. c. 8.

¶ Pōtor, *ōris*, m. idem, aut qui modice bibit ad naturæ uſum, *Potor nobilis*, Martial. 6 ep. 78, ein guter ſauff-bruder. *Aquæ potor*, der waſſer trincket. Horat. 1 ep. 19 pr.

Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

¶ Potrix, *īcis*, f. eine ſäufferin. Phædrus 4, 4, 25 *Seponit potrici plenam antiquis apothecam cadis.*

¶ Potatōrius, *a, um*, zum trincken dienlich; ut, *Vas potatorium*, ein trinckgeſchirr, Plin. Valer. 3, 54.

¶ Pōtōrius, *a, um*, idem; ut, *Argentum potorium*, L. 8 Dig. de ſupellect. legata, ſilberne becher. *Vas potorium*, ein trinckgeſchirr, Plin. 37, 2. *Ampulla potoria*, Martial. 14 epigr. 110 in lemmate. Et, *Cantharus potorius*, Arnob. 6 p. 309.

¶ Potorium, *i*, n. ſubintellecto *poculum*, quaſi ſubſtantive, ein trinck-gefäß; ut, *Aureis potoriis*, Plin. 33, 10.

¶ Potax, *ācis*, verſoffen. Gloſſ. gr. lat. πότης, *bibax, potax.*

¶ Pōtāculum, *i*, n. das getränckе. Tertull. Apol. c. 39 *Inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur.* Id. de Reſurr. carn. c. 4 *Omnia neceſſaria illi, & inprimis pabula & potacula.*

¶ Poculum, cum derivatis, vide ſupra ſeorſum.

¶ Pōtābĭlis, *e*, das ſich trincken läſt. Ammian. 18, 9 *Fons potabilis.* Auſon. de Vrbibus 14, 31 *Fons medico potabilis hauſtu*, i. e. ſalutaris, ein geſund-brunnen. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Vti potabilibus medicaminibus*, artzney-tränckе. conf. Apic. 1, 1.

¶ Pōtĭlis, *e*, idem. Cæl. Aurel. Tard. 3, 8 *Potili hauſtu aërem haurire.* Idem 5, 8 *Raptu potili nidorem transvorare.*

¶ Potiōno, *are*, pro, potionem dare, tränckеn. Vetus Irenæi Interpres 4, 51 *Potionare patrem vino.* Hinc

¶ Potionatus, *a, um*, getränckt. Suet. Calig. c. 50 *Creditur potionatus a Cæſonia uxore amatorio poculo &c.*

¶ Pōtĭto, *are*, frequentat. offt trincken; ut, *Potitare pocula cum aliquo*, Plaut. Aſin. 4, 1, 26. conf. Amph. 1, 1, 105; & Milit. 2, 2, 23.

¶ Potua, vel Potīna, *æ*, f. Dea præſes puerorum, potum procurans, vid. ex Varrone & Catone Nonius 2, 310; & Arnob. 3 p. 115.

¶ Pōtulentus, *a, um*, quicquid potari poteſt, was zu trincken iſt; unde abſolute *potulentum*, allerley getränckе. Cic. de Nat. D. 2, 56, ut vulgo legitur. Vide & *Poculentum*, in *Poculum.* Victorius & Gruterus ex MSS. optimis Cic. l. c. legunt: *In ea parte oris, qua eſcadentis & potulentibus iter natura patefecit.* Et ſic nominativus foret *Potulens.* ¶ 2. *Potulentus* idem quod *potus*, bezecht, betrunken, berauſcht, beſoffen. Suet. Oth. c. 2 *Fertur, & noctibus vagari ſolitus, atque invalidum quemque obviorum aut potulentum corripere.* Apul. Met. 3 p. 131 *Cum a cœna me ſerius receperem potulentus.*

¶ Potūra, *æ*, f. der trancк. Varro L. L. 4, 5 *Potura a potu.* Sed aliter Gothofr. in not. p. 1580, & Scaliger in Conject. p. 19 legi oſtendunt.

Compoſita:

¶ Adpōtus, vel Appotus, *a, um*, idem, quod *potus*, bezecht, trunken. Plaut. Curc. 2, 3, 75 *Cœnatus & appotus*, Id. Rud. 2, 7, 8 *Si probe adpotus ſiem.* conf. & Amph. 1, 1, 126.

¶ Circumpōto, *are*, herum trincken. Vnde

¶ Circumpōtātio, *ōnis*, f. ein geſäuffe die reihe herum, ein kräntzgen. Cic. de Leg. 2, 24 *Legibus omnis circumpotatio tollitur.*

¶ Compōto, *āre*, mit andern trincken, zechen. Hinc

¶ Compotātio, *ōnis*, f. convivium, ein gelag, ein ſchmauß, eine ſauffgeſellſchafft. Cic. de Senect. c. 13 extr. *Convivium Græci tum compotationem, tum concœnationem vocant.*

¶ Compōtor, *ōris*, m. ein zechgeſell, ſauffbruder. Cic in Piſ. c. 27 *Vt cum P. Clodio, hoc eſt, compotoribus ſuis cœnet.* Et Phil. 2, 17 pr. *Adhibes magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem.*

¶ Compōtrix, *īcis*, f. eine ſauffſchweſter, Ter. Andr. 1, 4, 5. Et adjective Sidon. 2 epiſt. 9 *Famularum turba compotrix.*

¶ Epōto, *āre*, austrincken. *Epotare medicamentum*, Livius 8, 18.

¶ Epōtus, *a, um*, pro *epotatus*, paſſive, ausgetrunckẽ; ut, *Aqua epota*, Ovid. Remed. am. v. 740. *Epotum venenum*, Cic. pro Cluent. c. 62. Et Epit. Livii 8 *Epotis medicaminibus.*

¶ Expotus, *a, um*, idem. vid. Plaut. Trin. 2, 4, 5 *Comeſum, expotum, cubitum, lectum in balineis, piſcator, piſtor abſtulit &c.* porando conſumtum, verſoffen.

¶ Perpōto, *āre*, ſchmauſen; ut, *Totos dies perpotare cum mulierculis*, ou se tage durchaus zechen, Cic. in Verr. 5, 33 extr. *Perpotare amarum abſinthii laticem*, Lucret. 1, 938; & 4, 15.

¶ Perpotātio, *ōnis*, f. geſäuffe, ſchwelgerey. Cic. in Piſ. c. 10 *Intemperatiſſimæ perpotationes.* Plin. 29, 1 *Vomitiones, & rurſus perpotationes.*

¶ Repōtia, *ōrum*, n. pl. deductio ſponſæ poſt nuptias ad novum maritum, & iterata potatio, die braut-heimführung. Alii diem poſt nuptias *Repotia* nominarunt, der welt-tag die nachhochzeit. Horat. 2 ſat. 2, 60 *Ille repotia, natales, aliosve dierum Feſtos albatus celebret.* Feſtus: *Repotia, quia quaſi reficitur potatio.* v. Iuret. in Symmach. p. 151.

¶ Repōtiālis, *e*, ut, *Repotialis liber*, apud Feſtum in Iliona; qui, ut Turnebus Adv. 13, 25 *Ad repotia ventitare ſoleret, aut in repotiis liber factus eſſet.*

¶ Repōtātio, *ōnis*, f. iterata potatio, der nachſchmauß. Varr. de L. L. 5, 8.

Practicus, practicæ artes, vide infra *Praxis.*

PRÆ, ante, vor, für, præpoſitio regens ablativum: ut, *Armentum præ ſe agere*, Liv. 1, 7, das vieh vor ſich hertreiben. *Præ nobis tu beatus*, Cic. fam. 4, 4, glückſeliger als wir. Comparationem enim quamdam hoc modo inducit. Ter. Adelph. 2, 3, 9 *Qui omnia ſibi poſt putarit eſſe præ meo commodo*, i. e. qui nihil plus ſibi eſſe curandum putavit, quam meum commodum. *Præ ſe contemnere*, Id. Ter. Eun. 2, 2, 8. Et Cic. pro Rofc. Am. c. 46 *Omnes deſpicere, & hominem præ ſe putare neminem*, gegen ſich ſelbſt. ¶ 2. *Præ ira*, i. e. propter iram, Liv. 31, 24 extr. vor zorn. *Præ lacrymis*, Cic. pro Mil. extr. &, *Præ mœrore loqui non poſſe*, Id. pro Planc. c. 41. *Præ gaudio ubi ſim neſcio*, Ter. Heaut. 2, 3, 67. Et Eun. 1, 2, 18 *Miſera, præ amore exclufi hanc foras. Progredi præ turba occurrentium ad ſpectaculum non poterat*, Liv. 45, 7. *Vbi eſſent præ poculis neſcientes*, Flor. 2, 10. ¶ 3. *Præ ſe ferre*, elegans dicendi modus eſt, von ſich offentlich merken laſſen, zu verſtehen geben. Quint. 5, 13 *Fiduciam præ ſe ferat orator, ſemperque ita dicat, tamquam de cauſſa optime ſentiens.* Et Cic. ad Pomp. altera ſub Att. 11, 8 *Præ me tuli, me nihil malle quam pacem. Præ manu*; vide *Manus.* Sed *præ ſe agere* eſt, vor ſich hertreiben: Liv. 1, 7 *Tiberim fluvium, præ ſe armentum agens, nando trajecerat.* Idem 5, 45 *Prædam præ ſe agentes.* Sic *ante ſe agere.* Nepos Datam. 3: *Dextra manu clavam, ſiniſtra copulam, qua victum ante ſe Typum agebat.* ¶ 4. Animadverte, hanc præpoſitionem compoſitam cum nominibus, ubique fere augere & intendere ipſam ſignificationem, ut *Præclarus, Præclive, Præpinguis &c.* ¶ 5. Illud quoque notandum, verba, quæ ex hac præpoſitione componuntur, non tertium ſemper, ſed quartum etiam caſum aſſumere: in qua ratione creber Tacitus, qui *præjacere caſtra, campum; Præminere cæteros: Præſidere provinciam: Flumen caſtra præfluere* dixit, de quibus vide ſuis locis. ¶ 6. Denique *præ* in compoſitione ſæpe notat *præter*, v. Burm. & Weitz. ad Petron. c. 99 p. 467.

¶ Præquam, i. e, in comparatione, in der enthalt, gegen dem. Gellius 16, 1 *Quæ ſi laxioribus paullo longioribuſque verbis* (Catonis oratio) *comprehenſa eſt, præquam illud Græcum, quod diximus.* Plautus ſæpe ita uſus eſt conjunctis hiſce vocibus, ut Pareus in Lex. Crit. obſervavit v. g. Amph. 2, 2 pr. *Scitis' parva res eſt voluptatum in vita atque in ætate agunda, præquam quod moleſtum eſt!* Hoc eſt: Nonne voluptates ſunt res admodum exiguæ in vita, ſi comparentur cum iis, quæ ſunt moleſta? Id. Aul. 3, 5, 33 *Sed hoc etiam pulchrum eſt, præquam ubi famtus petunt.*

¶ Præut, particula comparandi, ejusdem ſignificationis & uſus, Plaut. Amph. 1, 1, 218 *Parum etiam præut futurum eſt, prædicas.* Et Bacch. 4, 9, 5 *Præut ego horum expugnabo meum.* Et Men. 5, 5, 33 *Imo modeſtior eſt de verbis, præut dudum fuit.* Ter. Eun. 2, 3, 8 *Hic ſi occeperit, ludum jocumque dices fuiſſe illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.*

Præacūtus, vide *Acutus*, Prælrus, *Altus*, Præauditus, *Audio.*

PRÆBEO, *ui, itum, ēre*, exhibere, præſtare, geben, darreichen. Videtur contractum eſſe ex *Præhibere*, quo ſæpe uſus eſt Plautus; vide ſupra in *Habeo*, & add. Burm. ad Quint. 1, 1 p. 17. Sic, *Præbere acceſſum*, Liv. 30, 10, einen zugang einräumen. *Præbere cauſſam*, ibid. c. 4, urſach geben. *Ludos præbere*, etwas zu lachen machen, Ter. Eun. 5, 7, 9. Nepos 25, 4, 4 *Ciceroni in omnibus periculis ſingularem fidem præbuit*, treu erwieſen. Et, *Præbere aurem*, Plin. 2 epiſt. 14, gehör geben. *Præbere aures conviciis*, Liv. 38, 52. *Præbere cervices*, Cic. Decl. Antequam &c. den hals herhalten. *Præbere os*, Ter. Adelph. 2, 2, 7, ſich in das geſicht ſchlagen laſſen. In quibus *præbere*, pro permittere, concedere, ſed per ellipſin dicitur: ut, *Præbere os*, ſcilicet ad plagas, ſive, ad pulſandum. Ita, *Præbere cervices*, puta, ad feriendum ſive incidendum. Plene Perſius ſat. 2, 28 *Idcirco ſtolidam præbet tibi vellere barbam Iupiter.* Idem ſat. 4, 42 *Cædimus, inque vicem præbemus crura ſagittis.* Quemadmodum autem *Præbere ſagittis corpora*, Ovid. in Nuce v. 171 dixit: Sic Sen. epiſt. 70 p. 255 *Præbere ſe legibus*, pro, permittere ſe legibus, ſui poteſtatem legibus facere, hoc eſt, ultro ſe iſtere in judicio, aut ſe ſupplicio offerre, dixit: *Socrates*, inquit, *potuit abſtinentiâ finire vitam; triginta tamen dies in carcere, & in expectatione mortis exegit, ut præberet ſe legibus.* Cic. fam. 4, 18 *Rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas*, daß du dich männlich halteſt. Sic, *Præbere ſe æquum*, Id. fam. 2, 1; &, *attentum ſe auditorem*, de Nat D. 3, 1; &, *docilem ſe*, Tuſc. 2, 6; *obſequentem*, Sen. Hippol. v. 132. *Præbere ſe dignum ſuis majoribus*, Cic. fam. 2, 18, ſich alſo erweiſen, daß ꝛc. Nepos 14, 2 pr. *Pari ſe virtute poſtea præbuit.* Id. 23, 7, 5 *In eo magiſtratu pari diligentia ſe præbuit.*

¶ Præbens, *tis.* Iuſtin. 1, 4, 10 *Canis fœmina parvulo ubera præbens.* Ovid. Met. 4, 715 *Præbens Phœbo terga.* conf. ibid. 12, 101.

¶ Præbenda, *ōrum*, n. pl. tantum, neceſſaria illa dicebantur, quæ magiſtratibus publice miſſis in provincias præbebantur a parochis, was man reichen muß; de quibus Horat. 1 ſat. 5, 46 *Tectum Præbuit: & parochi, quæ debent, ligna ſalemque.* Vſus hac voce Gellius eſt 15, 4 *Præbenda publico conducere.*

¶ Præbĭtus, *a, um*, gegeben, gereicht. Salluſt. Iug. c. 54 *Frumentum & alia affatim præbita.* Hirt. B. G. 8 præfat. *Præcepta, non præbita facultas ſcriptoribus videtur.* Ovid. Met. 3, 476 *Præbita præcordia.* Tac. Hiſt. 3, 32, 4 *Præbiti in acie Vitellianis cibi.* ¶ 2. Abſolute *Præbita* vocat Suet. Tib. c. 50 *Sed & peculio conceſſo a patre, præbitisque annuis privavit*, was ihr jährlich gereichet werden ſolte, der jährliche unterhalt. Niſi potius eſt, *annua* abſolute dicta capere de alimentis, ſingulis annis præbendis ſive præſtandis ex diſpoſitione Auguſti, patris Iuliæ, de qua ſermo eſt. Sed & Colum. 1, 8 *In præbitis injurioſe tractari.*

¶ Præbĭtio, *ōnis*, f. die darreichung, ertheilung. Varro apud Nonium 2, 647 *Quod ea die mea erat præbitio.* Iuſtin. 38, 10, 8 *Gravari copiarum præbitione*, i. e. neceſſariis rebus exhibendis. Aurel. Vict. de Cæſ. c. 41 *Olei frumentique præbitiones, quibus angebantur.*

¶ Præbĭtor, *ōris*, m. ein geber, ausgeber. Cic. Off. 2, 15 *An tu id agis, ut te non regem, ſed miniſtrum & præbitorem ſperent fore?*

PRÆBIVM, *i*, n. vel potius *Præbium*, quaſi *prohibium*, remedium ſervatorium, quod a collo ſuſpendebatur, ut falcinus, eine gifft-artzney. Varro a *præbeo* deducit de L. L. 6, 6 PRÆBIA *a præbendo, ut ſit tutum: quod ſint remedia in collo pueris.* Sed fortean Varronis locus mendoſus eſt, & pro *Præbendo* lege *prohibendo* propter id, quod ſequitur: *Tutela enim prohibendo præſtatur.* Feſtus in genere PRÆBIA *remedia* interpretatur. Puto autem, hanc vocem & neutro & fœminino genere uſurpatam, & adjectivum nomen revera eſſe: ut cum *Præbium* dicitur, ſubintelligatur *Remedium:* & ſub *Præbia, Medicina.* Sane in Cyrilli Gloſſis legimus: φυλακτήριον, *Servatorium, Amolimentum, Amoletum, Præbia.*

Præcalidus, vide *Caleo*, Præcalvus, *Calvus*, Præcanere, præcantatio, &c. *Cano, ēre*, Præcanus, *Canus*, Præcarus, *Carus*, Præcaveo, præcautio, &c. *Caveo.*

Præcedo, vide *Cedo*, Præceler, præcelero, *Celer*, Præcello, præcellentia, &c. *Cello*, Præcelſus, *Celſus*, Præcentio, &c. *Cano.*

Præceps, vide *Caput*, Præceptio, præceptor, &c. *Capio*, Præcerpo, *Carpo*, Præcertatio, *Certo.*

Præcia, vide in *Cieo*, præcĭdo, *Cædo*, Præcingo, &c. *Cingo*, Præcino, *Cano*, Præcipio, *Capio*, Præcipitium, præcipito, &c. *Caput*, Præcipuus, *Capio*, Præciſio, &c. *Cædo.*

Præclamo, vide *Clamo*, Præclarus, &c. *Clarus*, Præclavium, *Clavus*, vus, Præcludo, præcluſus, &c. *Claudo.*

PRÆCO, *ōnis*, m. qui κήρυξ Græcis, miniſter publicus erat a *præcinendo* ita dictus, ein ausruffer. Multiplex autem uſus præconum erat. Namque & ſenatum convocabant, & res venales prædicabant, & in ludis ac certaminibus pronunciabant victores, aliaque hujus generis agebant, quæ voce maxime peragenda. Vnde Quintil. 6, 4 p. 569 *Præco plus debet voci ſuæ, quam orator.* In quo & lucroſum id genus artis fuiſſe, ſignificat. Non ſatis honeſtum habitum præconum ordinem, Caſaub. ad Theophraſti Characteres p. 185 obſervat. Proinde, qui præconium faceret, in decurionibus eſſe vetabatur. Cic. fam. 6, 18 *Per præconem aliquid vendere*, ausruffen laſſen. *Præconis voci bona civium ſubjicere*, Id. Off. 2, 23. *Præco virtutum alicujus*, id eſt, celebrator, decantator. Apud Ilium Achillis tumulo adſtans Alexander, *O fortunate*, inquit, *adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris*, Cic. pro Arch. c. 10, der dein lob preiſet und bekannt macht.

¶ Præcōnium, *i*, n. vox præconis, & munus. Vnde *Præconium facere*, einen ausruffer abgeben, Cic. fam. 5, 18. *Præconio contendere*, Suet. Ner. c. 24. *Forti præconio quæſiti* exemplum eſt apud Petron. c. 97, ubi plura Erhardus p. 460 Burm. ¶ 2. Item, laudatio, das lob, der ruhm. *Præconium ab Homero Achilli tributum eſſe, Alexander dixit*, Cic. fam. 5, 12. *Homeri præconio Achillis haſta nobilitata eſt*, Plin. 16, 13. Eleganter ludit Cic. Att. 13, 12 pr. *Ligariana præclare vendidiſti. Poſthac quicquid ſcripſero, tibi præconium deferam:* De commendatione loquitur, qua Atticus profecutus fuerat Ligarianam orationem.

¶ Præcōnīnus, *a, um*, aus dem geſchlecht eines ausruffers. Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 3 *L. Ælius præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur.* Et Plin. 33, 1 fin. *L. Ælius Stilo præconinus cognominatus.*

¶ Præcōnor, *āri*, ausruffen, ausſchreyen. Interpres Irenæi lib. 5, & æquales uſi ſunt.

¶ Præconio, *are*, predigen, ausruffen. Idem Interpr. Irenæi 2, 58 *Per prophetas, qui veritatem præconiaverunt.*

¶ Præconiatio, *onis*, f. die ausruffung, kundmachung. Vet. Interpr. Irenæi, 3, 3 *Veritatis præconiatio.*

Præcogito, vide *Cogito*, Præcognitus, præcognoſco, *Noſco*, Præcompoſitus, *Pono*, Præconium, *Præco*, Præcontrecto, *Trabo*, Præcoquo, præcoquus, *Coquo*, Præcordia, *Cor*, Præcorrumpo, *Rumpo*, Præcox, *Coquo.*

Præcraſſus, vide *Craſſus*, Præculco, *Calx*, Præcultus, *Colo*, Præcurro, præcurſio, &c. *Curro*, Præcutio, *Quatio.*

PRÆDA, *æ*, f. ſpolium, beute, raub, preis, quod germanicum poſterius a *præda* factum eſt, niſi malis a *pretio* deducere. Prædam autem Varro a *pariendo* derivat, dicens de L. L. 4, 36 *Præda eſt ab hoſtibus capta, quod manu parta*, quaſi *parida.* Ap. Nonium 5, 39 *Præda corpora ipſa rerum quæ capiuntur; Manubiæ vero pecuniæ ſunt ex præda venditu redactæ.* Sic, *Præda parta*, Cic. de Fin. 1, 16. *Prædam facere*, Id. Verr. 3, 50; & *Capere crudeliſſime ex alicujus fortunis*, pro domo c. 58. *Proponere ſibi ad prædam urbem, bona & fortunas civium*, Cic. Phil. 4, 4. Id. in Verr. 5, 31 *Quum ea res non ſolum provinciæ ſaluti, verum etiam ipſi prædæ eſſe poſſit.* Ovid. Met. 11, 27 *Cervus præda canum.* ¶ 2. Lucrum & lucri cupiditatem ſignifi-

significat. Tibullus 2, 6, 17 *Ferrea non Venerem, sed prædam secula laudant.* ¶ 3. Metaphor. Ovid. Am. 1, 7, 44 *Me prædam fecerat ira suam.*

¶ Prædāceus, *a, um*, ad prædam pertinens, das von der beute, oder aus dem raube iſt; ut, *Pecunia prædacea*, raub-geld, Gell. 4, 18. Sed rectius *prædatitia.*

¶ Prædor, *ātus sum, āri*, diripere & vi auferre, plündern, rauben. Horat. 2 epiſt. 2, 55 *Singula de nobis anni prædantur euntes.* Cic. Verr. 3, 78 *Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur.* Id. Phil. 4, 4 *Spes rapiendi atque prædandi vecordes animos.* Nepos 7, 8, 6 *In terram prædatum exire.* Ovid. de Arte am. 3, 419 *Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam.* Liv. 24, 47 *Per ſpeciem prædandi ex hoſtium agro.* Conf. 22, 3, 31.

¶ Prædo, *āre*, non ſecus ac *Prædor* veteres protuliſſe teſtatur Priſcianus p. 799. Hinc Vulg. Int. Iudith. 2, 13 *Prædavit omnes filios Tharſis.* conf. v. 16. Sic & paſſ. Eſ. 24, 3 *Terra direptione prædabitur.* Perottus col. 279 l. 73 ſtatuit, a *præ* & *do* verbum compoſitum eſſe &c.

¶ Prædans, *tis*, Plinius: *Eſcam ex prædante capere.*

¶ Prædātus, *a, um*, der geraubet hat. Ovid. Amor. 1, 3, 1 *Me nuper prædata puella.* Sed *Prædātus*, media brevi, vide in *Do.*

¶ Prædatum, *i*, n. ſubſt. ſignificatione paſſiva, ein erbeutet gut, etwas geraubtes. Vopiſc. Probo c. 8 *Quum de prædato repertus eſſet equus non decorus.* Sed *de prædatu* legit Drakenb ad Liv. 38, 23.

¶ Prædatio, *onis*, f. prædandi actus, die plünderung, rauberey. Vellejus 2, 73 *Latrociniis ac prædationibus infeſtato mari.* Et Lactant. 5, 9 *Aperta prædatione graſſantur.*

¶ Prædātor, *oris*, m. direptor, ein räuber, freybeuter. Cic. Catil. 2, 9 *Vtrosque in eodem genere prædatorum direptorumque pono.* Ovid. Met. 12, 306 *Prædator aprorum*, id eſt, venator. *Prædator equus*, cui inſidet prædator, Stat. Theb. 4, 316. ¶ 2. Avarum quemcunque notare videtur, Tibull. 2, 6, 23. vid. *Præda* n. 2.

¶ Prædatrix, *īcis*, f. Statius 1 Silv. 5, 22 *Herculi prædatrix cedat alumni:* De Hyla puero loquitur, Herculis deliciis, quem ad lacum hujus nominis in Bithynia Nymphæ rapuiſſe dicuntur. Vide Solinum c. 42 *Beſtia prædatrix*, apud Ammianum 26, 15.

¶ Prædātitius, *a, um*, erbeutet, geraubet; ut, *Pecunia prædatitia*, Gellius 13, 24. Adde 4, 18.

¶ Prædātōrius, *a, um*, räuberiſch; ut, *Claſſis prædatoria*, Liv. 29, 28. *Naves prædatoriæ*, Idem 34, 36, raubſchiffe.

¶ Prædabundus, *a, um*, idem. Liv. 2, 26 *Exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem amnem perveniſſe*, er habe bis dahin geſtreifft. conf. Salluſt. Iug. c. 90.

¶ Prædo, *ōnis*, qui prædatur, ſeu in alterius bona per vim invadit, ein räuber, ſchnapphahn. *A nefario prædone diripi*, Cic. de Orat. 3, 1. *Templorum omnium atque tectorum, totiusque urbis prædo*, Id. pro Domo c. 55. *Prædones maritimi*, i. e. piratæ, ſee-räuber, Nepos 2, 2, 3.

¶ Prædōnulus, *i*, m. diminutive pro prædone poſuiſſe Catonem, notavit Feſtus.

¶ Prædōnius, *a, um*, idem quod *prædatorius.* Vlp. l. 8 § 5 Dig. de hæredit. petit. *Prædonio more verſari cœpit*, er hat ſich auf das rauben geiegt.

¶ Deprædor, *āri*, depopulari, ausplündern. Iuſtin. 24, 6, 3 *Victor Macedoniæ agros deprædatur.* L. 6 Dig. de negot. geſt. § 3 *Deprædandi cauſſa accedere.* Apul. 8 Met. p. 215 *Ad iſtum modum palantes, omnem illam deprædabantur regionem.*

¶ Deprædans, *tis.* Vulg. Int. Iob. 24, 9 *Vim fecerunt deprædantes pupillos.*

¶ Deprædatus, *a, um*, paſſive ut *depopulatus*, ausgeplündert. Dict. Cret. B. Troj. 2, 16 *Qua pergebat, agri referti jugi pace deprædati.*

¶ Deprædātio, *onis*, f. die beraubung, ausplünderung. Lactant. Epitom. c. 8 *More latrocinii deprædatio & vaſtatio fiet.* Et L. 3 Cod. de lucris advocat. *Compulſor arguitur in deprædatione convictus.* Et Auguſtin. Civ. Dei 22, 22 *Deprædatio & captivitas.*

¶ Deprædātor, *oris*, m. prædo, ein räuber. Marcellinus Auguſt. epiſt. 4 (inter Auguſtinianas) *Quis Romanæ provinciæ deprædatori non mala velit belli jure reponere?* Ipſe Auguſt. epiſt. 199 *Deprædatores putans.*

Prædamno, &c. vide *Damno*, Prædelaſſo, *Laſſo*, Prædeſtino, &c. *Stino*, Prædiator, &c. *Prædium*, Prædīco, *āre*, prædicator, &c. *Dico*, *āre*, Prædīco, *ēre*, prædictio, &c. *Dico*, *ēre*, Prædiſco, *Diſco*, Præditus, *Do*, Prædives, *Dives*, Prædivino, &c. *Deus.*

PRAEDIVM, *i*, n. a *præs*, *prædis*, ein verwerck, landgut. Vetus auctor de Limitibus apud Rigalt. p. 299 PRAEDIVM, *quod ex omnibus patris familias maxime providetur, id eſt, apparet, quaſi prævidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, prædæ nomine habebant.* PRAEDAE, inquit Aſconius p. 105, *ſunt res ipſæ:* PRAEDES *homines fidejuſſores, quorum res*, BONA PRAEDIA *nunc uno nomine dicuntur.* Hinc in veteri formula apud Cic. Verr. 1 de Prætur. Vrb. c. 54 *Prædiis, prædibusque cavere.* Et, *Prædia* urbana ſunt, aut ruſtica, liegende güter in der ſtadt, oder auf dem lande. *Prædia fructuoſa*, Cic. pro S. Roſc. c. 15. *Dotalia prædia*, Id. Att. 15, 20. *Fructus prædiorum abeunt in ſamios*, Id. Att. 11, 2. *Fructum reddunt prædia*, Ter. Phorm. 4, 3, 75. Add. Horat. 2 ſat. 6, 56.

¶ Prædiŏlum, *i*, n. ut, *Ædificata belle prædiola, & amœna*, Cic. Attic. 12, 3. conf Id. de Orat. 3, 27.

¶ Prædiatus, *a, um*, prædiis dives, reich an feld-gütern. Apul. 2 Florid. p. 349 *Inter proceres Thebanos numeratus eſt: locum genus, frequens familitium, domus ampla ornata veſtibulo: ipſe bene veſtitus, bene prædiatus.* ¶ 2. Aliis *Prædiatus* eſt, cujus bona publico ſunt obligata, atque ita idem eſt, qui *prædiator.* vid. Commentatores in Cic. Att. 12, 14.

¶ Prædiator, *ōris*, m. der mit land-gütern zu thun hat; vox dubiæ ſignificationis. Cic. Att. 12, 14 *Apulejum prædiatorem videbi.* Manutius interpretatur, *qui prædiorum & prædum jura novit.* Briſſonius de Verb. Sign. *Ego Prædiatores, ut Prædes, dictos puto, qui publico fidem ſuam obligabant.* Salmaſius de Mod. Vſur. c. 16 docet, *prædiatus* eſſe, quorum bona publico ſunt obligata: *prædiatores*, qui eorum, qui publico obligati ſunt, bona emebant, id eſt, prædiorum ſeu hypothecarum emtores. Gloſſ. Vet. *Prædiator*, ὠνητὴς ὑπαρχόντων: item, ὑπὲρ φόρου ὄλμου ἐνδεδεμένος.* Legitur & Cic. pro Corn. Balbo c. 20, ſed Salmaſius c. l. delendum cenſet hoc vocabulum. Exſtat etiam in titulo Legis 54 Dig. de Iure dotium, ex antiquo jure, *de Prædiatoribus.*

¶ Prædiātōrius, *a, um*, zum land-gut gehörig; ut, *Lex prædiatoria*, Suet. Claudio c. 9 Torrentio, quæ de prædibus cavebat: Salmaſio, quæ agebat de prædiatis, h. e. obligatis publico. *Ius prædiatorium*, Cic. pro Balbo c. 20.

Prædo, *ōnis*, vide *Præda*, Prædoctus, *Doceo*, Prædomo, *Domo*, Prædonulus, prædor, *āri*, *Præda*, Præduco, præductal, *Duco*, Prædulcis, *Dulcis*, Prædurus, &c. *Durus.*

Præeminentia, præmineo, vide *Mineo*, Præeo, *īre*, *Eo.*

Præfacilis, vide *Facilis*, Præfamen, præfari, præfatio, &c. *Fari.*

Præfectura, præfectus, vide *Facio*, Præfericulum, præfero, *Fero*, Præferratus, *Ferrum*, Præfervidus, *Ferveo*, Præfeſtino, &c. *Feſtino.*

Præfica, præficio, vide *Facio*, Præfido, *Fido*, Præfigo, *Figo*, Præfinio, &c. *Finis*, Præfiſcini, *Faſcinum*, Præfixus, *Figo.*

Præfloreo, &c. vide *Flos*, Præfluo, *Fluo.*

Præfōco, *āre*, *&c*, vide *Faux*, Præfodio, *Fodio*, Præformo, *Forma*, Præfortis, *Fortis.*

Præfractus, vide *Frango*, Præfrigidus, *Frigus*, Præfringo, *Frango.*

Præfulcio, vide *Fulcio*, Præfulgeo, præfulguro, *Fulgeo*, Præfurnium, *Furnus.*

Prægelidus, vide *Gelu*, Prægermino, *Germen*, Prægeſtio, *Geſtus.*

PRAEGNANS, *tis*, gravida, quaſi *Prægenans*, ab antiquo *Geno*, ſchwanger, (de hominibus) trächtig, (de beſtiis). Feſtus: GRAVIDA *eſt, quæ jam gravatur fœtu;* PRAEGNANS, *velut occupata in generando, quod conceperit.* Itaque *Prægnans* proxima partui, *Gravida*, quæ geſtare uterum cœpit. Nec tamen id diſcrimen obſervatur rigide. Cic. pro Cluent. c. 12 *Vxorem interrogavit, eſſetne prægnans?* Horat. 3 od. 27, 9 *Canis prægnans.* Varr. de R. R. 2, 2 *Ovis prægnans;* & mox: *Factæ prægnantes.* Id. 2, 4 *Sus prægnans.* Plin. 8 epiſt. 10 *Dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit.* Verbum *Prægnare* autoritate Veterum deſtituitur. ¶ 2. Per metaphoram ad alia transfertur. Sic Plaut. Aſin. 2, 2, 10 *Prægnantes plagas*, wichtige ſchläge; Iuvenalis *prægnantem ſtamine fuſum* dixit ſat. 2, 55; & Plin. 12, 25 *Arborem prægnantem*, der ausgeſchlagen und knoſpen kriegt. Idem 25, 13 *Prægnantia folia*, voll ſaffts. Et Varro R. R 1, 44 de iis, quæ nata ſunt in fundo: *Prægnantia cum ſunt, matura pariunt poma aut ſpicam.* ¶ 3. *Prægnas, ātis*, pro *Prægnans*, veteres dicebant. Plaut. Truc. 1, 2, 95 *Quæ nunquam fuit prægnas, qui parere potuit?* Id. Truc. 4, 3, 37 *Vir illam prægnatem fecit.* vid. Taubm. ad Plaut. Amph. 2, 2, 91. Ipſe Cic. Att. 1, 10 *Soror prægnas eſt.*

¶ Prægnātio, *onis*, f. die ſchwangerſchafft, trächtigkeit. Apul. 1 Mileſ. p. 106 Elmenh. *Eadem amatoris ſui uxorem, quod in eum dicaculæ probrum dixerat, jam in ſarcinam prægnationis obſepto utero, & repigrato fœtu, perpetua prægnatione damnavit.* Idem lib. 5 p. 166 *Cum primum prægnationem tuam plenus maturaverit uterus.* Varro R. R. 2, 1 *Appello ſicturam a conceptu ad partum: Hi enim prægnationis primi & extremi fines.* Apud eundem 1, 44 *Prægnantia* etiam dicitur de terræ fructibus.

¶ Prægnātus, *ûs*, m. ſubſt. idem. Tertull. adv. Iudæos c. 8 *Iuvenculæ prægnatus & partus.* Et de Carne Chriſti c. 1 *Conceptus & prægnatus & partus virginis.*

¶ Prægnax, *ācis*, ſchwanger. Fulgent. Mythol. 2 *Quod divitiæ ſemper prægnaces ſint.*

¶ Imprægno, *are*, fœcundare, gravidam reddere, ſchwängern. Saresb. Policr. 8, 11 *Imprægnari gravidante calore.* Improbat Voſſ. de Vit. L. L. 1, 23. ¶ 2. Pro *Augere*, mehren. Guil. Brito Philipp. 5, 566 *Vtilius fuſos potes imprægnare Philippo.*

¶ Imprægnātus, *a, um*, geſchwängert. Idem Brito Phil. 7, 607 *Et jam finis erat hyemis, tellusque calore Imprægnata novo flores gignebat & herbas.*

Prægrāvo, *āre*, &c. vide *Gravis*, Prægredior, &c. *Gradus*, Præguberno, *Guberno*, Præguſto, &c. *Guſto.*

Præhendo, vide *Prehendo*, Præhibeo, *Habeo.*

Præjaceo, vide *Iaceo*, Præjicio, *Iacio*, Præjudicium, præjudico, &c. *Iudico*, Præjuvo, *Iuvo.*

Prælăbor, vide *Lăbor*, Prælambo, *Lambo*, Prælargus, *Largus*, Prælatio, &c. *Præfero* in *Fero*, Prælectio, prælĕgo, ĕre, &c. *Lĕgo*, *ĕre*, Prælĕgo, are, *Lego*, *are*, Præliaris, præliator, *Prælium*, Prælĭbo, are, *Libo*, Prælicenter, *Licet.*

Præliganeus, vide *Lego*, *ere*, Præligo, *are*, *Ligo*, *are*, Prælĭno, *ĕre*, *Linio*, Prælior, *ari*, *Prælium.*

PRAELIVM, *i*, n. five *Prælium*, conflictus & certamen armorum, cum manus conferuntur, der ſchermützel, das treffen, die ſchlacht, feld-ſchlacht. *Bellum* enim totum tempus militiæ ſignificat. Sed *Prælia* ſunt partes belli, h. e. in bello congreſſiones vid Nonius 5, 61. *Non prælio modo, ſed bello vinci*, Liv. 9, 19. *Prælium ſumere*, Suet. Cæſ. c. 9, vide *Sumo.* Et, *Prælium committere*, Nepos 1, 5, 3, & 23, 11, 3, eine ſchlacht liefern. Sic, *Prælium inire*, Liv. 21, 12; &, *prælio conſerto*, ibid. c. 4; & *Prælium editur*, ibidem c. 29; & 24, 16. *Prælia pedeſtria facere*, Cic. de Orat. 2, 67. *Prælia plura ſecunda facere*, Liv. 21, 12. *Prælio cum adjuvo dimicare*, Cic. Nat. D. 2, 2. *Prælia ſuſtinere*, Id. fam. 9, 11, aushalten. *Prælium navale*, Nepos 23, 10, 5, eine ſee-ſchlacht. *Exitus prœliorum ſunt incerti*, Cic. fam. 6, 4. *Semper in prælio eis eſt maximum periculum, qui maxime timent*, Salluſt Cat. c. 58.

¶ Prælior, *atus ſum, ari*, prælium committere, eine ſchlacht halten, ſchlagen, fechten, kämpfen. Cæſ B. Gall 4, 2 *Ex equis deſiliunt, & pedibus præliantur.* Id. B. Civ 1, 72 *Nullam intercedere tempus, quin extremi cum equitibus præliarentur.* ¶ 2. Nonnunquam & *dimicare*, per metaphoram, ſtreiten. *In defendenda jena-*

tus auctoritate acriter & vehementer prœliatus sum, Cic. Att. 1, 16 pr. ¶ 3. Antique *Prælio* pro *Prælior* apud Prisc. pag. 799. Ennius ap. Nonium 7, 38 *Ita mortales inter sese pugnant, præliant.* Hinc & impersonaliter passive Iustin. 19, 1, 9 *Et diu & varia victoria prœliatum fuit.* Et Festus in *Arma* de gladio, pugione, sica; *quibus prope prœliatur.* conf. Eumenius de Restit. Schol. c. 2.

¶ Prœlians, *tis.* Cic. de Divin. 1, 25 *Eudemus prœlians ad Syracusas occidit.* conf. Iustin. 2, 11, 1.

¶ Prœliatus, *a, um*, der scharmützet oder gefochten hat. Plin. 7, 28 *L. Siccius Dentatus centies vicies prœliatus*, der in 120 treffen gewesen. conf. Iustin. 12, 9, 12.

¶ Prœliātor, *ōris*, m. qui crebro & feliciter prœliatur, ein kämpfer, streiter. Tacitus refert An. 2, 73, 3 Germanicum fatis Alexandri adæquatum, nec minus *prœliatorem* fuisse. Auct. Dialogi de caussis corr. eloq. c. 37 *Plures bonos prœliatores bella, quam pax, ferunt.* Iustin. 15, 4, 19 *Dux belli & prœliator insignis.*

¶ Prœliāris, *e*, ad prœlia pertinens, zur schlacht gehörig; ut, *Pugnæ prœliares*, Plaut. Curc. 4, 4, 17 hoc est, justa prœlia, rechte schlachten, grosse treffen. *Acies prœliaris*, Apul. Met. 8 p. 268. *Prœliaris Dea*, i. e. Pallas, Id. 10 p. 254. Et, *dies prœliares*, dicebantur, quibus fas erat, hostem bello lacessere, vel ablata repetere, Macrob. Sat. 1, 16. Solebant enim Romani, quoties bellum inferrent, certum dierum ad conferendum prœlium delectum habere. Quædam enim feriæ erant, quibus nefas habebatur, manus cum hoste conferre. Alii legunt in Macrobio *dies prœliales.*

¶ Deprœlior, *ari*, sich herumschlagen, scharmützen. Hinc

¶ Deprœlians, *tis.* Horat. 1 ode 9, 11 *Stravere ventos æquore deprœliantes*, id est valde prœliantes.

¶ Deprœliatio, *onis*, f. eine schlacht, apud Livium.

Prælongo, prælongus, vide *Longus*, Prælĕquor, *Loquor*, Prælucco, prælucidus, *Lux*, Prælūdium, prælūdo, *Ludus*, Prælum, *Prelum*, Prælumbo, *Lumbus*, Prælūnio, *Lusus*, Prælustris, *Lustrum.*

Præmaledīco, vide *Malus*, Præmando, are, *Mando, are*, Præmando, ĕre, *Mando, ĕre*, Præmaturus, *Maturus*, Præmedicatus, *Medeor*, Præmeditor, &c. *Meditor*, Præmensus, *Metior*, Præmercor, *Merx*, Præmētor, *Meta*, Præmetuo, *Metuo*, Præmiari, præmiator, *Præmium*, Præmĭco, *Mico*, Præmigro, *Migro*, Præmineo, *Mineo*, Præminĭstro, *Minister*, Præminor, *Minæ*, Præmitto, *Mitto.*

PRAEMIVM, *i*, n. quod loco justæ mercedis pro virtute datur, & proprium virorum fortium est, ut Donatus monet, vide supra *Donum*, eine verehrung, belohnung. *Pretium* enim pro labore penditur. Cic. pro Mil. c. 35 *Amplissimum præmium, ex omnibus præmiis virtutis, gloria est.* Id. de Orat. 1, 58 *Præposita virtutibus sunt præmia, & supplicia vitiis.* Ibid. c. 4 *Commoveri amplis præmiis ad perdiscendum.* Et, *Amplissima præmia alicui dare*, Id. Cat. 4, 3. *Præmiis aliquem donare*, Id. pro Arch. c. 3. *Præmio afficere, affici*, Quint. 3, 6. *Præmio & pœna rempublicam contineri*, dixit Solon ap. Cic. ad Brut. epist. 15. *Promittit, si sibi præmio foret, se Impos proditurum esse*, Liv. 24, 45. In ludis quoque & certaminibus *præmia* dicuntur, quæ proponuntur victoribus, der gewinn oder das kleinod. Virg. Æn. 5, 548 *Protinus Æneas celeri certare sagitta Invitat, qui forte velint, & præmia ponit.* ¶ 2. Proprie idem fere significat, quod *præda*, videlicet quod vi palam capitur. Virg. Æn. 11, 78 *Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci.* Plautus quoque *præmium* & *prædam* conjunxit, Men. 1, 2, 26. Tac. Hist. 1, 51, 1 *Exercitus expeditionem & aciem: præmia* (prædam) *quam stipendia malebat.* Nimirum *præmia* sunt illæ pecuniæ, quæ præter stipendia militi a missione solvuntur, de quibus Lipsius ad Tac. An. 1 p. 40. vid. *Præmiator* ex Tibullo; & conf. Propert. 2, 3, 7. ¶ 3. Sed & *præmiorum* nomine quævis utilitates & commoda veniunt, vortheil, nutz. Lucret. 3, 969 *Omnia per fraudes vitai præmia marces?* i. e. perliquam omnibus vitæ bonis usus es. Et lib. 5, 4 de Epicuro: *Qui talia nobis Pectore parta suo quæsitaque præmia liquit.* conf. Id. 3, 903. Atque hinc *præmii* vox media est, & in bonam ac in malam partem accipitur, quod & Servius notat. Tac. Hist. 1, 12, 4 *Apud infirmum & credulam minore metu & majore præmio peccabatur.* Ibid. 4, 42. 6 *Libidine sanguinis, & hiatu præmiorum* (cupiditate augendi ex aliorum expilationibus) *ignotum adhuc ingenium cede nobili imbuisti.* Egregie Plinius Paneg. c. 44 *Præmia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honestumque, prout bene ac secus cesserit, expetant fugiantve.* ¶ 4. Pro pœna Ovid Met. 8, 503 *Cape præmia facti*, id est, pœnas da sceleris, du hast du deinen lohn.

¶ Præmior, *ari*, pro, prædam seu quæstum facere, gewinnen, wuchern. Suet. Tito c. 7 *Suspecta est rapacitas; quod constabat in cognitionibus patris nundinari præmiarique solitum.* Adde ibi Torrent.

¶ Præmiātor, *ōris*, m. nocturnus prædo, ein räuber, ut Nævius apud Nonium 2, 629 ut apavit; qui nimirum, veste rapta, quo præmio eam reddat, pacisci vult. Talem Tibullus delignat 1, 2, 25 *Nec finit, occurrat quisquam, qui corpora fœdo Vulneret, aut rapta præmia veste petat.* In quo ipso quoque loco per *præmia* nihil aliud quam *præda* intelligitur. ¶ 2. *Præmiator* etiam *remuneratorem* significavit. Id enim notionis superest in feminino

¶ Præmiatrix, *icis*, f. Ammianus 14, 39 *Ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix Adrastia.*

¶ Præmiōsus, *a, um*, apud Festum legitur, quem ille *pecuniosum* interpretatur, reich bedeutet. *Pecuniosus* enim, qui in ampla & copiosa re est. Quo, dum rerum commoda & utilitates in aliquem confluunt, eo magis augetur res.

Præmodĕror, præmŏdum, vide *Modus*, Præmœnio, *Mœnia*, Præmollior, *Mollio*, Præmollio, &c. *Mollis*, Præmoneo, &c. *Moneo*, Præmorsio, &c. *Mordeo*, Præmorior, *Mors*, Præmulceo, *Mulceo*, Præmunio, &c. *Munio*

Prænarro, vide *Narro*, Prænato, *No*, Prænavĭgo, &c. *Navis.*

PRAENESTE, *is*, n. Πραίνεστον, urbs in Latio, non procul a Roma, celebris quondam templo Fortunæ. Servius nomen ipsum fecit a πρῖνος, *ilex*, quod ibi ea abundarit.

¶ Prænestinus, *a, um*, adject. ut, *Fortuna Prænestina*, Lucan. 2, 193. *Sortes Prænestinæ*, Cic. Divinat. 2, 41. ¶ 2. *Prænestini*, incolæ: ut, *Prænestinorum monumenta*, Cic. c. l.

Prænimis, vide *Nimis*, Prænĭteo, *Niteo*, Prænobilis, *Nobilis*, Prænomen, *Nomen*, Prænosco, prænotio, *Nosco*, Prænubilus, *Nubes*, Prænuncupo, *Nuncupo*, Prænuntio, &c. *Nuntius.*

Præobturo, vide *Thus*, Præoccido, *Cado*, Præoccupo, &c. *Capio*, Præopimus, *Opimus*, Præopto, *Opto.*

Præpando, vide *Pando*, Præparatio, præparo, &c. *Paro*, Præpedimentum, præpedio, *Pes*, Præpendeo, *Pendeo*, Præpes, *Peto*, Præpignoratus, *Pignus*, Præpilatus, *Pilum*, Præpolleo, *Polleo*, Præpondero, &c. *Pondus*, Præpono, *Pono*, Præporto, *Porto*, Præpositio, &c. *Pono*, Præposse, *Potis*, Præposterus, &c. *Post*, Præpotens, &c. *Potis*, Præproperus, &c. *Properus.*

PRAEPŪTIVM, *i*, n. die vorhaut; ut, *Ponere præputia*, Iuvenal. de Iudæis sat. 14, 99, sich beschneiden lassen. conf. sat. 6, 237. Non a *præputando* est, ut vulgo putant; sed ex Græco πρόποδιον: ita enim & a πόδων, *Putus* est. Puta, πόδη, i. e. mentula. v. Scalig. Catalect. & Voss. Etym. p. 406.

¶ Præputiatus, *a, um*, der eine vorhaut hat, unbeschnitten. Tertull. adv. Marc. 5, 9 *Præputiati sacerdotii pontifex.*

¶ Præpūtiātio, *ōnis*, f. die behaltung der vorhaut. Idem Tertull. l. c. c. 4 *Præputiationem negat quicquam valere in Christo.* Et c. 13 *Præfert & circumcisioni cordis præputiationem.* conf. Id. de Resurr. carn. c. 23; & de Monog. c. 6.

¶ Impræputiatus, *a, um*, idem quod *præputiatus.* Tertull. de Monogamia c. 11 *Impræputiatus vocatus es, ne circumcidaris.*

Præquam, vide in *Præ*, Præqueror, *Queror.*

Prærabidus, vide *Rabies*, Præradio, *Radius*, Prærado, *Rado*, Prærancidus, *Rancor*, Prærapidus, præreptus, *Rapio*, Prærigeo, *Rigeo*, Prærĭpia, *Ripa*, Prærĭpio, *Rapio*, Prærodo, *Rodo*, Prærogativa, prærogo, *Rogo*, Prærosus, *Rodo*, Prærumpo, prærŭptus, *Rumpo.*

PRAES, *prædis*, m. ein bürge, quasi *præstes* a præstando, qui alienam præstat culpam; vel qui præsto est, ut fidejussor. v. Varr. de L. L. 5, 7, plur. *Prædes*, sponsores sunt, qui reipubl. vel principi dantur pro iis, qui pecuniam publicam dispensant. Quorum bona sponsioni obnoxia, *Prædia* dici possunt, güter zum unterpfand eingesetzt, Budæus: vide & supra in *Prædium.* Sic, *Prædes dare*, bürgen setzen. *Prædes accipere*, annehmen, Cic. Verr. 1, 57. Et, *Cautum est populo prædibus & prædiis*, ibid. c. 54, & Liv. 22, 60. Festus: PRAES *est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu, si* PRAES *sit; respondet* PRAES. Hinc *comprædes* ejusdem rei populo sponsores. ¶ 2. Asconius in orat. de Prætur. urban. p. 100 PRAEDES *dicuntur, satisdatores locupletes pro re, de qua apud judicem lis est.* Nepos 25, 6, 2 *Nullius rei neque præs, neque manceps factus est.* V. Brisson. de Formul. lib. 6, & Pollet. Hist. fori Rom. 5 c. fin. item Salmas. de modo usurar. c. 6. ¶ 3. Cic. fam. 2, 17, 6 *Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut & mihi & populo cautum sit sine vecturæ periculo*; quem locum Manutius de cambio hodierno explicat, wechsler, die geld übermachen.

¶ Prædium, quod a *Præs* est, vide superius seorsum expositum.

¶ Prædiatus, prædiator, prædiatorius, vide supra in *Prædium.*

Præfagio, præfagium, præsāgus, vide *Saga*, Præfanare, *Sanus.*

Præfcateo, vide *Scateo*, Præfcio, præfciſco, præfcitum, præfcius, *Scio*, Præfcribo, præfcriptio, &c. *Scribo.*

Præsĕca, præfeco, præfegmen, vide *Seco*, Præfemino, *Semen*, Præfens, *Sum*, Præfenſio, præfenſus, *Sentio*, Præfentaneus, præfentare, præfentia, &c. *præſum* in *Sum*, Præfentio, præfentiſco, *Sentio*, Præfepe, præfepio, &c. *Sepes*, Præfepultus, *Sepelio*, Præferare, *Sera*, Præferere, præfertim, *Sero, ĕre*, Præfervare, *Servo*, Præfervire, *Servio*, Præſes, *Sedeo.*

Præficcus, &c. vide *Siccus*, Præfideo, præfidium, &c. *Sedeo*, Præfignifico, præfignis, *Signum*, Præfilio, *Salio.*

Præfpargo, vide *Spargo*, Præfpeculor, *Specula*, Præfpero, *Spes.*

Præftabilis, præftana, præftantia, præftatio, &c. vide *Sto*, Præftauro, *Stauro*, Præftega, *Stega*, Præfter, *Prester*, Præfterno, *Sterno*, Præftes, *Sto.*

PRAESTIGIAE, *arum*, f. pl. θαύματα, delusiones dicuntur, & fallaciæ, blendung, gaukeley. Cic. Verr. 4, 24 *Non per præstigias, sed palam per potestatem.* Huc pertinet, quod Eunus servus fanaticum furorem simulans nucem stiparam igne & sulphure in ore abdidit, ut leniter spirans divinam flammam emittere inter verba videretur. Quod cum Florus 3, 19, 5 narrat, *miraculum* vocat. Sic, *Præstigiæ verborum*, i. e. fallaciæ, Cic. de Fin. 4, 27, betrügliche worte. Vet. Gloss. *Præstigiæ*, πανουργίας. Singul. Quintil. 4, 1 *Petere præstigia.* Quanta autem secunda sit, non usque quaque exploratum. Proclus, qui corripiunt, originatio facit. *Præstigiæ* enim a *prætegendo*, quod fallant & tegant quasi oculos: vel a *præstringendo* quali *præstrigiæ.* I. C. Scalig. Exercit. 30, *Qui oculos fallunt, alia pro aliis subditicia ostentantes, ii* PRAESTIGIATORES *ab antiquis dicti sunt: quod aciem præstringerent oculorum.* Ita in Glossis ad Prudentium, PRAESTIGIVM dicitur *monstrum a* PRAESTRINGENDO, i. e. illudendo improvise oculos. Sive itaque a *Tego*, sive a *Stringo*, descendat, Syllaba *sti* brevis fuerit, ut eadem in *Strigil* quod a *Stringo* est. Et ita Alcimus Avitus 5, 471 *Præstigiæque diu nebulosa in fraude peractæ.* Qui producunt, auctoritate nituntur Plauti & Prudentii, de qua mox in *Præstigiator*, & tavet etymon unice tolerabile, nimirum ut derivetur a *præstinguo*, quod cum *præstringo* confundi, suo loco monebitur.

¶ Præstigiator, *ōris*, m. θαυματοποιός, ein gaukler, zauberer, taschenspieler. v. Cafaub. ad Theophrasti Charact. p. 181 & seq. Veteri Critico in Glossario ψηφοπαίκτης exponitur. Cyrilli Lexic. ψηφοπαίκτης, *Præstigiator*; ψηφοπαικτῶ, *Præstigior*; ψηφοπαιζει, *Præstigiæ*: ψῆφος, *calculus* est. Calculis autem ludunt hi tales. Hos enim vel nummos etiam ponunt in mensa: deinde acetabulis, seu vasculis

vaſculis pyxidibusve opertos tam ſolerter movent & transferunt, ut, cum hic eſſe cenſeas, alibi compareant, ut arte magica id fieri putes. Varro L. L. 4, 18 *Ab ſcientia vocantur aliqua, ut præſtigiator, monitor, &c.* Sen. epiſt. 45 *Sic ipſa (dialecticorum captiones) ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipſa delectat.* Eſt ergo fere præſtigiator, qui noſtris dicitur, ein taſchenſpieler: quamquam latius etiam Latina vox pateat. Syllabam *ſti* producit Plaut. Pœn. 3, 3, 6 *Præſtigiator hic quidem Pœnus probus eſt.* Eſt ſenarius iambicus, in quo trochæus locum non habet: quem admitteret tamen in prima regione hic verſus contra legem carminis, ſi altera correpta foret. Longa itaque Plauto eſt. Nec aliter Prudentius poſuit Hymno ante ſomnum ſub finem: *Procul eſto pervicaci Præſtigiator æſtu.*

¶ Præſtigiatrix, *icis*, f. Plaut. Amph. 2, 2, 150 *Aut pol hæcce præſtigiatrix mulier multo maxima eſt, Aut pateram hic inſſe oportet.*

¶ Præſtigioſus, *a, um*, magicus, aut ad fallendum compoſitus, gaukleriſch, zauberiſch. Arnobius 1 p. 32 *Nihil magicum, nihil humanum, præſtigioſum, aut ſubdolum, nihil fraudis delituit in Chriſto.* Et Gell. 10, 8 *Præſtigioſas grammaticas.*

Præſtringo, vide *Stringo*, Præſtino, *Stino*, Præſtitor, *Sto*, Præſtituo, *Statuo*, Præſto, are, præſto, præſtolor, *Sto*, Præſtringo, *Stringo*, Præſtruo, *Struo*.

Præſudo, vide *Sudo*, Præſul, præſultare, præſultator & præſultor, *Salio*, Præſum, *Sum*, Præſumo, præſumtio, &c. *Sumo*, Præſuo, *Suo*.

Prætego, vide *Tego*, Prætendo, *Tendo*, Prætener, *Tener*, Prætentatus, prætento, *Tento*, Prætenuis, *Tenuis*, Prætepeo, *Tepeo*.

PRAETER, præpoſitio excipiendi, interdum etiam vim aliam habens, ohne, ausgenommen. Cic. pro Cluent. c. 20 *Omnibus ſententiis, præter unam, condemnatus eſt.* Idem fam. 1, 5 *Amicum tibi ex Conſulavinus neminem eſſe video præter Lucullum.* ¶ 2. Interdum adjicit potius aliquid, quam ut excipiat, licet etiam Germani excipiendi particula utantur. Ita, *Præter hæc*, ohne oder auſſer oder über dem, Celſ. 2, 1 & 2 & 4 &c. Cæſ. B. C. 3, 57 *Præter auſteritatem vires quoque ad cœrcendum habet.* Liv. 23, 14 *Romanos præter inſitam induſtriam animis fortuna quoque cumulari prohibebat.* Ita Plin. 14, 19 pr. *Proliberæ Dis neſciam habetur vina, præter imputatæ vitis, famine tacta*, h. e. non ſolum imputatæ vitis vina, ſed etiam fulmine tacta. ¶ 3. Pro *contra*: ut, *Præter æquum & bonum*, Ter. Adelph. 1, 1, 39, mehr denn es billig und gut iſt. *Præter ætatem*, Id. Heaut. 1, 1, 7; & Plaut. Epid. 1, 2, 3. i. e. plus, quam ætati tuæ convenit. *Præter modum*, Cic. Fin. 5, 35, über die maaß, über aus. *Præter morem*, Ter. Andr. 5, 3, 8, *Præter conjectationem*, Cicero Divin 2, 28. *Ego te eſſe præter opinionem noſtram comperi*, Ter. Hec. 5, 1, 35, daß du der nicht ſeyeſt, für den wir dich gehalten. *Præter ſpem evenit*, Id. Andr. 2, 6, 5, wider verhoffen, vid. P. Faber Semeſtr. 2, 18. Adde Ceil 15, 11. ¶ 4. Ponitur & pro *ante*. Plaut. Sticho 3, 2, 7 *Meſſala mihi murem abſtulit præter pedes.* Cic. Verr. 3, 25 *Præter oculos Lollii hæc ferebant*, für ſeinen augen, Suet. Calig. c. 36 *Quas plerumque cum maritis, præterque pedes ſuos tranſeuntes conſolebatur.* Sen. de Ira 2, 8 *Nec fuit tivatam talia ſunt: præter oculos erant*, i. e. objiciunt ſeſe oculis, palam videnda. Liv. 10, 35 *Via una, & ipſa præter hoſtes erat*, h. e. ubi prætereundus hoſtis eſſet, vor dem feind vorbey. Et 10, 29 *Præter aciem Gallorum ad caſtra effuſo curſu ferebantur.* ¶ 5. Pro *ſupra, præ*. Plaut. Amph. 2, 2, 10. *Quem amo præter omnes.* Ter. Andr. 1, 1, 31 *Horum ille nihil egregie præter cætera ſtudebat*: id eſt, præ cæteris, vor andern. Ibid. v. 94 *Quia tum mihi lamentari præter cæteras viſa eſt: & quia erat forma præter cæteras honeſta & liberali.* Id. Adelph. 2, 3, 5 *Unam me hanc rem habere præter alios præcipuam arbitror*, vorandern für andern. Et Cic. Att. 1, 15 *Præter cæteros φιλελληνες habemur.* ¶ 6. *Præter* adverbialiter pro *Præterquam*, ohne zu ſagen. Liv. 4, 59 *Pronuntiatum repente, ne quis, præter armatus, violaretur.* Idem 6, 13 *Nulli rei, præter numero, fretus.* Suet. Ner. c. 56 *Religionum usque quaque contemtor, præter unius Deæ Syriæ.* Varr. R. R. 1, 41 *Grana de fico expedit obruere, præter ſi aliter nequeas.* Adde Salluſt. Catil. c. 36. Et Flor. 2, 6, 24 *Nec præter quod in bullis, cingulis atque annulis erat, quicquam ſibi auri reliquere*: quo loco & ellipſis eſſe poteſt pronominis *id*, pro *præter id quod*. Simile fere illud Calpurn. ecl. 4, 27 *Certe mea Carmina nemo Præter ab his ſcopulis ventoſa remurmurat echo.* Ovid. Heroid. 17, 162 *Nil illi potui dicere, præter, erit.* Ita Plin. 9, 2 *Quidquid naſcatur in naturæ parte ulla, & in mari eſſe, præterque multa, quæ nusquam alibi*, h. e. & præterea. Et ita ſæpe Plinius.

¶ Præterea, vide ſupra *Is, ea, id*; Præterhac, *Hic, hæc, hoc*.

¶ Præter propter, vetus vulgatumque verbum, quo Cato, Varro, Ennius uſi ſunt, ut Gellius 19, 10 probavit, laudans Ennianum illud: *Incerte errat animus: præter propter vita vivitur.* Eſt autem *præter propter* abſolutum, ſicut *plus minus, ultro citroque, &c.* ejusque ſenſus, *circiter, plus minus*, ohngefähr, mehr oder weniger; ſive *interdum hoc modo, interdum alio*, bald ſo, bald ſo. v. Salmaſ. in Solin. c. 42 p. 617.

¶ Præterquam, excipiendi particula, *niſi*. Præponitur omnibus caſibus; ut, *Nullare præterquam legibus*, ohne allein, ausgenommen, Liv. 1, 9. *Præterquam majeſtate petenti um, religione etiam attoniti homines.* Id. 5, 14. *Aqua f. igida infuja, præterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt*, Celſ. de re med. 1, 9. Sic Suet. Aug. c. 45 *Coërcitionem in hiſtriones, magiſtratibus in omni tempore & loco lege veteri permiſſam, abſtulit, præterquam ludis & ſcenæ.* Ita enim ex MSS. reſtituendus hic locus. Ter. Andr. 3, 4, 14 *Verbum ſi mihi unam præterquam quod te rogo, faxis, cave*, ohn daß ich dich frage, &c. Et Heaut. 2, 4, 19 *Omnes mihi labores fuere, quos cœpi, leves, præterquam tui carendi m quod erat.* Et Matius Cic. fam. 11, 28 *Non faciam, neque quod diſpliceat, committam, præterquam quod hominis mihi conjunctiſſimi dolco gravem caſum*, ohne daß ꝛc. Liv. 2, 56 *Quam Velero nihil, præterquam de lege legiretur.* v. Drakenb. ad Liv. 8, 21. ¶ 2. Interdum ſignificat inſuper, über das. Livius 4, 17 *Cum Vejentibus præterquam populis ſolitiis ab cauſſa etiam tum nefaria belluin excitis, atrox dimicatio inſtabat.*

Prætergredior, vide *Egredior*, Præterhibro, *Hibo*, Præterduco, *Duco*, Prætereo, *Eo*, Præterequito, *Equus*, Præterfero, *Fero*, Præterfluo, *Fluo*, Prætergredior, *Gradior*, Præterinquiro, *Quæro*, Præteritus, *Eo*, Præterlibor, *Labor*, Præterminuo, præterneito, *Mitto*, Præternavigo, *Navis*, Prætero *Tero*, Præterquam, *Præter*, Præterrado, *Rado*. Præterfum, *Sum*, Prætervectio, præterveho, *Veho*.

Prætexo, prætexta, prætextatus, &c. vide *Texo*, Prætimeo, *Timeo*, Prætinctus, *Tinge*.

PRAETOR, *oris*, m. magiſtratus nomen varii ſignificatus Veteres Latini omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, *Prætorem* appellarunt, ut Aſconius de præt. urb. p. 80 obſervat. Ita & Marius Victorin. p. 171. ed. Pith. *Notare debemus, omnes magiſtratus & præteres & imperatores appellatos.* Itaque antiquis *Prætor*, quod exercitui *præiret*, qui poſtea *Imperator* appellatus fuit, penes quem ſumma gerendi belli exercitusque ducendi poteſtas eſſet, ein feldherr, ein general. Ita non ſemel Livius & Nepos hac voce uſi. Ita Liv. 7, 3 *Prætor maximus eſt Dictator.* Ita Cicero de Invent. 1, 33 *Ipamindas, Thebanorum imperator, ei, qui ſibi ex lege prætor ſucceſſerat, non tradit exercitum.* Varro de L. L. 4, 16 *In re militari* PRAETOR *dictus, qui præiret exercitui.* Hac de cauſſa hoc nominis Romani etiam conſulibus ſuis initio tribuerunt, penes quos ſummum belli pacisque imperium erat. Id. Varro apud Nonium c. 1, 91 *Idem dicebantur* CONSVLES & PRAETORES. *Quod præirent populo*, PRAETORES: *quod conſulerent ſenatum*, CONSVLES. Adde Liv. 3, 55 ext. Varro etiam de L. L. 4, 14 CONSVL, inquit, *nominatus, quod conſulere populum & ſenatum debet: niſi ille potius, unde Accius ait in Bruto*: Qui recte conſulat, conſul fiat: PRAETOR *dictus, qui præiret jure & exercitu.* Nempe antiqui conſules & bello præerant, foris puta: & juri dicundo, domi. Lex XII. Tabb. apud Cic. de Leg. 3, 3 *Regio imperio duo ſunto, iique præeundo, judicando, conſulendo*, PRAETORES, IVDICES, CONSVLES *appellantur: militiæ ſummum jus habento: nemini parento*, &c. Ita Juvenal 10, 36 *Prætorem* vocat, quem mox v. 41 *Conſulem* dixit. Quem locum interpretes alio trahunt, quam debebant. ¶ 2. Poſtea vero, cum ſæpe bellis evocarentur COSS. nec eſſet in urbe, qui diceret jus: peculiaris magiſtratus ei rei inſtitutus eſt, cui proprium illud nominis eſſe cœpit. Quæ provincia primum unius, poſtea vero duorum fuit; quorum alius PRAETOR VRBANVS, alius PEREGRINVS, quod ille inter cives, hic inter cives & peregrinos diceret jus, nominatus fuit. Sed ille numerus volventibus annis ad plures crevit. v. Onuphr. in lib. 1 Faſtor ad An. urbis 388; Lipſ. in 1 An. Tac. p. 29. Gronov. ad Liv. 33, 21. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 103 ſqq. qui inter alia p. 119 docet, urbanum prætorem aliis in urbe prætoribus fuiſſe honoratiorem. Cæterum *Prætor collega conſulum* dicitur Liv. 7, 1; Gell. 13, 14; inferior tamen, add. Cic. Att. 9, 9 p. 46. ¶ 3. Sed & ad quosvis præfectos translatum fuit hoc nomen, Aſcon. in 3 Verr. de Præt. Urb. p. 80 *Nec ſolum veteres omnes magiſtratum, cui pareret exercitus*, PRAETOREM *appellarunt; ſed quemcunque in re prophanâ ſive etiam ſacrâ præfectum.* Sic *Prætores erarii*, apud Tac. An. 1, 75; & Hiſt. 4, 9. In Monumentis, PRAETOREM SACRORVM, PRAETOREM SACRIS VOLCANI &c. legimus De origine, progreſſu, & augmento Prætorum. v. Lipſ. 1 Annal. Tac. p. 14 & 15; Car. Sigon. de Rep. Athen. 4, 5; & Sam. Petit. ad leg. Attic. p. 25 ſeqq. & Inc. Perizonius diſſertatione ſingulari. ¶ 4. In coloniis & municipiis etiam nonnunquam *Prætores* dicti, qui alias Duumviri. v. Heinſ. Burm. ad Petron. c. 65 p. 324. ¶ 5. *Prætores* Athenienſium, Achæorum, Ætolorum ſummi ſunt horum populorum magiſtratus. v. Duker. ad Liv. 31, 24.

¶ Prætorius, *a, um*, richterlich, dem feldherrn oder richter gehörig; ut, *Jus prætorium*, Cic. Off. 1, 10. *Domus prætoria*, Id. Verr. 5, 56. *Vir prætorius*, qui prætura functus eſt, ut *Conſularis*, qui geſſit conſulatum: Vellej. 2, 48, 1 *Hiſpaniæ Pompejus per Afranium & Petrejum, conſularem ac prætorium, legatos adminiſtrabat.* Sic, *Navis prætoria*, qua prætor ſeu dux claſſis vehitur, das admiral-ſchiff, Livius 29, 25. *Cohors prætoria*, i. e. cuſtodes corporis, die leibwache, Cic. Cat. 2, 10; Tac. An. 1, 7, 5. Primo tantum una erat, quæ a prætore, i. e. imperatore non diſcederet; deinde a Cæſare plures adhiberi cœptæ. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 333.

¶ Prætorium, *i*, n. ſubſt. locus ſeu domus publica, ubi prætor in provincia jus dicebat, das richthaus, oder rathhaus. L. 14 C. de officio rectoris provinciarum: *Nulli judicum, qui provincias regunt, in civitatibus, in quibus ſacra palatia ſive prætoria ſunt, liceat his veſtibus privatorum ſibi domos ad habitandum, velut prætoria, vindicare.* ¶ 2. Et quia *prætoria* iſta ad majeſtatem Romani imperii ſplendide magnificeque exſtructa erant, factum eſt, ut villæ omnes elegantiores & minime ruſticæ *Prætoria* appellarentur, luſt-häuſer. Stat. 1 Silv. 3, in Friburrino Manlii, v. 25 *Altemnas ſpernant prætoria ripas.* Quod imitatus Auſonius in Moſella v. 286 *Alternas cernant prætoria ripas.* Exempla alia Sueton. Aug. c. 63, & Tito c. 8 ſuppeditabit. ¶ 3. Videtur & pro judiciali poteſtate, & jurisdictione *prætorium* dici. Ita enim *Prætorium Africæ, Galliarum, Italiæ, Illyrici, Orientis, &c.* in Codice & Utriusque Imperii Notitia nominantur. ¶ 4. In caſtris PRAETORIVM dicebatur, ubi imperator ipſe tendebat, qui antiquis PRAETOR appellatur, der oberſten gezelt, das haupt-quartier. Feſtus: *Initio* PRAETORES *erant, qui nunc* CONSVLES: *& ii bella adminiſtrabant: Quorum tabernaculum quoque dicebatur* PRAETORIVM. Vegetius 3, 8, ubi de diſpoſitione caſtrorum agit; *Deinde duci* PRAETORIVM *ejusque comitibus præparatur, ac tribunis tabernacula collocantur.* Liv. 25, 22. *Ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres & exercitus diverſis partibus opus aggreſſi.* ¶ 5. Sed & ipſe conventus eorum, qui accipiendis imperiis ad prætorium acceſſerant, *Prætorium* appellatur auctoribus, der fremde rath. Ita enim *Prætorium dimittere* dixit Livius 21, 54; it. 37, 5. Exempla Lipſius notavit de Rom. Militia 5, 2. Conf. Perizon. de Præt. Diſſ. 11 p. 120, & 180. Duker. ad Liv. 21, 54. ¶ 6 *Prætorium etiam* dicebantur *Prætoriæ cohortes*, quas inſtituto Auguſti habebat imperator cuſtodiam corporis atque adverſus ſubita remedium. Si arſas initio per hoſpitia, poſtea junctas peculiaribus caſtris ad muros urbis non procul Viminali porta ſtructis Sejani conſilio, die leibguarde, trabantten-wacht. V. Onuphr. 1 de Rep. Rom. p. 22. Hæc *caſtra Prætoria*, item *Prætoriana* appellata, it abſolute *prætoria*. Rutil. it. 1, 273 *Hic & præfecti nutu prætoria vexit.* Nimirum huic militiæ qui præerat, *Præfectus Prætorio* appellabatur, ex equeſtri ordine, Mæcenatis conſilio

(de quo apud Dionem lib. 52 p. 480, quamquam id in Clemente Amerino senatorii ordinis mutatum, ex Taciti Hist. 4, 68 observet Savilius de militia Rom. p. 435). Interdum prætecti tales erant duo, ut mutuo se observarent, aliquando plures. v Suet. Claud. c. 12; Tito c. 6; Galba c. 15, & Calig c. 56; Tac. An. 1, 24; & 4, 2; & 14, 51. Ac initio quidem modica fuit hæc potestas & militaris, sed quia principum securitas unice in eorum voluntate sita erat, paullatim ita crevit, ut Macrinus apud Herodianum 5, 1 non multum a principatu eam distare dicat, &c. In principum etiam constitutionibus *Eminentissimi, Sublimissimi, Parentes Augustorum carissimi* appellantur. Insignia illorum carpentum & gladius, meri imperii index. Palatium ingressi adorabantur, princeps eis assurgebat & osculum applicabat: exigebant tributa, mandata dabant pro consulibus: judices instituebant, puniebantque: in judiciis vice sacra ubique præsidebant, de appellationibus cognoscebant, ut ab eorum sententiis appellandi facultas non esset. Cæterum erant in ipsa prætoriana militia non pedites tantum, verum etiam equites. conf. Suet. Claud. c. 21, it. Calig. c. 45, & ibi Torrent. Sic idem Suet. Ner. c. 9 *Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e prætorio.* Tac Hist. 4, 46, 9 *Spernunt oblatos agros; militiam & stipendia orant. Preces erant; sed quibus contradici non posset: igitur in prætorium accepti*, i. e. prætorianis adscripti Sed infinita de *Prætorio* ejusque præfectis congesserunt Lips. et. Faber Semest. 1, 11 qq. Pancirolus & Gothofr. in notit. dignit Gutherius de Offic. domus Aug. 1 1q imprimis, qui contra Huberum disputavit, Iac. Perizonius, doctissima de *Prætorio* Disquisitione, qua inter alia etiam Apostoli verba Phil. c. 1, 13 planissime interpretatur

¶ Prætōrĭānus, *a, um*, ad prætorium vel prætorem pertinens; ut, *Milites prætoriani*, die von der guarde. Plin. 6, 29; & Tac Hist 2, 44, 5

¶ Prætōrĭtius, *a, um*, aliud adject. idem; ut, *De prætoritia folium coronæ*, apud Martialem 9 epigr 33.

¶ Prætura, *æ*, f. munus prætoris & dignitas, das richter-amt, schulzen-amt, die vogtey; ut, *Præturam gerere*, &, *Prætura se abdicare*, pro deponere, Cic. in Catil. 3, 6.

¶ Proprætor, *ōris*, m. qui cum auctoritate prætoria aliquo mittitur. V. Sigon. de antiquo Iure Provinc. p. 96. Cic. de Prov. Consul. c. 7 *Res in Sardinia a propræture gestæ.* Eleganter etiam dividitur *pro prætore* v. supra in Plinius; & Nepos 23, 4, 3 Sed *Proprætor*, etiam ille interdum vocatur, qui gesto consulatu in provinciam abit. vid. Manut. ad Cic. fam. p. 6 Græv.

¶ Subprætor, *oris*, m. qui prætor quidem est, sed sub alio adhuc prætore, in Gruteri Inscript.

Prætorqueo, prætortus, vide *Torqueo*, Prætrepidus, *Trepidus*, Prætruncus, *Truncus*, Prætumidus, *Tumeo*, Prætura, *Prætor.*

PRAETŪTIVM, *i*, n. oppidum Italiæ in Piceno, Plin. 14, 7, Vnde *Prætutii*, populus Italiæ Picentibus & Marsis conterminus ab ortu. vid. Cluveri Ital. Antiqua p. 448.

¶ Prætūtius, *a, um*, adject. Plin. 14, 6 *Prætutia vina* celebrat. Et Silius 8, 565 *Prætutia pubes.*

¶ Prætutĭnus, *a, um*, aliud adject. Liv, 22, 9; & 27, 45 *Prætutianus ager.* Plin. 3, 13 *Prætutiana regio.*

Prævalentia, prævaleo, prævalidus, &c. vide *Valeo*, Prævallo, *Vallus*, Prævaricari, prævaricator, prævarus, &c. *Varus.*

Præveho, vide *Veho*, Prævello, *Vello*, Prævelo, *Velum*, Prævenio, &c. *Venio*, Præverbium, *Verbum*, Præverno, *Ver*, Præverto, *Verto*, Prævetitus, *Veto.*

Prævideo, vide *Video*, Prævincio, *Vincio*, Præviridis, *Viridis*, Prævitio, *Vitium*, Prævius, *Via*, Præumbro, *Vmbra*, Prævolo, āre, *Volo*, Præuro, præustus, *Vro*, Præut, *Præ.*

PRAGMA, *ătis*, n. *πρᾶγμα, negotium, actio*, die sache, der handel. Plaut. Calm. a. 3 sc. 6, 9. Vnde

¶ Pragmatĭcus, *a, um*, *πραγματικός*, ein staatsmann, statist, der weltlicher händel und geschäfte erfahren ist. Cic. Att. 2, 20 *Pragmatici homines, omnibus historicis præceptis, versibus denique cavere jubent.* Quintiliano 2, 21 p. 205 *πραγματικὸς* redditur negotialis. ¶ 2. Dicebantur & *Pragmatici*, qui jus suggererent oratoribus seu patronis causarum. Cic de Orat. 1, 59 *Disertissimi homines ministros habent in causis jurisperitos, qui pragmatici vocantur.* Et mox: *Pragmaticum adjutorem dare.* conf Quint. 12, 3 p. 1066. ¶ 3. Cic. Att. 14, 3 *Si quid pragmaticon habes, scribe*, etwas das im regiment fürgelaufen, ubi forma Græca pro Latina. Sic itidem *Pragmatica* scil. *quæstio*, Quint. decl. 299

PRAMNION, *i*, n. generosi vini genus, Homeri olim carmine celebratum. Nascebatur in Smirnensium agro, juxta delubrum matris Deum. v. Pausan 4, 4. ¶ 2. *Pramnion* gemma *Murion* dicta, Plin. 37, 10.

PRANDEO, *prandi* & *pransus sum*, *prandēre*, zu mittag essen, mittags-mahlzeit halten. *Olus prandere*, Horat. 1 epist. 17, 3. *Prandi in navi, inde huc evectus sum*, Plaut. Men 2, 3, 10. *Hic rex cum aceto pransurus est & jam*, Id. Rud. 4, 2, 33 *Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pransi essent*, Liv. 28, 14, ubi & active pro *prandissent*, & passive accipi potest. Alii: *curate pransi essent.* Alii *curate* prorsus omittunt. conf. Gell. 2, 25, & Borrich. Cogit. p. 279.

¶ Prandens, *tis*; ut, *Prandens in fictilibus.* Plin.

¶ Prantus, *a, um*, der mahlzeit gehalten hat; ut, *Pransus non avide.* Horat. 1 sat. 6, 127. *Pransi* autem, dicente Nonio 6, 59, *non solum illi, qui pranderent, sed etiam, quibus nihil defit.* Vnde Varro ibidem: *Pransum ac paratum esse hoc minime oportet.* Hinc vetus proverbium est, quo Varro satyram quandam inscripsit, *Pransuspparatus*, quo, ut quidem Antonius Popma ad Varron. explicat, monetur, paratum esse ad omnem casum oportere hominem: quo constare in omnibus actionibus vitæ possit sibimet ipsi, nec in ullo officio claudicare, ut milites, quos imperator *ante lucem curatos & pransos esse jubet*, Liv. 24, 14. Diversum ab hoc & contrarium sensum habet aliud *pransuspotus*, quod de homine dissoluto dicitur, apud Plautum Menæch. 3, 2, 11. Cic. pro Mil. c. 21 *Adde insecitiam pransi poti, oscitantis ducis*, &c. Conf. Martial. 4 epigr. 90 *Prandeo, poto, cano &c.*

¶ Pransĭto, *āre*, frequent. oft zu mittag essen. Plaut. Asin. 1, 1, 18 *Qui polentam pransitant.* Et Vitruv. 8, 3 *Accumbentes viatores pransitare solent.* conf. Macrob. Sat. 3, 15.

¶ Pransitans, *tis*. Lamprid Heliogab. c. 27 *Pransitans & cœnitans.*

¶ Prandium, *i*, n. quod jenteculum intervallo quodam interpositio sequebatur, die mahlzeit vor, oder zu mittage, dictum a *πρό* & *ἔνδοιον*, quod ante meridiem capiatur, ut vult Plutarchus in Problem. Sed Isidorus 20, 2 a *parando* deducit: videlicet ab apparatu edendi, notatque *prandium* proprie dictum veteribus omnem militum cibum ante pugnam; unde est illud ducis alloquium: *Prandeamus tamquam ad inferos cenaturi.* Treb. Pollio in Sal. Gallieno c. 2 *Militare prandium, quod dictum est prandium ab eo, quod ad bellum milites paret, a cunctis initum, &c.* Sed & Iul. Cæs. Scaliger Poët. 1, 5 a *parando* deducit, quod qui pransi essent, iterum ad opus illico essent parati. Vnde *Pransusparatus*, de quo modo dictum. *Prandium conficere*, verzehren, Plaut. Menæch. 3, 2, 4. *Curare prandium*, ibid. 2, 3, 16. *Ad prandium vocare*, Cic. pro Mur. c. 34. De prandiis eorumque hora vide Marcilium ad Horat. 1 epist. 2, 30.

¶ Prandiolum, *i*, n. diminut. vulgo dicitur At

¶ Prandicŭlum, *i*, n. est Festi Pompeji: *Prandicula*, inquit, *antiqui dicebant, quæ nunc jentacula*, frühstück.

¶ Pransor, *ōris*, m. ein mittags gast. Plaut. Menæch. 2, 2, 2 *Bonum anteponam prandium pransoribus.* Et Macrob. Sat. 3, 6 *Cum jam manus pransores lavarent.*

¶ Pransōrius, *a, um*, zum mittags-mahl gehörig; ut, *Pransorium candelabrum*, Quint. 6, 3 p. 563; ridicule dictum de nimis humili, quod lucem non diffunderet, quia ad prandendum plane non est opus.

¶ Comprandeo, *ēre*, mit einander zu mittag essen. Sanesb. epist. 264.

¶ Compransor, *ōris*, m. ein tisch-genoss. Cic. Phil. 2, 39 *Hunc tu agrum cum compransoribus tuis & collusoribus dividebas.*

¶ Depransus, *a, um*, verzehrt, abgespeist. Apul. Met. 9, 235 *Depransis pro prandio lacrymis*; al. Depensis.

¶ Deprandus, *a, um*, famelicus, hungerig. Nævius apud Festum in *Oreæ: Deprandi autem leonis obdas oreas.* Sed vide Dacer.

¶ Impransus, *a, um*, ungessen. Horat. 1 epist 15, 29 *Impransus non qui civem dignoscere buste*, i. e. quem fames ad omne fas & nefas impelleret. Apul. 1 Florid. p. 243 *Qui nihil habet adferre cur prandeat, impransus ad opus foras extraditur.*

PRAPĔDION, & Prapedīlon, *i*, n. herba, flammula Veneris, Apulej. de Herb. c. 7.

PRĂSĪNUS, *a, um*, color viridis, a *πράσον, porrum*, grün, lauchfarb; ut, *Toga prasina*, Martial. 10 epigr. 29 Cassiodor. 12 epist. 12 *Prasina viriditas.* Sed Petron. c. 64 *Prasina fascia involvere.* ¶ 2. Et, *Prasina* agitatorum factio; qui & ipsi *Prasini*, Suet. Calig. c. 55 & Ner. c. 22, & ibi Torrentius. Vide & supra in Auriga. ¶ 3. *Prasinus*, gemma, de qua Tertullian f. Cyprian. de Iudic. D. c. 8 *Inde nitet prasinus, illinc carbunculus ardet.*

¶ Prasĭānus, *i*, m. qui favet prasinæ factioni. Petron. c. 70. Tales *Prasinianos* vocat Iul. Capitol. in Vero c. 6.

¶ Prasīnātus, *a, um*, prasina indutus, grün gekleidet. Petronius c. 28 *In aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo.*

¶ Prasius, *i*, m, gemma e viridantium genere Plinio est 37, 8.

¶ Prasium, *i*, n herba, marrubii species, Plin. 20, 17 & 22. Apulej. de Herb. c. 45, & Dioscor. 3, 119.

¶ Prason, *i*, n *πράσον*, frutex marinus, Plin. 13, 25; Dioscor. 2, 179.

¶ Prasoïdes, *is*, f. *πρασοειδὴς*, gemma ex genere topaziorum, Plinius 37, 8.

PRĀTVM, *i*, n. quasi protinus & sine magno labore *paratum*, quemadmodum testantur Varro L. L. 4, 4; & R. R. 1, 7; & Vlpianus L. 31 D. de Verb. Signif. ein grasefeld, eine wiese. *Pratum irrigare*, Cic. ad Qu. fratr. 3, 1, 2. *Mollia prata*, Virg. ecl. 10, 42.

¶ Prātŭlum, *i*, n. Hoc enim diminutivo Cicero ad Attic. utitur 12, 6, & Plin. 5 epist. 6.

¶ Pratensis, e, was auf wiesen wächst. *Fungi pratenses*, wiesenschwämme, Horat. 2 sat. 4, 20 *Fœnum pratense*, Colum. 6, 3. *Flores pratenses*, Plin. 21, 8, wiesen blumen.

PRĀVUS, *a, um*, curvus, distortus, recto enim opponitur, (vide *Rectus*) ungleich, krumm. Vet. Gloss. *Pravæ, σκολιαί.* v. Gronov. ad Liv. 4, 26; & Burm. ad Petron. c. 48 p. 244. *Talis pravis male fultus*, Horat. 1 sat. 3, 48. Cic. Acad. 4, 11 pr. *Interesse oportet, ut inter rectum & pravum, sic inter verum & falsum.* Ter Phorm. 5, 2, 6 *His nunc præmium est, qui recta prava faciunt*, die das gerade krumm machen. Horat. de Art. poët. v. 36 *Pravo vivere naso.* Quint. 1, 3 p. 35 *Frangas citius quam corrigas, quæ in pravum indurverunt.* ¶ 2. Transfertur ad animum, arg, schlimm, böse. Sen. de Ira 1, 16 *Cn. Piso fuit memoriâ nostra, vir a multis vitiis integer, sed pravus, & cui placebat pro consultantia rigor*, id est, perversi judicii, non recti & moderati: importunus, sive *σκαιός*, verkehrt. Vet. Gloss. *Pravus, σκαιὸς, φαῦλος.* Gloss. Cyrilli: *σκαιὸς, Scævus, opportunus*; Lege: *importunus.* Tac. Hist. 1, 47 extr. *Audax, callidus, promtus, & prout animum intendisset, pravus aut industrius eadem vi.* Vbi PRAVUS, *φαῦλος*, ignavus est. Compar. *Quo pravius nihil esse possit*, Cic. Tusc. 3, 33 *Pravissima consuetudinis regula*, Id. de Clar. Orat. c. 74. *Pravissimus homo*, Vellejus 2, 80, 3, qui vere 2, 10, 1 dixit: *A vitiis in prava, a pravis in præcipitia pervenitur.*

¶ Prave, adv. ungleich, krumm; item, male, nequiter, verkehrt, boshaftig; ut, *Prave pudens*, der sich zur unzeit schämt, Horat. de Art. poët. v. 88. *Prave facta*, peccata, Cicero Acad. 1, 10. *Prave cultæ religiones*, Liv. 1, 32 *Pravissime adhuc tutus furit*, Sallust. Fragm. 1 c. 3. *Pravissime religiones sustipere*, Lactant. lib 2 inscunte.

¶ Prāvĭtas, *ātis*, f. obliquitas, deformitas, die krümme; ut, *Pravitas membrorum*, Cicero Tusc. 4, 13, i. e. distortio, die ungleichheit und ungestalt der gliedmassen. *Pravitas oris*, id. de Orat. 2, 62. Sed, *Pravitas animi*, est malitia, die bosheit, verkehrter sinn. Q. Cic de Petit. Consul. 10 *Date operam, ut de illa animi pravitate eos deducas.* Cic. Paradox. c. 3 *Pravitates animi recte vitia dicuntur.* Sallust. Iug. c. 2 *Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui corporis dediti gaudiis, per luxum atque ignaviam ætatem agunt.* Ter. Heaut. 5, 2, 21 *Quæ ista est pravitas? quæve est amentia?* PRAVITAS id est, iniquitas. Liv. 4, 26. *Pravitas consulum, discordiæque inter ipsos.*

¶ Pra-

¶ Pravicordius, *a, um*, vel, ut alii habent, Pravĭcors, *dis*, boshaftig. Vulg. Interpr. Sirac. c. 3, 26.

¶ Depravo, *āre*, pravum efficere, corrumpere, verfälſchen, verſchlimmern. Ter. Phorm. 4, 4, 16 *Nihil eſt Amiſtrati, quin malo naturam depravarit*, das nicht verkehret worden ſeyn ſollte. Cicero ad Brut. ep. 18 *Alieni ad depravandum parati ſunt.* Idem Fin. 1, 6 *Quidquid corrigere vult, depravat.* Sed, *Depravare hominem*, i. e. fractis membris debilitare, einen krumm und lahm machen. Seneca epiſt. 122.

¶ Depravātus, *a, um*, verkehrt, verderbt. Varr. R. R. 8, 5 *Depravatum erit corrigere.* Cicero Fin. 2, 11 *Natura depravata mala diſciplina.* Idem de Leg. 2, 15 *Depravati mores*, id eſt, corrupti & perverſi.

¶ Depravate, adv. idem. *Depravate judicare*, Cic. de Fin. 1, 21.

¶ Deprāvātio, *ōnis*, f. die verdrehung, verfälſchung, verſtümmelung. Cicero Off. c. 3, 29 *Depravatio & fœditas turpiſcati animi.* Sen. epiſt. 24 *Libidines affervent articulorum omnium depravationes.* Sic, *Depravatio oris.* Cic. de Orat. 2, 62; *verbi*, Id. Part. Or. c. 37.

¶ Depravator, *oris*, m. ein verderber, fälſcher, apud Livium.

¶ Indepravatus, *a, um*, unverfälſcht; ut, *Indepravata virtus*, Seneca epiſt. 76.

PRAXILLA, *æ*, f. Sicyonia poëtria, quæ Adonidem induxit ab inferis interrogatum, quid pulcherrimum apud ſuperos reliquiſſet? reſpondere: *Solem, cucumeres, mala.* Hinc proverbium: *Suspidior Praxillæ Adonide*, quia nullius judicii Adonis cucumeres & mala cum ſole infulſe compoſuit. v. Chil.

PRAXIS, *is*, vel *eos*, πρᾶξις, actio, uſus, exercitatio, die handlung, that, übung; græcum quidem, ſed Latinis receptum, & communi uſu tritum vocabulum. Cicero ad Attic. 14, 19 *Facere magnam praxin Dolabellæ.* Et mox: *Tibi aſſentior, majorem præxin ejus fore &c.* Adde Pecron. c. 39; & Quint. 3, 6.

¶ Practicus, *a, um*, πρακτικός, thätlich; ut, *Artes practicæ*, quæ in uſu & ipſa actione conſiſtunt, diverſæ a *theoreticis*, i. e. ſpeculativis. vid. Quint. 2, 18.

¶ Praxibŭlus, *i*, m. πραξίβουλος, Athenienſium magiſtratus, Plinius 33, 7.

¶ Praxidice, *es*, πραξιδίκη, Dea *dicis* h. e. cauſis ſ. litibus finem imponens, Concordiæ Virtutisque mater. v. Suid.

¶ Praxidĭcum, *i*, n. liber vel tragœdia Accii, cujus meminit Plinius 18, 24.

¶ Apractŏtātos, *i*, m. ἀπρακτότατος, i. e. rebus agendis ineptiſſimus, ſehr unerfahren in ſachen, Cic. Att. 1, 16.

¶ Protopraxia, *æ*, f. πρωτοπραξία, i. e. prima exactio, vel privilegium, ut quis cæteris creditoribus anteponatur, das vorrecht in der ſchuld-forderung. Plin. 10 epiſt. 109 *Inveni a plerisque proconſulibus conceſſam eis protopraxiam.*

PRAXĪTĔLES, *is*, m. ſtatuarius inſignis fuit. De operibus ejus v. Plinius 34, 8: deque Venere ejus admodum nobilitata 7, 38. Scripſit volumina quinque operum nobilium in toto orbe, de quo Plin. 36. 5. Propert. 3, 9, 16 *Praxitelem Parius vindicat arte lapis.* Phædr. 5. prol. *Si marmori adſcripſerunt Praxitelem ſuo.*

¶ Praxitelius, *a, um*, adject. *Nam in omni marmore neceſſe eſt ineſſe Praxitelia capita*, Cic. de Divin. 2, 21, i. e. nobilitatus eſt operibus ex marmore Pario.

Precarius, precatio &c. vide mox *Precis.*

PRĔCIÆ, *arum*, f. pl. uvæ citius matureſcentes, dictæ quaſi *præcoquæ*, ut Servius interpretatur ad Virg. Georg. 2, 95 *Pinguiaque, preciaque, & quo te carmine dicam Rhetica?* Alii a *pretio* potius appellatas cenſent, quod ſint magni pretii.

PRĔCIS, *gen.* preci, *dat.* prece, *abl.* ab antiquo *Prex*: plur. *prĕces, precum, precibus*, defect. bitte bebet. *Primum prece numen adora*, Virg. Æneid. 3, 437. Ter. Andr. 3, 4, 22 *Nihil eſt preci loci relictum.* Idem Phorm. 3, 3, 14 *Nullus locus relinquitur preci.* Ovid. Faſt 6, 251 *In prece totus eram.* Sic, *Prece haud degenere permotus*, Tac. An. 12, 19, 1. *Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec ſimultate, a via recta oportet deduci*, Auct. ad Herenn. 3, 3. *Precem quotidianam* pro Oratione Dominica B. Hieronymus dixit lib. 1 epiſt. 39 *Quomodo in quotidiana prece unquam diximus:* DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA &c. ¶ 2. Sed uſitatior pluralis; ut, *Precibus quem fatigare*, Liv. 1, 11, eſt inſtanter orare, bitten. Et, *Precibus inſimis petere*, Id. 8, 2, demüthig bitten. *Preces Thyeſtæ*, execrationes ſunt, & diræ imprecationes, quales Thyeſtes in fratrem Atreum, qui trucidatos filios pro cibo Thyeſti appoſuerat, iratus effudit, Horat. epod. 5, 86. Nam ſicut Græci ἀρὰς, ſic *Preces* Latini pro obſecrationibus juxta & execrationibus uſurpant. Vide Lambin. ad Horat.

¶ Preciŏlæ, *arum*, f. pl. dimin. Symmach. Auctar. ep. 14.

¶ Prĕcor, *ātus, ſum, ari*, petere, optare, ſupplicare, bitten, beten, wünſchen. Vet. Gloſſ. *Precatur*, ἱκετεύει, ἐυχεται, δεεται. *Precor*, ἱκετεύω, δέομαι, παρακαλῶ. Cicero pro domo c. 57 *Precor, quæſo & obteſtor vos.* Idem de Nat. D. 3, 34 *Bona a quibus precamur, ab iis dantibus nolle ſumere, ſtultitia eſt*, Dionyſii vox eſt, ſimulacra Deorum ſpoliantis. Id. pro Mur. c. 1 *Precari ab aliquo.* Idem in Piſ. c. 20 *Hæc ego ſemper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus ſum.* Id. pro Rab. c. 2 *Precari veniam.* Livius 38, 43 *Ad deos precari & ſupplicare.* Quint. Tryphoni p. 2 *Oram ſolventibus bene precemur.* Cato R. R. c. 134 *Bonas preces precari.* ¶ 2. Pro *imprecari*, fluchen; ut, *Precari dira alicui*, Tibull. 2, 5, 115, einem alles böſe wünſchen. Plaut. Aſin. 2, 4, 71 *Pergin' precari peſſimo?* Liv. 9, 14. *Eam precari mentem hoſtibus, ut ne vallum quidem defendant.* ¶ 3. *Preco* activa forma ut *precor* ap. Priſcian. p. 799.

¶ Precans, *tis*, ut, *Oculos dextramque precantem protendens*, Virg. Æneid. 12, 930 *Pro gnato verba precantia dicere*, Ovid. Met. 7, 590 *Ramus precantis olivæ*, i. e. ſupplicis, Stat. Theb. 2, 478. Et Ovid. Amor. 1, 4, 27 *Tange manu menſam, quo tangunt more precantes, Optabis merito cum mala multa viro.* Aras nimirum tangebant inter precandum.

¶ Precātus, *a, um*, der da gebeten hat: ut, *Precati Deos viam ingredimur*, Petron. c. 117. *Supplex pervota precatus*, Virg. Æn. 3, 624. ¶ 2. Paſſive legitur apud Iuvencum 3, 85

Suſpicienſque dehinc cælum, genitore precato.

¶ Precatus, *ûs*, m. bitte, gebet. Sidon. 4 ep. 2 *Precatu Deum placare*, beten. Idem 8 epiſt. 15 *Dabitur precatui tuo.* Idem 9, 3 *Precatibus efficaciſſimis obtinere.* Ammian. 24, 22 (Valeſ. c. 6) *Cum concordi precatu prohibere tentarent.* Stat. Theb. 11, 103 *Blanda precatu Antigone.* conf. Id. Silv. 5, 2, 81. Sedul. in Lucæ c. 14 *Ad quam tunc facili convenerat illa precatu.*

¶ Precātio, *ōnis*, f. ἐυχή, oratio ad Deum, gebet. Cicero pro Mur. c. 1 *Quod ſi illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpiciis conſecrata.* Idem Nat. D. 2, 27 *Precationem & ſacrificationem*; & Livius 9, 5 *Vbi precatione res tranſigitur.* Idem 30, 5 *Rem divinam precationemque* conjungit: *Quam pronunciaſſent*, inquit, *conſules, rem divinam rite perfectam eſſe, & precationem admiſiſſe Deos, aruſpices reſpondere &c. Cum bonis omnibus votisque ac precationibus.* Idem præf. eſt. Et, *fauſtis precationibus*, mit guten wünſchen, Tac. An. 4, 9, 1. Pro imprecatione Liv. 21, 45 *Secundam precationem caput pecudis ſaxo eliſit.* ¶ 2. Item, δεησις, petitio, interceſſio. Sic, *Precatione rem tranſigere*, Liv. 9, 5.

¶ Precatiuncŭla, *æ*, f. diminut. Gloſſ. gr. lat. δεησίδιον, *Precatiuncula, petitiuncula.*

¶ Precator, *ōris*, m. qui pro alio intercedit, ein fürbitter. Ter. Heaut. 5, 2, 22 *Nemo accuſat, Syre, te, nec tu avam tibi, neque precatorem pararis.* Servis enim, ut malum ab heris effugerent, duo erant perfugia, ARA & PRECATOR. Nam qui ad *aras* confugerant, ibique conſederant, hos nefas erat attingere. *Precatores* vero intercedendo veniam impetrabant. Sæpe horum mentio fit apud Plautum. Sed dignus notatu eſt Terentii locus Phorm. 1, 2, 90, quippe qui formulam precandi etiam oſtendit: Iſte igitur eſt: *Ad precatorem adeam credo, qui mihi ſic oret:* NVNC OMITTE QVAESO HVNC: CAETERVM, POSTHAC SI QVICQVAM, NIHIL PRECOR. vid. & Lindebr. ad ſupra citatum Terentii locum, itemque Scaligerum ad Tibulli lib. 4 extr.

¶ Prĕcatrix, *īcis*, f. Aſconius. *His precatricibus bellum finitum.* Rectius: *Deprecatricibus*: vide poſt *Deprecatrix.*

¶ Precābĭlis, *e*, bittlich. Gloſſ. lat. gr. *Precabile*, δεητικὸν, ἐυκτικόν.

¶ Precabundus, *a, um*, idem. Pacatus Paneg. Theodoſii c. 36. *Manus illa ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis.*

¶ Precārius, *a, um*, quod precibus petenti conceditur, utendum tamdiu, quamdiu patitur is, qui concedit, was man mit bitten hat, oder erhält, erbeten, erbettelt. Itaque *precarium*, quod non proprium & noſtri juris eſt, ſed alieni. Sen. de Tranqu. an. c. 11 pr. *Non mancipia tantum, poſſeſſiones & dignitatem, ſed corpus quoque ſuum & oculos, & manum, & quicquid eſt cæterum vitam facturum, ſeque ipſum inter precaria numerat* (ſapiens), *vivitque ut commodatus ſibi, ut repoſcentibus ſine triſtitia redditurus.* Opponitur etiam *debito*: Livius 3, 47 *Preſſare homines cœpit, & non orare ſolum precariam opem, ſed pro debita petere.* Sic, *Precarium regnum*, Curt. 5, 8, 12; & *Precaria vita*, Tac. hiſt 4, 76, 5. *Animam precariam inter infenſos trahere*, Idem An. 1, 42, 6. *Forma precaria*, Ovid. Met. 9, 76.

¶ Precario, ablativus, vim adverbii habens, aus oder durch bitte. *Precario aliquid habere*, Vlp. l. 2 § 3 & l. 4 Dig. de *precario.* Sic, *Precario poſſidere*, ſive, *precario venire in poſſeſſionem*, Cic. Agrar. 3, 3, bittweiſe beſitzen. Aur. Vict. de Viris ill. c. 7 *Servius Tullius quaſi precario regnare cœpit.* Tac. Agr. 16, 5 *Precario mox præfuit.* Alexander M. apud Curt. 9, 2 extr. *Mori præſtat, quam precario imperatorem eſſe.* Ter. Eun. 2, 3, 27 *Seu vi, ſeu clam, ſeu precario.* Plaut. prol. Amph. v. 24 *Petere precario.*

¶ Precārium, *i*, n. ſubſtantive, pro ſacrario ſeu templo domeſtico, apud Petronium c. 30. Quam lectionem (nonnulli enim ſolicitant) defendit & aſſerit Barthius in Claud. de Conſul. Honorii 4, 3.

¶ Prĕcātīvus, *a, um*, idem quod *precarius*; ut, *Pax precativa*, Ammian. 16, 9; & 17, 10. Et Vlpian. tit. 24 in Titulis ex corpore Vlp. *Ea, quæ precativo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur.*

¶ Precative, adverb. precario, bittlich. Idem Vlpian. l. c. tit. 25 *Fideicommiſſum precative relinquitur &c.*

Compoſita:

¶ Apprĕcor, vel Adprecor, *āri*, idem quod *precari*, anbeten, anrufen. Apulej. Met. 11 p. 266 *Deæ venerabilem conſpectum apprecamur.*

¶ Adprecatus, *a, um*, der angerufen hat. Horat. 4 od. 15, 28 *Rite deos prius adprecati.*

¶ Comprecor, *āri*, anrufen. Ter. Adelph. 4, 5, 65 *Abi domum ac Deos comprecare.* Ibid. v. 70 *Tu potius Deos comprecare.* Catull. 65, 191

Cæleſtumque fidem poſtrema comprecer hora.

¶ Comprecātio, *ōnis*, f. das gemeine gebet. Livius 39, 15 *Solennis Deorum comprecatio.*

¶ Dēprĕcor, *āri*, etiam atque etiam precari, ſehr bitten. Cicero fam. 8, 1, 2 *In hoc te deprecor.* Id. de Amic. c. 11 *Deprecatum venit ad me, ut ſibi ignoſcerem*, mich hochlich zu bitten. *Iratum alicujus animum deprecari*, Idem pro Font. c. 12. Et fam. 12, 24 *Legatos ſenatus non ad pacem deprecandam, ſed ad denuntiandum bellum miſerat.* Et ad Quirit. poſt red. c. 6 *Italia cuncta me ſemper a vobis deprecata eſt.* Sic & ad fam. 6, 6 *Te deprecantur*, ſie bitten um dich. vid. ibi Manut. Sic, *Deprecari pro aliquo*, Id. ad Brut. ep. 12; *de ſe*, Id. de Orat. 3, 20. *Deprecor illi aſſidue*, Catull 93, 3. ¶ 2. Cumque μᾶλλον ſit hoc verbum, ſignificat interdum idem, quod *deteſtari*, abominari, refugere, depellere, amoliri, bittlich abſchlagen, verbitten. Quint. 2, 12 *Deprecari munus.* Ovid. de Pont. 1, 2, 59 *Sæpe precor mortem*

mortem, mortem quoque deprecor idem. Sic, *Deprecari periculum*, durch bitte abwenden. Nepos 25, 12, 2 *Tantum abfuit a cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis.* Et, *Deprecari ab se calamitatem*, Cic. Verr. 1, 60 extr. hoc est, amoliri. Vide de hujus compositi natura Gell. 6, 16; it. Burm. ad Quint. 3, 6 p. 240. Utramque notionem scite Iustinus una sententia complexus est lib. 11 c. 9 *Provoluta genibus Alexandri, non mortem, sed dum Darii corpus feliciant, dilationem mortis deprecantur.* Conf. Manut. ad Cicer. Fam. 4, 7, 8, 1. ¶ 3. *Deprecari* etiam idem est ac veniam delictorum rogare, abbitten, abbitte thun. Cic. Att. 11, 6 *Q. Fratrem nudo profectum in Asiam, ut deprecaretur*, i. e. ut veniam a Cæsare peteret, quod cum Pompejo fuisset. Idem Phil. 5, 1 *Pacem vult M. Antonius? arma ponat, roget, deprecetur, neminem æquiorem se reperiet.* Val. Max. 4, 7, 1 *Pro se deprecatum venire.* vid. Borrich. Vindic. p. 53 seq. ubi locupletissima hujus tertiæ significationis assertio.

¶ Deprecans, *tis.* Vulg. Interpr Gen. 16, 2 *Cum ille acquiesceret deprecanti.* Et Sirac. 28, 2 *Deprecanti peccata solventur.* Liv. 37, 6 *Deprecantes pro Astolis.*

¶ Deprecatus, *a, um*, qui vehementer expetiit, der fürgebeten, oder gewünschet hat. Cic. de Orat. 2, 49 *Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro se ipso deprecatus.* Apul 9 Met. p. 127 *Diras devotiones in eum deprecata uxor.* ¶ 2. Passive Apul Met. 11 p. 270 *Deprecato summo numine.*

¶ Deprecātio, *ōnis*, f. die abbitte; it. entschuldigung; ut, *Deprecatione uti*, i. e petitione, Cic. pro Cluent. c. 3. Et de Invent. 2, 34 *Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.* Id. in Partit. Orat c. 37 *Ad ejus facti deprecationem ignoscendi petenda venia est.* Quint. lib. 1 præf. *Faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore.* Cæs. f. Hirt. B. G. 8, 1 pr. *Inertiæ deprecationem habere.* ¶ 2. Amolitio, die abwehrung. Sic, *deprecationes* etiam dicebantur certæ voces & carmina, quibus incendiorum vis sisti & inhiberi posse, utalia istiusmodi depelli atque averti, existimabantur. Plin. 28, 2 *Etiam parietes incendiorum deprecationibus injiciuntur.* ¶ 3. Imprecatio, die verwünschung. Sic, *Diras deprecationes*, Plinius dixit 28, 2.

¶ Deprecatiuncula, *æ*, f. dimin. Salvian. lib. 3 contra Avar. post init *Deprecationis modæ species.*

¶ Deprecātor, *ōris*, m. ein fürbitter. *Legatos & deprecatores mittere*, Cic. pro L. Manil. c. 12. *Deprecator sui*, Id. Att. 11, 8. conf. fam. 2, 13; & 15, 15 cum notis Manutii. Et Liv 36, 35 *Ego apud consulem deprecator defensorque vobis adero.* Cæs. B. G. 6, 4 *Usi deprecatoribus.* Et 1, 9 *Eo deprecatore aliquid impetrare.*

¶ Deprecatrix, *īcis*, f. Asconius in Verr. de Præt. Urb. p. 72 *Sabinis deprecatricibus parentum bellum maritorumque finitum est.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 12 *Humanam opponit necessitatem quasi deprecatricem.*

¶ Deprecātōrius, *a, um*, abbittend. Vet. Interpr. 1 Maccab. c. 10, 24 *Scribam & ego illis verba deprecatoria.*

¶ Deprecabundus, *a, um*, idem. Tac. Ann. 15 c. 53 n. 2 *Ut subsidium rei familiari oraret, deprecabundus, & genibus principis accidens.*

¶ Deprecābilis, *e*, versöhnlich. Vulg. Int. Ps. 89, 13 *Deprecabilis esto super servos tuos.*

¶ Deprecāneus, *a, um*, idem. Sen. Nat. Qu. 2, 49 vocat *Fulmina deprecanea, quæ speciem pericali sine periculo afferunt.*

¶ Deprecātīvus, *a, um*, idem. Mart. Capella 5 p. 147 *Deprecativa qualitas veniali specie continetur.*

¶ Indeprecabilis, *e*, unvermeidlich, da kein bitten hilft; ut, *Pœna indeprecabilis subeunda*, Gell. 1, 13.

¶ Imprēcor, *ari*, in malam plerumque partem accipitur, anwünschen, fluchen. *Diras Pompejo, quas ille mox luit, imprecatur populus*, Plin. 8, 7 v. *Diræ. Imprecari debilitates, naufragia, morbos*, Quint. Decl. 15 extr. ¶ 2. Et Apul. 9 Met. p. 228 in meliorem partem: *Solito sermone salutem ei* (iternutanti) *fecerat imprecatus.* Quod etiam Pricæus ita legit p. 194. Hieron quoque extrema ep. 78 ad Pammach. & Marcellam: *Cui* (Papæ Anastasio) *multos imprecamur annos &c.* dem wir langes leben wünschen ꝛc.

¶ Imprécans, *tis.* Vulg. Interpr. Gen. 24, 60 *Imprecantes prospera soceri suæ.* Et Lev. 16, 21 *Qui imprecans capiti ejus* (hirci) *emittet idem.*

¶ Imprécātio, *ōnis*, f. der fluch; ut, *Dira imprecatio*, Sen. de Benef. 6, 35; & Plin. 5, 8.

Preciosus, precium &c. vide *Pretium*, Precor, Precis.

PRĒHENDO, *di, sum, prehendĕre*, ergreifen, fassen, halten; ut, *Prehendere manu aliquem*, Cic. de Orat. 1, 56. Et, *Manum* vel *dextram alicujus prehendere*, de Div 1, 28. Ter. Heaut. 3, 1, 89 *Syrus est prehendendus atque adhortandus*; id est, compellandus orandusque, ich muß ihn vornehmen. Solebant enim orantes illorum, quos compellabant, dextras prehendere. Vide post paullo *prensare*: & Guyetum ad allegatum Terentii locum. Nam & *Prehendere* verbum, pro rogare, ambire, supplicare, sicut *Prensare*, usurpatur, ut docent exempla a Guyetо producta. ¶ 2. Porro, ut hoc moneantur studiosi, memineriut, orthographiam in hoc verbo & compositis ejus, libentius esse, & scribi juxta, *præhendo, apprehendo &c.* & *prehendo &c.* Fruditissimo Cunctatio tamen *prehendo* præ altero placuit: quod ex *præ* & antiquo inusitato *hendo*, sive *fendo* compositum esset.

¶ Prendo, *ĕre*, per syncopen, idem; ut, *Prendere auriculis*, Plaut. Asin. 3, 3, 77; & Pœn. 1, 2, 163. *Prendo amicos, supplico, ambio domos*, Plin 2 epist. 9. Aliquæ editiones: *Prenso.* Et, *Prendo hominem foluu*, Ter Phorm. 4, 3, 15, ich fricore ihn allein zu mir. Sen. Medeâ v. 150 *Felix Aoniam prendito virginem*, i. e. duc conjugem domum: antecedens pro consequenti. Nam *prendimus* prius, quam *ducimus.* Lucret. 4, 1136 *Prendere oculorum lumine aperto innumerabilia*, unzehlige dinge anschauen. *Iam Italiæ prendimus oras*, Virg. Æneid. 6, 61. Ita Val. Fl. 7, 83, *prendere portus.* Add. Stat Silv 1, 2, 203. Ovid. am. 2, 9, 31. In præterito *prendidi* fecit Silius 15, 632

Fert letum cuicumque viro, quem prendidit ictus.

¶ Prĕhensus, *a, um*, ertappt, ergriffen; ut, *Prehensus manifesto furto*, & *Prehensus furti*, Gell. 11, 18. *Dextrâque prehensum Continuit*, Virgil. Æn. 2, 592.

¶ Prensus, *a, um*, per syncopen, idem; ut, *Corpora prensa manu*, Virgilius Æneid. 3, 624. *Dextra prensus hostili puer*, Sen. Troade v. 1095. Et Horat. 2 od. 16, 1 *Otium divos rogat in patenti Prensus Ægæo.*

¶ Prĕhensio, vel Prensio, *ōnis*, f. qua quis capitur, die fassung, greifung, arretirung. Varro apud Gell. 13, 12 *In magistratu habent alii vocationem, alii prehensionem*, (ut prehendere, tenere, abducere possint), *alii neutrum &c.* Et ipse Gell. 13, 13 *Potestas prehensionis*, das recht oder die macht zur captur. ¶ 2. Genus machinæ apud Cæs. B. C. 2, 9, ubi v. Hotoman. Sed malit ibi Lipsius legere *Pressio*, 2 Poliorcet. Dial. 4.

¶ Prehenso, & Prenso, *are*, frequent. studiose prehendere, anfassen, anhalten; ut, *Prehensare hostium tela brachiaque*, Tac. Hist. 3, 28, 3. *Arma, genua, vestigia prehensando flexere militum animos*, Id. H. 1, 66, 1. *Prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti*, Idem H. 4, 46, 7. *Prensant fastigia dextris*, Virg. Æneid. 2, 444. ¶ 2. Item, ambire, per blanditiam petere, werben, bitten. Nam candidati, sive honorum petitores, cum se suffragatoribus commendare vellent, eorum dextras apprehendebant. v. Plutarch. Coriolano p. 219 & seq. itemque Auson. Grat. act. & Mamert Paneg. Iuliani c. 16, nec non Tertull. de Pœnit. c. 11; & Cyprian. ad Donatum. Græci δεξιώσθαι dicebant: Euripides Iphigenia in Aulide p. 337. Cicero Att. 1, 1 *Prensat unus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more majorum negatur. Prensat*, id est, ambit consulatum. Livius 1, 47 *His muliebribus instinctus furiis Tarquinius, circumire & prensare minorum maxime gentium patres &c. Prensare*, id est, orare regnum ambiens. Id 3, 47 *Prensare homines cœpit.*

¶ Prehensans & Prensans, *tis.* Tac. A. 14, 10, 2 *Prehensantes manum gratantesque.* Ovid. Met. 13, 424 *Prensantem tumulos traxere manus.*

¶ Prensatio, *ōnis*, f die bewerbung. Cic. Attic. 1, 1 *Præpropera prensatio*, id est, festinata petitio honorum.

¶ Prensīto, *are*, anfassen. Sidon. 2 epist. 8 *Cum Libitinam ipsam flentes omnes externi quoque prensitarent.*

¶ Prensōrium, *i*, n. eine schlinge. Gloss. lat. gr. *Prensorium*, Ἄγος.

Composita:

¶ Apprĕhendo, *ĕre*, ergreifen, fassen; ut, *Manum alicujus apprehendere*, Cic. pro Quint. c. 31. Et, *Apprehendere aliquid manu*, Plaut. Amph. 5, 1, 65. *Apprehendere morsu*, Plinius 11, 24. Sed apud Cæs. B. C. 3, 112 *Militibusque expositis Pharum apprehendit, atque ibi præsidium posuit*; apprehendit, id est, *occupavit.* Similiter Virg. Æn. 2, 322 *Quam prendimus arcem?* ¶ 2. Poetæ & hic contractionem amant. Silius 16, 373 *Nisusque apprendere primos.*

¶ Apprehendens, *tis.* Vulg. Esai. c. 41, 13 *Deus apprehendens manum tuam.* cont. Matth. 7, 33.

¶ Apprehensus, vel Apprensus, *a, um*, ergriffen. Stat. 3 Silv. 4, 43 *Apprensa traxisset fortius urnâ.* Cæl. Aurel. Acut. 9, 9, 38 *Sensus apprehensi*, i. e. quasi vinculis constricti. Id. Tard. 3, 5, 70 *Passio apprehensa*, i. e. cognita, vermerckt.

¶ Apprehenso, vel Adprenso, *are*, ergreifen. Gratius Cyneg. v. 241 *Celsas adprensat naribus auras*, er schnappet nach der luft.

¶ Apprehensio, *onis*, f. die ergreifung, vermerckung; ut, *Varia passionis apprehensio*, i. e. cognitio, Cæl. Aurel. Acut. 1, 8, 57. *Locorum neglecta specialis apprehensio*, ibid. 2, 27, 148. conf. Tard. 5, 4, 63. Sic *Apprehensio*, scil. aræ, Macrob. Sat. 3, 2. ICtis *Apprehensio* idem est quod captura, die arretirung, festhaltung.

¶ Apprehensibĭlis, *e*, begreiflich, mercklich. Tertull adv. Valent. c. 11 *Filium constituunt apprehensibilem patris.* Et Cæl. Aurel. Acut. 3, 15, 123 *Manifesto esse apprehensibile.*

¶ Inapprehensibĭlis, *e*, unbegreiflich. Tertull. l. c. *Inapprehensibile ejus perpetuitatis est causa: apprehensibile autem non perpetuitatis, sed nativitatis & formationis.* Et Paul. Nolanus epist 32 n 20 *Iam constat, quomodo videas invisibilem, & inapprehensibilem comprehendas.*

¶ Comprehendo, *ĕre*, idem quod apprehendere, capere, ergreifen, fangen, haschen. Ter. Eun. 5, 1, 20 *Comprehendi jube, quantum potest.* Idem 5, 6, 22 *Hunc pro mœcho postea comprendere & constrinxere.* Sic aliquoties Nepos 4, 4, 3 & 4, 5, 1 *Pausaniam comprehendere*, &, *Eum comprehendi*, de vinculis captivo injiciendis. ¶ 2. Complecti, begreiffen, zusammen fassen, umfassen; ut, *Animo celeriter comprehendere*, Cicero de Orat. 2, 31, bald fassen und verstehen. Et, *Mente comprehendere*, Nat. D. 3, 8 extr.; *cogitationibus*, Id. pro Flacco c. 28; *memoria*, Idem Tusc. 5, 41. *Comprehendere multos amicitia*, i. e. amplecti, Id. pro Cæl. c. 6, mit vielen freundschaft halten. Sic & *Comprehendere portum*, den hafen erreichen, Quint. Decl. 12, 25 p. 267. ¶ 3. In re rustica *comprehendere* dicuntur semina, herbæ, stirpes, cum crescere incipiunt, sie kommen fort, sie bekleiben. Colum 4, 29 *Bruma temporibus aliquando insita vitis comprehendit &c.* Idem 11, 3 *Ne tarde comprehendant.* ¶ 4. A poëtis iterum fit contractio; ut, *Numerum virorum comprehendere*, Ovid. Trist. 5, 11, 19. *Plura comprendere dictis*, Id. Met. 13, 160. Pro quo simpliciter *Comprendere*, Virg. Æn. 6, 626

¶ Comprĕhensus vel Comprensus, *a, um*, ergriffen, zusammengefaßt; ut, *Captum & comprensum aliquem tenere*, einen feste halten. Cic. Catil. 3, 7. *Naves in flumine Vulturno comprehensæ*, Liv. 26, 7. *Aliquid cognitum comprehensumque animo habere*, etwas wissen und verstehen, Cic. Nat. D. 2, 2. Sic & contracte Ovid. Met. 6, 55. *Comprensam forcipe linguam Abstulit.* Et Virg. Æn. 6, 701 *Ter frustra comprensa manus effugit imago.* conf. Nep 16, 5, 2. *Comprehensa porri planta*, Pall. Oct. 11, 5 quæ comprehendit.

¶ Comprehensio, *onis*, f die greifung, begreifung, zusammenfassung; ut, *Comprehensio sonitum*, Cic Phil 2, 8. *Cognitiones comprehensionesque rerum, e quibus efficiuntur artes*, Id Fin. 3, 15 *Comprehensionem & ambitum verborum* periodum appellat, idem Cicero de Clar. Orat. c. 44.

¶ Com-

¶ Comprĕhensĭbĭlis, *e*, begreifflich. Cic. Acad. 1, 11 *Id visum, cum ipsum per se cerneretur, comprehensibile*: hoc modo ibi reddidit κατάληπτον. Pareus contendit Lex. Crit. p. 240 legendum esse *comprehendibile*. Sed & Arnob. 1 p. 37 *Involutæ & vix ullis comprehensibiles caussæ*. Et Sen. Qu. Nat. 6, 24 *Verum intret spiritus per pertenuia foramina, nec oculis comprehensibilia*. conf. & Macrob. Somn. Sc. 1, 2.

¶ Comprehenso, *are*, frequentat. umarmen. Claud. Quadrig. ap. Prisc. p. 797 *Comprehensare suos quisque, servare, amplexare*.

¶ Incomprehensĭbilis, *e*, contrarium, ἀκατάληπτον, unbegreifflich. Cels. præf. *Incomprehensibilis natura est*. Quint. 9, 1 p. 759 *Incomprehensibilia præcepta*. Plin. 1 epist. 20 *In disputando incomprehensibilis & lubricus*, den man nicht bekommen kan. Colum. præf. lib. 10 *Incomprehensibilis arenæ parvitas*. Gell. 11, 5 *Veritatem incomprehensibilem videri ajunt*.

¶ Incomprehensĭbĭlĭter, adverb. idem, ap. Hieron. epist. 87.

¶ Incomprehensus, *a, um*, idem fere, unbegriffen. Cic. Acad. 4, 30 pr. *Quæ nos incomprehensa, & non percepta dicimus*. Et Prudent. Apotheos. v. 816 *Incomprensa virtus*.

¶ Deprĕhendo, *ĕre*, est ex insperato opprimere, tenereque, ne possis elabi, überraschen, ertappen, erhaschen. Silius 16, 564 contracta poëtis syncope: *Volucresque vaga deprendere nube Adsuetus jaculis*. Et eleganter Florus 2, 12, 7 *Per alias vias Macedonia deprensa est*. Liv. 38, 21 *Erant deprehensi genere pugnæ, in quod minime apti sunt*. Tac. Agric. 7, 2 *Agricola, nuntio affectati a Vespasiano imperii deprehensus, ac statim in partes transgressus est*. Sic, *Deprehendi in adulterio*, Cic. de Orat. 2, 68. *Deprehendi pro mœcho*, ertappet werden. Ter. Eun. 5, 5, 18. Contracte & uno verbo *Deprendi*, Horat. sat. 1, 2, 134. Egregie Seneca epist. 43 *Sic vivimus, ut deprehendi sit, subito aspici. Quid autem prodest, recondere se, & oculos hominum auresque vitare? Bona conscientia turbam advocat, mala etiam in solitudine anxia, & solicita est*. ¶ 2. Est cognoscere & animadvertere, erkennen, gewahr werden, wahrnehmen. Florus 2, 4, 1 *Experimento deprehensum est*, man hat es erfahren, die erfahrung hat es gelehrt. Sic & Quint. 1, 12 *Mirum sit forsitan: sed experimentis deprehendas*. Vellej. 2, 60, 3 *In eo turpiter deprehensa ejus vanitas est*.

¶ Deprĕhensus & deprensus, *a, um*, ertappt, erkannt, ergriffen, erhascht; ut, *Scelus manifestum atque deprehensum*, Cic. Catil. 3, 5. *Deprehensus subito*, Senec. epist. 11. *Speculator Carthaginensis Romæ deprehensus*, Liv. 22, 23. *Tunc hesitabat deprehensa felicitas*, Curt. 5, 3, 22. Et per syncopen Ovid. Met. 13, 304 *Deprensus Ulyssis Ingenio*. Virg. Æn. 8, 247 de Caco: *Ergo insperata deprensum in luce repente, Inclusumque cavo &c.* conf. Horat. sat. 1, 2, 131. Priap. carm. 67 *Quodque sit ex illis, mihi tu deprensus in horto Fur dabis*. Præcipue tamen nautæ dicuntur *deprehendi*, quos tempestas oppressit. Catullus epigr. 25, 12 *Velut minuta magno Deprensa navis in mari vesaniente vento*. Virg. Æn. 5, 52 *Argolicove mari deprensus*. vid. ibi Servius.

¶ Deprehensio, *ōnis*, f. die ertappung. Cic. pro Cluent. c. 18 *Manifesta veneni deprehensio*. Adde Leg. 7 Dig. de Furtis, ubi *Deprehensione furem manifestum fieri* dicitur.

¶ Indeprĕhensus, & Indeprensus, *a, um*, unvermerckt. Prudent. Hamartig. v. 141 *Indeprensa retinacula cæcis locis prædæ opponere*. Stat. Theb. 6, 564 *Vestigia cunctis Indeprensa precis*.

¶ Indeprehensĭbilis, *e*, unerkenntlich; ut, *Error indeprehensibilis*, Quintil. Decl. 4 p. 52.

¶ Imprensĭbĭlis, *e*, idem apud Gellium 11, 5, ubi alii *Incomprehensibilis*, de quo supra.

¶ Reprĕhendo, *ĕre*, manu injecta retinere, retrahere, zurück halten, zurück ziehen. Plaut. Mil. 1, 1, 59 *Vel illæ, quæ me heri pallio reprehenderunt*. Phædrus 5, 9, 3 *Quem si occuparis, teneas; elapsum semel Non ipse possit Iupiter reprehendere*. Cic. Acad. 4, 45 *Revocavit virtus vel potius reprehendit manu*. Lucret. 6, 568 *Ab exitio reprehendere*. Adde Heinsium ad Ovid. Met. 13, 235. Hinc *reprehendere* pro cohibere, reprimere, einhalt thun. Ter. Adelph. 4, 4, 13 *Sensi illico id illas suspicari, sed me reprehendi tamen*. Ita recte ex MSStis edidit Lindebruch. & tuetur Guilielmius Verisimilium 3, 9, al. *repressi*. Sed & ita in versu veteri, quem D. Hieronymus laudat l. 2 epist. 15, & epist. seq. *Ægre reprehendas, quod finis consuescere*. Huc pertinet Cic. Verr. 3, 20, *Quod erat imprudentia prætermissum, id quæstu ac tempore admonitus reprehendisti*, h. e. revocasti, emendasti. ¶ 2. *Alicujus factum reprehendere*, est accusare & increpare, strafen, schelten, tadeln. Sic, *Reprehendi in aliquo vitio*, Cic. Partit. Orat. c. 37. Sic, *Reprehendere facilius est quam imitari*: vide *Carpo*. Sallust. Orat. 1 ad Cæs. *Plerique mortales ad judicandum satis ingenii habent aut simulant, veruntamen ad reprehendenda aliena facta aut dicta, ardet omnibus animus*. Nepos 14, 5, 1 *Se ipse reprehendit*, es hat ihn gereuet.

¶ Reprĕhensus, *a, um*, retractus, zurück gezogen, wieder herfür gesucht. Ter. Adelph. prolog. v. 4 *Locus reprehensus, qui præteritus negligentia est*. De fugitivis Curt. 4, 14, 2 *Reprehensos ex fuga Persas pugnaturos*. conf. Plaut. Bacch. 2, 3, 130. Ovid. Met. 15, 526 *Membra reprensa relinquere*. De Hippolyto lacerato ab equis. ¶ 2. Culpatus, beschuldiget, getadelt. Nepos 4, 1, 3 *Pausanias in eo reprehensus, quod &c.* Horat. 1 sat. 10, 55 *Major reprensis*, i. e. illis, quos reprehendit.

¶ Reprehensio, *ōnis*, f. der verweis, vorwurff; ut, *Absum a reprehensione temeritatis*, Cic. fam. 10, 23 pr. Id. de Fin. 1, 1 pr. *Hic noster labor in varias reprehensiones incurrit*, die leute haben allerhand daran auszusetzen.

¶ Reprehensor, *ōris*, m. der bestraffet, ein tadler; ut, *Delicti reprehensor*, Ovid. Heroid. 17, 219. *Factum reprehensore caruit*, Val. Max. 6, 3, 9. *Labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur*, Cic. de opt. gen. orat. c. 6.

¶ Repréhenso, *are*, frequent. schelten. Liv. 2, 10 *Reprehensans singulos, obsistens &c.*

¶ Reprehensĭbilis, *e*, straffbar; ut, *Reprehensibilis ebrietas*, Salvianus 4 de Gubern. Dei p. 141. Visus & Vulg. Interpres ad Gal. 2, 11.

¶ Reprehensibĭlĭter, adv. idem. Rufinus in Apolog. *Libellus reprehensibiliter scriptus*.

¶ Irreprehensĭbilis, *e*, contrarium, unsträflich, untadelich. Arnob. 2 p. 53 *Irreprehensibiles vivimus*. Hieron. epist. 16 ad Gellantiam p. 38 *Vitam suam irreprehensibilem exhibere*. Firmicus 1, 3 *Dictaturæ irreprehensibiles actus*. Adde Tertull. de Resurr. carn. c. 23; & Lactant. 4, 6.

¶ Irreprehensibiliter, adv. idem. Ambros. epist. 7 *Inoffense & irreprehensibiliter facit omnia &c.*

¶ Irreprehensibilitas, *atis*, f. die unsträflichkeit, untadelhafftigkeit.

¶ Irreprĕhensus, *a, um*, ungetadelt, ungescholten; ut, *Probitas irreprehensa*, Ovid. Trist. 5, 14, 22. add. met. 3, 340.

PRĔLVM, *i*, n. prima producta, a *premendo*, quod alii a *præluendo* formant, & ideo *Prælum* scribunt per diphthongum; est trabs in torculari, qua uva calcata premitur, ut Servius interpretatur, der kelterbaum, presseſtock, die weinpresse. Virtuv. 6, 9 *Torcular, si non cochleis torquetur, sed vestibus & prelo premitur, ne minus longum pedes XL constituatur*. Virg. Georg. 2, 242 *Colaque prelorum &c.* Propert. 4, 6, 73 *Vina prelis elisa Falernis*, gekeltert. Adde Martial. 1 epigr. 27 &c. ¶ 2. *Prela* etiam dicuntur de aliis instrumentis pressoriis, quibus chartarii, librorum impressores & typographi utuntur, papier-pressen, drucker-pressen ꝛc. De chartis loquens Plin. 13, 12 *Premi prelis*, gepreſt werden. Sic, *Prelo subjicere scriptum*, vulgo dicimus, eine schrifft drucken lassen. ¶ 3. *Prela* etiam vestibus adhibebantur, ne nitorem amitterent. Nam quibus foris utebantur vestibus, eas nitoris studiosi arca condere, & pondere imposito premere solebant, ut splendescerent, eine presse zu kleidern ꝛc. Sen. de Tranquill. an. c. 1 *Non ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa &c.* Tormenta vocat, quæ *Prela* alii dixerunt. Martialis 2 epigr. 46 *Sic tua suppositis pellucent prela lacernis: Sic micat inmeritis arcula synthesibus*. Claudianus Epithalamio Palladii v. 100 *Fontibus abluitur gelidis, legemque capillo Reddit, & ornatum formæ, prelisque solutæ Mira Dioneæ sumit velamina telæ*. Possis igitur *prelum* etiam dicere, quod Germ. eine rolle. Ammianus *Pressoria* vocat: vide proxime post in *Premo*.

PRĔMA, *æ*, f. Dea quondam nuptialis, de qua August. de C. D. 6, 9.

PRĔMO, *pressi, pressum, premĕre*, inniti alicui rei cum pondere, pressen, drücken, beschweren, bedrängen, entgegen seyn, ängstigen. Virg. Æn. 10, 495 *Lævo pressit pede exanimum*. Metaphorice, *Onere susceptarum rerum premi*, Cic. fam. 5, 12. *Invidia & odio premi*, Id. de Orat. 1, 53. Et, *Ære alieno premi*, Id. Att. 7, 3, in schulden stecken. *Angustiis premi*, Cæs. B. Gall. 3, 18, in nöthen seyn. Hor. Od. 1, 31, 9 *Calena falce vitem premere* est putare. Interdum *falce* omittitur, Calpur. ecl. 5, 110 *Molle salictum Valle premens gelida*. vid. Burm. ad Ovid. met. 8, 291. ¶ 2. *Premere* est superare, antecellere. Stat. 1 Silv. 2, 115 *Quantum Latonia nymphas Virgo premit, quantumque egomet* (Venus) *Nereidas exsto*. Nam qui supra est, alios premit. Palladius de insitione v. 69 *Mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris, Et mala tranquillo cortice vota premit: Premit*, id est, opprimit, vincit: Barth. ad Stat. Silv. p. 68. ¶ 3. Significat & occultare, tegere, vertuschen, verbergen. Sic, Virg. Æn. 9, 612 *Canitiem galea premi* dixit. Id. Æn. 1, 213 *Premit altum corde dolorem*. Severus in Ætna v. 205 *Tantum premit omnia terra Congeries operis, saxorum & putris arena*. Horat. 3 od. 4, 18 *Ut premerer sacra Lauroque collataque myrto Non sine Diis animosus infans*, i. e. ut tegerer & laterem. Plin. Paneg. Trajani c. 62 *Non jam dissimulandus est amor, ne nocent: non premendum odium, ne prosit*, id est, tegendum, occultandum. ¶ 4. Est & verbum venatorium *Premere* pro persequi, instare, urgere, nachsetzen, verfolgen. Virg. Æn. 7, 328 *Aut spumantis apri cursum clamore prementem*. Id. Georg. 3, 413 *Ingentem clamore premes ad retia cervum*. Add. Drakenb. ad Sil. 5, 281. Isidorus lib. 10 lit. V *Venator bestias premit. Quatuor sunt venatorum officia*: VESTIGATORES, INDAGATORES, ALATORES, PRESSORES. ¶ 5. Quin & equestre verbum est: Nam *premere habenas* dicimur, cum tenemus adductas: *dare* contra, cum immittimus: ut *Premere*, den zügel an sich halten; *dare*, schiessen lassen. Virg Æn. 1, 67. conf. Æn. 11, 600. ¶ 6. Imo & militare verbum: Cæs. B. C. 3, 46 *Pompejani hoc insolentius atque audacius nostros premere & instare cœperunt*, verfolgen, in den eisen liegen. Sen. epist. 22 *Si a tergo hostis instaret, si equidem adventare suspicaveris, & fugientium premere vestigia. Fit hoc, premeris: accelera & evade*. Nepos 1, 3, 3 *Hic cum crebri afferrent nuntii, male rem gerere Darium, premique a Scythis, &c.* id est, in angustias cogi, ut elabendi copia temere haud sit, er würde warm gehalten. *Premere urbem* est, eam oppugnare, ad deditionem adigere obsidendo: ap. Liv. 9, 15. 22, 14. ¶ 7. Hinc eleganter ad disputantes etiam transfertur verbum, cum adversarios eo argumentis redigunt, ut, quod reponere possint, non habeant. Cic. Tusc. 1, 7 *Quoniam me verbo premis, posthac non ita dicam*, weil du auf das wort so ercpicht bist. Ibid. c. 36 *Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum*, id est, urgendum, es muß scharff getrieben, pousiret werden. Quint. 5, 7 pr. *Pro diffidentia premitur absentia*, man dringet darauf, es sey unter dem ausenbleiben ein mistrauen. ¶ 8. Est & Venereum verbum. Caligula apud Suetonium 4, 25 *Noli uxorem meam premere*, i. e. protervius nequiusve attrectare. *Subagitare* Terentius dixit, de quo vide supra in *Ago*. ¶ 9. Idem denique quod *impellere*, antreiben. Nepos 17, 6, 1 *Interim accidit illa calamitas ad Leuctra Lacedæmoniis: quo ne proficisceretur, cum a plerisque ad exeundum premeretur, ut si de exitu divinaret, exire voluit*: i. e. cum urgeretur hortando. ¶ 10. *Premere* cum ad orationem transfertur, est in verba brevissima contrahere. Cic. de N. D. 2, 7 *Hæc enim, quæ dilatantur a nobis, Zeno sic premebat*. v. Menck. Obs. L. L. ¶ 11. *Premere* sæpissime permutari verbis *petere, terere* &c. observat Burm. ad Rutil. it. 1, 621.

¶ Premens, *tis.* Virg. Georg. 3, 85 *Collectum premens sub naribus ignem.* Et 4, 131 *Lilia verbenasque premens, &c.* conf. Æn. 8, 289. Id. 1, 328 *Apri cursum clamore premens,* jagend.

¶ Pressus, *a, um,* gepreßt, gedruckt beſchwert; ut, *Pressus manu casus,* Colum. 7, 8. *Pressi copia lactis,* Virg. ecl. 1, 82. *Detrectant pressi juga boves,* Ovid Amor. 1, 2, 14. *Vina Torquato conde pressa,* gekeltert, Horat. epod 13, 6. *Pressus gravitate soporis,* ſchläfrig, Ovid. Met. 15, 21. *Pressa oscula jungere,* Id Heroid. 2, 94, dichte, derbe. ¶ 2. *Pressis* idem ac brevis, kurz, eingeſchränckt; ut, *Multo pressior oratio,* quæ copiosæ, elatæ, tumidæ tonoræque opponitur, Cic. de Orat. 2, 23. *Pressus orator,* Id de Cl. or. c. 55. *Pressi vox & tenuiculata,* Id. or. poſt Red. c. 6. Plin. 1 epiſt. 16 *In concionibus eadem, quæ in orationibus vis est, pressior tamen, & circumscriptior, & adductior.* Ibid. epiſt. 8 *Etiamsi stylus ipse fuerit pressus demissusque.* Id. 2 epiſt. 19 *Quotusquisque tam vectus auditor, quem non potius dulcia hæc & sonantia, quam aufera & pressa delectent.* Id. 7 epiſt. 9 *Pressus sermo purusque ex epistolis petitur.* Et epiſt. 12 *Cum suspicarer futurum, ut tibi tumidius videretur, quod est sonantius & clarius; non alienum existimavi, ne te torqueres; adiere flatum pressius quiddam & exilius, vel potius humilius, &c.* ¶ 3. *Pressus* idem ac tardus, lanſam. Liv. 28, 14 *Pressi gradu incedere.* Ovid. Metam. 3, 17 *Subsequitur pressique legit vestigia gressus.* Et Apul. Met. 5 p. 163 *Cogitationibus pressioribus instructus,* id eſt, non ſolutis, dubiis, ſed certis & ad propoſitum extequendum firmiter directis. ¶ 4. Idem quoque ac occultus, verborgen. Stat. Theb. 9, 824 *Pressus tacito suo corde dolor.*

¶ Pressē, adverbium, kürtzlich, genau. Contrarium eſt *abundanter; Presse & angustē aliquid definire,* Cic. in Orat. c. 33. *Attenuate pressēque dicere,* Id. de Clar. Orat. c. 55 *Locutus non vastē, non rustice, non hiulce, sed pressē, & æqualiter, & leniter,* Id. de Orat. 3, 12. Sic, *Agere pressē, pressius:* Cic. de Fin. 4, 10 *Mihi vero placet agi subtilius, & ut ipse dixisti, pressius.* Et Plin 3 epiſt. 18, 10 *Quæ pressius & adstrictius scripsi.*

¶ Pressim, aliud adverb. druckweiſe. Apul. Met. 2 p. 221 *Me pressim deosculato.*

¶ Pressŭlus, *a, um,* diminútiv. a *Pressus,* ein wenig gedruckt. Apul. 2 Florid p. 346 *Teretis ambitu, pressula rotunditate.*

¶ Pressule, adverb. idem. Apul. 10 Met p. 248 *Exosculata pressule.* Ibidem p. 254 *Adhærens pressule.*

¶ Pressus, *ūs,* m. ſubſt. compreſſio, die preſſung, der druck, die drückung. Cic. de Orat. 3, 11 *Lenitate vocis atque ipso oris pressu & sono aliquem vincere,* h. e. conformatione labiorum. Id. Tusc. 2, 23 *Depellit pressum omnem ponderum.* Et. de Nat. D. 2, 42 ex Arato: *Hic pressu duplici palmarum continet anguem.*

¶ Pressio, *ōnis,* f. idem. Cyrilli Gloſſ *Pressio, πίεσις, ἡ σφίξις.* ¶ 2. *Pressio* lignum vel laxum vecti ſubjectum, oneris tollendi causſa, Gr. *ὑποβόχιον,* unterlage. Sic Cæl. B. C. 2, 9 *Tectum tollere pressionibus:* al. *prehensionibus.* Vitruv. 10, 8 *Supposita cito porrecta pressione.* Id. ibid. *Propius centrum pressiones habuerit:* & paullo poſt: *Pressionibus artis.*

¶ Pressūra, *æ,* f. preſſio. Plin. 18, 31 *Pressura una culeos XX implere debet.* Colum. 12, 36 *Post primam pressuram vinaceorum.* conf. Frontin. de Aquæduct. 1 p. 233, & ff. de teſtam. præd. urb. l 16. Huc pertinet *Corycii pressura croci* apud Luca. 9, 808, quæ lectio fruſtra tentata eſt a viris doctis. Exprimebatur per fiſtulas quasdam aqua croco odorata in ſpectatores ludorum. ¶ 2. Tralate eſt afflictio, drangſal. Cyprian. 1 ep. 1 *Pressuras & angustias relevare.* Lactant. 5, 22 *Deus pressuræ verberibus diffluentem corrigit disciplinam.* conf. Tertull. adv. Gnoſt. c. 12.

¶ Pressor, *ōris,* ein drücker, jagender. vide paullo ante locum Iſidori in *Premo* n. 4.

¶ Pressorius, *a, um,* Col. 12, 18, 4 *Vasa pressoria.*

¶ Pressōrium, *i,* n. vas in quo aliquid premitur, eine preſſe. Vet. Gloſſ. *Pressorium, πιεστήριον, πιεστήριον.* Proprie vectibus ut Ammianus 28, 22, (4) *Solutis pressoriis vestes luce nitentes diligenter explorare.* Et Plin. Valer. 2, 17 *Exprimere in pressorio.* vid. Reineſ. Var. Lect. 2, 8.

¶ Pressō, *āre,* frequent. drücken keltern. Ovid. Met. 15, 472 *Uberaque manibus pressare,* melcken. Virg. ecl. 3, 99 *Frustra pressabimus ubera palmis.* Stat. Theb. 6, 347 *Dubites, uter effera pressēt Frena magis.* Plaut. Perſ. 2, 5, 11 *Vomica est, pressare parce,* ſtoſſe mich nicht.

¶ Pressans, *tis.* Propert. 3, 16, 18 *Et nova pressantes inquinet uva pedes.* Apud Grat. Cyn. 207 Canes *maturos pressantes gaudia lusu,* pro *lusui,* ſunt qui premunt vocem, neque latrant, dum maturum ſit ſ. tempeſtivum luſum illum ſibi indulgere.

¶ Prestatus, *a, um,* gedruckt, gequetſcht Plaut. Aſin. 3, 3, 71 *Tradis hæc crumena prestatum herum.* Sed hærent fere interpretes, ubi legitur: *Tradis huc crumenam prestatum herum.* Sed ſic per *prestatum* ſupinum intelligendum erit, i. e. ut preſſet herum.

Compoſita:

¶ Apprĭmo, *essi, essum, ĕre,* andrücken, an etwas hart anhalten. Plin. 26, 1 *Certe ossa ad carnes apprimente,* ſcil. in elephantiaſi. *Corpori apprimi,* Idem 24, 9.

¶ Appressus, *a, um,* angedruckt. Tac. A. 2, 21, 1 *Miles cui scutum pectori adpressum.*

¶ Comprimo, *ĕre,* zuſammen halten, zuſammen drücken, quetſchen; ut, *Animam comprimere,* Ter. Phorm. 5, 6, 28, den athem an ſich halten. *Comprimere manus,* die hände an ſich halten, id eſt, continere a laſcivis attrectationibus, Id. Heaut. 3, 3, 9. Sed, *Alicujus conatus & furorem comprimere,* eſt cohibere, wehren, ſteuern, einhalten, Cic. Off 2, 17; *cupiditatem,* Id. in Piſ. c. 25; *fletus,* Ovid. ad Liv. v. 467; *seditionem,* den aufruhr ſtillen, Curt. 7, 2, 31. *Tumultum,* Liv. 26, 10. *Comprimi ad silentium,* das maul halten müſſen, Plaut. Rud. 5, 2, 46. ¶ 2. *Comprimere aliquam,* i. e. pudorem eripere, ſtuprare, ſchwächen, Plaut. Truc. 2, 2, 8 &c. Ter. Hec. 5, 3, 30. Sic apud Liv. 1, 4 *Vi compressa Vestalis,* genothzüchtiget. ¶ 3. Eſt & Medicorum verbum, pro ſiſtere, adſtringere, verſtopffen; cui contrarium *fundere,* flieſſend machen. Celſus præfat. *Quoniam, si compresserit aliquem morbus, aut fuderit, quilibet etiam imperitus videt:* ſubaudi, *corpus* vel *alvum.* Id. ibidem: *Quid autem compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est Medicus.* Paullo poſt: *Compressis fluentesque morbos* dixit, qui vel comprimunt vel fundunt aut ſolvunt: welche verſtopffen oder einen durchfall verurſachen. Sic, *Comprimere alvum,* Id. 1, 10; *stomachum,* Id. 4, 5. ¶ 4. *Comprimere frumentum, annonam,* eſt retinere in horreis, ut urgente necessitate carius vendatur, auf theurung halten. Cic. Att 1, 21 *Cohortatione perfeci, ut Græci, cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populo pollicerentur.* Sic & Idem pro Domo c. 6; Verr. 3, 77; Liv. 38, 35. ¶ 5. *Comprimere* eſt etiam occultare, verhelen, verſchweigen. Cic. Att. 10, 4 *Non unum ejus nec parvum, sed multa magna delicta compressi.* Hinc *Compressum odium,* ein heimlicher haß, Id. pro domo c. 24.

¶ Comprimens, *tis.* Vulg. Interp. Marc. 5, 31 *Vides turbam comprimentem te.*

¶ Compressus, *a, um,* zuſammen gedrückt. Horat. 1 ſat. 4, 138 *Hæc mecum agito compressis labris,* mit zugeſchloſſenem munde. Liv. 7, 13 *Manibus compressis sedere,* i. e. eſſe otioſum, müßig ſeyn, die hände in ſchooß legen. Plaut. Truc. Arg. v. 9 *Compressa virgo,* die zu fall gekommen. conf. paullo ante in *Comprimo* n. 2. Sed Plaut. Caſ. 2, 6, 63 *Compressa palma ferive,* mit gebalter fauſt. Compar. Celſus 2, 11 *Compressioris oris,* de vaſe, cujus anguſtum orificium eſt. Nec alio fere ſenſu Plin. 17, 11 *Compressiore ore* dixit de anguſtiore ſcrobis aditu. Id. 16, 10 *Nucamenta compressiora manibus sunt.*

¶ Compresse, adverb. dicht, derb, geſchmeidig. *Dialectici compressius loquuntur,* i e. anguſtius, brevius, ſie machen weniger worte, Cic. de Fin. 2, 6. *Quærit compressius violentiusque,* Macrob. Sat. 1, 6.

¶ Compressus, *ūs,* m. ſubſt. die ſchwängerung. Ter. Adelph. 3, 4, 29 *Virgo ex eo compressa gravida facta est.* Adde Plautum Amph. prolog. v. 109; & Epid. 4, 1, 15; & Truc. 2, 6, 18.

¶ Compressio, *ōnis,* f. die zuſammenſchnürung, zuſammendrückung. Proprie Vitruv. 7, 8 extr. *Cum in pomum infunditur, & manibus premitur, aurum compressione coactum intra, parum invenitur.* ¶ 2. Ad rerum in ſtylo arctationem Cic. de Clar. Orat. c. 7 eleganter applicuit, de Alcibiade, Critia, Theramene differens: *Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam caussam interdum subobscuri,* die vieles kurtz zuſammen faſſen. ¶ 3. De ſtupro vi oblato Tertull. adv. Marc. 4, 34 *Qui ex compressione matrimonium fecerat,* durch nothzüchtigung. Sic & *compressiones artæ amantium,* Plaut. Pſeud. 1, 1, 64.

¶ Compressiuncula, *æ,* f. dimin. idem. Ap. eundem Plautum Pſeud. 1, 1, 66 *Compressiuncula amantium dulces.*

¶ Compressor, *ōris,* m. pro ſtupratore poſuit Plautus Aul. argum. 2, 7.

¶ Compresso, *are,* frequent. ſehr drücken. Tertull. adv. Gnoſticos c. 3 *Manus erat super ides in mala, & compressati sunt valde.*

¶ Deprimo, *ĕre,* unterdrücken, niederdrücken; ut, *Necesse est, lancem in libra, pondéribus impositis, deprimi,* Cic. Acad. 4, 12. Quemadmodum Id. Tuſc. 5, 13 de Critolai libra: *Cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram & maria deprimat,* h. e. deprimendo tollat atque ſuſpendat. Sic, *Deprimere naves,* verſencken, in grund bohren. Nepos 3, 4, 4; Cæl. B. C. 1, 58; & 2, 6; Curt. 4, 15. *Deprimere plantam,* vel *vitem in terram,* pflantzen einſencken. Cato R. R. c. 32. Colum. 11, 3; & de Arbor. c. 7. *Extollere & deprimere,* contraria, Cic. Antequ. ret in exil. c. 1. *Vide, ne te ulla res deprimat,* Sen. epiſt. 10.

¶ Deprimens, *tis.* Pſ. 88, 43 *Exaltasti dexteras deprimentium eum.*

¶ Depressus, *a, um,* niedergedrückt; ut, *Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio,* Cic. in Piſ. c. 6. *Depressum aratrum,* Virg. Georg. 1, 45. *Depressæ convalles,* Id. Georg. 3, 276, niedrig, tieff. Tranſl. *Depressa veritas,* Cic. pro Cluent. c. 65, unter die fuſſe getreten. *Sedata & depressa vox,* Rhet. ad Herenn. 3, 12, eine leiſe und gedämpfte ſtimme. Compar. *Ædes depressior,* Plin. 10 epiſt. 58, niedrig. *Locus depressior,* Col. 1, 5, tieffer. *Aqua depressior,* Vipian. Lege unica § 3. D. Ne quid in flum. publ. das tieffer flieſſet. Superl. Auct. ad Her. 3, 14 *Sedatissima & depressissima voce uti.*

¶ Depresse, adv. idem. Compar. *Depressius pastinare,* Colum. 4, 1; & 11, 3, tiefer hacken. *Depressius specus fodere,* Sen. ad Helv. 9.

¶ Depressio, *ōnis,* f. die niederdrückung. Vitruv. 1, 3 *Fundamenti ad solidam depressio.* Macrob. Sat. 1, 20 *Sol semper velut a quodam imæ depressionis secessu in altitudinem suam ut in vocem revertitur juventutis.*

¶ Depressĭtas, *ātis,* f. devexitas, die niedrigkeit, der abhang; ut, *Depressitas terræ,* Apul. in Aſclepio. Sed Elmenh. ex MSS. p. 79 *densitas.*

¶ Subdeprimo, *ere,* hinunterdrücken. Fauſtus Renenſis l. 1 de Lib. Arb. *Scapulorum unus subdeprimitur in profundum, alter minatur in cælum.*

¶ Exprĭmo, *ĕre,* eſt premendo elicere, ausdrücken; ut, *Exprimere oleum,* Plin. 12, 21, auspreſſen: *Liquorem,* ibidem, ſaft auspreſſen. Metaph. *Exprimere litteras,* Cic. Off 1, 37, exquiere, erzwingen. Sen. Controv. procem. de Porcio Latrone: *Tantum a se exprimebat, quantum concupiscat,* er konte ſich, ſo viel er wolte, abnöthigen. *Exprimere tabella alicujus effigiem,* Martial. 1 epigr. 110, einen abmahlen, abconterfeyen. Et, *Verbum de verbo exprimere,* Cic. de Fin. 3, 4. Et, *Verbum de verbo expressum efferre,* Ter. prolog. Adelph. 11, etwas von wort zu wort geben. *Exprimere aliquid oratione,* Cic. de Orat. 2, 43; *versibus,*

verſibus, Idem de Divin. 1, 36, eſt ſignificanter & expreſſe loqui, klar und deutlich fürſtellen, ausdrücken.

¶ Expreſſus, *a, um*, ausgedrückt, deutlich, ausdrücklich. Cic. Off. 3, 17 *Nos veri juris germanæque juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus.* Id. pro S. Roſc. c. 16 *Expreſſam imaginem vitæ quotidianæ in comœdiis videre.* Sic, *Expreſſum ſignum effingens ſenem* Plin. Iunior 3 epiſt. 6, ein wohlausgedrückt bild. Idem, *Expreſſius exemplar antiquitatis*, 5 ep. 15. Et Plin. avunculus 10, 42 *Expreſſior loquacitas.* Sic, *Expreſſior ſermo*, Quintil. 1, 1 extr. *Hæc vides, quanto expreſſiora quantoque illuſtriora futura ſint*, Cic. fam. 1, 7, 28. ¶ 2. Item, abgenöthiget, abgezwungen, herausgepreßt; ut, *Deditio neceſſitate expreſſa*, Liv. 8, 2. conf. Tac. A. 1, 19, 5. Sic, *Nubium conflictu ardor expreſſus*, id eſt, *fulgur*, der blitz, Cic. Divin. 2, 19. Et, *Fulmen expreſſum ventis per nubila*, Lucan. 1, 151. *Caput ruptum cerebro penitus expreſſo*, Sen. Troad. v. 1114.

¶ Expreſſe, adv. ausdrücklich, eigentlich; ut, *Expreſſe dicere*, Plin. 2 epiſt. 14. Et Auct. ad Herenn. 4, 7 *Expreſſe conſcripta ponere exempla.* Comp. Val. Max. 8, 7 ext. 1 *Prima litera a nulla expreſſius effertur.* Colum. 11, 1 *Quod ipſum expreſſius Heſiodus ſignificavit.* Macrob. Somn. Sc. 1, 6 *Vt expreſſius plenitudo noſcatur.*

¶ Expreſſim, idem. Paulus IC. Lege 98 Dig. de Solution. & liberat. § 5 *Si hoc ipſum expreſſim agebatur.*

¶ Expreſſus, *ûs*, m. ſubſt. der ausdruck. Vitruv. 8, 7 *Efficere & decurſus, & circumductiones, & ventres, & expreſſus.*

¶ Expreſſio, *ōnis*, f. die ausdrückung, durchſeigung. Pallad. Iunio c. 7 *Nobilius mel erit, quod ante expreſſionem ſecundam velut ſponte profluxerit.* Vitruv. 1, 1 *Librata planitie expreſſionibus.*

¶ Expreſſor, *ōris*, m. der ausdrücket. Tertull. Apol. c. 46 *Veritatis integrator & expreſſor.* vid. ibi not. Iunii p. 53.

¶ Imprĭmo, *ĕre*, eindrücken, einbilden; ut, *Imprimere ſigillum annulo*, Cic. Acad. 4, 26. *Imprimere veſtigium*, Id. pro Cæcin. c. 27. *Notitiam Deorum impreſſit in omnium animis natura*, Id. de Nat. D. 1, 16. Et, *Dedecus imprimere reipubl.* Id. Phil. 5, 6, einen ſchandfleck anhängen.

¶ Impreſſus, *a, um*, eingedrückt, eingeprägt. Cic. Acad. 4, 11 *Illud impreſſum in animo atque mente*; Et mox: *Iſta impreſſa ſubtiliter.* Virg. Æn. 12, 356 *Pede collo impreſſo mucronem extorquet.* Id. Æn. 5, 536 *Crater impreſſus ſignis.* conf. Æn. 10, 497. h. e. cui ſigna impreſſa. ¶ 2. *Impreſſa ubera* ſunt non preſſa, non mulcta, νημελκτα, ut Scaliger interpretatur in illo Propertii 2, 34, 70 *Miſſus & impreſſis hœdus ab uberibus*; quoniam pinguiores ſunt, quorum matres non mulgentur.

¶ Impreſſe, adv. nachdrücklich; ut, *Alte & impreſſe recogitare*, Tertullian de Exhortat. Caſtit. c. 3, tief nachſinnen. *Impreſſe demandare*, Idem adv. Marc. 3, 8. *Vt impreſſius dixerim*, Id. de Carne Chriſti c. 12. Adde Salmaſ. de Pallio p. 344.

¶ Impreſſus, *ûs*, m. ſubſt. der eindruck. Prudent. Pſychom. v. 273 *Sub pectoris impreſſu.* Ammian. 16, 12 *Laſſatis impreſſu genibus.*

¶ Impreſſio, *ōnis*, f. impetus, der anfall, der anſatz; ut, *Impreſſionem facere in hoſtes*, Liv. 2, 30; & 3, 62, auf den feind zudringen, einen einfall thun; *dare*, Id. 4, 24; *non ferre*, Id. 8, 9; *facere in caſtra*, Id. 40, 40, & Varro R. R. 2, 8. *Vi atque impreſſione aliquem evertere*, Cic. fam. 5, 2, 22. Et, *Nummorum impreſſiones*, Auguſt. de Doctr. Chriſt. 2, 25, das gepräge. ¶ 2. *Impreſſiones* etiam vocantur inflammationes in cœre, mereora, entzündungen in der lufft, feuerzeichen, cujusmodi ſunt ſcintillæ volitantes, capræ ſaltantes: vide *Meteoron.*

¶ Interprĭmo, *ĕre*, zuſammen drücken. Plaut. Rud. 3, 2, 41 *Sceleſtus ſacerdotis fauces interpreſſit*, er hat ihn erwürgt. Minuc. Felix in Octavio p. 93 ed. Ouzel. *Quod colunt, & interprimunt*, id eſt, occultant. Vide Elmenhorſt. ad h. l.

¶ Opprĭmo, *ĕre*, überfallen, unterdrücken; ut, *Opprimere armis rempubl.* Cic. fam. 4, 3. Et, *Opprimi invidia*, Catil. 2, 2; *dolore*, Id. fam. 4, 6; &, *criminibus*, Verr. 1, 7. *Opprimere aliquem imprudentem*, Ter. Andr. 1, 3, 23. *Nox opprimit, oppreſſit*, die nacht hat uns überfallen. Cic. de Senect. c. 14. Abſolute hoc verbo pro, in flagitio deprehendere, Plautus uſus eſt Caſ. 5, 4, 17 & Cic. Cat. 1, 13.

¶ Opprimens, *tis*. Vulg. Int. Gen. 34, 2 *Sichem vi opprimens virginem*, h. e. comprimens. Et Iob. 19, 3 *Non erubeſcitis opprimentes me.*

¶ Oppreſſus, *a, um*, niedergedrückt, beſchwert, niedergeſchlagen; ut, *Oppreſſus totius corporis doloribus*, Cic. fam. 9, 14. *Ære alieno oppreſſa Gallia*, die in ſchulden ſteckt, Id. pro Font. c. 1 pr. *Oppreſſus a prædonibus*, Id. Verr. 5, 46. *Patriam oppreſſam a tyranno liberare*, Nep. 20, 1, 1. *Vinctum & oppreſſum trahit catenis*, Sen. Herc. fur. v. 52.

¶ Oppreſſus, *ûs*, m. ſubſt. die unterdrückung. Sidonius 9 epiſt. 11 ſub fin. *Saxei montis oppreſſu.*

¶ Oppreſſio, *ōnis*, f. idem; ut, *Legum & libertatis oppreſſio*, Cic. Off. 3, 21. Et, *Per oppreſſionem eripere*, Ter. Adelph. 2, 2, 30, mit gewalt.

¶ Oppreſſiuncula, *æ*, f. diminut. Plaut. Pſeud. 1, 1, 66 *Papillarum horridularum oppreſſiunculæ.*

¶ Oppreſſor, *ōris*, m. qui opprimit, ein unterdrücker. Cic. ad Brutum epiſt. 16 *Oppreſſores dominationis.* Nazarius Paneg. Conſtantini c. 31 *Ludibriis oppreſſoris ſui auſpicari libertatem juvabat.*

¶ Perprĭmo, *ĕre*, valde premere, ſehr drücken. Horat. Epod. 16, 38 *Inominata perprimat cubilia.* Adde Ovid. de Arte am. 1, 394; & Sen. ep. 99.

¶ Perpreſſa, *æ*, f. herba, calculos ejicere dicitur, Plin. 26, 8 ſub fin.

¶ Reprĭmo, *ĕre*, cohibere, coërcere, zurück halten, ſteuren, dämpfen. Ter. Adelph. 5, 3, 8 *Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.* Cic. de Leg. 2, 17 *Reprimam me, neque inſequar longius*, id eſt, continebo, ich will an mich halten. *Reprimere hominum conatus*, Id. Verr. 4, 26. *Furorem alicujus repſimere*, einhalt thun, Idem pro Sextio c. 44. *Impetum cujus reprimere*, abtreiben, Id. de Leg 3, 12. Et, *Ferocitatem reprimere*, Off. 2, 11.

¶ Repreſſus, *a, um*, gehindert, verwehrt. Cic. pro L. Manil. c. 5 *Impetus hoſtium repreſſi ac retardati.* Id. Art. 7, 26 *Fuga repreſſa.*

¶ Repreſſe, adverb. Compar. Ammian. 29, 14 *Nec tamen poſt hæc tam pœnitenda repreſſius actum eſt vel pudenter*, man hat doch an ſich gehalten. Et Gell. 12, 11 *Repreſſius pudentiusque peccabitur*, al. *ſuppreſſius.*

¶ Repreſſor, *ōris*, m. qui reprimit. *Repreſſor cædis quotidianæ*, Cic. pro Sextio c. ult. der wehret und ſteuert. *Repreſſor tributorum*, Eutrop. 10, 8 de Iuliano, der die groſſen auflagen mindert.

¶ Supprĭmo, *ĕre*, unterdrücken, dämpfen; ut, *Supprimere famam alicujus rei*, Liv. 5, 1. *Supprimere ægritudinem*, Cic. Tuſc. 3, 31, ſtillen, de conſolantibus alios enim ſermo eſt. *Supprimere hoſtem inſequentem*, reprimere eſt, ſeque recipere, cogere, Cæſ. de B. C. 1, 45. Sed pro Cluent. c. 26 *Capit hoc conſilium, ut pecuniam, quibusdam judicibus polliceatur, deinde eam ſupprimat*, ubi eſt, νοσφίζεσθαι, unterſchlagen. vid. *Suppreſſio.* Celſ. 5, 1 *Medicamenta, quæ ſanguinem ſupprimunt*, die das blut ſtillen. Ovid. Met. 6, 709 *Curſus ſuppreſſit habenas*, er hat den zügel angezogen. Sic, *Claſſem ſupprimere*, i. e. cohibere, Nep. 13, 3, 3.

¶ Suppreſſus, *a, um*, gedämpft, niedergedruckt; ut, *Naves ſuppreſſæ*, Iuſtin. 2, 9, 13. *Dicere voce ſuppreſſa*, Cic. pro Sylla c. 10, id eſt, ſubmiſſa, mit halber oder leiſer ſtimme. Id. in Orat. c. 25 *Erit ut voce, ſic etiam oratione ſuppreſſior.* Celſ. 1, 3 *Venter ſuppreſſus parum reddit*, wenn man hartleibig und verſtopft iſt.

¶ Suppreſſe, adverb. heimlich, verborgen. Vnde Compar. apud Gellium 12, 11 *Suppreſſius pudentiusque peccabitur*; ſed alii *repreſſius.*

¶ Suppreſſio, *ōnis*, f. die verhelung, niederdrückung. Cic. pro Cluent. c. 25 *Statuit ad easdem ſibi prædas ac ſuppreſſiones judiciales revertendum.* Sic *nocturnas ſuppreſſiones* Plinius 27, 10 vocat id malum, cum per ſomnum ſpiritus ſupprimitur, & vox adimitur, das drucken im ſchlaf. vide *Ephialtes, Incubus.*

¶ Suppreſſor, *ōris*, m. occultator, der verbirgt, ein hüler. L. 6 § 1 de ſervo ſolicit. *Hunc ſuppreſſorem non jure quis dixerit.*

Preſatio, prenſito, prenſo, vide paullo ſuperius *Prehendo.*

PRESBŸTER, *ĕri*, m. πρεσβύτερος, ſenior, vox græca, latinitate donata: unde & germanica videtur facta, ein prieſter. Presbyteri enim ſunt inter gradus & ordines eccleſiaſticos, ut notum eſt. Eosdem non habuiſſe cum epiſcopis eamdem plenitudinem jurisdictionis olim, erudite docuit M. Anton. de Regim Eccleſ. 2, 3, 9; & 5, 3, 10. Sed de hoc epiſcoporum ac presbyterorum diſcrimine, quam antiquum illud ſit, & an divinam originem habeat, diſceptant maxime theologi. Tertull. de Præſcript. Hæret. c. 4 *Hodie presbyter, qui cras laicus.* Ammian. 31, 33 *Chriſtiani ritus presbyter, ut ipſi vocant.* Conf. Sidonius 6 epiſt. 2; & Prudent. Periſteph. 4, 20.

¶ Archipresbўter, *ĕri*, m. ein erzprieſter. Hieronym. epiſt. 4 ad Ruſticum.

¶ Compresbyter, *ĕri*, m. ein mitprieſter. Auguſtin. epiſt. 228.

Preſſio, preſſo, *āre*, preſſorium, preſſulus, preſſura, vide *Premo.*

PRESTER, *ēris*, πρηστὴρ a πρήθω *inflammo*, viperæ ſpecies eſt, quæ & *Dipſas* & *Cauſſus* dicitur, a continua & inextinguibili ſiti, quam excitat in illis, qui ab ea ſunt commorſi, eine gifftige otter. Solin. c. 30; Plin. 2, 48. Lucan. 9, 705 *Oraque diſtendens avidus ſpumantia preſter.* ¶ 2. Eſt & fulminis comburentis ſpecies *Preſter.* Plinio 2, 48. Ariſtoteles ἀναθύσημα vocat. conf. Luciet. 6, 423 & 444.

PRĔTIVM, vel Precium, *i*, n. quaſi πράτιον, quod τῷ πράτῃ, i. e. vendenti datur pro re coëmpta, der werth, das kauffgeld, loſegeld. Ter. Heaut. 1, 1, 12 *Agrum in his regionibus meliorem, neque pretii majoris nemo habet*, beſſer, koſtbarer. *Homo parvi pretii*, der nicht viel werth. Cic. ad Quint. frat. 1, 2. Contra, *Homo maximi pretii*, Ter. Adelph. 5, 6, 3. Et, *Opera parvi pretii*, Idem Hec. 5, 3 pr. *Pretium arti ſuæ ſtatuere*, Id. prologo 2 Hec. v. 41, ſeine kunſt theuer halten. *Pretio ſuo emere, coemere, mercari*, um oder für ſein geld. *Magno, parvo pretio aliquid vendere*, theuer oder wohlfeil. v. Plaut. Perſ. 4, 4, 30. Plur. Id. Pœn. 4, 2, 20 *Pretiis empti maximis ſervi.* Gell. 3, 17 tit. *Libros mercati ſunt pretiis fidem non capientibus.* Lamprid. Heliog. c. 29 *Pretia majora.* ¶ 2. Significat & mercedem, lohn, entgeltung. Ter. Andr. 3, 5, 4 *Pretium ob ſtultitiam fero*, ich werde dafür bezahlt. Vellej. 2, 52, 4 *Voluntatis ſuæ poſtea pretium tulit*, er iſt vor den guten willen belohnet worden. Et, *Pretium pro benefactis reddere*, id eſt, gratiam, Plaut. Capt. 5, 1, 20. *Pretio & mercede duci*, Cic. Off. 2, 6. *Pretium operæ*, ſeu *operæ pretium*, Id. Cat. 4, 8 pr. & Petron. c. 27, der mühe werth. Vide *Opera.* Plinius 8 epiſt. 6 *Pretium curæ* dixit, das der ſorge wohl werth iſt. Id. ep. 1, 12, 4 *pretia vivendi*, id eſt, cauſæ, ob quas vivendum videatur. *In pretio pretium nunc eſt &c.* geld iſt die loſung, Ovid. Faſt. 1, 217. v. I. Fr. Gron. ad Liv. 26, 40. ¶ 3. Itaque hoc ſignificatu *Pretium* in utramque partem ſumitur & *præmium* æque & *pœnam* notat, die belohnung. v. Donat. ad Ter. Andr. 3, 5, 4, quem locum modo laudavimus. Pro *pœna* uſus & Horatius eſt 3 od. 24, 24 *Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.* Ovid. Met. 10, 572 *Mors pretium tardis.* Iuvenal. 13, 105 *Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema.*

¶ Pretius vel Precius, *a, um*, koſtbar; vide ſupra *Preciæ.*

¶ Prētiōſus, *a, um*, quod multi pretii eſt, köſtlich, koſtbar, ſchätzbar, theuer; ut, *Veſtis pretioſa*, Cic. Phil. 2, 27. Et, *Horti pretioſi*, Declam. in Salluſt. *Non minor voluptas percipitur ex rebus vilioſimis, quam ex pretioſiſſimis*, Cic. de Fin. 2, 28. conf. Petron. c. 14. *Non*

poteſt eſſe pretioſior homo, Id. Petron. c. 70. *Fulvo pretioſior ære*, Ovid. Met. 1, 115. ¶ 2. *Emtor pretioſus*, einer der theuer kaufft, ſumtuoſus, Hor. 3 oda 6, 32.

¶ Pretioſe, adverb. idem; ut, *Vaſa magnifica & pretioſe cælata*, Cic. de Invent. 2, 40. *Pretioſius ſepeliri*, Curt. 10, 1, 32, mit groſſen unkoſten. De *medico, qui nutrit morbum, quo pretioſius & formoſius curet*, Tertull. adverb. Marc. 1, 22. Et, *Omnia largius & pretioſius compenſare*, Paulin. Nolan. epiſt. 11 (al. 5) n. 4.

¶ Pretiōſitas, *ātis*, f. die koſtbarkeit. Attejus Capito apud Macrobium 7, 13 *Annuli pretioſitas.*

¶ Prĕtio, *āre*, a *Pretium* veteres fecere, unde & *appretiare*, *depretiare*. Eſt vero *Pretiare*, habere in pretio, ſchätzen, werth halten. Caſſiod. Var. 5 epiſt. 40 *Gemmarum divites venæ auri fulgore pretiantur.*

¶ Appretio, *āre*, pretio æſtimare, ſive pretioſum reddere, ſchätzen, koſtbar machen. Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 9 *Cujus paſſiones Deus ſibi appretiat.*

¶ Apprĕtiātus, *a, um*, geſchätzt. Id. Tertull. l. c. c. 20 *Triginta argenteis appretiatus a proditore.* Veſſ. Vulg. Matth. 27, 9 *Pretium appretiati*, græc. ἣ τιμὴ τετιμημένου. Vſus & Rufinus eſt in Expoſ. Symboli.

¶ Deprĕtio, *āre*, de pretio imminuere, dehoneſtare, unwerth machen. Vide Savaron. ad Sidon. 2 epiſt. 10, & Paulum in l. proinde ff. ad leg. Aquil. Tertull. Apol. c. 45. *Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat.* Et ad Vxor. 1, 3 *Quod neceſſitas præſtat, depretiat ipſa.*

¶ Depretiatus, *a, um*, vilior factus, geringſchätzig, unſchätzbar, unwerth. Paulinus Nolan. carm. 22 ſive epithal. Iuliani v. 56

Vileſcit pretio depretiatus homo.

Sidon. carm. 22, 203

Depretiata ſuas turpant pigmenta figuras.

¶ Deprĕtiator, *ōris*, m. der den werth mindert. Tertull. adv. Marc. 4, 29 *Deprettiator operum & indulgentiarum.*

¶ Impretiabilis, *e*, omne pretium ſuperans; item inæſtimabilis, unſchätzbar. Caſſiod. Var. 4, 1.

¶ Interprĕtium, *i*, n. eſt lucrum inter emtum & venditum, ut ſi, quod pretio unius aurei emtum eſt, illud poſtea duobus aureis vendidero, *interpretium* erit unus aureus, der profit am verkauften, der gewinſt. Vide Valeſium in Ammian. 28, 1 (Grut. c. 5) p. 511 ſeq. qui ita Marcellini verba, *interpretii compendium*, interpretatur. Gloſſ. Vet. *Interpretium*, παράλλαγον, ſubaudi τίμημα, eodem Valeſio monitore. Lege etiam integrum locum Ammiani, qui ſui interpres ipſe eſt.

¶ Manupretium, vide ſupra in *Manus.*

Prex in uſu non eſt, vide *Precis.*

PRI, pro *Præ* dixerunt antiqui, Feſt. unde *Prior.*

PRIĂMVS, *i*, m. Laomedontis, Trojani regis, filius, & ipſe rex Trojæ cum bello a Græcis capta ea urbs & diruta fuit. Felix L. filiis pater: quorum XVII ex juſta uxore, (Homerus XIX ponit,) cæteros ex pellicibus habuit. Vide Homerum Iliad. ω. Nomen ab eventu habuit, quod puer ab Hercule captus, auro redemtus fuiſſet. Πρίαμαι enim ſignificat *emo.* Antea *Podarces* dictus fuit, teſte Lycophrone. Ovid. de Arte am. 3, 439 *Troja maneret, Præceptis Priami ſi foret uſa ſenis.* Cic. Tuſc. 1, 35 *Priamum tota progenie orbatum, quum ad aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit.* Sen. Troade v. 54 *Ille tot regum parens Caret ſepulcro Priamus & flamma indiget, Ardente Troja.*

¶ Prĭămēĭus, *a, um*, quinque ſyllab. adjectiv. ut, *Sceptra Priameia*, Virg. Æn. 7, 252. *Conjux Priameia*, Ovid. Met. 13, 404.

¶ Priamĭdes, *æ*, m. πριαμίδης, patronym. ut, *Hector*, *Deiphobus Priamides*, Virg. Æn. 6, 494. Add. Petron. c. 89.

¶ Priamēis, *ĕidis*, f. filia Priami, Caſſandra. Ovid. Amor. 1, 9, 37

Summa ducum Atrides viſa Priameide fertur &c.

PRĬĀPVS, *i*, m. Deus fuit Lampſacenus Helleſponti, qui hortos tuetur, Πρίαπος, φαλλός. De parentibus ejus Venere & Baccho, quamquam dubiis, vid. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 7. Solebant ruſtici in hortis ejus ſtatuam collocare. Hinc Virg. Georg. 4, 110 *Et cuſtos furum atque avium, cum falce ſaligna, Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.* Cont. Catull. carm. 18, 19 & 20. Lepidam fabulam de Priapo in Veſtam dormientem accenſo, rejectoque a Dea rugitu aſini excitata, quam ob cauſſam Lampſaceni aſinum Priapo in ultionem & pœnam immolare cœperint, Lactantius 1, 21, & Ovid. Faſt. 6, 321 & ſeqq. narrat: qui tamen, quod hic de Veſta narrat, Faſtor. 1, 415 *Lotidi* nymphæ tribuit. Eum etiam portubus præeſſe, ex epigrammate veteri patet, ubi ὁ Πρίηπος ὁ λιμενίτης appellatur. Ejus templum Romæ in Exquiliis erat, ubi nunc Pasquini ſtatua: Camerar. Cent. 1 Hor. ſubciſ. c. 66. Sed erat præcipue ſpurcitici Deus, & pudenda notabat: v. Io. Bapt. Caſal. de profan. Rom. Rit. c. 12 & 13. Vnde ¶ 2. accipitur pro *pene* ſive membro virili, & talis formæ poculo, ex quo laſcivi bibebant, hinc dicti *drillopotæ.* vid. Lambin. ad Iuvenal. ſat. 2, 14 *Vitreo bibit ille Priapo.* Auctor eſt Diodorus lib. 5, priſcos illos, cum vellent viri pudenda occultius nominare, *Priapum* dixiſſe. ¶ 3. Eſt & *Priapus* Helleſponti urbs a Priapo condita, ubi ipſe ob vineta uberrima colli cœptus eſt. v. Plin. 5, 32.

¶ Priāpēius, *a, um*, adjectiv. unflätig; ut, *Priapeia carmina*, ſchandgedichte, garſtige zoten; quo nomine libellus legitur, qui varios in Priapum uſus continet, male a quibusdam Virgilio adſcriptus, & una cum eo editus. Scaliger carmina illa non unius auctoris putat: ſed variorum poëtarum, Catulli, Tibulli, Ovidii, Petronii &c. fœtus. Guyetus, ut Antonius Periander in vita ejus auctor eſt, Domitium Marſum eorum exiſtimat auctorem. Latinitate eorum nihil purius & elegantius, ſed materia ſpurca, fœda, & partem maximam deteſtabilis eſt.

¶ Priāpīnus, *a, um*, aliud adject. in Petronii Satyrico quidam legunt.

¶ Priapiſcus, *i*, m. πριαπίσκος, lignum ſeu herba in modum penis, alias *Satyrion*, knabenwurtz. Apul. de Herb. c. 15 Aliqui etiam *Æneoli priapiſci* legunt, pro *æneolis piſcatoribus* apud Petron. c. 73, Burm. p. 382.

¶ Priapiſmus, *i*, m. πριαπισμὸς, tentigo, ſive morbi genus, quo membrum genitale citra libidinem arrigitur. vid. Cæl. Aurel. Acut. 3, 19.

PRIDEM, quaſi *præ idem*, adverb. de longiori tempore dicitur decem minimum aut viginti aut plurium dierum, auctore Valla, für einiger zeit, vorlängſt. *Quam pridem*, Cic. pro Roſc. Com. c. 3. & Verr. 1, 48, vor wie lange. *Non pridem, non ita pridem*, id eſt, non multo ante id tempus, nur neulich, unlängſt. Ter. Heaut. 2, 1, 17; & Cic. pro Cluent. c. 10. *Haut ita pridem*, Horat. 2 ſat. 2, 46. ¶ 2. Plaut. Amphitr. 2, 2, 60 *Dudum, jam dudum, pridem, modo*, idem ſignificant. Ita Apul. apol. p. 308 *Nam fuerat mihi non ita pridem, ante multos annos conciliatus*, nicht gar zu neulich.

¶ Iampridem, vide ſupra *Iam.*

Pridianus, pridie, vide ſupra *Dies.*

PRĬĒNE, *es*, f. Πριήνη, urbs Ioniæ, patria Biantis, qui inde *Prieneus* dictus eſt, Πριηνεύς. Auſon. de 7 Sapient. e Græco v. 8 *Plures eſſe Bias pravos, quem clara Priene &c.*

¶ Prieneus, *ĕi*, m. adj. triſyllab. Eidem Lud. Sap. v. 11 Bias Prieneus dixit, ὅτι πλεῖστοι κακοί. Quadriſyllab. adjectiv. priori producta, eſt Sidonio carm. 2, 161; & carm. 15, 48.

¶ Priēnenſis, *e*, aliud adjectivum; ut, *Prienenſis juſtitia*, proverbio celebrata, ob Biantis integritatem in judicandis cauſſis, qui damnaturus quempiam ad mortem lacrymatus eſt miſeram hominis fortunam, dicens: *Neceſſarium quidem eſſe condolere; ſed a lege & juſtitiæ regula diſcedere, magis perniciosum fore.* v. Stobæus ſerm. 44. Strabo lib. 9, & Laërtius.

Primævus, primanus, primarius, primas, primatus, primicerius, primigenius, primipilus, &c. primitiæ, &c. primordium, &c. primus, princeps, principalis, &c. vide ſequens *Prior.*

PRIOR, *prius*, genit. *prioris &c.* eher, vorherig, vorig, ab antiquo *pri*, quod idem cum *præ* a πρίν. Ter. Phorm. 3, 2 extr. *Mea lege utar, ut potior ſit, qui prior ad dandum eſt*, der ſich eher mit der bezahlung findet, ſoll vorgehen. Horat. 2 ſat. 6, 24 *Ne prior officio quisquam reſpondeat*, damit es niemand zuvor thue. Sic, *Priore æſtate*, Cic. fam. 1, 9, 78; *anno*, 12, 13, 10; Liv. 3, 9, 17; *libro*, Colum. 4, 22. *Loco priore cauſſam dicere*, Cic. pro Quint. c. 2. Et, *priores ac primas deferre*, ſcil. *partes*, den vorzug geben. Id. de Clar. Orat. c. 21 *Primas etſi utrique, priores tamen libenter deferunt Lælio.* Et, *Dionyſius prior*, der erſte, der ältere, Nepos 10, 1, 3, quem paullo ante *ſuperiorem* dixerat. Fuere enim duo Dionyſii. conf. Id. Nep. 21, 2, 2; & Iuſtin. 22, 1, 1. Sic & ſubſtantive *Priores noſtri*, i. e. majores, die vorfahren, Plin. 3 epiſt. 4, 5. ¶ 2. *Prius*, idem aliquando eſt quod *præſtantius.* Ter. Eun. 1, 1, 5 *Siquidem hercle poſſis nihil prius neque fortius*, nichts beſſers, ꝛc. Vellej. 2, 52, 3 *Neque prius neque antiquius quidquam habuit*, i. e. hanc præcipuam curam habuit, er hat es ſeine erſte ſorge ſeyn laſſen.

¶ Prius, adverb. eher, zuvor. *Prius quæſo diſce, quid ſit vivere*, Ter. Heaut. 5, 2, 18. *Prius orto ſole*, i. e. prius quam ortus ſol, Horat. 2 epiſt. 1, 102. ¶ 2. Idem ac *Potius*, vielmehr. Cæſ. de B. C. 3, 1 *Statuerat enim, hos prius judicio populi debere reſtitui, quam ſuo beneficio videri receptos, &c.* Vbi vide Ciaccon. Cic. Att. 4, 1 *Nihil prius mihi faciendum putavi, quam ut tibi gratularer.* ¶ 3. Interdum abundat. Liv. 21, 32 *Quamquam fama prius præcepta res erat.* conf. 38, 3 & Gronov. ad 21, 20.

¶ Prius-more, i. e. priſco more, veterum conſuetudine, nach alter gebrauch, wie vor alters; ut, *Mentem magnis applicare prius-more*, Petron. c. 5 Burm. p. 19.

¶ Priusquam, quod & diſtinguitur, prius quam, ehe denn, indicativo & ſubjunctivo præponitur. *Priusquam hanc uxorem duxi*, Ter. Hec. 3, 1, 14. *Priusquam complexum accipio*, Liv. 2, 40. *Priusquam de republica dicere incipio*, Cic. Phil. 1, 4. *Priusquam aggrediar ad cauſſam*, Id. pro Balbo c. 7. ¶ 2 Dicitur etiam converſo ordine *quam prius.* Prop. 2, 14, 12 *Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.* vid. *Antequam.*

¶ Priorātus, *ūs*, m. der vorzug. Tertull. adv. Valent. c. 4 *Vt ſalent animi pro prioratu exciti*, id eſt, cupidi prioris ſuperiorisque dignitatis ac πρωτοθρίας.

¶ Priorſum, & Priorſus, adverb. für ſich, vorwerts. Macrob. Saturn. 7, 9 & 13 *Priorſum pergere & accedere.* Claud. Mamert. 1, 18 *Movetur corpus priorſus ac retrorſus.*

¶ Primus, *a, um*, ſuperlat. a *Prior*, der erſte. *Primus ſentio mala noſtra*, Ter. Adelph. 4, 2, 7. Idem Ter. *Prima luce*, & *cum prima luce*, pro ſummo diluculo: vide *Lux. Primo mane*, Colum. 12, 1, *Primo clamore atque impetu cupere urbem*, Liv. 6, 4. *Primo quoque tempore*, Cic. ad Pomp. 2 ſub Att. 8, 11, aufs allererſte. *Prima quoque occaſione*, mit eheſter gelegenheit. *Cum primis*, & *in primis*, vide mox in compoſitis. ¶ 2. *Primas alicui dare, concedere, deferre*, i. e. primum locum tribuere, den vorzug geben; v. g. Cic. de Orat. 2, 35 *Non poſſum equidem non ingenio primas concedere.* Et ad Att. 1, 17 *Amoris erga me tibi primas defero.* conf. Idem N. D. 1, 16; & in Orat. c. 9. Sic, *Primas agere, ferre, tenere*, der fürnehmſte oder geehrteſte ſeyn. Cic. de Clar. Orat. c. 90 *Primas in cauſſis agebat Hortenſius.* Ibid. c. 95 *Facile primas tenebat adoleſcens.* In quibus omnibus intelligitur, *partes.* ¶ 3. *Primus* etiam dicitur, non qui ordine prior, ſed qui dignitate, id eſt, præcipuus. *Genere & nobilitate ſui municipii facile primus eſt*, Cic. pro S. Roſc. c. 6, id eſt, princeps, der fürnehmſte in ſeiner ſtadt. Cæſar caſtellum ſterile in Alpibus prætergrediens, cum amici dubitarent, an & ibi de principatu contentiones æmulationesque eſſent, primum cogitabundus reſtitit, deinde dixit: *Mallem hic eſſe primus, quam Romæ ſecundus*, ἐβουλόμην πρῶτος ἐνταῦθα εἶναι, ἢ δεύτερος ἐν Ρώμῃ, Plutarch. in Apophth. Virg. Æn. 8, 319 *Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo, &c.* Quum tamen conſtet, Ianum ante Saturnum in Italiam veniſſe. Idem de Ænea principio Æneidos: *Trojæ qui primus*

ab oris &c. quum tamen ante Æneam, priorem Antenorem in Italiam pervectum esse, certum sit. Vide & Aur. Victorem de Orig. gentis Rom. pr. Sic Ter. Eun. 1, 2, 10 *Quia sum apud te* (amicam) *primus*, id est, præcipuus in amore. *Potiorem* Horatius & Tibullus dixerunt. *Priores partes habere*, idem est apud Ter. Eun. 1, 2, 71. Idem absolute Heaut. 5, 2, 9 *Vbi te vidi animo esse omisso, & suavia in præsentia quæ essent, prima habere*, id est, præcipua, optima, aliis anteponenda putare. Sallust. Cat. c. 36 *Domi otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent.* conf. Id. Iug. c. 61. Et ibid. c. 76 *Aurum atque argentum & alia quæ prima ducuntur.* Iterum Ter. Eun. 2, 2, 17 *Qui se primos omnium rerum esse volunt.* Ita *Primi Asiæ, πρῶτοι Ἀσίας*, in nummis dicuntur Ephesini, Smyrnæi, Pergameni. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 9 p. 636 sq. qui etiam de aliarum urbium eoque diversi generis primatu agit p. 645 sq. ¶ 4. Sic per *prima* notantur præclariora, per *secunda* & *tertia* vero deteriora & viliora. Egregie Cic. in Orat. c. 1 *Prima sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere.* Sic *stella*, sic *aper, mons aliæque res* dicuntur *primæ, secundæ &c. magnitudinis*, de quibus Burm. ad Petron. c. 40 p. 177 sq. ¶ 5. Notat interdum hoc adjectivum rei alicujus partem. Ter. prol. Adelph. v. 8 *Qui lenoni eripit meretricem in prima fabula*; id est in prima parte fabulæ. Virg. Æn. 9, 245 *Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem.* Id. in Ciri v. 212 *Tum suspensa levans digitis vestigia primis.* Eodem modo Catullus 2, 3 dicit *primum digitum*, pro summa digiti parte. Sic, *ultimam plateam*, Ter. Phorm. 1, 4, 38; *Imam ceram*, Suet. Iulio c. 83; *Extremam concionem*, eodem Iulio c. 33; *Extremam paginam*, Cic. in Orat. 2, pro ultima, ima, extrema parte plateæ, ceræ, concionis, paginæ, dixerunt; & *Imus lectus*, ima pars lecti, Horat. 1 epist. 18, 11. vide supra in *Pars*. ¶ 6. *Prima* substantive pro principiis, στοιχεῖα, ponuntur. Virg. ecl. 6, 34 *Vt his exordia primis Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.* Per *prima* atomos intelligit; ex quibus universitatem mundi coaluisse, Epicurus dicebat: quas eam ob causam *principia* & Lactantius vocat de Ira Dei c. 10; & de Opific. c. 6. Sic *a primo* pro *primum*, vel *a principio*, zuerſt, anfangs. Cic. ad Att. 11, 7 *Vtinam a primo ita tibi esset visum.* Ter. Phorm. 4, 2, 14 *Petam hinc, unde a primo institui.* Ibid. 4, 3, 37 *A primo homo insaniebat.* ¶ 7. A poëtis hoc adjectivum construitur cum substantivis, & adverbii vim habet. Virg. Æn. 5, 857 *Vix primos inopina quies laxaverat artus*, i. e. primum. Sic Sil. 2, 235 *Primam urbem invadere*, i. e. primum. v. Drakenb. ad h. l. & Gronov. Obs. 1, 7.

¶ Primum, adverb. quod fere sequuntur, *deinde, præterea, postea, postremo*, & reliquæ distributionum & connexionum particulæ, erſtlich, vors erſte, zum erſten. v. Cic. fam. 7, 2; Att. 5, 14; Cat. 2, 9; & 4, 3; Divin. 2, 46; pro Font. c. 14; Cels. 2, 1; Liv. 32, 19 &c. Interdum tamen *primum* ponitur, alio adverbio non sequente. v. Manut. ad Cic. fam. 2, 9 pr. *Primum omnium*, vor das allererſte. Ter. Heaut. 2, 3, 33 *Vt primum potestas data est &c.* ſo bald als ꝛc. Cic. fam. 10, 13 pr. Sed *Cum primum* vide inter Compoſita. *Primum* & *primo* sæpe in codicibus vocabuli *primus* locum occuparunt. v. Duker. ad Liv. 6, 11.

¶ Primo, adverb. anfangs, zum erſten mal. Ter. Eun. 5, 6, 10 *At enim primo callidum, & difertum credidi hominem.* Interdum differentiam inter se quamdam habere videntur *primum* & *primo*; ut *primum* tempus, *primo* locum denoret. Istam sane differentiam inter *quartum* & *quarto* tradit Varro apud Gellium 10, 1. Nepos 14, 3, 4 *Rex primo non accredidit.* Sequuntur & hic particulæ: *iterum, postea, postremo &c.* v. Liv. 2, 51; 31, 29; 26, 39; 23, 40; Cels. 5, 26; Cic. de Ar. resp. c. 23 &c. quæ in codicibus Livii nonnunquam omittuntur. v. Drakenb. ad 22, 43.

¶ Prime, adverb. apud antiquos, unde & *Apprime*, ac valde, ſehr, ganz und gar; ut, *Fabula prime proba*, Nævius apud Sosipatrum p. 188; & Prisc. p. 603.

¶ Primulus, *a, um*, minutum adjectivum, ut, *Primulo diluculo*, mit dem anbruch des tages. Plaut. Amph. 2, 2, 105.

¶ Primulum, adverb. idem. Ter. Adelph. 3, 1, 2 *Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum*, die angſt hebt ſich erſt an.

¶ Primānus, *a, um*, einer von erſten; ut, *Primani milites*, hoc est, primæ legionis, die in der erſten ordnung ſeyn. Tac. Hist. 2, 43, 2. Et, Festus: *Primanus tribunus erat, qui primæ legioni tributum scribebat. Legio primanorum*, Capitol. in Albino c. 6.

¶ Primārius, *a, um*, vornehm; ut, *Vir primarius*, Cic. pro Flacco c. 21, hoc est, primus in civitate. *Adolescens primarius*, Sulpitius Cic. fam. 4, 5; &, *Fœmina primaria*, Cic. Verr. 1, 58. *Primario loco esse*, Id. de Finib. 3, 15, vornehm ſeyn.

¶ Primas, *ātis*, m. pl. *Primates*, qui & optimates, hoc est, in civitate primi, die höheſten und oberſten in einer ſtadt. Apul. 2 Met. p. 124 *Primatis civitatis filii cadaver.* Paullo ante p. 123 *Primatem fœminam* dixit.

¶ Primatus, *ûs*, m. subst. ipsa primatum conditio vel dignitas, der oberſtand, vorzug; ut, *Primatum dare alicui*, Varro rei Rust. 1, 7. Et Plin. 13, 12 de papyro seu charta augusta: *Primatum mutavit Claudius Cæsar.* Dedit enim Claudiæ chartæ, a se cognominatæ.

¶ Primĭter, adverb. pro *primo*, Pomponii est & Lucilii apud Nonium 2, 661.

¶ Primitu vel primĭtus, aliud adverb. idem quod *primo, olim, originaliter*, zuerſt. Lucil. ap. Nonium l. c. *Pretio ingenti ad primitu' paucos.* conf. Catullus 19, 11, ubi *primitu'* legitur. Varro R. R. 1, 31, 2 *Primitus cum exit vitis.* Adde ibid. c. 48, 1, & Lucret. 4, 1024; 5, 1092. Val. Max. 2, 5, 5 *Primitus ex libamentis victus sui Deos eo efficacius, quo simplicius placabant.* Suet. Claud. c. 7 *Primitus ingredienti cum fascibus forum*, zum erſten mal. Gell. 1, 18 *Vocabulum Græcum vetus traductum in linguam Romanam, proinde atque si primitus Latine fictum esset*, urſprünglich. Censorinus c. 20 *Primitus instituti dies*, Petron. c. 62 *Ego primitus nesciebam, ubi esſem.* Prudent. Apoth. v. 1045 *Tellurem nostro vitiatam primitus usu.*

¶ Primĭtius, *a, um*, quod in aliqua re primum est & principale, das vornehmſte. Ovid. Met. 12, 271 *Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris Primitium torrem.*

¶ Primĭtiæ, *arum*, primi fructus, qui Deo offeruntur, die erſtlinge oder erſten früchte; ut, *primitiæ frugum*, Plin. 4, 12 sub fin. & 18, 3; & Ovid. Met. 10, 433. *Primitias vitis resecare*, Colum. 4, 10, 2. *Ferre primitias operum*, Stat. Theb. 2, 742. *Metallorum primitiæ*, Tac. Hist. 4, 53, 5.

¶ Primĭtīvus, *a, um*, quod ex alio originem non habet, natürlich, urſprünglich, anfänglich; ut, *Primitiva verba*, quæ non ex aliis. Prudent. Romano v. 828 *Vt primitivum crederes fœtum geri.* Colum. 9, 13 *Apes primitivis floribus illectæ.* Id. de Arbor. c. 23 *Primitivi anni*, quibus scil. arbor primos fructus fert.

¶ Primōris, sine nominativo, & plur. *Primores*, i. e. priores seu primi, die erſten; ut, *Primores dentes*, Plin 11, 37, die vordern zähne. *Primoribus labris gustare*, h. e. leviter attingere, Cic. pro Cæl. c. 12, conf. de Orat. 1, 19. Apul. Apol. *In primori fronte animum gestare*, offenherzig ſeyn. Et Tac. Hist. 3, 21 extr. *Primori in acie versari.* Tertull. de Pudic. c. 19 *Ioannes in primore epistolæ.* ¶ 2. *Primores*, optimates, proceres, die vornehmſten, *plebi* oppositi apud Tacitum Ann. 2, 19, 1, qui auctor in primis hac voce delectatus est. Sic, *Primores ministri*, Idem Ann. 4, 10, 2. Et, *Primores fœminæ*, Annal. 2, 29, 1. *Primores populi*, Horat. 2 sat. 1, 69. *Primores juventutis*, Liv. 24, 20. vide ibi Gronov. Et Auson. Parental. 25, 7 *Te primore vigens, te deficiente relabens.*

¶ Primōticus, *a, um*, primo natus, præcoquus, frühzeitig, anfänglich; ut, *Duracina primotica*, Apic. 4, 5.

¶ Primævus, *a, um*, qui primi temporis, primæ ætatis est, pro diversa vocis *Ævi* notione, ältеſt, urſprünglich, erſtgebohren. Virg. Æn. 9, 546 *quorum primævus Helenor*, id est, natu major, sicut Catullus sub fin. Epithalamii: *Primævi funera nati*, hoc est primogeniti. ¶ 2. Iuvenis est & viribus florens, jung und friſch. Virg. Æn. 7, 162 *Primævo flore juventus.* Et 10, 345 *fidens primævo corpore*, quemadmodum *primum ævum* pro adolescentia reperitur apud Val. Flaccum 5, 358; & 7, 338. Silius 5, 424 *Primævos juvenes.* Auctor Phœnicis v. 115 *Ast ubi primæva cœpit florere juventa.* Et Arator præf. priore: *Nam primævus adhuc senibus documenta dedisti.* Adde Rutilii Itiner. v. 172, & ibi Barth. & Weitz. ad Val. Flacc. 2, 653.

¶ Primicērius, *i*, m. qui inter principis notarios honore primus est; κήρωμα enim tabellam ceratam significat, in qua antiqui scribebant. Erat itaque *Primicerii* munus, ut literis principis, quibus aut donum aut honorem concederet, cereum illius sigillum apponeret. Hodie *Cancellarium* vocamus, der cantzler. vid. Saimuth. in Panciroll. T. 2 P. 1 p. 15; Cassiodor. in Variis: item Hieron. in Chronicis. Quod quidem fortasse acutius, quam verius. Nam revera *Primicerius* nihil aliud, quam, *primus, princeps, principalis* in quolibet ordine, hoc est, qui principem locum inter sui ordinis homines tenet, der oberſte. Suidas πριμικήριος ὁ πρῶτος τῆς τάξεως. Sic *primicerius domesticorum, mensorum*, in Cod. legitur L. 2 de domest. & protect & L. una de mensoribus. Videtur igitur τὸ *cerius* nihil aliud, quam additamentum esse ad vocabulum *primus*. Est autem vox recentioris latinitatis. Ammian. 18, 3 *Valentinus ex primicerio protectorum tribunus.* Paul. Diaconus Langob. 4, 34 *Primicerius notariorum &c. Secundicerius*, vide infra in *Secundus*.

¶ Primiceriatus, *ûs*, m. dignitas & munus primiceriorum, die cantzler-ſtelle. L. 1 Cod. de Decanis: *Biennii spatio primiceriatu gerant officium.* Cassiodorus Var. 6 epist. 7 *Locum quoque primiceriatus adjungimus.* conf. 6 epist. 16; & 10 epist. 11.

¶ Primigĕnius, *a, um*, primitivus, aliunde non habens originem, urſprünglich, erſtgebohren; ut, *Semina primigenia*, Varro R. Rust. 1, 40. *Legio primigenia*, Spartian. in Iuliano c. 1. *Verba primigenia*, Varro de L. L. 5, 5. *Primigenii seminis fontes*, Ammian. 14, 6. ¶ 2. Substantive *Primigenia rerum*, i. e. natura, die erſte mutter, die natur. Id. 26, 10 extr. Et Fortunæ cognomen *Primigenia*, apud Cic. de Leg. 2, 11. ¶ 3. *Primigenius*, nomen fere servorum vel libertorum. v. Petron. c. 46, & Gruter. Inscript. p. 578 n. 3; & p. 599 n. 1.

¶ Primĭgĕnus, *a, um*, idem. Lucret. 2, 1104 *Primigenus coortus.* Avienus Phænom. Arat. v. 13 *Mentis primigeneæ penetralia.*

¶ Primĭpăra, *æ*, f. quæ primo peperit, die das erſte mal geboh-ren hat; ut, *Matres primiparæ*, Plin. 8, 47. Penult. correptam habet.

¶ Primipilus vel Primopilus, *i*, m. πριμόπιλος στρατοπεδάρχης τῆς τάγματος, est *primi pili*, quem suo loco explicamus, primus centurio, primusque adeo totius legionis Romanæ miles, a tribuno proximus, quem omnes respicerent, qui omnes duceret, unde etiam Græca στρατοπεδάρχης appellatio est. Liv. 8, 8 *Duo primipili ex utraque acie* (Romanorum una, altera Latinorum) *inter triarios erant.* Cæs. Gall. 2, 25 *Primipilo* (al. *Primopilo*) *P. Sextio Baculo vulneribus confecto.* Val. Max. 1, 6, 11 *Aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit.* Nimirum *aquilæ* legionis præerat primipilus, docente etiam Vegetio 2, 8. Ita Tac. hist. 3, 22, 5 *Ipsam aquilam Atilius Verus primipili centurio multa cum hostium strage & ad extremum moriens servavit.* quorsum pertinet etiam locus Iuven. 14, 196 *Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus adferat*, quod recte de hac re explicat Lips. de Mil. Ro. 2, 8. Neque sine causa *locupletem* vocat, ut idem Lipsius ostendit, & apparet ex Martialis gratulationibus 1, 32 & 6, 58, quo docente 6, 58 etiam discimus equestrem dignitatem huic muneri adjunctam fuisse. De orthographia laudantus Grut Inscr. ubi *primipilus* quidem legitur p. 347, 1; 492, 5; 1108, 2 & alias. *Primopilus* autem p. 1099, 4. Ita etiam *Primopilaris* est 50, 6, alias sæpe *Primipilaris*: etiam apud Tacitum *primipilaris* potius quam *primopilaris* scribi animadvertas. *Primuspilus*, quod index docet, nusquam.

¶ Primipilum, *i*, n. labente imperio Ro. erat *annona, quæ deba-*

tur primipili centurionibus, ut inter milites distribueretur, quæ definitio est Theodori Hermopol. lib. 9 tit. 9 apud Dionys. Gothofredum ad Tit. Cod. (12, 61) de *primipilo*. add. Iac. Gothofr. ad Cod. Theodos. 8, 4, qui est *de cohortalibus, principibus, cornicularii & primipilaribus*. itemque Pancirollus Comment. ad not. dignit. utriusque Imp. c. 21, quod est de primipilo.

¶ Primipilaris & Primopilaris, (utriusque enim scriptionis & vocis ipsius exempla modo in *primipilus* attulimus): ut *consularis*, qui *primipilus* fuit. Quintil. 6, 3 p. 559 *An primipilaris ei testamento suaderet &c.* Occurrit etiam Tac. hist. 2, 22, 6 & 4, 15, 7. An. 2, 11, 2 &c. ¶ 2 Labente imperio dicti *primipilares, qui ad pascendos milites solemniter ad limitem destinabantur*. De his quæ dici possunt omnia Iac. Gothofr. ad C. Theod. 8, 4, qui titulus agit *de cohortalibus, principibus, cornicularii & primipilaribus*. Ipsa definitio, quam dedimus, primipilarium est l. 6 tit. cit.

¶ Primipilarius, *i*, m. idem. Gloss. gr. lat. πρῶτος ἐν δέρατι, *Primipilarius*, (quod quidem somnium hominis semibarbari videtur, δέρας enim *pellis* est, nisi forte leg. κέρατι). Sen. de Constant. c. 18 *Nec insigne cessit primipilario*. Spartian. in Iuliano c. 5 *Missio primipilario*. conf. Id. in Nigro c. 2, & Modestin. IC. Dig. 27 t. 1 l. 8 § 12. ¶ 2. Filii Primipilarium. vid. Iac. Gothofr. paratitlo ad C. Theod. 8, 4.

¶ Primipīlātus, *us*, m. dignitas primipilaris. Saresb. 6, 16 *Primipilatum affectare*. L. 1 C. de primipilo (12, 63) *Commoda primipilatus*.

¶ Prīmĭpŏtens, *tis*, primus potentia, der erſte an macht. Apul. Asclep. p. 92 *Deus primipotens & unus gubernator mundi*.

¶ Primiscrinius, *i*, m. idem, qui *Primicerius*, sive scriniariorum supremus, l. ultim. C. de muner. & l. ult. C. de apparitor. & l. 3 C. de divers. offic. & ap. Symmach. 1 epist. 33, & in Notitia Imperii Rom. persæpe.

¶ Primivirgius, *i*, m. primus virgam gestantium ante regem, der trabanten-hauptmann. Gloss. gr. lat. πρωτοραβδοῦχος, *Primivirgius*. Et Gloss. Isidori: *Primivirgius, caballarius, quod primus est militiæ in virgis*. vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 38.

¶ Primŏdum, pro *primo* (ut *ebo, ehodum,*) zuerſt, zuvörderſt. Plaut. Capt. 1, 2, 51 *Primodum opus est Pistorienſibus*.

¶ Primumdum, idem; ubi *dum* eleganter παρέλκει. Plaut. Trin. 1, 2, 61 *Primumdum omnium*. conf. Id. Bacch. 2, 3, 25; Most. 1, 2, 39; & 2, 1, 53; Mil. 2, 3, 26; Rud. prol 32; Truc. 1, 1, 10.

¶ Prīmōgĕnĭtus, *i*, m. ein erſtgebohrner. Scioppius contra Famianum *barbarum* vocat: minus peccasset, si dixisset ecclesiasticum, quia his ferme proprium est. Lactant. Instit. div. 1, 11 *Filium suum primogenitum delabi jussit e cælo*. In Hieronymi Script. Eccles. Polycarpus Marcionem vocat *primogenitum diaboli*. Nec vero prorsus inauditum extra ecclesiam. Palladius 1, 39 de fuga apium inhibenda: *Creduntur*, inquit, *non fugere, si stercus primogeniti vituli adlinamus oribus vasculorum*. De Plinii loco 11, 40 incertiores sumus propter variantem lectionem. v. Cellarii Cur. poster. p. 878. Adjective Sulpit. Sever. usurpat Hist. 1, 18 *Primogenita omnia Domino offerenda*. Latini vocant *natu majorem*, si duo sint fratres; si plures, *natu maximum*.

¶ Primogenitālis, *e*, idem. Tertull. adv. Valentinianos c. 20 *Ab argumento ogdoadis primogenitalis*.

Primoplastus, vide supra in *Plasma*.

¶ Prīmordium, *i*, n. principium, a quo primum ordimur, ein anfang, urſprung; ut, *A Iove Musarum primordia*, Cic. de Leg. 2, 3. *A Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia*, ibid. *Primordia dicendi*, Quintil. 1, 9. Et, *Mundi primordia*, Ovid. Met. 15, 67. Et de Arte am. 3, 337 *Altæ primordia Romæ*. Tac. de Germ. 39, 2 *Stato tempore in silvam coëunt, cæsoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia:* Vbi PRIMORDIA sacra dicuntur, quæ propter primordia, sive originem gentis celebrantur Deo, a quo genus se ducere existimabant.

¶ Prīmordiālis, *e*, anfänglich, urſprünglich; ut, *Lex primordialis*, Tertull. adv. Iudæos c. 2. *Verbum primordiale*, ὁ Λόγος, Id. Apol. c. 21. Et, *Primordialis caussa*, Ammianus lib. 30 ineunte.

¶ Prīmordiālĭter, adv. idem. Augustin. de Trinit. 3, 9 *Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta jam creata sunt*. Et Claud. Mamert. 2, 5 *Vnde corpora primordialiter existunt*.

¶ Princeps &c. vide post composita cum præpos. a *Primus:* ut sunt:

¶ Apprimus vel Adprimus, *a, um*, i. e. longe primus, ut explicat Gellius 7, 7 vornehm, ſtatlich. Adducit Gellius l. c. exemplum Livii Andronici: *Vir summus adprimus Patroclus*. It. Virg. Georg 2, 134 *Flos adprima tenax*. Hæc enim plerorumque codicum lectio est, quam & Servius agnoscit. Nam Atticorum more poëta adverbium plurali numero eloquitur, ut Turnebus notat 29, 26. Ios. Scaliger tamen ad Catullum & H. Gifanius Lucretii Indice *Apprime* pertendunt legendum. Vt corripuerit poëta ultimam, quam similiter Lucretius Horatiusque in *superne* etiam fecerunt brevem. Hinc

¶ Apprīme, adverb. ſehr, mercklich, vornemlich, zuvörderſt; Sic, *Apprime doctus*, Varro R. R. 3, 2 sub fin. *Apprime nobilis*, Ter. Eun. 5, 4, 30. Id. Andr. 1, 1, 34 *Id arbitror, apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis*. Nep. 25, 13, 4 *Artifices apprime boni*. Potest etiam aliis adverbiis, etiam superlativis adjungi. Cic. de Fin. 3, 9 *Id apprime & rectissime dicitur*. Ita Victorius, aliique: Gruterus autem ex Palatino codice *adprimo rectissime*.

¶ Comprimis, vel Cumprimis, idem; quod & *cum primis*, si dividas, & *cumprime* legitur, zuvörderſt. Si quis alius, Lucretius in primis hac formula delectatus fuit: vide 1, 130 & 716; & 2, 536 & 848 &c. Sed *Cumprime fortis* dixit Gellius 17, 2. Id. 1, 13 *Cumprimis respiciendum putaverunt ingenium*. Cic. de Orat. 2, 55 *Sapiens cum primis nostræ civitatis homo*.

¶ Cumprimum, quod melius divise scribitur, ſo bald als. Nepos 20, 3, 4 *Cumprimum potuit, imperium deposuit*. Cic. Off. 1, 32 *Hercules cumprimum pubesceret*. Id. Att. 4, 1 *Cumprimum Romam veni*. Liv. 25, 29 *Cumprimum nostri arbitrii esse cœpimus*. ¶ 2. Præcedente *tum* redditur: als das erſte mal. Cic. act. 1 in Verr. 2 *Se in vita pertimuisse tum, cum primum reus a me factus sit*. Id. Verr. 4, 23 *Tum abfuerat, cum primum dati sunt judices*. Vbi quidem apertum est, divise scribendum esse, quod factum etiam in optima quavis editione.

¶ Imprimis, seu potius per duas voces *in primis*, vornemlich, vorauß. Cic. fam. 1, 7 extr. *Quem inprimis amamus, cui unque habemus*. Et Off. 2, 14 *Brutus juris civilis imprimis peritus fuit*. Id. Verr. 3, 27 *Homo in primis improbissimus*. Et Nepos 4, 1, 2 *In primis omnium Persarum & manu fortis, & consilii plenus*. Apud Cic. N. D. 1, 1 ext. *Imprimisque* videtur positum pro simplici *inprimis*, ut in *hodieque*. Sed

¶ Præprīmis, ad formam, *præ cæteris, præ cunctis*, efficta vocula, recentissimæ ætatis est, parrum memoria in usum vulgarem, invitis Musis, a semibarbaris introducta, quam ideo in sordidis relinquere decet, atque omni studio defugere. Vide, quæ de impura hac voce monuerunt Vorstius Sulpet Latin. c. 32 poster. edit. & Cellarius in Antibarb. p. 82, ac Cur. Poster. orib p. 364.

¶ Decemprīmus, vide *Decem*, Quamprimum, *Quam*, Quinqueprimi, *Quinque*, Sexprimi, *Sex*.

¶ Exprimicerio, qui primicerius fuit, v. *Primicerius*.

PRINCEPS, *ĭpis*, c. quasi primas capiens, vel quasi primum caput, idem quod *Primus*, der erſte. Liv. 21, 4 de Hannibale: *Princeps in prælium ibat: ultimus conserto prælio excedebat*. Nepos 8, 1, 5 *Princeps & solus initio bellum his indixit*. Et Cic. de Orat. 2, 13 *Herodotus qui princeps hoc genus ornavit*. Sic, *Princeps mensis Ianuarius*, Colum. 11, 2. *Roma princeps urbium*, Horat. 4 Od. 13, 3. ¶ 2. *Præcipuus*, & ordinis vocabulum est, vortrefflich, vornehm, der oberſte. Horat. 1 epist. 17, 35 *Principibus placuisse viris, non ultima laus est*. C. Nepos 25, 8 *Excogitatum est a quibusdam, ut privatum ærarium, Cæsaris interfectoribus ab equitibus Romanis constitueretur: id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flacco, Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet*. Sic, *Princeps senatus*, Liv. 34, 44 &c. erat, qui a Censoribus primus legebatur ex senatoribus, tamquam omnibus præcellens virtute. Sic *Civitatis longe princeps Pompejus est*, Cic. pro Domo c. 25, die vornehmſte perſon. *Facile princeps*, id est, sine dubio princeps: Cic. de Divin. 2, 42 *Eudoxus in astrologia, judicio doctissimorum hominum, facile princeps*. Id. de Orat. 3, 16 de Socrate: *Omnium fuit facile princeps*. Conf. Id. N. D. 2, 66. *Stoicorum princeps Zeno*, Id. Acad. qu. 4, 42. Sic, *Consilii publici princeps plurimos annos fuit Pericles*, Cic. de Orat. 1, 50. Et, *Philosophorum princeps Plato fuit*, Id. Fin. 5, 3. Sic, *Principum philosophorum præcepta*, Nep. 25, 17, 3. Sic, *Principes fœminæ*, Plin 8, 32. Quin *Princeps principum* i. e. primus omnium, Cic. pro Placco c. 23 pr. ¶ 3. Et dignitatis supremæ vocabulum est, eumque significat, qui aliis regendis præest, vel qui principatum tenet, ein regent, ein fürſt. A Tacito, Plinio & aliis ipse Imperator Romanus vocatur *Princeps*. Quod ab Augusti instituto est, hac appellatione regii nominis invidiam defugiente. v. Tac. An. 1, 1. In hac significatione *Princeps* & *Civis* relata sunt, ut *Imperator* & *Miles*. v. Plin. Paneg. c. 7 & 22. Sic, *Princeps Græciæ*, Nepos 6, 3, 1; & 15, 5, 4. *Hoc abest a principis persona*, Id. 15, 1, 2. ¶ 4. Item auctor, id est, qui invenit, vel instituit, vel suasit aliquid primus, ein urheber, vorgänger. Nam Cicero Tusc. Qu. 1, 23 *inventorem* & *principem* conjungit. Id. Rullo 2, 9 *Princeps legis*. Cæs. de B. C. 3, 54 *Tantum apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi*. Cic. pro Arch. initio: *Hunc video mihi principem horum studiorum exstitisse*. Sallust. apud Lactant. 1, 21 *Quia principes intelligendi divina fuerunt*, (Curetes,) *vetustatem ut cætera in majus attollentem, altores Iovis celebravisse*. Nepos 18, 13, 3 *Hujus sceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, Seleucus &c.* die anfänger. Conf. Cæs. B. G. 8, 33. ¶ 5. *Principes juventutis*, principum seu imperatorum liberi dicebantur, futuri imperii nomine tituloque, die Printzen. Quod Augustus in Cajo & Lucio, Cæsaribus instituit. v. Tac. An. 1, 3, & ibi Interpretes; itemque Lipf. Elect. 2, 1. Bernegg. ad Iustin. 42, 2, 11 p. 498; præsertim Spanh. de usu & præst. num. diss. 12 p. 359. Libera rep. *Princeps juventutis* erat, qui primus inter equites legebatur; (ut *Princeps senatus* vel *civitati*, qui inter senatores) a censore. Cic. fam. 3, 11 *Brutus princeps juventutis, celeriter, ut spero, civitatis*. Sic Curtius 6, 9, 21 ex Alexandri regis persona ipsos equites *principes nobilissimæ juventutis* appellat. ¶ 6. *Principes* etiam dicebatur genus militis apud Romanos, quod in veteri republica medium locum, Vegetii ætate, ut ex lib. 1, 20 & aliis locis constat, primum tenebat. Liv. 25, 14 *T. Pedanius princeps primus centurio*. ubi Gronov. adeundus; v. etiam 30, 4. Primi enim hastati, deinde principes, denique pilani pugnabant: qui & *Triarii* appellati, quod tertio ordine consistebant in acie. *Hastati* hastis; *Principes* gladiis; *Triarii* pilis pugnabant, unde & *Pilani* appellati. Sic Varro docet de L. L. 4, 16 & Liv. 8, 8. Atque ita *Hastatorum* prima signa, deinde *Principum* erant, *Triarii* postremos claudebant. Nec aliter Ovid. de Romulo Fast. 3, 129 *Hastatos instituitque decem: Et totidem Principes, totidem Pilanus habebat Corpora, legitimo quique merebat equo*. Nam *Principis* nomine hoc genus militum, qui *principes* appellati, designat: qui & *Principia* dicebantur, de quo infra in *Principium*. Neque vero milites ipsi hujus generis, sed ordines quoque, sive corpora eorum, in quæ tributi erant, *principes* appellabantur: ita, ut *primus, secundus*, & ita deinceps *princeps* pro primo, secundo, atque sic porro, principum ordine sive manipulo diceretur. Quod & in ceteris obtinuit. Ita enim & *primus pilus*, primus ordo pilanorum sive triariorum dicebatur. Et cum Ovidius laudato loco ait *Hastatos instituitque decem*; totidem ordines sive manipulos hastatorum significat. Cic. ad Brut. epist. 8 de C. Nasennio: *Cretenſi*, inquit, *bello, Metello imperatore, octavum principem duxit*.

duxit. Veget. 2, 8 *Vetus conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primi pili.* Sed in hoc loco *primus princeps*, non tam eſt *primus ordo principum*, quam centurio primi principis, ſive primi principum ordinis: quemadmodum & *principiles* dicebatur, qui primum principum ordinem ducebat. ¶ 7. Apud Phædr. 5, 8, & Suet. de Ill. Gramm. c. 4. *Princeps* nomen proprium eſt.

¶ Princĭpo, *āre*, imperare, herrſchen, regieren. Hinc

¶ Princĭpans, *antis*. Lactantius 4, 13, 19 ex veteri verſione Eſa. c. 11, 10 *Et erit illa die radix Ieſſe, & qui exſurget principans* (alii *principari*) *in nationes.* LXX Græci ὁ ἀνιστάμενος ἀρχειν. Sidonius carm. 9, 42 *Regnis principiisque principantem.* Id carm. 23, 90 *Natos cum genitore principantes* vide quæ ad h. l. notat Savaro.

¶ Princĭpatus, *us*, m. primus locus, der vorzug, die oberſtelle. Cic. Off. 2, 19 *Hinc* (eloquentiæ) *a meis vicinus noſtris eſt in toga dignitatis principatus datus.* Id. Phil. 2, 3 *Qui tibi acquirat ex latrociniis ſuis principatum*, der dich unter den banditen zum haupt gemacht. Id. Att. 13, 19 *Sermo ita inducitur alterius, ut penes ipſum ſit principatus*, er iſt die hauptperſon. Id. Phil. 12, 4 *Gallia hujus belli propulſandi principatum tenet*, es iſt die vornehmſte provinz. Id. fam. 2, 6 *Appetam hujus rei principatum.* Id. Fin. 3, 16 *Ordo ſecundus ad regium principatum.* Id. Tuſc. 1, 10 *Iſtato animæ principatum, id eſt, rationem, in capite ſicut in arce poſuit.* Nepos 25, 5, 4 *Principatum eloquentiæ tenere. Itaque non tam poteſtatis & imperii hoc nomen eſt, quam ordinis & dignitatis.* Nec aliter capiendum, ubi pro imperio ipſo poni videtur: v. g. Vellej. 2, 57, 1 *Principatum armis retinere. Quin* ipſe *imperii varitimi principatus* apud Nepot. 13, 2, 2 ita intelligendus. Plin. H. N. 7, 3 *Nobis alii, cetior notitia principatu Claudii obtigit.* conf. 29, 1. Recte igitur Plinius Paneg. c. 45 a dominatu *principatum*, a regno Suetonius distinguit in Calig. c. 22. *Regnum* eſt, cui rex, & regiis insignibus præest; *Dominatus*, ubi unus imperat, cæteri servi sunt: *Principatus* eſt ſtatus monarchicus quidem, ſed qui cum dominatu libertatem miſcet. Vnde Galba ad Piſonem apud Tac. Hiſt. 1, 16 extr. *Imperaturus es hominibus, qui nec totam ſervitutem pati poſſunt, nec totam libertatem.* Huc pertinet Tiberii dictum apud Dionem, quo ſe ferebat, *dominum ſervorum, imperatorem militum, ceterorum principem eſſe.* Atque hinc Claudianus Romani imperii ſtatum diverſum oſtendit ab orientis regnis. Paneg. de 4 Conſulatu Honorii v. 214 & v. 306 ac ſeqq.

¶ Principālis, *e*, (& *Principialis*, *e*, in carmine, de quo paullo poſt,) quod ex principio, ſeu prima origine, & naturaliter inheſt, urſprünglich. Quint. 9, 1 *Iſt translatus ſermo a naturali & principali ſignificatione transitus ad alium.* ¶ 2. *Principalis*, quod principis eſt, fürſtlich; ut, *Principalis majeſtas*, Suet. Claud. c. 17; *arrogantia*, Plin. Paneg. c. 78; *domus*, Sen. ad Polyb. c. 21. *Principalis paratus*, Tac. Hiſt. 2, 59, 3. *Principalis fortuna*, ibid. 2, 81, 6. *Principale ſcortum*, Id. Hiſt. 1, 13, 5. *Principalia opera*, Vellej. 2, 124, 3. *Principale in republica faſtigium*, der fürſten-ſtand, Id. 1, 11, 6. ¶ 3. Præcipuus hinc & præſtans eſt, ut ſolent res principum eſſe, hauptſächlich, vornehm, vortrefflich. Quint. 3, 11 *Hanc quæſtionem, veluti principalem, vocant ζήτημα.* Gell. 13, 10 *Iuris diſciplinam principali ſtudio exercere.* Tertull. de Anima c. 43 *Vt videant naturalem indicem ſomnum omnibus naturalibus principaliorem.* Sic *Principalis cauſſa* eſt præcipua & perfecta; poſt eam enim proximæ ſunt, & adjuvantes, ſeu minus principales cauſſæ, Cic. de Fato c. 18. *Principalia verba*, Gell. 11, 15. ¶ 4. *Principales portæ* in caſtris Romanis duæ erant; *dextræ*, mentio fit ap. Liv. 4, 19 ext. ἀπὸ τῶν πρατηγίδων πύλων, jam Sophocli commemoratæ Aj. 50. ¶ 5. *Principalis*, ſubſt. ein principal. Iidem 9, 4 *Principales ſunt magiſtratus, & duumviralis curialium officiorum ordines; Principales dicti, quod præſint magiſtratibus.* Symmach. 9 ep. 10 *Principalibus & tabulariis liberum eſt*, alios a *diſpensio vindicare, aliis inacbium nimis imponere.*

¶ Principāliter, adverb. pro officio principis, ut decet principem, fürſtlich. Plin. Paneg. c. 47 *Principaliter formare.* ¶ 2. Eſt præcipue, hauptſächlich, vornemlich. Vlp. 3 Dig. t. 2 l. 4 §3 *Principaliter hoc negotium geris.*

¶ Principālĭtas, *ātis*, f. die vortrefflichkeit. Tertull. de Anima c. 13 *Habes animæ principalitatem.* Et Macrob. Somn. Scip. 1, 3 *Probabilia genera principalitatis.*

¶ Principium, *i*, n. initium, der anfang, urſprung, cujus contraria ſunt, *extremum, exitus, finis.* Sic *Principium dare alicui motionis*, Cic. de Fato c. 19. *Nec principium nec finem habere*, Id. de Senect. c. 21. Et pro L. Manil. c. 1 *Hujus orationis difficilius eſt exitum, quam principium, invenire.* Id. de Orat. 1, 26 *Exalbeſcere in principiis dicendi.* Et in Vatin. c. 6 *Omnium rerum magnarum a diis immortalibus principia ducuntur.* Virg. ecl. 3, 60 *Ab Iove principium.* conf. ecl. 8, 11: & qui laudantur ad Quint. 10, 1 p. 891 Burm. Ter. Phorm. 2, 2, 82 *Bene hæbent tibi principia*, es läſt ſich wohl an. Ovid. Met. 13, 706 *Principium ducere a ſanguine Teucri.* Id. Remed. Am. v. 91 *Principiis obſta.* Ter. Andr. 1, 1, 21 *Non omnem a principio audies*, von vorne. Sic, *in principio, a principio*, anfangs, zum erſten, Id. Ter. Phorm. 1, 5, 22; Cic. Divin. 2, 63; & Tac. Ann. 1, 1, 1, pro quo & *Principio* adverbialiter dicitur, uti infra oſtendemus. ¶ 2. Interdum idem ſignificat, quod principatus, der vorzug. Plin. 9, 34 f. 54 *Principium culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent*, ſie ſind das beſtverſte. Liv. 9, 38 ext. *Fuscia curia fuit principium &c.* h. e. prærogativa, ubi vid. in *Rogo.* conf. Gronov. Obſerv. 4, 1, quod Gruchius de Comit. 3, 1 exponit: Prima ad ſuffragium ferre vocata eſt. Conf. Duker. ad Liv. l. c. ¶ 3. *Principia* locus dicebatur in caſtris, ubi imperatoris tabernaculum erat, cuſtodiebantur ſigna & aquilæ, reddebatur jus, & capiebantur conſilia: quamobrem ſacer ac ſanctus habebatur, ut Lipſius ad Tac. Hiſt. 1, 48; & de Milit. Rom. 5, 4 recte docuit. Itaque miror, ipſum de Militia Rom. 5, 12 exiſtimare potuiſſe ſupplicia ibi de militibus ſumta: quippe ad religionem & ſanctimoniam loci parum quadrat. Quare, quod L. Otho, imperatoris pater, milites quosdam ante principia, & ſe coram occidere cæſos eſſet, ut novum atque inuſitatum Suetonius notat in illius vita c. 1. Meminit horum principiorum & Nepos 18, 7, 2 & 3. conf. Berregg. ad Iuſtin. 11, 6, 6; Front. Strat. 4, 1, 23; Flor. 3, 10, 12; 4, 2, 45; Tac. H. 1, 48, 2; & 3, 13, 1; Gronov. Obſerv. 4, 10. *Mittuntur principia*, cum frequentia, quæ ibi eſt, diffluit. v. Sigon. ad Liv. 21, 54 pr. ubi *prætorium mitti* dicitur. ¶ 4. Sed & ipſi *principales milites* ſeu *principes Principia* dicebantur, der general-ſtab, Ammiano 15, 11 *Cum principiorum verticibus ſecretius collocatus.* v. Valeſium ibi p. 82. ¶ 5. *Poſt principia* locus in acie turpiſſimus, poſt haſtatos ſcilicet & principes. Siſenna ap. Nonium in *Mandare* 2, 516 *Poſt principia paulatim recedunt, atque inde cum pauca fuga ſe mandant.* Thraſo Terentianus Eun 4, 7, 11 *Hic ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo.* ¶ 6. Sed & in caſtris locus *poſt principia* dictus. Varro de R. R. 3, 4 ex proverbio vetere: *Ego, ut ajunt, poſt principia in caſtris.* Oppoſitus locus, *ante principia*, Suet. Othone c. 1. vide plura apud Stewech. ad Vegetium p. 60.

¶ Poſtprincipia, *orum*, n. pl. conjunctis vocibus, pro iis Varro apud Gellium 16, 18 poſuit, quæ poſt initium fieri aut eſſe ſolent. *Vti, tus*, inquit, *talium diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit, cum perfecte abſolutæque ſunt: in principiis vero ipſis ineptæ & inſuaves videntur.*

¶ Principio, adverb. i. e. a principio, primo, anfangs, zuerſt, erſtlich. Cic. Div. 2, 35 *Ius augurum divinationis opinione principio conſtitutum.* Id. Off. 1, 4 *Principio generi animantium omni eſt a natura tributum.* conf. Id. Fin. 1, 6. Ter. Andr. 2, 1, 28 *Te obſecro, principio, ut ne ducas &c*, Plaut. Merc. 1, 1, 40 *Principio atque exiit*, i. e. cum primum exiit. Virg. Georg. 4, 8 *Principio ſedes apibus ſtatioque petenda.*

¶ Principiālis, *e*, in carmine idem quod *Principalis*, anfänglich, urſprünglich. Lucret. 2, 423 *Haud ſine principiali aliquo lævore.* Id. 5, 246 *Cæli terræque fuiſſe Principale aliquod tempus*, i. e. quod principium dedit.

¶ Subprincipalis, *e*, nechſt dem vornehmſten; ut, *Tonus ſubprincipalis*, Mart. Capella 9 p. 315.

Prior, prioratus, vide ante derivata *Primus*, Princeps &c.

PRISCIĀNVS, *i*, m. Grammaticus Cæſarienſis, cujus libri aliquot de partibus orationis, conſtructione, & aliis ad Grammaticen pertinentibus, exſtant. Meminit reverenter præceptoris ſui Theoctiſti p. 701. ¶ 2. *Theodorus Priſcianus*, medicus, tempore Arcadii Imp. claruit, cujus tres libros aliqui Octaviano Horatiano tribuunt. vid. Reineſ. Var. Lect. 3, 11 & 17. Barth in Claudian. p. 1270.

PRISCVS, *a, um*, ætate ſuperior, alt; ut, *Priſci Latini.* Ita Feſtus ait appellari proprie, *qui, priusquam conderetur Roma, fuerunt.* Sic, *Priſca Græcorum literæ*, Cic. N. D. 3, 16. Et, *Priſca verba*, de Clar. Orat. c. 21. Id. de Orat. 1, 42 *Ex duodecim tabulis antiquitatis effigies, & verborum priſca vetuſtas cognoſcitur.* Et de Vniverſ. c. 11 *Credendum eſt priſcis, ut ajunt, viris, qui ſe progeniem Deorum eſſe dicebant.* Virg. 9 Æn. 79 *Priſca fides facto.* Horat. Epod. 2, 2 *Gens priſca mortalium.*

¶ Priſce, adverb. auf alte weiſe. Cic. pro Cælio c. 14 *Severe, & graviter, & priſce agere.*

PRISMA, *ātis*, n. πρίσμα, i. e. *ſectio*, a πρίω, *ſeco*, eſt corpus ſolidum, triangulare, oblongum. Mart. Capella 6 p. 233.

PRISTĪNVS, *a, um*, quod ſuperioribus fuit annis, vorig, alt. ut, *Priſtina ætas*, Claud. Conſul. Stilic. 2, 124. *Priſtini dici meliore occaſione, quam pugna*, Liv. 4, 32, ubi *priſtinus dies* non eſt proxime præcedens, nam plures dies interjecti fuerunt. v. ad h. l. Dukerus. *Priſtina dignitas*, Cic. fam. 1, 5 extr. Et, *Vetus conſuetudo fori, & priſtinus mos judiciorum*, Id. pro Milon. c. 1. *Priſtinum animum ergà aliquem conſervare*, Liv. 31, 2. *Quem priſtina gloria tollit*, Virg. Æn. 10, 143. *Recidere ad priſtinum ſtatum*, Cic. ant. iret in ex. c. 5. Abſolute Nep. 20, 1, 1 *In priſtinum reſtituere.* ¶ 2. *Priſtinus*, pen. prod. vid mox in *Priſtis.*

¶ Priſtĭnālis, *e*, adject. Columellæ tribuitur, qui 7, 9 de ſuibus loquens *Pecus priſtinale album*, glabro opponat; ſed rectius legitur *piſtrinale.* vid. Geſn.

PRISTIS, vel Preſtis, *is*, f. ſcribitur enim varie, πρίσις & πρῆστις, ut & *piſtris*, & *piſtrix*, ubi vid. latine beſtua marina eſt, aut eadem cum *Phyſeter*, aut admodum ei cognata, (vide *Phyſeter* & *Piſtrix*,) Plin. 9, 3 & 4. add. Brouckh. ad Tib. 1, 6, 10. ¶ 2. *Priſtis* a πρίειν, h. e. a *ſecando* dicitur; πρίσις, *ſector*, & *ſerra.* Eſt cetaceus piſcis, a roſtro ſimili ſerræ utrinque ſecanti, Geſn. ¶ 3. A beſtuæ illius ſimilitudine navem oblongam Virgilius *Priſtim* dixit Æn. 5, 116 *Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtim.* Vel a ſectione undarum, ut Servius putat. Etiam Livio 35, 26 pr. *priſtes* naves ſunt, jagdſchiffe.

¶ Priſtĭger, *a, um*, fiſch- und ſchiffreich; ut, *Priſtiger Triton*, Sidon 4 ep. 8.

¶ Priſtĭnus, *a, um*, adj. ut *priſtinum ſidus*, quod videtur ap. Columellam 11, 2, 5 & 64 eſſe idem, quod alias *cetus*, vocatur, aut *piſtrix*, ubi vid.

Privatim, privatio, privatus, vide proxime poſt *Privus.*

PRIVERNVM, *i*, n. urbs Volſcorum in Latio, Virg. Æn. 11, 535.

¶ Privernas, *ātis*, m. gentile; *Privernates*, populi, Plin. 3, 5 *Privernatem fundum* dixit Cic. de Orat. 2, 55.

¶ Prīvernus, *a, um*, adject. ut, *Privernus ager*, Cic. in Rullum 2, 25. Et, *Privernus*, nomen Itali, Virg. Æn. 9, 576.

Privignus, privilegium &c. privo, vide mox *Privus.*

Prius, priusquam, vide paullo ante *Prior.*

PRĪVVS, *a, um*, a πρίω, *ſeco*, *divido*, eſt ſingulus, ſive ſingularis, proprius, einzeln, ſonderbar, eigen. Gellius 10, 20 *Veteres* priva *dicebant, quæ nos ſingula dicimus.* Feſtus: *Privos, privasque antiqui dicebant pro ſingulis.* Et Nonius 1, 152 *Privum eſt proprium uniuscujusque, unde & res privata.* conf. Id. 2, 694. Vſi hac voce haud modo vetuſtiores auctores, ut Cato de Re Ruſt. c. 3, 10 & 26; itemque Lucret. 5, 225 &c. ſed Auguſtei etiam ſeculi; ut Horat. 1 epiſt. 1, 93 *Quem dicit priva triremis.* Et 2 ſat. 5, 10 *Sive aliud privum dabitur tibi.* Vbi *Privum*, eximium aliquid & electile notat; v. ibi Torrent. Liv. 7, 37 *In præſentia ſingulis bobus, binisque privis tunicis donati*, i. e. eximiis. Et 30, 43 *Actum in hæc verba factum eſt, ut privos lapides ſilices, privasque verbenas ſecum ferrent.* Gell. 11, 16 *Græci ea dicunt privis vocibus.* Tanaq. Faber, cui *Privus* eſt ἴδιος, peculiaris,

liaris, proprius, privatus, ita emendat in Phædri prologo l. 5, 7 *Sua cuique animi cogitatio, colorque privus*, (non *prior*.) Loca Ciceronis vide mox in *Privilegium*. ¶ 2. *Privus* cum genitivo, beraubt. Apul. de Deo Socr. p. 43 *Turba imperitorum, priva vere rationis.*

¶ Prīvo, *avi, atum, āre*, orbare, adimere, entziehen, benehmen, berauben; ut, *Oculis aliquem privare*, Cic. Acad. 4, 11. *Privare vita*, Id. pro Rab. perd. c. 3, das leben nehmen. Et, *Fructu privare libertatis*, Id. fam. 5, 20. Rursus Acad. 4, 19 *Spoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus.* ¶ 2. Singulari ratione pro *prohibere, liberare*, befreyen. Cic. in Rullum 1, 4 *Non hac exceptione unus afficitur beneficio, sed privatur injuria.* vid. Parei Lex. Crit. p. 985.

¶ Privans, *tis*. Cic. Topic. c. 11 *Alia contraria privantia licet appellemus, græce appellantur στερητικὰ &c. ut, Dignitas, indignitas; Humanitas, inhumanitas.*

¶ Privātus, *a, um*, beraubt, befreyet. *Dicimus & privatum*, inquit Festus, *cui quid est ademptum.* Sic, *Privatus stipendio*, Aur. Vict. de Vir Illustr. c. 50. *Privatus lumine*, blind, Ovid. Pont. 1, 1, 53. Lucret. 2, 1 69 *Natura libera, dominis privata.* Id. 6, 1207 *Privati parte virili*, reschnittene. ¶ 2. *Privatum* est, quod uniuscujusque proprium est, was sonderlich und eigen ist. Contrarium enim *commune* est, seu *publicum*; ut, *Cura de re publica & privata*, Cic. de Amic. c. 4. *Vita privata & quieta*, privat-leben, Id de Senect. c. 7. Et Justin. 38, 9, 4 *Privatam vitam pertæsus.* Sic & Cic. fam. 4, 9 *Et, si re publica non possis frui, stultum est, nolle privata.* Et pro Dejot. c. 9 *Frugalitas est laus privata.* Id. Off. 1, 7 *Justitiæ munus est, ut quis communibus pro communibus utatur, privatis autem ut suis. Sunt autem privata nulla natura &c.* ¶ 3. Aliquando ad homines tantum refertur vocabulum: atque tum quidem *Privati* omnes dicebantur olim Romæ, *in* libertate, qui magistratum non gererent, hoc est, nullam potestatem publicam & jurisdictionem haberent *Privati dicuntur*, inquit Scholiastes Iuvenalis ineditus ad sat. 12, *qui absque negotio publicæ dignitatis curam solius domi gerunt*, die ausser amt leben. Quare & Cic. Catil. 1, 1 P. Scipionem Pontificem Maximum, *privatum* vocat; quod pontificatus in magistratuum numero haud esset, neque haberet publicam atque in omnes se exerentem potestatem. Itaque *Privati* & *Magistratus* opponuntur. Muretus ad illum Ciceronis locum magistratuum nomen ad illos tantum videtur restringere, qui civilem statum urbis moderabantur, ut *Consules* atque *Prætores &c.* erant: & eos, qui cum imperio & exercitu erant, forisque gerebant rempublicam inde excludit. Ex eo enim reprehendit illos, qui *privatum* & *cum imperio esse*, statuerent contraria: firmamentum opinionis ex eo maxime petens, quod Cicero Phil. 11, 8 Cn. Pompejum *privatum* dixerit, cum contra Sertorium *cum consulari imperio* missus esset. quod idem etiam l. c. de Scipione Africano, & de Pompejo pro L. Manilia c. 21 & alias dixit. Ac certum illud est, *magistratum* nomen, cum strictius sumitur, ad eos pertinere præcipue, qui reipublicæ domi præsunt: *imperii* vero ad illos, qui foris curant: unde Suetonius Cæs. c. 53 *Imperia* & *Magistratus* distinguit: at vero cum generaliter sumitur, pro potestate publica jubendi regendique, tum ipsa imperia quoque complectitur: quod satis clarum ex L. 1 Dig. de in jus vocando. Quare, *cum imperio esse*, & *privatum esse*, recte opponuntur, uti apparet ex Cic. fam. 11, 1; quod negat Muretus. Cicero vocavit Pompejum Africanumque *privatos*, non quod tales fuerint, cum imperium eis commissum esset, sed quod fuissent, cum committeretur. Tum enim nullo magistratu aut functi erant, aut fungebantur, adhuc adolescentes. Non potest *privatus* quis esse accepto imperio; nec eo depositio *privatus* non esse. Diserte Cæsar de B. C. 2, 32 de Domitio: *Cum projectis fascibus & depositio imperio, privatus & captus, ipse in alienam venisset potestatem.* Liv. 2, 2 *Nescire Tarquinios privatos vivere.* Nep. 1, 8, 2 *Miltiades in imperiis versatus non videbatur posse esse privatus.* Et ita Plautus Capt. 1, 2, 63 *Imperatorem*, hoc est, qui cum imperio & exercitu est, *privato* opponit: *Hic qualis*, inquit, *imperator nunc privatus est.* Nec aliter Lucanus 5, 365 *Tam magna juventus Privatum fatiora timet.* Loquitur de Cæsariano milite, qui conculcato imperio Cæsaris, mota seditione, a signis volebat discedere & ducem suum privatum facere. Quod quomodo facere potuisset, si ante, ex Mureti sententia, fuisset privatus? Quin ipse Cicero *privatum*, illi, qui *cum imperio est*, diserte opposuit ad Qu. Fratr. 1, 1 *Quos quidem*, inquiens, *libros* (Xenophontis de institutione Cyri) *non sine caussa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat, nullum est enim prætermissum in iis officium diligentis & moderati imperii. eaque si sic coluit ille, qui privatus futurus nunquam fuit*; (nunquam futurus sine imperio,) *quoniam modo retinenda sunt iis, quibus imperium ita datum est, ut redderent?* ¶ 4. Versa republica & introducto principatu, imperator maxime persona publica habebatur; reliqui, etiam consules & duces, dicebantur *privati*. Itaque tum *Privatus principi* in primis opponebatur. Plin. Paneg. c. 9 *Jam Cæsar, jam imperator, jam Germanicus, absens & ignarus, & post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus.* Et c. seq. *Privatus tibi videbaris, quamdiu imperator & alius esset.* Id. de Virginio Rufo 2 extr. 1 *Perfunctus est tertio consulatu, ut summum fastigium privati hominis impleret, cum principis noluisset.* Tacitus cum alibi, tum in Agricola 39, 3 *Id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra principis attolli:* PRIVATVM dicit Agricolam, qui tamen Britanniam tum legati imperio obtinebat. Et sic *privata species* Suetonius Ner. c. 21 vocat, quæ magistratus, non principes ipsi, ut recte interpretatur Torrentius, edebant. Aliquando tamen & his temporibus *Privatus* contra *magistratus* positos legas, consuetudine antiqua. Tac. An. 6, 2 extr. *Honoribus perfunctos an juvenes? privatos, an e magistratibus?* v. Salmas. ad Capitol. p. 169. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 32. Rupert. ad Velicj. p. 112. ¶ 5. Sequentibus temporibus *privati* etiam dicti, qui milites non essent, *pagani* alias appellati: de quo Iac. Gothofredus in Diatribe ad l. Quisquis. Cod. Theodos. ad L. Corneliam de Sicariis c. 10 videndus est. Gloss. Cyrilli: ἰδιώτης ὁ κοινὸς, *Privatus, Paganus, Plebejus.* ¶ 6. *Privatum* etiam substantive usurpatur Liv. 2, 24 *Undique tota urbe proripientium se ex privato.* Id. 9, 7 *Consules in privato abditi.* v. Gronov. ad 23, 7.

¶ Privato, pro adverbio accipitur terminatione dativi; ut, *falso, consulto, postremo &c.* uti testatur Priscianus p. 1009; ubi & Liv. Andr. *Privato nos tenuissemus*, wir hätten uns zu hause enthalten. Sic &

¶ Prīvātim, adv. daheim, vor sich. Cic. de Invent. 1, 4 *Eloquentia, & privatim, & publice homines perverse abutuntur.* Et, *Privatim aliquid gerere*, Idem de Fin. 5, 20. Ita, *Mandare rem alicui aliquam privatim*, Id. pro S. Rosc. c. 39, ubi itidem publico opponitur. Id. fam. 4, 13, 5 *Nulla me ipsum privatim pepulit injuria.* ¶ 2. Interdum significat speciatim, peculiariter, besonders, absonderlich. Liv. 5, 29 *Quod ad se privatim attineat.* Quint. 8, 2 p. 670 *Qui jaculum emittit jaculari dicitur; qui pilam aut sudem, appellatione sibi privatim assignata caret.* Plin. 32, 1 f. 6 *Hic* (medius digitus) *nunc solus excipitur, cæteri omnes onerantur* (annulis,) *atque etiam privatim articuli minoribus aliis.* ¶ 3. Aliqui etiam volunt esse clam, in occulto, in geheim, laudantque Sallust. Cat. c. 11 *Vasa culata privatim ac publice rapere.* Sed & hic propria significatio locum habet: *privatim* ex singulorum ædibus, *publice* ex templis &c. ¶ 4. Superl. *Privatissime* vulgo adhibetur, sed deest auctoritas.

¶ Privatus, *ûs*, m. subst. proprietas, die eigenschaft. Tertullian. de Pœnit. c. 2 *Pœnitentia delinquentium privatus.*

¶ Privātio, *ōnis*, f. στέρησις, der mangel, die benehmung, beraubung. Cic. de Fin. 1, 11 pr. *Doloris omnis privatio recte nominata est voluptas.* Paullo ante *vacuitatem omnis molestiæ* dixerat; & post paullo vocat *detractionem molestiæ, amotionem doloris.* Ita de Fin. 2, 9 exe. *Dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio.*

¶ Privatitius, *a, um*, privandi vim habens, beraubend, benehmend. Gloss. lat. Gr. *Privatitia*, στερητικά.

¶ Prīvātīvus, *a, um*, idem. Gell. 5, 12 *Pars privativa*; scilicet in vocabuli compositione, ut *vesanus, vecors.* Et 13, 22 NE *particula privativa est.* Cicero *Privans* dixit, ubi vid.

¶ Privative, adverb. idem ac *privativo modo.*

¶ Privĕrus, *a, um*, idem ac *privatus*; ut, *Priveras mulieres*, Festus.

¶ Prīvignus, *i*, m. quasi *privi genus*, vel *privi generis*, hoc est, singulariter, seorsim ex alio vel alia conjuge genitus, filius nempe mariti ex uxore, aut uxoris ex marito priori, ein stiefsohn. Sallust. Cat. c. 15 *Aurelia nubere Catilinæ dubitabat, timens privignum adultum ætate.* Columell. 10, 163 adjective: *Privignaque regat proles.*

¶ Prīvigna, *æ*, f. eine stieftochter. Cic. Att. 12, 20 *De uxore Tuberonis & privigna neque possum jam addere, neque Tuberonem volo defendere.*

¶ Comprivigni, *orum*, m. pl. stiefgeschwister. ICt.

¶ Prīvilēgium, *i*, n. quasi *priva lex*, vel quæ privis hominibus datur, non tantum, si quid favoris habet, ut vulgo hodie, sed vel maxime, si molestiam infert, ein gesetze, das einzele personen betrift, eine freyheit, begnadigung. Festus: PRIVOS, PRIVASQVE *dixerunt antiqui pro singulis: unde & privata dicuntur, quæ uniuscujusque sunt. Hinc igitur & privilegium.* Cic. pro Domo c. 17 pr. *Vetant leges sacratæ, vetant XII tabulæ, leges privis hominibus irrogari: id est enim privilegium.* Et de LL. 3, 19 *Majores in privos homines leges ferri noluerunt: id est enim privilegium.* Atque videtur Vipianus quoque *privilegia* parum probasse L. 8 D. de Legibus. Sic, *Irrogare alicui privilegium*, Cic. pro Sextio c. 30. *Ferre de aliquo privilegium*, Id Paradox. 4 extr. vid. Gell 10, 20; & Sen. de Benef. 3, 11.

¶ Privilegiārius, *a, um*, befreyt, privilegirt. L. 10 Dig. de Pactis: *Sed an & privilegiariis absentibus hæc pactio noceat &c.* At *Privilegiatus*, pro eo, *qui*, ut Seneca loquitur, *privilegium habet*, barbarum est. vid. Cellar. Antibarb. p. 84.

PRO, ach! interjectio indignantis & admirantis, quam & adjecta adspiratione quidam scribunt, *Prob.* Vocativo & accusativo præponitur; ut, *Pro sancte Jupiter*, Cic. Phil 2, 13. *Pro curia, inversique mores*, Horat. 3 oda 5, 7. *Pro Deûm atque hominum fidem!* Ter. Heaut. 1, 1, 9. Et Liv. 22, 14 *Tantum, prob dolor! degeneramus a parentibus nostris, ut &c.*

PRO, præpositio, für, an statt. Ter. Eun. 1, 2, 89 *Minas viginti pro ambobus dedi.* Ead. fab. 5, 4, 19 *Ego te pro istis dictis & factis ulciscar*, id est, propter, um dieser worte und that willen. Id. Andr 5, 3, 17 *Pro hujus ego peccatis supplicium sufferam?* Liv. 2, 27 *Solennia pro pontifice jussit suscipere*, i. e. vice pontificis. *Hic non pro me, sed contra me est*, Cic. de Orat. 3, 20: *Pro me*, id est, a meis partibus est: meam tuetur caussam, auf meiner seite. Tac. Hist 4, 46, 1 *Prætorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati.* Et 4, 78, 4 *Cuncta pro hostibus erant:* id est, hostium res adjutabant, promovebant. Curt. 4, 14, 15 *Quæ antea pro illis erant, in contrarium conversa sunt*: i. e. quæ illos defendebant. Colum. de R. R. 3, 5 *Quod minime reor esse pro agricola*, i. e. minime reor, in usum agricolæ cedere. Sall. Iug. 22, 4 *Populum Romanum neque recte, neque pro bono*, h. e. bene *facturum*, ubi similia Cort. ¶ 2. Eleganter hæc particula habet vim similitudinis & æstimationis. Curt. 4, 10, 4 *Pro seditione res erat*, i. e. instar seditionis, gleichwie, als. Idem 5, 11, 5 *Quascunque sedes elegeris pro patria.* Auct. Dial. de Orat. 23, 2 *Qui Lucilium pro Horatio & Lucretium pro Virgilio legunt*, i. e. potius quam Virg. Ovid. Heroid. 3, 93 *At mea pro nullo pendere verba cadunt*: h. e. quasi nullum habeant pondus. Ita Heins. Sed hic possit etiam interjectio *pro* intelligi. *Pro mea parte*, Cic. fam. 5, 2 sub fin. so viel an mir theil belanget, meines orts. *Habere aliquid pro beneficio*, id est, loco, vel in loco beneficii, Brutus epist. 16 ad Cic. für eine wohlthat achten. Sic, *Habere aliquem pro hoste*, Liv. 2, 20. *Gerere se pro cive*, Cic pro Arch. c. 5, sich wie ein bürger aufführen. Ter. Eun. 3, 5, 25 *Pro eunucho deduci*, est, sub specie ac persona eunuchi, ac si eunuchus esset, quod non erat. Nepos 12, 6, 4 *Pro perfuga*, i. e. tanquam perfuga, als ein überläufer. Et sic Cæs. B. G. 3, 18; & Liv. 27, 15. Tac. A. 11, 24, 6 *pro alienigenis.* Id A. 1, 38, 3 *Pro desertore.* Ter. Adelph. 1, 1, 25 *Pro meo.* Justin. 1, 4, 15 *Pro filio educari.* Plaut. Most. 1, 2, 62 *Pro imbre.* Id. Menæchm. 2, 2, 24 *Pro sano loqueris, cum me appelles nomine*: Ita loqueris, ut sanus videaris, quamvis non sis: Nam supra Menæchmus, qui hoc pronuntiat, Cylindrum, ad quem hic fermo est, *insanum* vocaverat, v. 9 & v. 18. Sic, *pro uxore habere*, id est, loco uxoris habere, sive ita habere, ut videatur uxor, quamvis non sit, Ter. Andr. 1, 1, 119. *Vnus Cato mihi est pro centum millibus*, Cic. Att. 2, 5.

Pro

Pro certo habere, Quint. 5, 10 für gewiß halten. Et, *Pro certo dicere*, Ter. Adelph. 3, 4, 32. Et, *Pro comperto adferre*, Liv. 35, 29, id eſt, ut rem certam nuntiare. *Pro nihilo ducere, putare*, Cic. Verr. 1, 7. *Pro firmato Ætit magiſtratus ejus jus.* Liv. 4, 7. *Pro ſano loqui.* Plaut. Menæchm. 2, 2, 24. Ita etiam vicariam poteſtatem aut certe ſimilem notat in appellationibus magiſtratuum provincialium *Proconſul* vel diviſe *Pro conſule*, *Pro prætore &c.* v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 174 ſqq. Ita Sall. Iug. 44, 1 *Exercitus Sp. Albini pro Conſule.* vid. Cort. hic & Catil. 19, 1. ¶ 3. Interdum idem eſt ac *ſecundum*, nach, ex, aus ꝛc. Sic, *Pro tempore*, der zeit und gelegenheit nach. Ita Liv. 30, 10 *His raptim pro tempore inſtructis*, prout tempus ferebat. Adde Virg. ecl 7, 35; & Iuſtin. 11, 1, 8. Male autem vulgo dicitur *pro tempore*, zur zeit, oder zu der oder jetziger zeit: quod Latini efferunt *jam, hoc tempore.* Sic, *Pro conditione*, Quint. 3, 6. Et, *Pro mea conſuetudine*, Cic. Att. 1, 5. *Pro modo virium*, Quint. 2, 4. *Pro facultate*, Id. 6, 5, nach vermögen. conf. Nep. 15, 3, 5. *Pro inopia commeatuum*, Liv. 36, 7. Sic, *Pro mea virili*, ſcil. *parte*, ut integre Ovidius de Ponto 2, 1, 17 *Pro parte virili.* Et, *Pro re*, geſtalten ſachen nach. Item, unſerm vermögen nach. Ter. Heaut. 5, 1, 67 *Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decrevi ſatis.* At, *Pro re nata*, Cic. Att. 7, 8, dieweil es alſo gefallen, gerathen iſt. *Agere omnia pro ſuo jure*, Ter. Adelph. 1, 1, 27. Id. Phorm. 1, 4, 19 *Satis pro imperio*, id eſt, imperioſe ſatis, als wäre es ein herrnbefehl. Sic, *Pro concione*, für der gemeine, Tac. Hiſt. 3, 9, 9; & Curt. 4, 10, 16. *Pro ſuggeſtu*, auf der cantzel, Cæſ. B. G. 6, 3. In quibus exemplis, *Pro* idem fere eſt quod *ante.* Ita, *Pro tribunali*, Cicero ſam. 3, 8. Et, *Pro pedibus aliquid abjicere*, Apul. Apolog. p. 337. *Pro oppido collocare copias: pro vallo, pro caſtris conſtituere legiones*, Cæſ. B. G. 7, 70 & 71. *Pro gradibus palatii*, Suet. Ner. c. 8. *Pro portis*, Tac. Hiſt. 5, 11, 2. *Pro ſe quisque*, quantum quisque valet & poteſt, ein ieder vor ſich. Virgil. Æneid. 12, 552 *Pro ſe quisque viri ſumma nituntur opum vi.* Plaut. Amph. 1, 1, 76 *Pro ſe quisque, id quod quisque poteſt & valet, edit &c.* Ter. Heaut. 1, 1, 74 *Pro ſe quisque ſedulo faciebat*, ein ieder ſo gut er kunte. Idem Hec. 3, 1, 30 *Pueri inter ſe pro levibus noxis iras gerunt*, hoc eſt, de vel propter leves noxas. Cicero ſam. 3, 3 ext. *Pro eo quanti te facio*, nach meiner hochachtung gegen dich. Ibid. 4, 5 pr. *Pro eo ac debui*, meiner ſchuldigkeit gemäß. ¶ 4. Comparationibus etiam elegantiſſime *Pro* inſervit, ſive *Quam pro.* Livius 21, 29 pr. *Prælium atrocius, quam pro numero pugnantium, editur:* & c. 59 *Major Romanis, quam pro numero jactura fuit*, man hätte ſich der zahl nach ſo groſſen verluſt nicht einbildet. Idem Liv. 36, 10 *Caſtra metatus latius, quam pro copiis.* Plura de natura atque ingenio hujus præpoſitionis, v. apud Gell. 2, 3. ¶ 5. *Pro & contra*, lordes ſunt latinitatis, quæ jubet dicere *in utramque partem:* Cicero ſam. 11, 29 *In utramque partem in montem multa veniebant.* Et Cæſ. B. C. 1, 86 *Paucis cum eſſet in utramque partem verbis diſputatum.* ¶ 6. In compoſitione ſæpe idem ſignificat ac *procul*, & corripitur; ut, *Prōfundus*, *Prōfanus*; alias producitur; ut, *Prō-fum &c.* Interdum in compoſitione etiam *palam* ſignificat, ut Feſtus docet. Horat. 1 epiſt. 1, 54 *Hæc Ianus ſummus ab imo Prodocet.* Ita enim legendum eſt, ut jamdudum docti monuerunt. Vide Torrentium, Lambinum, Bentlejum.

¶ Proin, Proinde, adverb. ſignificat *ideo*, *quapropter*, derowegen, derohalben. Ter. Eun. 1, 1. 11 *Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.* Cicero ſam. 12, 6 *Proinde fac, magnum animum habeas.* Id. Cat. 2, 5 *Proinde aut exeant, aut quieſcant.* ¶ 2. Interdum idem eſt quod *perinde*, eben alſo. Ter. Phorm. 2, 3, 35 *Proinde expiſcare, quaſi non noſſes.* Et Heaut. 1, 1, 13 *Proinde quaſi nemo ſiet, Ita tute attente illorum officia fungere.* Et obſervat Fabricius, uſum vocis iſtius in objurgationibus præcipue eſſe. Sic, *Proinde ut*, id eſt, *prout:* Plaut. Amph. 3, 3, 18 *Roſce loquere, & proinde, diligentem ut uxorem decet.* Et v. 26 *Hæc curata ſint fac ſis: proinde adeo ut me velle intelligis.* Nepos 6, 2, 2 *Proinde ac ſi*, eben ſo als wenn. Hinc etiam *Proinde* ac *perinde* ſæpius confunduntur. Vide quæ habet Burm. ad Quint. 5, 9 p. 293.

¶ Proquam, adverb. i. e. *prout*, vel *perquam.* Lucret. uſus eſt 2, 1136 *Nec ſatis eſt prequam lævos exæſtuat æſtus &c.* i. e. pro eo quod exæſtuat. Id. 3, 200 *Corpora proquam lævissima ſunt &c.* Greech. hic legit *quanto* eodem ſenſu, nachdem ſie ſo glatt ſind.

¶ Protinus, ſeu Protēnus (nam utroque modo ſcriptum reperitur: in quo licet Servius & Caper differentiam agnoſcant, revera tamen nulla eſt, v. Taubm. ad Virg. ecl. p. 8; Barth. ad Stat. Animadv. T. 2 p. 683) adverbium & loci & temporis, forthin, alsbald. 1. Loci, Virg. ecl. 1, 12 *En ipſe capellas Protinus æger ago*, i. e. prorſum ante me, vorher; cui opponitur *retro.* Cic. Div. 1, 24 *Præcepiſſe ut pergeret protenus: quid retro atque a tergo peret, ne laboraret*, vor ſich hin. 2. Temporis; Cic. ad Q. Frat. 1, 6 *Rogo te, ut Romam protinus pergas*, id eſt, ſtatim, alſobald. Vellej. 2, 57, 2 *Neque libelli protinus lecti erant.* ¶ 2. Aliquando deinceps eſt, hernach. Virg. 4 Georg. pr. *Protinus aërei mellis cæleſtia dona Exſequar.* Vbi Servius: PROTINVS, *deinceps, exinde.* Horat. 1 epiſt. 18, 67 *Protinus ut maneam:* id eſt, porro. Plura de hoc adverbio Nonius 4, 384.

¶ Protinam, pro *Protinus* Plautus dixit Curc. 2, 3 extr. item Ter. Phorm. 1, 4, 12. v. Nonium l. c. & Varr. de LL. 6, 6.

¶ Prout, id eſt, ſecundum quod, velut, gleichwie. Nep. 25, 1, 2 *Prout ipſe amabat litteras.* Horat. 2 Sat. 6, 67 *Prout cuique libido eſt*, nachdem, wie ꝛc. Cicero Att. 11, 6 *Tuas literas, prout res poſtulat, exſpecto.* Et Verr. 2, 34 *Prout hominis facultates ferebant.* Plin. 28, 2 *Prout quæque accepta ſunt, ita valent.* Apul. Florid. p. 364 *Prout mea opinio eſt.*

Prædificatus, vide *Ædes*, Proæreſis, proæreticus, *Hæreſis*, Proagogium, *Agoga*, Proagorus, *Agoræus*, Proamita, *Amita*, Proapodoſis, *Doſis*, Proavunculus, proavus, *Avus.*

Probabilis, probatio &c. vide paullo poſt *Probus.*

PRŌBĀTON, *i*, n. *πρόβατον*, i. e. ovis, ein ſchaaf, apud Plinium eſſe volunt. Sed negat index Hard.

¶ Probatīcus, *a, um*, *προβατικός*, ad oves pertinens, vor die ſchaafe gehörig. Vulg. Ioh. 5, 2 *Probatica piſcina.*

¶ Probation, *i*, n. plantago ſive arnogloſſa, ſpitzwegerich, Apul. de Herbis c. 1.

¶ Probator &c. Probitas, vide in *Probus.*

PROBLĒMA, *ātis*, n. *πρόβλημα*, propoſitio cum interrogatione, eine aufgabe, unausgemachte frage. v. Gell. præfat & 20, 3; ubi *librum problematum* de cauſſis rerum naturalium ſcripſiſſe Ariſtoteles dicitur. Cic. Att. 12, 2 *Iam explicandum eſt προβλημα, ſi quid actum es.* Suet. de Grammat. c. 4 *Inſtitutionum ad eloquentiam parandam quædam genera, ut problemata, periphraſes, elocutiones &c.* Vulg. Iudic. 14, 12 *Proponam vobis problema.*

¶ Problēmăticus, *a, um*, *προβλματικὸς*, diſputabilis, diſputirlich; ut, *Res problematica*, quæ in utramque partem ventilatur.

Probo, are, vide *Probus*, Probole, *Bole.*

PRŌBOSCIS, *ĭdis*, f. *προβοσκὶς*, roſtrum elephanti, quam & *manum* Plinius 8, 12 vocat, quod ea, tamquam manu, utatur, der rüſſel eines elephanten. In hac parte facile vulnerantur elephanti. Florus 1, 18, 9 *C. Minucius quartæ legionis haſtatus, unius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Probocis* vero dicta, quod ante depaſcat; & eſt porrecta oris pars, quæ, excepto homine, etiam in aliis animalibus aliqua ratione reperitur, die ſchnautze des thiers, uti ex Varrone docet Nonius 1, 241.

PRŌBRVM, *i*, n. dedecus, ignominia, injuria, crimen, ſchmach, ſchimpff, vorwurff; ut, *Epiſtola plena probrorum*, ein ſchmähebrief. Cic. Att. 11, 9. *Probrum alicui inferre*, Id. pro Cæl. c. 18, einen ſchmähen. Sic, *Probra dicere alicui*, einen ſchelten, Ovid. Art. am. 3, 49. *Probri inſimulare*, Cic. Phil. 2, 38, unehre zeihen. *Probrum objicere*, Id. de Orat. 2, 70, einem ſeine ſchande aufrücken. Et, *Objicere ut probrum*, Idem Tuſc. 1, 2. *Probro reſpergi*, Tac. Hiſt. 1, 48, 6. Et Plaut. Truc. 1, 2, 58 *Qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. Falſum probrum ultra aures non penetrat.* Et, *Eſſe in probro*, Ter. Phorm. 5, 4, 6, in ſchanden ſtecken. *Probro eſſe*, Cic. pro S. Roſc. c. 17, ſchmählich ſeyn. ¶ 2. Specialim ad ſtuprum ſignificandum adhibetur. Feſtus: PROBRVM, *ſtuprum, flagitium.* Plaut. Amph. 1, 2, 13 *Amphitruo actutum uxori turbas conciet, Atque inſimulabit eam probri:* id eſt, adulterii. Suet. ſimiliter Cæſ. c. 43 *Digreſſam a marito poſt viduam ſtatim duxerat, quamvis ſine probri ſuſpicione*, id eſt, ſine ſuſpicione adulterii cauſſa repudiatam. Idem *probroſas fœminas* in Domitiano c. 8 dixit ſtupris & lenociniis infames.

¶ Probrōſus, *a, um*, ſchändlich, ſchmählich, ſchimpfflich; ut, *Probroſum crimen*, Cic. pro Font. c. 12. *Vitâ probroſus*, Tac. An. 3, 68, 4. Et, *Probroſa adverſus principem carmina factitare*, Id. An. 14, 48. *Senatu motus probroſior quisque*; Aur. Victor c. 9 in Veſpaſiano. Et, *Quo nihil probroſius duco*, Plin. 22, 6. *Probroſiſſima mulier*, Lamprid. Heliogab. c. 18. *Fœminas probroſas* modo ex Suet. Dom. c. 8 notavimus. *Probroſiſſimi avaritia, luxuria, iniquitate*, Tertull. ad Nation. 1, 5 pr.

¶ Probrōſe, adverb. idem. Gell. 17, 21 *Cum Demoſtheni, quod fugerat, probroſe objiceretur.* Sen. Controv. 1, 2 *Probroſe leno illam proſtituit.*

¶ Probrōſĭtas, *ātis*, f. die ſchändlichkeit. Salvian. 3 de Gub. Dei p. 92 *Morum probroſitas.* Et p. 94 *Hæc mala & omnem vitiorum probroſitatem ad ſervos quidam, & ad abjectiſſimos quosque referendam putant.*

¶ Probro, *āre*, vituperare, ſchelten. Vnde

Compoſita:

¶ Appröbro, *āre*, verweiſen. Apul. Apol. p. 275 *Approbrare crimen alicui*, al. *opprobrare.*

¶ Exprobro, *avi, atum, āre*, verweiſen, aufrücken, verweiſen; ut, *Exprobrare ingrato meritum*, quod eſt, immemorem beneficii accepti incuſare, Ovid. Heroid. 12, 21. *Quid exprobras?* Plaut. Trin. 2, 2, 37. conf. Moſt. 1, 3, 142. *Caſus bellicos exprobrare alicui*, Cic Verr. 5, 50. *Ea tu in adverſoriis exprobras*, Id. de Orat. 2, 75. *Deſine de uxore mihi exprobrare*, Nep. 15, 5, 5.

¶ Exprobrans, *tis.* Cic. de Amic. c. 20 *Odioſum ſane genus hominum eſt, officia exprobrantium.*

¶ Exprobrātio, *ōnis*, f. die vorrückung, der vorwurf; ut, *Exprobratio immemoris beneficii*, Ter. Andr. 1, 1, 17. Iuſtin. 1, 8, 13 *Exprobratio crudelitatis.*

¶ Exprobrātor, *ōris*, m. der fürhält, vorrücket, verweiſet. Sen. Controv. 21 *Oderant me patres, quaſi publici mali ſegregem exprobratorem.* Et de Benef. 1, 1 *Exprobratores & exactores.*

¶ Exprobratrix, *īcis*, f. Sen. Benef. 7, 22 *Vt hæc nimia & exprobratrix memoria ſubſideret, obliviſci eum, qui dedit, juſſimus.*

¶ Exprobrābilis, *e*, verweislich, ſchimpflich. Vulg. Interpr. Proverb. c. 18, 1 *Amicas exprobrabilis.*

¶ Improbro, *āre*, beſchimpfen, verunehren. Plaut. Merc. 5, 4, 8 *Qui bono ſunt genere nati, ſi ſunt ingenio malo, ſuapte culpa degener capiunt genus, ingenium improbrant.* Alii aliter.

¶ Opprobro, *āre*, fürwerfen, fürhalten. Plaut. Moſt. 1, 3, 142 *Egone id exprobrem, qui mihimet capio id opprobrarier?* Id. Truc. 2, 2, 25 *Rus tu mihi opprobras?* Et Gell. 17, 1 extr. *Vt opprobraret adverſariis &c.* ¶ 2. Feſtus ſcribit: *Obprobrare* probrum objicere.

¶ Opprobrans, *tis.* Gellius: *Eidem vilitatem opprobrans.* Aur. Vict. Vir. ill. c. 66 *Luxuriam opprobrans.*

¶ Opprobratus, *a, um*, verachtet, verſchmäht, getadelt. Gell. 3, 5 tit. *Mollities oculorum & corporis cuidam opprobrata acerbe.*

¶ Opprobrātio, *ōnis*, f. die beſchimpfung, vorrückung; ut, *Sine opprobratione acerba reprehenſionis*, Gell. 2, 7.

¶ Opprobramentum, *i*, n. die ſchmachrede. Plaut. Merc. 2, 3, 87 *Facere aliquid damni mavolo, quam opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domo.*

¶ Opprobrium, *i*, n. exprobratio, convicium, probrum, objectum, ſchmach, ſchimpf, ſchande. *Eſſe alicui opprobrio*, ſchimpflich ſeyn, Ovid. Triſt. 2, 445. Sic Horat. 1 ſat. 4, 128 *Sic temeros animos aliena*

opprobria sæpe Absterrent vitiis. Idem 3 oda 24, 4 *Magnum pauperiæ opprobrium, jubet Quidvis & facere & pati.*

¶ Opprobriōsus, *a, um,* plenus opprobrii, schimpflich, diffeputirlich. Lege 40 § 1 Cod. de Episc. & Cler. *Absurdum clericis est, immo etiam opprobriosum &c.*

PRŌBUS, *a, um,* bonus, sincerus, probatus. Vet. Gloss. *Probus,* ἄκμων, δόκιμος, καθηκων, ἐλεύθερος, εὐθύκμος, gut, redlich, richtig. Primo de metallis nobilioribus dicitur. Plaut. Bacch. 4, 8, 41 *Ducentos numos aureos, Philippos, probos, Dabin'?* Liv. 28, 38 extr. *Argenti probi XII millia Attica talenta dato.* Id. 32, 2, qui locus in primis notabilis est, *Carthaginienses eo anno argentum in stipendium impositum primum Romam advexerunt, id quia probum non esset, quæstores renuntiaverant, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutuo sumta intertrimentum argenti suppleverunt.* Ita Plaut. Perf. 4, 3, 57 *Probum & numerorum ut accipiat face.* Recte Salmasius ad Lamprid. Alex. Sev. c. 33 extr. p. 942 *asperum & probum* Senecæ ep. 19 extr. *numum* interpretatur ex Pollice (3, 10 f. 86) δόκιμον καὶ ἔντιμον. Hinc ad mercs quoque pertinet. Plaut. Perl. 4, 6, 1 *Probam merx facile emtorem reperit, tametsi in tenebris sita est.* Cic. Ac. 4, 31 *Probum navigium.* Col. lib. 8, 2, 8 *probi & veteres* in gallinaceo genere sunt, quem cum fœcunditate conjunctum experientia docuit. Col. Arb. 3, 6 *Probus ager* is idem est experimento cognitus. In oratione omni ut sint *probe legenda & bella oratio,* postulat Cic. Orat. c. 51 pr. Id. de Offic. 3, 3 *in poëmatibus & picturis inesse dicit aliquid probi, quod capiat ignaros.* ¶ 2. Ad mores & animum refertur, fromm, redlich. Hor. Carm Sæc. v. 45 *Probos mares docili juventæ* optat. Cic. de Orat 2, 43 extr. *Ut probi, ut bene merendi, ut boni viri esse videamur.* Id. Offic. 1, 29 *In ipso joco aliquid probi ingenii* vult *elucere.* Plin. 7, 12 f. 10 *Os probum* Pompeji laudat, die redliche miene, & eid. 37, 2 f. 6 *Os probum ac venerandum per cunctas gentes tribuit.* Speciatim ad verecundiam refert Cic. pro Milo. c. 4, ubi de tribuno Mariano, ad quem locum plura in hanc sententiam Abramides. Ad modestiam etiam illud Hor. ser. 1, 3, 56 *Probus quis Nobiscum vivit; multum demissus homo ille est.* Apertos ac simplices notat in illo Cic. Divin. 2, 25 *Hoc ne homines quidem probi faciunt* &c. ¶ 2. Plautus *Probus,* ut observavit Scioppius, non raro pro *opportuno* & *commodo* posuit; ut Most. 2, 1, 60 *Plumâ haud interest, patronus an cliens probior fiet Homini, cui nulla in pectore est audacia.* ¶ 3. Reperiuntur etiam gradus. Plaut. Stich. 1, 2, 87 *Probiores credo arbitrarunt.* Cic. fam. 7, 5 ad Cæsarem: *De quo tibi spondeo, probiorem hominem esse neminem.* Vetus Inscriptio ap. Grater. p. 647 n. 5 MEMORIÆ ÆTERNÆ &c. HOMINIS PROBISSIMI. Et Plin. 2 ep. 9 *Adjutum cepit eum juvenem probissimum.* ¶ 4. Est etiam in familiis *Æmilia, Falconia, Valeria* cognomen. Vt alia monumenta taceam, ad *Probum* Præfectum Prætorio est Ausonii epistola XVI & carmen, in quo de nomine hoc plura. e. g. *Nomen datum præconiis Vitaque testimonio.* ¶ 5. Inprimis autem *Probus* Imperator hoc nomen nobilitavit, de quo privato adhuc Valerianus Imp. ap. Vopiscum in Probo c. 4 *Si Probum cogitas, adolescentem vere probum. Numquam enim aliud mihi cum eum cogito, nomen occurrit. Quod nisi nomen haberet, tamen habere cognomen.*

¶ Prōbe, adv. recht, wohl gut; mire a comicis usurpari solet. v. Parei Lex. Crit. p. 989. Sic, *Probe intelligere,* Ter. Eun. 4, 6, 30. *Probe scire,* Cic. fam. 2, 12. *Probe meminisse,* Id. de Orat. 3, 50. *Probe dissere,* Plin. 2 epist. 18. *Probe factum esse,* frequens formula in antiquis legum tabulis. v. Vrsin. ad Liv. 22, 10. Et, *Probissime,* Ter. Adelph. 3, 3, 65.

¶ Probiter, aliud adverb. idem. Varro apud Nonium 11, 3 *Opifice non probiter fabricare.*

¶ Prōbitas, *ātis,* f. die frömmigkeit, das rechtschaffene wesen. Cic. de Amic. c. 9 *Probitatis tanta vis est, ut eam in iis, quos numquam vidimus, vel quod majus est, in hoste etiam diligamus.* Sallust. Iug. c. 14 *Parum tuta per se ipsa probitas.* Iuvenal. 1, 74 *Probitas laceratur & alget.* Curt. 4, 1, 20 de Abdolonymo, qui regiæ stirpis ex suburbani horti cultu se sustinebat: *Caussa,* inquit, *ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat.* Proprie probitas *animi* est *pudor:* quamquam longius porrigi cœperit. Vnde *probos invenire candidos* & frequentius *verecundo improbus* opponitur; Sallust. de Pompeio ap. Suet. de Grammat. c. 15 *Oris impudens, animo haud verecundo.* Sic Vetus Interpres apud Luc. c. 11, 8 *ἀναίδειαν, improbitatem,* non male vertit, Grotio censente.

¶ Probo, *āvi, ātum, āre,* primo significat demonstrare, erweisen, beweisen, darthun. Cic. Div. in Cæcil. extr. *Probare diligentiam suam in re aliqua.* Ter. Eun. 2, 3, 83 *Probare se pro eunucho,* i. e. haberi velle, sich für einen eunuchen wollen. Ita Cic. Verr. 3, 1 *Cum vulgo loquerentur, supposititum in ejus locum quam pro illo probare vellet.* ¶ 2. Etiam qui argumentis aliquid planum facit, *probare* illud dicitur. v. Lucret. 2, 932. Ita Quintil. 1, 10 *Dialectice probare,* beweis führen. Plaut. Bacch. 4, 4, 53 *Quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi id factis probo,* auro fcil. parando. Nam a χρυσὸς *auro* Chrysalus. ¶ 3. Aliquando proprie ad effectum in animis hominum & convictionem pertinet, & significat obtinere, ut aliquid verum aut bonum habeatur. Cic. de Orat. 2, 38 ext. *Carneades nullam unquam rem non defendit, quam non probavit, nullam oppugnavit, quam non everterit,* die er nicht umwarfen. Id. Verr. 2, 4 pr. *Qui hoc probari potest cuiquam?* wie will man einem dieses weiß machen? Id. Att. 4, 14 *Libros, quos in manibus habeo, ut spero, tibi valde probabo.* Id. Fin. 2, 25 *Multis se probavit,* i. e. satisfecit, er hat den vielen wohl gefallen. Id. pro Lege c. 1 *Et sociis & civibus se ita probavit, ut* &c. er hat sich so beliebt gemacht. ¶ 4. Significat, verum rectumque agnoscere aliquid, eoque laudare ac commendare, loben, billigen, recht finden, gut heissen. Vnde & Cicero fam. 7, 1 *probare* & *laudare* conjunxit. Sic, *Probare aliquid in aliquo,* Id. de Fin. 2, 1. Et, *Nemo probatur,* id est, nemo laudat, niemand ist damit zufrieden. Verr. 3, 6. Sic Id. de Senect. c. 10 ext. *Mihi neutiquam probari potuit tam frigide se Ennio.* Huc pertinet notum illud Medeæ ap. Ov. Met. 7, 20 *Video meliora proboque, Deteriora sequor.* Id. Ponto 3, 2, 39 *Et tales animos barbara tuta probat.* Ita locator *probat* opus, quod conductor *approbat* v. *Approbo* n. 2. Huc refero etiam Liv. 4, 22 ext. *Cassines vitam publicam in campo Martio probaverant,* i. e. conductoris vel redemtoris industriam sibi placere testati sunt. ¶ 5. Denique est experiri, explorare, δοκιμάζειν, probiren, prüfen, versuchen, ut vult Goclen. Observ. L. L. p. 181. Pro hac significatione militat infra *Probatio,* & Vulg. Interp. bibl. multis locis: v. g. 1 Cor. 11, 28 *Probet seipsum homo.* 2 Cor. 13, 5 *Ipsi vos probate.* Gal. 6, 4 *Probet unusquisque opus suum.* Addei Thess. 5, 21; 1 Ioh. 4, 1 &c. ¶ 6. Supinum hujus verbi exstat ap. Cic. Tusc. 5, 1 *Hoc difficile est probatu.* Et fut. pass. ap. Cæs. B. G. 5, 44 *Quem locum probandæ virtutis tuæ exspectas?* ubi recte Græcus metaphrastes τῇ ἐπιδεξασθαι. Nam significatio utrobique ad n. 1 pertinet.

¶ Probans, *tis.* Horat. 1 od. 2, 19 *Iove non probante,* i. e. Iove invito, wider seinen willen. Id. 1 epist. 82 *Iidem eadem possunt horam durare probantes?* Vulg. Interp. Ier. 17, 10 *Dominus scrutans corda & probans renes.*

¶ Probātus, *a, um,* bewiesen, bewährt, geprüft; ut, *Probata alicujus fides, virtus &c. Probata & spectata maxime adolescentia,* Lucil. ap. Nonium 5, 60. Ovid. Met. 15, 37 *Crimenque patet sine teste probatum. Res probata,* vel liquet, Nepos 14, 6, 5. *Minus probatus parentibus,* mit dem die eltern nicht zufrieden sind, Id. 2, 1, 2. *Quæ facimus, ea prudentissimo cuique maxime probata esse volo,* Cic. fam. 6, 12. Et, *Probatior primoribus patrum juvenis,* Liv. 27, 8. *Probatissima fœmina,* Cic. pro Cæc. c. 4. *Gratulatio tua est mihi probatissima,* Marcell. Cic. fam. 4, 11.

¶ Probātio, *ōnis,* f. examen, die prüfung, versuchung. Varro R. R. 1, 20 *De quadrupedibus prima est probatio, qui idonei sint boves.* Cic. Off. 1, 40 *In athletarum probatione.* Val. Max. 2, 2, 9 *Equitum probatio.* Vitruv. 8, 5 *Expertiones & probationes fontium.* ¶ 2. Demonstratio, der beweis. Cic. pro Font. c. 4 *Falsum est ob probationem.* Id. Verr. 1, 54 *Probatio facinoris est ista.* Sic, *Inexpugnabilis, sic firma, sic evidens probatio,* Quint. 5, 10; *potentissimæ,* Id. 1, 10, 112. Plin. 2 ep. 11 *In tertiam diem probationes exierunt.*

¶ Probātīvus, *a, um,* erweislich); ut, *Probativæ duæ quæstiones,* Quintil. Declam. 299.

¶ Probābilis, *e,* verisimile, glaublich, wahrscheinlich; ut, *Non est probabile,* Cic. in Verr. 2, 63. Id. in Paradox. 1, 1 *Nihil est tam incredibile, quod dicendo non fiat probabile.* ¶ 2. *Probabilis orator,* est, cujus oratio facile fidem apud omnes invenit, Nepos in Cat. 3, 1. Et, *Probabilior orator,* Cic. de Orat. 2, 36. Quint. 8, 3 p. 694 *Probabile Cicero id genus dicit, quod non plus minusve est, quam decet.* Sic, *Nullas probabiles caussas longinquæ peregrinationis adferebat.* Tac. An. 6, 14, 2. Sic, *Probabilius edictum,* Gell. 20, 1. Et Val. Max. 6, 2 pr. *Libertas* (dicendi) *vulgi auribus gratior, quam sapientium cujusque animo probabilior est.*

¶ Probabiliter, adverb. verisimiliter, glaubhaft. Liv. 33, 28 *Multa in eam partem probabiliter argumentatus.* Id. 42, 48 *Insidiarum crimen maxima curâ, minime tamen probabiliter defensum.* Cic. Acad. Qu. 4, 45 *Sententias probabiliter posse defendere.* Id. Invent. 2, 46 *Justius & probabilius accusare videtur.* ¶ 2. Item cum applausu, modo approbando, recht schaffen, löblicher weise. Vellej. 2, 46, 1 *Consulatus neque petitus honeste, neque probabiliter gestus.* Compar. *Probabilius,* apud Val. Max. 2, 8, 2.

¶ Probabilĭtas, *ātis,* f. similitas veri, die wahrscheinlichkeit, glaubhafftigkeit. Cic. Acad. 4, 24 *Multa sunt, quæ vos fatemur, probabilitate magna.* Id. de Fin. 3, 11 *Fallere probabilitate captiosa.*

¶ Prōbātor, *ōris,* m. der etwas billiget. Cic. Phil. 2, 12 *Quid interest inter suasorem falsi, & probatorem?* Apul. de Deo Socrat. p. 51 *Bonorum probator.* Ovid. Pont. 2, 2, 105 *Ingenii probator.*

¶ Probātōrius, *a, um,* quo probatur, zum beweis gehörig, apud ICtos.

¶ Prōbatōria, *æ,* f. intell. epistola, qua imperator aliquid probat, confirmationem decret. L. 3 Cod. de agent. in reb. *Nemo sine divali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriæ positi debeant inferendam accipere, militaribus ejusdem devotissimæ scholæ stipendiis vel privilegiis potiatur.*

¶ Probamentum, *i,* n. pro specimine, probatione, die probe, prüfung. Rufinus præfat. in Orig. περὶ ἀρχῶν, quæ in Hieronymianis epistolis est 63, unus est. Exstat quoque in extremo titulo, seu Lege ult. Cod. Theodos. de Prædiis navicularium. Et Mart. Capella lib. 7 *Indubitabile probamentum.*

¶ Proba, *æ,* f. idem. Ammian. 21 c. ult. in fin. *Annonæ militaris indicia, ut ipsi nominant probam.* vid. ibi Vales. Et Impp. Valent. & Valens l. unic. C. de straror. *Vt straturibus unus tantum solidus probæ nomine poscerotur.*

Composita:

¶ Adprōbus, *a, um,* id est, admodum probus; *tò Ad* enim in compositione sæpius vim augendi habet, sehr; ut Cæcilius in Triumpho: *Herodes hospes est mihi, adolescens adprobas,* Gell. 7, 7.

¶ Adprōbe, adverb. valde probe, Gell. l. c. Et Plaut. Trin. 4, 2, 115 *Mihi conveniret, nisi me ille & ego illum nossem apprime.*

¶ Appr ōbo (adprobo, *āre,* billigen genehmhalten, beyfallen, loben; ut, *Una voce & consensu approbare,* Cic in Pis. c. 3. *Omnium assensu approbari,* Id. de Fin. 3, 8. Et, *Dii approbent,* fam. 2, 15. ¶ 2. Est & demonstrare, & verum, justum, decorum & laude dignum aliquid ostendere, nec quicquam falli probrive inesse, gefällig machen. Tac An. 15, 59, 4 *Dum ipse majoribus, dum posteris, si vita præiisset, mortem approbaret.* Id. Agric. 42, 3 *Operam suam in approbanda excusatione offerre:* Vbi *Approbare excusationem,* est veram & justam ostendere, ut admittatur. Similiter Suet. Aug. c. 12 *Et quo magis pœnitentiam prioris sectæ approbaret, &c.* i. e. evinceret & declararet, non fictam, sed veram pœnitentiam esse. v. Gronov. ad Plaut. p. 5. Ita conductor *approbat* opus locatori, qui illud *probat.* vid. Gudius ad illud Phædri 4, 24, 11 *Opus approbavit, sed mercedis tertiam accepit partem.* conf. Vitruv. 9, 3; & quos laudat Burm. ad Quint. Decl. 7, 1 p. 152. item Drakenb. ad illud Liv. 4, 22 *Censores villam publicam in campo Martio approbaverunt*

¶ Approbans, *tis.* Cic fam. 1, 9 *Diis hominibusque approbantibus.* Liv. 7, 37 *Legiones gravium in eo nemo obscenarum, clamore donum approbantes, Dictatori ingemunt,* i. e. commendientes.

¶ Approbātus, *a, um,* gebilliget. Quintil. 2, 17 *Approbatus ab omnibus.* Et Cic. de Fin. 3, 8 *Omnium assensu approbatum.*

¶ Apprō-

¶ Approbātio, ōnis, f. demonſtratio, beweis, bekräfftigung. Cic. Invent. 1, 36 *Adjungere approbationem propoſitioni.* ¶ 2. Aſſenſio, applauſus, beypflichtung, billigung, guthetſſung. Cic. in Brut. c. 49 *Vulgi aſſenſus & popularis approbatio.* Id. Tuſc. 2, 1 *Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio.* conf. Off. 1, 28.

¶ Approbātor, ōris, m. der etwas für gut anſiehet und billiget. Cic. Att. 16, 7 *Quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, tu probator certe fuiſti.* Gell. 5, 21 *Subſcriptores approbatoresque hujus verbi habemus.*

¶ Comprōbo, are, idem fere quod approbare, bewilligen, beweiſen, bekrafftigen; ut; *Laudare aliquid, & vehementiſſime comprobare,* Cic. pro L. Manil. c. 24 pr. *Legem comprobare,* Liv. 34, 3. *Beneficium verbis initum, re comprobare,* Ter. Andr. 5, 1, 5. *Comprobat hominis conſilium fortuna,* Cæſ. B. Gall. 5, 56. *Matris ſomnium immanis filii crudelitas comprobavit,* hat den traum wahr gemacht, Cic. Divin. 1, 23.

¶ Comprōbātus, a, um, verſucht, beſtätiget. Cic. pro Cæl. c. 24 *Alicujus perceleri interitu comprobatum venenum.* Vellej. 2, 62, 4 *Senatus decretis comprobatum,* das vom Rath ratificiret worden. conf. Nep. 23, 3, 1.

¶ Comprobātio, ōnis, f. die genehmhaltung; ut, *Comprobatio honeſtatis,* Cic. de Fin. 5, 22.

¶ Comprobator, ōris, m. der ein ding lobet; ut, *Facti, inventionis alicujus comprobator,* Cic. de Invent. 1, 28.

¶ Improbus, a, um, malignus, böſe, cottlos, leichtfertig; ut, *Magiſter improbus,* Ter. Andr. 1, 2, 21. *Improbæ divitiæ,* gut, das nicht fromm bleiben läſt, Horat. 3 ode 24, 62. *Tamen ne illo quidem quidquam improbius,* Cic. fam. 7, 2. *Improbior ſatyram ſcribente cinædo,* Iuvenal. 4, 106. *Miniſter improbiſſimæ cupiditatis,* Cic. in Verr. 1, 29. ¶ 2. Audax, impudens, unverſchämt; ut, *Improba ſpes,* Lucan. 5, 130. *Improba claſſis,* Flor. 3, 10, 17. Add. Ovid. Art. am. 1, 665, & Burm. ad Petron. c. 73 p. 410. *Os improbum,* ein läſtermaul, Suet. in Grammat c. 15. ¶ 3 Magnitudinis & nimietatis notio eſt in his: *Labor omnia vincit improbus, &c.* id eſt, continuus, moleſtus, nimio magnus, verdrießlich, ſtete, ſchwere arbeit, Virg. Georg. 1, 145. *Hyems improba,* Ovid. Triſt. 1, 12, 49. Martialis 12 epigr. 18 *Ingenio fruor, improboque ſomno.* Seneca epiſt. 94 *Improbum lumen,* nimium vocat. Sæpe hac voce ita uſus Statius. Plin 2, 26 Hipparchus *auſus rem etiam Deo improbam, annumerare ſtellas:* h. e. quam vix Deus aliquis vel poſtulare ſine improbitate & impudentia, vel perficere ſine improbo labore poſſit. Nimirum improbi, h. e. impudentes non facile repelluntur, & repulſi redeunt, ut *muſcæ,* ut *lupus* ille, qui cum Turnum comparat poeta Æn. 9, 62.

¶ Improbe, adverb. Vitruv. 5, 7 *Id ne nimium improbe fiat, ſed cum ſenju,* ohne maaß. Plin. 6 epiſt. 28 *Copias omnes improbe quidem, accepi tamen,* h. e. ruſtice, impudenter. Sed, *Improbe multa feciſti,* du haſt viel unverſchämte händel angefangen, Cic. pro Roſc. Am. c. 36. *Improbiſſime reſpondere,* Id. in Piſ. c. 6. Et, *Improbiſſime loqui,* Att. 15, 5. *Improbius pauperes amant,* Quint. Decl. 15 ſub fin. Et, *Improbius natus,* Suet. Veſp. c. 23, id eſt, enormiter pecuniatus homo: vide ibi Gronov.

¶ Improbiter, aliud adv. moleſte. Petron. c. 96 *Improbiter nos pugno ſuſt lerunt.*

¶ Improbulus, a, um, dimin. etwas böſe. Iuvenal. ſat. 5, 74 *Fingere ſe improbulum.*

¶ Improbitas, ātis, f. die unart, ſchalckheit, bosheit. Plin. 2, 23 *Mirum, quo procedat improbitas cordis humani, parvulo aliquo invitata faceſſit.* Et, *Amicorum neglectio improbitatem coarguit,* Cic. pro Mur. c. 4. Proverbiale eſt, *Occaſione duntaxat opus eſt improbitati,* v. Chiliad.

¶ Improbo, are, rejicere, damnare, reprehendere, für unbillig achten, verwerfen, ſchelten; ut, *Improbare teſtamentum,* Plin. 8 epiſt. 18. Et Cic. Verr. 2, 28 *Improbare judicium ſacerdotis.* Id. de Orat. 2, 37 *Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modo ſint.* Anton. ſub Att. 10, 8 p. 154 Gr. *Ejus fidem improbes, qui tibi ut beneficium daret, prius injuriam fecit.* conf. Id. Acad. qu. 4, 30.

¶ Improbatus, a, um, verworffen. Cic. pro Font. c. 4 *Multa improbata.* Gell. 18, 3 tit. *Sententia probatiſſima, quam improbatiſſimus homo dixit.*

¶ Improbātio, ōnis, f. die verwerffung; ut, *Improbatio teſtium,* Auctor ad Herenn. 2, 6.

¶ Improbator, ōris, m. der verwirfft. Apulej. de Deo Socrat. p. 51 *Malorum improbator, bonorum probator.*

¶ Improbābilis, e, unerweislich, verwerflich; ut, *Rationes non improbabiles,* Corn. Celſ. præfat. Et, *Viſio improbabilis,* Cic. Acad. 4, 11.

¶ Improbabiliter, adverb. idem. Salvianus de Gub. Dei lib. 4 p. 115 *Diximus utique, & improbabiliter diximus, niſi, quod diximus, comprobamur.* conf. Sidon. 1 epiſt. 11.

¶ Reprōbo, are, rejicere, adverſari, ausmuſtern, verwerffen; ut, *Reprobare dolorem,* Cic. Fin. 1, 7. Gloſſ. Vet. *Reprobo, ἀποδοκιμάζω, ἀθετῶ.*

¶ Reprobatus, a, um, verworffen. Scævola ICt. *Statuas imperatorum reprobatas conflare.*

¶ Reprōbātio, ōnis, f. die verwerffung, ausmuſterung. Tertull. Apol. c. 13 *Nec electio ſine reprobatione.* Id. adverſ. Iudæos c. 14 *Lapis offenſionis poſt reprobationem adjumptus & ſublimatus.* conf. de Fuga in perſecut. c. 1; & adv. Marc. 4, 35.

¶ Reprobator, ōris, m. unde

¶ Reprobatrix, ācis, f. Tertull. contra Marc. 4, 36 *Diſciplina reprobatrix ſuperbiæ.*

¶ Reprobābilis, e, verwerflich. Irenæi Interpr. 4, 54 *Reprobabili mente.* Et Suresb. 7, 20 *Reprobabilem conſecrare.*

¶ Reprobātitius, a, um, idem. Gloſſ. *Reprobatitius, ἀποδοκιμαστός.*

¶ Reprōbus, a, um, verworffen. Vulg. Bibl. Interpr. Rom. c. 1, 28. Et in Vet. Gloſſ. *Reprobus, ἀδόκιμος.* Et Vlpian. l. 24 § 1 ff. de pign. act. *Qui reprobos nummos ſolvit creditori.*

¶ Irreprōbābilis, e, unverwerflich. Vet. Interp. Irenæi 4, 45 *Sanum & irreprobabile.*

PRŌCA, vel Procas, æ, m. rex Albanorum, Aventini filius, Amulii & Numitoris pater, vid. Liv. 1, 3. Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 1. Ovid. Met. 14, 622 *Iamque Palatinæ ſummam Proca gentis habebat.* conf. Id. Faſt. 4, 52, & 6, 143. Virg. Æn. 6, 767 *Proximus ille Procas Trojanæ gloria gentis.* Sunt etiam qui hic legant *Proca.*

Procacia, procacitas, vide *Proco,* Procalo, *Calo,* Procapis, *Caput.* Procax, vide *Proco,* Procedo, *Cedo,* Proceleuſmaticus, *Celeuſma.*

Procella, procello, procelloſus, e, vide ſupra *Cello.*

PRŌCĔRES, um, m. pl. exſtantes trabium partes, die kragſteine, ſecundum Servium in Virg. Æn. 1, 740. ¶ 2. Et primarii civitatis, die fürnehmſten häupter, die groſſen, die oberſten, die ſtaaten. In qua ſignificatione tamen & *Procer* in ſingulari apud Capitol. in Maximinis c. 1 invenitur, & Iuv. 8, 26 *Progerem.* Sic, *Proceres Latinorum,* Liv. 1, 45. *Proceres juventutis,* Id. 2, 20, h. e. præcipui equitum. *Proceres rerum,* Sil. 11, 142. *Caſtrorum proceres,* Lucan. 7, 69. Et Paulinus de vita Martini 6, 20 *Interea trepido vicinia mœſta pavore Pallebant tanti proceris diſcrimine.* ¶ 3. *Proceres gulæ,* ſchlemmer, Plin. 9, 17.

PRŌCĔRVS, a, um, in longitudinem productus, hoch, in die höhe aufgeſchoſſen, länglicht; ut, *Alni procera,* Virg. ecl. 6, 63. *Fraxini procera,* Horat. 3 od. 25, 16. *Proceriſſima populus,* Cic de Leg. 1, 5. Et, *Procero corpore ſues,* Varro R. R. 2, 1, langſeitige. Comp. *Longa procerior alno,* Ovid. Met. 13, 791. *Pinus procerior,* Pallad. 12, 7. *Proceriſſimæ alæ,* Colum. 8, 2. *Gallorum quisque proceriſſimus ad pompam triumphi lectus,* Suet. Calig. c. 47. Horat. 2 ſat. 2, 36 *Proceros lupos,* dixit, i. e. magnos, ſcil. ut idem v. 37 *breve pondus* pro parvo. Add. Manil 1, 837. Feſtus: PROCERA, *prolixa, & in longum producta, quaſi ex cera, ob ejus facilitatem.* Plures derivandi modos oſtendit Voſſius Etym. p. 411.

¶ Procĕre, adverb. Compar. *Brachium procerius projectum,* Cic. de Clar. Orat. c. 59.

¶ Prōcērulus, a, um, dimin. etwas lang. Apul. 2 Florid. p. 351 *Manus ejus tenera, procerula læva diſtantibus digitis nervos molitur.*

¶ Procĕrĭtas, ātis, f. die ausgeſtreckte höhe, länge; ut, *Arborum proceritas,* Plin. 6, 32. Plur. *Proceritates arborum,* Cic. de Senect. c. 17. *Proceritas pedum,* Id. in Orat. c. 63. *Corporum proceritas,* Id. Plin. 2, 78. *Proceritas ſpatii,* Apul. 5 Miſel. p. 169, de tractu loci ſeu longitudine viæ. Venuſta corporis proceritas principibus auctoritatem conciliat: v. Bœcler. ad Nepot. 11, 3, 1; Rupert. ad Flor. 2, 14, 3; Freinshem. ad Curt. 6, 8, 29.

¶ Procerĭtūdo, ĭnis, f. idem. Solin. c. 5 (Salmaſ. c. 1 p. 6) *Sobolem noſtri temporis per naſcentium detrimenta decus veteris proceritudinis perdidiſſe.*

¶ Imprōcērus, a, um, non procerus, nicht lang. Tac. Germ. 5, 2 *Terra pecorum fœcunda: ſed pleraque improcera.* Gell. 4, 19 *Corpora improcera.* Gloſſ. lat. gr. *Improcera, ἐυτελῆ, ταπεινά.*

Proceſſio, proceſſus, proceſtria, vide *Cedo.*

PROCHIMAZIN, quid ſit, vide ſupra in *Epichimazin* & in Plin. 18, 25 pr. cum not. Dalech.

PROCHOS AGRIOS, i, m. *πρόχος ἄγριος,* herba, lat. ſaxifraga, Apulej de Herb. c. 97.

Procidentia, procĭdo, prociduus, vide *Cado,* Procinctus, *Cingo,* Procito, *Cieo.*

Proclamo, &c. vide *Clamo,* Proclino, &c. *Clino,* Proclivis, &c. *Clivus.*

PROCLVS, i, m. *Πρόκλος,* philoſophus fuit Platonicus & Præſes ſcholæ Athenienſis, Plutarchi Athenienſis, non Chæronenſis, diſcipulus, cujus exſtant quatuor hymni cum Orpheo excuſi: in Platonem & Heſiodum etiam græci commentarii. Procli ſphæram brevitate commendabilem in latinum convertit Linacer, quæ exſtat. Confer. I. A. Fabricii Prolegomena in Marini Neapolitani *Proclum,* ubi ex Plutarcho in vita Coriolani obſervat, *Procles* a Romanis dictos, qui abſente ſive procul verſante patre nati eſſent; uti *Poſthumios,* qui poſt patrem jam defunctum & humi datum. Plures ibi etiam *Proclos* enumerat. ¶ 2. *Proclus* alius, Conſtantinopolitanus fuit epiſcopus, B. Chryſoſtomi diſcipulus & ſucceſſor, qui adverſus hæreticos quidem durius non egit: unde ab iis, qui omnia affectu ſuo metirentur, *Canis mutus* vocatus eſt: interea ille eos, qui hæreſi eſſent infecti, oratione ſua ita demulcebat, ut plus apud eos efficeret, quam alii acribus & aſperis dictis, auctore Nicephoro Hiſt. Eccleſ 37. Adde, quæ de Procło ſcribit Socrates 7, 40, 41 & 42. De origine hujus nominis vid. *Proculus* in *Procul.*

Procne, vide paullo poſt *Progne.*

PRŌCO, are, & Procor, ari, erfordern, um etwas werben, geilen; a *prociendo.* Feſtus: *Procari poſcere eſt; unde &* proci, *&* procaces *meretrices, ab aſſidue poſcendo, & verbum* procas, i. e. *poſcis.* conf. Varro de L. L. 6, 5; & Cicero ex Nonio mox citandus in *Procacitas.* Liv. Andron. ap. Nonium 1, 92 *Parere vos magiſtas mea procat.* Et Sen. præf. Nat. lib. 4 *Plancus ajebat, non eſſe occulte, nec ex diſſimulato blandiendum. Perit inquit, procari, ſi latet.* Apud Liv. 3, 56, Jac. Perizonius pro: *Vnius tantum criminis, in judicem dices,* reponit: *proces.*

¶ Prŏcus, i, m. qui matrimonium alicujus appetit, ein freyer, der um eine zur ehe wirbet. Nonius l. c. *Proci dicti ſunt matrimoniorum petitores.* Et Feſtus: *Proci uxorem poſcentes in matrimonium.* Virg. Æn. 4, 534 *Rurſusne procos irriſa priores Experiar.* Ovid. epiſt. 1 Penelopes v. 88 *Turba ruunt in me luxurioſa, proci.* Cic. de Clar. Orat. c. 96 *Hos ignotos atque impudentes procos repudiemus.*

¶ Procatio, ōnis, f. die freyerey, werbung. Apulej. Apol. p. 320 *Cum in hoc ſtatu res eſſet inter procationem matris & metum filii.*

¶ Prŏcax, ācis, proprie petax & multa poſcens, frech, fordernd. A *procari* enim eſt, unde, ut Feſtus ait, *meretrices* PROCACES,

ab assidue poscendo. Ter. Heaut. 2, 1, 15 *Mea est potens, procax, magnifica.* Vbi tamen PROCAX etiam superba, impudens, petulans explicari potest. Ita enim æque hoc vocabulum sumitur. Vet. Gloss. *Procax, ὑβριστὴς, ἰταμὸς, προπετής.* Superbam sane seu arrogantem Bacchidem infra etiam ostendit Comicus ibid. 2, 3, 122, cum ait: *Quæ solet quos spernere.* Tertull. de Orat. c. 13 *Publicanus justificatior Pharisæo procacissimo discessit.* ¶ 2. Suet. Oth. c. 2 *A prima adolescentia prodigus ac procax adeo, ut sæpe flagris objurgaretur a patre: Procax*, i. e. προπετὴς, protervus, petulans, muthwillig, leichtfertig, unverschämt. Ter. Hec. 1, 2, 84 *Maligna multo, & magis procax facta illico est.* Sic, *Nequitia procacior*, Martial. 5 epigr. 2. Et, *Procacissima ingenia*, Tac. Hist. 2, 87, 2. *Vivos fœminasque procacibus scriptis diffamare*, pasquille oder schmähschrifften, Id. An. 1, 72, 4. ¶ 3. Libidinosus. *In fœminas procacior*, Colum. 7, 3. Et Capitol. pr. de Max. Iun. *Amatus a procaciores fœminis.*

¶ Prŏcaciter, adverb. freventlich; ut, *Stipendium procacius flagitare, quam ex more, & modestia militari*, Liv. 28, 24. *Proceciter ortus sermo*, Curt. 8, 1, 32. *Procacissime ludere*, ibidem n. 34. Et Tac. Annal. 5, 4, 4 *Exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum.*

¶ Prŏcācia, *æ*, f. audacia in poscendo, kühne ansuchung, anwerbung. Auson. epist. 22 pr. *Quod nihil poscente me abnuis, magis acuis procaciam, quam retundis.*

¶ Procācĭtas, *ātis*, f. frechheit mit worten, ein frevelwort. Declam. in Sallust. sub Cic. nomine c. 1 *Non procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur.* Ibidem: *In idem vitium incidam procacitatis.* Cic. ap. Nonium 1, 89 & 92 *A petendo petulantia, a procando procacitas nominata est.* Quoniam vero petentes, poscentesque læpe ponunt pudorem, & audacius gerunt rem, itaque *Petulantia* & *Procacitas*, præter id, quod notat proprie, *proterviam* etiam ac *improbitatem* significat, leichtfertigkeit, muthwillen. v. Nep. 20, 5, 2. Plural. *O profanæ procacitates!* Salvian. de Gub. l. 8 post initium.

¶ Reciprŏcus, *a, um*, quod alicunde profectum eo relabitur, seu remittitur, unde profectum est, das wieder zurück prallet, rückkehrig, abwechselnd. Ab antiquo *Reci* pro *Re* (unde etiam *Recipero* in *Paro*) & *Procus*. Varro L. L. 6, 5 ait, id nomen a *recipiendo* fictum, aut quod poscere *procare* dicatur: *Amnis reciprocus*, Plin. 9, 57; &, *Mare reciprocum*, 5, 4, ebbe und flut. Arnob. 7 p. 233 *Spirare & reciprocos halitus auris commeabilibus ducere*, athmen uno lufft schöpffen. Sic, *Reciproca Thetys*, Silius 3, 60. *Reciprocæ epistolæ*, Hieronymo epist. 6 ad Florent. sunt mutuæ. ¶ 2. *Pronomina reciproca*, quæ ad id, unde prodierunt, revocantur, vel, quæ ad nomina respiciunt, quorum causa recipiuntur.

¶ Recipĭŏco, *are*, recurrere, retrogredi, repetere, abwechseln, wiederholen. Liv. 21, 57 *Cum jam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret.* Cic. Divin. 1, 6 pr. *Siquidem ipsa sic reciprocantur, ut, si divinatio sit, Dii sint; &, si Dii sint, sit divinatio*, die dinge folgen wechselsweise aus einander. Et, *Reciprocare manu telum*, Gell. 9, 11. *Aërem vitali reciprocare a spiritu*, athem holen, Arnob. 1 p. 17. Vide & Festum, apud quem *Reciprocare* pro *altro citroque poscere* usi sunt Pacuvius & Plautus. Sil. 15, 226 de undis: *Quas auget veniens, refluusque reciprocat æstus.* Plin. 2, 17 pr. *Cur a sole absedant, sæpe ad solem reciprocent.*

¶ Reciprocātus, *a, um*, abgewechselt. Prudent. Peristeph. 10, 573 *Sol nostros dies reciprocatis administrat circulis.* Arnob. 2 p. 54 *Auras accipere naribus & per anhelitum reciprocatas reddere*, athem holen.

¶ Rĕciprŏcātus, *ūs*, m. subst. die rückkehr. August. de Genesi ad lit. 11, 1 extr. *Reciprocatu inobedientium membrorum.*

¶ Reciprocatio, *ōnis*, f. retrogressio, die abwechselung, hin- und herziehung. ut, *Reciprocatio æstus*, die ebbe und flut, Plin. 11, 24. Id 8, 50 f. 76 *Reciprocatio est* retrocessio absque circumactu corporis, qualis est cancrorum. *Reciprocatio animarum*, Tertulliano ad Nation. 1 c. ult. est μετεμψύχωσις. Et, *Errantium siderum reciprocatio*, Gell. 14, 1.

¶ Reciprocicornis, *e*, cornua in se habens reciprocata, i. e. reflexa, mit eingebogenen hörnern. Laberius apud Tertull. de Pallio c. 1 arietem vocat *reciprocicornem, lanicutem, resitrubam.*

PROCOETON, *ōnis*, m. προκοιτὼν, tametsi & *procœtion*, προκοίτιον, legant, excubitorium, locus scilicet ante cubiculum, ein vorgemach, beykammer. Plin. 2 epist. 17 *Cubiculum cum procœtione.*

PRŌCONNĒSVS, & Prŏconēsius, *i*, f. insula Propontidis, marmore dives. v. Plinium extremo lib. 5, & Val. Flacc. 3, 34. Scribitur etiam *Præconnesus*, diphthongo. Hinc

¶ Proconnēsius, *a, um*, possessivum. Vitruv. 2, 8 *Halicarnassi regis Mausoli domus Proconnesio marmore omnia habebat ornata.* Plinius c. l. *Cyzicenum marmor* vocat, quia Cyzicus haud procul hac insula, in ora Propontidis, sita erat. *Aristeas proconnesius*, scriptor a Plinio laudatus, 7, 2.

Proconsul, proconsulatus, &c. vide supra *Consul.*

PRŌCŌPIVS, *i*, m. e Cæsarea Palæstinæ, historiam scripsit rerum Iustiniani Imp. per Belisarium gestarum, cujus & scriba fuit, & tandem præfectus Constantinopolis. Extat ejusdem historia anecdota, in qua Iustiniano est iniquissimus vid. Voss. de Hist. Græc. 2, 22, & Nic. Alemanni Proleg. ¶ 2. Alius tyrannus Constantinopolitanus, de cujus supplicio Ammianus 26, 9. Cujusdam etiam Procopii meminit Sidonius carm. 2, 68 & 83.

Procor, vid. *Proco*, Procrastinatio, procrastino, *Cras*, Procreatio, procreo, &c. *Creo*, Procresco, *Cresco.*

PROCRAXE, legunt apud Lucret. 5, 1158, & a Græco προκράζω inclinant, *pro clamasse.* Sed videtur poëta scripsisse, *Protraxe*, h. e. protraxisse.

PROCRIS, *is* & *idis*, f. Erechthei Athenienssium regis filia, soror Orithyiæ, uxor Cephali, qui eam in silvas secutam eo telo, quod ab ipsa dono acceperat, ratus feram esse, interemit. vid. Ovid. Met. 7, 694 sqq. & Servius ad Virg. Æn. 6, 445. Hujus quoque amore captus fuerat Minos, postquam illa laborantem sanaverat. vid. Ovid. Remed. am. v. 453. Add. Hygin. fab. 189, & Aston. 2, 35.

PRŎCRVSTES, *æ*, m. Προκρούστης, celebris latro, qui habitans in eo loco Atticæ, qui *Curdalus* dicitur, viatores ad lectum, quem adiscendere cogebantur, ementitus, longioribus partem supereminentem amputabat, & breviorum pedes distendebat. De quo Plutarch. in Thesco, & Diodor. 4, 5. *Immitem* eum vocat Ovidius Met. 7, 438, & *torvum* Heroid. 2, 69. Add. Sidon carm. 5, 477; Meurs. Thes. c. 7.

Procubitor, vide *Cubo*, Procudo, *Cudo.*

PRŎCVL, adverb. ferne, von fern, quasi *porro ab oculis*, ut Servius exponit in Virg. Æn. 3 & 6, vel a *procellere*, ut Vossio placet Etym. p. 411. *Quis illic est quem procul video?* Ter. Adelph. 3, 3, 84. *Procul hic stans accipi*, Id. Hec. 4, 3 pr. Et, *Fumi incendiorum procul videbantur*, Cæs. B. Gall. 5, 46. Et Virg. ecl. 10, 46 *Procul a patria.* Et Ovid. epist. 4 Phædræ ad Hippolyt. v. 75 *Sint procul a nobis juvenes, ut fœmina, compti.* Ter. Adelph. 3, 2, 50 *Conjicia mihi sum, a me culpam esse hanc procul.* Tac. An. 1, 1, 6 *Iræ & studii causas procul habeo*, i. e. nullas. ¶ 2. Interdum e regione significat, gegen über, licet spatium non ita longum intercedat. Virg. ecl. 6, 16 *Serta procul tantum, capiti delapsa jacebant.* Nimirum si *tantum capiti delapsa*, non longius sane poterant jacere. Idem Æn. 3, 13 *Terra procul vastis colitur Mavortia campis.* Idem Æn. 5, 124 *Est procul in pelago saxum.* vide ipsa loca. Servii commentum, qui ad ea loca vult *Procul* etiam significare *prope*, refutavit Perizon. ad Sanctii Min. 1, 16, 7. Atque hinc interpretandum est Glossarium Vetus; ait enim: *Procul*, ἐγγὺς καὶ μακρὰν, καὶ πόῤῥωθεν. ¶ 3. Nonnunquam apud Statium æternitatem, aut plurima secula dicit hæc vocula, ut annotavit Barth. ad ejusdem silvas p. 160. In eadem significatione utitur Virg. Æn. 4, 278, & 9, 658. ¶ 4. PROCVL HINC, solennis formula ante sacra, quo profanos clara voce expellebant. v. Brisson. lib. 1 de form. Barth. ad Script. Venat. p. 148. Geminatur ap. Virg. Æn. 6, 258 *Procul o procul este profani.* conf. Iuvenal 14, 45. ¶ 5. Nonnunquam & præpositionis vim induit hæc particula, construiturque cum ablativo; ut, *Procul mari incolebant*, Liv. 38, 16 extr. *Classem Romanam haud procul portu esse*, id 22, 19. *Procul patria*, Cic. fam. 7, 6, ex Ennio forte. *Procul dubio*, id est, certe, ohne allen zweifel, Suet. Ner. c. 3. Sed manifesta ellipsis est præpositionis A, quæ sæpenumero expresse apposita invenitur; ut, *procul a patria*, Virg. ecl. 10, 46. Vulgus Grammaticorum etiam quartum casum subdi posse existimat, *procul urbem*, *procul muros*; sed exempla quæ adferunt, suspecta sunt Scioppio ad Sanctii Minerv. 1, 16; & Voss. de Analog. 6, 22.

¶ Prŏculus, *i*, m. is dicitur, *qui natus est patre peregrinante a patria procul*, uti Festus loquitur: Sed addit, *esse, qui credant, ideo dictos Proculos, quia patribus senibus, quasi procul progressis ætate nati sint.* Hinc & contracte *Proclus*, de quo supra seorsum. ¶ 2. *Proculus*, Imperator libidinosus, de quo Vopiscus. ¶ 3. *Proculus* Grammaticus, M. Antonini philosophi præceptor, cujus opus de *Admirandis rebus*, sæpe laudat Treb. Pollio in 30 Tyrann. & Capitolin. in Antonino. Etiam alii fuerunt hujus nominis.

¶ Procula, *æ*, f. meretrix & adultera, Iuvenal. 2, 68; & 3, 203.

¶ Prŏculējus, *i*, m. eques Romanus, cujus sororem Mæcenas uxorem habuit, Augusti temporibus gratia & auctoritate admodum potens. Qui tanta pietate in fratres fuit, ut cum iis, bello civili spoliatis, patrimonium suum æquis partibus diviserit, de quo Horatius 2 oda 2, 5. Vide ibi veterem Scholiastem & Torrent. in primis Hard. ad Plin. 7, 45. Add. de hoc & aliis Burm. ad Quint. 6, 3 p. 555.

¶ Proculēja, & Proculīna, *æ*, f. mulierum sunt nomina apud Martial. 10 epigr. 41; & 6 epigr. 22.

¶ Proculino, *are*, vel Proculio, *ire*, antiquum, i. e. promittere, zusagen; quia qui spondet, verbis aliquid in longum movet ac mittit. Producit Festus ex Antistio.

¶ Deprocul, pro *Procul* legendum censet Pareus Lex. Crit. ap. Plaut. Capt. 2, 1, 24; Pers. 2, 1, 6; & 4, 7, 17.

Proculcatio, proculco, vide *Calx*, Proculcus, proculino, proculus, *Procul*, Procumbo, *Cubo*, Procuratio, procuro, &c. *Cura*, Procurro, procursio, &c. *Curro*, Procurvus, *Curvus*, Procus, *Proco*

PRŌCŸON, *ōnis*, m. προκύων, Plinio 18, 28 est canicula, sive canis minor, quæ sententia etiam Mathematicis sedet. Vide Hieron. Vitalis Lex. Mathematicum. Apud Cic. etiam de N. D. 2, 44 latine ideo *Ante-canis* dicitur, quod ante Sirium, canem illum majorem, oriatur. Galeno autem ipse Sirius est. v. Harduin. ad d. l. Plinii. Horat. 3 od. 29, 18 *Iam Procyon furit, Et stella vesani leonis.* Add. Colum. 11, 2, 52.

Prodeambulo, vide *Ambulo*, Prodeo, *Eo*, Prodesse, *Prosum*, in *Sum*, Prodico, prodictator, *Dico.*

PRODĬCVS, *i*, m. Πρόδικος, philosophus Chius fuit, secundum Suidam. Plato in Axiocho *sapientem* eum vocat, ac neminem gratis docuisse scribit, sed in ore habuisse Epicharmi illud: Δός τι καὶ λαβέ τι, id est, *Da aliquid, & accipe aliquid.* Qui cum animadverteret, auditorum animos peregrinari, eosque esse præsentes absentes, aliquid ex arte sua attulit, quam alioqui non docuit, nisi pretio quinquaginta drachmarum, ut refert Aristoteles, atque eo ipso eorum mentes excitavit. Scripsit librum de Virtute & Vitiis, in quorum uno congressum Herculis cum voluptate & virtute, elegantissime finxit, quemadmodum a Xenophonte recitatur, lib. 2 de dictis & factis Socratis. Quod imitatus Silius similem congressum Scipionis cum virtute & voluptate commentus est lib. 15. Cujusmodi quid & apud Augustinum legas Dulciloquiorum 2, 6. vid. de Prodico Schol. Aristoph. Nub. 360.

Prodigalitas, prodigentia, &c. vide *Ago*, Prodigialis, &c. *Prodigium.*

PRŌDĬGIVM, *i*, n. portentum, ein wunderzeichen, unnatürlich ding. Cic. a *prædicendo* dictum putavit de Divin. 1, 42; *Quia enim ostendunt*, inquit, *portendunt, monstrant, prædicunt, ostentant, portenta, monstra, prodigia dicuntur.* Scaliger pater a *prodigendo* sive *porro agendo*, id est, averruncando dictum censet. *Prodigium divinitus factum*, Quintil. 1, 10 sub fin. *Civilius fatale portentum, prodigiumque resp.* Cic. in Pis. c. 4. *Hæc non miracula sunt, sed prodigiis similia*, Id. pro Liparit. c. 4. De *prodigiis* vid. Val. Max. 1, 6; & Iul.

Obse-

Obſequens ſingulari libro. Plurium etiam mentio fit apud Tibull. 2, 5, 71 ſqq.

¶ Prōdigiōſus, *a, um*, quod præter naturam eſt, ungeheuer, abentheuerlich, unnatürlich; ut, *Corpus prodigioſum*, Quinct. 1, 1; & *Partus prodigioſi*, Plin. 10, 63, mißgeburten. *Aſtra prodigioſa*, Stat. Theb. 3, 523. *Prodigioſa mendacia veterum vatum*, Ovidius Amor. 3, 6, 17. Comp. Treb. Pollio in Tyrannis c. 31 de Victoria: *Studioſe in medio fœminas poſui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigioſius paſſa eſt reſpubl. Romana.*

¶ Prōdigiōſe, adverb. idem. Plin. 11, 37 ſect. 80 *Lien cum jecore locum aliquando permutat, ſed prodigioſe.* Et Salvian. lib. 7 de Gub. p. 281 *Quid fieri prodigioſius potuit?*

¶ Prodigiālis, *e*, adject. aliud: ut, *Prodigialis Iupiter*, i. e. a quo prodigiorum interpretatio petitur & procuratio, Plaut. Amph. 2, 2, 107. *Prodigiale caput*, Claud. in Rufin. 2, 434, abentheuerlich. Et, *Signa prodigialia*, Prudent. Hamartig. v. 467, hoc eſt, prodigia. *Prodigiali dæmone diſſentus*, Paulinus Natali Felic. 8, 308, beſeſſen. *Gnari rerum prodigialium*, Ammian. 25, 32, zeichendeuter.

¶ Prodigiāliter, adverb. idem. Horat. Art. Poët. v. 29 *Prodigialiter delphinum ſilvis appingere, fluctibus aprum*; i. e. monſtroſe. Pro hoc ἑλληνικῶς Claudianus *prodigiale* dixit de Rapt. Proſerp. 1, 232 *Cometes prodigiale rubens.* Arnob. 1 p. 10 *Locuſtæ efferveſcunt prodigialiter.* Et Colum. 3, 3 *Illa videntur prodigialiter accidiſſe.*

¶ Prodigiator, *ōris*, m. ein zeichendeuter. Feſtus: *Prodigiatores, haruſpices, prodigiorum interpretes.*

Prodigo, prodigus, &c. vide ſupra *Ago.*

Proditio, proditor, vide *Do*, Prodius, *Eo*, Prodo, *Do.*

Prodromus, vide *Dromas*, Produco, productio, &c. *Duco.*

Prœbium, vide *Præbium*, Prœconneſus, *Præconneſus.*

PROEGMĔNON, *i*, n. προηγμένον, i. e. productum, promotum, præcipuum, Cic. de Fin. 3, 4 & 15 & 16; 4, 26. v. *Productum* in *Duco.*

¶ Apoproegmenon, *i*, n. ἀποπροηγμένον, i. e. rejectum, remotum, Cic. Fin. 3, 4.

Prœlium, vide ſupra *Prælium.*

Profanatio, profano, &c. vide *Fanum*, Profari, profatum, *Fari.*

Profectio, profecto, &c. vide *Facio*, Profero, *Fero*, Profeſſio, profeſſor, &c. *Fateor*, Profeſtus, *Feſtus.*

Proficio, proficiſcor, proficuus, vide *Facio*, Profiteor, *Fateor.*

Profligo, are, &c. vide *Fligo*, Profio, are, &c. *Flo*, Profluentia, profluo, &c. *Fluo*, Profringo, *Frango.*

Profugio, profugium, &c. vide *Fugio*, Profunditas, *Fundus*, Profundo, *ere*, *Fundo*, *ere*, Profundus, *Fundus*, Profuſus, *Fundo*, *ere.*

Progemmo, vide *Gemma*, Progener, *Gener*, Progeneratio, progenero, *Genus*, Progeniculo, *Genu*, Progenies, progenitor, *Gigno*, Progermino, *Germen*, Progero, progeſto, *Gero*, Progigno, *Gigno*, Prognarus, &c. *Gnarus*, Prognatus, *Naſcor.*

PROGNE, *es*, f. Procne, Πρόγνη, Pandionis Athenienſium regis filia, Terei Thracum regis uxor. Fabulam longam vide apud Ovid. 6 Metam. fab. 7 ſeq. Cum filium Itym patri epulandum oppoſuiſſet, in hirundinem denique converſa eſſe dicitur. ¶ 2. Hinc & *Progne* hirundinem notat, eine ſchwalbe. Sic inter volucres apud Virgilium Georg. 4, 15 *Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.* Conf. Aut. Philomelæ v. 44; & Petron. c. 135, qui priorem corripit: *Atque urbana Progne &c.* Et Sidonius 2 epiſt. 2 *Progne inter aſſeres minuriens.*

Prognoſtes, prognoſticon, vide *Gnoſtes*, Programma, *Gramma.*

Prograxe v. *Procraxe.*

Progredior, progreſſio, vide *Gradus*, Progymnaſma, *Gymnas.*

Proh, vide *Pro*, Prohibeo, &c. *Habeo*, Prohinc, *Hic.*

Projectio, projicio, &c. vide *Iacio*, Proin, proinde, *Pro.*

Prolabor, prolapſio, vide *Lābor*, Prolato, are, prolatio, &c. *Profero* in *Fero*, Prolecto, *Lacio.*

PROLEPSIS, *is*, f. πρόληψις, præſumtio præoccupatio, figura eſt ſyntaxeos, Gell. 10, 16. Cic. N. D. 1, 16 *Anticipationem* vertit, ein vorgriff. Diomedi p. 438 πρόληψις eſt, cum id, quod poſterius accidit, ante tempus adſcribitur: *Italiam fato profugus Lavinaque venit Littora.* Nam cum in Italiam veniret Æneas, Lavinium nondum erat conditum. ¶ 2. Eſt oratorum *prolepſis, quum id*, ut Rutilius definit, *quod in adverſarii cauſſa aut judicis opinione eſſe aut fore arbitramur nobis contrarium, præoccupamus dicere, & cum ratione diſſolvere.*

PROLES, *is*, fœm (a *pro & oleo*, id eſt, creſco,) ſoboles, quæ duo vocabula ſe non refugere, Cicero teſtatur de Orat. 3, 38. Idem eſt ac progenies, liberi, das geſchlecht, der ſtamm, die kinder. *Felix prole virûm*, Virg. Æn. 6, 784. *Pulvra facere prole parentem*, i. e. parere liberos, Id. Æn. 1, 79. *Propagando procudere prolem*, Lucret. 5, 854. *Prolem eniti gemellam*, Ovidius Met. 9, 452. *Generoſa proles*, Sen. Oedipo v. 110. Eſt ſingularis numeri: quamquam & plurali uſus Columella 10, 163 *Privignasque rogat proles.* Idem de capris 7, 6 *Pavit, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos.* Eſt autem gratior parenti maſcula proles, non tam ob præſtantiam, quam alia de cauſſa, quam indicat Ligdus apud Ovid. Met. 9, 674 *Quæ voveam, duo ſunt: minimo ut relevere dolore: Vtque marem pariat. Oneroſior altera ſors eſt, Et vires fortuna negat. Oneroſiorem* vocat, non ob educationem, ſed ob dotem parandam. ¶ 2. *Proles* notat ſeculum, quod Latini prolis aut ſobolis nomine cenſent, Græcos ſecuti, quibus familiare, γενεὴν ita appellare. vid. Barth. ad Claudian. p. 1103. Sic *ferrea proles* pro ferreo ſeculo apud Cicer. de N. D. 2, 63. ¶ 3. Virgilius de *oliva* adhibuit, Georg. 2, 2 *Nunc te, Bacche, canam: nec non ſilveſtria tecum Virgulta, & prolem tarde creſcentis olivæ.* ¶ 4. De teſticulis Arnobius 5 p. 172 *Circumjectæ prolibus membranulæ.* vide ibi Stewech. Idem lib. 7 p. 230 *Polimina ſunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus, &c.* hoden.

¶ Prōlētārius, *a, um*, gemein, armſelig. *Proletarii*, tenuiſſimi pauperrimique in plebe: quod, cum re familiari parva minus poſſent juvare rempubl. ſobolis tamen ſeu prolis gignendæ copia civitatem frequentarent. Proletariorum tamen ordo honeſtior aliquanto & re & nomine, quam capite cenſorum. Vide Nonium 1, 342; & 2, 666, & Feſtum, & Gell. 16, 10. Vſum verbi & applicationem docet Arnobius 2 p. 63 *Definite hominem, proletarius cum ſit, claſſicis; & capite cum cenſeatur, adſcribere ordinibus primis.* ¶ 2. Deinde ad alia transfertur; ut, *Proletarius ſermo*, id eſt, plebejus, vilis, geringſchätzig, apud Plautum Mil. 3, 1, 157.

¶ Prōlītas, *ātis*, f. idem quod *Proles*, das geſchlecht; ut, *Generoſa prolitas*, Apul. 2 Met. poſt init. ubi al. *proles*; al. *probitas.*

¶ Imprōles, vel Imprōlis, *e*, ſine prole, unfruchtbar, ohne kinder. Gloſſ. Vet. ἄγονος, *Improles, ſterilis.* Et Onomaſt. Vet. *Improlis*, ἄγονος.

Prolibo, vide *Libo*, Prolicio, *Lacio*, Proliquo, āre, *Liquet*, Prolixitas, prolixus, &c. *Laxus.*

Prologium, prologus, vide *Logus*, Prolongo, āre, *Longus*, Proloquium, proloquor, *Loquor.*

Prolubium, vide *Libet*, Proluceo, *Lux*, Proludium, proludo, *Ludo*, Proluo, *Luo*, Proluſio, *Ludo*, Proluvies, proluvium, &c. *Luo*, Prolyta, *Lyta.*

Promachus, vide *Mache*, Promano, *Mano*, Promatertera, *Mater.*

PROMELLO, *āre*, eſt procraſtinare, & ſpeciatim promovere vel prolongare litem, apud Feſtum, verzögern, aufhalten, verlangern; ex μέλλειν, *morari, cunctari, differre.*

Promercalis, promercium, vide *Merx*, Promereo, promericum, *Mereo.*

PRŌMĒTHEUS, *ei*, m. tribus ſyllab. Προμηθεύς, Japeti, unius ex Titanibus, & Clymenes filius: quem genus humanum finxiſſe, & ignem ſuffuratum de cœlo detuliſſe in terram, poëtæ fingunt: ideoque iratos Deos per Mercurium alligaſſe eum in Caucaſo monte, appoſita aquila, quæ ejus cor, ſive jecur, ſuccreſcens perpetuo, exederet. Fabula nota ex Heſiodo, & Ovidii Met. 1, 82, & Horat. 1 od. 3, 27. Fuit autem vir prudentiſſimus, qui aſtrologiam primus Aſſyriis indicavit, & rationem ſulminum deprehendit. Quamobrem ignem cœleſtem Iovi ſuffuratus, & in Caucaſo, ad ſaxum religatus fingitur: a προμηθέω, *provideo.* Vide *Epimetheus* & Serv. ad Virg. ecl. 6, 42. Sic, *Deus, qui hominem de humo ſtruxerit, hic eſt verus Prometheus*, Tertull. Apol. c. 18. conf. Id. adverſ. Marc. 1, 1. ¶ 2. Pro *figulo* accipitur in illo Iuvenalis 4, 133 *Debetur magnus patinæ, jubitusque Prometheus*; In quo imitatus eſt Athenienſes, qui πιλαργὸς ſive *pigulos* omnes προμηθέας ἀπεκάλουν, ἐπινεύοντες ἐς τὸν πηλὸν, i. e. *Prometheos appellabant, ad lutum alludentes*, ut ſcribit Lucianus, cujus eſt elegans commentatio *ad eum, qui dixerat: Prometheus es, &c.* Hic etiam refertur lepidum illud ἐξύμωρον, προμηθεὺς ἐσὶ μετὰ τὰ πράγματα, q. d. *poſt factum providet, quid facto ſit opus.* ¶ 3. *Prometheus* Theſſalus eſt Iaſon Pheræus apud Plut. de util. ex inim. capiend. p. 154.

¶ Prōmēthēus, *a, um*, adj. Propert. 1, 12, 10 *Lecta Prometheis herba jugis.* Martial. 10 epigr. 39 *Ficta Prometheo diceris eſſe luto.* Idem 14 epigr. 18 *Clara Prometheo munere ſigna ſumus.*

¶ Promethīdes, *æ*, m. Προμηθίδης, patronym. Deucalion, Promethei filius, Ovid. Metam. 1, 390.

Promico, quære in *Mico*, Promineo cum derivatis, *Maneo*, Promiſcuus, *Miſceo*, Promiſſio, promitto, &c. *Mitto.*

PRŌMO, *prompſi, promtum, promĕre*, proferre, herfürlangen, herreichen, hergeben. Contractum ex *Pro* & *Emo.* Sic, *Pecuniam promere ex ærario*, Cicero Verr. 3, 84; *aurum ex armario*, Id. pro Cæl. c. 21; *libros e bibliotheca*, Id. de Fin 3, 2; *vina dolio*, Horat. epod. 2, 475 *cavo ſe rebere*, Virg. Æn. 2, 260. *Labes, quæ ſentimus, promere in medium*, vortragen, Plinius Paneg. c. 66. Et, *Animus eruditus ſemper aliquid promit, quod alios delectet*, hoc eſt, in medium affert, Lucejus ad Cic. fam. 5, 14. *Ordo rerum juſtis voluminibus promitur.* Veliej. 2, 48, 5.

¶ Promtus, ſive Promptus, *a, um*, idem quod *paratus, expeditus*, fertig, bereit. Vet. Gloſſ. *Promtus*, εὐπροφόρητος, εὐπροσάρετος. Sic, *Non ingenio tantum promptus, ſed & uſu exercitatus*, Liv. 5, 3. *Promtus & non inexercitatus ad dicendum*, Cic. de Clar. Orat. c. 36. Et, *Promptus ad diſſerendum*, Quintil. 1, 1. *Animus promptus & alacer ad rempubl. defendendam*, Cic. fam. 3, 11. *Promtiſſimi hominis & experientis ſupelleclilem auferre non dubitaſti*, Id. Verr. 2, 17. ¶ 2. Sic *Promptus*, aliquando is dicitur, qui audaci aſſidet, qui audet facile, & *ſegni* ac *ignavo* opponitur, friſch, munter. Liv. 2, 56 *Haud quisquam manu promptior erat.* Cæſ. de B. C. 1, 3 *Laudat promptos, atque in poſterum confirmat: ſegniores caſtigat, atque incitat.* Et Tac. Hiſt. 1, 51, 6 *Acceſſit callide vulgatum, temere creditum, decumari legiones, & promptiſſimum quemque centurionum dimitti.* Dicimus autem *Promtus ad aliquid: promtus in aliquid*: & *promtus alicui*, & *promtus in aliquo.* Sic, *ad dicendum, ad defendendum promtus*, quæ ſupra etiam adduximus. *Promtiſſimi in latrocinia*, Flor. 4, 12, 10. *Promtus in arma*, Tac. Hiſt. 4, 76, 3; *in adulationes*, Id. An. 15, 61, 2, *ſeditioni*, An. 1, 48, 3; *ultioni*, Id. 11, 32, 1; & *faciendis ſceleribus*, An. 15, 6, 3. Et, *Promtus in reſpondendo*, Cic. de Claris Orat. c. 42, quamquam abeſſe etiam præpoſitio poteſt. Similiter *Promtus manu, promtus ingenio* dicitur, ut ſupra ex Livio vidimus: qui & *lingua promtum* dixit 2, 45. Per græciſmum Tacitus & *promtum animi* dixit Hiſt. 2, 23, 4 ¶ 3. *Promtum*, quod in aperto, atque ad manum veluti poſitum, ut promi facile poſſit, zur hand, ſichtbar, offenbar. Vet. Gloſſ. *Promtus*, πρόχειρος. *Promtum*, πρόχειρον. Salluſt. B. Catil. c. 10 *Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habet.* Sic, *Promta & aperta*, Cicero de Fin 1, 9. *Nihil tam clauſum, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum promtiſſimumque eſſet*, Id. Verr. 2, 20. Sic, *Promptiores aditus*, Tac. An. 15, 53, 1 id eſt, aperti. Idem An. 16, 17, 5 *At Mella, quæ tum promtiſſima mortis via, exſolvit venas.* Id. An. 4, 3, 3 *Cuncta tentanti promtiſſimum viſum, ad uxorem ejus Liviam convertere*, id eſt, facillimum, expeditiſſimum. Quintil. 9, 1 *Fingere Græcis promtiſſimum eſt.*

¶ Promtus, ſubſtant. defect. ut, *In promtu eſſe*, Cic. de Orat. 1, 6, zur hand und in bereitſchaft ſeyn. *In promtu aliquid ponere*, i. e. manifeſtare, offenbaren, Id. Off. 1, 35. *In promtu miki eſt*, i. e. facile eſt, Ovid. Met. 13, 161. *In promtu habere*, ſtracks bey der hand haben. Id. Pont. 1, 1, 24; cui locutioni latinæ contrarium eſt, *habere in abditis*

vide *Abdo*, in *Do*. Plaut. Pfeud. 1, 5, 33 *Inſipientia eſt, iram in promtu gerere.*

¶ Prompte, adverb. hurtig, behend. Cic. de Pet. Conſul. c. 11 *Homines non modo promte ſibi, ſed etiam large & honorifice promitti volunt.* Sic, *Promte diſtribuere*, Val. Max. 4, 3, 9. *Victoria promtiſſime licentiam ſubminiſtrat*, Id. 6, 5, 1. *Promtiſſime adeſſe alicui*, Plin. 4 ep. 17. *Morti promtius finiuntur*, deſto eher, Celſus 2, 1. *Promtius facere*, Nazarius Paneg. Conſtantini c. 29.

¶ Promptim, aliud adverb. idem. Tertullian. in Geneſ. c. 3 *Dum dicit homina promptim Aſſulſiſſe ſibi.*

¶ Promptĭtūdo, ĭnis, f. die fertigkeit, bereitwilligkeit, probatæ latinitatis vox haud eſt: Cicero vocat *Propenſionem*, *Alacritatem.*

¶ Prompto, āre, herfürgeben. Plaut. Bacch. 3, 3, 61 *Promptare malum, pecudium.* Idem Pſeud. 2, 2, 33 *Theſauros promptare.*

¶ Promtuārius, *a, um*; ut, *Cella promtuaria*, eine ſpeis-kammer, Plaut. Amph. 1, 1, 4. conf. Capt. 4, 4, 10. Sic & *Armarium promptuarium*, Cato R. R. c. 11.

¶ Promtuārium, *i*, n. ſubſt. ein vorraths-gewölbe. Vet. Gloſſ. *Penuiaria cella* & *Promtuarium*, ταμιεῖον. Symmach. 9 epiſt. 72 *Linguæ tuæ ornatiſſimo promtuario nunquam deſit materia.* Lactant. 5, 5 de aureo ſeculo; *Cum promtuaria juſtorum benigne paterent omnibus, nec avaritia, intercipiens beneficia divina, famem ſitimque vulgo faceret.* ¶ 2. Legitur & *Promtarium* apud Auſon epiſt. 21 extr. *Aliquid reportans interim munuſculi, De largitate muſici promtarii.*

¶ Prōmĭtor, ōris, m. der darreichet. Servius lib. 1 Georg. Virg. ex Fabio pictore tradit, flaminem Cerealem, dum ſacrum Cereale faceret, inter alios Deos PROMITOREM invocaſſe.

¶ Prōmus, *i*, m. qui promit neceſſaria ad victum, ein ausgeber, haus-vogt, ſchaffner. Sic, *Promi & cellarii*, Colum. 12, 3. De profuſore quodam Auſonius dixit epiſt. 22, 20 *Promusque quam condus magis*, ein zehrer und kein ſpaier. Sic Plautus utrumque conjunxit in Pſeud. 2, 2, 14 *Condus promus ſum, procurator peni.* v. *Condus* in *Do*. *Promum librorum* Apulej. Apol. dixit p. 308, qui libris promendis præeſt, ein buchhalter. ¶ 2. Tertullianus adjective uſus eſt de Reſurr. Carn. 27 *Sepulcra erunt cellæ promæ, &c.* die vorraths-gewölber. Et mox: *In cellis promis caro jam lita & uſui repoſita ſervatur, depromenda illinc ſuo tempore.* Sic & Colum. 3, 2 *Inconditum fructum velut promum vendere.* Sed al. *pomum*. vid. edit. Geſneri, ad *fructum* quidem referri *promum* non poteſt.

¶ Promum, *i*, n. idem ac *Promtuarium*, die vorraths-kammer. Tertull. ad Vxor. 2, 4 *Si cui largiendum erit, horreum, proma, præcluſa ſunt.*

¶ Promulus, *a, um*, herfürragend. Mart. Capella 3 p. 58 *V ore conſtricto labrisque promulis exhibetur.* Alii *prominulis* legunt.

Compoſita:

¶ Dēprōmo, ĕre, idem cum ſimplici, herfürlangen; ut, *Ex arca pecunia, ex virtute opera depromitur*, Cic. Off. 2, 15. *Argumenta depromere*, Id. de Orat. 2, 27. *Depromere vinum cellis*, Horat. 1 od. 37, 5. conf. Id. 1, 9, 7. Virg. Æn. 11, 858 *Sagittam depromſit pharetra.*

¶ Depromtus, *a, um*, herfüraethen, herausgelangt; ut, *Depromta ex erario pecunia*, Cic. pro L. Manil. c. 13. *Hæc ſunt ex meo ſenſu depromta*, Id. Parad. c. 1.

¶ Exprōmo, ĕre, herauslangen, darreichen; ut, *Expromſit nummos*, Varro Rei Ruſt. 2, 2 Et, *Expromere quid ſentias*, id eſt, eloqui, fürbringen, herausſagen, Liv. 20, 1; & Curt. 4, 10, 4. conf. Cic. Divin. 2, 72; & Plaut. Mil. 3, 1, 169. Seneca de morte Claudii Ludo: *Expromc propere, ſede qua genitus clues:* id eſt, expone.

¶ Exprōmo, *are*, idem. Apic. 6, 2 *Rapes quoque, ut expromari poſſint, levabis de olla.*

¶ Expromtus, *a, um*, herfürgebracht. Apul. Met. 7 p. 189 *Expromptis mille aureis, quos in ſinu laciniæ contexerat.* Item fertig, behend. Ter. Andr. 4, 4 pr. *Opus eſt tua mihi ad hanc rem expromta memoriâ.*

¶ Exprompto, āre, oft herfür geben. Fulgent. de Contin. Virg. *Mens expromptare deſiit, quod didicit.*

¶ Impromptus, vel Impromtus, *a, um*, unbereit, langſam; ut, *Impromptus linguâ*, der mit der ſprache nicht fertig iſt, Liv. 7, 4. Et Tac. An. 2, 21, 2 *Impromptu jam Arminio ob continua pericula.*

¶ Supprōmus, *i*, m. promi vicarius & adminiſter, des kellners beyſtand, der untervogt. Plaut. Mil. 3, 2, 24 *Bono ſuppromo & promo cellam creditam.* Et paullo ante v. 12 *Qui illi ſuppromus es*; Vbi aliqui legunt: *Qui illi ſuppromis*, a *Suppromo, ĕre*, i. e. ſubtus extrahere.

Promontorium, vide *Mons*, Promotio, promoveo, *Moveo*, Promtŭarium, promtus, &c. *Promo*, Promulceo, *Mulceo*, Promulgatio, promulgo, *Mulgo*, Promullidarium, promulſis, *Mulſum*, Promus, *Promo*.

PROMVSCIS, ĭdis, f. Sic apud Plinium legitur 8, 7, ubi tamen, veterum exemplarium teſtimonio, rectius legitur *proboſcis*, id eſt, roſtrum vel manus elephanti, ein elephanten-ruſſel. vid. ante *Proboſcis.*

PRŌNAVS, *i*, m. πρόναος, ſtructura vel ſpatium ante templum, der vorhof des tempels, der kirchhof. Vitruv. 4, 4 *Partes pronai ad antas parietum procurrant.* Et 5, 1 ſub fin. *Supra pronaum ædis.* conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 93.

¶ Pronāia, *æ*, f. προνάια, Dea ante templum (πρὸ ναοῦ) ſtatui ſolita, *protemplaris* Vallæ; ſcil. Minerva, quæ & *Pronæa* dicta.

Pronecto, vide *Necto*, Pronepos, proneptis, *Nepos*, Pronitas, prono, *Pronus.*

PRŌNOEA, *æ*, f. πρόνοια, providentia, die vorſehung. Ita Stoici mentem mundi, ſive Deum appellarunt. Cic. de N. D. 2, 22 *Talis mens mundi cum ſit, ob eamque cauſſam vel prudentia vel providentia appellari recte poſſit, (græce enim πρόνοια dicitur,) hæc potiſſimum providet &c.* conf. c. 29; & Gell. 6, 1. Hanc apud Cic. N. D. 1, 8 Epicureus Vellejus *anum fatidicam Stoicorum* vocat. Ibid. 2, 64 Balbus Epicureus: *Ex piſcibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronœa noſtra Epicurea fruiſſe videatur.*

Pronomen, &c. vide *Nomen*, Pronŭbus, *Nubo*, Pronuntiatio, pronuntio, &c. *Nuntius*, Pronūper, *Nuper*, Pronurus, *Nurus.*

PRONVS, *a, um*, a πρόνεων, adjectivum, contrarium *ſupino, obliquo*: Sic corporis motus appellantur: *Pronus*, für ſich hangend, oder gebücket. *Supinus*, rücklich. *Obliquus*, über eine ſeite. Salluſt. Catil. pr. *Pecora natura prona ſpexit.* Ovid. Met. 1, 84 *Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram, &c.* Id. Metam. 10, 652 *Carcere pronus uterque emicat.* Et 538: *Proni lepores.* ¶ 2. Sed *Pronus, pronior ad aliquam virtutem* vel *vitium*, ſignificat facilem, inclinatum, geneigt; ut, *Pronum ad honores iter*, Plin. 8 epiſt. 10. *Ad fidem pronius eſt*, Liv. 21, 28, es iſt glaublicher, leichter zu glauben. *Proniſſimus ad indulgentias*, Capitol. in Pio c. 10. *Paci proniores*, Val. Max. 8, 3 ſub fin. Et, *Adoleſcentia ad vitia prona eſt*, Quintil. 1, 2. *In obſequium plus æquo pronus*, Horat. 1 epiſt. 18, 16. *Pronior ad* vel *in iracundiam*, Plin. 22, 24. Et Tac. Hiſt. 1, 1, 4 *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur*, id eſt, avidis, & ſic apertis. Namque & alibi *pronum* & *in aperto*, conjunxit: ut Agric. 1, 2 *Apud priores agere memoratu digna pronum, magisque in aperto erat.* Ibid. 33, 7 *Omnia prona victoribus*, id eſt, expedita, facilia, leicht. Per *prona* enim, ſive declivia, iter facile eſt. ¶ 2. Alias & *Proni* dicuntur, qui favent, qui aliquo favorem animumque inclinant, zugethan, gewogen. Idem Tac. Hiſt. 1, 13, 6 *Prona in eum aula Neronis.* Id. Hiſt. 2, 74, 2 *Muciani animus nec Veſpaſiano alienus, & in Titum pronior.* Suet. Galba c. 12 *Remiſit in patriam, quaſi Cn. Dolabellæ proniorem.* Vellej. 2, 69, 6 *Quem pronior fortuna comitatur*, dem das glücke wohl will.

¶ Prōne, adverb. geneigt, cujus compar. Ammiani eſt 30, 29 (Valeſ. c. 8) *Ad fugillandum pronius inclinat.*

¶ Pronitas, ātis, f. propenſio, die neigung. Sen. præf. 1 Controv. *Neſcio, qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe vertro tulerit.*

¶ Prōno, āre, bücken, neigen. Sidon. 8 epiſt. 11 *Ipſi latrones ad pavimentum converſa defuncti hora pronaverunt.* conf. Id. 5 ep. 18.

¶ Pronātus, *a, um*, gebücket. Idem Sidonius 5 epiſt. 17 *Nunc per cataſtrophen ſæpe pronatus.* Hinc &

¶ Apprōno, āre, niederbücken. Apul. 1 Mileſ. p. 111 (Pric. 14) *Complicitus in genua appronat ſe*, er kniet nieder.

PROOEMIVM, *i*, n. προοίμιον, exordium, ein vorſpiel, eingang, präambel, vorrede; factum ex πρὸ & οἶμη, *cantus*; vel ex ὅιμος, *via.* Vtrumque etymon eleganter conjungit Quint. 4, 1 pr. Cic. Att. 13, 32 *His libris nova proœmia ſunt addita.* Idem Att. 4, 16 *In ſingulis libris utor proœmiis.* Et pro Cluent. c. 21 *Longo & alte petito proœmio reſpondere*, mit einem langen und weit her geſuchten eingange. Id. Att. 6, 6 ext. *Habeo volumen proœmiorum, &c. Proœmium dicere*, Quintil. 2, 20. ¶ 2. Ἄνευ προοιμίου γὰρ παθῶν, *Abſque proœmio & affectibus*; quam vocem Athenis præco dicturis in concione fuggerebat. v. Chil.

¶ Proœmior, āri, eine vorrede machen. Plin. 2 epiſt. 3 *Proœmiatur apte, narrat aperte &c.* id eſt, proœmio utitur. Adde Sidon. 4 epiſt. 3.

Propagatio, propāgo, &c. vide *Pango*, Propalam, propalare, *Palam*, Propatruus, *Pater*, Propatulus, *Pateo.*

PRŌPĔ, propius præpoſit & adverb. juxta, ad, apud, bey, nahe bey; ut, *Prope ripam*, Cic. de Clar. Orat. c. 14. *Cubat is prope Cæſaris hortos*, Horat. Sat. 1, 9, 18. *Prope metum res fuerat*, Liv. 1, 25. Adverbialiter: *Prope a muris hoſtem habemus*, Plin. 15, 18. Et, *Prope a meis ædibus*, Cic. in Piſon. c. 11. Sed, *Prope abeſt ab infimitate, in quo ſola ſanitas laudatur*, Tac. Orat. 23, 4. *Prope intueri*, adverbialiter dictum eſt a Cicerone de Senect. c. 14. ¶ 2. Idem ac fere, propemodum, faſt, beynahe; ut, *Es prope ſolus in portu*, Cic. fam. 9, 6, 11. *Prope jam ut pro uxore haberes*, Ter. Heaut. 1, 1, 46. *Annos prope quinquaginta continuos*, Cic. Verr. 2, 13. *Per annos prope centum*, Liv. 6, 2. Compar. *Propius urbem*, Cic. ad Octavium: *Propius montes conſiſtere*, Liv. 1, 27. Et, *Propius accedere*, näher, Ovid. Met. 2, 41; & Cic. fam. 14, 19. ¶ 3. A *prope* etiam adjectiva ſunt per gradus aucta, *Propior*, *Proximus*, & adverb. *Proxime*, de quibus mox ordine dicetur. Hinc &

¶ Prōpĕdiem, adverb. vide in *Dies.*

¶ Prōpemŏdum, & Propemodo, vide in *Modus.*

¶ Prŏpior, *us*, adject compar. näher. Gratius Cynegetico v. 232 *Neve levem prædam, aut propioris pignora lucri Amplexus.* Add. Burm. ad ejusd. v. 5, *ubi propior via* eſt compendioſa, brevior, ut noſtri, ein näherer weg. Cic. pro Quintio c. 31 *Quibus propior P. Quintio nemo eſt*, ſie haben keinen nähern freund. *Propius vero*, wahrſcheinlicher, Liv. 4, 37. Sed *Propior*, non dativo ſolum, ſed & accuſativo jungitur. Hirtius de B. Gall. 8, 9 *Alter quo propior hoſtem collocatus eſſet.* Salluſt. Cat. c. 11 *Quod tamen vitium propius virtutem erat*, es kam der tugend näher. Liv. 11, 41 *Invenio apud quosdam, idque propius fidem eſt*; Id. 4, 17 *Propius eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum.* Sall. Iug. c. 49 *Ipſe propior montem cum omni equitatu.* Nempe quia τὸ *prope* accuſativum adſciſcit: ita & *propior*, quin & *proximus* cum accuſativo ſociabant. Claud. in Eutrop. 2, 238 *Pars Phrygiam, Scythicis quæcunque Trionibus alget; Proxima Bithynos; Solem quæ comit, Ionas.* Adde Drakenb. ad Sil. 1, 13; & Burm. ad Quint. 8, 6 p. 733.

¶ Proxĭmus, *a, um*, nächſt: de præſenti, & præterito intelligitur. *Proximis menſibus tribus illum non vidi*, Ter. Eun. 2, 3, 40. Vbi Donatus: PROXIMIS, *præteritis intelligimus. Proxima enim nobis aut præterita ſunt, aut futura.* Nepos 9, 4, 2 *Claſſem, qua proxima* (ſequente) *æſtate mare tueri poſſet.* Sic, *In proximo*, in der nähe. Et, *E proximo*, id eſt, ex vicinia, aus der nachbarſchafft, Plaut. Aſin. 1, 1, 38. Et Nep. 16, 2, 1 *Quemque ex proximo locum fors obtuliſſet.* Si tamen volueris ſubaudire *tempore*, referri poteſt ad n. 3. *Cede in proxima urbis facta*, Liv. 2, 33. Quarto caſu jungi docet e. g. illud Gratii Cyn. 96 *Proxima Divos mens fuit*, quod vindicat Burm. ¶ 2.

Proximum

Proximum etiam dicitur, quod non ſtatim ſequitur, & hæret, ſed quod remotum longius eſt, ut tamen inter ipſum & primum nihil intercedat; unde & a *ſecundo* differt. Id enim eſt, quod ſequitur ſtatim atque adhæret. Virg. Æn. 5, 320 *Proximus huic, longo ſed proximus intervallo.* Horat. 1 ode 12, 17 de Jove: *Vade nil majus generatur ipſo, Nec viget quicquam ſimile aut ſecundum: Proximos illi tamen occupavit Pallas honores.* Quintil. 10, 1 *Quamvis ei* (Antimacho) *ſecundas fere* (poſt Homerum) *grammaticorum conſenſus deferat, & affectibus, & iucundiate & dispoſitione: at omnino arte deficitur, ut plane manifeſto appareat, quanto ſit aliud proximum eſſe, aliud ſecundum.* ¶ 3. *Proximum* & aliquando obvium & facile ſignificat, allzeitfertig. Apul. Apol. p. 278 *Quis unquam fando audivit tam ſimilem ſuſpicionem? tam aptam conjecturam? tam proximum argumentum?* Et in eadem Apologia p. 287 *Nimis patiens vires & oppido proxima humanitate.* Ita Minucius Felix quoque uſus, quem locum paullo inferius adducemus. Sed & Seneca epiſt. 12 *Proximum occaſionem arripere*, die ehefte gelegenheit. v. Burm. & Schulting. ad Quint. 13, 10 p. 283. Item *propior.* ¶ 4. Interdum *proximi* intelliguntur cognati, die nächſten anverwandten. Quod patet ex illo Val. Maximi 4, 4, 1 *Tutela cura proximis, accepta alienis.* ¶ 5. *Proximus* interdum ſubſtantive accipitur, non ſolum ab eccleſiæ ſcriptoribus ex imitatione Græciſmi facti ὁ πλησίον, der nächſte; ſed & extra eccleſiam ita locutus eſt Quintilianus Decl. 3 *Optimum fuerat, non habuiſſe talem proximum, aut libenter perdidiſſe.* Id. Decl. 259 *In illa omnium trepidatione, in qua pro ſua quisque ſalute ſollicitus, nihil de proximo cogitabat.* Quin & huc trahere licebit illud Terentii Andr. 4, 1, 12 *Proximus egomet ſum mihi*, ich bin mir ſelbſt der nächſte, vulgo noſtri, das hemde iſt mir näher, als der rock. Verum in eccleſia quemvis hominem ſignificat, opis noſtræ indigum, & magna illa neceſſitudine & communione nobis conjunctum: alia, quod apparet, externorum ratio. ¶ 6. *Proximior*, comparativo, Seneca uſus eſt epiſt. 108 *Modum ſervem, & quidem abſtinentiæ proximiorem.* Et Innocent. de Caſ. 228 *Fines proximiores.* conf. Borrich. Cogit. p. 307.

¶ Proxime, & præpoſitio, & adverbium eſt, allernächſt. *Exercitum habere quam proxime hoſtem*, Cic. Att. 6, 5. Id. Att. 3, 14 *Quam proxime Italiam eſſe.* Salluſt. Iug. c. 19 *Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.* Livius 1, 21 *Fides ac jusjurandum proxime legum ac pœnarum metum.* Cic. fam. 9, 13 *Non poſſum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare*, ihm faſt gleich oder eben ſo ſehr. Victor in Adriano: *Factus ex ære vel marmore, proxime Polycletes & Euphranoras.* Sic, *Literas a te proxime accepi*, ubi *nuperrime* eſt, neulichſt. Cic. fam. 5, 15. Id. 11, 21 *Huic tuæ virtuti proxime accedo.* Et, *proxime accedere ad verum*, der wahrheit am näheſten kommen. Cic. Acad. Quæſt. 4, 15. Hinc novum comparativum, ut Seneca ab adjectivo *proximus*, formavit Manilius 3, 531 *Proximius ſequi.* Et Min. Felix c. 19 *Quid Mantuanus Maro? nonne apertius, proximius, verius?* ſive, ut Wowerus legi vult, *proximius veris.*

¶ Proxĭmo, adverbialiter, nächſtthin. Cic. Att. 4, 17 *Accepi litteras datas proximo ad VI Kal. Octobr.* conf. Charif. p. 191.

¶ Proximĭtas, *ātis*, f. die nähe, anverwandtſchaft. Ovid. de Arte am. 662 *Et lateat vitium proximitate boni*, i. e. proximo bono. Idem de Nuce v. 56 *Meque ream nimiæ proximitatis agi.* Conf. Apul. de Hab. Doctr. Plat. p. 20; & ad Aſclep. p. 79. & Sidon. ep. 1, 5. ¶ 2. Eſt propinquitas, die verwandniß. Ovidius Met. 10, 339 *Ipſaque damno Eſt mihi proximitas.*

¶ Proxĭmo, *āre*, i. e. proximum eſſe, appropinquare, ſich nähern, nahe ſeyn. Sic Vulg. Interpres aliquoties; ut, Prov. 12, 13 *Propter peccata labiorum ruina proximat malo.* Et Hebr. 7, 19 *Melior ſpes, per quam proximamus ad Deum.* Laurent. Novarienſis de Pœnitentia: *Tu venis ad me; Tu proximaſti.* Sed non ſolis, qui poſterioris ævi ſunt, hoc ſe verbum approbavit: Sed nec ipſe Cicero eodem ſe abſtinuit, de Nat. D. 2, 44. Arateis verſibus ſoluta oratione interponens: *Capiti autem equi proximat aquarii dextra.* Apulej. 2 Met. p. 128 *In vicum proximamus.* Id. 6 Met. p. 174 *Sacratis foribus proximat.* Et Solinus c. 25 (Salm. 15) *Geloni ad hos proximant*, i. e. vicini ſunt, an ſelbige grenzen ſie.

¶ Proximans, *tis.* Sic Solinus c. 11 *Ei proximans lacus*, ſcilicet miraculo, id eſt, proxime accedens miraculo lacus quidam Siciliæ. Id. c. 65 *Flumini proximantes.* Apul. 2 Met. p. 122 *Prælio jam proximante.* Idem 3 p. 140 *Vt me præſ pio videre proximantem.* Et 5 p. 161 *Luce proximante.* Poëta quoque Chriſtianus anonymus apud Barth. Adverſ. 1, 3 *Promiſſione proximante ſpiritus.*

¶ Proximātus, *ūs*, m. ſubſt. dignitas aulica erat ſub imperatoribus. Leg. 1 & 11 Cod. de Proximis ſacrorum ſcriniorum &c. *Splendor indepti proximatus &c.* Nam poſt *Magiſtros ſacrorum* ſcriniorum erant *Proximi*, qui & *Priores* dicebantur, & hos ſequebantur *Malloproximi &c.* vide Theodoſ. Cod. l. 6 t. 26. Valeſ. in Ammian. 20, 9 ed. Gronov. p. 276, & Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 207.

¶ Propio, *are*, nähern, herannahen. Octav. Horat. 4 *Corpori ſinat propiare.*

¶ Prŏpinquus, *a, um*, quod prope adeſt, vicinum, nahe gelegen. *Prædium propinquum*, Cic. pro Roſc. Am. c. 46. *Provincia propinqua & finitima*, Idem Phil 1, 13. *Propinqua itineri loca*, Liv. 6, 25. *Vicinitatem ego in propinqua parte amicitiæ poto*, Ter. Heaut. 1, 1, 5. Compar. Varro L. L. 7, 38 *Caſus propinquiores.* Id. 9, 2 *Propinquiora genere inter ſe verba.* conf. Ovid. Triſt. 4, 4, 51. *Propinquus* ratione temporis idem eſt, quod inſtans. Cæſ. B. Gall. 4, 36 *Propinqua die æquinoctii.* Cic. Attic. 9, 15 *Spes propinqui reditus.* v. Drakenb. ad Livium 6, 18. ¶ 2. *Propinqui* & dicuntur, cognati, conſanguinei potiſſimum, verwandte, anverwandte, befreundte. Nam ab *affinibus* ſeparat Suetonius Cæſ. c. 1 *Donec per Mamercum Æmilium, & Aurelium Cottam, propinquos & affines ſuos, veniam impetravit.* Et Cicero *propinquitatem* & *affinitatem* diſtinguit; (vide paullo poſt).

¶ Propinque, adverbium, nahe. Plaut. Trucul. 2, 7, 21 *At at eccam, adeſt propinque.*

¶ Propinquĭtas, *ātis*, f. die nähe. Cicero Off. 3, 11 *Nimis imminebat propter propinquitatem Africano Pinæo.* Id. Phil. 3, 6 *Propinquitate pene finitimus.* ¶ 2. Item, cognatio, die verwandtſchafft. *Pietate propinquitas cotitur*, Cicero pro Quint. c. 6. *Maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis alicui conjunctus*, ſehr nahe verwandt und verſchwägert, Idem pro Plancio c. 11. Similiter Suetonius diſtinguit Ner. c. 36 *Interemit cæteros aut affinitate aliqua ſibi, aut propinquitate conjunctos.* Nepos 17, 1, 3 *Propinquitate proximus*, der nächſte blutsfreund.

¶ Propinquo, *āre*, ſich zu einem oder zu etwas nahen, herzunahen. Virgilius Æneid. 5, 185 *Scopulosque propinquat.* Stat. Theb. 5, 493 *Triſte propinquat Supplicium.* Invenitur etiam cum quarto caſu: Salluſt. fragm. c. 29 *Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium*, id eſt, *ad* amnem, ἐλλειπτικῶς. Sed & deproperandi ſignificatione accuſativum ferre ſolet, beſchleunigen. Virgilius Æneid. 10, 254 *Tu rite propinques Augurium.* Silius 2, 281 *Mortem licet arma propinquent.* Addit Dausquejus ejusdem libri v. 533; ſed aliter Modius ex MSS. Vide editionem Silii Cellarianam & Drakenb.

¶ Propinquans, *tis.* v. Salluſtii locum in *Propinquo.*

¶ Apprŏpinquo, *āre*, propinquum fieri, propinque accedere, nahe herbey kommen, herzu kommen, ſich nähern; ut, *Hyems appropinquat*, Cæſ. B. C. 3, 9. *Dies deſinita*, Val. Max. 4, 5 ext. 1; *Occaſus urbis*, Cicero Cat. 3, 8; *tuus adventus*, Idem fam. 2, 6; *Mors*, Idem de Fin. 5, 11. *Appropinquare finibus*, Cæſ. B. G. 2, 10; *Primis ordinibus*, ibid. 5, 44; *ad aliquem*, Hirt. B. Hiſp. 2, 4; *ad ſummam aquam*, Cic. Fin. 4, 23.

¶ Appropinquātio, *ōnis*, f. die annäherung, herannahung; ut, *Anguntur appropinquatione mortis confecti homines ſenectate*, Cicero de Sen. c. 9.

¶ Apprŏpio, *are*, hinzu nahen. Vulg. Interpr. Luc. c. 10, 34 *Appropians alligavit vulnera ejus.*

¶ Approximo, *are*, idem. Saresb. 8, 16 *Qui ſunt in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.* Et Tertull. adv. Iudæos c. 11 *Approximavit vindicta civitatis.*

¶ Exproximus, *i*, m. qui proximi ſeriniorum officio & dignitate functus eſt, L. unica Cod. de Mag. Scrin. Sacr.

¶ Imprŏpe, adverb. ſehr nahe. Tertull. Exhort. ad Caſtit. c. 9 *Si orationem facit ad Dominum, improbe eſt cælo.*

¶ Perpropinquus, *a, um*, allernachſt. Abſolute Cic. Divin. 1, 22 ex poëta: *Perpropinqua hæc bene verruncent populo.*

PRŎPEMPTĬCUS, *a, um*, προπεμπτικός, deductorius. Vnde abſolute *Propempticon*, carmen vel ſermo, quo abeuntem honoris cauſa proſequimur, ein glückwunſch auf die reiſe. Tale Evandri ad Pallantem filium in Virgil. Æneid. 8, 560 ſeqq. & Horatii ad Virg. 1 od. 3; ut & ad Mæcenatem epod. 1. Exſtat ipſa vox *Propempticon* in titulo Statii 3 Silv. carm. 2.

Propendeo, propendulus, propenſio &c. vide ſupra *Pendeo.*

Properantia, properatio &c. vide ſequens *Properus.*

PRŎPERTĬUS, *i*, m. (S. Aurelius) poëta, Mevaniæ, ut Crinitus vult; Ameriæ, ut Iof. Scaliger contendit, in Vmbria natus, & poſtea delatus Romam; ubi ſub Auguſto floruit, coævus Virgilio, Horatio, Tibullo, Ovidio: quo tamen paullo major fuit, ut ipſe Ovidius alicubi teſtatur. Scripſit Elegias omnium nitidiſſime & eruditiſſime. Vnde vulgatum de eo: *Propertium plures amare, quam intelligere.* I. Lipſius Antiq. Lect. 2, 10 de eo ſic ſcripſit: *Propertium qui non amat; eum profectò Muſæ non amant: tanta ejus verſuum ſuavitas, ut non, niſi Phœbo dictante, credantur excepti.* Scaliger pater, *candidum, facilem, & vere elegiacum* vocat; quem vide Hypercritico c. 7. Plerique libri manuſcripti eum *Nautæ* cognomento inſigniunt: ex quo *Nattæ* conjecit Lipſius Var. Lect. 3, 23. Sed fruſtra eſt ejus conjectura. Namque illud *Nauta*, prorſus confictitium eſt, ab aliis attextum poëtæ, qui & Martialem *Cocum* appellare voluerunt. Nam quum in Propertio legerent de ſe ſcribente: *quamvis navita dives eras*, ſtatim arbitrati ſunt, poëtam profeſſum fuiſſe nauticam, atque ex eo præclarum illud cognomen ei attribuére. Sed locus ille corruptus eſt: & nemo ſanus neget cum Beroaldo, legendum eſſe l. 2, 24, 38 *Quamvis non ita dives eras.* De ejus patria ſcripſit *Thaldæus Domola*, recuſusque in Germania libellus eſt cura Henr. Leon. Schurzfleiſchii.

PRŎPĔRUS, *a, um*, feſtinus, celer, behend, eilend, haſtig; ut, *Greſſus properi*, Val. Flacc. 4, 176. *Pede propero*, Catull 63 de Aty, v. 34. *Properus iræ*, Tac. An. 11, 26, 3, jähzornig. *Venit properus*, Ovidius Met. 7, 647.

¶ Prŏpere, adverb. celeriter, eilends; ut, *Abi propere*, Ter. Heaut. 1, 3, 9. conf. Nep. 15, 4, 3. *Propere exſequi*, Virg. Æn. 6, 236. Stat. 5 Silv. 1, 125 *Propere inſula quæ toroſque inſtruit.*

¶ Properĭter, adverb idem. Nonius 11, 63 ex Catulli quodam: *Animula miſerula properiter abit.* Plura ex Pacuvio & Accio idem Nonius 2, 663. Et Auſon. Parental. 27, 1 *Amita Veneria properiter obiit.*

¶ Prŏpero, *are*, feſtinare, eilen. Cicero pro Mil. c. 19 *Properare Romam.* Idem fam. 12, 25 *Inde ventis remique in patriam omni feſtinatione properavi.* Et cum infinit. *Rem properavi deducere in judicium*, Idem Att. 1, 16. ¶ 2. Veteres hoc verbi & ἐνεργητικῶς, pro *accelerare*, beſchleunigen. Servius notat ad illud Virgilii Æneid 9, 401 *Pulchrum properet per vulnera mortem; Id enim antique dictum, ut a Plauto: Properate prandium.* Sic & Tac. An. 2, 31, 4 *Iuvarit Tiberias, petitionem civitatis, quamvis recenti, niſi voluntariam mortem properaviſſet*, hatte er nicht ſelbſt den tod befordert. Et, *Iter properare*, Idem Hiſt. 3, 40, 2: *delitionem*, Idem An. 2, 22, 2: *fugam*, Val. Flacc 4, 573. Similiter Horat. 1 epiſt. 3, 28 *Hoc opus, hoc ſtudium parvi properemus & ampli:* id eſt, propere & ſine mora capeſſamus & complectamur. Differunt autem *maturare, properare & feſtinare. Maturat*, qui in tempore atque per otium, nec ſerius nec citius aliquid, aut ſegniter facit: *Properat*, qui celerat, ne tranſigendi occaſio elabatur: *Feſtinat*, qui coactus neceſſitate, quod cepit, raptim tractat, nec perficit plane. Vide Feſtum in *Properare*: & Gell. 10, 11; & 16, 14: itemque Servium ad illud Virgilii Georg. 1, 259 *Frigidus agricolam ſi quando continet imber, Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno, Maturent ediſtor.* Huic notioni paſſivum reſpondet. Plin. Pan. neg. c. 51 *Inde per ſecretos, inde latebroſa occulta celeritate propellantur.* Horat. epod. 17, 21 *Mulieribus Tyriis iteratæ vellera lanæ Cui properabantur:* conf. Ovid. Met. 5, 396.

¶ Prope-

¶ Properans, *tis*, eilfertig, ſchleunig. Cicero Att. 4, 4 *Hæc properantes ſcripſimus.* Plinius 5, 9 *Properantes aquæ*, i. e. rapide & concitate fluentes. conf. Horat. Art. poët. v. 17. Sic, *Lingua properante legere*, Ov. Pont. 3, 5, 9. Compar. Auſon. epiſt. 1, 27 *Properantior hæres.* Et Claud. in Rufin. 2, 337 *Feſtinantque rotam ſolito properantior urget.*

¶ Properanter, adverb. celeriter, eilend, ſchleunig. Lucret. 5, 391 *Vsque adeo properanter ab omnibus ignibus ejus Fervitium celeri tolerabatur origine flammæ.* Salluſt. Iug. c. 8 *Si properantius pergeret.* Tac. An. 2, 55, 1 *Quo properantius deſtinata inciperet.* Sil. 7, 747 *Cæſpite de viridi ſurgunt properantius aræ.* Ovid. Faſt. 4, 673 *Hanc quondam Cytherea diem properantius ire Iuſſit.* Lege 8 Cod. Theod. de appellat. & pœnis &c. *Intra viceſimum diem, quæcunque ad inſtructionem pertinent cauſſæ, ad comitatum noſtrum properantiſſime volumus adferri.*

¶ Prŏpĕrantia, *æ*, f. die Eil. Salluſt. Iug. c. 36 *Ex tanta properantia.* Tac. An. 12, 20, 3 *Pericula ex properantia.*

¶ Prŏpĕrātus, *a, um*, geeilet, in Eil gemacht; ut, *Stilus properatus*, Quint. 10, 3, in Eil, obenhin geſchrieben. *Carmine properata*, Ovid. Pont. 3, 4, 59. *Naves properatæ*, raptim & properanter factæ, Tac. An. 2, 6, 2. conf. 2, 80, 7. *Opus brevi properatum tempore*, Ovid. Pont. 2, 11, 1. *Mors properata*, ein frühzeitiger oder ſchneller tod, Idem Triſt. 3, 3, 34. Compar. Solinus c. 39 *Lucinæ illis properatius tempus eſt*, ſie gebähren eher. ¶ 2. Subſtantive Cicero pro Mil. c. 19 *Properato opus eſt.* conf. Plaut. Trin. 3, 3, 78; & Mil. 3, 1, 209. Sic &

¶ Properato, adverbialiter, in Eil, eilends, ſchnell. Tac. An. 13, 1, 4 *Nec minus properato Narciſſus ad mortem agitur.*

¶ Prŏpĕrātim, aliud adverb. idem. Pompon. apud Nonium 2, 663 *Pergis properatim.* Et Cæcil. ibid. *Properatim confectum eſt opus.* Etiam Gellius 12, 15 ex Siſenna allegat, dicirque eſſe notius.

¶ Properatus, *ûs*, m. ſubſt. die Beſchleunigung. Gell. 10, 11 *In properatu rei ruſticæ maturari poteſt.*

¶ Properatio, *ōnis*, f. die Forteilung, Eilfertigkeit. Quintius Cicero Tironi ſam. 16, 27 *Qua parcius frater perſcripſerat, verecundia videlicet & properatione.*

¶ Prŏpĕrābĭlis, *e*, eilſam. Tertullian. de Anima c. 43 *Calore properabili, & rigore tardabili.*

Compoſita:

¶ Appropĕro, *are*, accelerare, vel properare, hinzu eilen; ut, *Approperare ad cogitatum facinus*, Cicero pro Mil. c. 17, den anſchlag eilends ins werk ſetzen wollen. *Iam magis jam appropero*, Plaut. Caſ. 5, 2, 16. *Adde gradum, appropera*, lauf, Id. Trin. 4, 3, 3. *Interciſis venis mortem approperavit*, Tac. An. 16, 14, 5.

¶ Approperātus, *a, um*, unſäumig, geſchwind vollbracht; ut, *Approperato opere*, Liv. 27, 26. *Opus adeo approperatum eſt*, Id. 4, 9.

¶ Deprŏpĕro, *are*, davon eilen, in Eil verfertigen. Horat. 2 ode 7, 24 *Quis udo Deproperare apio coronas Curatve myrto?* i. e. valde propere texere. Plaut. Pœn. 1, 2, 108 *Prius deproperant ſedulo ſacrificare.*

¶ Exprŏpĕro, *are*, celeriter conſummare. Gruterus Inſcript. p. 669 n. 10 vetus epitaphium profert, quod incipit: *Hic Aquilæ cineres miſerabilis urna ſepultos Contegit, & fatis exproperata nimis Occidit &c.*

¶ Imprŏpĕrus, *a, um*, tardus, langſam. Silius 3, 95 *Improperæ cui ducant fila ſorores*, id eſt, cui Parcæ longævitatem dent.

¶ Imprĕpero, *are*, hinein eilen, apud Plinium 36, 13 de labyrintho Portenæ: *Quo ſi quis improperet ſine glomere ſimi &c.* ¶ 2. *Improperare* idem eſt ac objicere, inculare, exprobrare, fürwerfen. vid. Plaut. Rud. 3, 2, 28, & Petronii Fragm. c. 38 & ibid. not. Scheffer. p. 77. Sic & Chryſolog. Serm. 84 *Ne alteri improperaret, quod ipſe donaverat.* ¶ 3. Sed, *Improperata veſtigia*, id eſt, non feſtinata, Virg. Æn. 9, 798. Sic &

¶ Improperanter, adverb. gemächlich. Auſon. Epitaph. 35 de equo: *Improperanter agens primos e carcere curſus Fortis prægreſſis ut potueris equis.*

¶ Improperatus, *a, um*, idem ac tardus, langſam. Virgil. Æneid. 9, 797 *Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus Improperata refert.*

¶ Impröperium, *i*, n. vox medii ævi, dedecus & ignominiam ſonans, ſchmach. Onomaſt. Vet. *Improperium, ὀνείδισις.* Vulg. Interp. Ebr. c. 11, 26 *Improperium Chriſti*, græce *ὀνειδισμόν.* Vſus & Ambr. ad Virg. lapſam c. ult. & Hieron. in Pſ. 42 (41) v. 4. Adde Voſſ. de Vit. Serm. 3, 15. Et Quint. Trib. Mar. c. 1 ed. Obrecht. *Sempiternum inceſſit improperium paludatis.* Sed Burm. p. 76 cum Gibſone *opprobrium* legit, quia recurrit c. 3.

¶ Perpropere, adverb. plötzlich, ſehr behend. Plaut. Mil. 2, 4, 10 *Peri perpropere.*

¶ Præpröperus, *a, um*, nimium properus, gar zu eilend. Cicero fam. 7, 8 *Ex literis tuis cognovi præproperam quandam feſtinationem tuam.* Sic, *Celeritas præpropera*, Liv. 31, 42 *Ingenium præproperum*, Id. 22, 41, zu hitzig. *Præproperus amor*, Val. Max. 6, 3, 6.

¶ Præpropĕre, adverb. idem; ut, *Præpropere agere*, Livius 2, 45. Idem 22, 3 *Satis apparebat, ferociter omnia ac præpropere acturum.* Adde ibid. c. 19, ubi cum *raptim* conjungitur. Id. 37, 23 *Feſtinans præpropere.*

¶ Præprŏpĕro, *are*, gar ſchnell ſeyn. Gloſſ. Vet. *Præproperat, προπετεύεται.* Inde

¶ Præproperanter, adverb. ſehr eilend. Lucretius 3, 781 *Certare præproperanter*

Propes, vide *Pes* n. 3, Propetro, *Patro*, Propexus, *Pecten.*

PRŌPHĒTA, *æ*, m. *προφήτης*, a *πρόφημι*, qui aliquid prædicit, vates, ein prophet, weiſſager, prieſter. *Ægyptii* ſacerdotes ſuos ita vocabant. Apud de dogm. Plat. 1 p. 2 *Aſſiri quam ad usque Ægyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addiſceret*, Id. de mundo p. 56 *Veluti prophetæ quidam Deorum majeſtate completi effantur.* Idem 2 Met. p. 127 *Zachias adeſt Ægyptius, propheta primarius.* Porphyrius lib. 4 *περὶ ἀποχῆς* etiam ſacerdotes Iovis in Creta *Prophetas*, appellat. Feſtus: *Prophetas dicebant veteres antiſtites fanorum oraculaque interpretes.* Tertull. carm. adv. Marc. 3, 120 de Davide: *Maximus rex atque propheta*, conf. de Hieremia v. 169 &c.

¶ Prŏphētis, *ĭdis*, fœm. *προφῆτις*, eine prophetin, weiſſagerin.

¶ Prophetilla, *æ*, f. idem. Tertull. de Præſcript. c. 51 *Puellam quaſi prophetiſſam ſequitur.* Diſplicet Voſſio de Vit. L. L. 1, 12.

¶ Prophetĭa, *æ*, f. *προφητεία*, divinatio, die prophecyung, weiſſagung. Tertull. de Anima c. 35 *Ex ſupplemento prophetiæ.* conf. Id. Exhort. Caſtit. c. 4; & adv. Marc. 1, 10; & de Præſcript. c. 51.

¶ Prophetālis, *e*, prophetiſch. Tertull. adv. Valent. c. 28 *Prophetiale patrocinium.*

¶ Prophetālis, *e*, idem. Hieron. epiſt. 7 ad Lætam: *Prophetales libri:* Et Chryſol. Serm. 84 *Prophetali ſpiritu.* Venant. Fortunatus 5 carmine 4, 58 *Prophetali virgine*, ut Browerus quidem edidit. Nam Fabricius adjectivum alio refert, eodem tamen ſenſu:

Quodque prophetalis virgine fœtus agit.

¶ Prŏphētĭcus, *a, um*, *προφητικός*, idem; ut, *Prophetica vox*, Tertull. Exhort. Caſtit. c. 10. Conf. de Coron. Mil. c. 7; & de Virg. veland. c. 5. Prudent. Cathem. 7, 179 *Prænuncupatus ore qui prophetico Emanuel eſt.* Conf. Periſteph. 14, 631.

¶ Prŏphētĭce, adverb. idem. Tertull. de Monach. c. 4 *Prophetice dictum eſt.* Cont. de Virgin. veland. c. 5; Auguſtin. epiſt. 19 c. 3; & de Civ. D. 18, 43 fin. & c. 44.

¶ Prophēto, *are*, pro *prædicere*, prophezeyen weiſſagen. Vocem detortam ex græco, *προφητεύειν* uſurparunt Tertull. de Reſurr. carn. c. 28; Hieron. epiſt. 103 c. 7; Prudent. Periſteph. 13, 101. vid. Barth. ad Claud. Mamert. p. 288, & Cellar. Cur. Poſter. p. 250.

¶ Prophetĭzo, *are*, idem. Vulg. Int. Matth. 26, 68 *Prophetiza nobis.*

¶ Pſeudŏprŏphēta, *æ*, m. *ψευδοπροφήτης*, propheta vel doctor falſus, ein falſcher prophet; ut, *Semo pſeudo prophetarum*, Tertull. de Reſurr. carn. c. 24. conf. de Anima c. 2; & de Præſcript. c. 4 &c.

¶ Pſeudoprophētis, *ĭdis*, f. *ψευδοπροφῆτις*, eine falſche prophetin. Tert. de anima c. 57 *Eundem ſpiritum in pſeudoprophetide mentiri.*

¶ Pseudoprophetĭa, *æ*, f. *ψευδοπροφητεία*, eine falſche weiſſagung. Tertull. de Jejun. c. 11 *Aut pſeudoprophetia eſt, aut hæreſis.*

¶ Pſeudoprophetĭcus, *a, um*, falſch weiſſagend. Tertull. de Pudicit. c. 21 *Quid ſi pſeudopropheticus ſpiritus pronuntiavit?*

Propilo, *are*, vide ſupra *Pila.*

PRŌPĪNO, *avi, atum, are*, græcum eſt, a *προπίνειν*, præbibere, zutrincken, übertrinken, zubringen; ut, *Nemo propinabit, Calliopius, tibi*, Martial. 6 epigr. 44. Et, *Cryſtallinisque myrrhinisque propinat*, l. 3 epigr. 81, ubi primam produxit poëta; heuti etiam l. 1 epigr. 69 *Cœnat, propinat &c.* & 8 epigr. 6 *Hac propinavit &c.* Cicero Tuſc. 1, 40 *Theramenes propino*, inquit, *hoc pulchro Critiæ. Græci enim in conviviis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſunt.* conf. Plaut. Pſeud. 5, 1, 18 ſq. De more propinandi, i. e. *φιλοτησίας* Veterum v. Drakenb. & Heinſ. ad Sil. 11, 301. ¶ 2. Impr. prie Plaut. Stich. 3, 2, 16 *Propino tibi ſalutem plenis faucibus*, i. e. opto. Nam ſalutantis vox eſt, non propinantis proprie. Ter. Eun. 5, 8, 57 *Hunc comedendum & devidendum vobis propino*, id eſt, trado, vel porrigo, den übergebe ich euch auszulachen. Proditores patriæ, *hoſtibus eam propinare*, dixit Demoſthenes, *προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς.* Ennius apud Nonium 1, 140 *Mortalibus veſtis propinat &c.*

¶ Propīnātor, *ōris*, m. qui propinat, ein zutrincker. Ex Ovid. de Arte am. 1, 187 vulgo arceſſitur. Heinſius autem & eruditiſſimus quisque ibi legit *procuſtator.*

¶ Propīnātio, *ōnis*, f. das zutrinken. Sen. epiſt. 83 *Cum propinationes tuas ſtrati ſomno & vomitantes recenſuerint.* Idem de Ira 2, 33 *Propinationibus crebris aliquam laceſſere.* Et Gell. 10, 17 *Propinationem adoleſcentis filii deplorans.* Alii legunt ibi *potationes.* conf. Petron c. 113.

Propinquitas, propinquus &c. propior, vide ante *Prope.*

PRŌPĪTIUS, *a, um*, placidus, favens, günſtig, geneigt, gnädig; ut, *Propitii parentes*, Ter. Adelph. 1, 1, 6. *Propitia fortuna*, Cic. ad Octavium. Et Plaut. Curc. 4, 2, 45 *Cui homini Dii ſunt propitii, lucrum ei profecto objiciunt.* Et, *Propitia eſſe voluntate*, i. e. benevola, Nepos 10, 9, 6. Eſt a *prope*, quaſi *prope itans*; unde & primam natura ſua corripit. Sen. Agam. v. 399 *Et ſi propitios, attamen lentos Deos.* Eſt enim in ſecunda regione trochaicus, non dactylus; quippe quo Seneca eo loco nuſquam uſus eſt. Nec aliter Plautus poſuit. Et Epici ideo abſtinuerunt hac voce, quod heroici carminis legem fubire haud poſſet. Prudentius tamen Hymno Agnetis v. 130 *Purgabor undis propitiabilis*: prima producta dixit, uti & alibi: licenter ſcilicet: atque is plura alia contra regulam. Ei vero patrocinantur, qui *Propitius* dictum volunt, quaſi *prorſus* aut *porro pius.* vid. Beckmann. Orig. p. 879; Voſſ. Etymol. p. 413, & Pincier. Pareg. 2, 36. Hinc & Iuvenc. Hiſt. 1, 43 *Numine propitius rerum pater &c.* qui tamen metri Prudentio etiam negligentior eſt. ¶ 2. *Propitius* placatos homines dici vetuſtas voluit, verſolut, teſte Nonio 6, 85, ubi Lucilius etiam *iratos* & *propitios Deos* oppoſuit. Et Cic. pro Cæl. c. 17 *Haic ego Deos propitios, plerique autem iratos putabunt.*

¶ Propitiabĭlis, *e*, aptus ad propitiandum, verſöhnlich. Ennius apud Nonium 2, 669 *Huic eſt animus propitiabilis.* Prudent. Periſteph. 14, 130 *Oris propitiabilis fulgor.* Et Tertull. de Jejun. c. 15 *Placabilis & propitiabilis Deo.*

¶ Propītio, *avi, atum, are*, placare, conciliare, propitium facere, verſöhnen, begütigen. Plaut. Pœn. 1, 2, 120 *Vt Venerem propitiem.* Suet. Oth. c. 7 *Manes propitiare.* Curt. 4, 7, 24 *Carmina, quo propitiari Iovem credant.* Plinius 28, 2 *Solicitudinem animi propitiare*, den Kummer ſtillen.

¶ Propitians, *tis*, verſöhnend, beſöhnend. Curt. 4, 13, 15 *Ariſtander præibat preces regi, Iovem, Minervam, Victoriamque propitiantes.*

¶ Propi-

¶ Propitiatus, *a, um,* ausgesöhnt. Prudent. Peristeph. 3, 215 de Eulalia: *Prospicit hoc, populosque suos Carmine propitiata fovet.*

¶ Propitiatus, *ūs,* m. subst. die versöhnung. Vulg. Interpr. Sirac. c. 5, 5.

¶ Propitiatio, *ōnis,* f. idem. Macrob. in Somn. Scip. 1, 7 pr. *Quod apotropaeum minae, litatio propitiationis avertit.* Sen. Qu. Nat. 2, 36 *Expiationes propitiationesque prodigiorum.* Alii: *procurationesque.* Adde Nonium 4, 366.

¶ Propitiātor, *ōris,* m. ein versöhner, apud Hieronymum epist. 146 ad Damasum, ex sacro usu de Christo redemtore.

¶ Propitiatrix, *īcis,* f. die versöhnerin. Ambrot. ad Virgin. lapsam c. 4.

¶ Propitiatōrium, *i,* n. Ita Interpres Vulgatus reddidit ἱλαστήριον, Rom. 3, 25. Germ. der gnadenstuhl. conf. Isidor. 15, 4.

¶ Expropitio, *are,* ausversöhnen. Gloss. gr. lat. ἐξιλάσκομαι, *Expropitio, Expio, Pio.*

¶ Repropitio, *are,* wieder versöhnen. Tertull. ad Nation. 1, 17 *Neque imagines Caesarum repropitiando, hostes populi nuncupamur.* Passiv. *Repropitiari,* wieder gnädig seyn. Vulg Interpr. Levit. c. 19, 22.

Proplasma, proplastice, vide *Plasma,* Propnigeon, *Pnigeus.*

PROPOETIDES, *um,* f. pl. filiae Amathuntiae, Venerem aspernatae, ideoque vulgatis corporibus suis, in silicem versae: Ovid. Met. 10, 221 & 238.

PRŌPŌLA, *ae,* m. προπώλης, qui pluris vendit merces, quas in portu primus anticipat minori pretio, ein vorkaufer kramer, höcker. *Panis & vinum a propola,* Cic. in Pis. c. 27. Male ibi Turnebus *propala* legit, ut docet Scaliger in Culicem Virg. Ver. Gloss. *propola,* πωλεύς. Locum Lucilii v apud Nonium 4, 118 extr. ¶ 2. Graecis *Propola* est *pararius,* sive *proxeneta emptoris,* ein meckler. v. Voss. Etym. p. 413.

PRŌPŌLIS, *is,* f. πρόπολις, materia cerosa, quae in alveariis præ spiraculis reperitur, der vorstoß, Varro R. R. 3, 17. vide *Pissoceros.*

PRŌPŌMA, *ātis,* n. πρόπομα, propinatio, der zutrunck, erste trunck. *Propomata* sunt velut antecedentia pocula & bibendi proœmia. Pallad. Febr. c. 32 *Vt propomata sponte nascantur,* i. e. vina condita sive mellita. vid. Cael. Rhodig. 7, 26; & 21, 7.

Propontis, vide *Pontus,* Proportio, *Pars,* Propositio &c. *Pono.*

PROPRIVS, *a, um,* faciunt a *prope,* eigen, eigenthümlich, das einem allein gehörig. Genitivo & dativo jungitur. Cic. fam. 7, 30 *Id est cujusque proprium, quo quisque fruitur aeque utitur.* Id. Phil. 3, 11 *Libertas propria Romani generis.* Contrarium *commune* est. Id. de Senect. c. 11 *Id non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis.* Sic, *Adimere alicui, quae sua erant propria,* Id. pro Rosc. Am. c. 52, einem nehmen was sein eigen war. *Rem alicujus certo ac proprio vocabulo nominare,* Id. pro Caec. c. 18. *Rei alicujus propria vis & natura,* Id. Somn. Scip. c. ult. *Propria est nobis mentis cogitatio,* Quint. 1, 1. *Nunc proprii unius & parvi admodum Nolani praesidii praeda famus,* Liv. 23, 42, h. e. quod uni certae urbi destinatum propriumque est. ¶ 2. Borrichius in Vindic. Lat. p. 192 putat, veteres saepe *proprium* pro *suo,* & vicissim *suum* pro *proprio* i. e. imo majoris etiam evidentiae causa *suum proprium* conjunctim posuisse. Et dixit sane Cicero Phil. 2, 38 *Suo Marte;* nec deterius *proprio Marte,* Ovid. Pont. 4, 7, 14. Sic Cic. de Orat. 1, 33 *Vires exercent suas.* Ait Liv. 2, 53 *Non placebat propriis viribus bella gerere.* Sic, *propriam pellem, proprios ungues* dixit Horatius 1 Sat. 6, 22; & 1 ep. 7, 51 &c. Quin & Cic. de Orat. 1, 10 *Suam quamdam propriam facultatem:* Caes. B. C. 3, 20 *Propriam suam calamitatem:* Liv. 3, 70 *Suo proprio periculo:* 4, 8 *Suo proprio magistratu:* & 27, 38 *Annibalem suo proprio occupandum bello.* Itaque non temere damnandae formulae, *propria manu, propriis oculis* & praesertim eam emphasin, exclusionemve aliquam voluntis significare. Alioquin est *mea manu,* ap. Cic. Att. 2, 23; & 5, 14; &, *bis oculis,* apud Ter. Adelph. 3, 2, 31. ¶ 3. *Proprium* est, quod eripi non potest, quod stabile ac perpetuum est, beständig, immerwährend. Ter. Andr. 4, 3, 1 *Nil ne esse proprium cuiquam?* Vbi Donatus: *Omne quod habemus, aut* MVTVVM *est, aut* PROPRIVM; *ergo* PROPRIVM *perpetuum: ut Virgilius:* Propria haec si dona fuissent. *Ergo nihil nobis proprium esse potest: quod enim non fuit, neque esse quidem potest, aut quod eripi potest, non est nostrum: nisi illa, quae eripi non possunt, ut sapientia, justitia: prudentia: quae fortuna neque dare, neque eripere potest.* Vide eumdem etiam ad Illud Ter. 5, 5, 3 eadem fabula: *Ego Deorum vitam propterea semper eorum esse arbitror, quod voluptates eorum propriae sunt.* Horat. 2 sat. 6, 4 *Nihil amplius oro, Maja nate, nisi ut propria haec mihi munera faxis,* i. e. domum, urna atque sabilia. Nepos 3, 4, 2 *Parva munera divina: locupletia non propria illi consuerunt.* Caes. B. C. 3, 70 *Montiones enim propriam & expeditam Caesaris victoriam interpellaverunt; Propriam,* id est, certam ac indubitatam, quae manu velut teneretur, nec eripi posset. *Partam & praesentem* inox c. 73 vocat. Cic. pro L. Manil. c. 16 *Quod ut illi proprium sit atque perpetuum, Quirites, velle & optare debetis.* vide & Nonium 4, 316.

¶ Proprium, *i,* n. subst. apud Logicos est die eigenschaft, eigene art. Vti Quint. 5, 10 describit, *est aut quod soli accidit, ut homini risus; aut quod utique accidit, sed non soli, ut igni calefacere. Et sunt ejusdem rei plura propria, ut ipsius ignis lucere, calere &c.* conf. 7, 3; & Mierael. Lex. Philos. p. 1152. Cic. Tusc. 3, 30 *Proprium stultitiae aliorum vitia cernere, oblivisci suorum.* Id. N. D. 1, 37 *Hoc proprium est animantium, ut alii, alia appetant.* Id. ad Quint. Fr. 1, 1, 13 *Illud est proprium epistolae &c.*

¶ Proprie, adverb. eigentlich. *Id proprie tuum est,* Cic. fam. 9, 15. Id. Phil. 2, 31 *O hominem nequam, quid enim aliud Sicam magis proprie nihil possum dicere.* Cic. Agrar. 2, 31 *Pecuniae tanto, quam pro, vix parva pars possit malle,* eigenthümlich. Et Off. 1, 30 *Deorum quasi a natura indati sumus personis: Una est communis, ex eo, quod omnes participes sumus rationis; altera, quae proprie singulis est attributa.* Id. Attic. 5, 2 *Cerera universe mandavi, illa proprie.* v. Burm. ad Quint. Decl. 12, 1 p. 245.

¶ Proprietas, *ātis,* f. die eigenschaft. Cic. Acad. Qu. 4, 18 *Singularum rerum singula proprietates sunt.* Liv. 35, 17 *In frugibus peculiaribusque non tantum femina ad servandam indolem valent, quantum terrae proprietas calidae, sub quo alantur, putat.* Cels. 5, 28 *Morborum proprietates.* Vitruv. 1, 4 *Veritas restituatur in antiquam proprietatem.* Quint. 8, 2 *Proprietas verborum.*

¶ Proprietarius, *i,* m. ein eigenthumsherr. L. 13 Dig. de pecul. &c.

¶ Proprio, *are,* zueignen. Festus exponit antiquum *propriasse, proprium fecerit.* Cael. Aurel. Acut. 1, 15 *Per tenues vias propriari.* Id. Tard. 5, 12 *Solidiora adoptione proprii mori.* Hinc

¶ Propriatim, vel Propritim, adverb eigentlich. Arnob. 3 p. 125 *Res exigit, propriatim Deos scire.* Et Lucret. 2, 913 *Genus hominum propritim auctum est.* Sic refert Nonius 11, 18. Alii malunt *propriatim.*

¶ Approprio, *are,* proprium sibi facere, zueignen. Sub Ovidii nomine poetaster quidem de Vetula aliquoties usus est, teste Vossio de Vit. L. L. 4, 1. Barthius etiam hoc verbo corruptum Britonis locum lib. 9, 596 putat sanari posse. Gloss. lat gr. *Appropriare,* προσφίζειν.

¶ Appropriatio, *onis,* f. die zueignung; ut, *Appropriatio ciborum,* Cael. Aurel. Tard. 2, 13.

¶ Improprius, *a, um,* minime proprius, uneigentlich. Quintil. 8, 2 *Quod apud nos* IMPROPRIVM, ἄκυρον *apud Graecos vocatur.* Plin. 37, 8 *Impropriam cognomen.*

¶ Improprie, adverb. idem. Gell. 6, 6 *Quasi improprie & insolite dictum.* Id. 17, 10 *Perabsurde & improprie dixit &c.*

¶ Impropriĕtas, *ātis,* f. ein unrichtiger verstand. Gell. 1, 22 extr. *Cavenda est non impropriĕtas sermonis verbi, sed etiam pravitas omnis.*

PROPTER, praepolit. flatum in loco significans est *prope,* juxta, nächst, an, bey; ut, *Propter aquae vivum,* hart oder zunächst bey dem bach, Virg. ecl. 7, 87 ex Lucretio. *Duo filii propter patrem cubantes,* Cic. pro Rosc. Am. c. 23. Et Liv. 28, 8 *Oppida propter Appiam viam,* id est, juxta. Plaut. Amph. 4, 1, 7 *Perigam exquirere Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri compleverit: Quem propter,* id est, propter quem, sive juxta quem accubans &c. Ter Eun. 2, 3, 76 *Cibum nonnunquam capiet eum ea, interdum propter dormiet,* § 2. Causam impulsivam notat, ob, um, wegen; ut, *Propter invidiam,* Ter. Phorm. 2, 1, 46. *Propter tuum in me amorem,* Cic. fam. 1, 3; &, *Legibus propter metum parere,* Id Paradox. 5, 1, id est, invidiae, amoris, metus causa, um abgunst, liebe, furcht willen. Interdum omittitur *propter,* & genitivo solo indicatur: v. g. *Indignatio patris,* i. e. propter patrem vide quos laudat Burm. ad Quint. decl. 2, 13 p. 51. ¶ 3. *Propter viam sacrificare,* dicebantur profecturi, quod Graecis ἐξιτήρια θύειν est, ein opfer der reise halber. Fiebat autem hoc sacrum Herculi, & oportebat omnia eo igne abiumi, ut in aliis Herculis sacris. Vnde Catonis jocus: Nam in quemdam, qui bonis omnibus comestis, domum incenderat, *propter viam fecisse,* dixit, qui combusserit, quod non potuerit comesse, ut refert Macrobius Sat. 2, 2. Vide & Festum atque ibi Scalig. & Taubm ad illud Plauti Rud. 1, 2, 62 *Propter viam illi sunt vocati ad prandium* Pulchre hinc Eucharistiam describit H Grotius Silv. Lib. 1 p. 13 *Hae dapes sunt funerales, hoc sacrum Propter viam: Cena jam mori parantibus inque procinctu data.* v. Couturii diss. de Vita priv. Romanorum 3; quae habetur in Commentariis Academiae inscript. T. 2 p. 449. ¶ 4. Causam efficientem exprimit aut finem. Ita Cic. fam. 7, 27 ext. *Propter se* (h. e fua ope) *liberos,* ait, *esse reliquos.* Ita pro Rosc. Am. c. 22 *Propter quos hunc suavissimum civem adjuverit,* h. e. parentes. Id. pro Mil. c. 22 *Servis propter, quos vivit,* h. e. quorum opera. Plin. 35, 4 s 10. *Propter Philochoren* (pictorem), *Glauciones & Aristippum* (ab eo depictos) *spectat Pompeius Ro.* Sed finem Cic Att. 7, 5 *Tironem propter benevolentiam & in destinatum male salvum, quam propter usum meum.* Id Fin. 1, 26 *Virtus ex se & propter se expetenda.* ¶ 5. Et adverbialiter. Ter. Adelph. 4, 2, 39 *Ibi magistratum propter est,* zunächst ist ein gaßlein ꝛc. Et Hieron. epist. 26 ad Pammach. sub fin. *Aedificato monasterio & diversorio propter existente.*

Propterea, vide *Is, ea, id.*

Proptosis, vide *Ptosis,* Propudium, *Pudet,* Propugnaculum, propugnator &c. *Pugno,* Propulsatio, propulso, propulsus &c. *Pello,* Propylaeum, *Pylae.*

Proquaestor, vide *Quaero,* Proquam, *Pro,* Proquirito, *Quirinus.*

PRORA, *ae,* f. πρῷρα, prior navis pars, (uti *puppis* posterior,) das vorderste am schiff. Cic. de Orat. 3, 46 *Quid tam in navigio necessarium, quam latera, quam carinae, quam prora, quam puppis &c.* Liv. 24, 34 de Archimedis machina: *Sustinebat prora navium in puppim statuebat.* Virg. Aen. 7, 35 *Terramque advertere proras.* ¶ 2. Tralate & proverbialiter: *Prora & puppis consilii,* i. e. summa, πρῶτα καὶ πρυμνα, barau, kommt alles an, Cic. fam. 16, 24. Adde Chiliadas.

¶ Prōrēta, *ae,* m. qui sedet ad proram, ut regat, πρωρεύτης graece, der steuermann. Plaut. Rud. 4, 3, 75 *Si tu prorsus isti navi es, ego gubernator ero.* vid. Turneb. Adversar. 28, 43; & Parei Lex. Crit. p. 1005.

¶ Prōreus, *ei,* m. dissyllab. πρωρεύς, idem; quo usus est Ov. Met. 3, 634 *Ponemetum, Proreus, & quos contingere portus Ede, velis, dixit.*

¶ Biprōrus, *a, um,* hat zween vorderheile hat; ut, *Biprora navis,* Hyginus fabula 168; item fabula ult.

Prōrepo, prorepto, vide *Repo,* Proreta, proreus, *Prora.*

PRORĪGA, *ae,* m. qui equos admittit, stutenmeister. Plin 8, 42. vide supra *Perrigo,* & Herald. in Arnob. p. 225. A *prurigine* dictum putabat Scaliger, quod somnium dicit Hardouinus ad Plin. l. c. & ab antiquo *riga, ere* pro *regere,* ut *arrigere* & *erigere,* ita etiam *prorigere* derivat. Add Comm. ad Varr. R. R. 2, 7, 8 & 2, 8, 4.

Prōripio, vide *Rapio,* Prorito, *Irrito,* Prorogare &c. *Rogo.*

PRORSVS, & Prorsum, adverb. omnino, in universum, gänzlich, durchaus, allerdings; ut, *Ita prorsus oblitus sum mei,* Ter. Eun. 2, 2, 14 so gar. *Verum prorsus nullam intelligo,* Cic. de Orat. 2, 14 extr. *Nulla modo prorsus assentior,* Id. Nat. D. 3, 8 extr. *Haec mihi prorsus valde placent,* Id. fam. 6, 20, 4. Adde ibid 5, 12, 2 & 3. ¶ 2. Est autem *prorsus,* quasi *proversus,* igitur propie est recta, ante, πρόσω &c. recht für sich, vorwerts. Plaut. Perſa 4, 5, 5 *Simulato quasi*

eas prorſum in navem. Et, *Rurſum prorſum curſare,* hin und wieder lauffen, Ter. Hec. 3, 1, 35. Ita Cic. Att. 14, 20 ext. *Prorſus ibat res,* i. e. bene ſuccedebat.

¶ Prorſus, *a, um,* rectus, porro verſus, gerade, hinwertś. Donatus in Ter. Eun. 2, 3, 14 PRORSVM, inquit, *eſt porro verſum, id eſt, anteverſum. Hinc & prorſa oratio, quam non inflexit cantilena.* Feſtus: PRORSI LIMITES *ſunt in agrorum menſuris, qui ad orientem directi ſunt:* quibus *transverſi* opponuntur. Apul. Florid. 4 p. 361 *Prorſa & vorſa facundia.* Apud Plinium 5, 29 ita legi obſervavit Pintianus. Atque ita Muretus & Cæl. Calcagninus in antiquis auctorum codicibus legi annotarunt. conf. & Parei Lex. Crit. p. 1006. Sed vulgatius eſt

¶ Prōſa, *æ,* f. & *proſa oratio,* Colum. 11, 1 pr. id eſt, ſoluta, eine ungebundene rede. *Proſa* nimirum pro *prorſa.* Veteres enim & *proſum* pro *prorſum* dicebant, ut *ſuſum* pro *ſurſum &c.* Afranius apud Feſtum in REMEARE: *Vetuit me ſine mercede proſum Paccius remeare in ludum.* Ennius: *Rufus proſus reciprocat fluctus feram.* Et aliis multis locis apud auctores. Gell. 10, 18 ext. *Theodectus in tragœdia magis quam in proſa placuit.* Plin 5, 29 de Cadmo, & 7, 56 de Pherecyde: *Proſam orationem condere inſtituit.* Male igitur Muretus *Proſam orationem* latine dici negat, ut Palmerius advertit in Spicilegio, & Scaliger Auſon. Lect. 1, 14. De quo ita Caſaub. ad Lamprid Alex. Sev. c. 59 RETRORSVS, *qui retro fert pedem,* εἰς τὸ ὀπίσθεν ποδευτικὸς, *& contra* PRORSVS ποδευτικὸς εἰς τὸ πρόσθεν. *Unde* oratio Proſa Vorſa *opponitur. Nam qui verſus ſcribunt, abſoluto uno verſu, etiam minimo, & qui lineæ parvam partem occupet, retro tamen veſtigia legere coguntur, ut alium verſum inchoent: in ſoluta oratione contra, quamvis latiſſime pateat materia, in qua cogitationes noſtras exſeramus, nihil vetat porro pergere ad extremam usque materiæ latitudinem.* Vellej. 1, 17, 3 *Perfectum proſæ eloquentiæ decus.* Auſon. Profeſſ. Burdigal. epigr. 21, 14 *Proſa ſolvam, & vorſa loqui.* Id. epigr. 3, in eisdem Profeſſ. v. 4 *Seu proſis ſolvere ora modis.* ¶ 2. *Proſæ* dicuntur, teſte Gloſſario, pexæ veſtes, πεξὸν ἱμάτιον. Hinc in Inſcript. apud Gruterum *Proſariæ artis negotiator* eſt, qui veſtes pexas vendit. Sic, *cretariæ, lintiariæ artis negotiatores,* in iisdem. ¶ 3. *Proſa,* Dea, a recti partus & poteſtate & nomine dicta, ſicuti a perverſo partu *Poſtverta.* vid. Gell. 16, 16.

¶ Proſe, adv. laudant Plaut. Amph. 2, 2, 107 *Confidenter proſe & proterve loqui.* Sed recte alii dividunt *pro ſe;* uti etiam in Rud. 4, 4, 69 *Pro ſe fabulari.* Neque enim aliter patitur ſententia.

¶ Prōſaĭcus, *a, um,* non ligatus, ungebunden. Fortunatus 7 carm. 11 *Proſaico quoties direxi ſcripta relatu.* Id. 2 de vita Martini ſub fin. *Cujus proſaicus cecinit prius acta Severus;* Is eſt Sulpicius Severus, qui vitam ejusdem proſa ſcripſit.

¶ Prōſārius, *a, um,* idem. Sidonius 3 epiſt. ult. *Comperi, quod meas nugas, confectas opere proſario, lectione dignere.* Et 9 epiſt. 13 *Proſario loquendi genere diſtrictus.* conf. epiſt. 16 extr. ¶ 2. Sed *Ars proſaria* etiam eſt, quæ curat tunicas pexas. vid. Salmaſ. de Vſur. p. 342.

Prorumpo, proruptor, vide *Rumpo,* Proruo, prorutus, *Ruo.*

Proſa, proſaicus, vide *Prorſus,* Proſapia, *Sipo.*

Proſapodoſis, vide *Doſis,* Proſatus, *Proſero* in *Sero.*

Proſcenium, vide *Scena,* Proſcholus, *Schola,* Proſcindo, proſciſſio &c. *Scindo,* Proſcribo, proſcriptio &c. *Scribo,* Proſecro, *Sacer,* Proſecta &c. *Seco,* Proſecutor, *Sequor,* Proſeda, proſedamum, *Sedeo.*

Proſelenus, vide infra *Selenion.*

PRŌSĒLŸTVS, *i,* m. ὁ προσήλυτος, vox græca, *advenam* ſive *adventitium* notat: nempe qui ex gente ſua ac patria in aliam migravit. Heſychius exponit πάροικος ἀλλοεθνής. Specialiter, quatenus hæc vox eſt biblica, ſignificat illos, qui e gentibus non coacti ſe judaicæ addicebant religioni, Jüdengenoſſen. Iſidor. 7, 14 *Proſelytus eſt advena, qui miſcebatur populo Dei.* Erant *proſelyti* vel *juſtitiæ,* qui abdicato gentilismo religionem Iudaicam ample&tebantur; vel *domicilii,* qui quidem ad Iudæos accedebant, non autem omnes Iudaicæ religionis recipiebant ritus, &c. ſed Noachica tantum obſervabant præcepta. vid. Paul. Slevogt. pecul. diſſert. de Proſelytis. Vſi hoc vocabulo Patres: ut, Tertull. adv. Iudæos c. 1 *Proſelytus Iudæus &c.* conf. Id. Marc. 3, 21; & Vulg. Interpr. Act. c. 2, 11.

¶ Proſelyta, *æ,* f. de fœmina, quæ ad Iudæos tranſiit. v. Sponii Antiqu. Miſc. Sect. 378.

PRŌSERPĪNA, *æ,* f. a Περσεφόνη, Cereris ex Iove filia, quæ & *Diana* & *Lucina* & *Hecate* eſt. Refertur ad Lunam, ut pleraque Dearum nomina, quemadmodum oſtendit Macrob. Sat. 1, 21. Raptum ejus (Pluto enim amore ejus captus ex campis Ennenſium abduxit,) Ovid. Met. 5 fab. 6, & Claudianus peculiari opere deſcribunt. Habes eamdem fabulam & apud Cic. Verr. 4, 48; Ovid. Faſt. 4, 423, & Stat. Theb. 12, 269. Primam corripuit Hor. Od. 2, 13, 21, alias produxit, ut & Ovid. v. g. met. 5, 391.

¶ Proſerpināca, *æ,* f. herba eximii adverſus ſcorpiones remedii, wegtritt, Plin. 27, 12; & 26, 4. Apulej. de Herb. c. 18.

¶ Proſerpinālis, *is,* f. herba, alias *dracontion,* drachenwurtz, apud Marcell. Empir. c. 9.

PRŌSEVCHA, *æ,* f. προσευχή, ein bet-haus. Iuvenalis 3, 296 *In qua te quæro proſeucha?* Vbi varia Scholiaſtes vetus affert de vocis hujus ſignificatione. Optume illud: προσεύχεσθαι græce orare dicitur. *Et* PROSEVCHA, *locus Iudæorum, ubi orabant.* Non enim aliud fuiſſe *proſeuchas,* quam ædes ſacras, quas Romæ & Alexandriæ, & in aliis urbibus plures habuere Iudæi precationibus deſtinatas, luculentis auctoribus teſtatiſſimum eſt. vid. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 91. Quod ſi in quibusdam oppidis nullæ ejusmodi ædes eſſent, ſecedebat in litora proxima populus, ut ibi oraret, quæ loca & ipſa ſic appellata, ex Actis Apoſt. c. 16, 13 conſtat: & inde *litorales orationes* apud Tertull. ad Nationes 1, 13. Ioſephus, cujus locum Leopardus notavit Emendat. 3, 4, *Proſeucham μέγιστον οἴκημα* vocat, *πολὺν ὄχλον ἐπιδέξασθαι δυνάμενον,* i. e. *maximam domum, magnam turbam capere valentem &c.* Et has *proſeuchas* easdem cum ſynagogis fuiſſe, obſervat Grotius ad Matth. 4, 23. De Proſeuchis Maſſalianorum (Hæretici fuerunt) Epiphanius contra Hæreſes, hæreſi 80, de quibus nonnulla & Scaliger notat Elencho trihæreſi Serrariani c. 28 & c. 31. vide & Sam. Petitum lib. 9 Var. Lect.

Proſiciæ, vide *Seco,* Proſilio, *Salio,* Proſinurium, *Murus.*

PROSLAMBĂNŌMĔNOS, *i,* m. προσλαμβανόμενος, phthongus muſicus ita dictus, apud Vitruvium 5, 4.

Proſodia, vide *Oda,* Proſonomaſia, *Onoma.*

PRŌSŌPIS, *idis,* & Proſopites, *idis,* f. προσωπὶς & προσωπίτης, herba, alias *Perſonacia,* Apul. de Herb. c. 36. ¶ 2. *Proſopites* etiam Ægypti præfectura, Plin. 5, 9.

¶ Prŏsōpon, *i,* n. πρόσωπον, i. e. *facies* ſive *perſona;* ut, κωφὸν πρόσωπον, perſona muta, apud Martialem 6 epigr. 6. ¶ 2. *Proſopon* papaver ſilvaticum, wilder mohn, magſaamen, Apul. de Herb. c. 53.

¶ Prŏsōpŏpœia, *æ,* f. προσωποποιία, ficta oratio alienæ perſonæ, ut Quintilianus 6, 1 p. 506, & 9, 2 p. 775 ſeqq. interpretatur, cum rebus ſcil. mutis vel perſona vel ſermo tribuitur, quemadmodum *Terræ* Ovid. lib. 11 Met. & *Patriæ* Cic. in 1 contra Catil. Exempla alia paſſim obvia ſunt. ¶ 2. Omnem etiam orationem, quæ non ex perſona dicentis profertur, *proſopopœian* vocat Quintil. 1, 8 p. 94.

¶ Proſopopœïcus, *a, um,* προσωποποιικὸς, i. e. per fictionem perſonæ dictus: ut, *Proſopopœicus ſermo,* Firmic. de Error. prof. relig. p. 21.

Proſpecto, &c. vide infra *Species,* Proſpeculor, *Specula.*

PROSPER, *a, um,* fortunatus, felix, glücklich, gut, geſegnet, günſtig; ut, *Exitus proſper,* Cic. Att. 9, 7 pr. *Proſpera fortuna,* Horat. 4 oda 14, 37; &, *Flatus fortunæ proſper,* Cic. Off. 2, 6, gut glück. *Proſper ſucceſſus,* Livius ſine præfat. *Proſpera valetudo,* Suet. Iulio c. 45. *Proſpera fama,* Tac. An. 14, 51, 5 i. e. integra & inviolata. *In proſperis nimia humanæ fragilitatis oblivio,* Curt. 4, 14, 20. *Quæ proſpera tibi & populi Romani imperio evenere,* Liv. 21, 21. *Proſperius fatum,* Ovid. Faſt. 3, 614. *Æquora proſperiora,* Claud. ad Serenam v. 60. *Acre atque proſperrimum bellum,* Vellej. 2, 69, 6. ¶ 2. Invenitur & *Proſperus:* Cic. in Somnio Scip. c. 4 *Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iovis.* Val. Max. 3, 7, 1 *Nec minus animoſus minusve proſperus illius in Aſiam tranſitus &c.* Sil. 10, 202, uti in MSS. eſt. *Occidit, immoriens magnis non proſperus auſis.* v. Drakenb. ad h. l.

¶ Proſpĕre, adverb. idem; ut, *Proſpere evenire,* Cic. fam. 3, 12, wohl glücken, gerathen. *Magnis viris proſpere ſemper omnes res eveniunt,* Id. Nat. D. 2 extr. *Quia prima ſucceſſerant proſpere,* Liv. 44, 31. v. Cort. ad Sall. Catil. c. 26. *Arundo proſperius loco reſoluto quam denſo deponitur,* Colum. 4, 32. Adi & Gellium 1, 13; & 6, 6. Et *Bello proſperius cedente,* Aur. Victor in Carino. *Omnia geruntur proſperrime,* Vellej. 2, 97, 1. *Proſperrime dimicare,* Suet. Cæſ. c. 36.

¶ Proſperĭter, idem, ex Ennio apud Priſcian. 15 p. 1010.

¶ Proſperĭtas, *ātis,* f. felicitas, glück, glückſeligkeit; ut, *Proſperitates ſecundæque res improborum,* Cic. Nat. D. 3, 36. Et ante paullo: *Commoditatem proſperitatemque vitæ a Diis habemus. Proſperitate valetudinis uti,* i. e. ſanitate conſtanti & diuturna, Nepos 25, 21, 1. *Proſperitas rerum,* Suet. Calig. c. 31.

¶ Proſpĕro, *āre,* beglücken, ſegnen, glückſelig gerathen laſſen. Liv. 8, 9 *Dii Deæque, vos precor, uti populo R. victoriam proſperetis,* ihr wollet ſieg verleihen. Ita Tac. An. 3, 56 *Veneratus deos, ut conſilia ſua reipubl. proſperarent.* Plaut. Perſa 2, 3, 11 *Amico meo proſperabo,* ich will ihm gutes thun. Id. Caſin. 5, 4, 26 *Hanc tibi nunc veniam minus gravate proſpero.* Paſſive Auguſt. de Civ. Dei 5, 25 *Conſtantinus in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt.* Et Gloſſ. Cyrilli: *Proſperabitur,* αἰσιοποιηθήσεται.

¶ Proſperans, *tis.* Val. Maxim. 7, 2, 5 *Non proſperantibus avibus,* i. e. non addicentibus.

¶ Proſpĕratus, *a, um,* geſegnet, beglücket; ut, *Proſperata felicitas,* Tertull. Apolog. c. 6. *Proſperatus Deus,* Prudent. Periſt. 10, 365. *Proſperata ſignis ſalutaribus paſſio,* Cæl. Aurel. Acut. 2, 27, 145.

¶ Proſperātio, *ōnis,* f. das glück ſagen. Cyrilli Gloſſæ: *Proſperatio,* κατευόδωσις.

¶ Adproſpĕro, *āre,* beglücken, beſeligen. Plaut. Amph. prolog. v. 13 ſub perſona Mercurii: *Hæc ut me vultis adproſperare.* Sic: Pareus: alii, *approbare.*

¶ Improſper, *a, um,* unglücklich. Tac. An. 3, 24, 2 *Auguſto fortuna domi improſpera fuit.* Id. 14, 65, 2 *Improſpera inſidiarum moles,* h. e. ſine ſucceſſu.

¶ Improſpĕre, adverb. idem. *Libertas improſpere repetita,* Tac. An. 1, 8, 7. *Improſpere cedere,* Colum. 1, 1, übel und unglücklich abe lauffen.

¶ Perproſper, *a, um,* ſehr glücklich. Suet. Claudio c. 31 *Valetudine perproſpera uſus eſt.*

PROSPER, *ĕri,* m. Aquitanicus, Auguſtini diſcipulus, Pelagianorum malleus. Initio notarius Leonis P. R. acpoſt epiſcopus Rhegienſis in Gallia provinciæ Narbonenſis, cujus opera ſæpius edita. vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. 2, 17, & de Hær. Pelag. 1, 18.

Proſpergo, vide *Spargo,* Proſpex, proſpicio, &c. *Species.*

PROSVMNVS, *i,* m. ignominioſus amator Liberi, ejusque index ad inferos. v. Arnob. 4 p. 176 & Obſerv. Elmenhorſt. p. 171.

PROSTAS, *ădis,* f. προστὰς, veſtibulum, der eingang. Vitruv. 6, 10 *Spatium datur introrſus; Hic locus apud nonnullos proſtas nominatur.*

¶ Proſtăſia, Proſtātes, vide infra *Staſis.*

Proſtheſis, vide *Theſis,* Proſtibulum, proſtituo, &c. *Statuo,* Proſtrator, *Sterno,* Proſubigo, *Ago,* Proſumio, proſūmo, *Sumo.*

PRŎSYMNA, *æ,* f. Argolica regio, ubi Iuno colebatur. vid. Strab. lib. 8, & Stat. Theb. 1, 383, & 4, 44.

Proſymnus, vide *Proſumnus.*

PRŌTĂGION, *i,* n. vini genus, quod Italicis proximum fecerane Aſclepiadis ſcholæ, uti indicat Plinius 14, 7.

PRŌTĂGŌRAS, *æ,* m. Abderites, Menandri filius, Democriti auditor, qui primus mercede docuit artem rhetoricam. v. Laërt. lib. 9, & Gell. 5, 3. Idem 5, 10 Protagoræ pactionem cum Evathlo deſcribit, quam alii Coraci tribuunt. vide Apul. Flor. p. 360; & ſupra *Corax.* ¶ 2. Alius *Protagoras* aſtrologus; alius item ſtoicus, de quibus Laërtius.

¶ Pro-

¶ Protagŏrius, vel Protagorĭcus, *a, um,* adject. ut, *Protagorium responſum,* Gell. 5, 11.

PRŌTĂSIS, *is,* f. *πρότασις,* propoſitio, prima pars, & occaſio adeo prima comœdiæ, der vortrag, oder urſach des ſpiels. Progreſſus enim *Epitaſis,* finis *Cataſtrophe* eſt; v. Apul. de Syllog. Categ. p. 29; & Gell. 5, 11.

¶ Prōtăticus, *a, um, πρωτατικὸς,* ad Protaſin pertinens, zum vortrag gehörig; ut, *Perſona protatica,* quæ tantum loquitur in protaſi, i. e. primo actu fabulæ, ut Donatus docet.

Protectio, &c. vide *Tego,* Protēlo, *āre, Telum,* Protendo, *Tendo,* Protĕnus, *Pro,* Protervia, protervus, &c. *Torvus.*

PRŌTĔSĬLĀUS, *i,* m. unus ex Græcorum ducibus, ad bellum Trojanum profectis, qui navem egreſſus omnium primus interfectus eſt ab Hectore, ſicuti oraculum ei prædixerat. Ejus uxor Laodamia in ſolatium mœroris umbram mortui amplexa exſpiravit. vid. Ovid. Met. 12, 68; & Heroid. epiſt. 13.

¶ Proteſilaëus, *a, um,* adject. Catull. carm. 69, 73 *Proteſilaëam Laodamia domum.*

Proteſtor, *āri,* vide *Teſtis.*

PRŌTEVS, *i,* m. duabus ſyllabis, *Πρωτεύς,* Deus marinus fatidicus, qui ſe ſubinde in varias figuras mirabiliter converteret. Vnde Horatius *Mutantem vultus Protea* appellat 1 epiſt. 1, 90. v. Virg. Georg. 4, 382. *Proteo mutabilior,* proverb. Diod. Siculus 1, 62 ex hiſtoria ſumtam fabulam tradit: Regem Ægypti enim *Protea* fuiſſe ſcribit Trojani belli tempore, qui aliorum Ægyptiorum regum exemplo pro inſigni ſeu diademate nunc leonis, jam tauri, modo draconis priori parte, alias vero aut arbore aut igne fuerit uſus. Alii vero alio modo interpretati hanc fabulam ſunt. v. Serv. ad ſupra indicatum Virg. locum & in primis Cerdam; it. quos laudat Drakenb. ad Sil. 7, 423; nec non Polyæn. præfat. de Strateg. ¶ 2. Proteus etiam dictus eſt ille pſeudophiloſophus peregrinus, qui vitam finivit ſpontaneo vivicomburio, quo de Tertull. libro ad Martyres, Euſebius in Chronicis, & Ammian. 22, 41. Ex inſtituto autem Lucianus ſingulari de hac ejus morte commentatione. Meminit illius etiam Athenagoras p. 244 Legat. pro Chriſtian.

¶ Protea, *æ,* f. herba, alga paluſtris, Apulej. de Herb. c. 67.

Protheorema, vide *Theorema,* Prothymiamata, *Thymiama.*

PRŌTHȲMIA, *æ,* f. *προθυμία,* animi propenſio, benignitas, die gunſt, willfährigkeit. Plaut. Stich. 4, 2, 53 *Vides benignitates hominum, ut periere & prothymiæ,* id eſt, cupiditas & alacritas in dando, die luſt und willigkeit zu geben.

¶ Prothȳme, adv. ex græco *προθύμως,* muthig, frölich. Plaut. Pſeud. 5, 1, 23 *Diem prothyme ſumere.*

Prothyris, prothyrum, vide *Thyra,* Protinam, protinus, *Tenus.*

PRŌTŎCOLLVM, *i,* n. *πρωτοκόλλον,* prima concinnatio, hoc eſt, id quod breviter notatur a tabellione in prima voluminis charta agglutinata, unde nomen habet, ein kurtz verzeichniß oder entwurff, protocoll. v. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 703; & Voſſ. de Arte Gramm. 1, 37.

Protocomium, vide *Coma.*

PRŌTŎGĔNES, *is,* m. nobiliſſimus pictor, qui vixit eodem cum Apelle tempore. Demetrio regi Rhodum oppugnanti, cum extra murum in horto pingeret, & qua id auderet fiducia, a rege interrogaretur, reſpondit: *Scire ſe, bellum eſſe Demetrio cum Rhodiis, non cum artibus,* Plin. 35, 10. conf. Iuvenal. 3, 120.

Protomartyr, vide *Martyr,* Protomedia, *Media.*

Protomyſta, vide *Myſta,* Protoplaſtus, *Plasma,* Protopraxia, *Praxis,* Protoſedeo, *Sedeo,* Protoſtaſia, *Staſis.*

PRŌTŎTŎCOS, *i,* f. *πρωτοτόκος,* quæ primum peperit, Heva, prima parens, die erſte mutter. ¶ 2. Sed *πρωτότοκος,* virilis generis, primogenitus, der erſtgebohrne, Luc c. 2, 7 &c.

Prototŏmus, vide *Tomus,* Prototȳpus, *Typus,* Protractio, &c. *Traho.*

PROTREPTĬCVS, *a, um, προτρεπτικός,* admonitorius, exhortatorius, anmahnend, aufmunternd; ut, *Sermo protrepticus,* eine anmahnungsrede, Symmach. 1 epiſt. 31. *Libellum, quem ad nepotulum inſtar protreptici luſeram,* Auſon. epiſt. ad Edyll 4. Sic *M. Tullius Hortenſium ad exemplum protreptici ſcripſiſſe* dicitur Treb. Pollioni de Sal. Gallieno c. 2. Abſolute etiam *Protrepticon* exſtat loco tituli in Statii 5 Silv. 2, & in Auſonii Edyll. 4.

Protrimentum, protrītus, vide *Tero,* Protrŏpum, *Tropus.*

PROTRȲGĔTON, *i,* n. *προτρύγετον,* ſtella ad dextram Virginis, quam noſtri *provindemiam* vocitant; Vitruv. 9, 6.

Protubĕro, vide *Tuber,* Protumidus, *Tumeo,* Proturbo, *Turba,* Protutela, protutor, *Tueor,* Protypum, *Typus.*

PROTŸRVM, *i,* n. vinum apud inſulam Lesbon, Vitruv. 8, 3.

Provectio, &c. vide *Veho,* Proventus, *Venio,* Proverbium, &c. *Verbum,* Providentia, &c. *Video,* Provincia, &c. *Vinco,* Proviſio, proviſo, *Video,* Provocatio, provŏco, *Vox,* Prout, *Vt,* Provulgo, *Vulgus.*

PROX, exclamandi particula, quaſi *proba vox,* ut exiſtimat Feſtus. Plaut. Pſeud. 5, 1, 33 *Prox! jam pæne inquinavi pallium.* vid. ibi Taubman. qui legit *Pax.*

Proxenēta, proxeneticum, vide *Xenium,* Proximus, &c. *Prope.*

PRŪDENS, *tis,* quaſi *providens,* ſapiens, vorſichtig, klug. Cic. fam. 4, 14 *Qui me malebant nimium timidum, quam ſatis prudentem exiſtimari.* Id. pro Font. c. 15 *Ad conſilia prudens.* Id. pro Cluent. c. 38 *Quis Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior, &c.* Salluſt. Cat. c. 8 *Prudentiſſimus quisque negotioſus maxime erat.* ¶ 2. Item ſciens vel peritus, erfahren, kundig: ut, Nepos 9, 1, 2 *Prudens rei militaris;* Tac. Hiſt. 2, 25, 1 *doli:* It. *provinciæ,* Id. Agric. 19, 1; *artis,* Ovid. Heroid. 5, 150. ¶ 3. Interdum conjunguntur *Prudens* & *ſciens.* Ter. Eun. 1, 1, 27 *Et prudens, ſciens, vivus videnſque pereo.* Vbi Donatus hæc duo ita diſtinguit, ut PRVDENS dicatur, qui intelligentia ſua aliquid ſentit: SCIENS, qui indicio alterius rem cognoſcit. Cic. fam. 6, 6 *Ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus,* vorſetzlich, mit wiſſen und willen. Plin. 10, 29 *Omitto prudens.* ¶ 4. Et in malam partem: Iuvenalis 3, 86 *Adulandi gens prudentiſſima.* Vide *Adulator.*

¶ Prūdenter, adv. ſapienter, provide, weislich, fürſichtialich; ut, *Facere prudenter,* Cic. de Fin. 5, 6. Id. de Amic. c. 2 *Multa Catonis & in ſenatu, & in foro, vel proviſa prudenter - - vel acta conſtanter.*

Suet. Tib. c. 21 ex Auguſti epiſtola: *Non potuiſſe quemquam prudentius gerere ſe, quam tu geſſeris, exiſtimo.* Cic. Divin. 2, 5 *Belli adminiſtrationem prudentius conjectura aſſequi.* Ibid. c. 72 ext. *Acutiſſime ſententias ſuas prudentiſſimeque defendere,* conf. Att. 13, 1; & fam. 5, 17. Et Val. Max. 3, 3 ext. 4 *Anaxarchus totius mundi naturam prudentiſſime & facundiſſime expromſit.*

¶ Prūdentia, *æ,* f. providentia, *eſt rerum expetendarum fugiendarumve ſcientia; ars vivendi,* Cic. Off. 1, 43, verſtand, klugheit, vorſichtigkeit. *Prudentiam* vero, ut eſt apud Nonium 1, 198, *a providendo dictam, dilucide oſtendit M. Tullius Hortenſio; Id enim eſt ſapientis* PROVIDERE, *ex quo ſapientia eſt appellata prudentia.* v. ibi plura. *Prudentiam adhibere ad omnes res,* Cic. Att. 12, 4. Val. Flacc. 4, 622 *Sæpe acri potior prudentia dextra.* Virg. Georg. 1, 416 *Rerum fato prudentia major.* Cic. de Invent. 2, 53 ita definit & diſpertitur: *Prudentia,* inquit, *eſt rerum bonarum & malarum, neutrarumque ſcientia. Partes ejus MEMORIA, INTELLIGENTIA, PROVIDENTIA; MEMORIA eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt; INTELLIGENTIA eſt, per quam ea perſpicit, quæ ſunt; PROVIDENTIA eſt, per quam futurum aliquid videtur ante, quam factum eſt.* ¶ 2. Eſt ſcientia, peritia, wiſſenſchafft. C. Nepos 5, 2, 1 *Habebat enim magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris.*

¶ Imprūdens, *tis,* non providens, unvorſichtig, unverſtändig. Nepos 17, 2, 2 *Quo factum eſt, ut omnes imperatores imparatos imprudentesque offenderet,* i. e. nihil ejus opinantes, nihil ejus providentes. Compar. Sen. de Conſt. Sap. c. 19 *Quidquid horum ab imprudentioribus fiet, negligendum.* Et Superl. Idem ep. 9 *Multa facit ſapiens, quæ ab imprudentiſſimis æque fieri videmus.* Colum. 3, 10 *Quis non imprudentiſſimum quemque huic negotio delegat? Itaque veniunt imprudentiſſimi ad rem maxime neceſſariam.* Et c. 20 ext. *Color poteſt vel ab imprudentiſſimo deprehendi.* ¶ 2. Item, inſciens, unwiſſend; ut, *Plus hodie boni feci imprudens, quam ſciens ante hunc diem unquam,* Ter. Hec. 5, 4, 40. *Opprimere imprudentem,* Id. Andr. 1, 3, 22. *Imprudens harum rerum ignarusque omnium,* Id. Eun. 1, 2, 56. *Imprudens tantæ peſtis,* Sil. 5, 166. Adde Bynckersh. Obſerv. Iur. Rom. 2, 10. *Imprudens religionis,* Liv. 31, 14; *maris,* Id. 34, 9; *negotii,* Colum. præf. 1. *Imprudentem* & *inopinantem* conjungit Cæſar B. C. 2, 3; *Freto Siciliæ,* inquit, *imprudente & inopinante Curione, provehitur.* Cic. Verr. 4, 24 *Nihil iſto imprudente factum,* ohne ſein wiſſen.

¶ Imprūdenter, adv. idem. Vellej. 1, 2, 2 *Codrus imprudenter, rixam ciens, interemptus eſt.* Sic, *Ad flammam acceſſit imprudentius,* Ter. Andr. 1, 1, 103. Et Cic. Acad. 1, 1 *Illud imprudenter putant, &c.* Id. Att. 10, 12 *Quo diligentius cogitata, eo facta ſunt imprudentius.*

¶ Imprudentia, *æ,* f. inſcitia, error, die unvorſichtigkeit, unwiſſenheit. *Per imprudentiam ſæpe in oratione verſus dicimus,* Cic. in Orat. c. 56. *Imprudentia eſt, cum ſciſſe aliquid, is qui arguitur, negat,* Id. de Invent. 2, 31. *Peccare imprudentia,* Ter. prolog. Eun. v. 27.

¶ Iurisprūdens, jurisprudentia, vide in *Ius.*

PRVDENTIVS, *i,* m. poëta Chriſtianus, vir conſularis, Hiſpanus, ex urbe Cæſarauguſta. Floruit Theodoſii M. & filiorum ejus temporibus, &, ut Barthius judicat, eo nemo divinius de Chriſtianis rebus unquam ſcripſit. Vita ejus operibus præmittitur. Conf. Nic. Antonii Bibliotheca Hiſpan. vetus.

PRŪĪNA, *æ,* f. ros eſt concretus, der reiff; dicta a *perurendo,* quod fruges perurat; *Vrere* enim & frigus dicitur: vide ſuo loco. Vide & Plin. 2, 60. *Pruinas ac nives perferre,* Cic. Cat. 2, 10. *Nivibus pruinisque obrutus,* Liv. 5, 2. *Quæ neque conglaciaret frigore, neque nive pruinaque concreſceret,* Cic. de Nat. D. 10. *Corpora circumfuſa pruinis,* Virg. Georg. 3, 368. *Glacie rigens hyemisque pruinis,* Petron. c. 122. v. Cannegiet. ad Aviani Fab. 29, 1.

¶ Pruīnōſus, *a, um,* voll reiff, bereifft; ut, *Nox pruinoſa* Ovid. Amor. 2, 19, 22. Et, *Cæli ſtatus frigidus & pruinoſus,* Colum. 4, 23. *Pruinoſa fruteta,* Auſon. Idyll. 14, 13. Et Petron. c. 83 *Sola pruinoſis horret facundia pennis.*

PRŪNA, *æ,* f. ardens eſt, ἡ ἀνθρακὶς, eine glüende kohle. *Carbo* vero exſtinctus, eine gelöſchte kohle. Virg. Æn. 5, 103 *Subjiciunt verubus prunas & viſcera torrent.* Adagium in Chiliad: *Ne cinerem vitans in prunas incidas,* cognatum illi, *Fumum fugientem in ignem incidere.*

PRŪNVS, *i,* f. arbor, der pflaumbaum, Colum. 2, 2.

¶ Prūnum, *i,* n. fructus, plural. *pruna,* pflaumen. *Pruna Damaſcena,* zwetſchken, oder Ungariſche pflaumen vid. Martial. 13 epigr. 29. *Pruna cerea,* Virg. ecl. 2, 53, vel *cerina,* Plin. 15, 13, ſpillinge. *Pruna ſilveſtria,* ſchleen; *Pruna aſinaria,* roßpflaumen. Plin. c. l.

¶ Prunētum, *i,* n. locus prunis conſitus, ein pflaumen-ort.

PRŪRIO, *ire,* quaſi *peruri,* jücken, lüſtern ſeyn; ut, *Caput prurit,* Plaut. Bacch. 5, 2, 75. *Num tibi mala aut dentes pruriunt?* verlangt dich etwa nach maulſchellen? Id. Pœn. 5, 5, 36. *Prurire in pugnam,* Martial. 5 epigr. 103, hitzig ſeyn zum ſtreit.

¶ Pruriens, *tis.* Cæl. Aurel. Tard. 4, 9, 133 *Nemo pruriens corpus fœminando correxit.* Et Martial. 12 epigr. 97 *Tinctæ ſale pruriente chartæ,* h. e. impudicæ.

¶ Prurītus, *ūs,* m. ſubſt. der kützel, das jucken, die krätze. Plin. 9, 45 *Vis pruritu mordax, cademque quæ terreſtris urticæ.* Serenus v. 87 *Pruritus autem ſalſos levat humor aceti.*

¶ Prurīga, *æ,* vide *Peroriga* & *Proriga.*

¶ Prūrīgo, *ĭnis,* f. idem ac *Pruritus,* vel *Porrigo,* de qua ſupra, die räude, das jucken. Colum. 7, 5 *Subeſt* (ſub lana) *aſpera cutis, & velut quædam prurigo.* Martial. 14 epigr. 23 *Si tibi moroſa prurigine verminat auris.*

¶ Prūrīgĭnōſus, *a, um,* kützlicht, jückend, krätzicht. L. 3 Dig. de Ædilit. edicto, *Pruriginoſi vel ſcabioſi.* item geil: In Priapejis n. 63 p. 48 *Quæ tot figuris non inventis pruriginoſa diſcedit.*

¶ Prurĭōſus, *a, um,* idem. Cæl. Aurel. Tard. 2, 1, 33 *Squilla, quam vulgo bulbum prurioſum vocant.* Ita emendat Reineſ. Var. Lect. 3, 18 p. 665.

¶ Pruriſco, *ĕre,* frequent. Vnde

¶ Perprūriſco, *ĕre,* hefftig jücken. Plaut. Stich. 5, 5, 20 *Perpruriſcere uſque ex unguiculis.* Et Apul. Met. 10 p. 249 *ex unguiculis perpruriſcens mulier,* id eſt, ſalacisſima.

PRŸSIAS, æ, m. Bithyniæ rex, ignavus, mollis & effœminatus; humanis item atque abjectus & plane indignus nominis regii majestate. v. Liv. libr. 45 extr. itemque Suidam. Meminit ejus & Cicero de Divin. 2, 24; Iustin. 32, 4; 34, 4. Nepos 23, 12, 3.

ſ ¶ Prusiacus, a, um, adject. Silius 13, 888 *Donec Prusiacas delatus egniter oras.*

Prusia, vide *Boruſſia.*

PRYMNĒSIVM, i, n. πρυμνήσιον, palus, ad quem funis nauticus religatur, (der pflock daran das ſchiffſeil gebunden wird). Feſto.

PRŸTĂNĒVM, i, n. πρυτανεῖον, locus erat Athenis in arce dignissimus, ubi judices & magiſtratus habere conſilium ſolebant, & in quo publice alebantur, qui bene de republ. meriti eſſent, die herrenſtube, rathsſtube. Sic dictum fuit, quaſi πυρὸς ταμεῖον, id eſt, *tritici promptuarium.* v. Wolff. Tom. 5 Oper. Demoſthenici p. 339, itemque Meurſ. in Areopago c. 11 p. 101. Meminit ejus Cic. de Orat. 1, 54. ¶ 2. Aliis *Prytaneum* proprie eſt, ubicunque Veſta colebatur: dictumque ita putant quaſi πυρὸς ταμεῖον; quod in omnibus Græciæ civitatibus Veſtæ culta: unde & legimus *Prytaneum* Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Eleorum, aliorumque multorum: uti oſtendit Caſaubonus Animadv. in Athenæum 15, 19.

¶ Prytanis, is, πρύτανις, magiſtratum ſignificat, ſeu adminiſtratorem, ſeu ſenatorem, a πρυτανεύω *guberno*, ein rathsherr. Sen. Tranquill. an. c. 3 *Non vis niſi conſul, aut prytanes, aut ceryx, aut ſuffes adminiſtrare rempublicam.* Videndus omnino eſt Spanhemius de Veſta & Prytanibus Græcorum de uſu num. diſſ. 9 p. 700 ſq.

PSALLIVM, i, n. ψάλλιον, circulus, qui freno additur. ¶ 2. Et frenum ipſum. *Pſallium injicere*, eſt, moderamine quodam ferocientem coërcere, ein gebiß ins maul legen; v. Chil. ex Platone 3 de Leg.

PSALLO, ĕre, ψάλλειν, canere vel pulſare fides, ſingen oder auf dem ſaitenſpiel ſchlagen. Verbum eſt mere græcum. Horat. 2 epiſt 1, 34 *Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.* Id. 4 od. 13, 7 *Doctae pſallere*, ein ſänger. Aur. Vict. Cæſ. c. 5 *Pſallere per cœtus.* Apul. Florid. 2 p. 351 *Dextera pſallentis geſtu ſub pulſicubulum citharae admovet.* Et mox: *Pſallendi doctiſſimus.* Id. Met 5 p. 165 *Iubet citharam luqui, pſallitur.*

¶ Pſallocitharista, æ, m. der zum ſaitenſpiel ſinget. Suet. Domit. c. 4. Alii: *Pſilocitharista.* vid. in *Citharа.*

¶ Pſalmus, i, m. ψαλμὸς, ein pſalm, geiſtlich lied, quo nomine Davidica carmina cumprimis notantur. Verbum eccleſiaſticis tritiſſimum. vid. Tertull. adv. Iudæos c. 14; & ad Vxor. 2, 9 &c.

¶ Pſalmiſta, æ, m. ψαλμῳδὸς, ein pſalmſinger. Hieron. adv. Pelag. 3, 1; & 3, 1; & in Eliæ c. 39.

¶ Pſalmĭcen, ĭnis, m. idem; ut, *Clerici pſalmicines*, Sidon. 5 epiſt. 17.

¶ Pſalmĭcānus, a, um, idem. Theodulfus lib. 2 Carm. v. 19 pro Davide poſuit.

¶ Pſalmŏgràphus, i, m. ein pſalmſchreiber. Sidonius concione ſub lib. 7 epiſt. 9 *Sicut pſalmographus ait.* Tertull. carm. 3 adv. Marc. v. 120 *Pſalmographus David.* Venant. Fortunatus lib. 9 carm. 2; & lib. 11 in expoſitione Symboli.

¶ Pſalmodĭa, æ, f. Ψαλμῳδία, cantus ad organa muſica.

¶ Pſaltes, æ, m. ψάλτης, cantor, ein ſänger, ein harfenſchläger. Quint. 1, 10 p. 106 *Pſaltis ſe & geometris multa dicit dediſſe.* Sidon. 8 epiſt. 9 in ſubjecto carmine: *Chorda, voce, metro ſtupende pſaltes.*

¶ Pſaltrius, i, m. idem, Cic. Aruſp. Reſp. c. 21.

¶ Pſaltria, æ, f. eine ſängerin. Ter. Adelph. 3, 3, 34 *Iſthaec jam pcnes nos pſaltria eſt.* Liv 39, 6 *Pſaltriae, Sambuciſtriaque & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.* ubi v. M. recell. Donatum. *Pſaltriae* modulata voce canebant, ſimulque pſalterium feriebant, & in ganeis ac fornicibus verſabantur. Quia vero pſaltriae canebant obſcena carmina, inde *Pſalterium* pro *carmine famoſo.* Cic. pro Sext. c. 54 *Ipſe ille ludius in cœtum mulierum pro pſaltria addocetur.*

¶ Pſaltērium, i, n. ψαλτήριον, inſtrumentum muſicum notum, ein pſalter. Varro ap. Nonium 3, 149 *Scientia docetur, quemadmodum in pſalterio tendamus nervias.* v. Scalig. Fragm. p. 129. Hieron. ad Caſſiod. in expoſ. Pſalterii prologo c. 4 *Pſalterium in modum Δ deltae litterae formatum, ligni ſonora concavitas obſcum ventrem in ſuperioribus habens: ubi chordarum ſita religata, diſciplinabiliter plectro percuſſa, ſuaviſſimam dicunt reddere cantilenam. Huic citharae poſitio videtur eſſe contraria, dum quaedam iſta in imo continet, illud converſa vice geſtit in capite.* Tertull. de Coron. Mil. c. 9 cum *tympanis & tibiis pſalteria* conjungit. conf. adv. Marc. 5, 18. ¶ 2. Liber pſalmorum, ſeu ipſi pſalmi, ein pſalmbuch. Hieron. epiſt. 7 ad Lætam: *Hanni diſcant pſalterium: Scythiae frigora fervent calore fidei.* ¶ 3. Significat & *probrum*, ein paſquill. Paulus ICtus 5 Recept. Sent. c. 4 § 15 *Pſalterium quod vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compoſitum & publice cantatum.* Solebant ſcurrae urbicarii in ſcenam prodire cum cithara aut pſalterio, & aliquid præludii loco præcinere ad colligendum favorem ſpectatorum. Inter quae quum multa jacerent, quae in maledicam mordacitatem abirent, inde *Pſalterio* pro *probris* dicta ſunt. v. Scalig. in lib. 5 Manilii p. 367. Damnat *pſalteria* etiam Quintil 1, 10 p. 88.

¶ Diapſalma, ătis, n. διάψαλμα, eſt commutatio metri vel pauſatio ſpiritus, vel rhythmi diſtinctio, &c. ein abſatz im geſang. v. Hieron. epiſt. ad Marcell. 138; & Iſidor. 6, 19.

PSĂMĂTHE, es, f. fons & mons apud Thebas: Val. Flacc. 1, 364. ¶ 2. *Pſamathe* nympha, Nerei filia & Phoci mater: Ovid. Met. 11, 399. ¶ 3. Alia Crotopi, Argivorum regis, filia, ex qua compreſſa Apollo Linum ſuſtulit, quem inter ſentes a matre occultatum canes lacerarunt, qua de re Statius Theb. 1, 570 ſeqq.

PSAMMETĪCHVS, i, m. rex Ægypti, ob cujus fœvitiam ducenta millia hominum ex Ægypto ad Æthiopes profugerunt. vid. Herodot. & Diod. Sicul. & Plin 6, 30; & 36, 13.

PSAPHON, ōnis, m. Libys deſpectiſſimus, vocales aves edocuit hæc verba eloqui: *Magnus Deus Pſaphon.* Quibus dimiſſis in lucos, ab ignaris commenti, audita hac voce, Libyorum Deus habitus eſt. Vnde proverb. *Pſaphonis aves.* vid. Alex. ab Alex. 6, 4. De Hannone Carthaginienſi idem ſed fruſtra conato v. Ælian. H. V. 14, 39.

PSARONIVS, i, m. lapidis genus apud Plin. 36, 22.

PSĔCAS, ădis, n. ψεκάς, pluvia tenuis, wenn es ſprühet: ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι, id eſt, *Minutulae guttulae imbrem parientes*; v. Chiliad. ¶ 2. Apud Iuvenalem 6, 489 & nomen proprium ancillae eſt. Vide ibi Vet. Scholiaſten. *Pſecades* ſeu ornatrices erant ancillae, kammer-mädgen. Apud Cic. fam. 8, 15 *Deâ nato* venuſtiſſime opponitur *pſecade* ſeu *ancillâ natus.* Ita Dianæ ornatricem nominat Ovidius Met. 5, 172, a ψεκάζειν, *irrorando*, ſcilicet paululum aquæ, ad compoſitionem crinium, ut ornatricum mos fuit. v. Reineſ. Inſcript. cl. 1, 89 p. 124 ſq.

PSEGMA, ătis, n. ψῆγμα, flos æris, kupfferbraun, Agricola. ¶ 2. Et auri ramentum vel aurea arena, chryſitis vel ſcrobs aurea, goldſand, goldkörnlein; cujusmodi in amnibus interdum quibusdam deferuntur. ¶ 3. Item *Pſegmata* particulæ auro abraſæ, was vom gold abgefeilt oder abgeſchlagen wird, feilſpäne.

PSĒPHISMA, ătis, n. ψήφισμα, decretum, judicium, ein rathſchluß: a ψηφίζομαι. Ex Cic. pro Flacco c. 6 & 8 videtur colligi, *Pſephiſmata* in græcis urbibus idem fuiſſe, quod *Plebiſcitum* Romæ dicebatur. Vetus Gloſſarium tamen *Plebiſcitum* non ſimpliciter ψήφισμα, ſed Δήμου ψήφισμα interpretatur; ut ita hoc nomen latius pateat, & decurionum etiam decreta complectatur. Gloſſæ Cyrilli: ψήφισμα *Conſultum, Decretum, Scitum, Conſultatio, Rogatio.* Vſus hac voce & Plinius eſt 10 epiſt. 52.

PSĒPHŌPAECTES, æ, m. ψηφοπαίκτης, præſtigiator, qui calculis ludit & decipit, ein falſcher ſpieler, gaucler, taſchenſpieler.

Pſeudanchuſa, Pſeudoalethinus, &c. vide in *Pſeudos.*

PSEVDOS, eos, n. ψεῦδος, mendacium eſt, ſeu falſitas. Compoſitiones, ſed græcæ pleræque omnes, multæ inde fiunt.

¶ Pſeudŏlus, i, m. ψεύδολος, ſervus veterator & fraudulentus, ein erk-ſchalck, nota Plautina fabula. Cic. de Senect. c. 14.

¶ Pſeudŏmĕnos, i, m. ψευδόμενος, *mentiens*, ut ipſe Cicero Divin. 2, 4 vertit, ſcil. ſyllogiſmus: eſt captionis ſophiſticæ genus, *cum quidquid conſtituitur verum eſſe, ſtatim reperitur falſum*, ut docet Africanus l. 88 ff. ad Leg. Falcid. Cic. Acad. 4, 48 *De ſorite aut pſeudomeno, quas plagas ipſi contra ſe ſtoici texuerunt.* Sen. epiſt. 45 *Quid me detines in eo, quem tu ipſe Pſeudomenon appellas?* Plura vide apud Gellium 5, 17; & 9, 16.

¶ Pſeudoalēthinus, a, um, ψευδοαληθινὸς, i. e. purpuram imitans, purpurfarbicht; ut, *Pſeudoalethinae veſtes*, apud Cyprianum. vid. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 342.

¶ Pſeudŏparum, i, n. ψευδόπατον, falſum ſeu fictitium tabulatum aut pavimentum in ædificio, Imp. Zeno Cod. 8 t. 10 leg. 12 § 3.

¶ Pſeudoſphex, ĕcis, f. ψευδόσφηξ, veſpa mentita & fictitia, Plin. 30, 11.

¶ Pſeudanchuſa, vide *Anchuſa*, Pſeudapoſtolus, *Apoſtolus*, Pſeudenedrus, *Hedra*, Pſeudeſiodia, *Heſiodus*, Pſeudiſodomus, *Domus*, Pſeudobunium, *Bunium*, Pſeudocalidus, *Calor*, Pſeudocato, *Cato*, Pſeudochriſtus, *Chriſtus*, Pſeudocyperus, *Cyperus*, Pſeudodamaſippus, *Damaſippus*, Pſeudodecimius, *Decimius*, Pſeudodia, *Oda*, Pſeudodiaconus, *Diaconus*, Pſeudodictamnus, *Dictamnus*, Pſeudodipterus, *Pteron*, Pſeudoëpiſcopus, *Epiſcopus*, Pſeudoflavus, *Flavus*, Pſeudographus, &c. *Graphe*, Pſeudogratia, *Gratia*, Pſeudoliquidum, *Liquor*, Pſeudologus, *Logus*, Pſeudomelanthium, *Melanthium*, Pſeudonardus, *Nardus*, Pſeudonymos, *Onoma*, Pſeudoperipteros, *Pteron*, Pſeudophilippus, *Philippus*, Pſeudoporticus, *Porta*, Pſeudoprophetа, *Prophetа*, Pſeudoſelinum, *Selinum*, Pſeudoſmaragdus, *Smaragdus*, Pſeudothyrum, *Thyrum*, Pſeudourbanus, &c. *Vrbs.*

PSĪLAE, *arum*, f. pl. a ψιλὸς *nudus*, ſunt veſtes villis carentes; ubi contra *Amphitapae* veſtes i. tapetes utrimque habentes villos. v. Lucil. ap. Nonium 14, 24; & Turnebi Adv. 28, 20.

Pſilocitharista, vide in *Citharа, Chorocitharista.*

PSĪLOTHRVM, i, n. ψιλωθρον, vitis alba Plinio 23, 1; & Pallad. 1, 35. ¶ 2. Vnguentum depilatorium, Martial. 6 epigr. 93, & Lampridio in Heliog. c. 31, eine ſalbe, davon das haar ausfällt; a ψιλόω, *denudo.*

¶ Pſilothro, *are*, pilos exſtirpare per pſilothri medicamentum, die haare ausreiſen, wegbeitzen. Plin. Valer. 3, 52 *Hoc perunctis pſilothriantur.* conf. Barth. Adverſ. 5, 17.

PSIMMYTHIVM, i, n. ψιμμύθιον, ceruſſa plumbaria Plinio 34, 18, bleyweiß, Spaniſchweiß: Agricolæ.

¶ Pſimȳthus, i, m. ψίμυθος, idem, apud Vitruvium 7, 12.

PSITTA, æ, f. ψίττα, genus piſcis. Plin. 9, 16.

PSITTACVS, i, m. ψίττακος, (ψιττάκη, fœm.) ein ſittig, papagey, ἀνθρωπόγλωττος eſt: imitari enim diſcit & exprimere humanas voces. Statius 2 Silv. 4 pr. *Humanae ſolers imitator pſittace linguae*: Scribit Athenæus lib. 9, pſittacum & picas latam habere linguam, ideoque ad vocem emittendam formatam eſſe, & hominem aliarumve avium voces facile imitari. v. Plin. 2, 42. & copioſe Apul. Flor. p. 348 ſq. In pſittacum etiam mortuum elegans eſt elegia Ovidii Amor. 2, 6. Adagium eſt: *Pſittacus ſenex feruiam negligit*, ein alter papagey lernt nicht ſprechen, oder was Hänſgen nicht lernet, das lernet Hans nimmermehr. Pullus enim aſſuefactus usque ad duos ætatis ſuæ annos diſcit. Cæterum ſenex captus indocilis eſt & obliviosus. *Alia voce pſittacus, alia coturnix loquitur.* v. Chiliad.

¶ Pſittăcīnus, a, um, von papagey; ut, *Pſittacinum collyrium*, a colore ita dictum, Scribon. Larg. compoſit. 27.

PSOADĬCVS, a, um, ψοαδικὸς, qui clunium dolore afficitur, der am geſäſſe leidet, Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *de Iſchiadicis & Pſoadicis.*

PSOALGĬCVS, *a, um*, ψοαλγικός, laborans lumbis, lenden-ſiech; a ψόα, *lumbus*, & ἄλγος, *dolor*. Theod. Priſc. 2, 34 *Pſoalgicis convenire*. Male *Pſalgicus* ſcribitur.

PSŌLEOS, *i*, m. ψωλεός, verpus vel etiam grandem ψωλήν, i.e. mentulam habens. In Priap. Carm. 68 *Pſolon ille vocat, quod nos Pſoloenta vocamus*.

PSŌPHIS, *ĭdis*, f. civitas Arcadiæ, Stat. Theb. 4, 296. Vid. intt. ad Ovid. Met. 2, 244. Id. Met. 5, 607 *Vsque ſub Orchomeneon Pſophidaque Cyllenenque*. v. Bur. ad h. l.

PSŎPHŎDA, a ψοφοδής, i.e. qui ſtrepitum metuit, timidus, vide apud Quint. 10, 1 p. 599, ubi *Meditationes in Pſophoda* commemorat.

PSŌRA, *æ*, f. ψώρα, cutis aſperitas, ſcabies, die krätze, räudigkeit; a ψάω, ψῶ, *ſalvo*. Plinius tamen *pſoram* a ſcabie diſcernit 20, 1.

¶ Pſōricus, *a, um*, ut, *Pſoricum collyrium*, eine krätzſalbe. Scribon. Largus compoſit. 32.

¶ Pſōrĭcum, *i*, n. ψωρικόν, medicamentum ex chalcite, quod curat pſoram, Dioſcor. 5, 70; item Celſ. 6, 6; & Plin. 34, 12.

¶ Pſōranthemis, *ĭdis*, f. ψωρανθεμίς, infructuoſa herba roſmarini, Apulejo de Herb. c. 779.

PSŸCHE, *es*, f. ψυχή, anima, die ſeele. *Pſychen* ut formoſiſſimam puellam fiſtit Apulejus Met. 4 p. 155 ſqq. cujus fabulam allegorice ad animam retulit Fulgentius. v. Beroaldi not. p. m. 522. ¶ 2. *Pſyche*, Mathadatis, reguli in Cappadocia uxor, quam eo divertens Catonis Uticenſis filius corrupit; Vnde exiit jocus: *Porcius & Marphadates φίλοι δυο, ψυχὴ μία*, i. e. *amici duo, pſyche una*. Item: *Cato βασιλικὴν ψυχὴν ἔχει*. vid. Cæl. Rhodig. Antiqu. Lect. 24, 9.

¶ Pſychĭcus, *a, um*, ψυχικός, animalis, carnalis, ſleiſchlich). Ita Tertullianus eos, qui ſibi Montaniſtarum jejunia defendenti reluctabantur, vocabat *Pſychicos*, qui non caperent, quæ ſunt ſpiritus, ex 1 Corinth. c. 2, 14. Vide ejus 4 adv. Marc. c. 22, & librum peculiarem, quem ſcripſit *contra Pſychicos*.

¶ Pſychomachia, *æ*, f. ψυχομαχία, i. e. *pugna partium animi*. Ita Prudentius carmen vocat, in quo pugna virtutum & vitiorum, quæ in animo ſunt, eſt deſcripta.

¶ Pſychomantīum, *i*, n. longa penult. ψυχομαντῖον, locus vaticinii, ubi manium fiebat evocatio, der ort, da man die todten-geiſter citirte. Cic. de Divin. 1, 58; & Tuſc. 1, 48.

¶ Pſychotrophium, *i*, n. ψυχότροφον, herba, quæ & veronica, betonica. Plin. 25, 8, Dioſcor. 4, 1.

PSYCHRŌLŪTA, vel Pſychrōlūtes, *æ*, m. qui frigida lavat; apud Senecam epiſt. 53 *Mitto me in mare, quomodo Pſychrolutam decet*. Idem epiſt. 83 *Ille tantus pſychrolutes &c.* a ψυχρόν, *frigidum*, & λύω, *lavo*.

¶ Pſychrolūſia, *æ*, f. ψυχρολουσία, frigidum lavacrum, das kalte bad. v. Cæl. Aurel. Acut. 1, 14, 112; & Tard. 1, 1, 47; & 3, 2, 40 &c.

PSYDRĂCIVM, *i*, n. ψυδράκιον, puſtula, veluti bulla quædam ſupra cutem eminens, eine kleine blatter, blasgen, friſeſel. Celſ. 5, 28.

PSYLLI, *orum*, m. pl. ψύλλοι, Libyæ populi medicandis ſerpentum morſibus celebres. Plin. 7, 2 *Similis & in Africa gens Pſyllorum fuit, ut Agatharchides ſcribit, a Pſyllo rege dicta, cujus ſepulcrum in parte Syrtium majorum eſt. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, ut ejus odore ſopirent eas &c.* quod Celſus negat, 5, 27, 3, quemvis hominum exſugere venenum ſine damno poſſe perſuaſus. Cæterum exſugendo venena medebantur iis, qui a ſerpentibus icti eſſent: Dio lib. 51 cum de Cleopatræ fine tradit, itemque Suet. Aug. c. 17. vide ſupra *Marſi*: item, *Ophiogenes*. Plura de Pſyllis Plin 8, 25, & 25, 10, & 28, 3; Herodot. lib. 4; & Gell. 16, 11.

PSYLLIVM, *i*, n. ψύλλιον, herba, pfollienkraut, nominant & flöh-kraut. ψύλλος enim *pulex* eſt, Plin. 25, 11.

PSŸTHIA, *æ*, f. ψυθία, uvæ genus, roſinen; ut, *paſſo pſythia utilior*, Virg. Georg. 2, 93. Et adjective *Pſythia vitis*, Georg. 4, 269. Statius 4 Silv. 9, 38 *Vel paſſum pſythiis ſuis recoctum*.

¶ Pſythium, *i*, n. paſſum, i.e. vinum ex uvis pſythiis. Plin. 14, 9 *Pſythium & melampſythium paſſi genera ſunt*.

PTARMĬCA, *æ*, f. πταρμική, frutex acri odore ſternutamentum excitans, wilder bertram, Plin. 21, 16.

PTE, adjectio ſyllabica, ablativo ſingulari pronominum quorumdam accedens: ut, *Meapte, tuapte &c. Noſtrapte culpa*, Ter. Phor. 5, 2, 1. *Suopte ingenio*, Tac. Hiſt. 5, 14, 3. conf. Priſcian. p. 947.

PTĔRĔLAS, *æ*, m. Taphiorum rex, de quo Ovid. in Ibin v. 362. ¶ 2. De alio *Pterela* vide Statium Theb. 6, 648; & 7, 632. ¶ 3. De cane etiam hujus nominis Ovid. Met. 3, 212 *Et pedibus Pterelas, & naribus utilis Agre*.

PTĔRIS, *ĭdis*, f. πτερίς, prima ſpecies filicis, ſic dicta, quod folia expanſa habeat velut alas, farrenkraut. Plin. 27, 9; Apulej. de Herb. c. 76; & Dioſcor. 4, 186.

PTERNIX, *ĭcis*, f. caulis rectus, quem habet cactos, herba naſcens in Sicilia, ein artiſchockenſtengel. Plin. 21, 16.

PTĔRŌMA, *ătis*, n. πτέρωμα, murus in altitudinem exſurgens, ita dictus, quod inſtar alæ protegat. Ita Strabo lib. 17 *Pteromata* muros templi, quod erat Heliopoli, appellavit. In verſione German. Pterygia templi Hieroſolymitani vocantur, die zinnen des tempels. Ita & Vitruvius uſus eſt, 3, 2; & 4, 4 & 7.

PTĔRON, *i*, n. πτερόν, proprie ala, penna vel pinna. ¶ 2. Moles ad ædificii latus adjuncta, ein flügel des gebäudes. Plin. 36, 5 & 13.

¶ Pterŏphŏros, *i*, m. πτεροφόρος, regio apud Riphæos montes, ubi nix pennarum ſimilitudine continuo decidit, Plin. 4, 13. ¶ 2. *Pterophori* apud Plutarchum & alios, curſores ſunt, qui peregre proficiſcentes ſurrectas in capite pennas geſtare ſolebant, die federbüſche tragen. Nam inde mos geſtandi pennas in pileis. vid. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 20, 22.

¶ Dipterus, *a, um*, δίπτερος, duas quaſi alas habens, mit zwey flügeln; ut, *ædes dipteræ*, duplicem columnarum ordinem habentes, Vitruv. 3, 1. Et hinc *Pſeudodipteros* vocatur ædes, quæ dipteros quidem videatur, ſed vere non ſit, aliquo columnarum ordine ſublato. v. Vitruv. 7 præf. & 3, 1 & 2. πτερὰ ſunt ad latera ædis columnarum ordines ſive porticus. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

¶ Mŏnoptĕrus, *a, um*, μονόπτερος, i. e. unica ala inſtructus, quaſi dicas unialatum; ut, *Ædes monopteræ*, Vitruv. 4, 7.

¶ Periptĕrus, *a, um*, περίπτερος, ſubſtantive ædes, quæ habet in antico & poſtico & ad latera πτερὰ, i. e. parietes & columnarum ordines. Vitruv. 3, 1. Et adjective Idem 4, 7 *Ædes aliæ monopteræ, aliæ peripteræ*. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

¶ Pſeudopĕriptĕrus, *a, um*, ψευδοπερίπτερος, falſos ordines habens; ut, *Genus figuræ pſeudoperipterum*, Idem Vitruv. 4, 7.

PTĔRŌTVS, *a, um*, a πτερόω, *alas addo*, πτερωτὸς, alatus, anſatus, geflügelt, gehencket. Plin. 36, 26 *Neronis calices, quos appellabant pterotos*, i.e. ex vitro duabus anſis appoſitis.

PTĔRŸGIVM, *i*, n. πτερύγιον, ala, pinnaculum, die zinne auf der mauren. ¶ 2. Et morbus in oculo, das fell im auge. Plin. 34, 10; & Celſ. 7, 7, 5. ¶ 3. Caruncula ab ungue recedens cum dolore, Plin. 23, 1. neider.

¶ Pterygōma, *ătis*, n. πτερύγωμα, eſt pars ædificii inſtar alæ, die zinne am hauſe, Vitruv. 10, 17. vide Baldi Lex. Vitruv. p. 95. & *Pteron*.

¶ Pterygŏphŏrum, *i*, n. πτερυγοφόρον, ſuccinum dictum, quia ſtramina proliciat, floccosque & fimbrias, Cæl. Rhod. 20, 12.

PTĬSANA, *æ*, f. πτισάνη, gerſten-graupen; ἀπὸ τῦ πτίσσειν, ab *excutiendo*, fit enim ex hordeo tuſo, non molito. *Ptiſana triticea*, weitzen-graupen. *Cremor ptiſanæ*, Scrib. Largus compoſ. 93; & Celſ. 3, 7.

¶ Ptiſanārium, *i*, n. decoctum ex ptiſana, ein graupen-mus. *Ptiſanarium oryzæ*, i. e. *Oryza cocta* vel *ptiſana* aut *ſorbitio ex oryza*, ein reiß-mus: Horat. 2 ſat. 3, 155 *Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ*.

PTŌCHĪVM, *i*, n. πτωχεῖον, domus alendis pauperibus deſtinata, ein hoſpital, armen-haus; leg. 15 & 17 § 1 C. de ſacroſ. Eccleſ.

¶ Ptōchŏtrŏphīum, *i*, n. πτωχοτροφεῖον, idem. Sic dictum, quia ibi pauperes nutriuntur, a πτωχὸς, *pauper*, & τρέφω, *nutrio*. vid. leg. 19 & 22 & 23 C. ejusdem tituli de Sacroſ. Eccleſ.

¶ Ptōchŏtrŏphus, *i*, m. πτωχότροφος, qui pauperes alit, ein hoſpital-verwalter, armen-verpfleger. vid. lib. 1 Cod. tit. 3, qui inter alia inſcribitur *de Ptochotrophis*. Adde ibid. leg. 42 *de electione Ptochotrophi*.

PTŎLĔMAEVS, *i*, m. Πτολεμαῖος, nomen proprium fuit regum Ægypti poſt Alexandrum M. continua ſerie; diſcrimen fecit cognomen. Sic Syriæ reges plerique *Seleuci*, aut *Antiochi*; Ægypti olim *Pharaones*. vide ſupra in *Ægyptus*. Inter Ptolemæos laudatur maxime *Ptolemæus Philadelphus*, qui doctiſſimus ipſe fuit, & bibliothecam illam celeberrimam Alexandriæ inſtruxit; ſeptingentorum millium librorum, v. Gell. 6 c. ult. Etiam Moyſis, & Prophetarum libros in Græcam linguam transferri curavit conſilio Demetrii, v. Joſeph. Antiq. Iud. 12, 2. Vide de eo & Vitruv. præf. lib. 7. Nam πτολεμῶν *pugnare* eſt, pro communi πολεμῶν. *Ptolemæorum* ſtemma habes apud Paulum Manutium Quæſtis per Epiſt. 1 epiſt. 10, quæ & ultima eſt. Hiſtoriam ex nummis Ioh. Valens deſcripſit. ¶ 2. *Ptolemæus*, Mauritaniæ rex, Iubæ junioris filius. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 8 p. 543. ¶ 3. *Ptolemæus*, aſtrologus Ægyptius, M. Aurelii fuit temporibus, ut ex Suida docemur. Scripſit Geographiæ lib. IX. libros magnæ conſtructionis Mathematicæ, *Almageſtum* vocant vulgo, id eſt, perfectæ cæleſtium motuum pertractationis XIII; de judiciis aſtrologicis ſeu quadripartitæ conſtructionis libros IV. Sunt & centum ejusdem ſententiæ, in quibus, quæcunque tradit, uſu & experientia ſe habere ac veritati maxime conſentire prodit. Exſtant ea omnia.

¶ Ptŏlemæĕus, *a, um*, adject. Propertius 2, 1, 30 *Et Ptolemææ littora capta Phari*.

¶ Ptolemæium, *i*, n. nomen eſt gymnaſii Athenis, a conditore ita appellatum. vid. Cic. de Fin. 5, 1; & Pauſan. in Attic.

¶ Ptŏlemīis, *ĭdis*, f patronymicum. Sic Cleopatram dixit Lucanus 10, 69 Adjective Sidon. carm. 5, 461 *Ptolemaide gaza*. ¶ 2. *Ptolemais*, Πτολεμαΐς, nomen urbis in Africa Cyrenaica: & alia Palæſtinæ, Plin. 2, 73.

PTŌSIS, *is*, f. gr. πτῶσις *caſus*, a πίπτω, *cado*. Luc. 2, 34. Hinc ¶ Antiptōſis, *is*, f. ἀντίπτωσις, figura ſyntaxeos, cum caſus pro caſu ponitur, ut in illo Virg. Æn. 577 *Vrbem, quam ſtatuo, veſtra eſt*.

¶ Aptōton, *i*, n. ἄπτωτον, indeclinatum; *quod declinationem non admittit, & in quibusdam tantum caſibus invenitur*; ut, *fas, nefas, ſponte*. v. Chariſ. 1 p. 23; Diomed. 1 p. 287.

¶ Diptōton, *i*, n. δίπτωτον, nomen duorum tantum caſuum; ut, *Fors, forte; Suppetiæ, ſuppetias*. v. Iſidor. 1, 6; Diomed. 1 p. 288.

¶ Hexaptōton, *i*, n. ἑξάπτωτον, quod per ſex caſus varietates habet. v. Iſidor. 1, 6; Priſcian. 5 p. 673.

Hŏmœoptōton, *i*, n. vide ſupra in H.

¶ Mŏnoptōton, *i*, n. μονόπτωτον, unius caſus; ut, *Tot, Quot, Neceſſe, Frugi, Dicis cauſſa*. v. Chariſ. 1, p. 22; Diom. 1 p. 288; Priſcian. 5 p. 672.

¶ Pentaptōton, *i*, n. πενταπτωτον, quod per quinque caſus variatur. v. Iſidor. 1, 61; Priſcian. 1, 672.

¶ Pŏlyptōton, *i*, n. πολύπτωτον, oratio caſuum varietate diſtincta. v. Chariſ. 1 p. 251; Diomed 4, 442; Quintil. 9, 3; Mart Cap. 5 p. 175; ut *Litora litoribus contraria, fluctibus undas Imprecor; arma armis pugnent &c.* Virg. Æn 4, 628. Ter. Adelph. 3, 4, 10 *In te omnis ſpes ſita eſt; te ſolum habemus; tu patronus &c.* Sic, *Muſa noſter amor &c.* v. *Muſa*.

¶ Proptoſis, *is*, f. πρόπτωσις; ita Græci morbum appellant, cum oculi procidunt, quos inflammatio e ſede ſua propellit. v. Celſ. 6, 6, 8.

¶ Tetraptōton, *i*, n. τετράπτωτον, nomen quatuor caſuum; ut, *Spes, ſpei, ſpem, ſpe*; Item *Iovis &c.* v. Diomed. 1 p. 288; Priſc. 5 p. 672; Iſid. 1, 6.

¶ Tripτōton, *i*, n. τρίπτωτον, tribus caſibus declinabile; ut: *Opis, opem, ope*. v. Iſid. 1, 6; & plura apud Diom. 1 p. 288; & Priſc. 5 p. 672.

PTŸAS, *ădis*, f. πτυὰς, aſpidis genus, ab exſpuendo veneno lethali ſic nominatum, collo exerto, prætentataque & exploratа cor-

poris, quod petit, distantia, virus ejaculatur, πτύον *spuere* est; vid. Plin. 28, 6.

PTYNX, *gis*, f. πτυγξ, avis nocturna, quæ & *Chalcis* & *Cymidis* dicitur, ein nacht-vogel oder eulen-art, Gesner.

PŪBES, *is*, f. prima lanugo, qua pudor naturalis membra vestit circa annos, qui inde pubertatis vocantur. Cels. 7, 19 pr. *Si ingnen incidendum est, idque jam pube contegitur, ante radendum est.* Hinc ¶ 2. Pubes ipsam partem, quæ sexum distinguit, significat, die scham; ut, *Pube tenus*, Virg. Æn. 3, 427. Apul. Met. 1 p. 105 *Ab umbilico pube tenus cætera corporis renudare.* Ibid. 9 p. 222 *Exiguo tegili tantummodo pubem injecti*, i. e. quoad naturalia. ¶ 3. Adjective, m. männlich, erwachsen. Nepos 10, 4, 4 *Priusquam puer pubes esset.* Et Cic. pro C. Rab. c. 11 *Neminem esse dico, qui pubes tum fuerit, quin arma ceperit.* Dracont. Hexaem. v. 269 de Evæ creatione; *Et sine lacte pio crescit infantia pubes*, v. Gloss. Pubes ἥβη νεὴ ἐνηλὶξ καὶ ἡλίθεος. ¶ 4. Hinc synecdochice pro tota juventute, sive etiam toto populo sumitur, die jugend, junge mannschaft. Cic. pro Mil. c. 23 *Cui senatus totam rempublicam omnem Italiæ pubem &c. commiserat.* Liv. 1, 9 *Ægre id Romana pubes passa.* conf. Borrich. Vindic. p. 194. Virg. Georg. 1, 343 *Pubes agrestis.* Id. Æn. 1, 399 *Puppesque tuæ, pubesque tuorum.* Id. Æn. 9, 74 *Omnis pubes.* v. Fest.

¶ Pūber, *ĕris*, o. adject. mannbar, mündig; ut, *Puber filius*, Cic. Off. 1, 35. *Puber ætas*, Liv. 1, 3. *Iam filii prope puberem ætatem erant*, Idem 1, 35. *Pubera folia*, adulta, Virg. Æn. 12, 413.

¶ Pūbertas, *ātis*, f. ætas adultior, das mannbare alter. *Pubertas* est, quando corpus pilis vestitur: tunc enim pubertas incipit: sed ut fœminæ post impletum duodecimum annum pubescere, sic & mares post excessum XIV annorum quoque existimantur. v. Iust. Instit. Tit. quibus modis tutela finiatur. Cod. 5 t. 60; Vlp. 40 Dig. t. 16 l. 5. Bynckersh. Obs. 3, 24 *Pubertatem* respectu rerum civilium ad annos restrictam, respectu nuptiarum ex ipso corporis habitu æstimatam putat. ¶ 2. Pili in pube, vel ipsa pubes. Cic. de N. D. 2, 33 *Vt si qui dentes & pubertatem natura dicat existere.* Et Plin. 25, 11 *Exstinguit Venerem testibus circa pubertatem illita.* ¶ 3. Improprie Idem lib. 23 procem. *Incipientis uvæ pubertas.* ¶ 4. Item, generandi vis, procreandæ sobolis virtus, die mannheit. Tac. de Germ. 20, 4 *Sera juvenum Venus; eoque inexhausta pubertas.*

¶ Pūbeo, *ui, ēre*, lanuginem emittere, erwachsen. Vlpian. l. 3 § 8 Dig. de Carbon. edicto: *Si duo impuberes patiuntur status controversiam, & alter eorum pubuerit, expectari alterius quoque pubertas debet.* Hinc

¶ Pubens, *tis*, bärtig, jung, erwachsen, mündig, männlich; ut, *Genæ pubentes*, Virg. Æn. 12, 221, quamquam plures ibi *tabentes* legunt. *Herbæ pubentes*, id est, adultæ. Id. Æn. 4, 514. Sic, *Pubentes rosæ*, Stat. 3, Silv. 3, 129. *Pubentes fratres*, Claud. in Consul. Prob. & Olyb. v. 142.

¶ Pūbesco, *ĕre*, frequent. idem quod *Pubere*. Val. Flacc. 7, 340 *Malæ pubescunt.* Virg. Æn. 3, 491 *Et nunc æquali tecum pubesceret ævo:* er würde mit dir zugleich aufwachsen. ¶ 2. *Vinea, vitis pubescit*, per metaphoram, er wird fruchtbar, voll frucht. Virg Georg. 2, 390; & Cic. Tusc. 1, 28 ex poëta. Idem ipse N. D. 1, 2 *Cæli mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, pubescant &c.* Et Maximus Taurinensis homilia 1 Pentecostes: *Vinea pubescit in palmitem.*

¶ Pubescens, *tis*, idem quod *Pubens*. Silius 16, 676 *Sidonius ne puer vix pubescens juventa*, i. e. Hannibal. Sic, *Pubescente vere*, Ammian. 27, 10. *Pubescente jam fide gestorum*, Id. 31, 4.

¶ Puberāle, *is*, n. pubes, vel pili in pube, Gloss. gr. lat. ἐφήβαιον.

¶ Pubeda vel Pubeta, *æ*, m. *adolescens*, ein bürgen, jungegeselle, in Gloss. Isidori. Glossæ aliæ: *Pubeda, juvenis sine pube.* Alibi: *Pubeda, adultus.* Et Mart. Capella 1 p. 12 *Pubeda vixdum.* conf. lib. 9 p. 308.

¶ Depūbis, *e*. Festus *depubem porcum* vocat *lactantem, qui prohibitus sit pubes fieri.*

¶ Impūber, *ĕris*, & Impubes vel Impubis, hoc impube, qui nondum pubertatis annos attigit, unmannbar, unmündig; ut, *Puer impubes*, Ovid. Fast. 2, 239. Et, *Puer impubis*, Plin. 23, 7. *Filius impuber*, Cic. Cat. 4, 6. *Impubem filium domi liquerat*, Tacit. Hist. 3, 25. Sed, *Malæ impubes*, ein glatter schnabel, Virg. Æn. 9, 752. Conf. Drakenb. ad Liv. 11, 13.

¶ Impubescens, *tis*, i. e. nondum pubescens, ohne haar. Plin. 23, 7 *Corticem ejus impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus &c.* Sed Harduinus ex Plinio Valeriano, qui hunc locum expressit, *intumescentem* mavult, quasi sequens vox *impubis*, ut fieri solet, amanuensem in errorem induxerit, ut idem initium reduplicaret.

¶ Repūbesco, *ĕre*, wieder jung werden. Columell. 2, 4 *Senectus nec revirescere nec repubescere potest.*

PŪBLĬCUS, *a, um*, (quasi *populicus*, a *populo*, unde & *Poblicus* pro *Publicus* apud Plautum; vide *Poplus* in *Populus*), i. e. commune, *privato* contrarium, gemein, öffentlich; ut, *Res publica*, das gemeine wesen. *Res privatæ & publicæ*, Plaut. Trin. 1, 1, 16. *Pecunia publica*, Cic. Agrar. 2, 30. *Caussum publicam dicere*, Id. pro Rosc. Am. c. 21. *Ager publicus Populi Romani*, Liv. 3, 71. v. Drakenb. ad 23, 16. *Nemo quemquam ire prohibet publica via*, Plaut. Curc. 1, 1, 35. Quintil. 1, 6 p. 72 *Vtendum plane sermone ut nummo, cui publica forma est.* Ita *Ius publicum*, Ter. Phorm. 2, 2, 65; *Impertire*, Suet. Aug. c. 10. *Consulere in publicum*, zum gemeinen nutzen rathen, Plin. 9 epist. 13. Sed, *Pessimo publico*, zum gemeinen schaden, Liv. 11, 1 pr. ¶ 2. Aliquando *Publicum* substantive ad locum refertur; ut, *Egredi in publicum*, Tac. Hist. 4, 49, 7, unter die leute gehen. *Versari in publico*, Id. An. 15, 59, 5. *Abstinere publico*, Suet. Claud. c. 36, nicht ausgehen. *Edicere in publicum*, Suet. Galba c. 19, öffentlich anschlagen. Id. *Per publicum vehi*, Ner. c. 9. Et, *Rapi de publico*, Oth. c. 7. Similiter dixit Iuvenal. sat. 10, 311 *Fiet adulter Publicus, & pœnas metuet:* id est, palam fient ejus adulteria & innotescent omnibus, ut metuendum sit, ne accusetur. ¶ 3. *Publicum* etiam dicitur, quod dicis tantum caussa, & ex communi quodam more ac usu fit, honoris tantum gratia & per consuetudinem. Ita *verba publica* dicuntur, quæ per blanditiam fiunt, & nobis ehrenworte appellantur. Sen. epist. 3 *Eadem epistola illum & dixisti amicum & negasti. Itaque sic privare illo verbo quasi publico usus es, & sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus: quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus.* Ovid. Amor. 3, 7, 11 *Et mihi blanditias dixit, dominumque vocavit, Et quæ præterea publica verba sonant. Publica officia* similiter dixit Plinius 9 epist. 37. Conf. Burm. ad Petron. c. 39 p. 169 sq. ¶ 4. *Publicus* interdum est *vulgaris* & ab *egregio* distinguitur. Ita ap. Petron. c. 3 *Sermonem habes non publici saporis.* Vbi similia interpretes p. 14. ¶ 5. *Publicus* pro servo publico, qui Græcis est δημόσιος. Liv. 26, 47 *Opifices ad duo millia hominum erant, eos publicos fore populo Romano edixit, cum spe propinqua libertatis*, ubi v. quos laudat Dukerus. ¶ 6. *Publicum* interdum etiam *ærarium* notat. v. I. F. Gronov. ad Liv. 2, 9. ¶ 7. Interdum *vectigal* significat, der zoll; ut, *Publicum redimere*, den zoll an sich bringen, pachten. Cic. ad Qu. fr. 1, 1, 11. Ita Horat. 1 epist. 1, 77 *Pars hominum gestit conducere publica.* Suet. Cal. c. 40 *Additumque ad caput legis ut tenerentur publico, & qui meretricium, & qui lenocinium fecissent.* Vbi *Publico teneri*, est, teneri ad solvendum vectigal publicum. Ita enim plene dicitur. Id. Vit. c. 7 *Sinuessanos Formianosque, quorum publica vectigalia interverterat, non nisi terrore calumniæ amovit.* Plura Torrent. ad hæc loca, & Marc. Donatus ad Tac. An. 13, 51. & Lipsius ad Sen. de Const. Sap. c. 14. Et hinc

¶ Pūblĭcānus, *i*, m. qui publica vectigalia tractat sive redimit, ein zöllner, zollmeister. Publicanorum ordinem plurimi fecit Cicero, & pro L. Manil. c. 7 *reliquorum ordinum firmamentum* vocavit. Fuerunt autem varia genera, quæ propter rapacitatem male audierunt: unde & Plutarchus Lucullo p. 96 cum Harpyjis comparat. Retulit & revelavit eorum fraudes etiam Cicero in Verrinis. v. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 20. De pensitationibus, quas pro vectigalium locatione dabant, vid. Nannius Miscell. 4, 15 & Rupert. ad Flor. 3, 12 p. 524. Marcell. Donatus ad Liv. 23, 48.

¶ Publicāna, *æ*, f. Cic. Verr. 3, 34 *Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.*

¶ Publĭcius, *a, um*, idem ac *publicus*; ut, *Ædiles publicii*, qui publica procurabant, Ovid. Fast. 5, 288. *Clivus publicius*, ibid. v. 294; sic dictus a fratribus Publiciis, qui eum publice ædificarunt; v. Varr. L. L. 4, 32, & Fest. Hoc nomen Romæ haud insolens fuit. Ita a *Publicio prætore* dicta *actio Publiciana*, de qua deinde.

¶ Publĭce, adverb. populi jussu, auctoritate, sumtu, von der gemeine wegen, auf gemeine kosten. Nep. 3, 3, 3 *Publice ali.* Ter. Eun. 2, 2, 59 *Ibi custos publice est*, er hat die wache. Cic. Verr. 4, 8 *Navi ædificandæ publice præesse*, id est, nomine publico. Liv. 3, 26 extr. *Navis Quintio publice parata fuit*; & 4, 13 *Minucius eandem publice curationem agens, quam Mætius privatim agendam susceperat.* v. Cort. ad Sall. Catil. c. 11, & ad Iug. c. 8. Sic, *Publice locare*, Suet. Aug. c. 36. *Locum publice parare*, Liv. 42, 1. *Publice adjuvare*, Tac. Agric. 21, 1. Sic, *Publice epulum præbere*, Suet. Vit. c. 10. *Cum Cæretibus hospitium publice fieret*, Liv. 5, 50. *Publice restituere Capitolium*, Tac. Hist. 4, 9, 4, i. e. *sumptu publico.* Rursus Ter. Adelph. 3, 3, 89 *Haud cito mali quid ortum ex hoc fit publice*, der republick wird er wol nicht viel schaden. Cic. Verr. 1, 6 *Nemini meus adventus labori aut sumtui neque publice neque privatim fuit*, weder der gemeine noch particulieren. Id. fam. 15, 9 *Ne, cum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse*, an die republick. Sic, *Publice venire*, öffentlich verkauft werden, Cic. Verr. 2, 4.

¶ Pūblĭcītus, pro *publice*, idem. Ter. Phorm. 5, 7, 85 *Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras*, subaudi, *conveniebat?* ubi Donatus: *Publicitus, publica cura, consilio.* Apul. 2 Florid. p. 347 *Nulla tibi privatim, sed omni publicitus gratia obstrictus.* Gell. 6, 14 *Peccata prohiberi publicitus interest*, iederman ist daran gelegen. conf. Titinn. ap. Charis. 2 p. 190; Plaut. Amph. 4, 2, 75 Bacch. 2, 3, 79; & Pers. 4, 3, 40, & Nonius 11, 27, ubi & locus Plauti: *Hospitio publicitus accipere*, i. e. carcere publico, in das gefängniß setzen.

¶ Publĭcĭānus, *a, um*, adject. ut, *Publicianus locus*, Cic. Att. 12, 38. *Publiciana actio*, dicta ab autore, Publicio prætore, ICt.

¶ Pūblĭco, *avi, atum, are*, publicum facere, manifestare, kund thun, gemein machen, öffentlich ausbreiten, ausruffen. Val. Max. 3, 3, ext. 2 *Zeno præceptorum fidem exemplo suo publicavit.* Iustin. 1, 7, 15 *Matrimonii reticenda publicare.* Sen. epist. 7 *Non est, quod te gloriæ publicandi ingenii producat in medium*, dich bekannt zu machen. *Publicare librum aliquem*, est edere in publicum, ausgehen lassen, Plin. 4 epist. 27. Et, *conditio publicantium*, scil. *opus*, Plin. H. N. præf. Huc pertinet, quod Id. 35, 2 extr. de Asinio Pollione, *Primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit.* ¶ 2. Sæpius significat, in populi potestatem & ærarium redigere, quod vulgo *confiscare* vocatur, einziehen, confisciren. *Publicare agros, bona civium*, Cic. Agrar. 1, 4; & Cat. 4, 4. Et, *Publicare privata*, Id. Agrar. 2, 21. Suet. Claud. c. 25 & *publicare aliquem*, id est, bona ejus publicare, dixit. Et *Publicari mulier* dicitur, quæ ad quæstum meretricium damnatur. v. Burm. ad Quint. 7, 9 p. 647. Nam *Publicare corpus suum*, meretricum est, apud Plaut. Bacch. 4, 8, 22.

¶ Publĭcātus, *a, um*, ausgeruffen, preis gemacht; ut, *Publicata bona*, Nepos 7, 4, 5, & 8, 1, 5. *Publicata pudicitia*, Tac. Germ. 19, 3. *Publicati sermones*, Petron. c. 39 iidem qui *publici*, ut n. 3 explicavimus.

¶ Publĭcātio, *ōnis*, Cic. Catil. 4, 5 *Cæsar adjungit publicationem bonorum*, die confiscirung, einziehung der güter.

¶ Publĭcātor, *ōris*, m. qui publicat; ut, *Publicator occulti*, Sidon. 3 epist. 13. Et Onomastic. Vet. *Publicator*, τελώνης.

¶ Publĭcātrix, *īcis*. Sic, *Publicatrix intestini decoris*, Venus ab Arnobio dicta lib. 1 p. 20.

¶ Publĭcŏla, *æ*, m. populo studens, popularis, ein bürger-freund. Vet. Gloss. *Publicŏla*, Δημοκήδης, Δημοδικός. Appellative Sidonius carm. 23, 80 usus est: *Inter publicolas manu feroces Trunco Mutius eminet lacerto.* ¶ 2. Hoc vocabulum & inter cognomenta Romana ceu proprium nomen est. Primus ita dictus P. Valerius post expulsos reges consul, quod coleret populum, vel quod ipse coleretur a populo. conf. Liv. 2, 8. Alii, *Poplicola*; ut Græci communiter & marmora apud Sigon. ad Liv. 11, 8. vid. *Poplus* in *Populus*.

PVBLIVS, *i*, m. prænomen est ejus, qui populo gratus fuit, quasi

Popu-

Populius, unde Gr. πόπλιος. Scribitur autem, ut reliqua prænomina, prima tantum litera; *P. Corn. Scipio &c. P. Virg. Maro &c.* ¶ 2. Sed *Publius* poëta fuit mimographus, Cæsari familiaris, & carus magis, quam Laberius, quod is arrogantior esset, & maledicentior. Natione *Syrus* fuit. Exstant ejus mimi ab Erasmo primum, deinde a Scaligero, Grutero & aliis illustrati: sententiæ citra controversiam acutæ & graves, ac dignæ, quæ a pueris ediscantur. Perhonorifice ejus sæpe in epistolis Seneca meminit: habes etiam ejus elogium apud patrem, quem vide Controv. 3, 18, item Gell. 17, 14; & Macrob. Sat. 2, 7.

¶ Publilius, *i*, m. aliud nomen, quod descendit a *Publio*. v. Sigon. de Nom. Rom. p. 1425.

PŪCĪNVM, *i*, n. oppidum Carnorum; unde *Pucinum Vinum*, quod ibi nascitur, Plin. 14, 6.

PŬDA, f. buda, *æ*, f. est papyrus s. charta, Voss. ad Mel. 3, 9 p. 599 & huic scriptori & Ennio & vetusto epigrammati tribuit. Sed explodituı a Gronovio, quantum quidem ad Melam.

PŬDEO, *ui, itum, ēre*, sich schämen. Plaut. Cas. 5, 2, 3 *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo.* Ter. Adelph. 4, 7, 36 *Non te hæc pudent?* schämst du dich dessen nicht? Lucan. 8, 495 *Semper metuet, quem sæva pudebant.* Sed frequentius occurrit

¶ Pudet, *uit, ēre*, impersonale, sich schämen; ut, *Pudet me dicere*, ich schäme mich. Ter. Heaut. 5, 4, 18. Et, *Pudet me tui*, Cic. in Pis. c. 24. Sic Cic. de Orat. 1, 26 *Non pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. Quem vero non pudet, hunc ego non reprehensione solum, sed etiam pœna dignum puto.* Et Verr. 2, 12 *Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat neque pigeat*: quæ hujus verbi syntaxis usitatissima est. Sic, *Induci ad pudendum, ad pigendum*, Cic. de Clar. Orat. c. 50. *Pudet & Piget hoc distant:* Pudet *verecundiæ est*; Piget *pœnitentiæ &c.* Nonius 5, 10. Egregie Plaut. Epid. 2, 1, 1 *Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet; ubi pudendum est, ibi eos deserit pudor, cum usus est ut pudeat.* Liv. 34, 4 extr. *Simul pudere quod non oportet cœperit, quod oportet, non pudebit.* Rarius est, quod habet Cicero Phil. 2, 25 *Si te municipium non pudebat, ne veterani quidem exercitus*, wenn du dich vor den landstädtern nicht geschämet hast. Ita Sall. fragm. L. 1 Or. Philippi n. 15 *Ut te neque Deorum neque hominum pudet.*

¶ Pudens, *tis*, verecundus, schamhaft, züchtig; ut, *Navus, pudens & probus filius*, Cic. Verr. 3, 69. *Quo pudentior aut melior esset*, ibidem c. 69. conf. fam. 7, 5. *Vir pudentissimus*, Id. pro Sylla c. 22. *Fœminæ pudentissimæ lectissimæque*, Id. Verr. 1, 37. Et Ter. Heaut. 1, 1, 63 *Animi est pudentis signum*, id est, abhorrentis a flagitiis atque dedecore. Auct. ad Herenn. 3, 13 *Risus pudens ac liberalis.*

¶ Pudenter, adv. idem; ut, *Malo pudenter mentientem*, Afran. ap. Charis. 2 p. 190. *Pudenter aliquem appellare*, Cic. pro Quint. c. 11. *Rogare aliquem parum pudenter*, Cic. fam. 7, 27. Compar. Id. de Orat. 2, 89 *Quem ego paullo sciebam vel pudentius vel invitius ad hoc genus sermonis accedere.* Id. Att. 7, 2 *Bene eveniat, inquit Carneades, spurce: sed tamen pudentius, quam Lucius noster & Patron.* Gell. 12, 11 *Pudentius peccare.* Superl. Cic. Att. 16, 15 *Pudentissime hoc petierat.*

¶ Pudendus, *a, um*, deß man sich schämet, schändlich; ut, *Pudenda dictu*, Quintil. 1, 2. *Vita pudenda*, Ovid. Pont. 2, 2, 108. *Pudendus luxus*, Tac. An. 3, 53, 1. *In immundo signa pudenda toro*, Ovid. Remed. Am. v. 432. ¶ 2. Substantive vulgari usu

¶ Pudenda, *orum*, n. pl. sunt, quibus viri fœminæque discernuntur, die scham. Augustin. de C. D 14, 17 *Qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant.* Et mox: *Omnes gentes usque adeo tenent insitam pudenda velare.* ¶ 2. De podice Min. Felix 28, 10 *Strepitus per pudenda corporis expressi.*

¶ Puditum est, pro *puduit*, man hat sich geschämt. Plaut. Cas. 5, 2, 4 *Pudet, quod prius non puditum unquam est.* Add. Id. Bacch. 3, 1, 12. Cic. pro Flacco c. 22 *Nonne esset puditum, si hanc caussam agerent severe?* Apul. Apol. p. 289 *Nonne vos puditum est? &c.* It. Florid. p. 342 *Apollinem tam humilis victoriæ puditum est.* Et p. 246 *Quod illum non puditum est ostentare.* Plin. 36, 15 *Tanquam puditurum esset exstinctos.*

¶ Pudescit, pro *pudet*. Prudent. καθημ. 2, 26 *Piget, pudescit, pœnitet.*

¶ Pudĭbundus, *a, um*, schamhaftig, verschämt, keusch; ut, *Matrona pudibunda*, Horat. de Arte poët. v. 232. *Os pudibundum*, Ovid. Fast. 2, 819. *Pudibundi sales*, Auctor ad Calpurn. Pis. v. 114. *Exoritur pudibunda dies*, i. e. aurora purpurea, Stat. Theb. 5, 296. conf. postea *rubricolor.*

¶ Pudibilis, *e*, schändlich. Lamprid. Elagabalo c. 12 *Pudibilia membra.*

¶ Pudĭmentum, *i*, n. die scham. Gloss. gr. lat. αἰδοῖον, *Pudimentum, pudendum.*

¶ Pudeño, *pudefĭeri*, zu schanden, oder schamroth werden. Vnde

¶ Pudefactus, *a, um*, beschämt, a Gellio usurpatur 15, 17; *Alcibiades*, inquit, *traditas sibi tibias cum ad os adhibuisset, inflassetque*; *pudefactus oris deformitate, abjecit infregitque.*

¶ Pŭdĭcus, *a, um*, züchtig, keusch, it. schamhaftig; ut. *Pudicum ingenium*, Ter. Hec. 1, 2, 77. *Mores pudici*, Ovid. Trist. 3, 7, 13. Plaut. Curc. 1, 1, 50 *A me pudica est*, id est, intacta, incontaminati pudoris. Cæterum *Pudicus* cum derivatis non tantum de passiva castitate virginum &c. sed etiam de activa virorum adhiberi contra Gronovium ostendit Perizon. diss. de morte Iudæ p. 71 sq. ¶ 2. *Pudicus* Plauto pro *pudente* & *verecundo* ponitur Trin. 3, 3, 71 *Is est honor homini pudico, meminisse officium suum.* Ovid Pont. 3, 1, 107 *Fraus pudica*, qua pudor defenditur. Compar. Ovid. in Ibin v. 349 *Nec tibi contingat matrona pudicior illa.* Superl. *Pudicissima fœmina*, Plin. 7, 35.

¶ Pudĭce, adv. züchtig, in zucht; ut, *Bene ac pudice doctum atque eductum ingenium*, Ter. Andr. 1, 5, 39. Comp. Plaut. Merc. 4, 3, 15 *Pudicius faciunt illi.* Et, *Vbi pudicius continentur liberi, quam sub oculis parentum?* Plin. 4 epist. 13.

¶ Pudicitius, adv. compar. züchtiger. Apul. Apol. 1 p. 312 Colvii edit. *Versus tanto pudicitius compositi.* Nam sic & *Amicitior* p. 319. Sed Elmenh. *pudicius.* v. emendat. ejus ad p. 281.

¶ Pudĭcĭtia, *æ*, f. virtus quæ abstinet a libidine venerea, zucht, keuschheit, ehrbarkeit. Cic. pro Cæl. c. 18 *Parcat juventus pudicitiæ suæ*, halte über ihrer ehre. Apud Liv. 1, 58 Lucretia, sese jam confossura, inquit: *Quid salvi possit esse mulieri, pudicitia amissa?* Conf. Grot. de I. B. & P. 2, 19 p. 292 in fin. Ex Bacchylide, lyrico poëta, Iulianus ap. Ammianum 25, 12 *Vt egregius pictor vultum speciosum effingit; ita pudicitia celsius conjurgentem vitam exornat.* Iuvenalis 10, 297

Rara est concordia formæ Atque pudicitiæ.

Et Ovid. Heroid. 16, 288 *Lis est cum forma magna pudicitiæ.* Sic, *Pudicitiam in propatulo habere*, id est, prostituere se, Sallust. Cat. c. 13. *Publicare pudicitiam*, Tac. de Germ. 19, 3. Ita Suet. Tib. c. 35 *Matronas prostratæ pudicitiæ de communi sententia coërcerent.* Et Cæs. c. 2 *Discessit apud Nicomedem, non sine rumore prostratæ a regi pudicitiæ.* Id. Aug. c. 68 *Quasi pudicitiam delibatam a Cæsare, & etiam Hirtio in Hispania CCC millibus nummûm substraverit.* Legis Iuliæ de adulteriis, caput etiam de *pudicitia* fuit; ut Suetonius Aug. c. 34 auctor est. Ex eo puniebantur ii, qui cum masculis nefariam exercerent libidinem: ut Iustinianus declarat l. 4 Instit tit. 17 § 4. Hinc *pudicitiæ quæstio*, apud Val. Max. 6, 1, 7, quo de stupro masculi quæritur. Nam qui cum masculis abominanda Venere concumbebant, proprie *impudici*, & crimen ipsum *impudicitia* dicebatur, de quo paullo post dicendum erit. ¶ 2. Sacellum *Pudicitiæ patriciæ* Romæ erat, quo arcebantur etiam, quæ pluribus quam uni nuptæ fuerant, Liv. 10, 23. *Pudicitiæ plebejæ* sacellum ibid. commemoratur. Add. Fest. in *Plebeja.*

¶ Pudor, *ōris*, m. die scham, schamhaftigkeit. Cic. Tusc. 4, 8 *Rubor pudorem consequitur.* Plaut. Bacch. 3, 3, 81 *Ego illum periisse duco, cui quidem periit pudor.* Ter. And. 1, 5, 28 *Patris pudor*, i. e. reverentia erga patrem, *verecundia patris* Livio. Iuvenal. 11, 35 *Paucos morari ait fugientem ex urbe pudorem.* Val. Flacc. 4, 324 *Rebus semper pudor abfuit in arctis*, zur zeit der noth ist man nicht blode; quod de Homero sumptum Odyss. P. v. 347, vel Hesiodo 1 Op. v. 315. Hinc etiam *inutiliter verecundam* Seneca dixit de Benef. 2, 10. Quint. decl. 12 *Non habitant una pudor & fames.* Ei *petulantia* opponitur: Cic. Catil. 2, 11 *Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum.* Id. pro Cluent. c. 5 *libidinem pudori* opponit. Et, si attendas, pudor sæpe est omnis peccati atque turpitudinis metus. Suet. Ner. c. 23 ext. *taciturnitatem* & *pudorem* conjungit. Cic. fam. 5, 19 *Non dimittam pudorem in rogando meum*, ich will nicht unverschämt seyn. Pudentes nec loquuntur temere, & pauca loquuntur. Vnde *infans pudor*, qui fari non potest, id est, mutus: Hor. 1 sat. 6, 56 *Vt veni coram, singultim pauca locutus: Infans namque pudor prohibebat plura profari.* Sic, *Vitiosus* vel *malus pudor*, præposterus & inanis est: cum nos ejusmodi rerum pudet, in quibus per se nulla turpitudo inest. Quod genus vitii Græci δυσωπίαν vocant. Horat. 2 sat. 3, 39 *Pudor, inquit, te malus urget, Insanos qui inter vereare insanus haberi.* Idem 1 epist. 16, 24 *Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.* De hoc exitioso virtutibus vitio vide Plutarchi egregium libellum περὶ δυσωπίας. Nequam versus Ovidii est, sed vitio hominum sæpe verus, Amor. 1, 8, 35 *Pudor, Si simules, prodest, verus obesse solet.* Id. A. A. 1, 672 *Rusticitas, non pudor ille fuit.* ¶ 2. *Pudor* etiam pro infamia, probro & dedecore sumitur, tamquam caussa pudoris, schande, unehre. Ovid. Heroid. 11, 79 *Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem.* Id. Remed. Am. v. 359 *Pudor est mihi dicere*, ich schäme mich es zu sagen. Nam *Pudori esse* dicitur, quod dedecus affert, was dishonestirlich ist. Itaque *Gloriæ* oppositum Livius 34, 58. *Amicitiam*, inquit, *Romanorum expetere Antiochum: sed quæ impetrata gloriæ sibi, non pudori sit.* Pudorem tollit multitudo peccantium. vid. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 2 n. 1. ¶ 3. Aliquando pro existimatione ponitur, ehre. Nam salvo pudore, salva & fama, hoc est, cum nihil admittimus, cujus pudeat, bene audimus. Cic. fam. 5, 1 *Quem sit parum ipsius pudor defendebat.* Dion. Cato 3 Distich. 5 *Productus testis, salvo tamen ante pudore, Quantumcunque potes, celato crimen amici.* Plin. 2 epist. 4 *Magnum habes facilitatis meæ pignus, cujus fiducia debes famam pudoremque defuncti suscipere*, i. e. tuendum suscipere. Id. 5 ep. 1 *Neque aderat alius, qui defunctæ pudorem tueretur*, der ihre ehre rettete. Papin. 3 Dig. t. 2 l. 20 *Pudor oneratur.* ¶ 4 *Pudor* est reverentia inferioris erga superiorem, die scheu. vid. Liv. 5, 46; Ter. Hec. 1, 2, 47. ¶ 5. *Pudor* & *furor* non nunquam a librariis permutantur, Burm. ad Quint. decl. 11, 1 p. 232.

¶ Pudōrātus, *a, um*, schamhaft, züchtig. Vulg. Interpr. Sirac. 26, 19 *Mulier sancta & pudorata.* Saresb. 8, 11 *Pudoratissima virgo.*

¶ Pudōrōsus, *a, um*, idem. Gloss. gr. lat. αἰδήμων, *modestus, pudorosus.*

¶ Pŭdōrĭcŏlor, *ōris*, id est, rubicundus, qualis color pudoris, röthlich. Nævius ap. Gell. 19, 7 *Auroram pudoricolorem*, id est, rubentem dixit.

Composita cum præposit.

¶ Dēpŭdet, *ēre*, pudorem abjicere, sich nicht mehr schämen, schamlos seyn. Ovid. Heroid. 4, 155 *Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit*; er hat sich ausgeschämt. conf. Amor. 3, 11, 4. Sen. de Const. Sap. c. 17 *Assiduis conviciis depudere didicerat.* ¶ 2. *Depudet* interdum simpliciter est quod *pudet.* Vellej. 2, 73, 3 *Cum eum non depuderet*, da er sich nicht schämete.

¶ Depūdesco, *ĕre*, idem. Apulej. lib. 10 Met. p. 253 *Priusquam infamia publici spectaculi depudescerem.*

¶ Depudīco, *āre*, violare, stuprare, devirginare, schänden, schwächen. *Depudicavit* inter verba, quæ finxit Laberius, refert Gellius 16, 7.

¶ Dispŭdet, *dispudēre*, valde pudere, sich gar sehr schämen. Ter. Eun. 5, 1, 16 *Dispudet, sic data esse verba mihi.* Conf. Plaut. Bacch. 3, 3, 77; & Most. 5, 2, 44.

¶ Expūdōratus, *a, um*, nullius amplius pudoris, unverschämt. Isidorus in Glossis: *Expudoratus, impudicus.* Et Petron. c. 39 *Habet frontem expudoratam*, eine hurenstirne.

¶ Impudens, *tis*, quem nihil pudet, perfrictæ frontis, unverschämt, grob; ut, *Audacia impudens*, Ter. Heaut. 2, 3, 72. *Mendacium*

ciam impudens, Cic. pro Cluent. c. 6c. *Impudentior intemperantia adolescentium*, Cic Off. 1, 35. *Impudentissima oratio*, Ter. Andr. 4, 1, 10. Et, *Impudentissimæ literæ*, Cic. Att. 7, 2. Conf. pro Cluent. c. 16.

¶ Impūdenter, adverb. idem; ut, *Impudenter facere*, Cic. fam. 5, 12; qui & 9, 22 & *impudenter*, & *impudentius* dixit. Et in Verr. 4, 7 *Impudentissime mentiri*. Sic & Salluſt. Fragm. c. 9 *Pessume omnium atque impudentissime*.

¶ Impudentia, æ, f. die frechheit, unſchamhaftigkeit; vitium turpissimum & detestatione quavis dignum, in Medea Euripides: Ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων ταπὶν ἀναίδεια, hoc est, *Maximum vitiorum omnium impudentia*. Xenophon lib. 1 de Pædia Cyri: ἕπεσθαι καὶ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀναισχυντίᾳ καὶ γὰρ αὐτὴ μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα ἀνάγκη ἡγεῖσθαι, id est, *ingratum animum impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem dux est*. Sic, *Impudica impudentia*, Cic. de Ar. Resp. pr. *Impudentia atque audacia fretus*, Id. pro Flacco c. 15.

¶ Impudīcus, *a, um*, impurus, unzüchtig, unflätig; ut, *Mulieres impudicæ*, Cic. Catil. 2, 5. Compar. Plaut. Curc. 1, 1, 52 *Nisi si est osculando quippiam impudicior*. Superl. Cic. Phil. 2, 28 *Antonius impudicissimus*. Sic, *Impudicissimus motus histrionum*, Lactant. 6, 20. ¶ 2. De masculis, *impudici* proprie, qui muliebria patiuntur, aut qui masculos subigunt. Catullus 30, 2 in Cæsarem, cui hoc reterrimum vitium hæsit *Nisi impudicus, & vorax, & aleo*. Nam stupra in fœminas exercita, non *impudicitiæ*, sed *libidinis* nomine in sexu isto veniebant. Suet. Aug. c. 71 *Ex quibus sive criminibus sive maledictis, infamiam impudicitiæ* (masculæ Veneris) *facile refutavit & præsentis & posteræ vitæ castitate. Circa libidines hæsit postea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promtior &c.* v. & Torrent. ad Suet. Aug. c. 34.

¶ Impudīce, adv. idem. Ambrosius ad Virginem lapsam c. 8 *Pateſecat facies, quæ quondam vixit impudice*. Sed & Tertull. de Idolol. c. 2 *Si quis animam commoverit impudice*. Et Superl. Eutrop. 8, 22 *Impudicissime & obscenissime vixit*.

¶ Impudīcitia, æ, f. die unzucht, unkeuſchheit. Cic. ad Octav. *Nomen nobile conscelcratum impudicitiæ dedere*. Vlp. L. 2 Dig. de his, qui sui vel alieni juris: *Si dominus servos ad impudicitiam turpemque violationem compellat*. Tac. An. 13, 45, 1 *Insignis impudicitia magnorum reipublicæ malorum initium fecit*.

¶ Impudīcātus, *a, um*, est *stupratus, impudicus factus*, geſchändet, genothzüchtiget, apud Festum.

¶ Impudorātus, *a, um*, uti *Expudoratus*, unverſchämt. Vet. Interp. Irenæi 3, 25 *Vere impudorati & audaces*.

¶ Impudorāte, adv. unverſchämter weiſe. Idem Interp. 2, 14 *Cum hæc dicant ir ab ipsis impudorate*.

¶ Subimpudens, *tis*, aliquantum impudens, etwas grob. Cic. fam 7, 17 *Subimpudens videbare*.

¶ Perpudefcit, *ere*, i. e. valde pudere, ſich recht ſchämen. Nep. Fragm. 12, 6 *Quando perpudescet miscenda atque perturbanda republica*.

¶ Propūdium, *i*, n. id est, res pudenda, obscenitas, ſchande, unflat. Plaut. Pœn. 1, 2, 60; Plin. 28, 8, & Festus, ad quem Scaliger: *Non dubium est*, inquit, *quæ Græcis καθάρματα, ea Latinis* propudia *dicta. Inde homines sceleratos, ut Graci καθάρματα, ita Romani* propudia *dixerunt*, ſchandflecken.

¶ Propudiōsus, *a, um*, ſchändlich, voller ſchande. Plaut. Stich. 2, 2, 10 *Meæ fastidis propudiose*. Id. Truc. 2, 2, 16 *Tibi insano infecisti, propudiosa, palladium*. Apul. Apol. *Ipse propudiosus, uxor lupa &c.* Arnob. 5 p. 175 *Propudi si facinoris obscenitas*. Tertull. de Pallio c. 4 *Propudiosi Cæsares*. Minuc. Felix p. 234 *Meretrices propudiosæ*. Sidon. 9 epist. 6 *Ancilla propudiosissima*.

¶ Propudiānus, *a, um*, idem fere; ut, *Propudianus porcus, qui in sacrificio gentis Claudiæ velut piamentum & exsol tio omnis contractæ religionis esset*, ein ſchwein zum verſöhnopfer, Fest. v. ubi Dacer.

¶ Repudium, *i*, n. diuortio vel recusatio uxoris ob rem aliquam pudendam, die ſcheidung von dem weibe. *Remittere repudium*, Plaut. Aul. 4, 10, 69; & Ter. Phorm 5, 7, 35. Et, *Renunciare repudium*, in ead. fab. 4, 3, 73, die ehe wieder aufſagen. In quibus *remittere* & *renunciare* nihil aliud, quam simplicia sunt. Namque & Nonius in ista phrasi *remittere repudium, mittere* interpretatur. *Libellus repudii*, ein ſcheidebrief, Matth. c. 19, 7. *Repudio ejecta*, Accius apud Festum, eine abgeſchiedete. Etiam alio transfertur. *Plerique naufragio liberati exinde repudium & novi & mari dicunt*, Tertull. de Pœnit. c. 7. *Repudium* fit proprie inter ſponſum & ſponſam: cum *divortium* fieri dicatur inter virum & uxorem. Secundum Isidorum 9, 8 *Repudium est, quod sub testimonium testium vel præsenti vel absenti mittitur &c.*

¶ Repudio, *avi, atum, are*, ob rem pudendam repellere, verwerfen, inprimis de divortio, ſich ſcheiden. Sic, *Repudiare uxorem*, ſich von ſeiner weibe ſcheiden: Suet. Cæſ. c. 1 *Neque ut repudiaret* (illam), *compelli a dictatore Sylla potuit*. Fuit autem Cinnæ, quater consulis, filia. Maritum etiam repudiat uxor. Quint. 7, 8 *Sæpe fecundi amatorium edit, quem repudiavit*. ¶ 2. Item respuere, aspernari, verſchmähen, ausſchlagen. Ter. Andr. 4, 3, 18 *Repudio consilium, quod primum tentandum, ich verwerfe es*. Et, *Quæ tibi putaris prima, in experiendo repudiare*, Adelph. 5, 4, 4. Et Cic. pro Quint. c. 14. *Conditionem æquissimam repudiare*, abſchlagen, nicht annehmen id. Off. 1, 25 extr. *Iracundia omnibus in rebus repudianda est*. Id. Phil. 8, 8 *Reipublicæ qui non paret, ipse est totus repudiandus*.

¶ Repudiātus, *a, um*, verworfen, ausgethan; ut, *Repudiatus vir pator*, Ter. Andr. 1, 5, 14. *Repudiata rejectaque legatio*, Cic. Phil. 9, 6. Id. pro Mur. c. 5 *A parente repudiatus*.

¶ Repudiātio, *ōnis*, f. die verſtoſſung, verwerfung. Cic. pro Murena c. 4 *Repudiatio si populum superbium contigisset*.

¶ Repudiator, *ōris*, m. qui repudiat. Tertull. adv. Marc. 1, 14 *Marcionita repudiator creatoris*.

¶ Repudiōsus, *a, um*, verwerflich, verächtlich). Sic *Repudiosas nuptias* Plautus dixit in Perſa 3, 1, 56.

¶ Suppūdet, *ēre*, aliquantulum pudet, ſich etwas ſchämen. Cic. fam. 9, 1 *Eorum me suppudebat*. Id. fam. 15, 16 *Puto te jam suppudere*.

Puella, puellaris, puellus &c. vide ſequens *Puer*.

PVER, *ĕri*, m. παῖς, infans maſculus, cui *puella* opponitur, ein kind, ein knabe, bube. *Pueri* autem appellati, quod *puri* sunt, i. e. impubes, Censorinus de Die Natali c. 14. conf. Isidor. 11, 2. Apud Festum in *obpuviat* pueri dicuntur a *paviendo*, quia ætas puerilis subinde est obpuvianda, h. e. ferienda puniendaque. Sed Scaliger in Conjectaneis Varronianis p. 41 ab antiquo *Por* deducit: qui postea *Puer*. Sic *Marcipor, Quintipor, Publipor*, id est, *Marcipuer, Quintipuer, Publipuer*, dicebatur. *Por* autem ex Græco πόρ. Nam qui παῖς Græcis cæteris, Dorienſibus πόρ dicebatur. v. ſupra *Por*. Sic, *Vel puero perspicuum*, καὶ παῖδι δῆλον, es möchte es wohl ein kind merken, v. Chiliad. *Puer adultus*, ein erwachſener knabe, qui adoleſcentiæ proximus: Tales *majores* Suetonius vocat: cæteros *minores*. Nam in Auguſto c. 53 ſcribit: *Sed & Trojæ ludum frequentissime edidit, majorum minorumve puerorum delectu*. Item Tib. c. 6 *Præsedit & Actiacis ludis, & Troianis Circensibus ductor turmæ puerorum majorum*. Loquitur de Tiberio: qui, ſi de primis ludis Actiacis ſentit Suetonius, tum annum 13; ſin de ſecundis, ann. 17 ætatis agebat, ut ſupputavit Caſaubonus. vid. etiam Gontal. ad Petron. c. 22 p. 91. Varro in quinque gradus humanam diſtinxit ætatem: ſingulos vero præter extremum 15 annis deſcripſit. In primo igitur pueri in annis 15, deinde adoleſcentes in totidem, & ſic deinceps &c. Sed & ultra 15 annos nati Romani olim *Pueri* appellati. v. Manut. ad Cic. fam. 2, 1. Sane Auguſtus Cæſar, interfecto Iulio, cum admoveretur reipublicæ 19 habebat annes, & tamen *Puer* appellatur non modo Virgilio in Culice v. 3, ſed & Ciceroni Fam. 10, 28; & 11, 7. Id. Phil. 13, 11. Id. Att. 16, 11 p. 710 Gr. *Sed est plane puer*. Et ad illud Virg. eclogæ primæ: *Hic illum vidi juvenem &c.* Servius notat, decreviſſe ſenatum, ne quis eum *puerum* diceret, ne majeſtas tanti imperii minueretur. Quod nimirum, ut Dio l. 45 auctor eſt, indigne ipſe tuliſſet. v. Caſaub. ad Suet. Aug. c. 12; & Græv. ad Cic. fam 10, 28 ext. Nonnunquam *Puer* pro filio puero adhuc utur patur. Cic. de Fin. 3, 2 *In Tusculano cum essem, vellemque in bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti &c.* Iuvenalis 14, 47 *Maxima debetur puero reverentia, si quid Turpe paras: Nec tu pueri contemseris annos: Sed peccaturo obsistat tibi filius infans. Puer immaturæ ætatis*, Iuſtin. 30, 4. Sic, *A puero*, Cic. Tuſc. 5, 22. *A pueris*, Id. de Orat. 1, 1, & Ter. Heaut. 2, 1, 2 von kindheit auf, quod infra *a puritia* dicetur. *Ex pueris excedere*, die kinderſchuhe ablegen, Cic. pro Arch. c. 3 pr. ¶ 2. Aliquando *Pueri* vocabulum non ad ætatem refertur, ſed blandientis eſt. Virg. Æn. 6, 832 *Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella*. Ita in Culice v. 36 de Auguſto: *Sancte puer*, & ita ille ſæpius. Catullus quoque, Statius, & alii ita uſi. ¶ 3. Aliquando *pueri* vocabulum relative ſumitur, & idem eſt quod *filius*, ein ſohn. Ita Horatius *pueros Ledæ* Caſtorem & Pollucem 1 od. 12, 25; *Latonæ puerum*, Apollinem Latona natum, 4 od. 6, 37 dixit. Virg. Æn. 2, 597 *Superet conjunxne Creusa, Ascaniusque puer*: id eſt, filius, ut & Servius interpretatur, & Græciæ rationem eſſe obſervat. conf. Plaut. Amph. 5, 1, 72. Vet. Gloſſ. παῖς, ὁ υἱός, *Filius*. Iuvenal. 14, 3 *Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes*. ¶ 4. *Pueri* etiam honeſtiore vocabulo *antiqui ſervuli* vocabantur, licet eſſent ſeniores; quod præcer grammaticos, Nonium inquam c. 2, 648, & Servium in ecl. 6 Virg. Paulus quoque ICtus notavit l. Pueri 204 D. de Verb. Signif. PVERI, inquit, *appellatio, tres ſignificationes habet: Unum, cum omnes ſervos pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine puellæ dicevemus: tertiam, cum ætatem puerilem demonſtramus*. Horat. 1 ode 38, 1 miniſtrum ſuum alloquens: *Perſicos odi, puer, apparatus*. Conf. Plaut. Curc. 1, 1, 9, & Moſt. 1, 3, 149. Apud S. Matth. c. 8, & S. Lucam c. 7 δοῦλος & παῖς ſimiliter ſynonyma ſunt. Cæterum quam puerorum miniſterio delectati fuerint Romani, vid. Wower. ad Petron. c. 31 p. 119, & quæ notamus in *Alexandrinus*. Hi enim pueri præter cæteros in deliciis erant. ¶ 5. *Pueri* etiam per convicium ignavi atque imbelles appellantur, de quo Rigaltius ad Onoſandri Strategicum p. 7. ¶ 6. Vetuſtiſſimos *Hic* & *hæc puer* dixiſſe, oſtendit Priſcianus 6 p. 697 exemplo Livii in Odyſſea: *Sancta puer, Saturni filia, regina*. Et Nævii: *Prima incedit Ceveris Proserpina puer*. Cic. ad Att. 16, 11 ext. *Atticæ, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis des suavium*.

¶ Puĕrus, *i*, m. pro *Puer* veteres dixerunt, teſte eodem Priſciano l. c. ex illo Cæcilii: *Age, age puere, duce me ad patrios fines*. Et ex illo Afranii: *O puere, puere, sine me prospicere mihi*. Et ſic vocandi caſu ſæpe Plautus: e. g. Amn. 2, 3, 2, & 5, 2, 42; item Moſt. 4, 2, 32 &c. Vet. Gloſſ. παῖς, *puer, puerus*. Hinc &

¶ Puera, æ, f. ein mägdlein, knäbgen. Cic. pro Roſc. Amer. c. 41 *Omnium deliciarum atque omnium artium pueruli*.

¶ Puerculus, *i*, m idem, Arnobius 2 p. 49; & 7 p. 247.

¶ Puellus, *i*, m. pro eodem, Lucil. & Varro ap. Nonium 2, 688; etiam Lucret. 4, 1245 *Puellos fuscipere*. Adde Suet. & Priſcian. ll. cc. Et, *Tener puellus*, Apul. Met. 7, 197.

¶ Puella, æ, f. diminut. ex *puera*, ein mägdlein, junckfräulein, Cic. Att. 1, 5 *Puella dicitur in legitima tutela esse*. Ovid. Amor. 2, 9, 26 *Dulce puella malum*. *Puellæ* autem dicuntur non ſolum, quæ expertes viri & innuba, ſed & quæ matrimonio junctæ, & uterum ferunt, imo & pepererunt. Horat. 3 od. 22, 2 de Diana, quod *laborantes utero puellas*, i. e. parturientes, audiat. Penelope ſe *puellam* vocat, cum Vlyſſem olim Telemachum peperiſſet, apud Ovid. Heroid. 1, 115, cum inuenem. Vide, quæ ex Criticis collegit & notavit Taubm. ad illud Plauti Cift. 2, 3, 77 *Eam nunc puellam filiam ejus quærimus*. Et *Puella*, quæ vidua erat, vocatur Statio. vid. Barth. ad ejusd. Silvas p. 76; & Adverſ. 38, 6; & Parei Lex. Crit. p. 1014.

¶ Puel-

¶ Puellŭla, æ, f. aliud diminut. idem. Catull. Epith. Mallii & Juliæ 62, 57 *Floridam ipſe puellulam matris e gremio ſuæ dedit.* conf. v. 182.

¶ Puellāris, e, tart, jung, dem mägdlein gehörig; ut, *Ætas puellaris*, Quintil. proœm. lib. 6. *Penſa puellaria*, Mela 3, 5. *Puellares pedes*, Ovid. Heroid. 10, 20. Metaphorice apud eumdem Faſt. 4, 463 *Puellaris planta*, eine junge pflanze.

¶ Puellariter, adverb. idem. Plin 8 epiſt. 10 *Se prægnantem eſſe puellariter neſcit*, als ein unerfahren kind.

¶ Puellārius, a, um, idem: in Petronii Satyrico c. 43, ubi, *Puellarius* idem ac puellarum & puerorum amator. Sed bene conjicit Burm. *Pullarius.*

¶ Puellaſco, ĕre, effœminari, vel revireſcere, weibiſch werden, oder ſich verjüngern. Varro apud Nonium 2, 657 *Non ſolum innubæ fiunt comminues, ſed etiam veteres puellaſcunt, & multi pueri puellaſcunt.* Allio tamen in Lex. Crit. non *effœminari*, ſed repueraſcere ſignificare, contendit.

¶ Puellātōrius, a, um, ad puellos vel puellas pertinens, vor kleine kinder; ut, *Tibiæ puellatoriæ, quibus a ſono claviore vocamen datur*, Solinus c. 11.

¶ Puellĭtor, āri, rem habere cum puellis, unzucht treiben. Laberius apud Nonium 8, 36 *Quænam mens, quæ deliritas vos ſuppilatores facit cum cano Eugio puellitari?* i. e. agere cum vetulis tamquam cum puellis. conf. Voſſ. Etymol. p. 418. Alii *velitari.*

¶ Puerārius, i, m. puerorum amator, Gloſſ. gr. lat. φιλόπαις, *puerarius.*

¶ Pueraſco, ĕre, heranwachſen, Item, kindiſch werden. Suet. Calig. c. 7 *Novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam pueraſcens inſigni feſtivitate.* Auſon. Eidyll. 4, 55 *Obductoſque ſeni facies pueraſcere ſenſus.* Et Claud. Mamert. 1, 1 *In ſenectute pueraſcere.*

¶ Pueraſter, tri, m. ein jüngling. Gloſſ. gr. lat. ἐντέκιαις, *pueraſter.*

¶ Puĕrīlis, e, tum ad annos, tum ad mores refertur, jung, kindiſch; ut, *Puerilis ſententia*, Ter. Phorm. 5, 7, 56. Et de puella Proſerpina Ovid. Met. 5, 400 *Tantaque ſimplicitas puerilibus adfuit annis.* Cic. pro Arch. c. 3 *Artibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet.* Sic, *Puerilem animum deponere*, Sen. epiſt. 4. *Puerilis infirmitas*, Quintil. 2, 3. *Puerile eſt*, id eſt, leve quiddam & nullius momenti, Ter. Andr. 2, 6, 18. Et Cic. de Orat. 2, 25 *Quod mihi quidem perquam puerile videri ſolet*, allzu einfältig. Adde Compar. *Puerilius* ex Horat. 2 Sat. 3. 250.

¶ Puerīliter, adv. idem; ut, *Facere pueriliter*, wie ein kind thun, Cic. Acad. Qu. 4, 11. *Res fiſta pueriliter*, Id. Fin. 1, 6.

¶ Puĕrīlĭtas, ātis, f. Nonio 8, 90 ex Varrone pro *pueritia* eſt, die kindheit, nec aliter Val. Max. 5, 4, 2 *Vix dum annos puerilitatis egreſſus.* Seneca autem epiſt. 4 hoc differentiæ interponit, ut *pueritia* ætatem; *puerilitas* mores & ineptias puerorum ſignificet, die kindiſche unart. *Adhuc non pueritia in nobis, ſed, quod eſt gravius, puerilitas remanet.*

¶ Puerītia, æ, f. die kindheit, die erſten jahre eines menſchen, die jugend. *A pueritia legimus & diſcimus*, Cic. Tuſc. 2, 1. Et, *E ludo & pueritia diſciplina*, pro Manil. c. 10. Id. in Topicis c. 20 *Pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania ejus generis ſunt, ex quibus ſæpiſſime verum invenitur*, kinder, narren, und trunckene reden gerne die warheit. ¶ 2. Per Syncopen Horat. 1 od. 36, 8 *Puertiam* dixit.

¶ Puĕrĭties, ēi, f. idem. Auſon. in Profeſſ. Burdigal. 10, 17.

¶ Puĕrōſus, a, um, kindiſch. Gloſſ. gr. lat. παιδικὸς, *puerоſus.*

¶ Puĕrĭger, a, um. Fulgent. Mythol. 1 *Semina puerigera viſceribus infundere*, h. e. fœcunda.

¶ Puerpĕrus, a, um, zum kindbette dienlich: ut, *Verba puerpera dixit*, Ovid. Met. 10, 511 Lucina, h. e. quæ partum promoverent.

¶ Puerpera, æ, f. ſubſt. fœmina pariens, vel quæ peperit puerum, eine ſechswöchnerin, kindbetterin. Ter. Adelph. 5, 7, 23. Plin. 28, 19 &c. Sic Horat. epod. 17, 52 *Vtcunque fortis exſilis puerpera.*

¶ Puerpĕrium, i, n. tempus pariendi, die geburts-zeit, das kindbette, die ſechswochen; ut, *Pericula puerperii tollit*, Plin. 28, 8. *Puerperio cubare*, in wochen liegen, Plaut. Truc. 2, 5, 22. Et ibid. v. 11 *Puerperio ægra*, eine kranke wöchnerin. Venuſte de fructibus Colum. 3, 21 *Quibus alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio, læta.* ¶ 2. Actus pariendi, qualiscunque partus, atque ipſa proles, die arbeit zur geburt, gebährung, leibesfrucht. Vide locum ex Suetonio allatum paullo ante in *Puera.* Gell. 12, 1 *Quam diutinum puerperium, & quam laborioſi nixus fuiſſent.* Id. 10, 2 *Numerus puerperii.* Plin. 7, 11 *Vno abortu duodecim puerperia egeſta.* Stat. Theb. 4, 280 *Ferre cruda puerperia.* Tac. Ann. 12, 64, 1 *Fœmina puerperiis inſignis.* Sen. ep. 24 *Dolorem in puerperio puella perpetitur.*

¶ Repueraſco, ĕre, kindiſch oder wieder zum kinde werden: ut, *Repueraſcere & in cunis vagire*, Cic. de Senect. c. ult.

¶ Sēmĭpuella, æ, f. De Harpyiis Auſonius Gripho v. 21. *Tres vos lucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ.*

PŬGIL, ĭlis, m. vel a *pugnando* dicitur, vel a *pungendo*, athleta, ein fechter, ein kämpffer; ut, *Exercitatus, inexercitatus pugil*, Cic. de Clar. Orat. c. 69. Nimirum qui *Gladiatores* Latinis, Græcis *Pugiles* erant: qui licet poſtea & in Italia fuerint, res ipſa tamen a Græcis: unde eorum certamina & *Græca* appellata, ac in pugilibus *Græci* ferme primo loco habebantur: poſt hos *Afrani, Campani, Latini.* Dicti & quidam eorum *ordinarii* ac *legitimi*; quidam *catervarii*, temere & ſine arte pugnantes, Suet. Aug. c. 45, & Calig. c. 18. Priorem produxit Prudent. in Symmach. 2, 517 *Vnctis pugilibus &c.* Horatius ſemper corripit: e. g. 2 epiſt. 1, 185 *Aut verſum aut pugiles; his nam plebecula gaudet.* Sic & Ovid. Amor. 3, 2, 54 *Pollucem pugiles, Caſtora placet eques.*

¶ Pŭgĭlo, āre, & Pugillor, āri, antiquum verbum, fechten. Gloſſ. Cyrill. *Pugilo*, πυκτεύω. Apul. de Deo Socrat. p. 53 *Si pugillari* (al. *pugillare*) *valide velis, brachia vegetunda ſunt, quibus pugillatur.* Idem deponentialiter Met. 7 p. 195 *Primoribus in me pugillatur ungulis.* Nam & L. duplicato ſcribitur. Hinc

¶ Pugilans, tis. Treb. Pollio Gallien. c. 8 *Pugiles ſacculis non veritate pugilantes.*

¶ Pugilātio, ōnis, f. pugilum exercitatio, das fechten, gefechte. Cic. de Legibus 2, 15 *Pugilatio, luctatio.*

¶ Pugilatus, ūs, m. idem. Plaut. Capt. 4, 2, 13 *Hic homo pugilatum incipit.* Id. Bacch. 3, 3, 24 *Pugilatu ſeſe exercere.*

¶ Pūgĭlātor, ōris, m. pugil, ein fechter. Arnob. p. 1 p. 30 *Tyndaridæ Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter pugilator bonus.* Vet. Gloſſ. *Pugilator*, παγκρατιαστής. Adde Sidonium 9 epiſt. 14.

¶ Pugilatōrius, a, um, fechteriſch. Plaut. Rud. 3, 4, 17 *Ego te follem pugilatorium faciam*, ich will dich zuſchlagen, wie einen ballon. Alii a *Pugillus* deducunt. vide paullo inferius in *Pugnus.*

¶ Pugĭlĭce, adverb. idem, fechtermäßig. Sic, *Pugilice valere*, Plautus dixit Epid. 1, 1, 18, id eſt, firmiter, ut *athletice, pancratice.*

Pugillaris, pugillus, vide poſt paullo *Pugnus.*

PŬGIO, ōnis, m. a *pungendo* dictus eſt, *quod eo punctim pugnatur*, ut Feſtus ait, ein dolch; ut, *Pugio plumbeus*, ita argumentum infirmum vocat Cicero Fin. 4, 18, ein ſchwacher hölzerner beweis. Martial. 14 epigr. 33 *Pugio, quem curvis cingit brevis orbita venis.* Apud Romanos *Pugio*, quo accincti imperatores erant, ſummæ poteſtatis inſigne, cujus traditione jus vitæ necisque in cives deſignabatur, quod *gladii jus*, ICti appellant. Hinc Vitellius ceſſurus imperio pugionem depoſuit, de quo Suet. ejus vita c. 15. Tacitus eamdem rem narrans Hiſt. 3, 68, 4 *Poſtremo fletu præpediente aſſiſtenti conſuli exſolatum a latere pugionem, velut jus necis vitæque civium, reddebat.* Nemini enim licebat geſtare, niſi cui hanc poteſtatem tribuiſſet imperator: ut, quos in provincias ſuas mittebat, de quo Dio lib. 53 p. 505; Romæ vero *Præfecto prætorio.* v. Turneb. Adverſ. 12, 6, & Pet. Fabr. Semeſtr. 1, 3. Quod autem Turnebus putat, honorem geſtandi gladii, magnitudine ejus fuiſſe diſtinctum; ita, ut majores poteſtates, quales imperator, præſides, præfecti prætorio, majore ferro, gladiis puta; minores, quales militum tribuni, minore, id eſt, pugionibus, uterentur, in eo videtur falli. Sane Tacitus Suetoniusque Vitellio imperatori non *gladium*, ſed *pugionem* diſerte tribuunt. Recte quoque ſuper loco Statii lib. 5 Silv. Protreptico ad Criſpinum, Fabrum Cruceus redarguit, qui *Auſonium ferrum*, quod ibi poëta nominat, de gladio præfecti prætorio, interpretatur; Criſpinum vero eum ſtatuit, qui Claudii imperatoris temporibus præfectura prætorii functus eſt. Nam ipſum carmen id ſatis redarguit. Sed quod Morellium ſecutus putat, Criſpinum cubiculo imperatoris præpoſitum fuiſſe, eamque ob rem ferendi gladii jure donatum, de eo dubito. Neque enim geſtandi gladii jus cum præpoſitura cubiculi connexum fuiſſe, locus Dionis e lib. 67 p. 766 a Morello prolatus evincit; ſed iſtud tantum, Parthenium cubiculo præpoſitum (ita enim Suetonius vocat) honore geſtandi gladii a Domitiano fuiſſe ornatum. Puto autem tribunitio honore Criſpinum a Domitiano, tradito gladio, tribunatus inſigni, fuiſſe affectum: in omen tantum futuræ militiæ, cui per ætatem nondum par erat. Perinde ac conſularia & prætoria ornamenta dari interdum ſolebant honoris cauſſa, qui eas dignitates ac munia revera non ſuſtinebant. Hoc paullo ante Statius *Caſtra* dicit *recludere.* Nam per tribunatum primus aditus erat ad caſtrenſes honores atque imperia ipſa. Vnde hunc tribunitium enſem idem poeta *primum* appellat 5 Silv. 2, 177 *Cuique*, inquit, *ſacer primum tribuit Germanicus enſem.* Nam *ſecundus* enſis, ut ſic appellem, rectorum provinciarum; *ultimus* & ſummus præfecti prætorio erat. Nec alio, puto, honore Parthenius ab eodem Domitiano ornatus fuit. Hæc noſtra ſuper hoc Statiano loco ſententia, ſive opinio potius, eſt.

¶ Pūgiuncŭlus, i, m. nam & hoc diminutivo Cicero uſus eſt in Orat. c. 67 *In iis verbis, quibus, ut pugiunculis, uti oportet, brevitas facit ipſa liberiores pedes.* Et Orat. in toga cand. *Hiſpanienſis pugiunculus.*

PVGNA, æ, f. certamen, a *pugno* dicta eſt, auctore Donato, ein gefechte, ſtreit, kampff, eine ſchlacht; ut, *Pugnam ciere*, Tac. Annal. 3, 41, 4; & *committere*, Cic. Catil. 3, 3. *Pugnam inire*, Quintil. 5, 12 ſub fin. *Pugnam facere*, Nepos 9, 5, 2. Et *Pugna adverſa*, Tac. Ann. 1, 64, 3; *mala*, idem 15, 28, 3. *Pugna ardeſcit*, Idem Hiſt. 5, 18, 1. Ac, *Pugna forenſis*, Quintil. 5, 12, certamen litigantium, ein rechtsproceß.

¶ Pugnĭcŭla, æ, f. dimin. Pro levi pugna Catonem uſurpaſſe docet Perottus p. 595.

¶ Pugno, *avi, atum, are*, pugnam committere, kämpffen, ſtreiten; ut, *Acriter pugnare*, Quint. 2, 20 fin. *Pugnare cum aliquo, cum hoſte &c.* Cic. pro Balbo c. 9. *Pugnare muris*, Plin. 32, 1. *Pugnare in hoſtem*, (quam rationem mundiorem & ſubtiliorem, quam *pugnare cum aliquo*, & *contra aliquem*, cenſet Gellius 7, 2.) Liv. 8, 7. *Pugnare in terga fugientium*, Id. 10, 36. *Pugnare in frontem, in latera*, Tac. Agric. c. 35, 3. *Pro patria pugnare*, ſive *pro commodo patriæ*, Cic. de Invent. 1, 1. *Pugnare pro ſacris, pro ſalute*, Salluſt. Iug. extr. *pro gloria*, ibid. *Pro ſalute pugnare*, eſt pugnare ex neceſſitate pro libertate ſua, ne alterius imperio ſubjiciamur; *pugnare pro gloria*, eſt pugnare non ex neceſſitate, ſed ut alios noſtro ſubjiciamus imperio, & ita gloriam augeamus; &c. Sic, *Cum vita pugnat oratio*, Cic. Tuſc. 2, 4, id eſt, vitæ oratio contraria eſt, ſie leben nicht wie ſie lehren. *Tota in oratione tecum ipſe pugnas*, du biſt mit dir ſelbſt uneins, Id. Phil. 2, 8. *Inter ſe pugnare*, Varro R. R. 2, 3. *Hic pugnes licet, non repugnabo*, Cic. Acad. 4, 18. *Illud pugna & enitere*, Id. fam. 3, 10, dringe darauf. *Hoc pugnatur*, Cic. pro Roſc. c. 3. Ovid. Her. 13, 77 *Tu tantum vivere pugna Inque pios dominæ poſſe redire ſinus.* Ter. Adelph. 5, 3, 57 *Ipſam pſaltriam una mecum hinc abſtraham.* M. *pugnaveris*, da wirſt du ein treffliches gewinnen. *Pugnam pugnare*, græca ratio & antiqua, Plaut. Pſeud. 1, 5, 110. conf. mox *Pugnatus*, Ennius:

Vicimus, ô ſocii, & magnam pugnavimu' pugnam.

Prælium, quod ad Cynoſcephalas pugnatum erat, Liv. 33, 17. Impersonaliter Cæſ. B. C. 1, 26 *Quotidie utrimque eminus fundis, ſagittis reliquisque telis pugnabatur.* Et Virg. Æn. 7, 553 *Pugnatur cominus armis.*

¶ Pugnans, *tis*. Cic. de Fin. 1, 18 *Pugnantibus & contrariis ſtudiis conſiliisque ſemper utens.* Ovid. Faſt. 2, 801 *Vincetur fœmina pugnans.* Lucret. 6, 97 *Contra pugnantes venti.* Cæſ. B. G. 6, 39 *Fortiſſime pugnantes.* Abſolute Horat. 1 ſat. 1, 102 *Pugnantia ſecum frontibus adverſis componere*, i. e. res contrarias.

¶ Pugnantia, *æ*, f. ſubſt. contrarietas, die widerwärtigkeit; ut, *Pugnantia duarum propoſitionum*, ſic enim uruntur philoſophi, ſed non latine ſatis. *Repugnantia* autem vox proba & Ciceroniana eſt, quam infra videas.

¶ Pugnātus, *a, um*, gekämpfft, befochten. Cic. pro Mur. c. 16 *Pugna ſumma contentione pugnata.* Plaut. Amph. 1, 1, 97 *Hæc illi eſt pugnata pugna ab usque mane ad veſperum.* Nepos 23, 5, 1 *Hac pugna pugnata, Romam profectus eſt*, v. Voſſ. de Conſtructione c. 22. Similiter *pugnata bella* Horatius dixit 1 epiſt. 16, 25; & Virg. Æn. 8, 629.

¶ Pugnator, *ōris*, m. ein kämpffer, ſtreiter, krieger. Liv. 24, 15 *Fortiſſimus quisque pugnator eſſe deſierat.* Frontinus 4, 7, 37 *Bonus pugnator*, ein guter ſoldat.

¶ Pugnatrix, *īcis*, f. etiam adject. kriegeriſch. Ammian. 23, 6 *Pugnatrix natio & formidanda.* Prudent. Pſychomach. v. 683 *Intulit hoc vulnus pugnatrix ſubdola.*

¶ Pugnātōrius, *a, um*, zum ſtreit gehörig, fechteriſch; e. g. *oratorium robur & mucro pugnatorius.* Sen. præf. in 2 Controv. Et, *Batuebat pugnatoriis armis*, Suet. Calig. c. 54.

¶ Pugnax, *ācis*, ſtreitbar, zänckiſch; ut, *Non eſt pugnax in vitiis*, id eſt, vitia non pugnaciter defendit, Cæl. Cic. fam. 8, 13. *Vehemens & pugnax exordium dicendi*, Cic. de Orat. 2, 78. *Pugnaces miſſili telo gentes*, Liv. 22, 37. Et, *Oratio pugnacior*, Cic. de Clar. Orat c. 31 extr. *Pugnaciſſimus quisque*, Tac. Hiſt. 4, 60, 4. *Gentes pugnaciſſimæ*, Curt. 3, 9, 3. *Galli pugnaciſſimi*, Petron. c. 45. *Hac legione noli acrius, aut pugnacius quidquam putare*, Aſin. Pollio Cic. fam. 10, 31.

¶ Pugnāciter, adverb. mit ſtreit und zanck: ut, *Vbicunque acriter erit, & inſtanter, pugnaciterque dicendum*, Quint. 9, 4. *Sententiam, quam adamas, pugnaciſſime defendere*, Cic. in Acad. 4, 3. Et Quint. 9, 4 *Quis dubitat, alia lenius &c. alia pugnacius eſſe dicenda?* Sen. Qu. Nat. 1, 2 extr. *Sidera collectum aërem luce levi non pugnaciter, nec aſpere feriunt.* Id. 3, 36 *In illa diſputatione pugnacius locutus es.*

¶ Pugnācitas, *ātis*, f. die heſtigkeit, ut, *Pugnacitas argumentorum*, Quintil. 4, 3. Et, *Pugnacitas libidinis*, Plin. 10, 33.

¶ Pugnācŭlum, *i*, n. locus unde pugnatur, die paſtey, kampffplatz. Plaut. Mil. 2, 3, 63 *Deturbabo jam ego illum de pugnaculis.* Et Ammian. 21, 12 *Suſceptus ad pugnaculum ſolus.*

Compoſita:

¶ Adpugno, *are*, beſtreiten, anfallen. Tac. An. 2, 81, 1 *Piſo claſſem adpugnare fruſtra tentavit* Et An. 4, 48, 3 *Alii caſtra Romana adpugnarent.* Et An. 15, 13, 1 *Caſtellum adpugnare*; ubi Ryckii notam lege.

¶ Compugno, *are*, miteinander ſtreiten. Hinc

¶ Compugnans, *tis*, apud Gellium bis legitur: ut 12, 5 *Vidiſtis congredientes compugnantesque philoſophum & dolorem*: & 14, 5 extr. *Clamantes compugnantesque illos reliqui.*

¶ Depugno, *āre*, idem propemodum quod ſimplex, ſcharmütziren; ut, *Depugnare collatis ſignis*, im felde gegen einander ſtehen und ſchlagen, Plaut. Caſ. 2, 5 extr. *Depugnare ferro*, Cic. Tuſc. 2, 17. *Depugna potius, quam ſervias*, Id. Att. 7, 7. *Ad depugnandum cogi*, Nepos 2, 4, 4. *Copiæ paratæ ad depugnandum*, Cic. fam. 6, 4, ubi *Depugnare* eſt una pugna unoque prælio de tota re & toto bello decernere, ein hauptreffen halten. vid. not. Sic, & impers. Id. Att. 16, 11 *Ante depugnabitur.* ¶ 2. Interdum *Depugnare* nihil aliud eſt, quam in periculo verſari; quale quid etiam de verbo *dimicare* obſervavimus. v. Plin. 36, 15, & qui explicat eum locum Gelnerus Chreſtom. Plin. p. 1056.

¶ Depugnatus, *a, um*, befochten, ausgefochten; ut, *Sero venire depugnato prælio*, i. e. finito. Plaut. Menæch. 5, 6, 31.

¶ Depugnātio, *ōnis*, f. die ſchlacht, der ſtreit. Iul. Firmic. præf. lib. 4 *Forenſium certaminum depugnationibus liberatus*, von rechtsproceſſen befreyet. Tertull. de Spectac. c. 18 *Divinæ imaginis depugnatio.* Cato ap. Non. 3, 89 *Una depugnatio eſt fronte longo &c.* al. *repugnatio.* conf. Veget. 3, 20.

¶ Depugnator, *ōris*, m. idem ac pugil, ein fechter. ICt. Cod.

¶ Depugnatrix, *īcis*, f. v. Sipontin. p. 395.

¶ Expugno, *are*, pugnando capere, erobern, überwältigen, im ſturm gewinnen; ut, *Expugnare urbem*, Tac. Hiſt. 5, 13, 6, & *ædes*, Ter. Eun. 4, 7, 3. *Expugnare aliquem ratione*, Cic. Verr. 4, 52 extr. mit gründen überführen, convinciren. De actionibus tribunitiis Liv. 4, 35 extr. *Summa vi expugnatum eſt, ut tribuni militum conſulari poteſtate crearentur.* ¶ 2. *Expugneſſere* antique pro *expugnaturum eſſe* dixit Plaut. Amph. 1, 1, 55.

¶ Expugnans, durchdringend, kräfftig. Sic, *Expugnantior herba*, efficacior eſt, Ovid. Met. 14, 21 al. *expugnacior.*

¶ Expugnatus, *a, um*, erobert, eingenommen mit gewalt: ut, *Loca expugnata*, Nep. 17, 3, 5. conf. 4, 2, 2. *Caſtellis expugnatis*, Cæſ. B. G. 3, 1. *Expugnata mœnia*, Lucret. 2, 1144. *Mens expugnata fatiſcit*, h. e. victa, Stat. Theb. 4, 187.

¶ Expugnātio, *ōnis*, f. die eroberung; ut, *Vrbium expugnatio*, Cicer. de Senect. c. 5. *Deſperata expugnatio caſtrorum*, Cæſ. B. G. 6, 40.

¶ Expugnātor, *ōris*, m. überwinder; ut, *Vrbis expugnator*, Cic. de Invent. 1, 50. *Expugnator pudicitiæ*, Idem in Verr. 1, 3. Et Plin. 7, 38 *Demetrium expugnatorem* dixit, qui Græcis eſt *Poliorcetes.*

¶ Expugnatōrius, *a, um*, erobernd, einnehmend. Tertullian. de anima c. 57 *Expugnatoria dominatio*

¶ Expugnābilis, *e*, überwindlich; ut, *Robur expugnabile*, Stat. Theb. 6, 103. Contra

¶ Inexpugnābilis, *e*, unüberwindlich; ut, *Arx inexpugnabilis*, Liv. 2, 7. *Probatio inexpugnabilis*, Quint. 5, 10. conf. Gell. 18, 3.

¶ Inexpugnatus, *a, um*, idem Paulinus Nolanus epiſt. 18 ad Victricium n. 5 *Voluntas ſanctis operibus & pio minyſtratu inexpugnata.*

¶ Impugno, *are*, bekriegen, beſtürmen, beſtreiten, anfechten; ut, *Impugnare terga hoſtium*, Liv. 3, 70. *Impugnare alicujus dignitatem*, id eſt, adverſari dignitati, zuwider ſeyn. Cic. ap. Nonium 5, 68; *patriam*, Id. in Bruto c. 15; *morbum*, Plin. 26, 12.

¶ Impugnatus, *a, um*, beſtritten, angefochten. Plin. 5, 24 *Impugnatus Taurus.* Gell. 1, 6 *Turpe eſt rhetori, ſi quid in mala cauſſa deſitutum & impugnatum relinquat.*

¶ Impugnātio, *ōnis*, f. die anfechtung, bekriegung. Cic. Att. 4, 3 *Domum Syllæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumſerat.*

¶ Impugnator, *ōris*, m. quod Gruteri Livius 27, 15 med. habet. In melioribus libris Scheffleri, Gryphii, Gronovii (cujus & notas vide) *Oppugnator* eſt.

¶ Oppugno, *are*, bekriegen, beſtürmen, an etwas ſetzen. Cic. fam. 2, 10 *Aggeribus, turribus oppugnabam oppidum munitiſſimum Obſidere, oppugnare & labefactare urbem*, Id. de Ar. Reſp. c. 4. *Oppugnare alicujus caput*, einen auf leib und leben angehen, Id. pro Quintio c. 12. *Legatus aperte pecunia nos oppugnat*, Id. fam. 1, 1, 2.

¶ Oppugnatus, *a, um*, angegriffen, angefeindet. Propert. 2, 15, 45 *Roma propriis circum oppugnata triumphis.*

¶ Oppugnātio, *ōnis*, f. die beſtürmung. Liv. 14, 29 *Non ſegnior oppugnatio eſt, quam pugna fuerat.* conf. Cæſ. B. G. 2, 6; & Cic. de Orat. 1, 48.

¶ Oppugnator, *ōris*, m. ein feind, bekrieger; ut, *Salutis meæ oppugnator*, Cic. pro Planc. c. 31; *reipublicæ*, Id. pro Balbo c. 23.

¶ Oppugnatorius, *a, um*, ad oppugnationes pertinens, zum ſtürmen dienlich. Vitruv. 10, 22 *Heſles comparant res oppugnatorias.*

¶ Perpugnax, *ācis*, ſehr heſftig, zänckiſch. Cic. de Orat. c. 20 extr. *Perpugnacem in diſputando videri.*

¶ Propugno, *are*, pugnando tueri, defendere, verfechten, vertheidigen; ut, *Acerrime propugnare pro alicujus ſalute*, id eſt, depugnare, Cic. ad Brutum fam. 11, 16.

¶ Propugnans, *tis*, Cic. Offic. 1, 19 *Virtus propugnans pro æquitate.*

¶ Propugnatio, *ōnis*, f. die verfechtung, vertheidigung; ut, *Propugnatio ac defenſio dignitatis alicujus*, Cic. fam. 1, 7. *Suſcepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis*, Id. fam. 5, 8. conf. Id. pro Sext. c. 2.

¶ Propugnator, *ōris*, m. defenſor, ein vertheidiger, beſchützer; ut, *Acerrimus propugnator communis libertatis*, Cic. ad Brut. epiſt. 11. *Locus a propugnatoribus vacuus relictus*, Cæſ. B. G. 7, 25. conf. Nep. 18, 13, 3.

¶ Propugnatrix, *īcis*. Occurrit in fragmento orationis funebris apud Fabrettum Inſcript. p. 169.

¶ Propugnāculum, *i*, n. locus munitus, ex quo depugnatur, eine ſchantze, feſtung, paſtey, ſchutzmauer; ut, *Propugnaculum contra hoſtium impetus*, Cic. pro Fontej. c. 1. *Propugnaculo alicui eſſe*, einen ſchutz ſeyn. Id. Verr. 5, 34. *Propugnaculum oppoſitum barbaris*, Nepos 6, 5, hodie, eine frontier-ſtadt, grentz-feſtung. *Propugnacula tyrannidis demoliri*, Id. 20, 3, 3, die citadellen. Sunt autem hæc vere inſtrumenta tyrannidis, coërcendis urbibus exſtructa, frena & clauſtra oppreſſorum, ſedes & arces ſervitutis. vid. Curt. 7, 7, 1. Tac. Agric. 16, 1.

¶ Impropugnatus, *a, um*, non propugnatus, unbeſchützt. Ammian. 29, 6 *Impropugnata civitas.* Id. 26, 5 *In rebus duris & dubiis impropugnatas urbes relinquere.* Id. 27, 12 *Armenia impropugnata.*

¶ Repugno, *are*, obſiſtere, reſiſtere, ſich wehren, widerſtehen, widerſtreben, zuwider ſeyn; ut, *Dictis & factis alicui repugnare & reſiſtere*, Cic. pro Rabir. c. 5 *Repugnare contra veritatem*, Id pro Qu. Roſc. c. 17. Et, *Repugnare circa aliquid*, Quintil. procem. lib. 8. Et, *Repugnare inter ſe*, Cic. Tuſc. 3, 29, mit einander ſtreiten. *Vterque repugnare vult*, de Cæſare & Pompejo Id. Att. 8, 11 p. 785 Gr. *Cum id conſuiſſet Caſſius, Brutus repugnaverat*, id eſt, diſſuaſerat, er hatte es widerrathen, Vellej. 2, 58, 2.

¶ Repugnans, *tis*. Cic. Off. 2, 19 *Adverſante & repugnante natura.* conf. Topic. c. 3 ſeqq. Ovid. de Arte am. 2, 197 *Cede repugnanti, cedendo victor abibis.* Conf. Nep. 15, 9, 2. Compar. Lactant. de Ira Dei c. 9 *Quo quid repugnantius dici poſſit, non video.* Niſi velis reducere ad adverbium

¶ Repugnanter, adverb. ungern, widerſetzlich; ut, *Patienter accipere, non repugnanter*, Cic. de Amic. c. 25. Ammian. 20, 19 *non repugnanter.*

¶ Repugnantia, *æ*, f. pro qua vulgo *pugnantiam* dicunt, die ungleichheit, widerwärtigkeit. Cic. Phil. 2, 8 *Quia tantam rerum repugnantiam non vides, nihil profecto ſapis.* Id. Off. 3, 7 *Panætius induxit eam, quæ videretur eſſe, non quæ eſſet, repugnantiam.*

¶ Repugnātio, *ōnis*, f. actus repugnandi, die widerſtrebung. Apul. de Plat. Philoſ. Nat. p. 9 *Repugnationes nociuæ.* conf. *Depugnatio.*

¶ Repugnator, *ōris*, m. der widerſtrebet. Beda Hiſt. Eccleſ. Angl. 1, 17 *Quæſi repugnatore ceſſante.*

¶ Repugnatōrius, *a, um*, ad repugnandum utilis, womit man ſich wehret. Vitruv. 10 c. ult. *In repugnatoriis rebus non tantum machinæ, ſed etiam maxime conſilia ſunt comparanda.*

¶ Repugnax, *ācis*, widerſpenſtig, Cic. de Orat. 1, 20 extr. Sed legendum ibi erit *Perpugnax.*

PVGNVS, *i*, m. manus contracta, eine fauſt, contrarium *palmæ a vanctibus, i. e. perenſſime dicitur*, eſt. Sic, *Cædere pugnis*, Plaut. Curc.

Curc. 1, 3, 43. *Legere quem pugno*, per jocum Id. dixit Amph. 1, 1, 160. *Pugnis rem solvant, si quis pejerat clarius*, ibid. 3, 9, ſie zahlen mit ſchlägen, wenn einer ſie ſchwur machet. *Pugnus continuo in mala hæret*, es ſetzt maulſchellen, Ter. Adelph. 2, 1, 17. *Pugnis & calcibus aliquem contundere*, Cic. Verr. 5, 23. *Pugnos & plagas ferre*, Cic. de Clar. Orat. c. 69.

¶ Pugneus, *a, um*, aus fäuſten beſtehend. Per jocum Plaut. Amph. 1, 1, 140 *Me beſpitio pugneo acceptarus eſt*; i. e. pugnis loco cœnæ, mit einer hand-collation. Sic & Rud. 3, 4, 58 *Iam tibi meſſis in ore fiet mergis pugnei*, du wirſt klopfiſche bekommen.

¶ Pugnĭtus, adverb. i. e. pugnis, mit fäuſten. Cæcil. apud Nonium 11, 38 *Quidam qui ſe malit pugnitus peſſundari.*

¶ Pugillus, *i*, m. diminut. Prudent. Cathem. 10, 152 *Minimi menſura pugilli.* Fortun 3, 69 *Cujus clauduntur cuncta pugillo.* ¶ 2. Item illud ipſum quod pugillo continetur, eine hand voll. Plin. 20, 22 *Semen cum farris pugillo decoctum.* Onomaſt. Vet. *Pugillus*, δράξ. Et mutato genere Gloſſ. Vetus: *Pugillum*, δραξ χερός.

¶ Pugillāris, *e*, adject. quod pugnum implere, ſeu pugno contineri poteſt, das eine hand füllen kan. Iuvenalis 11, 156 *Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos*; ubi prima producta eſt quæ alias corripitur.

¶ Pugillares, *ium*, m. plur. ſubſtantive tabulæ dicuntur, in quibus ſtilo, quem pugnus dirigit, ſcribimus, ein handbuch, ſchreibtäfelein; ut, *Quin pugillares ſumis & aliquid ſcribis?* Plin. 7 epiſt. 9 extr. Et alter Plin. 13, 11 *Pugillarium uſus etiam ante Trojana tempora.* Primam, quam in adjectivo produxit Iuvenalis, Prudentius corripuit Hymno Caſſiani v. 15 *Unde pugillares ſoliti percurrere ceras.* Videntur & alii corripuiſſe. Et ſi *Pugil* primam brevem habet, cur non & *pugillaris? Pugnus* enim, a quo *pugillaris* eſt, & *pugil*, ejusdem ſunt originis. Sed tamen idem Prudentius & primam in *pugil*, uti ſupra oſtenſum, produxit: unde variaſſe eum ſyllabam conſtat.

¶ Pugillar & Pugillare, *aris*, n. idem. Ita Catullus 43, 5 *Pugillaria* & *codicillos* pro Synonymis habuit. Et Auſon. epigr. 146, 3 *Bipatens pugillar expedi.* Gell. 17, 9 *Pugillaria nova nondum cera illita.*

¶ Pugillatōrius, *a, um*, hand- oder fauſt-völlig; ut, *Pugillatorius follis*, pila, ein handball, Plaut. Rud. 3, 4, 16. Sed alii & forte rectius, ex *pugil* (unde *pugillo* & *pugilator*,) proxime deducunt. Vide Lambinum & Jac. Operarium. Quære etiam paullo ſuperius in *Pugil.*

PVLCHER, *ra, rum*, quaſi πολύχειρ, id eſt, fortis, quia Romani, quum ponerent omnia in fortitudine, eum tantum pulchrum & formoſum putabant, qui fortis eſſet, tapfer; v. Scalig. de L. L. c. 22. Sic Virgilius poſuit in illo Æn. 7, 656 *Satus Hercule pulchro, Pulcher Aventinus, &c.* & alibi. Florus 4, 4 extr. *Tum etiam manu pulcher apparuit*, hoc eſt, fortis. Sic & *pulcher bos* appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus, ein ſchöner ochs, apud Feſtum. ¶ 2. *Pulcher* elegans eſt, decorus, formoſus, fein, ſchön, hübſch; ut, *Pulchra poëmata*, Horat. 1 ſat. 10, 6. *Pulcherrima Roma*, Virg. Georg. 2, 534. Et, *Quo pulchrior alter non fuit*, Æn. 7, 649. *Vrbs pulcherrima*, Liv. 26, 32. *Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt*, Plaut. Moſt. 1, 3, 133. Sed *Pulchrum* & *venuſtum*, ut cognata videantur & eadem, differunt tamen. v. infra *Venuſtus.* ¶ 3. *Pulchra* etiam ſunt, quæ laude digna honeſtaque ſunt, ſchön, löblich. Flor. 2, 19, 1 *Hactenus Romanus populus pulcher, egregius &c.* Sic, *Pulchram petere per vulnera mortem*, i. e. glorioſam, Virg. Georg. 4, 218. Vide & Heinſium de Satyra Horatiana. ¶ 4. *Pulchrum* denique idem ac *fauſtum, lætum*, glücklich, erfreulich, ſchön; ut, *Pulcher fugatis ille dies Latio tenebris*, Horat. 4 od. 4, 39. *Cui pulchrum fuit in medios dormire dies*, i. e. ſummi inſtar boni habitum, Id. 1 epiſt. 2, 30 *Prætor ne pulchrum ſe ac beatum putaret*, Cic. pro Mur. c. 12. *Suum cuique pulchrum eſt, &c. Te tua, me deleſtant mea*, Id. Tusc. 5, 22. ¶ 5. Nonnulli & *Pulcer* ſcribunt, & præſertim in obliquis *pulcri, pulcrum* &c. Et ita Varro, de quo Chariſius 1 p. 56 PVLCRVM *adſpirari debere, Varro negat, ne duabus conſonantibus intercedat adſpiratio, quod minime rectum antiquis videbatur.* Sic, *Pulcerrima terrarum Campania*, editur Flor. 1, 16, 3. *Pulcerrimus exitus*, i. e. feliciſſimus Id. 2, 2, 14. Sed Cic. in Orat. c. 48: *Quin ego ipſe*, inquit, *loquebar ſic, ut pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem dicerem: aliquando, idque ſero, convicio aurium, cum extorta mihi veritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi*; v. Dauſquejus, Cellar. Orthogr. p. 5 & 117. ¶ 6. Antiqui etiam ſcripſerunt *Polcrum* quaſi a *pollendo*, ſicut *ſepulcrum* a *ſepeliendo.* ¶ 7. *Pulcher* & *purus* confund. ubi vid.

¶ *Pulchrum* Promontorium Africæ, Carthagini proximum, Liv. 29, 27 extr. Etiam mentio illius in fœdere, quo terminus navigationis Romanæ fuit. Vid. Polyb. 3, 22 ſeqq. v. g. c. 23 τὸ Καλὸν ἀκρωτήριον τὸ περικάμενον ἀυτὴς τῆς Καρχηδόνος πρὸς τὰς ἄρκτους. Quidam *Pulchri* vocant. Polybius ſemper τὸ Καλόν.

¶ Pulchellus, *a, um*, diminut. hübſch; ut, *Pulchellus puer*, Cic. Att. 1, 16. *Bacchæ pulchellæ*, Id. fam. 7, 23, 7. Et *Servus pulcellus*, Apul. Met. 8 p. 213.

¶ Pulchre, adverb. eleganter, fein, nett, wohl; ut, *Dicere pulchre & oratoris*, Cic. in Orat. c. 68 pr. *Pulchre ſobrius*, Ter. Eun. 4, 5, gar fein nüchtern. *Neque ego præberi vidi ligna pulchrius*, i. e. largius, jocus coci ſuſtibus tractati apud Plaut. Aul. 3, 1, 6. *Pulcherrime ferre ſecundam fortunam*, Serv. Sulpic. Cic. fam. 4, 5, id eſt, egregie, optime. *Cum in ſenatu pulcherrime ſtaremus*, Cic. fam. 1, 4. 1, Phædr. 4 extr. *Dum ſanitas conſtabit, pulchre meminero.* Nepos 25, 13, 3 *In ea* (familia) *ne pediſſequus quidem quiſquam erat, qui non utrumque pulchre facere poſſit*: Vbi de opera promta expeditaque intelligendum. Hinc in approbationum formulis etiam locum habet: Ter. Eun. 4, 2, 4 TH. *Male multabo ipſum.* GN. *Pulchre!* Et Heaut. 2, 3, 91 SYR. *Aſſimulabimus tuam amicam hujus eſſe.* CLIT. *Pulchre!* Similiter nos: das war ſchön! herrlich! ſtattlich! Atque ſic & Græci τὸ καλῶς uſurpabant. ¶ 2. Neque tamen hoc adverbium in iis tantum locum habet, quæ laudi & commodo ſunt, ſed & quæ in deteriorem partem vergunt. Ter. Heaut. 3, 1, 40 *Vt tu ſcias, quam ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem ſiet*; id eſt, abunde, copioſe, trefflich.

¶ Pulchrālis, *e*, idem ac *pulcher*, ſchön. Cato apud Feſtum: *Pulchralibus atque capitio.*

¶ Pulchreſco, *ĕre*, ſchön werden. Caſſiod. Var. epiſt. 5, 40 *Vnius rei facies de addita venuſtate pulchreſcit.* Ser. Samon. c. 45 v. ult. *Succis hederæ pulchreſcit fœdæ cicatrix.*

¶ Pulchrĭtas, *ātis*, f. die zierlichkeit. Cæcil. apud Nonium 2, 665 *Dii boni, quid illud eſt pulchritatis!*

¶ Pulchrĭtūdo, *ĭnis*, f. venuſtas, elegantia, die ſchönheit; ut, *Eximia pulchritudine fœmina*, Cic. de Divin. 1, 25. *Splendor & pulchritudo virtutis*, Id. Off. 2, 10. *Pulchritudini victæ urbis parcere*, Flor. 2, 6, 34. Ejus commendationem egregiam habes apud Iſocratem in Helena: itemque quomodo de pulchritudine ſingulari loquantur poëtæ, apud Barth. in Stat. Silv. p. 41 & 60. Socrates apud Laërtium *pulchritudinem* appellavit *modici temporis tyrannidem*; Plato *naturæ privilegium*; Theophraſtus *tacitam deceptionem*; Carneades *regnum ſolitarium.*

¶ Perpulcher, *a, um*, auget ſignificationem, ſehr ſchön. Ter. Eun. 3, 2, 15 *Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.*

¶ Præpulcher, *a, um*, idem. Iuvencus 1, 430 *Proveniunt hominum præpulchra indagine lucra.*

PŪLĔGIVM, & PVLEIVM, *i*, n. herba, poley oder herz-poley. Vet. Gloſſ. *Pulejum*, γλήχων. Plin. 20, 14 *Magna ſocietas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio, cum furculis ſuis in ampullas vitreas aceti utrisque dejectis.* Cic. de Divin. 2, 14 *Pulejum aridum floreſcit ipſo brumali die.* conf. Colum. 12, 7 & 35 & 57, & Martial. 12 epigr. 32. Serenus v. 314 *Pulegium decoctum.* Et contracte Strabo Gallus in Hortulo 18, 2 *Pulei virtutes celeri comprendere verſu.* ¶ 2. *Pulegium ſermonis* ſuavitatem appellat Cicero fam. 16, 23 *Cras exſpecto Leptam, ad cujus rutam pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt.*

¶ Pulejātum, *i*, n. pro vino pulejo ſive pulegio condito dixit Lampridius in Eleagabalo c. 19, kräuter-wein.

Puleticum, vide ſupra *Polyptychus.*

PŪLEX, *ĭcis*, m. a quo πύλλος & inde *pulex*: Vnde & Cælius Calcagninus *Pullex* ſcribere voluit, ein floh. Iſidorus tamen 12, 5 a *pulvere*, quo nutritur, derivat. Plinius 9, 47 teſtatur, in mari etiam gigni *cauponarum æſtiva animalia, pernici moleſta ſaltu*, i. e. pulices. Vulgus communiter primam corripit, inductum illo Pſeudovidii carmine de Pulice v. 1 *Parve pulex & amare, lues inimica puellis.* Sic & v. 20 & 34. Male! At Martial. 14 epigr. 83 *Pulice, vel ſi quid pulice ſordidius.* Et Colum. 10, 321 *Parvulus aut pulex irrepens dente laceſſat Ozyma.* Eſt enim non tantum hominum, ſed & olerum ac herbarum, ut in illo Columellæ, ein erdfloh. *Pulicum veſtigia metiri*, proverbium, de diligentia in rebus frivolis & inanibus, ſumptum ex Ariſtophanis nubibus, ubi Socrati tales ineptiæ objiciuntur. v. Lucian. Philopat. Pulicis encomium Michael Pſellus ſcripſit, & poſt eum Cælius Calcagninus, item Petrus Galiſſardus Araquæus.

¶ Pūlĭco, *are*, pulices progignere, flöhe haben. Gloſſ. gr. lat. ψυλλίζω, *pulico.*

¶ Pūlĭcōſus, *a, um*, voll flöh; ut, *Pulicoſa canis*, Columella 7, 13.

¶ Pulĭcālis, *is*, f. herba, pſyllium, flöhe-kraut.

¶ Pulilaria, *æ*, f. eadem herba, apud Octav. Horat. 1, 10.

Pullarius, pullaſter, vide *Pullus, i*; Pullatus, pulligo, *Pullus, a, um.*

PVLLVS, *i*, m. a πῶλος, quæ vox proprie ſignat *equuleum*, das junge von allerley thieren, ein füllen, hühnlein. Nam latine *Pulli* dicuntur recens nati & parvi fœtus quorumcunque animalium; ut, *Pulli hirundinis*, Plin. 10, 33, junge ſchwalben; & *Pulli aquilæ, cornicis, &c.* ibid. c. 3 & 12. *Pullus gallinaceus*, Liv. 32, 1, ein hüchlein. *Pullus columbinus*, Cic. fam. 9, 18. *Milvinus pullus*, Id ad Qu. frat. 1, 2. Sic autem appellat per metaphoram juvenem rapacem, ein junger ſcharrhans, geitzwanſt. Iuvenal. 13, 142 *Non viles pulli nati infelicibus ovis.* Horatius etiam *ranæ pullos* dixit 2 ſat. 3, 314 *Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis.* Et Colum. *Apum pullos* 9, 3. *Pullus equinus*, πῶλος, ein füken, Quintil. 8, 2. ¶ 2. Arboribus tributum, quarum ſtolones *pulli* dicuntur, ſchößlein, jung gewächs. Cato R. R. c. 51 *Ab arbore, abs terra pulli qui naſcentur, eos in terram deprimito.* Et Plin. 17, 10 *Nullis tales pulli proveniunt, niſi quarum radices amore ſulis atque imbris in terra ſpatiantur.* Hard. *Pulluli.* Indeque verbum *Pullulo.* ¶ 3. *Pullus* etiam inter blandiendi vocabula hominibus parvis tribuitur, ein päpgen. Horat. 1 ſat 3, 44 *Strabonem Appellat pætum pater: & pullum, male parvus. Si cui filius eſt.* Vid. Theophraſt. περὶ κολακείας, & ibi Caſaub. p. 131, & infra in *Sidus* ex Suet. Cal. c. 13. ¶ 4. Et *Pullus* ſcortum maſculum. Feſtus: *Qui obſcene ab aliquo amabatur, ejus, a quo amatus eſſet, pullus vocabatur. Vnde Q. Fabius Iovis pullus, &c.* Inde *Pullipremo*, de quo mox.

¶ Pullārius, *a, um*, ad pullos ſpectans, vor die hühnlein oder andere junge brut gehörig; ut, *Pullaria collectio*, Veget. 2, 25. *Feles pullaria*, puerorum fur, raptor & corruptor, qui ſicut feles avium pullos, ita & ipſe pullos homines vid. n. 4 captat, apud Auſonium epigr. 70, 5. Quo ſenſu & Plautus apud Feſtum *pullariam dextram* dixit. vid. Turneb. Adverſ. 3, 11.

¶ Pullārius, *i*, m. ſubſt. qui e pullorum paſtu auſpicia captat. Cic. fam. 10, 12 *Oblata religio eſt pullariorum admonitu.* Id. Divin. 2, 34 *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius.* Liv. 10, 40 *Pullarius, auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum conſuli nunciavit.* v. interpretes. ¶ 2. Quilibet etiam, qui varii generis pullos nutrit & cuſtodit, ita vocari poteſt, ein hüner-vogt ꝛc. Onomaſt. Vet. *Pullarius*, πωλοκόμος, h. e. *equulos curans.* ¶ 3. Pædico. Gloſſ. gr. lat. παιδεραστής, *pullarius.* v. Scalig. Auſ. Lect. 1, 27 pr. & Burm. ad Petro. c. 43 extr.

¶ Pullaſter, *tri*, m. & Pullaſtra, *æ*, f. ein junger hahn oder henne, hühnlein. Onomaſt. vetus: *Pullaſter*, πῶλος. Varro R. R. 3, 9 de gallinis *vetulas* opponit *pullaſtris*, in quem locum ita Scaliger p. 243 *Pullaſtri in genere gallinaceo, qui pumiliones in hominibus.* Pullitra *autem vel* Pulletra *eſt, quæ adhuc effœta non eſt. Sic a* Porca

porcetra, *quæ non multum peperit & opponitur scrofæ, quæ multum peperit*, ut est apud Gellium 18, 6. Qua propter in dicto Varronis loco *pulletris* potius, quam *pullastris*, vult legendum esse, quod pullastra non ad ætatem referatur, sed ad magnitudinem.

¶ Pullejāceus, *i*, m. pro pullo gallinaceo apud Suet. Aug. c. 87.

¶ Pulletra, vel Pullitra, *æ*, m. jam ex Scaligeri verbis patuit in *Pullaster*. Vide integrum locum, quo Varroniana verba, per se subobscura, ex Græco Varronis interprete mirifice illustrat.

¶ Pullĭcĕnus, *i*, m. pullus avium, ein jung hühnlein; ut phasianarum, perdicum &c. Lamprid. in Alexandro c. 41 *Aviaria instituerat pavonum, phasianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam; hisque vehementer oblectabatur, maxime palumborum habuisse ad viginti millia dicitur. Et ne eorum pastus gravaret annonam, servos habuit vectigales, qui eos ex ovis ac pullicenis ac pipionibus alerent.* v. Salmasium ibi.

¶ Pullīnus, *a, um*, vom jungen vieh; ut, *Pullini dentes*, quos primum equi jaciunt, Plin. 8, 44, f. 69. *Stercus pullinum*, hünermist, Veget. 3, 17.

¶ Pullo, *are*, germinare, sprossen, keimen. Calpurn. eclog. 5, 20 *Gramine silva pullat*, i. e. germinat. vide mox *Pullulo*.

¶ Pullatio, *ōnis*, f. fœtura pullorum, die ausbrütung. Columell. 8, 5 *Ab æstivo solstitio non putant bonam pullationem.*

¶ Pullities, *ēi*, f. idem, vel ætas pullorum, die junge zucht. Colum. 8, 9 extr. *Circa messem, cum jam confirmata est pullities.*

¶ Pullulus, *i*, m. dimin. a *Pullus*, ein jung thier. Apul. Met. 8 p. 213 *Tam bellum scilicet pullulum.* de asino grandiore, per ironiam. ¶ 2. Surculus, ein jung sprößlein. Gloss. Cyrill. *Pullulus παραφυάς, βλαστός*, nam & *Arborum pulli* sunt Catoni c. 51, & *Pulluli arborum* Plinio 17, 10. vid. *pullus*, n. 2. ¶ 3. Pro catamito vel masculo scorto. *Tam bellus pullulus*, ap. Apul. Met. 8 p. 213.

¶ Pullŭlo, *are*, pullulos sive stolones emittere, ausspross̃en, auffeimen, ausschlagen. Veteres enim *Pullare* dixerunt. Vet. Gloss. *Pullat, (in Georgia arbores dicuntur, quoties ramos ex se generant,) παραφυάδας βάλλει, βλαστάνει.* Plin. 17, 10 *Multis radicibus pullulante sobole densa*, Virg. Georg. 2, 17 *Pullulat ab radice densissima sylva.* ¶ 2. Tralate Virg. Æn. 7, 329 *Alecto tot pullulat atra colubris.* Et Nepos 24, 2, 2 *Pullulare incipiebat luxuria*, id est, crescere. ¶ 3. Active pro generare, gebären, ausbrüten. Apul. 4 Met. p. 155 *Deam* (Venerem) *Venerem aliam pullulasse.*

¶ Pullulasco, *ĕre*, anheben auszusprossen, jung werden. Columella 4, 21 extr. *Ex novello palmite vitis pullulascit.* Verus Florentinus liber *pullescit*, de quo mox dicemus. Prudentius Romano v. 882 *Libet experiri, Lerna sicut traditur, Virum renatis pullulascat artubus.*

¶ Pullesco, *ĕre*, idem, in Onomastico, & *βλαστάνειν* ibi vertitur. Quidam etiam ita legunt apud Columellam l. c. in *Pullulasco*.

¶ Pullĭger, *a, um*, das junge hühnlein bringt. Fulgent. 1 Mythol. *Ova pulligera ingerere.*

¶ Pullipręmo, *ōnis*, m. puerorum plagiarius, vel pædico, ein kinderdieb, knabenschänder, apud Auson. epigr. 70, 8.

¶ Propullulo, *are*, herfürkeimen; Vulgatum usu verbum, sed sine Veterum autoritate.

¶ Repullŭlo, *are*, wieder ausschlagen; ut, *Repullulare e radicibus*, Plin. 16, 20.

¶ Repulluleſco, *ĕre*, idem. Colum. 4, 22 *Stirpes juxta cicatricem novellis frondibus repullulescunt.* Al. *repullescunt.* Et sane

¶ Repullesco, *ĕre*, est apud eumdem Columellam 4, 24: *Præstat*, inquit, *ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quam nodosam & scabram plagam relinquere.*

PVLLVS, *a, um*, adject. subniger, dunckelfarb, schwärtzlicht, cujusmodi est color pullorum ovilium. Cic. in Vatin. c. 12, *in Toga pulla magnum crimen in epulo publico*; & in Verr. 4, 24 extr. *Tunica pulla*, fusca, quam objicit Verri Orator: sumserat autem illam, ne candidam in officina desidens sordidaret. Plebeja igitur est & sordida *vestis pulla.* vid. Lipsi. El. 1, 13, de humili plebe etiam Calpurn. ecl. 7, 26 *Pulla sordida veste*, itemque v. 81 *Sed mihi sordes Pullaque paupertas & adunco fibula morsu Obfuerunt*, quo minus prope liceret accedere ad principem. Sic, *Ficus pulla*, Horat. epod. 19, 46. *Myrtus pulla*, Id. 1 oda 25, 18, Et, *Terra pulla*, schwartz erdreich, Plin. 17, 4; & Colum. præfat. lib. 1, quamquam hæc etiam ad præcedens verbum referri potest, vid. Gesn. ad Cato. R. R. 151, 2.

¶ Pullulus, *a, um*, diminutum adjectivum, schwärtzlicht; ut, *Pullula terra*, Colum. 2, 2, quam ait melius proventu frugum approbari.

¶ Pullīgo, *ĭnis*, f. idem quod color pullus. Plin. 8, 48 *Tarentum & suæ pulliginis lanas habet.*

¶ Pullātus, *a, um*, pullam & sordidam vestem indutus, schlecht und schmutzig bekleidet: ut, *Turba pullata*, hoc est, plebeja, imperita, Quintil. 6, 4; qui 2, 12 *circulum pullatorum* vocat. v. Philand & Burm. ad h. l. Ita *Turba pullatorum* Suet. Aug. c. 40. v. ibi Casaub. & Torrent. it. Ferrar. de re vestiar. 1, 35. Sidonius de iis, qui præpostere res suas gerunt, 3 epist. 7 *Albati ad exsequias, pullati ad nuptias.* Adde Parei Lex. Crit. p. 1016.

¶ Semipullatus, *a, um*, halb schwartz bekleidet. Sidonius 1 epist. 7 *Accusatores semipullati.*

Pulmentum, &c. vide paulo post *Puls.*

PVLMO, *ōnis*, m. die lunge, Gr. *πνεύμων*, Att. *πλεύμων*, a quo ducta vox latina videtur, est *officina spirandi, attrahens ac reddens animam*, ut Plinius ait 11, 37 sect. 72. ¶ 2. Dicunt & *pulmones* pluraliter substantiam totam pulmonis, ut Cic. Tusc. 2, 19, *Pulmones dolent.* conf. Id. de N. D. 2, 54 Et Plaut. Curc. 2, 1, 22 *Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur.* Similiter *lienes* in plurali dicimus. Partes pulmonis, quæ in similitudinem ungulæ bovis dividuntur, *Fibræ* dicuntur. In pulmone nascitur *tabes*, quam Græci *φθίσιν* vocant. Ovid. Pont. 1, 3, 20 *Cernis, ut e molli sanguis pulmone remissus Ad Stygias certo limite ducat aquas.*

¶ Pulmunculus, *i*, m. diminut. Solin. c. 62 (al. 49) pro re simili pulmonibus. De morbo pulmonis Veget. 3, 56.

¶ Pulmōnāceus, *a, um*, pulmonis speciem habens: ut, *Pulmonacea radix*, Idem Veget. 1, 12.

¶ Pulmonārius, *a, um*, pulmonis morbo laborans, lungensüchtig; ut, *Ovis pulmonaria*, Columell. 7, 5.

¶ Pulmonaria, *æ*, f. subst. lungenkraut, christwurtz. Consiligo in tabernis ita vocatur.

¶ Pulmōneus, *a, um*, tumens & mollis instar pulmonis, schwammicht, leppisch. Plaut. Epid. 5, 1, 21 *Pulmoneis pedibus qui perhibetur, prius venisset, quam tu advenisti mihi.* Id. Rud. 2, 6, 27 *Pulmoneum vomitum vomere.* Plin. 15, 14 *Pulmonea poma*, i. e. ipso interprete, *stolide tumentia.* conf. Parei Lex. Crit. p. 901.

PVLPA, *æ*, f. carnosum & nervosum in arbore, die aber im holtz. Plin. 16, 38 *In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque sunt.* ¶ 2. Quidque denique solide carnosum est in fructibus & animalibus, das fleischichte an früchten und thieren. Martial. 3 epigr. 77 *Et pulpam dubio de petasione voras*, das dicke fleisch vom schincken. Sic Persius 2, 63 *Et bona Dis ex hac scelerata ducere pulpa.*

¶ Pulpāmen, *ĭnis*, n. was man zum brot isset. vid. quæ dicimus in *Puls.* Epit. Livii 48 *Masaniſſa sine pulpamine mandere & gustare panem tantum solitus.*

¶ Pulpāmentum, *i*, n. pars carnosa animalis, qualis est supra armos leporis, das fleischichte am hintertheil des hasens; Item generatim, cibus lautior, ein leckerbißlein. Ter. Eun. 3, 1, 36 *Tute lepus es, & pulpamentum quæris.* Adde Plaut. Curc. 1, 1, 50 &c. Cic. Tusc. 5, 32 *Anacharsi fuit cubile terra, pulpamentum fames &c.* Proverb. *Ego apros occido, sed alter fruitur pulpamento*, Diocletiani dictum apud Vopiscum Numeriano extr. v. in Chiliad. Erasmi proverb. *Alii sementem faciunt, alii metunt.* ¶ 2. Idem quod *Pulpamen.* v. *Puls.*

¶ Pulpo, *āre*, pulpam sive carnem poscere, nach fleisch schreyen. Autor Philomel. v. 27 *Vultur pulpare probatur.*

¶ Pulpōsus, *a, um*, pulpa plenus, carnosus, fleischicht. Apul. 7 Met. p. 195 *Terga pulposis torulis obesa.*

¶ Pulpus, *i*, m. genus piscis, Theod. Prisc. de Diæta c. 1.

¶ Depulpo, *are*, pulpam detrahere, das fleisch abnehmen. Gloss. gr. lat. *ἀποσαρκῶ, depulpo.*

¶ Expulpo, *are*, idem, apud Apicium.

PVLPĪTVM, *i*, n. locus editior ante scenam, in quo actores fabularum recitant, die bühne, das pult. Plin. 4 epist. 25 *Ludibria scenæ & pulpito digna.* Vet. Gloss. *Pulpitum, θυμέλη, Σωνίδωμα ἐπίπεδον*, ein gerüst, v. Vitruv. 5, 6. Sic, *Devexum pulpitum*, Suet. Ner. c. 13. Item *juggestum*, aut locus quicunque editior, unde sermo ad populum habetur, eine cantzel. Vet. Gloss. *Pulpitum, βάσις ξυλικόν.* Lege *ξυλική.* Suet. in Grammat. Illustr. c. 4 *Remoto pulpito declamare solitum.*

¶ Pulpĭto, *āre*, i. e. pulpitis & asseribus fulcire, beschlagen mit bretern. Sidon. 8 epist. 12 *Pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur.*

PVLS, *pultis*, f. victus antiquissimus ex farina, aqua, melle seu caseo, & ovo decoctus, ein brey, meel- oder habermus, und allerley gemüs. Plin. 18, 8 *Pulte, non pane, longo tempore vixisse Romanos, manifestum est, quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur.* Secutus est Varronem, qui de L. L. 4, 22 dicit de victu: *Antiquissima puls*, ac quibusdam interjectis: *Ab ea* (ita lego non *eo*, præcessit enim puls) *pulmentum: hinc pulmentarium dictum.* Nimirum *pulmentum, pulmentarium, pulpamen, pulpamentum*, quod Gronovius ad Plin. 23, 25 observavit, obsonium significant, sive *προσφάγιον*, quidquid ad pulcem, qua ante panem utebantur, edebant. Ita dixerat Plin. 15, 19 *Caricas panis simul & obsonii vicem siccatas implere.* De iisdem Sen. ep. 87 pr. *Si panem habeo, pro pulmentario sunt, si non, pro pane.*

¶ Pulticula, *æ*, f. dimin. ein müslein. Celsus 4, 6. Et, *Pulticula constrictior*, i. e. spissior, Cæl. Aurel. Acut. 2, 18, 108.

¶ Pultārium, *i*, n. vas, in quo puls decoquitur, ein kochtopff, breytiegel. Plin. 7, 53; & Celsus 2, 11. ¶ 2. *Pultarium* est quoque vasculum, ex quo bibebant calidam sive decoctam, ein schälgen. v. P. Scriverium Animadv. ad Martial. 1 epigr. 100. Sic, *Malsi pultarium*, uti divisim legit Schefferus in Petronii Fragm. Trag. p. 16 vid. c. 42.

¶ Pultĭficus, *a, um*, zum brey gehörig; ut, *Far pultificum*, apud Ausonium in Technop. c. de Cibis v. 5.

¶ Pultĭphăgus, *i*, m. ein breyfresser, ut, *Pultiphagus opifex*, Plaut. Most. 3, 2, 141. Fictum nomen ex latino, & græco *φάγω, edo.* Pœnos eo nomine designari, ostendit Scal. ad Varr. de R. R. 3, 7 p. 241.

¶ Pultĭphăgōnĭdes, *is*, m. idem, in Plauti Pœnulo prolog. v. 53. v. Scal. l. c.

¶ Pulmentum, *i*, n. quidquid edebatur cum pulte, zugemüs. Varro de L. L. 4, 22. vid. *Puls.* Horatius 1 epist. 17, 48 *Cœnes & pariter pulmenta laboribus emta. Pulmenta* vocat pulpas & lumbos leporinos cum pulte. De venatione enim loquitur. Et Plaut. Aul. 2, 4, 37 *Pulmentum ei eripuit milvius.* conf. Idem Pseud. 1, 2, 84.

¶ Pulmentārium, *i*, n. quidquid præter pultem, ac deinde panem editur, alles was man zum brot isset. Iuvenal. 7, 185 *Qui pulmentaria condit.* Adire etiam licet Horat. 2 sat. 2, 20; Caton. R. R. c. 58; Colum. 8, 11; & 11, 3; & 12, 4; & Senec. epist. 87. Phædr. 3 fab. 8, 22 *Frusta jactat familia, & quod fastidit quisque, pulmentarium.* Adde Pers. 3, 102; & Apicii 3, 2, quod *Pulmentarium ad ventrem* inscribitur.

¶ Pul-

¶ Pulmentāris, *e*, aus brey beſtehend; ut, *Pulmentaris cibus*, Plin. 18, 12. Pulſare, pulſator, pullio, pulſus &c. quære ſupra in *Pello, ēre.*

Pulverare, pulvereus &c. vide *Pulvis*, Pulvillus, *Pulvinar.*

PVLVĪNAR, *āris*, n. quod capiti dormientis ſupponitur, ein küſſen, haurtküſſen, polſter; ut, *Geniale pulvinar*, Catull. 65, 47. *Pulvinar*, inquit Varro L. L. 4, 35, *vel a pulmeis, vel a pelluleis declinarunt:* ubi Scaliger legit *a polis vel polulis*, antique pro *pellibus.* ¶ 2. Eſt & lectus in templis numini dicatus. Hinc, *ad omnia pulvinaria ſacrificatum eſſe, ſupplicationes decretas eſſe*, h. e. ad omnia templa, Livius 22, 1 dixit, & Cicero Catil. 3, 10 &c. Horat. 1 od. 37, 2 *Nunc Saliaribus Ornare pulvinar Deorum Tempus erat dapibus, ſodales.* Hinc Domitianus, qui pro Deo haberi volebat, lectum ſuum *Pulvinar* appellabat, Suet. ejus vita c. 13. v. ibi Torrent. itemque Caſaub. ad ejusdem Cæſ. c. 76. Vet. Gloſſ. *Pulvinar*, κaθίδρυμα, σρωμνὴ θεᾶ. Apud Suet. Aug. c. 45 *E pulvinari ſpectare*, eſt ex eo loco circi ſpectare, ubi ſimulacra Deorum collocabantur, ut Caſaubonus interpretatur. v. Marc. Donatum ad Suet. Cæſ. c. 76. Ita *pulvinar ſolis*, in quo literas ſcriptas prodit Quint. 1, 7 p. 87, Burmannus explicat locum, in quo pulvinus ſolis pro Deo culti collocabatur.

¶ Pulvinārium, *i*, n. idem, Liv. 21, 62 *Corvum in ædem Iunonis devolaſſe, atque in ipſo pulvinario conſediſſe.* ¶ 2. Pro navali Plaut. Caſ. 3, 2, 27. V. *Pulvinus* n. 4 & 5.

¶ Pulvīnāris, *e*, ſedens in pulvinis, auf küſſen ſitzend; ut, *Pica pulvinaris*, Petron. in Fragm. Trag. p. 9, vel c. 37. v. Reineſii Schol. p. 57.

¶ Pulvinātus, *a, um*, gepolſtert, erhöhet wie ein küſſen. Vitruv. 1, 4 *Pulvinatæ columnæ.* Et 3, 3 *Capitula pulvinata.* Adde 1, 2. Plin. 13, 4, *Pulvinata fiſſura*, de ligno palmularum, h. e. non ad angulos rectilineos ſed curvilineos. Ita pulvinata fiſſura eſt natium item naturæ muliebris. Sed mollis inſtar pulvini de viridi nucis juglandis involucro Plin. 15, 22 *Pulvinatus calyx:* & 17, 22 *Pulvinata labra*, de margine ſcrobis, in qua ſerenda vitis.

¶ Pulvīnus, *i*, m. culcita qua in ſedendo utimur, ein polſter, banckpfühl; ut, *In pulvinum ſubjicere*, Nepos 16, 3, 2. Et Cic. de Orat. 1, 7 *Tum Craſſum pulvinus popoſciſſe, & omnes in iis ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe.* ¶ 2. Etiam capiti ſuppoſita, ein ſchlaf- oder haupt-küſſen. Celſ. 3, 18 *Mandragoræ mala pulvino ſubjiciunt.* Id. 8, 12 *Subjecto inter parietem & caput ejus ſcorteo pulvino duro.* ¶ 3. Item *Lira*, id eſt, terra elata inter duos ſulcos in agris aut hortis, apud Plin. 19, 4; & Col. 11, 3, ein bett, beet. ¶ 4. In fluvio quoque *dorſum*, ex aggeſta arena induratum *Pulvinus* appellatur, eine ſand-banck. Servius ad illud Virg. Æn. 10, 303 *Namque inſtricta vadis dorſo dum pendet iniquo:* DORSVM, inquit, *eſt durior arena, quæ remeantibus fluctibus plerumque denſatur, & in modum ſaxi dureſcit. Hoc a nautis* PVLVINVS *vocatur.* ¶ 5. Vitruvius 5, 12 *ſtructuram* in aqua, ſeu fundamentum farctum cæmentis aut arena, *pulvinum* appellat. v. Bald. Lex. p. 96. Sed quod Iſidorus 19, 2 *pulvinos* interpretatur *machinas, quibus naves deducuntur & ſubducuntur in portum*, putat Gron. ad Plauti Caſi. 3, 2, 27 illum *phalangas* confudiſſe cum *pulvinis*, h. e. roboribus, in quibus ſubſtratis ſubductæ naves, a terrena labe ſuſpenſæ quieſcebant.

¶ Pulvīnulus, *i*, m. dimin. Colum. de Arbor. c. 10 *Pulvinuli altiores.*

¶ Pulvillus, *i*, m. idem. Ita *Serici pulvilli*, Hor. Epod. 8, 15, banck-pfühle mit ſeidentuch überzogen. Sic, *Plumeis pulvillis* uſi Romani. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 57. De culcitis Apul. Met. 10 p. 248 *Pulvillis compluribus, ventoſe tumentibus pluma delicata, terreſtre nobis cubitum præſternunt.*

PVLVIS, *ĕris*, m. quod eſt ab antiquo *Pulver*, de quo paullo poſt, der ſtaub, das pulver; ut, *Pulverem movere*, Quint. 5, 10. *Pulverem excutere*, Ovid. de Artę am. 1, 149, ausſtäuben. *Pulverem colligere*, ſich beſtäuben, Horat. 1 oda 1, 3. (v. Voſſ. 4 Inſt. Or. p. 123). *Pulvis & umbra ſumus*, Horat. 4 oda 7, 16. Et, *Citra pulverem contingere*, ἀκονιτί, id eſt, citra negotium, facile, ohne mühe. v. Chiliad. & Torrent. ad illud Horat. 1 epiſt. 1, 51 *Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ.* Ita apud Plin. 35, 11 ſ. 40 Hard. n. 32 ext. *Citra pulveris tactum*, non *jactum.* ¶ 2. Cic. Nat. D. 2, 18 *Sed ſi hæc non videtis, quia nunquam eruditum illum pulverem attigiſtis &c.* Vbi per *eruditum pulverem* mathematicas diſciplinas intelligit, quod ex iis, quæ præcedunt, ſatis clarum eſt. Habebant enim arithmetici & geometræ abacos, ſive tabulas, quas tenuiſſimo pulvere æquabant. In eo inſcribebant numeros & figuras ſuas, ut, ſi quid erraſſent, confundere & de novo inſcribere deleta poſſent. Perſ. ſat. 1, 131 *Nec qui abaco numeros & ſcelo in pulvere metas Scit riſiſſe vafer.* Fannius de ponderibus v. 13 *Nam quæ dimidium ſuperat, pars eſſe negatur: Vt docuit tenui ſcribens in pulvere Muſa.* Add. Ariſtoph. Nub. 177 ſq. ¶ 3. Apud poëtas & *belli pulvis* legitur, quo magnos belli duces glorioſe reſperſos memorant. Hor. 2 ode 1, 21 *Audire magnos jam videor duces Non indecoro pulvere ſordidos &c.* Martial. 8 epigr. 65 *Hic ſpretit Arctoi formoſus pulvere belli Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar.* v. Io. Caſp. Gevart. Papin. Lect. c. 6. Sed ita & Ammianus 21, 16 *Non niſi pulvere bellico indurati præficiebantur armatis.* ¶ 4. *Pulvis* interdum locum certaminis ſignificat, der kampf-platz, die bahne; ut, *In ſolem, & pulverem perducere*, auf die bahne bringen, Cic. de Leg. 3, 6; & de Clar. Orat. c. 9. ¶ 5. Cæterum in propatulo eſt ex Suet. Ner. c. 45, athletas ſive luctatores poſt unctionem pulvere fuiſſe inſperſos, pulveremque illum palæſtricum hinc ex Ægypti Nilo fuiſſe advectum. Plin. 35, 13 *Non multum a pulvere Puteolano diſtat a Nilo arena tenuiſſima ſui parte, non ad ſuſtinenda maria, fluctuſque frangendos: ſed ad debellanda corpora paleſtræ ſtudiis &c.* ¶ 6. *Pulvis* aliquando fœm. generis eſt; ut, *Arida pulvis*, apud Propert. 2, 13, 34. In genitivo *Pulvis* dixit Catullus Carm. 62, 204 *Pulvis Erythræi ſubducere numerum.*

¶ Pulver, *ĕris*, m. quod idem ac *pulvis*, adhuc legitur Vet. Gloſſ. *Pulver*, κονιορτός. Apul. de Herb. c. 35 *Herbæ pulver vino exhibitus.* Habet etiam Priſcian. Med. 1, 32: & 2, 32, teſte Reineſio. conf. Barth. Adverſ. 37, 23.

¶ Pulviſculus, *i*, m. diminut. ut, *Auratilis pulviſculus*, Solin. c. 25 (al. 15) ſub fin. *Candidus pulviſculus*, zahnpulver, Catull. ap. Apul. Apol. p. 277. *Rem auferre ab aliquo cum pulviſculo*, einen ganz ausbeuteln. Plaut. Truc. prol. v. 19. Neutro genere Hieronymus adverſ. Vigilant. c. 2 *Pulviſculum neſcio quod.*

¶ Pulvereus, *a, um*, pulvere plenus, ſtaubicht; ut, *Solum pulvereum*, Ovid. Met. 7, 113. *Turbo pulvereus*, ein ſtaubichter ſturmwind, Claudian. Bell. Getic. v. 458.

¶ Pulverulentus, *a, um*, idem: ut, *Pulverulentus arator. Iter pulverulentum*, Quint. 5, 10. Sen. de vita Beata c. 7 *Virtutem in templis invenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem pulverulentam, coloratam, calloſas habentem manus.* Cic. Att. 5, 14 *Via pulverulenta.* Virg. Georg. 1, 66 *Pulverulenta æſtas.* Et Ovid. Amor. 1, 15, 4 *Præmia militiæ pulverulenta ſequi*, zu felde gehen.

¶ Pulvĕro, *āre*, in pulverem reſolvere, pülvern, zermalmen, lockern. Colum. 11, 2 *Priusquam vineæ pulverentur:* & Calpurnius eclog. 5, 87 *Fragiles nimius ſol pulverat herbas.* Conf. Pallad. Martio tit. 7. ¶ 2. Pulvere plenum eſſe, vel plenum facere, beſtäubt ſeyn, und beſtäuben. Plautus citante Gellio 18, 12 *Mundum eſſe hoc veſtibulum volo, Venus ventura eſt noſtra, nolo hoc pulveret.* Calpurn. ecl. 5, 88 *Fragiles nimius ſol pulverat herbas.*

¶ Pulverātio, *ōnis*, f. culturæ genus, qua omnis gleba in vineis refringitur & in pulverem reſolvitur, wenn das erdreich zermürbet wird, Colum. 11, 2; & 4, 28. Poſſis forte etiam de aliis rebus dicere, die zerpülverung, das pulveriſiren.

¶ Pulvĕrātĭcum, *i*, n. & Pulveratica, *æ*, f. merces & præmium pro pulvereo & grandi labore, ein trinckgeld. L. 16 Cod. Theod. de Tironibus: *Pulveratici nomine binos ſolidos accepturi.* Caſſiodorus 12 epiſt. 15 *Pulveratica quoque judicis funditus amputantes.* Fœminea forma eſt in Conſtitutione Theod. & Valent. de Agrimenſoribus (in Script. Rei Agrariæ p. 343) *Tres aureos accipiat, absque ſua pulveratica.* Add. Iac. Godofr. in Cod. Theod. c. l. conf. etiam Meurſ. in Auctar. Philol. p. 149.

¶ Pulvĕrizatus, *a, um*, gepülvert; ut, *Thus pulverizatum*, Veget. 1, 54.

¶ Depulvero, *are*, zerſtäuben, hinc

¶ Depulverans, *tis.* Plaut. ſuppl. Aulul. ult. v. 25 *O ſpes! o cor luctum depulverans meum!*

¶ Diſpulvero, *āre*, in pulverem diſſolvere, zerpülvern, zu ſtaube machen. Nævius apud Nonium 2, 206 *Saxa, ſilvas, lapides, montes diſjicis, diſpulveras.*

¶ Diſpulveratio, *ōnis*, f. die zerſtäubung, Beda.

¶ Impulvereus, *a, um*, ſine pulvere, ohne ſtaub, ohne mühe. Cellius 5, 6 *Deditione repente facta, impulverea, ut dici ſolet, incruentaque victoria obvenit.* Gr. ἀκονιτί.

PŬMEX, *ĭcis*, m. lapis cavernoſus, quo corpora lævigantur in balneis, ein reibſtein, badſtein, bimsſtein. Plaut. Aul. 2, 4, 18 *Pumex non æque eſt aridus, atque hic eſt ſenex*, id eſt, tenacis avaritiæ. *Aquam e pumice poſtulare*, Id. in Perſa 1, 1, 42, eſt fruſtra ab alio petere, cujus ipſe, a quo petis, eſt maxime indigus. Catullus in genere fœm. euphoniæ inſerviens, ut docti obſervant, dixit *Arida pumice expolitus libellus*, epigr. 1, 2, quod tamen Atilio negat inque optimis codicibus *aride* reperiri, teſtatur. De uſu pumicis in lævigandis corporibus Ovid. Art. am. 1, 506 *Nec tua mordaci pumice crura teras*, quia ſcilicet parum virile eſt. Albinov. ad Liv. 252 *Structaque pendenti pumice tecta jubit* Tiberinus pater. eodem modo alios locutos oſtendit Broukh. ad Prop. 3, 2.

¶ Pumĭcōſus, *a, um*, rarus & cavernoſus, leicht und löchericht wie ein reibſtein. Plin. 17, 5 *Terra fiſtuloſa, exeſa & pumicoſa.* Compar. Idem 32, 8 *Quartum pumicoſius, ſpongiæque putri ſimile.*

¶ Pumĭceus, *a, um*, idem; ut, *Antra pumicea*, Stat. 3 Silv. 1, 144. *Fontes pumicei*, Martial. 4 ep. 57. *Pumicei oculi*, i. e. aridi, qui lacrymas nullas emittunt, trockene augen; Plaut. Pſeud. 1, 1, 73 *Pumiceos oculos habeo, non queo Lacrymam exorare ut exſpuant unam modo.* Paulinus de obitu Celli v. 417 ſimiliter dixit: *Pumiceum cor eget lacrymis.*

¶ Pūmĭco, *āre*, pumice polire, lævigare, poliren, reiben, glätten. Quod vulgo apud Tibull. 3, 1, 10 legebatur *pumicet*: id *pumex* Scaligero eſt atque Grævio. Tamen Apul. in Apol. p. 278 uſus eſt. Et Lucil. apud Nonium 2, 202

Scabor, ſubvellor, deſquamor, pumicor, ornor.

¶ Pūmĭcātus, *a, um*, pumice politus, polirt, geglättet, gepuzt. Plin. 2 epiſt. 11 *Homo comtus ſemper & pumicatus.* Sidon. 8 epiſt. 3 *Inter ſatrapas regum myrrhatos, pumicatos, malotrabratos* (f. *malobathratos*). Et Hieron. epiſt. 10 ad Furiam: *Dentes pumicati.*

¶ Pumicatio, *ōnis*, f. die glättung, polirung. Papin. ICt.

¶ Pumicātor, *ōris*, m. ein polirer, eſt in Gloſſis Cyrilli σμήκτης.

¶ Expūmĭco, *are*, pumice expolire, auspoliren. Tertull. adv. Praxeam. c. 16 *Ab omnibus injuriis paſſionis expumicat.*

¶ Repumĭco, *āre*, glätten, abſchaben. Vnde

¶ Repumicatio, *ōnis*, f. die glättung, abpurung. Plin. 17, 26 *Arborum repumicatio & quædam politura.* Vide ibi Harduin.

PŬMĬLIO, *ōnis*, m. ſeu Pomilio, (nam & ita ſcribunt), νάνος dicitur, homuncio parvæ ſtaturæ, ein zwerg. Primam indifferenter cum aliis poſuit Martialis 14 epigr. 213 *Parma tibi ſcutum pumilionis erat.* Adde 1 epigr. 44. Et figuram ipſam pumilionis deſcripſit lib. 14 epigr. 212 *Si tantum ſpectes hominis caput, Hectora credas, Si ſtantem videas, Aſſyriacâ putes.* Proverb. *Pumilio, licet in monte*, vid. Gell. 19, 13, & Sen. epiſt. 76. Sed apud Lucret. 4, 1155 *Parvula pumilio*, eine zwergin.

¶ Pumĭlius, *i*, m. idem. Sic, *Pumilios & diſtortos, ut ludibria naturæ, abhorrere*, Suet. Aug. c. 80, niſi cum Torrentio ibi tribus ſyllabis *pumilos*, legendum ex fide MStorum eſt.

¶ Pumĭlo, *ōnis*, m. idem. Statius 1 Silv. ult. v. 57 *Hic audax ſubit ordo pumilonum.*

¶ Pumilus, *i*, m. idem. Nam mox mutata ſimul quantitate Statius l. c. v. 64 *Mirantur pumilos ferociores.*

¶ Pumĭlis, *is*, idem. Onomaſt. Vet. *Pumilis*, ὁ νάνος. Eſt etiam in antiquis editt. & MSS. Columellæ 8, 2, 14, ubi alii *pumiliones* de

genere gallinaceo. ¶ 2. Sumitur & adjective, atque inde comparativus eſt ap. Apulejum 5 Met. p. 163 *Maritum ſortita ſum, quovis puero pumiliorem*, kürtzer, kleiner.

¶ Pumula, *æ*, f. vitis genus, apud Plinium 14 c. 3.

Punctа, punctatim, punctio, punctum &c. vide ſequens *Pungo*.

PVNGO, *pŭpŭgi*, *punctum*, *pungere*, ſtechen; ut, *Pungunt apes*, Petron. c. 82. *Pungunt aſpides*; Varro apud Priſcian. 10 p. 894 *Admota aſpis cum pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex Pſyllorum ſtirpe eſſe*. Sic, *Pungere gladio*, Cic. pro Sext. c. 10; &, *Acu pungere*, pro Mil. c. 24 &c. ¶ 2. Ad animum quoque refertur. Cic. Att. 2, 16 pr. *Primum ita me pupugit, ut ſomnum mihi ademerit &c.* eò hat mich ſo gekränckет. Add. 6, 6 p. 626 Gr. Ita, *Pungit ignominia*, Cic. Tuſc. 3, 34, ſchmach beiſſet, thut wehe. *Stimulat ac pungit ſcrupulus*, Cic. pro S. Roſc. c. 2.

¶ Pungens, *tis*; ut, *Pungentia folia pino &c.* Plin. 16, 24. Et, *Animal pungentibus pilis*, Id. 8, 57.

¶ Punctus, *a*, *um*, geſtochen; ut, *Vulnus punctum acu*, Cic. pro Mil. c. 24. *Puncto tempore*, i. e. momentaneo, augenblicklich. Lucret. 2, 263 &c. *Puncti ſtigmate*, gebrandmalt, Petron. c. 103.

¶ Punctim, adv. ſtichweiſe, auf den ſtoß. Oppoſitum, *cæſim*, auf den hieb, de quo ſupra. *Punctim boſtem petere*, nach dem feind ſtechen, Liv. 22, 46.

¶ Puncta, *æ*, f. ſubſt. ictus, qui punctim infertur, ein ſtoß, ſtich; ut, *Cæſa*, ein hieb. Veget. 1, 12 *Cæſa quovis impetu veniat, non frequenter interficit, cum armis vitalia defendantur & oſſibus. At contra punctа duas uncias adacta mortalis eſt*. Quin huc refero ipſum Cic. Parad. proœ. *Stoica hereſis minutis interrogatiunculis & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit*. De iisdem Stoicis Id. de fin. 4, 3 *Pungunt quaſi aculeis interrogatiunculis ang ſtis*. vid. *Compungo*. Frontinus lib. 2 de Aquæduct. p. 256 *Aquariorum tollendus eſt reditus, quem vocant punctam &c.*

¶ Punctum, *i*, n. ſubſt. corpus individuum ſine longitudine, latitudine & profunditate, ein punct, ein tipplein. Ter. Phorm. 1, 4, 5 *Tum temporis punctum mihi ad hanc rem eſt*, id eſt, ſpatium anguſtiſſimum, ein augenblick. Cæſ. de B. Civ. 2, 14 *Ita multorum menſium labor hoſtium perfidia & vi tempeſtatis puncto temporis interiit*; & c. 25 ejusdem libri: *Temporis puncto ſublatis ancoris omnes Vticam relinquunt*. Hor. 2 epiſt. 2, 172 *Puncto mobilis horæ*, in einer ſtunde. Lucret. 4, 201 *Punctum diei* dixit eodem ſenſu. Zeno Veronenſis Serm. de Præcepto ATTENDE TIBI: *Vbi mente delinquitur, quam facile eſt puncto cogitationibus evagari, tamen pernix adhærebit noxa delicti: Puncto*, id eſt, in puncto. Item Serm. de Reſurrect. *Gemit, inſtanti pœnæ aliquid de facultatibus notis mederi non poſſe, pro uno puncto requiei incunctanter totas ſcilicet paratus offerre*. Loquitur de divite in gehenna. ¶ 2. Sed & alia propter brevitatem aut parvitatem *punctа* appellantur. Manil. 4 extr. *Quod valet immenſum eſt: ſic auri pondera parvi Exſuperant pretio numeroſos æris acervos: Sic adamas, punctum lapidis, preciоſior auro eſt*. ¶ 3. *Punctum* etiam ſuffragium eſt, beyfall. Horatius de Art. P. v. 343 *Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci*, id eſt, omne ſuffragium meruit. Sic etiam Cicero, cujus loca Menckenius in Obſerv. L. L. collegit. Veteres enim ſuffragia ſive ſententias non voce dicebant, ſed per tabellas, quibus inſcripſerant, ferebant. Nimirum circumferebantur a viris popularibus in comitiis ceratæ tabulæ, in quibus perſcripta candidatorum ſeu petitorum nomina erant. Pro quolibet eorum igitur qui ſentiebat, annotabat punctum. Qui plura autem punctа tulerat, vincebat. Sidon. Paneg. Anthemii ſive carm. 2, 20 *Te curia plauſu: Te punctis ſcripſere tribus*. Id. 1 epiſt. ult. ſub fin. *Cui ſi examinis tui quoque punctа tribuantur &c.* ubi plura Savaronius. ¶ 4. Numeri quoque qui in teſſeris ſignati, die augen auf den würfeln. Suet. Ner. c. 30. *Quadringenis in punctum HS aleam luſit*, auf ein ieglich auge hat er ſo viel geſetzt. Martial. 14 ep. 7 *Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto*.

¶ Punctus, *us*, m. actus pungendi, der ſtich, zwick. Plin. 29, 6 *Oculis punctu erutis*. Apul. Met. 7 p. 196 *Spinæ acerrimæ, & punctu venenato viroſæ*. Gloſſ. Cyrilli: *Hic punctus*, κέντημα. ¶ 2. Idem quod *punctum*, ein punct. Plin. 2, 68 *Terra non aliud in univerſo eſt, quam mundi punctus*, hoc eſt, centrum, der mittelpunct. Onomaſticum vetus: *Punctus, punctum*, σημεῖον. Iſidor. 11, 1 *Pupilla eſt medius punctus oculi &c.*

¶ Punctio, *ōnis*, f. das ſtechen. Celſ. 8, 9, 2 *Punctiones in eo ſentiuntur*. Plin. 25, 13 *Sectiones punctionesque*. Cæl. Aurel. Acut. 2, 6 *Excitare punctionibus*.

¶ Punctiuncula, *æ*, f. diminut. Sen. epiſt. 53 *Pedes dolent, articuli punctiunculas ſentiunt*. Id. de Vita beata c. 15 *Ad voluptatum dolorumque punctiunculas concuti*.

¶ Punctŭlum, *i*, n. diminut. pro punctione, vel punctura, uſus Apulejus eſt 6 Met. p. 182, *Pſychen*, inquit, *innoxio punctulo ſuæ ſagittæ* (Cupido) *ſuſcitat*, conf. lib. 5 p. 582.

¶ Punctillum, *i*, n. aliud diminut. ut, *Punctilla interlucentia*, Solin. c. 25 (Salm. 15).

¶ Punctūra, *æ*, f. punctio, der ſtich, das ſtechen. Celſ. 10, 9 *Aſſidue punctуræ ſentiuntur*. Firmicus 8, 21, parte 12 Geminorum: *Viri punctura teli morientur*.

¶ Puncto, *āre*, id eſt, puncta facere, punctiren, cujus quidem vetus auctoritas non ſuccurrit. Vide tamen de illo, & compoſitis *Diſpunctare*, *Repunctare*, Carol. du Freſne Gloſſar. Tom. 3 p. 472.

¶ Punctātim, id eſt, ſignate, quaſi per punctum, aut breviter, ut punctis ſolemus ſcribere, kürtzlich. Claud. Mamertus de Statu an. 3, 14 *Collectim ſtrictimque, & veluti punctatim ſub mentis oculum redegi*.

¶ Punctariŏla, *æ*, f. levis pugna, Cato apud Feſtum.

Compoſita:

¶ Compungo, *xi*, *ctum*, *ĕre*, idem quod ſimplex, ſtechen, zerſtechen; ut, *Aculeis urticæ compungi*, Colum. 8, 14. *Compungunt ipſi ſe ſuis acuminibus*, per metaphoram dixit Cic. de Orat. 2, 38, ſie ſtechen ſich ſelbſt in ihre ſpitzfündigkeiten.

¶ Compunctus, *a*, *um*, zerſtochen, gezeichnet. Cic. Offic. 2, 7 *Compunctus notis Threiciis*, i. e. ſtigmaticus, gebrandmahlet.

¶ Compunctio, *ōnis*, f. die zerſtechung; ut, *Laterum compunctiones*, das ſeitenſtechen, Plin. 21, 19.

¶ Compunctorius, *a*, *um*, ſtechend, ſtachlicht; ut, *Compunctorius ſermo*, Sidonius 6 epiſt. 6.

¶ Depungo, *ere*, abſtechen, genau treffen. Tertull. adv. Marc. 2, 7 *Vidiſſet homo, ſi non depunxiſſet*.

¶ Diſpungo, *punxi*, *ctum*, *ĕre*, punctis diſtinguere, & ſubnotare, zerſtechen, zertheilen, entſcheiden. Sic, *Rationes diſpungi* dicuntur quæ examinantur, & quanta data, quanta accepta ſint, conferuntur, ut ex collatione utrorumque, diſpunctis detractisque redditis, de ſumma conſtet, quæ reliqua eſt, Vlpian. Leg. 56 Dig. de Verb. Signif. *Diſpungere eſt conferre accepta & data*, rechnen. Vellej. 1, 13, 3 *Nemo Scipione elegantius intervalla negotiorum otio diſpunxit*.

¶ Diſpunctus, *a*, *um*, unterſchieden, zertrennt; ut, *Animæ prompta humatione diſpunctæ*, Tertull. de cor. c. 57. Et, *Specialis medicinæ diſpuncta prophetia*, Id. adv. Marc. 4, 10.

¶ Diſpunctio, *ōnis*, f. die unterſuchung, entſcheidung. Vlp. 42 Dig. t. 5 l. 15 *Vtrum ſemel an etiam ſæpius recognitio & diſpunctio concedenda ſit creditoribus, videamus &c.* Eleganter Tertull. adv Marc. 5, 12 *Diſpunctionem boni & mali operis* vocat, cum manifeſtati ante Chriſti tribunal, quisque recipiemus, quæ per corpus admiſimus, ſive bonum, ſive malum. Id. de Teſt. Animæ adv. Gent. c. 4 *Diſpunctionem vitæ* vocat mortem.

¶ Diſpunctor, *ōris*, m. der entſcheidet. Idem Tertull. contra Marc. 4, 17 *Iudex & diſpunctor meritorum*. Gloſſ. gr. lat. ἐκλογιστής, *diſpunctor*, ein rechenmeiſter.

¶ Expungo, *xi*, *ctum*, *ĕre*, delere, rejicere, de medio tollere, ausſtechen, ausſtreichen, austhun; id enim fiebat punctis circumfcriptis. Sic, *Expungere rationes*, ICti, & *Expungere nomen debitoris*, Plaut. Ciſt. 1, 3, 41, eſt, perſoluta pecunia e tabulis delere debitum, einen ſtrich durchmachen. Eodem modo, *Diem expungere*, Sen. epiſt. 9 dixit. Perſcribebant enim creditores debitorum nomina in Kalendario; qui cum perſolviſſent ſummam, nomina eorum delebantur. Sed & *milites* dicuntur *expungi*, cum in matricula ſeu albo militari (rolle) inducuntur eorum nomina, ſive delentur, cum mittuntur militia, de quo Paulus ICtus L. penult. D. de re militari, & vetus Scholiaſt. Perſii ad ſat. 2, 13. Item qui cæſi & mortui eſſent: quod fiebat appoſita litera Θ: v. Lipſius 1 Dial. 2 de militia Rom. Alia ratione *expungi milites* apud Tertull. dicuntur de Corona mil. pr. *Proxime*, inquit, *facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum imperatorum: expungebantur milites laureati. Liberalitatem* donativum appellat. Cum *expungebantur* dicit, ſignificat, notata ſive diſpuncta militum nomina fuiſſe, qui accepiſſent, ut conſtare de eo poſſet, neque bis aliquis acciperet, alius præteriretur. v. Rhenanus. Tertulliani locis utitur etiam Harduinus ad interpretandum illud Plinii 2, 26 de Hipparcho, quem ait auſum *annumerare poſteris ſtellas, ac ſidera ad nomen expungere*. Sic, *Expungere decurias*, Suet. Claudio c. 15 eſt diſcutere, & qui retinendi in judicum numero, qui removendi, ſtatuere. v. ibi Torrent. Sed, *Expungere gloriam partam*, eſt delere, Plaut. Amph. ſc. DI voſtram &c. v. 27 *Expungere cutem*, i. e. pungere, Martial. 8 epigr. 46.

¶ Expunctus, *a*, *um*, ausgeleſcht, durchſtrichen, ausgemuſtert. Hermog. lege 13 de diverſ. temp. præſcript. *Reipublicæ rationes ſubſcriptæ & expunctæ*. Sic, *Expunctus manipulus*, Plaut. Curc. 4, 4, 29.

¶ Expunctio, *ōnis*, f. die austilgung; Tertull. de Idolol. c. 16 *Operæ meæ expunctio*.

¶ Expunctor, *ōris*, m. der berechnet. Tertull. de Orat. c. 1 *Expunctor totius retro vetuſtatis*. Gloſſ. gr. lat. διωρέτης, *diviſor, expunctor*.

¶ Impungo, ut: *Impungere alicui ignominiam*, quod apud Liv. 8, 32 Gebhardus reponebat, pro *injungere*. Vnde

¶ Impunctus, *a*, *um*, videtur cælatum ſignificare, ſi vera eſt lectio Elmenhorſtii Apul. Met. 2 p. 123 *Cryſtallum impunctum*, al. *impictum*.

¶ Interpungo, *ĕre*, unterſcheiden, darzwiſchen ſtreichen. Seneca ep. 40 *Nos cum ſcribimus, interpungere conſuevimus*.

¶ Interpunctus, *a*, *um*, unterſchieden, zertheilt; ut, *Interpuncta oratio*, punctis quaſi diſtincta: Et abſolute *interpuncta verborum*, id eſt, diſtinctiones: Ita his Cicero uſus eſt de Orat. 2, 80; & 3, 46, mit punctен unterſchieden. Ibid. c. 44 *Interpunctæ clauſulæ*.

¶ Interpunctio, *ōnis*, f. die unterſcheidung; ut, *Interpunctiones verborum*. Cic. pro Muræna c. 11.

¶ Perpunctus, *a*, *um*, durchſtochen. Cæl. Aurel. Acut. 2, 10 *Perpuncti ſentiunt*.

¶ Repungo, *ĕre*, wieder anſtechen, weh thun, verdrieß thun; ut, *Animum alicujus leviter repungere*, Cic. fam. 1, 9.

¶ Subpungo, *ĕre*, etwas ſtechen. Eugenius, Toletanus epiſcopus, Carm. 5 extr. *Miſeros ſubpungit anhelitus artus*.

¶ Transpungo, *ere*, durchſtechen. Cæl. Aurel. Tard. 3, 4 *Lienem igneo cautere transpungere*.

Punicare, Pūnĭcus, Pūnĭceus &c. vide *Pœnus*.

Punio, punitio &c. vide in *Pœna*.

PVPA, *æ*, f. & Pupus, *i*, m. puella, puellus, ein kindlein. Martialis 4 epigr. 20 *Pupam ſe dicit Gellia, cum ſit anus*. Vet. Gloſſ. *Pupus*, βρέφος, νήπιον. Item, παιδάριον, *Hic puellus; hic pupus*: de quibus poſt. Varro ap. Nonium 2, 675 *In deſiderium puparum venire*. Id. ibidem: *Ac mammam lactis ſugentem paſcere pupum*. Inter blandæ appellationis nomina fuiſſe, Suetonii locus oſtendit Calig. c. 13 *Pullum & pupum appellare*. Auſonius Idyll. 7 de Biſſula puella: *Barbara, quæ Latias vincis alumnæ pupas*. Vbi prior corripitur. ¶ 2. Item,

Item, parvula imago puellaris, eine docke, puppe, půrgen. Perſius ſat. 2, 70 *Teneri donatæ a virgine pupæ.* Lactant. 2, 4 *Imagines & ſtatuas deorum* nihil aliud eſſe, ait, *quam grandes pupas.* Vet. Gloſſ. *Pupæ, πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι.* ¶ 3. Vſurpatur etiam de animalibus: ut de equis Vet. Gloſſ. *Popus, νῆνιον; νήνιον* enim mannulus eſt, *hinnus*, id eſt, parvus equus. *Popus* autem idem quod *Pupus.*

¶ Pūpulus, *i*, m. & Pūpula, *æ*, f. idem quod *pupus, pupa, ὑποκορι-στικῶς*, minutus puer, puella, ein kindlein. Sen. ep. 12 *Pupulus deliciolum meum factus eſt.* In Apul. 6 Met. p. 179 Pſyche blandimenti nomine appellatur: *Mea pupula.* Catull. 75, 5 *Deprendi modo pupulum puellæ Truſantem.* Add. Arnob. 7 p. 215. ¶ 2. De *Pupulæ* notione alia vide mox in *Pupillus*, n. 2.

¶ Pūpillus, *i*, m. & Pupilla, *æ*, f. aliud diminutivum, idem ſignificans: ſed quod deinceps ad orbos parentibus & ſub tutore agentes impuberes liberos translatum: ut non ſolum ætatem, ſed maxime conditionem indicaret, ein waiſe, ein unmündig kind. Nimirum tutores, ut ſuum in pueros, parentibus orbatos, fuæque fidei creditos amorem teſtarentur, *pupillos* vocaverunt, quaſi *parvos pupos*, ſive *pupulos*, ut favorem blanda & mollis appellatio provocaret: ut Rigaltius obſervat Notis in Martialem, quæ Notis in Artemidori Oneirocritica inſeruit p. 60. Simplex autem & incautum hoc genus ſemper expoſitum fraudibus, ſive bonorum cauſſa, ſive ob florem ætatis; vid. Gronov. Obſervat. ad Script. Eccleſiaſt. p. 204 & 205. Sic Cic. pro Roſc. Com. c. 6 *Pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit*, ſeinen pflegbefohlnen betrugen Id. Verr. 1, 50 *Pupillos & pupillas certiſſimam prædam eſſe prætoribus*, conf. Id. Verr. 1, 41; & Horat 2 epiſt. 1, 122. Sen. epiſt. 4 *De Pompeji capite pupillas & ſpado tulere ſententiam.* Apul. Apol. p. 320 *Formoſa pupilla* Et L. 20 Dig. de adoption. *Si de pupillo loquitur, hoc & in pupilla obſervandum eſt.* ¶ 2. *Pupilla*, & *Pupula* etiam dicitur foramen unius ex tunicis, quæ in oculis ſunt, quam μαγουδῆ Græci vocant, medici vulgo *uveam*, per quod vitorius ſpiritus transfunditur, der augapfel, ſtern im auge. Plin. 11, 37 *Mediæ eorum* (oculorum) *cornea feneſtravit pupilla, cujus anguſtiæ non ſinunt vagari in certam aciem, & velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant, aliis nigri, aliis ravi, aliis ruſi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, ut habili miſtura & accipiatur circumjecto candore lux, & temperato repercuſſum non obſtrepat. Adeoque iis abſoluta vis ſpeculi, ut tam parva pupilla totam imaginem reddat hominis*: Quem locum ad ea, quæ poſt obſervata ſunt, exigit Geſnerus Chreſtom. Plin. p. 513 ſq. Nomen inditum a parvitate & mollitie videtur: tenerrimi enim ſenſus eſt: & inde a Græcis quoque κόρη, quod & *puellam* ſignificat, appellatur. Alii hanc reddunt rationem, quod intuentibus ſimilitudo pupæ reddatur; vel quod ſit pura atque impollata, ut ſunt puellæ. v. Iſidor. 11, 1. Ver. Gloſſ. *κόρη ὀφθαλμοῦ Pupilla, pupus.* Quod nonnihil corruptum puto, & legendum: *Pupilla, pupula*, utrumque enim idem ſignificat. Lucret. 3, 409 *Vt, lacerato oculo circum, ſi pupula manſit Incolumis, ſtat cernendi vitreata poteſtas.* Cic. de Nat. D. 2, 57 *Palpebræ quæ ſunt tegmenta oculorum, molliſſimæ tactu, ne læderent aciem, aptiſſime factæ, & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas &c.* Add. Horat. epod. 5, 40: Veneficæ ſignum Ovid. am. 1, 8, 15 *oculis quoque pupula duplex Fulminat.* Arnob. 2 p. 46. Sed Apul. Met. 3 p. 138 *D. frictis illa pupillis.*

Pupilla, *æ*, f. vide modo in *Pupillus.*

¶ Pūpillāris, *e*, waiſen gehörig; ut, *Pecuniæ pupillares*, Liv. 24, 18. *Pupillaris ætas*, die minderjährigkeit. Suet. Aug. c. 66. *In pupillaribus annis*, Plin. 7, 18.

¶ Pupillarius, *a, um*, eodem ſenſu eſt apud Scholiaſt. Perſii 2, 19. v. *Peculiarius.*

¶ Pupillariter, adv. idem. Iuſtin. Cod. 6 t. 30 l. 20 *Pupillariter aliquem ſubſtituere.* conf. de *pupillari ſubſtitutione* Calvini Lex. Iur. p. 769.

¶ Pūpillo, *are*, ſchreyen wie ein pfau. Autor Philomel. 26 *Pupillat pavo, trinſat birundo vaga.*

PVPPIS, *is*, f. navis pars poſterior, das hintertheil des ſchiffs. Virg. Æn. 3, 527 *Stans celſa in puppi.* Liv. 22, 20 *Naves omnes, quæ non aut perfregerant proras, litore illiſas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere.* ¶ 2. Et tota navis, ſed poetis tantum, ein ſchiff. *Prora* enim ſignificationem eam non recipit, auctore Quintil. vide ſupra *Prora* & Ovid. Heroid. 2, 16. ¶ 3. Cic. fam. 9, 15 *Sedebamus in puppi & clavum tenebamus, nunc autem vix eſt in ſentina locus*: id eſt, principes eramus reipublicæ. Idem de Divin. 1, 50 extremam montis partem *puppim* vocat.

Pupula, Pupulus, pupus, vide proxime ante in *Pupa.*

PVRGO, *avi, atum, are*, mundare, purificare, (nam ex *purum* & *ago* componi volunt), reinigen, ſaubern, ſegen, ſcheuren, abwiſchen; ut, *Purgare aliquid a ſtercore*, Cato de R. R. c. 65. *Purgare vomitione alvum*, ein vomitiv gebrauchen, Cic. Nat. D. 2, 50. Et, *Clyſtere vomituque purgari*, Suet. Ner. c. 20. *Piſces cæteros purga, Drono*, Ter. Adelph. 3, 3, 22, mache ſie rein. ¶ 2. Sed, *Purgare ſe alicui*, vel *apud aliquem de aliqua re*, eſt excuſare, ſich entſchuldigen. Cic. fam 12, 25, 8. *Purgon' ego me de iſthac Thaidi?* Ter. Eun. 3, 1, 44. Et Plaut. Amph. 3, 2, 28 *Vti me purgarem tibi.* Sic, *Crimen purgare*, Liv. 39, 39, & Cic. pro Cluent. c. 1, einen verdacht von ſich ablehnen. *Neque negligentias ea, quæ objiciuntur, purgare*, Id. 8, 23. *Purgare probra*, id eſt, diluere, Tac. An. 4, 42, 3.

¶ Purgans, *tis*. Ovid. Met. 13, 952 *Purgante nefas carmine.* Idem Pont. 4, 3, 53 *I, bibe, dixiſſem purgantes pectora ſuccos &c.*

¶ Purgātus, *a, um*, gereiniget, geſäubert, ausgeputzt. Horat. 1 ep. 1, 7 *Purgatam qui perſonet aurem.* Id. 2 ſat. 2, 27 *Morbi miror purgatum te illius.* Sil. 12, 635 *Purgatus æther.* Salluſt. ap. Nonium 4, 205, & Donatum: *In fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur.* Perſius 2, 57 *Somnia purgatiſſima* dixit quæ vera ſunt & certioris eventus. Auguſt. Confeſſ. 6, 2 *Plenum purgatioribus votis pectus.* Id. de vera relig. c. 1 *Purgatiſſima pietas*: Et de Doctr. Chriſt. 2, 16 *Purgatiſſima eccleſia.* Cic. Phil. 14, 6 *Sine defenſione purgatus.*

¶ Purgate, adv. reinlich. Apud Nonium 1, 296 *Enucleate dicitur purgate, exquiſite &c.*

¶ Purgatio, *ōnis*, f. die reinigung, ausfegung. Cic. de Nat. D. 3, 22 *Æſculapius primus alvi purgationem invenit*, id eſt, evacuationem, das purgiren ꝛc. Id. fam. 16, 12 *Purgationibus & vi ipſius morbi conſumi.* Sen. Nat. qu. 3, 16 *Purgatio mulierum*, die monden-zeit. ¶ 2. Sed, *Neſcio quid peccati portet hæc purgatio*, i. e. excuſatio, die entſchuldigung, Ter. Heaut. 4, 1, 12. Aut. ad Herenn. 2, 16 *Conceſſio dividitur in purgationem & deprecationem. Purgatio eſt, cum conſulto a nobis factum negamus.*

¶ Purgāmen, *ĭnis*, n. ſordes, unflat. Prudent. hymno jejunantium v. 79 *Micet metalli ſive lux argentei Sudum polito prænitens purgamine.* ¶ 2. Ea, quæ Græcis λύματα vel καθάρσια, i. e. piamenta, poſt ſacrificium luſtrationis peractum in mare vel fluvium abjici ſolita; ut ſulphur, lauri folia &c. Ovid. Faſt. 2, 35 *Omne nefas omnemque mali purgamina cauſſam Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.* Et Faſt. 6, 713 *Hæc eſt illa dies, qua tu purgamina Veſtæ, Tybre per Etruſcas in mare mittis aquas.* Add. Met. 11, 49. Prudent. Periſt. 6, 30 *Purgamen aquæ ſtupent tenebræ*, i. e baptiſmum.

¶ Purgāmentum, *i*, n. ſordes quæ expurgantur, unflat, kehricht, miſt, wuſt; ut, *Purgamenta hortorum*, Tac. An. 11, 32, 5. Et Colum. 1, 6 *Sterquilinia duo ſint, unum, quod nova purgamenta recipiat, & in annum conſervet: alterum, ex quo vetera vehantur.* Petron. c. 34 *Purgamenta ſcopis verrere*, auskehren. Sen. de Conſt. Sap. c. 2 *Aliquem purgamentis oris aſpergere*, mit ſpeichel. Id. epiſt. 73 ext. *Malus non aliter quam humus ſterilis, creat purgamenta pro frugibus*, unkraut. ¶ 2. *Purgamenta ſervorum*, abjectiſſimi quique atque viliſſimi eorum, Curt. 6, 11, 2, lumpen-geſinde. Sic, *Aliquem purgamentum dedecusque prædicare*, Petron. c. 74. v. Burm. p. 367. ¶ 3. *Purgamenta* etiam καθάρματα ſunt, quibus februari ſeu expiari noxæ credebantur, in flumen aut trivium mitti ſolita: ut ſceleris & culpæ nefas omne in alios, qui conculcarent aut tangerent, (hæc ſuperſtitio enim occupaverat animos) transferrent. Petron. c. 134 *Quæ ſtriges comederunt nervos tuos, aut quod purgamentum nocte calcaſti in trivio aut cadaver?* Vbi plura Interpretes p. 637.

¶ Purgābilis, *e*, das ſich leichtlich reinigen läſt; ut, *Purgabiles fructus*, Plin. 15, 23.

¶ Purgator, *ōris*, m. qui purgat; ut, *Purgator cloacarum.* Firmicus 8, 20 *Auri argentique purgator*, Paulin. epiſt. 18 (al. 28) ad Victric. ſub fin. Et Apul. Apol. p. 288 *Hercules luſtrator orbis, purgator ferarum.*

¶ Purgatrix, *īcis*, f. die da reiniget. Tertull. de Baptiſmo c. 5 *Purgatrice aqua ſe expiare.*

¶ Purgātōrius, *a, um*, damit man reiniget; ut, *Purgatorio medicamento alvum vacuare*, Symmach. 6 epiſt. 64, eine purganz gebrauchen. Add. Ser. Sam. 29, 9. *Purgatoriæ virtutes*, Macrob. Somn. Scip. 1, 8.

¶ Purgatīvus, *a, um*, idem; ut, *Purgativa medicamenta*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 1.

¶ Purgito, *are*, frequent. Plaut. Aul. 4, 10, 23 *Non mihi homines placent, qui, quando malefecerunt, purgitant*, id eſt, excuſant.

Compoſita:

¶ Circumpurgo, *are*, um und um reinigen. Celſus 5, 28 *Si quis clavum* (pedis) *circumpurgat.* Id. 7, 12 *Dens circumpurgandus & evellendus eſt.* Ambroſ. prine. Serm. 63 de Gratia Baptiſmi: *Eadem aqua, quæ Dominum circumdedit, & ſervulos circumpurget.*

¶ Compurgo, *are*, aufklaren, helle machen. Plin. 20, 13 *Naſturtium viſum compurgat.* Sic MSS. omnes.

¶ Depurgo, *are*, abſcheuern, rein machen. Cato R. R. c. 112 *Si quæ acina corrupta erunt, depurgato.* Et c. 151 *Depurgare locum ab herba.* Plaut. Stich. 2, 3, 34 *Depurgare piſces.* Commodian. Inſtruct. 65 p. 93 *Quaſi malum malo depurges.* Liv. 39, 35 *Ad depurganda crimina.* Alii habent *purganda.*

¶ Depurgatus, *a, um*, abgeputzt; ut, *Caules lactucæ ab imo depurgati*, Columell. 12, 9. Adde Caton. R. R. c. 112.

¶ Depurgātīvus, *a, um*, läuternd, abführend. Cæl. Aurel. Acut. 3, 16 *Depurgativæ virtutis eſſe.*

¶ Expurgo, *are*, prorſus purgare, ausfegen, ausbeſſern; ut, *Expurgare ſermonem*, Cic. de Cl. or. c. 74. *Expurgare ſe*, ſich rechtfertigen, verantworten. Plaut. Mil. 2, 6, 17; Ter. Andr. 5, 3, 29. *Expurgare, & dimovere ſuſpicionem*, Aut. Decl. Anteq. iret &c.

¶ Expurgatio, *ōnis*, f. die reinigung, ausfegung; ut, *Expurgationem habere*, pro expurgare, Plaut. Amph. 3, 3, 10.

¶ Expurgator, *ōris*, m. apud Celſum.

¶ Expurgatorius, *a, um*, apud eundem.

¶ Inpurgābilis, *e*, inexcuſabilis, unverantwortlich; ut, *Impurgabile crimen*, Ammian. 22, 4.

¶ Interpurgo, *are*, darzwiſchen ausräumen. Plin. 18, 22 in vernis operibus numerat, *herbas malas radicitus evri, ficus interpurgari.*

¶ Perpurgo, *are*, durchaus reinigen; ut, *Cervæ ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ Seſelis dicitur*, Cic. Nat. D. 2, 50.

¶ Perpurgātus, *a, um*, ausgeräumt, ausgeputzt; ut, *Perpurgatis auribus alicui operam dare*, i. e. ſubtili judicio præditis, Plaut. Mil. 3, 1, 177. *Locus orationis perpurgatus*, i. e. perpolitus, expeditus, ausgeſchmückt, ausgeführt, Cic. pro Mur. c. 26. conf. Divin. 2, 1.

¶ Repurgo, *are*, diligenter purgare, ausräumen, wieder reinigen; ut, *Iter repurgare*, den weg beſſern, räumen. Liv. 44, 4 extr. *Repurgare hortum*, Curt. 4, 1, 21; *humum*, Ovid. de Nuce v. 125; *nemas*, Plin. 23, 4.

¶ Repurgātus, *a, um*, geſaubert, aufgeklärt; ut, *Serenitas cæli in ſinceriſſimum nitorem repurgata*, Sen. epiſt. 66. Et Ovid. Met. 5, 286 *Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.*

¶ Repurgium, *i*, n. die räumung, ſauberung. Theodoſ. Cod. leg 15 tit. 2 *Repurgium formarum facere.* Et Ambroſ. ad Theodoſ. *Cum juſſiſſet Julianus reparari templum Hieroſolymis, divino, qui faciebant repurgium, igne cremarunt.*

Purifico,

Purifico, puritas &c. vide poſt paullo in *Purus*.

PVRPŬRA, *æ*, f. πορφύρα, concha nobiliſſima, eine purpur-ſchnecke. Succum, quo veſtes tinguntur, in mediis habet faucibus, & cum vita emittit, ideoque vivas capi purpuras oportet. Succus is *flos purpuræ* dicitur, a quo & color purpureus *purpura*, die purpur-farbe. v. Plin. 9, 36 & ſeqq. Id. c. 39 de pretio ejus docet. *Ex conchylio marino purpura inficitur*, Vitruv. 7, 13. Quomodo inventa purpura primum ſit, perſtringit Caſſiodorus 1 Var. epiſt. 2; copioſius exponit Achilles Tatius l. 2. de Am. Leuc. & Clit. Laconicam purpuram Tyria deteriorem fuiſſe apparet ex Ovid. R. A. 707. Verba damus in *Amyclæus*. Purpuram inter res deperditas Pancirollus commemorat: Petrus Gaſſendus tamen lib. 4 de vita Peireſcii p. 297 refert Teloni, in piſcatione corallii deprehenſam a Peireſcio limacem effuſam in liquorem purpureum, eamque quicquid erat contiguum, tinxiſſe colore purpuræ perfectiſſimo: indeque ipſi factam ſubdubitandi cauſſam, num vera purpura eſſet, isque liquor germanum oſtrum &c. Barthius ad Stat. Theb. 6, 80 purpuram varii coloris fuiſſe docet. De purpura varia, ſpeciatim regia, eſt diſputatio Schurzfleiſchii A. 1706 edita. ¶ 2. *Purpura*, inſigne etiam Romanorum magiſtratuum. Claud. Conſul. Honor. 3, 4 *Dives Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis*. Eadem inter inſignia regia & imperatoria. Statius Theb. 6, 80 *Cultusque, inſignia regni, Purpureos, ſceptrumque*. V. infra *Sceptrum*, & Lindebr. atque Valeſ. ad Ammian. 15, 5. *Purpura regii decoris eſt inſigne*, Hieron. ait in Eſa. c. 61. ¶ 3. Hinc *Purpura* per metonymiam pro magiſtratu, proque regno & imperio ſæpe ponitur; ut, *Romana purpura*, i. e. Romani magiſtratus Plinio 10, 21. Flor. 3, 21, 17 *Septima purpura*, h. e. conſulatus. *Regum purpura*, Virg. Georg. 2, 495. conf. Ovid. Faſt. 1, 81; Horat. epod. 5, 7; Martial. 8 epigr. 8; Claud. Conſul. Honorii 4, 47. Hinc locutiones: *Attingere purpuram, ſumere purpuram*, in die regierung treten; ut late docet Salmaſ. in Treb. Pollion. p. 193 & 197. ¶ 4. *Purpuram potabilem* de vino Caſſiodorus dixit Var. epiſt. 12, 4. Poëtæ & flores purpureos eleganter *purpuras* dicunt. Stat. Silv. 3, 130 *Aut ubi verna novis exſpirat purpura pratis*. Vetus poëta in Pervigilio Veneris v. 19 *In pudorem florulentæ prodierunt purpuræ*. Loquitur de roſis. Sic *Purpura genarum* dicitur. ¶ 5. *Purpura usque ad talos demiſſa*, i. e. veſtis purpurea. Cic. pro Cluent. c. 40. *Purpura fulgere*, Id. Catil. 2, 3. *Purpura vendit cauſſidicum*, der ſchöne rock macht den mann werth, Juvenal. ſat. 7, 135. *Purpura ad purpuram dijudicanda eſt*, hoc eſt, judicia certiora ex collatione naſcuntur, v. Chiliad. Sic, *Purpuræ leguli*, vide ſupra legulus in *Lego*. ¶ 6. *Purpura* hodie medicis eſt morbi ſpecies, der frieſel, quæ vel *rubra* vel *alba* dicitur.

¶ Purpureus, *a, um*, purpurfärbig; ut, *Color purpureus*, Virg. Æn. 11, 819; *veſtitus*, Cic. Divin. 2, 16; *amictus*, Virg. Æn. 3, 405. Et, *Pallium purpureum*, Cic. Verr. 5, 13. *Purpurei tyranni*, i. e. reges purpura ornati, Horat. 1 od. 35, 12. Quis proprie ſit purpureus color, nempe violaceus, oſtendit copioſe Cerda ad Virg. Æn. 9, 349, ubi eum, qui valido aliquo vulnere peremptus fuerat, *Purpuream vomere animam* dicit, reſpiciens ipſius purpuræ naturam, quæ *capta fundit cum ſanguine vitam*, uti Nic. Reuſner. in Silvula Logogriph. p. 101 ea de re cecinit. ¶ 2. Notandum, poëtas *purpureum*, quodvis pulchrum atque eximie nitens, cujuscunque coloris ſit, aliquando dicere. Sic Albinovanus elegia ad Liviam, *Nivem purpuream*; ſic Horat. 4 od. 1, 10 *Olores purpureos* dixit. Quamquam illa loca aliter Paſſeratius explicat in Conjectur. conf. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 245.

¶ Purpŭro, *are*, i. e. purpuræ colorem reddere, purpurroth machen, ſchön zieren. Furius apud Gellium 18, 11 *Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas*, i. e. nigricantes reddit, quidquid dicat Gell. l. c. v. Drakenb. ad Sil. 17, 258. Add. *Purpuraſco*. Apul. Met. 6 p. 183 *Horæ roſis & cæteris floribus purpurabant omnia*. Et Columell. 10, 101 de viola: *Quæ frontes purpurat auro*: Niſi neutraliter vis intelligere, *Quæ frondens purpurat auro*: glänzen wie purpur: ut Florentina edit. 1515, & Colonienſi 1536 expreſſum eſt.

¶ Purpŭrans, *tis*, glänzend wie purpur, röthlich. Etiam Prudent. intranſitive, Paſſ. S. Laur. v. 275 *Purpurantes ſtolas* dixit purpureas veſtes: ac S. Vinc. paſſ. v. 339 *Purpurantem corporis cruorem*.

¶ Purpŭratus, *a, um*, purpura ornatus, mit purpur geziert, roth gekleidet. Vnde *Purpurati*, regis aut principis præcipui miniſtri, præfecti, atque amici, die hof-juncker, cavalliers bey hofe. Cic. Tuſc. 1, 43 *Quid Cyrenæum Theodorum? nonne miramur? cui cum Lyſimachus vex crucem minaretur, ISTIS QVÆSO, inquit, ISTA TERRIBILIA MINITARE PVRPVRATIS TVIS: THEODORI QVIDEM NIHIL INTEREST, HVMI NE AN SVBLIME PVTRESCAT*. Flor. 1, 10, 5 *Vbi fruſtrato circa purpuratum ejus ictu tenetur*. Loquitur de Mucio Scævola, qui Porſenam regem Hetruriæ tollere conatus miniſtrum petiit. Liv. 30, 42 *Supater ex purpuratis & propinquis regis eſt*. conf. Id. 37, 23. Curt. 3, 6, 4 *Parmenio fidiſſimus purpuratorum &c.* Hac voce idem autor pro ſatrapis ſæpiſſime utitur. Hodie etiam Pontifex Romanus ſuos habet *Purpuratos*, die Cardinäle.

¶ Purpurātōrius, *a, um*, ad purpuratos pertinens. Sidonius 1 ep. 7 *Qui non affectaſſet habitum purpuratorium*. Alii *purpuratorum*.

¶ Purpurārius, *a, um*, ut, *Piſcator purpurarius*, ein purpurſchnecken-fänger. *Tinctor purpurarius*, ein purpurfärber. *Officina purpuraria*, ubi tingitur purpura, Plin. 35, 6. Et, *Negotiantes purpurarii*, qui purpuram vendunt, L 10 Cod. de excuſation. muner. *Purpurarius fucus*, Solin. c. 26 in Numidia.

¶ Purpurarius, *i*, m. ſubſt. qui purpuram tractat vel tingendo, vel vendendo &c. ein purpurkrämer. Gloſſ. Vet. *Purpurarius*, πορφυροβάφος, πορφυροπώλης. In lapide Narbonenſi apud Gruter. p. 649 n. 9 *A SEMPRONIO GALLÆCI L. LÆTO PVRPVRARIO*.

¶ Purpuraria, *æ*, f. ſubſt. eine purpurkrämerin. Vulg. Interpr. Act. 16, 14 *Mulier, nomine Lydia, purpuraria*. ¶ 2. *Purpurariæ*, inſulæ in mari Æthiopico, Plin. 6, 30.

¶ Purpuraſco, *ĕre*, purpurei fieri coloris, roth werden. Cic. ap. Nonium 2, 717 *Maris unda, cum eſt pulſa venis, purpuraſcit*. conf. Vopiſc. in Floro c. 4.

¶ Purpuriſſum, *i*, n. ſpuma eſt collecta efferveſcente purpura, cum ex ea tinctura efficitur, qua utebantur ad fucandam faciem, ſchminche. Plin. 35, 6 *Floridi colores, cinnabaris, chryſocolla, purpuriſſum*. Hieronymus epiſt. 10 ad Furiam virili genere uſurpavit: *Quid facit*, inquit, *in facie Chriſtianæ purpuriſſus & ceruſſa?* conf. Nonius 3, 166.

¶ Purpuriſſo, *are*, id eſt, purpuriſſo inficere, ſchminchen, Hinc

¶ Purpuriſſātus, *a, um*, geſchminckt, roth gemahlt; ut, *Buccas habere belle purpuriſſatas*, Plaut. Truc. 2, 2, 35. *Genæ purpuriſſatæ*, Apul. Apol. p. 323. *Faſti purpuriſſati*, ſunt conſulares Sidonio 8 epiſt. 8.

¶ Purpurītĭcus, *a, um*, idem quod *Porphyreticus* aut ex marmore porphyretico factus, aus rothem marmel. Vetus Inſcriptio ap. Gruter. p. 128 n. 5 *VETVSTATE CORRVPTAM ADAMPLIAVIT COLVMNIS PVRPVRITICIS &c.* Capitol. in Anton. Pio c. 11 *Columnas porphyreticas* appellat.

¶ Circumpurpurātus, *a, um*, bekleidet mit purpur. Vet. Interpr. Irenæi 1, 9 *Mulieres quæ honeſtæ ſunt & circumpurpuratæ*.

Purulentia, purulentus &c. vide paullo inferius in *Pus*.

PŪRVS, *a, um*, rein, lauter; ut, *Purus ſceleris*, græca ratione, Horat. 1 od. 22, 1. *Charta pura*, Vlp. L. 52 § 4 de Legatis 3, unbeſchrieben papier. *Aurum, argentum purum*, Iuvenal. 9, 141, rein oder fein gold, ſilber ꝛc. *Concio pura a favore & odio*, Liv. 45, 37. *Purior Hebrus*, Horat. 1 epiſt. 16, 13. *Ea multo puriora & dilucidiora cernentur &c.* Cic. Tuſc. 1, 20. *Ex nobiliſſima puriſſimaque ætheris parte gigni*, Id. N. D. 2, 15. *Puriſſimæ manus*, Sen. epiſt. 67. *Puriſſimi ſermones*, Gell. 19, 8. ¶ 2. Proprie *ſanctum* notat. Cic. de Ar. Reſp. c. 25 *Qui tantum abeſt a principibus, quantum a puris, quantum a religioſis*. Id. pro Roſc. Com. c. 6 *Eſtne quisquam, qui tibi purior, pudentior &c. videatur?* Sic, *Puræ herbæ*, ex loco ſancto decerptæ apud Feſtum: & *Pura veſtimenta*, ſacra, Liv. 1, 24. v. Feſt. in *Sagmina* & ad eum Scalig. nec non Briſſon. ad Tibull. 1, 2, 27. *Purus calceus*, Tertull. de Pallio c. 4, qui ex puro corio factus eſt ſine lunulis, quique *pero* dicitur. vid. Rævard. Varior. 1, 8. *Purus putus*, vide infra *Putus* in *Puto*. ¶ 3. *Purus* & *pulcher* in obliquis confunduntur Bur. ad Ovid. Met. 2, 856.

¶ Pūre, adverb. rein; ut, *Pure lotis corporibus*, Liv. 5, 22. *Pure & caſte a matronis ſacrificatum*, Liv. 27, 37, quod vocabulum in procurandis puro flumine prodigiis proprium eſſe Iac. Gronov. ad 25, 17 notat. *Loqui pure & emendate*, Cic. de opt. gen. Orat. c. 2. *Purius, fortius, meracius amare*, Sidon. 4 epiſt. 1. *Splendens Pariomarmore purius*, Horat. 1 od. 19, 6. *Partem in corpore purius oſculari*, Sen. Benef. 2, 12. *Quam mundiſſime puriſſimeque fiat*, Cato R. R. c. 66. *Puriſſime atque illuſtriſſime, ſimplicique & incomta orationis antiquæ ſuavitate deſcribere*, Gell. 9, 13 de Claudio Quadrigario. *Purime* antique, pro *puriſſime*, apud Feſtum.

¶ Pūrĭter, adv. idem. Cato R. R. c. 23 *Succum puriter in dolia dividere*. Id. c. 90 *Puriter facito*. conf. Pompon. & Næv. ap. Nonium 11, 58; & Ennius ap. Priſcian. 15 p. 1010. Catull. 40, 18 *Qui puriter lavit dentes*. Id. carm. 77, 19 *Si vitam puriter egi*.

¶ Purĭtas, *ātis*, f. mundities: Item caſtitas, pudicitia, die reinigkeit, keuſchheit. Dubitarunt de antiquitate vocis nonnulli, pro qua tutius *elegantiam, proprietatem, munditiem* uſurpari cenſuerunt; attamen Palladius ea uſus eſt 11, 14 de Vino: *Mox ſumere puritatem colarique debere*. Capitol. in Vero c. 3 *Amavit puritatem vivendi*. Plura ex Arnob. 5 p. 163; Macrob. Somn. Scip. 1, 11 & 13; Symmach. 3 epiſt. 29; Hieron. epiſt. 3 & 101. v. in Borrich. Cogit. p. 208 & 215, & Cellar. Cur. poſter. p. 154. *Impuritates*, de quibus Cicero dixit, vide infra.

¶ Pūrĭties, *ēi*, f. idem. Varro Sat. Menipp. *Vocatur a cælatura cælum, græce ab ornatu κόσμος, latine a puritie mundus*. v. Fragm. Scal. p. 96.

¶ Puro, *are*, pro *purgare*, reinigen, habet Varro, & Iul. Cæſ. in Adraſto; imo & Plautus Aul. 2, 3, 3, ſi nonnullorum correctio placet. vid. Taubm. p. 186. Hinc & *Depuro* & *Impuro*.

¶ Pureſăcio, *ēre*, idem, apud Nonium 2, 355, ubi *Februare* explicat per *purefacere*.

¶ Purĭfĭco, *are*, purgare, purum efficere; Item, luſtrare, expiare, rein machen, abwaſchen, reinigen. Suet. Aug. c. 94 *Illam expergefactam quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe*. Fiebat hæc purificatio, cum ſe vivo flumine abluerent, vel perenni aqua: Colum. R. R. 12, 4. Adde Plin. 10, 41. Sed &, qui cæde impiati, ita purificabantur. Virg. Æn. 2, 718 *Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti Attrectare* (ſacra) *nefas, donec me flumine vivo Abluero*.

¶ Purĭfĭcans, *tis*. Plin. 8, 1 *Se purificantes ſolenniter aqua circumſpergi*. Et Vulg. Interp. Act. 15, 9 *Spiritus fide purificans corda*.

¶ Purificātus, *a, um*, gereiniget. Iuſtin. 10, 3, 2 *Purificato regno*. Vulg. Int. Act. 21, 26 *Paulus purificatus intravit in templum*.

¶ Purĭfĭcātio, *ōnis*, die reinigung. Plin. 15, 30 *Laurus purificationibus adhibetur*. Gloſſ. Cyrill. καθαρμός, *purgatio, purificatio*.

¶ Purĭfĭcus, *a, um*, f. reinmachend. Lactant. 4, 15 ſub init. *baptiſmum* interpretatur *purifici roris perfuſionem*. Sic Aldus & Th. Spark. recte ediderunt, cum MSS. quoque Anglicani (ut recenti Cantabrigienſi editione notatum eſt) *purificî* habeant, non *purificati*, quod Mich. Thomaſius & Ant. Thyſius ediderunt. Claudianus quoque Conſul. Honor. 6, 328 *Purificumque lovem Triviamque precatus*.

¶ Puri-menſtrio apud Feſtum dicuntur, *qui ſacrorum cauſſa toto menſe in cæremoniis ſunt*, i. e. *puri ſunt certis rebus carendo*.

¶ Depūro, *are*, reinigen, läutern. Frontin. de Aquæduct. 2 p. 247 *Anio lacus altitudine, in quo excipitur, velut depuratur*.

¶ Impūrus, *a, um*, unflätig, unrein; ut, *Perſona lutulenta, impura, inviſa*, Cic. pro Roſc. Com. c. 7. ¶ 2. *Homo impurus*, Ter. Adelph. 2, 1, 29, id eſt, improbus, ſceleratus, turpis, ein ſchändlicher, böſer, unkeuſcher menſch. *Nero impurior*, Sidon. 5 epiſt. 7. *Quis illo maledico impurior?* Cic. Phil. 3, 6. conf. ad Brut. ep. 15. *Omnium bipedum & quadrupedum impuriſſimus*.

Id-

Id. pro Domo c. 18. Ter. Heaut. 4, 1, 14 *Anus haud impura*, id eſt, haud improba. Nam, ut Donatus non uno in loco obſervavit, *Impuram* veteres generaliter quemvis improbum dixerunt. Stricte *impurus* dicebatur puto, qui concumbebat cum maſculis. Cic. Catil. 2, 10 *Omnes adulteri, omnes impuri, omnes impudici.* Recenſet enim libidinum gradus: & primo quidem adulteros memorat, ut levius genus: neque enim illi transgrediuntur naturam; deinde maſculorum ſcortatores, quos *impuros* nominat; fœdiores quidem adulteris, ſed nondum ultimæ fœditatis, quem *impudici* gradum tenent: nam ultra nihil magis impurum. *Maſculorum ſcortatores* contra naturam quidem libidinantur, nondum tamen ſexum excedunt. Qui *muliebria patiuntur*, id eſt, *impudici*, & jura naturæ violant & ſexum ſuum velut relinquunt. conf. Id. Cic. Phil. 3, 14.

¶ Impūre, adverb. garſtig, ſchändlich; ut, *Impure & flagitioſe vivere*, Cic. de Fin. 3, 11. *Impure, turpe aliquid facere*, Id. de Divin. 1, 29. Et, *Impuriſſime ab aliquo deſpici*, Id. Att. 9, 12.

¶ Impūrĭtas, *ātis*, f. die unreinigkeit, unflätigkeit. Cic. Phil. 2, 3 *Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes.*

¶ Impūrĭtĭa, *æ*, f. idem. Plaut. Peri. 3, 3, 7 *Tuas impuritias traloqui nemo poteſt.*

¶ Impūro, *āre*, verunreinigen, beſudeln; ut, *Impurare pecuniam*, Seneca epiſt. 87.

¶ Impūrātus, *a, um*, pollutus, impurus, verunreiniget, beſudelt; ut, *Homo impuratus*, Lucil. ap. Non. 2, 468. *Impuratus ille me irridet*, Ter. Phorm. 4, 3, 64. conf. 5, 7, 69. Apul. Met. 9 p. 221 *Nefario ſcelere impuratiſſima capita.* Et, *Impuratiſſimæ linguæ*, Tertull. Apol. c. 23, ut Pamelius ex MSS. reſtituit. Sic & Plaut. Rud. 2, 6, 59 *Impurata bellua.* Sic Aul. 2, 6, 10; & Rud. 3, 4, 46 *Impurate*, *Impuratiſſime*, inter convicia.

¶ Impūrate, adv. impure, ſordide, ſchändlicher, unflätiger weiſe. Vet. Interp. Irenæi 1, 29 *Adimplere doctrinam impurate.*

¶ Impūrimus, *a, um*, pro *Impuriſſimus*, ſehr unrein. Gloſſ. Iat. gr. *Impurimum*, ἀκάθαρτον.

¶ Nepūrus, *a, um*, i. e. *Non purus*, unrein, Feſtus.

PVS, *pūris*, n. ſanies ulceris jam ad maturitatem ſpectantis, Celſo auctore 5, 28, 15, eiter. *Sanies* enim craſſa & nondum matura, blutig und unreifes eiter. *Pus exprimere*, Celſus ibidem § 8. *Pus movere*, ejusdem libri c. 3, ein geſchwär fordern, daß es reiff wird. Prudent. 1 contra Symmach. v. 16 *Latebram tabentis vulneris alte Impreſſam, penitusque putri de pure peresam:* eine unterkothichte wunde. Donatus omnem humorem onerosum corporis interpretatur. Translate Horatius de homine improbo & perditis moribus, 1 ſat. 7 pr. *Proſcripti regis Rupilii pus atque venenum Hybrida quo pacto ſit Perſias ultus, &c.*

¶ Pūrulentus, *a, um*, pure ſive ſanie plenus, eiterig, voll eiter; ut, *Ulcus purulentum*, id eſt, pure plenum, Plin. 20, 2.

¶ Pūrulente, adverb. idem. Plin. procem. lib. 23 *Purulente limoſis oſſibus.*

¶ Purulentia, *æ*, f. puris copia, ulcus purulentum, die eiterung, der eiterfluß. Tertull. de Pallio ſub fin. *Haud facile has purulentias civitatis quis eliciet, & exſuppurabit:* Metaphorice.

¶ Purulentatio, *ōnis*, f. die ſchwärung. Cæl. Aurel. Tard. 5, 3.

¶ Puſtŭla, *æ*, f. tuberculum in ſumma cute, vel alibi, eine blatter, blåsgen. Sic, *Puſtulas emittere*, blåsgen ausweiſen, Vitruv. 7, 2. *Puſtulas facere*, Plin. 20, 22. Celſ. 5, 28, 15 *Puſtularum plura genera ſunt.* Nam *puſtulæ lividæ ſunt, aut pallidæ, aut nigræ, &c.* Tibull. 2, 3, 10 *Puſtula rupta.* ¶ 2. *Puſtulæ* variolæ ſunt puerorum, die pocken, Conf. Celſ. 4, 6; & 6, 6; Plin. 20, 13; & 21, 7.

¶ Pūsŭla, *æ*, f. quæ & *puſtula* & *puſula*, (unde & *poſtulatum* ſive *puſtulatum argentum*,) eine blaſe, ſo am brot, wenns gebacken wird, aufläufft. Columella 7, 5 *puſulam* etiam morbum a pavoribus appellari ait, qui *ſacer ignis* alias dicitur, quia pus continet, die heilige feuer, ein hitzig geſchwär oder blatter. Sen. de Ira 3, 43 *Inimici puſula.*

¶ Pūsŭlōſus, *a, um*, plenus puſularum, ausgeſchlagen, ausgefahren am leibe; ut, *Pecus puſuloſa*, hoc morbo correpta, Colum. 7, 5.

¶ Puſtŭlōſus, *a, um*, plenus puſtularum, voller blåsgen oder blåttergen. Celſus 5, 26, 31 *Vicus in locum puſtuloſum ſerpit.*

¶ Puſtulo, *āre*, puſtulas concipere, ausfahren am leibe. Tertull. de Cultu fœm. 1, 6 *Si concha aliquid intrinſecus puſtulat, vitium ejus magis debet eſſe, quam gloria, &c.*

¶ Puſtulātus, *a, um*, ausgefahren, voll blåsgen. Sic, *Puſtulatum argentum.* Suet. Ner. c. 1, i. e. purgatiſſimum & excoctiſſimum, rein ſilber. Et Martial. 7 epigr. 85 *Nulla venit a me Argenti tibi libra puſtulati:* Sic dicti a puſtulis, quæ in argento cælato in aſperedinem quandam exciſæ viſuntur, ſicut puſtulæ in corpore. Vide & paullo ante *Puſula*, & Salmaſ. in Solin. p. 738, & Turneb. ſupra in *Argentum.*

¶ Puſtulatio, *ōnis*, f. die ausfahrung der blattern. Cæl. Aurel. Acut. 3, 16 *Puſtulatio partium.* Id. 5, 1 *Puſtulationem facere.*

¶ Puſtuleſco, *ĕre*, puſtuloſum fieri, blåsgen bekommen. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *Sinapi cataplasmantes, quo ſuperficies cutis puſtuleſcat.*

¶ Depuratio, *onis*, f. die ausdrückung des eiters, apud Celſum.

¶ Suppūro, *āre*, ſich zum geſchwär ziehen, ſchwären. Cato R. R. c. 157 *Cancer ſubtus ſuppurat ſub carne.* Celſ. 8, 9 *Si nec quidquam ſuppurat.* Colum. 6, 12 *Sanguis ſi ſuppuraverit.* Plin. 25, 11 *Si quid in corpore ſuppurat.* Adde Sen. epiſt. 59; & de Brev. Vit. c. 11; Scrib. Largum Comp. 206 & 228.

¶ Suppūrātus, *a, um*, untereiterticht. Plin. 22, 25 *Suppuratis triticea farina lenior.* Sen. epiſt. 81 *Horum, qui felices vocantur, aut ficta hilaritas eſt, aut gravis & ſuppurata triſtitia.* conf. Lamprid. Commodo c. 10.

¶ Suppurātum, *i*, n. ſubſt. apoſtema, ein geſchwär. Plin. 20, 4 *Strumisque vel ſuppuratis alligat.*

¶ Suppurātio, *onis*, f. idem. Colum. 6, 12; Celſus 2, 7; 3, 26; & 8, 9. Plural. *Suppurationes*, Plin. 20, 3. conf. Sen. epiſt. 14; Colum. 6, 34; & 8, 9; & Plin. 20, 6.

¶ Suppurātorius, *a, um*, ſuppurare faciens, zum ſchwären dienlich, erweichend; ut, *Suppuratoria medicamenta*, Plin. 28, 4.

¶ Exſuppūro, *āre*, active, pus amovere, das eiter ausdrücken: Tertullian. de Pallio ſub fin. Vide paullo ante in *Purulentia.*

PŪSA, *æ*, f. & Pūtus, *i*, m. a veteribus dicebantur, non ſecus ac *Pupæ* & *Pupus*, puella & puellus, ein mägdlein, ein knäblein. Pomponii epigramma eſt apud Varron. de L. L. 6, 3 in adoleſcentem caſcam: *Dic tu illam puſcam, ſic ſient mutua muli, Nam vere puſus tu, tua amica ſenex.* Sic & Lucretius, ſi Lambini lectio placet, lib. 4, 1020 *Puſi ſæpe lacum propter, ſe, ac dolia curta Somno devincti credunt extollere veſtem.* Et Horat. 2 ſat. 3, 216 *Puſam aut puſillam appellet &c.* Vbi aliqui malunt *Putam* & *Putillam.* vid. Taubman. ad. Plaut. p. 147. Hinc

¶ Pūlio, *ōnis*, m. parvus puer, ein knäblein. Cic. pro Cælio c. 15 *Puſio cum majore ſorore cubitavit.* conf. Id. Tuſc. 1, 24. Prudent. Hymno in Natali Domini v. 13 *Emerge dulcis Puſio, Quem mater edit caſtitas.*

¶ Pūlĭola, *æ*, f. parva puella, ein mägdlein. Idem Prudent. Paſſ. Eulaliæ v. 19 *Ipſa crepundia reppulerat, Ludere neſcia puſiola.* Vtrumque ab antiquo *puſus*, *puſa.* Vnde &

¶ Puſillus, *a, um*, diminut. adject. ſehr klein. Cic. Art. 5, 2 pr. *Habuimus in Cumano quaſi puſillam Romam, tanta erat in his locis multitudo.* Iuvenal. 15, 70 *Terra malos homines nunc educat atque puſillos.* Id. ſat. 14, 29 *Ceras puſillas* dixit ſchedas ac parvas epiſtolas. Quemadmodum *Puſillam epiſtolam* Cicero ad Brut. ep. 14 dixit. Et, *Villam puſillam*, fam. 12, 20. Ad animum deinde & alias res transfertur. Cic. fam. 2, 17 extr. *Illud eſt puſilli animi &c.* das iſt die art einer kleinmüthigkeit. Adde Horat. 1 ſat. 4, 17. Martial. 3 epigr. 62, & 9 epigr. 51. Sic & abſolute, *Puſillum laxamenti*, ein wenig ruhe, Cic. fam. 12, 16 *Cauſidicus puſillus*, Iuven. 10, 121, vid. *minutus.* Nimirum ad contemtum pertinet. Ita Galli utuntur ſuo *petit.* ¶ 2. *Putillus* pro *Puſillus* eſt in Plaut. Aſin. 3, 3, 194. v. ibi Taubm. p. 147.

¶ Puſillo, adverb. ein wenig. Plin. 27, 5 *Puſillo altior lenticula eſt.*

¶ Puſillum, adv. idem. Cato R. R. c. 90 *Far primum puſillum, poſtea magis depſes.*

¶ Puſillĭtas, *ātis*, f. parvitas, die kleinigkeit, ſchwachheit. Lactant. de Ira Dei c. 5 pr. *Favorabilis admodum ac popularis* (Stoicorum) *oratio, non cadere in Deum hanc animi puſillitatem, ut ab ullo ſe læſum putet, qui lædi non poteſt.* MSS. tamen *puſillanimitatem.* Hieron. epiſt. 152 ad Miner. & Alexandr. ſub fin. *Neque tanta eſt meæ puſillitatis auctoritas, qui nihil ſum, & invidorum tantum morſibus pateo.* Tertull. adv. Hermog. c. 14 *Quæcunque poteſtas ei, quam puſillitas, competit.* conf. Idem de Reſurr. Chriſti c. 6.

¶ Puſillănĭmis, *e*, kleinmüthig. Tertull. de Fuga in perſecut. c. 9 *Puſillanimes conſolari.* Sidon. 7 epiſt. 17 *Si quas illum de juvioribus ſpreverit tanquam imperitum vel puſillanimem.* Conf. Claudian. Mamert. de Statu An. 1, 20. In Gloſſis redditur ὀλιγόψυχος.

¶ Puſillănĭmĭtas, *ātis*, f. die kleinmüthigkeit. Vindicatur Lactantio ex MSS. paullo ante in *Puſillitas.* In Gloſſis quoque exſtat, atque ibi ὀλιγοψυχία & πικροψυχία vertitur.

¶ Perpuſillus, *a, um*, ſehr klein. Cic. de Orat. 2, 60 *Perpuſillum rogabo*, jocoſa ambiguitate, ut adverbium videri poſſit, quaſi *breviter*: & hominem ſimul perparvum ut nomen, ſignificet. Chryſologus Serm. 160 de Chriſti incarnatione: *Univerſo ſæculo non capacem concludi corpore perpuſillo.*

Puſtula, puſtulare, puſtuloſus, puſula, vide *Pus*, Puta, *Puto.*

PVTAGŌNON, *i*, n. idem quod *Heliotropium*, die ſonnenwende. Apul. de Herb. c. 49.

Putamen, putatio, &c. vide paullo poſt *Puto.*

Puteal, putealis, puteanus, putearius, vide mox *Puteus.*

PŪTEO, *ui*, *putēre*, fœtere & mali odoris eſſe, übel riechen, ſtincken. *Putere diurno mero*, id eſt, *vino.* Horat. 1 epiſt. 19, 1.

¶ Pūtens, *tis*; ut, *Illoti piſces aut etiam putentes*, Scribon. Larg. Compoſ. 186.

¶ Pūtĭtus, *i*, m. Plautus dixit pro ſtulto, notante Paulo apud Feſtum.

¶ Pūtĭdus, *a, um*, fœtidus, ſtinckend; ut, *Putida palus*, Catull. epigr. 17, 10, eine miſtpfütze. *Putidus fungus*, Plaut. Bacch. 4, 7, 23. *Putida caro*, Cic. in Piſ. c. 9. Catull. 43, 11 *Mœcha putida, redde codicillos.* Et Horat. 2 ſat. 3, 75 *Putidus cerebrum.* ¶ 2. Quicquid denique etiam auribus ingratum & inſuave eſt, *putidum* dicitur, unartig, ungeſchickt, abgeſchmackt; ut, *Oratio putida*, *Putida interpretatio*, i. e. anxiæ & ſtultæ diligentiæ. v. Gronov. ad Script. Eccl. Obſerv. c. 19 p. 206. & mox adverbium *putide* it. *putidiuſculus.* Sic Sidonius 3 epiſt. 13 *Facit ambigi, putidior, temulentior, an facinoroſior exiſtimetur.* Et Petron Fragm. Trag. p. 67 vel c. 13 *Ac ne ſic quidem putidiſſimam ei actionem licuit effugere.*

¶ Pūtĭde, putidius, adv. inſuaviter, unannehmlich, verdrießlich. *Qui nec inepte dicunt nec putide*, Cic. de cl. Or. c. 82. *Litteras putidius exprimere*, Id. de Orat. 3, 11. *Putide loqui*, Sen. epiſt. 75.

¶ Pūtĭdŭlus, & Putidiuſcŭlus, *a, um*, dimin. mißfällig. Martialis 4 epigr. 20 *Altera ridicula eſt, altera putidula.* Cic. ad Cæſ. fam. 7, 5 extr. *Simus putidiuſculi, quam per te vix licet.* Scil. in commendatione nimis diligenti & anxia.

¶ Pūtis, *e*, antique, adject. ſtinckend; ut, *Pute corpus*, Lucret. 3, 585. Alii *Putre.*

¶ Pūtiſco, ſive Puteſco, *ĕre*, zu ſtincken anfangen. Cic. Fin. 5, 13 *Non inſcite illud dictum videtur in ſue, animam illi pecudi datam pro ſale, ne putiſceret.* Arnob. 7 p. 224 *Cum & ipſa mox futura ſint ſtercora, & exigui temporis contracta interjectione puteſcant.* Cato R. R. c. 3 *Olea puteſcet.* Id. c. 98 *Ligneam ſupellectilem ſi ungues, non puteſcit.*

¶ Puter, vel Putris, cum derivatis, vide paullo poſt ſeorſum.

¶ Pūtor, *ōris*, m. fœtor, der geſtanck, unflat. Statius 4 Silv. 3, 86 *Nec ſordere ſinis, malum late Deterges ſterilis ſoli putorem.* Sed docti hic malunt *pudorem*, unius elementi permutatione. Attamen

Cato etiam c. 57 *Ea omnem putorem adimet.* Apud Lucretium *putror*, inserta litterâ scriptum invenitur, 2, 871 & 927, de quo infra. Sed Id. 6, 1099 *Terra ubi putorem humida nacta est.* Lambinus tamen & hic inserit. Apul. Met. 4 p. 144 *Putor nidoris fœtidi.* August. adv. Iulian. Pelag. 4, 14 *Putor, amaritudines.* Plur. Arnob. 7 p. 222 *Sintne Diis in voluptate putores, quos neque ipsi sacrificantes ferre, nec ingenuæ sustinere tractos valeant per spiritum nares?*

¶ Reputesco, *ĕre*, verwesen. Tertull. de Anima c. 32 pr. *Ne aliqua sepulturæ conditione reputesceret.*

PVTEŌLI, *ōrum*, m. pl. Campaniæ civitas, a justissima reipubl. administratione *Dicæarchia* quondam græce dicta, latine vero a *Puteis*, quod sint circa eam multæ aquæ frigidæ & calidæ, ut Varro scribit L. L. 4, 5. v. & Strab. lib. 5, & Steph. de Vrbibus. Hodie *Pozzuolo* appellatur.

Puteōlānus, *a, um*, adject. ut, *Aquæ Puteolanæ*, Cic. Phil. 8, 3.

PŪTEVS, *i*, m. fons in imo effossus, cujus aquas educere oportet, quo ipso a fonte, proprie sic appellato differt: hic enim in summo est, manantibus & defluentibus aquis, sine labore hauriendis, ein ziehbrunnen, eine plumpe. Plin. 2 epist. 17 *Hæc utilitas, hæc amœnitas deficitur aqua salienti: sed puteos ac potius fontes habet: sunt enim in summo &c.* Colum. de Horto 10, 25 *Aut fons illacrymet putei non profunda, Ne gravis hausturis tendentibus ilia vellat.* Plaut. Most. 2, 1, 32 *Miserum est opus Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.* Id. Mil. 4, 4, 14 *Non tu scis, cum alto ex puteo sursum ad summum ascenderis, Maximum periculum inde etiam, ab summo ne rursum cadas?* ¶ 2. Veteres etiam in neutro *Puteum* dixere. v. Nonium 3, 155; & Pompon. 19 Dig. t. 1 l. 14.

¶ Pūtĕcŭlæ, *arum*, f. pl. sive Puticuli, *ōrum*, m. pl. hoc est, putei, ut Varro notat de L. L. 4, 5. Paulus apud Festum: *Puticuli sunt appellati, quod vetustissimum genus sepulturæ in puteis fuerit; & dicti puticuli, quia ibi cadavera putescerent.* Fuit autem locus in Esquiliis, in quibus tum promiscuæ plebis, tum eorum quoque, qui post cuncta devorata patrimonia ad egestatem devenerant, projiciebantur cadavera. Cujus loci vicinitas cum urbi esset noxia, & insalubris; Augustus, qui aërem emendari cupiebat, S. P. Q. R. consensu, Mæcenati concessit, ut hortos ibi conderet. v. Kirchm. de Funer. Rom. 2, 24 p. 287.

¶ Puteānus, *a, um*, adj. aus dem brunnen; ut, *Putcana aqua*, Plin. 24, 9.

¶ Pūteālis, *e*, idem; ut, *Vnda putealis*, Ovid. in Ibin v. 389 & Colum. 9, 5. *Aquæ puteales*, Vlp. L. 1 § 6 Dig. de aqua cottidiana. *Limus putealis*, Amnian. 22, 16. Sic Iuvenc. 2, 258.

Et quis te sitiens putealia pocula poscat.

¶ Pūteal, *ālis*, n. subst. proprie operculum putei significat, sicut ad Festum Scaliger docuit, ein brunnendeckel. Cic. Divin. 1, 17 *Cotem & novaculam defossam in comitio supraque impositum puteal accepimus.* v. Salmas. ad Solin. p. 801 seqq. Apparet ex l. 13 § 31 Dig. de action. emti & vend. solitos veteres putealibus magni pretii uti. Nam si ex vili ligno tantum formata fuissent, vix Vlpianus eorum ibi meminisset. Sed id unice declarat locus Cic. Att. 1, 10 *Putealia signata* vel *figilata.* ¶ 2. Fuit hoc nomine etiam Romæ locus in foro, ubi fœnora tractabantur, cujus P. Victor in Regione Vrbis meminit, & de quo egregie Dion. Halicarnasseus lib. 3. V. & Torrent. ad Horat. 2 sat. 6, 35. Ovid. Rem. am. v. 561 *Qui puteal Janumque timet celeresque Kalendas.* Itemque Horat. 1 epist. 19, 8 *Forum putealque Libonis.* Car. Sigonius de Iudiciis 1, 28 docet, locum eum fuisse in comitio Romæ, super quod puteal ara fuerit, quam tangere moris fuerit jurantibus. Ita etiam Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 189 statuit, aram potius quam tribunal fuisse *puteal Libonis*, probatque Burm. ad Ovid. l. c. Quid sit, *Flagellare puteal*, Casaubonus exponit ad Persii sat. 4, 49 p. 352. Nimirum in quantum privatum crimen tangit, significat *forum conterere* aut *calefacere* litibus injustis: ad Neronem relatum est pererrare forum, obvios cædere petulanter &c.

¶ Puteārius, *i*, m. qui puteos fodit, ein sincker, brunnengräber. Plin. 31, 3 *Depressis puteis sulphurata & aluminosa occurrentia putearios necant.*

Puticulæ, vide *Puteus*, Putidus, putisco, putor, *Puteo.*

PŪTO, *avi, atum, āre*, schneiteln, beschneiden. PVTARE, inquit Donatus, *purgare est, unde &* ARBORES & VITES PVTARE *dicimus:* probat ex Virg. ecl. 2, 70. Sic, *vitem putando fingere*, Id. Georg. 2, 407 Adde Catonem R. R. c. 44 de *Olea, quo tempore putetur:* & eumdem de vitibus c. 32, & Colum. 4, 9 &c. Fest. in *Imputatum: Putare vites dicimus, h. e. detrahere, quæ impedimento sunt ad fructum.* ¶ 2. Hinc transfertur ad numeros & rationes, rechnen. Varro L. L. 5, 7 DISPVTATIO & COMPVTATIO, *cum præpositione a* PVTANDO, *quo valet purum facere. Ideo antiqui purum,* PVTVM *appellarunt. Ideo* PVTATOR, *qui arbores puras facit: Ideo* RATIO PVTARI *dicitur, in qua summa sit pura*, Plaut. Aul. 3, 5, 52 *Cedit* (accedit) *miles, æs petit. Itur, putatur ratio cum argentario.* Et altero versu post, *Disputare rationem*, dixit, quod idem est, nempe, liquidam facere, die rechnung klar machen. Similiter Græci: ἀκκαθαίρειν λογισμὸν, *putare* sive *purgare rationem* dicunt, quod ad Varronem Scaliger observat. Sic Cato c. 14 *Tegulæ duæ pro una putabuntur*, pro quo mox *numerabuntur.* ¶ 3. Ab eo transfertur ad animum, & pro conjicere, colligere, æstimare & opinari ponitur, meynen, erachten, erwegen. Plaut. Cas. 3, 2, 25 *Cum eam mecum rationem puto.* Sic, *Recte putas*, Ter. Andr. 1, 1, 114, du bist der rechten meinung. *Rem putemus ipsam*, Id. Adel. 5, 3, 10, lasset uns den handel recht erwegen. *Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto*, Id. Heaut. 1, 1, 5, ubi τὸ *amicitiæ*, monente Daceria, est dativus, non genitivus. *Putare cum aliquo argumentis*, Plaut. Amph. 2, 1, 45 *disputare* est, de quo infra. *Pro nihilo putare*, nichts achten, Cic. pro Mil. c. 24. *Non putat tua dona esse tanti*, er hält wenig auf deine gaben, Id. pro Cæl. c. 15. ¶ 4. Eleganter verbum *puto*, nunc absolutum, nunc cum particula *ut* interseritur, vel modestiæ caussa, vel per ironiam. Modestiæ caussa: Persius 4, 9 *Hoc, puto, non justum est.* Ovid. Trist. 5, 5, 5 *Lingua favens adsit nostrorum oblita malorum, Quæ, puto, dedidicit jam bona verba loqui.* Catullus 15, 13 *Hunc unum excipio, ut puto, pudenter.* Apul. Apol. p. 176 *Satis, ut puto, crimium crimen refutatum est.* Est hoc integrum & plenum: alterum, *puto*, ellipticum. Ironiæ insevit: Ovid. de Nuce v. 57 *Sed, pute, magna mei est operosa cura colono, Invenias, qui det nil mihi, præter humum.* Plura exempla vide apud Paul. Leopardum Emendat. 3, 6. ¶ 5. NON PVTARAM, das hätte ich nicht gedacht, vulgaris excusatio est, turpissima tamen, si audimus Cic. Off. 1, 23 *Non committendum est, ut aliquando dicendum sit, non putaram.* Et Sen. de Ira 2, 31: *Turpissimam ajebat Fabius, imperatori excusationem esse,* NON PVTAVI: *ego turpissimam hominis puto. Omnia puta, omnia exspecta.* Quod Fabio Seneca, Cicero Scipioni tribuit, Plutarchus Iphicrati ejus vita. Adde Polyb. 10 p. 603.

¶ Putâ, adverbialiter, pro *scilicet*, vel *verbi gratia*, nemlich. Pompon. Dig. 28 t. 5 l. 23 § 2 *Si ille, puta, Consul factus fuerit, &c.* Vltimam corripiendam Servius in Virg. 2 Æn. his verbis docet: *Præpositiones vel adverbia in A exeuntia, modo producunt ultimam litteram, excepto* PVTA & ITA: *quia apud Ennium & Pacuvium brevia sunt.* Poëta vetus in Phallicis carm. 37 *Dis me legitimis nimisque magnis. Vt Phœbo puta, filioque Phœbi Curatum dare mentulam verebar.* Est in secundo versu tmesis: *Vt Phœbo puta*, pro, *puta Vt Phœbo.* Neque enim *Puta* tantum, sed & *ut puta*, id est, exempli gratia, dicebant. Vlp. Dig. 19 t. 1 l. 13 § 31 *Ædibus distractis vel legatis, ea etiam ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut puta, puteal.* Vsus & Seneca Nat. Qu. 2, 2, & Cellus 5, 26 & Colum. 5, 2, 4. Vide & *Vtpote*, & Goclenii Problem. Gramm. 1, 28.

¶ Putans, *tis.* Ovid. Met. 7, 828 *Nomen esse putans Nymphæ.* Virg. Æn. 6, 331 *Constitit Anchisâ satus & vestigia pressit, Multa putans sortemque animo miseratus iniquam.*

¶ Putātus, *a, um*, beschnitten, gesaubert, idem est ac *putus* & *purus.* Paulus apud Festum: PVTVS *antiqui dicebant pro* PVRO: *Vnde* PVTATÆ VITES & ARBORES, *quod decisis impedimentis remanerent puræ.* AVRVM *quoque* PVTATVM *dici solet, id est, expurgatum: Et* RATIO PVTATA, *id est pura facta.* Hinc enim

¶ Putus, *a, um*, id est, putatus, expurgatus, fein, nett, vollköthig, lauter; ut, *Aurum, argentum purum putum*, hoc est, perfecte excoctum & purgatum, quod putata sive amputata sint ex eo omnia mixturæ ignobilioris recrementa, fein gelb. v. Gell. 6, 5, & Fest. in hac voce. Plaut. Pseud. 4, 7, 103 *Purus putus hic Sycophanta est*, id est, merus, es ist nichts guts an ihm. Varr. R. R. 2, 2, 10 *Sole exorto puto.* Vid. edit. Gesneri. *Putissimæ orationes*, Cic. Att. 2, 9, id est, purissimæ, sinceræ. Scaliger in Catalect. a πυσὸς deducit, quoniam Iuvenalis primam producit sat. 10, 19 *Pauca licet portes argenti vascula puti:* (nisi *puri* mavis cum nonnullis legere.) conf. sat. 9, 141. Alii pro diversa origine diversam quantitatem comminiscuntur, & primam, cum a *putando* est, corripiunt, cum a πυσὸς, producunt. Sed quia contractio fit a *putatus*, prior longa est, aut certe anceps; unde & Plautus in diminuto *Putillus* primam corripuit, quam Horatius in *Putilla* produxit. ¶ 2. *Putus* & parvum significat, sive puerum, ein kind, ein kleiner. Vet. Gloss. *Puti*, μικροί. *Putus*, μικρός. In quo ipso quoque primæ syllabæ quantitas non satis patet. Virgilius corripuit, sed pro *putus, potus* dixit in Catalect. v. 118 *Dispeream, nisi me perdidit iste potus.* Horatius vero 2 sat. 3, 216, ut ex Vet. Cod. Scaliger legit, produxit *putus*: *Putam aut putillam appellet.* (Alii *Pusam* & *pusillam.*) Ita Catullus, quum Calvum ob parvam staturam, ut Seneca Pater auctor est, *Salaputium* vocat, τὸ *pu* producit. An igitur anceps est ista syllaba? An *Potus* primam corripit, *Putus* producit? Sane ita & primam in *Bobus* correptam quidam volunt, in *Bubus* productam.

¶ Puta, *æ*, f. subst. Dea, quæ putationibus arborum præest: Arnob. lib. 4 p. 130.

¶ Putillus, *a, um*, diminut. a *Putus*; vox in blanditiis adhibita, dum pueros *putillos*, & puellas *putillas* dixere, ein kindgen, liebgen. Sic apud Plautum Asin. 3, 3, 104 Libanus ad Philenium: *Dic me tuam hirundinem, moneodum, pessulum, putillam.* De *Putilla* ex Horatio jam dictum in *Putus* n. 2. conf. Voss. Etymol. p. 421.

¶ Putatio, *ōnis*, f. quæ tum arborum, tum vitium est refectio, die schneidelung. Cic. de Orat 1, 58 *Arborum putatio atque viti m.* Et, *Putationem instituere*, Colum. 4, 17. Et plur. *Putationes arborum*, Arnob. 4 p. 129. ¶ 2. Pro *æstimatione*, die achtung. L. 18 § 4 Dig de injur. & famol. *Transferri personæ putationem ex persona filiorum &c.* ¶ 3. *Putatio* est Computatio, die rechnung. Macrob. Sat. 1, 13 *Vnus mensis universam putationem imparem fecit.*

¶ Putātor, *ōris*, m. non modo qui vites, sed alias quascunque arbores putat, vel purgat, ein winzer, gärtner; ut, *Putator arborum*, Plin. 18, 33. *Vitium putator*, Pallad. 1, 6. Vet. Gloss. *Putator*, κλαδευτὴς, καθαριστής. Item κλαδευτὴς, *Frondator, putator.* Iul. Paulus 5 Recept. Sentent. t. 23 Sent. 5 *Si putator ex arbore, cum ramum dejiceret, non proclamaverit, ut vitaretur &c.* V. & Leg. Si putator C. ad L. Aquiliam, & ex Varr. supra in *Puto* n. 2. Adde Virg. Ge. 2, 28; & Martial. 3 epigr. 58.

¶ Putatōrius, *a, um*, zum schneiteln dienlich; ut, *Vinitor putatorius*; *falx putatoria*, ein winzmesser, Pallad. 1, 35.

¶ Putātīvus, *a, um*, eingebildet, vermeintlich. Tertull. de Carne Christi c. 1 *Qui carnem Christi putativam introduxit.* Id. adv. Marc. 3, 8 *Putativus habitus, putativus actus, imaginarius operator.* Et Vet. Interpr. Irenæi 4, 60 *Putativus eorum magister fuit.*

¶ Putatīve, adv. idem. Interpr. Irenæi: *Putative apparere.* conf. Hieron. epist. 61.

¶ Putāmen, *ĭnis*, n. das man abwirfft oder abschneidet. Item, die hülse und schale an nüssen und kernen. Plaut. Capt. 3, 4, 122 *Nucleum amisi, reliqui pignori putamina.* Cic. Tusc. 5, 20 *Dionysius instituit, ut candentibus juglandum putaminibus barbam sibi & capillum filiæ adurerent.*

Composita:

¶ Amputo, *avi, atum, āre*, putando aliquid tollere, abschneiden, abhauen, abbrechen; ut, *Pestiferum aliquid in corpore amputare*, Cic. Phil. 8, 5; & *Amputare ramos miseriarum*, Cic. de Fin. 3, 6 *Scalpello usque ad vivum resecare & amputare scabiem*, Colum. 6, 32. *Fra-*

ctos

flos asper rigor amputat artus, Sil. 3, 553. *Amputat trunco tenus humeros &c.* Sen. Thyeſt. v. 759. Improprie Id. Medea v. 530 *Suſpecta ne ſint, longa colloquia amputa*, verkürze das geſpräche.

¶ Amputans, *tis*. Horat. Epod. 2, 11 *Inutiles falce ramos amputans feliciores inſerit.*

¶ Amputātus, *a, um*, beſchnitten, abgeſchnitten, zerſtümmelt. Cic. in Orat. c. 51 *Infracta & amputata loquuntur.* Id. Fin. 1, 13 *Amputata circumciſaque inanitate omni & errore*, i. e. ſublata. Feſtus: *Amputata i. e. circumputata dicuntur ab eo, quod antiqui putum pro puro dicebant.*

¶ Amputātio, *ōnis*, f. die abſchneidung, verſchneidung, abhauung. Cic. de Senect. c. 15 *Sarmentorum amputatio.*

¶ Amputatōrius, *a, um*, zum abſchneiden dienlich. Priſcian. de Diæta c. 10 *Origanum eſt amputatorium, ſiccatorium, & extenuatorium.*

¶ Peramputo, *are*, gar abhauen. Colum. 7, 5 *Vulnus ita inſanabile facit, ut totum peramputandum ſit.*

¶ Semiamputātus, *a, um*, halb abgeſchnitten. Apul. 1 Met. p. 104 *Baculum ramulis ſemiamputatis nodoſum.*

¶ Compŭto, *are*, proprie *cædere*, behauen; ut, *Ramos computare* apud Plinium. ¶ 2. *Iudicare*, bedencken, erwegen. Plin. 9, 35 *Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum tulerint.* ¶ 3. Item, *Numerare* vel *rationem ſubducere*, rechnen, überſchlagen; ut, *Digitis rationem computat*, Plaut. Mil. 2, 2, 49. Sic, *Annos digitis computare*, an den fingern abzählen, Plin. 34, 8. Et Ovid. Pont. 2, 3, 18 *Et ſibi quid ſit Vtile, ſollicitis computat articulis*: Vbi meliores libri habent *ſupputat*. Plin. præf. p. 4, 4 Hard. *cum ſomno valetudinem computamus* h. e. tantum dormimus, quantum valetudo poſtulat: ſive, valetudinem non niſi noctu curamus, ut eadem quaſi valetudinis & ſomni æra ſint. Sed prior interpretatio ſententiæ melius convenit. conf. Iuvenal. 10, 249; it. 6, 199. ¶ 3. Hinc eleganter *Computare* dicuntur, qui lucrum quærunt. Sen. epiſt. 14 *Nemo ad humanum ſanguinem propter ipſum venit, aut admodum pauci: plures computant, quam oderunt.* It. de Benef. 4, 17 *Quotusquisque uxoris optimæ mortem timet, ut non computet.*

¶ Computātus, *a, um*, gerechnet, zuſammengerechnet, ſummirt; ut, *In litteris computatum*, Auct. rei agrar. p. 246.

¶ Computātio, *ōnis*, f. ratio, die rechnung, der überſchlag. Seneca Benef. 4, 11 *Si utilitas me & ſordida computatio liberalem facit.* Et, 7, 10 *Quid ſunt iſtæ tabulæ? quid computationes & venale tempus?* Adde Plin. 2, 108; & 17, 22.

¶ Computātor, *ōris*, m. ein rechenmeiſter. Sen. epiſt. 87 *Diligentiſſimi computatores.* Gloſſ. gr. lat. *συμψηφιστής*, *Computator*. conf. Chryſolog. Serm. 157 & Claud. Mamert. de Statu Anim. 2, 9.

¶ Compŭtābilis, *e*, das man rechnen kan. Plin. 19, 8 *Bis computabili impendio.*

¶ Compŭtus, *i*, m. pro ratione, die rechnung; non eſt antiquioris, quantum conſtat, quam Firmici. Is enim 3, 12 *Computos exercere dixit*: & 5, 15 *Computos omnes & omnes ſolertia diſciplinas conſequi.* Sic & *Computum colligere*, i. e. computare, zuſammen rechnen. Auct. Rei agrar. p. 236, 239, 246; quibus in locis etiam ut neutrum poſitum videtur.

¶ Deputo, *are*, quo compoſito Terentius familiariter utitur, pro *æſtimare, cenſere*, halten, achten, ſchätzen; ut, *Deputare ſe quovis malo dignum*, Heaut. 1, 1, 83. *Herus meam operam deputat eſſe parvi pretii*, Hec. 5, 3 pr. &, *Deputare in lucro*, Phorm. 2, 1, 16, für gewinn rechnen. *Deputare peccato, deputare delicto*, id eſt, pro delicto, pro peccato putare, ſive habere, Tertull. de Pœn. c. 3. *Fruſtra ſecum rationes deputare*, iterum Ter. Adelph. 2, 1 extr. die rechnung ohne den wirt machen. Sed eſt in optimis libris *putare*. ¶ 2. *Deputare vineam*, proprie dixit Cato c. 50, pro *amputare*, den wein beſchneiden. ¶ 3. Poſtremæ ætatis ſcriptoribus eſt denique *deſtinare, delegare*, beſtimmen, verordnen, widmen, e. g. apud Sulp. Severum 2, 7 *Deputari leonibus*, eſt damnari ad beſtias. Et 2 Maccab. c. 4 *In alios ſumptus deputari.*

¶ Deputatus, *a, um*, beſtimmt, zuerkannt, angewieſen. Macrob. Sat. 7, 14 *Ad deputatam ſibi a natura ſedem proprii ſenſus recurrunt.* Sulp. Sever. 1, 53 *Turba exercendis colendisque agris deputata.* Sic vulgo *Deputatos* vocant, qui *delegati* dicendi ſunt. v. Vorſt. de Lat. mer. ſuſp. p. 150.

¶ Diſpŭto, *are*, differere, mit einander reden, überlegen, raiſonniren. Varro L. L. 5, 7 *Is ſermo, in quo purè diſponuntur verba, ne confuſus ſit, atque ut diluceat, dicitur* DISPVTARE. Vtrumque autem dicimus: & *diſputare aliquam rem*, & *de aliqua re*. v. Cic. de N. D. 3, 40; & de Orat. 2, 49. Plaut. prol. Men. v. 50 *Vt hanc rem vobis examuſſim diſputem*, id eſt, exponam, declarem, & veluti puram ac liquidam faciam: quemadmodum & *diſputare rationem* dixit, de quo ſupra in *Puto* n. 2. Cic. Tuſc. 1, 4 *Id aut ſedens aut ambulans diſputabam.* Id. pro leg. Manil. c. 22 *Libenter hæc coram cum Q. Catulo & Q. Hortenſio diſputarem.* Et, *Diſputare in alteram partem*, Id. Verr. 5, 3, das widerſpiel halten. *Diſputo in eam ſententiam*, de Orat. 1, 25. Sic, *De republica diſputatur*, Nep. 15, 3, 3. *Circa hoc diſputatum eſt*, Quint. 1, 5.

¶ Diſputans, *tis*. Cic. Tuſc. 5, 10 *Acute diſputantis illud eſt, non quid quisque dicat, ſed quid cuique dicendum ſit, videre.*

¶ Diſputātus, *a, um*, ausgerechnet, ſummirt, überlegt. Plaut. Aul. 3, 5, 5 *Vbi diſputata eſt ratio cum argentario.* Cic. fam. 7, 32 *Quæ ſunt a me in ſecundo libro de Oratore per Antonii perſonam diſputata de ridiculis.*

¶ Diſputatio, *ōnis*, f. eine unterredung, diſputation; ut, *Diſputatio litigioſa*, Cic. de Fin. 5, 26; & *Plena concertationum*, Id. de Orat. 1, 43. *Diſputationem ingredi*, Id. pro Cæc. c. 28, ſich in einen diſcurs einlaſſen. Et Cæſ. B. G. 5, 30 pr. *Hac in utramque partem habita diſputatione.* ¶ 2. *Diſputationis* nomine etiam vocata concio, die predigt. Auguſt de Sanct. tract. 6, 89 *Quia hæc diſputatio jam eſt claudenda.* v. Id. Confeſſ. 5, 13; & Hieron. epiſt. 22 ad Euſtach.

¶ Diſputatiuncula, *æ*, f. diminut. ein ſchlecht geſpräch. Sen. epiſt. 117 *Diſputatiunculis inanibus ſubtilitatem vaniſſimam agitare.*

¶ Diſpŭtator, *ōris*, m. ein raiſonnirer. Val. Max. 8, 12 pr. *Sue artis unumquemque & auctorem & diſputatorem optimum eſſe, non dubitemus.*

¶ Diſputatrix, *īcis*, f. quod nomen dialecticæ tribuit Quintil. 2, 20 *Diſputatrix virtus*, die diſputirkunſt. Sic *Dialecticam* latine vertit. Ita etiam 12, 2 *Hæc pars dialectica, ſive illam dicere malimus diſputatricem.*

¶ Diſputatōrius, *a, um*, zum diſputiren gehörig; unde

¶ Diſputatorie, adv. idem; ut, *Diſputatorie argumentoſus*, Sidon. 9 ep. 9.

¶ Diſpŭtābilis, *e*, diſputirlich. Sen. epiſt. 88 *Protagoras ait, de omni re in utramque partem diſputari poſſe ex æquo: & de hac ipſa, an omnis res in utramque partem diſputabilis ſit.*

¶ Exputo, *are*, weg- oder ausſchneiden; ut, *Vitem totam exputare*, Colum. 3, 15. ¶ 2. Eſt *colligere*, ausdencken, ausſinnen. Planc. Cic. fam. 10, 24 *Quæ mens eum a tanta gloria avocarit, exputare non poſſum.*

¶ Exputatus, *a, um*, ausgehauen, abgeſpitzt; ut, *Exputatos palos acuere*, Columella 11, 2.

¶ Exputābilis, *e*, unde

¶ Inexputabilis, *e*, infinitus, qui ſupputari ob multitudinem non poteſt, unausdencklich. Colum. 9, 4 *Inexputabilis erat numerus.*

¶ Impŭto, *are*, eſt annumerare & in expenſi tabulas referre, verrechnen, anrechnen, anſchreiben. Iuvenal. 5, 14 *Fructus amicitiæ magnæ cibus imputat hunc rex, Et quamvis parum, tamen imputat.* Sen. de Ira 3, 42 *Stat ſuper caput fatum & percuntes dies imputat propiusque ac propius accedit.* PEREVNTES DIES vocat, quos triſtibus aut inanibus curis perdimus, ſive elabi ſinimus ſine fructu. Hos igitur *imputare fatum* ait, id eſt, datos impenſosque in tabulis vitæ noſtræ ponere, detrahendos de tota ſumma, quam unicuique definivit. Id. ep. 8 *Hoc non imputo in ſolutum de tuo tibi*, ich rechne dir dieſes nicht für bezahlt an. Tac. Hiſt. 1, 38, 3 *Hoc ſolum erit certamen, quis mihi plurimum imputet*: id eſt, tribuat, in me conferat, me obliget meritis, der ſich am meiſten um mich verdienet: ut ſit conſequens poſitum pro antecedente. Sed poſſis etiam referre ad n. 3. v. & Caſaub. ad Suet. p. 30. ¶ 2. Hinc, *imputare alicui aliquid*, eſt, tribuere cauſſam, culpam alicujus rei in aliquem conjicere, beymeſſen, ſchuld geben. Ita, *Imputare alicui cædem*, Quintil. 5, 10. Tac. Agric. 27, 2 *Iniquiſſima hæc belli conditio: proſperæ omnes ſibi vindicant, adverſa uni imputantur*, id eſt, adſcribuntur. Ibid. 34, 5 *Approbate reipubl. numquam exercitui imputari potuiſſe aut moras belli, aut cauſſas rebellandi.* Sed & Ovid. Heroid. 6, 102 *Acta venenis imputat.* Idem Met. 2. 400 *Natum objectat & imputat illis*, conf. Metam. 15, 470. ¶ 3. Argentei ævi ſcriptoribus *Imputare* abſolute poſitum eſt loco beneficii habere, ſeque de eo, quod fecit, & contulit, jactare, quaſi in eo obnoxium alterum feceris, atque ad referendam gratiam obſtrictum. Plin. Paneg. c. 24 *Ambulas inter nos, non quaſi contingas; & copiam tui, non ut imputes, facis*, id eſt, non ut pro ſingulari beneficio numeres, (daß du es für eine ſonderbare gnade anrechnen konteſt,) ſed quia tui officii putas. Suet. Tib. c. 53 *Imputavit etiam, quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abjecerit*, er hat es für eine groſſe gnade gehalten wiſſen wollen. Nam hanc eandem rem cum Tacitus An. 6, 25, 3 narrat, verbo *jactare*, uſus eſt: *Iactavitque*, inquit, (Tiberius puta) *quod non laqueo ſtrangulata, neque in Gemonias projecta foret.* Id. Suet. Ner. c. 36 *Conjurati e vinculis triplicium catenarum dixere cauſſam: cui quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent*, i. e. jactarent, ac ſi auſi egregium aliquid, & de quo respubl. ipſis obligata eſſet. Tac. de Germ. c. 21 extr. *Gaudent muneribus, ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur.* Sæpiſſime ita uſus Tacitus eſt, ut Hiſt. 1, 38, 55 & 71; it. Hiſt. 2, 31, 60 & 85; Id. Hiſt. 3, 86 & Hiſt. 5, 24 &c. Si lubet, confer, quæ adverſus novam hanc verbi ſignificationem diſputat Borrich. in Vindic. p. 107.

¶ Imputātus, *a, um*, zugerechnet; item nominaliter, unbeſchnitten; ut, *Imputata vitis*, non putata ſive non purgata eſt, Plin. 14, 12. Hor. epod. 16, 44 *Imputata floret usque vinea.* Feſtus: *Imputatum, nondum purgatum &c.*

¶ Imputatio, *ōnis*, f. die beymeſſung, beſchuldigung. L. 82 Dig. de condit. & demonſtr. *Vt explorari poſſit, imputationes probe an improbe referantur.* Sidon. 7, 15 *Ille imputationem meam prætextu aliquo eludit.*

¶ Imputātor, *ōris*, m. jactator, & pæne exprobrator, der einem hochmüthig etwas aufrückt. Sen. de Benef. 2, 17 *Multi ſunt tam pravæ naturæ, ut malint perdere, quæ præſtiterunt, quam videri recepiſſe, ſuperbi & imputatores*; qui ſcil. magni æſtimant beneficia ſua, nec ullam tantam gratiam ſibi referri poſſe exiſtimant, quæ poſſit efficere, ut non obnoxii & obligati ſibi maneant, quibus fecerint bene, nec cauſſam habeant de eo gloriandi.

¶ Imputātīvus, *a, um*, vorruckend. Tertull. adv. Marc. 2, 25 *Non ſimplici modo, id eſt, interrogatorio ſono legendum eſt, ubi es Adam? ſed impreſſo & incuſſo & imputativo.*

¶ Interputo, *are*, ſchneiteln auf den ſeiten. Cato R. R. c. 50 *Ficos interputato*, quod Plinius 18, 26 reddit *interpurgare*. Varr. R. R. 1, 30 *Oleam ſeri interputarique oportet.*

¶ Opputo, *are*, umher beſchneiden. Plin. 17, 21 *Opputatur, quicquid proximo tulit fructum.*

¶ Perpŭto, *are*, erklären. Plaut. Ciſt. 1, 3, 7 *Vt ego hoc argumentum vobis plane perputem*, id eſt, declarem, explicem.

¶ Poſtpŭto, *are*, poſtponere, hindan ſetzen. Ter. Hec. 3, 5, 33 *Te poſtputaſſe omnes res, præ parente, intelligo.* Et Adelph. 2, 3, 9 *Quum omnia ſibi poſtputavit eſſe præ meo commodo.*

¶ Præputium &c. vide ſupra ſuo loco ſeorſum.

¶ Rĕputo, *are*, bedencken, betrachten, zu gemüthe führen: ut, *Dum hæc mecum reputo &c.* Ter. Eun. 3, 5, 44. Et, *Iterum eum rem reputa*

ceum reputavit via, Andr. 2, 6, 11. Donatus ad illud Eun. 4, 2, 4 *Dum hæc puto, præterii imprudens villam*: Ἀφαίρεσις, inquit, *est, pro reputo.* PVTAMVS *enim instantia*; REPVTAMVS *præterita.*

¶ Reputatio, ōnis, f. das nachſinnen, die betrachtung. Gell. 12, 5 *Reputatio utendi consilii*, id est, æstimatio. Plin. 7, 12 *Similitudinum in mente reputatio est.* Id. 18, 1 *Ipsa materia intus accedit ad reputationem ejusdem parientis.* Id. 25, 3 *Qua in reputatione miserari sortis humanæ subit.* Et alter Plin. Paneg. c. 70 *Ingenia hebetabat misera sed vera reputatio.* ¶ 2. Pro *computatione*, die rechnung. Lege 19 Dig. famil. erciscundæ, *si reputationes inter eos* (Iudex) *fecerit.*

¶ Semĭpūtātus, a, um, halb beſchnitten; ut, *Semiputata vitis*, Virgil. eclog. 2, 70.

¶ Supputo, are, leviter putare, ein wenig verſchneiden. Plin. 27, 10 *Semina fruticantia supputare.* ¶ 2. Et *computare*, rechnen, ausrechnen, abzählen. vide ſupra Ovidii locum in *Computo, are.* Vnde

¶ Supputatus, a, um, ausgerechnet, abgezählt. Pallad. Ianuar. t. 12 *Decempedæ decies & octies supputatæ.*

¶ Supputatio, ōnis, f. die ausrechnung, abzehlung. Gloſſ. Vet. *Supputatio*, ὑποψηφισις. Vitruv. 3, 1 *Cum ad supputationem crescat.* Arnob. 2 p. 94 *Quibus istud rationibus colligi, aut quibus supputationibus potest?* Conf. Mart. Capell. 3 p. 50; & 6 p. 198.

¶ Supputator, ōris, m. ein rechenmeiſter. Firmic. 5, 8 *Boni erunt oratores, supputatores, arithmetici, geometræ.* Id. 6, 26 *Acutissimi supputatores.*

¶ Supputārius, a, um, ad ſupputandum pertinens, zum ausrechnen gehörig; ut, *Supputarii digitorum gesticuli*, Tertull. Apolog. c. 19. Ita est in impressis; Sed Lud. de la Cerda mavult *Supputatorii.*

PŪTRIS, e, reſolutus, corruptus, los, faul, modricht, ſchimmlicht. Non ſemper in vitio eſt; ut *Putre solum*, locker erdreich, Virg. Georg. 2, 204. *Corpus putre*, Lucret. 3, 585. *Fungi putres*, Virg. Georg. 3, 392. *Putrem quatit ungula campum*, Id. Æn. 8, 596; & 11, 875. Prima ibi brevis eſt. Et, *Putres oculi*, Hor. 1 od. 36, 17, geile augen. *Putres mammæ*, welcke brüſte, Id. epod. 8, 7. *Putria saxa*, mürbe, morſch, Sen. epiſt. 12.

¶ Puter, pro *putris*, antique: Varro R. R. 1, 8 *Palus puter evertitur.*

¶ Pūtrĭdus, a, um, idem; ut, *Dentes putridi*, Cic. in Piſ. c. 1. *Membra putrida*, Lucan. 2, 141.

¶ Prutrēdulus, a, um, ein wenig faul; videtur diminutivum eſſe pro *putridulus*: ut, *Voces putredulæ*, Ammian. 22, 42, (Valeſ. p. 345).

¶ Putrāmen, ĭnis, n. die fäulung, verweſung. Cyprian. de Lapſ. c. 12.

¶ Putrēdo, ĭnis, f. corruptio, mater morborum, die fäule; apud Ovid. Pont. 1, 1, 69, in vitiatis libris legitur, *occulta vitiata teredine navis*: ſed in membranis eſt *putredine.* Inhibentia putredinem vide apud Plin. 20, 20; & 22, 24.

¶ Putrīlāgo, ĭnis, f. idem quod caries, die vermoderung, verweſung; apud Nonium 1, 79.

¶ Pūtror, ōris, m. idem. (*Putor* vide ſupra in *Puteo*). Lucret. 2, 870 *Quippe videre licet, vivos existere vermes Stercore de tetro, putrorem cum sibi nacta est Intempestivis ex imbribus humida tellus.* conf. v. 927.

¶ Putreo, ui, ēre, putridum eſſe, ſtinckend oder faul ſeyn. Nonius 2, 692 ex Accio & Pacuvio: *Putret corpus.* Et Hor. 2 ſat. 4, 66 *Byzantia putruit orca.*

¶ Putreſco, ĕre, putredinem contrahere, faul werden, verfaulen, vermodern, verſchimmeln. Cic. Tuſc. 1, 43 *Nihil mea interest humine, an sublime putrescam.* Horat. 2 ſat. 3, 119 *Vestis putrescit in arca.*

¶ Putreſcens, tis. Prudent. Periſt. 4, 131 *Putrescentes tenuat medullas tabidus humor.*

¶ Putrĭbilis, e, putredini obnoxius, fäulicht, verweßlich. Paulinus Nolanus epiſt. 30 (al. 8) ad Severum n. 6 *Imagines nostras non in tabulis putribilibus, neque in ceris liquentibus pinxit.*

¶ Putruōsus, a, um, idem; ut, *Putruosum ulcus*, voller fäulung oder eiter, Cæl. Aurel. Tard. 2, 14.

¶ Putrefācio, ĕre, corrumpere, putridum efficere, hinweg fäulen, dumicht machen. Colum. 3, 12 *Humor putrefacit deposita Semina.* Et Plaut. Moſt. 2, 1, 30 *Perpluunt tigna, putrefacit aër operam fabri.*

¶ Putrefīo, ĕri, verfaulen, verweſen. Proprie dicitur de ſeminibus, cum in terra mutantur. Pallad. 1 tit. 33 *Humor abundans hoc præstabit, ut putrefiant.* Idem Febr. tit. 10 *Sata putrefient recepto humore.* Idem Sept. tit. 9 *Lupinus vertitur vomere, ut putrefiat excisus.*

¶ Putrefactus, a, um, vermodert, verfault, gefault. Lucret. 2, 897 *Et tamen hæc cum sint quasi putrefacta per imbres.* Vbi priores duæ ſunt longæ, quas corripuit Ovid. Met. 15, 389 *Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulcro, Mutari credant humanas angue medullas.*

¶ Putrefactio, ōnis, f. die verfäulung. Auguſtinus epiſt. 147 *Vulnerum putrefactione dolorem perdidimus.*

¶ Putrĭcavus, a, um, i. e. putredine & carie exeſus, modricht, wurmſtichicht. Lucret. 2, 859 *Mollia, lenta, fragosa, putricava corpore rara.*

¶ Putrĭlus, a, um, faul, eitericht. Eugenius Toletanus carm. 12 *Anbela tabis exspuit putrilua.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Compūtreſco, ĕre, mit einander verfaulen, faul werden. Colum. 5, 10 *Matero contacta computrescent, aut vermibus interibunt.* Plin. 13, 13 *Libros cedrinos non computruisse.*

¶ Exputreſco, ĕre, anbrüchig werden, ſtinckicht werden. Plaut. Curc. 2, 1, 26 *Intestina exputrescunt tibi*; al. *exputescunt.*

¶ Imputreſco, ĕre, idem. Colum. 6, 17 (al. 16) *Animal ipsum oleo mersum necatur, & cum imputruit, conteritur.*

¶ Imputribĭlis, e, unverweßlich; ut, *Imputribili robore*, Paulinus Nolan. epiſt. 44 (al. 31) n. 2. Et, *Imputribilis cedrus*, Hieron. in verſione Homiliæ 2 Origenis ſ. 369 ed. Colon. Et Auguſt. Civ. Dei 21, 7 *Imputribiles de putribilibus fiant.*

¶ Imputribĭlĭter, adverb. idem. Auguſtinus epiſt. 32 ad Paulinum: *Cedri Libani mundi hujus fluctus imputribiliter secant.*

Putus, a, um, vide paullo ante in *Puto.*

PYANEPSIA, æ, f. πυανεψία, ſcil. ἑορτή, vel in neutr. plur. Pyanepſia, orum, πυανέψια, feſtum fuit Athenis, coctis leguminibus, quæ πύανα appellantur, in memoriam felicis reditus Theſei celebratum eo die, quo ille, interfecto Minotauro in Creta, & liberatis a miſero tributo Athenienſibus, urbem ingreſſus eſt. Nomen inde ſumptum ferunt, quod reduces, fabarum & ciborum quicquid erat reliquum, commiſcuerant, atque in unam ollam conjectum coxerant. Vnde & menſis *Pyanepsion*, ōnis, quo hæc ſacra fiebant, cui *October* reſpondet. vid. Poll. & Euſtath. & Plutarch. in Theſeo.

PYCNĪTIS, ĭdis, f. πυκνῖτις, verbaſcum, wüllkraut. Apul. de Herb. c. 71.

PYCNŎCŎMON, i, n. πυκνόκομον, herba eſt Dioſcoridi 4, 272, ſed quam inter eas, quæ incognitæ omnibus ſunt, retulit Matthiolus.

PYCNOSTŸLOS, & Pycnoſtylon, i, πυκνόστυλος, i. e. *crebris columnis*, das nahe zuſammen geſetzte ſeulen hat. Vitruv. 3, 2 & 3.

PYCNŌTĬCVS, a, um, πυκνωτικός, condenſans. Medici vocant *Pycnotica* ſcil. medicamenta, quæ vim habent condenſandi.

Pyctacium, vide ſupra *Pittacium.*

PYCTANON, i, n. genus vini, Plin. 14, 6. Harduinus legit *Præcianum.*

PYCTES, is, m. & Pycta, æ, m. pugil, ein kämpffer, fechter. Græcum eſt πύκτης, a πυκτεύω, *pugno.* Phædri eſt iſta vox 4, 24, 5, ubi Gudius p. 297 obſervat, πύκτην latius patere quam Latinorum *pugilem*; cum Græci eum ita etiam vocent, qui pugilatu vicit, qui Ciceroni eſt *pugil victor.* Sen. Controv. 1, 3 ext. *Male mihi facit ille, qui aut athleta aut pyctes est.* Sic, *Apollonius Pycta*, Sen. Nat. qu. 1. 4 præf. & Plin. 7, 47. In Lampridii Heliog. c. 25 ad *gladiatores pugnantes* addi *& pyctas* vult Caſaubonus. Tertull. de Anima c. 46 *Cleonymus Pyctes ab Achille curatur in somniis.* Id. adv. Gnoſticos c. 6 *Pyctes nec victus ipse de agonotheta cæsum suum exprobrabit.* Pyctas a pammachis diſtingui a Theocrito oſtendit P. Faber Agonitt. 1, 9. Colum. 8, 2 *Gallinaceum pyctæ*, id eſt, certatorem dixit, quo in genere celebrabantur Tanagici. Martial. 11 epigr. 85 *Stigmata, In vetuli pyctæ qualia fronte sedent*: al. male *picta.*

¶ Pyctālis, e, i. e. pugillaris, fechteriſch. Servius in Virg. Æn. 5, 373 *Victus est pyctali certamine.*

¶ Pyctŏmăchūrius, i, m. πυκτομάχος, idem quod *Pyctes*, apud Firmicum lib. 8.

PYDNA, æ, f. urbs Macedoniæ, in Pieria, juxta ſinum Thermaicum. v. Geograph. Meminerunt ſæpe hiſtorici, ut Nep. 2, 8, 5; & Iuſtin. 14, 6 &c.

PŸGA, æ, f. πυγή, clunes, nates, der ſteiß. Horat. 1 ſat. 2, 133 *Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.*

¶ Pygiăcus, vel Pygiciacus, a, um, turpis, ad nates pertinens. Petron. c. 140 *Puellam invitare ad pygiaca sacra.*

¶ Pygargus, i, m. πύγαργος, i. e. nates albas habens; Plinio 8, 53 eſt ſilveſtris caprea quædam, non diſſimilis damis. ¶ 2. Eſt & aquilæ genus πύγαργος, cauda albicante, Ariſtoteli & Plin. 10, 3. De caprea intelligendus etiam Iuvenal. ſat. 11, 138 *Sumine cum magno lepus atque aper & pygargus.*

¶ Depygis, e, parvis vel nullis natibus. Hor. 1 ſat. 2, 93 *Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est.*

PYGMÆVS, i, m. πυγμαῖος, ein zwerg. *Pygmæi* fingebantur homunciones tenuos quadrantes non excedentes. v. Plin. 7, 2; & Gell. 9, 4. Cum gruibus decertantes, perdicibus pro vehiculo uſi dicuntur, Athen. l. 9 ex Baſilide. Apud eundem l. 12 Melithæi vocantur ἄνθρωποι οὐκ ἄνθρωποι, *viri non viri*; non quia eunuchi, prout accipitur in veteri epigrammate; ſed quia nani ſive pumili, quales, ut paullum Iuvenalis verſum immutemus, *Producit, quoties volvit Natura jocari.* Sane hos, uti & ſimiles Cæſar Auguſtus vocat *ludibria naturæ & mali ominis*, apud Suet. in Aug. c. 83. conf. Ariſtot. Hiſt. Animal. 8, 12. Barth. ad Claud. p. 430 ſeq. & ad Stat. Sil. p. 155 ſeq. it. quos laudat Sitzm. ad Rutil. itin. 1, 291.

¶ Pygmæus, a, um, adject. ut, *Pygmæa mater*, i. e. Gerana matrona a Pygmæis olim culta, ſed a Iunone in gruem converſa, Ovid. Met. 6, 90. vid. quos laudat Burm. Hinc, *Quæ Pygmæo sanguine gaudet avis*, Id. Faſt. 6, 176.

PYGMĂLĬŌNIS, ōnis, m. Beli, Tyri regis, filius & ſucceſſor, de quo Virg. Æn. 1, 346 *Regna Tyri germanus habebat Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.*

¶ Pygmălĭōnēus, a, um, adject. Silius 6, 532 *Pygmalionæam tentarem exponere gentem.*

PŸLĂDES, æ, m. Πυλάδης, Strophii filius, Agamemnonis & filii ejus Oreſtis amiciſſimus. De Pyladis & Oreſtæ amicitia ſcripſit Cic. de Finib. 2, 24; & inprimis Ovid. e Ponto 3, 2. Martial. 6 epigr. 11 *Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.* Conf. Stat. 2 Silv. 6, 54, & Iuvenal. 16, 26. ¶ 2. Eſt & *Pylades* Pantomimi nomen, de quo Scaliger ad Euſeb. p. 255. Et hunc quidem in comœdia, ut Bathyllum in tragœdia excelluiſſe, auctor eſt Seneca lib. 3 Excerpt. Controv. in Præfat.

¶ Pyladĕus, a, um, adject. ut, *Pyladea amicitia*, getreue freundſchafft, Cic. de Fin. 2, 26.

PŸLÆ, arum, f. pl. πύλαι, Græcum vocabulum, *portas* ſignificans, ſed quo Curtius uſus eſt, 3, 4, 2 & 11. Significat anguſtos montium aditus:

tus: Latini *Fauces* appellant, enge päſſe. v. *Faux*. Quin & Cic. ad Attic. 5, 20 *Iter in Ciliciam per Tauri pylas*. v. Græv. ad h. l.

¶ Pylæa, *æ*, f. *πυλαία*, ſcil. ſynodus, i. e. concilium Amphyctionum ad Pylas ſive Thermopylas haberi ſolitum. Vnde &

¶ Pylaïcus, *a, um*, adject. ut, *Pylaicus conventus*, apud Livium 33, 35. vide ſupra *Amphyctiones*.

¶ Heptapylos, & Heptapylon, *i*, *ἑπτάπυλος*, ſeptem portas habens, mit ſieben thoren; qualis urbs Thebarum, v. Apul. Met. 4 p. 146.

¶ Prōpylæum, *i*, n. *προπυλαῖον*, veſtibulum & porticus, ein vorhof, ein platz nächſt am hauſe. Cic. Off. 2, 17; Plin. 35, 10.

PYLĒNE, *es*, f. Ætoliæ oppidum. vid. Stat. Theb. 8, 482.

PYLŌRVS, *i*, m. *πυλωρός*, portæ cuſtos, ein thürhüter. Item, dextrum ventriculi os idemque inferius, quod cibum ad reliqua inteſtina dimittit. vid. Celſus 4, 1 & Reineſ. Var. Lect. 3, 18.

PYLVS, *i*, f. *πύλος*, trium in Peloponneſo urbium nomen, quæ ſingulæ Neſtore tamquam alumno ſuo certantes gloriabantur, qui inde *Pylius* dictus fuit, vide *Neſtor*. conf. Ovid. Heroid. 1, 63.

Ἐστι πύλος προ πύλοιο, πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος. hoc eſt:

Eſt Pylus ante Pylum, ſiquidem eſt Pylus altera ſane.

Plutarchus hunc verſum apud Meſſenios proverbialem fuiſſe ſcripſit de eo, ubi quid alteri præfertur ut antiquius & præſtantius. v. Chiliad. Pylum Arcadicam ſ. Triphyliacam fuiſſe Neſtoris ditionem oſtendit Strabo lib. 8.

¶ Pylius, *a, um*, i. e. Neſtoreus; ut, *Pylia ſenecta*, Martial. 8 epigr. 2. Et, *Pylium ævum*, Id. 4 epigr. 1. *Æquare Pylios dies*, Ovid. Tr. 5, 5, 62.

PYRA, *æ*, f. *πυρά*, congeries lignorum, rogus, in quo cremare cadavera antiqui conſueverunt, ein holtz- oder ſcheiter-haufen. Virg. Æn. 4, 494 *Pyram erigere*. Id. Æn. 11, 204 *Innumeras ſtruxere pyras*.

PYRĂCANTHVS, *i*, m. *πυράκανθα*, planta, quæ alias *Pyxacanthus*, de qua infra in *Pyxis*. conf. Plin. 24, 13.

PYRACMON, *ōnis*, m. *Πυράκμων*, Cyclops eſt, ſervus Vulcani, ita dictus, quod ab igne ad incudem, & ab hac ad ignem perpetuo eat & redeat. Virg. Æn. 8, 424 *Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro Brontesque Steropesque & nudus membra Pyracmon*. Conf. Claud. Conſul. Honor. 3, 195; & de Rapt. Proſerp. 1, 241.

PYRĂLIS, *idis*, f. *πυραλίς*, ſcribunt & *πυραλλίς*, *Pyrallis*, Ariſtoteli & Plin. 10, 74 avis eſt, ut volunt. Sed dubitat merito Harduinus. Gaza *ignariam* interpretatus eſt, aliis non a *πῦρ*, *ignis*, ſed a *πυρὸς*, *triticum*, nomen factum videtur, *παρὰ τὸ ἐς τὸν πυρὸν ἄλεσθαι*, id eſt, *quod in fruges triticeas excurrat*: Columbæ nimirum ſpecies. Hadrianus. ¶ 2. Eſt & inſectum magnitudine muſcæ, ex igne proveniens, ſi fides Plinio 11, 36. Ita forte dixeris etiam pennatum illud animalculum lucernis advolitans, mutten. v. Pyrauſta.

Pyrăma, vide *Phyrama*, Pyrameus, *Pyramus*.

PYRĂMIS, *ĭdis*, f. *πυραμίς*, moles maxima, ex lapidibus quadratis e lato in acutum tendens, quo nomine & Germani utuntur. Dicta ab ignis ſimilitudine, qui ſurgens latior in acutum deſinit. Cic. de N. D. 2, 18 *Pyramidem pulchriorem quam ſphæram videri. Pyramides*, turres faſtigiatas Ægyptiæ, quarum unam trecenta ſexaginta hominum millia conſtruxiſſe produntur, erogatis in raphanos & cepas octingentis talentis, inter mundi miracula Plinius retulit 36, 12. v. & Tac. An. 2, 61; Ammian. 22, 15; Propert. 3, 1, 56; & Martial. Spectac. 1; & quos præterea laudat Marsham Can. Chron. ſ. 2 & 3. ¶ 2. *Pyramis* ædificium etiam eſt ſuper puteum exſtructum, die hütte oder das gebäude über dem ſchacht, Metallici vocant einen keppel; Agricola. Commodius interdum *conum* dixiſſent, cujus figuram habet.

¶ Pyrămĭdālis, *e*, vel

¶ Pyramidatus, *a, um*, ut, *Corpora pyramidata*: id eſt, pyramidali forma facta, quæ verba gloſſema ſunt ad Cic. de Nat. D. 1, 24 ex melioribus libris dudum extruſa.

PYRĂMVS, *i*, m. amator Thisbæ; utriusque autem ſanguine morus tincta. v. Ovid. Met. 4, 55, qui integram de iis fabulam narrat. ¶ 2. Eſt & *Pyramus* amnis Ciliciæ, qui ex Tauro monte in mare Pamphylium profluit. Cicero ejus meminit fam. 3, 11. vid. Curt. 3, 4, 7; & c. 7, 5.

¶ Pyrameus, *a, um*, adject. *Arbor pyramea*, id eſt, morus, P. Serenus Sammonicus c. 29, 550.

PYRAVSTA, *æ*, m. *πυραυστής* vel *καλῦρος*, clerus, vermiculus araneo ſimilis, qui parit in alveis, nocet apibus, & facit, ut examen ægrotet. Eber. Adde Caſp. Schotti Phyſic. Curioſ. 7, 8, 1 & v. Chiliad. Eraſm. *Pyrauſtæ interitus: Pyrauſtæ gaudes gaudium*, de gaudio, cui interitus junctus eſt. v. *Pyralis* n. 2.

PYRĒNA, *æ*, f. lapis, qui & *theocolithos* & lapis *Iadaicus*; ab olivæ nucleo dictum cenſent, cui aliquando ineſſe piſcium ſpinæ videntur, Plin. 37, 11. ſ. 73, ubi *Pyren* legit Hard.

PYRĒNE, *es*, f. ſubſt. & hinc Pyrenæus, *i*, m. adject. *Πυρήνη, καὶ Πυρηναῖος, ſaltus & montes Pyrenæi*, qui Gallias & Hiſpanias diſterminant, Liv. 21, 60. Nomen habere dicunt a *Pyrene*, Bebrycii regis filia, Herculi amata, ibidem diſcerpta a beſtiis. v. Sil. 3, 4, 25 ſeqq. & ibi Drakenb. Tibull. 1, 8, 9 *Tarbella Pyrene Teſtis, & Oceani litora Santonici*. Alii primam produxere. Silius 3, 417 *Pyrene celſa nimboſi verticis arce*. Et ibidem v. 415 *At Pyrenæi frondoſa cacumina montis*. Et Auſonius epiſt. 24, 69 *Bimaris juga ninguida Pyrenæi*. De altitudine Pyrenæorum montium Thuanus lib. 2 de vita ſua p. 1321 & ſeqq. Eos buxo abundare, ſcribit Plin. 16, 16. ¶ 2. De *Pyrenæo*, rege Thraciæ, v. Ovid. Met. 5, 274 & 287. ¶ 3. *Pyrenæus* & Germaniæ mons, der Brenner. conf. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 25.

¶ Pyrēnaïcus, *a, um*, idem ac adjectivum *Pyrenæus*. Auſonius de Claris Vrb. in Narbone v. 6 *Qua Pyrenaicis nivibus dirimuntur Iberi*. Alii quidem *Pyrenæis* legunt: ſed Vinetus ex antiquo libro *Pyrenaicis*.

PYRETHRVM, *i*, n. *πύρεθρον*, *herba ſalivaris*, Latinis dicta, herba & radix paſſim nota, bertram, ſpeichelkraut. v. Dioſc. 3, 86. Celſ. 5, 4 & 19; Plin. 28, 9; Apic. 4, 5; & 7, 5. Seren. v. 99, & imprimis etiam Ovid. Art. am. 2, 418 *Tritaque in annoſo flava pyrethra mero*.

PYRĒTVS, *i*, m. monſtrum humanæ & equinæ formæ, Ovid. Met. 12, 449 *Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti*.

PYRGIS, *is*, f. herba quæ & *Cynogloſſa*, hundszunge. Apul. de Herb. c. 96.

PYRGO, *us*, f. *πύργω*, nutrix filiorum Priami, Virg. Æn. 5, 645.

PYRGOTĔLES, *is*, m. gemmarum ſculptor, a quo ſolo Alexander M. in gemmis ſculpi voluit. v. Plin. 37, 1.

PYRGVS, *i*, m. *πύργος*, turris, eine burg. Liv. 27, 32 *Poſtero ad caſtellum, Pyrgum vocant, copias eduxit*. Rutil. Itiner. v. 223 *Pyrgique recedunt*. conf. ſupra *Caſtrum* in *Caſtra*. ¶ 2. Per metaphoram alveolus, fritillus, turricula, ſive vaſculum, per quod mittrebantur tali, ad tollendam ludentis fraudem. Horat. 2 ſat. 7, 17 *Mittere in pyrgum talos* dixit, durch den trichter würfeln. ¶ 3. *Pyrgi*, plur. oppidum olim in ora maris Tyrrheni, Virg. Æn. 10, 184. *Litoreos Pyrgos* vocat Mart. 12 ep. 2.

¶ Pyrgopōlīnīces, *is*, m. *πυργοπολινίκης*, *miles glorioſus* ſe caſtellorum urbiumque victorem jactans; unde duplex nomen comœdiæ Plautinæ. Servius ſane citat Plautum *in Pyrgopolinice*. Sidon. 1 ep. 9 *Plautini Pyrgopolinicis imitator*, ein großſprecher.

PYRĪNE, *es*, f. vel Pyrianthe, *πυρίνα* & *πυριάνθη*, i. e. ſpina alba, vel oxyacantha, weißdorn. Dioſcor. 1, 107.

PYRIO, *āre*, a *πυριάω* vel *πυριάζειν*, a *πῦς*, *ignis*, eſt *calefacere*, wärmen, einheitzen. Petron. Fragm. Tragur. p. 46 vel c. 73 *In ſolio quod Trimalcioni pyriabatur*. vid. Reineſ. Schol. ad h. l. p. 108.

¶ Dīpȳros, *i*, c. & Dipyron, *i*, n. bis ignitus, bis ignem paſſus, der zweymal im feuer geweſen; ut, *Dipyron Phaëthonta facere*, Martial. 4 epigr. 47. ¶ 2. *Dipyron*, panis nauticus, bis coctus, zwieback.

PYRIPHLĔGĔTHON, *ontis*, m. *πυριφλεγέθων*, i. e. fluvius igne ardens, apud inferos, Mart. Capell. 2, 40.

PYRĪTES, *æ*, m. *πυρίτης*, lapis, qui percuſſus ignis edit ſcintillas, ein feuerſtein, ein kieß. Pyritas a coloribus metallicis aliquot facit Agricola; ut, *Pyrites argenteo colore*, ein waſſer- oder weiſſer kieß ꝛc. *Pyrites aureo colore*, ein kupfer-kieß ꝛc. Pyritem plurimum habentem ignis *Vivum* appellari, Plin. ait 36, 19, Turneb. Adverſ. 6, 9, Barth. ad Script. Venat. p. 136.

PYRŌBŎLVS, *i*, m. *πυροβόλος*, telum ignitum & ardens, quod cum flamma mittitur, ein feuerball, bombe, granade; a *πῦρ*, *ignis*, & *βάλλω*, *jacio*, quod ignem jaculetur. Ejus rei meminit Plutarchus in Dione, ſcribens, *pyrobolorum incendio complures extinctos*. Hinc

¶ Pyrobolārius, *i*, m. jaculator pyrobolorum, ein feuerwercker, granadirer. Ita Beroaldus ad Apul. 4 Met. p. 459 legendum exiſtimat apud Firmicum in Matheſ. l. 8 *Nati ſub ſidere canicule, erunt venatores, arenarii, pyrobolarii*; ubi tamen rectius alii, *parabolarii*.

PYRŌCŌRAX, *ācis*, f. *πυροκόραξ*, Geſnerus *Pyrrhocorax* legit, corvus eſt luteo roſtro, qui in Alpibus reperitur, ein alprab, *Corvus Alpinas*. v. Plin. 10, 48. ¶ 2. Altera ſpecies *pyrrhocoracis* graculus eſt ſaxatilis, roſtro longiuſculo rubro notus in Bavaria, eine ſteinthale.

PYRŌDES, *æ*, m. *πυρώδης*, lapis qui & *Pyrites* dicitur. ¶ 2. Fuit & Cilicis filius hoc nomine, qui primus fertur ex ſilice ignem excuſſiſſe. v. Plin. 7, 56.

PYRŌIS, *entis*, m. unus ex equis Solis, Ovid. Met. 2, 153, & Val. Flacc. 5, 432. ¶ 2. Item Martis ſidus, ab igneo colore dictus. Colum. 10, 290 *Sic micat & rutilus Pyrois, & rore coruſco &c.*

PYRŌLA, *æ*, f. herba, wintergrün. Tabernæm. p. 1139.

PYROMANTIA, *æ*, f. *πυρομαντία*, divinationis genus per ignem, Iſidor. 8, 9.

PYROPOECĬLOS, *i*, m. *πυροποίκιλος*, marmor ſic dictum, quod punctis ignei coloris diſtinguatur, varieque interluceat, Plin. 36, 8 & 22.

PYRŌPVS, *i*, m. *πυρωπός*, carbunculi genus, feuerrother carbunkelſtein. v. Plin. 34, 8. Ovid. Met. 2, 2 *Ciara micante auro flammaque imitante pyropo*.

PYROSACHNE, *es*, f. *πυρὸς ἄχνη*, frutex, qui & *Chamelæa* & *Oleago* dicitur, vel *Oleaſtellus*, ein wilder ölbaum. Dioſc. 4, 166.

PYROSAGRIOS, *i*, m. *πυρὸς ἄγριος*, alias *Chelidonia*, vel *Chelidonien*, ſchellkraut. Apul. de Herb. c. 73.

PYRPȲLE, *es*, f. inſula maris Ægæi, ſic dicta, quod ibi primum ignis repertus exiſtimetur, alias *Delos*, Plin. 4, 12.

PYRRHA, *æ*, f. *Πύρρα*, Deucalionis regis Theſſaliæ uxor, ad quem in diluvio quodam in Græcia homines confugerunt. Hinc cum Pyrrha uxore genus humanum reparaſſe fingitur: Ovid. Met. 1, 350 &c.

PYRRHANDER, *dri*, m. ſycophanta inſigniter verſutus apud Ariſtophanem. Hinc *Pyrrhandri commentum*, pro callido invento, eine liſtigkeit. v. Eraſm.

PYRRHIA, *æ*, f. anus vinoſæ nomen apud Horatium 1 epiſt. 13, 14. Procul dubio ex fabula aliqua ſumtum.

Pyrrhicha, Pyrrhichius &c. vide mox *Pyrrhus*.

PYRRHO, *ōnis*, m. philoſophus, qui in omnibus hæſitavit, a quo *Pyrrhonii*, qui & *Sceptici* appellati. v. Gell. 11, 5; & Cic. de Orat. 3, 17.

¶ Pyrrhonius, *a, um*, adject. ut, *Pyrrhonii Philoſophi*, Gell. 11, 5. *Pyrrhoniarum* inſtitutionum libros habemus a ſexto Empirico, ſceptico rum diſciplinam complexos.

Pyrrhocorax, vide paullo ante *Pyrocorax*.

PYRRHVS, *i*, m. *Πύρρος*, a fulvis capillis, quos *πυρρὰς* Græci dicunt, filius fuit Achillis; idem & *Neoptolemus* appellatus. Sic enim Servius indicavit. Alii vero *Neoptolemum* Pyrrhi fecerunt filium. ¶ 2. Ex hujus poſteris Epirotarum rex, cui Romanorum potentiæ invidenti oraculum reſpondit: *Ajo te, Æacida, Romanos vincere poſſe*. Hic ille *Pyrrhus* eſt, cui Hannibal primum inter maximos duces bellorum ex peritia & arte locum tribuit, ut Plutarchus ejus vita auctor eſt. Apud Lucian. adv. indoctum p. 389 Gr. Alexandro M. ſe ſimilem putat. Peritiſſimum fuiſſe ſtrategematum, primumque oſtendiſſe, quemadmodum ea diſciplina per calculos in tabula raderetur, Donatus in Ter. Eun. 4, 7, 13 ſcribit. Ictu lapidis interiit: v. Nepos in Regibus c. 2.

¶ Pyrrhĭades, patronym. Ovid. Her. 21, 15.

¶ Pyrrhicha, *æ*, vel Pyrrhiche, *es*, f. πυρρίχη, Græcanicæ saltationis armatæ genus est, quam *Pyrrhus* instituit, vel *Pyrrhichus*, secundum Strabonem, ein ſchwerdt-tanz, waffentanz. v. & Solin. c. 16; Suet. Cæs. c. 39; & Ner. c. 12. Plin. 7, 56; Apul. Met. 5 p. 163. Egit de ea copiose Alex. ab Alex. Genial. Dier. 6, 19, ibique Tiraquellus; Meurs. in Orchestra p. 63; Lindebrog. ad Ammian. p. 49, præcipue Scaliger Poët. 1, 18; ac Salmas. ad Solin. p. 119 sq. it. ad Spartian. Hadrian. c. 19 p. 179. Dan. Heins. ad Sil. 3, 347. Inde &

¶ Pyrrhĭchius, *i*, m. pes dictus videtur, πυρρίχιος, brevibus syllabis duabus constans, ut *Deus*. vid. Quintil. 9, 4, & Sidon. 4 epist. 3.

¶ Pyrrhĭchārius, *i*, m. πυρριχάριος, vel πυρριχιστής, pyrrhichæ saltator, ein ſchwerdt-tänzer. vid. Ulpian. l. 8 § 11 Dig. de pœnis; & Rhodig. Ant. Lect. 4, 5, & Postell. de Magistr. Athen. c. 22.

¶ Pyrrhopœcĭlus, *i*, m. πυρροποίκιλος, marmoris genus, rubri coloris maculis distinctum, rothſprenelicht. Plin. 36, 8 & 22.

Pȳrus, arbor, & pyrum, fructus, vide supra *Pirus*.

PYSMA, *ătis*, n. πύσμα, est quæsitum, ubi interroganti una voce tantum responderi potest; ita a quæstione s. erotemate distinguit Mart. Capell. 5 p. 171.

PȲTHAGŌRAS, *æ*, m. Πυθαγόρας, Samius fuit philosophus, qui post multas discendi caussa peregrinationes confectas Polycratis tyrannidem, a quo patria ipsius tenebatur, fugiens, in ultimam Italiæ partem, magnam Græciam dictam concessit, in eaque docuit, Tarquinio Superbo, (uti Cicero docet Tusc. Qu. 4, 1), seu, ut alii tradiderunt, Servio Tullio regnante. Nomen ex eo accepisse dicitur, quod non minus vera loqueretur, quam Apollo Pythius. Discipulos, quos in ludum suum post ingenii explorationem admisisset, certo tacere tempore atque audire tantum jussit. Id tempus ἐχεμυθία appellabatur, de quo Gellius 1, 9. Dimissos porro e ludo eosdem, priusquam ædes ingrederentur, recitare jussit hunc versiculum, quo omnes humanæ vitæ visus est fuisse complexus lapsus: τὴν παρεξῆλυ, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Quæ prætergressus? quid gestum in tempore, quid non?

Qui versus inter aurea ipsius continetur carmina. Tantum ejus valuit auctoritas, ut, si quid Pythagorei affirmarent in disputando, cum ex iis quæreretur, quare ita esset, responderent: ἀυτὸς ἔφα, *ipse dixit*. Ipse autem erat Pythagoras. v. Cic. de N. D. 1, 5. Tandem cum in delubro Musarum Metaponti, cum dies XL absque cibo perstitisset, defecisse, scribit Diog. Laërt. natum annos XXC. Ejus vitam Iamblichus etiam & Malchus scripserunt: vide & S. Hieron. Apol. 3 adv Ruffin. & Iul. Firmic. Mathes. 1, 3. Inter dogmata ejus celeberrimum de metempsychosi est, qua se primum Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, atque sic demum Pythagoram fuisse, dicebat. Pythagoram ex ludæorum disciplina atque præceptis plura derivasse in philosophiam suam, multos arbitratos fuisse, B. Ambrosius epist. 6 scribit. Et Salvianus lib. 1 de Providentia scribit, philosophiam Pythagoram, tanquam magistrum suum, suspexisse. Quæ laus maxima est, ipsique semper data a sapientibus. ¶ 2. Morhof. in Polyhist. Liter. 1, 9 observat, esse in antiqua historia 28 Pythagoras, uti 20 Hippocrates totidemque Socrates, 16 Platones, 50 Dionysios.

¶ Pȳthăgŏrēus, *a*, *um*, πυθαγορεῖος, adject. ut, *Somnia Pythagorea*, Horat. 2 epist. 1, 52. ¶ 2. Substantive *Pythagorei* sunt discipuli & assectæ Pythagoræ; ut, *Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit*, Cic. de Orat. 2, 37. A carnibus abstinuerunt Pythagorei, victum enim parabilem esse voluerunt, & valetudini consulere: vid. Laërt. lib. 8. Lucian. in Gallo, & Porphyrius lib. 2 de non interficiendis animalibus.

¶ Pythagorĭcus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Pythagorica prudentia*, Val. Max. 4, 7, 10. Δόγμα Πυθαγορικὸν, Scholiastes Theocrit. in Eidyll. 14, 5. *Philosophia Pythagorica*, Plin. 13, 13. Et substantive Pythagorici, iidem qui *Pythagorei*. Cic. de Divin. 1, 30 *Pythagoricis interdictum, ne faba vescerentur*.

¶ Pȳthăgŏrĭstæ, *ārum*, m. pl. quomodo a Pythagoricis differant, disputat Scholiastes Theocriti in Eidyll. 14, 5. vid. Wolff. ad Origen. Philosophumena p. 45.

¶ Pythagorisso, *are*, id est, Pythagoræ philosophiam sectari, Apulejus dixit extremo lib. 2 Floridorum p. 352.

PȲTHAVLES, & Pythaula, *æ*, m. πυθαυλής, tibicen, qui in urbe Pytho pæanes in honorem Apollinis Pythii canebat. Postea ad illos etiam tibicines translata vox est, qui in comœdiis tragœdiisque canebant. Varro apud Non. 2, 743 *Inflet priusquam tibias in orchestra Domi suæ pythaula rumices rumpit*. conf Hygin. fab. 273; & Turneb. Adv. 11, 25. Diomedes p. 489 *Quando chorus canebat, choricis tibiis*, i. e. *choraulicis artifex concinebat*; *In canticis autem Pythaules Pythicis respondebat*. Exstat hæc vox & apud Senecam epist. 76 Scaliger Comm. in Ætnam, Pithaulam ἀπὸ τῶν πίθων, a *doliis* deducit. Male: ut Salmasius ostendit ad Carinum Vopisci c. 19. conf. Voss. 2 Instit. Poët. p. 181, & supra *Pithaules*.

PȲTHEVS, *i*, m. Πύθεος, rex quispiam Lacedæmoniorum fuit Xerxis temporibus, de quo & ejus aurifodinis multa retulit Plutarchus lib. de mulierum virtute. Idem *Pythius* Plinio est 33, 10.

PȲTHIAS, *æ*, m. Pythagoreus: Damonis amicus, qui tamen Plutarcho & Iamblicho Φινθίας appellabatur. Apud Cic. quoque Off. 3, 14, & apud Val. Max. 4, 7 ext. 1, ubi ejus mentio fit, *Pynthiam* vel *Pinthiam* in antiquis codicibus scribi, Petr. Daniel, & Turnebus Adverss. 20, 13 observarunt. De summa ejus in Damonem fide, v. supra in *Damon*, & Latinum Pacatum Paneg. Theodosii c. 17.

PYTHIAS, *ădis*, f. Aristotelis filia. Tribus nupsit viris. Primum Nicanori Stagiritæ, familiari Aristotelis: Deinde Procli, qui genus duxerat a Demarato rege Lacedæmoniorum: is duos ex ea suscepit filios, Proclem & Demaratum; uterque philosophiæ dedit operam apud Theophrastum: denique Metrodoro medico, Chrysippi Cnidii discipulo, præceptori autem Erasistrati, cui natus est filius Aristoteles. Vid. Sext. Empiricum adv. Mathemat. p. 51.

PȲTHON, vel Pytho, *ōnis*, c. πύθων, serpens miræ magnitudinis, quem Apollo sagittis confecit: quam fabulam Ovidius reddit 1 Met. fab. 8, & interpretatur Macrob. Sat. 1, 17. add. Spanh. ad Callim. in Del. 91 & in Apol. 100. it. Hygi. f. 140 & ibi Munker. ¶ 2. *Pytho* ipsius etiam urbis nomen, quæ Delphorum nomine notior est. Ita certe interpretatur Brouckhusius illud Tibulli 2, 3, 27 *Delos ubi nunc, Phœbe, tua est? ubi Delphica Pytho?* Et advocat Lucanum 5, 134 *Seu barbarica cum lampade Pytho Arsit, in immensas cineres abiere cavernas &c.* Nimirum per *barbaricam lampada*, intelligit a Brenno illatas faces Delphis. Quo incendio dicit specum illum, unde reddebantur oracula, oppletum cineribus, & ita vias, per quas fatidicus ille spiritus ferebatur, obstructas fuisse. ¶ 3. Plutarch. lib. de Defectu Oraculorum significat, omnes homines, qui spiritu fatidico correpti essent, πύθωνας sive *Pythones* appellatos. Huc pertinet etiam πνεῦμα πύθωνος, de quo viri docti ad Lucam in Actis 16, 16.

¶ Pȳthius, *a*, *um*, adject. ut, *Pythium oraculum*, Cic. Divin. 1, 1. *Pythia vates*, Iuvenal. sat. 13, 169. Et Propert. 3, 11, 54 *Dum petit intonsi Pythia regna Dei*, i. e. Delphos.

¶ Pȳthius, *i*, m. subst. cognomentum Apollinis, a Pythone interfecto: quamquam alii ejus rationem aliunde deduxerint, de quo Macrob. Sat. 1, 17. Propert. 2, 23, 16 *Pythius in longa carmina vertit fonat*.

¶ Pythia, *æ*, f. subst. sacerdos virgo Apollinis Pythii, quæ ori specus insidens spiritum fatidicum prodeuntem recipiebat & sic reddebat oracula. v. Nepos 1, 1, 3. Alio nomine *Phœbas*. Pollux 1 c. 1 ἰδίως δὲ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, Πυθία. v. Diod. Sicul. lib. 16. Gyral. Hist. Deor. Synt. 7; Longinum περὶ ὕψους Sect 11 p. 47, & Origenem contra Celsum lib. 3. Adde etiam Cic. de Divin. 1, 19 & 36.

¶ Pȳthia, *ōrum*, n. pl. ludi in Apollinis Pythii honorem apud Græcos constituti: in quibus qui vicerant, *Pythionicæ* appellari, lauro coronabantur. Ovid. Metam. 1, 446 *Instituit sacros celebri certamine ludos; Pythia de domitæ serpentis nomine dictos*. Conf. Horat. Art. Poët. v. 414, & Apul. de Doctr. Platon. p. 2.

¶ Pythion, *i*, n. subst. bulbi genus, Plin. 19, 5.

¶ Pȳthĭcus, *a*, *um*, aliud adject. Val. Max. 1, 8, 10 *Veridica Pythicæ divinationis præcurrit*. Ammian. 29, 1 *Versus Pythici, vel ex oraculis editi*. Et Tertull. adv. Gnosticos c. 6 *Carthago donata Pythico agone*.

¶ Pythōnicus, *a*, *um*, zauberiſch. Tertull. de Anima c. 28 *Scimus magos elicere explorandis occultis per Pythonicos spiritus*. conf. & ibid. c. 57.

¶ Pȳthōnissa, *æ*, f. mulier spiritu Pythonico correpta, eine wahrſagerin, zauberin. Vulg. Interpr. 1 Paral. 10, 13.

¶ Pythōnion, *i*, n πυθώνιον, herba, tum symphoniaca, tum dracontea. vid. Apul de Herb. c. 4 & c. 14.

¶ Pythonoscome, *es*, f. in Asia campus patens, ubi primo adventus sui tempore ciconiæ advolant, & eam, quæ ultima advenerit, lancinant universæ. vid. Plin. 10, 23, & Solin. c. 53.

PȲTISMA, *ătis*, n. πυτισμα, sputi irroratio, die beneßung mit ſpeichel; a πυτίζειν, *sputo madefacere*, mit ſpeichel beſprützen, beſtreichen. Iuvenal. sat. 11, 173; ut ibi legit Turnebus Adverss. 21, 18; & Vitruv. 7, 4 extr. ut Salmasius legit. ¶ 2. Scribunt & *Ptysma*, a πτύειν, *spuere*. Vide Scaligerum, & Guyetum supra in *Pitissō* cit. locis.

PYTYANTHE, *es*, f. πυτυάνθη, idem ac *Pyrene* vel Oxyacantha, weißdorn. v. Dioscor. 1, 107.

Pyxacanthus, Pyxagathus, Pyxidatus &c. vide *Pyxis*.

PYXIS, *ĭdis*, f. πύξις, ἀπὸ τῦ πύξος, quod nomen *buxum* significat, unde & pyxidem *buxidum* Itali vocant: & *buxides* etiam in antiquis codicibus se reperisse testatur Cujacius ad Paulli sentent. 3, 6, eine büchſe, ſchachtel. v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 150. Cic. pro Cæl c. 25 *Veneni pyxidem tradere*. Plin. 29, 2 *In stannea pyxide conditur*. Et, *Pyxide conditum*, Idem 27, 10. Et Martial. 9 epigr. 38 *Et lateas centum condita pyxidibus*. Vulgata sunt & analogia se tuentur, *Pyxis arenaria*, eine ſand-büchſe. *Pyxis nautica*, ein ſee-compaß.

¶ Pyxĭdĭcŭla, *æ*, f. diminut. πυξίδιον, πινακίδιον. Cels. 6, 6, 5 *Quod cum misceueris, in pyxidicula serveturs*.

¶ Pyxĭdātus, *a*, *um*, adject. ut instar pyxidis in commissura formatus, zuſammengehend wie eine büchſe. Plin. 31, 6 pr. *Fictiles tubi, commissuris pyxidatis*.

¶ Pyxĭnus, *a*, *um*, πύξινος, buxeus, in pyxide servatus, das man in büchſen hat; ut, *Evelpidis pyxinum*, scil *collyrium*, Cels. 6, 6, 25.

¶ Pyxiŏnos, *i*, f. herba, aristolochia, oſterluceey. Apul. de Herb. c. 19.

¶ Pyxacanthus, *i*, m. πυξάκανθος, frutex, buchsdorn. Plin. 12, 7; & 24, 13 & 14; & Dioscor. 1, 117.

¶ Pyxăgăthus, *i*, m. nomen viri, Martial. 7 epigr. 57.

Q LITERA muta & vetustissimis ignota, vim habet duarum literarum, C nimirum & V, vel potius solius cognatæ literæ C, & postquam propter solidiorem aut pinguiorem sonum (qui secundum Capellam 3 p. 58 formatur *appulsu palati ore restricto*) inter literas usurpari cœpta est, ubique comitem assumsit V, ut pleniorem efficeret potestatem, ne unde sonaret ut C. Ifthæc autem litera V, (etsi aliter videatur Scioppio, ut novas effingeret diphthongos in *qualis*, *queror &c.*) ab aliis potius habetur ut consona. v. de illa Quint. 1, 4 p. 41 & ibi Burm. *Exceptis Latinis* (inquit Isidorus 1, 4) *nulla alia lingua hanc literam habet. Hæc prius non erat; unde & ipsa supervacua est vocata, quia per C cuncta veteres scripserunt*. ¶ 2. Cognationis cum C, exempla sunt: *Quis, cujus, cui &c. Coquus, Cocus; Quotidie, Cotidie, Quum, Cum*. Quamquam & hac literatura cum differentia quadam nonnulli utantur, ut *Quum* adverbium, *Cum* præpositionem dicant. Duriores hæc litera syllabas efficit, Quintiliani testimonio. Vsurpatur ad indicandam quassationem. ¶ 3. In prænominibus sola præposita, *Quintum* præstat: ut *Q. Fabius Maximus*, *Q. Æmilius Lepidus*, *Q. Cæcilius Metellus &c.* Sed apud Cic. Att. 9, 9 pr.

H. S. Q.

H. S. Q. interpretantur *seſtertia quingenta*. Nam qui *quingenties* dicunt, nimium dicere videntur.

Qua, quacunque, quadantenus, vide infra *Qui*.

QVĀDI, *ōrum*, m. pl. priſca Germanorum gens, Marcomannis vicina, ut ex Tacito conſtat Germ. c. 42 & 43. Marcomanni, Bojohemum olim habuere: *Quadi* autem ipſi *Moravi* ſunt, ut abunde Phil. Cluverius in Antiqua Germania lib. 3 demonſtravit.

Quadra, quadrans, quadraginta, & cætera compoſita multa a *Quatuor*, vide paullo inferius ſub *Quatuor*.

Quadrangulus &c. vide *Angulus*, Quadriennium, *Annus*, Quadrifariam, *Fari*, Quadrifidus, *Findo*, Quadrifinalis, quadrifinium, *Finis*, Quadrifluvius, quadrifluus, *Fluo*, Quadriforis, *Foris*, Quadrifurcus, *Furca*, Quadrigæ, *Iugum*.

QVADRĪGARIVS, *i*, m. ſive Q. Claudius Quadrigarius, ſcriptor antiquus Hiſtoriarum, Livio, Gellio, Macrobio, aliis laudatus, ſed varie. Alii enim libros ejus *Annales*; alii *Hiſtorias*; alii *res Romanas* vocant. ¶ 2. Item qui quadrigas agit. v. ſupra in *Iugum*.

Quadrigatus, vide *Iugum*, Quadrigeminus, *Geminus*, Quadrijugus, *Iugum*, Quadrilaterus, *Latus*, Quadrilibris, *Libra*, Quadrimatus, quadrimus, quadringeni &c. *Quatuor*, Quadripartitus, *Pars*, Quadriremis, *Remus*, Quadrivium, *Via*, Quadro, *āre*, *Quatuor*, Quadrupedans, quadrupes, *Pes*, Quadruplus &c. *Quatuor*, Quadrurbs, *Urbs*.

QVÆRO, *quæſīvi*, *quæ ītum*, *quærĕre*, indagare, veſtigare, ſuchen. Ter. Eun. 2, 3, 3 *Vbi quæram? ubi inveſtigem? quem perconter?* Idem Adel. 3, 4, 15 *Te ipſum quærebam*. Et, *Quærere cauſſam quamobrem &c.* Ter. Eun. 5, 5 extr. Et, *Salutem alicui malo quærere*, Id. Adel. 3, 2, 2. Et, *Remedium ad rem aliquam quærere*, Cic. pro Cluent. c. 9, rath ſchaffen. Albinovanus in Mæcenatis obitum: *Quærebat amatæ Conjugis amplexus*; ubi *quærere* capiunt pro *inquirere*, & *inveſtigare oculis*. Quorſum Propert. etiam trahunt 1, 15, 18, de quo mox n. 6. *Meum temporis quærere*, Liv 30, 16. ¶ 2. Item cogitare, cupere, velle, laborare &c. ſich bemühen, trachten. Horat. 3 od. 27, 55 *Speciosa quæro Pascere tigres*. Et 1 oda 11 pr. *Tu ne quæſieris ſcire, quem tibi Finem Dii dederint*. Et aliis pluribus locis. Gaudet enim hac forma Horatius. Nepos 9, 2, 1 *Rebus patriæ afflictis non quæſivit, ubi ipſe tuto viveret, ſed unde præſidio eſſet civibus ſuis*: i. e. deliberavit apud animum. Ter. Heaut. 3, 1, 83 *Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem*. Ibid 1, 1, 9 *Quid vis tibi? Quid quæris?* was denkeſt du doch? Et Eun. 3, 5, 10 *Quid ſibi hic veſtitus quærit?* id eſt, quid vult: quo ſpectat aut pertinet? Et Heaut. 4, 2, 8 *Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inveſtigari poſſit*. Tac. Germ. 2, 1 *Claſſibus advehebantur, qui mutare ſedes quærebant*, i. e. volebant. ¶ 3. Significat, & *Percontari* ſeu interrogare, fragen, forſchen. Ter. Andr. 1, 1, 62 *Item alio die quærebam*, des andern tages fragte ich auch. Sic, *Quæro abs te: Quæro ex te*, ich frage dich. *Quærat aliquis: Quæret fortaſſe quiſpiam*, es möchte iemand fragen, ſunt Prolepſeos formulæ apud Cic. pro Arch. c 6 pr. &c. Notabilis pleonaſmus eſt Cic Acad. 1, 1 ext. *Quæro, quid ſit, cur, cum multa ſcribas, genus hoc prætermittas*. Nec minus elegans eſt illud *Quid quæris?* hoc eſt, quid multa? verbo complectamur omnia, kurtzlich zu ſagen quo Cicero uſus eſt fam. 7, 3; & Att. 1, 14 extr. ad quem locum plura Caſaubonus collegit, quæ videas p. 93 ed. Græv. Cum hoc confert Manutius ad fam. 4, 4 p. 191 formam *Noli quærere*. Id Off 3, 20 παρεντέσεως poſuit *Si quæris* conf Horat 1 epiſt. 10, 8. & Fatei Lex. Crit. p. 1038. ¶ 4. Et eſt præcipue judicum, cum de factis inquirunt, teſtesque interrogant &c. wann ſie über einer that rechtlich anſtellen. Vnde & *Quæſitores* appellati. De quibus Cic. Attic. 1, 17 *Senatus cenſuit, ut de iis, qui ob judicandum pecuniam accepiſſent, quæreretur*, daß wider ſie inquiriret würde. Id. pro Mil. c. 22 *Majores noſtri in dominum de ſervis queri noluerunt*. Et, *Tormentis*, vel *per tormenta quærere rem*, Cic. pro Dejot. c. 1; & Suet. Tib. c. 58, peinlich fragen. Sic, *legibus quærere*, eſt diſquirere, ſeu quæſtionem inſtituere de facto aliquo, an illiciti pœna legibus definita puniendum ſit: Cic. pro Mil. c. 6 *Decernebat, ut veteribus legibus extra ordinem quæreretur*. Sen. Ludo de morte Claudii ſub fin. *Ducit illum ad tribunal Æaci. Is lege Cornelia, quæ de ſicariis lata eſt, quærebat*. ¶ 5. Eſt & *acquirere*, πορίζειν, gewinnen, erwerben. Plaut Curc. 3, 1, 10 *Qui homo mature quæſivit pecuniam; Niſi eam mature parſit, mature ejurit*. Horat. 1 epiſt. 15, 32 *Quidquid quæſierat, ventri donabat avaro*. Ovid. Faſt. 1, 212 *Quærere ut abſumant, abſumta requirere certant*. Id. Pont. 2, 7, 47 *Ingeniis ingenuis quæſita eſt gloria multis*. Et Art. am. 2, 13 *Nec minor eſt virtus, quam quærere parta tueri*. Liv. 25, 6 *Ignominiam quærere*. Cic. Att. 8, 9 p. 781 pr. *Quid hoc miſerius, quam alterum plangas in fœdiſſima cauſſa quærere, alterum offenſiones in optima?* De Cæſare & Pompejo. Porc. Latro apud Sen. Controv. 15 *Illas iſta intra unam vicinam, quam ego toto mari, quæſivit*. Ita Plaut. Pſeud. 1, 1, 21 De ſcriptura perplexa *Vt opinor quærunt literæ hæ ſibi liberos Alia aliam ſcandit*. Vid. Varr. R R. 3, 14, 1. ¶ 6. Quint. 12, 11 pr. *Ne ſe quærat orator priorem*, h. e. ne deprehendat, ſe defectum jam viribus, nec priſtinum dicendi robur habere. Vide de eleganti formula, quos laudat Burm. ad h l. p. 1107, inprimis Brouckh. ad Tib. 2, 2, 26. Huc etiam pertinet, eodem obſervante Brouckh. Propert. 1, 17, 18, ubi de jactato in mari: *Optatos quærere Tyndaridas*. Male enim hunc locum per *quæſere* vel *orare* explicat Gruterus ad Cic. Arat. v. 18. Plin. 2, 13 extr. *Vt XV diebus utramque ſidus quæreretur*, h. e. ut intra XV dies ſol pariter ac luna deficerent. Multa in hoc genere dabit Burm. ad Ovid. Met. 2, 239. ¶ 7. *Quærere* an in compoſitis *e* ſervet, Cortius ad Plin. epiſt. 1, 8 diſquirit. ¶ 8. *Quæro* & *credo* confundi ſolere a librariis, monet Burm. ad Quint. Decl. 12, 26 p. 268.

¶ Quærens, *tis*. Cic. ap. Colum. 12, 1 *Foris & in aperto victum quærentibus*. Ter. Heaut. 1, 1, 87 *Laborans, quærens, parcens*. Virg. Æn. 1, 374 *Quærenti talibus ille*, ſcil. *reſpondit*.

¶ Quæſītus, *a*, *um*, captatus, arceſſitus, affectatus, geſucht, herzu gezogen; ut, *Pax quæſita*, Cic. Off. 1, 23. *Quæſitum crimen*, Tac. Hiſt. 4, 49, 8; *Quæſita comitas*, Id. An. 6, 50, 1. *Quæſita aſperitas*, An. 5, 3, 3; *Quæſitior adulatio*, An. 3, 57, 1. Propert. 3, 23, 8 *Cum tibi quæſitus candor in ore foret*. In his *Quæſitum illi*, quod ſponte, & ultro, & naturaliter ineſt, opponitur. *Leges quæſitiores*, i. e. exquiſitiores, Tac. An. 3, 26, 4. Idem *Quæſitiſſimos honores* dixit An. 2, 53, 3, was man nur für ehre erdencken können. It. *Quæſtiſſimas pœnas*, 15, 44, 4. Et, *Epulas quæſtiſſimas*, Macrob. Sat. 3, 13, ex Salluſtio i. e. ſummo ſtudio conquiſitas.

¶ Quæſītum, *i*, n. ſubſtantive velut, pro eo, quod poſtulatum, partum & acquiſitum eſt, ein geſuch, begehr. Cic. Paradoxo 6 *Quis hunc non putet confiteri, ſibi quæſito opus eſſe? Cui autem quæſito opus ſit, quis unquam hunc vere dixerit divitem?* conf. Plaut. Curc. 5, 1, 6. Ovid. Met. 7, 656 *Parcumque genus, patiensque laborum, Quæſitique tenax: & qui quæſita reſervent*. Item Met. 4, 493 *Accipe quæſiti cauſſam*. Horat. ſat. 1, 1, 37 *Vti ante quæſitis*, das erworbene verzehren.

¶ Quæſītus, *us*, m. ſubſt. die ſuchung, nachforſchung. Plin. 5, 9 *Inermi quæſitu cognitus*. Macrob. Sat. 7, 8 *Rem ſemper quæſitu dignam putavi*.

¶ Quæſītio, *ōnis*, f. idem. Plaut. Pſeud. 2, 2, 68 *Sed videſis, ne in quæſtione ſis mihi*, i. e. ne quærendus ſis mihi. Alii, *in quæſtione*, conf. Plaut. Perſ. 1, 1, 52; & Ciſt. 2, 3, 48; & Capt. 2, 2, 3. Tac. An. 4, 45, 4 *Ad quæſitionem retrahi*, ſcil. per tormenta.

¶ Quæſtio, *ōnis*, f. contractum ex *Quæſitio*, eine frage; ut, *Perdifficilis & perobſcura quæſtio eſt de natura Deorum*, Cic. de N. D. 1, 1. *In quæſtione eſt, quis &c.* Plin. 10, 22; & Gell. 13, 14. *Res habet aliquid quæſtionis*, Cic. in Orat. c. 20, die ſache iſt noch diſputirlich, ungewiß. *Facti in equuleo quæſtio eſt, juris in judicio*, Id. pro Mil. c. 21 ext. *Inſtituere quæſtionem*, Quint. 7, 1. *In quæſtionem res venit*, ibid. c. 2. Iuvenal. ſat. 3, 140 *Protinus ad cenſum: de moribus ultima fiet Quæſtio*. Quod ad illud facit: *An dive, omnes quærimus: nemo, an bonus?* ¶ 2. Inquiſitio quælibet, die ſuchung, nachforſchung, erkundigung. Plaut. Capt. 2, 2, 3 *Edepol tibi ne in quæſtione eſſemus, cautum eſt*, i. e. ne quærendi eſſemus, daß du nicht ſuchen dürfteſt: & Pſeud. 2, 2, 68 *Sed vide ne in quæſtione ſis, quando accerſam mihi*. Cic. Acad. 4, 8 *Quæſtio eſt appetitio cognitionis: quæſtionis finis inventio*. De ea inquiſitione loquitur, quæ fit mente atque cogitando. ¶ 3. Item, inquiſitio de jure aut facto, peinliche nachfrage, it. die tortur, marter, folterung. Liv. 39, 14 *Quæſtionem de Bacchanalibus ſacrisque vocationis extra ordinem conſulibus mandant*, ubi v. Dukerus. Salluſt. Iug. c. 31 *In plebem Romanam quæſtiones graves habitæ ſunt*, i. e. magnæ inquiſitiones, tortu ræ corporis, veritatis cauſſa. Sic, *Habere quæſtionem de ſervis*, Cic. pro Roſc. c. 28. Sic &, *Quærere*, vel *quærere tormentis*, martern, peinlich fragen, Id. pro Dejot. c. 1. *Quæſtionem decernere de re*, Cæſ. B. Gall. 7, 43. *In quæſtionem aliquem poſtulare*, Cic. pro S. Roſc. c. 28. *Quæſtionem exercere*, Suet Cæſ. c. 11, ubi v. Berneg. *Quæſtioni dare*, zur peinlichen frage ſtellen, Plaut. Moſt. 5, 1, 78 & 46; & *Quæſtioni accipere*, ibid. v. 44. Ita Curt. 4, 10, 33 *Quæſtioni corpus offerre*, ſich zur marter anbieten. Sulpit. Sev. 2, 31 *Trajanus cum tormentis & quæſtionibus nihil in Chriſtianis morte aut pœna dignum reperiſſet*. Vnde *Quæſtionare* verbum formavit poſterior Latinitas, & nomen *Quæſtionarius*, de quibus infra. ¶ 4. Quæſtionem a tractatione Seneca diſtinguit Controv. 1 p. 84 *Adjecit quæſtionem Gallio alteram: an abdicari poſſit jam adoptatus, ob id vitium, quod, antequam adoptaretur, natum fuit adoptanti: Hoc autem ex æquitatis parte pendet, & tractatio magis eſt quam quæſtio*. Inter hæc duo vocabula id intereſſe videtur Ant. Contio lib. 2 Lect. ſubſec. quod *tractatio* ſit multiplex & implicata ex æqui bonique partibus rei alicujus explicatio & confirmatio; *quæſtio* vero ſimplex rei compoſitæ vel ex jure, vel ex conjecturis approbatio.

¶ Quæſtiuncula, *æ*, f. diminut. eine kleine frage. Cic. de Orat. 1, 22 *Mihi nunc vos, tamquam alicui Græculo quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis*. Id. de Leg. 2, 20 *His propoſitis, quæſtiunculæ multæ naſcantur*.

¶ Quæſītor, *ōris*, m. qui de jure & facto inquirit, ein richter, der auf artickel fragt. Aſcon. in præcm. act. Verr. p. 35 QVÆSITORĒM, prætorem, *de pecuniis repetundis quæſtionem exercentem* interpretatur. *Nam proprie* (ut idem ſubjicit) QVÆSITORES *dicuntur criminalium quæſtionum*, ut Virg Æn 6, 432 *Quæſitor Minos urnam movet*. CRIMINALES QVÆSTIONES, capitales ſunt. conf. Gell. 11, 5. Eleganter Prudentius de Deo, Hymno ante ſomnum v. 89 *Quæſitor ille ſolus Animæque corporisque*. Etſi vero proprie PRÆTORVM erat, *quærere* ſive *exercere quæſtiones*, h. e. quæſitorem agere; nonnunquam tamen *quæſtores*, alii ſunt. Aſconius l. c. *Lucius quæſtor fuit in Cluentii cauſſa, Verre prætore*. Liv. 9, 26 *Reos magis, quam quæſitores idoneos ejus criminis eſſe*. Igitur *Quæſitor* non tantum prætor ipſe eſt, verum etiam, cui has partes ſuas præter delegavit, qui & IVDEX QVÆSTIONIS appellatur. Hoc functus munere Iulius, cum quæſtionem de ſicariis exerceret, ut Caſaubonus contra Torrentium docet ad Suet. Cæſ. c. 11. V. & Sigon. de antiquo Iure Civ. Rom. 2, 18 p. 135, itemque Onuph. Comm. in Faſt p. 66.

¶ Quæſtūra, *æ*, f. pro *quæſtura*. Tac. An. 3, 29, 1 *Per leges quæſturam petere*.

¶ Quæſtor, *ōris*, m. contractum eſt ex *Quæſitor*; cumque hæc duo in origine nihil differant, etiam unum idemque ſignificare videntur, ein richter, commiſſarius. Sic *Quæſtores parricidii* in XII Tabb. nominantur, qui rebus capitalibus præerant, apud Pompon. ICtum D. de Orig. Iuris § 23. Vſus tamen obtinuit, ut *quæſitor* & *quæſtor* ſæpius diverſa ſignificent. Hinc ¶ 2. *Quæſtor* dicitur, qui pecunias publicas conquirit, reponit, diſpenſat: a quo munere magiſtratus publicos auſpicabantur ſenatores Romæ, ein rentmeiſter, vienmeiſter, ſchöſſer. Aſconius p. 29 *Hæc erat prima adminiſtratio ſenatoris, quæſtorem fieri, & in provincia curam gerere pecuniæ publicæ in uſus diverſos erogandæ*. Sic Nepos 24, 1, 3 *M. Porc. Catonem quæſtorem obtigiſſe P. Corn. Scipioni Africano, conſuli*, ſcripſit. Initio autem duo fuere quæſtores Romæ: poſtea auctis opibus ad octo numerus crevit: hinc *Quæſtorum collegium* Suetonio nominatur in Claudio c. 24. v. Fac Annal. 11, 22, 4; & e Iunioribus Onuſr. Comm. in 1 Faſt. p. 65, ut & Lipſ. de Magiſtr. Rom. c. 16. Ex his quidam *Candidati principum* dicebantur, ut Vlpianus auctor L. unica D. de Officio Quæſtoris § 2 & 4. *Candidatos Quæſtores* Lampridius vocat in Alex. Severo c. 43. Horum erat, libellos, ſive epiſtolas, & orationes,

tiones, hoc eſt, Reſcripta, mandataque ſive ſancita principum inſenatu legere, ut idem Vlpianus citatis locis declarat: quod & Suetonius oſtendit Aug. c. 65; & in Tito c. 6; & Ner. c. 15. Multa de his Quæſtoribus, eorumque officio, & dignitate Caſſiodorus in Variis non uno loco: vide præcipue 5 epiſt. 4, & 6 epiſt. 5; & 10 ep. 7; & de Quæſtoribus provinciarum Car. Sigonium de antiq. jure provinc. 2, 2 & 3. Add. de his, & urbanis, & candidatis Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 159 ſq.

¶ Quæſtōrius, *a, um*, zum rentmeiſter gehörig; ut, *Officium quæſtorium*, Cic. fam. 2, 17; & *Vir quæſtorius*, quæſtura functus: Id. Phil. 13, 14 *Qui Ædilitiæ qui Tribunitii? qui Quæſtorii?* Sic, *Quæſtoria ornamenta* apud Suet. Claudio c. 28.

¶ Quæſtōrium, *i*, n. ſubſt. in caſtris, quæſtoris dicebatur tabernaculum, non longe a porta decumana, quæ in averſa parte caſtrorum erat, die rentkey. Cic. pro Plancio c. 4 *Ipſe Theſſalonicam me, in quæſtoriumque perduxit.* Sententiam Lipſii de ſitu Quæſtorii poſt Polybii ætatem immutato, Schelius not. ad Polyb. de Caſtris p. 1164 refellit.

¶ Quæſtūra, *æ*, f. quæſtoris munus, das rentmeiſter-amt. Cic. fam. 13, 38 *Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia jam inde a quæſtura mea Siciliensi.* Id. Proœm. Verr. c. 4 *Quæſtura primus gradus honoris.*

¶ Quæſtus, *us*, m. artificium ipſum pecuniæ lucrandæ, & lucrum, eine handthierung, nahrung, gewerb, genuß, gewinn. Ter. Eun. 2, 2, 21 *Imperavi egomet mihi omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multo uberrimus*, dieſes trägt jetzt am meiſten. *Quæſtus liberales, ſordidi*, Cic. Off. 1, 42. *Facere aliquid ſui quæſtus* aut *commodi cauſſa*, Id. pro S. Roſc. c. 38. *Facere quæſtum in aliqua re*, auf intereſſe, Id. fam. 15, 14 pr. gewinſt darvon haben. *Habere rempublicam quæſtui, turpe eſt*, Id. Off. 2, 22. *Pecuniam in quæſtu relinquere*, Id. in Pit. c. 15. Quint. 1 proœm. *Vt primum lingua eſſe capit in quæſtu.* *Quæſtum occipere*, ein gewerb anfangen, Ter. Andr. 1, 1, 52. Et Plaut. Aſin. 1, 3, 34 *Ad ſumtum quemque hominem quæſtum eſſe æquum eſt callidum.* ¶ 2. Genitivus antiquus *Quæſti* pro *Quæſtus* occurrit apud Ter. Hec. 5, 1, 9; & 5, 3, 38; item Plaut. Aul. 1, 2, 5 &c. conf. Nonius 8, 6.

¶ Quæſticulus, *i*, m. diminut. id eſt, lucellum. Cic. de Divin. 2, 15 *Meus quæſticulus cum cælo.* Et Apul. Met. 11 p. 272 *Quæſticulus forenſis.*

¶ Quæſtuōſus, *a, um*, nahrhaft, unterhaltlich, einträglich; ut, *Mercatura quæſtuoſa*, Cic. de Fin. 5, 30 *Quæſtuoſum emporium*, Liv. 39, 25. *Benignitas quæſtuoſior*, Cic. Agrar. 1, 4. *Hoc multo eſt quæſtuoſius, quam ſi &c.* Cic. Agrar. 2, 25 extr. *In ruſticatione antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademque quæſtuoſiſſima*, Colum. proœm. lib. 6 *Quæſtuoſiſſima officina*, Cic. Phil. 2, 14. Pro homine, qui ſtudet quæſtui, Id. Parad. 6, 3 *Venio cum jam ad ſumtuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum.*

¶ Quæſtuōſe, adverb. idem. Compar. Plin. 19, 4 *Compertum eſt, non alibi quæſtuoſius conſtare.* Superl. Sen. Benef. 4, 3 *Iſtud non beneficium, ſed fœnus eſt, circumſpicere, non ubi optime ponas, ſed ubi quæſtuoſiſſime habeas, unde facillime tollas.*

¶ Quæſtuārius, *a, um*, quæſtum exercens, gewinnſüchtig, der oder die ein gewerbe treibt. Gloſſ. *Quæſtuarius*, χρηματιστικός. Tertull. Apol. c. 13 *Majeſtas quæſtuaria efficitur: circumit cauponas religio mendicans. Quæſtuaria*, in Gloſſis eſt πορνική. ¶ 2. Sen. de Benef. 6, 32, de muliere quæſtum corporis ſui faciente, Auguſti filia, *ex adultera*, inquit, *in quæſtuariam verſa.* Et L. 4 § 3 Dig. de his qui notantur infamia: *Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit.* Add. Tertull. de cultu fœm. c. 12.

¶ Quærito, *are*, frequent. oft fragen, ſuchen. Plaut. Rud. 1, 2, 22 *Quid ea id quæritas?* was fragſt du ſo darnach? Id. Amph. 4, 1, 6 *Sum defeſſus quæritando.* Id. Merc. 5, 2, 16 *Quonam ego illum curram quæritatum?* Ter. Eun. 3, 3, 17 *Hæc cur quæritet, niſi intendit.* Id. Adelph. 3, 3, 8 *Si me ſenſerit eum quæritare.* Et 2, 4, 2 *Teipſum quærito.* ¶ 2. *Quærito & quæritor* eadem ſignificatione antiquis tribuit Priſcianus 8 p. 799. Sed forte legendum *Quirito & quiritor.*

¶ Quæritans, *tis*, i. e. comparans; ut, *Lana ac tela victum quæritans*, Ter. Andr. 1, 1, 48.

¶ Quæſo, *ēre*, defect. ponitur ab antiquis pro *quærere*, ſuchen, mutata canina ira in ſerpentinum ſibilum, uti cum Acidalio Taubmannus loquitur ad Plaut. p. 549. Ennius ap. Feſtum: *Nautis mari quæſentibus vitam.* Item: *Ducit me uxorem liberorum ſibi quæſendum gratia &c.* Col. de Arb. 2, 8 *In ea quæſito novellos & nitidos ramos.* In repetita prælectione 5, 11, 9 *elegito.* ¶ 2. *Quæſo* idem ſignificat quod ἐρωμαι, oro, rogo, ich bitte. Sic, *Prece quæſit*, Lucret. 5, 1228. *Mirum eſt, me, ut redeam, te opere tanto quæſere*, Plaut. Bacch. 2, 2 pr. Et Cic. in Arat. v. 18 *Si quæſere perges.* v. quæ ibi notat Gruterus. Apul. 4 Mileſ. p. 147 *Multis nos affatibus multisque precibus quæſens.* ¶ 3 Præcipue in uſu manſit prima perſona utriusque numeri in rogandi ſignificatione. *Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes*, Ter. Andr. 3, 2, 7. *Deos quæſumus, ut conſilia tua reipublicæ ſalutaria ſint*, Brut. Cic. fam. 11, 3 extr. Et, *A te maximopere peto & quæſo*, Id. fam. 3, 2. *Quæſo a vobis, mihi detis hanc veniam*, Id. pro Arch. c. 2. *De te quæſo, etiam atque etiam vide*, Cic. Att. 15, 8. *Quæſo ut liceat*, Ter. Eun. 3, 2, 13. ¶ 4. Inde etiam *Quæſo*, blandientis eſt ut *amabo*, ey lieber. Ter. Andr. 1, 2, 33 *Bona verba quæſo*, ſey doch nicht ſo böſe. *Quæſo, quid hoc eſt?* lieber, was iſt das? Cic. Att. 7, 11 pr. Et, *Fac quæſo, qui ego ſum, ſciſſe te*, Id. 7 fam. 24.

¶ Quæſtiōno, *are*, novum vocabulum, eſt examinare & torquere, excarnificare, habere in quæſtione & tormentis, ausfragen und martern. Hinc

¶ Quæſtionātus, *a, um*, gemartert. Cyprianus epiſt. 69, 6 *Tot confeſſores quæſtionati & torti.*

¶ Quæſtionārius, *i*, m. carnifex, qui reos excruciat, ut ab eis veritatem extorqueat, der ſcharfrichter. Vet. Gloſſ. *Quæſtionarius*, ἐξεταστὴς, βασάνου ὑπηρέτης. Scholaſtes Juvenalis ad ſat. 6, 479 TORTORIBVS interpretatur *quæſtionariis ſive carnificibus.*

¶ Quæſtionāliter, adverb. fragweiſe. Fulgent. de Voc. Ant. n. 16 *Propoſitio quæſtionaliter poſita.*

Compoſita.

¶ Acquīro, *sīvi, sītum, ēre*, comparare, erwerben, kriegen, erlangen; ut, *Acquirere opes*, Ovid. Art. am. 2, 343; *Benevolentiam*, Quintil. 3, 8; &, *dignitatem*, Cic. fam. 10, 35; *nomen*, Id. pr. Cæc. c. 2. Id. Off. 3, 5 *Acquirere, quæ ad uſum vitæ pertinent*: & Catil. 2, 8 *Aliquid de poſſeſſione detrahere, & eidem acquirere*, etwas von einem losſchlagen, und ſchulden bezahlen. ¶ 2. Interdum ut ſimplex *quærere* ſignificat rem facere. Quint. 1, 12 ext. *Dicant ſine his in foro multi & acquirant.*

¶ Acquīsītus, *a, um*, erworben, angeſchafft. Quint. 2, 16 p. 188 *Minus egere acquiſitæ extrinſecus opis.* v. ibi Burm. Cum *Acquiſita* dicitur in nummis antiquis regio, non intelligitur capta, ſed facta populo Rom. fœderata, ſi vera eſt obſervatio Hard. ad Plin. 2, 28 n. 17.

¶ Acquīsītio, *ōnis*, f. die erwerbung, anſchaffung. Frontin. lib. 1 de Aquæduct. de collectione aquarum uſurpavit: *Adjuvatur fons ex compluribus aliis acquiſitionibus.* Adde Juſtiniani Inſtit. lib. 3 tit. 11 § 3. Et Tertull. de Exhortat. Caſtit. c. 12 *Temperati ſimus in acquiſitionibus.*

¶ Acquīsītus, *us*, m. idem, apud Mart. Capell. & Boeth.

¶ Anquīro, *ēre*, idem quod *cum cura quærere*, ſibi adjungere, *adſcifcere*, annehmen. Cic. de Amic. c. 21 *Qui & ſe dilexit & alterum anquirit.* Hoc vulgo minus tritum vocabulum ubique fere a librariis & ſciolis muratum eſt in *acquirere* vel *inquirere*. Id. Off. 1, 3 *Tum autem anquirunt*, i. e. circumquaque quærunt. Sic & Feſtus: *Anquirere eſt circumquærere*, ubi MSSti quidam *anguirere*. conf. Cic. Off. 1, 30. Id de Fato c. 9 *Quid valeat, anquiritur*, es wird unterſuchet. conf. Liv. 6, 20. ¶ 2. Sed in his locutionibus, *Capitis & capite anquirere*, verbum eſt accuſandi, peinlich mit einem procediren, zu halß anklagen, Liv. 2, 52; 8, 33; & 26, 3. Et, *Anquirere pecunia*, i. e. de multa, it. *legibus, moribus*, ibid. Hinc

¶ Anquīsītus, *a, um*, belangt: ut, *Pecunia anquiſitus*, Liv. l. c.

¶ Anquīsītē, adverb. umſtändlich, ſorgfältig; ut, *Anquiſite ſatis, ſatisque ſolicite aliquid quærere*, Gell. 1, 3. Et, *Anquiſitius ſuper aliqua re diſſerere*, ibid.

¶ Anquīsītio, *ōnis*, f. die unterſuchung. Varr. L. L. 5, 9 *In eodem commentario anquiſitionis ad extremum &c.* Modo nominaverat *commentarium inquiſitionis.*

¶ Conquīro, *sīvi, sītum, ēre*, fleißig zuſammen ſuchen; ut, *Studioſe omnia conquirere*, Cic. Acad. 4, 27; & *Vndique conquirere*, fam. 12, 30, allenthalben auftreiben. *Terra marique aliquem conquirere*, Vatinius Cic. fam. 5, 9. *Conquiſivit, quos potuit*, Nep. 20, 3, 1. *Conquiritur ad mortem*, Vellej. 2, 22, 4. *Triumviri ſacris conquirendis, donisque perſignandis*, Liv. 25, 7.

¶ Conquirens, *tis*. Sen. de vita beata c. 11 *Terrarum ac maris bona conquirentes.*

¶ Conquīsītus, *a, um*, zuſammengeſucht, auserleſen: ut, *Conquiſita carmina*, Lucret. 3, 420. *Conquiſiti atque electi coloni*, Plin. 15, 29. *Rationibus conquiſitis de aliqua re diſputare*, Cic. de Fin. 1, 9. Idem Tuſc. 5, 21 *Menſæ conquiſitiſſimis epulis exſtruebantur.*

¶ Conquīſītē, adverb. idem quod docte & diligenter, eigentlich, ſorgfältig; ut, *Conquiſite conſcribere*, Auctor ad Herenn. 2, 31. Et Gell. 3, 10 *Hæc Varro ſcripſit admodum conquiſite* conf. Afran. ap. Non. 1, 117.

¶ Conquīsītio, *ōnis*, f. die zuſammenſuchung, werbung: ut, *Exercitus conquiſitione collectus*, Cic. de Prov. Conſul. c. 2 extr. Et Liv. 23, 32 *Vt in Piceno agro conquiſitionem militum haberet.* Id. 7, 3 *Cum piaculorum magis conquiſitio animos, quam corpora morbi, adficerent.* Tac. Agric. 6 *Diligentiſſima conquiſitione.*

¶ Conquīsītor, *ōris*, m. qui conquirit, Plaut. Amph. prol. v. 65. Speciatim *Conquiſitores*, werber, quibus cura colligendi exercitum commiſſa eſt, & qui delectui præſunt: Liv. 21, 11 extr. Cic. Att. 7, 21 p. 734.

¶ Conquæſtor, *ōris*, m. idem, apud Varron. de L. L. 5, 8.

¶ Diſquīro, *ēre*, hin und wieder fleißig ſuchen, forſchen; ut, *Impranſi mecum diſquirite*, Horat. 2 ſat. 2, 7.

¶ Diſquīſītio, *ōnis*, f. diſceptatio, quæſtio, die unterſuchung. Sic, *Ad diſquiſitionem populi vocare*, Suet. Cæſ. c. 16 eſt poſtulare, accuſare. v. ibi Caſaub. Auct. ad Herenn. 2, 16 *In diſquiſitione poſitum eſt.* Liv. 26, 31 *In diſquiſitionem venit.* Tacit. Ann. 5, 11. *Ad diſquiſitionem trahere.*

¶ Exquīro, *ēre*, unterſuchen, ausloſen, ausforſchen, ergründen. Plaut. Capt. 2, 2, 1 *Si ex his exquiſiveris.* Ter. And. 1, 2, 15 *Nunc ea me exquirere, iniqui patris eſt.* Et, *Exquirere conſilium*, Cic. fam. 4, 2; *Verum*, Id. Off. 2, 36; *Veritatem*, Id pro L. Manil. c. 17. Id. Att. 7, 18 p. 729 Gr. *Sed hæc non nimis exquiro a Græcis*, i. e. poſtulo, expecto. ¶ 2. Ab *Exquano* ap. Plaut. Stich. 1, 2, 50 legitur: *Hic exquæſtum mulierum mores venis.* Sic aliqui habent *Exquæro* & *Exquæſivero*, pro *Exquiro* & *Exquiſivero*, in Ejusd. Aul. 4, 10, 70; & Capt. 2, 2, 43.

¶ Exquirens, *tis*. Curt. 4, 13, 3 *Conſilium adhibet, quid optimum factu eſſet exquirens.*

¶ Exquīſītus, *a, um*, diligenter quæſitus, ausgeforſcht, auserleſen, heraus geſucht. Plaut. Amph. 2, 1, 81 *Sequere hac igitur me: nam mi iſtuc primum exquiſito opus eſt.* Itaque locutus idem eſt Comicus eadem fab. 2, 2, 159. Sic, *Argumenta philoſophorum exquiſita*, Cic. Divin. 2, 3. Et, *Exquiſita ratio & doctrina*, Id. fam. 4, 23. *Exquiſita ſupplicia*, Id. Off. 3, 27. *Exquiſitiſſimis verbis aliquem laudare*, Id. Phil. 4, 3. *Exquiſitius, & minime vulgare orationis genus*, de Clar. Orat. c. 93. *Epulæ exquiſitæ*, id eſt, lautæ. Plin. 9, 35. *Exquiſitiſſimæ diſciplinæ*, Colum. proœmio p. 8.

¶ Exquīſītē, adverb. genau, accurat; ut, *Eleganter atque exquiſite dictum*, Quintil. 8, 2. *Accurate atque exquiſite diſputare*, Cic. de Clar. Or. c. 80. Et, *Exquiſitius colligere rationes*, Tuſc. 1, 49. *Exquiſitius quam vulgus hominum, ſtudere litteris*, Id. de Clar. Or. c. 93 *Omnia exquiſitiſſime ſcribere*, Gell. 14, 3. *Rem exquiſitiſſime referre*, Id. 22, 7.

¶ Exquīſītim, adv. idem. Varro apud Nonium 11, 35 *Æger medicos exquiſitim convocabat.*

¶ Exquīſītio, *ōnis*, f. die ausforſchung. Juſt. Imp. c. 7 t. 17 l. 1 *Ipſius judicium ad ſecundam exquiſitionem minime deducetur.* Et 5 t. 9 l. 9 § 1 *Aliam in ea re exquiſitionem fieri.*

¶ Exquæſītore, qui quæſtura perfunctus eſt. Ammian. 27, 3 *Advenit ſucceſſor ejus exquæſitore palatii Viventius.*

¶ Exquæſtore, qui quæſtoris munere functus eſt. Juſtinian. proœm. Cod. de novo C. fac. *Elegimus virum excellentiſſimum exquæſtore noſtri palatii.* v. Cæl. Rhodig. 25, 12.

¶ Inquīro, *sīvi, sītum, ēre*, inveſtigare, forſchen, nachfragen; ut, *Inquirere de aliquo*, Cic. Off. 1, 34. *Inquirere in aliquem, quid agat,*

agat, quemadmodum vivat, Id. Off. 2, 13, fragen laſſen, was er thue, ꝛc. *in aliquid*, Id. Tuſc. 3, 2; Ovid. Met. 1, 148.

¶ Inquīſitus, *a, um*, erforſcht, erkundiget; ut, *Res inquiſita & comperta*, Liv. 10, 40. *Corpus majora cum cura inquiſitum non invenit*, Id. 22, 7. ¶ 2. Non exquiſitus, inexploratus, unerforſcht, unerörtert; ut, *Quæſtionem inquiſitam amittere*, Plaut. Amph. 4, 1, 9. conf. ibid. 2, 2, 217.

¶ Inquiſite, adverb. genau, ſorgfältig. Gell. 1, 3 *Theophraſtus ſuper hac re inquiſitius quam Cicero diſſerit.*

¶ Inquiſītio, *ōnis*, f. inveſtigatio, die erkundigung, nachforſchung, unterſuchung. Cic. Off. 1, 4 *Hominis eſt propria veri inquiſitio atque inveſtigatio.* conf. Id. Verr. 2, 4.

¶ Inquiſītor, *ōris*, m. qui inquirit aliquid & inveſtigat, ut feras, & qui fugiunt ac latere quærunt. Cic. A. 1 in Verr. c. 2 *Ille Achaicus inquiſitor.* Plin. 8, 40 *Scrutatur veſtigia* (canis) *atque perſequitur comitantem ad ferum inquiſitorem loro trahens.* INQVISITOREM venatorem vocat, inquirentem feras. *Veſtigatorem* Servius dicit. Nam ut ex quodam fragmento auctoris incerti notat Scoppa, venatorum genera quatuor ſunt: INVESTIGATORVM, qui animalium veſtigia indagant: INDICATORVM, qui latibula noverunt: INSIDIATORVM, qui inſidias & caſſes parant: ALATORVM, qui equo ſuccuſſante terrent. Suet. Cæſ. c. 1 *Vt etiam diſcedere e medio, & quamquam morbo quartanæ aggravante; prope per ſingulas noctes commutare latebras cogeretur, ſeque ab inquiſitoribus pecuniâ redimere.* Eleganter quoque Sen. Quæſt. Nat. 6, 13 *Straton hanc partem philoſophiæ maxime coluit, & rerum naturæ inquiſitor fuit.* Et Macrob. Somn. Scip. 1, 11 pr. *Solicitior inquiſitor philoſophiæ.*

¶ Præterinquīro, *ĕre*, weiter nachfragen. Ammian. 15, 10 *Statuit in negotium præterinquiri.* Ita & Valeſ. legit p. 81; & Lindebr. p. 44.

¶ Perquīro, *ĕre*, fleißig ſuchen, ausfragen; ut, *Perquirere & inveſtigare homines ex omni regione*, Cic. de Petit. Conſ. c. 8; &, *Non perquiris, cui dixerit?* id eſt, non interrogas, Cic Verr. 3, 58. *Iuſſa ſum vos perquirere*, Petron. c. 17.

¶ Perquīſītus, *a, um*, erforſcht, durchſucht. Plin. 18, 4 *Inventis omni cura perquiſitis, cauſſaque verum & ratione ſimul eruta.*

¶ Perquiſite, adverb. idem quod inquiſite; ut, *Perquiſitius & diligentius conſcribere*, Cic. de Invent. 1, 41.

¶ Perquiſītio, *ōnis*, f. die durchſuchung, tribuitur Petronio.

¶ Perquīſītor, *oris*, m. Plaut. Sticho 2, 2, 61 *Malevoli perquiſitores auctionum perierint!* Ammian. 14, 13 *Perquiſitor malevolus*, id eſt, indagator, qui conquirit ad ſupplicia fontes inſontesque.

¶ Perquīrito, *are*, unterſuchen. Hinc

¶ Perquiritātus, *a, um*, unterſucht, geprüft. Claud. Mamert. præf. lib. 1 *Opuſculum illud ſine auctore proditum, & usque quaque perquiritatum.*

¶ Proquæſtor, *oris*, m. qui cum auctoritate quæſtoria in provinciam mittitur, der des Rentmeiſters ſtelle vertritt. Elegantiſſime dividitur. Cic. Acad. 4, 4 *Cum Alexandriæ pro quæſtore eſſem.* Et Verr. 1, 15 *Cui legatus pro quæſtore fuerat.*

¶ Requīro, *ĕre*, inveſtigare, herzu ſuchen, forſchen, nachfragen. Ter. Phorm. 2, 1, 79 *Abi Phædria, cum require, atque adduce huc.* Nep. 25, 10, 4 *Cum requiſiſſet, ubinam eſſet.* Suet. Oth. c. 8 *Vbinam imperator eſſet, requirentes* Item, amiſſa iterum quærere ſeu reparare: Ovid. Faſt. 1, 213 *Quærere, ut abſumant; abſumpta requirere certant. Requirere ab aliquo & ex aliquo*, einen fragen, v. Cic. Topic. pr. & pro Cæl. c. 28. *Requirere auxilium*, Id. Verr. 5, 67, um hülfe erſuchen. ¶ 2. Pro *poſcere*, heiſchen, fordern, verlangen. *Virtus honeſto nixa nullam requirit voluptatem*, Cic. fin. 1, 18. *Vereor, ne litterarum a me officium requiras*, id eſt, deſideres, Id. fam. 6, 6. ¶ 3. Pro *inviſere*, beſuchen, uſus eſt vetuſtus absque nomine Theologus in homilia ſacra, quam Gennadio ſuo de Eccleſiaſticis dogmatibus Ehnenhorſt. adjecit p. 52, *Infirmos viſitate, mortuos ſepelite, in carcere poſitos requirite, & de bonis veſtris miniſtrate.*

¶ Requiſitus, *a, um*, erkundiget; ut, *Requiſita origo*, Iuſtin. 1, 6, 3. Hinc

¶ Requiſītum, *i*, n. ſubſt. die frage. Sic, *Poſt requiſitum*, &c. Cic. Acad. Qu. 4, 24 *Ad requiſita reſpondere*, Quint. procem. lib. 8. ¶ 2. Neceſſitas. Sic, *Requiſita naturæ* per periphraſin dixit Salluſtius, ut notat Quintil. 8, 6. Et Spartian. in Ant. Caracall. c. 6 *Ad requiſita naturæ diſcedere*, ſeine nothdurfft verrichten. conf. Deut. c. 23, 12.

¶ Requiſītio, *ōnis*, f. die unterſuchung. Gell. 18, 2 *Hiſtoriæ antiquioris requiſitio.*

¶ Requīrito, *are*, frequent. wieder ſuchen, nachfragen. Plaut. Moſt. 4, 3, 11 *Quid tu ut otioſus res novas requiritas?*

¶ Irrequiſītus, *a, um*, unerfordert. Sidonius 9 epiſt. 3 *Tabellarius tranſiit irrequiſitus.*

QVĀLIS, *e*, relativum eſt, rei naturam declarans, wie, welcherley, was vor einer, cui plerumque *Talis* ſubjicitur; Cic. pro Roſc. c. 4 *Præbe te talem hoc tempore, qualem te jam antea præbuiſti*, führe dich ſo auf wie vorhin. Nepos 14, 1, 4 *Qualis eſſet, apparuit*, h. e oſtendit ſuam virtutem &c. Ovid. Met. 8, 50 *Qualis es ipſe, fuit.* Poëticis autem ita comparationibus inſervit, ut ſæpe ſolum ponatur: cum fere pro *qualiter* interpretandum eſt. Aliquando non *talis* ſubjicitur: ſed æquipollens: ut apud Virgilium, cum Æneas cum Apolline comparatur, Æn. 4, 143; Protaſis enim eſt: *Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo &c.* Ἀπόδοσις autem non per relativum *talis*, ſed ita inſtituitur: *Haud illo ſegnior ibat Æneas &c.* Similiter Æn. 5, 213 *Qualis ſpelunca ſubito commota columba &c. Sic Mneſtheus, &c.* Cum ambæ tamen adhibentur voces, aliquando *qualis* præcedit, aliquando ſequitur, & *talis* præcedit. v. Priſcian. p. 1052. ¶ 2. *Qualis & quantus*, quod Græci uno verbo ἡλίκος exprimunt. Virg. Æn. 3, 641 *Nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro.* Et, *Natura rei qualis & quanta*, Cic. Tuſc. 3, 23.

¶ Quālītas, *ātis*, f. ſecundum quam quis talis vel talis dicitur, die beſchaffenheit, geſtalt, art und weiſe; ut, *Qualitas cœli*, Quintil. 5, 9 prope fin. E Cicerone intelliges, *Qualitatis* vocabulum, cum alias inuſitatum eſſet, teri cœpiſſe a philoſophis. Sic enim ipſe Acad. Qu. 4, 6 *Quod ex utroque*, (materiam & formam intellige, & ſubaudi, compoſitum eſt,) *id jam corpus, & quaſi qualitatem quamdam nominabant: dabitis enim profecto, ut in rebus inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt, a quibus hæc jam diu tractantur, utamur verbis interdum inauditis.* Et mox c. 7 *Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant, quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum.* Iuſtin. 1, 2, 2 *Lineamentorum qualitas matri ac filio ſimilis.* Colum. 2, 2 *Ager aliis qualitatibus æſtimandus eſt.*

¶ Quāliter, adv. weichergeſtalt, gleichwie. Marc. Seneca Controv. 25 *Qualiter in foro decolletur.* Plin. 8, 48 *Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris gauſape.* Lucanus 1, 151 *Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen, &c.* Val. Flacc. 4, 304 *Qualiter ex alta cum Iupiter arce coruſcat.* Sedul. 2, 152 *Qualiter in medias dum lux præclara tenebras Funditur, &c.* Eſt & Ovid. am. 1, 7, 58.

¶ Quāliscunque, qualecunque, wie es auch iſt, es ſey auch, wie es will; ut, *Homines benevolos, qualescunque ſunt, grave eſt inſequi contumeliâ*, Cic. Att. 14, 14. *Qualescunque ſummi civitatis viri ſunt, talis eſt civitas*, Id. de Leg. 3, 14. conf. Liv. 29, 17. Eleganter etiam per tmeſin Cic. N. D. 2, 30 *Aliquid profecto ſit, neceſſe eſt, melius & majore vi præditum quam Deus, quale id cunque eſt.*

¶ Qualitercunque, adverb. utcunque, wie es will, wie es auch iſt, ſo hin. Colum. 11, 3 *Peteſt etiam citra hanc operam fieri criſpum, qualitercunque ſatum, &c.* Iuſtin. 2, 11, 11 *Qualitercunque prælantibus cadendum eſt.*

¶ Quālislĭbet, qualelibet, idem. Cic. de Nat. D. 2, 37 *Si innumerabiles, unius & viginti formæ litterarum vel aureæ, vel qualeslibet aliquo conjiciantur, &c.* Apic. 4, 2 *Piſces qualeslibet.* Auguſtin. epiſt. 48 *Niſi forte cariorem putas hominibus eſſe pecuniam, vel qualemlibet poſſeſſionem.*

¶ Qualisnam, pro *Qualis*. Apul. Apol. p. 274 *Facile intellectu cuivis fuit, qualisnam accuſatio futura eſſet.*

¶ Quālisqualis, qualequale, geminatum, valet *qualiscunque*. Vlp. L. 2 Dig. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabul. § 1 *Qualisqualis conditio ſit.* Et L. 3 de Proxenet. *Miniſterium qualequale accommodaverunt.* v. Briſſon. de V. S. & Stewech. in Veget. 2, 4.

¶ Qualĭterqualiter, pro qualitercunque, ex L. 12 § 3 Dig. de Ratihabit. producunt: ſed meliores libri habent *qualiter* ſemel poſitum. Attamen L. 7 pr. Dig. de Minoribus (4, 3) *Ait prætor*, GESTVM ESSE DICETVR: GESTVM *ſic accipimus, qualiterqualiter ſive contractus ſit, ſive quid aliud contigit.*

¶ Aliquālis, *e*, Aliqualiter, latina non ſunt; vide Vall.

QVALVS, *i*, m. vas vimineum varii uſus, ein korb. Vet. Gloſſ. *Qualus*, ὠθμός, διυλιστήρ. *Qualus*, σωρακὸς, κόφινος. Virg. Georg. 2, 241 *Et ſpiſſo vimine qualos.* QVALOS, inquit Servius, *per quos vinum deſtuit: qui & ipſi a colando dicti ſunt.* Etiam Colum. 9, 15 *Quali ſalignei*, quo liquantur vina, & mel colatur, meminit. Horatius pro *calatho*, quo fœminarum penſa recipiuntur, poſuit 3 ode 12, 4, quemadmodum *quaſilli* vocabulo Propertius uſus eſt, ein ſpinnkorb. *Vindemiatorii quali*, L. 8 Dig. de inſtruct. vel inſtrum. weinbutten, weinkörbe. *Cæmentarii quali*, quibus cæmenta portantur, kalchkörbel. Prudentius de cophino panario uſus Hymno omnis horæ v 58 *Forte qualis ter quaternis foculorum fragmina.* Loquitur de miraculo Chriſti in quinque panibus edito. ¶ 2. Cato & Colum. etiam in neutro *quala* dixerunt: *Quala ſataria*, Cato c. 11. *Cum pluet, quala parentur*, Id. c. 23. Et, *Quala mundiſſima*, Colum. 7, 3, 9, locus dubius. Vid. Gefner.

¶ Quāſillus, *i*, m. & Quaſillum, *i*, n. ut *qualus* & *qualum*, diminutivum. Sicuti enim a *pupus, pupulus, pupillus:* ita a *qualus, qualulus, qualillus*, ex quo euphoniæ gratia *quaſillus* factum; Vel, ut a *palus, paxillus:* ita a *qualus, quaxillus*, unde *quaſillus*. Servius ad illud Virg. ecl. 2, 45 *Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis &c.* CALATHVS, inquit, *græcum eſt: nam Latini* QVASILLVM *dicunt. Cic. Phil.* (3, 4) *At vero hujus domi inter quaſilla pendebatur aurum.* Hactenus Servius. Nec aliter Ciceronis locum Iſidorus adducit 19, 19. Atque ita quoque Gruterus. Male igitur alii *calices*, alii *ancillas*, quod tamen melius, pro *quaſilla* apud Ciceronem ſubſtituerunt. Per *quaſilla*, ancillas intelligit, easque viliſſimas, &, ut Petronius loquitur, *familiæ ſordidiſſimam partem:* quas *Quaſillarias* ex eo vocabant, quod glomos lanarum textis operatæ, in *quaſillis* ſeu *calathis* repoſitos haberent, ut docet Scaliger ad Tibull. 4, 10, 3. *Inter quaſilla* igitur, pro *inter quaſillarias* dixit. Minus autem, in *Quaſillum* primam corripi, cum in *qualus*, unde *quaſillum* eſt, producatur, niſi *qualus* a *quaſillus* contrahi ſtatuatur. Tibull. 4, 10, 3 *Proſſumque quaſillo Scorteum.* Propert. 4, 7, 41 *Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis.* Sic & in *Puſillus* prima corripitur, cum in *Puſus* & *Puſio* producatur.

¶ Quaſillāria, *æ*, f. eine ſpinnerin, weberin, de qua paullo ante dictum Petron. c. 92 & 132 *Nec contenta mulier tam gravi injuriâ meâ, convocat omnes quaſillarias familiæque ſordidiſſimam partem.* Vet. Gloſſ. *Quaſillarius*, ψιλοποιός, vide Scaligerum dicto loco.

QVAM, conjunctio, diverſiſſima ſignificans in aliis atque aliis locutionibus, cui interdum eleganter præponitur *Tam* particula, als, wie. Ter. Eun. 4, 4, 51 *Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere*, ſo gewiß, als ich lebe. Et ibid. 3, 1, 3 *Non tam ipſo quidem dono, quam abs te datum eſſe, &c.* Cic. Att. 1, 18 *Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam eum, quicum omnia communicem.* ¶ 2. Connectit & eleganter duos comparativos: ut Cic. pro Mil. c. 29 pr. *Libentius in aliquem emoveor aliquid, quam verius.* Quintil. 3, 1 *Liber ſalubrior ſtudiis, quam dulcior.* Liv. 31, 35 *Non acrior quam pertinacior impetus.* conf. Id. 5, 23 &c. Frequentiſſime autem *Quam* ab ipſis comparativis regitur, iisque vel præmiſſis vel poſtpoſitis, nec non a verbis vim comparativam habentibus. Cic. de Senect. c. 4 *Nihil admirabilius, quam quomodo ille mortem filii tulit.* Id. de N. D. 1, 18 *Differo brevius, quam cauſſa deſiderat.* Liv. 3, 72 *Famæ & fidei damna majora ſunt, quam quæ æſtimari poſſint.* Id. 10, 14 *Minor cædes quam pro tanta victoria fuit.* Id. 21, 29 *Prælium atrocius quam pro numero pugnantium editur.* Id. 3, 19 *Conſul non in plebe coercenda, quam in ſenatu caſtigando vehementior fuit.* Id. 44, 19 *Oratio quam habitus fuit miſerabilior.* Cæſ. B. G. 7, 1 *In acie præſtat interfici,*

quam non veterem belli gloriam recuperare. ¶ 3. Sed & ſuperlativis additur, intenditque & auget ſignificationem. Salluſt. Catil. c. 1 *Memoriam quam maxime longam efficere.* Liv. 21, 27 *Quam occultiſſime trajecto amni.* Et Ter Andr. 5, 2, 16 *Quibus id maxime utile eſt, illum eſſe quam deterrimum.* Id. Heaut. 5, 2, 44 *Quam minima in ſpe ſitus erit, Tam facillime patris pacem in leges conciliet ſuas.* Cato R. R c. 65 *Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam oleum optimum erit.* Salluſt. Iug. c. 31 *Quam quisque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt.* Propert. 4, 1 pr. *Hæc, quodcunque vides, hoſpes, quam maxima Roma eſt, Ante Phrygem Æncam cellis & herba fuit* Sic, *Ducit exercitum quam proxime ad hoſtem,* Liv. 1, 23. ¶ 4. Cum poſitivi gradus nominibus rarius jungitur. Salluſt. 1 Orat. ad Cæſ. pr. *Vt fabricata, ſic virtute parta, quam magna induſtria haberi decet.* Suet. Galba c. 3 *Pater conſulatu functus, quam brevi corpore, atque etiam gibber, &c.* Gratius Cyneget. v. 47 *Cannabias nutrit ſilvas quam commoda noſtro Armamenta operi.* Stat. 3 Silv ult. v. 48 *Quæſta eſt Ægialc, quæſta eſt Meliœa reſingui, Et quam quam ſævi fecerant Manada planctus.* Sed Barth. *Et quam tam ſævi &c.* ſcil. illa quam dolor & planctus in furorem dedit. Plin. Paneg. c. 27 *Nec ille quam brevi tempore effecerit, ut omnes non poſſeſſionum modo, ſed ſui paſſim pœniteat* Ita enim legendum, non *tam brevi,* quod Livinejus & Rittershuſius viderunt. Lactant. c. 8 de Ira Dei extr *A materia aliena quæſtio debet quam breviter attingi.* In his exemplis omnibus *quam,* idem eſt quod *admodum:* pro quo frequentius alias *perquam* ponitur. Cic. Att. 7, 15 p. 719 *Suam in ſenatu operam auctoritatemque quam magni æſtimat.* v. Græv. ad h. l. Anton. ſub Cic. Att. 10, 10 p. 161 *Tuum conſilium quam verum eſt;* ironice. Ter. Andr. 1, 1, 109 *Rejecit ſe in eum fletus quam familiariter:* i. e. *admodum familiariter,* tametſi Laur. Valla 1, 17 tacitam exclamationis figuram ſubeſſe autumat, exponens: *o quam familiariter,* Plautus *admodum* & *quam* per pleonaſmum comicum conjunxit in Amph. 1, 3, 43 *Ex amore hic admodum quam ſævus eſt.* Ita Apul. Apol p. 305 *Quæſiſti tu nimis quam prudenter.* Plaut. Capt. 1, 2, 17 *Quod ego quidem nimis quam cupio.* add. Moſt. 2, 2, 79. Qui *nimium quam* etiam dixit Bacch. 1, 2, 13, ut & Gell. 15, 1. *Oppido quam* ejusd. Gellii eſt 15, 30 & 16, 7. Ita *Valde quam paucos* dixit Brutus ad Cic. fam. 11, 13. ¶ 5. Longe frequentiores ſunt iſtæ, quibus *quam* pro *quantum,* poſitivis junctum reperitur: ut, *Quam moroſi ſint qui amant, ex hoc potes intelligere,* wie eigenſinnig ſie ſind Cic. fam. 7, 15 pr. & talia ſexcenta. Etiam cum verbo *poſſum,* ac ſimilibus. Quamquam enim hoc caſu ſæpius adjungitur ſuperlativus, ut illo Salluſtii Catil c. 18 *De Catilina quam veriſſime potero, paucis dicam.* In hoc item Cic. de Divin. 1, 32 *Expoſui, quam breviſſime potui, ſomnii & furoris cracula,* ſo kurz als; tamen nec deſunt exempla, quæ huic particulæ aptant poſitivum: ut, *Reliquam cujusmodi vitæ, quam quidem poſſum breviter, perſiſi ingam,* quem Cic. e Philipp locum notavit Valla Elegant. 1, 17. Imitatus eſt Lactantius 3, 17 *Dixi de philoſophia ipſa, quam breviter potui,* i. e. tam breviter, quam potui. Nam in his loquendi formulis ellipſin agnoſcas particulæ *tam.* De qua de inde n. 11. Voſſius de Art. Gramm. 7, 61 p. 236 oſtendit, locum hic etiam eſſe comparativo; ut, *Quam in paucis ſpes, quam in paucioribus ſit facultas,* Cic. Off. 2, 19, quamvis alii *quanto* legunt pro *quam* poſteriore. Val. Max. 4, 7, 7 extr. *Poſterior ætas in excolendo jure amicitiæ quam libentius, tam etiam religioſius ſuis erit operata.* Etiam ſuperlativo absque verbo *poſſum,* ſi accedat particula *tam* vel *ita,* jungitur: ut Varr. R. R. 2, 9 de canibus. *Quam pauciſſimos relinques, tam optimi in alendo ſunt, propter copiam lactis.* Cic. fam. 1, 9, 11 *Gaudeo te fidem cognoſcere bonitatis non ita magnâ mercede, quam ego maximo dolore cognôram.* Quanquam hic poteſt eſſe relativum ad *fidem.* Plura exempla require n. 3 & infra in *tam.* Sane vero eadem eſt ratio utriusque particulæ *tam* & *quam;* ubi ſignificat *tantum* & *quantum.* Itaque uti Cicero dixit *tam maxime* pro *tam valde,* in Lælio c. 25 pr. *Vituperanda eſt rei tam maximæ neceſſariæ tanta incuria:* ita Lactantius *quam minime,* pro *quam parum,* initio libri de Opif. Dei: *Quam minime ſim quietus etiam in ſummis neceſſitatibus, &c.* Quibus locis ſimul obſerva utum ſuperlativi, duabus his particulis etiam ſeparatis adjuncti, h. e. ubi altera alteri non accedit. Simile illud eſt Apuleji Apol. p. 278 *Quis unquam fando audivit tam ſimilem ſuſpicionem? tam aptam conjecturam? tam proximum argumentum?* Illud item Terentii Eun. 1, 2, 47 *Poſti da tempora tute ſcis, quam intimum te habuerim.* ¶ 5. Cum verbis etiam aliis, quam *poſſum,* ſub notione *Quantum, τὸ Quam* componit Tullius fam. 3, 6 *Perſpexiſſe nihil videbar, quam feſtinares decedere.* Sic, *Quam vellem,* wie gern wollte ich. Ter. Hec. 4, 4, 12 *Turbent porro quam velint,* wie ſie wollen. Id. Andr. 1, 1, 100 *Quam timeo quorſum evadas.* Cic. Att. 5, 3 *Quam vereor, ne quid fuerit σπεδωότερον.* ¶ 6. *Per totum, quam longus eſt, locum Illyrici,* Auſon. grat. act. pro Conſul. ad Gratian. ſo lang er iſt. Sic, *Quam multi* pro *quot:* Quint. 10, 1 *Iſt diſſenſio, & quæ vis nominis ejus & quot genera, & quæ quam multaque ſint ſpecies.* Noluit vocem *quot* bis repetere. ¶ 7. Cum *Contra* etiam elegantur componitur. Auct. ad Herenn. 4, 3, extr. *Contra facimus, quam polliceri videntur,* ſie thun viel anders, als ſie verſprechen. Et Cic. pro Cluent. c. 5 *Generi ſui, contra quam fas erat, amore captus.* Quod alias non minus eleganter per *Ac* vel *Atque* reddi ſolet. Cic. pro Balbo c. 3 *Si aliquid non contra, ac licuerit, factum diceretur, ſed contra, atque oporteret.* ¶ 8. In ſequentibus *Quam* valet *Poſtquam.* Cic. fam. 16, 21 pr. *Tabellarii veniunt poſt diem XL & VI, quam a vobis diſceſſerant,* id eſt, die quadrageſimo, poſtquam diſceſſerunt. Id. de Orat. 2, 3 *Poſtero die, quam illa acta erant, Catulus venit.* Suet. Claudio c. 17 *Sexto, quam profectus erat, menſe domum rediit.* Liv. 21, 15 *Octavo menſe, quam cœptum oppugnari, captum Saguntum.* Idem 4, 6 *Anno trecenteſimo decimo, quam urbs Roma condita erat.* Florus 2, 2, 7 *Intra ſexageſimum diem, quam cæſa ſilva fuerat, centum ſexaginta navium claſſis in ancoris ſtetit.* Sic de equo Plin. 8, 42; de Tyro Curt. 4, 4, 19. conf. Nep. 3, 1, 5, & quæ ibi notantur, & 3, 3, 3. v quos laudat Drakenb. ad Liv. 6, 30. ¶ 9. Eleganter ſe etiam excipiunt particulæ *quam, tam,* addito *τῷ magis.* Plaut Bacch. 5, 1, 5 *Quam magis id reputo, tam magis uror,* je mehr ich es bedenke, deſto heftiger ꝛc. Et Virg. 7, 717 *Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis, Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.* Vbi Servius: *Non ad probationem poſitæ ſunt* (particulæ illæ *tam, quam,*) *ſed ad exæquationem. Majores enim noſtri vitia non in dicto, ſed in ſignificatione eſſe voluerunt. Hinc eſt in Salluſtio: Ita quam quisque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Nam & hic exæquatio, non comparatio eſt.* QVAM MAGIS, TAM MAGIS; *pro Quanto magis, tanto magis.* Vnde & hæc nomina alterutri particulæ ſubjiciuntur. Plaut. Menæch. 1, 1, 19 *Quam magis intendas, tanto adſtringunt arctius.* Lucret. 6, 458 *Vicina cacumina cœlo Quam ſint quæque magis, tanto magis edita fumant.* Idem lib. 4, 1086 *Quam plura habemus, Tam magis ardeſcit dira cuppedine pectus.* Alibi tamen pro relativa *Tam, Ita* poſſunt cum comparativo, ut l. 2, 586 *Et quam quidque magis multas vis poſſidet in ſe, Atque poteſtates: ita pluria principiorum In ſeſe genera, ac varias docet eſſe figuras.* ¶ 10. *Quam* ſæpiſſime vel quaſi vel prorſus adhæret adverbiis. Ter. Eun. 2, 1, 58 *Labaſcit victus uno verbo, quam cito?* Id. Eun. 4, 7, 18 *Quam mox irruimus?* Et notat Feſtus, *Quam mox* ſignificare *Quam, cito,* eum, ſi perſe ponas *mox,* ſignificet *paullo poſt* vel *poſtea.* Id. Ter. Eun. 3, 2, 4 *Quam venuſte!* & Heaut. 4, 6, 10 *Quam pane me tua perdidit protervitas,* wie wenig hats gefehlet, ꝛc. Sic & aliis additur: ut, *Quam potius, quam prius,* pro potius quam, priusquam: Virg. ſive quisquis auctor, in Copa v. 5 *Qui juvat, æſtivo defeſſum pulvere abeſſe: Quam potius bibulo diecubuiſſe toro?* Propert. 2, 18, 9 *Illum ſæpe ſuis decedens fovit in ulnis, Quam prius adjunctos ſedula lavit equos.* Quod Articorum more dictum Scaliger ad Copam obſervat. ¶ 11. Omittitur nonnunquam in protaſi *tam.* Liv. 2, 56 *Quandoquidem non facile loquor, quam quod locutus ſum præſto.* v. Gronov. ad 5, 21; ad 7, 8 pr. ad 25, 29; 26, 18 & 31; 28, 44; & ad 30, 28. ¶ 12. Reſpondent ſibi *tantopere, quam* apud Quint. procem. ubi plura ſimilia de *tantum, quam* habet Burm. p. 2. Liv. 37, 51 *Non tantum gaudium ab recenti metu attulerunt, quam averterant famam.* ¶ 13. Caſus nominis poſt particulam *quam,* ſæpe reſpondet antecedenti. Cic. de N. D. 1, 24 *Nonne Deum videri Ægyptii? tam hercle quam tibi illam noſtram ſoſpitam &c.* v. Burm. ad Quintil. Decl. 321 p. 646.

¶ Quamde, pro *Quam* ulos eſſe antiquos, Feſtus probat teſtimonio Livii Andron. & Lucretii 1, 640 *Quamde gravis inter Graios.*

¶ Quamdiu, adverb. ſo lange, als lang; ut, *Homo, quamdiu vixit, clarus & nobilis,* Cic. Verr. 5, 43. Idem ad Attic. 9, 3 *Ego tamdiu requieſco, quamdiu ad te ſcribo.* Colum. 12, 50 *Quamdiu viride oleum conficitur,* i. e. tantiſper dum.

¶ Quamdūdum, adv. interrogandi, vide ſupra *Dudum.*

¶ Quamlibet & Quamlubet, idem prope quod quantumlibet, ὅσον βούλει, ſo als man will, noch ſo obgleich nur; ut, *Quamlibet parum,* Quint. 1, 1, id eſt, admodum, valde: qua ratione & *τὸ quamvis* ponitur. Lucret. 2, 541 *Quamlubet eſto unica res.* conf. Id. 3, 1001. Ovid. Triſt. 4, 6, 36 *Quamlibet exiguus imber.* Familiarem admodum Ovidio eſſe illam vocem oſtendit Burm ad Her. 6, 140. Plin. Paneg. c. 61 *Accidit quidem, ut corpora, quamlibet ardua & excelſa, procerioribus admota decreſcant,* wenn ſie auch noch ſo hoch. Et 10 epiſt. 97 *Hæſtavi, ſit ne aliqua diſcrimen ætatis* (in Chriſtianis,) *an quamlibet teneri nihil a rebuſtioribus differant.* Et avunculus Plin. 36, 22 de ſpeculari lapide: *Finditur in quamlibet tenues craſſias,* ſo dünn als man will. Ita proprie hæc vocula ſignificat. Fit inde, ut ſenſu cum *Quamvis, Tametſi,* obſchon, aliquando conveniat. Solinus c. 9 *Philippus Magnum pro eo, quamlibet Olympias, Alexandri mater, nobilitatem ei patrocinio acquirere adfectavit,* ſo ſehr auch als ꝛc. Sed & hoc loco ad vim propriam referri poteſt, utut alter ſenſus ex illo quam proxime videtur conſequi.

¶ Quamnaxime, vide *Magis,* Quamminime, *Minor,* Quamobrem, *Res.*

¶ Quamplŏres, quamplurimus, vide *Plus.*

¶ Quamprīdem, adv. wie lange, wie neulich? Cic. pro Roſc. Com. c. 3 *Quampridem hoc nomen in adverſaria retuliſti.* Ter. Eun. 3, 3, 11 *Quampridem pater mihi & mater mortui eſſent.*

¶ Quamprīmum, adv. aufs eheſte, ſo bald als es immer ſeyn kan. Ter. Adelph. 2, 4, 17 *Obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum quamprimum abſolvitote.* Cic. fam. 2, 5 *Perferre ad aliquem litteras quamprimum.* Virg. Æn. 4, 631 *Inviſam quæreus quam primum abrumpere lucem.* ¶ 2. Pro ut primum vel cum primum, ſo bald als. Plin 21, 23 ſ. 94 *Si magi malum quidem iis tribuere, quam primum adſpiciatur eo anno, tolli jubentes.* Quin Plaut. Perſ. 1, 1, 52 *bene ambula, ſed recipe te quam primum potes.* Id. Capt. 2, 3, 88 & 88. Videtur etiam analogia favere huic rationi, dicitur enim, *quam breviſſime poſſum.* Ceterum paullo alia ratio eſſe videtur illius Plaut. Truc. 1, 2, 69 *quam Primum expugnari petit amator, optimum eſt amicæ.* Deeſt *tam* in apodoſi. (vid. *quam* n. 3) je eher je beſſer ꝛc.

¶ Quamquam, ſive Quanquam, conjunctio, idem ſignificans quod *quamvis, etſi,* wiewol obgleich; excipitur a particula adverſativa *tamen* vel *verumtamen.* Ter. Heaut. 1, 1, 1 *Quamquam hæc inter nos notitia &c. Tamen vel virtus tua &c.* Liv. 2, 2 *Quanquam viſi ſunt commiſiſſe.* Idem 8, 24 *Quanquam Romano bello fortuna eum adjuvaſſet.* Valla verbo indicativo, quemadmodum etiam *etſi,* perpetuo præponi oſtendit l. 2 c. 21. Exemplo Ciceronis, in quibus cum conjunctivo conjuncta videtur, ut de Orat. 2, 1 *Quamquam ita ſe rem habere arbitrarentur.* It. Tuſc. 5, 33 *Omnia jucunda, quamquam ſenſu corporis judicentur, ad animum referri tamen:* non repugnant, cum aliunde ille conjunctivus pendeat. Servius idem fere docet ad Virg. Æn. 2, 12 *Quamquam animus meminiſſe horret.* Conf. Voſſii Gramm. l 7 c 67.

¶ Quamvis, conjunctio conceſſiva, *tametſi, etiamſi, licet,* obſchon, obgleich. Gaudet potiſſimum ſubjunctivo. Cic. Phil. 11, 9 *Quamvis intentus animus tuus ſit.* Idem Att. 16, 7 *Quamvis non ſuevis ſuaſor.* Virg. ecl. 2, 16 *Quamvis ille niger, quamvis tu candidus eſſes.* ¶ 2. Cum indicativo conſtruxit Idem Virg. ecl. 3, 84 *Quamvis eſt ruſtica Muſa.* Et Hor. 1 epiſt. 14, 6 *Me quamvis Lamiæ pietas & cura moratur.* conf. Id. 3 od. 19, 13. Nepos 1, 2, 3 *Quamvis carebat nomine.* Ita & Liv. 2, 40: Propert. 1, 15, 13; & 2, 8, 27; Ovid. Pont. 1, 6, 45; Colum. 2, 9; Quint. decl. 5; & Celſus ſemper, conſtruunt. Ovidii inter alia hoc eſt Triſt. 1, 1, 25 *Tu carne defendas, quamvis mordebere dictis.* ¶ 3. *Quantumlibet,* ὅσον βούλει, i. e. *valde, admodum,* ſo ſehr als du wilſt, gar ſehr; ut, *Quamvis ridiculus,* id eſt, admodum ridiculus, Plaut. Menæch. 2, 2, 43. Et, *Quamvis ſordida res & invenuſta,* Catull. 12, 5. Phædrus 1, 29, 1 *Quamvis ſublimes debent humiles metuere,* auch die hochſten. Et

Cic. Tusc. 1, 21 *Quamvis copiose hæc diceremus, si res postularet.* Id. de Amic. c. 26 *Quamquam ista assentatio quamvis pernicioſa ſit.* Id. de Orat. 3, 25 *Quamvis ſæpe.* Varro de R. R. 2, 5 *Homo quamvis humanus ac jocoſus.* Virg. Æn. 7, 492 *Ipſe domum ſera quamvis ſe nocte ferebat.* Ibid. 1, 3 *Colonus quamvis avidus.* Plaut. Trin. 2, 2, 98 *Multa ego poſſum docta dicta quamvis facunde loqui.* Liv. 2, 54 *Nec auctor quamvis audaci facinori deerat.* Id. 34, 19 *Semper victores ex quamvis temere cœpto certamine abiere.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1029. Ortum autem eſſe *quamvis* a verbo volo, vel inde apparet, quod v. g. Cic. Phil. 2, 425 dicitur, *Quam volent illi cedant, tamen a rep. revocabuntur.* Ita *Quantumvis* etiam ponitur, vide *Quantus*; & *Quamlibet*, de quo paullo ante.

Compoſita ab initio.

¶ Aliquamdiu, vide in *Alius*, Antequam, *Ante*, Perquam, *Per*, Poſtquam, *Poſt*, Præquam, *Præ*, Præterquam, *Præter*, Proquam, *Pro*, Superquam, *Super*.

QVANDO, temporis primum adverbium eſt, wenn, zu welcher zeit; ut, *Quando iſtuc erit?* Ter. Heaut. 2, 2, 9. *Quando te viſuri eſſemus, nihil ex literis tuis potui ſuſpicari*, Cic. fam. 9, 1. ¶ 2. Conjunctio cauſſalis, weil, dieweil, ſintemal. Ter. Adelph. 5, 3, 16 *Quando ego tuum non curo, ne cura meum*, id eſt, ſiquidem. *Oſtideamus Lacedæmonem, quando ita placet*, Liv. 34, 34 pr. Ter. Adelph. 3, 2, 50 *Poſtremo quando conſcia mihi ſum.* Vbi Donatus: QVANDO, *pro* QVONIAM, *vel* QVANDOQVIDEM. Lucan. 4, 811 *At tibi nos (quando non proderit iſta ſileri, A quibus omne ævi ſcelus in ſua fama repeſcit) Digna damus.* Sic ſæpe Livius, cujus loca Drakenb. ad 23, 2, collegit. ¶ 3. *Quando* pro ſiquidem ex Harduini & aliorum editione apud Plin. 17, 4 *Nec fluminibus aggeſta* (terra) *laudabilis, quando ſeneſcant ſata quædam aqua.*

¶ Quandocunque, id eſt, quocunque tempore, wenn einmal, zu welcher zeit es wolle, ſo bald als. Colum. 1, 10 *Quandocunque in uſus promſerimus, integram lentem reperiemus.* Plin. 31, 1 *Quandocunque iſta gens* (Græcorum) *ſuas litteras dabit, omnia corrumpet.* vid. *Quandoque.*

¶ Quandolibet, quocunque tempore, es ſey wenn es wolle. Lactant. de Opif. Dei c. 4 n. 7 *Neceſſe eſt, ut mortem recipiat quandolibet, quoniam corporalis eſt.*

¶ Quandóque, idem, quod quandocunque, ſo offt, wenn. Hor. de Arte poet. v. 359 de Chœrilo Poëta malo *Quem bis terque bonum cum riſu miror, & idem Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. Quemadmodum enim, ſi forte aliquid eruditum elegansque protulit Chœrilus, mala poëta, ut portenti ſimile dicit ſe Flaccus mirari: ita etiam ægre ferre ac ſtomachari, ſi ubi negligentior viſus eſt Homerus.* Ita hunc locum recte interpretatur Petr. Victorius Annot. in Colum. l. 3 p. 67, quem ſequuntur hic & laudant Henr. Stephan. l. 1 Schediaſm. 19, & Lambinus ad ipſum Horatii locum. Quod autem Quintilianus ic, 1 p. 884 hunc locum ita laudat, ut pro *quandoque* Horatiano ſuum illud *interim*, h. e. *interdum*, ſubſtituere videatur, hoc non eo acceperim cum Burmanno, ut male ab eo intellectum dicam Horatium. Nam certe ex ipſius Horatii verbis quidquid ſit de ſignificatione vocis *quandoque*, elici potuit, quod dicit Quintilianus, *Homerum etiam interdum peccare.* Alia veterum loca pro hac ſignificatione laudat Gron. ad Liv. 1, 24. Cic. de Orat. 3, 55 *Omni in re poſſe, quod deceat, facere, artis & naturæ eſt, ſcire quid quandoque deceat, prudentiæ.* Paſſim ita loqui Columellam, e manuſcriptis obſervavit Victorius modo laudatus, tametſi librariorum culpa irrepſit non ſemel *quandocunque.* Sed non perinde nocere labes hæc Poëtis potuit. Horat. 4 od. 1, 17 *Et quandoque potentior Largis muneribus riſerit æmuli.* Vbi Lambinum vide. Petronius c. 133 *Et quandoque mihi fortunæ adriſerit hora, Non ſine honore tuum patiar decus.* In veteri tabula apud Suet. Cæſ. c. 81 *Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent, fore ut &c.* Sen. Q. N. 3, 28 extr. *Ergo quandoque res novæ placuere mundo.* Curt. 7, 10, 9 *Vitam, quam acciperent, pignori futuram eſſe dixerunt, reddituri quandoque repetiſſet.* ICtus L. 4 Qui cum § 1 ad beſtias, Dig. de re militari: *Ad beſtias datus ſi profugit, & militiæ ſe dedit, quandoque inventus, capite puniendus.* Eodem modo dicebant *ubique* & *quisque* pro *ubicunque quicunque.* ¶ 2. An *quandoque* optimi ævi ſcriptoribus unquam valeat idem, quod *interdum, nonnunquam*, de eo dubitatum eſt. Laudant ex Cic. de Senect. c. 10 *Ille dux Græciæ nunquam optat, ut Ajacis ſimiles decem habeat, at ut Neſtoris, quandoque*; ſed vox *quandoque* abeſt in editione Godofredi, Lambini, Gruteri, Gronovii, Græevii. Ita apud Feſtum in *Tongere* p. 295 edit Scalig. legas: *Et vincere etiam quandoque videtur ſignificare.* Sed in edit Godofredi hic p. 466 loco verborum *etiam quandoque* lacunam invenies. Alia teſtimonia obtulit Borrich. in Vindic. p. 197 nempe Quint. 9, 2. Sed dubium hoc propter var. lect. & melius abeſt. vid. Burm. p. 788. Certiora ſunt Sen. Qu. Nat. 1, 1 extr. Celſi 6, 6, 1 pr. Colum. 7, 3, 13, Frontini de Aquæduct. 2 p. 243, & ex Dig. 1 t. 3 l. 27 & 10. Sed verba Cic. de Orat. 3, 55 potius ad n. 1 pertinent, ubi ea retulimus. Cæterum recentiores verſum Heſiodi apud Gell. 17, 12 ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἤμεος, ἄλλοτε μήτης, ſic reddunt: *Ipſa dies quandoque parens, quandoque noverca eſt.* ¶ 3. *Quandoque* eſt *Aliquando, olim*, & ad futurum plerumque tempus refertur, künfftig einmal, dereinſt. Plin. Paneg. c. 10 *Vt quandoque inter poſteros quæreretur.* Vbi recte Iac. de la Baune *aliquando* interpretatur. Ibid. c. 28 *Ex his quandoque naſcentur, quibus alimentis opus non ſit.* Sic Tiberius apud Tac. An. 6, 20, 3 *Et tu Galba quandoque deguſtabis imperium*, quod Melch. Freinshemius in Indice *olim, ſero*: Iul. Pichon *tandem aliquando*: & ipſe Tacitus de *ſera* potentia interpretatur. Nec aliter Syllæ de Cæſare verba intelligas apud Suet. c. 1 *Quandoque optimatium partibus exitio futurum. Nam Caſſi multos Marios ineſſe.* Atque ita ſæpe Suetonius, quod ex Indice Bernegg. cognoſces. Raro hic ad præteritum tempus reducitur: Paulinus 8 Natal. Felic v. 259 *Ceu quandoque feræ circumjacuere prophetam*, de Daniele inter leones reſidente canens. Vbi *quandoque* idem ſignificat quod *olim, quondam*, vor zeiten.

¶ Quandóquidem, conjunctio cauſſalis, denn, ſintemal, dieweil, nachdem; ut, *Quandoquidem illam a me diſtrahit neceſſitas*, Ter. Hec. 3, 5, 42. Et Liv. 6, 38 oratione Camilli: *Quandoquidem, Quirites, jam vos tribunicia libido, non poteſtas regit.* Id. 8, 35 M. Fabii patris oratione: *Quandoquidem apud te nec auctoritas ſenatus, nec ætas mea, nec virtus nobilitasque magiſtri equitum valet.* Add. Cic. fin. 5, 13.

Compoſita, in quibus *Quando* ſubjungitur.

¶ Aliquando, vide *Aliquis*.

¶ Ecquando, volent ex & & *quando* euphoniæ cauſſa ita formatum, quemadmodum Agroetius, vetus grammaticus, principio libri de Orthographia, hoc diſcrimen interponit: ECQVANDO, *increpando, vel inquirendo interrogantis adverbium eſt*: ET QVANDO *ſimpliciter loquentis.* Vtuntur fere pro *Quando*, wenn wenn aber, nicht denn. Cic. Agrar. 2, 7 *Quero a populari tribuno plebis ecquando niſi per XXXV tribus creati ſint?* ſcil. triumviri &c. Vellej. 2, 14 Livii Druſi verbis: *Ecquando ſimilem mei civem habebit respublica?* Add. Liv. 3, 67. Et Apul. Apol. p. 290 *Ecquandone vidiſti, Maxime, flammam ſtipula exortam, clario crepitu, largo fulgore, cito incremento?*

¶ Ne quando, ne quo tempore, damit nicht einmal. Cic. de Amic. c. 16 *Illud præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus, ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus.* conf. Id. Att. 10, 13

¶ Numquando, vide ſupra *Num.* Nam melius hæc talia diſjunguntur.

¶ Siquando, id eſt, ſi aliquando, wenn einmal. Ter. Eun. 3, 1, 14 *Negotii ſiquando odium ceperat.* Et Cic. fam. 2, 16 *Siquando erit civitas, erit profecto nobis locus.* Etiam hæc melius dividere.

QVANDROS, lapis ſeu gemma in cerebro & capite vulturis, coloris candidi, Albert.

Quanquam, vide paullo ante *Quamquam* in *Quam.*

Quantillus, quantitas, quantocyus, quantumvis, &c. v. *Quantus.*

QVANTVS, *a, um*, de gravitate & auctoritate dicitur, wie groß; ut, *Quanta de ſpe deciſi*, Ter. Heaut. 2, 3, 9. *Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno?* Id. Eun. 5, 4, 3. *Quantos acervos facinorum reperietis?* Cic. pro Sulla c. 27. ¶ 2. Genitivus *Quanti* æſtimationis & pretii verbis additur. Cic. Nat. D. 1, 20 *Quanti autem hæc philoſophia æſtimanda eſt?* wie hoch iſt ſie zu halten? Sic, *Quanti venditur, emitur &c.* wie theuer? was gilts? v. Ter. Eun. 5, 6, 14. Plaut. Epid. 2, 2, 110 *Quanti emi poteſt minimo?* i. e. quanti emitur, cum minimo emitur? was iſt der geringſte preis? Ter. Heaut. 1, 1, 103 *Tu illum, nunquam oſtendiſti, quanti penderes*, wie lieb du ihn habeſt. *Quanti eſt ſapere?* Id. Eun. 4, 7, 21. Sic, *Quanti faciam illum*, Cic. fam. 2, 16. Et, *Quanti apud me ſis*, fam. 7, 19 pr. Sic, *Quanti intereſt*, wie viel iſt daran gelegen. Cæſ. 3, 3; Liv. de itinere actuque pr. ¶ 3. Excipitur interdum a tuo redditivo: ut Iuvenalis 3, 143 *Quantum quisque ſua nummorum ſervat in arca, Tantum habet & fidei.* De quercu Virg. Æn. 4, 445 *Quantum vertice ad auras Ætherias, tantum radice in tartara tendit.* Conf. Virg ecl. 1, 26. Sed & redditivum præcedit. Cic. de Amic. c. 20 *Tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe morum diſtantia.* Florus hoc eam pro *tantum* dixit *ita*, 2, 18, 1 *Numantia, quantum Carthagini, Capua, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore præ omnibus.* Interdum etiam latet redditivum & ſubintelligitur: Ter. Phorm. 1, 2, 3 *Conveniet numeres, quantum debui.* Et Andr. 3, 2, 4 *Quod juſſi ei dare bibere & quantum imperavi.* Liv. 9, 37 *Itaque, quantus mane quam antea, exercitus ad Satrium venit.* ¶ 4. Subſtantivo junctum, frequentiſſime ſubſtantivi naturam & ipſum induit neutro genere, eoque genitivum regit, ut in verbis Iuvenalis paullo ante prolatis, *quantum nummorum: tantum fidei*, obſervare licet. Ita Ovid. Faſt. 2, 789 *Quantum animis erroris ineſt!* Ter. Phorm. 5, 6 (al. 5) 14 *Omnium, quantum eſt qui vivunt homo hominum ornatiſſime.* Aliquando tamen retinet vim adjectivi. Lactant. 4, 15 *Vocavit diſcipulos ſuos*, (de Chriſto loquitur) *quaerens quantos ſecum geſtarent cibos?* pro *quantum cibi?* ¶ 5. *Quantus* pro *quot*, plurimi ævi cadentis ſcriptores poſuere, præcipue Patres. Hieron. ep. ad Caſtrut. (Tom. 1 fol. 92) *Quantos cernimus ethnicos atque Iudæos, hæreticos, atque diverſorum dogmatum homines volutari in cœno libidinum?* Id. Apol. adv. Rufin. prope fin. (Tom. 2 f. 94) *Quanti in ſomnis divites apertis oculis reperte mendici ſunt?* Ambrol. Oper. de Bid. Reſurr. (Tom. 3 f. 25) *Non mediocre malum eſt immoderatio dolorum, aut metus mortis. Quantus ad laqueum impulit?* Ep. puer. (f. 29) *Quam multi vitam ſolo mortis timore confecerunt? Quantos vinum perdidit, mori præfecit?* Auguſtin. de Diſcipl. Chriſt. c. 1 *Vide, quantos proximos habeat unus homo. Omnes homines, in quos incurrit, quibus jungi potuerit, proximi ejus ſunt.* Claud. de Conſ. Honorii 3, 126 *Quanti tum juvenes, quantæ ſprevere puellæ Spectari ſi dia matres?* Sidon. Paneg. Anthemii v. 21 *Suffine: tot ſunt, Quanta legit mundus.* Sed & vetuſtiores ita uſi aliquando: Propert. 1, 5, 10 *At tibi curarum millia quanta dabit?* Manilius quoque non ſemel ita loquitur. Statius in vita Domitiani v. 49 *O quanta patrum manus laborant!* Vide Gevart. ad 3 Silv. Statii c. 3 p. 187; & Gold. ad Ad. ad Valer. Cimel. p. 87. Thomaſ. ad Turſell. de Partic. p. 285. Lamprid. Heliog. c. 25 *Cum inter fabulas privatus ſermo eſſet ortus, quanti herniоſi eſſe poſſent in urbe Roma, juſſit omnes vocari.* Atque hanc uſurpationem Latio non proſcribendam cenſet Barthius ad Claudian. p. 522. Weitz. & Burm. ad Val. Flacc. 2, 536, it. 5, 636. præf. Brouckh. ad Prop. 1, 5, 10, & 1, 12, 4. ¶ 6. Cum duplicatur, idem valet ac *quantuscunque.* Ter. Adel. 3, 3, 40 *Tu quantus quantus es, nil niſi ſapientia es.* Id. Phorm. 5, 7, 10 *Heus quanta quanta hæc mea paupertas eſt &c.* Cic. Att. 12, 23 *Sed quanti quanti, bene emitur, quod neceſſe eſt.*

¶ Quantum, ſæpe adverbialiter, atque redditur, wie ſehr, wie viel, ſo viel als; ut, *Quantum attinet ad antiquos noſtros*, Varro de R. R. 1, 10, was unſere vorfahren betrifft. *Quantum intelligere poſſum*, Ter. Heaut. 5, 2, 31. *Quantum ætas illa capit*, Quint. 2, 4. *Quantum in me erit*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 1 c. 13 *Quantum potes, fac me certiorem*, Ter. Phorm. 4, 3, 69, ie ehe ie beſſer. Cum comparativo Salluſt. in Iug. 85, 22 conjunxit: *Quantum vita illorum præclarior*, pro *quanto*. v. Cort. h. l. Liv. 44, 7 *Quantum recedebat longius a Macedonia.* ¶ 2. *Quantum poteſt*, i. e. quoad fieri poteſt, quantum ceterrime poteſt. Qua forma imperſonaliter Plautus paſſive uſus eſt, & omnibus junxit perſonis: ut Aul. 2, 9, 2 *Mea exta, quantum poteſt,*

poteſt; ſcil. *fieri*; & Pœn. 3, 1, 64 *Propera, quantum poteſt.* Sic Sen. ep. 8 *Quantum plurimum poteſt, iſta beneficia devitet*, ſo ſehr als er kan. Et Colum. 12, 21 *Exploratum habeat, quantum plurimum ſalſæ aquæ vinum pati poſſit.* ¶ 3. *In quantum*, pro *tantum quantum*, vel *quantum* adverbialiter, græca ratione: ut *in longum*, pro *longe*. Ovid. Met. 11, 71 *In quantum quæque ſecuta eſt.* Vid. quos laudat Burm. ad Rutil. 1, 46. Sæpe reſpondet *in tantum*. Vellej. 1, 9, 3 *L. Æmilius Paulus, vir in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus poteſt.* Id. 2, 114, 5 *Quem in quantum quisque aut cognoſcere, aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit.* Apud Liv 44, 7 τῷ *quantum*, eo ſubjunctum eſt: *Quantum procederet longius a Theſſalia, eo majorem rerum omnium inopiam ſentiens.* Conf. Jac. Periz. ad Sanctii Minerv. L. 3 c. 14. ¶ 4. *Nimium quantum, mirum quantum, immenſum quantum, plurimum quantum, incredibile quantum*, etiam ad Latinos pervenerunt imitatione Græcorum. Hi enim ſic loqui ſolent: πλεῖον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον; über die maſſen viel, überaus ſehr, allermeiſt. Cic. in Orat. c. 26 pr. *Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales, qui in dicendo nimium quantum valent.* Hor. 1 od. 27, 5 *Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat.* De ſaltu Pyrenæo Plin. 4, 20 *Immenſum quantum hinc oceano, illinc Iberico mari comprimentibus.* Cic. de Fin. 4, 22 *Plurimum quantum tibi ex monumentis noſtris addidiſſes.* Minutius Felix de poëtis loquens pag. 204 ed. Ouzel. *Qui plurimum quantum veritati ipſi ſua auctoritate nocuere.* Quo quidem loco etiam *permirum quantum* non inepte legitur. De his omnibus vide Georg. Fabric. Caſtigat. in Ter. Phorm. 4, 3. Ludov. Carr. Lect. antiq. 2, 9 & 13; itemque Emendat. 2, 18. Andr. Schott. Obſerv. 5, 8.

¶ Quanto & Tanto, adverb. cum comparativo, wie ie mehr. Ter. Heaut. 3, 1, 15 *Quanto diutius abeſt, magis cupio tanto*, je länger er ausſen iſt, je mehr ich ſein begehre. Id. Eun. 3, 3 pr. *Quanto magis magisque cogito.* Iuſtin. 2, 1, 13 *Quanto cælum aſperius, tanto & corpora & ingenia duriora.* Tacitus tamen alterum non raro omittit: ut Hiſt. 3, 18, 5 *Propinqua mœnia, quanto plus ſpei ad effigiem, minorem ad reſiſtendum animam dabant*; pro *tanto minorem &c.* Ita Col. 7, 9, 3 *Quanto fœcundior eſt, celerius ſeneſcit.* Sic & Cato ap. Chariſ. p. 192 *Videtote quanto ſcelus ego fecerim.* ¶ 2. Obſervetur hoc loco illud Hieronymi epiſt. de Cuſtod. virgin. ad Euſtoch. (Tom. 1 f. 64) *Quæ quanto prima Romanæ urbis virgo nobilis eſſe cœpiſti, tanto tibi ampius laborandum eſt, ne &c.* ubi vides appoſitum huic particulæ ſuperlativum.

¶ Quantocius, i. e. quanto ocyus, je eher, je beſſer; rejicit hanc vocalem Voſſius de Vit. Serm. 4, 35, reperitur tamen, ſi non in antiquioribus, ſaltem in Sulpitio Severo 3 Dialog. c. 5 *Diſcede quantocius, ne me ob injuriam tuam cœleſtis ira conſumat.*

¶ Quantopere, i. e. quanto opere, wie ſehr; ut, *Dici non poteſt, quantopere gaudeam, te deſiderem &c.* Cic. Att. 14, 6. Et Plin. Pan. c. 44 *Scis & expertus es, quantopere deteſtentur malos principes, etiam qui malos faciunt.* Cæſ. B. G. 2, 5 *Ædium docet, quantopere reipubl. communisque ſalutis interſit, manus hoſtium diſtineri.*

¶ Quantuscunque, *quantuscunque &c.* ſo groß als es wolle; ut, *Ego is ſum, quantuscunque ſum*, Cic. de Orat. 2, 28. Et Liv. 27, 31 *Philippus ludorum celebritatem, quantacunque de Romanis tum victoria parta, famâ auxerat.* Id. 32, 5 *Date quantacunque petite tempora.* Ruſus Cic. de Fin. 1, 4 *Debeo profecto, quantulacunque poſſum, in eo laborare.* Et de Fin. 3, 10 *Quantumcunque eo ſudaveris.* Sic, *Quantumcunque humoris eſt*, Colum. 12, 25; *ſalis*, Id. 12, 50.

¶ Quantuslibet, *quantulibet, quantumlibet*, idem. Tac. Agric. 6, 3 *Quantalibet facilitate.* Plin. 8, 16 *In quantalibet multitudine.* Id. 20, 6 *Suppurationes quantaslibet ſanat.* Ovid. Faſt. 6, 669 *Servierat quidam, quantolibet ordine dignus.* Add. Liv. 9, 18.

¶ Quantumlibet, adverb. obgleich noch ſo ſehr, ungeacht. Veget. Rei mil. 3, 1 *Quantumlibet ſtudioſe præparetur annona.*

¶ Quantusvis, *quantavis &c.* idem. Liv. 26, 42 de Carthagine Nova: *Sita ſuper portum ſatis amplum quantavis claſſi.* Lucret. 4, 1164 *Quantovis oris honore.* Ter. Andr. 5, 1, 15 *Cum faciem videas, videtur eſſe quantivis pretii.* Add. Cæſ. B. G. 5, 28.

¶ Quantumvis, adverb. Horat. 2 epiſt. 2, 59 *Poſthæc ille catus, quantumvis ruſticus, ibit*, wie bäuriſch er auch iſt. Cic. de Amic. c. 20 *Tu quantumvis licet excellas.* Sen. epiſt. 85 *Iſta* (affectuum initia) *quantumvis exigua ſint, in majus excedunt.* Cic. Verr. 5, 16 *Quantumvis ingenioſi.* Suet. Calig. c. 53 *Eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus & promtus.* Similiter in Claudio c. 20 & 21 uſus eſt.

¶ Quantulus, *a, um*, diminutivum, a *quantus*, wie klein, wie wenig. Cic. Agrar. 2, 25 *Quantulum intereſt?* Et de Legib. 2, 19 *Id quantulum eſt?* wie groß iſts denn auch? Plin. Paneg. c. 8 *Quantulum refert, deponas, an partiaris imperium?*

¶ Quantulum, adverb. idem. Cic. in Verr. 3, 1 fin. *Quantulum judicare poſſemus, oſtendimus.* Adde Horat. 2 ſat. 3, 124.

¶ Quantulascunque, *quantulăcunque &c.* es ſey ſo wenig, ſo klein es wolle. Cic. de Orat. 1, 30 *De hac mea, quantulacunque eſt, facultate quæritis.* Val. Maximus 1, 5, 6 *Quantulacunque ſpes reſtabat.* Sen. epiſt. 85 *Quantulicunque actibus ſint.* Colum. 8, 3 extr. *Quantulumcunque aquæ vel ciborum ineſt, pedibus evertitur.* Iuvenal. 13, 183 *Quantulacunque adeo eſt occaſio.*

¶ Quantŭluslibet, *aliquet, unlibet*, idem. Vlpian. 21 Dig. t. 1 l. 4 § 6 *Quantulaslibet ad cauſſam pertinet.*

¶ Quantuluscuisque, *quantulaquæque, quantulumquodque*, idem. Gellius in præfat. *Ipſius vitæ quantuliquique fuerint progreſſus.*

¶ Quantulumnumes, adverb. um wie viel weniger. Sen. Controv. 4, 27 *Tyrannum occidi, at patrem quantulominus quam occidiſti?* wie wenig hat es daß du nicht.

¶ Quantŭlus, *a, um*, diminut. aliud, wie ſehr klein, wie wenig. Pœn. 3, 2, 45 *Tironis e quantillo jam ſunt faſtæ.* Idem Pſeud. 4, 7, 95 *Quantillo hinc te conduxit?* Id. Truc. 2, 8, 7 *Quantillo mihi opus fuit, quam poſſet?* i. e. quam facile, wie leicht.

¶ Quantŭlum, adverb. wie gar wenig. Plaut. Curc. 1, 2, 14 *Quantillum ſitit?* Adde Bacch. 2, 3, 86; & Moſt. 3, 1, 90.

¶ Quantĭtas, *ātis*, f. die gröſſe. Plin. 17, 24 *Laborant* (arbores) *& fame, & craditate, quæ ſunt humoris quantitate.* ¶ 2. ICtis idem eſt ac *modus.* Vlpian. l. 21 § 7 ff. de oper. novi nunciat. *Ad operis quantitatem reſpicitur.* Imp. Anton. l. 4 C. de hæred. vel act. vend. *Qui rondum certus de quantitate hæreditatis, perſuadente emptore, quaſi exiguam quantitatem eam vendidit &c.* wie groß die erbſchafft. ¶ 3. *Quantitas* in proſodia eſt affectio ſyllabæ, quæ fit vel longa vel brevis.

¶ Quantiſper, adverb. quanto tempore vel quamdiu, wie lange; it. quousque, wie weit. Cæcil. ap. Nonium 11, 20 *Velim pauliſper te operiri Quantiſper? non plus triduum.* Pompon. ibid. *Poſſum exorare te, ut recedas a me pauliſper modo? Quantiſper ſat habes?*

¶ Aliquantus, aliquanto, aliquantum, aliquantulus, *um*, aliquantillus, aliquantiſper, vide in *Alius.*

Quapropter, quaqua, vide *Qui, quæ, quod.*

Quare, vide *Res*, Quartus cum derivatis, *Quatuor.*

QVĂSI, adv. ſimilitudinis, gleich als, wie, gleichſam. Plaut. Merc. 1, 2, 92; & 4, 2, 4 *Quaſi nunc eſt*, h. e. *ſicut nunc ſe res habet.* Cic. de Senect. c. 19 *Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, avelluntur: ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.* Ter. Adelph. 4, 7, 21 *Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris.* Et, *Ita nunc times, quaſi nunquam adfueris*, Adelph. 3, 1, 3. Id. Eun. 4, 4, 18 *Quaſi vero paullum intereſſet.* Et ironice Plaut. Epid. 2, 2, 89 *Sic faciundum cenſeo, quaſi tu cupias liberare ſubcinam animi gratia, quaſique ames vehementer tu illam.* ¶ 2. Fere, circiter, præter propter, ohngefehr, faſt. Queinadmodum & Græci ὡσεὶ ſuum uſurpant. Ter. Heaut. 1, 1, 91 *Quaſi ad talenta quindecim coegi*, faſt, oder beynahe in die funffzehen. Plaut. Moſt. 3, 1, 95 *Quaſi XL minas.* Suet. Calig. c. 58 *Nono Calend. Febr. horâ quaſi ſeptimâ.* v. Rittershuſ. ad Gunt. Ligur. 3, 629. ¶ 3. Cic. fam. 1, 9, 21 *Illud non obſcure queruntur, quaſi deſciſcerem a priſtina cauſſa*, h. e. me deſciſcere. ¶ 4. Plin. 8 epiſt. 16 *Permitto ſervis quaſi teſtamenta facere, ut legitima cuſtodio.* Vbi vides, *quaſi teſtamenta* opponi *teſtamentis legitimis.* Nam vera & juſta, ſive legitima facere ſervi jure haud poterant. ¶ 5. Elegans pleonaſmus eſt in illo Plauti Amph. 5, 1, 11 *Æque mœſtum eſſe, ut quaſi dies ſi dicta ſit.* Id. Caſ. prol. v. 45 *Educavit, quaſi ſi eſſet ex ſe nata.* ¶ 6. Spartian. Anto. Geta c. 4 *quaſi joco quaſi ſerio*, halb im ſcherz halb im ernſt.

Quatillaria, quatillus, vide *Qualus*, Quaſſabilis, quaſſatio &c. quatefacio, *Quatio*, Quatantenus, quatenus, *Qui, quæ, quod*, Quater, quaternio &c. *Quatuor.*

QVĂTIO, *quaſſi* (quod tamen non legimus, teſte Chariſio, & Priſciano,) *quaſſum, quatĕre*, violenter commovere, concutere, ſchütteln, rütteln, anſtoſſen, bewegen; ut, *Mœnia ariete quatere*, Liv. 1, 10. *Fundamenta quatere*, erſchüttern, Virg. Æn. 2, 611. *Quatere oppida bello*, Id. Æn. 9, 608, belagern, beſchieſſen. *Terrificis quatit attonitas rumoribus arces*, Sil. Ital. 4, 7. Paſſ. Apul. 3 Met. p. 129 *Quati foves interdum & januæ perſtrepi*, ſcil. cœperunt. *Miles quatietur foras*, id eſt, excludetur, expelletur, ejicietur, Ter. Eun. 2, 3, 66. Et, *Quati ægritudine, quaſi tempeſtate*, Cic. Tuſc. 3, 6. Sic, *Quatere alicui verbera*, id eſt, verberare, einen ſchlagen. Virg. Culic. v. 218 *Et flammas & ſeva quatit mihi verbera pœnæ.* ¶ 2. Apud Liv. 38, 28, veteres codices exhibent: *Duobus igitur locis admoti arietes quatitabant muros*, pro *quatiebant.*

¶ Quatiens, *tis.* Petron. c. 124 *Ingentem quatiens Mavortius haſtam.* conf. Virg. Æn. 10, 762. Idem Æn. 12, 442 *Telum immane manu quatiens.*

¶ Quaſſus, *a, um*, convulſus, non integer, zerrüttet, zerrüttelt; ut, *Quaſſæ rates*, zerbrochene baufällige ſchiffe, Hor. 1 od. 1, 17. conf. 4 od. 8, 32. Et Ovid. in Ibin v. 17 *Quaſſa membra carinæ.* Id. de R. A. 146 *Multo tempore quaſſa mero.* Cant. 7, 7, 20 *Hæc quaſſa adhuc voce dixit*, mit halb gebrochener ſtimme.

¶ Quaſſus, *ūs*, m. ſubſt. der ſtoß, die bewegung. Cic. Tuſc. 2, 21 ex poeta: *Attrectatu, & quaſſu ſævum exſuſcitatis dolorem.*

¶ Quaſſo, *avi, atum, are*, frequent. erſchüttern; ut, *Quaſſare caput*, Plaut. Merc. 3, 4, 15, das haupt ſchütteln. *Me frequens tuſſis quaſſavit*, Catull. 45, 13, der huſten hat mich ganz zerſchellert. Adde Nonium 4, 60.

¶ Quaſſans, *tis.* Petron. c. 97 *Facem funeſtam quaſſans.* Virg. Æn. 6, 587 *Lampada quaſſans.* Ibid. 7, 292 *Quaſſans caput hæc effudit dicta.* Et abſolute Plaut. Amph. 2, 3, 23 *Quaſſanti capite incedit.*

¶ Quaſſatus, *a, um*, gerüttelt, zerſtoſſen, zerſcheitert. Virg. Æn. 1, 551 *Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.* Et, *Respubl. quaſſata*, hoc eſt, afflicta, oppreſſa, die zerrüttete republique, Cic. pro Marcell. c. 8. *Quaſſatum corpus*, id eſt, valetudine affectum, Suet. Aug. c. 81. *Exitiali peſte quaſſati*, Ammian. 19, 4.

¶ Quaſſatio, *ōnis*, f. die rüttelung, ſchüttelung; ut, *Quaſſatio irrita*, Liv. 22, 17. *Quaſſationes cymbalorum*, Arnob. 7 p. 237. Adde Macrob. Sat. 7, 15.

¶ Quaſſatūra, *æ*, f. damnum, quod quatiendo factum. Plin. Valer. 4, 5.

¶ Quaſſabĭlis, *e*, quod quaſſari poteſt, umſtöſslich. Lucan. 6, 22 *Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro.*

¶ Quaſſabundus, *a, um*, anſtoſſend, taumelnd. Macrob. Saturn. 5, 21 *Quaſſabundus & corius.*

¶ Quaſſigĕrulus, *a, um*, i. e. quaſſas agens pennas. Varro: *Nec quaſſigerulas enatas, tremipedes.*

¶ Quatefacio, *ĕre.* Cic. ad Brut. epiſt. 10 *Perrexi tamen, Romamque perveni, nullaque præſidio quatefeci Antonium*, id eſt, labefeci & expuli.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Concŭtio, *concuſſi, concuſſum, concutere*, vehementer commovere, bewegen, erſchüttern, zerſtoſſen. Ter. Eun. 3, 5, 42 *Qui templa cœli ſumma ſonitu concutit.* Sic, *Concutere rempublicam*, Cic. Phil. 2, 42, hoc eſt, perturbare, labefactare, verunruhigen, zerrütten. Iuvenalis 10, 327 *Nec Sthenobea minus quam Creſſa excanduit, & ſe* Con-

Concussere ambæ: id est, erexere se in ultionem. Tractum a pugilibus, qui inituri certamen manus concutiunt. Sen. N. Q. 2, 28 *Manus cave concutiuntur.*

¶ Concutiens, *tis.* Ovid. Met. 2, 49 *Terque quaterque Concutiens illustre caput.* Ibid. v. 276 *Magno tremore Omnia concutiens.* conf. & 12, 79. Et Plin. 18, 35 *Concutientes se corvi.*

¶ Concussus, *a, um*, bewegt, zerstossen, zerschmettert. Sic, *Terra motu concussa*, Livius 3, 10. *Pater casu concussus acerbo*, Virg. Æneid. 5, 700. *Mater mentem concussa*, erschreckt. Hor. 2 sat. 3, 295. *Concussa fides*, i. e. labefactata, Lucan. 1, 182. Compar. Mart. Capella 4, 96 *Pallas aliquanto concussior.*

¶ Concussus, *ûs*, m. subst. vehemens commotio, die bewegung, erschütterung. Plinius 35, 16 *crebro concussu.* Lucret. 6, 546 *Magno concussu.* Quint. 11, 3 p. 1009 *Est aliis concussis* (ita legendum videtur pro *concursus*) *oris, & cum verbis suis colluctatio*, sie zerren den mund.

¶ Concussio, *ōnis*, f. idem. Gloss. Vet. *Concussio*, σεισμὸς, θόρυβος, διασεισμός. Sen. Qu. Nat. 6, 25 *Vasta concussio, quæ duas suppressit urbes.* Plinius 4 epist. 9 *Faces ignem assidua concussione custodiunt.* Celum. 9, 14 *Vasa sine concussione portare.* Adde Pallad. Febr. t. 20; Quint. Decl. 14; & Tertull. ad Scapul. c. 4. ¶ 2. ICtis *Concussio*, crimen est, si aliquid terrore potestatis illicite extorquetur & auferatur, eine unzeziemende abnöthigung, l. 1 & 2 ff. de concuss. & l. 3 & 4 C. de condict. ob turp. caus.

¶ Concussūra, *æ*, f. idem. Tertull. de fuga in persecut. c. 13 pr. *Petenti mihi dabo in caussa eleemosynæ, non in concussura.*

¶ Concussor, *ōris*, m. der einem etwas abdringet. Tertull. de fuga in persecut. c. 12 *Quid dicit ille concussor? Da mihi pecuniam.* Et sequenti c. 13 cum traditore & persecutore conjungit. Et Ambrosius Serm. 66 *Calumniator & concussor.*

¶ Concussibilis, *e*, beweglich, est Tertull. adv. Marc. 1, 25.

¶ Concusso, *are*, frequent. zusammenschlagen. Lucret. 2, 214 *Abrupti nubibus ignes concussant.* Alii *concursant.* Et sic quoque lib. 3, 396.

¶ Inconcussus, *a, um*, imperturbatus, quietus, unbewegt, ruhig. Sen. epist. 67 extr. *In otio inconcusso jacere.* Statius 5 Silv. 1, 142 *Florebant villares inconcussique penates.*

¶ Inconcusse, adv. idem. August. Retractat. 1, 11 *Hoc sane inconcusse retinendum esse, non debito.* Idem epist. 11 ad Fortunatian. *Inconcusse credo.* Et epist. 112 *Inconcusse credendo retinemus.* Et Cassiod. 1 Var. epist. 35 *Natantia inconcusse retinentur.*

¶ Conquassō, *are*, frequent. erschüttern, zerbrechen; ut, *Calicem conquassare*, Cat. R. R. c. 52. *Conquassata est maximis terræ motibus Apulia*, Cic. de Divin. 1, 43. *Conquassatur mens*, Lucret. 3, 600.

¶ Conquassātus, *a, um*, zerrüttet, zerschmettert; ut, *Corpus conquassatum*, Lucret. 3, 442. *Conquassata civitas*, Cicero in Vatin. c. 8. *Exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus*, Idem pro Sext. c. 26. *Provinciæ conquassatæ*, Sulpit. Cic. fam. 4, 5.

¶ Conquassātio, *ōnis*, f. die erschütterung; ut, *Conquassatio valetudinis & perturbatio*, Cic. Tusc. 4, 13.

¶ Decutio, *ssi, ssum, ĕre*, dejicere, abschütteln, abschlagen. Horat. epod. 9, 9 *December silvis honorem decutit*, hoc est, foliis suis arbores exuit. Livius 1, 54 *Decussisse dicitur baculo summa capita papaverum.* Val. Max. 1, 4, 2 *T. Gracchus janua egressus, ita pedem offendit, ut ei digitas decuteretur*, conf. Obseq. c. 86.

¶ Decussus, *a, um*, herunter geschlagen; ut, *Decussa lilia*, Ov. Fast. 2, 707. Propert. 3, 12, 27 *Decussa Cydonia ramo.* Livius 33, 17 *Muri ariete decussi.*

¶ Decussus, *ûs*, m. subst. das herunterschlagen, abstossen; ut, *Dens facilis decussu*, Plin. 11, 37.

¶ Decussio, *ōnis*, idem. Tertullian. 2 de Cultu fœm. c. 9 pr. *Decussio redundantioris nitoris.*

¶ Discutio, *ssi, ssum, ĕre*, in partes divisas concutere, zerschlagen, von einander treiben; ut, *Discutere murum lateritium*, Cæs. B. Civ. 2, 9. *Arietibus aliquantum muri discutere*, Liv. 21. 12. ¶ 2. Pro *removere*, metaphorice Plin. 23, 1 *Discutere fastidium*; & *Tristitiam*, Id. 2, 6, pro auferre, vertreiben, benehmen. *Febrem & febris horrorem discutere*, Cels. 3, 15. *Discussa est illa caligo*, id est, diluxit, patet &c. Cicero Phil. 12, 2. Sic, *Discutere periculum & comprimere consilio*, abwenden, Id. pro Mur. c. 39. Drakenb. ad Sil. 7, 153, ad Liv. 2, 52. Adde Burm. ad Quint. decl. 17, 6 p. 337.

¶ Discussus, *a, um*, von einander getrieben, zertheilet, aus einander gesetzt; ut, *Discussæ umbræ*, Virgil. Æneid. 12, 669. *Discussa nox*, Lucan 5, 700. *Æther purgatus discussis nubibus*, Silius 12, 638. *Discussit plebe*, Stat 5 Silv. 3, 282. *Discussæ febres*, Cels. 2, 17.

¶ Discusse, adverb. eigentlich, genau. Compar. Mart. Capella 8 p. 302 *Explorare discussius.*

¶ Discussio, *ōnis*, f. examinatio, die untersuchung; ut, *Discussio pecuniæ*, L. 14 Cod. Theod. de Iure fisci, geld-rechnung. Et L. un. Cod. de ratiocin. Operum, *Discussio vel ratiocinium.* Augustin. epist. 44 sub fin. *Quære aliquid nostra discussione dignum.* Iuvenc. de edicto Augusti Cæsaris: *Novi capitum discussio consulis.* Adde Firmic. 3, 2; Sidon. 2 epist. 2; Macrob. sat. 1, 16. ¶ 2. Idem ac *quassatio*, erschütterung. Sen. Qu. Nat. 6, 19 *In dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat.*

¶ Discussor, *ōris*, m. qui rationes tractatas ab aliis cognoscit atque disceptat, der die rechnung eines andern untersuchet, revisor. Ita hac voce usi Imperatores in Codice 10 tit. 3 de *Discussoribus.* Item Cassiod. 4 epist. 38; & 9 epist. 10; Symmach. 2 ep. 76; & 10 ep. 54. Vet. Gloss. λογισάτης, *ratiocinator, discussor, disputator.* Discussum enim dicitur, quod est examinatum aut judicatum. ¶ 2. Ad alias quasvis examinationes transfertur, Macrob. Somn. Sc. 1, 21 *Diligens rerum discussor inveniet, quod requirat.* Ennod. 4 ep. 13 *Novit Deus, discussor sensuum*, der die gedanken erforschet. Claud. Mamertus, de Statu An. 1, 1 extr. *Quis scit cogitata sua, si discussor absit, adgravare, si adsit, operire.*

¶ Discussōrius, *a, um*, zertreibend; ut, *Cinis cochlearum cæræ mistas discussorium vim habet*, es zertheilet, zertreibet, Plin. 30, 8.

¶ Indiscussus, *a, um*, non examinatus, unerörtert. Claud. Mamertus de Statu Anim. 3, 11 *Illud indiscussum restat.* Gloss. gr. lat. ἀλογοθέτητον, *indiscussum.* Modest. l. 1 ff. de Confirm. tutore; *Ut ne relinquamus indiscussum.*

¶ Indiscussibilis, *e*, unbeweglich; ut, *Indiscussibilis autoritas*, Claud. Mamert. 2, 12.

¶ Excutio, *ssi, ssum, ĕre*, ausschlagen, herausschlagen; ut, *Ignem excutere*, Plinius 16, 40. *Excutere e manibus aliquid*, Pers. sat. 3, 101. Et, *Excutere de manibus studia*, Cicero pro Mur. c. 14. Ita Ter. Heaut. 1, 1, 115 *Lacrymas excussit mihi*, er hat mir thränen ausgepresset. Sen. epist. 9 *Oculum casus excussit.* Idem epist. 7 *Excutere alicui mentem. Excutere jugum*, est detrectare obedientiam, Plinius Paneg. c. 11, das joch abwerfen. Et Cicero Off. 3, 20 *Explica atque excute intelligentiam tuam. Explicare & excutere verbum aliquod*, Cicero in Partit. c. 36 Metaphora ab his sumta, quorum vestes excutiuntur, si quid lateat. Quint. 1, 5 *Excutere omne scriptorum genus.* Idem 7, 8 *Excusserunt ibi patrem, & annum in sinu ejus invenerunt.* vid. Burmann. p. 587. Et, *Excutere aliquem*, id est, explorare, Plaut. Aul. 4, 4, 18. Sic, *Excutere cubilibus feras*, Plinius Paneg. c. 81. Sed Grat. Cyneg. 169 *Quicunque domi sibi crimina fecit Excutiet silva magnus pugnator adepta*, de cane qui ferociam domesticam ponat forti venatu.

¶ Excussus, *a, um*, ausgeschüttelt, heraus getrieben; item, untersucht, geprüft. Cicero de Ar. Resp. c. 18 *Te judices emiserunt excussum & exhaustum*, i. e. nudum & vacuum, leer, nacket und bloß; Metaphora ab eis, qui in latrones inciderunt. Idem pro Sulla c. 16 *Nolī aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari.* Ovid. Trist. 1, 1, 78 *Aqua excussa dentibus lupi*, aus den zähnen gerückt. Sic, *Somno excussus*, erwacht, Idem Fast. 1, 547. *Excussus curru*, umgeworfen, Virgil. Æneid. 10, 590. *Patria excussus*, vertrieben. Idem Æneid 7, 299; &, *Excussus pectore*, verachtet, Æneid 5, 6 9. *Diligenter excussis, ne quid cibi inferret*, befühlet, ausgesucht, Val. Max. 5, 4, 7, & Plinius 7, 36. *Excusso lacerto vibrare, rotare, torquere*, mit ausgeschlagenen, ausgestreckten arm, Ovidius Heroid. 4, 43; Stat. Theb. 10, 740; & Sen. de Benef. 2, 6. *Os hominis palma excussissima pulsat*, er giebt ihm derbe maulschellen, Petron. c. 95.

¶ Excusse, adverb. Sen. de Benef. 2, 17 *Si cum tirone & indocto negotium est, non tam rapide, nec tam excusse, sed languidius: & remisse occurremus*, de pila vehementer missa.

¶ Excussus, *ûs*, m. subst. die ausschüttelung, ausklopffung. Prudent. 5 Peristeph. v. 226 *Scintillat excussus salis.*

¶ Excussio, *ōnis*, f. idem. Gloss. Vet. *Excussio*, ἐκτιναγμός. ICtis *excussio* est diligens inquisitio, die untersuchung.

¶ Excussor, *ōris*, m. der untersucht.

¶ Excussorius, *a, um*, ad excutiendum aptus, ut, *Cribrum excussorium*, ein durchschlag. Plin. 18, 11.

¶ Excusso, *are*, frequent. heraus zwingen. Tertull. de Virgin. veland. c. 7 *Virginum flos etiam humanam libidinem excussat.* Hinc

¶ Excussātus, *a, um*, pro *Excussus*; ut, *Tutores excussati*, Paul. l. 46 § 6 ff. de admin. tut. Sed Gothofr. *excusati.*

¶ Excutia, *æ*, f. vel excutium, *i*, n. eine fehrbürste. Plaut. Curc 4, 4, 22 *Mea excutia tirtuanque exterjum.* Ita Lambinus legit & interpretatur parvas scopas, quibus excutitur pulvis e vestibus: Alii aliter.

¶ Inexcussus, *a, um*, unbefühlt, unausgesucht. Scævol. l. 23 § 2 ff. de pecul. leg. *Servos eos ipsos inexcussos esse volo.*

¶ Incutio, *ssi, ssum, ĕre*, injicere, hinein treiben, schlagen; ut, *Incutere metum*, Liv. 2, 18; *terrorem*, Idem 3, 4; *pavorem*, 27, 42; *timorem*, Cicero de Orat. 2, 51, furcht und schrecken einjagen. *Pudorem alicui incutere*, einen beschämen, Horat. 1 epist. 18, 77 *Religionem animo alicujus incutere*, einem ein gewissen machen, Livius 22, 42. *Incutere scipionem in caput alterius*, Idem 5, 41, auf den kopf schlagen. Iuvenal. 9, 5 *Nos colaphum incutimus servo*, wir geben ihm eine ohrfeige. Virgilius Æneid. 1, 69 *Incute vim ventis &c.* gieb den winden kraft.

¶ Incussus, *a, um*, geschlagen. Plinius 22, 14 *Medetur contusis, incussisque.* Tac. Hist. 4, 30, 1 *Incussa tramos perfregere*, it. erreat; Vellej. 2. 126, 2 *Recte faciendi omnibus aut incussa voluntas, aut imposita necessitas.*

¶ Incussus, *ûs*, m. subst. die anschmeissung, schlagung. Tac. Hist. 4, 23, 4 *Armorum incussu præcipitati.* Prudent. Cathemer. hym. 5, 7 *Incussu silicis lumina nos tamen Monstras saxigeno semine quærere.*

¶ Incussio, *ōnis*, f. idem, ICt. in Dig.

¶ Incussor, *ōris*, m. qui verbera & plagas incutit, der zuschlägt. Paulinus Petrocorius lib 5 de Vita Martini v. 285 *Incussor laceri quatiebat corporis artus*; hoc est, tortor, ungularum incussione lacerans. vid. Barthium ibi.

¶ Inquassātus, *a, um*, ungerüttelt, unzerschmettert. Gloss. lat. gr. ἀθαύσος, *inquassatus.*

¶ Intercussus, *ûs*, m. subst. die darzwischendringung. Sen. N. Qu. 3, 27 *Intercussu luminis.*

¶ Percutio, *ssi, ssum, ĕre*, ferire, schlagen, zerschlagen; ut, *Manu, lapide, gladio aliquem percutere*: Macrob. Sat. 1, 6 de Tarquinio Prisco: *Filium suum, annos quatuordecim natum, quod ad hostem manus percusserat, & pro concione laudavit, & bullâ aureâ prætextaque donavit*: Vbi *percutere* est, tödten, erschlagen. Sic, *Securi filium percutere*,

enthäupten, Cic. de Fin. 1, 7. Etiam absolute absque casu instrumenti significationem habet interficiendi, occidendi, quod & Rubenius in Electis 2, 19 notavit. Suet. Calig. c. 3 *Hostem cominus sæpe percussit.* Hinc *Percussor*, de quo postea. Sic, *Se percutere*, Livii epit. 114, pro sibi manus inferre, sich entleiben. *Fossam percutere*, einen graben machen, Fronsin. strat. 3, 17, 5. conf. Burm. ad Quint. decl. 3, 16 p. 72. Plin. 11, 37 f. 31 *Cum apri percutiant, sues mordent.* Hinc, credo, venatores nostri aprum adultum vocant einen hauer. ¶ 2. Metaphora est in his: *Res illa animum percutit*, Cic. Att. 4, 8, es giebt mir einen stoß ans herz. Cic. Tusc. 5, 11 *Quodcunque nostros* (Academicorum) *animos probabilitate percussit, id dicimus.* Lucret. 1, 921 *Percussit thyrso laudis spes magna meum cor*; ubi ad Bacchicos furores respicitur v. *thyrsus.* Cic. fam. 9, 25 *Repente percussus est atrocissimis litteris.* Add. Ter. And. 1, 1, 98. Et, *Percutere fœdus cum aliquo*, Hirt. B. Alex. c. 44. vid. supra *Fœdus.* Quomodo *percutere* & *percellere* differant vid. in *percello* n. 3. ¶ 3 Plauto etiam decipere, fallere significat, ut etiam verbum *tangere*, in Pseud. 2, 2, 9. conf. supra *Palpus* in *Palpo.* Ipse etiam Cic. Flacco c. 20 pr. *Hic cornici oculum, ut dicitur; nam Hermippum hominem eruditum, civem suum, percussit*, hat ihn geschnellt.

¶ Percutiens, *tis.* Ovid. Met. 11, 620 *Percutiens pectora.* Ibid. v. 732 *Percutiens æra pennis*, fliegend.

¶ Percussus, *a, um*, geschlagen, getroffen, gerührt. Cic. Catil. 3, 8 *Turres de cœlo percussæ.* Ovid. ad Liviam v. 11 *Percussus fulminis ictu.* Id. Trist. 4, 2, 5 *Collum percussa securi victima.* Virg. Æn. 7, 190 *Percussus virgâ.* Id. ecl. 5, 83 *Percussa fluctu littora.* Val. Flacc. 7, 475 *Extremo percussa dolore*, die sehr betrübt ist. Sen. Qu. N. 2, 22 *Ignis excitatur ex lapide percusso.* Cic. Att. 619 p. 634 *Percussus vehementer*, id est, perturbatus. ¶ 2. Sæpe ab affini voce hanc extrusam, notat Burmannus ad Petron. c. 111 p. 316. Sic, *Percussus* & *perculsus* sæpe permutantur, ubi vid.

¶ Percussa, *æ*, f. subst. der schlag. Cæl. Aurel. Acut. præf. n. 18 *Cum fiunt plagæ sive percussæ.* vid. Barth. Adversar. 41, 18.

¶ Percussus, *ûs*, m. subst. ictus, der schlag, die schlagung, zerschmeissung. Vitruv. 9, 9 *Terruntur percussa aquæ.* Sen. Qu. Nat. 2, 6 *Vox linguæ formata percussu.* Plin. 7, 51 *Venarum inæquabili percussu*, bey ungleichem puls. conf. Id. 28, 11 & 17; & 31, 3; & Apul. de Herb. c. 31 n. 5.

¶ Percussio, *ōnis*, f. idem; ut, *Capitis percussiones*, Cic. Tusc. 3, 26. Et, *Digitorum percussio*, ein schnurren, Id. Off. 3, 19. ¶ 2. *Percussio* est dimensio artis musicæ, der tact. Cic. in Orat. c. 58 *Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi.* conf. de Orat. 3, 47 & 48; Quintil. 9, 4.

¶ Percussūra, *æ*, f. idem. Apul. de Herb. c. 31 n. 6 *Percussura ferro vel fuste facta*, eine verwundung. conf. Veget. 2, 20; & Vulg. Interpr. Levit. c. 12. 54.

¶ Percussor, *ōris*, m. homicida conductus, ein todtschläger, mörder, bandit. Cic. Phil. 2, 29 *Deprehensus est cum sica percussor Cæsaris.* Suet. Ner. c. 48 *Spicillum Mirmillonem, vel quemlibet alium percussorem, cujus manu periret, quæsiit.*

¶ Percussibilis, *e*, durchdringend. Cæl. Aurel. Tard. 4, 8 *Percussibilis pulsus.* Id 1, 4 *Odores percussibiles.* conf. Reines. Var. Lect. p. 650.

¶ Percussiōnālis, *e*, quod percutitur, das geschlagen wird. Sic, *Instrumentum musicorum percussionale*, quod percussum reddit cum suavitate tinnitum, ein hackebret, & *Percussionalia acetabula*, ein klingspiel, apud Cassiodor. de Musica. Gr. κρουτικὰ ἐργανα.

¶ Dispercutio, *ere*, zerschmettern. Plaut. Cas. 5, 5, 19 *Iam tibi istuc cerebrum dispercutiam.*

¶ Impercussus, *a, um*, unangestossen, unanstößig; ut, *Impercussus movere pedes*, nirgends anstossen, Ovid. Amor. 3, 1, 52.

¶ Repercūtio, *ssi, ssum, ere*, percutientem ferire, zurück schlagen, zurück treiben. Plin. 4 epist. 30 *Est aliquid, quod hujus fontis excursum per momenta repercutiat.* Quint. 6, 3 *Aliena* (dicta) *aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus, aut repercutimus, aut eludimus:* Ubi *repercutere* est, invertere, umkehren. Sen. epist. 118 *Multa aciem nostram splendore nimio repercutiunt*, i. e. perstringunt, blendet uns. Plin. 28, 8 *Repercutere fascinationes*, i. e. discutere, antreiben.

¶ Repercussus, *a, um*, zurückgeschlagen, wiederprallend. Virg. Æn. 8, 23 *Lumen sole repercussum*, der wiederschein. Ovid. Met. 3, 434 *Repercussæ imaginis umbra*, der schatten. Id. Met. 2, 110 *Gemmæ Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.* Id. Met. 4, 782 *Aere repercusso*, i. e. repercutiente. Liv. 21, 33 *Valles clamoribus repercussæ*, wiederschallend. Val. Max. 1, 9 extr. 11 *Altero latere repercussum contrarius fluctus in navem retulit.*

¶ Repercussus, *ûs*, m. subst. das rückprallen; ut, *Repercussus maris*, Plin. 10 epist. 69. Et Tac. Germ. 3, 2 *Objectis ad nos scutis, quo plenior & gravior vox repercussu intumescat.* Sic, *Repercussus ventorum*, Plin. 5, 9. *Repercussus solis*, der wiederschein, Id. 5, 5; & *Repercussus colorum*, Id. 37, 2.

¶ Repercussio, *ōnis*, f. idem. Sen. Quæst. N. 7, 19 *Per repercussionem vicinorum si locum.* Ulp. Dig. 8 t. 2 l. 17 § 2 *Si forte κατ' ἀντανάκλασιν, id est per refractionem, seu repercussionem, lumen in ædes deferatur.*

¶ Repercussibilis, *e*, wiederprallicht; ut, *Repercussibilis usus*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 1. *Repercussibilis sphæra*, Ibid. 3, 6.

¶ Intepercussus, *a, um*, unabgelehnt, unwiderlegt. Tertull. Apol. c. 16 extr. *Ne quid rumoris irrepercussum, quasi de conscientia, præterissemus.* Ita Rigaltius legit: quidam *impercussum.* Sensus utriusque *irrefutatum.*

¶ Præcutio, *ssi, ssum, ere*, i. e. *antepercutere*, uti idem exprimit Propert. 3, 14, 16, vorn rütteln. Ovid. Met. 4, 758 *Tædas Hymenæus Amorque Præcutiunt.*

¶ Præcussus, *a, um*, angeschmissen, gerüttelt. Apul. Met. 3 p. 141 *Largo strepitu præcussis januis.*

¶ Recūtio, *ssi, ssum, ere*, est retro quatere, zurück treiben. Augustinus Confess. 8, 11 *Incutiebat horrorem, sed non recutiebat retro, nec avertebat.*

¶ Recussus, *a, um*, zurück getrieben; ut, *Penitus recussum æquor*, Val. Flacc. 5, 166. *Recussus somno*, Apul. Met. 5 p. 170, i. e. excitatus, aus dem schlaf verstört. Virg. quoque Æn. 2, 53 *Uteroque recusso Insonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ*; pro *concusso*, quemadmodum Servius exponit.

¶ Recussus, *ûs*, m. subst. das zurückprallen. Plin. 8, 53 *Recussu pernicius quo libuerit exultant.*

¶ Recussābilis, *e*, beweglich. Cæl. Aurel. Tard. 3, 6 *Recussabilis sphæra.*

¶ Succūtio, *ssi, ssum, ere*, quasi subtus quatere, erschüttern, schockeln. Onomast. Vet. *Succutio, ὑποσείω.* Gloss. *Succutit, ἀνασκιλεύει.* Ovid. Met. 2, 167 *Succutiturque alte, similisque est currus inani.* Sen. Nat. Qu. 5, 1 *Scito mare non stare, sed succuti leniter.* Ibid. 6, 21 *Nec succutiuntur tunc omnia, nec inclinantur.*

¶ Succussus, *a, um*, erschüttert. Val. Max. 6, 9 ext. 5 *Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi tristitiæ salebra succussum.*

¶ Succussus, *ûs*, m. subst. die erschütterung, harte bewegung. Cic. Tusc. 2, 21 *Pedetentim ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor.* Adde Apul. Met. 3 p. 379; & Tertull. de Anima c. 49.

¶ Succussio, *ōnis*, f. idem. Seneca Qu. Nat. 6, 21 *Succussio est, cum terra quatitur, & sursum ac deorsum movetur.*

¶ Succussor, *ōris*, m. qui succutit. Sic, *Equus succussor*, qui *gradario* opponitur, ein springer. Nonius 1, 55 in *Succussare*, ex Lucilio: *Campanus sonipes succussor nullus sequetur.*

¶ Succusso, *succussāre*, quod Nonio l. c. *sursum frequenter excutere* est, schütteln. Accius ibidem: *Agite, ac, vulnus ne succusset gressus, caute ingredimini.*

¶ Succusātor, *ōris*, m. idem qui *succussor*, nempe qui insidentem succussat, so harte trabet. Rursus Lucilius apud Nonium c. l. *Succussatoris tardi rarique caballi.*

¶ Succussātūra, *æ*, f. das gerüttel. Idem Nonius 1, 60 in *Gradarius* hoc verbo usus est: *Gradarius*, inquit, *est molli gradu & sine succussatura nitens*, das trollen der pferde, der harte trab.

¶ Superquātio, *ere*, aufrütteln, Avienus Phænom. Arat. v. 1207 *Superquatit ira furorque.*

Quatriduanus, quatriduum, vide *Dies.*

QVATVOR, numerale indeclinabile, vier; ut, *Quatuor ara*, Virg. ecl. 3, 65. ¶ 2. Quanta prima sit, res dubia & controversa est. Barthius Adversar. 23, 14; & 28, 16 brevem pronunciat ex eo, quia *quater* primam corripit. Deinde, quia Ennius & Ausonius primam corripuere. Ennii illud est apud Cic. Divinat. 1, 48 *Cedunt ter quatuor de cœlo corpora sancta.* Ausonius Ludo Septem Sapientum in Cleobulo ita scribit: *Gradibus propinquis in quatuordecim sedes.* Sed neutrum satis firmum est. Ad illud enim, quod *quater* primam corripit; ex eo non sequitur, primam perinde in *Quatuor*, unde est, corripiendam. Plura enim exempla dari possunt eorum, quæ quoad quantitatem ab origine sua recedunt; ut, *Quăsillus* a *Quălus*; *Pŭsillus* a *Pūsus*; *Lŭcerna* a *Lūce* seu *Lūceo &c.* Iam in Ennii & Ausonii locis potest esse συνίζησις, quæ tres in duas syllabas contrahat, & spondeum faciat: quod non adeo infrequenter fieri apud poetas consuevit. Sane contra opinionem Barthii stant poëtarum veterum auctoritates, ex quibus certum & indubitatum exemplum correptionis haud ullum temere afferri potest. Quo fit, ut neque τὸ t, geminatum fuisse, produci ut posset, quod idem existimat, putaverim. Nam si revera esset brevis, procul etiam dubio ejusmodi evidentia reperirentur exempla, ut plura exstarent Ennianæ συνιζήσεως exempla. Virgilius, norma poëtarum, vicies usus hac voce, semperque produxit, & dactylum semper ex ea constituit. Nec aliter juniores poëtæ, etiam christiani, faciendum sibi putarunt. Avienus Periegen ipsi Barthio laudatur: *Quatuor infuso cato sole torga dehiscunt.* Iuvencus 3, 218 *Quatuor ex omni fuerant tum millia plebe.* Sedulius de Evangeliis loquens 1, 343 *Quatuor hi proceres unâ tè voce canentes, Tempora ceu totidem latum sparguntur in orbem.* Idem 3, 266 *Saturavit quatuor illic Millia vescentum.* Potius itaque fuerit, nec geminare t, in prima, & illam productam statuere, quod Vossio visum de Arte Grammat. 2, 17. ¶ 3. De vi numeri quaternarii, seu tetracty Pythagorica, infinita prope a veteribus ac recentioribus produntur. vid. quos laudat Selden. de DIS Syris 2, 2 p. 209 sq. Add. etiam quæ dicemus in *Quater, Quaterni, Quaternarius.*

¶ Quatuordĕcim, quatuordecies, vide *Decem.*

¶ Quatuorvīri, quatuorviratus, vide in *Vir.*

¶ Quartus, *a, um*, proximus a tertio, der vierte; ut, *Quartus pater*, i. e. abavus, Virg. Æn. 10, 619. *Quarta hora*, vier uhr, Id. Georg. 3, 327. *Quarta vigilia*, Cæs. B. Gall. 1, 21 &c. ¶ 2. *Quartus decimus*, der vierzehende; ut, *Quarta decima luna*, Plin. 2, 59. *Quarta decima legio*, Tac. An. 1, 70, 1 &c. *Dies quartus decimus*, Cels. 3, 4.

¶ Quarta, *æ*, f. substantive ICtis multiplex est, & quadrantem ejus assis, de quo agitur, sive quartam aliquam partem significat, ein viertel, ein viertes theil; ut, *Quarta agnatorum, quarta arrogati, quarta curiæ &c.* vid. Horomannus de Verb. Signif.

¶ Quartum, adverb. zum vierten mal; ut, *Quartum lectus* vel *creatus est consul:* Liv. 3, 66 *T. Quintius Capitolinus quartum, & Agrippa Furius COSS. facti.* Ab hoc secundum Varronem differt alterum adverbium

¶ Quarto, zum vierten, quippe quod ad locum atque ordinem: illud (*Quartum*) autem ad tempus refertur. Verba Varronis apud Gellium 10, 1 sunt: *Aliud est quarto prætorem fieri, & quartum; quod Quarto locum adsignificat, ac tres ante factos: Quartum tempus adsignificat,*

ficat, & ter ante factum. Nec vero id anxie obſervant ſcriptores, ſed Gellius ibidem ex Q. Claudio profert; *Marium creatum ſeptimo conſulem fuiſſe.* Idem c. l. ex Tironis liberti quadam epiſtola enarrat, dubiam horum vocabulorum controverſiam adeo fuiſſe, ut Pompejo, propter diſſentientium opiniones hæſitanti, Cicero ſuaderet, *ut neque* TERTIVM *neque* TERTIO COS. *ſcriberetur, ſed ad ſecundum usque T fierent litteræ* TERT. *ut verbo non præſcripto res quidem demonſtraretur, ſed dictio tamen ambigua verbi lateret.*

¶ Quartānus, *a, um*, aus der vierdten claſſe; ut, *Quartani milites*, i. e. quartæ legionis, Tac. Hiſt. 4, 37, 3. *Febris quartana*, quarto die recurrens, Plin. 7, 50. vide *Febris.*

¶ Quartana, *æ*, f. ſubſt. das viertägige fieber. Abſolute dixit Cic. ad Att. 7 ep. 2 pr. *Quartanam deceſſiſſe.* Et Horat. 2 ſat. 3, 29 *Frigidam quartanam* vocat, das viertägige fieber. Eam laudavit Phavorinus apud Gell. 17, 12. Atque in argumento non plane παραδόξῳ fortean verſatus eſt, ſiquidem ab illa non itidem vitæ periculum immineat, atque ab alia febri, quique ab ea convaleſcunt, conſtantiori poſtea fruuntur valetudine, quin etiam ea, depaſcendo noxios humores, plerosque liberat a morbis, quorum curatio pæne in deſperatis habebatur, &c. Vti Oct. Horatianus refert, *Quartanas Saturni filias affirmavit antiquitas.*

¶ Quartanārius, *a, um*, in quatuor partes diviſus, geviertelt; ut, *Quartanaria tabula*, Pallad. Ianuar. tit. 11. Sed MSS. *quaternaria.*

¶ Quartārius, *i*, m. quarta congii pars, ein viertheil, quartiergen; ut, *Quartarius ſulphuris*, Cato R. R. c. 95. *Quartarius mellis*, Colum. 12, 5 *Scilicet farris & quartarios vini contulerunt*, Liv. 5, 47. ¶ 2. *Quartarios appellabant antiqui mulones mercenarios, quod quartam partem quæſtus capiebant:* Feſtus.

¶ Quartātō, adv. quarta vice, zum vierten mahl. vide *Tertiato* in *Tres* ex Servio.

¶ Quartadecimāni, vide ſupra *Decem.*

¶ Quater, adverb. viermahl. Virg. Æn. 1, 94 *O terque quaterque beati!* Vbi Servius *Quater, ſæpius*, interpretatur. Et Georg. 2, 399 *Terque quaterque ſolum ſcindendum.* In talibus autem quaternarium myſtici aliquid habere, ac felicitatis indicem eſſe in ominibus, locis poëtarum oſtendit Brouckh. ad Tibull. 1, 11, 63. Sic, *Quater decies*, viertzig mahl, Cic. Verr. 1, 39 *Quaterdeni*, je viertzig, Ovid. Met. 7, 293. *Quater & quadragies*, vier und viertzig mahl, Plin. 7, 27. *Quater centies*, vierhundert mahl, Vitruv. 10, 14.

¶ Quaterni, *æ, a*, je vier, diſtributivum eſt, quod pro cardinali ſæpe uſurpatur: ut apud Plin. 8, 36 *Quaternis diebus latent.* Cic. pro Font. c. 5 *Quaternos denarios exegiſſe.* Nep. 25, 18, 6 *Quaterni verſus.* Virg. Æneid. 10, 202 *Populi quaterni.* Hoc *numero ſumma omnia niti ac gaudere*, Eumenius dicit Paneg. Conſtantii c. 4. Pythagoræi *æternæ naturæ fontem radicemque* ſtatuebant. v. Iamblich. de vita Pythagoræ c. 38 p. 138.

¶ Quaternārius, *a, um*, viermal, geviert; ut, *Numerus quaternarius*, Plin. 28, 6, qui Mercurio ſacer fuit, ut Plutarchus auctor eſt lib. 9 Sympoſiac. quæſt. Et, *Quaternarii ſcrobes*, Colum. 11, 2.

¶ Quaternio, *ōnis*, m. apud Scholiaſten Priſciani ad lib. 5 *Quaternio dux quatuor virorum.* Sed græca vox τετραδίον Act. c. 12, 4, quam Vulg. Interpres *Quaternionem* vertit, ſignat numerum quatuor militum. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 40. Et adde Mart. Capell. 7 p. 255 & 268. ¶ 2. *Quaternio* vulgo, ein quaternj, h. e. quatuor chartæ, ſive folium in quatuor minora complicatum.

¶ Quaternĭtas, *ātis*, f. die vierfältigkeit, apud Pompon. Lætum, ſic dicta uti *Trinitas.*

¶ Quăterno, *are*, i. e. quaternos jungere; unde *Conquaterno* infra.

¶ Quaternatio, *onis*, f. Vet. Interpr. Irenæi 1, 1.

¶ Quatriduum, quatriduanus, vide ſupra *Dies.*

¶ Quatrini, *æ, a*, vierfältig. Varro L. L. 7, 30 *Vt eſt ab uno uni, a tribus trini, a quatuor quatrini, ſic &c.* Sed *Quadrini* v. paullo poſt.

¶ Quadrus, *a, um*, quadratus, quadrangulus, geviert, viereckigt; ut, *Quadra poſſeſſio*, Vet. Auct. de Limit. in Cœſii Agraria p. 281. *Terminos quadros curſorios poſuimus*, Cajus & Theod. ibid. p. 253. Pro quo

¶ Quădruus, *a, um*, idem. apud Auſon. Idyll. 14, 5 *Errabam riguis per quadrua compita in hortis.* Prudent. Pſych. v. 843 *Quadrua vis animat trimis ingreſſibus aram.*

¶ Quădra, *æ*, f. ſubſt. orbis, ein teller, ſic dicta a forma quadrata. Virg. Æn. 7, 1, 5. Iuvenal. ſat. 5 princ. *Vt bona ſumma putes aliena vivere quadrâ*, i. e. agere vitam paraſiticam, ſchmarutzen. vid. Scalig. in Moretum. ¶ 2. Apud Horat. 1 epiſt. 17, 49 *quadras*, panes quadratos Cruquius & Torrentius interpretantur, quos vide. *Quadra caſei*, Martial. 12 epigr. 32. *Sectæ quadra placenta*, ein viereckſtück. Id. 3 epigr. 77. Adde 6, 75; 9, 91.

¶ Quadrŭla, *æ*, f. diminut. Solinus c. 50 de gemma: *Nunc bracteārum, nunc pulveris habet quadrulas.*

¶ Quadrum, *i*, n. ſubſt. quadrangulare, das gevierte, viereck. Sic, *Perticæ dolantur in quadrum*, Colum. 5, 3. *In quadro jacere*, Auct. de Limit. in Gœſii Agrar. p. 282. Virgil. Ioſ. *Per quadra & compita in hortis errabam riguis. Sententias in quadrum redigere*, Cicero in Orat. c. 61 & 70, i. e. numeris vincire & certo ambitu determinare, ins geſchicke bringen.

¶ Quădro, *avi, atum, are*, in quadrum redigere, viereckt machen. Sic, Col. 11, 2, 13 *abies, populus, ad unguem quadrantur.* ¶ 2. Metaph. Horat. 1 epiſt. 6, 35 *Et quæ pars quadret acervum*, id eſt, conſummet, & undiquaque perficiat. Poteſt hic ad quatuor millia talentorum reſpici, de quibus ſermo eſt, q. d. quæ pars quadruplicem faciat numerum, quem initio habueras. Sic, *Quadrandæ orationis induſtria*, Cicero in Orat. c. 58. ¶ 3. Aliquando abſolutum eſt, & ex omni parte convenire ſignificat, überein treffen, ſich fügen, reimen, ſchicken. Cicero de Orat. 3, 44 *Conjunctionem verborum, ſicuti verſum numeroſe cadere, & quadrare, & perfici volumus.* Idem pro Cælio c. 29 *Niſi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtum quadrare apte viderentur.* Petron. c. 39 *Cancer & hoc & illoc quadrat*, ſcil. in mare & terram. Hæc quidem hujus verbi ſignificatio ex eo videtur petenda, quod quadrati lapides omnium commodiſſime componuntur, neque commiſſuræ magna veſtigia, aut interſtitia adeo, relinquunt. vid. *quadratus* n. 3, *quadrator* & *quadratarius.*

¶ Quădrans, *tis*, m. ſubſt. quarta cujusque rei pars, ein viertel; ut, *Quadrans pedis*, Gellius 3, 10. *Quadrans operæ*, Colum. 2, 4, i. e. quarta pars. ¶ 2. *Quadrans*, genus nummi, quarta pars aſſis, (nummulus enim fuit) vide *As.* Vulgo pro pretio contemtæ parvitatis accipitur; ut apud Germanos, ein ſcherff, ein heller. Plinius 33, 3 *Quadrans antea triuncis vocatus a tribus unciis.* B. Hieron. in Matthæi c. 5, 26 QVADRANS *genus nummi, qui habet duo minuta. Vnde & in alio Evangelio mulier illa pauper & vidua dicitur miſiſſe* QVADRANTEM *in corbona, & alibi* DVO MINVTA. *Non quod diſſonent Evangelia: ſed quod unus quadrans tres minutos nummos habeat.* Videntur autem *quadrantes* nummi plumbei fuiſſe. Nam quos Martialis 3 epigr. 7 *centum quadrantes* vocat, atque in iis anteambulonum mercedem conſtituit: hos lib. 10 epigr. 74, cum eadem de re loqueretur, *centum plumbeos* dixit. Et plumbeis nummis Romanos uſos, præter alia docent ipſi aliquando eruti nummi tales, quos apud Pignorium de Servis p. 129 licebit videre. *Quadrantem* ſolviſſe videntur ingredientes balneum: Vnde Horat. 1 ſat. 3, 137 *Quadrante lavatum rex ibis.* conf. Iuvenal. ſat. 6, 447. De homine extremarum ſordium Petron. c. 43 *Paratus fuit quadrantem de ſtercore mordicus tollere.* ¶ 3. *Quadrans*, genus ponderis, ein viertel-pfund. Plinius 38, 9 *Decoquitur quadrantis pondere.* ¶ 4. *Quadrans* item in re aſtronomica quartam partem ſigniferi circuli, h. e. tria ſigna ſignificat. Vnde Aſtronomis

¶ Quadrantālis, *e*, gevierteit; ut, *Quadrantalis adſpectus*, qui *quadratus* etiam appellatur, fit per trium ſignorum interſtitium, & gradus nonaginta. Sic *trientalis adſpectus* eſt, qui fit in tertia parte ſigniferi, (h. e. in quatuor ſignis), quæ conſtat centum & viginti gradibus. Plinius *triquetrum* vocat. Et *ſextans* fit in ſexta parte ſigniferi, h. e. ſexaginta gradibus & ſignis duobus, ob id *ſexagenarius* dictus. vide Budæum de aſſe lib. 1 p. 30. ¶ 2. Sed alii quoque præter Aſtronomos, *Quadrantalis* vocabulo utuntur: Ita Plinio 13, 15 *Quadrantalis craſſitudo* eſt pedis quartæ partis, a quadrante pedis appellata.

¶ Quădrantal, *ālis*, n. ſubſt. amphora græce, octo & quadraginta capit ſextarios. Plaut. Curc. 1, 2, 14 *Modica eſt, capit quadrantal*, ſechs ſtübgen ſind ihr herr nicht, Budæus. ¶ 2. Cubus, teſte Gellio 1, 20 cujus hæc verba ſunt: *Qualia ſunt quadrata undique, quæ κύβους illi*, (Græci), *nos quadrantalia dicimus: κύβος enim eſt figura ex omni latere quadrata, quales ſunt*, (inquit M. Varro) *teſſeræ quibus in alveolo luditur, ex quo ipſæ quoque appellatæ κύβοι.*

¶ Quadrantārius, *a, um*, quadrante conſtans, ein heller werth. Sic, *Quadrantaria res*, Senecæ balneatoria eſt, ex eo ita dicta, quod publice lavaturi quadrantem ſolverent balneatori. Id quod aperte ſignificatur ex verſiculo Iuvenalis ſat. 6, 447. *Quadrante lavari.* n. 2. Vide & Horatii locum ſupra in *Quadrans* item Cæl. Rhodig. 30, 19, Rævard. Conjectan. 2, 3; & Ferrar. P. 1 Rei veſt. p. 193. Verba Senecæ leguntur epiſt. 86 (al. 87) *Olim & pauca erant balnea, nec ullo cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrantaria & in uſum, non oblectamentum reperta?* ¶ 2. *Clytemneſtram* quoque *quadrantariam*, Cælius apud Quintil. 8, 6 appellare putatur Clodiam, P. Clodii ſororem, quam Catullus *Leſbiam* vocat. Alciatus ita dictam cenſet Parerg. 2, 12, quod exerceret artem balnearium, a quadrante videlicet, qui dari ſolebat balneatoribus. Quam ejus conjecturam etiam pures adjuvari verbis Cicer. pro Cæl. c. 26 *Niſi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.* Sed rectius ex eo nomen hoc illi inditum tradunt Cæl. Rhodig. Lect. antiq. 18, 16, & Brodæus Miſcell. 3, 24, quod vili mercede ſui copiam faceret, quia quadrans olim pretium erat proſtituti corporis fœminarum. Vid. etiam Victorius in appendice Caſtigat. Cicer. ſuper 2 epiſt. lib. 2 ad Metellum p. 230 Græv., ex parte etiam Nic. Loënſis Epiphyllid. 9, 21; Et quos præterea laudant viri docti ad Quint. l. c. p. 747 Burm.

¶ Quădrātus, *a, um*, ins gevierte, viereckicht; ut, *Saxum quadratum*, Liv. 6, 5 pr. ein quaderſtein, werckſtück. *Quadratus lapis*, Vitruv. 2, 7. *Agmen quadratum*, Livius 21, 5; & Curt. 5, 13, 10, in ſchlachtordnung geſtellet. Sic & Cicero Phil. 2, 42 *Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur milites.* Et *Turris quadrata*, Lucret. 4, 354, viereckigt. *Roma quadrata* dicitur ab Ennio apud Feſtum. *Quadrata ſtatura*, apud Suet. Veſp. c. 20 media eſt inter longam & brevem. *Quadrata veſtis*, quæ a ſummo ad imum aperta quatuor angulos habebat, cujusmodi erant pallia Græcorum mulierumque. His contrariæ *rotundæ.* Vide in *Rotundus*; ubi etiam de verſu Horatii: *Mutat quadrata rotundis.* Sic, *Quadratus aſpectus*, idem qui *quadrantalis*, ubi vide. *Cubus eſt corpus quadratum &c.* Vitruv. præf. l. 5. Et, *Quadratus numerus* qui dicatur, vide in *Numerus.* ¶ 2. *Homo quadratus* dicitur non tantum quoad formam corporis, unterſetzt, (ſic enim Celſus 2, 1 auctor eſt, quod *corpus habiliſſimum quadratum ſit, neque gracile, neque obeſum*); ſed etiam quoad animum, ut ex Ariſtot. lib. 1 Ethic. Val. Pierius in Hieroglyph. 39, 34 notat: *Quadratum ſimpliciter virum per translationem dictum* autumans & *perfectum ſignificare.* Vnde & Mercurio *Herma* erigebatur, i. e. *quadratus lapis*, de cujus rei cauſſa Macrob. Sat. 1, 9. ¶ 3. Quint. 2, 5 p. 150 *Quæ levis & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio.* Quadratam interpretor non aſperam, ſed tenuiſſimis quaſi commiſſuris cohærentem; quales ſunt lapidum quadratorum, cum lapides alius figuræ non ita apte combinari poſſint. Eſtque participium quaſi verbi *quadrare. Verſus quadrati* apud Gell. 2, 29 f. laudantur Enniani duo, quos jambicos octonarios interpretatur Moſelia. ad h. l. Sed Scal. poët. 2, 6 a qualitate & eadem formæ proportione dictos cenſet.

¶ Quadratum, *i*, n. ſubſt. ein gevierteꝛ; item ein geviertſchein. Cic. Tuſc. 1, 24 *Quædam geometrica de dimenſione quadrati.* Quæ aſtronomi *triangula & quadrata* nominent, cum ſtellæ conjunguntur, notat Idem de Divin. 2, 42. *Quadrata undique κύβους dicunt Geometræ*, Gell. 1, 20. Sic, *Quadrati forma*, Manil. 2, 332 ſeqq. *Mutare quadra-*

quadrata rotundis, ab Horatio 1 epist. 1, 100 proverbialiter dictum videtur, bald ſo bald ſo verfahren.

¶ Quadrate, adv. Manil. 2, 295 *Ternaque bis ſenis quadrate ſingere ſimus.*

¶ Quādrātio, *ōnis*, f. die theilung ins gevierte, der gevierteſchein; ut, *anguli quadrationis*, Vitruv. 4, 3 extr.

¶ Quadratūra, *æ*, f. idem. Hygin. de Limit. Gœſ. p. 203 *Vt quadraturas diligenter eluſi poſſint.* ¶ 2. Flavius Vopiſcus in Firmo tyranno c. 3 *Quadraturas vitreas* vocat, viereckichte glas-tafeln.

¶ Quadrator, *oris*, m. qui quadrat lapides ad amuſſim, ein ſteinmetz. Caſſiodor. 2 epiſt. 7 *Marmorum quadratores.*

¶ Quadratārius, *i*, m. idem, apud Sidon. 3 epiſt. 12. Paullo ante eumdem vocaverat *lapidicinam.* Vid. ibi Savaro, & Pratejus Lexico Iuris f. 445. Sic, *Indoctis quadratariis*, Dolabella in Gœſii Agrar. p. 294.

¶ Quadrārius, *a*, *um*; ut, *Vaſa quadraria*, Cato R. R. c. 18. Sed incerta lectio & interpretatio.

¶ Quādrāginta, adject. indecl. vierzig. Catull. carm. 114, 1 *Habet juſta triginta jugera prati, quadraginta arvi.* Plin. 2, 8 *Abſiſtens paſſibus ſex atque quadraginta longius.* Cic. pro Roſc. Am. c. 14 *Annos natus magis quadraginta*, über 40 jahr alt.

¶ Quadrāgies, adverb. vierzig mahl; ut, *Seſtertium ter & quadragies*, Cicero pro Flacco c. 12. *Quadragies accuſatus*, Aur. Vict. Vir. ill. 47.

¶ Quadrāgēni, *æ*, *a*, je vierzig, diſtribut. quod ſæpe pro cardinali ponitur. Cicero Verr. 1, 56 *Columnæ ſeſtertiis quadragenis millibus locatæ.* Plin. 8, 36 *Quadragenis diebus latent.* Id. 17, 23 *Quadrageni pedes.*

¶ Quadrigēni, *æ*, *a*, h. e. *quadringeni valentium.*

¶ Quadragenārius, *a*, *um*, quadraginta annos natus vel factus, vierzig-jährig. De perſona Arnob. 2 p. 60 *Quadragenarium iſtum ad te voca*, quem paullo ante p. 58 dixerat *annos quadraginta permenſum.* De re Vitruv. 8, 7 *Fiſtulæ quadragenariæ.*

¶ Quadrāgēſimus, *a*, *um*, ordinale, vierzigſt; ut, *Quadrageſimum ſtipendium*, Tac. An. 1, 64, 5 *Quadrageſimum poſt annum*, Idem An. 12, 27, 5. Et Plinius 2, 8 *Olympiade circiter quadrageſima ſecunda.* ¶ 2. *Quadrageſima* abſolute pro quadrageſima parte. Suet. Calig. c. 40 *Exigebatur pro litibus atque judiciis quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur.* Sic, *Quadrageſimæ abolitio*, apud Tac. An. 13, 51, 3, eſt abolitio vectigalis, quo quadrageſima pars a publicanis exacta fuerat.

¶ Quadrangulus, quadrangularus, vide *Angulus*, Quadricepſos, *Biceps in Caput*, Quadridens, *Dens*, Quadriennis, quadriennium, *Annus*, Quadrifariam, quadrifariter, *Pars*, Quadrifidus, *Findo*, Quadrifinalis, quadrifinium, *Finis*, Quadrifluus, quadrifluvius, *Fluo*, Quadriſoris, *Foris*, Quadrifrons, *Frons*, Quadrifurcus, *Furca*, Quadrigæ, quadrigulæ, quadrigarius, quadrigatus, *Iugum*, Quadrigeminus, *Geminus*, Quadrijugis, quadrijugus, *Iugum*, Quadrilaterus, *Latus*, Quadrilibris, *Libra*, Quadrimanus, *Manus*, Quadrimenſtruus, quadrimeſtris, *Menſis.*

¶ Quādrīmus, *a*, *um*, vierjährig; ut, *Merum quadrimum*, Horat. 1 od. 9, 7. Et pro puero quatuor annorum: Liv. 27, 37 *Infantem natum eſſe quadrimo parem.* Cic. fam. 16, 22, 2 *De quadrimo Catone.*

¶ Quadrimŭlus, *a*, *um*, diminut. faſt vierjährig. Plaut. Pœn. prolog. v. 15 *Altera quinquennis, altera quadrimula.* Idem Capt. 5, 3, 4 *Quadrimulus paſſus.*

¶ Quadrīmātus, *ûs*, m. ætas quatuor annorum, das vierjährige alter. De bubus Plinius 8, 45 *Non ante quadrimatum ad partus vocando.* Idem 19, 11 *Ex feminibus nullum ultra quadrimatum utile eſt.* Et Colum. 7, 9 *Quadrimatum agere*, Idem 9, 1 *Vltra quadrimatum ſenescere.*

¶ Quādrīni, *æ*, *a*, id eſt, quatuor, Varro L. L. 9, 1 *Copulæ diviſionum quadrinæ.* Plin. 11, 36 *Trinis aut quadrinis diebus*, in drey oder vier tagen. *Quadrini cardines*, Arnob. 6 p. 192. Et, *Febris quadrini circuitus*, Plin. 7, 50. Et Apul. 1 Doct. Plat. p. 7 *Cum ſol quadrinas temporum contigerit vices.*

¶ Quadringenti, quadringenties, quadringentesimus, quadringeni, quadringenarius, vide *Centum.*

¶ Quadripartītus, &c. vide *Pars.*

¶ Quadrirēmis, vide *Remus*, Quadrivium, *Via.*

¶ Quadriſemus, *a*, *um*, vierfach; ut, *Numerus quadriſemus*, Mart. Cap. 9 p. 331.

¶ Quadrūpes, quadrupedans, vide ſupra in *Pes.*

¶ Quādrūplex, *icis*, vierfach, viererley. Plin. 12, 11 *Quadruplex magnitudo.* Cic. in Arato v. 93 *Præter quadruplices ſtellas.* Liv. 30, 10 *Quadruplex ordo.*

¶ Quadrupliciter, adverb. vielfältig.

¶ Quādruplĭco, *āre*, vierfach machen, vermehren. Plaut. Stich. 3, 1, 4 *Me juvit lucrisque quadruplicavit rem meam.*

¶ Quadruplicatus, *a*, *um*, vierfältig. Hinc

¶ Quadruplicāto, adv. vierfältiglich. Plin. 14, 4 *Emtis quadruplicato vinis.* Add. 2, 17.

¶ Quadruplĭcātio, *ōnis*, f. multiplicatio in quadruplum, die vierfältigung. Vlp. 2 Dig. de Exceptron. non quidem utitur hoc verbo; uſum tamen ejus faciliorem concedit. Ait enim § 3 *Contra replicationem ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus, & deinceps multiplicantur nomina.* Aliqui expreſſe legunt: *rurſus quadruplicatio.*

¶ Quādrŭplus, *a*, *um*, vierfach, viermal ſo viel; ut, *Duplus, Triplus*, Suet. Tib. 34, 5 *Conſueverat Tiberius, quadruplam ſtrenam reddere.*

¶ Quadruplum, *i*, n. ſubſt. viermal ſo viel. *Quadruplum pœna furis*, Quintil. 7, 5. *Fœneratorem quadrupli damnandum majores conſuerunt*: vide *Fœnus, Fœnerator.* Plin. Paneg. c. 40 *Alius tarditatem ſolvendi dupli, vel & quadrupli irrogatione mulctaret.* Et Cic. Verr. 3, 13 *Judicium in aliquem in quadruplum dare.* Sic, *Quadruplo major*, *Quadruplo minor*, Mart. Capell. 7, 251.

¶ Quadruplo, adverb. idem. Cicero l. c. *Ab aſſeclis quadruplo condemnari.* Et Plin 11, 37 (Harduin. lect. 79) *Elephanto pulmo quadruplo major bubulo*, viermal gröſſer.

¶ Quadrŭplo, *āre*, proprie idem quod *quadruplicare.* Sic, *Numerus quadruplatus in ſe*, L. 10 Dig. de Grad. § 17. ¶ 2. *Quadruplare*, apud ICtos eſt *in quadruplum damnare*, vierfach ſtrafen. e. g. Vlp. l. 14 § 1 ff. quod metus cauſſa: *Quadruplabitur omne, quodcunque reſtitui oportet.* Plaut. Perſa 1, 2, 10 etiam uſus eſt, cujus verba & interpretationem ſtatim afferemus: Hinc enim

¶ Quadruplātor, *ōris*, m. eſt, apud Cicer. Verr. 1, 7; Livium 3, 72. QVADRVPLATORES, inquit Aſconius in Divin. Verr. p. 26, *delatores erant criminum publicorum; in qua re quartam de proſcriptorum bonis, quos detulerant, aſſequebantur*, v. & Lipſ. in 4 An. Tac. n. 43. Quia itaque id hominum genus intentum prædæ accuſabat juxta poſcebatque, idcirco Seneca de Benef. 7, 25 *Importunos beneficiorum ſuorum quadruplatores* eleganter dixit, qui referendæ gratiæ importune beneficia exigunt, ac, ni reponas affatim, accuſant. Cæterum de hac voce conſulendi Turneb. Adverſ. 3, 9. Marcell. Donat. in Iul. Capitol. p. 873. Eſt autem hic diſſidium aliquod Grammaticorum, in exponenda tum Plauti ſententia, tum vi vocabuli *Quadruplator.* Verba Plauti ſunt Perſ. 1, 2, 10, ubi paraſitus ait: *Neque quadruplari me volo*, quod alii tamquam deponens interpretantur, nolo quadruplator eſſe, ut *τὸ me* abundet; quibus calculum ſuum adjecit Gronovius. Alii paſſive, nolo ad quadruplum pretium ſolvendum cogi. *Quadruplatorum* autem nomine non ab omnibus intelliguntur ii delatores, quibus de bonis damnatorum *quarta* pars adjudicabatur, ſed ii a nonnullis, qui reos accuſarent eorum criminum, quorum convicti ſolvere *quadruplum*, lege tenebantur. Lis ergo de eo eſt, dictine ſint a *quarta* parte, quam ipſi acciperent; an a *quadruplo*, quod ſolverent rei? a præmio, quod iperarent; an a mulcta criminis, quod accuſarent? a fine, ut ita loquar, an ab objecto? Pro priore ſententia eruditi fere, quos citavimus, pugnant. Pro poſteriore tamen leges grammaticæ militant. A parte enim *quarta*, *quartarium* quidem deducas, de quo dictum ſupra: at *quadruplari* verbum, & inde *quadruplatorem* non niſi a *quadruplo*. Quamobrem & Voſſius Etym. f. 424 *Quadruplatores* Sidonii Apollinaris 5 epiſt. 7 portitores interpretatur, qui portorium in *quadruplum* conducerent. Quod autem addit ibi vir doctiſſimus, ab Apulejo quoque (locus eſt in Apol. p. 330) Æmilianum appellari *quadruplatorem*, *quod ætatem quadruplaret Pudentilla, aſſignando ei annos LX; quæ annorum erat XL*: in eo, iſta cum ſcriberet, fugit ipſum ratio. Nec enim intelligi poteſt, quomodo, qui e quadragenaria fœmina ſexagenariam fingit, ætatem illi ſuam quadruplet. Verum hoc tum demum erat, ſi quindecim annorum fuiſſet Pudentilla. Quid multa? Apulejus ipſe verbis ſequentibus Æmilianum ait annos Pudentillæ quadraginta, *dimidio auxiſſe.* Hoc certe non eſt *quadruplare.* Alia ergo facienda eſt interpretationi verborum Apulejі medicina. Quam quidem, ſi rem ipſam cum verbis Apuleji componas diligenter, haud ægre quis invenerit. Volebat adverſarium ſuum Apulejus convincere mendacii ſatis craſſi, idque per gradus. Igitur initio, quos ſexaginta mulieri annos ille aſſignaverat, probare tantum jubebat quinque & quinquaginta. *Luſtro mentitus eſt*, inquit, ac pergit: *Parum hoc eſt; liberalius agam, nam & ipſe multos annos Pudentillæ largitus eſt, redonabo igitur viciſſim. Quinquaginta ſaltem annorum mulierem oſtendat.* Tum ſequuntur verba: *Quid multis? ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam, viginti annos ſemel detrahàm.* Senſus, ut modo liberalitatem ejus imitabar: ita quadruplatorem etiam imitabor, quoſque annos, quinque poſcebam initio, jam quadruplabo, ut ſint *viginti.* Nempe tot annos falſo Pudentillæ adjecerat iſte delator. Vides, quadruplari non ætatem Pudentillæ, quod Voſſius ajebat, ſed annos quinque, quos ex adverſarii numero falſo remittebat ipſi Apulejus initio. Manet hoc interim, etiam hic ad *quadruplum* reſpici. Quid ergo, ſi & illos *beneficiorum quadruplatores*, qui ſupra e Seneca proferebantur, interpretemur e *quadruplo*, ut illi videlicet notentur, qui exprobrando beneficia ſua, minuta etiam ſic augent, quaſi quadruplo eſſent majora, die etwas viermal gröſſer machen als es iſt.

¶ Quadruplāris, *e*; viertheilicht, viermal. Macrob. Somn. Sc. 1, 19 *Numeras duplaris, triplaris, quadruplaris.*

¶ Quadrŭbs, *ĭbis*, f. vide in *Vibs*; Quadruus, *quadrus.*

I. Compoſita cum aliis numeral.

¶ Vndequādrāginta, indecl. neun und dreyßig. Liv. 23, 37 *Ad mille CCCC Carthaginienſium cæſi, undequadraginta vivi capti.* vid. not. Gronov.

¶ Vndequadrāgies, adverb. neun und dreyßig mahl. Plinius 7, 25 *Marcellus undequadragies dimicaverat.*

¶ Vndequadrāgēsimus, *a*, *um*, neun und dreyßigſt. Val. Max. 8, 7 ext. 10 *Undequadrageſimum volumen.* conf. Cenſorin. Die nat. c. 19.

¶ Duodequadraginta, i. e. triginta octo, acht und dreyßig. Cicero Tuſc. 5, 20 *Duodequadraginta annos tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius.*

¶ Duodequadrāgeni, *æ*, *a*, idem. Plinius 36, 2 *Duodequadrageni pedes.*

¶ Duodequadrāgēsimus, *a*, *um*, acht und dreyßigſt. Liv. 1, 40 pr. *Duodequadrageſimo ferme anno.*

¶ Tresquarti, *tresquartæ*, drey quart; ut, *Partes tresquartæ*, drey viertel, Columella 5, 1. Melius autem ſeparantur.

¶ Trĭquētrus, *a*, *um*, quaſi *triquadrus*, vel *triquadratus*, triangulam formam habens, dreyeckicht. Colum. 5, 2 pr. *Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus*, &c. De Britannia Cæſ. B. G. 5, 13 pr. *Inſula natura triquetra, cujus unum latus eſt contra Galliam*: &c. Horat. 2 ſat. 6, 55 *Triquetra prædia*, i. e. Sicula, quod Sicilia in tres partes, vel promontoria, vel quadras deducta ſit. Lucret. 4, 654 *Eſſe triquetra aliis, aliis quadrata neceſſe eſt.* Adde Solin. c. 11; Gell. 1, 20; Plin. 3, 8 & 16.

¶ Trĭquētrum, *i*, n. ſubſt. *τρίγωνον*, figura triangularis, eine dreyeckigte figur. Plin. 2, 15 *In triquetro a partibus centum viginti ſtationes matutinas faciunt.*

II. Com-

II. Composita cum præpositione.

¶ Conquādro, *avi, atum, are,* in quadratam figuram redigere, ins geviert bringen; item, convenire, ſich zuſammen ſchicken. Varro ap. Nonium 2, 481 & 12, 9 *Aureum later, quod conquadravit religio.* Sidon. 2 epiſt. 2 *Spatii paritate conquadrat.* Id. 2 ep. 4 *Pari lance conquadrare.* Id. 3 ep. 7 *Dicta vero conquadrant,* die worte kommen mit der wahrheit überein.

¶ Conquadratus, *a, um,* geviert, viereckicht; ut, *Conquadratæ perticæ,* Columella 8, 3.

¶ Conquaterno, *āre,* i. e. quaternatim jungere, je viere zuſammen thun. Gloſſ. gr. lat. *ζευγίζω κατὰ τέσσαρα, conquaterno.* conf. Aut. de Limit.

¶ Superquartus, *a, um,* um das viertheil gröſſer. Mart. Capella 7 p. 251 *Major numerus aut ſuperdimidio vincit, aut ſuperquarto &c.*

QVAXO, *are,* pro Coaxo, *are,* ranæ dicuntur cum vocem mittunt, quacken, apud Feſtum.

QVĔ, conjunctio, ἐγκλιτικὴ & copulativa, und. Virg. Æn. 1, 1 *Arma virumque cano.* ¶ 2. Poëtis vero ſæpius ſimul & expletiva ſeu completiva eſt: Virg. eclog. 4, 51 *Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum:* Id. Georg. 3, 344 *Armentarius Afer agit tectumque laremque.* Ovid. met. 5, 484 *Sideraque ventique nocent,* ubi etiam vides produci. add. Erythræi index Virg. Cæterum geminandi *τὴν que* ratio poëtarum tantum propria. Orator potius diceret *tectumque & larem.* Ita enim Ter. Eun. 5, 2, 37 *In eam partem accipioque & volo.* Et Adelph. 1, 1, 39 *Præter æquumque & bonum.* Et rurſus Eun. 5, 9, 49 *Stertit noctesque ac dies.* Plaut. Capt. 2, 2, 63 *Deos, quæ nos gerimus, auditque & videt.* Livius ſæpiuscule utitur, v. g. 26, 48 pr. *Laudesque & gratias egit.* Cremutius apud Tac. An. 4, 34, 6 *Et uterque opibusque atque honoribus perviguere.* Ac Cicero quidem in Catone Majore c. 1 ſcribit: *Quamquam certo ſcio, non, ut Flamininum, ſolicitari te, Tite, ſic noctesque diesque &c.* Sed hoc non tam de ſuo promſit Tullius, ſed ab Ennio, cujus verſibus exorditur, ſumſit. Extant tamen apud Cic. Livium aliosque loca, inde particulam *que* etiam ab oratoribus, ac ceteris, non tantum a poëtis geminari, apparet. v. Menck. Obſ. L. L. h. v. ¶ 3. Pro disjunctiva VE, propter ſonum Virgilius poſuit Æn. 2, 37, ubi v. Serv. ¶ 4. Quamquam autem uſus obtinuit, ut enclitica hæc particula ſtatim annectatur vocabulo commatis primo, cui ſcil. alioqui ET præponeretur; tamen ſi contingat a præpoſitione comma inchoari, differri *que* ſolet in vocem ſequentem. Cic. de Orat. 1, 1 *Ad eas artes celebrandas, inter nosque recolendas:* pro *interque nos.* Id. Off. 1, 39 *Eſt adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus.* Nepos 5, 1, 1 *Ob eamque cauſſam.* Idem 9, 1, 1 *In eoque bello.* Id. 10, 4, 2 *Ad eumque miſit.* Id. 14, 7, 1 *Ad regemque tranſiit.* Id. 20, 1, 1 *In foroque eſſe cœpit &c.* Lactant. 3, 13 *Interrogatione voluit urgere, ad confeſſionemque perducere.* Habentur tamen & in contrarium exempla: Duo e poëtis obſervavit Georg. Fabric. notis in Senec. p. 457, alterum Sen. Herc. Fur. v. 290 *E cujus arvis, eque fœcundo ſinu,* alterum Ovidii de Ponto 1, 8, 33 *Eque domo rurſus pulchræ loca vertor ad urbis.* Quin ipſe Cic. pro Arch. c. 11 *Pro vita civium proque univerſa rep.* Id. pro Sex. Roſc. c. 21 *De honorum emptione deque ea ſocietate.* Id. Att. 11, 17 *Deque tua obſervantia.* Et ad Brut. ep. 5 *Si arbitraverer, utile eque rep. eſſe.* Et Cæſ. B. G. 5, 36 *Inque eam rem.* Ibid. 6, 29 *Celeriter contraque omnium opinionem.* Liv. 30, 18 *Proque duobus cornibus prætor ac proconſul milites hortabantur.* Alia loca Drakenb. ad 26, 20 collegit.

Quemadmodum, vide ſupra in *Modus.*

QVĔO, *quis, quīvi, quītum, quire,* poſſe, können, vermögen. Cic. fam. 14, 1 *Non queo reliqua ſcribere, tanta vis lacrymarum eſt.* Ter. Adelph. 4, 4, 4 *Conſiſtere nihil conſilii quit.* Rurſus Cic. fam. 7, 6 *Qui ipſe ſibi ſapienter prodeſſe non quit, nequicquam ſapit.* Id. Phil. 11, 2 *Quis eſt, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat?* Tac. An. 1, 66, 2 *Cum quivet &c.* i. e. poſſet. Id. Hiſt. 3, 25, 2 *Nec reſtitui quivére.* Et Ter. Andr. 4, 1, 30 *Nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.* conf. Salluſt. Cat. c. 49; & Iug. c. 58 & 59; Nep. 25, 9, 3. Iuvencus 2, 679 *Nunquam comprendere quiſſis.* Varro L. L. 4, 1 *Ero velocior, ſi quivero* ſcil. *indagare.* Liv. 4, 24 *Vt deterreri quiverit.* Gell. 11, 9 *Dixit ſe loqui non quire.* Id. 15, 1 *Turrim ligneam ardere non quiſſe.* Et Apul. 6 Met. p. 175 *Nec indipiſci maritum volatilem quiens.* Itaque ex *Eo, ire,* formationem ſuam petit, ut ex compoſito participio *nequeuntes,* quod mox daturi ſumus, clarius apparet. Vix autem omnium temporum perſonarumque modulum repereris, quæ cauſſa fuit, ut in defectivis & hoc verbum numerarent Grammatici. ¶ 2. *Quitur,* pro *poteſt,* deponentiali forma antiqui quoque dixere. Lucret. 1, 1044 *Suppleri ſumma queatur.* Ter. Hec. 4, 1, 57 *Noſci non quita eſt.* Apul. Apol. p. 274 *Pollicitus ita factarum, ne ſic quidem quitus eſt.* Vid. Cort. ad Sall. Iug. 31, 8.

¶ Nĕqueo, *īvi, ītum, īre,* non poſſe, nicht können, nicht vermögen. Cic. de Amic. c. 24 *Cujus aures clauſæ veritati ſunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus ſalus deſperanda eſt.* Particip. Ammianus 15, 26 *Hannibalem adſequi nequiens.* Exſtat *Nequieus* etiam in Salluſt. Fragm. 2 cum ſchedis Petr. Danielis edito p. 51. Auſon. Profeſſ. 2, 29. Apul. Florid. p. 343 ed. Elmenh. Gu. Briton. 11, 725. Et pluraliter Arnobius lib. 1 p. 13 *Cæcitate ingenita nequeuntes videre.* Exquibus evidens eſt, *Queo* & *Nequeo* ab *Eo* eſſe, ad ejusque regulam & modum conjugari. Ter. Hec. 3, 3, 25 *Nequeo, quin lacrumem,* ich kan mich des weinens nicht enhalten. ¶ 2. *Nequinont,* antique pro *nequeunt.* Liv. in Odyſſ. apud Feſtum: *In Græciam redire nequinont.* ¶ 3. *Nequitur & Nequitum,* pro *non poteſt, non potuit,* dixerunt; apud Feſtum Pacuv. *Cum contendi nequitum.* Plaut. ibid. *Retrahi nequitur, quoquo progreſſa eſt &c.* conf. Rud. 4, 4, 24. Et Salluſt. Iug. c. 31 *Quicquid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur, jure factum ſit.* In quo τῷ *ulciſci* paſſive uſus eſt. Apul. Apol. p. 332 *Sola virginitas, cum ſemel accepta eſt, reddi nequitur.*

Quercĕrus, vide paullo inferius *Querquerus.*

QVERCVS, *ūs,* f. arbor glandifera nota, cujus ſpecies ſunt *Robur, Quercus dumoſa, Ilex, Suber,* ein eichbaum oder eiche: ut, *De cælo tacta quercus,* Virg. ecl. 1, 17. Et, *Multis rigida quercus domatur ictibus,* πολλοῖσι πλαγῆς σκληρὴ δρῦς δαμάζεται, Diogenis eſt. *Quercus cadente ligna quivis colligit;* Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται; v. Chiliad. Proverbii inſtar etiam eſſe poteſt illud Homeri cum τ, 163 ὃ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτης, de homine ἀγχεμαχητῆ. Quercus autem erat olim in tutela Jovis: Phædr. 3, 17; Taubm ad Virg. p. 9, colebaturque religioſe a Germanis: Maxim. Tyrius diſſert. 83; Aventin. An. Bojor. 3 f. 147: Schedius de Diis Germ. Syngram. 2, 24 p. 345. v. quæ dicuntur in *Druidæ.* Cæterum *Quercus* dicitur apud Feſtum, quod id genus arboris grave ſit ac durum, a *querquerus* i. e. gravis, magnus, de quo infra ſeorſum. Cic. Att. 13, 28 de epiſtola ad Cæſarem a ſe non ſine labore ſcripta: *Neſcio quid de quercu exſculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri.* ¶ 2. *Querci* genitivus eſt apud Pall. Mart. 7, 6 it. 8, 2.

¶ Quernus, *a, um,* denominativum ex *Quercinus* contractum, eichen; ut, *Quernæ glandes,* Virg. Georg. 1, 305. *Corona querna,* Ovid. Faſt. 1, 614.

¶ Querneus, *a, um,* idem. Colum. 6, 3 *Frons quernea.* Idem 9, 1; & Cato c. 5 *Quernea glans.*

¶ Querceus, *a, um,* idem, quod ap. Servium habemus in Virg. Æn. 6, 772; *Querceam coronam accipiebant, qui in bello civem liberaſſent.*

¶ Quercĭcus, *a, um,* idem: ut, *Corona quercica,* Suet. Calig. c. 19.

¶ Quercētum, *i,* n. ein eichwald. Horat. 2 od. 9, 6 *Aquilonibus querceta Gargani laborant.*

¶ Quercŭla, *æ,* f. herba, officinis *botrys, βοτρυς,* trötenkraut, rübenkraut.

¶ Querquetūlana, *æ,* f. porta Romæ, nunc clauſa; ſic a *querceto* vicino dicta. Feſtus: QVERQVETVLANAE VIRAE *putantur ſignificari nymphæ præſidentes querceto vireſcenti: quod genus ſilvæ indicant intræ portam, quæ ab eo dicta ſit querquetulana.* Igitur & *Querculana porta,* Plin. 16, 10. De *querquetulanis populis,* Id. 3, 5. *Querquetulanus* etiam mons Romæ fuit, qui poſtea *Cælius* appellatus, quod *talis ſilvæ frequens fœcundusque erat,* ut Tacitus auctor eſt An. 4, 65, 1.

QVĔROR, *queſtus ſum, quĕri,* klagen, beklagen, über etwas ſich beſchweren; ut, *Queri injuriam & de injuria alicujus,* über eines gewalt klagen. Cic. Att. 5, 8 *Romæ acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras injuriam meam.* Salluſt. Cat. c. 52 *Sæpe de luxuria, de avaritia noſtrorum civium queſtus ſum.* Et, *queri cum quo,* id eſt, apud quem, de quo, ſich bey einem über etwas beſchweren. Cic. fam. 7, 27 *Quod ſi humaniter mecum queſtus eſſes, libenter tibi me & facile purgaſſem.* Sulpit. ad Cic. fam. 4, 5 *Quid eſt, quod cum fortuna queri poſſitis.* Vellej. 2, 130, 3 *Apud aures Deorum de his queri.* v. Heinſ. ad h. l. p. 106. Sen. Controv. 4 *Quantum ego tunc queſtus ſum cum fortuna mea, quod non & oculos perdidiſſem!* Et Sen. filius ad Marciam c. 15 *De diis queri, cujus maxime intererat, neminem de Diis queri.* Id. de Benef. 1, 10 *Hoc majores noſtri queſti ſunt, hoc nos querimur, hoc poſteri querentur, everſos eſſe mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas & in omne nefas labi.* Et Horat. 1 od. 2, 6 *Nova monſtra queſtæ,* cum quarto caſu. v. Burm. ad Petron. c. 91 p. 441. Cum *apud,* Aur. Victor. de Vir. Ill. in Val. Poplicola: *Apud populum queſtus, quod de ſe tale aliquid timuiſſent.* Et cum *ſuper,* Horat. 2 epiſt. 2, 24 *Quereris ſuper hoc etiam?* ¶ 2. Idem Horatius hoc verbo de cantillantibus avibus uſus eſt pro *Garrire,* epod. 2, 26 *Labuntur altis interim ripis aquæ; Queruntur in ſilvis aves.* Vbi Vetus Scholiaſtes notat, *Veteres omnium animalium voces, præter hominum,* querelas *dixiſſe: & ita cicadis, ranis, bubus, Virgilium tribuiſſe querelam.*

¶ Quĕrens, *tis;* ut, *Multa querens,* Virg. Georg. 4, 320. Adde Æn. 1, 389. *Æoliis fidibus querens,* Horat. 2 od. 13, 24.

¶ Queſtus, *a, um,* der ſich beklaget hat. Ovid. Met. 10, 76

Eſſe Deos Erebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopen. conf. ibid. v. 61.

¶ Queſtus, *ūs,* m. pro *querela,* poëtarum magis quam oratorum eſt, die klage. Virg. Æn. 4, 553 *Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.* Et, *Effundere pectore queſtus,* Æn. 5, 780. *Inanes queſtus rumpere,* Claudian. Rapt. 2, 249. Sed tamen & Cicero pro Quintio c. 30 *Qui denique queſtus, qui mœror dignus inveniri in calamitate tanta poteſt.* ¶ 2. Aliquando & avium cantus *Queſtus* dicuntur poëtis, ſpeciatim philomelæ, vid. Virg. Ge. 4, 515; & ibi copioſiſſime ex Græcis Latinisque Lacerdam.

¶ Quĕrēla, *æ,* f. die klage, beſchwerung. Proprie amicorum eſt: hoſtium enim *accuſatio,* ut ex Thucydide Voſſius obſervat Inſtit. Orat. 1, 6 ſect. 2 extr. Cic. pro Dejot. c. 3 *Nunquam cui ſunt inauditæ cum Dejotaro querelæ tuæ? Nunquam tu illum accuſaſti ut hoſtem, &c.* Id. ad Qu. fratr. 3, 8 pr. *Plena querelarum epiſtola.* Id. de Senect. c. 3 *Sæpe interfui querelis meorum æqualium,* ich bin bey den klagreden offt geweſen. *Querela graviſſima,* Cic. pro Marcello c. 7 pr. *Querela eſt regi delata,* Iuſtin. 1, 5, 2. *Querela* tamen pro accuſatione aut lite, quam adverſarii inter ſe habent, apud Petron. c. 15 legitur: *Flagitabant ut poſtero die judex querelam inſpiceret. Querelam* Petr. Colvius notis ad Apuleji 2 Florid p. 180 proprie uſurpari ait de animi offenſa conjugali amori interveniente. Atque huc trahit vetera monumenta, in quibus legas: CVM QVA VIXIT SINE VLLA QVERELA. Sed nihil eſt cauſſæ, cur propriam vocis hujus notionem ita coarctemus. Latius eam patere, quam ut inter ſolos conjuges habeat locum, e ſupra poſitis exemplis abunde probaveris. ¶ 2. Sed & voces quorumvis animalium *Querelæ* poëtis dictæ, quemadmodum in *queror* n. 2 annotamus. Virg. Georg. 1, 378 *Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.* Id. Æn. 8, 215 *Diſceſſu mugire boves, atque omne querelis Impleri nemus.* Claud. Epith. Palladii & Serenæ v. 108 *Ereptis obmutuit unda querelis; Querelis,* id eſt, avium cantibus. Sic cantum tibiarum *querelas* dixit Lucret. 4, 588 *Chordarumque ſonos fieri, dulcesque querelas, Tibia quas fundit digitis pulſata canentum.* Et paullo ante v. 551 *Liquidam querelam* de cygnis dixerat. ¶ 3. *Querella* crebrius in Inſcriptionibus occurrit, cujus rei exempla multa collegit Fabrettus p. 256 ſeq. *Querella* etiam legitur apud Phædrum 1, 6, 6; 1, 9, 10; 2 epil. 14; 3, 18, 15; & 5, 6, 7. Sed præter Meurſ. ex Oſſ. Plant. 1610 pleræque aliæ editiones habent *querela* ſine geminatione.

¶ Quĕrēlo, *āre,* vel Querelor, *āri,* verbum mali & recentioris commatis eſt, probis ac vetuſtis ſcriptoribus ignotum. Eo tamen uſus Servius eſt in 1 eclog. Virgilii: *Poſtea,* inquit, *cum querelantem inveniemus &c.* ¶ 2. Sed paſſim *Querulari* ſæpius, quam *Querelari* ſcriptum

ptum videas. Neque dubitem, eos, qui hac voce ita sunt usi, a *querulis* ipsam, non a *querela* deflexisse. Itaque & secundam corripuerunt in versu. Sic certe Euricius Cordus lib. 13 epigr. 43 ad amicum: *Vacuum quid querulas focum?* Vetus epigramma in Hortonem: *Cum judex solum hoc querulabitur ipse futurus.* Quamquam *querelabitur* legit hic Vossius, maleque correptam secundam pronunciat de Vit. ferm. 4, 18 p. 732. Petr. Blesens. epist. 129 *Ne de illis queruletur Dominus.* Id. epist. 141 *Nunc autem cum propheta querulari compellor.* Et epist. seq. *Nec fera pœnitentia nos oporteat querulari.* Thom. de Kemp. c. 9 de trib. tabernac. *Injuste queror, juste autem patior.*

¶ Quĕrīmōnia, æ, f. μέμψις, eine beſchwerliche Klage; ut, *Habere querimoniam de alicujus crudelitate*, Klage führen, Cic. Verr. 5, 28. Et, *Ultro citroque querimonias jactare*, Liv. 7, 9, hin und wieder Klage führen. *Querimoniam a querela* distinguit Corn. Fronto libello de Differ. voc. *Querimonia*, inquit, *certæ rei est: Querela supervacua est. Itaque prior gravitatis est, posterior levitatis.* Nepos 25, 17, 2 *Nulla inter eos querimonia intercessit*, id est, offensiuncula vel contentio, verdrießlichkeit. Horat. 1 od. 13, 18 *Malis divulsus querimoniis.* ¶ 2. Rufinus *Querimonium* pro *quæstione* usurpaverat, quasi esset ea vox a *quærendo*, ac fortasse scripserat quoque per diphthongum. Sed eum castigat Hieronymus Apol. adv. Ruffin. (Tom. 3 opp. fol. 98) *Theophrasti* (sic Rufinum vocat) *verba mirabor. Audio*, inquit, *de anima quæstiones commotas esse:* de qua re utrum recipi debeat querimonia, aut abjici, vos probate. *Si quæstiones de animæ statu in urbe commotæ sunt: quæ est ista querimonia vel querela, quæ utrum recipi debeat; episcoporum judicio derelinquit? nisi forte quæstionem & querimoniam id ipsum significari putat, quia in Capri commentariis hujusmodi figuram reperit.*

¶ Quĕrŭlus, *a, um*, qui conqueritur, qui querelis plenus est, klāglich, der gerne klaget. De senum vitiis Horat. Art. P. v. 173 *Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero.* Ovid. Trist. 3, 8, 32 *Et nunquam queruli cessa doloris abest.* Sic, *Queruli ululatus*, Id. Heroid. 5, 73. *Querulus cliens*, Martial. 4 epigr. 44. Et, *Calamitas querula est*, Curt. 5, 5, 12. ¶ 2. Interdum idem est ac sonorum vel canorum, helltschallend, quemadmodum Virg Georg. 3, 328 *Querulas cicadas*; & Horat. 2 ode 7, 30 *Querulam tibiam* pro canora, dixerunt, veluti Servius interpretatur. Sic & Sen. Herc. Oetæo v. 204 *Ales in agro referam querulo murmure questus.* Quin Ovid. A. A. 2, 308 *querula gaudia voce notes*, h. e. fracta & tremula præ impotentia libidinis.

¶ Querŭlōsus, *a, um*, idem. Vulgatus interpres usus est Epist. Judæ v. 16 *Murmuratores querulosi.*

¶ Quĕribundus, *a, um*, idem fere, quod *Querulus*, klāglich, klagend; ut, *Queribunda voce*, Cic. pro Sylla c. 10. Et Silius 13, 583 *Curæque, infidiæque, atque hinc queribunda soporis.*

¶ Queritans, *tis*. Tac. An. 16, 34, 3; al. *Quiritans*, vid. in *Quiritans*. Quĕrulor, *ari*, vide paullo ante in *Querelari*.

Composita:

¶ Conquĕror, *questus sum, quĕri*, idem pæne quod simplex: ut, *Conqueri de alicujus injuria*, Cic. fam. 5, 2. Id. Tusc. 2, 21 *Conqueri adversam fortunam, non lamentari decet*, über unglück mag man wohl klagen, ꝛc. Ex Pacuvio, vide *Lamentor*. Liv. 35, 12 *Conquestus injurias*. Id. 29, 9 *Quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit.* conf. 31, 31. Est autem in hisce ellipsis præpositionis *Ob* vel *Propter*.

¶ Conquĕrens, *tis*. Vulg. Interpr. 2 Macc. 4, 35 *Conquerentes de iniqua nece.*

¶ Conquestio, *ōnis*, f. die klage, beſchwerung. Cic. ad Qu. fratr. 1, 1 c. 7 *Vbi nulla conquestio est.* Mamertinus Geneth. 2 *Piæ conquestiones.* Carminis titulus apud Suet. Tib. c. 70 *Conquestio de L. Cæsaris morte.*

¶ Conquestus, *ūs*, m. idem. Liv. 8, 7 *Libero conquestu coortæ voces sunt.*

¶ Dequĕror, *ĕri*, simili significatione ac *Conqueri*. Sidon. 9 epist. 9 *Longum tacere nos in commune de quæstus es.* Hinc

¶ Dequestus, *a, um*, der ſich beklaget hat. Stat. Theb. 1, 404 *Notos dequestus & imbres.* Ibid. 11, 627 *Talia dequestus.* Et Valer. Flacc. Argonauticis 5, 448 *Secum dequesta laberes.*

¶ Interquĕror, *ĕri*, klagend dazwiſchen reden. Livius 33, 35 *Ætolorum principes alii interquesti sunt.*

¶ Præqueror, *ĕri*, ante queri, vorher klagen. Vnde participium est Ovid. Met. 4, 251 *Multaque præquestus, tanges tamen æthera, dixit.*

QVERQVĔDŬLA, *æ*, f. anatis species parvæ, tauch-ente, kriechente, id est, anas fusca, Varro R. R. 3, 3; & de L. L. 4, 13; Colum. 3, 11.

QVERQVERNI, *orum*, m. plur. Hispaniæ citerioris populi, Plin. 3, 3.

QVERQVĔRUS, *a, um*, sive *Querĕus*, frigidus cum tremore, ut Festus explicat, a græco κέρκερος, kalt, ſchaumicht. Lucilius apud Festum: *Quæ quera consequitur febris capitisque dolores.* Apul. in Apol. p. 297 *querquerum*, vel quod Casaubonus mavult, *querqueram* pro febri potuit: *silva*, inquit, *ad querqueram.* Gell. 20, 1 *An tu forte morbum appellari hic putas, ægrotationem gravem cum febri rapida & querquera?* Adde Plaut. Fragm. Frivol. v. 2 cum not. Taubm. p. 1472; item Colv. in Apul. p. 249; & Reines. in Epist. p. 508. ¶ 2. *Querquera* febris pro eadem legitur interdum. Vid. Keuchen. ad Sammon. p. 269.

Querquetulana, vide paullo superius in *Quercus*.

QVI, *quæ, quod*, welcher, welche, welches, pronomen interrogativum & relativum. *Qui* pro *Quis*, mollius & rectius: *quis* substantivum notat, *qui* vero accidentem, quod manifesto exemplo ostendit Taubman. ad Virg. p. 20, quem vide. Adde Gronov. Observat. in Script. Ecclesiast. c. 21; & Rockert Indic. Terent. *Qui erit rumor populi, si id feceris?* pro *quis*, was werden die leute davon ſagen? Ter. Phorm. 5, 7, 18. Tamen interrogativum etiam personæ esse *qui*, docet Heins. ad Sil. 9, 611. Ita *quinam* pro *quisnam*, de quo infra. Et Cic. Divin. 1, 25 *Xenophon Socraticus, qui vir & quantus?* h. e. qualis & quantus vir? Cic. fam. 7, 23 *Fac quæso, qui ego sum, esse tu*, bilde dir ein, du ſeyeſt an meiner ſtatt. Et fam. 1, 1 *Si qui sunt, qui velint*, &c. d. quisquis est. Idem de Amic. c. 21 *Digni amicitia sunt, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur.* ¶ 2. Diligenter exercenda est juventus in interpretandis locis, ubi relativa duo in idem incisum incidunt, e. g. Cic. pro Flacco c. 11 pr. *Cujus ex familia qui primus Cos. factus est, primus in hac civitate Cos. fuit.* It. ep. 2, 4 extr. *Quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis esse laborandum.* ¶ 3. Post relativum etiam in infinita constructione infinitivus locum habet. Cic. pr. act. in Verr. 9 *Siculos sane in eo liberos fuisse, qui, quamobrem erecesserentur cum intelligerent, non venisse*, ubi recte patrem deserit Iac. Gronovius, qui illud *qui* deleri volebat. Sæpe ita Livius. Concinnam periphrasin gignit hoc relativum: e. g. Liv. 3, 44 *qui aderant*, h. e. advocati; ubi Gronovius p. 284 comparat *qui judicant*, judices; *qui consuluntur*, jurisperiti; *quod natum est*, infans; *qui obsignant*, signatores: Ita, *qui jumentum agit*, auriga est Liv. 3, 47 ext. *Qui arma habent*, i. e. milites; *quæ efficiuntur*, i. e. effecta, Cic. Tusc. 4, 7. ¶ 4. Aliquando pro *ut*, vel *quod* ponitur *qui*. Ter. Andr. 2, 3, 28 *Hanc fidem Sibi me obsecravit, qui se sciret non desertorum, ut darem.* Ibid. 2, 1, 34 *Facite, efficite, qui detur tibi, mihi qui ne detur.* Balb. sub. Cic. ad Att. 8, 15 p. 818 *Illum tanti facio, qui non Cæsarem magis diligam.* ¶ 5. Item pro *quod, quia*. Id. Ter. Eun. prolog. v. 27 *Si id est peccatum, peccatum imprudentia est poëtæ, non qui furtum facere studuerit.* Et prol. Andr. v. 5 *Nam in prologis scribendis opera abutitur, Non qui argumentum narret, sed qui malevoli Veteri Poëtæ maledictis resp. ondeat.* ¶ 6. Pro *utinam* Plautus usus est Cas. 2, 4, 1; & Trin. 4, 2, 8 *Qui ist m di perdant!* ¶ 7. Pro dativo *cui* antique *quoi* dixit Catullus carm. 66, 26 *Quoi Iupiter ipse &c.* It. *quoi*, Varr. 2, 1, 21. vid Gesner ¶ 8. *Qui* ablativus sing. etiam fœm. Plaut. Amph. 1, 1, 263 *paterna dotata aurea est, qui eterela rex potitare solitus est.* Et Pseud. 1, 3, 6 *Restim volo mihi emere, qui me faciam pensilem. Qui* etiam ablativum pluralem notat. Cato R. R. 11, 2 *Cola qui florem demant.* Plaut. Aul. 3, 5, 28 *Vehicula qui vehar* Gron. Capt. 3, 1, 22 *Dico unum ridiculum dictum, de dictis melioribus, Qui jocebam menstruales epulas ante adipiscier.* Ita Douza. At Gron. *quibus.* Id. Stich. 2, 1 (al. 2) 20 *Et quadrigas qui vehar.* ¶ 9. Pro *quomodo*, seu ut ablativus, seu ut adverbium *qui* sæpe venuste ponitur; e. g. *Qui fit?* wie kömmt es? Hor. 1 sat. 1, 1 *Qui convenit?* wie ſchickt es ſich? *Qui vocare?* pro *quomodo*, vel quis vocaris, (nam & pronomen hic esse potest,) wie heiſſeſt du? was iſt dein nahme? Ter. Adelph. 5, 6, 3. Et ibid. 4, 5, 74 *Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret?* wie könte es dir mehr zu willen ſeyn? *Qui dum?* i. e. curigitur? weßhalben? Ter. Eun. 2, 2, 42. ¶ 10. *Qui* pro unde. Plaut. Trin. 2, 2, 74 *Habemus & qui nosmet utamur.* Sic exponit Gronov. ad hæc Liv. 1, 43. *Et, qui eos alerent, vidua attributa.* ¶ 11. *Queis* pro *Quibus*, dativus & ablativus plur. *Queis ante ora patrum, &c. contigit oppetere*, Virg. Æn. 1, 95. Et Plin. 12, 1 *Mille sunt usus arborum, sine queis vita degi non possit.* Plaut. Capt. 5, 4, 6 *Coturnices dantur, queis cum lusitent.* i. e. cum quibus. ¶ 12. *Quod*, item *Qua* & *Quo* horumque composita vide paullo inferius. ¶ 13. *Qui* & *quia* confunduntur, ubi vid. ¶ 14. Etiam illud observari meretur Casus relativi obliquos, cum per q. literam addito ductu aliquo indicentur in MSS. fere confundi, certe casus non determinare, quos proinde mutare interdum est critici. Vid. Poleni proleg. ad Fronti. de aquædd. p. 30.

¶ Quis, *quæ* vel *qua*, *quod* vel *quid*, interrogativum & infinitum, wer, welcher; ut, *Quis me est fortunatior?* Ter. Hec. 5, 4, 8. Et, *Quis me vult*, Id. Andr. 5, 3 pr. wer will zu mir? Et, *Quis erit modus?* Virg. eclog. 10, 28. Sic Cic. de Amic. c. 12 *Quis clarior in Græcia Themistocle?* wer iſt beruffener, als ꝛc. Id. Att. 6, 9 *Spero, quæ tua prudentia & temperantia est, &c.* deiner vorſichtigkeit und beſcheidenheit nach. Tale & illud Bruti ad Cic. lib. singulari epist. 4 *Quæ tua est humanitas, æquo animo te moneri patieris.* Et, *Qua impudentia est*, Cic. pro Qu. Rosc. c. 15, h. e. quæ ejus impudentia est. *Qua gratia?* Ter. Eun. 1, 2, 79, weßhalben? *Qua ratione?* Id. Phorm. 2, 1, 68 *Qua de re*, id est, de qua re: Cic. de Invent. 1, 44 *Firmatur similitudine ejus rei, de quæ agitur, ad eam rem, qua de judicatum est, &c.* Nepos 25, 13 *Qua ex re nobilis ferebatur.* ¶ 2. *Quis*, pro *qualis*, item pro *quantus* etiam ponitur, & admirationi inservit. Ter. Andr. 4, 2, 19 P. *Quis vicior, C. miser atque ac ego. Quis*, id est, *qualis.* Id. Heaut. 2, 2, 122 *Quæ soleat quos spernere?* ¶ 3. Omittitur nonnunquam antecedens pronomen, in interrogationibus præsertim. Plaut. Mil. 1, 1, 13 *Quemne ego servavi in campis Curculionis?* id est, illumne, quem ego servavi? Id. Epid. 5, 2, 54 *Quamne hodie per urbem usquequamus defessi quærere?* Ter. Andr. 4, 5, 19 *Quemne ego heri vidi ad vos adferri vespere?* Catullus de nuptiis Pelei v. 179 *An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui Respersam juvenem fraterna cæde secuta?* Similiter v. 182 *Quin fugit lentos incurvan gurgite remos?* ¶ 4. *Quid*, was? *Quid facerent miseri?* Cic. Verr. 5, 34, was ſollten die armen leute thun? *Quid est causse?* Ter. Andr. 3, 4, 21; &, *Quid est hoc rei?* Liv. 1, 48 pr. Sic, *Quid sui consilii sit, ostendit*, Cæs. B. Gall. 1, 21, er zeiget an, was ſein rath und bedencken ſey. *Si tibi quid feci*, pro *aliquid*, Ter. Andr. 1, 1, 14. *Quid amplius vultis?* Cic. pro S. Rosc. c. 21 extr. was wollet ihr mehr? *Quid multa?* Id. Off. 3, 14; & Att. 1, 8. *Quid multa verba?* Ter Eun. 3, 5, 20? & *Quid verbis opus est?* id. Andr. 1, 1, 72, was darf es viel worte? *Quid ita?* wie ſo? Ter. Eun. 4, 4, 58; & *Quid tum? Quid tum postea?* was iſt ihm denn mehr? Id. Heaut. 3, 3, 41; & Adelph. 4, 5, 15. *Quid? quod* formula connectendi fere maius quiddam aut minus credibile, unde sæpe loco ejus poni potest immo. Cic pro L. Manil. 5 *Quid? quod salus sociorum in discrimen vocatur.* De Sen 23 *Quid? quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur.* ¶ 5. *Quid*, id est, *quale, quantum.* Ter. Eun. 2, 2, 42 *Sed quid videtur tibi hoc mancipium?* P. *Non malum hercle.* Plaut. Epid. 2, 2, 26 *Tum captivorum quid ducunt secum:* id est, quantum. Ter. Heaut. 2, 3, 13 *Dii boni, quid turbæ est? ædes nostræ vix capiunt, scio: Quid comedent, quid bibent?* Cic. Tusc. 1, 41 *Dii boni, quid luceri est emori?* ¶ 6. Eleganter additur particulis *Ne* & *Nisi*, ut nihil magnopere efficiat, & sic abundet. Plaut. Most. 3, 1, 8 *Manifesta res est, nisi quod occurro prius, Ne hoc nunc senex resciscat.* Tac. An. 14, 7, 3 *Quod contra subsidium sibi, nisi quid Burrhus & Seneca expergiscerentur.* Plaut. l. c. v. 85 *Ne inconsiderate quid nos porro possimus.* ¶ 7. Per ellipsin sæpius auctores *quid* & *quod*, pro *cur*, ponunt, sive *propter quid.* Ter. Andr. 2, 2, 3 *Lætus est, nescio quid*, ich

ich weiß nicht warum. Id. prol. Heaut. v. 3 *Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.* Cic. Cat. 2, 6 *Quæsivi, quid dubitaret proficisci?* Ovid. Met. 2, 622 *Quid veniat, (cognovit enim,) scitatur.* Apul. 6 Met. p. 181 *Deinde nunciato, quid adveneris.* ¶ 8. Ellipsis relativa figuram poëticam, epexegesin gignit: v. g. Virg. Æn. 1, 13 *Est locus, Hesperiam Græci cognomine dicunt*, i. e. quem dicunt. v. Burm. ad Quint. 8, 11 pr.

¶ Quod, interrogativum & relativum, welches; ut, *Quod facinus ab ipso non est perpetratum?* welche übelthat? *Quod te oro*, darum ich dich bitte, Ter. Hec. 3, 2, 3. *Quod bene vertat*, Liv. 1, 28 pr. Et, *Quod bonum, fa. stum, felixque sit*, ibid. c. 17 & 28, formulæ bene precandi & feliciter auspicandi sunt. *Quod sine molestia tua fiat*, unbeschwert, Cic. fam. 13, 23. *Quod commodo valetudinis tuæ fiat*, Id. 14, 5. *Quod commodo rem facere possis*, i. e. quoad. v. Gronov. ad Liv. 26, 32 ext. & quæ mox ad *quoad* dicemus. *Quod superest, quod reliquum est, quod restat*, was noch übrig ist: Cic. multis locis. ¶ 2. *Quod quidem in te fuit*, id est, *quantum*, so viel bey dir gestanden, an dir gewesen ist. Ter. Eun. 2, 1, 8 *Manus nostrum ornato verbis, quod poteris, & Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito*, i. e. *quantum*, vel *quoad poteris.* Idem Heaut. 3, 1, 7 *Quod potero, adjuvabo senem.* Et rursus 5, 4, 15 *Ego quod potero, enitar sedulo.* Add. Cic. Att. 12, 48 pr. Possis putare, *quod* pro *quoad* per contractionem dici: sed Priscianus ad Atticorum morem refert, qui ὅ τι δύνασαι dicunt: Locus est lib. 18 p. 1194. Et Lucan. 3, 538 *Vt tantum medii fuerat maris, utraque classis Quod semel excussis posset transcurrere tonsis*; Vbi *Quod*, est, *quantum.* Cic. fam. 14, 12 *In viam quod te des hoc tempore, nihil est*, id est, quamobrem, propter quod: qua ratione nihil vulgatius apud Plautum atque Terentium est. *Id quod* vid. in *Is* n. 10.

¶ Quod, conjunctio causalis, idem significans, quod *quia*, indicativo & subjunctivo jungitur, daß, respondetque Græco ὅτι, quod & ipsum primum fuit relativum ὅ, τι, elliptice deinde usurpatum: ut; *Quod ad me scribis, per mihi gratum est*, daß du an mich schreibest, &c. Cic. Att. 1, 4. Virg. ecl. 3, 48 *Nihil est, quod pocula laudes.* Quomodo vero ab *Vt* conjunctione, particula hæc discernenda sit, vide in *Vt*: cum qua nonnulli scriptores recentiores, & Christiani male confuderunt, & *quod* pro *ut* posuerunt; ut Radulphus Ardens cum alibi, tum Homilia Domin. in palmis ramorum: *Qui vero activus & uxoratus est, ita agat exteriora, quod non obliviscatur interiora: sic transeat per sæculum, quod non obliviscatur Deum.* Quamquam & ipsi veteres sic videntur quibusdam locuti. Videntur, inquam, non sunt. Nam Plaut. Capt. 3, 4, 82 *Garriet, quod neque pes unquam, neque caput comparet.* Non modo Lambinus legi voluit *quo*: sed manifesta est vis relativi, *Garriet id*, circa *quod.* Ter. Adelph. 3, 2, 1 *Nunc illud est, quod si omnia omnes sua consilia conferant, Atque huic malo salutem quærant, nihil auxilii afferant.* Aperte etiam hic *quod* relativum est, & notat *circa quod*, ut fere semper ante *si.* Denique male provocatur ad Colum. 7, 5, 16, ubi vulgo legebatur. Colum. 7, 5, 16 *Est etiam insanabilis facer ignis, quam pustulam vocant pastores. Ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali malo correpta est, universum gregem contagione perficit, sic quidem, quod nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur.* Sed castigavit ex optimis libris Gesnerus, *siquidem nec &c.* ¶ 2. Vsurpatur & aliquando pro *quum* vel *postquam*, *ex quo*, *&c.* Plaut. Trin. 2, 4, 1 *Minus quindecim dies sunt, quod pro hisce ædibus minus quadraginta accepisti.* Ter. Heaut. 1, 1 pr. *Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum est, Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es.* Plin. 4 ep. 27 *Tertius dies est, quod audivi recitantem.* Plane ita nos: es ist der dritte tag, daß ich &c.

¶ 3. De usu conjunctionis *quod* pro accusativo cum infinitivo Io. Matthiæ Gesneri disputatio.

De constructione Conjunctionis *quod* post verba sensuum, affectuum & significandi, quæ aliquatenus accusativum cum infinitivo habent, post renatas inde literas disputatum est. Quæ utrinque dicta sunt, fere omnia cognoverit, si quis legerit, quæ habent Sanctius Min. 3, 14 & ad eum locum Perizonius. Scilicet Sanctius negat dici posse latine, & ad aureæ ætatis normam *scio quod, dico quod, credo quod*, cum conjunctivo, & respondet locis pro usu τῆς *quod* proferri solitis: ita tamen, puto, ut videatur τὸ ἀμέτρον τῆς ἐνδοξικῆς ipsum transversum agere non nunquam uti damnet quæ recte habent, aut ad emendandum adeo loca sana provolet. Eandem sententiam, sed multo providentius tuetur Gronovius pater, tum aliis locis, tum ad Plautum Asin. 1, 1, 37 & Aulul. 2, 1, 52, itemque ad Liv. 3, 52 pr. & ita tuetur, ut pro *quam* librarios uno alteroque loco barbarum illud *quod* inculcasse probabili conjectura, quam neque librorum auctoritas destituit, confirmet. Sed neque deest Perizonio, quem Sanctii intemperantia videtur impulisse, ut & ipse paullo calidius in quibusdam versaretur, & aliquantum pugnaret ambitiosius, post Scioppium quidem in Auctario Grammaticæ, ficto Mariangeli nomine, edito Ep. 6 p. 45 seq. Vossium de constructione c. 20 & 62, ut alios prætermittamus; non deest igitur his triumviris, quod pro tuenda aut excusanda certe barbarorum illa ratione dicant. Diligenter consideravi loca Ciceronis quidem & æqualium, tum ad quæ provocatum est omnia, tum alia nondum, quod sciam, in hanc scenam producta. Hyginum illum Augusti, si Dis placet, libertum, quem subinde laudat Scioppius, plane non moror. Sed nec de reliquis Senecæ, Martialis & similium locis multum hic laboravi, non quo non etiam hic disputari multa possint: sed quod constat dicendi regulam ab his non petendam. His igitur auctoribus, non tam ponte plane dejectis, quam ne turba opprimamur, interim ovili quasi disclusis, porro illud monendum est, non Scioppium modo, sed ipsum etiam Perizonium, cum ingrediuntur hanc disputationem, ita se instituere, ut ostendere se velle dicant, æque recte & æque Latine dici *scio, credo, dico, quod tu sis doctus*, ac *scio, credo, dico, te esse doctum*: cum autem aliquantum provecti sunt, ea magnam partem proferre exempla, quæ plane his sunt dissimilia, & de quibus nemo litem movit, (nisi quod Sanctio petulanter satis illudenti Grammaticis unum alterumque excidit) ita ut facile fucum facere festinantibus & perfugium parare semibarbaris possint, accidereque videatur in hac verborum disciplina, quod Epicureis Sadducæisque usu veniße dicitur, ut magistrorum dictatis, non plane contemnendis, quibusque ipsi nihilo pejores facti sunt, male abutantur discipuli mali, & licentiæ suæ magistrorum auctoritatem obtendentes. Quæ cum ita sint, & ut ordine aliquo progrediatur hoc quicquid est disputatiunculæ,

I. ab ea quæstione removenda videntur illa, ubi *quod* non pro Græcorum ὅτι ἀφηγηματικῷ ponitur, sed ubi αἰτιολογικὸν sive causale est. Hoc facile intellectu est, si consideremus, possit ne *quia*, vel *cum*, vel *propterea quod*, aut simile quiddam τῇ quod substitui. Hic sine discrimine vel finitum tempus cum suo *quod*, vel infinitum cum accusativo adhibetur, & quidem si illud, vel in indicativo, in sententia finita, ac certa; vel in subjunctivo, si pendens aut sententia sit aut constructio. Itaque post *miror, doleo, queror, indignor, gaudeo*, & similia forte affectuum, quæ vocant, verba (de omnibus non ausim confirmare, neque enim dici posse, *puto, spero, confido quod*, neque dici ignoro, *vereor, ut* vel *ne*: adeo usus tyrannus est) dubium non est, quin *quod* sequi possit: Sequi tamen etiam & potest & solet accusativus cum infinitivo. Quæ quidem res indicio esse videtur, interdum indicatum esse objectum adfectus (per accusativum cum infinitivo) interdum autem, causam (per αἰτιολογικὴν finito verbo adjectam τὴν *quod*.) Hoc si observes, bona pars eorum, quæ pro se laudant Perizonius aliique, non jam ad quæstionem propositam pertinebit, aut opposita erit sententiæ Gronovianæ. Videamus exempla pauca nunc: plura enim deinde dabuntur, ubi, quæ truncata speciem habent aliam, integra proferemus. Igitur exemplo sit Plaut. Merc. 3, 4, 10 *Id illi vitium maximum est, quod nimis tardus est.* Phædr. præf. 5. *Calumniari autem si quis voluerit, quod arbores loquantur*, i. e. quia. Nam causa, obtentus certe calumniandi est loquela arboribus attributa. Item Phædrus 63, (4, 4, 30.) *Quam graviter ferret, quod voluntatem suam interpretari non potuissent Attici.* Cæl. ad Cic. fam. 8, 14. *Propositum hoc est, de quo sunt dimicaturi, quod Pompejus constituit, &c.* Talia sunt Cic. Cato. 2 pr. it. 12 pr.

II. Ita neque disputatur, disputatione certe opus non videtur, de his, ubi *quod* includit formulam *quantum attinet.* v. g. Petronius c. 138 *Quod verberatus sum nescio:* quæ verba insidiose a Perizonio allegantur, omissis, quæ statim adjungenda erant, *quod ejectus sum ludum puto.* Sciebat optime qui loquitur, se verberatum esse, sed se μνησικακῶν negat. Hoc observandum præsertim etiam Scioppii causa, qui magnum numerum produxit eorum locorum, ubi aperte hypothesin ejusmodi significat. Huc referenda initia SConsultorum aut sententiarum senatoriarum. *Quod verba fecit M. Curio &c. de ea re ita censeo.* Huc pertinet Horat. Ep. 2, 2, 146 *Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ, Narrares medicis: quod quanto plura parasti, Tanto plura cupis, nulli ne faterier audes?* Huc referendus Livii locus 42, 33 *P. Licinius COS. SCtum recitari jussit, primum* quod *bellum Senatus Perseo jussisset*, (ubi plane abesse ἡ *quod* non posse videtur, nec locus relinqui infinitivo) *deinde* quod *veteres Centuriones quam plurimum ad idbellum* scribi censuisset, *nec ulli qui non major annis L esset, vacationem militiæ esse.* Vehementer hic acumen Perizonii desidero, qui putarit, tres partes esse SCti, duas per *quod*, tertiam per infinitivum expressas. Quin duæ sunt partes, duo capita; primum de ipso bello, alterum de his, qui scribendi essent. Itaque a verbo *censuisset*, pendet tum infinitum *scribi*, tum alterum *esse.* Similia de h. l. disputat Burm. ad Calpurn. ecl. 3, 35, h. e. quantum ad ipsam rem attinet, negat se assentiri posse Perizonio in omnibus exemplis, negat etiam *quod* hic positum pro accusativo cum infinitivo: sed, de quo ipse viderit, legi jubet *quo.* Nobis quidem nihil mutandum videtur. Sed accipimus, quod dat illo ipso loco vir doctissimus, locum hic plane non esse accusativo cum infinitivo: & comparat alteram SCti formulam c. 30 ejusdem libri.

III. Denique ab hoc censu removendæ sunt formulæ aliæ, quæ male ad regulam propositam trahuntur, v. g. Ovidianum illud, *Adde quod*, ubi aperta nimis est ellipsis, *Adde illud, quod*, item *hoc tamen excepto, quod.* Quamvis enim forte etiam in aliis, quæ infinitum postulant, similem comminisci ellipsin liceat, tamen analogiæ & ratiocinationi ab auctoritate destitutæ in linguis non ita multum, adversus auctoritatem etiam pugnanti, nihil plane tribuendum esse satis constat.

IV. Quædam exempla huc relata sunt per manifestam calumniam, truncatis & omissis, quæ adjecta statim sucum produnt, & *quod* αἰτιολογικὸν aperiunt, e. g. Cæs. B. C. 1, 26 *Paullo post renunciant, quod Consules absint.* Fateor, hoc exemplum me movebat; sed cum in manus sumerem librum Cæsaris editionis optimæ Iungerm. & ut quæque est præter hanc emendatissima, admiratio alia subiit animum. Nam ita scriptum est, *Paullo post renunciant, quod* (i. e. quia vel cum) *consules absint, sine illis de compositione agi non posse.* Multo hic mihi magis probatur Pe. Ciacconii acumen, cui verba *sine illis* suspecta sunt, quam doctissimi viri Davisii ad h. l. adnotatio. Ex Varrone 1, 7, 9 hæc verba laudat Scioppius p. 47 *Cato dicit quod primus ager sit, ubi vineæ &c.* Sed omittit plura interjecta. Locus ita habet, *Cato alium alio agrum meliorem dicit esse in novem differentiis*, quod *sit primus* h. e. quia. Nec minus truncata sunt, quæ eodem loco ex Varronis 1, 2 profert: *Verum est, quod jubet vanam coquere in aqua.* Series orationis hæc est: *Tam hercle verum est, quam hoc*, quod *jubet &c.* ubi nec aliter porerat. Ex Varrone etiam 2, 4, 18 laudat hæc verba, *& corpus matris ab sacerdotibus*, quod *in fossura fuerit, demonstratur.* Sed quid ni dicamus relativum esse *demonstratur corpus quod fuerit in fossura.* Non plus efficitur tertio Varronis loco, 2, 5, 3, qui facere pro Scioppio desinit, cum totus legitur. *Tauros vocabant ἰταλούς, a quorum multitudine Italiam dixerunt. Alii scripserunt*, (intell. Italiam dictam) *quod* (i. e. quia) *e Sicilia Hercules persecutus sit eo nobilem taurum, qui diceretur Italus.* Sed & quartus frustra huc trahitur 2, 10, 6: *Quod ad fœturam humanam pertinet pastorum; qui in fundo perpetuo manent, facile est*, (h. e. res facilis est: cur nam?) quod *habeant conservam in villa.* Non memini laudatum videre locum alium Varronis, qui specie non caret 1, 7, 7 *Idem ostendit; quod* arbores *in locis feris plura ferunt.* Præcessit quidem Theophrasti mentio. Sed consideranti locum verum esse apparebit, quod adscripsimus, *Idem* esse neutrius generis, quarti casus. Poterat ita, *Eandem rem ostendit illud, quod &c.* Similis fere ratio est illius 1, 56, qui locus nihil nobis adversabitur, si ita interpungas, ut a nobis factum est: *primum fœnificiæ condantur melius sub tecto, quam in acervis, quod ita sit iucundius pabulum, ex eo* (id) *intelligitur, quod pecus, utroque posito, libentius est* illud quod sub tecto fuit. Eadem fere ratio est Cic. Offic. 2, 12, ubi legunt vulgo, *Equidem illud etiam*

animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Sed ex emendatione, quam Lambinus e Vet. Cod. protulit, quamque in MSS. esse, libellus Variar. Lectionum *Grævianus* testatur, nec injuria recepit in contextum (post Henricium qui edidit Officia 1582, 8) Gronovius, legendum *lenitate verbi tristitiam rei mitigatam.* Ita causale est *quod.* Geminus locus est Cic. fam. 3,5 *Tunc mihi ille dixit, quod* (i. e quia) *classe tu velles decedere, per fore accommodatum tibi, si navibus accessissem,* ubi frustra laboratum meruisse videntur Lambinus & alii, qui contra MStorum fidem aliquid hic mutarunt, legentes, *classe te velle decedere,* &c. quo in numero est etiam. Quartierii ad usum Delphini elaborata editio. Alii multo se turpius dedere, v. g. Venera 1483. *Classe tu velles decedere, & accomm.* &c. Lectionem a nobis propositam MStorum fide firmat Gebhardus, Grævius, & Gronovius pater. Operæ pretium est, Grævii præsertim annotationem consuluisse. Gronovianæ verba pariter ac sententiam hic deseruit, ne quid gravius dicam, Verburgius. Neque multo aliter sentiendum videtur de Cic. Att. 10, 4 ext. *Affirmabat cum scripsisset, quod me cuperet ad urbem venire; illum quidem gratias agere maximas.* Licet enim multis mendis, Victorio etiam teste hic locus scateat, illud tamen apparet, τὸ *quod cuperet* non ad *scripsisse* referri, sed infinitum *gratias agere: quod* autem causale est. Verba quæ hunc locum proxime præcedunt, quæque & ipsa non satis emendata vitia sunt olim viris doctis, huc trahit etiam Scioppius. Sed frustra, si bene Gruterus edidit, & qui eum secuti sunt, *jurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem.* Certe hic totus locus talis est, ut nihil adversus comprobatam infinitis exemplis regulam valeat. Ita causale est *quod* in illo Cic. Off. 1, 43 *Idque hoc argumento confirmari potest, quod si &c.* Sed potest etiam fuisse interpunctum post *potest,* & argumentum ipsum sejunctum a superioribus, *Quod si contigerit, &c.* Similiter, quod ex Digestis l. 30 de verb. oblig. (45, 1) adferunt, *sciendum est generaliter, quod, si quis se scripserit fide jussisse, videri omnia solenniter acta,* apertum est legi debere *quod si* & *ad sciendum est,* referri infinitum *videri.*

V. His ita positis, paucissima exempla supererunt, quæ regulæ supra propositæ & plastris exemplorum, si quis dubitaret, nullo negotio confirmandæ, objici possunt, quæ proinde vel interpretatione ac distinctione juvare, vel critica ope, ad reliquorum numero plane infinitorum revocare similitudinem tanto minus fraudi fuerit, cum primo conster, quantum sibi indulserint librarii in vocibus pariter ac formulis ad suæ ætatis genium, sicubi occasio prona esset oblata, corrumpendi, ac ipsa deinde varietas codicum, in his locis ex compendiorum scribendi ambiguitate orta blandissimam illam vel corruptionem vel emendationem reddat. Licentiæ illius librariorum specimen manifestum vidimus modo in Cic. fam. 3, 5. De scribendi compendiis Longobardicis non potest dubitare, nisi qui nullum id genus codicem oculis usurpavit. Age igitur breviter ea loca percurramus, quibus non intempestivum videatur medicinam criticam adhibere. Phædr. fa. 83, (5, 2, 11) *Scio, quod virtuti non sit credendum tuæ.* Hic ipse etiam Burmannus, at qui vir? qui tota præfatione quartæ editionis suæ, quin tota hac editione licentiam criticorum oppugnat & repellit fortissime, scribere cogitur, *Mihi tamen valde blanditur* Gronovii *quam,* ut apud Ovid. 4 Fast. 529 *Dux comiti narrat, quam sit sibi filius ager.* ubi etiam *quod* vulgo legitur, sed *quam* restituit ex opt. edit. Carolus Neapolis, servavitque in utraque editione idem Burmannus. Gronovianum *quam* in Phædro etiam recepit Schefferus. Liv. 3, 52 pr. *Scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant.* Satis causæ fuisse arbitramur Gronovio *quam* substituendi, cum præsertim permutata fuisse solennia Longobardicæ Scripturæ compendia, lectio illa *que* satis indicet. Similem igitur vult Gronovius sibi ipsi Livium, verbi gratia, 4, 31 pr. ubi nemo, quod sciam, aliter legit, *documento fuere quam pluribus imperium bello inutile esset.* Alius ejusdem Livii locus 45, 1 pr. *Quam feliciter rempubl. administraverim, & quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos arbitror.* Sed audacter subscribo Gronovio patri, scribere jubenti, *quæ duo fulmina.* Paullo difficilior est ratio Plautini illius Asin. 1, 1, 37 *Equidem scio, jam filius quod amet meus.* ubi tamen prætermissis aliorum sententiis illud maxime probandum videtur, *quod* esse relativum, *scio* vel novi illud ὑφεσάμενον, *quod amet meus filius.* Neque difficultate caret Pœn. 3, 1, 44 *Scitis, rem narravi vobis, quod vestra opera mihi opus sit,* sed facile tamen ad normam & hic revocabitur si legas *qua.* Sequitur enim *Ei paratæ ut sint insidiæ de auro & de servo meo.* Ita Catonis illud apud Plin. 29, 1, f. 7. *Dicam de istis Græcis suo loco, &, quod bonum sit eorum literas inspicere, non discere,* si *quam* substituas, nihil habebit insolentis. Quin blandiorem adhuc medicinam suppeditat thesaurus non liber, editio A. 1470, quæ ita legit & interpungit: *Dicam de istis Græcis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit: illorum literas aspicere non perdiscere.* Ita *quod* esset pro *quid:* infinita autem pro imperativis, vel ἐπεξηγματικῶς ostendunt, quidnam illud bonum sit, nempe *adspicere, non perdiscere.* Denique difficultate non caret locus Cic. de Orat. 2, 9 extr. *Tamen hoc certius nihil esse potest, quam* quod *omnes artes aliæ sine eloquentia suum munus præstare possint, orator sine ea nomen suum obtinere non potest.* Hic primum ἡ *quam* corruptionem arguit, quippe quæ supervacua est, cum jam præcesserit ablativus, *hoc certius.* Deinde omnia bene habebunt, si interpungas, post *potes* & ita pergas: *Quamquam omnes artes &c.* Hi quatuor loci fere sunt, in quibus aliquantum adhæsisse me fateor: & horum similes si essent reliqui, vel major certe pars eorum, qui a Scioppio & Perizonio præsertim proferuntur, concessurus profecto in illorum sententiam eram. Iam cum a patronis ita doctis pauca adeo, nec ea tamen exceptione majora, sententiæ suæ præsidia proferri potuerint, superest, ut in ea maneam, quæ mihi videtur tutior. Quæ enim præter ea, nisi immutata convenire nostræ opinioni non posse videntur, multo expediti orem habent rationem. v. g. Plauti illud Aulul. 2, 1, 52 *Scio, quid dictura es,* plane nobis non adversaretur, si legeres etiam *quod.* Bene huc advocavit Gronovius, Bacch. 1, 1, 45. *Scio, quid ago & quid lego scio, quid metuo.* Ita emendatione opus non habet, sed vindicandus est a corruptione Terentius Andr. 1, 4, 1, *Audivi, Archilis,* (*quod*) *jam dudum Lesbium adduci jubes.* Illud etiam *quod* perperam metri stabiliendi causa a Goveano insertum ostendit Sanctius, nec est in optimis editionibus, antiquioribus pariter & posterioribus; neque ad metrum adeo fulciendum opus esse docuit Bentlejus. Cic. fam. 7, 28 *Memini quod mihi desipere videbare.* Sed jam Gruteriana & optimæ quæque aliæ tegunt *eum.* Deinde si constaret etiam a manu Ciceronis esse *quod,* (id quod credere videtur Manutius, ad MSS. XI provocans, at quadrata rotundis itidem in hac causa miscens) nimis tamen apertus esset respectus temporis, comparandaque ea ratio formulis illis, *tres anni sunt, quod redii &c.* quarum plures, & in iis hunc ipsum Ciceronis locum congessit Scioppius sive larvatus Mariangelus p. 59. Quæ cum ita sint, certe illud fatendum erit his etiam, qui duriores sunt ad Critica studia, duo, vel tria loca, per tot discrimina rerum, i. e. per tot imperitas librariorum manus ad nos delata offerre non debere perpetuo, Latine quidem scribentium & extra judicii aleam positorum, usui, qui ita apertus est, & manifestus, ut ausim recipere unicuivis eorum locorum, quæ per quatuor illas cautiones supra propositas non jam ab hac disputatione exclusa sunt, me oppositurum millenos minimum, ubi infinitivus cum accusativo adhibetur, etiamsi in partes vocentur Martialis, Seneca, & id genus auctores latinitatis non optimi. Idque ipse quoque non dissimulat moderatior multum Scioppio Perizonius, qui p. 505 extr. *Sed tamen vel sic nemini auctor sum,* inquit, *iis temere vel passim utendi. Nam elegantia Linguæ Latinæ abhorrere tandem cœpit* (quin aureo toto sæculo Cæsaris, Ciceronis, & quanto quisque horum est limillimus abhorruit) *ab illa longiore circumlocutione, quum posset rem ipsam per infinitum breviter enunciare, cujus usus propterea longe longeque est frequentior.* In primis illud est notatu dignissimum & bene, uti multa, a Sanctio animadversum, cum satis multa superfint e græcis translata, ubi ὅτι ἀφηγματικὸν occurrit, eis nunquam *quod* reddidisse Tullium, sed infinito semper cum accusativo illud permutasse. Quare qui nunc Latine scribunt, eos peccare ajo, & solœcismum facere, si scribunt, *credo quod, scio quod, puto quod, audio quod,* & id genus infinita, a quibus hodie sibi non cavent, etiam qui exemplum scribendi suppeditare aliis debebant.

¶ 4. *Quod* pro quamvis ponitur, Ovid. A. A. 1, 26 *Illa* (Diana) *quod est virgo, quod tela Cupidinis odit; Multa dedit populo vulnera,* (amatoria) *multa dabit.* Ter. Eun. 5, 8, 34 *Si te in platea offendero hac post unquam, quod dicas mihi, alium quærebam, iter hac habui: periisti.* ¶ 5. Non raro & hæc particula abundare videtur ante alias particulas ab initio periodi, ita tamen ut relationem includat, q. d. *quo in negotio, secundum* vel *circa quod negotium &c.* Unde nec potest in totius libri aut orationis initio collocari. Virg. Georg. 1, 155 *Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris.* Ter. Phorm. 1, 3, 3 *Quod ni fuissem incogitans.* Id. And. 3, 4, 25 *Quod si quiessem, nihil evenisset mali.* Ita Cic. Att. 4, 2 p. 357 Gr. *Quod ne* positum videtur pro quo minus. Ita *Quod quia, Quod si &c. Quod cum,* pro *Quia, si, cum,* vel *verum, quia &c.* apud Ciceronem non infrequenter reperiuntur. Nep. 18, 8, 2 *Quod si quis illorum legat facta.* Id. 23, 1, 2 *Quod nisi domi debilitatus esset,* &c. Conf. Id. 25, 10, 6; Virg. ecl. 9, 14; Æn. 6, 133 &c. *Quod ut, Quod ubi, Quod tametsi.* Cic. fam. 14, 4 *Quod utinam minus vitæ cupidus fuissem.* Virg. Æn. 10, 630 *Nunc manet in fontem gravis exitus: aut ego veri Vana feror; quod ut di potius formidine falsa Ludar! Quod ubi id pote.* Varr. R. R. 1, 15.

Quamdiu, quamlibet, quamquam, quamvis, &c. vide *Quam.*

Quamobrem & Quare, vide *Res.*

Quemadmodum, vide in *Modus* n. 1.

Qui pro *ut, quod, Quomodo,* vide in *Qui, quæ, quod,* n. 4 &c.

¶ Quicum, pro *cum quo,* vel *qua,* mit dem, mit welchem. Ter. Heaut. 1, 2, 4 *Quicum loquitur filius?* Id. Eun. 4, 6, 22 *Quicum res tibi est, peregrinus est.* Cic. fam. 4, 1 *Nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum, communicandum putem.* Virg. Æn. 11, 822 de Acca, una ex comitibus Camillæ: *Quicum partiri curas.* Ter. Hec. 4, 1, 40 *Quicum tot consuesset annos,* i. e. *cum qua.* conf. Goclen. Problem. Gramm. 4, 17. Sed & *quocum* ap. Cic. Att. 4, 9 *Cum eo, quocum video esse ambulandum.* Et *quibuscum* ap. Eund. de Clar. or. c. 58 *Magni interesse, quos quisque audiat, quibuscum loquatur a puero.* Et Plaut. Rud. 5, 3, 7 *Quibuscum inveni filiam meam,* i. e. quorum opera.

¶ Quicunque, *quicumque, quodcunque,* wer nur, welcher es auch sey; ut, *Quibuscunque rebus potero, dignitatem illius tuebor,* Cic. Agrar. 2, 18. *Quicunque is est, ei me profiteor inimicum,* Asin. Cic. fam. 10, 31, er sey auch, wer er wolle. *Quicunque sal,* was auch für salz, Plin. 31, 9. Cic. fam. 2, 19 *Quamobrem quæcunque a me ornamenta ad te proficiscentur,* h. e. omnia. Nihil enim inferendum. v. Manut. ¶ 2. Poetæ per τμῆσιν quamdam nonnunquam aliquid interponunt: ut, *Quo me cunque vocant terræ,* Virg. Æn. 1, 610. Et Horat. 1 od. 16, 2 *Quem criminosis cunque voles modum Pones Iambis.* Nec plane hoc insolens oratoribus: *Quod erit cunque visum, ages,* Cic. de Fin. 4, 25. Et de Divin. 1, 2 *Prodessemus civibus nostris, qua re cunque possemus.* conf Gell. 12, 5.

¶ Quidam, *quædam, quoddam* vel *quiddam,* personam certam & singularem significat, iemand, einer; plural. einige, etliche. Cic. pro Cluent. c. 63 *Quidam ex advocatis, homo summa virtute præditus, dixit.* Et, *Quidam de collegis,* Id. fam. 11, 21. Et de Orat. 2, 74 *Crassi responsum excellentis cujusdam est ingenii,* es zeiget einen hohen verstand. Cic. de Leg. 3, 10 *In ipsa potestate inest quiddam mali.* Id. Acad. 1, 9 *Vt in his quiddam divinum esse diceret,* etwas sehr gutes. Ter. Eun. 5, 2, 6 *In angiportum quoddam defertum.* ¶ 2. Additur hoc pronomen eleganter nominibus propriis, ein gewisser: ut, *Argilius quidam,* Nepos 4, 4, 1. *Callias quidam,* Id. 5, 1, 3. Et, *Callicrates quidam,* 14, 8, 1. ¶ 3. In primis adjicitur, cum de obscuris loquimur, & quos contemnimus, nec nominare dignamur. Ter. Eun. 5, 6, 12 *Emit quendam Phædria eunuchum.* Vbi Donatus: τὸ *quendam* ἐξουθενισμὸν *significat & contemptum hujus,* Nepos 20, 5, 2 *Lamesticus quidam.* Itaque Cic. pro S. Rosc. c. 23, 1 *T. Clodium quendam Tarracinensem hominem, non obscurum eum dixit,* domi nobilem ignotum Romæ voluit significare.

¶ Quidni, adverbium interrogandi & confirmandi, warum nicht? *Patris cognatum &c. nostin? Quidni?* Ter. Eun. 2, 3, 35. Et Adelph. 4, 2, 34 *Nostin' porticum? quidni noverim?* Cic. Off. 2, 22 pr. *Laudat Africam Panætius &c. quidni laudet?* Apud jurisconsultos Roma-

Romanos μάλιστα & *quidni?* notæ ſunt reſpondentis ad ſtipulationem, ait Grotius de Iure Belli 13, 21. Ita, *Quidni iſta meminerim?* Cic. de Orat. 3, 67. *Quidni poſſim?* Id. Tuſc. 5, 5. ¶ 2. Ponitur etiam abſque ſocietate alterius vocabuli; Quod loquendi genus Afris ſcriptoribus uſitatum, obſervat Defid. Heraldus p. 178 Comm. in Apol. Tertull. c. 46; & hinc Tertullianum non ſemel emendat. Apulejus: *Nec Hercules laborum me, ſumtuumque quicquam pœnituit. Quidni? Liberali Deum providentia jam ſtipendiis forenſibus belle fotum*; Senſus eſt: und zwar nicht ohne urſach. conf. Id. Met. 6 p. 180; & Apol. p. 337.

Quilibet, quælibet, quodlibet, quamlibet, vide in *Libet.*

¶ Quinam, *quisnam, quænam, quidnam,* interrogativa ſunt, wer denn; ut, *Quisnam homo eſt?* Ter. Andr. 5, 6 pr. (ſed alii *Quis* legunt) wer iſt doch der mann? *Quisnam igitur liber?* Horat. 2 ſat. 3, 83. Sil. 13, 450 *Quinam te, qui caſus, ait Dux maxime, feſſæ Eripuit patriæ?* ubi *Quinam* & *qui*, pro *qui-nam* & *quis?* v. Drakenb. ad Sil. 9, 651. Ter. Phorm. 1, 4, 6 *Quidnam ille commotus venit?* id eſt, cur nam? Idem Andr. 1, 4, 7 *Sed, quidnam Pamphilum examinatum video?* Nep. 2, 2, 6 *Miſerunt conſultum, quidnam facerent.* ¶ 2. Et ſine interrogatione: *Reviſo, quidnam Chærea hic rerum gerat*, was er doch gutes verhabe, Ter. Eun. 5, 4 pr.

¶ Quilpiam, *quæpiam, quippiam* vel *quidpiam* & *quodpiam*, idem quod *aliquis* & *quidam*, etwa einer. Cic. Nat. D. 3, 35 *Si uredo aut grando quippiam nocuit*, etwas. Id. fin. 5, 11 *Propter aliam quampiam rem.* Ter. Eun 5, 2, 36 *Quid ſi hoc quiſpiam voluit Deus?* conf. Id. Andr. 2, 6, 7, & Hec. 3, 2, 14. Et Nævius ap. Chariſ. p. 192 *Non vis te moveam quippiam?*

¶ Quisquam, *quæquam, quidquam* vel *quicquam*, idem. Ter. prolog. Eun. v. 1 *Si quisquam eſt, qui placere ſtudeat bonis quam plurimis &c.* iſt iemand, iſt ein menſch auf der welt ꝛc. Virg. Æn. 1, 48 *Et quisquam numen Iunonis adoret?* und ſolte noch iemand ſeyn, der ꝛc. Ter. Andr. 5, 2, 22 *Si quidquam mentitum invenies, occidito.* Id. Eun. 1, 2, 120 *Neque me finxiſſe falſi quidquam, neque meo cordi eſſe quemquam cautiorem hoc Phædria.* Id. Andr. 1, 2, 7 *Nunquam cuiquam noſtrûm verbum fecit.* Idem ſæpe habet *quicquam*, ut, *Nihil quicquam*, Andr. 1, 1, 63 &c. Ennianum *Quidquam, quisquam, cuiquam, quod conveniat neget*, & ſimilia aliorum habes apud Cort. ad Sall. Cat. 5, 4.

¶ Quisque, *quæque, quodque*, & *quidque*, univerſale eſt, ein ieder, iedweder. Cic. fam. 1, 9 *Quid ad te tuorum quisque neceſſariorum ſcribat, neſcio. Pro te quisque noſtrûm hoc ſanare velle debemus*, Cic. Agrar. 1, 9. Virg. Æn. 6, 743 *Quisque ſuos patimur manes*, i. e. omnes patimur. De ſenſu hujus loci vid. in *Manes.* Sall. Iug. 18, 3 *Multis ſibi quique* (pro *quoque*) *imperium petentibus*, vid. Cort. ¶ 2. Eleganter jungitur cum ſuperlativis, aut iis, quæ ſuperlativi vim habent, qualia ſunt numeralia ordinis; Cic. Acad. Qu. 1, 4 *Certe enim recentiſſima quæque correcta & emendata.* Id. Tuſc. 1, 31 *Doctiſſimus quisque*, ie gelehrter einer iſt. *Optimus quisque gloria ducitur*, Cic. pro Archia c. 11. Sic, *In foro vix decimus quisque eſt, qui ipſus ſeſe noverit*, unter zehen findet man kaum einen, der ſich ſelbſt kenne, Plaut. Pſeud. 4, 2, 17. ¶ 3. Locutionem elegantem efficit ablativus etiam *Quoque*; ut, *Quinto quoque anno*, Cic. Verr. 2, 56, ie über das fünfte jahr, oder alle fünf jahre. *Quid quoque loco quadret*, Quintil. 9, 4, was ſich an ieden ort ſchickt. ¶ 4. *Quisque* pro *Quisquis*, id eſt, quicunque. Plaut. Mil. 2, 2, 5 *Quemque a milite hoc videritis hominem in noſtris tegulis.* Et Ter. Hec. 1, 1, 8 *Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemque nacta ſis.* Gellius 2, 5 *Vt quisque homo eſt non præceps, neque judicii ſui prodigus &c.* Liv. 2, 44 *Vt cuique privatim aliquid juris adverſus ſingulos erat*; ubi plura habet Gronov. Sall. Cat. 5, 3 legit cum Grutero Cortius *ſupra quam cuique credibile eſt.* Auſon. ſeptem Sapient. *Pareto legi, quisque legem ſanxeris.* vid Burm. ad Rutil. itin. 1, 276. Sidon. carm. 2, 77 *Conterritus hæſit Quisque ſedet ſub rege ſatraps.* Et vero iſto ita uſi præcipue cadentis ævi ſcriptores.

¶ Quisquis, utroque genere & neutr. *Quidquid*, vel *Quicquid*, ein ieder, er ſey wer oder wie er wolle. Cic. de Clar. Orat. c. 73 *Quisquis eſt ille, ſi modo eſt aliquis.* Ter. Phorm. 1, 4, 19 *Satis pro imperio, quisquis es.* Virg. Æn. 4, 476 *Sequimur te, ſancte, deorum Quisquis es &c.* Ovid. Amor. 3, 11, 49 *Quidquid eris*, i. e. qualiscunque fueris. Et Art. am. 1, 267 *Quisquis ubique viri, faciles advertite mentes. Quidquid id eſt*, ſolennis apud poëtas formula eſt. v. Drakenb. ad Sil. 6, 119 & 582. Ter. Eun. 1, 2, 122 *Quidquid hujus feci.* Cic. Tuſc. 5, 32 *Quicquid objectum eſt.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1039 & 1048, & Briſſon. de Formul. p. 11. *Quicquid longius*, pro quanto longius, Liv. 5, 32 *Quicquid longius ab urbe proferrent arma*, ubi Gronov. vide. Id. 21, 54 *Quidquid auræ fluminis appropinquabant.* Sic in ablativo *Quoquo pacto*, Ter. Eun. 5, 3, 53; & Adelph. 3, 2, 44. Et Cic. ad Qu. fratr. 1, 2 *Tu quoquo modo hominem inveſtiges velim*, wie du auch kanſt. conf. *Quoquo modo* ſupra in *Modus* n. 1. Sic, *Quoquo tempore*, zu welcher zeit es auch ſey, Id. Att. 9, 2. Plurali Liv. 41, 8 *Liberos ſuos quibusquibus Romanis mancipio dabant.* Pro *quicunque* poni etiam, oſtendit Burm. ad Quint. Decl. 8, 9 p. 174. ¶ 2. *Quisquis* ponitur etiam pro *quisque*: Cic. fam. 6, 1 *Quocunque in loco quisquis eſt.* v. ibi Manut. ¶ 3. *Quiqui* pro *Quicquis.* Plaut. Aul. 14, 10, 45 *Ab eo, quiqui eſt, poſces.* conf. Caſin. 3, 1, 10; Pœn. 3, 2, 11 &c. Plin. Cic. Att. 16, 8 *Veterani, quiqui Caſilini & Calatiæ ſunt.* ¶ 4. *Quisquis* & *Si quis* confunduntur a librariis, ut Burm. ad Ov Her. 1, 21 obſervat.

¶ Quivis, *quævis, quidvis* & *quodvis*, ein ieder, wer er auch iſt. Ter. Adelph. 2, 3 pr. *Abs quivis* (quovis) *homine cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.* Et, *Vt lutulentus ſus cum quovis volutatur*, Cic. in Salluſt. c. 1. *Quivis pati malle, quam &c.* Id. Verr. 3, 18, alles lieber leiden wollen, als ꝛc.

¶ Qua, adverb. per quem locum, in qua via, wo hindurch. Virg. Æn. 1, 401 *Perge modo, & qua te via ducit, dirige greſſum.* Nepos 1, 3, 1 *Pontem fecit in Iſtro flumine, qua copias traduceret.* Id. 2, 5, 2 *Qua ſex menſibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta reverſus eſt.* Sed Idem 5, 2, 5 *Arce, qua ad meridiem vergit*, i. e. ubi vel qua ex parte, allwo, oder auf welcher ſeite. Cic. pro Cæcina c. 8 *Ad omnes introitus, quæ adiri poterat in eum fundum.* ¶ 2. Cic. Att. 8, 9 p. 772 Græv. *Qua autem eſt?* h. e. qua parte vel quo loco epiſtolæ meæ ſcriptum eſt. ¶ 3. *Qua* interdum eſt qua ratione. Ovid. Heroid. 13, 41 *Qua poſſim, ſqualore tuos imitata labores Dicar &c.* v Heinſ. ad h. l. ¶ 4. Elegans eſt uſus particulæ hujus in diſtributionibus. Cic. Att. 15, 18 *Quoniam intelligo, te diſtentiſſimum eſſe, qua de Buthrotiis, qua de Bruto.* Plin. Paneg. c. 33 *Satisfactum qua civium, qua ſociorum utilitatibus.* v. Taubm. ad Plaut. Mil. 4, 3, ſowol ꝛc. als; beydes ꝛc. als.

¶ Quacunque, adverb. per quamcumque partem vel locum, wo auch hindurch; ut, *Quacunque iter fecit &c.* Cic. Verr. 1, 16, & Nep. 23, 3, 3 *Quacunque nos commovimus*, Cic. Att. 14, 17. *Quacunque impetum feciſſent, boſtes perrupturos*, Liv. 25, 21.

Qualibet, vide *Libet.*

¶ Quapropter, adverb. weshalber? warum? it. derowegen, darum. Plaut. Bacch. 5, 2, 25 *Quid eſt, quapropter nobis malum minitemini?* Et Ter. Adelph. 3, 2, 44 *Quapropter quoquo pacto tacito eſt opus.*

¶ Quāqua, adv. *quocunque*, wohin man will; ut, *Quaqua tangit, omne amburit*, hoc eſt, quamcunque partem tangit, ſo weit oder wohin es nur rühret, Plaut. Epid. 5, 2, 9. *Quaqua incedit*, Id. Mil. 2, 1, 14. Conf. Apul. Met. 2 p. 116; & 6 p. 184; & 11 p. 258.

¶ Quaquaverſus, idem. Apul. Met. 4 p. 154 *Convalles ſpinetis aggeratæ & quaquaverſas repoſitæ.* Sic *Quoquoverſus*, v. infra.

¶ Quaque, idem ac *Quacunque.* Manilius lib. 5, 311 *Non ullo careat digito, quaque iverit, haſta.*

¶ Quaquam, idem. Pompon. ap. Chariſium 2 p. 192 *Quaquam negas nuptam.* Lucret. 1, 428 *Neque omnino quaquam meare.* v. ibi Lambinus.

Quare, vide *Res.*

Quaſi, vide ſupra ſuo loco.

¶ Quātenus, adverb. quantum vel in quantum, wie weit? ſofern, ſo weit. Cic. fam. 1, 2 *Quatenus de religione dicebat, Bibulo aſſenſum eſt.* Et de Amic. c. 11 *Videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat.* Cic. de Orat. 2, 87 *Sciat, quid, & quatenus, & quomodo dicturi ſint.* Et fam. 4, 4 pr. *Ex ea parte, quatenus &c.* ¶ 2. Quintiliani ſeculum *Quatinus* ſcripſit, ſed pro *quando* aut *quandoquidem*, cum, da, indem, weil. Nam & Feſtus inter *QVATENVS* & *QVATINVS* diſtinguit, quem vide, & veterem Scholiaſten Horatii ad illud 3 od. 24, 30 *Quatenus, heu nefas Virtutem incolumem odimus.* Suet. Claud. c. 26 *Confirmavit pro concione, quatenus ſibi matrimonia male ceſſerunt, permanſurum ſe in cælibatu.* Plin. 3 epiſt. 7 *Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.* v. & Vall. 1, 42. Et Vellej. 2, 68, 4 *Quatenus autem aliquid ex omiſſis peto, notetur &c.* conf. Lucret. 2, 925; Iuvenal. ſat. 12, 102; Macrob. Sat. 2, 5. Nihilo tamen minus promiſcue, non obſervato hoc diſcrimine *quatenus* & *quatinus* in MS. antiquis reperitur. v. Duker. ad Flor. 1, 5. Voſſ. & Torren. ad Val. Max. 9, 11.

¶ Quadantĕnus, ad aliquam partem, aliquantulum, in etwas, ein wenig. Plin. 29, 10 *Alterum longius, quadantenus rubens.*

¶ Quo, adverb. de loco interrogat, wohin? ut, *Quo abis?* Ter. Hec. 3, 5, 45, wo gehſt du hin? *Quo te agis?* Id. Andr. 4, 2, 25. *Quove tenetis iter?* wo gehet eure reiſe hin? Virg. Æn. 1, 370. Relative interdum ponitur: Cic. pro Sulla c. 19 *Num in illis regionibus, quo ſe Catilina inferebat.* ¶ 2. Habet & conjunctionis interdum vim: Ac frequentiſſime quidem valet *ut*, damit, auf daß. Exempla paſſim ſunt obvia. Plaut. Pœn. prol. v. 39 *Quo deteriores anteponantur bonis.* Id. Rud. 1, 2, 22 *Quid tu id quæritas? an quo furatum mox venias, veſtigas loca.* Vbi tamen relativum loci eſſe poteſt. Quemadmodum *Vt ne*, pro *ne*: ita etiam *Quo ne*, pro *ne* dicebant. Liv. 34, 6 *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti & æris domi haberemus.* Sed & hic poteſt eſſe ablativus relativi pendens a comparativo *plus.* ¶ 3. Interdum *quod* vel *quaſi* ſignificat. Cic. pro Quintio c. 2 *Non eo dico, quo mihi veniat in dubium*, nicht darum, als ob ich zweifelte. Ter. Eun. 1, 2, 16 *Non quo quemquam plus amem.* Plaut. Amph. 3, 2, 22 *Non quo te impudicum crederem*, id eſt, *quod.* Tac. Hiſt. 3, 72, 3 *Spe magis futuræ magnitudinis, quam quo modicæ adhuc Populi Romani res ſufficerent.* Et Cic. de Orat. 1, 28 *Sæpe ſolco audire Roſcium, cum ita dicat, ſe adhuc reperire diſcipulum, quem quidem probaret, potuiſſe neminem? non quo non eſſent quidam probabiles, ſed quia ſi aliquid modo eſſet vitii, id ferre ipſe non poſſet.* Gell. 5, 21 *PLVRA forte quis dixit ſermocinans, non hercle ſtudio ſervens oſtentandi, neque quo PLVRA dicendum non putaret: ſed opinor aſſidua veterum ſcriptorum tractatione inoleverat linguæ illius vox &c.* ¶ 4. *Quo, eo, hoc*, mutuo ſibi reſpondentia, comparativis gaudent, ut *Quanto* & *tanto*: v. g. *Quo ſæpius legeris, eo rectius meminеris*, ie öfter du es leſen wirſt, deſto beſſer wirſt du es behalten. Quintil. 2, 2 de officio præceptoris: *Quo ſæpius monuerit, hoc varius caſtigabit.* ¶ 5. Tamen relativum alterum non raro omittitur. Tac. Hiſt. 1, 14, 4 *Ea pars morum quo ſuſpectior ſolicitis, adoptanti placebat*, pro, eo magis placebat. Ter. And. 2, 5, 18 *Quo æquior ſum Pamphilo*, i. e. quare. Sed ¶ 6. *Quo mihi fortunas, ſi non conceditur uti?* Horat. 1 epiſt. 5, 12, hoc eſt, in quem uſum? wozu iſt mir geld und gut nütze? Laberius apud Petron. c. 55 *Quo margarita cara, tribacca, Indica?* Cic. fam. 7, 23 *Martis vero ſignum quo minus pacis auctori?* Add. Scheff. ad Phædr. 3, 19, 9. Virg. ecl. 6, 23 *Quo vincula neſtitis? inquit: Quo:* id eſt, quo fine, five ad quam rem? ut Servius interpretatur. Et ita ruſus Laber. apud Petronium l. c. *Smaragdum ad quam rem viridem, pretioſum vitrum? Quo Carchedonios optas ignes lapideos &c.* Et Virg. Æn. 2, 150 *Quo molem hanc immanis equi ſtatuere?* Et cum infinitivo Ovid. A. A. 1, 303 *Quo tibi Paſiphaë pretioſas ſumere veſtes?* ubi plura in eo genere Heinſ. ¶ 7. Interdum idem valet ac *Hinc*, habere. Nep. 2, 6, 6 *Quo factum eſt.* Id. 14, 15, 4 *Quo facile fieri.* ¶ 8. *Quatenus* ſignificat in illis: Ovid. Art. am. 1, 285 *Myrrha patrem, ſed non quo filia debet, amavit.* Et v. 745 *Hermionem Pylades, quo Palladа Phœbus, amabat.*

¶ Quoad, adverb. quamdiu, wie lange? wie weit? ſo lange als; ut, *Senem quoad exſpectatis veſtrum?* Ter. Phorm. 1, 2, 98. *Vt eſſes in Sicilia, quoad velles,* Cic. fam. 6, 8. Nepos 18, 12, 2 *Quoad ille vixerat.* Idem 25, 11, 5 *Quæ ipſe tribuerat, tandiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat.* Nempe tandiu meminiſſe collati beneficii ſignificat, quamdiu accepti alter meminiſſet. Nam qui non meminit & obliviſcitur, ingratus eſt. Suet. in Grammat. c. 20 *Quoad vixit.* ¶ 2. *Quoad,* pro *quantum,* dum, quatenus, in ſo weit, wenn, dafern, ſo viel. Cic. fam. 13, 14 *Quoad tibi æquum & rectum videbitur,* in ſo fern du es vor recht erkenneſt. Idem de Senect. c. 4 *Quoad potuit, reſtitit,* id eſt, quantum. Sæpe pro *quod* intruſum hoc ſenſu a librariis *quoad,* obſervatio eſt Grævii ad Cic. Att. 2, 7 p. 216. ¶ 3. *Quoad,* pro donec, bis daß, ſo lange bis. Cic. pro Sext. c. 38 *Scitis omnes, uſque adeo hominem in periculo fuiſſe, quoad ſciram ſit, Sextium vivere,* bis man es erfahren, Id. Att. 5, 6 *Dies illos quoad ille veniret, cum Pompejo conſumpſi.* Ibid. 3, 13 *Theſſalonicæ eſſe ſtatueram, quoad aliquid ad me ſcriberes.* Ib. 16, 16 *Non faciam finem rogandi, quoad nobis nunciatum erit, te id feciſſe,* conf. fam. 1, 9, 80; & 7, 26, 7; & pro Mil. c. 10; Nepos 15, 2, 5; 15, 9, 3; 18, 2, 2; & 18, 6, 2. Suet. Veſp. c. 4 *Receſſit in civitatem: quoad provinciæ oblatæ eſt.* conf. Id. Cæſ. c. 29; & Domit. c. 2. Pro *ut* vel *cum,* uſus eſt Plaut. 2, 2, 28 *Argento hæc dies præſtituta eſt, quoad referret nobis.* ¶ 4. Elegans & cum hoc adverbio conjunctum *Ejus* parcicon eſt: *Quoad ejus facere poteris,* ſo viel du zu thun vermagſt. Cic. Att. 11, 12 ſub fin. conf. fam. 3, 2. Et, *Quoad ejus fieri poſſit,* Id. fam. 5, 8; & de Invent. 2, 6. Subauditur *aliquid,* uti explicat Perizon ad Sanctii Min. 3, 6 p. 424. ¶ 5 *Quoad* perperam vulgo dicitur pro *Secundum,* & caſui præponitur; v. g. *quoad corpus,* dem leibe nach, *quoad animum &c.* quod monuit Vorſius de Latinitate merito ſuſpecta c. 32; Sciopp. & Perizon. ad Sanctii Min. 4, 5 p. 603; & alii. Parum autem feliciter defendit Borrich. in Vindiciis p. 198. Provocat quidem ad Varr. de L. L. 7, 25 *Hæc ſigillatim tripliciter eſſe debent, quoad ſexum, multitudinem, caſum.* ad Liv 42, 6 *Multis juſtisque cauſſis regem excuſavit, quod ſtipendium ſerius quoad diem præſtaret:* Et ad Petron. ſupplerum edit. Colon. 1694 T. 2 p. 442 *Experientia in arte illis, quoad nos, nihil profutura.* Sed haud injuria corruptionis ſingula hæc loca arguerunt viri docti, ac in primo loco legi volunt *quod ad,* ex quo illud *quoad* a librariis conflatum eſt: In Liviano loco, qui ex uno ad hunc diem MS. editus eſt, *quam ad:* Petronianus autem locus plane ſubleſtæ fidei eſt, niſi forte & hic legatur *quod ad eos.* ¶ 6. Interdum hac quam modo damnavimus ſententia omiſſum ſubaudiri volunt; ut, *Vir cætera egregius,* i. e. quoad cætera. Vid. ſupra *Cætera.* Sic, *Explori mentem nequit,* Virg. Æn. 1, 17. v. Sanctii Minerv. 4, 13 p. 536 ſq.

¶ Quoadusque, adv. ſo weit, bis ſo lange. Suet. Cæſ. c. 14 *Ac ne ſic quidem deſiſtit, quoadusque manus equitum Romanorum necem communata eſt.* Varro L. L. 4, 2 *Præco dicitur locare, quoadusque id emitur.* Conf. Liv. 6, 38; Tac. in MS. An. 14, 58, 6; Auguſt. C. D. 1, 1; Lactant. 4, 12.

Quōcirca, vide *Circa.*

¶ Quōcunque, adverb. wo nur hin; ut, *Ire, pedes quocunque ferent,* Horat. epod. 16, 21. *Quocunque me verto,* Senec. epiſt. 12. Et, *Quocunque oculos circumtuli,* Eumenius pro reſtaur. Schol. c. 16. Et Pacatus Paneg. Theod. c. 37 *Quocunque tuliſſes gradum.* Et Curt. 4, 5, 8 *Quocunque ille* (Darius) *fugere potuiſſet, ipſum* (Alexandrum) *ſequi poſſe.* ¶ 2. Poëtis Tmeſis familiaris eſt, ut Virg. Æn. 2, 709 *Quo res cunque cadent.* Horat. 1 oda 7, 25 *Quo nos cunque feret melior fortuna &c. Ibimus.* Immo & Ciceroni placuit in Tuſc. 2, 5 *Nunc rationem, quo ea me cunque ducet, ſequar.*

¶ Quodſemelarripides, nomen ridicule compoſitum Plauti Perſ. 4, 6, 23.

Quodammŏdo, vide *Modus,* Quolĭbet, *Libet,* Quomĭnus, *Minor,* Quomodo, quomodocunque, quomodolibet, quomodonam, quonammodo, *Modus,* n. 1.

¶ Quōnam, adverb. wohin doch. Plaut. Trin. 4, 3, 71 *Quonam, niſi domum?* Ter. Adelph. 4, 2, 38. *Quonam?* conf. Cic. Att. 8, 3.

¶ Quopiam, adverb. etwa wohin. Ter. Eun. 3, 2, 9 *Iturane Thais quopiam es?*

¶ Quōquam, adverb. irgend wohin. Cic. Verr. 2, 21 *Quoquam ſi acceſſiſſet.* Nep. 25, 7, 1 *Neque ſe quoquam movit ex urbe.* Adde Lucret. 1, 1053, & 5, 841; Ter. Andr. 4, 5, 21; & Adelph. 2, 1, 16; & Hec. 4, 1, 50.

¶ Quōquo, adverb. in quemcunque locum, wohin nur. Cic. Divin. 2, 9 *Quoquo ſe verterint Stoici, jaceat neceſſe eſt omnis eorum ſolertia.* conf. Ter. Eun. 3, 5, 6; & Adelph. 3, 2, 43 &c. Sic, *quoquo gentium,* Solin. c. 35.

Quoquomodo, vide *Modus.*

¶ Quoquorſum, adverb. quacunque in parte, wo nur. Solin. c. 51, (Salm. 38) de Cilicia: *Quoquorſum mari alluitur;* al. *quoquo verſum.*

¶ Quoquoverſus, adverb. in omnia loca, allenthalben hin. Cæſ. B. Gall. 3, 23 *Legatos quoquoverſus dimittere cœperunt.* Et Cic. Phil. 9, 7 *Pedes triginta quoquoverſus deſignet,* auf alle ſeiten ꝛc.

¶ Quorſum, adverb. ex *quo verſum,* wohin, wohinaus. Ter. Eun. 2, 3, 15 *Ego neſcio unde eam, neque quorſum eam.* Ibid. 1, 2, 75 *Ego neſciebam, quorſum tu ires,* ich wuſte nicht, wo du hinaus wolteſt. Et Andr. 1, 1, 100 *Quam timeo, quorſum evadas.* Ibid. 1, 5, 29 *Miſera timeo, incertum hoc quorſum accidat.* Et rurſus 1, 2, 5 *Heri lenitas verebar quorſum evaderet.* Cic. Att. 3, 24 *Verebar, quorſum id caſurum eſſet.* Et Att. 2, 21 *Dominatio tanto in odio eſt omnium, ut, quorſum eruptura ſit, horreamus.* Id. de Leg. 1, pr *Id quod tibi conceſſi, quorſum pertineat, expecto.* Sic, *Quorſum iſtuc?* Ter. Adelph. 1, 2, 20 *Quorſum hæc?* wo hinaus denn das all? Horat. 2 ſat. 7, 21.

¶ Quorſus, ex *quo verſus,* idem. Cic. in Bruto c. 48 *Quorſus, inquam, iſtuc?* Sen. de Ira 2, 2 *Quorſus, inquis, hæc quæſtio pertinet?* conf. ibid. 3, 5. Apul. Florid. p. 341 *Quærit quorſus potiſſimum in prædam ſeſe ruat.*

¶ Quōvis, adverb. irgend wohin, es ſey wohin es wolle. Ter. Heaut. 1, 1, 55 *Imo abeat potius multo quovis gentium.*

¶ Quousque, adverb. quamdiu, wie lange? wie weit? Cic. Catil. 1, 1 *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra?*

Cujas, Cujus, *a, um,* vide *Cujas* ſuo loco.

Cujuscemodi, cujusmodi &c. vide in *Modus* n. 1.

Compoſita ab initio:

¶ Adquo, pro *in quantum,* wie weit, wie viel, ſo viel als. Afranius ap. Nonium 2, 63 *Vt ſcire poſſis, adquo te expediat colloqui.* Item: *Miratus eſſem, adquo liceret.*

Aliquis, aliqua, aliquo, aliquatenus, aliquispiam, aliquisquam, vide *Alius.*

¶ Ecquis, vel *Ecqui, ecqua* vel *ecquæ, ecquod* & *ecquid,* hoc eſt, numquis, vel an aliquis, wer denn, was für einer. Ter. Eun. 5, 8 pr. *Ecquis me hodie vivit fortunatior?* Cic. Verr. 4, 8 *Ecqui pudor eſt? ecqua religio? ecqui metus?* Plaut. Capt. 3, 2, 10 *Ecquis omnium novit?* wer unter allen? conf. Id. Rud. 2, 3, 82. Sic, *Ecquid gratiæ? Ecquid modi?* Id. Pœn. 1, 2, 46; & v. 172. Cic. pro L. Manil. c. 23 *Ecquam putatis civitatem pacatam fuiſſe, quæ locuples ſit?* Ter. Andr. 5, 2 extr. *Ecquid te pudet?* Et Cic. Cat. 1, 8 *Ecquid attendis?* &c. Id. Verr. 3, 57 *Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum?* Curt. 8, 4, 17 *Ecquid intelligis miles,* verſteheſt du auch. ¶ 2. *Ecquid* pro *an, num,* ob. Cic. fam. 7, 16, 3 *Quid agatis, & ecquid in Italiam venturi ſitis, fac plane ſciam.* Ovid. Triſt. 3, 7, 11 *Dic ſtudiis ecquid inhæres?* conf. Gell. 1, 19. Sic & alias. Plaut. Curc. 2, 3, 62 *Interrogat, ecquem Lycomem noverim;* eleganter pro *num norim.* Et Cic. Att. 7, 8 *Quæris, ecqua ſpes pacificationis ſit?* Sic & *Ecqui* pro *num* ap. Plaut. Aul. prol. v. 16.

¶ Ecquisnam, &c. idem; ut, *Ecquisnam tibi dixerit?* Cic. in Vatin. c. 16, wer mag es wol geſagt haben? *Ecquænam fieri poſſit acceſſio?* Id. de Fin. 4, 24. *Ecquidnam honeſtum ſit?* Id. Topic. c. 21. *Ecquonam modo,* Id. Att. 9, 9 pr. & Autor ad Herenn. 2, 17.

¶ Ecquo, adv. wohin, wie weit. Cic. Phil. 13, 11 *Ecquo te tua virtus provexiſſet? quo genus?*

¶ Nēquis, nequid, pro *ne aliquis, ne aliquid.* Ter. Heaut. 2, 3, 28 *Ne quid hujus rerum ignores.* ¶ 2. Invenitur etiam *Nequi* pro *nequis,* ſeu *ne aliquis.* Varro de Re Ruſt. 2, 4 *Altitudinis modus ſit, ut ſubulcus facile circumſpicere poſſit, nequi porcellus a matre opprimatur.* Sed melius dividas.

¶ Nēqua, adverb. ne quem per locum, & ne qua ratione, daß nicht etwa hindurch; ut, *Nequa deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat,* Cic. in Cæcil. Divin. c. 10. Et, *Videndum eſt, ne qua ad patrem hoc permanat,* damit es nicht etwa vor den vater komme, Ter. Adelph. 2, 4, 18, ſed legunt alii *ne aliqua.*

¶ Nequĭquam, neutiquam, adverbium negandi & intente quidem, mit nichten, keineswegs. *Nequaquam iſta amicitia eſt &c.* Cic. de Fin. 2, 24. Conf. Id. de Invent. 2, 8; & Horat. 2 ſat. 4, 48.

¶ Nēquicquam, adverb. i. e. fruſtra, vergeblich. Cic. ex Ennio Off. 3, 15 *Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe non poteſt, nequicquam ſapit.* conf. Virg. Georg. 1, 193. ¶ 2. Item, *Non, non quicquam,* nicht: Virg. Æn 2, 545 *Quod protinus ære repulſum* (telum) *Et ſummo clypei nequicquam umbone pependit;* Vbi Servius: NEQVICQVAM, *non.* Sic Perſius ſat. 2, 15 *Nequicquam fundo ſuſpirat nummus in imo.* Et Cic. Tuſc. 1, 31 *Secernere a corpore animum, nequicquam aliud eſt, quam emori diſcere.* ¶ 3. *Nequicquam* ſcribi malunt quidam. v. Brouck. ad Propert. 2, 3, 5.

Numquis, numquid, vide *Num.*

¶ Siquis, *ſiqua, ſiquid,* ſi aliquis: quod diſtincte tamen etiam legi poteſt, ſo etwa einer. Plaut. Pœn. 3, 6, 16 *Ita ſunt noſtri divites; ſiquid bene facias, levior plama eſt gratia: ſiquid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt.* Propert. 2, 25, 28 *Siqua venit ſero, magna ruina venit.* conf. Ovid. Heroid. 9, 32 in *Nube.* Et Ter. Prol. Heaut. v. 44 *Si qua laborioſa eſt, ad me curritur.* Apud. Suet. c. 40 Claudius exclamavit: *Si quem alium, & ſe liberum eſſe.* Sic dicimus: *Si quis alius, Varro doctus eſt &c.* ¶ 2. Siqua pro *ſiquo* vel *ſi aliquo modo* dici ait Chariſius 2 p. 194; ut, *Siqua fata ſinant &c.*

Vnusquilĭbet, vide *Libet.*

¶ Vnusquisque, *unaquæque, unumquodque* vel *unumquidque,* ein jeder, ein jedes; ut, *Leviter unumquodque tangere,* Cic. pro S. Roſc. c. 30; *oſtendere,* Id. Verr. 4, 59. Sen. de Vita beata c. 1. *Vnusquisque mavult credere quam judicare.* Adde Pallad. 1, 34 f. *Ex unoquoque loco,* Lucret. 6, 620. Sic *Vnumquidquid* pro *unumquidque,* Id. 5, 1387.

¶ Vnumquodvis, *uniuscujusvis,* n. idem. Lucret. 4, 124 *Horum unumquodvis leviter ſi forte ciebis.*

QVIĂ, conjunctio cauſſalis, weil, dieweil, darum daß, ſolet excipi interdum a collectivis. Cic. de Amic. c. 9 *Sed quia mutari natura non poteſt, idcirco veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt.* Quint. 1, 4 *Danda eſt omnibus aliqua remiſſio, non ſolum quia nulla res eſt, quæ perferre poſſit continuum laborem, ſed quod ſtudium diligendi voluntate, quæ cogi non poteſt, conſtet.* Quamvis autem ultimam in *quia* ſemper corripiat Virgilius, alii veterum tamen produxerunt. Plaut. Bacch. 4, 4, 29 *Quia patri omne cum ramento reddidi.* Phædr. 1, 6, 7 *Ego primam tollo, meminor quia leo &c.* Auſon. in Profeſſ Burdeg. carm. 8 verſu Sapphico: *Sed quia noſtro docuere in ævo.* ¶ 2. *Quia* & *qui* ſæpe miſcent librarii vid. Burm. ad Samon. 725.

¶ Quĭānam, interrogativum, idem quod *Quare,* warum denn. Virg. Æn. 10, 6 *Cæliceæ magni, quianam ſententia vobis Verſa retro?* Adde Plaut. Amph. 1, 1, 164; Truc. 1, 1, 33.

¶ Quĭāne, h. e. an ideo quia? Virg. Æneid. 4, 538. Ironice, *Quiane auxilio juvat ante levatos?* conf. Plaut. Perſ. 5, 2, 69.

Quicquam, quicquid, vide ante *Quisquam, Quisquis* in *Qui.*
Quicum, quicunque, quid, quidnam, vide paullo ſuperius *Qui.*

QVIDEM, affirmandi adverbium, ja, allerdings. Poſt incertam autem rem, aut non ſatis probatam ponitur, trahitque aliquid ex *ſaltem:* Manut. ad Cic. fam. 1, 9 *Illud quidem certe noſtrum conſilium laudandum fuit.* Ter. Andr. 2, 2, 10 *Mea quidem hercle in dubio eſt vita.* Virg. Georg. 4, 506 *Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba.* Tac. Hiſt. 1, 76, 7 *Sic diſtractis exercitibus ac provinciis Vitellio quidem ad capeſſendam principatus fortunam bello opus erat.* ¶ 2. In cæteris locutionibus *Quidem*, zwar, fere excipitur ab adverſativis particulis, *ſed, verum, at, attamen.* Cic. Off. 3, 9 *Philoſophi minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti.* Et de Amic. c. 6 *Qui autem in virtute ſummum bonum ponunt, præclare illi quidem &c.* die thun wohl, löblich ꝛc. Interdum hæ particulæ omittuntur, Liv. 41, 18 *Conſul equo advectus ſuos quidem a fuga revocavit, ipſe dum incautius ante ſigna obverſatur, miſſili trajectus cecidit.* ¶ 3. Pro ipſa adverſativa particula, aber, Nepos 19, 3, 3 *Cauſſam apud Philippum regem verbo, re ipſa quidem apud Polyſperchontem juſſus eſt dicere:* Vbi *quidem* eſt pro *autem.* Nec aliter Ciceroni ſignificat pro Marcello c. 9 *Sed, niſi hæc urbs ſtabilita tuis conſiliis & inſtitutis erit, vagabitur modo nomen tuum longe atque late: ſedem quidem ſtabilem & domicilium certum non habebit.* Sic Nepos 9, 2, 2, *re quidem vera.* Et 23, 2, 6 *Cum quidem bellum parabis.* Adde Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 375. ¶ 4. Sed & vehementem hæc particula negationem continet: *Ne fui quidem Romæ,* nicht einmal. Et, *Nunquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ,* Cic. fam. 10, 2, auch ſo gar nicht. *Et quidem,* vide ſupra in *Et* n. 10.

¶ Equidem, certe, wahrlich. Cic. de Senect. c. 21 *Equidem non video, cur, quod ipſe ſentiam, non audeam dicere,* ich ſehe gleichwol nicht ꝛc. Ter. Eun. 5, 2, 37 *Equidem pol in eam partem accipioque & volo.* ¶ 2. *Equidem,* quaſi *ego quidem,* unde & primæ perſonæ rectiſſime jungitur. Servius ad illud Virgilii Æn. 1, 580 *Equidem per littora certos Dimittam: In Virgilio,* inquit, EQVIDEM, *ego quidem ubique ſignificat, ſed in aliis & pro* QVIDEM *tantum ponitur: ut Tullius:* EGO EQVIDEM CÆTERAS TEMPESTATES. *Item Perſius:* NON EQVIDEM HOC DVBITES AMBORVM FOEDERE CERTO CONSENTIRE DIES, Locus Perſii eſt ſat. 5, 45. Sall. Cat. 51, 20 *Poſſumus equidem dicere* & c. 58, 4 *Scitis equidem.*

Nequidem, vide *Ne,* Quandoquidem, *Quando,* Siquidem, *Si.*
Quidnam, quidni, quidpiam, vide paullo ſuperius in *Qui.*

QVIES, *ētis,* f. ceſſatio, otium, vacatio, die ruhe, raſt; ut, *Nocturna quies,* Sen. Hippol. v. 100. *Tradere ſe quieti,* Cic. Divin. 1, 29, ſich zur ruhe begeben. *Mors malorum & miſeriarum quies eſt,* Id. Cat. 4, 4. Sic, *Studiis impetrare quietem,* Quintil. initio procemii lib. 1. *Quietem militibus dare,* Liv. 22, 9. *Nec diuturnam quietem Æqui dederunt,* Id. 3, 25. *Febrim abſtinentia & quiete mitigare,* Id. 2, 17. Et Celſ. 3, 2 *Omnium optima ſunt, quies & abſtinentia.* Iuſtin. 2, 13, 11 *Nulla metuentibus quies.* *Quie* pro *quiete* Afran. apud Priſcian. 6 p. 703 *Solicito corde corpus non potitur nunc quie.* Plur. *Quietes* vide mox n. 4. ¶ 2. *Quies* pro vita privata & extra negotia ac dignitates publicas poſita, non raro dicitur: item pro *modeſtia* & *ambitioni* opponitur, das privat-leben, geruhig leben. Affectabant autem apud priſcos plerique magni viri quietem poſt negotiorum turbas, ſeniumque otio & literis dedicabant, ut notat Barth. ad Script. Venat. p. 166. Sic, *Quietis & otii cupidiſſimus,* aut *impatientiſſimus,* Vellej. 1, 7, 1; & 2, 23, 1. *Summa quiete animi potuiſſet princeps eſſe,* Id. 2, 6, 2. Et Sen. de Brev. Vitæ c. 5 *Auguſtus non deſiit quietem ſibi precari, vacationem a republica petere.* ¶ 3. Sic *Quies* etiam ἀδιαφορία eſt, quando bello & partibus abſtinemus, die neutralität. Nepos 25, 7, 3 *Attici quies Cæſari fuit grata.* ¶ 4. Sæpe *Quies* etiam, abſolute ubi ponitur, nocturnam quietem, hoc eſt, ſomnum notat, die nacht-ruhe, der ſchlaf. Itaque *ad quietem ire,* item, *quieti ſe tradere,* Ciceroni de Divin. 1, 29 eſt, ire cubitum, ſomno ſe tradere, zu bette gehen, ſchlafen gehen. Itaque & *quieſcere* (de quo poſtea), alicubi eſt dormire; Et *per quietem, in quiete, ſecundam quietem aliquid videre,* ac ſimilia, de ſomniis valent, ſeu viſis nocturnis, quæ dormientibus nobis obvenire ſolent, im traum etwas ſehen, träumen. Cic. iterum de Divin. 1, 25 *Ei viſum eſſe in quiete, egregia facie juvenem dicere, fore ut brevi convaleſceret.* Ibid. 2, 66 *Secundum quietem viſus ei dicitur draco.* Et Iuſtinus 1, 9, 4 de Cambyſe: *Poſt hæc per quietem vidit fratrem ſuum Mergim regnaturum. Quo ſomnio exterritus &c.* Ammian. 15, 4 *Si per quietem quisquam, ubi feſſus natura vagatur, vidiſſe aliquid amico narraſſet:* quæ paullo poſt *viſa* vocat *nocturna.* Id. 31, 1 *Umbræ paullo ante cæſorum, per quietem ſtridendo carmina quædam nimium horrenda, multos diris terroribus agitabant.* Tac. Hiſt. 4, 83, 2 *Ptolemæo regi oblatum per quietem decore eximio, & majore quam humana ſpecie juvenem.* Macrob. Somn. Scip. 1, 1 *Facies a Tulliano Scipione per quietem ſibi ingeſta narratur.* Id. Sat. 1, 11 *Iupiter Annio cuidam per quietem imperavit, ut &c.* Similiter locutus in eadem re Val. Max. 1, 7, 4 *Iupiter in quiete præcipit, ut &c.* Mox: *Ipſe etiam per quietem ab eodem Deo interrogatus.* Et hiſtor. præced. n. 3 *Utrique enim quidam per quietis ſpeciem prædixit.* Ita Nemeſia. ecl. 3, 29 *motuque quietem Adjicit* de infantis cura, einwiegen, einſchläfern. Sic & *Quietes* in plurali: Cic. Off. 1, 29 *Vti ſomno & quietibus ceteris.* Salluſt. Catil. c. 15 *Neque vigiliis neque quietibus ſedari poterat.* Eodem modo *Quietes* pro cubilibus dixit Lucretius 1, 405. ¶ 5. Pro ipſa morte uſus eſt Propertius 2, 21, 25 *Quod ſi forte tibi properarint fata quietem,* wenn du etwa zeitlich ſtirbſt. ¶ 6. *Quies,* Dea apud Romanos, de cujus fano extra urbem via Lavicana Livius 4, 41. conf. Alex. ab Alex. 2, 4; & 4, 16.

¶ Quies, *tis,* adject. pro *Quietus,* ruhig. Nævius: *Iamque ejus mentem fortuna fecerat quietem.* Hinc compoſ. *Inquies.* v. Laurenb. Antiquar. p. 374. Præter Nævii etiam Licinii Macri & Salluſtii exempla adducit Priſcianus 6 p. 704.

¶ Quieſco, *ēvi, ētum, ĕre,* vacare a labore, quiete frui, dormire, ruhen, ſtille ſeyn. Cic. pro Roſc. Am. c. 23 *Qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſuirare quidem ſine motu poſſunt.* Nepos 7, 10, 4 *Circa caſam eam, in qua quieſcebat,* id eſt, ſomnum capiebat. Curt. 4, 13, 18 *Somno quieſcere.* Ter. Andr. 3, 4, 25 *Quod ſi quieſſem, nihil eveniſſet mali.* Supin. Dict. Cret. 4, 16 *Ad ſua quisque tentoria quietum abeunt.* Id. 5, 1 *Finito convivio quietum diſcedituv.* ¶ 2. *Quieſcentes* pro mortuis Evagrius dixit, is, qui vitam S. Antonii tranſtulit e græco: *Alios,* inquit, *Ægyptiis eſt, nobilium, & præcipue beatorum martyrum corpora linteamine quidem obvolvere, & ſtudium funeri ſolitum non negare, terra vero nos abſcondere, ſed ſuper lectulos domi poſita reſervare. Hunc honorem quieſcentibus reddi, inveteratæ conſuetudinis vanitas tradidit.* Sic, *acquieſcere,* eſt, *mori,* ut infra dicetur. Pro quo & *requieſcere* dixit Euſtochius, qui vitam S. Pelagiæ tranſtulit in latinam linguam: *Nunciavi, quod Sanctus Pelagius monachus mirabilia faciens requieviſſet.* ¶ 3. *Quieſcere pugnæ,* pro *a pugna,* græca ratio eſt. Quadrigarius ap. Gell. 9, 13 *Utrisque ſummo ſtudio pugnantibus manu ſignificare cœpit, quieſcerent pugnæ. Facta pauſa eſt.* vid. Gronov. ad h. l. & Lipſ. Quæſt. epiſt. 4, 10. ¶ 4. *Quieſcere,* eſt ſequi neutras partes, neutral ſeyn. Curt. 10, 8, 16 *Inter ſe certantium præmia, qui quieverint, occupabant.* Eodem pæne modo Græci ἡσυχίαν ἄγειν, ἔχειν & ἡσυχάζειν. ¶ 5. Veteres etiam active uſi ſunt, pro *quietum facere:* ut, *Quieſco ſervum,* quod ex communi ſermone, aut vetere aliquo auctore Servius affert, loco infra in *Requieſco* producendo. Sen. Herc. Oetæo v. 1584 *Ante deſcendet glacialis urſæ Sidus, & ponto vetito fruetur, Quam tuas laudes populi quieſcant.* Sic & *Requieſcere* active poſuerunt, de quo infra. ¶ 6. *Quieſcas, quieſce,* gieb dich zufrieden, laß es gut ſeyn. *Debine ut quieſcant porro, moneo,* Ter. Andr. prol. v. 22, daß ſie aufhören. Nam *quieſcere* ille dicitur, vel jubetur potius, qui, ut ibi Donatus monet, inſolens eſt & inquietus. Turbant autem maxime irritati commotique ira aut alio affectu; tales igitur, ut quieſcant, monentur. Plaut. Aſin. 2, 4, 12 LEO. *Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit.* LIB. *Quieſce quæſo:* h. e. noli per iram quicquam turbide agere, ſey doch ruhig, ſey ſtille. Ter. Heaut. 4, 3, 11 *Amici quoque res eſt videnda, in tuto ut collocetur, Ne quid de amica nunc ſenex* (reſciſcat). CLIN. *o Iupiter!* SYR. *quieſce.* Dum Clinias, *o Iupiter,* exclamat, commovetur: itaque *eum quieſcere* Syrus jubet. Vtimur & hac formula ad ſolicitos anxiosque, dum ſecuros eſſe jubemus. Ter. Andr. 3, 4, 17. SIMO. *Corrigere mihi gnatum enitere.* DAV. *Faciam hercle ſerio.* SI. *potes nunc, dum animus irritatus eſt?* DAV. *Quieſcas,* ſey deswegen unbeſorgt. ¶ 7. Sed & *Quieſci* paſſivum, & tamquam perſonale Ter. Andr. 4, 2, 8 *Nuptiis quidem quam facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet,* man könte der hochzeit entbriget ſeyn. Sic Capitol. in Maximin. c. 23 *Cum a prælio quieſceretur.* Et Symmach. 1 ep. 8 *Vbi alte turbis quieſcitur.*

¶ Quieſcens, *tis.* Sen. epiſt. 3 *Et quieſcenti agendum, & agenti quieſcendum eſt.* Nep. 17, 5, 4 *Nosmetipſi nos expugnaverimus, illis quieſcentibus.* ¶ 2. *Quieſcens* etiam dicitur mortuus, vid. in *Quieſco* n. 2.

¶ Quieſcentia, *æ,* f. ſubſt. die ruhe. Firmic. 1, 3 *Poſt quieſcentiam calamitatibus implicatus.*

¶ Quietus, *a, um,* adject. ſtill, ruhig, unbeſorgt; ut, *Vivere animo quieto,* Cic. Tuſc. 2, 1. *Homo quietiſſimus,* Id. Verr. 4, 19. Et, *Vitam quietam & otioſam traducere,* Id. de Senect. c. 23. Plaut. Curc. 4, 2, 6 *De iſtoc quietus eſto. Respublica quieta,* Cic. Cat. 2, 9. Contrarium eſt *respublica turbata.* Cæſ. de B. G. 5 extr. *Habuit poſt id Cæſar quietiorem Galliam,* id eſt, pacatiorem. Liv. 33, 19 *Nihilo quietiores poſtea res habuit.* Horat. epod. 10, 11 *Æquor quietius. Quietus,* & placidus ac modeſtus eſt, & *ambitioſo* opponitur. V. Buchner. ad Plin. 10 ep. 7 n. 610. Sic, *Epaminondas domi quietus fuit,* Nepos 16, 4, 1, i. e. ſtudio partium & civili tumultu abſtinuit. *Quietus moribus,* Vellej. 2, 117, 2. Varro R. R. 2, 7 ſub fin. *Equi demtis tiſticulis ſunt quietiores.* Auſon. Odyſſ. 13 Perioch. *In Ithacam quietiſſima navigatione devehitur.* Sic & *Quietiſſima,* nomen vel cognomen mulieris, Inſcript. Grut. p. 670 n. 7.

¶ Quiēte, adverb. idem. Cic. de Senect. c. 5 *Placida ſenectus quiete actæ ætatis,* ruhig zugebracht. Superl. *Quietiſſime ſe reciperet,* Cæſ. Bell. C. 3, 46, in guter ordnung ſich zurück ziehen. Compar. Liv. 27, 12 *Quietius deinde tranquillinsque bellare,* Macrob. Sat. 7, 12 *Quietius aliquid edere.* Vbi contrarium: *avidius vorare.* Auguſt. Confeſſ. 5, 8 *Romam pergere volui, quod audiebam, quietius ibi ſtudere adoleſcentes.* Idem & ſuperlativo uſus eſt epiſt. 203.

¶ Quiētūdo, *inis,* f. die ruhe. Cyrillus Gloſſario: *Quietudo,* ἡρεμία, ἡσυχία.

¶ Quiēto, *āre,* & Quietor, *āri,* zur ruhe bringen. Priſcianus lib. 8 p. 799 retulit inter ea, quæ active & paſſive in una eademque ſignificatione protulerunt antiqui.

¶ Quiētālis, *e,* quietem tribuens, das ruhe ſchafft. *Quietalis* (Quietalus) *ab antiquis dicebatur oreus,* Feſtus.

¶ Quiētōrium, *i,* n. κοιμητήριον, conditorium, ubi quieſcunt condita corpora, die ruhe- oder grabe-ſtäte. in vet. Inſcript.

Compoſita:

¶ Acquieſco, *ēvi, ētum, ĕre,* idem quod *quieſcere,* ruhen, raſten, ſtille liegen. Cic. Att. 13, 34 *Vitandi caloris cauſſa Lanuvii tres horas acquieveram.* Nepos 14, 11, 3 *A laſſitudine acquieſcere,* ausruhen. Liv. 4, 60 *Cum commoditas juvaret, rem familiarem ſaltem acquieſcere eo tempore, quo corpus ad illum atque operatum reipublicæ eſſet:* quem locum varie interpretes tentarunt. ¶ 2. Item, contentum eſſe, nec quid movere amplius aut quærere, ſich zufrieden ſtellen. Cic. de Amic. c. 27 *Viciſſim autem ſenes in adoleſcentium caritate acquieſcant.* Sed hoc forte rectius ad n. 3 referas. Id. Att. 12, 18 *Habeo nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcam.* Vel cum ablativo abſolute: Cic. pro Mil. c. 37 *Qui maxime P. Clodii morte acquieverunt.* Suet. Calig. c. 51 *Vno ſolatio acquieſcens.* Item cum dativo, *acquieſcere alicui rei,* über etwas zufrieden und vergnügt ſeyn. *Acquieſcere ſpei blandæ,* Sen. epiſt. 24 pr. Item Suet. Tib. c. 31 *Vt præſentes honori acquieſcerent.* ¶ 3. Aliquando *Acquieſcere,* eſt *oblectari:* nam & *Requies* pro *oblectatione* ponitur, de quo infra. Cic. pro Dejot. c. 2 *In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquieſco.* Id. Att. 9, 10 *Cum me agritudo non ſolum ſomno privare, verum ne vigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur: tecum ut quaſi loquerer, in quo uno acquieſco, hoc ſcribere inſtitui.* Et Suet. Tib. c. 56 *Nihilo lenior in convictores Græculos, quibus vel maxime acquieſcebat.* ¶ 4. Κατ' εὐφημισμὸν *Acquieſcere* pro *mori,* dixit Nepos 23, 13, 1: *Sic,* inquit, *vir fortiſſimus, multis variisque perfunctus*

functus laboribus, anno acquievit septuagesimo. Vbi quidem significanter *acquiescere* dictum videtur de morte vitam laboriosam secuta. conf. Val. Max. 9, 12, ext. 1. Sponius Misc. Erud. Antiq. p. 171 ex lapide Lugdunensi: IVLIA ADEPTA HIC ADQVIESCIT. Ita sepulti non raro QVIESCERE dicuntur: & ipsa mors QVIES appellatur. ¶ 5. Citerioris ævi scriptoribus *acquiescere* consentire est, vel assentiri, bewilligen, beystimmen. Hieron. lib. 2 adv. Iovinian. (Tom 3 oper. f. 36) de Diogene: *Volentibus eam amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit.* Gennad. Massil. c. 55 de eccl. dogm. *Sicut Papea autore Irenæus, & Tertullianus & Lactantius acquiescunt.*

¶ Acquiescens, *tis.* Cic. de Leg. 1, 5 *In spatiis silvestribus crebro insistens, interdum acquiescens.* Ex Suet. vid. n. 2.

¶ Conquiesco, *ēre*, idem quod simplex, ruhen, feyern; ut, *Conquiescere ab armis*, Cic. pro Mil. c. 25; *a bellis continuis*, Id. pro Balbo c. 1; &, *ex molestiis & laboribus uno in loco*, Id. Att. 1, 5. Id. fam. 1, 1 *Tu nisi perfecta re de me non conquiesti*, i. e. propter me non conquievisti. Id. Att. 12, 39 ext. *Quoniam & abes & scribendi necessitas nulla est, conquiescent literæ*, so mag die correſpondentz liegen oder ruhen. Et, *Conquiescere in studiis*, est oblectari, Id. Att. 1, 20.

¶ Conquiescens, *tis*; ut, *Conquiescente imbre*, Liv. 24, 47.

¶ Inquies, *ētis*, f. subst. die unruhe, & adject. unruhig; ut, *Inquies nocturna*, Plin. 14, 22, id est, molestia seu vigilia. *Inquies mollis*, Catull. 64, 38. Gell. 19, 9 *Labos hic vigiliarum & inquies.* ¶ 2. Sed, *Humanum genus inquies & indomitum*; ubi *inquies*, inquietum est, Sallust. ap. Priscianum p. 704. Plinius proœmio operis: *Animus inquies pascitur opere.* Iustin. 44, 2 *Velocitas gentis pernix, inquies animus.* Vellej. 2, 68, 3 *Vir inquies.* Apul. 2 de Asino Aur. p. 121 *Animo & corpore ad libidinem inquies.*

¶ Inquietus, *a, um*, unruhig; ut, *Animus inquietus*, Liv 1, 46, id est, turbulentus. *Homo inquietus*, Id. 3, 46, *Ingenia inquieta & in novas res avida*, Id. 22, 21. Comp. *Nullis rumoribus inquietior*, Plin. 1 ep. 9. Et Ammian. 22, 7 *Tandem alios inquietiores inveni.* Superl. Sen. Benef. 7, 27 *Inter affectus inquietissimos rem quietissimam quærere.* Et Vopisc. Saturnino c. 1 *Oriundus ex gente hominum inquietissima.*

¶ Inquiētē, adverb. ohne ruhe, unaufhörlich. Solin. c. 43 *Mons ingenito igne per æternum fervidus, & inquiete jugis flagrantibus.* Comp. Ammian. 15, 5 pr. *Dynamius inquietius agens.* conf. Id. 27, 3 pr.

¶ Inquietūdo, *inis*, f. die unruhe. Sen. Benef. 2, 8 *Inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere.* Solin. c. 1 (al. 4) de hominis partu, *Capitis inquietudo*, kopfwehe. Salvian. lib. 2 contra Avarit. p. 82. *Commercium alienæ inquietudinis perturbatio est nostræ quietis.* Impp. 10 C. t. 31 l. 54 *Liber ab inquietudine.*

¶ Inquiētĭtas, *ātis*, f. idem. Ita Cælius Aurel. dixit, ut Rutgersius observat Var. Lect. 3, 3.

¶ Inquiēto, *āvi, ātum, āre*, proprie quietem & somnum alicujus turbare, den ſchlaf ſtören, aufwecken, unruhig machen. Suet. Calig. c. 55 *Ne inquietaretur, vicinia silentium per milites indicere solebat.* Hinc & *spectra inquietare* dicuntur, quæ nocturnam quietem interrumpunt & turbant. vide mox *Inquietatus.* Hinc Petronius c. 1 *Num alio genere furiarum declamatores inquietantur &c.* ¶ 2. Deinde, quovis modo molestum esse alicui, facessereque negotium, beſchwerlich ſeyn, beläſtigen, cujus exempla Suet. Aug. c. 53; & Claudio c. 9; & Ner. c. 34 suppeditat. Tac. Hist. 3, 84, 4 *Inquietare victoriam*, den ſieg ſtören. Sen. epist. 2 *Inquietari locorum mutationibus.* Modestinus ICtus L. Titia 34 § Gajus 3 D. de Legat. 2 *Inprimis sciant heredes*, (verba testamenti sunt) *nullam pecuniam esse penes uxorem meam; sed nec aliud quicquam, Ideoque hoc nomine eam inquietari nolo.*

¶ Inquiētātus, *a, um*, bewegt, verunruhiget, verſtört. Suet. Cal. c. 26 *Inquietatus fremitu, gratuita in circo loca de media nocte occupantium* Id. Cal. c. 59 *Satis constat, priusquam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos*, i. e. spectris. Sidon. 2 ep. 12 *Solicitudo inquietato primum lentæ tussis impulsu, febribus quoque jam fatigatur.* conf. Petron c. 100.

¶ Inquiētātio, *ōnis*, f die verunruhigung. Liv. 22, 17 de bobus, quibus sarmenta succensa alligaverat Hannibal: *Capitum inquietatio, excitans flammam, hominum passim discurrentium speciem præbebat.* Sen. Suas. 2 de Euripi angustiis: *Remigium arcet inquietatione, quod circumfluit, mare.*

¶ Inquiētātor, *ōris*, m. qui inquietat, ein ſtöhrer. Tertull. de Spectac. c. 23 pr. *An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator?*

¶ Interquiesco, *ēre*, darzwiſchen ruhen. Cic. de Claris Orat. c. 23 *Cum hæc dixissem & paullum interquievissem.* Cato c. 158 Rei Rust. de medicina: *Bibe, interquiesce.*

¶ Perquiesco, *ēre*, ausruhen. Apul. Met. lib. 8 p. 211 *Totam perquiescimus noctem.*

¶ Requies, *ētis*, & *ēi*, f. tertiæ & quintæ declin. ruhe; ut, *Requietis intervalla*, Cic. de Fin. 1, 15. Et, *Requietem quærere*, ibid. 5, 19 Ovid. Heroid. 4, 89 *Quod caret alterna requie, durabile non est.* Cic. pro Arch. c. 6 *Quantum ad requiem animi & corporis conceditur temporum.* Nam ¶ 2. *Requies* pro *voluptate* etiam & *recreatione* ponitur, in qua requiescit suaviter animus, atque se reficit, die ergötzlichkeit. Horat. 1 epist. 7, 79 *Et sibi dum requiem, dum risus undique quærit.* Tac. An. 2, 33, 4 *Talesque* (opes) *ad requiem animi, aut salubritatem corporum parentur:* id est, ad oblectationem. Cic. de Leg 2, 1 *Ad requietem animi quæri.* Sic *Senectutis requietem oblectamentumque* conjungit Cic. de Senect. c. 15. ¶ 3. Hoc vocabulo etiam defunctis bene precabantur. Nummis Constantii Chlori apud Mediobarb. p. 440 DIVO CONSTANTIO &c. REQVIES OPTIMO MERITO.

¶ Requiesco, *ēvi, ētum, ēre*, idem quod simplex, ruhen, ausruhen; ut, *Requiescere in sella*, Cic. de Divin. 1, 46. *Requiescere & curam animi remittere*, Id. Verr. 4, 61. *Requiescere a malis*, Id. Tusc. 1, 44. Et Ubaldus 3, 7, 21 *Longas requiescere noctes*, i. e. dormire. Liv. 26, 22 *Vix dum requiescere aures a fragitu & tumultu bellis.* ¶ 2. *Mori*, de quo supra in simplici, *Quiescere* n. 2. ¶ 3. Active, pro quietum facere, ſtillen, beſänftigen, usus Virg. eclog. 8, 4 *Et mutata suos requierunt flumina cursus:* Vbi Servius: REQVIERVNT, *cursus proprios retardaverunt, & quietos esse fecerunt. Sic Sallustius: Paullum requietis militibus.* QVIESCO *enim duplicem habet significationem: & aliter dico* QVIESCO EGO: *& aliter* QVIESCO SERVVM, *id est, quiescere facio. Calvus in Io: Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus.* Hactenus Servius. Potest tamen in loco Virgilii *suos cursus* esse accusativus per Græcam Synecdochen positus, & *requierunt* adeo neutrum, observante etiam Cerda. Sed Propert. 2, 22, 47 *Iupiter Alcmenæ geminas requieverat arctos.*

¶ Requiescens, *tis.* Vulg. Gen. 49, 9 *Requiescens accubuisti ut leo.*

¶ Requiētus, *a, um*, ruhig, ausgeruht, passive; ut, *Ager requietus*, Ovid. Art. am. 2, 351. *Arvum requietum*, Colum. 2, 9, quod aliquamdiu requievit, vel quiete affectum est. Nam *requiescere* activum est. Sic, *Animus requietus:* Sen. de Tranquill. an. c. 15 *Danda est*, inquit, *remisso animis: meliores alacriores que requieti surgunt.* Frontinus Strateg. 1, 6, 3 *Circa prædam occupatos hostes jam etiam fatigatos, ipse requietis & ordinatis suis aggressus fudit, exuitque præda.* Vetus poeta in Catalectis: *Sed me quoque nequior ipso Exultat toto non requieta toro.* Compar. *Requietior*, etwas geruhet. Colum. 2, 1.

¶ Requiētio, *ōnis*, f. die ruhe; ut, *Septimo requietionis anno*, Hieron. adv. Iovin. 2, 12. *Subjectio Dei requietio est æterna*, Irenæi Interpr. 4, 76.

¶ Requietōrium, *i*, n. sepulcrum, ut nostri ein ruhebettlein, Vet. Inscript. Reatina: SIBI ET CONIVGI KARISSIMÆ REQVIETORIVM FECIT: apud Gruterum p. 1030 n. 8.

¶ Irrequies, *ētis*, f. sine quiete, ohne ruhe. Oratione ad Deum, quæ cum Ephemeride Ausonii connectitur, ab aliis Paulino Nolano tributa, v. 16 dicitur: *Irrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum.* Idem Auson. Edyll. 12 Inconnexis: *Irrequies gens.*

¶ Irrequiētus, *a, um*, idem. Ovid. Metam. 2, 386 *Sors mea principiis fuit irrequieta.* Id. Trist. 2, 236 *Bella irrequieta.* Plin. 2, 5 *Irrequieto mundi circuitu*, unaufhörlich. Sen. de Brev. Vitæ c. 10 *Siderum irrequieta semper agitatio.* Stat. 5 Silv. 1, 187 *Geniumque potentem Irrequietus ama.*

¶ Irrequiētĭbilis, *e*, das nicht ruhen läſſet; ut, *Irrequietibilis & inextinguibilis sitis*, Scrib. Largus Comp. 105; & Marc. Empir. c. 20.

¶ Transquietus, *a, um*, ruhig, affertur ex Plaut. Merc. 5, 2, 50 *Ego istum in transquieto tuto sistam.* Sed alii & ipse etiam Gronovius rectius legunt *in tranquillo & tuto.*

¶ Tranquillus cum derivatis, vide infra in T.

Quilibet, vide *Libet*, Quimatus, *Quinque.*

QVIN, adverbium diversæ significationis. Et primo quidem construitur cum indicativo pro *Imo*, ja, ja auch, ja vielmehr, adhibitis interdum particulis, *potius, contra &c.* Ter. Andr 2, 2, 9 P. *Dave, perii.* D. *Quin tu hoc audi:* Vbi Donatus: QVIN, *modo pro* IMO: *alias* CVR NON. Ita & Heaut. 4, 3, 15 *Quin paratum est argentum.* Id. Andr. 1, 1, 18 *Q. in dic, quid est?* ja. Cic. fam. 9, 21 *Quin ipsa judicia non solemus tractare uno modo.* Liv. 26, 19 *Nunquam ab ipso elusa fides est, quin potius aucta.* Id. 31, 31 *Quin contra hoc & vos & omnes gentes scire volumus.* Adde 35, 26; & 37, 15. *Quin etiam, Quin imo*, vide mox seorsum. ¶ 2. Cum Conjunctivo *Quin* usurpatur *pro ut non, quod non, quominus*, daß nicht. Ter. Adelph. 5, 4 pr. *Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin ves, ætas, usus semper aliquid moneat.* Cic. Att. 11, 15 *Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus*, es fehlet gar an nichts, daß ich nicht ꝛc. Et Att. 8, 12 *Nullus a me dies intermittitur, quin dem ad te literas.* Id Att. 7, 26 *Non quin rectum esset &c.* Et fam. 4, 7 *Non quin ipse dissentiam.* Id. de Senect. c. 10 *Non dubitat, quin brevi Troja sit peritura*, i. e. quominus, conf. fam. 7, 1; & pro Domo c. 26. Sic, *Nullo modo introire possem, quin viderent me*, Ter. Eun 5, 2, 3. conf. Nep. 7, 6, 4; & 18, 11, 5. ¶ 3. *Quin* cum interrogatione idem fere ac *cur non*, warum nicht. Ter. Adelph. 4, 2, 5 *Quin tu animo bono es?* Cic. Att. 4, 16 *Quin tu huc advolas?* Id. fam. 7, 8 *Quin tu urges occasionem istam?* Id. pro C. Rabir. c. 6 *Quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ?* Nepos 18, 11, 3 *Quin* (i. e. cur non potius) *interfici aut missum fieri juberet.* In quibus exemplis *Quin* corripiendi vel imperandi vim habet, ut & hic, *Quin taces?* ſchweige doch lieber ſtill, Ter. Andr. 2, 3, 17. conf. Nic. Heinſ. ad Ovid. Amor. 2, 19, 59. Cortius ad Sallust. Catil. c. 20, & Drakenb. ad Liv. 1, 57, 7. ¶ 4. Non raro exponi potest per *Qui non, quæ non, quod non:* e. g. *Nemo Lilybæi fuit, quin viderit: nemo in Sicilia, quin audierit*, Cic. Verr. 5, 54, i. e. qui non. *Vestrarum nulla est, quin gnatum velit ducere uxorem*, Ter. Hec. 2, 1, 43. Vide de hac particula & Gell. 17, 13. ¶ 5. Vehementer etiam asseverat hæc particula. Plaut. Mil. 4, 1, 25 PY. *Cupio hercle equidem, si ita vult.* P. *Quin cupit*, allerdings will ſie. Aliqui Codd. habent: *Quæ cupit:* sed frigidiusculum est.

¶ Quin etiam, über das auch, darzu auch, ja auch. Cic. fam. 7, 1 *Delectatio nulla exstitit, quin etiam misericordia quædam consecuta est.* Id. Off 1, 22 *Quin etiam ob has ipsas causas paratiores habuerunt exercitus.* Et de Amic. c. 26 *Quin etiam necesse erit cupere.* Conf. Plaut. Pœn 3, 1, 67. Postponi etiam potest. Tac. Hist. 2, 64, 4 *Dixisse quin etiam ad primas filii epistolas ferebatur &c.* Adde eund. de Morib. Germ. 3, 4.

¶ Quin ergo, Quin igitur, exhortandi forma, qua tum alios, tum nos ipsi exstimulamus, warum denn nicht. Apud Curtium 5, 7, 4, Alexander: *Q. in igitur ulciscimur Græciam, & ubi faces subdimus!*

¶ Quinimo, i. e. *imo vero* vel *imo etiam*, ja vielmehr. Cic. Att. 1, 13 *Quinimo leviter inter se dissident.* conf. Plin. 1 epist 8. Et Tertull. Apol. c. 46 *Quinimo & deos vestros palam destruunt.* Ille igitur 16, 30 *Quædam*, inquit, *fruticosi generis, ut palmarus myrtus; item avellana: quinimo melior & copiosior fructu in plures dispersa ramos.*

Quinarius, vide *Quinque*, Quincunx &c. *Uncia*, Quindecim, quindeni &c. *Decem*, Quingeni, quingenti &c. *Centum*, Quinimo, *Quin*, Quinio, quinquaginta &c. *Quinque.*

QVINQVE, numerale indecl. fünf; ut, *Quinque tenent cælum zonæ*, Virg. Georg. 1, 233. *Quinque formæ*, Cic. de N. D. 1, 8.

¶ Quinquies, adverb. fünfmal. Cic. Phil. 11, 5 *Hic me defendente quinquies*

quinquies absolutus est. Gell. 10, 1 extr. *Quinquies fecisse contra fœdus.* Martialis 12 epigr. 76 *Dotis quinquies ducena.*

¶ Quīni, *æ, a,* distributivum, je fünfe. Cic. in Pis. c. 27 *Græci stipati, quini in lectulis.* Sæpe pro ordinali: ut, *Quina millia peditum,* id est, quinque, Liv. 8, 8. *Quini deni menses,* Curt. 8, 9, 35. *Quina dena sestertium,* Suet. Claud. c. 10. *Quini versus,* Nep. 25, 18, 6. *Quinus* in sing. ut, *Lex quina vicenaria,* Plaut. Pf. 1, 3, 69. v. *Vicenarius* in *Viginti.*

¶ Quinārius, *a, um,* fünfmalich; ut, *Numerus quinarius,* quinque complectens, Plin. 31, 6. ¶ 2. *Quinaria* int. fistula, modulus consuetus, ubi de aquis ducendis ac dividendis sermo est: intelligiturque ea, cujus rotundi orificii diameter haberet digitum unum cum quadrante s. *quinque quadrantes.* Frontinus de aquædd. art. 25 *Maxime probabile* Quinariam dictam *a diametro quinque quadrantum.* V. Polenus.

¶ Quinio, *ōnis,* f. πεντὰς, eine zahl von fünffen. Tertull. de Anima c. 6 extr. *Quinionem enixa filiorum:* & c. 46 *Quinio voluminum.*

Quincunx, quincuncialis, vide infra *Uncia.*

¶ Quinquplex, *plicis,* fünffach, fünffschichtig; ut, *Quinquplex cera,* Martial. 14 epigr. 4. Et Ausonius epist. 24, 83 *Quinquplicem focias tibi, Martie Narbo, Tolosam.* Vopiscus in Floriano c. 3 *Imago in una tabula quinquplex.* Sic veteres pro vulgari *Quinquplex,* quod ideo suspectum in Vopisci Probo c. 7, ut in suo loco notabimus.

Quindēcim, quindecies, quindēni, vide supra *Decem.*

Quindecimvīri, quindecimviralis, vide infra *Vir.*

Quingenti, quingeni, quingenarius, &c. vide *Centum.*

¶ Quinquaginta, indeclin. funfzig; ut, *Anni trecenti quinquaginta,* Vellej. 1, 14, 3. Ex amicis *Quinquaginta vades dederat,* Sallust. Iug. 35. *Quinquaginta animæ,* Stat. Theb. 3, 76. Manil. 2, 2 *Et quinquaginta rerum regemque patremque.* Adde Virg. Æn. 6, 576. Lis est inter grammaticos, an ultimam etiam corripere liceat. Quidam ex Martiale 3 epigr. 40 afferunt *Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti.* Vbi alii *quinquagena* legunt. vide ibi Vinc. Collessum.

¶ Quinquāgies, adverb. funfzigmal. Plin. 2, 108 *Quinquagies centena,* scil. millia passuum. Colum. 5, 2 *Quinquagies centeni pedes.*

¶ Quinquagesies, idem. Plaut. Menæch. 5, 9, 99 *Vix credo tota auctione capiet quinquagesies.* Sed emendati codices legunt *Quinquagies.* conf. Borrich. Cogit. p. 282.

¶ Quinquāgēni, *æ, a,* idem quod quinquaginta, je funfzig; ut, *Sestertium quinquagena millia,* Cic. Verr. 3, 28. *Vivent quinquagenis annis, quidam & centenis,* Plin. 8, 36. Et Martialis 3 epigr. 40 *Bis quinquagenis decimus est tibi millibus empta.* In singulari Plin. 19, 1 *Stamina centeno quinquageno filo constant.*

¶ Quinquāgēnārius, *a, um,* aus funfzig bestehend; ut, *Senex quinquagenarius,* ein alter mann von funfzig jahren. *Vrna quinquagenaria,* Cato c. 13, quæ quinquaginta capit. *Equarum grex quinquagenarius,* id est, tot capitum, Varro de R. R. 2, 10 extr. *Quinquagenaria fistula,* Vitruv. 8, 7.

¶ Quinquāgēsīmus, *a, um,* funfzigst; ut, *Quinquagesimus annus: Quinquagesimo uno raptus anno,* Plin. 8, 2. ¶ 2. *Quinquagesimæ* absolute, non secus ac *decimæ;* ut, *Exigere quinquagesimas,* Cic. Verr. 3, 49.

¶ Quinquatria, *orum,* n. pl. & Quinquatrus, *ûs,* m. festi Minervæ dies, quos Græci appellabant παναθηναῖα. De quibus in Scholiast. Iuvenal. sat. 10, 115 QVINQVATRIBVS, *diebus festis, quibus Minerva colitur. Aut quod intra quinque atria sit: aut* ATRIA *abundat. Nam dies quinque in uno festo.* Vltimum verum est: de quinque atriis quod dicit, nihil est. Nec audiendi, qui ex *quinque* & *atro* componunt. vid. Sosipater lib. 1 p. 61; & Polydor. Virg. 6, 7. Nam dicunt, diem post Idus Martii atrum fuisse, & inde *Quinquatria* esse dicta, quasi *quinque ab atra die.* Sed Varro de L. L. 5, 3 QVINQVATRVS *hic dies unus ab errore nominis observatur, proinde, ut sint quinque* (dies) *Dictus, ut ab Tusculanis post diem VI Idus similiter* SEXATRVS: *& post diem septimum* SEPTIMATRVS. *Sic hic, quod erat post diem quintum, idem* QVINQVATRVS. vide & Festum. Ovid. Fast. 3, 810 *Vna dies media est, & fiunt sacra Minervæ, Nomina quæ a junctis quinque diebus habent, &c.* Aliud etymon vide statim in *Quinquo.* Erant autem *Quinquatrus* duplices: *Majores,* mense Martio, ut ex Ovidio constat; *Minusculæ,* Idibus Iuniis, cum tibicines feriati per urbem vagabantur, & ad Minervæ ædem conveniebant, ut Varro L. L. 5, 3 auctor est, & Ovid. Fast. 6, 651. Quinquatrio feriatos fuisse pueros, & ludimagistros minervalia accepisse, Horat. 2 epist. 2 extr. & Ovid. Fast. 3, 829 significant. *Quinquatria* apud Latinos dici, male negat Lambinus cum Sosipatro p. 61. Id enim apud Suet. Aug. c. 71; & Ner. 34 legimus. Cic. fam. 12, 25 *Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non invita Minervâ.* Adde Plaut. Mil. 3, 1, 97; & Liv. 44, 20. ¶ 2. Corruptus est Ovidii versus Amor. 1, 8, 65 *Nec te decipiant veteres quinquatria ceræ.* Legunt quidam *veteris quinque atria,* aut *veteres quoque in atria,* probabilissime Heins. *circa atria* ex veteri scriptura *quirqua* pro *circa,* vid. ipse & Burm. De imaginibus certe, quibus atria implere solebant, fermonem esse, apparet ex versu sq. *Tolle tuos tecum, pauper amator, avos.* ¶ 3. Etiam *Quinquatres* virili genere dicere licere per grammaticos, observat Malasp. ad Cic. Att. 9, 13 p. 73; ubi & de re ipsa.

¶ Quinquo, *are,* (quasi *coinquo*) est lustrare, purgare, reinigen. Sic Sosipater Charis. p. 62 etiam *Quinquatrus* dici existimat *a quinquando, id est, lustrando, quod eo die arma Ancilia lustrari sint solita.* Sed falli Sosipatrum, putat I. F. Gronovius ad Liv. 25, 7, ubi de verbo *coinquere,* de quo sub *Inquam.*

¶ Quimus, *a, um,* pro *Quinquimus,* fünfjährig. Vnde

¶ Quīmātus, *ûs,* m. ætas quinque annorum, das alter von fünff jahren. De bubus Plin. 8, 45 *Robur in quimatu.*

¶ Quintus, *a, um,* der fünffte; ut, *Annus, mensis, dies quintus:* Liv. 31, 7 *Philippus non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Hannibal; sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit navis, in Italiam perveniet.* ¶ 2. *Quintus decimus,* der funffzehende.

vid. supra *Decimus* in *Decem.* ¶ 3. Scribitur etiam *Quinctus,* & tale prænomen est a nascendi ordine. vide mox seorsum *Quintus.*

¶ Quintum, adverb. zum fünfften mal. Liv. 27, 6 *Declarati consules, Fabius maximus quintum, &c.* Et Vellejus 1, 14, 6 *Q. Fabio quintum, & Decio Mure quartum consulibus.*

¶ Quinto, idem, ex vulgari usu, pro quo analogia adverbiorum *tertiò, quarto, septimo,* est apud Gellium 10, 1.

¶ Quintānus, *a, um,* qui quinti est ordinis, seu classis, ein fünffer. Sic *Quintani* sunt legionis quintæ milites. Tac. Hist. 4, 36, 2 *Adventu quintanorum, quintadecimanorumque auctæ legiones.* Sed, *Quintana porta,* in castris post prætorium, ubi rerum utensilium forum erat: Festus. Vnde pro foro Suetonius posuit Ner. c. 26. *Nonæ quintanæ* Macrobio sunt Sat. 1, 14, quæ in quintum diem mensis incidunt. ¶ 2. *Quintanis semitare,* adverbialiter fere dixit Plin. 17, 22, i. e. post quintum quemque palum semitam ducere.

¶ Quintārius, *a, um,* idem. Eadem ratione dicitur *primarius, secundarius.* Sic, *de limitibus quintariis, quintum quemque quintarium volunt, &c.* Hygin. de Limit. edit. Gœs. p. 158. *Terminus quintarius,* p. 262. De *Numero quintario,* Vitruv. 3, 1. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 98.

Quinticepsos pro *Quinticeps,* vide *Bicepsos* in *Caput.*

¶ Quintīlis, sive Quinctilis, *is,* mensis Iulius, a Martio quintus, der heumonat, Cic. Attic. 14, 7.

¶ Quintuplex, *plicis,* fünffach, vulgare est: quod antiquum, non facile apparet. Vopiscus in Probo c. 7 *Sularium quintuplex fecimus.* Sed Salmasius annotavit ex veteri libro *quincuplex,* quod supra vidimus. Etiam Claud. Dausquius in Orthograph. *Quincuplex* laudat: *Quintuplex* improbat.

¶ Quinquiplico, *are,* pro vulgari *quintuplicare,* fünffach machen. Tac. An. 2, 36, 5 *Quinquiplicari prorsus magistratus,* hoc est, in quintuplum augeri, vel in annum quintum prorogari. Est autem a

¶ Quinquëplex, quod in Gloss. Vet. πενταπλοῦς vertitur: quemadmodum ibidem

¶ Quinqueplum, græce redditur πενταπλοῦν, pro quo usus *quintuplum* ad instar *Duplum, Quadruplum &c.* recepit.

¶ Quinqueprimi, *orum,* m. pl. i. e. quinque principem in senatu locum habentes, die fünff ältesten. Cic. Verr. 1, 28 *Magistratus & quinqueprimi accitu ejus evocantur.* Sed hoc forte divisim potius scribendum fuerit.

Quinquefolium, vide in *Folium,* Quinquegentiani, *Gens,* Quinquelibralis, *Libra,* Quinquemestris, *Mensis,* Quinquenervia, *Nervus,* Quinquennis, quinquennium, &c. *Annus,* Quinquepartitus, quinquepertitus, *Pars,* Quinquertium, *Ars,* Quinquessis, *As, assis,* Quinqueviri, quinqueviratus, *Vir,* Quintadecimani, *Decem.*

Composita ab initio:

¶ Centumquinquageni, *æ, a,* hundert und funffzig. Plin. 36, 13 *Pyramides pedum altæ centumquinquagenum.* Verum duæ hic voces forte distinguendæ.

¶ Vndequinquāginta, i. e. quadraginta novem, neun und vierzig; ut, *Vndequinquaginta coronæ aureæ,* Liv. 37, 58. Et Plin. 13, 4 *Vndequinquaginta genera,* palmarum scilicet.

¶ Vndequinquāgēsīmus, *a, um,* neun und vierzigst. Cic. pro L. Manil. c. 12 *Vndequinquagesimo die totam ad imperium Pop. R. Ciliciam adjunxit.*

¶ Duodequinquāginta, acht und vierzig. Colum. 12, 5 *Sextarios duodequinquaginta.* Id. 9, 14 *Dies verni temporis duodequinquaginta.*

¶ Duodequinquāgēsimus, *a, um,* acht und vierzigst; ut, *Annus duodequinquagesimus,* Cic. de Clar. Orat. c. 44. Et Colum. 9, 14 *Duodequinquagesimo die.*

¶ Terquini, *æ, a,* i. e. quindecim, funffzehn; ut, *Terquini viri,* i. e. quindecimviri, apud Ausonium.

¶ Semiquināria, *æ,* f. cæsura est, quæ & *Penthemimeris,* cum post primos duos pedes syllaba partem orationis terminat: ut, *Arma virumque cano.*

¶ Superquintum, *i,* n. ein fünfftheil drüber. Martian. Capell. l. 7 p. 251 *Ad superquintum ratio procedit.*

Quintanus, quintarius, quintilis &c. vide proxime ante in *Quinque.*

Quintilianus, Quintilius, Quintius, vide in sequente *Quintus.*

QVINTVS, *i,* m. poëta Græcus, Paralipomena scripsit belli Trojani, quæ exstant. De ejus nomine & patria disputant eruditi, aliis Quintum Calabrum, aliis Cointum Smyrnæum vocantibus: v. Rhodomann. præf. ad ejus Lectorem; Voss. de Poët. Græc. p. 80. Nomen ejus plane nos latere, censet Barthius Adversar. 2, 10, ubi plura. Scripsit autem libros quatuordecim, in quibus historiam ab interfecto Hectore, (ibi namque desiit Homerus,) usque ad finem belli, h. e. Trojæ excidium deducit, complectens etiam libro ultimo quædam de Græcorum in patriam reditu. ¶ 2. Fuit & *Quintus* in prænominibus Romanis, quod ab ordine filiorum vel partus numero impositum fuit. Scribitur litera Q. de quo sub initium hujus elementi dictum fuit, v. g. *Q. Fabius Maximus, Q. Tullius Cicero, Q. Curtius,* de quibus suis locis. ¶ 3. Legitur & *Quinctus* pro eo. v. Turneb. Adversar. 30, 28, & Lipsius Orthograph. p. 130. A *Quinctus* est nomen gentile *Quinctius* vel *Quintius.* A *Quinctius* vero per ordinem nascendi est *Quinctilius* vel *Quintilius.* A *Quinctilius* autem est *Quinctilianus,* vel *Quintilianus.* conf. Sigon. de Nomin. Rom. De singulis mox dicetur. Sed ¶ 4. *Quintus,* numerale, vide paullo ante inter derivata a *Quinque.*

¶ Quintius, vel Quinctius, *i,* m. cognomen, unde & adjective *Quintia prata,* Quintii consulis seu dictatoris, apud Livium 3, 1 & 26. Gens Quintiorum Albana Romam translata in multas familias se diffudit, unde *Quintii Capitolini, Cincinnati, Flaminii, Crispini, &c.* Cum L. Quintius prætor, de provincia reversus, æger diceret amico, *frigidas se habere manus,* & ille dixisset: *Atqui eas de provincia calidas paullo ante revocasti;* risit delectatusque est, quippe alieniissimus a suspicione furtorum, &c. Macrob. Saturn. 7, 3.

¶ Quintillus, *i, m.* Romanum nomen, quod inter alios habuit *is,* ad quem Macrobios suos misit Lucianus.

¶ Quintīlius, vel Quinctilius, *i,* m. præpositus fuit Lupercis, unde

Quintiliani Luperci appellati in Pompeji Festi Fragmento. Meminit *Quintilii* Horatius 1 od. 24, 21; & de Arte Poët. v. 438.

¶ Quintilia, *æ*, f. amasia Licinii poëtæ. vide Catulli carm. 95 (al. 97) ad Calvum de Quintilia.

¶ Quintiliānus, *i*, m. *M. Fabius Quintilianus*, Hispanus fuit, sed Romæ rhetoricen docuit annis multis summa cum laude. Quo tempore vixerit, colligi inde potest, quod se adolescentulum Domitium Afrum cognovisse scribit & Senecam, qui ambo sub Nerone periere. Sed & Seneca proœmio lib. 10 Controv. & Controvers. 4 ejusdem libri Quintiliani declamatoris meminit. Scripsit institutionum oratoriarum libros doctissimos duodecim, posteaquam per annos viginti operam erudiendis adolescentibus impendisset, quemadmodum ipse testatur in initio proœmii libri primi. Scripsit & declamationes, quarum multæ exstant. Decem & novem omnes fere libri habent: quibus CXLIII Pithœus ex MS. adjecit, quas vero ut suspectas editor Oxoniensis prætermisit; non item Burmannus, qui suæ illas editioni adjunxit; quin etiam declamationem pro tribuno Mariano a Gibsonio primum & mox ab Obrechto editam non dedignatus est adjicere. Quintilianum Martialis ita alloquitur 2 epigr. 90 *Quintiliane, vage moderator summe juventæ, Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ &c.* Acrimoniam ipsi tribuit Sidonius 5 epist. 1. Et, *Poggio Quintilianum in salsamentarii taberna repertum debere fatemur*, ait in Elogiis Iovius. Qua de re & Petr. Crinitum de honest. discipl. 18, 2, & Platinam in vita Nicolai V vide.

QVIPPE, adverb. seu conjunctio potius rationem interdum reddens ejus, quod præcessit, sintemal, denn, allermassen, nemlich. Ter. Heaut. 2, 4, 9 *Quippe formâ impulsi nostra nos amatores colunt*, id est, *etenim*. Quo sensu in eadem fabula 3, 2, 27 poëta cum *Quia* etiam conjunxit: *Quippe quia magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.* Ita Plin. 26, 10 *Insanabilis non est credendus, quippe quoniam & sponte desinit.* Cic. pro Mil. c. 13 *Movet me quippe lumen curiæ.* ¶ 2. Nonnunquam etiam affirmat. Cic. pro Cæcin. c. 19 *Recte diceres, se restituisse? quippe, quid enim facilius est?* id est, certe, ja, allerdings. Id. Fin. 5, 28 *Quem hoc appellat Zeno?* (sermo est de Sapiente, qui torqueatur eculeo,) *Beatum, inquit. Etiam beatissimum? quippe, inquiet, cum tam docuerim gradus istam rem non habere, quam virtutem.* ¶ 3. Exponitur aliquando per *utpote*, als, præsertim sequente pronomine relativo. Cic. pro Rosc. Am. c. 18 *Convivia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret.* conf. Nep. 10, 2, 3.

¶ Quippini, warum nicht, particula affirmandi Plauto frequentata: e. g. Menæch. 5, 5, 45 *Itane censes?* M. *Quippini?* Id. Aul. 1, 2, 3 *Quippini ego intus servem?* ¶ 2. Interdum idem est ac *quippe*, nempe. Et sic Apul. Met. 9 p. 229 *Mensam apponebat ei propere, quamvis invita, mulier, quippini destinatam alii.*

QVĪRĪNVS, *i*, m. Romulus ita dictus fuit, vel a *Quiris* seu *Curis*, vocabulo Sabinorum, quo *hastam* illi appellarunt, a quo & *Securis* dicta est; vel a *Quiritibus*, sive Romanis, qui sic a Curibus appellati fuerunt Sabinis, Romulo jam sociatis; ut Livius auctor est 2, 13. Ovid. Fast. 2, 475

Proxima lux vacua est: at tertia dicta QVIRINO:
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.
Sive quod hasta QVIRIS priscis est dicta Sabinis:
Bellicus a telo venit in astra Deus.
Sive suo regi (Romulo) *nomen posuere QVIRITES:*
Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Cæterum Romulus a morte, & jam relatus in Deorum numerum *Quirinus* vocatus est: Lactant. 1, 15. Adde Ovid. Met. 14, 805 seqq. Virg. Æn. 1, 292; Cic. Off. 3, 10. Horat. 1 od. 2, 46 *Populum Quirini* vocat Romanos.

¶ Quirīnus, *a, um*, adject. ut, *Quirina tribus*, quæ *a Curensibus Sabinis videtur appellationem traxisse*, Fest.

¶ Quirīnālis, *e*, adject. ut, *Collis Quirinalis* Romæ, in quo Quirini fuit templum, (Quint. 1, 6 p. 79) & *Porta Quirinalis* ad collem eum ducens, quæ & *Porta Collina* aliquando, hodie *Porta Salaria* est. Sic, *lucus Quirinalis*, Ovid. in Fastis 6, 218. *Quirinalis trabea*, Virg. Æn. 7, 612. *Flamen Quirinalis*, Aur. Vict. Vir. ill. c. 3.

¶ Quirinālia, *orum*, n. pl. dies sacrorum Quirini, *Stultorum feriæ*, appellatæ: v. Ovid. Fast. 2, 513. Plutarchus Quæstion. Rom. p. 285, & Festus. conf. Cic. ad Q. fratr. 2, 3 & 13.

¶ Quiriniānus, *a, um*, aliud adject. ut, *Poma Quiriniana*, Cat. R. R. c. 7.

¶ Quīris, *itis*, f. hasta dicta Sabinis. v. Ovid. in *Quirinus*. Hinc

¶ Quīrītes, *um*, m. pl. Romani, die Römer. Vnde sic appellati, docet Livius 1, 13, de quo paullo ante. Ita autem domi appellabantur cives. Et quidem universi. Inde Appius apud Liv. 2, 56 ext. ex formula summovendi, *Si vobis videtur, discedite Quirites*, colligit, tribuno plebis non esse jus summovendi, ut qui in solam plebem jus haberet. Domi diximus ita appellari cives Romanos, ut intelligeretur, non foris. Ibi enim si ita appellarentur milites, mitti vel exauctorari videbantur per ignominiam, nec pro militibus amplius haberi. Hinc Cæsar sola hac appellatione sæpius concitarum militem sedavit. v. Suet. Cæs. c. 70, & Stewech. Eadem ratione Antonius primus Flavianarum partium dux, milites prætorianos, quibus infensus erat, *Paganos*, quasi non jam milites, sed Quirites nominavit apud Tac. Hist. 3, 24, 4. Factum Cæsaris imitatus postea fuit Imp. Alexander Severus. Nam milites primum quidem pro concione, ex more commilitones appellavit: ubi vero fremere eos, & tumultum ciere conspexit, *Continete*, ait, *vocem truculentam, campo & bellis necessariam: nec vos hodie omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam: & incertum an Quirites? Non enim digni estis, qui vel Romanæ plebis sitis, si jus Romanum non agnoscitis.* Cum nihilominus pot ita fremerent, exclamavit: *Quirites, discedite, atque arma deponite, &c.* Hæc Lamprid. in ejus vita c. 53 & 54. ¶ 2. *Quiris* singulari numero dicitur in formula ad exequias vocandi *Ollus Quiris leto datus est*, quam ex Varr. de L. L. 7, 16, & Festo exsculpunt Brisso. form. 8, 721, & Scalig. ad Varr. l. c. *Quiriti* est Ovid. Am. 3, 14, 9. *Quiritem* ibid. 1, 7, 29, & Hor. 2 Od. 7, 1t. Pers. 5, 75.

¶ Quirīta, *æ*, f. a *Quirites*, ut *Antistita* ab *Antistes*, eine Römerin. Quam vocem passim veterum Inscriptiones servant.

¶ Quīrīto, *are*, & Quirītor, *ari*, Quiritum fidem & auxilium clamore implorare, invocare, klagen, um hülffe schreyen, heulen, quod accusati solebant, cum nihil auxilii amplius videretur adesse. Fiebat autem, cum inclamarent: *Porro Quirites!* De qua formula Brissonius. Conf. Petron. c. 21 p. 69; & Turnebi Adv. 13, 32. Et hinc ad quosvis clamores miserabiles verbum hoc traducitur. Vide Liv. 2, 23; & 3, 41; 39, 8; &c. Varr. L. L. 5, 7; Nonium 1, 78; Plin. Paneg. 29, 3; Apul. Met. 5 p. 171; & 8 p. 203. Sic Quincil. 3, 8 *Si est famus, non quiritet*, ist er klug, so macht er nicht viel geschrey. Vario l. c. ait: *Vt quiritare urbanorum, sic jubilare rusticorum.* Et de Verre Autor Philomelæ v. 55 *Quiritat Verres*; ubi alii *Quirritat* legunt. Vocem vero ipsam, qua Quiritium opem implorabant, adhibet Priapus apud Phallicum poëtam carmine 25 *Porro (nam quis erit modus?) Quirites!* Laberius ap. Macrob. Sat. 2, 7 *Porro Quirites! libertatem perdimus.*

¶ Quirītans, *tis*. Lucil. ap. Nonium 1, 78 *Concursans clareque quiritans.* Tac. An. 16, 34, 3 *Flentes quiritantesque qui aderant.* Plin. Paneg. c. 29 *Nequicquam quiritantibus sociis.* Meminit etiam *Quiritantium* Pollio ad Cic. fam. 10, 32, ubi hæc est quiritatio: *Civis Rom. natus sum*, ut est in MSS. Sic Paullus in Actis c. 22. Add. Liv. 39, 8 extr. Gloss. *Quiritans*, ἐπιβοώμενος.

¶ Quirītātio, *ōnis*, f. vociferatio, querela, angst-klage, jammer-geschrey. Liv. 33, 28 *Ingens comitum & quiritatio facta.*

¶ Quiritatus, *ūs*, m. idem; ut, *Quiritatus infantium*, Plin. 6 epist. 20, ubi Buchneri notas vide n. 193. Et Val. Maximus 9, 2, 1 *Lamentabiles quiritatus*, geheule, gewinsele.

¶ Quiritārius, *i*, m. a ICtis in Cod. dicitur, cui jure Quiritium dominium competit; cui opponitur *bonitarius*, qui naturali jure dominus bonorum.

¶ Equirine, *jurandum per Quirinum*, Fest. conf. supra *Ædepol* in *Pollux*.

¶ Proquīrīto, *are*, idem quod simplex *Quiritare*, das volck ausschreyen. Apul. Apol. p. 326 *Epistolam sæpe aperiens, proquiritabat &c.* ¶ 2. Item promulgare, proclamare; ausruffen. Sidonius 8 epist. 6 *Lex de præscriptione tricennii fuerat proquiritata.* At

¶ Requirīto, *are*, in Plauti Most. 3, 3, 11, quod corripit syllabam, quæ in *Quirito* longa est, in *Requiro* sub *Quæro* investigandum.

Quis, quispiam, quisquam, quisque, vide *Qui, quæ, quod.*

QVISQVĪLIÆ, *arum*, f. plural. a *Quisquis* dictæ, quidquid ab arboribus cadit, περιψήματα, purgamenta, lordes, auskehricht, und was von bäumen fällt. v. Fest. Sic Cæcilius, *Quisquilias volantes, venti spolia dixit*, apud eundem. *Gerras, quisquilias, ineptiasque*, conjungit Ausonius Edyll. 7, 5. ¶ 2. Cicero *Quisquilias*, homines nihili dixit, lose und leichtfertige buben, canaille; ut pro Sext. c. 43 *Omitto Numerium, Servranum, Ælium, quisquilias seditionis Clodianæ.* Id. Att. 1, 16 *Id Talnam, & Plautum, & Spongiam, & cæteras hujusmodi quisquilias statuere, &c.* Et Apulej. Met. 1 p. 113 de piscibus nullius pretii: *Has quisquilias quanti paresti?* Singulariter etiam dici a Nævio apud Festum *Homo non quisquiliæ*, censuit Scaliger. conf. Dacer.

¶ Quisquilium, *i*, n. granum exiguum fruticis parvæ ilicis, apud Plin. 16, 8, ubi vetus codex legit *Cuscutium*. vid. ibi Dalechamp. ¶ 2. Petron. c. 75 *Curculam est, quod homines facit, Cætera quisquilia omnia*, i. e. res nihili. In Gloss. Philoxeni *Quisquilia*, σκυβαλα. Servius ad Virg. Georg. 1, 85 *stipulas, purgamenta terrarum, & alia inutilia* ita dici notat.

Quisquis, quivis, vide *Qui, quæ, quod.*

Quo, quoad, vide *Qui*, Quocirca, *Circa*, Quocunque, &c. *Qui.*

QVOM, in MSS. & vett. editt. est pro *quum* vel *cum*. Est etiam compendium vocis *quoniam*. Vid. Gesneri Index Scriptor. R. R.

QVONDAM, adverbium, de tempore præsente, futuro & præterito dicitur, & significat *interdum, aliquando* vel *olim*, unterweilen, dereinst, weiland. Virg. Æn. 2, 367 *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus*: id est, nonnunquam, bisweilen, zuzeiten. conf. Id. Georg. 3, 99. Suet. Cæs. c. 24 *Senatus quondam legatos mittendos decrevit*, einmal, einst. Id. Domit. c. 7 *Ad summam quondam ubertatem vini edixit, ne quis &c.* Cic. Cat. 1, 1 *Fuit ista quondam in hac republ. virtus*, id est, olim, vorzeiten. Id. de Orat. 1, 30 *Consuetudo mea, qua quondam solitus sum uti.*

QVŎNIAM, conjunctio causalis, quia, siquidem, dieweil. Ter. Andr. 1, 5, 15 *Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.* Ibid. 2, 1, 5 *Quoniam id fieri, quod vis, non potest, velis id, quod possit.* ¶ 2. Additur interdum *quidem*: Cic. Att. 2, 1 *Quoniam quidem ea, quæ nos scribimus, te etiam delectant*, quandoquidem. Legunt & conjuncte, *Quoniamquidem.* ¶ 3. *Quoniam* pro *postquam* posuit Plautus non semel, quemadmodum *postquam* pro *quoniam* etiam ponitur: Ter. Adelph. prol. princ. *Postquam poëta sensit, scripturam suam Ab iniquis observari, &c.* Vbi Donatus: POSTQVAM *pro* QVONIAM, *cujus reciprocum*, QVONIAM *pro* POSTQVAM. *Plautus in Aul.* (prol. v. 9) QVONIAM IS MORITVR, ITA AVIDO INGENIO FVIT. ¶ 4. *Quoniam* pro *quanquam* librarii culpa est apud Col. 5, 4, 3 pro *quando* ingessisse videtur idem 5, 5, 16.

QVŎQVE, conjunctio copulativa & postpositiva, auch. Ter. Andr. 4, 3, 19 *Ego quoque hinc ab dextra venire me assimulabo.* Id. Eun. 2, 2, 20 *Id rursum si negant, nego id quoque.* Quintil. 9, 4 p. 833 *Perdidisset gratiam, perdidisset fidem quoque.* Sic enim in orationis finem venuste locatur. Cels. 3, 22 *Atque hujus quoque plures sunt species.* Nepos 17, 6, 2 *Et se id quoque animadvertisse.* Plane. Cic. fam. 10, 21 *Mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoque defuturam.* Cic. fam. 4, 8 *Non solum omnia, quæ possum, sed ea quoque quæ non possum.*

Quorsum, vide in *Qui*, sub finem: est enim ex *Quo* & *Versum.*

QVOT, nomen indecl. de numero quærens, vel numerum admirans, wie viel? Plaut. Rud. 2, 7, 6 *Quot sunt? S. Totidem, quot ego & tu sumus.* Ter. Hec. 5, 3, 19 *Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?* Cic. Tusc. 1, 35 extr. *Quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates?* Et, *Quos annos natus es?* wiealt bist du? Plauti est.

¶ 2.

¶ 2. Et ſine interrogatione: ut, *Quot homines, tot ſententiæ*, ſo mancher menſch, ſo mancher ſinn, Ter. Phorm. 2, 4, 14. *Quot ſervi, tot hoſtes*, Feſtus. *Quot officia oratoris, tot ſunt genera dicendi*, Cic. in Orat. c. 21. conf. Id. de Orat. 3, 9; & infra *Tot*. Nam plerumque *Tot* vel *Totidem* reſpondet.

Quotannis, vide *Annus*, Quotcalendis, *Calendæ*, Quotdiebus, *Dies*, Quotmenſibus, *Menſes*, Quotquotannis, vide mox *Quotquot*.

¶ Quotcunque, wie viel immer, ſo viel als. Manilius 4, 315 *Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit*. Sic Scaliger, & Fayus, niſi quod hic *Tot ducit*. In *quotcunque* autem conſentiunt, pro quo alii *quotquotque* maluerunt. Cic. de Leg. 3, 3 *Quotcunque ſenatus creverit, populusve juſſerit, tot ſunto*.

¶ Quotēnus, *a, um*, diſtrib. Cic. Attic. 12, 32 *Is, opinor, ita partes fecit in ripa neſcio quotenorum jugerum, &c.* id eſt, *quot unamquamque partem jugerum*.

Quotidie, quotidianus, vide *Dies*, Quotlibet, *Libet*.

¶ Quoties, adverb. wie offt, cui *Toties* reſpondet. Cic. fam. 7, 7 *Illud ſolco mirari, me non toties accipere tuas litteras, quoties a Qu. fratre mihi afferuntur*. Et interrogative, ſine relato, Idem Cat. 1, 6 *Quoties jam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties vero excidit caſu aliquo?* ¶ 2. Antecedenter, ſo offt als. Virg. Æn. 4, 351 *Quoties humentibus umbris Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt*. ¶ 2. *Quotiens* pro *Quoties*, antique apud Priſcianum 15 p. 1015.

¶ Quŏtiescunque, ſo offt, als nur. Cic. pro Cluent. c. 18 *Quotiescunque dico, toties mihi videor in judicium venire*. Id. Tuſc. 3 extremo: *Cætera quotiescunque voletis, parata vobis erunt*. conf. Nep. 18, 5, 7.

¶ Quotquot, ſo viel nur; ut, *Quotquot eſtis omnes*, Catull. epig. 43, 2. Et Horat. 2 oda 14, 5 *Quotquot eunt dies*, id eſt, ſingulis diebus. Varro de L. L. 4, 4 *Fundus dictus, quod fundat quotquot annis multa*, jährlich. Et mox: *Ager reſtibilis, qui reſtituitur ac referitur quotquot annis*. Et paulo poſt c. 8 *Via qua ſacra quotquot menſibus feruntur in arcem*. V. & Gell. 6, 5, cum ex Alfeno ICto formulam antiqui cujusdam fœderis refert; & Victorium Var. Lect. 9, 23.

¶ Quotquotque, id eſt, quotcunque: Manil. 4, 315; ſed alii *quotcunque* legunt, quod paullo ſupra videas.

¶ Quŏtuplex, *icis*, wie vielerley? wie mancherley? reſpondetur, *Duplex, triplex, quadruplex*; quemadmodum ad *Quotuplum, duplum, triplum, &c.* Vet. Onomaſt. *Quotuplex*, ὁσαπλάσιος.

¶ Quotuplus, *a, um*, wie vielfältig.

¶ Quŏtus, *a, um*, der wievielſte? nomen interrogativum de numero aut ordine: ut, *Quota eſt hora?* Horat. 2 ſat. 6, 44. *Tu quotus eſſe velis, reſcribe*, Id. 1 epiſt. 5, 30. i. e. cum quot hoſpitibus vel umbris venturus ſis. *Quotus iſte erit denarius*, Cic. Verr. 3, 94. *Pars quota laudis erat?* Ovid. Amor. 2, 12, 10. Et Martialis 5 epig. 66 *Iſta tuæ, Cæſar, quota pars ſpectatur arenæ?*

¶ Quotúmus, *a, um*, pro *Quotus*, apud Plautum Pſeud. 4, 2, 7 *Quotumas ædes dixerit, id ego admodum incerto ſcio*. Et ib. 4, 7, 77 *Quotumo die*.

¶ Quŏtuscunque, *quotacunque, &c.* wie mancher. Tibullus 2 extremo: *Moverit e votis pars quotacunque Deos*. Ovid. Heroid. 13, 60 *Et ſequitur regni pars quotacunque ſui*.

¶ Quotusquisque, *quotaquæque, quotumquodque*, eleganter effertur copulatum, wie viel? der wievielſte? Cic. Fin. 5, 11 *Quis eſt aut quotusquisque, qui, mors cum appropinquet, non exalbeſcat metu*; quaſi dicas, nullus aut rarus, wie viel ſeyn derer wol, die ꝛc. Id. pro Cælio c. 16 *Famam quotusquisque iſtam poteſt effingere in tam maledica civitate?* Et interpoſitis aliis vocibus, Id. de Divin. 2, 24 *Quota enim quæque res evenit prædicta ab iſtis?* Et pro Ligar. c. 9 *Quotus enim iſtud quisque feciſſet, ut &c.* Plin. 3 epiſt. 20 *Quotocuique eadem honeſtatis cura?*

Aliquot, aliquoties, aliquotfariam, vide in *Alius*.

Quovis, quousque, vide in *Qui, quæ, quod*.

QVVM, adverbium temporis, vide *Cum*.

R Littera conſonans, ſemivocalis & liquida, imo, ut Dion. Halicarnaſſ. ait, *liquidarum maxime generoſa*; quæ *ſpiritum*, ut ait Capella 3 p. 58, *lingua criſpante corraditur*. Ea cum Græce ſpiritum admittat, uſus obtinuit, ut aſpiratio illa apud Latinos poſtponatur: ut, ῥέδη, *Rheda*, ῥήτωρ, *Rhetor &c.* ¶ 2. In verborum compoſitione in L nonnunquam convertitur: ut, *Intelligo, Pellicia, Pelluceo*, pro *Perluceo, &c.* Sic & in derivatione a *Puer, puellus*, a *niger, nigellus*, aliaque ſic infinita. Nec hic prætereundum, r & l promiſcui fere uſus fuiſſe in nonnullis vocibus: v. g. *Latialis* & *Latiaris*; *Palilia* & *Parilia*; Sicuti & ex καυθήλιος Latini fecerunt *Cantherius*: & Græci ex *Flagellum*, φραγέλλιον. Sic *Cæruleus* olim fuit *Cæluleus*; *Lemures* prius *Remures*. ¶ 3. Et N & aliæ literæ ſæpe tranſeunt in r: e. g. ante r ex *con* & *in* fit *Corrigo, Irrepo, &c.* ex *ſub ſurripio, ſurrogo*; ex *ad arrideo, arrodo*. Viciſſim *Æreus* eſt etiam *Æneus*. ¶ 4. In nominibus quibusdam hæc littera cognationem ſeu eamdem poteſtatem habet cum littera S; ut, *Arbos* pro *Arbor*; *Honos*, pro *Honor*; Plautus etiam *Odos* pro *Odor* ſæpe dixit. Cum r & s blæſe proferrent antiqui, factum eſt præcipue mediis in dictionibus, ut quod illis *Aſa, Aſena, Caſmen* ſonaret, id poſt fieret *Ara, Arena, Carmen*; quos primum *Fuſios* & *Valeſios*, poſtea *Furios* vocarunt & *Valerios*; Quæ antiquitus erant Feſto teſte *Fiduſia, Pignuſia, Pluſima*, ea nunc *Olera, Pignora, Plurima*. vide plura apud Feſtum in R p. 395. Hinc & ex *Vro, Gero* fecerunt *uſſi, geſſi*. Ita pro *Furiis Fuſios* dictos olim monet Liv. 3, 4 pr. Et pro *Veturiis Veturios*, 3, 8 pr. *Papirii* olim fuere *Papiſii*, Cic. fam. 9, 21. ¶ 5. Latini in vocibus, quas a Græcis accepere, R nonnunquam aſſumſere; ut, σύρος, *ſirpe*, ἔφλασεν, *apluſtre*, ὦκα, πέζα ἰματία, *ora*, νύος, *nurus*. vid. Gronov. ad Plin. 22, 2, ubi ex *Galatico cocco Scarlatum* derivat. ¶ 6. Latinis veteribus integras aliquot dictiones littera R ſola poſita repræſentavit: ut R. R. R. F. F. F. *Regnum Romæ ruet, ferro, fame, flamma*: Probus. Litteram R Romæ Ap. Claudius primus invenit. Pompon. ICtus in Enchiridio in Dig. l. 1 t. 2 § 36. Iurgiturque frequentius cum littera A in re horrida: Barth. ad Lib. 1 Theb. Statii p. 34. Crepitus ejus notus: Idem ibid. & lib. 121 Adverſ. c. ult. conf. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 47 ſeq. Perſius *caninam litteram* dixit ſat. 1, 109 *Irritata canis quod R quam plurima dicat*, ut ait Lucilius apud Nonium in *Irritare* 1, 132. Vocatur etiam *radens* & *Martia*. Certe ſonus ejus in ſummo gutture formatus, linguaque criſpante vibratus, & tremulo ictu dentibus alliſus horrificam canum ringentium & hirrientium rabiem imitatur, etſi blæſi cogantur pronunciare mollius.

RABBI, id eſt, magiſter, vox hebraica, quæ legitur Matth. c. 23 & 26; Marc. c. 9 & 11, & 14; Ioh. c. 1 & 3, & 4 &c. Hinc

¶ Rabbīnus, *i*, m. magiſter ſive doctor Iudaicus.

RĂBIES, *ei*, f. canum proprie eſt, die wut, beißigkeit. Plin. 29, 5 *Canis, qui in rabie momorderit*. Ovid. Met. 14, 66 *Statque canum rabies*. ¶ 2. Sed ad homines transfertur; ut, *Animi rabies*, hoc eſt, furor, der grimm, die unſinnigkeit. Cic. Tuſc 3, 25 *Hecculam putant propter animi acerbitatem & rabiem fingi in canem eſſe converſam*. Horat. Art. Poët. v. 79 *Archilochum proprio rabies armavit iambo*. Virg. Æn. 8, 37 *Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi*. Catul. 64, 4 *Stimulatus furenti rabie*. Sic, *Rabiem parare*, Horat. 1 Od. 15, 12; *tollere civicam*, Id. 3 Od. 24, 26; *Indomitam ſedare*, Id. Ep od. 12, 9; *omnem ſumere adverſus aliquem*, Quint. Decl. 11, 2.

¶ Răbĭdus, *a, um*, toll, wütend, raſend; ut, *Canis rabidus*, Sen. Oedip. v. 932; & Plin. 29, 5. *Rabidos compeſcere mores*, Ovid. Art. am. 3, 501. *Rabida qui concitus ira*, Id. Met. 7, 413. *Rabidi furor animi*, Catull. 64, 38. ¶ 3. *Rabidus* & *Rapidus* miſcentur a librariis. v. Drakenb. ad Sil. 5, 451.

¶ Rabĭde, adverb. idem; ut, *Omnia rabide appetere*, Cic. Tuſc. 5, 6.

¶ Răbio, *ĭre*, & Rabo, *ĕre*, ira & rabie agitari, wüten, toben. Varro apud Nonium 1, 186 *Quid eſt? quid blateras? quid rabis?* Et Cæcilius ibid. *Aſt rabie rabire ſe ait*. Et vetus poëta apud Cic. Divin. 1, 31 *Sed quid oculis videre viſa eſt derepente ardentibus?* Manil. 5, 207 *Latratque Canicula flammans, Et rabit igne ſuo*. Ibid. v. 222 *Corda micant, & lingua rabit*. Sen. epiſt. 29 *Videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime videre & rabere*. Sed &

¶ Rabio, *āre*, veteres dixerunt. Vet. Gloſſ. *Rabiat*, λυσσᾷ.

¶ Răbĭōſus, *a, um*, unſinnig, grimmig, wie ein toller hund; ut, *Canis rabioſa*, Horat. 2 epiſt. 2, 75. *Morſus a cane rabioſo*, Plin. 29, 2. Et, *Iurgia rabioſa fori clamoſi*, Sen. Herc. Fur. 172. *Rabioſum* pro phrenetico Plautus dixit Capt. 3, 4, 15, der raſet. conf. Sen. de Ira 1, 4.

¶ Rabiōsŭlus, *a, um*, dimin. etwas grimmig, wild. Cic. fam. 7, 16 *Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti*.

¶ Rabiōſe, adverb. thöricht; ut, *Iracunde, rabioſeque facere aliquid*, Cic. Tuſc. 4, 22.

¶ Prærabidus, *a, um*, ſehr raſend. Sen. de Ira 1, 12 *Ira prærabida & amens*. Alii legunt *præpapida*.

RĂBĪRIVS, *i*, m. eques Romanus, quem perduellionis ſeu læſæ majeſtatis accuſatum a T. Labieno Cicero defendit. Vide orationem ejus pro Rabirio. ¶ 2. Poëta quidam nobilis, de quo Ovid. Pont. 4, 16, 5; Sen. de Benef. 6, 3; Quint. 10, 1 p. 906. ¶ 3. Alius forte eſt, de quo Cic. Acad. 1, 2 pr.

RABO, pro *Arrhabo* dicit ruſticus apud Plaut. Truc. 3, 2, 20 ſeq.

Rabo, *ere*, vide *Rabio* in *Rabies*.

RĂBŬLA, *æ*, m. cauſſidicus, ein zungendreſcher, inde dictus, quod rabida contentione radat, ſeu, ut Quintilian. ait, nimia verboſitate feriat aures. Cic. de Orat. 1, 46 *Cauſſidicus, proclamator, aut rabula*. Quintilian. 12, 9 *A viro bono in rabulam latratoremque converti*. Nonius 1, 106 & 298 a *rabie canina* commode derivat. vide etiam Feſtum, qui in *Rava* cum Verrio ait: *Ravam vocem ſignificare raucam & parum liquidam, proxime canum latratum; unde etiam cauſſidicus pugnaciter loquens rabula appellatur*. Alibi tamen Feſtus vel a *radendo*, vel a *rabie* deduci poſſe obſervat. Sane & Seneca, & Ammianus lib. 30 *Rabulas* ſive legulejos canibus comparant. Aperte *Canem* appellat *Caſſium Severum* Horat. epod. 6, 1, & eorum *verba canina*, vel *caninam eloquentiam* Ovidius in Ibin v. 14 *Iactat & in toto verba canina foro*. *De Cerbero forenſi* vid. in *Cerberus*. Eosdem & *Muratores* vocari, a *mora*, quod producant nequiter lites, Iac. Cujacius obſervat Obſervat. 4, 40.

¶ Rabŭlus, *a, um*, pro rabidus, wild, beiſſend. Saresb. 5, 6 *Velut rabulus anſer admixtus oloribus*.

¶ Rabulātio, *ōnis*, f. ſtatus rabulæ; ut, *Forenſis rabulatio*, Martian. Capella lib. 6.

¶ Rabulātus, *ūs*, m. idem. Martian. Capella lib. 2 *Audiri, licet perſtreperent, nullo potuere rabulatu*.

Rabulanus, & Rabuſculus a *Ravus*; vide in *Ravis*.

RACCO, *are*, de tigride, ſchreyen wie ein tiger. Aut. Philom. v. 49 *Tigrides indomitæ raccant*, apud Schott. Obſerv. Hum. 2, 52. Alii *rancant*.

RĂCĒMVS, *i*, m. a ῥάξ, ῥαγὸς, quo *acinus* ſignatur, eine weinbeer, traube. Item, der kamm an trauben. RACEMVM, inquit Caſaubon. ad Suet. Aug. c. 76, *qui idem eſt cum uva, male quidam docti ſcapum putant: quos facile ſit refellere infinitis latine loquentium χρήσεις, qui aliter nunquam eam vocem accipiunt, ſive de fructu vitis, ſive de hedera loquantur. Nam & uva & βότρυς & racemus ἀναλόγως dici ſolent de aliis quoque multis: ut & acinus pro baccis & corymbis hederæ vel ſambuci ſæpius uſurpatur*. Hæc ille. Vet. Gloſſ. βότρυς, *racemus*. Nemeſianus eclog. 3, 39 *Tum Deus, ô Satyri, maturos carpite fructus, Dixit, & ignotos, pueri, calcate racemos*. Certe non niſi uvæ calcantur. Sed auctor Copæ v. 21 *Sunt & mora cruenta & lentis uva racemis*. Vbi *racemi* ab uva ſeparantur, & pro palmitibus ipſis videntur poni propter epitheton *lentis*; Niſi potius *racemos* pro acinis: *lentos* pro tenacibus poſuit. Propertius 4, 2, 13 *Prima mihi*

variat liventibus uva racemis. Et Virg. Georg. 2, 60 *Et turpes avibus prædam fert uva racemos.*

¶ Răcēmor, *āri*, racemos ferre, träublicht werden, item, racemos a vindemiatoribus præteritos sublegere, nachſtoppeln, nachleſe halten. Metaphorice Varro R. R. 3, 9 *De gallinis dic ſodes Merula, tum de reliquis, ſi quid idoneum fuerit, racemari licebit.*

¶ Racemātus, *a, um*, quod racemos habet, träublicht, beträubelt. Plin. 18, 7 de panico: *Parvis racematus paniculis.*

¶ Racemātio, *ōnis*, f. racemorum vindemia ſive ſpicilegium, die nachſtoppelung, nachleſe im weinberge. Tertull. Apol. c. 35 *Poſt vindemiam racematio ſuperſtes.*

¶ Răcēmārius, *i*, m. malleolus, ein nebenſchoß, unnützes laub, das man abbricht. Colum. 3, 18 *Pampini, vel ſteriles, vel certe minus feraces, quos ruſtici vocant racemarios.*

¶ Racemōſus, *a, um*, racemis plenus, voll trauben, träublicht. Plin. 13, 4 *Pomum ſuis inter ramos palmitibus racemoſum.* Ibid. c. 6 *Flos racemoſus olivæ modo.*

¶ Racēmĭfer, *a, um*, idem; ut, *Racemiferæ uvæ*, Ovid. Met. 3, 666. *Racemifer Bacchus*, Id. Met. 15, 413. Et Faſt. 6, 483 *Bacche racemiferos hedera redimite capillos.*

Radamanthus, vide *Rhadamantus*, Radiatio, radiare, &c. *Radius.*

Radicitus, radīco, quære paullo poſt in *Radix.*

RĂDĬUS, *i*, m. ein ſonnenſtrahl. Cic. de Fin. 5, 24 *Stellæ in radio ſolis ne cernuntur quidem.* Lucret. 1, 148 *Non radii ſolis neque lucida tela diei Percutiant*, ſcil. animi tenebras. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 47 *Ita claret, ut ipſius ſolis radio putem ſcriptum*, es iſt ſonnen-klar. v. infra *Radiatus.* ¶ 2. Sunt & *oculorum radii*, der glantz oder ſtrahl aus den augen, Gell. 5, 16. Ex opinione nimirum veterum quorundam, qui radios, quibus videmus, emitti ex oculis putabant. ¶ 3. *Radius* autem mathematicorum & aſtronomorum inſtrumentum, ſive virga ſeu bacillus ille dicitur, quo ſchemata ſua in pulvere deſcribebant, ſeu deſignabant, ein ſtab zum zeichnen. Virg. ecl 3, 40 *Et quis fuit alter, Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem?* Et Æn. 6, 849 *Cœlique meatus Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.* Avien. Arat. v. 53 *Hic* (Deus) *primum Cnidii radium ſenis intulit aſtris:* Quo carmine ſignificat, Eudoxum *Cnidium* inſtinctu Dei animum ad aſtronomiam monſtrandam mortalibus applicuiſſe. Tertull. de Idolol. c. 9 *Non poteſt regna cœlorum ſperare, cujus digitus aut radius abutitur cœlo*; id eſt, qui ideo dimetitur cœlum, ut ex motu & poſitu ejus ſiderumque futura prædicat. ¶ 4. Item, inſtrumentum textorum, quo innectuntur telæ, ein weberſchifflein. v. Lucret. 5, 1352. Et Virg Æn. 9, 476 *Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa.* ¶ 5. Quin & in rotis *radii* ſunt, qui hinc centro, illinc canthis inſeruntur, radſpeichen. Virg Æn. 6, 616 *Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum Diſtricti dependent*, geſpannt, geſtreckt an die ſpeichen, gerädert. Add. Id. Ge. 2, 444; Ovid. Met. 2, 108; Plin. 16, 40; Curt. 4, 9, 5. ¶ 6. Etiam *Radius* hoſtorium eſt lignum ſcil. quo menſuræ raduntur & æquantur, ein ſtreichholtz. Plautus: *Dii Deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia, ſine radio cumulent.* ¶ 7. *Radius virilis* dicitur membrum virile, Cæl. Aurel. Acut. 3, 13. vid. Reinef. Var. Lect. p. 662. ¶ 8. *Radius* etiam eſt paſtinacæ piſcis telum ap. Plin. 9, 42. ¶ 9. Denique & olivæ oblongæ genus *radius* eſt, Cato R. R. c. 6: Celſ. 6, 4. Et Virg. Ge. 2, 86 *Orchades, & radii, & amarâ paufia baccâ.*

¶ Rădĭŏlus, *i*, m. dimin. oliva parva oblonga. vid. Colum. 12, 46; & Apul. de Herb. c. 83.

¶ Rădio, *avi, atum, āre*, radios emittere, ſeu fulgere, ſtrahlen, glantzen. Colum. 10, 288 *Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu.* Propertius 4, 1, 27 *Miles radiabat in armis.* Et Ovidius deponentiali forma Pont. 3, 4, 103 *Scuta ſed & galeæ gemmis radientur & auro.* Niſi forte hoc paſſivum eſt, ſiquidem etiam active *radiare* dici volunt, i. e. illuſtrare. v. Brouckh. ad Propert. 1, 15, 7. De formis etiam formoſiſſimis *radiare* dici, Barthius obſervat ad Claudian. p. 523. Hinc

¶ Radians, *tis*; ut, *Aſtra radiantia*, Ovid. Met. 9, 272. Et, *Aurum radians*, Met. 4, 636. conf. Virg. Æn. 8, 23 & 616. Comparativus eſt Fortunati Vitâ Martini 1, 138 *Gemmifer eloquiis, radiantior ore lapillis.*

¶ Rădiātus, *a, um*, beſtrahlt, ſtrahlicht; ut, *Lumen radiatum*, Ennius apud Cic. de Orat. 3, 40. *Radiata corona*, Suet. Aug. c. 94, quæ aliquot erectis acuminibus attollit ſe, qualis in Deorum capitibus, ut nummi & monumenta vetera teſtantur, pingi ſolita fuit, præcipue ſolis, quæ ex duodecim quidem radiis pro numero menſium contexta erat. Virg. Æn. 12, 161 *Ingenti mole Latinus Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt, Solis, avi, ſpecimen.* Et ita Solis caput expreſſum in tabula marmorea Romæ in Marchionis Iovii ædibus, quam deſcripſit, & erudito commentario explicavit Hieronymus Aleander, ubi plura de his radiis leges. Divinitatis ergo aliquid notabant coronæ radiatæ. De quo Plutarchus ad principem ineruditum p. 780. Quo illud Plinii pertinet Paneg. c. 52 *Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi jamdudum radiatum caput, & media inter Deos ſedes auro flaret aut ebore, &c.* Treb. Pollio Gallieno c. 16 *Radiatus ſæpe proceſſit.* Ita Lucianeo Timoni ſtatuam dicto erigit adulator, cum fulmine in dextra, radiisque in capite, quaſi faceret Deum. ¶ 2. *Rota radiata*, das ſpeichen hat, Varro R. R. 3, 5.

¶ Rădiātio, *ōnis*, f. fulgur, der glantz, ſchein; ut, *Proſpera radiatio*, Firmicus 2, 22, ein guter aſpect. *Marmoris radiatio*, pro fulgore, Plin. 36, 5. Plur. Arnob. 6 p. 208 *Auguſtiſſimæ lucis radiationibus territare.*

¶ Radiātĭlis, *e*; ut, *Radiatilis umbra*, Fortunat. lib. 2.

¶ Radiōſus, *a, um*, plenus radiis, ſtrahlicht; ut, *Radioſus ſol*, Plaut. Stich. 2, 2, 41.

¶ Diradio, *are*, in radiorum formam diſponere, aus einander breiten wie ſtrahlen. Colum. 5, 6 *Vitem traducibus diſpergere atque diradiare.*

¶ **Diradiatio**, *onis*, f. eodem ſenſu dicitur eſſe apud Vitruvium.

¶ Irrădio, *āre*, illuſtrare, vel illuſtrem eſſe, beſtrahlen, beleuchten. Paſſ. Quint. Trib. Mar. c. 8 Burm. p. 81 *Nemo, ſi degeneret a virtute, patrum poteſt irradiari fulgoribus.* Active Stat. Theb. 6, 64 *Hoc undique gemmæ Irradiant.* Arator, Chriſtianus poëta, in Act. Apoſt. c. 2, 2 *Irradiat fulgore locum.* Neutraliter Sedulius in Hiſt. Reſurrect. Matth. c. 28 *Cœperat interea poſt triſtia ſabbata felix Irradiare dies.*

¶ Irradiatus, *a, um*, beſchienen, beſtrahlet, beleuchtet. Mart. Capell. 8 p. 273 *Candore luminis irradiati refulſere divi.*

¶ Irradiatio, *onis*, f. dicitur eſſe apud Auguſtinum.

¶ Prærădio, *āre*, præfulgere, ſchimmern, herfürleuchten. Ovid. Heroid. 6, 116 *Præradiat ſtellis ſigna minora ſuis.* Claudian. in Nupt. Honor. & Mar. v. 287 *Pilentaque ſacram Præradiant ductura nurum.*

¶ Subrădio, *āre*, ſcheinbar machen. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 29 *Simplices voces reſurrectionem carnis ſubradiant.*

RADIX, *īcis*, f. plantarum, arborum & herbarum origo, fundamentum, die wurtzel. Vnde *ab radicibus*, id eſt, ab origine, Varro R. R. 2, 8. Et Cic. pro Sext. 22 de Mario municipe ſuo, *Ex iisdem quibus nos radicibus natum. Facere, mittere & capere radices*, Plin. dixit 17, 17 & 23; Et, *Radice deſcendere*, 16, 31. Ita, *Altius agere radices*, tieff einwurtzeln. Per ſimilitudinem eſt ſtabilire, & firmitatem acquirere: Cic. Off. 2, 12 *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.* Et Phil. 4, 5 *Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari poteſt.* Quintil. 1, 1 p. 21 *Profectus altis radicibus niti* dixit. conf. Cic. pro Cæl. c. 6. Iſocrates τὴν ῥίζαν παιδείας πικρὰν ἔφην, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς, hoc eſt, *Radicem doctrinæ amaram dixi, fructus vero ſuaves.* Alluſit ad id Auſonius in carmine de ſtudio juvenili, ſeu Eidyll. 4, 70 *Pueros molli monitu & formidine leni Pellexi, ut mites peterent per acerba profectus, Capturi dulcem fructum radicis amaræ.* ¶ 2. *Radices* etiam dicuntur ima montium, ut Servius appellat, ſeu imæ montium partes, der grund des berges. Vitruv. 2, 10 *Montis Apennini primæ radices a Tyrrheno mari in Alpes & extremas Hetruriæ regiones porriguntur.* Nepos 1, 5, 3 *Poſtero die ſub montis radicibus acie e regione inſtructa.* Cæſ. de B. C. 3, 85 *Ad infimas radices montis.* ¶ 3. *Radix* etiam *Raphanus* dicitur, unde Germanicum factum videtur rettig, & magis etiam illud, quod de minoribus in hoc genere uſurpant, radiegen. Sic herba, quæ alias *viperina*, natterwurtz, dicitur etiam *Radix Macedonia*, Apul. de Herb. c. 5; & Acorus eſt Italis *Venerea radix nautica*, kalmus, galgant, ibid. c. 6.

¶ Rădīcula, *æ*, f. parva radix, ein würtzelgen. Cic. Divin. 2, 66 *Radiculam quærere.* Colum. 5, 5 *Reciſis radiculis.*

¶ Radīcōſus, *a, um*, wurtzelicht, voll wurtzeln; ut, *Brachia radicoſa hederarum*, Plin. 16, 34.

¶ Radīcĭtus, adverb. *a radicibus*, (vid. eradico) mit der wurtzel, von grund aus, mit ſtumpf und ſtiel; ut, *Malas herbas radicitus effodere*, Cato R. R. c. 50. *Arbores radicitus everſæ*, Obſequ. c. 128. Et, *Radicitus alicujus actiones evellere*, Cic. pro Domo ſua c. 13.

¶ Rădīco, *avi, atum, āre*, radices agere, capere, wurtzel gewinnen, wurtzeln. Plin. 13, 4 de Palma: *Strata in ſolo humido tota radicatur, ſed in frutices, non in arborem.* Et 19, 6 *Cæpe & allium non niſi in rectum radicantur.* Id. 18, 7 *Frumenta multis radicantur fibris.*

¶ Radīcātus, *a, um*, gewurtzelt, eingewurtzelt. Colum. de Arbor. c. 20 *Arbores & radicata ſemina autumno ſerito.* Sidon. 7 epiſt. 8 *Formido ſemel radicata.* Id. 5 epiſt. 10 *Fixum eſt radicatumque pectoribus humanis.*

¶ Radicēſco, *ĕre*, wurtzeln, einwurtzeln. Sen. epiſt. 86 fin. *Liberalius ſternenda vitis, ut etiam ex corpore radiceſcat.*

¶ Erādīco, *āre*, mit der wurtzel ausreiſſen. Ter. Andr. 4, 5, 22; & Heaut. 3, 3, 28 *Dii te eradicent*, hoc eſt, radicitus ſeu funditus perdant, plane exſtinguant. Conf. Plaut. Rud. 5, 2, 59; & Aul. 2, 4, 21 &c. Id. *Eradicare aures ſermonibus*, i. e. obtundere, übertäuben, Epid. 3, 4, 23. Phædrus *a radicibus vertere*, dixit 3, 10, 49. *Si mendacium ſubtiliter limaſſet, a radicibus non evertiſſet ſcelere funeſto domum.* Similiter *a ſtirpe interire*, dixit Salluſtius Catil. c. 10.

¶ Eradicātus, vel Exradicatus, *a, um*, ausgerottet. Varro R. R. 1, 27 *Priusquam ex iis quid ſeminis cadat, ut ſint exradicata.*

¶ Eradicatio, *ōnis*, f. die ausrottung, vertilgung. Tertull. de Reſurr. carnis c. 27 *Poſt Antichriſti eradicationem agitabitur reſurrectio.*

¶ Eradīcĭtus, adverb. plus eſt quam *radicitus*, durchaus, gantz und gar. Plaut. Moſt. 5, 1, 6 *Malefacta reperire non radicitus quidem, verum etiam eradicitus.*

Viviradix, vide in *Vivo.*

RĂDO, *rāſi, rāſum, radĕre*, glatt machen, ſchaben, raſpeln, beſcheeren: ut, *Radere caput*, Suet. Calig. c. 5; *genas*, Cic. de Leg. 2, 23, balbiren. *Radebant caput naufragi*, vid. Burm. ad Petron. c. 103 p. 481. ¶ 2. Sed, *Radit iter liquidum*, id eſt, carpit, er ſtreicht durch die lufft, Virg. Æn. 5, 217. Et, *Radere aures*, eſt auribus moleſtum eſſe, aures ferire, den ohren weh thun, Quintil. 3, 1. *Radere littus*, Virg. Æn. 7, 10, am ufer hinſchiffen. *Radunt fluvii litora ſua.* v. Heinſ. ad Sil. 13, 4. ¶ 3. *Radere* tornatorum eſſe & cælatorum docet Salmaſ. ex Plin. p. 736. vid. *Raſilis.*

¶ Radens, *tis.* Stat. Theb. 5, 525 *Serpens arva gementia radens.* Et Lucret. 5, 257 *Ripas radentia flumina rodunt.* conf. ibid. 6, 117.

¶ Rāſus, *a, um*, politus, lævigatus, geſchabt, glatt; ut, *Limâ raſus liber*, Ovid. Pont. 2, 4, 17, quæ A. A. 1, 437 *raſæ tabellæ* ſunt. *Margine in extremo littera raſa*, Id. Amor. 1, 11, 12. *Raſæ haſtilia virgæ*, Virg. Georg. 2, 358. Et, *Barba raſa*, Gell. 3, 4.

¶ Raſus, *us*, m. ſubſt. das raſpeln, das kratzen. Varro L. L. 4, 31 *Homo in pratis feſtucas abradit, quo ab raſu raſtelli dicti.*

¶ Răſi-

¶ Rāsĭlis, *e*, glatt geſchabt; ut, *Raſile buxum*, Virgil. Georg. 2, 449 *Raſile argentum*, Vellej. Paterc. 2, 56, 2. Ita Ovid. Met. 8, 318 *raſilis fibula*, it. Stat. 7, 658. Ovid. Her. 6, 76 *raſiles calathi*.

¶ Rāſor, *ōris*, m. ein raſpler. *Raſores fidicines dicti, quia videntur chordas ictu radere*, ſaitenſpieler, Feſtus.

¶ Rasōrius, *a, um*; ut, *Culter raſorius*, ein ſcheermeſſer. *Tonſorium* Cicero vocat, Off. 2, 7.

¶ Rāsūra, *æ*, f. ut, *Raſuram deducere*, abſchaben, Colum. 4, 29, 9. ¶ 2. Item, quod abſcinditur, geſchabtes; Sic, *Raſura eboris*, Veget. Mulom 1, 10, 6, quæ *ſcobs eborea*, Scrib. Largo appellatur Comp. 16.

¶ Ramen, *ĭnis*, n. quod raſum eſt, feilſtaub, geſchabtes. Marcellus Empir. *Ramina* ea vocat, quæ Scribonius Comp. 39 *Ramenta*, teſte Barthio Adverſ. 40, 4. Apud eumdem Marcellum c. 1 *Reſamen* legitur.

¶ Rāmentum, *i*, n. tenuis rei particula ſeu ſcobs, quæ deraditur, der ſpan, abgang, die krätze, ſo abgeht. Plaut. Bacch. 4, 4, 29 *Patri omne* (aurum) *cum ramento reddidi*, ut alias *cum Pulviſculo*. Sic, *Ramenta auri*, gold-ſtaub, goldſtimmergen, Capitol. in Vero c. 10, & Lamprid. in Commodo c. 17. *Ramenta ferri*, hammerſchlag, Lucret. 6, 1043. Sic, *Ramenta lignorum*, ſägeſpäne. *Ramenta fluminum* ſunt arenæ minutulæ aureæ, gold-ſand, Plin. 33, 4. *Ramenta ſulphurata*, apud Martial. 10, 3, videntur eumdem uſum habuiſſe, quem apud nos, ſchwefel-hölzer, ſchwefel-faden. Samo. 367 *Navis ramentum ζώπισσα* eſt, raſa de navibus cera reſinæ mixta. vid. Keuch. *A radere* ducitur *radimen*, *radimentum*: & inde per ſyncopen *ramen*, *ramentum*.

¶ Ramenta, *æ*, f. idem apud Plautum; ut Bacch. 3, 4, 15 *Ramenta ſat plumea propenſior*. Ibid. v. 22 *Ramenta gravior*. Conf. Nonius 3, 189. Id. Rud. 4, 3, 77 *Nunquam hercle hinc hodie ramenta ſies fortunatior*, um ein ſtäubgen reicher.

¶ Rāmentōſus, *a, um*, plenus ramentis, Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Sanguinolenta & ramentoſa*.

¶ Rādula, *æ*, f. (dicunt & *Raſula* alii) inſtrumentum quo raditur, eine krücke; item, ein reibeiſen, ſcharreiſen, raſpel; ut, *Ferrea curvata radula*, Colum. 12, 18. Vet. Onomaſt. *Radula*, ξύστρα.

¶ Radulānus, *a, um*, abraſus radula, geſchrabt, geſcharrt; ut, *Radulana pix*, quæ radula educitur e doliis, Plin. 14, 14.

¶ Raſtrum, *i*, n. & plur. Raſtri & Raſtra, *orum*, inſtrumentum ruſticum, a *radendo* dictum, ein eiſern harck oder rechen, ein karſt; ut, *Raſirum quadridens*, Cato R. R. c. 10. *Mihi ad raſtros res rediit*, Ter. Heaut. 5, 1, 1. *Frangere glebas raſtris*, Virg. Georg. 1, 94. conf. Nonius 3, 190; & Sen. de Ira 2, 25.

¶ Raſtellum, *i*, n. diminut. Varro R. R. 1, 49 *De pratis ſtipulam raſtellis eradi*. Colum. 2, 13 *Medica obruitur non aratro, ſed ligneis raſtellis*. Suet. Ner. c. 19 *Raſtello humum effodere*.

¶ Rāsĭto, *are*, frequent. kratzen, oft ſchaben, abſcheeren; ut, *Raſitare barbam*, Gell. 3, 4. *Faciem quotidie raſitare*, Suet. Oth. c. 12.

Compoſita:

¶ Abrādo, *ſi, ſum, ĕre*, radendo auferre, abſchaben, abkratzen; ut, *Acuta dolabra abradere*. Colum. de Arborib. c. 8. Dicitur & *abradi barba*, Plinius 6, 20. Sic Terent. per metaphoram dixit, *Cui aliquid abradi poteſt*, dem man etwas abzwacken kan, in Phorm. 2, 2, 19. Et Cic. pro Cæcin. c. 7 *Poſtcaquam videt nihil ſe ab A. Cæcina poſſe litium terrore abradere*.

¶ Abrāſus, *a, um*, abgekratzt, abgeſchoren; ut, *Supercilia penitus abraſa*, Cic. pro Roſc. Com. c. 7.

¶ Adrādo, *ĕre*, beſcheeren, beſchaben. Plaut. apud Varr. L. L. 6, 3 extr. *Scobinam ego illam actutum adraſi*. Colum. de Arbor. c. 8 *Ne medullam lædas, adradito*. Et ibid. paullo poſt: *Eatenus, qua adraſi ſunt ſurculi*. Et R. R. 5, 11 *Qua adraſeris*.

¶ Adrāſus, *a, um*, beſchoren, beſchabt. Plinius 17, 15 *In obliquum latere contrario adraſo*. Sic & *Adraſus* pro libertino, apud Horat. 1 epiſt. 7, 50, ut Marcilius explicat, quem ibi vide.

¶ Circumrādo, *ĕre*, umherſchaben, abkratzen. Celſ. 7, 12 *Dens circumradi debet*.

¶ Circumrāſus, *a, um*, umſchabt. Colum. 4, 29 *Sarmentum leviter circumraſum, ut cortex tantum detrahatur*.

¶ Circumrāſio, *ōnis*, f. Plin. 17, 26 *Circumraſio corticis*, quum cortici muſcus detrahitur.

¶ Corrādo, *ĕre*, zuſammen kratzen, zuſammen ſcharren. Ter. Adelph. 2, 2, 34 *Minas decem corradet aliunde*. Et Phorm. 1, 1, 6 *Ei credo munus hoc corraditur*. Lucret. 1, 401 *Fidem dictis corradere*.

¶ Corrāſus, *a, um*, zuſammen geſcharrt, eingeſammlet; ut, *Nummi corraſi*, l. 3 § 9 ff. de ſtatu liberis.

¶ Derādo, *ĕre*, abſchaben, abkratzen, abſcheeren. Gell. 17, 9 *Caput tuum deradat*. Cato R. R. c. 121 *De virga lauri deradito*. Apul. 5 Met. p. 172 *Quum ejus comas deraſerim*. Et Tertull. Apol. c. 12 *Vngulis deraditis latera Chriſtianorum*.

¶ Derāſus, *a, um*, abgeſchabt, abgekratzt, abgeſchoren. Celſ. 7, 6 *Omnia deraſa ante ſi capillis conteguntur*. Gell. 17, 9 *Surculi deraſi*. Plin. 26, 12 *Deraſa navibus pix*.

¶ Erado, *ĕre*, eruere, auskratzen, ausſtreichen, vertilgen. Horat. 3 ode 24, 51 *Eradenda Cupidinis Pravi ſunt elementa*. Tac. Ann. 4, 42, 5 *Merulam albo ſenatorio eraſit*. Sen. epiſt. 11 *Eradere vitia*.

¶ Eraſus, *a, um*, ausgekratzt, ausgeſcharrt; ut, *Eraſæ genæ*, Propert. 4, 8, 26. *Ex animo tumor eraſus*, vertriebener hochmuth, Sen. Thyeſte v. 517. Ap. Plin. in Paneg. c. 25 n. 3. *Eraſi* dicuntur expuncti ſ. deleti, die ausgeleſchten.

¶ Interrado, *ĕre*, ramos intermedios exputare, ubi denſitas officit, ausſchneiteln. Plin. 15, 1 *Oleæ tondentur, atque etiam interradi gaudent*. Conf. Id. 18, 25; Colum. de Arb. c. 19.

¶ Interrāſus, *a, um*, geſchabt. Paulinus Nolanus Poëm. 24, 254 de Iacobi patriarchæ verſicoloribus baculis: *Interraſâ variatis cortice virgis*. Sic, *Marmor interraſum*, id eſt, politum, Plin. 35, 1.

¶ Interrāsĭlis, *e*, idem; ut, *Aurum interraſile*, hoc eſt, limatum. Plin. 12, 19. Et Fortunatus lib. 1 carm. 13 *Hic ſculptæ cameræ decus interraſile pendet*.

¶ Interrāſor, *ōris*, m. Gloſſ. Vet. *Interraſor*, διαξυντής.

¶ Irrado vel Inrado, *ere*, raſum adjicere, hineinſchaben. Cato R. R. c. 157 *Eodem Silphium inradito*. Hinc

¶ Irrāſus, vel Inraſus, *a, um*, partic. *raſus*, hinein geſchabt; ut, *Laſerpitium inraſum*, Cato l. c. Sed ¶ 2. adject. non raſus, unbeſchoren; ut, *Caput irraſum*, Plaut. Rud. 5, 2, 16. Et, *Irraſa clava*, Silio 8, 585 eſt non enodata.

¶ Prærādo, *ĕre*, ab interiori parte radere, beſchaben. Cato de Re Ruſt. c. 41 *Vitis utriusque latus alterum præradito oblique*. Popma autem *præcaudito* legit. Tamen &

¶ Prærāſus, *a, um*, abgeſchoren, de capillis Paulinus Nolan. epiſt. 22 n. 2 (al. epiſt. 7) *Inæqualiter ſemitonſi & deſtituta fronte præraſi*.

¶ Præterrādo, *ĕre*, vorbeyſtreifen. Lucretius 4, 531 *Præterradit enim vox fauces ſæpe*. vid. Ludov. Creſollii Vacat. Autumn. 3, 8.

¶ Semirāſus, *a, um*, ſemitonſus, halb beſchoren. Catull. 60 de Ruſa v. 5 *Ab ſemiraſo tonderetur ufore*. Apul. 9 Met. 222 *Capillum ſemiraſi*.

¶ Subrādo, *ĕre*, von unten beſchneiteln. Cato R. R. c. 50 *In vinea ficos ſubradito alte*. Ammian. 28, 2 *Vltra flumen ædificiis poſitis ſubradens barbaros fines*.

¶ Subraſus, *a, um*, abgekratzt, geritzt. Palladius 5, 4 *Arbor ferreâ ſtrigili ſubraſa hilarior fiet*.

¶ Superrādo, *ĕre*, überſchaben, obenher beſchneiden. Hinc

¶ Superrāſus, *a, um*, beſchabt, abgefeilt. Plin. 22, 23 *Clavi pedum ſuperraſi*, abgeſchnittene leichdornen.

RAIA, *æ*, f. piſcis minæ fœcunditatis, ein roch, Plinius 9, 42 & 24. Plurium eſt genus: *Raja lævis*, ein glatter roch: *Raja oculata*, ein ſpiegel-roch: *Raja undulata*, ſchantletroch: *Raja aſteria*, ein ſternroch: *Raja clavata*, ein nagelroch ꝛc. vide Geſnerum.

RALLA, *æ*, f. veſtis genus a raritate texturæ ſic dictum, ut Nonius vult 14, 14, (cui opponitur *crebra* vel *ſpiſſa*) ein dünn kleid. Vſus Plautus Epid. 4, 2, 46. vid. Scalig. in Cirin Virg. At longe aliter Vet. Gloſſæ explicant, quibus *Ralla ζωστὴρ* eſt, i. e. cingulum, ein gürtel.

¶ Rallum, *i*, n. quaſi *radillum*, a *radendo*, ferramentum eſt, quo raditur vomer, der reutel. Plin. 18, 19 *Stimulus cuſpidatus rallo*. Ramentum, vide proxime ante in *Rado*.

RĀMEX, *ĭcis*, m. herniæ genus, der bruch am leibe. Nam quum inteſtinum incipit in ſcrotum decidere, videtur id ramum facere. Inde nomen. Vet. Gloſſ. *Ramex*, ἐντεροκήλη. Iuvenal. ſat. 10, 205 *Iacet exiguus cum ramice nervus*. Vbi Vet. Scholiaſtes: NERVVS, *penis*. RAMICEM *dicit inteſtinum*. Plaut. Pœn. 3, 1, 37 *Tua cauſſa nemo noſtrûm eſt ſuos rupturus ramices*. conf. Mercat. 1, 2, 27; & Nonius 2, 743. Adde Parei Lex. Crit. p. 1056, ubi per *Ramices* venas pectoris vult intelligi. ¶ 2. *Ramices* pro ramis arborum poſuiſſe videtur Columella 9, 1, 3 *Per transverſa laterum cava*, inquit, *transmittuntur ramices*.

¶ Ramīcōſus, *a, um*, ramice laborans, der einen bruch hat. Plinius 30, 15. Vide ejus ſpecies *Bubonocelen*, *Enterocelen*, *Epiplocelen*. Gloſſ. gr. lat. ἐντεροκηλήτης, *Ramicoſus*.

RAMĪSES, *is*, m. rex Ægypti, in Solis urbe, cujus tempore Ilium a Græcis captum & ſolo æquatum eſt. Quadraginta cubitorum columnas ex alabaſtrite fecit; vid. Plin. 36, 8.

RAMNENSES, & *Rammetes*, & *Rhamnenſes*, *ium*, m. pl. tertia fuerunt populi Romani pars. Livius 1, 13 *Rhamnenſes a Romulo, a Tito Tatio Tatienſes ſunt appellati*. Propert. 4, 1, 31 *Hinc Taties, Rhamnesque viri, Luceresque coloni*. Tuſca vocabula eſſe, Varro auctor eſt, quem vide de L. L. 4, 9.

Ramoracia, vide *Amoracia*.

RAMVS, *i*, m. qui ex arbore diffunditur, κλάδος, ein aſt, ein zweig; ut, *Ramus frondens*, Virgil. Æneid. 7, 135; & *Viridis*, Ovid. Met. 12, 22. Et *Ramos inutiles falce amputare*, Horat. epod. 2, 13. *Ramum arboris defringere*, Cic. pro Cæcin. c. 21 *Rami nodoſi & retorridi*, Sen. epiſt. 12. Et Virg. Georg. 2, 81 *Exiit ad cælum ramis felicibus arbos*.

¶ Rāmulus, *i*, m. dimin. Colum. 5, 6 *Si nullum ramulum arbor idoneum habuerit*. ¶ 2. Pro ſurculo, ein pfropffreiß. Suet. in Galba c. 1, ubi vide Caſaub.

¶ Rāmuſculus, *i*. m. dimin. aliud, Plin. 20, 23.

¶ Rāmōſus, *a, um*, äſtig, voll äſte; ut, *Arbor ramoſa*, Lucret. 5, 1095. *Cornua ramoſa cervi*, Virgil. ecl. 7, 30. Comp. *Folium ramoſius*, Plinius 21, 10. *Ramoſior frutex*, Id. 26, 10. Superl. *Curalium quam ramoſiſſimum*, Plin. 32, 2. Tertull. Apol. c. 35 *Ramoſiſſimis laureis peſtes præſtruebant*.

¶ Ramulōſus, *a, um*, idem. Plin. 16, 24 *Ramuloſa folia*.

¶ Rāmāle, *is*, neutr. ramus inutilis vel aridus, ein dürrer aſt. Perſ. ſat. 5, 59 *Veteris ramalia fagi*. Ovid. Met. 8, 644 *Ramaliaque arida tecto Detulit*.

¶ Rāmeus, *a, um*, quod ex ramo eſt, vom aſt. Virg. Georg. 4, 303 *Et ramea coſtis ſubjiciunt fragmenta, &c.*

RĀNA, *æ*, f. βάτραχος, paluſtris eſt ac terreſtris, ein froſch; ut, *Rana paluſtris*, Horat. 1 ſat. 5, 14. *Rana viridis*, Ovid. Met. 15, 375, quam Plinius *calamiten* vocat, ein laubfroſch. *Rana temporaria* ſeu *æſtiva*, reptat in viis ac litoribus & pulvere imbribus æſtivis madefacto. *Rana rubeta*, bufo eſt, eine kröte. *Ranarum* cæteræ aut *terreſtres* ſunt, aut *aquaticæ*; eædemque aut *fluviatiles*, aut *paluſtres*. Mæcenas annulo, quo privatim ſignabat, ranam inſculptam habuit, quo de Meibom. in Mæcenate c. 13 p. 81 ſeq. *Rana marina*, Cicero Nat. D. 2, 49. *Ranarum prognoſtica*, Idem Att. 15, 16, ¶ 2. *Rana* &

Ranula morbos bobus peculiaris, *vitiosum incrementum linguæ.* Colum. 6, 8.

¶ Rānŭla, æ, f. dimin. parva rana. Apul. Met. 9 p. 233 *Virens exsiluit ranula.*

¶ Ranunculus, *i*, m. aliud diminut. ut, *Ranunculus viridis*, ein laubfrosch. Cicero Divin. 1, 19. Idem fam. 7, 18 *Ranunculos* per jocum vocat Vlubrenses, qui sibi ex paludibus suis læti acclamaverint. Locus nimirum Vlubræ contemtus & paludosus. ¶ 2. *Ranunculus*, herba, hahnenfuß. Genera ejus quatuor Plinius 25, 13; quinque Matthiolus recenset.

Ranceo, rancidus, &c. vide in sequente *Rancor.*

RANCOR, *ōris*, m. putor ex vetustate & corruptione, die fäule, der schimmel. Pallad. R. R. 1, 20 *Receptacula olei semper munda sint, ne novos sapores infecta veteri rancore corrumpant.* Est ab obsoleto *Ranceo*, ut a *calere*, *calor*; a *candere candor.* ¶ 2. Ad animum etiam transfertur, & remanens ex male sarta gratia odium significat, der groll. B. Hieron. epist. 66 ad Ruffin. *Conscientiæ nostræ testis est Dominus, post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem.*

¶ Ranceo, *ēre*, i. e. situ obduci, putrescere, schimmlen, stinckend werden; unde participium supereſt. Lucret. 3, 720 *Vnde cadavera rancenti jam visere vermes Exspirant.*

¶ Rancesco, *ēre*, idem. Arnob. lib. 1 p. 12 *Præcipiant, olearum fluenta rancescere.* Ennod. 4, 19 *Rancescit caritas.*

¶ Ranco, *are*, de tigride dicitur, schreyen wie ein tiger. Autor Philomel. v. 49 *Tigrides indomitæ rancant.* Alii *raccant.*

¶ Rancĭdus, *a, um*, putidus, garstig, stinckend, anbrüchig; ut, *Rancidus aper*, Horat. 2 sat. 2, 89. *Rancidus aspectus*, Plin. 22, 22. Compar. *Rancidior*, Apuleji est Met. 10 p. 245; & Iuvenalis 6, 185.

¶ Rancide, adv. idem. Metaph. Gell. 18, 11 *Ficta dure & rancide.* conf. c. 8.

¶ Rancĭdŭlus, *a, um*, dimin. ut, *Ore rancidulo loqui*, Martial. 7 ep. 33. Iuvenal. 11, 135 *Rancidula gallina.* Pers. sat. 1, 33 *Rancidulum quiddam balba de nare loqui*, schnärchen, durch die nase reden.

¶ Rancĭdor, *ari*, idem quod *Rancere.* Fulgent Mythol. 2 *Vita voluptariâ aut rapinâ succenditur, aut livoribus rancidatur.*

¶ Prærancĭdus, *a, um*, exoletus & ingratus, veraltet, versauert. Gell. 13, 20 *Finitio prærancida.*

¶ Subrancĭdus, *a, um*, aliquanto rancidus, müffend; ut, *Caro subrancida*, Cic. in Pis. c. 27.

RĀPA, æ, f. & Rapum, *i*, n. die rübe. Colum. 2, 10 *Rapa campis & locis humidis lætantur.* Idem 11, 3 *Rapæ semina inspergi debere.* Plin. 20, 3 *Est & rapo vis medica.* Quemadmodum vero flores spargere solebant, quibus volebant bene, & quos honoratos cupiebant; ita contra in eos, qui erant odio, & quos afficere contumelia vellent, rapa jacere solebant. Suet. Vesp. c. 4 *Adrumeti seditione quadam rapa in eum jacta sunt.*

¶ Rapŭlum, *i*, n. dimin. eine steckrübe. Horat. 2 sat. 8, 8. Add. 2, 2, 43 *Ex utroque loco patet, ad fastidium detergendum usos eo Romanos.* Forte convenit cum nostro, radisgen.

¶ Rāpistrum, *i*, n. rapi genus. Colum. 9, 4.

¶ Rapācia, vel Rapīcia, *orum*, n. pl. raporum herba, rübenkraut. Plin. 18, 13.

¶ Rāpīna, æ, f. ubi rapa seminantur, ein rübenland. Cato c. 35; Colum. 11, 3; & Scævola 98 § 16 Dig. de legat. 3.

¶ Rapicius, *a, um*, von rüben; ut, *Rapicii coles*, Cato de R. R. c. 35. Et, *Rapicium semen*, rübsamen. Id. c. 134.

Rapacitas, rapax, vide mox in *Rapio.*

RĀPHĀNVS, *i*, m. ῥάφανος, & ῥαφανὶς, Attice, radix, ein rettich; ut, *Raphanus sativus* & *agrestis*, Plinius 20, 4. conf. Catull. 15 v. ult. *Raphanum majorem* vulgo interpretantur, meer-rettich. *Raphanus cocta*, fem. Samo. 375. v. Burm.

¶ Rāphanīnus, *a, um*, vom rettich; ut, *Oleum raphaninum*, rettich-öl. Plin. 23, 4.

¶ Raphanītis, *is*, f. planta, iridis species, eidem est Plin. 21, 7.

¶ Raphanelæon, *i*, n. ῥαφανέλαιον, *Oleum raphaninum*, rettich-öl, Dioscor. 1, 36.

¶ Raphanosagria, æ, f. herba, quam & raphanum silvestrem vocant, Plin. 26, 8.

Rapiditas, rapidus, răpina, vide *Rapio*, Răpina, *Rapa.*

RĂPIO, *răpui, raptum, ĕre*, eripere, seu per vim & festinationem auferre, rauben, mit gewalt hinreissen, nehmen. Ter. Andr. 5, 2, 20 *Sublimem hunc intro rape, quantum potes*, trecke oder schleppe ihn hin. *De complexu parentum ad mortem rapi*, Cicero Verr. 5, 52. Idem Verr. 1, 25 *Rapi cupiditate, aviditate, &c.* sich einnehmen und hinreissen lassen. *Rapi in errorem*, übereilet werden, Cicero de Leg. 2, 17. Et, *in invidiam*, Agrar. 3, 2, verhaßt werden. *Rapere in pejorem partem*, Ter. Adelph. prol. v. 3, übel auslegen. *Rapere in contrariam partem*, Cicero fam. 10, 33, anders deuten. *In jus rapere*, Plaut. Pœn. 5, 5, 56; *Ad prætorem rapere*, Idem Aul. 4, 10, 30, vor gericht ziehen. *Rapere ad pœnam*, Cicero pro Flacco c. 2: Alii legunt *repetere.* Et, *Ad mortem rapere*, Idem Cat. 1, 11. *Rapere in crucem*, Idem Verr. 5, 64. *Aliquem intra juventam præmaturo exitu rapere*, vor der zeit abfordern, Tac. An. 2, 71, 2. ¶ 2. Frequenter hoc verbo Tacitus & alii utuntur in vi ac celeritate quadam exprimenda; ut, *Rapere spem, rapere voluptates illicitas, imperium*; id est, avide & per impetum sumere, Hist. 1, 13, 6; 3, 41, 2; 3, 19, 5. Sen. ad Marc. c. 10 *Rapite ex liberis voluptates*, id est, festinanter & avide, dum licet, sumite. Liv. 30, 14 *Raptæ prope inter arma nuptiæ*, i. e. raptim factæ. Sil. 1, 569 *Tempore Martis utendum est rapto.* vid. Drakenb. ad Livium 6, 23. Cicero de Orat. 3, 40 extr. Ennianos hos versus quasi interprerans: *Vive, Vlysses, dum licet; Oculis postremum lumen radiatum rape; Non dixit*, CAPE, *non* PETE: *haberet enim moram sperantis, diutius esse sese victurum: sed* RAPE. *Hoc rectum est, ad id aptatum, quod ante dixerat*, DVM LICET. Horatius *Rapere oscula*, pro raptim & ex inopinato sumere, dixit 2 od. 12, 28. Petron. c. 114 *Vltimum hoc gaudium fatis properantibus rape*; id est, propere sume, dum licet. Liv. 41, 3 *Commeatumque in litore expositum in naves rapiunt*, id est, raptim & per summam festinationem important. Lucanus 3, 115 *Vt videt, ingenti Saturnia mole revelli Templa, rapit gressus*: h. e. non incedit modeste, sed accurrit per impetum. Stat. Theb. 5, 3 *Sonipes campum rapit*, faciendo passus majores per arva. Silius 9, 33 *Viam rapere.* Lucanus 4, 151 *Rapuitque ruens in prælia miles, Quod fugiens timuisset iter*: i. e. cursim transiit. ¶ 3. Virgilius de Troja capta Æn. 2, 374 *Alii rapiunt incensa feruntque Pergama*: i. e. summa vi everuntt, atque asportant. Similiter Stat. Theb. 7, 599 *Templa putes, urbemque rapi.* conf. *Diripio* n. 3. ¶ 4. *Rapere* etiam est per vim stuprare mulierem. vid. Quint. decl. 259 p. 478. & ibi Ærod. Add. Decl. 262; it. 270; 280; 301; 309. it. Schulting. ad Sen. Controv. 11 p. 159. ¶ 5. *Rapere* pro emere, vid. paullo post in *Diripere* n. 3. ¶ 6. *Rapsere* antique pro *Rapuerit*, Cicero de Leg. 2, 9. ¶ 7. *Rapere* & *capere* sæpe a librariis permutantur. v. quos Drakenb. ad Liv. 6, 23 laudavit.

¶ Rapiens, *tis.* Horat. 3 od. 3, 52 *Omne sacrum rapiens dextra.* Idem 1 sat. 3, 9 *Venerem incertam rapientes more ferarum. Venus incerta* est vulgivaga & nullis matrimoniis certis adstricta; *rapiens Venerem* est extorquens concubitum violentia atque eripiens quasi per libidinis impotentiam. Ovid. Amor. 2, 16, 49 *Rapientibus essedа mannis*, i. e. celeriter trahentibus.

¶ Raptus, *a, um*, geraubt, genommen, entführt, entrissen, entzückt; ut, *Rapta virgo*, Horat. 2 od. 4, 7. *Rapta ossa ab ore canis*, Idem epod. 5, 23. *Flebili sponsæ juvenis raptus*, Idem 4 od. 2, 21. *Raptas ad litora vertere prædas*, Virgil. Æneid. 1, 532. *Cæco raptus amore*, Ovid. Fast. 2, 762. *Raptus a Diis Ganymedes*, Cicero Tusc. 1, 26. ¶ 2. *Raptus*, i. e. ante diem exstinctus. Stat. 2 Silv. 1, 208 *Hic finis rapto.* Id. 5 Silv. 3, 16 *Qualis post Orphea raptum Adstitit.*

¶ Raptum, *i*, n. subst. raub. Liv. 7, 25 *Eos rapto vivere necessitas coëgit*: quod & dicitur *vivere ex rapto*, & *de rapto*; vid. Ovid. Met. 1, 144; & Trist. 5, 10, 16. Absolute autem *Rapto vivere*, Sen. epist. 70 fin. Sic, *Rapto potiri*, Virg. Æn. 4, 217. Et Vellej. 2, 73, 3 *Ad sese tuendum rapto uti.* Liv. 1, 4 *Rapta dividere.*

¶ Raptim, adverb. eilig, über hals über kopf; ut, *Raptim scribere*, Cicero Att. 2, 9 pr. *Prædam ex castris raptim convehere*, Liv. 3, 23. *Raptim conquæsita navigia*, Plinius Paneg. c. 34. *Raptim tempore frui*, Horat. 2 epist. 2, 198. *Raptim ducere*, Tac. An. 1, 56, 2; & Hist. 3, 18, 4. *Raptim exstingui*, jählings, Id. An. 16, 13, 3.

¶ Raptus, *ûs*, m. subst. de personis dicitur, die raubung, entführung; ut, *Raptus virginis*, Cicero Verr. 2, 48 *Ganymedis raptus*, Id. Tusc. 4, 33. Sic, *Raptus Helenæ.* De *Raptu Proserpinæ*, Claudianus scripsit. ¶ 2. Pro *rapina*, apud Tacitum non semel legimus, e. g. de Germ. 35, 4 *Nullis raptibus aut latrociniis populantur.* Idem An. 15, 38 ext. *Raptus licentius exercere.* conf. An 2, 52, 1; H. 1, 46, 4; &c. ¶ 3. Pro stupro invitæ illato. vid. Quint. ll. cc. in *Rapere* n. 4; inprimis Calpurnii Flacci Decl. 44 *De raptu puella concepit & peperit.* Adde mox in *Raptio.*

¶ Raptio, *ōnis*, f. idem. Terentius *Raptionem* etiam dixit pro *raptu*, in Adelph. 3, 3, 2: Vbi Donatus: RAPTIO *ad personam refertur:* RAPINA *ad rem:* RAPTVS *ad stuprum, si proprie volumus loqui.* Sic, & Ausonius in Homeri Iliad. pr. *Raptio Helenæ.*

¶ Răpīna, æ, f. ad rem refertur, est violenta rerum ablatio, der raub, die plünderung; ut, *Spes prædæ ac rapinarum*, Cicero fam. 12, 12. *Nihil cogitare nisi rapinas*, Idem Cat. 2, 5. *Terra patuit invita rapina*, Ovid. Met. 5, 492. ¶ 2. *Rapina* priori longa, vid. *Rapa.*

¶ Raptor, *ōris*, m. ein räuber, entführer. Phædrus 1, 32, 5 *Consilium raptor vertit ad fallaciam.* Tac. Agric. c. 30, 6 *Raptores orbis*, id est, Romani. *Raptores Italicæ libertatis*, Vellej. 2, 27, 2. *Raptor spiritus*, hoc est, percussor, homicida, apud Val. Max. 5, 3. *Magnes raptor ferri*, August. Civ. Dei 21, 4. *Raptores alieni honoris*, ehrendiebe, Ovid. Met. 8, 438. ¶ 2. Stuprator violentus. vid. ll. cc. in *Rapere* n. 4; it. in *Raptus* n. 3.

¶ Răpīnātor, *ōris*, m. idem. Lucil. apud Nonium 2, 468 *Homo impurarius, & impune est rapinator.* vid. Doufæ Reliqu. Lucil. p. 2-, & Gothofr. Not. in Nonii l. c. Et Varro Sat. Menipp. tit. Bimargus: *In invidiam veniant hoc ipso rapinatores.* vid. Scalig. Fragm. p. 88.

¶ Răpo, *ōnis*, m. idem. Varro apud Nonium 1, 108 *Cum hic rapo umbram quoque spei devorasset.*

¶ Raptōrius, *a, um*; ut, *Raptorium machinamentum.* Cæl. Aurel. Tard. 3, 6; & 5, 9, commendatur cachecticis in fine curationis, inter vehementiores movendi corporis rationes.

¶ Rapax, *ācis*, rapinis intentus, zugreifisch, reissend, räuberisch; ut, *Mars rapax*, Tibull. 1, 3, 65. *Ignis rapax*, Ovid. Met. 8, 843. Et 8, 552 *Nec te committe rapacibus undis.* Suet. Domit. c. 3 *Supra ingenii naturam inopia rapax, metu sævus.* Compar. *Nihil est rapacius, quam natura*, Cic. de Amic. c. 14 Superl. *Procuratorum rapacissimus quisque*, Suet. Vesp. c. 16.

¶ Răpācida, æ, m. κατ' ὠνυμικῶς, pro *rapace*, ein dieb, ein räuber. Plaut. Aul. 2, 7, 8 *Vbi tantum rapacidarum in ædibus.*

¶ Rapācĭtas, *ātis*, f. rapiendi aviditas, die rauberey, raubbegierde. Cic. pro Cælio c. 6 *Quis in rapacitate avarior?*

¶ Răpĭdus, *a, um*, idem quod *velox*, a rapientium celeritate, schnell, geschwind; ut, *Æquor rapidum*, Val. Fl. 4, 270. *Cursus, cursus rapidus*, Virgilius Æneid. 5, 291; 12, 478. Idem ecl. 1, 66 *Rapidum Cretæ veniemus Oaxen.* Sic, *Lapsus rapidi fluminum*, Horat. 1 od. 12, 9. *Rapidior urda*, Curt. 4, 9, 18. Et, *Rapidissimi vortices*, Idem 9, 4, 11. *Rapidissimum flumen*, Cæs. B. Civ. 1, 50. ein schneller strohm. *Sol rapidus*, Virg. Georg. 1, 424. Et Tac. Hist. 2, 54, 2 *Rapidus in urbem vectus*, id est, rapido seu contentissimo cursu. Alibi *Rapidum agmen*, id est, raptim ductum dixit Hist. 2, 30, 1.

¶ Răpĭde, adverb. rasch, behend; ut, *Rapide ferri*, Cicero in Orat. c. 37. Comparat. Tac. Hist. 4, 71, 6 *Eo rapidius Cerialis contracto quod erat militum.* conf. Frontin. Strateg. 2, 5; & Sidon. 1 epist. 2.

¶ Rapidŭ-

¶ Rapidŭlus, *a, um*, etwas ſchnell, zerricht; ut, *Rapiduli ſonitus raucitas*, Mart. Capella lib. 8 p. 270.

¶ Rapidĭtas, *ātis*, f. die behendigkeit, gewaltſamkeit; ut, *Fluminis rapiditas*, Cæſar B. Civ. 1, 62.

¶ Rapto, *are*, frequentativ. ſchleppen, ſchleiffen. Virgil. Æneid. 1, 483 *Ter circum Ilíacos raptaverat Hectora muros.* Et ex poëta Cicero Tuſc. 1, 44 *Hect'rem quadrijugo curru raptari.* ¶ 2. *Raptare*, pro *conviciari*, Plautus dixit Aul. 4, 4, 5. Et Auctor argumenti 2 in Amphitr. *Invicem raptant pro mœchis*, id eſt, invicem conviciantur. v. ibi Taubm. p. 6. Propert. 3, 10, 27 *Raptare in crimina divos.*

¶ Raptātus, *a, um*, geſchleppt, hingeriſſen. Cic. pro Sextio c. ult. *Diſſipati liberi, raptata conjunx.* Et Virgilius Æneid. 2, 272 *Bigis raptatus.*

¶ Raptĭto, *are*, aliud frequens. hin und her zerren, Gell. 9, 6.

Compoſita:

¶ Abrĭpio, *ui, eptum, ĕre*, violenter rapere, abſtrahere, mit gewalt hinreiſſen, wegnehmen. *Abripi in cruciatum*, Ter. Andr. 4, 4, 47. *Abripi tempeſtate*, Cicero pro Ligar. c. 12, durch ungewitter verſchlagen werden. *Obtorta gula in vincula abripi*, Idem Verr. 4, 10. *Ajius ingenii tui procul a terra te abripuit*, Id. de Orat. 3, 36. Et, *Eum a ſimilitudine patris natura abripit*, Verr. 3, 12.

¶ Abreptus, *a, um*, entriſſen, abgezogen, entnommen; ut, *Virgo a complexu patris abrepta*, Liv. 3, 57. conf. Cicero Verr. 4, 48. Idem Verr. 1, 3 *E complexu parentum abreptos filios ad necem ducere.* Ter. Eun. 1, 2, 30 *Puella ex Attica hinc abrepta*, entführt. conf. Nepos 2, 4, 2.

¶ Adrapidus, *a, um*, ſehr geſchwinde, heftig. Gell. 12, 5 *Adrapida febri affligi.*

¶ Arripio, *ui, eptum, ĕre*, mit gewalt hinreiſſen; ut, *Arripere ad* vel *in quæſtionem*, Cicero pro Mil. c. 22. Et pro Cluent. c. 33 *Arripere cauſſam, tempus.* Cicero fam. 5, 12 *Arripere occaſionem*, ergreiffen. Ter. Eun. 3, 5, 23 *Submonuit me Parmenio ibi ſervus, quod ego arripui. Literarum ſtudium ſenior arripuerat*, Nepos 24, 3, 2, i. e. avide ſuſceperat. *Arripere aliquid celeriter*, behend faſſen, ergreiffen, cui contrarium eſt, *Tarde percipere*: Cicero pro Roſc. Com. c. 11 *Quo quisque eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet incundius & laborioſius: quod enim ipſe celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, diſcruciatur.* ¶ 2. *Arripi*, eſt *accuſari*, angehalten, angegriffen werden. Suet. Iul. c. 23 *Ut ſtatim quæſtor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus eſt.* Et Vitell. c. 2 *Poſt prætoræ honorem inter Sejani conſcios arreptus.* Liv. 3, 13 *Verginius arripi juſſit hominem.* Conf. Propert. El. 2, 22, 7.

¶ Arreptus, *a, um*, ergriffen, erhaſcht. Sic, *Arrepto cultro*, Liv. 3, 48. *Arrepta manu*, Horat. 1 ſat. 9, 4. *Arrepta tellus*, Virg. Æn. 10, 298; *Arreptum tempus*, Idem Æneid. 11, 459. *Arrepto penicillo*, Plin. 35, 10. *Arrepti in quæſtionem*, Cic. Mil. 22.

¶ Arreptĭtius, *a, um*, wahnſinnig. Vulg. Interpr. Ierem. c. 29, 26.

¶ Corrĭpio, *ui, eptum, ĕre*, ergreiffen, gewaltſam angreiffen. Cicero Verr. 5, 23 *Hominem corripi ac ſuſpendi juſſit.* Sic, *Corripi morbo, dolore, febri*, eſt invadi, in kranckheit fallen. Plin. 1 epiſt. 12 *Pedum dolore correptus eſt.* Sulp. Severus vita Martini c. 7 *Languore correptus, vi febrium laborabat.* ¶ 2. Sed, *Corripere ſe intro ad aliquem*, eſt raptim ſe ad aliquem recipere, ſich eilends zu einem verfügen. Ter Hec. 3, 3, 5; & *Corripuit tacitus ſeſe ad filiam*, Ibid 4, 1, 3. ¶ 3. Interdum idem eſt atque ad ſe trahere, an ſich ziehen. Nepos 18, 2, 3 *Omnium partes corripere atque complecti.* Tac. Ann. 11, 8, 4 *Neque cunctabatur, quin proximas præfecturas corripiat. Clepere id eſt corripere*, ait Varro L. L. 6, 5. ¶ 4. Et pro verbis reprehendere, beſtrafen, mit worten zuchtigen, ſchelten. Horat. 2 ſat. 3, 257 *Poſtquam eſt impranſi correptus voce magiſtri.* Suet. Aug. c. 53 *Adulationes edicto gravissime corripuit.* ¶ 5. Significat & alia; ut, *Corripere ſyllabam*, Gell. 2, 17. *Correpta ſyllaba*, in proſodia, eine kurze ſylbe, Sen. Qu. N. 2, 56.

¶ Correptus, *a, um*, ergriffen, ertappt; ut, *Repente vi correptus*, Cicero Antequ. iret c. 7. *Correptum manibus tenere*, Virgil. Georg. 4, 405. Sic, *Correptæ literæ, ſyllabæ*, Quint. 1, 6 p. 79.

¶ Correpte, adverb. kurtz, cui Chariſius opponit *producte*. Sic & Gellius 2, 17 *Correpte pronunciari* aut *dici* opponit *produci* atque *protendi.* add. 9, 6. Ovid. ex Ponto 4, 12, 13 *Quæ nunc correptius exit:* Scilicet ſyllaba, de cujus quantitate loquitur. Atque ita etiam Auguſtinus Confeſſ. 11, 28 *Pronunciari correptius.*

¶ Correptio, *ōnis*, f. apprehenſio, die ergreiffung; ut, *Correptio manus*, Gell. 20, 10. ¶ 2. Reprehenſio, die züchtigung, ſcheltung. Tertull. de Pudicit. c. 14 *Correptione retundi*, id eſt, reprehendi. ¶ 3. Abbreviatio, die verkürtzung. Vitruv. 9, 9 *Correptiones dierum aut creſcentiæ.* Et in proſodica ſignificatione Auguſtinus de Doctr. Chriſt. 4, 10 *Afræ aures de correptione vocalium vel productione non judicant.* Adde Quintil. 9, 3 p. 819; & 7, 9 p. 650.

¶ Correptor, *ōris*, m. der züchtiget, ſtraffet. Sen. de Ira 2, 10 *Placidus ſapiens & æquus erroribus, non hoſtis, ſed correptor peccantium*, id eſt, caſtigator. Ibid. 3, 37 *Peſſimus quisque correptorem aſperrime patitur.*

¶ Correptōrius, *a, um*, ſtraffend. Vet. Interpr. Irenæi 4, 3 *Admonere eos correptoriis litteris.*

¶ Dērĭpio, *ui, eptum, ĕre*, deorſum rapere vel trahere, herunter reiſſen, abreiſſen. Plaut. Rud. 3, 5, 5 *De ara capillo jam deripiam.* Idem Aul. 4, 10, 18 *Deripiamus aurum matronis palam.* vid. *Diſrapio.* Tibullus 1, 5, 39 *Num feror, inceſtus ſedes adiiſſe Deorum, Sertaque de ſanctis deripuiſſe foris.* Vet. Gloſſ. *Deripit*, ἐφαρπάζει. Reſtituit Nic. Heinſius etiam Silio 10, 600 *Arma Deripite, o pubes, templis.* Ita legendum apud Cicer. Orat. pro P. Sulla c. 1 *Quantum de mea auctoritate deripuiſſet*, non, *diripuiſſet.* Vide de hac voce Nic. Heinſii notas ad Ovid. Amor. 1, 5, 13; & 1, 14, 12, & quos laudat Drakenb. ad Sil. 10, 318. Eodem modo confunduntur in libris *deſtringere* & *diſtringere*, ut multis obſervavit erudite Gisb. Cuperus Obſerv. 4, 5.

¶ Dēreptus, *a, um*, abgeriſſen, entriſſen; ut, *Dereptus cortex*, Ovid. Amor. 1, 14, 12. Et, *Derepta acus*, ibid. v. 18. *Derepta leoni pellis*, Id. Met. 3, 52, quo loco plura Heinſius. Male in nonnullis libris legitur *Direpta.*

¶ Dīrĭpio, *ui, eptum, ĕre*, deprædari, depopulari, plündern, berauben; ut, *Diripere urbes, domos, bona*: Cicero poſt red. in Senat. c. 7 *Domus mea diripiebatur.* Idem Art. 8, 2 *Patriam diripiendam & inflammandam relinquimus.* Nepos 24, 3, 4 *Ser. Galba diripuit Luſitanos.* ¶ 2. Aliquando diſcerpere eſt, diſtrahere, hinc inde rapere, hin und her reiſſen, zerrennen. Stat. Theb. 5, 366 *Omnixi lacerant cava nubila venti, Diripiuntque fretum.* Idem Theb. 4, 816 *Longusque a fontibus amnis Diripitur.* Plaut. Merc. 2, 4, 1 *Penthea diripuiſſe ajunt Bacchas.* Idem Pœn. 3, 3, 32 *Ad te diripiendam.* ¶ 3. Eſt & *Diripere* cupide emere, ſich um etwas dringen und reiſſen. Verus auctor vitæ Perſii, quem docti Suetonium putant: *Editum librum continuo mirari homines & diripere cœperunt.* B. Hieronymus ſimplici uſus eſt, apud Pammach. de Epiphanii litteris ad Ioh. Hieroſol. *Harum exemplaria certatim Paleſtinæ rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam ſcriptionis.* It. Sulp. Severus Dialog. 1 c. 16 de ſuo libro, quo vitam D. Martini conſiderat: *Cum tota certatim urbe raperetur, exſultantes librarios vidi, quod nihil ab his quæſtuoſius haberetur.*

¶ Dīreptus, *a, um*, geraubt, geplündert. Cicero pro L. Manil. c. 9 *Mithridates res ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat.* Virgil. Æneid. 2, 563 *Direpta domus.* Idem Æneid. 11, 194 *Direpta ſpolia.*

¶ Direptus, *ūs*, m. ſubſt. die raubung, plünderung. Cicero pro *deſtructione* ac *ſolutione conjunctorum* poſuit Tuſc. 1, 29: *Eſt*, inquit, *interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum vinctione aliqua tenebantur.* Spartianus Severi vitâ c. 19 *Res Romana prædonibus direptui fuit*, ein raub, beute.

¶ Dīreptio, *ōnis*, f. idem; ut, *Bonorum direptiones & naufragia*, Cic. fam. 4, 13. *Direptioni & incendiis relicta urbs*, Id. fam. 4, 1.

¶ Direptor, *ōris*, m. prædator, ein räuber. Cicero Catil. 2, 2 *Direptor & prædator.* conf. Tac. Hiſt. 3, 33, 3.

¶ Indīreptus, *a, um*, non direptus, ungeplündert. Tac. Hiſt. 3, 71, 7 *Capitolium indefenſum & indireptum conflagravit.*

¶ Diſrapio, vel diſripio, *ui, ere*, zerreiſſen, von einander trennen. Apul. de Deo Socr. p. 115 *Neſcio qua ratione diſrapimur.* Elm. p. 53 *Dirapimur.* Plaut. Aulul. apud Non. 3, 118 *Luci claro diſripianus aurum matronis palam.*

¶ Ērĭpio, *ui, eptum, ĕre*, per vim rapere, mit gewalt wegnehmen, herausreiſſen. Ter. Adelph. 2, 1, 44 *Domo me eripuit.* Et ibid. ſc. 2, 30 *Per oppreſſionem aliquid eripere alicui.* Cicero de Amic. c. 23 *Poteſtatem adipiſcendi eripere. Spem eripere*, Idem Catil. 4 c. 4, alle hoffnung abſchneiden. Sen. Theb. v. 102 *Malo imperari quam eripi mortem mihi.* ¶ 2. Sed aliud ſignificat cum dativo, ut, *Malis eripere aliquem*, id eſt, liberare, einem aus noth helfen, erretten. Virgil. Æneid. 6, 365. Et cum præpoſitione, *Eripi ex inſidiis*, Cicero pro Mur. c. 38. ¶ 3. Tibull. 1, 9, 35 *Illis eriperes verbis mihi, ſidera cœli Lucere, & paras fluminis eſſe vias*, i. e. faceres, ut non crederem.

¶ Eripiens, *tis*. Virg. Æn. 8, 254 *Proſpectum eripiens oculis.* Ovid. Amor. 3, 6, 70 *Currendi vires eripiente metu.*

¶ Ereptus, *a, um*, herausgeriſſen, entzogen; ut, *Oculis ereptus*, Ovid. Heroid. 10, 43. *Ereptus periculis*, Virg. Æneid. 3, 711. *Leges ereptæ*, Cicero de Leg. 3, 16. *Ereptus ſtygiis fluctibus*, Horat. 4 od. 8, 25. *Damna conſulis erepti*, i. e. mortui, Ovid. ad Liviam v. 200. Sic, *Ereptus rebus humanis*, Curt. 10, 5, 10. *Ereptus ex equo C. Flaminius*, Liv. 23, 45. *Ad me ereptum perveniſſe*, Nep. 15, 4, 4.

¶ Ereptio, *onis*, f. die entziehung, wegnehmung. Cicero Verr. 4, 5 *Putabant ereptionem eſſe, non emtionem.*

¶ Ereptor, *ōris*, m. räuber. Cicero pro Quintio c. 8 pr. *Iſte homo acerrimus bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor.* Tac. An. 13, 55 extr. *Terrarum ereptores.*

¶ Irripio, *ere*, i. e. intus rapere laudant Ciceron. *Irripiunt ſe in ædes.*

¶ Prærĭpio, *ĕre*, einem etwas ablauffen, zuvor wegnehmen, entziehen. *Marius præripuit collegis popularem gratiam*, Cicero Off. 3, 20. *Præripere hoſtium conſilia*, Ibid. 1, 30. *Præripere alicui deſponſam jam & deſtinatam laudem*, Idem de Ar. Reſp. c. 3. D. Hieronymus epiſt. ad Nepotianum de Clericorum vita: *M. Tullius, in quem pulcherrimum illud elogium eſt:* DEMOSTHENES TIBI PRÆRIPVIT, NE ESSES PRIMVS ORATOR, TV ILLI, NE ESSET SOLVS.

¶ Præreptus, *a, um*, zuvor weggenommen, entriſſen; ut, *Virtus prærepta*, Silius 4, 840. *Immatura morte præreptus*, Aurel. Vict. Vir. Illuſt. c. 5. Sic &, *Cupidis præreptus ab aſtris*, Claud. Bell. Gildon. v. 253.

¶ Prærăpĭdus, *a, um*, ſehr ſchnell; ut, *Ira prærapida & amens*, Sen. de Ira 1, 12. *Prærapida fuga*, utpote cervorum. Silius 16, 363.

¶ Prōrĭpio, *ĕre*, fortſchleppen, weeckreiſſen. Horat. 1 od. 8, 16 de Achille veſte virginea latente, *ne virilis cultus in cædem & Lycias proriperet catervas*, i. e. ne in veſtitu virili ad bellum Trojanum properaret. Virgil. ecl. 3, 19 *Et cum clamarem, quo nunc ſe proripit ille? Domo ſeſe proripere*, Livius 29, 9. *Iratus ſe ex conſilio proripuit*, Idem 22, 3. Et, *Sese porta foras univerſi proripiunt*, Cæſ. B. C. 2, 12.

¶ Subrĭpio vel Surrĭpio, *ĕre*, clam rapere, ſuffurari, heimlich entwenden, wegbringen, wegſtehlen. Cicero Off. 3, 10 *Quod pertinet ad uſum, alteri ſurripere, jus non eſt.* Sed meliores libri habent *Deripere.* Plaut. Mil. 3, 1, 8 *Bonum conſultum ſurripitur*, h. e. intercipitur ab aliis. Sen. epiſt. 1 pr. *Tempus ſurripiebatur.* Petron. c. 119 *Subripuere viros male pubeſcentibus annis.* ¶ 2. *Surpo, ĕre*, contracte pro *Surripere* etiam dicitur. Horat. 2 ſat. 3, 283 *Surpite me morti.* Id. 4 od. 13, 20 *Quæ me ſurpuerat mihi.* Adde Plaut. Capt. 3, 5, 12; & 5, 4, 14.

¶ Surreptus, *a, um*, entzogen, geſtohlen; ut, *Parma ſurrepta*, Cicero Phil. 14, 19. conf. Gell. 17, 7; Plaut. Pœn. prol. v. 109; Lucan. 10,

can. 10, 519. ¶ 2. *Surptus*, contracte pro *Surreptus* Plaut. Pœn. 4, 2, 80; & 5, 2, 98.

¶ Surreptio vel Subreptio, *ōnis*, f. die entziehung, entwendung. Chrysologus Serm. 43 *Non eſt noſtrum, fratres: inimici eſt iſta ſurreptio &c.* Apul. Met. 10 p. 245 *Surreptionem facilitare.* Sed hæc poſſunt eſſe ex *Surrepo.* Huc pertinet Nonius 4, 203 *Furtum eſt occulta ſubreptio.*

¶ Surreptĭtius, *a, um*, quod ſurreptum eſt, verſtohlen. Plaut. prol. Men. v. 60 *Puer ſurreptitius.* Idem Curc. 1, 3, 49 *Amore uti ſurreptitio.*

RĂRAVNVM, *i*, n. vel Rauranum, ignobile in Pictonibus oppidum. vid. Scalig. Lect. Auſon. 2, 16 p. 132.

Rare, rarefacio, rareſco, raritas &c. vide ſequens *Rarus.*

RĀRVS, *a, um*, contrarium eſt *denſo*, dünn, einzeln; ut, *Textum tenue atque rarum*, Quintil. 9, 4. *Retia rara*, ein weitläuftig netz. Virgil. Æneid. 4, 131. *Raræ arbores*, id eſt, per intervalla enatæ, & tractim, Nepos 1, 5, 3. *Acies rarior*, eine weitgeſtellte ſchlacht-ordnung, Tac. Hiſt. 3, 25. *Apparent rari nantes &c.* Virg. Æn. 1, 122. vid. Drakenb. ad Livium 2, 47. ¶ 2. Item, non vulgare, eximium ac præſtans, ſelten, ſonderbar; ut, *Omnia præclara rara*, Cicero in Læl. c. 21. *Parvæ & raræ per ea tempora litteræ fuere*, Livius 6, 1. *Rarisque veritis in corpora ipſa fixis*, eidem 10, 29, reſtituit Drakenb. Et, *Optimum quidque rariſſimum eſt*, de Fin. 2, 25. *Rarioribus verbis*, Gell. 18, 8. *Rariſſimi ingenii homo*, Sen. Controv. 28. *Rariſſima conjux*, ſine exemplo, incomparabilis. Stat. 5 Silv. 1, 11. vid. Ovid. ex Ponto 2, 3, 55; & Brouckh. ad Propert. 1, 8, 42. Et, *Quod rarum eſt, in pretio habetur*, Platonis eſt in Euthydemo: τὸ σπάνιον, τίμιον. Cicero fam. 2, 13 pr. *Raras tuas quidem, ſed ſuaves accipio litteras.* Sic, *Rarus, a, um inventu*, Plinius 9, 17. *Rarum dictu*, Idem 18, 16. ¶ 3. Stat. Theb. 3, 640: *Raraque non fracto veſtigia pulvere pendent*: Vbi Vet. Schol. Valde ſubtilia, vix viſibilia.

¶ Rāre, adverb. dünn, weitläuftig. Colum. 2, 9 *Niſi rare conſeritur vanam & minutam ſpicam facit.* Quamquam Varro apud Gell. 2, 25 hanc formam improbavit. Sic, *Rarius fieri, quam expectatur*, Cic. fam. 1, 7 pr. *Rariſſime accidere*, Colum. 5, 5, gar ſelten. v. Chariſius p. 193.

¶ Rāro, idem. Cicero pro Roſc. Am. c. 13 *Quod ita raro extitit, ut &c.* Livius 3, 69. *Raro alias tribuni plebis oratio acceptior plebi.* Ter. Hec. 1, 2, 100 *Huc raro in urbem commeat*, ſelten.

¶ Rarenter, idem, ſed rarioris uſus. Gell. 10, 15, ex Fabio Pictore: & 2, 25, ex Varrone: & ex ſuo ingenio 3, 16 &c. etiam Cato c. 103. Et Apul. 4 Florid. p. 345 uſi parunt. Ciceroni quoque tribuit Statil. Maximus grammaticus apud Chariſium p. 193. Loca Cæcilii & Pomponii v. apud Nonium 2, 731.

¶ Rārĭtas, *ātis*, f. die ſeltenheit, wenigkeit; ut, *Raritas arborum*, wo die bäume nicht dick ſtehen, Plin. 11, 17. Vitruv. 2, 5 *Foraminum raritates*, quod & eod. lib. c. 9 dixit, wenn die löcher weit von einander. Cic. N. D. 2, 55 *Raritas in pulmonibus.*

¶ Rarĭtūdo, *ĭnis*, idem. Varro L. L. 4, 29 *Dictum rete ab raritudine.* Colum. de Arbor. c. 3 *Mediocri raritudine optima eſt vitibus terra.*

¶ Rāreſco, *ĕre*, rarum fieri, dünn werden. It. deficere, ſich verlieren, abnehmen. Colum. 5, 6 pr. *Operam dabit, ne emortuis arboribus rareſcat arbuſtum.* Sil. 17, 427 *Rareſcit multo laxatus vulnere miles.* Dicitur de rebus etiam, quæ procul intuentibus conjunctæ videntur, ſi propius advenias, intervallum oſtendunt. Virgil. Æn. 3, 411 *Auguſti rareſcent clauſtra Pelori.* V. ibi interpretes & conf. Ovid. Met. 15, 246; & Propert. 3, 13, 33.

¶ Rārĕfăcio, *ĕre*, rarum efficere, dünne machen. Colum. 3, 9 *Si prius rarefeceris eas partes.* Lucret. 6, 870 *Et rarefecit calido miſcente vapore.* Et per tmeſin v. 232 *Conlaxat rarequæ facit laterамina.*

¶ Rārĕfio, *ĕri*, dünne werden. Lucret. 1, 648 *Calidum denſarier ignem, Nec rarefieri, &c.*

¶ Rarĕfactus, *a, um*, dünne gemacht; ut, *Rarefacta fluendo*, Lucret. 2, 1138. *Conquaſſatum ex aliqua re & rarefactum*, Id. 3, 443.

¶ Rārĭpĭlus, *a, um*, dünnhärticht, dünn von haaren; ut, *pecus raripilum*, Columella procemio oper. p. 9.

¶ Disrāro, *āre*, rarum vel tenuem facere, dünne machen. Colum. 4, 32 de Arundineto: *Poteſt intercidi & disrarari, quod opus ruſtici caſtrationem vocant.*

¶ Dirāro, *are*, idem. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11, 84 *Geſtatio tenuat atque dirarat motus.* Et 1, 15, 152 *Vinum nutrimenti partem plurimam reſolvere ac dirarare & tenuem facere* dicitur.

¶ Dirarātus, *a, um*, i. e. nimis tranſpirans, ausgedämpfft. Cæl. Aurel. 1, 15, 133 *Dirarato corpore motus caſſa.*

¶ Perrārus, *a, um*, ſehr ſelten, ungewöhnlich. Liv. 29, 38 *Quod tum perrarum erat*, i. e. valde rarum.

¶ Perraro, adverb. ſehr ſelten. Suet. Tib. c. 38 *Antio tenus nusquam abfuit: idque perraro, & paucos dies.* Cic. Fin. 2, 16 *Quæ perraro appellantur ab Epicuro.* conf. Aut. ad Herenn. 4, 22.

Raſilis, vide ſupra in *Rado.*

RĂSIS, *is*, f. genus eſt crudæ picis, rauh pech. Colum. 12, 20.

Raſito, raſor, raſtellum, raſtrum, raſura, vide ante in *Rado.*

Rataria, ratiarius, raticula, vide *Ratis*, Ratifico, ratihabitio, ratio, ratiocinor, &c. *Reor.*

RĂTIS, *is*, f. trabes connexæ, floßholtz, ſive, ut Feſtus definit, *Tigna inter ſe colligata, quæ per aquas aguntur.* Ita Cicero a navi diſtinguit in Verr. 5, 2 *Cum aut navibus aut ratibus conarentur accedere*, auf ſchiffen oder floſſen. ¶ 2. Poëtis paſſim pro *navi* abuſive uſurpatur. Horat. 1 oda 1, 17 *Mercator reficit rates quaſſas.* Virgil. Æn. 6, 303 *Ipſe ratem cento ſubigit veliſque miniſtrat.*

¶ Rātiārius, *i*, m. ein floſſer, floßfahrer. L. 30 Dig. de pignerat. act. *Qui ratiario crediderat, quum ad diem pecunia non ſolveretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit. Poſtea flumen crevit, ratem abſtulit, ſi invito ratiario retinuiſſet, &c.*

¶ Rātāria, *æ*, f. inter navigiorum genera recenſet Gellius 10, 25 extr.

¶ Rătĭcus, *a, um*, rate inſignitus, de triente & quadrante, monetæ generibus, ita Feſtus expoſuit, *quod in iis ratis fuerit effigies, ut navis in æſſe.* Antonius, Ciceronis præceptor, paullo aliter interpretatur. Vide Scalig. in d. l. Feſti p. 120.

Ratus, vide *Reor*, Rauca, rauceſco, raucitas, &c. *Raucus.*

RAVCVS, *a, um*, (quaſi tu *ravicum* dicas a *ravi*, de qua mox), cui vox eſt impedita & obtuſa, heiſer, rauh; ut, *Rauca vox*, Ovid. Met. 6, 377. *Raucum guttur*, Idem Pont. 3, 1, 22. Poëtis omnis ſonus ingratus atque inconditus *raucus* dicitur. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 276. ¶ 2. *Factum raucum rumorem* Cicero fam. 9, 2 eleganter dixit, cum homines de ea re, quæ in ore omnium fuerat, minus loquuntur, wenn man des ſagens überdrüßig iſt. Sic *Cauſſidicos raucos* vocat Martialis 4 epigr. 4, ob nimium clamorem; Et eorum *raucas chartas*, 8 epigr. 67.

¶ Rauca, *æ*, f. vermis radices arrodens, ein wurtzelwurm. Plinius 17, 18 *Olea, ubi quercus effoſſa ſit, male ponitur, quoniam vermes, qui raucæ vocantur, in radice quercus naſcuntur.* Et Vlpian. in l. ex conducto § 1 ff. locati, *ſi raucis aut herbis ſegetes corruptæ ſint.* Alciatus Parerg. 7 c. 5 legendum ibi putat *erucis.*

¶ Raucĭdŭlus, *a, um*, dimin. etwas heiſſer. Hieron. 1 epiſt. 16.

¶ Raucĭtas, *ātis*, f. die heiſerkeit, gedämpfte ſtimme, Celſ. 2, 1. Et Plin. 11, 51 *Raucitas tubarum.* Plur. Id. 22, 23 *In raucitatibus.*

¶ Raucēdo, *ĭnis*, f. idem. Iſidor. 4, 7 *Raucedo, amputatio vocis.*

¶ Rauceo vel Raucio, *īre*, heiſer ſeyn. Onomaſtic. *Raucio* βραγχιάω. Et Gloſſ. Vet. *Raucit*, βραγχιᾷ. Priſcian. 10 p. 907 præteritum & ſupinum *rauſi, rauſum* format, & Lucilii eo verſum refert:

Rauſuro tragicus qui carmina perdit Oreſte.

¶ Raucor, *āri*, depon. idem. Gloſſ. Cyrill. *Raucor*, βραγχιῶ.

¶ Rauceſco, *ĕre*, heiſer werden; unde mox *Irrauceſco.*

¶ Raucĭsŏnus, *a, um*, heiſer klingend. Lucret. 5, 1082 *Mutant cum tempeſtatibus una Rauciſonos cantus.* Catull. 65, 263 *Multi rauciſonis efflabant cornua bombis.*

¶ Irraucus, *a, um*, idem ac *Raucus*, heiſer. Plin. Valer. 1, 2 *Irrauca vox.*

¶ Irrauceſco, *ĕre*, vel potius *Irraucio, ire*, heiſer werden. Cic. de Orat. 1, 61 *Æſopum ſi paullum irrauſerit, explodi video.* Schurtzfleiſch. in epiſt. arcan. T. 2 p. 505 corrigit & facit *Irraucuerit.* Sed prior lectio apud ipſum Priſcianum ſe commendat.

¶ Obraucātus, *a, um*, raucus, heiſer gemacht. Solinus c. 10 de gruibus, in Thracia: *Fidens meatu præit catervas; volatus deſidiam caſtigat voce, quæ cogit agmen: ea ubi obraucata eſt, ſuccedit alia.*

¶ Subraucus, *a, um*, aliquantum raucus, etwas heiſer. Cicero de Clar. Orat. c. 38 pr. *Vox natura ſubrauca.* Adverbialiter Ammian. 31, 16 *Subraucum & lugubre ſtrepens.*

Raudus, rauduſculum, vide infra *Rudus.*

RĂVENNA, *æ*, f. urbs Italiæ, ubi claſſis ad tutelam maris ſuperi ab Auguſto collocata, Suet. Aug. c. 48. Sita enim eſt juxta Adriaticum mare. Vide Geograph. & Silium 8, 604.

¶ Ravennas, *ātis*, incola ejus urbis. Sic, *Ravennates ranæ*, Martial. 3 epigr. 93.

¶ Ravidus, ravillus, ravio, vide ſequens *Ravis.*

RĂVIS, *is*, f. raucedo, die heiſerkeit. Plaut. Aul. 2, 5, 10 *Vsque ad ravim poſcere, priusquam quicquam detur*, id eſt, adeo, ut vox etiam toties vociferanti rauceſcat. Idem Citell. apud Nonium 2, 730 *Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.*

¶ Rāvio, *īre*, eſt ad ravin usque clamare. Plaut. Pœn. 3, 5, 33 *Nego: & negando, ſi quid refert, ravio:* id eſt, nego usque ad ravim. Adde Paulum, Feſti interpolatorem. Conf. etiam locum Lucilii paullo ante ſub *Raucio* in *Raucus.*

¶ Rāvus, *a, um*, proprie *Raucus* eſt, eliſa littera, heiſer; ut Feſtus ex Verrio interpretatur, cui *Rava vox* eſt *parum liquida, proxime canum latratum ſonans. Vnde etiam cauſſidicus pugnaciter loquens* RABVLA, de quo ſupra. ¶ 2. At *ravi coloris*, inquit Feſtus, *appellantur, qui ſunt inter flavos, & cæſios, quos Plautus* Raviſtellos *vocat*, ſchwartzgelb. Sic, *ravum mare*, apud M. Tull. lib. 4 Acad. ut profert Nonius 2, 726. Horat. 3 ode 27, 2 *Ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino.*

¶ Rāvulus, *a, um*, diminut. etwas heiſer. Sidon. 9 epiſt. 13 *Ravuli choraulæ.* ¶ 2. Nomen viri *Ravola* apud Iuvenal. ſat. 9, 4.

¶ Ravĭdus, *a, um*, ſchwartzgelb; ut, *Ravidi oculi*, Colum. 8, 2.

¶ Ravillus, *a, um*, dimin. ſchwartzgilblicht. Feſtus: *Ravillæ mulieres a ravis oculis dictæ, quemadmodum a cæſiis cæſillæ.*

¶ Raviſtellus, vel Rāvaſtellus, *a, um*, diminut. aliud, idem. Plaut. apud Feſtum: *Quis hæc mulier & ille raviſtellus, qui venit.* vid. Meurſ. P. 1 Crit. Exercit. p. 117; & *Ravus* n. 2.

¶ Rabulānus, *a, um*, pro *Ravulanus*, idem; ut, *Rabulana pix*, Plinius 14, 19. V. ibi notam Dalechampii.

¶ Rabuſculus, *a, um*, idem; ut, *Rabuſcula vitis*, vel *rabuſcula uva*, i. e. ravuſcula, colore ad ravum inclinante, Plin. 14, 3.

RAVRĂCI, Raurici & Rauriaci, *orum*, m. pl. Galliæ Belgicæ populi, vicini Helvetiis, Cæſari, Plinio, & aliis memorati. Colonia in iis Romanorum fuit *Auguſta Rauracorum* appellata: ex cujus reliquiis Baſilea creviſſe creditur, ut Simlerus lib. 1 de Rep. Helvetiorum obſervat. Vide & Cluver. Ant. Germaniæ 2, 5.

Rauranum, vide *Raraunum*, Ravus, *Ravis.*

RE, præpoſitio inſeparabilis, cujus ſignificatio & vis ex compoſitis, ſuis in locis perſpicitur. Videtur eſſe a *retro* per apocopen. Iterationi ſæpius inſervit; ut, *Renovo, Repeto, Reputo &c.* Et huic ſemper adhiberi, Tertullianus exiſtimat adverſ. Marc. 5, 17. Sed fallitur. Nam & aliquando intendit, (ut in *Redundo*) aliquando minuit: quod ad Suet. Aug. c. 78 Caſaubonus obſervat, p. 271. Sæpe & in ſignificatione nihil mutat: ut *Repræſento*, pro præſento. Ita, *reparata vina* pro paratis ſeu comparatis, Horatius dixit 1 od. 31, 12, ubi vide Torrent. Aliquando perfectionem denotat: ut, *Recognoſco*, id eſt, perfecte cognoſco: Eſt, quando reciprocationem, ut, *Redamo*, id eſt, amantem viciſſim amo; aliquando

do idem eſt, quod contra, ſive adverſus; ut *Reluctor, repugno, reſiſto*: aliquando retro; ut, *Reſpicio*, id eſt, retro adſpicio; aliquando reditum ad priſtinum ſtatum; ut, *Repueraſco*, hoc eſt, ad pueritiam redeo: aliquando verbi ſignificationem, cum quo componitur, contrariam facit: ut, *Retego, Reſero, Recludo, Reſigno*, i. e. tectum, obſeratum, clauſum, ſignatum aperio. ¶ 2. *Re* in verſu naturaliter breve eſſe putatur. Sed quia in *Religio, Reliquiæ, Recido, Redo, Reduco, Refero, Reficio, Refugio, Relatum, Repello, Reperio, &c.* longa etiam obſervatur, Grammatici ibi conſonantem geminandam cenſuerunt. Quibusdam tamen iſta geminatio minus neceſſaria videtur, quam & in antiquis libris obſervatam eſſe negant. Nam ſic impersonale *Refert* primam ſemper producit, quare quidam ex *Res* & *fert* hanc vocem compoſitam eſſe ajunt. Giſanius in Indice Lucret. etiam *Re* veteribus nunc breve, nunc longum fuiſſe confirmat, it. Brouckh. ad Prop. 4, 8, 44; & Drakenb. ad Sil. 1, 309. Heinſ. & Burm. ad Ovidium ſæpius.

Readunatio, vide *Vnus*, Reædificio, *Ædes*, Reapſe, *Res*, Reaſſumo, *Sumo*, Reatus, *Reus*.

Rebellio, rebellis, &c. vide *Bellum*, Rebullio, *Bulla*.

Recalcitro, recalco, vide *Calx*, Recaleſco, &c. *Calor*, Recanto, &c. *Cano*, Recapitulo, *Caput*, Recauta, *Caveo*.

RĔCENS, *tis*, novus, novitius, neu, friſch; ut, *Ægritudo recens*, Ter. Adelph. 3, 2, 14. *Recentior memoria*, Cic. N. D. 2, 2 *Literæ recentiſſimæ*, Id. Att. 6, 1. Sic, *recentiſſima epiſtola*, Id. Att. 8, 15. *Recentiſſima pomæ*, Colum. 12, 44. *Recentis animi alter*, (conſul,) id eſt, præfervidi, Liv. 21, 52. *Recentiores ex auctoribus*, Plin 12, 17. *Recentior auctor*, Liv. 2, 56. *Equi recentes*, friſche pferde, Id. 38, 25. *Recentiſſimi equitum*, qui nondum pugnarunt, & ita fatigati nondum ſunt, Tac. Hiſt. 3, 20, 7. Nam *recentes fatigatis* opponuntur: Cæſ. B. G. 5, 16 *Vt alios alii exciperent, integrique & recentes defatigatis ſucceſſerant*. Plaut. Trin. 4, 3, 8 *Recipe te, & recurre petere re recenti*: auf friſcher that, ut petas, ſandalia videlicet. *Recentiſſima bella*, Liv. 38, 45; & *Quod recentiſſimum eſt*, 26, 13. ¶ 2. Vſurpatur interdum & adverbialiter, neulich, jüngſt; ut, *Sole recens orto*, Virg. Georg. 3, 156. Suet. Tib. pr. *Gens Claudia ex Regillis, oppido Sabinorum, Romam recens conditam commigravit*, h. e. non ita multo ante vel nuper. conf. Salluſt. ap. Chariſ. p. 192. *Clades recens accepta*, Liv. 2, 22. Sic, *puerum recens natum reperire*, Plaut. Ciſt. 1, 2, 16.

¶ Rĕcenter, adverb. idem. Exempla perpauca reperiuntur apud auctores latinos, neque hos primæ claſſis; Poſterioribus Curis Cellarius exhibet ſingula p. 121. v. gr. Apicii 1, 1 *Olivæ de arbore recenter ſublatæ*. Pallad. 1, 26 *Turdi recenter capti*. Id. 5, 4 *Poma recenter lecta*. Plinius tamen ſuperlativo uſus eſt 18, 23 *Quam recentiſſime ſtercorato ſolo*.

¶ Recento, *āre*, inſtaurare, renovare, erneuern. Martius apud Gell. lib. 15, 25 *Iamjam albicaſſit Phœbus & recentatur*
Commune lumen hominibus, conf. Non. 2, 751.

Receptaculum, recepto, &c. vide *Capio*, Receſſus, &c. *Cedo*.

RECHĀMVS, *i*, m. trochlea, per cujus orbiculum ſummum funis ductarius trajicitur, die winde. Vitruv. 10, 2. Adde Baldi Lex. p. 99.

Recharmidare, vide *Charmides*, Rechedipna, *Trechedipna*.

Recidivus, recĭdo, vide *Cado*, Recĭdo, *Cædo*, Recĭno, *Cano*.

Recipero, &c. vid. *Recupero*, in *Paro*.

Recipio, vide *Capio*, Reciprocare, reciprocus, &c. *Proco*, ſ. *Procor*.

Reciſamentum, reciſio, vide *Cædo*.

Recitare, vide *Cieo*, Reclinare, &c. *Clino*, Recolligo, *Lego*, Recordatio, recordor, *Cor*, Recraſtino, *Cras*, Rector, rectus &c. *Rego*.

Recubitus, recumbo, vide *Cubo*, Recula, *Res*, Recupero, &c. *Paro*, Recuſo, &c. *Cauſſa*, Recuſſus, recutio, *Quatio*, Recutius, *Cutis*.

Redambulo, vide *Ambulo*, Redamo, *Amo*, Redamtruo, *Amtruo*, Redauſpico, *Auſpex*, Redditio, *Do*, Redemtio, &c. *Emo*, Redhibeo, &c. *Habeo*, Redhoſtio, *Hoſtio*, Redigo, *Ago*.

RĔDĬMIO, *redimīvi, ītum, īre*, ab inuſitato *Emio*, eſt veſtire ſeu ornare, umkleiden, zieren; ut, *Redimire ſertis & roſa*, Cic. Tuſc. 3, 18, kränze aufſetzen. Et Statius 4 Silv. 8, 38 *Et redimire chelyn, poſtesque ornare juberet*. Gloſſ. Vet. *Redimior*, στέφομαι.

¶ Rĕdĭmītus, *a, um*, umbunden, gekrönt, bekränzt. Cic. Cat. 2, 5 *Sertis redimiti*. Et Virg. 3, 81 *Vittis & ſacra redimitus tempora lauro*. Catull. 64, 3 *Opaca ſilvis redimita loca*, umgeben von bäumen. Ibid. v. 67 *Floridis corollis redimita domus*. Ovid. Faſt. 1, 711 *Frondibus redimita capillos Pax*.

¶ Redimītus, *ūs*, m. ſubſt. vulgo arceſſunt ex Solini c. 33 (al. 46) de Arabia: *Mitrata capita, redimitu pari, raſa in cutem barba*. Verum Salmaſius poſthabita illa voce legit: *mitrata capita, pars raſa in cutem barba*.

Redimiæ, *arum*, ſ. jamdum extat ſub *Remedio* in *Emo*.

¶ Redĭmiculum, *i*, n. ornamentum capitis mulieris, die kopffbinde. Juvenal. ſat. 2, 84 *Qui longa domi redimicula ſumunt Frontibus & toto poſuere monilia collo*. Et Virg. Æn. 9, 616 *Habent redimicula mitræ*.

¶ Redimiculo, *are*, das haarband aufbinden. Gloſſ. lat. gr. *Redimiculat*, ἀναλύει δέσματα.

Redimo, vide *Emo*, Redintegro, &c. *Integer*, Redipiſcor, *Apiſcor*, Reditio, reditus, *Eo*, Redivia, *Suo*, Redivivus, *Vivo*.

RĒDO, *ōnis*, m. genus piſcis ignoti. Auſon. Moſella v. 89 *Et nullo ſpinæ nociturus acumine redo*.

Redoleo, vide *Oleo*, Redordior, *Ordior*.

Reduco, reductio, &c. vide *Duco*, Reduncus, *Vncus*, Redundatio, redundo, &c. *Vnda*, Reduvia, *Suo*, Redux, *Duco*.

Reexinanio, vide ſupra *Inanis*.

Refectio, &c. vide *Facio*, Refello, *Fello*, Referciò, *Farcio*, Referio, *Ferio*, Refertus, *Farcio*.

Refibulo, vide *Fibula*, Reficio, *Facio*, Refigo, refixus, *Figo*.

Reflare, &c. vide *Flo*, Reflexus, *Flecto*, Refluus, *Fluo*.

Refocillo, vide *Focus*, Reformare &c. *Forma*, Reformidare, &c. *Formido*, Refotus, refoveo, *Foveo*.

Refractarius, refragator, refrāgor, &c. vide *Frango*, Refrico, *Frico*, Refrigeo, refrigerium, &c. *Frigus*, Refringo, *Frango*, Refriva, *Refero* in *Fero*, Refrondeſco, *Frons, dis*.

Refugio, refugium, vide *Fuga*, Refundo, refuſio, &c. *Fundo*, Refutatio, refūto, &c. *Futum*.

RĒGĀLIŎLVS, *i*, m. avis apud Suetonium, quam *galgulum* interpretantur, vide *Galgulus*. Ego pro *regulo* acceperim, ut in Cæſarem ac regem avis etiam regiæ omen magis conveniat. Et forte *regaliolī* nomen vulgus fecit, ceu diminutivum a *regulo* &c. Gelner. Suetonii locus ſic habet in Cæſ. c. 81 *Iulii Cæſaris futura cædes evidentibus prodigiis denunciata eſt. Pridie Martias idus avem regaliolum cum laureo ramulo Pompejanæ curiæ ſe inferentem volucres varii generis ex proximo nemore perſecutæ ibidem diſcerpſerunt*. Ad h. l. Caſaubono non abſurdum eſt, ut, ſicuti in Gloſſario, ſcribatur *Regaviolus*, cum ſic dictaſit hæc avicula quaſi rex avium. Vide paullo poſt *Regulus* in *Rego*.

Regalis, vide *Rego*, Regaviolus, *Regaliolus*, Rogelare, &c. *Gelu*, Regenerare, *Genus*, Regerminare, *Germen*, Regero, regeſtus, *Gero*.

Regia, regibilis, vide mox *Rego*.

REGIESCO, *ĕre*, in Plauti fragmentis, eſt creſcere, wachſen. Vnde etiam *Glires* dicti videntur Feſto, quibus corpus pinguitudine accreſcat. Ideoque Scaliger & Voſſius legunt *Regleſcit* pro *Regieſcit*; alii *Requieſcit*.

Regificus, regifugium, regillus, regimen, regio, &c. vide *Rego*, Regiſtrum, *Gero*, Reglutino, &c. *Gluten*, Regnator, regnum, &c. *Rego*.

RĔGO, *rexi, rectum, regere*, regieren, lenken, proprie aurigarum eſt, & equitum, qui equos currusque moderantur, ἡνιοχᾶν. Curt. 4, 15, 28 *Auriga Darii, qui ante ipſum ſedens equos regebat, &c.* Et Ovid. Triſt. 1, 3, 28 *Lunaque nocturnos alta regebat equos*. ¶ 2. Inde ad eos translatum eſt, qui moderandis & in officio cohibendis hominibus cum imperio præſunt, beherrſchen. Virg. Æn. 6, 851 *Tu regere imperio populos, Romane, memento*. Sen. de Ira 2, 15 *Nemo poteſt regere, niſi qui regi*. ¶ 3. Et quia *Regere* eſt, non præcipere tantum, quid factu opus: ſed & cogere, ut fiat; idcirco pro cohibere, Ovidius poſuit, de Remedio amoris 1, 338 *Durius incenit? fac ut ambulet: omne papillæ Pectus habent tumidæ? faſcia nulla regat*, h. e. coërceat, conſtringat. ¶ 4. Aliquando tamen *Regere*, admonere tantum, docere, & conſilio moderari ſignificat, unterrichten. Horat. 1 epiſt. 18, 26 *Aut, ſi non odit, regit, & ſi luti pia mater, Plusquam ſe ſapere, & virtutibus eſſe priorem Vult*. Vetus auctor apud Cic. pro Mur. c. 28 extr. *Non multa peccas; ſed ſi peccas, te regere poſſum*. Cæl. B. C. 3, 57 *Scipionem ea auctoritate eſſe, ut non ſolum libere, quæ probaſſet, exponere; ſed etiam ex magna parte compellere atque errantem regere poſſet*. Plin. 10 epiſt. 64 *Summas, Domine, ago gratias, quod inter maximas occupationes iis, de quibus te conſului, me quoque regere dignatus es*. Et epiſt. 85 *Te, Domine, rogo, ut me in hoc præcipue genere cognitionis regere digneris*.

¶ Rĕgens, *tis*. Virg. Æn. 6, 30 *Cæca regens filo veſtigia*. Iuſtin. 1, 9, 23 *Fortuna ita regente*. Claud. Conſ. Honor. 4, 300 *Nec ſic inflectere ſenſus Humanos edicta valent, ut vita regentis*.

¶ Rectus, *a, um*, paſſive, regiert, geleitet. Vellej. 2, 115 extr. *Nec unquam conſilia judicio exercitus, ſed exercitus providentiâ ducis rectus eſt*. Sidon. in Epitaph. Apollinaris 3 epiſt. 12 *Poſt prætoria recta Galliarum*. Plaut. Bacch. 3, 3, 8 *Rectus ad ingenium bonum*. ¶ 2. *Rectus, rectior, rectiſſimus*, nomen ex participio verbi *Regor*, factum; ita autem vocatur, quod quadrat regulæ, neque excedit, nec infra eſt: itaque obliquo, curvo, diſtorto & pravo opponitur: græce ὀρθός, recht, gerade, & in neutro ſubſtantive, das recht. Sic, *recta ſaxa*, die aufwärts gleich in die höhe gehen. Liv. 21, 36 pr. *Ad ſeptentrionem arctas & rectas prope rupes*, Id. 21, 35. Subſt. Horat 2 epiſt. 2, 44 *Curvo dignoſcere rectum*. Ter. Heaut. 3, 1, 75 *Neque id putabit prævumne an rectum ſiet*. Ovid. Met. 3, 78 *Longa trabe rectior exit*. Sic, *Recta platea ſurſum*, Ter. Adelph. 4, 2, 35, die ſtraſſe gleich oder gerade hinauf. *Coma recta*, ſchlecht oder gleich haar, preſſa; contraria *criſpæ*: Sen. epiſt. 95 p. 462 *Ne quis, cui rectior eſt coma, criſpulis miſceatur*. Sic, *Crura rectiora* Pallad. Iunio c. 7, gerade ſchenckel: & *Viam rectiorem*, Liv. 21, 31, ein richtiger weg, ſine ambagibus. ¶ 3. Hinc ſæpe *rectum* pro vero, honeſto ac bono ponitur; itaque *rectum* & *verum* conjunguntur, gut und wahr. Plaut. Capt. 5, 2, 7 *Recta & vera loquere*. Ibidem: *neque vere neque recte adhuc feciſti unquam*. Et, *Omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus*, Ter. Andr. 2, 1, 9. *Ea maxime conducunt, quæ ſunt rectiſſima*, Cic. fam. 5, 19. *Rectius pulchriusque eſt, ex communibus injuriis quem odiſſe, quam propriis*, Plin Paneg. c. 90. *Conſcientia recta*, ein gut gewiſſen. *Conſcia mens recti, &c.* Ovid. Faſt. 4, 311; Virg. Æn. 1, 608. *Ratio rectæ honeſtæque vitæ*, Quintil. procem. lib. 1. Sic, *Recta cœna*, vera & legitima dicebatur, *ſportulæque* oppoſita, vide ſuprà in *Cœna*. Et, *Oratio recta*, quæ nec a tropis, nec a figuris ornatum quærit. Seneca Rhetor in procemio: quo loco hoc Porcii Latronis dictum refert: *Summam quidem eſſe dementiam, detorquere orationem, cui rectam eſſe liceret*. dixerat paullo ante: *Non placebit illi orationem inflectere, nec unquam recta via diſcedere*. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 81.

¶ Recta, adverb. ſeu adjectivum potius, auferendi caſu poſitum, ſubaudito *viâ* aut ſimili voce, geraden weges. Ter. Eun. 1, 2, 7 *Cur non recta introibas?* Cic. Att. 6, 8 pr. *E navi recta ad me venit*. Ibid. 5, 14 *Erat mihi in animo rectâ proficiſci ad exercitum*.

¶ Recto, adv. idem, ſubaudito *pede*, aut alio nomine. Anton. & Verus apud Papir. l. 21 pr. D. de Appellat. *Appellationes, quæ recto ad principem factæ ſunt*. Vulgus hodie *immediate*.

¶ Recte, adv. recht wohl; ut, *Recte facere, recte dicere*: Cæſ. B. Gall. 7, 80 *Neque recte aut turpiter factum celari poterat*. Cic. in Piſ. c. 28 *Recte an ſecus, nihil ad nos*. Id. Verr. 4, 3 *Recte admones*. Aſt, *non recte dicere alicui*, Plaut. Bacch. 4, 4, 83; & Aſin. 1, 3, 3. Et, *Rectius fieri*, Pallad. 11, 4. *Ætate ſapimus rectius*, Ter. Adelph. 5, 3, 46. *Rectiſſime animadvertere*, Cic. de Leg. 3, 5. *Rectiſſime probare*, Vlp. L. 52 § 4 Dig. pro ſocio. ¶ 2. Sed apud Terentium diverſiſſimarum eſt ſignificationum; ut in Andr. 5, 4, 52 *Pater non recte vinctus eſt*, id eſt, juſte; Reſpondet pater: *Haud ita juſſi*, h. e. ego vero recte, i. e. ſerio & fortiter vinciri juſſi. Et in Eun. 2, 3, 50 *Rogo, numquid velit; Recte, inquit, abeo*, hoc eſt, nil; *quod moraliter τῷ ἀττικισμῷ* dictum Donatus notat. Allio tamen in Lex. Crit. *recte abeo* exponit *rectà via*. Et Eun. 1, 1, 33 *Moleſtias recte ferre*, id eſt, patienter. Item, *Recte facitis*, Eun. 5, 8, 54, daran thut ihr wohl. Et in Hec. 4, 1, 16 *Præſertim cum recte & tempore ſuo pepererit*, hoc

est, non monstrose, dieweil sie mit einem rechten kind gelegen ist. Cic. fam 1, - *Liter as recte dare*, hoc est, tuto & citra periculum, sicherlich. Id Att 1, 7 *Apud matrem recte est*, i. e. omnia bene se habent. Ter. Adelph. 5, 5, 2 *Syre, quid sit? quid agitur? S. recte*, alles wohl. Id. Hec. 3, 2, 20 5. *Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tristis?* P. *Recte mater!* Vbi Donatus: *Sic dicimus, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus. Alii* RECTE *sic accipiant, ut intelligant* NIHIL EST MALI, allegut: Similiter usus hac formula est Heaut. 3, 2, 7. *Nec recte* vid. conjunctim in compositis.

¶ Rectio, *ōnis*, f. die regierung. Cic de Fin. 5, 4 *Non solum privatæ vitæ ratio, sed etiam rerumpublicarum rectio.* Ibid. 4, 22 *Omnium rerumpublicarum rectiones.*

¶ Rector, *ōris*, m. qui regit, ein regent, regierer. Late patet hoc nomen. Nam & præfides provinciarum, & copiarum duces &c. eo appellantur. Cic. de Orat. 1, 48 docet, quis sit *Reip. rector & consilii publici auctor.* Vltimo ævo & jam barbaro ipsis regibus hoc nomen datum, ostendit Barth. ad Rutil. itin. 1, 555, ubi *regum rectores* Romani. In primis vero de juvenum præfectis antiqui dicebant, hofmeister. Inter socios Æneæ sunt *Mnestheus* & *Serestus*, *quos pater Æneas Rectores juvenum & rerum docilis esse magistros*, Virg. Æn. 9, 171 seqq. Suet. Aug c. 48 *Rectorem quoque solitus est apponere ætate parvis ac mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent.* Tac. An. 1, 24, 3 *Ælius Sejanus magna apud Tiberium auctoritate, rector juvenis.* Id An. 13, 2, 1 *Afranius Burrhus & Annæus Seneca rectores Imperatoris juventæ, & pari in societate concordes.* Horat. *Regem pueritiæ* dixit, de quo infra. *Elephanti rector*, Curt. 8, 14, 33.

¶ Rectrix, *icis*, f. Colum. 3, 10 *Videmus hominibus inspiratam velut auriga rectricemque membrorum animam.* Plin. 37, 12 *Italia rectrix parensque mundi altera.*

¶ Rectitūdo, *inis*, f. die richtigkeit, gleichheit. Aggen. Vrb. in Frontin p. 289, in Goesii Agraria p. 46 *Rigor jus rectitudinis naturalis nomen accepit*

¶ Rectura, *æ*, f. die einrichtung. Frequens vox apud rei agrariæ scriptores: ut, *Rectura limitum, Rectura termini, &c.* vide Gœsii Ind. & Rigaltii Gloss. & inprimis Frontinum de Colon. p. 331 & 335 seqq.

¶ Rectifacio, *ēre*, recht machen, ordnen. Gloss. gr. lat. *ἐυθυτομῶ, rectifacio.*

¶ Regibilis, *e*, quod facile regitur, folgsam, das sich regieren läßt; ut, *Juventus regibili & consulta*, Ammian 16, 12. *Miles regibilem se fore pollicitus & morigerum*, Id. 24, 3; & *Regibilis acies*, Id. 19, 15.

¶ Regimen, *inis*, n. die regierung, das commando, regiment. Liv. 3, 33 *Regimen totius magistratus penes Appium erat.* Tiberius apud Tac. An. 3, 47, 2 *Civitas unde in omnia regimen*, die haupstadt. Otho ad milites apud eumdem Hist. 1, 84, 3 *Vestris armis & animas sit: mihi consilium & virtutis vestræ regimen relinquite.* Hinc

¶ Regimentum, *i*, n. idem; qua voce usus est Aurelius Arcadius prooem. L. Breviter D. de officio Præfecti prætorio. Et Ammianus 28, 1 (Valet t. 508) *Adunque jubimia regimenta*, scil. *venturus.* Id. 25, 9 *Luxuſſa regimenta perito rei gerendæ ductori, consummando juveni porrexisti.* vid. Voss. de vit. L. L. 3, 41.

¶ Regio, *ōnis*, f. pars terræ, das land, die landschafft. Sic, Flaccus p. 1 *REGIONES dicimus, intra quarum fines singularum coloniarum, aut municipiorum magistratibus jus dicendi exercendique potestas*, das territorium, die gerichtbarkeit. Sic dicitur *Regio locupletissima*, Neapoli 17, 3, 1; & *Regio fatuosa*, Eidem 14, 4, 2. *Regiones terræ inhabitabiles atque incultæ*, Cic. Nat 2. 1, 10. Et Virg. Æn. 1, 460 *Quæ regio in terris nostri non plena laboris?* ¶ 2. *Regiones* sunt etiam partes, fines & limites, mettle, enden, gräntzen. Sic, *Regiones cæli*, die vier oerter den himmels. vide *cælum* n. 3. Et *Regio viarum*, Virg. Æn. 2, 737. Ita, *Regiones urbis Romæ*, quatuor erant majores partes sub regibus: sub Augusto autem 14 erant, 14 numerari. vid. Suet. Aug c. 30: & l. 3 ff. de Off. præf. vigil. *Lex & regio, νόμος καὶ χώρα*, vide *Lex*. *Regionis officii esse continere*, hoc est, intra metas officii, Cicero eleganter dixit de Leg Agrar. 2, 35, id gehörigen schrancken bleiben. Id pro Arch. c. 11 *Quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est*, i. e terminis. Et, *In regione*, gleich gegen über. vide præpositt. *In*. Interdum idem valet, quod *recte*, gerade, cui opponitur *oblique*. vid. Cic. de Fato c. 9 & c. 20.

¶ Regiōnātim, adverb. Suet. in Cæs. c. 39, id est, per singulas urbis regiones, durch alle gegenden der stätt Et Liv. 40, 51 extr. *Regionatim generibus hominum, cassisque, & quæstibus, tributis descripserunt* conf. Id 45, 30 Om. mail. Vet. *Regionatim, κατὰ χώρας.*

¶ Regiōnāliter, aliud adv. idem. Apul. de Mundo p. 68 *Quæ cum regionaliter videantur esse pestifera.* conf. Cæl. Aurel. Acut. 2, 29.

¶ Regiōnārius, *i*, m. ein landmesser. Frontin. de Colon. p. 357 *Cassium oppidum militi regionarii diviserunt.*

¶ Regito, *are*, frequent. a *regere*, beherrschen. Varro R. R. 1, 57 *Ut ventus a solo ventus regitare possit.* Sed meliores libri habent *Registare.*

¶ Rex, *rēgis*, m. qui regnum possidet & regit, ein König. Hoc nomen post exactos reges Romæ in magna fuit invidia. Vid Cic. Agr. 2, 7. Off 3, 21. Suet. Cæs. 79. Tamen recepere tandem imperatores nomen ante invisum. Quando id factum, disquirunt Barth ad Claudia. in Rufi 2, 314. Mart ad Stat. Silv. 1, 4, 46. Quamquam vero masculinum ex virili officio *Rex*, est: tamen pluralis *Reges* etiam reginam potest comprehendere. Liv. 27, 4 *Alexandrium ad Ptolemæum Cleopatramque reges M. Attilius & M. Acilius legati missi* Et 42, 19 *ab Ptolemæo & Cleopatra regibus &c.* Martial. 2 epigr 18 *Qui rex est, regem, Maxime, non habent.* Sic *Regem in Romam inducere*, den König einführen, einsetzen. Plin. 2 epist 7 Et Horat 1 sat. 2, 86 *Regibus hic mos est, ubi equus mulcatur, aprum Inspiciunt*, grosse herren. Justin. 30, 1, 2 *Regis mores tota sequitur regia.* Claudian. de Consul. Honor 4, 299 *Componitur orbis Regis ad exemplum* &c. Sen. in Medea v. 156 *Iratum atque iniquum regis imperium feras.* Xenophon lib 5 de Paedia Cyri, πάσαπλησία ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ, hoc est: *Similia sunt opera pastoris boni & regis boni.* ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν, *Rex*, & *Rex regum*, appellabatur Persarum, & postea Parthorum rex: cujus rei aliquot exempla Nepos suppeditat, 9, 4, 1; 17, 2, 1. In Cic. fam. 9, 14 pr. (quæ epistola etiam est sub Att. 14, 17) Agamemnon *rex regum* vocatur. Ter. Eun. 3, 1, 7 *Vel rex semper magnas mihi agenti* (gratias). Et rursus Heaut. 1, 5, 64 *In Asiam ad regem militatum abiit.* Suet. Calig. c. 5 *Regum etiam regem & exercitatione remoti, & convicta Magistanum absolvisse ferunt, quod apud Parthos jocisti instar est.* Et Ammianus 17, 5 litterarum meminit, quas Sapor, Persarum rex, ad Constantium dederit, quarum inscriptio talis est: REX REGVM SAPOR PARTICEPS SIDERVM, FRATER SOLIS ET LVNÆ, CONSTANTIO FRATRI MEO S. P. D. Infensusque Tigranes ex eo Lucullo fuit, quod REX tantum, non autem pro more REX REGVM, appellatus fuisset. Ita autem vocabatur ob potentiam & amplitudinem imperii, quo ipsos reges continebat. v. Brisson. lib. 1 regn. Pers. Scheffer. in Indice Æliani; Inprimis Spanhem de usu & præst. num. diss. 8 p. 459 sq. it. p. 464, 477, 481. ¶ 3. *Reges* autem *reginaque* & *regum liberi affinesque* appellantur, omnesque adeo, qui de regio genere sunt: Cæs. B. C. 3, 107 *Interim controversias regum ad P. R. & ad se, quod esset Cos. pertinere existimans.* Et c. 109 *Cum maxime vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere.* Per *Reges* intelligit Ptolemæi Ægyptiorum regis liberos, qui de regno invicem contendebant. Ita Cic. Verr. 4, 27 *Reges Syriæ*, regis Antiochi filii pueri, die Syrischen Printzen. Ita apud Sall. Iug. 65, 2 *Gauda* petit a Metello, *more regum uti sellam juxta sibi poneret: itemque custodiæ causa turmam equitum Ro.* vid. locus. Apud Suet. Claudio c 28 *Reginæ* sunt genere regio mulieres. Vide & Pimpontium ad illud VIRG ecl. 3, 106 *Dic, quibus in terris inscripti nomina regum Nascantur flores.* Etiam Adjective, Virg. Ae. 1, 25 *populum late regem* h. e. regnantem, imperantem dixit. ¶ 4. *Reges* etiam dicebantur divites & potentes. Ter. Eun 1, 2, 87 *Eunuchum parvi dixit velle te, Quia filiæ utuntur his regine: repperi.* Vbi Donatus: *Modo* DIVITES *dicit, ut in Phormione* REGEM ME ESSE OPORTVIT. Ita forte Cic. fam. 9, 19 pr. *Balbum regem* vocat, Cæsaris qui πρώτους ita dici poterat, amicum ¶ 5 Adulatores quoque & parasiti, itemque clientes, dominos patronosque suos *reges* vocabant. Horat. 1 epist. 7, 37 *Rexque paterque Audisti coram, nec verbo parcius absens*: Ait Horatius, Mæcenatem a se *regem patremque* appellatum, tanquam a cliente patronum. Idem 1 epist. 17, 43 *Coram rege suo de paupertate tacentes, Plus poscente ferent*: Vbi *rex* amicus potens appellatur. Colum. præf. lib. 1 *Ain honestius duxerim mercenarii salutatoris mendacissimum aucupium circumvolitantis limina potentiorum somniumque regis sui rumoribus inaugurantis.* Huc pertinet Martialis 2 epigr. 18; & 4 ep. 40. V. & Catlub. ad Theophrasti Charact. περὶ κολακείας. Ita Ter. etiam hac voce usus est Phorm. 2, 1, 24. ¶ 6. *Rex sacrificulus* vel *sacrorum*, vel *sacrificiorum*, vel *sacrificus*, Liv. 2, 2 pr. cur dictus, vid. Cic. de aruſp. resp. c. 6. ¶ 7. *Reges* etiam appellantur, qui excellunt aliqua in re & cæteros præstant. Ita Aconius Ped. Hortensium *principem senatus* ob nobilitatem, & in foro ob eloquentiam *regem cauſſarum* appellat, arg. s. præf. Divin. Cic. in Verr. Quin *fluviorum rex Eridanus*, Virg. Ge. 1, 482. ¶ 8. *Rex* etiam de monitore, præceptore, sive de eo, qui regendæ alicujus juventæ præpositus est, ein hofmeister. Horat. 1 ode 36, 6 *Nulli plura tamen divitis ofcula, Quam sulci Lamiæ, memor ætate non alio rege puertiæ.* Suetonius & Tacitus *Rectorem* vocant, de quo supra. ¶ 9. *Rex convivii* qui alias magister, Macrob. Sat. 2, 1. ¶ 10. Apud Græcos puerorum ludus erat, qui dicebatur βασίνδα, de quo Pollux, Hesychius, & Eustarhius in Odyss. 8. In eo jactabatur in altum pila: quam decidentem exilientes pendentesque in aëre rapiebant, quod qui quam peritissime faciebat, REX appellabatur imperabatque cæteris: qui pessime ASINVS dicebatur. Eo pertinet illud Horat. 1 epist. 1, 59 *At pueri ludentes, REX eris, ajunt, Si recte facies.* Ita etiam *reges* in conviviis talorum jactu creati, cæteris ridicula imperitabant, Lucian. Κυνικὸς, p. 609. vid. *Regnum* n. 2. ¶ 11. *Rex* sibi quisque est, qui moderatur animo, & affectibus imperat. Claud. Conf. Honorii 4, 261 *Tunc omnia jure tenebis, Cum poteris rex esse tui.* Sen. Thyeste v. 348 *Rex est, qui metuit nihil.* Et v. 388 *Rex est, quique cupit nihil: Hoc regnum sibi quisque dat.* ¶ 12. *Rex* apud Suet. Cæs. c. 6 gentis Martiæ cognomen, non potestatis nomen est, ut ibi notat Torrentius.

¶ Exrege, qui rex fuit. Ammian. 29, 1 *Vadomarius exrege Alemannorum.* conf. Id. 26, 8.

¶ Regulus, *i*, m. diminut. a *Rex*, eum significat, qui regis quidem nomine usus, etiam potestate, parvæ præest regioni: ut, *Cilicum reguli*, Tac. An. 2, 80, 2. *Gelosa regula*, Numidiæ pars, Plin 8, 10 extr. v. ibi Hardouin. ¶ 2. *Regulus* avis eadem, quæ & *Trochilus* & *Orchilus*, Gesner. vide *Regaliolus*, & Plin. 10, 74. *Regulus* Gesnerus exponit ex auctoritate certa, ein goldhähnlein. ¶ 3. *Regulus*, βασιλίσκος, serpens, ein basilisk ¶ 4. *Regulus*, nomen proprium: *M. Attilius Regulus*, Romanus nobilissimus, & constantia & fide clarissimus. Ad supplicia enim nota sibi Carthaginem redire maluit, quam hostibus fidem datam fallere. Cic. in Pis c. 19 *Regulum Carthaginienses resectis palpebris illigatum in machinâ vigilando necarunt.* V. Gell. 6, 4; Val. Max. 1, 1, 14; Horat. 3 od. 5, 13; Augustin. de C. D. 1, 14. De genere supplicii, quo perierit, discrepantes auctorum sententiæ quomodo in concordiam rediqui queant, v. Drakenb. ad Sil. 6, 539 Plane in fabulis refert post Palmerium observat. in opt. auct. Grr. p. 147, 151 sq. Tolandus pecul. tr. in posthumis. ¶ 5 Sunt & alii hujus nominis, & in his ille *M. Regulus*, de quo & pessimis moribus ejus mira tradit Plinius. Vide 1 epist. 5, ubi n. 14 *hipedam nequissimum* vocat. Cætera in indice Plinianô dedit Cellarius.

¶ Rēgula, *æ*, f. norma, eine regul, richtschnur, linial; ut, *Dirigere ad regulam*, Cic. de opt gen orat. extr. *Loqui ad regulam*, accurat, Quintil. 9, 4. *Aberrare a regula*, Cic. Acad. 4, 46. ¶ 2. Dicitur & de circi linea quem κανόνα Græci similiter vocabant, ut Petrus Faber in Agonistico 2, 7 docet. ¶ 3. Est etiam instrumentum chirurgorum ad restituenda in locum ossa apud Cellum 8, 10, schindel.

¶ Regu-

¶ Regulāris, *e*, quod ſecundum regulam eſt, richtig, ordentlich, nach der regel. Gloſſ. Cyrill. *Regularis*, κανονικός. Sic, *Æs regulare*, ductile. Plin. 34, 8. v. Iſidor. 16, 19.

¶ Regulāriter, adverb. idem. Auguſt. de Doctr. Chriſt. 2, 29 *In præterita veſtigia regulariter licet recurrere.* Et Gloſſ. Vet. *Regulariter*, κανονικῶς. Adde Vlp. Dig. 15 t. 3 l. 3 §2; & Dig. 30 t. 1 l. 71 § 1; Macrob. Somn. Sc. 1, 20.

¶ Regulātim, adverb. idem. Diomedes 1 p. 402 non minus ac *regulariter* agnoſcit. Et Veget. de Re Vet. 2, 41 *Regulatim curare.* Verbum eſt

¶ Regŭlo, *are*, richten, einrichten. Cæl. Aurel. Tard. 3, 4, 62 *Regulantur vel diriguntur eorum virtutes non natura loci.*

¶ Regillus, *i*, m aliud diminut. in Vet. Gloſſ. vertitur βασιλίσκος. ¶ 2. *Regilli, orum*, pl. oppidum eſt in Sabinis Suet. Tib. c. 1. ¶ 3. *Regillus lacus* in agro Tuſculano Liv. 2, 16 pr. vid. Sigon. ad 2, 22.

¶ Regilla, *æ*, f. veſtis regia, basilica, ein königlich kleid. Plautus epid. 2, 2, 39 *Quid erat induta, an regillam induculam, an mendiculam.* Feſtus: *Regillis, tunicis albis & reticulis luteis utrisque textis, ſurſum verſum a ſtantibus pridie nuptiarum diem virgines indutæ cubitum ibant.* conf. Nonius 14, 13; & Ferrar. Rei Veſt. P. 1 p. 239.

¶ Regīna, *æ*, f. eine königin. Florus 1, 6, 2 de Servio: *Annitente regina ſubſtitutus in locum regis.* Et Iuno *Regina Deûm*, Virg. Æn. 1, 9. ¶ 2. *Fœmina potens*, de quo num. 4 quære ante in *Rex.* ¶ 3. Eminentiſſima quæque hoc nomine cenſentur. Sic, *Regina pecunia*, Horat. 1 epiſt. 37. De Aquila Martial. 5 epigr. 56 *Dic mihi, quem portas volucrum regina, Tonantem?* De fonte Hyantidos Id. 7 epigr. 49. Et Cic. Off. 3, 6 Iuſtitiam *reginam virtutum* vocat: & Horat. Carm. ſecul. v. 35 *Lunam ſiderum reginam.* Hinc forte eſt, quod nonnulli hanc vocem merum eſſe adjectivum, & quandoque ſubaudiri *fœminam* vel *uxorem* contendant. Chariſius, *Regina*, inquit, *nullo modo recipiendum, niſi reciperemus & Reginum. Itaque Virgilius vocat Hiam reginam, nec ſecus Ariadnam, quod filiæ eſſent regiæ.*

¶ Regālis, *e*, rege dignus, königlich; ut, *Animus regalis*, ein fürſt- oder königlicher muth, Liv. 27, 19, quem a *regio* Steph. Schediaſm. 4, 7 diſtinguit. Et, *Aula regalis*, Sen. Troade v. 771. *Regalis nomine dignum exiſtimari*, Cic. Ar. Reſp. c. 13. *Ornatus regalis*, Idem Fin. 2, 22. Compar. Plaut. Capt. 4, 2, 45 *Regum rex regalior.* ¶ 2. *Regales* regum filii & agnati dicuntur. Amnian. 16, 27 *Hos ſequebantur poteſtate proximi reges numero quinque, regalesque decem.* Et L. 9 Cod. Theod. de Re militari: *Neque regalibus, neque legatis ſua milites jumenta ſuppeditent.* Vetus Grammaticus de differentiis vocum, edit. Putſch. p. 2205 *Inter REGEM*, inquit, *& REGALEM hoc intereſt, quod regis puer REGALIS eſt; REX, qui regit regnum.* Adde Valeſ. ad d. l. Marcellini p. 143, & Henr. Noris Cenotaph. Piſan. Diſſert. 2, 9 extr.

¶ Regāliter, adverb. regie, magnifice. Liv. 42, 51 *Sacrificio regaliter confecto.* Ovid. Met. 2, 397 *Precibusque minus regaliter addit.*

¶ Regius, *a, um*, ad regem vel generis, vel muneris ac dignitatis reſpectu pertinens, königlich. Virg. Æn. 5, 296 *Quos deinde ſecutus Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.* Nepos 17, 8, 3 *Fama cum ad regios eſſet perlata, &c.* i. e. ad eos, qui regis provinciis præerant. Qua de re cum in Ageſilao Plutarchus refert, quos *regios* Nepos, hos ipſe πρώτους τῶν βασιλικῶν ἡγεμόνων καὶ διοικητῶν appellat. *Regium imperium pati*, Sen. Medea v. 189. Et, *Regium eſt, cum bene feceris, audire male*; βασιλικὸν, πράττειν μὲν ἓυ, κακῶς δὲ ἀκοὐειν, Antiſthenis eſt. *Dion repreſſit regios ſpiritus*, Nepos 10, 5, 5, h. e. regis (Dionyſii). *Regium* pro crudeli, tyrannico uſurpavit Or. cont. Rul. 2, 21. v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 2. *Regius morbus*, qui & *arquatus* dicitur, Plin. 22, 24 ex Varrone, die gelbſucht. Vid. *Ictерus.* Dicitur & *Aurugo.*

¶ Rēgia, *æ*, f. ſubſt. regis aula, ein königlicher hof, die reſidentz. Ovid. Triſt. 3, 1, 30 *Hic fuit antiqui regia parva Numæ.* ¶ 2. Sed & urbes ipſæ ac oppida cognomento velut appellantur REGIÆ, quod *Regiæ* ſive aulæ regum ſeu principum ibi aut eſſent, aut fuiſſent. Sic, BACTRA REGIA: COLONIA ÆLIA HADRIANA REGIA: COLONIA ÆLIA HADRIANA AVGVSTA, ZAMA REGIA: ALBA REGIA vel REGALIS, cum apud alios auctores, tum Inſcriptionibus antiquis legitur. Sic, *Cœli regia*, eſt ipſum cælum, Virg. Georg. 1, 503. ¶ 3. *Regia*, Romæ in libera rep. ædificium erat publicum, in quo ſacrarium Martis. Iul. Obſeqv. 96, 104, 107, 110; Plut. in Romulo p. 765 H. Steph. it. 52 ἐν τῇ ῥηγίᾳ δόμῳ καθιδευμένον, ἄξεα προσαγορεύειν. Add. Feſt. in *October*; Plut. quæſt. Rom. 96. In fragm. Dionis vocatur βασιλήιον. v. Perizon. diſſ. de morte Iudæ p. 81 ſq. ¶ 4. *Regia*, oleæ genus. Colum. 8, 5, & 12, 47.

¶ Rēgie, adverb. königlich; ut, *Regie ſtatuere*, Cic. Verr. 3, 48. *Regie polita ædificia*, Varro de R. R. 1, 2. *Regie* apud Cic. crudeliter notat. Catil. 1, 12 *Si in hunc animadverti ſſem, crudeliter & regie factum eſſe dicerent.* Et Gloſſ. Cyrill. *Regie*, βασιλικῶς.

¶ Rēgĭficus, *a, um*, idem quod *Regius*, *Regalis*, königlich. Virg. Æn. 6, 605 *Epulæ regifico luxu.* Val. Flacc. 2, 652 *Menſæque paratu Regifico.*

¶ Rēgifice, adverb. idem. Cic. Tuſc. 3, 19 ex veteri Tragico; *Auro ebore inſtructam regifice*, ſcil. domum. Et Silius 11, 273 *Regifice exſtructis celebrant convivia menſis.*

¶ Regifŭgium, *i*, n. *Sic*, dicente Paulo ad Feſtum, *ſacrum dicebant, quo die rex Tarquinius fugerit e Roma.* Auſon. eclog. de Feriis Rom. v. 13 *Nec regifugium pulſis ex urbe tyrannis.* Incidiſſe regifugium in extremum menſem Februarium, docet Panvin. Comm. ad L. 1 Faſt. Petav. de Doct. temp. 10, 22. Conf. *Fugalia* in *Fugio.*

¶ Regno, *avi, atum, are*, regnum adminiſtrare, regieren, herrſchen. Priſcianus: *Rex, quod* (vocabulum) *a regendo naſcitur, peperit ex ſe aliud verbum, quod eſt* REGNO. Sen. in Medea v. 194 *Si judicas, cognoſce, ſi regnas, jube.* Sic autem conſtruitur: *Regnare oppido* cum dativo, Cic. Verr. 2, 54. *Regnare in otio*, Sen. Herc. fur. v. 526 *Grajas regnare per urbes*, Virg. Æn. 3, 295. *Advenæ in nos regnaverunt*, Tac. An. 11, 24, 7. Phædrus 3, 8 extr. *Regnare nolo, liber ut non ſim mihi.* Regum quorundam ſtultitia proverbium peperit: *Tam fatuus, ut etiam regnare poſſit*, Sen. in Ludo p. 31. Apud Livium *Regnare* regibus, dynaſtis aut impotentibus imperii magiſtratibus dari, *Regere* magiſtratibus non incivilibus in libertate, ac Romanis, ad 24, 29 obſervat Iac. Gronov. & exemplis probat Drakenb. ¶ 2. Translate idem eſt ac multum valere, ſtarck und gewaltig ſeyn. Cic. in Orat. c. 37 *In hoc uno regnat oratio.* Id. fam. 7, 20 *Olim cum regnare exiſtimabamur.* Et 11, 16 *Equitum centurias tenes, in quibus regnas.* Sic Ovid. Met. 8, 828 *Furit ardor edendi, perque avidas fauces & viſcera regnat.* ¶ 3. Aliquando *regnare*, eſt, pro, voto animi vivere, beatum eſſe, vacare curis ac labore. Horat. 1 epiſt. 10, 8 *Quid quæris? vivo & regno, ſimul iſta reliqui.* Sic, *Regem* eſſe, pro felicem, beatum eſſe dicebant, de quo ſupra. ¶ 4. In paſſivo Tac. Hiſt. 1, 16, 7 *Neque hic, ut in cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus.* Id. Germ. 25, 4 *Exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur*, id eſt, quæ ſub regibus ſunt. Impersonal. Virg. Æn. 1, 272 *Hic jam ter centum totus regnabitur annos.*

¶ Regnans, *tis*. Iuſtin. 7, 6, 1 *Vno ex Amyntæ filiis regnante.* Vulg. Interp. Prov. 28, 12 *Regnantibus impiis ruinæ hominum.* Virg. Æn. 1, 269 *Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas.*

¶ Regnātus, *a, um*, regiert, beherrſcht. Plin. 6, 20 *Gens Pandæ regnata fœminis.* Ovid. Pont. 4, 15, 15 *Regnataque terra Philippo.* Horat. 2 od. 6, 11 *Et regnata petam Laconi Rura Phalanto.* Id. 3 od. 27, 29 *Quid Seres & regnata Cyro Bactra parent.* Adde Virg. Æn. 3, 14 &c.

¶ Regnātor, *ōris*, m. ein regent, beherrſcher; ut, *Regnator Aſiæ*, Virg. Æn. 2, 557. Et Auſonius epigr. 3 de Danubio; *Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, ſecundus.* Sic, *Summi regnator olympi*, i. e. Deus, Virg. Æn. 7, 558. conf. Æn. 4, 269. Sic *Regnator agelli*, i. e. poſſeſſor, Martial. 10 epigr. 61.

¶ Regnatrix, *īcis*, f. Adjective *Regnatrix domus*, id eſt, familia Auguſta, Tac. Ann. 1, 4, 4.

¶ Regnum, *i*, n. quod regionibus continetur & a rege poſſidetur, dominatus, ditio, ein königreich, herrſchafft; ut, *Regnum appetere*, Cic. pro Mil. c. 27; *alicui deferre*, Id. Phil. 2, 34; *occupare*, Id. Phil. 5, 6. *Sub regno alicujus eſſe*, Id. Att. 17, 27. Et Ter. Adelph. 2, 1, 21 *Regnumne hic tu poſſides, &c.* biſt du denn könig? Iuſtin. 39, 4, 3 *Periculoſo regno ſecura ac tuta vita anteponenda eſt.* Sic, *Regnum nobilis ſervitus eſt.* Antigoni dictum ad filium violentius agentem erga cives, apud Ælian. Hiſt. Var. 2, 20. Et, Salluſt. Iug. c. 10 *Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici*: vide *Sceptrum.* Sen. Herc. fur. v. 353 *Ars prima regni, poſſe te invidiam pati.* Id. in Thyeſte v. 215 *Vbi non eſt pudor, Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides, Inſtabile regnum eſt.* Id. Theb. v. 598 *In ſervitutem cadere de regno, grave eſt.* ¶ 2. *Regnum* etiam ut puto, dicebatur luſus ille per Saturnalia celebratus, quo talorum jactu ſortitio de rege fieret, ſive quo ſortirentur, qui rex eſſet, & cæteris, quæ vellet, joculariter imperaret. Horat. 1 od. 4, 20 *Nec regna vini ſortiere talis.* Meminit ejus Tacitus An. 13, 15, 2, v. ibi Lipſ. Obtinet & hodie ludicrum tale. ¶ 3. Nimiam omnem immoderatamque poteſtatem invidioſo regni nomine onerabant veteres. Liv. 4, 32 *Ereptum cenſuræ regnum*, i. e. magiſtratus propter annos quinque continuos metuendus. Cic. Att. 2, 12 *Hoc vero regnum eſt, & ferri nullo pacto poteſt.* Etiam licentia in philoſophia ita vocatur. Cic. de N. D. 1, 23 *Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia.* ¶ 4. *Regnum* ut n. 6 *reges* & n. 2 *regnare* de excellentia in aliqua re dicitur. Cic. fam. 9, 18 pr. *Amiſſo forenſi regno*: regnarat nimirum ante hac in foro Ciceronis eloquentia. ¶ 5. De poſſeſſionibus etiam exiguis hominum tenuiſſimorum regni nomine utuntur poëtæ imitati Virg. ecl. 1, 70 *Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.* De ipſo Quint. decl. 13 & aliis v. not. Burm. p. 272.

Compoſita varia a *Rego*:

¶ Arrĭgo, *exi, ectum, ĕre*, in die höhe aufrichten, aufrecken; ut, *Arrigere aures*, Ter. Andr. 5, 4, 31. *Arrexere animos Itali*, Virg. Æn. 12 251. *Eos non paullum oratione ſua Mariæ arrexerat*, Sal. B. Iug. c. 84, i. e. excitaverat.

¶ Arrectus, *a, um*, aufgereckt, erhaben. Virg. Æn. 1, 152 *Arrectis auribus adſtant.* Et, *Arrectæque horrore comæ*, Id. Æn. 4, 280, die haare ſtunden mir zu berge. Compar. Liv. 21, 35 *Pleraque Alpium ab Italia ſicut breviora, ita arrectiora ſunt.* Aliqui tamen codices habent *arctiora.* Solin. c. 14 *Saxa arrectiora, quam usquam proceritas montana attolli queat.* ¶ 2. Excitatus, ermuntert. Salluſt. B. Iug. c. 86 *Poſtquam plebis animos arrectos videt.* Virg. Æn. 5, 138 *Laudum arrecta cupido.* conf. Liv. 8, 36.

¶ Arrectārius, *a, um*, aufgerichtet; ut, Vitruv. 7, 3, & 2, 8 quidquid ad perpendiculum erectum eſt, opponitur transverſario.

¶ Conregio, *onis*, f. ab auguribus olim vocabatur regio intra fines comprehenſa, der zuſammen gehörige platz. *Conrecio* etiam ſcribitur in formula inaugurationis templi apud Varr. de L. L. 6, 2. ¶ 2. *Conregione* veteres dixerunt pro *e regione*, gegen über. Feſt.

¶ Conregno, *āre*, una regnare, zugleich regieren. Tertull. adverſ. Gnoſticos c. 13 *Si ſufferimus, & conregnabimus.* Hieronymus in Daniel. c. 9 p. 518 *B. Cleopatra conregnavit Auguſto annis tredecim.* Sulp. Severus 2, 33 *Helena Auguſta cum filio conregnabat.* Et Sedulius lib. 3 (al. 4) extr. *Cui ſanctus Semper conregnat Spiritus æque.*

¶ Corrĭgo, *exi, ectum, rigĕre*, gerad richten. Plin. 7, 20 *Miloni athletæ malum tenenti nemo digitum corrigebat.* Metaphora eſt cum ironia in emendatorem intempeſtivum in Sen. ludo de morte Claud. p. 23 *Hic nobis curva corriget.* conf. Plin. 5 epiſt. 21. Huc pertinet locus Auguſti ap. Macrob. Sat. 2, 4 in cauſſidicum gibboſum, qui ſubinde *corrigi* ſe ab illo poſtulabat, ſi quid male diceret: *Ego te monere poſſum, corrigere non.* Nam ¶ 2. Per metaphoram *Emendare* ſignificat, ändern, beſſern; ut, *Corrigere mendum*, Cic. Verr. 2, 42. *Corrigere gnatum porro enitere*, den ſohn zurecht zu bringen, Ter. Andr. 3, 4, 17. *Corrigere mores civitatis*, Cic. de Leg. 3, 14. *Corrigere alicujus ſententiam*, Id. Phil. 8, 11. *Facillime corriguntur in diſcendo, quorum vitia imitantur emendandi cauſſa magiſtri*, Id. Off. 1, 41. *De plebe corrigenda diſſerui*, Salluſt. de Rep. ord. 2, 18. v. de hac ſignificatione Cort. ad Iug. c. 3. Burman. ad Ovid. Faſt. 5, 311.

¶ Correctus, *a, um*, verbeſſert. Salluſt. B. Iug. c. 94 *Correcta Ma-*

rii temeritas. Cic. Att. 3, 48 *Laudationem Portiæ tibi miſi correctam.* Compar. Gell. 6, 14 *Is qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque.*

¶ Correctè, adverbium pervulgatum quidem, ſed autoritate deſtitutum, pro quo *pure & emendate*, Cic. de opt. Gen. Orat. c. 2.

¶ Correctio, ōnis, f. die beſſerung, verbeſſerung, beſtraffung; ut, *Correctio diſciplinæ*, Cic. Acad. 1, 12. *Correctio philoſophiæ veteris*, Id. Fin. 4, 9. *Adhibere correctionem*, Id. Off. 3, 2. Et Apul. de Mundo p. 74 *Nulla indigens correctione.* ¶ 2. *Correctio*, ſchema, tollit vel corrigit quod dictum eſt; ut, *Filium unicum adoleſcentulum habeo; Ah quid dixi habere me, imo habui*, Ter. Heaut. 1, 1, 129. Auct. ad Herenn. 4, 26, ubi accurate definit.

¶ Corrector, ōris, m. qui corrigit & emendat, ein beſſerer; ut, *Corrector & emendator civitatis*, Cic. pro Balbo c. 8. conf. Liv. 45, 32; Plin. Paneg. c. 6. *Invidiæ & aſperitatis corrector*, Horat. 2 epiſt. 1, 129. ¶ 2. Item, qui provinciæ aliquam partem regit, & rectori ſive ordinario præſidi adjunctus veluti eſt, apud Eutrop. 9, 9; & Ammian. 27, 4. Sic & *Corrector Flaminiæ & Piceni*, apud Gruter. Inſcript. f. 407 n. 8. *Corrector Italiæ*, ibid. f. 279 n. 4. *Corrector Tuſciæ & Umbriæ*, ibid. f. 487 n. 2; &, *Corrector Lucaniæ & Bruttiorum*, Reinef. Inſcript. p. 399. Barth. ad Rutil. itiner. 1, 28.

¶ Correctūra, æ, f. munus correctoris, die aufbeſſerung. Auſonius Parental. 24 *Nam correcturæ tibi Tarraco Hibera tribunal Præbuit, adfectans eſſe clienta tibi.*

¶ Corrigia, æ, f. lorum, quo verberabantur ſervi, ut corrigerentur, eine lederne peitſche, bärbatſche; ut, *Corrigia canina*, Plin. 30, 4. *Corrigia calceamenti*, ein ſchuhriem, Cic. Nat. D. 2, 40. A *Corio* deducit Iſid. 19, 34.

¶ Corrigibĭlis, e, verbeſſerlich, leicht zu verbeſſern. Cathol.

¶ Incorrigibilis, e, unverbeſſerlich, unänderlich.

¶ Incorrectus, a, um, ungebeſſert; ut, *Opus incorrectum*, hoc eſt, non correctum, Ovid. Triſt. 3, 14, 23.

¶ Recorrĭgo, ĕre, zurecht bringen. Sen. epiſt. 50 *Recorrigere animum, antequam indureſcat prævitas ejus.* Hygin. de Lim. conſt. p. 177 *Recorrigendi moram præſtare.*

¶ Dīrĭgo, exi, ectum, ĕre, gleich richten, gerade machen. Sic, *Curſum ſuum aliquo dirigere*, ſeinen weg wohin richten, Cic. pro Sextio c. 45. *Cogitationes ſuas ad rem aliquam dirigere*, Id. Acad. 4, 20. *Ad hanc opinionem dirigere puerum*, Anton. in Cic. Att. 14, 13. Et, *Honeſte dirigenda eſt utilitas*, hoc eſt, metienda, vel ad honeſtatem dirigenda, Cic. Off. 3, 21. Ac Plin. Paneg. c. 45 *Ad vitam principis dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo. Aciem dirigere*, eſt diſponere, Hirt. B. Afric. c. 13, die ſchlachtordnung machen. Sic, *Caſtella dirigere*, Florus 4, 12, 26 dixit. *Dirigere in pugnam naves*, Liv. 22, 19. *Ante portum*, 37, 31. Et, *Dirigere vulnera* eſt Virg. Æn. 10, 139; & Sil. 2, 92. v. Drakenb. ad h. l. ¶ 2. *Dirigere* abſolute, & *dirigere ſe ad aliquid*, pro ire, venire, procedere, aut penetrare ponitur, gehen, kommen, Quintil. 10, 1. Sic, *in aſpectum dirigere ſe*, venire eſt, Apul. Met. 2 p. 122. Et Vlpianus L. Sacularii 7 Dig. de extraordinariis criminibus: *Qui* DIRECTARII *appellantur; hoc eſt, hi, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo.* Vopiſc. in Probo c. 19 *Occiſi ſunt præterea multi leones, qui dirigere*, (i. e. ex cavis ſuis prodire in medium amphitheatrum) *nolebant, jagittis.* Ita ex veteribus libris reſcribendum eſt vid Salmaſ. ¶ 3. *Dirigere* pro *diſcindere* Plautum poſuiſſe, Feſtus obſervat: illud Curc. 3, 54 reſpiciens, ut ibi probat Scaliger: *Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit*; Al. *diſſicit.* Vetus Auctor Elegiæ in Obitum Mæcenatis v. 109 *Viſcera directi mutaverat Aviti magno Æetes ſuccis omniperita ſuis: Directi*, i. e. diviſi, diſſecti. *Dirigere* enim eſt διχοτομεῖν. Atque ita ibi emendavit Scaliger, quod vulgo *diſſecti* legitur. Sic, *dirigere gallinam*, dixit Nigidius apud Gellium 7, 9, ut Scaliger quidem l. d. in Catalect. p. 270 legit, quod aliis fere omnibus, Aldo, Moſellano, Oiſelio, Gronovio, Prouſtio, eſt *deligitur.* Add. Burm. ad Quint. 2, 5 p. 154. ¶ 4. Apud ſcriptores poſterioris ævi *Dirigere* quoque eſt *mittere.* Sidon. 7 epiſt. 9 pr. *Injungis, ut orationem quam videor ad plebem Biturigis in eccleſia fermocinatus, tibi dirigam.* Aurel. Victoris Epit. in Claudio Gothico: *ad quem indumenta regia direxerat.* Adde Guil. Gœſii Indicem in Rei Agrar. Scriptores.

¶ Dirigens, tis. Cic. pro Mur. c. 2 *M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens*, der ſein leben vernünfftig anſtellet. Id. de Fin. c. 12 *Voluptate omnia dirigentes.*

¶ Dīrectus, a, um, gerade, ſchnurrichtig; ut, *Oratio directa* apud Livium, eine richtige rede, ſo ohne umſchweif iſt. Cæſ. B. C. 1, 45 *Præruptus locus erat ex utraque parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres cohortes eum explerent.* Et 2, 24 *Id autem eſt jugum directum, eminens in mare utraque ex parte præruptum & aſperum*, von dieſer gerad en und gleichen höhe. Virg. Georg. 2, 281 *Directæ acies.* Et Vellej. 2, 47, 1 *Directa acie pugnare*, eine ordentliche ſchlacht halten. Proprie æquata fronte, non incurva aut lunata acie. v. Burm. ad Quint. 5, 13 p. 462. Compar. Gell. 9, 1 *Contigui magis directioresque ictus ſunt.* ¶ 2. Directus eſt etiam rigidus nimis ac ſeverus, Cic. pro Cæl. 16 *Huic triſti ac directo ſeni reſponderet Cœlius* & c. 18 pr. *Vera illa ac directa ratio* h. e. diſciplina ſeverior. ¶ 3. Aliud eſt *directum*; quod vide in *Dies.*

¶ Directe, & Directo, adverbia, gerade zu, richtig; ut, *Directo ad finem ſpectare*, Cic. Part. Orat. c. 13. conf. Id. Divin. 2, 61. *Cum ſemel dictum ſit directe*, Id. Part. Or. c. 7. Et, *Directius gubernare*, Id. Acad. 4, 20. *Directo arma petere*, Liv. 1, 11.

¶ Directim, adverb. idem. Apul. 3 Doctr. Plat. p. 34 *Directim & reflexim inferre concluſionem.* Id. Florid. p. 365 *Lapis directim cæſus.*

¶ Dīrectio, ōnis, f. die leitung, richtung. Vitruv. 7, 1 *Lateres planam habent inter ſe directionem.* Quintil. 3, 6 *Conjectura dicta eſt a conjectu, id eſt, directione quadam rationis ad veritatem.*

¶ Directūra, æ, f. idem Vitruv. 7, 3 *Quo fundatior erit ex arenato directura.* conf. Auct. rei agrar. p. 244.

¶ Dīrectārius, i, m. ein heimlicher dieb. Quos Vlpianus *Directarios* vocet, dictum eſt paullo ante in *Dirigo.* conf. Parei Lex. Crit. p. 363.

¶ Directiangulus, a, um, winckelrecht. Mart. Capell. lib. 6.

¶ Directilineus, a, um, ſchnurrichtig, ſchnurgleich. Mart. Capella lib. 6 p. 229 *Directilineus angulus græce* ἐυθύγραμμος.

¶ Indīrectus, a, um; ut, *Indirecta actio*, Quintil. 5, 13, quæ per ambages incedit.

¶ Erĭgo, exi, ectum, ĕre, elevare, aufrichten. *Extollere caput & ſe erigere*, Cic. pro Planc. c. 13. *Erigere aciem*, Liv. 3, 18. Et, *Animum demiſſum & oppreſſum erigere*, Cic. pro Cluent. c. 21. *Erigere ſe & confirmare*, Id. ad Qu. fratr. 1, 3, ſich ermuntern einen muth faſſen. *Erigere & recreare afflictam & perditam provinciam*, Id. Verr. 3, 91. *Erigere manum* de iis dicitur, qui ſe ad pugnam expediunt, v. Burm. ad Quint. 6, 4 p. 570. *In clivum Capitolinum erigunt aciem*, Liv. 3, 18. Sic *agmen erigere*, idem 2, 31, *Acium*, 10, 26. ubi v. Drakenb. ¶ 2. Etiam de rebellantibus dicitur: einen aufſtand machen. Florus 2, 12, 1 *Dum aliæ aliæque gentes Syriaci belli ſequuntur ruinam, Macedonia ſe rurſus erexit.* Id. 2, 17, 15 *Cæterum Luſitanos Viriatus erexit*: id eſt, concitavit, auctor fuit, ut rebellarent, er hat ſie aufgewiegelt. Et 3, 17, 6 *His motibus ut reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Gracchanis legibus, iisdem ſocios ad plebem ſpe civitatis erexit.*

¶ Erĭgens, tis. Vulg. Interpr. Num. 24, 2 *Erigens oculos Balaam.* Idem Pſ. 112, 7 *Dominus Deus de ſtercore erigens pauperem.*

¶ Erectus, a, um, aufgerichtet, friſch, munter; ut, *Animus magnus, alacer, erectus*, Cic. pro Dejot. c. 13. *Animus ſanus, erectus & deſpiciens fortunam*, Senec. Epiſt. 9. Et, *Erectior ſenatus erat, adhortationibus noſtris excitatus*, freudiger, getroſter, Cic. ad Brut. epiſt. 10. Et Off. 1, 30 *Si quis eſt paullo erectior quamvis voluptate capiatur, occultat & diſſimulat appetitum voluptatis.* Sic, *Erectus crinis*, das zu berge ſtehende haar. v. Drakenb. ad Sil. 2, 668.

¶ Erecte, adverb. idem; cujus comparativus apud Ammianum eſt 15, 10 *Erectius jam loquebatur*, id eſt, liberius.

¶ Erectio, ōnis, f. die aufrichtung. Vitruv. 10, 5 extr. *Sine tignorum erectionibus.* Et Auguſtinus Serm. 1 in vigilia Pentecoſt. *De ſumma erectione, ultima dejectione damnatus eſt.*

¶ Subērĭgo, ĕre, modicum erigere, ein wenig aufrichten. Sil. 15, 155 *Iſthmon curvatâ ſublime ſuberigit unda.*

¶ Suberectus, a, um, etwas aufgerichtet. Apul. Met. 2 p. 123 *Effultus in cubitum, ſuberectusque in torum.*

¶ Superērectus, a, um, aufwärts oder empor gerichtet. Ammian. 20, 3 de luna: *Naſci putatur, cum parva declinatione velut a perpendiculo ſuperērectum gerit ſolem.*

¶ Inrectus, a, um, ungerade, krumm. Nonius 1, 226 *Vlpiani dictum ab inrecto ſeu intorto vulpium curſu.*

¶ Interregnum, i, n. *intervallum regni*, ut Livius definit 1, 17, ſive tempus illud dicitur, quo imperium rege, ſeu magiſtratu, vacat, die zeit, da kein regent iſt. Nec tantum ſub regibus hæc conſuetudo fuit, ſed ſub ipſis etiam conſulibus. Liv. 5, 31 *Conſulibus morbo implicitis placuit, per interregnum renovari auſpicia. Itaque cum ex SC. conſules magiſtratu ſe abdicaſſent, interrex creatur M. Furius Camillus &c.* Cic. ad Qu. fratr. 3, 2 *Res ad interregnum ſpectare videtur.* Et, *Inire interregnum*, Liv. 3, 8 pr.

¶ Interrex, rēgis, m. ein reichsverweſer, ſtatthalter. Cic. Att. 9, 15 *Si Sulla potuit efficere, ab interrege ut dictator diceretur, &c. Interrex* autem proprie eum ſignificat, qui regis defuncti adminiſtratione fungitur: deinde, ut interregnum etiam extra regium imperium extenſum fuit, ſic quoque *Interrex*, ut ex Livio apparuit 5, 31. Verba in *Interregnum* modo produximus. Prodebantur autem Interreges comitiorum cauſſa. De *Interrege* plura Aſcon. Ped. in Cic. Milonianam, tum in Arg. p. 180, tum princ. expoſitionis p. 195.

¶ Irregibĭlis, e, das ſich nicht regieren läſt. Veget. 2 de Re Vet. *Irregibile ſe pavieti impingit.* Cæl. Aurel. Acut. 1, 14, 107 *Corporis fluxa & irregibilis laxitas*, i. e. immoderata, ungemäßigte öffnung.

¶ Irrĕgulāris, e, unrichtig, unordentlich. Guil. Tyrius 13, 26 *Irregularis ventorum concurſus.* Et Saresb. 7, 23 *Irregularem regulam profiteri.*

¶ Necrecte, adverb. i. e. male, inique, unrecht, übel. Cic. de Amic. c. 2 *Necrecte judicas de Catone.* vid. ibi not. Gruteri. Et ſic ſæpe Plautus: e. g. Bacch. 1, 3, 11 *Necrecte quæ tu in nos dicis*, id eſt, quæ maledicis. vid. Parei Lex. Crit. p. 777, & 783.

¶ Pergo, *perrexi, ectum, pergĕre*, quaſi *perrigere*, ut ex præterito & ſupino apparet, auf etwas zugehen, fortgehen, fortfahren; ut, *Horſum pergunt.* Ter. Hec. 3, 4 extr. ſie kommen hieherwerts. *Hac pergito*, Id. Adelph. 4, 2, 38. *Confeſtim ad eum ire perreximus*, Cic. Acad. 1, 1. *Pergere & pervenire aliquo*, Id. Bruto epiſt. 10. *Pergere iter*, Ter. Hec. 1, 2, 119. Et, *Viam aliquot dierum in Macedoniam perrexit*, Cic pro Planco c. 41. ¶ 2. Interdum ſignificat continuare inceptum iter aut negotium. e. g. *Si mihi moleſtus pergis eſſe, jam intro arripiere*: id eſt, niſi deſines mihi eſſe moleſtus, wirſt du nicht ablaſſen, wirſt du fortfahren, Ter. Adelph. 2, 1, 27. *Scribere quæſo perge*, Cic. Attic. 10, 18. Et, *Conficere iter reliquum pergas*, Id. de Hor. 2, 71 extr. *Domum ire pergam*, id eſt, properabo, Ter. Phorm. 1, 4, 17. Paſſ. Macrob. Sat. 7, 16 *Non potuit ad ſimilitudinem pergi rei, quæ nec dum eſt.* Et imperſ. Cæcilius ap. Nonium 11, 27 *ad plebem pergitur, publicitus defendendum eſt.*

¶ Pergens, tis; ut, *Neptunus per mare pergens*, Cic. N. D. 3, 25. *Uno animo pergentes*, Salluſt. fragm. c. 22. Et c. 28 *Ad occidentem pergentes.*

¶ Perrectus, a, um, aufgebracht, munter. Apul. Met. 2 p. 125 *Oculi perrecti & obarmati ad vigilias*, al. *perfricti.*

¶ Pergŭla,

Pergula, vide ſuo loco in P.

¶ Expergo, *ĕre*, aufwecken, ſignificatione *expergefaciendi*. Accius uſus legitur apud Nonium 2, 278: *Heus vigiles*, inquit, *properate, expergite pectora tarda ſopore, exſurgite*. Sanctæ locum vide ibidem. Et Gellius 6, 10 *Iſta re* (Taurus philoſophus) *animos juvenum expergebat*. ¶ 2. Eſt & aliud *Expergo* a *Spargo*, ubi vide.

¶ Expergĭtus, *a, um, ab alio excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum*, inquit Feſtus, erweckt, aufgeweckt. Gloſſ. ἐξυπνισθεὶς. Diomedes lib. 1 p. 372 *Expergitum* ſonare eum, *qui ſatiatus ſomno ſponte evigilat*, probat ex Lucilio, qui eodem uſus eſt. Et Lucret. 3, 943 *Nec quisquam expergitus exſtat, Frigida quem ſemel eſt vitai pauſa ſecuta*. Adde Gronovium ad Liv. 7, 36; & Apul. Met. 2 p. 121.

¶ Expergĭte, adverb. wachſam, munter. Apul. 8 Met. p. 216 *Expergite auſcultare*. Idem Met. 2 p. 125 *Expergite munus obire*.

¶ Expergiſco, *ĕre*, active pro *excitare*, ermuntern, erwecken. Probant ex Plin. 22, 13 *Vrtica lethargicos expergiſcit*. Ita Perottus; meliores libri aliter. ¶ 2. Pro *expergiſci*, erwachen, neutraliter Pompon. ap. Nonium 7, 40 *Tam clare tonuit, ut ſi quis dormitaret, expergiſceret*. Vſitatius eſt

¶ Expergiſcor, *expertectus ſum, expergiſci*, excitari, erwachen, aufwachen. Horat. 1 epiſt. 2, 33 *Vt teipſum ſerves, non expergiſceris?* Cic. Att. 13, 38 *Simul cum ſole expergiſci*. ¶ 2. Eſt *acriorem fieri*, ſich ermuntern. Salluſt. Cat. c. 20 *Quin igitur expergiſcimini*. Id. Cat. c. 52 & Plin. 1 ep. 4 *Expergiſci aliquando*. Id. Sall. de rep. ord. 2, 13 *Expergiſci ad libertatem*. conf. Ter. Adel. 4, 4, 21.

¶ Expergiſcens, *tis*, legi dicitur apud Plinium.

¶ Experrectus, *a, um*, erwacht, wach, munter, wacker; ut, *Noctu experrecta nutrix*, Cic. Divin. 1, 36. *Experrecta nobilitas*, Id. pro S. Roſc. c. 49. Compar. *Experrectiores apes*, Colum. 9, 7. Feſto *Experrectus* eſt, *qui per ſe vigilare cœpit*; Nam aliquid differentiæ oſtendit inter *Expergitum*, *experrectum* & *exporrectum*. conf. Petron. c. 22 & 79; Salluſt. Iug. c. 71.

¶ Inexperrectus, *a, um*, unerweckt. Ovid. Met. 12, 317 *Sopitus vinis & inexperrectus &c.*

¶ Expergĕfăcio, *ĕre*, erwecken, aufwecken. Cic. Verr. 5, 15 *Si forte expergefacere te poſſes*. Auct. ad Her. 4, 34 *Italiam tumultus expergefecit terrore ſubito*. Plaut. Curc. 1, 3, 42 *Flagitium probi umque expergefacis*.

¶ Expergefio, *ĕri*, erwecket werden, erwachen; ut, *Somno expergefieri*, Suet. Cal. c. 38; *e ſomno*, ibid. c. 6.

¶ Expergefactus, *a, um*, ermuntert, aufgeweckt. Iuſtin. 15, 8, 17 *Expergefactum blande reliquit*. Suet. Claud. c. 8 *Expergefactus repente*. Lucret. 5, 1207 *Illa quoque expergefactum caput erigere infit*, i. e. incipit.

¶ Expergefactio, *ōnis*, f. die erweckung. Auguſtinus de Vera Religione c. 51 *A ſomno expergefactio*.

¶ Expergĭfĭco, *āre*, idem ac *expergefacere*. Gell. 17, 12 *Ingenio expergificando idoneum*.

¶ Expergificus, *a, um*, ermunternd. Apulej. in Flor. p. 149 *Galli expergifico carmine occinunt*.

¶ Porrĭgo, *exi, ectum, ĕre*, quaſi *porro regere*, extendere, vor ſich ſtrecken. Sic, *Porrigere in longitudinem*, Liv. 25, 21. Col. 5, 4, 2 *Porriguntur per humum vites*. Id. 12, 16, 1 *Porriguntur in tabulas uvæ ſiccandæ*. Mart. Spect. 15, 7 *Et volucrem longo porrexit vulnere pardum*. ¶ 2. Dare, exhibere, darreichen; ut, *Dextram porrigere*, Cic. pro Dejot. c. 3. *Manum alicui porrigere*, Id. pro Flacc. c. 7, die hand reichen, geben. Et, *Afflicto & jacenti dextram ſidemque porrigere*, Cic. poſt red. in Senat. c. 9. Nepos 10, 7, 2 *Neque quo manus porrigeret, ſuppetebat*, h. e. unde ſumeret, quod opus eſſet. Add. Burm. ad Quint. decl. 13, 6 p. 279. ¶ 3. *Porgo*, pro *porrigo*, per ſyncopen, etiam legitur; e. g. apud Virg. Æn. 8, 274 *Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris*. Ita & Corippus: *Pro munere carmina porgo*. Vide Voſſ. Etym. p. 431.

¶ Porrĭgens, *tis*; ut, *Dextram porrigens* vel *porgens*, Cic. de Nat. D. 2, 44.

¶ Porrectus, *a, um*, id eſt, extenſus, proſtratus, geſtreckt, hingeſtreckt. Virg. Æn. 9, 589 de occiſo Arcentis filio: *Multa porrectum extendit arena*. Tibull. 1, 3, 75 *Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ*. Vſurpat & de locis Cæſar B. G. 2, 19 *Porrecta & aperta loca*. Cic. N. D. 3, 34 *Porrectis manibus*. Horat. 1 epiſt. 7, 41 *Non eſt aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis Porrectus ſpatiis*. Stat. Ach. 2, 75 *Porrectus ſomno*. Iuſtin. 2, 2, 1 *Scythia in orientem porrecta*. Compar. Lactant. Opific. Dei c. 20 *Deus porrectiores longioreſque formavit* (plantas pedum in homine) *ut ſtabile corpus efficerent planicie ſua*. Plautus etiam ad frontem traxit, *porrectiore fronte loqui*, Caſina 2, 4, 3, id eſt, vultu hilariore, quia lætitia frontem porrigit; triſtitia contrahit in rugas.

¶ Porrectum, *i*, n. ſubſt. die fläche. Plin. 4, 9 *Theſſaliæ in porrectum longitudo*. Minut. Felix c. 17 n. 12 *Porrecta corporum*. Adde Apic. 5, 4; & Gaj. ICt. Dig. lib. 8 t. 3 leg. 8. ¶ 2. *Porrecta* alio ſenſu vide ſupra in *Porricio*; ubi retulimus & explicavimus, quid ſit *inter cæſa & porrecta*.

¶ Porrecte, adverb. lang, flach. *Sago Puniceo porrectius panſo*, Ammian. 29, 32 (Valeſ. fol 577).

¶ Porrectio, *ōnis*, f. die ſtreckung; ut, *Digitorum porrectio facilis propter molles commiſſuras*, die ausſtreckung der finger. Cic. de Nat. D. 2, 60. Et Vitruv. 10, 8 extr. *Porrectionibus ad centrum*. Et Aut. ad Herenn. 3, 15 *Celeri porrectione brachii*.

¶ Apporrĭgo, *ĕre*, i. e. juxta porrigere, darſtrecken. Hinc

¶ Apporrectus, *a, um*, dargeſtreckt. Ovid. Met. 2, 563 *Infantemque vident, apporrectumque draconem*.

¶ Exporrĭgo, *ĕre*, & per ſyncopen *Exporgere*, extendere, ausſtrecken. Mela 1, 19 *Hinc orti montes longo ſe jugo exporrigunt*. Sen. Vit. Beat. c. 9 *Quid menſes tibi, & annos, & longam ſeriem, utcumque aviditati tuæ viſum eſt, exporrigis?* Ter. Adelph. 5, 3, 53 *Da te mihi hodie, exporge frontem*, ſey frölich. At, *Contrahere frontem*, contrarium.

¶ Exporrectus, *a, um*, ausgeſtreckt. Feſtus, uti legit Gronovius ad Liv. 7, 36. *Exporrectus*, a PORRIGENDO SE *vectus, quod facimus recentes a ſomno*. Prudent. Hamartig. v. 856 *Illic purpureo latus exporrecta cubili*.

¶ Reporrĭgo, *ĕre*, wiedergeben. Petron. Fragm. Trag. p. 23 vel c. 51 *Phialam fecit reporrigere Cæſarem*. vid. Schefferi not. p. 115.

¶ Subrēgulus, *i*, m. qui ſub rege vel regulo alio eſt. Ammian. 17, 27 (Valeſ. c. 12 extr.) *Agilimundus ſubregulis aliiſque optimates*.

¶ Surrĭgo, *ĕre*, vel *ſubrigere*, von ſich ſtrecken, in die höhe recken, aufrichten, ſpitzen. *Surregit* antique apud Feſtum. Virg. Æn. 4, 183 *Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures*. Sen. de Ira 1, 1 *Horrent ac ſubriguntur capilli*. Adde Plin. 13, 11, 17 & 25; & Drakenb. ad Sil. 12, 253.

¶ Surrectus, vel Subrectus, *a, um*, aufgereckt; ut, *Mucrone ſurrecto*, Liv. 7, 10. *Criſpis ſubrecta*, Sil. 12, 252. *Montes ſubrecti*, qui ex mari exſurgunt, Sen. Q. N. 6, 21. *Surrecta & patula cornua*, Colum. 7, 3. conf. Id. de Arboribus c. 4; Plin. 17, 21; & Apul. de Herb. c. 99.

¶ Surgo, *ſurrexi, ectum, ſurgĕre*, ex *ſurrigo* contractum, (ut ex *Perrigo, pergo*) aufſtehen. Sic, *Surgere e lecto*, Ter. Adelph. 4, 1, 4. Et, *Multo ante lucem ſurrexit*, Cic. de Invent. 2, 4. *De ſella ſurgere*, Id. Verr. 4, 65 extr. *Surgere ad dicendum*, Id. pro S. Roſc. pr. ¶ 2. Metaphorice pro erigi, augeri, creſcere; ut, *Mænia ſurgunt*, Virg. Æn. 1, 437, ſie werden in die höhe aufgeführet. Et, *Ventus ſurgit*, Æn. 3, 130, der wind erhebt ſich. *Mare ſurgit*, Ovid. Met. 15, 58, id eſt, fluctus ciet. Ita, *Rumor ſurrexit*, Tac. Hiſt. 2, 42, 1, ein geſchrey iſt entſtanden. Et, *Pugna aſpera ſurgit*, i. e. oritur, die ſchlacht gehet an, Virg. Æn. 9, 667. *Iugum montis a mari ſurgit*, der berg erhebt ſich, Curt. 3, 4, 6. *Hunccine ſolem tam nigrum ſurrexe mihi?* pro *ſurrexiſſe*, Horat. 1 ſat. 9, 72. conf. Nonius 4, 430. Imperſ. Obſequens c. 130 *Die orto ad opus ſurgitur*.

¶ Surgens, *tis*; ut, *Animi juvenum ad magna ſurgentes*, Petron. c. 2. *Surgentes auſtri*, Virg. Æn. 3, 3, 481. conf. v. 130. Sic, *Bella ſurgentia*, ibid. 4, 43. *Platani ſurgentes*, Catull. 32, 13. *Surgens ſol*, Horat. 1 ſat. 4, 20. *Veſpera ſurgente*, Id. 2 od. 9, 10. conf. Tac. Hiſt. 3, 23, 3.

¶ Surrectio, *ōnis*, f. die auferſtehung. Arator in act. Apoſt. c. 4 *Quid toties Judæa cadis? ſurrectio Chriſti Vt furto celetur, emis*. Sed

¶ Subrectio, *ōnis*, f. die aufrichtung. Arnob. 5 p. 184 *Phallorum illa, faſcinorumque ſubrectio, quos adorat & concelebrat Græcia*. Et, *Subrectio inflexibilis*, Cæl. Aurel. Acut. 3, 2.

¶ Surrectito, *are*, frequent. Cato apud Gellium 10, 13, ſed obſoletum eſt.

Compoſita a *Surgo*:

¶ Adſurgo vel Aſſurgo, *rexi, ctum, gĕre*, aufſtehen. Cic. in Piſ. c. 12 *An quisquam in curiam venienti aſſurrexit?* Liv. ſub fin. lib. 9. *Quum conſenſu nobilium adoleſcentium, qui ibi aſſidebant, aſſurrectum ei non eſſet*. ¶ 2. Improprie, empor kommen. Vellej. 2, 51, 3 *Illis incrementis fecit viam, quibus aſſurgeret in triumphum*. Liv. 22, 4 *Inde colles adſurgunt*, ubi codd. nonnulli *adinſurgunt* habent. Virg. Æn. 4, 86 *Non cœptæ adſurgent turres*. Liv. 4, 19 *Ex quo ſemel fuerat æger, ne adſurrexiſſe quidem ex morbo*.

¶ Aſſurgens, *tis*. Virg. Æn. 1, 539 *Subito aſſurgens fluctu Orion*. Tac. Hiſt. 2, 99, 1 *E gravi corporis morbo aſſurgens*. Id. An. 13, 38, 4 *Colles clementer adſurgentes*.

¶ Circumſurgo, *ĕre*, um und um empor ſtehen. Tac. Ann. 1, 64, 4 *Circumſurgentibus jugis*, id eſt, collibus in circuitu imminentibus. Et Celſus 7, 15 *In media parte circumſurgente quodam nodo*.

¶ Conſurgo, *ĕre*, mit einander aufſtehen. Cic. fam. 4, 4 *Quum ſenatus cunctus conſurgeret, & ad Cæſarem ſupplex accederet*. Catull. 63, 1 *Veſper adeſt juvenes, conſurgite &c.* Cæſ. B. Gall. 5, 30 *Conſurgitur ex concilio: comprehendunt utrumque & orant &c.* Phædrus 5, 8, 28 *In plauſus conſurrectum eſt*. Virg. Æn. 10, 90 *Conſurgere in arma*, ſich empören, rüſten. Etiam de uno *Conſurgere* Livius dixit 8, 7 *Cum prior ad iterandum ictum Manlius conſurrexiſſet*. Idem 45, 7 *Conſurrexit conſul*. ¶ 2. Idem eſt ac *orior*, ich entſtehe. Obſequ. c. 114 *Cum bellum conſurgeret*. conf. Virg. Æn. 8, 637; & 9, 681.

¶ Conſurrectio, *ōnis*, f. die aufſtehung. Cic. de Ar. Reſp. c. 1 *Conſurrectione omnium veſtrum*. Id. Att. 1, 16 *Credo, te audiſſe, quæ conſurrectio judicum facta ſit*.

¶ Deſurgo, *ĕre*, quo, pro exonerandi ventris cauſſa feceſſum petere, Scrib. Largus uſus eſt Comp. 112, 140, 142, zu ſtuhl gehen. *Teneſmus eſt, in quo ſæpius libet deſurgere ſine cauſſa*, v. Turneb. 17, 17. Sic & Plin. 28, 14 *Teneſmus, id eſt, crebra voluntas deſurgendi*. Ita legit Harduinus. Et Horat. ſat. 2, 2, 76 *Pallidus omnis Cœna deſurgit dubia*.

¶ Deſurrectio, *ōnis*, f. der ſtuhlgang. Marcell. Empir. c. 27.

¶ Exſurgo, *ĕre*, aufſtehen, ſich erheben. Virg. Æn. 6, 606 *Accubat &c. Exſurgitque facem attollens*. Plaut. Rud. 4, 2, 10 *Vt de nocte multa impigreque exſurrexi*. Liv. 6, 4 *Et Roma cum frequentia creſcere, cum tota ſimul exſurgere ædificiis*, ſcil. cœpit. Petron. c. 60 *Conſternatus ego exſurrexi & timui, ne &c.* Idem c. 2 *Pulchritudine naturali exſurgit pudica oratio*.

¶ Inſurgo, *ĕre*, wider etwas aufſtehen. Virg. Æn. 11, 6, 7 *Altior inſurgens &c. ſecurim per oſſa congeminat*. Id. Æn. 5, 189 *Inſurgite remis*. Vt enim majore vi incumbere poſſint, aſſurgunt paullum remiges. Ovid. Met. 9, 444 *Alicujus regnis inſurgere* dixit, id eſt, invadere illa, bello petere, ſich empören. Apul. Met. 2 p. 116 *Pone tergum Deæ ſaxum inſurgit*.

¶ Præſurgo, *ĕre*, ante ſurgere, vorhergehen. Avienus in Prognoſt. Arat. v. 272 *Interdum tenuis prævertere nubes Viſa deum* (ſolem). *Hæc celeris ſi præſurrexerit ortum. Ipſeque pone ſequens radiorum luce carere Cernatur*; *nimbis ingentibus arva madebunt*.

¶ Reſurgo, *ĕre*, wieder aufgehen, wieder aufſtehen; ut, *Reſurgentes herbæ*, Ovid. Amor. 2, 16, 9, hoc eſt, recreſcentes. Eleganter ad inſtaurationem urbium transfertur. Curt. 5, 7, 9 de exacta Perſepoli: *Ne longa quidem ætate reſurrexit*. Adde Patercul. 1, 7, 4; &

Propert. 4, 1, 87. Nec minus scite Livius 24, 45 ad reipublicæ statum transtulit: *Postquam res Romana contra spem votaque ejus velut resurgeret.* Sacra notio de mortuorum reditu in vitam, ex scriptoribus ecclesiasticis notissima est, auferstehen von todten.

¶ Resurrectio, *ōnis*, f. die auferstehung, apud eosdem ecclesiæ scriptores tritissimum vocabulum, eadem ratione conformatum, uti *Consurrectio* Ciceronis; v. g. Tertull. de resurrectione Carnis c. 1 *Fiducia Christianorum, resurrectio mortuorum.*

Regredior, regressio &c. vide *Gradus*, Regula, regulus &c. *Rego*, Regusto, *Gesio*, Regyro, *Gyrus.*

Rejectio, rejicio &c. vide *Iacio*, Reitero, *Itero.*

Relatio, relatus &c. vide *Fero*, Relaxatio, relaxo, *Laxus*, Relegatio, *Lego*, Relenteico, *Lentus*, Relicinus, *Licium*, Relictio, *Linquo*, Religatio &c. *Ligo.*

RĔLIGIO, *ōnis*, f. metus sive timor numinis, die gottesfurcht, der gottesdienst. Sunt enim reciprocæ hæ voces, ut Servius notat ad illud Virg. Æn. 2, 715 *Religione patrum multos servata per annos.* Ita *formido* & *horror* aliquando pro *religione* ponitur. v. Drakenb. ad Sil. 1, 82. *Terroris* voce similiter usus Tacitus est Germ. c. 40 extr. Cic. de Invent. 2, 22 *Religio in metu & cæremonia Deorum est.* conf. ibid. c. 53. *Servata religio, jurisjurandi* scilicet, vel obligatio per jusjurandum facta, Nepos 17, 2, 5. Ita *Homo sine ulla religione & fide*, qui nec fas, nec jus, nec divina, nec humana curat, Ia. 12, 8, 2. Et *Religionem minuere*, Id. 17, 4, 8 Unde *Religiosus* vocabulum derivetur, disputat Augst. Retract. 1, 13 Id. de vera Relig. c. 55 T. 1 fol. 517 *Religet nos religio omnipotenti Deo, unde religio dicta creditur.* Sic, *Hoc vinculo pietatis obstricti Deo & religati sumus; unde ipsa religio nomen accepit, non ut Cicero* (de N. D. 2, 28) *interpretatus est, a relegendo*, Lactant. 4, 28, 3. Plur. Val. Max. 1, 1, 8 *Religionibus suus tenor suaque observatio reddenda* ¶ 2. *Religio* interdum est *Superstitio*, aberglaube. Iustin. 18, 6, 11 *Cruenta sacrorum religione & scelere pro remedio usi.* Et 22, 6, 1 *Terrebat eos portenti religio.* Sic vicissim *superstitio* in bonam partem pro *religione:* vide *Superstitio.* Differentiam vero ostendit Cic. N. D. 2, 28. ¶ 3. *Religio* pro conscientiæ scrupulo, das gewissen. Cic Cat. 3, 6 *Vt, quæ religio C. Mario non fuerat, quominus Glauciam occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.* Id. Divin. 1, 35 *Nec eam rem habuit religioni*, er hat sich darüber kein gewissen gemacht. Liv. 9, 30 *Ejus rei religio tenuit senatum*, i. e. senatui religioni fuit. Id. 26 *Traditur dictu miranile, & quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset.* Sic *Religio est dicere*, Ter. Heaut. 2, 1, 16. Cic. fam. 10, 12 *Oblata Cornuto religio est pullariorum admonitu.* v. Taubm. ad Plauti Merc. 5, 2, 40 *Solvere religionem & religione* videntur differre Sigonio, ut illud sit præstare, quod ut faciamus nos admonet religio; hoc autem liberare officio, ad Liv. 7, 2; ubi Gronov. atqui, inquis, optima ratio liberandi est, si exsequamur illud officium. Idem Sigonius ad Liv. 4, 31 legi vult, *cum ibi quoque obstaret religio, ne* non *posset, nisi a Cos. dici dictator*: Gronov. autem inepte illud *non* ab eo requiri ait. Nimirum Sigonius constructionem verborum timendi hic recte cogitavit, illud non vidit, negationem alteram in *nisi* latere. ¶ 4. *Religio* est debitum officii, die pflicht, schuldigkeit. Cic. Verr. 3, 1 *Quis hunc ignoscat, si qua in re ipse ab religione officii declinarit.* ¶ 5. Etiam jusjurandum ipsum vocatur *religio.* v. Schulting. ad Quint. Decl. 1 p. 11.

¶ Religiosus, *a, um*, sacer, religioni dicatus, heilig, ehrerbietig, gottesfürchtig; ut, *Fanum religiosum*, Cic. pro L. Manil. c. 22. ¶ 2. Timidus propter sacra, gewissenhaftig. Cic. pro Cæc. c. 10 *In testimonio religiosum se præbuit.* Liv. 2, 5 *Fructum* (campi Martii) *religiosum erat consumere*, man machte sich ein gewissen darüber, wenn sie es ꝛc. *Religiosi dies* sunt Gellio tristi omine infames, quibus nefas quidquam suscipere 5, 17. v. & Macrob. Saturn. 1, 16. Exemplum habet Liv. 6, 1. Sic idem 2, 5 *Lustrum condi religiosum fuit.* Cic. Orat. 9 *Ad Atticorum aures teretes & religiosas qui se accommodant.* Gradibus quoque adsurgit; ut, *Religiosiores agricolæ*, Colum. sub fin. lib. 11 *Cautior religiosiorque*, Plin. 29, 1 sect. 5. Et, *Religiosissimi mortales*, Sallust. Cat. c. 12. *Sacra religiosissima*, Vellej. 2, 45, 1. *Homo non religiosissimæ fidei*, Sen. Quæst. Nat. 7, 16. Et Petron. c. 21 *Religiosissimis jurare verbis.* Add. Gell. 4, 9, quo quidem loco ex instituto de vi hujus nominis disputat per occasionem prolati a Nigidio Figulo versiculi: *Religentem esse oportet, religiosum nefas.* Præsertim contra *Nigidium* observat, non semper in vitio esse *religiosum.*

¶ Religiosulus, *a, um*, diminutivum. Hieronymi est adverb. Rufin. 3, 3.

¶ Religiose, adverb. heilig, treulich, gewissenhaftig. Cic. act. Verr. 1, 1 *Si vos severe religioseque judicaveritis.* Nepos 25, 15, 1 *Religiose promittere*, id est, magna fide certaque. *Cineres & ossa religiose quiescentia*, Quintil. Decl. 10 p. 147. Compar. Plin. 3 epist. 7 *Natalem cujus religiosius, quam suum celebrare.* It. Paneg. c. 65 *Nomini religiosius, quod juraverit, custodiendum, quam &c.* Id. Superlativo usus est 3 epist. 15 *Poëticen religiosissime veneror.* Et Petron. c. 117 *Domino corpora animasque religiosissime addicimus.*

¶ Religiositas, *ātis*, f. die heiligkeit, gewissenhaftigkeit. Apul. Doctr. Plat 2 p. 16 *Iustitia cum religiositate, id est, ὁσιότητι copulatur.* Et Tertull. Apol. c. 25 *Religiositatis merita.*

¶ Irreligiosus, *a, um*, contrarium religioso, gottlos, ungewissenhaft, unheilig. Liv. 5, 40 *Irreligiosum ratus.* Plin. 9 epist. 35 *Scripta tua sumere, nisi vacuo animo, irreligiosum putem.* Tertull. ad Nation. 1, 17 pr. *Christiani irreligiosi in Cæsares dicuntur*, sie thun ihnen die schuldige ehre nicht an. Arnob. 5 p. 185 *Potest irreligiosius quippiam vel existimari, vel credi?* Et rursus Tertull. ad Nat. 1, 10 *Quanto irreligiosiores deprehendimini.* Id. de Orat. c. 12 *Factum istud irreligiosissimum est.*

¶ Irreligiose, adverb. idem Arnob. 1 p. 13 *Vestra sunt hæc irreligiose opinata, & irreligiosius credita.* Quintil. Decl. 8 p. 108 *Irreligiosius ille anheli pectoris pallor inspicitur.*

¶ Irreligiositas, *ātis*, f. die gottlosigkeit. Tertull. Apol. c. 24 *Committis crimen veræ irreligiositatis.* Et Salvian. 6 de Gub. Dei p. 143 *Quis existimare potest, quid primum in his accusandum sit, irreligiositas, an stultitia, an luxuria, an amentia?*

¶ Irreligio, *ōnis*, f. idem. Apulej. ad Asclep. p. 91 *Hæc & talis senectus veniet mundi, irreligio, inordinatio &c.*

Relino, vide *Linio*, Reliquatio, reliquus &c. *Linquo*, Relŏco, *Locus*, Reluctatio, *Luctor*, Relumino, *Lumen*, Reluo, *Luo.*

Remacresco, vide *Macer*, Remaledico, *Malus.*

Remediare, remedium &c. vide *Medeor.*

RĔMĔLĪGO, *ĭnis*, f. remora piscis, *a remorando* dicta apud Festum, ubi ex Plaut. Casina 4, 3, 7 *Quid illæ tamdiu intus remorantur remeligines.* Ita ibi Lambinus Festum secutus legit & multis verbis disputat, an rectius scribatur *Remoragines*, nisi sit a *re* & antiquo *mello*, i. e. moror. conf. Dacer.

Remensus, remetior, vide *Metior*, Remex, *Remus.*

Remigatio, remigium &c. vide *Remus*, Reminiscor &c. *Meminiscor* sub *Mens*, Remissio, remitto &c. *Mitto.*

Remolior, vide *Moles*, Remollio &c. *Mollis*, Remŏra, remorari, *Mora*, Remotio, *Moveo.*

RĒMVLCVS, *i*, m. (secundum Laurembergium *Remulcum*), funis nauticus, qui est vice remi, ein ziehseil am schiff, cabel. In ablativo Festus. *Remulco*, inquit, *est, cum navis magnæ scaphæ remis trahitur.* Itaque Nonius 1, 282 a *Remis* & *mulcendo* deducit: quasi navis leni tractu ad progressum mulceatur. Sed obstat primæ syllabæ quantitas: quæ in *Remus* producitur: in *Remulco* vero corripitur. Itaque potius est, græcum statuere παρὰ τὸ ῥυμβλκεῖν, quasi ῥύμασι ἕλκειν, i. e. *funibus trahere:* quæ Bayfio opinio est. Quamquam & Scaliger & Dacer. ad Festum non aliter sentit. Cæs. de B. C. 3, 40 *Submersam navim remulco multisque contendens funibus reduxit.* Et Liv. 25, 30 *Marcellus navim onerariam cum armatis remulco trahi jussit.* Et ῥυμβλκεῖν, *remulco trahere.* Translate Ammianus 18, 5 *Non contis, nec remulco, ut ajunt, id est, non flexiloquis ambagibus vel obscuris, sed velificatione plena in rempublicam ferebatur*, mit vollem lauf. Plura de *Remulco* Dionys. Vossius ad Cæs. B. C. 3, 40.

¶ Remulco, *āre*, verbo Sisenna usus est apud Nonium l. c. *In altum remulcare*, pro *Remulco trahere*, forttrecken.

Remunculus, vide *Rēmus*, Remuneror &c. *Munus*, Remuria, *Rēmus*, Remurmuro, *Murmur.*

RĔMVS, *i*, m. Romuli frater, in ipso regni initio ab eo interemtus, v. Liv. 1, 5 sqq. Plin. 8, 17. ¶ 2. Fuit hoc nomine & alius quidam Æmathionis filius. ¶ 3. Item, alius Latinorum tyrannus, de quibus Plutarchus in Romulo p. 18. ¶ 4. De ratione nominis ita Victor, sive qui alius auctor est, de Orig. gentis Romanæ ROMVLVM *scribit a virium magnitudine appellatum: nam Græca lingua* ῥώμην *virtutem dici, certum est: alterum vero* REMVM *dictum a tarditate: quippe talis naturæ homines ab antiquis* REMORES *dicti.*

¶ Rémulus, *i*, m. Sylvius cognomine, rex Latinorum ob impietatem fulmine ictus. Ovid. Fast. 4, 49 *Iam temen Agrippam natum Remulumque nepotem Viderat, in Remulum fulmina missa ferunt.* ¶ 2. *Remus* ὑποκορισικῶς. v. Burm. ad Sulpic. sat. 19.

¶ Remūria, *orum*, n. pl. festa, quibus mortuorum sepulcris apponebantur epulæ, a Romulo sive Remo sic dicta. Ovid. Fast. 15, 479 *Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit.* Confer. Lavaterum de Spectris P. 3 c. 4.

¶ Remūrīnus, *a, um*, adject. ut, *Remurinus ager*, apud Festum, *qui possessus est a Remo, & habitatio Remi Remona.*

RĒMVS, *i*, m. quo naves aguntur, ein ruder. Sic, *Remum ducat, qui didicit:* Δεῖ κωπῆν ἐλαύνειν μαθόντα. *Remis velisque*, & *Ventis remisque*, hoc est, citissime. vid. Virg. Æn. 3, 563, Cic. fam. 12, 25; Interpr. ad Sil. 1, 566. Et, *A remo ad tribunal*, subaudi, *evehi*, scilicet, ex vili conditione ad magnam. *Ventis destitutus remos adhibe*, locutiones sunt proverbiales. v. Chiliad. *Remis incumbere: insurgere remis: impellere remos*, Virgiliana sunt Æn. 3, 207; 4, 594 ac 5, 15 rudern, quod etiam *propellere remis*, scilicet navem, Cicero dixit Tusc. 4, 5. Sed, *Detergere remos*, est transversæ navis hostilis remos cum impetu ex transcursu perfringere, comminuere, demere, vel saltem palmulas violenta prætervectione decutere. Qua forma, *Palmites detergere*, Columella 4, 27 extr. dixit. Cæs. B. C. 58 pr. *Ipsi Massilienses & celeritate navium & scientia gubernatorum confisi nostros eludebant, impetusque eorum excipiebant, & quoad licebat latiore spatio, producta longius acie, circumvenire nostros aut pluribus navibus adoriri singulas ac remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant.* Sic, *Abstergere remos*, idem est: Curtius 9, 9, 16 *Ergo collidi inter se naves, abstergerique invicem remi, & alii aliorum navigia urgere cœperunt.* Sed, *Dare ad remum*, remiges facere, apud Suet. Aug. c. 16 est. *De versibus remorum* v. Salmas. Obs. ad Ius Attic. & Rom. c. 29 p. 687; Scheff. de Milit. nav. 2, 2. ¶ 2. *Remos pennarum*, dixit Sil. 12, 98, ubi Heins. & Drakenb. de reciproca metaphora a navibus ad volatum & contra.

¶ Rēmunculus, *i*, m. dimin. Hanc vocem Gellius 10, 25 pro navigio piscatorio accipit. Apud Nonium 13, 8 ex Sallustio corrupte dicitur *Lenunculus piscantis.* conf. Vrsini not. ad Sallust. Fragm. c. 16.

¶ Remillus, *a, um*, i. e. repandus, ut Festus docet, instar remi, qui in aqua reflexus videtur, & Perotti & Dacerii sententia.

¶ Rēmex, *ĭgis*, m. qui remum ducit, ein ruderknecht, matrose. Cic. de divin. 2, 55 *Remex ille de classe Coponii.* Id. Verr. 3, 54 *Explere numerum nautarum & remigum.* Nepos 10, 9, 2 *Remiges exercere.* Virg. Æn. 5, 116 *Velocem Mnestheus agit acri remige per mare.*

¶ Rēmĭgo, *āre*, remis navigare, rudern. Cic. Tusc. 4, 4 extr. *Vtrum mavis? statimne nos vela facere, an quasi e portu egredientes paullulum remigare?* Liv. 6, 4 *Remigare Romam.*

¶ Remigans, *tis.* Sen. epist. 122 ext. *Contra aquam remigantes.*

¶ Rēmĭgā-

¶ Rēmīgātio, ōnis, f. das rudern. Cic. ad Attic. 13, 21 *Motus remigationis convertentis navem ad puppim.*

¶ Rēmīgium, *i*, n. remigatio, das ruderwerck; ut, *Lembum remigiis subigere*, Virg. Georg. 1, 202. Idem & metaphorice dixit Æn. 1, 300 *Volat ille per aera magnum Remigio alarum.* Add. 6, 19. ¶ 2. Pro remigibus Hor. 1 ep. 6, 63. Liv. 26, 51 *Remigium classici quo milites tranquillo in altum evecti.*

¶ Rēmīpes, *ēdis*, rudericht. Ausonius Mosella v. 201 *Remipedes Lembos* dixit navigia, quibus remi sunt pro pedibus. Id. epist. 3, 13 *Anates remipedes* dixit, quæ in aqua remorum loco pedibus utuntur. Vide ad utrumque locum El. Vinetum. Sic & videtur Falstero in suppl. L. L. legendum in Varr. apud Non. 6, 65 pro *tremipedes.*

¶ Remivăgus, *a, um*, idem; ut, *Remivaga celox.* Varro ap. Non. 331.

Composita cum numeral. & præposit.

¶ Bīrēmis, *is*, f. navis quæ duplici remorum utitur ordine. Cic. Verr. 3, 20; Virg. Æn. 1, 182; Horat. 3 od. 29, 62. De ejus & aliarum navium inventore v. Plin. 7, 56.

¶ Trirēmis, *is*, f. navis tres habens remorum ordines; ut, *Ærata triremis*, Horat. 3 od. 1, 39. conf. Cic. l. c. c. 17. Adject. Cæs. de B. C. 2, 6 & Nepos 2, 2, 8 *Naves triremes.* Id. 7, 4, 3 *Triremem adscendere.* ICti dicunt: *Ad triremes damnari*, auf die galeeren geschmiedet werden.

¶ Quadrirēmis, *is*, f. Cic. l. c. c. 34 *Evolarat jam e conspectu fere fugiens quadriremis.* conf. Cæs. B. C. 3, 24; Liv. 37, 15.

¶ Quinquerēmis, *is*, f. Cic. Verr. 4, 46 *Certos homines in quinqueremi misisse.* conf. Cæs. B. C. 3, 100 & 101. Sed per se adjectivum est, & *navis* subauditur, quemadmodum Livius plene 41, 9 dixit *decem quinqueremes naves.*

¶ Decemrēmis, *is*, f. Plin. 7, 56 *Decemremem Mnesigethon invenisse dicitur.* v. Polyd. Virg. de navigat. 3, 16.

¶ Undecīrēmis, *is*. Plinius 16, 40 *Undeciremem* Demetrii navem memoravit.

¶ Adrēmīgo, *are*, hinzu rudern. Florus 3, 7, 3 *Cretes portibus suis adremigaverunt.* Adde cumd. 1, 18, 4; & 2, 8, 12.

¶ Ērēmīgo, *are*, enavigare, durchschiffen. Plinius 2, 67 *Parvo brevius quam totus, hinc aut illinc septemtrio eremigatus.* Et Silius 14, 192 *Pedibus tacitas eremigat undas.*

¶ Semiremex, *igis*, halb rudericht. Serenus Samm. apud Servium Æn. 5, 116 *Semiremex Herculis.*

¶ Subrēmīgo, *are*, ein wenig rudern; ut, *Tacitus subremigat undis*, id est, subnatat, ut Servius exponit, Virg. Æn. 10, 227. Visus & Auctor Ætnæ hoc verbo v. 168. At eleganti metaphora Calp. Flaccus Decl. 20 *Duce luxuria, & subremigante seu potius velipcante nequitia.* ubi Græcum ὑπηρετᾶν videtur exprimi per *subremigare.*

REN, rēnis, m. piur. *Rēnes*, die nieren an menschen und thieren; ut, *Laborare a renibus*, Cic. Tusc. 2, 25. Veteres *Rien* dicebant. Festus: RIENAS *antiqui vocabant* NEFRVNDINES: *quia Græci eos* νεφρούς, *dicunt. Plautus: Male tibi evenisse video: qui glaber eras tanquam rien.*

¶ Rēnīculus, vel Renuncùlus, *i*, m. dimin. ein nierlein. Marc. Empir. c. 26.

¶ Renulus, *i*, m. idem. Octav. Horat. lib. 4 *Vesica habet super se duos renulos nervosos.*

¶ Rēnālis, *e*, zu den nieren gehörig. Cæl. Aurel. Tard. 5, 3 *Renalis passio*, i. e. nephritis, nieren-schmertz, seiten-stechen. Et ibidem: *Renalibus laborare vitiis.*

¶ Rēnōsus, vel Rienosus, *a, um*, qui ex rienibus laborat, nierensüchtig. Vet. Gloss. *Rienosus*, νεφριτικός.

¶ Subrenālis, *e*, idem *quod Renalis.* Veget. 1, 8 *Subrenalis morbus*, die nieren-krancheit.

Renatus, vide *Nascor*, Renavīgo, *Navis*, Renāvo, *Navus*, Reni-dentia, renideo, *Nidor*, Renixus, *Nitor*, Renōdis, renodo, *Nodus.*

RĒNŌNES, *um*, m. pl. Isidoro 19, 23 sunt velamina humerorum, & pectoris usque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant, rauhe koller, jacken. V. Thys. ad Sallust. p. 467 & 468. Pontan. Progymn. p. 134. vide & infra *Rhenones.*

Renovatio, renŏvo &c. vide *Novus*, Renumero, *Numerus*, Renunculus, *Reniculus* in *Ren*, Renuntio &c. *Nuncius*, Renūto, *Nuo.*

RĔOR, *rātus sum, rēri*, arbitrari est, davor halten, meynen, achten. Ter. Hec. 4, 2, 5 *Te antequam me amare rebar, ei rei jamdudum fidem.* Cic. Off. 2, 9 *Illos, in quibus virtutes esse reamur, a natura ipsa diligere cogimur.* Virg. Æn. 6, 97 *Quod minime reris.* Id. Æn. 9, 253 *Præmia posse rear solvi.* Et Sil. 13, 378 *Tibi si rebare pudenda impia pati.* Horridum hoc verbum videtur Quintiliano 8, 3. Sed vid. Burm. p. 687.

¶ Rātus, *a, um*, davor haltend, und meynend. Nepos 10, 5, 4 *Adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum.* Sallust. Iug. c. 69 *Metellum esse rati &c.* Virg. Æn. 11, 712 *Iuvenis vicisse dolo ratus.* ¶ 2. *Ratus* est certus, constans, firmus, fest, giltig, kräftig, versichert, gewiß. Ter. Hec. 4, 1, 30 *Neu quod ego egissem, esset ratum*, damit es kraftlos wäre, und keinen bestand hätte. conf. Nepos 7, 10, 1. Sic, *Ratum habere aliquid*, bestätigen. Cic. Att. 14, 21 *Ratum facere*, id est, confirmare, Cic. Divin. c. 39. *Preces ratas* Ovid. Fast. 1, 696 eas vocat, quæ exaudiuntur. *Nimis ratum judicium*, est contumax, darauf man beharret: Sen. Excerpt. Controv. 4 præfat. de Asinio Pollione: *Floridior erat aliquando in declamando, quam in agendo. Illud strictum jus & asperum, & nimis ratum in dicendo judicium, adeo cessabat, ut in multis illi venia opus esset.* Cic. Divin. 2, 7 *Esse futurum rato tempore*, h. e. certo. Virg. Æn. 10, 629 *Rata vita.* ¶ 3. *Pro rata*, subaudi *parte*, vel *portione* (ita enim integre effertur hæc phrasis Ciceroni in Somn. Scip. c. 5 & Tusc. 1, 39), quæ pars cuique contingit, so viel einem jeden zukommt, so viel eines jeden antheil. Passim ita ICti. Liv. 45, 40 *Tantum perditis daturum fuisse credunt, & pro rata aliis.* Cæs. B. C. 1, 17 *Militibus agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos jugera, & pro rata parte centurionibus evocatisque.* Nimirum altero tanto majus centurionis stipendium, quam peditis erat, ut ex Polybio constat. Sed quæ proportio in stipendio, eadem & in donationibus servabatur. Quare cum singuli milites quaterna jugera accipiebant, octona accipiebant centuriones. ¶ 4. Superlativus *Ratissimus* apud Festum est. Et Cato apud Paulum, Festi interpolatorem, dixit *sententia ratissima atque gratissima.*

¶ Ratō, adverb. certo, constanter, gewiß, festiglich. Tertull. de Anima c. 35 *Nuda vitam istam rato fieri.* Id. ad Uxor. 2, 9 *Pater rato habet.* conf. Id adv. Marc. 4, 1.

¶ Rătio, *ōnis*, f. primum vim illam nobilissimam animi significat, qua a cæteris animalibus homo discernitur, die vernunft. Cic. Nat. D. 3, 27 *Motus iste celer cogitationis, acumen, solertia, quam rationem vocamus.* Et Acad. Qu. 4, 8 *Ratio quadam lux lumenque vitæ.* Rationis encomium apud Tertull. etiam habes de Pœnitentia c. 1. Cic. Off. 1, 16 *Societatis humanæ vinculum est ratio & oratio. Rationis compos & particeps; ratione utens*, vernünftig; Contra, *rationis expers*, unvernünftig, Cic. de Univ. c. 8, & Off. 2, 3; Et, *Ratione carere*, Sen. Troad. v. 903. ¶ 2. Quia autem sine ratione neque institui deliberatio, nec inveniri consilium potest, & ipsa vis consilii in ratione aliqua, seu causa posita est: ideirco non raro pro consilio ponitur, die meinung, der anschlag, vorschlag, das vorhaben. Ter. Adelph. 3, 4, 11 *Vestram nequeo satis mirari rationem*, i. e. consilium & institutum vestrum. Nepos 1, 3, 7 *Cujus ratio etsi non valuit, tamen magnopere est laudandus &c.* RATIONEM vocat, quod, consulnerat Miltiades, pontem, quem Darius in Istro flumine traducendis copiis fecerat, rescindendum &c. quod & *Consilium* vocarat ante. Id. Nep. 13, 3, 4 *At ille temeraria usus ratione.* Cæs. B. C. 1, 30 *In præsentia Pompeji insequendi rationem omittit.* Tac. Hist. 3, 22, 1 *Confectum algore atque inedia hostem postero die profligare ac proruere ratio fuit.* Vbi male Pichena τὸ *Ratio* suspectum habet & tollendum censet. Ita enim & Tac. An. 3, 21, 4 *Dum ea ratio barbaro fuit.* ¶ 3. *Ratio* pro causa, die ursache; ut, *Nulla est ratio, amittere ejusmodi occasionem*, Cic. pro Cæc. 5. Sic & Ter. Eun. 3, 5, 27 *Num parva caussa aut parva ratio est?* Sic *Rationibus adduci*, Cic. Tusc. 1, 29. *Rationes afferre in aliquam rem*, Id. pro Cæc. c. 24 extr. *Facti sui rationem alicui exponere, probare*, Cic. de Ar. Resp. c. 2 pr. ¶ 4. *Ratio*, id est, modus; ut, *Ratio dicendi*, die art und weise zu reden, Cic. Partit. Or. c. 1. Ita passim usurpatur hæc vox. Sic *omni ratione*, Nepos 10, 5, 1. *Naturali ratione*, Lucret. 6, 760. *Consimili ratione*, ibid. v. 881. *Pari ratione*, ibid. v. 902. Sic, quod quis agit aut agere solet, *ratio alicujus* dicitur: Cic. fam. 3, 8 *Mea ratio in tota amicitia nostra constans & gravis reperietur*, meine aufführung. v. Manut. ad h. l. Et Ter. Adelph. 3, 3, 21 *Vestra ratio est inepta atque absurda.* ¶ 5. Computatio, rechnung. Cic. Tusc. 5, 23 *Mens Archimedis rationibus agitandis exquirendisque alebatur*, h. e. computationibus proportionibusque geometricis. *Villicus rationem cum domino sæpe putet*, Cato R. R. c. 5. *Rationes conficere*, Cic. 2 fam. 13, rechnung schliessen. *Rationem referre*, rechnung thun; *Rationem reddere*, rechenschaft geben. Cic. Verr. 4, 11 *Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur.* Suet. Oth. c. 7 *Posita brevi ratione.* v. Gronov. h. l. qui ex Sen. epist. 87 affert: *Rationem ponitis singulorum, quibus aut pecuniam crediturі estis, aut beneficia.* Et, *Rationem vitæ ab aliquo reposcere*, Cic. Div. in Verr. c. 9 rechenschaft fodern. *Rationes dispungere, expungere*, vide in *Pungo. Rationem expedire*: vide *Expedio.* Sic, *In rationem venire* dicitur, quicquid redit, & in accepti rationem refertur, Suet. Ner. c. 39. *Rationum breviarium*, apud eund. Galba c. 12, ein extract aus den rechnungen. *Breviarias rationes* vocat Scævola ICtus L. ult. D. de peculio legato. Seneca & *Summarium* appellatum docet epist. 5. *Ratio conficitur* dicitur, cum accepta atque expensa congruunt: nam si id secus se habet, & qui reddit rationes, reliquatur, (wenn er rest bleibet), tum labat quasi ac ruit ratio. v. Lipsi. ad 1 An. Tac. p. 6. *Bona ratio accepti atque impensi inter nos convenit*, Plaut. Most. 1, 3, 146. *Procurator a rationibus*, ein rentmeister. v. Gonsal. ad Petron. c. 30 p. 169. *Ratio carceris*, pro libello in quo, quæ singulis diebus gesta sunt, notantur, ap. Cic. 5 Verr. 57. Sic, *In ratione esse* dicitur, quod quis in numerato habet. Cæs. f. Hirt. potius B. Gall. 8, 6 *Cum satis haberet, convenientes manus dissipare, ne, quod initium belli nasceretur, quantumque in ratione esset, exploratum haberet &c.* wie starck er wäre, wie viel er in der rolle hätte. At *Rationem habere*, est numerum inire. umzehlen: Cæs. B. C. 3, 53 pr. *Cum horum omnium* (prælіorum) *ratio haberetur &c.* Et, *Conferre aliquo omnes rationes & copias suas*, id est, universum patrimonium, & quicquid aut in scriptura aut in præsenti copia habes, alle sein haab und aut auf etwas wenden. Cic. pro L. Manil. c. 7. Et Colum. 1, 7 *Bona fide rationibus aliquid inferre*, in die rechnung bringen, quod brevius etiam *imputare* dicunt, vide *Puto.* In *rationibus* autem sunt: *Æra*, die pesten; *Tituli* & *Articuli*, id est, ipsa scriptura, in qua accepta expensaque continentur: Item, *Summæ*, quæ ex æribus colliguntur. De quibus singulis suis locis. ¶ 6. Hinc ad alia eleganter transfertur hæc formula, quæ recte se habent, & approbatione digna sunt: Plin. 10 epist. 20 *Obsequio meo, opto, ut existimes constare rationem, cum omnia dicta factaque mea probare sanctissimis tuis moribus cupiam:* Vbi vide Buchner. itemque Lipsi. ad illud Tac. An. 1, 6, 7 *Ea conditio est imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur.* Cic. Att. 8, 11 p. 795 *Duxi meam rationem, quam tibi facile me probaturum arbitrabar.* ¶ 7. Et quoniam ea, quorum numerum inimus, curæ habere solemus, itaque *rationem alicujus rei habere*, est curare rem, de ea felicitum esse, eam respicere, dafür sorgen, beobachten. Ita solennis formula de candidatis magistratum petentibus: *Rationem habere alicujus*, in betrachtung ziehen, quasi dicas in numero eorum habere, qui impetrare possunt, quod petunt. v. Cic. fam. 6, 6; & Suet. Cæs. c. 18 & 28. Hinc Florus 4, 2, 15 *Si ratio sui proximis comitiis haberetur.* Et Vellej. 2, 30, 3 *Cæsaris rationem habere in consulatu petendo.* conf. Id. 2, 35, 3. Ita dicimus: *habenda est ratio temporis*, man muß die zeit in acht nehmen. Ita, *Habere rationem officii in socios*, Cic. dixit Verr 2, 63. Alibi, *ducere rationem alicujus rei*, ut, *commodi sui.* Apud Ter. Adelph. 5, 4 pr. est *subducta ratio*, die rechnung ist gemacht. Id. Heaut. 4, 2, 7 *Ratio de integro inunda est mihi.* Et Eun. 5, 2, 29 *Contraxisti mihi rationes,*

tiones omnes, du haſt mein ganz concept verrückt. ¶ 8. Cic. Mur. 39, 1 *Petunt rationes Catilinæ, ut orbetur auxilio respublica*, die umſtände. *Ratio ſtatus*, primum ſalutem & neceſſitates reipublicæ, honeſtamque adminiſtrationis civilis συνυποκρισιν denotabat: nunc illa plerisque Statiſtarum idolum illud Principum eſſe conſuevit, cujus vehementiori impulſu quæcunque patrandi, retinendi, intendendi, dominatus ergo, citra aut contra jus & fas, per vim aut dolum geruntur. v. Bœcler. ad Vellej p. 91 ſeqq. ¶ 9. *Ratio* & *Regio* a librariis permutantur. v. Giphan. Ind. Lucret.

¶ Rătiuncŭla, *æ*, f. dimin. ut, *Ratiunculis concludere*, Cic. Tuſc. 2, 12. Et pro ſupputatiuncula non magnæ pecuniæ: Ter. Phorm. 1, 1, 2 *Erat ei de ratiuncula apud me reliquum pauxillulum nummorum*, er hatte noch ein reſtgen bey mir. Plaut. Curc. 3, 1 pr. *Beatus videor: ſubduxi ratiunculam, Quantum æris mihi eſt, quantumque alieni ſiet*: ich hab es überſchlagen.

¶ Rătiōnārius, *i*, m. qui rationibus præeſt, ein rechnungsführer, rentmeiſter. Modeſtin. Dig. 27 t. 1 l. 15 § 5. Adjective *Rationarius apparitor*, Ammian. 18, 5.

¶ Rationārium, *i*, n. commentarius rationum, ein rechenbuch. Suet. Aug. c. 28. v. Lipſ. ad Tac. 1 An. p. 13.

¶ Rătiōnālis, *e*, vernünftig, mit vernunft begabt; ut, *Animal rationale*, ratione præditum, Quintil. 7, 3. *Homo eſt rationale animal*, Sen. epiſt. 41. *Rationalis animus*, Id. ep. 92. *Cauſſa rationalis* quid ſit, docet autor ad Herenn. 2, 12. ¶ 2. Celſus pro græco λογικὸς, *rationalis* ſæpius dixit, was zur logic oder vernunftlehre gehöret. Sic, Sen. ep. 102 *Quædam, ut ſcis, moralibus rationalia immixta ſunt*: id eſt, λογικά. Id. epiſt. 89 *Philoſophia rationalis*. Conf. Quintil. 3, 5 & 6. ¶ 3. *Rationales* ſequens ætas dixit, qui prius *procuratores* dicebantur, & rationes pecuniarum, quæ redibant, tractabant, rentmeiſter. Capito in Gordiano ſen. c. 7 *Quidam rationalis ſibi ultra procurationem omnia vindicans*. Lamprid. Alex. Sev. c. 45 *Vbi aliquos voluiſſet vel rectores provinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare &c.* Adde ibi Caſaub. *Aſſorem ſummarum* Suetonius dixit Domit. c. 11, ubi v. Torrent. Plural. abſolute *Rationalia* ſunt libri rationum, rechenbücher. Vlp. Dig. 27 t. 3 l. 1.

¶ Rationāliter, adverb. idem. Sen. epiſt. 109 *Hominem movere rationaliter non poteſt, niſi homo*. Tertull. de Anima c. 16 *Indignabitur Deus rationaliter &c.* conf. Id. adv. Marc. 1, 23; & 2, 9, & adv. Praxean. c. 3.

¶ Rătiōnālĭtas, *ātis*, f. die vernunft. Idem Tertull. de Anima c. 38 *Habet immortalitatem, rationalitatem &c.*

¶ Rationābĭlis, *e*, idem quod rationalis, aut cum ratione, vernünftig, vernunftmäßig. Sen. de Vit. Beat. c. 14 *Rationabilem ſortiris naturam*. Apul. 2 Doctr. Plat. p. 17 *Quæ ad rationabilem animam pertinent*. Mart. Capell. 9 p. 321 *Logica ſ. rationabilia illa ſunt, quorum conſenſu poſſimus præſtare rationem*. Compar. Dig. 45 t. 3 l. 37 *Rationabilius eſſe videtur*. Et 44 t. 7 l. 34 *Rationabilius eſt, eam admitti ſententiam*.

¶ Rationābĭliter, adv. idem; ut, *Rationabiliter errare*, Hieron. ad Paullam ſuper obitum Blæſillæ epiſt. 25 c. 5. Apul. ad Aſclep. p. 85 *Quantum rationabiliter potuiſſet*. conf. Caſſiod. var. 5 ep. 31.

¶ Rationabĭlĭtas, *ātis*, f. die vernunfts-kraft. Apul. de Doctr. Plat. 1 p. 9 *Rationabilitas, mentis optima portio, capitis arcem tenet*. al. *rationabilis* ſc. animæ pars.

¶ Rătiōcĭnor, *ari*, proprie eſt computare, numeros tractare, rationem ſubducere, ausrechnen. Cic. Tuſc. 1, 2 extr. *In jamno apud illos* (Græcos) *honore geometria fuit, itaque nihil mathematicis illuſtrius. At nos, metiendi ratiocinandique utilitate hujus artis terminavimus modum*. Petron. c. 29 *Hinc quemadmodum ratiocinari didiciſſet, deinde diſpenſator factus eſſet*, wie er rechnen gelernet. Vet. Gl. λογοθετῶ, *Ratiocinor*. ¶ 2. Argumentis colligere, ſchlieſſen. Cic. pro Mil. c. 12 *Cujus illi conatus, ut ipſe ratiocinabatur, nec ſi poſſent, reprimere cuperent*.

¶ Rătiōcĭnātus, *a*, *um*, paſſive, gerechnet, überſchlagen. Vitruv. 10, 15 *Omni proportione eorum ratiocinata ex longitudine &c.*

¶ Rătiōcĭnātio, *ōnis*, f. eſt actus mentis ex prioribus & notioribus propoſitionibus aliam propoſitionem ignotiorem deducentis. A Græcis dicitur *Syllegiſmus*, ein ſchluß. v. Quintil. 7, 8. ¶ 2. *Diligens* eſt *& conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio*, quemadmodum inquit Cic. de Invent. 2, 5, die betrachtung, überlegung. Et auct. ad Herenn. 1, 13 *Leges multæ afferuntur, e quibus ratiocinatio naſcitur, quare potuerit, aut non potuerit &c.* ¶ 3. Item ſupputatio, ſcil. computatio plurium numerorum in unam ſummam, die ausrechnung. conf. Vitruv. 1, 1 pr. ubi & plural. *Ratiocinationes cognoſcere & percipere*.

¶ Rătiōcĭnātor, *ōris*, m. ein rechenmeiſter. Vet. Gloſſ. λογοθέτης, *Ratiocinator, Diſcuſſor, Diſputator*. Colum. 3, 3 *Nec in hoc errat: quippe, ut diligens ratiocinator calculo poſito videt, id genus agricolationis maxime rei familiari conducere*. Nazarius Paneg. Conſtant. c. 12 *Ita ambo boniani ratiocinatores officiorum paria feciſtis &c.* i. e. æſtimatores, eleganti translatione, qua & Cic. uſus Off. 1, 18 *Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus &c.* Id. Att. 1, 12 *Hilarem dico ratiocinatorem*. Et Auguſt. de Civ. Dei 21, 5 *Ratiocinatores magni, qui de omnibus rebus, quas eſſe mirabiles conſtat, poſſint reddere rationem*.

¶ Rătiōcĭnātīvus, *a*, *um*, einen ſchluß zu machen dienlich; ut, *Ratiocinativum genus orationis*, Cic. de Invent. 1, 13. *Ratiocinativa atque collectiva quæſtio*, Quintil. 7, 2. *Ratiocinativus ſtatus*, Id. 7, 8.

¶ Rătiōcĭnium, *i*, n. idem quod *ratiocinatio*, ein ſchluß, eine rechnung. Colum. 5, 1 extr. *Iugeri modus, ſi ſemper quadraret &c. expeditiſſimum eſſet ejus ratiocinium*. Et aliquanto poſt: *Sed ſi triangulus diſparibus fuerit lateribus ager &c. aliter ratiocinium ordinabitur*. Et, *Ratiocinia ſupputare*, Hieron. 2 epiſt. 7. Eſt & Tit. Codicis de *Ratiocinüis*.

¶ Rătĭfĭco, *are*, ratum facere, ſeu, quod actum eſt, confirmare, gültig, gewiß machen, beträftigen. Temere ad puriorem ſtilum afferendum non eſt. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 4, 19. Sic &

¶ Rătĭfĭcātio, *ōnis*, f. confirmatio, die beträftigung. v. Voſſ. l. c. 3, 41.

¶ Ratihabitio, *ōnis*, f. idem. Sæpe occurrit in Digeſtis; e. g. Iulian. 3 t. 5 l. 6 § 6 *Nihil agitur ratihabitione*. conf. ibid. § 9 & 10 &c. Vlpian. D. 50 t. 17 l. 152, & Paul. IC. D. 29 t. 2 l. 48.

¶ Irratio, *onis*, f. die unvernunft. Tertull. adv. Praxean. c. 15 *Aliquid experiri non ſine irratione & amentia*.

¶ Irrātiōnālis, *e*, unvernünftig. Quintil. 7, 3 *Eſt equus animal ſed irrationale*. Adde Sen. epiſt. 92 & 113; Tertull. de Reſurr. c. 52.

¶ Irrationālĭter, adverb. idem. Tertullianus de Fuga c. 4 *Si irrationaliter quis perit*.

¶ Irrătiōnābĭlis, *e*, unvernünftig. Mart. Capella 9 p. 321 *Irrationabilia ſunt, quibus non ſubeſt ratio*. Celſus præfat. *Irrationabile animal*. Quintil. Decl. 325 *Sunt quidam irrationabiles impetus animorum*. Lactant. de Ira Dei c. 7 *Nec omnino quisquam, qui ſapiens videri vellet, rationale animal cum mutis & irrationabilibus coæquaverit*. conf. Borrich. Cogit. p. 150 ſq.

¶ Irrationābĭlĭtas, *ātis*, f. die unerkenntlichkeit. Apul. ad Aſclep. p. 92 *Irrationabilitas bonorum omnium*.

¶ Irrationābĭlĭter, adverb. unverſtändig. Hieron. verſ. Homil. 2 Origenis in Cant. *Non irrationabiliter ad hæc ſponſa reſpondet*. Id. epiſt. 150 ad Hedibiam, quæſt. 10 *Non ſalvat* (Deus) *irrationabiliter, & abſque judicii veritate, ſed cauſſis præcedentibus*. Et Tertull. de Pœnitent. c. 2 pr. *In pœnitentiæ actu irrationabiliter verſantur*.

¶ Irrĭtus, *a*, *um*, non ratus, nullius valoris, unkräftig, ungültig, vergeblich. Ter. Phorm. 5, 7, 58 *Quod modo erat ratum, irritum eſt*, was zuvor gelten ſolte, wird nun aufgehoben. Cic. de Leg. 2, 8 *Quæ augur dixerit, irrita infectaque ſunto*. Sic, *irritæ preces*, vanæ, vergebliche bitte. Plinius Paneg. c. 26 *Plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant*, ſie ſupplicirten vergeblich. *Ova irrita*, wind-eyer. vide *Hypenemium* & *urinum ovum*. Liv. 2, 6 *Spes ad irritum cadit*, aus der hoffnung wird nichts. *Irritus ſpei*, deſſen hoffnung fehl ſchlägt, Curt. 6, 5, 1. *Irritus conſilii*, deſſen vorhaben mislräth, Vellej. 2, 63, 2. *Irritus incepti*, Sil. 12, 57. *Diſcedere irrito incepto*, Liv. 29, 35.

¶ Irrĭto, *are*, media brevi, eſt irritum habere, infringere, ad nihilum redigere, ungültig machen, umſtoſſen, caſſiren. ICti eo ita utuntur; e. g. l. 2 C. de feriis: *Quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur*, id eſt, non valet. ¶ 2. Sed *Irrito*, media longa, vide ſupra in I.

Repagulum, vide *Pango*, Repandus, *Pandus*, Repaſtĭno, *Paſtinum*.

Repecto, vide *Pecten*, Repĕdo, *are*, *Pes*.

RĔPENS, *tis*, ſubitus, repentinus, contrarius *expectato*, plötzlich, unverſehens; ut, *Repens fulminis ictus*, Lucret. 5, 401. *Repens adventus hoſtium*, Cic. Tuſc. 3, 22. Et Liv. 10, 7 *Si quod bellum repens oriatur. Repens clades*, Liv. 22, 8 pr. *Repens religio invaſit*, Id. 29, 10; & *Repens caſus*, 33, 2. v. ad 8, 29. Et Sil. 3, 220 *Repensque Caſtra quatit clamor*. Ita, *Repens tumultus illatus in urbem*, Liv. 1, 14. *Repens perfidia: repens cogitatio*, Tac. Hiſt. 1, 23, 1; & 4, 25, 2. *Repens ſonus*, Sen. in Medea v. 911. Nazar. Paneg. Conſtant. c. 32 *Nihil eſt immoderatius, quam poſt longam triſtitiam repens gaudium*. v. Drakenb. ad Sil. 15, 604; ubi etiam notatur, *recens* & *repens* confundi a librariis. Adde Burmann. ad Val. Flacc. 2, 91.

¶ Repente, adverb. idem quod ſubito aut ſtatim, plötzlich, alſobald, ſchnell; ut, *Modo egens, repente dives*, Cic. Phil. 2, 27. Et Off. 1, 33 *Magis decere cenſent ſapientes, ſenſim diſſuere, quam repente præcidere*.

¶ Repentinus, *a*, *um*, ſubitus, non proviſus, geſchwind, unvermuthet, jählig. Ter. Andr. 5, 4, 34 *Animus commotus eſt, metu, ſpe, gaudio mirando hoc tanto, & tam repentino bono. Mors repentina*, Cic. pro Cluent. c. 62. Id. Tuſc. 3, 19 *Videntur omnia repentina graviora*. Sic, *Repentinum conſilium*, Nep. 4, 4, 5 ex tempore ſalutis cauſſa captum. *Homines repentini*, die jählig zu ehren gelangen. Cic. de Claris Orat. c. 69. Compar. Apul. de Mundo p. 240 ed. Srew. *Nimbus quanto repentinior eſt, tanto vehementior*. Ovid. Faſt. 1, 270 *Sumque repentinas ejaculatus aquas*.

¶ Rēpentīne, adverb. jählig. Lactant. 1, 11 ſect. 55 *Qui repentine advenerint*. vide notas Cellarii.

¶ Repentīno, adverb. idem. Cic. pro Quint. c. 4 *Moritur repentino*. Et Plaut. Pſeud. 1, 1, 37 *Repente exortus ſum, repentino occidi*. conf. Afran. ap. Chariſium 2 p. 193.

¶ Dērepente, adverb. idem, quod *Repente*. Ter. Hec. 4, 1, 3 *Corripuit derepente ſe tacitus ad filiam*. Cic. pro Ligar. c. 5 *Derepente irrumpere*. Liv. 21, 41 *Alios derepente Carthaginienſes per viginti annos terra edidit*. conf. Plaut. Moſt. 1, 2, 57. Men. 5, 2, 12.

¶ Derepentīno, etiam quaſi adverb. Apul. Florid. 3 p. 353 *Quid derepentino ab hoc ſplendidiſſimo conſpectu veſtro diſtulerim &c.* conf. ibid. p. 365. Sed rectius dividimus *de repentino*.

Repenſo, vide *Pendo*, Repentinus, *Repens*, Repercuſſus, repercutio, *Quatio*, Reperio, repertor &c. *Pario*, Repetitio, repeto &c, *Peto*.

Repignĕro, vide ſupra *Pignus*, Repigro, *are*, *Piger*.

Repleo, repletus, vide *Plenus*, Replicatio, replico, *Plico*, Replumbo, *Plumbum*, Replumis, *Pluma*.

RĔPO, *repſi*, *reptum*, *repĕre*, prima longa, vermium eſt, & lacertārum, kriechen, ſchleichen. ¶ 2. Quamquam & Horat. 1 ep. 7, 29 dixit: *Forte per anguſtam tenuis vulpecula* (*nitedula* Bentl.) *rimam Repſerat in cameram frumenti*. Et Nep. 23, 3, 4 *Qua unus homo inermis vix poterat repere*. ¶ 3. De infantibus etiam dicitur, nondum ambulare valentibus. Gloſſ. Cyrilli: *Repo*, ἕρπω, ἀπὸ βρέφους. Hinc, *In purpuris repere*, de magnatum filiis Quintilianus dixit 1, 2. vid. omnino Parcus & Burm. ad 1, 12 p. 122. conf. *Adrepens*. ¶ 4. De terra naſcentibus, quum vel radicibus proſerpunt, vel ramulis expanduntur. Plin.

Plin. 16, 34 extr. de hedera, quæ chamæciſſos inde vocatur, *nunquam niſi humi repens.*

¶ Repens, *tis.* Lucret. 3, 389 *Repentis itus animantis.* Horat. 2 epiſt. 1, 250 *Sermones repentes per humum*, i. e. humiles, niederträchtig. Liv. 22, 21 *Fama repens.*

¶ Repto, *are*, frequent. idem quod *Repere*; ut, *Silvas inter reptare ſalubres*, pro tardius inambulare, Horat. 1 epiſt. 4, 4. Et Lucret. 2, 317 *Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta Lanigeræ reptant pecudes.*

¶ Reptātus, *a, um*, bekrochen, durchkrochen; ut, *Reptatus ager*, Stat. Theb. 5, 581. De pueris uſurpavit Claudian. in illo 4 Conſul. Honor. v. 133 *Cretaque ſe jactat tenero reptata Tonanti.*

¶ Reptatus, *ûs*, m. ſubſt. das kriechen. Plin. 14, 1 de vineis: *improbo reptatu pampinorumque ſuperfluitate.* Et Tertull. de Anima c. 10 *Limaces incedunt ſpumante reptatu.*

¶ Reptatio, *ōnis*, f. idem. Quintil. 1, 12 *Nec illa per manus & genua reptatio graviter affligit infantium corpora.*

¶ Reptabundus, *a, um*, kriechend. Sen. de Vita Beat. c. 18 *Ex intervallo ingenti reptabundus ſequar.* Gloſſ. Vet. *Reptabundus*, ἑρπύσιμος, ἑρπυζοντι ὅμοιος.

¶ Reptilis, *e*, pl. *Reptilia*, animalia repentia, kriechende thiere; ut, *Reptiles cochleæ*, Sidon. 8, epiſt. 12.

¶ Reptitius, *a, um*, qui clanculum aliquo irrepſit. Ita Ciceronem Salluſtius vocat Orat. in Cicer. der heimlich eingeſchlichen. Sic enim Salluſtii verba recte leguntur: *M. Tullius judicia populi Rom. ita moderatur, quaſi unus reliquus ex familia viri clariſſimi Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paullo ante inſitus huic urbi civis.*

Compoſita:

¶ Adrēpo vel Arrepo, *repſi, reptum, ĕre*, hinzu kriechen; ut, *Adrepere ad amicitiam alicujus*, Cic. Verr. 3, 68, ſich einſchleichen. Tac. An. 1, 74 2 *Dum occultis libellis ſævitiæ principis adrepit.*

¶ Adrēpens, *tis.* Plin. 35, 10 *Ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans.*

¶ Corrēpo, *ĕre*, una repere, zugleich oder zuſammen kriechen. Cic. Att. 10, 12 *Occulte corrependum eſt.* Colum. præfat. p. 6 *Intra murum correpſimus.* Et Iuvencus Hiſt. Evang. 2, 192 in Ioannis c. 3, 4 *An rurſum ſenior matris correpet in alvum.* Nonnulli legunt *correptet.* Sed & Lucret. 5, 1218 *Correpunt membra pavore*, i. e. contrahuntur.

¶ Dērēpo, *ĕre*, deorſum repere, herab kriechen, Plin. 8, 36 de urſis: *Ingrediuntur & bipedes, arborum averſi derepunt.* Varr. ap. Non. 15, 12 *Ipſos Deos derepere ad hominum fana.*

¶ Dirēpo, *ĕre*, ut, digredi, diſcedere, wegkriechen. Phædrus 2, 4, 12 de fele: *Direpit ad cubile ſetoſæ ſuis.* Ita Schefferus legit & Danet.

¶ Erēpo, *ĕre*, herauskriechen. Horat. 1 ſat. 5, 79 *Nunquam erepſemus*, pro *erepſiſſemus.* Sen. epiſt. 53 *Per aſpera erepo.* Avienus Periegeta v. 283 de Numidis: *In humoſas erepunt cautes.* Et Stat. 2 Silv. 2, 30 *Inde per obliquas erepit porticus arces:* Id eſt, ſenſim adſurgit. Sil. 13, 332 *Ac parva erepunt rubicunda cornua fronte*, ut vult Nic. Heinſius; vulgo *erumpunt.*

¶ Erepto, *āre*, frequentativum, idem. Seneca epiſt. 101 *Pecunia circa paupertatem plurimam moram habet, dum ex illa ereptat.*

¶ Irrēpo, *ĕre*, einkriechen, einſchleichen; ut, *Lues in Italiam irrepſit*, Plin. 26, 1. *Irrepere in ſenſus*, Cic. in Orat. c. 38. *In hominum mentes*, Id. de Orat. 3, 53. *Crudelitas in optimi cujusque mentem facillime irrepit*, Planc. Cic. fam. 10, 23. *Irrepit ſcabies*, Colum. 7, 5. Vid. *Obrepo* n. 2.

¶ Irreptio, *ōnis*, f. die einſchleichung. Auguſtinus epiſt. 107 *Ut hoc menti noſtræ nulla ſubtrahat oblivionis irreptio.*

¶ Irreptor, *oris*, m. ein ſchleicher; ut, *Irreptor agrorum*, Cod. Theod. L. 2 tit. 26.

¶ Irrepto, *āre*, frequentat. Stat. Theb. 4, 386 *Pampineum nemus irreptare.* Ibid. 11, 731 *Hoſtilesque Mycenas ſqualidus irreptet.*

¶ Introrēpo, *ere*, idem. Apul. Met. 2 p. 125 *Repente introrepens muſtela contra me conſtitit.* conf. 9 p. 225.

¶ Obrēpo, *ĕre*, latenter & fallaciter adire, heimlich überſchleichen, überfallen. Sic, *Obrepit ſomnus:* Horat. de Arte poët. v. 360 *Verum opere in magno fas eſt obrepere ſomnum.* Iuvenal. ſat. 9, 129 *Obrepit non intellecta ſenectus.* Et Auſon. epigr. 13, 3 *Spreviſti, obrepſit non intellecta ſenectus, Nec revocare potes, qui periere, dies.* Plaut. Pſeud. 2, 3, 19 *Hoc evenit in labore atque dolore, ut mors obrepat interim*, der tod kömmt uns über den hals. Sen. epiſt. 45 *Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt.* ¶ 2. *Obrepere alicui*, pro *fallere*, Plautus dixit Trin. 1, 2, 23. Et vero omnia iſta verba, *obrepere, irrepere, ſubrepere, arrepere*, clancularii doloſique molitionibus interviunt: quod exemplis pluribus ad Rutilii Itin. 305 Barthius comprobavit. Gell. 11, 18 *Obrependi celeritas.*

¶ Obrepto, *āre*, frequentativum, idem. Plaut. Perſ. 1, 2, 25 *Ne quis obreptaverit.*

¶ Obreptio, *ōnis*, f. die erſchleichung, practicke. Arnob. 5 p. 162 *Ab furto obreptionis rejectus.* Paulus IC. L. 49 Dig. de bon. libertor. *Liberto per obreptionem adrogato.* Frontin. Strat. 2, 3 exempl. 36 *Aggredi per obreptionem*, i. e. per improvifum ſuperventum.

¶ Obreptīvus, *a, um*, erſchlichen, betrüglich; ut, *Obreptiva ſupplicatio*, Symmach. 5 epiſt. 66.

¶ Obreptive, adverb. durch heimliche practicken. L. 4 extrema Cod. Theodoſ. de Fide Catholica: *Qui contra hanc diſpoſitionem noſtram obreptive aut clanculo ſupplicare tentaverint.*

¶ Obreptitius, *a, um*, id. quod *obreptivus.* Impp. Honor. & Theodoſ. Cod. Juſt. 3, 6, 3 *Sub colore adipiſcendæ poſſeſſionis obreptitia petitio alteri obeſſe non debet.*

¶ Obreptitie, adv. Proſp. Aquit. de promiſſ. & prædict. 3, 38 laudante Barthio ad Rutil. itin. 1, 305 *Eutropius quoque edictum obreptitiè ab Arcadio ſculperet.*

¶ Perrēpo, *ĕre*, durchkriechen, hinzu kriechen. Columell. 6, 5 pr. *Cavendum eſt, ne ad præſepia mus aut gallina perrepat.*

¶ Perrepto, *āre*, frequent. idem. Ter. Adelph. 4, 6, 3 *Perreptavi hodie omne oppidum*, ich habe die gantze ſtatt durch krochen.

¶ Prorēpo, *ĕre*, herfür kriechen; ut, *Prorepere e cavis terræ*, Plin. 8, 39. Et Horat. 1 ſat. 3, 99 *Cum prorepſerunt primis animalia terris.*

¶ Prorepens, *tis*, ſchleichend; ut, *Prorepentes undique pampini*, Colum. 4, 17. Et Avienus Deſcript. Orbis v. 840 *Tunc prorepentis qua ſunt vada turgida Nerei:* id eſt, ubi mare ſinus facit.

¶ Subrēpo, Surrēpo, *ĕre*, idem quod *obrepere*, heimlich einſchleichen; ut, *Surrepit oblivio*, Plin. 8, 22. *Paulatim & Romæ ſubrepſit appellatio*, Id. 21, 2. Quint. 2, 5 p. 365 *Ita ſurripetur animo judicis*, ſo wird man ſich einſchleichen. Sic, *Subrepere ſub tabulas*, Cic. pro Sextio c. 59. Et Sen. epiſt. 1 *Per voluptatem facilius vitia ſurrepunt.* Et Catull. 78, 3 *Subrepſti mi*, pro *ſurrepſiſti mihi.*

¶ Subrepens, *tis.* Catull. 77, 20 *Peſtis perniciesque mihi ſubrepens imos in artus.* Plin. 21, 3 *Odorum vis ſurrepens fallaciter.*

¶ Subreptio, vel Surreptio, *ōnis*, f. die einſchleichung. L. 2 Cod. de Legibus: *Non habere fructum per ſubreptionem eliciti.*

¶ Subreptitius, *a, um*, eingeſchlichen, eingeſchoben. Plaut. prol. Menæch. v. 60 *Adoptat illum puerum ſubreptitium.*

¶ Subreptīvus, *a, um*, idem. L. un. Cod. Theod. de Mancipibus, *Subreptiva defenſione muniri.*

¶ Subreptīto, *āre*, frequent. Cato apud Gellium 10, 13 *In cubiculum ſubreptitare e convivio.*

Repondero, vide *Pondus*, Repoſitorium, *Pono*, Repotia, *Poto.*

Repræſentatio, repræſento, vide *Præſens* in *Sum*, Reprehenſio, &c. *Prehendo*, Repreſſus, *Premo*, Reprobatus, *Probo*, Reprimiſſio, *Mitto.*

Reptabundus, reptatio, reptilis, repto, &c. vide antecedens *Repo.*

Repubeſco, vide *Pubes*, Repudiatio, repudium, &c. *Pudet*, Repueraſco, *Puer*, Repugnantia, &c. *Pugna*, Repulſulo, &c. *Pollus*, Repulſa, &c. *Pello*, Repumicatio, *Pumex.*

Requies, requieſco, &c. vide *Quies*, Requīro, requiſitio, &c. *Quæro.*

RES, *rēi*, f. eine ſache, ein ding, vocabulum eſt generale etiam eorum, quæ corpora dici non poſſunt; ut, *virtus, juſtitia, probitas, vitium*, quamquam Donati definitio nominis inter *corpus* & *rem* diſcernit: falſo id quidem, quod vel uſus ICtorum clariſſime arguit. Latiſſime patet in illo Ovid. Art. am. 1, 113 ad Germanicum: *Tu pulcherrime rerum.* Adde Serv. ad Virg. Æn. 10, 14 *Tum res rapuiſſe licebit.* Idem 2, 490 *Rerum cognoſcere cauſſas.* Cic. Acad. qu. 4, 17 *Similitudines plurimis in rebus apparent.* Et mox c. 18 *Singularum rerum ſingulæ proprietates ſunt.* Ita *Moleſta & odioſa res*, Quintil. 5, 13. *Rem etiam ex alia cogitare*, Ter. Eun. 4, 2, 3. Et, *Ut rem in pauca conferam*, Plaut. Pœn. 5, 4, 54, damit ich es kurtz faſſe. *Res eo deducta eſt*, es iſt dahin gekommen, Cic. Att. 7, 3. Sic, *Rem divinam facere*, Cic. Nat. D. 3, 18, den gottesdienſt abwarten, opffern. Et, *Quid tibi rei mecum eſt?* was haſt du mit mir zu thun? *Si tibi res ſit cum eo*, Ter. Phorm. 1, 3, 17. Ita, *Res geſta*, quicquid accidit, etwas geſchehenes, die that. *Rerum geſtarum gloria*, Nepos 21, 2, 1. *Ut res geſta eſt, ordine narrare*, den gantzen handel erzehlen. Ter. Adelph. 3, 5, 3. conf. ibid. 4, 4, 13. *Ab initio, res quomodo geſta ſit, exponamus*, Cic. pro Roſc. Am. c. 5. *In ipſa turba potaſti, quaſi rem bene geſtam*, als ob es wohl gethan ſey, Ter. Adelph. 5, 1, 11. *Res tua agitur*, Cic. Verr. 3, 48, es iſt dir daran gelegen, das ſpiel gilt dir. conf. Horat. 1 epiſt. 18, 84. Ter. Eun. 2, 2, 27 *Quibus & ſalva re, & perdita profueram &c.* Sic, *Res militaris*, das kriegs-weſen, Nepos 1, 8, 4. Et Cic. pro Mur. c. 9; *nautica*, Id. N. D. 2, 60; *frumentaria*, Cæſ. B. C. 3, 16. Sic, *Res numaria, pecuniaria*, geld-ſachen. *Res moventes*, mobilien, Liv. 5, 25 *Ex ea præda, quæ rerum moventium ſit*, Nepos Them. 2, 8 *Res quæ moveri poſſunt. Rerum ſe moventium* paſſim mentio eſt in Jure Romano. v. Briſſon. de Verb. Signif. *Res lapidea ipſa*, Cic. pro Mil. c. 20. Ter. Heaut. 1, 1, 34 *Crede mihi, aut conſilio, aut re juvero*, mit rath oder that. *His rebus effecit, ut &c.* dadurch hat er ſo viel erhalten, Nepos 17, 3, 3. conf. 7, 11, 6. *Quibus rebus factum eſt*, daraus denn erfolgt, Id. 7, 7, 3 conf. 1, 2, 3. Sed *Rebus ſic ſtantibus*, pro *ita ſe habentibus*, inepte dicitur. Rectius Cic. pro S. Roſc. c. 43 *Ita ſe res habet*, ſo ſtehet es. conf. Ter. Eun. 4, 7, 30. *Re integra*, da noch nichts verhauſt iſt. Cic. fam. 1, 9: & Att. 4, 16 extr. & Verr. 3, 11 & Catil. 3, 3. ¶ 2. *Ex re*: item *Pro re*: *Ex re nata, pro re nata*, elegantes Terentii & aliorum locutiones ſunt, pro *Ex*, ſeu *pro eventu rei & occaſione*, geſtalten ſachen nach ꝛc. Virg. Æn. 4, 337 *Pro re pauca loquar.* Catull. 10, 8 *Ex re reſponſi id quod erat, &c.* *E re*, id eſt, *αὐτοσχεδιαστί*, ſtatim, alſobald, ohn einiges bedencken. Sic legit Scaliger: alii aliter. Gronov. Ter. Andr. 2, 2, 23 *Redeunti interea ex re ipſa mihi incidit ſuſpicio.* Id. Adelph. 3, 1, 8 *Ex re nata melius fieri haud potuit:* id eſt, poſtquam ita accidit, bey der beſchaffenheit. Et proprie hoc de illis dicitur, quæ contra voluntatem noſtram acciderunt, ut Donatus hic monet. Nam *res naſci* dicitur, quæ accidit, quæ ſelbſt dar. Plaut. Cain. 2, 5, 35 *Ita rem natam eſſe intelligo.* conf Bacch. 2, 2, 40. Id. Truc. 5, 5, 70 *Vt rem natam video, hoc accipiendum eſt, quod datur.* Ter. Eun. 1, 2, 17 *Ita res erat: faciendum fuit. Res* ſubaudi nata, vel comparata. ¶ 3. Sed, *In rem eſſe, E re eſſe, In rem eſt meum, tuam, noſtram, &c.* idem eſt, quod ex utilitate, einem zuträglich ſeyn eines beſten ſeyn. Ter. Hec. 1, 2, 27 *Si in rem eſt Barchidis.* Liv. 25, 3 *Non ab re eſſe Quintio viſum eſt*, es ſey nicht unbienlich, es ſchicke ſich gar wohl. Sic, *In rem ſuam aliquid convertere*, zu ſeinem nutz wenden, Cic. pro Roſc. c. 39. Nam & *Res* patrimonium, ſubſtantiam, rem familiarem notat, nahrung, geld, haab und gut. *Paullo omiſſorem eſſe ab re*, Ter. Adelph. 5, 3, 44, quod profuſionis eſt; contra avaritiæ *Avidiorem eſſe ad rem*, Id. Eun. 1, 2, 51. Et, *Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt*, Adelph. 5, 3, 48. Qui &, *rei dare operam*, der nahrung abwarten, dixit Adelph. 1, 2, 15. Sic, *Res anguſta, modica*, geringe mittel. *Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei*, Horat. epiſt.

17, 33. Et *Hominem in tenui re*, pro paupere, dixit 1 epist. 20, 20. Cic. de Senect. pr. *Vir haud magna in re, sed plenus fidei.* Et, *Rem struere*, pro, divitias parare, Plaut. Aul. 3, 6, 8. *Rem facere*, est lucrari: Ter. Adelph. 2, 2, 12 *Nunquam rem facies, ubi nescis inescare homines*, du wirſt nimmer reich werden. Quemadmodum & in illo Horatii 1 epist. 1, 65 *Isne tibi melius suadet, qui, ut rem facias, rem Si possis, recte: si non, quocunque modo rem.* Opes ergo, divitiæ & pecuniam notat. Sic Id. 2 sat. 5, 8 *Et genus & virtus nisi cum re vilior alga est.* Sic, *Rem tutari, rem constabilire*, i. e. facultates, ſeine ſchäflein ins trockne bringen, Ter. Andr. 1, 5, 54; & Adelph. 5, 1, 9. Gell. 17, 19 *Is tum postea grandi pecunia & re bona multâ copiosus.* Tacitus explicatius An. 6, 17, 7 *rem familiarem*, dixit. Nepos 25, 13, 1 *Neque tamen non in primis bene habitavit, omnibusque optimis rebus usus est.* Sed & cibos electiles *bonis rebus* significari, observat Barthius ad Gallum Confessorem p. 89, vide & supra in *Bonus.* ¶ 4. Sed, *Postquam res Asiæ &c.* Virg. 3 Æn. ineunte: & ibidem v. 54 *Res Agamemnonias victriciaque arma sequutus*: i. e. imperium Asiæ, Agamemnonis. Tac. Hist. 1, 29, 6 *Solatium proximi motus habebamus, inventam urbem, & res sine discordia translatas*: RES, id est, imperium, ex domo Cæsarum in Galbam translatum. Nepos 18, 6, 1 *Utram repetitum Macedoniam veniret, & eas res occuparet*: i. e. imperium seu regnum Macedonicum, Id. 25, 9, 6 *Rerum potiri.* Id. 18, 5, 1 *Rerum summa ad Antipatrum defertur*, i. e. summa potestas. De hac & aliis notionibus, quibus præcipue hoc vocabulum venit, Auson. Edyll. 12 in Monosyllabis: *Imperium, litem, Venerem cur una notat* RES? ¶ 5. Sane vocabulum *Rei* & lites sive controversias causasque, quæ disceptantur in foro, significat, rechtshändel. Hinc *agi res* dicuntur, cum exercentur judicia, apud Plaut. Men. 4, 2, 19; & Aul. 3, 4, 13, undè *Rerum actus*, Suet. Claud. c. 23 &c. ac Plin. 9 epist. 25 pro diebus juridicis, ubi jus dicitur, gerichtstage. Contra, *Proferri res*, quando justitium est, wenn man keine gerichtstage hält, quando *feriæ forenses*. Plaut. Capt. 1, 1, 10 *Ubi res prolatæ sunt, cum rus homines eunt, Simul prolatæ res sunt nostris dentibus*: Loquitur parasitus. Lucanus Paneg. Pisonis v. 73 *Si quando judice fessô Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus.* V. Pithœum Adversi. 2 c. ult. & Casaub. ad Theophr. p. 179. *Res capitalis*, est crimen capitale, Cic. de Senect. 12 *Qui in vinculis sunt damnati rei capitalis.* Liv. 25, 4 *Rei capitalis diem Postumio dixerunt.* ¶ 6. Pro *Venere* autem sumitur, cum dicimus: *Rem cum aliqua* vel *aliquo habere*, quod notum. vid. Ter. Eun. 1, 2, 39. Et, *Furtivis rebus operam dare*, i. e. clandestinis amoribus, Plaut. Amph. 1, 3, 12. v. ibi Taubm. *Rebus Venereis deditus*, Nepos 7, 11, 4. ¶ 7. Et Plinio ac Livio *rem* vel *res gerere* idem est interdum, quod rem bellicam administrare, krieg führen, kriegsdienſte thun. Hoc fit quotiescunque de bello sermo est. Sic, *Adversus duos simul rem gerere*, Liv. 21, 60. *In Arabico sinu res gerente C. Cæsare*, Plin. 2, 67. Sic & Nepos 22, 3, 3 *Res magnas gerere.* Id. 7, 5, 7 *Maximis rebus gestis.* Id. 1, 3, 3 *Rem male gerere*, unglücklich ſeyn. Ovid. Art. am. 1, 415 *Rebus minus apta gerendis festa.* Et Horat. 1 epist. 17, 33 *Res gerere, & captos ostendere civibus hostes, Attingit solium Jovis & cœlestibus æquat.* ¶ 8. Significat & statum fortunæ atque conditionem, der zuſtand, die beſchaffenheit: ut, *Res secundæ, adflictæ, exiles, adversæ*, Nepos 7, 6, 2; 9, 2, 1; 18, 5, 1. *Prospere res*, Id. 10, 6, 1. Horat. 1 epist. 10, 30 *Quem res plus nimio delectavere secundæ, Mutatæ quatient.* Hoc intellectu *res* & *spes* conjunguntur v. g. Sall. Cat. 21, 1 *neque res neque spes bona ulla*, & 20, 13 *mala res, spes multo asperior.* ¶ 9. *Rem ipsam loqui*, Ter. Andr. 1, 2, 28, i. e. non logos & nugas, sed id quod verum est, die wahrheit ſagen. Id. Adelph. 4, 7, 15 *Si non ipsa re tibi dolet, simulare certe est hominis: Ipsa re*, hoc est, serio, in der that ſelbſt. *Res* enim non raro *opinioni* opponitur. Nepos 4, 3, 7 *So ipsa res aperuit.* Cic. pro Mur. c. 30 *Non re ductus es, sed opinione.* Sic Brutus, morti proximus, dixit, *Virtutem non in re, sed in verbo positam esse*, ut Florus refert 4, 7, 11. Sic & apud Nep. 19, 3, 3 *Verbo* opponitur *res ipsa.* Et Liv. 34, 5 *In quos gessit magis hæc consul verbotenus, quam ut re infamularet cœtum.* Sic, *rem fabulari*, est quoque verum dicere, Plaut. Trin. 2, 4, 87. Iterum Liv. 10, 8 *Nihil aliud est in re, nisi ut omnia adipiscamur*, da wird nichts anders aus. Id. 4, 4 ext. *Quid est in re aliud?* Et Sen. 2 p. 116 ext. *Imo aliud est in re*, du ſiehſt etwas anders dahinter. ¶ 10. Videtur etiam sic probitatem aliquam notare. Et sane *Homo alicujus rei*, apud Ter. Adelph. 3, 3, 4, est frugi, probus, utilis, & cujusdam quasi pretii, an dem auch etwas gutes iſt. Sic contra Plautus Stich. 5, 4, 38 *Nulli rei erimus posthac*, i. e. plane inutiles. Et Gell. 13, 29 *Nostrorum illud egregie vetus, musicam, quæ sit abscondita, esse nulli rei.* Iterum Ter. Adelph. 3, 4, 55 *Istæc res est*, plane ut nos: das iſt etwas. Est enim formula laudandi & approbandi rem. ¶ 11. *Res* etiam argumenta & rationes dicuntur, quibus adstruitur aliquid ac confirmatur. Cic. Paradox 4 *Dementem & insanum rebus addicam necessariis.* Vetus Poëta in Elegidio de Mævio, qui fratrem ignarus bello civili interfecerat: *Fraternam res nulla potest defendere cædem.* Tertull. de Pallio c. 2 *Sit nunc aliunde res*: id est, ducatur nunc argumentatio. Cœl. Aurel. Tard. 1, 6 *Sed horum deliratio manifestis rebus probatur.* ¶ 12. Elegans Græcismus est, *res voluptatum, res Veneris, res cibi, &c.* pro voluptatibus, amoribus, cibo, apud Plautum, Lucretium, Phædrum. v. Taubm. ad Plauti Amph. 2, 2; & Voss. 4 Inst. Orat. p. 250. ¶ 13. Aliter apud Ovidium accipienda hæc formula Fast. 2, 126 *Heroi res erat ista pedis*: ibi enim *res* πρᾶγμα, sive materiam, vel argumentum, de quo dicendum, significat. Ita Phædrus 5, 1, 12 *Ego plures* (fabulas) *differo, Usus vetusto genere, sed rebus novis.* ¶ 14. Cum relativis neutris constructum vocabulum *rei* sæpius reperias. Cic. fam. 16, 4 *Sumtui ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit.* vid. Cort. ad Sall. Iug. 41, 1, & Gesn. Lex. rust. h. v. ¶ 15. I. F. Gronovius ad Liv. 2, 18 pr. ex octo locis Ciceronis & Livii hanc vocem ejicit, quam a librariis intrusam dicit.

¶ Rēcula, sive Rescula, *æ*, f. diminut. Plaut. in Fragm. Clitell. 9. 29 *Siquidem imperes pro copia, pro recula.* Apul. 4 Met. p. 148 *Pannosæ rejculæ, ultro* lumpen. Pricæus ibi p. 71 *reculæ* legit. Donatus vita Virgilii sub initium de poëtæ patre: *Apibus curandis vecordem auxit*, er hat ſich mit bienen-warten aufgehalten. Apud Salvianum 5 p. 113 seq. Baluz. *Resculas* & *Rescutis* diversis casibus. conf. Ritterhus. in Salvian. p. 546.

¶ Reapse, pro *Re ipsa*, adv. an und vor ſich ſelbſt, in der that. Cic. Fin. 5, 10 *Quod idem reapse primum est.* Id. Divin. 1, 37 *Formæ, quæ reapse nullæ sunt.* Plaut. Truc. 4, 3, 41 *Reapse expertus sum.* conf. Rud. 1, 3, 2. *Reque eapse bene meritus*, legitur apud Festum. *Re tamen apse*, apud Lucret. 2, 658.

¶ Revēra, adv. in der that, in der wahrheit, wahrhafftig, ohne ſcherz. Cic. Attic. 3, 23 *Hoc cum revera sit.* Et pro Cluent. c. 19 *Verbo ille reus erat, re quidem vera & periculo.* Eadem interpositio apud Nepotem 9, 2, 2, & 17, 2, 3. Id. 18, 1, 5 *Apud nos revera sicut sunt, existimantur &c.*

¶ Respublica, *reipublicæ*, &c. f. nomen est, quemadmodum inquit Cicero, totius civitatis, das gemeine weſen. *Conversiones rerum publicarum*, Cic. Divin. 2, 2. *Remp. a me conservatam dolent*, Id. fam. 5, 2, 2. *Contra remp. facere*, Ibid. 8, 8, 17. *Labefactare & evertere rempublicam*, Id. Fin. 1, 13, den ſtaat übern hauffen werffen. Et, *Plato tum denique fore beatas respubl. dixit, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent*, Id. ad Qu. fratr. 1, 1, 10. Legitur verbis his apud Platon. Dial. 5 de Rep. Ἐὰν μὴ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν τοῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλῆς τὸ νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσιν, ἐκ ἐστι κακῶν παῦλα τοῖς πόλεσι. Habuit hanc sententiam frequenter in ore M. Antoninus Philosophus imperator, quemadmodum Capitolinus c. 27 indicat. Prudentius tribus etiam versibus complexus est contra Symmach. 1, 30 *Nimirum pulchre quidam doctissimus, esset Publica res, inquit, tunc fortuna satis si Vel reges saperent, vel regnarent sapientes.* Contra hoc dictum Themistius σοφιστικῶς disputat Orat. Quinquennali p. 23. ¶ 2. Solenne est bonis auctoribus *remp.* dicere pro imperio vel toto vel parte ejus, seu magistratu. Ita Cic. pro S. Rosc. c. 1, & Nep. 9, 1, 1, *Accedere ad rempubl.* Id. Att. 16, 7, & Nep. 2, 2, 1 *Capessere remp.* die regierung oder ein obrigkeitliches amt antreten. Id. Nep. 24, 2, 2 *Tum non potentia, sed jure resp. administrabatur.* Et Cic. Att. 7, 25 *Est ars difficilis, recte remp. gerere.* ¶ 3. Aliquando *Respublica* pro militari imperio ponitur. Sic Plaut. Amph. 1, 1, 42; & 1, 3, 26 *Rempubl. egregie, bene, feliciter gerere*, pro, bellum administrare, sive bello præesse, dixit. conf. Liv. 2, 64; & 8, 31 pr. & hic Gron. ¶ 4. Interdum senatum solum significare videtur, quod etiam *de patriæ* significatione observavimus. v. Liv. 1, 35; & 5, 7 pr. ¶ 5. Ad partem etiam civitatis refertur in illo Catonis apud Gell. 13, 23 *Cum tantam rempublicam agier arbitraver.*

¶ Realis, *e*, adject. & Realiter, adverb. wircklich, wahrhafftig, Philosophis relinquamus.

¶ Quamobrem, interrogativum est & ratiocinativum, warum? darum, quod & divulse scribi potest, *Quam ob rem*, ut, *Quas obres.* Sic, *Invenerit aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido*, Ter. Andr. 2, 3, 8. Idem & de persona usus est Adelph. 3, 3, 80 *Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram, rus abiit*: i. e. ob quem, vel cujus causa huc veneram. De Ctesiphonte enim intelligit.

¶ Quārē, idem. Cic. de Orat. 1, 16 *Namque illud quare, Scævola, negasti?* Et, *Miror, quid causæ fuerit, quare consilium mutaris*, Pompejus altera ad Cic. sub Att. 8, 12. Et *Quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis, &c.* Cic. fam. 13, 71. *Nec qui, nec quare in cœlum abiit*, wie oder warum? Elegans formula apud Petron. c. 37, id est, nihil est, nullum argumentum vel causa est, ut Barthius explicat Adversi. 42, 24. ¶ 2. *Quare*, id est, qua de re, vel quam ob rem. Licet autem revera singularis numeri sit: tamen plurali sæpe subjungitur. Nepos 24, 2, 3 *Multas res novas in cultum addidit, quare luxuria reprimeretur.* Cic. pro Rosc. Am. c. 33 *Permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur.*

Resalūto, vide *Salus*, Resanatus, *Sanus.*

Rescisco, vide *Scio*, Rescriptio, *Scribo*, Rescula, *Res.*

Resecro, vide *Sacer*, Resieda, resedo, āre, *Sedo*, Resemino, *Semen*, Resēro, āre, &c. *Sera*, Reses, resideo, &c. *Sedeo.*

Resido, vide *Sido*, Resigno, *Signum*, Resilio, *Salio*, Resimus, *Simus.*

RĒSĪNA, *æ*, ῥητίνη, humor pinguis & lentus, ex arboribus stillans, harz. Vitruv. 2, 9 *Quemadmodum ex cupressu & pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur.* Colum. 12, 20 *Resina terebinthina*, terpentin. Martial. 3 ep. 74 *Quid faciant ungues? nam certe non potes illos Resinâ, Veneto nec resecare luto.* Male quidam etiam corripi putant priores duas: hoc enim plane contra naturam originis est, & antiquitatis auctoritatem. Nam qui ad illud Martialis 3 ep. 66 confugiunt *Veterno resinaque pigriores*, longe frustra sunt. Iam olim enim viri docti evicerunt, Phaleucii metri causa legendum: *Vejentone asinaque pigriores.* v. Turneb. Adv. 35, 19.

¶ Rēsīnula, *æ*, f. diminut. Arnob. 7 p. 233 *Numina non indigne sustinent, Panchaicas sibi ardere resinulas*, i. e. thuris Sabæi grana.

¶ Rēsīnāceus, *a, um*, adject. zach oder klebericht wie harz. Plin. 24, 11 *Semen resinaceum.*

¶ Rēsīnālis, *e*, aliud adject. harzicht. Cœl. Aurel. Tard. 2, 13 *Resinale quid in se continere.*

¶ Rēsīnātus, *a, um*, aliud adject. ut, *Vinum resinatum*, cui resina admista est, wein, ſo auf gerichtem gefäß lieget, Plin. 23, 1. Et Martialis 3 epigr. 77 *Resinata bibis vina, Falerna fugis.* Iuvenal. 8, 114 *Despicias merito, quid resinata juventus?* Ita hic versus in omnibus vett. codicibus & melioribus editionibus legitur: non, ut vulgo est & a Farnabio: *quid enim resinata juventus*, quod contra profodiam est. Ita autem juvencus dicitur, quæ glabra sibi crura resinæ ope reddit.

¶ Resinārius, *i*, m. der harz ſammlet, mit harz umgehet.

¶ Rēsīnōsus, *a, um*, harzicht, voll harz. Colum. 12, 20 *Medicamina resinosa.* conf. Plin. 12, 23, & 13, 6, & 24, 11. Superlativo idem 14, 7 *Pinguissima & resinosissima bacca.*

¶ Resi-

¶ Rēsĭnĭfer, *a, um,* idem; ut, *Arbores resiniferæ,* quæ ferunt, ſtillant, fundunt reſinam, Matthiol.

Reſpĭrātio, &c. vide *Sapio,* Reſonabilis, reſŏno, &c. *Sonus.*

Reſpecto, &c. vide *Species,* Reſpergo, &c. *Spargo,* Reſpicio, *Species,* Reſpiratio, &c. *Spiro,* Reſponſio, &c. *Spondeo,* Respublica, *Res.*

Reſtagno, &c. vide *Stagnum,* Reſtiarius, &c. *Reſtis,* Reſtibilis, *Statuo,* Reſtillo, *Stilla,* Reſtinctio, *Stinguo.*

RESTIS, *is,* f. (accuſat. *reſtim* habet & *reſtem,*) funis, eine geflochtene weide, ein ſeil von baſt, ein ſtrick. Plaut. Perſ. 5, 2, 34 *Reſtim tibi cape craſſam ac ſuſpende te.* Hinc, *Res ad reſtim rediit,* i. e. ad ſuſpendium & extremam deſperationem, Ter. Phorm. 4, 4, 5. Id. Adelph. 4, 7, 34 *Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis,* ad ſaltationis genus reſpicit, quod κόρδακα Græci vocant. v. Chiliad. & infra in *Serta, ſertam ducere.* Ita & *Reſtis alliorum,* eine knoblauchs-reihe.

¶ Reſtĭcula, *æ,* f. diminut. eine ſchnur. Varro R. R. 1, 41 *reſticulas* format quarto caſu. Et Ammian. 14, 23 (Valeſ. 7) *Hirſutis reſticulis cruribus ejus innexis.* Vnde quidam caſu recto *Reſticulus* ample-ctuntur, præcipue cum & apud Vlp. ff. 9 t. 3 l. 5 § 12 reperiant: *Amphora ex reſticulo ſuſpenſa.* Sed ab aliis ibi legitur *Reticulo.*

¶ Reſtiārius, *i,* Reſtĭcŭlāris, *is,* & Reſtio, *ōnis,* m. ein ſeiler. Vet. Gloſſ. σχοινοπλόκος, *reſticularis, reſtio.* Sed aliter Fronto: *Reſtiarius,* inquit, *qui facit; reſtio, qui vendit.* Suetonius auctor eſt, Auguſto proavum libertinum *reſtionem* exprobratum fuiſſe, c. 2. Verum Caſaubonus exiſtimat, ea ratione *reſtionem* audiviſſe proavum Octavii, qua pater Ciceronis dictus *fullo,* Demoſthenis μαχαιροποιός, gladiorum ſive cultrorum artifex, quod familias (ſervorum) haberent eorum artificiorum peritas, ex eaque re ipſi, ut moris erat, quæſtum facerent. Videntur autem *reſtiones* olim inter viliſſimos artifices habiti: ſicut apud Græcos οἱ ἰμονιοστρόφοι. Vnde proverbium apud Ariſtophanem in Ranis, ἰμονιοστροφῶ μέλη, *reſtionis cantilenæ,* h. e. hominis vilis.

¶ Reſtĭfer, *ĕri,* m. der einen ſtrick mit ſich führet. *Reſtiferi,* σειροφόροι genus Parthorum, pugnantium ex equis, qui cominus aggreſſi hoſtes, laqueis injectis, & equis vi retractis, illos impetu equorum vel viventes vel mortuos abſtrahunt. Suid.

Reſtituo, &c. vide *Statuo,* Reſtrictio, reſtrigo, *Stringo,* Reſulto, *Salio,* Reſupīno, *Supinus,* Reſurgo, reſurrectio, *Surgo in Rego,* Reſuſcito, *Suſcito in Cico.*

RĒTÆ, *arum,* f. plur. ſunt virgulta, ex rivis aut alveis fluminum eminentia, a *retibus,* ſic dicta, quod navibus impedimento ſint, easque prætereuntes retineant & quaſi irretiant, das geſträuche in den flüſſen und auffern, Gellius 11, 17. Hinc

¶ Rētandus, *a, um,* adject. ut, *Retanda flumina,* in veteri edicto, idem Gell. l. l. explicat.

¶ Retārius, *i,* m. qui a retis purgat fluvios. Inſcript. Vet. *Negotiator & retiarius Britannicianus.*

Retalio, are, vide *Talio,* Retardatio, retardo, *Tardus.*

RĒTE, *is,* n. (& *Retis* apud Plaut. Rud. 4, 3, 45. Vnde & accuſ. *Retem* ter apud Varronem R. R. 2, 5, qui feminino genere dixit *retis cannabina.* Grammatici v. g. Chariſius maſculinum volunt,) quo feræ & piſces capiuntur, ein netz, zug-garn, ſtrick, dictum vel a *rapiendo,* vel a *varitate,* ſecundum Varronem de L. L. 4, 29. Invenitur & neutrum *Retium.* Vet. Gloſſ. δίκτυον, *Retium:* δίκτυον κυνηγετικὸν, *Plagulæ, Retium, Retia,* fiſcher- und jäger-netze. Virg. Æn. 4, 131 *Retia rara plagæ, lato venabula ferro, &c.* Et, *Cervis retia ponere,* Id. Georg. 1, 307. *Non rete accipitri tenditur, neque milvio,* Ter. Phorm. 2, 2, 16. *Dormientis rete trahere,* eorum eſt, quibus citra conatum obtingunt, quæ cupiunt, denen Gott etwas im ſchlaf beſcheret. v. Chiliad. Proverbiale & illud Ovidii eſt de remed. amor. 2, 119 *Quæ nimis apparent retia, vitat avis.* Significat enim, inſidias tectas & occultas eſſe debere. *Alho veli aliena bona oppugnare,* vide in *Albus* n. 3.

¶ Rētĭcŭlum, *i,* n. tegmen capitis muliebre, ut Nonius 14, 32 interpretatur, eine haube. Iuvenal. ſat. 2, 96 *Reticulumque comis auratum ingentibus implet.* Cic. Verr. 5, 2 *Reticulum ad nares ſibi appenebat tenuiſſimo lino, plenum roſa.* ¶ 2. Inſtrumentum luſorium, quo pilam accipimus & remittimus. Ovid. Art. am. 3, 361 *Reticuloque pilæ leves fundantur aperto.* ¶ 3. Horatio 1 ſat. 47 *Reticulum,* iaculus eſt viatorum, quo panem ſeu commeatum portant, ein tornierſack, bratſack. Vet. Gloſſ. *Reticulum,* γύργαθος. ¶ 4. *Reticula* etiam appellantur *cancelli,* ſive ſepimenta cancellata, quibus loca quædam ſeparantur & excluduntur a communi acceſſu: habent enim inſtar retis foramina ſive tubas, ut veteres appellabant, ein gitter, gemitter. Hujusmodi reticulis munita & ſeparata ſacraria erant. Feſtus in Schedis, in voce SECESPITA: *Sacraria,* inquit, *in templis* RETICVLO *æneo olim ſepiebantur, in quo* tubæ *relictæ ſunt, per quas manibus ſacra tangere licet.* Ita enim in Feſto ſcribendum eſt, non REDIGVLO: Licet id interpretari conetur Meurſius Mantiſſa ad lib. de luxu Rom. c. 20 *Reticulum* enim id ſepimenti genus a forma dicebatur, qua retis ſpeciem referebat. Per *tubas* autem foramina cancellorum ſignificantur.

¶ Rētĭcŭlus, *i,* m. eodem ſignificatu, Varro R. R. 3, 5 *inter columnas exteriores pro pariete reticuli e nervis ſunt.* Sic & Plin. 12, 14 *Denſus reticulus.* Vet. Gloſſ. *Reticulus,* γύργαθος, ἡ κρυόφαντος. Et ita Feneſtella apud Nonium 3, 188.

¶ Rētĭcŭlātus, *a, um,* in modum retis factus, gegittert. Sic a reticulis ſive cancellis *feneſtras reticulatas* Varro dixit de R. R. 3, 7, & *Reticulatum opus,* Vitruvius 2, 8, ac Plinius 36, 22. Græci δικτυωτὰ & δικτυωτὰ vocarunt.

¶ Rētĭŏlum, *i,* n. aliud. diminut. Apul. Met. 8 p. 202 *Calcata retiola.* Gloſſ. Cyrill. *Retiolum,* κεφαλοδέσμιον. Reſpondet ergo primæ ſic notioni, quam dedimus *Reticulo.* Auguſt. epiſt. 109 *Nec ſint vobis* (ſacris virginibus) *tam tenera capitum tegmina, ut retiola ſubter appareant.* ¶ 2. Eſt etiam *Retium* minutum rete, apud Hieron. lib. 2 Didymi. v. Barth. Adverſ. 58, 6.

¶ Rētiārius, *i,* m. qui texit rete, tum qui portat. Vet. Gloſſ. δικτυοπλόκος, *Retiarius:* & δικτυοφόρος, *Retiarius.* ¶ 2. Erant & gladiatorum genus *Retiarii,* qui adverſus mirmillones pugnabant, dicti a rete, quod ſub ſcuto gerebant, ut mirmillones involverent. Quintil. 6, 3 p. 478 *Pedo, de mirmillone, qui retiarium conſequebatur, nec feriebat,* VIVVM, *inquit,* CAPERE VVLT. Adde Tertull. de Spectac. c. 25, & Lipſ. in Saturnal. item Eraſmum in Adagio, *Contra retiarium ferula.*

¶ Rētĭjăcŭlum, vel Retiăcŭlum, *i,* n. retis genus, dictum a *jaciendo,* quod & *funda* appellatur, ein wurff garn. Plaut. Aſin. 1, 1, 86 *Jubeas una opera me piſcari in aëre, Venari autem retejaculo in medio mari.* Conf. Truc. 1, 1, 14; Vulg. Interpr. Eſa. c. 19 v. 20; & Apic. 8, 6. Melius videtur dividere *rete jaculum.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Circumrētio, *ire,* mit netzen umſtellen, beſtricken. Sidon. 5 epiſt. 13 *Fraude aliquem circumretire.* Lucretius 5 v. 1151 *Circumretit enim vis atque injuria quemque.*

¶ Circumrētītus, *a, um,* umgeben, verwickelt. Cic. Verr. 3, 58 *Circumretitus frequentia populi.* Arnob. 4 p. 151 *Hercules peſtiferi tegminis circumretitus indagine.* Id. lib. 5 p. 186 *Martem & Venerem Vulcani eſſe circumretitos arte.*

¶ Irrētio, *ire,* eſt reti involvere, berücken, beſtricken, fangen; ut, *Corruptelarum illecebris irretire aliquem,* Cic. Cat. 1, 6. Et Tuſc. 5, 21 extr. *His ſe adoleſcens improvida ætate irretierat erratis.*

¶ Irrētītus, *a, um,* verſtrickt, gefangen. Cic. de Finib. 5, 18 *Cantiunculis irretitum teneri,* id eſt, Sirenum cantu allectum.

¶ Obrētio, *ire,* idem quod *Irretire.* Lucretius 3, 385 *Obvia ſentimus, quando obretimur euntes.*

Retendo, retentatio, &c. vide *Tendo,* Retentio, &c. *Teneo.*

Retiaculum, retiarius, vide *Rete,* Retica, *Rhætia,* Reticentia, reticeo, *Taceo,* Reticulatus, reticulum, *Rete,* Retinaculum, retineo, *Teneo.*

Retorpeſco, vide *Torpeo,* Retorridus, retoſtus, *Torreo.*

Retractatio, retractio, vide *Trabo,* Retributio, *Tribuo,* Retrimentum, *Tero.*

RETRO, adverb. a tergo, von hinten zu, zurück. Ter. Heaut. 5, 1, 29 *Eſt mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retro,* hinten im hinterhaus. Liv. 30, 10 *Retro inhibita.* Sen. Controv. 1 præf. *Eloquentia retro ſe tulit.* Habet *retro* primam juxta & ultimam ancipitem; Virg. Æn. 10, 6 *Cælicolæ magni, quia nam ſententia vobis Verſa retro?* Idem Æn. 11, 405 *Adriacas retro fugit Auſidus undas.* Sen. Herc. Oetæo v. 48 *Inde ad hunc orbem redii: Vnde retro nemo.* ¶ 2. *Retro-anni: retro-ſecula: retro-principes,* per hyphen dicuntur, längſt verfloſſene oder geweſene jahre, zeiten, fürſten. v. Borrich. Cogit adv. Sciopp p. 282; Gruter. Inſcript. p. 281 n. 4, & p. 283 n. 11 *Super* vel *ſupra omnes retro principes,* i. e. Principes, qui jam retro ſunt, qui jam ante vixerunt. Tertull. ad uxor. 2, 2 *Cum id ab aliis retro factum recordaver,* i. e. antea, vorhin.

¶ Retrorſus, *a, um,* adject. retro converſus, retro cedens, rückwärtig, zurück gezogen; ut, *Retrorſa manu,* Plin. 26, 9. *Retrorſa reſpiciens ſubſtitit,* Apul. Met. 2 p. 117. conf. Id. 4 p. 143. Vnde comparat. ap. Tertull. Apol. c. 19 *Retrorſiores primoribus veſtris ſapientibus.*

¶ Retrorſus, & Retrorſum, adverb. i. e *retroverſus,* zurück, rückwärts, hinter ſich. Horat. 1 epiſt. 1 v. 75 *Quia me veſtigia terrent Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum.* Varro L. L. 4, 30 *Partem retrorſum jaciebant.* Quintil. 5, 9 *Quædam retrorſum idem valent: ut, Vivere hominem qui ſpirat, & ſpirare qui vivit.* Silius 11, 512 *Cedentem impellit retrorſus in æquora pontum.* v. *Prorſus.*

¶ Retroſecus, adverb. idem fere, hinterwärts, rückwärts. Tac. Germ. 38, 3 *Apud Suevos usque ad caniciem horrentem capillum retroſecus, ac ſæpe in ipſo ſolo vertice retigant:* Ita legit Ioſ. Scaliger, & cum aliis Gronov. & Pichont. in not. approbant. Add. Voſſ. Etym. pag. 461 in *Secus.*

Compoſita alia: ut,

¶ Retrŏăgo, vide in ſimplicibus *Ago,* Retrocēdo, retroceſſus, *Cedo,* Retrodūco, *Duco,* Retroeo, ire, *Eo,* Retrofero, *Fero,* Retroflecto, *Flecto,* Retrogradior, *Gradus,* Retrolĕgo, *Lego,* Retropendulus, *Pendeo,* Retroſpicio, *Species,* Retrotrimeter, *Metrum,* Retroverſus, *Verto.*

Returo, vide *Thus,* Revaleſco, *Valeo,* Revaneſco, *Vanus.*

Revelatio, revelo, vide *Velum,* Revera, *Res,* Reverbĕro, *Verber,* Reverentia, revereor, *Vereor,* Reverſio, reverto, &c. *Verto.*

Revileſco, vide *Vilis,* Revireſco, *Vireo,* Reviſo, *Video,* Reviviſco *Vivo,* Reunctus, *Vngo.*

Revocatio, &c. vide *Voco,* Revolubilis, revolutio, *Volvo.*

REVS, *rei,* m. a *re,* ſive cauſa; quicunque enim in judicium venit, ejus uti agatur cauſſa, ſive is nocens, ſive innocens ſit, ita vocatur: atque adeo non modo qui defertur, ſed & actor, ein verklagter, beſchuldigter. Cic. de Orat. 2, 43 REOS *appello, non eos modo, qui arguuntur; ſed omnes, quorum de re diſceptatur.* Ælius Gallus apud Feſtum: REVS *eſt, qui cum alio litem conteſtatam habet, ſive is agit, ſive cum eo actum eſt.* Ex quo conſtare poteſt, actorem ipſum etiam *rei* nomine comprehenſum. ¶ 2. Poſtea is *Reus* proprie dici cœpit, qui rem promiſerat, & debet, a quo aliquid petitur, ſchuldig. Sic, *Diuturni rei,* quorum lis pendet & indeciſa eſt, Suet. Aug. c. 32. *Culpæ alienæ reus,* Liv. 24, 22. *Delicti reus,* Nepos 7, 8, 4. *Injuriarum reus: Sacrilegii reus,* Quintil. utrumque 4, 2. Et, *Læſæ majeſtatis reus.* Cicero etiam *Reus de vi* dixit ad Att. 2, 24. Ita, *Criminis reum ad aliquem deferre, & reum facere,* eſt accuſare, ſive legibus apud prætorem interrogare, anklagen. Cic. prœm. act. in Verr. c. 2 *Tum cum a me reus factus ſit.* vid. ibi Aſcon. p. 44. Liv. 2, 54 *Rei ad populum Manlius & Furius circumeunt.* Id. 38, 55 *Ad hunc nimis æquum, aut iniquum prætorem reus extemplo factus L. Scipio.* ubi v. Drakenb. *Reum peragere,* eſt damnare, Plin. 3 epiſt. 9. *Rei capulares,* i. e. capulo digni, apud Cæcilium, Lucilium, & Plautum, ut e Nonio & Fulgentio diſcimus. *Reus capitis,* Apul. Met. 3 p. 132. ¶ 3. *Voti reus,* dicitur, qui ſuſcepit votum, vel qui ſuſcepto voto ſe Numini obligat, nondum autem ejus damnatus eſt, ſive nondum impetravit, quod vovit ſeu petiit. Virg. Æn. 5, 236 *Vobis* (Diis marinis) *lætus ego hoc*

tendentem in litore taurum Conſtituam ante aras, voti reus. Macrob. Sat. 3, 2; & Servium ad Virg. Æn. 4, 699; it. Nonium 6, 71. ¶ 4. *Reus*, cui aliquid imputatur, a quo ratio repetitur. Liv. 6, 74 *Reus fortunæ ejus dici*, dem das glück und unglück zugeſchrieben wird. Id. 25, 30 *Opportuna loca dividenda ſingulis præfectis, ut ſuæ quisque partis tutandæ reus ſit*, daß er davor ſtehen muß.

¶ Rea, æ, f. die verklagte, beſchuldigte, rechtſchuldige. Sen. Controv. 4, 29 *Rea es. Pater quid eſt rea? &c.* Et mox: *Hæc rea non mittenda in exilium, &c.* Mox & in plurali: *Comparemus inter ſe duas reas, &c.* Sæpius ibi occurrit eadem vox.

¶ Reatus, *us*, m. die ſchuld, haffr, verhafftung, vocabulum Auguſti demum inventum ætate, a Meſſala, qui primus dixit, ut Quintilianus auctor eſt 8, 3, quo habitus atque conditio reorum, ſive accuſatorum, deſignabatur. Nam ut miſericordiam rei damnandique moverent, mutare veſtem, atramque aut detritam aſſumere, promittere item crinem barbamque, prenſare obvios, lacrymas mittere, & alia hujus generis, quæ miſeri & infelices ſibi uſurpant, facere ſolebant. Hæc igitur eorum ratio, *Reatus* dicebatur: Inde Martialis 2 epigr. 24 *Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum, Squalidus hærebo, pallidiorque reo.* Quint. Trib. Mar. decl. c. 8 Burm. p. 81 *Nemo paternis reatibus obligatur.* Modeſt. L. 25 Dig. de pœnis: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuit, aliquatenus pœna ejus ſublevanda erit.* Gell. 3, 4 *Solitum reorum cultum:* Suet. Aug. c. 32, & Auctor de cauſſis corruptæ eloqu. c. 6 *Sordes reorum*; Iuvenalis 1, 135 *Squalorem* vocat. ¶ 2 Chriſtiani ſcriptores *Reatus* vocabulum ad ipſas culpas ac crimina, quibus rei ſumus apud Deum, transtulerunt, die ſünden-ſchuld. Prudent. de Natali Domini v. 101 *Peccator intueberis Cœlum coruſcis nubibus, Detectus ipſe, & irritis Plangens reatum fletibus.* Idem Hymno Iejunant. v. 175 *Solvere reatum* dixit, pro *culpam remittere:* Contra Alcimus Avitus 2, 180 *Luere reatum*, pro *puniri.* Quamquam & alii non diſſimiliter locuti videntur. Apul. 7 Met. p. 191 *Malæ conſcientiæ reatum intra me ſuſtinebo*, ich will die ſchuld tragen. conf. Id. 3 p. 132.

¶ Correus, vel Correus, *i*, m. qui in jus cum alio vocatus eſt, ein mitbeklagter. Vlpian. L. 3 § 3 Dig. de liberat. legata: *Nec etiam correus meus liberetur contra teſtatoris voluntatem, &c.*

Revulſio, revulſus, vide *Vello.*

Rex, cum derivatis, vide in *Rego.*

RHA, Ῥᾶ, m. fluvius Sarmatiæ Ptolemæo eſt, hodie Wolga, in cujus ripis nobilis illa radix naſcitur *Rhaponticum* dicta, ῥᾶ vel ῥᾶον, *Rheon*, & vulgo *Rhéponticum*, quæ tamen alia a *Rhabarbaro* radix eſt Matthiolo. v. Ammian. 22, 16, & ibi Lindebr. p. 111, nec non Salmaſ. Exercit. Plin. p. 796 & ſeqq.

RHABDOS, *i*, f. ῥάβδος, h. e. virga, meteoron apud Apulej. de Mundo p. 64 *Ad virgæ vigorem per longum coloratæ nubeculæ.*

RHĂCĪNVS, *i*, m. piſcis marinus pulli coloris. Plin. 32 c. ult. & Ovid. in Halieut.

RHACŌMA, *ătis*, n. ῥάκωμα, radix eſt ex regionibus ſupra Pontum Plin. 27, 12 Ruellius eamdem putat eſſe cum *Rhapontico.* Aliis eadem eſt cum *Rhabarbaro.* vide Salmaſ. l. c.

RHĂDĂMANTHVS, *i*, m. rex Lyciæ, & judex apud inferos, de quo Virg. Æn. 6, 566; Ovid Met. 9, 436; & Plin 7, 56. conf. Tertull. Apolog. c. 23; & de Spectac. c. 30. Rhadamanthi verſiculus eſt: *Si patiar quæ fecit, pœna eſt juſta putanda.*

¶ Rhădămanthēus, *a, um*, adject ut, *Rhadamantheum judicium*, pro ſevero & incorrupto, vide Chiliad.

RHĂDĪNE, *es*, f. ῥαδίνη, i e *gracilis, tenella*, blandimentum amatorium apud Lucret. 4, 1160. conf. Gifan Indic. Lucret. Ita dicta virgo quædam Corinthio dedita tyranno. vid. Strab. lib. 8.

RHÆTIA, (Rheria,) *æ*, f. Ptolemæo Ῥαιτία eſt, & ipſa gens Straboni Ῥαιτοί, a *Rhæto* duce appellati. Duplex eſt, *prima* vel *ſuperior*, quæ non longe a fontibus Rheni in Belgium & Helvetios imminet ab occaſu, ab ortu vero Lico flumine terminatur, Graubündten. *Rhætia ſecunda* vel *inferior* a Lico amne, qui primam a ſecunda diſterminat, incipit, & ad Oenum uſque amnem porrigitur, atque hinc Danubio, inde rurſum Alpibus clauditur. *Rhætia prima* in Telinam etiam Vallem & Larium lacum excurrit. v. Cluver. de Vindelicia & Norico c. 3, & Welſer. rerum Auguſtan. Vindelic. Comment. *Telina Vallis* vina profert generoſa, *Rhætica* dicta, quibus Auguſtus delectatus eſt, ut Suet. auctor eſt ejus vita c. 78, Veltliner wein. In eadem *Auguſta Vindelicorum* eſt, Augſburg. *Auguſta Tiberii* ſeu *Reginoburgum*, vulgo *Ratisbona*, Regenſburg. Claudian. de B. Get. v. 330 *Prominet Hercyniæ confinis Rhætia ſilvæ.*

¶ Rhæti, *orum*, m. pl. populi Rhætiæ inter Danubium & Alpes, vid. Horat. 4 od. 4, 17; & 4 ed. 14, 15.

¶ Rhætĭcus, *a, um*, adject. ut, *Rhæticæ vites, Rhæticum vinum, Rhæticæ Alpes.* vide modo dicta in *Rhætia.* conf. Plin. 14, 2 & 3.

¶ Rhætĭco, *ōnis*, m. ita jugum vocat Pomp. Mela 2, 3, Rhætiæ primæ inter fines Curienſium & Valleſianorum Helvetiis imminens.

RHĂGĂDES, *um*, f. pl. & Rhagadia, *orum*, n. pl. ῥαγάδες, ſciſſuræ ſunt in pedibus & membris aliis ex frigore & alia quacunque cauſſa, wenn die haut aufferingt, a ῥήγνυμι, ſeu ῥήσσω, *rumpo*, Plin. 23, 4 & 7.

RHĂGION, *i*, n. ῥάγιον phalangii genus acino nigro ſimile, ore minimo ſub alvo, pedibus breviſſimis tamquam imperfectis, dolor a morſu ejus quaſi a ſcorpione, Plin 29, 4.

RHAGOĪDES, *is*, ῥαγοειδής, ſcil. χιτών, tunicula oculi inferior circa uveam ſeu iridem, das ſchwartze augen-ſtern-häutgen, Celſo 7, 7.

Rhamnenſes, vide *Ramnenſes.*

RHAMNVS, *i*, m. a σχεῖν, tentis genus in ſepibus fruticans, ut inquit Dioſcorides 1, 119. conf. Plin. 24, 5, & 14; & Colum. 10, 373. *Spinam alii* a Latini vocant; triplex eſt, fructus, creutzbeer, ferkörner. *Spinum ex Arari* vocat Nardus.

RHAMNVS, *untis*, Ῥαμνοῦς, Atticæ pagus, ut vocat Donatus, & docet Pausanias, in quo templum & ſimulacrum fuit Nemeſis, quod ea occaſione inſtitutum ſit, docet Plin. 36, 5 pr. aliter Suidas hac voce. Nemeſis inde Dea

¶ Rhamnūſia, æ, f. dicta fuit, die rachgöttin, vide *Nemeſis.* Eam indignationis Deam obſervare, & punire magnidicos homines dicebant. Ovid. Trift. 5, 9, 9 *Exiget ab dignas ultricæ Rhamnuſia pœnas.* Et Claud. de B. Getico v. 601 *Sed Dea, quæ nimiis obſtat Rhamnuſia votis.*

¶ Rhamnūſis, *ĭdis*, f. nomine patronymico, pro *Rhamnuſia* dixit Ovid. Met. 14, 694 *Memoremque time Rhamnuſidis iram.*

¶ Rhamnuſius, *i*, m. qui eſt ex Rhamnunte. Ter. Andr. 5, 4, 26 *Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe eſſe dicebat.*

RHĂNIS, *ĭdis*, f. Nympha inter Dianæ comites, Ovid. Met. 3, 171.

RHAPEION, *i*, n. herba eadem quæ *Leontopetalon*, löwentapp. Plin. 27, 11.

Rhaphănus, & Rhaphanitis, vide in *Raphanus.*

RHAPHIVS, *i*, m. animal idem quod *Chaus*, lupus cervarius, vide *Lynx*, Geſner. Plin. 8, 19 *Pompeji magni primum ludi oſtenderunt Chaum, quem Galli* Rhaphium *vocabant effigie lupi, parderum maculis.*

RHAPSŌDIA, *æ*, f. quod nominis datum Homeri carminibus in certas partes, ſeu libros, ſive cantus diſtributis; quod Piſiſtrato adſcribit Cicero de Orat. 3, 34. Nepos 10, 6, 4 *Non tulit animo æque Dionyſius, & verſum illum Homeri retulit ex ſecunda Rhapſodia, in quo hæc ſententia eſt: non poſſe bene geri rempublicam multorum imperiis* v. Scalig. Poët. 1, 41; Salmaſ. Exerc Plin. p 867; Suidam in hac voce. Inter nomina poëmatum ῥαψῳδίας ponit Pollux 4, 7.

¶ Rhapsōdus, *i*, m. ῥαψῳδός, qui Homeri carmina (quamquam & aliorum) canebat publice ſeu recitabat. vide Scalig. d. l.

RHEA, *æ*, f. Ῥέα, filia cœli & terræ, eadem eſt quæ & Cybele, vide *Cybele.* Dicta quoque eſt *magna mater Deum.* vid. Stat. Achill. 2, 154. ¶ 2. Sed *Rhea Silvia* fuit filia Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ & *Ilia* dicta fuit. vid. Liv. 1, 4.

RHĒBAS, *æ*, m. fluvius ad fauces Boſphori. Plin. 6, 1, & Valer. Flacc. 4, 698.

RHECTÆ, *arum*, m. pl. ῥῆκται a ῥήγνυμι, *rumpo*, ſunt ſpecies terræ motuum, *qui abſtrudere videntur, quorum impulſu diſſilit tellus*, uti deſcribit Apulejus de mundo p. 65.

RHEDA, *æ*, f. vehiculum Gallicum (nam vocem Gallicam eſſe, Quintil. docet 1, 5 p. 70) quatuor rotis inſtructum, ut Caſaub. notat ad Suet. p. 34, eine kutſche. Horat. 2 ſat. 6, 42 *Quem tollere rheda Vellet iter faciens.* Cic. Att. 5, 17 *Hanc epiſtolam dictavi ſedens in rheda, quum in caſtra proficiſcerer.* Add. Cæſ. B. G. 1, 51; Quint. 1, 5 p. 66; Io. Rhod. ad Scrib. Larg. c. 101 p. 167; Marc. Donat. ad Liv. 41, 27.

¶ Rhedicula, *æ*, f. Ap. Cic. Philipp. 2, 23 in vetuſtis libris occurrere, teſtatur Conrad. ab Allio in Lex. Crit.

¶ Rhēdārius, *i*, m. rhedæ gubernator, ein kutſcher, Cic. pro Mil. c. 10. ¶ 2. Capitolinus in Maximo & Balbino c. 5 pro vehiculario fabricatore rhedarum poſuit, ein wagner. ¶ 3. Adjective *Equi rhedarii*, kutſch-pferde. *Mulus rhedarius*, Varro de Re Ruſt. 3, 17.

¶ Epirhēdium, *i*, n. genus vehiculi vilis, ein karren, Quintil. 1, 5 extr. Et Iuvenal. 8, 66 *Tritoque trahunt epirhedia collo.*

RHĒGIVM, *i*, n. oppidum extremum Bruttiorum, aut promontorium Italiæ, dictum a græco verbo ῥήγνυμι, id eſt, *frango, abrumpo*, quod ibi Sicilia ab Italia credatur eſſe avulſa. vid. Iuſtin. 4, 1; & Ovid Metam. 14, 48. Hinc

¶ Rhēgīnus, *a, um*, adject. ut, *Rhegina ad litora*, Sil. 13, 94. Et, *Rhegini*, loci incolæ, Cic. pro Arch. c. 3.

RHEGMŌCHASMVS, *i*, m. ῥηγμοχασμός, i. e. *Hians ruptura*, quam inter cauſſas exſputi ſanguinis refert Celſus 4, 7, 5.

Rhenanus, Rheni, &c. vide mox in *Rhenus.*

RHĒNO, *ōnis*, m. veſtis ex pellibus ferarum, ein bruſt-balg, leib-balg, a ῥινός, *pellis*, vel a *Rhenanis*, hoc eſt, Germanis, quorum propria hæc veſtis fuit, ut Cæſar B. G. 6, 20; Iſidorus 19, 23, (ubi & Salluſtii fragmentum ea de re ſervavit) & alii teſtantur. Sane peregrinum eſſe, docet Varro lib. 4 de L. L. v. Savaron. ad Sidon. 4 epiſt. 20, qui a *Rhenanis* etiam, vel *Rheni* accolis, vocem deductam putat. Voſſius de Idolol. 2, 80 p. 1104, & in Etymol. ſuo in voce *Rhenones*; item Bochartus in ſuo opere de animalibus S. Scripturæ 1, 2, 43 p. 423 a *pellibus agninis* derivant: quum *agni* Græcis dicantur ῥῆνες: ſed errare illos, Loccenius putat Antiquit. Suco-Gothic. 2, 20 p. 93, qui de pellibus illius animalis, quod Suedi *Reennos*, ein rennthier vocant, explicat; quem vide, itemque Scheffer. in Lapponia. Honoratiorem fuiſſe habitum, ex proverbio de indigne ornato liquet: *Suem rhenone veſtire*, vide *Renones.*

RHĒNVS, *i*, m. Ῥῆνος, Germaniæ fluvius amœniſſimus, imperii Romani limes, quique Gallos a Germanis ſegregavit. Oritur ex Rhæticis Alpibus apud Lepontios. Dictus ideo videtur, quod aquas limpidiſſimas deferat. Nam rein *purum* ſignificat: vel a *fluendo*, vom rinnen, quaſi *Rhinus*, nam & ῥεῖν, *fluere* eſt. Virg. Æn. 8, 727 *Rhenum bicornem* dixit, propter duo oſtia, quæ veteribus nota fuerunt. Hodie tria celebrantur, quibus in Oceanum Germanicum ſe Rhenus effundit. Ov. Met. 2, 258 *Hæmoniæ: armes Rhenum Rhodanumque Padumque.* Per pleonaſmum *Flumen Rhenum* Horatius dixit in Arte Poet. v. 18 *Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus.* Vt Plautus *rete jaculum*, & *Oceanum mare* neſcio quis veterum poëtarum, & Nep. 1, 1, 5 *ventus aquilo.* ¶ 2. *Rhenus* fluvius Italiæ Bononiam alluens. Silius 8, 601 *Parvique Bononia Rheni.*

¶ Rhēni, *orum*, m. pl. Rheni accolæ, Germani & Galli, die Rheinländer. Perſius 6, 47 *Ingentesque locat Cæſonia Rhenos.* Sic vulgo interpretes eum locum accipiunt: ſed Faccioiatus exponit: *ingentes Rhenos*, h. e. ingentes Rheni imagines Cæſoniam fieri voluiſſe, quoniam ad Rhenum victoriam maritus retuliſſe dicebatur. v. Epiſt 7 p. 425.

¶ Rhēnānus, *a, um*, adject. Ῥηνᾶος, ad Rhenum quod eſt; ut, *Rhenana manus*, Martial. 9 epigr. 36. Vnde

¶ Cisrhēnānus, *a, um*, diſſeit des Rheins, Cæſar B. Gall. 6, 2. Cui opponitur

¶ Transrhēnānus, *a, um*, jenſeit des Rheins, Cæſar B. Gall. 4, 16.

RHESCVPŌRIS vel Rhescyporis, *idis*, m. Thraciæ regis Rhæmetalcis frater; quæ de illo in antiquis libris ac nummis occurrunt, peti poſſunt ex Spanh. de uſu & præſt. num. Diſſ. 8 p. 489.

RHĒSVS,

RHĒSVS, *i*, m. rex Thraciæ fuit, interfectus ad Trojam a Diomede & Ulysse. Venerat enim suppetias Trojanis: Servius super Virg. 1 Æneid. Hujus equos celeritate insignes isto versu Catullus celebrat ad Camerium carm. 56, 26 *Nec Rhesi nivea citaque biga.*

Rhetia, Rheticus, vide paullo ante *Rhetia.*

RHĒTINĪTES, *æ*, m. ῥητινίτης, vinum resinatum, cui resina miscetur, wein darunter harz kommt, oder der auf harz lieget, Dioscor. 5, 32.

RHĒTOR, *ŏris*, m. ῥήτωρ, ein redner, qui præcepta dicendi tradit, ut Cicero inquit de Orat. 1, 18: a ῥητορεύω *eloquor.* Ejusmodi fuere rhetores Isocrates & Quintilianus. *Rhetores latius loquuntur: Dialectici compressius*, Cicero Fin. 2, 6. v. *Dialectica.* Sed *Rhetor, Sophista, & Orator* quid differant, demonstrat Marius Victorinus procem. Expos. in 1 Rhet. Cicer. his verbis: RHETOR, inquit, *est, qui docet litteras, atque artis traditor est eloquentiæ:* SOPHISTA *est, apud quem dicendi exercitium discitur:* ORATOR *est, qui in causis privatis ac publicis plena & perfecta utitur eloquentia, &c.* Idem eadem expos. ad illa Cicer. verba: *Oratori minimum illud est, de arte loqui, &c.* ORATOR, inquit, *duo habere debet, ut artem tradat dicendi, ut ipse ex arte dicat: Sed officium hoc verum est, ut ex arte dicat. Illud autem accidens, ut artem dicendi tradat, quod* RHETORIS *officium solum est.* V. & Voss. de Nat. ac Constit. Rhet. c. 1.

¶ Rhētŏrĭcus, *i*, m. diminut. a *Rhetor*, contemtus caussa, apud Gell. 17, 20, ein elender redner. Græci enim, a quibus hoc verbum est, ita formant diminutionem, ut ῥητορίσκος, *regulus, &c.*

¶ Rhētŏrĭce, *es*, vel Rhetorica, *æ*, f. ῥητορική, substantive *scientia bene dicendi*, secundum Quintil. 2, 15, die rede kunst. *Rhetoricen exercere*, Idem 2, 1. Sic *artificiosa eloquentia quam rhetoricam vocant*, Cicero Inv. 1. ¶ 2. Cicero & neut. plural: *Rhetorica mihi vestra sat nota sunt*, de Fato c. 2 τὰ ῥητορικά.

¶ Rhētŏrĭcus, *a, um*, zur redekunst gehörig; ut, *Ars rhetorica*, Ciceronis; *Rhetoricum*, gen. neut. Quintil. 3, 5; & *Libri rhetorici*, qui tradunt præcepta dicendi, Idem 3, 1. *More rhetorico loqui*, Cicero de Orat. 1, 29, nach redner art. Idem ibid. 3, 43 adducit comparativum Lucilii: *Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tu sis.* ῥητορικώτερος, magis oratorius. Iuvenal. 7, 173 *Ad pugnam qui rhetorica defendit ab umbra.*

¶ Rhētŏrĭce, adverb. rhetorum more, nach der redekunst: ut, *Rhetorice magis disputare quam dialectice*, Cicero de Fin. 2, 6. *Rhetorice & augeri & ornari*, ibid. 3, 7. Et de Clar. Orat. c. 11 *Hanc mortem rhetorice & tragice ornare potuerunt.*

¶ Rhētŏrĭcor, *āri*, ῥητορίζειν, rhetoricorum more loqui, hoch und verblümt reden. Tertull. de Resurr. carn. c. 5 *Ita nos rhetoricari provocant hæretici.*

¶ Rhētŏrĭco, *āre*, idem. Nævius apud Non. 7, 69 *Age nunc, quando rhetoricasti? responde, quod te rogo.*

¶ Rhētŏrĭllo, *āre*, idem. Pomponius apud Nonium 2, 742 *Dolasti uxorem, & jam rhetorissas.*

RHETRA, *æ*, f. ῥήτρα, *responsio Apollinis.* Deinde de legibus Lycurgi dicitur, ein gesetz. Ammianus 16, 5 *Tanquam adstrictus sumtuariis legibus viveret, quas ex rhetris Lycurgi & axonibus Romam translatas diuque observatas, & senescentes paullatim, reparavit Sylla dictator.* v. Vales. in h. l. p. 114; Et Dempsteri Paralip. ad Rosin. Antiq. Rom. 8 p. 764.

RHEVMA, *ătis*, n. ῥεῦμα, defluxionem medicis significat ex capite præcipue, ein fluß aus dem haupt, der schnuppen. Quamvis *rheumatismum* Plinius dixerit 27, 12, *de intestinis.* Hieronymus epist. 46 c. 2 ad Rusticum, *Rheuma libidinis.*

¶ Rheumătĭcus, *a, um*, ῥευματικός, qui fluxione laborat, schnupficht. Plin. 29, 6.

¶ Rheumătĭdio, *āre*, fluxione laborare, flüßig seyn, voll wasser stehen. Th. Priscian. 1, 12 *Si oculi rheumatidiaverint.*

¶ Rheumătismus, *i*, m. ῥευματισμός, morbus ex fluxione, ein fluß. Plin. 24, 3 *Glans resistit rheumatismis, suppurationibus.* Adde in *Rheuma* modo dicta.

RHEXIA, *æ*, f. herba, proprio nomine *Onochelos*, Plin. 22, 21.

RHĪNA, *æ*, f. ῥίνη, pisces marinus, alias *squatina*, cujus cutis pro lima esse potest, unde & nomen. Plin. 32, 7.

RHĪNENCHYTES, *æ*, m. ῥινεγχύτης, instrumentum, quo aliquid in nares infunditur. vid. Rhodius in Scribon. Larg. p. 38.

RHĪNION, *i*, n. ῥίνιον, a ῥινέω, *limo*, collyrium ab exterendis callis & cicatricibus ita dictum; Celsus 6, 6, 30.

RHĪNŌCĔROS, *ōtis*, m. ῥινοκέρως, das nashorn, animal in India, unicum habens in naribus cornu modice reflexum, alioqui elephanto non dissimile, elephanto hostis, contra quem pugnaturus cornu saxis exacuit, alvum postea ejus, quem scit esse molliorem, petens & discerpens, Plin. 8, 20; Solinus c. 43; Gesner. Martialis 1 epigr. 4 *Et pueri nasum rhinocerotis habent, &c.* hoc est, sunt nasuti & irrisores. De rhinocerote in nummis v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 4 p. 178 sq. Parabatur e cornu rhinocerotis vasis genus, oleum guttatim stillantis, cujus usus erat in balneis Martial. 24 epigr. 52 de gutto corneo: *Gestavit modo fronte me juvencus: Verum rhinocerota me putabis.* Et Iuvenalis 7, 130 *Magno cum rhinocerote lavari.*

¶ Rhīnŏcĕrōtĭcus, *a, um*, adject. hörnisch. Sidon. carm. 9 extremo: *Rugato Cato tetricus* (tertius) *labello Narem rhinoceroticam minetur.*

RHĪNOCLĪSIA, *æ*, f. ῥινοκλισία, callæ herbæ genus, quidam *Anchusam* vocant: Plin. 27, 8.

RHĪNOCŎLŪRA, *æ*, f. loci nomen, in confinio Ægypti & Syriæ, inde ortum, quod totius populi nares essent reciæ, ex ῥίν, *nasus*, & κόλουος, *curtatus.* vide Seneca de Ira 3, 20 cum not. Lipsi & Hadr. Relandi Palæstina p. 970.

RHINTHON, *ōnis*, m. pro homine luxurioso, Varro videtur usus apud Colum. 8, 16 *Terentius Varro*, (R. R. 3, 3, 9) *nullus est, inquit, hoc seculo nebulo ac Rhinthon, qui non jam ducat, nihil sua interesse, utrum ejusmodi piscibus an ranis frequens habeat vivarium. Attamen iisdem temporibus hanc memorabat Varro luxuriem, &c.* Vide & infra *Rhynton.*

Rhiphæi, vide *Riphæi.*

RHĪZAGRA, *æ*, f. ῥιζάγρα, forceps, quo chirurgi dentes cum spiculis & radicibus eximunt, eine zahnbrecher-zange. Celsus 7, 12, 1.

RHĪZIAS, *æ*, m. ῥιζίας, succus ex radice; nam qui ex caulibus exprimitur, *Caulias* appellatur, wurzelsaft. Plin. 19, 3.

¶ Rhīzŏtŏmus, *i*, m. ῥιζοτόμος, qui radices colligit, ein wurzelmann. ¶ 2. Item herba, species iridis subruseæ, Plin. 21, 7.

¶ Rhizŏtŏmūmena, ῥιζοτομούμενα, Micon scripsisse dicitur, wurzel- und kräuter-bücher. Plin. 20, 23.

RHOA, *æ*, f. ῥόα, malum punicum, ein granat-apffel, Dioscor. 1, 131.

RHŎDĂNVS, *i*, m. Ῥοδανός, fluvius celebris, nascens apud Valesios ex monte arduo, quem *bicornem* dicunt. Defertur per lacum Lemanum, (durch den Genfer-see) in mare Gallicum. v. Cæs. B. G. 1, 1. Tibull. 1, 8, 11 *Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna.*

¶ Rhŏdănĭcus, *a, um*, adject. ad Rhodanum pertinens: *Rhodanici* accolæ hujus fluminis. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 418 n. 3 IIVIR. VIENNENSIVM PATRONO RHODANICORVM ET ARARICOR.

¶ Rhŏdănītis, *ĭtĭdis*, f. quæ ad Rhodanum sita est vel habitat, Sidon. Anacreontico, epistolæ 13 lib. 9 inferto: *Rhodanitidas per urbes.*

Rhodia radix, vitis, &c. vide *Rhodius* in *Rhodus*, Rhodides, *Rhodinus.*

RHODIGIVM, *i*, n. Insubriæ oppidum, patria *Cælii Rhodigini*, qui triginta lectionum variarum libros reliquit, omni doctrinarum genere refertissimos. Vrbs hodie vocatur *Rovigo.*

RHŎDĬNVS, *a, um*, ῥόδινος, latine *rosaceus*, a ῥόδον, *rosa*, aus rosen gemacht; ut, *Rhodinum unguentum*, Plin. 13, 1, rosen-balsam. *Rhodinum oleum*, Idem 15, 7, rosen-ol.

¶ Rhŏdĭdes, *um*, f. pl. ῥοδῖδες, pastilli ex rosis confecti, rosen-küchlein, gebackene rosen, Dioscor. 1, 116.

¶ Rhŏdītes, *æ*, ῥοδίτης, gemma a rosæ rubore dicta, Plinius 37, 11; & Dioscor. 5, 35.

¶ Rhŏdŏdaphne, *es*, f. frutex, ῥοδοδάφνη, a *rosa* & *lauro* nomen ducens; Apulejus *rosam lauream* appellat, lorber-rosen. vid. Plinius 24, 11; & 16, 20 Dioscor. 4, 82. Prudentius Hamartig. v. 234 *Viridem qui vestit flos rhododaphnen.* Laudatur Lochneri Noribergensis medici *Nerium* s. *Rhododaphne* veterum & recentiorum, quo libro Mythologia explicatur, ac diversa Scripturæ loca illustrantur, A. 1716. 4.

¶ Rhŏdŏdendron, *i*, n. ῥοδόδενδρον, idem quod *Rhododaphne*, quin & *Nerium*, νήριον, frutex est, sic dictus, quod flores rosarum effigie proferat, olander, id est, *Oleander*, & unholden-kraut. vid. Plin. 24, 11; & 21, 9; & 17, 12; & 16, 20; & Dioscor. 6, 82.

¶ Rhŏdŏmeli, n. ῥοδόμελι, mel rosaceum, rosenhonig. Pallad. in Majo c. 16, & Dioscor. 5, 35.

RHŎDŌPE, *es*, f. Ῥοδώπη vel Ῥοδῶπις, meretrix, aut potius duæ ejus nominis, ut vult Perizon. ad Ælian. 13, 33, ubi ex instituto id agit. Sed *Rhodopen* Ῥοδόπην ubique vult Spanh. de usu & præst. num. diss. 2 p. 126. Meminit Pyramidis ab altera earum exstructæ Plin. 36, 12.

RHŎDŎPE, *es*, f. Ῥοδόπη, mons Thraciæ, seu montana potius regio, quæ inter Thraciæ provincias etiam numeratur. Sextus Rufus c. 9 extremo: *Sex Thraciarum provinciæ sunt acquisitæ: Thracia, Hæmimons, Mœsia inferior, Scythia, Rhodope, Europa.* ¶ 2. *Rhodope*, Hæmi regis soror atque uxor, cum eo in montem ob superbiam mutata. vid. Ovid. met. 6, 87 & ibi Micyllus ex Plut. de flumin. & quos laudat Burm.

¶ Rhŏdŏpēius, *a, um*, adject. quinque syllabarum apud poëtas; ut Ovid. de Arte Am. 3, 321 *Saxa ferasque lyra movit Rhodopeius Orpheus*; hoc est, Thracius, vide *Orpheus.* Sic, *Rhodopeia spicula*, Silius 12, 399. Et, *Rhodopeiæ arces*, Virg Georg. 4, 461.

RHŎDŌRA, *æ*, f. ῥοδώρα, herba a roseo floris colore dicta Plinio 24, 19.

RHŎDVS, *i*, f. Ῥόδος, insula Asiatica clarissima est, in mari mediterraneo ex adverso Cariæ & Lyciæ sita, *Ophiussa* dicta primum, ut Heraclides in Politiis auctor est, veterum studiorum atque eloquentiæ memoria nobilis, celebris etiam Colosso, qui inter mundi miracula numeratur, Rhodus. Pindarus *filiam Veneris, sponsam Solis* appellat Olymp. ode 7 epod. 1. Non semper fuisse, sed aliquando enata eidem Pindaro eodem carmine epod. 3 traditur, itemque Plinio 2, 87. Mira ejus salubritas amœnitasque celebratur. Qua capti Romani eo plerumque secesserunt, ut Casaub. ad Suetonium observat p. 138. ¶ 2. *Hic Rhodus, hic salta*, proverbium in vanitatem eorum, qui facto offendere potius, quam verbis jactare sua debebant; petitum ex fabula 14 Æsopi. Quidam enim, cum domum rediisset peregre, inter alia, quæ gloriabatur, jactabat, & Rhodi se saltum saltasse, quem nemo alius ibi potuisset saltare, testesque habere se affirmabat. Tum ex adstantibus unus, *Heus tu*, inquit, *si verum hoc est, haud tibi opus est testibus*, ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα. *En Rhodus, en & saltus.* Sed quæ de hac insula dici possunt, prope omnia ex antiquis congessit Io. Meursius peculiari de ea libro. ¶ 3. *Rhodos* puella Soli amata. Ovid. Met. 4, 204 & ibi Burm.

¶ Rhŏdius, *a, um*, adject. plur. *Rhodii*, qui nati in Rhodo aut ibi domicilium habent, die Rhodiser. Rhodios autem nautica disciplina semper floruisse, Cicero scribit pro L. Manilia c. 18. Vnde & *nauticum populum* Florus appellat 2, 7, 8. v. & Gell. 7, 3 pr. Quare & inter eos referuntur, qui maris imperium tenuerunt olim, de quibus Casaubonus in 1 Polybii. Hinc notæ *Rhodia leges de jactu* &c. *Vitis Rhodia*, Virg. Georg. 2, 102. *Rhodia radix*, Ῥόδια ῥίζα, rosen wurtz, quod rosarum odorem referat, Dioscor. 4, 46, & Matthiol. *Rhodia avis*, Colum. 8, 11. *Rhodium genus dicendi*, medium erat inter Asianum & Atticum. vid. Cic. in Bruto sive de Clar. Orat. c. 13; Quintil. 12, 10. Et, *Rhodium melos*, Martial. 1 epigr. 17.

¶ Rhŏdiacus, *a, um*, idem; ut, *Spongiæ Rhodiacæ*, Plin. 31, 14.

¶ Rhŏdiensis, *e*, idem; ut, *Parallelus Rhodiensis*, de quo Salmas. in Solin p. 468.

RHOEAS, *ădis*, f. ῥοιάς, genus papaveris. Plinius 19, 36; & Apul. de Herb. p. 53. Scribitur & *Rhœa*, *æ*, Plinius 19, 8; & 21, 23. Et *Rhia*, Idem 20, 19.

RHOEBVS, *i*, m. *παρὰ τὸ ῥοιβέω, emico*, equus Mezentii. Virg. Æn. 10, 861 *Rhœbe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est), Viximus.*

RHOEMETALCES, *is*, m. Thraciæ rex singulari in Romanos & Augustum fide, v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 8 p. 499.

RHOETVS, *i*, m vel *Rhœcus* vel *Rhetus*, uti quidam legunt: Marrubiorum rex in Italia. Virgil. Æneid. 10, 388 *Hinc Helenum petit & Rhœti de gente vetusta Anchenutum.* Vide ibi Servium. ¶ 2. *Rhœtus* centaurus, qui arbores totas evulsas in Lapithas projecit. vid. Lucan. 6, 389. ¶ 3. *Rhœtus* plastices inventor, Plin. 35, 12.

¶ Rhœtēum, *i*, n. Troadis oppidum & promontorium, in quo Ajacis sepulcrum & fanum, *μνῆμα καὶ ἱερὸν*, Strab. lib. 13.

¶ Rhœtēus, *a, um*, adjectivum ab illo promontorio denominans, *Rhœteo in litore*, Virgil. Æneid. 6, 505. ¶ 2. *Rhœteus* interdum etiam *Romanum* significat; v. g. Sil. 2, 51 & aliis locis, quæ laudat Drakenb. ad Sil. 1, 55.

¶ Rhœtēius, *a, um*, aliud adject. quadrisyllabum: ut, *Ductor Rhœteius*, Virgilius Æneid. 12, 456, id est, Trojanus, quippe Æneas intelligitur.

RHOÍCVS, *a, um*, ῥοϊκὸς, fluidus, fluxus, flüßig. Plin. 24, 11 *Medici rhoicis utuntur ad contusa.*

RHOĪTES, *æ*, m. ῥοίτης, vinum ex malis punicis factum: (nam ῥόα est *malum punicum*), granatäpffel-wein, Plinius 14, 16; & Dioscor. 5, 34.

RHOMBVS, *i*, m. ῥόμβος, figura quadrata, solida, lateribus æqualibus, angulis vero obliquis. ¶ 2. Vulgo nescio qua auctoritate ita vocatur, eine garnrunde, weiße, spulrad; nam & pro utensili illo usurpatur. Prov. *Nihil ad rhombum*, es dient nichts zur sache. Item *Rhombus* rotula illa dicitur, seu machinula, quam inter nendum mulieres vertunt, ein spinnrad. Forte inde ita usurpari cœpit, quia *Rhombus* etiam instrumentum veneficarum, quod liciis circumdatum inter incantamenta sua intorquebant. Propertius 2, 28, 35. *Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.* conf. Idem 3, 5, 26. Ovid. Amor. 1, 8, 7 *Scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo Licia; quid valeat virus amantis equæ.* Et Martial. 9 epigr. 31 *Thessalico lunam deducere rhombo.* Horatius *turbinem* latine vocat, quemadmodum Scholiastes ῥόμβον apud Theocritum τρόχος interpretatur. Ita enim epod. penult. *Canidia parce vocibus tandem sacris, Citumque retro solve, solve turbinem.* vid. quæ habet Selden. de Dis Syris 2, 3, & Burm. ad Ovid. l. c. ¶ 4. *Rhombus* piscis, *aculeatus* alius, *lævis* alius. *Rhombus aculeatus*, ein ter oder dornbutte. *Rhombus lævis*, ein meerbutte. Horat. 2 sat. 2, 42 *Putet aper rhombusque recens, mala copia quando Ægrum sollicitat stomachum.* conf. sat. 1, 2, 116. Ovid. hal. 125 *Adriaco mirandus litore.*

¶ Rhomboïdes, *is* adject. ῥομβοειδὴς, rhombi formam habens; vel figura, quæ latera tantum opposita æqualia, angulos oppositos æquales habet, apud Geometras. ¶ 2. Cujus nominis & piscis est a *Rhombo* paululum differens, Gesner.

RHOMPHAEA, *æ*, f ῥομφαία, (quæ & *Romphæa* scribitur), gladii oblongi genus, ein schlacht-schwerdt, Liv. 31, 39. *Framea, gladius*, ut in Vet. Gloss. exponitur. Et in aliis Glossis: *Framea*, ῥομφαία. Isidorus 18, 3 IRAMEA, inquit, *gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo* SPATHAM *vocant. Ipsa est* RHOMPHAEA, &c. Prudentius Καθημερ. hymno 6, 86 *Gladium ancipitem & ensem bis timendum* nominat; quod *duplicem*, ut idem loquitur, *ictum minetur.* Cæterum & *Frameam* & *Rhomphæam* non gladium, sed hastam interpretatur Cluverius Antiq. Germ. 1, 44. Vide & supra in *Framea.* Alconius Ped. arg. Milon. p. 181 *Humerum ejus Birrhia rhomphæa trajecit:* Qui locus sane pro Cluverio est. Nam verbum *trajicere* ad hastas omnino pertinet. Val. Flaccus 6, 98 *Æquaque hic ferro brevior, nec rhomphea ligno.* Vbi nota, (1) *Rhomphæam* media correpta dici, quod & alii, sed juniores, sibi permiserunt. Heinsius autem legit *rumpia.* (2) Id teli genus & ferro præfixum, & ligno hastatum fuisse æquali mensura. Quod & ipsum pro Cluverio est. *Rhomphæa* etiam legitur apud Tertull. de Anima 5, 5.

¶ Rhomphæālis, *e*, rhomphææ usum præbens, als ein schwerdt. Prudent. Cathem. 7, 93 per *e: Dextram per armat rhompheali incendio:* id est, rhomphæa flammante.

RHONCHVS, *i*, m. ῥόγχος, nomen est fictitium pro sono stertentis, das schnarchen eines schlaffenden; a verbo græco ῥέγχω, quod est *rhonchum emitto.* ¶ 2. Est etiam gestus irridentis. Martialis 1 epigr. 4 *Majores nusquam rhonchi: juvenesque senesque Et pueri nasum rhinocerotis habent.* Idem 4, 86 *Nec rhonchos metuas malignorum*, v. *Ronchisonus.*

¶ Rhoncho, *are*, schnarchen, in Gloss. vet.

¶ Rhonchans, *tis.* Sidon. 1 epist 6 *Buffeque rusticani, subulcique ronchantes.*

¶ Rhonchisso, *āre*, idem. Plautus versu ab Stephano laudato, *Cyathissat dum cœnat: dum dormit, rhonchissat.*

¶ Rhonchīsŏnus, *a, um*, qui ronchos sonat, schnarchend. Sidon. carm. 3, 8 *Nec nos rhonchisono rhinocerote notat.*

RHŎPĂLON, *i*, n. herba Nymphæa, eine see-blume, Plinius 25, 7 & 8, & Apulej. de herb. c. 67. Inde dicitur, quod radicem habeat clavæ similem; nam ῥόπαλον, *clava* est. Hinc

¶ Rhŏpălĭcus, *a, um*, clavaris, kolbicht. Grammaticis *Rhopalicus versus* dicitur, qui a monosyllaba voce incipiens gradatim crescit, & ῥόπαλον, i. e. Herculis clavam imitatur, ab angusto & tenui in latitudinem desinens; ut, *Spes Deus æterna stationis conciliator.* vid. Salmas. Exercit. Plin. in Solin. p. 942.

RHŌSVS, *i*, f. Ῥόσος, Straboni, urbs in sinu Issico. vide Plinium 5, 22.

¶ Rhosius, *a, um*, adjectiv. ut, *Rhosii montes*, apud Plinium 5, 22.

¶ Rhosiăcus, *a, um*, idem; ut, *Rhosiaca vasa*, apud Cicer. Att. 6, 1 p. 581.

RHVS, *rhois, rhoem*, f. & m. ῥοῦς, semen est fruticis coriarii, quod obsoniis aspergitur. Vtuntur enim eo frutice coriarii ad inspissandas pelles. Vulgo vocant, sumach. v. Dioscor. 1, 247; & 4, 43; Plin. 20, 3; & 13, 6; Apicius 10, 2 & 7; Cels. 6, 11.

RHŪSĔLĪNON, *i*, n. ῥοσέλινον, apium rusticum, herba scelerata, Apul. de Herb. c. 8.

RHYAS, *ădis*, f. ῥύας vel ῥοιὰς, fluxio oculorum, ubi semper humor descendit, das trieffen der augen. Cels. 7, 7, 4.

RHYNTON, *onis*, m. seu Rinthon, sic enim ex Cicerone legitur, poëta fuit Comicus Tarentinus, nugator. Meminit ejus Cic. Att. 1, 20 *Nam ut ait Rinthon, ut opinor, οἱ μὲν παρ' ὐδὲν εἰσιν. οἷς δ' ὐδὲν μέλει*, hoc est, *Hi qui adsunt, nihili sunt, illis vero nihil curæ est.* Poëtæ hujus & Athenæus meminit lib. 3. At vero Donatus, imo potius Evanthus, non poëtam, sed actorem fabularum, & ab eo genus earum *Rhyntonicas* dictas existimat. Verum actor comœdiæ genus mutare aut constituere qui possit, inquit Scaliger, non video. Locus est Poëtic. 1, 7. v. Fabric. Bibl. Gr. 2, 19, ubi etiam ludicrum & Scarronicum dicendi genus illi tribuit. it. Spanh. ad Iuliani Cæs. præf. ū, ü. Supra habuimus *Rhinthon.*

RHYPĂROGRĂPHVS, *i*, m. ῥυπαρόγραφος, sordidarum rerum pictor, ein schlechter mahler, sudler, gurckenmahler; ῥύπαρον enim *sordidum* Græci dicunt. *Tonstrinas sutrinasque pinxit, & asellos, & ob hoc cognominatus Rhyparographus*, ait Plin. 35, 10 de Pyreico vel Pyrrhicho pictore.

RHŸPŌDES, *is*, n. emplastrum ad extrahendum, quod a similitudine sordium ῥυπώδες Græci appellant, ein zugpflaster, Cels. 5, 19, 15. conf. 5, 26, 23; & 6, 18.

¶ Rhyprūsa, *æ*, f. ῥύπτικα, medicamentum abstergens, quod in vulnere sordes purgat, Cels. 5, 26. 23.

RHYTHMVS, vel Rythmus, *i*, m. ῥυθμὸς, numerus, longarum brevium que syllabarum permixtione constans & ordine, conveniens sententiæ, gemessener ton, est que oratio proprius; nam carminis metrum est. V. Aristot. Rhet. 3, 8; Gell. 16, 18; & præter alios Iul. Cæs. Scaliger. Poët. 4, 1. Auctor anonymus fragmenti, quod cum Censorino edi solet, c. 11 *Modum* dixit latine. Quintil. 9, 4 p. 403 differentiam *Rhythmi* & *Metri* ita declarat: *Rhythmi, id est, numeri, spatio temporum constant: Metra etiam ordine.* Vide ibi plura. *Rhythmi* autem nomen a *Rhythmenio*, Orphei filio factum, ex Nicostrato c. 10 tradit. ¶ 2. Tralate apud Vitruv. 1, 1 *Est ratiocinatio medicis de venarum rhythmo*, i. e. de harmonia & justa proportione pulsuum. ¶ 3. *Rythmum* etiam dixere recentiores *τὸ ὁμοιοτέλευτον*, voces similiter cadentes in versibus, quam rationem bona ætas ignoravit. v. Scip. Maffei Historia Diplomatica. Videntur que adeo ex voce *rythmus* orta Germ. reim & Gall. *rime.*

¶ Rhythmĭcus, *a, um*, ῥυθμικὸς, ut *Rythmica musicæ pars*, de qua Isidorus Orig. 2, 16 & 21. *Rhythmicum tempus, Rhythmica genera*, Mart. Capell. 9 p. 327 & 329. ¶ 2. Substantive. Cicero de Orat. 3, 49 *Nec sunt hæc rhythmicorum ac musicorum acerrima norma dirigenda.*

¶ Rhythmice, *es*, f. subst. ῥυθμικὴ, *ars omnis in numeris*, Mart. Capella 9 p. 327.

¶ Rhythmizomenon, *i*, n. *materia numerorum*, Mart. Capella 9 p. 326.

¶ Rhythmizātio, *onis*, f. Vet. Interpr. Irenæi 2, 20 *Apta rhythmizatio.*

¶ Rhythmoïdes, *is*, adj. ῥυθμοειδὴς, i. e. similis numeris. Mart. Capella 9 p. 327 & 328.

¶ Rhythmopœia, *æ*, f. ῥυθμοποιΐα, *quemadmodum procreatio numerorum possit effingi*, die harmonische kunst, Mart. Capell. 9 p. 327.

¶ Arhythmus & Arhythmatus, *a, um*, rhythmo carens; ut, *Genus numerorum arhythmon*, Capella l. c. cui & p. 328 *Arhythmata tempora sunt, quæ sibi nulla omnino lege consentiunt, ac sine certa ratione conjuncta sunt.*

¶ Enrhythmus & Enrhythmĭcus, *a, um*, ut, *Genus numerorum enrhythmon*, Capella p. 327. Et, *Enrhythmica tempora, quæ ratione certa ordinem servant*, Idem p. 328.

¶ Eurythmia, *æ*, f. εὐρυθμία, concinnitas, convenientia, eine gute einrichtung, feine proportion. Vitruv. 1, 2 pr. *Architectura constat ex ordinatione, ex dispositione, eurythmia & symmetria*, &c. vid. Lex. Vitr. p. 49.

RHŸTIVM, *i*, n. poculi genus, diminutivum ῥύτιον a ῥυτὸν, quod in poculis enumerat Athenæus 10, 13; & 11, 5. Forma intelligitur ex joco Martialis 2 ep. 35 in Varum: *Cum sint cruræ tibi simulant quæ cornua lunæ In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.*

RĪCA, *æ*, f. flammeum virgineum, καλύπτρη, ein schleyer. Varro de L. L. 4, 29 *Ricam* a *vitu* esse ait, *quod Romano ritu sacrificium fœminæ cum faciunt, capita velant.* Adde Festum; & Nonium 14, 15; & Plaut. Epid. 2, 2, 15. Germanicus in asterismo virginis v. 122 *Tristesque genas abscondita rica*, al. *vitta.* Servius videtur *Rigam* appellasse (nisi potius *Rica* ibi legendum sit) ad illud Virg. Æneid. 4, 137 *Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.* Nonius *sudarium* interpretatur l. c. Mulierum fuisse apparet etiam ex illo Gell. 6, 10 de Euclide Megarico, *caput rica velatus.* Est hinc

¶ Rīcula, *æ*, f. dimin. Turpilius apud Non. 14, 16 *Interea adspexi virginem injectam in capite riculam indutam ostrinam.* Est &

¶ Rīcĭnus, *i*, m. & Ricinium, *i*, n. vestimenti muliebris nomen, Cic. de Leg. 2, 23 *Extenuato sumptu riciniis & vinculis purpuræ*, &c. Festus: RICINIVM, *palliuni muliebre quadratum.* Trifyllabum *Ricinus*, eodem sensu, tutatur Vossius ex emendato Nonio, in Etymol. p. 434. Varro apud eumdem Nonium l. c. adjective *mitram ricinam* dixit. Servius ad Virg. Æn. 1, 286 deducit ab eo, quod post tergum rejicitur. v. Ruben. de Re Vest. 1, 7.

¶ Ricinarius, *i*, m. qui ricinia confarcinabat. Inscr. Murat. p. 869, 2. RICINARIVS PRINCIPALIS.

¶ Rīcĭnĭātus, *a, um*, ricinio indutus, beschleyert, bekappt; ut, *Riciniatus Iupiter*, Arnob lib. 6 sub finem. *Riciniati, mimi planipedes*, Festus.

RĪCĪNVS, *i*, m. plur. *Ricini*, vermiculi seu pediculi sunt canum, hunds-läuse. Varro R. R. 2, 9 *Ricini & pulices.* Plinius 22, 18 *Ricinos canum necant.* vid. intt. ad Nemesia. cyneg. 209. ¶ 2. Boves etiam his vermiculis infestari, patet ex Samm. Sereni v. 699 *Sanguine seu ricini, quem bos gestaverit ante.* ¶ 3. Catoni etiam ovium sunt *ricini*, schaaf-läuse, zecken, R. R. c. 96 *Si hæc sic feceris, non scabræ fient*, (oves) *& ricini non erunt molesti.* Prov. Perron. c. 57

In

In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides. vid. Reinef. Schol. p. 81. ¶ 4. *Ricinus* frutex etiam, de quo Matthiolus: *Ricinum*, inquit, *vocavere Latini plantam, quæ Græcis κνὶ dicitur, a similitudine, quam ejus semen habet cum ricino livido ac fœdo animali, quod canibus, bobus, capris aliisque quadrupedibus adhæret, neque prius decidit, quam plenius sanguine saginatum rumpatur.* ¶ 5. Germani *Ricinum* plantam appellant, den wunder- und creutzbaum. conf. Plinius 15, 7.

RICOTIA, *æ*, f. genus medicamenti, Octav. Horat. 1, 5.

Ricto, rictus, quære in *Ringo*, Ricula, *Rica*.

RĪDEO, *rīsi, rīsum, ridēre*, lachen. Cicero de Fin. 4, 30 *M. Crassus semel in vita risit, ex quo vocatus est ἀγέλαστος.* Discunt etiam puellæ ridere; de qua arte & vitiis Ovid. Art. am. 3, 281 sq. Ælianus scribit Hist. var. 3, 35 in academia ridendi potestatem nemini fuisse concessam, & causam addit: *nam ab injuria & ignavia purum & inaccessum hunc locum servare conabantur.* Cicero fam. 2, 4 *Non puto esse, qui temporibus his ridere possit*, i. e. jocari. Ita, *Ridere ad patrem*, Catull. 6. 219, *alicui*, jemand anlachen, Virgilius ecl. 4, 62. ¶ 2. Ter. Adelph. 5, 2, 9 *Ridere* posuit pro *deridere*, belachen. Et Cicero de Ar. Resp. c. 4 *Ridere alicujus impudentiam.* Ita & Virgil. ecl. 6, 23 *Ille dolum ridens.* Ita etiam passive Spartianus in Hadriano c. 3 *Cum orationem in senatu agrestius pronuncians risus esset.* Et Vopisc. in Carino c. 20 *Bene risus est in imperio suo Carus.* ¶ 3. Eleganti quoque & perquam venusta tralatione *Ridere* dicitur, quicquid hilaritate quadam nobis adblanditur, schön und lustig anzusehen seyn. Sic ornata domus, cælum sudum, tempus vernum *ridere* dicitur Lucretio & aliis poëtis. Vide Gifan. Indic. Lucret. & Passerat. ad Catull. Epithal. &c. Petron. c. 127 *Albaque de viridi riserunt lilia prato.* Horat. 4 od. 11, 6 *Ridet argento domus*, es glänzt von silber. Virgilius ecl. 7, 55 *Omnia nunc rident*, i. e. pulchra sunt. Et Ovidius Trist. 1, 4, 27 *Vultu ridet fortuna sereno.* ¶ 4. Est & *placere*, arridere. Horat. 2 oda 6, 13 *Ille terrarum mihi præter omnes angulus ridet*, der ort gefällt mir für allen. Petron. c. 5 p. 22 *Si armigeræ rident Tritonidis arces*, h. e. Si adire placet Athenas.

¶ Rīdo, *ĕre*, antiquum, idem. Lucret. 3, 22 *Diffuso lumine ridit.*

¶ Ridens, *tis*. Catull. 43, 9 *Molestè ridens catuli ore Gallicani*, Idem 52, 4 *Spectare & audire dulce ridentem.* Horat. 1 sat. 1, 24 *Ridentem dicere verum quid vetat?* Idem 2 sat 3, 72 *Malis ridens alienis*, ein schaden-froh. *Ridentes undæ*, i. e. placidæ ac lenes, Lucret. 5, 1003.

¶ Rīsus, *ūs*, m. ein gelachter, das lachen; ut, *Risum alicui excitare*, Nepos 23, 11, 5; Et, *Risum concitare*, Cicero de Orat. 2, 58, etwas zu lachen machen. *Meros risus edere*, Idem ad Qu. frat. 2, 10. Et, *Risum conciliare*, Quintil. 6, 3, ubi totum cap. *de risu. Risum movere*, Cicero Att. 6, 3. *Risum captare*, Idem Tusc. 2, 7. *Risum alicui elicere*, Iuvenal. 7, 212. *Risum tollere*, Horat. Art. P. v. 381. Et idem 1 sat. 4, 82 *Qui non defendit alio culpante, solutos Qui captat homimum risus, &c.* Quintil. 6, 3 p. 537 *Nimium risus pretium est, si probitatis impendio constat.* Sic, *Risus quidam mediocris consecutus est*, man hat darzu gelächelt, Cicero fam. 5, 2 *Risus solutus, dissolutus*, cachinnus, ein bäurisch lachen. *Indecens risus*, Suet. Claudio c. 30. *Fabia risui fuit soror fuit*, Livius 6, 34, sie ist von der schwester ausgelacht worden. Catull. carm. 40, 20 *Risu inepto res ineptior nulla est.* Cicero de risu ita scripsit, ut, an concessus, dubitare videatur, Tusc. 4, 31. Risu decessisse & Philemona Syracusanum, & Philistiona Nicæensem, Hesychius Illustr. narrat. *Ridere risum Sardonium*, h. e. periculosum & mortiferum. vid. Cic. fam. 7, 25.

¶ Rīsio, *ōnis*, f. idem. Plaut. in Sticho 5, 2, 10 *Quot ego risiones fero? quot jocos?*

¶ Rīsor, *ōris*, m. ein spötter, der gerne lacht; ut, *Risores commendare Satyros*, Horat. de Art. poët. v. 225.

¶ Rīsōrius, *a, um*, lächerlich. Fulgent. Mythol. 2 *Risorii honores.*

¶ Rīsībĭlis, *e*, aptus ad ridendum, γελαστικὸς, lachend, utuntur eo Boëthius & alii Philosophi. vid. Goclen. Probl. Gram. 2, 57.

¶ Rīdĭbundus, *a, um*, idem. Plaut. Epid. 3, 3, 32 *Ridibundam atque hilarem huc adduxit.* Gell. 11, 15 *Non dixit, ax, quid & quantulum differret a ludibundo ludens, & ridibundo ridens.*

¶ Rīdĭculus, *a, um*, lächerlich, possirlich, kurtzweilig; ut, *Poëma ridiculum*, Horat. 2 epist. 1, 237. *Ridiculus mus*, Idem Art. poët. v. 139. *Hoc postulatum ridiculum esse videtur*, Cicero Verr. 2, 60. *O rem ridiculam & jocosam!* Catull. 57, 1. Et, *Logos ridiculos vendere*, Plaut. Stich. 1, 3, 69. Superl. *Tum sum ridiculissimus*, ibid. 2, 2, 58.

¶ Rīdĭcŭlus, *i*, m. subst antive, qui aliis risui est, ein narr, γελωτοποιὸς, ein possenreisser, Plaut. Capt. 3, 1, 10. Iuvenal. 3, 153 *Nil habet infelix paupertas durius in se, Quam quod ridiculos homines facit.* Ter. Eun. 2, 2, 13 *At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.* Cicero Att. 1, 13 *Facie magis quam facetiis ridiculus.*

¶ Rīdĭcŭlum, *i*, n. subst. etwas lächerliches. Cicero Verr. 2, 7 *Aliis indignum, aliis ridiculum videbatur.* Sic, *Eludere ridiculum ridiculo*, Quintil. 6, 3. *Ridiculo esse*, lächerlich seyn, Ter. Eun. 5, 7, 3. *Per ridiculum dicere*, zum possen, Cicero Off. 1, 37. *Quatenus sint ridicula tractanda oratori*, Id. de Orat. 2, 58. *Obtinere regem ridiculis suis*, Plaut. Stich. 3, 2, 2.

¶ Rīdĭcule, adverb. spöttlich, lächerlich. Cicero Verr. 2, 66 *Homo ridicule insanus.* Idem de Orat. 1, 57 *Non modo acute, sed etiam ridicule ac facete.* Adde Ter. Adelph. 4, 5, 42 *Ridicule!*

¶ Rīdĭcŭlārius, *a, um*, voll lachens, närrisch. Plaut. Asin. 2, 2, 69 *Mitte ridiculiaria*, setze die narrenpossen beyseit. Et Gell. 4, 20 *Cavillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius.* conf. Borrich. Cogit. p. 224.

¶ Rīdĭculōsus, *a, um*, idem; Arnobii est p. 175 *Ridiculosa negotia defendere*: & Hieronymus adv. Rufin. 3, 4 pr. *Ridiculosus* a *Ridiculus* distinguit: *Non ridiculosa, ut scribis*, inquit, *sed ridicula mihi forte res accidit* Superl. *Ridiculosissimus* apud Plaut. Sticho 2, 2, 64.

¶ Ridiculose, adv. idem, apud Fenestellam c. 17.

¶ Rīsĭto, *are*, frequentat. a *Rideo*, sehr und oft lachen. Nævius apud Nonium 3, 116 *Clam incunt, irruunt, cachinnos, joca, dicta, risitant.*

¶ Rīsĭlŏquium, *i*, n. ein lachendes reden. Tertull. de Pœnit. c. 10 *In risiloquio consistere.*

Composita cum præposit.

¶ Arrīdeo, *si, sum, ēre*, quod est applausum & lætitiam risu ostendere, anlachen, anlächeln. Proprium adulatorum: vid. Ter. Eun. 2, 2, 19, & ibi Donatus. Horat. Art. poët. v. 101 *Ridentibus arridere*, mitlachen. ¶ 2. Interdum idem est ac *placere*, gefällig seyn. Horat. 1 sat. 10, 88 *Quibus hæc, sint qualiacunque, Arridere velim.* Et Cicero Art. 13, 21 *Inhibere illud tuum, quod valde arriserat*, (hoc est, placuerat), *vehementer displicet.* Pass. *Arrideri* & *Derideri.* vid. in Cic. de opt. gen. or. c. 4.

¶ Arridens, *tis*. Cic. in Somn. Scip. c. 2 *Leniter arridens Scipio, quæso, inquit, ne me ex somno excitetis.*

¶ Arrīsio, *ōnis*, f. das freundliche anlächeln. Autor ad Herenn. 1, 6 *Interpellatio aut arrisio*: cui opponitur paullo ante *Irrisio.*

¶ Arrīsor, *ōris*, m. adulator, ein fuchsschwäntzer. Senec. epist. 27 *Stultorum divitum arrisor & arrisor.*

¶ Conrideo vel Corrideo, *ēre*, mit lachen, mit einander lachen. Lucret. 4, 81 *Omnia corridentconcepta luce diei.* Et Augustinus Confess. 4, 8 *Colloqui & corridere.*

¶ Dērīdeo, *ēre*, est cum alterius irrisione & contemtu ridere, auslachen, verlachen, verhohnen. Ter. Eun. 5, 9, 57 *Hunc deridendum vobis præbeo.* Iuvenal. 2, 23 *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.* Et Cicero pro Flacco c. 31 *Pergameni te deriserunt. Quid? tu, ludi te, non intelligebas?* Horat. 2 epist 1, 262 *Discit enim citius meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quam quod probat & veneratur. Derides?* vox ejus, qui alteri rem minis augenti fidem denegat. Varr. R. R. 3, 2, 15.

¶ Derīsus, *a, um*, verhohnt, verspottet. Cic. Verr. 3, 92 *Derisum beneficium atque contemtum.* Et Verr. 5, 39 *Derisus homo amens a suis consiliariis.* conf. Horat. Art. poët. v. 452.

¶ Derīsus, *ūs*, m. subst. die verlachung, verspottung. Quintil. 6, 2 *A derisu non procul abest risus.* Sen. præf. 4 Excerpt. Controvers. p. 444 *Incidere in ea, quæ derisum effingere non possint*, etwas begehen, das auslachens werth ist. Prudent. in Romano v. 248 *Pulmonem movet Derisus, ipsas intuens ineptias.*

¶ Derīsio, *ōnis*, f. der spott. Arnob. 7 p. 239 pr. *Derisionis materia.* Et Lactant. 4, 18 *Si non credideritis ei, neque exaudieritis annunciationem ejus, eritis derisio in gentibus.* Scioppius Animadv. p. 11 superstitiosum putat Vossium, qui recte dici *derisionem* neget, cum *irrisionem* Cicero dixerit.

¶ Derīsor, *ōris*, m. ein spötter, spottvogel. Plinius 11, 52 *Supercilia, quibus juxta tempora inflexa, derisores significant.* Pro parasitis & scurris, qui dicacitate & derisionibus aliorum dominos oblectabant, sibi quærentes victum, Plautus *Derisores* posuit Capt. 1, 1, 3. Et Horat. 1 epist. 18, 11 *Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi Derisor lecti*; id est, parasitus, qui in ima parte lecti ad pedes adstans domini scurratur. Nam accumbentibus dominis servi stabant ad pedes. Atque hi ipsi scurræ & adulatores cum alios, tum dominos ipsos plerumque deridebant habebantque ludibrio. conf Horat. 2 sat. 6, 54; & Art. poët. v. 433. Sen. epist. 27 *Suæsit illi Satellius Quadratus stultorum divitum arrisor, & quod sequitur, arrisor, & quod duobus his adjunctum est, derisor.* Caligula *Derisores* vocabat, qui, cum hæredem se scripsissent, perseverarent tamen vivere, quasi pro ludibrio haberetur, qui non statim adire posset hereditates, ut Suetonius ejus vita refert c. 38. ¶ 2. Et quia *mimorum* proprium deridere, & subsannare, idcirco & *derisores* appellati. Martialis 1 epist. 5 *Qua Thymalem spectas, derisoremque Latinum, Illa fronte precor carmina nostra lege. Latinum* autem istum *Scenicum*, sive *mimum* fuisse, ex ejusdem poëtæ lib. 2 epigr. 72; & lib. 9 epigr. 29 clare constat.

¶ Dērīsōrius, *a, um*, spöttlich. Marcianus L. 14 Dig. de condict. institut. *Conditiones, quæ contra bonos mores, vel derisoriæ sunt.* Gloss. lat. gr. *Tabula derisoria*, σανὶς καταγελαστή.

¶ Derīdĭcŭlus, *a, um*, lächerlich, auslachens werth; ut, *Deridicula vanitas*, Gell. 10, 12. *Deridiculos versus facere*, Id. 12, 2.

¶ Derīdĭculum, *i*, n. subst. res deridenda, ein spott, kurtzweil; ut, *Esse deridiculo*, Tac. An. 3, 57, 3. Et Ter. Heaut 5, 1 extr. *Qui sibi me pro deridiculo & delectamento putat*, der mich für einen narren hält.

¶ Irrīdeo, *ēre*, habere ludibrio, verspotten, verlachen. Ter. Heaut. 5, 2, 29 *Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adjuvas?* & Plaut. Trin. 2, 4, 45 *Bonis tuis rebus meas res irrides malas.* Cicero fam. 9, 26 *Tu philosophum irriseris.* Sic in MSS. sed improbat Græv. Pass. Id. Fin. 3, 22 *Quæ irrideri ab imperitis solent.* Nepos 23, 11, 3 *Quod ad irridendum eum pertinet.*

¶ Irridens, *tis*. Cicero N. D. 2, 3 *Deos irridens.* Nepos 1, 1, 5 *Lemnii irridentes responderunt.*

¶ Irridenter, adv. idem. Laber. apud Charis. p. 181 *Irridenter petiit.* Augustin. epist. 5 *Irridenter eos admonere voluit.*

¶ Irrīsus, *a, um*, verlacht, verspottet. Plaut. Epid. 3, 4, 83 *Me impune irrisum esse habitum.* Tac. An. 4, 9, 2 *Ad vana & toties irrisa revolutus.*

¶ Irrīsus, *ūs*, m. subst. die höhnung, verlachung. Plin. 32, 9 *Quæ scripsisse eos non sine contemtu & irrisu generis humani arbitror.* Et Liv. 7, 10 *Gallus linguam ab irrisu exerens.* Sic Tac. An. 14, 39, 3; & Hist 1, 7, 5 *Irrisui esse*, ein spott.

¶ Irrīsio, *ōnis*, f. idem. Cicero Off. 1, 39 *Deforme est, de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.* conf. Id. de Orat. 1, 12; & Aut. ad Herenn. 1, 6.

¶ Irrīsor, *ōris*, m. ein spötter. Cic. Paradox. 1, 4 *Veniant igitur irrisores hujus orationis.* Epitoma Victoris in Constantino: *Irrisor potius quam blandus.* vide *Blandus.*

¶ Irri-

¶ Irrisōrius, *a, um*, höhnisch, ſpöttiſch; ut, *Irriſoria convivarum gula*, Saresb. 8, 8. *Irriſoria lepidaque verſatia*, Martial. Capella 8 p. 273.

¶ Irriſive, adv. idem. Ammian. 16, 12 extr. *Irriſive Victorinum ideo nominabant* &c. ita legit Valeſius: al. *Injuriſſime.*

¶ Irrīdĭcule, adverb. Cæſar B. Gall. 1, 42 *Non irridicule quidam ex militibus dixit*, id eſt, ridicule.

¶ Irrīdĭcŭlum, *i*, n. res irridenda, ein ſpott. Plaut. Caſ. 5, 2, 3 *Irridiculam ſumus ambo.* Idem Pœn. 5, 4, 10 *Ab juventute ibi irridiculo habitæ.*

¶ Irrīsĭbĭlis, *e*, der nicht lachen kan; ut, *Lapis irriſibilis*, ἀγέλαστος πέτρα, de homine ſevero & tetrico, v. Chiliad.

¶ Perrīdĭcŭlus, *a, um*, valde ridiculus, ſehr lächerlich. Cicero de Orat. 2, 19 *Doctrina perridicula.* Adde Verr. 2, 6; & Val. Max. 9, 12, 8.

¶ Perrīdĭcŭle, adv. idem. Cicero de Orat. 2, 59 *Si quid perridicule poſſis.*

¶ Sŭbrīdeo, *ēre*, lächeln, ſchmunzeln: ut, *Subriſit modice levique nutu*, Martial. 6 epigr. 82. Et, *Limis ſubriſit ocellis*, Ovid. Amor. 3, 1, 33. *Subridet Saturnus, veterator*, Cicero pro Roſc. Com. c. 8.

¶ Subridens, *tis*. Petron. c. 78 *Tum ſubridens, vide te, inquit* &c. Virgil. Æneid. 10, 742 *Subridens mixta ira.* Et Varr. R. R. 3, 2 *Appius ſubridens* &c.

¶ Subridĭculus, *a, um*, idem, apud Auguſtinum.

¶ Subrīdĭcule, adverb. aliquantum ridicule, Cicero de Orat. 2, 61 *Subridicule* & *ſevere* opponit.

RĪDĪCA, *æ*, f. pedamentum eſt vinearum fiſſile, (nam teres *palus* dicitur), ein geſchliſſener wein-pfahl, eine reb-ſtange. Budæus. Vide Varro RR. 1, 8, 4. Col. 11, 2, 12. Cato ipſe 17, 1. Vet. Gloſſ. κάραξ, *ſudis, ridica.* Ita enim legendum; non *redica*, quæ vulgaris lectio, aut *pertica*, ut volebat Vulcanius, quod recte animadvertit Mauſſacus Notis in Harpocrationis Lexicon p. 273.

¶ Rīdĭcula, *æ*, f. diminut. ein pflock. Sen. Nat. Qu. 1, 3 de fullone: *Cum os aquâ implevit, & veſtimenta ridiculis diducta leviter adſpergit.*

Ridicularius, ridiculoſus, ridiculus, vide proxime ante *Rideo.*

Rien, vide ſupra *Ren.*

RĪGEO, *ui, ēre*, ſtarren, ſtarr oder ſteif ſeyn. e. g. *Rigent frigore partes mundi incultæ*, Cicero Tuſc. 1, 28. conf. Iuſtin. 2, 1, 6. *Prata rigent*, Horat. 4 od. 12, 3, ſie ſind bereift. *Nervi rigent*, ſie erſtarren, Idem epod. 8, 17 *Comæ terrore rigebant*, die haare ſtunden zu berge, Ovid. Met. 3, 100 *Motu riguiſſe capillos*, Id. Faſt. 1, 97.

¶ Rīgens, *tis*, ſtarrend, ſtarr, ſteif. Livius 21, 32 *Omnia rigentia gelu.* conf. c. 55. Virgil. Æneid. 11, 72 *Veſtes auro oſtroque rigentes.* Plinius 11, 37 *Rigentes oculi*, morientium nimirum. Solinus c. 15 *Damnata pars mundi, Aquilonis conceptaculis rigentiſſima.* De extremo ſeptemtrione loquitur. Petron. c. 122 *Rigens hiemis pruinis*, erfroren.

¶ Rīgeſco, *ĕre*, indurari, hart werden, verſtarren. Virg. Georg. 3, 363 *Veſtes rigeſcunt.* Et Ovid. Met. 9, 357 *Rigeſcunt ubera.* Adde Celſ. 8, 10; Sen. Qu. Nat. 3, 10; Pallad. 1, 7.

¶ Rĭgĭdus, *a, um*, kalt, erſtarret, hart, ſtrenge. Virg. Georg. 2, 316 *Tellurem Boreâ rigidam ſpirante moveri.* Sic, *Rigidi mores*, Ovid. Remed. am. v. 762, grobe ſitten, & *Rigidus vultus*, Id. Heroid. 4, 73. *Rigida innocentia*, Livius 39, 40, id eſt, conſtans. *Rigida cervix*, Suet. Tib. c. 68. Compar. Cicero de Clar. Orat. c. 18 *Signa rigidiora*, quæ *mollibus* opponuntur, non minus ac *dura.* Capitol. in Macrino c. 11 *In vita imperatoria paullo rigidior & auſterior.* Et Ambroſius epiſt. 3 *Præponderant illecebroſa rigidioribus*, id eſt, vitia virtutibus. *Rigidiſſima ſolidĭtas*, Arnob. 5 p. 164. Adde Tertull. adv. Valent. c. 8.

¶ Rĭgĭde, adverb. idem. Vitruv. 2, 3 *Tectorium induſtum rigideque obſolidatum.* Ovid. Pont. 3, 3, 55 *Rigide ſubmovere.* Compar. Val. Max. 9, 7 extr. *Diſciplinam præfractius & rigidius adſtringere.*

¶ Rĭgĭdĭtas, *ātis*, f. die härte. Vitruvius 2, 9. *Rigiditatem habere.*

¶ Rĭgĭdo, *are*, ſtarr machen, ſteiffen. Sen. epiſt. 71 *Flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non poteſt.* Alii legunt, *rigiea eſt.*

¶ Rigor, *ōris*, m. κρύος, ῥῖγος, frigus vehemens, der harte froſt. Hinc *calor* & *rigor* contraria Plinio 7, 50. Sic, *Recentiſſimi rigoris acta infuſa*, Colum. 9, 14. Et Liv. 21, 58 *Torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant.* Plur. Lactant. 2, 8, 62 *Humida vel nimiis rigoribus torporata.* ¶ 2. *Durities*, die härte, ſtrenge, ſchärffe; ut, *Rigor ferri*, pro ferro rigido, Virg. Georg. 1, 143. *Rigor arborum*, Vitruvius 2, 9; *nervorum*, Celſ. 2, 1. *Rigor juris*, Modeſtin. l. 19 de appellat. & relat. ſcharf recht. ¶ 3. Ita *agri rigor* dicitur, quæ εὐθυωρίαν Græcis eſt, *tractus rectus.* Frontinus de qualitate agrorum Gœſii p. 31 *Extremitatum genera ſunt duo, unum, quod per* RIGORES *obſervatur: alterum, quod per* FLEXVS. RIGOR *eſt, quicquid inter duo ſigna vel in medio lineæ, rectum perſpicitur: Per flexus, quæ ſecundum locorum naturam curvantur, ut in agris arciſſimis ſolet.* Et mox ruſtus: *Quicquid in agro menſori operis cauſſâ ad finem rectum facerat*, RIGOR *appellatur: Quicquid ad horum imitationem in forma ſcribitur*, LINEA *appellatur.* Ergo *Rigor* in agro eſt, quod in delineatione agri, ſive forma, *Linea* vocatur. Adde ſupra in *Normalis* & *Normaliter* dicta; & Agg. Vibium p. 52. ¶ 4. Ad animum cum refertur, extremum conſtantiæ & gravitatis, quando excedunt, ſignificat, härtigkeit, verhärtung. Plinius 7, 19 *Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam tervitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectuſque humanos adimit, quales apathes Græci vocant.* Sen. de Ira 1, 16 *Cn. Piſo fuit, memoriâ noſtrâ, vir a multis vitiis integer, ſed pravus, & cui placebat pro conſtantia rigor.* Suet. Aug. c. 66 *Rigoris ſuſpicio.* Claud. Conſ. Honorii 4, 402 *Triſte rigor nimius: Torquati deſque mores.*

¶ Rĭgōrōſus, *a, um*, pro *Rigidus*, quo vulgus utitur, quod ſine exemplo antiquitatis ſit, in barbaris relinquitur. Nonnulli quidem provocant ad illud Senecæ epiſt. 11 *Opus eſt* rigoroſo *aliquo, ad quem mores noſtri ſe ipſi exigant.* Sed tum veteres tum novæ editiones hanc vocem neſciunt.

¶ Rĭgōrātus, *a, um*, pro *rigidus factus*, geſteift, eſt Plinii 17, 2 *Traduces pro virgultorum comitatu rigorati.* vid. Harduin.

¶ Rigefacio, *feci, factum, ere*, ſtarr machen, erkälten. Frontin. Strat. 2, 5, 23 *Iejunum exercitum in maximo frigore tranſitu fluminis rigefecit.* Ita Gronovius ad Liv. 21, 54, legit, alii *rigere fecit.*

¶ Dirĭgeo, *ēre*, obſtupeſcere, erſtarren. Virg. Æn. 3, 259 *Gelidus formidine ſanguis Diriguit.* Ovid. Faſt. 3, 332 *Hirſutæ diriguere comæ*, ſtehen zu berge.

¶ Erĭgĭdus, *a, um*, ganz ſtrenge, erſtarrt. Petron. Fragm. p. 681 *Erigidus, ſtrictis qui regnat in oſſibus horror.*

¶ Inrigido, *are*, rigidum reddere, ſteiffen. Hinc

¶ Inrigidatus, *a, um*, geſteifft. Ita Barthius Adverſ. 12, 20 legit apud Macrum 1, 3, 4 *Sed melius pluviæ ſi ſit decocta liquore Et ſic ſub dio prius inrigidata bibatur.*

¶ Obrĭgeo, *ēre*, prorſus indurefcere, gar erſtarren. Cicero de Somn. Scip. c. 6 *Obrigere pruinis.* Et Apulej. Florid. *Ille anima edita obriguerat.*

¶ Obrĭgeſco, *ĕre*, idem. Lucil. apud Nonium 2, 219 *Pars obrigeſcit frigore.* Sen. epiſt. 82 pr. *Viro non vel obrigeſcere ſatius eſt?*

¶ Prærĭgĭdus, *a, um*, valde rigidus, ſehr rauh. Quintil. Declam. 17 p. 227 *Vos ignotos prærigidæ mentis adfectus vocabulo molliore lenitis.*

RĪGO, *avi, atum, are*, humore conſpergere, wäſſern, näſſen, feuchten, feuchte machen. Plus autem eſt quam *conſpergere.* Colum. 5, 6 *Seminaria conſpergi potius, quam rigari debent.* conf. Ovid. Faſt. 5, 210. Sic Curt. 3, 1, 3 *Fons circumjectos rigat campos.* Idem 6, 4, 3 *Aquæ rigant ſolum.* ¶ 2. Nec aquæ tantum, ſed hominibus etiam aquam derivantibus imputatur. Curt. 8, 9, 10 *Erimanthus* (fluvius) *ab accolis rigantibus carpitur; ea cauſa eſt, cur tenues reliquias in mare emittat.* Sic apud Livium 5, 16 ext. *Aquam emiſſam per agros rigare*, i. e. deducere. v. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 415. conf. *Irrigo* n. 2. ¶ 3. Metaphorice Auctor ad Herenn. 4, 6 *Fontes qui omnium rigare debent ingenia* de magiſtris & præceptoribus dictum. Lucret. 5, 594 *Sol calum rigando complet* &c. deſcribitur ut fons luminis & vaporis undique circumfuſi. conf. Idem 4, 202. Sic, *Ora rigare fletibus*, weinen. Ovid. Met. 11, 419; *arma cruore*, Virgilius Æneid. 12, 308. Furius in 1 Annal. apud Macrob. Saturn. 6, 1 *Mitemque rigat per pectora ſomnum.*

¶ Rigans, *tis*; ut, *Nubes nimbique rigantes*, Lucret. 6, 520.

¶ Rigatus, *ūs*, m. die benetzung, befeuchtung. Fortunat. *Rigatu aliquid madefacere.*

¶ Rigātio, *ōnis*, f. rigandi actus, die wäſſerung. Columella 11, 3 p. 397 *Sicco loco ſeri, quo rigationem miniſtrari non expedit.*

¶ Rigātor, *ōris*, m. qui rigat. Tertull. adv. Valent. c. 15 *O fletum rigatorem!* Auguſt. ad Paulinam epiſt. 112 *Plantator & rigator.* Paulinus Nol. epiſt. 39 (al. 30) n. 6 *Spiritus Sanctus rigator animarum eſt.* Idem Natal. Felic. 8, 239 *Et ſitientis humi percuſſa rupe rigatos.* Dracont. Hexaëm. v. 432 *Ipſe rigator erat, ſator, auctor, meſſor, arator.*

¶ Rigatrix, *īcis*, f. apud Auguſtinum.

¶ Rīgus, *ōris*, die näſſe, feuchtigkeit. Plin. 5, 4 *Diarrhytum a Græcis dictum propter aquarum rigus*; Al. *irrigua.*

¶ Rīguus, *a, um*, wäſſerig; ut, *Riguum pratum*, quod aquis irrigatur, vel cujus ſolum ſuccidum eſt, eine wieſe, ſo man wäſſert, oder feuchten bodens iſt, Colum. 2, 7. Contrarium *Siccaneum* eſt, Id. 2, 17. Sic, *Rigui in vallibus amnes*, Virgil. Ge. 2, 485. ¶ 2. Subſtantive Plin. 17, 27 *Rigua æſtivis vaporibus utilia*, i. e. rigationes, ſive rivi ex amne ducti.

¶ Circumriguus, *a, um*, beſprengt mit waſſer. Propert. 1, 26, 37 *Et circumriguo ſurgebant lilia prato.* Ita Livinejus mavult quam *circum irriguo.*

¶ Erĭguo, *are*, das waſſer ableiten, abführen. Plinius 17, 27 *Pluvias aquas eriguare convenit*, i. e. rivis & foſſis deducere, v. Salmaſ. in Solin. p. 415.

¶ Irrĭgo, *are*, humorem infundere, wäſſern, befeuchten; ut, *Ægyptum Nilus irrigat*, Cicero N. D. 2, 52. ¶ 2. *Irrigare imbres*, pro, aquas inducere: Virg. Ge. 4, 115 *Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.* Claud. de Nupt. Hon. & Mariæ v. 101 *Largos hæc nectaris imbres Irrigat.* Vbi vide ſis Barthii Notas. Cato R. R. c. 51 *Si quando terra ſitiat, aquam irrigato leniter in areas.* ¶ 3. Cicero per translationem eleganter dixit N. D. 1, 43 *Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit.*

¶ Irrĭgātus, *a, um*, bewäſſert, benetzt, begoſſen; ut, *Solum irrigatum aquis*, Colum. 2, 17. Tralate Plaut. Epid. 1, 2, 18 *Hominem irrigatum plagis piſtori dabo.*

¶ Irrigātio, *ōnis*, f. die wäſſerung; ut, *Irrigationes agrorum*, Cic. Off. 2, 4. conf. Id. de Senect. c. 15; & Plin. [illegible] 12.

¶ Irrĭgator, *ōris*, m. qui irrigat. Gloſſ. lat. græc. *Irrigator*, ὑαγωδευτής.

¶ Irrĭguus, *a, um*, idem quod *Riguus*; ut, *Campus irriguus*, Lucan. 4, 296. *Hortus irriguus*, Horat. 2 ſat. 4, 16. Plaut. Trin. 1, 9 feſtiva dixit metaphora *Mores mali, quaſi herba irrigua, facereverunt uberrime.* ¶ 2. Et *Irriguus* active, qui irrigat, wäſſernd. Virgil. Ge. 4, 32 *Irriguumque bibant violaria fontem.* Tibull. 2, 1, 44 *Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.* Vide Burm. ad Calpurn. ecl. 2, 35.

¶ Subrĭguus, *a, um*, idem quod *riguus.* Plin. 17, 18 *In humido aut ſubriguo*, ſcil. *loco.*

RĬGO, *is, ĕre*, antiquum verbum putat Hard. ad Plin. 8, 42 f. 64, unde quemadmodum *arrigo, erigo*, ita etiam *proriga*, equarum admiſſor. vid. *Proriga.*

RĪMA, *æ*, f. fiſſura, hiatus, ein riß, eine ſpalte, klunſe, lücke. Cicero Att. 14, 9 *Tabernæ rimas agunt.* Vitruv. 7, 3 *Rimas recipere, facere.* Petron. c. 26 *Rima improbe diducta.* Virgil. Æneid. 1, 127 de navi-

navibus: *Rimisque fatiscunt.* Perſ. 3 pr. *Iam clarum mane feneſtras Intrat & angustas extendit lumine rimas.* Ter. Eun. 1, 2, 25 *Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.* Sic, *Rimam aliquam reperire*, de tergiverſatoribus a Plauto dictum eſt, qui ſemper aliquid inveniunt, quo elabantur, Curc. 4, 2, 24, ausflucht finden. v. Chil. Cic. in Orat. c. 69 *Inferciens verba, quaſi rimas expleat*, i. e. pleniorem locutionem faciat, der die lücken füllet.

¶ Rīmŭla, *æ*, f. diminut. Celſ. 8, 4 *Ne parvæ rimulæ fallant.* Lactant. de Opif. Dei c. 8 n. 14 *Exiguæ cavernarum rimulæ.*

¶ Rimo, *are*, antiquus poëta apud Feſtum in voce *Ruſpari: Et ego ibo, ut latebras ruſpans rimarem optimas*: Ita in ſchedis legi teſtatur Dacerius, cum legi cupiat Scaliger-*rimer maritimas.*

¶ Rīmor, *atus ſum, ari*, in rimas agere: item ſcrutari, inquirere, durchgraben, durchſuchen, grübeln. Virg. Ge. 3, 534 *Rimari terram.* Stat. Theb. 8, 760 *Et jam cornipedes trepida ac moribunda veſtantes Corpora, rimantur terras*: Vbi Lutatius: RIMANTVR, *in rimas agunt, id eſt, ſcrutantur.* RIMARI *enim proprie dicuntur ſues, cum paſcentes cibi gratia terram vertunt.* Virg. Ge. 1, 384 *Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri: id eſt*, (Servius ait) *paſcuntur in pratis; cibum per terræ rimas requirentes. Nam rimari huc tractum eſt de porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum.* ¶ 2. Hinc & inveſtigare, requirere, ſcrutari ſignificat, forſchen, unterſuchen. Vet. Gloſſ. *Rimatur*, ἐρευνᾷ. *Diligentiſſime rimari*, Quint. 5, 13. Et, *Id quoque rimatur, quantum poteſt*, Cic. Divin. 1, 57. Feſtus: *Rimari eſt valde quærere ut in rimis quoque.* Colum. 8, 15 *Volucres, quæ ſtagna & paludes rimantur.* Adde loca ap. Nonium 4, 395. Sed ap. Virg. Æn. 6, 599 vultur dicitur *rimari epulis*, i. e. in epulis; Nonius paſſive præter neceſſitatem accipit pro *expleri.*

¶ Rimans, *tis*, quærens. Virg. Æn. 7, 507 *Quod cuique repertum eſt Rimanti, telum ira facit.*

¶ Rīmātus, *a, um*, paſſive, durchſucht. Sidon. 7 epiſt. 2 *Diligenter, quæ ad ſocrum pertinuerant, rimatis convaſatisque.*

¶ Rīmātim, adverb. durch eine klunſe. Martian. Capell. 2 *Rimatim ab oſtio ſpeculari.*

¶ Rīmātor, *ōris*, m. qui rimatur. Arnob. 5 p. 161 *Varro in antiquitatis indagatione rimator.* Et Caſſiod. var. 3, 6 *Rimator morum.*

¶ Rīmābundus, *a, um*, intente rimans. Apul. 2 Met. p. 116 *Dum hæc identidem rimabundus eximie delector.*

¶ Rīmōſus, *a, um*, voll klunſen, löchericht, lückicht. Horat. 2 ſat. 6, 46 *Et quæ rimoſa bene deponuntur in aure*: i. e. quæ aliis ſecreti minus capacibus dici poſſunt. Prudent. paſſione Hippolyti v. 69 *Rimoſæ imponere cymbæ.* Conf. Virg. Æn. 6, 444; & Georg. 4, 45; item Propert. 2, 13, 72. Vitruv. 2, 3. Et Compar. Gell. 17, 11 *Pulmo rimoſior.*

¶ Inrīmor, *ari*, pro *rimari, ſcrutari*, nachforſchen. Pacuv. apud Non. 4, 395 *Cum incultos pervaſtigans inrimare* (pro *inrimaris*) *ſimus.*

RINGO, *rinxi, rictum, ringĕre*, active vel potius Ringor, *ringi*, deponentialiter, ſignificat os diducere, das maul zerren, die zähne blecken. ¶ 2. Et *Ringi* ſtomachari eſt, ſauer ſehen, unmuths ſeyn. Ter. Phorm. 2, 2, 27 *Dum tibi ſit, quod placeat, ille ringitur, tu rideas*, er wirfft das maul auf, er iſt zornig, er murret. Sidon. carm. 23, 87 *Multum ringitur otioſa virtus.* conf. Horat. 2 epiſt. 2, 128. Sipontinus hoc verbum *Ringi* a ῥίν, ῥινός, quod *narem* ſignificat, fecit, ut ſit *ringi*, die naſe rümpffen; quod canes latraturi ringendo vel ex ira nares in rugas diducunt. Etiam *hominis eſſe rictum*, probat Nonius 6, 43.

¶ Ringens, *tis*. Petron. c. 75 *Me non facies ringentem, amaſiuncula*, du wirſt mich nicht böſe machen.

¶ Ricto, *are*, frequent. ein groß maul machen und ſchreyen. Spartianus in Geta c. 5 *Leopardi rictant.*

¶ Rictus, *ûs*, m. eſt oris diſtenſio, γελάσινος, das aufſperren des mauls, der rachen; ut, *Rictus ad aures debiſcens*, Plin. 8, 21. Sic, *Riſu diducere rictum auditoris*, Horat. 1 ſat. 10, 7. Ovid. AA. 3, 283 ridere docens puellas, *ſint modici rictus.* Et Gell. 18, 4 *Tum ille rictu oris labearumque ductu contemni a ſe oſtendens & rem, de qua quæreretur, & hominem ipſum, qui quæreret*, er rümpffte das maul. Quint. 1, 11 p. 117 *Ne immodicus hiatus rictum diſtendat.* Columbis etiam *rictum* tribuit Plin. 10, 9.

¶ Rictum, *i*, n. idem quod *Rictus*, das maul, die leffze. Lucret. 6, 1193 *Inhorrebat rictum.* Id. 5, 1063 *Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes.* Et Cic. Verr. 4, 43 *Herculis* (ſtatuæ) *rictum paulo eſt attritius, quod id oſculari ſolent.* conf. Nonius 3, 185.

¶ Subringo, *ĕre*, vel Subringor, *gi*, aliquantulum ringi. Cic. Attic. 4, 5 *Erimus uberiores, ſi & ille libenter accipiet, & hi ſubringentur, qui villam me moleſte ferunt habere.*

Rinthon, vide ſupra *Rhynthon.*

RĪPA, *æ*, f. ὄχθη, fluminum eſt extremitas & fontium, ſicut maris litus; quamquam hæc differentia non ſemper obſervatur, der rand, das geſtade, ufer am fluß. *Fluvium extra ripas diffluentem coërcere*, Cic. de Clar. Orat. c. 91. *Litora* ſunt terræ, ubi fluctus eluit, declives illæ ac humiles nihilque tumentes: *Ripæ* vero terræ elatæ & altiores fluctu. Pomp. Mela 3, 10 de Æthiopia: *Oras ad Eurum ſequentibus nihil memorabile occurrit: vaſta omnia vaſtis præciſa montibus, ripæ potius ſunt, quam litora.*

¶ Rīpŭla, *æ*, f. diminut. Cic. ad Attic. 15, 16.

¶ Rīpārius, *a, um*, ripas inhabitans; ut, *Ripariæ hirundines*, quæ in ripis nidificant, ufer-ſchwalben, Plin. 30, 4. Hinc

¶ Rīpāriŏla, *æ*, f. talis hirundo, per diminut. ap. Marcell. Empir. c. 15.

¶ Rīpārienſis, *e*, riparum caſtris deputatus. Nam *Milites riparienſes* dicebantur, qui in imperii limitibus excubabant pro repub. adverſus barbaros: ut in ripis Danubii ad tuendas Pannonias adverſus Sarmatas; in ripis Euphratis, adverſus Parthos, &c. grentz-ſoldaten. v. Herodianus 6, 7. Alciatus C. de Re militari. Quomodo diſtinguatur a cognatis vocabulis, Caſaubonus docet in Flav. Vopiſci Aurel. c. 38 *Qui ripam inhabitant, Riparii dicuntur: & legiones, quæ prætendebant apud Riparios, dictæ Riparienſes &c.* ¶ 2. Sed milites quoque, qui ad ripas prætendunt, *Riparii* dicti. Vet. Gloſſ. *Riparius*, ὀχθοφύλαξ.

¶ Rīpenſis, *e*, juxta ripam, cujus oppoſitum eſt *mediterraneus*, hoc eſt, remotus a ripa. Sic, *Dacia ripenſis*, apud Ammian. 26, 30, quæ Danubii ripam ſpectabat: *Mediterranea* contra, quæ propior erat Macedoniæ. Vtraque enim de nova Aureliani, non de veteri provincia Trajani intelligenda. vide Geograph.

¶ Ripāticum, *i*, n. tributum, quod accipitur in ripis, zoll vom ufer. ICt.

¶ Prærīpia, *orum*, n. pl. loca vicina ripis, die gegend am ufer; ut, *Prærīpia fluminis*, Apul. Apol. p. 278, quæ ante ripam ſunt. v. Gronov. Obſervat. 1, 20, qui non tantum Apuleji locum confirmat contra illos, qui *prærupta* legunt, ſed Servium etiam ad Virg. Æn. 6, 704, ita corrigit ex MSS. *juxta prærīpia fluminis*, non, ut vulgo legunt, *juxta prærupta.*

RIPHÆI, *orum*, m. pl. Ῥιπαῖοι, montes Scythiæ, dicti a perpetuo ventorum flatu: ῥιπίζειν enim *flare* ſignificat. ¶ 2. *Riphæos* vero populos Riphath filius Gomer inſtituit, quos a ſe *Riphæos*, ſive *Riphathæos* nominavit, ut Joſephus ſcribit Antiq. Iud. 1, 7. ¶ 3. *Eurum Riphæum* dixit Virg. Ge. 3, 382 *Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro.* Scythia enim magna ex parte orientalis eſt.

RIPHEARMA, *æ*, f. oppidum Arabiæ, *quo vocabulo hordeum appellant*, Plin. 6, 28.

RĪPHEVS, *ei*, m. duabus ſyllabis, unus ex Centauris eſt, Ovid. Met. 12, 352. Et alius Trojanus, de quo Virg. Æn. 2, 426 *Cadit & Ripheus, juſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris, &c.*

RISCVS, *i*, m. Nonius 2, 736 *Locum anguſtum in pariete interpretatur*, ein ſchränckgen in der wand. Ter. Eun. 4, 6, 16 *Ciſtellam, Pythias, domo effer cum monumentis*: P. *ubi ſita eſt?* T. *in riſco.* Donatus ciſtam pelle contectam, & nomen Phrygium tradit, ein reiſe-kaſten, kuffer. A quo non alienus videtur Gloſſator Vetus; Ita enim ille: *Riſcus*, κιβωτὸς μεγάλη. Alius: λάρναξ, *Arca*, *riſcus.* Apud Pollucem quoque βίσκος arcæ genus eſt, ubi aſſervantur veſtes. Extenditur etiam ad alia, ut Cujacius notat Obſervat. 8, 1. Vlp. l. 25 § 9 D. de aur. arg. *Riſcum* in mundo muliebri numerat.

Riſio, riſor, riſus, vide paullo ſuperius in *Rideo.*

Rite, ritualis, ritualiter, vide ſequens *Ritus.*

RITVS, *ûs*, *ui*, m. mos eſt, vel conſuetudo, ein gebrauch, eine weiſe, gewohnheit. Cic. de Leg. 2, 9 *Ex patriis ritibus optima colunto.* Id. Phil. 2, 25 *Vivere latronum ritu.* Et Plin. 12, 8 *Ritu naturæ capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri*, nach gewöhnlicher ordnung der natur. Liv. 3, 47 *Placet pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere.* Tac. An. 2, 85, 4 *Profanos ritus exuere.* ¶ 2. Proprie *Ritus* ſacrorum mos ſeu ceremoniæ. Ovid. Met. 6, 591 *Deique Ritibus inſtruitur.* Virg. Æn. 12, 836 *Morem ritusque ſacrorum Adjiciam.* Prudentius de Epiphania v. 193 *Quin & propago degener Ritum ſecuta inconditum: Propago degener*, gentes notat: *Ritus inconditus*, religionem gentilem ſive paganiſmum. Sic *Chriſtiani ritûs homines*, qui Chriſtianiſmum confitentur, Chriſten.

¶ Rītuālis, *e*; ut, *Rituales libri*, qui de ritibus religionum ſcripti ſunt, quos noſtri, die kirchen-agenden. Cic. Divin. 1, 33, ubi cum *haruſpicinis, fulguralibus, auguralibusque libris* conjunguntur.

¶ Rituāliter, adv. wie es bräuchlich. Ammianus 29, 7 *Ritualiter conſecratus*, id eſt, rite, obſervatis ritibus & ceremoniis.

¶ Rīte, adverb. idem quod legitime, recte, ordine, rechtmäßig, gebührlich. Afran. ap. Chariſ. 2 p. 193 *Id ut rite intelligas.* Varr. L. L. 6, 5 *Quod fit rite, id ratum & rectum.* Sic, *Deos rite colere*, Cic. Div. 1, 13, auf gebührende weiſe. *Sacrificium rite perpetrare*, Liv. 44, 37 extr. v. Duker. ad 27, 25. ¶ 2. *Rite* Statius peculiari modo ſubſtantive uſus eſt, ac ſi nominativus eſſet *Rites* vel *Ritis* pro *Ritus*; Sic enim ille Theb. 11, 285 *Hei mihi primitiis armorum, & rite nefaſto Libatus juſſuſque mori*; i. e. ritu nefaſto.

Rivalis, rivalitas, rivinus, vide ſequens *Rivus.*

RĪVVS, *i*, m. ῥύαξ, aqua ex fonte, ſeu flumine deducta, ein bach, ein waſſergang. Namque & aqua, quæ deducitur opere facto in locum aliquem, *rivus* dicitur. Vitruv. 8, 7 *Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales ſtructiles aut ſiſtulis plumbeis, ſeu tubulis fictilibus, &c.* Inde *ſubſtructiones rivorum*, item *rivos ſubterraneos* non ſemel apud Frontinum de aquæductibus legimus. Vlp. l. 1 § 2 Dig. de Rivis: *Rivus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat: cui nomen eſt ἀπὸ τῦ ῥεῖν, a fluendo.* Sic, *Rivum a fonte deducere*, einen bach aus der quelle leiten, quemadmodum Cic. Top. c. 8 *Rivorum a fonte diductionem* dixit, die waſſerleitung. Contra, *Rivum fluvio inducere*, v. Chiliad. Sed, *Flumina e rivo facere*, Ovid. Pont. 2, 5, 22. Virg. Æn. 9, 456 *Pleni ſpumanti ſanguine rivi.* Horat. 1, 12, 9 *Te liquidus fortunæ rivus inauret.* Ovid. Met. 9, 655 *Humectat lacrymarum gramina rivo.*

¶ Rīvŭlus, *i*, m. dimin. Sic proverbialiter: *A fontibus potius haurire, quam rivulos conſectari*, Cic. Acad. 1, 2. Id. de Orat. 2, 27 *Tardi ingenii eſt, rivulos conſectari, fontes rerum non videre.* Proprie Prudent. in Romano v. 160 *Almonis usque pervenitis rivulum*, qui Romam ante Capenam portam præterfluebat.

¶ Rīvālis, *e*; ut, *Rivalis cancer*, ein bach-krebs. Et, *Rivalis alvcula*, hoc eſt, rivos frequentans, Colum. 8, 15. ¶ 2. Subſtantive RIVALES proprie ſunt, qui eodem rivo utuntur, die ſich eines waſſers gebrauchen. Gell. 14, 1 *Negotium quoque alicujus, quod ei forte de aquæ ductu cum rivalibus, aut de communi pariete cum vicino apud judicem eſt.* ¶ 3. *Rivales*, æmuli in amore, qui unam amant, eamque ob rem obtrectant inter ſe, ut ſolent, qui rivum habent communem, quibus ſæpe controverſiæ naſci ſolent, quo & ille Gellii locus pertinet, mitbuhler. Donatus vero ad beſtias refert: qui ad illud Ter. Eun. 5, 9, 42 *Militem ego rivalem recipiendum cenſeo*, ita ſcribit: RIVALES *dicuntur æmuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris beſtiis: quæ ſitientes cum ex eodem rivulo hauſtum petunt, in prælium contra ſe invicem concitantur. Sic Cicero pro Cœlio:* SIN ERIT EX ILLO FONTE RIVALIS, *inquit.* Hactenus Donatus. Et Plaut. Stich. 3, 1, 30 *Iſt amica ambobus, rivales ſumus.* Et, *Sine rivali diligere*, eſt ſtulte mirari, quod

nemo alius concupiſcat: Cic. ad Qu. frat. 3, 8 *O dii! quam ineptus? quam ſe ipſe amans ſine rivali?* conf. Horat. Art. P. 444. Vet. Gloſſ. *Rivales*, ἀντεραστάι. Adjective eodem ſignificatu Suet. Oth. c. 3 *Poppæam adeo dilexit, ut ne rivalem quidem Neronem æquo tulerit animo.* Catul. 58, 9 *Rivales ſocii puellarum.* Ovid. Remed. am. v. 769 *At tu rivalem noli tibi fingere quemquam.*

¶ Rīvīnus, *i*, & Rīvārius, *i*, m. idem qui *Rivalis*. Plaut. ſive quicunque auctor eſt, arg. Aſin. v. 6 *Rivinus amens ob præpetem mulierem. Is rem omnem uxori per præfitum nunciat.* Vet. Gloſſ. *Rivaria*, ζῆλαι.

¶ Rīvālĭtas, *ātis*, f. die mitbuhlſchafft. Cic. Tuſc. 4, 26 *Vitiosa emulatio rivalitati ſimilis eſt.* Apul. Met. 10 p. 250 *Sæva rivalitas.* Plur. Tertull. de Pudicit. c. 5 *Rivalitates defendere.*

¶ Rīvātim, adverb. in morem rivi. Macrob. Sat. 7, 12 *Rivatim aquæ de Ponto fluunt.*

¶ Rīvōrum, *i*, n. plur. *Rivora*, minores rivi; ut, *In monte poſita tria rivora, &c.* Vet. Auct. Rei agr. Gœſii p. 25.

¶ Rīvōſus, *a, um*, bachreich. Gloſſ. lat. gr. *Rivoſus*, ῥευθρώδης.

¶ Rīvĭfīnālis, *e*, objectu rivi fines inter vicinos faciens, wo ein bach ſcheidet. Siculus Flacc. de Condit. Agr. Gœſii p. 12 *Per omnem tractum rivifinalem.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Corrivus, *i*, m. eſt flumen in montium jugis ductum ad lavandum aurum, a corrivatione dictum, der zuſammenfluß. Ejusmodi flumina *corrugos* vocat Plinius 33, 4. Sed Dalechamp. *Corrivos* (vel *corrigos* a *corrigando*) legendum cenſet.

¶ Corrīvo, *āre*, in rivum colligere, zuſammen leiten. Hoc verbo uſus eſt Plinius 31, 4 *Dammoſi torrentes corrivantur.* Et Vlp. L. 1 § 4 Dig. de aqua, & aqua pluvia arcenda: *Sed & foſſas agrorum fecandorum cauſſa factas Mutius ait fundi colendi cauſſa fieri: non tamen corrivandæ aquæ cauſſa fieri.*

¶ Corrīvātus, *a, um*, zuſammen geleitet. Plin. 6, 14 *Anguſtias impedit corrivatus ſalis e cautibus liquor.* Idem 36, 15 *Per meatus corrivati ſeptem amnes.* Et 3, 5 (ſect. 9 Harduin.) *Tiberis tenuis primo, nec niſi piſcinis corrivatus emiſſusque, navigabilis.* Sen. Qu. Nat. 3, 19 *Venæ aquarum corrivatæ.*

¶ Corrīvātio, *ōnis*, f. die zuſammenleitung; ut, *Corrivatio aquæ pluviæ*, Plin. 31, 3. Adde 33, 4; & 36, 15 extr.

¶ Corrīvālis, *is*, m. pl. *Corrivales*, iidem qui *Rivales*, duo vel plures eandem amicam habentes, qui quaſi ad eundem rivum accedere videntur, mitbuhler. Quint. Decl. 14 *Patior corrivalium maledicta, &c.*

¶ Derīvo, *āre*, aquam ex fonte vel ex agro deducere, herleiten, ableiten; ut, *Aquam derivare de fluvio*, Plaut. Truc. 2, 7, 12. *Humorem in colliquias atque inde extra ſegetes derivemus*, Colum. 2, 8. ¶ 2. Metaphorice Ter. Phorm. 2, 1, 9 *Vt in me omnem iram derivem ſenis*, daß ich zorn auf mich lade. Sic, *Culpam ſuam in aliquem derivare*, auf einen die ſchuld ſchieben, werffen, Cic. Verr. 4, 20. *Derivare crimen*, Id. pro Mil. c. 10 von ſich ablehnen. *In Aſiam derivare partem aliquam curæ & cogitationis*, Id. Phil. 11, 9.

¶ Dērīvātus, *a, um*, geleitet, abgeleitet. Cic. Att. 2, 31 *Derivata expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum.* Horat. 3 od. 6, 19 metaphorice, *Hoc fonte derivata clades.*

¶ Derīvātio, *ōnis*, f. die ableitung; ut, *Derivationes fluminum*, Cic. Off. 2, 4; & Liv. 5, 15. ¶ 2. *Derivationes nominum, verborum, &c.* hoc eſt, declexiones, apud Grammaticos. Quintil. 3, 7 *Vtendum proxima derivatione verborum.*

¶ Derīvātīvus, *a, um*, apud eosdem Grammat. herſtammend. Et Vet. Gloſſ. *Derivativum*, παραγωγόν.

¶ Derivator, *ōris*, m. ein herleiter, apud Boëthium.

¶ Dirivo, *āre*, verleiten. Apul. 1 Met. p. 110 *Alicujus intentionem dirivare in alium ſermonem.* Cenſor. c. 5 *Semen ex partibus dirivari.* vid. Heum. ad Carol. M. de cultu imag. p. 465.

¶ Erīvo, *āre*, per rivos evacuare, herausleiten. Plin. 17, 26 *Pluvias aquas erivare.*

¶ Erivatio, *onis*, f die herausleitung, apud Vitruvium.

¶ Interrivatus, *a, um*, interſtinctus, unterzogen. Mart. Capell. 6 p. 191 *Interrivata marmore tellus.*

¶ Interrivatio, *onis*, f. die darzwiſchen-leitung. Idem Capell. 6 p. 213 *Hæc anguſtiora quadam interrivatione diſtenduntur.*

RIXA, *æ*, f. contentio, pugna; a *ringendo* dicta videtur, ein unwille, zanck. Cic. fam. 9, 22 *Academiæ noſtræ magna cum eo rixa eſt.* Tac. Hiſt. 1, 64, 4 *Iurgia primum, mox rixa.* Ergo *rixa*, contentio, quæ non verbis, ſed manu peragitur, ſchlägerey. Vnde *ſanguineæ rixæ*, apud Horat. 1 oda 27, 4. Vet. Gloſſ. *Rixa*, μάχη. Catull. 41, 4 *Vexandem excitare rixam, ciere*, Vellej. 1, 2, 2: Et Tibull. 1, 1, 74 *Rixas inſerere*, gezäncke anrichten.

¶ Rixor, *atus ſum, āri*, ἐρίζειν, hadern, zancken; ut, *Rixari cum aliquo de amicula*, Cic. de Orat. 2, 59. Vet. Gloſſ. *Rixatur*, μάχεται. Horat. 1 epiſt. 18, 15 *Rixatur de lana caprina.* Quint. Decl. 4 *Cum corpore anima rixatur.* v. ibi Burm. p. 91. Metaph. Varr. R. R. 1, 47 *Rixantur herbæ*, h. e. non facile ſequuntur evellentem.

¶ Rixo, *āre*, active idem. Varro ap. Non. 7, 82 *Ille viros hortari, ut rixarent.* Idem: *Ne familiæ rixent cum vicinis.* conf. Min. Felic. p. 344.

¶ Rixans, *tis*. Lucret. 6, 1283 *Multo cum ſanguine ſæpe rixantes.* Quint. 11, 3 p. 1038 *Rixantis modo dixit.* conf. Petron. c. 28.

¶ Rixatio, *onis*, f. das gezäncke, Tacito tribui ſolet.

¶ Rixator, *ōris*, m. ein zäncker, haderer. Quint. 11, 1 p. 967 *Videas rixatores quosdam neque judicum reverentia, neque agendi more ac modo contineri.* Et Firmic. 5, 8 *Homines mali, litigioſi, rixatores.*

¶ Rixōſus, *a, um*, contentioſus, haderhafftig, zänckiſch; ut, *Rixoſæ aves*, gallinacei, Colum. 8, 2.

Rizagra, Rizias, &c. vide paullo ſuperius *Rhizagra, Rhizias.*

RŎBETHRON, *i*, n. ῥόβεθρον, herba eadem quæ *hypociſtis*, ciſtenröſlein-kraut, Dioſc. 1, 112.

Robeus, vide *Robus*, Robigalia, robīgo, &c. *Rubigo.*

Roborare, roboreus, &c. vide ſequens *Robur.*

RŌBVR, *ŏris*, duriſſima eſt quercus, eine ſtein-eiche. Cic. Divin. 2, 41 *Quis robur illud recidit, dolavit?* Virg. Æn. 6, 181 *Cuneis & fiſſile robur Scinditur.* conf. Plin. 16, 2; Colum. 4, 26; Pallad. 1, 37. *Lacedæmonii, qui quotidianis epulis in robore accumbunt*, Cic. pro Mur. 35. ¶ 2. Per metaphoram animi & corporis, quarumcunque item rerum firmitatem ſignificat, kraft, ſtärcke. Vet. Gloſſ. *Robur*, ἔρνος, ῥεῦμα. *Animi magnitudo & robur*, Cic. Tuſc. 1, 40. *Incredibili quodam robore animi homo*, ein tapfferer held, Id. pro Mil. c. 37. *Robur corporis*; *Robur ætatis*, Id. pro Cælio c. 30. *Firmamentum & robur*, Id. pro L. Manil. c. 4. *Æternaque ferri robora*, Virg. Æn. 6, 605. *Robur ſaxi*, Lucret. 1, 881. *Roboris plena verba*, nachdrückliche worte, Sen. epiſt. 10. *Robora militum electa*, Liv. 7, 12. Cic. fam. 10, 33, 3; & Quint. Decl. 3, 5 p. 64. ¶ 3. *Robur* etiam quoddam ſupplicii genus dicebatur, eculeus ſeu equuleus, in quo inſidentes miſere torquebantur. Lucret. 3, 1030 *Verbera, carnifices, robur, pix, lumina, tædæ.* Turnebus Adverſ. 20, 26 *Robur* ibi fuſtem lignumque ſignificare cenſet, quo fontes tundebantur a fullone. vid. & Rhodig. Antiqu. Lect. 17, 8. ¶ 4. Erat & *Robur* locus in carcere, ut Feſtus tradit, quo præcipitabatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſtis includebatur, ein ſtock. Liv. 38, 59 *Vt in carcere inter fures nocturnos vir clariſſimus Scipio includatur, & in robore ac tenebris exſpiret.* Lucan. 2, 125 *Sæva tribunitia maduerunt robora tabo.* Apul. Apolog. p. 325 *O ſubtilitas digna carcere & robore!* conf. Turneb. Adverſ. 23, 21 & Taubm. in Plauti Curc. p. 538. ¶ 5. Pro *robur* eſt *robus* apud Catonem R. R. 17, 1. it. Col. 2, 6, 1 aperte enim tritici genus *robus* dictum ait, *quod pondere & nitore præſtet.*

¶ Rōbŏreus, *a, um*, von eichen oder eichen-holtz; ut, *Pons roboreus*, Ovid. Faſt. 5, 622. *Roboreis axibus compingitur ſolum*, Colum. 6, 19. conf. Id. 11, 2; Gell. 2, 20; Pallad. 1, 21.

¶ Rōburneus, *a, um*, idem; ut, *Fruges roburneæ*, i. e. glandes, Colum. 9, 1.

¶ Robuſtarius, *i*, m. idem qui *lignarius*. Inſcr. Mur. p. 5, 19 COLLEG. ROBVSTARIORVM ET FERRARIORVM.

¶ Rōbuſteus, *a, um*, idem. Vitruv. 3, 3, *Palis robuſteis locus configatur.* Eadem 5, 12 leguntur. Adde Id. 2, 1; & Varr. de R. R. 1, 38.

¶ Rōbuſtus, *a, um*, robore valens, ſtarck; ut, *Satelles robuſtus, & valens, & audax*, Cic. Agrar. 2, 31. *Animus robuſtus*, Id. Off. 1, 20. *Stipes robuſtus*, Liv. 38, 5. Nepos 7, 2, 3 *Quum robuſtior eſt factus*, ubi ætatis augmentum ſignificat. Cic. Phil. 2, 25 *Hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt.* Pallad. octob. 11 *Semen robuſtius facere*, ſtärcken. Cic. fam. 7, 3, 8 *Robuſtiſſimæ legiones.* Flor. 1, 12, 3 *Robuſtiſſima oppida.* Iuſtin. 25, 4, 6 *Robuſtiſſima pars exercitus.* Colum. de Arbor. c. 3 *Vineæ robuſtiſſimæ.*

¶ Robuſte, adverb. Nazar. Paneg. Conſtantini c. 17 *Natio ita raptim adolevit, robuſteque, recrobuſteque recreata eſt.*

¶ Rōbŏro, *āre*, eſt robur addere, ſtärcken. Cic. Off. 1, 31 *Perpetua conſtantia roborari.* Colum. 6, 27 *Mas roborandus eſt largo cibo.* conf. Plin. 10, 33 pr. & Pallad. Iul. 2.

¶ Roboratus, *a, um*, geſtärckt. Saresb. 7, 1 *Humanis viribus roborati intumuerunt.* Compar. Tertull. de anima c. 25 *Roboratior exitus.*

¶ Rōbŏraſco, *ĕre*, baumſtarck werden. Nævius ap. Nonium 2, 368 *Cujus vox gallulaſcit, ejus jam ramus roboraſcit.*

¶ Rōbŏrārium, *i*, n. locus robore ſeptus, ein platz mit eichenen pfälen umgeben. *Roboraria*, inquit Gellius 2, 20, *antiquis ſignificabant ea, quæ nunc vivaria vulgus vocat. Sic autem erant appellata a tabulis roboreis, quibus ſepta viſebantur, &c.*

¶ Rōbŏrētum, *i*, n. ein eichen-wald. Gloſſ. gr. lat. ὄρυμα, *Quercetum, Roboretum.*

¶ Rōbŏrōſus, *a, um*, gichtſtarrig; ut, *Roboroſa paſſio*, Veget. de Re Vet. 3, 24.

Compoſita:

¶ Corrōbŏro, *āvi, atum, āre*, ſtärcken. Cic. pro Cæl. c. 6 *Se corroborare & virum inter viros eſſe*, ſtarck werden. Id. Cat. 1, 12 *Conjurationem naſcentem non credendo corroborare.* Id. pro Sext. c. 4 *Vox ſe corroborat.* Plin. 20, 20 *Hoc corroborat ſtomachum.* Suet. Galba c. 6 *Militem aſſiduo opere corroboravit.*

¶ Corrōbŏrātus, *a, um*, geſtärckt, befeſtiget. Cic. pro Flacco c. 26 *Virtus Lacedæmoniorum non ſolum naturâ, verum etiam diſciplinâ corroborata.* Et de Amic. c. 20 *Corroboratis jam confirmatisque & ingeniis & ætatibus judicandæ ſunt amicitiæ.* conf. pro Cæl. c. 17.

¶ Corrōbŏrāmentum, *i*, n. die ſtärckung. Lactant. 3, 12 extr. *Labores & miſeriæ ſunt exercitia & corroboramenta virtutis.*

¶ Irrōbŏro, *āre*, einwurtzeln. Gellius 1, 22 *Irroboravit inveteravitque falſa atque aliena verbi ſignificatio.*

¶ Obrōbŏrātio, *ōnis*, f. morbus, die gichtſtarrung. Veget. de Re Vet. 3, 85.

¶ Prærōbŏrātus, *a, um*, vorhergeſtärckt; ut, *Præroboratum corpus*, Cæl. Aurel. 4, 1.

RŌBVS, *a, um*, rufus, ruber, roth; ut, *Bos robus*, Feſtus.

¶ Rōbus, *i*, m. ſubſt. tritici ſpecies. Colum. 2, 6 *Ex tritici generibus maxime ſerendum eſt, quod robus dicitur.* Sed ad *robur* potius referrem, ubi vid. n. 5.

¶ Robeus, *a, um*, adject. ut robus ſive rubeus, roth; ut, *Robeo colore*, Varro de R. R. 2, 5.

Rōbigo, &c. vide infra in *Rubigo.*

RŌDO, *rōſi, rōſum, rodĕre*, murium proprie eſt, nagen, benagen. Horat. 1 ſatyr. 10, 70 *Et in verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues*, pro ſcribere ſolicite & attente. Et Martial. 13 epigr. 2 *Quid dentem dente juvabit Rodere, carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.* Ovid. Pont. 1, 1, 71 *Roditur ſcabra rubigine ferrum.* conf. Cic. de Divin. 2, 27. ¶ 2. Sed, *More hominum invident, in conviviis rodunt*, id eſt, obtrectant, ſie ſticheln. Cic. pro C. Balb. c. 26

Et

Et Horat. 1 sat. 4, 81 *Absentem qui rodit amicum &c.* vide *Niger.* Ita *Dente Theonino rodere*, est conviciis proscindere, zur banck hauen, sumtum a Theone poëta maledico; v. Chil.

¶ Rodens, *tis.* Civ. Divin. 2, 27 *Mures diem nostrum aliquid rodentes.* Horat. Epod. 5, 47 *Dente livido Canidia rodens pollicem.*

¶ Rōsio, *ōnis*, f. die nagung; ut, *Rosiones intestinorum*, das brennen in den gedärmen, Plin. 28, 9. *Rosiones stomachi*, Id. 20, 14. *Rosiones præcordiorum*, Id. 23, 1; & Cels. 7, 23 *Spumans bilis alvo cum rosione redditur.*

¶ Rōsor, *ōris*, m. qui rodit. Ambros. Serm. 81 p. 380 *Mures, horreorum rosores* vocat.

Composita:

¶ Abrōdo, *si, sum, ĕre*, abnagen, abbeissen. Plin. 10, 62 *Viperæ mas caput inserit in os* (fœminæ) *quod illa abrodit voluptatis dulcedine.*

¶ Abrodens, *tis.* Persius 5, 162 *Crudum unguem abrodens.*

¶ Abrosus, *a, um*, abgenagt. Plin. 37, 6 *Abrosæ corporis partes.*

¶ Arrōdo, *ĕre*, benagen. Per metaphoram Cic. pro Sextio c. 33 *Arrodere rempublicam.* Et Sido. 7 epist. 6 *Caulas ecclesiasticas clandestine morsu arrodere.*

¶ Arrōsus, *a, um*, benagt, angebissen. Plin. 11, 30 *Semina arrosa condunt formicæ, ne rursus in fruges exeant e terra.*

¶ Arrōsor, *ōris*, m. abliguritor bonorum alterius, ein brot-wurm, schmarotzer. Ita *Stultorum divitum arrosor*, Sen. epist. 27.

¶ Circumrōdo, *ĕre*, umher nagen; ut, *Dente Theonino cum circumroditur, &c.* Horat. 1 epist. 18, 82. vide paullo ante *Rodo.* Sed Cic. Att. 4, 5 pr. *Dudum circumrodo, quod devorandum est*, i. e. invitus promo sententiam priori contrariam. Metaphora sumpta ab iis, qui diu degustant, quod non libenter comedunt.

¶ Corrōdo, *ĕre*, zernagen. *Si mures corroserint aliquid &c.* Cic. de Divin. 2, 27.

¶ Corrōsus, *a, um*, zernagt; ut, *Corrosis ossibus*, Iuvenal. 15, 80. *Insulæ corrosæ*, Varro R. R. 3, 17.

¶ Corrōsio, *onis*, f. die zerbeissung, durchbeissung; apud Medicos idem quod calcinatio corporum per res corrosivas.

¶ Corrosivus, *a, um*, durchbeissend, zerbeissend. Sen. Qu. Nat. 7, 26 *Corrosiva medicamenta chirurgorum sunt, superfluas & invalidas carnes exedentia.*

¶ Dērōdo, *ĕre*, abnagen; ut, *Derosum esse a muribus*, Cic. Divin. 1, 44.

¶ Derōsus, *a, um*, abgenagt; ut, *Derosi a muribus clypei*, Cic. de Divin. 2, 27. Et, *A cochleis minimis derosa vitis*, Plin. 11, 37.

¶ Erōdo, *ĕre*, abnagen, ausbeissen; Colum 10, 323 *Teneras erodere frondes.* Cels. 5, 28, 19 *Vitiligo ne nimis erodatur.* Ibid. n. 1 *Medicamenta erodentia.*

¶ Erosus, *a, um*, ausgefressen; ut, *Sale erosus*, Plin. 12, 9.

¶ Erosio, *ōnis*, f. die zernagung; ut, *Genarum erosiones*, der ansprung. Plin. 23, 3.

¶ Obrōdo, *ĕre*, idem quod *circumrodere.* Plaut. Amph. 2, 2, 92 *Inimvero prægnanti oportet malum & malum dari, ut, quod obrodat, sit.* Tertull. adv. Marc. 2, 5 *Canes ossa obrodunt*, sie nagen an beinen.

¶ Obrōsus, *a, um*, umnagt; ut, *Obroso margine*, Plin. 37, 2.

¶ Perrōdo, *ĕre*, durchbeissen. Plin. 34, 18 de Sandaracha: *Valet purgare, sistere, excalefacere, perrodere.* Celsus 5, 28, 12 *Nam plures sinus intus diversa corporis genera perroserint.*

¶ Prærōdo, *ĕre*, vorn benagen. Plin. 9, 43 *Hamum prærodere.* Et 9, 62 *Caudam prærodere.* Plaut. Pseud. 3, 2, 94 *Prærodere digitos.*

¶ Prærōsus, *a, um*, vorn angebissen. Horat. 2 sat. 5, 25 *Insidiatorem prærosa fugerit hamo.*

¶ Semirōsus, *a, um*, halb benagt; *Semirosus panis*, Arnob. 6 p. 202.

Rodus, vide *Rudus*, Rogalis, *Rogus*, Rogatio, &c. *Rogo.*

RŎGO, *avi, atum, āre*, est *interrogare*, fragen. Ter. Adelph. 4, 1, 11 *Rogabit me, ubi fuerim, &c.* ubi alii *Rogitabit*, legunt, quod idem est. Et in Eun. 3, 3, 5 *Roget quis, quid tibi cum illa?* conf. Nonius 4, 397. ¶ 2. Sed, *Rogare consules*, est creare; ut, *Comitia consulibus rogandis fuerunt &c.* i. e. creandis, Liv. 38, 42. Sic, *rogare legem*, i. e. proponere; fit enim rogato populo. Vide Gellium 2, 24. *Rogari* enim dicuntur illa, quæ populo proponuntur: quod fiebat interrogando, an velit, jubeat, &c. ut, *Pisoni provincia rogata est*, Cic. pro Sextio c. 24. Hinc tabellis probantium legem inscriptum V. R. pro *uti rogas.* vid. Sigon. ad Liv. 6, 38. ¶ 3. Frequenter est orare, bitten; ut, *Rogare aliquem aliquid*, einen um etwas ansprechen, Cic. fam. 12, 27. *Meo jure hoc beneficium te rogo*, Antonius Cic. Att. 13, 14. Et Cæs. B. Gall. 1, 11 *Rogare auxilium.* Sen. epist. 10 *Rogare bonam mentem &c. Audacter Deum roga, nil illum de alieno rogaturus.* Et mox ex Athenodoro: *Nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam.* Idem Sen. de Benef. 2, 2 *Maledictum verbum est, & demisso vultu dicendum: Rogo.* Sic, *Magno studio rogare: Te oro atque rogo*, Cicero passim. Nimirum etiam preces fæpe per interrogationem concipiuntur. Cic. pro Q. Rosc. 16, 4 *Rogare cæpit blande & concinne scilicet.* Id. fam. 16, 8 *Te penitus rogo. Rogare de aliqua re*, Cic. ad Qu. Fr. 3, 5. conf. Menck. Obs. L. L. ¶ 4. *Malo emere, quam rogare*, Cic. Verr. 4, 6 extr. hoc est, ad usum ab aliquo petere, borgen, entlehnen.

¶ Rogans, *tis.* Cic. fam. 4, 4, 7 *Cæsar dixit, se senatui roganti de Marcello ne hominis quidem caussa negaturum.* Ovid. Met. 6, 33 *Veniam dabit illa roganti.* Ibid. 7, 308 *Animi ficta gravitate rogantes.* Id. Amor. 2, 3, 5 *Facilis rogantibus*, der sich leicht erbitten läßt. Id. Heroid. 20, 33 *Rogantia verba*, bittworte. Id. Art. am. 1, 442 *Flectitur iratus voce rogante Deus*, durchs gebet.

¶ Rŏgātus, *a, um*, gebeten, gefragt. Dicebant antiquiores, *rogatum te velim, oratos vos velim*, pro eo, quod est *rogo* vel *oro*, es wäre meine bitte an dich. v. Valla 1, 27. Ovid. de Arte am. 1, 245 *Puellæ gaudent esse rogatæ.* Plin. 7, 48 *Rogatus sententiam in consulatu.* Plaut. Curc. 4, 2, 24 *Leges rogatas rumpere*, i. e. confirmatas rogationibus. v. Gell. 10, 20.

¶ Rogatum, *i*, n. subst. die frage. Cic. de Amic. c. 11 *Tale facere rogatum.* Id. pro Flacco c. 4 *Nunquam nobis ad rogatum respondent.*

¶ Rŏgātus, *ūs*, m. subst. die bitte, frage. Sic, *Ad aliquem ipsius rogatu venire*, Cic. de Divin. 1, 7, auf seine bitte; & *Rogatu meo impetravit*, auf meine vorbitte, Id. fam 13, 37.

¶ Rŏgātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Injusta rogatio*, id est, preces injustæ, eine unbillige bitte. Val. Max. 6, 4, 4 *Cum amici cujusdam injustæ rogationi resisteret.* Et Cic. de Orat. 3, 53 *Rogationi finitima est percontatio*, h. e. interrogatio. ¶ 2. Est & in ferenda lege *rogatio*, cum sententiæ rogantur; quin ipsa lex, in quantum nondum recepta est, ita dicitur, der vertrag zu einem gesetze. Cic. pro Sext. c. 10 *Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie.* Idem, *Accipere rogationem*, Att. 1, 14. *Ferre rogationem ad populum*, Cæs. B. Civ. 3, 1. Ant. Augustin. ad Festum, *Rogationem*, inquit, *Festus appellat, quod* privilegium *Cicero: eam legem, qua de uno pluribusve hominibus, aut una pluribusve rebus constitutum est. Legis itaque genus, id est, speciem quandam intelligimus, & ut Ælius Gallus dicebat, non omnis lex rogatio est, omnis tamen rogatio justis comitiis rogata lex est &c.* v. ibi plura itemque Dacer. & Gell. 10, 20, qui indifferenter veteres hac voce, pro *lege, plebiscito, privilegio*, usos observat, quod nullum plebis aut populi jussum fieri posset, nisi populus aut plebs rogaretur ante. Adde interpretes Livii ad 5, 25.

¶ Rŏgātiuncŭla, *æ*, f. dim. Cic. pro Domo c. 20 *Ea te ex una rogatiuncula fecisse*, de lege. Id. Fin. 1, 11 *Illum in hac esse rogatiuncula delectatum*, h. e. interrogatiuncula.

¶ Rŏgātor, *ōris*, m. qui rogat. Cic. Att. 16, 16 quæ est ad Planc. *Hæc epistola non jusseris est, sed rogatoris.* Martialis 4 epigr. 30 *Bajanos sedet ad lacus rogator*, id est, mendicus, ein bettler. ¶ 2. *Rogator comitiorum*, qui habens comitia rogabat populum, antequam in suffragia mitteret, Cic. de N. D. 2, 4. Sic, *Consilium patriæ legumque oriundus rogator*, i. e. autor & institutor. Lucil. ap. Nonium 4, 397. ¶ 3. Sed & *Rogatores* dicebantur, qui cistam in comitiis deferebant, in qua tabellas sententiarum colligerent. Nam qui distribuebant tabellas ante, in quibus perscriberentur suffragia, *diribitores* & *distributores*; at qui observabant, ne quid fraudis admitteretur, *custodes* appellabantur. Cic. post reditum in senatu c. 11 *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodesque vidistis?* v. Gruch. de Comitiis 1, 3; & 2, 3. ¶ 4. ROGATOR AB SCENA, in vet. inscr. Murat. p. 660 erat qui vestes in usum scenæ & comœdorum rogabat.

¶ Rogatrix, *īcis*, f. apud Sidonium.

¶ Rogatōrius, *a, um*; ut *Rogatoriæ literæ*, ein bittschreiben. Alcuinus de Div. offic.

¶ Rŏgātūra, *æ*, f. die begrüssung. Gloss. gr. lat. ἀσπασμὸς, *Rogatura.*

¶ Rŏgāmen, *ĭnis*, n. eine frage. Eædem Glossæ: ἔρωμα, *Rogamen.*

¶ Rŏgāmentum, *i*, n. idem. Vet. Gloss. πεῦσις, *Interrogamentum, Rogamentum, Interrogatio.* Et Apul. de Syllog. Categ. p. 31 *Rogamentum proponere.* conf. p. 29.

¶ Rŏgĭto, *āre*, frequent. scisitari, fleißig fragen und forschen. Ter. Andr. 1, 1, 57 *Rogitabam, heus puer, dic sodes &c.* Plaut. Aul. 2, 8, 3 *Rogito pisces: indicant caros*, ich feilsche die fische, sie bieten sie theuer. ¶ 2. Valde precari, sehr bitten. Ter. Eun. 2, 2, 35 *Cesso ad Thaidem hanc deducere & rogitare ad cœnam veniat.* Cic. fam. 13, 1 *In rogitando molestus.* Propert. 1, 8, 23 *Nautas rogitare.*

¶ Rogitans, *tis.* Virg. Æn. 1, 750 *Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.*

¶ Rogitātio, *ōnis*, f. de lege. Plautus Curcul. 4, 2, 23 *Rogitationes plurimas propter vos populus scivit.*

¶ Rogitator, *oris*, m. apud Augustinum.

Composita:

¶ Abrŏgo, *āre*, est cum consensu publico abolere & irritum facere, abschaffen, aufheben; ut, *Tollere & abrogare legem*, Cic. de Invent. 2, 45; & Phil. 5, 6 *Leges rogatas abrogare.* Liv. 9, 34 cum dativo extulit: *Vbi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat novæ.* Nisi ibi legendum sit *obrogat.* Nam *obrogare* est infirmandæ priori legi aliam ferre: vide infra *Obrogo.* v. Sigon. quem editionibus suis secuti Gron. & Drackenb. ¶ 2. Est demere, detrahere, despicabile reddere, absprechen, aberkennen, item, verächtlich machen; ut, *Abrogare alicui magistratum*, Cic. pro Milic. 27; & *imperium*, Idem Offic. 3, 10, einen absetzen. *Abrogare pœnam*, est absolvere: Seneca Hercul. Oet. v. 899 *Nemo nocens sibi ipse pœnas abrogat*: nimirum in conscientiæ foro. Vide ibi Gronovium. Ovid. Trist. 2, 1, 278 *Et nimium scriptis abrogat ille meis*, er raisonnirt zu schlecht davon.

¶ Abrŏgans, *tis*, humilis est in Gloss. Isidori; cujus contrarium *Arrogans.*

¶ Abrŏgātus, *a, um*, abgeschafft, abgesprochen; ut, *Imperium abrogatum*, Cic. pro Domo c. 31.

¶ Abrŏgātio, *ōnis*, f. die abschaffung. Cic. Att. 3, 23 *Neque ulla* (lex) *est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.*

¶ Abrŏgātor, *ōris*, m. qui abrogat. Arnob. lib. 1 p. 30 *Divini operis abrogatores.*

¶ Arrŏgo, *āre*, per temeritatem sibi aliquid tribuere, sich eines dinges anmassen, beymessen; ut, *Sumere sibi & arrogare*, Cic. pro Planc. c. 1. Et, *Arrogare sibi sapientiam*, Id. de Clar. Orat. c. 85; *Nomen insolentissimum*, Quint. in procœmio. ¶ 2. *Arrogare* & adoptare est. vide post *Arrogatio.* Vlp. L. 15 Dig. de adoption. pr. *qui in utero fuerunt, quum adrogarentur.* conf. ibid. l. 1, 7 &c. ¶ 3.

Arrogare vel Adrogare etiam est interrogare: Plaut. Rud. 5, 2, 45 *Venus hæc vero adroget te.* conf. Turneb. 26, 2; & Pollet. Hist. Fori R. 3, 2.

¶ Arrŏgans, *tis*, qui temere & insolenter aliquid sibi tribuit, vermessen, stolz. Cic. de Ar. resp. c. 8 *Arrogans beneficiorum prædicatio.* Quintil. 12, 3 *Pigritia arrogantior.* Suet. Cæs. c. 79 *Arrogantius factum* Macrob. Sat. 1, 11 *Vide putas, arrogantissimum illud manesse proverbium, &c.* Quintil. Declam. 8 *Arrogantissima persuasio.* conf. Decl. 15.

¶ Arrŏganter, adverb. vermessentlich; ut, *Arroganter de se sentire, zu viel von sich halten*: Cic. Off. 1, 1 *Ne vero arroganter hoc dictum existimari velim.* Id. ad Brut. ep. 4 *Id non arroganter præjudico, neque revoco ad arbitrium meum.* Cic. pro Mur. c. 37 *Nihil dicam arrogantius.* Orosius 7, 25 *A quo Diocletiano Gallerius arrogantissime exceptus est.* Ib. c. 35 *Arrogantissime de viribus suis & de idolis præsumens*, scil. Eugenius tyrannus, a Theodosio divino auxilio oppressus.

¶ Subarrŏganter, adv. etwas vermeßlich. Cic. Acad. 4, 36 *Vereor, ne subarroganter facias &c.*

¶ Arrogantia, *æ*, f superbia, temeritas, die vermessenheit, einbildung; ut, *Sermo plenus arrogantiæ*, Cic. pro Mur. c. 24. *Arrogantiæ crimen extimescere*, Id. de Oratore c. 38. *Laborare arrogantiæ opinione*, Quintil. 4, 1, für hochmüthig gehalten werden. Cic. ad Qu. fr. 3, 6 *Illud, quàm sæpe sexcenti, ad minuendam arrogantiam est dictum.* Diogenis est: Τῆς ἀλαζονείας, καθάπερ τῶν κεκρυσωμένων ὅπλων οὐχ ὁμοιά ἐστι τὰ ἐντὸς τοῖς ἐκτὸς, hoc est, *in arrogantiâ quemadmodum in armis deauratis, non similia sunt interiora exterioribus*, apud Stob. Serm. 20.

¶ Arrŏgātio, *ōnis*, f. adoptionis species, qua principali rescripto in filios filiasve assumebantur, qui quæve sui juris erant, § 1 Instit. de Adopt. v. Gell. 5, 19. Adde l. 15 & 17 ff de adopt.

¶ Arrŏgātor, *ōris*, m. qui sic adoptat. L. 15 Dig. de Adopt. *In potestatem adrogatoris redigantur.* conf. ibid. l. 19.

¶ Corrŏgo, *are*, multis precibus rogare, conficiscere, zusammen bitten. Cic. pro Quint. c. 6 *Ipse suos necessarios corrogat, ut sibi adsint.* Aur. ad Herenn. c. 6, *Carbunculos corrogare*, i. e. colligere.

¶ Corrŏgātus, *a, um*, zusammen gebettelt. Sic, *Corrogata ad usus necessarios pecunia*, Cæs. B. Civ. 3, 102. *Corrogati auditores*, Quintil. 10, 9. Et Cic. Phil. 3, 8 *Convenerunt corrogati.*

¶ Corrogātio, *onis*, f. die einsammlung. Vulg. Interpr. Sirac. 32, 3 *Dignationem consequeris corrogationis*, i. e. bonæ congregationis.

¶ Dērŏgo, *are*, diminuere, detrahere, abbruch thun, verkürzen, etwas entziehen; ut, *De majestatis crimine alicujus derogare*, Cic. de invent. 2, 58. *Gratiam alicujus nomini derogare*, Plin. 7, 28. Et, *Auctoritati alicujus derogare fidem*, einem nicht glauben, Cels. præf. p. 8. *Fama rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem*, Liv. 7, 6, ¶ 2. Est & hoc civile verbum, & usurpatur de legibus, sicut *Rogare, abrogare, derogare.* Modest. ICtus L. derogatur D. de Verb. Signif. DEROGATVR LEGI, *cum pars detrahitur*: ABROGATVR LEGI, *cum prorsus tollitur*: Τῷ DEROGARE contrarium SVBROGARE est, quod aliquid legi priori adjicere significat. Ulpian. *Lex aut* ROGATVR, *id est, fertur*: *aut* ABROGATVR, *id est, prior lex tollitur*: *aut* DEROGATVR, *id est, pars primæ legis tollitur*: *aut* SVBROGATVR, *id est, adjicitur aliquid primæ legi*: *aut* OBROGATVR, *id est, mutatur aliquid ex primâ lege.* Etiam Cic. de Invent. 2, 45 *De lege aliquid derogari, aut legem abrogari.* V & Ant. Augustin. de Legibus c. 17, & Brissonii Formul. *Derogare*, inquit, Festus, *proprie est, cum quid ex lege vetere, quo minus fiat, fertur lege nova.*

¶ Derŏgātio, *ōnis*, f. Auctor ad Herenn. 2, 10 *Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua obrogatio, aut derogatio sit.* v. *Derogo* n. 2.

¶ Derŏgātor, *ōris*, m. detractor, ein verächter, verleumder. Sidon. 3 epist. 13 *Importunus petendi, derogator negati, æmulator accepti.* Et 3 epist. 14 *De cæteris studii nostri derogatoribus, &c.*

¶ Derŏgātivus, *a, um*, vermindernd; ut, *Præpositio derogativa*, apud Diomed. Grammat. p. 325.

¶ Derŏgātorius, *a, um*, idem; ut, *Derogatorium edictum*, apud ICtos.

¶ Derŏgito, *are*, ausfragen. Plaut. Asin. 2, 2, 60 *Placide derogitare.*

¶ Erŏgo, *āre*, expendere, distribuere, ausgeben, herfür reichen, aufwenden, verwenden; ut, *Erogare pecunias ex ærario*, Cic. in Vatin. c. 12 *Pecuniam in aliquos sumtus erogare*, Liv. 1, 20. Sed

¶ Exrŏgo, *are*, est, *ex lege vetere aliquid eximere per legem novam*, Festus. vid. Idem in Derogare, & mox *Erogatio.*

¶ Erŏgātus, *a, um*, ausgegeben, aufgewendet; ut, *Multæ pecuniæ erogatæ*, Cic. Verr. 5, 19. Sed, *Precibus erogatus*, erbeten, Apul. Met. 2 p. 16, 5.

¶ Erŏgātio, *ōnis*, f. largitio, die ausgabe, aufwendung; ut, *Erogatio pecuniarum*, Cic. Att. 15, 2. ¶ 2. Remotio, abolitio, die abwendung. Quasi *Exrogatio* ab *Exrogo*. Tertull. de Idolol. c. 5 *Erogatio legis.*

¶ Erŏgātor, *ōris*, m. ein ausgeber; ut, *Erogator virginis*, Tertull. de Pudicit. c. 16; hoc est, ἐκγαμίζων, der ausstattet.

¶ Erŏgātorius, *a, um*. Frontinus de Aquæduct. p. 233 *Erogatorium modulum* opponit *acceptorio*, h. e. quo erogatur ac dividitur aqua.

¶ Erŏgito, *are*, ausfragen, ausforschen. Sil. 10, 475 *Nomenque decusque Erogitat.* Conf. Plaut. Capt. 5, 1, 32.

¶ Superērŏgo, *are*, drüber ausgeben, mehr aufwenden. Vulg. Luc. 10, 35 *Quodcunque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi.* Et ICt. 2 Cod. t. 19 l. 14 *Si quid forte supererogasti.*

¶ Supererogātio, *onis*, f. der übrige aufwand. Fulgent. epist. ad Venant. Quint. Trib. Mar. c. 6 ed. Obrecht. p. 858 *Impœnitentes animadversiones durissimæ supererogatione vexentur.* conf. Burm. p. 80.

¶ Interrŏgo, *are*, fragen; ut, *Interrogare, an audiverit, an viderit*, Plin. Paneg. c. 64. Et, *Interrogare aliquem de aliqua re*, Cic. Partit. Orat. c. 1. ¶ 2. Est accusare, anklagen. Tacitus An. 13, 14, 2 *Pepigerat Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogaretur.* Idem 14, 46, 1 & 16, 21, 4 *Interrogare repetundarum* dixit.

¶ Interrŏgans, *tis*. Cic. pro Domo c. 15 *Te interrogante augures responderunt.* Cæs. B. C. 3, 71 *Magna verborum contumelia interrogans, foleretne &c.*

¶ Interrŏgātus, *a, um*, gefragt, befragt. Vellej. 2, 13, 2 *Inter ultimos interrogatus sententiam.* Cæs. B. G. 7, 20 *Ante edocti, quæ interrogati pronunciarent.* Absolute Cic. in Orat. c. 40 *Ad interrogata respondere.* ¶ 2. Item accusatus, angeklagt. Vellej. 2, 13, 2 *Interrogatus lege repetundarum.* conf. Sallust. Catil. c. 18 & 31; Brisson. formul 5; & Pollet. Hist. Fori Rom. 4, 8.

¶ Interrŏgātio, *ōnis*, f. die frage; ut, *Interrogatio circumspecta*, Quintil. 5, 7; *Acuta*, ibid. *Longius repetita*, ibid. De oratorum illa ratione, ubi quæstionibus urgent adversarium, Cic. fam. 1, 9 p. Man. 11 *Tota vero interrogatio mea nihil habuit, nisi reprehensionem illius tribunat s. Interrogatio testium*, Tac. An. 6, 47, 5. *Tertiam interrogationem pescens*, i. e. caput interrogationis, da er das dritte mal fragte; Alii malent *tertia interrogatione*, Iustin. 11, 11, 10.

¶ Interrŏgātiuncŭla, *æ*, f. eine kleine frage. Cic. procem. Paradox *Stoica hæresis nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit, efficit.*

¶ Interrŏgāmentum, *i*, n. idem. Gloss. vet. *Interrogamentum*, πεῦσις.

¶ Interrŏgātor, *ōris*, m. ein frager. Idem Glossator vetus: *Interrogator*, ἐπερωτητής. Et Ulp. Dig. 11 t. 2 l. 11 § 7 *Incertum dimittere interrogatorem.*

¶ Interrŏgātōrius, *a, um*, fragend. Tertull. adv. Marc. 2, 25 *Interrogatorio sono legendum est: Adam ubi es?* Et ICtis est *interrogatoria actio*, peculiari titulo, principio lib. 11 Dig. ubi vel l. 1 § 1 videas.

¶ Interrŏgātīvus, *a, um*, idem; frequens Grammaticis adjectivum: v. g. Priscianus lib. 17 p. 1046 *Interrogativa dictionum in duas partes orationis solas concesserunt, id est, in nomen & adverbium.*

¶ Interrŏgātīve, adverb. fragweise. Ascon. Ped. in Verr. p. 106 *ATENIM interrogative pronunciandum est.* conf. Tertull. adv. Marc. 4, 41.

¶ Irrŏgo, *are*, imponere, auflegen, zuerkennen; ut, *Irrogare leges*, Cic. pro Domo sua c. 17. Et, *Multam irrogare alicui*, pro Milone c. 17, geld-busse auflegen. *Irrogare pœnam peccatis*, Horat. 1 sat. 3, 118. *Irrogare supplicium tenuioribus*, Tac. An. 16, 5, 4.

¶ Irrŏgātus, aufgelegt, zuerkannt; ut, *Exilium accusatori irrogatum*, Tac. Ann. 13, 23, 4.

¶ Irrŏgātio, *ōnis*, f. die auflegung; ut, *Irrogatio multæ*, die auflage einer geld-strafe, Cic. pro Rab. c. 3.

¶ Obrŏgo, *are*, est contra rogare, durch ein neu gesetz widersprechen; ut, *Obrogare legi* & *de lege*: Cic Phil. 1, 9 *Quid? quod obrogatur legibus Cæsaris?* Suet. Claud. c. 23 *Capiti Papiæ legis a Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii generare non possint, addito, obrogavit.* Flor. 3, 15, 4 *Obrogare ausus legibus suis Minutio Tribuno, fatale familiæ suæ Capitolium invasit.* Id. 3, 17, 8 *Ausus tamen obrogare de legibus consul Philippus.* Liv. 9, 34 *Antiquæ legi obrogat nova*: ubi in libris nonnullis *abrogat* legitur. Sed alteram lectionem Drakenb. defendit.

¶ Obrŏgātio, *ōnis*, f. der gegenspruch. Auctoris ad Herenn. 2, 10 verba vide paullo superius in *Derogatio.* Gruterus enim *Obrogatio* ibidem legit, ubi vulgo *abrogatio* lectum fuit.

¶ Perrŏgo, *are*, ut, *Perrogare sententias*, umfragen nach eines jeden meynung. Liv. 29, 19 *Perrogari eo die sententiæ non potuerunt*, i. e. rogari omnes usque ad extremum, man hat nicht können hören, was sie alle dazu stimmen. Plin. Paneg. c. 60 *Parum est, ut interfis senatui, nisi & præsides; ut consentes audias, nisi & perrogas.* Illustrat hanc vocem Sigonius ad Liv. Epitom. L. 48.

¶ Perrŏgito, *are*, frequent. oft nachfragen. Pacuv. ap. Prisc. 4 p. 634 *Defessus perrogitando ad venas de natis.*

¶ Prærŏgo, *are*, cæteris præferre, vorziehen, vorher begehren. Gloss. Cyrill. *prærogo*, προκρίνω. ¶ 2. Primo loco rogare, ante interrogare, zuerst fragen. Suet. Aug. c. 35 *Sententias de majore negotio, more atque ordine, sed prout libuisset, prærogabat.* ¶ 3. Est etiam ante impendere, ante solvere, voraus zahlen. Impp. Cod. 10 t. 3 l. 20 *Quascunque pro his expensas civitas prærogaverit.* conf. Ulp. Dig. 19 t. 2 l. 19 § 6.

¶ Prærŏgātus, *a, um*, voraus gestellt; ut, *Comitia comitiis prærogata*, Cic. pro Plancio c. 20.

¶ Prærŏgātīvus, *a, um*, den vorzug habend; ut, *Prærogativa tribus*, quæ prima ferebat suffragia, Liv. 10, 22. *Prærogativa centuria*, Cic. pro Planc. c. 20. *Tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper valuerit omen prærogativum*, Idem pro Murena c. 18. vid. statim *prærogativa.*

¶ Prærŏgatīva, *æ*, f. subst. Secundum omen, certum signum & quasi pignus futuræ rei optatæ, inde dictum, quod prærogativæ tribus suffragium aliæ fere sequerentur. Ita Cic. fam. 15, 5 *prærogativam triumphi supplicationem* vocat. vid. omnino de *prærogativa* quam late patet Gron. obs. 4, 1. Cic. 1 act. in Verrem c. 9 eleganter lusit in duplici vocis significatione, cum ait: *Qui* (Metellus) *quam ipsi* (Verri) *amicus*

amicus sit, attendite. Dedit enim prærogativam suæ voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativis eam reddidisse videatur. Ad quem locum Asconius p. 52 DILOGIA, inquit, *dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. Nam* PRÆROGATIVA, *præter justum integrumque beneficium, aut dictum aut factum aliquod significat ab eo, qui nobis benefactarus est. Et versus:* PRÆROGATIVÆ *sunt* TRIBVS, *quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatæ.* V. omnino Dukerum ad Liv. 5, 18 de tribu ac centuria prærogativa disputantem. Sic, *Prærogativa militaris*, Liv. 21, 3. ¶ 2. ein vorzug, vortheil, privilegium, sonderliche begnadigung. Arrius ICtus l. 1 ff. de veteranis: *Veteranorum privilegium etiam in delictis habet prærogativam. Prærogativa vetus domus imperatoriæ*, Eumenius Paneg. Constantini c. 2.

¶ Prærogator, *oris*, m. est *dispensator* in Isidori Gloss.

¶ Prōrŏgo, *are*, protrahere, auffschieben, verlängern, länger fristen. Cic. fam. 3, 10 *Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur*, id est, ne jubear diutius in provincia manere. *Impetravit a senatu, ut dies sibi prorogaretur*, Id. Verr. 1, 38. *Prorogare bellum*, Cic. Phil. 12, 6, länger aufhalten, &, *Imperium alicui prorogare*, länger zeit zu regieren geben. Id Phil. 2, 10. ¶ 2. *Prorogare*, pro erogare, herausgeben; sequioris ævi scriptores frequenter posuerunt. Vnde & *Prorogatores* iidem, qui alias *Dispensatores* appellati. v. Pignor. de Servis p. 308.

¶ Prōrŏgātus, *a, um*, verlängert, aufgeschoben; ut, *Prorogatum imperium, prorogata potestas*, Cic. ad Qu. Frat. 1, 1. *Paucis tibi ad solvendum prorogatis diebus*, Phil. 2, 29.

¶ Prorŏgātio, *ōnis*, f. die verlängerung, der aufschub, verzug. Liv. 8, 26 *Prorogatio imperii non ante in ullo fuit.* Cic. pro Muræn. c. 23 *Prorogatio legis.* Tantum de tempore dici vult Perizonius, & inde apud Liv. 36 pr. *propagationem* legit, Animadv. c. 6 p. 229 sqq.

¶ Prorŏgātor, *ōris*, m. qui prorogat, der aufschub giebt. ¶ 2. Qui dispensat, erogat, de quo in *Prorogare* n. 2 modo diximus. Sic, *Arcarii prorogatores tritici, vini & casei*, leguntur apud Cassiodor. 10 epist. 28. Adde Pet. Chrysologum apud Pignor. de Servis c. l.

¶ Prorŏgātīvus, *a, um*, aufschub leidend; ut, *Prorogativa fulmina, quorum mitte differri possint, averti non possint*, Sen. Qu. Nat. 2, 47.

¶ Rerŏgo, *are*, wieder fragen. Secundum Meursium Plaut. Amph. 2, 2, 76 *Quid vis roga, rogo.* Alii: *Quid vis rogare? roga.* conf. Parei Lex. Plaut. p. 1079.

¶ Subrŏgo, & Surrŏgo, *are*, est sufficere, substituere, an eines stelle erwehlen und bestellen. Liv. 2, 7 *Quia nec collegam* (Val. Publicola) *subrogaverat in locum Bruti.* Tac. An. 2, 51, 1 *De prætore in locum Vipsanii Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit.* ¶ 2. *Subrogare legi* quid sit, v. supra in *Derogare*.

¶ Subrŏgatus, vel Surrogatus, *a, um*, an eines stelle gesetzt. Val. Max. 6, 3, 2 *Id egerant, ut magistratibus non subrogatis, communis libertas in dubium vocaretur*, weil die ämter nicht wieder besetzet worden.

¶ Surrŏgatio, *ōnis*, f. substitutio, die einsetzung an eines stelle. Gloss. Vet. *Subrogatione*, τῇ ἀντιπαγωγῇ.

RŎGUS, *i*, m. pyra, πυρά, strues lignorum ad cadavera cremanda, ein holtz-scheiterhaufen, darauf iemand verbrannt wird. Cic. de Fin. 3 extr. *Cræso Cyrus rogum exstruxit.* Id. Divin. 1, 23 *Ascendere in rogum ardentem* dixit de Calano Indo. *Imponere in rogum*, scil. mortui corpus, Cic. Tusc. 1, 35. *Ad rogum usque prosequi*, Id. pro Quinct. c. 31. *Funera dantur in altos rogos*, Ovid. Met. 7, 605. ¶ 2. Afranius apud Nonium 3, 186 etiam gen. neut. dixit: *Pulcre hoc incendii rogum ardet.*

¶ Rŏgālis, *e*, ad rogum pertinens, ut, *Flammæ rogales*, Ovid. Amor. 3, 9, 41. Sidon. 3 epist. 3 *Funerari rogalibus fragmentis culminum.* Et 3 epist. 13 *Deformior cadavere rogali.*

¶ Rŏgarius, *i*, m. ein todten-verbrenner. Gloss. gr. lat. νεκροκαύστης, *Rogarius, bustuarius.*

RŌMA, *æ*, f. Latii in Italia urbs, *caput mundi, compendium totius habitatæ terræ*, ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, ut Athenæus 1, 17 appellavit. *Rerum pulcherrima*, Virg. Georg. 2, 534. *Domicilium imperii*, Cic. pro Sylla c. 11 ext. conf. Id. de Orat. 1, 23; Nep. 25, 3, 3. It. *Caput rerum urbi*, Tac. Hist. 2, 32, 5. Et, *Arx omnium gentium*, Cic. Catil. 4, 6. *Dea terrarum gentiumque, cui par nihil & nihil secundum*, Martial. 12 epig. 8. *Communis patria*, Sen. ad Helv. c. 6, iremque Rutil. Numat. 1, 62 *Patria diversis gentibus una.* Liv. 1, 16; & 21, 30 *Caput orbis terrarum.* conf. de laude reipublicæ Romanæ ejusdem Livii præfat. De origine urbis & conditore, diversa legimus apud auctores. Receptissima opinio est, a Romulo & Remo fratribus conditam, unde & nomen acceperit, anno primo septimæ Olympiadis, ut Dionysius Halicarnassensis scribit: qua tempestate Achas, Iudæorum rex, regnavit. Alii vero ante Romulum conditam volunt, & appellatam *Valentiam* initio; deinde *Romam* ab Evandro Arcade demum græco nomine; Ῥώμη, enim *Robur* sive *Valentia* est. Vet. Gloss. Ῥώμη *Valentia.* Romam autem dictam a muliere *Rome*, quam quidam Telephi filiam, Æneæ nuptam; alii Ascanio natam, Æneæ neptem; alii Æsculapii filiam; alii aliam tradiderunt. Nonnulli & appellationem & originem urbis ab *Romo* seu *Remo*, Æmathionis filio: alii a Latinorum quodam tyranno ejusdem nominis deduxerunt. V. Plutarch. in Romulo princ. & Solin. c. 2; & Fest. itemque Marinus sive Marianus Lupercaliorum poëta apud Serv. in ecl. 1 Virg. cujus versus turbatos mendososque digessit & constituit Salmasius Exercit. Plin. p. 16. Topographiam Vrbis Marianus dedit. V. & Onuphr. Panvin. 1 Comm. Reip. Rom. *Admiranda Romæ* peculiari libro recensuit Lipsius, qui & *de magnitudine Romana* inscribitur; nec non Boissardus & alii, quos magno numero laudat in Bibliographia antiquaria I. A. Fabricius. Exstat quoque in Romam oratio Aristidis. Tibullus 3, 22, 17 *Omnia Romanæ cedent miracula terræ, Natura hic posuit, quidquid ubique fuit.* Recepta inter Deos fuit. Cl. Rutil. Itinerar. 1, 48 *Inter sidereos Roma recepta polos.* Vbi vid. intr. Totus enim ille locus Romæ encomium habet. Deæ quidem *Romæ* ac templi ejus meminere Livius 43, 6; & Tacitus An. 4, 37, & Martial. 12 epigr. 8, 1. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 3 p. 138, ubi etiam de *urbis æternæ* appellatione.

¶ Rōmānus, *a, um*, ῥωμαῖος, adject. römisch; & subst. *Romanus*, qui ex urbe Roma est, vel Romam inhabitat, ein Römer; ut, *Civis Romanus; Populus Romanus; Romani rerum domini*, Virg. Æn. 1, 286. *Romanus sedendo vincit*, Varro R. R. 1, 2 pr. proverbium vetus in eos, qui tranquilli atque otiosi, tamen quæ volunt, efficiunt, v. Chiliad. Aliis *Sedendo* est, *Sapiendo*: sedentis enim animus sedatior atque compositior est, & aptior ad cogitandum. Vnde illud apud Plaut. Most. 5, 1, 54 *Nimio*, inquit, *plus sapio sedens.* Hinc qui Deos venerabantur & orabant, item, qui de re aliqua consultabant, aut judicabant, sedere soliti. v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 147. *Romanus orbis*, Romanum imperium, apud Salvian. de Gubern. 5 p. 171. vid. supra *Orbis.* Sic, *Romani civis* corpus indicta causa condemnare LL. vetitum erat, damnatus ad Pop. provocabat. vid. Act. 25, 16; & Coquei Comm. in August. de C. D. 1, 19; *Romana porta* a Sabinis appellata, qua proximus eis aditus erat Romam. vid. Festus. *Romanus* pro *populo Romano* sæpe apud Livium reperitur. v. Drakenb. ad 2, 45; item pro viro strenuo, 7, 35 *Si plus quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus*; 22, 14 *Sed vir ac vere Romanus, descendit in æquum.*

¶ Romane, adverb. idem. Gell. 13, 21 *Hæc Romane & severe dixit.*

¶ Rōmānĭcus, *a, um*, adject. aliud; ut, *Oleum Romanicum*, Cato R. R. c. 146. *Aratra Romanica*, Id. c. 135.

¶ Rōmānensis, & Romanicnsis, *e*, natus alibi, & Romam translatus. Hinc, *Sal Romanicnse*, Cato c. ult. de R. R. vocat, Romæ non factum, sed venditum. Gruter. Inscript. p. 41 n. 7 PISTOR ROMANIENSIS EX REG. XIIII.

¶ Rōmandĭŏla, *æ*, f. hodie Italiæ regio est, olim *Flaminia* dicta; in qua sita sunt *Bononia* & *Ferraria*, sed nomen novitium est.

¶ Rōmānia, *æ*, f. Barbariæ opponitur a Fortunato 6 carm. 4, 7 de Chariberto rege: *Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit.* Vide ibi Browerum, cui *Romaniæ* nomine censetur, quidquid ab externarum gentium accessu, jurisque ac fascium mutatione intactum fuit. Adde Sigon. de Ital. Regn. f. 774. ¶ 2. *Romania*, Thracia, vel pars ejus, in qua altera Roma seu Constantinopolis est, unde nomen manavit medio ævo.

¶ Rōmānĭtas, *ātis*, f. pro orbe, sive imperio Romano, ponitur; usus hac voce Tertullianus de Pallio c. 4 pr.

¶ Rōmulus, *i*, m. conditor Romæ cum Remo fratre, primus rex Romanorum, regnavit annos 37, rempublicam Romanam constituit, & legibus necessariis instruxit. Martis filius creditus educatusque a lupa dicitur. Vide initium Livii, & Servium in illud Virg. Æn. 1, 274 *Donec regina sacerdos Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.* Nomen a ῥώμη, *robur.* Festus: ROMVLVS & REMVS, *a virtute, hoc est, robore appellati.* Virtus enim hic vires corporis, sive valentiam significat. vide Voss. 1 Inst. Orat. p. 60. ¶ 2. Alius *Romulus Silvius*, Aventini & Aboriginum regis pater, aliis *Aremulus* appellatus, de quo Livius 1, 3 & Victor de Origine gentis Romanæ.

¶ Rōmŭlus, *a, um*, adjectivum poëticum, römisch; ut, *Romula tellus*, Virg. Æn. 6, 876. *Gens Romula*, Horat. 4 oda 5, 1. Sic *Ficus Romula*, sub qua Romulus & Remus pueri inventi sunt: Ovid. Fast. 2, 411 *Arbor erat; remanent vestigia quæque; vocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.* Vide in *Ruma*, *Ruminalis.*

¶ Rōmŭleus, *a, um*, aliud adjectivum; ut, *urbs Romulea*, Ovid. Met. 15, 625. *Romuleus culmus*, Virg. Æn. 8, 654.

¶ Rōmŭlĭdæ, *arum*, m. pl. Romani a *Romulo*, die Römer. Pers. sat. 1, 30 *Fœce inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.* Add. Virg. Æn. 8, 638.

¶ Rōmĭpeta, *æ*, c. Romam tendens, der oder die nach Rom wallfahrt anstellet, Saresb. 6, 1.

Romphæa, vide *Rhomphæa*, Romuleus, Romulidæ, Romulus, *Roma.*
Roncho, Ronchus, vide *Rhonchus.*
Roralis, rorarius, rorifer, roro &c. vide mox in *Ros.*

ROS, *rōris*, m. ἡ δρόσος, qui ex vapore modico, & subtili in infima aëris regione generatur, &, in aquam dum decidit, resolvitur, der thau. Eleganter quidem, sed non vere vetus poëta in Pervigilio Veneris de rore, v. 20 *Humor ille*, inquit, *quem serenis astra fudant noctibus.* Neque enim ex astris defluere ros, sed non altius, quam ad milliaris spatium gignitur a terra, ut Vossius docet de Idololatria 3, 7. Aquam ex rore collectam vitiliginem facere, aliorum auctoritate Seneca prodit Quæst. Nat. 3, 25. Caussam aperire videtur Vossius paullo ante citato loco. Obesas vero mulieres rore pinguedinem minuere, Dalechampius notat ad Plin. 2, 60 p. 103. *Rore ali*, Plin. 11, 26 vom winde leben. v. Chil. ¶ 2. Poëtæ pro quovis humore sive liquore ponunt. Sic pro aqua lustrali, weihwasser. Virg. Æn. 6, 230 in illo: *Spargens rore levi*, & Claud. Consul. Honor. 6, 327 posuere. Sic, *Liquido perfundere rore*, i. e. aqua, Ovid. Met. 3 p. 164. Et, *Marino rore respersus*, Apul. Met. 11 p. 260. *Madet sudati de rore meri*, i. e. de vino, Sidon. Carm. 22, 25. *Ros genitalis*, i. e. semen ipsum Firmic. 2, 12. *Rores* in plurali & *roribus* apud Lucanum legas, ut, 7, 838, *Stilla sit roribus arbor.* Et Sil. 14, 487 *Sanguinei rores.* Samo. 68 *Obscœnos ex virgine rores*, h. e. urinam. vid. interpr. ¶ 3. De herba salutari, rosmarin; sermo est apud Horat. 2 ed. 23, 15 *Coronamus marino rore Deos.* Eadem herba, ab Ovidio de arte am. 3, 690 *Ros maris* dicitur; quam vocem nonnulli pro composita accipiunt. *Ros terræ* est quoque in Apul. de Herb. c. 79. vide paullo post *Rosmarinum.*

¶ Rōscĭdus, *a, um*, voll thau, bethauet, bereift; ut, *Mala roscida*, hoc est, rore matutino humecta, äpfel, darauf der thau gefallen ist, Virg. ecl. 8, 37. Et, *Mella roscida*, (quamquam & *rosida* ibi legitur) hoc est, ex dulcissimo rore confecta, Id. ecl. 4, 30. *Roscida aurora*, Sil. 15, 439. Et, *Roscidæ æstate Africæ noctes*, Plin. 2, 62. Adde Colum. 3, 1; & 7, 7; Pallad. Ian. 13.

¶ Rōsĭdus, *a, um*, idem quod *Roscidus*, pro diverso scribendi modo. Columella 5, 6 *Rosidum & nebulosum solum.* Ita omnes libri.

¶ Rōrĭdus, *a, um*, idem. Hoc adjectivum non minus quam *Roscidus* & *Rosidus* probum esse pronunciat Brouckh. ad Propert. 2, 23, 27.

¶ Rōro, *rorare*, instar roris stillare, tröpfeln, triefen; it. beträufeln, besprengen. Virg. Æn. 8, 645 *Sparsi rorabant sanguine vepres.* Ovid. Heroid. 15, 97 *Lacrimis oculi rorantur obortis*; i. e. madescunt.

conf. Id. Met. 1, 267. Absolute Columell. 11, 2 *Nonnunquam rorat.* Adde Plin. 17, 10; Suet. Aug. c. 92; Sen. Qu. Nat. 1, 6.

¶ Rorans, *tis.* v. Barthii Adverſ. 2, 9 ſub fin. Cic. de Senect. c. 14 *Pocula minuta atque rorantia.* Virg. Æn. 3, 567 *Aſtra rorantia.* Ibid. 11, 9 *Rorantes ſanguine criſtæ.* Ovid. Faſt. 4, 141 *Rorantes capilli.* Id. Met. 3, 177 *Rorantia fontibus antra.* Lucret. 2, 975 *Rorantibus lacrymis ſpargere ora,* weinen. Active Id. 3, 470 *Lacrymis rorantes ora genasve.* Et Sil. 10, 263 *Rorans ſaxa cruore.*

¶ Rōrātus, *a, um,* bethauet, betrāufelt; ut, *Tellus rorata pruina,* Ovid. Faſt. 3, 357. *Roratæ roſæ,* Id. ex Pont. 2, 1, 36. Add. Her. 19, 124.

¶ Rōrātio, *ōnis,* f. roris deſtillatio, die bethauung, bereifung; ut, *Nocturnæ rorationes,* Apul. Met. 9 p. 232. ¶ 2. Morbus vitium eſt, cum defloreſcentibus ipſis acini decocti in callum defluunt, & qui remanent, exiles fiunt, das rieſen der trauben nach der blützeit, flore intempeſtivis pluviis læſo, Plin. 17, 24. Propter hoc malum *floralia* ab antiquis inſtituta; vide *Flora.*

¶ Rōrāmentum, *i,* n. ein tröpflein. Capitolinus in Vero c. 10 *Capiti auri roramenta reſpergere.* Ita eſt in membranis: alii malunt *ramenta.*

¶ Rōreſco, *ĕre,* rore adſpergi, voll thau werden, bethauen. Ovid. Met. 15, 246 *Tellus in liquidas roreſcit aquas.* Apud Plin. 18, 34 fin. *Terra roreſcens* opponitur *ſicceſcenti.* v. not. Dalechamp.

¶ Rōrālis, *e,* aus dem thau entſtehend; ut, *Aqua roralis,* thau-waſſer, Ovid. Faſt. 4, 728, alii *rorata* legunt.

¶ Rōrārius, *a, um.* Sic *Rorarii milites* dicebantur, qui levi armatura prælium primi committebant (iidem qui & *ferentarii,* apud Liv. 8, 8. *Ecce rorarii* (ſcribit Varro L. L. 6, 3) *dicti a rore, qui bellum committebant ante: ideo, quod ante rorat, quam pluit.* conf. Feſtus, & Nonius 18, 3 & Bochart. in Phaleg. ad v. 3 Pſalm. 110 p. 913. Hinc *rorārium vinum,* quod rorariis militibus ob rem præclare geſtam in bello propinabatur, ut Feſtus indicat. Homero γερουσιος οἶνος. vid. Heinſ. ad Sil. 1, 564; Stewech. ad Veget. 1, 20; Dalechamp. ad Plin. 2, 60. Adde præterea Plaut. Fragm. Frivolar. v. 4; & Symmach. 8 ep. 7.

¶ Rōrulentus, *a, um,* rore plenus, rore perfuſus, mit thau bedeckt. Accius ap. Nonium 4, 427 *Rorulentæ terræ.* Colum. 5, 6 *Vites rorulentæ.* Plin. 18, 31 *Viva rorulenta.*

¶ Rōrifer, *a, um;* ut, *Aura rorifera,* thau-wetter. Sen. Hippol. v. 11. Lucret. 6, 864 *Roriferis terram nox obruit umbris.*

¶ Rōrĭfluus, *a, um,* idem. Vetus poëta ſub init. lib. 2 Catalect. p. 239 edit. Scaliger. *Roriſluam ſectemur carmine lunam.*

¶ Roſmārīnum, *i,* n. & Roſmārīnus, *i,* m. λιβανώτις, vide *Libanotis:* planta eſt duorum generum: alterum folia feniculi habet ſuaviter olentia; alterum *roſmarinum* dicitur *coronarium,* in Germania ubique notum, roſmarin. v. Plin. 17, 13; & 19, 12; & 24, 11; Colum. 9, 4; & Apul. de Herb. c. 79. Nominis ex eo ratio eſt, quia rore alitur marino, vel quia matutino tempore inſtar roris in marino litore apparet. conf. Dioſc. 4, 1; & Pallad. 1, 37. Interdum diviſim ſcribitur, ſicuti & *Ros maris,* v. paullo ante in *Ros* n. 3.

Compoſita:

¶ Adrōro, *are,* beſprengen, benetzen. Marcell. Empir. c. 34 *Adrorare herbam vino.*

¶ Circumrōro, *are,* umher beſprengen. Apul. Met. lib. 11 p. 268 *Puriſſime circumrorans abluit.*

¶ Irrōro, *are,* bethauen, befeuchten, beſprengen; ut, *Flores irrorantur,* Colum. 9, 14, id eſt rore adſperguntur. *Ter caput irrorat,* h. e. madefacit, Ovid. Faſt. 4, 315. it. Met. 9, 108. Sil. 11, 202 *Bacchique ex more liquorem Irrorat menſis;* Add. 10, 357; & 2, 122.

¶ Irrorans, *tis.* Colum. 10, 148 *Sedulus irrorans olitor.*

¶ Irrōrātus, *a, um,* beſprengt; ut, *Irroratis floribus.* Colum. 9, 14.

¶ Perrōro, *are,* benetzen. Hildebertus Cenomanenſis Martyrio S. Agnetis c. 8. Barthius Adverſ. 31, 12 ejus carmina exhibet: *Ora, locum, mentem, perrorat, concutit, urit, Lacryma, lingua, dolor, fuſa, ſonora, gravis,*

RŌSA, *æ,* f. ῥόδον, flos notiſſimus, eine roſe. Flos Veneris, quem dedit Harpocrati, ut furta ejus tegeret. Ovid. Faſt. 5, 354 *Contemnunt ſpinam, cum cecidere roſæ.* Claud. Nupt. Honor. 4, 10 *Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.* Vide *Hybla.* Celſ. 4, 5 *Acetum cum roſa,* roſenеſſig. conf. Id. 8, 4. Apul. Met. 3 ext. p. 142 *Roſæ virginеs,* i. e. recentes & illibatæ. De roſa Achilles Tatius lib. 2 de Leucippæ & Clitophontis amoribus: Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθῦναι βασιλέα, τὸ ῥόδον τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε. γῆς ἐσὶ κόσμος φυτῶν ἀγλαίσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων &c. *Si floribus vellet Iupiter imponere regem, roſa inter flores regnum obtineret: terræ eſt ornamentum, plantarum decus, oculus florum &c.* Auſon. Eidyll. 14 *Quam longa una dies, ætas tam longa roſarum, Quas pubeſcentes junctla ſenecta premit: Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous, Hanc redlens ſero veſpere vidit anus.* Proverb. *Roſam, quæ præteriit, ne quære iterum,* id eſt, noli te cruciare deſiderio rerum, quæ reſtitui nequeunt, v. Chil. *Roſas loqui,* i. e. blanditias, Eraſmus ibidem ex Ariſtophane; ut, *Mulſa loqui,* Plaut. Pœn. 1, 2, 112. v. Chil. *In roſis vivere,* id eſt, florere, & omni felicitate affluere, nulloque dolore affici: Martialis 8 epigr. 77 *In æterna vivere digne roſa.* Et Cic. Fin. 2, 20 *Potans in roſa Thorius.* Quamquam autem propria adulti veris primæque ætatis dos roſa ſit, tamen ut & per hiemem haberetur, luxurioſa invenit induſtria. Martial. 4 epigr. 29 *Primis ſic major gratia pomis, Hibernæ pretium ſic meruere roſæ.* Meminit & Lucianus Nigrino: Florus 2, 8, 9; Mamert. Paneg. Iuliani c. 11; & Pacatus Paneg. Theodoſii c. 14 & alii. De incrementis roſarum a primis initiis usque ad finem eleganter Auſonius Eidyll. 14 legatur. De iisdem Plinius 21, 4 *Germinat omnis* (roſa) *primo incluſa granoſo cortice. Quo mox intumeſcente, & in virides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit in calicis medio ſui ſtantes complexa luteos apices. Alabaſtros* appellat, ab alabaſtri vaſis figura. vide ſupra *Alabaſter.* Auſonius *obeliſcos* vocat; *Corymbos* Hieronymus, iisdem de cauſis. *Calix* depreſſa illa in medio cavitas eſt, unde ſe folia explicant, & lutei apices emicant. vide *Calix.* De *roſa* in nummis Rhodiorum v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 6 p. 315 ſq.

¶ Rōſula, *æ,* f. diminut. Dracontius Hexaëmero v. 597 *Qui roſulis ſtellare nemus vel floribus agros Imperat autumni.*

¶ Rōſeus, *a, um,* roſenfarb; ut, *Rubor roſeus,* Ovid. Amor. 3, 3, 5. *Genæ roſeæ,* Virg. Æn. 12, 606. *Roſeum vinum,* Iſidoro Orig. 20, 3 eſt rufum cum rubore; roſa enim rubet, intellige Mileſia. *Colore fulgent roſeo,* Plin. 14, 1. *Panno roſeo cooperire,* Pallad. 1, 35. *Roſea Dea,* i. e. Aurora, Ovid. de Arte am. 3, 84.

¶ Rōsāceus, *a, um,* von roſen; ut, *Oleum roſaceum,* ex roſis confectum, roſenöl, Plin. 20, 3. *Corona roſacea,* ein roſenkrantz, Id. 21, 3. *Roſaceum unguentum,* Iſidor. Orig. 4, 12.

¶ Rōsāceum, *i,* n. ſubſt. ſubaudito *oleo,* roſenöl, Plin. 21, 29; & 37, 3.

¶ Rōſārius, *a, um,* aus roſen beſtehend. Adject. poſitum videtur in Suet. Ner. c. 27 *Abſorptio roſaria.*

¶ Rōſārius, *i,* m. ſubſt. ein roſenhändler. Gloſſ. lat. gr. *Roſarius,* ῥοδοπώλης.

¶ Rōsārium, *i,* n. locus roſis conſitus, ein roſen-garten, roſen-ſtock; ut, *Amœna roſaria,* Ovid. Triſt. 5, 2, 23. *Tepidique roſaria Paſti,* Id. Met. 15, 708. Adde Virg. Georg. 4, 119. Martial. 12 epigr. 31; Suet. Ner. c. 27: & Plin. 21, 11; & 18, 26; Colum. præf. 1; Pallad. Febr. 21; & Nov. 11; Apul. Met. 4 p. 142.

¶ Rōſo, *are,* mit roſen zubereiten. Autor carm. de defectu lunæ, quod Varroni Attacino quidam tribuunt. Hinc

¶ Rōsātus, *a, um,* aus roſen gemacht; ut, *Propoma roſatum,* ein roſen-tranck, Pallad. Febr. tit. 32. Abſolute *Roſatum,* ſubintellecto *vino,* roſen-wein, Idem Pallad. Iunio tit. 13, & Octobri tit. 15; & Lamprid. Heliogab. c. 19 & 21; & Apic. 1, 1.

¶ Rōsētum, *i,* n. ein roſen-gebüſch. Virg. eclog. 5, 17. Item Tertull. de Pallio c. 2; & Pallad. 11, 11.

¶ Rōsulentus, *a, um,* plenus roſarum, voll roſen. Prudent. paſſion. Eulaliæ v. 199 *Floribus ut roſulenta putes prata rubeſcere.* Mart. Capell. lib. 1 p. 19 *Roſulenti ſplendoris gratia.*

ROSCIVS, *i,* m. *Roſcii* duo fuerunt, noti ambo ex Ciceronis orationibus. Alter enim *Q. Roſcius Gallus Comœdus,* fuit Ciceronis præceptor in pronunciationis & geſtus ratione; a quo *Roſcii* appellati, ut eſt apud Feſtum, *quicunque in ſua arte perfecti eſſent:* Roſcio enim nihil perfectius in arte hiſtrionica unquam fuit, Cic. de Orat. 1, 28 & pro Quint. c. 24 ſq. ubi inter alia: *Cum artifex ejusmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur; tum vir ejusmodi eſt, ut ſolus dignus videatur, qui eo non accedat.* conf. Dacer. ad Feſt. *Quæ doctus Roſcius egit,* Hor. 2 epiſt. 1, 82. ¶ 2. Alter *S. Roſcius Amerinus,* cujus filium defendit Cicero in parricidii cauſſa, ſicut alterum in pecuniaria.

¶ Roſcius, *a, um,* adj. ut, *Roſcia lex,* Cic. Phil. 2, 8; & Horat. 1 epiſt. 1, 62.

¶ Roſciānus, *a, um,* idem; ut, *Roſciana imitatio,* Cic. de Orat. 2, 59.

Roſcĕtum, roſeus, vide proxime ante in *Roſa.*

ROSIA, vel Roſca, *æ,* f. autore Feſto, *campus in agro Reatino, quod in eo arva rore humida ſeri per ſe untur.* conf. Cic. Att. 4, 15; & Varr. de R. R 1, 7. Eidem 2, 1 *Roſca campeſtris* dicitur.

¶ Roſeānus, *a, um,* adject. ut, *Roſeani equi,* Varr. l. c. 2, 7.

Roſio, vide ante *Rodo,* Roſmarinum, *Ros.*

Roſor, vide *Rodo,* Roſtellum, *Roſtrum.*

ROSTRVM, *i,* n. a *rodendo,* corneum illud in ore eſt avium, quo cibum capiunt, der ſchnabel; ut, *Aves corneo proceroque roſtro,* Cic. Nat. D. 1, 36. ¶ 2. Sed & porcorum aliorumque animalium *Roſtrum* eſt: ut, *cervorum, delphinorum, canum,* die ſchnautze, der rüſſel. Lucan. 4, 442 *Nec creditur ulli Silva cani, niſi qui preſſo veſtigia roſtro Colligit.* Sen. Hippol. de Spartanis canibus v. 39 *Nunc demiſſi nare ſagaci Captent auras, laſtraque preſſo Quærant roſtro.* ¶ 3. Hominis quoque dici *Roſtrum,* ex Plauto & aliis docet Nonius 6, 41. Ita Petron. c. 75 p. 277 *Vt celerius roſtrum barbatum haberem.* Inde eſt Hiſpanum *roſtro* pro *facie.* ¶ 4. Et *Roſtrum* pars illa navis eſt exporrecta a prora, aut ferreæ potius cuſpides, infra illam partem prominentes, der ſchiff-ſchnabel. v. Scheffer. de Re Nav. 2, 5. Sic Nepos 12, 4, 2 *Navis roſtro percuſſa cœpit fidere.* Hinc *naves roſtratæ,* de quibus poſt paullo dicendum. ¶ 5. *Roſtrum* etiam vocatur promontorium vel lingua in mare projecta. Plin. 10, 39 ſ. 49. ¶ 6. *Roſtra malleorum* Plin. 34, 14, i. e. ferreum illud in malleis, quo proprie ad percutiendum utimur, *caput* alias dictum.

¶ Roſtra, *orum,* n. pl. ad radices Palatini in foro Romano prope Comitium & Curiam locus erant, ex quo ad populum conciones habebantur, laudabanturque mortui, quod Acron in Epod. Horat. inibi factum ſcribit in memoriam ſepulcri Romuli, bühne. v. Varr. L. L. 4, 32; & Vet. Scholiaſt. Hor. ad epod. 16. Liv. 30, 17 *Aſcendere in roſtra.* v. Vrſin. ad Liv. 30, 17 & ad Tacit. Hiſt. 1, 27. *Dicere pro roſtris. Deſcendere de roſtris,* Cic. in Vatin. c. 2. Appellatio a roſtris navium, ibi ſuffixis. Varro l. c. *Ante hanc* (curiam Hoſtiliam) ROSTRA: *quibus* (ita legendum arbitror) *id vocabulum ex hoſtibus capta fixa dant roſtra.* Adde Liv. 8, 14 extr. Plin. 34, 5; & Flor. 1, 11. De *roſtris* tum *veteribus,* tum *novis* ſive *Iuliis,* v. Fam. Nardinus Ro. Vet. 5, 3, & Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 190.

¶ Roſtellum, *i,* n. diminut. ut, *Pulli roſtellis ova percudunt,* Colum. 8, 5. Sic, *Roſtellum muris,* Plinius dixit 30, 11.

¶ Roſtro, *are,* roſtrum impingere. Hinc

¶ Rōſtrans, *tis.* Plin. 18, 19 *Roſtrante vomere arari.*

¶ Roſtrātus, *a, um,* geſchnäbelt; ut, *Roſtrata navis.* Cic. de Invent. 2, 32, id eſt, roſtro æneo munita & armata, quæ inde & *ærata* dicitur Horatio 2 od. 16, 21. Sed, *Corona roſtrata,* quæ victori in certamine navali dabatur, Plin. 16, 4. Erat hæc formis roſtrorum ornata & velut ex iis contexta: Sic & *roſtratæ columnæ* appellabantur, quæ exornatæ perinde erant. v. Torrent. ad Suet. Oth. c. ult. ubi figuram

columnæ

columnæ hujusmodi etiam ex nummo veteri exhibet. Etiam Colum. 2, 21 *Falcibus roſtratis vel denticulatis medium culmum ſecant.*

¶ Roſtrālis, *e.* Sidon. 1 epiſt. 10 *Dignum poëma, quod apicibus pererrandum auratis juſte tabula roſtralis acciperet,* h. e. pro roſtris ſuſpenſa.

Repandiroſtrum, vide *Repando* in *Pando.*

¶ Subroſtrārii, vel Subroſtrani, *orum,* m. pl. ſub roſtris agere ſoliti. Cælius Cic. fam. 8, 1. Nimirum otioſi homines circa roſtra ſpatiantes & deſidentes rumorum aucupandorum gratia. Vnde Horatius 2 ſat. 6, 50 *Frigidus a roſtris manat per compita rumor.* V. Caſaub. ad Theophraſti characteres: & Taubm. in Plaut. Capt. p. 289.

RŎTA, *æ,* f. a rotunditate dicta eſt, das rad. Cujus partes, circumferentia rotunda, vel curvatura ipſa, *Apſis* dicitur, quam tegunt *canthi*; *Radii,* ab umbilico ad *apſidem* exeunt. Vide ſingula ſuis locis. *Rotam fortunæ pertimeſcere,* dixit Cic. in Piſ. c. 10. Et Ammian. 26, 25 *Verſa,* inquit, *rota fortunæ ante veſperum poteſt eſſe miſerrimus.* Et Sil. 6, 121 *Per varios præceps caſus rota volvitur ævi.* ¶ 2. Aliquando *rota* pro vi dicendi, ſive orationis impetu, quæ concitatæ rotæ inſtar volvitur, & ruit, ponitur. Auſon. Profeſſ. Burdigalenſ. Commemor. carm. 5 *Doctrina nulli tanta in ullo tempore Curſuſque tot fandi ac rotæ.* Sidon. 9 epiſt. 15 *Homericæque par & ipſe gloriæ Rotas Maronis arte ſectam compari.* Namque poëtæ agitatoribus ſeu quadrigariis comparantur haud raro: itaque *currus, equi, campus,* iis tribuuntur. Iuvenal. 1, 19 *Hoc potius libuit decurrere campo, Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus.* Talia apud Propertium, Ovidium & alios etiam invenias. Sidon. eodem l. 9 epiſt. 13 *Sed tu per Calabri tramitis aggerem Vis, ut noſtra dehinc curſitet orbita, Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos Frenis flexit equos ploſtripotentibus.* ¶ 3. *Rota,* bellua etiam marina eſt cetarii generis, ein radwal, quod geminas rotas in dorſo geſtet, vel quod in orbem ſeſe circumagat, Iovius, Gefnerus. conf. Plin. 9, 4; & 32, 11. ¶ 4. Genus tormenti, Cic. Tuſc. 5, 9 *In rotam vita beata non aſcendit.* De ſideribus & ſolis præſertim orbe adhibent poëtæ. v. Brouckh. ad Tibull. 1, 10, 62.

¶ Rŏtula, *æ,* f. dimin. Plin. 18, 18 ſub fin. Adde Plaut. Perſ. 3, 3, 28; Colum. 21, 3. Pallad. 1, 20.

¶ Rotulus, *i,* m. legitur in quibusdam libris apud Calpurn. ecl. 7, 51 *Et coit in rotulum,* ubi cylindrum intelligere non incommodum. Quid ſi ab eadem ſignificatione ſint ICtorum recentium voces *rotulus* teſtium & *inrotulare,* h. e. in volumen cylindri formam habens referre.

¶ Rotulo, *are,* umdrehen wie ein rad. Saresb. 8, 12 *In orbem rotulari quam incedere magis idoneus eſt.*

Rŏtulus, vide infra *Rutulus.*

¶ Rŏto, *avi, atum, are,* circumagere, vertere in modum rotæ, drehen wie ein rad, rollen, umtreiben. Ovid. Met. 4, 517 *Learchum per auras more rotat fundæ.* Virg. Æn. 10, 577 *Strictum rotat enſem.* Lucret. 6, 201 *Venti rotant flammam.* Lucan. 8, 673 *Caput enſe rotare,* den kopf abhauen. Col. 8, 11 *Pavo gemmantibus caudæ pinnis ſe protegens rotare dicitur,* ein rad machen. ¶ 2. Item, in præceps dare, niederſtürzen. Ovid. de Art. am. 2, 374 *Aper rotat ore canes.* Sed Martial. Spect. 11 *Sanguinea præceps dum ſe rotat urſus arena,* er ſchlägt einen burzelbaum, überſchlägt ſich.

¶ Rotans, *tis,* ut, *Rotanti turbine,* Lucret. 1, 294. *Flammæ rotantes fumam,* Horat. 4 od 11, 11. *Clypeum rotans,* Val. Flacc. 6, 551. *Qua ſaxa rotantia late Intulerat torrens,* intranſitive idem eſt ac *rotata* apud Virg. Æn. 10, 362.

¶ Rotātus, *a, um,* gedreht, herumgeſchwungen; ut, *Ignis rotatus,* Ovid. Met. 12, 296 *Cervix rotata,* Idem in Piſon. v. 53. *Sermo rotatus,* Iuvenal. 6, 448. Et, *Rotata annalium millia,* Prudent. Cathem. 11, 29. ¶ 2. Item, in præceps datus, über hals und kopf geſtürzt; ut, *Sol rotatus,* Prudentio in Romano v. 537 eſt præceps actus, devolutus, projectus: *Cadet,* inquit, *rotati ſolis in terrum globus.* V. Buchner. in Prud. Hymn. de Salv. Natali v. 29, qui idem ex Pſychom. v. 272, & Claud. Conſ. Honorii 4, 330 confirmat. *Rotati viri,* Val. Flacc. 4, 181.

¶ Rŏtātim, adverb. per rotas, rotarum modo, wie ein rad. Apul. Met. 10 p. 253 *In orbe rotatim flexuoſi.*

¶ Rotātus, *us,* m. ſubſt. circumvolutio, die umdrehung, herumſchwingung. Auſon. Moſella v. 362 *Præcipiti torquens cerealia ſaxa rotatu.* Hieron. epiſt. 61, 4 ad Pammach. *Vno linguæ rotatu,* de fluida eloquentia. Stat. Achill. 2, 416 *Didici quo Pæones arma rotatu citent.* Et Claudian. de Conſul. Mallii v. 77 *Rapido cæli rotatu.*

¶ Rŏtātio, *ōnis,* f. idem. Vitruv. 10, 8 ſub init. *Sine porrecto rotationis:* & ſine capitis: *Per rotationem circini.* v. Idem 9, 4; Mart. Capell. 8 p. 287; & Apul. Apol. p. 303.

¶ Rŏtātor, *oris,* m. qui rotat. Stat. 2 Silv. 7, 7 de Baccho: *Et tu Baſſaridum rotator Evan,* i. e. qui eas agis in gyrum. Et Caſſiod. Var. 7 epiſt. 5 *Camerarum rotator.*

¶ Rŏtālis, *e,* auf rädern gehend; ut, *Rotale carpentum,* Capitolin. in Macrin. c. 12.

¶ Rŏtātĭlis, *e,* rund herumgehend. Prudent. præfat. Periſteph. v. 8 *Sacramus & rotatiles trochæos.* Et Sidonius 2 epiſt. 9 *Inter rotatiles catafractarum gyros.*

¶ Rŏtābĭlis, *e,* idem. Ammian. 23, 4 (Valeſ. c. 4 f. 356) *Agiliter rotabilis.* Ita & Lindebruch. p. 260.

¶ Birŏtum, *i,* n. ein karn. Onomaſt. vetus: *Birotum,* ἅπροχον. Et

¶ Biröta, *æ,* f. idem. Cod. Theod. L. 8 de Curſu publico: *Rhedæ mille pondo tantummodo ſuperponi: birotæ ducenta: veredo tripinta.*

¶ Bĭrotus, *a, um,* zweyrädericht. Nonio 2, 139 *Ciſium vehiculi birotigenus* dicitur.

¶ Circumroto, *are,* herumdrehen. Apul. 9 Met. p. 222 *Machinas ſimiles circumrotari vidi.* Cæſ. German. fragm 3 p. 150 Ed. Coburg. de motu: *Cæli circumrotat orbem.*

¶ Irrŏto, *āre,* rädern, hinfügeln. Min. Felix in Octavio c. 3 n. 7 de puerilis ludi genere: *teſtam ſuper undas irrotare,* Germani quidam vocant das enten-werfen.

¶ Subrotātus, *a, um,* auf räder geſetzt; ut, *Subrotatus aries,* Vitruv. 10, 19, dem räder untergezogen ſind.

RŎTVNDVS, *a, um,* dicitur id, quod unicam habet ſuperficiem, in qua nec principium notari poteſt, nec finis, rund, contrarium maxime eſt *quadratum*; ut, *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis,* Horat. 1 epiſt. 1, 100, de inconſtante & vario. *Ova rotunda,* Plin. 10, 52. *Globoſæ & rotundæ ſtellæ,* Cic. Somn. Scip. 3. Et, *Rotundum cælum,* Idem Nat. D. 3, 45. *Forma rotunda ullam negat pulchriorem Plato,* Id. de Nat. D. 1, 10. Et, *Tuberculum rotundius,* Celſ. 5, 29, 9. *Rotundiores ſcillæ,* Plin. 19, 5. conf. Celſ. 5, 28, 9; & 8, 1. *Rotundiſſima pars ovorum,* Plin. 10, 52. *Capita rotundiſſima,* Celſ. 8, 1. ¶ 2. Sed, *Rotundus orator,* id eſt, elegans & compoſitus, der ſeine worte wohl ſetzt. Cic. in Orat. c. 12. Sic Horat. Art. poët. v. 323 *Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui.* Idem 2 ſat. 7, 86 de libero & ſapiente: *In ſe totus teres atque rotundus:* i. e. ſemper ſibi ſimilis atque æqualis, perfectus ex omni parte: qualis rotunda forma eſt: *quæ,* ut Cic. de Vniverſ. c. 6 deſcribit, *nihil habet incluſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum.* conf. Nonius 1, 297. ¶ 3. *Rotundæ* etiam dicuntur illæ veſtes, quæ *quadratis* opponuntur. *Rotundæ,* quæ parte inferiore concluſæ undique, & nusquam apertæ in ſummum circulum faciunt: quales mulierum ſtolæ; quas & neceſſe ex una parte induere: *Quadratæ,* quæ ex anteriore parte apertæ quatuor angulos faciunt, duos in ſummo, & totidem inferius, quare & inde indui poſſunt, de quo genere pallia noſtra ſunt. Sed varie de iis eruditi diſputant: cum præcipue de forma togæ diſceptatio eſt, quam alii *quadratam,* alii *rotundam,* alii *ſemicircularem* volunt. V. Manut. Quæſitis per Epiſt. Sigon. de Iudiciis. Salmaſ. Not. ad Tertull. Pallium: Ant. Cericont. Animadverſis ad illas Salmaſii in Tertull. Notas p. 26 ſeqq. itemque Octav. Ferrar. 1 de Re Veſt. prioribus 5 capp.

¶ Rŏtunde, adverb. ut, *Rotunde dicere,* id eſt, eleganter, compoſite, explicate, Cic. de Fin. 4, 3. *Ita tornavit, ut nihil effici poſſit rotundius,* Idem de Vniverſ. c. 6. conf Nonius 7, 727.

¶ Rotunditas, *ātis,* f. forma rotunda, die runde; ut, *Rotunditas terræ,* Plin. 9, 36. *Folia circinatæ rotunditatis,* Idem 16, 23. Et, *Rotunditas cæli,* Vitruv. 9, 4. *Extra rotunditatem,* Idem 10, 14. Adde Plin. 2, 65; Sidon. 1 ep. 1; Pallad. Mart. 13.

¶ Rŏtundo, *āre,* rund machen; ut, *Rotundare ad volubilitatem,* eſt rotundum efficere, Cic. de Vniverſ. c. 10. *Rotundare ad circinum,* circelrund machen, Vitruv. 10, 11. *Mille talenta rotundentur,* Horat. 1 epiſt. 6, 34, i. e. numero rotundo colligantur, ut dicere poſſis, M. talenta poſſideo; Germ. daß das tauſend voll wird. Vid. ſimile quid in *Quadrare.* conf. Mela 1, 18.

¶ Rotundatus, *a, um,* rund gemacht; ut, *Solis orbis rotundatus,* Vellej. 2, 59, 6. *Hendecaſyllabi rotundati,* Sidon. 8 epiſt. 4. conf. Idem 9 epiſt. 2; Apul. Met. 11, p. 261; & Ammian. lib. 20.

¶ Rotundatio, *ōnis,* f. die rundung. Vitruv. 1, 6 Iæpius: & 3, 3; & 10, 1. Pl. Id. 5, 3 *Circulorum rotundationes infinitæ.* conf. 1, 5.

¶ Rŏtundula, *æ,* f. idem quod *rotula.* Apul. de Herb. c. 13 *His bene commixtis, facies exinde velut rotundulam.*

¶ Rotundifolius, *a, um,* rundblättericht; ut, *Phlomides rotundifoliæ,* Apul. de Herb. c. 71.

¶ Corrŏtundo, *āre,* rund machen, die zahl voll machen. Sen. Nat. Quæſt. 4, 3; & epiſt. 113 *Si has quoque corrotundaverint.* Et Petron. Fragm. Tragur. p. 49 vel c. 76 *Vno curſu centies ſeſtertium corrotundavi,* i. e. complevi. v. ibi Scheffer. p. 158.

¶ Corrŏtundātus, *a, um,* kugelrund. Petron. c. 39 *Terra mater eſt in medio quaſi ovum corrotundata.*

¶ Erotundatus, *a, um,* idem. Sidon. 9 epiſt. 7 *Structura* (orationis) *modis omnibus erotundata.*

¶ Semirŏtundus, *a, um,* halbrund. Apulej. Met. 5 p. 160 *Viſo proximo ſemirotundo,* ſubaudi *loco.* Nam

¶ Semirotundum, *i,* n. etiam ſubſtantivi more ponitur. Idem Apul. Met. 11 p. 260 *In ipſo ſubterraneo ſemirotundo,* h. e. hemiſphærio.

¶ Subrŏtundus, *a, um,* etwas rund. Celſus 5, 28, 14 *Subrotunda radicula.*

ROXOLANI, *ōrum,* m. pl. populi Scythiæ Europææ, Alanis vicini, in tractu, ubi hodie eſt Tartaria minor ſeu citerior, & Vkraina, ac quæ his ad Moſcoviam contermina ſunt. Memorantur apud Tac. Hiſt 1, 79; & Spartian. in Hadriano c. 6 &c.

Rubecula, rubedo, rubellus, rubeo &c. vide ſequens *Ruber.*

RŬBER, (rubrus), *rubra, rubrum,* ruſus, roth; ut, *Ruber occupat humor,* Lucret. 4, 1044. Et alia forma *rubrus:* Solin. c. 40 *Colores duo ſunt, quos fingere non valet, rubrus & candidus,* de chamæleonte. Sic, *Rubro ſanguine,* Horat. 3 ode 13, 7. *Rubra aurora,* Propert. 3, 13, 16. *Ruber crine,* ein rothkopf. Martial. 12 ep. 54 *Mare rubrum,* Erythræum, quod ſub ſinu Perſico eſt, Cic. N. D 1, 35; quod an recte *rubrum* appelletur, & unde, Curtius differit 8, 9, 14: & 10, 1, 13. vid. ibi interpretes, & prælecta Relandi de rubro mari diſſertatio. Compar. Plin. 10, 63 *Colorem illico mutant rubriore pilo.* Superlativo *Ruberrima uva* dixit Scrib. Largus compoſ. 249. Sed & *Nitrum quam ruberrimum,* Celſus 5, 18, 31.

¶ Rubeus, *a, um,* idem; ſed perrarum adeo, ut Hermolaus in Plin. 9, 37 de latinitate ejus dubitaverit. Habet tamen Colum. 6, 1 *Colore rubeo:* & Pallad. 4, 2 *Boves rubei coloris:* & ibid. c. 14 *Aſini rubei coloris.* Plura exempla Gellii, Hygini, Firmici ſuppeditat Ol. Borrich. in Cogitat. p. 226. ¶ 2. *Rubeus,* aliud a *Rubo* frutice, v. paullo poſt in *Rubus.*

¶ Rubellus, *a, um,* diminut. a *Ruber,* etwas röthlicht; ut, *Vinum rubellum,* id eſt, ſubrubens, Martial 1 epigr. 104. *Vites Nomentanæ, rubente materia,* Plin. 14, 2, qui addit: *quapropter quidem rubellas appellavere vineas. Rubellum calvitium,* Mart. Capella 9 p. 271.

¶ Rubellulus, *a, um,* aliud diminut. idem; ut, *Umbilicus rubellulus,* Mart. Capell. 5 p. 187.

¶ Rubel-

¶ Rubelliānus, *a, um*, idem; ut, *Rubelliana vites*, Colum. 3, 2.

¶ Rubellio, *ōnis*, & Rubellus, *i*, m. piſcis erythinus, ἐρυθῖνος, ſie ſind rothe meerbraſmen, Geſn. & rothfedern, ploßen, exponunt Eberus & Peucerus. Adde Plin. 32, 10; & Apic. 10, 7.

¶ Rubeo, *ui, ēre*, rubrum eſſe, roth ſeyn. Cic. Verr. 2, 76 *Hærere homo, verſari, rubere*, ſubaudi *cæpit*. Id. Att. 15, 4 *Rubeo, mihi crede. Sed jam ſcripſeram; delere nolui.* Virg. Georg. 4, 306 *Novis prata rubent coloribus.* Ovid. Faſt. 2, 212 *Sanguine terra rubet.* Adde Celſ. 7, 1 & 27; Sen. Nat. Quæſt. 1, 5; Solin. c. 33 & 46.

¶ Rubens, *tis*, roth; ut, *Ferrum igne rubens*, glühend, Ovid. Met. 12, 277. *Vina rubentia*, Id. Faſt. 5, 511. *Suave rubens muros*, Virg. ecl. 4, 43. *Rubens color*, Plin. 9, 36. *Rubens dextera*, Horat. 1 od. 2, 2. Compar. Plin. 37, 6 *Superficies locuſtarum maris cruſtis rubentior.*

¶ Rubeſco, *ĕre*, rubrum fieri, roth werden; ut, *Rubeſcit aurora*, Virg. Æn. 3, 521. *Cælum rubeſcere primo cœpit*, Ovid. Faſt. 4, 165. Adde Plin. 18, 29; & 28, 12; & 37, 2; Pallad. Novemb. 7.

¶ Rubor, *ōris*, m. die röthe; ut, *Rubor igneus*, Lucan. 5, 214. *Vellera Tyrios incocta rubores*, purpurwolle, Virg. Georg. 3, 307. conf. Celſ. 7, 1; & Plin. 11, 27. ¶ 2. Item, ſchamröthe. Cic. Tuſc. 4, 8 *Pudorem rubor conſequitur.* Et Liv. 30, 15 pr. *Audienti rubor ſuffuſus.* conf. Virg. Georg. 1, 430. Hunc *colorem virtutis* dixit eſſe Theophraſtus, adoleſcentem erubeſcentem confirmans, ac τοιοῦτον, inquiens, ἡ ἀρετὴ ἔχει τὸ χρῶμα, *Ejusmodi colore lucet virtus*, Stob. lib. 2. Et Laërtius Diogeni tribuit, cum ad adoleſcentem rubore perfuſum diceret: θάῤῥει, τοιοῦτον ἐστὶ τῆς ἀρετῆς χρῶμα, *Confide, hujusmodi eſt virtutis color.* Cic. de Orat. 2, 59 *Præſtet ingenuitatem & ruborem ſuum, verborum turpitudine & rerum obſcenitate vitanda*, er ſey erbar, oder werde ſchamroth ꝛc. Claudianus in Nupt. Honorii & Mariæ v. 9 *Confeſſus ſecreta rubor &c.* Iuvenal. 13, 240 *Nam quis Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit Ejectum ſemel attrita de fronte ruborem?* Id. 10, 300 *Præterea caſtum ingenium vultumque modeſto Sanguine ferventem tribuat natura benigna Larga manu, quid enim puero conferre queat plus?* Licet autem in adoleſcentibus magis apparet, quibus & plus caloris eſt, & tenera magis frons, nihilominus & veteranos ſenesque tangit, de quo Sen. epiſt. 11 *Rubor graviſſimis quoque viris ſubitus offunditur.* Idem eodem loco (tota enim hujus argumenti epiſtola eſt): obſervat, non pudoris ſemper virtutisque colorem eſſe ruborem; ſed iræ etiam eſſe comitem, fævitiamque portendere, ut nunquam nonnulli timendi magis ſint, quam cum erubuerint: quod in Domitiano Plinius, Tacitus & Suetonius notant.

¶ Rubēdo, *ĭnis*, f. idem quod *Rubor*. Firmicus Aſtrolog. 2, 12 in Leone: *Color croceus & ad rubedinem declinans.* Quod major auctoritas non apparet, Voſſius de Vitiis Serm. improbavit p. 602.

¶ Rubĕcŭla, *æ*, f. avis, ſic dicta, quod in collo & pectore rubeat, ein rothkähldchen. ¶ 2. Alia eſt *Rubecula ſaxatilis*, ein ſteinrotle, ſteindröſtel. Geſner.

¶ Rubia, *æ*, f. planta ſilveſtris & ſativa, krap, klebkraut, Plin. 24, 11; & 27, 12; & 19, 3. Matthiol. p. 279 vocat röthe, färber-röthe. Vitruv. 7, 14 *Fiunt etiam purpureī colores infecta creta rubiæ radice &c.* conf. Serenus v. 707 & v. 1065.

¶ Rubicilla, *æ*, f. avis ex fringillarum genere, rubet in collo, pectore & ventre ſuperiori, ein blut- oder laub-finck, quaſi fringilla frondium, veſcitur enim gemmis frondium: vocant eamdem & *Pyrrhulam*, Geſn.

¶ Rubĭcundus, *a, um*, roth; ut, *Rubicunda Ceres*, Virg. Georg. 1, 297. Et, *Rubicundiora corpora*, Plin. 20, 6 extr. *Habitus cometæ rubicundior*, Sen. Qu. Nat. 7, 11. Adde Celſ. 5, 21; Plaut. Rud. 2, 2, 8; Sen. Qu. Nat. 1, 5. Spartian. in Nigro c. 6, Colum. 8, 2; Ter. Hec. 3, 4, 26; Ovid. de Arte 3, 303.

¶ Rubicundulus, *a, um*, dimin. etwas röthlich. Iuvenal. 6, 425 *Tandem illa venit rubicundula.*

¶ Rubĭdus, *a, um*, ſchwartzroth, röthlich. v. Gell. 2, 26, ubi Fronto rhetor, *Rubidus*, inquit, *eſt rufus atrior, & nigrore multo inuſtus.* Sic e MSS. Gronov. *Rubida ampulla*, Plaut. Stich. 2, 1, 77. *Rubidus panis*, Id. Caſ. 2, 5, 4. conf. Feſtus: Et Auguſt. in Feſto aſcenſionis 5 *jubar rubidum.*

¶ Rubrans, *tis*, Alcimo Avito 5, 525 idem quod *rubens, rubrum*, roth; *Rubranti profundo*, i. e. mari rubro.

¶ Rubrīca, *æ*, f. terra ſubrubens, röthel; ut, *Rubrica fabrilis nativa*, bergröthel. *Rubrica fabrilis factitia*, röthelſtein. v. Plin. 35, 6; Colum. de Arbor. c. 17; Pallad. 6, 12. Aut. ad Herenn. 3, 22 *Rubrica delibutus.* Vitruv. 2, 3 *Lateres faciendi de rubrica*, conf. 7, 7. Horat. 2 ſat. 7, 98 *Rubrica picta prælia.* Perſ. 5, 90 *Si quid Maſuri rubrica vetavit.* Loquitur de legibus. conf. ſat. 1, 80. Solebant enim legum capita & tituli minio notari: unde *Rubricæ* pro ipſis legibus aliquando auctoribus veniunt. Prudent. contra Symmach. 2, 461 *Aut cur rubrica minetur, Quæ prohibet peccare reos?* v. Turneb. 4, 5. Quamquam non legum tantum principia, ſed omnium, quæ ſcribebantur ἐξ καλοῦ, miniabantur. v. Caſaub. ad Perſ. 5; Gell. 11, 18; & Sidon. 8 epiſt. 6. Videtur proprie adjectivum eſſe

¶ Rubrīcus, *a, um*, röthlich. Sed male huc refertur Colum. 5, 19 *Rubricam amurcam diluere*: Nam *Rubricam amurca* legendum. Id. 2, 10 *Excilem amat terram & rubricam præcipue.*

¶ Rubrĭcĕta, *æ*, f. ita Plautus Truc. 2, 2, 39 colorem eum dixit, quem faciei mulieres illinunt, quem & *purpuriſſum* dicunt, anſtrich, das angeſicht roth zu machen, ſchmincke. Sed meliores libri diſtinguunt ibi: *rubrica, cera*, unde alii unam vocem *rubriceta* conflaverunt.

¶ Rubrĭco, *āre*, rubrica tingere, vel rubrum facere, roth zeichnen, färben; ut, *Rubricare enſem*, Claudiano tribuit Paſſeratius.

¶ Rubricātus, *a, um*, roth gefärbt; ut, *Rubricatus mutinus*, in Carm. Priapeio 73. *Libri rubricati*, i. e. quorum capita & tituli minio notati ſunt, in Petron. Fragm. Trag. p. 18, vel c. 46. vide not. Schefferi p. 106. Et, *Rubricata herba*, Marcell. Empir. c. 33.

¶ Rubrĭcōſus, *a, um*, röthlich; ut, *Solum rubricoſum*, roth erdreich, Plin. 18, 17; & Col. 4, 33; & 2, 16. Sed & Cato R. R. c. 34 *Ager rubricoſus.*

¶ Rubefăcio, *ēci, actum, ĕre*, ruborem adferre, roth machen. Silius 16, 137 de Aurora: *Atlantiadum rubefecerat ora ſororum.* Et Met. 9, 383 *Rubefecit ſanguine ſetas.*

¶ Rubefactus, *a, um*, rothgefärbt. Ovid. Met. 13, 394 *Expulit ipſe cruor; rubefactaque ſanguine tellus &c.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Erubeo, *ui, ēre*, roth werden, ſich ſchämen. Nep. de B. Troj. *Erubeo ſexum, minus hic quam fœmina poſſum.*

¶ Erubeſco, *ĕre*, rubore verecundiæ ſuffundi, ſchamroth werden, ſich entfärben. Ter. Adelph. 4, 5, 9 *Erubuit, ſalva res eſt.* conf. Lipſ. ad Sen. epiſt. 11. Cic. de Leg. 1, 19 *Ut bonum eumdem colligant, erubeſcunt, & pudet impudica loqui.* Id. fam. 5, 12 *Epiſtola non erubeſcit.* Item, *Erubuit genis*, Ovid. Faſt. 2, 828, h. e. in genis. Et cum infinitivo, Sen. Herc. Oet. v. 1206 *Ire ad illos Deos erubeſco.* Cum quarto caſu Claud. de Raptu Prof. 1, 68 *Erubuit pueros.* Et Quint. 6, 4 *Nonnunquam accidit, ut in noſtra credulitate aliena ſtudia erubeſcamus.* Quanquam autem Burm p. 570 pro *ſtudia* hic legit *ſtultitia*, tamen hanc lexici obſervationem a re damnari negat. Sed uſitatior textus. v. g. *Paucitate erubeſcendum*, Curt 4, 5, 4.

¶ Erubeſcendus, *a, um*, deſſen man ſich ſchämen muß. Sen. Controv. 9 *Erubeſcendi amores.* Horat. 1 od. 27, 14 *Quæ te cunque domat Venus, Non erubeſcendis adurit ignibus.*

¶ Erubeſcens, *tis*. Cic. N. D. 1, 40 *Voluptates non erubeſcens.* Lamprid. Heliogab. c. 11 *Erubeſcentibus ſenibus exclamabat: Erubuit, ſalva res eſt.*

¶ Erubeſcentia, *æ*, f. die ſchambaftigkeit. Tertulliani verbum, quo non ſemel pro verecundia, aut pudore male factorum uſus eſt: e. g. de Pœnitentia c. 10 pr. *Cum erubeſcentia ſua pereunt.* Et ad Nation. 1, 16 *Exemplum erubeſcentiæ ſcelerum.*

¶ Irrubeo & Irrubeſco, *ĕre*, roth werden. Stat. Theb. 9, 647 *Irrubuit cæli plaga.* Et Silv. 5, 3, 31 *Tuus mihi vultibus ignis Irrubuit.* Solin. c. 5 *Sanguineis maculis irrubeſcere.*

¶ Subrubeo, *ēre*, aliquantulum rubere, röthlich ſeyn. Pallad. Mart. 10 de Ficu: *Groſſi incipiunt ſubrubere.* Ovid. de Art. am. 2, 316 *Plenaque purpureo ſubrubet uva mero.*

¶ Subruber, *a, um*, aliquantulum ruber, röthlich, oder etwas roth. Celſus 2, 4 *Mala urina, in qua ſubſidunt ſubrubra aut livida.* Id. 5, 28, 8 *Pars carnis ſubrubra.* conf. 6, 8, 2.

¶ Subrubeus, *a, um*, idem. Nonius 16, 8 *Oſtrina ab oſtri colore, qui eſt ſubrubeus.*

¶ Subrŭbĭcundus, *a, um*, idem; ut, *Vultus ſubrubicundus*, Sen. de Ira 3, 4. *Cauliculi ſubrubicundi*, Plin. 25 c. ult. *Ficus ſubrubicunaum*, Celſ. 5, 28, 4.

Rubēta, rubetra, rubetum, vide paullo poſt *Rubus.*

Rubeus, rubia, quære proxime ante in *Ruber.*

RŬBĪCON, *ōnis*, m. Flaminiæ fluvius, Galliæ Ciſalpinæ atque propriæ Italiæ limes. Lucanus lib. 1, 213 *Fonte cadit modico parvisque impellitur undis, Parvus Rubicon, cum fervida rumpit æſtas &c.* Et *parvum Rubiconem* ante dixerat v. 185. Quia itaque *parvus*, ponticulus ei tribuitur apud Suetonium Cæſare c. 32. v. Bratſchii liber ſingularis de vero Rubicone.

RŬBĪGO, *ĭnis*, f. five Röbigo, (utroque enim modo ſcribitur, & poſterius præferunt viri docti ap. Broukh. ad Propert 2, 19, 53,) a *rore* eſſe exiſtimatur. Nam ſi in ſegetes impluerit ros, neque fluxerit, calore ſolis in iis putreſcit, eoque vitium infert, quo culmi corrumpuntur & ſpicæ emarceſcunt, quod *robigo* appellatur, der brand im getreide, meelthau. Plin. 18, 17 *Rubigo ſegetum peſtis.* Quo illud Ovidii reſpicit 4 Faſt. cum de *Rubigine* Dea exponit, de qua mox referemus, v. 912 *Vis tua non levis eſt: qua tu frumenta notaſti &c. Quantum ſi cælnos Titan incaluſſet ardor: Tunc locus eſt iræ, Diva timenda, tuæ.* Hoc enim vitium ſegetibus a Deo *Robigine* ſive *Rubigine* credebatur immitti, de qua paul. ante v. 905 meminerat. conf. de Dea illa Tertul. de Spectac. c. 5. *Rubiginis* vitii Horatius quoque meminit 3 ode 23, 6; & Virg. Georg. 1, 150. ¶ 2. *Robigo*, quæ in metallis ſitu contrahitur, metalla paullatim conſumens, ſic dicta a colore rubro, der roſt; ut, *Detergere rubiginem*, aufputzen. Silius 4, 12 *Pila novant, ac deterſa rubigine ſervus Induitur ferro ſplendor.* Curt. 7, 8, 15 *Ferrum rubigo conſumit*; Solin. c. 4 *corripit.* Flor. 2, 3, 2 *Rubiginem ſentit*, es verroſtet. Virg. Georg. 1, 495 *Exeſa ſcabra rubigine pila.* ¶ 3. De aliis etiam, quam ferri, ſordibus uſurpatur. Sen. epiſt. 7 *Malignus comes quamvis candido & ſimplici rubiginem ſuam affricuit*, er hat ihm einen flecken angehänget. Vid. locus Senecæ, quem laudamus in *affrico.* Et Ovid. Met. 2, 776 *Livent rubigine dentes.* Et Art. am. 1, 515 *Careant rubigine dentes.* Id. Triſt. 5, 12, 21 *Ingenium longa rubigine læſum.* Catull. 69, 151 *Ne ſcabra tangat rubigine nomen.* Prudentius corripuit primam Prychom. v. 105 *Condere vaginæ glaaium, ne tecta rubigo Occupet.* Sed, *Prudentii auctoritatem* (ſunt verba Borrichii in Parnaſſo) *contra omnes veteres, parum moramur.* Addit Smetius Martial. 2 epigr. 61 *Nimiaque rubigine captus.* Verum ibi alii, & rectius *ærugine legunt.* Cadit ergo regula, quam quidam confingunt, *Rubiginem* metalli, ut a *ruber*, corripi: produci *rubiginem* ſegetis, tamquam a *Ros, Roris.*

¶ Rūbigus, vel Robīgus, *i*, m. Deus antiquis memoratur. Varro L. L. 5, 3 ROBIGALIA, *dicta ab* ROBIGO. *Secundum ſegetes huic Deo ſacrificatur, ne* rubigo *occupet ſegetes.* Meminit & de Re Ruſt. 1, 1, & cum *Flora* conjungit: itemque Gell. 5, 12, qui cum *Averruncо* eum conjungit.

¶ Rubīgālia, & Robigalia, *ium*, n. pl. feſtum, ſeu feriæ, quibus *Robigo* Deo, quem putabant, rubiginem avertere, ſacra fiebant, quas 7 Kal. Majas celebratas, Plinius 18, 29 auctor eſt, itemque Feſtus in *Robigalia.* Adde Salmaſ. Exercit. Plin. p. 307 & 308, & Stewech. in Arnob. p. 76

¶ Rubīgino, *āre*, roſtig werden, verroſten. Apul. 3 Florid. p. 357 *Gladius uſu ſplendeſcit, ſitu rubiginat.*

¶ Rubī-

¶ Rubīgĭnōsus, *a, um*, roſtig, ſchmutzig. Plaut. Stich. 1, 3, 77 *Rubiginoſa ſtrigilis.* Sidon. 5 epiſt. 7 *Rubiginoſi aura marſupii.* Apul. de Deo Socrat. p. 45 *Telum ſanguine rubiginoſum.* Et Martialis 5 epigr. 29 *Rubiginoſis cuncta dentibus rodit.*

RVBĪNVS, *i*, m. gemma, quæ ut ſanguis rubet, carbunculi ſpecies, apud Boethium, ein rubin.

Rubrīca, rubricare, rubricoſus &c. vide paullo ante in *Ruber*.

RVBVS, *i*, m. vel Rubus Idæus, ſic appellatus a *rubore*, & quia copioſe in *Ida* provenit, ſentis genus, Gr. βάτος, eine brombeerſtaude, a *Cynosbato*, cum quo miſcent quidam, diverſa. v. Colum. 3, 11; & 4, 31; & 7, 6. Apul. de Herb. c. 87; Plin. 24, 14; Celſ. 7, 27; & 6, 14; Pallad. 1, 34. *Rubus aſper*, Virg. ecl. 3, 89. *Horrentes rubi*, Id. Ge. 3, 315. Ideo ſepimentis hortorum aptos Columella cenſet 11, 3. Et Ovid. Pont. 4, 4, 4 *Miſta fere duris utilis herba rubis.* Fructus *rubi mora* vocantur, Ovid. met. 1, 105 *In duris hærentia mora rubetis.* vid. Keuchen. ad Samon. 235. Quin ¶ 2. *Rubus* etiam ipſe fructus vocatur. Calphur. ecl. 4, 31 *Ne fraga rubosque Colligerem.* ¶ 3. *Rubi, orum*, oppidum Campaniæ, dictum a *ruborum* frequentia. Horat. 1 ſat. 5, 94 *Inde Rubos feſſi pervenimus.*

¶ Rubeus, *a, um*, aliquando ponitur pro *ſpineus*, dornicht, heckicht: Sic apud Virg. Georg. 1, 266 *Rubea virga*, a *rubo*, frutice, vel a *Rubis*, oppido Campaniæ, ut ibi putat Servius. ¶ 2. *Rubeus* a *ruber*, vide ſupra.

¶ Rūbētum, *i*, n. locus rubis conſitus, dorngebüſche, brombeerbuſch. Ovid. Met. 1, 105 *In duris hærentia mora rubetis.*

¶ Rubēta, *æ*, f. etiam a *Rubus* factum, quod bufonem ſeu ranam venenatam ſignificat, eine kröte. Nomen accepit inde, quod ſub vepribus vivat, ut Plinius auctor eſt 32, 5; qui frequenter *ranam rubetam* vocat. Et Propert. 3, 6, 27 *Ranæ portenta rubetæ.* Sic, *Rubeta*, vel *rana gibboſa*, ein garten-froſch: vide *Rana*. Et conf. Plin. 8, 31; 11, 18; 18, 17 & 29.

¶ Rubetra, *æ*, f. βατὶς, vel βάτος, *Rubus*: avis eſt minima, turdorum generis circa rubos vivens, ein ziepdroſſel. ¶ 2. Sed Ariſtoteles vermibus paſci *rubetram* ſcripſit, ut ſit ein klein brachvöglein. Geſner.

Ructamen, ructare, ructator, &c. vide ſequens *Ructus*.

RVCTVS, *ûs*, m. qui eruditatis indicium eſt, & quod cibus ac potus in ventriculo coacuit, aut computruit, das aufſteigen des magens, der ſchlucken, der rölps. Cic. fam. 9, 22, 19 *Stoici crepitus ajunt æque liberos ac ructus eſſe.* Colum. 6, 6 pr. *Eruditatis ſigna ſunt crebri ructus.* Et Celſus 4, 5 extr. *Si coacuit intus cibus, aut computruit, quorum utrumlibet ructus oſtendit, ejiciendus eſt.*

¶ Ructo, *avi, atum, āre*, & Ructor, *āri*, deponentiale ructus emittere, rolpſen, köcken. Cic. Phil. 2, 25 *Cui ructare turpe eſſet, is vomuit*, Plaut. Pſeud. 5, 2, 9 *Pergin' ructare in os mihi?* Varro R. R. 3, 2 *Aves etiam nunc ructor, quas mihi appoſuiſti paucis ante diebus.* Plin. 7, 9 ſ. 18 *Nunquam ructaſſe dicitur Pomponius conſularis poëta.* Quod repetit ſuo more Solin. c. 4. Sidon. 4 epiſt. 7 *Inter Apicios epulones & Byzantinos Chironomontas ructare.* ¶ 2. Translate *ructari verſus*, Horat. de Arte poët. v. 457. Sidon. 4 epiſt. 17 *Quirinalis impletus fonte facundiæ, potor Moſellæ Tiberim ructas.* Et Tertull. de Reſurr. Carn. c. 16 *Calix venenarius, in quem mors aliqua ructavit.*

¶ Ructans, *tis*. Cic. fam. 12, 25 *Ructans & nauſeans.* Id. Tuſc. 5, 34 *Sudantes, ructantes, referti epulis, &c.* Adde Iuvencum 2, 834.

¶ Ructatus, *a, um*, paſſivum participium, gekröcket. Silius 15, 432 *Permiſcetque mero ructatos ore cruores.* conf. Prudent. Apoth. v. 93.

¶ Ructator, *ōris*, m. qui facile ructatur, der den ſchlucken hat. Hinc

¶ Ructatrix, *īcis*, f. *Ructatrix mentula*, id eſt, ructus inducens, apud Martial. 10 epigr. 48.

¶ Ructamen, *ĭnis*, n. idem quod *ructus*. Prudent. Hamartig. v. 466 *Carnis & immodicæ ſpurco ructamine crudos.*

¶ Ructuōſus, *a, um*, rölpſicht, köckicht: ut, *Spiritus ructuoſi Marci Cælii*, apud Quintil. 4, 2 p. 350 Burm.

¶ Eructo, *āre*, von ſich brechen, heraus köcken. Frequentativum eſt ab *Erugere*, ut Feſtus autor eſt. Et hoc forte ab ἐρεύγομαι. vid. *Exerugo*. Cic. in Piſ. c. 6 *Nos cum improbe reſpondendo, tum turpiſſime eructando ejecimus.* Sed, *Saniem eructare*, Virg. Æn. 3, 632, eiter, geliefert blut ausſpeyen. ¶ 2. Translate idem ac proferre, von ſich geben, herfür bringen. Varr. R. R. 1, 4 *Odorem terra aliquo loco eructat.* Cic. Cat. 2, 5 *Accubantes in conviviis eructant ſermonibus ſuis cædem &c.* Virg. Æn. 6, 297 *Gurges Cocyto eructat arenam.* Et Vulg. Int. Pſ. 45, 2 *Eructavit cor meum verbum bonum.* conf. Pſ. 78, 2; Matth. 13, 35, ex Hebraiſmo.

¶ Eructans, *tis*. Virg. Æn. 3, 575 de Ætna *Interdum ſcopulos avulſaque viſcera montis Erigit eructans*, conf. Lucret. 3, 1026.

¶ Eructatio, *ōnis*, f. Apul. de Mundo p. 60 *Exhalatio terrenis eructationibus ſurgit.*

¶ Eructatus, *a, um*, eſſe volunt ab *erugo*, unde etiam *eructo*, ſecundum Feſtum. *Eructum vinum*, apud Gellium 7, quid ſit, diſputatur. Scaliger ad Feſtum vapidum interpretatur, quod odorem & vim eructavit.

¶ Exĕrūgo, *ĕre*, herausquellen. Incertus Grammaticus atque pervetuſtus, aſſerens, *Eructo* verbum ab *Erugo* principali derivari, ex bibliotheca carbonaria hunc Ennii verſum adducit: *Contempſit fontes, quibus exerugit aquæ vis.*

¶ Irructo, *are*. Plaut. Pſeud. 5, 2, 6 *Quid tu in os mihi ebrius irructas.*

¶ Obructo, *āre*, in os alicui ructare, Apul. Apol. p. 312 *Animadverti ſatis notabiliter in medio foro tibi obructantem.*

Rudens, vide *Rudo*, Rudero, *āre*, *Rudus*.

RŬDIÆ, *arum*, f. pl. Calabriæ oppidum ad Tarentinum ſinum, non procul a Brunduſio, patria Ennii. Hinc Mela 2, 4 *Rudias Ennio cive nobiles dixit.* Et Sil. 12, 397 *Nunc Rudiæ ſolo memorabile nomen alumno.*

¶ Rudius, *a, um*, adject. Cic. pro Arch. c. 10 *Rudium hominem* vocat Ennium a patria.

¶ Rudinus, *a, um*, idem. Auſon. Edyll. 12 Grammaticomaſtix: *Vnde Rudinus ait divum domus altiſonum cæl.*

Rudiarius, rudicula, Rudimentum, vide mox *Rudis* Subſt. & adjectivum.

RŬDIS, *is*, f. ſubſt. virga ſeu bacillus, ad varios uſus; etiam talis, quo coctum agitamus, ein rührloffel, querl. Cato R. R. c. 79 *Coquito, verſatoque crebro duabus rudibus.* Plin. 34, 18 *Verſare rudibus ferreis aut ferulaceis.* ¶ 2. Speciatim virga eſt gladiatorum, qua ſe exercentes pugnabant, eine fechtſtange. Suet. Calig c. 32 *Myrmillonem in ludo rudibus ſecum batuentem confodit.* Cic. ad Octav. ext. Veteres *gladiatores ad rudem compellere.* Hinc transfertur ad dimiſſos a quovis officio otiumque nactos: ut, *Rudem mereri*, Martial. 3, 36, i. e. ceſſationem ab onere & munere. Horat. 1 epiſt. 1 pr. *Spectatum ſatis & donatum jam rude quæris, Mæcenas, iterum antiquo me includere ludo.* Vbi Vetus Scholiaſtes RVDE, *miſſione. Erat autem* RVDIS *virga, quæ gladiatori dabatur in ſignum miſſionis artis gladiatoriæ.* Cic. Phil. 2, 30 *Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti? Rude* igitur donabantur gladiatores, qui miſſi e ludo gladiatorio ſolvebantur neceſſitate in arena pugnandi cernendique vitam; unde & Ovid. Amor. 2, 9, 22 *Rudem tutam* dixit, quod vitæ periculo eximeret. conf. Iuvenal. 7, 171. v. Roſini Antiqu. Rom. 5, 24 p. 489. Quamquam nonnulli ex iſtis magiſtri ludorum, ſive laniſtæ fiebant: quorum inſigne & rudis erat, eaque *ferulacea*, qua tironibus dictata ſive præcepta artis tradebant, eosque exercebant. Vet. Gloſſ. ῥάβδος ἡ τῶν ἐπισατῶν τῶν μονομάχων. Quin ipſi tirones quoque rudibus, cum exercerentur, pugnabant: quod *batuere* dicebant. Sed iſtæ tironum graviores erant, & alia forma a magiſtrorum. Dio ejusmodi rudem ξύφος ξυλινον, *gladium ligneum* vocat. Ex quo colligitur, gladiorum formam habuiſſe. Tac. ſ. Auct. de Orator. 34, 5 *Ferro, non rudibus dimicantibus.* Ergo iis exercebantur diſcipuli laniſtæ. V. Lipſ. Sat. 1, 15; & 2, 23, qui eandem vocem & Livio reddidit, 26, 51: *Tertio die rudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt*, ubi vulgo: *ſudibus.*

¶ Rudiarius, *i*, m. rude donatus, ein beurlaubter fechter. Suet. Tib. c. 7 *Rudiariis quoque quibusdam revocatis.*

¶ Rŭdicŭla, *æ*, f. ſpatula, ein rührſtecken, küchenlöffel. Colum. 12, 46 *Ab igne removeto, ac rudiculâ lignea peragitato, donec perfecte refrigeſcant.* conf. Cato c. 95; Celſ. 6, 19.

RŬDIS, *e*, adject. proprie impolitus, incultus, incomptus, roh, grob, unausgeziert. Vet. Gloſſ. *Rude* ἄγναφον. Ovid. Met. 1, 3 *Rudis indigeſtaque moles.* Id. Heroid. 1, 78 *Quæ lanas non ſinit eſſe rudes.* Ita *Rudes capilli*, Sen. Hipp. 319. *Terram rudem proſcindere*, Varro R. R. 1, 27. *Rude argentum*, i. e. nondum in uſus elaboratum, Plin. 33, 3. ¶ 2. *Rudis* eſt imperitus, ignarus, ungeſchickt, unwiſſend, ungelehrt; ut, *Homines inperiti, rerum omnium rudes*, Cic. pro Flacco c. 8. *Rudem me diſcipinam accipe*, Id. Nat. D. 3, 3. *Rudes artium*, Liv. 1, 7. *Rudis rei militaris*, Cic. Acad. 4, 1, unerfahren, unverſucht. Horat. 2 epiſt. 2, 47 *Belli rudis.* Tac. An. 1, 29, 1 *Rudis dicendi.* Quint. 1, 1 p. 19 *Rudes annî*, h. e. pueritia. Horat. Art. P. v. 410 *Rude ingenium.* Compar. *Rudior*: Superl. Ammian. 26, 6 *In rabido corde rudiſſimus, nec reddendæ nec accipiendæ rationis capax.* ¶ 3. Jungitur enim & ablativo cum & ſine præpoſitione; ut, *Orator nulla in re tiro ac rudis eſſe debet*, Cic. de Orat. 1, 50 *Rudis eſſe videbar in cauſſa*, Id. fam. 4, 1. Omittitur præpoſitio apud Vellej. 2, 9, 5 *Senſibus celebris, verbis rudis.* Et 2, 73, 1 *Adoleſcens ſtudiis rudis.* Ovid. Triſt. 2, 424 *Arte rudis.* ¶ 4. Ovid. cum accuſativo conjunxit & præpoſitione, de Ponto 3, 7, 18 *Ad mala jam pridem non ſumus ulla rudes.* It. Liv. 24, 48 *Ad bella rudis.* Vet. Gloſſ. *Rudis* ἀπαίδευτος, ἀμαθής.

¶ Rŭdĭtas, *ātis*, f. inſcitia, die grobheit, unwiſſenheit. Apul. 4 Florid. p. 363 *Litteratoris ruditatem eximere.*

¶ Rŭdīmentum, *i*, n. prima inſtitutio, qua rudes exercentur, der anfang des lernens, die erſte unterweiſung; ut, *Rudimenta dicendi*, Quint. 2, 1. *Rudimenta & incunabula virtutis*, Cic. in Salluſt. c. 3, & Plin. in proœmio lib. 7 *Homo ab hoc lucis rudimento, & a ſuppliciis vitam auſpicatur. Rudimentum ponere minimis rebus*, Aut. decl. in Salluſt. c. 1. *Rudimentum primum puerilis regni*, Liv. 1, 3, ubi *primum*, quod contra normam Latini ſermonis eſſe Gebhardus cenſebat, Drakenb. vindicat. conf. Id. 31, 11. Ovid. A. A. 1, 193 *Tale rudimentum tanto ſub nomine debes.* Et, *Tirocinii rudimenta deponere ſub militia patris*, Iuſtin. 9, 1 extr. die erſte probe thun.

¶ Erŭdio, *īvi & ii, ītum, īre*, docere, perpolire, ex rudi doctum politumque eſſicere, unterweiſen, unterrichten, lehren; ut, *Erudivit te uſus*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 1. *Illum ſummo cum labore, ſtomacho miſeriaque erudiit*, Id. pro Roſc. Com. c. 11. *Te erudiit Fortuna*, Sil. 7, 387. Ita, *Inſtituere atque erudire filios ad majorum inſtituta*, Cic. Verr. 3, 69. *Erudire de omni republ.* Id. fam. 2, 12. Et, *Erudire in re aliqua*, Id. de Orat. 1, 59. *Eruditi in ſcholis*, Quint. 1, 2. *Erudire puerum artibus*, Liv. 1, 39. Et, *Erudire in aliquam rem*, Ovid. Heroid. 1, 111 *Eſt tibi, ſitque precor, natus, qui mollibus annis In patrias artes eruditus erat.* Id. Remed. am. v. 690 de fœminis: *Vt flerent, oculos erudiere ſuos.*

¶ Erŭdītus, *a, um*, doctus, literis excultus, gelehrt; ut, *Oratio erudita*, Cic. proœm. Paud. id eſt, plena eruditione, voll kunſt. *Erudita Ciceronis tempora*, Cic. Att. 12, 18. Et, *Vir prudens, multis experimentis eruditus*, Plin. 1 epiſt. 5 extr. Sic, *Eruditus omni doctrina, optimarum artium ſtudiis*, Cic. Nat. D. 3, 9. *Eruditus græcas res*, Gell. 2, 12. Et, *Litteras Græcorum vocemque ſenex jam eruditus*, Tertull. de Pallio c. 3 extr. Ita & gradibus: *Eruditior ad lædendum*, Ammian. 29, 1. *Tu eruditior quam Piſo*, Cic. in Piſ. c. 26. *Inſtituendi genus paullo eruditius*, Id. ad Qu. Fr. 3, 3. *Eruditiſſima Græcorum natio*, Id. de Orat. 2, 4. *Diſciplina juris eruditiſſimus*, Id. de Orat. 1, 39. Stoicis *Eruditus* idem, qui philoſophus. Vide infra *Studioſus*, in *Studere*.

¶ Erudīte, adv. idem, cujus gradus uſitatiores ſunt. Cic. de Senect. c. 1 *Qui ſi eruditius videbitur diſputare.* Quintil. 1, 5 p. 47 *Illud eruditius quæritur, an, &c.* Colum. 1, 1 *Volumina de vinetis Iulius Græcinus compoſita facetius, eruditius, poſteritati tradenda curavit.*

Superl. Plin. 1 epist. 9 *Attilius noster eruditissime simul & facetissime dixit.* Et Cic. in Orat. c. 52 *Litteræ eruditissime scriptæ.*

¶ Erudītulus, *a, um,* diminutivum, ein wenig gelehrt. Catullus epigr. 58, 7 *In uno lectulo erudituli ambo.*

¶ Erŭditio, *ōnis,* f. ipse actus erudiendi, sive institutio, die unterweisung. Quintil. 2, 3 *Sed potior eruditio in scholis, quam domi.* Hieron. epist. 7 ad Lætam de institutione filiæ: *Fiant & literæ vel buxeæ vel eburneæ, & suis nominibus appellentur: ludat in iis, ut & lusus ipse eruditio sit.* ¶ 2. Cultus animi ex institutione comparatus, geschicklichkeit, wissenschafft, kunst; ut, *Homo præclara eruditione atque doctrina,* Cic. Off. 1, 33. *Homo ingenio præstanti & eruditione perfecta,* Id. de Divin. 2, 63. *Eruditionis omnis expers atque ignarus,* Cic. de Orat. 2, 1. *Eruditio varia* apud Suet. in Aug. c. 89 philologia est quam κατ' ἐξοχὴν *Eruditionem* idem in vita Caligulæ c. 53 appellat. v. supra *Philologia.* Plur. *Eruditiones* aliquoties Vitruvius dixit, ut 1, 1 *Abundans eruditionibus variis ac pluribus.* Et ibidem sub fin. *Officium architecti omnibus eruditionibus debet esse exercitatum.*

¶ Erudītus, *ûs,* m. subst. der unterricht. Tertull. adv. Valentin. c. 29 *Granum seminis spiritalis modicum & parvulum jactu, sed eruditu hujus fides augetur atque provehitur.*

¶ Erŭditor, *ōris,* m. qui erudit, doctor, magister &c. ein lehrer, meister. Hieron. vita Hilarionis: *Ille* (Hilarion) *fundator & eruditor hujus conversationis & studii in hac provincia fuit.* Gloss. gr. lat. παιδευτὴς, *doctor, eruditor.* Sic & Tertull. de Pallio c. 4 *Monstrorum eruditor.* Et Claud. Mamert. 1, 2 *Petrus & Paulus ecclesiæ eruditores.*

¶ Eruditrix, *īcis,* f. Flor. 2, 6, 38 *Africa Hannibalis eruditrix.*

¶ Erudībilis, *e,* gelehrig, lehrsam. Fulgent. de Continent. Virg. *Non eruditur, nisi quod erudibile nascitur.*

¶ Erŭdīmentum, *i,* n. doctrina, institutio, die lehre, unterweisung. Vet. Interpr. Irenæi 2, 30 *Opus esse sensibilibus erudimentis.*

¶ Inērŭditus, *a, um,* ungelehrt. Cic. pro Domo c. 34 *Non tam ireruditus sum, qui* (id est, *ut*) *existimem &c.* Apud Suetonium de Grammat. c. 15 Lenæus, Pompeji libertus, Sallustium vocat *priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem.*

¶ Inerudite, adverb. idem. Quintil. 1, 10 p. 89 *Non inerudite ficta materia.* Gell. 7, 3 *Cato inerudite principio nimis insolenti usus est.*

¶ Ineruditio, *onis,* f. die ungelehrsamkeit. Gloss. Vet. *Ineruditio,* ἀπαιδευσία. Et Vulg. Interp. Sirac. 4, 30 *Mendacium ineruditionis tuæ.*

¶ Pererudītus, *a, um,* sehr gelehrt. Cic. Att. 4, 15 *Homo pereruditus.*

RVDO, *rūdi, rudĕre,* asinorum est, schreyen wie ein esel, brüllen. Præteritum *rudivi* format Apulejus 7 de Asino p. 193 *Rudivi fortiter.* Spartian. Geta c. 5 *Asini rudunt.* Persius 3, 9 produxit primam: *Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.* Alii corripiunt: Virg. Georg. 3, 374 *Graviterque rudentes.* Ovid. Fast. 6, 342 de Sileni asello: *Intempestivo cum rudit ille sono.* Idem Art. am. 3, 290 *Vt rudit a scabra turpis asella mola.* ¶ 2. Sed καταχρηστικῶς leonibus etiam tribuitur a Virg. Æn. 7, 16; & cervis ab eod. Georg. 3, 374 & Caco semihomini, Æn. 8, 248 *Insuetæ rudentem:* ubi Servium vide.

¶ Rudens, *tis;* ut, *Leones fera sub nocte rudentes,* Virg. Æn. 7, 16. *Rudens asellus,* Ovid. Fast. 1, 433.

¶ Rŭdens, *tis,* m. subst. funis est nauticus, ein schiff-seil, ancker-seil. Sic, *Rudentes,* inquit Nonius 1, 254 *ea caussa sapientissimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere existimentur, atque hanc funum proprium funium, non asinorum putant.* Virg. Æn. 1, 91 *Insequitur clamorque virûm stridorque rudentum.* Cic. Divin. 1, 56 *Sed est quasi rud ntis explicatio.* Sic & *Excussos laxare rudentes,* Virg. Æn. 3, 267; *quatere,* Lucan. 2, 698. Et, *Rudentem omnem movere,* πάντα κάλων σθένα, est omnia conari, sich äusserst bemühen, simile illi, *Omnem movere lapidem,* Aristophanis est & Apollonii, qui in epistola quadam ad Euphratem inquit: Πάντα (φασὶ) δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σθένα, hoc est, *Negotiatorem ajunt omnem oportere rudentem movere.* v. Chil. ¶ 2. Fœm gen. Plaut. Rud 4, 3, 1 *Dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico.* Add. Non. 3, 187.

¶ Rudītus, *ûs,* m. clamor Asini. Apul. 8 p. 215 *Audito ruditu meo.*

¶ Rŭdor, *ōris,* m. idem. Rursus Apul. 3 Florid. p. 357 *Vox hominis & tubâ rudore torvior, & lyrâ concentu variatior.*

¶ Rudentīsībilus, *i,* m. stridor funium nauticorum, das knarren der schiff-seile, Pacuv. apud Varronem de L. L. 4, 1.

RVDVS, *ĕris,* n. lapidum frusta, & ruinarum materies, mauerwerck, schutt. Est enim duplex, *novum* scilicet & *vetus. Rudus novum,* materia est pavimenti, calce & arena seu testis contusis constans, neu estrich, Vitruv. 7, 11. *Inducto rudere vel testaceo pavimento,* Pallad. 1 tit. 9, conf. ejus Majus tit. 11. Sed *Rudus vetus* ædificiorum dirutorum est, quod proprie schutt appellamus. Lucil. apud Nonium 1, 65 *Viam sternendam, & jaciendum huc aggerem, & id genus rudus,* allerhand gerülle. Rutilius Numat. 1, 412 *Ruderibus totis tecta sepulcra latent,* unter den stein-hauffen. Vetus Gloss *Rudus,* βῶλος, χῶμα γῆ χαλκὸς ἀνέργαστος, γῆ γῆς σωρός. ¶ 2. Varro de L. L. 5, 34 & Festus auctores sunt, infectum etiam æs (ungearbeitet ertz) in æstimatione censoria, *Raudus, Rodus, Rudus* vocari. v. Festum in *Rodas.* Sic, *Æris rudere decocta massa,* Prudent. Apotheosi v. 725. *Effossa rudera,* Id. in Laurentio v. 191, metall-stücken, berg arten. Adde Livium 26, 11. & ibi Dukerum. *Quum rudera milites religione inducti jacerent* h. e. asses æreos jactarent religionis causa, expiandique sacrilegii. Ita etiam accipit Pighius ad Val. Max. 5, 6, 3. Alii malunt *rudera* priore intellectu accipere.

¶ Ruduscŭlum, vel Rauduscŭlum, *i,* n. diminut. etiam pro ære signato, ein stücklein geld, kleine münße, quia in mancipando cum dicitur: *Ruduscolo libram ferito,* asse tangitur libra, ut Festus indicat l. c. conf. Varro l. c. Hinc & Cic. Att. 4, 8 & 7, 2 it. 14, 14 *rauduscula,* pro pauxillo æris potuit. Inde porro

¶ Ruduscŭlānus, Rauduscŭlanus vel Roduscŭlanus, *a, um,* adject. i. e. æreus, von metall; ut, *Roduscŭlana porta, rudis & impolita relicta, vel raudo,* i. e. *ære vincta,* Festus. *Rauduscula* dicitur a Varrone l. c. Et, *Dicta rauduscŭlana, quod olim æra RAVDERA dicebantur,* verba sunt Val. Max. 5, 6, 3.

¶ Rudectus, vel Rudeatus, *a, um,* steinicht, voll schutt. Cato R. R. c. 34 *Terra pulla, materina, rudecta.* Id. c. 35 *In rudecto & rubricoso loco.* Id. c. 131 *Loca rudeata, arenosaque.*

¶ Rūdĕro, *are,* rudus inducere pavimentis sternendis, ein estrich schlagen; ut, *Saxis ruderari,* Vitruv. 7, 1.

¶ Ruderātus, *a, um,* mit schutt bedeckt. Sic apud Plinium 21, 4 *Ruderatus ager,* rudere conspersus est.

¶ Ruderatio, *ōnis,* f. ipsum opus, die schlagung eines estrichs. Vitruv. 7, 1 *De ruderatione commode perficienda.*

¶ Rudĕrārius, *a, um,* pertinens ad rudus; ut, *Cribrum ruderarium,* Apul. Met. 8 p. 212 ein grob sand-sieb.

¶ Rūdētum, *i,* n. ruderum acervus, sive locus rudere repletus, ein schutt-hauffen, item, ein steinichter acker. Ita nonnulli legunt & substantive accipiunt loca Catonis, paullo ante in *Rudĕtus* memorata.

¶ Erūdero, *are,* repurgare, ausfegen, schutt wegführen. Sidon. 5 ep. 7 *Aures sufurronum face completas eruderat,* i. e. expurgat, metaphorice.

¶ Eruderātus, *a, um,* ausgefegt, gesaubert. Sic, *Eruderatum solum,* Varro de Re Rust. 2, 2. *Volumen de supervacuis sententiis eruderatum,* Sidon. 5 ep. 15.

RVFRÆ, *arum,* f. pl. oppidum Campaniæ, cujus meminit Virg. Æn. 7, 739. *Rufras* vocat Sil. 8, 568; ubi v. Drakenb. & *Ruffrium* Liv. 8, 25.

¶ Rufri, maceriæ sunt Cat. 22, 4 & 135, 2.

¶ Rufrēni, *orum,* m. pl. incolæ, Cic. fam. 10, 21.

RVFVS, *a, um,* color, qui plures continet species, flavum, rubidum, phœniceum, rutilum, luteum, spadiceum, ut Gellius notat 2, 20; Sed tamen plerumque pro rubro est, roth, feuer-roth, fuchs-roth. Martial. 14 epigr. 129 *Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis.* Cels. 2, 8 *Sputum sive rufum est, sive cruentum &c.* Id 5, 9, 5 *Emplastrum rufum.* Adde Vitruv. 8, 3; Plin. 12, 12; Pallad. 1, 10. Compar. Plin. 27, 2 *Radix rufior paullo.* Id. 18, 9 *Siligo rufior Campana, at Pisana candidior.* ¶ 2. Nonnunquam & personis tribuitur. Plaut. Pseud. 4, 7, 120 *Rufus quidam.* Ter. Phorm. 1, 2 pr. *Si quis me quæret rufus,* ein rothkopff. Et Heaut. 5, 5, 17 *Rufam ne illam virginem &c.* ¶ 3. Est etiam inter nomina propria; ut, *Q. Curtius Rufus,* historicus; de quo supra in *Curtius.* Quintil. Inst. 1, 4: *Ex habitu corporis Cicerones, Rufos, Longosque fecerunt.* Plures hujus nominis in historia Rom. apud Tacit. & alios: Sic Martial. 1 ep. 69 *Quidquid agit Rufus, nihil est nisi Nævia Rufo. Ruffus* pro *Rufus* olim depravate scripserunt. v. Dausqu. Orthogr. P. 2 hac v.

¶ Rufīnus, *i,* m. Galliarum dux, de quo Tac. Hist. 2, 94, 3. ¶ 2. *Rufinus* ex infimo loco a Theodosio Imp. evectus, ob perfidiam in Arcadium in oriente oppressus periit, in quem duo sunt libri Claudiani. ¶ 3. *Rufinus* Hieronymi adversarius. v. ejus epist. 41; & Voss. de Hist. Lat. 2, 11.

¶ Rūfŭlus, *a, um,* röthlich; quo diminutivo Plautus usus est in Asin. 2, 3, 20 *Cicatrix rufula.* Et Vopisc. in Probo c. 4 *Tunicæ rufulæ.* Add. Plin. 25, 13. ¶ 2. *Rufuli,* ait Festus ab Vrsino suppletus p. 461 Dacer. *Tribuni militum appellabantur, quos Consul faciebat, non populus, de quorum jure, quod Rutilius Rufus legem tulerat,-- Rufuli a cognomine Rutilii -- appellati sunt.* Hinc intelligitur Liv. 7, 5 ext. *quos Rufulos vocant tribunos militum, imperatores ipsi faciunt.* conf. de Tribunis hisce Ascon. Act. 1 in Verr. p. 56.

¶ Rufillus, *i,* m. aliud diminut. viri proprium. Horat. 1 sat. 2, 27 *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.*

¶ Rufeo, *ēre,* rufum esse, roth seyn, &

¶ Rūfesco, *ĕre,* roth werden. Plin. 10, 29 *Merula ex nigra rufescit.* Et 28, 12 *Donec rufescat.* conf. Id. 36, 19.

¶ Rufo, *are,* rufum efficere, roth machen. Plin. 5, 22 *Rufatur capillus, &c.* conf. Idem 23, 2 & 4. Hinc

¶ Irrūfo, *are,* roth färben. Sic, *Irrufare crinem,* dixit Hieron. epist. 7 ad Lætam de Instit. Puell quod Tertull. *croco vertere* dixit de Cultu fœminar. c. 4. Sed idem Tertullianus etiam verbi participio usus est

¶ Irrufatus, *a, um,* roth gefärbt Tertull. adv. Psych. c. 16 *Lenticula defruto irrufata.* Id. Apolog. c. 22 *Barba tactu irrufata.*

¶ Subrūfus, *a, um,* etwas roth. Plin. 37, 10 *Indica* gemma) *gentium suarum habet nomen, subrufo colore,* id est, aliquantulum rufo. Adde Vitruv. 7, 8; & Plaut. Capt. 3, 4, 115.

RŪGA, *æ,* f. cutis corrugata, eine runtzel falte. Ovid. de Arte am. 2 v. 118 *Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.* Id. Amor. 2, 2, 33 *Cum bene vir traxit vultum, rugasque coëgit, Quod voluit fieri blanda puella, facit,* post signa iræ tamen obtequitur. Id. Fast. 5, 57 *Magna fuit quondam capitis reverentia cani, Inque suo pretio r ga senilis erat.* Horat. epod. 8, 4 *Rugis frontem senectus exarat.* Cic. post redit. in senat. c. 7 *Rugis & supercilio aliquem decipere,* einen mit sauersehen betriegen. Id. de Senect. c. 18 *Non cani, non rugæ repente auctoritatem adferre possunt, sed honeste acta superior ætas.* Et, *Rugæ vestium,* falten, Plin. 35, 8. ¶ 2. Quoniam austeri homines in rugas frontem contrahunt, idcirco *Rugæ* aliquando pro austeritate & severitate dici solent. Plin. 9 epist. 17 *Vis tu remittere aliquid ex rugis?*

¶ Rūgo, *are,* falten, runtzeln. Plaut. Cas. 2, 3, 30 *Vide, palliolum ut rugat,* pro *rugatur.* conf. Fragm. apud Gellium 18, 12.

¶ Rūgatus, *a, um,* gefalten, gerunßelt; ut, *Rugata testa,* Plin. 9, 33.

¶ Rūgōsus, *a, um,* in rugas contractus, runtzelicht, falticht, verschrumpfelt; ut, *Cortex rugosus,* Ovid. Heroid. 5, 28; & Plin. 16, 31. *Piper rugosum,* Pers. 5, 55, &, *Frons rugosior*: Martial. 3 ep. 93 *Rugosiorem cum geras stola frontem.* Adde Cels. 2, 8; 7, 19; 5, 26 & 28; Ovid. Fast. 1, 185; Plin. 12, 13.

¶ Rugi-

¶ Ruginōsus, *a, um*, idem. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11 *Cutis veluti ruginosa vel sulcata pannositas.*

¶ Rugōsitas, *ātis*, f. rugæ. Pro austeritate apud Tertull. de Patient. c. 15 *Frons nulla mœroris aut iræ rugositate contracta.*

Composita:

¶ Corrūgo, *āre*, in rugas contrahere, runtzeln, rümpffen; ut, *Corrugare frontem*, sauer sehen. Horat. 1 epist. 5, 22 *Ne sordida mappa Corruget nares*, damit man nicht vor gestanck die nase zusammen ziehe. Colum. 12, 50 *Corrugatur oliva*, die olive schrumpfft zusammen.

¶ Corrūgātus, *a, um*, geruntzelt, verschrumpfft, eingeschrumpfft; ut, *Corrugata acina*, Colum. 12, 39.

¶ Corrugis, *e*, quod in rugas colligitur, mit falten, falticht. Nemesianus Cyneget. v. 92 *Sit chlamys aurato multum sub tegmine clusa, Corrugesque sinus gemmatus baltheus arctet Nexibus.*

¶ Erūgo, *are*, extendere, & rugas auferre, die runtzeln vertreiben, glatt machen. Plin. 23, 4 *Oleum amygdalinum erugat cutem.* Et 21, 19 *Lilii radices erugant corpora.*

¶ Erugātio, *ōnis*, f. die glättung. Plin. 28, 12 *Cutis erugatio.*

¶ Irrūgo, *are*, runtzeln. Gell. 12, 1 *Ne æquor illud ventris irrugetur*, id est, ne rugas venter contrahat.

RVGIO, *ire*, leonum est, & aliarum ferarum, brüllen. Spartian. in Ant. Geta c. 5 *Leones rugiunt.* Auctor Philomelæ v. 49 *Tigrides indomitæ raucant: rugiuntque leones.* Vulg. Interpr. Iob. 6, 5 *Numquid rugiet onager, cum habuerit herbam?* Firmicus de errore prof. Relig. p. 38 de Sacerdotibus gentium: *Rugiunt clamantes contra Deos suos sicut in gehenna mortui.*

¶ Rugiens, *tis*. Vulg. Int. Iudic. 14, 5 *Catulus leonis fævus & rugiens.* conf. Ps. 104 (al. 103) v. 21; & Zeph. 3, 3. 1 Pet. 5, 8 *Diabolus tanquam leo rugiens circumit.*

¶ Rugītus, *ūs*, m. subst. das brüllen. Vulg. Int. Prov. 20, 2 *Sicut rugitus leonum, ita terror regis.* Metaphorice Hieron. epist. 22, 5 ad Eustoch. *Rugitus intestinorum.* Vopisc. in Probo c. 19 *Rugitibus tonitrua excitare.*

¶ Irrugio, *ire*, brüllen, in sacris tantum literis legitur: ut Genes. c. 27 *Irrugiit clamore magno &c.*

Rugosus, vide proxime ante in *Ruga.*

RVIDVS, vel Ruvidus, *a, um*, rauh, uneben, ex Plauto Festus citat. Et Plin. 18, 10 *Major pars Italiæ ruido utitur pilo, &c:* Vbi *ruidum pilum* opponit *præferrato*, ein mühlstempel, so nicht mit eisen beschlagen ist. ¶ 2. Hermolaus *ruidum* exponit asperum impolitumque, unausgeputzt, vide *Pilum.*

Ruina, ruinosus, vide paullo inferius *Ruo.*

RVLLA, *æ*, f. culter seu ferrum, quo vomer detergitur, a *ruo*, quia ruit, vel eruit, die pflugreute, Plin. 18, 19.

RVLLVS, *i*, m. a *rure*, diminut. ein bäuerlein. In Gloss. lat. gr. est quidem *Rullus, mendicus*, ἀγύρτης vel ἀγροῖκος. Sed Vossius Etymol. p. 438 legit *rusticus*, ἀγρότης. ¶ 2. Romanum nomen est, quo etiam tribunus ille plebis usus est, adversus quem agrarias habuit Cicero.

RŪMA, *æ*, f. & Rūmis, *is*, f. & Rūmen, *ĭnis*, n. mammilla est, ῥύμη, a fluore lactis, die ditte, zitze. De quantitate penultimæ vide in *Rumo, are.* Plin. 15, 20 *Sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) &c.* Varro R. R. 2, 11 MAMMÆ, *Rumes sive rumæ, ut ante dicebant a* ῥύμη, *& inde dicuntur* SVBRVMI AGNI, LACTENTES *a lacte.* v. ibid. c. 1; & Tertull. de Resurr. carn. c. 4. ¶ 2. Alii RVMAM & partem gutturis faciunt a *ruo*, quod inde cibus ruat in stomachum. Servius ad illud Virg. ecl. 6, 45 *Pallentes ruminat herbas*: RVMINATIO *autem*, inquit, *dicta est a* RVMA, *eminente gutturis parte, per quam demissus cibus a certis revocatur animalibus*, der kropff. conf. Isidor. 12, 1. Festus: RVMEN *est pars colli, qua esca devoratur: unde* RVMARE *dicebatur, quod nunc* RVMINARE. Vbi Festus intelligit, *Rumare* proprie esse μηρυκάζειν, quæ est peculiaris affectio animalium μὴ ἀμφοδόντων, ut bos, camelus, capra & aliquot alia κεφατοφόρα, itemque inter pisces scarus. Hæc cibos sæpius remandunt, & in ore habent versantque. conf. Isidor. 11, 1. Inde *Rumare* pro ἔχειν διὰ τόματος & famigerare aliquid, & *Rumor* διαφήμισις. A *rumine* etiam parte gutturis Festus compositum *Adrumavit*, deducere voluit. Pomponius apud Nonium 1, 64 *Ego rumorem parvifacio, dum sit, rumen qui impleam.* conf. Festus & Plin. 15, 18.

Rumentum, *i*, n. id est, abruptio, apud Festum.

¶ Rūmĭno, *are*, & Rumĭnor, *ari*, antiquis, cibos ad rumen revocare, quod pecudum, wiederkäuen. Colum. 6, 6 *Propter quæ bos neque ruminat neque lingua se deterget.* Plin. 9, 17 *Scarus solus piscium dicitur ruminare*, conf. 10, 73; & 11, 37; & Virg. ecl. 6, 54. ¶ 2. Item, repetere, revocare in memoriam, diu meditari, wiederholen, erwegen. Varro ap. Nonium 2, 746 *Non modo absens quicquam de te sequius cogitabit, sed & ruminabitur humanitatem.* Liv. Ægistho apud eundem: *Nemo hæc vestrûm ruminabitur mulieri.* Add. Non. 7, 103. Et Tertull. de Resurr. carn. c. 37 *Sermo intellecta ruminandus.* Sic, *Ruminare carmina*, apud Symmach. 3 epist. 13; & *Ruminare libros veterum*, 1 epist. 3 eleganter dicitur pro recensere ac retractare.

¶ Rūmĭnātio, *ōnis*, f. die wiederkäuung. conf. in *Ruma* n. 2. Plin. 11, 37 *Quibus neque dentes utriaque, nec ruminatio.* ¶ 2. Repetitio, die wiederholung; ut, *Ruminatio quotidiana*, Cic. Att. 2, 12, i. e. meditatio & commentatio de rep. suo arbitratu administranda. Sed, *Quædam hiemis ruminatio*, i. e. reiteratio. Plin. 17, 22.

¶ Rumĭnātor, *ōris*, m. qui ruminat. Arnob. 7 p. 230 *Rumæ* (ita pro *ærumnæ* legendum, vidit Th. Canterus) *sunt prima in gurgulionibus capita, quæ dejicere cibos & referre natura est ruminatoribus feculis.* (h. e. animalibus, *ut fæcla ferarum* Lucretii) conf. Voss. Etym. p. 438 in *Ruma.*

¶ Rūmo, *are*, aliud verbum est a *ruma*, mamma, quod est mammam lambere, fugere, saugen; unde obscenum illud *irrumare* apud Catullum & Martialem; qui tamen *rŏ ru* corripiunt, ut in *Rŭma* correpte, in *Rūmen* producte positum videatur. ¶ 2. Altera verbi notio ostensa est paullo ante in *Ruma* n. 2.

¶ Rūmia, vel Rūmīna, *æ*, f. Romanorum Dea, quæ lactentibus præsidebat. Varro R. R. 2, 11 *Apud divæ Rumiæ sacellum pastoribus fata ficus.* Cato apud Nonium 2, 756 *Hisce manibus lacte fit, Cumine propter cunas, Ruminæ propter rumam.* conf. Augustin. de Civ. Dei 4, 11; & 6, 10. Plutarchus in Romulo Ῥωμυλίαν vocat, eique etiam lacte absque vino sacrificari solitum refert. Hinc

¶ Ruminālis, *e*, & Ruminus, *a, um*, adject. ut, *Ruminalis ficus*, apud Festum, sub qua inventi Romulus & Remus expositi, lupa præbente mammam, unde initio indicum nomen, quamquam *Romula* postea a *Romulo* ipso appellata. Ovid. Fast. 2, 411 *Arbor erat: remanent vestigia, quæque vocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.* conf. Plin. 15, 18. Contra Livius 1, 4 primo *Romulam*, sive *Romularem & Ruminalem* postea denique appellatam, auctor est. Verba ejus ista sunt: *In proxima alluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est, (Romularem vocatam ferunt), pueros exponunt.* Quod mirum est. Nam ante Romuli & fratris casum quomodo *Romularis* appellari potuit? sed *Ruminalis* potuit, quod umbram captans pecus ibi *ruminaret.* Nam & hanc appellationis caussam apud Plutarchum legimus in Romulo. An putandum, trajectionem esse in verbis Livii, & *Vbi nunc ficus Romularis, (Ruminalem vocatam ferunt,) pueros exponunt*, legendum? De *Ruminali arbore deminuta & revirescente*, v. Tac. An. 13, 58, 1. Sed & Iupiter ipse *Ruminus* appellatus est, quod animalibus mammam præbeat; de quo Augustin. de C. D. 7, 11. ¶ 2. *Ruminalis, e*, etiam dicitur wiederkäuend; ut, *Ruminales hostiæ*, Plin. 8, 51.

¶ Rūmĭgo, *are*, idem quod *Ruminare*, aut ruma seu gula devorare, käuen. Apulejus Met. 4 p. 153 *Iam ferme tertium qualum rumigabam.*

¶ Abrumus, *a, um*, abgesetzt. vide mox in *Subrumus.*

¶ Exrumĭno, *are*, Varroni tribuere volunt Turnebus & Scaliger R. R. 3, 14, 3 *Cochleæ exruminantes* (libri omnes *exgruminantes*) *ad propolam vitam diu producunt*, h. e. ruminando suo sibi succo. Gesnerus malit *ex se ruminantes.*

¶ Irrŭmo, *are*, est in gulam immittere, in hals hinein lassen, säugen. Obsceno sensu utitur hoc verbo Catullus 15, 1; & 75, 5 &c. Et Martial. 2 ep. 47 & 83; & 4 ep. 50, &c. Hinc

¶ Irrŭmātus, *a, um*, iterum Catull. 21, 13; & Martial. 2 ep. 70.

¶ Irrŭmatio, *ōnis*, pro actione spurca, itidem Catullus habet, 21, 8.

¶ Irrŭmator, *ōris*, m. qui irrumat. Firmic. 8, 20 cum cinædis conjungit. Et Catull. 10, 12 *Quibus esset irrumator prætor.*

¶ Subrumus, *a, um*, lactens, säugend; ut, *Agni subrumi*, Varro R. R. 2, 11; conf. Fest. in *Ruminalis*, unde & *Agnos abrumos* vocant, abgesetzte lämmer. Conf. Varro ap. Nonium 2, 756.

¶ Subrumo, *are*, ad mammam admovere, zum saugen lassen, an die brust legen. Colum. 7, 43 *Suis matribus agni subrumentur.* Adde 12, 3, 9.

Rumbotinus, vide *Rumbus*, Rumen, *Rumâ.*

RVMEX, *ĭcis*, m. planta, quæ & lapathum, λάπαθον, dicitur, ampffer. Sed ὀξαλὶς, saurampffer. v. Plin. 19, 12; 26, 4 & 20; & 11, 8. Apul. de Herb. c. 13, & Apic. 1, 1. *Apponunt rumicem*, Plaut. Pseud. 3, 2, 26. ¶ 2. Est genus teli. v. Gell. 10, 25; & Lucilius apud Festum.

Rumia, vide *Ruma*, Rumifero, rumigero, &c. *Rumor*, Rumigo, ruminalis, rumino, rumis, &c. *Ruma.*

RŪMOR, *ōris*, m. fama de re dissipata recenti, ein geschrey, gerücht. Ter. Andr. 1, 2, 14 *Meum gnatum, rumor est, amare*, es geht die rede, &c. Id. Hec. prol. v. 39 *Interea rumor venit, &c.* Cic. fam. 12, 9 *Nihil perfertur ad nos præter rumores, satis illos quidem constantes, sed sine auctore.* Et plurali, (cujus plura post exempla sequentur), *Rumores tristiores*, Cic. fam. 13, 17. *Rumor clemens*, id est, moderatus, non nimius, Sallust. in Iug. c. 22. *Rumorem dissipare*, Cic. Phil. 14, 4; *differre*, Ter. Heaut. prol. v. 16; *ferere*, Virg. Æn. 12, 228, etwas ausbringen, unter die leute bringen. *Rumor surgit*, es wird ruchtbar, Tac. Hist. 2, 42, 1. Eidem alibi *incedere rumor* dicitur An. 6, 23, 4 &c. Cic. fam. 8, 1 *Illi rumores de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt.* Et, *Rumores excipere*, Id. pro Dejot. dixit c. 9, auffangen. *Rumor multa perfert*, Id. fam. 2, 8. *Rumor pervadit*, Tac. An. 15, 39, 3, das geschrey gehet durchaus. Id. An. 2, 77, 2 *Rumores senescunt*, hoc est, evanescunt. Eodem sensu Cic. fam. 9, 2 *Rumor raucus est factus.* Sic &, *Ex populi rumore intelleximus*, Plaut. Cas. Prol. 11. *Rumor sine capite*, qui alias ἀδέσποτος, Cic. fam. 12, 10, ein blind geschrey. *Rumori servire*, id est, famæ, Plaut. Trin. 3, 2, 14. Et Tac. Hist. 2, 91, 2 *Omnem infimæ plebis rumorem in theatro ut spectator; in circo, ut fautor, affectavit.* Horatius *secundum rumorem*, de bona fama dixit 1 epist. 10, 9 *Quæ vos ad cælum effertis rumore secundo.* Imitatus Apul. 2 Dogm. Plat. p. 25 *Honestiorem & rumoris secundi esse.* Martialis *gemmeum* vocat 10 epigr. 3; *Quos rumor alba gemmis vehit penno.* Contra *Sinister rumor*, Tac. Hist. 2, 93, 3; *adversus* ibid. 2, 26, 4; & An. 14, 11, 6. v. Barth. ad Claud. p. 1107. Nonnullis *Rumor* est a *ruendo*, quod cito & celeriter in omnes partes ruat. Apud alios potius a *rumine* originem habet, confer annotata supra in *Ruma* n. 2.

¶ Rūmuscŭlus, *i*, m. diminut. Cic. pro Cluent. c. 38 pr. *Imperitorum hominum rumusculos aucupari*, was unerfahrne leute sagen. *Rumusculos populares aucupans*, Id. de Legib. 3, 16.

¶ Rūmĭto, *are*, rumoren, schreyen. Nævius apud Festum: *Rumitans inter se.*

¶ Rūmĭfĭco, vel Rumĭfĕro, *are*, ein gerüchte ausbringen. Plaut. Amph. 2, 2, 46 *Quam cives Thebani rumificant probam.* Nonius tamen 2, 748 legit *rumiferant*; & dicit hoc esse *honeste rumoribus ferre.*

¶ Rūmĭgĕro, *are*, ausschreyen. Gloss. gr. lat. Διαθρυλλῶ, *Rumigero, Divulgo.* vid. Festus in voce *Rumito.*

¶ Rumigerātio, *ōnis*, f. die ausschreyung; ut, *Infami rumigeratione pasci*, Lamprid. Elagabalo c. 10. Sed seculis suis, suisque auctoribus

bus hæc relinquenda ad ornatum ſtilum crebrius non adferenda. v. Voſſ. de Vitiis Serm. Lat. 4, 22 p. 769.

¶ Rumigerŭlus, *i*, m. Ammian. 14, 1 *Per clandeſtinos rumigerulos.* Vſus & Hieronymus epiſt. 47 de vitando ſuſpecto contubernio c. 4 *Me ſuſpicioſum & rumigerulum clamitas*, einen neuen zeitungsträger. Vet. Gloſſ. *Rumigerulus*, θυελλήτης.

¶ Adrūmo, *āre*, ein geſchrey machen. Ita Feſtus: ADRVMAVIT, *rumorem fecit, ſive commurmuratus eſt, quod verbum quidam a* RVMINE, *id eſt, parte gutturis, putant deduci.* v. & de ſimplici *Rumo* in *Ruma*.

RVMPIA, *æ*, f. genus teli Thracicæ nationis apud Gellium 10, 25. vide *Rhomphæa*.

RVMPO, *rūpi, ruptum, rumpĕre*, ῥήγνυμι, zerbrechen, zerreiſſen; ut, *Rumpere vincula*, Cic. Cat. 4, 4; *catenas*, Horat. 2 ſat. 7, 70. *Rumpi & abrumpi cælum & nubes* dicuntur poëtis, cum tonat. v. Drakenb. ad Sil. 3, 196. ¶ 2. *Rumpere ſe*, imo & *alium*, eſt multa contentione ſe vel alterum male affligere, defatigare, macerare, zerſprengen. Plaut. Capt. prol. v. 14 *Ego me tua cauſſa non rupturus ſum*; plane ita nos: ich will mich deinethalben nicht zerreiſſen. Ter. Hec. 3, 4, 20 *Voviſſe hunc dicam, ſi ſalvus domum rediſſet unquam, ut me ambulando rumperet?* daß ich über dem lauffen crepiren ſolte. Horat. 1 epiſt. 19, 15 *Rupit Hiarbitam Timagini æmula lingua.* Hinc *Rumpi*, paſſivum, berſten, von einander brechen. Cic. in Vatin. c. 4 *Iſta quæ inflata ſunt, rumpuntur.* De invidis frequenter adhibetur. Ovid. Rem. am. v. 389 *Rumpere, livor edax.* Martial. 9 ep. 98 *Rumpatur, quisquis rumpitur invidiâ.* ¶ 3. *Rumpere fœdus*, Liv. 3, 25. Et Cic. pro C. Balb. c. 5 *Fœdera negligere, violare, rumpere.* Sic, *Rumpere teſtamentum*, Id. de Orat. 2, 57. *Diſcutere & rumpere conditiones pacis*, aufheben, trennen, Vellej. 2, 48, 5. ¶ 4. *Rumpere vocem, rumpere queſtus*, id eſt, in vocem, in queſtus erumpere, Virg. Æn. 2, 129. v. Drakenb. ad Sil. 4, 528; qui ad 7, 568 etiam de phraſi agit *Rumpere iter* aut *curſum*, h. e. proſequi. Add. Burm. ad Val. Flacc. 1, 3. ¶ 5. Idem pro *implere*; poſuit in Georg. 1, 49 *Ruperunt horrea meſſes.*

¶ Ruptus, *a, um*, zerriſſen, zerbrochen; ut, *Teſtamenta rupta*, Cic. de Orat. 1, 38. *Vincula rupta*, Virg. Æn. 8, 391. *Ruptis inter ſe legibus*, Id. Georg. 2, 480. *Rupta quies populi*, Lucan. 1, 2, 9. *Rupta ſingultu verba dolentis*, Ovid. Remed. Am. v. 598. Mart. 10, 56 *Qui ſanet ruptos dic mihi, Galle, quis eſt?* h. e. fatigatos multo labore & fatiſcentes, ita tamen ut intelligamus *ruptos* etiam dictos herniosos, ut noſtri aebrochen.

¶ Rumptus, *a, um*, antique pro *Ruptus*, Vlpian. l. 3 § 3 Dig. *de injuſto, rumpto, irrito facto teſtamento.* conf. ibid. Leg. 4.

¶ Ruptim, adverb. jählings, plötzlich. Cæſ. B. Civ. 1, 5 *Aguntur omnia ruptim atque turbate.*

¶ Ruptio, *ōnis*, f. die zerreiſſung. Vlpian. L. 27 Dig. ad Leg. Aquiliam § 17 *Lex Aquilia eas ruptiones, quæ damna dant, perſequitur.*

¶ Ruptūra, *æ*, f. ein riß, bruch; auctoritate caret. Barbaris ſeculis ager proſciſſus *ruptura* dicebatur. v. Car. du Freſne Gloſſar.

¶ Ruptor, *ōris*, m qui rumpit; ut, *Ruptor fœderis* Liv. 4, 19 & 21, 40; & Tac. Hiſt. 4, 57, 3. *Ruptores pacis*, Idem Tac. An. 2, 13, 2. conf. Sidon. 3 epiſt. 13.

Compoſita:

¶ Abrumpo, *rupi, ptum, ĕre*, abreiſſen; ut, *Abrumpere ſermonem*, Virg. Æn. 4, 388; & Tac. An. 4, 60, 2; *venas*, Id. Tac. 15, 63, 3 & 16, 9, 3, *ſomnos*, Virg. Ge. 3, 530. Cic. Phil. 14, 12 *Legio Martia ſe prima latrocinio Antonii abrupit*, vindicavit ſe in libertatem, hat ſich losgeriſſen. *Fata ſua abrumpere*, ſein leben verkürtzen, Sen. Herc. Oet. v. 895. Ita *Vitam abrumpere*, ſolennis poëtarum formula de ἀυτοχειρίᾳ. v. Virg. Æn. 8, 579: it. Heinſ. & Drak. ad Sil. 7, 33. *Abrumpere patientiam*, Tac. An. 12, 55, 4. *Fidem per ſcelus abrumpere*, Id. Hiſt. 4, 60, 6. *Fas omne abrumpere*, Virg. Æn. 3, 50. *Miſſis abrumpitur ignibus æther*, es blitzt, Ovid. Faſt. 2, 495.

¶ Abruptus, *a, um*, abgeriſſen, abhängig, ſteckel, tieff. Sic, *Loca abrupta*; ut, *rupes, ſcopuli*, quæ & *prærupta* dicuntur. Curt. 7, 11, 2 *Petra abrupta.* Tertull. adv. Marc. 1, 1 *Caucaſo abruptior.* Abſolute Frontin. Strat. 1, 4, 7 *Abruptiora tranare.* Plin. 9 epiſt. 39 *Ripæ abruptiſſimæ.* ¶ 2. Quint. 4, 2 *Genus orationis Salluſtii abruptum* vocat, hoc eſt, non cohærens, vel non ſatis plenum, ſed decurtatum, das bald abſchnapt, abgebrochen iſt. v. Burm. ad h. l. p. 350. *Oratio abrupta*, quæ exordio caret. Macrob. Sat. 4, 2 pr. *Oratio pathetica neceſſe eſt initium abruptum habeat.*

¶ Abruptum, *i*, n. ſubſtantive in utroque numero, die tieffe, der abgrund. Stat. 3 Silv. 2, 69 *Imus in abruptum*, wir verfallen. Sic, *Cæli abrupta*, Id. Theb. 3, 262. *Charybdis ſorbet in abruptum fluctus*, i. e. in profundum, Virg. Æn. 3, 432. *Ferri in abruptum*, Ibid. 12, 687. *In abrupto neceſſitatis*, da es ſolte biegen oder brechen, da die pferde am berge ſtunden, Ammian. 16, 8.

¶ Abrupta, *æ*, f. ſubſt. idem. Oroſ. lib. 7 *Abruptæ Veſuvii montis verticem magna profudiſſe incendia ferunt.* conf. Iuſtin. 4, 1, 7; & Parei Lex. Crit. p. 11.

¶ Abrupte, adverb. jählings, unbedachtſam; ut, *Abrupte incipere*, id eſt, ſine exordio: Quintil. 3, 8 *Nec abrupte, nec, unde libuit, incipiendum*, ohne eingang. Id. 4, 1 extr. *Abrupte cadere in narrationem.* Iuſtin 2, 15, 4 *Non abrupte agendum*, i. e. inconſideranter, calide. Ammian 20, 11 *Hoſtes abruptius inundantes.*

¶ Abruptio, *ōnis*, f. die abbrechung, abreiſſung; ut, *Abruptio corrigiæ*, Cic. de Divin 2, 40 extr. *Abruptio*, ſcil. matrimonii, i. e. divortium, die eheſcheidung. Id. Att. 11, 3.

¶ Inabruptus, *a, um*, non abruptus, unabgebrochen. Stat. 5 Silv. 1, 44 *Si vos junxit inabruptâ concordia longa catena.*

¶ Corrumpo, *ĕre*, vitium adferre, depravare, verderben, verwüſten, & tam de animo, quam de corpore dicitur. Ovid. Pont. 1, 5, 5 *Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus.* Cic. de Leg. 3, 14 *Animum & mores alicujus corrumpere.* Et, *Piſces corrumpere*, Ter. Adelph. 3, 3, 66. *Opportunitates corrumpere*, die gelegenheit verſäumen, Salluſt. Cat. c. 43. *Se igni corrumpere*, ſich verbrennen, Id. Iug. c. 66; *literas, tabulas*, verfälſchen, Cic. Verr. 2, 38; Roſc. Am. c. 44; *Virgines, fœminas*, ſchänden, ICt. ff. 48 t. 19 l. 38 § 3; Suet. Iul. c. 50. Menander: Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί, hoc eſt, *corrumpunt bonos mores colloquia prava*, ſeu congreſſus potius mali, böſe geſellſchafft verderbet gute ſitten. Quem verſum ſanctificatum eſſe ait ab Apoſtolo Tertull. ad Vxor. 1, 8, quia in priori ad Corinthios Pauli epiſtola legitur. ¶ 2. *Corrumpere aliquem pecunia, blanditiis, præmiis, pretio, largitionibus*, Cic. paſſim, id eſt, ſuum facere, averterè ab alio, & alienare, beſtechen, abwendig machen. Quo in ſenſu & abſolute hoc verbo utuntur auctores. Ita, *Servum alterius corrumpere*, verführen, item *Actionem de ſervo corrupto*, ICti dixere, quod Torrentius ad Suet. Oth. c. 3 obſervat. conf. Nepos 6, 3, 2; & 15, 4, 1; Ovid. Art. am. 1, 355. Ita, *Flumine & incendio frumentum corrumpere*, Cæſ. B. Gall. 7, 55. Et Plin. 13, 12 *Quæ nec aqua, nec igne corrumpi poſſet*; loquitur de arbore quadam.

¶ Corruptus, *a, um*, verkehrt, verderbt, beſtochen; ut, *Corruptus animus*, Vellej. 2, 72, 1. *Corrupti civitatis mores*, Nepos 25, 6, 2. *A rege corruptus*, ſcil. pecunia, Idem 1, 7, 5. Sic, *Populus largitione corruptus*, Idem 1, 6, 4. *Corruptus in proditionem*, der ſich zur verrätherey erkauffen laſſen, Tac. Hiſt. 3, 62, 5. Et, *Corruptus in ſpem rapinarum*, Id. Hiſt. 3, 47, 2. *Hac mercede corruptæ terrarum orbem devicere aquilæ*, Plin. 13, 13. Compar. Iuſtin. 1, 3, 1 *Sardanapalus vir muliere corruptior.* Et Horat. 1 ſat. 5, 95 *Iter factum corruptius imbri.* Superl. Sen. Suaſ. 1 *Res omnium corruptiſſima.* Prudent. Apoth. v. 408 ad ſerpentem diabolum: *Mancipium Chriſti, fur corruptiſſime, vexas. Deſine, Chriſtus adeſt.* Apul. de Philoſ. mor. p. 19 *Amor corruptiſſimæ voluptatis.* ¶ 2. Et *Corruptus* de eo, qui animo linquitur, der in ohnmacht fällt, Plaut. Amph. 5, 1, 6. *Corrupti boves*, i. e. macilenti, magere ochſen, Phædr. 2, 9, 21. Et, *Corrupti equi macie*, Cæſ. B. Civ. 3, 58.

¶ Corrupte, adverb. depravate, ſchlimm, verfälſcht: ut, *Corrupte judicare*, Cic. de Fin. 1, 20. *Divitias deſcribere volo, & multa minus facunde & corruptius quam Fabianus*, M. Sen. Controv. 9. Et, *Corruptiſſime judicare*, Aſcon. in proœm. Act. Verr. p. 48.

¶ Corruptio, *ōnis*, f. die verderbung, verfälſchung, verwüſtung. Cic. Tuſc. 4, 13 *Morbum appellant totius corporis corruptionem.*

¶ Corruptēla, *æ*, f. der verderb, die verwahrloſung, verführung. Ter. Adelph. 5, 3, 7 *Communis corruptela noſtrûm liberûm.* Sic, *Largitio corruptela*, Cic. de Leg. 1, 12. *Dulcedine, & corruptelæ depravari*, ibid. 2, 15. Liv. 39, 9 *Via una corruptelæ Bacchanalia erant.* De ſtupris virginum uſus Suet. Claudio c. 16. Plaut. Aſin. 5, 5, 17 *Corruptelæ & liberis luſtris ſtudet.* Rurſus Cic. Cat. 1, 6 *Corruptelarum illecebris irretire*, verführen.

¶ Corruptor, *ōris*, m. ein verderber, verführer; ut, *Corruptor juventutis*, Cic. Cat. 2, 4. *Corruptor inſidiatur nuptæ*, Plin. 22, 2. *Corruptores Veſtalium*, Sueton. Domit. c. 8. Add. Iuvenal. 1, 77.

¶ Corruptrix, *īcis*, ut, *Corruptrix provincia*, Cic. ad Q. fratr. 1, 1, 6. *Licentia rerum corruptrix & morum*, Ammian. 25, 10.

¶ Corruptibĭlis, *e*, verweslich, vergänglich. Arnob. 2 p. 68 *Plato Deos dicit & mundum corruptibiles eſſe natura.* Vſus & Lactant. 5, 25 &c. Compar. *Pulchritudines corruptibiliores*, Auguſt. de Vera Relig. c. 41 pr.

¶ Corruptibĭlĭtas, *ātis*, f. die vergänglichkeit, verweslichkeit; ut, *Corruptibilitas ſubſtantiæ humanæ*, Tertull. adv. Marc. 2, 16.

¶ Corruptivus, *a, um*, corruptibilis. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 51 *Oportet corruptivum iſtud induere incorruptionem, &c.*

¶ Corruptōrius, *a, um*, idem; ut, *Corruptoria conditio, &c.* Et mox, *Senſus corruptorii*, Tertull. adv. Marc. 2, 16.

¶ Incorruptus, *a, um*, integer, rechtſchaffen, unverfälſcht; ut, *Animus incorruptus*, Cic. Tuſc. 1, 19. *Integer atque incorruptus teſtis*, Id. Fin. 1, 21. *Integritas Latini ſermonis incorrupta*, Id. de Clar. Or. c. 35. *Incorruptior ſermo*, Gell. præfat. *Cuſtos incorruptiſſimus*, Horat. 1 ſat. 6, 81.

¶ Incorrupte, adv. integre, gut, ohne falſch; ut, *Incorrupte judicare*, Cic. Fin. 1, 9. *Incorruptius multis poſt ſeculis judicabunt*, Id. pro Marc. c. 9.

¶ Incorruptio, *ōnis*, f. die unvergänglichkeit, unverweslichkeit. Auguſt. de Civ. Dei 22, 21 pr. *Incorruptione atque immortalitate veſtitum*, ſcil. corpus poſt reſurrectionem. Idem de Trinit. 13, 7 *In ipſius incorruptione corporis.* Et de Morib. eccleſ. cath. c. 19 *Temperantia integritatem quandam & incorruptionem pollicetur.* Tertull. de Reſurr. carn. c. 51 *Oportet corruptivum induere incorruptionem.* conf. Vulg. Interpr. Rom. 2, 7.

¶ Incorruptēla, *æ*, f. idem. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 51 *Non corruptela incorruptelam hereditati habebit.*

¶ Incorruptĭbĭlis, *e*, unvergänglich, unverweslich. Lactant. 1, 3 extr. *Deus incorruptibilis.* Adde eund. 4, 6; Auguſt. de Civ. Dei 22, 26; Tertull. de Cultu fœm. c. 6; & de Anima c. 50; Arnob. 2 p. 81.

¶ Incorruptibiliter, adverbium, idem. Auguſt. Confeſſ. 3, 2 de Deo: *qui purius & incorruptibilius miſereris, quod nullo dolore ſauciaris.*

¶ Incorruptĭbĭlĭtas, *ātis*, f. idem quod *incorruptio*; ut, *Indumentum incorruptibilitatis*, Tertull. ad Vxor. 1, 7. conf. Apol. c. 48; adv. Valent. c. 14.

¶ Incor-

¶ Incorruptivus, *a, um*, incorruptibilis. Hieron. ep. 152 ad Minerv. & Alex. t. 374 *Immutatione, qua corruptivum hoc, incorruptivum efficitur.*

¶ Incorruptōrius, *a, um*, idem; ut, *Incorruptorii sensus*, Tertull. adv. Marcion. 2, 16.

¶ Præcorrumpo, *ĕre*, ante corrumpere, vorher verführen. Ovid. Metam. 14, 134 *Dum præcorrumpere donis Me cupit.*

¶ Præcorruptus, *a, um*, vorher verführt. Ovid. Metam. 9, 296 *Illa quidem venit, sed præcorrupta.*

¶ Deruptus, *a, um*, idem quod *abruptus* seu *præruptus*, abhängig; ut, *Collis arduus & deruptus*, Tac. An. 2, 80, 5. *Per derupta & avia*, Id. 4, 45, 2. *Præcipitari in derupta*, Liv. 38, 2 extr. *Præcipites deruptæque utrimque angustiæ*, Id. 21, 33. *Ripæ derupte*, Id. 37, 39. Compar. Id. 38, 2 *Altior deruptiorque undique tumulus.*

¶ Dirumpo, *ĕre*, von einander reissen, zertrennen. Plaut. Curc. 2, 1, 7 *Medius dirumpor*, der leib will mir zerberſten, de cruciatu intestinorum. Cic. fam. 7, 1 *Dirupi me pæne in judicio Galli familiaris mei.* Et, *Dirumpere amicitias*, Id. de Amic. c. 22. *Dirumpi dolore*, vor verdruß berſten, Cic. Attic. 7, 12.

¶ Diruptus, *a, um*, zerriſſen, gebrochen; ut, *Homo diruptus*, i. e. herniosus, Cic. Phil. 13, 12. *Montes diruptis rupibus inaccessi*, Ammian. 29, 5. *Implacabilis & diruptus*, Id. 27, 11. v. ibi Gronov. conf. Apul. Apol. p. 281.

¶ Diruptio, *ōnis*, f. die zerreiſſung, der bruch; ut, *Corporum diruptio*, Sen. Nat. Qu. 2, 15.

¶ Disrumpo, *ĕre*, idem quod *dirumpere*. Cic. Off. 3, 5 *Disrumpere humani generis societatem.*

¶ Disruptus, *a, um*. Petron. c. 96 *Ansa ostii disrupta.*

¶ Erumpo, *rūpi, ptum, pĕre*, cum impetu exire, ausbrechen, hervorbrechen. *Ignes ex Ætnæ vertice erumpunt*, Cic. Verr. 4, 48. Liv. 34, 28 *Tum ab oppido pluribus simul locis erumpunt. Conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupit*, Cic. pro Sextio c. 4. *Hæc quo eruptura sint, timeo*, Id. Att. 2, 20. Et, *Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremas*, ibid. epist. 21, wo es hinaus wolle ꝛc. Ter. Phorm. 2, 2, 10 al. 2, 1, 11 *Vereor, ne isthæc fortitudo in nervum erumpat denique*, bringt zuletzt ins ſtockhaus. *Erumpere in affectum*, Quint. 8, 3 p. 679. *Aperte consulum ad nefandam dominationem erupit furor*, Vellej. 2, 60, 4. *Erupit voluntas*, Id. 2, 62, 1. *Portis se foras erumpunt*, Cæſ. B. C. 2, 14. Et Virg. Georg. 4, 368 *Unde altus se erumpit Enipeus.* Pass. Lucret. 6, 581 *Incita cum vis exagitata foras erumpitur.* Scrib. Larg. comp. 84 *Erumpi cogunt sanguinem.* ¶ 2. Minut. Octav. 40, 1 *Dum isthæc apud me tacitus revolvo, Cæcilius sic erupit:* id eſt, locutus eſt, in hæc verba erupit. Vel, *erupit se in hæc verba:* nam & ita loquebantur, verbo *erumpere* active uſi. conf. Id. 16, 6. Cæſ. B. G. 2, 14 *Portis se foras erumpunt.* Liv. 36, 7 *Solvamus nos ejus vincula, & claustra refringamus, ut erumpere diu coërcitam iram in hostes possit.* Ter. Eun. 3, 5, 2 *Jamne erumpere mihi licet hoc gaudium?* Tibull. 4, 1, 86 *Fontibus ut dulces erumpat terra liquores.* v. Brouckh. h. l. Cic. Att. 16, 3 *Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati*, ihren zorn an mir auslaſſen. Ita Cæſ. B. C. 3, 8 *In eos indiligentiæ suæ ac doloris iracundia erupit.* Forte hic etiam leg. *iracundiam.* Add. Drakenb. ad Sil. 12, 438. ¶ 3. De egressione vel excursione oratoria, illa præsertim, quæ φορτικώτερος & audacior videri potest, Quintil. 4, 3 ext. *Qui ex media narratione erumpit, cito ad id redire debet, unde devertit.*

¶ Erumpens, *tis*. Cic. de Prov. consul. c. 3 *Pontum armatum effervescentem in Asiam atque erumpentem egre suslinuerunt.* Vellej. 2, 66, 3 *Erumpens animo & pectore indignatio.* conf. Lucret. 5, 459.

¶ Eruptus, *a, um*, emiſſus, herausgedrungen. Scrib. Larg. Compos. 84 *Eruptus sanguis.* Et Lucret. 1, 724 *Faucibus eruptos vis evomit ignes.*

¶ Eruptio, *ōnis*, f. der ausbruch. Plin. 23, 2 *Eruptionibus pituitæ illinitur.* Scrib. Larg. compos. 206 *Eruptiones sanguinis e naribus*, das naſenbluten. conf. Comp. 83 seqq. In bello *Eruptiones* dicuntur, quando vel exercitus e castris, vel præsidia ex urbibus in hostes impetum faciunt, ausfälle. Cæſ. B. Gall. c. 33 *Repente ex oppido eruptionem fecerunt.* Et 5, 49 *Cæsar, omnibus portis eruptione facta &c.* Id. B. Civ. 1, 21 *Non solum ab eruptionibus caveant &c.* conf. Nepos 8, 4, 4; Flor. 3, 20, 14; Tac. A. 2, 7, 1. Sic, *E nubibus subitæ lucis eruptio*, der blitz, Sen. Qu. Nat. 2, 56.

¶ Eruptor, *ōris*, m. qui erumpit. Ammian. 24, 5 *Eruptores perterriti reverterunt.*

¶ Interrumpo, *ĕre*, per medium rumpere, mitten entzwey reiſſen, oder brechen; ut, *Pontes, quos feceram, interrupi*, hoc eſt, effregi, Planc. Cic. fam. 10, 23. *Non interrumpendus est contextus*, Quint. 11, 3. Sic, *Interrumpere ordinem*, id eſt, confundere, Colum. 11, 2 p. 370, zertrennen; *somnum*, id eſt, interturbare, Plin. 28, 4, verſtören; *mediam orationem*, Cæſ. B. Civ. 3, 19, hemmen, hindern.

¶ Interruptus, *a, um*, zerriſſen, unterbrochen. Cic. fam. 15, 14 *Longis intervallis temporum interrupta consuetudo.* conf. ib. 5, 8. Id. pro Cælio c. 24 *Interruptis atque morientibus vocibus.* conf. Ammian. 26, 6. Virg. Æn. 4, 88 *Pendent opera interrupta minæque &c.*

¶ Interrupte, adverb. Cic. de Orat. 2, 80 *Interrupte narrare*, ohne zuſammenhang.

¶ Interruptio, *onis*, f. das darzwiſchen dringen. Mart. Capella 6 p. 201 *Europam Africamque interruptio dissecat oceani.* Macrob. Somn. Sc. 2, 5 *Interruptio non unius generis &c.* Quint. 9, 2 p. 783 *Ἀποσιώπησις, quam Cicero reticentiam, Celsus obticentiam; nonnulli interruptionem appellant.* ICt. Dig. 41 t. 3 l. 2 *Usurpatio est usucapionis interruptio.*

¶ Interruptor, *ōris*, m. ein zerſtörer, hinderer. Gloſſ. gr. lat. διαφθορεύς, *Interruptor.*

¶ Introrumpo, *ĕre*, einfallen, einbrechen. Cæſ. de B. Gall. 5, 49 *Ea non posse introrumpere, videbantur.* Et Apul. de A. A. p. 126 *Introrupit cuncta.* Gell. 15, 22 *Cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit.*

¶ Introrumpens, *tis*. Idem Gell. 15, 4 *Parthi in Syriam introrumpentes.*

¶ Irrumpo, vel Inrumpo, *ĕre*, irruere, einfallen. Ter. Eun. 5, 6, 26 *Cesso huc intro irrumpere?* Et, *Irrumpere in provinciam*, Cic. fam. 15, 2 ad Senatum. *Irrumpere in castra.* Cæſ. B. Gall. 6, 36. ¶ 2. Vſurpatur & ſine præpoſitione, ut invadere, anfallen. Tac. Hist. 3, 9, 1 *Irrupit stationes hostiles.* Id. An. 2, 25, 2 *Ipse majoribus copiis Marsos irrumpit.* Plin. 35, 4 *Hostilius primus Carthaginem irruperat.* Liv. Epit. 49 *Cum neglectos ab una parte muros duo tribuni tenere cum cohortibus irrupissent.* Etiam dativo jungitur. v. Drakenb. ad Sil. 2, 378; 9, 365.

¶ Irrumpens, *tis*; ut, *Irrumpens ventus*, Plin. 11, 24. *Irrumpens fluvius*, Id. 3, 1.

¶ Irruptus, *a, um*, non ruptus, unzerriſſen, unzerbrochen. Horat. 1 oda 13, 18 *Quos irrupta tenet copula.*

¶ Irruptio, *ōnis*, f. incurſio, impetus, ein einfall; ut, *Irruptionem facere*, Cic. pro L. Manil. c. 6. conf. Plaut. Pœn. prol. v. 42.

¶ Irrumpībilis, *e*, unzerbrechlich. Gloſſ. gr. lat. ἄῤῥηκτον, *irrumpibile.*

Legirupus &c. vide *Lex.*

¶ Obrumpo, *ĕre*, abreiſſen. Varro R. R. 3, 10 de anſeribus: *Sæpe in pascendo, si radicem prenderunt, quam educere velint e terra, obrumpunt collum*, ſie verdrehen den hals.

¶ Perrumpo, *ĕre*, hindurch brechen; ut, *Exercitu perrumpere*, Pompejus ſub Cic. Att. 12, 8. Et, *Per castra perrumpere*, Liv. 28, 7. *Perrumpere per mediam hostium aciem*, mitten durch die feinde ſetzen, Liv. 3, 70. Horat. 3 od. 16, 9 *Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa &c.* Id. 1 oda 3, 36 *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* Sic, *Periculum perrumpere*, Cic. in Part. Orat. c. 31. *Perrumpere leges*, id eſt, eſſringere, Id. Off. 3, 8.

¶ Perruptus, *a, um*, durchbrochen; ut, *Perruptæ moles*, Sil. 13, 741.

¶ Prærumpo, *ĕre*, vorn abbrechen; ut, *Retinacula prærumpere*, Ovid. Met. 14, 547.

¶ Præruptus, *a, um*, abhängig, jäh, ſteckel; ut, *Mons præruptus*, Virg. Æn. 1. 105. *Oppidum præruptum*, Hirt. B. Gall. 8, 40. *Collis præruptior*, Colum. 3, 13. Et, *Præruptissimis saxis munitum*, Hirt. B. G. 8, 33, (add. Liv. 5, 46.) *Locus præruptus, & ex utraque parte directus*, Cæſ. Bell. C. 1, 45.

¶ Præcipita, *ōrum*, n. pl. ſubſt. rupes, klüfte. Plin. 8, 32 *Ad præcipita ducunt, saltumque demonstrant.*

¶ Præcipite, adverb. jähling. Plin. 34, 14 ext. *Mons præcipite altus.*

¶ Prorumpo, *ĕre*, hervor brechen. Virg. Æn. 10, 379 *Medios densos prorumpit in hostes.* Sic, *Prorumpere in aciem*, Tac. Hist. 2, 41, 5. *Cum sæpe conati, nequissent prorumpere ad suos*, Liv. 4, 39. *An tu cohorsque vestra virtute in castra proruperitis*, Id. 4, 40. *Eo prorumpit hominum cupiditas & audacia*, Cic. pro Rosc. Am. c. 5. ¶ 2. Sed Virg. active, heraus gieſſen, Æn. 3, 572 *Ætna atram prorumpit ad æthera nubem &c.* Add. Drak. ad Sil. 12, 438. Et hinc paſſ. Lucret. 6, 435 *Prorumpitur in mare venti vis*, i. e. ſe prorumpit.

¶ Proruptus, *a, um*, zerbrochen, niedergeriſſen; ut, *Munitiones proruptæ*, Cæſ. B. G. 3, 26. ¶ 2. Active, qui prorupit, hervorgebrochen, herausgedrungen; ut, *Proruptus sudor*, i. e. profusus, Virg. Æn. 7, 459. Sic, *Proruptum mare*, ibid. 1, 250. Add. Drak. ad Sil. 3, 31. Sic & *Prorupta audacia*, i. e. temeraria, eine vermeſſene kühnheit, Cic. pro Rosc. Am. c. 24.

¶ Proruptio, *onis*, f. die hervorbringung, der ausbruch, fortſchub. Mart. Capella 6 p. 201 *Undarum illa proruptio interfluentis oceani.* Id. 7 p. 271 *Impetulantis proruptionis sonitus.* Aur. Vict. de Cæs. c. 33 *Simulata proruptio hostium*, i. e. eruptio, der ausfall.

¶ Proruptor, *ōris*, m. qui prorumpit. Ammian. 24, 5 *Proruptores alii jumenta intercipiunt.*

¶ Semiruptus, *a, um*, halb zerriſſen, apud Feneſtellam. Sic *Semiruptis mœnibus*, Dictys Cret. 5, 11 ed. Daceriæ. Sed *Semirutis* legit ed. Argent.

¶ Subrumpo, *ĕre*, einreiſſen. Arnob. 2 p. 82 *Aliorum subrumpant & labefaciant jacta.*

¶ Subruptus, *a, um*, unterbrochen. Hirt. B. Afric. c. 50 *Crebris locis spelunceæ in modum subruptis:* Al. *Subrutis.*

RVMPVS, *i*, m. tradux, vitium brachium, ein weingeſenk, pfropfreis; quod ab arbore rumpatur, alio traducendus. Varro R. R. 1, 8 *Quos traduces quidam rumpos appellant.*

¶ Rumpōtīnus, *a, um*, unde rumpi, i. e. traduces, ducuntur, ut, *Arbustum rumpotinum*, Colum. 5, 7. Apud Plinium ſcribitur *Rumbotinus*, 14, 1; & 24, 19.

¶ Rumpotinētum, *i*, n. locus vitibus rumpotinis conſitus. Colum. l. c. *Rumpotinetum constitutum.*

RŪNA, *æ*, f. genus teli, latiorem habens cuſpidem; Feſtus interpretatur *pilum*, einen ſpieß; a *Ruo*, i. e. ſterno. Hinc

¶ Runātus, *a, um*, runa armatus, Ennius apud Feſtum: *Runata recedit.*

Runcatio, runcator, vide paullo poſt *Runco, āre.*

RVNCĪNA, *æ*, f. plur. *Runcinæ*, majores ferræ fabrorum, die gröſſen bauholtz-ſägen, Hermol. Alii *Runcinam* exponunt, einen groſſen hobel. Varro de L. L. 5, 10 *Runcinare a runcina, cujus origo græca* ῥυγχος. Vet. Gloſſ. *Runcinæ*, ξύλαι. *Runcinat*, ῥυκανίζει *vel* ῥυγχάζει. Item: ξύλαι, *tricula, runcina, ξυκανίζω, runcino.* Adde Plin. 16, 42; Celſ. 8, 4. ¶ 2. *Runcina*, ſtrumenti præſes, cum runcatur, Auguſtin. de C. D. 4, 8.

¶ Runcino, *are*, hobeln, ſägen, jam in *Runcina* ex Varrone & Gloſſario declaratum. Arnob. 5 p. 177 *Ex arbore ramum dolat, runcinat &c.* Minut. Felix c. 23 n. 9 *Deus ligneus cædatur, dolatur, runcinatur.*

¶ Deruncīno, *are*, idem. Metaph. Plaut. Mil. 4, 4, 6 *Lepide deruncinavit militem*, i. e. decepit. Alibi verbo *admutilare*, *tondere*, *deartuare* usus est.

¶ Deruncinātus, *a*, *um*, deceptus metaph. Plaut. Capt. 3, 4, 108. *Ego deruncinatus, deartuatus sum miser hujus sceleſti technis.* v. Turneb. Adv. 14, 7.

¶ Deruncinatio, *ōnis*, f. ap. Colum.

¶ Deruncinator, *oris*, m. ein zimmermann, apud Auguſtinum.

RVNCO, *are*, ſegetes vel herbas evellere, ausrupfen, ausjäten, ausrotten; ut, *Runcare ſpinas*, Cato R. R. c. 2. Adde c. 161; Varr. R. R. 1, 30: Colum. 2, 11; & 11, 2; Pallad. Febr. 6; Plin. 18, 18. Sic *Runcare ſiliginem*, Plin. 18, 21.

¶ Runcans, *tis*. Sic, *Inter buſequas ruſticanos, ſubulcosque runcantes*, Sidon. 1 epiſt. 7; Colvius ibi in not. p. 11 mavult *Roncantes*, aut *Ronchantes*, idque prorſus recepit Sirmondus.

¶ Runcātio, *ōnis*, f. evulſio ipſa, das jäten. Plin. 18, 21 *Runcatio, cum ſeges in articulo eſt, evulſis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat &c.* Et Colum. 2, 12 *Frugibus plurimum detrahitur, ſi relinquitur runcatio &c.* conf. 2, 9; & 11, 3; & Pallad. Mart. t. 9.

¶ Runcātor, *ōris*, m. qui runcat. Colum. 2, 13 *Opera runcatoris.*

¶ Runco, *ōnis*, m. die reuthaue, das jätemeſſer. Pallad. 1, 43 refert inter ferrulas minores, *runcones, quibus vepreta perſequimur.* conf. Iſidor. 20, 16.

¶ Averrunco, *āre*, antiquum verbum, runcando avertere, ut quibusdam placet, quibus *abexruncare*: ut nempe confletur ex *ab* vel *au*, ut in *auferre*, & *erruncare* pro *exruncare* vel *eruncare*; proprie eſt amputare, reſecare, ausreuten, ausjäten. Hinc in Gloſſis *Averrunco* exponitur ἀποτέμνω. Sed potior eſt ſententia Varronis, quam vide in *Averruncus*. ¶ 2. Per metaphoram eſt avertere, depellere, abkehren, abwenden, abtreiben. Cic. Att. 9, 2 *Dii, inquis, averruncent*, da ſey Gott vor. Liv. 8, 6 *Placuit averruncandæ Deûm iræ victimas cædi.* Et 10, 23 *Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum cauſſa ſupplicationes in biduum ſenatus decrevit.* Hinc & omiſſa prima litera

¶ Verrunco, *are*, veteribus idem eſt ac vertere, kehren, wenden. Citat ex poëta quopiam Cic. Divin. 1, 22. Et Liv. 29, 27 *Divi diveque quæ geruntur, ea mihi bene verruncent.* v. Gronov. ibi, & Feſtum, qui *Verruncent* interpretatur *vertant*. Nonius 2, 895 exemplis illuſtrat Accii & Pacuvii. Ille ait: *Te ſancte venerans precibus invicte invoco, portenta ut populo patriæ verruncent bene*: hic, (Pacuvius) *Precor veniam, petens, ut quæ egi, ago, axim, verruncent bene.* conf. Non. 10, 7.

¶ Averruncus, *i*, m. Deus, qui malis averruncandis præeſt. Varro L. L. 6, 5 *A vertendo averruncare: ut Deus, qui iis rebus præeſt, Averruncus. Itaque ab eo precari ſolent*, VT PERICVLA AVERTAT. conf. Gell. 5, 12.

¶ Erunco, *are*, runcando auferre, ausjäten. Colum. 2, 11 *Omnes alterius generis herbas eruncato.*

¶ Subruncator, *ōris*, m. Ita Deum olim invocabat flamen Cerealis, ut Servius ad Virg. 1 Georg. ex Fabio Pictore tradit.

¶ Subruncīvus, vel Subruncīnus, *a*, *um*, ubi runcatur, wo man jätet; ut, *Limites ſubruncivi*, Frontin. de Colon. p. 331, & Hygin. de Limit. vid. Rigalt. Gloſſ. Agrim. & Gœſii Ind. hac voce.

RŬO, *ui*, *ūtum*, *ruĕre*, concidere, plötzlich fallen; ut, *Ruit alto a culmine Troja*, Virg. Æn. 2, 290. Et Ovid. Pont. 4, 3, 36 *Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt.* Prov. quo objurgantur timidi cunctatores: *Quid ſi nunc cælum ruat?* Ter. Heaut. 4, 3, 41. *Ruiturus pons*, Lucan. 2, 499, ex quo ſimul apparet, ſupinum hujus verbi non modo *rutum*, verum etiam *ruitum* fuiſſe. *Ruere in exitium*, Val. Max. 7, 3, 6; *in ſervitium*, Tac. Annal. 1, 7. ¶ 2. *Ruere ad urbem infeſto agmine*, id eſt, ferri præcipitem ſeu cum impetu, geſchwinde und mit haufen zueilen, rennen, Liv. 3, 3. *Certatim portis* (caſtrorum) *ruere*, Id. 27, 41. Et notum Poëtæ illud Æn. 1, 87 *Qua data porta, ruunt*, venti ſcilicet. Tac. Hiſt. 3, 77, 3 *Cæteri ad naves ruebant.* ¶ 3. *Ruere* eſt interire, finiri, umkommen. Sen. Herc. Oetæo 4, 602 *Nam rara fides, ubi jam melior Fortuna ruit.* Sic, *Ruere ad interitum*, Cic. pro Marcell. c. 5. ¶ 4. Active ponitur pro impellere, ſternere, forttreiben, umreiſſen, hinſchmeiſſen. Ter. Adelph. 3, 2, 21 *Cæteros ruerem, agerem, raperem*; ubi Donatus: RVERE *activam vim habet. Eſt enim toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui ipſi præcipites alios proſternunt. Unde proprie ſues* ruere *dicuntur &c.* Ovid. Met. 12, 134 *Cedentemque ſequens inſtat, turbatque ruitque, Attonitoque negat requiem.* Apul. in Floridis p. 341 de aquila: *Et quærit, quorſum potiſſimum in prædam ſuperne ſe ruat.* Quod etiam in compoſito obſervatur. Ita Ter. Eun. 3, 5, 51 *Foras omnes proruunt ſe.* Active & pro affligere, proſternere, ſive obruere uſus Lucretius, quod in Indice Lucretiano obſervavit Giphanius. Virg. Georg. 1, 105 *Cumulosque ruit prælinguis arenæ.* Vbi *ruit* diruit eſt. Item Æn. 1, 35 *Spumas ſalis ære ruebant.* Silius 6, 319 *Laxabat ferro, campoque pericla ruebat.* Claud. de laud. Stilic. 1, 128 *Curvatas glacie ſilvas umbone ruebat.* Plura Cort. ad Sall. Iug. 85, 26. ¶ 5. Efficaciter autem de illis uſurpatur hoc verbum, qui cum vi & ſingulari celeritate omnia agunt in bello. Cic. ad Att. 7, 19 *Ad illum ruere nuntiant, & jam ſignaque adeſſe.* Virg. Æn. 9, 438 *At Niſus ruit in medios, ſolumque per omnes Volſcentem petit.* Et alibi ſæpius. Tacitum quoque frequentiſſime uti hoc verbo ad audaciam ardoremque ſignificandum, Pichena ad Agricolam ejus obſervat Not. 68. ¶ 6. *Ruere* etiam dicuntur, qui affligunt negotium per imprudentiam, & ſua ſe ſpe dejiciunt. Ter. Heaut. 2, 2, 128 *Sed heus tu, vide ſis, ne quid imprudens ruas*, daß du nicht eine ruppeſt, mit der thür ins haus falleſt. ¶ 7. RVERE, inquit, in Conjectan. Scaliger p. 58 *eſt modio cumulum adæquare*, abſtreichen. Cic. Att. 16, 11 *De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.* Plaut. Trin. 4, 1, 18 *Æris acervos ruit*: ἐπιμετρεῖ ſcilicet.

¶ Ruens, *tis*, fallend, hinfahrend, ſinckend, umfallend. Propert. 3, 14, 44 *Ira ruens.* Virg. Georg. 4, 292 *Nilus ruens.* Id. Æn. 2, 440 *Danai ad tecta ruentes.* Id. Æn. 10, 338 *Fratremque ruentem ſuſtentat dextra.* Sil. 11, 234 *Ruentem fulcire Romam.* Lucan. 5, 200 *Suprema ruentis imperii.* Horat. 2 ſat. 3, 154 *Accedat ſtomacho fultura ruenti.* Tac. Hiſt. 3, 77, 4 *Nimio ruentium onere preſſæ naves*, ubi *ruentes* ſunt feſtinantes cum impetu, forteilende. Ita Catull. 65, 392 *Certatim ex urbe ruentes.*

¶ Rues, *is*, f. der einfall, in Gloſſ. Cyrilli, frequentius.

¶ Ruīna, *æ*, f. caſus, der fall, untergang. *Incendium ruina reſtinguere* apud Sall. Cat. 31 ext. & Cic. pro Mur. 25 proprie ſignificat flammam, quæ aqua reſtingui non poteſt, domo diruta opprimere, unde metaphora intelligitur. Horat. 2 od. 19, 14 *Tecta non levi disjecta ruina.* Cic. Cat. 1, 6 *Prætermitto ruinas fortunarum tuarum.* Id. Att. 11, 24 *Vt extra ruinam ſint eam, quæ impendet.* Horat. 2 ſat. 8, 54 *Facere ruinam*, einen fall thun. Liv. 21, 10 *Incident ruinæ capitibus noſtris.* Id. 4, 33 *Ruinæ ſimilem ſtragem eques, quacumque pervaſerat, dedit.* Id. 21, 12 *Strata omnia recentibus ruinis Hannibali oſtendit.* Curt. 5, 10, 9 *Caput ruinæ ſubdere*, pro, periculo ſe exponere, ſich in gefahr ſtecken. *Ruina opprimi*, Cic. Divin. 2, 8. Et Sen. de Ira 1, 16 *In ruinam prona ſunt, quæ ſine fundamento crevere.* ¶ 2. *Cæli ruina* apud Poëtas ſæpe ponitur pro tempeſtatibus ac tonitribus, quorum ſonus ſimilis ruinis, ut Servius notat ad illud Virg. Æn. 1, 133 *Oppreſſi cæli ruina*, vom blitz und wetter erſchlagen. v. Drak. ad Sil. 1, 251.

¶ Ruīnōſus, *a*, *um*, baufällig; ut, *Ædes ruinoſæ*, Cic. Off. 3, 13. conf. Vitruv. 2, 8; Sen. de ira 3, 35.

¶ Ruta, *orum*, n. pl. dicuntur, quæ ruere, ſive movere, & impellere licet; ut, RVTA CAESA apud ICtos. Sunt illa & FVNDI & AEDIVM. RVTA in fundo ſunt, *arena*, *creta &c.* eruuntur nimirum: CAESA, *arbores*, *virgulta*: ea enim cædi poſſunt. IN AEDIBVS, quæ non tenentur terra, nec opere ſtructili, tectorioque continentur, was nicht erd- nied- und nagelfeſte iſt; quæ in venditionibus excipi ſolent. Cic. de Orat. 2, 55 *Dicet, te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe.* Id. Topic. extr. *Vt cum ædes fundumve vendiderunt, rutis cæſis receptis, concedunt tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſſa apte & loco poſitum eſſe videatur.* His opponuntur *fixa*, *junctaque*, ſive *infixa*, *inædificataque*. v. ICtos, & Feſtum, ibique Ant. Auguſtin. & Non. 2, 728 *Recipere* autem in Cic. adductis locis, *Excipere* ſignificat. Adde dicta in *Cæſa* ſub *Cædo*.

Ruta, *æ*, f. herba, de qua infra ſeorſum.

¶ Rutabri, *orum*, m. pl. raſtri, quibus dentalibus penitus eradunt & eruunt terram, ein rechen. Varro de L. L. 4, 31.

¶ Rutābulum, *i*, n. inſtrumentum, quo ignis proruitur & concutitur, eine feuerzange, ofenkrücke, ofengabel. Suet. Aug. c. 75 inter Saturnalitia munera recenſet. Sed ad liquida quoque pertinet; ut *Rutabulo ligneo agitare, quod decoxeris*, mit einem rührloffel, Colum. 12, 20. conf. ibid. c. 18 & c. 31, & Feſtus, qui etiam in obſcenis eſſe notat, pro natura virili.

¶ Rutrum, *i*, n. inſtrumentum ruſticum, quo quid eruitur, σκαφεῖον dictum a *ruendo* eſt, ein pickel, grabſcheit, ſchüppe, ſchauffel, kelle. Varro de L. L. 4, 31. Et Cato c. 11 *Oportet habere villicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos.* Liv. 28, 45 *Secures, rutra, falces &c. collaturi.* Pallad. 1 tit. 15 *Rutrum, quo calx ſubigitur*, de eadem re Vitruv. 7, 3; & Plin. 36, 23 ſ. 55. ¶ 2. Significat & hoſtorium, ῥόχανον, ein ſtreichholtz; in qua ſignificatione diminutivo

¶ Rutellum, *i*, n. Lucilius uſus ap. Nonium 1, 66 in voce *Rutrum: Frumentarius eſt, modium ſecum atque rutellum unum adfert.*

¶ Rutulus, *i*, m. etiam dicitur: de quo Salmaſius ad Hiſt. Aug. in Vopiſci Probo c. 19 p. 705.

Compoſita:

¶ Corruo, vel Conruo, *ui*, *ĕre*, zu boden fallen, über einen haufen fallen; ut, *Vrbs tota Lacedæmoniorum corruit*, Cic. Divin. 1, 50. Id. ad Qu. frat. 2, 9 *Ille pæne timore, ego riſu corrui*, ich ſanck ſchier zu boden. Liv. 1, 25 *Duo Romani, ſæpe alium alius, exſpirantes corruerunt.* Ovid. Met. 13, 601 *Corruit igne rogus.* Curt. 3, 8, 18 *Pallam aureî accipitres, velut roſtris inter ſe corruerent, adornabant.* ¶ 2. Eſt conjicere, coacervare, zuſammen ſchütten. Varro: *Spicæ corruuntur in corbem.* Ita Plaut. Rud. 2, 6, 58 *Ibi corruere me poſſe ajebat divitias.* ¶ 3. Eſt labefactare, evertere, fällen, umſtürtzen. Catull. 69, 52 *Scitis & in quo me corruerit genere.* Lucret. 5, 369 *Corruere hunc rerum violento turbine ſummam.* Add. Id. 3, 825. Peculiariter Apul. Met. 8 p. 204 *Charite, velut gravi tonitru percuſſa, corruit corpus, & obnubilavit animam.*

¶ Concorruo, *ere*, ſimul ruere, zugleich umfallen. Saresb. epiſt. 235 *Membra capiti ſuo concorruunt.*

¶ Supercorruo, *ĕre*, über einander fallen. Val. Maximus 5, 6, 5 *Telis obrutus ſupercorruit.*

¶ Deruo, *ĕre*, deorſum ruere, cadere, niederfallen. Apul. 7 Met. p. 196 *Si oneris impatientia delapſus deruiſſem.* ¶ 2. Detrahere, herunter reiſſen. Vid. verba Ciceronis in *Ruo* n. 7.

¶ Diruo, *ĕre*, dejicere, deſtruere, einreiſſen, umwerfen. Ter. Adelph. 5, 7, 10 *Hanc in horto maceriam jube dirui.* Liv. 1, 29 *Fragor tectorum, quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur.* Sed *Ære dirui*, quid ſit, vide in *Æs* n. 6.

¶ Dirūtus, *a*, *um*, niedergeriſſen, umgeworfen; ut, *Muri diruti*, Nep. 9, 4, 5. *Arbuſta diruta*, Virg. Æn. 10, 363. *Dirutæ & deſertæ urbes*, Cic. ad Qu. frat. 1, 1, c. 8. ¶ 2. *Dirutum ære militem*, ut Feſtus explicat, *dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non erat datum, quod æs diruebant in fiſcum, non in militis ſacculum.* Hanc formulam etiam Plinio 34, 1 pr. reddidit Harduinus, laudato Feſti loco, & fragmento Varronis ex Nonio 12, 153 *Stipendium ſive æs militi dabatur*,

tur, cui datum non ſit propter ignominiam, ære dirutus eſſet. Eandem Livio Klockius reſtituit 7, 41 *Vt de ſtipendio equitum æra dirucrentur*, vulgo *demerentur*, quod magis probat Drakenborch. v. Lipſ. de milit. Rom. l. 5 Dial. 18. Donat. ad Liv. 24, 18; Schelium ad Polyb. de Caſtram. Rom. c. 3. It. Cic. Verr. 5, 13, vide ſupra in *Æs* n. 6.

¶ Dirutor, *ōris*, m. qui diruit, apud Hieronymum.

¶ Eruo, *ĕre*, extrahere, ausziehen, ausräufen; ut, *Eruere herbas*, Plin. 11, 37 ſect. 60. *Arborem eruere*, Virg. Æn. 2, 628. *Eruere ex tenebris*, Cic. Agrar. 1, 1 aus dem finſtern hervor ziehen. Id. pro Mur. c. 7 *Ex annalium vetuſtate memoriam nobilitatis eruere*, heraus ſuchen. Et Tuſc. 1, 13 *Scrutari vetera, & ex his aliqua eruere*, hervor bringen. ¶ 2. Sed, *Eruere civitatem*, eſt diruere, evertere, zerſtoren, Tac. Hiſt. 4, 72, 1.

¶ Erutus, *a, um*, ausgegraben, ausgeriſſen; ut, *Mortuus erutus*, Cic. de Divin. 1, 27; & Nepos 4, 5, 5. Et, *Radicibus eruta pinus*, Virg. Æn. 5, 449. *Aurum erutum terra*, Stat. 4 Silv. 7, 15.

¶ Irruo, *ĕre*, irrumpere, einen einfall thun. Ter. Adelph. 1, 2, 8 *Fores effregit, atque in ædes irruit alienas.* Cic. Fin. 2, 19 *In mediam aciem irruere*, mitten in den haufen hinein dringen. *Irruere in odium*, Id. Verr. 2, 12, ſich verhaſt machen. Ter. Eun. 4, 7, 18 *Quam mox irruimus?* wenn laufen wir ſturm? Vbi Donatus: IRRVERE *proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt.*

¶ Superirruo, *ĕre*, drüber fallen. Victorinus Pictavienſis de 7 Maccabæis v. 265 *Paruit, & dicto citius ſuperirruit ignes.* Poteſt tamen etiam diviſe ſcribi: *ſuperirruit*, id eſt, *ſuper ignes irruit.*

¶ Obruo, *ĕre*, terra operire, verſcharren; ut, *Obruere theſaurum*, Cic. de Senect. c. 7. Nepos 14, 11, 2 *Compluribus locis ſeparatim gladios obruit.* Et, *obrui nivibus*, Liv. 5, 2. *Obruere lapidibus, ſaxis*, Curt. 3, 4, 11; & 6, 11, 38 ſteinigen. *Obrui vetuſtate*, Plin. 11, 17 pr. veralten. *Perpetua oblivione adverſa obruere*, Cic. de Fin. 1, 18, vergeſſen ſeyn laſſen. *Memoriam & nomen alicujus obruere*, Cic. de Ar. Reſp. c. 2, unterdrücken. Sic, *Dignatione eum obruerat*, Vellej. 2, 69, 3. *Obrui magnitudine negotii tamquam fluctu*, Cic. ad Qu. fr. 1, ſub init. *Obrui copia &c.* überſchüttet werden, Id. Tuſc. 2, 1. Et, *Ære alieno obrui*, mit ſchulden beladen ſeyn, Id. Att. 2, 1 ſub fin. v. ad Liv. 6, 17. *Obruere vino mentis calorem*, Petron. c. 5. Ita Quint. 1, 11 p. 118 Burm. *Qui corporis cura mentem obruerunt.*

¶ Obrutus, *a, um*, bedeckt, überladen; ut, *Ignis obrutus cinere*, Lucret. 4, 924. *Miles nivibus pruinisque obrutus*, Liv. 5, 2. Et, *Vitiis obrutus*, voll laſter, Nepos 4, 1, 1. *Obrutus aquis*, erſäuft, Ovid. Heroid. 1, 6. *Semina ſulcis obruta*, eingeſcharret, Id. Met. 1, 123. *Obruta & merſa fœnore pars civitatis*, Liv. 6, 17. *Mergentibus ſemper ſortem uſuris, obrutum fœnore eſſe*, ibid. 14. *Obruta ſomno legio*, ſchlafend, Stat. Theb. 10, 194. *Obruta morbo corpora*, krank. Claud. in Eutrop. 2, 11. Et Petron. in Fragm. p. 676 *Virtus medio jacet obruta cœno.*

¶ Obrendārium, *i*, n. eſt locus in pavimento ad obruenda cadavera relictus: vid. Fabrett. Inſcript. p. 15. Sæpe etiam inſcriptionibus leguntur *vaſa obrendaria*, quæ nihil aliud videntur eſſe, quam quæ *ſictilia ſarcophaga* vocantur inſcript. apud Gruter. p. 607.

¶ Adobruo, *ĕre*, decompoſitum, quod eſt terra multa ſepelire, mit erde gantz bedecken, zuſcharren; ut, *Semina ſarculis adobruere*, Columell. 2, 11 & 12. Adde 4, 15; & 5, 5.

¶ Circumobruo, *ĕre*, umher bedecken; ut, *Folia circumobruere*, Plin. 19, 5 (ſect. 26 Harduin)

¶ Exobruo, *ĕre*, umſtürzen, ausleeren; ut, *Dolium exobrutum*, Apul. Met. 9 (Elmen. p. 219, Pricæi p. 190), atque ita etiam MS. Oxon.

¶ Inobrutus, *a, um*, non obrutus, unverſcharrt. Ovid. Met. 7, 356 *Deucalioneas effugit inobrutus undas.*

¶ Semiobrutus, *a, um*, halb verſcharrt. Apulejus Met. 9 poſt principium: *Dolium ſemiobrutum*, halb umgeſtürzt.

¶ Superobruo, *ĕre*, überſchütten. Propert. 4, 4, 91 *Dixit & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.*

¶ Superobrutus, *a, um*, über und über bedeckt. Auſon. Epitaph. Her. 25, 3 *Hic Hecuba injectis perii ſuperobruta ſaxis.*

¶ Prōruo, *ui, ūtum, ĕre*, umwerfen. Horat. 1 od. 35, 13 *Injurioſo ne pede proruas Stantem columnam.* Liv. 26, 13 *Aliam a fundamentis proruere*, von grund auf ausrotten, verwüſten. Sen. Qu. Nat. 7, 28 *Vrbes terrarum molibus prorutæ ſunt.* ¶ 2. Sed, *foras omnes prorunt ſe*, i. e. prorumpunt, Ter. Eun. 5, 5, 51. *Proruere in hoſtem*, auf den feind losgehen, Curt. 4, 16, 6. Gronov. ad Tac. Annal. 1, 18 *proruere*, pro incurrere, impetum facere, a bonis ſcriptoribus non uſurpari, dicit. v. Drakenb. ad Sil. 7, 566. ad Liv. 25, 39. ¶ 3. Neutraliter Chryſol. Serm. 6 *In faciem cœli proruunt ſeniores.*

¶ Prorutus, *a, um*, niedergeriſſen; ut, *Prorutum vallum*, Vellej. 2, 63, 1; & Liv. 4, 29, v. ibi Gronov. Sic, *Proruti lapidum cumuli*, Curt. 2, 3, 7. *Proruta gramina*, Stat. Theb. 4, 819. Add. Drak. ad Sil. 1, 373.

¶ Semirŭtus, *a, um*, halb eingeriſſen; ut, *Vrbs ſemiruta*, Liv. 5, 49. *Tecta ſemiruta*, Id. 10, 4. Et, *Semirutus murus*, 32, 17. Et Flor. 2, 15, 13 *Plus negotii fuit cum ſemiruta Carthagine, quam integra.* Vbi plura exempla Freinshemius in Indice obſervat contra illos, qui ſolum Florum hac voce, & primum uſum eſſe voluerunt: quos jam ante Salmaſius quoque notaverat. Adde Statii 5 Silv. 3, 104 *Semirutos Parthenopes vultus.* V. & Barth. ad Rutil. Itiner. 1, 226 p. 96.

¶ Subruo, *ĕre*, ſubverterē, umreiſſen, einreiſſen, fällen; ut, *Subruere murum*, Cæſ. B. Gall. 2, 6. *Afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit*, Liv. 21, 11; 34, 29. *Ne multorum ſecuritas ſubruatur*, Plin. 10 epiſt. 112. *Subruere aliquem muneribus*, Horat. 3 od. 16, 14.

¶ Subrŭtus, *a, um*, umgeworfen, weggeriſſen; ut, *Subruta cuniculo mœnia*, untergraben und eingeworfen, Liv. 21, 11. *Arena fluctibus ſubruta*, Vitruv. 5, 12. *Subruta parte ima*, Colum. 5, 9.

¶ Superruo, *ĕre*, cum accuſativo & dativo, auf etwas oder über einander fallen. Apul. Met. 1 p. 109 *Ego de alto decidens Socratem ſuperruo.*

¶ Superruens, *tis*. Apul. Met. 2 p. 126 *Corpori ſuperruens.* Ammian. 16, 12 *Acervis ſuperruentium obruti.* Id. 17, 7 *Superruentium colliſi ponderibus*, conf. 19, 11. Modo non melius dividatur.

RVPES, *is*, fœm. ῥώξ, pars terræ aut montis prærupta, ein felß. Virg. ecl. 1, 57 *Alta ſub rupe.* Et Æn. 1, 162 *Vaſtæ rupes &c.* Cæſ. B. G. 2, 29 *Oppidum in circuitu altiſſimas rupes habet.* Id. B. C. 1, 70 *Ex magnis rupibus nactus planiciem*, Liv. 32, 4 *Nec altitudine ſolum tuta urbs, ſed quod ſaxo undique abſciſſo, rupibus impoſita eſt.*

¶ Rupinæ, *arum*, f. pl. Iſidoro in Gloſſ. abrupta montium, ſteinklüfte. Vſus aliquoties Apulejus; ut 6 Met. p. 184 *Vides iſtas rupinas proximas, & præacutas in his præminentes ſilices.* Et 7 p. 193 *In proximas rupinas præcipites dedere &c.* Adde Voſſ. Etym. in *Rupes.*

¶ Rūpĭcăpra, *æ*, f. capra ſilveſtris, eine gemß. Plin. 11, 37 *Rupicapris adunca cornua.* conf. 28, 17; & 8, 53.

RŬPEX, *ĭcis*, m. ſic enim rupicem *Charadrium* avem vertit Gaza ex Levit. & Deut. Avis eſt aquatica, lucifuga & parva, ein griel, moosgriel. Morbo regio medetur inſpecta, quemadmodum in Problematibus ſuis Plutarchus oſtendit. Quin & omnem languorem ab ægroto aufert, ſi aciem oculorum in eum direxerit, ſed ſi moriturum animadvertit, intueri eum recuſat. v. Chil. *Charadrium imitans.* ¶ 2. *Rupices* a rupibus dicebantur & ruſtici, ut & *petrones* a petrarum aſperitate appellabantur, ut Feſtus docet, grobe ungeſchliffene tölpel, bauerröckel. Gell. 13, 9 *Sed enim veteres noſtri non usque adeo rupices & agreſtes fuerunt.* Similiter Tertull. de Pallio c. 5 *rupices* opponit *urbanis*: v. ibi Salmaſ. p. 282. Idemque *dectis* ac *ſapientibus* opponit, de Anima c. 6: *Quid autem*, inquit, *facient tot ac tantæ animæ rupicum & barbarum, quibus alimenta ſapientiæ deſunt?* conf. Apol. c. 21. Adde Lucil. ap. Feſtum in *Squarroſi.* ¶ 3. Novæ Salvianus 1 de Gub. Dei p. 34 lapideas tabulas, in quibus decalogus ipſius Dei digito inſcriptus fuit, *rupices paginas & ſaxeum volumen* appellat.

¶ Rūpĭco, *ōnis*, m. homo nullius pretii, ein grober bengel. Apul. Florid. p. 344 *Rupiciones, bajuli, tabernarii.*

Rupinæ, vide *Rupes*, Ruptim, ruptio, ruptor, ruptura, *Rumpo.*

Ruralis, rurari, ruratio, ruricola &c. vide mox in *Rus.*

RVRSVM, & RVRSVS, adverb. loci, zurück. Ter. Hec. 3, 1, 35 *Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum*, hinter und vor ſich, hin und wieder. Sic, & *Rurſus prorſus meare, reciprocare*, Varro & Ennius ap. Nonium 4, 402, ubi per *retro* explicat. *Rorſum vorſum*, Plaut. Epid. 2, 2, 63. ¶ 2. Et, *Rurſum*, e contrario, vice verſa, hinwiederum. Ter. Eun. 2, 2, 20 *Id rurſum negant, laudo id quoque.* Sæpe ita Tac. ut Hiſt. 2, 43, 2 *Primani, ſtratis una viceſimanorum principiis, aquilam abſtulere: quo dolore accenſa legio, & impulit rurſus Primanos &c.* RVRSVS, i. e. verſa vice. Et Agric. c. 28 *Quem caſum neque ut plerique fortium virorum ambitioſe, neque per lamenta rurſus ac mœrorem muliebriter tulit.* ¶ 3. Significat *iterum*, noch einmal, aufs neue. Virg. Æn. 2, 655 *Rurſus in arma feror.* Et v. 401 *Scandunt rurſus equum &c.* Et ex Nævio Chariſ. 2 p. 193 *Auſus rurſus verbum cum eo facere.* Ter. Eun. 1, 1, 15 *Induciæ, bellum, pax rurſum*, id eſt, denuo, bald wiederum friede. ¶ 4. Interdum elegantia veteri abundat. Plaut. Pœn. prol. v. 79 *Revertor rurſus denuo Carthaginem.* Cæſ. B. C. 4, 4 *Tridui viam progreſſi rurſus reverterunt.* Sic, *rurſus reducere legiones*, Cæſ. B. G. 6, 1. Et, *Rurſus renovare curſum*, B. C. 3, 92. Suet. Cæſ. c. 2 *Quem rumorem auxit intra paucos dies rurſus repetita Bithynia.* Et c. 17 *Recidit rurſus.* Tac. Germ. c. 18 extr. *Rurſus referant, Samnites in Apuliam verſos rurſus ad Caudium revocavit*, Liv. 9, 27. *In Peneſtas rurſus exercitum reducit*, 43, 20. Claud. in Ruſin. 1, 359. *En tibi priſca fides revocataque ſecula rurſus, Vt, rebare, vigent.* V. Erhardus ad illud Petronii c. 23 *Rurſus Quartilla ad bibendum revocavit.*

RVS, *ruris*, n. agrorum & villarum locus, ein feld, landgut, acker. Vetus auctor de Limit. ap. Rigalt. p. 299 RVRA, inquit, *veteres incultos agros dicebant, id eſt, ſilvas & paſcua.* Sic, *Rus amœnum*, Cic. pro S. Roſc. c. 46. *Rus ibo*, Ter. Eun. 1, 107. *Ruri eſſe*, Cic. pro Cluent. c. 51. Et, *Ruri habitare*, Off. 3, 31. *Ruri ſe continere*, Ter. Phorm. 2, 2, 16 *Rure venire & redire*, Ter. Eun. 5, 5, 25. Cic. de Orat. 2, 6 *Rus ex urbe, tamquam ex vinculis, evolare.* Val. Max. 6, 9, ext. 1 *Vt a patre rus relegatus agreſti opere fatigaretur.* Aurel. Vict. de V. Ill. 23 *F. Manlius Torquatus ob ingenii & linguæ tarditatem a patre rus relegatus.* Plauto Truc. 2, 2, 14 *Rus merum*, homo ruſticus, incultus, inficetus dicitur. Catull. 22, 14 *Inficeto inficetior rure*, ein recht grober kerl. Ablativum *rure*, & *ruri* indifferenter fere adhiberi, docet Malaſp. ad Cic. Att. 13, 49.

¶ Ruſculum, *i*, n. diminut. Gell. 19, 9 *ſub urbe in ruſculo*, id eſt, prædiolo.

¶ Ruſculentia, *æ*, f. ἀγροικία, ruſticitas apud Plaut. Truc. 3, 2, 7, ubi vulgo *Truculentia*, vid. Taubman. in Plaut. p. 1435, & Parei Lex. crit. p. 1102.

¶ Rūrīna, vel Ruſina, *æ*, f. Dea ruris, cui rura committebant Romani, Auguſtin. de C. D. 4, 8.

¶ Rūro, *are*, & Ruror, *ari*, ruri agere, ruſticari, das feld bauen. Plaut. Capt. 1, 1, 16 *Dum ruvent homines.* Et Varro ap. Nonium 2, 731 *Dum in agro ſtudioſius ruror.*

¶ Rurātio, *ōnis*, f. der feldbau. Apul. Apol. p. 310 *Iſte nec Diis rurationis, qui eam paſcant ac veſtiant, fugetis ullas, aut vitis, aut gregis primitias impertit.* Et 2 Florid. p. 350 *Ruratio omnis in ſarculo & ſarculo.*

¶ Rūrālis, *e*, ad rus pertinens, bauerisch. Cæſ. B. G. 3, 14 *Rurales falces.* Vulgo quidem *murales* legunt: verum etiam Metaphraſtes γεωργικῶν δρεπάνων Græce vertit. Macrob. Sat. 5, 2 *Theocritus, paſtoralis operis auctor; Ruralis, Heſiodus.* Ammian. 30, 7 *Ruralia negotia.* Sidon. 8, 8 *Ruralium operum negotioſus.* Et Iuvenc. de Ioanne Baptiſta 1, 325 *Edere loca ſtas ſolitus ruralibus avvis.*

¶ Rūrālĭter, adverb. more ruralium, nach bauer-art. Caſſiodor. Var. 3 epiſt. 51 *Nec dum fundatis ædificiis ruraliter.*

¶ Rūreſco, *ĕre*, verwildern. Verbum hoc obſoletum Chariſius p. 105 retulit ex Ennio: *Rureſcant frondes*: al. *rareſcant.*

¶ Rureſtris, *e*, bäuriſch: ut, *Opus rureſtre*, Paul. IC. l. 99 Dig. de legat. & fideic. lib. 3. *Rureſtre vocabulum*, Apul. 4 Met. p. 143 *Rureſtres campi*, Id. 7 p. 194. *Rureſtris tibia*, eine feldpfeife, Mart. Cap. 9 p. 307.

¶ Ruſticus,

¶ Rustĭcus, *a, um*, quidquid ad rus, seu rem rurestrem pertinet, zum feldbau gehörig, bäurisch; ut, *Instrumentum rusticum*, id est, quo ad colendum rus opus est: Ovid. Art. am. 2, 184 *Rustica aratra.* Cic. pro Rosc. Am. c. 27 & Quint. 2, 4 *Vita rustica*, das landleben. Cic. de Orat. 1, 58 *Res rusticas vel fructus vel delectationis causa invisere.* Rusticæ rei ac vitæ suavitatem passim commendant poetæ. v. g. Horat. Epod. 2. Ovid. Rem. am. v. 169-206. Virg. Georg. 2, 458 sqq. &c. ¶ 2. *Rustici* etiam dicuntur, qui colunt in rure, exercentque rus, bauern, bauer-leute. Horat. 2 sat. 2 pr. *Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva.* Id. 1 epist. 2, 42 *Rusticus expectat &c.* Id. 2 epist. 2, 39 *Catus, quantumvis rusticus.* Et Virg. Georg. 2, 405 *Acer rusticus.* Horat. 3 Od. 23, 2 *Rustica Phidile.* ¶ 3. Denique & *rustici* dicuntur, qui imperiti vivendi inconditisque & impolitis moribus sunt, ut ii sunt ferme, qui ruri degunt, civilis habitus expertes, arob, ungeschickt, tölpisch, quibus *urbani* atque *civiles* opponuntur; quorum ut est in omni conversatione se gratos jucundosque præbere: ita alteri expertes elegantiarum decorique facile offendunt, & ipsi etiam fere solitudinem magis quam consuetudines hominum sectari solent. Quare & Ovidius puellas illas, quæ aversantur amatores, & voluptates atque delicias parum curant, *Rusticas* appellat de Remed. am. 1, 350 *Et poterit dici petulans, quæ rustica non est; Et poterit dici rustica, si qua proba.* It. am. 3, 10, 17, de Cerere *Nec tamen est, agros quamvis colat illa feraces, Rustica nec viduum pectus amoris habet.* Virg. ecl. 3, 84 *Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam*, h. e. incomtior, rudior. *Silvestris* vocabulo hac ratione usus est Sen. Hipp. de quo suo loco, & infra in *Truculentus.* Sic, *Homines rustici & agrestes*, Cic. Phil. 10, 10. *Rustici mores*, Id. pro Rosc. Am. c. 27. *Manus indoctæ ac rusticæ*, Quintil. 1, 11. Ita *Rustici* in genere S. Hieronymo sunt indocti, & indiserti, v. Gronov. Observat. ad Script. Eccles. c. 19. Compar. Gell. 17, 2 *SERMONARI rusticius videtur, sed rectius: SERMOCINARI crebrius est, sed corruptius.* Et Sen. epist. 88 *Simus hoc titulo rusticiore contenti: O virum bonum!* ¶ 4. Est etiam cognomen *Rusticus* in familiis Antistia, Fabia, Iunia, Ovinia.

¶ Rustĭce, adv. bäuerisch, ungeschliffen; ut, *Rustice facere*, Cic. Att. 12, 36. *Vrgent rustice sane*, Id. Off. 3, 9. *Rustice squalere*, Apul. Met. 5 p. 172. Compar. *Rusticius toga defluit*, Horat. 1 sat. 3, 31.

¶ Rustĭculus, *a, um*, adject. diminut. etwas bäurisch; ut, *Rusticulus libellus*, Martial. 10 epigr. 19. *Nomen rusticulum*, Auson. Edyll. 7 de Bissula v. 4. *Rusticulas vexare lupas*, Prudent. in Symm. 1, 105; al. *ruricolas.* ¶ 2. Substantive Cic. pro Sext. c. 38 *Sensit rusticulus non incautus.* Et Arnob. 7 p. 244 *Rusticulo cuidam, forte humilitatis obscuro Iovem per insomnium dixisse &c.*

¶ Rustĭcula, *æ*, f. avis, quæ & perdix rustica major, eine schnepfe, schnepfhuhn; ut, *Rusticula silvatica*, eine holtz-schnepfe. *Rusticula minor*, quæ & *gallinago*, eine gras-schnepfe. Gesner. Ita Martial. 13 epigr. 76 de rusticula: *Rustica sum perdix, quid refert, si sapor idem est?*

¶ Rustĭcellus, *i*, m. aliud diminut. a *rusticus*, Varro apud Plinium 7, 20 *Rusticellus*, inquit, *Hercules appellatus.*

¶ Rustĭcĭtas, *ātis*, f. vitium urbanitati contrarium, quod in imperitia elegantiarum & negligentia ac odio voluptatum positum est, die unhöfligkeit, einfalt. vid. Quintil. 6, 3 p. 531. Plin. 1 epist. 14 *Patria Brixia multum adhuc rusticitatis antiquæ retinet ac servat.* Ovid. Heroid. 17, 186 *Rusticitas excutienda est.* conf. Heroid. 20, 59; & Amor. 8, 44. Ita de Art. am. 1, 672 *Rusticitas non pudor ille fuit.* Plin. 35, 4 *M. Agrippa vir rusticitati propior quam deliciis.* Et paullo post *Torvitatem* appellat. B. Hieron. epist. 1 *Quanto magis nos, expolito jam artibus mundo, id non debemus omittere, quod illi sibi præsiterunt, quod quos erat cruda rusticitas, & qui humanitatem quodammodo nesciebant.* Et epist. 43 *Ita responsum habeant, non adeo me hebetis fuisse cordis & tam crasse rusticitatis &c.* id est, imperitiæ. ¶ 2. *Rusticitas* aliquando cultum seu statum rusticum sive rem rusticam significat, das bauerwesen. Pallad. præf. de initione: *Et nostræ studium non condemnabile Musæ, Verbanum fari rusticitatis opus?* i. e. quod ad vitam seu cultum rusticum pertinet. Sic in fine libelli: *Carmina tu duros inter formata bidentes Aspera, sed miti rusticitate, leges.* Vbi *rusticitas* non de Pamphilo, quem ibi alloquitur, ei enim hunc dedicarat libellum) sed de ipsis carminibus accipienda est. Nam *carmina miti rusticitate* vocat, respectu materiæ, quod opus rusticum tractent: *mitem autem rusticitatem* dixit, quod placidum tranquillumque sit vitæ genus, quod degitur ruri. ¶ 3. Lege 3 § 3 Cod. de defens. civit. *Rusticitas* pro ipsis rusticis, sicut *humanitas* aliquando pro ipsis hominibus, dicitur, das bauervolck. *Utili ratione*, inquit Imperator, *prospectum est, ut innocens & quieta rusticitas peculiaris patrocinii, id est, defensoris locorum beneficio perfruatur.*

¶ Rustĭcor, *ari*, auf dem lande wohnen. auf den gütern leben. Cic. pro Arch. c. 7 *Studia pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.* Id fam. 16, 23 *Liceat modo rusticari.* Id. de Leg. 1, 3 *Dies ad rusticandum dati.* Add. Id. de Orat. 2, 6; Colum. 11, 1; & Sidon. 8 epist. 6.

¶ Rustĭcatus, *us*, m. das bauerleben, landleben. Cic. Att. 12, 1 *Quid garriat in rusticatu, quid scribat ad te.* Alii: *Quid garriat: sin rusticatur &c.*

¶ Rustĭcatio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Amic. ult. *Peregrinationes, rusticationesque communes.* Colum. præf. lib. 6 *In rusticatione antiquissima est ratio pascendi*, conf. Lib. 11, 1 & lib. 1 & 8; Auson. Ep. [illegible].

¶ Rustĭcātim, adverb. bäuerisch, tölpisch. Pomponius, vetus poëta apud Nonium 2, 747 *Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.*

¶ Rustĭcānus, *a, um*, ad rus aut rusticum pertinens, bauerhaft, bäuerisch; ut, *Vita rusticana*, idem quod rustica, Cic. pro Rosc. Am. c. 15. Et, *Rusticana municipia*, paullo ante eod. cap. *Rusticani homines nihil præterea aliud curant, nisi villulas, nisi agros, nisi nummulos*, Id. Att. 8, 13. *Rusticanum oratorem ne contemseris*, v. Chiliad. *Buseque rusticani*, Sidon. 1 epist. 6.

¶ Rustĭcārius, *a, um*, idem; ut, *Falces rusticariæ*, Varro de R. R. 1, 22. Sed melius *rusticæ.*

¶ Rūrĭcola, *æ*, m. qui rus habitat, ein bauersmann, bauer. Col. 10, 337 *Hæc ne ruricolæ paterentur monstra.* Sil. 8, 447 *Ruricolæ Vmbri.* ¶ 2. Qui rus exercet, vel saltem exercitationis illius instrumentum est; ut, *Aratrum ruricola*, Ovid. Trist. 4, 6 pr. & *Boves ruricolæ*, Id. Met. 5, 479. *Lupæ ruricolæ*, Prudent. in Sym. 1, 105. *Formicula ruricola*, Apul. Met. 6 p. 177.

¶ Rurĭcōlāris, *e*, adject. idem. Venantius Fortunatus lib. 1 de vita Martini v. 326 *Cultores ruricolares.*

¶ Subrustĭcus, *a, um*, etwas bäurisch. Cic in Orat. c. 48 *Subrusticum videtur.* Id. fam. 5, 12 pr. *Pudor pæne subrusticus.*

¶ Subrustice, adverb. idem. Gell. 20, 11, sive potius præf. Oper. *Incuriose, immediate, ac prope subrustice inscribere aliquid.*

RVSCVS, *i*, m. & Ruscum, *i*, n. planta, quæ & myrtus silvestris, Germani brüsch, dicunt &, mäusdorn, arcendis enim muribus aptissimus est. Græcis ὀξυμυρσίνη est, & μυρσίνη ἀγρία, hoc est, *myrtus sylvestris.* Germinat asparagi modo, Matthiol. Virg. ecl. 7, 42 *Horridior rusca;* ubi *rusto* ex veteri libro Gisanius legi vult indice Lucret. in *Vnda.* Id. Georg. 2, 413 *Aspera ruscі Vimina per silvam.* Vet. Gloss. *Ruscum*, χαμαιδάφνη, κυνοξάτον, ἔδος βοτάνης. Add. Colum. 7, 10; Plin. 23, 9; & 21, 16.

¶ Ruscarius, *a, um*: ut, *Ruscaria falx*, h. e. ruscis secandis apta, ex Catone R. R. 11, 4. Varr. R. R. 1, 22. Al. *Rustarius* in *Rustum. Ruscarias* tuetur Gesnerus ad Cato. l c.

¶ Rusco, *are*, i. e. runcare, Tertulliano restitutum ivit Havercamp. ad Apolog. c. 4. vide *Rustare* in *Rustum.*

RVSPĪNA, *æ*, f. oppidum Africæ, Plin. 5, 4; & Sil. 3, 260.

RVSPOR, *ari*, & Ruspo, *are*, quasi *ruendo spare* ad rem pervestigandam, est scrutari, quærere, suchen, forschen. Accius ap. Nonium 2, 744 *Animo ruspari Phrygas.* Idem ibid. *Ruspantes sirvas.* Et alius poëta apud Festum: *Latebras ruspans.* Altera forma Tertull. de Pallio c. 2 *Alibi stipantem copiam, alibi deserentem runcare atque ruspare*; i. e. amovere obruentem, & quærere deficientem. v. Iunii Not. p. 9.

¶ Ruspans, *tis.* Ex Accio & Festo vide in *Ruspor.*

¶ Conruspor, vel Corruspor, *ari*, conquirere, zusammen suchen. Plautus apud Festum: *Conruspare tua consilia in pectore*, bedencke dich wohl.

Russatus, russeolus, russeus &c. vide *Russus.*

RVSSI, *orum*, m. qui & *Rutheni*, hodie vulgo dicuntur *Moscovitæ*, die Rußländer, Russen, Reussen. Sed & *Russi* in Polonia. Nam ¶ Russia, *æ*, f. Ruthenia, Rußland, Reussen, alia est Polonica, quæ & *Roxolania*, sive *Russia parva* & *rubra*, klein oder roth Reussen: alia Lithuanica, sive *Russia alba*, weiß Reussen: alia Moscovitica, quæ est *Russia magna* vel *nigra*, groß- oder schwartz-Reussen, Moscau, v. Geogr.

¶ Russĭcus, *a, um*, Reußisch; ut, *Russicum imperium.*

RVSSVS, *a, um*, ξανθός, rutilus, ruber, röthlich. Cato apud Festum: *Mulieres russa facie.* Catullus, ut Apulejus Apolog. citat p. 277 *Dentem atque russum defricare gingivam.* Sic, *Lutea russaque vela*, Lucret. 4, 73. *Tunicæ russæ*, militares, id est, φοινικίδες, apud Trebell. Poll. in Claudio c. 14. De *russo* colore exquisite disputat Scaliger in Exercit. 325 sect. 13. Vide & Filium in Varr. Conject. p. 147. Salmasius ad Flav. Vopisc. p. 334 observat, *russo colore*, non rubrum tantum, sed flavum etiam, vel croceum contineri.

¶ Russeus, *a, um*, idem quod *Russus.* Exstat apud Tertull. de Spectaculis c 9 aliquoties. Et Petron. c. 27 *Tunica vestitus russea.* vide mox plura in *Russatus.* Sed & Cato apud Festum p. 415 *Cave ne aureæ russea facie*, i. e. russeo colore. Et Pallad. Mart. t. 13 *Præcipuus equi color est russeus*, roth schimmel.

¶ Rusculus, *a, um*, diminut. ut, *Russulæ fasciolæ*, Capitol. in Albino c. 5. Et, *Tunicæ rutilulæ*, Vopisc. in Probo c. 4.

¶ Russĕŏlus, *a, um*, aliud diminut. ut, *Russeola sanies*, Prudent. Peristeph. 11, 130.

¶ Russātus, *a, um*, roth gefärbt; unde *Russata* substantive pro *Russa vestis*: Isidorus 19, 29 *RVSSATA sub consulibus Romani* [illegible] *sunt milites: unde etiam RVSSATI vocabantur.* Hinc Tertullianus de Christiano milite loquens lib. de Corona c. 1 *Et nunc sanguine suo rubricatus, spe calceatus*; nam dum *russatus* & *calceatus* dicit, ad militarem habitum respicit. Verum *Russati*, non milites tantum, de quo Rubenius etiam in Electis 2, 12; sed & quædam species agitatorum, sive aurigarum, Circensium, sic appellata a panni colore, quo ornati erant. Eorum enim quatuor factiones erant, quæ diversorum colorum pannis, *Albi*, *Veneti* sive *Cineritii*, *Russi* & *Viridis*, distinguebantur. Qui colores anni tempora quatuor referebant. Soli enim hoc ludicrum sacrum erat, qui anni tempora moderatur; *Viridis* igitur Ver, *Russis* æstatem, *Albus* auctumnum, *Venetus* vero hiemem designabat. V. Cassiod. 3 Var. epist. 51, itemque Coripp. 1 de laudibus Iustini v 311 seq qui tamen in eo a Cassiodoro divertit, quod *Venetum colorem* auctumno; *Album* propter nivem & pruinam hiemi tribuit. Sed apud utrumque *roseus* pro *russeus* seu *russeus* sive *ruseus* legitur. Quod nescientes το *Roseus* a *Rosa* ductum putarunt. Quapropter cum apud Corippum alias legeretur: *Roseus æstatis rubrorum veste refulgens &c.* recentior editor Mich. Ruizius in Plantiniana, suffulciendum versum ratus trajectis vocibus ita versum constituit: *Æstatis roseus &c.* Sed *Roseus* non a *rosa* est, sed *russeus*, sive *Ruseus* est, ut paullo ante monuimus. Vnde recte Andr. Rivinus edidit *Russeus æstatis &c.*

Rusticanus, rusticus &c. vide paullo ante in *Rus.*

RVSTVM, *i*, n. rubi genus, ut ex Festi fragmento apparet, nisi ibi *Ruscum*, legas. vide & Gisanii Lexic. Lucret. in *Vnda.* Hinc est ¶ Rusto, *āre*, apud Tertull. Apol. c. 4 *Scoribus rustatis & cæditis.* Alii pro *rustatis* habent *truncatis*; Sed Havercamp. *ruscatis* quod multis probat. Adducitur & de Pallio c. 2 *Runcare atque rustare instituit*: ut genuina vocis notio sit evellere atque cædere, & quidem rubos seu senticeta. Sed & ibidem pro *rustare* legitur *ruspare.* vid. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 117 & confut. Cercoet. p. 122. Consule etiam Gœsii Indicem in Rei agr. Auct. in *Subruncivi.* & Gesn. ad Cato. R. R. 11, 4.

¶ Rustā-

¶ Ruſtārius, *a, um,* ad rubos exſcindendos faciens; ut, *Ruſtariæ falces,* Varr. R. R. 1, 22. Aliis tamen & hic melius eſt *Ruſticariæ,* vel *Ruſcariæ* a *Ruſcus*; Ex Cat. v. ibid. *Ruſcarius.*

RŪTA, *æ,* f. herba dicta, quod propter multiplices, quos de ſe præbet, uſus maxime eruatur. Peculiaris ei auctoritas eſt propter venena, adverſus quæ remedium præſens exhibet, die raute, weinraute. Macer 1, 12 de Ruta: *Vtilis eſt valde ſtomacho, ſi ſæpe bibatur. Obſtat pota mero, vel cruda comeſta venenis. Hoc Mithridates rex Ponti ſæpe probavit, &c.* Ovid. Remed. Am. 2, 801 *Acuentes lumina rutas* dixit. Add. Celſ. 5, 2, 21 & 22; &c. Clearchus Heracleota, tyrannus, cum multos cives violenter interimeret, multisque cicutam bibendam ex improviſo dare conſuevifſet, nullus poſtea civium domo prius exibat, quam rutam comediſſet. Eam enim ſi quis prius comedat, nihil omnino peti a veneno dicunt: Athenæus. v. Plin. 20, 13. ¶ 2. In Petron. Fragm. Trag. p. vel c. 37 & 58 *In rutæ folium conjici,* proverbii habet ſpeciem, & ſignificat in ſpatium minimum cogi contrahique poſſe. v. ibi Scheffer. p. 74, & Reineſ. p. 58; & in alia omnia abeuntem Burm. p. 160 ſq.

¶ Rūtula, *æ,* f. diminut. Cic. fam. 9, 22 *Volo mentam puſillam ita appellare, ut rutulam: non licet.*

¶ Rūtāceus, *a, um,* von raute; ut, *Corona rutacea, Sertum rutaceum,* in inſignibus ducum Saxoniæ unde ſit, tradit Dreſſer. part. 2 Iſagog. Hiſt. Millenar. 6 p. 435, & Struvius Ien. peculiari diſſert. *Rutaceum oleum,* rauten-öl, Plin. Valer. 2, 28.

¶ Rutātus, *a, um,* aliud adject. ruta conditus, mit raute angemacht; ut, *Muſtum rutatum,* id eſt, ruta medicatum, Plin. 19, 8. *Rutati lacerti,* Martial. 10 epigr. 48.

Ruta, *orum,* rutabri, rutabulum, rutellum, vide ſupra *Ruo.*

RŪTHĒNIA, *æ,* f. Reußland, Ruſſia, Moſcovia.

¶ Ruthēni, *ōrum,* m. populus Rutheniæ, die Reuſſen, Rußländer. ¶ 2. Sunt & Galliæ Aquitanicæ populi *Rutheni,* Plinio 4, 19.

RŪTĬLVS, *a, um,* coloris nomen, rufi ſeu rubri ſpecies, röthlich, goldgelb; de quo ita Gellius 2, 26 *Phœniceus,* inquit, *quem tu græce φοινικα dixiſti, noſter eſt, & rutilus & ſpadix Phœniceo συνωνυμος, qui factus græce noſter eſt, exuberantiam ſplendoremque ſignificat ruboris: quales ſunt fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti, unde ſpadicis & Phœnicei nomen, &c.* Suetonius Ner. c. 1 ÆNOBARBORVM nomen, quod uni Domitiorum familiæ hæſit, explicans: *In ſidem,* inquit, *majeſtatis adeo permulſiſſe malas,* (traduntur duo juvenes, puta) *ut e nigro rutilum æquale aſſimilem capillum redderent. Quod inſigne manſit & in poſteris ejus, & magna pars rutilâ barba fuerunt,* rothbärtig. Sane ad comam ſæpe refertur hoc nomen. Tac. in Germ. de ipſis Germanis 4, 2 *Truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora.* Rurſus in Agric. 11, 2 *Rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus Germanicam originem aſſeverant.* Hinc *rutilare crinem,* id eſt, rufum facere, de quo infra. Sed & *flammam rutilam* Ovid. Faſt. 3, 285, feuer-roth; & *Cruorem rutilum,* Metam. 5, 83 dixit, blutroth; & Cic. in Somnio Scip. c. 4 de ſtella Martis: *Mars rutilus & horribilis terris.* De gallis cohortalibus Colum. 8, 2 *Sint rectis rutilisque criſtulis;* & mox: *paleæ ex rutilo albicantes.* ¶ 2. *Rutilus* cognomen gentis Nautiæ & Virginiæ in tabulis Capitolinis & Livio 3, 7, & 4, 35. ubi errore librariorum in quibusdam codd. *Rutilius.*

¶ Rutilius, *a, um,* idem. Feſtus: *Rutilium rufum ſignificat, cujus coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina* RVTILIAS, *ut indicat frequenter Afranius.* ¶ 2. *Rutiliorum* nobilis Romæ fuit familia, quos inter *P. Rutilius* doctus & philoſophiæ deditus vir fuit, ſummæ innocentiæ, qui in exilium miſſus, cum redeundi poteſtas eſſet, reſpondit: *Malo, ut patria exilio meo erubeſcat, quam reditu mœreat.* v. Sen. de Benef. 6, 37. Ovidius ideo *magnanimum* vocat ex Ponto 1, 3, 63. conf. Faſt. 6, 563; Quo utroque loco tum vocativum *Rutilii,* tum genitivum contractum penultima producta extulit. Add. Val. Max. 6, 4, 4. De *Rutilio Oratore* v. Burman. ad Quint. 3, 1 p. 219.

¶ Rutilo, *āre,* glänzen wie gold oder feuer; ut, *Aurum rutilat,* Plin. 16, 11. *Arma rutilare vident,* Virg. Æn. 8, 529. ¶ 2. Item, rufum facere, roth färben. Plin. 28, 12 *Gallorum hoc inventum rutilandis capillis, &c.* Suet. Calig. c. 47 *Cogitque non tantum rutilare & ſubmittere comam &c.* Val. Max. 2, 15, de Matronis: *Summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt.* Arnob. 1 p. 7 *Rutilare ſe flammis* ſcil. ſolis. Hieronymus *irrufcare* dixit, de quo ſupra.

¶ Rutĭlans, *tis;* ut, *Arva rutilantia,* Stat. Theb. 11, 514. Comparativo etiam, ut nomen, augetur. Venant. Fortunatus 8, 5 ſub fin. *Vellere candidior niveo, rutilantior auro.*

¶ Rutĭlatus, *a, um,* rothgefärbt. Liv. 38, 17 *Procera corpora, promiſſæ & rutilatæ comæ.* Tac. Hiſt. 4, 61, 1 *Propexum rutilatumque crinem patrata demum cæde legionum, depoſuit.* Tertull. de Anima c. 9 *Rutilato colore coruſcare.*

¶ Rutilesco, *ĕre,* roth werden. Plin. 8, 55 *In Alpibus candidi lepores, liqueſcente nive, rutileſcunt annis omnibus.* Mart. Capella 2 p. 21 *Sacra fulgura cur rutileſcant.*

¶ Prærŭtĭlus, *a, um,* ſehr glänzend. Tertull. vel potius Cyprian. de Iudicio Dom. c. 8 *Omnia prærutila miſcet non invida luce.*

¶ Subrŭtĭlus, *a, um,* etwas röthlich; ut, *Subrutilus color,* Plin. 10, 33. *Subrutilo folio arbor,* Id. 12, 14. conf. Id. 27, 10; & 36, 21.

¶ Subrutĭlo, *āre,* aliquantum rutilare & clarum eſſe, etwas roth ſcheinen. Claud. Mamertus de Statu Anim. 1, 25 *Si purgata mentis intendas acie, ſubrutilare tibi jam debet, quid ſi anima.*

¶ Superrŭtĭlo, *āre,* ex Prudentii Eulalia v. 196 quidam probant: ſed rectius ibi dividitur *ſuper rutilant,* ut Weitzius, Heinſius, Chamillardus diviſerunt.

Rutrum, vide ſupra in *Ruo.*

RŬTŬBA, *æ,* m. Liguriæ fluvius, apud Lucanum 2, 422. ¶ 2 Gladiatoris nomen apud Horat. 2 ſat. 7, 96. ¶ 3. *Rutuba* eſt perturbatio, eine verwirrung. Ita Varro apud Nonium 2, 750 *Ergo tum Romæ parce pureque pudentes Vixere in patria; nunc ſumus in rutuba.*

RŬTŬLI, *ōrum,* m. pl. antiquiſſimi Italiæ populi, qui Latium tenuerunt, Plinio teſte 3, 5. Virgil. Æn. 10, 108 *Tros Rutulusve fuat, nullo diſcrimine agetur.*

Rutulus, ex *Rutrum,* vide ſupra in *Ruo.*

RŬTŬPIÆ, *ārum,* f. pl. Britannicæ inſulæ portus in Cantio, vulgo Sandwich. vid. Ptolem. 2, 3.

¶ Rūtŭpīnus, *a, um,* adject. Lucanus 6, 67 *Aut vaga cum Thetys, Rutupinaque littora fervent.*

Rythmus, vide ſupra *Rhythmus,* Rytium, *Rhytium.*

SLitte ra, ſemivocalis dici ſolet, quam aliqui ſtatuerunt non eſſe litteram, ſed merum ſibilum. Capella 3 p. 58 *Sibilum facit dentibus verberatis.* Plato πνευματῶδες γράμμα, i. e. *Spirituoſam litteram* vocavit. Ideo veteres Græcanicæ adſpirationis loco poſuerunt, ut in his dictionibus apparet, ἅλς, *ſal,* ἕξ, *ſex,* ἑκὰς, *ſecus,* ἑπτὰ, *ſeptem,* ἑ, *ſe,* ὕλη, *ſylva,* ὗς, *ſus,* ἕρπω, *ſerpo,* ὑπὸ, *ſub,* ὑπὲρ, *ſuper,* ἕρπυλλον, *ſerpillum,* ἅλμωμα, *ſalio,* &c. Aſſumitur & in aliis Latinis ex Græco traductis; ut, γεύτη, *ſcruta,* quod laudat Gronov. ad Plin. 22, 2, ubi ex *Galatico* croco *ſcarlatum* derivat. ¶ 2. Ciceronis temporibus paullumque infra, ut Quintil. 1, 7, in medio poſt vocalem longam geminabatur: ut *cauſſa.* ¶ 3. In nominibus quibusdam cognationem habet cum liquida R: ut, *Arbos, arbor: Honos, honor: Labos, labor: Robus, robur,* vid. Cort. ad Sall. Iug. 100, 4. Et ſic alibi etiam ab antiquioribus Romanis littera S pro R frequenter eſt uſurpata; e. g. *Ruſe* pro *Rure; Pluſima* pro *Plurima; Valeſii, Fuſii* pro *Valeriis, Furiis, &c.* v. Varro L. L. 6, 3, & Quint. 1, 4 p. 43; qui etiam 1, 10 p. 116 *delicias puerorum circa hanc litteram ferri* non vult, qua occaſione multa Colomeſius de Laconum decreto apud Boethium, ubi S in R mutatum. ¶ 4. In fine dictionis in carmine elidebatur a priſcis ſequente conſona; quem admodum in Plauto paſſim videre eſt. Varro apud Nonium in *Comeſt* 2, 98 *Qui pote plus urget, piſces ut ſæpe minutos Magnu' comeſt, ut aves enecat accipiter.* Vide de hac ratione Ciceronem in Orat. c. 48; & apud Gellium 12, 4 exemplum Ennii: *Suavis homo, facundu', ſuo contentu', beatus.* ¶ 5. Tollebatur etiam prorſus in dictionibus, quibus annecteretur conjunctio enclitica *Ne,* ut, *Scin',* pro *ſcisne; Satin',* pro *ſatisne.* ¶ 6. Tollitur & in his dictionibus, quæ a Græcis ad Latinos tranſeunt: ut, ποιητὴς, *pœta,* σοφιστὴς, *ſophiſta.* ¶ 7. Hic vero in x tranſit: ut, Αἴας, *Ajax,* πίστρις, *piſtrix.* Et ſane perpetuo fere s vel geminatum vel ſimplex cum x miſcuere librarii. ¶ 8. Stanquam ſibilus nota ſilentii eſt, non ſecus ac St. vid. Feſtus in *Silere* p. 508 cum not. Dacer. ¶ 9. In nominibus propriis SP. ſcribebatur pro *Spurius:* SEX. pro *Sextus;* nonnunquam S pro utroque, ut Aldus erraverit, qui ea litera prænomen *Servius* notari ſcripſit. v. Drakenb. ad Liv 2, 42. Matth. Ægypt. ad Sc. de Bacchanal. p. 144. ¶ 10. In appellativis SC. pro *Senatus conſultum;* S. P. Q. R. eſt, *Senatus Populus Que Romanus.* v. Probus de litteris. ¶ 11. Exſibilationem exprimit, fluminibusque & flatibus convenit. Virg. Æn. 1, 53 *Luctantes ventos, tempeſtatesque ſonoras.* Interdicunt autem rhetores crebro uſu litteræ R & S, quarum illam *caninam* vocant cum Perſio 1, 109; hanc θηριώδη, i. e. *ſerpentinam.* Ita Dion. Halicarn. T. 2 fol. 13 illius crebram repetitionem vocat ῥωτακισμὸν, ſive ῥωτασμὸν, (quod ipſum quoque in Vet. Suidæ codicibus invenitur;) hujus frequentatio a Capella nominatur *Polyſigma,* ab aliis σιγματισμός. v. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 49 ſq. ubi plura de hac littera.

SĂBA, *æ,* f. Σάβα, Sabæorum, Arabiæ felicis metropolis: dicta a σέβειν, *colere, venerari,* quia ad ſacrificia thus mittit, quamobrem & *thuriferam* Ptolemæus dixit: vel ab auctore ſuo *Saba,* filio *Rhama,* Gen. c. 10. Plinio *Saba,* qua voce *myſterium* ſignificatur, 12, 14. Ibidem & Arabum Deus *Sabis* commemoratur: cui decimæ thuris offerebantur.

¶ Sabæi, *ōrum,* m. pl. populi Arabiæ. Virg. Georg. 1, 57 *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*

¶ Săbæus, *a, um,* adj. ut, *Thus Sabæum,* Virg. Æn. 1, 420. *Myrrha Sabæa,* Sen. Herc. Oetæo v. 376.

SĂBĀIA, *æ,* f. apud Illyricos eadem, quæ olim in Gallia *cerevisia,* & hodie in omni Teutonum natione *Biera,* gerſtenſafft, bier. Ammian. 26, 8 *Eſt ſabaja ex hordeo vel frumento in liquorem converſis paupertinus in Illyrico potus.* Confirmat idem Hieronym. 6, 19 in Eſaiam. Hinc

¶ Sabajārius, *i,* m. Ammianus l. c. *Injurioſe compellabatur ut Sabajarius,* h. e. potor Sabajæ.

SĂBĂNVM, *i,* n. veſtis linteæ genus, ein hemd, kleid von leinwand. v. Pallad. Iunio tit. 7. Et Marcell. Emp. c. 26 *In Sabanis conſtitutus.* Erant SABANA linteamina, quibus ægri involvebantur, quibus alia veſtimenta gravia erant. Vox Hebræis, Græcis & Latinis uſurpata, ut Caſaubonus ad Suet. Aug. c. 83 obſervat. Adde Meurſ. in Auctar. Philol. p. 172.

SĂBĂOTH, Σαβαὼθ, Deus exercituum vel militarium rerum, der Gott der heerſchaaren, ex ſacris litteris notus, v. Tertull. adv. Iudæos c. 13. Prudent. Cathem. 4, 7 *Hic eſt, quem Sabaoth Deum vocamus.* Id. Apoth. v. 901 *Eſt impoſſibile ſpectare profunda Sabaoth.*

SĂBĀTE, *es,* f. urbs Liguriæ, Ptolem. Hinc

¶ Sabatius, *a, um,* adj. ut, *Apud vada Sabatia,* Capitol. Pertin. c. 9 & 13. Et Sil. 8, 491 *Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta.*

¶ Sabatīnus, *a, um,* idem; ut, *Lacus Sabatinus,* Colum. 8, 16.

Sabathra vide mox *Sabatha.*

SABAZIVS, *i,* m. Bacchi, ſive Dionyſii cognomen, a *Sabis,* gente Thracia, ei inditum, ut Euſtathius Dionyſii Periegetæ Scholiaſtes auctor eſt, cujus ſacra *Sabazia* dicta. vid. Cic. de Nat. D. 3, 23, & de Leg. 2, 15; Lucian. Icaromen. p. 207. Meminerunt quoque Plut. Sympoſ. 4, 5; Ariſtoph. aliquot locis; Apul. Met. 8 p. 213; Arnob. 5 p. 101. Non abſurda eſt Iohannis Seldeni conjectura, putantis, hoc Bacchi, &, ut ſtatim videbimus, etiam Iovis cognomen ex Dei opt. max. nomine Sabaoth derivatum, quam vide Proleg. Synt. de Diis Syris c. 3. Sed omnium optime de ejus origine Dan. Heinſius Ariſtarchi Sacri c. 1. ¶ 2. Peculiare hoc habuerunt Cretenſes, ut non modo Bacchi, ſed & Iovis in honorem orgia celebrarent. Hinc *Iupiter Sabazius* vocabatur, cujus meminit Val. Max. 1, 3, 6. Et Gruter. Inſcript. p. 22 n. 5 & 6 IOVI SABAZIO. Adde Zimmerm. Analect. Miſcell. Menſ. 4 § 11 p. 214 ſeqq.

¶ Sabazia, *ōrum*, n. pl. (al. *Abazea*) sacra a Bacchō instituta, cum orgiis celebrata. vid. Cic. l. c. & Arnob. 5 p. 171 *Sacra & ritus initiationis ipsius, quibus Sabaziis nomen est.*

SABBĀTVM, *i*, n. σάββατον, quies, cessatio ab opere, ein ruhetag, septimus dies hebdomadis, celebris Iudæis, qui & sequentes dies *Sabbata* vocabant. Ioh. c. 20 τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, &c. *prima Sabbatorum*. Sic autem discernebant, *Sabbatum septimum*, quod est summum, nominabant: deinde *primus, secundus, tertius, &c. sabbatorum* usque ad *sextam*. Ovid. Remed. am. v. 219 *Peregrina sabbata*. Id AA. 1, 76 *Cultaque Iudæo septima sacra Syro*. Credo, quod nihil ipsi coquerent Sabbato, hinc ortam fabulam, jejunio illam celebrari. Suet. in Aug. c 76 *Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi*. Iuvenal. 6, 158 *Observant ubi festa mero pede sabbata reges*. v. Casaubon. ad proxime citatum Suet. locum, itemque in Act. Apost. 13, 42. Sam. Petit. Var. Lect. 2, 2, & Andr. Rivetum peculiari diatribe de *Sabbato*. Adde etiam Horat. 1 sat. 9, 69; Iustin. 36, 2, 14; Tertull. Apol. c. 18; Suet. Tib. c. 3; Plin. 31, 2; Sen. epist. 95; Rutil. Itiner. v. 389. De Sabbato gentilitio est peculiaris Syrbii disputatio. Huc refer etiam Tibull. 1, 3, 18 *Saturni aut sacrum me tenuisse diem*. v. ibi Brouckh.

¶ Sabbatārius, *i*, m. der den sabbath feyert. De Iudæis sabbata observantibus, Martial. 4 epigr. 4 *Iejunia Sabbatariorum*. Verius ¶ 2. Adjective Sidonius 1 epist. 2 *Sabbatarius luxus*, id est, major & uberior, qualis in conviviis festorum dierum solet esse. v. ibi Sirmond. p. 9.

¶ Sabbatismus, *i*, m. sabbati celebratio, die sabbaths-feyer. Augustin. de Civ. Dei 22, 30 *Iste sabbatismus evidentius apparebit, quoniam septimus invenitur*. Græc. σαββατισμός, epist. ad Ebræos c. 4, 9.

¶ Sabbătīzo, *āre*, sabbath halten. Tertull. adv. Iudæos c. 2 *Iustos sabbatizasse*. Et mox: *Incircumcisum nec sabbatizantem laudavit*. conf. Vulg. Interpr. Exod. 16, 30; & Levit. 25, 2.

Sabellicus, Sabellus, vide mox *Sabini*.

SĂBINA, *æ*, f. planta nota, seven, saubaum. v. Colum. 6, 4. Plin. 16, 20; & 17, 13; & 24, 11 &c. Apul. de Herb. c. 85. Dioſc. 1, 89.

SĂBINI, *ōrum*, m. pl. Σαβῖνοι, populi antiquissimi Italiæ, Vmbros inter ac Latinos, a religione cultuque Deorum, ut quidam existimavere, quasi *Sebini, ἀπὸ τῆς σέβεσθαι* appellati. v. Plin. 3, 12, & Festus. Silius a *Sabo* eorum Deo appellatos tradit. Cujus versus isti sunt 8, 422 *Ibant & læti pars Sancum voce canebant, Auctorem generis, pars laudes ore ferebant, Sabe, tuas, qui de proprio cognomine primus: Dixisti populos magna ditione Sabinos*. v. Drak. ad h. l. Dion. Halicarnass. Antiqu. 2, 51, *Sabum* istum *Sanci* vel *Sancti* filium tradit. *Fortissimos*, & *florem Italiæ adeo ac reipubl. robur*, Cicero vocat pro Ligario c. 11. Laudati iidem gravitate morum & sanctitate inprimis fuerunt. Sane *tristem ac severam disciplinam* antiquis Sabinis Livius tribuit, *illoque genere aliud nullum incorruptius fuisse*, diserte scribit 1, 18. Hinc vetustissimis Romanis Sabinæ placuerunt præ ceteris, quas raperent: quem quidem raptum eleganter describit Ovid. Art. am. 1, 101 sq. Hinc libenter poëtæ, cum matronas castas, pudicas, sedulas, viri familiæque magis, quam formæ studiosas laudare volunt, cum Sabinis comparant. Horat. epod. 2, 39 *Quod si pudica mulier in partem jubet Domum atque dulces liberos, Sabina qualis, aut perusta solibus Pernicis uxor Appuli, &c.* Quem totum locum Statius 5 Silva 1, 12, 1 expressit ac imitatus est, ita scribens: *Ipsa dapes modicus & sobria pocula tradit, Incomptoque ad herile monet, velut Appula conjux Agricolæ parci, vel sole infecta Sabino, &c.* Martialis 1 epigr. 63 *Casta nec antiquis cedens Lucrina Sabinis*. Adde & 11 ep. 16, & Iuvenal. 10, 197 &c. Casaubonus putat ἀνέκαθεν Doras e Peloponneso ortos fuisse, & lingua Græcanica usos, ad Suet. Tib. c. 1. Vetus adagium quoque de iis fuit: *Sabini quod volunt, somniant*: de quo Festus, & ibi Scaliger & Dacer. p. 466.

¶ Sabinus, *a, um*, adject. denominativum: ut, *Salix Sabina*, Colum. 4, 30. *Sabina dicta*, Horat. 1 od. 9, 7. *Cælum Sabinum*, Id. 1 epist. 7, 77. *Oleum Sabinum*, Pallad. Mart. tit. 9 *Sol Sabinus*, Stat. 1 c. *Sabinillas*, dimin. ut videtur, Sabini in lapide Murat. p. 871.

¶ Sabīne, adverb. more Sabino. Varro L. L. 4, 32 fin. *Ciprum Sabine bonum*, i. e. Sabinorum lingua bonum significat.

¶ Sabelli, *ōrum*, m. pl. populi Italiæ a Sabinis oriundi, Plin. 3, 12. v. Cluver. Ital. Ant. lib. 13 c 9 p. 1061, & lib. 4 c. 7 p. 1191. Hinc

¶ Sabellus, *a, um*, adj. ut, *Pubes Sabella*, Virg. Georg. 2, 167. *Mater Sabella*, Id. Æn. 8, 510. *Sarcīlis ligonibus versare glebas*, Horat. 3 od. 6, 38: & *Sabella anus*, Id. 1 sat. 9, 29.

¶ Sabellĭcus, *a, um*, idem; ut, *Sabellicus sus*, Virg. Georg. 3, 255.

¶ Sabellius, *i*, m. hæreticus, *Personas tres esse negans*, Arat. 1 Apost. v. 924. Prudent. Apoth. v. 246 *Cede profanator Christi, jam cede, Sabelli*.

Sabucus, vide infra *Sambucus*.

SABRATHA, *æ*, f. urbs Africæ. v. Drakenb. ad Sil. 3, 256. al. Sabathra.

SĂBŬLVM, *i*, n. arena minuta & tenuior, kleiner sand, griess. Plin. 17, 4 *Sabulum album, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permixtum, infecundum est*. Curt. 4, 6, 9 *Defidens fabulam*. Id. 4, 7, 7 *Tenacissimum fabulum, præaltum & vestigio cedens ægre moliantur pedes*. conf. ibid. n. 11; & Colum. 3, 11. ¶ 2. Apulejo in Floridis *fabulum* instrumentum musicum est, si recte habet lectio Scaligeri in Conject. ad Varr. p. 121. *Pulsabulum* legit Elmenh. p. 351.

¶ Sabŭlo, *ōnis*, m. apud Macrob. Sat. 2, 1 pro eo, qui fabulo canit. v. Scalig. in Conjectan. l. c. ¶ 2. *Sabulo* etiam gen. masc. pro *Arena*, dixit Columella 4, 33 *Sabulonem humidum respuit*. Varro R. R. 1, 9 *Arena, fabulo, argilla*. Vitruv. 8, 1 *Sabulone fodato*. Id. 2, 3 *Faciendi laterem de masculo fabulone*. conf. Pallad. 1, 6 & 9: it Ian. 4, 13.

¶ Sabŭlōsus, *a, um*, sandicht; ut, *Solum sabulosum*, Colum. 2, 9. Et Vitruv. 2, 3 pr. *Sabulosum lutum*, quod ibi ab *arenoso* distinguitur. *Lateres*, inquit, *non de arenoso, neque calculosi, neque sabuloso luto sunt ducendi*. conf. ibid. c. 14. It. Plin. 13, 4; & Colum. 6, 23.

¶ Sabulētum, *i*, n. locus fabulo abundans, eine sandgrube. Plin. 37, 8 *Crystallum nascitur in sabuletis*.

¶ Dēsabulo, *āre*, Scaliger Auson. Lect. 2, 31. Verroni restituit apud Non. 2, 238, & interpretatur aggerem munire, fabulo nimirum ablato, vel coacto ad firmitatem. Vulgo *desubulare* legitur.

SĂBVRRA, *æ*. f. arena crassior, qua naves onerari solent, ut sint stabiliores, schiffsand, lastsand. Liv. 37, 14 *Onerarias dicere multa saburrâ gravatas*. conf. Virg. Ge. 4, 195; Vitruv. 8, 7, & Plin. 10, 23.

¶ Saburrālis, *e*, saburra constans, aus sand bestehend; ut, *Saburralis sacoma*, Vitruv. 9, 9.

¶ Saburro, *āre*, in fabulo se mersare, sich im sande walzen. It. saburra implere, mit sande beschweren. Plin. 18, 35 *Ebini arena saburrantes tempestatis signa sunt*. Solin. c. 15 *Grues fabulatis lapillulis saburrantur*.

¶ Saburrātus, *a, um*. Translate Plautus pro cibo onustus, in Cist. 1, 2, 2 *Mulieres ubi saburratæ sumus, largiloquæ extemplo sumus*.

¶ Consaburro, *are*, idem quod saburrare, apud Augustinum.

SACÆ, *arum*, m. pl. Σάκαι, populi Scythiæ; pars tamen eorum inter gentes Persici regni, ut ex Herodoto 3, 93; & 7, 64 apparet. Plinius 6, 17 *Persæ*, inquit, *Scythas Sacas in universum appellavere*. conf. Solin. c. 62. Inde originem & nomen Saxonum Philippus petit Chron. lib. 3. Et lib. 1 *Sacæ* a *Sagan*, quo interpretantur sacerdotem seu vatem. Vnde Latinis est *Saga* & *præsagium*. Inde & nomen Germanicum est, segen, *benedictio*. ¶ 2. *Sacarum festa* dicuntur Anaitidis Deæ honori dicata, quando & sacer ille dies vocatur *Saca*, & largius vino ingurgitantur, propter *Sacarum* copias a Cyro per temulentiam deletas. v. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 18, 29. De his festis Saceis etiam Selden. de Dis Syris 2, 13.

SACAL, Ægyptiorum lingua electrum significat, quod ex radiis solis nascitur, Plin. 37, 2.

SACATOS, *i*, m. rosmarini infructuosi species, Apul. de Herb. c. 79. Saccare, saccatus, vide mox *Saccus*.

SACCHĂRVM, *i*, n. σάκχαρον, arundinum lacryma, seu liquor, qui aperto in latere calamo perinde ac gummi externus concrescit, zucker. v. Dioſc. 2, 74. Plin. 12, 8 *Saccharon & Arabia fert: sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, &c.* Vnde Lucanus 3, 237 *Quique bibant tenerâ dulces ab arundine succos*. Ceterum saccharum antiquorum mannæ specimen esse, & cum excocto illo recentiorum (per octingentos tamen minimum annos) male confundi, docet Salmasius tum in Exercitat. Plin. tum peculiari de saccharo & manna commentatione, quæ in compendium redegisse videtur Hard. ad Plin. l. c. Saccharum nostrum arte factum, *pellucidum candidum* dicitur, zuckercandit.

¶ Oxysacchărum, *i*, n. ὀξυσάκχαρον, acetum saccharo edulcoratum, zucker-essig. Constant. Afer 7, 1 *Oxysaccharum dare cum succo mali granati*.

SACCVS, *i*, m. σάκκος, ein sack, receptaculum condendis rebus variis pecuniæ, frumento, &c. item ad percolandum vinum aliosve liquores. vide paullo post verbum *Sacco*. Colum. 12, 17 de aceto siculneo faciendo præcipiens: *postea in junceis fiscellis, vel sparteis saccis percolant. Saccos sparteos* vocat ex sparteo textos. Texi enim solitos, seu plicando nectendoque fieri saccos, arguere etiam potest, quod, qui conficiebant, σακκοπλόκοι appellati fuerint. Tribuitur avaris: Horat. 1 sat. 1, 70 *Congestis undique saccis Indormis inhians*. Tribuitur & mendicis saccus: unde, *ad saccum ire*, est ad mendicitatem redigi, an bettelstab kommen. Plaut. Capt. 1, 1, 20 *Nisi qui colaphos perpeti potest parasitus, frangique aulas in caput, vel extra portam ire tergeminum ad saccum potest*. ¶ 2. Veteres & *Saccia* dixerunt. Vet. Gloss. σάκκος, *Saccia, Saccus*. ¶ 3. *Saccus* est & pœnitentialis vestis genus, quod Latinis *Cilicium* dicebatur. Vide supra *Cilicium*, & Heinf. Aristarchi Sacri c. 5. Salmas. ad Tertull. Pallium p. 72 dicit, *Saccum fuisse tunicam monachorum Ægyptiorum, manicis carentem, & corpus pressule constringentem*.

¶ Sacculus, *i*, m. & Saculum, *i*, n. dimin. ein säcklein. Vet. Gloss. βαλάντιον, *Saculum, Saculus*; Item, βαλαντίδιον, *Saculum*. Iuvenal. sat. 14, 138 *Pluma cum tuleet faculos ore, Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit*. Catull. 13, 8 *Plenus faculus est aranearum*. Mart. 11 epigr. 4 *Non sentit faculus ista meus*.

¶ Saccellus, *i*, m. aliud dimin. idem. Vet. Gloss. βαλάντιον. Celsus 4, 7 *Salem calidis cum saccellis superponere*. Petron. c. 40 *Sunantes ære saccellos mittere*, beutel voll geld. Et Commodian. Instruct. 9, 3 *Rem video mirari, Deum cum saccello volare, &c.*

¶ Sacco, *a, e*, id est, *sacco percolare*, ut Columella loquitur loco supra laudato, durchseigen. Quod & in vino ideo faciebant, ut suavius leniusque efficerent, ne grave capiti esset. Vnde *sacco vini vires frangere*, Plin. 14, 22; & 23, 1. Et, *Castrare vinum*, 19, 1 dixit. Sic, *Saccus vinarius*, quod eo vinum percoletur: Vet Gloss. σακκίον. Horatius *liquare vinum*, pro *saccare* dixit 1 ode 11, 6, ubi v. Torrent. itemque Marcilium, & hunc ad oden 17 quidem ejusdem libri præcipue. Vet. Gloss. *Saccat*, σάλζει. Et, σακκίζω, *defæco, sacco percolo* Martial. 2 ep. 40 *Cæcuba saccentur, quæque annus coxit Opimi*. Ita Turneb 23, 25 legi vult omnino; pro quo lib. 12 epigr. 61 *Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco*. Præterea Plinius 29, 2 *Quæ pinguitudo in linteo saccatur*.

¶ Saccātus, *a, um*, colatus, durchgeseigt. Sen. epist. 86 de Scipione: *Non saccata aquâ lavabatur, sed sæpe turbida*. Ita in MSS. est, Lipsio teste, & in excusis emendatioribus. Plin. 20, 19 *Papaveris capitibus saccatis, iterumque cum melle decoctis*. Id. 29, 6 *Adeps saccatus linteis saccis, & in fictili novo repositus loco*. Sed *Saccatus corporis humor*, apud Lucret. 4, 1022, & Q. Serenum Sam. 77 venuste & verecunde pro urina ponitur, quod ea per corpus quasi sacco percoletur: fuitque, credo, eadem olim ratio verbi Germanorum, seigen, & nominis seige, quæ nunc inhonesta sunt. Vid. Keuch. & Burm. ad Sanio. l. c.

¶ Saccatum, *i*, n. subst. ut Isidorus 19, 3 definit, *liquor est aquæ fœci vini admixtus, sacco expressus*, ein ausgepreßter lauer. Lotium etiam Arnobius 2 p. 69 absolute *saccatum* dixit: *Imprudenter*, inquit, *appeterent (animæ humanæ) terrenis hæc loca, tenebrosis ut corporibus involutæ inter pituitas & sanguinem degerent, inter stercoris hos usus, & saccati obscenissimas sordes*.

¶ Saccā-

¶ Saccārius, *i*, m. qui gestandis saccis victum sibi parat, bajulus, ein Sacktrāger. Paul. l. 40 § 3 D. de contrah. empt. *Siquid ex sacco saccarii excidisset.* ¶ 2. Qui conficit saccos, ein Sackmacher. Gloss. Vet. *Saccarius*, σακκοπλόκος. ¶ 3. Adjective Quintil. 8, 2 *Navis saccaria*, quæ saccos frumentarios vel aliis mercibus onustos vehit; quamquam ignotum sibi hoc nomen fatetur Burmannus p. 674.

¶ Saccāria, *æ*, f. subst. certum negotiationis genus, ein Handel mit Säcken. Apul. Met. 1 *Saccariam facere*, einen Sackhandel haben. vid. Cæl. Rhod. Ant. lect. 25, 20. Elmenh. legit *Sagariam* p. 105.

¶ Sacculārius, *i*, m. ein Taschenspieler. Ulpian. Dig. 47 t. 11 l. 7 *Saccularii vestitas in sæculo artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt.* v. Gothofr. Afcon. Ped. in Ant. & Cat. p. 149 *Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam steterat; multasque pecunias abstulerant, ex quo saccularii erant appellati.* vid. Cæl. Rhodig. Lect. 20, 6. Diversi ab his *Zonarii sectores*, de quibus suo loco.

¶ Saccello, *are*, apud medicos est *saccellos imponere.* vid. Reines. in Variis 3, 4. Hinc

¶ Saccellātio, *ōnis*, f. saccellorum impositio; ut, *Saccellationibus caput vaporare.* Veget. 2, 11.

¶ Saccibuccis, *e*, pausbäckicht. Arnob. 3 p. 108 *Buccarum cumulatione saccibucces.*

¶ Sacciperium, *i*, n. marsupium majoris modi, a *sacco* & *pera*, eine Tasche, ein Schnapsack. Plaut. Rud. 2, 6, 64 *Marsupium plenum argenti fuit in sacciperio.*

¶ Sacciperio, *ōnis*, m. idem. Nonius c. 50 *Nuhentes assem in sacciperione cum condidissent, compito vicinali solebant rezonare.* conf. Rhodig. Lect. ant. 11, 12; & Salm. Hist. Aug. p. 153.

¶ Saccŏphŏrus, *i*, m. σακκοφόρος, sacco indutus, der einen Sack an hat. *Saccophoros* in hæreticorum numero recensent impp. Theod. & Valent. Cod. 1 t. 5 l. 5; Et Rhodig. Lect. Ant. 25, 20 circa fin.

¶ Bisaccium, *i*, n. geminus saccus, ein doppelter Sack, Felleisen. Petron. c. 31 *In promulsidari asellus erat Corinthius cum bisaccio positus*, hoc est, vas Corinthio ære, quod utrinque receptaculum instar sacci habuit, in quo ferculorum lances & paraplides apponebantur in mensa. v. Reines. in Fragm. Tragur. p. 52.

Sacellum, vide sequens *Sacer.*

SĀCER, *a*, *um*, Deo dicatus, & maxime nomine publico, ideo enim locum illum, ubi sacra privata fiebant, sacrum videri Festus negat, (quem vide,) Gott zugeeignet, heilig; ut, *Locus sacer*, cui *profanus* contrarius est, Nepos 2, 6, 5. Et, *Dies sacer Dianæ*, Horat. 2 oda 12, 20. *Ilicibus Iovi sacra*, Plin. 12, 1. *Missos sacra profanis*, Horat. 1 epist. 16, 54. Curt. 10, 1 *Cum omnia profana spoliassent, ne sacris quidem abstinuerunt.* Et, *Profanis sacra confundere*, Claud. Consul. Honor. 4, 238; In eos dicitur, qui nihil habent pensi, nihil non audent. v. Chil. Superl. Sen. proœm. lib. 1 Controvers. *Sacerrima eloquentia.* Et Ovid. Heroid. 9, 159 *Deprecor hoc unum per jura sacerrima lecti.* Cum genitivo aliquando construi, probat Nic. Heins. ad Prudent. Hippol. v. 2 p. 58 *O Christi Valeriane sacer.* Et Cic. Verr. 1, 18 *Ilia insula horum Deorum sacra putatur.* Apud Festum *Sacer mons* appellatur trans Anienem Iovi consecratus: *Sacra via*, in qua fœdus ictum inter Romulum & Tatium. *Sacræ urbes*, quæ religionis nomine celebratæ essent, præter alias ἱεραί. vid. Spanh. de usu & præst. num. diss. 9 p. 659. ¶ 2. *Sacer* etiam est exsecrabilis, verflucht, verdammt, unheilig. Sic apud eumdem Festum *Homo sacer*, quem populus judicavit ob maleficium, quemque impune licet occidere, vogelfrey. Nimirum Deo alicui solebant devoveri ad pœnam homines publice noxii ac detestabiles: e. g. Liv. 3, 55 pr. *Qui tribunis pl. ædilibus, judicibus, nocuisset, ejus caput Iovi sacrum esset. Ex quo*, dicente Festo, *quivis homo malus atque improbus SACER appellari solet.* Horat. 2 sat. 3, 181 *Is intestabilis & sacer esto.* Virg. Æn. 3, 56 *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?* id est, exsecranda, detestanda, schändlicher geitz. Ita *homo sacerrimus* exsecrabilissimus apud Plaut. Pœn. prol. v. 90. De more quodam Massiliensium, qui huc facit, vide sis Servium ad laudatum Virg. locum, itemque Macrob. Sat. 3, 7, & Festum: quibus adde Voss. Inst. Orat p. 337. Sic detestanda veneficiorum carmina Horat. epod. 17, 6 *sacras voces* appellat: & Nemesianus Cyn. 42 *Sacra venena Colchidos:* quod verbum ad magicas res pertinere Burmannus observat hic & ad Val. Fl. 6, 477. *Sacra* vocari horrenda omnia, ostendit Barthius ad l. c. Nemes. quorsum etiam refero illud Hor. epod. 7 extr. *Vt immerentis flaxit in terram Remi Sacer nepotibus cruor*, id est, luendus, expiandus nepotibus. Plautus *malum, sacrum, scelestum* conjungit in Bacch. 4, 6, 14. ¶ 3. *Sacrum* etiam *magnum* denotat; ut & apud Græcos sæpe ἱερὸν pro τῷ μέγα ponitur. Sic enim & comitialis morbus ἱερὰ νόσος appellatus Aretæo puratur de diurnis affectibus 1, 4. Sed aliam causam Apulejus adducit. Cujus verba in Apolog. p. 306 ista sunt: *Eum* (morbum epilepsiam) *nostri non modo* MAIOREM & COMITIALEM, *verum etiam* DIVINVM MORBVM, *ita ut Græci* ἱερὸν νόσον *vere nuncuparunt: videlicet, quod animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, violat. Sacer ignis*, morbus multorum generum, quæ a Plinio recensentur 26, 11 sub fin. die rose, das heilige werck, St. Antonius feuer. Heinsius quoque in illo Silii 8, 100 *Hea sacri vatum errores:* sacros, *magnos* interpretatur ex Græcorum more, quem ibi vide; Sed add. Barth. & Drakenb. conf. Græv. in Lectionib. Hesiod. Val. Flaccus 1, 798 *Sacer effera raptat Corda pavor.* Lucanus utrumque conjunxit in illo 9, 983 *O sacer & magnus vatum labor.* ¶ 4. Quod minime vulgatum ad solos deos pertinet, *sacrum* vocatur. v. Burm. ad illud Ovid. met. 2, 122 *Tum pater ora sui sacro medicamine nati Contigit.* Add. Id. ad Val. Fl. 4, 15, & 6, 477. Hinc aliquando etiam pro obscuro, abscondito, inaccesso *Sacer* ponitur. Claud. de B. Get. v. 554 *Veri sacra fides*, i. e. tecta. Plutarchus mortuos appellat *sacros*, quoniam eorum sacra sepulcra sunt. v. Plin. 2, 1 n. 13; & ibi Dalech. p. 105; Rhodig. 17, 19. ¶ 5. Et quoniam imperatores seu principes, pro Diis quibusdam terrestribus, sive divini habebantur, idcirco perinde omnia ea, quæ ad ipsos pertinebant, ut, quæ Deorum essent, *Sacra* appellabantur. Vnde & aula, vel cubiculum principis, *Sacrarium* L. 9 § Legati D. de num. & honor. L. 8 C. Theodos. de Legatis & decretis Legation. appellatur. Ita Tiberii *occupationes* aliquis *sacras* appellaverat, quod tamen ipse abnuit civiliter, ut Suet. auctor est Tib. c. 27 extr. v. Barth. ad Briton. Aremor. p. 73, & ad Claud. p. 586; it. Bœcler. de Auspic. Regio; & Salmuth. in Panciroll. Deperd. P. 1 Tit. 2 p. 12.

¶ Sacrum, *i*, n. subst. significat sacrificium, aut quicquid Deorum honori instituitur, sive ludi, sive feriæ. Hinc *Sacra facere*, Cic. Ar. Resp. c 15, den gottesdienst verrichten, opffern. Hinc *Duumviri sacris faciundis*, qui postea V, tum X, tandem *XVviri.* De primis Liv. 3, 10 pr. it. 5, 13; de alteris 6, 37 extr. Sic, *Sacra procurare, violare*, Nepos 2, 2, 8; & 7, 4, 3. Et, *Piaculare sacrum facere*, Liv. 29, 19, hoc est, sacrificare pro expiatione sceleris, ein segopffer thun. *Sacris initiari*, eingeweihet werden: Quintil. 1, 2 *Neque enim est sanctius, sacris iisdem, quam studiis, initiari.* Et 5, 14 p. 486 Burm. *Peregisse mihi videor sacra tradentium artes*, h. e. eorum secreta aperuisse. Horat. Sat. 1, 1, 75 *Parcere sacris*, sich an heiligthümern nicht vergreiffen. ¶ 2. Hostia, ut in illo Plaut. Capt. 3, 4, 84 *Nunc ego inter sacrum saxumque sto, nec quid faciam scio*; uti porcus, a feciali in sanciendo fœdere taxo feriendus. conf. Apul. Met. 11 p. 271; & infra *Saxum.* Ita dicitur *inter malleum & incudem*, zwischen thür und angel. ¶ 3. Pro templo, ut ἱερόν, Pers. 2, 69 *In sacro quid facit aurum.* v. Burm. ad Quintil. 1, 4 p. 39. Barth. ad Stat. Theb. 2, 219. ¶ 4. *Sacra* pro simulacro posuit Ovid. met. 10, 696 *Sacra retorserunt oculos.* Add. Justi. 36, 2, 13. ¶ 5. Pro Dis manibus positum vult Brouckh. Propert. 3, 1, 1.

¶ Sācellum, *i*, n. locus parvus cum ara, Deo consecratus, eine capell. Cic. Divin. 1, 46 *Exire in sacellum ominis caussa.* Et Nepos 2, 6, 6 auctor est, *Atheniensium muros ex sacellis sepulcrisque constitisse.* Festus: *Sacella dicuntur loca Diis sacrata sine tecto.* Propert. 4, 3, 57 *Flore sacella tego.* conf. Virg. ecl. 3, 9; Solin. c. 2.

¶ Sacris, *e*, adject. sincerus, ad sacrificium idoneus, reinlich zum opffer dienlich). Ita antiquitas *sacres porcos* vocavit, qui decimo die a partu puri habebantur & integerrimi, qui Laribus immolabantur ab iis, qui piaculum aliquod admiserant, aut qui ægroti fuerant; imo etiam, quibus aucta erat liberorum prole familia. v. Plaut. Menæch. 2, 2, 16; & Rud. 4, 6, 4. Varro R. R. 2, 1 & 4. Festi Fragm. Muret. Var. Lect. 3, 7. Turneb. Advers. 29, 32; & Rævard. Conject. 3, 18.

¶ Sacrista, *æ*, m. ICtis est rerum sacrarum custos vel præfectus, ein Kirch-vater, Kirchner, Küster.

¶ Sacrium, *i*, n. a Scythis vocatur succinum, agtstein, Plin. 37, 2.

¶ Sacro, *avi*, *atum*, *are*, sacrum facere, Deo dedicare, heiligen, weihen, ut, *Sacrare templum Deo*, Plin. 8, 60. *Minervæ urbem sacravit*, Justin. 2, 6, 9. *Septimum diem jejunio sacravit*, Id. 36, 2, 14. *Spei ædes sacratur*, Tac. An. 2, 49, 4. Ait Liv. 8, 6 *Hanc, si frustra te Iupiter, patrem Deûm hominumque hac sede sacravimus*, h. e. colendum instituimus. ¶ 2. Apud Livium aliquoties pro *devovere* & *morti addicere*, (ita ut secundum Macrob. sat. 3, 7 *hominem sacrum jus fuerit, occidi & violari*) hoc verbum legas, vogel-frey machen; ut 2, 8 *De provocatione adversus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia iniisset.* Sicuti igitur *sacrare* diris devovere est; ita contra *resecrare* pro, devotiones solvere, dicebatur, de quo infra. v. ibi Marcell. Donat.

¶ Sacrātus, *a*, *um*, heilig, geheiliget, geweihet; ut, *Sacratæ leges*, apud Festum, non tantum quæ in sacro monte latæ fuerunt, sed omnes, quibus sanctio ista addebatur, *ut qui adversus eas feciſſet, sacer alicui Deorum esset cum familia pecuniaque.* v. Perizon. Animadv. c. 10 p. 418. conf. Liv. 2, 54; & Plin. 16, 44. *Sacrata jura*, Virg. Æn. 2, 157, quæ violari impune haud possent: quæ ita constituta, ut transgressores pœnæ certæ maneant. *Sacrati homines*, Diis debiti, Macrob. Sat. 3, 7. Martial. princip. lib. 4 *Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa, Consecta Dictæum qua tulit Ida Iovem.* Silius 8, 228 *Quo non sacratius ullum Numen.* conf. Plin. 16, 44. Et, *Sacratissimum Numen*, Id. 33, 4. *Clara sacratissimi Imperatoris nostri expeditio*, Frontin. de Re agrar. p. 276. *Sacratissimi pontifices*, Sidon. 7, 6.

¶ Sacrāte, adverb. heiliglich. Augustinus epist. 22 sub fin. *Non aliud sit bene vivere, aliud sacrate vivere.* Id. de Doctr. Christ. 2, 16 *An magis sacrate accipiendus sit numerus.*

¶ Sacratio, *ōnis*, f. die heiligung, weihung. Macrob. Sat. 3, 7 *Sacrationis vocabulo observantiam divini juris implevit.*

¶ Sacrātor, *ōris*, m. ein priester. Augustinus epist. 140 *Sacrator justitiæ.* ¶ 2. *Sacrator* nomen proprium est. Virg. Æn. 10, 747 *Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen.*

¶ Sacrārius, *i*, m. qui sacrat, ein priester; ut, *Sacrarius Iunonis Quiritis*, in Inscript. apud Gruter. p. 308 n. 1.

¶ Sacrārium, *i*, n. locus in templo, in quo sacra reponuntur, die sacristey. Hinc *Sacrarium Bonæ Deæ*, Cic. pro Mil. c 31. conf. Ulp. l. 9 ff. de divis. rer. Liv. 7, 20; Propert. 3, 23, 19; Ovid. Met. 10, 695; Virg. Æn. 12, 199. ¶ 2. Item, parvum templum, eine capell, kirche. Vet. Gloss. *Sacrarium*, νεώσκιον. Suet. Aug. c. 5 *Vbi nunc sacrarium habetur, aliquanto post constitutum.* conf. Tac. An. 2, 41, 1; & Stat. Theb. 3, 246. Sic & Sidon. 8 epist. 3 agrum Octavianum Consentii commendans: *Primore loco, quod domicilium pari lectulus attollitur, ad concinentiam scilicet architectonicam fulve locatis: tum sacrario porticibus ac thermis conspicabilis late coruscans.* Pro templis justis *Sacraria* Salvianus posuit lib. 3 de Gub. Dei. ¶ 3. Apud Suet. Tib. c. 51 *Sacrarium* pro *Larario* ponitur, eine haus capell. ubi v. Casaub. atque Torrent. *Servus a Sacrario Augusti*, in vetere inscript. Murat. p. 893. ¶ 4. Aliter *Sacrarium Principis* dictum in Iure, de quo supra in *Sacer*, n. 6. Sic Ausonio Grat. act. pr. *Sacrarium imperialis oraculi* est locus, ubi imperatoris jus dicentis tribunal erat, quem postea *consistorium* appellat. ¶ 5. Ædium privatarum quoque pars, quæ elocari etiam poterat. Cic. fam. 13, 2 pr. *C. Avieno Evandro qui habitat in tuo sacrario.* Majorem religionem habuit illud Heji Messanæ, de quo in Verr. l. 4. c. 2.

¶ Sacramentum, *i*, n. De hac voce ita Varro L. L. 4, 16 sub fin. *Ea pecunia*, inquit, *quæ in judicium venit in litibus*, SACRAMENTVM a SACRO. *Qui petebat, & qui infitiabatur, de aliis rebus, uterque quingentos æris ad pontem deponebant; de aliis rebus item certo alio legitimo numero assium. Qui judicio vicerat, suum sacramentum* (pecuniam) *a sacro auferebat: victi ad ærarium redibat.* Festus: SACRAMENTVM, inquit, *æs dicitur, quod pœnæ nomine penditur, sive eo quis interrogatur,*

rogatur, sive contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta assium est: in aliis rebus quingentorum, inter eos, qui judicio inter se contenderunt. Hinc formula illa: *Sacramento quinquagenario contendere.* Addit Festus, *SACRAMENTI nomine id æs dici cœptum, quod propter ærarii inopiam & sacrorum publicorum multitudinem consumebatur in rebus divinis.* v. Manut. ad Cic. fam. 7, 32. ¶ 2. Idem quod jusjurandum, ein eid̃schwur. Idem Festus: SACRAMENTVM *dicitur, quod jurisjurandi sacratione interpositâ actum est: unde quis* SACRAMENTO *interrogari dicitur, quia jusjurandum interponitur.* Sic, *Sacramentum perfidum dicere*, apud Horat. 2 od. 17, 9, einen falschen eid thun. *Sacramento obligare*, Cic. Off. 1, 11, verpflichten. Sic, *Sacramenti religione obstringere*, Iustin. 1, 9, 18. *Sacramento rogare aliquem*, Quintil. 12, 2 p. 1063, id est, jurejurando adigere, aufeinen eid fragen. Liv. 24, 8 *Consulibus creatis liberi nostri sacramenta dicunt*, angeloben, huldigen. *Sacramento teneri*, mit eides-pflicht verhaftet seyn, Suet. Cæs. c. 42. Vet. Gloss. *Sacramentum*, ὁρκωμόσιον. ¶ 3. Κατ' ἐξοχήν quasi de jurejurando militari dicitur, cujus exempla apud Gell. 16, 4; & Curt. 7, 1, 29 habes. v. & Lips. 1 de Militia Dialog. 6. *Vocare ad sacramentum*, & *adigere sacramento milites*, Tacitus, Florus & alii dixerunt, zur fahne schwören lassen. *Sumere* etiam *sacramentum*, & *sacramento alicujus accedere. Exuere sacramentum* dicitur miles eidem Tacito Hist. 3, 42, 4. *Neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respicitis illud, quod sublatum est*, Cæs. B. C. 2, 32. Notat & Torrentius, primario *Sacramentum* de militari dici, ad Suet. Calig. c. 15. Vet. Gloss. *Sacramentum*, ὅρκος στρατιωτικός. Liv. 22, 38 *MILITES tunc quod nunquam antea factum fuerat, jurejurando a tribunis militum adacti - - nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat.* v. Schelius in Dissert. post Hyg. Grom. c. 1. Cum ipsi qui convenerant, simul jurabant, *conjuratio* erat, cum singuli jurejurando adigebantur *Sacramentum*, autore Servio ad Æneid. 8, 1. Et hoc sensu de Christianis quoque potest accipi, quando per baptismum ecclesiæ inseruntur, juramentoque se Christo obligant. Hieron. epist. 1 ad Heliod. *Recordare tirocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, in sacramenti verba juraſti.* Et ante hunc Tertull. ad Martyres c. 3 *Vocati sumus ad militiam Dei vivi jam tunc, cum in sacramenti verba respondimus*, puta in baptismo, ut ipse interpretatur de spectac. c. 4, qui & expressius adversus Valentin. c. 27 dixit *in baptismatis sacramento:* nec non alterum Christianorum mysterium *sacramenti* nomine signavit de Corona milit. c. 3, *Eucharistiæ*, dicens, *sacramentum, omnibus mandatum a Domino, antelucanis cœtibus sumimus.* Caussa eadem appellationis, quæ in baptismo, quod denuo per jusjurandum & sacram promissionem Christo Deo nostro in sacra cœna obligamur. De utroque idem Tertull. adv. Marc. 4, 34 *Marem & fœminam ad sacramentum baptismatis & eucharistiæ admittens.* ¶ 4. Præterea apud Christianos scriptores *Sacramenti* vox passim pro *Mysterio* sumitur, ein geheimniß. Zeno Veron. Serm. de Abraham: *Festinet denique implere sacrificium: ne mora faciat peccatum, necessariis sacramentis præparatur.* Qui *sacramenta* hic dixit, post paullo vocat *mysteria:* & itaque hæc duo synonyma facit. Id. Sermone de Iuda, mysterium ternarii numeri, *Sacramentum numeri* dicit. Ita *Sacramenta munerum*, quæ magi obtulerunt, S. Hieron. in Matthæi c. 2 appellat. Id. ibid. in c. 27, 27 *Sic & isti, quæcunque fecerunt, licet alia mente fecerint, nobis, qui credimus, sacramenta tradiderunt:* id est, mystice intelligenda; ut paullo ante monuerat. Et ibid. *Velum scissum est, & omnia legis sacramenta, quæ prius tegebantur, prodita sunt.* Similiter B. Fulgent. de incarnatione Salv. c. 2 *Redemptionis sacramentum*; quod mox eodem capite *redemptionis mysterium* dixit. Et sequenti c. 3 *Mediationis* (ita enim legendum, non *mediatoris*, ut vulgo editur) *sacramentum* legimus. v. & Calaub. Exercit. 16 contra Baron. sect. 43.

¶ Sacramentālis, *e*, ad sacramentum pertinens. A juramento *sacramentales* olim dicti testes juratori adjuncti, & juratores ipsi *sacramentarii.* vid. Gu. Somneri Glossar.

¶ Sacrani, *orum*, m. pl. populi Italiæ; unde *Sacranæ acies* Virg. Æn. 7, 795; Vbi Servius: *Dicunt, quemdam Corybantem venisse ad Italiam, & tenuisse loca, quæ nunc urbi vicina sunt; & ex eo populos ducentes originem Sacranos appellatos. Nam sacrati sunt matri Deûm Corybantes. Alii Sacranas acies Ardeorum volunt, qui aliquando, cum pestilentia laborarent, ver sacrum voverunt, unde Sacrani dicti sunt.*

¶ Sácerdos, *ōtis*, c. a *sacris dandis*, id est, faciendis, appellatur, qui vel quæ sacrorum habet curam, der priester, die priesterin, ein geistlicher. Vitruv. 8, 1 *Et a physicis, & a philosophis, & ab sacerdotibus judicatur, ex potestate aquæ omnes res constare.* Sic, *Phœbi, Martis sacerdos*, h. e. poëta. Ovid. Amor. 3, 8, 23; & Horat. 3 od. 1, 3. Liv. 1, 19 *Sacerdotes suos cuique Deorum præficere.* Id 39, 4 *Sacerdotes eorum sacrorum, seu viri seu fœminæ essent.* Et 39, 17 *Eos maximos sacerdotes, conditoresque ejus sacri esse.* De altero sexu Cic. pro C. Balbo c. 24 *Sacra Cereris per Graecas semper curata sunt sacerdotes.* Et Virg. Æn. 1, 277 *Regina sacerdos.* Dicebantur *Sacerdotes* primo *nominari*, deinde *cooptari* proprie; vide *Nomino* & *Opto.* Nonnulla *Sacerdotum* genera proponit Livius 10, 6; & Lucanus 1, 595; ¶ 2. Pro augure Romano Plin. 2 epist. 1 *Ille die, quo sacerdotes solent nominare*, id est, augures prodere: ita enim ipse interpretatur 4 epist. 8. Adde mox dicenda in *Sacerdotium.* ¶ 3. Sub Monarchia Augustorum etiam liberi inter sacerdotes cooptati. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 11 p. 365 sq. ¶ 4. Est etiam in propriis nominibus. Ita *C. Sacerdos* fuit Verris in prætura Sicula antecessor. v. Quint. 6, 3. add. Cic. Verr. 3, 92. *C. Iulius Sacerdos* memoratur lapide ap. Grut. p. 442, 1.

¶ Sácerdotissa, *æ*, f. Vet. Inscriptio Hispanica adfertur: CORNELIÆ CLEMENTIS FILIÆ TVSCÆ SACERDOTISSÆ PERPETVÆ ORDO IPORCENSIVM, &c. Sed qualiscunque hæc inscriptio est, præstat alias innumeras sequi, quæ *Sacerdotis* vocabulum etiam de sequiore sexu enuntiant; v. g Gruter. p. 320 n. 12 CVRTILIÆ C. F. PRISCILLÆ SACERDOTI DIVÆ AVGVSTÆ. Et p. sequ. n. 4 DENTRIÆ L. F. POLLÆ SACERDOTI DIVÆ AVGVSTÆ. In Gellii quoque aliquot libris (10, 15) vulgatum fuerat *Flaminicas sacerdotissas*; sed dudum suboluit glossema eruditis, qui ad unum omnes hodie expungunt.

¶ Sácerdōtula, *æ*, f. dim. Varro L. L. 4, 29 *Dictum* CAPITAL *a capite, quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere.* Et Festus in FLAMINIA: *Flaminia dicebatur sacerdotula, &c.*

¶ Sacerdōtium, *i*, n. munus res sacras & divinas peragendi, quale Pontificum apud Romanos & Vestalium, das priester-amt, priesterthum. Hinc, *Sacerdotium inire*, Cic. pro Dom. sua c. 52. Et ibid. *Virgo Vestalis sanctissimo sacerdotio prædita.* Adde Cic. Art. 8, 3; Vitruv. 2, 8; Tac. An. 3, 19, 1; & 3, 64, 4; & Hist. 5, 8, 6; Petron. c. 137; Sidon. 2 epist. 6. ¶ 2. Pro auguratu, amplo apud Romanos honore. Lege Plinii 4 epist. 8. Ita Cic. Phil. 2, 32 *Tum hic bonus augur, eo sacerdotio se præditum esse dixit, ut, &c.* ¶ 3. Sacerdotia sua summis magistratibus Rom. deferebant provinciales. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 12 p. 416 seq.

¶ Sácerdōtālis, *e*, ad sacerdotium pertinens, priesterlich; ut, *Sacerdotales ludi*, Plin. 7 epist. 24. conf. Iuret. ad Symmach. p. 122; & Reines. epist. p. 156. Sic, *Nomen sacerdotale*, Macrob. Sat. 3, 5; *Lex sacerdotalis*, Tertull. adv. Iudæos c. 5. *Sacerdotialis* exstat in vetere lapide ap. Murat. p. 161.

¶ Sacrĭcŏla, *æ*, c. qui vel quæ sacra colit, sacerdos, ein priester. Tac. Hist. 3, 74, 1 *Immistus sacricolarum turbæ.* Apul. Florid. *Sum non ignotus illius sacricolæ.* conf. Solin. c. 23; Macrob. Sat. 5, 19; Ammian 22, 14; & Prudent. præfat. 1 adv. Symmach. v. 47. Ipsi Ciceroni hanc vocem restitutum it Guiliel. Verr. 4, 50 *Omnes sacerdotes, omnes sacricolæ atque antistites Cereris esse videntur.* vulg. *accolæ.*

¶ Sacrĭfacio, *ere*, pro *Sacrificare* apud Hieronymum.

¶ Sacrĭfer, *a, um*, sacra ferens. Ovid. Fast. 4, 252 *Est Dea sacriferas pœne secuta rates.*

¶ Sacrĭfĭco, *avi, atum, are*, sacrum facere, accusativo & ablativo, præter dativum personæ, jungitur, opfern; ut, *Sacrificare suem*, Ovid. Fast. 4, 414. *Argento Iovi sacrificare*, Plaut. Most. 1, 3, 84. Et absolute *Sacrificare*, immolare hostias, Nepos 23, 2, 4. Inter *sacrificare*, & *litare* quid interfit, docet Nonius 5, 12. Id. 7, 98 ex Varrone producit *Sacrificor* pro *Sacrifico.* Liv. 4, 30 *Novos ritus sacrificandi vaticinando inferentibus in domos.* Adde Varr. L. L. 8, 61; Gell. 18, 12; & 6, 41; Plin. 36, 5; Solin. c. 2; Lactant. 4, 14.

¶ Sacrĭfĭcans, *tis.* Liv. 25, 1. Vulg Interp. Es. 66, 3.

¶ Sacrificātus, *a, um*, active, qui sacrificavit. Sic *Sacrificati* & *Thurificati* olim dicti, qui Christianam quidem fidem professi, tamen metu suppliciorum sacrificabant idolis, deteriores *Libellaticis.* vid. Cyprian. epist. 52, & lib. de Lapsis.

¶ Sacrificātus, *ûs*, m. subst. actio sacrificandi. Apul. Met. 7 p. 196 *Nullum pecus sacrificatui habere.*

¶ Sacrificātio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Nat. D. 2, 27 *In dea Vesta, quod est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio postrema extrema est.*

¶ Sacrificator, *ōris*, m. sacerdos. Tertull. de Spectac. c. 8.

¶ Sacrĭfĭcĭlis, & Sacrificialis, *e*, zum opfer gehörig; ut, *Apparatus sacrificalis*, Tac. An. 2, 69, 2. conf. Macrob. Sat. 3, 2; & Tertull. adv. Hæret. c. 40. Sed & *Epulæ sacrificiales*, Apul. 9 Met. p. 217. *Termini sacrificales*, Auct. de Limit. p. 308.

¶ Sacrĭfĭcus, *a, um*, idem; ut, *Os sacrificum*, Ovid. Fast. 1, 130. *Aræ sacrificæ*, Val. Flacc. 8, 243. *Ritus sacrificî*, ordnung und weise im opffern, Ovid. Met. 14, 483. *Vestis sacrifica*, Silius 3, 27.

¶ Sacrĭfĭcus, *i*, m. subst. qui sacra facit, der da opffert. Ovid. Fast. 6, 803 *Sacrificio deductum nomen ab Anco.* Idem Met. 13, 590 *Des mihi sacrificos caliturasque ignibus aras.* Sacrificos, dicas igitur, quos vulgus vocat meß-pfaffen.

¶ Sacrĭfĭculus, *i*, m. diminut. ut, *Rex sacrificulus*, qui alias rex sacrorum, Gell. 10, 15; & Fest. cum not. Dacerii. De sacerdotibus ac vulgaribus popis Suet. Domit. c. 1 *Sacrificuli vanæ superstitionis.* Liv. 25, 1 *Sacrificuli ac vates capiunt hominum mentes.* conf Lactant. 5, 20. In his diminutivum contemtus nonnihil habere videtur, ut Germanorum quorundam pfaffe.

¶ Sacrĭfĭcium, *i*, n. res divina, ein opffer; ut, *Anniversaria sacrificia*, jahr-opffer, Cic. Verr. 4, 57. *Sacrificium facere*, Id. de Clar. Orat. c. 14. Liv. 1, 28 *Sacrificium lustrale in diem posterum parat.* conf. Colum. 1, 8; & 2, 22; Sidon. 8, 14.

¶ Sacrilegus, *i*, m. qui e sacro aufert, & religionem templorum violat, ein kirchen-räuber; ut, *Sacrilegus & hostis sacrorum*, Cic. Verr. 1, 3. *Sacrilegorum numero haberi*, Nepos 17, 4, 8. Vsurpatur & adjective

¶ Sacrilegus, *a, um*, kirchenräuberisch, gottlos; ut, *Manus sacrilega*, Horat. 2 oda 13, 2. *Sacrilegum impiumque bellum*, Cic. Verr. 5 c. ult. Et Tibull. 3, 5, 11 *Sacrilegos ignes*; Lactant. 5, 4 pr. *Sacrilegas litteras* dixit; & Virg. Æn 7, 595 *sacrilegum sanguinem.* Superl. *Sacrilegissimus*, exstat in Plauti Rud. 3, 4, 1.

¶ Sacrilege, adv. idem. Tertull. Apol. c. 12 *Contumeliosissime & sacrilege.*

¶ Sacrilegium, *i*, n. rerum sacrarum furtum, ein kirchenraub, eine gottlosigkeit. Sic, *Sacrilegium admittere*, Quintil. 4, 2 p. 320; & *Sacrilegii reum esse*, ibid. *Sacrilegii aliquem damnare*, Nepos 7, 6, 4. *Abire in sodalitium sacrilegii*, Cic. in Sallust. c. 5. *Prope sacrilegium ratus sum, Cossi Cæsarem subtrahere testem*, Liv. 4, 20. *Sacrilegium verius quam sacrum videbatur*, Curt. 4, 3, 23. Sen. de Vita beata c. 27 *Cum in cœlum insanitis, non dico sacrilegium facitis, sed operam perditis.*

¶ Sacriportus, *ûs*, m. id est, *facer portus*, locus sic dictus apud Romanos. Varro L. L. 4, 8 *In hac regione sacriportus est.* conf. Aur. Vict. Vir. illust. c. 68 & 75.

¶ Sacrosanctus, *a, um*, hoc est, maxime sanctus, inviolabilis, hochverprivilegirt; ut, *Sacrosanctus tribunus plebis*, Plin. 7, 44, quem violare nefas erat. Qua de re classicus locus est Liv. 3, 55. Hinc *sacrosancta potestas*, id est, tribunitia, Liv. 29, 20. add. Id. 9, 8. *Possessiones sacrosanctæ*, h. e. intactæ, & ab omni injuria tutæ, Cic. Cat. 2, 8: & *Accusator velut sacrosanctus*, Tac. An. 4, 36, 4. Adde Stat. in epist. ad Stellam: & Sidon. 4, 3. *Sacrosanctum* vero a *sacro* & *sanciendo* dicitur: quod lege lata & jurejurando interposito institutum a populo est, ut, si quis id violasset, morte penderet pœnas. v. Fest. & ibi Dacer. Plura de hoc vocabulo, & quomodo

sacrum

sacrum, sanctum, sacrosanctum & *religiosum* differant, Manut. Quæsit. per Epist. ultimo lib. 3. Conf. Macrob. Sat. 3, 3. Cic. pro Balbo c. 14 *Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus plebsve sanxisset: &c.* Liv. 3, 19 de tribunis pl. *Hi postulant, ut sacrosancti habeantur, quibus ipsi DI neque sacri neque sancti sunt.* Conf. Marc. Donat. ad Liv. 27, 38. De quantitate secundæ syllabæ quæritur: Est enim ex ablativo *sacro* composita vox. Drepanius vero corripuit, & ita malit Vossius de Arte Gramm. 2, 20, quod O in compositis ex duobus nominibus corripi soleat, ut in *Bardocucullus*. Sed &

¶ Sacersanctus, *a, um*, pro *Sacrosanctus*, Tertull. de Cor. Mil. c. 13 *Quam sacersanctus, quamque honestus ac mundus sit habitus iste.*

¶ Sacrovir, *i*, m. cognomen Iulii cujusdam. v. Tac. An. 3, 40, 1; 3, 44, 3.

¶ Sacrovirianus, *a, um*, adject. ut, *Sacrovirianum bellum*, ibid. 4, 18, 1.

I. Composita a *Sacerdos*.

¶ Archisacerdos, *ōtis*, m. ein ertz- oder ober-priester. Fortunat. 3 carm. 11 pr. *Culmen honorificum, patrum pater, archisacerdos.*

¶ Consacerdos, *ōtis*, m. collega sacerdotii. Symmach. 10 epist. 74 *Per tres consacerdotes.* Conf. Cyprian. 1 epist. 1.

II. Composita a *Sacro, are*.

¶ Consĕcro, *avi, atum, are*, Deo dicare & sacrum facere, einweihen, zum gottesdienst ordnen; ut, *Consecrare aram*, Cic. pro Domo c. 55; *Delubrum alicui Deo* aut *Deæ*, Id. Nat. D. 3, 36; item, *Dei* aut *Deæ alicujus nomine*, sic enim loquitur de Nat. D. 2, 26. *Ars curandi tuendique corporis Deorum inventioni est consecrata*, id est, adscripta, Id. Tusc. 3, 1. Et rursus ad Qu. fratr. 1, 1, 15 *Cum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui*, hoc est, immortalem reddere. ¶ 2. In tristiorem partem pro *Devovere*, verfluchen. Liv. 3, 48 Icilius filiam mactans, *Te*, inquit, *Appi Claudi, tuumque caput sanguine hoc consecro.* Plin. Paneg. c. 64 *Iuravit, expressit, exclamavitque verba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum iræ consecraret.* ¶ 3. Sed *Consecrari Imperatores* dicebantur, quando inter Deos referebantur, vergöttert werden: quod qua ratione fieri solitum, Herodianus luculenter ostendit 4, 2. Ita hoc verbo usus est Plinius Paneg. c. 10. Ipse Cic. pro Mil. c. 29 *Viri, qui ad immortalitatis & religionem & memoriam consecrantur*, i. e. ut ante dixerat, *quibus Deorum honores tribuuntur.* vide mox *Consecratio.*

¶ Consecrans, *tis*. Vulg. Interp. Ezech. 16, 21 *Immolasti filios meos & dedisti illos consecrans eis.*

¶ Consecrātus, *a, um*, geheiliget, vergöttert; ut, *Delubra sanctissimis religionibus consecrata*, Cic. proœm. 1. Act. in Verr. 1, 5. Sic *Locus consecratus* opponitur *profano*, Cic. Partit. Or. c. 10. *Honor hominis Deorum religione consecratus*, Id. Verr. 2, 21. *Consecrata simulacra*, Id. N. D. 3, 24.

¶ Consecrātio, *ōnis*, f. die heiligung, weihung, einsegnung. Cic. pro Dom. c. 48 *An consecratio nullum habet jus, dedicatio est religiosa?* ¶ 2. *Consecratio*, ἀποθέωσις, imperatorum, sive *Deificatio*, ut Tertullianus interpretatur Apol. c. 11, die vergötterung; cum mortui imperatores certa solennitate ac ceremonia in numerum Deorum referebantur, *Divique* ex eo appellari solebant: quod primum Cæsari contigit, ut Servius etiam ad ecl. 5 Virg. observat. Ritus autem iste consecrandi, sive Deos faciendi, ita sese habebat, ut in compendio rem explicemus: Extruebatur rogus sive suggestus in foro ligneus, quatuor tabernaculis in turris speciem assurgens, quadrata forma, sed ut quodlibet tabernaculum justa dimensione altero contractius esset. Intus multa congesta accumulataque arida erant, quæ facile ignem conciperent; extra auro, ebore, purpura ornata omnia splendidissime fulgebant. In summo fastigio currus inauratus statuebatur, quo vehi solitus imperator fuerat. Hinc post alia solennia, quæ ibi fiebant, cum ingens aromatum odorumque omnis generis vis, cum variis donis aliis aggesta esset, successor imperatoris primus admovebat facem, sequentibus magistratibus cæteris & succendebat machinam. Immisso igne, de superiore tabernaculo aquila emittebatur simul, quæ animam principis in cœlum vehere crederetur. Neque honoris hoc genere principes tantum, sed & Augustæ, hoc est, imperatorum conjuges afficiebantur. In Augustarum tamen consecrationibus, pro aquila, quæ Iovi, virili numini, sacra erat, pavo, Iunonis, hoc est, muliebris numinis avis, adhibebatur. Vnde in veteribus nummis sæpe aquila aut pavo visitur, symbolum consecrationis. Ritum istum adumbravit saltem Dio lib. 56 funus Augusti describens: sed luculentissime Herodianus recensuit Hist. 4, 2. conf. Blond. lib. 2 Romæ Triumph. Onuphr. Panvin. lib. 2 Fast. Salmas. ad Scriptores Hist. Aug. Cataub. ad Pers. p. 213. Alex. ab Alex. G. D. 6, 4, & ibi Tiraquellus p. 623 seq. ¶ 3. Igitur *consecratio* etiam dici queat in ecclesia Rom. die canonisation.

¶ Consecrator, *ōris*, m. qui consecrat. Hieronym. epist. 83 ad Oceanum c. 4 *Virginum consecrator.* Tertull. de Pudicit. c. 21 extr. *Auctor & consecrator ecclesiæ.* Firmicus 4, 7 *Simulacrorum consecratores.*

¶ Consecratrix, *īcis*, f. Tertull. adv. Gnostic. c. 3 *Consecratrix bovis cujusdam.* ¶ 2. Plantam, quæ *Iris* a Græcis dicitur, *Romani radicem maricam, gladiolum & consecratricem dicunt.* vid. Dioscor. 1, 1.

¶ Consecrāneus, *i*, m. eorundem sacrorum particeps, ein amts- oder mitgenoß. Maximinus apud Capitol. in Gordianis c. 14 *Sacrati commilitones, imo etiam mei consecranei.* Tertull. Apol. c. 16 *Sed & qui cruci nos religiosos putat, consecraneus erit noster, cum lignum aliquod propitiatur*, Vet. Gloss. συμμύστης, *Consecraneus.*

¶ Desācro, *are*, weihen, apud Statium legitur simplicis *sacrare* significatione, Theb. 9, 586 *Quercus erat, Triviæ quam desacraverat ipsa.*

¶ Defecrātus, *a, um*, geweihet. Plin. 28, 8 *Chamæleon per singula membra defecratus.*

¶ Exsacrifico, *are*, heiligen, opfern. Ennius apud Cic. de Divin. 1, 21 *Exsacrificabat hostiis.*

¶ Exsĕcror, vel Execror, *atus sum, ari*, deponentiale, detestari, verfluchen, verwünschen; ut, *Exsecrari & male alicui precari*, it. *Odisse aliquem, pestem ei exoptare & eum exsecrari*, Cic. in Pis. c. 14 & 40. *Exsecrari in caput alicujus*, alles unglück an den hals wünschen, Liv. 30, 20; & 39, 51. Sic est

¶ Exsecro, *are*, pro *Exsecrari*, Priscian. p. 797; & Afran. ap. Nonium 7, 45 *Experjurabant, exsecrabant se ac suos.* Hinc mox *Exsecratus* passive.

¶ Exsecrandus, *a, um*, verflucht; ut, *Exsecrandus populo & detestabilis*, Cic. Phil. 2, 26. *Pessima atque exsecranda res*, Plin. 17, 13. Superl. Salvian. 7 de Gubern. p. 284 *Romani imperii dedecus erat, ut in medio reip. sinu exsecrandissimum nefas palam liceret admitti.*

¶ Exsecrans, *tis*. Ovid. Met. 5, 105 *Semianimi verba exsecrantia lingua edidit.* Id. in Ibin v. 91 *Vota exsecrantia.*

¶ Exsecrātus, *a, um*, passive, verflucht, verbannet; ut, *Civitas exsecrata*, Horat. epod. 16, 18. *Eversio exsecratæ columnæ*, Cic. Phil. 1, 2. Et, *Exsecratissima auguria*, Plin. 28, 2. Conf. Scrib. Larg. Compos. 199; Lactant. de Mort. pers. c. 22. ¶ 2. Item active, der da verfluchet hat. *Seipsum & suos exsecratus*, i. e. devovens, Val. Max. 3, 2, 29. *Exsecratus aniculæ insidias*, Petron. c. 7. conf. Front. Strat. 4, 5, 16.

¶ Exsecrātio, *ōnis*, f. der fluch, die verfluchung, der bann; ut, *Exsecrationibus publicis sancitum est*, Cic. Off. 3, 13. Et Liv. 26, 25 *Diram exsecrationem in populares composuerunt.* conf. Quint. 11, 1 p. 980.

¶ Exsecrator, *ōris*, m. qui exsecrat. Tertull. de Pudicit. c. 15 *Exsecrator impuritatis.* Augustin. ep. 166 sub fin. *Exsecratores malorum.*

¶ Exsecrābilis, *e*, verfluchens werth, abscheulich. Item, active, quod exsecratur, seu cum exsecratione conjunctum est. Liv. 9, 27 *Odium exsecrabile in his captos erat.* Id. 31, 17 *Præeuntibus exsecrabile carmen* (die fluch-formel) *sacerdotibus, jurejurando adacti.* Val. Max. 1, 1, 1 *Exsecrabile ac dirum.* Comp. *Exsecrabilius animal*, Plin. 9, 48, id est, magis noxium. conf. Aur. Vict. de Cæs. c. 17.

¶ Exsecrabiliter, adverb. idem. Augustinus Confess. 8, 7 *Tanto exsecrabilius me oderam.*

¶ Exsecrabilitas, *ātis*, f. Apul. 2 Doctr. Plat. p. 21 *Vitia pariunt exsecrabilitatem.*

¶ Exsecramentum, *i*, n. pro *Exsecratio*, ein scheusal, abscheu. Tertulliani est Apol. c. 22; & adv. Iudæos c. 5; & Vulg. int. Sirac. 15, 13.

¶ Obsĕcro, *are*, est, *ob sacra*, vel per Deum orare, um Gottes willen bitten. Ter. Andr. 2, 1, 28 *Te per amicitiam & per amorem obsecro, ut ne ducas.* Cic. Verr. 2, 17 *Cum multis lacrymis eum oraret atque obsecraret.* Id. Att. 3, 11 *Obsecro te, ut omnia certa perscribas*, Ter. Heaut. 5, 5, 4 *Mi vir, obsecro te, ne facias.* Plin. 4 epist. 9, 12 *Multis precibus, pæne etiam lacrymis obsecrabat.* Id. 9 epist. 29 *Venia obsecranda est.* Et Plaut. Bacch. 4, 9, 102 *Si me fas est obsecrare abs te. Obsecrare* & *obtestari* quomodo differant, Manut. ad Cic. Epist. 2, 1 docet. ¶ 2. Sæpe etiam adverbialiter ponitur, præsertim in interrogationibus. Ter. Eun. 5, 5, 21 (al. sc. 4, 41) *Obsecro, an is est?* lieber, ists der? Sed etiam in his vim verbi retinet, nec vere fit adverbium, quod vulgo putant; ut casus appositus in similibus exemplis ostendit. Cic. Att. 13, 13 *Attica mea, obsecro te, quid agit?*

¶ Obsecrans, *tis*. Ter. Heaut. 4, 4, 3 *Sæpe obsecrans me, ut veniam.* Id. Adel. 3, 4, 26 *Venit ipsus ultro lacrumans, orans, obsecrans.*

¶ Obsecratus, *a, um*, gebeten, angeruffen. Sallust. Iug. c. 25 *A Numidis obsecrati triduo navim ascendere.*

¶ Obsecrātio, *ōnis*, f. die bitte; ut, *Prece & obsecratione humili ac supplici uti*, Cic. de Invent. 1, 16. *Obsecratio in unum diem populo indicta*, ein allgemeiner bettag, Liv. 26, 23; & 27, 13; add. 4, 21. Et, *Obsecratio habetur*, Suet. Claud. c. 22. *Supplicationes* & *obsecrationes* differunt, ut genus & species. Supplicationes erant vel obsecrationes, quibus iram Deorum avertebant, eorumque favorem sibi conciliabant, vel gratulationes, quibus Diis pro præstito favore gratias agebant. v. Drakenb. ad Liv. 31, 9. Turnebi Adv. 27, 7.

¶ Exobsecro, *are*, pro valde obsecrare, erbitten. Plaut. Asin. 1, 3, 93 *Supplicabo, exobsecrabo, ut quemque amicum videro.*

¶ Prosĕcro, *are*, opffern; ex Lactantio videtur probari posse, quod lib. 4 c. 27 Aldus edidit: *Dæmonibus profecrarant*; ubi Mich. Thomasius, & Thysius, & Cantabrigensis: *profecrant*, quasi sacra faciunt: at Th. Spark *profecant*, ut ad *proficias* & *profecta*, sacrificiorum vocabula, respiciatur.

¶ Resecro, (Resacro) *are*, religione solvere, wieder einsegnen, aus dem bann thun. Nepos 7, 6, 5 *Eumolpidæ resacrare sunt coacti, qui eum devoverant.* ¶ 2. Item, wieder bitten. Plaut. Pers. 1, 1, 49 *Obsecro te, resecro, operam da hanc mihi fidelem.* conf. Aul. 4, 7, 4; & Fest. & P. Pithœi Adverss. 1, 10; & Plautinos Interpretes.

¶ Resecratio, *ōnis*, f. die aufhebung des fluchs, apud Augustinum.

SĀCŌDIOS, *ii*, f. gemma hyacinthini coloris, quem colorem Indi *Sacon* vocant. v. Plin. 37, 10.

SACŌMA, *ătis*, n. ex Græco σάκωμα, quod & σήκωμα, ein instehend gleichgewicht. Dupliciter accipitur: Namque σήκωμα seu *sacoma* dicitur primo æquipondium; ut, cum fabro aurario locaturus opus, auri massam do certi ponderis, unde opus faciat, itaque ei appendo, ut massam plumbi pari pondere ab eo recipiam. Hoc æquipondium igitur *Sacoma* est. Cum opus igitur factum aurifaber mihi rursus ad pondus, seu æquipondium illud plumbeum, quod ab eo acceperam, appendit, illudque respondet exacte, & æquat sacoma, tum dicitur aurifaber *opus ad sacoma præstitisse.* Vitruv. 9, 3 de Hierone loquens: *Cum auream coronam votivam Diis immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani pretio locavit faciendam, & aurum* ad sacoma appendit *redemtori. Is ad tempus, opus manufactum subtiliter, regi approbavit & ad sacoma pondus coronæ visus est præstitisse.* In veteribus Vitruvii exemplaribus legitur etiam genere muliebri; *ad sacomam pondere*, pro *ad sacoma.* vid. Voss. Inst. Orat. p. 258. Deinde *Sacoma* dicitur pondus, quod lanii trutinæ sursum latæ adjungitur, ut gravio-

viori æqualis fiat. vid. Iulius Pollux 4, 24, & Parei Lex. Crit. p. 1104.

SĂCŎPĒNIVM, *i*, n. gummi arboris ferulaceæ, vide *Sagapenum*.

Sæcus, vide *Sacudos*, Sacramentum, sacrani, sacrare, &c. sacrifico &c sacrilegus, &c. sacrinum, sacrosanctus, *Sacer*.

SADDŪCAEI, *orum*, m. pl. Σαδδουκαῖοι; quorum secta neque corporum humanorum resurrectionem, neque angelos, neque spiritus credebat v. B Hieron. in c. 22 Matthæi, quem notat tamen Scaliger Elencho trihæresii c. 17; Adde Grotium ad eundem Evangelistam. Tertull. adv. Hæret. c. 45 *Sadducæi ex hujus erroris* (Dositheani) *radice surgentes, ausi sunt etiam resurrectionem carnis negare.* Et Iuvenc. 3, 222 *Ecce Pharisæi Sadducæique dolosi.*

SĂDOR, legitur ex Lucilio apud Nonium 2, 202. Sed Dousa in Reliquiis ejus p. 40, cum Turnebo in Adversi. 29, 22, ita exprimit veritum: *Rador, subvellor, deliquamor, pumicor, ornor.*

Sæculum, vide *Seculum*.

SAEPE, sæpius, sæpissime, adverb. oft, öfftmal; ut, *Sæpe ac multum hoc mecum cogitavi*, Cic. de Invent. 1, 1. Id. pro Font. c. 8 *Semel atque iterum ac sæpius*, zum öfftern. *Iterum sæpiusque te rogo*, Id. fam. 13, 43. *Quod etsi sæpe audistis est, dicendum tamen est sæpius*, Id. Off 3, 17. Et, *Sæpissime aliquid expertus*, Sallust. Iug. c. 63. *Sæpe fugam Danai moliti*, i. e. aliquoties, Virg. Æn. 2, 108. conf. Id. Ge. 1, 379.

¶ Sæpior, *ius*, & Sæpissimus, *a*, *um*, öfftmalich, adjectiva ab adverbio nascentia antiquos protulisse, testatur Priscianus lib. 15 p. 1016.

¶ Sæpĭcŭle, adverb. idem quod *sæpe*. Delectatur eo Apulejus, crebroque utitur, v. g Met. 6 p. 185 *Sæpicule commonebant*: & 9 p. 235 *Vacuas manus complodens sæpicule*. Hausit ex Plauti Cas. 3, 5, 59, ubi *sæpicule paccas*, legitur.

¶ Sæpiuscule, idem, quod adverbium diminutivum a comparativo *sæpius* fieri asserit Priscianus 3 p. 611; & ita legit apud Plautum.

¶ Sæpenumĕro, idem quod *sæpe*: ut, *Sæpenumero miravi Sceo*, Cic. de Senect. c. 2. conf. fam. 16, 21; & pro Rosc. Am. c. 29 & 41: Sallust. Cat. c. 52; Cæs. B. G. 1, 33, &c. & Colum. præf 1. ¶ 2. *Sæpinumero* habet Gell. 3, 16 *Gigni hominem sæpe, sæpinumero decimo mense*.

¶ Persæpe, adv. sehr oft. Cic. pro Marcell. c. 6 *Persæpe congratulari*. Et de Amicit. c. 20 *Quod persæpe fit*.

Sæpes, vide *Sepes*, Sætabis, *Setabis*, Sævio, sævitia, *Sævus*.

SAEVVS, *a*, *um*, adject. crudelis, unbarmherßig, grauſam, greulich, feindſelig; ut, *Sævæ memorem Iunonis ob iram*, Virg Æn. 1, 4. *Sæva tempestas*, Tac. Agric 22, 2, ein ſchrecklich ungewitter. *Tubines sævi*, Cic. de Orat. 3, 39 ex poëta. *Sævior indomitis juvencis*, Ovid. Met. 12, 398. *Quibusvis lupis & ursis sævior*, Apul. Met. 8 p. 209. Sic, *Sævissimus dominus*, Plin. Paneg. c. 52. Et Tac. Hist 2, 3, 3 *Nobilium sævissimus L. Sylla*. Absolute Id. An. 3, 21, 2 *Sæva & detestanda alicui clamitare*, den teufel auf den hals wünſchen. ¶. 2. Antiquis & in bonam partem accipiebatur pro *magno* & *pronte*. Ita Virgil. usus in illo Æn. 12, 107 *Maternis sævus in armis*. Servio interprete. Ita & alibi Sic Ennius apud eundem Servium: *Inducta fuit sæva flabra*, id est, magna. Et Virg. Æn. 2, 556 *Sævum horrorem* pro *magno* dixit. Etiam Germanis augmentativum est ſuum, grauſam. ¶ 3. *Sævum* adverbialiter Sil. 1, 398 *Cui sævum arridens*. Ita & *Sævum fremere*, Claud. de Raptu Pros 1, 285; & 2, 212.

¶ Sæve, adverb. Suet. Tib. c. 59 *Multa sæve & atrociter factitavit*. Gradus vide in sequente *Sæviter*.

¶ Sæviter, adverb idem. Plaut. Pseud. 5, 2, 31 *Cogito, sæviter blanditerne alloquar*. conf & Pœn. 1, 2, 121; & Trin 4, 3, 63. Compar. Columella 11, 1 *Parum prudentes, aut sævius aut etiam lenius agendo*. Et ſuperl Id. 1, 4 extr *Quædam loca ætate sævissime cadent*.

¶ Sævĭtia, *æ*, f. crudelitas, inclementia, die ſchärffe, wut, grauſamkeit, unbarmhertzigkeit. Cic. Off. 2, 7 *Iteris adhibenda sævitia in famulos, si aliter teneri non possint*. Ita *jactati furoris sævitia mari*, Vellej. 1, 2, 7. Elegantissime *cachinnantem sævitiam* Mamertinus dixit pro ea, quæ sub persona risus tegitur: Ita enim Paneg. Iuliani c 24 scribit: *Quis nescit aliorum Imperatorum hilarem dementiam, cachinnantemque sævitiam, a quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur?* Ovid. Met. 6, 688 *Sævitiam, & vires, iramque animo que minaces*.

¶ Sævĭties, *ēi*, f. idem. Tac. An. 11, 10, 8 *Per sævitiem ac luxum adegit Parthos &c.* Apul 6 Met. p. 151 *Sacrus sævitiem exsecrata*.

¶ Sævĭtas, *ātis*, f. idem. Apul. Met. lib. 9 *En insignæ rei sævitatem*. Id. lib 3 *Quod tam fœtam sævitas consecuta*. Vbi Beroaldus p. 357 notat, *non tam crudelitatem significari, quam sinistri status & adversam fortunam: sævum sive scævum, quasi σκαιον, esse sinistrum*. Imo nonnullis utroque loco est *scævitas*. v. Ernesti. p. 135 & 221. Prudent. in Romano v. 483 *Cum sæpe meibos major armet sævitas*. v. Nic. Heinsio notata. Firmic. 5, 5 *Deterrere aliquem sævitate sua*.

¶ Sævĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Plaut. apud Nonium 2, 796 *Mole sævitudo mala sit pejor*.

¶ Sævidĭcum, *i*, n. i. e. sævum dictum, ein ſcheltwort. Ter. Phorm. 1, 4, 36 *Ne sævis te iratus sævidicis protelet*. Aliqui legunt *sævidicis*, scil. verbis, ead. sententia.

¶ Sævio, *ivi*, & *ii*, *ītum*, *īre*, crudeliter in aliquem agere, wüten, toben, raſen. Videtur utrumque & *sævus* & *sævio*, formatum a græco σεύω, hoc est, *furere*: Liv. 3, 45 *Sævite in tergum & in cervices nostras, judicia saltem in tuto sint*. Vellej. 2, 74, 4 *In Pervsinos magis ira militum quam voluntate sævitum ducis*. Sic Curt 8, 10, 6 *Etiam in tecta sævitum est*. Virg. Æn. 4, 531 *Res agens sævit amor &c.* ¶ 2. *Sævire*, & vehementius irati dicuntur, cum verbis tantum detonant, ſchmälen, böſe ſeyn. Virg. Æn. 6, 544 *Ne sævi, magna sacerdos*. Deiphobus enim, qui hoc loquitur, verbis tantum a Sibylla hactenus castigatus fuerat. Sic Æneas in Virg Æn. 12, 387 *sævire* dicitur, i. e. vehementius indignari, quod accepto vulnere pugnæ subtraheretur. Ita enim canit Poëta: *Sævit, & infracta dextram fulmine telum Eripere, auxilioque viam, quæ proxima, poscit: &c.*

¶ 3. Est etiam *sævire* fremitum & hinnitum edere. Sil. 4, 94 *Acer vincentum lituos hinnitus sævit equorum*. Liv. 2, 64 *Fremitus hinnitusque equorum qui sævichant*. Adde Apul. Metam. 2 p. 116, qui de latratu canum usurpat.

¶ Sæviens, *tis*, wütend, tobend, raſend. Curt. 3, 8, 15 *Purpurati barbara feritate sævientes*. Tac. An. 15, 46, 3 *Sæviente pelago*. Petron. c. 108 *Interpellari sævientium minas*. Apul. Met. 8 p. 208 *Lupi nimia ferocitate sævientes*. Id. 4 p. 145 *Merum sævienti ventri aviditer ingurgitare*. Id. 10 p. 240 *Proceliam fortunæ sævientis evadere*, dem unglück entgehen.

¶ Desævio, *īre*, sævitiam remittere, die wut auslaſſen, austoben, aufhören mit wüten. Virg. Æn. 1, 52 *Dum pelago desævit hiems*. ibid. 10, 569 *Desævit in æquore victor*. Lucan. 5, 303 *Ira desævit*. Claud. in Eutrop. 1, 182, Sed ¶ 2 Suet. Ner. c. 29 *Desævire in omnes*, est valde sævire. Horat. 1 epist. 3, 14 *Tragica desævit & ampullatur in arte*.

¶ Exsævio, *īre*, austoben. Livius 30, 39 *Dum reliquum tempestatis exsæviret*.

¶ Obsævio, *īre*, sævire. Plaut. Epid. 4, 1, 29 *Tu ne is es, qui in mea ærumna obsævisti graviter*. Alii aliter.

¶ Persævus, *a*, *um*, sehr grimmig, voller wut. Mela 2, 5 extr. *Parva flamina, ubi accrevere, persæva*.

¶ Resævio, *īre*, rursus sævire, wieder toben. Ovid. Trist. 1, 1, 103 *Ne mota resæviat ira*.

SĂGA, *æ*, f. quam Festus *mulierem sacrorum peritam*; Nonius 1, 86 *Virorum indagatricem ad libidinem* interpretatur, eine kupplerin. Vnde ibi Lucilius: *Ut saga & bona conciliatrix*. Et Turpil. *Non ago hoc per sagam pretio conductam*. ¶ 2. De incantatrice sive venefica hoc nomine utuntur alii, eine hexe, zauberin. Horat. 1 od. 27, 21 *Quæ saga, quis te solvere Thessalis Magus venenis, quis poterit Deus?* Tibull. 1, 2, 41 *Vt mihi veræx Pollicita est magico saga ministerio*. Et tunc veneficæ istæ non libidinolæ modo, sed & infernalium sacrorum & multarum rerum peritæ scientesque videri volunt, ut nec inepte Nonius, nec recte interpretatus vocabulum Festus videatur, qui a *Sagiendo* derivat. *Præsagire*, inquit, *est acute sentire: Vnde* SAGAE *dictæ, anus, quæ multa sciunt*; & SAGACES *canes, qui ferarum cubilia præsentiunt*. Alio loco, *Patricem sacerdotem* interpretatur, quod plane ad Horatii locum facit. Cic. Divin. 1, 31 SAGIRE *sentire acute est, ex quo* SAGAE *anus, quia multa scire volunt*; & SAGACES *dicti canes &c.* Ergo *Saga*, eine kluge frau, eine ſeyerſprecherin. Scaliger Tuscam vocem censet, & potest verbum *Sagire* Tuscæ originis esse. De *Sagis* earumque *vana superstitione* conf. Colum. 1, 8.

¶ Sāgus, *a*, *um*, revera adjectivum est, a *Sagio*, merckſam, kundig. Namque & Statius *Sagas aves* dixit Achill. 1, 58 *Nunc fagas affatur aves*. Et Thebaid. 8, 204 *Ipse nihil certum fagis clangoribus æther Præcinet*. Id. Prudent. περιστ. v. 298 *Nec sago clangore loquax & strigula cornix*.

¶ Sāgana, *æ*, f. idem quod *Saga*. Priscian. 4 p. 622 *Sagana & saga idem significant*. Celebris veneficæ nomen est apud Horatium epod. 5, 25; & 17 sat. 8, 25, 41 & 48. Sed primam corripit, ut etiam fagax. Sic ap. Petron. c. 58 servus alteri minatur iras & maleficia veneficæ dicens: *Sagana tibi irata sit cavebo*.

¶ Sāgio, *īvi*, *ītum*, *īre*, acute sentire, bald mercken, ſpüren; verbum, de quo paullo ante ex Cic. & Festo in *Saga*. Priscian. 4 p. 638 *Sagio, fagis, fagare*, ubi Scholiastes ineditus: *Sagio; prospecto, prævideo*.

¶ Sāgax, *ācis*, prima contra primitivi naturam correpta, agilis, intelligens, ut a *Mentiri, mendax, &c.* ſchlauh, liſtig, witzig. Præcipue *canes fagaces* dicuntur, ſpürhunde; qui sunt *ferarum vel animalium quæsitores*, uti vocat Nonius l. c. quibus & *narem fagacem* Lucanus tribuit 7, 829. Plaut Curc. 1, 2, 17 *Canem esse quidem hanc magis par fuit; fagax nasum habet*, Ovid. Met. 11, 599 *Canibusve fagacior anser*. Sed & solertes atque acuti homines sic appellantur: *Mens acris & vigens celeritateque multa cogitans, & ut ita dicam, fagax*, Cic. Fin. 2, 14. *Sagacissimus ad suspicandum*, Id. Cat. 1, 8. Et Colum. præf. lib. 1 *Rerum naturæ sagacissimus*, ein guter naturkundiger. Iustin. 1, 9, 14 *In conjecturis sagacissimus*. Vet. Gloss *Sagax, ἐχέφρων, ἀγχίνους, πανοῦργος, πραγματικός*. V. Scaliger. Exercit. 252 sect. 2.

¶ Sāgācĭter, adverb. idem; ut, *Sagaciter pervestigare*, Cic. de Orat. 1, 51, id est, callide, liſtiglich ausforſchen. *Odorari sagacius*, Id. Att. 6, 6; & Horat. Epod. 12, 4. *Odorari sagacissime*, Cic. de Orat. 2, 44.

¶ Sāgācĭtas, *ātis*, f. die behende liſtigkeit, verſchlagenheit ſcharffſinnigkeit; ut, *Naribus sagacitas*, Cic. Nat. D. 2, 63, eine dünne naſe ſo bald etwas riechen kan. *Eâ erat sagacitate, ut decipi non posset*, Nepos 7, 5, 2.

¶ Prædĭgio, *īre*, quod explicat Cicero Divin. 1, 31 *Qui ante sagit, quam obtata res est, dicitur præsagire, id est, futura ante sentire*, zuvor ſpüren, vorher merckẽn ſich ein ding ſchwanen laſſen. Sic autem dicimus: *Animus præsagit magna mala*, Sen. Theb v. 278. Ter. Heaut. 2, 2, 7 *Nescio, quid profecto mihi animus præsagit mali*, was mir für ein unglück ahnet. Et sic *Animus mihi præsagiebat*, Cic. Divin. 1, 31, mein herz ſagte mirs wohl. ¶ 2. Etiam ipsa ostenta dicuntur *præsagire*, id est, prænuntiare: Apul. 9 Met. p. 235 *Hæc event, quæ prodigiosa præsagiverant ostenta; hæc, quæ miserrimo domino nunciata*. ¶ 3. Forma deponentizli Plaut. Bacch. 4, 4, 28 *Animus jam istuc dictu plus præsagitur mali*. conf. Nonius 7, 73.

¶ Prædāgĭum, *tis*. Liv. 30, 20 *Hoc ipsum præsagiens animo*.

¶ Prædāgĭtio, *ōnis*, f. vis præsagiendi. Cic. Divin. 1, 31 *Ineſt animis præsagitio divinitus inclusa*. conf. Festum.

¶ Præsāgium, *i*, n. præsensio, eine weiſſagung, anzeigung, vorbote; ut, *Præsagia mentis*, Ovid. Pont. 2, 8, 57. Apul. Met. 9 p. 233 *Stupore defixi miramur ac trepidant divina præsagia*. Vellej. 2, 57, 2 *Plurima præsagia atque indicia Dei immortales futuri obtulerant periculi*.

¶ Præsāgus, *a*, *um*, præsentiens, vorher merckend. Claud. 1 de Rapt. Proserp. v. 190 *Heu mens præsaga futuri*. Virg. Æn.

Æn. 10, 843 *Mens præsaga mali.* Ovid. Met. 2, 124 *Suspiria præsaga luctus.*

¶ SAGAPĒNVM, *i*, n. σαγάπηνον, succus vel lacryma plantæ ferulaceæ, Plin. 20, 18, & Dioſc. 3, 79; vulgus *Seraphinum* vocat, ſerapinſafft, conf. Celſ. 6, 6; Plin. 12, 25; & 19, 3; & 28, 11. Dicitur etiam *Sacopenium*, ibid. 20, 18.

SĂGĂRIS, *is*, m. fluvius Phrygiæ, Ovid. Pont. 4, 10, 47. ¶ 2. Eſt & viri Trojani nomen, Virg. Æn. 5, 263; & 9, 575.

¶ Sagaritis, *ĭdis*, f. nomen fictum Nymphæ a *Sagari* flumine, Ovid. Faſt. 4, 229.

Sagarius, ſagatio, &c. vide *Sagum*, Sagax, *Saga.*

SAGDA, *æ*, f. gemma porracei coloris, Plin. 37, 10; & Solin. c. 50.

SĂGĒNA, *æ*, f. σαγήνη, rete piſcatorium, eine watte, fiſchernetz. Latini *verriculum* vocant. v. Vlpian. Dig. lib. 47 t. 3 l. 13 § 7. Manilius 5, 678 *Excipitur vaſtâ circumvallata ſagena.*

SAGENON, *i*, n. gemma laudatiſſima in Indis, al. *Argenon*, Plin. 37, 9.

Sageſtre, vide mox *Sagum.*

SĂGĪNA, *æ*, f. cibus, quo quis pinguis efficitur, die maſt, mäſtende ſpeiſe. Cic. pro Flacco c. 7 *Multitudinem non auctoritate, ſed ſagina tenebat.* Iuvenal. 4, 67 *Propera ſtomachum laxare ſaginis.* Pallad. Maj. c. 7 *Dulcior herba ſaginæ roris aut fluminis.* ¶ 2. Item, *Saginatio*, die maſtung. Colum. 8, 14 extr. *Eſt facilis harum avium* (anſerum,) *ſagina.* conf. Varr. R. R. 3, 10 & 17; it. Vlit. & Burm. ad Nemeſia. Cyneg. 166. Ita *Sagina* eſſe dicitur, ubi nihil aliud agitur, quam eſtur ac bibitur: Plaut. Moſt. 1, 3, 78 *Iam iſta quidem abſumta res erit; dies noctesque eſtur; Bibitur, neque quisquam parſimoniam adhibet, ſagina plane eſt.* Id. Trin. 3, 2, 96 *Ad regem in ſaginam herus meus ſe conjecit.* ¶ 3. Iuſtin. 21, 2, 1 *In ſegnitiem lapſus, ſaginam corporis nimia luxuria contraxit*, id eſt, pinguedinem, er iſt dick und fett worden. Vet. Gloſſ. *Sagina, παχυπλήθεια.* Auſo. ephem. v. 9 *Nimia tendis mole ſaginam.* ¶ 4. *Sagina* pro animalibus ſaginatis, das maſtvieh; ut, *Cædere ſaginam*, Plaut. Moſt. 1, 1, 62. ¶ 5. *Sagina dicendi* ubertas eſt apud Quintil. 2, 15.

¶ Saginum, *i*, n. idem; ut, *Dulciora ſagina roris*, Pallad. Maj. t. 7. Ita legit Aldus. Sed rectius *dulcior ſaginæ.*

¶ Săgino, *āre*, pingue efficere, mäſten, füttern, feiſt machen; ut, *Saginare exquiſitis epulis*, Plin. 9, 35; *piſces ſanguine humano*, Sen. de Clem. 1, 18. *Saginari ſanguine civium*, Cic. pro Sextio c. 36. Liv. 6, 17 pr. *Saginat plebs populares ſuos, ut jugulentur.* conf. Colum. 6, 38.

¶ Saginātus, *a, um*, gemäſtet; ut, *Saginatus porcus*, Propert. 4, 1, 23. *Boves altiles ad ſacrificia publica ſaginati*, Varro R. R. 2, 1. conf. Solin. c. 8; Petron. c. 125; & Colum. 2, 1. Curt. 9, 7, 16 *Saginati corporis inutilis bellua.* Compar. Tertull. de Ieiuniis extr. *Saginatior Chriſtianus urſis & leonibus forte, quam Deo, erit neceſſarius.* v. Id. de Idolol. c. 6; & adv. Pſych. c. 17.

¶ Saginātio, *ōnis*, f. die maſtung, fütterung, Plin. 8, 51 *Tridui inedia ſaginationem erſa*, conf. Tertull. de Pallio c. 4.

¶ Saginator, *ōris*, m. Gloſſ. Vet. βοῶν σιτευτής, *ſaginator.*

¶ Sagīnārius, *a, um*, zur maſt gehörig; ut, *Bos ſaginarius*, ein maſtvieh, & *mulus ſaginarius*, ap. Servium. In Lampr. Elagab. c. 4, & in Vopiſci Aurel. c. 7 pro *Equo ſaginario* rectius eſt *ſagmario*, de quo in *Sagma.*

¶ Saginārium, *i*, n. ſubſt. locus, ubi ſaginantur altilia, ein maſtſtall. Varro R. R. 3, 10 *Anſeres includunt in ſaginario.*

Sagio, ire, vide paullo ante in *Saga.*

SAGITTA, *æ*, f. jaculum, quod arcu emittitur, ein pfeil, bolzen; ut, *Miſſilis ſagitta*, Horat. 3 oda 6, 16. *Nervo aptare ſagittas*, Virg. Æn. 10, 131, aufleaen. *Sagittis conſicere*, erſchieſſen, Cic. Acad. 4, 2. ¶ 2. *Sagittam* ruſtici vocant noviſſimam ſurculi partem, die äuſſerſte ſpitze am rebſchoß. v. Colum. 3, 17. ¶ 3. *Sagitta*, herba inter ulvas, pfeilkraut, Plin. 21, 17. ¶ 4. *Sagitta* ſignum cœleſte, Plin. 8, 51.

¶ Săgittŭla, *æ*, f. dim. Apul. Met. 10 p. 254 *Pinnulis & ſagittulis.*

¶ Săgitto, *āre*, ſagittas emittere, mit pfeilen beſchieſſen. Proſcripſit hoc verbum Voſſius 1, 23 de Vit. Serm. & reſtituit ipſe 4, 23 tamquam poſterioris ævi vocabulum ab Iuſtino 41, 2, 5 uſurpatum. Etiam Curtius 7, 5, 42 *Sagittandi celebris uſus.* Etiam Solinus c. 31 *Cervi obvios ſe præbent ſagittantibus.* Etiam Veget. de Re Mil. 3, 9 *In ſagittando ad plenum eruditi*, Et hinc

¶ Sagittātus, *a, um*, mit pfeilen geſchoſſen, item, ſo ſcharf und durchdringend wie ein pfeil. Cœl. Aurel. Tard. 2, 12 *Quidam in bello ſagittatus.* Plaut. Trin. 2, 1, 16 *Quam extemplo ſuaviis ſagittatis percuſſus eſt*, i. e. inſtar ſagittarum animum ferientibus. v. ibi Taubman.

¶ Sagittārius, *a, um*, adject. zu pfeilen dienlich; ut, *Calamus ſagittarius*, hoc eſt, ſagittis ex eo formandis idoneus, Plin. 16, 36.

¶ Sagittārius, *i*, m. ſubſt. ſagittandi peritus, ein ſchütz, bogenſchütz. Cæſ. B. Gall 2, 7 *Cretas ſagittarios, & funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit.* Cic. Phil. 5, 6 *Barbari ſagittarii.* De Aſcone Cretenſi, præſtantiſſimo ſagittandi artifice, legatur Servius in ecl. 5 Virg. Olim hac arte quoque nobiles fuerunt Parthi, Armenii, & Cydonii: Claud. Conſ. Honorii 4, 529 *Scis, quo more Cydon, qua dirigat arte ſagittas Armenius, refugo quæ ſit fiducia Partho.* ¶ 2. Erat & numinſma Perſicum *Sagittarius*, ſic dictum a nota, quod & *Darius* dicebatur. Hinc illud celebre Ageſilai apophthegma: *Se ex Aſia pulſum triginta millibus ſagittariorum*, cum ea pecuniæ ſumma corrupti a Perſarum rege Athenienſes effeciſſent, ut de provincia Ageſilaus decederet, Plut. in Apophth. ¶ 3. *Sagittarius* ſignum zodiaci, Plin. 17, 24 *Cum luna eſt in ſagittario.*

¶ Săgittifer, *a, um*, mit pfeilen verſehen; ut, *Geloni ſagittiferi*, Virg. Æn. 8, 725. *Pharetra ſagittifera*, Ovid. Met. 1, 468, & Stat. Ach. 1, 416. *Sagittifera pecus*, id eſt, hyſtrix, Claudian. extr. Eidyllio de Hyſtrice.

¶ Sagittĭger, *a, um*, idem. Avienus in Phænom. Arat. v. 842 *Ora ſagittigeri*, id eſt, Sagittarii, ſideris cœleſtis.

¶ Săgittĭpŏtens, *tis*, idem. M. Cicero in Arat. v. 311 ed. Gronov. *Sagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.* Et Quintus Cicero apud Auſonium in Eclogario p. 559 *Pigra ſagittipotens jaculatur frigora terris.*

SAGMA, *ătis*, n. σάγμα, quod jumentis onera bajulantibus imponitur, ut mollius & ſine noxa vehant, ein ſaumſattel, eine roßdecke. Veget. Rei Veter. 2, 59 *Exceptis his, qui deputati ſunt circo, reliquum mulorum, equorum, aſinorumque genus ſub ſagmis aut ſellis ſolo tergo præſtat officium.* vid. *Sagmarius* & Parei Lex. Crit. p. 1107. Adde Vulg. Int. Levit. 15, 9; & Iſidor. 20, 16.

¶ Sagmārius, *a, um*, i. e. farcinarius, farcinas geſtans, laſtbar, laſttragend, ut, *Equus ſagmarius*, qui onera portat, ein ſaumroß, contra *equus ſellaris*, qui hominem vehit, ein reitpferd; v. Caſaub. ad Lampridii Elagab. c. 4, & Salmaſ. ad Vopiſci Aurel. c. 7. Vterque enim Hiſtoricus *ſagmarium equum* appellavit. *Sagmarios*, i. e. ſervos ferendis armis, annonæ & ſarcinis deputatos, reſtituit etiam Stewechius Vegetio Rei Milit. 2, 10; & 3, 6. vid. ejus Comm. p. 118 & p. 200.

SAGMEN, *ĭnis*, n. gramen cum ſua terra evulſum, raſen; ſpeciatim verbena, eiſenkraut. Liv. 1, 24 *Iubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente rege, ſagmina, inquit, te, rex poſco. Rex ait, pura tollito &c.* reinen raſen. conf. Id. Liv. 30, 43. Dicta *ſagmina*, quod *ex loco ſancto* ſecabantur, vel a *ſanciendo* quaſi *ſancimina.* v. Feſtus & ibi Scalig. & Dacer. Inverſuntur hæc, & *ſanctum* a *ſagmine* derivatur l. 8 § 1 Dig. de diviſione rerum: *Sanctum*, inquit ICtus, *dictum eſt a ſagminibus. Sunt autem Sagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret.* Adde Plin. 22, 2, quem locum copioſe explicat Geſn. Chreſtom. Plin. p. 628 ſq. Adde & Tertull. adv. Marc. carm. 4, 5.

¶ Præſagmen, *ĭnis*, n. idem. vid. Gronov. Obſerv. Eccleſ. p. 49.

SAGRA, *æ*, f. memoratu dignus fluvius Italiæ ejus, quæ magnâ Græcia dicitur, v. Plin. 3, 10. *Cum ad Sagram*, ut Cicero refert de N. D. 2, 2 *Crotoniatas Locri maximo prælio devicîſſent, eo ipſo die audità eſt ea pugna ludis Olympiæ.* Eadem die & Corintho & Athenis & Lacedæmone nuntiata victoria, ſed non niſi re penitius comperta credita eſt. conf. Strabo l. 6: & Iuſtin. 20, 3, 9. Hinc vim & uſum cujusdam proverbii in incredulos explicat Cicero de N. D. 3, 5 *De Sagra Græcorum eſt vulgare proverbium: qui, quæ affirmant, CERTIORA ESSE dicunt, QVAM ILLA, QVÆ APVD SAGRAM.* Diſſenſum quendam veterum auctorum circa hoc proverbium notat Geſnerus Chreſtom. Plin. p. 118.

Sagulatus, ſagulum, vide ſequens *Sagum.*

SAGVM, *i*, n. ein rock, friesgekleid, reiſemantel, & vox & veſtis Gallica, ut ex Varrone, Iſidoro & aliis conſtat; imo *Celtica*, nam & Germanis eam tribuit Tacitus Germ. 17, 1, ut recte obſervavit & docuit Cluverius Antiquæ Germ. 1, 16. A Græco κάσσυ manaſſe vult vocabulum Leunclav. ad Xenoph. p. 1045. A Gallis Romam & in Italiam pervenit: non ampla longaque, ſed quæ humeros & terga tantum tegeret, ad nates usque demiſſa. Quadrata forma, cujusmodi & pallia Græcorum, de lana, villoſaque & craſſior; & inde delicatiori cultui opponi ſolita. Martialis 6 epigr. 11 *Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia veſtit: Vis te purpureum, Marce, ſagatus amem?* Et quia munimentum contra imbres & frigora præbere poterat, idcirco militibus agreſtibusque uſurpabatur. Sane *ruſtici ſagi* bis B. Hieron. in vita Hilar. meminit; & Colum. 11, 1, 21, inter veſtimenta ruſtica *ſagatos* quoque *cucullos* nominat: quamquam ibi *ſagis cucullatis* legere malim: ut intelligatur, *ſaga* illa tegendo etiam capiti conſutos habuiſſe *cucullos.* Locus Columellæ ita habet: *Cultam veſtitumque familiam utiliter magis habeat, quam delicate: id eſt, munitam diligenter a frigoribus & imbribus: quæ utraque prohibentur optimè pellibus manicatis, & ſagatis cucullis:* ſive, ut noſtra conjectura eſt, *ſagis cucullatis.* add. Col. 1, 8, 9 edit. Geſn. Quas *manicatas pelles* Columella; S. Hieronymus in depingendo Hilarionis cultu, & ipſo ruſtico, *pelliceum ependytem* vocat: *ſagum* ſimiliter, ut Columella, ſubjungens. Sub finem autem ejus libelli, cum de eadem re agit Hieronymus, & *cucullam* nominat: *Sicut veſtitus erat*, inquit, *in tunica cilicina & cuculla & ſago ruſtico &c. Cuculli* igitur aliquando diſtinctam & peculiarem cultus partem, interdum conjunctam cum ſago conſtituebant. Sen. epiſt. 18 de paupertino & aſpero cultu: *Grabatus ille verus ſit & ſagum, & panis durus, ac ſordidus.* Pomp. Mela 1, 8 *Primores ſagis velantur, vulgus beſtiarum pecudumque pellibus.* ¶ 2. Vsque adeo autem proprie militum armatorumque *Sagum* fuit, ut etiam in urbe a populo, majore aliquo motu tumultuque exorto, ſaga ſumerentur, quaſi indicium belli. Vnde *ad ſaga ire*, Cic. Phil. 14, 1; & Vellej. 2, 16, 4; & *eſſe in ſagis civitas*, Cic. Phil. 8, 11; Item, *ſaga ſumere*, Phil. 5, 12, dicebatur. Eamque ob cauſſam *togati ſagatique* opponebantur. Sicuti *Milites* & *Quirites.* Nam *toga* civilis habitus & pacis; *ſagum* militaris ac belli veſtis erat. Nec aliud *Sagum* erat, quam pallium, ſeu chlamys. Nam & B. Hieron. in vita Hilar. ſub fin. *Sagum* appellat, quod paullo ante vocaverat *pallium.* Sed illud, quo duces utebantur, purpureum erat: itaque ad differentiam ejus *gregale ſagulum*, hoc eſt, quo gregarius ſeu manipularis miles utebatur, Livius 7, 34 dixit. v. & Turneb. Adv. 2, 6; Ferrar. Rei Veſt. P. 2 p. 101 & p. 104; & Non. 14, 10. ¶ 3. *Sagum* etiam veſtis ſtragulæ genus, ejusdemque, cujus cilicia erant, uſus. Namque & coopertoria ſive tegumenta equorum, *Saga* dicebantur, ſoſen. de quo Caſaub. ad Capitol. f. 83. His forte utebantur in luſu, ubi ſago jactabant pueros, de quo eſt ſpecies in Coll. LL. Moſaic. tit. 1 § 11. vid mox *Sagatio.* Item ad jumenta calefacienda: de quo uſu paſſim Vegetius Mulomed.

¶ Săgus, *i*, m. & Saga, *æ*, f. itidem veſtis genus apud antiquos, ein kleid. Ennius ap Non. 3, 201 *Tergum ſagus pinguis opertat.* Varro ibid. *Cum neque aptam humeris fibulam mollis ſagus ferret.* Cato R. R. c. 19 *Quoties cuique tunicam aut ſagam dabis, prius veterem accipito.*

¶ Săgulum, *i*, n. diminut. ſagum brevius, ein kurzer rock, ein wammis; ut, *Sagulo gregali amictus*, Liv. 7, 34. *Sagulo leves*, id eſt, expediti, Tac. Germ. 6, 3. Et Virg. Æn. 8, 660 *Virgatis lucent ſagulis.* Cic. in Piſ. c. 23 *Togatis acceptis ſagula rejecerunt.* v. Lipſ. de Milit. Rom. l. 2 Dial. 9. ¶ 2. Apud Sil. 9, 420 exponit Lipſius de Milit. Rom. 2, 12 paludamentum. Sed v. Drakenb. ad l. c.

¶ Saga-

¶ Sāgātus, *a, um*, ut togatus, tunicatus, &c. id eſt, ſago indutus, der einen rock trägt. Cic. Phil. 14, 1, 1 *Cras ſagati prodeamus.* Id. pro Font. c. 11 de Gallis: *Exiſtimatis, eos hic ſagatos braccatosque verſari.* Ex Columella de *ſagatis cucullis*, v. in *Sagum*. Apud Suet. Cæſ. c. 48 *Vno triclinio ſagati palliative, altero togati diſcumbunt*; ubi *Sagati* homines ſunt militares, kriegsleute. conf. Cic. ap. Nonium 14, 10, & Capitol. in Anton. Phil. c. 27.

¶ Sāgŭlātus, *a, um*, aliud adject. ex dimin. *Sagulum*, idem; ut, *Sagulatis comitibus*, Suet. Vitellio c. 11.

¶ Sagātio, *ōnis*, f. genus ludicri atque laſciviæ, cum ſagis diſtentis plurimorum manibus imponebatur aliquis, iisdemque excuſſis jactabatur in altum. Vet. Gloſſ. *Sagatio*, παλμός. De iſto ludicro Suet. Oth. c. 2 *Ferebatur & vagari noctibus ſolitus, atque invalidum quemque obviorum, vel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime jactare.* Martial. 1 epigr. 4 *Audieris cum grande ſophos, cum baſia jacta, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.* Convenit cum luſus genere nobilium, qui vulpes ita exceptas jactant, das fuchsprellen. v. *Sagum* n. 3.

¶ Sagārius, *a, um*, ad ſaga pertinens, ut, *Sagaria negotiatio*, L. 5 § 15 Dig. de tributar. actione, & L. 52 § 4 Dig. pro ſocio, *Miles Sagarius*, ſago indutus, Reineſ. Inſcr. 8, 70. *Mercator ſagarius*, qui ſaga vendit, Gruter. Inſcript. p. 650 n. 2. Et, COLLEG. SAGARIOR. Spon. Miſcell. p. 67. Quæ negotiatio apud Apul. 1 Mileſ. p. 105 dicitur *Sagariam facere*, ut Elmenh. Pricæus, & alii legunt. Siſenna ap. Non. 14, 10 *Senatus auctoritate Sagaria.*

¶ Sageſtre, *is*, n. apud Lucilium Turnebo 12, 16 videtur eſſe *operimentum craſſum, ut ſagorum erat craſſior pannus*, eine kotze, matratze. Quid ſi fuit *Segeſtre?* de quo ſ. l.

¶ Sagochlamys, *ȳdis*, f. ex ſago & chlamyde miſtum veſtimentum. Exſtat in epiſtola Valeriani ap. Treb. Poll. Claudii c. 14, v. ibi Salmaſ.

SAGVNTVS, vel Saguntum, *i*, n. oppidum Hiſpaniæ, ultra flumen Iberum, haud procul a mari Balearico, longa quondam obſidione Pœnorum ad extremam redactum famem: Liv. lib. 21. Vnde origo belli Punici ſecundi. *Vrbem fide & armis inclytam* vocat Mela 2, 6, 38. Vtroque genere dici, fœminino & neutro, oſtendit Drakenb. ad Sil. 17, 329, & Liv. 21, 21.

¶ Sāguntinus, *a, um*, adject. ut, *Ficus Saguntina*, Cato R. R. c. 8. *Saguntinum lutum*, Martial. 8 epigr. 6, & 14 epigr. 108. *Saguntini*, incolæ, Liv. 21, 9 &c. ſæpe. *Ærumnis & fide memorabiles*, Ammian. 15, 10 *Saguntina fames*, id eſt, maxima, extrema. v Chiliad.

SAIS, *is*, f. urbs Ægypti inter Sebennuticum & Canopicum Nili oſtium ſita. v. Strab. lib. 17; & præfectura in Aſia Plin. 5, 9. Hinc

¶ Saïtæ, *ārum*, m. pl. loci incolæ, qui Mercurium Trismegiſtum coluerunt. Eorum Coloni Athenienſes, non Athenienſes parentes Saitarum. v, Voſſ. de Hiſt Græc. p. 399.

SAL, *sălis*, fit a græco ἅλς, per metatheſin, neutr. eſt & maſc. das ſalz. conf. Nonius 3, 197, & Priſc. p. 643. Salluſt. B. Iug. c. 89 *Neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta.* Cic. de Amic. c. 19 *Verum eſt illud, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit.* Plin. 31, 11 *Nihil utilius ſale & ſole.* Et, *Montes ſalis nativi*, ſalz-berge, Id. 31, 7. *Salem aſpergere carnibus*, Plin 8, 38; & *Sale carnes adſpergere*, Id 15, 6, einſalzen, quod uno verbo etiam *ſalire* dicebant, de quo infra. *Veſco ſale ſaxa peraſa*, Lucret. 1, 326. *Sali nativus*, qui *factitio excoctoque* opponitur. Sponte enim naſcitur, atque in montibus lapidum more cæditur, de quo Plinius 31, 7. *Sal fuſſilis*, berg-ſalz. *Sal marinus* (meer-ſalz, boy.) qui ex marina aqua conficitur. Varro R. R. 1, 7 *Vbi ſalem nec fuſſitium nec maritimum haberent*, &c. Quomodo fiat ſalubris ſal maritimus, elegantiſſimis verſibus Manilius lib. 5 ſub finem v. 677 ſqq. declarat: *Quin etiam magnas poterunt celebrare ſalinas Et pontum coquere, & ponti ſecernere virus*, &c. Vbi obiter notamus, mox v. 686, ubi nunc eſt, *quodque erat uſus aquæ*, legendum videri, *quique erat uſus aquæ*, h. e. quæ aqua fuerat, &c. Totum autem hunc locum illuſtratum exhibet Geſnerus in Chreſtom. Plin. n. 99; qui etiam n. 100 elegans de ſale carmen Huetianum explicat. Cæterum de ſalis generibus v. Plin. 31, 7. *Servi ſale empti* vocabantur nullius pretii, quoniam Thraces mediterranei ſervos ſuos ſale permutabant. Hinc Plaut. Caſ. 3, 2, 8 *Non vilis emptu eſt, modius qui venit ſalis*, i. e. cui modius ſalis impenſus eſt. v. ibi Taubm. p. 400; Pollux 7, 2; Pontan. Bellar. Attic. p. 737. *Modo ſit mihi menſa tripes & concha ſalis puri*, Horat. 1 ſat. 3, 13, ubi ſal nota frugalitatis eſt. Nam *ſalem lingere* dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. v. Lambin. ad Horat. 1 od. 16, & Io. Meurſ. Mantiſſ. de Luxu Rom. c. 2. ¶ 2. Plin. 10, 72 f. 93 *Calor, ſanguis, ſudos, aviditatem animalium naturali ſale augent.* Hic ſal Harduino eſt naturale incitamentum & quaſi ſtimulus aviditatis. ¶ 3. *Sal* ponitur pro ſapientia & urbanitate, witz, verſtand, klugheit. Ter. Eun. 3, 1, 14 *Qui habet ſalem*, wer klug iſt. Vbi Donatus: SAL *neutraliter, condimentum eſt: maſculinum ſapientia.* Catull. epigr. 87, 4 *Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.* Huc refer monitum Chriſti Marc. c. 9, 50; & Apoſtoli Col. c. 4, 6; Et Eph. 4, 29. Eodem tendit vulgaris formula: *Hoc cum grano ſalis accipiendum.* Cæterum in ſacris litteris *Sal* etiam ſumitur pro doctorum in eccleſia dexteritate doctrinæque puritate: e. g. Matth. c. 5, 13 *Vos ſal terræ eſtis &c.* ¶ 4. *Sal* etiam ponitur pro lepore & εὐτραπελίᾳ ſermonis, ſcherz oder geſchicklichkeit der rede. Afranius apud Priſcian. lib. 5 p. 659 *Quicquid loquitur, ſal eſt.* Plin. 3 epiſt. 21 *Homo ingenioſus, acutus, acer, & qui plurimum in ſcribendo & ſalis habet & fellis.* Et Auſon. epiſt. 11 *In cavillando naturali invenuſtus, nec arte conditus, diluti ſalis & fellis ignavi.* Hinc, *Sales*, joci &c. Plin. 31, 7 *Vita humanior ſine ſale nequit degi, adeoque neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita* ſales *appellantur, omnisque vitæ lepos, & ſumma hilaritas laborumque requies non alio magis vocabulo conſtat.* Sic, *Vrbani ſales*, Cic. fam. 9, 15. Id. Offic. 1, 37 *Sale & facetiis Cæſar vicit omnes*, an höflichkeit und ſcherz-reden. Etiam in deteriorem partem pro gravibus & acerbis jocis: Sen. de Vita Beata c. 27 *Tota illa comicorum poëtarum manus in me venenatos ſales ſuos effudit.* Horat. 2 epiſt. 2, 60 *Delectari ſale nigro*, i. e. amaro. ¶ 5 Neque vero de ſermonis tantum lepore & urbanitate, ſed aliarum etiam rerum venuſtate ac elegantia *Sal* dicitur. Nepos 25, 13, 2 *Teſtum antiquitus conſtitutum plus ſalis, quam ſumtus habebat.* Verum inconcinne hic quibusdam hoc modo uſurpari videtur. ¶ 6. Poëtis interdum *Sal* mare dicitur ob ſalſedinem, ut Græcis ἡ ἅλς, das meer. Virg. Æn. 1, 35 *Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant.* Et 5, 848 *Mene ſalis placidi vultum fluctusque quietos Ignorare jubes?* Ita Catull. 65, 67, & al. ¶ 7. *Sale* non *ſal* dicendum eſſe contendit Chariſius p. 13. Apud Priſcianum p. 659 pro mare etiam *hoc ſale* Ennius protulit: *Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum.*

¶ Salārius, *a, um*, adject. ſalz-; ut, *Vectigal ex annona ſalaria*, Liv. 29, 37, der ſalz-zoll. ubi v. Dukerum. Sic ab Sabinis per Anienis pontem ad mare inferum ferebat *Via Salaria*, die ſalz-ſtraſſe. Id 7, 9, & Feſtus, & Varr. R. R. 3, 2; & Suet. Ner. c. 48; ut & Plin. 31, 7, quoniam illa via ſal in Sabinos portari conſueverat.

¶ Sālārius, *i*, m. ſubſt. qui ſal vendit, ein ſalz-mann. Martial. 1 epigr. 42 *Viles pueri ſalariorum.*

¶ Sālārium, *i*, n. ſubſtant. ſtipendium militiæ vel ſervitii, der ſold, die beſoldung; ut, *Salarium annuum*, L. ult. Dig. de Obligat. ein jahr-ſold. Plin. 31, 7 *Sal honoribus etiam militiæque interponitur ſalariis inde dictis &c.* Tac. Agric. 42, 5 *Salarium proconſuli ſolitum offerri.* Et, *Salarium cui conſtituere*, modo dicta lege ult. Dig. de Obligat. *Salario aliquem ſuſtentare*, Suet. Tib. c. 46. conf. Id. Ner. c. 10; Capitol. in Anton. Pio c. 7; & in Albino c. 10; Spart. in Nigro c. 7; & Sidon. 5, 7.

¶ Sālāriārius, *i*, m. cui ſalarium ſolvitur, ein ſoldner. Vlpian. lib. 17 Dig. t. 1 leg. 10 § 9 *Niſi ſi ſalariarius fuit.*

¶ Sālīna, *æ*, f. locus, ubi ſal vel fit vel coquitur, ein ſalzwerck, ſalz-brunnen, ſalzgrube. Cic. Att. 5, 12 *De ſtrue ſalinarum.* Sed alii legunt *de ſtrue laterum*, vel *ſaliorum*, v. edit. Grævii. Id. Cic. pro L. Manil. c. 6 *Quas in ſalinis habent.* Sed Cellarius ad h. l. ex Lipſio de Magn. Rom. 2, 1; & Turneb. Adv. 1, 5 docet, legendum eſſe *ſaltibus*, quia de ſalinarum in Aſia vectigali nihil in hiſtoria. Cæterum hoc vocabulum habet Cæſar B. Civ. 2, 37 *Salis magna vis jam ex proximis erat ſalinis eo congeſta.* Hirt B. Afric. c. 8 *Stagnum ſalinarum.* Plin. 31, 7 *Ancus Martius ſalinas primus inſtituit.* Et ipſe Cic. de N. D. 2, 53 *Salinæ ab ora maritima remotiſſimæ.* Qui & voce hac improprie utitur fam. 7, 32 *Parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum a te procuratur:* ubi *ſalinas* vocat locos, in quibus ſales ſui & facetiæ conſiſtant. Sic, *Salinas celebrare*, ſalzwerck treiben, Manil. 5, 682, ubi elegans ſalinarum marinarum deſcriptio, quacum comparanda non minus pulchra Rutilii itin. 1, 475 ſqq. Adde Vitruv. 10, 9; Solin. c. 11; Colum. 2, 2; & Gai. ICt. D. 3 t. 4 l. 1.

¶ Sālīnum, *i*, n. ein ſalzfaß, eine ſaltzmeſte. Horat. 2 ode 16, 13 *Vivitur parvo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum*, conf. Perſius 3, 25; & 5, 138. ¶ 2. Vaſculum minutis oblationibus cum ſale dicatum. Liv. 26, 36 *Vt ſalinum patellamque Deorum cauſſa habere poſſint.* Val. Max. 4, 4, 3 *In C. Fabricii, & Q. Æmilii Papi, principum ſeculi ſui, domibus argentum fuiſſe confitear oportet. Vterque enim patellam Deorum, & ſalinum habuit.* Adde Stat. 1 Silv. 4, 131.

¶ Sālillum, *i*, n. diminut. ut, *Culus purior ſalillo*, Catull. 23, 19. *Nos homunculi, ſalillum animæ*, Plaut. Trin. 2, 4, 91.

¶ Sālinārius, *a, um*, ad ſalem vel ſalinas ſpectans; ut, *Salinariæ areæ*, Vitruv. 8, 3.

¶ Salinarium, *i*, n. ſubſt. das ſalz-faß, die ſalz-grube. Saresb. epiſt. 196 *Vtinam ſubmergatur in thermis aut ſepeliatur in ſalinario Heduorum.*

¶ Salinātor, *ōris*, ein ſalz-bereiter, ſalz-factor, qui rei ſalariæ operam dat, ſal vendit, aut ſalis vectigal redemit, etiam qui arte ſal conficit. Arnob. enim 2 p. 70 inter artifices enumerat: *Quid cybiarios, ſalinatores, bolonas, unguentarios, aurifices, aucupes, &c.* v. ibi Elmenh. p. 84. ¶ 2. Inde *Livio Salinatori* cognomen apud Liv. 29, 37. conf. Cic. de Senect. c. 3 & 4.

¶ Salio, vel Sallio, *īre*, ſale condire, ſaltzen, einſaltzen. Colum. 12, 53 *Diligenter ſalire.* Celſus 2, 18 *Piſces, qui ſolidi, ſaliuntur.* Vet. Gloſſ. *Salit*, ἁλίσταται. Sic, *Pecora ſalienda*, Colum. 7, 7. *Olivam eadem portione ſaliunt*, Id. 12, 48. Sed *Oleæ caducæ ſalliantur*, Cato R. R. c. 23. *Sallire pernas*, Id. c. 162; & Varro de R. R. 1, 2 extr. Et Siſenna ap. Priſcian. 10 p. 909 *Multi piſcium ſalliendorum.*

¶ Sallo, *ōre*, eadem ſignificatione etiam dixerunt veteres, ut Varro L. L. 4, 22 *Pecus occidere & ſallere.* Lucilius ap. Priſcian. l. c. *Sallere murenas.* Ibid. ex Salluſtio Priſcianus citat: *Reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus ſallere.* ¶ 2. Sed ex Siſenna *Sallio, ſallire*, v. in *Salio.* ¶ 3. *Salio, ire*, tantzen. vide ſeorſum.

¶ Saliens, *tis*; ut, *Placare ſaliente ſale*, Tibull. 3, 4, 10. *Micæ ſalientis honorem dare*, ein ſaltz-körnlein, Ovid. Faſt. 4, 409. Ita Horat. 3 Od. 23 ext. *Farre pio & ſaliente mica.* Sed videntur hæc ad *ſalio*, i. e. exſulto potius referenda. Salit enim ad ignem & cum crepitu exſultat ſal.

¶ Salītus vel Sallitus, *a, um*, eingeſaltzen; ut, *Sallitus thynnus*, Colum. 6, 32. *Salitus oliva*, Pallad. Oct. t. 10. Et Corn. Severus: *Pomiliones ſalliti.*

¶ Salītūra, *æ*, f. condimentum cum ſale, ſaltz-lacke, ſaltz-waſſer; item, die einſaltzung. Colum. 12, 21 *Poſt ſalituram muſti cochlear cumulatum.*

¶ Salītor, *ōris*, m. qui ſale condit, vel qui ſalis tributum colligit. Cic. Att. 4, 17 *Imperata pecunia data a ſalitoribus Britanniæ:* Sed alii aliter legunt. Vetus interpres *Murilegulos* intelligit, qui ſalum ſcrutantur margaritasque Britannicas, perlen-fiſcher.

¶ Salſus, *a, um*, ſalis ſaporem habens, a *Salio* verbo, de quo paullo ante, ſaltzicht, geſaltzen. Ter. Adelph. 3, 3, 72 *Hoc ſalſum eſt parum.* Virg. Æn. 2, 273 *Salſusque per artus Sudor iit.* Plin. 31, 7 extr. *Marina aqua ſalſior*; & præced. c. 6 *Salſiſſimum mare.* ¶ 2. Et, *Salſum*, pro *Ridiculo*, Quintil. 6, 3 p. 467. Sic, *Salſiores ſales*, Cic. fam. 9, 15. Id. de Orat. 2, 71 *Quæ dicuntur ſalſiora videri ſolent.* Ibid. c. 63 *Fuit, ut mihi quidem videtur, ſalſiſſimus*, i. e. facetiſſimus.

¶ Salſe, adverb. idem; ut, *Salſe dicere*, id eſt, acute, ſcharfſinnig, Quintil. 6, 3 extr. & Cic. de Orat. 2, 68. *Si admixtum eſt ambiguum, ſit ſalſius,*

ſalſius, Ibid. c. 63. *Nihil ex iis, quæ dicuntur ſalſa, dicitur ſalſius*, Iterum Quintil. l. c. *Ea quæ occurrant, cum ſalſiſſime dici poſſint, tenere*, Cic. de Orat. 2, 54.

¶ Salſiuſculus, *a, um*, diminut. etwas ſaltzicht. Auguſt. Confeſſion. 8, 3 *Ebi ioſi quædam ſalſiuſcula comedunt, quo fiat moleſtus ardor, quem dum exſtinguit potatio, ſit delectatio.*

¶ Salsāmen, *ĭnis*, n. eingeſaltzte ſpeiſe. Arnob. 7 p. 230 poſt *carnem ſtrebulam & pulſamenta*, nominat *ſalſamina denique.*

¶ Salsāmentum, *i*, n. quicquid ad uſum diuturnum ſale conditur, ut piſces & alia, ſaltzwerck, eingeſaltzen fiſchwerck. Ter. Adelph. 3, 3, 27 *Salſamenta hæc Stephanio fac macerentur pulchre*, Cic. Divin. 2, 57 *De vino & ſalſamento putes loqui, quæ evaneſcunt vetuſtate.* Adde Varr. R. R. 3, 17; Colum. 12, 13; & Gell. 2, 7.

¶ Salsāmentārius, *a, um*, zum einſaltzen gehörig; ut, *Cadus ſalſamentarius*, Plin. 32, 8. *Vas ſalſamentarium*, Colum. 2, 10. conf. Pallad. Iun. t. 3.

¶ Salsāmentarius, *i*, m. ſubſt. ſalſamentariorum venditor, der mit geſaltzenem fiſchwerck handelt. Auct. ad Herenn. 4, 54 *Vt ſi ſalſamentarii piſo dicas, quieſce tu, cujus pater cubito ſe ſolebat emungere.* Et Suet. in vita Horatii, *Patre, ut vere creditum eſt, ſalſamentario.*

¶ Salsēdo, *ĭnis*, f. ipſe ſalis ſapor, ſalſitudo. Onomaſt. *Salſedo*, ἅλμη.

¶ Salsīlāgo, & Salsūgo, *ĭnis*, f. utroque enim nomine Plinius utitur, liquor quidam ſalis, ſaltz-brühe, ſalſe. Ita vero 31, 7 extr. *Appellatur in Italiæ ſalſugo, ab aliis ſalſilago tota liquida, marinâ aquâ ſalſior, vi diſtans.* Id. 18, 12 *Ciceris natura eſt gigni cum ſalſilagine.* conf. 35, 13; & 36, 23. Vitruv. 2, 4 *Remittere ſaliuginem*, die ſaltzichte ſchärffe verlieren.

¶ Salsĭtūdo, *ĭnis*, f. idem, ſive humor ſalis ſaporem referens, ſaltzigter geſchmack. Vitruv. 1, 4 *Inconſueta ſalſitudine necari.* Plin. 20, 14 *Salſitudo corporis.* v. *Salſedo.*

¶ Salsūra, *æ*, f. die einſaltzung, ſaltz-lacke. Columell. frequenter: ut, *Salſura ſuillæ carnis*, 12, 21. Id 8, 17 *Salſuræ pabula*, piſcibus jacentibus præbenda, vocat, quæ paullo ante dixerat *ſalſamentorum purgamenta, quæ cetariorum officinis everruntur.* Varro R. R. 2, 4 *Corpus ſuis in ſalſura fuit.* Plaut. Curc. 2, 1, 27 *Nondum ſalſura ſat bona eſt.* Id. Stich. 1, 2, 35 *Ita meæ animæ ſalſura evenit.* v. ibi Taubm.

¶ Salsŭla, *æ*, f. ſcil. aqua i. e. fons ſalſus, ein ſaltz-brunnen. Ammianus 28, 4 inter nomina plebejorum refert, quibus ut cultis nitent.

¶ Salifodīna, *æ*, f. ubi ſal effoditur, eine ſaltz-grube. Vitruv. 8, 3 *Per ſalifodinas pereurrentes fontes & lacus.*

¶ Salinacidus, vel Salinacius, vel Salſacidus, *a, um*, adject. ad ſignificandam ſalſedinem cum mixtura acoris, ſäurig. Nonnullis magis arridet quam *Salmacidus*, de quo infra in *Salmacis*. vid. Salmaſ. in Solin. fol. 81; & Reinef. var. Lect. 3, 4 p. 408 ſeq.

¶ Salonitrum, vel Salnitrum, *i*, n. ſalpeter, ſalniter. Plin. 31, 11 *Salnitrum ſulphuri concoctum vertitur in lapidem.*

¶ Salsīpŏtens, *tis*, maris potens, mächtig auf dem meer; ut, *Salſipotens Neptunus*, Plaut. Trin. 4, 1, 1.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Consălāneus, *i*, m. ejusdem ſalis particeps, ein tiſch-genoß, apud Hieronymum.

¶ Exſalſeſco, *ĕre*, idem eſt ac ſalſitudinem amittere, apud Plinium Valerianum, den ſaltzigten geſchmack verlieren, ſüſſe werden.

¶ Insulsus, *a, um*, ungeſaltzen. ¶ 2. Item inficetus, ἄμουσος, ungeſchickt, unhöflich, grob, albern. Gloſſ. Vet. *Insulſus*, ἀνόητος, ἄχαρις. Cic. Tuſc. 1, 8 *Acuti, nec inſulſi hominis ſententia.* Tertull. ad Nation. 1, 3 *Solœciſmus & inſulſior figura.* Superl. *Inſulſiſſimus improbiſſimusque eſt*, Martial. 12 epigr. 55. *Inſulſiſſimus eſt homo*, Catull. 17, 12.

¶ Insulse, adverb. idem Cic. Att. 4, 16 *Latum eſt inſulſe*: Legislationem intelligit. Ibid. 15, 4 pr. *Quæ non amas, omnia videntur inſulſe fieri.* Apul. Apol. p. 296 *Inſulſe & abſurde.* Gell. 16, 12 *Nihil poteſt dici inſulſius.* Id. 12, 2 *Hoc etiam addidit inſulſiſſime.*

¶ Insulsĭtas, *ātis*, f. die ungeſchicklichkeit, grobheit. Cic. de orat. 2, 54, de Græcis, qui jocandi artem tradere voluere, *Sic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum, niſi ipſa inſulſitas videatur.* Cic. Att. 13, 29 *In villa, cujus inſulſitatem bene noram, video nihil, &c.* conf. ad Att. 5, 11, *Stultitia, inſipientia, inſulſitasque*, Plaut. Mil. 3, 3, 5.

¶ Subinsulsus, *a, um*, aliquantum inſulſus, Cic. de opt. gen. Orat. c. 3 *Si quid non acutum, aut ſubinſulſum eſt.*

¶ Persalsus, *a, um*, valde ſalſus, ſehr ſaltzigt. Metaphorice Cic. de Orat. 2, 69 *Perſalſum illud eſt apud Nævium, &c.* ſehr artig.

¶ Persalse, adverb. idem. Cic. ad Quint. fratr. 2, 14 *Perſalſe & humaniter etiam mihi gratias agit.*

¶ Præsulsus, *a, um*, idem quod *perſalſus*, ſcharf geſaltzen; ut, *Præſulſe adipis liquamen*, Columella 6, 2.

¶ Subsalsus, *a, um*, aliquantulum ſalſus. Plin. 21, 29 *Herba ſubſalſa guſtanti.* Et Celſ. 3, 12 *Dare ei oportet potui tepidam aquam ſubſalſam.*

SĂLĂCACCĂBIA, *orum*, i. e. ſalſitia, inteſtina ſarta, quæ in ollis coquuntur, Apicius 4, 1.

SĂLĂCIA, *æ*, f. Dea maris, Amphitrite. Vetus Gloſſ. *Salacia*, Ἀμφιτρίτη, Νηρεΐς. V. Feſtum; ubi *Salaciam* dictam putat, quod *ſalum, i. e. mare cieat*, i. e. moveat. Sed rectius a *Salo* ſimpliciter. Vt enim a *vinum vinaceus*, ita a *ſalum ſalacius*, & deinde *ſalacia*. Nam revera videtur adjectivum. Vet. Gloſſ. *Salmacia* (forte legendum *Salacia*) *aqua*, ἁλμυρὸν ὕδωρ; Deceſſus maris eſt, die ebbe, ablauf des meers. v. *Venilia.*

Salacitas, vide paulo poſt *Salax.*

SĂLĂCO, *ōnis*, m. Autolyci pater, mollis & luxui deditus, uti Scholiaſtes Ariſtophanis tradit. Suidas vero & Heſychius eum ſic dici ſcribunt, quia, cum pauper ſit, dives tamen haberi vult; ſive, qui in paupertate opulentiam ſimulat. Menander in epiſtola ad Glyceram τρυφᾶς & σαλακωνίας conjungit, quas tamen differre ex Ariſtotelis lib. 2 Rhet. docet Cæl. Rhodiginus 7, 16, aitque, *Salaconas* eſſe, qui inſueverint circa id, quod amant, immorari, admirari & clamores tollere, qualis M. Antonius fuit, quem idcirco Tullius Paradoxo 5 perſtringit, & non liberum, adeoque nec imperatorem, ſed ſervum eſſe oſtendit. Vius eſt autem ea voce Cicero fam. 7, 24 *Cognoſti meam cauſſam, & ipſius Salaconis iniquitatem.* vid. Gronov. ad Cic. Att. 7, 12 p. 712 Græv.

SĂLĂCOMA, *ātis*, n. σαλάκωμα, jactantia, die ruhmredigkeit. Cic. ad Attic. 14, 2 *Apud quem nullum ſalacoma*, i. e. inanis jactantia. Alii legunt Φαλάκρωμα.

SALÆTHVS, *i*, m. ſeveriſſimam ille Crotoniatis legem poſuerat contra adulteros, paulo poſt ipſe in adulterio cum fratris uxore deprehenſus. v. Lucian. Apol. pro merc. cond. p. 486.

SĂLĂMANDRA, *æ*, f. σαλαμάνδρα, lacerti genus, ein molch, oder moldwurm. Vermis maxime venemarus: vivit in igne, & in ignem quidem immiſſus eum extinguit. Ita quidem Ariſtoteles Hiſt. Animal. 5, 19 ſect. 230, eumque potius, quam experientiam ſecuti Antigonus Tmemat. 91 memorabil. Narrat. & Ælianus Hiſt. Animal. c. 31 prodiderunt. Verum aliquantiſper in igne illæſus quidem conſiſtit ob terreæ cutis duritiem; at diutius admotus comburitur. Adde Plin. 10, 67; & 32, 4; & 29, 4; Dioſc. 2, 55; & 6, 4; Petron. c. 107; & Barth. ad hunc locum. Rhod. ad Scribo. Comp. 187. It. Dig. 48 t. 8 l. 3 § 5. v. Voſſ. 5 Inſtit. Orat. p. 514, & notas ad Relig. Medic. p. 311.

SĂLĂMIN, & Salamis, *ĭnis*, f. inſula in ſinu Saronico contra Athenas, regia quondam Teuceri & Ajacis, de qua Corn Nepos 2, 2, 8; quæ & *Behicorum hominum genitrix* Pindaro appellata. *Veram* hanc Salamina dictam Senecæ, Lucano, Manilio obſervat I. F. Gronov. epiſt. 306 Sylloges Burm. Lucani locus eſt 3, 183. Scilicet *vera* hic eſt prima, a qua altera, de qua ſtatim, nomen & originem habet. ¶ 2. *Salaminem* autem urbem in Cypro poſt bellum Trojanum Teucer condidit. v. Vellej. 1, 1; & Horat. 1 od. 7, 21 *Teucer, Salamina patremque, &c.*

¶ Sălămīnus, & Salamīnius, *a, um*, adject. ut, *Salaminium tropæum*, Cic. Tuſc. 1, 46. *Salaminia puzna*, Nepos 3, 2, 1. *Salamini* & *Salaminii*, incolæ, ut, *Solon Salaminius.*

¶ Sălămīniacus, *a, um*, idem. Sic Lucanus *mare Salaminiacum* dixit mare Salaminis inſulæ 5, 109. Et, *Salaminiaca tropæa*, Sil. 14, 283.

SĂLĂPIA, *æ*, f. Apuliæ oppidum, Annibalis meretricio amore inclytum. Plin. 3, 11.

¶ Salapīnus, *a, um*, adject. ut, *Salapina palus*, Lucan. 5, 377.

SĂLĂPITTA, *æ*, f. alapa, eine maulſchelle. Gloſſ. lat. gr. *Salapitta*, ῥάπισμα. Dicitur etiam *ſalpitta*. v. I. F. Gronov. ad Plin. 35, 2, ubi ab ἀλαπάζειν derivat. Arnob. 7 p. 239 *Delectantur ſtupidorum capitibus raſis, ſalapittarum ſonitu atque plauſu*; ubi Heraldus ex Tertull. de Spectac. c. 23 probat, ſtupidos præcipue in mimis ſalapittis ſive alapis admonitos fuiſſe, & aliud eſſe *Salpiſtas*; de quibus infra in *Salpix.*

SĂLĂPŬTIVM, *i*, n. homo brevis ſtaturæ, a *ſalacitate*, & a *putus*, i. e. puer, ein klein männlein, zwerglein. Sic Catull 54, 5 Calvum, cum eſſet ſtaturæ perexiguæ, vocavit *Salaputium diſertum.* Ex quo & Sen. adducit 3 Controv. 19. conf. ſupra *Putus* in *Puto*; & Beeman. de Orig. L. L. p. 892. At Salmatius in Solin. p. 50 (cui etiam Gronovius accedit) legendum eſſe ſtatuit *Salopygium*, ut ſit ex σαλοπύγιον, i. e. *fritilla* ſive *motacilla*, eine bachſtelze, uti Græci appellant ἀπὸ τῦ σαλεύειν τὴν πυγήν, quod caudam crebro quatiat. Quid? quod nonnullis placeat *Salicippius*, qui imponi ſe ſupra cippum jubeat, vel quod ſaliat in cippum, ein kleiner gerumgroß. v ad Sen. l. c. quæ annotat Schottus in fol. 218. Add. Voſſ. ad Mel. 2, 7 p. 518.

SĂLAR, *ĭs*, m. piſcis, eine forelle, kleiner lachs. Sidon. lib 2 epiſt. 2 *Rapaciſſimi ſalares.* Et Auſonius Moſella v. 88 *Purpureisque ſalar ſtellatus tergora guttis.*

Salariarius, ſalarium, ſalarius, vide paullo ante in *Sal.*

SĂLAX, *ācis*, in libidinem pronus, geil, unkeuſch. Colum. 8, 2 de Gallis: *Patres nimis ſalaces.* Sic, *Salaces erucæ*, Ovid. Remed. am. v. 799, μετονυμικῶς, quod incitent Venerem. conf. Martial. 3 epigr. 75. Lactant. de Opific. c 14 *Si ita eſſet*, (libidines rerum Venerearum in jecore contineri,) *ſalaciora plus jecoris habuiſſent.* Et Colum. 7, 9 pr. *Oportet mares ſues quam ſalaciſſimos eſſe.* Seneca pariter apud Lactant. 1, 16 *Quid eſt*, inquit, *quare apud poëtas ſalaciſſimus Iupiter deſierit liberos tollere?* Voſſio in Etym. p. 444 a *ſalio* eſt *ſalax*, ut ab *audeo audax*; nempe ab ea *ſaliendi* notione, qua in feris notat ὀχεύειν, quomodo & nos dicimus, beſpringen. Alii hoc petulantiæ nomen a *ſale* derivant, quia ſal libidinem propter calorem excitat, ſeminalemque vim expergefacit & acuit. Hinc

¶ Sălācitas, *ātis*, f. die geilheit. Plin. 10, 36 *Paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas par.* conf. Colum. 8, 2; & Pallad. 1, 29.

¶ Sale vide in *Sal* n. 6.

SĂLĔBRA, *æ*, f. *a ſaltu dicta*, inquit Nonius 2, 828; ubi nimirum ſæpius ſaliendum, ein holprichter, unweeſamer ort. Sic, *Hæret in ſalebra*, Cic. Fin. 5, 28. Et Val. Max. 6, 9 ext. 5 *Vultum ſemel mutavit perquam brevi triſtitiæ ſalebra concuſſum.* ¶ 2. Sed plurale *Salebræ* uſitatius eſt. Sunt autem loci aſperitate difficiles & impediti, rauhe und ſteinigte örter, qui ſine ſaltu tranſiri non poſſunt. Gloſſ. ἐκρύγματα *ſalebræ*. Propert. 3, 15, 15 *Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras.* ¶ 2. Cicero per metaphoram horridam etiam & incultam orationem *ſalebras* dixit, eine rauhe unliebliche rede, e. g. de Fin. 2, 10 *Nunquam in tantas ſalebras incidiſſet.* Martialis in Chreſtillum quemdam 11 epigr. 91 *Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt: Sed quæ per ſalebras, altaque ſaxa cadunt.*

¶ Sălĕbrātus, *a, um*, holpricht, uneben. Sidonius 2 epiſt. 2 *Fluvius ſalebratis ſaxorum ubicibus anfractus, ſpumoſo caneſcit impulſu.* Ita legitur in edit. Colvii; Sed

¶ Salebratim, adv. in iisdem verbis Sidonii expreſſit Sirmondus.

¶ Salebritas, *ātis*, f. aſperitas viæ per ſaxa, die unwegſamkeit. Apul. Met. 6 p. 178 *Inacceſſa ſalebritate lubricus.*

¶ Sălĕbrōſus, *a, um*, aſper, rauh, ungleich. Ovid. her. 4, 103 *Nec me ſalebroſa movebunt ſaxa.* Apul. Met. 8 p. 708 *Saxa ſalebroſa ſemita largiter ſubminiſtrabat.* Translate Quintil. 11, 2 p. 995 *Salebroſa oratio*, h. e. ſæpe interrupta, dura, reſiſtens & difficilis, rauh, nicht flieſſend, quod de Aſinii quoque Pollionis compoſitione Se-

neca epist. 100 dixit. Ideo & apud Martial. 11 ep. 3 *Salebrosus Sandra.* Et Sidon. 9 epist. 7 *Salebrosæ (orationis) junctura.* Id. Carm. 13 *Omissa epithalamii teneritudine, per asperrimas philosophiæ & salebrosissimas regulas stylum traxi.*

SALEVS, *i*, m. *Bassus* cognomine, poëta pauper Vespasiani ævo, de quo multa Tacitus seu autor de Causs. corrupt. eloqu. c. 5. Et Quintil. 10, 1 *Vehemens & poëticum ingenium Salejo Basso, &c.* Iuvenal. sat. 7, 80 *Tenui Salejo gloria quantalibet.*

SALENTĪNI, *orum*, m. pl. populi in finibus Italiæ, Apuliæ proximi. v. Festus. Adjective Virg. Æn. 3, 400 *Salentinos obsedit milite campos.* Et Silius 8, 576 *Salentinæ cohortes.* conf. Ovid. Met. 15, 51. Sic, *Olea Salentina*, Cato R. R. c. 6; & Varro 1, 24. Et absolute *in Salentinis* scil. agris, Id. Varro R. R. 2, 3. *Sallentini* duplici l scribendum esse, e Fastis Capitolinis & membranis antiquis probat Sigonius ad Epit. Liv. 15, ubi & Drakenb. vide.

SALERNVM, *i*, n. Picentinorum oppidum in Italia. Lucan. 2, 425 *Radensque Salerni Culta Siler:* id est, Silarus amnis. Et Sil. 8, 583 *Ille & pugnacis laudavit tela Salerni.* Quod vel ipsum civitatis nomen est: vel factum inde denominativum *Salernus*, pro *Salernitanus*, ut Cælius Secundus Curio in F. R. censuit. Exstat de conservanda valetudine ad Anglorum regem *Scholæ Salernitanæ* libellus non inutilis.

SALGĂMA, *orum*, n. pl. dicebantur flores, herbæ, olera, aceto, & muria, quæ ex sale, unde nomen, condita in vasis fictilibus vitreisque asservabantur. De quibus videndus Columella est 12, 4 sqq. Meminit & de hort. 10, 117; & Auson. epigr. 125. Græci ἅλμαια vocant, allerhand eingemachte früchte, conſturen. In tit. 41 lib. 12 Cod. *de Salgamo hospitibus non præstando* videntur significari species, quæ ad condiendum faciunt: ut, *Sal, acetum, lignum, oleum, culcita.* L. 3 Cod. Theodos. de *Salgamo hospitibus non præbendo*, Iac. Gothofredum pretium est consulere.

¶ Salgamarius, *i*, m. salgamorum confector seu venditor, Columell. 12, 44, & 54, ein materialiſt, zuckerbecker. Gloss. gr. lat. παντοπώλης, *seplasiarius, salgamarius.* conf. Vinetus in Auson. p. 238.

¶ Salgamentārius, *i*, m. idem. Salvian. adv. Avarit. 4 p. 307 *Si mutuum a te quippiam propola aut salgamentarius postularet.*

SĂLI, *orum*, m. pl. aviculæ fœcunditatis magnæ, ut perdices gallinæque, Plin. 10, 52, forte a *saliendo.*

Saliaris, saliatus, vide *Salii*, Salicastrum, salicetum, &c. *Salix*, Salicippius, *Salaputium*, Salisodina, *Sal*, Salignus, *Salix.*

SĂLII, *orum*, m. pl. a *saliendo* dicti sacerdotes Martis. Ovid. Fast. 3, 387 *Iam dederat Saliis (a saltu nomina ducunt).* Liv. 1, 20 *Numa Salios XII Marti legit, cælestiaque arma (quæ ancilia appellantur) ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis solennique saltatu, jussit.* Cic. Divin. 1, 17 *Saliorum curia.* Id. de Orat. 3, 51 *Saliorum versus.* Adde Virg. Æn. 8, 285. Varr. L. L. 4, 15, & Festum, qui & istud affert e Polemone, *Arcada quemdam fuisse, nomine SALIVM, quem Æneas a Mintinea in Italiam deduxerit, qui Iuvenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit, &c.* Sed numerum Saliorum institutum a Numa, duplicavit Tullus Hostilius, devictis Sabinis, ut Dion. Halicarnass. auctor est lib. 3 Horum primus dicebatur PRÆSVL, de quo Plutarchus in Numa. v. & Buchner. ad Hymn. Prudentii de natali Domini v. penult. ¶ 2. *Salii*, Germaniæ populus, Francica gens, Marcellino, Zosimo & aliis laudata. Althamerus in Taciti Germaniam a *Sala* fluvio sic dictos putat: alii ab *Isala* sic appellatos censent, qui antiquitus *Sal* appellatus. v. Cluver. Germ. Ant. 3, 7. Ab his *legem Salicam* dictam, Alciatus censuit, quæ mulieres a successione arceat, ne per connubia & affinitates peregrini ad regni successionem sibi aditum faciant. Sed diversæ sunt opiniones. v. Chifflet.

¶ Sāliāris, *e*, adject. quod ad Salios pertinet. Sic, *Saliare Numæ carmen*, quod cantatur a Saliis, Tac. An. 2, 83, 1, & Horat. 2 epist. 1, 86. Illud a Numa compositum omnium latinorum carminum antiquissimum fuisse dicitur & obscurissimum. Festus: *Axamenta, carmina Saliaria componebantur a Saliis sacerdotibus in universos homines, &c.* Sic, *Cursus ille saliaris*, Sen. epist. 15. Sic, *Saliares epulæ, dapes*, ein herrlich mahl, panquet, quæ exhibebantur his sacerdotibus; quæ quia magnificæ opiparæque erant, idcirco id nominis ad quasvis lautiores cœnas est translatum. Festus: *His*, (Saliis) *per omnes sacrorum dies, ubicunque manent, quia amplissimæ ponuntur cœnæ, si quæ aliæ magnæ sunt* SALIARES *appellantur.* Horat. 1 ode 37, 2 *Nunc Saliaribus Ornare pulvinar Deorum Tempus erat dapibus:* id est, opimis & sumptuosis. v. ibi interpretes: itemque Torrent. ad Suet. Claud. c. 33. Cic. Att. 5, 9 *Epulari Saliarem in modum*, i. e. copiose, panquetiren. Apul. 4 Met. 152 *Saliares cœnare cœnas.* conf. Id. 7 p. 192; & 9 p. 227.

¶ Salius, *a*, *um*, adject. idem. Horat. 1 od. 36, 12 *Neu morem in Salium sit requies pedum.* Sed *Salium* potest esse genitivus plur. contractus pro *Saliorum.* Apud Festum *Salias virgines* Cincius ait *esse conductitias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ, &c.*

¶ Saliātus, *ûs*, m. subst. officium Saliorum. Capitol. in Marco Philos. c. 6 *Octavo ætatis anno in Saliorum collegium vetulit. In saliatu omen accepit imperii, &c.*

¶ Sālisubsŭlus, *i*, m. Mars ipse dicitur, cujus ludos & sacra Salii saltantes peragebant. Pacuvius: *Pro imperio sic Salisubsulus vestro excubet.* Et Catullus 17, 6 *In quo vel Salisubsuli sacra suscipiantur.* Vid. ibi Scalig. cui Salii sunt *Salisubsuli* quasi *Salii subsilientes.* Corradinus vero ab Allio in MSS. *Sali subsili* invenit, & imperativos esse, contendit.

Salina, salinator, salio, &c. vide supra *Sal.*

SĂLIO, *salivi, salii* & *salui*, (tribus syllabis,) *saltum, salire*, hüpffen, ſpringen, ab ἅλλω seu ἅλλομαι. *Saliunt passeres*, Plin. 10, 38. *Saliendo se exercere*, Plaut. Bacch. 3, 3, 25. *Cor mihi salit*, Id. Cas. 2, 6, 62. Et, *Tibicinæ ad strepitum salire*, tanzen, Horat. 1 epist. 14, 26. *Inter pocula læti unctos saliere per utres*, Virg. Georg. 2, 383. ¶ 2. *Salire* etiam dicuntur animalia, quando mares fœminas generationis caussa insiliunt, sive ineunt, beſpringen. Ovid. de art. am. 2, 485 *Læta salitur ovis.* Varro R. R. 2, 7 *Quum equus, matrem ut saliret, adduci non posset, &c.* Id. 3, 7 de anseribus: *Saliunt fere in aqua.* ¶ 3. In compositis *dissilui, exsilui &c.* frequentius esse quam *dissilii &c.* observant viri docti, quos laudat Drakenb. ad Sil. 7, 46, & Liv. 2, 10. ¶ 4. *Salire*, saltzen, vide in *Sal.*

¶ Saliens, *tis*; ut, *Aquæ salientes*, quell-oder ſpring-waſſer. Suet. Aug. c. 82 & Plin. 2 epist. 17, 24. *Ad æstuum temperandos calores & amœnitatem locorum plurimum conferunt salientes rivi, &c.* Colum. 1, 5. Sic, *Rivo saliente sitim restinguere*, Virg. ecl. 5, 47. Et, *piscem salientem ducere seta*, Martial. 1 epigr. 56. De *mica saliente* diximus in *Salio* ex *Sal.* ¶ 2. *Salientes*, subst. siphunculi, die röhren, daraus das waſſer ſpringt, waſſer-röhren. Vitruv. 8, 3 *Athenis ad portum Piræeum dicti sunt salientes, e quibus bibit nemo.* Cic. ad Qu. fratr. 3, 1 *Affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis.* Vocantur. alio nomine *Silani*, de quibus suo loco. conf. Keuchenii not. in Frontin de Aquæduct. p. 377.

¶ Salitio, *onis*, f. actus saliendi, das ſpringen; ut, *Salitio equorum*, Veget. Rei milit.

¶ Salisātio, *ōnis*, f. palpitatio, das zittern der glieder, in Gloss. gr. lat. παλμός. Et Marcell. Empir. c. 21 *Cordis pulsus, sive salisatio.*

¶ Salisātor, *ōris*, m. qui, dum membrorum quæcunque partes saluerint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari prædicunt. vid. Isidor. 8, 9; Saresb. 1, 12; & Scalig. Auson. Lect. 1, 16.

¶ Saltus, *ûs*, m. ein ſprung, cujusmodi ferarum est, ut, *leporum, cervorum, &c.* Virg. Æn. 9, 554 *Saltu supra venabula fertur*, scilicet *fera.* Etiam de hominibus. Idem 9, 815 de Turno: *Tum demum præceps saltu se omnibus armis Influvium dedit.* Et Curtius 9, 5, 2 de Alexandro: *In urbem hostium plenam præcipiti saltu semet ipse immisit.* ¶ 2. *Saltus* pro silva, nemore, quod dubiæ originis est, vide infra suo loco.

¶ Saltĭcus, *a*, *um*, tanzend. Tertull. adv. Gnost. c. 8 de Iohanne: *Contumeliosa cæde truncatur in puellæ salticæ lucar.*

¶ Saltuāris, *e*, idem; ut, *Saltuares insulæ*, in lacu quodam Lydiæ, *quæ in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moveantur*, Plin. 2, 95.

Saltuarius, vide infra in *Saltus.*

¶ Saltuātim, adverb. ſprungweiſe; ut, *Saltuatim currere*, Gell. 9, 4. Adde Nonium 2, 758. Et Ammianum 26, 12 *Saltuatim redire festinamus.* conf. Sidon. 4, 3 & 8, 3.

¶ Salto, *avi, atum, are*, frequentat. tanzen; ut, *Sobrius nemo fere saltat*, Cic. pro Muræn. c. 6. *Saltare commode*, id est, perite atque ad modum, Nepos præfat. n. 1; *eleganter*, Sallust. B. Cat. c. 25; *ad tibicinis modos*, Liv. 7, 2. ¶ 2. *Saltare aliquem* est saltando imitari vel exprimere. Horat. 1 sat. 5, 63 *Pastorem saltare Cyclopa*, i. e. Polyphemum. Suet. Ner. c. 54 *Saltaturus Virgilii Turnum.* ¶ 3. Saltabantur olim poëmata. Ovid. Trist. 5, 7, 25 *Carmina, quod pleno saltari nostra theatro Versibus & plaudi scribis, amice, meis. Saltari* autem *poëmata*, nihil est aliud, quam ad verba & ad numeros accedere aptum & concinnum ex arte ac disciplina motum, jactationemque membrorum corporis: sed non tam pedum quam brachiorum; quippe in veterum saltatione primum ac præcipuum erat, ut gestus agerent brachiis & inflecterent lacertos ad numerum. Ovid. de Arte am. 1, 595 *Si vox est, canta; si mollia brachia, salta.* Id. 3, 349 *Quis dubitet, quin scire velim saltare puellam, Vt moveat posito brachia jussa sono.* Propert. 2, 22, 5 *Scire aliquis molli deducit candida gestu Brachia, seu varios incinit ore modos.*

¶ Saltans, *tis.* Virg. ecl. 5, 73 *Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.* Ovid. Art. am. 2, 305 *Bracchia saltantis, vocem mirare canentis.*

¶ Saltātus, *a*, *um*, getanzt; ut, *Saltata poëmata*, Ovid. Trist. 2, 5, 9.

¶ Saltatus, *ûs*, m. subst. pro *saltatione*, der tanz, das tanzen. Liv. 1, 20 *Per urbem ire, carmina canere, cum tripudiis solennique saltata.* Ovid. Met. 14, 637 *Quid non & Satyri, saltatibus apta juventus, Fecere?* Lactant. 1, 21 *Qui vel in honesto saltatu tripudiant.*

¶ Saltātio, *ōnis*, f. idem. Cic. pro Mur. c. 6 *Multarum deliciarum comes est extrema saltatio.* Id. de Clar. or. c. 62 *Titius tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset.* Plin. 7, 56 *Armatam saltationem Curetes docuere.* Ambros. 6 epist. 36 *Deliciarum comes & luxuriæ ludibrium est lasciva saltatio.* Saltationis laudes habes apud Lucianum eleganti de saltatione libello, sed quæ ad Græcos pertinent. Romanos non satis probasse, & alienum statuisse a gravibus personis, inde etiam potest colligi, quod ejus studium in Caligula atque Nerone improbatum fuit. Et Domitianus Quæstorium virum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, movit senatu, ut Suet. auctor est Dom. c. 8. Hæc & alia loca de *Saltatore*, de quo vide, de lasciva & histrionica saltatione accipienda sunt; non altera illa gravi & modesta, ab armis atque palæstra assumta, & qualis in ipsis sacris adhibita partem religionis constituebat, de qua Quintil. 1, 11 extr. & Servius in ecl. 5 Virg.

¶ Saltatiuncŭla, *æ*, f. diminut. Vopiscus in Aureliano c. 6 *Pueri saltatiunculas in Aurelianum componerent.* Vbi carmen una significat, quod saltantes concinerent.

¶ Saltātor, *ōris*, m. ein tänzer. Hoc nomen si viro gravi Romæ tribueretur, haud leve maledictum erat. Locus classicus est in Cic. pro Mur. c. 6 *Saltatorem appellat L. Murænam Cato, &c.* Adde Suet. Calig. c. 54; Plin. 35, 11; Quintil. 6, 3; & 11, 3.

¶ Saltatrix, *īcis*, f. eine tänzerin. Cic. in Pison. c. 8 *Ex popina extractus cum saltatrice tonsa.* conf. Iustin. 9, 8, 2; 13, 2, 11; & 38, 5, 15; Plin. 10, 23; Prudent. Psychom. v. 385.

¶ Saltatrĭcula, *æ*, f. idem Gell. 1, 5 *Notissima saltatricula.*

¶ Saltātōrius, *a*, *um*, tanz-; ut, *Ludus saltatorius*, die tanz-ſchule. Cic. in Pison. c. 10 *Quum nudus in convivio saltaret, in quo ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ vitium pertimescebat.* Quod imitatus Arnobius 2 p. 73 *Orbes saltatorios vertere* dixit, den reyhen wenden.

¶ Saltatorie, adv. Apul. Met. 10 p. 253 *Saltatorie procurrens*, wie im tanz.

¶ Saltabundus, *a*, *um*, tanzend, ſpringend. Gell. 20, 2 *Saltabundi canebant, quæ nunc stantes canunt.*

¶ SAL-

¶ Saltito, *āre*, novum frequentativum, viel ſpringens machen. Arnobius lib. 2 p. 73 *Saltitaret & cantaret.* Adde Quintil. 9, 4; Macrob. Saturn. 3, 14; Vopiſc. in Aurel. c. 6.

Compoſita a *Salio* & *Salto.*

¶ Absilio, *īre*, davon hüpffen, weaſpringen. Statius Thebaid. 6, 97 *Fugere feræ, nidosque tepentes Abſiliunt (metus urget) aves.* conf. Lucret. 6 v. 1215.

¶ Adsilio, ſive Asſilio, *īre*, aufhüpffen, hinzu ſpringen. Cic. de Orat. 2, 53 *Aſſilire ad aliquod genus orationis.* Silius lib. 10 pr. *Aſſilit in ferrum & per vulnera colligit hoſtem.* Ovid. Met. 11, 526 *Aſſiluit defenſæ mœnibus urbis*, er iſt ſturm gelauffen. ¶ 2. Pro obſequi, & in petitionem aliorum libenter ac promte conſentire, Seneca uſus eſt Controv. 5 præf. *Primo libenter aſſilui, velut optimam vitæ meæ partem mihi reducturus.*

¶ Aſſiliens, *tis.* Ovid. Met. 6, 106 *Tactumque vereri Aſſilientis aquæ.* Id. Triſt. 1, 9, 7 *Aſſilientia æquora.* Colum. 6, 37 *Equa aſſilientem admiſſarium calcibus proturbat.*

¶ Aſſultus, *ûs*, m. ſubſt. ipſe aſſiliendi actus, acceſſus, der anſatz, anlauff. Tac. An. 2, 21, 1. Virg. Æn. 5, 442 *Omnemque pererrat Ante locum & variis aſſultibus irritus urget.*

¶ Aſſultim, adverb. ſprungweiſe; ut, *Phalangæ aſſultim ingrediuntur*, Plin. 11, 24.

¶ Aſſulto, ſive Adſulto, *are*, frequent. dativo & accuſativo jungitur, hinanſpringen. *Vallo adſultare*, Sil. 7, 401. *Portarumque moras adſultat*, Stat. Theb. 11, 244. *Aſſultare tergis pugnantium*, Tac. Agr. 26, 2. Paſſ. *Adſultatum eſt caſtris*, Id An. 2, 13, 5.

¶ Aſſultans, *tis.* Plin. 8, 40 *Ingruit aſſultans, contraque belluam aſſurgens.* Tac. An. 1, 51, 5 *Latera & frontem aſſultantes.*

¶ Circumsilio, *īre*, herumſpringen. Iuvenal. ſat. 10, 218 *Circumſilit agmine facto Morborum omne genus*, gehen herum.

¶ Circumſiliens, *tis.* Catull. 3, 9 *Paſſer circumſiliens modo huc, modo illuc.*

¶ Circumſaltans, *tis.* Prudent. in Symm. 1, 135 *Hoc circumſaltante choro.*

¶ Consilio, *īre*, idem quod *inſilire*, einem auf den hals ſpringen. Dativo & accuſativo jungitur. Tac. An. 3, 46, 4 *Fugientibus conſilire.* Id. An. 6, 36, 3 *Alios occultus conſilii*, quamquam *conſulit* quidam legunt.

Conſilium, & Conſul, vide ſuis locis.

¶ Desilio, *īre*, herabſpringen; ut, *Deſilire ad pedes*, Cæſ. B. G. 4, 2. Ovid. Met. 3, 680 *In undas Corpore deſiluit.* Virg. Æn. 11, 499 *Ab equo regina deſiluit. Ex equis*, Liv. 35, 34. Iuſtin. 1, 10, 9 *Vt confeſtim equis deſilierint.* Propert. 2, 13, 50 *Fulmina deſiliunt cælo.*

¶ Deſiliens, *tis.* Ovid. Faſt. 4, 427 *Adſpergine Vvidus ex alto deſilientis aquæ.*

¶ Deſultūra, *æ*, f. actus deſiliendi, das herabſpringen; ut, *Deſulturam nihil hic moror*, Plaut. Milit. 2, 3, 9.

¶ Deſultor, *ōris*, m. der herunter ſpringt, umſattelt. Sunt *Deſultores*, qui ex aliis in alios ſubinde equos tranſiliunt, ideoque *Amphippi*, ἀμφίπποι, dicti ſunt. Liv. 23, 29 *Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat.* v. Lipſii Saturn. & Torrent. ad Suet. Cæſ. c. 39. Iidem & *Vertumni* dicebantur, de quo infra ſuo loco. Adde Varr. R. R. 2 c. 7. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 11, 64; & Dempſter. in Roſin. p. 490. ¶ 2. Translate Ovid. Amor. 1, 3, 15 *Non ſum deſultor amoris*, h. e. inconſtans.

¶ Deſultrix, *īcis*, f. inconſtans. *Deſultrix virtus*, Tertullian. ad Valentin. extremo libro.

¶ Deſultōrius, *a, um*, zum abwechſeln geſchickt; ut, *Equi deſultorii*, Suet. Cæſ. c. 39, quibus deſultores utebantur. Hodie *Equites deſultorii*, dici poſſunt dragoner. ¶ 2. Deinde ex alio in aliud commeans, inſtabilis, wetterwendiſch. Cic. pro Muræna c. 27 Poſthumii inconſtantiam notat, dicens: *Videtur Prætorius candidatus in conſulatum quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere.* Sic proverb. *Deſultoriæ naturæ homo*, verſipellis dicitur, ſeque ſubinde in aliam aliamque formam mutans. *Deſultoriam levitatem* dixit Mart. Capella lib. 1.

¶ Deſalto, *are*, frequent. abtantzen, austantzen. Hinc

¶ Deſaltātus, *a, um.* Suet. in Caligula c. 54 *Deſaltato cantico abiit.* Sed

¶ Deſulto, *are*, alia forma, hinunter ſpringen; ut, *Deſultare mari*, Tertull. de Anima c. 32.

¶ Diſsilio, *īre*, entzwey oder von einander ſpringen. Virg. Æn. 3, 416 *Hæc loca vi quondam & vaſtâ convulſa ruina Diſſiluiſſe ferunt.* ¶ 2. Metaphorice eſt *diſſolvi*, ſich trennen. *Gratia ſic fratrum diſſiluit*, apud Horat. 1 epiſt. 18, 42.

¶ Diſſulto, *are*, frequent. idem. Virg. Æn. 12, 923 *Nec fulmine tanti Diſſultant crepitus.* Et Silius de mobilitate radiorum 7, 143 *Sicut aquæ ſplendor radiatus lampade ſolis Diſſultat per tecta, vaga ſub imagine vibrans Luminis, & tremulâ laquearia verberat umbra.*

¶ Exilio, *īre*, aufſpringen. Cic. fam. 16, 16 *Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exſilui gaudio.* Ter. Heaut. 4, 1, 43 *Poſtquam adſpexi, illico cognovi, ad te exſilui*, præ gaudio ſcilicet. De vel e *loco aliquo exſilire*, Plaut. Amph. 5, 1, 63. Ita Cic. pro Flacco c. 23 *exſiluerunt*, h. e. e concione ſe proripuerunt.

Exſilium, exſul, &c. vide *Exſul* in E.

¶ Exſultim, adverb. mit ſprüngen, ſprungweiſe. Horat. 3 od. 11, 10, *Ludit exſultim metuitque tangi*, id eſt, exſultando.

¶ Exſulto, *are*, frequent. proprie exſilire, & quemdam motum corporis notat, aufſpringen. Sic *equi exſultare* dicuntur, cum ſaltu attollunt ſe: Nepos 18, 5, 5 *Deinde poſt verberibus cogebat exſultare* (equos,) *& calces remittere.* ¶ 2. Hinc ad motum animi, lætitiamque, qua efferimur, transfertur, in freuden-ſprüngen gehen, frolocken. Nam cum attollitur gaudio animus, aſſurgitque ac ferocit quaſi atque ſuperbit, tum *exſultare* dicitur Tac. Agric. 8, 4 *Nec agricola unquam in ſuam famam geſtis exſultavit.* Sic, *Gaudio exſultare*, Cic. Phil. 2, 27; *Lætitia*, Id. Topic. c. 22, id eſt, efferri & exſilire quaſi, deckenhoch ſpringen: *juveniliter*, Id. pro Sext. c. 4 *Improbitas exſultat in victoria*, Cic. Att. 1, 15. *Exſultat & triumphat oratio*, Id. Cat. 2, 2.

¶ Exſultans, *tis*, proprie. Cic. Off. 1, 26 *Equi ferocitate exſultantes.* Lucret. 2, 195 *Sanguis alte exſultans e corpore.* ¶ 2. Metaphor. Tac. Hiſt. 1, 17, 1 *Nullum turbati aut exſultantis animi motum prodere.* Cic. de Orat. 3, 41 *Exſultantem te & præſidentem tibi repriment validæ legum habenæ.* Id. de Ar. Reſp. c. 1 *Furentem & exſultantem continere.* Virg. Æn. 2, 386 *Succeſſu exſultans.* Superl. Quintil. 9, 4 *Verbum alioqui ſit exſultantiſſimum.*

¶ Exſultanter, adv. freudig, hüpffend. Cyprian. epiſt. 1, 1 *Exſultanter accepimus.* Et, *Exſultantius ſcribere*, Plin. 3 epiſt. 18. *Exſultantius incedere*, Ammian. 23, 20.

¶ Exſultantia, *æ*, f. der ſprung; item, der hochmuth. Gell. 12, 5 *Doloris exſultantia.* Et Paulinus Iambo ad Cytherium v. 56 de Samſone: *Ludibrium Hoſtilis exſultantiæ.*

¶ Exſultātio, *ōnis*, f. geſtus exſultantium præ lætitia, der freuden-ſprung, das frolocken. Plin. 8, 54 *Simiæ lunam novam exſultatione adorant.* Vet. Gloſſ. *Exſultatio*, γαυριαμα, καυχημα, ἀγαλλιαμα. Et Hirt. B. Afric. c. 31 *Conſtituerat gloriam exſultationemque eorum pati.*

¶ Exſultamen, *inis*, n. idem, apud Tertullianum.

¶ Exſultabundus, *a, um*, exſultans. Solinus c. 5 (al. 1) *In Haleſina* (Siciliæ) *regione fons alias quietus & tranquillus cum ſiletur; ſi inſonent tibiæ, exſultabundus ad cantus elevatur, & quaſi miratur vocis dulcedinem.* Et Iuſtin. 18, 7, 10 *Auſusne es mœſta ac lugentia caſtra velut exſultabundus intrare?*

¶ Coexſulto, *are*, Paul. Nolan. ep. 18.

¶ Superexſulto, *are*, decken-hoch ſpringen für freuden. Symmach. 5 epiſt. 94 *Gemino affectus gaudio ſuperexſulto, &c.*

¶ Insilio, *īre*, auf etwas ſpringen; ut, *Inſilire in equum*, Liv. 6, 7. *Inſilire alicujus tergo*, Ovid. Met. 12, 345. Cum accuſativo extulit Suet. in Claudio c. 21 *Tauros inſiliunt deſeſſos. Inſilire undas*, Ovid. Metam. 8, 142; *Scopulos*, Val. Flacc. 6, 683. Sed Phædrus 1, 3, 20 *Supra lignum inſilire.*

¶ Insile, *is*, n. ab *inſiliendo*, inſtrumentum textorium, ſive axis, circa quem tela volvitur, die walze; Sed aliis propius ad etymon vocis ea pars, quæ pultu pedum quatitur, ut ſtaminis pars modo attollatur, modo deprimatur, der tritſchemmel, reitſtock. Lucretius 5, 1351 *Nec ratione alia poſſunt tam lævia gigni Inſilia, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes.* Il. Voſſ. legit *Enſilia*, v. ejus Obſerv. ad Catull. p. 249.

¶ Insultus, *ûs*, m. ſubſt. der anſatz, anfall; vulgo adhibetur, ſed nulla adeſt autoritas.

¶ Insultūra, *æ*, f. actus inſiliendi. Plaut. Mil. 2, 3, 9 *Iſtam inſulturam nihil hic moror.*

¶ Insulto, *āre*, frequent. ſæpius, & cum impetu inſilire, darauf ſpringen. Ter. Eun. 2, 2, 54 *Fores calcibus fruſtra inſultare*, mit den füſſen wider die thür ſchlagen. Virg. Georg. 3, 116 *Equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.* Vbi *Equitem* Poëta pro *equo* dixit. Salluſtius Fragm. c. 32 *Multos ab adoleſcentia honor inſultavit*, hoc eſt, vel infeſtavit, vel irriſit. Et cum dativo: ut, *In calamitate alicui inſultare*, Cic. Verr. 1, 50, einem ſein unglück ſpöttiſch fürwerfen. *Inſultare omnium capitibus*, Suet. Cæſ. c. 22. Et abſolute Virg. Æn. 10, 20 *Cernis, ut inſultent Rutuli?* Cic. pro Mil. 32 *Inſultare in rempublicam.* Id. de N. D. 4, 39 *Inſultabant in horum miſerias.*

¶ Insultans, *tis.* Virg. Æn. 11, 600 *Fremit inſultans ſonipes.* Idem Æn. 8, 570 *Capiti inſultans.* Idem Æn. 2, 329 *Victorque Sinon incendia miſcet Inſultans.* Vbi Servius: INSVLTARE, inquit, *eſt in alienum dolorem gaudere.*

¶ Insultatio, *ōnis*, f. die verſpottung. Quintil. 8, 5 *Non tam probatio, quam extrema quaſi inſultatio*, i. e. exagitatio. Id. Trib. Mar. Decl. c. 10.

¶ Insultātōrius, *a, um*, trotzig, ſpöttiſch. Tertull. contra Marcion. 5, 10 extr. de ἐπινικίῳ, VBI EST MORS TVVS ACVLEVS &c. *Nec alii Deo gratias dicit, quam illi, a quo verbum inſultatorium de morte & triumphatorium accepit.*

¶ Insultatōrie, adverb. idem. Sidon. 1 epiſt. 7 poſt princ. *Libere queror, non inſultatorie.*

¶ Insultabundus, *a, um*, inſultans. Auguſtinus ep. 86 ad Caſulanum: *In luxurias epularum & temulenta convivia inſultabundus invehitur.*

¶ Superinsulto, *are*, drüber ſpringen. Claudian. Gigantom. v. 85 *Tum ſuperinſultans avidus languentia curru Membra terit.*

¶ Persulto, *are*, drüber ſpringen. Liv. 34, 20 *Memores, quam ſæpe in agro eorum impune perſultaſſent*, wie ſie herum geſtreiffet. Sen. de Ira 2, 31 *Adſpice taurorum, pueris pariter ac fœminis perſultantibus, terga impune calcata.* Silius 3, 385 *Tam levibus perſultat equis.*

¶ Perſultrator, *ōris*, m. qui perſultat. Symmachus 6 epiſt. 22 *Bajani litoris perſultator.*

¶ Præsilio, *īre*, herfürſpringen. Plaut. Sticho 3, 2, 13 *Vt præ lætitia lacrymæ præſiliunt mihi.* A *præſilire* eſt

¶ Præsul, *ūlis*, m. qui & *Præſultor*, itemque *Præſultor* dicitur; qui primus Saliorum chorum ducit, der vortäntzer. vide ſupra *Salii*, & Lucilii verſum ap. Feſtum in *Redamptruo.* Vſus & Cic. Divin. 1, 26; & 2, 66, uti in melioribus libris eſt, al. *præſultorem*, vide utrobique Gruter. ¶ 2. Item, qui aliis præeſt, vorſteher. v. Buchner. ad Prudentii hymn. de Chriſti natali v. penult. Onomaſt. Vetus: *Præſul*, χοροστάτης. Capitol. in Marco c. 6 *Fuit in eo ſacerdotio & præſul & vates & magiſter.* Vbi Calaub. & Salmaſ. videas. Arnob. adv. gent. 7, 2, 6 *Num quid & aliquando tuos ludos minus ſanctè diligenterque perfeci? numquid aliquem præſulem, tuum numen qui offenderet, ante te traduxi?* conf. p. 244. Sic, *Præſul fori*, der richter, Sidon. 4 epiſt. 14. Et, *Agri præſulem ponere*, einen verwalter ordnen, Pallad. 1 tit. 6. Rutil. itin. 1, 550 de magiſtratu generatim *Teſtis Ro-*

ma ſui præſulis eſſe poteſt. ¶ 3. Sequioris etiam ſexus eſt. Avienus deſcript. Orbis v. 519 *Et Iunone calent hic aræ præſule ſemper.*

¶ Præſultor, *ōris*, m. ein vortänzer. Gloſſ. Vet. *Præſultor, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος.* Salmaſius in Capitolini Marcum c. 6 *proſaltor*, ait, in antiquis Gloſſis eſſe, & perperam id in *præſultor* mutatum. Apud Lactant. 2, 7 Iupiter per quietem dixit Atinio cuidam: *Ludis Circenſibus proximis præſultorem ſibi diſplicuiſſe.* Liv. 2, 36 illam hiſtoriam vel fabulam recitans *præſultatorem* appellavit. Val. Max. autem *præſultorem* 1, 7, 4. Habent etiam quidam libri Cic. Div. 1, 26 & 2, 66.

¶ Præſulto, *āre*, frequent. vorherſpringen. Liv. 7, 10 *Præſultare hoſtium ſignis.*

¶ Præſultrator, *ōris*, m. ein vorſpringer, vortänzer. Liv. 2, 36 *Iovi præſultatorem diſplicuiſſe.* Vide proxime ante in *Præſultor.*

¶ Proſilio, *īre*, herfür ſpringen. Ter. Eun. 5, 8, 6 *Quidnam properans proſilit?* Et, *Proſilire repente, temere*, Cic. pro Cælio c. 25. *Proſilire ex tabernaculo*, Liv. 28, 14. *Proſilire in concionem*, Id. 5, 2. Horat. 2 ſat. 7, 74 *Tolle periclum, Iam vaga proſiliet frænis natura remotis*, die natur wird ſich bald äuſſern. Sic, *Lacrymæ proſiliunt*, die thränen dringen zu den augen heraus, Martial. 1 epigr. 34. Præteritum format gemino modo Curtius 8, 1, 43 *Rex ex lecto repente proſiluit*: ac Idem 7, 4, 20 *Beſſus e convivio proſilivit.* v. Interpr. Sueton. ad Cæſ. 32.

¶ Proſaltor, *ōris*, m. Salmaſius ſubſtituit in locum *Præſultor*, ut modo in ea voce diximus.

¶ Reſilio, *ire*, zurückſpringen, abplatzen, nicht haften; ut, *Piratæ in aquas ſuas reſiluerunt*, Florus 3, 6, 6. *Reſilit a culmine tecti grando*, Ovid. Met. 12, 480. Et, *Crimen ab hoc quaſi ſcopulo reſiluit*, Cic. pro Roſc. Am. c. 29. Sic, *Emptori reſilit venditor meliore conditione oblata*, Vlp. l. 9 Dig. de in diem addictione.

¶ Reſulto, *āre*, zurück prallen. *Vocisque reſultat imago*, Virg. Georg. 4, 50. *Colles clamore reſultant*, Id. Æn. 5, 150. *Reſultant tecta vocibus*, Plin. Paneg. c. 72. Calpurn. ecl. 1, 26 de carmine non vulgari, *Nihil armentale reſultat*, & 4, 5 *Non quæ nemorale reſultent* cad. ſententia. Active Apul. Met. 5 p. 161 *Crebris ejulatibus ſaxa cauteſque parilem ſonum reſultabant*, i. e. reddebant.

¶ Reſultans, *tis*, zurück prallend; ut, *Reſultans ſonus*, Plin. 11, 19.

¶ Reſultatio, *ōnis*, f. die zurückprallung, apud Auguſtinum.

¶ Subſilio, vel Suſſilio, *īre*, ein wenig aufſpringen; ut, *Peſſuli, ſuſſilite obſecro*, Plaut. Curc. 1, 2, 64. *Subſiliunt ignes ad tecta domorum*, Lucret. 2, 191. Adde Sen. de Clementia 1, 3: & epiſt. 1, 5 & Varr. apud Nonium 2, 515.

¶ Subſultim, adverb. ſpringend, mit hüpfen. Suet. Aug. c. 83 *Vectabatur & deambulabat ita, ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret.*

¶ Subſulto, vel Suſſulto, *are*, frequent. i. e. ſuſum vel ſurſum ſaltare, aufſpringen, vor freuden hüpfen. Plaut. Capt. 3, 4, 104 *Tu ſuſſultas, ego miſer vix aſto præ formidine.* Id. Caſ. 2, 7, 10 *Vt ſuſſultabat, poſtquam vicit villicus.* Quintil. 9, 4 p. 842 *Monoſyllaba ſi plura ſunt, male continuabuntur: quia neceſſe eſt, compoſitio multis clauſulis conciſa ſubſultet.* Et Tertull. de Anima c. 26 *Si matrem ſubſultando turbaſſet*, ſcil. Rebeccæ fœtus in utero latens.

¶ Subſultāneus, *a, um*, empor ſpringend. Gloſſ. lat. gr. *Subſultaneus, ἠθικός*, leg. *ἀλτικός.*

Subsŭlus, idem ac *ſubſiliens.* vid. *Saliſubſulus* in *Salii.*

¶ Superſĭlio, *īre*, eben drauf hüpfen. Colum. 8, 3 *Perticæ dolantur in quadrum, ne teres lævitas earum ſuperſilientem volucrem non recipiat.*

¶ Tranſĭlio, *īre*, über ſpringen, überhüpfen, hinüberſpringen. Cic. de Orat. 3, 60 *Tranſilire ante pedes poſita & alia longe repetita ſumere.* conf. Id. Fin. 4, 14, & Plin. Paneg. c. 66. Horat. 1 od. 3, 24 *Rates tranſiliunt vada.* Plaut. Truc. 2, 1, 38 *Per hortum tranſilivit ad nos.* Liv. 1, 6 *Fama eſt, ludibrio fratris Remum novos tranſiliſſe muros.* ¶ 2. Excedere, überſchreiten. Cic. Parad. 3 *Eſt peccare tanquam tranſilli e lineas*, über die ſchnur hauen. Horat. 1 od. 18, 7 *Modici tranſilire munera Liberi*, übermaß brauchen im trincken.

¶ Tranſĭlis, *e*, durchgängig; ut, *Palmes tranſilis*, qui inter alios traduces tranſilit: Plin. 17, 23 *Oneratis vetuſtate melius donare tempus, ut tranſilem faciant, ſi largiatur craſſitudo.*

¶ Tranſulto, *are*, frequent. idem quod *tranſilire.* Liv. 23, 20 *In recentem equum ex feſſo tranſultare.*

Saliſatio, vide ante *Salio*, Saliſubſulus, *Salii*, Salitor, ſalitura, *Sal.*

SĂLĪVA, *æ*, f. ſputum, ſpeichel, geifer: vel a ſapore *ſalis*, vel quod ex ore *ſaliat.* Sic, *Saliva jejuna*, nüchterner ſpeichel, Plin. 28, 4, ubi ex inſtituto de uſu medico & ſuperſtitioſo humanæ ſalivæ. vid. etiam viri docti ad Samon. 161 de impetigine, *Hoc matutina poteris cohibere ſaliva.* Idem 7, 2 *Serpentes iſtæ ſalivam humani oris jejuni veluti aquæ ferventis contactum fugiunt, quod ſi in fauces penetravit, etiam moriuntur.* Ejus etiam aliqua vis in prohibendis veneficiis & faſcinis eſſe, olim credebatur. *A te ſudor abeſt, abeſt ſaliva*, Catull. 23, 6. *Longam manantia labra ſalivam*, Iuvenal. 6, 622. *Saliva Mercurialis* pro lucro apud Perſ. ſat. 5, 112. ¶ 2. Pro guſtu, & ſapore ponitur *Saliva*, der geſchmack. Perſ. 6, 24 *Turdorum noſſe ſalivam*, ubi vid. Caſaub. Propert. 4, 8, 38 *Et Methymnæi Graja ſaliva meri.* Hinc formula *Movere ſalivam*, das maul wäſſerig machen; de qua Caſaub. l. c. p. 486. Ita Seneca epiſt. 79 *Aut ego te non novi*; *aut Ætna tibi ſalivam movet*, h. e. cupis eum videre. Plin. 23, 1 *Sua cuique vino ſaliva innocentiſſima*, id eſt, ſapor, guſtus. *Vna ſaliva*, pro uno ſpiritu, id eſt, ἀπνευσί, in einem athem; dixit B. Hieronym. epiſt. 61, 4, ut Caſaub. ad Theophraſti Characteres p. 153 obſervat. Neque enim ſine interſpiratione emitti poteſt ſaliva. ¶ 3. *Saliva* quoque pro quovis humore & ſucco ſumitur. Sic Plin. 9, 36 *Purpuræ* (conchæ) *diebus quinquagenis vivunt ſalivâ ſua.* Id. 11, 37 f. 54 *Lacrymationum ſalivæ*, die thränen. Id. 11, 12 *Saliva ſiderum*, der thau. Et Tertull. de Cultu fœm. c. 10 pr. ironice: *Nimirum Deus demonſtravit ſuccis herbarum & concharum ſalivis incoquere lanas.* Vbi Rigaltium vide.

¶ Salivōſus, *a, um*, ſpeichelhafft, ſchleimicht; ut, *Humor ſalivoſus*, Plin. 16, 38. *Salivoſæ aquæ*, Virg. in Catalect. ubi Scalig. vide. *Salivoſa labia*, Apul. Apol. 1 p. 313.

¶ Salīvo, *āre*, ſalivam facere, geifern, beſchmieren. Plin. 9, 36 pr. de purpuris: *mutuo attritu lentorem cujusdam ceræ ſalivant.* ¶ 2. *Salivare* pecus eſt medicamentis movere illi ſalivam, h. e. ὄρεξιν & edendi libidinem. Colum. 6, 5 *Eo medicamine ſalivandum ægrotum pecus.* Colum. 6, 24, 2 *Salivatur tenero olere &c. fœta vacca.* Hinc

¶ Salivatum, pro quo vulgo libri quidam *Salviatum*, Colum. 6, 37 & 9, 36. vid. copioſe Geſner. Lex. ruſt. h. v.

¶ Sălīvātio, *ōnis*, f. das geifern; ut, *Salivatio plurima*, Cæl. Aurel. Acut. 3, 2.

¶ Salivārius, *a, um*, geifericht, ſchleimicht, rotzicht. Plin. 9, 51 *Salivario lentore provenire.*

¶ Salivāris, *e*, idem: ut, *Salivaris herba*, pyrethrum, bertram. Dioſcorides 3, 78.

SĂLĪVNCA, *æ*, f. herba folioſa & brevis, ut necti non poſſit, naſcitur in Pannonia & Noricis, laugenkraut. Plin. 21, 7. Virg. *humilem* vocat ecl. 5, 17, ſerungk. Sedulius 1, 30 *Neglectisque roſis ſaliuncam ſumitis agri.*

Salīvo, ſalivoſus, vide paulo ante *Saliva*, Salius, *Salii.*

SĂLIX, *icis*, f. quod repente exſiliat, hoc eſt, pullulet, ein weidenbaum, felbinger. v. *Salicem* ap. Feſtum & ibi Dacer. Sic, *Salix erratica*, Vitruv. 8, 1; *amara, fœcunda*, Virg. Georg. 2, 446; & ecl. 1, 79; *lenta*, Id. ecl. 3, 83; & 5, 16. Multorum eſt genera Plinio 16, 37, & Theophraſto. Ovid. Met. 10, 96 *Amnicolæque ſimul ſalices.* ¶ 2. *Salix Amerina*, herba, quæ & *vitex*, ſchaffmůl. *Salix equina*, hippus, ἵππουρις, & equiſetum, roßſchwantz, kandelkraut, taubenkropff.

¶ Sāligneus & Salignus, *a, um*, von weiden. Virg. Georg. 4, 110 *Cum falce ſaligna.* Horat. 1 ſat. 5, 22 *Fuſtis ſalignus.* Et, *Liber ſalignus*, Colum. 7, 10. *Clava ſaligna*, Id. 6, 2. Conf. Id. 4, 16; 7, 1; 9, 15; & 11, 3; Petron. c. 135; Vitruv. 10, 11; Pallad. 1, 38; Febr. 17; & Nov. 17.

¶ Salicētum, *i*, n. & per ſyncopen uſitatius

¶ Sălictum, *i*, n. ein weidenplatz, weidich). Liv. 25, 17 *Inter ſalicta ripis innata latebant hoſtes.* Virg. Georg. 2, 3 *Glauca canentia fronde ſalicta.* Adde Caton. R. R. c. 9 & 33; Cic. Agrar. 2, 14; Plaut. Aul. 4, 6, 9, Ovid. Met. 5, 590; & 11, 363; Colum. præfat. 1; it. 4, 30; & 11, 2.

¶ Sălictētum, *i*, n. idem. Vlpian. l. 3 § 2 ff. arbor. furt. cæſ. *Idem de ſalicteto dicendum eſt.*

¶ Salictarius, *i*, m. qui ſalictum curat, & materiam viti pedandæ inde parat, Cato R. R. c. 11. ¶ 2. Adjective *Lupus ſalictarius* Plinio 21, 15 inter herbas ſponte naſcentes.

¶ Salicaſtrum, *i*, n. labruſca in ſalicetis naſcens, Plin. 23, 1.

Sallio, ſallo, quære ante in *Sal.*

SALLVSTIVS, *i*, m. vel *C. Criſpus Salluſtius*, natus Amiterni in Sabinis anno urbis conditæ 668, deinde Romæ educatus, a puero operam optimis dedit diſciplinis. Ingenio fuit acri atque in ſtudiis accurato; Cæſari familiaris, ſed Ciceroni inimiciſſimus. Scripſit hiſtoriam Romanam egregio opere, & quo a Martiale illud elogium meruit lib. 14 epigr. 191 *Criſpus Romana primus in Hiſtoria.* Ex quo tamen nihil reliquum hodie præter orationes aliquot, & paucas epiſtolas, cum laceris quibusdam fragmentis. Integre ad nos pervenit Hiſtoria ejus de conjuratione Catilinæ contra ſenatum, de bello item Iugurthæ regis Numidiæ. Exſtat & oratio ejus nomine præſcripta contra Ciceronem, & Ciceronis contra eum: ſed quæ ipſorum non ſunt, antiquæ tamen. V. Petr. Victorium Var. Lect. 15, 3, & Seb. Corradum in Egnatio ſeu Quæſtura; qui utramque orationem Porcii Latronis eſſe ſuſpicatur; Add. Voſſ. 1 Inſtit. Orat. p. 179, & de Hiſt. Lat. 1, 15; ubi etiam de duabus Orationibus ejus, ſive Epiſtolis potius, habes, quas florentiſſimus auctor de ordinanda Republ. ad Cæſarem ſcripſit. Brevitatem dicendi tanquam virtutem propriam, Salluſtio præter Macrob. Sat. 5, 1 Statius 4 Silv. tribuit, itemque Sidonius & alii; *Qua nihil perfectius apud vacuas & eruditas aures eſſe*, Quintilianus pronunciat 10, 1: quaque Thucydidem victum ab eo, Seneca ſtatuit Controv. 3, 22. Cur atque quomodo brevis dicatur, docet Scalig. Poët. 4, 14: a quo diſſentit Voſſius tamen de Hiſt. c. 27. Gellius 3, 1 *ſubtiliſſimæ brevitatis artificem* nominat; & 10, 20 *proprietatis in verbis retinentiſſimum* dixit. Lenæus apud Suet. de illuſtr. Gramm. c. 15 *vita ſcriptisque monſtroſum* vocat: Ita cur dixerit, ipſe explicat, cum *priſcorum Catonisque verborum ineruditiſſimum* appellat *furem.* Nimirum κακοζηλίαν & affectationem priſcorum verborum reprehendit in eo; quam & Aſinius Pollio ipſi objecit, ut ibidem apud Suet. c. 10 legimus. Quare etiam noto illo inimici epigrammate, uti memorat Fabius 8, 3, inceſſebatur: *Et verba antiqui multum furate Catonis, Criſpe Iugurthinæ conditor hiſtoriæ.* Ad vitam quod attinet, ſane illa contaminatiſſima fuit; vide Lactant. 2, 12. Qua de cauſſa & motus ſenatu, quem gradum tamen recepit poſtea a Cæſare, quin ad præturam adſpiravit quoque, & Africæ præfuit. Obiit quadriennio ante Actiacum bellum, quo Cæſar Auguſtus Antonium vicit, ut Euſebius auctor eſt.

¶ Salluſtiānus, *a, um*, adject. ut *Salluſtiana brevitas*, Quintil. 10, 1 p. 886. Sen. epiſt. 114 *Arruncius vir raræ frugalitatis, qui hiſtorias belli Punici ſcripſit, fuit Salluſtianus.* Symmach. epiſt. 4, 24 *Monumenta Salluſtiana.* Tac. An. 13, 47, 3 *Salluſtiani horti.*

SALMĂCIS, *idis*, f. fons in Caria, molles reddens ex ſe bibentes, quemadmodum Strabo indicavit: vide Feſtum. Ovid. Met. 4, 285 *Vnde ſit infamis, quare male fortibus undis Salmacis enervet, taſtosque remolliat artus, Diſcite.* Conf. ibid. 15, 319. Falſam autem hanc de Salmacidis fonte opinionem Vitruvius 2, 8 arguit, & inde natam prodit: quod, cum Melas & Arevanias ab Argis & Trœzene coloniam Halicar-

Halicarnaſſum Cariæ deduxiſſent, ejecti barbari inde in montibus coierint, & latrocinia fecerint. Acciditſſe deinde, ut e colonis unus ad fontem Salmacidis propter bonitatem aquæ quæſtus cauſſa tabernam omnibus copiis inſtruxerit, & exercendo eam allectarit barbaros. Qui ſingulatim decurreptes, & convenientes ad cœtus e duro feroque more, commutati in Græcorum conſuetudinem & ſuavitatem ſua voluntate reducti fuerint. Ab emollitis igitur barbarorum animis, invaluiſſe famam ſignificat, bibentes de iſto fonte molleſcere & impudicos fieri. Aliam cauſſam Strabo lib. 14 & rurſus aliam Feſtus aſſert.

¶ Salmăcis, *ĭdis*, adjective etiam; ut, *Fons Salmacis*, Auſon. epigr. 69, 10. *Salmacis Nympha*, Id. epigr. 101, 1. *Aquæ nitroſæ atque Salmacides*, Plin. 31, 3, i. e. ſalſæ. v. ibi Dalechamp. dicentem: *Salmachides Græcis, quæ molles reddunt ac eviratos.* Sed & ex accuſativo Pliniano *Salmacidas* inflectere licet.

¶ Salmăcĭdus, *a, um*, adject. Sic Ennius apud Cic. Off. 1, 18 *Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine*, i. e. ut nonnulli explicant, captura marina venatione eſt facilior. Alii dividunt: *Salmaci, da ſpolia.* v. ibi not. Gronov. Gloſſ. lat. gr. *Salmacida*, ἁλμυρά. conf. Reineſ. Var. Lect. p. 409; & locum Plinii in *Salmacis*; Sed & ſupra *Salinacidus* in *Sal.*

SALMO, *ōnis*, m. (pronunciant & *Sulmo* nonnulli), piſcis ille generoſus fluviatilis eſt, ein ſalm, lachs. Nomen eſt a *ſaliendo*; nam agilitate ſaltus etiam præruptum conſcendit. Alii a *ſale* deducunt. Vocant & *eſocem*, quem piſcem Rhenanum eſſe, Plinius ſcripſit. Sed utrum *eſox ſalmo* ſit, cujus alio in loco ſeorſum Plinius meminit, nempe 9, 18, incertum eſt. Aut ſi *eſox* Plinii *ſalmo* eſſet, ſcribendum potius per L videretur *Elox*, ein lachs; ἔσοξ enim Heſychio piſcis eſt ceraceus. v. Geſner. De ſalmone Autonius in Moſella v. 97 *Nec te puniceo rutilantem viſcere Salmo Tranſierim, latæ cujus vaga verbera caudæ Gurgite de medio ſummas referuntur in undas.* Sic, *Salmo hibernus*, maculis ænei coloris, ein kupferlachs. *Salmonem* per *anchoraginem* intelligi apud Caſſiodorum, viri docti ſumma cum ratione ſuſpicantur. Sic autem ille 12 epiſt. 4 de menſa principis: *D ſlinet Carpam Danubius: a Rheno veniat Anchorago: Exormijto Sicula quibuſlibet laboribus offeratur.* Dictum ita volunt, quod os inſtar anchoræ habeat incurvatum. Freherus tamen in Autonii Moſellam, *Sturionem*, *Anchoraginem* putat. *Salar*, ein kleiner lachs. vide ſupra.

SALMŌNA, *æ*, f. fluvius, quem Moſella excipit, die Selm. Auſon. Moſell. v. 366 *Nec faſtiditos Salmonæ uſurpo fluores.* v. Scal. lect. Auſon. 1, 2.

SALMŌNE, *es*, f. una ex octo urbibus Piſanæ regionis, in qua regnavit Salmoneus, Strabo lib. 8.

¶ Salmōneus, *ei*, m. tribus ſyllabis, de quo Virg. Æn. 6, 580 *Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas*: Æoli filius, imitator tonitruum agitatione currus ſuper fabricato æreo ponte; ſed poſtea verum ipſe expertus eſt fulmen: Servius.

¶ Salmōnis, *ĭdis*, f. filia Salmonei, Tyro, quæ dilexiſſe dicitur Enipeum. Ovid. Amor. 3, 6, 43 *Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus.* Adde Propert. 1, 13, 21, & 3, 17, 13.

Salnitrum, vide *Sal.*

SĂLO, *ōnis*, m. fluvius Celtiberiæ in Hiſpania, hodie *Xalon*, vid. Martial. 4 epigr. 55; & 10 epigr. 96 & 103. ¶ 2. *Salo*, Straboni lib. 7 Dalmatarum emporium, a I. Cæſare exciſum: *Salonam* vocant Cæſar, Plinius & Mela, & *longas Salonas* Lucanus 4, 404.

SĂLŌMO, *ōnis*, m. Σαλομών, rex pacificus & ſapientiſſimus, Davidis regis Iſraelitici filius. vid. Prudent. Hamartig. v. 579.

¶ Salomōnius, *a, um*, adject. ut, *Templum Salomonium*, Lactant. 4, 13 extremo. *Salomonia ſaxa*, Prudent. Apoth. v. 512.

¶ Salomōniăcus, *a, um*, idem. Theodulfus Carm. 1, 619 *Hæc Salomoniacam res vexit ad ardua famam.* Et Sidon. 4 epiſt. 18 *Salomoniacum templum.*

Salona, vide *Salo*, Salopugium, *Salaputium*, Salor, *Salum.*

SALPA, *æ*, f. piſcis eſt, quem hactenus plerique Germanico dixerunt vocabulo ſtockfiſch; quem coqui non poſſe niſi verberatum, Plinius ſcripſerit 9, 18; cum piſces illi aëre indurati, antequam in aquam macerandi conjiciantur, tundi & verberari in trunco ſoleant, ſintque ſpecies aſellorum. *Salpa* igitur piſcis eſt marinus, litoralis, ſquamoſus, ſolitarius, capite parvo, lineis aureis a brachiis ad caudam ductis: Geſnerus. Adde Plin. 32, 11; Ovid. Halieut. v. 121. Bruyerin. de Re Cibar. 2, 11.

Salpicta, vide *Salapitta* & *Salpiſta* in *Salpinx.*

SALPINATES, cum Volſiniis conjunguntur, Liv. 5, 31.

SALPINX, *ingis*, m. Salpix, *icis*, græc. σάλπιγξ, *tuba buccina*, eine poſaune, trompete. Adelhelm. de Virgin. c. 28 *Salpicis Apoſtolicæ clangor.*

¶ Salpiſta, vel Salpicta, *æ*, m. græc. σαλπιστής, & σαλπιγκτής, *buccinator, tubicen*, ein poſaunenbläſer, trompeter. Vopiſc. Carino c. 19 *Exhibuit centum ſalpiſtas uno crepitu concinentes.* Firmicus lib. 8 *Salpictas reddet, ſed qui in bello confliſſi moriantur.* Vnde & aliqui in Arnob. 7 p. 239 agnoſcunt *Salpictas*, ubi alii *Salapittas*, de quibus ſupra.

SALPŪGA, *æ*, f. formicarum genus venenatum, apud Plin. 29, 4 extr. quod idem cum *Solpuga*, de qua infra uberius. conf. 34, 4.

Salſamen &c. falsēdo, falſilago, falſus &c. vide *Sal.*

Saltatio, ſaltator, ſaltatorius &c. vide *Salio.*

SALTEM, conjunct. adverſativa, minimum, zum wenigſten, nur; vox a captivis mutuata, qui deſperatis rebus, ſolam *ſalutem* a victore petebant. v. Donat. in Ter. Adelph. 2, 2, 42. Idem in Ter. Andr. 3, 2, 14 *Deſperatis rebus ſolam petentes ſalutem hoc verbo utimur.* Sed & Gellium vide 12, 14. Ter. Phorm. 2, 1, 2 *Non ſimultatem ſaltem revereri meam non pudere.* Cic. Att. 9, 6 *Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem.* Id. 9 fam. 8 *Si non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis &c.* Quint. 12, 11 p. 1109 Burm. *Vt ipſum iter non impervium, neque ſaltem durum putent*, h. e. ne durum quidem. De ſignificatione & uſu hujus particulæ plura Gellius l. c. & Pincierus Parerg. Otii Marpurg. 3, 42. An idem interdum ſit ac *ſolum, tantum, modo*, lis eſt: videtur quibusdam Quintilianus 10, 2 etiam hoc ſenſu adhibuiſſe: *Nec vero ſaltem iis*, inquiens, *quibus ad evitanda vitia ſatis fuit, ſufficiat imaginem virtutis effingere.* Adde Ol. Borrich. Cogitat. p. 206 & Analect. p. 19, qui pro *excludendi*; Vorſt. de ſuſpect. Latinit. c. 18, qui pro *minuendi* ſignificatione pugnat: & Cellar. Cur. Poſter. p. 421, qui utramque ſententiam interpretatur, & quantum fieri poteſt, conciliat. Adde denique Andr. Borrich. Vind. p. 206. ¶ 2. Aliqui etiam *Saltim* ſcribunt, Priſcianum [15] p. 1013 ſecuti, qui *a parte partim, a ſtatu ſtatim, a rapto raptim, a ſaltu ſaltim & ſaltuatim &c.* dici contendit. conf. Vorſt. l. c.

Salto, ſaltuaris, ſaltuatim, ſaltus, ein ſprung, vide ſupra *Salio.*

SALTVS, *us*, m. ſilva, in qua paſci & æſtivare pecudes ſolent, ut ait Valla, ein forſt, buſch, wald, eine viehtrift. v. *Lucus, Nemus.* Videtur a græco ἄλσος eſſe; aliis a *Salio*, quod pecudes ibi ſaliant. v. Varr. de L. L. 4, 4, & Voſſ. Etym. p. 444. Virg. Georg. 3, 143 *Saltibus in vacuis paſcant.* Et junctim ecloga 6, 57 *Nemorum jam claudite ſaltus.* Cæſ. B. Civ. 1, 37 *Pyrenæos ſaltus* dixit, id eſt, montes ſilvoſos. Ita Nepos 23, 3, & 4 *Pyrenæum & Grajum ſaltum* nominat. Cic. pro Quintio c. 6 *De ſaltu agroque communi detrudi.* Liv. 22, 14 *Nos pecorum modo per æſtivos ſaltus deviasque calles exercitum ducimus.* Prov. *Vno in ſaltu apros duos venari*, id eſt, ex una re geminum lucrum, ſive utilitatem geminam petere, Plaut. Caſ. 2, 8, 42. Plin. 8, 32 ſ. 50 de cervis: *Partus ſuos ad prærupta ducunt ſaltumque demonſtrant*; Harduinus cum Turnebo 3, 72 ad luſtra & cubilia refert; quanquam commodius ad ſaltum i. e. dejectionem de præruptis referri videatur. Livius in omni hiſtoria ſua anguſtias viarum præcelſis præruptisque jugis ac ſilvis utrinque ſeptas, paſſim *ſaltus* vocat. v. Cluv. Ital. Ant. 1, 22 & 33 p. 225, 360. Sic 22, 16 *Super ſaltus ab hoſte inſeſſos*; c. 17 *Qui ad tranſitus ſaltus inſidendos locati ſunt.* ¶ 2. *Saltus*, ein ſprung, vide ſupra in *Salio.*

¶ Saltuārius, *i*, m. ſaltus cuſtos, ein holzförſter, forſtmeiſter. Vet. Gloſſ. *Saltuarius*, ὀρεοφύλαξ. Pompon. l. 16 § 1 Dig. de uſu & habit. *Fundum vel ædes per ſaltuarium cuſtodire.* Petron. c. 53 *Saltuariorum teſtamenta.* v. Gœſ. ad h. l. Conf. Vlp. Dig. l. 33 t. 7 l. 8 § 1; & l. 12 § 4; & Alfen. ICt. Dig. l. 32 t. 1 l. 60 § 3.

¶ Saltuensis, *e*, holzicht, buſchicht; legitur in Cod. lib. 11 tit. 61 *de fundis patrimonialibus & ſaltuenſibus*; & tit. 62 *Coloni ſaltuenſium fundorum.*

¶ Saltuōſus, *a, um*, idem; ut, *Saltuoſa regio*, Nepos 14, 4, 2. *Loca ſaltuoſa*, berg und holz, Liv. 27, 12. Adde Plin. 6, 7; Tac. An. 4, 45, 2 & 6, 34, 2; Sidon. 9 epiſt. 9.

Salvare, ſaluber, ſalubris, ſalubritas, ſalve, quære mox in *Salus.*

SALVIA, *æ*, f. ἐλελίσφακος, vel ἐλελισφακον, herba ſalutaris, a ſalute enim, hoc eſt, ſanitate, quam conferre creditur, dicta eſt, ſalbey. Plin. 22, 25. *Salvia minor*, creuß-ſalbey, opponitur *latifoliæ.* conf. etiam Plin. 26, 6: & Apul. de Herb. c. 101.

Salvio, *āre*, pro, *ſalivare*, vid. ſ. l.

Salviātum, *i*, n. vid. *Salivatum.*

SALVII, *orum*, populus Galliæ, in Livii Epitoma 61; quos Florus *Salyos* dixit, de quibus infra.

SĂLVM, *i*, n. mare, das meer; a *ſale*, quia ſalſum eſt; vel a σαλεύειν, *fluctuare.* Itaque *Salum* proprie altum mare, ubi fluctus & venti maxime urgent atque exercent. Cæſ. B. C. 3, 28 *Salo navigaque confecti.* Nepos 2, 8, 7 *Diem noctemque procul ab inſula in ſalo navem tenuit in ancoris.* Virg. Æn. 2, 209 *Fit ſonitus ſpumante ſalo.* Cic. Tuſc. 3, 28 ex Euripide vertit: *Nec tam ærumnoſo navigaviſſem ſalo.* Conf. Liv. 25, 25; & Solin. c. 65. Translate Apul. Met. 4 p. 142 *Cum in iſto cogitationis ſalo fluctuarem.* Id. 9 p. 225 *Miro mentis ſalo in diverſas ſententias carpi.* ¶ 2. Neutrum vulgari conſuetudine maſculinum fecit Ennius apud Nonium 3, 199 *Vndantem ſalum.*

¶ Salor, *ōris*, m. imago ſali, color inter viridem & cæruleum, communis vitro & mari, meer-farbe. Martian. Capella lib. 1 *perlucentis vitri ſolor.* vid. Barth. in Stat. Theb. p. 100.

SĂLVS, *ūtis*, f. incolumitas, das gedeyen, heil, geſundheit; ut, *Salus reipublicæ*, die gemeine wohlfahrt, Cic. Verr. 3, 89. Virg. Æn. 2, 354 *Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.* Et, *Stabili potiri ſalute*, Ovid. Heroid. 20, 179. Liv. 5, 38 *Itaque res, ut initium pavoris ac fugæ, ſic una ſalus fugientibus fuit. Salutem afferre populo*, Cic. 1 pro Cornel. ap. Aſcon. p. 134. *Dare ſalutem, liberare periculis*, Id. de Orat. 1, 8, einem helfen. Et, *Reducere ad ſalutem*, Id. poſt red. ad Quirit. c. 6, wieder zurecht bringen. *Saluti eſſe alicui*, Id. de Orat. 2, 49. Cic. Verr. 2, 28 *A ſalute accipere pecuniam* dicitur judex cum accipit, ut abſolvat innocentem. ¶ 2. Pro *ſalutatione*, ein gruß, wunſch. Liv. 3, 26 *Data redditaque ſalute.* Id. 7, 5 *Accepta redditaque ſalute*, nach gewechſelten gruß. *Salutem dicere alicui*, notum ex inſcriptione epiſtolarum, grüſſen. Adde ſam. 14, 1 *Tulliolæ & Ciceroni ſalutem dic.* Sic, *impertire ſalutem alicui*, Cic. Att. 2, 12 extr. & *Impertire aliquem plurima ſalute*, Ter. Eun. 2, 2, 39, quod itidem ſalutare eſt, grüſſen. Cic. Att. 16, 3 extr. *Atticam noſtram cupio abſentem ſuaviari, ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa.* ¶ 3. Solenni voce *ſalutem imprecabantur ſternutantibus.* v. Apul. Met. 9 p. 228. Itemque *calicem haurientes ſalute proſequi* ſolebant. v. Id. 10 p. 246. ¶ 4. Similiter *bona ſalute* εὐφημισμός fuiſſe videtur ad malum omen deprecandum. Cato R. R. c. 4 extr *Siquid* (BONA SALVTE) *uſu venerit, benigne defendent*, da Gott vor ſey. Poteſt quaſi invocatio *Deæ ſalutis* eſſe, de qua mox n. 7. ¶ 5. *Salutem dicere*, eſt valedicere, geſegnen, gute nacht geben, adieu ſagen. *Salutem dicere foro & curiæ*, Cic. fam. 7, 33. ¶ 6. Pro *vita* uſurpatur ſæpius, Nep. 18, 12, 2 *Si illi redderet ſalutem*, i. e. vitam. Id. 20, 1, 3 *Civium libertatem antetulit fratris ſaluti.* Cic. de Ar. reſp. c. 16 extr. *Medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem utitur.* ¶ 7. Romanis inter Deos culta *Salus* & æde honorata fuit. Vnde Plaut. Capt. 3, 3, 14 *Neque jam ſervare Salus, ſi vult, me poteſt.* Id. Aſin. 3, 3, 137 *Vt conſuevere homines Salus fruſtratur & fortuna.* Liv. 40, 37 *Saluti dona vovere, & dare ſigna inaurata.* De hac *Dea Salute* exſtat Diſſ. Gvil. Musgrave Oxonii 1716 edita. Sic, *Salutis augurium*, augurii ſeu divinationis genus dicebatur, quo experiebantur, concederetne numen, ut poſtularent ſalutem populo: quaſi nefas eſſet hanc poſcere, niſi a Diis impetrata venia ante. Cui rei ſinguli annis ſingulis deſtinabantur dies; ſed quibus neque exercitus ullus profectus in bellum, nec progreſſus hoſtis in aciem pugnatumque

esset; quare cum pax & quies non esset, celebrari rite haud potuit. Ita Dio describit lib. 37. Meminit Cic. Divin. 1, 47; 2, 23; Tac. An. 12, 23. 2; itemque Suet. Aug. c. 31.

¶ Sălŭber, & Salŭbris, e, de rebus dicitur sanitatem juvantibus, gut, heilsam, gesund; ut, *Sal ber locus*, Varro de R. R. 1, 2. *Aquæ salubres*, Horat. Carm. Secul. v. 31. ¶ 2. Item, quæ sana sunt, aut possunt sanari, quæ vitæ & salutis spem præbent. Liv. 1, 41 *Supitum fuisse regem subito ictu: ferrum haud alte in corpus descendisse, jam ad se rediisse: inspectum vulnus absterso cruore: Omnia salubria esse*, es hätte sich alles wohl an. Id. 3, 8 *Defuncta morbis corpora salubriora esse cœperunt* Auctor de causis corruptæ eloquentiæ c. 41 *Minimum usus, minimumque profectus ars medentis habet in iis gentibus, quæ firmissima valetudine & saluberrimis corporibus utuntur.* Et, *Salubria hominum corpora*, id est, sana, Tac. Hist. 5, 6, 2. ¶ 3. Utilis, nützlich, zuträglich, ersprießlich; ut, *Salubrior studiis, quam dulcior liber*, Quintil. 3, 1. Et Colum. 4, 18 *Vestigia domini res agro saluberrima.* Sic, *Consilia salubriora*, Cic. Att. 8, 12. Ac Liv. 2, 3 *Leges res salubrior meliorque inopi, quam potenti.* Cic. pro Domo c. 7 *Sententia saluberrima reipublicæ.* ¶ 4. Opponitur etiam luxurioso. vid. I. F. Gronov. ad Cic. fam. 9, 12, ubi *Baiæ* dicuntur *salubres repente factæ.* Ita *salubre pretium* est mediocre, cujus nos non pœniteat, apud Martial. 10, 104 ex emend. Scriverii. Col. 7, 3, 22, vid. omnino Burm. ad Grat. Cyn. 121, ubi *modi salubris tela* sunt mediocris magnitudinis. vid. *Salubriter.*

¶ Salubrĭter, adverb. cum salute, heilsamlich; ut, *Bellum salubriter trahere & mature perficere*, Liv. 3, 62. Colum. 8, 10 pr. *Turdi salubrius in eo rure pascuntur, in quo capti sunt.* Plin. 5 epist. 6 *Mei nusquam salubrius degunt*, sie leben nirgends gesünder. Plin. major 27, 2 *Oculorum medicamentis aconitum misceri saluberrime*, mit gutem vortheil. Adde Suet. Claud. c. 21; Colum. 1, 8; & 2, 9. ¶ 2. Ad mediocritatem refertur, ut salubris n. 4. Plin. 1 ep. ult. *Si prædiolum istud tam salubriter emerit.*

¶ Sălŭbritas, ātis, f. die gesundheit, ersprießlichkeit; ut, *Cæli salubritas*, Plin 37, 13, gesunde luft. *Salubritas loci*, Id. 18, 5. Et, *Salubritas vini*, Id 14, 6. Plurali *Salubritates*, Vitruvius 5, 3 pr. dixit. Cic. Divin 1, 57 *Ex colore tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi* conf. Vitruv. 8, 4; Colum. 1, 3; Gell. 2, 1; Val. Max. 1, 8, 2; Pallad. 1, 3; Varr. R. R. 1, 4. *Salubritas corporum*, h. e. sanitas, Tac. A. 2, 33, 4.

¶ Sălūtāris, e, quod saluti est, salutem affert, heilsam, nützlich und gut. Cic. ad Octav *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt salutaria.* Id. de Senect. c. 16. *Cultura agrorum generi humano salutaris.* Et, *Literæ salutares*, trostliche briefe, Cic. Att. 9, 7. Et, *Digitus salutaris*, qui pollici proximus est, Suet. Aug. c. 80. *Studiorum salutarium tractatio*, Sen. de Vita beata c. 20. Compar. Cic. de Nat. D. 3, 9 *Nihil est eo* (mundo) *pulcrius, nihil nobis salutarius, nihil ornatius adspectu.* Id. Attic. 14, 17 ad Dolab. *Nihil præclarius actum unquam, nihil reipublicæ salutarius.*

¶ Sălūtārĭter, adverb. uti salubriter, heilsamlich, ohne schaden; ut, *Salutariter uti armis*, Cic. in Bruto c. 2 & Plancus ad Cic. fam. 10, 23 & 24. Adde Sen. de Clement. 1, 13; Val. Max. 5, 2, 3; Plin. 28, 9. *Salutarius* ap. Charis. p. 194.

¶ Sălūtārium, i, n. munus a convalescentibus exhibitum. Tertull. Apolog. c. 46 *Statuis & salutariis remunerari.* ¶ 2. Item plural. *Salutaria, orum*, ein gesundheits-tranck; ut, *Salutaria bibere*, Apul Met. 2 p. 128.

¶ Sălūto, *avi, atum, are*, salutem dicere, grüssen, begrüssen. Cic. Att 4, 12 *Domus te tota nostra salutat.* Virg. Æn. 3, 524 *Italiam læto ficii clamore salutant.* Ovid. Trist. 1, 1, 15 *Vade liber, verbisque meis loca grata saluta.* Sed *Salutare Cererem, Bacchum*, pro *gustare panem*, aut *vinum*, magis comicum est, atque extra scenam nemini licet. ¶ 2. *Salutare Deos*, venerari, adorare, precari, ersuchen, bitten, anbeten. Plaut. Curc. 1, 1, 70; & 1, 1, 10; & Stich. 4, 1, 29. *Salutatum ire Deos*, Id. Bacch. 2, 3, 113. Similiter Ter Phorm. 2, 1, 81 *At ego deos Penates salutatum domum devortar.* Cic. pro Sext. Rosc. c. 20 *Cum deos salutatum aliqui venerint.* In Deorum autem salutatione eminus stabant, ac manum ori admovebant, ac suaviabantur, quam deinde ad statuam Dei protenderent; Lucianus in Demosthenis encomio, item *περὶ ἀσχήμ.* Plin 28, 2; & 11, 3. vid. quæ diximus in *Adorare.* ¶ 3. Interdum idem ac nominare, nennen. Horat. de Arte poët. v. 87 *Cur ego, si nequeo ignoroque, Poëta salutor?* id est, nuncupor. Poëticum est, in prosa minus elegans, nisi ubi ad ritum salutandi & gratulandi antiquum respicitur, quo modo Curtius 6, 11, 23 scripsit: *Cum primum se Iovis filium salutari jussit rex.* Et Iustin. 1, 10, 9 *Darium regem salutaverunt.*

¶ Salutans, *tis.* Ovid. Met. 5, 296 *Voxque salutantum.* Virg. Georg. 2, 461 *Foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus undam.* Et, *Ambitio salutantium*, Tac. f. Quintil. Dial. c. 29, 5.

¶ Salutatus, *a, um*, gegrüsset. Ovid. Pont. 2, 7, 1 *Esse salutatum vult te mea littera primum.*

¶ Sălūtātio, *ōnis*, f. der gruß, die begrüssung; ut, *Quis te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet?* Cic. in Pis. c. 40. *Mutua salutatione facta*, nachdem sie einander bewillkommet, Curt. 10, 8, 23. De salutationibus matutinis & vespertinis earumque formulis v. supra in *Ave.* conf. Gell. 4, 1, Martial. 4 ep. 8, & Bernegg. ad Suet. Aug. c. 27.

¶ Salutator, *ōris*, m. der da besuchet, grüsset. Sen. epist. 19 *Migrabit ad aliud limen salutator.* Stat. 2 Silv. 4, 29 *Salutator regum.* Cic. de Petit. Consul. c. 9 *Deductorum officium majus est quam salutatorum.* Colum. 1 præfat. *Mercenarius salutator circumvolitans limina potentiorum.* Adde Suet. Claud. c. 35; Stat. 2 silv. 4, 29; Capitol. in Ant. Pio c. 13.

¶ Salutatrix, *īcis*, f. Adjective *Turba salutatrix*, Iuvenal. 5, 21, id est, clientum patronos mane salutantium turba. *Charta salutatrix*, Martialis 9 epigr. 101, id est, epistola.

¶ Salūtātōrius, *a, um*; ut, *Salutatoria cubilia*, Plin. 15, 11, i. e. ve-

stibula, die vorgemächer, audienz-zimmer. *Salutatorium publicum exercere*, Sen. de Const. Sap. c. 14, ubi *publicum* est ipsa *πλατεῖα.* Sermo enim est de janitore, qui pro admissione salutaturi stipem postulat, & vectigalis quasi quoddam genus exercet. Sed malit Lipsius *Salutationum.* Gloss. gr. lat. *ἀσπασικὸς, salutatorius.*

¶ Salutābundus, *a, um*, grüssend. Martianus Capella dicit lib. 7 post init. *Iovem salutabunda.*

¶ Salve, vox salutantium, *salvere, salveto, salvetote, salvere*, defectivum, salutandi verbum. Ter. Phorm. 2, 1, 56 *Here, salve, salvum te advenire gaudeo.* Cic. Att. 4, 15 *Dionysiam velim salvere jubeas.* Id. Att. 6, 2 extr. *Salvebis a meo Cicerone.* Plaut. Truc. 2, 2, 4 *Non salveo*; Virg. Æn. 5, 80 *Salve, sancte parens, iterum salvete recepti.* Vox alias solennis fuit salutationis matutinæ (uti & vox *Ave*, de quo supra in A). Hinc Suet. Galb c. 4 *Veterem civitatis exoletumque morem, ac tamen in domo sua hærentem, obstinatissime retinuit, ut liberti servique bis die adessent, ac mane* SALVERE, *vesperi* VALERE *singuli dicerent.* Quæ verba arguunt, illam salutandi rationem in desuetudinem abiisse, & a Galba, moris antiqui studioso, retentam. ¶ 2. Apud Liv. 1, 16 pr. *Salvere omnes Romulum Deum jubent*, ubi ad salutationem Deorum refertur.

¶ Salvus, *a, um*, incolumis, sanus, gesund, wohlauf, glücklich, selig; ut, *Sana ac salva respublica*, Cic. fam. 12, 23. *Salva res est*, es hat nicht noth. Plaut. Capt. 2, 2, 34; & Ter. Eun. 2, 2, 37. Id. ibid. v. 27 *Quibus & re salva & perdita profueram. Salvo exercitu*, Vellej. 2, 46, 3. *Quod videretur salvo capite fieri posse*, Cic. pro Cæcin. c. 7. *Salvos præstare socios*, Id. pro L. Man. c. 18. *Salva epistola*, ganz und unzerrissen. Cic. fam. 7, 26. Et, *Salvo amicitiæ jure*, Idem fam. 13, 77, i. e. intemerato amicitiæ jure, ohne nachtheil der freundschaft. *Salvis auspiciis, legibus*, ohne beroselben verletzung, Cic. fam. 1, 2. Quintil. 11, 3 *Cum aliquid detrahere salva gratia velis &c.* Et, *Salva sit artopta reverentia*, Iuvenal 5, 72, id est, integra, seu conservata: quemadmodum Livius 3, 65 *Sine infestatione potestatis ejus, conservata majestate patrum*, mit beybehaltung des respects. Ita etiam Plin. 10 epist. 40 *Salva magnitudine tua, Domine, descendas oportet ad meas nugas.* Id. paneg. c. 35 *Agere Principi gratias, qui, clementia sua salva, ultionem hominum terrarumque Diis maris commendasset.* Ter. Andr. 3, 6, 9 *Salvus sum, si hæc verba sunt*, so hats mit mir keine noth. Et Cic. pro Rosc. Am. c. 34 *Salva fides* & c. 1 *salvo officio* pro eo, quod vulgo est *salva conscientia*, mit gutem gewissen. Compar. Plaut. Truc. 2, 2, 5 *Ægre tutare malim, quam esse tua salute salvior*; Ita legi in MSS. testatur Pareus Lex. Crit. p 1112 pro *fanior*, quod vulgatum est. ¶ 2. *Satin' salvæ?* scil. *res sunt*, wie stehts? interrogatio solennis peregre domum redeuntium & siniſtri aliquid ex vultu suorum aut alicunde suspicantium. vid Liv. 1, 58; 3, 26; 6, 34; Ter. Eun. 5, 5, 8; & quos magno numero laudat Brisson. de form. p. 745. Unum modo integre proferemus exemplum: Liv. 40, 8 *Regiam ingressis perturbato vultu procul stetit. Cui pater: Satin' salvæ? &c.* Eodem sensu Ter. And. 4, 6, 9 *Satin' recte?* ¶ 3. Sed *salvus sis*, id est, salve, vox salutandi, Ter. And. 5, 4, 3.

¶ Salve, adverb. wohl, gut, heilsam. Apul. 1 Milesi. p. 114 *Quum salve agit, Demeas nostrer?* gehts ihm auch wohl? Id. Apol. p. 302 *Puer ubi sis, & quam salve agat, interrogat.* Plaut. Menæch. 5, 2, 26 *Salva sis, salven' advenio? salven' arcessi jubes?* Ita formulam *Satin' salvæ?* quam modo in *Salvus* n. 2 explicavimus, sine diphthongo quidam scribunt: *Satin' salve?* scil. *agis.*

¶ Salvo, *avi, atum, are*, salutem dare, heil geben, selig machen. Ecclesiasticis frequens verbum, quod etiam in Gloss. Cyrilli per *σώζειν* convertitur. Nizolius etiam Ciceroni tribuit in Pis. c. 31 *Rempublicam salvare*, sed in optimo quoque libro *servare* perscriptum est, quod etiam Lambinus, Gruterus & alii ediderunt ad Liv. Epit. L. 55 &c. vide tamen Quintil. 12, 10; Vulg. Interpr. Gen. 19, 17.

¶ Salvans, *tis.* Vulg. epist. Iudæ v. 5 *Iesus populum de terra, Ægypti salvans.* Et. 45, 20 *Dominus non salvans.* Et v. 21 *Deus justus & salvans non est præter me.*

¶ Salvātus, *a, um*, errettet, selig gemacht. Es. 4, 2 *Exsultatio his, qui salvati fuerint de Israël.* Ephes. 2, 8 *Gratia estis salvati per fidem.*

¶ Salvatio, *ōnis*, f. das heil, die seligmachung. Beda Hist. eccles. 1, 30 pr *Gregorius studiose erga salvationem nostræ gentis invigilavit.* Vulg. Ps. 27 (28) v. 8 *Protector salvationum Christi sui.*

¶ Salvator, *ōris*, m. salutis lator, ein heiland, seligmacher; nec est, ut pro eo latine rectius, ut, quidam volunt, dicas a *Servare, Servator.* Nam in Verrina 2, 63 negat Cicero exstare, nomen Latinum, quod Græco vocabulo *σωτὴρ* respondeat: ipso ibi interprete, *is est soter, qui salutem dedit.* Hinc Mart. Capella 5 p. 166 *In Latinis insolentiam vitans Cicero Soterem, salvatorem noluit nominare.* Sed tamen Arnobius, Lactantius & alii Patrum Latinorum *Salvatoris* vocabulo hoc sensu utuntur. Augustinus Christianis primum inventum hoc vocabulum videtur assignare, cujus verba de Trinitate 3, 10 ista sunt; *Qui est hebraice* IESVS, *græce σωτὴρ, nostra autem locutione* SALVATOR. *Quod verbum Latina lingua antea non habebat; sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.* Vetus tamen & probum fuisse, videtur vetus Inscriptio adstruere ap. Gruter. p. 19, in qua Iupiter *Salvator* dicitur: IOVI CVSTODI QVIRINO SALVATORI PRO SALVTE CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG. COL SARMIZ. Quin & optimum Stephani Glossarium id agnoscit *Salvator, σωτὴρ.* Et in Cyrill. Gloss *σωτὴρ, Salvator.* Quid est *Salvator?* utique qui salutem dat, aut dedit. Atqui Cicero ipse *Sate a* definit, *qui salutem dedit.* Quidni igitur *σωτὴρ, Salvator* commode dici queat? Profecto cum de Christo sermo est, malim *Salvatoris*, quam *Servatoris* vocabulo uti. Et plus vocabulum SALVATORIS, quam SERVATORIS infert. *Servare* militare verbum, & de eo dicitur, qui parcit in bello, quos cædere poterat. SALVARE ejus est, qui non vitam donat tantum, sed & meliorem statum addit, felicemque facit: quod & Daufquejus ad Basilii Seleuc Orat. 11 de Iona observat; & reprehendit eos, qui CHRISTVM IESVM, *Servato-*

Servatorem malint quam *Salvatorem* dicere: quod & Baronius fecit Notis ad Martyrologium Rom. M. Novembr. D. 9. Barth. ad Theb. Statii p. 19; Reines. Epist. p. 683. Adde Spanhem. Diss. de Præst. Numism. p. 380. Matth. Zimmerm. Analect. Misc. 3 § 3 p. 121; & Ol. Borrich. Cogit. p. 229; Etiam Tertullianus, quod ille negat, vocem usurpavit adv. Iudæos c. 10, & adv. Marc. 3, 18 de Christo: *Aliis ferus, ut judex, aliis mansuetus, ut salvator.* Id. adv. Marc. 4, 14 *Rivulus de fontibus Salvatoris.* Et Sedulius 2, 155 *Sic delicta fugans salvator nostra gerendo Tersit & a tactu procul evanescere jussit.*

¶ Salvatrix, īcis, f. ap. Fulgent. de Nativ. Christi. Adjective Prosper Aquit. epigr. 16 *Salvatrix gratia Christi.*

¶ Salvĭfĭcus, *a, um*, seligmachend, hæc quoque vox ecclesiastica est. Sic Christi sepulti *salvificum corpus* Alcimus Avitus nominat ad Sororem v. 180. Hinc

¶ Salvifĭco, *are*, selig machen, apud Vulg. Interpr. Ioh. c. 12, 27. Et Sedulius 5, 7 *Pater ista memet ab hora salvifica.*

¶ Salvificator, ōris, m. salvator, ein seligmacher, apud Tertullian. de Pudicit. c. 2 pr. ut Rigaltius legit.

¶ Sălūtĭficator, ōris, m. idem; apud Tertull. de Carne Christi c. 14; item de Resurr. Carnis c. 47; adv. Marc. 5, 15; & de Pudicit. c. 2.

¶ Salūtĭfer, *a, um*, salutaris, vel salutem ferens, heilsam, gesund. Apul. Met. 4 p. 153 *Nunc funditus perii, nunc spei salutiferæ renunciavi.* Martial. 5 epigr. 1 *Salutiferis candidus Anxur aquis.* Stat. Achill. 1, 117 *Salutiferæ herbæ.* Ovid. Heroid. epist. 21, 174 *Daque salutiferam jam mihi fratris opem.* conf. Lactant. 4, 12; Macrob. Sat. 1, 20; Auson. epigr. 10, 8.

¶ Sălūtĭger, *a, um*, idem. Ausonius Eclogario de nominibus 7 dierum: *Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem.* Prudent. Hippolyto v. 235 *Salutigeri ortus.* Eugenius Toletanus carm. 26 *Inde salutigerum devoto pectore carmen Mittimus.* Apulej. de Deo Socr. p. 45 *Interpretes & salutigeri*, die posttråger.

¶ Salūtĭgĕrulus, *a, um*, der einen gruß bringet; ut, *Pueri salutigeruli*, qui salutem nuntiant, Plaut. Aul. 3, 5, 28. Sed al. Sandaligeruli. Vet. Gloss. *Salutigerulus*, ἐπισκέπτης.

Composita cum præposit.

¶ Consălūto, *are*, secundum Festum idem quod *salutare*, begrüssen, empfangen, ut, *Cum inter se amicissime consalutassent*, Cic. de Orat. 2, 3. *Oscines corvi auroræ facem consalutantes*, Sidon. 2 ep. 2.

¶ Consalutatio, ōnis, f. die begrüssung, der willkommen; ut, *Consalutatio honorifica*, Cic. ad Attic. 2, 18. *Consalutatio exercituum*, Tac. An. 15, 16, 4; & Hist. 4, 72, 6.

¶ Insalutātus, *a, um*, unbegrüsset; ut, *Hospite insalutato discedere &c.* hinter der thür abschied nehmen. Et Sidon. 4 epist. 10 *Annis jam multis insalutatus.* Per tmesin Virg. Æn. 9, 289 *Inque salutatum linquo.*

¶ Insălūbris, *bre*, ungesund, unheilsam; ut, *Insalubris ager*, Plin. 18, 5. *Manet, quod est gravius & sordidius, & insalubrius*, Gell. 19, 5. Et, *Insaluberrimum vinum*, Plin. 23, 1.

¶ Insalubrĭter, adv. idem. Salvian. de Avarit. 3 p. 92 *Naturæ insalubriter indulgere.* Et paullo ante p. 90 *Causse huic non insalubriter coaptatur.*

¶ Insalūbrĭtas, *atis*, f. ungesundheit. In Plinii H. N. 31, 3 in titulo: *De qualitate aquarum, insalubritate, commoditate.* Sed hi tituli Plinii non videntur, notante Facciolato.

¶ Insălūtāris, *e*, idem. Apul. Met. 2 p. 195 Stew. *Licet insalutare non erit.*

¶ Obsălūto, *are*, salutandi gratia se offerre, Fest.

¶ Persălūto, *are*, omnes ordine salutare, nach der reihe grüssen. Cic. pro Flacco c. 18 *Qui ita sit ambitiosus, utut omnes nos vosque quotidie persalutet.* Curtius 10, 5, 3 *Donec a toto exercitu ad ultimum persalutatus est.*

¶ Persalutatio, ōnis, f. die begrüssung. Cic. pro Muræna c. 21 *Non declamatio potius* (placet) *quam persalutatio.*

¶ Rĕsălūto, *are*, salutem referre, wieder grüssen. Lucil. ap. Charis. 2 p. 190 *Pedetentim hunc resalutem.* Sen. de Tranqu. an. c. 12 *Salutaturi aliquem non resalutaturum.* Et Martial. 4 epigr. 84 *Securus nullum resalutat, despicit omnes.*

¶ Resalutatus, *a, um*, wieder gegrüsset. Cic. Phil. 2, 41 *Constabat, neminem esse resalutatum.*

¶ Resalutatio, ōnis, f. der gegengruß. Suet. Ner. c. 37 *Neque proficiscens quemquam oculo impertivit, ac ne resalutatione quidem.*

¶ Resalvo, *are*, wieder selig machen. Augustinus de Civ. Dei 18, 31 vertit Obadiæ v. ult. τῶν LXX. ἀναπωζόμενοι, *resalvati*, ubi Vulgata habet *salvatores.*

SALYI, *orum*, m. pl. Galliæ populi in Provincia, apud Livium 21, 26; & Florum 2, 3, 5; & 3, 2, 3; qui *Salvii* in Liviana Epitome appellantur, de quo supra. It. *Salluvii.* Add. Liv. 5, 34.

SAMA, *æ*, f. est Creta Italica, Isidor. 20, 4.

SAMĂNÆI, *orum*, m. pl. Gymnosophistarum secta. Vide supra *Gymnosophistæ*, & Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 13, 25.

SAMARDĂCVS, *i*, m. impostor, ein betrüger, apud Augustin. contra Academic. 3, 15. Vetus Interpr. Horatii cum Scholiastis jungit. Chrysostomus σαμαρδάκης exponit γελωτοποιός, possenreisser. ¶ 2. *Terminus si bifurcus fuerit, samarducus dicitur*; al. *Samartiacus.* v. Auct. de Limit. p. 303 & Ind. Gœtii in *Samartia.*

SĂMĂRIA, *æ*, f. Σαμάρεια, civitas fuit Palæstinæ, ab Hierosolymis in septentrionem remota: clarissima regum Israeliticorum quondam sedes. Dicta a *Somer*, domino ejus loci, in quo ab Amri Israëlis rege *Samaria* condita fuit. v. Plin. 5, 13. ¶ 2. Regio circumjecta etiam *Samaria* vocata fuit. Vide Geographiam Sacram.

¶ Samarītānus, *a, um*, adject. Incolæ *Samaritani* fuerunt genus hominum, olim quidem pure Israëliticum, postea ex Cassiis & Palæstinensibus mixtum, qua de caussa Iudæis semper invisi, quemadmodum & ab ipsis religione quodammodo diversi. De discrimine *Samaritanorum* & *Iudæorum*, v. Ios. Scaliger l. 8 de Emend. temp. & de universo illorum statu tam ecclesiastico quem civili, Chr. Cellarii collectanea Historiæ Samaritanæ, quibus eorumdem epistolæ ad Scaligerum, Anglos, & Ludolfum addi possunt, cum Breviario Chronico Samaritarum, ab Edv. Bernardo recentissime latine verso, & Actis Eruditorum Lipsi. mense April. 1691 inserto. Adde R. Huntingdoni Epistolas. Ceterum, quia ut plurimum tam *Iudæi* quam *Samaritæ* negotiatoribus operas locabant, inde factum, ut Constantinopoli *Samaritæ* vocarentur ministri mensariorum, qui rationes conficientibus aderant, & iis subscribebant, quod ex Iustiniano Casaubonus ad Lampridii Heliog. f. 144 observat.

¶ Samarīta, *æ*, m. Σαμαρίτης, Samaritanus, ein Samariter. vid. Curt. 5, 8, 9. Iuvencus 2, 324 *Ecce Samaritûm populi venere rogantes. Samarites* occurrit ap. Fl. Vopisc. in Saturn. c. 8. vid. Isidor. 8, 4.

¶ Samarītis, ĭdis, f. idem c. l. v. 252 *Samaritis fœmina venit.* Et ibidem v. 246 *Præteriens sed forte venit Samaritida Sichem.*

¶ Samarītĭcus, *a, um*, adject. Samaritisch. Ibidem v. 256 *Ut tibi Iudæo mulier Samaritica potum*, scil. *ministrem.*

SAMAROBRIVA, *æ*, f. Galliæ urbs, a *Samara* præterfluente fluvio dicta, pluribus est *Ambiens*, vid. Cic. fam. 7, 11 & 16.

¶ Samarobrivi, ōrum, Galli inter Belgas: Cæs. & Ptolemæus.

SĂMĂRVM, *i*, n. plur. *Samara*, ulmi semen, Plin. 16, 17. Colum. 5, 16 *Sameram* vocat. vide *Vlmus*, & adde Plin. 17, 11; Colum. 9, 13.

SAMBŪCA, *æ*, f. σαμβύκη, instrumentum musicum triangulum ex inæqualibus nervis, ein saitenspiel, hackebret, Vitruv. 6, 1. Prudent. Apoth. v. 148 *Organa, sambucas, citharas, calamosque, tubasque.* ¶ 2. Machina item militaris, qua urbs expugnabatur, ein mauerbrecher. Sic vocabatur per similitudinem. Nam ut in organo chordæ, sic in machina intendebantur funes, de qua Festus, Veget. 4, 21; Athenæus 14, 8 p. 634, & Lipsius Poliorcet. lib. 1 dialog. 6. In ea significatione usurpatum a Persio videtur vocabulum sat. 5, 95 *Sambucam citius caloni aptaveris alto. Calones* enim ministri erant militum disciplinæ militaris rudes. *Sambucam* igitur *caloni aptare* proverbialiter dixit pro, munus impari, & ab eo gerendo alieno committere.

¶ Sambucīna, *æ*, f. eine harfenschlägerin. Plaut. Sticho 2, 3, 57 *Fidicinas, tibicinas, sambucinas advehere forma eximia.*

¶ Sambucistria, *æ*, f. idem, Liv. 39, 6 est, quæ sambuca canit: *Psaltriæ, sambucistriæque & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.* Usus & Arnobius 2 p. 73. V. Spanhem. ad Callim. H. in Delum v. 253.

SAMBŪCVS, *i*, f. vel Sabucus, poëtica licentia Sereni, in arborem assurgit, eine holderstaude, holderbaum. Plin. 24, 8. Nomen accepit a *Sambuca*, quod ex ejus ligno instrumentum illud musicum fieret. De Sambuco vid. Colum. 4, 26; & 12, 44; Pallad. Mart. t. 10; Mart. Capella lib. 9. Samon. 50 *Tristia poma Sabuci.*

¶ Sambūcĕus, *a, um*, von holderbaum; ut, *Baculus sambuceus*, Aurel. Victor in Iun. Bruno c. 10 *Sambucea arbor*, Plin. 29, 4.

¶ Sambūcētum, *i*, n. locus ubi sambuci abundant, Io. a Ianua Cathol.

¶ Sambucātus, *a, um*; ut, *Vinum sambucatum*, holdervein. Theod. Prisc. de Diæta c. 12.

¶ Sambucelæon, *i*, n. σαμβυκέλαιον, holderöl, Const. Afer 1, 12. Same, vide *Samos*, Samēra, *Samarum.*

Samia, samiator, samio, *are*, Samius &c. vide mox Samos.

SAMNĪTES, *um*, & *ium*, Italiæ populi in Samnio, id est, Aprutio, quod inter Picenum, Campaniam & Apuliam est, die Samniter. vid. Liv. 7, 29; Flor. 1, 16. ¶ 2. Gladiatores etiam erant stataria pugna dimicantes. v. Turneb. Adversar. 25, 10. Lipsi. Saturn. 2, 11. Singularis *Samnis*, apud Nonium 4, 425 in *Spurcus* ex Lucilio: & *Samnitis*, apud Prudentium adv. Symmach. 2, 515 *Asper Samnitis Marsusque &c.* v. Liv. 9, 40; & Drakenb. ad 7, 33; & Lambin. ad Horat. 2 ep. 2, 98. Communis generis est. Silius 4, 560 *Samnitis pellibus ursæ.* In genitivo plur. *Samnitium* non *Samnitum*, optimi codices habent. v. Arntzen. ad Aur. Vict. c. 33, 7.

¶ Samnium, *i*, n. regio Samnitium. Florus 1, 16, 8 *Populus Romanus ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.* conf. Varro R. R. 2, 1; Cic. pro Cluent. c. 69.

¶ Samnītĭcus, *a, um*, adject. ut, *Bellum Samniticum*, Florus c. 1. & Suet. Vitell. c. 1. *Samnitium* est ap. Liv. 7, 29.

SĂMOS, *i*, f. Σάμος, insula in mari Ionio sita inter Icariam & oram Asiæ, in qua Ephesus sita est. Plin. 5, 31. Dicta prius *Anthemusa* a floribus, & *Stephane* & *Parthenia*, id est, virginea. Sacra fuit Iunoni, quod in ea nata fuerit & Iovi nupserit. v. Virg. Æn. 1, 20. Fuit & patria Pythagoræ. Meminit & *Sami* urbis Ioniæ, a Q. Cicerone recreatæ, Cic. ad Qu. Fratr. 1, 1, 8, quæ est ipsa hujus insulæ civitas, Ioniæ propter vicinitatem annumerata. Septem enim stadiorum freto a continenti sejuncta est: Strab. l. 14 p. 438. Lucan. 8, 246 *Rudit saxa Sami.* conf. Horat. 1 epist. 11, 2 & 21. ¶ 2. *Samos* etiam Samothraces nomen fuit: item Cephalleniæ apud Homerum. vid. Strab. 10 p. 312; & Virg. Æn. 7, 208.

¶ Sămē, *es*, f. eadem insula apud poëtas, quæ *Samos.* Virg. Æn. 3, 271 *Dulichiumque Sameque.* conf. Ovid. Trist. 1, 4, 67; & Sil. 15, 303. Etiam Cephallenia alio nomine *Same* & *Samus* dicta esse creditur. v. Cell. Geogr. Ant. 2, 14 p. 800. conf. Liv. Comment. 36, 42. Hinc *Sameus* ibid. 38, 28.

¶ Sămius, *a, um*, adject. gentile; ut, *Iuno Samia*; *Sibylla Samia*, cui tribuuntur vaticinia de Christo. *Asserit hic Samius*, i. e. Pythagoras, Sidon. carm. 15, 52. qui *Samius senex* etiam Ovid. Trist. 3, 3, 62. *Samius Bathyllus*, Horat. epod. 14, 9. *Samia terra*, Plin. 35, 16, Dioscor. 5, 101. ¶ 2. Idem est ac *Testaceus*, irden, thönern; ut, *Vasa Samia*, quæ fictilia erant, egregie fabricata, tenuia tamen & pauperum supellex, Plin. 35, 12. *Confringi vas cito Samium solet*, Plaut. Bacch. 2, 2, 24. *Samia olla*, Seren. v. 674. *Vti Samio curtoque catino*, Lucil. ap. Nonium 4, 434. *Fores Samiæ*, Plaut. Men. 1, 2, 65. Adde Gell. 17, 8; Plin. 36, 21; Isidor. 20, 4. ¶ 3. SAMIVM *rursum acutum, unde &* SAMIARE *dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat*, schartfschneidig, Nonius l. c. Sic, *Mentula Samia testa abscissa*, Martial. 3 epigr. 81, & Auson. epist. 4, 68 *Samium Lucumonis acumen.* v. Scalig. Auson. lect. 2, 12 p. 121.

¶ Samia, *æ*, f. subst. placentæ genus, ein kuchen, schirbelkuchen. Tertull. adv. Marc. 3, 5 *Non de glebis credas te unquam placentas & Samias*

Samias coacturum: ubi Iunius, *Samiarum*, inquit, *in placentario genere laus summa a Samo, ubi Iunoni solennes erant.*

¶ Samium, *i*, n. intell. vas. Cic. de Rep. ap. Nonium l. c. *Quam si imperia pontificum diis immortalibus grata sine samio.*

¶ Samiolus, *a, um*, dimin. fictilis. Plaut. in Sticho 5, 4, 22 *Nos nostro samiolo potorio bibimus, tamen vivimus.*

¶ Samio, *are*, acutum reddere, ſchärfen, ſchleifen. v. Nonius 4, 434; & conf. Veget. 2, 14; & Auſon. epiſt. 4, 68. Hinc

¶ Samiatus, *a, um*, geſchärft, geſchliffen; ut, *Ferramenta samiata*, Vopiſcus in Aureliano c. 7.

¶ Samiātor, *ōris*, m. qui arma acuit & tergit, & exaſperat cuſpides, ein ſchleifer, ſchwerdtfeger. Gloſſæ Vet. *Samiator* ἀκονιτὴς. & in Tacticis libris σαμιάτωρ, pro eodem. v. Salmaſ. in illum Vopiſci locum p. 353.

¶ Samiārius, *i*, m. idem. Gloſſ. gr. lat. ἀκονιτὴς, *samiarius, cotarius, acutiator.* Et Turneb. Adverſ. 27, 21 ex antiqua Inſcript.

SAMIARIIS DORYPHORON.

¶ Samæna, *æ*, f. navigii genus a Samiis inventum, cujus prora demiſſa erat: Plutarch. Pericle p. 166.

¶ Samōlus, *i*, m. herba, Plin. 24, 11. vid. ibi Dalechamp.

¶ Sămŏthrāce, *es*, & Samothracia, *æ*, f. alia eſt inſula, Lemno vicina in ora Thraciæ, quamobrem & ad differentiam *Sami* inſulæ Aſiaticæ, *Samothrace* vel *Samothracia*, quaſi *Samos Thraciæ* dicta fuit. Virg. Æn. 7, 208 *Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia, fertur.* Fuit hæc inſula religione & templo nobilis, quod una cum Delphico toto orbe ſanctiſſimum habebatur. Cereris ibi Proſerpinæque myſteria celebrabantur. v. Strab. & Liv. 45, 5; Plutarch. Æmilio, & Diod. Sicul. 5, 47. Hic annulorum genus inventum, qui, cum ex ferro eſſent facti, auro cingebantur; vel mero auro decorabantur, ut Plinius auctor eſt 33, 1. Hinc *ferrea Samothracia*, Lucretio celebrata 6, 1042. Iſidorus vero 19, 32 hos Samothracum annulos, aureos, ſed ferreo cum capitulo fuiſſe tradit. Scaliger hos Samothracios annulos in lib. 5 Manilii notat, ex eorum genere fuiſſe, quos Græci φυσικὰς καὶ θαυμασίους ἀκτυλίους & ἀλεξιτηρίους appellarunt; De quibus Kirchmann. de Annulis c. 21. ¶ 2. *Samothracia* etiam gemma eſt ab inſula nominata Plin. 37, 10; & 19, 6.

¶ Samothrāces, *um*, populi ejus inſulæ Curt. 8, 1, 26. De *Samothracum initiis*, Varro L. L. 4, 10, ubi & *Samothraces Dii*, Caſtor & Pollux. Iidem ſunt, qui Penates Romanorum, quod Dardanus eos e Samothracia in Phrygiam, Æneas autem e Phrygia in Italiam detulerit, v. Macrob. ſat. 3, 4. *Samothracas Deos* commemorat etiam Sall. in epiſt. Mithrid. fragm hiſt. 4 n. 7.

¶ Samothracicus, *a, um*, adject. ut, *Samothracicis religionibus myſticæ imbutus*, Macrob. l. c.

¶ Samothracius, *i*, m. annuli genus, de quo paullo ante in *Samothrace.*

SAMOSĂTA, *æ*, f. Σαμόσατα, Syriæ urbs ad Euphratem, Comagenes metropolis, patria Luciani blaſphemi, qui inde

¶ Samoſatenſis, Σαμοσατεύς; & Pauli Antiocheni epiſcopi, blaſphemi in Chriſtum hæretici, qui inde

¶ Samoſatēnus dictus fuit, ab eadem patria.

SAMPSA, *æ*, f. vel Samſa, vocatur oliva contuſa vel condiendi cauſa, vel exprimendi olei. Columell. 12, 47, 49 & 50.

SAMPSICERĂMVS, *i*, m. hoc nomine Pompejum appellare videtur Cic. Attic. 2, 14 (ubi vid. interpretes) & ep. 16 & 17 & 23, a regulo quodam *Sampſiceramo* in Syria devicto.

SAMPSŪCHVM, *i*, n σάμψυχον, herba odorata illa, quæ & *amaracus*, & *majorana* vulgo dicitur, majoran. vide *Amaracus*: v. Plin. 21, 22; Colum. 10, 171; Apul. de Herb. c. 99; Celſ. 51, 11.

¶ Sampſuchīnus, *a, um*, σαμψύχινος, aus majoran; ut, *Oleum sampſuchinum*, Plin. 13, 1. conf. Idem 21, 22; & Dioſc. 1, 49. Eraſmus Adag. 338 *Sanſuchum* & *Sanſuchinum* ſcribit.

Sanabilis, ſanates, ſanatio, vide infra *Sanus.*

SANCAPTIS, *idis*, f. ficti aromatis nomen apud Plaut. Pſeud. 3, 2, 43.

SANCHROMĂTON, *i*, n. herba, dracontea, Apulej. de Herb. c. 14.

SANCIO, *ſancīvi* & *ſanxi*, *ītum* & *ctum*, *ſancire*, religioſe inſtituere, confirmare, ordinare, ſtiften, ordnen, beſtätigen; ut, *Sancire cerimonias inexpiabili religione*, Cic. Tuſc. 1, 12. Et, *Sancire fœdera*, Virg. Æn. 12, 200. *Sancire conſpirationem ſacrificiis & cædibus*, Tac. Agric. 27, 3. *Cum aut morte tua ſancienda ſunt conſilium imperii, aut impunitate in perpetuum conſecranda*, Liv. 8, 7. *Jus imperii Perdiccæ morte ſanciendum eſſe*, Curt. 10, 8. *Sancire templum*, Corippus dixit 4, 264, i. e. conſecrare, ſanctum & inviolabile reddere. Nepos 25, 19, 4 *Quæ conjunctio neceſſitudinem eorum ſanxit*, i. e. magis magisque confirmavit, & velut ſanctam effecit ac religioſam. Neque enim audiendus Lambinus, qui *anxit* ſubſtituere voluit. *Sancire edicto*, i. e. lege cavere, Cic. pro Flacco c. 28. Sic, *Pœna aliquid ſancire, capite*, bey leibesſtrafe verbieten. Cic. pro Planc. c. 18, & Att. 10, 1; quod & *Sanctione capitali vetare*, dicitur. *Sancire fide*, Liv. 25, 8; & *Jurejurando ſancire*, Id. 39, 37, mit einem eid bethewern. Et, *Fidem dextra ſancire*, id eſt, confirmare, Id. 28, 35. *Jurando gratiam ſancire*, Curt. 7, 8, 29. *Silentium vitæ periculo ſanxerat*, Id. 4, 6, 6. *Legem ſancire*, Cic. pro Planc. c. 18 & Tac. An. 3, 54, 1.

¶ Sanctus, *a, um*, feſtſetzet, geſetzt, geordnet. Cic. de Ar. Reſp. c. 14 *Lege naturæ & omnium jure gentium ſancitum eſt.* Id. Off. 3, 13 *Erranti viam non monſtrare, quod Athenis exſecrationibus publicis ſancitum eſt.* Id. pro Balbo c. 15 *Quod per populum plebemve ſancitum eſt.*

¶ Sanctus, *ūs*, m. idem quod ſanctio, die ſtiftung, apud Tertullian.

¶ Sanctus, *a, um*, ſanctione firmatus, religioſus, ſacer, incorruptus, inviolabilis, a *Sancio, ire*, quod proprie eſt aliquid facere inviolabile, feſt beſtellt, feyerlich, unverbrüchlich, unverſehrlich. Cic pro Quinct. c. 1 *Nihil tam ſanctum atque ſincerum in civitate.* Id. Verr. 1, 2 *Nihil tam ſanctum, quod non violari poſſit.* Sic, *Sanctæ leges*, Horat. 2 Ep. 1, 81. *Lex diligentius ſancta*, Liv. 10, 9. *Contra quam ſanctum legibus erat*, Id. 30, 19. *Fides inducias ſancta*, Id. 8, 36. *Firmiſſima & ſanctiſſima teſtimonia*, Cic. pro Roſc. Com. c. 15. *In ea urbe, ubi nec pudicitia nec libertas ſancta eſſet*, Liv. 3, 52. Quid *ſanctum, ſacrum*, & *religioſum* differant, docet Macrob. Sat. 3, 3. It. Manut. Quæſitis per Epiſt. 3 epiſt. extr. *Sanctæ manus*, non pollutæ captandis & accipiendis muneribus provincialium, Val. Max. 2, 2, 8. Sic *ſanctitas* quoque integritatem notat, quæ opponitur avaritiæ, & crudelitati apud Nepot. in Lyſandro c. 4. Et, *Sanctior uſus templorum*, Prudent. adv. Symmach. 2, 539. *Aperto ſanctiore ærario*, Cæſ. B. Civ. 1, 14. *Mihi vinculum cum eo eſt quaſi ſanctioris cujusdam neceſſitudinis*, Cic. fam. 13, 17. *Me id movet, quod mihi eſt & ſanctius & antiquius*, Id. Att. 12, 19. Et, *Sanctius animal* vocatur homo non violandus, non injuriosius tractandus, Ovid. Met. 1, 76. *Sanctum* interdum venerandum notare docet Clericus Art. Crit. 2, 1, 7, 9. Ita *Poëtæ ſancti* apud Cic. pro Arch. c 8; quanquam hoc etiam & ad ἐνθουσιασμὸν illorum & ad conjunctionem cum Diis pertinet. Ad Veſpaſianum vivum refertur illud Val. Flacc. 1, 11 *Sancte pater.* Manibus etiam defunctorum peculiariter tribuitur hæc appellatio. Cic. Phil. 14, 12 *Fortiſſimi, dum vixiſtis, nunc etiam ſanctiſſimi, milites.* v. Brouckh. ad Tib. 2, 7, 13. ¶ 2. Cæterum *ſancti* & homines dicuntur non tantum, quorum perſona inviolabilis; verum etiam, quorum vita moresque incorrupti ac integri a labe, heilig, fromm, unſchuldig, unſträflich). Cic. de Orat. 1, 53 *Suo nemo neque integrior neque ſanctior.* Id. pro Dejot. c. 7 *Ex hominis graviſſimi & ſanctiſſimi diſciplina.* Sic, *Veteres & ſanctos viros* Salluſtius dixit in Fragm. c. 15. Et Curtius 3, 8, 5 *At Darius, ut erat ſanctus & mitis, ſe vero tantum facinus negat eſſe facturum: Sanctus*, i. e. alienus a vi, dolo atque injuria. Et Vellej. 2, 46, 2 *Craſſus vir cætera ſanctiſſimus.* Quint. 1, 2 pr. *Præceptorem eligere ſanctiſſimum quemque*, ubi præſertim ad caſtitatem reſpici vult Burm. v. & Phædri interpretes ad 3, 10, 30. Muretus Var. Lect. 13, 12 Senecam vocat *Sanctum*: reſpiciens ad probitatem, & integritatem ex ſcriptis relucentem. v. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 336 ſeq. Fœminis quando tribuitur, caſtæ & pudicæ intelliguntur. Ita ſæpe in Inſcriptionibus veter. legas: CONIVGI SANCTISSIMÆ. Phædr. 3, 11, 29 *Simul adſpexit filium, ſanctamque uxorem dormientem cubiculo.* Iuvenal. ſat. 10, 291 *Rara eſt concordia formæ Atque pudicitiæ, ſanctos licet horrida mores Tradiderit domus & veteres imitata Sabinas.* ¶ 3. Olim Chriſtiani vocabantur *Sancti.* v. Pamel. ad Tertull. lib. ad Vxor. 2, 1 not. 3 p. 283.

¶ Sanctulus, *a, um*, dimin. ein heiligenfreſſer. Hieron.

¶ Sancte, adverb. heiliglich); ut, *Pie ſancteque Deum colere*, Cic. Nat. D. 1, 20. *Sancte adjurat*, Ter. Hec. 2, 2, 26. Et, *Sanctiſſime obſervare, quæ promittas ac recipias*, Cic. fam. 5, 8. Curtius de Alexandro 3, 12, 21 *Virgines & regnas excellentis formæ tam ſancte habuit, quam ſi eodem, quo ipſe, parente genitæ forent:* SANCTE, i. e. ſine ulla injuria. Lucret. 5, 112 *Sanctius & multo certa ratione magis, quam Pythia quæ tripode e Phœbi lauroque profatur &c.*

¶ Sanctio, *ōnis*, f. lex cum terrore pœnæ, beſtimmung der ſtrafe, geſetz. *Sanctiones* ſunt νόμοι ἐμποινιμοι, ut Græci vocant, obſervante ad Harpocrationem p. 269 lac. Mauſſaco, id eſt, quæ pœnas irrogant. Imperator Iuſtinianus l. 2 Inſtit. 1 *Ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus adverſus eos, qui contra leges fecerint*, SANCTIONES *vocamus.* Sic Liv. 4, 51 *Ægerrime plebs ferebat, jacere tam diu irritas ſanctiones, quæ de ſuis commodis ferrentur.* Cic. pro Balbo c. 14 *Sanctiones ſacrandæ ſunt &c.* Ibid. c. 16 *Fœderis ſanctio*, die aufrichtung, feſtſtellung des bunds. conf. Arnob. 2 p. 91; & Papin. Dig. 48 t. 9 l. 41.

¶ Sanctitas, *ātis*, f. pietas, die heiligkeit, frömmigkeit. Cicero *æquitatem* vocat Diis manibus debitam: *pietatem* vero, quæ ſuperis: *juſtitiam* quæ hominibus debetur, in Topicis c. 23 extr. Sed de N. D. 1, 41 ex perſona Stoici *ſanctitas* eſt *ſcientia colendorum Deorum.* Sen. Thyeſte v. 214. *Vbi non eſt pudor, Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides Inſtabile regnum eſt:* Vbi recte *curæ juris, ſanctitatem* ſubjungit. Nam qui curat, quod juſtum eſt & præceptum legibus, ſancte & integre agit. Itaque *ſanctitas*, juſtitia, integritas, innocentia eſt. Nepos 6, 4, 1 *Petiit, ut ſibi teſtimonium daret, quanta ſanctitate bellum geſſiſſet.* conf. Suet. Cæſ. c. 6; Sidon. 6, 10. Et, *Sanctitas* pro Caſtitate Tac. An. 14, 60, 3. *Sanctitas templi inſulæque*, Liv. 44, 39, ubi per *ſanctitatem* jus aſyli intelligendum eſſe, Spanhem. de V. & P. Numiſm. Diſſ. 9 p. 666 docet.

¶ Sanctĭtūdo, *inis*, f. idem; priſca vox Q. Claudio uſurpata, apud Gell. 17, 2. conf. 13, 3. Exempla Accii, Turpilii, Ciceronis & Afranii v. ap. Nonium 2, 805. Apul. de Deo Socrat. p. 43 *Turba vana ſanctitudinis.* Capitol. in Lucio Vero c. 8 *Marcus venit, ut fratri* (debacchanti) *venerabilem morum ſuorum & imitandam oſtenderet ſanctitudinem.*

¶ Sanctĭmōnia, *æ*, f. die zucht, frömmigkeit. Cic. pro Quinct. c. 17 *Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia ac diligentia?* Tac. An. 12, 6, 1 *Fœmina ſanctimonia inſignis.* Conf. Aut. ad Heren. 4, 33; Gell. 17, 2; Tertull. de Reſurr. Carn. c. 47.

¶ Sanctĭmōnĭalis, *e*, adject. idem ac ſanctus, ſanctimoniæ addictus. Hinc ſubſt. fœm. *Sanctimonialis*, eine kloſter-frau, nonne. Erant *Sanctimoniales* virines Deo devotæ, quæ exſtiterunt jam tempore Auguſtini, imo Tertulliani, & Cypriani, juxta Coquejum quidem not. ad Auguſtin. de C. D. 1, 16 p. 60. Vſus hac voce Auguſt. Retract. 2, 22 pr. & epiſt. 169 dixit *ſanctimonialis formam ſuſcipere*, conf. Iuſtin. Cod. T. 2 l. 13.

¶ Sanctĭmōnĭăliter, adverb. idem quod *ſancte.* Iuſtin. Cod. 1 t. 3 l. 56 § 1 *Reliquum vitæ tempus ſanctimonialiter degere.*

¶ Sanctor, *ōris*, m. ut, *Sanctor legum*, ein geſetzgeber. Tac. Ann. 3, 26, 5.

¶ Sanctuārium, *i*, n. locus ſanctus, das heiligthum. Aggenus de Limit. p. 61 edit. Gœſ. *Extra fanum, extra ſanctuarium profanum dictum eſt.* conf. Vulg. Interpr. Exod. 15, 18. ¶ 2. *In ſanctuariis Mithridatis Pompejus invenit ipſius manu compoſitionem antidoti*, hoc eſt, in arcanis, unter ſeinen heimlichen ſachen, Plin. 23, 8. Et, *Sanctuarium principis &c.* das cabinet. Sic. Flacc. de Condit. agr. p. 16.

¶ Sanctēſco, *ĕre*, heilig werden. Accius apud Nonium 2, 576 *Per nos ſanctēſcat genus Pelopidarum.*

¶ Sanctĭfĭco, *are*, ſanctum efficere, verbum ſacris tantum literis & Theologis uſitatum, heiligen, heilig und anſehnlich machen. Vſi eo ſunt non proletarii ſcriptores, ſed qui caſtiſſimi inter Chriſtianos fuerunt. Tertull. de Orat. c. 3 *Nomen tuum ut ſanctificetur, poſtulamus.*

Et

Et mox: *Quando non ſanctum & ſanctificatum eſt per ſemetipſum nomen Dei, cum cæteros ſanctificet ex ſemetipſo? &c.* Id. Exhort. Caſtit. c. 10 *Cum ſancto ſanctificabere.* Iuvencus Hiſt. Evang. 1, 594 in Dominica oratione: *Nominis oramus veneratio ſanctificetur.*

¶ Sanctificans, *tis.* Prudent. hymno ante cibum v. 15 *Omnia ſanctificante fide.* Vulg. Interpr. Ezech. 20, 12 *Ego Dominus ſanctificans eos.*

¶ Sanctificatus, *a, um,* geheiliget. Tertull. de Exhort. Caſtit. c. 7 *Honor per ordinis confeſſum ſanctificatus a Deo.* conf. Idem de Orat. c. 2.

¶ Sanctificātio, *ōnis,* f. die heiligung. Tertull. l. c. c. 1 *Voluntas Dei eſt ſanctificatio noſtra &c.* Id. de Baptiſmo c. 10 *Sanctificatio in Chriſto ſubſecutura.* Et Sidon. 8 epiſt. 14 *Sanctificationis oleo perfundere.*

¶ Sanctificātor, *ōris,* m. qui ſanctificat. Tertull. adv. Prax. c. 2 *Sanctificator fidei eorum, qui credunt.* Et Auguſtinus epiſt. 168 med. *Vrgeatur a clericis & ſanctificatoribus ſuis, ut &c.*

¶ Sanctĭficus, *a, um,* idem. Paulinus Petrocor. de vita Martini 5, 119 *Quæ tam ſanctifici conſervant munera tactus.* Iuvencus præf. v. 25 *Ergo age, ſanctificus adſit mihi carminis auctor*; ita libri. Vid. Cellarius Curis Poſterior. p. 288.

¶ Sanctĭfĭcium, *i,* n. Tertull. de Reſurr. carn. c. 47 *Habetis fructum veſtrum in ſanctificium.* conf. Vulg. Interpr. Pſ. 78, 69.

¶ Sanctĭlŏquus, *a, um*; ut, *Sanctiloquus locus,* Prudent. Apoth. v. 1002. Et Arator in Act. Apoſt. c. 19 *Quod ſi ſanctiloquos volvamus ab ordine libros.*

¶ Amſanctus, *i,* m. lacus eſt, ſulphureas & peſtilentes habens aquas, munitus undique ſilvis & anguſtiis, ut accedi ad eum ſine periculo ſalutis, non poſſit, unde & loco nomen factum. *Amſanctus* enim, quaſi ex omni parte *ſanctus,* ut Servius docet. Cic. Divin. 1, 36 in Hirpinis Amſanctum collocat: alii in Lucania. Incolæ Mephitim eum locum vocant, non procul a Fricento Italiæ. Vnum ex oſtiis inferorum Itali credidere. Donatus ad amnem Calorem refert, qui Samnitas interſecat; ſed æque Hirpinos præfluit. Virg. Æn. 7, 563 *Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris, Amſancti valles, &c.* Conf. Claud. de Raptu Proſerp. 2, 350; & Plin. 2, 93. Sidon. 3 epiſt. 13 hircoſum cujusdam fœtorem exaggerans ait: *Nares circumſedentium ventilata duplicis Amſancti peſte funeſtat,* er giebt einen peſtilenzialiſchen geſtanck von ſich.

¶ Inſanctus, *a, um,* unheilig. Gloſſ. lat. gr. *inſanctus, ὁ μὴ ἅγιος.*

¶ Perſancte, i. e. religioſe, gewiſſenhafft. Suet. Tit. c. 10 *Perſancte Domitia juravat.* Ter. Hec. 5, 2, 5 *Bacchis dejerat perſancte,* ſie ſchwöret hoch und theuer.

SANCVS, *i,* m. qui & *Sanctus*: *Sangus* Sabinis, Græcis *Hercules,* Latinis *Dius Fidius* appellatus, ut Varro docet de L. L. 4, 10, ubi & Scaligerum vide, & ſupra in *Fidius.* Nomen a *ſanciendo* eſt. Propertius 4, 10 extr. *Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem, Sic Sancum Tatiæ compoſuere Cures:* ad quem locum plura Paſſeratius affert. *Templum Sangi* eſt Plin. 8, 48 ſ. 74, ubi plures laudat Hard. *Sacellum genii Sangi* in VIIma urbis regione locat Victor. Conf. Auguſtin. de C. D. 18, 19; Ioſ. Caſtalioneus Obſerv. 3, 10; laudatus etiam Gronovio ad Liv. 8, 20; Drakenb. Modiusque ad Sil. 8, 420, 422; it. Brouckh. ad Propert. 4, 9, 72.

¶ Sangualis, *is,* f. avis, ex aquilarum genere, ap. Livium 41, 13 pr. quam quidam a Sango Deo dictam putat; vide Plin. 10, 7, ubi *Sanqualis* ſcribit Harduinus ex MSS. v. Marc. Donatus ad Liv. l. c. Quibusdam eſt *oſſifraga,* ein beinbrecher. Adde Feſtum, qui *Oſſifragam* ita dictam tradit, *quod in Sangi Dei tutela ſit.* ¶ 2. Eidem *Sanqualis porta,* eſt *proxima ædibus Anci.*

SANDALIVM, *i,* n. σανδάλιον, calceamenti genus, ein pantoffel. Ter. Eun. 5, 8, 4 *Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput:* ubi vide Lindebr. item P. Victor. Var. 14, 15; & Turneb. Adverſ. 29, 8. ¶ 2. Et farris Gallici genus, nitidiſſimi grani, Plinio 18, 7.

¶ Sandalīdes, *um,* f. pl. genus palmæ a ſandalii ſimilitudine, Plin. 13, 4.

¶ Sandăliārius, *i,* m. qui ſandalia conficit, ein pantoffelmacher, ſchuſter. Vnde vicus Romæ *Sandaliarium* (forte, quod ibi *Sandaliarii* colerent,) appellatus, cujus Gellius meminit 18, 4, & Sextus Rufus Feſtus de Regionibus urbis Romæ. Apollinis cognomento *Sandaliarii* Suetonius meminit in vita Auguſti c. 57, quod ſandaliis indutus eſſet. *Sutores Sandaliarii* apud Plaut. Aul. 3, 4, 37, in optimis Codd. v. Corr. ab Allio Lex. Crit.

¶ Sandăligĕrulus, *a.* Sic *Sandaligerulæ* Plauto Trin. 2, 1, 22 ſunt ancillæ, quæ dominæ ſandalia altiora gerebant. Habebant & *ſervulos ſandaligerulos.* Hinc Douza in Plaut. Aul. 3, 5, 28 *ſandaligerulos pueros,* pro *ſalutigerulis* contendit legi.

¶ Sandaliōtis, *ĭdis,* f. ita Sardinia inſula olim dicta ab effigie ſandalii i. e. ſoleæ. v. Plin. 3, 5.

SANDĂPĪLA, *æ,* f. feretri genus, eine todtenbahre, oder ſarg. Gloſſ. Vet. *Sandapila,* νεκροφορεῖον. Suet. Domit. c. 17 *Cadaver ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum.* Iuvenal. 8, 175 *Intercarnifices & fabros ſandapilarum.* Martialis in Zoilum lib. 2 epigr. 81 *Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit: Dum tamen hæc tua ſit, Zoile, ſandapila.* Et 8 epigr. 75 *Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.* Fulgentius principio libelli de priſco ſermone: *Sandapilam antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum, id eſt, loculum, non in quo nobilium corpora, ſed in quo plebejorum atque damnatorum cadavera portabantur &c.* Dicta Salmaſio in Plin. Exercit. p. 848 quaſi σανιδοπύελος, hoc eſt, ex tabulis & aſſeribus compacta arca.

¶ Sandăpĭlo, *ōnis,* m. ſandapilarum bajulus, ein ſargträger, todtengräber. Vet. Gloſſ. *Sandapilo,* νεκροδάπτης.

¶ Sandapilārius, *i,* m. idem. Sidonius 2 epiſt. 8 *Veſpillonum ſandapilariorumque miniſteria ominoſa tumulavere.*

SANDĂRĂCHA, *æ,* f. σανδαράχη, metallica vera eſt & factitia. *Sandaracha,* vel *Sandaraca vera,* rauſch oder roßgelb, in metallis reperta bergröth, & foſſa, Vitruv. 8, 3. *Sandaraca factitia,* Vitruv. 7, 12 idem eſt, quod *ſandix,* menning. Fit e ceruſſa combuſta. Add. Georg. Agricol. ¶ 2. Plinio 11, 7 mellis quoque ceraginoſi genus eſt *Sandaraca,* Ariſtoteli σανδαράκη H. An. 9, 64.

¶ Sandarăcĭnus & Sandaraceus, *a, um,* colorem referens ſandaracæ, Nævius apud Feſtum: *Merula ſandaracino ore.* Et Fulgent. de Serm. priſco n. 4 *Fibræ jecinoris ſandaracei coloris dum fuant.*

¶ Sandarachātus, *a, um*; ut, *ſandarachatum acetum,* cui ſandaracha admiſta eſt, Plin. 35, 6.

SANDARESOS, SANDASER, SANDASEROS, SANDASERIOS, *i,* nomina gemmarum Plin. 37, 7.

SANDASTROS, *i,* f. gemma ob ſtellas pretioſa, Plin. 37, 7.

SANDIX, *ĭcis,* m. σάνδιξ, color ex ceruſſa decoctus, quemadmodum in *Sandaracha* diximus; vulgus *minium* vocat, menning. Vid. Plin. 35, 6. Turneb. Adverſ. 14, 20. Indifferenter ſcribitur & *Sandyx* & *Sandix*: Sic & penultima caſuum obliquorum in antiquis indifferenter modo producte, modo correpte ponitur. Propert. 2, 25, 45 *Illaque plebejo vel ſit ſandicis amictu.* Gratius Cyneg. v. 86 *Interdum Libyco fucantur ſandice pinnæ.* Vid. Burm.

Sāne, adverb. & Saneſco, vide paullo poſt in *Sanus.*

SANGARIVS, *i,* m. Phrygiæ fluvius, idem qui *Sagaris,* v. Mart. Cap. 6, 35. Claud. in Eutrop. 2, 263 *Sangarius puro qui gurgite.* conf. v. 291, & Drakenb. ad Liv. 38, 18. ¶ 2. Adjective *Sangarius puer,* i. e. Athis Phrygius, Stat. 3 Silv. 4, 41.

SANGĔNON, *i,* n. gemma ex opalorum genere, Plin. 37, 6.

Sangualis, vide *Sancus,* Sanguen, ſanguiculus, &c. *Sanguis.*

SANGVIS, *ĭnis,* m. a veteri *ſanguen,* de quo poſtea, humor eſt, qui per venas in omne corpus effunditur, das geblüt, das blut; ut, *Sanguis vitioſus,* Cic. de Clar. Orat. c. 82: *corruptus,* Claud. in Eutrop. 2, 17, böſes geblüt. Celſus 2, 10 *Vitioſus ſanguis utiliter effunditur.* Tac. Hiſt. 5, 6, 8 *Veſtis infecta ſanguine, quo fœminæ per menſes exſolvuntur.* Cic. pro Mil. c. 37 *Fortiſſimi viri, qui multum pro republica ſanguinis effudiſtis.* Et Curt. 3, 11, 5 de prælio: *Tum vero multum ſanguinis fuſum eſt &c.* De uno Petron. c. 97. Vocabulum hoc & ad multorum & ad unius cædem indifferenter ſe habere oſtendit Andr. Borrich. in Vindic. p. 211 ſeqq. *Sanguinis detractio, miſſio,* Cellus 2, 10, das aderlaſſen. *Sanguinem in brachiis mittere,* & *ex brachio,* Celſus ibidem. *Sanguine civium exercere imperium,* Curt. 10, 8, 19, durch blutvergieſſen. Liv. 23, 30 *Multorum ſanguine ac vulneribus victoria ſtetit.* conf. Drakenb. ad Sil. 17, 83. Colum. 6, 33 *Profluvium ſanguinis per nares.* Catull. 64, 395 *Perfudere manus fraterno ſanguine fratres.* Liv. 2, 30 *Plus in urbe ſanguinis promiſcua omnium generum cæde, quam in ipſa dimicatione factum.* Id. 3, 54 *Dandus invidiæ eſt ſanguis,* Sen. Thyeſt. v. 339. *Quis vos exagitat furor, Alternis dare ſanguinem? Cicatrix ſanguine manat,* Id. in Troad. v. 121. Ovid. Am. 1, 7, 60 *Sanguis erant lacrumæ, quas dedit illa, meus,* h. e. illius lacrumæ mihi dolori fuerunt &c. *Sulla erat violentiſſimus, cum faciem ejus ſanguis invaſerat,* wenn er roth wurde, Sen. epiſt. 11. *Vt quidam boni ſanguinis ſunt, ita quidam incitati & mobilis & cito in os prodeuntis,* ſie entfärben ſich leichtlich, Id. ibid. ¶ 2. Sed, *Amittere omnem ſuccum & ſanguinem civitatis,* id eſt, vigorem omnem & vim, ſicut Germani dicunt, ſafft und krafft verlieren, Cic. Att. 4, 16. Sic, *Sanguinem alicui obibere,* eſt omnem ſuccum ſive vigorem detrahere, ausſaugen, Plaut. Curc. 1, 2, 65. Sic, *Succus ille & ſanguis incorruptus oratorum,* Cic. de Cl. or. c. 9. Sane & herbarum ſuccus, ex quo virent vigentque, *ſanguis* dicitur. Manil 5, 212 *Et viridis nemori ſanguis decedit & herbis,* v. Barth. Adverſ. 140, 15, & ad Stat. Silv. p. 77. ¶ 3. Sed & alii liquores *ſanguis* dicuntur. Sic Stat. Theb. 1, 329 vinum, *Bacchæum ſanguinem*: & Plin. 14, 5 *terræ ſanguinem* dixit. Nemeſia. ecl. 2, 50 de oliva *turgentes ſanguine baccas.* v. Burm. Caſſiod. 12 epiſt. 4 *Vvarum frigidus ſanguis.* ¶ 4. *Sanguis* pro genere aut natalibus a poëtis ſæpe uſurpatur. Virg. Æn. 1, 19 *Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci Audierat,* vom Trojaniſchen geblüte oder geſchlechte. Id. 7, 49 *Sanguinis ultimus auctor,* der ſtammvater. Sic, *Claro ſanguine genitus,* Sen. in Octavia v. 90, wohlgebohren. Et Stat. 5 Silv. 3, 116 *Obſcuri ſanguinis deformes ortus.* Liv. 4, 2 *Vt qui natus ſit, ignoret, cujus ſanguinis, quorum ſacrorum ſit.* Et, *Regius ſanguis,* Horat. 3 od. 27, 65. *Sanguine alicui conjungi,* Cic. de Invent. 2, 53, mit blutfreundſchafft verwandt ſeyn. *Sanguinis vincula rumpere,* blutfreundſchafft aufheben, Propert. 1, 15, 16. ¶ 5. Et *filius* quoque *ſanguis* appellatur, vel ſaltem aliquis ex poſteris: Virg. Æn. 6, 835 *Projice tela manu ſanguis meus,* mein ſohn. Horat. Carm. Sec. v. 50 *Clarus Anchiſæ Venerisque ſanguis.* v. Drakenb. ad Sil. 11, 177. ¶ 6. Id. Drakenb. ad Sil. 10, 23 obſervat, aliquoties ultimam in *Sanguis* produci.

¶ Sanguen, *ĭnis,* n. antique idem. Lucret. 1, 836 *Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari.* Sed & Cic. de Fin. 5, 11 ex veteri poëta, & alii apud Nonium 3, 203 uſi leguntur. Et Petron. c. 59 *Sanguen illi fervet.* v. Arnob. 1 p. 36.

¶ Sanguĭculus, *i,* m. diminut. parvus ſanguis, etwas blut. Ita cibi genus vocatum fuit. Plin. 28, 14 *Sanguine ejusdem* (hædi) *in cibum formato, quem ſanguiculum vocant*: Botulum Harduinus, Gallice *Boudin,* interpretatur, eine blutwurſt.

¶ Sanguĭneus, *a, um,* ſanguine plenus, blutig; ut, *Guttæ ſanguineæ,* Ovid. Met. 2, 360. *Cometæ ſanguinei,* Virg. Æn. 10, 273. *Sanguineus Mavors,* ibid. 12, 233; *color,* Plin. 14, 3; *imber,* Cic. Divin. 2, 28. *Rixæ ſanguineæ,* Horat. 1 od. 27, 4 *Sanguineam quatiebat lampada,* Petron. c. 124.

¶ Sanguilentus, *a, um,* blutig, blutfärbig. Scribon. Larg. Compoſ. 102 *Sanguilenta urina &c.*

¶ Sanguĭnŏlentus, *a, um,* blutdürſtig, blutgierig; ut, *Seditionibus ſanguinolentis,* Varro apud Nonium 6, 101. *Sanguinolenti & exacie redeuntes,* Sen. epiſt. 66. ¶ 2. *Sanguinolenti* etiam dicuntur, fœdati ſanguine, ſive ſaucii, ſive non ſaucii fuerint, voll blut, blutrünſtig. Vt recens nati infantes, leg. 2 C. de Patr. qui fil. ſuos diſt. v. Cujac. ad lib. 5 recept. ſentent. Iulii Pauli Tit. 1 Sent. 1. Ovid. Faſt. 4, 844 *Ille premit duram ſanguinolentus humum.* Et Faſt. 6, 602 *Concidit in dura ſanguinolentus humo.* Id. Amor. 1, 12, 12 *Color vere ſanguinolentus.* Aut. ad Herenn. 4, 39 *Sanguinolenta palma, crudeliſſima victoria potiri.* Sidon. 1, 5 *Sanguinolenta cadavera.*

¶ Sanguĭno, *are,* ſanguine manare, bluten. Quintil. decl. 10, 8 p. 219 *Repetitis ſanguinavere plantibus jam convaleſcentes lacerti.* Addunt ex Plin. 30, 9, quod vero Harduinus ex MSS. aliter legit.

Vide Emendationem ejus 20 p. 774. Superſunt tamen certiora. Poëta Solinus in Pontico: *Spumea purpureo dum ſanguinat unda profundo.* Vet. Gloſſ. ἁιμάσσω, *Cruento, ſanguino, ſangainor.* vid. quos laudat Burm. ad Quint. l. c.

¶ Sanguĭnans, *tis.* Auctor Dialogi de Orat. c. 12 *Lucroſæ hujus & ſanguinantis eloquentiæ uſus.* Tertull. adv. Marc. 4, 20 *Lex a contactu fœminæ ſanguinantis ſubmovet.* Apul. 5 Met. p. 166 *Coluber veneno noxio colla ſanguinens.*

¶ Sanguinatio, *ōnis*, f. das bluten, die blutung. Cæl. Aurel. Tard. 4, 6; & 1, 4 *Gingivarum ſanguinatio.*

¶ Sanguĭnārius, *a, um*, ſanguinem ſitiens, crudelis, blutdürſtig, blutgierig; ut, *Homo ſanguinarius, vox ſanguinaria*, Cic. Attic. 2, 7. *Sævus & ſanguinarius natura*, Suet. Claud. c. 34. Adde Plin. 4, 22; & 19, 4; Sen. de Clement. 1, 12; Sidon. 8, 11.

¶ Sanguĭnāria, *æ*, f. ſubſt. herba, wegtritt, nägel-kraut, hirten-ſäckel. v. Plin. 28, 12; Apul. de Herb. c. 18; Columell. 7, 5. v. *Polygonum.*

¶ Sanguĭnālis, *e*, ad ſanguinem faciens; ut, *Herba ſanguinalis*, Colum. 6, 12; & Celſ. 2, 33; 3, 22; 5, 1; & 6, 7 eadem quæ *ſanguinaria*, ſic dicta, quod ſiſtat ſanguinem.

¶ Sanguĭnōſus, *a, um*, voublütig. Cæl. Aurel. Acut. 3, 4 *Sanguinoſi phlebotomandi.*

¶ Sanguisūga, f. penult. longa, eadem quæ hirudo, eine blutegel. Plin. 32, 7 *Sanguiſugarum cinis*, vide *Hirudo*, & adde Celſ. 5, 27; Plin. 8, 10; Pallad. 1, 35.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Conſanguĭneus, *a, um*, adject. & ſubſt. qui ſanguine alicui conjunctus eſt, blutsverwandter, bluts-freund. Cic. de Invent. 1, 24 *Cognatio, quibus majoribus, quibus conſanguineis*, conf. ibid. c. 54. ¶ 2. In ſtrictiore ſignificatione fratrem germanum ſive ſororem ſignificat. Vet. Gloſſ. ἀδελφὸς, ὁμοπάτριος, *Germanus Conſanguineus.* Virg. Æn. 6, 278 *Tum conſanguineus leti ſopor, & mala mentis Gaudia: Conſanguineum* vocat, quem Homerus κασιγνητον θανάτοιο, Seneca *fratrem mortis*: *Fratrem leti* Val. Flaccus appellat. Sic Colum. procem. lib. 1 *Res ruſtica conſanguinea ſapientiæ eſt*, i. e. ſoror aut cognata. Et obſervat Cujacius 11, 26, in jure non niſi fratres ſororesque eodem patre prognatos progenitosque *Conſanguineos* dici: ideoque reprehendit Accurſium, qui vocabulum iſtud generaliter de cognatis acceperat. ¶ 3. De beſtiis uſurpavit & *conſanguineos arietes* Accius dixit ap. Cic. de Div. 1, 22.

¶ Conſanguĭnĭtas, *ātis*, f. die blutfreundſchafft. Liv. 7, 19 *Cæritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adjunctum fama ferebat.* Virg. Æn. 2, 8 *Conſanguinitate propinquus.* De hac voce & aliquid dictum in *Affinis* ſub *Finis.*

¶ Exſanguis, *e*, ſine ſanguine, ohne blut, erblaſſet, kraftlos; ut, *Mortui exſangues*, Cic. Verr. 5, 49. *Corpus frigidum & exſangue*, Quintil. procem. lib. 6. *Homo enervatus & exſanguis*, Cic. pro Seſtio c. 10. *Furens & exſanguis interrogat*, Id. ad Qu. fratr. 2 epiſt. 3.

¶ Exſanguĭnātus, *a, um*, verblutet. Vitruv. procem. lib. 8 *Animalia ſi fuerint ſine humoris poteſtate exſanguinata atque exuſta.*

Sangus, ſangualis, vide *Sanctus.*

SĀNĪCŬLA, *æ*, f. herba, ſymphyti ſpecies, ulcera ſanans: vide *Symphytum* & *Conſolida* wundkraut. Tabernæmont. p. 247 & 706.

SĀNIES, *ēi*, f. quod ex vulnere exprimitur & exit nondum ſanefcente, quaſi *ſanguies*, blutiger eiter, pus a *ſanie* diſcernit Celſus 5, 26, 20. Adde ſupra in *Pus* dicta. *Eructare ſaniem*, Virg. Æn. 3, 632, blut ausſpeyen, *Putris ſanies*, Stat. Theb. 12, 569. Adde Vitruv. 2, 9; Plin. 15, 3; Colum 6, 12. ¶ 2. Pro peſtifero ſerpentis afflatu Sil. 12, 10 *Serpens ſaniem ſublatis faucibus efflat.* v. ibi Drakenb.

¶ Sānĭoſus, *a, um*, ſanie & impuro ſanguine conſperſus, voll eiter, eitericht; ut, *Sanioſi partus*, Plin. 7, 15. conf. Octav. Horat. 1, 7.

¶ Exſanio, vel Exanio, *are*, i. e. ſaniem exprimere, das eiter ausdrücken. Celſus 5, 27; & Colum. 12, 47.

Sanitas, ſaniter, vide mox *Sanus.*

SANNA, *æ*, f. irriſio, die verhohnung, verſpottung, quæ ſit, cum quod geſtu aliquo mimico exprimitur, id volumus objicere ei, quem arridemus, ut Caſaub. ad Suet. p. 169 B. explicat. Vide & Veterem Scholiaſten Perſii ad ſat. 1, 58, & ſupra in *Ciconia.* Sunt autem plura μώκα, ſive ſannæ genera, inter quæ principem hæc tria obtinent locum, *ciconia, auriculæ aſini & lingua canis*: de quibus apud Perſium laudato loco, & B. Hieronym. epiſt. ad Ruſticum Monachum. Iuvenalis 6, 305 *Qua ſorbeat acra ſannâ Tullia.*

¶ Sannas, *æ*, m. fatuus a Cratino comœdo introducitur, unde & Latini *Subſannationem* & Græci ſtultos *ſannas* vocant. Euſtathius Odyſſ. κ. conf. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 8, 43.

¶ Sannator, *ōris*, m. ein ſpötter. Gloſſ. gr. lat. μυκτηριστὴς, *ſannator.*

¶ Sannio, *ōnis*, m. cujus unica cura riſum commoviſſe exclamationibus ridiculis & geſtibus indecoris, ein poſſenreiſſer, ſtockarr. Cic. de Orat. 2, 61 *Quid poteſt eſſe tam ridiculum, quam ſannio eſt? ſed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique & corpore ridetur ipſo.* Cic. fam. 9, 16 ext. *Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum.* Vid. Gron. conf. Nonius 1, 302; Dempſter. Paralip. ad Roſin. 5 c. 6.

¶ Deſanno, *are*, Gloſſ. gr. lat. μυκτηρίζω, *Deſanno*, &

¶ Subſanno, *are*, ſannis eludere, ſpotten, verſpotten, cujus vero verbi apud auctores exempla rara reperiuntur. Gloſſæ veteres: *Subſanno*, ἐκμυκτηρίζω, χλευάζω. Vulg. Interpr. Pſ. 2, 4 *Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* conf. Hieronym. 1 epiſt. 16; Nemeſ. Fragm. de Aucup. c. 3.

¶ Subſannans, *tis.* Tert. adv. Iudæos c. 11 *Ecce ipſi quaſi ſubſannantes.*

¶ Subſannātio, *onis*, f. die verſpottung. Eædem Gloſſæ: *Subſannatio*, μυκτηρισμός.

¶ Subſannator, *ōris*, m. ein ſpey- oder ſpott-vogel. Antiquus Interpres Sirac. c. 33, 6 uſus eſt.

Sanqualis, vide *Sangualis* in *Sanctus*, Sanſuchum, *Sampſuchum.*

SANTĂLVM, *i*, n. σάνταλον, lignum Indicum trium generum, pallidum, album & rubrum, ſandel- oder ſandelholtz.

SANTERNA, *æ*, f. chryſocolla ex nitro confecta, qua aurifices utuntur in agglutinando auro, boras, berggrün. Plin. 34, 12.

SANTŎNES, *um*, & Santŏni, *orum*, Galliæ populi, inter Garumnam & Ligerim in Aquitania, quorum urbs hodie *Xaintes* vel *Saintes*, regio *Saintonge.* v. Scalig. Lect. Auſ. 2, 10. Lucan. 1, 422 *Gaudetque amoto Santonus hoſte.*

¶ Santŏnĭcus, *a, um*, adject. Iuvenal. 8, 145 *Tempora Santonico velas adoperta cuculio.* Et Tibullus 1, 8, 10 *Oceani littora Santonici.*

¶ Santonicum, *i*, n. vel *herba ſantonica*, abſinthium, quo Gallia Alpibus finitima abundat, Plin. 27, 7; Columell. 6, 25. vid. *Seriphium.*

SĀNVS, *a, um*, integer, bene habens, valens, geſund; ut, *Sana corporis pars*, Cic. pro Sextio c. 65. *Sanum fieri medicamento*, Cic. Off. 3, 24; & *ex morbo*, Cato c. 157. *Sanum facere*, Cic. Phil. 2, 39. Sic Celſus 3, 4 *Etiam ſaniſſimo dari debet cibus.* Et Auguſt. Civ. D. 20, 2 *Saniſſimi juvenes*, geſund und ſtarck, quos ibidem *atrocitate morborum adflictis* opponit. Et Ambroſ. ſerm. 90 ſub fin. *Conſtantia reverſa ad palatium ſaniſſima*, id eſt, firma valetudine, propria verbi notione. ¶ 2. Sed, *Homo ſanus*, Cic. de Invent. 2, 45, bey guter vernunfft, klug, verſtändig, hic enim ad animum refertur. *Nihil hanc ſe abſente pro ſano factarum arbitratus*, Cæſ. B. G. 5, 7. *Mens bene ſana*, Horat. 1 ſat. 9, 44. Et Iuvenal. 10, 356 *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.* Ita, *Vitruvio nec ſana conſtabat mens*, Liv. 8, 19. Conf. Drakenb. ad 9, 9. *Mente ſana ſcribere*, Cic. Att. 9, 7. *Oratores Rhodii ſaniores*, Id. de Clar. Or. c. 13. *Qui quam ſaniſſimus tam certa putat*, Id. Acad. Qu. 4, 28. Et Vellej. 2, 25, 2 *Creſcebat interim in dies Sullæ exercitus, confluentibus ad eum optimo quoque & ſaniſſimo.* Contra, *male ſanus*, id eſt, inſaniens, ſtultus. Cic. Att. 9, 15. Quemadmodum & Plautus *male valere* dixit, qui deſperent, Curc. 1, 3, 13. *Si ſana mens eſſet*, Nep. 17, 5, 2. Noſtri, wenn ſie klug wären. Sen. epiſt. 108 *Qui ad Philoſophorum ſcholas venit, aut ſanior domum redeat, aut ſanabilior.*

¶ Sāne, adverb. id eſt, *ſapienter*, cui *inſane*, id eſt *ſtulte*, opponitur, klüglich, weislich. Plaut. Curc. 1, 3, 20 *Bonum eſt pauxillum amare ſane; inſane non bonum eſt.* Horat. 2 od 7, 26 *Non ego ſanius Bacchabor Edonis.* Sen. Controv. 34 *Euclionem dixit ſanius quam Glycon.* ¶ 2. Hinc diverſæ ſignificationis eſt *Sane.* Primum enim *vere, profecto* ſignificat, fürwahr, wahrlich, ſicherlich. Cic. fam. 1, 9 *Sane moleſte Pompejum id ferre conſtabat*, hoc eſt, certe. ¶ 3. Sed hîc pro *Valde*: *Res ſane difficilis*, Cic. de Orat. 2, 66. *Acutus ſane homo*, Id. de Fato c. 5. *Cum hoc illi improviſum accidiſſet, commotus eſt ſane*, Id. Verr. 2, 28. conf. Chariſ. 2 p. 194. Et Horat. 1 epiſt. 15, 5 *Sane myrteta reliqui.* Vbi Vetus Scholiaſtes: SANE, *id eſt*, VALDE. *Salluſtius*: BELLI SANE SCIENS. ¶ 4. Hic permittendi vim habet: *Sit ſane ut vis*, laß ſeyn, immerhin. Quint. Decl. 6, 9 p. 136 *Tulerit ſane filius noſter merito pœnas*, hoc eſt, eſto, fac tulerit. Cic. pro Quint. c. 3 *Erat res pecuniaria res ampla & ruſtica, ſane bene culta & fructuoſa.* Ter. Andr. 1, 2, 24 *Nempe ergo aperte vis, quæ reſtant, me loqui? D. Sane quidem*, allerdings. Id. Adelph. 4, 2, 47 *Vbi potetis vos. D. Recte ſane*, ach ja, das war wohlgethan, eſt enim ironicum ſenis reſponſum, non approbans, ut Donatus monet. ¶ 5. *Sane quam*, id eſt, admodum. Sulpit. Cic. fam. 4, 5 *Sane quam pro eo ac debui graviter moleſteque tuli.* Et Brut. ad Cic. 11, 13 *Sane quam ſum gaviſus.* conf. Id. de Leg. 2, 10 pr.

¶ Sānĭter, aliud adverb. geſund. Afranius apud Nonium 11, 51 *Adorare ſaniter.*

¶ Sanĭtas, *ātis*, f. die geſundheit. Proprie corporis eſt. Celſus 8, 2 extr. *Longe pernicioſiſſimum* (vitium) *eſt, quod in eſſe pectoris eſt, quia vix, etiamſi recte ceſſit curatio, veram ſanitatem reddit.* ¶ 2. Plerumque ad animum transfertur, quia *Sapientia ſanitas eſt animi*, ut Cicero ait Tuſc. 3, 5. *Ad ſanitatem redire*, Id. fam. 12, 10, wieder zu verſtand kommen, ſich recht bedencken. *Incorrupta ſanitate eſſe*, id. de Opt. gen. Orat. c. 3. Ceſſius apud Sen. Controv. 12 *Dementia res eſt ſanitati contraria.* v. Menckenii Obſerv. L. Lat. ubi multis exemplis docet, *ſanitatem* rebus integris ac ſine vitiis, tribui.

¶ Sāno, *avi, atum, are*, ſanum facere, heilen, geſund machen. Nepos 25, 21, 5 *Nihil reliqui feci, quod ad ſanandum me pertineret*: id eſt, ad recuperandam valetudinem. Et Propert. 2, 1, 57 *Omnes humanos ſanat medicina dolores.* Et, *Sanare remediis*, Cic. Verr. 5, 46. Sen. in Hipp. v. 249 *Pars ſanitatis, velle ſanari, fuit.* Id. Oed. v. 517 *Vbi turpis eſt medicina, ſanari piget.* ¶ 2. *Sanare vulnera reipubl.* elegans metaphora eſt Cic. Fin. 4, 24. Et, *Ægram & labentem rempubl. ſanare & confirmare*, Id. pro Mil. c. 25. *Levare dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare*, Id. fam. 5, 16.

¶ Sānans, *tis*, heilend. Plin. 16, 44 f. 95 *Omnia ſanantem appellant Druidæ viſcum.* Vulg. Int. Matth. 4, 23 *Circumibat Ieſus ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo.*

¶ Sanātus, *a, um*, geheilet. Cic. Divin. 2, 66 *Qua radicula inventa & Ptolemæus ſanatus dicitur, & multi milites vulnerati.* Liv. 2, 32 *Domi ſanata diſcordia.* conf. Ovid. Rem. am. v. 113 & ult.

¶ Sanātes, *um*, m. pl. quaſi *ſanati* appellati, i. e. *ſanatæ mentis.* Fuerunt autem *Sanates*, dicente Paulo ad Feſtum, *qui ſupra infraque Romam habitaverunt, qui, cum defeciſſent a Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente Itaque in XII Tabb. cautum eſt*: VT IDEM IVRIS ESSET SANATIBVS, QVOD FORTIBVS, *id eſt, bonis & qui nunquam defecerunt a populo Romano.* De Ovidii Faſt. 6, 685 lis eſt, an recte legatur cum Steph. Pighio: *Specie numeroque Sanatum fallere*, cum in vulgatis & MSS. reperiant *Senatum.* Voſſius de Art. Grammat. 2, 17 illud prius rejicit, cum *Sanatum* primam producat: Sed Heinſius in notis ad h. l. *Senatum* ferri poſſe negat, & nugacem etymologiam ſuſpicatur, ex hoc ipſo loco refellendam. conf. Gell. 16, 10.

¶ Sānātio, *ōnis*, f. die heilung, geſundmachung. Sic, *Malorum in una virtute poſita ſanatio eſt*, Cic. Tuſc. 4, 15 extr. Adde Tertull. de fuga in perſecut. c. 3.

¶ Sa-

¶ Sanātor, *oris*, m. qui sanat. Vulg. Interpr. Exod. 15, 17 *Ego Dominus sanator tuus.*

¶ Sanābilis, *e*, quod facile sanatur, heilbar; ut, *Vulnus sanabile*, i. e. medicabile, Ovid. de Rem. am. v. 101. *Constituti quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen*, Cic. Tusc. 4, 37. Et Cels. 2, 8 *Quisquis dolor deorsum tendit, sanabilior est.* Adde Cels. 7, 4; & Sen. de Ira 2, 13; de Clem. c 27; & epist. 108, ubi *sanior* & *sanabilior* opponuntur. Verba vide in *Sanus.*

¶ Sanatīvus, *a, um*, der gesund werden soll. Saresb. 7, 10 *Conducere sanis & sanativis.*

¶ Sānesco, *ĕre*, sanitati restitui, sanum fieri, heil werden, gesund werden. Plin. 17, 23 *Dolent talia ulcera & difficile sanescunt.* Colum. 6, 7 *Vulnera facta igne dum sanescunt, defricare bubula urina convenit.* Serenus v. 231 *Sanescunt dentes, dum tauri felle juvantur.* Adde Cels. 3, 18; 5, 26; & 8, 4.

¶ Sanĭcula, *æ*, f. herba, sanickel. Tabernæm. p. 244.

¶ Sānifer, *a, um*, sanitatem afferens. Paulinus Nolanus in Natali 7 Felic. v. 224 *Sanifera virtute.*

Composita cum præposit.

¶ Consāno, *are*, idem quod *sanare*, heilen. Colum. 4, 24 extr. *Plagæ consanentur.* Item neutraliter pro *consanescere*, l. 10 ff. de Ædilit. edict. *Digitus si consanaverit.* v. Parei Lex. Crit. p. 257.

¶ Consanesco, *ĕre*, i. e. sanari, genesen, heil werden. Colum. 8, 2 *Vulnera dum consanescant.* Metaphorice Cic. fam. 4, 6 *Hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt.* Ita legunt libri vetustissimi; alii *Consensisse*; Gifanius Observ. L. L. *Consanavisse.*

¶ Insānābilis, *e*, quod sanari non potest, unheilbar; ut, *Morbus insanabilis*, eine Krankheit so nicht zu heilen ist, Cic. Tusc. 5, 1. *Vulnera insanabilia*, Cels. 5, 26, 1 & 2. ¶ 2. *Contumelia insanabilis*, Cic. in Orat c. 28. *Ingenium insanabile*, quod corrigi & mutari non potest, unverbesserlich, Liv. 1, 28. Et Sen. epist. 108 *Senectus insanabilis morbus est.* Compar. Liv. 28, 25 *Lætari, quod nihil tristius nec insanabilius esset.*

¶ Insanabĭliter, adv. idem. Marcellus & Faustus in libello precum ad Impp. p. 19 ed. Sirmondi: *Cum animi morbo insanabiliter ægrotaret.*

¶ Insānus, *a, um*, cui non integra mens est, verrückt im Kopff, aberwitzig, thöricht, unsinnig. Sic, *Ex fultis insanos facere*, Ter. Eun. 2, 2, 23, die narren toll machen. *Labeone insanior inter sanos*, Horat. 1 sat. 3, 82. *Cupiditas acrior atque insanior*, Cic. Verr. 4, 18 extr. *Homo inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimus*, Id. pro Rosc. Am. c. 12. Et, *Concio insanissima*, Id. pro Mil. c. 17. ¶ 2. Veteres & *insanum* pro *magno* ponebant, sehr groß. Plaut. Trin. 3, 2, 47 *Insanum est malum, in hospitium divorti ad Cupidinem.* Ita, *Insanas moles substructionum*, Cic. pro Mil. c. 20, & Plin. 36, 15 *Substructiones insanas Capitolii* dixerunt. Virg. Æn. 2, 776 *Quid tantum insano juvat indulgere dolori?* Vbi Servius: INSANO, *magno: ut, Insani feriant sine littore fluctus: vel sine ratione.* Flor. 2, 6 *Nihil illi gentium feritas, insanorum, (nam sic vocantur) immanitas montium profuere.* v. Cluv. Sard. ant. c. 1 p. 496.

¶ Insana, *æ*, f. subst. herba, quæ & *hyosciamus* vel *symphoniaca*, bilsen-kraut. Plin. 16, 44; & Apul. de Herb. c. 4.

¶ Insānum, adverbialiter, ut, *immensum*, gar sehr. Plaut. Most. 3, 3, 5 *Porticus insanum bona*, id est, valde bona. Id. Bacch. 4, 5 pr. *Insanum magnum molior negotium.*

¶ Insane, aliud adverbium, cujus similis usus est. Varro L. L. 6, 5. *Plautus*, inquit, *cum* VEHEMENTER *vellet dicere, dicit* INSANE, *quod insani omnia faciant vehementer. Milite: Si unum epityrum apud illum esuriens insane eadem.* Locus de Milite Varroni citatus habetur 1, 1, 24, quem ita constituere mavult Gronovius: *Vt apud illum estur insane bene.* conf. Taubm. p. 785. Id. Plaut. Curc. 1, 3, 20 *Bonum est, pauxillum amarè sane, insane non bonum est.* Compar. *In sylvam non ligna feras insanius*, Horat. 1 sat. 10, 34. Et Sulp. Severus Dialogo de Virtutibus Monach. Orient. c. 3 *Sed episcopi quidem in libris ipsius insanius scripta memorabant*: i. e. minus sane, minus sapienter & vere. Superl. Augustinus epist. 238 *Vt ea, quæ restant, insanissime desperentur.*

¶ Insanĭter, itidem adverb. närrisch. Pomponius apud Nonium 11, 4 *Ludit nimium insaniter.*

¶ Insānia, *æ*, f. die unsinnigkeit, narrheit; ut, *Adjuvare alicujus insaniam*, Plaut. Amph. 2, 2, 166. *Optimum alienâ insaniâ frui*, Plin. 18, 5; proverbium erat, ideo addit Plinius, *ut vulgo dixere*; Minus recte exponitur de eo, qui ex alieno damno fit cautior, cum potius denotet: rem magno aliorum pretio acquisitam minimo sibi pretio comparare. Sic & *insanire* de nimio & impenso sumptu usurpat Plautus Mil. 3, 1, 157. Et Cic. Tusc. 4, 23 *An est qui quam similius insaniæ quam ira, quam bene Ennius initium dixit insaniæ.* Sic, *Febricitantium insania*, Cels. 2, 7. *Objurgare villarum insaniam*, Cic. ad Qu. Fr. 3, 1. ¶ 2. Eleganter in plurativo numero Plautus usus est Aul. 4, 4, 15 *Larvæ hunc atque intemperiæ insaniæque agitant senem.* Cic. fam. 4, 1 *Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias.* Plin. 26, 11 *Contra insanias vettonica bibitur.*

¶ Insānĭtas, *ātis*, f. idem. Cic Tusc. 3, 5 *Insipientia quasi insanitas, quæ est insania, eademque dementia.* conf. ex Varr. Nonius 2, 414.

¶ Insānio, *ivi*, & *ii, ītum, īre*, furere, insanum esse, schwärmen, unsinnig seyn. Ter. Adelph. 2, 1, 43 *Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.* Ita Liv. 7, 39 *Ex injuria insaniens exercitus*, ubi *Ex* delendum esse, Dukerus censet. Hinc ibid. c. 40 ext. *Vltima rabies discessio a suis habebatur.* Et Cic. in Orat. c. 67 *In alienos insanus insanisti.* Et Att. 7, 10 *Nisi ego insanio, stulte omnia & incaute*, scilicet aguntur. Plin. 10, 37 *Columbarum amore insaniunt multi.* Sen. de vita beata c. 12 *Insanire insaniam libare.* Rursus Ter. Eun. 1, 1, 16 *Incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilo plus agas, quam si operam des, ut cum ratione insanias.*

¶ Insāniens, *tis*. Horat. 1 od. 34, 2 *Insanientis sapientiæ consultus.* Id. 3 od. 4, 30 *Insanientem Bosporum tentare.* conf. Ter. Adelph. 4, 2, 23.

¶ Insaniturus, *a, um*. Rutil. 1, 619 *Quis enim - Insaniturus audeat ire fretis.*

¶ Persanus, *a, um*, omnino sanus. Cato R. R. c. 157 fin. *Radices polypi persanas facias.*

¶ Persāno, *are*, omnino sanare, gar zuheilen. Plin. procem. lib. 23 *Cinis vitium cum axungia fistulas purgat, mox & persanat.* Id. 30, 13 *Antonius Musa medicus cum incidisset in insanabilia ulcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate persanabat.*

¶ Persānātus, *a, um*, ausgeheilt; ut, *Ulcera persanata*, Sen. epist. 8.

¶ Præsāno, *are*, vorher heilen. Plin. 26, 14 *Vulneribus præsanatis*, i. e. celerius, quam par erat, sanatis: & 24, 10 pr. *Cicatrices, quæ præsanavere*; ubi propter neutralem notionem videtur a *Præsanesco* esse, sicut *Consanesco, Resanesco.*

¶ Præsanatus, *a, um*, &

¶ Præsanesco, *ere*, vid. ex Plinio in *Præsano.*

¶ Resāno, *are*, wieder heilen. Lactant. 4, 20 pr. *Ne impios resanaret.* Id. 5, 22 extr. *Qui resanati fuerint, adhæreant religioni.*

¶ Resānesco, *ĕre*, wieder gesund werden. Ad animum refertur apud Lactantium 5, 2 ex philosophi gentilis sententia: *Vt susceptis Deorum cultibus resanescant.* Sed & Ovid. Amor. 1, 10, 9 *Animique resanuit error.* Et ibid. 2, 9, 27 emendante utrumque locum Gronovio in Observ. 2, 21, & Heinsio in not. al. *revanuit.*

¶ Vēsānus, *a, um*, male sanus, vecors, aberwitzig, thöricht. Cic. pro Domo sua c. 21 *Furiosa vis vesani Trib. Pleb.* Et, *Vesano impetu*, Liv. 9, 13. *Amor vesanus*, Propert. 2, 15, 29.

¶ Vēsānia, *æ*, f. vecordia, der aberwitz. Plin. 35, 2 *Ulysses simulata vesaniâ bovem cum equo junxit.* Horat. 2 sat. 3, 174 *Extimui, ne vos ageret vesania discors.*

¶ Vēsānio, *ire*, toben, rasen. Catull. carm. 25 extr. *Vesaniente vento.*

SAPA, *æ*, f. ex musto seu vino decocto, tertia pars reliqua, gesotten wein. Plin. 14, 9 f. 11 *Siræum, quod alii hepsema, nostri sapam appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto; quod ubi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus.* Add. 9, 56, ubi *sapa & faire cochleæ saginari* dicuntur; & Varro R. R. 3, 14 fin. & Ovid. Fast. 4, 778 *Lac niveum potes purpureamque sapam.* Adde præterea Plin. 14, 9; & 23, 2; Colum. 12, 19 & 20; Pallad. Ian. t. 15 & Gesneri Lex. rust.

SĂPÆI, *orum*, m. pl. populi Thraciæ, de quibus Plin. 4, 11; & 6, 7. Ovid. Fast. 1, 389 *Exta canum vidi Triviæ libare Sapæos.*

SĂPERDA, *æ*, m. σαπέρδης, piscis non pessimi saporis, neque concha mali saporis, ut indocti quidam expositerunt, sed piscis ille, qui coracinus fluviatilis dicitur, ein karas, karausch, Gesner. Pers. sat. 5, 134 *Et quid agam? rogitas? saperdas adveho ponto.* ¶ 2. Varro apud Nonium 2, 823 *Saperdam* pro sapiente & festivo posuit. *Omnes*, inquit, *videmur nobis esse belluli & festivi saperdæ, quum simus σαπρόι.* id est, putidi & murcidi, ut quidem Iunius legit & exponit: sive *Copreæ*, id est, scurræ, ut Lipsius legit. vid. Vossius 5 Inst. Orat. p. 324.

SAPHON, *onis*, m. *funis in prora positus*, uti ex Cæcilio habet Isidor. 19, 4.

Saphirus, vide *Sapphirus*, Sapidus, sapientia, &c. *Sapio.*

SĂPĪNVS, *i*, f. abies inferior, a stirpe usque ad ramos, der tannenbaum vom stamm bis an die äste; superior enim ramosa & nodosa *fusterna* est, Plin. 16, 12 & 39. conf. Vitruv. 1, 2; & Bald. in Lex. Vitruv. p. 104. *Sappinus* est Varroni R. R. 1, 6. ¶ 2. *Sapinus* gemma ex genere jaspidum, Plin. 37, 9.

¶ Sapīneus, *a, um*, von der tannen; ut, *Nuces sapineæ*, tannzapfen. Columell. 12, 5. conf. Vitruv. 2, 9; Plin. 15, 10.

SĂPIO, *ui, ĕre*, ad sensum gustus pertinet, schmecken. Sic, *Incundissime sapit*, Colum. 7, 8. *Anas sapit*, vide supra in *Anas* ex Martiale. *Oleum male sapiet*, Cato R. R. c. 66. Et Plin. 9, 17 *Laudatissimi conchylium sapiunt*, i. e. referunt saporem conchylii, schmecken wie muscheln. Vulgo cibi dicuntur *sapere*, quos gustat lingua & palatum. Sed Cic. Fin. 2, 8 *Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatum.* ¶ 2. Cic. apud Plin. 15, 5 *Unguenta meliora sunt, quæ terram, quam quæ crocum sapiunt*, h. e. redolent. Ita Plaut. Pseud. 2, 4, 47 *Sed istic servus quid sapit?* CH. *Hircum ab alis.* ¶ 3. Sed ad animam sæpius transfertur, & significat *esse sapientem*, verständig, weise oder klug seyn. Ter. Adelph. 3, 3, 32 *Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre, &c.* Et Cic. Divin. 2, 39 *Nihil est tam valde vulgare, quam nihil sapere.* Id. fam. 8, 6 *Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.* Id. Fin. 2. 8, quem locum n. 1 laudavimus. Ter. Heaut. 5, 1, 50 *Foris sapere*, bey andern leuten grosse klugheit fürgeben. Plaut. Mil. glor. 3, 3, 12 *Nemo solus satis sapit.* Id. Merc. 4, 7, 40 *Vetus id dictum est: Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit*, mit anderer leute schaden klug seyn. Id. Pseud. 1, 5, 81 *Suam rem sapit.* Cic. Att. 14, 5 *Si recta saperet Antonius.* Ter. Adelph. 5, 3, 46 *Ad alia omnia ætate sapimus rectius.* Id Heaut. 2, 3, 81 *Haud stulte sapis: si quidem id sapere est* &c. du bist kein narr.

¶ Săpiens, *tis*, weise, klug. Cic. pro Cluent. c. 31 *Sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit ipsi, veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* conf. Id. Off. 1, 5 *Qui rite sapientissimus habeatur.* Id. fam. 5, 17 *Homines sapientes*

turpitudine, non casu; & delicto suo, non aliorum injuria commoventur. Ovid. de Arte am. 1, 65 *Sera & sapientior ætas.* Et, *Sapienti sat dictum,* Plaut. Perſa 4, 7 v. ult. ¶ 2. Antiqui *Sapientes* appellarunt, qui pronunciandi & cogitandi rationem, eximiamque dicendi vim habebant; quales ſeptem Græciæ Sapientes fuerunt, *Cleobulus, Solon, Chilo, Pittacus, Thales, Bias, Periander,* quorum apophthegmata ſeu ſententias, quas *leges vitæ* Quintil. 5, 11 p. 448 appellat, ſuis locis ſub ſingulorum vide nominibus. Adde Ludum ſeptem ſapientum Auſonii, & Coquejum ad Auguſtin. de C. D 8, 1 p. 716. Lactantius 4, 1 temere eos ſibi ſapientum nomen tribuiſſe, affirmat.

¶ Săpienter, adverb. weislich; ut, *Vitam ſapienter inſtituere,* Ter. Andr. 1, 1, 40. It. *Fortiter & ſapienter aliquid facere,* Cic. fam. 1, 7. Et 2, 7 *Nemo eſt, qui tibi ſuadere ſapientius poſſit te ipſo.* Nepos 20, 1, 2. *Quod difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam, quam adverſam fortunam.* Et Cic. de Clar. Orat. c. 42 *Servius ſapientiſſime perfecit, ut &c.*

¶ Săpientia, *æ,* f. primum ad corpus pertinet, & de ſapore dicitur, ſeu ſapiendi facultate, die ſchmackhafftigkeit. Quo illud Symposii pertinet Ænigmate 83 de perna: *De fumo facies, ſapientia de mare nata eſt.* Nam quod ſapit perna, (daß er wohl ſchmeckt,) a ſale habet. Luſit in hac voce & Ter. Adelph. 3, 4, 62 *Hoc ſaltem, hoc adjutum eſt, hoc lautum eſt parum: Illud recte: iterum ſic memento: ſedulo moneo quæ poſſum, pro mea ſapientia.* ¶ 2. Deinde ad animum, verſtand, weisheit; *mater omnium bonarum rerum, princeps omnium virtutum,* quemadmodum Cic. de Leg. 1, 22; & Off. 1, 43 dixit. Horat. 1 epiſt. 1, 41 *Virtus eſt, vitium fugere, & ſapientia prima, Stultitiâ caruiſſe.* Petron. c. 88 *Vbi ſapientia conſultiſſima via?* Plin. 23, 1 adagii loco citat *Sapientia vino obumbratur.* Lactant. 1, 23 *Primus ſapientiæ gradus eſt, falſa intelligere: ſecundus, vera cognoſcere.* Eos demum divino genere æſtimandos eſſe, qui ſapientia animum excolere velint, Hierocles, & Pythagorici ſentiebant. *Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia,* Plaut. Trin. 2, 2, 83. ¶ 3. Quamvis autem *Sapientia* & *Prudentia* differant, de quo diſcrimine Ariſtoteles in Ethicis docuit, non raro tamen confunduntur, & alterum pro altero ponitur. Ita Cic. pro M. Marcello c. 2 *Nunquam temeritas cum ſapientia commiſceatur, nec ad conſilium caſus admittitur.* Id. pro L. Manil. c. 7 *Quod ad multorum bona civium Rom. pertinet: quorum vobis, pro veſtra ſapientia, Quirites, habenda eſt ratio diligenter.* ¶ 4. Pro lenitate ac clementia poſuit Cic. pro Dejot. c. 2 *Re enim iniquum eſt, ſed tua ſapientiâ ſit æquiſſimum:* id eſt, benignitate, clementia. Dicit autem hoc ad Cæſarem. Nam moderari animo, proprium ſapientiæ opus. Sic *clementiam* & *ſapientiam* conjungit Cic. pro Marcello c. 6 *Vt mihi quidem,* inquit, *videantur Dii immortales, vel placati jam vel ſatiati aliquando omnem ſpem ſalutis, ad clementiam & ſapientiam victoris contuliſſe.* Et paullo poſt: *Toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de ſingulari ſapientiâ tuâ cogitabis.* Nam *liberalitas* hoc loco, lenitas atque clementia eſt, qua moderatus eſt victoriam Cæſar. ¶ 5. Pro ſana mente, in quantum delirio vel furori ægrotorum opponitur. Plin. 7, 50 ſ. 51 *Atque etiam morbus eſt aliquis, per ſapientiam mori.* Ita certe Hard. ad h. l. & no. mai. 142, bey unverrücktem verſtande.

¶ Sapientiālis, *e,* pollens ſapientia, vernünfftig, der weisheit fähig. Tertull. de Anima c. 15 *Summus in anima gradus vitalis & ſapientialis.* Et mox: *Eſſe principale in anima, vim ſapientialem atque vitalem.*

¶ Sapientipŏtens, *tis,* idem. Ennius apud Cicer. de Divin. 2, 56 *Bellipotentes ſunt magis quam ſapientipotentes.*

¶ Săpĭdus, *a, um,* i. e. grati ſaporis ſive conditus, ſchmackhafft, wohlſchmeckend; barbarum certet Voſſius; invenitur tamen apud Apulej. 2 Met. p. 117 *Tucetum perquam ſapidiſſimum.* Et lib. 10 p. 244 *Sapidiſſimis intrimentis ſuccuum pulmenta condita.* Sic & Apicius 9, 10 *Ius ſapidum:* & c. 11 *Sapidiores piſces:* & 6, 6 *Avem ſapidiorem facies.* ¶ 2. Alcimo Avito ad Sororem v. 458 *Sapidæ puellæ* ſunt ſapientes, ex parabola Matth. c. 25. ¶ 3. *Sapidus* & *ſapidus* miſcent librarii, Burm. ad Samon. 170.

¶ Sapĭde, adverb idem; cujus ſuperlativus eſt in Apuleji 8 Met. ext. p. 216 *Vomar ſapidiſſime percoctum.*

¶ Săpor, *ōris,* m. der geſchmack, die ſchmackhafftigkeit. Cic. de Fin. 3, 10 *Mel ſuo proprio genere ſaporis dulce eſſe ſentitur.* Plin. 15, 27 *Communia pomis omnibusque ſuccis ſaporum genera tredecim reperiuntur: dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, ſalſus, &c.* Id. 15, 17 *Pira jucunda acidulo ſapore,* weinſäuerlich. Virg. Georg. 4, 277 *Aſper in ore ſapor.* Ibid. v. 102 *Mella durum Bacchi domitura ſaporem.* Apul. Met. 1 p. 104 *Caſeus ſciti ſaporis,* ein guter käſe. ¶ 2. Translate *Sapor* pro jucunditate ſermonis, die lieblichkeit der rede. Cic. de Clar. Orat. c. 46 *Tincam Granius obruebat noſcio quo ſapore vernaculo.* Id. Or. poſt red. in Sen. 6 *Homo ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, tardus.* Et Petron. c. 3 *Sermonem habere non publici ſaporis.* ¶ 3. Denique & *Sapor* eſt ſapientia. Arnob. 3 p. 108 *Quisquamne eſt hominum rationis alicujus ſapore contactus, qui credat &c.* conf. Barth. Adverſ. 43, 19. Et Ennod. epigr. 15 *Tu mea vel tenui perfundis corda ſapore.*

¶ Sapōro, *are,* ſapore imbuere, medicare, ſchmeckend machen. Petrus Chryſologus Serm. 157 *Per epiphaniam Chriſtus in nuptiis aquas ſaporavit in vinum.* Et Dracont. Hexaëm. v. 539 *Autumni qui dulcia poma ſaporat.*

¶ Sapōrātus, *a, um,* ſchmackhafft, guten geſchmacks. Virg. Æn. 6, 420 *Melle ſaporatam & medicatis frugibus offam Objicit.* Ita legendum, non *ſoporatam*; non vane Turnebus contendit Adverſ. 28, 45, & 29, 6, cum quo & Hadrianus Iunius facit. In Petronii Fragm. p. 675 eſt: *Mille ſaporatum medicatis frugibus offam.* Adde Barth. ad Stat. Theb. 6, 235. Tertull. de ſpect. c. 27 *Nemo venenum temperat felle ac helleboro, ſed conditis pulmentis, & bene ſaporatis.* Et, *Saporatos cibos* Ammianus dixit 31, 2. Comparativo uſus eſt Arnobius 5 p. 164 *Ex ſanguine ſaporatiore genus ducunt,* ſcil. poma mali punici.

¶ Săpōrus, *a, um,* idem. Lactant. 3, 16, 15 *Piper* & *palmas ſaporas merces* vocat. Prudent. Cathemer. 4, 49 *Nil eſt dulcius ac magis ſaporum.*

¶ Sapōrōſus, *a, um,* idem. Conſtant. Afer de Febr. c. 4 *Sanguis temperatior eſt omnibus elementis & ſaporoſior.*

Compoſita cum præpoſ.

¶ Adſĭpio vel Aſſipio, *ēre,* idem quod *Sapere* apud Feſtum.

¶ Bisăpor, *ōris,* o. zweyſchmackicht. Mantuanus: *Latices biſaporis Hypanis.*

¶ Conſĭpio, *ēre,* idem quod *Sapere,* ſich beſinnen. Liv. 5, 42 *Non mentibus ſolum conſipere, ſed ne auribus quidem & oculis ſatis conſtare poterant.* Et Gellius 7, 3 *Veteri ſeſe, ne patres de ſtatu mentis ſuæ deturbati, non ſatis conſiperent.*

¶ Dēſipio, *ēre,* dementem eſſe, närriſch ſeyn, nicht klug ſeyn, blödſinnig werden. v. Vallam 5, 3. *Deſipere ſenectute,* Cic fam. 1, 9, 1. e. delirare, kindiſch ſeyn vor alter. Horat. 4 od. 12, 28 *Dulce eſt deſipere in loco.* Cell. 3, 18 *Ægros deſipere & aliena loqui.* Et mox: *Alii intra verba deſipiant.* Et, *Mentis deſipere,* græcanica ratione Plautus dixit Epid. 1, 2, 35. ¶ 2. Active eſt ſaporem mutare, verſäuern. Tertull. de Pudic. c. 13 & 18 *Modicum fermentum totam deſipit conſperſionem.*

¶ Dēsipiens, *tis,* albern, närriſch, thöricht. Cic. de Divin. 2, 23 *Eſtne quisquam ita deſipiens, qui credat &c.*

¶ Dēsipientia, *æ,* f. die thorheit, der unverſtand. Lucret. 3, 498 *Deſipientia fit, quia vis animi atque animai Conturbatur.*

¶ Insipiens, *tis,* imprudens, demens, unweiſe, thöricht. Cic. Fin. 2, 15 *Quid turpius eſt, quam ſapientium vitam ex inſipientium ſermone pendere?* Id. de Amic. c. 15 *Neque quidquam inſipiente fortunato intolerabilius ſeri poteſt.* Compar. *Inſipientior,* Cic. Divin. 2, 23 extr. Superl. *Inſipientiſſimus,* Sen. Quæſt. Nat. 2, 59.

¶ Insipienter, adverb idem. Cic. de Senect. c. 19 *Adoleſcens, diu ſe victurum, inſipienter ſperat.* Lactant. 1, 22 *Petilius prætor libros Numæ, quia religionibus derogabant, combuſſit. Inſipienter id quidem.*

¶ Insipientia, *æ,* f. die thorheit. Plaut. Amph. prolog. v. 36 *Iuſta ab injuſtis petere, inſipientia eſt.*

¶ Insĭpidus, *a, um,* non ſapidus, unſchmackhafft. Firmicus 2, 12 *Sapor falſus & inſipidus.* Et Paulinus Nolanus epiſt. 39 n. 4 *Vitra betam inertem inſipidi.* Citatur & vulgo Gellius 6, 1, ſed correctiſſimi libri habent *Inſubidus* pro *inſipidus.*

¶ Neſapius, *a, um,* (vel Neſapus), hoc eſt, inſipiens, unweiſe, albern. Petron. Fragm. Tragur. p. 22 vel c. 50 *Ne me putetis neſapium eſſe, valde bene ſcio, unde &c.* Q. Ter. Scaurus de Orthographia p. 2251 *Ne pro non poſitum eſt apud antiquos. Sic, nefrendes porci ſunt, qui ſine dentibus ſunt, id eſt, qui fabam frendere non poſſunt. Sic Neſapus, qui non ſapit.* Adde Schefferi not. ad Fragm. p. 114.

¶ Persăpiens, *tis,* valde ſapiens, ſehr klug. Cic. de Provinc. conſul. c. 18 ext. *Inimicitias reip. conceſſiſſe, magni cujusdam hominis & perſapientis videtur.*

¶ Perſapienter, adverb. gar weislich. Cic. pro Milone c. 4 *Perſapienter dat ipſa lex poteſtatem defendendi.*

¶ Præsĭpio, *ēre,* vorhermercken, apud Feſtum in ipſa voce & in *Adſipere & Præſagire,* quod idem eſſe dicitur ac *prædivinare, præſipere.*

¶ Resĭpio, *ēre,* nach etwas riechen oder ſchmecken; ut, *Reſipere picem,* Plin. 14, 1. ¶ 2. Denuo ſapere, ſaporem recipere, wieder ſchmackhafft werden. *Laboravi, ut abjurdæ concinerent, injuſta reſiperent, biulca congruerent,* Auton. Technop. ſeu Monclyll. præf.

¶ Resĭpisco, *ĕre,* ad meliorem mentem redire, wieder zurecht kommen, buſſe thun, fromm werden. Ter. Heaut. 4, 8, 3 *Nunc me fortunatiſſimum factum eſſe puto, cum te intelligo reſipuiſſe.* Cic. Att. 4, 5 *Vix aliquando te audire reſipui.* ¶ 2. Poſt animi deliquium recreari, ſich erholen. Id. pro Sext. c. 38 *Cum eſſet ablatus* (ſemivivus) *primumque reſipiſſet*; al. *reſipuiſſet.* Suet. Ner. c. 42 *Vt reſipiit.* Id. Tib. c. 73 *Cum extractum ſibi deſicienti annulum mox reſipiſcens requiſiſſet,* da er wieder zu ſich ſelbſt kam. Iuvencus 2, 256 *Reſipiſſe* pro *reſipuiſſe* potuit; ſicuti *ſapiſſet* pro *ſapuiſſet* Plaut. Rud. 4, 1, 8.

¶ Resipiscentia, *æ,* f. die buſſe, bereuung. Lactant. 6, 24 Μετάνοιαν *nos poſſimus* RESIPISCENTIAM *dicere.* Ex quo apparet, non omnino in uſum illo ævo id vocabuli receptum fuiſſe.

¶ Subsĭpio, *ēre,* ein wenig ſchmecken oder verſtehen. Varro L. L. 4, 28 *Appellatur* SVBSIPERE, *quod non plane ſapit.*

¶ Supersăpio, *ēre,* überklug ſeyn. Tertull. de Anima c. 18 Plato *illum,* ait, *ſupersapere, qui mente maxime ſapiat, &c.*

SAPIS, *is,* m. fluvius Flaminiæ in Italia. vid. Plin. 3, 15. Lucan. 2, 406 *Iunctus ſapis Iſauro.* Adde Sil. 8, 450.

SAPIVM, *i,* n. picis genus, pech, Plin. 16, 13.

SAPLŪTVS, *i,* m. ζάπλουτος, valde dives, ſehr reich. Petron. Fragm. Tragur. p. 8 vel c. 37 *Adeo ſaplutus eſt.* vid. Scheffer. in not. p. 73.

SAPO, *ōnis,* m. σμῆγμα, ſmegma, ſeife. Plin. 28, 7 *Prodeſt & ſapo, Gallorum hoc inventum rutilandis capillis ex ſevo & cinere.* Et Serenus Samm. c. 12, 155 *Attrito ſapone genas purgare memento.*

¶ Saponārius, *i,* m. ein ſeifenſieder. Plin. Valerian. 1, 21.

¶ Săpōnātum, *i,* n. ſeifenwaſſer. Th. Priſcian. 1, 18 *Saponato aliquid lavare.*

SĂPOR, vel Sapōres, *ōris,* m. ita quivis fere rex Parthorum dictus. vid.

vid. Sirmondus ad illud Sidon. carm. 2, 457 *Ventilio maclate Sapor.* Idem carm. 7, 99 *Parthicus Sapor.* Adde Claud. in Eutrop. 2, 481; & Plin. 21, 2.

Sapor, sapŏro, *are* &c. vide paullo ante in *Sapio.*

SAPPHIRVS, *i*, f. σάπφιρος, gemma est colore cyaneo, id est, cæruleo, perquam translucido, ein sapphir. Plin. 37, 9; Dioscor. 5, 100; Tertull. adv Marc. 2, 10.

¶ Sapphīrīnus, *a*, *um*, sapphiriſch; ut, *Gemmæ sapphirinæ*, Plin. ibid.

¶ Sapphirātus, *a*, *um*, mit sapphiren geſchmückt. Sidon. 2 epist. 10 *Vernans herbida crusta sapphiratos lapillos.*

SAPPHO, *us*, f. Σαπφώ, Lesbia mulier, vates, Sapphici carminis inventrix, Tarquinii Prisci tempore. Hæc se ex amoris impotentia de Leucade præcipitem dedit. Vnde Statius Epicedio patris, Silv. 3, 154 *Saltusque ingressi viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho.* Eadem de causa *mascula* ab Horat. 1 ep. 19, 28 vocatur, ut Turnebus explicat: it. Ausonio Eidyll. 6, 25, ut ibi Scaliger exponit. Vtrum perierit eo saltu, quod pluribus contigit, an evaserit, nescitur. De tota re v. Scalig. Auson. Lect. 2, 12; Turneb. Adverſ 10, 2; & Barth. Adv. 32, 14.

¶ Sapphīcus, *a*, *um*, adj. ut, *Musa Sapphica*, Catull. carm. 35, 17. Sic, *Carmen Sapphicum*, Diomed. p. 508.

SAPVM, *i*, n. Plinio potionis est genus 28, 9; σαπεὸν Græci *marcidum* dicunt.

¶ Saprophăgus, *i*, m. obscenissimæ turpitudinis vox, Martial. 3 epigr. 27 σαπροφάγος.

SAPSA, antique, i. q. *ipsa* vel *seipsa*, Ennius apud Festum: *Quæ res sapsa loco se ostentat.* vid. ibid. Pacuvius.

SAPSIS, *is*, f. id est, halimus, meer-wurtzel, in Dioscor. suppositi. SĂRĂBAĪTAE, *arum*, m. pl. genus quoddam monachorum passim vagantium. Saresb 7, 23 *Benedictum appello, qui sicut Gyrovagos & Sarabaitas arguit, sic manifeste commendat cœnobitas.*

Saraballa, quære in sequenti *Sarabara.*

SARABARA, *æ*, f. vestis Persicæ genus, fluxum & sinuosum, ut Suidas & Isidorus 19, 23 exponunt, Græcis ἀναξυρίς: Gallis *Bracca.* Chaldæi *Saraballam* vocabant, ut B. Hieron. in Daniel. c. 3 notat: ubi סרבלא hodieque legitur. Tertull. de Pallio c. 4 *Vicerat* (Alexander M.) *Medicam gentem, & victus est Medica veste, triumphalem cataphractam amolitus in captiva sarabara decessit.* Idem in neutro usus est, de Resurr. carnis c. 38 *Quod Babylonii ignes trium fratrum nec tiaras, nec sarabara, quæ Iudæis aliena leserunt.* B. Hieron. epist. ad Innocent. de muliere septies icta: *Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter fervidos flammarum globos hymnos edidere pro fletibus, circa quorum saraballa sanctamque cæsariem innoxium lusit incendium.*

SARACĒNI, *orum*, m. pl. Arabum natio, lare sedibusque incertis vaga, & latrociniis dedita, ut ex Amm. Marcellino 14, 14; & S. Hieronymo in vita Malchi constat, qui & *Luciferi cultui deditos* in Hilarionis vita tradit. Fuit celebre maxime eorum cum Agarenis inter Arabas nomen: distinctum ab illis tamen, contra quam Cuspinianus in Mohamede & alii senserunt. Putarunt enim, *Saracenos*, qui a *Sara* Abrahami uxore sic appellati, opprobrii causſa *Hagarenos*, ab *Hagara*, ancilla Saræ, nominatos: Cum *Saraceni* a consuetudine vitæ sic appellati sint, hoc est, λῃστικοὶ καὶ νομαδικοὶ, id est, *prædones* ac *vagi*, ut Scaliger lib. 2 de Emend. temporum notat. A quo merito Pocockius dissentit, & *Saracenos*, quod orientem incolebant, dictos esse, ostendit Spec. Hist. Arab. p. 34. Eos alias *Scenitas* appellatos esse, ex Ammiano vid. infra in *Scena.* Romanis militasse, ex Vopisco in Aureliano & Probo aliisque constat. Sed Heraclio imperante, cum negatis stipendiis contumelia etiam adderetur a præfecto fisci eunucho, qui CANES appellaverat, defecere, regressique ad sua, mox Muhamede pseudopropheta, (qui vel ortus ibi, vel eo delatus confederat, & vanissimæ superstitionis gentem sibi devinxerat, duce), Syriam Ægyptumque occuparunt: Persisque ipsis jam domitis coactisque sacra Muhamedis suscipere, late dominati per orientem, mox Africam etiam Hispaniamque, ejectis Gothis, quin & Siciliam, & partes Italiæ subegerunt amplissimo potiti imperio, donec a Turcis, quos in societatem armorum acceperant, eademque imbuerant impietate, oppressi, orientis & Africæ dominatu exuerentur, ipso obliterato nomine quoque, nisi quatenus in Hispania adhuc in Mauris conservabatur. De quibus Zonaras, Cedrenus, alii. Cur autem Turci dicantur Saraceni, & unde hoc sit nomen, variæ exstant sententiæ. v. Hieron. Comm. in Ezech. 8, 25; & in Es. 5, 21; Isidor. Orig. 9, 21; Fuller. Miscell. 2, 21; Ios. Scalig. de Emendat. Temp. 2 p. 108; Sixt. Amama Antibarb. Bibl. 2 p. 262; & Hotting. Hist. Orient. p. 7. Sed peculiaribus libris Historiam Saracenicam exposuerunt Georg. Elmacinus, quem Thom. Erpenius latine vertit, Rodericus Ximenes, & Cæl. August. Curio. conf. Pocockii not. ad Abul-Faraji in Hist. Arab. p. 33.

Saravus, vid *Sarra.*

SARCASMVS, *i*, m. σαρκασμὸς, ironia amarulenta dicitur, irrisio hostilis, odio plena, quæ fit diductis labris ostensaque dentium carne, ein höhniſcher giftiger ſpott. v. Charis. p. 247, & Diomed. p. 458. Virg. Æn. 12, 359 *En agros, & quam bello, Troiane, petisti, Hesperiam metire jacens.* I. Cæs. Scaligero est hostilis irrisio super mortuo, aut mox certe moriturо. Nam putat, σάρκα proprie esse *cadaver.* conf. Quint 8, 6; & Isidor. 1, 36.

Sarcīmen, sarcīna, sarcinalis &c. vide sequens *Sarcio.*

SARCIO, *sarsi*, *sartum*, *cire*, vestes consuere, nähen, flicken. *Sarcire* Festus exponit *integrum facere*, gantz machen. Proprie est vestes consuere; sed & ad alia transfertur. ¶ 2. *Sarcire damna*, Colum. 9, 15, detrimenta est reparare, den ſchaden wieder erſtatten, erſetzen. Sic, *Detrimenti si quid in bello acceptum, id sarcire*, Cæs. B. G. 6, 1; It. B. C. 1, 45. Et pass. ibid 3, 73 *Vt acceptum incommodum virtute sarciretur.* Et mox c. 74 *Studium infamiæ sarciendæ.* Liv 9, 23 *Damna vestra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum præda sarcientur.* Sic, *Generis sarcire ruinas*, Virg. Georg. 4, 449. *Vjuam longi temporis quæ cavimus magnitudine officiorum sarciam*, Cic. fam. 3, 1, ich will die verſäumte zeit wieder einbringen.

¶ Sartus, *a*, *um*, geflickt. Horat. 1 epist. 3, 31 *Male sarta Gratia nequicquam coit, & rescinditur.* ¶ 2. *Sartum tectum*, vel *sartum & tectum*, vel *sarta tectaque* per omnia genera & numeros, est idem quod integrum & incorruptum, unverſehrt. Sic, *Sartum tectum aliquid habere*, id est, integrum & illæsum servare, apud Budæum. *Opera publica*, inquit Festus, *quæ locantur, ut integra præstentur, sarta tecta vocantur.* Itaque Liv. 29, 37 pr. *Censores sarta tecta acriter & cum summa fide exegerunt.* Cic. Verr. 1, 50 *De sartis tectis cognoscere & judicare.* Et ibid. *Sartum tectum integrumque.* Idem eodem cap. *Castoris ædem sartam tectam tradere*, ganz wohl gebaut und verwahrt überantworten. Cic. fam. 13, 11 *Quibus sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri possint*, in dach und fach erhalten. Liv. 42, 3 *Censor, cui sarta tecta exigere sacris publicis, & sacra tuenda more majorum traditum esset.* ¶ 3. Cicero tamen μεταφορικῶς etiam dixit fam. 13, 50 *Hoc mihi da atque largire, ut M'. Curium sartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserves*, daß du ihn ſchadlos, ohne beſchwerung erhalteſt. Plaut. Trin. 2, 2, 36 *Sarta tecta tua præcepta usque habui mea modestia.*

¶ Sarte vel sarctе, adverb. gäntzlich; idem est ac *integre*, autore Festo. conf. Charis. 2 p. 195.

¶ Sartor, *ōris*, m. ein ſchneider. Sed *Sartores*, ait Nonius 1, 24, *dici non solum a sarciendo, verum etiam a sarriendo &c.* v. post *Sarritor* in *Sarrio.*

¶ Sartrix, *īcis*, f. quæ sarcit, eine ſchneiderin; apud Frontonem p. 1327.

¶ Sartūra, *æ*, f. die naht, das flickwerck, die anheftung. Sen. de Vit. Beat. c. 25 *Per sarturas veteris linteï effluens.* Colum. 4, 26 *Jugo, si non erit opus nova sartura, recentia vincula inserantur.* conf. Plin. 18, 27.

¶ Sarsūra, *æ*, f. idem esse videtur ac *Sartura* apud Varronem R. R. 3, 9 pr. *Ego quæ requiro sarsuræ assuræ membra de palumbis &c.* Sensus est ex mente Turnebi in Adverſ. 24, 22 *Peto, ut sarcias & expleas membra omnia, quæ ad hanc nutricationem pertinent.* Idem tamen monet, in quibusdam libris legi *farsuræ* a *farciendo.*

¶ Sarcīmen, *ĭnis*, n. idem. Apul. Met. 4 p. 149 *Tenui sarcimine summas oras adæquamus*, mit einer ſubtilen naht.

¶ Sarcĭna, *æ*, f. fascis compositus ad iter faciendum, eine bürde, ein wander-bündel, reiſe-bündel. Plaut. Trin. 3, 2, 93 *Sarcinam consringere.* Vet. Gloss. *Sarcina*, φορτίον ὁδοιπορικόν, & plural. *Sarcinæ*, σκεύη ὁδοιπορικά. ¶ 2. Res nostras etiam domi cistis capsisque compositas *sarcinas* vocamus: *Iacent relictæ sine hærede sarcinæ*, Valla 4, 49 ex Quintiliano. Immo quodlibet onus, quælibet molestia *sarcina* est, eine laſt, beſchwerlichkeit. Ovid Heroid. 4, 24 *Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.* Hinc *Sarcinam cui imponere*, est per fraudem atque fallaciam alicui facessere negotium, molestiamque exhibere, Plaut. Most. 2, 1, 83. Sic, *Vxor sarcina prægnationis onerata*, die ſchwanger iſt. Apul. Met. 10 p. 249. *Novissime effundit sarcinam*, Phædr. 3, 15 de fœtu.

¶ Sarcĭnula, *æ*, f. ut, *Aptis sarcinulis & expeditis*, Catull. 28, 2. *Colligere sarcinulas*, ſein gerath einpacken. Petron. 8, & Iuvenal. 6, 145. Apul. Met. 1 p. 108 *Sumo sarcinulam meam.* conf. 18 p. 210.

¶ Sarcĭnulātus, *a*, *um*, sarcinulis oneratus, beladen, beſackt. Brito Armor. Phil. 12, 25 *Sarcinulati equi.*

¶ Sarcĭnālis, *e*, ad sarcinas pertinens, laſtbar; ut, *Sarcinalium jumentorum actuarius*, Ammianus 15, 7. Adde 29, 34.

¶ Sarcinōsus, *a*, *um*, beladen, beſchwert. Apulej. 8 p. 208 *Lupi vastis corporibus sarcinosi.* Comparat. *Sarcinosior*, sensu obsceno est in Priapejis 79, 4.

¶ Sarcĭno, *are*, einpacken, beläſtigen. Onomast. Vet. *Sarcino*, σκευάζω. Colvius in not. ad Apul. 5 Met. p. 76 putavit reponendum: *Fœtu sarcinante* pro *satiante.*

¶ Sarcĭnātus, *a*, *um*, mit bündel beladen, voll bagage. Plaut. in Pœnulo 5, 2, 19 *Viden' homines sarcinatos consequi?*

¶ Sarcĭnātor, *ōris*, m. qui vestes sarciendas accipit, ein flicker. Lucil. ap. Nonium 2, 818 *Sarcinatorem esse summum, fuere centonem optime.* Et l. 25 § 8 D. Locati cond. *Si fullo aut sarcinator vestimenta perdiderit.* Plaut. Aul. 3, 5, 41 *Petunt fullones, sarcinatores petunt.* Glossæ Cyrilli: *Sarcinator*, σκευοφόρος, item ῥάπτης. Significationes a diversis huic voci tributas exponit Pareus Lex. Crit. p. 1114.

¶ Sarcinatrix, *īcis*, f. Varro apud Nonium 1, 276 *Sarcinatricis in machinis.* Et Cyprian. epist. 42 ed. Oxon. *Paulam sarcinatricem.* Adde Festum in *Acus*, & Gloss. Vet.

¶ Sarcĭnārius, *a*, *um*, laſtbar. Cæs. B. C. 1, 81 *Quo essent ad iter expeditiores, sarcinaria jumenta interfici jubent.*

¶ Sarcītor, *ōris*, m. idem qui *sartor*, vel qui *sarcinator*, vel qui *sarcitector.* Inscript. apud Fabrettum p. 753 M. PVPIVS. M. L. VRBANVS. SARCITOR. SIBI. ET. CLARAE. CONLIBER. ET. LAVRENTINAE. F.

¶ Sarcitrix, *īcis*, f. a *sarciendo*, cujus meminit Nonius 1, 276.

¶ Sarcitector, *ōris*, m. ein zimmermann, der da täfelt; de quo Isidorus 19, 19 *Sarcitector dictus, quod ex multis hinc inde conjunctis tabulis unum tecti faciat corpus: idem & tignarius.*

¶ Consarcĭno, *āre*, zuſammen flicken, an einander ſetzen; ut, *Consarcinare verba*, Gell. 13, 23; *insidias*, Ammian. 14, 8; *crimina*, ibid. c. 5.

¶ Consarcĭnātus, *a*, *um*, zuſammen geflickt; ut, *Consarcinata falsitas*, Ammian. 15, 10. *Consarcinata mendacia*, Id. 16, 8. *Indumenta ex pellibus consarcinatis*, Id. 31, 2. *Verbum supplendi numeri causſa additum & consarcinatum*, Gell. 13, 23.

¶ Consarcinātor, *ōris*, m. ut, *Consarcinator litium*, ein zungendreſcher, apud Ammianum.

¶ Consarcinatrix, *īcis*, f. ICt. in Digeſt.

¶ Consarcio, *ire*, zuſammen nähen, flicken. ICt. in Dig.

¶ Consartor, *oris*, m. qui consarcit, ICt. in Cod.

¶ Exsarcio, *ire*, erſetzen, erſtatten. Qu Cic. de Petit. conf. c. 12 *Aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas.* Et Ter. Heaut. 1, 1, 90 *Qui opere rustico faciendo facile sumptum exsercirent*, vel ſecundum

Muretum, *exfarcirent*. Ita legendum esse pro vulgato *exercerent*, suadent & libri MSS. & hæc explicatio Eugraphii: *Qui opere suo suos sumptus tolerarent*; & Festus: *Exercirent, farcirent*. v. Guyetus & Bentl. ad l. c.

¶ Resarcio, *ire*, wieder erſetzen, ausbeſſern. Ter. Adelph. 1, 1, 41 *Discidit vestem; resarcietur*. Sic, *Resarcire damna*, den ſchaden wieder erſtatten, Cic. fam. 1, 9. *Damnum liberalitate resarturus*, Suet. Claud. c. 6.

SARCIVM, *i*, n. σαρκίον, diminut. a σάρξ, caruncula, vitium carnoſum gemmarum, Plin. 37, 5.

¶ Sarcītes, *æ*, m. σαρκίτης, gemma, quæ bubulas carnes repræſentat, Plin. 37, 10.

¶ Sarcŏcēle, *es*, f. σαρκοκήλη, i. e. hernia carnoſa, fleiſch-bruch. Celſ. 7, 18.

¶ Sarcŏcolla, *æ*, f. σαρκοκόλλα, lacryma arboris in Perſide naſcentis, ſaucias exulceratasve carnis partes agglutinans, unde & nomen habet, σάρξ, *caro*, κόλλα, *glutinum*, q. d. fleiſchleim, Plin. 24, 14; Dioſc. 3, 90. Adde Plinium 13, 11; & Apul. de Herb. c. 31.

¶ Sarcōma, *ătis*, n. σάρκωμα, eſt *superfluum carnis incrementum, quo ultra modum corpora faginantur*. Isidor. 4, 7.

¶ Sarcŏphăgus, *i*, m. σαρκοφάγος, i. e. carnivorus, ein fleiſchfreſſer, eſt aliquando epitheton mortis vel ſepulcri; quin pro ſepulchro ipſo ponitur. Iuvenal. 10 de Alexandro v. 172 *Vnus Pellæo juveni non sufficit orbis Sarcophago contentus erit*. Prudent. Cathem. 3 extr. *Spes eadem mea membra manet, Quæ vedolentia funereo Iussa quiescere sarcophago, Dux parili redivivus homo Ignea Christus ad astra vocat*. ¶ 2. Plinio lapis eſt omnia corpora conſumens 2, 96; & 28, 9, ubi ille inveniatur, docet 36, 17.

¶ Sarcoptes, *æ*, m. σαρκόπτης, ein garkoch, titulus eſt libri 2 Apicii, a σάρξ & ὀπτάω, *coquo*.

¶ Sarcographia, *æ*, f. σαρκογραφία. Saresb. 7, 24 *Figuræ, quæ sarcographia dicitur, vis in eo consistit, quod rebus incorporalibus corporis lineamenta licenter adtribuit*.

Sarculatio, farculo, *āre*, farculum, vide infra *Sarrio*.

SARDA, *æ*, f. gemma Sardibus primum reperta, Plin. 37, 7, ein carniol. ¶ 2. *Sarda*, vel *Sardia*, cepæ genus, Plin. 19, 6. ¶ 3. *Sarda*, & *Sardina*, piſcium ſunt nomina, qui ſalſuræ idonei ſunt, Plin. 32, 4 & 7 & 11; & Colum. 8, 17. ¶ 4. Eſt etiam cretæ genus. Plin. 35, 17.

¶ Sardius, *i*, m. inter lapides pretioſos primo loco apud Tertull. adv. Marc. 2, 10, eadem forte quæ *Sarda*. conf. Vulg. Exod. 28, 20.

¶ Sardăchātes, *æ*, m. σαρδαχάτης, genus gemmæ, Plin. 37, 10.

¶ Sardŏnyx, *ychis*, f. σαρδόνυξ, gemma. quæ & *Sarda*, in Sardinia primum reperta, coloris rubei & ſubcandicantis: Plin. 37, 6 *Sarda cum Sardonyche nomen communicavit*, ein ſardonier. Add. ibid. c. 12; & Solin. c. 36; Iuvenal. 6, 282; 7, 143; Perſ. ſat. 1, 16. Et conf. Ol. Wormius Hiſt. rer. var. 1, 15. *Sardonycha* accuſ. græc. habet Vlp. L. 6 ff. de Bonis damnat.

¶ Sardŏnўchus, *i*, m. idem. Iuvenal. 13, 139 *Gemmaque princeps Sardonychus, loculis quæ custoditur eburnis*.

¶ Sardonychātus, *a, um*, der einen ſardonier trägt; ut, *Sardonychata manus*, hoc eſt, Sardonyche ornata, Martial. 2 epigr. 29.

SARDANAPALVS, *i*, m. Σαρδανάπαλος, rex ultimus Aſſyriorum fuit, quem *virum muliere corruptiorem* Iuſtinus dixit 1, 3. Deditus fuit omnis generis luxuriæ, nec erubuit inter ſcortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes laſcivia anteire. Quamobrem ab eo Aſſyrii deſecere. Victus igitur, in regia pyram exſtruxit, & ſeipſum ac divitias ſuas muliebres in incendium miſit. v. Iuſtin. l. c. Iuvenalis 10 extr. qualis animus expoſcendus a Diis monſtrans: *Neſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores Herculis ærumnas credat ſævosque labores Et Venere, & cœnis, & pluma Sardanapali*. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 174, ubi *molles* ita dici aſſerit. Cic. Tuſc. 5, 35 hoc ei epitaphium tribuit: *Hæc habui quæ edi, quæque exsaturata libido Hausit, at illa jacent multa & præclara relicta*. Vide Maximum Tyr. Diſſert. 29 extr. & Clement. ſub fin. lib. 2 Stromat. p. 411, qui id græce affert. Athenæus tamen 12, 7 aliam fuiſſe inſcriptionem monumenti Sardanapali indicat, ex qua appareat, ipſum minime fuiſſe ignavum; illam nimirum: Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαράξεω Ἀγχιάλην ἔθεμε καὶ Ταρσὸν μιῇ ἡμέρῃ, ἀλλὰ νῦν τέθνηκεν, hoc eſt: *Sardanapalus, Anacyndaraxis filius, Anchialam Tarſumque uno die exſtruxit, nunc vero mortuus eſt*.

¶ Sardanapālĭcus, *a, um*, adj. Sidon. 2 ep. 13 *Sardanapalicum in morem*.

Sardena, vel Sardina, vide paullo ante in *Sarda*.

SARDĬNIA, *æ*, f. Σαρδώ, inſula, in mari mediterraneo ampliſſima, ferax frugum, & inter ſubſidia frumentaria urbis Romanæ, ut Varro R. R. præfat. lib. 2 & Cic. pro L. Manil. c. 12 docent. Add. Q. Cic. de Prov. Conſ. c. 7; & Plin. 3, 7. Nomen a *Sardo* Herculis filio accepit, qui cum magna colonorum multitudine inſulam occupavit; vel a *ſardinis* piſciculis, quorum ibi copia abundat. Antea *Sandaliotis* dicta ab effigie ſoleæ. Eſt aëre peſtilenti infamis & peregrinis valde infeſta. Vnde Cic. fam. 7, 24 *Tigellium Sardum patria ſua peſtilentiorem eſſe* dixit. Martialis quoque Sardiniam Tiburi, ut peſtilentiſſimam ſaluberrimæ regioni, opponit 4 epigr. 60 *Nullo fata loco poſſis excludere: quum mors Venerit, in medio Tiburе Sardinia eſt*. Tangit & Tacitus An. 2, 85 extr. Cauſſa gravitatis, ſitus: quod auſtro peſtilenti vento expoſita, aquilone excluſo. Claud. de Bello Gild. extr. de Sardinia: *Hinc hominum pecudumque lues, hinc peſtifer aër Sævit, & excluſis regnant aquilonibus auſtri*. Itaque *Sardinia* pro quovis loco inſalubri & peſtilenti ponitur. ¶ 2. *Sardinia* piſcis idem, qui *Sarda*, vide paullo ante in *Sarda* n. 3.

¶ Sardus, *a, um*, adject. ut, *Sardum mel*, quod deterrimum ob herbas amaras, ex quibus apes in Sardinia mel conficiunt, Horat. Art. poët. v. 375. *Sardus Tigellius*, Id. Sat. 1, 3, 3. ¶ 2. Subſt. *Sardi*, incolæ: de quibus proverbium, *Sardi venales*: quo Cicero de improbis & pretii nullius hominibus uſus Fam. 7, 24. Aurel. Victor de Viris Illuſtr. in T. Sempronio Graccho: *Domuit*, inquit, *altero conſulatu Sardiniam*: *tantumque captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret*, SARDI VENALES. Itaque *Sardi venales* de contemta multitudine dicebantur. Plutarchus ad Sardianos Lydos refert, & aliter ejus originem explicat in Romulo p. 33, & Quæſt. Romanis p. 277. Adde Feſtum.

¶ Sardōus, & Sardónius, *a, um*, adject. ut, *Herba Sardoa*, vel *Sardonia*, apiaſtro, vel apio agreſti, quemadmodum Salluſtius apud Servium in Virg. ecl. 7, 41 ſcripſit, ſimilis, quam qui guſtarunt, labiis dolore in rictum contractis veluti ridentes emoriuntur. Samon. 432 de herbis Sardois, *Irrita quæ miſeris permiſcent gaudia fatis*. Vnde adagium Cic. fam. 7, 24 *Ridere riſum Sardonium*, h. e. riſu ſibi mortis periculum arceſſere. Voſſ. 6 Inſt. Orat. p. 475; Itemque quæ dicimus in *Talus* n. 5. Eſt autem herba Sardonia ranunculi ſpecies lanuginoſi ſeu folioſi, ut Plinius dixit, in Sardinia naſcentis, quæ *apium riſus* a plerisque nominatur. v. Plin. 20, 11 ſ. 45; & 25, 13 ſ. 109, & adde utrobique Harduino notata. Etiam Solinus c. 4 (al. 10) meminit *Sardoniæ herbæ*, in Sardinia.

¶ Sardŏnĭcus, *a, um*, idem. Rutil. 1, 354 *Nec quæ Sardonico ceſſpite maſſa fluit*. Sic, *Tinctura Sardonica* de colore præcellenti, præcipue purpura. v. Chil.

¶ Sardĭnienſis, *e*, adject. aliud, latina forma: ut, *Triumphus Sardinienſis*, Nepos 24, 1, 4, hoc eſt, ex Sardinia, vel propter Sardiniam devictam actus.

¶ Sardica ſalſamenta præſtantiſſima. Geſner.

SARDIS, *is*, f. Σάρδις, urbs Lydiæ magna & celebris, Crœſi quondam regia. Horat. 1 epiſt. 2, 2 *Quid concinna Samos, quid Crœſi regia Sardis?* Plurali frequentius legitur *Sardes, ium, ibus*: v. g. Nepos 1, 4, 1 *Quod Athenienſium auxilio Iones Sardes expugnaſſent*. Inter Aſiæ proconſularis metropoles eſt. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 618 ſq.

¶ Sardiānus, *a, um*, adject. ut, *Sardiani* cives ſive incolæ, Cic. fam. 13, 55; Tac. An. 4, 55, 6. *Sardiana jurisdictio*, Plin. 5, 29. *Sardiani balani*, caſtanien, Id. 15, 23.

¶ Sardiniānus, *a, um*, idem, ſi vera Varronis lectio apud Nonium 14, 34 in *Tapete*, quam Mercerus, Scaliger, Godofredus tuentur. Ita enim ille ſcripſiſſe fertur: *Cubo in Sardiniani tapetibus*. Athenæus 12, 2 p. 514 laudat ψιλοτάπιδας σαρδιανάς, *glabra tapetia Sardiana*.

SARDO, *are*, i. e. intelligere, ut Feſtus exponit, verſtehen; ubi & Nævius: *Quod bruti nec satis sardare queunt*.

Sardonius, Sardonyx, ſardonychus, vide ante *Sardinia, Sarda*.

SĂREPTA, *æ*, f. Σάρεπτα, civitas inter Tyrum & Sidonem fuit, cujus vidua illa memoratur, ad quam Helias venit.

¶ Săreptānus, *a, um*, adj. Sidon. Apollinaris carm. 17, 15 *Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna, Quæque Sareptano palmite missa bibas*. Quod alii Martino Dumienſi epiſcopo tribuunt. vid. Notas Sirmondi.

SARGVS, *i*, m. σάργος, piſcis melanuro ſimilis, notis nigris ad caudam, corpore rotundo, capite parvo, eine art meerbraſſmen, Geſn. Ovid. hal. 105 *Insignis Sargusque notis, insignis & alis*. Hunc Feſtus in Ægyptio mari fere naſci tradit ex Lucilio: de quo & Plin. 9, 17 & 51. conf. Apul. Apolog. p. 299 Elmenh.

Sariaſter, vide *Artabasdes*, Sario, *Sarrio*.

SARĬPHA, *æ*, f. vel *Sari*, neutr. indecl. fruticis genus, ad Nilum naſcens, Plin. 13, 23.

SĂRISSA, *æ*, f. σαρίσσα, haſta prælonga Macedonica, eine lanze, langer ſpieß, apud Liv. 9, 19; 37, 42; & 38, 7; Veget. 3, 24; Lucan. 8, 298 *Primi Pellæas arcu fregere ſariſſas*. Adde 10, 47; Polyb. 17, 25; & Ovid. Met. 12, 466 & 479. ibiq. Burm. Gloſſæ Cyrilli: Ἀκόντιον Μακεδονικόν, *Sariſſa, Macetæ, Macedones*: Vide notata Scaligero Lect. Auſon. 1, 23. De Sariſſa Nic. Rigaltius in Lexico græco-barbaro.

¶ Sariſsŏphŏrus, *i*, m. σαρισσοφόρος, qui haſta prælonga utitur, ein piquenirer. Tales olim Macedones. vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 21, 18; & inprimis Liv. 36, 18; & Curt. 4, 15, 13.

SARMĂTIA, *æ*, f. duplex eſt, altera Aſiæ, quam nunc *Tartariam* vocant; Europæ altera, quæ Scythiæ olim regio fuit, cui *Poloniæ* nomen a *planitie* indiderunt. Eſt enim tota campeſtris: nunc & olim equitatui gens maxime ſtudet, & ea militiæ parte nobilis eſt. Tac. Hiſt. 1, 79, 4 *Mirum dictu, ut ſit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipſos; nihil ad pedeſtrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas* (hæ equitum ſunt) *advenere, vix ulla acies obſtiterit*. Florus 4, 12, 20 *Sarmatæ petentibus campis inequitant. Nihil præter nives ravasque ſilvas habent. Tanta barbariæ eſt, ut pacem non intelligant*. Sub Sarmatia ſunt *Boruſſi, Aſtii*, (hod. *Livoni*), *Lituani, Ruſſi, Poloni*, & ex parte *Moſcovi*. conf. Melam 3, 4.

¶ Sarmăta, *æ*, pl. Sarmatæ, *arum*, m. qui & *Sauromatæ* a Græcis dicuntur, Σαυρομάται. Multis horum populorum barbariem, apud quos jus nullum neque in ſcriptis, tum neque in uſu, deſcribit Ovidius, in mœrem uſque ſuper ea querulus. vid. Barth. ad Statii Theb. 3 p. 740 & 741. Iuvenal. 3, 79 *Ad ſummam, non Maurus erat, non Sarmata, nec Thrax*.

¶ Sarmătĭcus, *a, um*, adject. ut, *Mare Sarmaticum*, & *Iuga Sarmatica*, Ovid. Triſt. 1, 7, 40 *Sarmaticum aratrum*, Lucan. 7, 430 *Sarmaticæ gentes*, Martial. 8 epigr. 11; & Mela 3, 3, 2.

¶ Sarmatĭce, adverb. Ovid. Triſt. 5, 12, 59 *Iam didici Getice, Sarmaticeque loqui*.

¶ Sarmătis, *ĭdis*, patronymicum fœmineum: ut, *Sarmatis umbra* Ovid. Pont. 1, 2, 11. *Sarmatis eſt tellus*, Idem Triſt. 1, 2, 82.

SARMENTVM, *i*, n. palmes, ein rebe, ab obſoleto *Sarpo*, de quo poſtea Cic. de Orat. 2, 21 *Nova ſarmenta cultura excitantur: ita velim eſſe in adoleſcente, unde aliquid amputem*. Colum. 3, 16 *Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cujus ſingulæ uvæ ſingulis ſarmentis conſpiciuntur*. conf. 3, 10; & 4, 6; & Pallad. Febr. 9 & 10; Celſ.

Celſ. 7, 1. ¶ 2. Et, *Sarmenta vitium*, virgulæ reſectæ, Varro R. R. 1, 31, rebenholtz, dürre weinreben. *Vitis ne ſilveſcat ſarmentis*; item: *Sarmentorum aliorum amputatio, aliorum immiſſio*. Cic. de Senect. c. 15. Item, reiß- oder brenn-holtz. conf. Virg. Georg. 2, 409. Vet. Gloſſ. *Sarmenta*, καλήματα ἢ φρυγανα. Aliæ: καλῆμα ξηρὸν, *Sarmentum*. Iuſtin. 2, 6, 19 *Codrus ſarmenta collo gerens*. ¶ 3. Et *Sarmenta* ramuſculi illi lignoſi ſunt, quibus ſtipatim uvarum acini affiguntur, die kämme, daran die beere hangen Plin. 23, 1 ſect. 8. ¶ 4. De aliarum etiam arborum ramis adhibetur. De myrrha Solin. c. 33 *Arabes ſarmentis ejus ignem fovent*. Liv. 22, 16 *Arida ſarmenta præligantur cornibus bovum*. v. Drakenb. ad Sil. 7, 31.

¶ Sarmentōſus, *a, um*, voll reben, Plin. 25, 11.

¶ Sarmentītius, *a, um*, reben-; ut, *Cinis ſarmentitius*, Colum. 6, 26. ¶ 2. *Sarmentitii*, vel *ſarmentarii*, cur Chriſtiani quondam vocati fuerint, oſtendit Tertull. Apol. c. 50 his verbis: *Licet nunc Sarmentitios & Semaxios appelletis, quia ad ſtipitem dimidii axis revincti ſarmentorum ambitu exurimur*. conf. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 30, 21.

SARNVS, *i*, m. fluvius Campaniæ, Pompejos oppidum alluens. Strabo lib. 5. Plin. 3, 5. Vibius Sequeſter: *Sarnus Nucertæ, ex Saro monte oriens, per Campaniam decurrens*.

SARPĒDON, *ōnis*, m. Σαρπηδών, filius Iovis, Minois frater, rex Lyciæ, Trojanis contra Græcos ſuppetias tulit. Virgil. *ingentem* vocat Æn. 1, 99; & *Iovis progeniem*, Æn. 10, 125. conf. Minucii Fel. Octav. c. 22, 4; & Tertull. Apolog. c. 14.

SARPO, *ĕre*, idem ac *putare, purgare* apud Feſtum, ſchneiteln, beſchneiden, abputzen. Sic, *Sarpuntur vineæ*. Feſt. Hinc

¶ Sarptus, *a, um*, beſchnitten, abgeputzt; ut, *Sarpta vineta*, i. e. putata, pura facta, ex XII Tabb. Feſtus. *Vnde &*, eodem dicente, *virgulæ abſciſſæ* SARMENTA. conf. Turneb. Adverſ. 6, 16.

¶ Sarpa, *æ*, f. ἄρπη, apud Pallad. 1, 43, 2 in codice Mediceo al. *ſerra*.

SARRA, *æ*, f. ita Tyrus, Phœniciæ urbs clariſſima, quondam dicta fuit, a piſce SAR, ut Servius auctor eſt. Adde Gellium 14, 6. ¶ 2. *Sarra* & *Saravus* veteribus etiam dictus fluvius, qui ſub mœnia Auguſtæ Trevirorum Moſellam convenit, die Saar, unde Saarbrücken, quaſi *Sarræ pons*: Ioſ. Scalig. Lect. Auſon. 1, 3 p. 11.

¶ Sarrānus, *a, um*, adject. ut, *Purpuræ Sarranæ*, id eſt, Tyriæ. *Oſtrum Sarranum*, Virg. Georg. 2, 506. *Aulæa Sarrana*, Iuvenal. 10, 38. *Sarranæ violæ*, i. e. purpureæ, Colum. 9, 4. Et, *Sarranæ tibiæ*, i. e. Tyriæ, in Inſcriptionibus Comœdiarum Terentii. *Sarrana chlamys*, Sidon. Paneg. Anthemii v. 6. Etiam *Sarrana gens*, Sil. 1, 72. v. Drakenb. ad Sil. 6, 62.

Sarraceni, vide ſupra *Saraceni*.

SARRĀCVM, *i*, n. vel potius *Soracum*, plauſtri genus, carra, ein holtzwagen, laſtwagen, Iuvenal. ſatyr. 5, 23 *Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ*. conf. ſat. 3, 255. Vet. Gloſſ. *Sarraca*, ἅμαξα. Vtuntur eo etiam Cic. in Piſ. teſte Quintil. 8, 3; Vlpian. ad leg. Aquil. Capitol. in Marco Ant. Phil. c. 13; Vitruv. 10, 1; Sidon. 4, 17. Sed *Soracum* habet Plautus Perſ. 3, 1, 64. Et ſic omnino ſcribendum eſſe vult Meurſius, cum vox pura puta ſit græca σωράκος. Feſtus: *Soracum eſt, quo ornamenta portantur ſcenicorum*. Egit de hoc vehiculi genere Scheffer. de re vehicul. 2, 31.

SARRĀPIS, *ĭdis*, m. apud Plaut. Pœn. 5, 5, 33 Ægyptiorum Deus, qui, ut meſſis uberrima proveniret agricolis, per ſementes a ſacerdotibus, & per pagos ad ſtipem colligendam circumferebatur. v. infra *Serapis*.

SARRIO, (Sario), *ſarrire*, ſegetem leviter ſcalpere & ab herbis noxiis repurgare, behacken, jäten, das unkraut ausraufen. Plaut. Capt. 3, 5, 5 *Semper occant prius, quam ſarriunt ruſtici*. Vet. Gloſſ. *Sarrit*, βαστάζει. Cato R. R. c. 161 *Ne ante ſerueris, quam aſparagus natus erit, ne in ſariendo radices lædas*. Et Varro R. R. 1, 18 *In ſariendo iterum & tertio*. Colum. 11, 2 *Fabam ſarriviſſe nimium teneram non expedit*. Plin. 18, 21 *Panicum occatur & ſarritur*.

¶ Sarrītus, *a, um*, abgeputzt, geſaubert vom unkraut. Colum. 11, 3 *Planta ſapius ſarrita & ſtercorata melius convaleſcit*. Id. 2, 2 ext. *Seges ſerius ſarrita*.

¶ Sarrītio, *ōnis*, f. die jätung, abputzung. Colum. 2, 9 *Frequentem exigunt ſarritionem*. Et 2, 12 pr. *Peracta ſementi, ſequens cura eſt ſarritionis &c.* conf. 11, 2.

¶ Sarrītūra, *æ*, f. idem. Columella 11, 2 *Sarritura frumentorum*. Apud Plin. 18, 27 eſt *Sartura*.

¶ Sarritor, vel Sarītor, *ōris*, m. ein jäter. Varro R. R. 1, 29 *Id genus prædii per ſaritores occare ſolent*. Colum. 2, 13 pr. *Occatoris & ſarritoris*.

¶ Sartor, pro *Sarritor, oris*, m. Plaut. Capt. 3, 5, 3 *Sartor ſatorque ſcelerum, & meſſor maxime*. TVND. *Non occatorem dicere audebas prius. Nam ſemper occant prius, quam ſarriunt ruſtici*.

¶ Sarritōrius, *a, um*, qui ſarrit; ut, *Opera ſarritoria*, Colum. l. c.

¶ Sarculus, *i*, m. & Sarculum, *i*, n. inſtrumentum illud, quo ſegetes ſarriuntur, id eſt, purgantur, eine jät-hacke. Horat. 1 od. 1, 11 *Patrios findere ſarculo agros*. Pallad. Ian. tit. 43 *Sarculi vel ſimplices vel bicornes*. Conf. Cic. de Fin. 2, 8; & Colum. 2, 12.

¶ Sarculo, *are*, ſarrire, jäten. Pallad. Ian. tit. 9 *Sunt ſarculanda frumenta*. Et mox: *Lupinus ſi ſarculetur*. Et deinde: *Si ſiccas ſegetes ſarculaveris*.

¶ Sarculātus, *a, um*, gejätet, abgeputzt. Prudentius in Romano v. 264 *Nata in hortis ſarculatis*. Tribuunt & Columellæ 5, 9, (al. 8) ſed libri omnes *ſurculare*.

¶ Sarculatio, *ōnis*, f. idem quod *ſarritio*. Plin. 18, 21 *Sarculatio induratam hiberno rigore ſoli triſtitiam laxat temporibus vernis*. Pallad. Febr. t. 24 *Caulis gaudet ſtercore & ſarculatione*.

¶ Circumſarrio, *īre*, umher abputzen. Cato R. R. c. 114 *Vitium radices circumſarrito*; al. *circumſecato*.

¶ Conſarrio, *īre*, zuſammen jäten; ut, *Sulci omnes conſarriendi*, Columell. 11, 3. conf. Cato R. R. c. 48.

¶ Reſarrio, *īre*, wieder jäten. Plin. 18, 20 *Reſarrire campos*. Varr. L. L. 6, 6 *Reſarrire ab ſerra dictum, id eſt aperire*.

SARSĪNA, *æ*, f. Vmbrorum civitas, Plauti patria, Plin. 3, 14. Et Martialis 9 ep. 59 *Nec tua Bajanas Sarſina malit aquas*. Sed *Saſſina* ſcribendum eſſe docent viri docti apud Drakenb. ad Sil. 8, 463.

¶ Sarsīnas, *ātis*, ibi natus. *Sarſinates* apud Plin. 3, 14. Gruter. Inſcript. p. 1095 n. 2 CVRATORI SARSINATIVM. Apud Reinef. vero Inſcript. 7, 20: BEBIVS GEMELLVS SASSINAS.

SARTĀGO, *ĭnis*, f. patella, in qua caro frigitur, ein tiegel, eine roſtpfanne, bratpfanne, frixorium. Plin. 16, 11 *Terebinthinam in ſartagine refervens*. Iuvenal. 10, 64 *Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ*. conf. Vlp. l. 19 § 12 ff. de auro, arg. mundo &c. & Sidon. 8, 14. ¶ 2. Perſius 1, 80 *ſartaginem loquendi* dixit, pro corrupto ac depravato loquendi more, ſive miſcello ſermonis genere, cum probatæ juxta damnatæque voces congeruntur; ad panes ταγηνίας (nam τάγηνον, ſive τηγανον, *ſartago* eſt), alludens, qui e variarum rerum miſcella, farinæ, adipis, mellis, ſeſami, caſei, & ſimilium confiebant, ut Athenæus deſcribit: vel ad ſtridorem ingratum rerum, quæ in ſartagine frigantur, reſpiciens. Et notat ibi Caſaubonus, vocem *Sartago* originis Syriacæ eſſe.

Sartor, ſartura, quære in *Sarcio*, & *Sarritura*.

SAS, antique pro *ſuas*, ex Ennio, Feſtus. *Saſſina* vid. *Sarſina*.

Sat, vide *Satis*, Satagito, ſatago, *Ago*.

SĀTĀNAS, *æ*, m. σατανᾶς, vox origine hebraica, ſignificans hoſtem vel adverſarium, ein feind, widerſacher, quo nomine bonorum omnium adverſarius appellatus eſt diabolus, der ſatan. Tertull. Apol. c. 22 *Satanas princeps hujus mali generis*. Adde Cæl. Rhodig. Lect. Ant. 2, 9.

¶ Satanāria, *æ*, f. herba quæ alias *Peucedanos*, Apul. de Herb. c. 94.

SĀTELLES, *ĭtis*, m. regius, vel imperatorius miles, ſeu miniſter, ein trabant, hofdiener. Vet. Gloſſ. *Satelles*, δορυφόρος. Horat. 3 od. 16, 9 *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa &c.* Cic. Agrar. 2, 13 *Stipatores corporis conſtituit, eosdem miniſtros & ſatellites poteſtatis*. Adde Suet. Cæſ. c. 49: Sen. de Tranquill. c. 3: Iuſtin. 2, 8, 10; 5, 8, 10 &c. Romæ uſum *ſatellitum* invexit Tarquinius Superbus tyrannidis veræ ſignum & præſidium. v. Dion. Halicarn. lib. 4. *Iovis ſatelles* dicitur aquila a Poeta in Cic. Divin. 1, 47. ¶ 2. *Satellites*, etiam appellantur ſcelerum & factionum adjutores & ſocii; ii videlicet, qui proximi auctoribus ducibusque ſunt, helfershelfer. Cic. Cat. 1, 3 *Manlius audaciæ ſatelles atque miniſter tuæ*. Id. de Prov. conſul. c. 3 *Diligentiſſimus ſatelles ſcelerum, miniſter cupiditatum*. Liv. 34, 41 *Nabidis dominantis ſatellitem factum populum Romanum*. Florus 3, 16, 4 *Quippe ut ſatellitem furoris ſui Glauciam, conſulem faceret* (Apulejus Saturninus), *C. Memmium competitorem interfici juſſit*. Et 4, 1, 3 de Catilina: *Hos omnes immaniſſimi facinoris ſatellites habuit*. Paullo ante *ſocios* appellaverat. v. lac. Gothofr. Diſſ. ad L. Quisquis Cod. ad L. Iuliam majeſt. c. 9.

¶ Sātellītium, *i*, n. cœtus & cuſtodia ſatellitum, die leibguarde, die trabanten-wacht. Gloſſ. Vet. *Satellitium*, δορυφόρημα. Quod nomen titulum præfixit Symbolis ſuis Ludovicus Vives, quæ breves graviſſimasque ſententias multas habent.

¶ Conſatellītium, *i*, n. idem, ICt. in Dig.

Satias, ſaties, ſatietas, ſatio, *are*, &c. vide in ſequente *Satis*.

SĀTIS, adverb. copiæ, id eſt, quantum opus eſt, genug, ſattſam; ut, *Pecuniæ tantum, quantum ſatis eſt*, Cic. Verr. 3, 74. Et Horat. 1 epiſt. 2, 46 *Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil amplius optet*. Liv. 8, 26 *Satis credebatur, obſidione domitos hoſtes in fidem veniſſe*. Ter. Adelph. 2, 3, 3 *Satis certo ſcio. Nondum ſatis pernoſti, qualis ſim*, Id. And. 3, 2, 23. Et, *Nequeo ſatis mirari*, Eun. 3, 4, 9. Ita, *Satis cauſſæ ad objurgandum*, Id. Andr. 1, 1, 111. *Satis jam verborum eſt*, Id. Phorm. 2, 2, 89. *Satis temporis ad dicendum*, Cic. Verr. 2, 1. Quamquam veteres & alio quam ſecundo caſu extulerunt. Plaut. Trin. 2, 1, 27 *Amor amara dat tibi ſatis*. Cic. ad Att. 12, 50 *Si ſatis conſilium quadam de re haberem*. Nep. 15, 4, 6 *Abſtinentiæ erit hoc ſatis teſtimonium*. conf. Idem 23, 5, 4; & Lucret. 1 v. 241. Ovid. Met. 3, 149 *Fortunamque dies habuit ſatis*. v. Burm. In tranſitione, *Sed ſatis de hoc*, Nepos 7, 11, 6. *Satis habeo*, i. e. contentus ſum, ich bin zufrieden, ich laſſe mich begnügen, Idem 15, 8, 4. Et 20, 2, 4 *Satis habere coëgit*. Democritus, *ſatis ſunt*, inquit, *mihi pauci, ſatis eſt unus, ſatis eſt nullus &c.* Sen. epiſt. 7. Tibull. 4, 1, 117 *Non ego ſum ſatis ad tantæ præconia laudis*. Sic, *Satis ſuperque*, übrig genug, überflüßig. Cic. N. D. 2, 1 *Contra Epicurum ſatis ſuperque dictum eſt*. Virg. Æn. 2, 642 *Satis una ſuperque vidimus*. Horat. epod. 17, 19 *Dedi ſatis ſuperque pœnarum*. Adde epod. 1, 31. Liv. 34, 13 *Satis admodum & ſuorum & hoſtium animos eſt expertus*. ¶ 2. Interdum augendi ac intendendi vim habet; ut Ter. And. 1, 1, 104 *Satis cum periculo*, gefährlich genug. Tibull. 1, 7, 35 *Satis anxia vivas, Moverit e votis pars quotacunque Deos*. Vbi plura hujus ſignificationis exempla habet Brouckh.

¶ Sāt, idem; ut, *Sat eſt, Sat fecit officium*, Ter. Phorm. 4, 5, 12. *Sat habeo*, Id. Andr. 4, 2, 22. Et *Sat ſcio*, Adelph. 3, 3, 6. *Modo & libenter fuerit & ſat dia*, Cic. Att. 15, 3 fin. *Sat cito, ſi ſat bene*, Catonis eſt apud Hieron. ad Pammach. epiſt. 26, 4. v. Chil. Virg. ecl. 7, 33 *Simum lactis & hæc te liba, Priape, quotannis Exſpectare ſat eſt*. Id. Æn. 9, 195 *Non mihi facti Fama ſat eſt*, i. e. ſufficit. Simpliciter eo ſenſu ponit Propertius 2, 29, 33 *Non ego tam facilis, ſat erit mihi cognitus unus*. v. Barth. ad 1 Theb. Stat. p. 78. Cum ſecundo caſu Cic. Fin. 2, 19 *Teſtium ſat eſt*.

¶ Satin' pro sātisne, iſtō genug? Plaut. Amph. 2, 2 pr. *Satin' parva res eſt voluptatum in vita Atque in ætate aganda?* Ter. Eun. 5, 2, 12 *Satin' id tibi placet*. Sic, *Satin' ſalvæ?* vide ſupra in *Salvus*.

¶ Sātius, comparativus, idem quod melius, utilius, præſtabilius, beſſer, dienſamer. Ter. Heaut. 3, 1, 66 *Tibi perdere talentum hoc pacto ſatius eſt, quam illo minam*. Et, *Multo ſatius eſt*, Lucret. 5, 1126. *Video, vincere ſatius eſſe, quam vinci*, Cic. Att. 7, 1. *Satius putare, ducere*, Nepos 4, 5, 1; 16, 1, 3; 18, 6, 5. *Nonne fuit ſatius pati &c.* Virg. ecl. 2, 15. ¶ 2. Adjective etiam Plin. 17, 5 *Terra optima & operi ſatior*.

¶ Satisaccīpio, *ĕre*, quod tamen ſeparatim melius ſcribitur, cautionem

tion, verſicherung annehmen. Cic. pro Quint. c. 13 *Si veretur, ut res judicio facta parata ſit, judicatum ſolvi ſatis acciat.*

¶ Satisacceptio, ōnis, f. die angenommene verſicherung. Lege 5 § 2 Dig de Verb. obligat.

Satago, ſatagito, ſatagens & ſatisagens, vide in *Ago.*

Sătisdo, āre, vide cum derivatis *Satisdatio, ſatisdator,* in *Do, dare.*

¶ Sătisfăcio, ēre, genug thun, vergnügen; & paſſ. *Satisfio, fieri*; ut, *Cumulate alicui ſatisfacere,* Cic. ad Qu. fr. 2, 4. *Officio ſuo ſatisfacere,* Id. Verr. 1, 14. *In pecunia alicui ſatisfacere,* Cælius ad Cic. fam. 8, 12. Sic, *Satisfacere alicui de re aliqua*; item, *pro re aliqua.* Plaut. Aſin. 2, 4, 31 *Iam pro iis ſatisfecit Stichо,* id eſt, ſolvit, er hat ihn bezahlt. Et notant ICti generale hoc verbum eſſe, & non tantum ſolutionem, quæ nummis fit præſentibus, ſed delegationem, & quævis alium modum expediendi debiti denotare. Cic. fam. 14, 6 *Vide, quomodo ſatisfiat ei, cui ſcis me ſatisfieri velle,* wie er zufrieden geſtellet werde. conf. Id. Phil. 2, 20. Vlp. l. 9 ff. ſi ex noxali cauſa agatur: *Aliter de ſervo ſatisfit*; *aliter de libero vindicta ſumitur.* ¶ 2. Cic. Phil. 2, 20 pr. *Acceptam jam ante Cæſaris literas, ut mihi ſatisfieri paterer a te,* hoc eſt, ut acciperem excuſationem tuam. Quæ *ſatisfactio* fiebat, quum is, qui læſiſſet alterum, conſenſus culpam deprecaretur, & nolle factam hanc injuriam, eum indignum ea eſſe, ſe mente mala fuiſſe, quum feciſſet, teſtaretur. Ita Plaut. Amph. 3, 2, 8 *Aut ſatisfaciet mihi, atque adjuret inſuper: Nulla eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.* Sen. de Ira 2, 32 *Catonem quidam in balneo percuſſit imprudens: quis enim illi ſciens faceret injuriam? poſtea ſatisfacienti Catо: NON MEMINI, inquit, PERCVSSVM ME.* Et Suet. Cæſ. c. 73 *Val. Catullum, a quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulaverat, ſatisfacientem, eodem die adhibuit cœnæ.* Id. Tib. c. 27 *Conſularem ſatisfacientem ſibi, & per genua orare conantem, ita ſuffugit, ut caderet ſupinus.* Vbi *ſatisfacere* eſt deprecari, abbitten, um verzeihung bitten. De qua re v. Turneb. 18, 25; Per Nannii Miſcell. 2, 7; Herald. Digreſſ. 2, 4. ¶ 3. Quin & de gratiis Deo votisque ſolvendis Cic. fam. 14, 7 *Cui quidem tu Deo pie & caſte ſatisfacias.* Dixerat, *Vt mihi Deus aliquis medicinam feciſſe videatur.* ¶ 4. *Satisfacitur* pro *ſatisfit* Varronis eſt ap. Priſcian. 8 p. 789 *Si purgant & Deorum cura non ſatisfacitur reipublicæ.*

¶ Sătisfactio, ōnis, f. die genugthuung, entſchuldigung. Tac. Germ. 21, 2 *Luitur homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus.* Petron. c. 107 *Fraudem parat, non ſatisfactionem &c.* Adde Arnob. 4 p. 152; Tertull. de Patientia c. 10; Sen. Suaſor. 6, 40; Vlp. D. 46 t. 3 l. 53; Iſidor. 6, 19. *Tu me inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis,* id eſt, excuſationem, Cic. fam. 7, 13. Et Att. 4, 6 *Aliquid ſatisfactio levitatis habere videtur.* Vellej. 2, 29, 4 *In accipienda ſatisfactione facillimus.* Salluſt. Cat. c. 35 *Satisfactionem ex nulla conſcientia de culpa proponere.* Vid. excurſ. 5 Corrii, ubi oſtendit, quid a defenſione diſtet.

¶ Satisactionālis, e, ad ſatisfactionem faciens, genugthuend. Caſſiod. lib. 9 Hiſt. Trip.

¶ Satisbăbeo, ēre, zufrieden ſeyn, ſich begnügen laſſen. Sæpe tamen divellitur. Tertull. de Spectac. c. 29 *Tam ingratus es, ut voluptates a Deo contributas tibi ſatis non habeas.* Id. adv. Marc. 3, 24 *Satis haberem hujus quoque promiſſionis præjudicium.* conf. Curt. 4, 9, 20; Nep. 15, 4, 5 &c.

¶ Satispræſto, āre, genug thun, pro *Satisdare.*

¶ Sătio, *avi, atum, are,* expiare, ſaturare, quod ſatis eſt præbere, ſättigen, vergnügen; ut, *Satia te ſanguine, quem ſitiſti,* Tomyris dicebat Scytharum regina, cum caput Cyri Perſarum regis amputatum in utrem ſanguine plenum conjiceret, quemadmodum Herodotus & Iuſtinus 1, 8 narrant. *Legendo ſatiari non poſſum,* Cic. de Fin. 3, 2. Plin præf. p. 5, 10 Hard. *Illa, quæ mirando non ſatiamur.* Cic. in Parad. 1, 2 *Nunquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis.* Curt. 3, 2, 15 *Cibus, quem occupant, ſatiat.* Id. 5, 1, 6 *Ex longa fame ſatiare ſe auro.* Propert. 2, 15, 23 *Oculos ſativimus amore.* Martial. 1 epigr. 58 *Nec volo, quod cruciat, nec volo, quod ſatiat.*

¶ Satians, *tis.* Apul. Met. 5 p. 162 *Quam fœtu ſatiante poſtremus partus effudit.*

¶ Satianter, adverb. ſattſam. Apul. Met. 7 p. 105 *Satianter paſtus.*

¶ Sătiātus, *a, um,* der genug hat, ſatt hat, vergnügt. Vellej. 2, 64, 3 *Satiato Antonio pœna finita.* Liv. 2, 65 pr. *Satiatus ſomno,* der ausgeſchlafen hat. Horat. 1 od. 2, 37 *Nimis longo ſatiatus ludo.* Sil. 4, 437 *Satiata ſanguinis haſta.* Tac. Hiſt. 3, 66, 4 *Senex & proſperis adverſisque ſatiatus.* Id. An. 2, 21, 5 *Cruore hoſtium ſatiatus.* Catull. 65, 147 *Mentis ſatiata libido.*

¶ Satiate, adverb. genüglich. Vitruv. 2, 9 *Ignis & aëris habendo ſatiate, humoris temperate.* Superl. Tertull. de Anima c. 46 *Cetera Hermippus Berytenſis quinione voluminum ſatiatiſſime exhibebit,* zur gnüge.

¶ Sătietas, ātis, f. faſtidium ex copia ſeu abundantia, die genüge, der überdruß aus überfluß; ut, *Cibi ſatietas & faſtidium ſubamara aliqua re relevatur,* Cic. de Invent. 1, 17. Id. fam. 2, 3 *Satietate defeſſus.* Ter. Eun. 3, 1, 13 *Sicubi eum ſatietas hominum capit,* wenn er etwan der leute müde worden. Cic. de Senect. c. 20 *Studiorum omnium ſatietas vitæ facit ſatietatem.* Vera vox Homeri Iliad. N. v. 663 Πάντων μὲν κόρος ἐϛὶ, καὶ ὕπνε, καὶ φιλότητος &c. *Omnium quidem ſatietas eſt, & ſomni, & amoris.* Plin. 12, 17 *Mortalibus ſuarum rerum ſatietas eſt, alienarumque aviditas.*

¶ Sătias, ātis, f. pro *Satietas,* veteres dixerunt. v. Nonium 2, 791. Ter. Eun. 5, 6, 3 *Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum.* Et Hec. 4, 13, 13 *Satias me jam tenet ſtudiorum iſtorum,* ſolcher dinge bin ich ſatt. Liv. 30, 3 *Satias eum cepit amoris.* Id. 25, 22 *De die epulatis jam vini ſatias principiumque ſomni erat.* conf. Tac. An. 3, 30, 7; & Solin. c. 25; Sen. Thyeſt. v. 974. Lucret. 2, 1036 *Iam nemo ſeſſus ſatiate videndi Suſpicere in cœli dignatur lucida templa.* Et 5, 40 *Ita ad ſatiatem terra ferarum Nunc etiam ſcatet, & trepido terrore repleta eſt.* Et v. 1389 *Hæc animos illis mulcebant atque juvabant Cum ſatiate cibi.* Add. Drakenb. ad Sil. 4, 110.

¶ Săties, ēi, f. idem Plin. 8, 51, ut Harduinus quidem legit, *Fico arida ſaginatis ac ſatie necatis.* Alii aliter. Fulvius Vrſinus *ac ſiti enectis.* Silius quoque 4, 110 *Nec finis ſatiesque novi.* Sed & hoc diſplicet Dauſquejo, qui *ſatias* ſubſtitui poſtulat. Non ergo ſatis certa hujus formæ ratio, ut Curis quoque Secundis ſignificavit Cellarius p. 188. Addi tamen poteſt Iuvenc. 1, 638 *Proveniet tamen his ſaties potuſque cibiſque.* conf Id. 3, 216.

¶ Conſătiatus, *a, um,* geſättiget. ICt. in Dig.

¶ Exsătio, *are,* erſättigen; ut, *Nec morte quidem alicujus exſatiari poſſe,* Liv. 38, 54. *Multo cruore exſatiare enſes,* Sil. 7, 535.

¶ Exsătiatus, *a, um,* erſättiget, geſtillt. Ovid. Met. 8, 542 *Clade exſatiata domus.*

¶ Insătiātus, *a, um,* non ſatiatus, unerſättiget; ut, *Amor inſatiatus habendi,* der geiz, Prudent. Pſychom. v. 478. *Inſatiatus ardor eundi,* Stat. Theb. 6, 305.

¶ Insatiābilis, e, quod ſatiari nequit, unerſättlich; ut, *Lupi inſatiabiles,* Ovid. in Ibin v. 172. *Cupiditates ſunt inſatiabiles,* Cic. Fin. 1, 13. *Voluptas inſatiabilis,* Id. Fin. 4, 5. *Animus inſatiabilis,* Liv. 4, 13. *Sanguinis inſatiabilis,* Iuſtin. 1, 8, 13. Compar. *Nulla inſatiabilior ſpecies,* Cic. Nat. D. 2, 62. ¶ 2. Active quod ſatiare non poteſt, quo animus non ſatiatur; Vt etiam illud, quod modo retulimus, *voluptas inſatiabilis.*

¶ Insatiābiliter, adverb. idem; ut, *In re inani inſatiabiliter deſiderare,* Plin. 9 epiſt. 6. Quint. Decl. 18 p. 244 *Teneat inſatiabiliter, avide.* Tac. An. 4, 38, 7 *Vnum inſatiabiliter parandum.* conf. Lucret. 3, 921.

¶ Insatiābĭlĭtas, ātis, f. die unerſättlichkeit, unvergnüglichkeit. Ammian. 31, 12 ed. Grut.

¶ Insătietas, ātis, f. idem. Plaut. Aul. 3, 5, 13 *Animis avidis atque inſatietatibus neque lex, neque tutor eſt &c.*

Satio, ſativus, ſator, ſatorius, vide infra *Sero.*

SĂTRĂPES, vel Satrăpa, æ, m. σατράπης, dictio Perſica eſt, & ſignificat *Præſidium,* einen landpfleger. v. Gell. 10, 18; Plin. 6, 26; Freinshem. Ind. Curt. Ita Ter. Heaut. 3, 1, 43 *Satrapes ſi ſit amator, nunquam ſuffero ejus ſumtus queat,* wenn er ein Fürſt wäre ꝛc. Nepos 4, 1, 2 *Mardonius ſatrapes regius, natione Medus, regis gener.* Vet. Gloſſ. σατράπης, *Satrapa.*

¶ Satraps, ăpis, m. idem. Apud Sidonium legitur carm. 2, 78 *Quisque ſedet ſub rege Satraps.* Et apud Alcimum Avitum l. 6 ſive ad Sororem v. 589 *Donec miratus ceſſare incendia Satraps.* Nepos 4, 4, 1 *Atque hoc loco non eſt prætereundum factum Pharnabazi Satrapis regii.* Quamquam *Satrapis,* genitivum non tam a *Satraps,* quam a *Satrapes* facere potuit. Nam & in tertia hujus generis nomina declinabantur; de quo notat Voſſius de Analogia 2, 3. Dicebantur & *purpurati,* ac erant homines potentiſſimi, regni ſcilicet ſive imperii proceres, duces, principes, iidem qui Romanis provinciarum præſides, prætores, proconſules.

¶ Satrăpeia, vel Satrapīa, æ, f. σατραπία, præfectura, regio, ſtatthalterſchaft. Plin. 6, 21 *Quatuor ſatrapiæ.* Et Curt. 5, 1, 44 *Muzæum transfugam ſatrapia Babyloniæ donat.* Herodotus 3, 89 regnum Perſicum in viginti *Satrapias* a Dario diviſum fuiſſe ſcripſit. Vocat autem ipſe *ſatrapias* νομὰς & Plinius *præfecturas,* v. Briſſon. lib. 1 de Regn. Perſ.

SATRĬCVS, *i,* m. a filio Solymo per errorem interfectus, de quo Silius 9, 68, 77, 104 & 111. ¶ 2. *Satricum* urbs Latii, Plin. 3, 5, pro quo *Satrica* in quibusdam codd. Livii, 9, 16.

SATRVS, *a, um.* Plin. 8, 5 *Cato, cum imperatorum nomina Annalibus deſcriberet, eum qui fortiſſime præliatus eſſet in Punica acie, Satrum tradidit vocatum, altero dente mutilato*; quaſi σαθρὸς ἐκ τὸ χρόνε eſſet, ob dentis mutilationem. v. Laurenb. Antiquar. p. 402. Sed Hard. *Surum* habet, qui & paullo ante pro *deſcriberet,* recte reſtituit *detraxerit.*

Satullo, ſatullus, vide mox *Satur.*

SATVM, *i,* n. menſuræ nomen, continet ſextarios quatuor & viginti.

SĂTVR, *a, um,* ſatt, geſättiget. Ter. Hec. 5, 2, 2 *Cum ſatura atque ebria eris, puer ut ſatur ſis, facito.* Id. Adelph. 5, 1, 3 *Poſtquam intus omnium rerum ſatur ſum &c.* Et Perſius 6, 71 *Satur auferis extis.* Sed, *Ire quo ſaturi ſolent,* eſt, Seſſum ire, zu ruhe gehen, quod honeſte dixit Plaut. Curc. 2, 3, 83. Compar. *Quo ſaturior lucis agnus celeriter concurretur,* Colum. 7, 4. conf. Sen. Qu. Nat. 1, 5. ¶ 2. Poëtæ hoc nomine interdum utuntur pro *Fœcundo, beato, opulento,* fruchtbar, reich, glückſelig; ut, *Ras ſaturum laudare,* Perſ. 1, 71. *Saturas meſſes,* i. e. uberes, opimas, Severus in Ætna v. 12. Et Virg. Georg. 2, 197 *Saltus & ſaturi petito longinqua Tarenti.* Tibull. 2, 1, 23 *Turbaque vernarum ſaturi petito bona ſigna coloni.* Catull. 21, 9 *Si id faceres ſatur, tacerem.* ¶ 3. Et, *Saturum colorem,* plenum & conſpicuum dixit Plinius 37, 10, & Virg. Georg. 4, 335, qui color diluto opponitur, eine volle farbe. *Saturum geſtum,* id eſt, varium, Manilius 5, 480 de pantomimis loquens: ubi v Scalig. Cic. Orat. 36 pr. *Vt quidque erit dicendum, ita dicet; nec ſatura jejune, nec grandia minute. Satura* igitur ſunt magna, gravia.

¶ Sătura, æ, f. ſubſtantive, de lance variis fructibus plena, eine volle ſchale, eine mit früchten angefüllte ſchüſſel. Diomedes 3 p. 483 *Lanx referta variis multisque primitiis ſacris Cereris inferebatur, & a copia & ſaturitate rei SATVRA vocabatur: cujus generis lancium & Virgilius in Georgicis meminit,* 4, 194 & 394. Nimirum mos erat antiquorum, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri annua vota ſolverunt pro læto frugum fructuumque proventu, ut primitias rerum collectarum in lancem congeſtas cuique Deo pro ratione ejus cultus afferrent. In ritibus Græcorum πάγκαρπος θυσία, & πολυσπερμία vocabantur: Latini vero lances ita refertas variarum rerum copia, *lances ſaturas,* vel compendio ſermonis uſi ſimpliciter *Saturas* appellarunt. *Satur,* enim pro pleno, & cui nihil deeſſet, uſurpabant. A ſimilitudine hujus lancis etiam *aliarum rerum mixturas* appellarunt *Saturas:* poſtea ad res ingenio factas eadem vox translata eſt &c. vide & in *Satyra.* ¶ 2. Item, cibi genus ex variis rebus conditum, ut Verrius Flaccus explicat, etwas gefülltes. Idem Diomedes eodem loco: *Quoddam genus farciminis multis rebus refertum SATVRAM dixit Varro vocitari. Eſt autem hoc poſitum in lib. 2 Plautinarum Quæſtionum.* Satura *eſt uva paſſa, & polenta, & nuclei pinei muſto conſperſi: ad hæc alii addunt & de malo*

Punico

Punico grana. v. Thyſ. ad Salluſt. p. 250 & 251; Andr. Schott. Obſervar. Human. 1, 2; Dacer. ad Feſt. in *Satura.* ¶ 3. Etiam *Lex* appellatur SATVRA, *quæ uno rogatu multa ſimul comprehendit*, ut idem Diomedes explicat. Feſtus: SATVRA *eſt lex multis aliis legibus conferta. Legibus*, legum capita intelligit, quæ & ipſa Romanis *Leges* vocabantur. Vet. Gloſſ. *Satura*, νόμος πολλὰ περιέχων; ut *Vultisne, jubetis-ne, cum Iugurtha bellum componatur, & fœdus feriatur: elephantos tradat, item omnes transfugas, &c.* Hinc *per ſaturam fieri* dicitur, quicquid raptim & confuſe & nullo ordine fit, unordentlich. Lucil. 1 apud Diomed. 3 p. 483 *Per ſaturam Ædilem faſtum, qui legibus, ſolvat.* Salluſt. Iug. c. 29 *Dein poſtero die quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur.* v. Caſaub. 2 de Satyr. Poëſi; I. C. Scalig. Poët. 1, 12; & Parei Lex. Crit. p. 1118. ¶ 4. *Satura*, Inter Pomtinas paludes, apud Virg. Æn. 7, 801, & Sil. 8, 381.

¶ Sătullus, *a, um*, diminut. a *Satur*, fein ſatt. Varro de Re Ruſt. 2, 2 *Vt agni ſatulli fiant lacte.*

¶ Satulle, adv. zur gnüge, überflüſſig. Apul. Met. 7 p. 114 Colvii *Apponere ſatulle*, i. e. copioſe. *Scitule* aſſerit Elmenh. in Emend. ad p. 192.

¶ Sătullo, *are*, i. e. ſaturare, ſättigen, ſatt machen. Varro apud Nonium 2, 786 *Coquam carnes, quibus ſatullem corpora & famem ventris.*

¶ Sătŭrio, *ōnis*, m. ein geſättigter, ein voller wanſt. Plaut. Perſ. 1, 3, 23 *Eſurio venio, non advenio ſaturio.*

¶ Saturĭtas, *ātis*, f. die ſättigkeit, fülle, überfluß. Cic. de Senect. c. 16 *Saturitate copiaque rerum, quæ ad victum pertinent.* Sic, *Saturitas ferociam parit*, v. Chil. At, *Saturitatem emittere*, Plin. 10, 33 eſt, excrementa ejicere. *Sancta Saturitas*, quaſi Dea paraſitorum, Plaut. Capt. 4, 2, 97. *Saturitas coloris*, Plin. 9, 39.

¶ Sătŭro, *avi, atum, are*, explere, ſättigen, ſpeiſen. Virg. eclog. 10, 30 *Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.* Et, *Saturavit ſe ſanguine civium*, Cic. Phil. 2, 24. Id. in Vatin. c. 3 *Dum odium, quod in bonos habebatis, ſaturare cuperetis.* Colum. 2, 9 *Saturare terram ſtercore*, das feld wohl düngen. Virg. Georg. 1, 80 *Saturare ſimo pingui ſola.* conf. Vitruv. 10, 11; Catull. 69, 82; Pallad. 1, 34.

¶ Saturātus, *a, um*, erſättiget, geſpeiſet, aefüttert. Cic. Divin. 1, 29 *Mens ſaturata bonarum cogitationum epulis.* Id. pro Planc. c. 8 *Homines jam ſaturati honoribus.* Virg. Æn. 8, 213 *Saturata armenta.* Martial. 8 ep. 48 *Saturatæ veſtes murice.* Vnde compar. *Saturatior color*, Plin. 21, 8.

¶ Saturātim, adv. überflüßig. Gloſſ. gr. lat. κατακόρως, *ſaturatim, affatim.*

¶ Saturanter, idem. Comparat. Fulgent. 3 Mytholog. *Hæc ſaturantius Apulejus enarravit.*

¶ Saturatio, *ōnis*, f. die erſättigung. Gloſſ. Vet. *Saturatio*, χορτασία τροφῆς.

¶ Saturābĭlis, *e*, erſättlich. Gloſſ. Vet. *Saturabile*, χορτασικόν.

¶ Consăturo, *are*, apud Firmicum, &

¶ Exsăturo, *are*, erſättigen; ut, *Animum alicujus ſupplicio exſaturare*, Cic. in Verrem 3, 27.

¶ Exſaturatus, *a, um*, erſättiget. Sic, *Iuno odiis exſaturata*, Virg. Æn. 7, 298. Et apud Cic. Tuſc. 5, 35 *Sardanapalus incidi juſſit in buſto: Hæc habeo, quæ edi, quæque exſaturata libido Hauſit.*

¶ Inexſaturābĭlis, *e*, unerſättlich. Virg. Æn. 5, 781 *Iunonis gravis ira & inexſaturabile pectus.* Arnob. 2 p. 71 *In habendi ſtudium inexſaturabilis appetitus.*

¶ Insătŭrātus, *a, um*, non ſaturatus, nicht ſatt. Avienus Arat. Phænom. v. 183 *Noverca inſaturata odiis.*

¶ Inſaturabilis, *e*, unerſättlich, unvergnüglich; ut, *Inſaturabile abdomen*, Cic. pro Seſtio c. 51.

¶ Inſaturābĭliter, adverb. idem; ut, *Annis præteritis inſaturabiliter expletur*, Cic. N. D. 2, 25 de Saturno. Et Ven. Fortunatus hymno Paſchali 3, 7, 79 *Inferus inſaturabiliter cava guttura pandens, Qui raperet ſimper, ſit tua præda, Deus.*

¶ Obsăturo, *are*, ad faſtidium usque ſaturare, ſatt machen. Ter. Heaut. 4, 7, 27 *Næ te propediem, ut iſtam rem video, iſtius obſaturabere.*

SĂTŬRĒIA, *æ*, f. quatuor ſyllabis, herba, quæ & *Thymbra* & *Cunila* dicitur, ſaturey, zwiebel-iſop. Gloſſ. Vet. *Satureja*, θυμβρα. Dicta vel a *Satyris*, quod ſalaces faciat, ut ſunt Satyri; vel a *Saturitate.* v. Celſ. 2, 21 & 31; Plin. 19, 8: Colum. 11, 3; & 9, 4; & 12, 7. Pallad. 1 tit. 37; Id. Febr. tit. 24; & Mart. tit. 9; Apic. 1, 3; Id. 3, 13; & 6, 6. Rurſus Colum. 10, 233 *Et Satureja thymi referens, thymbræque ſaporem.*

¶ Săturējum, *i*, n. idem. Ovid. Art. am. 2, 415 *Sunt, qui præciſant herbas ſatureja nocentes Samere.* Et Martial. 3 epigr. 74 *Improba nec proſunt jam ſatureja tibi.*

¶ Saturejānus, *a, um*, adj. ut, *Saturejanus caballus*, Horat. 1 ſat. 6, 59, ſic dictus a Saturejanis paſcuis in Apulia.

SĂTVRNVS, *i*, m. Κρόνος, cœli filius, qui eſt idem χρόνος, id eſt, *tempus*, dictus, *quod ſaturetur annis*, &c. quemadmodum Cicero inquit N. D. 2, 25 pr. Varro L. L. 4, 10 a *Satu* dictum ait, quod cœlum omnium ſit principium. At Scaliger in Conjectan. p. 30 docet, eſſe Tuſcam vocem, ſed Syriacæ originis. Et *Saturnum* in lingua Syriaca ſignificare *latentem.* Πατρογενέτως, & γενέσεως Orpheo appellatur: converſaque ſunt a gentilibus, quæ de Adamo in ſacris litteris habentur, in fabulam de Saturno, ut Rupertus obſervat ad Beroldi Synopſ. p. 11; & in Hiſt. univerſ. p. 11 conf. & Boxhorn. Qu. Rom. p. 64. Pater Iovis eſſe dicitur, & ſummus planetarum, qui tarde curſum ſuum abſolvit, nec niſi 30 ferme annis. v. de *Saturni ſtella*, Cic. N. D. 2, 46. Huic ex aſtrologorum placitis natura frigida, & noxia itaque eſt. Et Virgilius, cum Georg. 1, 336 ait: *Frigida Saturni ſaxa ſine ſtella receptet*; nocentem etiam intellexit, non frigidam tantum rigentemque, ut Servius interpretatur. Propert. 4, 1, 84 *Eſt grave Saturni ſidus in omne caput.* conf. Lipſ. in Saturnal. p. 11, & Dempſter. in Roſin. p. 222.

¶ Sătŭrnius, *a, um*, adject. ut, *Stella Saturnia*, Cic. Somn. Scip. c 4. *Regna Saturnia*, Virg. ecl. 4, 6. *Ætas Saturnia*, id eſt, aurea, quæ ſub Saturno fertur fuiſſe. *Saturnia tellus*, ſive *terra*, Virg. Georg. 2, 173, id eſt, Italia. conf. Colum. præfat. lib. 1; & Solin. c. 2 & 8 *Saturnium metrum*, antiquum, rude, & ad ſolum rhythmum compoſitum. *Saturnia olens, Κρονίων ὄζων*, qui nugas randicas olidasque affert, apud Ariſtophanem in Nubibus: ubi lege Veterem Scholiaſten. *Saturniæ lernæ*, aliud proverbium de antiquis & vetuſtate rancidis, alte ſaalbaderen. v. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 12, 6.

¶ Sāturnia, *æ*, f. abſolute, Iuno eſt, Saturni filia. Ovid. Triſt. 1, 2, 7 *Oderat Æneam propior Saturnia Turno.* Plene *Saturnia Iuno*, Virg. Æn. 3, 380, & alibi. ¶ 2. *Saturnia* quoque urbs antiquiſſimis temporibus Italiæ, a Saturno condita; Virg. Æn. 8, 358.

¶ Sāturnālia, *ium*, n. pl. feſta quinque ſeu ſeptem dierum, quæ menſe decembri Romani per omnem lætitiam celebrabant. Triduanas vero tantum fuiſſe eas ferias, immo & unius tantum apud majores diei, ex Macrobio liquet Sat. 1, 10, denique dierum quinque. Primus Saturnalium dies fuit 17 dies Decembris. v. Lipſ. Saturn. Serm. 1, 2 ſeqq. it Lucian. init. Saturn. De vino *Saturnalibus* familiæ dato, v. Cat. R. R. c. 57. *Hilarà ſane ſaturnalia*, Cic. Att. 5, 20. conf. Att. 13, 52; & Catil. 3, 4; Suet. Claud. c. 5; Sen. epiſt. 18; Solin. c. 3; Tertull. de Idolol. c. 10. *Non ſemper erunt Saturnalia*, proverbiale, es iſt nicht alle tage kirchmeß. Sen Ludo de morte Claudii: *Ex his unus cum vidiſſet capita conferentes, & fortunas ſuas deplorantes cauſſidicos, accedit & ait: Dicebam vobis, non ſemper Saturnalia erunt.* Etiam feriæ ſcholaſticæ erant Saturnalibus. Plin. ep. 6, 7 *Tu in ſcholam revocas, ego adhuc Saturnalia extendo.* Sed quæ decembri menſe celebrabantur Saturnalia, virorum erant. Fœminæ enim Saturnalia ſua Kalend. Martiis celebrabant. Hinc Suet. Veſp. c. 19 *Dabat ſicut Saturnalibus viris Apophoreta, ita per Kal. Martias fœminis.* vide Torrent. ad Horat. 3 od. 8; Barth. ad Statii Silvas p. 153; & Gronov. ad Liv. 30, 36.

¶ Saturnālĭtius, *a, um*, ad Saturnalia pertinens: ut, *Munera Saturnalitia.* Munera enim his diebus ultro citroque miſſitabantur. Vid. Martial. 5 epigr. 20 & 21. Sic & *Saturnalitiæ nuces*, Id. 7 epigr. 90. Adde Gellium 18, 2; & Spartian. in Hadriano c. 7.

¶ Săturnīnus, *i*, m. cognomen Romanum; ut, *L. Apulejus Saturninus*, tribunus plebis ſeditioſus ex ſenatus conſulto interfectus; v. Flor. 3, 16; & Aurel. Vict. Vir. Illuſt. c. 73. ¶ 2. *L. Antonius Saturninus*, Domitiani Imp. ſævitia & verborum injuria accenſus, cum bellum civile in Germania moveret, captus & interfectus. v. Aurel. Vict. Epit. c. 23. In eum luſit Martialis 4 epigr. 11. ¶ 3. *C. Iulius Saturninus*, filius M. Iul. Philippi Imp. duodecimo vitæ anno occiſus, v. Aur. Vict. Epit. c. 43. ¶ 4. *Saturninus Voluſius*, urbis præfectus, qui quotannis ſanguinem per os miſit, Plin. 11, 38. ¶ 5. *Saturninus Antiochenus* hæreticus, de quo Irenæus, 1, 22; & Euſeb. H. E. 4, 7. ¶ 6. *Saturnini* etiam, Italiæ populi in Etruria, Plin. 3, 5.

¶ Sāturnīgĕna, *æ*, a Saturno genitus, Iupiter: Auſonius Eidyll. 15, 22 *Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat Incuſare Iovem.* conf. Sidon. carm. 9, 132.

¶ Saturnuspater, conjuncte dictus eſt ut *Neptunuspater &c.* apud Gellium 5, 12.

Saturo, *are*, cum derivatis, vide paullo ſuperius in *Satur.*

SĂTŸRA, *æ*, f. σατύρα, carmen varium & copioſum, hominum vitia liberius perſtringens, ideoque a petulantia Satyrorum nomen ei factum videtur, eine ſtraf-ſchrifft. Quamquam non ſatis convenit inter doctos & principes quidem, utrum, quando de Lucilii, Horatii, Perſii, Iuvenalis, &c. carminibus ſermo eſt, *Satyra*, an vero *Satura*, ſive *Satira* ſcribendum ſit. Iſ. Caſaubonus, qui unus omnium de Poëſi Satyrica quam accuratiſſime duobus libris ſcripſit, omnibus modis pertendit, *Satura* ſive *Satira*; non autem *Satyra* ſcribendum eſſe. Hoc enim totum ſcriptionis genus mere latinum eſſe, nec quicquam habere commercii cum poëſi ſatyrica Græcorum: atque adeo non a *Satyris*, ſed a *Satura lance*, quæ, quod variis frugibus fructibusque referta eſſet, ita dicebatur, nomen accepiſſe: quod & illud quoque variis rebus, uti lanx illa fructibus, refertum eſſet. v. ſupra *Satura.* Ita antiquæ editiones Liv. 7, 2 *Hiſtriones arte comœdiam inventam, impletas modis ſaturas, deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant.* Et: *Livius, poſt aliquot annos, qui ab ſaturis auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, &c.* Cum Caſaubono etiam facit Scaliger ad lib. 5 Manilii; ubi monet, cavendum eſſe, ne quis Lucilii & Horatii Satyras per y ſcribendas putet. At vero Dan. Heinſio lib 1 de Satyra Horatiana, nihil ſolicitanda communis ac recepta hujus vocabuli ſcriptio, quæ per y fit, videtur: quippe quod ſatis commoda ratione a Satyris poſſit deduci. Nam quum Satyrorum proprium ſit ludere & laſcivire, unde & σατυρικὸς, *Ludio* exponitur in Vet Gloſſis: Satyræ vero ludicræ ſcriptionis genus ſit, unde & Senecæ Satyra *Ludus* dicitur: & *ludere* pro *Satyras ſcribere* Horatius & Perſius poſuere: quidni a *Satyris* nomen habeat & græco elemento *Satyra* ſcribatur? Præcipue, quum & illæ ipſæ *Saturæ* ſive *miſcellæ lances* a *Satyris* nomen acceperint, &c. Vide ipſos dictis locis, & conf. Diomed. lib 3 p. 483; It. Gonſal. prælud. 2 in Petron. p. 293 ſq. Patris ſui ſententiam tuitus eſt, & Grævio perſuaſit N. Heinſius ep. 355 ſeqq. Syll Burm. To. 4; Caſauboni Ezech. Spanhem. Notis ad Iuliani Cæſares.

¶ Sătyrĭcus, *a, um*, ſatyriſch, poſſenhaft; ut, *Tragico more, aut comico, ſeu ſatyrico*, Vitruv. 7, 5. *Genus ſcenarum ſatyricum*, Id. 5, 8. *Satyrica ſigna*, Plin. 19, 4, i. e interprete Harduino, ὦβολα, quæ contra invidentium effaſcinationes dicari, refert eo loco Plinius. vid. Hard. no. maj. 9. *Materia ſatyrica*, Sidon. 8 epiſt. 11. conf. & Vitruv. 5, 8; & 7, 5; Lactant. 2, 4. ¶ 2. Subſtantive *Satyricus*, qui ſatyras ſcribit. Sidonius 4 epiſt. 1 *Si quid ſatyricus figuratum condidit.* Satyrici latini ſunt Lucilius, Horatius, Iuvenalis, Perſius. conf. Iſidor. 8, 7.

¶ Satyrographus, *i*, m. ſubſt. idem. Sidonius 1 epiſt. ult. *Vt ſatyrographum te aut exſeverantur, aut reformidant.* conf 4 epiſt. 8.

Satyrias, ſatyriaſis, ſatyrium, &c. vide ſequens *Satyrus.*

SĂTŸRVS, *i*, m. pl. *Satyri*, ex ſuperiore parte homines, niſi quod cornuti capite eſſent; ex altera capri; unde & *Capripedes* poëtis nominati, waldmänner. waldteufel. V. Plin. 7, 2; Solin. c 44; & Horat. 2 od. 19, 4. Habebantur inter ſemideos olim & ſilvis præeſſe credebantur: dicaces, laſcivi, ludibundi, itaque & Bacchi comites, ad quem lætæ feſtaque pertinere exiſtimabantur. Plura de iis lege apud Caſaubonum de Poëſi Satyrica. Eleganter quoque luſus eorum virides

miales notat Nemeſianus ecl. 3 a verſu 46. Nympharum perpetuos ſectatores & ſolicitatores facit Ovidius, Lucianus, Nonnus, & alii. Cæterum, an feri ejusmodi homines ac ſilveſtres inventi ſint, quæri poteſt. Plutarchus in Sylla autor eſt, revertente Sylla in Italiam contra Marium, dormientem Satyrum, qualem plaſtæ pictoresque adumbrant, captum adductumque ad ducem. Tentatumque per interpretes varios, edidiſſe vocem quidem, non tamen humanam, ſed ex hinnitu equi halatuque hirci confuſam. Hieronymus in vita Pauli Eremitæ ſcribit, S. Antonium inter quamdam ſaxoſam convallem incidiſſe *in quemdam haud grandem homunculum, aduncis naribus, fronte* (ita deſcribit) *cornibus aſperatâ, cujus extrema pars corporis in capraram pedes deſinebat.* Interrogatum, quis eſſet, reſpondiſſe: *Mortalem eſſe & unum ex accolis Eremi, quos vario deluſa errore gentilitas, Faunos Satyrosque & Incubos vocans, colat, legatione fungi gregis ſui, precarique, ut pro eo communem Dominum deprecetur, quem pro ſalute mundi veniſſe cognoverint, &c.* Finita narratione ſubjungit Hieronymus: *Hoc ne cuiquam ob inconcinnitatem ſcrupulum moveat, ſub rege Conſtantino, univerſo mundo teſte, defenditur. Nam Alexandriam iſtiusmodi homo vivus perductus, magnum populo ſpectaculum præbuit, & poſtea cadaver exſangue, ne calore æſtatis diſſiparetur, ſale infuſo Antiochiam, ut ab Imperatore videretur, allatum eſt.* Hæc ille. Sed recte Caſaubonus de Poëſi Satyrica 1, 2 ſtatuit, quicquid de Satyris legimus, ex poëtarum pictorumque fingendi licentia originem ducere: nihil hujus revera in rerum natura exſiſtere: at ſi quid viſum ejusmodi fuerit, vel illudentis dæmonis phantaſma, vel naturæ luſum fuiſſe. Profecto aut figmento inani deceptus Hieronymus fuit, temere credens; aut ſpectro illuſus Antonius. Iam ille ad Conſtantinum allatus ſatyrus, procul omni dubio monſtrum fuit, in quo luſit natura ac legem ſuam migravit. Plutarchus autem non affirmat, ſed refert famam, Φασὶ enim ait, id eſt, *dicunt, ferunt.* Quo fere uti ſolent hiſtoriarum conditores, cum de rebus exponunt, de quibus ipſi dubitant. conf. Schotti Phyſic. curioſ. 3, 2. ¶ 2. *Satyri* etiam ſimiarum genus illudque omnium mitiſſimum, ut Plinius notat 9, 54. De iisdem accipiendus eſt locus 7, 2, cum ait: *Sunt & SATYRI ſubſolanis Indorum montibus* (*Cartadulorum dicitur regio*) *perniciſſimum animal: tum quadrupedes, tum recti currentes humana effigie, &c.* Solinus c. 27 extr. de Simiarum generibus exponens: *Sunt &, quas vocant SATYROS, facie admodum gratâ geſticulatis motibus inquietæ.* De his & ſphingibus, ſimili genere ſimiarum, Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 5 p. 240 ſq.

¶ Satyriſcus, *i*, m. parvus Satyrus. Cic. Divin. 1, 20 *Dionyſii mater ſomniavit, ſe peperiſſe Satyriſcum.*

¶ Satyrides, *um*, f. pl. tres Satyrorum inſulæ contra Indiam extra Gangen ſitæ, quas qui habitant, caudas Satyrorum habere dicuntur. v. Pauſan. & Ptolem. 7, 2.

¶ Sătyrĭaſmus, *i*, m. morbus, qui & elephantiaſis dicitur, der außſatz, die krätze. Aëtius, *Elephantem morbum, cum incipit*, Satyriaſmon *vocant, quoniam Satyris ſimiles fiunt vultus.* Iſidorus 4, 8 *Satyriaſin* vocat, & inter morbos refert, qui in ſuperficie cutis videntur.

¶ Satyrĭāſis, *is*, f. σατυρίασις, nimia nervi intenſio, appetentia Veneris, alias *Priapiſmus*, die Venus-brunſt. Cæl. Aurel. 3, 18 *SATYRIASIS eſt vehemens Veneris appetentia. Vocatur autem ab herbæ virtute, quam SATYRION vocant. Hanc enim accipientes in Venerem provocantur, cum tentigine genitalium partium.* conf. Theod. Priſcian. 2, 11.

¶ Satyrium, *i*, n. σατύριον, herba, *Teſticulus*, knabenkraut, geilwurz. Ejus mira vis in Venere concitanda, de quo Plinius 26, 10. Inde Petronius de libidinoſis c. 8 *Vbique omnes mihi videbantur Satyrion bibiſſe.* conf. c. 20 & 21. Apul. de Herb. c. 15; Dioſc. c. 134 & 135.

¶ Satyriſmus, *i*, m. tuberculum prælongum, cujusmodi in ipſis Satyrorum auribus viſitur, Cæl. Rhodig. 14, 8.

SAVCIO, *avi, atum, āre*, faucium efficere, vulnerare, verwunden. Plaut. Rud. 3, 4, 53 *Quid cauſſe eſt, quin te virgis usque ad ſaturitatem fauciem.* Ovid. Art. am. 3, 708 *Genas fauciat ungue.* Sic, *Sauciare ferro*, Colum. 4, 24. Et Cic. Verr. 1, 26 *Servi nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba fauciatur.* ¶ 2. Eleganti metaphora, *Sauciare famam alicujus*, ſeinen ehrlichen namen beſchmißen, Plaut. Bacch. 1, 1, 30. Eleganter etiam *aliquem vino fauciare* dicere poſſumus. Liv. 25, 23 *Id temporis, quo de die epulatis jam vinoque fauciatis principium ſomni eſſet:* ut quidem hunc locum emendavit Lipſius. Sed placet tamen præ iſto Puteani reſtitutio legentis: *quo de die epulatis jam vini ſatias, principiumque ſomni eſſet.* Id enim vulgatam lectionem maxime tuetur. Adde Duker. ad h. l. Interim nihil vetat, *quem vino fauciare* dicere. Ita enim *Baccho percutere* Tibullus dixit. Vide mox *Saucius.*

¶ Sauciātus, *a, um*, verwundet, verletzt. Colum. 11, 1 *Si quis fauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta.* v. Liv. in *Saucio.*

¶ Sauciātio, *ōnis*, f. die verwundung, verletzung. Cic. pro Cæcin. c. 15 *Sauciatio quæretur, cum fugam factum eſſe conſtabit.*

¶ Sauciĕtas, *ātis*, idem, apud Cæl. Aurel. Tard. 2, 13.

¶ Saucius, *a, um*, wund, verwundet, blutrünſtig; ut, *Gladiator confectus & saucius*, Cic. Cat. 2, 11. *Saucius amore*, Id. pro Cælio c. 8, verliebt. *Animus saucius*, Id. Att. 1, 17, i. e. ſuſpicionibus inquietus. *Saucia vena mero*, Martial. 4 epigr. 66, trunckẽn. It. *Saucia Terpſichore*, pro ebria, id. 3 epigr. 68. Petron. c. 62 *Mulieres saucie.* Juſtin. 24, 8, 1 *Heſterno mero saucii ſine reſpectu periculorum in bellum ruebant.* Apul. 7 Met. p. 193 *Sauciis illis & crapulâ vinolentiâque madidis.* Ovid. Met. 1, 102 *Tellus saucia vomeribus*, das gepflügte land. Virg. Æn. 4, 1 *At regina gravi jamdudum saucia cura, Vulnus alit venis.* Et cum caſu ſecundo: *Pſyche animi saucia*, Apul. Met. 4 p. 157. *Fatigationis heſternæ etiam nunc saucius*, Id. 2 p. 121.

¶ Conſaucio, *are*, verwunden. Aut. ad Herenn. 4, 19 *Vulnere corpus conſauciari videtur.* Suet. Ner. c. 26 *Prætoris caput conſauciavit.*

¶ Conſauciatus, *a, um*, verwundet. Suet. Aug. c. 20 *Vtrumque brachium ruina pontis conſauciatus.*

¶ Conſauciatio, *ōnis*, f. die verwundung. ICt. in Dig.

¶ Præſauciatus, *a, um*, vorher verwundet; ut, *Præſauciatæ vires.* Cæl. Aurel. Acut. 1, 3.

¶ Semiſaucius, *a, um*, halb verwundet. Auguſtinus Confeſſ. 8, 8 *Semiſauciam verſare & jactare voluntatem.*

SAVFĒIVS, *i*, m. Luc. Saufejus, eques Romanus, dives & eruditus, Epicureæ ſectæ addictus & Attico perfamiliaris: Cic. Att. 2, 8 *Licet me Saufejum putes eſſe, nihil eſt me inertius.* v. Id. Att. 4, 6; & 7, 1; itemque Nepos 25, 12, 3.

Saviatio, ſavillum, ſavium, vide *Suavium* in *Suavis.*

SAVO, *ōnis*, m. fluvius Campaniæ. Statius *pigrum* vocat 4 Silv. 3, 66. Plin. 3, 2 in ora Campaniæ hunc collocat. ¶ 2. Eſt etiam *Savo* urbis nomen inter Albingaunos, Ligures & Genuam ſitæ. v. Cluv. Ital. Ant. L. 1. c. 9.

SAVRA, *æ*, f. σαύρα, lacerta, die eydex. Dioſc. 2, 57.

SAVRION, *i*, n. herba ſinapi, ſenff. Plin. 19, 8.

SAVRĪTES, *æ*, m. σαυρίτης, gemma, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inveniri Plin. 37, 10. Harduinus legit *Sauritis.*

SAVROCTŎNOS, *i*, m. σαυροκτόνος, i. e. lacerti necator, quem Praxiteles nova arte fabricaſſe dicitur, Plin. 34, 8.

SAVRŌMĀTAE, *arum*, m. pl. iidem ſunt, qui & *Sarmatæ* ſupra. Ovid. Triſt. 3, 12, 30 *Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit.* Id. Triſt. 3, 3, 6 *Inter Sauromatas Getasque.* Iuvenal. 15, 125 *Sauromataque truces.* Et ſat. 2 pr. *Vltra Sauromatas, &c.* Vbi Vetus Scholiaſtes: *Sauromatæ Sarmatæ ultimi ultra Pontum ſunt, vicini Amazonum, unde Sauromatides* (ita ἐυφόνως emendat Rutgerſius) *appellantur.* Adde Solinum c. 25. ¶ 2. *Sauromatarum* trium Ponti regum in nummis mentio, de quibus Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 13 p. 576. It. diſſ. 8 p. 489. ¶ 3. Amazonas *Sauromatidas* dictas, teſtantur Euſtathius Dionyſii interpres, Stephanus & Plato lib. 7 de L. L. De his Hippocrates lib. de aëre, locis & aquis, ſect. 3 p. 73 *In Europa*, inquit, *eſt gens Scythica, quæ Mæotin paludem incolit, & a reliquis plurimum differt, SAVROMATÆ appellantur: Eorum fœminæ equitant, arcu utuntur, atque ex equo jaculantur, & cum hoſtibus bellum gerunt, quoad virgines exiſtunt. Nec ante virginitatem deponunt, quam tres hoſtes interfecerint, neque prius cum viris congrediuntur, quam ſacra Deo patrio more peregerint. Quod ſi qua virum ſibi delegerit, equitatu ſoluta eſt, niſi communis expeditionis neceſſitas ingruat. Dextram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus ferro ad id fabricato & candente dextræ mammæ admoto, eam exurunt, ut ne incrementum capiat, ſed ad dextrum humerum & brachium omne vobur & copia transmittatur.*

SAVRVS, *i*, m. nobilis ſtatuarius, Plin. 36, 5. ¶ 2. *Sauri* latronis ab Hercule interfecti ſepulchrum trans Erymanthum fluvium Elidis conſpicitur, a quo locus ille dictus, *Sauri jugum*; Pauſan. lib. 6. ¶ 3. Piſcis ita dictus, Plin. 32, 8.

SĂVVS, *i*, m. Norici fluvius, qui per Illyricum & Pannoniam longo tractu in Danubium labitur, die Sau. Claudian. de Laud. Stilic. 2, 192 *Pannonius potorque Savi.*

Saxatilis, ſaxeus, ſaxifer, &c. quære mox in *Saxum.*

SAXŌNES, *um*, m. pl. Germaniæ populi, die Sachſen. Ex veteribus eorum primus Ptolemæus meminit, qui Aurelii ætate fuit. Hic easdem Saxonibus ſedes attribuit, quas Tacitus Foſis; ut hi cum illis iidem putandi, niſi *Foſorum* vox apud Tacitum corrupta, quæ Cluverii opinio eſt in Antiq. Germ. 3, 21. Vnde nomen inditum, non conſtat. Qui a *Sacis*, Aſiatico populo, & appellationem & originem repetunt, æque ineptiunt, atque qui *Miſnios* a *Myſis* derivant. Nec audiendi, qui a duritie & truculentia, quaſi *Saxei* eſſent, deducunt. Namque quis credat, Germanicam gentem a Latio ſibi appellationem petiiſſe? Wittichindus Corbeienſis lib. 1 Annal. refert, Saxonibus olim magnorum cultellorum (ut ipſe loquitur) uſum fuiſſe, quibus usque hodie Angli utuntur, progenies Saxonum. Cultellos autem illos SAHS appellatos (ſalcem certe ad hunc diem ſechẽs vocant quidam ruſtici Germani). Cum itaque inter eos & Thuringos ad dirimendas armorum diceptationes, quibus invicem hactenus commiſſi fuerant, conſtitutus dies eſſet, quo convenirent ex utraque parte inermes, Saxones accinctos cultris ſub ſagis dicto loco & tempore adfuiſſe, & opportunitatem nactos Thuringos inermes & imprudentes ſtrictis cultellis adortos ad unum omnes conſeciſſe. Hinc factum, ut ab hac memorabili ſtrage, quam cultris illis, quos SAHS, ut diximus, appellabant, obtinuerant, *Saxonum* nomen ſibi acquirerent. Gottf. Viterbienſis Pantheo Part. 17 *Ipſe brevis gladius apud illos SAXA vocatur, Vnde ſibi nomen Saxo peperiſſe notatur.* Reinerus Reineccius Comm. de Saxonum origine, quam, Apologiæ inſtar, Ioh. Bodino oppoſuit, nomen gentis a vocabulo ſache fortaſſis deducendum exiſtimat: quaſi judices & diſceptatores, a juſtitiæ laude & judiciorum æquitate. Quæ omnia judicio eruditi & intelligentis lectoris permitto. Ego vero præ Reinecciana conjectura Wittichindeam traditionem facilius probem. Vid. A. E. Lipſ. 1725 p. 87.

¶ Saxŏnia, *æ*, f. Sachſenland, quæ vel *Superior*, vel *Inferior.*

¶ Saxŏnĭcus, *a, um*, Sächſiſch; ut, *Domus Saxonica.*

SAXVM, *i*, n. quod lapide majus, ein ſtein, felß; ut, *Ex ſpelunca ſaxum in crura ejus incidit*, Cic de Fato c. 3. *Avulſaque ſaxis ſaxa vides*, Virg. Æn. 2, 608. *Saxum volvere*, Ter. Eun. 5, 9, 55. v. Chil. *Siſyphi ſaxum volvere.* Apul. 11 Met. p. 271 *Inter ſacrum & ſaxum poſitus crucibar.* Quod ipſe ibidem *vetus proverbium* vocat. Add. Plaut. Capt. 3, 4, 85; & ſupra *Sacrum. Saxo ſilice porcum percuſſit*, Liv. 1, 24, ubi Marc. Donatus *ſilicem* lapidis duritiem, *ſaxum* magnitudinem demonſtrare, docet. *Saxum ſciſſile*, ein ſchiefer oder ſchiefer-ſtein, Agricola. ¶ 2. Κατ' ἐξοχήν, de Saxo ſeu monte Tarpeio dicitur; Liv. 25, 7; & Aur. Vict. 2, 27, 9. Plaut. Trin. 2, 1, 39 *Qui in amorem præcipitavit, pejus perit, quam ſi ſaxo ſaliat.* Tac. An. 2, 32, 5 *Quorum* (Mathematicorum) *e numero L. Pituantus ſaxo dejectus eſt.* Quin ipſum Capitolium hoc nomine indicabant, *Superisque habitabile ſaxum* eſt Silio 1, 54. v. ibi Dan. Heinſ. & Rycqu. de Capitol. c. 3. ¶ 3. *Saxum* genus cretæ, Plin 35, 17.

¶ Saxŭlum, *i*, n. diminut. Cic. de Orat. 1, 44 *Ithaca in aſperrimis ſaxulis, tamquam nidulus, affixa.*

¶ Saxĕtum, *i*, n. locus ſaxoſus, ein ſteinigter ort; ut, *Aſperum ſaxetum*, Cic. pro Leg. Agrar. 2, 25.

¶ Sa-

¶ Saxeus, *a, um*, steinern; ut, *Saxea moles*, Ovid. Met. 12, 283. *Moles ex profundo saxea*, Cic. Nat. D. 2, 35. conf. Sidon. 5 epist. 7. ¶ 2. Transfertur ad animum, & notat durissimum. Plin. 2 epist. 3 *Quem tu nisi concepisceis cognoscere, saxeus ferreusque es.*

¶ Saxōsus, *a, um*, saxis abundans, steinicht; ut, *Montes saxosi*, Virg. Georg. 2, 111. *Valles saxosæ*, Id. ecl. 5, 84. *Saxosæ turres*, Messala Corv. post init. conf. Colum. 8, 16; Pallad. Febr. 4, 24. Aggen. in Frontin. p. 49; Plin. 15, 7. *Saxosumque sonans Hypanis*, Virg. Ge. 4, 370.

¶ Saxōsitas, *ātis*, f. die felsen-härtigkeit. Cæl. Aurel. Tard. 3, 6 *Durities sive saxositas.*

¶ Saxītas, *ātis*, f. idem. Cæl. Aurel. 3, 4 *Durities atque saxitas, quam σκλήρωσιν vocant.*

¶ Saxuosus, *a, um*, idem quod *saxosus*. Sic, Flacc. Gœs. p. 4 *In locis saxuosis.* conf. p. 11 & 49.

¶ Saxiālis, *e*, felsicht. Frontinus de Colon. p. 355 (Gœsii p. 132) *Termini lapidei alii saxiales, alii molares*, i. e. rudes, non cæsi.

¶ Saxātilis, *e*; ut, *Aves saxatiles*, quæ saxa incolunt, Varr. R. R. 1, 7. Ita *Pisces saxatiles*, Colum. 8, 17. conf. Plin. 9, 15; Cels. 2, 18 & 21; Solin. c. 16; Plaut. Rud. 2, 1, 10.

¶ Saxētānus, vel Saxitanus, *a, um*, idem; ut, *Saxetani cauda lacerti*, Martial. 7 epigr. 77. Et, *Colias saxitanus*, Plin. 32, 11.

¶ Saxesco, *ĕre*, zu stein werden. Scriban. de Pass. Chr. c. 9 *Saxescunt corda humana & stant duriora chalybe.*

¶ Saxifer, *a, um*, steinicht. Valer. Flacc. Argonaut. 5, 608 *Saxifera surgat quibus imber harenæ.*

¶ Saxĭficus, *a, um*, in saxa vertens, in steine verwandelnd; ut, *Medusa saxifica*, Lucan. 9, 6, 0; Silius 10, 178; Ovid. Met. 5, 217; & in Ibin v. 554, & Mart. Capella lib. 6 p. 188. Et Sen. Hercul. fur. v. 901 *Belligera Pallas, cujus in læva ciet Ægis feroces ore saxifico minas.*

¶ Saxĭfrăgus, *a, um*, das steine zerbricht; ut, *Vndæ saxifragæ*, Cic. de Orat. 3, 42 ex poëta. Et Plin 22, 21 de adianto: *Calculos corpore mire pellit frangitque; qua de caussa potius, quam quod in saxis nasceretur, saxifragum appellatum.*

¶ Saxifrăga, *æ*, f. subst. generale nomen pluribus herbis competens: *Adianto, Asplено, Filipendulæ, Pimpinellæ, Trichomeni* seu *Polytrichо*, quod proprie est, steinbrech. Vide de singulis his sub suis elementis, & Matthiolum. conf. Apul. de Herb. c. 47 & 97. Et Serenus v. 599 *Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt.*

¶ Saxifragia, *æ*, f. herba alia, ruta parietum, mauer-raute. ¶ 2. Rursus alia *Saxifregia, hircina*, bocks-lauch.

¶ Saxigĕnus, *a, um*, e saxo natus, aus stein entspringend. Prudentius Cathemer. 5, 7 *Incussu silicis lumina nos tamen Monstras saxigeno semine quærere.*

Scabellum, scabellus, vide infra *Scamnum.*

SCĀBER, *bra, brum*, asperum significat, rauh, scharricht, schäbicht; ut, *Vngues scabri*, Ovid. de Arte am. 3, 276. Qui morbus unguium est, cum lævitatem amittunt. *Scabri dentes*, sunt muco obliti & ita asperi. Plautus *Plenos*, vel ut alii volunt, *blennos*, vocat Curc. 2, 2, 39; *Scabros rubigine*, Ovid. Met. 8, 802, & Petron. c. 124 dixere, quamquam *fauces*, quam *dentes*, in Ovidio malint alii legere. Ergo levibus nitidisque opponuntur. Quibus efficiendis non pulverem tantum, sed limam etiam adhibebant: de quo ex Martiano Capella Casaubonus ad Suet. observat. conf Cels 6, 18; & 7, 12; Colum. 1, 10; & 7, 3. ¶ 2. *Pecus scabrum*, id est, scabiosum, krätzicht, räudig, Cato R. R. c. 96. conf. Colum. 7, 4, f. *Oves scabræ*, Plaut. Trin. 2, 2, 140. *Scabra rubigo*, Virg. Georg. 1, 495. Compar. Plin. 33, 6 (sect. 33) *Lapis horridior scabriorque.*

¶ Scabritia, *æ*, & Scabricies, *ēi*, f. asperitas sordida, die schäbigkeit, krätze, räude; ut, *Scabritiæ genarum*, Plin. 31, 11. *Vnguium scabritias expolire*, Id. 28, 9. *Scabrities linguæ*, Id. 31, 9. conf. 37, 6. *Scabritiem tollere*, Colum. 7, 5.

¶ Scabres, *ēi*, f. idem. Virg. in Ciri v. 249 ex emendatione Scaligeri: *Sordibus & scabre patiar tabescere tali.* Varro ap. Nonium 2, 761 *Ager derelinqueretur ac periret squale scabreque, illuvie & vastitudine.* conf. Turneb. 15, 15; & 29, 20. Apul. sub fin. Florid. *Infandi morbi putredine in serpentium scabrem foedatus.* Ita Colvius legit p. 231, & Vossius in Etym. p. 451; Sed *scabiem* Elmenh. p. 352. Sermo autem est de Pherecydis phthiriasi, prorumpentibus toto corpore pediculis, quos serpentes dici suo loco memorabimus.

¶ Scabreo, *ēre*, pro scabrum esse, rauh seyn, schäbicht aussehen. v. Turneb. Adverss. 29, 20, ubi locus Pacuvii adducitur.

¶ Scabrēdo, *ĭnis*, f. idem quod *scabritia.* Onomast. vet. *Scabredo, τραχύτης.* Vius & Hieron. in vita Hilar. & Apul. de Herb. c. 73 n. 1

¶ Scabro, *ōnis*, m. ein krätziater, räudichter. L. 12 § ult. D de Ædilitio edicto, qui illuvie laborat, nec os colluit *Hircoso* enim ibi conjungitur. Sic Voss. Etym & legit & interpretatur: vulgo editum *strabo*, quod minus congruens contextui. vid. Cujac. Observ. 2, 10. Sed

¶ Scabro, *are*, verbum, kratzen, scharren. Vnde supereſt

¶ Scabrātus, *a, um*, gekraut. Columella 4, 24 extr *Vitis laniata scabratæque*, quod ipse explicat, quando *asperis & inæqualibus plagis in præcidendo viti laniatur & perfringitur.*

¶ Scabriōsus, *a, um*, rauh, holpricht, scharricht. Quidam apud Plinium 20, 21 legunt *ungues scabriosos*: Harduinus autem *scabros*. Recentiores tamen eo utuntur. Theodulfus Aurelianensis Carm. 1, 25 ex Sirmondi editione: *Scabrosa per avia vecti.* Veget. Veterinar. 4, 27 *Ossa scabrosa*, id est, scabra.

¶ Scabrĭdus, *a, um*, idem. Venant. Fortunatus 2 carm. 10, 7 *Scabrida nunc resonat mea lingua rubigine verba.*

¶ Scabrum, *i*, n. substant. ex *Scaber*, die scharre, räude. Plin. 37, 2 *Infestantur plurimis vitiis, scabro, scrrugine &c.*

Scabies, vide *Scabo*, Scabile, scabillum, scabinus, *Scamnum.*

SCĀBO, *scabi, ĕre*, (unde *Scaber* vel ab hoc *Scabo*; vide Vossii Etymolog.) est scalpere, schaben kratzen, kratzen; ut, *Scabere caput*: Horat 1 sat. 10, 71 *Et in versu faciendo Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.* Sed & mollium est, *caput scabere*, v. *Caput.* Sic, *Mutuum muli scabunt*: proverb. in improbos vicissim se mirantes & prædicantes. v. Chiliad.

¶ Scabens, *tis.* Plin. 26, 25 de Columbis: *Apricantur aliæ scabentes sese.*

¶ Scabies, *ēi*, f. die krätze, räude. Iuvenal. sat. 2, 79 *Grex totus in agris Vnius scabie cadit, & porrigine porci.* Horat de Arte poët. v. 417 *Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui.* Fatale canum est malum: de cujus cura viri docti ad Grat. cyn. 408. Sed *Scabies fera*, omnium difficillima est, quam ἀγρίαν Græci vocant. v. Cels 5, 28, 16. ¶ 2. Eleganter Horat. 1 epist. 12, 14 *Scabiem* de lucri studio & avaritia dixit, quæ semper pruritu sive cupiditate aliqua habendi plura, scabiei instar, solicitat animum ac pungit: *Cum tu inter scabiem tantam & contagia lucri Nil parvum sapias.* Sic Cic. de leg. 1, 17 *Voluptatis blanditiis corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie curant, non cernimus. Dulcedo* etiam alias *scabiei* tribuitur. vid f. l. Similiter Antonius epist. ad Symmach Edyll. 11 *Hunc locum de ternario numero illico nostra illa poëtica scabies cæpit exsculpere. Scabies*, id est, pruriens versus componendi libido.

¶ Scabitūdo, *ĭnis*, f. idem. Petron. c. 99 *Omnem scabitudinem animo, tamquam bonarum artium magister, deleret sine cicatrice.*

¶ Scābiōsus, *a, um*, qui scabie laborat, räudig, krätzig, grindig. Plin. 29, 2 *Vtilius angulis scabiosis.* Persius sat. 2, 1, 3 *Namque est scabiosus & acri Bile tumet.*

¶ Scābiōsa, *æ*, f. subst. herba, apostemkraut, grind-kraut. Tabernæmont. p. 440.

¶ Scabidus, *a, um*, idem quod *scabiosus.* Tertull. de Anima c. 38 *Concupiscentia oculis arbitris utique &c. exinde scabida etiam in cæteras culpas.* Et proprie Marcell. Empir c 8 *Scabidæ palpebræ.*

Scabratus, scabredo, scabres, scabritia, scabro, &c. vide *Scaber.*

SCAEA, *æ*, f. Σκαιὰ, porta Trojana, in qua tegulcrum fuit Laomedontis. Virg. Æn. 2, 612 *Hic Ismo Scæus sævissima portas Prima tenet.* conf. Sil. 13, 73. Cur ita appellata, tres sententias Eustathius, Homeri interpres, affert; Nam vel a *Scæo* architecto; vel quod occidentem spectaret: nam græcis auguribus occidens a sinistra est; vel quod infelix exstiterit, cum ligneus equus per eam inductus, unde exitium urbi extitit. Baldus in Lex. Vitruv. p. 104 non inepte conjecit sic appellatam, quod ea porta non directa habuerit itinera. Vitruv. 1, 5 *Curandum maxime videtur, ut non facilis sit aditus ad oppugnandum murum: sed ita circumdandum ad loca præcipitia, & excogitandum, ut portarum itinera non sint directa sed σκαιά.* In quibusdam codicibus pro græca voce, latina legitur, *Scæva*, id est, *obliqua.*

¶ Scævus, *a, um*, adject. ex σκαιὸς, Latini fecerunt, i. e. lævus, sinister, obliquus, link, schief; ut, *Manus scæva*, i. e. *sinistra*: σκαιὸν enim Græcis *sinistrum* est. ¶ 2. Sicuti autem *Sinistrum* non raro *bonam* ac felix: sæpius *malum* & improsperum notat, ita & *scævum* in utramque partem fumitur. Varro L. L. 6, 5 *Scæva est sinistra, quod, quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur A quo dicuntur comitia, aliudve, quod sit ave sinistra, scæva.* Et mox: *quod dixi scævum, bonum omen est* Et Festus: *Scævum vulgus quidem & in bona & in mala re vocat, cum ajunt bonam & malam scævam. At scriptores in mala ponere consueverant, ut apud Græcos invenitur positum pro sinistro.* Hinc *bona scæva*, apud Plaut Pseud. 4, 7, 39, & Stich. 5, 2, 24 bonum auspicium est: contra, *scævi ominis fœmina*, id est, mali ac infelicis, Apulejo Apol. p. 332 Superl. Id. Met. 4 p. 154 *Scævissimo sumto nunc etiam redintegratur infortunium meum.* Donatus ad Ter. Adelph. 4, 2, 7 *Dicuntur augures obnuntiare, qui aliquid mali ominis scævumque viderint.* Caussam contrariæ usurpationis in una voce, vide infra in *Sinister.* ¶ 3. Quemadmodum autem *sinister* & *lævus* pro stulto (de quo in suis locis vide) ita & *scævi* vox accipiebatur. Gellius 12, 13 *Scævus profecto & cæcus animi forem, &c.*

¶ Scævissimus, Apul. 8.

¶ Scæva, *æ*, f. inauspicatum quid, omen adversum, ein böses zeichen, unglücks-zeichen; ut, *Canina scæva*, Plaut. Cas 5, 4, 4. vid. Pareus Lex. Crit. p. 1120. ¶ 2. *Scæva*, f. pro manu sinistra, die linke hand; apud Festum & Varr. L. L. 6, 5 ¶ 3. *Scæva*, male qui sinistra pro dextra utitur, der linck ist; ex quo diminutivum *Scævola.* Utrumque nomen in cognomen abiit Namque ad *Scævam* quemdam Horatii epist. 17 lib. 1 scripta est, ubi Commentatores observant. Junniorum & Cassiorum cognominis illud fuisse, conf. Ulpian. dig. l. 21 t. 1 leg. 12 § 3, ubi *sinistras* vocat. *si imbecillitate dextræ validiores sinistrâ utuntur.* ¶ 4. *Jun. Brutus Scæva* apud Liv. 8, 29 occurrit. Hinc

¶ Scævŏla, *æ*, m. diminut. *Scævola appellatur*, inquit Varro L. L. 6, 5. ¶ 2. Hinc Mutiorum cognomen, sicuti *Lævinus* Brutorum, quod læva manu pro dextra uterentur v. Sidon de Nomin. Rom. p. 1440. De SCÆVOLA, vel Mutio Scævola, nobili Romano, cui propter exustam dextram inditum nomen, v Liv 2, 12. Historiam in nummis exhibet Erizkenb. ad Sil. 8, 385 ¶ 3. Fuit & alius *Scævola* Rutus, cujus aliquoties mentionem facit Tullius, qui & de Orat. 1, 39 *Iurisperitorum eloquentissimum* eum vocat.

¶ Scævĭtas, *ātis*, f. sinisteritas, perversitas, die verkehrtheit, verkehrtes wesen; ut, *Artium scævitas*, perversa abusio liberalium artium ad vitia & pravos mores, Ammian. 30, 12, qui exemplum illorum dat, qui eloquentia judicem corrumpunt. Apul. Met. 3 p. 138 *Tuum factum scævitas consecuta in meum convertit exitium.* Et 9 p. 221 *En indignæ rei scævitatem, quam plerique insontes periclitantur homines!* Sed & Gellius Præfat. quam aliqui operi ejus postponunt: *Male doctorum hominum scævitas*, i. e. sinistra voluntas. Et Arnob. 2 p. 76 *Scævitas innumerabilis vitiorum.* Isidor Gloss. *Scævitas, iniquitas.*

¶ Obscævo, *are*, est contraria sive adversa, i. e. infelicia ominari, dum inauspicatis vocibus utimur. Græci id δυσφημεῖν dicunt: cui contrarium εὐφημεῖν, *bene ominari.* Plaut Asin 2, 1, 18 *Metuo, quod illic obscævavit meæ falsæ fallaciæ*, i. e. *malam scævam*, sive *malum omen obtulit.*

SCĀLA, *æ*, f. & plur Scalæ, *arum*, a *scandendo* appellatæ sunt, quæ vel gradibus pluribus, vel ligneis teretibus, aut funibus constant, die stiegen, leitern, treppen; ut, *Applicare scalas pariet* vel

muro, leitern anlegen, oder anwerffen, Liv. 26, 44. & Curt. 4, 2, 9; *admovere*, Id. 9, 1, 18. *Urbem ſcalis capere*, Liv. 7, 27; 4, 47. *Conjicere ſe ſub ſcalas*, Cic. Phil. 2, 9. *Scalis adſcendere* vel *tranſcendere muros*, Virg. Æn. 9, 507; & Sil. 13, 112. *Induerat ſcalas &c.* Ovid. Met. 14, 650. Vet. Gloſſ. *Scalæ*, κλίμακες. Aliæ: κλίμαξ, *Scala*. Adde Celſ. 8, 15; Tac. An. 12, 17, 2; Colum. 1, 6; & 12, 50. Κατ' ἐξοχήν de *Gemoniis ſcalis* ſumitur, (de quibus ſupra in G) quo affectorum ſupplicio corpora ſolebant abjici. Notat Caſaub. ad Suet. p. 221 D.

¶ Scālāris, *e*, wie eine treppe. Vitruv. 10, 13 *Regulæ ſcalari forma compactæ.*

¶ Scalare, *is*, n. eine ſtiege, leiter. Reineſ. Inſcr. Cl. 7 n. 16 HOC SCALARE ADPLICITVM &c.

¶ Scalārium, *i*, n. idem Gloſſ. gr. lat. κλιμακιών, *ſcalarium*. *Scalaria* ſunt ſcalares viæ, per quas adſcendebant inter theatri cuneos, & deſcendebant, apud Vitruv. 5, 6. v. Lipſ. de Amphitheatro c. 13. conf. Murat. Inſcr. p. 1752. ubi in ſepulcrali lapide legitur: VSQVE AD SCALARIA, unde apparet, ad alia hoc vocabulum quoque transferri.

¶ Scalarius, *i*, m. Faber ſcalarum. Inſcr. Grut. p. 358 CENTVR. CENTONAR. DOLABR. SCALARIORVM.

SCALDE, *es*, f. Σκάλδη, aliis *Scaldis*: Galliæ Belgicæ fluvius, die Schelde. vid. Plin. 4, 13; Cæſ. B. G. 6, 33.

¶ Scali, piſces, vide infra *Squalus*.

SCALMVS, *i*, m. σκαλμός, lignum in navi teres, cui nautæ remos loro alligant; vel lignum feneſtratum in apſidem, cui remus immittitur, ut facilius & ſolidius impellatur, das bret, daran man die ruder bindet, ein ruder-ring. Vitruv. 10, 8 *Remi circa ſcalmos ſtrophis religati.* Sic, *Naviculæ duorum ſcalmorum*, Cic. de Orat. 1, 38. Et, *Quatuor ſcalmorum navis*, Vellej 2, 43, 1. ¶ 2. Pro lintre ſive parvo navigio, ein fahn. Cic. Off. 3, 14 *Scalmum nullum videt.* De cymbis ibi loquitur. v. Not. Rachel. Sed poſſis etiam interpretari proprie: ne partem quidem cymbæ, nedum cymbam. conf. Id. de cl. Orat. c. 53.

¶ Decemſcalmus, *a*, *um*, adject. decem ſcalmos habens, ut, *Actuariola decemſcalma*, quæ tot ſcalmis agi poſſunt, Cic. ad Att. 16, 3.

¶ Interſcalmium, *i*, n. ſpatium illud, quod eſt ſeu inter remiges, ſeu inter ſcalmum & ſcalmum, der raum zwiſchen den ruderknechten. Vſus eſt hac voce Vitruvius 1, 2 & alibi.

SCALPO, *pſi*, *ptum*, *pĕre*, quod unguibus fit, & pedibus a gallinis, kratzen, ſcharren; ut, *Caput digito ſcalpere*, Iuvenal. 9, 133. vid. *Digitus*. *Ne ad cures quidem ſcalpendas otium eſt*, de vehementer occupato, Luciani eſt, vide Chiliad. Sic, *Scalpere terram unguibus*, Horat. 1 ſat. 8, 26. *Scalpere morſu*, Colum. 7, 5. ¶ 2. *Scalpere gemmam*, einen edelgeſtein graben, ſtechen, ſchneiden; non *ſculpere*, auctore Diomede p. 374. Sic, *Phidiam tradunt ſcalpſiſſe marmora*, Plin. 36, 5. Horat. 3 od. 11, 51 *Noſtri memorem ſepulcro Scalpe querelam.* Et Cic. N. D. 2, 60 *Ad ſcalpendum apta manus.* vid. omnino Salmaſ. ad Iuſti. 15, 4, 4, præſertim ex Quintil. 3, 21.

¶ Scalpens, *tis*; ut, *Scalpens gemmas*, ein ſteinſchneider, Plin. 37, 5.

¶ Scalptus, *a*, *um*, gegraben, geſtochen, geſchnitzt. Cic. Acad. 4, 31 *E ſaxo ſcalptus*, alii *ſculptus*. Horat. 2 ſat. 3, 22 *Infabre ſcalptum aut fuſum durius.* Vitruv. 2, 7 *Flores & acanthi eleganter ſcalpti.* vid. Diomed. p. 374.

¶ Scalptor, *ōris*, m. ein ſteinſchneider, kupfferſtecher, Plin. 36, 6; & 37, 4. conf. Id. 20, 13; & 7, 9; Solin. c. 55; Vellej. 1, 17, 4.

¶ Scalptōrium, *i*, n. inſtrumentum, manui ſimile, quo ſcapulæ prurientes fricantur, ein kratzer. Martial. 14 epigr. 83.

¶ Scalptūra, *æ*, f. glyptice, das formſchneiden, das ausgraben, ſchnitzwerck Plin. 37, 7; Vitruv. 4, 1 extr. Adde ibid. 3, 3; Plin. 36, 8; Solin. c. 33; Pallad. Nov. t. 15.

¶ Scalptūrāria, *æ*, f. idem, apud Fortunatum, uti legit Reineſius.

¶ Scalptūro, *are*, ſcalpturis ornare, mit ſchnitzwerck zieren. Vnde

¶ Scalpturātus, *a*, *um*, von gegrabener oder geſtochener arbeit; ut, *Pavimentum ſcalpturatum*, id eſt, variis ſcalpturis elegans factum, Plin. 36, 25.

¶ Scalper, *pri*, m. grabeiſen, meiſſel. Celſus 8, 3 *Scalper exciſorius.*

¶ Scalprum, *i*, n. idem, quo diverſo diverſi artifices utuntur; ut, *Scalprum librarium*, Suet Vitell. c. 2, ubi v. Caſaub. ein radier- oder federmeſſer. *Studiorum ſcalprum* vocat Tac. An. 5, 8, 3. Sic, *Scalprum fabrile*, ein ſchnitt- oder hacke-meſſer, Liv. 27, 49. *Scalprum ſutorium*, ein ſchuſter-kneif, Horat. 2 ſat. 3, 106. Colum. R. R. 4, 25 *Falx, quæ a flexu procurrit, ſcalprum appellatur*, eine ſichel, garten-meſſer. Pallad. Febr. t. 25 *Vermes circa arborem aureo ſcalpro ſemel raſi non ultra naſcentur. Scalprum* inſtrumentum chirurgicum dici poteſt, quod & *Scalper*, ein laßeiſen; lanceola ſeu ſcalpellum potius.

¶ Scalpellus, *i*, m. & Scalpellum, *i*, n. diminut. ad medicos fere pertinet, eine fliete, laßeiſen; ut, *Scalpello tranſverſam lineam incidere*, Celſ 7, 7. *Si nervum ſcalpellus attigit*, Id. 2, 10. conf. 6, 6; & 7, 19. Et Cic. pro Sext. c. 65 *Non eſt medicina, cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur.* Adde Sen. de Ira 3, 39; & epiſt. 20. Et Tertull. adv. Gnoſtic. c. 5 *Eſt plane quaſi ſævitia medicina de ſcalpello &c.*

¶ Scalprātus, *a*, *um*; ut, *Scalpratum ferramentum*, in modum ſcalpri formatum, Colum. 9, 15.

¶ Scalpurio, *ire*, ſcharren, kratzen. Plaut. Aul. 3, 4, 8 *Occæpit ibi ſcalpurire ungulis circum circa.* conf. Nonius 2, 789. Glandorpius *Scalpturire* legit. v. Not. ad Cic. fam. 4, 5. *Scalpturio* etiam eſt in Onomaſtico veteri, & exponitur κατακνάω.

¶ Scalpūrīgo, *ĭnis*, f. pruritus, ſive appetitus voluptatis ex ſcalpendo ſeu ſcabendo, das jucken. Solinus c. 32 de Ægypto: *Trochilos avis os beluæ paulatim ſcalpit, & ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in usque fauces facit.* Videmus ergo, *Scalpurire* hujus verbi originem proximam eſſe, de quo vide Salmaſ. in h. l. p. 316. Quidam legunt *ſcalpturigine*, quod vero minus ſe probat Salmaſio.

¶ Auriſcalpium, Dentiſcalpium, vide ſuis locis in *Auris* & *Dens*.

¶ Adſcalpo, *ĕre*, bekratzen. Met. Apul. 6 p. 136 *Adſcalpens aurem dexteram.*

¶ Circumſcalpo, *ĕre*; ut, *Dentes radice circumſcalpti*, Plinius 20, 5, geſauberte zähne.

¶ Exſcalpo, *ĕre*, ausſchneiden. Cato R. R. c. 18 *Foramina exſcalpta digitos ſex.* Quintil. 2, 19 *Exſcalpere ſignum ex lapide. Terram ex aliquo loco*, Varr. L. L. 4, 35. Sed *Exſculpo* vide in *Sculpo*.

¶ Inſcalpo, *ere*, hineingraben, einſchneiden. Lactant. de Phœnice v. 153 *Inſcalpunt ſacrato in marmore formam.*

¶ Inſcalptus, *a*, *um*, eingegraben, eingeſchnitzt. Plin. 36, 5 *In columnarum ſpiris inſcalpta nominum argumenta.*

SCALTVS, *i*, m. impetigo, die raude, krätze. Papias. Hinc

¶ Scalticus, *a*, *um*, krätzicht. Theod. Priſcian. de Diæta c. 9.

SCĀMANDER, ſive Scamandrus, *dri*, m. Hectoris & Andromaches filius apud Homerum lib. 6 Iliad. ¶ 2. Fluvius Trojæ ex Ida monte deſcendens. Catull. carm. 65, 353 *Vnda Scamandri.* Et Horat. epod. 13, 14 *Scamandri flumina.*

¶ Scamandria, f. urbs Troadis parva. Plin. 4, 30.

SCAMBVS, *a*, *um*, ex græco σκαμβός, qui pravis curvisque pedibus eſt, krumbeinicht. Suet. Othone c. ult. *Fuiſſe traditur & modicæ ſtaturæ & male pedatus ſcambusque.* Vet. Gloſſator: σκαμβός, *Scaurus, Vulgus.* Idem; σκαμβός, *Curvus.*

¶ Scambōſus, *a*, *um*, idem apud Vegetium in Mulomedic.

Scamellum, ſcamillus, vide mox in *Scamnum*.

SCAMMA, *ātis*, n. σκάμμα, deſcriptum in ſtadiis, lineis, ſeu foſſa definitum certamini ſpatium, quos fines tranſilire integrum haud erat, der kampfplatz, die rennbahne. Hinc *de ſcammate egredi* eſt, a propoſito digredi: B. Hieron. epiſt. 61, 5 ad Pammach. adverſus Ioh. Hieroſolymitani errores ſcribens: *Cur tu omiſſis, ſuper quibus pugna eſt, de ſcammate & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longe alienis diſputationibus immoraris?* B. Ambroſ. de Helia & Ieiunio c. 13 *In ſcammate ſi quis ſe manu levat, exſors quidem palmæ, ſed immunis injuriæ eſt*, conf. & Ambroſ. Offic. 1, 16. Vet. Gloſſ. σκάμμα, *foſſum.* Pluta Petrus Faber in Agoniſtico, & Octav. Falconerius in Inſcriptionibus Athleticis. ¶ 2. Interdum pro ipſo certamine athletico ponitur, der kampff. Hinc translate Tertull. ad Martyras c. 3 *Epiſtates veſter vos ſpiritu unxit, & ad hoc ſcammæ produxit.*

SCAMMŌNĒA, & Scammonīa, *æ*, f. σκαμμονία, planta peregrina, purgier-kraut. Cic. Divin. 1, 10 *Quid ſcammonea radix ad purgandum poſſit.* Adde Caton. R. R. c. 157; Celſ. 3, 24; & 5, 6: Plin. 24, 15, & 26, 8; & 27, 9; Dioſcor. 4, 171; & Iſidor. 17, 9.

¶ Scammōnium, *i*, n. ſuccus radicis ſcammoneæ, cujus in evacuationibus uſus eſt, purgier-ſafft, Plin 24, 15.

¶ Scammonītes, *æ*, m. idem apud Plin. 14, 16; & Dioſcor. 5, 83.

SCAMNVM, *i*, n. a *ſcandendo* eſt, ein ſtuhl, eine banck. *Scamna* autem ſunt, in quæ per gradus aſcenditur; *Scabella*, in quæ una ſcanſione aſcendimus. Varro L. L. 4, 35 *Quia ſimplici ſcanſione ſcandebant in loca non altum, SCABELLVM: in altiorem SCAMNVM. Duplicata ſcanſio GRADVS dicitur.* Vet. Gloſſ. *Scamnum*, βάθρον. Ovid. Fait. 6, 305 *Ante focos olim ſcamnis conſidere longis Mos erat, &c.* id eſt, ſubſelliis. Id. Art. am. 2, 211 *Nec dita tereti ſcamnum producere lecto.* Plin. 12, 1 *Laxis ramorum ſcrabibus ſcamna patula.* conf. Id. 17, 23. ¶ 2. Et *Scamnum* inter duos ſulcos terra eſt elatior, das auf- und aufgeworffene erdreich zwiſchen zweenen furchen. v. Plin. 18, 29, & Colum. 2, 2.

¶ Scamnellum, vel Scamellum, *i*, n. diminut. apud Priſcian. 3 p. 615; ubi & hæc Apuleji verba: *Infirma ſcamellorum obice fulta fores.*

¶ Scāmillus, *i*, m. aliud diminut. a *ſcamno*, apud Vitruv. 3, 3; & 5, 9. Sed quid *Scamilli* ibi ſint, non convenit inter interpretes. Peculiari autem libello expoſuit Bernard. Baldus, quem Marco Welſero dedicavit: quique habetur in Lætiana etiam Vitruvii editione, eum itaque vide, & Turneb. 2, 2.

¶ Scamillārius, *i*, m. Faber ſcamillorum, occurrit in Vet. Inſcr. Grut. p. 141.

¶ Scābellum, ſive Scabillum, *i*, n. aliud diminut. Vet. Gloſſ. *Scabillum*, ὑποπόδιον. Repete modo dicta in *Scamnum* ex Varrone, & adde Quintil. 1, 4 *Nec miretur puer, cur ex ſcamno fiat ſcabellum.* Sic Cato R. R. c. 10 *Scamnum in cubiculo unum, ſcabilla tria.* Aliqui legunt *ſcabilia.* ¶ 2. *Scabellum*, ſive *Scabillus*, ut Arnobius 2 p. 73 vocat, crotalum ſeu crepitaculi genus denotat, quo vel cum muſicis organis, vel illorum inopia ſolo utebantur, ein klapperſpiel. Cic. pro Cœl. c. 27 *Scabilla concrepant, aulæum tollitur.* Et Suet. Calig. c. 24 *Repente magno tibicinum & ſcabellorum crepitu cum palma tunicaque talari prohibuit.* vid. Scalig. Animadv. in Chronic. Euſebii p. 156, præcipue in Copam Virgil. itemque Caſaub. ad allegatum locum Suetonii. conf. Auguſtin. ex Parei Lex. Crit. p. 1120. Hinc

¶ Scabillarius, *i*, m. qui Scabilla faciebat. Inſcr. Murat. p. 528 COLL. SCABILLARIOR. DEC. X.

¶ Scābīnus, *i*, m. ſenator, juratus, judex ſive aſſeſſor judicis, ein banckrichter, ſchultheiß, ſchöpp oder beyſitzer im gericht. ICti.

¶ Scamnātus, *a*, *um*, in ſcamna diviſus, banckweiſe getheilt; ut, *Ager ſcamnatus*, Frontin. de Colon. p. 333, & Aggen. Vrbic. in Frontin. p. 289 edit. Gœſ. p. 46. vid. *Scamnum* n. 2.

SCANDĀLVM, *i*, n. σκάνδαλον, ein auſtoß ärgerniß; vox græcæ originis, vulgato bibliorum interpreti, & ſcriptoribus eccleſiaſticis uſurpata: Quidam in profanis græcis auctoribus in uſu fuiſſe volunt: verum id Voſſius de Græciſmis N. T. part. 1 p. 87 in medio relinquit. Sed quoquo jure ac conditione apud Græcos eſt, ad elegantiam

gantiam Latinam, cum derivatis, transferenda non eſt. Tertull. de Virgin. veland. c. 3 *Scandalum non bonæ rei, ſed malæ exemplum eſt, ædificans ad delictum.* conf. ad Iudæos c. 14; & adv. Marc. 3, 1; & ad Martyr. c. 2; item Vulg. Interpr. Exod. 32, 33.

¶ Scandalizo, *are*, σκανδαλίζειν, ärgern, anſtoß geben. Tertull. de Virgin. veland. c. 3 *Bonæ res neminem ſcandalizant, niſi malam mentem, &c.* conf. de Idolol. c. 7; & de Coron. Mil. c. 14; & Vulg. Matth. c. 5, 29.

¶ Scandalizātus, *a, um*, geärgert. Iterum Tertull. adverſ. Marc. 5, 18 *Nequitiæ angelorum ſcandalizatorum in filias hominum.*

SCANDIA, *æ*, f. inſula in oceano ſeptemtrionali, quæ & *Scandinia* & *Scandinavia*, Schonen, dicitur, Plin. 5, 13 & 16.

¶ Scandĭnus, *a, um*, adject. ut, *Scandiana mala*, Colum. 5, 10. Sed, *Scantianæ uvæ*, & *poma Scantiana*. v. ſuo loco.

SCANDIX, *icis*, f. σκάνδιξ, olus agreſte Dioſcoridi 2, 127; & Plinio 21, 15; & 22, 22, nadelkraut, nadelmohren.

SCANDO, *di, ſum, dĕre*, in altum ingredi, ſteigen; ut, *Scandere in aggerem*, Liv. 3, 67 extr. *Scandere in ſubrectam, feſtum modo*, wie die Faßen Hetzen, Plin. 10, 18. *Capitolium atque arcem ſcandere*, Liv. 4, 2; Horat. 3, 30. *Scandite muros*, Virg. Æn. 9, 37. *Scandere equum*, Id. Æn. 2, 401. *In navigando cum alii malos ſcandant*, Cic. de Senect. c. 6. Lucret. 2, 1121 *Gradus ætatis ſcandere adultæ*, erwachſen. Ovid. in Pif. v. 33 *Scando ſuper titulos & avitæ laudis honores.* ¶ 2. Scandere verſum apud Grammaticos eſt ita pronunciare, ut brevium longarumque ſyllabarum diſcrimen & pedum ratio appareat.

¶ Scandens, *tis*. Plin. 14, 1 *Vites marinas complexæ atque per ramos populorum procacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes.* Propert. 4, 1, 65 *Scandentes de vallibus arces.* conf. ibid. v. 125.

¶ Scanſilis, quod facile conſcendituſ, gut zu ſteigen, überſteigend. Plin. 17, 11 *Ficum ſic ſcanſilem fieri.* Id. 7, 49 *Scanſili annorum lege, quam climacteras appellant.* Hinc dicimus *annos ſcanſiles*, qui Græce *climacterici* ſunt, ſtaffeljahre.

¶ Scanſio, *ōnis*, f. adſcenſio, vel deſcenſio per gradus, das ſteigen; ut, *Senorum ſcanſiones*, Vitruv. 6, 1. conf. Varr. L. L. 4, 35; *Scammum.* ¶ 2. *Scanſio verſûs*, enumeratio eſt pedum, apud Grammaticos.

¶ Scanſor, *ōris*, m. In Vet. Gloſſ. καταρρωτής, *Scanſor*, id eſt, ſtrator, qui equum, ut inſcendatur, parat.

¶ Scanſōrius, *a, um*, zum ſteigen dienlich; ut, *Scanſoria machina, ratio*, &c. Vitruv. 10, 1. conf. Veget. de Re milit. 4, 21.

¶ Scandulāca, *æ*, f. apud Feſtum herba frugibus inimica; necat enim ſcandendo & ampliando: *Convolvulum* vocant, vide *Helxine.*

¶ Scendula, *æ*, f. plural. *Scandulæ*, tabellæ lignæ ſunt, tegularum vicem præſtantes, ſchindeln, Vitruv. 2, 1 & 23; Cæſ. 8, 42; Colum. 8, 3; & Plin. 16, 10. Sed eas non a *ſcandendo*, ſed *ſcindendo* Iſidorus 17, 3, & 19, 19 deducit. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 106 & infra *Scindula.* Scandulis Romam per annos 470 contectam, ex Nepote in Fragment. 10 num. 4 conſtat.

¶ Scandulāris, *e*, von ſchindeln; ut, *Scandulare tectum*, Apul. Met. l. 3 p. 137 edit. Elmenh. Sed Colvius mavult *ſcindulare.*

¶ Scandulārius, *i*, m. qui ſcandulis tegit. in L. ult. D. de jure immunitat. ein ſchindeldecker.

Compoſita:

¶ Adſcendo, vel Aſcendo, *di, ſum, ĕre*, hinauf ſteigen; ut, *Adſcendere equum* & *in equum*, Liv. 23, 14, & Cic. de Senect. c. 10. *Adſcendere navem*, Ter. Adelph. 4, 5, 69; & *in navem*, Nepos 2, 8, 6, ubi MS. *eſcendere*, de quo poſtea. *Adſcendere in plaſtra*, Liv. 41, 22, ubi quoque *eſcendere* malunt Interpp. *Adſcendere conclavem*, auf das zimmer ſteigen, Cic. Att. 4, 2. *Adſcendere ad honores*, Id. in Bruto c. 58, zu ehren kommen. Et, *Adſcendere gradum dignitatis*, Cic. pro Mur. c. 27. *Adſcendere altiorem gradum*, Id. Off. 2, 18; *e minoribus ad majora*, Id Partit. Orat. c. 4; & *Ad gradum amicitiæ*, Curt. 7, 1. 28. *Gradatim vox adſcendit*, Cic. de Orat. 3, 61. Paſſive Vitruv. 3, 3 *Cum dextro pede primus gradus aſcendatur.* Plin. 36, 1; *Porticus adſcenduntur nonagenis gradibus omnes.* Cæſ. B. C. 1, 79 *Mons erat adſcendendus.*

¶ Adſcendens, *tis*, aufſteigend, auffahrend. Cic. in Bruto c. 81 *Ad ſummam amplitudinem pervenit adſcendens gradibus magiſtratuum.* Vitruv. 10, 19 *Adſcendens machina*, eine ſtaffelleiter.

¶ Adſcenſus, *a, um*, herauf geſtiegen, hinaufgegangen. Propert. 4, 3, 62 *Ne precer adſcenſis tanti ſit gloria Baſilis*: h. e. noli primus aſcendere & laudem inde fortitudinis captare.

¶ Aſcenſus vel Adſcenſus, *ûs*, m. ſubſt. das aufſteigen, aufſteigender weg hinauf; ut, *Aditu atque adſcenſu templi aliquem repellere*, Cic. pro Domo c. 21. *Adſcenſu prohibere*, Cæſ. B. G. 5, 32. *Ii ſibi adſcenſumque difficilem præbere*, Liv. 25, 36. Id. 27, 18 *Domitii nobiliores adſcenſûs viam invenerunt.* Et plur. Id. 36, 24 *Scalis adſcenſus tentant.* Cic. Leg. 3, 3 *Adſcenſus ad honores.*

¶ Aſcenſio vel Adſcenſio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Clar. Or. c. 36 *Quorum* (oratorum) *quæ fuerit adſcenſio, & quam in omnibus rebus difficilis perfectio, ex eo exiſtimari poteſt.* Ita doctiſſimus quisque pro vulgato *aſſenſio*, ex MSS. legit. v. Gruteri & Lambini annotationes. Plaut. Rud. 3, 1, 5 *Ad nidum adſcenſionem facere*, hinaufſteigen. Vitruv. 9, 8 *Graduum adſcenſio.*

¶ Aſcenſor, ſive Adſcenſor, *ōris*, m. qui aſcendit, ein aufſteiger, aufreiter. Hieron. extr. lib. 1 contra Rufin *Aſcenſor montis dominici.* Et Theodolfus Carm. 2, 331 ad Chriſtum: *Tu pius adſcenſor, tuus & nos ſimus aſcitus, Tecum nos capiat urbs veneranda Dei.* Hiſtoriam ibi diei palmarum perſequitur.

¶ Adſcenſibilis, *e*, arduus. Cæl. Aurel. Tard. 3, 1 *Adſcenſibili itinere gradiantur*, berg an.

¶ Inaſcenſus, *a, um*, unbeſtiegen; ut, *Inaſcenſus locus*, Plin. Paneg. c. 65.

¶ Conſcendo, *di, ſum, ĕre*, beſteigen, aufſitzen; ut, *Conſcendere equum*, Liv. 29, 2, Curt. 10, 8, 4; *in equum*, Ovid. Met. 6, 222. ¶ 2. Proprie de illis dicitur, qui navem ingrediuntur: ut, ſi quis dicat, *ille conſcendit*: in navem conſcendiſſe intelligatur. Cic. ad Qu. fratr. 2, 6 *Erat iturus ad III Idus Aprilis, ut aut Labrone aut Piſis conſcenderet.* Petron. c. 107 *Voluerunt antequam conſcenderent, exonerare capita, &c.* Ovid. Triſt. 1, 2, 41 *Di bene, quod non ſum mecum conſcendere paſſus.* Plenum eſt, *Navem conſcendere*, Cæſ. B. C. 3, 6, & Nep. 23, 8, 6; & *in navem*, Cic. fam. 14, 7. *Denis conſcendi navibus æquor*, Virg. Æn. 1, 385. *Primo in Siciliam conſcenderunt*, Liv. 31, 28.

¶ Conſcendens, *tis*; ut, *Navem conſcendens*, Cic. fam. 3, 10. *Conſcendens ab hortis Cluvianis in phaſelum*, Id. Att. 14, 16. Et, *Carrum*, Propert. 2, 18, 13.

¶ Conſcenſus, *a, um*, beſtiegen; ut, *Navibus conſcenſis*, Iuſtin. 12, 10, 2; & 23, 2, 2. Et, *Conſcenſa nave*, Id. 31, 4, 4.

¶ Conſcenſio, *ōnis*, f. die beſteigung, aufſitzung; ut, *Conſcenſio in naves cum fugâ*, Cic. Divin. 1, 32.

¶ Deſcendo, *di, ſum, dĕre*, e loco ſuperiore in inferiorem ire, herab ſteigen, herab fahren; ut, *Deſcendere equo* vel *ex equo*, abſitzen, Liv. 2, 20. ¶ 2. Sed, *Deſcendere in aciem, in prælium, in campum, in forum*, eſt quaſi e loco tuto in locum diſcriminis tranſire, v. Vall. 5, 36; v. g. Horat. 3 od. 1, 11 *Deſcendat in campum petitor.* ¶ 3. *In conditionem alicujus deſcendere*, in eines vorſchlag willigen, eleganter dixit Cælius ad Cic. fam. 8, 8. Et, *Deſcendere in cauſſam*, Cic. ad Att. 8, 1, ſich einlaſſen in eine ſache. *Deſcendere ad extrema*, Pollio ad Cic. fam. 11, 1; & 10, 32, alles vollends thun, ſeinen, aufs äuſſerſte kommen laſſen. ¶ 4. *In ſe deſcendere*, Perſius dixit ſat. 4, 23 *Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo, &c.* in ſich gehen, in ſeinen eigenen buſen greiffen. Idem alibi *Scenam habitare* dixit. Simili metaphora Sall. Iug. 11, 7 *Quod verbum in pectus Iugurthæ altius, quam quisquam ratus deſcendit.* ¶ 5. Translate Liv. 1, 41 *Ferrum haud alte in corpus deſcendit.* Lucan. 1, 31 *Nulli penitus deſcendere ferro contigit.* ¶ 6. Transfertur & ad navigationem, & eſt ſecundo flumine navigare, hinabwärts ſchiffen. Suet. Tib. c. 10 extr. *Reliquiis Romæ uxore & filio, conſeſtim Oſtiam deſcendit.* ¶ 7. Quia plerique procerum habitabant in collibus, & ſora eſſent humiliora, dicebantur Romæ *deſcendere*, cum prodirent in publicum, licet non habitarent in editioribus urbis locis, ſich hinunter begeben. Suet. Iul. c. 13 *Cum mane ad comitia deſcenderet; prædixiſſe matri oſculanti furtur.* Cic. Verr. 2, 38 *Poſtridie mane deſcendit, Agathinum ad ſe vocat.* ubi quidem de foro Thermitanorum ſermo eſt. Et Phil. 2, 6 *Hoaie non deſcendit Antonius.* Liv. 24, 7 *Quæ deſcendere ad forum Rex ſolebat.* ¶ 8. Cic. Somn. Sc. 1 *Cujus ego nomine ipſo recreor, ita mihi quam ex animo meo deſcendit optimi viri memoria*, i. e. effluit, excidit. ¶ 9 *Deſcendere* & *diſcedere* vel *decedere* miſcentur a librariis, vid. Burm. ad Nemeſ. ecl. 2, 89.

¶ Deſcendens, *tis*; ut, *Domum deſcendens*, Cic. pro Planc. c. 14. *Deſcendens Dacus ab Iſtro*, Virg. Georg. 2, 497. *Aggeribus atque arce deſcendens*, Id. Æn. 6, 830.

¶ Deſcenſus, *a, um*, herabgeſtiegen. Prudent. Apoth. v. 1007 *Deſcenſus aſcendo gradus retexit.*

¶ Deſcenſus, *ûs*, m. ſubſt. die abfahrt. Plin. 16, 26 *Ipſo deſcenſu Iovis ſyderis.* Virg. Æn. 6, 116 *Facilis deſcenſus averni.*

¶ Deſcenſio, *ōnis*, f. idem. Plin. 20, 17 *In deſcenſione halcyonum*, wenn ſie ins bad gehet. Liv. 22, 31 *In continentem deſcenſiones facere.* Gronov. *eſcenſiones.*

¶ Condeſcendo, *ere*, ſich herunter laſſen. Hinc

¶ Condeſcenſio, *ōnis*, f. συγκατάβασις, die herablaſſung. Iuſtin. l. 6 C. de ſumma Trinit. *Debemus imitari Ieſu Chriſti condeſcenſionem ſeu demiſſionem.*

¶ Eſcendo, *ĕre*, pro *aſcendere* vel *conſcendere* ſæpius veteres & claſſici auctores uſurparunt: ſed quod plerisque in locis immutatum fuit. Id tamen ex Mſtis libris Gruterus & alii docti viri iis reſtituerunt, v. g. Livio 8, 17. & 29, 11, ubi Gronovium conſulas, & in Notis ad lib. 2, 28. & 3, 17: & Nepotem 2, 8, 6, ubi I. A. Bonifacium obſervari nem licet relegere. Apud Sall. Iug. 25, 5, & aliquoties ita legendum oſtendit Curtius. Sic Cic. *Eſcendere pro egredi.* Sen. & Plin. *Eſcenſiones agere*, in Schurzfl. Orthograph. p. 14. conf. Tac. An. 14, 59, 1: Sen. de Tranquill. c. 11.

¶ Eſcenſus, *a, um*, pro *Aſcenſus*; ut, *Eſcenſis navigiis*, Ammian. 16, 12.

¶ Eſcenſus, *ûs*, m. idem ac *Aſcenſus*. Tac. An. 13, 39, 7 *Capta eſcenſus ambitione.*

¶ [illegible]ſcendo, *ĕre*, aufſteigen. Liv. 29, 9 *Legati Aſiam petentes cum exſcendere*. Gronov. ad Liv. 8, 17 inter *eſcendere* & *exſcendere* ita diſtingu[illegible] illud ſit ſurſum niti ſcandendo, hoc e navi deſcendere.

¶ Exſcenſus, *ûs*, m. ſubſt. die ausſteigung, landung. Livius 22, 20 *Exſcenſa e navibus in terram facto*, ita Gruterus: at Gronovius, *Exſcenſum ab navibus in terram facta.*

¶ Exſcenſio, *ōnis*, f. idem. Liv. 28, 8 *Ad Lycurgas Æthiopum exſcenſionem fecit.* Idem 27, 29 *Ad Clupeam ubicumque exſcenſione facta.* Adde Gronov. ad 31, 28. Et Dar. Phryg. de Excid. Trojæ c. 19 *Lucem ad Trojam exſcenſionem fieri oportere.*

¶ Inſcendo, *ĕre*, idem propemodum quod *adſcendere eſt*, hineinſteigen; ut, *Inſcendere in carrum*, Plaut. Menæch. 5, 1, 110; *in lectum*, Id. Aſin. 4, 1, 31; *equum*, ibid. 3, 3, 112. Et abſolute *Inſcendo*, pro *navem inſcendo*, Id. Mil. 2, 1, 38. Gell. 5, 2 de Alexandri Bucephalo: *Haud unquam ſe eo alio inſcendi, niſi a rege, paſſus eſt.* De re venerea Apul. 10 Met. p. 249 *Matronam inſcendere.* conf. Id. 7 p. 197.

¶ Inſcenſus, *a, um*, beſtiegen. Apul. 2 Met. p. 122 *Inſcenſo grabatulo.*

¶ Inſcenſus, *ûs*, m. ſubſt. die einfahrt, einſteigung; ut, *Equarum inſcenſus*, Apul. Met. 7 p. 149 de animo admiſſario.

¶ Inſcenſio, *ōnis*, f. idem; ut, *In navem inſcenſio*, Plaut. Rud. 2, 6, 19.

¶ Superſcando, *ĕre*, & Superſcendo, *ĕre*, drüber ſteigen. Colum. 11, 3 *Sepem ſuperſcendant ſentes.* Tertullian. de Pœnitent. c. 10 *Alterius ruina alter attolitur, ubi ſubſtrato ſuperſcenditur.*

¶ Superſcandens, *tis.* Liv. 7, 36 pr. *Superſcandens vigilum ſtrata ſomno corpora miles offenſo ſcuto præbuit ſonitum.* Ammian. 14, 7 *Superſcandentes corpora mortuorum.*

¶ Supraſcando, *ĕre*, idem. Liv. 1, 32 *Cum fines ſupraſcandit.*

¶ Transſcendo, *ĕre*, hinüber ſteigen, ſteigen; ut, *Transſcendere Alpes*, Cic. Cat. 4, 3. Et, *Ab aſinis ad boves transſcendere*, proverbialiter Plaut. Aul. 2, 2, 58, pro, conditionem malam cum meliore commutare, ſich verbeſſern; ut, contra, *Ab equis ad aſinos tranſire*, dicitur, v. Chil. Cæſ. B. C. 1, 68 *Ipſi erant transſcendendæ valles maximæ.* Colum. 1, 3 *Alicujus rei modum transſcendere*, über die ſchnur hauen. Lucret 2, 60 *Transſcendere fines juris*, überſchreiten; *ordinem naturæ*, Liv. 40, 11. ¶ 2. Aliquando *Transſcendere*, transfretare, trajicere eſt, überfahren, überſetzen; quemadmodum *tranſire*, & *transgredi* ſumi ſolent. Liv. 28, 42 *Cum Asdrubal in Italiam transſcendit.* Tac. An. 4, 44, 3 *Exercitu flumen Albim transſcendit.*

¶ Transſcendens, *tis.* Hinc

¶ Transſcendentia, *æ*, f. Aggen. de Limit. p. 63 *Transſcendentiam non habet*, i. e. non tranſcendit.

¶ Transſcenſus, *a, um*, überſtiegen. Sext. Ruf. Brev. c. 6 *Transſcenſis Alpibus.*

¶ Transſcenſus, *ûs*, m. die erſteigung. Ammianus 19, 5 *Multitudo transſcenſu ſcalarum propugnacula ipſa prenſans.*

SCANTIĀNVS, *a, um*, adject. ut, *Vvæ Scantianæ, mala Scantiana*, a Scantio inventore dicta, Cat. R. R. c. 7; Plin. 14, 4; & 15, 14; Celſ. 4, 19; Colum. 5, 10.

SCĂPHA, *æ*, f. σκάφη, lembus, navicula, linter, quæ navim majorem ſequitur, kahn, nachen, boot; a σκάπτειν, *fodere*; ut, *Conſcendere in ſcapham*, Auct. ad Herenn. 1, 11. *Excipere in ſcaphas*, Liv. 25, 3. *Scapha biremis*, Horat. 3 ode 29 extr. v. Nonius 13, 11; Gell. 10, 25 *Scapha piſcatoria*, Juſtin 2, 14, 10.

¶ Scăphe, *es*, f. vas concavum, ſeu oblongum illud ſit, ſeu rotundum & ad hæmiſphærii formam paratum, ein becken. Vitruv. 9, 9 de horologii ſpecie: *Scaphen ſive hemiſphærium Ariſtarchus Samius inveniſſe dicitur.*

¶ Scăphus, *i*, m. σκάφος, rei cujusvis cavitas, alveus, imus venter, der boden, das hohle eines dinges. Vitruvius l. c. *Æqualiter per id cavum influens aqua ſublevat ſcaphum inverſum.*

¶ Scăphula, *æ*, f. diminut. parva ſcapha, ein kähnlein. Veget. de Re Milit. 3, 7 *Repertum eſt, ut monoxylos, hoc eſt, paullo latiores ſcaphulas ex ſingulis trabibus excavatas pro genere ligni & ſubtilitate leviſſima, carpentis ſecum portet exercitus.* Paull. Nolanus epiſt. 49 (al. 36) c. 1 *Naves exterriti ſcaphulam demiſerunt.*

¶ Scăphium, *i*, n. diminut. græcum, σκάφιον, vaſculum excavatum, eine gelte, ein gefäß, a σκάπτειν, *fodere*, *excavare*. Sic *Scaphium æreum aut plumbeum aut pelvis*, Vitruv. 8, 1. Dicitur autem de ſordido vaſe. Sic de matula, in quam venter exoneratur, ein kammer-becken, ſchirbel. Vlp. L. 27 § penult. Dig. de Auro, argento, mundo &c. *Ventris cauſſâ habita ſcaphia.* Et Martialis 11 epigr. 12 *Scaphium mœchæ.* ¶ 2. Plauto poculi genus eſt, in ſcaphæ ſimilitudinem, Stich. 5, 4, 11 *Quibus divitiæ domi ſunt, ſcaphio, cantharis libunt, &c.* Adde Cic. 4, 7 in Verr c. 17. vid. Turneb. Adv. 2, 30. ¶ 3. Sed in hoc verſu 263 Juvenalis ſatyr. 6 *Et ride, ſcaphium poſitis cum ſumitur armis.* Grangæus muliebre capitis ornamentum intelligit. Recte ut videtur. ¶ 4. Eſt etiam horologii ſolarii genus, ut *Scaphe.* vid. ex Mart. Capella Salmaſius in Solin. p. 448.

¶ Scaphiſmus, *i*, m. Perſarum horribiliſſimum ſupplicium, quo fontes in ſcaphis cibo & potu, muſcis & vermibus ad necem cruciabantur; deſcribitur a Drexelio in Prodromo mortis c. 1 § 24 p. 130 & 131. Vide & Ant. Gallonium de Martyribus, c. 1 p. 21; & Cæl. Rhodig. 10, 5.

¶ Scaphārius, *i*, m. qui ſcaphis negotiatur. Gruter. Inſcript. p. 258 n. 1 *Scapharii, qui Iuliæ Romulæ negotiantur*, i. e. Hiſpali. Adde p. 257 n. 12; & Reineſ. claſſ. 3 n. 26.

SCAPTENSŬLA, *æ*, f. Lucret. 6, 810 locus eſt Macedoniæ, in quo metallum foditur. Nomen ipſum a σκάπτω, & *inſula* compoſitum videtur. Significat enim inſula locum quemcunque ab aliis ſejunctum, vide Feſtum. Sed Stephano Byzantio *Scapteſyle*, Σκαπτησύλη, oppidum Thraciæ eſt, e regione Thaſi.

SCAPTIVS, *i*, m. nomen Romanum. Ita *P. Scaptius*, homo de plebe Ardeatium agrum teſtimonio ſuo ad populum Rom. transtulit. Liv. 3, 71.

SCĂPŬLA, *æ*, f. humerus, das ſchulterblat. Ter. Phorm. 2, 2, 26 *Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi*, ich fühle keine ſchulter mehr. Plaut. Aſin. 2, 2, 49 *Scapulæ geſtibant mihi*, die haut juckte mich. Ibid. 3, 2, 7 *Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.* Adde Celſ. 1, 9; & 8, 1. ¶ 2. Tralate *Scapulæ machinarum*, Vitruv. 10, 3, das obertheil von maſchinen. *Scapulæ montium*, Tertull. de Pallio c. 2, ſicut *dorſum* de montibus alibi dicitur. ¶ 3. P. Cornel. Scapula, Conſul Romanus an. 425. vid. Pighii Annal. p. 337.

¶ Scăpŭlāris, *e*, ad ſcapulas pertinens; ut, *Scapularis veſtis*, quæ ſcapulas tantum contegit.

¶ Scăpillum, *i*, n. idem quod *Scapula*, ſed vetus eſt. Hinc

¶ Interſcapilium, *i*, n. quod inter ſcapulas quaſi vallicula eſt, die grube zwiſchen beyden ſchultern. Apul. 2 Florid. p. 350 *Cum interſcapilium crates vetexiſſet, quod erat arcè gibbere.* Adde Hygin. Aſtron 3, 1 & 19 &c. Iſidor. 11, 1; Cæl. Aurel. Acut. 3, 3, & Chron. 3, 6 *Inter ſcapulas* vocat.

¶ Deſcapulātus, *a, um*, cui tunica demiſſa eſt a ſcapulis. In Senecæ epiſt. 115, ubi Lipſius habet *lacerner de capſula totus*, Scaliger *deſcapulatos* legit, eosque accipit *laſſluit effuſo quis toga laxa ſinu.*

SCĀPVS, *i*, m. σκῆπτος: proprie herbarum & florum caulis *ſcapus* eſt, ein ſtiel, halm oder ſtengel. Plin. 18, 10 *Iuventus eſt jam & ſcapus unus centum fabis amictus.* Colum. 9, 4 *Scapus aſphodeli*; & *Albuci cubitalis.* Plin. 21, 17. Sic, *Scapi uvarum*, Varro R. R. 1, 54. ¶ 2. Hinc ob ſimilitudinem ad alia etiam transfertur. Nam & *Columnarum ſcapos* Vitruvius habet 3, 2. *Scapus* autem in Columna eſt inter capitulum & baſim truncus, ut recte Budæus explicat, die gerade ſäule zwiſchen dem fuß und capital. Plinius 34, 3 *Scapos candelabrorum*, & Vitruv. 4, 6 *Scapos portarum* ſeu *oſtiorum*: Id. 9, 2 *Scapos ſcalarum* dicit. v. Baldi Lex. Vitruv. in *Scapus* & *Replum.* Sic Feſto *Librile* eſt *Scapus libræ.* ¶ 3. *Scapus chartarum* aut papyri, rama ſive tomus eſt, ein buch papier, Plin. 13, 12. v. Scalig. Auſon. Lect. 2, 31. ¶ 4. *Scapus* textorum inſtrumentum, die rolle, darauf das garn geſpuhlet wird. Lucret. 5, 1352 *Fuſi radii ſcapique ſonantes.* vid. Salmaſ. ad Vopiſc. & ſupra in *Charta.*

¶ Scapoſolĭdus, *a, um*, adfinxerunt Apul. de Herb. c. 16 *Gentiana tactu molli, guſtu amaro, ſcapoſolido.* Sed haud dubie duæ voces diviſim legendæ.

¶ Grandiſcapius, vide *Grandis.*

SCARA, *æ*, f. vox Germanica, i. e. turma vel cuneus, die ſchaar, Ammian. 4, 36.

SCĂRĂBÆVS, *i*, m. σκαραβαῖος, inſectum aliquot generum, ein käfer. Sic *Scarabæi tauri* vel *lucani*, ſchröter oder hornichte käfer. *Scarabæi virides*, grüne käfer. *Scarabæi pilularii*, qui e ſimo ingentes pilas averſis pedibus volutant, roßkäfer. v. Plin. 11, 28. Id. 30, 3 prodit, quod Ægyptii ſcarabæos inter numina colant, curioſa Apionis interpretatione, qua colligit, ſolis operum ſimilitudinem huic animali ineſſe. Et *ſpirantem ſolis imaginem* Ægyptios ſcarabæos vocaſſe, teſtatur Porphyrius apud Euſebium de Præparat. Evang. 3, 4. Colum. 9, 7 *Obſcenum ſcarabæi genus.* Auſon. epigr. 70, 10 *Non cuper, aut aries, ſed ſcarabæus erit:* Ludit in impurum *perverſæ Veneris poſtico vulnere foſſorem*, uti eſt v. 7. v. Luc. l. c. ſupra in *Cantharus.* Add. Plin. 32, 11 ſ. 30, ubi Hard. laudat Hor. Apoll. Hierogl. 1, 10, Euſeb. præp. ev. 3 p. 94.

SCARDIA, *æ*, f. herba, quæ & *Ariſtolochia*, oſterluey, helzwurtz. Apul. de Herb. c. 19.

SCĂRĬFĬCO, *are*, aperire ſcalpello, ut facilius ſanguis vel aliud aliquid exeat, behacken, ſchröpffen, zerfetzen; a σκάριφος, *ſtylus, ſcalpellus.* Vide Voſſius de Vit. L. L. 4, 24 cenſet, rectius fore *ſcarifare*, quam *ſcarificare.* vid. Geſn. Lex. ruſt. Plin. 28, 11 *Scarificare dolorem*, i. e. ſcarificando expellere. Cato R. R. c. 52 *Radicem ſcarificato.* Et Pallad. Mart. t. 10 de ficu: *Truncus arboris ſcarificandus eſt, ut poſſit humor effluere.* conf. Plin. 28, 1; 30, 3; & 31, 7; Colum. 12, 55.

¶ Scarificātus, *a, um*, behäckt, geſchröpfft. Plin. 32, 7 *Dentium dolores ſedantur ſcarificatis gingivis.*

¶ Scarificatio, *ōnis*, f. apertio illa, quæ tenui ſit vulnere in cute, ut ſanguis exeat, das ſchröpffen. Colum. 6, 12 *Scarificatio ferro facta.* Adde ibid. c. 17; Plin. 17, 27; & 37, 13.

¶ Scarifio, *ĕri*, pro *ſcarificari*; ſingulare eſt Scribonii Largi Compoſitione 262 *Lumbi leniter ante ſcarifiant.* conf. Id. 103.

¶ Circumſcārĭfico, *are*, umher einſchneiden und öffnen. Plin. 22, 23 *Pedum clavos circumſcarificatos ferro, mixtum ceræ extrahit.*

SCARIŌLA, *æ*, f. vel *Seriola* potius, hoc eſt, *Seris anguſtifolia* vel *parva*; eſt enim *intybi* ſpecies, quæ σέρις Græcis dicitur, eine art endivien, Matthiolus wintergrün.

Scarites, Scarizo, vide mox *Scarus.*

SCARPVS, *i*, m. Pinariæ gentis Rom. cognomen, quod carpo ſive vola manus in nummis ſignatur. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 59.

Scarreo, ſcarroſus, vide infra *Squarroſus.*

SCĂRVS, *i*, m. σκάρος, piſcis marinus eſt ſaxatilis, ſquamis magnis tenuibus, colore cœruleo nigreſcente, ſimilis *ſargo*, ſolus vocalis eſſe dicitur, eine art einer blaulichten meerbramſen. Gefnerus. Primam ſyllabam Ovidius, Horatius, Petronius, Martialis corripuere; v. g. Ovid. Halieut. v. 9 *Sic & ſcarus arte ſub undis Incidit &c.* Ennius vero produxit, apud Apul. Apol. p. 299 *Scarum præterii cerebrum Iovis pene ſuprema.* Principatum inter piſces ei tribuit Plinius 9, 17, *Nunc*, inquit, *ſcaro datur principatus.* Et 32, 11 *Scarus principalis hodie.*

¶ Scarites, *æ*, m. gemma, ſcari effigie aut colore, Plin. 37, 11.

¶ Scarīzo, *are*, σκαρίζω, i. e. *ſalio, palpito.* Irenæi interpres 1, 22 *Quaſi vermiculus ſcarizaret*

SCĂTEO, *ui, ēre*, ebullire, & exſilire præ abundantia, quellen, voll ſeyn, überlaufen. *Scatere* dicuntur *fontes.* Cic. Tuſc. 1, 28; Et Lucret. 5, 597. Plin. 23, 13 *Scatet urtica plurimis remediis*, id eſt, abundat. Cum ſecundo caſu Lucret. 5, 41, *Terra ſcatet ferarum.* Et Gell. 1, 17 *Irarum moleſtiarumque ſcatere.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1122. Plaut. Aul. 3, 6, 22 *Quæ interbibere ſola, ſi vino ſcatet, fontem Pirenem poteſt* Id. Perſ. 2, 1, 9 *Scatet amore tuus animus.* Mela 1, 9 *Nilus ſcatet piſcibus*, es grübelt und wimmelt von fiſchen.

¶ Scatens, *tis.* Horat. 3 od. 27, 26 *Pontus ſcatens belluis.*

¶ Scateſcens, *tis*, idem. Oroſius: *Bellis undique ſcateſcentibus.*

¶ Scăto, *ĕre*, idem quod *ſcateo, cre*, apud Lucretium 5, 597 & 950; & 6, 896.

¶ Scătĕbra, *æ*, f. ebullitio, eine quelle; ut, *Fontium ſcatebræ*, brunnquellen, Plin. 5, 1. Virg. Georg. 1, 110 *Scatebris arentia temperat arva.*

¶ Scătūrio, *īre*, idem quod *ſcatere*, entſpringen, herfürquellen. Colum. 3, 1 *Solum, quod fontibus in profundo terræ ſcaturit.* Cic. fam. 8, 4 *Totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit*, i. e. undique virum bonum præ ſe fert, & Cæſaris adverſarium ſe jactat. vid. Turneb. Adverſ. 13, 20.

¶ Scaturiens, *tis*; ut, *Scaturiens aqua*, Pallad. 1, 33. Prudent. Periſteph. 10, 552 *Scaturientes perdat ut loquacitas ſermonis auras.* Et *Cumni vermiculos ſcaturientes*, Phaleucus eſt ex Priapeis 46.

¶ Scătūrīgo, *ĭnis*, f. die quelle, brunnquell, der urſprung; ut, *Scaturigo perennis*, Plin. 31, 3. *Scaturigo paludis*, Colum. 3, 13. *Scaturigines turbidæ & tenues emicare cœperunt*, Liv. 44, 33.

¶ Scătūrīgĭnōſus, *a, um*, voll quellen; ut, *Terra ſcaturiginoſa*, Col. 5, 8.

¶ Scaturies,

¶ Scaturies, *ēi*, f. idem quod *Scaturigo*. Guil. Brito Phil. 4, 267 de ſcabie accreſcente ſive lepra, quæ in Iſidori Gloſſ. *Scaturio* dicitur: *Tantaque ſcaturies, tantus calor illius oſſa Totaque membra fuit ita depopulatus &c.* ubi prima licentioſe producta eſt.

¶ Scatūrix, *īcis*, f. eſt modus matulæ. v. Varro ap. Nonium 2, 794.

¶ Conſcātūrio, *ire*, in Fragm. Poët.

¶ Conſcaturīgo, *īnis*, f. Tertulliano tribuitur.

¶ Exſcātūrio, *īre*, heraus quellen, aufſieden. Gloſſ. gr. lat. *ἐκζέω, ebullio, exſcaturio.*

¶ Præſcāteo, *ēre*, voll ſeyn, überlauffen. Gell. 14, 6 *Dat mihi librum, grandi volumine, doctrinis omnigenis præſcatentem.*

SCAVRVS, *i*, m. *σκαῦρος*, qui talos pedum exſtantes habet porrectos, dem die Knorren an den füſſen fürgehen. Horat. 1 ſat. 3, 48 *Scaurum pravis fultum male talis.* Vbi vetus Interpres eum interpretatur, *qui talos diſtortos & diverſos habet.* Qui & *Scambus* eſt, de quo ſupra. Vet. Gloſſ. *Scaurus, σκαμβὸς, σκελὸς, στρεβλότους.* conf. Plin. 11, 45, & Th. Priſcian. de Diæta c. 8. ¶ 2. *Scaurus Æmilius*, & *Aurelius Scaurus*, Romani, de quibus Plinius, Salluſtius & Livius. De *Mamerco Scauro*, qui inſignis nobilitate & orandis cauſſis, ſed vita probroſus ſub Tiberio fuit, Tac. An. 6, 29, 5; Sen. de Benef. 4, 31, & ibi Lipſ. ¶ 3. De *Terentio Scauro* vide infra *Terentius* n. 2.

SCĀZON, *ontis*, m. *σκάζων, claudicans*, a *σκάζω, claudico*, genus eſt jambici verſus delumbe & claudum, quod & *Choliambum* dicitur, *χωλιαμβὸν*, a *χωλὸν, claudum*, cum ſextus pes ſpondeus eſt, pes major ſcilicet; quam in ſenario perfecto, cujus pes ultimus ſemper eſt jambus. Ovid. Rem. am. v. 378 *Extremum ſeu trahat ille pedem.* Graviſſimi carminis genus. Vide ſupra in *Hipponax*, ejus enim inventum eſt. Martialis 7 ep. 25 *Scazonta mittit ad Apollinarem.* Plin. 5 epiſt. 11 *Convicio ſcazontes extorqueant.* Mattium hoc metri genere mimiambos ſcripſiſſe, Terentianus auctor eſt. Scazontica & apud Catullum, ac Martialem leguntur. Eo conſtat & Perſii præfatio: *Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo, &c.*

SCĔDĀSVS, *i*, m. *Σκέδασος*, hoſpes ille fuit Leuctricus nobilium Spartanorum, qui filias ejus, vi primum ſtupratas, poſtea interfecerunt, ac in puteum abjecerunt. Quo in loco deinde prælio commiſſo Spartani, a Thebanis victi, omnes vires amiſerunt. Denunciata fuerat antea pœna oraculo, quod recitat Pauſanias in Bœotic. p. 292 Gr. ad Plut. in Pelopida.

Scelerare, ſceleratus, ſceleritas, ſceleſtus, &c. vide mox *Scelus.*

SCĔLĔTVS, *i*, m. ex græco *σκέλετος*, quod cadaver exarefactum ſignificat, ein todten-gerippe. Apul. Apol. p. 313 ſqq. de parvo ſimulacro Mercurii, quod macilenta & cadaveroſa facie fabricatum accuſator detulerat, cum ſucciplena, & nitida facie effictum eſſet: *Dudum ergo cum audirem ſceletum perquam impudenti mendacio dictitari, &c.* Et mox: *Quem ſceleſtus ille ſceletum nominabat.* Et rurſus poſt paullo: *Hiccine eſt ſceletus? Hæccine eſt larva?* Vet. Gloſſ. *σκέλετος, Larva, ſceletus.*

SCĔLIO, *ōnis*, m. græce *σκυλῶν* a *σκυλάω, ſpolio*, ein räuber. Peteron. Fragm. Trag. p. 22 vel c. 50 *Annibal, homo vafer, & magnus ſcelio.* Scheffer. in not. p. 115 *prædonem* interpretatur. Reineſ. legit *Scelero.*

SCĔLŎTYRBE, *es*, f. *σκελοτύρβη*, paralyſis, qua crurum compages ſolvitur, die gicht, ſcorbut. Plin. 25, 3.

SCĔLVS, *ĕris*, n. flagitium, eine übelthat, groſſe ſünde, ein ſchelmſtück, bubenſtück. Ovid. Faſt. 6, 595 *Regia res ſcelus, eſt.* Et, *Nefarium ſcelus*, Cic. fam. 1, 9. *Admittere ſcelus*, Horat. 2 ſat. 3, 212; & *Committere ſcelus*, Quintil. 3, 6. Sic, *Scelus conari, facere, ſuſcipere, perficere, in aliquem edere.* Cicero. Et Sen. epiſt. 97 *Nullum ſcelus impunitum eſt, quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt.* Florus 3, 1, 6 *Diu non latent ſcelera.* Sen. Herc. fur. v. 735 *Quod quisque fecit patitur: auctorem ſcelus Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens.* Et Troade v. 870 *Ad Auctorem redit Sceleris coacta culpa.* Et Thyeſte v. 311 *Sæpe in magiſtrum ſcelera redierant ſua.* ¶ 2. Speciatim *Scelus* pietati ac religioni opponitur. Cic. Verr. 4, 32 *Nefario ſcelere concepto nihil neque ſacri neque religioſi eſſe duxit.* Et c. 41 *Eſt crimen ſceleris, quod religiones maximas violavit.* Adde c. 50 & Catil. 2, 11, ubi itidem *ſcelus* & *pietas* opponuntur. ¶ 3. Pro aliarum etiam rerum vi ad nocendum ponitur. Plin. 25, 3 *Nec beſtiarum ſolum ad nocendum ſcelera ſunt, ſed interim aquarum quoque ac locorum.* Scilicet ut *injuria* etiam de cœlo, aëre &c. dicitur. ¶ 4. Per auxeſin *Scelus* pro *ſceleſto* poſuit Terentius, item Plautus ſæpe etiam pro fœmina ſceleſta, in Bacch. 5, 2, 57. *Scelus viri*, Id. Truc. 2, 7, 59. Similiter Virg. ecl. 4, 11 *Teque adeo, decus hoc ævi, te Conſule, inibit*, id eſt, hoc decorum ævum, pulcherrima iſta ætas.

¶ Scelĕritas, *ātis*, f. die ſchandthat, leichtfertigkeit. Marcianus ICt. Dig. 48 t. 21 leg. 3 *Facti ſceleritatem eſſe obnoxiam.*

¶ Scĕleſtus, *a, um*, flagitioſus, qui ſcelus committit, bübiſch, ſchelmiſch; & ſubſt. ein übelthäter. Horat. 3 od. 2 extr. *Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo.* Ita, *Sceleſtum & nefarium facinus*, Cic. pro S. Roſc. c. 13. Et, *Sceleſtior ſermo*, Liv. 5, 27; *cœna*, Plaut. Rud. 2, 6, 24; *annus argento*, Id. Moſt. 3, 1, 1. Et Scrib. Largus ad C. Iul. Calliſtum epiſt. p. 3 de Hippocrate: *Qui nefas judicaverit, ſpem dubiam hominis lædere; quanto ſceleſtius perfecte jam nato nocere judicabit?* Prædixerat, Hippocratem jurejurando ſuos adegiſſe, ne prægnanti medicamentum, quo conceptum exeuritur, aut detur, aut demonſtretur. Superl. Plaut. Amph. 2, 1, 2 *Sceleſtiſſimum te arbitror.* Et Auguſtin. epiſt. 162 *Sceleſtiſſimum ſchiſma.* conf. Tertull. de carne Chriſti c. 5.

¶ Scĕleſte, adverb. idem. Plaut. Aſin. 2, 2, 27 *Si quid ſceleſte fecit, lingua pro illo pejerat.* Cic. Att. 6, 1 p. 577 edit. Græv. *Tu ſceleſte ſuſpicaris; ego ἀφελῶς ſcripſi.* Et Liv. 24, 25 pr. *Quæcunque ſceleſte atque impie facta eſſent.* Compar. Auguſtin. epiſt. 202 de theatris gentilium: *Illic non quadrupes, non ſanguis humanus, ſed multo ſceleſtius pudor humanus, tamquam immolatus interit.*

¶ Sceleſtuōſus, *a, um*, ſchändlich, laſterhaft. Quintianus: *Sed dignum Tragici ſceleſtuoſa Ardentis rabie nimis cothurni.*

¶ Scĕlĕrōſus, *a, um*, idem, quaſi plenus ſcelerum, voller laſter. Ter. Eun. 4, 3 pr. *Vbi ego illum impium & ſceleroſum inveniam?* Lucret. 1, 84 *Sceleroſa atque impia facta.* Apul. Met. 10 p. 252 *Sceleroſæ mulieris contagio maculari.* conf. Lucil. & Afran. ap. Nonium 2, 809.

¶ Scelĕro, *ōnis*, ſubſt. ein ſchalck, ertzbube. Cic. Att. 8, 3 *In qua erat Eros ſcelero.* v. Barth. Adverſ. 11, 17; & Reineſ. in Petron. p. 74; & ipſum Satyricon c. 50.

¶ Scelĕro, *avi, atum, are*, pro ſceleſte & impie polluere, ſchändlich verunreinigen. Virg. Æn. 3, 42 *Parce pias ſcelerare manus.* Stat. Theb. 9, 666 *Sceleravit ſanguine dextram.* Plautum etiam hoc verbo uſum, ex Servio diſcimus. Ita enim ille ad paullo ante adductum Virgilii locum: SCELERARE, *polluere. Plautinus ſermo hodie non in uſu.* Ita in exemplari Veneto, ab Alexandro Vellutello An. 1534 edito, conceptum hoc ſcholium legitur. Quod in Petri Danielis codice ita habetur: SCELERARE, *polluere. Nomen tamen fecit* (ſceleratus) *ſine verbi origine: non enim dicitur* SCELERO. Sed ſi non dicitur SCELERO; neque hoc verbum in uſu fuit, unde compoſitum *conſcelerare* eſt? de quo mox dicetur. conf. de hoc ſimplici Catull. 65, 404; & Sil. 16, 122.

¶ Scĕlĕrātus, *a, um*, ſceleſtus, nefarius, noxius, ſchändlich, leichtfertig, gottlos. Cic. Att. 9, 15 *Ego illum male ſanum ſemper putavi, nunc etiam impurum & ſceleratum puto*, ich halte ihn nun für den ärgſten böſewicht. Id. pro Dejot. c. 1 *Crudelis Caſius, ne dicam ſceleratus & impium.* Et, *Amor ſceleratus habendi*, Ovid. Met. 1, 131, der arge geitz. *Scelerata ſedes*, Tibull. 1, 3, 67, eſt pars inferorum malos coërcens. v. Brouckh. ad h. l. Comp. *Sceleratior haſta*, Cic. Off. 2, 8. conf. Id. de Ar. reſp. c. 3; & Att. 7, 2. *Cauſſa parricidii ſceleratior parricidio*, Iuſtin. 10, 2, 1. *Sceleratius telum*, Sen. de Ira 3, 14. Superl. *Homini poſt homines natos turpiſſimo, ſceleratiſſimo*, Cic. pro Domo c. 9. conf. Quintil. Decl. 10 & 372; & Salluſt. Iug. c. 102. Compar. & Superl. etiam apud Auguſtinum epiſt. 202 ad Nectarium uno loco exhibentur. De tumultu quodam paganorum adverſus Chriſtianos dicit: *Scelerati omnes, quibus etſi non facientibus, neque immittentibus iſta commiſſa ſunt, ſceleratiores, qui commiſerunt; ſceleratiſſimi, qui immiſerunt.* ¶ 2. In Inſcriptionibus *ſceleratos* ſe nominant, qui vel filiis vel parentibus monumenta ponunt, plane ut *infelix conjux, infelix pater &c.* Fabrett. p. 237 POTIOLANA MATER SCELERATA FILIO SALBIO. Et ibid. FILIIS SVIS INFELICISSIMIS FECIT MATER SCELERATA, &c. Sic Inſcript. Reineſ. claſſ. 12 n. 122; & cl. 13 n. 47 *Mater ſcelerata* eſt filiis orbata, ideoque infelix. Adde Burm. ad Quint. Decl. 10, 6 p. 218. ¶ 3. *Campus ſceleratus*, locus Romæ ad portam Collinam: ubi Veſtales ſtupri compertæ defoderentur. vid. Feſt. & Liv. 8, 15 extr. ¶ 4. *Vicus ſceleratus*, alius locus Romæ: inde ſic dictus, quod Tullia Tarquinii ſuperbi uxor, per patris mortui corpus ibi carpentum egit; Id. Liv. 1, 48. ubi Sigonius aliique *Cyprium* ac *Sceleratum Vicum* eundem eſſe, credunt, a Drakenborchio autoritate Dionyſ. Halic. confutati. ¶ 5. *Porta ſcelerata* una ex Romanis portis, quæ *Carmentalis* antea appellata: Servius ad illud Virg. Æn. 8, 337 *Monſtrat & aram, Et Carmentalem Romano nomine portam. Aut quam Evander*, inquit, *matri fecit exſtinctæ, aut ideo, quia ibi ſepulta &c. Hæc ARA juxta portam, quæ primo a CARMENTE* Carmentalis *dicta eſt; poſt SCELERATA a Fabiis* 306, *qui per ipſam in bellum profecti, non ſunt reverſi.* Senſus autem: *porta infelix.* ¶ 6. *Herba ſcelerata*, brandkraut, deſcribitur ab Apulejo de Herb. c. 8 *Si quis homo eam guſtaverit, videndo examinatur: eſt enim cauſtica.*

¶ Scelĕrāte, adverb. böslich, ſchändlich. Cic. ad Qu. fr. 1, 3 *Peccavi ſcelerateque feci. Domus per ſcelus erepta; - ſceleratius etiam ædificata*, Id. pro Domo c. 58. *Sceleratiſſime inſidias machinari*, Id. pro Sextio c. 64. conf. pro Domo c. 55.

¶ Conſcĕlĕro, *are*, ſcelere polluere, ſchänden. Liv. 40, 8 *Agite, conſcelerate aures paternas.* Catullus carm. 68 ad januam impudicæ v. 24 *Dicitur & miſeram conſceleraſſe domum.* Et Ovid. Met. 7, 34 *Oculos videndo conſcelerare*, dicuntur, qui nefandum aliquod facinus adſpiciunt.

¶ Conſcĕlĕrātus, *a, um*, ſchändlich. Liv. 8, 18 *Mens conſcelerata.* Id. 2, 37 *Se ut conſceleratos contaminatosque ab ludis abactos eſſe.* Et Cic. pro Cluent. c. 10 *Nefarius & conſceleratus vultus.* Id. pro Roſc. Am. c. 24 *A filiis conſceleratiſſimis furiæ domeſticæ pœnas parentum dies noctesque repetunt.* Sic, *Conſcelerata vis*, Id. Cat. 2, 9; & pro Domo c. 28.

SCĒNA, *æ*, f. *σκηνή*, umbraculum theatrale, tabernaculum *ἀπὸ τῆς σκιᾶς*, ſchauplatz. Veterum ſcenæ de frondibus ſtruebantur ſine pariete, poſtea tabulatæ fieri cœperunt in modum parietis. In ſcenis hiſtriones recitabant, mimique & ludii cæteri. *Scenis agitatus Oreſtes*, Virg. Æn. 4, 471. *In ſcenam producere*, Plin. 7, 48. *Dignus qui ſpectetur in ſcena*, Cic. pro Quintio c. 25. conf. Id. Off. 1, 31. Et pro Muræn. 19 *Nos quoque habuimus ſcenam competitricem*, h. e. competitorem muneribus editis gratioſum. *Ad ſcenam ire*; & *in ſcenam prodire*, comödien ſpielen, Nepos præfat. n. 4 & 5. *Redditi ſcenæ pantomimi*, Tac. An. 14, 21, 7. ¶ 2. *Scenæ ſervire*, eſt, ſervire tempori & rebus præſentibus ſeſe accommodare, ſich in die zeit und gelegenheit ſchicken. Cic. ad Brut. epiſt. 9 *Tibi tunc, populo & ſcenæ, ut dicitur, ſerviendum eſt.* Petron. c. 117 *Ne quid ſcenæ deeſſet*, h. e. apparatui ad fallendum compoſiti. v. Gonſal. p. 193. ¶ 3. *Scenæ* etiam dicuntur partes actuum in fabulis, auftritt. Hinc, *Scena totius rei hæc eſt*, id eſt, actio. Cælius ad Cic. fam. 8, 11 ſub fin. ¶ 4. *In ſcena eſſe* dicitur, quod oculos hominum in ſe convertit, ut plurimis notum ſit & laudatum. Cic. pro Planc. c. 12 *Omitto illa, quæ ſi minus in ſcena ſunt, at certe cum ſunt prolata, laudantur.* Ovid. Triſt. 1, 8, 48 *Scena manet dotes grandis, amice, tuas.* Sic Suet. Calig. c. 15 *Nec minore ſcena*, id eſt, apparatu, oſtentatione. ¶ 5. *Scenam* apud Feſtum Cincius in libro, qui eſt de verbis priſcis, *dolabram*, ait, *eſſe pontificiam.* Ibidem Livius: *Corrait, quaſi ictus ſcena.*

¶ Scēnālis, *e*, ad ſcenam pertinens; ut, *Scenalis ſpecies patrum*, Lucret. 4, 77.

¶ Scenārius, *a, um*, idem. Ammian. 28, 4 *Artifices ſcenarii per ſibilos exploduntur.* Inſcript. Murat. p. 648 PICTOR SCENARIVS.

¶ Scēnāticus, *a, um*, idem; ut, *Comici nitidi, ſcenatici*, Varro apud Nonium 2, 822.

¶ Scē-

¶ Scēnātilis, *e*, idem. Varro apud Nonium l. c. *Hic modo scenatilis.*

¶ Scēnĭcus, *a, um*, σκηνικός, idem; ut, *Actores scenici*, Quintil. 6, 1, comödianten. *Scenica dicacitas*, Id. 6, 3. Et, *Venustas scenica*, Cic. de Orat. 3, 8. *Artifices scenici imitantur affectus*, &c. Sen. epist 11. *Nihil scenicum apud Græcos pudori est*, Liv. 24, 24. Romanis moribus in scenam prodeuntes quæstus causſa, infames erant, leg. 2 § 2 ff. de his, qui not. infam. Cæterum originem ludorum scenicorum apud Romanos explicat Liv. 7 pr. ¶ 2. Sed & absolute *scenici* dicti, scenici actores. Cic. Off. 1, 31 *Scenici plus videntur habere prudentiæ.* Suet. Ner. c. 21 *Non dubitavit etiam privatis spectaculis operam inter scenicos dare.* Idem Nero opprobrii causſa *Scenicus* vocatus, Tac. An. 15, 59, 2.

¶ Scēnice, adv. σκηνικῶς, idem; ut, *Facere aliquid scenice*, Quint. 6, 1.

¶ Scēnītæ, *arum*, m. pl. populi Arabiæ, ſic dicti a *scenis* vel tabernaculis, de quibus Plin. 5, 11; & Solinus c. 23. Hos *Scenitas* deinde *Saracenos* appellatos, indicat Ammianus 22, 15; & 23, 6.

¶ Scenifactor, vel Scenæfactor, *ōris*, m. ein teppichmacher, de Paulo Arator in Act. 2, 506. Sic &

¶ Scēnōfactorius, *a, um*. Actor. c. 18, 3 de eodem Paulo legitur, *quod erat scenofactoriæ artis.*

¶ Scenographia, *æ*, f. σκηνογραφία, definiente Vitruvio 1, 2 *est frontis & laterum absedentium adumbratio*, der proſpect des gebäudes. Differt ab Orthographia & Ichnographia ſive Sciagraphia, ut Salmaſius Exercit. Plin. p. 577 (ed nov.) accurate monſtravit. Totum enim corpus ædificii depingit: Orthographia ſolam frontem erectam: Ichnographia fundamentum ſolum in plano delineat.

¶ Scēnŏpēgia, *orum*, n. pl. σκηνοπηγία, & ſingulare, σκηνοπηγία, feſta tabernaculorum, der Jüden lauberhütten-feſt. Vulg. Interpr. Ioh. c. 7, 2.

¶ Epiſcēnium, *i*, n. ἐπισκήνιον, quod ſupra ſcenam exſtruitur, apud Vitruv. 7, 5. vid. Bald. Lex. p. 46.

¶ Epiſcēnos, *i*, f. itidem pars, quæ ipſi ſcenæ ſuperadditur, Vitr. 5, 7.

¶ Obſcenus, cum derivatis vide ſupra ſuo loco.

¶ Poſtſcēnium, *i*, n. poſterior pars theatri. Sic *Poſtſcenia vitæ* eleganti translatione actiones, quas celant homines, vocat Lucret. 4, 1183.

¶ Proſcēnium, *i*, n. locus erat liber ante ſcenam aulæis & peripetaſmatis tectam, in quo hiſtriones agebant, das vorgerüſte. Suet. Ner. c. 12 *Ludos ſpectavit e proſcenii faſtigio.* Inſcript. apud Reinesium p. 298 THEATRVM ET PROSCENIVM REFECERE. conf. Vitruv. 5, 6. Plaut. Amph prolog. v. 91; Pœn. prol. v. 17; & Truc. prol. v. 10; Virg. Georg. 2, 381; Apul. Met. 3 p. 130.

SCEPĪNVS, *i*, m. piſcis marinus Plinio 32, 11.

SCEPTĬCA, *æ*, f. σκεπτική, ſecta philoſophorum ſemper dubitantium & quærentium, nihil autem ſtatuentium.

¶ Sceptĭcus, *i*, m. plur. *Sceptici*, σκεπτικοί, a σκέπτομαι, *conſidero, ambigo*, zweifler. Origo ab Academia eſt: inſtituit Pyrrho, unde & *Pyrrhonici* appellati. vid. Gell. 11, 5, & Sextum Empiricum l. 1 & *Pyrrhonici* Hypotyp. item ſupra in *Academia* de Academicis. Adde Quint. 10, 1.

SCEPTOS, *i*, m. σκῆπτος, procella, ein ſturmwetter. Apul. de Mundo p. 64 *Sceptos generale omnibus, quæ de nubibus cædunt, nomen eſt.*

SCEPTRVM, *i*, n. σκῆπτρον, a σκήπτειν, *niti*, inſigne regium, ein ſcepter, regiments-ſtab. Cic. pro Sextio c. 26 *Sedens cum purpura & ſceptro & inſignibus illis regiis.* Suet. Galba c. 1 extr. *Auguſtique ſceptrum e manibus excluſum eſt.* Vbi per *ſceptrum*, ſcipio eburneus cum aquila intelligendus eſt. Hinc enim Romanorum principum inſigne. vide infra *Scipio.* vide & de Origine ſceptrorum Rupert. ad Pompon. Enchirid. p. 134 ſeq. *Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci ſceptra dixere*, ait Iuſtinus 43, 3, 3. Ita per ſceptrum jurat Agamemnon Homericus. vid. Ovid. Rem. am. v. 783. ¶ 2. Vſurpatur & pro imperio ſeu regno per metonymiam. Xenophon lib. 8 de Pædia Cyri: Οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῴζον ἐστιν, ἀλλ' πολλοὶ φίλοι οἱ σκῆπτρον βασιλεύσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. Quam ſententiam imitatus Salluſtius Iug. c. 10 eleganter expreſſit: *Non exercitus neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide parantur.* v. Virg. Æn. 9, 267. Id. Æn. 1, 257 *Reponere aliquem in ſceptra.* Ovid. Met. 6, 677 *Sceptra capere.* Sen. Oedipo v. 705 *Qui ſceptra duro ſævus imperio regit, Timet timentes, metus in auctorem redit.* ¶ 3 Ovid. Amor. 2, 18, 13 *Sceptra tamen ſumpſi*, h. e. ad tragœdiam ſcribendam animum appuli. Add. Id. 3, 1, 14 & 63.

¶ Sceptrĭfer, *a, um*, der den ſcepter trägt; ut, *Manus ſceptriferæ*, Ovid. Faſt. 6, 480. Et Sil. 17, 143 *Sceptrifera arbuta palmas vincere cauta.* Et Mart. Capella 9 p. 309 *Sceptrifero ſub diademate.*

¶ Sceptrĭger, *a, um*, idem. Silius 16, 244 *Sceptrigero cum rege, parci ſub honore reſidunt.*

¶ Sceptuchus, *i*, m. σκηπτοῦχος, ſceptrum tenens, Tac. An. 6, 33, 3. Vide quæ de hac voce annotat Leunclavius ad Xenophont. p. 1041, & in Pand. Turc. c. 223 & 199.

SCHĔDA, *æ*, f. σχεδή, tabula, in qua litu ſpongiæ, quæ notata ſunt, leviter deleri poſſunt, eine ſchreibtafel, eſelshaut. Martial. 4 epigr. 91 *Nec ſumma potes in ſcheda timeri.* ¶ 2. Et folium chartæ nondum compactæ, ein blat papier ein zettel. Cic. Att. 1, 20 *Enitere, ut ſcheda ne qua depereat.* Quintil. 1, 8 *Excitere omnes ſchedas.* conf. Iſidor. 6, 14.

¶ Schĕdula, *æ*, f. σχεδάριον, dim. Cic. fam. 15, 16.

¶ Schēdia, *æ*, f. σχεδία, navigium quoquo modo conſtructum, i. e. trabibus tantum inter ſe nexis factum, ein floß auf dem waſſer. Feſtus. Vlpian. l. 1 § 6 ff. de exercit. act. *Sive in ſtagno navigat, ſive ſchedia ſit.* ¶ 2. Et pons tumultuarius, eine brücke in eil gemacht, Suida auctore.

¶ Schedium, *i*, n. σχεδίον, ein aufſatz, entwurf. Nam inelaboratum omne, *Schedion* a Græcis dicitur. Hinc *Schedia*, *orum*, carmina ſunt extemporalia & inemendata, σχεδιάσματα, *Silvas* noſtri vocant, a σχεδιάζειν, quod eſt ex tempore dicere. Feſtus: SCHEDIA, *genus navigii inconditum, &c. Vnde mala poemata appellavit* SCHEDIA, *cujus, cum dixit:* QVI SCHEDIVM FACIT INCONDITVM ET INELABORATVM. Lacunam hujus loci feliciter explevit Fulvius Vrſinus Notis ad Servium, *Lucilii* nomen ex quodam Apuleji loco inferens. Verba Apuleji ſunt in Florid. append. p. 364, vel, ut Vrſinus laudat, princ. de Deo Socratis p. 92. *Sed ut me*, inquit, *omnifariam noveritis, & in iſto, ut ait Lucilius, ſchedio incondito experiamini, an idem ſim repentinus, qui præparatus.* Firmat hanc eruditiſſimi viri reſtitutionem & conjecturam Petronius etiam, cum ſcribit c. 4 *Sed ne me putes improbaſſe Luciliana humilitatis ſchedium, quod ſentio, & ipſo carmine effingam.* v. Burm. ad h. l. Ita Auſonius libellum epigrammatum, quibus in Biſſulam puellam luſit, SCHEDIVM vocat: *Biſſula in hoc ſchedio cantabitur, aut Eraſinus.* Vet. Gloſſ. σχέδιον, *Ex tempore dictum.* Add. Sidon. 9, 16. Alia, quæ huc faciunt, vide apud Creſoll. Theatr. Rhet. 3, 11.

¶ Schēdĭcus, *a, um*, σχέδιος, in eil gemacht. Sic nonnulli legunt in Apulej. l. c. *In ſchedico & incondito experimini.* v. ed. Colv. p. 283.

SCHĒMA, *ătis*, n. σχῆμα, figura, die geſtalt. Cic. in Bruto c. 17 & 37 lumina & ornamenta verborum ſententiarumque σχήματα appellari ait, conf. Quintil. 9, 1. Et Auguſt. de Trinit. 15, 9 *Schemata uſitatius dicimus quam Figuras.* Sub ſchematum nomine continentur figuræ dictionis, & ſententiarum. Martial 3 epigr. 68 *Schemate non dubio, ſed aperte nominat illam*, nicht verblümt. Vitruv. 1, 6 *Formas Græci σχήματα dicunt.* conf. Id. 3, 1; & 8, 6. ¶ 2. Plautus *cum ſervili ſchema*, dixit genere fœminino, prologo Amph. v. 117, antiquorum more: qui græca neutra tertiæ declinationis in prima efferebant; & ita *Glaucomam* quoque dixit Idem Mil. 2, 1, 70. vid. Priſcian. 6, & Voſſ. 5 Inſtit. Orat. p. 258; & Taubm. in Plaut. l. c. p. 14. Et ſic Suet. Tib. c. 43 *Exemplar imperatæ ſchemæ.* vid. de hoc loco & his ſchemis impudicorum, earumque auctoribus Philænide, Elephantide &c. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 13 p. 520 ſq. Nam in nummos etiam impuritas illa traducta, quos Spintrias Tiberianas appellant antiquarii. Et Petron. c. 44 *Nec ſchemas loquebatur.* Adde Parei Lex. Plaut. p. 1123.

¶ Schematiſmus, *i*, m. σχηματισμός, figuratio. Quint. 1, 8 p. 97 *Vitia in carmine metaplaſmos & ſchematiſmos & ſchemata vocamus.* v. ibi Burm.

¶ Aſchemăton, ἀσχήματον, quod male figuratum, Quintil. 5, 3. Idem 9, 1 *Orationem, ἀσχημάτιστον* vocat.

¶ Euſchēme, adverb. εὐσχήμως, decore, ſpecioſe, erbar, zierlich. Plaut. Mil. 2, 2, 58 *Euſcheme adſtitit.* conf. Trin. 3, 1, 24.

SCHĬĂSIS, vel Sciaſis, *is*, f. vox nata ex Græcæ linguæ ignorantia, ex qua etiam vulgus medicorum coxendicum morbum (hüfftwehe,) *Sciaticam paſſionem* vocat. Rectius *Iſchias* dicitur. Hinc Macer 1, 2 de Abrotono v. 9 *Iſchiada & curat.* Pro quo male exemplaria ſcripta habent: *Sic ſchiaſin curat.* Id. 1, 12 de Ruta: *Arthriticos ſciaſinque juvat.*

SCHĪDIA, *orum*, n. pl. σχίδια, fragmenta, quæ ex lignis fabri deſecant, ſpäne. Vitruv. 2, 1 *Schidiis & ludo obſtruere.* conf. 7, 10.

SCHĪNOS, *i*, f. σχῖνος, Romani *lentiſcum* dicunt, ein maſtixbaum. vid. Dioſc. 1, 77. Fabric. ad Hier. de ſcript. eccl. c. 63 no. l. Hinc

¶ Schinĭnus, *a, um*, σχίνινος, i. e. *lentiſcinus*, von maſtix. Dioſc. l. c.

SCHISMA, *ătis*, n. σχίσμα, ſciſſura, eine ſpaltung, trennung. Differt ab hæreſi. vide *Hæreſis.* Tertull. de Præſcript. adv. Hæret. c. 5 *Apoſtolus diſſenſiones & ſchiſmata increpat.* Id. adv. Marc. 4, 35 *Samaria deſciverat ab Iſraële, habens ſchiſma illud ex decem tribubus.* conf. Sidon. 8 epiſt. 14.

¶ Schiſmătĭcus, *i*, m. σχισματικός, qui ſchiſmate abruptus eſt ab eccleſia orthodoxa, der trennung anrichtet. Hieron. epiſt. 21 ad Paulum Concordienſem ſub fin. *Dum ſchiſmatici hominis venena cognoſcimus.* Definit accurate Auguſtinus *Schiſmaticum*, & ab *Hæretico* diſtinguit, libro de Fide & Symbolo c. 10.

SCHISTVM, *i*, n. σχιστόν, lac ſciſſile, a quo ſcilicet liquidum ſereſcens eſt diviſum, geronnene oder geſchiedene milch). Dioſc. 2, 63, & Plin. 28, 9. ¶ 2. *Schiſta*, inter cæpe genera, Plin. 19, 6. ¶ 3. *Schiſton* aluminis ſpecies, Plin. 35, 15. Adjective *Schiſtum alumen*, Celſ. 5, 2, federweiß. ¶ 4. Plin. 29, 3 & *Ova ſchiſta* dixit, tota lutea poſt triduanam incubationem. ¶ 5. *Schiſtos*, λίθος σχιστός, *lapis*, vim habet hæmatitis, a quo Germani eum non diſtinguunt, ein blutſtein. Agricola. conf. de *Schiſto*, lapide ſciſſili, ſchiefer-ſtein, Plin. 33, 4; & 36, 20; & Dioſc. 5, 98.

SCHOENVS, *i*, m. & Schœnum, *i*, n. σχοῖνος, & ſunem Græcis ſignificat, & juncum, das ſeil, das ſchilf. Cato R. R. 105 *Schœnum & calamum in pila contundito.* Plaut. Rud. 2, 1, 5 *Hi ſchœni & hæ arundines ſunt nobis quæſtui & cultui.* Adde Apul. de Herb. c. 14. Dioſc. 1, 16; Plin. 12, 14; & 6, 26; & 5, 10; Solin. c. 56; Colum. 12, 20. ¶ 2. Eſt & unguenti peſſimi genus, quod ex σχοίνῳ ſeu junco odorato fiebat, audore Turnebo Adv. 23, 18; Scalig. ad Feſt. Plaut. Pœn. 1, 2, 55 *Verſari inter miſeras, ſchœno delibutas. Schœnos aromatica*, i. e. Suim in Dioſcor. Noth. ¶ 3. *Schœnus*, menſura Ægyptiaca, ſexaginta ſtadia complectitur. Herodotus 2, 6 ὁ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὼν Αἰγύπτιον ἔξηκοντα στάδια ἐνανται. De inconſtantia ac incertitudine *Schœnorum* & parafangarum pro temporis & locorum diverſitate v. Henr. Dodwellus diſſ. de Iſid. Characeno Geographis Hudſonianis præmiſſa § 12 ſqq.

¶ Schœnus, *untis*, σχοινοῦς, flumen Athenis proximum, a juncis dictum, auctore Strabone. ¶ 2. Portus item & oppidum Atticæ regionis, Plin. 4, 7.

¶ Schœnĭcŭlæ, vel Schœnicolæ, *arum*, f. *meretrices, propter uſum unguenti ſchœni*, ſic appellatæ, Feſtus. *Schœnicula, ab ſchœno nugatorio unguento*, Varro L. L. 6, 3. conf. Taubman. ad Plaut. p. 1190: Dacer. ad Feſt. & Scalig. Conject. p. 134 ſq.

¶ Schœnobătes, *æ*, m. σχοινοβάτης, funambulus, der auf dem ſeil gehet, a σχοῖνος & βαίνω, vide *Funambulus.* Iuvenal. ſat. 3, 77 *Augur, ſchœno-*

ſchænobates, medicus, magus, omnia novit. Et Sidon. Carm. 23, 300 *Quid dicam mimos, ſchænobatas, gelaſianos.*

¶ Schœnobaticus, *a, um,* σχοινοβατικὸς; ut, *Schœnobaticam facere,* Cic. fam. 8, 1. Vbi tamen memineris legendum aliis videri *embaeneticam,* id eſt, navicularium.

¶ Holoſchœnus, *i,* m. ὁλόσχοινος, junci quoddam genus craſſum & carnoſum, Plin. 21, 18.

Oxyſchœnus, vide ſupra in O.

¶ Triſchœnus, *a, um,* i. e. ter ſexaginta ſtadia complexus; ut, *Triſchœna menſura,* Plin. 5, 24. vid. *Schœnus* n. 3.

SCHOLA, *æ,* f. σχολή, ludus literarius, dictus vel ab otio honeſto & voluptate in docendo, vel a vacando; id enim Græcis σχολάζειν eſt apud Feſtum, die ſchule. Auſonius Protreptico ad Nepotes v. 4 *Grajo ſchola nomine dicta eſt, Iuſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis, &c.* Sic, *In ſchola aſſidere,* Cic. de Orat. 1, 22. *Hominem audietis, de ſchola atque a magiſtro & græcis literis eruditum,* Ibid. 2, 7. *Homo facetus, perfectus, politus e ſchola,* Id. in Piſ. c. 25. *Hoc de genere a philoſophis in ſchola diſputatur,* Id. Off. 2, 25. *A philoſophorum ſchola virtutis præcepta petere,* Quint. Procem. p. 9. conf. Parei Lex. Crit. p. 1123. ¶ 2. *Scholæ,* diſputationes & controverſiæ in ſcholis agitatæ, de rebus cognitione dignis, ſchul-geſpräche. Cic. Tuſc. 1, 4 *Scholas dierum quinque in totidem libros contuli.* Quintil. 3, 1 *Pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.* Cic. de Fin. 2, 1 *Primum deprecor, ne me tamquam philoſophum, putetis ſcholam vobis aliquam explicaturum,* i. e. locum aliquem e philoſophia ſive controverſiam. Ad juris ſcientiam etiam refertur, unde *Scholaſtici,* jurisperiti ſunt & advocati, ut mox dicemus. ¶ 3. Apud ICtos & mediæ ætatis auctores *Scholæ* etiam dicuntur corpora, ſive ordines ſeu conſortia hominum, qui in aula militabant, ſub magiſtri officiorum imperio poſiti; cujusmodi ſcholarum undecim fuiſſe, ex Codice diſcimus. Ita *Schola agentium in rebus: Schola domeſticorum: Schola equitum & peditum: Schola ſcutariorum &c.* in Codice leguntur. Ammian. 25, 10 *His ita triſtibus lætum aliud addebatur, miſſos a Iovino milites adventare, quos capita ſcholarum ordo caſtrenſis appellat, &c.* Et paullo poſt: *Quibus compertis, Valentiniano, qui cum iisdem rediret, regendæ ſcutariorum ſecundæ committitur ſchola, & Vitellianus domeſticorum conſortio conjungitur &c.* Meminit & alibi. vid. Valeſ. ad Ammiani d. l. f. 442, & Veget. de re milit. 2, 19. ¶ 4. Alias ſignificationes vocabuli *Scholæ* tam generales, quam ſingulares doctiſſime congeſit Henr. Valeſius ad Ammiani lib. 14 fol. 33, quas pretium erit ſublegere. Nam & *ſchola* dicitur porticus circa labrum in balneis apud Vitruv. 5, 10, ubi Baldi Lex. v. p. 109. conf. Plin. 35, 10; & Rhodig. 30, 20.

¶ Schŏlāris, *is,* c. idem quod *Scholaſticus,* a *Scholis* literatus dictus, ein ſcholar oder ſchüler. Sed hæc recentior notio, ſi non analogiæ, ſed uſui veterum illam compares. Vide ſis Curas Poſter. Cellarii p. 319. ¶ 2. Deinde *Palatinus miles,* ſive militans in ſacro palatio. Horum ſcholarium multa mentio in Codice. De quibus & luculentus locus, & dignus lectu apud Agathiam eſt lib. 5 Hiſt. Iuſtin. Severus Sulp. de Vita Martini 1, 1 *Ipſe armatam militiam in adoleſcentia ſecutus inter ſcholares alas ſub rege Conſtantio, deinde ſub Iuliano Cæſare militavit.* V. & Meurſii Gloſſarium Græco-barbarum. Poſſis comparare cum iis, quæ apud Gallos vocantur die haustruppen. ¶ 3. *Scholaris, e,* adject. pro *ſcholaſticus,* etiam de literarum ſtudiis, uſus admiſit mediæ ætatis Latinorum. Sic Hieron. ad Damaſum epiſt. 125 quæſt. 2 *Scholari declamatione,* & Fulgent. præf. lib. 1 Mytholog. *ſcholaria rudimenta* dixit. Sic & Mart. Capella 3 p. 93 *Scholaria inchoamenta.* v. Cellarii Cur. Poſter. l. c.

¶ Scholaſticus, *a, um,* zur ſchule gehörig; ut, *Scholaſtica materia,* Quint. 11, 1. *Scholaſticæ controverſiæ,* Id. 4, 2. *Scholaſtici ſtudioſi,* Plin. 1 epiſt. ult. ¶ 2. Subſtantive ſumtum denotat eum, qui deditus literis, & eloquentiam exercet aut docet, ein ſchulmann, Plin. de Iſæo 2 epiſt. 3 *Animum ſexageſimum exceſſit, & adhuc Scholaſticus tantum eſt, quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim, qui in foro verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolentes, addiſcimus.* conf. Quint. 12, 11 p. 1110. Sen. præf. lib. 5 Controv. *Nihil indecentius, quam ubi ſcholaſticus, quod non novit, imitatur.* Auct. de cauſſis corruptæ eloqu. c. 35 *At nunc adoleſcentuli noſtri dedicuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui RHETORES vocantur.* Sev. Sulpit. Dialog. 1, 5 *Quia ſcholaſticus* (id eſt, eruditus) *es, non immerito te verſu comici illius admonebo &c.* Et c. ult. *Cæterum cum ſis ſcholaſticus, hoc ipſum quaſi ſcholaſticus artificioſe facis, ut excuſes imperitiam, quia exſuperas eloquentiâ.* Plura de hoc vocabulo notarunt Caſaub. ad Maximinum Lampridii, Wowerius ad Petronium, Rittersh. ad Salvian. p. 3 ſeqq. Elmenh. Indice in Apul. ¶ 3. Et *Scholaſtici* jurisperiti & advocati dicebantur, v. Voſſ. de Hiſt. Græc. in Agathia Scholaſtico p. 270; Rittershuſ. in Lect. ſacr. p. 94; & Pareum in Lex. Crit. p. 1125.

¶ Schŏlium, *i,* n. σχόλιον, breve ſcriptum, diſputatiuncula. Cic. Att. 16, 7 *Velim σχόλιον aliquid elimes ad me, oportuiſſe te iſtuc facere.* ¶ 2. *Scholia* etiam hymni dicebantur, in honorem heroum cantari ſoliti; ſic *Scholium,* ſive *melos Harmodii* apud Athen. lib. 15; Leopard. 12, 8. conf. Andr. Schottus in Procli Chreſtomathiam: & Voſſ. Inſt. Orat. p. 417. ¶ 3. Vulgo *Scholia* vocantur etiam breves interpretationes, quales præſertim in præſtantiſſimos quosque poëtas Græcos Græce ſcriptas habemus. Talia etiam ſunt Servii, Donati aliorumque in Virgilium, Terentium &c.

¶ Schŏlicus, *a, um,* zu ſchul-ſachen gehörig. Gell. 4, 1 *Oſtentabat quiſpiam grammatice rei doctior ſcholica quædam nugalia.* Et Varro apud Nonium 6, 22 *Auribus ſcholica dape ebriis.*

¶ Schŏliaſtes, *æ,* m. σχολιαστής, commentator, qui interpretationem in veteres auctores, poëtas maxime, ſcripſit, ein ausleger.

¶ Scholarcha, *æ,* m. σχολάρχης, ein ſchul-oberſter, ſchul-inſpector. Sic, &

¶ Anteſchŏlānus, *i,* m. ein ſchul-aufſeher. Petron. 81 *Veritus, ne Menelaus anteſcholanus ſolum me in diverſorio inveniret.* v. Burm. & Gonſal.

¶ Prŏſcholus, *i,* m. ein unter-lehrer; puerorum moribus præfectus, quique eos admonebat officii ſui. Auguſtin. de Verbis Apoſt. ſer. 19 c. 7 *Tam pauper, ut proſcholus eſſet Grammatici.* conf. Auſon. Profeſſ. 22 tit.; Scalig. Auſon. Lect. 1, 15; & ex eo I. Faber Agoniſt. 2, 6.

SCHYTANVM, *i,* n. medicamentum ſorbere cogens, Plin. 33, 5.

SCIA, *æ,* f. græc. σκιά, umbra, der ſchatten. Hinc

¶ Sciāre, *es,* f. σκιαρή, herba umbroſa, alias *Chamæleon,* diſtelkraut, Apul. de Herb. c. 25.

¶ Sciādeus, *ei,* m. σκιαδεύς, quaſi umbra piſcis, piſcis marinus. Plin. 32, 11.

¶ Sciagrăphia, *æ,* f. σκιαγραφία, levis adumbratio, ichnographia, eine abbildung, ein abriß, quam quidam *Vitruvii Scenographiam* interpretantur, ſed falſo, ut erudite Salmaſius ad Solinum oſtendit p. 577 edit. ſec. *Sciographiam* apud Vitruv. 1, 2 agnoſcit Baldus Lex. Vitruv. p. 110.

¶ Sciamachia, *æ,* f. σκιαμαχία, pugna umbratilis ſeu belli ſimulacrum, eine fechtübung, ein ſpiegelfechten, quemadmodum ex Ennio deſcripſit Virg. Æn. 5, 363. Sic Varronis *Satyra Menippea inſcribitur* σκιαμαχία apud Gell. 13, 21.

¶ Sciathĕras, *æ,* m. σκιαθήρας, vel σκιόθηρον, inſtrumentum mathematicum, quo ex ratione umbrarum horas inveſtigamus, umbræ indagator, gnomon, der ſchatten-zeiger in der ſonnen-uhr. vid. Vitruv. 1, 6; & Bald. Lex. Vitruv. p. 109.

¶ Sciathĕricum, vel Sciothericon, *i,* n. horologium eſt ex obſervatione umbrarum, *Solarium* vulgo vocant, quo horæ æquales æquinoctialesque colliguntur, ein ſonnenzeiger, ſtundenweiſer. *Horologium ſciothericon,* Plin. 2, 76. Dicitur a σκιά, *umbra,* & θήρα, *venatio* ſive *indagatio.* De ratione conficiendi ejusmodi horologia Vitruv. 1, 6 *Collocetur æneus gnomon indagator umbræ, qui Græcis* σκιαθήρας *dicitur, &c.* Cum *indagator umbræ* dicit, Græcum vocabulum interpretatur.

¶ Sciomantia, *æ,* f. σκιομαντεία, divinatio ex umbra, weiſſagung aus dem ſchatten.

¶ Aſcius, *a, um,* ἄσκιος; exumbris, ſine umbra, ohne ſchatten. Sic Plin. 2, 73 *Loca aſcia* dixit, ubi in meridie nullam umbram projiciunt gnomones, ſole vertici illorum imminente. Sic *Aſcii* Zonæ torridæ incolæ, quando ſol ipſis verticalis eſt. Tum enim meridiano tempore carent umbra. Nam pro diverſa ſolis umbra cadente, & provinciæ & incolæ *Aſcii, Amphiſcii, Antiſcii, Heteroſcii, Periſcii.* v. Varenii Geogr. gen. c. 27.

¶ Amphiſcii, *orum,* m. pl. ἀμφίσκιοι, biumbres populi ſub æquinoctiali circulo ita dicti, quod circumquaque projiciant umbram meridie in ipſis æquinoctiis. v. Geogr.

¶ Antiſcii, *orum,* m. pl. ἀντίσκιοι, contrumbres, von ungleichem ſchatten. Ammian. 22, 15 *Vbi umbræ noſtris in contrarium cadunt, Antiſcios incolas vocant.*

Heteroſcii, *orum,* m. vide ſupra in H.

¶ Periſcii, *orum,* m. pl. περίσκιοι, circumbres, kreis-ſchattigte, ubi umbra vertitur in circulum, nempe ſub polo arctico & antarctico. v. Aſtron.

SCIĂTHOS, *i,* f. inſula in mari Ægæo, Valer. Flacc. 2, 8.

SCIĂTĪCA, *æ,* f. & *Sciaticus morbus,* i. e. lumbago, hüfft-wehe, lenden-wehe, corrupte apud medicos Theodor. & Veget. pro *Iſchiacus,* vel *Iſchiadicus,* ab oſſe verſuræ inferioris, quod ἰσχίον, *coxa,* vel *coxendix* nuncupatur. v. Voſſ. de L. L. 1, 1 p. 6, & c. 2 p. 47; & Borrich. Cogit. p. 35.

Scibilis, ſciens, ſcientia, vide in *Scio.*

SCIDA, *æ,* f. Ita dici voluerunt Critici quidam, quæ alias *Scheda* dicitur. vid. quæ diſputantur ad Cic. Att. 1, 20 ext. Grævius in epiſtolis ad Heinſium T. 4 Syll. Bur. fere *ſcida* ſcribit. & ita edidit etiam Cic. fam. 15, 16, pr. obſecutus Victorio quem vide.

SCIĒNA, *æ,* f. piſcis marinus, Plin. 9, 16; & 32, 11, ſive Schyæna.

SCĪLĬCET, quaſi *ſcire licet,* adverb. confirmandi, ſed ironicum fere, ja, freylich. Virg. Æn. 4, 379 *Scilicet is ſuperis labor eſt.* Et Ter. Andr. 1, 2, 14 *Id populus curat, ſcilicet,* ach ja, darum kümmert man ſich ſehr. Cic. Att. 7, 1 *Quis tu ipſe ſcilicet laudator ſcriptorum meorum?* ¶ 2. Sed extra ironiam affirmandi vim habet. Ter. Eun. 5, 8, 10 *Fratris igitur Thaïs tota eſt? ſcilicet,* id eſt, certe, allerdings, freylich. Cic. pro Quintio c. 17 *Quid ad hæc Nævius? ridet ſcilicet noſtram amentiam.* ¶ 3. Et eamdem ſignificationem habet, quam *nempe, videlicet* & *nimirum,* nemlich, alſo nemlich. Cic. fam. 10, 26 *Scilicet id agitur, utrum hac petitione prætor ſias.* Sed *videlicet* & *nimirum,* Cicero pro *ſcilicet* frequenter utitur. Eoque ſenſu ſæpenumero cum infinitivo conſtruitur. v. Græv. ad Cic. Ep. Attic. 13, 5, & Voſſ. Grammat. 7, 62. ¶ 4. Aliquando plane verbum eſt: ut apud Terent. Heaut. 2, 3, 117, cum Syrus ait: *Sed iſtum* Cliniam puta, *exora, ut ſuam eſſe aſſimulet.* Ad ea Clinia: *Scilicet, facturum me eſſe,* id eſt, ſcire licet, me facturum. Ibid. 5, 1, 19 *Continuo injeciſſe verba tibi Dromonem ſcilicet.* Ita etiam Att. 13, 5 pr. ex emend. Græv. Similiter & *videlicet* uſurpatur. Vid. Cort. ad Sall. Iug. 113, 3. ¶ 5. Principio orationis ponitur *ſcilicet,* cum eum, quem alloquimur, mirari credimus, quod ſe alloquamur. Cic. pro Sulla c. 24 *Scilicet is ſum, qui exiſtimem* &c. conf. Id. Divin. 2. 19.

SCILLA, *æ,* f. σκίλλα, (a nonnullis *ſquilla* ſcribitur,) planta eſt, eine meerzwiebel, naſcitur enim in maritimis Hiſpaniæ. Plin. 19, 5 *Nobiliſſima eſt ſcilla, medicamini nata, acetoque exacuendo.* conf. 20, 19 *E ſcilla non naſcitur roſa,* proverbiale eſt apud Theognidem: Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται. ἔδ' ὑάκινθος &c. eine eule hecht keinen blaufuß, v. Chil. Plin. 27, 12; Colum. 5, 10; 6, 4; 12, 33; Celſ. 3, 21; 5, 28; 6, 8; Dioſc. 2, 162.

¶ Scillĭnus, *a, um,* adject. aus meer-zwiebeln gemacht; ut, *Acetum ſcillinum* & *ſcilliticum,* Plin. 23, 2. Et Seren. Samon. p. 17 *Sæpe & ſcillino pelluntur noxia Baccho.* Exciditſe ſibi hic ut alias Serenum in penultima hujus vocis producenda, quæ natura brevis ſit, putat Borrich. de lingua pharmacop. in Xerampelium. Burmanno placet legere *ſcillite.*

¶ Scillĭticus, *a, um,* idem; ut, *Scilliticum acetum,* Celſ. 5, 19, 19 Colum. 12, 34. Et, *Bulbus ſcilliticus,* Apul. de Herb. c. 42.

¶ Scillĭtus, *a, um*, idem. Auſon. epiſt. 4, 67 *Scillito decies non ſi purgeris aceto.* Sed forte *ſcillite* legendum.

¶ Scillītes, *æ*, m. idem; ut, *Vinum ſcillites*, Colum. 12, 33. Et, *Acetum ſcillites*, Plin. 32, 10. conf. 24, 8; & Pallad. Iul. t. 8. Aliqui in Auſonii l. c. legunt: *Scillite decies ſi cor purgeris aceto.*

SCILŪRVS, *i*, m. Scytharum rex, octoginta filiorum pater. Hic morti proximus, faſciculum haſtilium ſibi juſſit afferri. Hunc colligatum, ſicut erat, ſingulis natis confringendum dedit. Quod pro ſe quisque cum præſtare poſſe negaret, ipſe unum poſt alterum extractum, ſine negotio confregit omnia, ſignificaturus, concordiam ipſos firmos & inſuperabiles ſervaturam, diſſidio inſtabiles ac imbecilles eorum res fore: Plutarch. de Garrulit. p. 511. Simile quid apud Æſopum habetur fab. 174.

SCIMPŎDIVM, *i*, n. σκιμπόδιον, lectus humilis, & parvus, grabatulus, ein faulbette. Gell. 19, 10 *Offendimus cum cubantem in ſcimpodio Græcienſi*, &c. Lectulorum ejuſmodi formas apud Ant. Boſium in Roma ſubterranea delineatas videre licet p. 83, 91 & 101.

SCINCVS, *i*, m. σκίγκος, animal eſt aquaticum, ſimile crocodilo, ſed parvum, lacertæ magnitudine. *Crocodilum terreſtrem* vocant Dioſc. 2, 59; Matthiol. v. Plin. 8, 25; 28, 8; 32, 5; Solin. c. 30 & 35; Dioſc. 2, 59.

SCINDO, *ſcĭdi, ſciſſum, ſcindĕre*, ſchneiden, zerſchneiden, zertheilen. Cic. ſam. 5, 20 extr. *Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim, cauſſa nulla eſt.* Liv. 7, 37 *Fremere omnes acies, complendas eſſe foſſas, ſcindendumque vallum.* Adde Cæſ. de B. Gall. 3, 5; Tac. Hiſt. 4, 28. ¶ 2. *Scindere penulam*, Cic. Att. 13, 33, eſt, impenſius hoſpitem retinere, feſt halten, den ermel ausreiſſen. Ibid. *Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt.* Virg. Æn. 2, 39 *Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus*, id eſt, dividitur, es treunt ſich. Stat. 3 Silv. 3, 128 *Gaudia florentesque manu ſcidit Atropos annos. Sciſcidi* dicebant veteres, monente Priſciano p. 551 & 890. Quod præteritum antiquum etiam Plauto tribuitur Pſeud. 4, 1, 42, ubi alii *ſcindidi*, alii *indidi.*

¶ Scindens, *tis.* Mela 1, 9 *Nilus ſeptem in ora ſe ſcindens.* Virg. Æn. 10, 764 *Per maxima Nerei ſtagna viam ſcindens.* Ovid. Met. 13, 904 *Freta ſcindens* al. *findens.*

¶ Sciſſus, *a, um*, zerſchnitten, zertheilet; ut, *Sciſſa veſtis*, Liv. 3, 58 & Virg. Æn. 12, 609. *De veſtibus ſciſſis* exempla plura in ſacris literis, & apud omne genus aliorum auctorum. v. Barth. ad Stat. 9 Theb. p. 991 ſeqq. & quæ ad Curt. 3, 11, 25 notant interpretes. *Sciſſe capilli*, Tibull. 1, 10, 53. *Sciſſa comam*, per ſynecdochen, Virg. Æn. 9, 478. *Sciſſa reſultat unda*, Petron. c. 89. *Sciſſo navigare velo*, Sen. epiſt. 30.

¶ Sciſſim, adverb. geſpalten. Prudentius Tetraſticho 9 *Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra debiſcunt.*

¶ Sciſſus, *ûs*, m. ſubſt. der ſchnitt, riß. Gloſſ. Cyrill. *Sciſſus*, σχίσμα. Tribuunt etiam Varroni.

¶ Sciſſio, *ōnis*, f. idem. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 p. 29 *Ratione ſciſſionis.* Onomaſt. Vet. *Sciſſio*, τμῆσις.

¶ Sciſſūra, *æ*, f. idem. Gloſſ. Vet. *Sciſſura*, σχίσμα. Plin. 11, 28 *Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura.* Et Pallad. Majo tit. 12 *Quæ res ſciſſuris lateres faciet aperiri.* Adde Celſ. 6, 18; Sen. Qu. N. 3, 14 & Plin. 5, 9.

¶ Sciſſor, *ōris*, m. qui obſonia conſcindit, ein vorſchneider. Græc. χειροτόμος. Petron. c. 36 *Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam ita geſticulatus laceravit obſonium.* v. ibi interpretes, & Dorvium præcipue: itemque ſupra *Carptor*, & *Carptus.* Adde Lipſ. Saturn. 2, 2.

¶ Sciſſĭlis, *e*, das ſich ſchneiden läſt. Onomaſt. *Sciſſile*, τμητόν. Celſ. 6, 11 *Alumen ſciſſile.* conf. 5, 22; & 6, 5, 6, 7 & 9. Apul. Met. 2 p. 104 *Sciſſile palliaſtrum.*

¶ Sciſſĭbĭlis, *e*, idem; ut, *Facilitas ſciſſibilis*, Octav. Horat. 4.

Compoſita:

¶ Abſcindo, *ĭdi, iſſum, ĕre*, amputare, abſchneiden, abkürtzen, trennen; ut, *Tunicam a pectore abſcindere*, Cic. Verr. 5, 1. *Caput cervicibus abſcindere*, köpfen, Id. Phil. 11, 2. Et Virg. Æn. 3, 418 *Heſperium Siculo latus abſcidit.* conf. Ovid. Met. 1, 22; Lucan. 3, 471; & Petron. c. 80 & 122. ubi *Abſcindere orationem* eſt abrumpere. v. Gronov. ad Cic. Att. 2, 7, 1. Quintil. 8, 3 p. 686 *Cum hæc exercitatio laboret incredibili verborum faſtidio, ac ſibi magnam partem ſermonis abſciderit.* ¶ 2. *Abſcido* quod ſæpe habent MSS. ubi editi *abſcindo*, vid. in *Cædo.*

¶ Abſcindens, *tis.* Virg. Georg. 2, 23 *Plantas abſcindens de corpore.*

¶ Abſciſſus, *a, um*, abgeſchnitten, abgeriſſen; ut, *Abſciſſa vox, caput abſciſſum*, Vellej. 2, 66, 2; & Horat. 2 ſat. 3, 303. *Militibus cervices abſciſſæ*, Hirt. B. Hiſp. c. 20. *Abſciſſus in duas partes exercitus*, Cæſ. B. Civ. 3, 72. *Inſula à continenti abſciſſa*, Plin. 4, 1. Et, *Abſciſſa omni ſpe, auxilium implorare*, Liv. 35, 45. Id. 26, 30 *Unum ſpe undique abſciſſa conſilium eſſe rati, ut ſe &c.* Sed, *Abſciſior juſtitia*, vide *Abſcijus* in *Cædo.*

¶ Abſciſſe, adv. kürtzlich. L. 5 § 2 Dig. de Iure immunitat. *Demonſtratur varie, nec abſciſſe*, id eſt, copioſe, non ἀποτόμως. *Abſciſe* ex Val. Maximo vide ſupra in *Cædo.*

¶ Abſciſſio, *ōnis*, f. der abſchnitt. Auctor ad Herenn. 4, 54 *Significatio fit per abſciſſionem, ſi cum incipimus aliquid dicere, præcidimus, & ex eo, quod jam diximus, ſatis relinquitur ſuſpicionis, ſic: Qui iſta forma & ætate nuper alienæ domi. Nolo plura dicere.* Eſt igitur ἀποσιωπήσεως genus.

¶ Circumſcindo, *ĕre*, rings herum abſchneiden, abreiſſen. Liv. 2, 55 *Quo atrocius clamabat, eo infeſtius circumſcindere & ſpoliare lictor*, ſc. cœpit.

¶ Conſcindo, *ĭdi, iſſum, ĕre*, in ſtücken zerreiſſen, zerſchneiden; ut, *Epiſtolam tuam conſcidi*, Cic. fam. 7, 10. *Ipſam capillo conſcidit*, Ter. Eun. 4, 3, 4. ¶ 2. Lucret. 5, 46 *Conſcindunt hominem acres ſollicitum curæ*, i. e. vexant, exercent. ¶ 3. Cic. Att. 8, 16 pr. p. 820 *Is me ab optimatibus ait conſcindi*, i. e. vituperari, exagitari.

¶ Conſciſſus, *a, um*, zerſchnitten, zerriſſen; ut, *Veſtis conſciſſa*, Ter. Eun. 5, 1, 4. *Pallula conſciſſa*, Plaut. Truc. 1, 1, 32. *Advocati ſibilis conſciſſi*, ausgezischt, Cic. Att. 2, 19. *Plebs Romana pecoris modo conſciſſa*, Salluſt. de Rep. Ord. 1, 4; ubi mallem *Conciſa* a *cædo.*

¶ Conſciſſio, *ōnis*, f. die zerreiſſung. Auguſtinus de Morib. eccleſ. cathol. c. 34 *Quid inter unitatem & conſciſſionem interſit.*

¶ Conſciſſūra, *æ*, f. der ſpalt, riß, tiß. Plin. 34, 8 *Cicatricibus atque conſciſſuris.* Harduinus legit *conciſuris*, quod poteſt a *Concido* eſſe.

¶ Diſcindo, *ĭdi, iſſum, ĕre*, zerreiſſen. Liv. Epit. l. 70 *Tunicam a pectore ejus diſcidit.* Ter. Eun. 4, 3, 4 *Veſtem omnem miſeræ diſcidit.* Id. Adelph. 4, 2, 20 *Vide, ut diſcidit labrum*, ſiehe, wie er mir das maul zerſchmiſſen. *Diſcindere amicitias*, id eſt, dirimere, diſſolvere, Cic. de Amic. c. 2.

¶ Diſciſſus, *a, um*, zerriſſen, zertrennet; ut, *Diſciſſi dentibus artus*, Virg. Georg. 3, 514. *Diſciſſi nuri*, Stat. 1 Silv. 1, 11. *Diſciſſæ canis viſcera*, Curt. 10, 9, 12.

¶ Diſciſſio, *ōnis*, f. die zertrennung. Auguſtinus de Fide & Symbolo c. 10 *Schiſmatici diſciſſionibus iniquis a fraterna caritate diſſiliunt.* Et epiſt. 261 *Plebis diſciſſione.*

¶ Diſciſſura, *æ*, f. idem. Ambroſius ſerm. 13 *Maria ita concepit Dominum, ut toto corpore hauriret, nec ejus diſciſſuram corporis pateretur.*

¶ Diſcidium, *i*, n. disjunctio, diſſolutio, die ſcheidung, trennung. Vox a *diſcindo* nata, qua ſæpe utitur Lucretius; ut, 1, 220 *Diſcidium parere partibus*; & 3, 348 *Diſcidium ut nequeat fieri ſine peſte maloque.* Adde 1, 452; & 2, 119; & 6, 292 &c. Liv. 25, 18 *Manente memoria etiam in diſcidio publicorum fœderum.* Cic. Attic. 4, 1 *Te acerbiſſime diſcidium noſtrum tuliſſe.* Catull. carm. 67, 22 *Fratribus flebile diſcidium.* Plaut. Mil. 3, 1, 59 *Per vinum exoritur diſtidium.* conf. Pſeud. 1, 1, 68. Sic, Juſtin. 23, 3, 11 *Regia fletibus tam crudelis diſcidii impleta.* Solin. c. 36 *Atlanticus æſtus in noſtrum mare diſcidium immittit.* Gloſſ. lat. gr. *Diſcidium*, χωρισμός, διάλυσις γάμου. Et Iuvenc. Hiſt. Evang. 1, 533 *Scribere diſcidium*, einen ſcheide-brief geben. vide & 3, 475; & Faerni not. ad Ter. Andr. 4, 2, 14. Addi præterea poteſt Cic. Att. 15, 29; Sen. de Conſtant. c. 8; & Qu. Nat. 6, 20; & epiſt. 30; Tertull. de Pœnit. c. 12; Brouckh. ad Tib. 1, 5, 1.

¶ Indiſciſſus, *a, um*, unzerſchnitten, unzerrennt; ut, *Indiſciſſa tunica*, Hieron. 1 epiſt. 25.

¶ Exſcindo, *ĕre*, ausſchneiden; ut, *Exſcindere linguam*, Cic. de Orat. 3, 1. Sed, *Exſcindere urbem*, Virg. Æn. 2, 177; adde Liv. 44, 27; Cic. Somn. Scip. 2. Juſtin. 8, 3 *Virbem antiquam & nobilem exſcindit*; *gentem*, Virg. Æn. 9, 137; *domos*, Æn. 12, 643, idem quod evertere, verwüſten. Hinc

¶ Excĭdium, *i*, n. everſio, die zerſtörung, verwüſtung. Liv. 41, 11 *Iſtria trium oppidorum excidio pacata eſt.* Vet. Gloſſ. καταστροφή *ſubverſio, excidium.* Cujus ſecundam quandoquidem Virgil. & cæteri poetarum ſemper corripiunt: ab *Excido* a *cædo*, vel ab *Exſcindo, Exſcĭdi*, non ab *Excīdo* a *cædo*, originem ejus ducere oportet. Virg. Æn. 10, 45 *Per averſæ fumantia Trojæ Excidia obteſtor.* Sil. 1, 12 *Sed medio ſinem bello, excidiumque viciſſim Molitæ gentes.* Stat. Theb. 6, 96 *Aderat miſerabile luco Excidium.* Adde Virg. Æn. 1, 22; 2, 643; 5, 626; 8, 386; 12, 655; & Georg. 2, 505; Horat. 3 od. 16, 13 &c. *Exſcidium* quoque ab *exſcindere* recte dici, Drakenb. ad Liv. 5, 15 docet.

¶ Excīdio, Excīdium, Excīſio, Exciſor, Exciſorius, vide in *Cædo.*

¶ Inſcindo, *ĕre*, entzwey ſchneiden, zerreiſſen. Petr. Chryſolog. ſerm. 149 extr. *Ut inſcinderet concordiam.*

¶ Interſcindo, *ĕre*, idem. Cic. de Leg. 2, 4 *A tergo pontem interſcindere*, die brücke hinter ſich abwerffen, conf. Cæſ. B. G. 2, 9. Tac. An. 15, 35, 3 *Brachiorum venas Torquatus interſcidit*, er hat ſie entzwey geſchnitten.

¶ Perſcindo, *ĕre*, mitten hindurch ſchneiden. Liv. 21, 58 *Omnia perſcindente vento & rapiente.*

¶ Perſciſſus, *a, um*, durchſchnitten; ut, *Perſciſſa carbaſus*, Lucret. 6, 110.

¶ Præſcindo, *ĕre*, beſchneiden. Vitr. 5, 7 *Inferiores ſedes præſcindantur.*

¶ Proſcindo, *ĕre*, zerſchneiden, zerſpalten; ut, *Proſcindere terram, campum*, das land umpflügen, umreiſſen: Varro R. R. 1, 29 *Terram cum primum arant, proſcindere appellant.* Virg. Georg. 2, 237 *Validis terram proſcinde juvencis.* ¶ 2. Cædere eſt, abhauen. Lucan. 3, 434 *Aëriam ferro proſcindere quercum.* ¶ 3. *Proſcindere* & *conviciis aliquem proſcindere*, eſt per metaphoram, einen zur banck hauen, läſtern, Plin. 36, 6; & Suet. Aug. c. 13.

¶ Proſciſſus, *a, um*, zerſchnitten, gepflügt; ut, *Proſciſſum æquor* Virg. Georg. 1, 97. *Proſciſſum vulnere pectus*, Stat. Theb. 10, 439.

¶ Proſciſſum, *i*, n. int. ſolum, Colum. 2, 2 *Per proſciſſum ingredi.*

¶ Proſciſſio, *ōnis*, f. prima aratio, das brachen. Columell. 6, 2 *Dura proſciſſio terræ.*

¶ Reſcindo, *ĕre*, wieder einreiſſen; ut, *Reſcindere pontem*, abwerffen. Cæſ. B. G. 1, 7; Liv. Epit. L. 2. *Reſcindere vias*, Sen. in Phœniſſ. v. 226, den weg verhauen. *Vitem reſcindere*, beſchneiden, Colum. 4, 29. *Reſcindere vulnus*, Liv. Epit. L. 114; Florus 4, 2. ¶ 2. Ter. Phorm. 2, 4, 15 *Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, reſcindi poſſe*, id eſt, abrogari, aboleri, per metaphoram, umgeſtoſſen werden. Quomodo & Cicero, *judicium* ſive rem judicatam *reſcindere* dixit pro Cluent. c. 21; & Verr. 5, 8. Contrarium enim eſt *ratum habere.* Et, *Reſcindere pactiones*, Id. de Prov. Conſul. c. 5. *Acta alicujus*, Id. Phil. 13, 3; *Voluntates mortuorum*, Id. Verr. 1, 43.

¶ Reſciſſus, *a, um*, abgeſchnitten, zertrennet; ut, *Reſciſſum palatum*, Lucan. 4, 328. Et Propert. 3, 6, 8 *Reſciſſo pectora nuda ſinu.*

¶ Reſciſſio, *ōnis*, f. die aufhebung, umſtoſſung; ut, *Reſciſſio mortis*, Tertull. de Reſurr. Carn. c. 57. *In inſtitutione an in reſciſſione*, Id. adv. Marc. 2, 7. Eadem vox aliquoties in Digeſtis occurrit: ut l. 3 § 5 de bonor. poſſeſſ. *Reſciſſio matrimonii &c.*

¶ Reſciſſōrius, *a, um*, aufhebend; ut, *Reſciſſoria actio.* L. 18 Cod. de poſtliminio reverſis: & abſolute *reſciſſoria*, Lege 21 Digeſt. de Donation.

¶ Tran-

¶ Transcindo, *ere*, durchſchneiden. Plaut. Perſ. 4, 8, 1 *Transcidi foris omne adveniens domi*, ich habe ſie alle gepeitſchet.

SCINDŬLA, *æ*, f. pro *Scandula*, (quod i lin. Vitruv. Cæſ. & Colum. habent, de quo ſupra in *Scando*,) Vegetius & alii dixerunt. conf. Turneb. Adverſ. 22, 18. Quo etiam noſtrum ſchindel, referendum eſt. *Scindula* autem a *ſcindendo*, ut Iſidorus derivat 17, 3 & 19, 19. Wowerius ad græcam originem refert Emendationibus Apulejanis. Nam σκινδαλμὸς Ariſtophanes in Nubibus memorat, quos τὰ λεπτότατα τῶν ξύλων Scholiaſtes interpretatur: Locus eſt 1, 2, 5. vide & Voſſ. de Vit. ſermonis 3, 47. Hinc

¶ Scindŭlāris, *e*, adject. von ſchindeln; ut, *Tectum ſcindulare*, apud Apulejum lib. 3 Met. Sed & hîc meliores libri *Scandulare* præferunt, Elmenhorſtii p. 137, Pricæi p. 54.

SCĪNIFES, *is*, f. inſectorum genus, quod in plagis Ægyptiacis numeravit Alcimus lib. 5, 164. *Illic quas ſcinifes vocitant &c.* Adde Car. du Freſne Gloſſar. Lat. med. ævi, & ſupra *Ciniphes*.

SCĪNIS, vel Sinis, *is*, m. latro crudeliſſimus Corinthius, qui arboribus flexis (unde *Pityocamptes* dictus) alligavit homines, quibus in ſublime renitentibus diſcerperentur. Vid. Pauſan. in Corinth. Propert. 3, 20, 37; Ovid Met. 7, 440; Stat. Theb. 12, 576. Victus eſt a Theſeo; itaque de illo vide quæ collegit Meurſ. Theſeo c. 5, T. 10 Ant. Gron.

SCINTILLA, *æ*, f. quæ ex motu ſilicis illiſi ad chalybem excutitur, ein funcken. Virg. Æn. 1, 174 *Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.* ¶ 2. Metaph. Cic. fam. 10, 14 *In illam curam incumbe, ut ne quæ ſcintilla teterrimi belli relinquatur.* Et Decl. Anteq. iret in exil. c. 6 *Conſpiratio ita reſtincta, ut ſcintilla nulla compareat incendii.*

¶ Scintillŭla, *æ*, f. diminut. Metaph. *Scintillulas virtutum in pueris videmus*, Cic de Fin. 5, 15. conf. Tertull. de Anima c. 23.

¶ Scintillo, *āre*, funckeln, blinken. Virg. Georg. 1, 392 *Cum teſta ardente viderent Scintillare oleum.* Plin. 20, 1 *Scintillare ſuſum ac deorſum.* Sil. 7, 593 *Scintillant criſtæ &c.*

¶ Scintillātio, *ōnis*, f. das blincken. Plin. 20, 9 *Oculorum ſcintillatio*, id eſt, motatio contra naturam.

Sciny ps, *ŭphis*, vide *Ciniphes*.

SCIO, *ſcīvi*, *ſcītum*, *ſcīre*, pro comprehendere & tenere, quæ didicimus, wiſſen. Plaut. Trin. 1, 2, 168 *Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nequicquam ſciunt.* Cic. de Orat. 1, 51 *Nihil certum ſcire, nihil plane cognoſci & percipi poteſt.* Colum. 12 extr. *Mortalium ſapientiſſimi multa ſciſſe* (pro ſciviſſe) *dicuntur, non omnia.* ¶ 2. Conſtruitur varie: ut, *Scire ex aliquo*, Plaut. Curc. 2, 2, 7, von einem erfahren haben. *Nemo ex me ſcibit*, antique pro *ſciet*, Ter. Phorm. 5, 1 extr. Id. Eun. 5, 3, 12 *De cognitione ut certum ſciam.* Sic etiam Cicero, cujus loca Menckenius in Obſ. L. L. collegit. Sed, *Scire græce*, Cic. Fin. 2, 5; Et, *Latine*, de Clar. Or. c. 37, griechiſch, lateiniſch können. *Omnes linguas ſcit*, Plaut. Pœn. prol. v. 112. *Fidibus ſcire*, Ter. Eun. 1, 2, 53, auf ſaitenſpiel können. *Quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri ſcirent*, Liv. 9, 4, i. e. poſſent. Id. 38, 52 *Major animus & natura erat, quam ut reus eſſe ſciret.* *Quod ſciam*, das mir bewuſt wäre, Cic. Att. 16, 2. Et Ter. Eun. 4, 4, 54 *Tu pol, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis*; *Neſcis*, pro neſcias, ſive neſcieris; hoc eſt, ſimules neſcire, vel ſcire diſſimules. De formula *haud ſcio an* omiſſo *non* vid. v. g. Cic. pro Flacco c. 26 extr. & quæ dicemus ad *Neſcio* n. 3. ¶ 3. Non raro pro noſſe, cognoſcere, intelligere, erkennen, verſtehen. Plaut. Amph. 1, 1, 190 *Poſſum ſcire, quo profectus.* Ibid. 5, 1, 30 AM. *Scin'* (pro *ſcisne*) *me tuum eſſe herum Amphitruonem?* BR. *Scio*, AM. *Vide etiamnum?* BR. *Scio*, id eſt, cognoſco. Id. Capt. 3, 1 24 *Scivi extemplo rem de compacto geri.* Suet. Aug. c. 42 *Sed ut ſalubrem magis, quam ambitioſum ſcires*, id eſt, intelligeres, noſſes Sen. epiſt. 94 *Si ludum litterarium intraveris, ſcies, iſta, quæ ingenti ſupercilio philoſophi tractant, in puerili præſcripto eſſe.* Id. epiſt. 6 *Me nulla res delectavit, quam mihi uni ſciturus ſim.* Vetus inc. Bibl. Matth. 10, 26 *Nihil eſt apertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non ſcietur.* B. Hieron. de vita Hilarionis; *Plerisque aſſerentibus, ſcire ſe quidem Hilarionem & vere illum eſſe famulum Dei, ſed ubi eſſet, ignorare.* B. Hilarius contra Arianos de Auxentio: *Negat, ſe ſcire Arium.* ¶ 4. *Scire*, pro tenere audita ſive præcepta, mercken. Apud Ter. Hec. 5, 3, cum Bacchis juſſiſſet Parmenonem ad Pamphilum currere, atque orare, ut veniat, & Parmeno dixiſſet: *Nihil aliud dicam?* reſpondet Bacchis: *etiam, cognoſſe annulum illum Murrhinam, gnatæ ſuæ fuiſſe &c.* Parmeno ait: *Scio*, id eſt, teneo. ¶ 5. *Scire*, infinitivus pro nomine; *Adeone ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc, ſciat alter*, Perſius 1, 27. Et, *Quicquid ſcire meum potuit*, Alcimus Avitus 2, 413.

¶ Sciens, *tis*, wiſſend, kundig, erfahren; e. g. *Id tibi renuncio, here, futurum ut ſis ſciens*, damit du es wiſſeſt, Ter. Andr. 3, 2, 28. Id. Heaut. 5, 8, fin. *Te ſciente faciam, quicquid egero*, mit deinem vorwiſſen. Sed, *ſciens non faciam*, hoc eſt, data opera, mit wiſſen und willen. Ter. ibid. ſc. 5, 6. Et Cic. pro Sylla c 31 *Nullum a me ſciente facinus occultatur.* Sic dicitur: *Sciens latinæ linguæ*, Gell. 18, 5. Et, *Regendæ reipublicæ ſcientiſſimus*, Cic. de Orat. 1, 49. *Scientiſſimo gubernatore uti*, Id. de Invent. 1, 34. Et, *Scientiſſimus regionum*, Salluſt. Iug. c. 100; *parendi*, Vellej. 2, 79, 1. Et, *Quis Pompejo ſcientior umquam fuit?* Cic. pro L. Manil. c. 10. *Carmen veneficæ ſcientioris*, Horat. epod. 5, 72.

¶ Scienter, adverb. wiſſentlich, weislich; ut, *Perite & ſcienter dicere*, aus erfahrung und kunſt, Cic. de Orat. 2, 2. *Scienter tibiis cantare*, Nepos præf. n. 1, id eſt, perite atque ex arte. Cæſ. B. C. 1, 55 *Qui ſcienter in duas partes ſeſe diſtribuunt, alii ut prædæ ſubſidio ſint, alii ut venientibus reſiſtant.* Et, *Iucunde & ſcienter canere*, Suet. Tito c. 3. Plin. Paneg. c. 64 *Ille juravit, expreſſit, explanavitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret.* Compar. Cæſ. B. G. 7, 22 *Eo ſcientius aggerem cuniculis ſubtrahebant.* Et Cic. in Orat. c. 52 *Neminem in eo genere ſcientius verſatum Iſocrate, confitendum eſt.* Superl. Id. Divin. 1, 41 *Etruria de cœlo tacta ſcientiſſime animadvertit.* Et. Fin. 4, 9 *Hæc omnia ſcientiſſime complexus es.*

¶ Scientia, *æ*, f. cognitio alicujus rei, die wiſſenſchafft, kunſt, erkentniß, erfahrung? Cic. Divin. 2, 9 *Futurorum malorum ignoratio utilior eſt, quam ſcientia.* Sic, *Scientia rei militaris*, Id. pro L. Manil c. 10 *Scientia bene dicendi, recte loquendi*, Quintil. 2, 15; & 1, 4. *Habere ſcientiam magnarum artium*, Cic. fam. 7, 3. *Qui in alienis morbis profitentur tenere ſe medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſint*, Idem fam. 4, 5. Et, *Iuris civilis ſcientia*, Cic. de Leg. 1, 6, die rechtsgelehrſamkeit. Id. in Hortenſio apud Auguſtin. de Trinit. 4, 2 *Sumus beati cognitione naturæ & ſcientia.*

¶ Scientiŏla, *æ*, f. diminut. Arnob. 2 p. 56 *Concinnavit ſcientiolas artium.*

¶ Scītus, *a*, *um*, argutus, elegans, artig, fein, geſchickt. Ter. Andr. 3, 1, 6 *Perecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.* Id Heaut. 1, 2, 36 *Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet*, das iſt eine klugheit, ꝛc. *Quam ſcitum eſt*, Id. Phorm. 5, 4, 2. Plaut. Amph. 1, 2, 8 *Scitus ſycophanta.* Compar. Id. Ciſt. 4, 2, 12 *Non ſum ſcitior, quæ hos rogem.* Id. Pſeud. 2, 4, 58 Ps. *Ecquid is homo ſcitus eſt?* CH. *Plebiſcitum non eſt ſcitius.* Et, *Animi ſcitiores*, Tertull. de Anima c. 25 künſtliche köpffe. Lamprid. Commodo c. 2 *Muliercula formæ ſcitioris* dixit. Superl. *Oratio optima animo meo & ſcitiſſima*, Plaut. Stich. 1, 3, 30. *Scitiſſimus chorus*, Apul. Met. 10 p. 254. ¶ 2. Gnarus, peritus. Ovid. met. 9, 108 *Scitusque vadorum.* Sed

¶ Scītum, *i*, n. ſubſt. placitum, decretum ſignificat, a *Sciſco*, ein ſatz, lehre, verordnung. I. Scalig. Auſon. Lect. 1, 20 *Quas Græci*, inquit, *vocant χρήσεις, eas Latini ſcita & oracula: ut, ſcitum illud Catonis, oraculum illud Catonis &c.* Sen. epiſt. 95 *Quæ Græci δόγματα vocant, nobis decreta licet appellare, vel ſcita, vel placita.* Cic. pro Balb. c. 18 *Scita ac juſſa comprobare.* Liv. 10, 22 *Volumnio ex ſenatus conſulto & ſcito plebis prorogatum imperium eſt.* Hinc apparet, quod *Plebiſcitum*, id eſt, ſanctio ſeu decretum plebis, etiam diviſe ſcribi poſſit, nec non inverſe *ſcitum plebis*. v. Gronov. ad 22, 26, Drakenb. ad 31, 50. Sic, *Scitum populi*, Id. Liv. 45, 25. Et Cic. Att. 3, 23 ex Tribunorum rogatione: PER LEGES PLEB. VE SC. id eſt, *per leges plebisve ſcita.* Plerumque autem conjungitur. vide de *Plebiſcito* ſupra in *Plebs*, & de *Populiſcito* in *Populus*.

¶ Scīte, adverb. docte, venuſte, künſtlich, fein, geſchicklich. Ter. Heaut. 4, 5, 16 *At ſi ſcias, quam ſcite in mentem venerit.* Et, *Scite & literate perſcriptæ litteræ*, Cic. in Piſ. c. 25. *Scite uno verbo exprimere*, Sen. epiſt. 9. *Scite perquam atque enucleate diſputare*, Gell. 12, 13. Et, *Scite acuteque dicere*, ibid. Et, *Scitius arbitrari*, Gell. 4, 11. *Scitiſſime ſeparare*, Id. 10, 11; *diſcurſus obire*, Apul. Met. 9 p. 222; *vinum exanclare*, Plaut. Stich. 1, 3, 116.

¶ Scītulus, *a*, *um*, diminut medioch, hübſch; ut, *Forma ſcitula*, Plaut. Rud. 4, 1, 3. Et Arnob. 3 p. 112 *Vt intervalla & numeros vocum conſerant ſcitule ac modulentur ſorores.* Id. 5 p. 179 *Scituli puſiones.*

¶ Scītule, adverb. artig, künſtlich. Apul. Met 7 p. 192 *Tuceta concimat; apponit ſcitule.* Id. 10 p. 251 *Gratum ſcitule referens.* Id. 2 p. 256 *Fercula copioſa ſcitule ſubminiſtrata.*

¶ Scius, *a*, *um*, idem qui ſciens, gnarus, peritus, kundig, wiſſend. Vetus Gloſſ, *Scius*, εἰδώς. Hyginus fab. 92 *Scius omni artificio.* Petron. Fragm Frag p. 35 vel c. 63 *Mulieres plus ſciæ*, quæ multa ſciunt. Et ſic Gell. 13, 4 *Mulier ſcia atque prudens.* Lactant. 2, 14 *Dæmonas Grammatici dictos ajunt, quaſi δαήμονας, id eſt, peritos acerrimos ſcios.* Et 3, 23 *Eos interdum puto, aut joci cauſſa philoſophari, aut prudentes, aut ſcios mendacia ſuſcipere.* Vſus & vetus interpres Bibl. Eccleſiaſtici c. 21, 18; & Zeno Veron. Serm. de Reſurr. 5, 13; & Auguſt. de doctrina Chriſt. 1, 6 extr. &c. Pareus in Lexico Crit. p. 1126 varia producit teſtimonia: ſed Latinum eſſe vocabulum non putat: qui refellitur a Taubman. ad Plaut. Caſ p. 368. Adde etiam plura, quibus Scioppium refutat Borrich. Cogit. p. 303. Hinc

¶ Sciŏlus, *i*, m. diminut. idem, ut, *Sciolus nandi*, id eſt, ſciens, peritus, Frontin. Strat. 3, 13, 6. B. Hieron. 2 epiſt. 13 p 292 *Qui vero pauperes ſunt, & tenui ſubſtantiola, videntur ſibi ſcioli, pomparum ferculis ſimiles procedunt in publicum*, naſenweiſe, klüglinge. Arnob. 2 p. 86 *A ſciolis nonnullis & plurimum ſibi arrogantibus dicitur.*

¶ Scībilis, *e*, quod ſcientia comprehendi poteſt, kundbar, wiſſenſchafftlich. Tertull. adv Marc. 5, 16 *Nusquam niſi in evangelio revelatus, non omnibus ſcibilis.* Mart. Capella 4 p. 111 *Alicujus rei ſcibilis ſcientia eſt, &c.*

¶ Sciſco, *ſcīvi*, *ſcītum*, *ſciſcĕre*, eſt a *Scio*, wiſſen wollen, forſchen. Plaut. Amph. 5, 1, 17 *Accurro, ut ſciſcam, quid velit*, id eſt, ſciam vel reſciſcam. ¶ 2. Conſtituere, ſancire, pronunciare, verordnen, befehlen. Sic, *Rogitationes plurimas propter vos populus ſcivit*, Plaut. Curc. 4, 2, 23. Et, *Sciſcere legem*, Cic. de Prov. Conſul. c. 15. Id. de Leg. 2, 5 *Multa peſtifere ſciſcuntur in populis.* Auſon. Eidyll. 2 ſeu Epiced. in part. v. 23 *Felicem ſcivi, non qui, quod vellet, habere: Sed qui per fatum non data non cuperet.* Arnob. 2 p. 48 *Qui nihil ſciſcunt, nec pronunciant unum.* Ibid. p. 57 *Antiquis opinionibus ſcitum eſt Sciſcere* enim non tantum de plebe, ſed de aliis quoque dicitur. v. Gronov. ad Liv. 26, 16. Heinſ. ad Phædr. 4, 24. ¶ 3. Veteres in una eademque ſignificatione *Sciſco* & *Sciſcor* dixiſſe teſtatur Priſcianus 8 p. 799.

¶ Scīto, *are*, frequent. pro *ſcire*, wiſſen. Ammian. 30, 5 *Genuino percunctando ſermone, quod non ſcitabat*; Valeſius: *quod noſcitabat.*

¶ Scītor, *ſcitari*, interrogare, forſchen, fragen. Horat. 1 epiſt. 7, 60 *Scitari libet ex ipſo quodcunque refers.* Virg. Æn. 2, 105 *Tum vero ardemus ſcitari & quærere cauſſas.* Id. Æn. 2, 114 *Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.* Liv. 1, 53 *Tum e ſuis unum ſcitatum Romam ad patrem miſit.* Sic in codd. nonnullis, at Drakenb. *ſciſcitatum* præfert. Ammian. 22, 12 *Oraculorum ſcitari reſponſa; cauſſas*, Id. 20, 1.

¶ Scītans, *tis*. Ovid. Met. 2, 511 *Cauſſam viæ ſcitantes.*

¶ Scītatio, *ōnis*, f. interrogatio, percontatio, die forſchung, nachfrage. Ammianus 18, 9 *Indefeſſa ſcitatione percontans.*

¶ Scitātor, *ōris*, m. ein kundſchaffter, forſcher. Ammian. 22, 8 *Scientiſſimi*

tissimi scitatores; ita legit Sylburgius: sed Vales. *Minutissimi scrutatores.*

¶ Scītāmentum, *i*, n. ornamentum, artificium, ein Kunſtſtück; quomodo Gell. 18, 8 figuras rhetoricas *scitamenta* appellat. ¶ 2. Plauto Menæch. 1, 3, 26 *scitamenta* exquisita edulia sunt, quæ *mellita scitamenta* Apul. Met. 10 p. 245 vocat, leckerbißlein; dulcia enim erant; unde Onomast. Vet. *Scitamenta*, ἡδύσματα. Macrob. sat. 7, 14 *Popinatores scitamentorum.* Symmach. 1 epist. 23 *Scitamenta exiguæ lancis apponere.* conf. Iureti not. p. 16.

¶ Scīscītor, *ari*, idem quod *Scitari*, forſchen, fragen. Ter. Eun. 3, 4, 10 *Quicquid est, procul hinc licet, quid sit, scīscitari.* Cic. Nat. D. 1, 7 *Epicuri ex Vellejo scīscitabar sententiam.* Gell. 12, 13 *Issem plane scīscitatum ad istos.* ¶ 2. Activa forma Plaut. Merc. 2, 3, 52 *Paucula etiam scīscitare prius volo.* Sed apud Festum *Scīscito* est *sententiam dico.*

¶ Scīscitans, *tis.* Petron. c. 124 *Turba hæredipetarum scīscitantium.* Tac. Hist. 3, 38, 3 *Scīscitans causſam.*

¶ Scīscītātus, *a, um*, passive, erkundiget. Ammian. 25, 8 *Omnium sententiis occultius scīscitatis.* ¶ 2. Active Petron. c. 137 *Scīscitata causſam tristitiæ.*

¶ Scīscītātio, *ōnis*, f. die nachforſchung, erkundigung. Petron. c. 24 *Diligentissima scīscitatione quærere.* Et Ammian. 25, 4 *Præsagiorum scīscitationi nimiæ deditus.*

¶ Scīscītator, *ōris*, m. qui scīscitatur. Prudent. hymno Iejun. v. 193 *Explorat arte scīscitator callidus.* Ammian. 22, 16 *Artium minutissimus scīscitator.* Martial. 3 epigr. 82 v. 16 *Delicatæ scīscitator urinæ*; al. *Suscitator.* v. *Scitator.*

Compoſita:

¶ Adſcio, *īvi, ītum, īre*, idem quod adjungere, beyfügen. Colum. præfat. *Quoniam & hanc adscivimus, quasi agriculturæ partem.* conf. Virg. Æn. 11, 472; & 12, 613. Sic & 12, 38 *Adscire* pro *Accire* aliqui legunt.

¶ Adſcīſco, vel Aſſcīſco, *īvi, ītum, scīre*, adjungere ſibi, aſſumere, accerſere, appetere, annehmen, zuziehen, zueignen; ut, *Ascīscere sibi socios*, Cæſ. B. G. 1, 5. *Adscīsci in numerum civium*, Cic. pro Arch. c. 2 extr. *Adscīscere sibi laudem*, Id. pro Domo c. 36. *Adscīscere sibi nomen regium*, ſich des titels anmaſſen, Liv. 23, 21.

¶ Adſcītus, vel Aſſcītus, *a, um*, id eſt, accerſitus, contrarius nativo, angenommen, angewöhnt. Nepos 25, 4, 1 *In eo nativum quendam leporem esse, non adscītum.* Id. 25, 3, 1 *Amitti civitatem Romanam alia adscīta*, i. e. acquiſita. Cic. Verr. 2, 51 *Sacra ab exteris nationibus adscīta atque arcessīta colere.* Ovid. Fast. 6, 172 *Petere adscītas dapes.* Id. Pont. 4, 9, 127 *Superis adscītus Cæsar*, i. e. inſertus.

¶ Adſcītus, *ûs*, m. ſubſt. i. e. appetitus, die annehmung. Cic. de Fin. 5, 7 *Alii censent primum adscītum* (ſc. voluptatis) *doloris vacuitatem.*

¶ Adſcītītius, *a, um*, i. e. adjectitius, angenommen, zugelegt; ut, *Coma adscītītia*, eine parucke, Plauto adſcribitur.

¶ Conſcio, *īre*, conſcium ſibi eſſe, bewuſt ſeyn, wiſſenſchafft haben. Horat. 1 epiſt. 1, 60 *Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ.*

¶ Conſciens, *tis.* Tertull. de Carne Chriſti c. 3 *Conscīens Christus quid esset.*

¶ Conſcius, *a, um*, idem; dativum & genitivum ſimul plerumque adſciſcit; ut, *Conscium sibi esse culpæ, maleficii, noxæ &c.* Ter. Phorm. 1, 3, 4 *Rogitas; qui tam audacis facinoris mihi conscius sis*, der du es ſo wohl weiſt als ich ꝛc. Cic. Tuſc. 2, 4 *Mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ.* Ita, *Mens sibi conscia recti*, Virg. Æn. 1, 604; Ovid. Faſt. 4, 311. Et, *Homo omnium meorum studiorum, consiliorum officiorum maxime conscius*, Cic. fam. 5, 5, der mich in- und auswendig kennet. Idem tamen dixit, *Facinori alicui conscium esse*, pro Cluent. c. 20. Add. Burm. & ad Quint. Decl. 17, 4 p. 335. Cum ablativo & præpoſitione *in* Propertius junxit 1, 10 pr. *Affueram vestris conscius in lacrymis.* ¶ 2. Tribuitur non raro rebus inanimis. Sic, *Conscius ignis* Herûs amorum lampas apud Stat. Theb. 6, 547; & *Conscia templa*, ibidem 8, 206. *Conscius ore rubor*, Catull. 66 v. ult.

¶ Conſciolus, *a, um*, dimin. Catull. 68, 41 *Audivi furtīva voce loquentem conscīolis hæc sua flagitia.* Ita legit Ioſ. Scaliger & interpretatur de ancillis, p. 96.

¶ Conſcientia, *æ*, f. aliquando ſimpliciter ſcientiam rei, ſive notitiam, quæ nobis cum aliis communis, deſignat, die wiſſenſchafft, das mitwiſſen. Cic. 1 Catil. pr. *Conjuratam jam omnium horum conscientia teneri conjurationem tuam non vides?* Curt. 7, 1, 31 *Quod igitur conscientiæ affertur indicium?* hoc eſt, quo argumento vinci poteſt, conjurationis non conſcios eſſe? Tac. Hiſt. 1, 25, 2 *In conscientiam facinoris pauci admissi*; & c. 28, 1 *Præbuit plerisque suspicionum conscientiæ*: & alibi ſæpius. Suet. Calig. c. 56 *Duo consilium communicaverunt perfeceruntque, non sine conscientia potentissimorum libertorum.* Flor. 2, 12, 10 *Nemo regum diutius amisse fortunæ conscientiam retinuit.* conf. Iuſtin. 1, 7, 15. Tertull. adv. Marc. 1, 7 *Animæ a primordio conscientia Dei dos est.* ¶ 2. Conſcia mens, das gewiſſen; ut, *Magna vis est conscientiæ in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint*, Cic. pro Mil. c. 23. *Fretus conscientiâ officii mei benevolentiæque*, Id. fam. 3, 7. Et, *Optimæ mentis conscientiâ consolari se*, Id. de Clar. Or. c. 71. *Mea mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo*, Cic. Att. 12, 28. Et rurſus 10, 4 *Præclara conscientiâ sustentor, cum cogito, me de republica meruisse optime &c.* Et rurſus 13, 20 *In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere.* Sic & fam. 6, 4 *Conscientia rectæ voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum.* conf. de Senect. c. 3 extr. Multa de vi conſcientiæ etiam habet pro Roſc. c. 24. Illud autem quod vulgo dicitur, *Conscientia mille testes*, Quinctiliani eſt, 5, 11 ſub fin. Atque in his exemplis omnibus *Conscientia* illud interius judicium animi cenſuramque ſignificat eorum, quæ fecimus, egimus, diximus: quæ aut redarguit nos injecto metu, aut abſolvit, & quamdam fiduciam lætitiamque affert nobis. ¶ 3. In plurali etiam Cic. pro Cluent. c. 20 *Consilia conscientiasque facinorum suppliciō dignas judicare.* Id. parad. 2 *Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum.* conf. Id. fam. 5, 7. ¶ 4. Interdum ſpeciatim malam conſcientiam notat. v. Schulting. ad Quint. Decl. 1 p. 19 ed. Burm.

¶ Conſciſco, *īvi, ītum, ĕre*, proprie eſt ſciſcere, ſtatuere, decernere, ſeu potius una ſciſcere & conjunctis ſuffragiis, mitordnen. Liv. 1, 32 *Populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis jussit esse, senatusque populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscis Latinis fieret.* Id. 10, 18 pr. *Tusci fere omnes conscīverant bellum.* ¶ 2. Ad mortem fere pertinet, quemadmodum Valla monet 5, 86; ut, *Mortem sibi ipsi conscīscere*, Cic. Verr. 3, 56, ſich ſelbſt umbringen, oder entleiben. *Veneno sibi mortem conscīscere*, Id. de Clar. Orat. c. 11, ſich ſelbſt vergeben. Id. fam. 7, 3 *Aut capiendus tamquam exilio locus, aut conscīscenda mors voluntaria.* ¶ 3. Ad alias res refertur, idemque eſt, ac de iis decernere & apud ſe ſtatuere. Cic. ad Brut. epiſt. 16 *Facinus conscīscere*, begehen. Liv. 5, 53 *Exiliumque & fugam nobis ex eo loco conscīscerunt.* Tac. Hiſt. 3, 9, 3 *Opprimi duæ legiones potuere, aut retro actæ desertâ Italia turpem fugam conscīvissent.*

¶ Conſcītus, *a, um*, zugezogen. Liv. 9, 26 *Mors haud dubie ab ipsis conscīta, judicio subtraxit.* Plin. 36, 15 *Passim conscīta nece Quiritibus tædium fugientibus.*

¶ Inconſcius, *a, um*, unbewuſt. Affertur ex Liv. 21, 12 *Alcon, inconsciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, &c.* Sed meliores libri habent *Insciis.*

¶ Inconſcientia, *æ*, f. die ungewiſſenhafftigkeit. Gloſſ. gr. lat. ἀσυνειδησία, *Inconscientia.*

¶ Deſciſco, *ĕre*, eſt ab imperio ſe ductuque alterius ſubtrahere, ut exponit Valla, ſich von einem abſchlieſſen, abtreten, abfallen. Sic, *Desciscere a populo Romano ad alios*, Liv. 28, 29. *Desciscens a societate*, Vellej. 2, 100, 2 *Desciscere a consuetudine parentum*, Plin. 3 epiſt. 20, von dem alten gebrauch abweichen; *ab antiqua institutione*, Cic. Fin. 4, 8; *a natura*, Id. Tuſc. 3, 2. Et Quintil. ut putatur, de cauſis corruptæ eloqu. c. 28 *Eloquentia & cæteræ artes desciverunt ab ista vetere gloria.* Vellej. 2, 1, 1 *Non gradu, sed præcipiti cursu a virtute desciturn, ad vitia transcursum.*

¶ Inſciens, *tis*, ignarus, ſtultus, unwiſſend, unverſtändig; ut, *Abi, sis insciens*, Ter. Phorm. 1, 2, 9. Id. Heaut. 4, 1, 19 *Si peccavi, insciens feci*, id eſt, imprudens. Ibid. *Te insciente atque imprudente dicere ac facere omnia.* Nepos 18, 11, 4 *Insciente Antigono.* conf. 23, 9, 4. Sic & Cic. fam. 1, 9; & 5, 2; & Att. 7, 2 *Insciente me.* Liv. 7, 5 *Inscientibus cunctis cultro subcinctus ad M. Pomponium tribunum pergit.*

¶ Inſcius, *a, um*, idem. Cic. de Clar. Or. c. 85 *Socrates se omnium rerum inscium fingebat & rudem.* Liv. 24, 48 *Inscia ac temeraria turba.*

¶ Inſcienter, adverb. unwiſſentlich; ut, *Inscienter facere*, Cic. Top. c. 8. conf. Liv. 25, 10. Superl. *Inscientissime*, Hygin. Aſtron. c. 12.

¶ Inſcie, adv. idem. Apul. de Deo Socrat. p. 43 *Omnes sed inscie metuunt.*

¶ Inſcientia, *æ*, f. ignorantia, der unverſtand, die unwiſſenheit. Cic. pro Sylla c. 14 *Tenebræ erroris & inscientiæ.* Id. Acad. 4, 48 *Inscientia multa versatur in vita.* Cæſ. B. G. 3, 9 *Navigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant.* Et c. 13 *Pelles pro velis aluteque tenuiter confectæ, sive propter lini inopiam atque ejus inscientiam, sive* &c. Nepos 14, 7, 4 *Propter prætorum imprudentiam inscientiamque belli.* conf. Gronov. ad Liv. 22, 25, & 26, 2. Pro hoc vocabulo in veteribus libris librarios ſciolos *insciti*am ſubſtituiſſe, docent, quos laudat Burm. ad Quint. 9, 4 p. 841.

¶ Inſcītus, *a, um*, inelegans, unartig, nicht fein. Item ſtultus, tölpiſch, albern, ungeſchickt. Plaut. Men. 2, 3, 85 *Mulier stulta atque inscita.* Id. Bacch. 4, 10 pr. *Quam se ad vitam & quos ad amores præcipitem inscītus capesset?* Compar. *Quid est inscītius?* hoc eſt, abſurdius. Cic. Nat. D. 2, 13. Et, *Ne inscītiores audiant ac discant*, Gell. 19, 10 extr. Superl. *Inscītissimus*, Plaut. Moſt. 5, 2, 16.

¶ Inſcītulus, *a, um*, parum elegans; ut, *Non inscītula ancillula*, Afran. ap. Nonium 1, 41.

¶ Inſcītē, adv. illepide, imperite, unweislich, närriſch; ut, *Inscīte facere*, Plaut. Trin. 1, 2, 58. Quint. 11, 3 p. 1005 *Si inscīte spiritus recipiatur, non minus adfert obscuritatis, quam vitiosa distinctio.* Superl. *Inscītissime*, Gell. 10, 16.

¶ Inſcītia, *æ*, f. ignorantia, imperitia, imprudentia, ſtultitia, unverſtand, unbeſonnenheit. Ter. Heaut. 4, 1, 17 *O Iupiter, tantam inesse animo inscītiam!* Id. Phorm. 1, 2, 27 *Inscītia est, adversum stimulum calces*, ſubaudi, *jactare.* Cic. Off. 1, 34 *Ineuntis ætatis inscītia senum regenda prudentiâ est.* Sic, *Inscītia legum*, Horat. 2 ſat. 1, 81; *antiquitatis*, Gell. 11, 6; *belli, ac pigritia*, Liv. 7, 34; *regendi naves*, Tac. Agric. 28, 4; & *ædificandi*, Id. de Germ. 16, 2. v. Gifanii Obſerv. L. Lat. h. v.

¶ Neſcio, *īvi, ītum, īre*, ignorare, nicht wiſſen. Ter. Eun. 4, 7, 29 *Nescis, cui maledicas nunc viro.* Id. Andr. 2, 2, 3 *Lætus est, nescio quid.* Id. Heaut. 2, 4, 16 *Alios nescio.* Plaut. Curc. extr. *Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias*, id eſt, ignores. Id. Mil. Glor. 2, 6, 89 *Etiam illud, quod scias, nescīveris*, daß dich nicht mercken. Et Ter. Eun. 4, 4, 54 *Tu pol si sapis, quod scis, nescis.* Cic. de Clar. Or. c. 37 *Non tam præclarum est scire latine, quam turpe, nescīre*, lateiniſch können, nicht können. *Nescimus, quid serus vesper ferat*: dictum vetus, quod ſatyræ cuidam Varro titulum fecit. v. Gell. 13, 11. Quint. 1, 8 extr. *Mihi inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua nescīre.* ¶ 2. *Nescio quis*, formula, qua vel in contemtu

vel

vel ignoratione utimur. v. Cic. de Orat. 1, 46; de Amic. c. 23. Plaut. Amph. 1, 1, 176 *Neſcio, quem loqui autumat.* Cic. pro Dejot. c. 8 *Miſit ad Cælium, neſcio quem.* Sic, *Neſcio quo caſu*, Nepos 1, 7, 3; & Cic. fam. 5, 15. *Neſcio quomodo*, Nepos 7, 11, 1 & 8, 1, 3; & Cic. Verr. 4, 28. ¶ 3. Interdum idem eſt ac non poſſe, nolle, nicht können, nicht wollen. Cic. de Orat. 3, 10 *Qui loqui neſciat.* Virg. Georg. 3, 84 *Stare loco neſcit.* Horat. Art. Poët. v. 379 *Ludere qui neſcit.* Et ibid. v. 390 *Neſcit vox miſſa reverti.* ¶ 4. *Neſcio* vel *haud ſcio an* ſignificat *fortaſſe*, omiſſa etiam negatione. vid. Manut. ad Cic. fam. 9, 9 & 14 *Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini.* Vulgo diceremus: *quod haud ſcio annon nemini*, vel *an cuiquam. Ingens eo die res, ac neſcio, an maxima illo bello geſta ſit*, Liv. 23, 16. v. Interpp. ad 37, 54, ubi locutioni: *neſcio an, haud ſcio an*, ſubjunctivum jungi exemplis probant. Add. Cic. fam. 9, 25 pr. & Burm. ad Quint. 12, 11 p. 1108.

¶ Neſciens, *tis*, unwiſſend. Ter. Heaut. 3, 1, 59 *Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.*

¶ Neſcienter, adverb. idem. Auguſt. de Doctr. Chriſt. 2, 40 *Ipſis Ægyptiis neſcienter commendantibus.* Qui etiam Prudentio tribuunt præf. 2, Apoth. v. 4: hos ex Codd. refutat Nic. Heinſius.

¶ Neſcientia, *æ*, f. i. e. inſcitia, die unwiſſenheit. Claud. Mamert. 1, 11 *Agnoſco, te multorum neſcientias attuliſſe.*

¶ Neſcītus, *a, um*, quod neſcitur, apud ſequioris ævi auctores, unbekannt. Sidon. 8 epiſt. 6 *Litem intra Gallias ante neſcitam edidit.* Ennod. de vita Antonii: *Dedicavit callem ſubjecta aſperitate neſcitum.* Boëth. lib. 5 Metro 3 *Aut quis valeat neſcita ſequi?*

¶ Neſcius, *a, um*, ignarus, neſciens, unwiſſend; ut, *Mali impendentis neſcius*, Plin. 8 epiſt. 23. Et Virg. Æn. 1, 303 *Fati neſcia Dido.* Et 10, 501 *Neſcia mens hominum fati ſortisque futuræ &c.* Sic, *Non ſum neſcius*, Cic. de Orat. 1, 11 pr. *Neſcius vinci*, Ovid. ex Ponto 2, 9, 45. ¶ 2. *Neſcia loca*, pro ignotis paſſive Plaut. Rud. 1, 5, 17. Id. ſimiliter Capt. 3, 3, 15 *Si quid neſcivi, id neſcium tradam tibi.* v. Gell. 9, 13. & Drakenb. ad Sil. 2, 98, ita *Incertus, Incautus &c.* Arator quoque, poëta Chriſtianus, *Neſcia verba* pro ignotis poſuit in actionibus apoſtolorum. *Neſcium quid habere*, id eſt, neſcire, Tac. An. 16, 14, 2. *Neſcia tributa*, Id. An. 1, 59, 6.

¶ Perſciens, *tis*, valde ſciens, participium verbi *perſcire*, quod ex caſu addito apparet: Lamprid. in Commodo c. 5 *Perennis Commodi animum perſciens &c.* Hinc

¶ Perſcienter, adverb. idem. Cic. de Clar. Or. c. 55 *Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem remiſerat*, i. e. valde ſcienter.

¶ Perſcītus, *a, um*, admodum ſcitus, ſehr artig. Cic. de Orat. 2, 67 *Per mihi ſcitum videtur &c.*

¶ Perſciſco, *ere*, erkundigen, vernehmen, Dictys Cret. B. Troj. 2, 37 *Hectur cauſſam tumultus eorum cupidus perſciſcere.*

¶ Præſcio, *īvi, itum, īre*, zuvor wiſſen. Ter. And. 1, 5, 4 *Nonne oportuit præſciſſe me ante?* Tertull. adv. Marc. 2, 5 *Vniverſa diſponendo præſciit, & præſciendo diſpoſuit &c.*

¶ Præſcientia, *æ*, f. das vorwiſſen. Tertull. l. c. *Præſcientia tantos habet teſtes, quantos fecit prophetas &c.* Mart. Capella 2 p. 40 *Homines in divinandi uſum & præſcientiam procreati*, weiſſager.

¶ Præſciſco, *ere*, erfahren, vorher erkundigen; ut, *Longe præſciſcere*, Virg. Georg. 4, 70. Et Liv. 27, 35 *Præſciſcere, quem quisque hoſtem haberet, volebant.*

¶ Præſciſcendus, *a, um*. Ammian. 20, 7 *Ad præſciſcendos adverſos ſubitosque motus munimentum locare.*

¶ Præſcītum, *i*, n. prognoſticon, augurium, ein vorzeichen, eine weiſſagung. Plin. 10, 18 *Vnum eorum præſcitum tranſire non queo.* Id. 10, 75 *Præſcita animi quieſcentis.*

¶ Præſcitio, *ōnis*, f. idem; ut, *Præſcitionum auctor*, Ammian. 29, 1.

¶ Præſcius, *a, um*, vorher wiſſend, kundig; ut, *Præſcia venturi vates*, Virg. Æn. 6, 66. *Præſcia lingua*, Ovid. Faſt. 1, 538. Et, *Deus bonus & præſcius futuri &c.* Tertull. adv. Marc. 2, 5.

¶ Impræſcientia, *æ*, f. Tertull. adv. Marc. 2, 7 *Deceptus ex impræſcientia futuri*, h. e. quia non præſciret.

¶ Reſcio, *īre*, idem quod *ſcire*, vel rem geſtam reſciſcere, erfahren. Liv. 29, 14 pr. *Ne reſcirent Carthaginienſes.*

¶ Reſciſco, *īvi, itum, ĕre*, rem, poſtquam inſtituta vel geſta eſt, ſcire, erfahren. Ita Ter. Adelph. 5, 3, 5 *Reſcivit omnem rem*, er iſt hinter den gantzen handel gekommen. Id. Hec. 5, 4, 27 *Hi, quos par eſt reſciſcere, ſciunt.* Nep. 18, 8, 5 *Intelligebat adverſarios reſcituros de ſuo adventu.* conf. Idem 4, 3, 4. Vide de hoc verbo Gell. 2, 19.

Sciographia, ſciomantia, ſciothericon, vide in *Scia.*

SCĪPIO, *ōnis*, m. *σκίπων*, baculus, ein ſtab, ſtecken. Plaut. Amph. 1, 3, 22 *Quem pol ego jam hoc ſcipione:* ſubaudi, *probe mulcabo.* Per apoſiopeſin. Id. Aſin. 1, 1, 110 *Nam ego illud argentum, tam paratum filio, Scio eſſe, quam me hunc ſcipionem contui.* Gerebat enim ſcipionem vel baculum. Sic, *Scipio eburneus*, conſulum Romanorum ab ipſa prima inſtitutione, cujus Dionyſius Halic. Livius 5, 41 extr. & 31, 11. Valer. Max. 4, 4, 5; Vopiſcus in Aurel. c. 13, & alii plures meminere, poſtea & imperatorum geſtamen. De hoc, verſum Iuvenal. 10, 43 *Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno*, interpretatus vetus Scholiaſtes his verbis; *Virga, quam conſules portant: qua ſupra aquilas faciunt.* Alii tamen de triumphali ſcipione exponunt; quem plane iſta forma Iſidorus deſcribit 7, 2. Viſuntur & ſcipiones ejusmodi in aliquot numis imperatorum. Hujusmodi ſcipionibus eburneis reges amicos & ſocios donari a Romanis ſolitos, Tacitus An. 4, 26, 4 declarat. Sed ¶ 2. *Scipio* in vineis, pes eſt uvæ, eine reb- oder traubenſtütz, ein weinſtiel. Colum. R. R. 12, 43: & de Arboribus c. 8. Sed vid. *Scopio* in *Scopæ.* ¶ 3. A *ſcipione* gens patricia Romæ *Scipionum* cognomen ſortita eſt, ideo quod *Cornelius Scipio* patrem ſuum oculis orbum baculi vice incedentem rexiſſet. Clariſſimi ſunt *Scipio Africanus*, major, Hannibalis victor; & *Scipio Æmilianus*, vel Africanus minor, Africani majoris nepos adoptivus, qui Numantiam evertit & Carthaginem. Iove ſe genitum affirmabat. vid ad Sil. 13, 615. ¶ 2. *Scipio Naſica*, vir optimus, qui cuidam exiſtimanti, res Romanas, poſteaquam extincti eſſent Carthaginienſes, in tuto deinceps fore Græcis etiam in ſervitutem ſubactis, *imo* reſpondit, *ſummo in periculo nunc ſumus, quia nulli ſuperſunt, quos vel timeamus, vel revereamur:* Plutarchus.

¶ Scipĭădæ, *arum*, m. pl. patronym. pro *Scipionibus*, Virg. Georg. 2, 170.

¶ Scipionārius, *a, um*, adject. a cognomine Scipio, Varr. L. L. 8, 42.

SCĪRŌMA, vel Scirrhoma, *ătis*, n. *σκίῤῥωμα*, idem morbus qui *Scirrhus*, de quo p. p. Theod. Priſcian. de Diæt. c. 15. *Scirrhoma*, Plin. 7, 15; & 25, 8.

SCĪRON, *ōnis*, m. *Σκίρων*, ventus Caurus, ſpirans a ſaxis Scironiis prope Athenas. Quidam hunc ventum eumdem eſſe putant cum Iapyga, Cauro, Helleſpontio, Olympia. vid. Dalechamp. ad Plin. 2, 47. Sen. Qu. Nat. 5, 17 *Athenas infeſtat Sciron.* ¶ 2. *Sciron*, latro inſignis a Theſeo interfectus ad Megaram, cujus oſſa, cum in mare cecidiſſent, in ſcopulos converſa feruntur. vid. Ovid. Met. 7, 445 & 448; & Heroid. epiſt. 2, 69; & Propert 3, 14, 12. Hinc

¶ Scīrōnius, *a, um*, adject. ut, *Scironia ſaxa*, Senec. Hippolyt. v. 1220. *Scironiæ rupes*, Claudian. B. Get. v. 188. VI mill. longitudinem iis tribuit Plin. 4, 7 ex emendat. Hard. qui etiam obſervat, hodie *Cakiſcala* vocari, latrociniis infeſtum locum.

¶ Scīronis, *ĭdis*, fœm. ut, *Scironides petræ*, Sen. Hippol. v. 1020.

SCIRPVS, *i*, m. ſive Sirpus, juncus enodis, ſemden, binſen ſchilfrohr. Plin. 16, 37 *Scirpi fragiles paluſtresque ad tegulum tegetesque: e quibus detracto cortice candelæ luminibus & funeribus ſerviunt. Firmior quibusdam in locis eorum rigor &c.* Adde Plaut. Rud. 2, 6, 39 ſeq. Inde proverbium in anxium nimisque diligentem, vel, ut Feſtus ait, *in eas res, quæ nullius impedimenti ſunt: Nodum in ſcirpo quærere*, Ennius apud Feſtum; & Plaut. Men. 2, 1, 22; & Ter. Andr. 5, 4, 39, & Phor. 4, 5, 3, i. e. in re minime dubia dubitandi occaſionem captare, ſcrupel machen oder grübeln, da nichts zu grübeln iſt. conf. Taubm. ad Plaut. Aul. 4, 1, 9. Donatus ad Ter. SCIRPVS *paluſtris res eſt leviſſima, Lucilius in primo: Nodum in ſcirpo inſane facere vulgus. Eſt autem* SCIRPVS *ſine nodo, & levis junci ſpecies &c.* Vet. Gloſſ. *Scirpus, φλὸς πάπυρος.* ¶ 2. *Scirpi* etiam ſive *Sirpi* dicebantur naſſæ a *Sirpis* ſive juncis, unde fiebant. ¶ 3. Hinc igitur per translationem *Sirpi* ſive *Scirpi* dicebantur olim obſcuræ & captioſæ quæſtiones, ſive ænigmata, ut Gellius obſervat 12, 6, rätzel, zweifels-knoten. Fruſtra enim ibi pro *Sirpus Sirupos* ſubſtituunt Alciatus & Rhodiginus. v. Scalig. Conject. p. 60; & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 303.

¶ Scirpeus, *a, um*, aus binſen; ut, *Scirpea tegeticula. Scirpea ratis pueris, qui nare diſcunt, induitur*, Plaut. Aulul. 4, 1, 9. *Scirpea imago*, Ovid. Faſt. 5, 659.

¶ Scirpea & Scirpia, *æ*, f. & *Sirpea* vel *Sirpia*, ſubſt. eine flechte, ein wagenkorb, eine futterſchwinge. Varro L. L. 4, 31 SIRPEA, *quæ virgis ſirpatur, id eſt, colligando implicatur: in qua ſtercus aliudve quid evehitur.* Iuſtin. 43, 4, 6 & 9 *Plures ſcirpiis latentes*, al. *Sirpeis.* Cato R. R. c. 10 *Sirpeæ ſtercorariæ.* Arnob. 2 p. 70 *Vannorum ſirpearumque vinctores.* Ovid. Faſt. 6, 680 *At dominus, diſcedite, ait, plauſtroque morantes Suſtulit, in plauſtro ſirpea lata fuit.*

¶ Scirpŭla, *æ*, f. vitis genus, Plin. 14, 3 & 9; Colum. 3, 2.

¶ Scirpĭculus, *i*, m. alii *Surpiculus*, diminut. parvus ſcirpus, fleiner binſen, Varr. R. R. 2, 2. Plaut. Capt. 4, 2, 36 *Eis ego ora Verberabo ſcirpiculis piſcariis*; ubi al. *Surpiculis.*

¶ Scirpĭcula, vel Sirpicula, *æ*, f. falcis putatoriæ genus, ein rebmeſſerlein, Cato R. R. c. 11, Varr. R. R. 1, 22, & de L. L. 4, 31.

¶ Sirpĭculum, *i*, n. caniſtrum vimineum, vel ex ſcirpis contextum, ein körblein aus binſen gemacht. Propert. 4, 2, 40 *Sirpiculis medio pulvere ferre roſam.* Et Colum. 10, 304 *Cano jam vimine textum Sirpiculum ferrugineis onerare hyacinthis.*

¶ Sirpo, *are*, ſirpo texere, mit binſen binden, flechten. v. Varro l. c. in *Scirpea.* Id. ibid. *Sirpicule vocatæ a ſirpando*, i. e. *alligando.*

¶ Sirpātus, *a, um*, alligatus, gebunden mit binſen. Varro l. c. *Sic ſirpata dolia, quaſſa cum alligata dicta.* v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 203.

Scirrhoma, vide paullo ante Sciroma.

SCIRRHVS, *i*, m. *σκίῤῥος*, tumor induratus, doloris expers, harte geſchwulſt, Plin. 7, 15 *Sciros* eſt apud Th. Priſcian. de Diæt. c. 15.

Sciſcitatio, ſciſcito, ſciſco &c. vide *Scio*, Sciſſilis, ſciſſim, ſciſſio, ſciſſor, *Scindo*, Scitamentum, ſcitor, ſcitulus, ſcitus, *Scio.*

SCIVRVS, *i*, m. animal ſic dictum a tegumento caudæ villoſæ, qua tamquam pro tecto & umbra utitur, ein eichhorn, animal cognatum ei, quod *Varius*, & *Pirolus* dicitur, ein feck. Gesner. *Sciuri tempeſtates præſagiunt, obturatisque, qua ſpiraturus eſt ventus, cavernis, ex alia parte fores aperiunt*, Plin. 8, 38. conf. 11, 43.

SCLAVI, ſeu Slavi, *orum*, m. pl. gens a Venedis oriunda, quos inter magnæ Germaniæ gentes declarat Tacitus Germ. 46, 1 & 2. Alii Sarmatici generis faciunt, & verius, ut Cluverius judicat Antiquæ Germaniæ 3, 44. Vagi & mercenariam militiam facientes late fuderunt nomen, non per Sarmatiam tantum, ſed & Germaniam ipſam; in Illyricum usque ac Hiſtriam, ubi & ſedes fixere, penetrantes, unde progreſſi Bohemiam occuparunt. Hinc Poloni, Bohemi, Dalmatæ, & noſtri per Germaniam Wendii, una lingua utuntur, quæ *Sclavonica* dicitur, nec niſi dialectis diverſa. *Σκλαβηνοί* Procopio, ac ita Iornandes quoque *Sclavos* vocat. ¶ 2. *Sclavus* pro ſervo, vel mancipio non modo Germanis & Anglis dicitur, ſed & Gallis & Hiſpanis: Id autem primitus nominis ortum & inditum illis, quos a forti Sclavorum gente captos in ſervitutem redegiſſent, Voſſius cenſet de Vitiis ſermonis 2, 17.

¶ Sclavonia, *æ*, f. olim Pannonia interamnia, inter Savum & Dravum ſita, das Königreich Sclavonien.

SCLŌPVS, *i*, m. fonus eſt, qui emittitur e buccis inflatis. Perſius ſat. 5, 13 *Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas.* Legunt & *Stlopus.* ¶ 2. Inde ad bombardas minores transfertur *Sclopus* aut *Stlopus*, ein handbüchſe, piſtol. Sic &

¶ Sclōpētum, *i*, n. vulgo, eine büchſe, ein piſtol; a ſono, quem edit, cum diſplodituꝛ.

Scōbīna, quære in ſequente *Scobs.*

SCOBS, & Scōbis, *is*, f. feilſtaub, ſägeſpäne. v. Priſcian. p. 751. Minutiſſimum eſt, quod decidit, cum materia aliqua vel lima raditur, vel ſerra ſcinditur, vel terebra perforatur. Ita *Scobs elimata*, Plin. 34, 18. *Eburnea ſcobis*, Colum. 7, 10. *Semodium ſcobis*, Iuvenal. 14, 64. conf. Horat. 2 ſat. 4, 81; Celſ. 8, 2 & 3; & 5, 5; Colum. 4, 29; 7, 10; & 12, 43.

¶ Scōbīna, *æ*, f. lima eſt, a *ſcobe* dicta ſecundum Varronem de L. L. 6, 3, eine feile. *Scobina fabri*, Plin. 11, 37 ſect. 68 extr. Et Tertull. Apolog. c. 12 *In deos veſtros per omnia membra validius incumbunt aſciæ, & rancinæ, & ſcobinæ.*

¶ Deſcōbīno, *are*, abfeilen. Hinc

¶ Deſcōbīnātus, *a*, *um*, abgefeilt. Varro apud Nonium 2, 236 *Cruribus in ſilva deſcobinatis*, da die beine im gebüſche zerkratzet ſind. Arnob. 6 p. 200 *Tornis raſa, deſcobinata limis.*

SCŌLAX, *ācis*, σκώλαξ, funale, eine fackel, wind-licht. Iſidor. 20, 10 *Funalia Græci ſcolaces dicunt, quod ſint ſcoliciæ*, h. e. *mortis. Hos Romani funes & funalia nominabant.*

SCŌLĒCIA, *æ*, f. ærugo in ære Cyprio, der grüne roſt oder ſchimmel am kupfer. Plin. 34, 12; nam σκώληξ, vermiculum ſignificat, in cujus formam ſcolecia trita contrahitur. Harduinus legit *Scoleca.* conf. Dioſc. 5, 47.

¶ Scolēcium, *i*, n. σκωληκιον, coccum ilicis, ein eichapfel, gallapfel. Plin. 24, 4.

SCŌLĬBRŎCHON, *i*, n. σκολίβροχον, herba, quæ & *Callitrichon* & *Scolopendrion.* Apulej. de Herb. c. 47.

SCŌLŎPAX, *ācis*, f. σκολόπαξ, piſcis peregrinus corpore rotundo, ſquamis aſperis, aculeo in dorſo extremo magno, & altera parte ſerrato, ein ſägfiſch, a *ſerra*, vel gallinago avis, ein ſchnepfhuhn, eine meerſchnepfe, a roſtro oblongo: Geſner. & Ionſton. de Avibus p. 160.

SCŌLŎPENDRA, *æ*, f. σκολοπένδρα, inſectum, eine naſſel, ätzel, kellerwurm; idem quod *centipeda*, Dioſc. 2, 14; & Plin. 11, 4. ¶ 2. *Scolopendra marina*, piſcis, meernaſſel, *Scolopendra cetacea*, wahlnaſſel, Geſner. Plin. 9, 43; & 32, 11.

¶ Scolopendrium, *i*, n. σκολοπένδριον, herba, aſplenum, ἄσπληνον, ſteinfarren. Sed, hirtzzung, hirnszung, *Phyllitis* eſt, non *Scolopendrion.* vid. Apul. de Herb. c. 4, c. 47, c. 56, & c. 92; Dioſc. 3, 142.

SCŌLVS, *i*, m. σκῶλος, pagus incultus, aſper atque inamœnus ſub Cytherone in Bœotia. Vnde natum proverbium:

Ad Scolon neque ipſe vades, neque alteri comes ibis:
Εἰς σκῶλον μητ' αὐτὸς ἴμεν, μήτ' ἄλλῳ ἑπέσθαι.

v. Chiliad. & Stat. Theb. 7, 266. ¶ 2. *Scolus* vermis. Theodulf. Paræn. *Corpus ſqualebit ſcolis olidum.* Conf. Reinef. ad Daum. epiſt. 23.

SCŎLŎLŸMOS, *i*, m. σκόλυμος, carduus, cinara, & ſtrobilus, ſtrobel-dorn. Matthiolus: aliis artſchocke, Plin. 22, 22: 20, 23: & 21, 16; Apul. de Herb. c. 96 & 97; Dioſc. 3, 14.

SCOMBER, & Scombrus, *i*, m. σκόμβρος, piſcis marinus, ein makrel; major harengo. Horatius *piſcem Iberum* appellaſſe videtur 2 ſat. 8, 46. Scomber enim in Hiſpania ad novam Carthaginem, quæ & *Spartaria* appellata, frequens: ex quo & inſulæ non procul inde poſitæ *Scombrariæ* nomen factum, Strabo auctor eſt. Ex ſcombris enim iſtis præſtantiſſimum garum (de quo Horatius loquitur) conficiebatur, teſte Plinio 31, 8. Adde Colum. 8, 17; Plaut. Capt. 4, 2, 71; Catull. 96, 8.

SCOMMA, *ātis*, n. σκῶμμα, cavillum vel morſus figuratus, ut Macrobius Sat. 7, 3 vocat, ein ſpottwort, ein ſtich, der nicht blutet. Verba ejus iſta ſunt: SCOMMA *pene dixerim morſum figuratum, quia ſæpe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud ſonet, aliud intelligas. Nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit, ſed nonnunquam his, in quos jacitur, dulce eſt. Quod genus maxime vel ſapiens vel alias urbanus exercet &c.*

¶ Scommătĭce, adverb. ſpöttiſch. Saresb. in Metalog. 1, 5 *Si quid ſcommatice magis aut lædorice in eos dici poteſt.* Id. epiſt. 237 *Scommatice aliquid retorquere.*

SCŌPAE, *arum*, f. pl. a *Scabo, ere*, ein beſen. Plaut. Stich. 2, 3, 23 *Munditias volo fieri hic, ferte huc ſcopas.* Sed, *Scopæ diſſolutæ*, de homine nihili nulliusque prorſus conſilii, Cicero ad Att. 7, 13. v. Chiliad. Id. Cic. in Orat. c. 71 *Vt in proverbio eſt, eſſi humilius dictum, ſcopas mihi videntur diſſolvere*, i. e. apta diſſipare & rem inutilem efficere. v. de Scopis Barthii Adverſ. 6, 17. An pavimenta ſive aſarota ſcopis olim verri conſueverint, Erh. ad Petron. c. 34 p. 136. ¶ 2. *Scopam* ſingulari tuetur tum Chariſii, tum Onomaſtici veteris autoritas, tum diminutivum *Scopula.* Et ſic Vulg. Int. Eſa. 14, 13 *In ſcopa terens.* add. n. 4. ¶ 3. Et *Scopæ*, frondes ſuperiores herbarum vel fruticum, die wippel an kräutern und ſträuchern; ut, *Manuales ſcopæ*, quas una manu apprehendimus, Plin. 24, 15. ¶ 4. *Scopa regia*, herba, Johannis-kraut. Plin. 25, 5. conf. 21, 6.

¶ Scōpula, *æ*, f. diminut. Colum. 12, 36; & Cato R. R. c. 26.

¶ Scōpium, *i*, n. ſive Scopus, *i*, m. ramoſum id, quo dependent acini, der ſtiel. Cato R. R. c. 112 *Tum acina de uvis miſcellis decerpito de ſcopio.* Varro R. R. 1, 54 *Uvarum ſcopi cum folliculis ſubjiciendi ſub prelum.* Id. 2, 4 *Dari ſolent vinacea & ſcopi ex uvis.* Columella *Scipiones* vocare videtur, ubi v. 11, 2.

¶ Scōpio, *ōnis*, m. pl. *Scopiones* pediculi in vite, quibus adhærent acina, ut explicat Auſ. Popma ad Caton. c. 112, 3; ibique duo Columellæ loca a Scaligero emendata affert, ubi *ſcipionibus* legebatur. Addit Burm. ad Petron. c. 22 p. 73 tertium Columellæ locum 11, 3, 46 (Nam reliqua duo laudavimus in *Scipio* n. 2) ubi corrupta hæc vox erat in *Scorpiones.* Petronii locus ita a Burmanno p. 72 editus eſt: *Non ſentientis labra humerosque ſcopionibus* (jam peruſtis & exſtinctis) *pinxit.* Nodot legit *ſopitis titionibus.*

¶ Scōpo, *are*, kehren mit beſen. Vulg. Interpr. Eſa. c. 14, 13 *Scopabo Babylonem.* Sic apud Ariſtophanem: μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα, *ne ſcopes Græciam*, i. e. ne in deſolationem redigas. vid. Cæl. Rhodig. Lect. Antiqu. 10, 5.

¶ Scōpārius, *i*, m. qui pavimenta ſordentia ſcopis munda reddit, ein hausknecht, kehrmann. Vlp. Dig. 33 t. 7 l. 8 fin. § 1.

SCOPAS, *æ*, m. ſtatuarius fuit inſignis, architectus Mauſolei, Plin. 35, 5; Horat. 4 od. 8, 6; Vitruv. 9, 9.

Scopeliſmus, vide mox in *Scopulus.*

SCŌPĔLOS, *i*, f. inſula ante Troada Aſcaniæ, Plin. 5, 31.

SCŌPES, *um*, f. pl. aves nocturnæ ex noctuarum genere, Plin. 10, 49.

SCOPTŬLA, *ōrum*, n. pl. operta, oſſa ſcapularia, lata duo oſſa ad ſcapulas tendentia, die ſchulterknochen, ſchulterbeine, Celſus 8, 1.

Scopuloſus, ſcopulus, vide ſequens *Scopus.*

SCŎPVS, *i*, m. σκοπός, a σκοπέω, *ſpeculor, contemplor*; eſt enim id, quod ſagittarii ſignum ponere ſolent in certamine, quod petant, das ziel, darnach man ſchieſſet. Vegetius inepte a *ſcopis*, hoc eſt, faſce fruticum vel ſtraminum, quem pro ſigno ponere ſolebant ſagittarii ſunditoresve, dictum *ſcopum* putat. Macrobius *propoſitum* vocat, ein vorgeſteckтes ziel. ¶ 2. Et per metaphoram id eſt ipſum, quo agens quis præcipue ſpectat, das abſehen der zweck, vorſatz, *propoſitum* vulgo vocant: Cic. Att. 8, 11 *Neutri ſcopus eſt ille, ut beati ſimus; uterque regnare vult.* Idem *proram & puppim* vocat fam. 16, 24. ¶ 3. Scopus ſ. Scopium ex alia ſignificatione vid. ſub *Scopæ.*

Scōpŭlus, dimin. vide poſt compoſita ſeorſum & imprimis n. 3.

¶ Apoſcōpon, *ontis*, m. ſcopum intuens, ein zieler; ab ἀποσκοπέω, i. e. *ſcopum conſidero.* Plin. 35, 11 *Antiphilus laudatur nobiliſſimo Satyro cum pelle pantherina, quem apoſcopanta appellant.*

¶ Cătaſcōpus, *i*, m. κατάσκοπος, explorator, ein kundſchaffer, ſpion. Hirt. B. Afric. c. 26 *Literis per cataſcopum miſſis.*

¶ Cataſcopium, *i*, n. κατασκοπιον, navis exploratoria, ein frähe-ſchiff, fregatte. Ex Cic. Att. 5, 11 vulgo oſtendunt: Sed locus ille cubat in mendo, nec adhuc erura vera lectio eſt. vide interpretes.

Epiſcopus, cum derivatis, vide in E.

SCŎPŬLVS, *i*, m. σκόπελος, ſaxum eminens, ein ſteinfels, eine klippe. Virg. Æn. 1, 163 *Minantur in cælum ſcopuli.* Horat. 3 od. 7, 21 *Scopulis Icari ſurdior.* ¶ 2. Metaphorice quævis res noxia & periculoſa, & perinde ac ſcopuli nautis, vitanda & fugienda, ein anſtoß. Gell. 1, 10 *Id quod a C. Cæſare in primo de Analogia libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria, ut tamquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum.* Et, *Navem ad ſcopulos appellere*, dixit Cicero pro Rabirio c. 9, quod Germani fere dicunt, den karren in den dreck führen; quod eſt in certum periculum aliquid adducere. Sic eleganter Florus 4, 9, 1 Antonium, *ſcopulum ſecuritati publicæ* appellat, quod maximum ab eo periculum perniciesque impendeat. Ovid. Met. 7, 33 *Ferrum & ſcopulos geſtare in corde*, i. e. nulla miſericordia moveri, ein ſteinern herz haben. ¶ 3. Sueton. in Domit. c. 19 *Scopulum* pro ſcopo ſeu ſigno poſuit, quo ſagittarii jacula dirigunt, ein ziel. Adde Barth. ad Statii Theb. 9 p. 1078.

¶ Scŏpŭlōſus, *a*, *um*, voller klippen; ut, *Rupes ſcopuloſa*, Lucan. 2, 619. *Mare Tuſcum ſcopuloſum atque infeſtum*, Cic. de Orat. 3, 19 pr. *Scopuloſi vertice colles*, Sil. 7, 274. Plin. 6, 18 *Ganges dejectus per ſcopuloſa & abrupta.* ¶ 2. Translate idem eſt ac difficilis, beſchwerlich. Cic. Divin. in Verr. c. 11 *Intelligo quam ſcopuloſo difficilique in loco verſer.*

¶ Scŏpelĭſmus, *i*, m. σκοπελισμός, id eſt, *lapidum poſitio*: quo ſigno mors denunciatur colenti eum agrum, qui ita ſignarus eſt; qui ea re incultus manet cum damno domini. Vid. Vlpian. 47 Dig. t. 11 l. 9.

SCORBŪTVS, *i*, m. medicis eſt ſanguinis, ſucci nervoſi & lymphæ glandularum corruptio, der ſcorbut, ſchartock.

SCORDĂLVS, *i*, m. quem in Gloſſ. Iſidorus *ferocem* interpretatur, wild, verwegen. Et ita Petronius c. 95 *Scordalum* vocat Eumolpum, quod contumeliæ impatiens, diverſorem excuſſiſſima palma pulſaverat, & ulciſcentem ſe, candelabro ligneo rapto fuerat perſecutus. Sen. epiſt. 83 *Tyllius Cimber & nimius erat in vino, & ſcordalus. In hanc rem jocatus eſt ipſe:* EGO, *inquit*, QVEMQVAM FERAM, QVI VINVM FERRE NON POSSVM. Ergo *Scordalus*, qui impatiens & ferox in ultionem facile erumpit, ein frackeler. Gloſſæ Petronianæ: *Scordalus, homo alliatus, & illuvie ſqualoreque fœdus, ſordidus, impurus.* A σκόροδον, *allium*, quo frequenter nautæ utebantur. Videtur ergo *Scordalum eſſe* idem ac *allium obolere*, apud Plautum Moſt. 1, 1, 38, nach knoblauch ſtincken. Adde Senecæ epiſt. 56; & Suaſor. 7; & Erhard. ad Petron. c. 95 p. 456.

¶ Scordalĭa, *æ*, f. fœda contentio & rixa, frackel, gezänckе. Petron. Fragm. Tragur. p. 30 vel c. 59 *Agite ſcordalias de medio.* vid. Scheffer. h. l. p. 132; & Burm. p. 299.

SCORDASTVS, *i*, f. arbor Perſici maris, Plin. 12, 9.

SCORDISCI, *ōrum*, m. pl. populi Thraciæ maxime omnium immanes ac barbari: qui hoſtiis captivorum Diis ſuis ſacrificarunt, ſanguinemque humanum in oſſibus capitum bibere ſoliti, ut Feſtus Rufus Breviario c. 9 de iis loquitur. Qui pleraque tamen fabuloſa cenſet. De iis Herodot. lib. 4; Mela 2, 1; Flor 3, 4, 3; Ammian. 27, 4; alii. ¶ 2. De *Scordiſcis equitibus*, vid. Frontin. Strat. 3, 10, 7. ¶ 3. *Scordiſcus* in Ver. Gloſſario ἐφίππιον exponitur: quod Cyrilli Gloſſæ *Scordiſcale* interpretantur, ein ſattel, pferd-decke. Sed Iſidorus in Gloſſis *Scordiſcum*, corium crudum interpretatur. Nempe a *Scortum*, quod pellis eſt, de quo poſt.

¶ Scordiſcārius, *i*, m. qui ſcordiſcos i. e. ephippia facit, ein ſattler, apud Hieronymum.

SCORDIVM, *i*, n. σκόρδιον, herba, ſcordien, waſſerbatenig, knoblauchs-kraut. Plin. 25, 7; 26, 9; & 11 & 14. Apul. de Herb. c. 70, ubi etiam *Scordilon* appellat. conf. Tertull. Apolog. c. 23; & Dioſc. 3, 116. Penultimam producendam auctoritate Græcorum probat Borrich. de ling. Pharmac.

¶ Scordōtis, *tis*, f. herba amari guſtus in campis pinguibus, a quibusdam appellatur *Scordion*: Plin. 25, 6; & 26, 5.

SCŌRIA, *æ*, f. σκωρία, fex metallica, ſeu ſpuma, quæ ex materia ferveſcente tollitur, ſchlacken. Plinius 33, 4 quidlibet in metallo immundum, quod e catino ejicitur, *ſcoriam* vocat. Corripit tamen primam, niſi vocem diſſyllabam facit Virgil. in Cir. v. 249 *Sordibus & ſcoria patiar tabeſcere tali.* Conf. Voſſ. de Art. Grammat. 2, 38. Adde Plin. 34, 11; Celſ. 5, 19; & Dioſc. 5, 49 & 52 & 55.

SCŌRŎDON, *i*, n. σκόροδον, allium, knoblauch. Dioſc. 2, 141; Macer 1, 5, 1 *Scorodon Argive ſunt allia dicta Latine &c.*

¶ Scŏrŏdopră̆ſum, *i*, n. σκοροδόπρασον, herba foliis porraceis, odore allii, acker- und feld-knoblauch, Matthiol. & Dioſc. 2, 142.

¶ Antiſcŏrŏdon, *i*, n. ἀντισκόροδον, herba itidem ex genere allii, knoblauch. Plin. 19, 6 *In hoc genere Græci appellavere allium Cyprium, alii antiſcorodon.*

Scorofiones, vide infra *Scrophio.*

SCORPAENA, *æ*, f. genus piſcis apud Plin. 32 c. ult.

SCORPIVS, *i*, m. & Scorpio, *ōnis*, m. σκόρπιος, animal venenoſum, *cujus cauda ſemper*, quemadmodum Plinius inquit 11, 25, *in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni*, ein ſcorpion. conf. Celſ. 5, 27. Elegantiſſime deſcribit & tantum non depingit Tertull. adv. Gnoſticos pr. Ἐν παντὶ σκόρπιος φορεῖ λίθῳ, id eſt, *Sub omni lapide ſcorpius excubat*: hoc eſt, ſemper & ubique periculoſum eſt, cum calumnioſis agere, calumniandi undique occaſionem captantibus. Cavendum itaque etiam atque etiam eſt, ne quid temere dicatur. ¶ 2. *Scorpius*, ſignum Zodiaci. Cic. in Arat. v. 317 *Emergit Scorpius alte.* ¶ 3. Eſt & machinula militaris jaculatorum diverſi ut videtur generis, de qua vide laborantem Lipſium poliorc. 3, 4. ¶ 4. Machina major ſ. tormentum, quod deſcribit copioſe Ammian. Marcell. l. 23 pr. quam eandem putat Harduinus commemorari Plinio 7, 56. ¶ 5. Genus flagelli apud Vulgatum 3 Reg. 12, 11. ¶ 6. *Scorpius* piſcis eſt, *Scorpæna*, *æ*, item *Scorpioides*, Germanica appellatione, ideo quod in Germanico & Balthico mari rarus eſt, ein ſcorpiſch. Geſner. ¶ 7. Sunt & herbæ *Scorpius*, *Scorpio*, & *Scorpioides*, quæ herbula eſt foliis paucis, ſemine caudæ ſcorpionis effigie: Dioſcorid. 4, 187; Plin. 22, 15 & 16; Item 27, 3; & Apul. de Herb. c. 113. ¶ 8. *Scorpiones* denique, vel *Scorpiones*, appellant congeries lapidum acervatim congeſtas, quas pro terminis obſervant. vid. Sicul. Flacc. edit. Gœſ. p. 4 & 6. conf. Gœſii Indic. & Keuchen. not. ad Frontin. p. 414.

¶ Scorpiōnius, *a*, *um*, adject. vom ſcorpion. *Scorpionius cucumis*, Plin. 20, 1, a ſemine ſcorpionum caudas referente.

¶ Scorpiăcum, *i*, n. pharmacum adverſus ſcorpios, ſcorpionen-öl. Tertull. adv. Gnoſtic. c. 1 *Adverſus beſtiolas ſcorpiacum temperare.*

¶ Scorpinaca, *æ*, f. herba, quæ alias *Proſerpinaca*, Apul. de Herb. c. 18.

¶ Scorpītes, *æ*, m. gemma ſcorpionis aut colore aut effigie, Plin. 37, 11.

¶ Scorpioctŏnon, *i*, n. heliotropium, ſonnenwirbel. Apul. de Herb. c. 49.

¶ Scorpiūrus, *i*, m. σκορπίουρος, eadem herba, heliotropion majus, Plin. 22, 21; & Apul. c. 49 & 72.

Scortator, ſcortatus, ſcorteus, vide ſequens *Scortum.*

SCORTVM, *i*, n. proprie corium animalium, præſertim eorum, quæ pellem craſſiorem habent & duriorem, ein fell. Hac de ſignificatione agit Varro L. L. 6, 5 & Feſtus. ¶ 2. Item meretrix & pathicus. Nam & *Scorta meritoria* de pueris, qui muliebria patiebantur, Suetonius Glaudio c. 15, & Vitellio c. 3 dixit. Sic, *Philippus nobile ſcortum*, Liv. 39, 42. conf. Interpretes ad Epit. l. 57, & Curt. 6, 7, 33. Cic. Cat. 2, 5 *In vino & alea ſcorta quærere.* Horat. 1 epiſt. 18, 34 *Scorto poſtponere honeſtum officium.* conf. 2 od. 11, 21. Feſtus: SCORTA *appellantur meretrices, quia ut pelliculæ ſubigantur. Omnia namque ex pellibus facta,* SCORTEA *appellantur.* Paullo aliter Donatus ad Ter Eun. p. 138. *Abdomen*, inquit, *in corpore fœminarum, patiens iniuriæ coitus,* SCORTVM *dicitur: Ideo quia* SCORTA *ſunt dura coria. A parte ergo ſua meretrices* SCORTA *dicuntur: vel ἀπὸ τῆ σκλήρυν, quod græce palpitare intelligitur: quod illæ faciunt ſaltando aſſidue, vel potius criſſando, ut Lucretius ait, ob eam cauſſam, ut concinniorem Venerem exhibeant viris, aut ſibi abigant conceptum &c.* Et, *Scortum exercere*, Plautus dixit Amph. 1, 1, 232. Scorta in caſtris eſſe, non permittebant Romani. vid. Forſtner. ad Tacit. p. 242.

¶ Scortulum, *i*, n. dimin. Gloſſ. Vet. *Scortulum*, πόρνη.

¶ Scortillum, *i*, n. idem. Catull. 10, 3 *Scortillum non ſane illepidum.*

¶ Scorteus, *a*, *um*, quicquid ex corio & pellibus factum eſt, ledern. v. Varr. L. L. 6, 5, & Feſtus. Vet Gloſſ. *Scorteum*, σκύτινον, δερμάτινον. Sic, *Numi ſcortei*, qui ante Numam regem Romanis in uſu fuerunt: quo de Cæl. Rhodig. 6, 2, & Ioh. Boccatius Geneal. Deor. 8, 1. Sic, *Scorteum pulvinum ſubjicere*, Celſ. 8, 12. *Scorteum faſcinum inſerere*, Petron. c. 138. *Homo in ſcorteis veſtibus*, Tertull. adv. Marc. 2, 11.

¶ Scortea, *æ*, f. abſolute & ſubſtantivi in morem, *ſcorteam penulam* ſignificat, eine lederne decke Martial. 14 epigr. 130 *Ingrediare iter celo licet usque ſereno, Ad ſubitas nusquam ſcortea deſit aquas.* Vet. Gloſſ. *Scortea*, δερματοχιτῶν. ¶ 2. Similiter & *Scorteum* dicitur. Sen. Qu. Nat. 4, 6 *Quid exſpectas, ut homines ad penulas diſcurrerent aut ad ſcortea? Scorteum*, ſubaudi veſtimentum; *Scortea*, ſubaudi veſtis.

¶ Scortor, *ātus ſum*, *ari*, pro meretricari, ſive ut Varro L. L. 6, 5 exponit, *Sæpius meretriculam ducere*, huren, hurerey treiben. Ter. Heaut. 1, 2, 32 *Scortari crebro.* conf. Adelph. 1, 2, 22.

¶ Scortātus, *us*, m. ſubſt. die hurerey. Apul. 5 Mileſ. p. 171 *Monſano ſcortatu ſecedere.*

¶ Scortatio, *ōnis*, f. idem vulgo ex analogia.

¶ Scortātor, *ōris*, m. ein hurer. Cic. Catil. 2, 11 *Scortatorum coborſ.* ſed al. *ſcortorum*, conf. Horat. 2 ſat. 5, 75.

¶ Conſcortor, *ari*, apud Auguſtinum

¶ Conſcortator, *oris*, m. apud Eumdem.

SCŌTIA, *æ*, f. Britanniæ, qua in Septentriones excurrit, pars, *Caledonia* olim appellata, de qua Tacitus in Agricola c. 10 & 11. Noſtris hodie Schottland Aſpera montibus, nec frumento ubique idonea, cæterum ſceptri antiquitate ſupra pleraque alia regna inclitaque ac felix, vide Buchanani Hiſtor. Scoticam.

¶ Scōti, *ōrum*, m. pl. incolæ Scotiæ, die Schotten. Sing. Claudian. de Bell. Get. v. 417 *Q. Scoto dat frena truci.*

SCŌTIA, *æ*, f. σκοτία, obſcuritas, cavitas in fundo cujusdam rei, die inwendige dunckelheit eines dinges; ut, *Scotia coronæ*, Vitruv. 4, 3. conf. 3, 3; & Baldi Lex. Vitruv. p. 111.

¶ Scōtīnus, *a*, *um*, σκοτεινός, obſcurus, tenebroſus, dunckel, cognomen Heracliti propter orationis obſcuritatem. v. Sen. epiſt. 12, & ſupra *Heraclitus*, cujus cognomentum σκοτεινὸς etiam eſt apud Cic. de Fin. 2, 5; & Vitruv. 2, 2.

¶ Scōtōma, *ătis*, n. σκότωμα, vitium & infirmitas capitis ſimile quiddam habens cum vertigine, der ſchwindel. *Scotomata, vertigines* Hermolaus exponit. conf. Iſidor. 4, 7. Eſt a σκοτᾶσθαι, i. e. *oculorum caligine tentari.* v. Voſſ. Etym p. 457.

¶ Scōtōmo, *āre*, den ſchwindel machen. Theod. Priſcian. de Diæta c. 12 *Salſum vinum caput ſcotomat.*

¶ Scotōmătĭcus, *a*, *um*, σκοτωματικός, qui vitio illo laborat, ſchwindelſüchtig. Scrib Largus compoſ. 6 *Quibus ſubitæ vertigines obverſantur, quos* σκοτωματικοὺς *Græci dicunt* Quia enim vertigo tenebras oculis offundit, a σκότος vitium denominatur.

SCRAPTA, *æ*, f. nugatoria ac deſpicienda mulier, apud Feſtum & Verr. Flaccum, eine närrin. Plautus ap. Nonium 2, 765 *Scraptæ, ſcrupedæ, ſtritabilæ, ſordidæ.* Addunt Feſtus & Nonius, hanc eſſe exprobrationem vitii aut deformitatis meretricum, a *ſcreatu* ſcil. quas quis exſcreare ſolet, garſtige huren. Citat etiam Feſtus Titinnium.

SCREO, *ſcreare*, ſich reuſpern, ausſpeyen. Nonio 2, 811 idem eſt ac *exſpuere.* Plin. 26, 1 *Phlegma aut ſanguis qui ſcreatur.* Onomaſt. Vet. *Screo*, χρέμπτομαι.

¶ Screans, *tis*. Plaut. Curc. 1, 2, 22 *Screanti tibi potionem affert.*

¶ Screātus, *us*, m. das gereuſpere. Ter. Heaut. 2, 3, 132 *Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus* notæ, quibus amatores tacite inter ſe colloqui, & voluntates ſuas alter alteri ſignificare conſueverunt. Inter cæteras hiſtrionum cantorumque leges olim & illa fuit, *ne exſcrearent.* v. Suet. Ner. c. 24; & Tac. An. 16, 4, 4.

¶ Screātor, *ōris*, m. der ſtets auswirft. Plaut. Mil. 3, 1, 52 *Minime ſputator, ſcreator ſum.*

¶ Conſcreo, *are*, beſpeyen, voll ſpeichel machen. Plaut. Perf. 2, 5, 7 *Magnifice conſcreabor.*

¶ Exſcreo, *āre*, vi quadam exſpuere, herausdrächſen. Plaut. Amph. ſuppoſit. *Tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam exſcrees.* Celſ. 2, 7 *Qui ſpumantem ſanguinem exſcreant* conf. 3, 22 &c. Et Ovid. Heroid. 21, 24 *Exſcreat & ſicta dicat mihi ſigna nota.*

¶ Exſcreātus, *us*, m. ſubſt. die ausſpeyung. Cæl. Aurel. Tard. 2, 11 *Cum quodam exſcreatu deſpuitur.*

¶ Exſcreatio, *ōnis*, f. idem; ut, *Exſcreatio ſanguinis*, das blutſpeyen, oder ausreuſpern. Plin. 24, 14 *Exſcreatio cruenta*, Id. 20, 22.

¶ Exſcreābilis, *e*, leicht auszuſpeyen; ut, *Pulmonum vitia exſcreabilia facit*, Plin. 39, 14.

Scriba &c. quære mox in *Scribo.*

SCRIBLĪTA, *æ*, f. placentæ genus ſine melle, quæ ferventiſſima edi ſolebat, Cato c. 78. Et Martial. 3 epigr. 17 *Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis Vrebat nimio ſæva calore manus.* Plaut. Pœn. prol. v. 43 *Nunc dum ſcriblitæ æſtuant.* Petron. c. 35 *In ſtateræ altera parte ſcriblita erat, in altera placenta.* Et c. 66 *Sequens ferculum fuit ſcriblita frigida.* Tertull. adv. Marc. carm. 5, 8 *Potatur ſcriblita.* Secundum Turnebum 23, 10 *Scriblita eo fortaſſe appellata eſt, quod qui eam fingit, tanquam ſcribit: aut quod eſſet notis quibusdam ſignata, & tanquam ſcripta videretur.*

¶ Scriblitārius, *i*, m. qui ſcriblitas conficit. Afran. apud Nonium 2, 483 *Piſtori novat, cur non ſcriblitario.*

SCRĪBO, *pſi*, *ptum*, *ĕre*, ſchreiben a Græc. γράφω. *Quaſi in libro quum ſcribuntur literæ calamo*, Plaut. Pſeud. 1, 1, 131. *Scribere ſua manu: Scribere bene, velociter: Scribere commode, officioſe: Scribere ad aliquem de rebus &c. Scribere pluribus*, Ciceroniana ſunt. v. Att. 13, 32; fam. 2, 13 &c. *Scribere notis*, mit abbreviaturen, Quint. 11, 2. v. *Nota.* Ita L. 40 Dig. de teſtam. milit. *Miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictavit: & antequam literis præſcriberetur, vita defunctus eſt.* Id. Suetonius Tito c. 3 *notis excipere* dixit. Eſt etiam frequenter pro *Conſcribere*: Sic, *Scripſi verſibus tres libros de emptoribus meis*, Cic. fam. 1, 9. Sic, *Scribere orationes, hiſtoriam, poëmata, verſus*, Idem de Clar. Or. c. 12 & 75; & Horat. 2 epiſt. 1, 111 & 117. *Regem populo Romano laudes atque gratias ſcripſiſſe*, Gell 3, 8. Iterum Cic de Orat. 1, 33 *Caput eſt, quod (ut verè dicam) minime facimus, (eſt enim magni laboris, quem plerique fugimus) quamplurimum ſcribere.* Quintil. 10, 3 *Summa hæc eſt res: Cito ſcribendo non fit, ut bene ſcribatur; bene ſcribendo fit, ut cito.* ¶ 2. *Scribere legem, leges*, id eſt, condere, facere. Cic pro Roſc. Am. c. 25 *Solonem fuiſſe dicunt eum, qui leges, quibus hodie quoque Athenienſes utuntur, ſcripſerit. Scribendo adeſſe* ii dicuntur, qui SCto in literas referendo teſtimonium & fidem conciliant, e. g. Cic. fam 15, 6. *Scribere hæredem*, id eſt, conſtituere, zum erben einſetzen Horat. 2 ſat. 5, 48; *aliquem teſtamento*, Hirt. B. Alex c. 33. *Magis hæres fidus naſcitur, quam ſcribitur*, Publ *Scribere* hic eſt, ſcribendo facere, ponere. Ita Ter. prol. Eun. v. 9 de Zoilo ſuo, malo poeta, loquens: *Idem Menandri phaſma nunc nuper dedit, Atque in Theſauro ſcripſit, cauſſam dicere prius, unde petitur &c.* i. e. in Theſauro fabula, poſuit vel fecit eum, a quo argentum petitur, primo loco cauſſam dicere, abſurde

abſurde ſcilicet. Ita ibidem v. 36 *Qui magis licet currentes ſervos ſcribere &c.* i. e. ſcribendo fabulam, ea ſervis imponere partes, ut currant; ſive currentes facere atque inducere. Vlp. 29 Dig. t. 2 l. 71 *Scribere ſervo libertatem*, i. e. teſtamento relinquere, vermachen. Ennius 1 Annal: *Scripſere alii rem verſibus &c. Scripſere* dixit, non *cecinere*, Nævio præcipue exprobrans rude & impolitum Saturnium carmen. vid. edit. Heſſelii p. 7. ¶ 3. *Scribere milites, legiones, ſupplementa*, ſæpe apud Livium aliosque. v. Drakenb. ad 6, 28. ¶ 4. *Scribere* ICti dicuntur, cum clientibus ſcripto cavent. v. Victor. & Manut. ad illud Cic. fam. 7, 14 *Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi jam te advocato cauſſa cadent.* Add. pro Mur. c. 9, ubi ICtorum artem vocat *urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cavendi.* ¶ 5. *Scribere nummos* apud Plaut. Aſin. 2, 4, 34, eſt nummos non præſentes ſolvere, ſed pro his in certum diem ſolvendis, apud trapezitam ſe obligare, & per argentarium cavere, redditum iri nummos, qui debeantur, cum venerit dies, ut Turnebus interpretatur Adverſ. 4, 13, einen wechſel ausſtellen. Huc pertinet illud Ter. Adelph. 2, 4, 13 *Ego in forum ibo, hunc abſolvam.* In foro enim tabernas ſuas argentarii habebant. Donatus ad eum locum: *Tunc enim*, inquit, *in foro & de menſa, ſcriptura magis, quam ex arca domoque vel ciſta, pecunia numerabatur.* Plaut. Curc. 3, 39 *Nam iſthoc nomine dum ſcribo*, id eſt, dum caveo ipſi per ſyngraphan de accepta pecunia. v. infra in *Perſcribo*. Conf. Barth. ad Statii Theb. 2 p. 429. ¶ 6. *Scribere* etiam pro pingere, expingere uſi ſunt, quemadmodum Græci verbo γράφειν, mahlen. Stat. 1 Silv. 3, 9 *Viſa manu tenera tectum ſcripſiſſe voluptas.* Ita & *deſcribere* poſuerunt, de quo ſuo loco. Plinius 35, 10 de Nicomacho pictore: *Scripſit & Apollinem, & Dianam & matrem Deûm in leone ſedentem.* Vid. Fr. Iunium juniorem de Pictura 1, 4. Pro quo alii ibidem legunt *pinxit*, etiam ipſe Harduin. p. 219. ¶ 7. *Scribere* etiam dicuntur, qui ſculpendo & cælando literas vel depreſſas vel exſtantes faciunt: v. Nepos 4, 1, 4 &c. Proverbialiter Catullus 71, 4 *In vento & rapida ſcribere aqua*, i. e. dememineſſe. Contra Ter. And. 1, 5, 49 *Mihi ſcripta dicta ejus ſunt in animo*, i. e. impreſſa ſunt, ich gedencke noch wohl daran. ¶ 8. Per ſyncopen *Scripſti* pro *ſcripſiſti* habet Plaut. Aſin. 4, 1, 87.

¶ Scribens, *tis*. Iuſtin. 2, 10, 16 *Conſilium ſcribentis invenire.* Petron. c. 1 *Tyranni edicta ſcribentes.* Martial. 9 epigr. 14 *Penna ſcribente ad ſidera tollere.* Horat. 2 epiſt. 2, 107 *Gaudent ſcribentes &c.* Ovid. Triſt. 1, 1, 41 *Carmina feceſſum ſcribentis & otia quærunt.*

¶ Scriptus, *a, um*, geſchrieben; ut, *Scripti libelli*, Ovid. Triſt. 5, 13, 61. *Scriptas exarare notas*, Id. Pont. 3, 2, 90. *Scriptum proferre diem*, i. e. præſtitutum, den beſtimmten tag. Sen. Herc. fur. v. 190. Abſolute Quintil. procem. lib. 1 *Diligentiſſime ſcripta.* Cic. Divin. 1, 18 *Vt C. Gracchus ſcriptum reliquit.* conf. Nepos 9, 5, 4; & 23, 8, 2. *Scriptum lapidem eſſe*, apud Feſtum ait Labeo, *ubi divinam rem facerent.* Cic. fam. 10, 13 *De ſcripto dicere ſententiam.*

¶ Scriptum, *i*, n. ſubſt. pl. ſcripta, ſchriften, bücher. Horat. 2 ep. 1, 28 *Græcorum ſunt antiquiſſima quæque Scripta &c.* Catull. 37, 6 *Electiſſima peſſimi poëtæ ſcripta.* Cic. de Clar. Orat. c. 15 *Nævianis ſcriptis intelligi poteſt.* Id. fam. 1, 9 *Vt mea tibi ſcripta mittam.* ¶ 2. De XII *ſcriptorum vel ſcriptulorum* luſu vid. *Scrupus*; it. *Scripulum.*

¶ Scriptus, *us*, m. ſubſt. & interdum *Scriptum, ſcripti*, in neutro eſt, officium ſcribæ, der ſchreiber-dienſt, die ſchreiberey. Dicterium populi Romani in Sarmentum ex ſervo factum equitem, apud Iuvenalis Scholiaſten ſat. 5, 1 *Aliud ſcriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat. Digna digni. Hic Sarmentus habeat craſſas compedes.* Senſus eſt: Sarmentum aliud ſcriptum, nimirum officium ſcribæ, habere; aliud ſcriptum ſive γράμμα, vel ἐπίγραμμα, in fronte (quod ſervis nequam fieri ſolebat), populum voluiſſe inſcribi; ut vere Salmaſius explicat epiſtola quadam ad Sarravium, quæ inter hujus epiſtolas legitur. Luſit igitur poëta in vocabulo *Scriptum*; & primo poſuit pro officio ſcribæ, quod apud quæſtorem, atque ex eo dignitatem equeſtrem conſecutus erat; deinde pro inſcriptione frontis ſervili. *Scriptum facere*, pro exercere ſcripturam, ſive ſcribam agere: vid. Liv. 9, 46 pr. item, *Scriptu ſe abdicare*, Piſo dixit apud Gellium 6, 9. Vetus auctor vitæ Horatii, quam Nannius primum edidit, & quidam Suetonium eſſe volunt, *Scriptum quæſtorium* dicit ſcribæ munus, quo apud quæſtorem aliquis fungitur: *Bello Philippenſi*, inquit, *excitus a M. Bruto imperatore tribunus militum meruit, victisque partibus, venia impetrata, ſcriptum quæſtorium comparavit.* Sic, *ſcriptus cenſorius*, qui apud cenſorem adminiſtratur: Idem ſcholiaſtes Iuvenalis dicto loco in Sarmenti hiſtoria: *Coactus auctionare cum interrogaretur, cur ſcriptum cenſorium venderet; non facete, bona ſe memoria eſſe præditum, ait.* Ita legendus eſt hic locus: de quo Rutgerſius ante nos Notis Horatianis, & Phil. Rubenius Elect. 2, 28 optime meriti. Id autem voluit Sarmentus: Quid ſcriptu opus eſt: cum recte meminerim omnia? Memoria malæ fidei ſcribendi miniſterio indiget. Patet autem ex iſtis locis, ſcribarum partes apud magiſtratus emi juxta & vendi ſolitas. Nam *comparare ſcriptum quæſtorium*, emere eſt. Quemadmodum *Quæſtoriam decuriam comparare*, idem Scholiaſtes ibidem, ſed paullo anterius dixerat; quod eſt idem ac ſcriptum quæſtorium comparare. Nam ſcribarum decuria hic intelligenda eſt. Cic. Verr. 1, 79 *Ad eos me ſcribas revoca, ſi placet: noli bos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de ſcenicorum corollariis, cum decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum, in ſecundum ordinem civitatis ſe veniſſe dicunt.* DECVRIA autem hic ordo eſt. Nam & paullo ante de ſcribis Cicero: *Ordo eſt honeſtus, quis negat?*

Scriptulum, vide infra ſuo loco, ſive *Scripulum.*

¶ Scriptio, *ōnis*, f. ſcribendi actus, die ſchrift-verfaſſung. Cic. fam. 9, 12 *Cauſſa tenuis & inops, nec ſcriptione magnopere digna.* Id. pro Arch. c. 6; *Fortiſſimorum virorum expreſſas ſcriptiones & Græci & Latini reliquerunt*, id eſt, epigrammata. Vbi tamen plures, & ipſe Gruterus, legunt *imagines expreſſas &c.* Alibi tamen, & crebro Cicero uſus eſt, etiam pro exercitatione ſtili: e. g. de Clar. Orat. c. 24 *Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum ſcriptio.* conf. Nonius 2, 807; & 8, 16.

¶ Scriptiuncŭla, *æ*, f. dimin. Salvian. præf. de Gubern. Dei: *In ſcriptiunculis noſtris non lenocinia eſſe volumus.*

¶ Scriptĭlis, *e*, quod ſcribi poteſt, das ſich ſchreiben läſt. Ammian. 17, 8 *Effigiatus ſcriptilibus elementis.* Id. 29, 1 *Elementorum viginti quatuor ſcriptiles formæ.* Velius Longus ſub initium Orthograph. *Litera eſt initium ſcriptilis vocis.* conf. Diomed. p. 413.

¶ Scriptiōnālis, *e*, ad ſcriptionem pertinens, ſchriftmäßig; ut, *Scriptionalis ſpecies*, Mart. Capella lib. 5 p. 150.

¶ Scriptor, *ōris*, m. ipſe auctor operum, ein ſcribent, bücherſchreiber. Liv. in procemio: *Etſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit.* Et, *Scriptor luculentus*, Cic. Attic. 7, 16. Id. de Orat. 1, 34 *Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores & legendi & pervolutandi ſunt.* Polyb. 6, 9 Δεῖ τὸν ἀγαθὸν κριτὴν ὲκ τῶν παραλειπομένων δοκιμάζειν τὸς γράφοντας, ἀλλ' ἐκ τῶν λεγομένων, hoc eſt, *Oportet eum, qui ſit de ſcriptoribus recte judicaturus, non ſecundum omiſſa; ſed ſecundum dicta judicare.* ¶ 2. *Scriptor legum*, pro legum latore, ein geſetzgeber, Cic. ad Brut. epiſt. 15. ¶ 3. Simpliciter qui ſcribit, vel qui a literis eſt. Cic. fam. 2, 4 *Domeſticarum rerum habes & ſcriptores & nuntios.*

¶ Scriptōrius, *a, um*, zum ſchreiben gehörig; ut, *Calamus ſcriptorius*, die ſchreibfeder, Celſ. 5, 28, 12. conf. Id. 7, 5 & 17; it. 8, 4. *Illini atramento ſcriptorio*, mit dinte. Idem 6, 4 extr. ut Aldus edidit; Lindenius autem & Almelov. *ſutorio.* Eſt enim etiam *atramentum ſutorium*, ſchuſter-ſchwärtze, de quo & Celſus 5, 28, 12.

¶ Scriptūra, *æ*, f. die ſchreibart, die ſchrift, was man ſchreibet. Ter. prol. Adelph. v. 1 *Poſtquam poëta ſenſit, ſcripturam ſuam ab iniquis obſervari.* Id. prol. Phorm. v. 5 *Fabulæ tenui oratione, & ſcriptura levi*, id eſt, ſtilo, die art im ſchreiben. *Genus ſcripturæ liberum & incitatum*, Cælius ad Cic. fam. 6, 7. Et Nepos præfat. 1 *Non dubito, fore plerosque, qui hoc genus ſcripturæ leve & non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis judicent.* ¶ 2. *Scriptura* pro inſcriptione, apud Vellej. 2, 61, 3 *Statua ætatem ſcriptura indicat*, durch die überſchrift. ¶ 3. *Scriptura* pro rationibus vectigalium, das zollamt, die zoll-rechnung. Cic. Att. 11, 10 *Terentius, neceſſarius meus, operas in portu & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. Magiſter ſcripturæ*, ibid. 5, 15 extr. Ita & *Scriptura* vectigal ipſum eſt, quod ex pecore paſcuisque accipiebatur, trifft-weide-geld. Plaut. Truc. 1, 2, 42 *Adverſum legem a me, ob meam ſcripturam, pecudem accepit æraque.* AS. *Idem, quod tu facis, faciunt, rei male gerentes: Vbi non eſt, ſcripturam unde dent, incuſant publicanos.* Cic. pro L. Manil. c. 6 *Etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit, ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt.* Hinc

¶ Scripturārius, *a, um.* Sic, *Scripturarius ager, publicus appellatur, in quo ut pecora paſcantur, certum æs eſt: quia publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore:* Feſtus. ¶ 2. Subſtantive antiquitus *Scripturarios* dicebant, quos *tabularios* poſtea vocarunt, *quod ſcripturis & commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur*, uti Nonius declarat 1, 172. Et ibidem Lucilius: *Publicarum rerum aſſueſcam, ut ſcripturarius.*

¶ Scripturio, *īre*, luſt haben zu ſchreiben. Sidon. 7 epiſt. 18 *Incitatus ſemel animus nec dum ſcripturire deſinit.*

¶ Scripto, *are*, frequent. minus uſitatum, oft ſchreiben. Horat. 1 ſat. 6, 123 *Aut ego lecto, Aut ſcripto:* ubi vetus commentator: SCRIPTO, *ſcriptito uſitatius.* Et Nonius 2, 781 SCRIPTAT, *conſtat eſſe rarum.*

¶ Scriptĭto, *are*, frequenter & multum ſcribere, oft und viel ſchreiben. Cic. de Orat. 2, 23 *Sed ne te quidem, Antoni, multum ſcriptitaſſe arbitror.* Et Att. 7, 12 extr. *Hæc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas velim, vel potius ſcriptites.* Id. in Bruto c. 46 *Scriptitavit orationes.* conf. Gell. 11, 8; Macrob. Sat. præfat. Lactant. 1, 6.

¶ Scribillo, *are*, diminut. ein wenig ſchreiben, unde *Conſcribillo.*

¶ Scriba, *æ*, m. librarius, ein ſchreiber, buchhalter. Cic. fam. 5, 20 *Poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet.* Fuerunt autem Romanæ diverſi generis, & per decurias deſcripti, quod ex iis, quæ paullo ante de ſcriptu attulimus, clarum; & confirmat Suet. Claudio c. 1 *Corpus ejus* (Neronis Druſi) *per municipiorum coloniarumque primores, ſuſcipientibus obviis ſcribarum decuriis, ad urbem devectum.* Nomina ab iis, quibus miniſtrabant, fortiebantur: *Prætorii, Cenſorii, Ædilitii, Quæſtorii*: item *Pontificales, Auguſtales &c.* appellati. V. Turneb. Adverſ. L. 30 c. 24. Aliquando ſimul a peculiari officii ratione nomina ſuſcipiebant. Vetus Inſcriptio apud Gruterum p. 94 n. 11 T. TETTIENVS FELIX AVGVSTALIS SCRIBA LIBRAR. Et alia apud eumdem p. 578 n. 6 LIVIVS THEONA AB EPISTOLIS GRÆC. SCRIBA A LIB. PONTIFICALIBVS. Omnes autem, qui magiſtratibus & ſacerdotibus publicis miniſtrabant, *Scribæ publici*, & abſolute *Publici* appellabantur. Vetus Lapis apud Gruter. p. 306 n. 7 Q. INGENVVS MAXIMIANVS SCRIB. PVBLICVS PONTIF. ET. CVRATOR. ÆRARI. Vide & ſupra *Publicus.* Fuerunt autem ſervilis conditionis, privati quidem: unde *Servus ſcriba* apud Cic. fam. 5, 20. *Publici* vero libertini generis. Tac. An. 13, 27, 2 *Late fuſum id corpus* (Libertinorum). *Hinc plerumque tribus, decurias, miniſteria magiſtratibus & ſacerdotibus, cohortes etiam in urbe conſcriptas.* Nam in miniſteriis ſcribæ erant. Iam quia mercenarii erant, & nummulis redimebant ſcriptum, parum dignitatis habebant ex ſe: ex ipſo tamen munere honeſtatis aliquid accedebat. Cic. Verr. 1, 79 *Ordo eſt honeſtus, quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Eſt vero honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculaque magiſtratuum committuntur.* In quo loco *pericula* de libellis dicuntur, de quo ſuo loco. Et eam ob cauſſam Cicero homo conſularis ſibi haud turpe ducit, ad ſcribarum de beneficiis ſuis in rempublicam provocare judicium, Orat. pro Domo ſua c. 28. Ita Liv. 9, 46 pr *Flavii ſcribæ* ædilitatem perentis *nomen non accipitur, quia ſcriptum faceret.* Sed poſtquam ſcripto ſe abdicavit, ædilis factus eſt. Itaque ex toto admittendum non eſt, quod Sigonius de Antiq. Iure Civ. Rom. 2, 14 ſcribit, omnem illum ordinem non hone-

honeſtum fuiſſe, quod recte advertit Gutherius de lure Pontificio veteri 2, 13. Quicquid autem ſit longe inferiore honore habiti apud Romanos ſcribæ, quam apud Græcos fuere. De quo egregie Nep. 18, 1, 5 *Eum habuit ad manum ſcribæ loco: quod multo apud Grajos honorificentius eſt, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, ſicut ſunt, mercenarii ſcribæ exiſtimantur: at apud illos e contrario nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide & induſtria cognita, quod neceſſe eſt, omnium conſiliorum eum eſſe participem.* Loquitur Nepos de ejusmodi ſcribis, qui hodie *Secretarii*, in magnarum poteſtatum conſiliis habentur: (nam quod *Secretarius* quivis mercenarius ſcriba & ſervilis operæ minister appellari cupit, id uſui vocis dandum, omnes ſcimus): ideo requirit ad hoc officium 1 *familiæ honeſtatem*: 2 *ſpectatam induſtriam*: 3 *fidem*; v. Barth. Adverſ. 50, 1, ubi erudita de ſcribis collectanea habes. Adde Herm. Hug. de prima ſcribendi origine c. 32; Petit. Comment. ad L. L. Attic. p. 257 & 258; Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 703, ubi de Græcorum γραμματεῦσι & ſcribis Rom. agit.

¶ Scribātus, *ūs*, m. ſubſt. ſcribæ munus & officium, das ſchreiberamt, ſchreiberdienſt. Imp Philipp. l. 4 C. t. 62 de appellat. *Si ad ſcribatum nominatus non provocaſti.* conf. l. 1 § 2 ff. de muneribus, cum notis.

¶ Scribōnius, *i*, m. nomen gentile apud Romanos, fueruntque ex duabus familiis plebejis alii *Scribonii Curiones*, alii *Libones*. v. Drakenb. ad Liv. 33, 42. ¶ 2. *Scribonius Largus* ſub Tiberio & Claudio Cæſaribus ſcripſit Compoſitiones medicas, quæ hodie exſtant. v. Marſil. Cognat. Obſ. var. 3, 14 in Lampade Gruteri, & Ioh. Rhodii Not. p. 3.

¶ Scribonia, *æ*, f. uxor Imp. Auguſti. v. Suet. in ejus vita c. 62; & Tac. A. 2, 27, 3. Alia hujus nominis nupſit Sexto Pompejo, Magni filio, de cujus patre vid. Cæſ. B. Civ. 1, 26. conf. Propert. 4, 12, 55.

¶ Scribonĭānus, *a, um*, adject. ut, *Scriboniana ala*, Tac. Hiſt. 3, 6, 4. *Scribonianum puteal*, quod fecit Scribonius, v. Feſt. p. 205.

Compoſita:

¶ Adſcribo vel Aſſcribo, *pſi, ptum, ĕre*, i. e. addere, adjungere, zuſchreiben, aufſchreiben. Cic. Attic. 10, 8 *Cum ad me ſæpe mea Tullia ſcribat -- & ſemper adſcribat, idem videri tibi.* conf. Menck. Obſerv. L. L. hac voce. Idem de opt. gen. Orat. c. 6 *Adſcribat ſuæ noſtram ſententiam.* Id. ad Qu. fratr. 1, 1, 5 *Hunc ad tuum numerum ſubenter adſcribito.* Sic, *Adſcribi ad amicitiam*, Id. Off. 3, 10. *Adſcribere diem epiſtolæ, in epiſtola*, Id. Att. 3, 23. *Adſcribi ſuperis*, Horat. 1 epiſt. 19, 4; & 3 od. 3, 35. *Adſcribi in civitatem, in civitate* & *civitati*, i. e, recipi, bürger werden, ſich einſchreiben laſſen, Cic. pro Arch. c. 4 & 5. *Colonos novos adſcribi poſſe, reſcripſi*, Id. Phil. 2, 40. *Hi colonos Venuſiam adſcripſerunt*, Liv. 31, 49. ¶ 2. *Adſcribere alicui ſalutem*, einen grüſſen, Cic. Att. 1, 5; & 6, 1. ¶ 3. *Adſcribere* etiam eſt tribuere, imputare, beymeſſen, zumeſſen. Cic. N. D. 3, 37 *Bonos exitus bonorum adſcribimus attribuimusque Diis immortalibus*; ubi tamen meliores, *arripimus*. Certius eſt teſtimonium Cic de Invent. 1, 49 pr. *Hoc incommodum Scipioni adſcribendum videtur*, h. e. imputandum. Add. Plin. 10, 5 & Claudian. de laud. Stil. 79.

¶ Adſcribens, *tis*. Tertull. adv. Hermog. c. 38 *Locum ei adſcribens.*

¶ Adſcriptus, *a, um*, zugeſchrieben, einverleibet; ut, *Antiquior dies in literis adſcripta*, Cic. ad Qu. fratr. 3, 17. *Civitatibus adſcripti*, Id. pro Arch. c. 4. *Adſcriptus pœnæ dies*, i. e. fatalis, Phædr. 4, 10. Sic, *Servus adſcriptus*, i. e. aſſignatus, l. 54 § 2 ff. locati cond. & *Hæres per falſum adſcriptus*, l. 4 ff. de his, quæ ut indign. auf. Sic, *Adſcripti* dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, ut cæteris colonis adderentur, vid. Feſtus, & Liv. 8, 14. Item, *Adſcripti milites*, qui ſupplendis legionibus adſcribebantur, recruten, Feſtus.

¶ Adſcriptĭtius, *a, um*, idem; ut, *Adſcriptitius civis*, id eſt, adſcriptus, Cic. de N. D. 3, 15 extr.

¶ Adſcriptīvus, *a, um*, idem; ut, *Adſcriptivi milites*, qui extra numerum ſcribebantur, ut ſuccederent iis, qui periſſent. Varro L. L. 6, 3. Plaut. Men. 1, 3 pr. ER. *Extra numerum es mihi.* PE. *Idem iſtuc aliis adſcriptivis ad legionem fieri ſolet.*

¶ Adſcriptio, *ōnis*, f. adjectio in ſcriptura, der zuſatz in der ſchrifft. Cic. pro Cæc. c. 33 *Declarat iſta adſcriptio, eſſe aliquid &c.* Præceſſerat, *adſcripſiſſe Syllam in eamdem legem, Si quid jus non eſſet rogari, &c.*

¶ Adſcriptor, *ōris*, m. idem quod *ſubſcriptor*, ein beyſtand, der mit unterſchreibt; ut *Adſcriptor dignitatis tuæ*, id eſt, fautor, adſtipulator, Cic. poſt red. in ſen. c. 10. *Venalis adſcriptor & ſubſcriptor*, Id. pro Domo c. 19.

¶ Circumſcrĭbo, *ĕre*, in circuitu ſcribere, umſchreiben, einſchränken. Cic. Phil. 8, 8 *Virgula ſtantem circumſcripſit, dixitque, ſe non ante renunciaturum ſenatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet.* Id. Fin. 5, 8 *In hunc orbem, quem circumſcripſimus, incidere non poſſint.* Id. pro C. Rabirio ſub finem: *Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit.* ¶ 2. Eſt & ſcribendo fallere, (vide infra *Circumſcriptio &c.*) & fere de tutoribus dicitur, qui pupillos defraudant, vervortheilen, betrügen. Iuvenal. 10, 222 *Quos circumſcripſerit Hirrus Pupillos.* Ita *Teſtamentum circumſcribere*, Plinius dixit 8 epiſt. 18, pro, fraudem committere circa teſtamentum: cum quidem ſcripturæ teſtamenti ſatis videtur fieri, non tamen & teſtatoris voluntati v. ibi Buchner præcipue vero Cujac. Obſerv. 13, 15, ubi de duplici circumſcriptionis ſpecie habes, de quarum altera & Senecam lege Excerpt. 6 Controv. 3. Alter Sen. Conſol. ad Helv. c. 3 extr. *Conſtitui enim vincere dolorem tuum, non circumſcribere*, id eſt, artificio & dolo fallere ac circumvenire, ſed aperto Marte debellare. Et ſic Aſconius ad Cic. Verr. 1, 16 *Circumſcribere* decipere alias ſignificare docet. v. Quintil. Decl. 343 p. 719. ¶ 3. Eſt & contrahere & in angustum coarctare, zuſammen ziehen, abkürtzen. Sen. Conſol. ad Helv ſub fin. *Hæc non refero, ut ejus laudes exſequar, quas circumſcribere eſt, tam parce transcurrere, &c.* Id. epiſt. 108 *Libebat circumſcribere gulam & ventrem*, id eſt, arctioribus terminis quaſi cohibere, einhalt thun. ¶ 4. Significat & removere ſeu prohibere munere ſuo atque honore, ſive republ. impedire certe & vim ejus coërcere. Cic. Milo. c. 33 pr. *Senatus credo, prætorem cum circumſcripſiſſet* p. p *an Ceſſ. in eo præ-*

tore coërcendo fortes fuiſſent. Cic. Phil. 13, 9 *Parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia conſularis*, id eſt, de Octavio ab imperio removendo. Cæſ. B. Civ. 1, 32 *Prædicat crudelitatem in circumſcribendis tribunis plebis*; ubi Hotomannus plura notavit.

¶ Circumſcriptus, *a, um*, umſchrieben, eingeſchränckt. Cic. in Orat. c. 11 *Arguti certique & circumſcripti verborum ambitus.* Id de Orat. 1, 12 *Forenſibus cancellis circumſcripta ſcientia.* Plin. 1 epiſt. 16 *In concionibus eadem, quæ in orationibus vis eſt; preſſior tamen, & circumſcriptior, & adſtrictior.* ¶ 2 Eſt & Deceptus, betrogen. Cic. Acad. Qu. 4, 15 *Fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti atque decepti.* Et l. 98 § 2 ff. de ſolut. *Minor 23 annis a creditore circumſcriptus.* Et Petron. c. 112 *Miles circumſcriptus dum reſidet.* ¶ 3. Remotus & impeditus, Cic. Att. 7, 9 *Senatus conſulto circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus.* vid. *Circumſcribo* n. 4.

¶ Circumſcripte, adverb. ex tertia verbi notione, i. e. breviter, anguſte, kürtzlich. Cic. N. D. 2, 59 *Singula res depingimus circumſcripteque complectimur.* Lactant. 5, 9 *Lucilius tenero ejam iſtam vitam circumſcripte breviterque depinxit.* Et 3, 14 *Volo circumſcripte ac breviter oſtendere.* Sed *Circumſcripte numeroſeque dicere*, Cic. in Orat. c. 66.

¶ Circumſcriptio, *ōnis*, f. die umſchreibung, einſchränckung, quid proprie ſit, ſupra in verbo *Circumſcribo* ex Cic. Phil. 8, 8 patuit. conf. Quintil. 9, 3. ¶ 2. Defraudatio, deceptio, καταβροχισμὸς Græcis, ut ex Cyro Cujacius notavit ſupra indicato loco, die verdrehung, hintergehung. Sen. Excerpt. 6 Controv. 3 *Circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie legis involvit.* Quintil. Decl. 301 *Vbi ergo circumſcriptio eſt? Quam quidem legem arbitror propter eos maxime latam, qui circa forenſes inſidias aliquem ſcripto callidiore cepiſſent. Cæterum ut longius interpretatio veniat; non tamen erit dubium,* CIRCVMSCRIPTIONEM *eſſe inevitabilem fraudem, id eſt, in qua factam ejus demum æſtimatur, qui accuſatur.* Cic. pro Flacco c. 30 *Emptiones falſas aperta circumſcriptione feciſti.* Et Tertull. de Patientia c. 5 *Diaboli circumſcriptio.*

¶ Circumſcriptor, *ōris*, m. περιγραφεύς, ut Vet. Gloſſ. exponit, der ein ziel ſetzt. Item, deceptor, fraudator, ein betrüger. Sen. in Excerptis l. c. CIRCVMSCRIPTORES *dici ſolent, qui aliquid abſtulerunt, per aſtutiam ſcilicet & fraudem.* Hinc eleganter Tertull. adv. Marc. 3, 6 diabolum *Circumſcriptorem colubrum* vocat, quod in ſerpentis imagine Evam doloſis blanditiis decepit, & adhuc iisdem artibus imponit & fallit. Et Cic. Cat. 2, 4 *Quis teſtamentorum ſubjector; quis circumſcriptor?* Iuvenal. 15, 135 *Pupillum ad jura vocantem Circumſcriptorem.*

¶ Incircumſcriptus, *a, um*, infinitus, interminabilis, uneingeſchränckt, unendlich. Prudent. Apoth. v. 863 *Incircumſcriptus Dominus*, &c. l. t. Tertull. adverſ. Hermog. c. 38 *Materia immenſa & incircumſcripta.*

¶ Conſcribo, *pſi, ptum, ĕre*, eſt ſcribere, componere, ſchreiben, aufſchreiben; ut, *Volumen conſcribere*, Cic. pro S. Roſc. c. 35. *Conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam Cæſari*, Id. Att. 13, 50. *De Antonio Balbus ad me cum Oppio conſcripſit*, ibid. 12, 19. *Nam neque medicorum præcepta dici vere poſſent, ſi quæ inſcii imperitique pro pauta vibus mortifera conſcripſerunt*, Id. de L. L. 2, 5. ¶ 2. *Conſcribere milites, legiones, veteranos*, hoc eſt, cogere, zuſammen bringen, annehmen, werben, Cic. fam. 12, 15, 20.

¶ Conſcriptus, *a, um*, geſchrieben, aufgezeichnet; ut, *Conſcriptum lacrymis epiſtolium*, Catull. 96, 2. *Conſcripta imagine tela*, de ichnographia ædificii, der abriß, Stat. 3 Silv. 1, 117. *Conſcripti milites*, geworbene ſoldaten, Cæſ. B. C. 1, 2. *Conſcriptus liber de eo*, Nepos 10, 3, 2. *Conſcriptus in libris vitæ*, eingeſchrieben, Tertull. de Corona mil. c. 13. ¶ 2. *Conſcripti*, qui ex equeſtri ordine in ſenatum allecti a primis conſulibus fuerunt, erwehlte rathsherren. Nep. 23, 12, 2 *Conſcripti patres.* Romulus centum elegit initio, ex quibus conſilium publicum, quod Senatum vocavit, conſtituerit. Bello Sabino confecto & fociato regno, centum alios ex illuſtrioribus junxit qui omnes *Patres*, eorumque progenies *Patricii* appellati; quibus ſolis ſenatoribus fieri licebat, excluſis equite & plebe. Cum occupaſſet Tarquinius regnum, rejectis Anci liberis, ex omni plebeja multitudine, firmando imperio, centum alios, factionem regis, adſcripſit, quos quidem *minorum gentium*, cæteros vero *majorum*, appellavit, uti ex Dionyſio Halicarn. lib 3, & Livio 1, 35 & 47 conſtat. Tum itaque ſenatorum numerus ad 300 excrevit. Qui cum a Tarquinio Superbo valde imminutus cædibus eſſet, converſa republ. legendis aliis opus fuit, quibus 300 numerus ſuppleri poſſet. Itaque tum a Bruto conſule illuſtriores allecti equitum, qui ut a patribus, ſive patriciis diſtinguerentur nomine, CONSCRIPTI appellari cœpti ſunt. Liv. 2, 1 de Bruto loquens: *Deinde quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam explevit: traditum inde fertur, ut in ſenatum vocarentur,* QVI PATRES, QVI CONSCRIPTI ESSENT: CONSCRIPTOS *videlicet appellabant, in novum ſenatum lectos.* Feſtus lib. 15 QVI PATRES QVIQVE CONSCRIPTI *vocati ſunt in curiam, quo tempore regibus urbe expulſis P. Valerius conſul propter inopiam patriciorum ex plebe allegit in numero ſenatorum centum & ſexaginta & quatuor, ut expleret numerum ſenatorum trecentorum. Sic duo genera appellavere.* Duo hic notanda ſunt: *Primo*, Valerio tribuere Feſtum, quod Bruto debuerat. Error ex eo eſt, quod Brutus Valerium collegam habuit, poſtea tamen, cum Collatinus conſulatu ſe abdicaſſet; quod poſt lectionem ſenatus factum. *Alterum*, quod ex plebe ſuppletum ſenatorum numerum ſcribit: cum ex equite debuiſſet. Et fortean ita reſcribendum hic eſt. Nam ſupra lib. 3 diſerte, CONSCRIPTI, inquit, *dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, ut numerus ſenatorum expleretur.* conf. Id. l. 1 in *Adjecti.* Aliter Plutarchus Quæſt. Rom. p. 278, & Tac. An. 11, 25. Sed differentia aliqua cum inter *Patres, Conſcriptosque* eſſet, ἀσύδετος oratio, cum dicitur PATRES CONSCRIPTI, pro *Patres & Conſcripti.* Quin diſcrimen tandem omne ſublatum eſſe videtur. Sic, *Officium Conſcripti*, i. e. ſenatoris, Horat. Art. Poët. 314.

¶ Conſcriptum, *i*, n. ſubſt. eine ſchrifft ein buch. Ovid. Triſt. 5, 3, 55 *Si veterum digne veneror conſcripta virorum.*

¶ Con-

¶ Conſcriptio, ōnis, f. die aufzeichnung, die ſchrifft. Cic. pro Cluent. c. 67 *Conſcriptiones falſæ quæſtionum.* Vitruv. Præf. lib. 7 *Conſcriptionibus memoriæ tradere*, conf. Præf. lib. 5. Arnob. l. p. 34 *Si qua ſunt literis conſcriptionibusque mandata.* Et Sidon. 7 epiſt. 18 *De libri conſcriptione meditans.*

¶ Conſcriptor, ōris, m. ein ſchrifft-verfaſſer, ſcribent. Quintil. Decl. 277 *Conditor conſcriptorque legis.* Arnob. 1 p. 33 *Conſcriptores noſtri mendaciter iſta promſerunt.* Ibid. p. 34 *Quidquid dicere de noſtris conſcriptoribus intenderitis.*

¶ Conſcribillo, are, veteribus idem ac *conſcribere*, ita tamen, ut contemtum aliquem innueret, zuſammen ſchmieren, ſchmalgern. Varro apud Nonium 2, 108 *Eas in ceram conſcribillavit.* Item: *Aſtrologi conſcribillarunt pingentes cælum.* Translate Catull. 25, 10 *Ne lanem latuſculum manusque mollicellas Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent*, damit du nicht ſchläge und ſtriemen kriegeſt. Eodem modo Plautus Pſeud. 1, 5, 131 *Quaſi in libro cum ſcribuntur calamo literæ, ſtilis aliquem totum ulmeis conſcribere*, einen braun und blau prügeln. conf. Parei Lex. Crit. p. 267, & Taubm. ad Plaut. Menæch p. 750.

¶ Contraſcribo, ĕre, ἀντιγράφεσθαι, gegenrechnung führen. Apul. Apol. p. 324 *Literas e tabulario præſente & contraſcribente Æmiliano deſcripſimus.*

¶ Contraſcriptum, i, n. die gegenrechnung, gegenſchrifft. Cic. Att. 16, 7 *Antonii edictum legi, & horum contraſcriptum præclare.*

¶ Contraſcriptor, ōris, m. ein gegenſchreiber. Vet. Inſcript. CONTRASCRIPTOR RATIONIS SVMMIS CHORAGI. v. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 480.

¶ Deſcribo, pſi, ptum, ĕre, abſchreiben, umſchreiben, abcopiren. Cic. ad Att. 12, 14 *Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarii.* ¶ 2. *Deſcribere comœdias græcas*, id eſt, latine vertere. Ter. Prol. Eun. v. 7, quamquam *τὸ deſcribere* ibi pro *diſponere* dixiſſe potuit, quod Franc. Fabricius putat. ¶ 3. *Deſcribere*, eſt diſtribuere, überſchlagen, eintheilen; ut, *Duodena deſcribit in ſingulos homines jugera*, Cic. de L. Agrar. 2, 31. Et, *Aſiæ civitates in provincias deſcribere*, Id. pro Flacco c. 14. In quibus *deſcribere* eſt partiri, dividere, & in diſtinctas partes tribuere. v. Græv. ad Cic. Att. 2, 1 p. 170. Proprium mathematicorum verbum eſt, qui ſuas dimenſiones in pulvere radio peragebant. v. ſupra *Pulvis.* Virg. eclog. 3, 41 *Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem.* Id. Æn. 6, 849 *Cælique meatus Deſcribent radio.* Cic. de Senect. c. 14 *Mori videbamus in ſtudio dimetiendi cæli atque terræ C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio. Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum, quoties nox oppreſſit, cum cœpiſſet mane?* Boëth. 1 de Conſol. Phil. proſa 4 *Cum mihi ſiderum vias radio deſcriberes.* Liv. 1, 19 de Numa: *In XII menſes deſcripſit annum.* Id. 30, 26 *Magnam vim frumenti vicatim populo deſcripſerunt.* Id. 39, 38 *Quum eos in legiones quatuor deſcripſiſſent.* v. Drakenb. ad 31, 34, & 34, 56. Sen. de Tranquill. an. c. 10 *Exiguæ ſæpe areæ in multos uſus deſcribentis arte patuere.* Hinc igitur *Deſcribere* eſt aſſignare atque imponere, quod cuique deſcriptum eſt. Ita, *Vectiuras deſcribere civitatibus*, fuhren zu thun auflegen. Cæſar dixit de B. Civ. 3, 32. Cic. Cat. 1, 4. *Deſcripſiſti urbis partes ad incendia*, id eſt, deſignaſti certas partes, quibus ignis immitteretur. v. mox *Diſcribere.* ¶ 4. *Deſcribere*, beſchreiben, abmahlen. Plaut. Aſin. 2, 3, 22 *Non potuit pictor rectius deſcribere ejus formam.* Et, *Rem verbis definire, & breviter deſcribere*, Cic. de Invent. 1, 8. Sic, *Fabla magiſtratusque verſibus deſcripſit*, Nep. 25, 18, 6. Sic Tertull. de Idolol. c. 8 *Scit & pictor, & marmorarius, & ærarius, & quicunque cælator latitudines ſuas atique multo faciliores. Nam qui ſignum deſcribit, quanto facilius abacum linit?* ¶ 5. Hac voce id quoque continetur, ut res referatur in tabulas, ne ita facile fraus fieri poſſit, aufſchreiben. vid. quos laudat Burm. ad Calp. Flacci Declam. Quintiliano ſubjunctas p. 794.

¶ Deſcriptus, a, um, beſchrieben, entworffen. Cic. de Senect. c. 2 *Partes ætatis bene deſcriptæ*, wohl eingetheilt. Id. Att. 7, 22 *Id caput deſcriptum tibi miſi*, abgeſchrieben, abcopirt. Liv. 7, 2 *Deſcripto ad tibicinem cantu*, i. e. ad modos a tibicine præceptos inſtitutosque. vid. *Reſcriptus.* Lucret. 5, 1440 *Et diviſa colebatur deſcriptaque tellus.* Horat. de Art. Poët. 86 *Deſcriptas ſervare vices*, id eſt, tueri partes impoſitas ſeu demandatas ſemel, & attributas. Loquitur de Comicis. Tac. de Germ. 25, 1 *Ceteris ſervis non in noſtrorum morem, deſcriptis per familiam miniſteriis, utuntur*; id eſt, certis diſtinctisque. Iterum Horat. 2 ſat. 1, 33 *Veluti deſcripta tabella vita ſenis.* Et compar. Cic. Fin. 3, 22 *Natura nihil eſt aptius, nihil deſcriptius*, nichts ordentlichers.

¶ Deſcriptum, i, n. die abſchrifft, das verzeichniß. Tac. An. 6, 24, 1 *Recitare factorum dictorumque deſcripta per dies.*

¶ Deſcripte, adverb. ordentlich. Cic. de Invent. 1, 30 *In præſentia confuſe & permixte, poſt deſcripte & electe &c.* Sed alii habent *diſerete.*

¶ Deſcriptio, ōnis, f. ſpecies definitionis, die beſchreibung. Cic. Topic. c. 22 *Deſcriptio, quam Græci χαρακτῆρα vocant.* Id. de Orat. 3, 53 *Graviſſimum lumen augendi deſcriptio.* conf. Aut. ad Herenn. 4, 39. ¶ 2. Sed *Deſcriptio civitatis*, id eſt, partitio, digeſtio in ordines aut familias, die eintheilung, Cic pro Sext. c. 63. Ita de L. Agrar. 2, 35 *Salubritatem, deſcriptionem, pulchritudinem urbis* conjungit. Id. de N. D. 2, 44 *Hæc omnis deſcriptio ſiderum.* Et ibid. c. 47 *Sulcis ſubtilisque deſcriptio partium.* Ita *Deſcriptio legionis* Suet. Tib. c. 30. conf. Salluſt de Rep. ordin. 2, 20.

¶ Deſcriptiuncŭla, æ, f. dimin. Sen. Suaſor. 2 *Celebres deſcriptiunculas ſubtexere.*

¶ Deſcriptor, ōris, m. ein beſchreiber. Lactant. 5, 9 *Seneca morum vitiorumque publicorum & deſcriptor veriſimus, & accuſator acerrimus fuit.*

¶ Indeſcriptus, a, um, unbeſchrieben, unabgetheilt. Sidon. carm. 2, 412 *Halant rura roſis indeſcriptosque per agros Fragrat odor.*

¶ Diſcribo, ere, Diſcriptum, Diſcriptio, reſtitui vult Gruterus ad Cic. de Sen. c. 2 pro *Deſcribere* &c. quoties diſtributionem ac diviſionem hoc verbum notat.

¶ Exſcribo, ĕre, exemplum deſcribere, ab- oder ausſchreiben; ut, *Exſcribere tabulas*, Cic. in Verrem 4, 77. *Filia totum patrem mira ſimilitudine exſcripſerat*, ſie war des vaters ebenbild, Plin. 5 epiſt. 16. *Exſcribere ac pingere imagines*, Id. 4, 28, abcontien.

¶ Exſcriptus, a, um, ab- oder ausgeſchrieben; ut, *Complura exſcripta e Magonis libris*, Varro R. R. 5, 16. *Nomina exſcripta*, Plaut. in Rud. prolog. 15. *Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet*, ibid. 21.

¶ Exſcriptor, ōris, m. qui nihil de ſuo edit, ſed aliena deſcribit, ein ausſchreiber. Licinius de Attilio apud Cic. de Fin. 1, 2 *Ferreum ſcriptorem virum opinor, exſcriptorem tamen, ut legendus ſit &c.* Ita emendavit Scaliger ap. Gruterum, qui tamen retinuit *ſcriptorem.* vid. Parei Lex. Crit. p. 454.

¶ Inſcribo, pſi, ptum, ĕre, einſchreiben, in etwas ſchreiben. Sic, *Inſcribere in animo orationem*, Cic. de Orat. 2, 87. Id. Cat. 1, 13 *Sit inſcriptum in fronte uniuscujusque, quid de republica ſentiat*, ein jeder laß ſich's frey mercken, oder trage deſſen keine ſcheu, ꝛc. Calp. Declam. 28 *Te inferam majorum ſepulcro; & elogio, quod optaſti, nomen inſcribam.* Martial. 9, 16 *Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata virorum, ſe ſeciſſe, Chloe.* Cic. pro Arch. c. 11 *In illis libris, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt.* Id. Off. 2, 24 *Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur*, ſo den titel hat ꝛc. Plaut. Trin. 1, 2, 131 *Ædes venales haſce inſcribit literis.* Et Ter. Heaut. 1, 1, 92 *Inſcribere ædes mercede*, i. e. venales, vel locandas proponere ædes, an das haus einen zettel ſchlagen. Tum enim affigi ædibus tabella vel libellus ſolebat, in qua exprimebatur pretii ſumma, qua ædes illæ conduci pararive poſſent. Cicero *proſcribere ædes* dixit, de quo infra. Ipſæ autem inſcriptiones *Tituli* vocabantur, de quo ſuo loco. Virg. Æn. 1, 482 *Verſa pulvis inſcribitur haſta*, de veſtigiis haſtæ per pulverem tractæ. ¶ 2. Eſt & forenſe verbum, idem quod *ſubſcribere* ſeu accuſare, cujus ſignificationis exemplum L. ultima C. de injuriis habes. Hinc *Inſcriptio* accuſatio eſt, de quo infra. Item, *Inſcriptus*, accuſatus, Rufino lib. 11 Hiſt. Eccleſ.

¶ Inſcriptus, a, um, deſcriptus, notatus, beſchrieben, zugeſchrieben, gezeichnet; ut, *Inſcriptus lapis notis*, id eſt, inſcriptionibus inſignitus, Tibull. 1, 3, 54. Plautus *literatum* diceret: de quo ſupra in *Litera.* Virg. ecl. 3, 106 *Flores inſcripti nomina regum.* Cic. Att. 6, 3 *Legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo.* Quintil. 1, 24 *Libri falſo inſcripti*, falſch titulirt. *Servi inſcripti*, i. e. ſigno inuſto notati, Plin. 22, 3. conf. Gell. 17, 9. Martialis 8 epigr. 74 *Quatuor inſcripti portabant vile cadaver. Inſcripti*, id eſt, ſervi ſtigmatiæ, ſive quorum frontes ſtigmate punctæ vel inſcriptæ. v. Eliæ Vineti not. ad Auſon. p. 207. Similiter *inſcriptam cellam*, 11 epigr. 46, & *inſcriptam baſin*, 9 epigr. 45 dixit. Et Virg. ecl. 3, 106 *Inſcripti nomina regum Flores.* ¶ 2. Item, *Non ſcriptus*, unbeſchrieben, ungezeichnet; ut, *Inſcriptum maleficium*, cujus ſpecies expreſſa legibus non eſt, datur actio tamen, ut, ſi cautum lege: RAPTOR X MILLIA SOLVAT. *Scriptum* itaque *maleficium* eſt, VIRGINEM RAPERE. Sed quoniam raptus alius atrocior altero, pro diverſo locorum vel perſonarum reſpectu; ut ſi quis ex comitio rapiat; aut non ſimplicem virginem rapiat; id *maleficium inſcriptum* erit; cum in hujusmodi raptores pœna nulla legibus definita ſit, & illa X millium ad ſimplices tantum pertineat. Lege Quintil. Decl. 252, 344, & 370. *Inſcripti maleficii actionis* & apud Senecam mentio fit, Excerptis Decl. 5 Controv. 1. v. & Turneb. Adverſ. 10, 6, & ibi diſce, *Inſcriptas merce* dictas veteribus, quas apud publicanum mercator aut inſtitor profeſſus haud eſt, & ideo in publicani tabulis perſcriptæ non ſunt, unterſchlagene, unverzollte güter; itemque *Inſcriptum pecus*, quod paſcebatur in ſaltibus publicis, nec in publicani ratione ſcriptum erat. conf. Varr. R. R. 2, 1. Ita Quintil. 3, 8 *Alia eſſe ſcripta, & alia inſcripta.* Et Lucil. ap. Nonium 1, 169 *Inſcriptum exportant clanculum, ne portorium dent.*

¶ Inſcriptum, i, n. ſubſt. eine überſchrifft. Gell. 20 c. ult. ſive Concluſ. *Quædam inſcripta nimis lepida, multasque prorſus concinnitates redolentia.*

¶ Inſcriptio, ōnis, f. ἐπιγραφή, der titel, die überſchrifft. Plin. 29, 1 *Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio*, TVRBA SE MEDICORVM PERISSE. Et, *Statuam cum inſcriptione præclarâ decernere*, Cic. Phil. 13, 4. De librorum indicibus ſ. titulis Plin. præf. p. 5, 1 Hard. *Inſcriptiones, propter quas vadimonium deſeri poſſit.* Adde Cic. Topic. 1 & Menck. Obſ. L. L. ¶ 2. Item, *accuſatio.* Sic Vlp. L. 2 § 8 ad Leg. Iuliam de adulteriis *Inſcriptionum libellos* vocat: quos lege Maciti §. Hoc amplius Dig. eodem *Accuſatoris libellos* dicit. Alexandr. Imp. Leg. 3 Cod. de his, qui accuſare non poſſunt, *Inſcriptionem paginam* appellat.

¶ Inſcriptūra, æ, f. idem. Tertull. adv. Valentin. c. 30 *Nobis inſcriptura hujus ſeminis.*

¶ Inſcriptilis, e, das ſich nicht ſchreiben läßt. Diomed. Gramm. p. 413 *Vox confuſa eſt inſcriptilis.*

¶ Infraſcriptus, a, um, i. e. ſubſcriptus, unterzeichnet. Vetus Gruteri Inſcript. VIXIT SINE VLLA QVERELA CVM CONIVGE INFRASCRIPTA, vid. Borrich. Cogit. p. 136.

¶ Interſcribo, ĕre, darzwiſchen ſchreiben. Plin. 7 epiſt. 9 *Poteris & quæ dixeris poſt oblivionem retractare, multa retinere, plura transire, alia interſcribere, alia reſcribere.* vide infra in *Reſcribere.* Eleganter Solin. c. 46 *In cauda roſeis pennis cæruleus interſcribitur nitor.*

¶ Perſcribo, pſi, ptum, ĕre, zu papier bringen, gründlich und nach der länge beſchreiben. Cic. fam. 9, 25 ext. *Non tam perſcribere poſſim, quam mihi gratum feceris.* Ibid. 14, 4 *Diligentiſſime omnia a te ſunt perſcripta.* Et, *Verſum puris perſcribere verbis*, Horat. 1 ſat. 4, 54. ¶ 2. *Perſcribere pecuniam*, id eſt, reddere creditori per ſcripturam, ut exponit Donatus, Ter. Phorm. 5, 7, 34. *Per ſcripturam* autem *reddere*, eſt de menſa per argentarium ſolvere, cui per ſcripturam cavebatur. Duplex enim mos ſolvendi apud Romanos obtinebat; nam vel e domo arcaque ſatisfaciebant; vel de menſa: unde vel accipiebant fœnore, vel de ſumma, quam ipſi habebant ibi depoſitam. Hoc itaque *ſcribere & perſcribere* dicebant. Et inde *Scriptura menſæ.* Nam in ſuas tabulas referebat argentarius, quantum cuique

cuique & quam nummulorum ſummam apud menſam ſuam poſitam reſolviſſet; aut, quantum ipſe de ſuo pro alio numeraſſet. Vide & ſupra in *Scribo* n. 3 & Salmaſ. de trapezitico fœnore p. 30: item de modo uſurarum p. 473, Lindebrog. ad ſupra citatum Terentii locum; & quos Dukerus ad Liv. 24, 17 laudavit. Cic. pro Roſc. Com. c. 1 *Falſum perſcribere nomen.* Et pro Flacc. c. 19 *Pecuniam in ædem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt.* Liv. 24, 17 *Si quid emtum paratumque pupillis ac viduis foret, a quæſtore perſcribebatur.* vbi v. omnino Dukerus, qui paulo aliter verbum *perſcribere* hic accipi debere, quam in formula *perſcribere argentum*, notat. v. & Menck. Obſ. L. L. h. v. ¶ 3. Obſcurius eſſe videtur, quid ſit apud Salluſt. Iug. c. 93, 4 *Ligus caſtelli planitiem perſcribit*, & variant Codd. Sed eſt *concipit animo, ediſcit.* vid. Cort.

¶ Perſcriptus, *a, um*, aufgeſchrieben, abgefaßt, verzeichnet. Cic. de L. Agrar. 2, 32. *Hoc perſcriptum in monumentis veteribus reperietis.* Id. Cat. 3, 6 *Nondum perſcriptum ſenatusconſultum.* Id. fam. 1, 2 *Senatus auctoritas perſcripta.*

¶ Perſcriptio, *ōnis*, f. die abfaſſung. Cic. L. Agrar. 2, 9 *Perſcriptio legis.* ¶ 2. *Perſcriptiones* inſtrumenta dicuntur etiam contractuum & pactorum, kauff-zettel, verſchreibungen, ꝛc. Aſſignationes vulgo vocant ad trapezitam. v. Græv. ad Cic. Att. 4, 18. Id. Cic. Phil. 5, 4 *Pecuniam falſis perſcriptionibus donationibusque avertere.* Id. Att. 12, 51 *Perſcriptionem tibi placere*, h. e. ſolutionem; nam mox ſequitur: *ſuſtinenda tamen ſolutio eſt.*

¶ Perſcriptor, *ōris*, m. ein notarius, buchhalter. Cic. Verr. 3, 72 *Scribam tuum, dicit Verres, hujus perſcriptorem fœnerationis fuiſſe.*

¶ Perſcriptūra, *æ*, f. die verſchreibung, der aufſatz. Vipian. Dig. 29 t. 1 l. 3 *Teſtamenti facere perſcripturam.*

¶ Poſtſcrībo, *ĕre*, nachſetzen, drunter ſchreiben. Tac. An. 3, 64, 2 *Tiberii nomen ſuo poſtſcripſerat.*

¶ Præſcrībo, *ĕre*, vorſchreiben, erfordern, gebieten. Cic. Off. 3, 6 *Hoc natura præſcribet, ut homo homini ob eam cauſſam, quod homo ſit, conſultum velit.* Sic, *Præſcribere alicui, qualis eſſe debeat*, Id. pro Flacc. c. 1 ult. Et Ter. Andr. 1, 1, 124 *Tute his rebus finem præſcripſiſti pater?* du haſt ein ziel und maaß geſetzet. Nep. 25, 22, 4 *Elatus in lectícula, ut ipſe præſcripſerat.* ¶ 2. Et, *præſcribere*, zuvor entwerfen, aufſetzen; id ſcilicet, quod in codicem aut tabulas poſtea refertur. Vnde *Præſcriptio*, de qua n. 4. ¶ 3. *Præſcribere*, ausſchreiben. Cic. pro Quintio c. 4 *Auctionem ſe factúrum eſſe præſcribit.* conf. Id. Att. 13, 5. ¶ 4. *Præſcribere* etiam eſt exceptione ſe tueri. v. Quint. Decl. 346 p. 730; & quæ dicentur ad *Præſcriptio* n. 5.

¶ Præſcribens, *tis*. Tertull. adv. Hermog. c. 39.

¶ Præſcriptus, *a, um*, vorgeſchrieben; ut, *Præſcripta munia*, Horat. 2 ſat. 2, 81. *Præſcriptos evecta eſt pagina gyros*, Propert. 3, 2, 21. *Præſcriptis verbis actio* quæ ſit, docent ICti.

¶ Præſcriptum, *i*, n. ſubſt. id eſt, præceptum; nam & *præſcribere*, præcipere eſt, & proprie de ludimagiſtris dicitur, qui pueris aliquid ediſcendum præſcribunt, eine lection, regel, vorſchrifft. Horat. 2 ode 15, 10 *Non ita Romuli Præſcriptum, & intonſi Catonis &c.* Vbi Vetus Scholiaſtes: PRÆSCRIPTVM, *inſtitutum, præceptum. A magiſtris ludi tractum videtur, qui præſcripta dant pueris, quæ imitentur.* Sen. epiſt. 49 *Si ludum literarium intraveris, ſcies, iſta, quæ ingenti ſupercilio philoſophi jactant, in puerili eſſe præſcripto.* PRÆSCRIPTVM vocat ſententias ſive gnomas deſcribendas & ediſcendas pueris a magiſtro propoſitas. Ea enim tum inſtituendi pueros ratio erat. Innuit itaque, in puerilibus hujus generis præſcriptis ea contineri ſæpius, quæ operoſe philoſophi exſequuntur. Id. ead. epiſt. *Pueri ad præſcriptum diſcunt.* Colum. præf. de Re Ruſt. *Cali & anni præſentes mores intueatur: neque enim ſemper eumdem velut ex præſcripto habitum gerunt.* Et Cic. pro Cluent. c. 53 *Omnia legum imperio & præſcripto fieri videbitis.* Cæſ. B. Civ. 3, 51 *Ad præſcriptum omnia agere.* ¶ 2. *Præſcriptum* etiam de eo dicitur, qui tantum auctoritatem ſuadendi habet. Liv. 10, 22 ext. *Ad præſcriptum Cos. & conſularia & prætoria comitia habita.*

¶ Præſcriptus, *ûs*, m. ſubſt. idem. Tertull. de Exhort. ad caſtit. c. 3 *Indulgentiam nuptiarum non de divino præſcriptu induxiſſe.*

¶ Præſcriptio, *ōnis*, f. idem; ut, *Præſcriptio rationis legis*, Cic. fam. 5, 2. *Præſcriptio naturæ*, Id. Tuſc. 4, 46, die verordnung, vorgeſchriebene weiſe. ¶ 2. Eſt & *Præſcriptio*, ut ſupra *Circumſcriptio*, fallacia ac defraudatio, Salviano lib. 4. ¶ 3. Eſt prætextus, der vorwand. Cæſ. B. Civ. 3, 32 *Honeſta præſcriptione rem turpiſſimam tegere.* ¶ 4. Et pactio, die verſchreibung; unde Cic. pro Roſc. Com. c. 2 *Præſcriptionum & literarum adverſaria proferre.* Vbi *perſcriptionum* vulgo editum eſt. Hinc ¶ 5. *Præſcriptio*, exceptio, quæ ab agendo removet accuſatorem; ut, *Præſcriptio longi temporis* apud Iuriſconſultos, die verjährung. v. Briſſon. de V. S. & Goclen. in Obſerv. L. L. p. 181. De *Præſcriptionibus adverſus hæreticos*, liber eſt Tertulliani, de cujus tituli ratione Rigalt. ad Inſcript. p. 68; nimirum qua præſcribimus hæreticos hoc ipſo, quod ſunt hæretici: quibus hanc unam exceptionem opponimus, quod adverſus regulam dogmata proferant. Hanc tum nominis *præſcriptio*, tum verbi *præſcribere* notionem pluribus Tertulliani locis comprobare facile eſt. ¶ 6. In SCtis *præſcriptio* erat, cum nomina eorum, qui adfuiſſent, præſcriberentur. v. Manut. ad Cic. fam. 5, 2 p. 208 Græv.

¶ Præſcriptīve, adverb. vorgeſchriebener maſſen. Tertull. adverſ. Marc. 4, 1 *Præſcriptive occurrere.*

¶ Proſcrībo, *ĕre*, eſt palam ſcribere, ut *producere* apud Horatium, anſchlagen. Hinc, *domum, ædes proſcribere* eſt proſcripto titulo palam proponere venales, einen zettel ans haus ſchlagen, und es alſo feil bieten. Cic. Off. 3, 13 *Ille, quod non placebat, proſcripſit; tu, quod placebat, emiſti.* Sic, *Proſcribere aliquem*, eſt ſcripto publico traducere & infamare. Suet. Cæſ. c. 49 *Miſi etiam facio edicta Bibuli, quibus proſcripſit collegam ſuum,* BITHYNICAM REGINAM: Id Ner c. 39 *Multa græce latineque proſcripta aut vulgata ſunt, &c.* Ita de faſtis Cic. Verr. 2, 52, *Eo die Kal. Martias proſcriberet.* ¶ 2. Sed, *Proſcribere aliquem*, eſt damnare, relegare, einen in die acht erklären. Vellej. 2, 66, 2. Sic Cic. pro Roſc. Am. c. 6 *Poſteaquam victoria conſtituta eſt, ab armisque receſſimus; cum proſcriberentur homines &c.*

¶ Proſcriptus, *a, um*, feil geboten. Item, einer der in der acht iſt, verwieſen. Cic. de L. Agrar. 3, 4 *Poſſeſſiones venales ac proſcriptas hac lege video.* Horat. 1 ſat. 7, 1 *Proſcriptus Rupilius rex.* Cic. Verr. 1, 47 *Lex Cornelia proſcriptum juvare vetat.* Petron. c. 106 *Cujus puduris dignitas proſcripta.* Salluſt. Cat. c. 51 *In proſcriptorum numero eſſe, &c.* Conf. Nep. 25, 11, 1: & 25, 12, 4.

¶ Proſcriptio, *ōnis*, f. die achts-erklärung; ut, *Cum de capite civis & de bonis proſcriptio ferretur*, Cic. pro Sextio c. 30. Et Vellej. 2, 28 *Primus Sylla exemplum proſcriptionis invenit.* Hinc *Sullani exempli malum* vocat Idem c. 66 n. 1. ¶ 2. die feilbietung. Sic, *Facere proſcriptiones prædiorum*, id eſt, proſcribere, priori ſignificatione, Cic. pro Flacco c. 44.

¶ Proſcriptor, *ōris*, m. qui proſcribit, der in die acht erkläret. Plin. 7, 12 *Ille proſcriptor animus*, puta Antonii: Sic *animus contemtor*, Virg. Æn. 9, 20. vid. *Cenſor.*

¶ Proſcriptūrio, *ire*, cupere alios proſcribere, zur achts-erklärung luſt haben. Cic. ad Att. 9, 10 de Pompejo: *Ita Sullaturit animus ejus, & proſcripturit diu.* conf. Quintil. 8, 6.

¶ Reſcrībo, *ĕre*, per epiſtolam reſpondere, ſchrifftlich antworten, wiederſchreiben; ut, *Ad omnia, quæ quæruntur, reſcribere*, Cic. fam. 1, 9. Id. Att. 13, 23 *Antemeridianis tuis literis ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis.* Et 1 ep. 10 *Vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid.* Ovid. Heroid. 1, 2 *Nil mihi reſcribas, ſed magis ipſe veni.* ¶ 2. Aliquando eſt ita reſpondere, ut contrarium aſſeras, & dicta prius refutes, widerlegen. Suet. Calig. c. 53 *Solebat etiam proſperis oratorum actionibus reſcribere, & magnorum in ſenatu reorum accuſationes & definitiones meditari.* Id. Illuſtr. Gramm. c. 19 de Scribonio: *Cujus* (Verrii Flacci) *etiam libris de orthographia reſcripſit, non ſine inſectatione ſtudiorum morumque ejus.* Et ita *Reſcripta Bruto*, id eſt, contra Brutum ſcripta, in Auguſto dixit c. 85. ¶ 3. Vſurpatur hoc verbum & circa pecuniam, ut *Scribo*, & *Perſcribo*, de quibus ſupra. Ter. Phorm. 5, 7, 29 *Sed tranſi ſodes ad forum atque illud mihi argentum rurſum jube reſcribi*, ubi Donatus: *Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura*, RESCRIBERE *dicebant pro renumerare.* RESCRIBI *per ſcripturam, id eſt, de menſæ ſcriptura dari. Vnde hodie additur chirographis:* DOMO EX AREA SVA, *vel* EX MENSAE SCRIPTVRA. ¶ 4. *Reſcribere* etiam eſt recenſere, mutare & emendare ſcripta prius, cum quibusdam deletis alia ſubſtituimus & ita reſcribimus, ändern und beſſern. Sic Plinius *actiones reſcribere* 5 epiſt. 8 dixit, quod paullo ante *retractare* vocaverat. Id. 8 epiſt. 9 *Poteris & quæ dixeras per oblivionem retractare, multa retinere, plura tranſire, aliqua interſcribere, alia reſcribere*, id eſt, alia interſcribendo adjicere; alia demere, & reſcribendo meliora facere. Suet. Cæſ. c. 56 *Pollio Aſinius parum diligenter parumque integra veritate compoſitos* (Cæſaris commentarios) *putat &c. exiſtimatque reſcripturum & correcturum fuiſſe.*

¶ Reſcriptus, *a, um*, Cic. Tuſc. 4, 2 *Perſpicuum eſt, & cantus tum fuiſſe reſcriptos vocum ſonis, & carmina*, eingerichtet nach den noten. Sed malit Gronovii pater *deſcriptos.* v. *Deſcriptus.*

¶ Reſcriptum, *i*, n. ſubſt. genus illud epiſtolæ, qua imperatores, aut ſummi pontifices conſulentibus reſpondent, ein reſcript, herren-befehl, eine fürtreffliche antwort. Vlp. l. 1 Dig. § 1 de appellat. & relat. *De qua re exſtat reſcriptum Divi Pii.* Sic, *Immite reſcriptum*, Tac. An. 6, 9, 3.

¶ Reſcriptio, *ōnis*, f. idem. L. 8 D. de off. præſidis. *Sepe audivi Cæſarem noſtrum dicentem hac reſcriptione, &c.* Et ibidem lege 9 *Princeps remittit negotia per reſcriptiones.*

¶ Subſcrībo, *pſi, ptum, ĕre*, annotare, verzeichnen, nach- oder aufſchreiben. Sic, *Numerus oratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur*, Cic. Verr. 5, 51. Et Quintil. 12, 8 p. 1058 *Nec tanta ſit memoriæ fiducia, ut ſubſcribere audita pigeat.* ¶ 2. Eſt & *ſubſcribere*, nomen ſuum apponere, ſive chirographo proprio ſubnotare, vel ut præcedentis ſcripti fidem confirmes, vel ut teſtimonium reddas, quemadmodum teſtamenta ſubſcribi ſolent, ſich mit eigner hand unterſchreiben; de quo plura Salmaſius de Modo uſurarum c. 11. ¶ 3. Hinc eleganti translatione *adſtipulari*, beyfall geben, bewilligen. Celſ. 3, 4 *Cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit.* Ovid. Triſt. 1, 2, 3 *Subſcribere alicujus iræ.* Colum. 1, 2 *Si voto fortuna ſubſcripſerit*, id eſt, ſi confirmaverit votum & ratum habuerit. ¶ 4. Iam, qui accuſare parabant, & actionem intendere, non admittebantur ante quam in libello accuſatorio & nomen ejus ponerent, cui intendebatur lis, & crimen ipſum negotiumve exponerent, nominata & lege, ex qua eſſent acturi, demum & nomen ſuum ſubſcriberent. Inde factum, ut *ſubſcribere* pro accuſare, deferre, crimen litemque intendere, dicerent. Ita *ſcribere*, & *ſubſcribere dicam; Subſcribere crimen* & *in crimen*, dicebant: Plin. 5 epiſt. 1 *Peſſi hoc ille cum cæteris ſubſcripſit centum virale judicium, meum non ſubſcripſit:* Senſus eſt, Curianum, quem exhæredaverat mater, ſcripto Plinio hærede, cum quibusdam aliis, cohæredes Plinii detuliſſe, neque cum eo agere voluiſſe ex lege. Neque vero primarii accuſatores ſolum inſcriptionis libellum ſubſcribebant, ſed idem facere ſolebant & illi, qui aſſiſtebant, juvabantque velut ſecundarii accuſatores. Vellejus 2, 69 5 *Quo tempore Capito, patruus meus, vir ordinis ſenatorii, Agrippæ ſubſcripſit in C. Caſſium:* Significat, Agrippam accuſaſſe Caſſium: Capitonem acceſſiſſe Agrippæ, & adjuviſſe ejus cauſſam. vide & Briſſonii Lex. Polleti Hiſt. Fori Rom. 4, 7; & Lipſ. ad Sen. de Benef. 3, 26.

¶ Subſcribens, *tis*. Nepos 25, 6, 3 *Neminem neque ſuo nomine neque ſubſcribens accuſavit.* vid. *Subſcribo* n. 4.

¶ Subſcriptus, *a, um*, unterſchrieben; ut, *Parricidii cauſſa ſubſcripta*, Cic. de Invent. 2, 19. Sic, *Subſcriptæ rationes*, Budæus. *Subſcripta epiſtola*, Modeſt. l. 50 de adquir. vel omitt. hæred.

¶ Subſcri-

¶ Subſcriptio, *ōnis*, f. ὑπογραφή, die unterſchrifft, zuſtimmung. Vlp. l. 1 § 1 D. de Conſtit. Princ. *Quodcunque imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit.* conf. Sen. ad Marc. c. 22; & Sidon. 6 epiſt. 4. ¶ 2. Κατηγορία, accuſatio. Quintil. Decl. 15 *Numquid iniqui, judices, in tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco, ne nominibus reos æſtimare velitis.* Ita, *ſubſcriptionem componere*, Sen. de Benef. 3, 26; & *Subſcriptionem edere*, Ludo de morte Claudii dixit. Nihil enim ibi mutandum, quod Iunio videbatur. ¶ 3. Apud Suet. Tib. c. 32 *Subſcriptio literarum ad imperatores datarum ſolennem ſignificat clauſulam, qua ſe pro principe facturos vota promittebant*, ut ex Dione ibi Caſaubonus docuit.

¶ Subſcriptor, *ōris*, m. ein mitkläger. Cic. fam. 8, 8, 3 *Sine ullo ſubſcriptore Tuccium reum fecit.* Id. ad Qu. frat. 3, 4 *Omnino nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribusque ejus infantius.* Aſcon. in Div. Cicer. in Verr. p. 33 SVBSCRIPTORES *dicuntur, qui adjuvare accuſatorem cauſidici ſolent: quos oportet ſummiſſius agere, quam dicat ille, quem ſequuntur.* conf. p. 36 & 214. ¶ 2. Deinde teſtis, auctor & approbator cujuscunque rei. Gellius 5, 21 *Subſcriptores approbatoresque hujus verbi habemus:* i. e. boni auctores illo ſunt uſi.

¶ Subſcribendārius, *i*, m. officii nomen, aliquoties in Cod. Theodoſii memoratur, quem & *Actuarium* quidam eumdem putant: negat Iac. Godofr. ad Legem 1 de erogat. militaris annonæ, laudati Codicis, quem conſulas. Sic Cod. Theod. 7, 4 *Subſcribendario vindicari.* Et 8, 4 *Subſcribendarii, tabularii, diurnarii, logographi.*

¶ Superſcrībo, *ĕre*, darüber ſchreiben. Gellius 20, 6 VESTRVM *obleverunt*, & VESTRI *ſuperſcripſerunt.* Ammian. 15, 8 *Periculo ſerie literarum abſterſa, ſola incolumi relicta ſubſcriptione, alter multum a vero illo diſſonans ſuperſcribitur textus*, auf ausradirtes wird anders geſchrieben conf. Vlp. l. 1 § 1 ff. de his quæ in teſt. delentur. ¶ 2. Item, nomen operi ſeu ædificio publico inſcribere. Modeſt. l. 4 Dig. de operib. publ. *Nec præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere.*

¶ Superſcriptus, *a, um*, darübergeſchrieben. Suet. Ner. c. 52 *Multa & deleta & inducta & ſuperſcripta ineraut.*

¶ Superſcriptio, *ōnis*, f. die aufſchrifft, überſchrifft. Vulg. Interpres Lucæ c. 23, 38. Gr. ἐπιγραφή.

¶ Supraſcrībo, *ĕre*, oben beſchreiben. Cic. fam. 6, 10 *Tibi & illa polliceor, quæ ſupraſcripſi.* Plin. 6 epiſt. 27 *Quibus ex cauſſis, ut ſupraſcripſi, dubito.* Vtroque tamen loco diviſim ſcribi poteſt.

¶ Supraſcriptus, *a, um*, oben beſchrieben. Cic. pro Cluent. c. 54 *Qui eorum, quorum? videlicet, qui ſupraſcripti ſunt.* Vitruv. 2, 8 *Finis ſupraſcriptus.* Conf. 9, 9. Sidon. 5 epiſt. 13 *Cæteri aſſligi per ſupraſcriptum* DAMNO *verentur.* conf. Apic. 4, 5. Sed etiam hic nihil prohibet, quo minus diviſim legas.

¶ Tranſcrībo & Transſcribo, *ĕre*, abſchreiben, aus einem buch ins andere ſchreiben. Plin. 14, 2 *Græcinus Corn. Celſum tranſcripſit.* Aut. ad Herenn. c. 4 *Si veſtra manu fabulas aut orationes totas tranſcripſiſſetis.* Cic. Nat. D. 3, 30 *Q. Soſius tranſcripſit tabulas publicas.* ¶ 2. Virg. Æn. 5, 750 *Tranſcribunt urbi matres*, i. e. cives novæ coloniæ ſcribunt. *Tranſcripti* enim in colonias deducebantur, quemadmodum ibidem Servius annotavit. Huc etiam referri poteſt Sen. Thyeſt. v. 13 *In quod malum tranſcribor*; ubi v. Gronov. Sic & alter Sen. epiſt. 4 *Quum puerilem animum depoſueris, & te in virum philoſophia tranſcripſerit*, wenn ſie dich zu einem manne gemacht. Id. ad Marc. c. 16 *Cæliam tantum non in viros tranſcripſimus.* ¶ 3. Eſt etiam fœneratorum, ubi tranſcriptione nominum ſolvitur. Huc alludit Ovid. Met. 7, 173 *Ergo ego cuiquam Poſſe tuæ videar ſpatium tranſcribere vitæ?* Verba ſunt Medeæ reſpondentis Iaſoni, qui rogaverat, ut demptum aliquid ſuis annis adderet patri, quo longius viveret. Sic, *Tranſcribere fundum*, einem übergeben, L. 12 Dig. de præſcript. verbis. Add. Burm. ad Quint. Decl. 12, 18 p. 259.

¶ Tranſcriptus, *a, um*, abgeſchrieben, abcopirt. Cic. pro Cluent. c. 14 *Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignavit.* Ambroſ. epiſt. 6, 36 *Tranſcripta in aliorum jura prædia*, verkauffte güter.

¶ Transſcriptio, *ōnis*, f. dominii translatio, die abſchreibung, veräuſſerung. Quintil. Decl. 13, 11 *Iam privati veneni tranſcriptio eſt.* v. ibi Burm. p. 284.

SCRĪNIVM, *i*, n. capſa, in qua ſervantur res pretioſæ & ſecretæ, item, in qua libri, vel epiſtolæ reconduntur, ein kaſten, ein ſchrein. Inter ſpolia Darii, Perſarum regis, *unguentorum* erat *ſcrinium*, auro gemmis ac margaritis pretioſum, cujus cum varios uſus amici demonſtrarent, *imo hercule*, inquit Alexander, *librorum Homeri cuſtodiæ detur*, tanti ſcilicet Homerum faciens, Plin. 7, 29. Sall. Cat. 46 extr. *Flaccum Prætorem ſcrinium cum literis, quos a legatis acceperat, eodem* (in ædem concordiæ) *adferre jubet* Cicero. ¶ 2. In Codice multa mentio de *ſcriniis principum* fit. Quæ nihil aliud fuerunt, quam capſæ, ſeu plutei, atque armaria, in quibus commentarii & libelli, h. e. monumenta literaria cuſtodiebantur. Sed quatuor præcipue erant: *libellorum, memoriæ, diſpoſitionum, & epiſtolarum.* Quibus omnibus qui præerat, *curare ſcrinia*, dicebatur, *magiſter ſcriniorum omnium*, vel *magiſter ſcriniorum*, aliquando & abſolute *magiſter* appellatus. In ſingulis qui præerant & primum locum tenebant, *magiſtri* & ipſi quidem dicebantur, ſed ſui quisque ſcrinii, hoc eſt, *magiſter a libellis, a memoria*, & aliquando abſolute, *a libellis, a memoria*, &c. Vel *magiſter libellorum, magiſter memoriæ*, &c. dicebatur. Vocabantur & *Principes*, item *Priores*, item *Proximi* & *Dictatores libellorum, memoriæ*, &c. De quibus omnibus Salmaſ. ad Hiſt. Aug. non uno loco.

¶ Scriniārius, *i*, m. qui in ſcrinio aliquo partes agit, ſeu operam navat in ſcrinio cuſtodiendo, ein ſecretarius. Hinc SCRINIARIVS AB EPISTOLIS: SCRINIARIVS A LIBELLIS, in Inſcriptionibus antiquis, quas laudat Salmaſius ad Lampridii Alex. c. 31. conf. Iſidor. 20, 9; & Borrich. Cogit. p. 233.

¶ Primiſcrinius, officii nomen, quære in *Primus*.

Scriptio, ſcriptor, ſcriptura, &c. vide ante in *Scribo*.

SCRĪPŬLA, *æ*, f. vitis genus, Plin. 14, 3 & 19, 2. Colum. 5, 6.

SCRĪPŬLVM, *i*, n. ſive per contract. *Scriplum*, ex *Scriptulum*, eſt parva menſura ſcripta; namque haud dubie a *ſcribendo* eſt. Viceſima quarta unciæ pars eſt, γράμμα Græcis. Vet. Gloſſæ: *Scripulum*, γράμμα, γαμμός. Aliæ: γράμμα ὁ γαμμός, *Scripulum*. Fannius de Ponderibus v. 8 *Semiobeli duplum eſt obulus, quem pondere duplo*

Γράμμα vocant, ſcriplum noſtri dixere priores:
Semina ſex alii ſiliquis latitantia curvis Attribuunt ſcriplo.

Et paullo poſt v. 21 *Drachmæ ſcriplum ſi adjecero, fiet*
Sextula quæ fertur: nam ſex his uncia conſtat.
Sextula quum dupla eſt, veteres dixere duellam.
Vncia ſit drachmis bis quatuor, unde putandum,
Grammata dicta, quod hæc viginti & quatuor in ſe
Vncia habet: tot enim formis vox græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.

Arnob. 6 p. 207 de ſpoliato a prædonibus Apolline: *Ex tot auri ponderibus, quæ infinita congeſſerant ſecula, ne unum quidem habuit ſcripulum.* Itaque *Scripulum* idem quod *Scrupulum*, de quo intra in *Scrupus*. Et, *Scriptula puncta*, Venantius dixit eleg. de reſurrect. v. 42. ¶ 2. Eſt & ludi genus. Cic de Orat. 1, 50 *Licet iſta ratione dicamus pila bene, & duodecim ſcriptis (ſcriplis) ludere*, &c. v. Victor. Var. Lect. 5, 13, ubi & alius locus Ciceronis ex Hortenſio, quem ſtudium Nonii 2, 781 ſervavit. Quin & Ovid. Art. am. 3, 364 *Eſt genus in totidem tenui ratione redactum Scriptula, quot menſes tubricus annus habet.* Vide hoc ludi genus pluribus explicantem Geſnerum Chreſt. Plin. p. 157 ſeq.

SCROBS, *ſcrŏbis*, dubii generis, puteus, fovea, eine grube. Columella 4, 1 *Profundos ſcrobes* dixit: & paucis interjectis *Bipedaneæ ſcrobe*, genere mutato. Virg. Georg. 2, 235 *Scrobibus ſuperabit terræ repletis.* Etiam in nominativo *Scrobi* exſtat apud Colum. 5, 6 *Scrobis fieri debet latus*; & c. 10 *Scrobis clibano ſimilis.* Translate Arnob. lib. 4 p. 131 *Virginalem ſcrobem effodientibus mariiis.* Adde etiam Colum. 4, 4; & 7, 5; & 11, 2; Plaut. & Varr. apud Nonium 3, 207.

¶ Scrŏbĭcŭlus, *i*, m. diminut. Colum. 4, 15 *Scrobiculo facto*; & de Arborib. c. ult. *Scrobiculis pedalibus factis.* conf. Varr. apud Nonium 3, 207.

¶ Deſcrŏbo, *are*, ausfüllen. Tertull. de Reſurrect. c. 7 *Gemmas operoſiſſimo deſcrobare auro*, in golde einfaſſen.

SCROFA, *æ*, f. porca, eine ſaumutter; ut, *Scrofâ fœcundior albâ*, Iuvenal. 6 de Niobe v. 176. Id. de Alba Italiæ fat. 12, 73 *Conſpicitur ſublimis apex, cui candida nomen Scrofa dedit.* Sic, *Celeriter ſe hoſtes, ut ſcrofa porcos, dijecturum*, dixit Tremellius, unde ipſe *Scrofa* appellatus, Varro R. R. 2, 4. Aliam hujus cognomenti rationem habet Macrobius Sat. 1, 6 fin. v. ad Liv. Epit. L. 53. Adde Col. 7, 9; Plin. 28, 11; Gell. 18, 16; Apul. de Herb. c. 123 p. 369; & Petron. c. 40, ubi *Scropha* legitur.

¶ Scrōfula, *æ*, f. dimin. morbus, ein kropf am halſe; quem quod ſues plerumque patiantur, ſic dicunt. Idem quod *ſtruma*. Celſ. 5, 28, 7.

¶ Scrōfulāria, *æ*, f. herba, braunwurtz. *Scrofularia minor*, olatter kraut, meienkraut; Tabernæmont. p. 930.

¶ Scrōfinus, *a, um*, von ſauen, ſäuiſch; ut, *Scrofinum ſtercus*, ſaumiſt, Marcell. Empir. c. 4.

¶ Scrōfipaſcus, *i*, m. qui ſues alit, Plautus formavit Capt. 4, 2, 27, ein ſauhirte.

SCROPHIO, *onis*, m. plur. *Scrophiones*, ubi duo fines cuneati ſe jungunt. v. Aut. Rei agrar. p. 147, 213, 225, 254. *Scrofiones* vocat Frontin. de Colon. p. 339 & 341. Keuch.

SCRŌTVM, *i*, n. virilis naturæ inferior pars, pellicula ſcilicet, quæ teſticulos tegit; der hodenſack; altera enim pars *inguen* eſt ſive penis: Ita Celſus 7, 19.

Scrupedus, ſcrupeus, ſcrupuloſus, ſcrupulus, vide mox *Scrupus*.

SCRŪPVS, *i*, m. lapis acutus & aſper, ein ſpitziger ſtein. Feſtus: SCRVPI *dicuntur aſpera ſaxa & difficilia attrectatu. Vnde &* SCRVPVLOSAM *rem dicimus, quæ aliquid in ſe habet aſperi.* Avienus Deſcript. Orb. v. 503 *Scrupus ſola creber iniqua Aſperat.* Petron. c. 79 *Per omnes ſcrupos.* Sic & Crinitus lib. 9 c. ult. in Gellio 12, 6 *Scrupos* legerat pro *Sirpis.* ¶ 2. Calculos notare volunt, quorum uſus in quodam luſus genere erat. Quintil. 11, 2 p. 813 *In luſu duodecim ſcruporum.* Quod & Cicero dixit de Orat. 1, 50 *Duodecim ſcripis ludere.* Sed MSS. libri *ſcriptis, ſcriptorum* habent, non *ſcripis, ſcruporum*, quod explanat Petr. Victorius Var. Lect. 5, 13, & confirmat quoque Gruterus ex Codd. Palatinis. v. paullo ante *Scripulum*.

¶ Scrūpŭlus, *i*, m. diminut. Item ſollicitudo, dubitatio, difficultas, propterea quod ſcrupuli pedum calceis incidentes torquent, & moleſti ſunt, ein ſcrupel, zweifel, ſorge. Ter. Phorm. 5, 8, 30 *Quid fuit in re hac ſcrupulus.* Hinc illæ locutiones: *Injicere ſcrupulum alicui*, Id. Adelph. 2, 2, 20. Et Cic. pro Cluent. c. 28 *Hic tum injectus eſt hominibus ſcrupulus, & quædam dubitatio*: qui & pro Roſc. Am. c. 2 dixit *Scrupulum evellere*, den zweifel benehmen. *Scrupulus unus reſtat*, Ter. Andr. 5, 4, 37. v. Scip. Gentil. ad Apolog. Apulej. p. 150. Et Apulej. 1 Met. p. 107 *Denique mihi quoque non parvam incuſſiſti ſollicitudinem, imo vero formidinem, injecto non ſcrupulo, ſed lanceæ*, &c. Et lib. 6 p. 184 *Nec me tamen mediocris carpebat ſcrupulus, contemplatione commenate mihi mortis.* ¶ 2. *Scrupulus* ſeu *Scrupulum* ponderis etiam & menſuræ nomen eſt. In ponderibus *Scrupulum* vigeſima quarta pars eſt unciæ, Budæo auctore lib. 1 de Aſſe, ubi & hoc addit: *Drachma in terna ſcrupula dividitur.* Cic. Att. 4, 10 *Neque argenti ſcrupulum eſt ullum in illa inſula.* In menſuris autem *Scrupulum* centenos continet pedes. v. Col. 1, 1. Habet & ſcrupulos ſuos hora, ut Chriſtiana inſcriptio apud Fabrettum oſtendit p. 96 SILVANA QVAE HIC DORMIT VIXIT ANN. XXI MENS. III HOR. IV SCRVPVLOS SEX. Quota autem pars ſit horæ ſcrupulus, in incerto eſt. Analogia inter menſuram ponderalem & horariam ſervata,

ut

ut cenſet Fabrettus, tot horæ ſcrupuli, quot unciæ adjudicandi. Sed nimirum hic *ſcrupulus* corruptus eſt paullatim ex *ſcriptulo*, ſ. *ſcripulo*, ubi vid.

¶ Scrūpŭlāris, *e*, der einen ſcrupel austrägt; ut, *Differentia ſcrupularis*, eines ſcrupels ſchwerer unterſchied, Plin. 38, 8.

¶ Scrūpŭlātim, adv. bey ſcrupeln. Plin. 22, 24.

¶ Scrupulōſus, *a*, *um*, aſper, plenus ſcrupulis, rauh, ſteinicht. Cic. Tuſc. 4, 14 *Ex quibus tanquam ex ſcrupuloſis cotibus enavigavit oratio.* Et Plin. 16, 23 de caſtaneis: *Suum pabulo gignuntur ſcrupuloſæ corticis.* ¶ 2. Eſt ſollicitus & anxius, vel quod nimia cura fit, da man alles gar zu genau ausgrübelt; ut, *Scrupuloſa diſputatio*, Quint. 9, 1. *Ventorum paullo ſcrupuloſior*, Plin. 18, 33. Et Tertull. de Spectac. c. 3 pr. *Quorundam fides aut ſimplicior, aut ſcrupuloſior.* Apul. de Deo Socrat. p. 43 *Profana philoſophiæ tuba ſcrupuloſiſſimo cultu Deos negligit.*

¶ Scrupuloſe, adverb. anxie, da man es genau ſucht. Colum. 9, 8 *Minus ſcrupuloſe probantur.* Plin. 2, 46 *Scrupuloſius, quam inſtituto fortaſſis conveniat operi, tractabo ventos.* Quint. 5, 14 *Minutius & ſcrupuloſius ſcrutantur omnia.* Superl. *Scrupuloſiſſime requirere*, Colum. præf. operis p. 2. Sic, *Scrupuloſiſſime explorare*, Apul. Met. p. 114. Et, *ſcrupuloſiſſime diſputare*, Auguſtin. Retract. 1, 19.

¶ Scrupulōsĭtas, *ātis*, f. die allzugenaue ſorgfältigkeit. Colum. 11, 1 *In ruris diſciplina non deſideratur ſcrupuloſitas*, puta, qualis in aſtrologia. Tertull. adv. Hæret. c. 27 *Scrupuloſitatis incitamenta.* conf. Id. adv. Pſychic. c. 2; & Apol. c. 7; Et Vlp. Dig. 28 t. 3 l. 12.

¶ Scrūpōſus, *a*, *um*, idem ac *ſcrupuloſus*, ſcrupis aſper, uneben; ut, *ſcrupoſa via*, Plaut. Capt. 1, 2, 82. *Saxum ſcrupoſum*, Apul. 6 p. 187 de Aſino, hoc eſt, præruptum, aſperum, ein rauher, ſcharfer fels. Et, *Ager ſcrupoſus*, Id. 2 Florid. p. 348, ein ſteinicht feld. Adde Lucret. 4, 526; Lucan. 5, 675; Ammian. 20, 10; & 31, 18.

¶ Scrūpeus, *a*, *um*, idem. Virg. Æn. 6, 236 *Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu Scrupea:* id eſt, lapidoſa, ut Servius interpretatur, SCRVPVS, ſubjicit, *proprie eſt lapillus brevis, qui preſſus ſolicitudinem creat. Unde etiam SCRVPVLVS dictus.* Translate Auſon. ad Paulin. epiſt. Technopægnio præmiſſa, *Scrupeam difficultatem* dixit. Adde Enn. apud Nonium 2, 769; Tertull. de Pallio c. 4; Sidon. 8 epiſt. 6.

¶ Scrūpēdus, *a*, *um*: ex *ſcrupus* & *pes*, quod, qui per ſcrupos & lapillos incedunt, difficile ingrediuntur, uti explicat Varro L. L. 6, 3. Nam Plautus in Nerv. meretrices vocat *ſtrateas, ſcrupedas, ſtrativolas, ſordidas.* Ad quæ verba Gellius 3, 3 notat, poëtam *delectatum faceta verborum antiquitate, meretricum vitiâ atque deformitates ſignificantium.*

SCRŪTA, *ōrum*, n. pl. omnis generis veteramenta, allerley alte kleider, eiſenwerck, gerümpel, gerülle. *Frivola* Iuvenalis vocat; vide ſupra. Deſignat Lucilius apud Gellium 3, 14, quem vide, & Torrent. ad Horat. 1 epiſt. 7, 65, ubi *vilia vendens ſcruta*, ein trödler. v. Burm. ad Petron. c. 62 p. 310. Vet. Gloſſ. γέυτη, *Scruta.*

¶ Scrūtāria, *æ*, f. *Scrutariam facere*, Apul. 4 Mileſ. p. 146, trödeln.

¶ Scrutarium, *i*, n. idem. In eodem Gloſſario γευτοπωλεῖον, *Scrutarium*, ein trödel-marckt.

¶ Scrutārius, *i*, m. ſcrutorum venditor, ein trödeler. Lucil. apud Gellium 3, 14 *Scruta ut vendat, ſcrutarius laudat.* Gloſſ. Cyrilli: γευτοπώλης, *Scrutarius.*

¶ Scrutillus, *i*, m. venter ſuillus condito farre expletus, ein saumagen, magenwurſt. Feſtus ex Plauto, v. Dacer. p. 518. In Iſidori Gloſſ. *Scrutulus*, vel ut Scaliger legit *Scrutillus*, eſt *ventriculus fartus.*

Scrutator, ſcrutinius, quære ſequens *Scrutor*.

SCRŪTOR, *atus ſum*, *ari*, inquirere, forſchen, ſuchen, erkundigen. Cic. pro Roſc. c. 34 *Non te excutio, non ſcrutor.* Id. de Orat. 2, 34 *Scrutari locos, ex quibus argumenta eruantur.* Sen. de Ira 3, 36 *Totum diem mecum ſcrutor.* Horat. 1 epiſt. 18, 37 *Arcanum nec tu ſcrutaberis ullius unquam.* Et, *Disjectam fluitantemque teſtudinem lanceis contisque ſcrutabantur*, Tac. Hiſt. 3, 27, 5, id eſt, prærentabant, explorabant, qua ſolvi maxime poſſet. Curt. 3, 4, 13 *Thracas tamen, leviter armatos præcedere juſſerat, ſcrutarique calles, ne occultus hoſtis in ſubeuntes erumperet.* Tac. Hiſt. 3, 25, 4 *Oblatum forte patrem & vulnere ſtratum, dum ſemianimem ſcrutatur, agnitus agnoſcensque & exanguem amplexus voce flebili precabatur.* conf. Id. An. 1, 61, 2; & Nepos 14, 11, 2. ¶ 2. Veteres etiam *Scrutare & perſcrutare* dixerunt. v. Nonium 7, 6. Priſcian. 8 p. 799. vid. *perſcruto.* Et Gloſſæ Vet. ἐρευνῶ, *Scruto, Rimor.* Hinc paſſ. Ammian. 28, 1 *Non niſi ſuppliciis acrioribus pernicioſa facinora ſcrutari poſſe.* Ita enim ſumi poteſt illud Varr. L. L. 4, 1 *Scrutari facilius origines patietur &c.*

¶ Scrūtans, *tis*. Curt. 8, 2, 6 *Scrutantem, num ira Deorum ad tantum nefas actus eſſet, ſubit &c.* Id. 8, 3, 12 *Scrutantibus quid occuleret, oſtendit.* Petron. c. 97. *Scrutantium eludere manus.* Superl. Ammianus 30, 30 *Militaris rei ordinum ſcrutantiſſimus.*

¶ Scrutanter, adv. Ambroſ. epiſt. 40 ad Sabinum, poſt princ. *Tuum eſt ſcrutanter diſcutere, que corrigas.*

¶ Scrūtātus, *a*, *um*, paſſive, unterſucht. Ammian. 15, 3 *Qui futurus ſit colligebant, velut ſcrutatis veteribus libris.* Et Aur. Vict. Orig. Gentis Rom. c. 6 *Scrutatis omnibus latebris.* ¶ 2. Active, der geforſchet oder nachgeſuchet hat. Curt. 6, 5, 17 *Ille venantium modo latibula ſcrutatus.* Id. 9, 9, 5 *Illi ſcrutati omnia tuguria tandem latentes reperere.*

¶ Scrutatio, *ōnis*, f. inquiſitio, exploratio, die forſchung, nachfrage. Sen. de vita beata c. 23 *Scrutationem populo præbere.* Gell. 9, 10 *Odioſa ſcrutatio.*

¶ Scrūtĭnium, *i*, n. idem. Apul. 9 Met. p. 237 *Obſtinate denegantem ſcrutinio detegere.* Gloſſ. Vet. *Scrutinium*, ζήτησις. Onomaſt. *Scrutinium*, ἐξερώτησις. Ammian. 29, 2 *Inter ſcrutinia ſupellectilis.*

¶ Scrutātor, *ōris*, m. qui ſcrutatur. Suet. Claudio c. 35 *Neque agrum quemquam viſitavit, niſi explorato prius cubiculo culcitrisque & ſtragulis prætentatis, & excuſſis; reliquo autem tempore ſalutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit:* SCRVTATORES vocat miniſtros in id delectos, ut ſalutatores excurrent, prætentarentque exploraturi, ferrumne ſub veſte haberent conditum. Duravit hoc miniſterium usque ad Veſpaſianum, qui omiſit, ut id. Suet. ejus vita c. 2 auctor eſt. Notat & Dio; v. Lipſ. ad 11 An. Tac. & Bernegg. ad Iuſtin. 38, 1, 9. ¶ 2. Sed & alio ac laxiore ſenſu ponitur. Stat. 3 Silv. 1, 84 *Scrutatores profundi*, i. e. piſcatores, urinatores, fiſcher, taucher. Lucan. 4, 298 *Scrutator pallidus auri.* Paulinus Natal. 3 Felicis v. 7 de Deo: *Qui cordis taciti ſcrutator*, ein hertzenskündiger. Ammian. 20, 3 *Scrutatores cauſſarum intelligibilium*, i. e. phyſici, naturkündiger. conf. Quintil. Decl. 18.

¶ Scrutātrix, *īcis*, f. Alcimus Avitus 2, 326 *Scrutatrix Eva malorum.*

¶ Scrūtābĭlis, *e*, erforſchlich. Bud. unde *Inſcrutabilis.*

¶ Scrutīno, *are*, idem quod *Scrutari.* Vulg. Interpr. 4 Esdr. 16, 63 *Scrutinat omnia abſconſa*; & v. 65 *Scrutinando ſcrutinavit omnia opera veſtra.*

Compoſita:

¶ Conſcrūtor, *ari*, erforſchen, apud Firmicum.

¶ Inſcrutor, *ari*, nachforſchen. Macrob. Sat. 7, 1 *Si Homeri latentem prudentiam inſcruteris altius.* al. *ſcruteris.*

¶ Inſcrūtābĭlis, *e*, unerforſchlich; ut, *Iudicium inſcrutabile*, Dei ſcilicet, Proſper de ingratis c. 36. Auguſt. epiſt. 106 *Inſcrutabilis altitudo judiciorum Dei.* Novatian. de Trinit. c. 8 *Quam inſcrutabilia judicia ejus.*

¶ Perſcrūtor, *ari*, nachforſchen, ausforſchen, durchgrübeln; ut, *Inveſtigare & perſcrutari omnia*, Cic. Verr. 6, 21. *Sententiam ſcriptoris domeſticis ſuſpicionibus perſcrutari*, Id. de Invent. 2, 44. ¶ 2. Activo uſus eſt Plaut. Aul. 4, 4, 30 *Poſtremo jam hunc perſcrutavi.* Et hinc

¶ Perſcrūtātus, *a*, *um*, paſſive, durchſucht, ausgeforſcht. Ammian. 17, 4 *Montium venis perſcrutatis.* Aggen. de Limit. Gœſ. p. 59 *Inſpectis perſcrutatisque omnibus conditionibus.*

¶ Perſcrutātio, *ōnis*, f. die ergründung, erkundigung. Seneca ad Helviam c. 9 extr. *Quid opus eſt profundi perſcrutatione?*

¶ Perſcrutātor, *ōris*, m. ein kundſchaffer, ausforſcher. Capitol. in Maxim. Iun. c. 1 *Qui harum rerum perſcrutatores fuiſſe dicuntur.* Veget. de re mil. 3, 3 *Cogere præſidia per electos perſcrutatores.* conf. Caſſiod. 1 epiſt. 2 & 2 epiſt. 15.

SCVLCAE, *arum*, f. pl. quaſi *Exulcæ*, Excubiæ; unde

¶ Sculcator vel Scultator, *oris*, m. ſpeculator, apud Vegetium 2, 15 & 17; ubi lectio variat; & Turnebus Adverſ. 24, 12 *Exculcatores*, ſculcatores appellatos vult, quod glandes exculcarent & ejicerent.

¶ Sculcatorius, *a*, *um*, i. e. exploratorius; ut, *Sculcatoriæ naves*, Caſſiod. Var. 2, 20. vid. Salm. de Militia p. 224.

SCVLNA, *æ*, f. pro ſequeſtre vel arbitro utitur Varro, ſed inter ſordida repoſuit P. Lavinius, teſte Aul. Gell. 20, 11. vide Buchner. ad hymnum Prudentii de Natal. Chriſti p. 25 & 26; item Macrob. Saturn. 2, 13.

SCVLPO, *pſi*, *ptum*, *pĕre*, ſchnitzen, bilden; ut, *Sculpſit ebur mira arte*, Ovid. Met. 10, 348. *Marmore ſculpenda primi omnium inclaruerunt*, Plin. 36, 4. ¶ 2. *Scalpo*, non *Sculpo* dici debere, autor eſt Diomedes p. 374. vide ſupra *Scalpo.*

¶ Sculptus, *a*, *um*, geſchnitzt, gegraben, ausgehauen; ut, *Sculpta animalia*, Lucan. 3, 224. *E ſaxo ſculptus*, Cic. Acad. 4, 31.

¶ Sculptĭlis, *e*, idem; ut, *Opus ſculptile*, Ovid. Pont. 4, 9, 28, ſchnitzwerck, ausgehauene arbeit. conf. Tertull. adv. Gnoſtic. c. 2.

¶ Sculptūrātus, *a*, *um*, idem; pro *Sculptus*, uſus Fortunatus lib. 9 carm. 15 *Et ſculpturata luſit in arte faber.*

¶ Sculptor, *ōris*, m. ein bildhauer, bildſchnitzer; it. ſiegelgräber, pitſchierſtecher. Plin. 20, 13 *Sculptores & pictores.* Idem 36, 5 *In Chio inſula Malas ſculptor.*

¶ Sculptūra, *æ*, f. ſchnitzwerck, bildhauer-arbeit; ut, *Aſtragalum Lesbium ſima ſculptura*, Vitruv. 4, 6. vid. ibi Philander. *Habere in ſculpturis facilitatem*, Plin. 16, 11.

Compoſita:

¶ Conſculptus, *a*, *um*, apud Tertullianum.

¶ Conſculptĭlis, *e*, idem apud Auguſtinum.

¶ Conſculptor, *ōris*, m. idem quod *Sculptor*, apud Hieronymum.

¶ Conſculptura, *æ*, f. idem quod *Sculptura* apud Eumdem.

¶ Deſculpo, *ĕre*, aushauen. Tertull. ad Nation. 1, 12 *Simulacrum ligno ſeu lapide deſculpitur.*

¶ Diſculptus, *a*, *um*, zerhackt, ausgehackt. Tertull. de Pallio c. 4 *Pectus ſquamarum ſignaculis diſculptum.*

¶ Exſculpo, *ĕre*, ſchnitzen, aushauen; ut, *Exſculpere aliquid e quercu*, Cic. Att. 13, 28. *Exſculpere ſignum ex lapide*, ein bild hauen aus einem ſtein, Quintil. 2, 19. ¶ 2. *Oculum exſculpere*, ein auge ausſchlagen, per metaphoram Ter. Phorm. 5, 7, 96, ut Muretus legit: al. *excludere.* Id. Eun. 4, 4, 48 *Poſſimne hodie ex te exſculpere verum?* id eſt, extorquere, kan ich denn nicht die wahrheit aus dir bringen? Plaut. Ciſt. 2, 2, 6 *In quæſtione vix exſculpſi, ut diceret, quia ei promiſi modium vini dare*, Lucil. apud Feſtum: *Eſuriente leone ex ore exſculpere prædam: Eſurients* autem pro eſurienti dixit ἐκχαυκῶς. *Exſculpere*, eſt eripere. ¶ 3. Apud Nepotem eſt id, quod inſculptum, delere, eradere, auskratzen. Ita enim 4, 1, 3 *Epigramma ſcriptum ſive verſus Lacedæmonii exſculpſerunt.*

¶ Exſculptus, *a*, *um*, geſchnitzt, ausgehauen. Plin. 33, 9 *Exſculpta intus* (in poculis) *crebra ſeu ſpecula.* Varro R. R. 3, 9 *In pariete exſculpta ſint cubilia gallinarum.*

¶ Inſculpo, *ĕre*, in æs aut lapidem incidere, eingraben, einhauen. Liv. 2, 33 *Fœdus inſculptum monumento eſt columna ænea.* Et L. 13 § 5 D. Locati, *Gemma inſculpenda.* Horat. 2 ſat. 3, 90 *Aliquid inſculpere ſaxo.*

¶ Inſculptus, *a*, *um*, eingegraben, eingeprägt. Cic. Nat. D. 2, 4 *Omnibus in animo quaſi inſculptum, eſſe Deos.* Id. Acad. 4, 1 extr.

Ille in animo res insculptas habebat. Id. Divin. 2, 41 *Sortes in robore insculptæ priscarum literarum notis.* Plin. 36, 5 *Insculptum in columna.*

¶ Persculpo, ĕre, idem quod *sculpere*; unde

¶ Persculptus, a, um, eingegraben, eingehauen. Corippus 3, 377 de idolis: *Persculpti lapides, surdæ mutæque figuræ.*

¶ Resculpo, ĕre, wieder herſtellen. Prudent. præf. Pſychomach. v. 51 *Quam* (lineam) *nostra recto vita resculpat pede.* Et Tertull. de Jejunio c. 5 *Populus primi hominis resculpserat crimen.*

SCVLPŌNEA, æ, f. calceamenti ſervilis rude & ruſticum genus, filzſchuh, bauerſtiefel. Apud Pauſaniam & Euſtathium, *Sculponeas* ligneos Bœoticæ genti familiares calceos exponunt, holtzſchuhe. Legitur apud Plaut. Caſ. 3, 8, 59. Et Cato R. R. c. 59 *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.* ¶ 2. Significat & cæſtos plumbo ligatos, Fulgentio auctore de Priſco Sermone c. 21, bleitziemen. Fruſtra Lambinus Fulgentium erroris inſimulat. v. Taubm. in Plaut. l. c. p. 336.

¶ Sculpōneātus, a, um, ut calceatus, geſtiefelt. Varro apud Nonium in *Rurant* 2, 731 *Aspicio sculponeatum bigas sequi.*

Sculptĭlis, ſculptor, ſculptura, vide paullo ante in *Sculpo.*

SCVRRA, æ, m. proprie, ein nachtreter. Nam *scurræ* a *sequendo*, quaſi *sequerræ*, dicti, quod tenuioris fortunæ homines, & cæteri, qui quem honoris cauſſa perſequerentur, non antocedere, ſed ſequi ſoliti ſint, ut Feſtus auctor eſt. Itaque *Scurra* nihil aliud, quam ſectator, ſive aſſecla, qui & ipſe a *sequendo* appellatus. Itaque *Scurra* honeſtum initio atque officii adeo nomen fuit: eoque denotabantur homines urbano otio aſſueti, cæterum comes & elegantes, quales eſſe oportet, qui divites potentesque ſequi volunt, ut demereantur & grati ſint. Aliis a σκῶς, *stercus*, ſcurra eſt, quaſi homo ſordidus & obſcenus, Plaut. Moſt. 1, 1, 15 *Tu urbanus vero scurra, deliciæ populi, Rus mihi objectas.* It. Trin. 1, 2, 165 *Vrbani assidui cives, quos scurras vocant. Assiduos* ab aſſidendo, quod urbanum otium ſequantur, & vitam minime laborioſam. Vnde & militaribus hominibus opponuntur eidem Plauto Epid. 1, 1, 13, ubi vid. Gron. itemque Curc. 2, 6, 10. Atque hi, *scurræ*, non comes tantum & elegantes moribus erant, ut dicebamus ſupra; ſed ſalibus etiam, & dictorum leporibus, quo magis placerent, & melius haberentur, (nam apud eos accipiebantur, quos ſequi ſolebant); ſtudebant, & cavillationibus jucundis, quas ἐφωνίας Græci vocant. Quibus quod deditus admodum, Atticorum more, Socrates eſſet, quod aliquot locis Cicero notat, *Scurra Atticus* a Zenone appellatus eſt, ut idem Cicero teſtatur de N. D. 1, 34, Lactant. 3, 19, & Minucius in Octavio c. 38. Poſtea vero creſcente luxuria, cum otioſi divites facetiis & moderatis jocis faſtiditis, effuſos riſus ex omni materia quærerent, adeoque in omnem licentiam jocantium ſtudia erumperent, male audire *Scurrarum* nomen cœpit, & iis tribui, qui paraſitico more ſectarentur divites, dictisque ridiculis, nullo nec loci, nec temporis, aut perſonarum reſpectu habito, victum quærerent, qualem Horatius 1 epiſt. 15, 26 & ſeqq. Mænium deſcribit, & 1 ſat. 5, 52 & ſeqq. Sarmentum & Meſſium inducit. Ipſe quoque Cic. fam. 9, 20 pr. jocoſe conqueritur, ſe a Pæto *ut scurram velitem malis oneratum esse.* v. Gron. & Græv. Ita Cic. pro Quint. c. 3 *Neque parum facetus scurra.* Græci βωμολόχους appellant, de quibus Ariſtoteles lib. 4 Ethic. nos ſpottvögel dicimus. Dicti alias & *Minatores*, de quo ſuo loco. ¶ 2. Neque vero *Scurræ* tantum appellati, qui dictis faciebant riſum, ſed & qui geſtu & imitatione, mimi puta, gaucklen; quemadmodum Mimum illum, qui vocem porcelli admodum ſcite imitabatur, *Scurram* Phædrus vocat 5, 5, 27. Et Mimos, *Scurras* appellari, ex Iuvenale & Prudentio obſervat Scaliger ad Catulli epigr. 19. Ad differentiam tamen Capitolinus *Scurras mimarios* in Vero c. 8, & *Scurras mimicos* in Maximinis c. 9 dixit. *Scurræ* igitur, qui quovis modo riſum & inde quæſtum faciunt: unde γελωτοποιοι in Gloſſario veteri exponuntur. Ita enim ibi *Scurra*, εὐτραπελος, γελωτοποιὸς, ἐυτράπελος, ein poſſenreiſſer. Cic. pro Mur. c. 6 *Arripere maledictum ex scurrarum convicio.* v. ibi Grut.

¶ Scurrŭla, æ, m diminut. ein ſpottvogel. Arnob. 6 p. 206 *Vrbanus scurrula.* Apul. Met. 10 p. 246 *Quidam denique præsens scurrula.*

¶ Scurrīlis, e, bübiſch, lotterbübiſch; ut, *locus scurrilis*, Cic. de Orat. 2, 59, grober ſchertz. *Dicacitas scurrilis*, Quint. 6, 3. *Lusu scurrili aliquid fugillare*, etwas durchziehen, ein geſpötte treiben, Val. Max. 7, 8, 9.

¶ Scurrīlĭter, adv. idem; ut, *Ludere scurriliter*, Plin. 4 epiſt. 25. Et, *Scurriliter jocatus*, Iuſtin. 24, 6, 4.

¶ Scurrilĭtas, ātis, f. die narrentheidung, ſchandbare worte, unverſchämter ſchertz. Auct. dialog. de Orat. c. 22 *Fœda & insulsa scurrilitas*

¶ Scurror, *ari*, ſcurram ſeu paraſitum & aſſentatorem agere, poſſen reiſſen, ein narr ſeyn. Vnde *Scurrari* & *amicum profiteri*, Horatio opponuntur 1 epiſt. 18 pr. & epiſt. 17, 19 *Scurror ego ipse mihi.*

¶ Scurrans, *tis*, qui pabuli cauſſa adulatur, ein ſchmarutzer, poſſenreiſſer. Horat. 1 epiſt. 18, 2 *Scurrantis speciem præbere.*

¶ Triſcurrium, *i*, n. ein narrenſpiel; it. ein ertzſchalck. Iuvenalis 8, 190 *Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum.* Vetus Scholiaſtes: *locos, tres scurras nobilium fabulas agentes.* Aliis *Tri* intendendi vim habet, & grandem ſcurrilitatem notat, ſeu ſcurram eximium, ut ſolet in *Trifurcifer*, τρισμέγιστος &c. Scaliger tamen mavult *Transcurria* legere, a *currendo*; quidam *Triscuria* a *cura.* Adde Voſſ. Etymol. p. 488.

Scurale, ſcutarius, ſcutatus, vide *Scutum*, Scutella, *Scutra.*

SCŸTĬCA, æ, f. σκυτάλη, vel σκύταλον, flagellum ex loris, eine peitſche, karbatſche. Horat. 1 ſat. 3, 117 *Adsit Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas: Nec scutica dignum horribili sectere flagello.* Ex quo loco diſcere licet, *Scuticam* levius flagrum & mitius, quam *flagellum* fuiſſe. Sane *Scuticam* inter pædagogorum arma Martialis recenſet 10 epigr. 62. Flagellorum vero pœna ſervilis & gravior fuſtibus fuit, ut ex Paulo & Vlpiano Torrentius obſervat, quem vide ad Horatii l. c. conf. quæ ad *Anguilla* notavimus.

SCŸTĪLVS, *a*, *um*, tenuis, macer, quaſi σκύτινος, quia nihil niſi σκύτος, h. e. *pellis*, hager, dürre, nur wie haut und bein. Feſtus: *Scutilum tenue & macrum dicitur ex græco; ut cum dicimus scutilum hominem, exilem aliquem demonstramus, in quo pellicula tantum.*

SCVTRA, æ, f. vaſis ænei genus, ein becken, keſſel. Vet. Gloſſ. *Scutra*, χαλκίον. Plaut. Perſ. 1, 3, 8 *In scutris concalere.* Meminit & Cato de R. R. c. 157. conf. Vulg. Interpr. 1 Reg. 7, 45. *Scutra* autem ex Siculorum σκύτρα eſt, quæ Græcis cereris χύτρα, ut ex Salmaſio diſcimus. Servius, ſed male, a *Scaturire* deducit. Nam ad illud Virgilii 1 Georg. *Scatebrisque arentia temperat arva*; ita ſcribit: SCATEBRIS, *ebullitionibus, qua fiunt, cum aqua in aliquas rimas defluxerit. Vnde & vasa æstuantia* SCATVRIRE *dicuntur. Vnde vulgo vasa, ubi calida fieri solent,* SCVTRAE *appellantur.*

¶ Scutriſcum, *i*, n. etiam vaſis genus, ut *scutra*, apud Catonem c. 10 & 11.

¶ Scutŭla, æ, f. diminut. eine ſchale, eine ſchüſſel; de qua voce diverſa tradidere non modo Vitruviani Interpretes, Philander & Bern. Baldus de Verb. Vitruv. Sign. p. 111; verum & alii viri docti. Hermolaus ad Plin. Turneb. Adverſ. 27, 25, itemque Salmaſ. in Vopiſc. p. 405 & 513. Plerique, excepto Salmaſio, a *Scuto* deducunt, contra quos primæ quantitas eſt, quæ in *Scutum* producta; in *Scutula* contra brevis, ut ex inferius adducendis verſibus patere poterit. Et quamvis *Scutula* primam brevem habeat: tamen pro diverſa ratione, diverſam etiam habet originem. *Scutula*, quando diſcum, vel æs cibarium (eine ſchüſſel), ſignificat, a *scutra* eſt: ut enim a *capra*, *capella*, (rejecta canina litera, euphoniæ cauſſa) a *mitra*, *mitella*; ita a *scutra*, *scutella*. Iam ſicut *pupula* & *pupilla*; *matula* & *matella*; ita *scutula* & *scutella* dicitur. Martial. 11 epigr. 32 *Sic implet grabatas, paropsidasque Et læves scutulas, cavasque lances.* Id. 8 epigr. 71 *Bessalem ad scutulam sexto pervenimus anno.* Adde Prudent. Hamartig. v. 290. ¶ 2. Eſt & *Scutula*, quæ σκυτάλη Græcis, ein ſtecken. Gloſſ. Cyrilli: σκυτάλη, *Scutula.* Σκυτάλη, ῥάβδος eſt, virga, bacillus, ſurculus: De quo & *Scytalæ Lacedæmoniæ* nomen acceperunt, de quibus infra. Sed & ſerpentum genus *Scytale* appellatur, a forma, quæ σκυτάλην refert. Sane *Scutulus*, pro fuſtibus ſive baculis, quæ ſubjiciuntur navibus jam impellendis in mare, Cæſar dixit 3 de B. Civ. c. 40. Itaque *Scutulum* baculum: & *Scutulam* ex græco σκυτάλη eſſe, dubitandum non eſt. Vitruv 7, 1 de pavimentis præcipiens: *Supra nucleum*, inquit, *ad regulam & libellam exacta pavimenta struuntur, sive sectilibus seu tessellis. Cum ea exstructa fuerint, & fastigia exstructiones habuerint, ita fricentur, ut si sectilia sint, nulli gradus in scutulis, aut trigonis, aut quadratis, seu favis extent &c.* NVCLEVM vocat medium pavimenti ſtratum. Primum enim rudere fit: alterum ex teſtulis fractis tritisque cum calce miſtis, (hic *nucleus* eſt); tertium marmore aut teſta, quod proprie *pavimentum.* Hic autem de *lithoſtrotis* ſive *marmoreis* loquitur: nam de teſtaceis infra agit hoc ipſo capite. *Lithoſtrotorum* duplicem rationem oſtendit, vel ex *sectilibus*, vel ex *tessellis*. *Tessellas* dicit ſecti marmoris partes quadrata forma, ſed minores, ut compingi in varias figuras poſſent, cujusmodi opera *Muſiva* appellabantur, de quo ſuo loco. *Sectilia* grandiores cruſtæ marmoris, nec unius figuræ; *trigonæ*, *quadratæ*, & quæ apum alvearia referunt, id eſt, *hexagonæ*. Ita enim ferme ſe habent apum favi. Et ideo hujusmodi cruſtas, *favos* vocavit Vitruvius, a ſimilitudine puta. Sed &, *quadratæ* non unius generis ſunt: aliæ enim æquilateræ rectangulæ quæ forma cubica eſt ▢ aliæ oblongæ ▭ aliæ rhomboides ▱ ſunt, quas omnes *quadratarum* voce hic intellexit Vitruvius. Cujuscunque autem figuræ *scutula* in pavimento compinguntur, ſive lateribus ſeſe, ſive angulis contigerint lineam, ſive verſum, & quidam virgæ ſeu baculi inſtar directo limite efficient. Quod præcipue apparebit, cum ſingulæ ſeries ſcutularum diverſi coloris fuerint. Exempli gratia, altera nigra, & alba altera, ut in latrunculorum tabula, (ſchachtafel) cujusmodi pavimenta ſæpius cernere eſt in principum aulis. *Gradus* vocat *exſtantes*, *tumulos*, ut vocat inferius, qui *gradus* velut faciunt; quod neceſſe eſt fieri, cum *congmentorum compositio*, ut ipſe loquitur, *planam inter se directionem non habet*, ſive ad regulam lineamque non reſpondet. Hæc noſtra ſuper Vitruviano loco ſententia eſt: de qua eruditi judicent. Inde & explicandus Palladii locus de Re Ruſt. 1, 9: *Si æstivæ*, inquit, *mansiones sunt, orientem solstitialem & partem septemtrionis aspiciant, & vel testaceum accipiant pavimentum, vel marmora: ac vel tessellas aut scutulas, quibus æquale reddatur angulis lateribusque conjunctis.* Sane haud unius figuræ fuiſſe *Scutulas*, vel Tacitus quoque ſignificat. Qui cum Britanniæ ſitum *Scutulæ* comparat, *oblongæ* addit: ut formam diſcerneret & evidentius exprimeret; Locus eſt in vita Agricolæ c. 10. ¶ 3. Plinius 17, 16 utramque & *scutulæ* & *tesseræ* vocem, ad emplaſtrationem, quæ inſitionis genus eſt, tranſtulit. *Exempta*, inquit, *scutula cortici imprimitur ex alia* (arbore) *cortex par* (ejusdem magnitudinis) *cum sui germinis gemma &c.* Et paullo poſt: *Quidam huic generi miscuere fissuram in vitibus, exemta cortice tessella, furculo a latere plano adigendo.* Nimirum ſicut exſectæ marmoris grandiores paullo partes *Scutulæ*: minores *tesseræ* & *tessellæ* vocabantur: ita hic videtur Plinius de *sectilibus corticis*, iisdem vocibus eſſe uſus: aut certe *scutulam*, quadram oblongam, non æquilateram; *tessellam*, quadram æquilateram dixiſſe. Sane *cortices quatuor digitorum longitudine & trium latitudine excisos, Scutulas* ipſe ibidem definit.

¶ Scutella, æ, f. aliud diminut. a *Scutra*, uti jam in *Scutula* dictum eſt, ein ſchälgen, commentgen. Cic. Tuſc. 3, 19 *Demus scutellam dulciculæ potionis.* Sic inter vaſa, quæ aliquid ſuſtinent, *scutellæ vel promulsidaria*, l. 19 § 10 ff. de auro, arg. mundo &c.

¶ Scutulātus, *a*, *um*, quod contextum ex ſcutulis eſt, hoc eſt, quod plurimis virgis, ſeu viis transverſim decuſſatimque diſtinctum eſt, ut multæ in medio plagulæ ſive maculæ, ſicut in retibus, aut reticulatis operibus apparent, relinquantur, gegittert oder löchericht wie ein neh.

neß. Sic, *Scutulatum rete*, de aranearum tela Plinius 11, 24 dixit propter maculas, quas paribus ſemper intervallis, ut ipſe loquitur, ſed ſubinde creſcentibus ex anguſto dilatans, indiſſolubili modo, retis inſtar, implicat. Sed & *Scutulatæ veſtes*, quæ & *virgatæ*, hoc eſt, ῥαβδωτοὶ eſſent, ſine virgas quasdam (ſtriche) in longum latumque varia ſerie & colore diſtinctas haberent. Cujusmodi *virgata ſagula* Gallis tribuit Virg. Æn. 8, 660, ut Turnebus interpretatur Adverſ. 2, 14. Plura de iis Salmaſ. in Vopiſc. p. 405 & 513 ſq. v. & Scalig. Conject. p. 67. Veſtimentorum hujusmodi mentio apud Iuvenalem 2, 95 *Vitreo bibit ille Priapo, Reticulumque comis auratam ingentibus implet, Cærulea indutus ſcutulata, & galbana raſa.* Pallad. 4, 13 *Colores* (equorum) *hi præcipui, badius, aureus,* (forte *ravus*), *albineus,* (vel *glaucus* Virgilio laudatus, vel *galbaneus*) *roſſeus, murteus, cervinus, gilbus, ſcutulatus, albus, guttatus &c.* Sed *guttati* & *ſcutulati* non tam ex colore ipſo dicuntur, quam ex eo, quod colori accidit. *Guttati* enim propter maculas illas parvas, quibus ſparſi equi guttarum inſtar ſunt, appellantur; *Scutulati* vero ſunt, qui orbiculis quibusdam ſeriatim junctis variegati. Quod in cæliis badiisque preſſioris coloris præcipue notatur. Quæ maculæ cum inſtar pomorum habeant, ex eo equos iis inſignes, *Pomellatos* vocamus, apfelich, apfelgrau; quos & a *ſpeculis* propter orbicularem formam ſpiegelicht, appellare conſuevimus. Hoc autem ad honeſtatem haud tantum, ſed & bonitatem referri in equis ſolet.

SCVTVM, *i*, n. a *σκύτος*, *pellis*, ex corio enim confiebat, ein ſchild, cumque adeo græcæ ſit originis, fruſtra Varro L. L. 4, 24, & Iſidorus 18, 12 a *ſecando* vel *excutiendo* eſſe putant. Plin. 35, 3 *Scutis, qualibus apud Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines.* vide *Clypeus.* Cic. Tuſc. 2, 23 *Ignavus miles & timidus ſcuto abjecto fugit.* Et, *Scuto periculum vitare*, Cæſ. B. Civ. 2, 35. Liv. 6, 8 *Adrepto repente equo, cum ſcuto pedeſtri, advectus.* Id. 7, 10 *Pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur gladio. Scuta* autem oblonga erant & ampliora; *Clypei* rotundi & breviores. v. Liv. 8, 8; & 9, 19 & 40. Vnde *Clypei orbem* Virgilius dixit. v. & Ald. Manut. Quæſitis per epiſt. & J. Lipſ. de Rom. militia 3, 2. Qui ſcuta abjeciſſent, aut reliquiſſent, infames Græcis Romanisque, nec non Germanis habebantur. v. Scheff. ad Ælian. p. 362; it. Perizon. Animadv. c. 7 p. 237 ſq. *Scuto rejecto* qui ad aliquem accederet, amicum ſe illi ſignificabat. v. Gronov. ad Cic. fam. 10, 30. Ita Cæſ. B. Hiſpa. c. 13 *Scutum ponere* accipitur. ¶ 2. Eleganter pro quovis præſidio, quo nos ſine violentia defendimus, poſitum eſt in illo Livii 3, 53 *Scuto magis quam gladio plebi opus eſt*, ein ſchutz, ſchirm. Etiam homines *ſcuta* dicuntur *Clypei*, de quo ſupra), appellantur, in quibus magnum præſidium atque tutela poſita eſt. Ita Fabium Cunctatorem *Scutum imperii* appellatum, Florus refert 2, 6, 27. ¶ 3. *Scutus* pro *Scutum* Turpilio tribuit Nonius 3, 233.

Scūtulum, *i*, n. diminut. ἀσπίδιον. Cic. Nat. D. 1, 29 *Cum haſta, tum ſcutulo.* Plin. 8, 48 *Scutulis veſtes dividere Gallia inſtituit.*

¶ Scūtāle, *is*, n. corium eſt fundæ, cui lapis imponitur, das leder an der ſchleuder; Sic Salmaſ. ad Peſc. Nigr. Spartiani c. 10 exponit, & Lipſius Poliorc. 4, 3 *Scutale* idem eſſe putat, quod habenam ſive lorum fundæ, cui ſententiæ Dukerus ſubſcribit, ad hæc Liv. 38, 29: *Triplex ſcutale, crebris ſuturis duratum.*

¶ Scūtārius, *a, um*, zum ſchild gehörig; ut, *Fabrica ſcutaria*, Veget. de Re Milit. 2, 11. ¶ 2. Et ſubſt. *Scutarius*, qui ſcuta facit, ein ſchildmacher. Plaut. Epid. 1, 1, 35. In Gloſſ. Cyrilli ἀσπιδοποιός. ¶ 3. *Scutarii* & militum genus Suet. Aug. c. 56, ein ſchildträger. Meminit & Ammianus haud ſemel, ut 20, 5 & 21 &c.

¶ Scūtātor, *ōris*, m. non ſecus ac *Scutarius*, ein ſchildträger. Vegetius 2, 17 *Levis armatura, ſcutatores, ſagittari, funditores.*

¶ Scutatus, *a, um*; ut, *Milites ſcutati*, ſoldaten, ſo ſchilde führen, Cic. Phil. 2, 42; Liv. 8, 8 *Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habet.* Conſ. 28, 2; & Cæſ. de B. C. 1, 39.

¶ Scūtīgĕrulus, *i*, m. ein waffen- oder ſchildträger. Plaut. Caſ. 2, 3, 44 *Qui (malum)! homini ſcutigerulo dare lubet.*

SCYDRA, *æ*, f. oppidum Macedoniæ in ora Heracleæ, Plin. 4, 10.

SCÝLĂCÆVM, *i*, n. oppidum in finibus Calabriæ. Virg. Æn. 3, 553 *Cautionisque arces & navifragum Scylacæum.* Aliqui legunt *navifragum Scyllæum*, inter quos Acron in Horat. 1 od. 16, & Scalig. Poët. 2, 31. Sed vide Turneb. Adv. 19, 21; & 20, 30; Iſ. Caſaub. ad Strab. p. 102; De la Cerda ad h. l. & Erythræus in Indice. Val. Flacc. 3, 36 *Spumoſumque legunt fracta Scylaceon ab unda.* Sed alii mutata hac quantitate: *fracta Scyllaceon unda.*

SCYLLA, *æ*, f. Σκύλλα. *Scylla* a poëtis duæ memorantur: altera Megarenſium regis filia, quæ Minoi comam patris purpuream clam abſciſſam, tradidit, ejusque ſalutem & regnum hoſti prodidit. vid. apud Ovid. Met. 8 fab. 2. Altera Phorci fuit filia, converſa in ſaxum maris periculoſum, quod procul viſentibus muliebrem formam imitatur, in quod illiſi fluctus luporum ejulatum canumque latratum efficiunt. v. *Charybdis*: & Serv. in Virg. 6 ecl. & Æn. 3. Eſt autem utrumque ſeu monſtrum ſeu periculum in mari, quod Italiam & Siciliam intercludit. Priorem Scyllam Palæphat. lib. 1 ἀπίστων, qui ſolus hodie de quinque ſupereſt, (ut ad Euſeb. obſervat Scaliger p. 52) navem piraticam fuiſſe dixit: v. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 345 alteram meretricem: quæ quod amatores ſuos devorabat, hoc eſt, quæſtu ſpoliabat, idcirco in canes mutata fingitur. Quod quidem in alio, de quinque, libro Palæphatus prodiderat, ut ex Virgil. Ceiri patet. *Scyllam* autem quidam a σκυλάζω, *ſpoliando*, vel σκυλεύω, *vexando*, vel ἀπὸ τῶν σκυλάκων, a *catulis* dictam putant. conf. Natal. Comit. Mythol. 8, 12. Vtramque Scyllam confundi interdum a poëtis, oſtendit N. Heinſ. ad Sabin. ep. 1, 33. De *Scylla in nummis*, v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 5 p. 261 ſq. ¶ 2. *Scylla*, piſcis, Plin. 32, 11. ¶ 3. *Scylla*, avis, apud eumdem 37, 10. ¶ 4. *Scylla*, herba, de qua ſupra in *Scilla*. ¶ 5. *Scylla* etiam Q. Marcii cognomen apud Liv. 42, 21, ubi tamen Pighius aliique *Rallam* ſubſtituunt.

¶ Scyllæus, *a, um*, adject. ut, *Scyllæa rabies*, Virg. 1 Æn. 200. *Monſtra Scyllæa*, Stat. 5 Silv. 3, 280.

¶ Scyllæum, *i*, n. ſubſt. promontorium in Peloponneſo, Plin. 3, 5, & Straboni.

SCYLLĂRVS, *i*, m. σκύλλαρος, piſcis ex cancellorum genere, eine art der meer-krebslein. Geſner.

SCYLLVS, *i*, m. piſcis alius, canis marinus, eidem Geſnero.

SCYMNVS, *i*, m. σκύμνος, leonis catulus, ein junger low. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν τοῖς τείχεσιν; id eſt, *Non eſt aiendus, in urbe leonis catulus*; hoc eſt, non eſt fovenda potentia, quæ leges conculcare poſſit. v. Chil. Lucret. 5, 1035 *At catuli pantherarum, ſcymnique leonum.* Sed canum catulos σκυλάκια, *Scyllacia* Græci dicunt.

SCŸPHVS, *i*, m. σκύφος, vaſculum potorium, ein becher, eine trinkſchale; ut, *Inter ſcyphos*, beym trunck, Cic. fam. 7, 22. Et Horat. 1 od. 27, 1 *Natis in uſum lætitiæ ſcyphis Pugnare, Thracum eſt.* Tibull. 1 eleg. 11, 8 *Nec bella fuerunt, Faginus aſtabat cum ſcyphus ante dapes.* Conf. Virg. Æn 8, 278. Græci grammatici de poculo ruſtico interpretantur. Et eo facere etiam Tibulli videtur locus. *Herculanus ſcyphus*, magnus eſt, v. *Hercules*, & Macrob. Sat. 5, 21 Talem deſcribit Val. Flacc. quo biberint Centauri, Argon. 1, 147 *Acclivisque tapetis In mediis, vacuo condit caput Appaſus auro* Quot ſcyphi evacuandi ex lege bibula fuerint, diſputat Erhard. ad Petron. c. 36 ext.

Scyriades, Scyricus, Scyrius, vide ſequens *Scyros*.

SCŸROS, *i*, f. inſula ex Cycladibus una in mari Ægeo. Σκύρος ſalebras ſignificat & aſperitatem. Hinc *ſcopuloſam Scyron* Statius dixit Achill. 2, 17. Strabo lib. 9 præcipue ab Achillis latebris, & affinitate cum ipſo Lycomedis *Scyrum* celebratam memorat; deinde etiam ob marmor, quo integræ columnæ exſectæ, Romæ fuerint conſpicuæ; tertio & ob capellarum fœturam. Hæ tamen res non potuerunt facere, quin pro infelici & aſpera regione hæc inſula habita fuerit, cum exules etiam in eam deportatos lectum iit. vid. Iul. Pollux Onomaſt. 8, 7 extr. Et 15 millibus paſſuum Delo abſtitiſſe, auctor Plinius 4, 12. conf. Melâ 2, 7. A Pelaſgis & Caribus olim habitatam, ex Nicolao ſcribit Stephani epitomator.

¶ Scȳrĭădes, *um*, f. pl. mulieres ex Scyro, Stat. Achill. 2, 147; & 1, 367. Scribitur & *Scireides*. *Scyrias Deidamia* eſt Ovid. Art. am. 1, 682.

¶ Scȳrius, *a, um*, adject. ut, *Scyria pubes*, Virg. Æn. 2, 477. Et, *Scyrius principatus*, vide Chiliades.

¶ Scyrĭcus, *a, um*, aliud adject. Plin. 33, 7 & 12.

¶ Epiſcȳrius, *i*, m. ἐπίσκυρος, ludus fuit ſecundum Pollucem in Onomaſt. ubi paribus ad pares in duas turmas diſpoſitis, media linea educebatur, quam *Scyrum* vocabant. vid. Mercurial. Gymnaſt. 2, 4.

SCYTĂLE, *es*, f. genus ſerpentis eſt Solino c. 27 de Africa: Lucano 9, 717; & Ammiano 22, 15, Græc. σκυτάλη. Sed in Plin. 32, 5, ubi, *Eadem vis* (inquit) *contra venenatorum omnium morſus, privatim ſcytalen & angues*, legendum videtur non *ſcytalen*, ſed *mygalen*. Eſt enim μυγαλῆ, *mygale*, non *ſcytale*, mus araneus, ein ſpitz- oder ſpitzmaus, cujus morſus venenatus eſt. Dicitur autem μυγαλῆ, a colore muſtelino, γαλῆ, *gala* enim muſtela eſt, Geſner. Matthiolus. Etiam irrepſerat ea vox in Columellæ 6, 17 pr. ubi legebatur: *Mus araneus, quem Græci* σκυτάλην *appellant.* Sed hic etiam reſtituta μυγαλῆν. Vid. Geſn. ¶ 2. *Scytala*, genus occultæ epiſtolæ, quo Lacedæmonii utebantur, ad imperatores perſcripturi, quæ ſecretiſſima eſſe volebant. Earum ratio talis fuit: Sumebantur duo furculi, ſive bacilli oblongi teretesque. Hos pari longitudine & craſſitie deradebant. Alterum proficiſcenti in bellum imperatori dabant; alterum domi retinebant magiſtratus, ſervandos utrisque dum uſus veniret. Quod ſi igitur incideret neceſſitas, ſignificandi aliquid ſecreti imperatori, gerenti res foris, circum bacillum eum, quem ſervabant domi, membranam, lori inſtar paratam, ita circumplicabant, ut oræ membranæ cohærerent perpetuo, nec quicquam interſiti ſpatii relinqueretur. In hac membrana per transverſas junctura rum oras ſcribebant, quæ imperatorem volebant ſcire. Revolutam membranam ex furculo ad imperatorem per certos homines perferendam curabant. Cum accepiſſet, gnarus commenti imperator, eam applicabat furculo, quem profecturus in bellum acceperat tuleratque ſecum, membranam, ut par erat fieri; & ita, quæ ibi exarata erant, ſine negotio cognoſcebat. Hujusmodi igitur epiſtolam σκυτάλην, a *bacillo* illo ſeu *virga*, cui aptabatur, quæ ita appellatur Græcis, appellabant: ita ut unum idemque nomen & *bacillo* ſeu ligno, & *epiſtolæ* eſſet, ut diſerte Plutarchus in Lyſandro & Scholiaſtes Thucydidis tradunt. Quibus & Gellium licebit addere 17, 9. Nepos latinam fecit hanc vocem, de Pauſania ſcribens 3, 4 *Id poſtquam Lacedæmonii reſciverunt, legatos ad eum cum ſcytala miſerunt.* Vide &, quæ de *Scutula* diximus in *Scutra*. Iconem *ſcytales* habes in not. Sebaſt. Migii ad Portæ Magiam naturalem.

¶ Scytalion, *i*, n. herba, quæ & cotyledon vel umbilicus Veneris dicitur, nabelkraut. Dioſcor. 4, 87.

¶ Scytalŏsăgittĭpellĭger, *ĕri*, m. ita Hercules vocatur apud Tertull. de Pallio c. 4.

SCŸTHIA, *æ*, f. Σκυθία, regio, cujus nomen apud veteres ſcriptores late patuit, nec ſeptemtrionalem partem Aſiæ tantum, ſed univerſam prope Europam fuit complexa. In *Celto-Scythis* enim, quos nominarunt, veteres Germani, Galli, Hiſpani, Britanni, Illyrii fuerunt, ut Cluverius Ant. Germ. 1, 2 oſtendit. Poſtea id nominis penes unam Sarmatiam manſit. Quæ inde etiam duplex *Aſiatica* & *Europæa*. Curt. 6, 2, 13 *Scythæ regionem campeſtrem ac fertilem occupaverunt, graves adhuc accolæ* (Perſis). *Sedes habent in Europa & Aſia &c.* Nomen genti a *Scytha*, Herculis filio, Herodotus fecit. Sed ſunt in eruditis, qui a ſagittandi ſtudio & arte gentem Germanico vocabulo appellatam cenſeant; quaſi ſchützen ſint ſchützen. Nam & germanice locutos volunt. Quod & M. Zuer. Boxhornius adſtruere contendit. Nec ſapientiæ laudem iis adimit Curtius 7, 8, 10 de iis ſcribens: *Scythi, non ut cæteris barbaris rudis, & inconditus ſenſus eſt. Quidam eorum ſapientiam capere dicuntur, quantamcunque gens capit ſemper armata.* Lege etiam Horatii carmen 24 lib. 3 Serm. in quo Scytharum mores Romanis præfert, & gentem ab æquitate, juſtitia, & pudicitia elegantiſſimis verbis commendat. Olim Scytharum nomen proprium populis Tauricæ Cherſoneſi fuit: poſtea in reliquam Sarmatiam Aſiamque ſeptemtrionalem

cum

cum essent progressi armis, omnibus gentibus in septemtrione id attributum vocabulum, Ammianus docet v. 22, 8 &c.

¶ Scȳtha, æ, m. plur. *Scythæ*, populi, qui Cyrum cum omni exercitu trucidasse dicuntur. v. Iustin. 2, 1, qui Scytharum gentem antiquissimam esse scribit. Rutilius Lupus lib. 2 *Demosthenes, cum quidam objeciset, matre Scytha natum, respondit: non mireris igitur, quod Scytha matre natus tam bonus & clemens evaserit.* Scytharum autem tanta fuit barbaries immanitasque, ut in proverbium cesserit: *ne me malo Scythæ tradatis.* Denique σκυθρωψ & σκυθρωπὸς pro *torvo, tristi, austero* ac *truculento* ejusdem gentis moribus dictum videtur, v. Athenæus 12, 7, & Erasm. in Proverb. Apud Aristophanem Θεσμοφορ. scenis ultimis Scytha loquens aspiratas omnes mutat in tenues, articulum negligenter ponit, contrahit voces, terminationes nominum & verborum murat.

¶ Scythes, æ, m. idem, græca forma, Σκύθης, ut *Anacharsis Scythes*, Cic. Tusc. 3, 32. Et Sen. Hipp. v. 903 *Hunc Graja tellus alait, an Taurus Scythes?*

¶ Scythis, ĭdis, patronymicum fœm. Ovid. Met. 15, 360 *Exercere artes Scythides memorantur easdem.* ¶ 2. *Scythis*, subst. gemma apud Mart. Capell. lib. 1 p. 20.

¶ Scȳthissa, æ, f. eine Scythin. Corn. Nepos 14, 1, 3 *Datames patre Camissare, natione Care, matre Scythissa natus.* Sed al. *Cilissa.*

¶ Scythĭcus, a, um, adject. Scythisch; ut, *Gens Scythica*, Stat. Theb. 12, 519. *Scythici fœdera pigra poli*, Martial. 6 ep. 58 *Scythica vehicula*, Capitol. Maximin. c. 13. *Scythica herba*, quæ & absolute *Scythice, es*, quia ex Scytharum sortia cognita est. v. Plin. 25, 8; 26, 5; & 27, 1.

¶ Scȳthisso, āre, proverbii figura erat intemperanter bibere, inebriari, sich vollsaufen. Græci, cum ad meracius bibendum quem adhortarentur, ei insusurrare solebant: ἐπισκύθισον, i. e. *Scythissato*, ut testatur Herodotus. conf. Ælian. V. H. 2, 41. Cæl. Rhodig. 14, 60, & Alex. ab Alex. Genial. Dier. 5, 22.

¶ Scythŏpŏlis, is, f. Syriæ Decapolitanæ urbs Nysa, postea sic dicta, deductis eo Scythis; Plin. 5, 18; Ammian. 19, 12.

¶ Scythotauri, ōrum, m. pl. populi Scythici Tauricæ regionis, pro hostiis advenas cædere soliti, Solin. c. 25; & Plin. 4, 12.

SCȳTHON, ōnis, m. vir quidam, ambigena, f. hermaphroditus, de quo Ovid. Met. 4, 280 *Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina Scython.*

SCYZINVM, *i*, n. vinum ex herba, cujus obliterata ratio, Plin. 14, 16.

SE, præpositio inseparabilis, separationem efficit; ut, *Securus*, id est, procul a curis; *Separo, Seduco, Segrego &c.* ex *secus* vel *sine* contracte. ¶ 2. *Se* veteres pro *sine* usurparunt. Lex XII Tabb. ap. Cic. de Leg. 2, 24 *Cum illo sepelire, urereve, se fraude esto.* ¶ 3. Interdum notat dimidium; ut, *Selibra, Semuncia*, hoc est, libra & uncia dimidiata: ex *Semi.* ¶ 4. *Se*, accusat. a *Sui*, vid. infra *Sui.*

Sebaceus, sebalis, vide *Sevum*, Sebazius, *Sabazius.*

SĔBASTE, es, f. Σεβαστή, urbs Iudææ, Samaria quondam dicta ab Herode in Augusti honorem & nomine & ornamentis aucta. vid. Iosephus Antiq. Iud. 15, 11. Sed

¶ Sebastopŏlis, is, f. Σεβαστόπολις, aliud nomen diversarum urbium, in Cappadocia Pontica, Plin. 6, 3; & in Æolide, Id. 5, 30 pr. Adde Cellarii Geograph. Antiq. ubi etiam Colchicæ hujus nominis civitates commemorantur. Sed

¶ Sebastia, æ, f. tam a Sebaste, quam Sebastopoli diversa, Ponti urbs, de qua Plinius dicto lib. 6 c. 3.

SĔBĒTHOS, *i*, m. fons Neapolitanus, de quo Stat. 1 Silv. 2, 263. Fluvium agnoscit Vibius Sequest. v. Gebh. 3, 26 C. I. Refloruit ante hoc sesquiseculum Ioviani Pontani, & Actii Sannazarii Musis.

¶ Sebēthis, ĭdis, f. σεβηθίς, nympha, Virg. Æn. 7, 734. ¶ 2. Et ipse fons seu rivus *Sebethis lympha*, Colum. 10, 134.

Sebo, sebosus, sebum, vide infra *Sevum.*

Secabilis, secale, secarius &c. vide *Seco*, Secerpo, *Carpo.*

SĔCESPĬTA, æ, f. culter victimarius, ein opfermesser. Festus: SECESPITA, *cultrum ferreum oblongum, manubrio eburneo rotundo, solido, juncto ad capulum auro argentoque, fixum clavis æneis ære Cyprio, quo Flamines, Flaminis virgines, Pontifices que ad sacrificia utebantur. Dicta est a secando.* Legitur hæc vox apud Suet. Tib. c. 25.

Secessus &c. vide *Cedo*, Secius, *Secus*, Secludo &c. *Claudo.*

SĔCO, *sĕcui, sectum, secāre*, schneiden, hauen, theilen, spalten. Virg. Æn. 1, 212 *Pars in frusta secant. Stanti collum gladio suo dextera secuerit*, Q. Cic. de Pet. Conf. 3. Et, *Secare varices alicui*, Cic. Tusc. 2, 15. Et Horat. 1 epist. 16, 42 *Vir bonus est quis? Qui multæ magnæque secantur judice lites*; h. e. dirimuntur, componuntur, sie werden entschieden, verglichen, vertragen. Id. 1 sat. 10, 15 *Fortius & melius magnas plerumque secat res: Res* enim pro litibus dixit. Virg. Æn. 10, 107 *Secare spem*, i. e. *sequi*, sive decerpere & sumere. Nam & *Secare viam*, pro *carpere*, Idem dixit Æn. 6, 899. Quamquam ibi, *ille viam secat ad naves*, non simpliciter ire ad naves est, sed abscindere quasi viam, & per compendium ire, ut Dausquejus ad Basilium Seleucien sem interpretatur. Quintil. 3, 1 p. 214 *Hinc volat diversæ secari cæperunt viæ.* v. Drakenb. ad Sil. 2, 86, ubi etiam de altera phrasi, *sequi viam. Secare Zephyros*, i. e. transvolare per auras, Stat. Theb 8, 717. *Secuit sub nubibus arcum*, Virg. Æn. 5, 658. ¶ 2. *Ramum secaturus es*, pro *secturus es*, dixit Colum 5, 9.

¶ Secans, *tis*; ut, *Fluvius pinguia culta secans*, Virg. Æn. 8, 63. conf. 7, 717. *Undæ vada nota secantes*, Ovid. Met. 1, 370.

¶ Sectus, a, um, geschnitten, abgeschnitten, zertheilt; ut, *Secto corpore hydra firmior*, Horat. 4 od. 4, 61. *Sectus prave unguis*, Id. 1 epist. 1, 104. *Sectæ herbæ*, Id. 2 sat. 4, 67. *Secti capilli*, verschnittene haare, Ovid. Met 3, 506. *In multas vias compita secta*, Id. Amor. 3, 1, 18. *Sectus annus*, Stat. Theb. 8, 64. *Scrupulose in partes secta divisio*, Quintil. 4, 5. ¶ 2. *Sectus* instar comparativi pro *Sectus* refert Gellius 18, 9 ex Plauti Men. 5, 7, 57 *Hæc nihilo mihi videntur esse sectiliæ quam somnia.* conf. Plaut. Trin 2, 3, 6; & Parei Lex. Crit. p. 1132. *Sectilis* ergo est quasi magis secte, vel quasi minus. nam quo magis aliquid secatur, eo est minus.

¶ Secta, æ, f. quod nonnulli huc referunt, quære in *Sequor*, ubi etiam *Sectaculum, Sector, ari, Sectator &c.*

¶ Sectio, ōnis, f. concisio, die theilung, spaltung, der schnitt; ut, *Sectio venæ*, das aderlassen. Vet. Gloss. *Sectio*, τμῆμα, τομὰ σώματος, διαίρεσις. Plin. 25, 13 *Bibitur* (mandragora) *ante sectiones punctionesque, ne sentiantur.* Vitruv. 2, 2 *Sectionibus dividi*, zerschnitten werden. Gell. 18, 9 *A veteribus, quas narrationes dicimus, sectiones appellatæ.* ¶ 2. *Sectio* est actio vendendi vel proscriptorum, vel alia quæcunque bona publica, ac ita quidem, ut uni universim tota substantia vendatur, qui deinde sigillatim eam lucri sui caussa distrahat. Quin ipsa bona ita vendita sectionis nomine veniunt. Cic. de Invent. 1, 45 *Hoc commode reprehenditur, si dici possit ex hostibus equus esse captus, cujus prædæ sectio non veniret*, h. e. ubi quisque pro se, quod rapuisset, retineret, præda non publice collata ac deinde vendita. Cæs. B. G. 2, 33 *Pridie ejus diei, refractis portis, cum jam defendere nemo, atque intromissis nostris militibus, sectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit*, i. e. universam prædam certis hominibus vendidit, qui deinde numerum retulere; er hat die beute überhaupt verkauft. Speciatim autem, ut diximus, ad proscriptorum bona pertinet *sectio*, eoque nomine infamiæ nonnihil habebat. Ita Cic. Phil. 2, 26 *Sectionis scelus* Antonio objicit, quod Pompeji bona a Cæsare emerit. Suet. Vitell. c. 2 *Sectionibus & cognitionis uberius compendium natus.* v. *Cognitura* in *Nosco.* Scilicet per cognituram excitavit quasi prædam, & sectionis ope ipsa potitus est. Ita Tac. An. 13, 23 *Pœtus quidam exercendis apud ærarium sectionibus famosus.* Et Hist. 1, 90 de Othone: *Reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit.* ¶ 3. Postea id nominis ad quamvis auctionem sub hasta factam translatum fuit. Eutrop. 8, 6 de Marco Antonino: *Ærario exhausto, cum largitiones nullas haberet, neque indici provincialibus aut senatui aliquid vellet, instrumenta regii cultus facta in foro D. Trajani sectione distraxit &c.* ¶ 4. De origine vocis disputatur. Per analogiam grammaticam licet etiam a *sequor* illam derivare, non minus ac *secta, sector*: ut adeo *sectio* sit *sectatio*, persecutio bonorum singulorum. Ita ipse Asconius loco, quem mox laudamus in *Sector*; & Salmas. de M. usur. p. 817 sq. Qui a *secare* derivant, illos non tantum juvant Ciceronis verba jam proferenda in *Sector* pro Rosc. Am. c. 29. Sed & vetus illa XII Tabularum lex, *de debitore in partes secando*, h. e. auctione vendendo, ut duram illam legem ap. Gell. 20, 1, post antiquos recte explicat Bynckersh. Obs. Iur. Rom. 1, 1. Hæc fere Gesn. in Chrestom. Plin. p. 1058 seq.

¶ Sectūra, æ, f. idem quod *sectio.* Cæs. B. G. 3, 21 *Cujus rei* (cuniculos agere) *sunt longe peritissimi Aquitani, propterea, quod multis locis apud eos æraria secturæ sunt: Secturas ærarias* dixit fodinas, ubi æs secatur sive deciditur, erzgruben. Similiter nos dicimus ein eisenbruch, goldbruch &c. Ciacconius τὸ *Secturæ* tollendum putat, quod alibi Cæsar *Ferrarias* absolute dixerit. Sed nihil impedit, quo minus auctores nunc absolute loquantur, atque per ellipsin; nunc addant, quod subintelligi debebat, ut plenam & integram orationem efficiant. De *sectura* talearum & gemmarum Plinius 17, 17; & 37, 8.

¶ Sector, ōris, m. qui secat, ein zerschneider, zertheiler; ut, *Sector zonarius*, ein beutelschneider. Plaut. Trin. 4, 2, 20. Antiquitus enim in zonis gerebant æs, de quo infra suo loco. Aristophanes βαλαντιοτόμον appellat. ¶ 2. Qui publica, præsertim proscriptorum bona emebant, Cic. pro Rosc. Am. c. 29 *Eosdem fere sectores fuisse collorum & bonorum*, die nach der leute güter und hälsen gegraset; ubi *sectores* sunt tum illi, qui secant, tum qui bona emtitia secant, i. e. distrahunt, aut, si id magis placet, sectantur. Id. Cic. Verr. 1, 23 *Duo signa, quæ in ædibus tuis sola jam sunt, quæ sectorem expectant*; i. e. quæ te damnato vendantur publice. Ascon. ad h. l. p. 88 *Sectores dicti sunt, qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum semel auctionabantur, proque iis pecuniam pensitabant singulis* (h. e. omnibus); *ac postea pro compendio suo singulas quasque res pecunia populo vendebant.* Et Cic. fam. 15, 19 *Habet damnatos, quos pro nobis restituat: nec ipse sectorem desiderabit, cum filium viderit.* Et Flor. 2, 6 *Ager, quem Annibal castris insederat, venalis Romæ fuit, hastæque subjectus invenit emtorem. Voluit Annibal contra fiduciam imitari, subjecitque argentarias urbis tabernas, nec sector inventus est.* Tac. Hist. 1, 20, 4 *Ubique hasta & sector, & inquieta urbs auctionibus.* vid. Donat. Marcell. supra allegato loco, & Barth. Adversar. 5, 4.

¶ Sectrix, ĭcis, f. eodem significatu, quo *sector* de emtore dicitur, Plinio 36, 15 *Metella proscriptionum sectrix.*

¶ Sectilis, e, quod sectum, aut quod secari potest, was sich spalten läst; ut, *Serrabilia ac sectilia*, Plin. 16, 43, ἔυπριστα καὶ εὐσχιστα. Id. ibid. *Tabor sectile.* Id. 36, 22 *Lapides sectiles*, schiefersteine. Absolute Vitruv. 7, 1 *Pavimenta struantur sive sectilibus seu tesseris.* Sic, *Tessellata & sectilia pavimenta*, Suet. Cæs. c. 46. Et, *Sectile porrum*, Iuvenal. 3, 293. *Ebur sectile*, Ovid. de Medic. fac. v. 10.

¶ Sectīvus, a, um, quod secatur; ut, *Porrum sectivum*, Martial. 13 epigr. 18 in lemmate: & Plin. 19, 6; & 31, 11. Conf. Colum. 11, 3; & 12, 47; & Pallad. Febr. t. 24.

¶ Sēcābilis, e, idem quod *Sectilis*, gut zu schneiden. Lactant. de Ira Dei c. 10 *Dividua ergo & secabilia sunt.* Auson. eclog. 1, 7 *Secabile legmen.*

¶ Secāle, is, n. subst. frumenti genus a *Seco*, schwarzer rocken, de quo Plin. 18, 16 *Secale deterrimum & tantum ad arcendam famem utile.*

¶ Secāmen, *inis*, n. der schnitt, spalt, apud Sidonium.

¶ Secāmentum, i, n. ein span. Plin. 16, 10 sect. 18 *Picea materies* (apta) *ad fissiles scandulas, cupasque, & pauca alia secamenta.*

¶ Sēcārius, a, um, adferunt ex Cato. R. R. c. 11 *Villicum habere oportet sportas secarias tres &c.* Sed leg. *fœcarias.*

¶ Segmen, *inis*, n. fogmentum, quicquid ab aliquo resecatur, ein abschnitt, ein span; ut, *Segmina unguium, capillorum*: Gellius 12, 15 utrumque habet. Et Plin. 36, 6 *Segminibus utrimque amputatis.* Ausonii locum vide in *Secabilis.*

¶ Segmentum, i, n idem. Onomastic. *Segmenta*, ἀποκόμματα. Plin. 6, 33 extr. *Segmenta mundi* vocat, quæ duobus parallelis continentur, ut Zonæ, Climata &c. ¶ 2. *Segmenta*, sunt etiam ornamenta dissecta, borten,

borten, Ovid. A. A. 3, 169. Iuvenal. 2, 124 *Segmenta & longos habitus, & flamma famit.* Val. Max 5, 2, 1 *Aureis uti segmentis.* Et Auſon. Moſell. v. 119 *Partes segmentis cœunt.* vid. Ferrar. de re veſt. 3, 17. Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelia. c. 46.

¶ Segmentō, *āre.* Hinc

¶ Segmentātus, *a, um*, bracteolis aureis argenteisque depictus, geſtickt, borirt, verſchamcirt; ut, *Veſtes ſegmentatæ*, Martial. 6 epigr. 74. Et, *ſegmentatus*, hujusmodi veſtimentis indutus. Arator in Act. Apoſt. c. 16 *Velamina ſacri Pontificis Queis ſegmentatus mediis altaribus adſtat.* Iuvenal. 6, 89 *Et ſegmentatis dormiſſet parvula cunis*, von eingelegter arbeit ſouerirt. Symmach. 3, 12 *Paginæ Tulliano ſegmentatæ auro.*

¶ Sĕcula, *æ*, f. inſtrumentum ruſticum, eine ſenſe, ſichel. Varro L. L. 4, 31 *Falces in Campania ſeculæ a ſecando.* Claud. Conſ. Hon. 6, 391 *Circumflexa ſecula.*

Compoſita:

¶ Abſegmen, *inis*, n. ein abgeſchnittenes ſtück. Feſtus in P. *Penitam offam Nævius appellat abſegmina carnis cum cute.*

¶ Circumsĕco, *ui, ctum, āre*, c. circumcidere, umher beſchneiden, umhacken, behauen; ut, *Servulis circumsecare*, Cic. pro Cluent. c. 64. *Ferro quam cautiſſime circumſecare*, Colum. 7, 5. Et Suet. Domit. c. 12 de Iudaica circumcilione: *Senex an circumſectus eſſet.* Sicut etiam Columella c. l. de eadem re *circumcidere* & *circumſecare* adhibuit.

¶ Circumſectus, *a, um*, beſchnitten; ut, *Circumſecta aluta*, Scrib. Largus Compoſ. 229.

¶ Consĕco, *ui, ctum, āre*, zerſchneiden; ut, *Conſecare minutatim*, Varr. R. R. 3, 10. *Membra conſecuiſſe*, Ovid. Triſt. 3, 9 extr. Et, *Conſecare tenues membranas*, Plin. 30, 4.

¶ Conſectus, *a, um*, zerſchnitten. Cato R. R. c. 157 *Si voles braſſicam conſectam, ſale, aceto ſparſam eſſe.* Plin. 17, 10 *Conſecto arboris trunco.*

¶ Conſectio, *ōnis*, f. die zerſchneidung; ut, *Arborum conſectio*, Cic. de Nat. D. 2, 60.

¶ Desĕco, *ui, ctum, āre*, abhauen, abſchneiden; ut, *Deſecare ferrâ arborem*, Colum. 5, 6. *Deſecare vicium*, Id. 2, 18. *Deſecare viteni*, Varro R. R. 1, 41. *Ni crimen deſecuiſſet*, Ovid. Triſt. 2, 394. Cic. Att. 16, 6 ext. *Tu illud* (procœmium) *deſecabis, hoc agglutinabis.* Liv. 42, 64 *Spicas faſcibus deſecare.*

¶ Delecans, *tis.* Cic. de Vniv. c. 7 *Partes rurſus ex toto deſecans.*

¶ Deſectus, *a, um*, abgeſchnitten, abgehauen. Liv. 2, 5 *Deſecta cum ſtramento ſeges.* Virg. Æn. 8, 438 *Deſecto vertens lumina collo.* Cæſ. B. G. 7, 4 *Auribus deſectis & ſingulis effoſſis oculis domum remittit.* Ac *Herbæ deſectæ*, Idem de B. Civ. 3, 53. Et Plin. 21, 17 *Paluſtribus deſectis* (teil. herbis) *nocturni rores nocent.*

¶ Delectio, *ōnis*, f. die abſchneidung. Colum. 6, 3 *Deſectio meſſis.*

¶ Diſsĕco, *ui, ctum, āre*, in partes varias ſecare, zerhauen, zerſchneiden Plin. 11, 37 ſect. 70 *Capto Lacedæmonii pectus diſſecuere viventi.* Translate Prudent. Apotheoſ. præf. 2, 21 *Fidem diſſecant ambagibus.* ¶ 2. Veteres etiam *diſſecāre* dicebant. vide in *Sica.*

¶ Diſſectus, *a, um*, zerſchnitten; ut, *Vnio diſſectus*, Plin. 9, 35.

¶ Diſſectio & Diſſecatio, *onis*, f. die zergliederung, zerlegung, apud Celſum.

¶ Diſſecator, *ōris*, m. Pro Anatomico apud Celſum.

¶ Exsĕco, & Exĕco, *ui, ctum, āre*, excidere, ausſchneiden. Cic. Att. 2, 16 *Exſecare medicina dicitur & ſanare.* ¶ 2. Idem & metaphorice dixit, *Exſecare nervos reip.* Leg. Agr. 2, 33; & *Exſecare peſtem civitatis*, pro Sextio c. 65 ausrotten. Id. Att. 2, 1 *Non minus eſſet probanda medicina, quæ ſanaret vitioſas partes reip. quam quæ exſecaret.* Conf. Horat. ſat. 1, 2, 14. ¶ 3. *Eſeco, are*, ap. Serenum legitur. *Exſico, ere*, vide in *Sica.*

¶ Exſectus, *a, um*, ausgeſchnitten. Cic. pro Cluent. c. 66 *Stratonem in crucem actum eſſe exſectâ ſcitote linguâ.* Horat. 1 ſat. 5, 59 *Exſecto cornu frons.* Lucanus 10, 134 *Iuventus exſecta virum*, i. e. quoad virilitatem, i. e. ſpadones, verſchnittene. Liv. 7, 39 *Nervos conjurationis exſectos arte conſulis videntes*, ex emendatione Puteani, vulgo *ejectos.*

¶ Exſectio, *ōnis*, f die ausſchneidung. Cic. pro Cluent. c. 64 *Cum exſectio illa fundi in armario animadverteretur.* Paullo ante præceſſerat: *Ipſe armarii fundum exſecuit, & auri quinque pondo abſtulit.* Et ibid. c. 67 *Exſectio linguæ.* Arnob. quoque 5 p. 165 *Virilium exſectiones* dixit, quæ caſtratio eſt.

¶ Exſector, *ōris*, m. qui caſtrat. Apul. Met. 8 p. 208 *Deteſtabilis exſector virilitatis.*

¶ Insĕco, *ui, ctum, āre*, interius ſecare, inwendig ſchneiden oder hauen. Colum. 4, 15 *Inſecare vineam.*

¶ Inſectus, *a, um*, diſſectus, zerſchnitten. Ovid. Metam. 6, 58 *Inſecti dentes.* Et Plin. 10, 37 *Inſectis alarum articulis.*

¶ Inſecta, *ōrum*, n. pl. ſubſt. allerley gewürm, kleine thierlein, ungeziefer, ſic dicta ab inciſuris, quas vel cervicum, vel pectorum, vel alvi loco habent. Quorum alia *volatilia* ſunt, ut *muſcæ, &c.* Alia *repunt*, ut, *formicæ*; alia ſine *pedibus* & *alis* ſunt, ut *tineæ*; *Saliunt* alia, ut *pulex, cicada. Serpunt* denique alia, ut *pediculus, hirudo, lumbricus*, vid. Plin. 11, 28. ¶ 2. *Inſecta* vid. mox *Proſecta.*

¶ Inſectio, *onis*, f. die zerſchneidung. Gell. 18, 9 *Antiqui narrationes ſermonesque inſectiones appellarunt.*

¶ Inſectūra, *æ*, f. inciſura, ein ſchnitt, eine ſpalte. Sen. Quæſt. Nat. 1, 7 *Totidem* (virgula) *redderet ſoles, quot habuiſſet inſecturas.*

¶ Insĕcābilis, *e*, quod dividi nequit, untheilbar. Quintil. 2, 17 p. 198 Atomos *Corpora inſecabilia* dixit. conf. Vitruv. 2, 2; & Sen. epiſt. 118. Lactant. de Ira Dei c. 9 *Minuta ſemina & inſecabilia*; & c. 10 *Quomodo igitur inſecabilia?* Et Mart. Capella lib. 7 c. de Diade: *Linea inſecabilis.*

¶ Intersĕco, *are*, mitten von einander theilen; ut, *Res ipſas pronunciatione interſecare in animis auditorum*, Auct. ad Herenn. 3, 14.

¶ Interſecans, *tis.* Mart. Capella 6 p. 201 *Atlantici profundi vis interſecans profunda telluris.* Et Ammian. 29 c. ult. *Tiberis media interſecans mœnia.*

¶ Interſectio, *ōnis*, f. der durchſchnitt. Vitruv. 3, 3 *Interſectio, quæ grace μεροχὴ dicitur, ſic eſt dividenda, &c.*

¶ Interſecīvus, & Interciſivus, *a, um*, von einander ſcheidend; ut, *Interſecivi limites*, Frontin. de Colon. p. 112 & 124.

¶ Persĕco, *āre*, zerſchneiden; ut, *Vitium, ne ſerpat, perſecare*, Liv. 40, 19. Et Cic. Acad. 4, 39 *Equid nos eodem modo rerum naturas perſecare, aperire, dividere poſſumus, ut videamus, terra penitusne defixa ſit & quaſi radi ibus ſuis hæreat, an media pendeat?* Id. Att. 13, 23 ext. *Quare da te in ſermonem, & perſeca, & conſice*, i. e. quoquo modo poteris, decide ac termina.

¶ Præsĕco, *āre*, præcidere, verſchneiden, vorn abſchneiden. Varro de R. R. 3, 16 ſub fin. *Cultello præſecare.* Et Ovid. Remed. Amor. v. 112 *Partem certa præſecuiſſe manu.*

¶ Præfectus, *a, um*, vorn abgeſchnitten. Colum. de Arbor. c. 29 *Radix acuta falce præfecta.* Et Epitom. Livii 88 *Auribus præfectis.*

¶ Præfecatus, *a, um*, idem. Apulej. 1 Met. p. 102 *Impetu teli præfecata gula.*

¶ Præsĕca, *æ*, f. kohl. Varro L. L. 4, 20 *Braſſica ut præſeca, quod ex hujus ſcapo minutatim præſecatur.*

¶ Præſegmen, *inis*, n. quicquid ab aliqua re præſecatur, der abſchnitt, ſpan; ut, *Unguium præſegmina*, Plaut. Aul. 2, 4, 34 *Ipſi pridem tonſor ungues demſerat, collegit, omnia abſtulit præſegmina.* conf. Nonius 2, 6, 9.

¶ Prosĕco, *āre*, idem quod *ſecare*, zertheilen, zerſchneiden; ut, *Exta hoſtiæ proſecare*, Liv. 5, 21. Proprium enim in ſacrificiis verbum. Vnde Tertull. Apol. c. 46 *Æſculapio gallinaceum proſecari* dixit. Adde Calaub. & Torrent. ad Suet. Aug. c. 1.

¶ Profectus, *a, um.* Hinc

¶ Profecta, *ōrum*, n. pl. ſubſt. extra ipſa ex fibris hoſtiarum diſſecta, das opfer-eingeweide. Ovid. Faſt. 6, 163 *Sic ubi libavit, profecta ſub æthere ponit.* conf. Nonius 3, 179. ¶ 2. Eadem & *Proſicia* dicebantur Arnob. p. 231 *Quod ſi omnes has partes, quas proſicias dicitis, Dii amant.* Vet. Gloſſ. *Proſiciæ, αἱ τῶν ζωμάτων ἐκτεχνίαι.* Varro & *Proſiciem* dixit. v. Non. l. c. Veteres etiam *inſicia* pro *proſectis* poſuere. v. Varr. L. L. 4, 22; ubi & ſing. *Proſectam.* Adde Briſſon. lib. 1 Formul. Solemn.

¶ Profectus, *ūs*, m. ſubſt. der durchſchnitt. Apulejus Met. lib. 8 p. 214 *Proſectu gladiorum, ictuque flagrorum.*

¶ Profectio, *onis*, f. idem. Salvian. de Gubern. Dei lib. 6 p. 145 *Adhibent darum ferri proſectionem.*

¶ Profector, *ōris*, m. ein zerſchneider, zerleger. Tertull. de Anima c. 25 *Majorum quoque proſector Herophilus.*

¶ Resĕco, *ui, ctum, āre*, verkürtzen, verſchneiden, verhauen; ut, *Reſecare palpebras*, Cic. in Piſ. c. 19. *Linguam reſecare*, Id. Divin. 2, 46. Et, *Reſecare ungues*, Val. Max. 3, 2, 15. ¶ 2. *Reſecare ad vivum*, eſt exactius, quam ſat eſt, & moroſius omnia excutere, alles auf das genaueſte ſuchen. Cic. de Amic. c. 5 *Id ſentio, amicitiam, niſi in bonis, eſſe non poſſe, neque id ad vivum reſeco, &c.*

¶ Refectus, *a, um*, abgeſchnitten, verſchnitten; ut, *Barba reſecta*, Ovid. Triſt. 4, 10, 58. *Lingua enſe reſecta*, Id. in Ibin v. 439. ¶ 2. Compar. ex alia forma, Apul. Flor. *In operibus judicatio reſecatior, in rebus ſubitariis venia prolixior.* Ita legit Aldus. v. Elmenh. emend. ad p. 364, ubi eſt *reſtrictior*, ead. ſententia.

¶ Refectio, *ōnis*, f. die abſchneidung. Colum. de Arbor. c. 6 *Novella vinea, quæ ex reſectione enata fuit.* Idem de Re Ruſt. 4, 24 *Reſectionem facere poſt gemmam.* Et c. 29 *Reſectionis ſiſſura.*

¶ Refecatio, *ōnis*, f. idem. Salvian. de Gubern. Dei 7 p. 180 *Dum peccata auferre cupiunt, ipſi in peccatorum reſecatione peccant.*

¶ Refegmen, *inis*, n. ein abſchnitt; ut, *Refegmina unguium*, Plin. 28, 1. Et, *Refegminibus amputatis*, Id. 13, 12.

¶ Retex, *ĭcis*, m. quod a vite reſecatur, ein rebſchoß, geſchnittene rebe. Colum. 3, 10 *In reſecem ſubmitti, ut progenerare poſſit.* Et 4, 24 *Si reſecis facultas non erit.* Sic & *Reſeces bigemmes*, Id. 5, 5. vid. infra *Subſidiarius.*

¶ Irreſectus, *a, um*, non reſectus, unverſchnitten. Horat. epod. 5, 47 *Irreſectum rudens pollicem*, i. e. unguem pollicis non reſectum.

¶ Subsĕco, *ui, ctum, are*, unten abhauen, ein wenig verſchneiden, verkürtzen. Varro R. R. 1, 50 *Manipulum ut quemque ſubſecuerint, ponant in terra.* Plin. 18, 7 *Quæ velluntur e terra, non ſubſecantur.* Et Ovid. Faſt. 6, 230 *Non ungues ferro ſubſecuiſſe licet.* Adde Celſ. 2, 7 & 38; 7, 33; 8, 2 & 4; & Colum. 2, 9.

¶ Subsectus, *a, um*, abgeſchnitten. Colum. 2, 9 *Adultas ſegetes radicibus ſubſectis enecare.*

¶ Subsĕcivus, & Subſicivus, *a, um*, quod ſuccidĭtur, vel ſubſecatur, quod menſores deinde ſuum fecerunt & ad agros tranſtulerunt, tamquam ſecundarium. Vetus auctor de Limit. ap. Rigalt. p. 299 *SVBSECIVA ſunt propria, quæ ſutor de materia præcidens, quaſi ſupervacua, abjicit*, abſchnitte. *Inde & SVBSECIVI AGRI, quos in pertică diviſos recuſant, quaſi ſterilis aut paluſtres.* Item, *SVBSECIVA quæ in diviſura agri non efficiunt centuriam, id eſt, jugera ducenta*, überbliebenes feld. Vide Gloſſas agrimenſorias Rigaltii; item, Varr. R. R. 1, 10; & Iſidor. 15, 13. Suet. Domit. c. 9 extr. *SVBSECIVA, quæ diviſis per veteranos agris ſuperfuerunt, veteribus poſſeſſoribus, ut uſu capta, conceſſit.* Eleganter Sen. epiſt. 53 *Exercet philoſophia regnum ſuum; dat tempus, non accipit. Non eſt res ſubjectiva, ordinaria eſt: adeſt & jubet.* REM SVBSECIVAM vocat, quæ παρέργως tractanda, &

eo tempore, quod ordinariis negotiis noſtris detrahitur & ſubſecatur quaſi: ſicut & agri, qui poſt centuriam factam ſuperſunt. Significat igitur, philoſophiam non ſecundariam rem eſſe, ſed primis & ordinariis curis dignam, & ita cæteris omnibus anteponendam, ſerioque tractandam. Sic, *Subſecivæ operæ*, nebenwercke, Cic. de Orat. 2, 89; & Phil. 2, 8. Et, *Subſeciva tempora*, Plin. præfat. H. N. & Gell. 18, 10, quæ quaſi ſubſecantur negotiis publicis, quæ nobis reſervamus, nec perire ſinimus, neben-ſtunden. Sic, *Subſecivum atque tumultuarium ſtudium*, Id. Gell. 13, 24. *Subſeciva ſolicitudo*, der übrige kummer, Apul. Met 3 p. 133. conf. 8 p. 214. Id. Apol. 281 *Pythagoras in litore Italiæ ſubſecivam ſibi Græciam fecit.* Et, *Subciſivæ laudes*, Arnob. 5 p. 179. De orthographia vocis varie diſceptatur. Alii ſcribunt *Subſicivus*, alii *Subciſivus*. conf. ſupra in *Succiſivus* in *Cædo*, & Nonius 2, 515; & Parei Lex. Crit. p. 1194.

¶ Subterſĕco, *are*, entzwey ſchneiden, untenher theilen. Cic. in Arato v. 273 *Diſtribuens medium ſubterſecat hic capricornum.*

Secordia, ſecors, vide *Socors* ſupra in *Cor.*

Secretarius, ſecretio, ſecretum, &c. vide *Cerno.*

Secta, ſectari, ſectator, vide *Sequor*, Sectilis, ſectio, ſector, &c. *Seco.*

Secubare, ſecubitus, &c. vide *Cumbo*, Secula, *æ*, *Seco.*

SĒCŬLVM, *i*, n. per ſyncopen *Seclum*, quod quid ſit, nondum ad ſubtile examinatum Cenſorinus arbitratur, de Die natali c. 17. Ipſe duplex fecit, NATVRALE & CIVILE: NATVRALE vocat ſpatium vitæ humanæ longiſſimum, partu & morte definitum. CIVILE, ad certum annorum modulum conſtitutum; quem Romani centum annis, aut 105, aut etiam 110 definierunt. V. ipſe Cenſorin. & Varro L. L. 5, 2 fin. ubi ait: *Seculum ſpatium annorum centum vocarunt: dictum a ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt*, hundert jahr, oder eine zeit von 100 jahren. Ita Cic. de Orat. 2, 37 *Numa Pompilius ſapientiam conſtituendæ civitatis duobus prope ſeculis ante cognovit, quam eam Græci natam eſſe ſenſerunt.* Sic, *Seculis multis ante*, viel hundert jahr zuvor, Id. ibid c. 5. *Seclorum ordo*, Virg. eclog. 4, 5. ¶ 2. Nonnunquam indefinite pro quovis tempore ſumitur. Virg. Æn. 8, 324 *Aureaque, ut perhibent, illo ſub rege fuerunt Secula.* Id. Æn. 1, 295 *Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis.* Propertius 3, 12, 49 & Ovid. de Arte am. 2, 277 ludit in verbo: *Aurea nunc vere ſunt ſecula, plurimus auro Venit honos: auro conciliatur amor. Seculum aureum* in nummis Hadriani celebratur teſte Spanh. diſſ. 3 p. 159. ¶ 3. Lucretius aliquam multis locis hoc vocabulo pro genere, ſubole, multitudine uſus eſt, exprimens, ut docti putant, græcam vocem γενεὰν, qua & 30 annorum ſpatium, & genus ſive progenies ſignificatur, ein geſchlecht. Sic, *hominum ſecla, bucera ſecla, muliebria ſecla, ferarum ſecla, ſcriptorum ſecula*, pro hominibus, bubus, mulieribus, feris, ſcriptis poſuit. v. Valeſium & alios Livii enarratores ad 9, 18. Sed pro hominibus in ſeculo viventibus etiam uſus eſt Horatius 3, od 6, 17 *Fœcunda culpæ ſecula, nuptias Primum inquinavere.* Stat. Theb. 11, 592 *Creſcat opus, totisque exſpectent ſecula ripis.* Sic Virg. Georg. 1, 501 *Everſo ſuccurrere ſeclo.* Flor. 4, 12, 65 *Pronum in omnia mala & in luxuriem fluens ſeculum.* Tac. Germ. 19, 3 *Corrumpere & corrumpi ſeculum vocatur*, ubi pro moribus ſeculi ponitur, der welt-lauff. ¶ 4. Chriſtianis ſcriptoribus *Seculum* frequentiſſime pro naturali vita & rationali, quam etiam mundum vocant, ponitur; & illi, quam Chriſtus formavit atque præſcripſit, tum quæ poſt mortem pios in cælo manet, opponitur, die welt. Prudentius hymno 5 Καθημερ. v. 109 *Feſſos ille vocat per freta ſeculi: Freta ſeculi* vocat, quæ Paulinus ad Nicetam *vada cæca ſecli* pari allegoria v. 173 appellavit; calamitates atque diſcrimina, quibus viventes in mundo objicimur; & Periſteph. hymn. 3 extr. *vincla ſecli*, impedimenta pietatis. Sic, *Inquietum ſeculi pelagus*, Cæſarius Arelatenſis Homil. 18; & *Salum ſeculi*, Ruricius 2 epiſt. 12 dixit. Optatus Mil. lib. 1 *Petitis a me in ſeculo judicium, cum ego ipſe Chriſti judicium exſpectem.* Hinc, *digredi ſeculo*, *educi ſeculo*, pro *mori* Tertullianus: contra, *demorari in ſeculo*, pro *vivere*, Zeno Veronenſis dixit Serm. de S. Arcadio in fine. *Pompam ſeculi* pro faſtu mundano, Idem dixit Tertullianus. Aliquando paullo ſtrictius hæc vox de gentilibus uſurpatur. Tertull. Exhort. ad caſtit. c. 13; *Videmus etiam ſeculi exempla*, id eſt, gentilium. Hieron. adv. Iovinian. 3, 26 & ſeq. perinde etiam uſus eſt. *Seculo mori* dicuntur Monachi vitam monaſticam amplexi. Verum & extra eccleſiam *Seculum* pro humanis rebus Latini veteres dixere, uti copioſe oſtenſum ivit Borrich. Vindic. p. 217. Vſus illis præcipue exemplis, quæ modo n. 3 retulimus. ¶ 5. De illis, qui *Seculum* ſcribunt, vide Voſſ. Etym. p. 460, & Dausquej. orthogr. hac voce. De Varronis ſententia, cui *Seculum dictum a ſene*, v. ſupra. Iſidoro 5, 38 *Inde ſecula, quod ſe ſequantur.* Turnebus 26, 13 cenſet *ſeculum* ab ἡλικία deduci. Aliis eſt a *ſeco*, quod in minores ſecetur partes; aliis ab ἑκατὸν *centum*. conf. Cæl. Rhodig. 20, 6; & Voſſ. l. c.

¶ Sēcŭlāris, *e*, quod ex ſeculi tempore eſt, hundertjährig. Sic, *ludi ſeculares*, qui ſeculis ſingulis celebrabantur Romæ, in quorum obſervatione tamen magna varietas fuit, de qua Cenſorinus ſupra laudato loco. conf. & Feſtus. Tales celebrati ab Auguſto, de quo Suet. c. 31; & a Claudio, de quo Id. c. 21; & a Domitiano, de quo c. 4. conf. Plin. 7, 48. add Noris epiſt. Conſul. p. 166 ſq. Sic *Carmen ſeculare* compoſuit Horatius, ut caneretur ludis ſecularibus. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 123 ſq. & qui ex inſtituto de hoc argumento egerunt, Onuphrium Panvinium, Iuſtum Rycquium, P. Taffinum, I. A. Turretinum, G. Schwartzium, I. M. Geſnerum, Airmannum, &c. ¶ 2. Chriſtianis idem eſt, quod mundanum, profanum, & periturum atque caducum, weltlich, zeitlich. Sic, Hieronymo epiſt. 22, 13 *Codices ſeculares* libri profani, ut Ciceronis, Plauti &c. *Literæ ſeculares*, Tertull. de Corona c. 7; id eſt, profanæ: *Viri ſeculares* mundanis curis negotiisque dediti, paſſim & aliis etiam dicuntur. Et, *Secularis militia*, vita mundana, ap. Vincent. Lirinenſem. Apud Tertull. Exhort. ad Caſt. c. 13 *Fœminæ ſeculares*, paganæ ſive gentiles ſunt.

¶ Triſeclifenex vocatur Neſtor a Nævio apud Gellium 19, 7, i. e. trium ſeculorum ſenex, ein dreyhundertjähriger.

SĔCVNDVS, *a*, *um*, primum ſequens, der folgende. Eſt enim a *ſequor ſequendus*, vel *ſequundus*, quod placet Salmaſio ad Lamprid. Severum c. 37. Ita in illo veteris poëtæ apud Cic. Att. 7, 26 p. 741 *Si te ſecundo lumine hic offendero*, i. e. ſequenti, poſtero. v. n. 6 & in *Obſecundo.* Communiſſime autem ſignificat ordinem & numerum, der andere; ut, *Secundus de tribus*, Cic. de Orat. c. 15. *Secundus a rege*, Hirt. B. Alex. c. 66, der nächſte nach dem Könige. *Secundus in dicendo locus*, Cic. Att. 1, 13. Id. in Orat. c. 1 *Prima ſequentem honeſtum eſt in ſecundis tertiisque conſiſtere.* Eam ſententiam ſic citat & explicat Quintil. 12, 11 *Etiamſi quis ſumma deſperet, tamen eſt, ut Cicero ait, honeſtum in ſecundis tertiisque conſiſtere.* Cæſar vero principatus ſemper cupiditate flagrans, cum caſtellum aliquando ſterile quoddam in Alpibus prætergrederetur, atque amici dubitarent, an & ibi de principatu contentiones eſſent æmulationesque, primum cogitabundus reſtitit, ac deinde dixit: *Mallem hic eſſe primus, quam Romæ ſecundus*, ἐβουλόμην πρῶτος ἐνταῦθα εἶναι, ἢ δεύτερος ἐν Ῥώμῃ, Plutarch. *Secundus* autem ita aliquis dicitur, ut juxta ab *Altero* & *Proximo* differat: vide ſupra *Alter*, & *Proximus* in *Prope.* conf. Nepos 16, 4, 3. ¶ 2. Conſtruitur autem *Secundus* non modo cum ablativo, præpoſitione interveniente, ut in illo Hirtii jam vidimus: *Secundus a rege*; verum etiam cum dativo. Virg. Æn. 11, 441 *Haud ulli veterum virtute ſecundus.* Quod Silius imitatur 7, 35 *Nulli virtute ſecundus*, der niemand nachgiebt. Idem 12, 431 de urbe Petilia: *Infelix fidei, miſeræque ſecunda Sagunto.* Vbi ſimilitudinem notat & paritatem, ſicut apud Horatium 1 od. 12, 18 *Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum*: *Proximos illi tamen occupavit Pallas honores.* Eſt etiam tertia conſtructio, ut, *Secundus ad regium principatum*, Cic. de Fin. 3, 16. ¶ 3. *Menſæ ſecundæ*, apud Nepot. 17, 8, 4, der nachtiſch. Ita vocantur bellaria, πέμματα, Φαγήματα, quæ poſt alios cibos convivis jam cibo potuque ſatiatis apponebantur, ad eorum appetitum quaſi denuo excitandum, das confect; de quorum inſtructu vid. Stuck. Antiq. Convival. 2, 2, & Buleng. de Conviviis 2, 39. ¶ 4. *Secundæ partes*, eorum ſunt in comœdiis, qui non tam ſæpe, ac illi, qui primas ſuſtinent, procedunt in ſcenam. Aſcon. in Divin. Cic. p. 34 COMOEDIA, inquit, *quinque actus habet, hoc eſt, quinquies ducitur in ſcenam. Eſt ergo perſona primarum partium, quæ ſæpius actum* (ad agendum) *progreditur. Secundarum & tertiarum, quæ minus minusque procedunt.* De his inſignis ac notabilis locus eſt Cic. Divin. in Verr. c. 15 *Vt in actoribus græcis fieri videmus: ſæpe illum, qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, cum poſſet aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, ut ille princeps quam maxime excellat, ſic facit Allienus.* In mimis vero aliter dicebantur *ſecundæ partes.* Ibi enim cum ipſis actoribus prodibant alii, qui principes ſuos imitabantur, geſtus eorum atque ſermones referebant. Vnde & ὑποκριταὶ Græcis, Latinis vero alio nomine & *Subdicæ* dicebantur, quod poſt principes actores dicerent. Vet. Gloſſ. *Secundarius, ſubdica*, ὑποκριτής. Suet. Cal. c. 57 *Cum in Laureolo Mimo, in quo actor proripiens ſe ruina ſanguinem vomuit, ut plures ſecundarum certatim experimentum artis darent, cruore ſcena abundavit.* Hinc eleganter Horatius ſcurram ſeu aſſentatorem, omnia heri ſui dicta geſtusque ſequentem & admirantem, cum ſecundario hujusmodi comparat, 1 epiſt. 18, 10 *Alter* (ſcurra) *in obſequium plus æquo pronus, & imi Deriſor lecti, ſic nutum divitis horret, Sic iterat voces, & verba cadentia tollit, Vt puerum ſæva credas dictata magiſtro Reddere, vel mimum partes tractare ſecundas.* V. ibi Torrent. Ad illas autem ſcenicorum partes & Ciceronis illud, quod ſupra produximus, interpretandum eſt, *Honeſtum eſſe, in ſecundis tertiisque conſiſtere.* ¶ 5. *Secundum* etiam dicitur, quod primæ bonitatis non eſt, ſchlecht, gering, & ita *ſecundum panem* Horatius dixit, qui non de ſiligine erat, hoc eſt, ipſo farinæ triticeæ flore, ſchwartzbrot. Ita enim 2 epiſt. 1, 123 *vivit ſiliquis & pane ſecundo*; in quo communem & minime delicatum victum deſignare voluit. Hic & *ſecundarius* & *cibarius* appellabatur, de quo infra. *Secundam virtutem* Seneca dixit de Benef. 5, 25 *moneri velle & poſſe.* Vt primæ ſit, per ſe & reperire, & facere recta. *Secundæ ſortis ingenia* Idem epiſt. 52 ſimiliter dixit, quæ bona quidem, duce vero & hortatore indigent. Talia *ingenia* ſunt inferioris notæ; ita *Secundum genus hominum*, Flor. 3, 20, 1, ſunt ſervi, homines inferiores, & quaſi deterioris notæ. Sicut apud Heſiodum in Ἔργοις δεύτεροι δαίμονες, quos Seneca epiſt. 110 vocat *inferioris notæ.* Idem Sen. epiſt. 92 *hominem* vocat *animal pulcherrimum & Diis ſecundum.* ¶ 6. *Secundum* etiam dicitur, quicquid ſequitur & comitatur. Nigidius apud Gell. 2, 22 *Eteſiæ & auſtri anniverſarii ſolę ſecundo flant*; & Gellius diligenter quærendum, quid ſit *ſecundo ſole.* Quod ſi eteſiæ a meridie flant, neceſſe eſt, ſolis radios comitari, ac velut a tergo ſequi. Id itaque *ſolem ſecundum* vocat. Similiter idem Nigidius *Squamam ſecundam* in piſcibus dixit, quæ manum prementis ſequitur, & nihil offendit, cui adverſa contraria eſt. Quod Rutgerſius obſervat Var. Lect. 3, 16. v. & Salmaſii Exercit. Plin. qui fuſius hoc fragmentum Nigidii explicat p. 890. Non prætereundus locus Nepotis eſt 16, 5, 4 *Pelopidas conjectu telorum confoſſus cecidit. Atque hoc ſecundâ victoriâ accidit. Nam jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ.* Lambinus ſatis audacter *ſecunda pugna* reſcribendum putat. Sed nihil mutandum. Meliore loco Thebanorum fuiſſe, quam tyrannorum res, ex eo conſtat, quod noſter dicit, eorum copias jam inclinatas fuiſſe, molitasque fugam: quod victoriæ initium fuit. Quamvis autem ducis intervenerit caſus, quod alias plurimum damni afferre ſolet, & impedire victoriæ curſum; nihilominus tamen nunc deſeruiſſe fortunam Thebanos ſignificat, atque ſic victos profligatosque penitus tyrannos fuiſſe: quod *ſecundam victoriam*, quaſi *ſecundum ſolem* Nigidius dixit, quod ſequeretur Thebanos, & minime eos deſereret. Ita *ſecundum currum* Virgilius dixit, qui pergit decurrere, nec impeditur. Ita enim Æn. 1, 156 *Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo.* Ita *Secundum amnem* & *fluvium* idem dixit, qui prono alveo devehit, & ſequitur adeo vehentes. Ita enim Georg. 4, 347; & Æn. 8, 549 *Secundo defluit amni*, nach dem ſtrom. Et, *Mari ſecundo*, Liv. 29, 7, quod æſtu inclinatum eſt. *Ventum & æſtum uno tempore nactus ſecundum*, Cæſ. B. Gall. 4, 33. *Secundo æſtu oſtio fluvii Indi invehitur*, Iuſtin. 12, 10. Quemadmodum & *ſecundum ventum* dicimus, qui ſequitur a tergo, & navem impellit, quem *ſecundantem* dixit Tac. An. 2, 24, 4. *Ferens* aliis appellatur, & *adverſo* opponitur. *Secunda vis aquæ* ap. Sen. Qu. Nat. 3, 26,

3, 26, qua undâ undam ſequitur, & inde curſum impellit. ¶ 7. Et quia *ſecundo flumine devehi*, res lætæ & facilis, quod remigandi labore vacare licet; cæterum *ſecundis ac ferentibus ventis uti* felicitatis cujusdam eſt, idcirco *Secunda* pro lætis & proſperis paſſim dicuntur: item pro benevolis atque faventibus, glücklich günſtig. Servius: *Secundam fortunam dicimus, quod ſecundum nos eſt, id eſt, prope nos, a ſequendo.* Et Feſtus: *Secunda res non a numero dicuntur, ſed quia, ut velimus, ſequantur.* Cic. ad Qu. fratr. 2, 1 *Secundis admurmurationibus cuncti ſenatûs*, id eſt, faventibus. Id. Att. 1, 17 *Secundam concionis voluntatem* dixit, quæ favebat, & approbabat ejus cauſſam. Ovid. A. A. 1, 584 *Neu dubites illi verba ſecunda loqui*, h. e. quidquid ipſi placere ſenſeris. Liv. 2, 38 *Eos ipſos ſedulo audientes ſecunda iræ verba*, h. e. iræ concitandæ accommodata. Florus 3, 15, 3 *Cum jam nimius & potens* (Gracchus) *altero tribunatu ſecunda plebe volitaret*, id eſt, favente, vel ſerviente: metaphora a ſervis, qui ſequuntur dominos, ut ad nutum præſto ſint. Id. de Hannibale 2, 6, 16 *Ita inſtruxit aciem, ut Romanis adverſus hæc omnia obverſis, quaſi ſecundum cœlum tenens, vento, pulvere, ſole pugnaret.* Et Cic. Tuſc. 2 proœm. *Si quis univerſam philoſophiam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſſet*, id eſt, favente & approbante populo. *Secundis auribus aliquid dicere*, eleganter eadem ratione Liv. 33, 43. Et Lucan. 7, 49 *Cauſſa jubet melior ſuperos ſperare ſecundos.* Sic, *Fortuna* vel *Res ſecunda*, glück; contraria *adverſa*, unglück. *Canon inconſideratior in ſecunda quam in adverſa fortuna*, Nepos 9, 5, 1. Contra *Timoleon multo ſapientius tulit ſecundam quam adverſam*, Id. 20, 1, 2. conf. Gell. 7, 3. Sic Id. Nep. 7, 6, 2 *Et adverſæ ſuperiores & præſentes ſecundæ res.* Abſolute Id. 7, 8, 4 *Si quid ſecundi eveniſſet*, wenn es wohl ablieffe. Sic, *Exitus ſecundi*, Horat. 4 oda 14, 38. Idem 1 epiſt. 10, 30 *Quem res plus nimio delectavere ſecundæ, Mutatæ quatient.* Ter. Andr. 5, 6, 11 *Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice*, wenn dirs wohl gehet. Liv. 30, 12 *Sed tam ſecundis, quam adverſis rebus, non dari ſpatium ad ceſſandum.* Auct. ad Herenn. 4, 17 *Sapienter cogitant, qui temporibus ſecundis caſus adverſos reformidant.* Salluſt. Cat. c. 11 *Secundæ res ſapientum animos fatigant.* ¶ 8. Comparat. Suet. in Iulio c. 2 *Reliqua militia ſecundiore fama fuit*, id eſt, meliori. *Secundiores res concedere*, Cæſ. B. G. 1, 14. *Secundiore prælio*, Id. ibid. 2, 9: Sicut & *Secundiſſimum prælium* Hirtius dixit B. Alex. c. 11. *Res ſecundiſſimæ*, gutes glück, Cic. Off. 1, 26. *Secundiſſimo vento curſum tenere*, Id. Nat. D. 3, 34. *Secundiſſima auſpicia*, Suet. Galba c. 9. Et, *Leges ſecundiſſimæ plebi, adverſæ nobilitati*, Liv. 8, 12. Abſolute: *Omnia ſecundiſſima nobis accidiſſe videntur*, Cæſ. in Cic. Att. 10, 8. ¶ 9. *Secundus* etiam cognomen Romanum fuit, Pliniorum v. g. Pomponiorum, Iuliorum.

¶ Sĕcundæ, *arum*, f. pl. ſubſt. plurale tantum, membrana illa, qua in utero partus devolvitur, die afterbürde, nachgeburt, quæ & *Secundina* dicitur. Plinius 20, 9 & 13 *ſecundas* appellavit. conf. Id. 27, 8; Senecæ locus laudatus in *receptaculum*. Cell. 7, 29: Et Apul. de Herb. c. 92, 10 *Si ſecundæ a partu non ſequuntur.*

¶ Sĕcunde, adverb. glücklich. Cato ap. Gellium 7, 3 *Quod hæc res tam ſecunde proceſſerit.*

¶ Sĕcundo, adverb. zum andern mal. Cic. pro Plancio c. 20 *Equidem primum, ut honore dignus eſſem, maxime ſemper laboravi: ſecundo, ut exiſtimarer.* Chariſius 1 p. 92 *Primo, πρῶτον, ſecundo, δεύτερον, tertio, τρίτον.* Hujus adverbii cauſſa citatur Cato ab eod. p. 195. Non autem frequentioris uſus eſt, ſed elegantiſſimus quisque in ejus locum geſtit ſubſtituere aliud. Si ordo multarum rerum numerandus eſt, *Deinde* plerumque in ejus eſt loco. Sic Cic. Cat. 2, 9 numeros ita diſponit: *Primum; Deinde; Præterea; Denique:* & Cat. 4, 3 *Primum; Deinde; Tum; Poſtremo.* In conſulatus ordinatione *iterum* pro *ſecundo*, ponunt: v. g. Cic. de Ar. Reſp. c. 12 *P. Africanus iterum conſul.*

¶ Secundum, adv. idem. Auguſtinus libro de Grammatica in Adverbio: *Eſt obſcuritas in adverbiis, utputa; Secundo factus eſt conſul, & ſecundum fuit conſul.* SECVNDO *autem ad ordinem pertinet*, SECVNDVM *ad numerum.* Quod ibidem ad eumdem modum interpretatur, quo Varro apud Gellium 10, 1 diſtinxit inter *quarto prætorem*; & *quartum prætorem fieri.* Sed jam diximus, veteres, *iterum conſul*, maluiſſe dicere, quam *ſecundo* vel *ſecundam.* Sic & Velejus 2, 4, 2 de altero Africano: *Creatus iterum conſul.* Cæterum Varro ap. Nonium 2, 621 *Animadvertendum primum, quibus de cauſſis & quemadmodum conſtituerint paces; ſecundum, qua fide & juſtitia eas coluerint.*

¶ Sĕcundum, præpoſ. ſignificans *prope, ad*, nächſt, bey an; ut, *Duo vulnera, &c. unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem*, Sulp. ad Cic. Fam. 4, 12. *Quid illuc eſt hominum ſecundum litus?* Plaut. Rud. 1, 2, 60. *Si ſecundum mare ad me ire cœpiſſet*, Cn. Magnus in Cic. ad Att. 8, 12. *Paſcant ſecundum flumina*, Virg. Georg. 3, 143. ¶ 2. Vel *poſt*: ut, *Secundum patrem tu es proximus*, nach dem vater, Plaut. Capt. 2, 1, 42. Et Cic. Off. 2, 3 *Proxime & ſecundum deos homines hominibus maxime utiles ſunt.* Id. Att. 12, 15 *Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine.* Et, *Secundum hunc diem*, Id. de Orat. 1 extr. *Secundum hæc ſilentium fuit*, Liv. 32, 33. *Secundum hanc orationem jubet*, Petron. c. 112, nach oder auf dieſe rede. Conf. Hadrian. Card. de Serm. Lat. p. 353; Cort. ad Sall. Iug. 14, 3; Drakenb. ad Liv. 24, 10. ¶ 3. Sed, *ſecundum cauſſam multa diſputare*, Cic. Att. 4, 2, id eſt, pro cauſſa, der ſachen zu gut. *Secundum aliquem litem dare*, vel *dare* abſolute, eſt pronunciare pro aliquo, auf einer ſeite ſprechen. Cic. pro Q. Roſc. 1 *Quo minus ſecundum eas lis detur, non recuſamus.* Paullo ante, *quo minus ſecundum illum judicetis non recuſo.* v. Gell. 5, 10; Briſſon. in Lex. v. *Dare ſimpliciter.* Suet. Claudio c. 15 *Abſentibus, ſecundum præſentes, facillime dabat nullo delectu*: id eſt, ſi contingeret, alterum litigantium partem abeſſe, ne comperendinanda eſſet cauſſa, pro præſentibus pronunciavit, hoc eſt, ita pronunciavit, ut præſentes cauſſa vincerent. Id. paulo poſt: *Ex tabella pronunciaſſe creditur*, SECVNDVM EOS SE SENTIRE, QVI VERA PROPOSVISSENT. Tac. Hiſt. 3, 7, 1 *Principia belli ſecundum Flavianos*, id eſt, pro Flavianis, a parte Flavianorum erant. ¶ 4. Et rurſus alio modo Ter. Eun. 5, 9, 60 *Collaudavi te ſecundum facta & virtutes tuas*, i. e. pro factis, nach. Cic. pro Flacco c. 21 *Sententiam ſecundum Plotium dicere*, i. e. juxta Plotii ſententiam. Id. Planco in Attic. 16, 16 *Quæ conſules decreverunt ſecundum Cæſaris decreta.* Horat. epod. 7, 9 *Secundum vota Parthorum perire.* ¶ 5. *Secundum quietem*, id eſt, per quietem, im ſchlaf. Ita Cicero loquitur de Divin. 1, 24 de ſomniis exponens. Livius 21, 22 *in quiete* dixit, cum aliud ſomnium Annibalis refert: *Fama eſt*, inquit, *in quiete viſum de eo juvenem divina ſpecie, &c.*

¶ Secundo, *avi, atum, are*, idem poëtis eſt quod *proſperare*, beglücken, ſegnen. Virg. Æn. 7, 259 *Dii noſtra incepta ſecundent.* Propert. 3, 21, 14 *Iam liquidum nautis aura ſecundat iter.* Sen. in Hercule Fur. 645 *Deus ſecundet votum noſtrum.* Plaut. Rud. 4, 2, 3 *Tempus ei rei ſecundat*, i. e. favet.

¶ Secundans, *tis.* Tac. An. 2, 24, 4 *Secundante vento*, i. e. ferente, juvante, influente in vela.

¶ Secundātus, *ûs*, m. ſubſt. eſt ſecundus locus, die nächſte ſtelle nach der erſten. Tertull. de Anima c. 27 *Alteri primatum damus, alteri ſecundatum.*

¶ Secundatio, *ōnis*, f. apud Auguſtinum.

¶ Secundātor, *ōris*, m. apud Hieronymum.

¶ Secundārius, *a, um*, geringer; ut, *Panis ſecundarius*, Suet. Aug. c. 76, qui & cibarius eſt. vide *Panis.* Ita, *Secundarium mel, paſſum oleum*, Colum. 12, 11 & 39 & 52. ¶ 2. Et, *Secundarius*, qui ſecundæ eſt claſſis. Cic. de Clar. Orat. c. 69 *Arrius M. Craſſi quaſi ſecundarius*, id eſt, in ſecunda aut proxima a M. Craſſo claſſe. ¶ 3. Qui ſecundas agit, de quo ſupra in *Secundus*, n. 4.

¶ Secundānus, *i*, m. ſecundæ legionis, vel cohortis. Liv. 35, 5 *Secundani terga hoſtium cædunt.* Plin. 3, 4 *Arauſio ſecundanorum*, i. e. militum ſecundæ cohortis.

¶ Secundicerius, *i*, m. ſecundi ordinis, ſicut primicerius eſt primi. L. 4 Cod. de Domeſt. & protect. *Si quis virorum fortium, præſentalium domeſticorum; in equitum ſchola ſecundicerii locum adeptus &c.* Adde Titul. Cod. *de Primicerio & Secundicerio.*

¶ Secundina, *æ*, f. medicis dicitur, quæ veteribus *Secundæ*, ubi vid.

¶ Obsĕcundo, *are*, idem ac obſequi, zu willen ſeyn, gehorchen. Ter. Heaut. 4, 6, 23 *Quaſi cauſſa id fiat, obſecundato in loco.* Id. Adelph. 5, 9, 37 *Hæc reprehendere, & corrigere me, & obſecundare in loco.* Cic. pro L. Manil. c. 16 *Non modo cives aſſenſerint, ſocii obtemperarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti tempeſtatesque obſecundarint.* Quinctil. Inſt. Orat. 11, 3 *Simul capite atque humeris ſenſim ad id, quo manus feratur, obſecundantibus.* Liv. 3, 35 *Obſecundando mollire impetum aggrediuntur*, durch nachgeben.

¶ Obſecundanter, adverb. Nonius 2, 607 ex Nigidio: *Obſecundanter naturæ vivere.*

¶ Obſecundātio, *ōnis*, f. obſequium, der gehorſam, die willfahrung. *Servilis obſecundatio*, L. 92 Cod. Theod. de Decurionibus. conf Saresb. 3, 6.

¶ Obſecundator, *ōris*, m. ein bedienter; ut, *Obſecundatores ſacrorum ſcriniorum*, L. 3 Cod. Theod. de proximis comitib. diſpoſitionum; ſunt, qui in ſcriniis operam navant.

¶ Subsĕcundārius, *a, um*: ut, *Subſecundaria tempora*, id eſt, ſubſeciva, Gell. 20 c. ult. 5 epilogo. vide *Subſecivus* in *Seco.*

SĔCŪRIS, *is*, f. bipennis, πέλεκυς, (a qua differre docet, licet ſæpe a poëtis confundantur, Dan. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 16, 64) das beil, die axt, ut, *Securi percutere*, enthäupten, Cic. in Piſ. c. 34. *Securi cervices ſubjicere*, ibid. Et, *Acies ſecurium tuarum* in Verr. 5, 43 extr. Adde Colum. 4, 25; Virg. Æn. 6, 819; Horat. 1 ſat. 1, 99; item 3 od. 23, 12. Et quia Faſces & Secures inſignia magiſtratus, Id. Horat. 3 Od. 2, 19 *Nec ſumit aut ponit ſecures* (i. e. honores metonymice) *Arbitrio popularis auræ.* In faſcibus autem magiſtratuum reliquorum extra urbem tantum, dictatorum vero etiam in urbe ſingulæ erant ſecures. ¶ 2. Sed, *Infligere*, vel *injicere ſecurim* ſeu *plagam*, eſt vehementer lædere ac vulnerare, heftig beſchädigen; ut, *Gravem*, vel *Graviorem reipublicæ infligere ſecurim*, Cic. pro Plancio c. 29. Id. pro Mur. c. 24 pr. *Quam te ſecurim putas injeciſſe petitioni tuæ, quam ipſe tibi officiſſe.* Et ad Qu. fratr. 2, 10 *Tenediorum libertas ſecuri Tenedia præciſa eſt*, durch ihre eigene ſchuld. In caſu quarto *ſecurim*, nunquam *ſecurem* te legiſſe, Voſſius monet, Inſt. Gramm. 4, 10.

¶ Secūrĭcŭla, *æ*, f. diminut. Plin. 18, 19 *Si inter arbores aretur, ſecuriculam in ſtiva pendere oportet, qua intercidantur radices.* Plaut. Rud. 4, 4, 114 *Securicula ancipes* pro *anceps*, i. e. utrimque ſecans. Arnob. 2, 56 *Fecerunt ſibi raſtra, ſecuriculas, vomerem.* ¶ 2. Retinaculum ligneum, eine holtz-klammer. Vitruv. 4, 7 *Trabes ſint compactæ ſubſcudibus & ſecuriculis.* conf. 10, 17. Nam ſecuriculæ ſi duplicem contineant cuneum, *ſubſcudes* dicuntur. Formam vide in Lex. Vitr. p. 119.

¶ Sĕcūrĭcŭlātus, vel Securiclatus, *a, um*, ſecuriculis conjunctus & munitus vel compactus, beklammert. Vitruv. 10, 15 *Securiclatis cardinibus* dixit, qui Philandro ita formati videntur, ut partes extremæ referant ſecurim falcis vinitoriæ.

¶ Securidaca, *æ*, f. herba, quam Græci a ſimilitudine πελέκυνον vocant, peltſchen, Plin. 18, 17; & 27, 5.

¶ Sĕcūrĭfer, *a, um*, qui ſecurim fert. Ovid. Met. 12, 460 *Antimachumque, Helimumque, ſecuriferumque Pyracmon.*

¶ Sĕcūrĭger, *a, um*, idem; ut, *Dextra ſecurigera*, Sil. 16, 48. *Catervæ ſecurigeræ*, Val. Flacc. 5, 137. *Securigeras inter puellas*, Ovid. Heroid. 4, 117. conf. Sen. Agam. v. 214.

Securitas, ſecurus, vide *Cura.*

SĔCUS, præpoſitio, ſignificat *prope*, bey; ut, *Secus illum ſedi*; ſed id a vulgo uſurpatum tantum, & novum ac ſordidum Chariſius pronunciat lib. 1 p. 61. Sed defendit Pincier. Parerg. 4, 31. Et eſt ſane apud Quint. 8, 2 p. 677 *Secus viam ſtare.* v. ibi Burm. Ita uſus vetus Interpres Pſalmi 1 *Tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Et videtur ſane propinquitatem notaſſe etiam antiquis v. g. Cato R. R. c. 21 aliquoties *utrimque ſecus* vel *utrumque ſecus*, nam ita etiam ſcribitur, h. e. *utrumque latus* vel ex utraque parte. Huc pertinent *Extrinſecus, Intrinſecus.* ¶ 2. *Secus*, adverb. idem eſt quod *aliter*, anders, weniger. Vet Gloſſ. *Secus, ἑτέρως καὶ πλησίον.* Chariſius l. c. *Vit SECVS & adverbium, quod ſignificat aliter; unde naſcitur SEQVIVS ἀλλαιστέρως.* Idem 2 p. 195 ex Nævio: *Secus ſi unquam quic-*

quam feci, &c. Sic, *Niſi quid tua ſecus ſententia eſt*, Plaut. Epid. 2, 2, 56; & Capt. 2, 2, 23 *Nec mihi ſecus erat, quam ſi eſſem familiaris filius.* Cic. in Pif. c. 28 *Recte, an ſecus, nihil ad nos.* Præponuntur ei fere *Non, Haud.* Reperies & *Longe ſecus*, viel anders. Sequuntur *quam, ac, atque.* Cic. Att. 6, 2 *Mihi erat maxime curæ, ne quid fiat ſecus, quam volumus.* Et pro Mur. c. 4 *Non ſecus ac ſi meus frater eſſet.* Id. fam. 3, 6 *De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris non nihil loci dediſſe*, videtur referri ad eam, quæ præcedit, animi Ciceronis ſignificationem. Virg. Æn. 3, 236 *Haud ſecus ac juſſi faciunt.* Cic. de Orat. 3, 30 *Paullo ſecus a me atque ab illo partita ac diſtributa ſunt.* ¶ 3. Ponitur & in ſignificatione mali, ungleich übel. Suet. Tib. c. 2 *Malta multorum Claudiorum egregia merita, multa ſecus admiſſa in rempublicam exſtant:* Vbi Caſaub. SECVS *eſt* ἑκὰς, *at* ἐξ, *ſex, aliaque multa. In Gloſſario exponitur* ἑτέρως, νοῦ πλησίον, *non male. Nam vicina non dicuntur, niſi quæ ſunt* ἑκὰς, *& naturam ſeparatam habent. Perro ut Græcis* ἄλλο *&* ἕτερον, *Latinis* ALIVD *per* εὐφημισμὸν *ponitur in ſignificatione mali; ſic & SECVS uſurparunt pro* κακῶς. *Salluſtius:* SI SECVS ACCIDAT HVIC REIP. *& paſſim &c.* ¶ 4. *Secus*, nomen, pro *Sexu*, vide infra *Sexus*, & Charil. l. c.

¶ Seclus, comparativus eſt a *Secus*, unde Charifius deducit, pro *minus.* v. p. 195, ubi Afranius: *Perdit tua imbecillitas me, quo ſecius me colligam.* Nec differunt SECIVS & SEQVIVS; niſi ſcriptione. Ita promiſcue COCVS, & COQVVS, & alia dicebant. Notandum autem, Virgilium primam in SECIVS ſemper producere; cum tamen primam in SECVS perpetuo corripiat: ut Georg. 3, 367 *Interea toto non ſecius aëre ningit.* Et Æn 7, 781 *Haud ſecius æquore campi Exercebat agros.* conf. Æn. 5, 862. An quia hic *ſequius* ſcribendum, quaſi QV poſitionem faciant, & ſyllabam ita producant? Nam & Lucretius primam in AQVA non ſemel produxit. Sic, *Nihilo ſecius, Nec eo ſecius*, apud Feſtum eſt *nihilo minus*, nichts deſto weniger. conf. Nepos 1, 2, 3; 9, 2, 4; Cæſ. B. C. 3, 26, &c. Ter. Andr. 3, 2, 27 *Sed nihilo ſecius mox deferent puerum huc ante oſtium.* Nepos 25, 22, 3 *Tamen propoſitum nihilo ſecius peregit.* Adde Plaut. Men. 5, 7, 57; & Trin. 2, 3, 6, quo tamen loco Gron. legit *facilius.* ¶ 2. *Segnius* ſæpius poſitum in poetis, ubi ex MSS reſtituendum *ſecius*, docet Heinſ. ad Ovid met. 2, 809. ¶ 3. *Sequor* & *ſequius*, adject. vide infra in *Sequor.*

Altrinſecus, vid. *Alter*, Circumſecus, *Circum*, Extrinſecus, *Extra*, Forinſecus, *Foris*, Intrinſecus, *Intra*, Retroſecus, *Retro.*

Secutio, ſecutor, ſecutuleja, vide infra *Sequor.*

SED, conjunctio adverſativa, ſondern, aber. Ter. Andr. 3, 1, 4 *Fidelem haud ferme mulieri invenias virum, ſed hic Pamphilus firmavit fidem.* Cic Att. 1, 18 *Non odio adductus alicujus, ſed ipſe non corrigendæ, ſed ſanandæ civitatis.* Id fam 11, 17 *Magna ejus in me non dico officia ſed merita.* Et 16, 6 *Non modo dignitas nulla erat, ſed etiam ſumma deformitas.* Et 3, 15 *Dies non modo non levat luctum hunc, ſed etiam auget.* Illud *non modo*, præſertim in MSS. ſæpe abeſſe ſequente nihilominus *ſed etiam* docet Victor. ad Cic. Att. 3, 15 p. 317 ſq. Græv. ¶ 2. Interdum idem eſt quod *ſed etiam, verum etiam:* ut, *Non digito uno vedandat, ſed capite, collo, &c.* Cic. Nat. D. c. 35. *Omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed præfuit*, Id. fam. 1, 6. Omittitur vero *ſed* nonnunquam poſt *non ſolum, non tantum.* Liv. 28, 39 *Ita bello afflixit, ut non modo nobis, ne poſteris quidem timenda noſtris eſſet.* v. Burman. ad Phæd. præf. l. 1 v. 6. Cic. de Offic. 1, 22 *Hæc quidem res non ſolum ex domeſtica eſt ratione, attingit etiam bellicam.* ¶ 3. Interdum ſignificat *quin etiam.* Plin. 7, 30 *Sed & noſtrorum gloriam percenſeamus.* vid. Geſn. ad Col. 12, 44, 7. Burm. ad Gratium 48. ¶ 4. Videtur cauſſalis eſſe & pro *Nam* poni in iſtis: Cic. Fin. 3, 4 *Sedulo faciam. Sed fortuna fortes; quare conare quæſo.* Martialis 10 epigr. 18 *Ignota eſt toga: ſed datur petenti Ruptæ proxima veſtis e cathedra.* Iuvenal. ſat. 15, 94 *Sed res diverſa, ſed illic Fortuna invidiæ eſt.* Vbi ultimum *Sed* pro *Nam* poſitum eſt. ¶ 5. *Sed enim* pro *certe*; ut, *Sed enim nequeo durare, quin &c.* Plaut. Curc. 1, 3, 19. At Lambinus, Operarius, &c. legunt *Enimvero.* Pro ſimplici *Sed* Virgilius poſuit in illo Æn. 2, 162 *Omnis ſpes Danaûm, ac cœpti fiducia belli Palladis auxiliis ſemper ſtetit. Impius ex quo Tydides ſed enim, ſcelerumque inventor Vlyſſes, &c.* conf. Æn. 5, 395. Et Cic. Att. 6, 1 p. 579 edit. Græv. *Sed enim, ὅπου ὁμὰξ ſi pertinebatior eſt, tibi aſſignato.* Apul. Apol. p 294 ed. Elmenh. *Sed enim vir egregie doctus, & veterum æmulator, meminerat &c* Ibid p. 325 *Sed enim verſutiam tam inſidioſam negabis te unquam cognoviſſe.* ¶ 6. *Sed vero* pro *ſed potius.* Cic. Verr. 5, 6 *O præclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquillio, ſed vero cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum.*

Sedecies, ſedecim, vide ſupra *Decem.*

SĔDEO, *sēdi, ſeſſum, ſedēre*, ſitzen. Plaut. Capt. prol. v. 12 *Si non ubi ſedeas locus eſt, at eſt ubi ambules.* Sic, *Ad latus alicujus ſedere*, Cic. Verr. 5, 41. *Sedere in ſubſelliis, in ſella, in equo*, Idem. *Sedere capento*, Liv. 1, 34. *Vos in aram abite ſeſſum*, Plaut. Rud. 3, 4, 2. conf Cic. fam. 10, 32. In epulis *ſedebant*, etiam ante accumbendi rationem inventam. Ovid. Faſt. 6, 305 ſq. ¶ 2. *Sedere ad gubernacula reipublicæ*, das regiment führen, Cic. pro Roſcio Am. c. 18. ¶ 3. Ad conſtantiam refertur & ad id, quod conſtanter placet. Sic, *Nomen in ore ſedet*, ſie führt den namen ſtets im munde, Stat. Theb. 12, 115 *Illa ſedit in ingenio tuo*, ſie hat dir ſtets im ſinne gelegen Ovid. Heroid. 2, 76. *Id in animo fideliter ſedet*, man behält es, Sen. epiſt. 2. *Vox auribus ſedens*, Quintil. 11, 3. conf. A. Sabini epiſt quæ Ovid. jungitur 3, 23. Et, *Pœna ſedere* dicitur, quæ fixa hæret, jugiterque pendenda eſt. Sen. Medea v. 746 *Longe gravior pœna ſedeat conjugis ſocero mei. Sedere* etiam dicuntur, quæ conſtituta, recepta, probata, confirmataque ſunt. Grat. Cyneg v. 217 *Hic trepidas artes & vix novitate ſedentes Vidit.* Sen epiſt. 46 *Parum mihi ſedet judicium.* Virg Æn. 5, 418 *Idque pio ſedet Æneæ, probat auctor Aceſtes.* Et Æn. 11, 546 *Verſanti ſubito vix hæc ſententia ſedit.* Etiam Plin. 2, 6 *ſedere cœpit ſententia hæc*, h. e. invaleſcere & communis ac certa haberi inter omnes. Virg. Æn. 2, 660 *Et ſedet hoc animo.* Et Sil. 15, 352 *Hæc ubi ſedêre*, pro, decreta ſunt. Flor. 2, 15, 4 *Cum bellum ſederet, de belli fine tractatum eſt.* Et ibid. v. 9 *Seditque ſententia, quoquo modo rebellandum.* Similiter & *ſtare ſententia* dicitur. Et Plin. 2, 7 ſ. 5 *Sedere cœpit ſententia hæc.* ¶ 4. *Totos dies ſedere in villa*, id eſt, deſidere, otioſum eſſe, müſſig ſitzen, Cic. Att. 12, 44. *Videor interim ſedere*, Sen. epiſt. 8. *Sedeant ſpectentque Latini*, Virg. Æn. 12, 15. Et Ter. Adelph. 4, 5, 38 *An ſedere oportuit domi virginem tam grandem? &c.* Cic. fam. 16, 7 *Nos Coryciæ non ſederemus*, h. e. detineremur ventis adverſis. Cic. in Piſ. c. 5 *An poteſt ulla eſſe excuſatio, non dicam, male ſentienti, ſed ſedenti, cunctanti, dormienti in maximo reipublicæ motu conſuli?* Iuvenal. 10, 93 *Principis angusta Caprearum in rupe ſedentis.* Vbi vet. Scholiaſtes: *Significat, deſidem turpiter vixiſſe Capreis Tiberium.* Ita, *ſedere ferias*, pro otioſe feriari, vide *Reſidere.* Horat. 1 epiſt. 17, 37 *Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet: Sedit*, id eſt, ceſſavit, abſtinuit a ſuſcipiendi cura. ¶ 5. Eſt & militare verbum, & ſignificat, caſtra habere poſita; item a pugna ceſſare, ſich geſetzt haben, ſtille liegen. Liv. 2, 12 *Sedendoque expugnaturam ſe urbem ſpem Porſennæ habebat.* Plaut. Amph. 2, 1, 52 *Ordine omni, ut quidque actum eſt, apud hoſtes dum ſedimus, ediſſertavi*, da mir vorm feinde gelegen. Lucan. 2, 473 *Quamvis fortiſſima pubes Hic ſedeat caſtris.* v. Nic. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 12, 64. Val. Max. 7, 4, 5 *Apud mœnia armato ſedendum foret.* ¶ 6. Vſurpatur etiam de navibus, quæ, cum vadis vel ſcopulis obhærent, *ſedere* dicuntur. Lucan. 9, 335 *Pars ſedet una ratis.* ¶ 7. Eſt & judicum atque prætorum, qui *ſedere* dicuntur, cum ſui copiam faciunt, & cognitionibus vocant. Vnde *Seſſionum dies* appellati, de quibus deinde. Cic. pro Cluent. c. 38 *Sediſtine judex in C. Fabricium?* Id. pro Rab. Poſt. c. 5 *Modo vos iidem in A. Gabinium judices ſediſtis.* Liv. 3, 46 *Appius aliquantiſper moratus, ne ejus rei cauſſa ſediſſe videretur.* Id. 40, 8 ex perſona Philippi regis: *Sedeo miſerrimus pater judex inter duos filios.* Plin. 10 epiſt. 8 *Ego me auditurum Niceæ, reſpondi; Vbi cum ſediſſem cogniturus.* Apul. Apol. p 286 *Quod ſi modo judices de cauſſa iſta ſederent C. Fabricius, Cn. Pompejus, &c.* ¶ 8. *Sedere* etiam dicuntur miſeri & in luctu ac ſordibus viventes, vide quos laudat Burm. ad Quint. Decl. 17 p. 335. ¶ 9. Idem verbum & de humilibus deprenſque locis eleganter uſurpatur. Pomp. Mela 2, 2 *In radice magnæ peninſulæ ſedens Lyſimachia.* Lucan. 3, 380 *Mediisque ſedent convallibus arva.* Sil. 8, 508 *Per udos Alba ſedet campos.* Id. 12, 162 *Campo Nola ſedet.* Adde ibi Dauſquejo notata. Hinc & de iis uſurpatur, quæ ruunt ex alto, & collabuntur. Quam in rem Statius epicedio in patrem 5 Silv. 3, 200 de Capitolio incenſo: *Nondum rogus ille Deorum Sederat.* ¶ 10. *Veſti ſedet*, id eſt, apta eſt, es iſt gerecht, ſteht oder ſitzt recht. Quint. 11 c. ult. *Nam & ita ſedet melius toga & continetur.* Huc refero etiam Plin. Paneg. c. 10 *Bene ſedet imperium humeris tuis*; Itemque Ovid Her. 4, 24 *Sarcinaque hæc animo non ſedet apta meo.* ¶ 11. *Sedere*, pro domicilium alicubi ponere, vide *Conſidere* n. 4. ¶ 12. *Sedere, ſeſſio, ſella*, quietis & æternitatis hieroglyphica erant. Naſamones, Africæ populi, majorem partem non tantum ſedentes extirare, ſed etiam hoc ſitu humari volebant, quaſi jam æternitatem, & longam illam a laboribus ceſſationem adiſſent. Reges & Cæſares in ſubterraneis mauſoleis componuntur ſedentes taciturna & lugubri majeſtate. Romanis etiam uſitatum mortuorum Impp. ſimiles ſtatuas ſimilibus ſellis effulcire, ut qui jam fruantur æternitate. ¶ 13. *Sedeor*, in paſſivo uſus eſt Solinus c. 57 de Bucephalo: *Cum ab equario ſuo alias etiam molliter ſederetur.* Et Gell. 2, 2 *In domeſtica re atque vita ſedetur.*

¶ Sedens, *tis*; ut, *Sedens ſuper arma*, Virg. Æn. 1, 299. *Patriæ ſede ſedens*, Id. Æn. 7, 193. *Nube ſedens*, ibid. 8, 640. *Vox auribus ſedens*, v. *Sedeo* n. 3. *Lactuca ſedens*, pro *ſeſſili*, Martial. 10 ep. 48. v. *Seſſilis.*

¶ Seſſus, *ſus*, m. ſubſt. der ſitz, das ſitzen. Apul. 3 Florid. p. 353 *Locum ſeſſui impertiunt.* Marcell. & Fauſtin. libello Precum ad Impp. p. 39 *De ſeſſu in terram eliditur.* Pollio ad Cic. fam. 10, 32 *Herennium in decimum quartum ſeſſum deduxit. Tot enim fecerat ordines equeſtris loci*; ſcil. in amphitheatro.

¶ Seſſio, *ōnis*, f. idem. Cic. Off. 1, 35 *Statur, inceſſus, ſeſſio, accubatio.* Id. Fin. 5, 12 *Seſſiones quædam contra naturam ſunt* Vitruv. 6, 10 *In his locis matres familiarum cum lanificiis habent ſeſſiones*, ihren aufenthalt, wohnplatz. Seſſio autem minus apud Romanos crebra, ambulabant magis, aut jacebant; barbari aliter: de Germanis Tacitus, & de Hiſpanis Strabo lib. 3; Lipſ. Cent. 1 ad Belg. 3 p. 505. ¶ 2. *Seſſionum dies*, nempe in judiciis, ſitztage, (vid. Vlp. 36 Dig. t. 4 l. 19; & l. 38 t. 15 l. 1.) v. *Sedeo* n. 6.

¶ Seſſiuncula, *æ*, f. dimin. Ciceroni Fin. 5, 20 reſtituit Scaliger: *Circulos aliquos & ſeſſiunculas conſectari*, i. e. conſeſſus fabulandi cauſſa initos. Vulgatum *ſemicirculos* eſt ἀπροσδιονυσον.

¶ Seſſor, *ōris*, m. der da ſitzt, der ſeßhafft iſt. Nepos 5, 2, 5 *Seſſores veteres urbe ejecit*, i. e. habitatores, die einwohner. Sen. de Conſt. c. 12 *Seſſorem recuſave.* Catull. 38, 8 *Vna ducentos irrumare ſeſſores.* Horat. 2 epiſt. 2, 130 *In vacuo lætus ſeſſor plauſorque theatro.*

¶ Seſſōrium, *i*, n. ſella bajulatoria, ein ſeſſel, tragſtuhl, eine ſänffte. Petron. Fragm. Trag. p. 50 vel c. 77 *Viperæ hujus ſeſſorium.* vid. Reineſ. ad h. l. p. 119. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11 *Quolibet ſeſſorio leniter moveri.*

¶ Seſſīlĭbŭlum, *i*, n. idem. Apul. 1 Mileſ. p. 112 (Pric. p 17) *Præ metu latronum nulla ſeſſibula, ac ne ſufficientem ſupellectilem parare nobis licet.* Plaut. Pœn. 1, 2, 56 *Olet ſtabulum, ſellam & ſeſſibulum merum.*

¶ Seſſĭlis, *e*, non oblongus, ſed ad brevem rotunditatem compactus; ut, *Pyra minimo pediculo ſeſſilia*, kurtze, runde früchte birn. Plin. 15, 15. *Seſſilis lactuca* apud Martialem 3 epig. 49, 8 eſt, quæ non in altum ſurgit, nec in caulem creſcit, ſed in latitudinem potius, & in plano ſe ſpargit. Alibi *ſedentem* vocat Græci vocant φιλωτας. Sic, *Seſſilis obba*, quæ planum ac latum habet fundum, quo in ſolo ſiſtit, nec pediculum habet, quo ſtatui poſſit. v. *Obba.* Sic, *Seſſiles verrucæ* ſunt humiles inſtar piſi vel lupini, quibus opponuntur *verrucæ penſiles.* Sic, *Seſſilis malva*, Pallad. Octobr. tit 10. ¶ 2. Sed paſſive *tergum ſeſſile*, quod inſideri poteſt, de Cyllaro centauro, Ovid. Met. 12, 401

¶ Seſſĭmōnium, *i*, n. ubi ſimulacra reponuntur, & quaſi ſedent, ein ſitz, ein tempel. Vitruv. præfat. lib. 7 *In Deorum ſeſſimenio.*

¶ Seſſĭto, *āre*, frequent. ſtets ſitzen. Cic. de Clar. Orat. c. 15 *Quam Deam in Periclis labris ſeſſitaviſſe Eupolis ſeſſitaviſſe.* Et Apul. de Dogm. Plat. p. 62 *Ipſa ſeſſitandi regio*, i. e. *podex.*

¶ Seſſi-

¶ Sessĭtius, *a, um*, i. e. sedentarius, immer sitzend, ap. Sidonium.

¶ Sessĭus, *a, um*, idem. Tertull. de Spect. c. 8 *Columnas sessias sustinent.*

¶ Sessīvus, *a, um*, idem. Hinc *Sessiva*, f. subst. scilicet pars, i. e. sumen. Sext. Placit. *Illinitum in sessiva mulieris.*

¶ Sēdes, *is*, f. habitaculum, domicilium, locus, ein Sitz, eine Wohnstat; ut, *Animi sedes est in cerebro*, Cic. Tusc. 1, 9. Et, *Sedem aliquam incolere*, Decl. antequam iret in exsil. c. 10. *Patria sede sedens*, Virg. Æn. 7, 193. *Sedem habere*, Cæs. B. Gall. 1, 44. *Statim regis prætorium petunt, - in ipsius potissimum sede morituri*, Iustin. 2, 11. v. Drakenb. ad Liv. 5, 42. ¶ 2. *Sedes belli* dicitur, locus firmus, copiosus, & opportunus, ubi copiæ, arma, viri, & omne instrumentum belli, adornari atque constitui, tum exercitibus summitti commode, & plurimum inde hosti nocere queat. Tac. Hist. 3, 8, 1 *Quæsitum inde, quæ sedes bello legeretur.* Suet. Galba c. 10 *Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, repertus annulus, &c.* Et Vellej. 2, 74, 3 *Fulvia sedem belli Prænestе ceperat.* ¶ 3. *Sedes* etiam fundamentum seu basis est. Sic, *Remp. in sede sua sistere*, Augustus dicit Suet. c. 28; v. ibi Casaub. & infra in *Sisto.* Horat. epod. 13, 8 *Deus hæc fortasse benignâ Reducet in sedem vice.* Sen. Qu. Nat. c. 1 *Sequitur ut cito intercidant, quia sine fundamento & sede creata sunt. Patriam pulsam sede sua restituere*, Liv. 27, 34. ¶ 4. *Sedes* quibusdam *sella* est, in qua sedemus, ein Sessel. Plin. Paneg. c. 52 *Horum unum si præstitisset alius, illi jamdudum radiatum caput, & media inter deos sedes auro staret aut ebore.* Summos Deos enim, Iovem præcipue, sæpe sedentes in sella fingebant artifices. Ita de ephippio Plin. 8, 42 f. 64 *Bucephalus neminem alium quam Alexandrum recepit in sedem.* ¶ 5. Sedes pro æde & templo. Liv. 4, 20 *Cum auctor pugnæ recentibus spoliis in sacra sede positis, sese A. Cornel. Cossum consulem scripserit.* Id. 1, 55 *Nam mota Termini sedes.* Sil. 12, 48 *Epulas promissas sede Tonantis.* v. ibi Drakenb. ¶ 6. Denique *Sedes* nates sunt, das Gesäß; ut, *Sedes procidua*, wenn der Mastdarm heraus gehet, Plin. 21, 20. v. Rob. Titius ad Liv. 32, 1. ¶ 7. *Sedis* pro *Sedes* in antiquis codicibus Livii occurrit. v. Drakenb. ad 5, 52.

¶ Sēdĕcula, *æ*, f. diminut. Cic. Att. 4, 10 *Male in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere.* Valla 1, 5 *Sediculam* mavult. Apud Festum *Sediculum* est sedile. Sed improbat Varro L. L. 7, 30.

¶ Sedentarius, *a, um*, der sitzend arbeitet; ut, *Labor sedentarius*, qui sedendo peragitur. *Ars sedentaria.* Colum. 12, 3 *Vno loco quam minime oportebit* (mulierem rusticam) *consistere; neque enim sedentaria ejus opera est.* Plin. Paneg. c. 76 *Illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem perpetiebantur.* ¶ 2. *Sedentarii*, Plaut. Aul. 3, 5, 39. int. opifices.

Sediculum, vide in *Sedecula.*

¶ Sēdīle, *is*, n. ein Sitz; ut, *Sedilia e marmore*, Plin. 5 epist. 6. *Vivo saxo sedilia*, Virg. Æn. 1, 167. Adde Cels. 1, 3; Sen. epist. 70; Hygin. Astrolog. 4, 6.

¶ Sēdīmen, *ĭnis*, n. Id quod fundum petit, in liquido quod turbidum fuerat, was sich setzt; ut, *Capillosum sedimen*, Cæl. Aurel. Tard. 5, 4. Sic

¶ Sedimentum, *i*, n. ut, *Sedimentum molis*, das Sincken oder Setzen der Last. Plin. 35, 10.

Seditio, Sēdo, *are*, Sella, &c. Sido, vide suis locis.

¶ Sedularium, *i*, n. quod in rheda sedenti subjicitur, ein Wagenküssen, polster. Paul. ICt. l. 4 ff. de supell. legata: *Rhedæ & sedularia supellectili adnumerari solent.* conf. Turneb. Advers. 8, 9; & infra *Seliquastrum* ex Varr. & Festo.

Domisēda, vide *Domus.*

Composita a *Sedeo*, cum præpos.

¶ Assīdeo, vel Adsīdeo, *sēdi, sessum, ēre*, dabey sitzen, bey oder neben einem sitzen. Cic. Acad. Quæst. 1, 4 *Simul assideamus, si videtur.* Et, *Assidere gubernaculis*, Plin. Paneg. c. 81. Et, *Assidere litteris*, Idem 3 epist. 5; id est, assiduum esse in discendo, studiren. Horat. 1 epist. 5, 13 *Parcus ob heredis culpam, nimiumque severus, Assidet insano*; id est, insano proximus est, ab insano nihil distat, er kömmt ihm nahe. ¶ 2. Est & verbum militare. Virg. in Ciri: *Nostris qui mœnibus assidet urbis*: der vor unserer Stadt liegt. Silius 9, 624 *Atque assidet arces.* Vbi plures legunt *obsidet.* Plin. Paneg. c. 12 *An audeant, qui sciant te assedisse ferocissimis populis?* ¶ 3. Dicitur & de illis, qui ægrotis præsto sunt, die bey den Krancken sitzen, ihrer warten. Sen. epist. 9 *Assidere ægro.* Conf. Tac. An. 6, 26, 2. Et Horat. 1 sat. 1, 80 *Aut si condoluit temptatum frigore corpus, Aut alius casus lecto te affixit, habes, qui Assideat, fomenta paret, medicum roget, &c.* Plin. 7 epist. 19 *Angit me Faniæ valetudo. Contraxit hanc, dum assidet Iuniæ virgini Vestali, &c.* ¶ 4. Tacitus & de judicibus & consiliariis usus est, unde & *Assessores* dicti, de quibus paullo post, ut, An. 1, 75, 1 *Nec patrum cognitionibus satiatus, judiciis assidebat.* conf. 2, 57, 5. Et Suet. Tib. c. 35 *Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium assidebatque mistim &c.* ¶ 4. Passive fit *Assideor*, monente Prisciano lib. 8 p. 830. Vbi & Sallustius: *Amisum* (oppidum) *obsideri audiebat.*

¶ Assidens, *tis.* Horat. epod. 1, 19 *Assidens implumibus pullis avis.* Ibid. 5, 95 *Inquietis assidens præcordiis.*

¶ Assessus vel Adsessus, *a, um*, besetzt. Silius 12, 453 *Adsessos Capuæ muros revelli.* Vulgo legunt *obsessos.*

¶ Assessio, *ōnis*, f. assidendi actio. Cic. fam. 11, 28 *Quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio.*

¶ Assessor, *ōris*, m. qui assidet, ein beysitzer. *Assessores* etiam dicebantur, qui a magistratibus præsidibusque adhibebantur in consilium, ab eo dicti, quod in jure reddendo iis assiderent, de quorum officio titulus est in Pandect. quem vide. Cic. Divin. 1, 43 *Lacedæmonii regibus suis augurem assessorem dederunt.* Suet. Galba c. 19 *Ex assessore præfectus prætorio.* Ipsa eorum functio *Assessura* dicebatur L. penult. D. de proxen.

¶ Assestrix, *īcis*, f. Afranius ap. Nonium 2, 631 *Dimittere assestricem.*

¶ Assessōrius, *a, um.* Vlp. Dig. 47 t. 10 l. 5 § 8 *Sabinus in assessorio*, i. e. libro de officio assessoris. conf. l 12 Dig. de Pactis.

¶ Assessūra, *æ*, f. officium assessoris, vide ante *Assessor.*

¶ Assēda, vel Adsēda, *æ*, f. sella quadrijugis in Isidori Gloss.

¶ Adsēdo, *onis*, m. assessor, Nonius 1, 312

¶ Adsīdēla, *æ*, f. ein Tisch. Festus: *Adsidelæ mensæ vocantur, ad quas sedentes flamines sacra faciunt.*

¶ Adsĭduus, & Assiduus, *a, um*, frequens, continuus, stet, unabläßig; ut, *Assiduus ignis*, stets-brennend feuer, Tibull. 1, 1, 6. Festus: *Assiduus qui in eâ re, quam frequenter agit, quasi considisse videtur.* Ergo ab *assidere* est, ut a *residere residuus.* Quo referas & illud Aquilæ Romani lib. de Figur. sent. (p. 16 edit. Paris. 1599) cum *sermonem assiduum* vocare videtur eum, qui est amicorum in familiari alloquio sibi assidentium. Varro L. L. 6, 5 ab *adesse* deducit: *Qui adest*, inquit, *assiduus*, lib. 5 de L. L. videturque huc facere illud Cic. de Petit. Consul. c. 11, ASSIDVITATIS *nullum est præceptum: verbumque ipsum docet, quæ res sit. Prodest autem numquam deesse.* Aliam etymologiam v. n. 2. Add. Sompater 1 p. 58. conf. Cellar. Orthogr. p. 83. Cic. pro Cæl. c. 4 *Cessius fuit assiduus mecum*, er hat fest bey mir gehalten. *Assiduam operam dare foro*, Plaut. Asin. 2, 4, 22. *Assiduum in aliquo esse*, stets über etwas liegen. Cic. pro S. Rosc. c. 7 *Cum hic filius assiduus in prædiis esset, cumque se voluntate patris rei familiari vitæque rusticæ dedisset.* ¶ 2. *Assiduum* pro locupiete seu divite Plautus dixit Amph. 1, 1, 4. Cicero in Topicis c. 22 *Cum Lex Ælia Sentia assiduo vindicem assiduum adesse jubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim* assiduus *est: appellatus ab ære dando.* Cum dicit *ab ære dando*, appellatum *assiduum, ab asse dando*, dictum significat: quod *assem duit* sive det. Gellius a muneris quoque pro familiari copia faciendi assiduitate dici posse existimat, quem vide 16, 10. Ac inde etiam, qui suo sumtu militabant, ASSIDVI; cæteri ÆRARII appellari. v. Taubman. in Plaut. Men. p. 789. Burm. ad Quint. 5, 10 p. 412; & quem laudat Gronov. de Pecun. Vet. 4, 9. ¶ 3. *Assiduum* aliquando pro perpetuo, & quod irremissa quadam serie connexum sit, ad Ceirin Virgilianam observavit Barthius; proque eo illud Fannii, sive is Priscianus est, qui Dionysii περιηγησιν latine vertit, adducit de terra:

Non tamen assiduo teres undique margine circum Clauditur hæc.

Ipsum Barth. quoque vide p. 87 ad Claudian. Etiam Ovidius similiter assiduum motum dixit Metam. 15, 178 *Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago: Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu.* Compar. Varronis est R. R. 2, 9 extr. qui *assiduiores canes* dixit, non facile a grege, cujus custodia sunt, recedentes. Et mox c. 10 *Pastores assiduiores facere.* Superl. Suet. Aug. c. 71 *Vasa aurea assiduissimi usus conflavit omnia.*

¶ Assĭdue, & Assiduo, adverbia, stets, fort und fort; ut, *Salientes quam assiduissime interdiu & noctu*, ex senatusconsulto Frontin. de Aquæduct. 2 p. 252. *Perfugium mihi litteræ, quibus assidue utor*, Cic. fam. 5, 15. *Assidue edis*, Plaut. Mil. 1, 1, 50. Superl. *Assiduissime mecum fuit Dionysius*, Cic. de Clar. Orat. c. 91. conf. Frontin. de Aquæduct. art. 104 p. 189 ed. Poleni. In Marmorea tabella Romæ ap. Gruter. p. 950 n. 8 HANC SIC ADSIDVE DEFLET.

¶ Assiduĭtas, *ātis*, f. steter fleiß, emsigkeit; ut, *Assiduitas exercitationis*, Cic. Acad. qu. 1, 5. *Assiduitas, diligentia*, Id. Att. 2, 15. *Assiduitatem & frequentiam* Id. de Petit. Consul. c. 1 conjungit tamquam synonyma. Neque *assiduitas spectaculorum* aliud, quam frequentia, est, cum Suet. de Augusto c. 43 scribit: *Spectaculorum & assiduitate & varietate & magnificentia omnes antecessit.*

¶ Assĭduo, *are*, stets gebrauchen. Vulg. Int. Sirac. 30, 1 *Qui diligit filium suum, assiduat triginta illi flagella.*

¶ Circumsĭdeo, & Circumsedeo, *sēdi, sessum, ēre*, idem quod obsidere, circumdare, umher sitzen, belägern; ut, *Circumsidere oppidum*, Liv. 9, 2; & 23, 15. *Vallo aliquem circumsidere*, Cic Phil. 10, 4 extr. *Omnibus copiis circumsideri*, Id. Att. 15, 9. *Florentes amicorum turbæ circumsedet*, Sen. epist. 9. conf. Nep. 18, 5, 4.

¶ Circumsĕdens, *tis.* Apul. 3 Met. p. 130 *Inter tot millia populi circumsedentis.* Sidon. 3 epist. 13 *Nares circumsedentium infestare.*

¶ Circumsessus, *a, um*, umlagert, umgeben. Cic. Phil. 12, 10 *Circumsessus valentissimorum hominum viribus.* Id. Catil. 4, 2 *Lacrymæ, a quibus me circumsessum videtis.*

¶ Circumsessio, *ōnis*, f. die belagerung, umzingelung. Cic. in Verrem 1, 33 *Quid si planum facio, te hujus circumsessionis tuæ causam & culpam in alios transtulisse.*

¶ Consĭdeo, *sēdi, sessum, ēre*, zusammen oder mit einander nieder sitzen. Virg. ecl. 3, 55 *Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba.* Sic, *Considere in pratulo*, Cic. de Clar. Orat. c. 6. Et, *Considere in aliquo loco & apud aliquem locum*, sich niederlassen, niedersetzen. Nep. 4, 4, 4 *Consedit in ara.* ¶ 2. Est & verbum militare, sich lagern oder setzen. Cæs. B. G. 3, 17 *Cum Viridorix contra eum duum millium spatio consedisset.* Ibid. 5, 9 *Vbi ex captivis cognovit, quo in loco hostium copiæ consedissent* Et alibi sæpius. Liv. 10, 4 *Hæc ad eos, qui consederant in insidiis, perlata.* Id. 43, 23 *Cum coborte suâ in insidiis loco obscuro consedit.* Curt. 7, 7, 31 *Ratus, excipi posse, quem venturum sciebat, consedit occultus.* Contra, *Consurgere ex insidiis*: vide *Insidiæ.* ¶ 3. Vsurpatur & de his, qui causas cognoscunt seu judicant. Ovid. Met. 13, 1 *Consedere duces & vulgi stante corona, &c.* Suet. Cal. c. 38 *Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius modo summæ, ad quem conficiendam consederat, confecto demum excitabatur.* Quanquam hæc præterita etiam ex *Consido* esse possunt, ubi vid. ¶ 4. Dicitur & de illis, qui in aliquo loco domicilium ponunt, sich setzen, niederlassen. Cæs. B. Civ. 3, 4 *Dimissi a superioribus imperatoribus in iis provinciis consederant.* Simplici *sedere*, ita usus & Florus 2, 11, 3. Sed hic etiam thema esse potest *Consido.* Vtrumque enim dicebant *Consideo, considēre*: & *Consido, considĕre*, de quo infra in *Sido.*

¶ Conſeſſus, *ûs*, m. homines uno in loco conſidentes, inquit Valla 4, 2, die verſammlung, der ſitzende rath; ut, *Conſeſſu conſpectuque judicum commoveri*, Cic. Verr. 1, 7. *Totus caveæ conſeſſus*, Virg. Æn. 5, 340. *Implere conſeſſum clamoribus*, ibid. v. 577.

¶ Conſeſſio, *ōnis*, f. idem, apud Martian. Capellam.

¶ Conſeſſor, *ōris*, m. der bey einem ſitzt. Liv. 34, 54 *Dives pauperem conſeſſorem faſtidit* Cic. Att. 2, 15 *Præclarum ſpectaculum mihi proponis, modo te conſeſſore ſpectare liceat.* Et Val. Max. 1, 7, 8 *In ſpectaculo conſeſſoribus narravit.*

¶ Conſēdo, *onis*, m. idem. Hemina ap. Nonium 1, 312 *Nemo vicinus conſedo.*

¶ Deſīdeo, *ēre*, ſedere otioſum, müßig ſitzen. Ter. Hec. 5, 3, 2 *Fruſtra ubi totum deſedi diem.* Quintil. 5, 8 *Confragoſa vitantes, amœnioribus locis deſident.* Sen. epiſt. 7 *In ſpectaculo deſidere.* ¶ 2. Deſidere, honeſte pro ventrem exonerare, zu ſtuhl gehen; ut, *Deſidendi cupiditas*, Celſus 4, 18. Idem 2, 7 *Quibus cum voluntas deſidendi eſt, venter nihil reddit. Deſido* vide in *Sīdo.*

¶ Dēſes, *ĭdis*, otioſus, ignavus, iners, qui a labore deſiſtit, träg, faul. Liv. 3, 68 *Sedemus deſides domi, mulierum ritu inter nos altercantes.* Gell. 13, 8 *Homines ignavi ac deſides.* Colum. 7, 12 *Deſidem agricolam ab opere ſuo reddit.* Sic *Annus deſes* Statio Silv. 3, 1, 2 eſt, in quo nihil agitur. Ibid. 3, 5, 85 *Deſidis otia vitæ.*

¶ Dēsĭdia, *æ*, f. inertia, die faulheit. Sic, *Propter deſidiam in odio vivere*, Cic. Agrar. 2, 4. *Languori deſidiæque ſe dedere*, id. Off. 1, 34, ſich auf die faule ſeite legen. *Deliciis, otio, deſidiâ animum inficere*, Id Tuſc. 5, 27. Horat. 2 ſat. 3, 14 *Vitanda eſt improba Siren Deſidia.*

¶ Dēsĭdies, *ēi*, f. idem quod *Deſidia*, apud Lucret. 5, 49.

¶ Deſidiābŭlum, *i*, n. locus deſidiæ aptus, ein ort vor die müßiggänger. Plaut. Bacch. 3, 1, 8 *Vt celem patrem tua deſidiabula.* Alii, *deſpoliabula.*

¶ Dēsĭdiōſus, *a*, *um*, faul, müßig. Ovid. Remed. Amor. v. 161 *Quæritis, Ægiſthus quare ſit factus adulter? In promtu cauſſa eſt: deſidioſus erat.* Compar. Varro R. R. 2 procem. *Majores noſtri, qui in oppido ſederent, quam qui rura colerent, deſidioſiores putabant.* Superante gradu Cic. Agrar. 2, 33 *Inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium.*

¶ Deſidiōſe, adv. Lucret. 4, 1129 *Deſidioſe agere ætatem.*

¶ Dēsĭduo, idem, pro diuturne. Varro apud Fulgent. de priſco ſerm. n. 37 *Tam deſiduo abfuiſſe te.*

¶ Indēfes, *ĭdis*, o. nicht faul. Gell. 7, 22 *Non omnino inculpatum neque indeſidem viſum eſſe.*

¶ Diſsideo, *ēre*, differre, diſſentire, unterſchieden oder uneins ſeyn; ut, *Diſſidere ab aliquo*, &, *cum aliquo de aliqua re*, Cic. ſæpe: v. g. Off. 2, 2 *Temeritas a ſapientia diſſidet plurimum.* Et Fin. 1, 18 *Diſſident inter ſe atque diſcordant.* Id. fam 12, 7 *Doctus a non docto diſſidet.* Gell 13, 23 *Hæc verba idem ſignificant, neque ulla re aliqua diſſident.* Cato in diſtichis: *Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.*

¶ Diſsĭdens, *tis*. Cic. de N. D. 1, 2 *Opiniones tam variæ tamque inter ſe diſſidentes.* Horat. 2 od. 2, 18 *Diſſidens plebi.*

¶ Diſsĭdentia, *æ*, f. diſcordantia, die zwietracht. Plin. 29, 3 *Donante eadem illa rerum diſſidentia.*

¶ Diſsĭdium, *i*, n. diſſenſio, diſcordia, ſegregatio, die uneinigkeit. Cic. de Amic. c. 21 *Ne qua amicorum diſſidia fiant.* Differunt *Diſſidium* & *Diſcidium*, quod *Diſcidium* eſt diſtractio corporum, vel quaſi corporum cum vel ſine diſſenſione animorum: *Diſſidium* autem diſſenſio animorum cum vel ſine diſtractione corporum. vid. copioſe Gronov. ad Liv. 25, 18. add. Parei Lex. Crit. in *Diſcidium* p. 367.

¶ Inſīdeo, *ēre*, auf etwas ſitzen; ut, *Inſidere equo*, zu pferde ſitzen, Aur. Vict. Vir. Illuſt. c. 32. Et paſſive *Equus inſideri* dicitur Gellio 18, 5. ¶ 2. *Inſidere* eſt occupare, einnehmen, beſetzen. Tac. Hiſt. 3, 69, 4 *Sabinus re trepida, quod tutiſſimum e præſentibus, arcem Capitolii inſedit.* Virg. Æn. 2, 615 *Iam ſummas arces Tritonia, reſpice, Pallas Inſedit.* Vide plura ap. Drakenb. ad Sil. 12, 486, & ad Liv. 21, 32. ¶ 3. Speciatim ſignificat occupare *inſidiarum* cauſſa. Sic, *Inſidere itinera*, Liv. 25, 21. Et Servius ad illud Virg. Æn. 11, 531 *Arripuitque locum, & ſilvis inſedit iniquis: Proprie*, inquit, *nam inſidere eſt doloſe aliquem exſpectare, unde & inſidiæ nominatæ ſunt.* ¶ 4. *Inſidere* & illi dicuntur, qui ſedes habitandi cauſſa occupant, die ſich ſetzen. Virg Æn. 8, 479 *Virbis Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclara jugis inſedit Hetruſcis.* ¶ 5. Pro *incumbere*, eſt in illo Horat. Epod. 3, 15 *Nec tantus unquam ſiderum inſedit vapor ſiticuloſæ Apuliæ.* ¶ 6. Eleganti metaphora *Inſidere* dicuntur, quæ penetrarunt atque intimius hærent. Ita Cic. pro Balbo c. 1 *Inſidere in animo.* Id. in Orat. c. 2 *Inſidere in mente.* Id. fam. 5, 13 *Inſidet cogitatio.* Id. pro Mil. c. 25 *Suſpicio inſidet.* Id pro L. Manil. c. 3 *Macula penitus jam inſedit atque inveteravit in populi Rom. nomine.* Quint. 1, 1 p. 16 *Pædagogus vitioſe dicta corrigat protinus, nec inſidere alumno ſinat.* ¶ 7. *Inſidere* & *incidere* ſæpe inter ſe permutari, docet Salmaſ. ad Solin. p. 128, & Hard. ad Plin 10, 23.

¶ Inſidens, *tis*. Liv. 1, 21 *Deorum aſſidua inſidens cura.* Id. 7, 6 *Curtius equo inſidens ſe in ſpecum immiſit*, zu pferde.

¶ Inſeſſus, *a*, *um*, occupatus, beſetzt. Tac. An. 13, 39, 2 *Montes præſidiis inſeſſi.* Id. Hiſt. 3, 1, 4 *Inſeſſis Alpibus.* Et Stat. Theb. 12, 236 *Horrendis inſeſſa cubilia monſtris.*

¶ Inſeſſor, *ōris*, m. Symmach. 2 epiſt. 48 *Inſeſſor viarum*, idem qui *obſeſſor*, ein ſchnaphahn.

¶ Inſidiæ, *arum*, f. pl. die nachſtellung, hinterhalt, hinterliſt; ut, *Alicui inſidias facere*, Ter. Eun. 3, 3, 26; & Nep. 7, 9, 2; *Parare vitæ alicujus*, Cic. pro S. Roſc. c. 9; *ponere*, Id. pro Dejot. c. 7; *tendere*, Cic. pro Qu. Roſc. c. 16; *moliri*, Virg. Georg. 1, 271; *ſtruere*, Ovid. Met. 1, 198; *inſtruere*, Catull. 21, 7; *dare*, Plaut. Stich. 2, 3, 52, nachſtellen. *Ex inſidiis interire*, Cic. Off. 2, 7. *Per inſidias circumveniri*, Cæſ. B. Gall. 1, 42, hintergangen werden. Ter. Phorm. 1, 4, 52 *Hic ego ero in inſidiis.* Item, *Conſidere, latere in inſidiis.* Cæſ. B. C. 3, 37 *Pauſis diebus interpoſitis, noctu inſidias equitum collocavit.* Et ibid. *Subito illi ex inſidiis conſurrexerunt.* Ita, *Intrare in inſidias*, in locum inſidiarum venire, Cæſ. B. C. 3, 38. Cicero hunc ſenarium ex auctore incerto pro Plancio c. 24 adducit: *Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis.*

¶ Insĭdior, *ātus ſum*, *ari*, inſidias ſtruere, liſtig nachſtellen. Cic. in Orat. c. 62 *Non id agit, ut inſidietur & obſervet, ſed jam favet.* Vellej. 2, 21, 2 *Temporibus inſidiari.* Paſſive Cic. pro Cælio c. 21 *Magnum crimen in legatis inſidiandis.*

¶ Insĭdio, *are*, idem; ut, *Servi, qui ſaluti dominorum ſuorum inſidiaverint*, lib. 48 Dig. t. 19 l. 28. v. Scip. Gentil. Pareng. 1, 18.

¶ Inſidians, *tis*. Iuſtin. 43, 4, 10 *Inſidianti regi inſidiæ tenduntur.* Id. 6, 6, 6 *Lacedæmonii ſecuris inſidiantes.* Cæſ. B. Gall. 8, 19 *Ab inſidiantibus accipere detrimentum.* Propert. 3, 6, 37 *Natura inſidians &c.*

¶ Inſidianter, adverb. Iuſtin. 6, 6, 6 *Securi inſidianter abſentiam, Arcadum ſpeculati.* Alii: *inſidiantes.*

¶ Insĭdiatus, *a*, *um*, der nachgeſtellet hat. Virg. Æn. 9, 59 *Pleno lupus inſidiatus ovili.*

¶ Insĭdiātor, *ōris*, m. ein nachſteller, laurer. Cic. pro Mil. c. 7 *Inſidiatori & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex?* Nepos 21, 2, 2 *Imperii inſidiator.* conf. Idem 14, 9, 4, ubi *inſidiatores decepti.*

¶ Insĭdiatrix, *īcis*, f. Ammian. 24, 7 *Inſidiatrix manus*, i. e. copiæ, milites vide *Subſidere.* Adde eundem Amm. 27, 23.

¶ Insĭdiōſus, *a*, *um*, hinterliſtig, tückiſch; ut, *Loca inſidioſa*, id eſt, inſidiis plena, unſichere orter, leg. 36 ff. de rei vindic. *Latro inſidioſus*, Martial. 14 epigr. 20. Cic. pro dom. c. 11 *Amicus inſidioſus*, tückiſch. *Inſidioſa verba*, Ovid. Heroid. 20, 210. *Quis inſidioſior? quis crudelior unquam fuit?* Cic. in Verr. 2, 78. Et, *Inſidioſiſſimus princeps*, Plin. Paneg. extr. *Inſidioſiſſima conditio*, Plin. 29, 1.

¶ Insĭdiōſe, adverb. idem ut, *Inſidioſe ſpem falſam alicui oſtendere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 38. *Sceleratiſſime & inſidioſiſſime tractare aliquem*, Id. ad Qu. frat. 1, 3 ſub fin.

¶ Superinsĭdeo, *ēre*, im kopff ſitzen. Lucret. 3, 914 *Iam deſiderium rerum ſuperinſidet una.* Sed Creech. *Iam deſiderium inſidet rerum inſuper una.*

¶ Obsĭdeo, *ēre*, ſitzen und warten. Ter. Adelph. 4, 6 extr. *Obſidere domi certum eſt, usque donec redierit.* ¶ 2. umgeben, beſetzen, belagern, bloquiren; ut, *Antonius armis obſidet ſenatum*, Cic. Phil. 5, 7. *Obſidere, oppugnare, labefactare urbem*, Id. de Ar. Reſp. c. 4. *Obſidere itinera*, Curt. 6, 8, 18; ut *Inſidere* Livius ſupra dixit. Eſt autem *occupare.* Virg. Æn. 3, 400 *Et Sallentinos obſedit milite campos.* Et rurſus v. 420 *Lævum*, (latus) *implacata Charybdis Obſidet.* Paſſiv. *Obſideor* monente Priſc. p. 830. v. *Aſſideor.* Cic. Att. 9, 19 *Superum mare obſidetur.* Nepos 20, 3, 3 *Arcem Syracuſis munierat Dionyſius ad urbem obſidendam*, i. e. ut perpetuo metu contineret, ne novas res molirentur. Add. Cic. Cat. 1, 10.

¶ Obsĭdens, *tis*. Et

¶ Obſeſſus, *a*, *um*, belagert. Utroque ſimul uſus Vellej. 2, 51, 2 *Inopia obſidentibus, quam obſeſſis, eſt gravior.* Catull. Argon. v. 314 *Obſidens longinquo mœnia bello.* Hygin fab. 125 ext. *Proci obſidentes regiam.* Tac. An. 16, 10, 5 *Egreſſus alicujus obſidens*, der auflaſſet, bis man ausgehet. Præt. Virg. Georg. 3, 508 *Obſeſſæ fauces*, i. e. clauſæ. Ovid. Met. 9, 581 *Obſeſſum glaciali frigore pectus*, i. e. frigefactum. Cæſ. B. G. 3, 24 *Obſeſſis viis.* Salluſt. Iug. c. 24 *Armis obſeſſus teneor.*

¶ Obſeſſio, *ōnis*, f. die belagerung; ut, *Obſeſſio militaris viæ*, Cic. pro Balbo c. 3. *Obſeſſionem omittere*, Cæſ. B. C. 3, 51. conf. B. G. 7, 36.

¶ Obſeſſor, *ōris*, m. ein belagerer; ut, *Obſeſſor curiæ*, Cic. pro Domo c. 5. *Obſeſſor Luceriæ urbis*, Liv. 9, 15.

¶ Obsĭdiæ, *arum*, f. pl. id eſt, *inſidiæ*, nachſtellung. Colum. 8, 1 *Ne obſidiis hominum aut inſidioſorum animalium diripiantur.*

¶ Obsĭdior, *ari*, pro *inſidiari*, nachſtellen, dixit Colum. 9, 14 *Crabrones ante alvearia obſidiantur prodeuntibus*, ſc. apibus.

¶ Obsĭdio, *ōnis*, f. die belagerung; ut, *Vrbem obſidione cingere, claudere, premere*, belägern, Virg. Æn. 3, 52; & 8, 647. *In obſidione tenere*, Nepos 7, 4, 7, bloquiren. Iuvenal. 15, 96 *Longæ dira obſidionis egeſtas.* Cic. pro Muræn. c. 9 *Partim vi, partim obſidione urbes capere*; *Vi capiuntur*, cum expugnantur ex itinere, & primo conatu; *Obſidione capiuntur*, cum clauſæ copiis, operibusque circum undique, atque ad famem inopiamque redactæ deditione facta in poteſtatem veniunt. Hinc apud Livium ſæpe *obſidio* & *oppugnatio* opponuntur; ut 2, 11 *Porſena primo conatu repulſus, conſiliis ab oppugnanda urbe ad obſidendam verſis &c.* er hat die belagerung in eine bloquade verwandelt. Et 5, 2 *Cum ſpes major imperatoribus Romanis in obſidione, quam in oppugnatione eſſet.* v. & Caſaub. ad Polyb. p. 170, & aliquot ſeqq. ubi plura habes de variis occupandarum urbium artibus, & obſidionum modis. Apud Nepotem 15, 8, 5 *Meſſena conſtituta urbem obſidione clauſit*, i. e. propinquis munitionibus ita coërcuit, ut ne hiſcere quidem adverſus ſe auderet. ¶ 2. *Obſidio* idem ac captivitas, gefangenſchafft. Sic, *Obſidione liberari*, Iuſtin. 15, 1, 3; & 39, 1, 1. ¶ 3. *Obſidio*, idem ac inſidiæ & periculum, die klemme. Cic. fam. 5, 6 *Ne putant ei nummos deeſſe poſſe, qui ex obſidione fœneratores exemerit.* Add. Plaut. Aſin. 2, 2, 15. Plin. Paneg. 81, 2 *Submota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor.*

¶ Obsĭdium, *i*, n. idem; ap. Gell. 15, 31, & ap. Tac. ſæpe legitur; ut, *Obſidium ſolvere*, An. 4, 73, 1. Sed *Dare aliquem obſidio*, i. e. ut obſidem, ibid. 1, 10, 7. *Peſtis obſidia vitare*, Colum. 9, 7. conf. Feſtus. ¶ 2. Idem fere ſignificat quod *inſidiæ* ap. Colum. 8, 2. It. 9, 9, laudante Gronov. ad Plin. 35, 10 p. 836.

¶ Obsĭdiōnālis, *e*, zur belagerung gehörig; ut, *Corona obſidionalis*, quæ graminea erat, eique donabatur, qui obſidione urbem aliquam

aliquam liberaſſet, Plin. 22, 4; & Liv. 7, 37. conf. Feſtus. *Obſidionalis moræ impatiens*, Frontin. Strat. 1, 3, 4.

¶ Obſes, *ĭdis*, m. qui ſecundum Vallam 6, 31 traditur imperio alicujus, ea conditione, ut, ſi dator obſidis a fide recedat, recipienti ſit jus in corpus & vitam obſidis, ein geiſſel, pfandsmann. Inde dictus, quod obſidionis cauſſa dari ſolebat, vel quod ob fidem detur, ſecundum Feſtum. Iurisconſultis *obſides* dicuntur, qui dati ſunt a populi Romani hoſtibus pro captivis redimendis, vel pro pace componenda. *Obſides imperare, poſcere, dare, accipere*, Cicero & alii boni ſcriptores paſſim dixerunt: v. g. pro L. Manil. c. 12 *Pompejus ſpem deditionis non ademit, obſidesque imperavit.* Cæſ. B. G. 1, 31 *Obſides nobiliſſimi cujusque liberos poſcere.* Ibid. c. 14 *Ita Helvetios inſtitutos eſſe, ut obſides accipere, non dare conſueverint.* Et ejusd. lib. c. 9 *Inter ſe obſides dare*, i. e. mutuos. Id. B. G. 6, 2 *Obſidibus de pecunia cavere*, bürgen ſetzen, caution ſtellen. Nepos 2, 7, 3 *Aliquem obſidem retinere.* ¶ 2. Per metaphoram eleganter dixit Cic. Catil. 4, 5 *Habemus a Cæſare ſententiam, tamquam obſidem perpetuæ in rempublicam voluntatis.* Et, *Obſidem rei eſſe*, Nepos 19, 2, 4, h. e. obligare fidem ſuam, hoc futurum vel non futurum eſſe.

¶ Obsĭdātus, *us*, m. ſubſt. ipſa obligatio obſidum, die bürgſchaft. Ammian. 16, 27 *Obſidatus pignore tentus in Galliis.* Id. 18, 15 *Obſidatus ſorte in Syria detentus*: & 25, 7 *Obſidatus ſpecie viri celebres altrinſecus dantur.*

¶ Persĕdeo, *ēre*, ſitzen bleiben; ut, *Multis apud philoſophum annis perſedere*, Sen. epiſt. 108, eſt continue ſedere. Suet. Claud. c. 34 *Ut etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie dimiſſo populo ad prandium perſederet.* ¶ 2. Dicitur etiam *Perſidere.* Plin. 17 24 *Pruina lapſa perſidet gelatque.*

¶ Poſsĭdeo, *ēre*, tenere, in poteſtate ſua habere, inne haben, beſitzen. A *pos* i. e. *potis* & *ſedeo*, ut ſit *poſſidere* quaſi habere jus & poteſtatem ſedendi. Alii deducunt a *porro* & *ſedeo*, ut perpetuitatem notet. Sic, *Poſſidere regnum*, Ovid. Faſt. 3, 631. Cic. de Orat. 1, 50 *Sua eſſe omnia, atque a ſe poſſideri ſicut propria, volunt philoſophi.* Id. pro Domo ſua c. 42 *Forum armatis hominum perditorum poſſidere.* Cic. de Invent. 1, 45 *Inverecundum animi ingenium poſſidere.* Et in Verr. 1, 18 *Vtenda ac poſſidenda bona alicui tradere.*

¶ Poſſidens, *tis.* Horat. 4, 9, 45 *Non poſſidentem multa vocaveris recte beatum.* Iuſtin. 20, 1, 4 *Omnes Græci nominis Italiam poſſidentes.*

¶ Poſſeſſus, *a, um*, beſeſſen. Hirt. B. Alex. c. 78 extr. *Tetrarchia occupata & poſſeſſa paucis ante annis a Dejotaro.* Curt. 4, 1, 27 *Id quemque quod occupaſſet, habiturum arbitrabatur, velut certo jure poſſeſſum.* Petron. c. 120 *Nova ſemper amare & mox poſſeſſa relinquere.* Aur. Vict. Epit. c. 1 de Auguſto: *Amore alienæ conjugis poſſeſſus.* Ovid. Amor. 1, 2, 8 *Et poſſeſſa ferus pectora verſat amor.*

¶ Poſſeſſus, *us*, m. ſubſt. der beſitz. Apul. Apol. p. 282 *Plurimis rebus poſſeſſa careo, uſu fruor.*

¶ Poſſeſſio, *ōnis*, f. jus poſſidendi fundum aut domum: & res ipſa, quæ poſſidetur, der beſitz; ut, *Poſſeſſionem Siciliæ tenere*, Nep. 20, 2, 4. *Irruere temere in alienas poſſeſſiones*, Cic. de Orat. 1, 10. Ita, *Cedere poſſeſſione*, & *decedere de poſſeſſione*, übergeben, abtreten: *Depelli de poſſeſſione ſua*, Cic. de Orat. 3, 27. Et, *Exturbare e poſſeſſione*, de Leg. Agrar. & pro Sylla c. 25. *Poſſeſſionem amiſſam recuperare*, Cic. de Orat. c. 28, wieder zu dem ſeinen kommen. *Permanere in poſſeſſione victoriæ*, Plauc. ad Cic. fam. 10, 21. Et Curt. 8, 8, 11 *Non eſt diuturna poſſeſſio, in quam gladio inducimur.* ¶ 2. Feſtus: POSSESSIONES *appellantur agri late patentes, publici privatique*, güter, eigenthum. Plenius Vetus auctor de Limit. ap. Rigalt. p. 299 *Poſſeſſiones ſunt agri late patentes, publici privatique: quos initio non mancipatione, ſed quisque, ut potuit, occupavit atque poſſedit, unde & nuncupati.* Cæſ. B. C. 1, 17 *Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur.* Nepos 25, 12, 3 *Habebat in Italia pretioſas poſſeſſiones.*

¶ Poſſeſſiuncŭla, *æ*, f. dimin. Cic. Att. 13, 23 *Credas, mihi offenſioni eſſe poſſeſſiunculas meas.*

¶ Poſſeſſor, *ōris*, m. ein inhaber, beſitzer. Sic, *Pellere ſuis ſedibus poſſeſſores*, Cic. Off. 2, 22. Petron. c. 175 *Italici litoris poſſeſſor.*

¶ Poſſeſtrix, *īcis*, f. eine beſitzerin, Afranii eſt apud Nonium 2, 631.

¶ Poſſeſsōrius, *a, um*, den beſitz betreffend; ut, *Actio poſſeſſoria: petitio poſſeſſoria hereditatis*, Tryphon. ICt. Dig. lib. 38 t. 3 l. 50 § 2; & Iulian. 37 ff. t. 10 l. 4.

¶ Poſſeſsīvus, *a, um*, quod poſſidetur, Quintil. 1, 5.

¶ Compoſſeſſor, *ōris*, m. ein mitbeſitzer. Tertull. de Idolol. c. 14 *Compoſſeſſores mundi, non erroris.* Gloſſ. gr. lat. *συγκτήτωρ, compoſſeſſor.*

¶ Præsĭdeo, *ēre*, cuſtodiæ & opi ferendæ præeſſe, vorſtehen, beſchützen. Cic. Phil. 13, 9 *Teſtor omnes eos, qui huic urbi præſident.* Id. pro Domo c. 57 *Patris penates familiaresque, qui huic urbi & reipublicæ præſidetis.* Id. pro Mil. c. 37 *Iudicio alicui præſidere.* Plaut. Moſt. 5, 1, 47 *Hic ego tibi præſidebo*, id eſt, adero velut in præſidio poſitus, ich will wache halten. Curt. 4, 12, 15 *Quod ſi perculſis Mazæus, qui præſidebat itineri, ſupervenisſet, ingens clades accipi potuit.* Et 3, 1, 20 *Naves, quæ Helleſponto præſiderent.* Sed cum accuſativo *Præſidere Pannoniam* dixit Tac. An. 12, 29, 4; id eſt, præſidendo regere, curare. conf. 3, 39, 1; 4, 5, 1; 4, 72, 5. Similiter *Præjacere caſtra: Præminere ceteros* idem dixit. ¶ 2. Sed & magiſtratus *præſidere* dicitur, cum publice ſuo munere fungitur ſolenni loco. Suet. Aug. c. 26. *Cum mane pro æde Iovis Capitolini paullulum curuli ſella præſediſſet, magiſtratu abiit.* Et c. 35 *Quo tempore exiſtimatus lorica ſub veſte munitus ferroque cinctus præſediſſe.*

¶ Præsĭdens, *tis.* Tac. An. 3, 40, 4 *Sevitia ac ſuperbia præſidentium.* Tertull. de Corona c. 3 *Euchariſtiæ ſacramentum nec de aliorum manu quam præſidentium ſumimus.* vide plura in Borrich. Cogitat. p. 204.

¶ Præses, *ĭdis*, m. qui præſidio eſt, ein vorſteher, beſchützer. Cic. Agrar. 2, 6 *Tribunus plebis præſes libertatis cuſtosque.* Id. pro Sext. c. 65 *Senatus reipublicæ cuſtos, præſes, propugnator.* Ovid. Met. 15, 788 *Cæſare præſide rerum.* Ita ap. Liv. 6, 16. Manlius ſe vocat *militem ac præſidem Deorum*, qui in Capitolio colebantur. Add. Parei Lex. Crit. p. 973; & Dig. l. 1 tit. 18, & Vall. Elegant. 5, 65. ¶ 2. *Præſides provinciarum* generali appellatione dicebantur omnes, qui provinciam Rom. regerent, landpfleger. L. 1 Dig. de offic. præſidis: *Præſidis nomen generale eſt, eoque & Proconſ. & Legati Cæſaris, & omnes provincias regentes, licet ſenatores non ſint, præſides appellantur.* Sed ¶ 3. ſequiori ætate reſtrictum id nomen ad provincias minores Cæſarum obſervarunt, quos laudamus mox in *Præſidalis* ¶ 4. Dicuntur & Dii *præſides*, ſchutz-götter, ſchutz-herren. Cic. pro Domo c. 57 *Vos penates, qui urbi & reipublicæ præſides eſtis.* al. *præſidetis.* Id. Verr. 5, 72 *Mercurius juventutis præſes.* Ovid. Met. 1, 594 *Præſide tuta Deo.* conf. Curt. 4, 13, 13; & 8, 10, 16; & Sen. Hippol. v. 108, ubi gen. fœm. *Adjudicata præſes terræ Dea.* ¶ 3. Apud Plaut. Caſ. 5, 1, 11 *Locum illi nunc præbet præſidem*, i. e. tutum, præſidiarium, aut, ſi mavis, principem.

¶ Præsĭdium, *i*, n. milites dicuntur in tutela oppidi aut arcis alicujus conſtituti, die beſatzung; ut, *Præſidia diſponere*, Cæſ. B. G. 4, 4. *Collocare præſidia*, Id. B. G. 1, 38 extr. Et, *Collocare armatos in præſidiis*, Cic. Phil. 1, 10. *Conſtituere præſidia in arce*, Id. pro Cluent. c. 57. Et, *Imponere præſidium civitati*, Liv. 24, 7, beſatzung einlegen. *Introducere præſidium in oppidum*, Cæſ. B. C. 1, 13. *Præſidiis aliquem locum firmare*, Cic. fam. 1, 7; & *confirmare*, pro L. Manil. c. 12; *Præſidio ſe munire*, Cic. pro Sextio c. 36 extr. Et, *Præſidiis locum tenere*, Cæſ. B. C. 3, 15: & Liv. 24, 7, beſetzt halten. *Præſidium dejicere*, Cæſ. B. C. 3, 23. *Inter ſua præſidia ſe recipere*, Nepos 23, 11, 4. *Dare in præſidium cohortes*, Tac. Hiſt. 4, 35, 3, id eſt, ut præſidio ſint. *Præſidio loci præeſſe*, Liv. 27, 42. *Cohortes ex præſidiis deducere*, die beſatzung abführen, Cæſ. B. Civ. 1, 12. ¶ 2. Aliquando *Præſidium* de loco dicitur, qui, ſi teneatur, præſidio eſſe poſſit, eine ſchantze, ein poſten. Cæſ. B. C. 3, 45 *In his*, (prœliis) *cum legio Cæſaris IX præſidium aliquod* (collem) *occupaviſſet, & munire cœpiſſet &c.* v. Gronov. ad Liv. 4, 29, ubi *Præſidio decedere* eſt λιποταξίαν. Adde viros doctos ad Cæſ. de B. Gall. 6, 33, & Civ. 3, 45. ¶ 3. Per metaphoram *Præſidium* quodcunque ſignificat auxilium & propugnaculum, hülfe, ſchutz, vortheil. Ter. Heaut. 5, 2, 14 *Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium.* Cic. Verr. 5, 65 *Præſidio eſſe*, beſchützen. *Tegi firmo præſidio amicorum*, Id. pro Sylla c. 18. Et in Orat. c. 65 *Innocentiæ leve eſt præſidium, ubi libido dominatur:* vide *Libido.* Et, *Fides omnium eſt commune præſidium*, Cic. pro Roſc. Am. c. 38. Sic & alloquitur Mæcenatem Horat. 1 od. 1, 2 *O & præſidium & dulce decus meum.*

¶ Præsĭdior, *ari*, in der beſatzung liegen, beſchirmen. Gloſſ. lat. *Præſidior*, φρουρῶ. Hinc

¶ Præsĭdiārius, *a, um*, zum ſchutz dienlich; ut, *Milites præſidiarii*, qui ad præſidia parati ſunt, Liv. 29, 8. Sed, *Toga præſidiaria*, quam præſidens geſtat, Spartian. in Severo c. 1.

¶ Præsĭdātus, *us*, m. ſubſt. officium præſidis & dignitas, apud poſterioris ævi ſcriptores, Modeſt. l. 6 § 14 D. de Excuſat. tut. conf. § 14 cum not. Gothofr. *Gentium præſidatus.* Aur. Victor in Decio de Cæſ. c. 29 *Qui Macedonas præſidatu regebat.* Id. c. 33 *Tetricus præſidatu Aquitanos tuebatur.* Et Auſonius 5 Profeſſ. Burdig. v. 18 *Honore geſti præſidatus inclitus.* ¶ 2. Scribitur & *Præſidiatus* in Sponii Miſcell. p. 36.

¶ Præsĭdālis, *e*, quod præſidis eſt, aut a præſide regitur; ut, *Provincia præſidalis*, Sextus Rufus c. 4 & 5. *Iuſſio præſidalis*, L. 11 Cod. de pigneraticia actione, id eſt, a præſide profecta. Et, *Præſidale judicium*, quod a præſide exercetur, Lege 18 Cod. de his, qui accuſare non poſſunt. Ammian. 22, 33 *Præſidalem eſſe Theodatum*, id eſt, præſidalem virum. Eſt autem vox, ſi ſtrictim accipitur, a *prætorius* & *conſularis* diſtinguenda, ut *Præſides* arctiore ſignificatu, diverſi ſunt a proconſulibus & proprætoribus, ſaltim minores, aut minorum provinciarum rectores. Vide Sext. Rufum c. 4, & quæ ibi ex Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. c. 13 notavit Cellarius; it. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 3 p. 598.

¶ Præsĭdiālis, *e*, idem. Ammian. 17, 3 *Præſidialis apparitor.* Id. 28, 1 *Tabularius præſidialis officii.*

¶ Prōsēda, *æ*, f. meretrix dicitur, autore Feſto, *quod ante ſtabula ſedeat.* Plaut. Pœn. 1, 2, 54 *Vis inter iſtas verſari proſedas.*

¶ Prosēdānum, *i*, n. vitium pecudis, quod illi ſedeat quaſi calor generandi. Plin. 26, 10 *Equi ob aſſiduum laborem pigriores in coitu, quod vitium proſedanum vocant.*

¶ Protosĕdeo, *ēre*, oben an ſitzen. Tertull. de Corona milit. c. 15 *Protoſedent & presbyteri coronati.*

¶ Resĭdeo, *sēdi, ēre*, ſich niederſetzen. Nep. 14, 11, 3 *Ibi, ubi telum erat impoſitum, reſedit.* Virg. Æn. 5, 180 *Summa petit ſcopuli ſiccaque in rupe reſedit.* Cic. Tuſc. 1, 43 extr. *In corpore mortui nullus reſidet ſenſus*, id eſt, ſupereſt. Id. 5 fam. 5 extr. *Si quid reſidet in te amoris erga me &c.* Et, *Reſidet ejus rei in te culpa*, die ſchuld bleibt auf dir, Brutus ad Cic. inter hujus ad illum epiſt. 16. Et, *Reſidet ſpes in virtute tua*, Cic. fam. 12, 3. ¶ 2. Et quia reſidentes quieſcunt & ceſſant a contentione, idcirco & *Reſidere*, pro ceſſare ac quieſcere ponitur, ſich ſtillen, ruhen, aufhören. Virg. Æn. 7, 27 *Omnisque repente reſedit Flatus.* Liv. 2, 29 *Quum iræ reſediſſent.* Hinc & de otioſis uſurpatur, ut *ſedere* & *deſidere*; ut apud Plautum Capt. 3, 1, 8 *Reſidere eſuriales ferias: Reſidere* enim hic nihil aliud eſt, quam quieſcere & feriari, ut feſtis diebus conſuevit. Ergo *reſidere ferias* idem eſt ac ſi *feriari ferias* græco more dixiſſet, ut *vitam vivere, pugnam pugnare.* Et itaque *eſuriales ferias reſidere*, eſt agere eſuriales ferias: hoc eſt, eſurici ab edendo bibendoque ceſſare. Similiter *reſidere pœnitentiam*, i. e. ſedendo pœnitentiam agere, graves & eruditi viri tradunt ex Plinii 34, 14. Sed locus ille admodum corrupte legitur in Plinianis codicibus editis: quem ex MS. ſuo Torrentius ad Suet. Cæſ. c. 4 ita emendatum dedit: *Ariſtonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo reſidentis pœnitentiam &c.* Sed Torrentium, & qui ejus interpretationem ſequuntur, incuſat Iac. Perizonius ad Sanctii Minerv. 3, 3 p. 270, quod accuſativum *pœnitentiam* a participio *reſidentis* pendere credant, cum potius participium

ticipium ab illo casu regatur: Casus autem a communi verbo *exprimere*. Harduinus legit sect. 40 *furorem residentem pœnitentia*. Sed concinnior Torrentii est emendatio.

¶ Residens, *tis*. Phædrus 1, 14, 4 *Corvus celsa residens arbore*. Locum Plinii vide in *Resideo*.

¶ Reses, *idis*, otiosus, iners, müßig, faul. Paulus apud Festum: *Reses ignavus, q. ia resident*. Liv. 2, 32 *Timere patres residem in urbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent*. Vbi *residem plebem* exponunt, quæ in urbe permanit, quæ in ea adhuc residet. Pro *segni* tamen Idem 25, 6 *Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus, reses ipsi ac segnes*; 6, 23 *Eum residem intra vallum tempus terere*. Sic, *Resides animi*, Virg. Æn. 1, 722. *Reses aqua*, ſtehend waſſer, Varro R. R. 3, 17.

¶ Residia, *æ*, f. Plaut. Mercat. prol v. 29. Sed alii *desidia*.

¶ Residuus, *a, um*, reliquus, a *residendo*, hinterſtellig, rückſtändig, übrig; ut, *Residua & vetus simultas*, Liv. 29, 37. *Quid relatum, quid residuum sit*, Cic. Agrar. 2, 22. Planc. Cic. fam. 10, 11 *Capio nullam residuam sollicitudinem esse*. ¶ 2. *Residua* etiam dicuntur, quæ nondum soluta præstitaque sunt, reſte, Auson. Grat. act. *Illud unum cujusmodi est de condemnatis residuis tributorum?* Alias vocantur & *Reliqua*, de quo suo loco.

¶ Subresideo, *ēre*, ſtille ſitzen. Tertull. ad Vxor. 2, 1 *Subresedi*, id est, substiti, pausam scribendi feci, ut le Prieur interpretatur.

¶ Subsīdeo, & Subsedeo, *ēre*, dicitur, quod fundum petit, das ſich zu grunde ſetzet, ut feces in fundo vasis subsident. Cels. 2, 7 *Si quid etiam abscessit & subsedit*. Quint. 2, 1 p. 127 *In schola minore subsidere*, ſitzen bleiben. Virg. Æn. 5, 498 *Extremus galeaque ima subsedit Acestes*: id est, fors Acestis in imo galeæ (in eam enim conjectæ erant omnium sortes) sedit, sive obhæsit, remansit: itaque omnium ultima exiit. ¶ 2. Est & *subsistere* manendi causſa, ſich niederlaſſen; ut, *Vis jumentorum in castris subsederat*, Cæs. B. G. 6, 35. ¶ 3. *Subsidere* etiam dicuntur, qui in insidiis latent, lauren, auspaſſen. Cic. pro Mil. c. 19 *Nec in eo loco subsedit, quo noctu venturus erat*, i. e. occultus consedit, ut venientem occuparet. Virg. Æn. 11, 258 *Devicta Asia subsedit adulter*, id est, clam & per insidias substitit. Ammianus 24, 17 *Subsedisse manum insidiatricem lateuter*. Hinc *subsessores* & *subsessa*: de quibus post. Sed pleraque forte ad *Subsido, ere*, referenda sunt, de quo infra in *Sido*.

¶ Subsessor, *ōris*, m. ein aufpaſſer, ein laurer. Servius ad Virg. Æn. 5, 498 SVBSESSORES *vocantur, qui occisuri aliquem delitescunt*. Idem Serv. ad Æn. 11, 268 SVBSESSORES *dicuntur, qui insidiis tauros interimunt*. Inde ad venatores vox translata. Sen. Hippol. v. 51 *Tu præcipiti clamore feras Subsessor ages*. v. etiam Burm. ad Petron. c. 40 p. 177; it. Drakenb. ad Sil. 13, 221. Tralate *Subsessores alieni matrimonii oculos*, qui conjugis alienæ pudicitiæ insidiantur, Valer. Max. dixit 7, 2 extr. 1. *Subsessoris & adulteri persona*, Arnob. lib. 4 p. 142. conf. Turneb. Advers. 5, 8.

¶ Subsessa, *æ*, f. insidiæ, hinterhalt, lauerſtuhl. Servius ad Virg. Æn. 11, 263 *Hostium dolos* SVBSESSAS *vocamus*. Veget. 3, 22 *Nihil periculosius existimant, quam si inconsulte insequentes, ab his, qui in subsessa fuerint, observentur*. Et ante c. 6 ejusdem libri dixerat: *Adversarii in his locis, quæ sibi opportuna intelligunt, subsessis occultius collocant*. Et paulo post: *Deprehensa vero subsessa*. Sed est recentioris Latinitatis hoc vocabulum.

¶ Subsīdium, *i*, n. milites dicebantur, ita seorsum dispositi, ut sessis ceteris subvenirent, der hinterhalt, die hülfe. Festus: SVBSIDIVM, *quod postpositum est, ad subveniendum laborantibus*. Cic. fam. 15, 4 *His ego subsidiis ea jam consecutus, quæ nullis legibus consequi potuissem*. Hinc dicimus: *Subsidium parare, mittere &c.* Cic. Att. 1, 10 *Vt illud subsidium senectuti parem*. Cæs. B. Gall. 2, 6 *Nisi subsidium sibi mittatur, se diutius sustinere non posse*. *Ire subsidio alicui*, Nepos 17, 8, 2; *Proficisci*, Cæs. B. Civ. 3, 78. Id. B. C. 3, 69 *Pompejus V legionem subsidio suis duxit*. Hinc ¶ 2. *Subsidium* dicitur, quicquid remedii atque auxilii loco est, & sustinet sive sustentat, der beyſtand, beyhülfe. Cæs. B. C. 3, 70 *His tantis malis hæc subsidia succurrebant*. Et B. G. 2, 20 *His difficultatibus duæ res erant subsidio*. Cic. de Orat. 4, 60 *Subsidium bellissimum esse existimo senectuti otium*, id est, adminiculum, auxilium. Id. c. 45 ejusdem libri: *Hoc mihi subsidium jam inde ab adolescentia comparavi*. Et Paneg. Maximiani & Constant. c. 12 *Quanta opus tibi fuit, imperator, providentia, quanta auctoritate, ut subsidia reipublicæ jacentia erigeres, exanimata recreares, dilapsa colligeres?* Existimavit Petr. Daniel. quod Gruterus observat, *Subsidia* ibi χάσματα esse, a *subsidendo*, seu delabendo dicta: hiatus videlicet, id est, vulnera seu damna reipublicæ quod non puto. *Subsidia* vocat vires reipublicæ quibus sustinetur; & quæ in reditibus positæ sunt. Has itaque bellorum violentia afflictas, prostratas, dejectas fuisse significat, & nunc prudentia ac auctoritate principis reparandas. ¶ 3. Etiam pro insidiis ut *subsessa* dici posse ait Gronov. ad Plin. 35, 10 p. 888, ubi MSS. habent *contra subsidia vetustatis*, quod emendarunt critici *subsidio vetustatis*, retinuitque etiam Harduinus, nulla alterius lectionis mentione facta. *Suæ subsidia temporum* an dixerit Quintil. 1, 12 & quo sensu, vid. Gron. & Burm. p. 123.

¶ Subsīdior, *ari*, in subsidium esse positum, sive ad subveniendum collocatum esse, zum hinterhalt liegen. Hirtius Bell. Gall. 6, 13 *Qui longius subsidiari consueverant, turpiter fugerunt*.

¶ Subsidiārius, *a, um*, qui subsidio venit, zum ſuccurs gehörig, zum hinterhalt beſtellt; ut, *Cohors subsidiaria*, Liv. 9, 27: *acies*, Id. 30, 33. Sed, *Palmes subsidiarius*, qui & *præsidiarius* & *reses*, a Colum. 4, 24; a Catone *custos* & *vinarius* appellatur, eine verſchnittene rebe, die da tragen ſoll.

¶ Subsidiarium, *i*, n. subst. die beyhülfe. Vlpian l. 1 § 4 ff. de magistrat. conveniend. *Non tantum pupilli, sed etiam successores eorum subsidiaria agere possunt*.

¶ Subsidiālis, *e*, idem. Ammian. 14, 17 *Subsidiales acies*. Et 27, 24 (Valet. c. 10 extr.) *Cum subsidiali manu locatus post montium tergo*.

¶ Subsīdnus, *a, um*, adject. in imo subsidens, das ſich unten ſetzt; ut, *Residuum*, reliquum seu relictum est. Gratius Cyneget. 474 *Subsidnasque faces, diffusaque Mulciber*.

¶ Insubsidiātus, *a, um*, sine subsidio, hülflos. Vulg. Interpr. 3 Esdr. 9, 11 *Non possumus insubsidiati stare*.

¶ Supersīdeo, vel Supersedeo, *ēre*, proprie super re quadam sedere, darauf ſitzen, oben auf etwas ſitzen. Ammian. 23, 6 *Supersedere corio damnati ob iniquitatem judicis judex alius cogebatur*. ¶ 2 *Supersedere*, cessare est, etwas überhoben ſeyn, entbehren können. Cum ablativo plerumque construitur; ut, *Supersede istis verbis*, Plaut. Pœn 1, 3, 5, ſpare dieſe worte. Cic. fam. 4, 2 *Supersedeas hoc labore itineris*. Pass. Id. de invent. c. 40 *Sunt qui putant, nonnunquam pessimi complexione & opportune supersederi &c.* conf. Fam. 8, 8, 28. Et Obsequ. c. 106 *De lege jam supersedendum pronunciarunt*. Hirtius cum dativo extulit de B. Afric. c 75 *Supersedere pugnæ*; & cum infinitivo Livius sæpius, ut 21, 40 *Supersedisse loqui apud vos*. Et Curt. 5, 6, 14 *Supersedit castigare*. conf. Nonius 1, 187.

¶ Supersīdens, vel Supersedens, *tis*. Suet. Aug. c. 96 *Aquila tentorio ejus supersedens duos corvos hinc & inde infestantes afflixit*. Id. Ner. c. 11 *Equus elephanto supersedens*. Et Ammian. 25, 25 *Supersidentes utribus undarum occursantium obliquis meatibus penetrabant*.

¶ Supersessus, *a, um*, participium passivum, hintangeſetzt. Apul. 4 Florid. p. 359 *Sed istis omnibus supersessis, nihil amplius spectari debet*, id est, prætermissis.

¶ Supersedendus, *a, um*, participium aliud, i. e. omittendus. Auct. ad Herenn. 2, 17 *Hæc causſa non visa est supersedenda*.

SĒDĬTIO, *ōnis*, f. a *seorsum eundo* dicta, ut Ciceroni placet, tunc est, cum populo secum discordante res ad manum vocatur, ein aufſtand, eine empörung. Locus Cic. ex 6 de Rep. est apud Nonium 1, 96 *Dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur*. conf. Isidor. 5, 26. Est ergo *Seditio* a *seorsum* & *itio*, sicuti *reditio* a *re* & *itio*. Aliis etiam est a *seorsum sedendo*, cum populus separatim sedet ad aliquid. v. Valla 4, 65. Seditionem describit Virg. Æn. 1, 153 *Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est Seditio &c.* Sic, *Oritur seditio*, Cæs. B. G. 7, 28, es erhebt ſich ein aufruhr. *Seditionem facere*, Cic. ad Brut. ep. 2; &, *commovere*, Att. 2, 1. Id. pro Mur. c. 39 *Concitare seditionem*, aufruhr erwecken. *Sedare seditionem*, Id. Att. 5, 14; *comprimere*, Tac. An. 1, 69, 5, ſtillen, unterdrücken. Statio *Seditio maris*, est tumultuatio ejusdem seu jactatio, Theb. 9, 142, ungeſtüm des meers. Est etiam tumultus domesticus, discordia inter conjuges & amicos, ein lermen im hauſe. Ter. Andr. 5, 1, 11 *Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias*. Sic & Plaut. Amph. 1, 2, 16, & Vet. Interpr. Actor. 15, 2.

¶ Sēdītiōsus, *a, um*, aufrühriſch, aufwieleriſch; ut, *Seditiosus & turbulentus civis*, Cic. de Orat. 2, 11. *Seditiosis vocibus regem increpare*, Curt. 9, 4, 17. conf. 10, 2, 12. Compar. Ascon. Ped. in Cic. pro Mil. p. 200 *Ejus seditiosior fuit concio*. Superl. *Seditiosissimus*, Val. Max. 3, 8, 3, & Tac. An. 1, 44, 3; & Hist. 2, 66, 6.

¶ Seditiōse, adverb. idem. Cic. pro Mil. c. 3 *Africanus a C. Carbone, tribuno plebis seditiose interrogatus &c.* Id. Att. 2, 21 *Seditiosissime dicere*. Tac. Hist. 5, 12, 3 *Seditiosius agere*.

¶ Seditiositas, *atis*, f. die liebe oder neigung zum aufruhr. Apud Florum lemma lib. 3 c. 13 *Seditiositas tribunitiæ potestatis*.

¶ Sēdītiōnor, *ari*, aufrühriſch ſeyn. Gloss. gr. lat. στασιάζω, *Seditionor*.

¶ Seditiōnārius, *i*, m. ein aufrührer. Gloss. cæd. ὀμιλητὴς ἔριδος, *seditionarius*.

SĒDO, *avi, atum, are*, mitigare est, vel lenire & reprimere, ſtillen, aufheben, begütigen, beſänftigen; ut, *Sedare controversiam*, Cic. de Leg. 1, 20; *discordias*, Id. Phil. 1, 1; *bellum*, Cic. Catil. 2, 13. *Sedare motus animi*, Id. de Orat. 1, 46. *Sedare sitim*, est restinguere, den durſt löſchen, Lucret. 4, 848; & *lassitudinem militum*, Nepos 18, 9, 6. ¶ 2. Activa forma pro passiva Cn. Gellius apud A. Gell. 18, 12 *Postquam tempestas sedavit, Atherbal taurum immolavit*.

¶ Sēdātus, *a, um*, ruhig, geſtillt; ut, *Sedatum pectus*, Virg Æn. 9, 740. *Amnis sedatus*, Id. Æn 9, 30. *Homo sedatus*, id est, moderatus, minime præceps, Horat. 1 epist. 18, 90. Omnem tranquillitatem vox hæc denotat. Nepos 14, 8, 6 *bellum sedatum*. Virg. Æn. 12, 18 *Olli sedato respondit corde Latinus*. Compar. Cic. Att. 8, 3 *Animo sedatiore scribere*, conf. pro Cluent. c. 37. Superl. Auct. ad Her. 3, 14 *Quam sedatissima & depressissima voce uti*.

¶ Sēdāte, adv. ut, *Sedate placideque loqui*, Cic. in Orat. c 27. *Dolorem constanter & sedate ferre*, Id. Tusc. 2, 20. Comp. *Exercitu sedatius procedente*, Ammian. 25, 2.

¶ Sedātio, *onis*, f. die ſtillung, beruhigung; ut, *Sedatio animi*, Cic. de Fin. 1, 19. *Perturbationum sedatio*, Id. Off. 1, 27. Et, *Sedationem mœrendi afferre*, Id. Tusc. 3, 27.

¶ Sedāmen, *inis*, n. idem. Seneca Hippolyto v. 1183 *O mors amoris una sedamen mali*.

¶ Sēdātor, *ōris*, m. qui sedat. Arnob. 3 p. 115 *Sedator militaris insaniæ*.

¶ Consēdo, *avi, atum, are*, zufrieden ſtellen. Cato apud Charisium 2 p. 184 *Maximos tumultus maturissime disjeci atque consedavi*.

¶ Consedātus, *a, um*, geſtillt, befriediget, ICt. in Dig.

¶ Consedatio, *onis*, f. idem quod *sedatio*, ibidem.

¶ Consedator, *oris*, m. idem quod sedator, in Cod.

¶ Insedātus, *a, um*, non sedatus, turbulentus, Cic. in Partit. c. 22 *Omne quod est insedatum & turbulentum*.

¶ Insēdabiliter, adverb. unaufhörlich. Lucret. 6, 1164.

¶ Resēdo, *are*, lagern, wieder ſtillen. Hoc verbum Plinius 27, 12 exhibet, cum superstitiosos ad usum herbæ *Resedæ* dixisse refert: *Reseda, morbos reseda*, i. e. o herba, morbum seda.

¶ Resēda, *æ*, f. herba hæc Italica circa Ariminum, quasi a *resedanda*, de qua modo ex Plinio.

Sedūco, seductio &c. vide *Duco*, Sedularium, *Sedeo*.

SĒDŬLUS, *a, um*, ex animo & fideliter, ac sine dolo (unde dicitur) assiduus,

assiduus, fleißig; negligens enim dolose agit. Cic. de Clar. or. c 47 *Oratores eloquentes non sedulos conquirere.* Sic, *Apis sedula*, Ovid. Met. 13, 928. Et Tibull. 1, 3, 84 *Assideat custos sedula semper anus.*

¶ Sēdŭlo, adverb. quasi *sine dolo*, ut non semel interpretatur Donatus & Nonius 1, 171. Itaque *Sedulo*, ex animo est, & bona fide, treulich, mit fleiß. Ter. Phorm. 2, 4, 13 *Ego sedulo hanc dixisse credo*: id est, serio & ex animo. Similiter Plaut. Capt. 4, 2, 106 *Nihil credis, quod ego dico sedulo.* ¶ 2. Strenue, impense, ut nihil studii operæque omittas. Ter. Adelph 3, 3, 59 *Fit sedulo.* Vbi Donatus: SEDVLO *sine dolo, id est, instanter, quia negligentes dolosi dicuntur.* Id. Eun. 1, 2, 50 *Fingit causas ut det sedulo.* Id. And. 3, 5, 8 *Id ago sedulo.* Vet. Gloss. ἀδόλως, ἀκιβδήλως, σπουδαίως, καρτερικῶς, προσεδρικῶς.

¶ Sēdŭle, idem, sed rarius, Colum. 9, 9 *Custos sedule civi cumire debet alvearia.* Et Prudent. in Vincentio v. 407 *Hoc munus implet sedule*; quod approbat Heinius consensu MSStorum.

¶ Sēdŭlitas, *ātis*, f. fidelis est diligentia, & assiduitas omnia superans, ernster und steter fleiß, emsigkeit. Virtus est, qua diligenter facimus labores proprios & necessarios, & intra metas officii nostri eos coërcemus. Sic, *Officiosa sedulitas*, Horat. 1 epist. 7, 8. *Pauper, sed mundæ sedulitatis*, Ovid. Fast. 3, 668, arm und doch reinlich. *Non sentitur sedulitate labor*, Id. Fast. 4, 434, emsigen arbeitern wird nichts sauer. Et Cic. pro Arch. c. 10 *Syda sedulitatem mali poëtæ duxit aliquo tamen præmio dignam.* ¶ 2. Inveniuntur nonnunquam, qui non contenti, præstare quod sui officii, adjiciunt etiam aliquid, quod superet atque abundet. Hoc genus vitii partim ex ambitione & affectatione laudis, vel etiam placendi studio oritur; partim ex δυσωπίᾳ, hoc est, vitioso ac inepto pudore, cum metuimus, ne parum recte defuncti partibus videamur, ni simus nimii, nascitur. Græci περιεργίαν appellant: Quæ Theophrasto προσποίησις τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας definitur, sive describitur. Latini etiam *Sedulitatem* appellant, übermäßige sorgfalt. Horat. 2 epist. 1, 260 *Sedulitas autem, stolidæ quem diligit, urget.* Nam nihil aliud, quam nimiam poetarum diligentiam intelligit, quam in celebrandis eorum, quos colunt & demereri student, rebus, cum parum circumspecte adhibent, illos ipsos, quos ornare cupiunt, onerant ac gravant. Vnde mox ait: *Nil moror officium, quod me gravat*: id est, quod me ridendum potius quam laudandum exponat. Sunt, qui *nimiam* & *miseram diligentiam* vocarunt: NIMIAM, quod modum excedat, nec decorum satis servet; MISERAM, quod semetipsam maceret atque affligat. Quemadmodum in paulo ante laudato loco Horatius ait, *Officiosam sedulitatem febres adducere.* Lucius Titius in præscriptione testamenti sui apud ICtum L. 82 § ult. Dig. de Legat. & Fideicomm. II *Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo jurisperito, rationem animi mei potius secutus, quam nimiam & miseram diligentiam. Ut si minus aliquid legitime, minusve perite fecero, pro jure legitimo haberi debet sani hominis voluntas.* Diligentis hominis censet Titius testamentum condere, dum licet: sed jurisperitos adhibere, τὸ περιεργον existimat. Cum ibi valere deceat, non tam quod cautum legibus, solemnibusque legum conveniat, de quo monere jurisperitus possit, quam quod voluerit homo sanus, penes quem rerum suarum arbitrium liberum est. Aliquando & *Ambitus* vox περιεργίαν, notat. vide supra *Ambitus* in *Eo.*

¶ Insedulus, *a, um*, Gloss. gr. lat. ἀσπάσιος, *insedulus.*

SEDVM, *i*, n. ἄκων, semper vivum, herba in culminibus rectorum & parietibus nascens, hauswurz. Discoridi trium est genera. Adde Plin. 18, 17; Colum. 10, 356; Varr. L. L. 4, 28; & Fest. It. Colum. 2, 9; & 11, 3; Plin. 26, 11 *Sedum majus*, Id. 25, 13.

SEDŪNI, *orum*, m. pl. populi, qui *Valesii* hodie sunt, Walliser, a *Seduno*, oppido Valesiæ. *Sedunos*, Livio 21, 38 Gronovius restituit, quem vide.

SĔGĔDŪNVM, *i*, n. urbs Hungariæ ad Tibiscum fluv. Segedin.

SĔGES, *ētis*, f. herba frumenti est nondum demessa, & frumentum ipsum poëtis, die saat, das getreide. Cic. Fin. 5, 30 *Ne seges quidem* scil. beata est, &c. Ovid. Art. am. 1, 349 *Fertilior seges est alienis semper in agris*, &c. Virg. Georg. 1, 54 *Hic segetes veniunt, illic felicius uvæ.* ¶ 2. Pro agro ipso conserendo *Segetem* dixit Virgil. ibidem v. 47 *Illa seges demum votis respondet avari Agricolæ, &c.* der acker, das saat-land. Vetus poëta ap. Cic. Tusc. Qu. 2, 5 *Et si in segetem sunt deteriorem datæ Fruges, tamen ipse suapte naturâ enitent.* Add. Cic. Verr. 3, 8; Varr. R. R. 1, 29; ibique Ponted. & Gesn. & Brouckh. ad Tibull. 4, 1, 172. ¶ 3. *Seges ferrea telorum*, Virgil. Æn. 3, 45: Et, *Seges & materia gloriæ*, Cic. pro Mil. c. 13 locutiones figuratæ sunt.

¶ Sēgētālis, *e*, in segete crescens; ut, *Gladiolus segetalis*, Apulej. de Herb. c. 78.

¶ Sēgĕsta, vel Segetia, *æ*, f. dea Romana, segetum custos, Macrob. Saturn. 1, 16. Plin. 18, 2. Augustin. de Civ. D. 4, 8.

¶ Amsegĕtes, *um*, f. pl. *quorum ager seu seges viam tangit*, Fest. v. ibi Dacer. ex leg. 12 tab.

SEGESTA, *æ*, f. oppidum Siciliæ conditum ab Ænea, auctore Cic. Verr. 4, 33 pr. Adde Festum & Plin. 3, 5 & 8. v. Ægesta.

¶ Segestānus, *i*, m. civis ejus oppidi, Cic. ibid. sæpe. v. & *Ægesta.*

SĔGESTRE, *is*, & Segestrum, *i*, n. teges, quo lectus sternebatur antiquitus, a *segetibus*, quod ex eis fieret, sic appellata, ut Varro auctor est L. L. 4, 35, ein umschlag, eine decke. Id. de vita Pop. Rom. apud Non. 1, 33 *Hoc quod injicitur*, toral *dicitur*: *Lectica quæ involvebant*, segestra *appellabant.* Lucil. ap. Non. 14, 13 *Pænula, si quæris cunteriu', servu' segestre Vtilior mihi quam sapiens.* Suet. 2, 83 Augustum refert exercendi corporis causa *deambulasse segestro* (ita enim legendum, non *Sestertio*), *& lodicâ involutum*: Nudum nempe & sic lodicula, pudenda tantum, contectum. v. ibi Casaub. item Scalig. ad Festum & in Conjectaneis in Varronem p. 65. Plin. 13, 12 *Involueris chartarum segestriumque usum præbere.*

Segmen, segmentatus &c. vide *Seco*, Segnesco, *Segnis.*

SEGNIS, *e*, quasi *sine nitendo*, ut Festo placet, aut *sine igne*, ut Isidorus vult, & Scaliger Comm. ad Ætnam probat, it. Brouckh. & quos laudat ad Tib. 2, 1, 20; ac Burm. ad Nemes. Cyn. 212; tardum significat, & ignavum, träg, langsam, faul; ut, *Segnis ad credendum*, Liv. 24, 13 ext. *Segnior ad imperandum*, Cic. pro Font. c. 3 *Haud ullo segnior ibat*, Virg. Æn. 4, 150. Vet. Gloss. *Segnis*, ῥᾴθυμος, κυψέλης ἢ ὁ ἀδρανὴς καὶ ἀργός. Sic *segnes* & *promtos* opponit Cæs. B. Civ 1, 3. v. *Promtus.* Nemesiani l. c. *Segnes radii* per metonymiam sunt qui segnes faciunt: neque enim radii *sine igne* esse possunt, minime omnium per canicularn. Melius ad hanc etymologiam convenit ejusd. Nemesiani ecl. 1, 49 *Hesperi, Meliboce, jaces lentali frigore segnis.* Superi. Apul. Apol. 1 p. 310 *Lana segnissimi corporis excrementum.* ¶ 2. *Segne* pro *Segniter.* Liv. 38, 22 *Haud segne id ipsum tempus consumserat.* Ammian. 21, 10 pr. *Nihil differendum nec agendum segne ratus.*

¶ Segnĭter, adverb. otiose, negligenter; ut, *Segniter omnia agere*, Liv. 2, 58. *Mitis & injuriam segniter laturus*, Tac. Hist. 2, 71, 3, der sich nichts daraus macht. *Nihilo segnius* i. e. eadem alacritate & industria, Nepos 14, 2, 5. conf. Sallust. Iug. c. 75; Liv. 7, 18; Curt. 4, 6, 25. *Segnius oppugnare*, Liv. 40, 27. *Segnius irritant animos demissa per aures*, Horat. Art. P. v. 180. *Segnissime torpere*, Cassiodor. 1 edicto 35. Heinius ad Ovid Met. 2, 809 in multis locis corrigit τὸ *non segnius*, mutatque in *non secius.*

¶ Segnĭtia, *æ*, & Segnities, *ēi*, f. negligentia, tarditas, die trägheit, faulheit, langsamkeit. Ter. Andr. 1, 3, 1 *Enimvero Dave, nihil loci est segnitiæ neque socordiæ*; ubi Donatus: SEGNITIÆ *ad agendum*, SOCORDIÆ *ad cogitandum.* Cic. de Fin. 1, 2 *Rudem esse in nostris poëtis, inertissimæ segnitiæ est.* v. *Poëta.* ¶ 2 Suetonio vero in Claudio c. 5. *Segnities* non est remissio & tarditas animi in exsequendis, quæ cogitaveris, seu consultaris, ut Donatus interpretatur: sed vero *stultitia*, vecordia, ἀνοησίαν, hoc est, quam supra *socordiam* appellaverat c. 3. *Segnities* vid. porro in Plaut. Trin. 3, 3, 67; Mela 1, 5; Colum. 9, 5. ¶ 3. *Segnitiem verbi* dixit Quintil. Decl. 12, 11 p. 252, cum indicare vellet, nimis lene id esse ad rem atrocissimam significandam.

¶ Segnĭtas, *ātis*, f. idem. Nonius 2, 808 ex Accio probat duobus exemplis, quibus jungit etiam illud Ciceronis de Orat. 1, 41 *Ut quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitatem hominum atque inertiam.* Sed hodie ibi omnes legunt *segnitiem.*

¶ Segnesco, *ĕre*, faul werden, nachlassen. Cæl. Aurel. Acut. 2, 18 *Mitescentibus & segnescentibus sputis.*

¶ Segnĭpes, *ĕdis*, tarde incedens, langsam auf den füssen; ut, *Equi segnipedes*, Iuvenal. sat. 8, 67.

¶ Persegnis, *e*, sehr träge, faul. Liv. 25, 15 *Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.*

Segnĕgo, segrex, &c. vide supra *Grex.*

SĔGVLLVM, *i*, n. apud Plinium id vocabulum legitur 33, 4. Significat autem auri in summa tellure inveniendi indicium, geldaderung, goldader.

SĒIA, *æ*, f. Dea præposita frumentis, quamdiu sub terra essent. vid. Plin. 18, 2; & 30, 22. Adde Augustin. de Civ. D. 4, 8. *Seja* dicta a *serendo*, *Segesta* vero a *segetibus.*

Sejanus, vide *Sejus*, Sejugare, sejūges, *Jugum*, Sejunctio, *Jungo.*

SĒIVS, *i*, m. dominus e qui, qui calamitosos reddere credebatur, a M. Antonio affectus suppitio, cum præesset Italiæ. ¶ 2. Plures hujus nominis vide apud Tacitum.

¶ Sejānus, *i*, m. Ælius, ex Sejo Strabone, præcipuus Tiberii amicus, ad rerum summam grassatus, misere periit; de quo Suet. Tib. c. 48, 61, 62; & Tac. An. 4; & Iuvenal. 10, 62 seqq. ¶ 2. A C. Sejo dictus *Equus Sejanus*, fatalis ille & exitiosus dominis suis, de quo multa Gellius 3, 9 *Equum habere Sejanum*, de homine dicebatur calamitoso, ist unglück gebohren sein. v. Chiliad.

SĒLAGO, *ĭnis*, f. planta est Plinio 24, 11, foliis tamaricis, Sabinæ non dissimilis. Matthiolus.

SĔLAS, *ātis*, n. σέλας, fulgor, ein glantz, ein strahl. Inter meteora ap. Apul. de Mundo p. 63 *Selas Græci vocant, incensi aeris lucem.* Et Sen. Nat. Qu. 1, 15 *Fulgores Græci Sela appellant*, i. e. σέλατα.

¶ Sĕlăche, σελάχη pro σελάχεα, n. plur. pisces plani & cartilaginosi, a cutis splendore, quibus hoc nomen Aristoteles imposuit, Plin. 9, 24.

Selectio, selectus, vide supra *Lego*, *ĕre.*

SĔLĒNION, *i*, n. σελήνιον *a* σελήνη, *luna*, quasi lunæ lux. Ita pæoniam vocat Apul. de Herb. c. 64, quam & ibi *Selenogonen* dixit.

¶ Sĕlēnītes, *æ*, m. lapis, λίθος, σεληνίτης, lapis in Arabia nascens candidus, translucens, lunæ imaginem reddens, Dioscor. 5, 159, a σελήνη, *luna*, sc. εἰκάζων. v. Iac. Phil. Mauffacum in Plutarch. lib. de Flumin. c. 1 de Hydatpe. conf. Plin. 37, 10; & Solin. c. 40.

¶ Selenitium, *i*, n. genus hederæ. Plin. 16, 34.

¶ Selenūsium, *i*, n. genus tritici præcipuum, Plin. 18, 7.

¶ Părăselēne, *es*, f. lunæ replicatio in nube cava se reflectentis, ein neben-mond. Græca vox a παρὰ & σελήνη, *luna*, v. Hier. Vital. Lex. Mathem.

¶ Prŏsēlēnus, *i*, m. προσέληνος, i. e. antelunaris, sive luna vetustior, älter als der mond. Cic. in Fragm Orat. pro Fundanio: *Arcades se proselenos esse affirmarunt.* v. supra *Arcas* in *Arcadia*; Sed quia προσελῆνοι conviciari est, sunt, qui *Arcades proselenos* contumeliosos & in probra proclives interpretantur. v. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 16, 3.

SĔLĔVCVS, *i*, m. unus ex principibus Alexandri, & in orientalibus partibus successor, conditor novi regni Syrorum. Huic ancoræ signum impressum fuit, ut Augusto Capricorni sidus, & Thebanis, qui Sparti dicebantur, lancea; Iustinus 15, 4, & Auson. in Vrbibus epigr. 2. ¶ 2. Apud Iuvenal. 10, 21 *Seleucus* citharœdi nomen est.

¶ Seleucīa, *æ*, f. Σελευκεια, civitas Syriæ; item Assyriæ ad Tigrim: alia Ciliciæ Tracheæ ad Calicadnum. v. Geograph. & Plin. 6, 26.

¶ Sēleucĭānus, *a, um*, adject. ut, *Seleuciana provincia*, Cic. Att. 4, 18.

¶ Seleucĭdes, *um*, f. pl. aves, Cassii montis incolis gratæ, Plin. 10, 27.

SELGA, *æ*, f. oppidum Pamphyliæ, postea *Philadelphia* dicta.

¶ Selgĭtĭcus, *a, um*, adject. ut, *Oleum Selgiticum*, Plin. 15, 7; & 23, 4.

Sĕlĭbra, pro *semilibra*, vide *Libra*, Seligo, *Ligo, ere.*

SĔLĪNIS, *is*, vel Selinus, *untis*, f. oppidum Siciliæ palmis abundans; unde *Palmosa Selinis*, Virg. Æn. 3, 705. Et, *Palmis onusta Selinis*, Sil. 14, 201, v. ibid. Drakenb.

SĔLĪNVM, *i*, n. σέλινον, herba, apium, peterſilge; ut, *Selinon agrion*, Apul. de Herb. c. 8; Dioſc. 2, 206; & 3, 74. *Selinon hydacion*, Idem Apul. l. c. & c. 106, & 118. ¶ 2. Eſt & *Selinas, adis*, braſſicæ genus, Plin. 20, 9. Sed

¶ Selinoidea, *æ*, f. vel Selinoides, *ei*, Harduinus legendum cenſet ibidem, allegatque ſimul Catonem de R. R. c. 157, ubi tamen merito expungit Victorius.

¶ Selinophyllon, *i*, n. σελινόφυλλον herba, quæ & *Callitrichon*. Apulej. de Herb. c. 47.

¶ Agrioſelinum, vide ſupra *Agrius*, Petroſelīnum, *Petra.*

¶ Pſeudoſelīnum, *i*, n. ψευδοσέλινον, apiaſtrum. Apul. l. c. c. 2.

SĔLĪNVS, *i*, m. fluvius Ciliciæ, de quo Lucanus 8, 260.

¶ Sĕlīnūlius, *a, um*, adj. ut, *Selinuſia terra*, Plin. 35, 16.

SĔLĬQVASTRVM, *i*, n. vel ſiliquaſtrum, ſellæ genus, a ſedendo ſive ſella dictum, auctore Varrone L. L. 4, 28, ein ſeſſel. Hyginus Aſtron. 2, 10 *Pro quo facto inter ſidera ſedens in ſeliquaſtro conſtituta eſt.* v. not. Schefferi. Vſus & Arnob. 2 p. 59. vide Calaub. ad Suet. & Grotium in Arateis ad imagines p. 47; & Feſtum.

SELLA, *æ*, f. quaſi *Sedda, a ſedendo*, ut Servius in Virgil. ecl. 1 annotat, ein ſtuhl, ſeſſel; ut, *Sella aurea*, Propert. 4, 11, 28. *Sella curulis*, vide *Curulis*, de qua etiam Cic. Verr. 1, 47 *Et hoc tum de ſella vir optimus dicit.* Liv. 6, 15 *Sella in comitio poſita, viatorem ad M. Manlium miſit:* ubi *ſella* pro tribunali ponitur. v. Ræv. libro ſingulari pro tribun. c. 7. Sic, *Requieſcere in ſella*, Cic. Divin. 1, 46. *Duabus ſellis ſedere*, auf zweyen achſeln tragen. v. Sen. Controverſ. 3, 28 ſub fin. ¶ 2. Ephippium, ein ſattel. Vnde *ſellaria jumenta*, Veget. de Re Veter. 1, 56. ¶ 3. *Sella* & *ſella familiæ* & *familiarica*, ubi venter exoneratur. v. Scalig. Conjectan. p. 198. Erant & publicæ hujusmodi ſellæ, & ſuis nominibus inſignitæ: ut *Patroclianæ* Romæ, quarum Martialis meminit 12 epigr. 77. Varr. R. R. 1, 14 *In ſterquilinio quidam ſellas familiaricas ponunt*, abtritt, ſecret, nachtſtühle.

¶ Sellŭla, *æ*, f. diminut. Arnob. 2 p. 59 *Arquata ſellula.* Et Tac. Hiſt. 3, 85, 1 *In domum uxoris ſellula defertur.*

¶ Sellāris, *e*, ut, *Sellaris geſtatio*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 4, cum quis portatur in ſella.

¶ Sellārius, *a, um*, idem; ut, *Sellariæ meretrices*, quæ ſedentes in ſellis emtores captabant. Vnde Iuvenal. ſat. 3, 13 *Et dubitas alta Chionem deducere ſellâ.* ¶ 2. *Sellarius, i*, m. ſubſt. ein ſattelknecht. Gloſſ. gr. lat. ὑφοφόρος, *Sellarius.* ¶ 3. *Sellaria, æ*, f. ſubſt. locus, ubi ſedes diſponi ſolebant, ein ort, da geſtühle ſind. Plin. 34, 8 ſ. 19 *Signa in ſellariis domus aureæ diſpoſita.* Id. 36, 15 *Quorum* (ſcil. priſcorum) *agri quoque minorem modum obtinuere, quam ſellariæ iſtorum.* Suet. Tib. c. 43 *Sellariam excogitavit, ſedem arcanarum libidinum.*

¶ Sellāriŏlus, *a, um*, diminutivum, idem. Martial. 5 epigr. 71 *In ſellariolis vagus popinis.*

¶ Sellŭlārius, *i*, m. qui ſedens opus facit, ſedentarius, der ſitzend arbeitet. Liv. 8, 20 *Opificum vulgus & ſellularii, minime militiæ idoneum genus.* ¶ 2. Adjective *Sellularii artifices*, Apul. 2 Florid. p. 351. Et, *Sellulariæ artes*, ibidem p. 346. Et, *Sellularii queſtus*, Gell. 3, 1. conf. Elmenhorſt. in Arnob. p. 117. add. *Sedentarius* in *Sedeo.*

¶ Selliſternium, *i*, n. Gloſſ. gr. lat. σελλάστρωσις, *Selliſternium*; eſt ratio aut munus ſellas Diis ſternendi, quod ſacris perſonis commiſſum fuit. Apud Feſtum in *Solla* dicuntur *Solliſternium habere.* Tale quoque eſt *lectiſternium* ſupra in *Lectus.* De hoc ſellas & lectos Diis epulaturis apparandi more Val. Max. 2, 1, 2, *Iovis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerva in ſellas ad cœnam invitantur.* Scilicet aræ ſunt menſæ deorum, ſacrificia epulæ.

¶ Aſſello, vel Adſello, *are*, ad ſellam ire, zu ſtuhle gehen, honeſtum de re fœda verbum vocat Reineſ. Var. Lect. 3, 12 p. 548. Veget. de re veter. 1, 12 *Aſſellandi augere voluntatem.* Id. 3, 57 *Aſſellare ſtercus durum.*

¶ Biſellium, *i*, n. in quo duo ſedent, ein ſitz auf zwey perſonen, zwey ſtühle an einander. Varro L. L. 4, 28. conf. Reineſ. ad Petron. p. 114. Exſtat Val. Chimentelli de honore biſellii liber.

¶ Conſellæ, *arum*, f. pl. ſellæ geminæ vel conjunctæ, geſtühle. Lucil. apud Non. 4, 3 *Conſellas quoque prævalidis in funibus aptas.*

¶ Subſellium, *i*, n. pl. *ſubſellia*, ſedes & pulpita vel in theatro, vel in judiciorum locis, in quibus judices, & qui publicis judiciis operam dabant, conſidebant, ut tribuni, triumviri, quæſtores & alii judicia minora exercentes, qui non in curulibus ſellis, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant, auctore Aſcon. Ped. in Divin. Verr. p. 34, bänke, geſtühle. In comitiis etiam tribunitiis *ſubſelliorum* uſum docet Livius 3, 64. Plaut. Stich. 3, 2, 33 *Scis tu me dudum eſſe imi ſubſellii virum*, hoc eſt, infimi loci & fortunæ, daß ich unten an ſitze. Cic. de Clar. c. 84 *Locus in ſubſelliis occupetur.* Id fam. 3, 9 *Longi ſubſellii judicatio* eſt, quæ a magno judicum conſeſſu definienda; ad quam decernendam multi judices, qui ſedeant, requiruntur. Ita quidem Græv. Senatum intelligunt Manut. & Corradus. Catull. 40, 2 *Ad rei ventum eſt ſubſellium, cum orator excitat fletum.*

SELLI, *ōrum*, m. pl. Iovis Dodonæi vates, illotis pedibus humi cubantes, Homerus Illiad. π. v. 234.

¶ Selliſſo, *āre*, σαλλίζειν, i. e. jactare oſtentareque, prahlen über vermögen. v. Eraſmi Adag. & Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 26, 21. Suidas monet, ſumptum a moribus *Selli* cujuspiam, qui cum re eſſet perquam tenui, tamen affectabat haberi dives.

SĒMANTĬCVS, *i*, m. σημαντικός, *ſignatorius*, nomen eſt pedis cujusdam Trochæi in Iambicis metris, Mart. Capell. 9 p. 332.

Semaxii, vide *Axis*, Sembella, *Libra.*

SĔMEL, adverb. numerandi, einmal. Ter. Heaut. 1, 2, 34 *Vbi animus ſemel cupiditate ſe devinxit mala, &c.* Et Cic. de Fin. 5, 30 *Semel in vita riſit Craſſus*; i. e. pæne nunquam. ¶ 2. *Semel* etiam *fieri* dicitur, quod non iteratur, aut iterari ſeu repeti non poteſt, vel quod regreſſum non habet, einmal vor alles. Virg. Æn. 11, 418 *Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.* Ovid. Heroid. 5, 105 *Nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt: deperit illa ſemel.* Sic, qui ſemel humum momordit mortuus, non umquam iterum mordebit. Itaque Servium non audio, τὸ *Semel* in producto Virgilii loco, CITO, CONFESTIM interpretantem. v. Bentl. ad Hor. Sat. 2, 8, 24. Burm. ad Quint. 1, 2 p. 30 & ad Decl. 6, 2 p. 129. ¶ 3. Ita fere apud eund. Quintil. 9 c. ult. *Denique ut ſemel finiam, ſic fere componendum, quomodo pronunciandum erit.* Et 11, 1 *Denique ut ſemel omnia complectar*; SEMEL idem eſt, quod in ſumma, ſive, ut ſummatim dicam, ut nihil rurſus de eo definiam ſive præcipiam, einmal vor alle mal. ¶ 4. Vall. 6, 3 *Semel, iterum* quibusdam interjectis. Liv. 1, 19 *Semel T. Manlio conſule, peſt Punicum primum bellum, iterum, &c.* einmal, das andere mal, oder noch einmal, ꝛc. Id. 23, 9 *Tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ fuſtinendum eſt crimen. Semel, cum defectionem iniiſti ab Romanis: iterum, cum pacis cum Annibale fuiſti auctor: tertio hodie, cum reſtituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum tu es.* ¶ 5 Hinc cum *iterum* Cicero non ſemel conjunxit, ut pro Font. c. 8 *Semel atque iterum*, hoc eſt, aliquoties, ein und ander mal. conf. Iuſtin. 1, 10, 21. Suetonius *item* ſubjecit Tib. c. 6 *Semel cum a matricis ubere, item cum a ſinu matris auferretur.* ¶ 6. Iuniores & pro *tandem* uſurparunt: perinde ac nos noſtrum einmal. Ita enim nos: gib mirs doch einmal, *Cedo tandem.* Marius Victor, elegans poëta, Geneſ. 1, 43 *Vt vero ſemel attingam primordia rerum.*

SĔMĔLE, *es*, & *æ*, f. Cadmi, Thebanorum regis, filia, quæ gravida ex Iove Bacchum genuit, ut fabulati veteres ſunt, & Heſiodus refert. Vnde Horat. 1 od. 19, 2 *Semelæ puerum*, id eſt, filium, vocat.

¶ Sĕmĕlēius, *a, um*, adj. ut, *Semeleius Thyoneus*, Horat. 1 od. 17, 23. Et, *Semeleia proles*, Ovid. Met. 5, 329 pro Baccho, qui & *Liber Semeleius* Arnob. lib. 3 p. 119; & lib. 5 p. 176.

SĒMEN, *ĭnis*, n. σπορά, σπέρμα, der ſamen, das ſamenkorn. Cic. de Senect. c. 15 *Terra ſemen ſparſum excipit.* Virg. Ge. 1, 223 *Debita quæ ſulcis committas ſemina, &c.* ¶ 2. Species frumenti, *Zea* alias dictum, κατ' ἐξοχήν hoc ei nomen datum videtur. Vid. Plin. 18, 8 ſ. 19. it. 18, 24 ſ. 54 *Adorem* appellat Iſid. 17, 3. Hoc eſt *ſemen Thuſcum* Ovid. med. fac. 65. ¶ 3. Sunt & arborum *ſemina*, ſaamreiſer. Id. Virg. Ge. 2, 14 *Pars autem poſito ſurgunt de ſemine, ut altæ Caſtaneæ.* Aliæ enim *ab radice* putabant; de quibus mox ſequitur. *Aut enim ſemine* (aus dem ſaamen) *proveniunt arbores, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulſione, aut ſarculo, aut inſito & confecto arboris trunco*, ſcribit Plin. 17, 10. Hinc *ſemina* & *planta ferere* dicimus. vide *Sero.* Cæterum Columella arborum *ſemina* de plantis etiam & ſurculis arborum, unde proveniunt, dixit 5, 11 & de Arbor. c. 3. Ita etiam Plin. 17, 14 ſ. 23. it. 17, 21 ſ. 35. ¶ 4. Itemque hominum & animalium, v. g. Lucret. 4, 1202 ſqq. ¶ 5. Tralate Cic. Phil. 2, 23 *Hujus latrocinioſiſſimi belli ſemen fuiſti*, id eſt, auctor, origo, die urſach, der vrſprung. Ita Id. Fin. 5, 7 *Semina virtutum*, angeborene neigung zur tugend: de quibus Sen. epiſt. 73 extr. *Semina in corporibus humanis divina diſperſa ſunt, quæ ſi bonus cultor excipit, ſimilia origini producunt, & paria his, ex quibus orta ſunt, ſurgunt: &c.* ¶ 6. *Semen* pro Genere, das geſchlecht. Cic. de L. Agrar. 2, 35 *Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis ac ſeminis, &c.* Id. Phil. 4, 5 *Virtus, quæ propria eſt Romani generis & ſeminis.* Lucret. 2, 990 *Denique cæleſti ſumus omnes ſemine nati*, aus einer himmliſchen art. ¶ 7. *Semina flammæ*, ſcintillas ex ſilice excuſſas, unde ignis concipitur, Virgil vocat Æn. 6, 6, verba Homeri in Odyſſ. σπερματα πυρός exprimens. *Argenti ſemina* dixit Severus in Ætna: *Quæritur argenti ſemen, nunc aurea vena.* ¶ 8. *Semina* etiam dicuntur minuta corpuſcula ſ. elementa, unde conſtare omnia nonnulli philoſophi diſputarunt. v. g. Lucret. 1, 54 & ſæpiſſime. v. Barth. ad Claud. Mamert. p. 228. ¶ 9. Piſciculorum ſobolem ita vocavit Colum. 8, 16.

¶ Sēmĭnium, *i*, n. pro *ſemine* dixerunt Plautus Mil. 4, 2, 68; & Varro R. R. 2, 6 pr. Apul. 1 Dogm. Plat. p. 11 *Genitale ſeminium.* Ibid. 2 p. 27 *Puſperia morum diſſimili ſeminio concepta.*

¶ Sēmentis, *is*, f. ſatio ipſa frumenti & leguminum, die ſaat, auch ſaat. Plin. 18, 14 *Veſtigata ſementis ſæpe decepit, ſerotina ſemper.* Sic, *Maturam facere ſementim*, unglück ſäen, Cic. Nat. D. 3, 30. Et, *Vt ſementem feceris, ita & metes*, Id. de Orat. 2, 65. v. ſupra *Meto.* Et, *Sementim alii faciunt, alii metent*; v. Chiliad.

¶ Sementĭcus, *a, um*, das man ſäet. Sic, *Sementica*, genere neutro Plin. 18, 7 appellari dicit, quæcunque ſeminari poſſunt, allerley ſaat.

¶ Sementīnus, *a, um*, eſt in quibusdam libris, ubi meliores

¶ Sēmentīvus, *a, um*, ad ſementem pertinens, das man ſäet; ut, *Semen ſementivum*, quod ſementi & procreationi idoneum. Tertull. de Jejuniis c. 4, ſaamkorn, pflanz-ſamen; & *Fœnum ſementivum*, ibid. gras, das ſich beſäet. Sed *Sementiva pira*, Cato R. R. c. 7; & Plin. 15, 15 agreſtibus opponuntur. *Sementiva frumenta*, Plin. 18, 7. *Sementivæ feriæ* Varr. R. R. 1, 2, 1, quæ *dies ſementivæ* Ovid. Fait. 1, 658. *Sementinæ* feriæ adhuc leguntur apud Paullum Feſti compilatorem.

¶ Sēmento, *āre*, ſamen tragen: Plin. 18, 28 *Herbæ ſementaturæ.*

¶ Sementātio, *ōnis*, f. ſementis, die ſaat, apud Tertull. de Spect. c. 18.

¶ Sēmĭno, *āvi, ātum, āre*, ferere, ſäen, beſäen, ſamen ausſtreuen. Colum. 2, 9 *Seminari debet hordeum.* Id. 2, 8 *Ne ſeminarentur agri.* Virg. Æn. 6, 206 *Viſcum non ſua ſeminat arbos.*

¶ Seminans, *tis.* Vulg. Int. Prov. 11, 18 *Seminanti juſtitiam merces fidelis.* Et Marc. 4, 3 *Exiit ſeminans ad ſeminandum.*

¶ Sēmĭnātus, *a, um*, geſäet. Vulg. Int. Matth. 13, 19 *Venit malus & rapit, quod ſeminatum eſt.* *Seminatus* & puer dicitur, quando con-

concipitur. Plaut. Amph. 1, 2, 19 *Alter decimo poſt menſe naſcitur puer quam ſeminatus.*

¶ Sēmĭnātio, *onis*, f. die beſamung. Varr. de R. R. 2, 6 *Ad ſeminationem onagrus idoneus.* Adde Tertull. adv. Marc. 5, 10.

¶ Seminātor, *ōris*, m. ein ſämann; ut, *Malorum omnium ſeminator*, per metaph. dixit Cic. de Nat. D. 3, 26.

¶ Seminatrix, *icis*, f. Saresb. epiſt. 61.

¶ Sēmĭnālis, *e*, zum ſäen dienlich; ut, *Frumentum ſeminale*, ſaatkorn. *Viciæ ſeminales*, Colum. 11, 2. Auctor pervigilii Veneris delicatiſſimi carminis: *Perque cælum, perque terram, perque pontum ſubditum Pervium ſui tenorem ſeminali tramite Imbuit* (Venus) *juſſitque mundum meſſe naſcendi vias.* Sic, *Seminale membrum*, das geburts-glied, in Priap. 25. Et abſolute *Seminalia*, Tertull. adv. Marc. 1, 13. *Seminales rationes habent*, Auguſtin. de Geneſi ad litt. 9, 17.

¶ Sēmĭnārium, *i*, n. locus, in quo vitium aut arborum ſemina aluntur, novellæ plantæ adoleſcunt, ac poſtea transferuntur, eine baumſchule, pflanzgarten. Varr. L. L. 4, 4 *Seminaria, ſementes ſegetes ferunt.* Colum. 3, 15 *De ſeminario transferre plantam.* conf. Id. 5, 6; & de Arb. c. 1. ICt. L. 3 § 4 Dig. Arbor. furtim cæſ. *Quod ſi quis ex ſeminario ſtirpitus arborem tranſtulerit, &c.* Adde L. 9 § 6 Dig. de Vſufr. & quemadm. ¶ 2. Metaphorice, Cic. Of. 1, 17 *Principium urbis & quaſi ſeminarium reip.* Id. Catil. 2, 10 *Qui niſi perierit, etiamſi Catilina perierit, ſcitote, hoc in rep. ſeminarium Catilinarium futurum.* Ap. Non. 1, 115 eleganter *Seminarium hilaritatis* Varroni *vinum* dicitur. Apul. Apol. p. 32 de Æmiliano: *Omnium ſimulationum architectus, omnium malorum ſeminarium.* Sic Liv. 42, 61 ordinem equeſtrem *ſeminarium ſenatus*, & 6, 12 regionem, e qua milites conſcribebantur, *ſeminarium militum* vocavit. Flor. 2, 6, 38 *Hiſpania, ſeminarium boſtilis exercitûs.* Curt. 8, 6, 6 *Cohors velut ſeminarium ducum.* Et Auſon. in Grat. act. *Dicturi laudes principis, habetis velut ſeminarium, unde orationum veſtrarum jugera compleatis.*

¶ Sēmĭnōſus, *a, um*, ſemine abundans, voll ſamens; ut, *Seminoſæ cucurbitæ*, Auct. Priap. n. 15.

¶ Seminifluus, *a, um*, apud Bernhard.

¶ Semĭniverbius, *i*, m. σπερμολόγος, ſeminans verba, ein wäſcher. Vulg. Int. Act. 17, 18 *Quid vult ſeminiverbius hic dicere?* Hinc Saresb. 7, 19 *Apoſtolus dictus eſt ſeminiverbius.*

¶ Sementĭfer, *a, um*, das ſamen trägt; ut, *Sementifera Seriphos*, Virg. in Ciri v. 477. Taubm. cum Scalig. mavult *Serpentifera.*

Compoſita:

¶ Cōnsēmĭnālis, *e*; ut, *Conſeminalis vinea*, Columella 12, 45, id eſt, varii generis vitibus conſita.

¶ Conſemĭneus, *a, um*, idem: Sic, *Conſeminea vinea*, eadem Columellæ 3, 21, quæ *conſeminalis*; & *conſeminea ſilva*, Eidem 11, 2.

¶ Diſsēmĭno, *āre*, hin und wieder ausſtreuen, ausſäen. Cic. pro Arch. c. 12 *Spargere ac diſſeminare in orbis terræ memoriam*, i. e. divulgare.

¶ Diſſeminatus, *a, um*, ausgeſtreut, ausgeſprengt; ut, *Diſſeminatus diſperſusque ſermo*, Cic. pro Planc. c. 23. *Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum*, Id. Catil. 4, 3.

¶ Diſſeminatio, *ōnis*, f. die ausſäung, ausſtreuung; ut, *Evangelii diſſeminatio*, Tertull. de fuga in Perſecut. c. 6. *Extimeſcere malevolorum diſſeminationes*, Apul. Met. 11 p. 272 extr.

¶ Insēmĭno, *āre*, ſemen inſpergere, einſäen, einpflanzen. Gell. 19, 5 *Morbum viſceribus ſenſim inſeminare.*

¶ Insēmĭnātus, *a, um*, beſäet, eingepflanzt. Vitruv. procemio l. 8 *Terra, ex cæleſtium imbrium conceptionibus inſeminata.* Et Arnob. 2 p. 93 *Hi ex conventu Iovis inſeminati & nati ſunt.*

¶ Interſeminatus, *a, um*, darzwiſchen geſäet. Apul. Apol. p. 299 *Plurima naturæ munere interſperſa atque interſeminata.*

¶ Præsēmĭno, *āre*, vorher pflanzen, in uſu fuit. Hinc Ammian. 30, 2 *Sapor majora ſibi præſemmans.*

¶ Præſeminātus, *a, um*, vorher geſäet. Auguſt. de Geneſi ad litt. 3, 14 *Præſeminata materia.* Lactant. 6, 10 *Ex Draconis dentibus præſeminati, &c.* v. *Proſeminatus.*

¶ Præſemĭnātio, *ōnis*, f. conceptus, die empfängniß. Vitruv. 2, 9 *In corpore præſeminatio creſcens detrahit alimentum in ſe.*

¶ Prosēmĭno, *āre*, idem quod *diſſeminare.* Cic. in Hortenſ. apud Nonium 3, 152 *Vel in tegulis proſeminare oſtreas.*

¶ Proſeminātus, *a, um.* Cic. de Orat. 3, 16 extr. *Ex Socratis variis diſputationibus proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe.* Et Lactant. 6, 10 *Non per omnem terram nati ſunt homines a terra, tamquam ex draconis alicujus dentibus proſeminati, ut poëtæ ferunt.* Ita MSS. Cantabrig. & Goth. & Lipſ. 1 edit. Th. Sparki: Aldus *ſeminati*: Mich. Thomaſius, & Thyſius, & edit. Cantabrig. *præſeminati.*

¶ Resēmĭno, *āre*, wieder beſamen. Ovid. Met. 15, 592 de Phœnice: *Vna eſt, quæ reparet ſeque ipſa reſeminet, ales.* vide *Phœnix.*

¶ Supersēmĭno, *āre*, drunter ſäen. Hieronym. epiſt. 155 extr. ad Paullam Vrbicam: *Superſeminat zizania.*

¶ Superſemĭnātus, *a, um*, drunter geſäet. Tertull. adverſ. Praxean. c. 1 *Superſeminatæ dormientibus multis doctrinæ.*

¶ Superſeminator, *ōris*, m. der darzu ſäet. Tertull. de anima c. 16 *Avenarum ſuperſeminator, & frumentariæ ſegetis nocturnus interpolator.* Ex Matth. c. 13, 25.

Semeſtris, vide *Menſis*, Semeſus, *Edo*, Semetrum, *Metrum.*

Semi, vide *Semis*, Semiagreſtis, *Ager*, Semiamictus, *Amicio*, Semianimis, ſemianimus, *Anima*, Semiannuus, *Annus*, Semiaſſus, *Aſſus*, Semibos, *Bos*, Semicānus, *Canus*, Semicaper, *Caper*, Semicipium, *Caput*, Semicirculus, *Circulus*, Semicombuſtus, *Vro*, Semidigitalis, *Digitus*, Semiermis, *Arma*, Semiferus, *Fera*, Semigro, *Migro*, Semihora, *Hora*, Seminaturus, *Maturus*, Semimodialis, *Modius*, Semimortuus, *Morior*, *&c.*

Seminalis, ſeminarium, ſeminatio, ſeminium, &c. vide ante in *Semen.*

Seminex, vide *Neco*, Semipedalis, *Pes*, Semiperactus, *Ago.*

SĔMĪRĀMIS, *ĭdis*, f. fuit Nini, Aſſyriorum regis, uxor. Iuvenal. 2, 108 *Qui d nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe Fecit.* v. Diodor. & Iuſtin 1, 2. Ammian. 14, 6 *teneros mares caſtraſſe omnium primam*, ſcribit. ¶ 2. Alia fuit *Semiramis*, priore poſterior, quæ a Syris ſpecie columbæ adorabatur, quod ovo a columba excluſo natam crederent, & inde *Semiramin* lingua Syriaca appellatam. Eadem & *Aſſaſſa* vocata eſt: Scalig. ad Euſeb. p. 35.

¶ Semiramius, *a, um*, adject. v. Ovid. Met. 5, 85. Sic, *Semiramiæ turres*, i. e. Babylon, Claud. de Conſul. Prob. & Olybr. v. 162.

Semireductus, vide *Duco*, Semirefectus, *Facio*, Semirŭtus, *Ruo.*

SĒMIS, & Semi, indecl. ἥμισυ, dimidium, halb. Vitruv. 4, 1 *Septem craſſitudinis diametros in altitudinem columnæ Doricæ: Ionicæ octo ſemis conſtituerunt*, neunt halben, conf. Feſtus. Sic, *Duorum ſemis pedum altitudo*, drittehalben. Pallad. Ian. t. 10 *Alta uno pede ſemis area*, ibid. t. 15 de Amygdalo. Sed Plin. 17, 11 ſ. 16 *Non altiores quino ſemipede* eadem eſt menſura, quam Palladius modo *duorum ſemis pedum* dixit; contra ac videbatur Caſaubono ad Theophraſt. char. 6 p. 192. quo loco de Græcorum ἥμι accurate diſputat. ¶ 2. *Semus, a, um*, idem ac dimidius, mancus, Gloſſ. lat. gr. *Semum*, ἡμίκενον. Eugen. præf. ad Dracont. *Semum mihi opuſculum videbatur, ſi non inde aliquid in codiculo haberetur.* v. Barth. Adverſ. 55, 11. ¶ 3. Infinitas compoſitiones parit, quas omnes ſuis locis inſertas, vides & in quibus ultimum *i* nunc ſervatur, nunc abjicitur, de quo v. Dauſqu. orthogr. part. 2. v. *Seminani.*

¶ Semiſepultus, vide *Sepelio*, Semiſomnis, *Somnus*, Semiſſalis, ſemisſis, *As.*

SĒMĪTA, *æ*, f. via arctior; in ipſa enim via eſt, ut ex Plauto liquet in Caſ. 3, 5, 40, ein ſteig, fußſteig, pfad. Virg. Æn. 9, 383 *Rara per occultos ducebat ſemita calles.* Iuvenal. 10, 363 *Semita certe Tranquillæ per virtutem patet unicæ vitæ.* Sic, *De via in ſemitam regredi*, Plaut. Caſ. 3, 5, 40. *Semita cedere*, Sen. epiſt. 64. *Anguſtiſſimæ ſemitæ*, Cic. Agrar. 2, 35. *Pecunia eadem ſemita revertit*, Id. Verr. 2, 23. Sic & *Semita lunæ*, Claud. de Laud. Stil. 2, 38.

¶ Sēmĭtālis, *e*; ut, *Semitales Dii*, quod ſemitas in agris cuſtodiant, vel potius Lares publici, quod in ſemitis ſtatuerentur; unde & *compitales* & *viales* dicti Auct. Priap.

¶ Semitārius, *a, um*, idem; ut, *Semitarii mœchi*, i. e. viliſſimi ſcortatores, qui in agrorum ſemitis ſcortilla quærunt, Catull. 38, 15. vide Turneb. Adverſ. 13, 19.

¶ Sēmĭto, *are*, i. e. ſemitas facere, vel limitare, wege und ſtege machen. Plin. 17, 22 *Vineas ſemper quintanis ſemitari, hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur.*

¶ Semītātus, *a, um*, diviſus in ſemitas, in wege getheilt. Martial. 6 epigr. 74 *Calvam trifilem ſemitatus unguento*, i. e. ſemitis quaſi & ſulcis ungento ductis & pictis in calva.

¶ Sēmītātim, adverb. id eſt, *per ſemitas*, ut Turnebus 3, 20 interpretatur, von einem wege zum andern. Vſus eſt Titinnius apud Soſipatrum 2 p. 194 *Semitatim fugi atque eſſugi.*

¶ Inſemitatio, *ōnis*, f. die unwegſamkeit. Gloſſ. lat. gr. *Inſemitatio*, ἀνοδία.

Semitectus, vide *Tego*, Semitonium, *Tonus*, Semitrītus, *Tero.*

Semĭvir, vide *Vir*, Semivivus, *Vivo*, Semivocalis, *Vox*, Semiuſtus, *Vro.*

SEMNION, *i*, n. σεμνεῖον, herba a majeſtate ſic dicta, Plin. 24, 17.

Semnones, vide paullo poſt *Senones.*

SĒMO, *ōnis*, m. plur. *Semones* ex illo Deorum numero, qui minorum gentium appellabantur, ex hominibus relati in Deos: majores ſcilicet hominibus, minores Diis. Fulgent. de priſco ſerm. n. 11 SEMONES *dici voluerunt Deos, quos cælo nec dignos adſcriberent ob meriti paupertatem: ſicut Priapus, Hippona, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent, per gratiæ venerationem &c.* Ovid. Faſt. 6, 213 *Quærebam, nonas Sancto Fidione referrem, An tibi, Semo pater, tunc mihi Sanctus ait: Cuicumque ex iſtis dederis, ego munus habebo. Nomina terna fero, ſic volucre Cures. Sanctus* eſt, qui & *Sancus* & *Sangus* dicebatur, de quo ſupra. v. Ioſ. Caſtilionis Obſerv. Dec. 3 c. 10. Hic igitur *Semo* appellatus eſt, non tam proprio nomine, quam quod commune & aliis eſſet hujus generis Diis. Liv. 8, 20 *Bona Semoni Sanco cenſuerunt conſecranda.* Vetus Poëta de planetis apud Ioſ. Scaliger. Lect. Auſon. 2, 29 p. 169 *Terque dies ternos puro de veſpere tollens Semonis Dii completur circulus anno.* Vbi *Semo Deus* Mercurius eſt, uti interpretatur Scaliger d. l. Nota, alteram in *Semonis* produci, quod contra naturam originis videtur. *Semones* enim quaſi *Semihomines*, quod & I ipſio videbatur Antiq. Lect. 2, 18. Cæterum media in *hominis* correpta eſt, non producta. Sed veteſtiſſimi Latinorum non *Homo, hominis*; ſed *Hemo, Hemōnis* dicebant, ſecunda producta, ut in ceteris hujus terminationis, a nominibus in O. Ita *Pulmo, pulmōnis*: *Latro, latrōnis &c.* dicimus. Ennius ap. Priſcian. 6 p. 683 *Vulturis in ſilvis miſerum mandebat hemonem. Vulturis* nominativus antiquus eſt, pro *Vultur.* Feſtus: HEMONA *Humana*: HEMONEM *Hominem dicebant.* Hinc igitur ſecunda in *Semonis* producitur.

Semodius, vide *Modius*, Semotus, ſemoveo, *Moveo.*

SEMPER, adverb. allezeit. Ter. Andr. 4, 5, 27 *Recte ego ſemper has fugi nuptias.* Cic. Fatc. 1, 23 pr. *Quod ſemper movetur, id ſempiternum eſt.* ¶ 2. Per συνθεσιν haud raro hoc vocabulum aliis jungitur, & in unum quaſi conflatur, ubi tamen libri & viri docti diſſentiunt interdum; ut, *nunc-homines, ante-malorum.* Sic

¶ Semperflorens, *tis*, ἀειθαλής, ſtets grünend. Lucret. 1, 24 *Semperflorentis Homeri Species.* Et Ovid. Met. 7, 702 *Vertice de ſummo ſemperflorentis Hymetti.*

¶ Semperflōrium, *i*, n. herba semper viridis atque vigens, immerwährn, hauswurz. Apulej. de Herb. c. 123.

¶ Semperjuvenis, *is*, ſtets jung. Prudent. Hamart. v. 630 *In torum vocari regis semperjuvenis.*

¶ Semperlenitas, *atis*, f. i. e. continua lenitas, ſtete lindigkeit. Ter. Andr. 1, 2, 4 *Et heri semperlenitas.*

¶ Sempermuſtum, *i*, n. der wein, der ſtets ſüſſe iſt. Plin. 14, 9 *Inter dulcia vinum eſt, quod Græci ἀεύγλευκος vocant, hoc eſt, sempermuſtum.*

¶ Semperparens, *tis*, die ſtete mutter. Ovid. Faſt. 4, 519 *Soſpes eas ſemperque parens.*

¶ Semperreſtitutio, *ōnis*, f. die ſtete wiederbringung. Arnob. 1 p. 2 *Numquid luna deſivit redintegrare ſeipſam atque in veteres formas novellarum ſemperreſtitutione traducere.*

¶ Semperviva, *æ*, f. vel Sempervivum, *i*, n. eadem herba quæ *Semperflorium* apud Apulejum l. c. conf. Pallad. 1, 35; & Plin. 25, 13.

¶ Sempervivus, *a*, *um*, adject. immerlebend. Prudent. Hamart. v. 264 *Deus & ſapientia vera, Spiritus & Sanctus res ſemperviva.*

¶ Sempĭternus, *a*, *um*, ewig. Ter. Andr. 5, 5, 3 *Ego Deorum vitam ſempiternam eſſe arbitror &c.* Adde modo in *Semper* ex Cic. Tuſc. dictum. *Gloriæ ſempiternæ per aliquem commendari*, Idem fam. 5, 12. *Adverſa cui ſunt plura ſempiterna*, Plaut. Merc. 2, 3, 2.

¶ Sempĭternum, adverb. ewiglich, allewege. Plaut. Aulul. 2, 1, 26 *Quod tibi ſempiternum ſalutare ſit.*

¶ Sempĭterno, adverb. idem. Solin. c. 48 de balſami arbuſculis: *Teracibus foliis ſempiterno inumbrantur.* Etiam Chariſius 2 p. 194 ex Catone profert: *Ego mihi monumenta hæc ſempiterno poſui.* conf. Vitruv. 9, 4.

¶ Sempĭterne, adverb. idem. Pacuvius apud Nonium 2, 778; & Cl. Mamert. de Statu anim. 1, 3 uſi ſunt. Et Auguſtin. Confeſſ. 9, 3 *Amœnitas ſempiterne virentis paradiſi.*

¶ Sempĭternĭtas, *ātis*, f. die ewigkeit. Apul. in Trismegiſto p. 94 *Mundus ſtabili ſempiternitate vivendi circumvallatus.* Conf. Claud. Mamert. de Statu An. 1, 3; & 2, 1.

¶ Conſempiternus, *a*, *um*, gleich ewig. Fulgent. cont. Arrian. extr.

SEMPRŌNIVS, *i*, m. nomen Romanum. De multis ex hac gente multa Livius. *T. & C. Sempronii eloquentiſſimi*, Cic. de Orat. 1, 9. De Gracchis fratribus.

¶ Sempronius, *a*, *um*, adject. ut, *Sempronia leges*, Cic. Verr. 3, 63, & Phil. 1, 7. *Sempronia horrea locus dicitur; in eo facrum horrea lege Gracchi ad cuſtodiam frumenti publici*, Feſt. Dacer.

¶ Sempronium, *i*, n. ſubſt. vel *Sopronium*, urbs in confinio Hungariæ & Auſtriæ, a Sempronio, cive Romano, conditum, hodie Oedenburg.

¶ Sempronĭānus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Sempronianum ſenatusconſultum*, Cic. fam. 12, 29.

Semuncia, ſemuncialis, vide infra *Uncia.*

SĒMŬRIVM, *i*, n. campus urbi Romæ propinquus: Cic. Phil. 6, 5 *His quoque diviſit Semurium.* conf. Macrob. Sat. 1, 10.

¶ Semurīnus, *a*, *um*, adject. Martial. 9 epigr. 49 *Campis dives Apollo Semurinis.* Ita neceſſario legendum ſtatuit Turneb. Adverſ. 21, 24.

Semuſtulatus, ſemuſtus, vide *Uro.*

SĒNA, *æ*, f. Piceni ſeu Vmbriæ in Italia oppidum, in litore Adriatici maris, non longe a Metauro fluvio a Gallis Senonibus conditum & appellatum, ut ex Polybio conſtat lib. 2. *Senogallia* Plinio vocatur 3, 14. ¶ 2. Aliud oppidum Hetruriæ in eadem Italia, ſive urbs hoc nomine, quæ hodieque durat, elegantia ſermonis Italici celebris. De utroque plura Cæſar Orlandus de urbis Senæ ejusque epiſcopatus Antiquitate. ¶ 3. Eſt & Flaminiæ ſive Æmiliæ (eſt & hæc pars Italiæ ſive regio) fluvius *Sena* ſive *Senna*, apud Lucan. 2, 407.

¶ Sēnenſis, *e*, adject. ut, *Senenſe prælium*, Cic. de Clar. Orat. c. 19, quo Asdrubal victus & interemptus eſt. *Senenſis colonia*, Plinius 3, 14.

Senaculum, vide *Senator*, Senariolus, ſenarius, *ſex.*

SĔNĀTOR, *ōris*, m. conſiliarius reip. ein rathsherr, nomen a *Senio* eſt, ſicut *Senatus.* Hinc Liv. 1, 32 *Sed de iſtis rebus in patria* MAIORES NATV *conſulemus.* Florus 1, 1, 15 *Hunc rex ſapientiſſimus ſtatum reip. impoſuit &c. ut conſilium reip. penes ſenes eſſet; qui ex auctoritate* PATRES; *ob ætatem* SENATVS *vocabantur.* V. Plutarch. libro, An ſeni gerenda reſp. p. 789. *Senatorem allegere*, in rath ziehen, Suet. Cæſ. c. 80. Vnde *Lectio ſenatus* apud eumd. Aug. c. 54. Proprie autem *Senatores*, qui Romæ in conſilio publico erant. Nam qui eas partes in provinciis & municipiis adminiſtrabant, *Buleutæ* & *Decuriones* dicebantur. v. ſupra *Decurio*, & Buchner. ad Plin. 10 epiſt. 24 n. 632 extr. De numero ſenatorum Rom. v. Car. Sigon. de antiq. Iure civ. Rom. 2, 2 & Berneg. ad Suet. Aug. c. 35. Sic, *Primæ ſententiæ ſenator*, idem qui princeps ſenatus: Lactant. 1, 10 *In ſenatu deorum ſummæ eſſe auctoritatis, primæque ſententiæ.*

¶ Sĕnātōrius, *a*, *um*, in rath gehörig; ut, *Sententiæ ſenatoriæ*, Cic. fam. 1, 9, pr. *Vir ordinis ſenatorii*, aus dem rath, ein rathsherr, Vellej. 2, 19, 5. Et, *Ætas ſenatoria*, Tac. An. 15, 28, 4. *Ordo Senatorius*, Cic. A. 1 in Verr. c. 3 & Suet. Aug. c. 35; & *Dignitas ſenatoria*, Id. Claud. c. 24. Cic. A. 1 in Verr. c. 3 *Iudicia ſenatoria.* Sidon. 1 epiſt. 6 *Senatorii ſeminis homo.*

¶ Sĕnātus, *ūs*, vel *i*, (vid. *Senatus conſultum* n. 2.) m. ſubſt. notantur hac voce cum ipſi ſenatores, tum ſenatorum etiam conventus, & *domus conſilii publici*, quemadmodum Cicero vocat, der rath. *Senatus, ordo ille ſanctiſſimus*, Quintil. Decl. 329 p. 669. *Senatus frequens*, Cæl. ad Cic. fam. 8, 5, der volle rath. *Senatum cogere*, Cic. fam. 5, 2, zuſammen fordern. *Senatus haberi ante Calend. Febr. non poteſt*, Id. fam. 1, 4. Et, *Senatum eſſe: eo die ſenatus erat futurus*, ibidem epiſt. 2, der rath ſolte ſitzen. *Licinius ad me miſſo ſenatu veſperi venit*, Id. ad Qu. fratr. 2, 1. Et, Id. de Amic. c. 3 *Senatu dimiſſo domum reductus.* Sic, *In ſenatum venire*, Cic. pro Flacco c. 18, i. e. ſenatorem fieri. Contra *Senatu movere*, Cic. pro Cluent. c. 43 & alibi, eſt a ſenatu rejicere, aus dem rath ſtoſſen. *Senatum edicere in curiam Pompeji*, Suet. Cæſ. c. 80. conf. Liv. 3, 38 ext.; ubi *poſtquam citati non conveniebant, dimiſſi apparitores circa domos ad pignora capienda &c. Dari ſenatus* dicebatur, cum legati in ſenatu audiebantur: Nepos 23, 7, 6 *Priusquam his* (Roman. legatis) *ſenatus daretur, navem conſcendit Hannibal.* Eſt *de Senatu* liber doctus Manutii. Cæterum Senatui Rom. divini honores habiti; in nummis Græcorum, ἱερὰ vel Θεὸς σύγκλητος dictus. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 3 p. 138 ſq. ¶ 2. *Senatum* pro ſedilibus ſenatoriis dixiſſe Sueton. Claud. c. 25, duo ſummi viri, Caſaubonus & Torrentius, interpretantur. Sed potius eſt, non tam de orcheſtra, quam ipſo conſeſſu ſenatorum in orcheſtra accipere. Id. Suet. Ner. c. 12 *In orcheſtram ſenatumque deſcendit.* Similiter Domit. c. 8 *In equite ſpectare*, eſt in conſeſſu equitum, vel inter equites ſpectare. ¶ 3. De conventiculo privatorum nugarum cauſſa, per jocum Plaut. Mil. 2, 6, 109 *Redeo in ſenatum rurſus.* Et mox v. 111 *Frequens ſenatus poterit nunc haberi.*

¶ Senatus conſultum, *i*, n. i. e. decretum ſenatorum, ein rathsſchluß, rathsſpruch); de cujus condendi ratione ſic Vopiſcus in Aureliano c. 20 *Aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, plerisque verbo ſcientibus, conditum eſt ſenatus conſultum.* conf. Budæus in pandect. Tit. de Senator. It. Gell. 3, 19, cum not. Moſellan. & Pompon. ICt. Dig. 1 t. 2 l. 2 § 9. *Facere ſenatus conſultum de re aliqua*, vel *contra aliquem*, apud Cic. de Ar. Reſp. c. 5. Ac *facere SCtum* etiam dicebatur Coſ. aut dictator, cum id procurabat. Quid ab *auctoritate ſenatus*, quæ dicebatur, *Senatus conſultum* differret, vide ſupra in *Auctoritas.* TACITVM SENATVS CONSVLTVM dicebatur, quod a ſolis Senatoribus, excluſis ſervis publicis, fieri ſolebat, ſi quam deliberationem tacitam vellent, nec emanare ad alios, de quo ſingularis locus eſt apud Capitolinum in Gordiano Seniore c. 12, quem Caſaub. ex Herodiani hiſtoria illuſtravit. Alias SCtum palam referebatur in tabulas, v. Liv. 4, 11 pr. ¶ 2. *Senati conſultum* etiam dixerunt veteres. Ita Gruterus, frementibus magiſtellis, ut ipſe ait, produxit ex vetuſtis codicibus in Cic. fam. 2, 7: & 5, 2; & 8, 8. Sic & Cic. in aliis locis gignendi caſu *Senati* pro *Senatûs*; ut *beneficio ſenati*, Divin. in Cæcil. c. 5. *Senati dux*, ad Brutum epiſt. 2. Eodem modo *Senati decretum* dixit Salluſtius B. Catil. 30, 3; & 36, 5; & B. Iug. c. 40; & in Fragm. c. 30. Add. Quint. 1, 6 p. 78 Burm.

¶ Senāculum, *i*, n. locus ſenatus habendi, eine rathsſtube. Val. Max. 2, 2, 6 *Antea ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat, qui hodie quoque ſenaculum appellatur.* Varro L. L. 4, 32 *Senaculum vocatum, ubi ſenatus, aut ubi ſeniores conſiſterent.* Feſtus idem confirmat, indicans: *Senaculum eſſe locum ſenatorum*; & paullo ante: *Senacula Romæ tria fuiſſe, in quibus ſenatus haberi ſolitus ſit, &c.* conf. Roſini Ant. Rom. 1, 14 p. 79. *Senaculum*, mulierum ſenatum inſtituiſſe Ant. Elagabalum, Lampridius refert c. 4. Adde Aurelianum Vopiſci c. 49; Barth. ad 5 Theb. Statii p. 63 & 64, & Rycqu. de Capitol. c. 34.

¶ Senatūrio, *ire*, n. in ſenatu eſſe velle, in den rathsſtuhl verlangen. Cæl. Cic. fam. 8, 4, *Totus, ut nunc eſt, ſenaturit.* Ita cum Lambino legendum cenſet Gothofredus: alii *ſcaturit.*

SĔNĔCA, *æ*, m. *L. Annæus Seneca* philoſophus, Cordubenſis, patrem habuit *M. Annæum Senecam*, ordinis equeſtris eruditiſſimum. Philoſophus de Beneficiis ſcripſit libros ſeptem, de Ira libros tres, de Clementia ad Neronem libros duos, de Vita beata, de Tranquillitate vitæ, & Brevitate vitæ, & alia. Nam Declamationum libri ad patrem pertinent. De philoſopho & ejus eloquentia judicium habes Quintiliani 10, 1 p. 920; aliorum ex obſervatione Gellii 12, 2; quibus reſpondit Lipſius, quem vide: ſed adde Voſſ. 5 Inſtit. Orat. p. 281. *Principem eruditionis* vocat Plin. 14, 4. Nimirum, quia philoſophus, poëta, orator, hiſtoricus: quam ob cauſam ſtudiis & juventuti Neronis præpoſitus ab Agrippina matre fuit, quæ eum ab exilio revocaverat, in quod a Claudio Meſſalinæ artibus conjectus fuerat: de quo Tac. An. 2, 8. Vide & Dion. Caſſium de ejus exilio lib. 60, & ipſum in Conſol. ad Helviam matrem. Eum ob Neronis delicta inſimulat Auſonius in Grat. act. pro Conſulatu: *Dives*, inquit, *Seneca nec tamen conſul, arguetur rectius, quam prædicabitur, non eruditiſſe indolem Neronis, ſed armaſſe ſævitiam.* ¶ 2. Fuit & tertius *Seneca tragœdiarum poëta* diſerte nominatus Terentiano Mauro, & Sidonio Apollinari; habenturque & hodieque 10 tragœdiæ, Senecæ nomen præferentes, de quarum auctoribus diverſa eruditi tradunt, legenda apud Fabric. B. Lat. Porro Senecas dictos, qui cani naſcerentur, Caſſiodorus tradidit. v. *Senica* in *Senex.*

SĔNĔCIA, *æ*, f. eſt illud rubrum ſub aure piſcis vel labium. Hinc proverb. *Manducare ſenecias*, i. e. labrum mordere ſibi, & per jugulum recipere ructatas voces maledicas, ſich ſelber in backen hauen. conf. Hieron. præf. in Ezech.

SĔNĔCIO, *ōnis*, f. herba, quæ & *Erigerum*, creutzwurtz. *Senecio* dicta eſt, quod in vere caneſcat, quemadmodum a Græcis ἠριγέρων. vid. Plin. 25, 13; Apul. de Herb. c. 75; & Iſidor. 17, 9. ¶ 2. Eſt & cognomen Romanum: ut, *Claudius Senecio*, *Herennius Senecio*, *Tullius Senecio*, *&c.* quorum Tacitus meminit. Herennium inter amicos ſuos Plinius nominat 3 epiſt. 11, qui & aliis locis meminit. Hunc Domitianus juſſit interfici, quod diu poſt quæſturam vixiſſet, nullumque amplius magiſtratum petiiſſet, quodque Helvidii Priſci vitam compoſuiſſet, ut Dio auctor eſt lib. 67.

Senecta, ſenectus, ſeneo, ſeneſco, vide ſequens *Senex.*

SĔNEX, *ſenis*, generis communis, *anhelus*, *delirus*, *longævus*, apud poëtas, alt, der alte. Virg. Æn. 5, 715 *Longævique ſenes.* Cic. de Senect. c. 10 vetus & laudatum dixit eſſe proverbium, quod moneat, *mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex*, hoc eſt, curam valetudinis mature agere, luxuriemque fugere, ſi velis eſſe vivax. Ex Pomponii epigr. ex Varr. L. L. 6, 3 (ubi Papinii eſſe dicitur) probat Priſcianus 3 p. 602 *Vetuſtiſſimos hic & hæc ſenex protuliſſe*, cum exſtet: *Tua amica ſenex eſt.* Adde Tibull. 1, 6, 82, ubi de muliere ait: *Commemo-*

memorant merito tot mala ferre ſenem. De ſenum ſtultis turpiſſimisque amoribus v. quos laudat Brouckh. ad Tibull. 1, 1, 85. Per laſciviam comicam *ſenex* vocatur *oppidum vetus* Plaut. Bacch. 4, 4, 60 & Pſeud. 2, 1, 13, item *ſepulcrum vetus* Pſeud. 1, 4, 19. ¶ 2. *Senum* nomine poëtæ quoque honorant ſummæ auctoritatis ſcriptores, aut alioquin claros homines. Exempla in Ovidio aliisque notantur a Barthio cum alibi, tum in Animadv. ad Stat. Silv. p. 90. Vide viros doctos ad Horat. 2 ſat. 1, 34. Lucilius enim, quem ibi *ſenem* vocat, obiit quinquagenario minor. Add. quos laudat Drakenb. ad Sil. 1, 564. ¶ 3. De aliis quoque rebus eleganter dicitur, ut Martialis 3 epigr. 58, 7 *Senes autumnos* dixit, quemadmodum *adultus* de anni ætatibus ſcite ponitur; ut *ver adultum &c.* de quo ſupra. Ex Cic. pro Sextio c. 9 affertur etiam *Senex memoria*, quæ eadem fere ac *Fama anus* Catulli epigr. (Græv.) 79, (Silv.) 77. Verum Gruterus verbum *ſenex* ex Ciceronis loco delevit: in Notis vero addidit, illud codicem quemdam Palatinum, & Gemblacenſem agnoſcere. Sed, *Senex dies*, Plaut. Stich. 5, 1, 8. Conſule Brouckh. ad Tibull. 1, 7, 88, ubi planiſſime oſtendit, *ſenex* revera adjectivum eſſe. ¶ 4. Antique dicitur *Senex*, *ĕcis*, Plaut. Mil. 3, 1, 54 *o lepidum ſenicem.* Apud Nonium 2, 229 habes quidem *ſeneces.* Sed locus ille Lucilii aliter reſtituitur in Reliquiis a Douſa collectis p. 54.

¶ Sĕnior, *ōris*, compar. a *Senex*, älter. Varro apud Cenſorinum de Die natali c. 15 *Seniores* vocitatos tradit, qui in quarto ætatis gradu ad usque ſexageſimum annum ſint, *quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat: inde usque finem vitæ uniuscujusque quintum gradum factum, in quo qui eſſent, SENES appellatos, quod ea ætate corpus ſenio jam laboret.* v. *Senecta.* Itaque *Seniorem eſſe* minus eſt: *Senem eſſe* majus, atque ſic Tacitus hunc quartum gradum, quem poſt juventutem ponit, *Senectam*; quintum vero, qui ſenum eſt, *exactam ætatem* vocat, in Agricola c. 3. Sed aliquando *Senex* pro *Seniore* ponitur. Ita Hannibal ap. Liv. 30, 30 ſe *ſenem* appellat, qui 44 annos natus erat, ut ex Polybio conſtat. In acclamatione ſenatus apud Vopiſcum in Tacito c. 8 *Et Trajanus ad imperium ſenex venit.* Atqui annorum 44 Trajanus, ut Dio auctor eſt, imperator factus eſt. Sic contra *Senior* abſolute pro *Senex* ponitur. Ita Statius 1 Silv. 1, 102 Phidiam, *Seniorem Atticum*; & eodem libro carm. 3, 94 Epicurum, *Seniorem Gargettium*, id eſt, *ſenem* appellavit. v. Gevart. Lect. Papin. 1, 9. Ita etiam Sil. 4, 143. ¶ 2. Corrupta Linguæ latinæ ætate vox maxime in uſu fuit, puta Caroli Magni, & circiter, temporibus: tum enim *Senior*, *Dominum* ſignificabat; unde & hodieque is Italis *Signore*: Gallis *Seigneur*: Hiſpanis proximius *Sennor* vocatur. V. Io. Galp. Gevart. Stat. Lect. 1, 10. Etiam Diocletianus & Maximianus Impp. *Seniores* in nummis dicuntur. vid. Spanh. diſſ. 2 p. 113. ¶ 3. Et *Seniores*, ſenatores ap. Liv. 34, 60 *Publice ad ſeniores (ita ſenatum vocabant), mandata habuiſſe.* De Carthaginienſium republica loquitur. Adde Varron. ſupra in *Senaculum.* ¶ 4. Tandem *Senior* etiam adjective ponitur. Sen. Hippol. v. 742 *Fama miratrix ſenioris ævi*, i. e. priſci. Adde iterum Varronem in *Senaculum.* Et Ovid. Met 15, 470 *Mortem ſenioribus imputet annis.* ¶ 5. *Senior* & *Genitor* in MSS. conf. ubi vid.

¶ Sĕnĭca, *æ*, m. i. e. ſenex, ein altmann. Pompon. apud Non. 1, 59 *Me exercet ſenica nequam.* Hinc factum *Seneca*, de quo ſupra.

¶ Senĭculus, *i*, m. diminut. Apul. 1 Met. p. 113 *Demonſtro ſeniculum in angulo ſedentem.*

¶ Sĕnĭlis, *e*, ſenem referens, vel ad ſenem pertinens, alt, ältlich; ut, *Prudentia ſenilis*, Cic. Divin. 2, 23. *Iudicio ſenili adoleſcens*, Id. pro Sextio c. 52. Et Ovid. Faſt. 5, 58 *Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat.* Mantuan. ecl. 9, 33 *Vtile, doctrinis præberæ ſenilibus aures.*

¶ Sĕnĭlĭter, adverb. idem, wie ein alter mann; ut, *Tremere ſeniliter*, hoc eſt, ſenum vel ſenili modo, Quintil. 1, 11.

¶ Sĕnecta, *æ*, f. ætas ſenilis, ſeu ſexta hominum ætas, cujus poſtremum eſt *ætas decrepita*, das hinfällige alter. Sunt enim ætates, *infantia, pueritia*, cujus pars eſt *pubertas*, *adoleſcentia, juventus, ætas virilis, ſenecta.* Ovid. Art. am. 3, 59 *Venturæ memores jam nunc eſſote ſenectæ &c.* Plin. 16, 29 *Cura fertilitatem adjecit, fertilitas ſenectam.* Stat. 1 Silv. 4, 52 *Non illud culpa ſenectæ.* conf. Virg. Georg. 1, 186; Æn. 6, 114; 10, 182; 11, 165 &c.

¶ Sĕnectus, *a, um*, alt, revera adjectivum eſt ex uſu veterum. Ideoque quando *Senecta* dicitur, ætas ſubintelligenda eſt. Plaut. Amph. 4, 2, 13 *Senecta in ætate a me mendicas malum.* Id. Trin. 1, 2, 5 *Hic ille eſt ſenecta ætate qui factas eſt puer.* Et ita quoque Lucret. 4, 844, & v. 894. Idemque *Senecta membra* dixit 3, 779. Salluſt. apud Priſcian. 10 p. 887 *Omnes, quibus ætas ſenecto corpore, animus militaris erat.* Apul. Met. 7 *Senecta infirmitas.* v. Colv. not. p. 90. Eſt autem participium a verbo *Seneo.* v. Priſcian. 9 p. 869; & Voſſ. de analogia p. 202. Servius ad Virg. Æn. 11 *Si dicamus ſenecta, aut addendum ætas, aut intelligendum.*

¶ Sĕnectus, *ūtis*, f. das alter; vitæ ſcilicet occaſus, ſive *mala ætas*, ut Afranius vocat, *portus malorum*, quemadmodum Bion dixit, τὸ γήρας ὅρμος τῶν κακῶν, Laërtio teſte. Plaut. Men. 5, 2, 4 *Conſitus ſum ſenectute: onuſtum gero corpus, ut ætas mala merx mala eſt tergo &c. Senectus, quam ut adipiſcantur, omnes optant, eamdem vero accuſant adepti*, Cic. de Senect. c. 2. *Homo ſenectute confectus*, Id. de Vin. 5, 11. Et, *Ad ſummam ſenectutem vivere*, Cic. de Clar. Or. c. 48. *Senectus auctoritatem habet*, Id. in Orat. c. 50. ¶ 2. Cicero etiam *orationis ſenectutem* dixit pro gravitate matura, de Claris Or. c. 2 *Cum oratio jam noſtra caneſceret, haberetque ſuam quamdam maturitatem & quaſi ſenectutem.* Ibid. c. 76 *Plena literatæ ſenectutis oratio.* Exempla literatæ ſenectutis, ſive illorum, qui quamvis ſenes & longa ætate provecti, præfervide tamen ſtudiis operam dederunt, laudat Hieronymus epiſt. 2 ad Nepotian. Themiſtoclem, Platonem, Iſocratem, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem, Cleanthem, & præterea multos veterum poëtarum. ¶ 3. *Senectus* aliquando non ipſam ætatem, ſed vitium ejus ætatis, auſteritatem ſcilicet atque triſtitiam ſenilem ſignificat. Horat. epod. 13, 3 *Rapiamus amici Occaſionem de die: dumque virent genua, Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus*, Quem locum minus recte Barthius interpretatus eſt, *Obductam frontem*, de obnupta, quod in turpiculis rebus fiebat: *Senectutem* de ſenecta ætate accipiens, quod hæc Horatius ſenex ſcripſerit. Atqui tum juvenis erat, ut cæteri, quos hic alloquitur, ſodales. Quod ſatis illud arguit *Dumque virent genua*, quod de ſenectute dici non poteſt; item, *Et decet*; nam juventutem decet maxime hilaritas. Itaque ſenſus loci hic eſt: Vtamur ætate, dum licet & decet, & explicemus frontem, omnemque ſenilem triſtitiam procul jubeamus eſſe. Similiter *Senii* voce infra uſus eſt, de quo poſt. ¶ 4. *Senectutis* etiam nomine ſerpentis exuviæ veniunt, quas pervernationem ponit. Plin. 29, 6 *Anguium adeps ænigini miſtus ruptas oculorum partes ſanat; & membrana ſive ſenectus vernatione exuta claritatem facit*, der abgelegte ſchlangenbalg. Et ita alibi ſæpius hoc vocabulo uſus. Etiam de cancris Id. 9, 30 extr. *Cancri ſenectutem anguium more exuunt renovatione tergorum.*

¶ Sĕnium, *i*, n. ætas ſenilis; item, quæ hanc ſequitur infirmitas, das alter und deſſen unvermögen; ut, *Curvata ſenio membra*, Tac. An. 1, 34, 3; & *Deformis ſenii imago*, Sen. Hippol. v. 823. ¶ 2. Item pro *Sene*: Ter. Eun. 2, 3, 10 *Dii Deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.* ¶ 3. Notat & ſenilis ætatis vitium, moroſitatem ſcilicet & tetricitatem, qua ſe plerumque odioſos faciunt ſenes, alter leute verdruß. Horat. 1 epiſt. 18, 47 *Surge, & inhumanæ ſenium depone Camenæ.* Sen. Hippol. v. 912 *Vbi vultus ille & ficta majeſtas viri, Atque habitus horrens priſca & antiqua appetens, Morumque ſenium triſte, & adſpectu grave?* Etiam Nonius 1, 1 SENIVM tædium & odium interpretatur: *quod ſenes*, ut ipſe explicat, *omnibus odio ſint & tædio.* Turpilius apud Eumdem l. c. *Quia enim odio ac ſenio mihi hæ ſunt nuptiæ.* ¶ 3. Luctum & mœrorem notat. Cic. pro Milo. c. 8 ironice de morte Clodii, *Luget Senatus, mœret equeſter ordo, tota civitas confecta ſenio eſt.*

¶ Seneo, *ui, ēre*, ſenem fieri, veralten. Catull. de Phaſelo 4, 25 *Nunc recondita Senet quiete.* Suet. Aug. c. 2 *Avus municipalibus magiſteriis contentus, abundante patrimonio tranquilliſſime ſenuit.*

¶ Seneſco, *ĕre*, alt werden, veralten. Ovid. Faſt. 6, 771 *Tempora labuntur, tacitisque ſeneſcimus annis.* Et Auſon. epigr. 13 pr. *Seneſcimus, effugit ætas &c. In ſola Sparta expedit ſeneſcere*, ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν, ita dixiſſe quosdam, qui Lacedæmonem venieſſent ac ſpectaſſent, qui honor ſenibus a junioribus haberetur, Plutarchus retulit. ¶ 2. Interdum idem eſt ac *langueſcere, minui*, abnehmen, ins abnehmen kommen; ut, *Seneſcit luna*, Varro R. R. 1, 37, & Plin. 2, 9 pr. *hiems*, Cic. Nat. D. 2, 19; *pugna*, Liv. 5, 21. *Seneſcunt cunctando conſilia*, hoc eſt, fiunt vana per nimiam moram, ſie werden unbrauchbar, Liv. 35, 12. Sic, *Leges ſeneſcere* dicuntur, quæ evilelcunt; Gellius *Senio emori* dicit. v. Iuret. ad Symmach. 2 epiſt. 13. Sic, *Seneſcere opes*, Nepos 7, 5, 3. Eleganter & Vellejus 2, 11, 3 *Vrbium imperiorumque nunc floret fortuna, nunc ſeneſcit*, conf. Sen. cap. 91. Id. Vell. 1, 17, 7 *Studium cum ſpe ſeneſcit.* Et Cic. Tuſc. 2, 2 *Laus oratorum ab humili venit ad ſummum, ut jam (quod natura fert in omnibus fere rebus), ſeneſcat.* Liv. 5, 43 *Diis hominibusque accuſandis ſeneſcere.* Varr. R. R. 2, 2, 17 *Ne deſiderio matrum ſeneſcant agni.*

¶ Seneſcens, *tis*; ut, *Seneſcens equus*, Horat. 1 epiſt. 1, 8. *Morbi ſeneſcentis remiſſio*, Cic. fam. 7, 26, 3. *Seneſcens exercitus fama*, Tac. Hiſt. 2, 24, 1.

¶ Seneſcendus, *a, um*, der da alt werden ſoll. Varro L. L. 5, 2 *Seculum dictum a ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum id putarunt.*

Compoſita:

¶ Adsĕneſco, *ĕre*, dabey veralten. Tertull. de Caſtitate c. 13 *Ceveri Africanæ, ſponte abdicato matrimonio, adſeneſcunt.*

¶ Conſeneſco, *ĕre*, idem fere quod ſimplex, ſed ſonantius, veralten; ut, *Conſeneſcere in armis*, Horat. 3 oda 5, 8. *Camillus melior in capta urbe conſenuit*, Liv. 1, 22. *Conſeneſcere ignobili ſervitute*, Eutrop. de Valeriano captivo 9, 6. Translate, *Præmœrore atque ægritudine conſeneſcere*, Plaut. Stich. 1, 3, 63. *Conſeneſcere mœrore & lacrymis*, abnehmen, graue haare kriegen, Cic. pro Cluent. c. 5. *Conſenuerunt vires atque defecerunt*, Id. de Senect. c. 9. *Donec rabies & impetus conſeneſceret*, Flor. 3, 3, 5. vid. Cort. ad Sall. Cat. 20, 10.

¶ Deſeneſco, *ĕre*, pro eodem dixit Salluſtius frag. c. 10 (apud Priſcian. 10 p. 887 *Niſi cum ira belli deſenuiſſet.*

¶ Inſeneſco, *ĕre*, pro immorari, die zeit über etwas zubringen. Quint. 10, 3 *Singulis actionum partibus inſeneſcere.* Tac. An 4, 6, 6 *Cum plerique iisdem negotiis inſeneſcerent.* Horat. 2 epiſt. 2, 82 *Inſenuit libris & curis.*

¶ Perſĕnex, *nis*, ſehr alt. Suet. de Grammat. Illuſtr. c. 9.

¶ Perſeneſco, *ĕre*, veralten. Eutrop. 1, 11 *Cum uxore perſenuit.*

¶ Perſenĭlis, *e*, ſehr alt. Vulg. Interpr. Ioſuæ 23, 1 *Ioſua jam longævus & perſenilis ætatis.*

¶ Semisenex, ex Plauti Milite 3, 1, 54 producitur. Sed variant libri: Lambinus ſimpliciter *ſenem* legit: Operarius *ſenicem*, antique. Nam veteres *ſenicis* formabant caſu patrio.

¶ Seſquisĕnex, i. e. plusquam ſenex, allzualt. De muliere apud Varr. L. L. 6, 3 ex poëta, ut reſtituit Turnebus Adv. 23, 16. conf. Scalig. Conject. p. 117.

Triſeclisenex, vide *Seculum.*

Seni, vide *Sex*, Senica, ſeniculus, ſenĭlis, *Senex*, Senipes, *Pes.*

SENĪTES, *æ*, m. gemma apud Ægyptios, Plin. 37, 9. Harduinus legit *Tenites.*

Senium, vide paullo ante *Senex.*

SĔNŌNES, *um*, m. pl. populi Galliæ Lugdunenſis, poſtea ſedem occupantes in Italia ad mare Adriaticum, ab Vfente flumine usque ad Atheſin, quos fines ipſis aſſignat Livius 5, 35 pr. Hi Romam aliquando & Capitolium incenderunt, ſed a Camillo cæſi ſunt. Stat. 5 Silv. 3, 198 *Et Senonum furias Latiæ ſenſere cohortes.* conf. Sil. 8, 455; & Lucan. 1, 254. ¶ 2. Vellejus 2, 106 Senones inter Germaniæ gentes numerat, & cum Hermunduris conjungit. Nam *Senonum & Hermundurorum finem Albim prætervluere*, ibidem ſcribit.

Sed nomen ibi corruptum, & *Semnones* pro eo referibendum eſt, ut Strabo, Ptolemæus, Zoſimus & Tacitus vocant. *Semnones*, Suevorum pars ac nobiliſſima quidem & vetuſtiſſima, caputque adeo gentis magnitudine corporis fui, ut Tacitus de eis in de Germania 39, 1 ſcribit. Sedes ab altera Albis ripa ſeptemtrionali trans Viadrum usque ſeu Suevum habuere. Itaque finibus eorum continentur minoris Poloniæ, Sileſiæ, Luſatiæ, Marchiæ Brandenburgenſis, Anhaltini principatus, Saxoniæ item ſuperioris & Mitniæ denique trans Albim partes. Vide Cluverium Antiquæ Germaniæ 3, 25.

Senſa, ſenſibilis, ſenſiculus, ſenſifer, ſenſilis, ſenſim, ſenſualis, ſenſus, ſententia, ſententioſus &c. vide paullo poſt *Sentio*.

Senticetum, ſenticoſus, vide *Sentis*.

SENTĪNA, *æ*, f. navis inferior pars, in quam ſordes & humores conſluunt, der grund des ſchiffs, darein ſich der unflat ſammlet. Metaph. Cic. fam. 9, 15 *Sedebamus in puppi, & clavum tenebamus: nunc autem vix in ſentina eſt locus.* Veteres Gloſſæ; *Sentina*, ἀντλία πλοίου. ¶ 2. Ipſa illuvies & ſordes, die grundſuppe, der unflat. Cæſ. B. Civ. 3, 28 *Veteranæ legionis milites conflictati & tempeſtatis & ſentinæ vitiis.* Hinc *Sentinam* Cicero per metaphoram peſtes reipublicæ dixit, ſceleratos ſcilicet homines, ein haufen böſer buben. *O fortunatam rempublicam ſi hanc ſentinam hujus urbis ejecerit*, Cat. 2, 4. Et, *Exhauriretur ex urbe magna & perniciosa ſentina reipublicæ*, Cat. 1, 5 extr. Iuvenal. 6, 99 *Sentina gravis vertitur.*

¶ Sentīno, *are*, eſt *ad ſentinam ſatagere*, ut Feſtus interpretatur, hoc eſt, in exhaurienda navis ſentina navare operam: unde &, qui ei præpoſiti, *ſentinatores* appellati, den unflat ausſchippen. Paulinus Nol. epiſt. 29 ad Marcarium de naufragio c. 1 *Senex ſentinando deputatus.* Gell. 19, 1 *Complorantibus noſtris omnibus atque ſentinantibus, dies quidem tandem illuxit:* Vbi *ſentinare* nihil aliud eſt, quam vitandi periculi cauſſa exhaurire ſentinam. Auguſtin. Serm. c. 34, 13 *Sentinatur navis in pelago.*

¶ Sentīnātor, *ōris*, m. qui ſentinam exhaurit. Paulinus dictæ epiſt. 49 c. 12 *Quid huic quæſo obfuit ſeni perſona ſentinatoris, & in nautis viliſſima?*

¶ Sentīnāculum, *i*, n. inſtrumentum, quo exhauritur ſentina, eine ſchöpfe. Paulinus c. l. c. 3 *Poſt unum vel alterum brevis ſentinaculi hauſtum humore deſtricto.*

¶ Sentīnōſus, *a*, *um*, ſordibus & illuvie plenus, voll unflats, ſchlammichts. Cato apud Nonium 2, 645 *Naves putidæ atque ſentinoſæ*; ita Mencerus legit, male alii *ſenticoſæ*. Ambroſ. Orat. de Obitu fratr. *Vetus & ſentinoſum navigium.*

SENTIO, *ſenſi*, *ſenſum*, *ſentīre*, eſt ſenſu percipere, fühlen, ſpüren, befinden, empfinden; ut, *Sentire famem*, Livius 25, 13. Et Ovid. Faſt. 4, 434 *Et non ſentitur ſedulitate labor.* Ita, *Res illa ſentit vetuſtatem*, id eſt, ſeneſcit, Plin. 11, 42. *Ea res ſentit cariem*, i. e. fit cariosa, Id. 12, 7. *Ne ignem quidem admotum ſenſiſſet*, Petron. c. 79. Suetonius *ſentire* pro cum voluptate aliquid ſentire, ita ſentire, ut delecteris, dixit Domit. c. 18 *Commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, ut &c.* Nec raro *ſentire* pro aliquid infeſtum & adverſum experiri, occurrit. v. Burm. ad Petron. c. 139; Duker. ad Flor. 3, 2; Drakenb. ad Sil. 12, 27. ¶ 2. Eſt & intelligere, animadvertere, verſpüren, gewahr werden. Ter. And. 1, 1, 136 *Quem quidem ego ſi ſenſero*; ſubaudi, moliri aliquid fallaciæ turbandis nuptiis, werde ich vermercken. Et 1, 2, 2 *Si ſenſero, hodie quicquam in his te nuptiis fallaciæ conari.* Et Adelph. 3, 3, 8 *Si me ſenſerit eum quæritare.* Nepos 7, 9 pr. *Thraces poſtquam eum cum magna pecunia veniſſe ſenſerunt &c.* Id. 10, 2, 1 *Quanto eſſet ornamento ſibi, ſentiebat.* Et Suet. Ner. c. 34 *Cum ſentiret antidotis præmunitam.* Cæſ. B. C. 1, 67 *Plerique cenſebant, poſſe prius ad anguſtias perveniri, quam ſentirentur*, ehe man ihrer inne würde. ¶ 3. Sed, *Recte ſentire*, Quintil. 2, 15, id eſt, judicare, meynen, urtheilen. Cic. de Amic. c. 23 *De amicitia omnes ad unum idem ſentiunt.* Quint. 2, 2 *Male de aliquo ſentire*, von einem böſe gedancken haben. *Sentiet, qui vir ſim*, Ter. Eun. 1, 1, 21, er ſoll erfahren. ¶ 4. *Senſiti ſunt* pro *ſenſerunt* vel *cenſuerunt* habet Frontinus de Colon. p. 333.

¶ Sentiens, *tis*. Cic. Divin. 2, 15 *Vis quædam ſentiens atque divina, quæ toto confuſa mundo ſit.* Quint. Decl. 9, 20 p. 209 *Libertatem videns ſentiensque accepi.* Petron. c. 79 *Fratre non ſentiente injuriam.* conf. c. 22.

¶ Senſa, *ōrum*, n. pl. ſubſt. quicquid animo concipitur, ſentitur, cogitatur, die gedancken, meynung; ut, *Exprimere ſenſa dicendo*, Cic. de Orat. 1, 8. *Senſa mentis & conſilia explicare*, ibid. 3, 14. v. Non. 5, 41.

¶ Senſim, adverb. paullatim, nach und nach, allmählich, gemach; ut, *Senſim progredi*, Cic. de Fin. 5, 15. *Senſim erit pedetentimque mutatio facienda*, Id. Off. 1, 33. conf. Plin. 5, 9. Nep. 25, 9, 7 *Senſim is reprehendebatur*, i. e. clanculum. Quint. 11, 3 p. 1027 *Recedere ſenſim.* conf. p. 1037.

¶ Senſus, *us*, ſubſt. quo ſentimus, der ſinn, die empfindung. Cic. Verr. 1, 18 *Nullus eſt in te ſenſus humanitatis*, du haſt keine ader, die menſchlich wäre. *Affici ſenſu doloris*, Id. Verr. 5, 46. Et, *Senſum quemdam voluptatemque percipio*, Plin. 1 epiſt. 10. Veteres, quia dubitabant, an ſenſus rerum humanarum ad defunctos perveniret, his uſi ſunt formulis: *Si quis manium ſenſus eſt; ſi quis in morte ſenſus eſt; ſi quis etiam inferis ſenſus; ſi quis poſt funera ſenſus &c.* v. Græv. ad Cic. fam. 4, 5. ¶ 2. Sententia, die meinung, der verſtand. Ter. Adelph. 4, 1, 17 *Ego illius ſenſum pulchre calleo*, ich kenne ihn inwendig und auswendig. Nepos 10, 6, 2 *Alicui ſuos ſenſus aperire*, i. e. interiora mentis cogitata, ſeine gedancken, ſein abſehen, Cic. Verr. 3, 18 *Quem accepi oculis animoque ſenſum apud vos exponam.* Matius poeta vetus apud Gell. 15, 25 *Quapropter edulcare convenit vitam, Curasque acerbas ſenſibus gubernare:* id eſt, judicio ac ratione. Cic. Att. 4, 16 *Nemo eſt mihi tam conſentientibus ſenſibus.* Vet. Gloſſ. *Senſus, διάνοια, νόος. Vnus ſenſus ſi bonorum omnium*, Cic. fam. 1, 9, id eſt, animus, propenſio. Nepos 6, 5, 3 *Erat eodem, quo Alcibiades, ſenſu &c.* Virg. ecl. 8, 96 *Magicis ſanus avertere ſacris Conjugis experiar ſenſus.* Vbi Servius: SENSVS, *id eſt animum: ex quo ſenſus noſtri ſunt cerebri.* Eleganter etiam dicitur: *Ex animi ſenſu*, Cic. pro Roſcio Am. c. 44. *Senſus* de ſententia verborum, non eſt malæ notæ, & Phædrus 4, 4, 19 *Senſus teſtamenti*; & Sen. epiſt. 7 *Egregia dicta circa eumdem fere ſenſum*; & Gellius 7, 2 *Senſus verſuum* dixit. Quint. 8, 2 p. 675 *Ambiguitas turbare poteſt ſenſum.* v. plura in Cellarii Curis Poſt. p. 89. ¶ 3. Ingenium quoque & naturæ felicitatem notat, die klugheit. Vellejus 2, 9, 5 *Senſibus celebris, verbis rudis.* Stat. 2 Silv. 1, 119 *Ipſe pater ſenſus, ipſe ſtupuere magiſtri*, v. Barth. Adverſ. 44, 26; & 16, 26 & 30, & ad Stat. Theb. p. 51. ¶ 4. *Senſus communis*, judicium de rebus externis, quod ex communi uſu rerum & conſuetudine acquiritur, gemeiner, gewöhnlicher verſtand. Hoc eſt id, quo quisque hominum aut ſapit aut debet ſapere, κοινὸς νόος: unde ſtupidi & imperiti penitus, *communi ſenſu carere* dicuntur. Nos: ſie haben ihre fünf ſinne nicht. Horat. 1 ſat. 3, 68 *Quovis ſermone moleſtus, Communi ſenſu plane caret.* Phædrus 1, 8, 3 *Hoc illis dictum eſt, quibus honorem & gloriam Fortuna tribuit, ſenſum communem abſtulit*, quem imitatus videtur Iuv. 8, 73 *Rarus enim ferme ſenſus communis in illa Fortuna.* quanquam Caſaubonus hic civilitatem ſ. popularitatem intelligit. Sen. epiſt. 5 *Hoc primum philoſophia promittit, ſenſum communem, humanitatem & congregationem.* Quint. 1, 2 p. 30 *Senſum ipſum, qui* COMMVNIS *dicitur, unde diſcet, cum ſe a congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregavit?* ¶ 5. Apud Cic. de Ar. reſp. c. 9 *Domeſticus nativusque ſenſus gentis ac terræ* eſt accommodatum ad regionem & incolas ejus ingenium, ein temperament, das ſich in die landes-art richtet. ¶ 6. Periodum vel ſententiam abſolutam notare videtur in illo Quint. 4, 1 p. 312 *Ridendi, qui velut leges proœmiis omnibus dederunt, ut intra quatuor ſenſus terminaverentur.*

¶ Senſiculus, *i*, m. hoc diminutivo Quintil. 8, 5 p. 723 utitur: *Minuti corruptique ſenſiculi*, ſchlechte gedancken.

¶ Senſātus, *a*, *um*, ſenſu pollens, vernünftig, verſtändig. Gloſſ. gr. lat. σωφρονῶν, *cordatus, ſenſatus, intelligens.* Firmicus 5, 12 *Mars homines facit ſenſatos, callidos, aſtutos.* conf. 3, 10; & Vulg. Int. Sirac. 7, 27.

¶ Senſĭbĭlis, *e*, quod vel ſentit, vel ſentitur, greiflich, empfindlich. Apul. Trismeg. ad Aſclep. p. 87 *Senſibilia ſenſibilibus annexa ſunt.* Ibid. p. 97 *Mundus qui dicitur ſenſibilis, receptaculum eſt omnium ſenſibilium ſpecierum.* Adde etiam Vitruv. 5, 3; Sen. epiſt. 124; & Solin. c. 49.

¶ Senſĭbĭlĭter, adv. idem. Arnob. 7 p. 234 *Nec odor ſenſibiliter commovere eos poteſt aura nidoris alicujus.*

¶ Senſibĭlĭtas, *ātis*, f. die empfindlichkeit, apud Nonium 2, 800. Id. 12, 30 *Senſibilitatis ejus non levis ratio eſt.*

¶ Senſĭlis, *e*, quod poteſt ſentire, ſinnlich. Lucret. 2, 901 *Deinde ex ſenſilibus qui ſenſile poſſe creari Conſtituunt.*

¶ Senſĭtīvus, *a*, *um*, idem; ut, *Anima ſenſitiva*, apud Philoſophos.

¶ Senſuālis, *e*, ſenſu præditus, ſinnlich, empfindlich. Tertull. de Anima c. 43 pr. *Stoici ſomnum reſolutionem ſenſualis vigoris affirmant.* conf. Id. adv. Hermog. c. 45; Cæl. Aurel. Tard. 5, 1. Prudent. in S. Romani paſſione v. 345 *Ædem ſibi ipſe* (Deus) *mente in hominis condidit Vivam, ſerenam, ſenſualem, ſtabilem.*

¶ Senſuālĭter, adv. idem; ut, *Senſualiter coli*, Saresb. 5, 3.

¶ Senſuālĭtas, *ātis*, f. die ſinnlichkeit, empfindlichkeit. Tertull. de Anima c. 17 pr. *Plato irrationalem pronuncians ſenſualitatem.* Adde c. 38 extr.

¶ Sententia, *æ*, f. cogitatum, judicium, quicquid animus ſentit, (vide ſupra in *Senſus*), eine meinung; ut, *Hæc mea eſt ſententia*, hoc eſt, ita ego ſentio, Plaut. Pſeud. 1, 2, 145. Et Ter. Adelph. 3, 5, 5 *Sin aliter de hac re eſt ejus ſententia.* Et, *In ſententia manere*, Cic. fam. 7, 24, auf einer meinung bleiben. *In eamdem ſententiam loqui*, Cæſ. B. Civ. 1, 1, auf eben den ſchlag. *Eſſe in eadem ſententia*, Cic. fam. 16, 3. *Qui mihi per alium oſtendit ſuam ſententiam*, Ter. Heaut. 2, 1, 7. Et Phorm 2, 2, 21 *mea ſententia*, hoc eſt, judicio vel opinione mea, ut ego ſentio, wie ich davor halte, meinem erachten nach. *Sententias rogare de re aliqua*, Quintil. 3, 8. *Sententiam de re aliqua dicere*, Idem 1, 10. Sic, *Omnibus ſententiis abſolutus eſt*, id eſt, omnium conſenſu ac ſuffragiis. Sen. epiſt. 102 *Pars utraque ſententias habet*, i. e. habet, qui pro ea ſentiant; ſive ſuffragia ſua habet. De ordine rogandi ſententias in ſenatu apud Romanos v. Gell. 4, 10; & 14, 7. Suet. Cæſ. c. 21, & in Aug. c. 35. ¶ 2. In oratione ſententiæ verbis opponuntur, ſumtque ipſi ſenſus oratoris, vulgo noſtri, die realien. Cic. de Orat. 2, 45 *Niſi ei tu ſigna doloris tui verbis, ſententiis, voce &c. oſtenderis.* ¶ 3. Sed, *Sententia*, lumen orationis, oratio eſt de vita, breviter oſtendens, quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, ein ſpruch. Ita Cic. fam. 10, 16 & 19 *ſententiæ* a rebus & verbis ſeparantur, & de Orat. 2, 8 *Acutæ crebræque ſententiæ. Sententiæ* dicuntur, quia ſimiles conſiliis & decretis; Μηδὲν ἄγαν. Γνῶθι σεαυτόν. *Ne quid nimis: Noſce te ipſum &c.* ¶ 4. Idem quod votum eſt. *Minus ex ſententia rem geſſit*, Nepos 7, 7, 1. *Ex ſententia navigare*, Cic. Acad. 4, 31, nach wunſch. Adde Quintil. 11, 1; & Gell. 9, 16, & 17, 12.

¶ Sententĭŏla, *æ*, f. dimin. Cic. Phil. 3, 9 *Sententiolas edicti cujusdam memoriæ mandavi.* Adde Quintil. 9, 2 p. 796; & 11, 1 p. 972.

¶ Sententiālĭter, adv. i. e. ex judicum ſententia, urtelmäßig, ausſpruchweiſe. Tertull. de Carne Chriſti c. 18 *Sententialiter & definitive pronunciare.* Macrob. Sat. 5, 6 *Sententialiter proferri.*

¶ Sententĭōſus, *a*, *um*, voller ſprüche; ut, *Auctor ſententioſus*, qui ſententiis abundat: *Genus orationis ſententioſum*, Cic. de Clar. Or. c. 95.

¶ Sententĭōſe, adverb. Cic. de Orat. 2, 71 *Sæpe etiam ſententioſe ridicula dicuntur.* Et in Orat. c. ult. *Compoſite & apte ſine ſententiis dicere, inſania eſt: ſententioſe autem ſine verborum & ordine & modo, infantia.*

¶ Sentīnus,

¶ Sentĭnus, *i*, m. Deus, ira dictus, quod sensus puerperio largiatur. vid. Augustin. de C. D. 7, 2.

¶ Sentisco, *ĕre*, merken, empfinden; ut, *Primordia sentiscunt concussa*, Lucret. 3, 394. *Late sentiscere*, Id. 4, 587.

¶ Sensĭfer, *a, um*, sensum efficiens. Lucret. 3, 273 *Sensifer unde oritur primum per viscera motus.* conf. Id. 3, 223; & 241.

¶ Sensĭficus, *a, um*, idem; ut, *Spiramentum sensificum*, Macrob. Saturn. 7, 9. conf. Mart. Capella 2 p. 43.

¶ Sensĭfico, *are*. Mart. Capella 9 p. 308 *Rupes sensificare tonis*, h. e. resonare facere.

¶ Sensiloquus, *a, um*. Per hanc vocem *Vinnulam orationem explicat*, Nonius 2, 898.

¶ Sentĭfico, *are*, i. e. sentire facere, empfindlich machen. Claud. Mamert. de Statu An. 1, 17 *Universum corpus movere atque sentificare.* Id. 3, 2 *Nec alia pars animæ sentificat oculum, & alia vivificet digitum.*

Composita cum præposit.

¶ Adsentio, & Assentio, *si, sum, īre*, est consentire, calculum suum addere &c. beyfallen, Ja all geben. Cic. Off. 1, 6 *Duo vitia vitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, bisque temere assentiamur.* Ita Gruterus, Grævius, alii, ediderunt. Id. fam. 5, 2 *Sedens iis assensi, qui mihi lentissime sentire visi sunt.* Id. Att. 7, 3 p. 665 Gr. *Ex parte magna tibi assentio.* conf. ex Sisenna Quint. 1, 5; & Hirt. B. Afric. c. 88. Curtius quoque 4, 13, 7 *Omnes ferme Parmenioni assentiebant.* Et 5, 12, 3 *Darius vultu assentiebat.* Sic & imperf. pass. Liv. 24, 45 *Fabio assensum est.* conf. Cic. fam. 1, 2, 4. Attamen haud dubitatius est eadem sententia

¶ Assentior, *sus sum, īri*, deponens. Cic. fam. 10, 16 *Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum.* Id. de Orat. 3, 48 *Ego illud assentior Theophrasto*, in dem bin ich mit ihm einig. Et, *Senatus breviter impoliteque dicenti tibi maximis est de rebus assensus*, de Orat. 1, 49. conf. Sallust. Cat. c. 52 pr. & apud Priscian. p. 801. Cic. de rep. & Lucil. ¶ 2. Blandiri, schmeicheln, liebkosen. Cic. fam. 3, 11 *Ipse mihi assentior fortasse, cum ea esse in me fingo.* Sed Gronov. habet *Assentor.* ¶ 3. Cic. fam. 1, 5, 65 *Temporibus assentiendum*, h. e. serviendum, cedendum.

¶ Assentiens, *tis*. Cic. Divin. 2, 50 *Ennius, qui magno plausu loquitur assentiente populo.*

¶ Assensus, *a, um*, active, der beygepflichtet hat, vide in *Assentior*. ¶ 2. Passive, bewilliget, zugestanden. Cic. Acad. 2, 31 *Sapiens multa sequitur probabilia, non comprehensa, neque percepta, neque assensa, sed similia veri.*

¶ Assensus, *us*, m. subst. der beyfall, die bewilligung; ut, *Assensu omnium aliquid dicere*, id est, consensu & approbatione, Cic. N. D. 2, 2. *Vulgi assensu & populari approbatione judicari solet*, Id. de Clar. Or. c. 49.

¶ Assensio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Invent. 1, 30 *Rem assensione comprobare.* Id. Acad. 4, 12 *Assensio atque approbatio.* Et Sen. epist. 7 *Voluptas ex plurium assensione venit.*

¶ Assentor, *ōris*, m. qui assentitur. Cic. fam. 6, 22 *Quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem & me tibi.* Sen. Hippol. v. 1207 *Iræ facilis assensor meæ.*

¶ Assentor, Adsentor, *atus sum, ari*, insidiose & captandæ utilitatis gratia falso aliquem laudare, auctore Valla lib. 5, einem heucheln, liebkosen. Ter. Adelph. 2, 4, 6 *Ne id assentandi magis caussa, quam quod habeam gratum, facere existimes.* Plaut. Amph. 2, 2, 70 *Tu quoque assentaris huic.* Apud Vellej. 2, 48, 1 *Assentari & adversari alicui*, sibi invicem opponuntur.

¶ Assentans, *tis*. Tertull. adv. Marc. 5, 14 *Non altum sapientes, sed humilibus assentantes.* Iustin. 12, 6, 2 *Assentante majore convivarum parte.*

¶ Assentātio, *ōnis*, f. die schmeicheley. Cic. de Amic. c. 17 *Benevolentiam blanditiis ac assentationibus colligere turpe est.* Et pro Cluent. c. 13 *Blanditiis & assentatione se in alicujus consuetudinem immergere*, sich einschmeicheln. *Eruditus ad assentationem*, Idem ad Qu. frat. 1, 1, 5. ¶ 2. Pro *assensione* esse videtur in Petron. c. 17 p. 56. v. Erhard.

¶ Assentātiuncula, *æ*, f. diminut. Cic. fam. 5, 12 *Ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.* Adde plur. in Plaut. Stich. 1, 3, 75.

¶ Assentator, *ōris*, m. ein schmeichler, liebkoser. Cic. fam. 5, 12 *Non tu is es, qui non eos magis, qui te non admirentur, invideas, quam eos, qui laudent, assentatores arbitrere.*

¶ Assentātrix, *īcis*, f. Plaut. Most. 1, 3, 100 *Nunc assentatrix scelesta est, dudum adversatrix erat.*

¶ Assentātōrius, *a, um*, schmeichlerisch. Hinc

¶ Assentatōrie, adv. cum assentatione. Cic. ad Qu. fratr. 2, 14 *Dubitare te, non assentatorie, sed fraterne veto.*

¶ Subassentior, *īri*. Quintil. 11, 3 p. 1020 *Manus leviter pandata subassentientibus humeris movetur*, h. e. leviter una motis.

¶ Consentio, *si, sum, īre*, convenire, übereinstimmen, übereinkommen; ut, *Omnes civitatis ordines una consentiunt*, Cic. pro Sextio c. 51. *Una mente & voce consentire*, mit herz und mund gleich gesinnet seyn, Id. Phil. 4, 3. Et de Amic. c. 23 *Vno ore omnes de utilitate amicitiæ consentiunt.* Dicimus: *Consentire cum aliquo de aliqua re*, Cic. Acad. 4, 42. Et, *Principiis consentiant exitus*, Id. ad Brut. fam. 11, 5. *Consentire inter se*, Id. Off. 1, 28. Et Vlp. l. 10 ff. de sponsal. *Consentire nuptiis*, i. e. in nuptias. Etiam cum quarto casu invenias positum; ut Liv. 8, 6 *Consensit & senatus bellum*, h. e. de bello. Ita tres optimæ editt. ¶ 2. Conspirare, in malam partem, sich einlassen. Cic. fam. 6, 19 (al. 18) *Quod consensisset cum Hispanis quibusdam.* ¶ 3. Impersonaliter Tac. An. 1, 13, 3 *De prioribus consentitur.* Et Quintil. 9, 1 *Inter plurimos, quod sciam, consensum est, duas esse ejus partes.*

¶ Consentiens, *tis*: ut, *Civitas in retinenda libertate consentiens*, Cic. ad Brut. epist. 15. Et, *Cujus de laudibus omnium est fama consentiens*, Id. de Senect. c. 17. Liv. 34, 49 *Adversus consentientes nec regem quemquam satis validum, nec tyrannum fore.*

¶ Consentes, quasi *consentientes in eo, quod est gerendum*, fuerunt apud Romanos Dii duodecim, sex mares & sex fœminæ, quibus Iupiter usus fuisse dicitur velut consiliariis aut senatoribus. Horum nomina Ennius apud Apul. de Deo Socr. p. 42 & Mart. Capellam de Nupt. Philolog. 1 p. 15 artificiose complexus est his versibus: *Iuno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.* Adde Varr. R. R. 1, 1. Augustin. de Civ. D. 4, 23; & Arnob. 3 p. 123. Respondent his fere XII Dii Græcorum & Ægyptiorum, de quibus v. Ge. d'Arnaud de Dis συνέδροις c. 6 & 7. ¶ 2. *Consentia sacra* Festo sunt, *quæ ex multorum consensu sunt statuta.*

¶ Consentia, *æ*, f. metropolis Bruttiorum. Strabo lib. 6; Liv. 8, 24; Plin. 3, 5.

¶ Consensus, *a, um*, eingewilliget, zugestanden. Gell. 15, 26 *Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam & concessis aliud quid, quam quæ concessa sunt, per ea, quæ concessa sunt, necessario conficitur.*

¶ Consensus, *us*, m. subst. convenientia, die übereinstimmung; ut, *Omnium ordinum consensus*, Cic. ad Brut. ep. 3. Cæs. B. Gall. 7, 4 *Omnium consensu ad eum defertur imperium.* Nepos 10, 6, 3 *Quorum consensu præerat.*

¶ Consensio, *ōnis*, f. idem; ut, *Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio*, Cic. de Amic. c. 4. Et Qu. Tusc. 1, 13 *Omni in re consensio omnium gentium lex naturæ putanda est.* conf. Nep. 7, 3, 3; & 25, 8, 4.

¶ Consentāneus, *a, um*, conveniens, einstimmig, gleichförmig, gemäß; ut, *Actiones virtuti consentaneæ*, Cic. Fin. 5, 21. *Consentaneum his temporibus literarum genus*, Id. fam. 4, 13. *Consentaneum naturæ*, Id. Off. 1, 27. *Mors consentanea vitæ sanctissime actæ*, Id. Phil. 9, 7. Sic, *Vir vita & morte consentaneus*, Vellej. 2, 63, 2. Et cum præpositione; Cic. fam. 3, 6 *Consentaneum cum iis literis.* ¶ 2. Et absolute, *Non est consentaneum*, int. vero, Cic. Off. 1, 20, es ist nicht gläublich.

¶ Consentanee, adv. Hieronym. adverf. Rufin. 3, 1 extr. *Consentanee narrare.* Et Lactant. 3, 28 *Cum natura consentanee vivere.*

¶ Inconsentāneus, *a, um*, ungeschickt. Mart. Capella 5 p. 159 *Nihil magis mihi inconsentaneum atque indecens æstimari.*

¶ Dissentio, *si, sum, īre*, diversum ab aliquo sentire, mishellig seyn, nicht mit einstimmen; ut, *Longe dissentire*, Cic. de Amic. c. 9. *Libere ab aliquo dissentire*, Quintil. 3, 6 *Soles nonnunquam hac de re a me dissentire*, Cic. de Orat. 1, 2. *De veritate ab aliquo dissentire*, Id. Fin. 2, 25. *Dissentiunt inter se*, Ibid. 2, 6. Et, *Dissinire cum aliquo*, Id. Off. 3, 22. Seneca dativo junxit in epist. 20 *Ne orationi vita dissentiat.*

¶ Dissentior, *iri*, (ut *Assentior*) pro *Dissentio*. Cælius apud Priscian. 8 p. 801 *Qui intelligunt, quæ faciunt, dissentiuntur.*

¶ Dissentiens, *tis*. Cic. Phil. 12, 11 *Gravissime dissentientes cives.* Id. Tusc. 4, 13 *Vitiositas est affectio in tota vita inconstans & a se ipsa dissentiens &c.*

¶ Dissensus, *a, um*, unterschieden in der meinung. Censorinus de Die nat. *Pauculis exceptis ab Empedocle dissensis.*

¶ Dissensus, *us*, m. subst. die mishelligkeit, der widersinn; ut, *Dissensu aliter rumor*, Claudian. in Rufin. 1, 70. Id. de Consul. Honorii 6, 395 *Caussa tropæis Civilis dissensus erat.* Stat. Theb. 1, 558 *Urbem Scindunt dissensu vario.* Pluraliter rursus Claud. de Stilic. 2, 86 *Mediis dissensibus aulæ.*

¶ Dissensio, *ōnis*, f. discordia, dissidium, uneinigkeit, zwiespalt; ut, *Dissensio summa est inter magnos homines*, Cic. Acad. 4, 36. *Commovere novam dissensionem*, Id. Agrar. 3, 2. *Dissensio orta*, Nep. 10, 6, 3; & Iustin. 2, 4, 29. *Videtur utilium fieri cum honestis sæpe dissensio*, Cic. Off. 3, 13.

¶ Dissensor, *ōris*, m. der ungleiche meinung hat. Gloss. gr. lat. ἐτερογνώμων, *dissensor.*

¶ Dissento, *are*, frequent. Plaut. Menæch. 5, 2, 58 *Die mihi istuc, quod vos dissentatis*; al. *dissertatis.* v. ibi Taubm. p. 737; & Meurs. Crit. Exerc. Part. 1 p. 148. Hinc

¶ Dissentāneus, *a, um*, discors, non consentaneus. Nigidius apud Nonium 2, 240 *Eum locum facit dissentaneum.* Et Cic. Partit. Orat. c. 2 *Aut consentanea aut dissentanea.*

¶ Exsensus, *a, um*, sine sensu, unempfindlich. Sic, *Exsensam mentem* dixit Nævius. v. Nonius in *Obesus*, 4, 345; & Gell. 19, 7.

¶ Insensātus, *a, um*, amens, stultus, unvernünftig. Augustin. de Genesi ad lit. 3, 12 *Homo post peccatum comparatus est pecoribus insensatis*, i. e. irrationalibus. Adde Vulg. Interpr. Gal. 3, 1. Tertull. de Præscript. c. 27; & adv. Marc. 4, 43.

¶ Insensātio, *ōnis*, f. die unempfindlichkeit, Vet. Interpr. Irenæi in præfat. lib. 1.

¶ Insensibilis, *e*, quod non sentitur. Gell. 17, 10 *Irenarrabile est, & propemodum insensibile.* Serenus 34 *Insensibilis morbus.* ¶ 2. Lactantius 1, 20 pro eo, quod expers sensus est, posuit: & 6, 13 *Insensibilia simulacra.*

¶ Insensĭlis, *e*, idem. Lucret. 2, 887 *Ex insensilibus ni credas sensile gigni?* Idem ibidem v. 864 *Necesse est, Ex insensilibus tamen omnia consisteare Principiis consistere.*

¶ Insensuālis, *e*, idem. Cassiodor. 2 epist. 40 *Tanta vis est convenientiæ, ut rem insensualem sponte se movere faciat, quia ejus sociam conflat agitatam.*

¶ Persentio, *īre*, empfinden; ut, *Magno persentit pectore curas*, Virg. Æn. 4, 448.

¶ Persentisco, *ĕre*, merken, spüren. Lucret. 3, 250 *Vulcera persentiscunt.* Ter. Heaut. 4, 5, 21 *Ne id tu persentiscere.* Et ibidem 5, 1, 43 *Quot res dedere, ubi possem persentiscere?*

¶ Præsentio, *ire*, vorher merken. Ter. Andr. 5, 1, 20 *Ibi me adesse, neuter præsensrat.* Ita, *Præsentire futura*, Cic. Divin. 1, 18. *Animo prævidere & præsentire*, Cæs. B. G. 7, 29. Passive & imperf. Liv. 21, 49 *Præsensum tamen est, quia luna pernox erat.*

¶ Præsentisco, *ĕre*, idem. Priscian. 8 p. 824 citat Terentii verba

ex

ex Heaut. 4, 5, 21 *Ne tu id præsentiscere.* Sed nostri libri fere omnes hodie *persentiscere*, ut in illo verbo paullo ante scripsimus.

¶ Præsentsus, *a, um,* vorhergemerckt. Cic Divin 1, 55 *Mihi satis est, non modo plura, sed pauciora divine præsensa & prædicta reperiri.* Et mox: *Si unum aliquid ita sit prædictum præsensumque.*

¶ Præsensio, *ōnis,* f. die vorhergehende vermerckung. Cic. Nat. D. 2, 3 pr *Prædictiones & præsensiones rerum futurarum.* Ac de Divinat. 1 pr. *Vetus opinio est, versari quamdam inter homines divinationem, id est, præsensionem, & scientiam rerum futurarum.*

¶ Prosentio, *ire,* vermercken, gewahr werden. Plaut. Mil. 4, 4, 16 *Si prosenserit miles, nihil hinc ferri potest.*

¶ Subsentio, *ire,* etlicher massen vermercken. Ter. Heaut. 3, 1, 62 *Etsi subsensi id quoque, illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.*

SENTIS, *is,* m. rubus, spina, ein dorn. Plaut. Capt. 1, 2, 79 *Asper meus victus sane est,* ER. *Sentesne esitas?* Et Virg. Æn. 9, 382 *Densi complerant undique sentes.* Sed *sentem canis* appellat Columella 11, 3 rubum majorem in agris crescentem, hagendorn. ¶ 2. Apulejus de Herb. c. 87 *Senticem habet.*

¶ Sentĭcētum, *i,* n. ein dornbusch, dornhecke. Plaut. Capt. 4, 2, 80; & Apulej Florid. 2 p. 348.

¶ Sentĭcōsus, *a, um,* asper, spinosus, dornicht, stachlicht. Afranius apud Festum: *Quam senticosa verba pertorquet turba?* Cont. Apul. Florid. 4 p. 361; & Mart. Capella 2 p. 59.

¶ Sentōsus, *a, um,* idem, apud Fulgentium prologo Mythol. Paulin. c. 6, 310 *Qui sentosarum purgans concreta viarum.*

¶ Sentus, *a, um,* idem. Ter. Eun. 2, 2, 5 *Video sentum, squalidum, aggerem,* rauch, hin und wieder zerrissen ꝛc. Virg. Æn. 6, 461 *Sed me fussit Deum; quæ nunc has ire per umbras, Per loca senta situ cogunt &c.* Vbi Servius: SENTA, *squalida. Et est translatio a terra inculta.* Prudent. adv. Symm. 2, 1039 *Exstirpamus enim sentos de pectore vepres.*

SEORSVM, adverb. pro *sevorsum,* quasi *secus versum,* besonders, beyseits. Plaut. Epid. 3, 3, 21 *In ædiculam istanc seorsum concludi volo.* Et Liv. 22, 52 *Traditi in custodiam omnes sunt, sed seorsum cives sociique,* id est, separatim. Ter. Adelph. 5, 9, 14 *Omnibus gratiam habeo: & tibi seorsum præterea.*

¶ Seorsus, adv. idem ac *seorsum.* Afran. ap. Charif. 2 p. 195 *Abs te seorsus sentiam de uxoria re.* Lucret. 4, 496, qui dissyllabum facit: *Seorsus item sapor oris habet vim, seorsus odores Nascuntur.* Apul. Met. 10 p. 248 *Singulis eorum seorsus admissis.* Plaut. Rud. 5, 2, 27 *Nummi aurei in marsupio infuerunt, denaria Philippea in pascolo seorsus:* ubi genuina vocis significatio apparet, quod videlicet *seorsus & seorsum esse* dicatur illud, quod ab alio separatum, & seclusum est.

¶ Seorsus, *a, um,* ut nomen adjectivum, *separatus,* absonderlich. Auson. Edyll. 17, 5 *Seorsis obsistunt studiis.* Et Terentianus Maurus tractationem de carmine Iambico concludens: *Nunc quia quæ potui videor tractasse seorsa.*

¶ Seorsim, adv. improbat Vossius de Vit. L. L. 1, 25.

SĒPA, *æ,* f. lacerti sive serpentis genus, Plin. 29, 5, & 6; & 32, 4. Separ, separabilis, sepăro, cum derivatis, vide supra in *Par.*

SĒPĔLIO, *īvi* & *ii, ultum, īre,* humo injecta contegere, begraben, verscharren; ut, *Hominem mortuum sepelire,* Cic. Leg. 2, 23. Mecænas apud Sen. epist. 92 ext. *Nec tumulum cura: sepelit natura relictos.* Nimirum *sepelire* non tantum ad humationem, sed etiam ad combustionem, & omnia sepulturæ genera pertinet. v. Cuper. Obss. 1, 7; Bosius & van Staveren ad Nepot. Eumen. c. 13. ¶ 2. *Sepelire dolorem,* per metaphoram dixit Cic. Tusc. 2, 13; & Propert. 1, 17, 19, i. e. reprimere, contegere. Et Sen. epist. 12 *Sepelire se vino & epulis,* sich dichte vollsaufen.

¶ Sepultus, *a, um,* begraben. Plin. 7, 54 *Sepultus intelligitur quoquo modo conditus. Humatus* vero humo tectus. Virg. Æn. 2, 265 *Invadunt urbem somno vinoque sepultam.* Sic, *Sepultum & sublatum bellum,* beygelegt und aufgehaben, Cic. pro Leg. Manil. c. 11. conf. Vellej. 2, 90, 1. *Sepulta patria,* pro eversa, Cic. Catil. 4 c. 6. Et Horat. 4 od. 9, 29 *Paullum sepultæ distat inertiæ celata virtus.* vid. Burm. ad Petron. fragm. p. 676. ¶ 2. *Sepelitus* pro *Sepultus* Cato usus est, teste Prisciano p. 909.

¶ Sĕpultūra, *æ,* f. funeratio, exsequiæ, das begräbniß; ut, *Locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui,* Sulpit. ad Cic. fam. 4, 12. *Honorem sepulturæ decernere,* Id. Cic. Phil. 9, 6; *tribuere,* Suet. Aug. c. 17. *Mos sepulturæ,* Lucret. 6, 1276. *Corpora publica sepultura honorata.* Sepulturæ cur adeo appetentes fuerint veteres, vid. Gonsal. ad Petron. c. 114 p. 185 sq. Sen. epist. 82 *Otium sine litteris mors est, & hominis vivi sepultura.*

¶ Sepultor, *ōris,* m. qui sepelit. Augustin. de Trinitate 4, 3 *Sepultores corporis mortui.* Et L. 5 § 8 Dig. de Institor. act. *Si libitinarius, quos græce νεκροθάπτας, id est, mortuorum sepultores vocant &c.* si modo interpretatio illa ab Vlpiano est, nec a recentiore inserta. Translate Tertull. de Anima c. 46 Octavianum Cæsarem *civilium turbinum sepultorem* vocat.

¶ Sepultōrius, Gloss. gr. lat. θαπτήσιον, *sepulcrum.*

¶ Sepultūrārius, *a, um,* Auct. de Limit. in Goesii Agraria p. 296 *Fines sepulturarii sive cinerarii,* quos sepulcrum facit.

¶ Sepulto, *āre,* frequentativum, begraben, Venantii Fortunati est lib. 8 hymno de Vitæ æternæ gaud.

¶ Sepulcrum, *i,* n. das grab. Alii scribunt *sepulchrum,* sed sine ratione. Sicuti a *fultum fulcrum*; ab *ambulatum ambulacrum,* a *lavatum, lavacrum*; ita a *sepultum, sepulcrum* recte dicitur. Charisio est quasi *seorsum a pulcro* p. 56. Plaut. Bacch. 3, 4, 21 *Ad sepulcrum mortuo dicere jocum.* Pro epitaphio vel inscriptione sepulcrali poni videtur in illo Cic. de Senect. c. 7 *Nec sepulcra legere vereor, quod ajunt, ne memoriam perdam.* Sed, *Vivum sepulcrum,* ἔμψυχός τις τάφος, hominem dixit Lucianus nihil agentem, vita indignum. v. Chiliad. Sic Horat. 1 sat. 8, 10 *Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum;* pro quovis dixit sepulturæ loco. conf. Barth. ad Theb. Stat. p. 1189. Sepulcrorum vetustissima fuit religio, ne quis violaret, dejiceret, frangeret, quod veluti templa quædam esse Deorum Manium existimarentur; ideoque inscribebatur in eis: D. M. S. i. e. *Diis Manibus Sacrum.* vid. prolixe Cic. de Leg. 2, 22 seqq. Apud Petron. c. 71 Trimalchio sepulcro suo præponit libertum, *ne populus eo cacatum currat*; ubi Burm de custodibus sepulcrorum.

¶ Sepulcrālis, *e,* zum grabe gehörig: ut, *Fax sepulcralis,* Ovid. Heroid. 2, 120. Et, *Ara sepulcrales,* Id Met. 8, 480. *Honor sepulcralis,* Sedul. in Jo. c. 11 de Lazaro resuscitato. *Favillæ sepulcrales,* Prudent. contra Symmach. 1, 97.

¶ Sepulcrētum, *i,* n. eine begräbniß-stätte. Catull. 60, 2 *In sepulcretis Vidistis ipso rapere de rogo cænam.*

¶ Sepelībilis, *e,* Plaut. Cistell. 1, 1, 64 *Facito, ut facias stultitiam sepelibilem,* h. e. ut sepelias eam, finias.

Composita:

¶ Consepelio, *ire.* Hinc

¶ Consepultus, *a, um,* mitbegraben, ex Apostoli ad Rom. epistola c. 6 hauserunt. Hieronymus epist. 1 ad Heliodorum: *Recordare tirocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, in sacramenti verba juravisti.* Adde Tertull. de Resurrect. Carn. c. 23 & 47; & de Pudicit. c. 17.

¶ Insepĕlībilis, *e,* ut, *Stultitia insepelibilis,* vid. Erasmi Adag. ex loco Plauti, quem laudamus in *Sepelibilis.*

¶ Insepultus, *a, um,* hoc est, non sepultus, unbegraben. Cic. pro Mil. c 33 *Frangetis impetum vivi, cum vix sustinetis furias insepulti?* Et Catil. 4, 6 *Cerno animo sepulta patria in miseros atque insepultos acervos civium.* Liv. 29, 9 *Nec satiatus vivorum pœna, insepultos projecit.* Sen. epist. 92 extr. *Ne quis insepultus esset, rerum naturæ prospexit.* Cic. Phil. 1, 2 *Insepultam sepulturam reficere,* i. e. funus instaurare.

¶ Præsepultus, *a, um.* Quintil. Decl. 9, 23 p. 211 *Video senem, meliore sui parte præsepultum, omnis etiam spei superstitem.*

¶ Sēmisepultus, *a, um;* ut, *Ossa semisepulta,* Ovid. Heroid. 1, 55.

SĒPES, *is,* f. priore longa, quæ obducta agris vel hortis accessum prohibet, ein zaun; ut, *Segeti prætendere sepem.* Virg. Georg. 1, 270. Et, *texere sepes,* Id. Georg. 2, 371 zäune flechten. Et Ovid. Art. am. 3, 562 *Cingenda est altis sepibus ista seges;* & Trist. 4, 1, 81 *Portarum sepe receptum.*

¶ Seps, *pis,* f. idem, apud Plinium 20, 11; & Solin. c. 30. Auson. in Monotyll. p. 496 *Buc lico sepes dixit Maro, cur Cicero Seps?* ¶ 2. *Seps* de serpente vide infra seorsum.

¶ Sepĭcula, *æ,* f. diminut. Apul. Met. 8 p. 210 (Pric. p. 167) *Dum forte pusserem incantantem sepiculæ consectatur arripere.*

¶ Sēpio, *sepsi, septum, sepire,* sepe munire, circumdare, verzäunen, verwahren. Cic fam. 15, 4 *Vallo & fossa circumdare, castrisque maximis sepire,* verschanzen. Sic, *Sepire mundum urbem,* Nepos 2, 7, 4. *Domum custodibus sepsit,* Id. 10, 9, 1. Rursus Cic. de Orat. 2, 34 *Ubi eum locum omnem cogitatione sepseris.* Vellej. 2, 51, 1 *Mare præsidiis classium sepserat.*

¶ Septus, *a, um,* i. e. munitus, verzäunt, verwahrt. Cic Off. 2, 11 *Nullis præsidiis septi multis afficiuntur injuriis.* Id. Att. 9, 12 *Fossa & vallo septus.* Sil. 16, 2 *Aggere septus.* Liv 17, 15 *Auri satis magnum pondus saxo quadrato septum in Capitolio sacravit.* Sen. de Benef. 4, 19 *Deus septus ingenti quodam & inexplicabili muro.*

¶ Septum, *i,* n. subst. idem quod sepes seu sepimentum, & quilibet locus munitus, ein zaun, stall, gehege, verschlossener ort. Varro R. R. 1, 11 *Intra septa villæ;* conf. c. 14, ubi inscriptio *de Fundo & septis.* Lucret. 6, 227 & 859 *Domorum septa.* Adde Cels. 8, 3; 5, 26; & præf. lib. 1. De ovili Virg. ecl. 1, 24 *Quamvis multa meis exiret victima septis.* ¶ 2. *Septa* etiam vocabatur locus Romæ in campo Martio, ubi suffragia ferre solebant, & alias homines otiosi confabulandi causa magna copia conveniebant. Cic. pro Milo. c. 15 extr. *Comitiis in campo cum ille vi in sepia irruisset.* Sen. de Ira c. 7 *Cum videris forum multitudine civium refertum, & septa concursu omnis frequentiæ plena.* Statius 4 Silv. 6, 2 *Quum patulis tereretur vagus otia septis &c.* Sic dicta, quod cancellis, veluti craticibus conclusa, unde etiam *Ovilia* appellata. conf. Alex. ab Alex. Genial. D. 2, 18.

¶ Septio, *ōnis,* f. actus sepiendi, circumdatio, die verzäunung. Vitruv. 5, 12 *Locus qui in ea septione finitus fuerit.* Et mox: *Inter septiones fundamenta fodiantur.* Et 6, 11 *Structurarum septiones.* ¶ 2. Pro muris habet Vopiscus Aurel. c. 22 *Quæ ad septiones atque urbis statum pertinent.*

¶ Septuōse, adverb. i. e. obscure, uti Nonius 2, 777 explicat ex Liv. Andronic. *Ita septuose dictio abs te datur.*

¶ Sēpimentum, *i,* n. omne est, quo quid sepitur vel munitur, ein zaun, stacket. Varr. R. R. 1, 14 *Sepimentum obsitum virgultis aut spinis habet, radices vivæ sepis.* Cic. Leg. 1, 24 *Omnia quasi sepimento aliquo vallare.*

¶ Sepīmen, *ĭnis,* n. idem. Apul. Florid. p. 340 *Colliculus sepimine consecratus.*

¶ Septātus, *a, um,* idem ac *Septus*; ut, *Culmen septatum,* Mart. Capella lib. 2 p. 46.

Composita:

¶ Circumsēpio, *ire,* umbauen. Livius 1, 49 *Tarquinius corpus circumsepsit,* id est, corporis custodes assumsit.

¶ Circumseptus, *a, um,* umzäunet, umringt. Cic. sive autor epist. ad Octavianum sub init. *Cohortibus armatis circumseptus senatus.*

¶ Consēpio, *ire,* idem. Hinc

¶ Conseptus, *a, um;* ut, *Ager conseptus & consitus,* Cic. de Senect. c. 16.

¶ Conseptum, *i,* n. subst ut septum, sepimentum, ein gehege. Colum. 1, 4 *Diffusiora conscpta.* conf. & 1, 6. Tertull. de Anima c. 53 *Corpus animam circumscripto suo obstruit.* Varr. R. R. 1, 13 *Tecta intra clausum in conscpto. Conseptum fori* etiam dixit Quintil. 8, 12 pro ipsis cancellis. *Conseptum caveæ,* Apul. Met. 3 p. 130.

¶ Conseptus, *us,* m. subst. idem. Strabo Gallus in fine: *Ut cum conseptu viridis, consederis horti.*

¶ Consepto, *āre,* frequent. zusammen stallen. Solinus c. 32 de Ægypto: *Eligitur sacer lucus, in quo conseptant animalia diversissimi generis.*

¶ Dissēpio,

¶ Diſsēpio, *ire*, ſeptum dirimere, den zaun niederreiſſen; ut, *Diſsepto aggere*, Stat. Theb. 10, 880. ¶ 2 Pro ſeparare, diſcludere, Lucret. 1, 998 *Aer diſſepit colles, atque aëra montes.* vid. Heinſ. & Bur. ad Ovid. met. 1, 69, ubi legunt: *Vix ea limitibus diſſepſerat omnia certis.* conf. Parei Lex. Crit. p. 371.

¶ Diſſeptum, *i*, n. ſubſt. eine ſchiedwand, brandmauer; ut, *Diſſepta ſaxea domorum*, Lucret. 6, 951. ¶ 2. Apud Macrob. in Somn. Scip. 1, 6 *Inteſtinorum unum diſſeptum vocatur, quod ventrem & cætera inteſtina ſecernit*, das zwerchfell.

¶ Diſſeptio, *ōnis*, f. id. Vitruv. 2, 9 *Impendentis loci diſſeptio.*

¶ Diſsēpimen, *inis*, n & Diſsepimentum, *i*, n. die ſchiedwand, der unterſcheid, apud Feſtum in *Nauſeum.*

¶ Inſeptus, *a, um*, unverzäunt, unverwahrt, Feſtus: *Inſeptum, non ſeptum, ponitur & pro non ædificatum*: ubi, judice Dacerio, optime Salmaſius in not. ad Spartian p. 31 particulam *non* abeſſe cupit, quia *inſeptus* etiam pro *ſeptus* ponitur; ut apud Sen. Benef. 4, 19 *Hunc inſeptum ingenti quodam & inexplicabili muro.*

¶ Interſēpio, *ire*, ſepe vel vallo impedire, verzäunen, verſchanzen; ut, *Interſepire urbem vallo*, Liv. 25, 11. *Conſpectum exercitus interſepit*, i. e. impedivit. Id. 1, 27.

¶ Interſeptus, *a, um*, unterzäunt, verſtopft; ut, *Foramina terrenis corporibus interſepta*, Cic. Tuſc. 1, 20. Et *Interſeptum iter*, ein verhauener weg, Cic. pro Balbo c. 13.

¶ Interſeptum, *i*, n. ſubſt. eine mittelwand, ſchiedwand. Gloſſ. gr. lat. διάφραγμα, *Interſeptum.*

¶ Obsēpio, *ire*, idem quod *interſepire*. Livius metaphorice dixit 4, 25 *Obſepire iter ad honores.* Cic. pro Mur. c. 23 *Tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.*

¶ Obſeptus, *a, um*, interſeptus. Apul. 1 Met. p. 106 *Obſepto utero.* Liv. 2, 6 *Via dolo obſepta.* Id. 25, 39 *Obſeptis itineribus ſuper vallum ſaliunt.*

¶ Obſeptum, *i*, n. ſubſt. die verzäunung. Silius 12, 110 *Obſepta viarum*, græco more.

¶ Inobſeptus, *a, um*, unverzäunt, offen. Lactant. de Opific. Dei c. 8 *Aurium foramina noluit Deus eſſe nuda & inobſepta.*

¶ Præſepio, *ire*, ſepe aut alia re quacunque communire, vornher verzäunen; ut, *Maximis defixis trabibus, atque eis præacutis, præſepire*, Cæſ. Bell. Civ. 1, 27.

¶ Præsēpe, *is*, neutr. φάτνη, eine krippe. Ovid. Faſtor. 1, 663 *State coronati plenum ad præſepe juvenci.* Quibus gemella Tibullus habet 2, 1, 7 *Nunc ad præſepia debent Plena coronatæ ſtare boves capite.* Columella 1, 6 *Non altius edita eſſe præſepia convenit, quam ut bos aut jumentum ſine incommodo ſtans veſci poſſit.* Patrius caſus in illo Iuvenci eſt de Chriſto puero 1, 176 *Puerumque jacentem Præſepis gremio cernunt*, ſcilicet paſtores. Et Prudent hymno de Natali Domini v. 77 *O ſanctæ præſepis tui, Æterne rex, cunabula!* ¶ 2. *Præſepe* etiam ſtabulum eſt, der ſtall, non ſolum pabuli receptaculum, ad quod jumenta alligantur. Virg. Æn 7, 275 *Stabant terrentum nitidi in præſepibus altis.* Immo, Nonio obſervante 1, 274, omnia loca clauſa & tuta dicta *Præſepia*; quo illud Virg. Æn. 7, 17 pertinet: *Atque in præſepibus uſi Sevire &c.* Et illud Varronis apud Non. l. c. *Præſepibus ſe retineat forenſibus.* ¶ 3. *Præſepe* de paraſitica menſa dicitur. Horat. 1 epiſt. 15, 28 *Scurra vagus, non qui certum præſepe teneret*, v. ibi Marcil. & Plaut. Curc. 2, 1, 13. Enimvero cum de ventre tantum ſolicitum ſit hoc genus hominum, inter brutas beſtias merito habentur. Ita, *Inter menſam ſine ſermonibus & præſepe nihil intereſt*, verus verbum eſt, a Simplicio ad Epictetum p. 177 relatum. ¶ 4. Eſt & fœminina forma *Præſepis* Plauto uſitata: ut Curc. 1, 2, 13 *Ad præſepim ſuam.* Item prologo Caſinæ v. 57 *Intra præſepes ſuas.* Et Rud. 4, 3, 99 *Intra præſepes meas*, ubi ipſæ ædes intelliguntur.

¶ Præsēpium, *i*, n. idem Apul. Met. 9 p. 221 *Cibariis abundanter inſtruxit præſepium.* Et paullo poſt p. 222 *Circa præſepium capita demiſſi contruncabant moles pabularum.* Adde Buchner. ad Hymn. Prudentii de Natali Domini v. 77.

¶ Præſepia, *æ*, f. pro *Præſepe*. Varro R. R. 1, 13 *Villa ſi habebat culinam bonam, præſepias laxas, &c.* Loca ex Plauto v. apud Nonium 3, 160.

SĒPIA, *æ*, f. σήπια, piſcis marinus eſt, ſic dictus a ſolido, quod interius continet, & σηπίον ab Ariſtotele dicitur, ein black- oder futfiſch. v. Plin. 9, 29; Apic. 2, 1, Id. 5, 2; & 9, 4. *Aranearum marinam* SEPIAM exponunt alii, eine meerſpinne. Geſner. *Sequitur perca ſepiam*, adagium de ſocietate improborum: v. Chiliad. Habet pro ſanguine atramentum, cujus effuſione ſe defendit. v. Cic. N. D. 2, 50. Et ipſe ſanguis quoque eſt niger. Unde Auſonius *furvam ſepiam* pro atramento, quo ſcribimus, ænigmatice dixit, epiſt. 4, 74. Atque Afri non e fuligine, ut alii, ſed e ſucco ſepiæ atramentum conficiebant. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p 207. Adde Perſ. ſat. 3, 13 *Nigra quod infuſa vanefcat ſepia lympha.* Adde etiam Colum. 6, 17 & 33; Dioſc. 2, 20; Tertull. adv. Marc. 2, 20.

¶ Sēpiŏla, *æ*, f. diminut. Plaut. Caſin. 2, 8, 57 *Sepiole lepidæ.* conf. Serenus Samm. p. 6.

¶ Sepiāticum, *i*, n. Fulgentius: *Redde quod ſepiaticum debes.* vertas, dinten geld.

¶ Sepiēŭla, ſepimentum, ſepio, vide paullo ante *Sepes.*

SEPLĀSIA, *æ*, f. vel Seplaſium, *i*, n. σεπλασία, forum unguentariorum Capuæ, & in genere locus, ubi unguenta venduntur, ein ſalbenkram, eine apotheke. vid. Varro apud Nonium 3, 234; Plin. 16, 10; & 34, 11. Aſcon. in Piſon. p. 161; & Feſti rudera. Meminit Cic. Agrar. 2, 34; & pro Sext. c. 8; & in Piſon c. 11; Val. Max. 9, 1 ext 1. Et Auſon. epigr. 123 cum not. Vineti. Petron. c. 76. conf. Scheffer. in Perron. Fragm. p. 157.

¶ Seplaſiārium, *i*, n. idem. Gloſſ. lat. gr. *Seplaſiarium*, μυροπώλιον. *Seplaſiaria* etiam habet Petronius c 76. Al. *Seplaſia.*

¶ Seplaſiārius, *i*, m. unguentarius, ein ſalben krämer Vet. Gloſſæ: *Seplaſiarius*, παντοπώλης, melius dixiſſet (inquit Caſaubon ad Lamprid.) μυροπώλης. Lamprid. Heliog. c. 30 *Finxit ſe ut cupediarium, ut ſeplaſiarium.* Lapis antiquus, a Sponio in Miſc. Erud. Ant. p. 232 editus: SPES AVIDI SEPLA-IARII NEGOTIANTIS.

Sepono, ſepoſtio, vide ſupra in *Pono.*

SEPS, *sēpis*, m. ſerpens viperæ minimæ ſimilis, colore cineris, maculis ex intervallo varius, cauda brevi, Matthiol. Lacerta minor eſt, nobis ignota, quæ & *Chalcis*, & *lacerta Chalcidia* vocetur, eine kupferfarbe, e maculis colori æris Cyprii ſimilibus, Geſner, & G. Agricola. ¶ 2. Ætius inter ſerpentes mortiferos, & viperarum genera *ſepem* retulit. A ſepibus perculſis ſanguis e vulnere excernitur, & paullo poſt ſanies gravedens & putrefactio ſequitur: a σήπω, *putrefacio*, eſt σηψ, *ſeps.* Lucan. 9, 723 *Oſſaque diſſolvit cum corpore tabifico ſeps.* Et Prudent in Symm. 1 præf. v. 74 *Seps inſueta ſubit.* ¶ 3. *Seps* pro *ſepes* vide in *Sepes.*

¶ Septĭcus, *a, um*, σηπτικός, ab eodem verbo græco σήπω, fäulend; ut, *Medicamenta ſeptica*, quæ vim habent putrefaciendi, Plin. 28, 38. Emplaſtra exedentia σηπτικά Græci vocant. Celſ. 5, 19, 18. conf. 7, 21; it. Plin. 27, 12; & 21, 23.

SEPTEM, ἑπτά, nomen numerale, indecl. VII, ſieben. Cic. de Amic. c. 2 *Septem appellantur*, ſcil. ſapientes Græciæ. Virg. Æn. 6, 646 *Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.*

¶ Septēnārius, *a, um*, aus ſieben beſtehend; ut, *Septenarius numerus*, Macrob. Somn. Sc. 1, 6, qui facer olim habebatur, atque aliquam habens efficaciam. v. Barth ad Brit. Aremor. p. 738, *Septenarius* (verſus) ſeptem pedibus conſtans, Cic. Tuſc. 1, 44. *Septenaria ſynthefis*, Martial. 4 epigr. 46.

¶ Septēnus, *a, um*, plur. Septēni, *æ, a*, je ſieben. Cic. Somn Scip. c. 2 *Septeni cœlites ſolis anfractus reditusque*, i. e. LVI anni. conf. Liv. 5, 30; Colum. 3, 3; Plin. 23, 16.

¶ Septies, adverb. ſiebenmal; ut, *Euripus ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat*, Liv. 28, 6. conf. Lamprid. Commod. c. 11.

¶ Septĭmus, *a, um*, ordinale, der ſiebende; ut, *Septima æſtas*, Virg. Æn. 1, 759. *Septimæ ædes a porta*, Plaut. Pſeud. 2, 2, 3.

¶ Septimum, adverbialiter, zum ſiebendenmal; ut, *Marius ſeptimum conſul, domi ſuæ mortuus eſt*, Cic. Nat. D. 3, 32.

¶ Septĭmēnus, *a, um*, ἑπτάμηνος, ſeptimeſtris, ſieben monatlich. Arnob. 3 p 105 *Præpropero partu ſeptimanos edere aliquando fœturas*, i. e. partus ſeptem men. um.

¶ Septĭmānus, *i*, m ſubſt. a legione ſeptima miles. Plin. 3, 4 *Biterræ ſeptimanorum colonia.* Hinc

¶ Septĭmānia, *æ*, f. locus, quem ſeptimani occuparunt; vel ubi ſeptem provinciarum conventus agebantur, apud Sidonium 3 epiſt. 1. conf. ibi not. Sirmondi, & Scalig. Lect. Auſon. 1, 24.

¶ Septĭmāna, *æ*, f. ſubſt. vox vulgari uſu tritiſſima, non autem antiquiſſima, eine woche. In Cod. Theodoſ. occurrit L. 5 de Spectac. & apud Vulg. Interpretem, ac æquales. Probatior eſt vox *Hebdomas* vel *Hebdomada*, de qua ſupra diximus. v. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 33 p. 152.

¶ Septimatrus, *ūs*, m. feſtus dies Minervæ poſt diem ſeptimum iduum menſis Martii celebratus. v. Varr. L. L. 5, 2; & cum Feſto Paul. in *Quinquatrus* cum not. Dacerii. conf. & ſupra *Quinquatrus.*

¶ Septuāginta, indecl. LXX, ſiebenzig. Cic. Verr. 3, 52 *Centum ſeptuaginta aratores.* Colum. de Arbor. c. 4 *Sulcus pedum longus ſeptuaginta.*

¶ Septuāgēnārius, *a, um*, ſiebenzig-jährig. L. 5 Dig. de Iure immunitatis § 7 *Antequam ſeptuagenarius fieret.*

¶ Septuagēnus, *a, um*, plur. Septuageni, *æ, a*, je ſiebenzig. Plin. 26, 10 *Septuagenus coitus.* Adde mox Colum. in *Septuagies.*

¶ Septuāgēsĭmus, *a, um*, der ſiebenzigſte. Cic. de Divin. 1, 23 *Cyrus ad ſeptugeſimum pervenit, &c.* Aurel. Vict. Epit. c. 7 *Poſt ſeptugeſimum ſextum annum.*

¶ Septuāgies, adverb. ſiebenzig mal; ut, *Septuagies ſeptuageni ſiunt* (multiplicando) *quatuor millia & nongenti*, Columella 5, 2.

¶ Septingenarius, ſeptingeni, ſeptingentenimus, ſeptingenti, ſeptingenties, vide ſupra in *Centum.*

¶ Septas, *ădis*, f. die ſiebende zahl; Macrobio auctore in Somn. Scip. 1, 6 veteres Latini pro ἑπτάς, dixerunt.

¶ September, *bris*, m. menſis, quod a Martio ſeptimus numeraretur, der herbſtmonat; ut, *Menſe Septembri*, Cic. Att. 1, 1. vide *Menſis.* ¶ 2. Horatius adjective dixit etiam *Horæ Septembres*, 1 epiſt. 16, 16. Cic. fam. 14, 22 Kal. Septembribus.

¶ Septemplex, *ĭcis*, ſiebenfältig; ut, *Clypeus ſeptemplex*, Virg. Æn. 12, 925. Et Ovid. Met. 5, 187 *Genitus ſeptemplice Nilo.* conf. 13, 2.

¶ Septuplus, *a, um*, idem Gloſſ Cyrilli: *Septuplum*, ἑπταπλάσιον. Et adverbialiter Vulg. Interpr. Geneſ. c. 4, 24 *Septuplum ultio dabitur de Cain.* Et proverb. c. 6, 31 *Fur reddet ſeptuplum.* conf. Hieron. 1 ep. 8.

¶ Septimius, *i*, m. (unde *Septimillus*, diminutivum Catulli carm. 46, 13). Item Septimulejus, Septitius, Septitianus, (apud Martial. 4 epigr. 80) &c. ſunt nomina Romanorum. Ita *Septimius* aliquis fuit familiaris Auguſti & Horatii, de quo & aliis Burm. ad Quint. 4, 1 p. 302. Duker. ad Liv. 25, 37.

Compoſita varia: ut,

¶ Septembŏnus, vide *Bonus*, Septemdĕcim, *Decem*, Septemfluus, *Fluo*, Septemgeminus, *Geminus*, Septemmeſtris, *Menſis*, Septempedialis, *Pes*, Septemvir, &c. *Vir*, Septennis, ſeptennium, *Annus*, Septentrio, ſeptentrionalis, &c. *Triones*, Septicollis, *Collis*, Septifariam, *Fari*, Septiluus, *Fico*, Septifolium, *Folium*, Septifŏris, *Foris*, Septiformis, *Forma*, Septimontium, &c. *Mons*, Septĭpes, *Pes*, Septizonium vel Septizodium, *Zona*, Septunx, ſeptuncialis, *Uncia.*

Septicus, vide ſupra in *Seps.*

Septio, ſeptum, ſeptuoſe, vide ſupra in *Sepes.*

Sepulcralis, ſepulcretum, ſepulcrum, ſepultura, &c. vide *Sepelio.*

Sepum, idem quod Sebum, vide infra *Seuum.*

Seouacras, ſequaciter, vide paullo poſt *Sequor.*

SĒQUANA, *æ*, f. Galliæ celeberrimus fluvius, qui Belgicam, Celticamque diſterminat, ut Plinius auctor eſt 4, 17, Eodie *Seine.* Inde

¶ Sequáni, *orum*, m. pl. qui accolunt Galliam fontibus propiorem, ibidem Plinio narrantur, die Burgundier. Sed & adjectivum

¶ Sequánus, *a, um*, de eadem gente, Lucanus 1, 425 *Optima gens flexit in gyrum Sequana frenis.*

¶ Sēquánicus, *a, um*, aliud adject. Martialis 4 epigr. 19 *Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.*

Sequax, sequēla, sequentia, vide mox in *Sequor*.

SĔQUESTER, *stri*, m. subst. secundæ & tertiæ declinationis, (namque & adjective usurpatur *Sequestris, stre, & Sequester, stra, strum*), a *sequendo* is dicitur, apud quem plures tandem rem, de qua controversia est, deponunt, *ut ejus fidem utraque pars sequatur*, quemadmodum Gellius exponit 20, 10, dem eine ſtreitige ſache übergeben wird, ein mittler, ſchiedsmann, pfandhalter; ut, *Virginalis fugæ sequester*, cujus fidei virgo fugam comunisit, Apul. Met. 6 p. 187. *Pacis sequester*, pacificator, vulgo *mediator* dictus, Lucan. 10, 472. Et Sil. 6, 347 de Attilio Regulo Romam Carthagine misso, *Pacisque sequestrem Mittere.* Quod eleganter etiam de Christo μεσίτῃ Tertullianus dixit Resurr. Carn. c. 51 *Hic sequester Dei atque hominum.* Adde Buchner. ad Prudent. de Natali Domini v. 6 p. 25. Ascon. in proœm. act. in Verr. p. 59 *sequestrem* vocat, *apud quem pecunia deponitur*, bey dem man geld, ſo ſtreitig iſt, niederlegt. Sed Frontinus Strateg. 1, 4, 13 *Redd ndo naves, quasi sequestros futuros ordinandæ pacis.* ¶ 2. It. qui perficiendam rem turpem præsertim suscipit & inde lucrum facit, ein mäckler, unterhändler. Tale enim quiddam Ciceroni videtur esse *Sequester*, ut pro Cæl. 13 pr. *Adulter, impudicus, sequester, convicium est, non accusatio.* Id. in Verr. 2, 44 *Qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum:* & pro Cluent. c. 8 *Quo sequestre in illo judice corrumpendo dicitur esse usus.* Id. pro Cælio c. 7 *Crimina sodalium ac sequestrium* pr. act. in Verr. 12 *Sequestres aut interpretes corrumpendi judicii.* Firmic. Astr. 3, 13 *Sequestres & consocii in quibusdam malis.* Id. 6, 31 *Sequestres aut turpium libidinum ministri.* ¶ 3. Virgilius *pacem sequestram* dixit pro induciis, Æn. 11, 133. Similiter Stat. Theb. 2, 425, ubi v. Barth. p. 499 seqq. Nam vere adjectivum est. Prudent. Hamart. v. 911 *Carne sequestra pauliſper*, id est, posita ad breve tempus, quasi sequestro deposita. Agit enim de visione Ioannis in Pathmo, spiritu peracta, sine carnis opera. ¶ 4. *Sequestris* cognomen L. Iulii ap. Liv. 33, 26. At is locus de mendo suspectus est Dukero, quem vide.

¶ Sequestra, *æ*, f. eine unterhändlerin; ut, *Anus quædam, stupri sequestra &c.* i. e. conciliatrix stuprorum, eine kupplerin. Apul. Met. 9 p. 224. Et, *Pacis sequestra*, eine ſchiedsmännin, Stat. Theb. 7, 542.

¶ Sequestrum, *i*, n. depositi species est. Paul. l. 6 ff. depositi: *Proprie in sequestro est depositum, quod a pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendumque traditur.* Sumitur etiam vulgo pro scripto illo, quod de sequestratione conficitur.

¶ Sequestro, adverb. ex casu in *o* tractum, durch oder bey ſchiedsleuten. Gellius extremo opere: *Quod apud sequestrem depositum erat, sequestro positum per adverbium dicebant.* Exemplum addit ex Catone: *Nolite vos sequestro ponere.* Et Plaut. Merc. 4, 3, 36 *Sequestro mihi data est.* Id. Rud. 4, 3, 79 *Aut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur.*

¶ Sequestro, *are*, deponere, niederlegen, abſondern. Prudent. hymn. Exsequ. v. 127 *Hominis tibi membra sequestro.* Tertull. de Resurr. carn. c. 26 *Corpora medicata Mausoleis & monumentis sequestrantur.* conf. Id. adv. Valent. c. 25. Et Sidon. 1 epist. 11 *Vir ab infamia sequestrandus*, i. e. semovendus.

¶ Sequestratus, *a, um*, beyſeit geſetzt, niedergelegt. Macrob. Sat. 7, 11 *Sequestrata verecundia*, hoc est, abjecta, depositа: *Commascula* inquit, *frontem & sequestrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiscum libere, quod occurrit.* Sic, *Sequestrata ira*, Ammian. 20, 7. Et, *Sequestratæ solicitudines bellicæ*, Id. 18, 1.

¶ Sequestrātim, adverb. separatim, absonderlich. Cassiodor. Var. 11 epist. 1 *Quæratis forsitan sequestratim principis bona.*

¶ Sequestrātio, *ōnis*, f. depositio, separatio, die niederlegung, abſonderung. Lege unica Cod. *de prohibita sequestratione pecuniæ.* Et Ambros. de Spiritu S. 1, 1 *Sequestratio ecclesiæ.*

¶ Sequestrator, *ōris*, m. ein verkümmerer, hinderer. Symmach. 8 epist. 54 *Dolor corporis efficiorum familiarium sequestrator*, i. e. mo rator.

¶ Sequestrātōrium, *i*, n. locus, ubi aliquid deponitur, die niederlage. Tertull. de Resurr. carn. c. 52 *Seminibus sequestratorium terra est, illic deponendis & inde repetendis.*

¶ Sequestrārius, *a, um*, die niederlage betreffend; ut, *Actio sequestraria*, Pompon. l. 1 § 1 Dig. Depositi vel contra. Et absolute l. 1 § 3 ff. de dolo malo: *Sequestraria Sejum convenire potes.*

SĔQUOR, *secūtus sum, sĕqui*, folgen, nachfolgen. Ter. Andr. 1, 1 101 *Tum 's præcedit, sequimur, &c.* Et Adelph. 2, 2, 40 *Potius, quam lites sequar*, ehe ich proceſire. Sic, *Sequi alicujus sententiam, judicium, auctoritatem: Sequi consuetudinem: Naturam ducem sequi*, Cicero passim. *Sequi aliquem magno intervallo*, Cæs. B. Gall. 1, 32, einem von weiten folgen, aber noch weit von ihm ſeyn. *Magistrum sequi*, Plin. 5 epist. 15. Et, *Sequi alicujus consilia*, Vellej. 2, 72, 3. *Cibum sequitur somnus*, Lucret. 4, 951. Cic. fam. 13, 35 *Nomen Aniani secutus est*, h. e. cum Philoxenus vocaretur, illud nomen Rom. sumsit. ¶ 2. *Sequi* etiam pro avide atque non sine ambitu quodam quærere, sive appetere, affectare, ponitur, nachſtreben. Ita Cæsar, *Alicujus gratiam sequi*, B. C. 1 pr. dixit. Plin. 8 epist. 18 *Mulier natalibus clara, moribus proba, ætate declivis, diu vidua, mater olim, parum decore secuta matrimonium videbatur divitis senis &c.* Vbi v. Buchner. Virg. ecl. 10, 23 de amica: *Perque nives alium perque horrida castra secuta est.* v. Gronov. ad Liv. 28, 18. ¶ 3. Veteres & *Sequi* pro loqui, narrare, dicere, usurparunt. Virg. ecl. 6, 74 *Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est &c. Dulichias vexasse rates.* Horat. de Arte Poët. v. 240 *Ex noto fictum carmen sequar.* Vid. Gell. 18, 9 item Rutgers. Var. Lect. 4, 19. Hinc *resequi* pro respondere infra, & paullo post *Insequo.* ¶ 4. *Sequi* dicuntur v. g. verba, cum locuturo aut scripturo facile & post haud longam cogitationem in mentem veniunt. Horat. Art. P. v. 311 *Verbaque provisam rem non invita sequentur.* v. omnino Burm. ad Quint. Decl. 13, 17 p. 292. Ita etiam interpretatur Burm. illud Ovid. Her. 4, 9 *Qua licet, & sequitur, pudor est miscendus amori.* Contrarium est *negare*, de quo l. l. ¶ 5. *Sequi locum, campum* &c. est adire. Liv. 4, 17 *Consedit in utriusque ripis amnis, qua sequi munimento poterat interposito vallo.* v. Gronov. ad Sen. epist. 76. Burman. ad Valer. Flacc. 1, 30, 66. v. Drakenb. ad Sil. 2, 86. ¶ 6. *Sequitur* absolute, es ſchleuſt ſich, es folget. Cic. fam. 3, 5 fect. 4 *Hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicam, sequitur illud, ut te existimare velim, &c.*

¶ Sequo, etiam activa forma & in una eademque significatione cum *sequor* antiquos protulisse, testatur Priscianus 8 p. 799. Vnde & *Insequo.* conf. Gell. 18, 9.

¶ Sequens, *tis*, folgend, nachfolgend; ut, *Sequens annus*, Cæs. B. G. 8, 50. *Anni sequentes*, Quint. 1, 1. *Extremam rationem belli sequens*, i. e. persequens, Id. B. C. 3, 44. *Oculi sequentum*, Virg. Æn. 6, 200. *Annona sequens*, Stat. 4 Silv. 9, 17. *Curator sequens*, i. e. in alterius locum substitutus, l. 7 § 2 ff. de Curat. furios. ¶ 2. *Panis sequens* opponitur *mundo*, estque idem ac secundus vel proximus a primo, vel qui primum sequitur, apud Lamprid. in Alex. Severo c. 37, das nächſte nach dem beſten. ¶ 3. *Africanus sequens*, i. e. minor vel junior dictus, der jüngere, Plin. 7, 44 & 59.

¶ Sequentia, *æ*, f. die folge. Frontinus de Aquæduct. p. 233 *Multiplicatio in amplioribus modulis servare sequentiæ suæ regulam debet.* conf. Iustinian. de Iur. dicend. ration. § 1.

¶ Sĕcūtus, *a, um*, der nachgefolget iſt. Cæs. B. G. 1. 24 *Helvetii cum omnibus suis carris secuti.* Et 1, 39 *Amicitiæ caussa Cæsarem secuti.* Et 5, 54 *Cæsaris secutus fidem.* Plin. 13, 22 *Sequuto die*, des folgenden oder andern tages. conf. Pallad. Aug. 4, 8.

¶ Sequūtio, vel Sĕcūtio, *ōnis*, f. die folge, nachfolgung. Auguſt. de Moribus eccl. cath. c. 11 pr. *Secutio Dei, appetitus beatitatis est: consecutio autem, ipsa beatitas.* Gell. 18, 9 *Secta & secutio consuetudine loquendi differunt.*

¶ Sĕquēla, *æ*, f. idem. Scævola l. 93 Dig. de solutionib. *Obligatio quæ sequela locum obtinet.* Tertull. de Patient. c. 5 *Pest manne esculentem pluviam; pest petræ aquatilem sequelam, desperant de Domino.* Respicit nimirum eam opinionem, quæ putat, rivum illum secutum esse Israelitas. Lactant. 7, 5 *Immortalitas non sequela naturæ, sed merces præmiumque virtutis est.* Id. de Opific. Dei c. 4 *Mors sequela morborum est.*

¶ Sequūtor, vel Secūtor, *ōris*, m. qui sequitur, ein nachfolger. Gloss. Vet. *Secutor*, ἀκόλουθος. Apul. Met. 9 p. 224 *Acerrimum relinquens uxori sequutorem, securam dirigit profectionem*; id est, custodem, observatorem, qui ab illa non recederet, sed, quoquo ibat, inseparabilis sequeretur, conf. l. 4 p. 148 Elmenh. ¶ 2. *Secutores* gladiatorum genus ab insequendo, fechter. v. Lipsii Saturn. 2, 7. Prudent. adv. Symmach. 2, 1100 *Altius impresso dum palpitat ense secutor.* Iuvenal. 8, 210 *Cum Graccho jussis pugnare sequutor.* conf. Suet. Calig. c. 30; & P. Victor. ad Cic. Att. 7, 14 p. 716. Nam & huic eam vocem restituit, & σεκάτορα ab Artemidoro dici notat.

¶ Sequūtŭlēja, vel Secutuleja, *æ*, f. quæ virum appetit & sectatur ipta, die mannsthörchte iſt. Petron. c. 81 *Tamquam mulier secutuleja unius noctis pactu omnia vendidit.*

¶ Sĕquax, *ācis*, folgend, gefolgig. Latinitatis damnat hoc vocabulum Baptista Pius: eamdem asserit Barth. ad Script. Venat. p. 142. Stat. Theb 3, 500 *Cunctas Perlegere animis, oculisque sequacibus auras.* Et Virgilius aliquoties usus est: ut Georg. 4, 230 *Fumosque manu pratende sequaces.* It. Æn. 8, 432 *Flammisque sequacibus iras Miscebant operi.* Et Æn. 10, 365 *Latio dare terga sequaci*; hoc est, insequentibus Latinis. Grat. 410 *Sequax malum* scabies, vid. Burm. Plin. Paneg. c. 45 *Flexibiles quamcunque in partem ducimur a principe, atque, ut ita dicam, sequaces sumus.* Compar. Plinius H. N. 36, 26 *Nec est alia nunc materia sequacior, aut etiam picturæ accommodatior.* De vitro & similibus loquitur, quæ flatu figurantur.

¶ Sĕquācĭter, adverb. idem. Arnobius 2 p. 49 *Concludere acutissime syllogismos, ordinare sequaciter inductiones suas, &c.*

¶ Sequācĭtas, *ātis*, f. die folgſamkeit; ut, *Pigra sequacitas*, Sidon. 4 epist. 11. Et, *Scribarum sequacitas saltuosa*, Id. 9 epist. 9.

¶ Sequior, *sequius*, a *Sequor* est, deterior, ſchlechter, geringer. Apul. Met. 10 p. 249 *Sequiorem sexum* muliebrem vocat: *Si*, inquit, *sexus sequioris edidisset fœtum*, quam mox *puellam* ibidem appellat. Gloss. Vet. *Sequius* χεῖρον. Vlpianus *hominem sequioris vitæ frugi* opponit l. 8 § 11 Dig. de Transaction. v. Iuret. ad Symmach. 10 epist. 49.

Sequius, adverb. idem quod secius; vide supra in *Secus.*

¶ Sector, *ātus sum, āri*, frequent. folgen, nachlaufen; ut, *Totos dies aliquem sectari*, Cic. pro Mur. c. 34 *Ejusmodi est, ut eum pueri sectentur & irrideant*, Id. Verr. 4, 66. *Canes sectantur feram*, ſie eilen, jagen nach, Ter. prolog. Phorm. v. 7. Et Virg. eclog. 3, 75 *Si, dum tu sectaris apros, ego retia servo.* ¶ 2. *Sectari* est disciplinæ alicujus studiosum esse, ſich zu eines lehre oder ſecte bekennen. Gellius 6, 6 *Apollinarem Sulpicium imprimis sectabar.* Et de eodem 13, 17 *Sectabar eum discendi gratia*, ich hielt ihm an.

¶ Secto, *are*, activa forma, ut, *Sector* apud antiquos. v. Priscian. 8 p. 799. Hinc passive *Sector* apud Varr. R. R. 2, 9 *Velle se a cane sectari.*

¶ Sectans, *tis*, nachſtrebend. Ascon. Ped. in Verr. de præt. urb. p. 84 *Spem sectans lucri.* Hinc

¶ Sectantia, *æ*, f. die nachfolge, nachſtrebung. Virgil. *Erroris sui vitare sectantiam.* v. Barth. Adversar. 14, 3.

¶ Sectatus, *ûs*, m. subst. idem. Saresb. 5, 15 *In sectatu avaritiæ.*

¶ Sectātio, *ōnis*, f. idem. Tertull. ad Vxor. 1, 6 *Homines etiam boni sectationibus perdere.*

¶ Sectator, *ōris*, m. qui sectatur, ein nachfolger, anhänger. Cic. pro Mur. c. 34 pr. *At sectabantur multi. Quid opus est sectatoribus?*

Et

Et paucis interjectis: *Lex Fabia de numero sectatorum.* v. mox ex Liv. *Insectator.* Erant hi clientes candidatorum, qui sectabantur, quoquo irent, gratiæ conciliandæ caussa. De studiis & doctrina etiam eleganter adhibetur, ut, *Sectatores philosophiæ,* Gell. 1, 3; *philosophorum,* ibid. c. 9; *eloquentiæ,* Id. 19, 5 pr.

¶ Sectātrix, *īcis,* f. quæ sectatur, eine anhängerin. Apul.

¶ Secta, *æ,* f. ἵρεσις, formula disciplinæ, sive ratio seu institutum, die art zu leben, der orden, die secte, der anhang; ut, *Asperrima, severissima secta,* Quint. l. 1, 10. *Sectam & instituta alicujus sequi,* Cic. Verr. 5, 70. Et Liv. 29, 27 *Qui meam sectam, imperium auspiciumque sequuntur.* Plin. Paneg. c. 45 *Specimen & exemplar, quæ tibi secta vitæ, quod genus hominum placeat:* paullo post *propositum* vocat. Idem ibidem c. 85 *Placeat tibi semper hæc secta.* Apul. 4 Milef. *Quos* (latrones) *ad istam sectam paupertatis necessitas adegit:* id est, ad hoc vivendi genus. ¶ 2. Hinc *Sectæ* nomine comprehenduntur, cui alicujus dogma sive vivendi rationem sequuntur. Sic, *Sectæ philosophorum,* quarum in Græcia præcipuæ quatuor fuere, Aristotelica sive Peripatetica, Epicurea, Stoica, & Academica. Quæ quoniam opinionibus nimium inter se dissidebant, factum est, ut & aliæ secessiones & factiones *sectæ* appellarentur. Cic. ad Brutum epist. 3 *Hostes omnes judicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt.* Theologis *Sectæ* dicuntur eorum coetus, qui falsam erroneamque doctrinam, quam ipsi putant, amplectuntur: in malam partem. Sed revera vocabulum μέσον est, ut patet ex iis, quæ supra dicta sunt. Nemque & Christiani veteres suam & sentiendi, & vivendi rationem *sectam* vocarunt. Prudent. in Romano v. 125 *Generosa Christi secta nobilitat viros.* Tertull. Apol. c. 39 *Dei secta:* & c. 40 *Christiana secta:* & c. 46 *Interim incredulitas dum de bono sectæ hujus obducitur.* conf. ibi Heraldus.

¶ Sectācula, *æ,* f. diminut. quasi sequela quædam & propagatio, die nachfolge. Apul. Met. 5 p. 80 Colvii. *Occipiunt scisciari, qualis ei maritus & unde natalium sectacula proveniret:* i. e. qua secta maritus esset propagatus. Elmenh. p. 163 *secta caia.*

¶ Sectārius, *i,* m. etiam hinc quidam ducunt, ein führer; ut, *Vervex sectarius,* Plaut. Capt. 4, 2, 40, quem, ut ducem, grex sequatur, ein leithammel. Lambino autem & Operario a *secando* ita dicitur, cui secti sint testiculi, ein verschnittener hammel. ¶ 2. Theologis *Sectarii* sunt, qui sectam seu hæresin faciunt, ideoque a communi doctrina & professione discedunt, sectirer, denen andere folgen.

¶ Sector, *ōris,* m. & ¶ Sectio, *ōnis,* f. quæ Asconius in Verr. de Prætur. Vib. p. 84 & 88 æque ab *sequendo* ducit, vide in *Seco, are.*

¶ Sequipēda, *æ,* c. id est, pedissequa, ein nachtreter. Saresb. 1, 13 *Sequipeda canis.* Id. 3, 6 *Sequipedarum comitatu stipari.*

Compositа:

¶ Assĕquor, *cūtus sum, sĕqui,* pervenire ad eum, quem sequimur, erlangen, erreichen, ereilen. Cic. Att. 3, 5 *Si Romæ es, jam me assequi non potes.* Et Tusc. 1, 39 *Nonne modo pueros, modo adolescentes in cursu a tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus?* Liv. 28, 16 *Si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie adsecuturi fuerint.* v. Hadr. Card. de Serm. Lat. p. 103. ¶ 2. Sed, *Honores & magistratus assequi sine repulsa,* id est, adipisci, überkommen, Id. Cic. in Pis. c. 1. ¶ 3. Item, *Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum esse assecutus,* Cic. fam. 1, 4. Sic, *Assequi conjectură,* Id. Verr. 3, 86, errathen. Et, *Cogitationem alterius assequi,* Id. de Invent. 2, 47, verstehen. Agrætii distinctio hæc est Gothofr. p. 1350 *Consequimur* studio, *obsequimur* officio, *persequimur* injuria, *prosequimur* ordine, *assequimur* voto. ¶ 4. Passive dictum putant Cic. Verr. 2, 73, sed Gro. malit, *ut hæc diligentia nihil investigare nihil assĕqui potuerit.* Editi *hac -- investigari.*

¶ Assecūtus, *a, um,* der da nachgefolget ist. Vellej. 2, 59, 3 *Hispaniensis militiæ assecutum se postea comitem habuit.* Conf. Front. Strat. 1, 8, 3.

¶ Assecūtor, *ōris,* m. ein nachfolger, anhänger. Mart. Capella lib. 9 p. 306 *Himeros Cupidinis assecutor.*

¶ Assector vel Adsector, *atus sum, āri,* frequent. sich bey einem stets befinden, einem aufwarten, begleiten, ꝛc. Suet. Cæs. c. 19 *Pompejum assectatus est,* id est, Pompeio te adjunxit. Plin. 33, 12 *Vidimus & ipsi Archiam Teium, cum celebritate assectaretur adolescentium forma, ex argento annulos habentem.* Eodem sensu absolute Horatius 1 Sat. 9, 6 *Quam assectaretur.* ¶ 2. Passive Ennius apud Priscianum 8 p. 792 *Assectari se omnes cupiunt,* i. e. ἀκολαθεῖσθαι. Hinc

¶ Assectatus vel Adsectatus, *a, um,* begleitet, verfolgt. Festus: *Adsectata famina vel in bonam partem dicitur, velut honorata, vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta.*

¶ Assectātio, *ōnis,* f. die begleitung. Plin. 2, 20 *Latet plerosque magna cœli affectatione compertum a principibus doctrinæ viris,* id est, observatione, durch fleißige anmerckung. Cic. pro Mur. c. 34 *Habent hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem,* die bestrebung, bemühung. Edit. Verb. *affectat.* ubi vid. conf. Q. Cic. de Petit. Consul. c. 9, qui locus classicus est.

¶ Assectator, *ōris,* m. qui assectatur, ein begleiter, anhänger. Cic. pro Balbo c. 27 *Cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribusque esset.* Sen. de Tranqu. c. 1 *Assectator comesque patrimoniorum per contionem populus,* wer das seine vertilgt, hat grossen anhang und zulauff. ¶ 2. Sed, *Assectator sapientiæ,* Plin. 8, 17; & *eloquentiæ alicujus,* Id. 29, 1, id est, imitator, ein schüler, nachfolger. Gell. 5, 10 *Cum Gellio auditor assectatorque Protagoræ fuisset.*

Assĕcla, vide sub lit. *A.*

¶ Consĕquor, *secutus sum, sĕqui,* nachfolgen. Hirt. B. Gall. 8, 27 *Consequuntur equites nostri.* Nep. 2, 7, 2 *Legati sunt consecuti.* Ter. Heaut. 2, 3, 36 *Continuo hic se conjecit intro, ego consequor,* ich setze mich auf dem fuß nach. Sic, *Consequi itinere & in itinere aliquem,* Pompejus sub Cic. ad Att. 8, 12, einen erreichen, einholen. Sic & Cic. Cat. 2, 4 *Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur.* Ter. Phorm. 5, 1, 23 *Matrem ipsam ex longitudine mors consecuta est.* Cic. Phil. 1, 15 *Quicunque casus consecutus esset,* es möchte erfolgen, was da wolle. ¶ 2 Est impetrare, adipisci, obtinere, erlangen, erhalten. *Hoc videmur consecuti, ut ne quid agi cum populo sine vi possit,* Cic. fam. 1, 2. Sic, *Consequi laudem, famam, dignitatem, gloriam, fructum,* Cicero passim dixit Idem de Orat. 2, 89 *Sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio & labore & doctrina consequi nemo potest.* Et Quintil. 1, 1 *Nemo reperitur, qui sit studio nihil consecutus.* ¶ 3. Varias parit formulas. Cic. pro do. 50, 1 *Ipsis omnia, si minus re, at verbis legitimis consecutus.* Lucret. 1, 45 *Sed rebus ab ipsis Consequitur sensus, tranat. m quicquid in ævo &c.* Etiam sine ablativo. Auct. ad Herenn. 2, 31 *Hoc si, ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus.* Cic. Verr. 3, 26 *Non esse illam partem ipsius nequitiæ fugitivorum insecutia consecuta,* die sclaven wolten es den rest nicht so arg gemacht haben. ¶ 4. Plaut. Asin. 2, 1, 13 *Certum hercle est, veniam consequi sententiam,* id est, sequi vel persequi. Cic. fam. 1, 7 ext. *Consequi gloriam,* est persequi. ¶ 5. Passive Orbilius apud Priscian. 8 p. 791 *Quæ vix ab hominibus consequi possint.* Vid. Man. ad Cic. de petit. Consul. princ. it. *assequi*

¶ Consĕquens, *tis,* folgend, nachfolgend; ut, *Res consequentes,* Cic. de Divin. 2, 19 *Spe erigantur consequentis ætatis posteri temporis,* Idem Fin. 1, 20. ¶ 2. Sed, *In verbis coërentibus, quod non est consequens, vituperandum est,* Cic. partit. c. 6, id est, quod non cohæret, das nicht auf einander folget. Idem de Leg. 1, 5 *Quoniam scriptum a te est de optimo reipublicæ statu, consequens esse videtur, ut de legibus idem de legibus.* Quintil. 5, 10 *Consequentia* Also ἀκολαθία. Compar. Augustin. de Trinit. 15, 19 *Quid consequentius, quam ut ipse sit caritas, qui dicitur & Deus, & ex Deo?* ¶ 3. *Consequens,* est consentaneum, gemäß. Cic. Fin. 3, 15 *His autem ea consentanea & consequentia.* Et Off. 2, 5 *Quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur.* Adde Brisson. de Verb. Signif.

¶ Consĕquenter, adverb. demnach, folglich. Vlp. L. 15 § ult. Dig. de usufr. & quemadm. Et l. 11 § 1 ff. de jurejur. v. Brisson. Adde Apulejum mox in *Obsequenter.*

¶ Consĕquentia, *æ,* f. die folge, so aus demselbigen schleust oder fleust. Cic. Divin. 1, 56 *Quæ cursum rerum eventorumque consequentium diuturnitate pertractata notaverunt.* Vet. Gloss. *Consequentia,* ἀκολαθία.

¶ Consĕcūtus, *a, um,* nächstfolgend, erfolgend; ut, *Reliquis consecutis diebus,* Cic. Phil. 1, 13. Et Cæs. B. G. 3, 53 *Reliquos equites consecuti nostri interfecerunt.* ¶ 2. Passive Varro ap. Prisc. 8 p. 792 *Consecuta negliguntur,* i. e. impetrata.

¶ Consĕcūtio, *ōnis,* f. die folgung; ut, *Conclusio ex necessaria consecutione,* Cic. de Invent. 1, 29. *Consecutio verborum,* id est, cohærens & decenter ordinatus contextus, Id. de Partit. c 6. Et de Fin. 1, 11 *Detractio molestiæ consecutionem adferet voluptatis,* eine erlangung der ergetzlichkeit. Sic, *Resurrectionis consecutio,* Tertull. de Resurr. Carn. c. 52.

¶ Consĕcūtor, *ōris,* m. ein nachfolger. In Constantini M. nummo conspicitur templum Martis cum inscriptione: CONSECVTORI. vide Ferretii Mus. Lapid. p. 19.

¶ Consĕquus, *a, um,* idem quod *consequens.* Lucret. 5, 679 *Consequa natura est jam rerum ex ordine certo.*

¶ Consĕquium, *i,* n. der nachtrab. Apulej. Met. 5 p. 169 *Extrema consequia;* ubi Prioratus vide p. 281. Et lib. 10 p. 247 *Carpenta novissimis trahebantur consequiis.*

¶ Consector, *ari,* frequent. stets nachfolgen. Ter. Eun. 2, 2, 18 *Est genus hominum, &c. hos consector,* zu dem finde ich mich. Cæs. B. Gall. 5, 56 *Redeuntes equites, quos possent, consectantur atque occidunt,* sie ereilen. Et, *Consectari & conficere reipsa,* Cic. de Invent. 2, 37. *Minutissima etiam consectari,* Plin. 5 epist. 6, alles genau suchen; *falsæ gloriæ umbras,* Cic. in Pison. c. 24; *opes & potentiam,* Id. Off. 1, 25. Sic, *Consectari aliquem conviciis,* Id. Att. 2, 18, auf einen schmähen. ¶ 2. Passive Laberius apud Priscian. 8 p. 793 *Novercam a populo lapidibus consectari video.*

¶ Consectatus, *a, um,* der verfolget hat; ut, *Hostes equitatus consectatus,* Cæs. B. G. 3, 26. *Naves singulas nostri consectati expugnaverunt,* Id. 3, 15.

¶ Consectātio, *ōnis,* f. die aufsuchung, die erjagung. Cic. in Orat. c. 49 *Princeps in consectatione concinnitatis.*

¶ Consectātor, *ōris,* m. ein nachfolger; unde

¶ Consectatrix, *īcis,* f. die nachfolgerin. Cic. Off. 3, 33 *Libidines sunt consectatrices voluptatis,* geilheit folget auf wollust.

¶ Consectārium, *i,* n. argumentum est breviter adstrictum, ein schluß der da folget. Cic. Fin. 4, 18 *Venio ad illa tua brevia, quæ consectaria dicebas.* Ibid. 3, 8 *Stoicorum me consectaria brevia & acuta delectant.*

¶ Consectāneus, *a, um,* i. e. consequens, folgend, folglich. Arnob. 5 p. 214 *Consectaneum est credere, nunquam Deos irasci.* ¶ 2. *Consectaneus,* qui est ejusdem sectæ, ein anhänger. Sidon. 3 epist. 6 *Consectaneus videtur Plotinus.* conf. 7 epist. 9.

¶ Inconsequens, *tis,* inconveniens, ungereimt; cujus intensivo *Perinconsequens* Gellius usus est 14, 1 *Per autem inconsequens* (est) *ipsum quidem corpus & habitum tam profundi aëris sub alio atque alio cœli curvamine non eumdem manere.* Ascon. in Proœm. act. in Verr. p. 53 *Inconsequens locutio.* Sic & p. 64.

¶ Inconsequentia, *æ,* f. eine üble folge; ut, *Inconsequentia rerum fœdissima,* Quintilian. 8, 6.

¶ Exsĕquor & Exequor, *secutus sum, sĕqui,* perficere, vollziehen, vollbringen, ausrichten. Ter. Andr. 1, 5, 24 *Sed nunc, quod primum exsequar.* Id. Heaut. 4, 1, 22 *Si meum imperium exsequi voluisses, intermittam oportuit.* Sic, *Exsequi munus officii,* Cic. de Senect. c. 20 pr. *mandata,* Id. Phil. 9, 4; *jussa,* Virg. Æn. 4, 396. *Illustriora vix*

verbis exsequi posse, Cic. fam. 11, 27, 13. Conf. Curt. 4, 7, 32. *Pluribus aliquia exsequi*, Phædr. 3, 10, 59, ubi Scheffer. vid. & Gronov. ad I iv. 9, 3. Et, *Incepta exsequi*, Liv. 30, 4. ¶ 2. Eſt & ulciſci, ſtrafen, rächen; ut, *Violata jura exsequi*, Liv. 3, 25 ext.; Idem 5, 11 *Is publici privatique doloris exsequendi jus poteſtatemque ex duobus noxiis capitibus datam.* v. Gronov. ad Liv. 1, 59; *Exsequi delicta*, Suet. Cæſ. c. 67; *injurias*, Plin. epiſt. 3, 4.

¶ Exsequens, *tis*, erklärend; unde, *Exsequentiſſimus memoriarum veterum philoſophus*, Gell. 10, 12, hoc eſt, antiquitatum peritiſſimus. Singulare eſt illud Liv. 9, 16 *Legati ſubinde exſequentes quærendo*, h. e. anxie quærentes.

¶ Exsĕcūtus, *a, um*, vollbracht, vollſtreckt. Paſſive Iuſtin. 7, 3, 2 *Exſecuto regis imperio.* ¶ 2. Active, der ausgeführet oder vollbracht hat. Quint. 7, 1 p. 584 *Quasdam quæſtiones exſecuti.* Vellej. 2, 29, 1 *Magnifice conata exſecutus.* Catull. 64, 15 *Sectam meam exſecutæ comites.*

¶ Exsĕcūtio, *ōnis*, f. die vollſtreckung, vollziehung, ausführung; ut, *Exſecutionem alicujus negotii ſuſcipere*, Tac. An. 15, 25, 4. Seneca: *Differam hæc in præſenti. Deſiderant enim longam & propriam exſecutionem.* Plin. 35, 8 *Neque inſtituti operis eſt talis exſecutio.*

¶ Exsĕcūtor, *ōris*, m. ein vollbringer, vollzieher. Suet. Veſp. c. 14 *Offenſarum inimicitiarumque minime memor, exſecutorve.* Vellej. 2, 45, 1 *Malorum propoſitorum exſecutor acerrimus.* Et Apul. Met. 7 p. 197 *Exſecutor ſententiæ.*

¶ Exsĕquiæ, vel Exequiæ, *arum*, f. pl. officium funebre, ein leichbegängniß; ut, *Exſequias alicujus celebrare*, Liv. 25, 17; *proſequi*, Ovid. Triſt. 1, 7, 14; *comitari*, Plin. 11, 18; *alicui ſolvere*, Virg Æn. 7, 5. Formula funeris indicendi eſt apud Ter. Phorm. 5, 9, 37 *Exſequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, en! tempus eſt.* Servius: Funus *eſt cadaver jam ardens; quod dum portatur*, exequias *dicimus.* Sic, *Funeris exequias proſequi*, Cic. pro Cluent. c. 71, quod & *operam dari funeri* dixit Attic. 15, 1. Et, *Convenire ad exſequias cohoneſtandas*, zur leiche gehen, Id. pro Quintio c. 15. *Frequentare exſequias ad rogum usque*, Suet. Tib. c. 32. Et Propert. 3, 1, 23 *Omnia poſt obitum ſingit majora vetuſtas; Majus ab exequiis nomen in ora venit.* Sen. de Tranqu. an. c. 9 *Exſequias fax cereusque præceſſit.* Sext. Ruf. c. 26 *Milites exſequias Gordiani Romam cum maxima venerationis reverentia deduxerunt.* Apul. Met. 4 p. 158 *Perfectis feralis thalami cum ſummo mœrore ſolennibus, toto proſequente populo, vivum producitur funus; & lacrymoſa Pſyche comitatur non nuptias, ſed exſequias &c.* Eas eſſe *magis vivorum ſolatia quam mortuorum ſubſidia*, Auguſtinus dicit C. D. 1, 12.

¶ Exsĕquiālis, *e*, zur leiche gehörig. Ovid. Met. 14, 430 *Carmina jam moriens canit exſequialia cygnus.* Stat. Theb. 11, 610 *Infandæ juſta exſequialia mortis.*

¶ Exsĕquior, *ari*, zur erden beſtatten, begraben. Varro apud Nonium 2, 298 *Ipſum propter vix liberti ſemiatrati exſequiantur.*

¶ Insĕquor, *ſecutus ſum, sĕqui*, bald auf einen folgen; ut, *Pergere atque inſequi longius*, weiter ſchreiten, fortfahren, Cic. Verr. 3, 20. Et, *Hunc proximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt*, de Clar. Orat. c. 10. *Nec arma impigre capere, nec obſiſtere, nec inſequi poterant*, Liv. 7, 36. ¶ 2. *Inſequi clamore ac minis aliquem*, h. e. perſequi, auf einen dringen mit dräuen und ſchmähworten, Cic. pro Cluent. c. 8, & *Contumelia*, Id. Att. 14, 14. Et Senec. epiſt. 9 *Stilponem Epicuri epiſtola inſequitur*, der brief iſt hinter ihm her. conf. Nep. 25, 9, 2.

¶ Inſeque, vel Insece, i. e. dic, narra; ab *Inſequo*; ſive, quod Vellio Longo magis placuit, *Inſeco*. Vnde & *Inſecendo* apud Catonem, & *Inſeque Muſa* apud Ennium. v. Gell. 18, 9; & Feſtus, qui *inſeque* & *inſexit* ex Ennio produxit. v. Boſ. ad Cic. Att. 1, 16 p. 103 Græv.

¶ Insĕquens, *tis*, nächſtfolgend; item, nachjagend; ut, *Inſequenti tempore*, nachmahls, Vellej. 1, 6, 1. *Inſequens hora*, Cic. epiſt. ad Octav. *Intolerantius inſequentes legio decima tardavit*, Cæſ. B. G. 7, 51.

¶ Insĕquenter, adverb. eſt non ſequenter, ſine conſequentia & connexione, unfolglich. Gellius 10, 29 *In his Virgilii verſibus exiſtimatur obſcure & inſequenter particula illa poſita eſſe.*

¶ Insĕcūtus, *a, um*, der nachgefolget iſt. Plin. 7, 11 *Inſecutis menſibus geminos enixa eſt.*

¶ Insecutio, *ōnis*, f. perſecutio, die verfolgung. Apul. Met. 8 p. 208 *Cæca feſtinationis temeritate, ac metu incertæ inſecutionis.*

¶ Insĕcūtor, *ōris*, m. perſecutor, ein verfolger. Tertull. Apol. c. 5 *Tales ſemper nobis inſecutores, injuſti, impii, turpes, &c.* Prudent. hymno Epiphaniæ v. 126 de Herode: *Quos lucis ipſo in limine Chriſti inſecutor ſuſtulit.*

¶ Infector, *atus ſum, āri*, verunglimpfen; ut, *Infector ultro atque inſto accuſatori, Iudices, &c.* ich ſetze dem kläger zu, dringe auf ihn, Cic. pro Font. c. 1. Et, *Inſectari aliquem maledictis*, Id. Fin. 2, 25, einen ſchmähen. Anton. Cic. Att. 14, 13 *Exiſtimat, non te inſectatum eſſe amicos paternos.* ¶ 2. Plautus etiam activo *Inſecto* uſus eſt; ut, *Inſectare lapidibus*, Capt. 3, 4, 61; & Pœn. 3, 1, 21.

¶ Infectanter, adverb. läſterlich. Gellius 19, 3 *Inſectanter & graviter vituperari.*

¶ Infectatus, *a, um*, paſſiv. ab activo *Infecto*, verfolgt, gejagt. Hirt. B. Alex. c. 71 *Mites ab his inſectatus conſtiterat.* Sed active Tac. Hiſt. 2, 96, 3 *In hunc modum Vitellius diſſeruit Prætorianos inſectatus.*

¶ Infectatio, *ōnis*, f. die verläſterung. Liv. 3, 65 *Coitiones tribunorum ſine inſectatione poteſtatis ejus, ſedavere*; 22, 34 *Plebi inſectatione principum conciliatus*, mit ſchmähung, durchziehung, verfolgung. Et D. Brut. inter Cic. fam. 11, 1 ſect. 4 *Tanta eſt hominum inſolentia & noſtri inſectatio.* conf. Tac. An. 2, 55, 3; 12, 40, 1; & 15, 18, 3.

¶ Infectător, *ōris*, ein feind, verfolger. Liv. 3, 33 *Adeo novum ſibi ingenium induerat* (Appius,) *ut plebicola repente, omniſque auræ popularis ſectator evaderet, pro truce ſævoque inſectatore plebis.* Et Quintil. 10, 1 extr. *Seneca egregius vitiorum inſectator.*

¶ Obsĕquor, *cūtus ſum, sĕqui*, morem gerere, zuwillen ſeyn, folgen, ergeben ſeyn. Contrarium eſt *repugnare*; ut, *Obſequi alicujus voluntati*, Cic. de Fin. 2, 6. Et, *Tempeſtati in navigando obſequi, artis eſt*, ſich nach dem gewitter ſchicken, richten, leucken, Id. fam. 1, 9. Et, *Animo ſuo obſequi*, id eſt, indulgere, ſich etwas zu gute thun, Ter. Adelph. 1, 1, 8; *amori, rei*, Plaut. Trin. 2, 1, 5. ¶ 2 Pro operam navare, inſervire alicui, dienen, willfahren. Ter. Heaut. 3, 1, 10 *Nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.* Plaut. 1, 1, 61 *Id ego percupio obſequi gnato meo; volo amori obſecutum illius*, ſc. *eſſe*; ubi paſſive pro *obſecundatum.*

¶ Obsĕquens, *tis*, willig, willfährig, gehorſam. Ter. Hec. 3, 5, 9 *Obſequens voluptati homo*, nachgän gend. Id. Heaut. 2, 3, 18 *Meo patri minus ſum obſequens.* Plaut. Pſeud. 5, 1, 27 *Cordi atque animo ſuo obſequentes.* Compar. Curt. 6, 3 extr. *Perſas obſequentiores fore.* Et Sen. epiſt. 50 *Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obſequentior?* Salluſt. in Cic. c. 2 *Pellex tibi obſequentior quam parenti.* Superl. in veteſtis lapidibus: v. g. LIB. GRATISSIMÆ ET OBSEQVENTISSIMÆ, apud Gruter. p. 955 n. 13. Et, FIL. OBSEQVENTISSIMO, p. 711 n. 4. Colum. 3, 8 *Admonemur, curæ mortalium obſequentiſſimam Italiam, quæ pæne totius orbis fruges, adhibito ſtudio colonorum, ferre didicerit.* Quintil. Decl. 291 extr. *Nurus obſequentiſſima.* Et Apul. Apol. p. 337 *Maritus obſequentiſſimus*, quod idem, & cum *mariti* vocabulo, Iul. Floridus ibid. p. 559, Caſaub. & Pricæum ſecutus, ex Inſcriptionibus illuſtrat. ¶ 2. *Iulius Obſequens* libro de Prodigiis inclaruit, cujus hodie fragmentum exſtat. vid. Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. 3 p. 636.

¶ Obsĕquenter, adverb. gehorſamlich. Apul. Met. 11 p. 257 *Corpora nunc incrementis* (lunæ) *conſequenter augeri, nunc decrementis obſequenter imminui.* Plin. 4 epiſt. 11 *Vides, quam obſequenter paream tibi.* Superl. Idem 7 epiſt. 24 *Vixit in contubernio aviæ delicatæ ſeveriſſime, & tamen obſequentiſſime.*

¶ Obsequentia, *æ*, f. obſequium, der gehorſam, die gehorchung. Cæſ. B. Gall. 7, 29 *Factum imprudentia Biturigum, & nimia obſequentia reliquorum, uti hoc incommodum acciperetur.*

¶ Obsĕcūtio, *ōnis*, f. idem. Arnobius 7 p. 215 *Inviolabili obſecutione ſervare.*

¶ Obsĕcūtor, *ōris*, m. ein gehorcher. Tertull. adv. Marc. 2, 13 extr. *Lex aliud obſecutori propoſuit: aliud exorbitatori.* Et contra eumdem 4, 9 *Obſecutores legis.*

¶ Obsĕquēla, *æ*, f. der gehorſam. Plaut. Aſin. 1, 1, 50 *Qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam jam.* Prudent. ſæpe; e. g. Cath. 7, 51; & Paſſ. Fructuoſi v. 78; &c. Onomaſt. Vet. *Obſequela*, ὑπακοή. conf. Salluſt. & alios apud Nonium 3, 151. Sed uſitatius

¶ Obsĕquium, *i*, n. das nachgeben, die willfährigkeit, der gehorſam. Cic. de Amic. c. 24 *Obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit.* Et, *Abuti obſequio alicujus ad omnes res*, Planc. ad Cic. fam. 10, 15. Et, *Patientia & obſequio ſuo aliquem mitigare*, Cic. in Piſon. c. 2. Ita, *Obſequium amicos, veritas odium parit*, Ter. Andr. 1, 1, 41. Hujus dicti elegantem exegeſin habes in Ovid. Art. am. 2, 145 ſeqq. Inter alia v. 179 *Flectitur obſequio curvatus ab arbore ramus.* Illo Terentiano verbo lubenter ſe uti faretur Cic. in Lælio c. 24. Hinc Quintil. 8, 3 *Cicero putat a Terentio primum dictum eſſe obſequium.* Sed dudum vetus commentator Donatus ad Terent. l. c. falſum id eſſe dixit, cum & Plautus & Nævius ante uſurparint. v. Burm. ad h. l. *Exuere obſequium in matrem*, Tac. dixit An. 13, 13, 1. Liv. 29, 15 *Fides & obſequium in populum Romanum.* Non ſemper eſſe inferioris aut æqualis adeo *obſequium* apparet ex Cic Att. 10, 4 p. 125 *Omne meum obſequium in illum* (Q. Cicer. Q. F.) *fuit cum multa ſeveritate.* ¶ 2. Ad rem Veneream etiam adhibetur hæc vox, non quidem ab Ovid. Faſt. 6, 485, & 3, 292; quæ loca huc non pertinere oſtendit Burm. ad Quint. 8, 3 p. 691; Sed ex Colum. 6, 27 de equo admiſſario: *Vbi admotus fere tentavit obſequium, fœmina abducitur, & jam patientiori generoſior equus imponitur.* conf. c. 37; & Petron. c. 103 *Nec domini ſupercilium induebat, ſed amici quærebat obſequium*: h. e. tentavit pudicitiam. ¶ 3. *Obſequium*, ſpeciatim officium mortuis exhibitum ſignificat. Apul. Met. 10 p. 252 *Paucis interjectis diebus, queis feralia mortuis litantur obſequia.* Vnde manavit, ut medio ævo *Obſequium* pro ipſis exequiis diceretur: & *Obſequi*, pro Funus curare, exſequias ire. Paulus Diaconus Hiſt. Longobard. c. 4 utrumque confirmat, de peſtilentia quadam ſcribens: *Fugiebant filii, cadavera inſepulta parentum relinquentes. Parentes obliti pietatis viſcera, natos relinquebant aſſuantes. Si quem forte antiqua pietas perſtringebat, ut vellet ſepelire proximum, reſtabat ipſe inſepultus, & dum* OBSEQVEBATVR, *perimebatur: dum funeri* OBSEQVIVM *præbebat, ipſi funus ſine* OBSEQVIO *manebat.* Et Eugraph. ad Ter. Andr. 1, 1, 88 IN FVNVS PRODEO: *Hoc eſt*, inquit, *in obſequium funeris.* Hinc

¶ Obsĕquiæ, *ārum*, f. pl. idem quod *Exſequiæ*, in veteri Inſcript. apud Fabrett. p. 702 *Me decuit morti prius occubuiſſe ſupremæ, Tuque mihi tales, nate, dare obſequias.*

¶ Obsĕquiālis, *e*, willfährig, dienſtfertig. Fortunatus lib. 6 carm. 7 *Solvit & exſequias obſequialis amor.*

¶ Obsĕquībilis, *e*, idem; ut, *Affines obſequibiles*, Gell. 2, 29.

¶ Obſequiōſus, *a, um*, qui facile obſequitur, folgſam. Plaut. Capt. 2, 3, 58 *Mihi obſequioſus ſemper fuiſti.*

¶ Inobsĕquens, *tis*, ungehorſam. Seneca in Hippolyto v. 1068 *Inobſequentes protinus frænis equi Rupuere currum.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 17 extr. *Contumaces & inobſequentes.*

¶ Pediſsĕqua,

¶ Pedisséqua, pedissequus, vide supra in *Pes*.

¶ Persequor, *cutus sum, sĕqui*, nachjagen, nacheilen, nachziehen, verfolgen. Ter. Phorm. 3, 3, 87 *Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi*. Sic, *Aut terra aut mari aliquem persequi*, Cic. Att. 7, 22. Et, *Bello persequi*, Id. ad Brut. epist. 5. *Persequi suum jus*, Ter. Adelph. 2, 1, 9, sich an sein recht halten. *Bona sua repetere ac persequi lite atque judicio*, erhadern, Cic. Verr. 3, 13. *Persequi incepta*, Livius 6, 33, das angefangene fortsetzen. *Persequi viam decrevi*, Ter. Hec. 3, 5, 4. Et Cic. fam. 4, 13 *Omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, pervenire posse*. Ibid. 3, 6 *Eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem diebus triginta*, nicht nachsetzen. Nep. 25, 11, 3 *Omnia persequi & non necessaria*, alles haar klein mitnehmen, durchgehen. Cic. fam. 15, 21 *Aliquid scriptura persequi*, etwas beschreiben. ¶ 2. *Injurias persequi*, rügen, rächen, Cic. pro Cæcin. c. 11. *Pœnas alicujus persequi*, id est, ulcisci, Id. Att. 9, 14. ¶ 3. *Persequor* passive positum statuit Barthius apud Hygin. fab. 199 *Illa se in mare præcipitavit, ne persequeretur*. Sed Scheffierus in not. scriptum fuisse judicat: *ne pater persequeretur*.

¶ Persèquens, *tis*, nachhängend, nachjagend. Plaut. Casin. 2, 1, 12 *Persequens flagitii*, der der büberey nachgehet. Aur. Vict. Epit. c. 42 *Incautius & audacius persequentes*. Superl. Aut. ad Herenn. 2, 19 *Inimicitiarum persequentissimus*.

¶ Persecutus, *a, um*, der verfolget hat. Vellej. 2, 6, 4 *Gracchum Opimius persecutus armis morte afficit*. conf. Aur. Vict. Vir. illustr. c. 64.

¶ Persecūtio, *ōnis*, f. die verfahrung. Cic. in Orat. c. 41 *In juris scientia persecutionum cautionumque præceptio est*. L. 178 § 2 de verb. signif. dicitur, *Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones contineri, quæ non habent juris ordinarii exsecutionem*. Apul. Met. 10 p. 252 *Incepti negotii persecutio*, die fortsetzung des verhabens. ¶ 2. Christianis scriptoribus *Persecutio* est dira vexatio & tyrannica afflictio maxime piorum & innocentium, die verfolgung; sicuti *decem persecutiones* ecclesia ante Constantinum M. numeravit. Hieron. Comm. in Zachar. 1, 1 *Sævissima persecutionis incendia*.

¶ Persecūtor, *ōris*, m. sectator, ein nachstreber, aufsucher. Isidor. Orig. c. 10 in P. *Persecutor non semper pro malo intelligitur, unde persecutor perfecte secutor*. Sic in Cod. l. 10 tit. 72 *De auri publici persecutoribus*. ¶ 2. Infectator, ein verfolger; & sic fere Ecclesiasticorum est, Gloss. Vet. *Persecutor*, διώκτης, ἐπιδιώκτης. Hieron. epist. 3 ad Heliodorum: *Paulus persecutor ecclesiæ*. Prudent. Peristeph. 1, 28 *Pulchra res ictum sub ense persecutoris pati*. Ita Lactantii notus est libellus *de mortibus persecutorum*. Adde Cellarii Curas Poster. c. 7. Sed & Capitol. in Albino c. 11 *Aversæ Veneris semper ignarus fuit, & talium persecutor*.

¶ Persecūtrix, *īcis*, f. eine verfolgerin. Augustin. de consensu Evangelist. 1, 25 *Hercules Iunonem persecutricem suam coli prohiberet*.

¶ Persecutoria, *æ*, f. est diploma seu licentia scripto data aliquid perquirendi. In Cod. 10 t. 72 l. 1 *Præmissa persecutoria aurum persequi*.

¶ Persĕquax, *ācis*, eifrig. Apul. appendice Florid. (quæ ab aliis libro de Deo Socratis præmissa est) p. 366 *Ales oculis persequax, unguibus pertinax*. Et Sidon. 4 epist. 9 *In reatu pervestigando persequax*.

¶ Persector, *āri*, frequent. nachtrachten, nachjagen. Lucretius 4, 1004 *Pugnas edere persectantes*, scil. accipitres. Id. 2, 165 *Nec persectari primordia singula quæque*; al. *Perscrutari*.

¶ Prosĕquor, *cutus sum, sĕqui*, begleiten, fortan folgen; ut, *Longius prosequi aliquem*, Cæs. B. G. 5, 50. Et Cic. pro Roscio Am. c. 30 *Quod non prosequar longius, quam salus hujus, & mea fides postulabit*. Id. pro Quint. extr *Ut eum bona existimatio usque ad regem prosequatur*. Sic, *Officiis omnibus summis quem prosequi*, Cic. fam. 15, 10 einem allerley dienst erzeigen. In quem modum & hæc dicuntur: *Prosequi amore*, lieben, Id. fam. 15, 21; *laudibus*, loben, Colum. 12, 3; *præmio*, belohnen, Id. 8, 14; *Verbis vehementioribus*, Cic. Verr. 2, 29 extr. mit harten worten anfahren; *lacrymis mortuos*, Liv. 25, 26, die todten beweinen. Et Quintil. 5, 11 sub fin. de quibusdam barbaris nationibus: *Fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur*. Rursus Cic. fam. 15, 14 *Te de provincia decedentem summa laus & summa gratia provincia prosecuta est*, du hast lob und gunst mit auf den weg bekommen.

¶ Profequens, *tis*. Hirt. B. Alex. c. 16 *Suum quisque contubernalem, amicum, notum profequens*. Cæs. B. C. 2, 44 *In oppidum vectus profequentibus compluribus senatoribus*. Superl. Porc. Latro in Catil. *Homo inimicitiarum profequentissimus*.

¶ Prosecutus, *a, um*, der begleitet hat. Cæs. B. G. 2, 5 *Rhemos liberaliter oratione prosecutus*. conf. Ibid. 2, 11. Hirt. B. Alex. c. 15 *Illum laudibus prosecutus*.

¶ Prosecūtio, *onis*, f. die begleitung. Symmach. 7 ep. 59 *Largitas jucundior erit, si ei commendationem prosecutio opportuna præstiterit*.

¶ Prosecūtor, *ōris*, m. ein begleiter, geleitsmann. L. 12 Cod. Theodos. de Susceptoribus, præpos. &c. Quod etiam in Iustinianeo Cod. L. 9 de Cursu publ. pro vulgato *persecutores*, ex MSS. legendum.

¶ Prosecutoria, *æ*, f. ein geleits-brief. Impp. II Cod. t. 7 l. 14 *Sciturі, nec prosecutorias quidem sacras posthæc sibimet postulandas*.

¶ Resĕquor, *sĕqui*, wieder versetzen, antworten. Ovid. Met. 8, 862 *A se Se quæri gaudens, his est resecuta rogantem*, sc. dictis: id est, respondit, conf. & Met. 6, 36; & 13, 749. Et Auson. epist. 25, 68 *Solatur nostras Echo resecuta querelas*. Adde ejusdem epigramma 99 de Echo, ubi pariter cecinit: *Et pereuntis adhuc gemitum resecuta querelis &c.*

¶ Subsĕquor, *sĕqui*, alsobald folgen, nachziehen; ut, *Ipse cum legionibus subsequor*, Planc. ad Cic. fam. 10, 15. *Sequitur* quis eminus, *subsequitur* cominus: ita cum Grutero Taubm. ad Plauti Amph. 2, 1. Cæs. B. G. 2, 11 *Legatum cum legionibus tribus subsequi jussit*. conf. 4, 3; 5, 43 &c. Plaut. Aul. 4, 10, 76; Colum. 2, 14; Petron. c. 72. ¶ 2. Et, *Mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem tuarum literarum*, h. e. accommodavit ad literas tuas sermonem suum tanquam secundarum partium actor, Cic. fam. 3, 1.

¶ Subsequens, *tis*. Cic. N. D. 2, 20 *Stella Mercurii tum antevertens, tum subsequens*. Sen. Benef. 5, 7 *Reprehenditur assentator, & aliena subsequens verba*, nachsprechend. Et, *Anno subsequenti*, Plin. 11, 29.

¶ Subsequenter, adverb. nach einander. Messala Corvinus p. 13 *Nunc ad reges Romanos, consules, dictatores, tribunos militares ac plebejos subsequenter calamum deducam*. Id. p. 15 *Hinc adversus Crustuminos subsequenter tumultuantes, in armis Romulus profectus*.

¶ Subsĕcūtus, *a, um*, der nachgefolget ist. Cæs. B. G. 4, 24 *Barbari subsecuti nostros navibus egredi prohibebant*. Et mox c. 25 *Alii subsecuti hostibus appropinquarunt*. Petron. c. 90 *Subsecutus fugientem*.

¶ Subsĕquus, *a, um*, adject. nachfolgend. Orosius 1, 1 *Fidem annunciatione futurorum & subsequa probatione fecerunt*, id est, subsequente.

Ser, vide *Seres*.

SĔRA, *æ*, f. ein schloß, damit man zuschließt. Vet. Gloss. *Sera, μοχλὸς θύρας*. ut Col. 9, 1, 4 *Seræ transversæ* sunt vectes per vaceras transmissi; talis etiam fera, de qua Ovid. AA. 2, 244 *Oppositæ janua fulta sera*. Iuvenal. 6, 346 *Pone seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos Custodes*. Ovid. Amor. 1, 6, 24 *Excute poste seram*. Id. Met. 8, 629 *Mille domos clausere seræ*. ¶ 2. Fallitur Erythræus Ind. Virg. p. 482, qui primam indifferentem & hic & in *serus, a, um*, putat. v. Drakenb. ad Sil. 13, 252.

¶ Serula, *æ*, f. diminut. ein schlößgen. Hygin. fab. 144 *Ignem Prometheus in serula detulit in terras*.

¶ Serārius, *i*, m. qui feras facit, ein schlösser.

¶ Sero, *are*, i. e. claudere, verschliessen, versperren. Colum. 6, 38 de mulæ feminibus: *Femina ferari & interdum inuri solent*. al. *secari*. Mantuanus: *Tartareæ serat antra domos*, i. e. obtervat.

¶ Desĕro, *āre*, aperire, referare, aufschliessen. Apulej. 1 Met. p. 108 *Ianuæ sua sponte deseratæ nocte fuerunt*. Ita Elmenhorstius: quidam, etiam Pricæus, *reseratæ*.

¶ Obsĕro, *āre*, fera imposita occludere, verschliessen. Ter. Eun. 4, 5, 25 *Abi atque ostium obsera intus*, schleuß die thür zu, verriegele sie. Colum. 9, 1 *Ramices exitus ferarum obserent*.

¶ Obserātus, *a, um*, verschlossen, verriegelt; ut, *Ædificia obserata*, Liv. 5, 41. *Fores obseratæ*, Nep. 10, 9, 4. *Obseratis auribus preces fundere*, Horat. epod. 17, 53.

¶ Præsero, *āre*, vorher verschliessen. Apul. Met. 1 *Teli impetu præserata gula*. Elmenh. p. 108 *præsecata*.

¶ Resĕro, *āre*, aperire, eröfnen, aufmachen; ut, *Reserare Italiam exteris gentibus*, Cic. Phil. 7, 1. Et Off. 2, 15 *Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, ut pateat omnibus*.

¶ Resĕrātus, *a, um*, aufgeschlossen, geöfnet; ut, *Reserata janua patet*, Ovid. Fast. 2, 455. *Patent reserato carcere postes*, Id. Amor. 3, 2, 77.

¶ Resĕrātus, *us*, m. subst. die aufschliessung. Sidon. 9 epist. 11 *In voluminis ipsius operisque reseratu*.

SĒRĀNVS, vel Serranus, *i*, m. nobilis Romani cognomen, qui, cum agrum araret & fereret, Dictator creatus est. vid. Plin. 18, 3; Virg. Æn. 6, 844; & 9, 335 & 454; Sil. 6, 62; & Manil. 4, 148.

SĔRĂPHIM, numen Ægyptiorum, fuit aliud nihil quam ignis, quem perennem esse volebant, instituto majorum. *Seraphim* enim flammeum quiddam est, vel ignitum, vel lucidum a *Saraph* verbo. Peucerus. Isidoro 7, 5 *Seraphim angeli* sunt, *qui*, ut ipse explicat, *idcirco ardentes vocantur, quia inter eos & Deum nulli alii angeli consistunt; & ideo, quanto vicinius coram Deo consistunt, tanto magis claritate divini luminis inflammantur*. ¶ 2. In vaticinio Etaiæ c. 6 SERAPHIM angeli sunt adstantes ad Dei solium, sex alis instructi, quarum duabus tegant faciem, duabus vero pedes, reliquis ad volandum paratis. Vbi B. Hieronymus: *In LXXIX Psalmo legimus:* QVI SEDES SVPER CHERVBIM: *qui in lingua nostra interpretantur* MVLTITVDO SCIENTIAE. SERAPHIM *autem præter hunc locum in scripturis canonicis alibi legisse me nescio. Quæ stare dicuntur super templum vel in circuitu Domini. Ergo errant, qui solent in precibus dicere:* QVI SEDES SVPER CHERVBIM ET SERAPHIM: *quod scriptura nos docuit*. v. eund. & epist. ad Damasum de mysterio Seraphim & calculo cadente apud Etaiam. Ad vulgarem illam precum formulam, quam taxat Hieronymus, illud Prudentii referendum est Hymno post cibum, Cath. 4, 4 *Patri, qui Cherubim, sedile sacrum; Nec non & Seraphim suum supremo Subnixus solio premit regitque*.

SĔRĀPIAS, *ādis*, σεραπιάς, herba, quæ & *Orchis* dicitur, hunds-höblein. Plin. 26, 10.

¶ Sĕrāpion, *i*, n. eadem herba, apud Apulej. de Herb. c. 15. Item, medicamentum, apud Celsum 5, 28, 17 extr. ¶ 2. Fit etiam *Serapio* Scipionis cognomen, de quo vid. Hard. ad Plin. 7, 12 f. 10; & 21, 3 f. 7. Spanh. de usu & præst. num. Diss. 10 p. 62 sq. Burm. ad Quint. 6, 3 p. 545; Duker. & Drakenb. ad Epitom. Liv. L. 55.

SĔRĀPIS, *ĭdis*, f. Σέραπις, idolum Alexandriæ, ex variis metallorum generibus & ligno, quod pro numine ab impiis & superstitiosis Ægyptiis sub bovis figura colebatur. Idem & *Apis* & *Osiris* dicitur. Dejectum autem est & exustum a Christianis sub Constantino. Vide historiam ecclesiasticam Ruffini, Socratis & Theodoreti, itemque Tac. Hist. 4, 83 & seq. Plerique sub hoc nomine ab Ægyptiis cultum volunt Iosephum, Ægypti Proregem, Iacobi filium: Minut. in Octav. 2, 5 &c. & Ruffin. 2, 23. v. Voss de Idolol. 1, 29. Ita Martial. 9 epigr. 30 *Vincebant, nec quæ turba Serapin amat*. Sic & Varro produxit. Sed Martianus Capella, qui & multa alia sibi licere voluit, corripuit illo carmine lib. 2 *Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim &c.* Capellam hunc secutus Prudentius, qui & ipse quantitate correpta in Symmach. 2, 467 *Isis enim & Serapis & grandi simia cauda &c.*

¶ Serapeum, vel Serapium, *i*, n ædes Serapidis magnificentissima, de qua Tertull. de Spectacul. c. 8; & in Apolog. c. 18. Strabo

l. 17 *Serapium* vocat *pulcerrimum gymnasium, porticus habens stadio majores, ac forum judiciale & lucos.*

¶ Serapīnus, Serapīcus, & Serapiacus, *a, um*, adj. ut, *Cœna Serapica*, i. e. sumtuosa, Tertull. Apol. c. 39. De *Serapinis*, Ammian. 28, 4. *Serapiacus* in vet. inscr. apud Murator. p. 1381.

SĔRĒNVS, *i*, m. Q. Serenus Samonicus carmine scripsit Curationes morborum, veribus heroicis, & alia, sicuti ex Æl. Spartiano in Caracalla, a quo occisus fuit, & in Opilio Macrino, cui ejus scripta familiarissima fuere, colligitur. Carus fuit Severo & Gordiano majori Imperatoribus, ut Lampridius in Severo, Capitolinus in Gordiano juniore c. 18 scribit, qui & filii, Gordiani illius præceptoris, & bibliothecæ præstantissimæ meminit. Duos fuisse, patrem & filium ejusdem nominis statuit ibi Casaubonus, & patris esse librum de medicina opinatur. Carmina satis elegantia cultaque sunt, quantum materiæ patitur ratio: cui condonanda sunt, si duriuscula aliquando & parum nitida ipse obtulerint. Cæterum præcepta hæc medica pro pauperioribus scripsisse, ipse c. 22 significat. Vid. Cl. Morgagnius epist. in Sere. Samon. p. 80.

SĔRĒNVS, *a, um*, adj. i. e. tranquillus, & sine nubibus ac pluviis, heiter, hell, klar; ut, *Cælo sereniore*, Martial. 4 epigr. 64, schön wetter. *Ver serenum*, Virg. Georg. 1, 340. *Æstas serena*, Id. Æn. 6, 707. ¶ 2. Siccus, trocken, quia serena tempestas siccitatem affert. Plaut Merc. 5, 2, 35 *Hic Favonius serenus est, istic auster imbricus.* Virg. Georg. 1, 461 *Unde serenus ventus agat nubes &c.* aquilo scil. ¶ 3. Hilaris ac compositus instar sereni cœli. Sic, *Frontem tranquillam & serenam* dixit Cicero pro exporrecta & læta, ein frölliches und freundliches geberden, in Tusc. 3, 15; & *Vultum serenior em*, Apul. Met. 8 p. 204 Gloss. Vet. *Serenissimus*, εὐδιότατος, γαληνότατος. Ita, *Animus serenus*, Ovid. Trist. 1, 1, 39. *Vultu rid t fortuna sereno*, das glück ist günstig, ibid. 1, 4, 27. ¶ 4. *Serenissimi* titulo principes olim & imperatores honorabantur, durchläuchtigste, exempla notat Barthius Advers. 143, 3. Fortunat. 3, 2 *Nubila nulla gravant populum sub rege sereno.*

¶ Serēnum, *i*, n. subst. serenitas est, helle wetter. Virg. Georg. 1, 394 *Ex imbri soles & aperta serena.* Liv. 31, 12 *Priverni sereno per diem totum rubrum solem fuisse.* Id. 27, 3 *Nubila sereno satis constabat nimbum ortum.* Et Silius 5, 58 *Caligo in tenuas nitido resoluta sereno.* Et lib. 12, 4 item Silius: *Blandisque salubre Ver zephyris, tepido mulcebat rura sereno.* Vet. Gloss. *Serenum*, αὐθρία, εὐδία. Adde Senec. N. Qu. 2, 18, & 26; Plin. 11, 24; Pallad. 1, 30.

¶ Serēne, adv. hell. Compar. Augustinus de Trinit. 8, 9 *Quanto flagrantius diligimus Deum, tanto certius serenusque videmus.*

¶ Serēnitas, *ātis*, f. cœlum tranquillum & se ena, εὐδία, hell wetter, cui contrarium est *cæli perturbatio*, apud Cic. Inv. in. 2, 45; *Tum serenitas*, inquit, *tum perturbatio cæli.* Plur. Colum. 3, 1 exer. *Vitis imbribus magis, quam serenitatibus offenditur.* Gloss. Vet. *Serenitas*, εὐδία, γαληνότης, αὐθρία. Plin. 10, 67 *Serenitas vera magis imbribus provenit, & serenitate deficions.* conf. Id. 18, 35. Curt. 10, 9, 5 *Tempestatem subita serenitate discussit.* Liv. 2, 62 *Tranquilla serenitas reddita.* Improprie Id. 42, 62 *Non minus credere serenitati præsentis fortunæ, prudentis hominis est.* ¶ 2 *Serenitatis*, titulus honorarius Imperatorum & principum, pro qu Germanis in usu esse cœpit, durchlauchtigkeit Veget. de Re milit. 3 epilogo ad Imperatorem: *Sagittandi peritiam in serenitate tua Persa miratur.*

¶ Serēno, *āre*, serenum & clarum reddere, aufklären. Virg. Æn. 1, 259 *Vultu, quo cœlum tempestatesque serenat.* Plin. 2, 6 *Sol etiam nubila humani animi serenat*, sie macht munter. Translate Virg. Æn. 4, 477 *Spem vultu simul ore serenat.*

¶ Serēnātus, *a, um*, aufgeklärt, hell gemacht. Silius 12, 637 *Ecce serenato clarum jubar emicat axe.* Et v. 665 *Læta serenati facies aperitur olympi.* Sic & Ammianus extremo lib. 27 *Serenata cæli temperie.* Et pro læto, Fortunat. 6, 4 *Blanda serenatum circumdant gaudia vultum.*

¶ Serēnātor, *ōris*, m. serenifer, (de quo post paullo), Iovis cognomentum, ut *Fulgurator*, apud Apul. de Mundo p. 75 *Dicitur*, inquit, *& Fulgurator, & Tonitrualis, & Fulminator, etiam Imbricitor, & item Serenator*, der erleuchter.

¶ Serēsco, *ĕre*, pro *serenescere*, significat siccum fieri, siccari cœlo sereno, quod serenitas sicca sit, trocken werden. Lucretius 1, 305 *Denique fluctifrago suspensa in litore vestes Vvescunt, eadem dispansæ in sole sescunt.* v. Non. 2, 812; & Gifan. de hoc verbo in Collectaneis in Lucret. Onomastic. *Seresco*, ξηραίνομαι. ¶ 2. Alia notio in *Serum.*

¶ Serēnifer, *a, um*, hellmachend. Avienus in Arati Phænom. v. 989 *Axe sereniferi descendit sol aquilonis.* Et Prognost. Arat. v. 413 *Sereniferi patet hoc in flabra aquilonis.*

¶ Conserēno, *āre*, hell werden, ex Livii corrupto loco lib. 39, 46 adfertur: veram lectionem vide mox in *Dissereno.*

¶ Diserēno, *āre*, nubibus dispulsis serenitatem inducere & serenum fieri, sich aufklären, es helle machen. Liv. 35, 46, uti ex MSS. Gronovius emendavit, *Quum undique dissereni t.* Vulgo editi, *conserenesc.* Extat enim in Notis Tironis & Senecæ. Cassiod. 6 epist. 6 metaphorice: *Ipse insolentium scholarium mores procellosis moderationis suæ terminus prospere dissereuat.* ¶ 2. Impersonaliter Plin. 18, 35 *Si cacumina* (montium) *pura sient, dissereuabit*, es wird schon wetter werden.

¶ Inserēnus, *a, um*, trübe dunckel. Stat. 1 Silv. ult. v. 21 *Non tantis Hyas inserena nimbis Terras obruit.*

SĒRES, *um*, m. pl. Σῆρες, incolæ Asiæ; cujus singulare *Ser* & *Seres*, Sidon. carm 5 v. 43 *Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæi.* Auson. Technopægn de Hutor. *Vellera depectit nemoralia vellibus Ser.* Virg. Georg. 2, 121 *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.* Et Avien. Descript. Orbis v. 936 *Vellera per silvas Seres nemoralia carpunt.* Sunt enim Scythiæ Asiaticæ populi, *qui aquarum aspergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram subtilitatem humore domant ad obsequium &c.* ut describit Solinus c. 63. Hinc *Seras lanificio silvarum nobiles* vocat Plinius 6, 17. Adde Ovid. Amor. 1, 14, 6; Iuvenal. 6, 463, & prolixe Ammian. 23, 6.

¶ Sēricum, *i*, n. quod Seres texunt ex arborum lanis, σηρικόν, seide, seidenzeug, Solinus c. 63; & Martial. 11 epigr. 9. An a *Bombycinis* differant *Serica*, disputant docti. vide supra in *Bombyx, Bombycinum.* Perpetuos fere veterum ante Iustiniani tempora circa sericum errores, historiamque adeo veriorem serici dabunt Salmas. ad Tertull. de pallio, ad Solin. & ad Script. Hist. Aug. Item Vossius de Idolol. 4, 90. ¶ 2. Et, *Serica*, σηρικά, fructus sunt, qui ζίζυφα, *Zizyphha*, Græcis ac Latinis dicuntur, rothe brust-beeren. Matthiolus in Dioscoride.

¶ Sericus, *a, um*, adj. seiden, aus seide gewebt; *Serica vestis*, ein seiden-kleid, Plin. 21, 3, & Lamprid. Heliogab. c. 29. *Serica palla*, Statius 3 Silv. 4, 89. Cæterum *Sericæ vestes* viro adhuc indignæ putabantur ævo Quintiliani v. Burm ad 12, 10 p. 1097 sq.

¶ Sēricātus, *a, um*, mit seide bekleidet. Onomast. *Sericatus*, σηρικοφόρος. Ibi ergo sericum indutus. Suet. Calig. c. 52 *In publicum processit aliquando sericatus.* conf. Sidon. 2 epist. 13.

¶ Sericārius, *i*, m. sericorum textor, ein seidenweber, sammetmacher, seidenbereiter. Iul. Firmicus lib. 8 *Sericarius textor.* Onomast. *Sericarius*, σηρικοπλόκος. Vet. Inscr. Reinesii Cl. XI n. 25 NEGOTIATOR SERICARIVS.

Blattosericus, vide supra *Blatta.*

¶ Holosēricus, *a, um*, ὁλοσηρικός, ganz seiden; ut, *Vestis holosserica*: apud Vopiscum in Aureliano c. 45 *Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit.*

¶ Subsericus, *a, um*, halbseiden und leinen. v. Salmas. in c. l. Vopisci. Ita Lampridius in Elagabalo c. 26 *Primus Romanorum holosserica veste usus fertur, quum jam subserica in usu esset.* Adde Treb. Poll. in Claud. c. 17; & Symmach. 5 epist. 10.

Sereſco, *ĕre*, vide ante in *Serenus:* & infra in *Serum.*

SERGESTVS, *i*, m. Æneæ nauta, apud Virg. Æn. 1, 514: & 4, 288. Idem 5, 121 *Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen.*

¶ Sergius, *i*, m. plural. *Sergii*, quorum Romæ gens patritia, a *Sergesto* derivata, ex qua *Sergius Sulpitius Galba* post Neronem imperavit, de quo Sueton. in ejus vita, & Tacitus.

¶ Sergiānus, *a, um*, adject. unde *Sergiana*, oleæ species apud Catonem R. R. c. 6.

¶ Sergia, *æ*, f. idem olivæ genus, Colum. 5, 8; Pallad. Febr. t. 18.

SĒRIA, *æ*, f. (a סיר, *olla, lebes,*) vas est oblongum, situlæ simile, figulini operis, aut ex sparto, ære, lignove excavato, vino oleoque condendo, ut ex Varrone R. R. 3, 2, & Colum. 12, 18 discere est, ein faß, eine tonne. De vino etiam Terent. testatur Heaut. 3, 1, 51 *Relevi dolia omnia, omnes seria.* Sed & ad salsas conditasque carnes usos seriis veteres, Plautus indicat Capt. 4, 4, 9. Apud Persium 2, 11 *Argenti seria* legitur pro pecunia in seria defossa. Add. Cato R. R. c. 10; Liv. 24, 16; ibique Marc. Donat. Arnob. 5 p. 168; Pallad. Mart. t. 1; & l. 15 § 6 ff. de usufr.

¶ Sēriŏla, *æ*, f. diminut. eine weinflasche, apud Pers. sat. 4, 29. conf. Pallad. 4, 10; Isidor 25, 6. ¶ 2. *Sēriola*, prima brevi, vide supra in *Scariola.*

Sericārius, fericatus, vide proxime ante *Seres.*

SERICHATVM, *i*, n. aroma Arabicum nobis ignotum, Plin. 12, 22 *Serichatum* legitur 13, 2.

Sericum, fericus, vide paullo superius *Seres.*

Series, Seriētas, vide *Sero, ferui, ere, Serius.*

Serilia, Serio, Seriola, vide *Sero, ui, ere, Serius, Seria.*

SĒRĪPHOS, *i*, f. Σέριφος, insula ex Sporadibus una in mari Ægæo, in qua ranæ non coaxant, orto inde adagio *Rana Seriphia*, in mutos ac taciturnos & canendi imperitos. v. Chiliad. insulæ, quæ nunc *Serfino* vel *Serfante*, meminerunt Ovid. Met. 5, 242; qui A. A. 3, 192 Andromedam ibi collocare videtur; & 7, 465; Iuvenal. 6, 564; & 10, 170; & Stat. Achill. 1, 205.

¶ Sērīphius, *a, um*, adj. ut in jam laudato adagio: &, *Saxum Seriphium*, facit Tac. An. 4, 21, 5.

¶ Sērīphium, *i*, n. subst. σηρίφιον, absinthium marinum; quod & *Seriphum* dicitur, media producta, & *Santonicum*, vide supra *Santones*; wermuth, wie sie in Franckreich wächst, welschen. vid. Plin. 27, 7: 32, 9; Apul. de Herb. c. 100; & Dioscor. 3, 25.

SĒRIS, *idis*, f. σέρις, intybus sativus vel hortensis, endivien, σέρις ἥμερος, *Seris* vel *intybus silvestris*, cichorium, weawerts, wealeuchts oder wegwarts. vide *Cichorium* & *Chrestion*, item *Scariola*; Sed & Varr. R. R. 3, 10; Colum. 8, 14; Plin. 20, 8.

Seritas, serius, adverb. vide *Serus, sero.*

SĒRIVS, *a, um*, adject. quicquid sine joco, sine risu vel dicitur, vel agitur, ernst, ernstlich. Ter. Eun. 3, 3, 7 *Ait, rem seriam velle agere mecum.* Horat. 1 sat. 1, 27 *Amoto quæramus seria ludo.* Id. Art. Poët. v. 226 *Vertere seria ludo*, aus ernsthaften dingen ein gespächter machen. conf. Virg. ecl. 7, 17. In quibus exemplis *seria* substantive positum est, ut hic, *loca & seria cum aliquo conferre*, Cic. de Fin. 2, 25, vertraulich seyn. Sic Curt. 5, 7, 10 *Res in seriam versa est*, man hat ernst draus gemacht. Id. 9, 7, 16 *Per seria & ludum*, im schertz und ernst. Liv. 1, 4 *Sevia ac jocos celebrare.* Iustin. 9, 8 *In seria ac jocos artifex. Res seria*, Liv. 23, 7; Cic. Offic. 37. Prov. *In crastinum seria*, εἰς ἔμπυον τὰ σπουδαῖα. v. Chiliad Simile est apud Nepot. 16, 3, 2 *In crastinum differo res severas.* Ita *Vir serius*, Ammian. 26, 2, id est, gravis. conf. Nonius 1, 114.

¶ Sērio, adverb severe, fine ernst, ohne schertz ernstlich im ernst; ut, *Verser serio*, Nævius apud Charis. 2 p. 165. *Rem agere serio*, Liv. 4, 25. *Dic mihi verum serio*, Plaut. Amph. 2, 2, 223. conf. ibid. 3, 3, 9; & Bacch. 1, 2, 42; & Nonius 1, 144.

¶ Sēriētas, *ātis*, f. gravitas, die ernsthaftigkeit. Ausonius in 2 Parental. v. 6 *Et gravitas comis, lætaque serietas.* Sidonius in laude Narbonæ, quod carmen est 23, 440 *Risus serietas, alacritas* Id. 9 epist. 3 *Cum serietate dictare.*

SERMO, *ōnis*, m. die rede, quam vocem a *serendo* Servius fecit, in illud Virgil Æn. 6, 160 *Multa in ipso vario seramone ferebant.* Est nimirum familiariter colloquentium, & opponitur contentioni orationis Quintilian. 1, 2 exer. *Pudet supra modum sermonis attollit.*

Id. 1, 6 pr. *Sermo conſtat ratione, vetuſtate, auctoritate, conſuetudine*: quæ ſingula deinde explicat. Eſt Ἀδελφὸς διανοίας, *frater mentis*, quemadmodum dixit Philo. Vide Voſſ. 2 Inſt. Orat. p. 286. Ita, *Sermo purus, dilucidus, diſtinctus*, Quint. 5, 14 ſub fin. reine, verſtändliche rede. *Sermo quotidianus*, Cic. fam. 1, 1. *Conjunctio ſermonum*, ein geſpräch, Cic. fam. 4, 16. Id. de Ar. reſp. c. 16 pr. *De Alexandrinis video ſermonem eſſe*. Et, *Sermonem cum aliquo conferre*, Id. Off. 2, 11; *inſtituere*, de Orat. 2, 73, id eſt, colloqui; *habere*, Id. de Amic. c. 1, eine rede thun, halten. *Incidere in ſermonem aliquem fortuito*, Id. de Orat. 1, 24, ohngefehr drauf kommen. Et *Sermones aliorum referre*, Id. fam. 1, 9. *In ore atque in ſermone omnium eſſe*, Id. Phil. 1, 7. Et, *Venire in ſermones hominum*, Verr. 4, 7, in der leute mäuler gerathen. *Verſari in ſermone pervagato civitatis*, von etwas bekannten reden, Id. pro Mil. c. 12. Et Quintil. 1, 6 pr. *Vtendum plane ſermone, ut numine, cui publica forma eſt*, id eſt, utendum ſermone uſitato & recepto eſt. Mantuanus ecl. 9, 22 *Fluit melius poſt pocula ſermo*; quod ex Pindaro ſumtum eſt, θαρσαλέα παρὰ κρατῆρι φωνὰ γίνεται, hoc eſt, *Audax eſt ad poculum ſermo*. Cic. Off. 1, 37 *In primis provideamus, ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe moribus*. ¶ 2. Et, *Sermo Latinus, Græcus*, Nepos 25, 4, 1. Sen. epiſt. 107 *Clearchis verſus mihi in noſtrum ſermonem mutare permittitur*. ¶ 3. *Sermo* cognomen M Marcii tribuni ap. Liv. 42, 21.

¶ Sermunculus, *i*, m. dimin. ein geſchwätz. Cic. Att. 13, 11 *Sermunculum omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit*. Id. pro Dejot. c. 12 *Vrbani malevolorum ſermunculi*. conf. Plin. 5 epiſt. 8.

¶ Sermōnālis, *e*, ſchwatzhaft, geſprächig. Tertull. in Praxean. c. 5 *Non ſermonalis, ſed rationalis Deus*.

¶ Sermōnor, *āri*, obſoletum, ſchwatzen. Gell. 17, 2 *Sermonari, ruſticius videtur, ſed rectius; Sermocinari crebrius eſt, ſed corruptius*. Quam recte, ipſe viderit. Quidni enim ut *latrocinari, patrocinari* &c. ita & *ſermocinari*?

¶ Sermōcīnor, *āri*, loqui, ſprechen, reden; ut, *Conſuetudo ſcribendi aut ſermocinandi*, Cic. de Invent. c. 17. Cic. Verr. 1, 52 *Se cum iſto diligenter ſermocinaturam*, h. e. ut alias Cicero, accurate acturam. Sidon. 2 epiſt. 9 *Diverſa cenſentes ſermocinabamur*. Id. 4 epiſt. 3 *Cui ſermocinari latialiter cordi eſt*.

¶ Sermōcīnans, *tis*, ſchwatzend, redend. Gell. 5, 21 *Dixit ſermocinans vir apprime doctus*. Et Plin. 10, 42 *Humanas voces reddunt pſittaci quidam etiam ſermocinantes*.

¶ Sermōcīnanter, adv. geſprächweiſe. Sidon. 8 epiſt. 6 *Sermocinanter horas extrahere*.

¶ Sermocīnātio, *ōnis*, f. das geſpräch. Quintil. 9, 2 p. 776 *Sermones hominum aſſimulatos dicere διαλογισμὸς malunt, quam quod Latinorum quidam dixerunt, Sermocinationem*. Add. de hac figura rhetorica Auct. ad Herenn. 4, 43 & 52; & Macrob. Sat. 1, 6. Gell. 19, 8 *Sermocinatio levi quidem de re, ſed a latinæ linguæ ſtudio non abhorrens*. Apul. Apol. 1 p. 290 *Plato in alia ſermocinatione ſcriptum reliquit*. Sidon. 1 epiſt. 1 *Volumina percopioſis ſcaturientia ſermocinationibus*.

¶ Sermōcīnātor, *ōris*, m. ein ſprecher, redner. Hinc

¶ Sermōcīnatrix, *īcis*, f. eine ſprecherin. Quintil. 3, 4 p. 228 ita vocat partem oratoriæ, quam Plato dixerat κοσμικὴν, *quæ eſt accommodata privatis diſputationibus*. Apul. Met. 9 p. 224 *Sermocinatrix immodica anus*.

¶ Confermōnor, *ari*, ſchwatzen, unterredung halten. Q. Claudius apud Gellium 17, 2 *Cum his confermonabatur*.

¶ Confermōcīnor, *ari*, idem. Nigidius apud Gellium 10, 4 *Spiritum ad eos, quibus confermocinamur, intendimus*.

¶ Semiſermo, *ōnis*, m. eine halbe rede. Hieron. 1 epiſt. 37 & 43.

SERNIA, *æ*, f. pruriginoſa ſcabies, die raude, krätze. Hinc

¶ Serniōſus, *a, um*, räudicht, krätzicht. Th. Priſcian. 1, 12 *Sernioſos, quos nos petiginoſos dicimus, & aſperitatis vitio ſimili laborantes curare*. v. Reineſ. Var. Lect. 3, 11 p. 522.

Sero, ſpät, ſerotinus, vide *Serus, a, um*, Sero, *are, Sera*.

SĔRO, *sēvi, sātum, sĕrĕre*, ſeminare & propagare, ſäen, pflantzen. Cic. Tuſc. 1, 14 *Serit arbores, quæ alteri ſeculo proſint*. Colum. 3, 20 *Si unum genus* (vitis) *ſeverimus* &c. Cæſ. B. C. 3, 44 *Multa erant inter illam locum manu ſata* &c. Piſces etiam *ſeri* dicuntur, man beſetzt die teiche damit. Plin. 9, 17 f. 29 de Icaro: *Admovit ſeri gula ſaxeos piſcibus fatis, & novum incolam mari dedit*. Apud Colum. 11, 1 proverbium eſt: *Serere ne dubites*, dictum in deſides & ignavos v. Chiliad. ¶ 2. *Serere* per tranſlationem: ut, *Eſt liberale officium, ſerere beneficium, ut metere poſſis fructum*, wohlthat anlegen. Aut. orat. anteq. inter in exil. Sic, *Bella ex bellis ſerantur*, Liv. 21, 10, ein krieg hecket den andern. *Serere certamina cum quo*, Liv. 2, 1; *civiles diſcordias*, Id. 3, 40; *crimina in ſenatum*, Id. 24, 23 extr. *colloquia cum quo*, Id. 24, 31; *aliquid occultis ſermonibus*, Id. 7, 39; *mentiones ſermonibus occultis*, Id. 3, 43; *varios rumores*, Virg. Æn. 12, 228; *lites*, Plaut. Pœn. 3, 2, 10. *Lis litem ſerit*, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει. v. Chil. ¶ 3. *Sero*, alia nectendi & implicandi notione, qua *ſerui, ſertum* a ſe format, cum derivatis & compoſitis ſeorſum ſequitur infra. Miſcentur utræque formæ vel a librariis, vel ab ipſis auctoribus. vid. Col. 3, 4, 2 & 3.

¶ Serens, *tis*. Cic. de Fato c. 12 *Ex æternitate cauſſam ſerens hoc erit effectura*? Virg. Georg. 1, 193 *Semina vidi equidem multos medicare ſerentes*.

¶ Sātus, *a, um*, geſäet; ut, *Frumenta manu ſata*, Virg. Georg. 3, 176 *Satæ meſſes*, Id. ecl. 8, 99. *Terrane aut ſata, aut concreta videtur*? Cic. Tuſc. 1, 25. *De piſcibus ſatis* v. locum Plinii in *Sero* n. 1. ¶ 2. Sed Virg. Æn. 6, 125 *Sate ſanguine divûm Tros Anchiſiade*, i. e. genite, nate, gezeuget. Id. Æn. 2, 540 *Satum quo te mentiris*. Ovid. Met. 1, 89 *Aurea prima ſata eſt ætas* &c.

¶ Sātum, *i*, n. pl. *Sata*, ſubſt. pro ſegetibus, die ſaat; ut, *Dulce ſatis humor*, Virg. ecl. 3, 82. *Sata læta*, Id. Georg. 1, 325; & Æn. 2, 306. *Sata exurere*, Liv. 31, 30. Et Quintil. in proœmio lib. 8 *Senſus obumbrant, & velut læto gramine ſata ſtrangulant*. conf. Pallad. 1, 43; Varr. R. R. 1, 45 & 47.

¶ Sātus, *us*, m. ſubſt. die pflantzung, zeugung, das ſäen. Cato R. R. c. 5 *Satui ſemen dederit nemini*. Plin. 17, 17 *de talearum ſatu nunc dicendum eſt*. Cicero frequenter etiam *Satus* dixit pro *Satio*: ut, *Conceptus & ſatus pecudum*, de Divin. 1, 42. Et, *A primo ſatu*, de Fin. 5, 23. Adde Plin. 16, 12; & Accium apud Nonium 2, 806.

¶ Sātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Tempus ſationis præteriit*, die ſäezeit iſt vorüber. Cic. Verr. 3, 17. Et, *Vere fabis ſatio eſt* &c. conf. ibid. c. 47. Virg. Georg. 1, 215. *Optima vinetis ſatio*, Id Georg. 2, 319. *Tritici ſatio*, Colum. 2, 8. *Satio vitis duorum generum*, Id. 3, 14. *Hæc melior eſt vitibus ſatio*, Id. de Arbor. c. 3. conf. Varr. R. R. 1, 39 & 69; Pallad. 1, 6; 11, 1; & 12, 1. Plur. Sen. epiſt. 60 *Sationibus implere campos*.

¶ Sātor, *ōris*, m. ein ſämann; it. ein urheber; ut, *Omnium rerum pater & ſator mundus*, Cic. de Nat. D. 2, 34. *Sator vitis*, ein winzer, Colum. 3, 15. *Sator litis* per metaphoram, ein hader-anrichter, Liv. 21, 6. Poëtis familiare verbum. Sil. 4, 432 *Sator rerum*, Iupiter: qui & *Sator ævi*, 9, 306 dicitur. Et, *Sator turbarum*, Id. 8, 259.

¶ Sātōrius, vel Satārius, *a, um*, ad ſationem pertinens, zum ſäen dienlich; ut, *Satoriæ trimodiæ*, Colum. 2, 9; & 12, 50. Et, *Quala ſatoria*, Cato c. 11.

¶ Satīvus, *a, um*, quod ſeritur, contrarium *agreſti* vel *ſilveſtri*, geſäet, gepflantzet; ut, *Myrtus ſativa*, Plin. 15, 7. Idem 19, 8 *Sativum tempus*, aptum ſationi dixit.

¶ Satiōnālis, *e*, ad ſationem pertinens, zur ſaat dienlich; ut, *Sationalia prædia*, Saresb. 1, 4.

Seges, quaſi *Seres*, a *ſerendo*, vide ſupra ſuo loco.

¶ Seſſius, *a, um*, vel, ut Iunius legit, Seſius, etiam a *ſerendo* dictus, Tertull. de Spectac. c. 8 *Columnæ Seſſiæ* (Deas) *a fomentationibus* (dictas) *ſuſtinent*; ita hunc locum emendante & interpretante Hard. ad Plin. 18, 2 no. maj. 1.

Situs, quod a *Sino* faciunt, vide infra ſuo loco.

Lūcīsātor, *ōris*, m. ex Prudentio, vide ſupra in *Lux*.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adsĕro, vel Aſsĕro, *sēvi, sĭtum, ĕre*, neben etwas ſäen oder pflantzen. Cato R. R. c. 32 *Arbores facito, uti bene maritæ ſint, vitesque, uti ſatis multæ aſſerantur*. Et Varro R. R. 1, 26 *Neque vites propter* (i. e. juxta) *cupreſſos aſſerunt, quod hæc inter ſe inimica*. conf. l. 7 § 3 ff. de Vſufr. ¶ 2. Vindicandi notione vox recurrit infra in *Sero, ui, ĕre*.

¶ Adsĭtus, vel Aſsĭtus, *a, um*, juxta ſatus ſeu poſitus, dabey geſtantzt. Varro R. R. 1, 16 *Vitis aſſita ad olus*. Catullus 62, 106 *Lenta qui velut aſſitas Vitis implicat arbores, Implicabitur in tuum Complexum*. vide infra in *Situs*.

¶ Circumsĕro, *sēvi, ĭtum, ĕre*, umher ſäen, um etwas herum ſäen. Plin. 21, 12 *Geniſtas circumſeri alveariis, gratiſſimum*.

Circumsĭtus, vide infra in *Situs*.

¶ Consĕro, *sēvi, sĭtum, ĕre*, beſäen; ut, *Conſerere agrum lupino aut faba*, Colum. 2, 2. Et Cic. de Nat. D. 2, 52 *Indus omnium fluviorum maximus non aqua ſolum agros lætificat, ſed etiam conſerit*. Et Virg. ecl. 1, 73 *En queis conſevimus agros*. Sed & *arborem conſeruiſſe* pro *conſeviſſe*, Liv. 10, 24, de quo v. Voſſ. de Anal. 3, 30. ¶ 2. Alia notio eſt infra in *Sero, ui, ĕre*.

¶ Consĭtus, *a, um*, beſäet, gepflantzet; ut, *Conſita pomus*, Tibull. 2, 1, 43. *Fundus olea & vite conſitus*, ein öl- und weinberg, Gell. 19, 12. v. de vi hujus verbi Burm. ad Quint. Decl. 13, 3 p. 274; & Drakenb. ad Sil. 10, 533. ¶ 2. Tralate Plaut. Men. 5, 2, 41 *Conſitum ſenectute*, id eſt, plenum dixit, überſchüttet. niſi tamen eſt a ſitu & marcore. Catullus ſimiliter 65, 207 *Cæca mentis caligine Theſeus Conſitus*, i. e. oppletus.

¶ Consātus, *a, um*, obrutus, überſchüttet. Tertull. de Anima c. 43 *Somnus eſt ſegregatio conjati Spiritus*. v. Id. de Reſurr. c. 16; & de Pudic. c. 17.

¶ Consītio, *ōnis*, f. die beſäung. Cic. de Senect. c. 15 ext. *Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones*. Apud Tertull. ad Nation. 2, 11 legitur *conſatio*, eodem ſenſu.

¶ Consītūra, *æ*, f. idem. Cic. apud Nonium 3, 30 *Agri conſitura*.

¶ Consītor, *ōris*, m. ein gärtner. Ovid. Met. 4, 14 *Conſitor uvæ*.

¶ Consīva, *æ*, f. Ops dicta eſt, uxor Saturni, quæ ſationi præerat. v. Voſſii Etymol. p. 467.

¶ Inconsītus, *a, um*, unbeſäet; ut, *Ager inconſitus, incultus*, Varro L. L. 4, 4.

¶ Desĕro, *sēvi, sĭtum, ĕre*, pflantzen. (Alia notio in *Sero, ui*.) Hinc

¶ Desītus, *a, um*, eingeſäet. Sic Varro de Re Ruſt. 1, 23 *Semina in recentibus pomariis deſita* dixit, de depoſitis malleolis in agro furculario. ¶ 2. Vide *Deſitus* infra in *Sino*.

¶ Diſsĕro, *ĕre*, hinc inde ferere, ausſtreuen, hin und her ſäen. Varro de L. L. 5, 7 *Vt olitor diſſerit in areas ſui cujusque generis res: ſic in oratione qui facit, DISSERTVS*. Colum. 11, 3 *Cæciliana lactuca menſe Ianuario recte diſſeritur*. Et Livius vetus poëta apud Macrob. Sat. 2, 14 *Hoc genus arboris in prælatis ſinib' Grajis Diſſernere novos fructus mortalib' dantes*.

Diſsītus, *a, um*, vide infra in *Situs*.

¶ Insĕro, *sēvi, sĭtum, ĕre*, einpfropfen, einſetzen. Colum. 5, 11 pr. *Omnis ſurculus omni arbori inſeri poteſt, ſi non eſt ei, cui inſeritur, cortice diſſimilis*. Varr. R. R. 1, 41 *Quæ verno tempore inſerebantur*. Virg. ecl. 1, 74 *Inſere nunc Melibœe, pyros* &c. ¶ 2. Conf. infra *Sero, ui, ĕre*.

¶ Insītus, *a, um*, innatus, eingepflantzt, angebohren; ut, *Inſitum & innatum animis vitium*, Cic. Verr. 4, 48. Et, *Habere inſitam quamdam vel potius innatam cupiditatem ſcientiæ*, de Finib. 4, 2; Item, *Inſitus menti amor cognitionis*, ibidem c. 7. *Difficile eſt, ſi quid eſt penitus inſitum moribus, id ſubito evellere*, etwas angewohntes, Idem ad Qu. Frat. 1, 1. *Feritas inſita*, Liv. 34, 20, eine anklebende

tende wilde art; *libido*, id. 28, 24, ubi plura exempla Drakenb. notavit. Horat. 4 od. 4, 33 *Doctrina sed vim promovet insitam.*

¶ Insitum, *i*, n. subst. die pflanze. Varr. R. R. 1, 41 *Aqua recenti insito inimica.* Colum. 4, 29 *Quod ex insito profundit*; & mox: *Insitis cassleditur ea ratio putationis.*

¶ Insĭtus, *ūs*, m. subst. die einpflanzung. Plin. 14, 3 pr. *Ex his inter se insitu miſta.*

¶ Insitio, *ōnis*, f. die pfropfung, ſetzung, impfung. Ex Cic. de Senect. c. 15 vide paullo ante *Consitio.* conf. Colum. 4, 29.

¶ Insititius, *a, um*, quod eſt inſitum, eingepfropft, eingeſchoben. Plin. 4 epiſt. 3 fin. *Neque conjectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc insititio & inducto tam præclara opera perfecerit.* Varro R. R. 1, 2 *Summum insititium* elegantiſſime vocat, qui inter dici negotia inſeritur, die mittags-ruhe.

¶ Insitivus, *a, um*, idem. Gell. 12, 1 *Insitivum alimentum* vocat lac alienæ nutricis, diverſum a lacte matris, quæ in utero fœtum nutrivit. *Insitiva decerpens pyra*, Horat. epod. 2, 19. Sic, *Insitivi liberi*, i. e. per dolum illati, nothi, untergeſchobene kinder, hurenkinder, Phædrus 3, 4, 10. *Graecchus insitivus*, Cic. pro Sext. c. 74.

¶ Insitor, *ōris*, m. qui inſerit, ein pflanzer, pfropfer. Plin. 18, 33 *Hunc caveat insitor calamis.* conf. Propert. 4, 2, 17. Hoc nomine numen Cerealis invocabat Deum, ut Servius ad Virg. 1 Georg. ex Fabio Pictore teſtatur.

¶ Superinsĕro, *ere*, darüber ſäen oder pflanzen. Virg. vel potius Sept. Serenus in Moreto v. 98 *Dictas superinserit herbas*, al. *superinjecit.*

¶ Insersĕro, *ĕre*, mit unterſäen. Colum. 3, 16 *Malleolus ordinariis vitibus inter serendus eſt.*

Interſitus, vide infra in *Situs.*

¶ Obsero, *sēvi, sātum, ĕre*, überſäen, beſäen. Cic. de Legib. 2, 28 *Conducta terra erat: frugibus obſerebatur.*

Obſitus, *a, um*, vide infra *Situs.*

¶ Prosero, *sēvi, sātum, ĕre*, idem quod *ſerere*, ſäen, ausſäen. Lucret. 2, 411 *Non protulit eadem Flava Ceres ſegetem.* Tertull. carm. adv. Marc. 1, 6, 9 *Profert fruges.* Et metaphorice Gratius in Cyneget. v. 9 *Ex artibus artes proſerere*, quod tuetur & explicat Burm. ¶ 2. Alia notione vide infra in *Sero, ui, ĕre.*

¶ Prōsātus, *a, um*, natus, genitus, gezeugt entſproſſen. Nemeſianus ecl. 3, 63 *Quin etiam Deus ille, Deus love profatus ipſo.* De Bacchо loquitur. Prud. Periſt. 6, 46 *Chriſtus patre profatus perenni.* Auſon. Idyll. 7, 1 *Biſſuta trans gelidum ſtirpe & lare profata Rhenum.*

Prosĭtus, *a, um*, vide infra in *Situs.*

¶ Resero, *sēvi, sātum, ĕre*, wiederum beſäen, aufs neue pflanzen. Plin. 18, 20 *Quum hieme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeverunt.* Colum. 3, 11 *Si reſerere vellimus.*

¶ Subsĕro, *sēvi, sātum, ĕre*, nachſäen, drunter pflanzen. Colum. 4, 15 *Vineam ſubſevero*, id eſt, ſub aliquo ferere. Vlp. l. 13 § 2 ff de uſufr. & quemadm. *Qui vites non ſubſerit.* ¶ 2. Alia notio in *Sero, ui.*

¶ Transĕro, *ere*, fortpflanzen. Cato R. R. c. 133 *Per quaſillum ramum tranſerito.* vide & *Sero, ui, ĕre*, quod ſequitur.

SĔRO, *ſevi, ſertum, ſerĕre*, eſt texere, ordinare, jungere, weben, ordnen, zuſammenfügen; ut, *Serere ſermonem*, ein geſpräche halten, Plaut. Aul. 4, 5, 7; Ter. Curc. 1, 3, 37; & Mil. 3, 11, 105. Alibi dixit *Sermones conſerere, texere*, Curc. 2, 3, 11; & Trin. 3, 3, 68. Liv. 7, 2 *Ab ſaturis primus ausus eſt, argumento fabulam ſerere:* ad quem locum v. Perizon. Elect. 2, 5, & Dukerus.

¶ Sertus, *a, um*, geflochten; ut, *Sertæ coronæ*, Lucan. 10, 164.

¶ Sertum, *i*, n. & Serta, *æ*, f. subſt. ſtrophium, corona, ein ſtrauß, kranz. Vet. Gloſſ. *Serta*, στέφανοι, στέμματα. Additur iisdem Gloſſis: *Singulare non habet.* Quod quidem falſum eſſe jam patebit. Nomen autem a *ſerendo* eſt; & adjectivum revera: *Sertus, ſerta, ſertum*; id eſt, confertum, contextum, continuatum, ordentlich zuſammengefügt. Sane *flores ſertos* & *ſolutos* dixit Apulejus. Sed *Sertos*, abſolute pro coronis non dicimus: *Serta* in neutro & *Sertas* in fœminino dicimus. Cic. Catil. 2, 5 *Sertis redimiti.* Martial. 6 epigr. 80 *Textilibus ſertis omne rubebat iter. Serta annua* ſepulcris carorum data vid. Broukh. ad Tibull. 2, 4, 48. Sic, *Florida, recentia, odorata ſerta*, apud poetas paſſim invenies. *Sertum* cum dicitur, *ſtrophium*, puto, intelligitur: cum *ſerta, corona.* Cato R. R. c. 107 *Seriam Campanicam hoc odoratam contundas.* Servius ad illud Virgilii Æn. 1, 421. *Tenere calent aræ ſertisque recentibus halant:* SERTVM, inquit, & SERTA, *cum nihil adjicitur, dicimus: ut hoc loco. Item alibi expreſſius* ecl. 6, 16 *Serta procul capiti delapſa jacebant. Si autem* SERTOS *dixero, addo* FLORES. *Si* SERTAS, *addo* CORONAS. *Ut Lucanus* (loco paullo ante citato) *Accipiant ſertas, tantas nardo florente coronas. Et hoc in multis nominibus obſervandum, ut genus ex adjectione formetur.* Sed fallitur Servius, qui *ſertas* in fœminino & abſolute dici, videtur negare, ratus, non niſi in neutro genere *Serta* abſolute dici. Ita enim C. Severus ap. Chariſ. p. 83 *Hæc aures Aonia ceruam circumdata ſerta.* Et Propert. 2, 33, 39 *Cum tua prærupendent demiſſe in pocula ſertæ.* Ita Cato de R. R. eſt *ſerta Campanica.* vid. quos laudat Burm. ad Samon. 17. V. Lipſ. lib. 3 Antiq. Lect. Et Plin. 21, 1 *Cum e floribus fierent* (ſtrophia, ſeu coronæ), *a ſerendo ſerta ſerteve appellabantur.* Ita enim legendum arbitror, non *Servio*, ut vulgo legitur. ¶ 2. *Sertæ* etiam dicuntur σχοινία, reſtes, ſeile ſtricke. Tibullus 2, 5, 97 *Aut e veſte ſua tendent umbracula ſertæ.* Et, *Lineam ſertam* pro funiculo ex lino Palladius dixit in Martio 10, 28, ſi recte emendavit Scal. ſed vid. Geſn. Sic, *Sertam ducere*, (de quo infra in *Serra*), eſt idem quod *æſtim ducere* apud Ter. Adelph. 4, 7, 37. Ariſtophanes κόρδακα ἕλκειν dixit, ut Lindebruchius obſervat. Vide & Donatum, ſi luber, ad illum locum, & Conjectan. ad Varro. Scaliger. p. 240 infra in *Serra.* ¶ 3. *Serta* pro floribus, Virg. eclog. 10, 41 *Serta mihi Phyllis legeret.*

¶ Sertula, *æ*, f. dimin. herba, ſtrickle. Plin. 21, 9; & Gell. 5, 11.

¶ Sertor, *ōris*, m. ein flechter. Feſtus teſtatur, *Sertoris* vocem non minus atque *Aſſertoris* eſſe a *ſerendo*, cum aliquem ferat petendo *in libertatem eandem, quæ ipſe ſit*, i. e. *ſpectat.*

¶ Serto, *are*, frequent. befädlen, fronen. Gloſſ. lat. gr. *Sertat*, σεφανεῖ.

¶ Sertātus, *a, um*, bekränzt, gekrönt. Mart. Capella lib. 5 p. 156 *Caput regali majeſtate ſertatum.*

¶ Series, *ēi*, f. connexio, continuatio, continuata progreſſio, ordo, eine reihe, folge und ordnung. Cic. Nat. D. 1, 4 ext. *Eſt admirabilis quædam continuatio ſeriesque rerum, ut alia ex aliis annexa, & omnes inter ſe aptæ colligataque cohæreant.* Id. Divin. 1, 55 *Ordo & ſeries cauſſarum.* Virg. Æn. 1, 645 *Series longiſſima rerum.* Sic, *Series hiſtoriæ*, Val. Max. pro nuncio. *Innumerabilis ſeries annorum*, Horat. 3 od. 30, 4.

¶ Serilia, *um*, n. plur. i. e. funiculi, qui ſparto conſeruntur, ſeile, ſtricke. Ita Feſtus intelligit in illo Pacuvii: *Sata lino & ſparteis ſertilibus.*

Sermo, *ōnis*, m. cum derivatis, vide paullo ſuperius ſeorſum.

¶ Servia, *æ*, f. ein frauß ſtrauß. Plin. 21, 2 *Cum e floribus fierent ſerta, a ſerendo ſic viæ appellabantur.* Sed malit Hard. *ſericeæ.*

Compoſita a *Sero, ſerui:*

¶ Aſsĕro, vel Adsĕro, *ui, ertum, ĕre*, vindicare, behaupten, retten, frey machen. Nam quem quis liberali cauſſa in libertatem vindicabat, eum manu aſſerebat, vel admovebat, ſeu prope ſe ſtatuebat, manuque capiti ejus impoſita dicebat: HVNC EGO HOMINEM IVRE QVIRITVM MEVM AIO LIBERVM ESSE OPORTERE. Ter. Adelph. 2, 1, 39 *Neque vendundam cenſeo quæ libera eſt, nam ego liberali illum adſero cauſſa manu.* Vbi Donatus: *Ordo eſt*: EGO LIBERALI CAVSSA MANV ASSERO. *Et ſunt juris verba a quibus etiam* ASSERTORES *dicuntur vindices alienæ libertatis &c.* conf. Cic. pro Flacco c. 17; & Vlp. ff. 47 t. 10 l. 11 § ult. Abſolute Ovid. Amor. 3, 11, 3 *Adjerat jam me ſuaque catenas.* Hinc *Aſſerere in ſervitutem*, i. e. in ſervitutem conjicere, Liv. 3, 44. ¶ 2. Interdum ſimpliciter eſt vindicare, liberare, defendere, befreyen, vertheidigen; ut, *Aſſerere libertatem*, Suet. Claud. c. 10; *dignitatem*, Id. Cæſ. c. 16; *ſe a mortalitate*; & *ab injuria oblivionis*, ſich einen unſterblichen unvergeßlichen nahmen machen. Plin. 2 epiſt. 10; & 1 epiſt. 3. ¶ 3. Eſt etiam arrogare, aſſumere, ſich zueignen; ut, *Aſſerere ſibi majeſtatem divinam*, Suet. Cal. c. 22. *Aſſerere ſibi lovem patrem*, Curt. 8, 1, 42. *Aſſerere ſibi gaudia utraque manu*, Martial. 1 epigr. 16. *Sapientis ſibi nomen aſſerere*, Quintil. 12, 1, ſich des nahmens anmaſſen. conf. Juſtin. 24, 3, 2. ¶ 4. *Aſſerere* & pro affirmare vulgo ponitur, bejahen, bezeugen, bekräftigen; dubium, an ſatis idoneo & locuplete auctore: quod Theodoſiano demum ævo ſic loqui cœperit, Scieppius in Famiani Intamia obſervavit. Sed antiquior omnino notio eſt. Tac. An. 16, 2, 1 *Viſores, per quos noſceret, an vera adſererentur* conf. Id. 2, 73, 5. Et, Juſtin. 38, 2, 5 *Romam mittit, qui ſenatui aſſereret, puerum illum ex Ariarathe genitum &c.* An vero Ciceronis etiam & æqualium hæc ſignificatio ſit, ut quidam contendunt, in Curis Poſt. Ceſſarii p. 107 & Diſcurſ. App. Dan. p. 33 excuſſum diſputatumque. Quibus nunc adde Andr. Borrich. Vindicias p. 17 ſeqq. ubi loca Sen. Rhet. Quintil. Varronis, & Cicer. it vindicatum. ¶ 4. Seminandi notionem vide ante in *Sero, ſevi, ere.*

¶ Aſſerens, *tis*, bezeugend, vorgebend. Aurel. Vict. de Cæſ. c. 21; & M. Sen. Rhet. Excerpt. Controv. 4, 2, & 7, 2.

¶ Aſſertus, *a, um*, bezeugt, behauptet; it. befreyet: ut, *Aſſerto orbe*, i. e. liberato, in libertatem vindicato, Martial. 7 epigr. 62.

¶ Aſſertum, *i*, n. ſubſt. ein ſatz, zeugniß. Mart. Capella 6 p. 195 *Multiplicibus monſtratur aſſertis.*

¶ Aſſertio, *ōnis*, f. affirmatio, demonſtratio, die behauptung. Cic. Acad. 1, 12. Sed alii *aſſenſio* legunt. ¶ 2. Eſt Vindicatio, vindicta, qua in libertatem aſſerimur, die befreyung. Vet. Gloſſ. κάρπισμός, *Vindicta, Aſſertio.* Quintil. 3, 8 *Sitne liber, qui in aſſertione eſt &c.* Id. 5, 2 *Secunda aſſertio.*

¶ Aſſertor, *ōris*, m. κάρτιστος, vindex, der rächer, befreyer, vertheidiger. Liv. 3, 44 ſic *aſſertorem* vocat, qui Virginii filiam, quaſi ſervam ſuam, ſicta cauſſa repetebat. Sen. epiſt. 13 *Catoni gladium, aſſertorem libertatis, extorque.* Suet. Cæſ. c. 80 *Populo detrectante dominationem, atque aſſertores flagitante.* Ita & Mart. 1 epigr. 53. Etiam is auctor eſt, cujus auctoritate vox aliqua defenditur. Quint. 1, 6 p. 82 *Verba a vetuſtate repetita magnos aſſertores habent.* Prudent. Romani hymno incunte: *Romane, Chriſti fortis aſſertor Dei:* i. e. confeſſor & martyr, qui & ipſe gloriam Chriſti aſſerebat vindicabatque ei ſuæ.

¶ Aſſertōrius, *a, um*, die befreyung betreffend; ut, *Lis aſſertoria*, in Codice, de aſſertione tollenda, ſub init.

¶ Consĕro, *ui, ertum, ĕre*, zuſammen ſetzen. Ovid. am. 3, 6, 10 *Quid juvat nocti conſeriſſe diem?* h. e. continuare. Sic *Manum conſerere*, eſt pugnare, Nep. 14, 8, 4; & 17, 3, 6, handgemein werden, ſchlagen. Et, quod & ad diſceptationes civiles transfertur. Varro L. L. 5, 7 *Sic* CONSERERE MANVM *dicimus cum hoſte.* Nepos 25, 4, 2 *Cum his manum conſeruit: utrosque profligavit.* Gellius 20, 10 dicit, *manum conſerere*, eſſe, *rem, de qua diſceptatur, ſimul cum adverſario manu prehendere, atque ita vindicare.* Arnob. 5 p. 156 *Alboc nihil eſſe conſerere ſermonem*, ſich zancken. ¶ Alia ſignificatio eſt in *Sero, ſevi.*

¶ Contĕrtus, *a, um*, zuſammen geflekt. Virg. Æn. 3, 594 *Conſertum tegmen ſpinis.* Quod Servius *illigatum* interpretatur. Sic, *EX IVRE MANV CONSERTVM*: Ennius apud Cic. pro Mur. c. 14, & Gell. 20, 10 *Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes: Non ex jure manu conſertum ſed magis ferro. Rem repetunt regnumque petunt, vadunt ſolida vi.* Sed utrobique, non *manu conſertum*, ſed *manum*

ium confertum legendum esse, ex Gellio patet, qui & ipsam rem explicat: quem vide c. 1.

¶ Conferte, adverb. i. e. connexe, dichte. Cic. de Fato c. 14 *Omnia naturali colligatione conferte contexteque fiunt.*

¶ Confertio, *ōnis*, f. connexio, implicatio, die zusammenhängung. Arnob. 3 p. 107 *Ad cervicum necessarias flexiones confertionibus verticum, atque ossea substructione fulciri.*

¶ Confertor, *oris*, m. pugnans bellator, ein scharmützirer, ex mente Dalechampii: it. der in einander schlinget. Plin. 33, 1 *Impedimentum potuit in eo aliquod intelligi etiam confertoris usu:* Sed hoc videtur ex ingenio Herm. Barbari. Hard. prope vestigia MSS. *ferioris usus.*

¶ Dēsĕro, *ui, ertum, ĕre*, derelinquere, verlassen. Ter. Andr. 1, 5, 36 *Tum autem hoc timet: ne deseras se.* Id. Eun. 2, 2, 7 *Omnes noti me atque amici deserunt.* Et Heaut. 2, 3, 17 *Me in his deseruisti malis.* Sic, *Deserere suam caussam*, Cic. de Fato c. 6; *jus suum*, pro Cæcin. c. 35; *officii partes*, de Fin. 1, 7. *Deseritur a suis Varus*, Cæs. B. C. 1, 13. *Spes suas voluntaria morte deserere*, Plin. epist. 1, 22.

¶ Desĕrens, *tis.* Vulg. Int. Prov. 15, 10 *Doctrina mala* (est) *deserenti viam vitæ.* Et Hebr. 10, 25 *Non deserentes collectionem.*

¶ Desertus, *a, um*, wüste, öde; ut, *Deserta solitudo*, Cic. Divin. 2, 19, eine wüste. Et, *Regio desertissima*, Id. fam. 6, 18 extr. ein unbewohntes land. *Desertior lucus*, Id. Att. 13, 22. Et, *Via deserta & inculta*, pro Cæl. c. 18. *Nihil turpius nec desertius*, Cic. ad Qu. frat. 3, 4. Et pro Sextio c. 67 pr. *Sepulcrum desertissimum in litore Dyrrhachino relictum est.* Sen. epist. 9 *Desertum littus.* Nep. 18, 8, 5 *Loca deserta.* Id. 20, 3, 1 *Desertæ regiones, urbes.* ¶ 2. Derelictus, verlassen. Sallust. B. Iug. c. 94 *In castellum perveniunt desertum ab ea parte.* Iustin. 2, 4, 29 *Ab auxiliis desertus.* Tac. An. 3, 20, 4 *Desertus suis*, id est, *a suis.* Sic Phædr. 1, 22, 3 *Desertus viribus.* ¶ 3. Sed, *Stipes desertus in agris*, est defixus, depactus, apud Tibullum 1, 1, 15, probante Brouckhusio.

¶ Dēsertum, *i*, n. subst. ἔρημος, solitudo, eine wüste, wüstenei, einöde. Singulari numero frequens tritumque scriptoribus ecclesiasticis, ut exemplis Tertull. Hieron. Prudentii ostendit Cellarius Cur. Poster. p. 399. Pluralis autem optimi cujusque scriptoris est, ut, *Deserta ardua*, Virg. Georg. 3, 291; *vasta*, Plin. 5, 4, &c. *longa*, Solin. c. 50; *Libyæ*, Virg. Georg. 1, 388.

¶ Desertio, *ōnis*, f. die verlassung, hindansetzung; ut, *Desertio juris humani*, Livius 41, 24.

¶ Desertor, *ōris*, m. qui deserit, profugus, ein ausreisser, flüchtling; ut, *Desertor communis salutis*, qui salutem communem non curat, Cic. de Fin. 3, 19. Et, *Desertores salutis meæ*, Id. post red. c. 5. Hinc *desertor* ac *proditor* conjunguntur apud Cæs. B. Gall. 6, 22, & Tac. Hist. 1, 72, 2. *Desertor Asiæ*, Virg. Æn. 12, 15. De corruptis Hannibalis militibus Liv. 23, 18 *Neque aliæ latebræ, quam Capua, desertoribus erant.* conf. Sen. de Clem. 1, 16.

¶ Desertrix, *īcis*, f. eine abweicherin. Tertull. de Habitu mulier. c. 1 *Divinæ legis prima desertrix*, die erste sünderin.

¶ Deserto, *are*, frequentat. gantz und gar verlassen. Accius: *Quum me solum uterque parens desertassent.*

¶ Condesertor, *ōris*, m. ein mitflüchtender, der zugleich weicht. Tertull. de Carne Christi c. 1 *Condiscipulus & condesertor ejus.*

¶ Indēsertus, *a, um*, non desertus, unverlassen. Ovid. Amor. 2, 9, 52 *Indeserta meo pectore regna gere.*

¶ Disĕro, *ui, ĕre*, disputare, sprechen, disputiren. Varro L. L. 5, 7 statuit translationem ex agris esse, quod dicimus *Disserit partes*, item *areas &c.* Cic. fam. 12, 7 *Quod in senatu pluribus verbis disserui & dixi in concione.* Id. de Nat. D. 3, 40 *Ea, quæ disputavi, disserere malui, quam judicare.* Ergo *disserere* est proferre, quæ de re aliqua dici possunt, non quæ statui debent. Lamprid. in Alex. Sev. c. 30 *De quo in libris suis Marius Maximus loquitur, quum Adriani disserit vitam*, i. e. exponit, enarrat. Sic Liv. 41, 6 *Ad disserendas res, quas gessissent.* conf. Burm. ad Phædr. prol. l. 5, 12. ¶ 2. Aliam notionem vide paullo ante in *Sero, sevi.*

¶ Disĕrens, *tis*, schwatzend, redend. Cic. Att. 9, 4 *Disserens in utramque partem.* Id. de Fin. 1, 8 *Disserentium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ.*

¶ Dissertio, *onis*, f. idem quod *dissertatio*, die rede, der discours. Gell. 19, 12 *In ea dissertione hujuscemodi sensus est.*

¶ Dissertor, *ōris*, m. ein redner. Apud Nonium 4, 253 *Interpres* dicitur *obscuri dissertor.* Gloss. lat. gr. *Dissertor*, σοφιστής.

¶ Disserto, *are*, frequent. disserendo seu disputando contendere, eine rede thun, it. streiten. Plaut. Men. 5, 2, 58 *Dic mihi istud, quod vos dissertatis.* Gell. 7, 14 *Seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt.* Et Cato apud Festum in CITERIA: *Quid ego cum illo dissertem amplius?*

¶ Dissertans, *tis*, streitend, disputirend. Tac. Hist. 4, 69, 1 *Pacis bona dissertans.* Prudent. præf. 2 in Apoth. v. 27 *Nodos tenaces vetula rumpit regula infesta dissertantibus.*

¶ Dissertātio, *ōnis*, f. die abhandlung. Plin. 10, 68 extr. *Reliqua subtexetur dissertatio.* Gell. 10, 4 *Res in philosophiæ dissertationibus celebris.* Id. 17, 13 *Quod longioris dissertationis est.*

¶ Dissertator, *ōris*, m. ein redner. Prudent. Apoth. v. 786 *Occurrit dubitans hic assertator, & illud Objicit.*

¶ Dissertābundus, *a, um*, redend. Gellii verba esse dicuntur: *Eum in corona adstantium dissertabundum invenimus.*

¶ Edisĕro, *ui, ĕre*, plane disserere, erklären, erläutern. Cic. de Leg. 2, 22 *Neque necesse est, edisseri a nobis, &c.* Virg. Æn. 2, 49 *Mihi hæc edissere.* conf. Plaut. Capt. 5, 2, 14.

¶ Edissertus, *a, um*, explanatus, erläutert; ut, *Parabola edissertata*, ut Rhenanus legit in loco Tertulliani, de quo mox in *Edissertatus.*

¶ Edisserto, *are*, frequent. idem quod *Edisserere*, Plaut. Amph. 2, 1, 52 *Ordine omne, uti quidque actum est, edissertavit.* Arnob. lib. 2 pr. *Edissertate nobis & dicite, quid rei, quid caussæ est, &c.* Adde Liv. 22, 54 *Neque aggrediar narrare, quæ edissertando minora vero fecero.*

¶ Edissertātus, *a, um*, erklärt, ausgelegt. Arnob. lib. 1 p. 34 *Illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus.* Et Tertull. de Resurr. Carn. c. 33 *Parabolam ab ipso invenias edissertatam.*

¶ Edissertātio, *ōnis*, f. die erklärung. In Plinii loco, quem paullo ante in *Dissertatio* notavimus, plures MSS. libri habent, Harduino observante, *Edissertatio.*

¶ Edissertator, *ōris*, m. ein ausleger. Auson. Ludi Sapientum prologo extr. *Veniet Ludius Edissertator harum, quas teneo minus.* Alii legunt *Edisserator.* conf. Barth. Adversar. 8, 18.

¶ Disertus, *a, um*, qui bene disserit, der wohl von sachen reden kan, beredt. Differt tamen ab *eloquente*: Is enim est, qui perfecte omnibus artibus & virtutibus ad dicendum necessariis instructus est. Cic. in Orat. c. 5 *Antonius disertos ait se vidisse multos, eloquentem vero neminem.* Quod & Quintil. proœmio lib. 8 repetiit. Ovid. Art. am. 1, 610 *Fac tantum incipias, sponte disertus eris.* Sic, *Litera diserta*, Cic. fam. 3, 11. *Oratio diserta & oratoria*, Id. de Orat. 1, 54. Et, *Ad vinum diserti*, Id. pro Cæl. c. 28. *Epistola disertissima*, Idem Att. 7, 2 extr. *Disertissimus orator Lysias*, Id. de Orat. 1, 54. *Omnium Græcæ linguæ eloquentia disertissimus*, Nep. 7, 2, 1. Compar. Cic. de Orat. 3, 32 *Eloquentior fuit & disertior Socrates.* Sen. epist. 21 *Apertior ista sententia est & disertior.* Val. Max. 8, 9 ext. 1 *Alterius salubriores erant conciones, alterius disertiores.* ¶ 2. Ter. Eun. 5, 7, 10 *At etiam primo callidum & disertum credidi hominem*: hic Daceria monet, *disertum* non esse eloquentem, sed astutum, qui non facile falli potest.

¶ Diserte, adverb. mit ausbündigen worten; ut, *Dicere diserte*, Cic. de Orat. 1, 10; & Nep. 15, 3, 1. ¶ 2. Sed, *Cum in fœdere diserte additum esset, id ita ratum fore, si populus censuisset*, id est, expresse, deutlich, ausdrücklich, klar, Liv. 21, 19. Superl. *Disertissime planissimeque in eo* (decreto) *scriptum est*, Id. 39, 28. Compar. Apul. Apol. 2 p. 331 *Multo disertius ipsæ tabulæ loquuntur.* Martial. 3 ep. 38 *Caussas agere Cicerone disertius ipso.* conf. Sen. Suas. 2.

¶ Disertim, idem. Plaut. Sticho 1, 3, 87 *Id nomen tibi fuit disertim*, eigentlich. Adde Nonium 11, 3 ex Accio, Titinnio & Livio.

¶ Disertio, *ōnis*, f. die aussonderung. *Disertiones* Festus exponit *divisiones patrimoniorum inter consortes.* v. *Dissortio* in *Sors.*

¶ Disertitūdo, *ĭnis*, f. eloquentia, die beredsamkeit. Hieron. ep. 61 ad Pammach. c. 4 *Nisi tibi disertitudinis tuæ fluvius inundasset.* Id. ep. 51 ad Domn. *Det nobis occasionem respondendi disertitudini suæ.*

¶ Indisertus, *a, um*, unberedt; ut, *Interpretes indiserti*, Cic. Fin. 3, 4. Id. de Orat. 3, 35 *Malim indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.*

¶ Indiserte, adverb. undeutlich. Cic. ad Qu. fratr. 2 epist. 1 *Orationem meam non indiserte collaudavit.*

¶ Perdiserte, adverb. valde diserte, sehr deutlich. Cic. de Orat. 1, 14 *Constat, perdiserte populo rationem operis sui reddidisse.*

¶ Exsĕro, seu Exĕro, *ui, ertum, ĕre*, ἐξαίρειν vel ἐξερύειν, extrahere est, herfür thun, heraus strecken; ut, *Exerit se domicilio cochlea*, Plin. 9, 32. Sic, *Exserere manum*, Liv. 8, 9; *linguam*, Id. 7, 10. Et Sen. Herc. fur. v. 594 de Phœbo: *Illustre lætis exerit terris caput.* Idem Petron. c. 114 *Exseruit ad osculum caput.* Col. 12, 56, 1 *Radicem ejus exserito*, i. e. evellito, est igitur serendo vel inserendo contrarium. ¶ 2. *Exserere* etiam est in apertum dare, videndum præbere, seu exhibere, promere, darstellen, sich erweisen. Ita, *Exserere principem*, eleganter Suet. Tib. c. 33, asserente ei hanc lectionem Casaubono. Nam in quibusdam libris, *exercuit principem*; quod alterius glossema videri possit. Sed, *Exeruit principem*, i. e. facto ostendit se principem esse: egit ea, quæ principis sunt, vim principatus exercuit. Plin. 8 epist. 7 *Sumam tamen personam magistri: exeramque in librum tuum jus, quod dedisti.*

¶ Exsertus, sive Exertus, *a, um*, herfür gereckt, ausgestreckt. Plin. 11, 37 (sect. 61) *Exserti dentes apro, hippopotamo, elephanto.* Virg. Æn. 1, 496 *Exserta mamma*, die entblösste brust. Ovid. Fast. 3, 814 *Ensibus exsertis bellica læta dea est.* Et Sen. Herc. Oetæo v. 1547 *Fœmina exsertos feriat lacertos.* Compar. Pacatus Paneg. Theodosii c. 35 *Exsertiorem operam navare.*

¶ Exserte, sive Exerte, adverb. nachdrücklich. Tertull. de Spect. c. 3 *Exserte definitum.* conf. Id. ad Vxor. c. 1; & adversar. Valent. c. 3. Apul. 1 Met. p. 109 *Ianitor introrupit exserte clamitans.* Spartian. vita Severi c. 3 *Tribunatum severissime exertissimeque egit*, id est, exactissime.

¶ Exsertim, adverb. dicitur esse apud Lucretium. Sed Creechianus index non habet.

¶ Exserto, *āre*, frequentativum, herausrecken. Hinc

¶ Exsertans, *tis.* Virg. Æn. 3, 424 *Ad Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris Ora exsertantem, &c.*

¶ Insĕro, *ui, ertum, ĕre*, est interponere, immiscere, mit einbringen, einführen, mit untermengen. Ovid. Trist. 2, 444 *Historiæ turpes inseruisse jocos.* Sed, *Pueris cibum in os inserere*, Cic. de Orat. 2, 39. Et, *Inserere collum in laqueum*, Id. Verr. 4, 17, hinein stecken. Pass. Iustin. 1, 5, 10 *Epistola exenterato lepori inseritur.* Cum ablat. Ovid. met. 14, 630 *Fissa modo cortice virgam inserit.* Samon. 782 *Seminecisve hirci reservato pectore calces Insere.* ¶ 2. Aliam significationem vide superius paullo in *Sero, sevi.*

¶ Insertus, *a, um*, eingerückt, eingeschoben, untergesteckt, hinein gesteckt. Plin. 3 epist. 19 pr. *Prædia agris meis vicina atque etiam inserta*; al. *interserta.* Vellejus 2, 60, 4 *Auctorem insertis falsis commentariis.* Cæs. B. G. 3, 14 *Falces insertæ affixæque longuriis.*

¶ Inserta, *æ*, f. subst. ornamentum, eine zierde. Publ. Syrus: *Frugalitas inserta est rumoris boni*, vide supra *Emblema*, & Salmas. in Hist. August. p. 407 & 443.

¶ Insertim, adverb. hineinwerts. Lucret. 2, 114 *Insertim fundunt radios per opaca domorum.*

¶ Insertītius, *a, um,* idem quod *insertus.* Gloss. gr. lat. ἐγκεντρόπμος, *Insertitius.*

¶ Insertīvus, *a, um,* idem. Calpurn. Decl. 24 *Nemo unquam sacra gentilitia insertivæ stirpe corrupit,* durch fremde Kinder. Observat enim ad h. l. Schult. p. 822 Burm. non tantum de adulterinis, sed etiam de adoptivis dici posse.

¶ Inserto, *āre,* frequent. hinein stecken. Virg. Æneid. 2, 672 *Clypeoque sinistram Insertabam aptans.*

¶ Insertans, *tis,* hineinsteckend. Petron. c. 97 *Servus insertans commissuris secures.* Silius 5, 483 *Nubibus insertans caput,* sc. arbor.

¶ Insertātus, *a, um,* hineingesteckt, hineingestossen. Prudentius Apotheos. v. 464 *Iamque insertato reserarat viscera cultro.*

¶ Insertātio, *ōnis,* f. die hineinsteckung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1.

¶ Intersero, *ui, ertum, ĕre,* darzwischen schieben, mit untermengen. Ovid. Met. 10, 559 *Mediis interserit oscula verbis.*

¶ Interserens, *tis,* einwendend, vorgebend. Nepos 1, 4, 1 *Caussam interserens.*

¶ Intersertus, *a, um,* darzwischen gelegen. Plin. 3 epist. 19 *Prædia agris meis vicina, atque etiam interserta venalia sunt;* al. *inserta.*

¶ Persĕro, *ĕre,* durchstecken. Varro R. R. 1, 41 *Resticulas per ficos, quas edimus, maturas perserunt.*

¶ Præsertim, adverb. maxime, præcipue, fürnemlich, sonderlich. Cic. fam. 1, 8 *Te non præterit, quam sit difficile, sensum in rep. præsertim rectum & confirmatum deponere.* Ter. Phorm. 1, 2, 5 *Præsertim ut nunc sunt mores,* zumahl wie es itzt zugehet. conf. Nepos 7, 5, 2.

¶ Prosĕro, *ui, ĕre,* idem quod *Exserere,* herfürrecken. Plaut. Asin. 4, 1, 50 *Linguam proserere in tussiendo.* Avienus Phænom. Arat. v. 1111 *Proserit Hydra caput &c.* Et in Orbis descriptione v. 342 de Nilo: *Scissusque vagis anfractibus æquor Proserit, & ponto septem ferus explicat ora.* ¶ 2. *Proserere* in plantandi notione, vide ante sub *Sero, sevi.*

¶ Subsĕro, *ĕre,* unterstecken. Ammian. 16, 10 *Res monuit, de Eknzherio pauca subserere, forsan non credenda.*

¶ Subsertus, *a, um,* untergeschoben. Apul. Met. 7 p. 202 *Subsertis manibus exsolvit suam sibi fasciam.*

¶ Transsĕro, *ĕre,* hinübersetzen. Hinc

¶ Transsertus, *a, um,* pro *transplantatus,* fortgesetzt. Stat. 2 Silv. 1, 101 *Vidi transsertos alieno in corpore ramos Altius ire suis.*

Serpens, serpentaria, serpentigĕna, &c. vide mox *Serpo.*

SERPHVS, *i,* m. σέρφος, animal minutulum est, simile formicæ, vide in Chiliad. Ενεστι καὶ μύρμηκι, καὶ σέρφῳ χολή, h. e. *Inest & formicæ & serpho fua bilis,* auch ein wurm krümmt sich, wenn man ihn tritt.

SERPO, *psi, ptum, serpĕre,* ab ἕρπω, *repere,* paulatim progredi, kriechen; ut, *Vipera serpit humo,* Ovid. Pont. 3, 3. 102. Pall. Solin c. 35 *Cum ipsa (insula) nullo serpatur angue; &c.* ¶ 2. Se extendere, sich ausbreiten; ut, *Hedera serpit,* der epheu sticht sich weit umher, Virg. ecl. 8, 13. Et Cic. de Amic. c. 23 *Serpit nescio quomodo per omnium vitam amicitia,* sie erstrecket sich, gehet weiter fort. Idem in Verr. Divinat. c. 22 *Serpit ac prodit consuetudo.* Virg. Georg. 3, 469 *Dira per incautum serpunt contagia vulgus.* Martial. 1 epigr. 79 *Inque ipsos vultus serperet atra lues.* Et, *Serpit flamma,* Liv. 30, 6, sie greifft um sich. *Serpit rumor,* Cic. pro Muræn. c. 21 extr. es kommt weit aus. *Serpit ulcus alte atque late,* Celsus 6, 18, es frißt um sich. Et, *Ulcera serpere desierunt,* Sen. epist. 8.

¶ Serpens, *tis,* adject. kriechend, fortschleichend. Cic. de Senect. c. 15 *Vitem serpentem multiplici lapsu & erratico coërcere.* Idem Catil. 4, 3 *Malum obscure serpens multas provincias occupavit.* Absolute Plin. 34, 15 *Compescit ulcerum serpentia,* um sich fressende geschwäre. Lucret. 6, 766 *Serpentia secla ferarum.*

¶ Serpens, *tis,* c. subst. nomen generale omnium, quæ serpunt, ein würmlein. Hinc *Serpentes* pro pediculis etiam potuit Plinius, ubi Pherecydis philosophi obitum 8, 51 narrat; item Apul. Florid. p. 352 verba vide supra in *Scabies* a *scaber.* ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν pro *Colubro* ponitur, & dubii est generis, eine schlange; ut, *Serpens dira,* Ovid. Met. 2, 651; *lubrica,* Lucret. 4, 58. Et, *Cæruleus serpens,* rursus Ovid. Met. 3, 38. Et Lucan. 6, 491 *Humanoque cadit serpens afflata veneno.* Nepos 23, 12, 4 *Imperavit, quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi, &c.* Genitivus pluralis *Serpentium* legitur apud Nep. 23, 11, 5; Cels. 5, 27, 3; Vitruv. 8, 4; Iustin. 32, 4, 6; Plin. 11, 37 &c. Per syncopen est *Serpentum.* Proverb. Ὄφις ἂν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται, hoc est, *Serpens, nisi devoret serpentem, non fit draco;* id est, Potentes crescunt aliorum damnis. v. Chiliad. ¶ 3. *Serpens,* sidus cæleste, Vitruv. 9, 6. ¶ 4. Serpentis imagine colebatur genius. v. Heins. & Drakenb. ad Sil. 2, 585.

¶ Serpentīnus, *a, um,* schlangicht, von schlangen. Iustin. 32, 4, 6 *Omne serpentinum genus,* al. *serpentium.* A Celso describitur *Serpentinum oris ulcus.*

¶ Serpentāria, *æ,* f. herba, quæ & *viperina,* natterwurtz, Apulej. de Herb. c. 5.

¶ Serpentĭfer, *a, um,* das schlangen trägt; ut, *Serpentifera Seriphus,* Virg. in Ciri v. 477. Ita cum Scalig. Taubmannus pro *Sementifera.*

¶ Serpentĭformis, *e,* schlangicht, in schlangen gestalt. Vet. Interpr. Irenæi 1, 34 *Serpentiformis & contortus.*

¶ Serpentigĕna, *æ,* c. i. e. ex serpente genitus, schlangen-brut. Plural. *Serpentigenæ,* apud Ovid. Met. 7, 212.

¶ Serpentĭger, *a, um,* mit schlangen umgeben; ut, *Serpentigeri Gigantes,* Ovid. Trist. 4, 7, 17. Sed in MSS. *serpentipedes.*

¶ Serpentĭpes, *pĕdis,* schlangenfüßig Plut. *Serpentipedes,* in MSS. apud Ovid. Trist. 4, 7, 17 Gigantum epitheton, ut in *Serpentiger* diximus. Sane & Macrob. Sat. 1, 20 *Gigantum pedes in draconum volumina desinebant.* Quo quid figmento significatum sit, ipse interpretatur.

¶ Serperastrum, *i,* n. instrumentum pueris alligatum, ne vari fiant, dum ambulare discunt, ein laufwagen vor die kinder. Ita καμπεσιγγια lusus fuisse, serperastra medicinæ, ostendit Viger. ad Clem. Alex. Protrept. p. 15 ed. Potteri. Varro de L. L. 8, 5 *Non sequitur, ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura.* Translate Cic. Att. 7, 3 *De serperastris cohortis meæ nihil est quod doleas.* Turneb. Advers. 21, 7 intelligit prætorum & proconsulum comites, assimiles rastris per humum serpentibus & radentibus. Manutius etiam explicat de humi serpentibus, & pecuniæ, qua nihil sordidius, addictis. Suspicatur tamen, legi posse *Corberastris.*

¶ Serpula, *æ,* f. diminut. ein würmlein. Festus: *Serpulæ dictæ, quas nunc serpentes dicimus.*

¶ Serpĭcŭla, *æ,* f. idem. Propert. 4, 2, 4 *Serpiculis medio pulvere ferre rosam.*

Composita:

¶ Deserpo, *ĕre,* id est, deorsum serpere, hinunterkriechen. Apul. Apol. p. 315 *Lanugo malis deserpit.* Atque ita Statius Theb. 6, 585 *Deserpitque genis, nec se lanugo fatetur Intonsæ sub nube comæ.*

¶ Disserpo, *ere,* herumschleichen. Lucret. 6, 546 *Late disserpunt inde tremores,* i. e. exoriuntur undique.

¶ Inserpo, *ĕre,* daher kriechen, einschleichen. Statius Theb. 1, 340 *Iam somnus avaris Inserpit curis.* Et Apulejus Met. 7 p. 189 *Ei lanugo malis inserpebat.*

¶ Proserpo, *ĕre,* daher kriechen, herfür kriechen. Plaut. Asin. 3, 3, 105 *Fac proserpentem testiam me duplicem ut habeam linguam.* Et Ammian. 15, 20 *Malum ultra proserpens.*

Proserpina, proserpinaca, proserpinalis, vide in lit. P.

SERPYLLVM, & Serpillum, *i,* n. ἕρπυλλος, herba agrestis nota, a *serpendo* dicta, quod, quacunque ejus pars terram attingat, in ea radices demittat, quendel, feldpoley, hünerfohl. Vim habet venenis serpentum resistentem: Ideo Virgilius dixit ecloga 2, 10 *Thestilis & rapido fessis messoribus æstu Alia, serpyllumque, herbas contudit olentes.* Adde Celsum 5, 11; Colum. 6, 4; & 9, 4; Apul. de Herb. c. 10.

¶ Serpyllĭfer, *a, um,* das quendel trägt. Sidonius 8 epist. 11 in carmine *Qua serpyllifera olet catinis.*

SERRA, *æ,* f. πρίων, instrumentum ferreum dentatum, quo ligna fabri divellunt, eine säge, cujus elegans descriptio est Ovid. met. 8, 244; ut, *Serra secare,* von einander sägen, Martial. 14 epigr. 143. *Vitem serrâ præcidere,* Colum. de Arbor. c. 9. conf. Vitruv. 2, 5; Veget. de Re mil. 3, 19; Lactant. 4, 11. Ita *Serram ducere cum aliquo,* Varro de R. R. 3, 6 pro *altercari cum aliquo.* Quemadmodum *Serracum ducere,* eadem mente ICtus ad L. Aquilium dixit, ut Cujacius interpretatur. Possit & apud Varronem l. c. legi *Sertam ducere cum aliquo. Serta* enim τὸ σχοινίον, restis, funiculus, quemadmodum ea voce usus Palladius; ut *sertam ducere* Varroni sit idem, quod Terentio *restim ductitare.* Tractum hoc a fabrantibus, qui aliquando restem tenentes hærebant: Vel puerorum ludo, quo ducebant tparteam restem, & tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omissa funis prehentione, in nates caderet. v. Scalig. Conjectan. p. 240; & supra *Serta,* in *Sero, ui.* ¶ 2. *Serra,* rursus bellua est marina, cute aspera, dentata ab imo ad summum usque acutis robustisque dentibus similitudine ferræ, ein schwerdtfisch. Gesner. & Plin. 32, 11.

¶ Serrŭla, *æ,* f. diminut. eine kleine säge. Cic. pro Cluent. c. 64 *Aduncæ ex omni parte dentium, & tortuosa serrula.* Colum. de Arbor. c. 6 *Nodum serrulâ defecare.* Onomast. *Serrula,* πριόνιον Cels. 7, 33 *Id serrula præcidendum est.* Pallad. 1, 43 *Serrulæ manubriate minores majoresque,* sicheln und sensen. ¶ 2. *Serrula,* Campana herba, eadem quæ *Melilotos* est, vide supra *Melilotos.*

¶ Serro, ferrare, sägen. Veger de Re Milit 2, 25 *Materia ac pali dedolantur atque serrantur.* Gloss. *Serro,* πρίζω

¶ Serrans, *tis.* Vulg. Interpr. Isa. 41, 15 *Habens rostra serrantia.* Est ergo idem quod

¶ Serrātus, *a, um,* zackicht wie eine säge; ut, *Ferramentum serratum,* Cels. 8, 3. *Serrato vexare morsu,* Petron. c. 136. Sic, *Dentes serrati,* qui pectinatim coeunt, ut in canibus. Dentium enim tria genera recenset Plinius 11, 37: *serratos,* ut canum, serpentum & piscium; *Cominus;* ut hominum; *Exsertos;* ut aprorum. ¶ 2. *Serrati* nummi inter antiquiores Rom. sunt, v. Hard ad Plin. 33, 3. Tacitus de Germ. 5, 7 cum bigatis conjungit. Dicti autem sunt *serrati* ab incisis ferræ in modum marginibus.

¶ Serrata, *æ,* f Chamædrys est herba, a ferrata forma foliorum. Plin. 24, 14, vide supra *Chamædrys.*

¶ Serratŭla, *æ,* f. diminut. herba est betonica. Plin. 25, 8

¶ Serratim, adverb. instar ferræ, zackicht wie eine säge. Vitruv. 6, 11 *Serratim conjungi.* Et Apul. de Herb. c. 2 *Folia serratim scissa.*

¶ Serratura, *æ,* f. serrandi actus, die zersägung. Pallad. 3, 17 *Post serraturam, plagam serramentis acutis nitidamus.*

¶ Serrābilis, *e,* quod serra facile secari potest, das man zersägt. Plin. 16, 43 *Serrabilia ac sectilia, quæ modic. humida.* Ita partim ex MSS. vestigiis, partim ingenio suo & conjectura restituit Harduinus, quod auctor Theophrasti εὐτρεπτα καὶ εὐσχιστα latine vertere in animo habuerit.

¶ Serrācum, *i,* n quod ferræ instar radit, ein fabrwerck. Sidonius 4 epist. 18 *Nulla serraca, nulla effœda jubvehendis oneribus attrahebantur.*

¶ Serracŭlum, *i,* n diminut. idem. Gloss. Vet. πηδάλιον, *serraculum, gubernaculum, clavus.* Hinc *Serraculum ducere,* l. 29 § 1 ff. ad leg. Aquil. vid. Bynkersh. Obs. Iur. Rom. 4, 16.

¶ Serrāgo, *ĭnis,* f. quod humi cadit, cum quid serra scinditur, sägespäne. Cæl Aurel. Tard 4, 8 *Cum cervini cornu serragine adsperso.* Id. Acut. 1, 14 *Caprinum cornu nigrum sed ejus alba serrago.* Et Plin. 37, 2 *Infestantur plurimis vitiis, scabro, serragine, &c.* Ita Dalechamp. alii *ferrugine.*

¶ Ser-

¶ Serrārius, *i*, m. ein ſäger. Gloſſ. Cyrilli: *Serrarius*, λιθοτρίσης.

¶ Serrātōrius, *a*, *um*, damit man ſägt. Ammianus 23, 4 *In modum ſerratoriæ machinæ connecti*, wie eine ſäge.

¶ Serratrīna, *æ*, f. eine ſäge-mühle; ut, moletrina, apud Nonium 1, 320.

¶ Conſerrātus, *a*, *um*, zerſägt. Plin. 11, 37 *Spectatiſſimum inſigne gallinaceis, corpore conſerratum*, i. e. in modum ſerræ factum.

Serranus, vide ſupra *Seranus*.

Serta, ſertatus, ſerto, vide paullo ſuperius *Sero*, *ui*.

SERTŌRIVS, *i*, m. Σερτώριος, e Nurſia oriundus, cum Cinna partes Marianas moderate ſectatus eſt, & in Hiſpaniam tandem profugiens rem ibidem bene & fortiter geſſit. Ejus vitam habes apud Plutarchum. Pompejus potitus Hiſpania litteras Sertorii omnes, inter quas multorum erant ducum epiſtolæ, quibus ad res novas incipiendas mutandamque rempubl. Sertorium vocabant, combuſſit, ut permitteret malos & pœnitere & fieri meliores: Plutarch. in Apophth.

Sertum, vide *Sero*, *ui*, Serva, *Servio*, Servabilis, ſervator, &c. *Servo*.

SERVIA, *æ*, f. regio Europæa, olim Mœſia ſuperior dicta, inter Danubium a ſeptemtrione, & Illyricos ac Macedonicos montes ab auſtro interceptra. Nomen habet a *Sirvis*, ſive *Servis*, Scytharum gente, illas ſedes circa decimum, ut putatur, Chriſtianorum ſeculum occupantibus. vid. Hiſtor. medii ævi. Alii latiores ipſis fines ab occaſu tribuunt, qui in Hungariam usque & Boſniam excurrant v. Baudrand. ¶ 2. *Servia*, appellativum, ein ſtraußlein, vide ante in *Sero*, *ui*.

SERVIO, *ſervīvi*, *ſervītum*, *ſervīre*, dienen, unterthänig ſeyn. Nepos 7, 9, 4 *Alcibiades Athenas victas Lacedæmoniis ſervire non poterat pati*. Sic, *Sedulo ſervire*, Plaut. Men. 5, 6, 17 in veteribus libris, ubi hodie *ſedate*, *ſedulo* legitur. *Servire liberaliter*, redlich dienen, Ter. Andr. 1, 1, 11. *Commodis alterius ſervire*, Id. Heaut. prol. v. 50; & Hec. 3, 5, 45. *Commodis reipubl. ſervire*, Cic. Divin. in Verr. c. 20, gemeinen nutzen befördern. Sed *Servire alicui*, ſaluti alicujus conſulere, officia offerre, videntur ex Germaniſmo nata. Niſi tamen eo referendus Nep. Themiſt. 1, 3 *Diligentius amicis famæque ſerviens*. Quin Ovid. Met. 7, 563 *Quo propior quisque eſt, ſervitque fidelius ægro*, h. e. curat illum. Eleganter Cic. Att. 8, 3 *Cum ſit neceſſe tempori ſervire, & non amittere tempus, cum ſit datum*, ſich in die zeit ſchicken. *Servire ſcenæ*, vide *Scena*. Sic, *Servire valetudini*, Cic. ad Qu. frat. 1, 1 extr. die geſundheit in acht nehmen; *auribus alicujus*, liebkoſen, Cæſ. B. C. 2, 27, 2; *incertis rumoribus*, dem gewäſche trauen, Id. B. G. 4, 5; *uni domino*, Catull. 45, 14. *Servire famæ, exiſtimationi, gloriæ*, id eſt, dare operam, Cicero paſſim. ¶ 2. Paſſivo uſus eſt Sen. de Tranqu. an. c. 9 *Aſſueſcamus ergo cœnare poſſe ſine populo, & ſervis paucioribus ſerviri, &c.*

¶ Serviens, *tis*, dienend, zugethan. Nepos 2, 1, 3 *Diligentius amicis famæque ſerviens*. Ter. Hec. 2, 1, 27 *Rei ſerviens*.

¶ Servientia, *æ*, f. i. e. ſervitus, die dienſtbarkeit, knechtſchafft. Plaut. Rud. 4, 2, 13 *Paupertatem & ſervientiam tolerare*.

¶ Servītium, *i*, n. der dienſt, die aufwartung. Chariſ. 1 p. 54 *Servitium eſt multitudo ſervorum, ſervitus conditio ſerviendi; ſed veteres indifferenter ſervitium & pro ſervitute poſuerunt*. Ter. Andr. 4, 1, 51 *Ego Pamphile, hoc tibi pro ſervitio debeo*. Virg. ecl. 1, 41 *Quid facerem, neque ſervitio me exire licebat*. Id. Æn. 3, 327 *Servitio enixæ*, i. e. in ſervitute parientes. Ovid. Amor. 1, 2, 18 *Servitium ferre*. Et Stat. 3 Silv. 4, 33 *Tu ſordida tecta jugumque Servitii vulgare feres?* Salluſt. B. Iug. c. 62 *Gravis caſus in ſervitium de regno*. Quod ita expreſſit Sen. Theb. v. 598 *In ſervitutem cadere de regno, eſt grave*. ¶ 2. Pro ſervis ipſis *Servitia* dixit Cicero Catil. 4, 6 *Ad evertenda fundamenta reipubl. ſervitia concitavit*. Id. Verr. 5, 4 *Cæptum eſſe in Sicilia moveri aliquot locis ſervitium ſuſpicor*, dienſtvolck, leibeigene. Vellej. 2, 73, 3 *Servitia fugitivosque in numerum exercitus ſui recipere*. conf. Colum. 11, 1 pr. Gort. ad Salluſt. Catilin. c. 24; Drakenb. ad Liv. 3, 15. ¶ 3. Heraldus de rer. judic. autoritate l. 2 c. 25 *Servitium a ſervitute*, ap. Liv. 2, 23, diſtinguit, eosque, de quibus loquitur Livius, tantum *ſervitio* mancipatos, non *ſervituti*, & eorum extremam pœnam legitimam *ſervitium*, non *ſervitutem* fuiſſe ſcribit. v. Duker. ad Liv. l. c.

¶ Servītus, *ūtis*, f. die dienſtbarkeit, knechtſchafft. Ter. Andr. 1, 1, 9 *Vt ſemper tibi juſta & clemens fuerit ſervitus, ſcis*, ein leidlicher dienſt. Et, *In ſervitutem pauperem ad ditem dare*, Id. Phorm. 4, 3, 48. *In ſervitutem adducere*, Cic. in Piſ. c. 34; & *abſtrahere*, Cæſ. B. G. 7, 14, dienſtbar machen. *Servitutem alicui imponere*, vel, *fundo ſervitutem imponere*, Cic. ad Qu. fr. 3, 2, beſchwerungen auflegen. *Servitutem pati*, Cic. Phil. 6, 7. *Servitus poſtremum malorum omnium non modo bello, ſed morte etiam repellendum*, Ibid. 2, 44. Et, *Omnis eſt miſera ſervitus, &c* Phil. 10, 9. Et Prov. *Quem Iupiter odit, ſervum hunc primum facit. Servitus muliebris*, ap. Liv. 34, 7. ubi Duker. vide. ¶ 2. Cæterum *ſervitutis* vocabulum non de hominibus tantum ſive perſonis dicitur, ſed & de rebus, ut, *prædiis, ædificiis*. Qui uſus in jure frequentiſſime occurrit, vide ICtos. In plurali. *Servitutium vindicatio* legitur l. 1 § 5 Dig. de arbor. cæd.

¶ Servītūdo, *ĭnis*, f. idem, apud Livium 24, 22. Vox Lipſio ibi ſuſpecta; eſt tamen apud Feſtum: *Eritudo, ſervitudo*; & in Philoxeni gloſſis; Δουλία, *Servitus, Servitium, Servitudo*.

¶ Servus, *a*, *um*, adject. dienſtbar. Cic. pro Leg. Agrar. 3, 2 *Prædia libera meliore jure ſunt quam ſerva*. Liv. 37, 54 *Reges ſerva omnia & ſubjecta imperio ſuo eſſe velint*. Senec. epiſt. 66 *Omnia iſta, in quæ dominium caſus exercet, ſerva ſunt, pecunia, & corpus, & honores*. Lucan. 6, 162 *O famuli turpes, ſervum pecus!* Sumptum forte ex Horat. 1 ep. 19, 19 *O imitatores, ſervum pecus*. Ovid. Am. 1, 6, 26 *Nec tibi perpetuo ſerva bibatur aqua*, h. e. nec ſervus ſis perpetuo.

¶ Servus, *i*, m. ſubſt. qui alieno paret domino, ein dienſtknecht, knecht, ſclave. Martial. 2 ep. 31 *Non bene, credo mihi, ſervo ſervitur amico*. Plaut. Moſt. 4, 1, 16 *Vt ſervi ſuum volunt herum eſſe, ita eſt; Bonus cum probis eſt, &c*. Id. Mil. 2, 6, 80 *Homini ſervo ſuos domitos habere oportet oculos, & manus orationemque*. Claud. in Eutrop. 1, 183 *Nec bellua tetrior ulla eſt, Quam ſervi rabies in libera colla furentis*. Varro ap. Nonium 4, 328 *Credo mihi, plures dominos ſervi comedere, quam canes*. Et, *Quot ſervi, tot hoſtes*, in proverbio eſt apud Feſtum. De multitudine ſervorum apud Romanos v. Lipſ. de Magn. Rom. 2, 15; ubi ex Athenæo vicies mille ſervi unius Domini producuntur. Ita ap. Plinium 33, 10 f. 41 aliquis hæredi relinquit 4116 ſervos, præfatus, *multa ſe civilibus bellis* perdidiſſe. Eleganter Sen. epiſt. 9 *Multorum dominus plurium ſervus*. Vellej. 2, 73, 1 *Libertorum libertus ſervorumque ſervus*. ¶ 2. Cæterum duplicis generis *ſervi* erant, alii *publici*, alii *privati*. *Privati*, qui in privati cujusque ſerviebant familia: *Publici*, qui ex devicta captivaque gente ad reipubl. uſus ſeligebantur: qui ſibi nomina accipiebant, vel a provincia, ut *Brutiani, Cyprii*; vel a victoribus, ut *Clodiani, Gelliani*; v. Lipſ. Elect. 1, 12; itemque in 2 Ann. Tac. p. 95; & Fabr. Semeſt. 2, 24. Apparitores etiam dicuntur *ſervi publici*, a quibus c. g. *amicos Antonius deliciarum cauſſa loris in convivio cædi jubebat*, ap. Cic. Phil. 13, 12. Quid vero *Servi* publici diſtarent interdum a lictoribus & viatoribus, docet Burm. ad Petron. c. 97 p. 462 ſq. & Bynkershœk. c. 5 ad L. 9 D. de lege Rhodia de jactu. *Servis non eſt otium*, Οὐ δοῦλοις σχολή, v. Chil. De origine vocis Donatus ad Ter. Adelph. 2, 1, 28 *Servi dicuntur a ſervando, qui ſervati ſunt, quum eos occidi oporteret jure belli. Vnde Virgilius ſic adducit captivum rogantem*, Æn. 10, 524 *Per patrios manes, & ſpes ſurgentis Iuli, Te precor, hanc animam ſerves natoque patrique*. Differunt, *ſervum eſſe* & *ſervire ſervitutem, in ſervitute eſſe, pro ſervo eſſe*. Nam prius illud conditionem & ſtatum perpetuum, hoc calamitatem etiam nexi notat, Burman. ad Quinct. 3, 6 pag. 244. ipſe Quinct. 5, 10. conf. 7, 3; & Drakenb. ad Liv. 34, 50.

¶ Serva, *æ*, f. ſubſt. eine dienſtmagd. Vlp. l. 1 pr. Dig. de ſervo corrupto: *Ait prætor: Qui ſervum, ſervam, alienum, alienam receperit &c.* Florus 1, 6, 1 de Servio Tullio: *Matre ſerva natus:* niſi hic adjectivum velis eſſe, de quo paullo ante diximus.

¶ Servŭius, *i*, m. diminut. ein junge; ut, *Obſervabam mane illorum ſervulos, &c.* Ter. Andr. 1, 1, 56. conf. Plaut. Pœn. 1, 2, 58. ¶ 2. *Servulos* etiam per urbanitatem atque blanditiam profiteri ſe ſolebant, qui cultum & obſequium ſuum erga alios teſtari volebant; quemadmodum & nos dicimus: deß herrn diener. Quint. Decl. 301 *Si de me quoque interrogaſſet, reſpondiſſem*, SERVVLI TVI SVMVS.

¶ Servŭla, *æ*, f. diminut. ein dienſtmägdlein. Cic. ad Att. 1, 11 *Per manus ſervulæ ſervari & educi*.

¶ Servĭculus, *i*, m. aliud dimin. ein junge, Tertull. de Idolol. c. 10.

¶ Servīlis, *e*, adject. knechtiſch; ut, *Iugum ſervile*, Cic. Phil. 1, 2. *In aliquem ſervili ſupplicio animadvertere*, Liv. 24, 14. *In ſervilem modum lacerati atque extorti*, Id. 32, 38. Et, *Officia ſervilia facere*, Propert. 4, 10, 47. Sunt autem ſervilia officia, quibus maxime corpus exercetur, quæque in opere mercenario & ſervili verſantur. *Animi ſerviles alte tumeſcunt*, Claud. in Eutrop. 1, 176.

¶ Servile, adverbialiter, idem. Claud. de B. Gild. v. 364 *Fractos inglorius armos Sappoſuit ſervile gemens*.

¶ Servīlĭter, adverb. idem. Cic. Tuſc. 2, 23 *In dolore maxime eſt providendum, ne quid ſerviliter muliebriterve faciamus*. Adde Tac. Hiſt. 1, 36, 4; Petron. c. 117; Sidon. 2 epiſt. 1.

¶ Servīlĭcŭla, *æ*, c. der oder die den knechten nachläufft. Plaut. Pœn. 1, 2, 53 *Miſeræ, cano delibutæ, ſervilicolæ*, h. e. ut v. 58 ſequitur: *ſervulorum ſordidulorum ſcorta*, commiß-nickel.

¶ Servitrītius, *a*, *um*, i. e. ſervitute ſive ſervitio tritus, knechtiſch; ut, *Servitritium ſtabulum*, Plaut. Perſ. 3, 3, 13.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adſervio, *īre*, dienen, aufwarten. Cic. Tuſc. 2, 23 *Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis adſervire*, id eſt, ſervire, aus allen leibes-kräfften ſchreyen.

¶ Conſervio, *īre*, zugleich dienen. ICt. in Dig.

¶ Conſervus, *i*, m. qui cum aliis ſervis eidem ſervit domino, ein mit-knecht. Ter. Adelph. 3, 3, 71 *Conſervis ad eumdem præcipio modum*. Cic. fam. 12, 3 *Dominum ferre non potuimus, conſervo ſervimus*.

¶ Conſerva, *æ*, f. eine mit-dienerin; ut, *Summa forma conſerva*, Ter. Eun. 2, 3, 74. conf. ibid. 5, 2, 19.

¶ Conſervŭla, *æ*, f. dimin. idem. Sen. Controv. 21 p. 269.

¶ Conſervĭtium, *i*, n. der mitdienſt. Plaut. Capt. 2, 1, 49 *Oro te per precem, per fortunam incertam, perque conſervitium commune*.

¶ Deſervio, *īre*, idem fere, quod ſimplex, dienen, dienſtfertig ſeyn; ut, *Deſervire amicis*, Cic. pro Sylla c. 19. Et, *Cuivis deſervire*, Off. 1, 30. *Deſervire rebus divinis*, den gottesdienſt abwarten, Id. in Partit. c. 23. Et Plin. 7 epiſt. 7 *Moleſte fero, quod deſervire ſtudiis non potes*.

¶ Deſerviens, *tis*, dienend, ergeben; ut, *Corpori deſervientes*, Cic. de Leg. 1, 13. Vulg. interp. Sap. 19, 6 *Creatura deſerviens tuis præceptis*.

¶ Deſervitio, *onis*, f. der dienſt. Vet. Interp. Irenæi 4, 28 *Legis ſtatuere deſervitionem*.

¶ Inſervio, *īre*, dienſtlich ſeyn, zu willen ſeyn. Cic. Off. 1, 15 *A quo plurimum ſperant, ei potiſſimum inſerviunt*. Sic, *Inſervire ſuis commodis*, i. e. utilitati ſuæ conſulere, Id. Fin. 2, 30. *Inſervire valetudini*, Id. fam. 16, 17; &, *honoribus*, Off. 2, 1, h. e. operam dare, darauf bedacht ſeyn. Cæſ. B. G. 8, 8 *Omnibus rebus inſerviendum ſtatuit*. Cic. fam. 3, 13 *Inſerviebam honori tuo*, ich ſuchte deine ehre, dich zu pouſſiren. ¶ 2. *Inſervire aliquem*, vetteres dixerunt. v. Plaut. Moſt. 1, 33, 59; & Parei Lex. Crit. p. 616.

¶ Obſervio, *īre*, aufwarten, dienſte thun. Apul. de Dogm. Plat. pag. 59 *Cætera membra ancillari & obſervire*, i. e. ſubſervire

¶ Perennifervus, qui perpetuo fervit; vide in *Annus*.

¶ Perfervio, *ire*, wohl dienen. Vopisc. in Probo c. 18 *Germani Probo potius perfervire maluerunt, quam cum Bonoso esse.*

¶ Præfervio, *ire*, idem quod fimplex, einem aufwarten. Plaut. Amph. prol. v. 126 *Vt præservire amanti meo possem patri.* conf. Gell. 1, 7.

¶ Subfervio, *ire*, zur hand gehen, knecht ſeyn. Plaut. Men. 5, 2, 16 *Viros subservire sibi postulant, fretæ dote, fœminæ*, ſie wollen die männer zu knechten haben ꝛc. Ter. Andr. 4, 4, 12 *Tu ut subservias orationi meæ, utcunque opus sit verbis, vide*, hilff mir das wort reden. Apul. Philoſ. Nat. p. 9 *Membra ancillari & subservire cupiti.*

SERVIVS, *i*, m. prænomen ejus, *qui*, ut ſcribit Val. Maximus lib. 10 de nom. rat. *mortua matre in utero servatus est.* Alii a *Servio* derivari putant, quod primus Servius in ſervitute genitus fuerit, uti etiam *Servius Tullius serva natus*, ſecundum Val. Max. 1, 6, 1. Cæterum hoc prænomen in Sulpicia gente in nomen familiæ abiit. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 27, ubi pluta de *Servilis*. ¶ 2. SERVIVS TVLLIVS, ſextus Romanorum rex, præfuit Romano imperio per annos 44, v. Liv. ac de ejus ortu ridiculam hiſtoriam apud Plin. 36, 27 ext. ¶ 3. *Servius* grammaticus fuit *Servius Maurus Honoratus*, qui ſcripſit commentaria in omnia ſcripta Virgilii. Hinc

¶ Servilius, *i*, m. nomen gentis Albæ primum, deinde Romæ nobiliſſimæ. Plures hujus nominis vide apud Cic. Tac. Val. Max & alios. ¶ 2. *Servilius Nonianus* hiſtoricus laudatus Quint. 10, 1 p. 914. v. Burm.

¶ Servilia, *æ*, f. M. Bruti mater, I. Cæſaris adultera, cujus meminit Suet. Cæſ. c. 50. ¶ 2. Adjective *Servilia lex agraria*, lata a P. Servilio Rullo, oppugnata tribus orationibus a Cicerone. Taceo alias *Leges Servilias*, v. Tac. A. 12, 60, 3.

¶ Servilianus, *a*, *um*, adject. ut, *Horti Serviliani*, Tac. An. 15, 55, 1; & Hiſt. 3, 38, 2; & Suet. Ner. c. 47.

SĔRVM, *i*, n. ſubſt. priore brevi, aqua lactis eſt, molcken. Virg. Ge. 3, 405 *Acremque moloſſum Pasce sero pingui.* Ovid Faſt. 4, 468 *Liquidum serum.* Plin. 11, 41 *Butyrum concretius quam quod serum vocatur.* Id. 28, 9 *Serum decoquunt ad tertias partes.* ¶ 2. Sed *Serum* priore longa v. infra in *Serus*.

¶ Sereſco, *ĕre*, in ſerum converti, zu molcken werden. Plinius 11, 41 *Omne lac igne spissatur, frigore sereſcit.* ¶ 2. Sed *Sereſcere*, alia notione, vide ſupra in *Serenus*.

SERVO, *avi*, *atum*, *āre*, halten, erhalten. Plaut. Epid. 3, 2, 43 *Me quidem certo servavit consiliis suis*, hoc eſt, conſervavit vel liberavit, er hat mich erhalten, errettet. Ter. Eun. 5, 8, 19 *Serva, obsecro, hæc nobis bona*, h. e. o Iupiter, contenti ſumus tuis muneribus, nihil eſt, quod amplius poſtulemus: ut explicat Daceria. Sic dicimus: *Servare amicitiam*, Cic. de Amic. c. 7 extr. *jusjurandum*, Nepos 17, 2, 5; *religionem*, Id. 13, 2, 5. Et Horat. 1 epiſt. 16, 41 *Qui consulta patrum, qui leges juraque servat.* Ter. Hec. 3, 3, 42 *Certum est servare in eo, quod dixi, fidem.* Et, *Servare ordinem*, Liv 26, 51; *Eumdem cursum constantissime*, Cic. Tuſc. 1, 28. ¶ 2. Sæpe pro *observare* ponitur, præſertim quum de cœlo aut aëriis agitur: eſt enim vocabulum aruſpicum, in acht nehmen verwahren. Lucan 1, 601 *Et doctus volucres augur servare siniſtras.* Id. 5, 395 *Nec cœlum servare licet: tonat augure surdo.* Ita & Cic. in Vatin. c. 6 & 7; Virgil. & alii uſi. v. infra *Servator* & *Inservare*. Sed etiam ad alia transfertur in ejusmodi ſignificatione. Ter. Eun. 4, 7, 10 *Solus Sannio servat domi*, er hütet das haus. Plaut. Moſt. 2, 2, 21 *Nemo natus in ædibus servat.* Id. Rud. 4, 1, 4 *Sed uxor scelesta me omnibus servat modis*, ſie giebt genau achtung auf mich. Nepos 5, 4, 1 *Hortis custodem imponere fructus servandi gratia.* conf. Nonius 4, 411: v. Nic. Heinſ. ad Sil. 3, 380. ¶ 5. Eſt & *inhabitare*, *possidere*, inne haben, beſitzen, ut Nonius indicat l. c. Virg. Georg. 4, 383 *Centum quæ silvas, centum quæ flumina servant.*

¶ Servans, *tis*, haltend, behaltend. Virg. Æn. 7, 179 *Curvam servans falcem.* Id. Æn. 1, 40 *Iuno servans sub pectore vulnus.* ¶ 2. Idem eſt ac *Observans*, achthabend. Iterum Virg. Ge. 1, 402 *Solis occasum servans.* Ovid. Met. 1, 684 *Vincere arundinibus servantia lumina tentat.* Superlat. *Servantissimus æqui*, Virg. Æn. 2, 427.

¶ Servātus, *a*, *um*, erhalten, aufgehoben; ut, *Servati cives*, Ovid. Triſt. 3, 1, 48. *Odium perenni servatum studio*, Sil. 1, 17 *Cæcuba servata centum clavibus*, Horat. 2 od. 14, 25.

¶ Servātio, *onis*, f. die haltung, beobachtung. Plin. 10, 121 *Perpetuam servationem meam quædam necessitas rupit.*

¶ Servātor, *ōris*, m. qui ſervat & liberat, σωτὴρ, ein helffer, erhalter, heiland. Plaut. Pſeud. 3, 2, 84 *Hominum servator.* Liv. 8, 3 *Huic quoque adversus servatores suos Campanus aderat.* Et 34, 50 *Imperator, persequentibus cunctis servatorem liberatoremque acclamantibus, &c. rediit.* vide ſupra *Salvator*. Inſcript. Gruter. p. 18 n. 6 IOVI SERVATORI. Adde Sen. ad Marc. c. 17; & Plin. 34, 8. Peculiariter Medicis hic titulus datur. vid. Barth. ad Stat. 5 Theb. pag. 19. ¶ 2. *Servator* etiam idem qui *Observator*, ein achthaber. Lucan. 8, 171 *Doctus ad hæc fatur taciti servator olympi.*

¶ Servātrix, *īcis*, f. eine erhalterin. Ter. Hec. 5, 4, 15 *O mea Bacchis, servatrix mea.* Proſper Aquit. de Provident. v. 557 *Aqua servatrix*, id eſt, baptiſmus. Inſcript. Gruter. p. 97 n. 6 PROSERPINÆ SERVATRICI. Adde Tertull. de Reſurr. c. 12; & Apul. de Philoſoph. p. 69.

¶ Servātōrium, *i*, n. ein erhaltungs-mittel. Gloſſ. Gr. lat. Φυλακτήριον, *Servatorium, amuletum.*

¶ Servāculum, *i*, n. idem. Vlp. Dig. 9 t. 2 l. 29 § 2 *Parvi refert, navem immittendo, aut servaculum ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis:* Vbi ſcapha intelligitur, qua utuntur nautæ vel tempeſtatis vel piſcium cauſſa. Adde Turneb. Adv. 27, 31.

¶ Servābilis, *e*, quod ſervari poteſt, das zu erhalten iſt. Ovid. Triſt. 4, 5, 21 *Et tutare caput nulli servabile.* Plin. 14, 3 *Duracina in vite servabilis.* Medicis *Servabilia* dicuntur obſervatione cognita. v. Cæl. Aurel. Acut. 1, 17.

Compoſita:

¶ Adſervo, vel Aſſervo, *avi*, *atum*, *are*, diligenter ſervare, verwahren, aufheben; ut, *Magna diligentia aliquid asservare*, Plaut. Capt. 1, 2, 6. *Negligentes adservare*, Cic. pro Cæc. c. 26. *Asservari custodiis*, Id. Verr. 5, 30. *Intentiore custodia aliquem asservare*, Liv. 39, 19 ¶ 2 Ter. Heaut. 3, 3, 32 *Atqui nunc, here, hic tibi asservandus est*, id eſt, animo & oculis diligenter obſervandus, du muſt ein fleiſſiges aufſehen auf ihn haben. Ita etiam Cic. Att. 10, 16 *Acerrime adservabimus*, i. e. obſervabimus.

¶ Conſervo, *are*, eſt fovere, tueri, adſervare, erhalten, ſchützen; ut, *Conservare libertatem populi*, Cic. fam. 11, 7. *Conservari salvum*, Id. Cat. 3, 10. *Memoriam alicujus rei conservare*, Id. fam. 4, 13 extr. Et Off. 2, 24 *Res familiaris conservari debet diligentia & parsimonia.*

¶ Conſervans, *tis*, erhaltend, behaltend. Lucret. 5, 509 *Vnum labendi conservans usque tenorem.* Gellius eleg. 1, 187 *Custos rerum ipse mearum, Conservans aliis, quæ periere mihi.*

¶ Conſervantia, *æ*, f. die erhaltung; ut, *Integritatis conservantia*, Arnob 2 p. 75.

¶ Conſervatus, *a*, *um*, erhalten, beſchützet; ut, *Nomen retentum atque conservatum*, Cic. pro Dejot. c. 13. *Ver unum respublica conservata*, Id. poſt Redit. c. 7. *Conservatis legibus*, Nep. 25, 6, 2.

¶ Conſervatio, *ōnis*, f. die erhaltung, beſchirmung. Cic. Off. 1, 28 *Conservatio naturæ.* Ibid. 2, 3 *Frugum fructuumque conservatio.* Et Quint. 5, 10 *Bonorum adeptio, incrementum, conservatio, usus.*

¶ Conſervātor, *ōris*, m. ein erhalter, beſchirmer. Cic. Att. 9, 11 *Me conservatorem & parentem hujus urbis nonnulli dixerunt.* Id. pro Sextio c. 24 *Custos & conservator imperii.* Vellej. 2, 60, 1 *Augustus conservator Romani nominis.* Eſt & Iovis cognomen in multis Inſcriptionibus antiquis: IOVI CONSERVATORI, v. Gruter. p. 18 & 19 &c. Eſt &, ubi ſimplex & compoſitum conjunguntur, ibidem p. 18 n. 6 IOVI O. M. SERVATORI, CONSERVATORI, &c. quaſi diſcrimen inſigne ſubeſſet.

¶ Conſervātrix, *īcis*, f. eine beſchirmerin; ut, *Omnis natura vult esse conservatrix sui, ut & salva sit, & in genere conservetur suo*, Cic. de Fin. 5, 9. Trebell. Pollio de Zenobia cap. 30 *Conservatrix thesaurorum ultra fœmineum modum.* Inſcriptio vetus apud Reineſ. p. 161 FORTVNÆ CONSERVATRICI. Et in nummo Otaciliæ, quæ Philippi, imperatoris Romani, uxor fuit, apud Vaillantium Tom. 1 p. 160 IVNO CONSERVATRIX. Quod etiam in lapide eſt apud Gruter. p. 25 n. 2. ¶ 2. Eſt & titulus matrum familiæ. Gruter. Inſcript. pag. 815 n. 5 PHÆNVS OCTAVIÆ IVCVNDÆ CONIVGI BENE MERENTI CONSERVATRICI. Reineſius p. 727 n. 18 CONIVGI CONSERVATRICI &c. Adde Gruter. p. 1142 n. 2.

¶ Conſervābilis, *e*, das zu erhalten iſt. Tertullianus adv. Marc. 2, 13 *Bonum conservabile.*

¶ Inſervo, *are*, idem quod *servare*, in acht nehmen. Stat. Theb. 8, 194 *Idyssias docit inservare volucres.* Vbi Lutatius Scholiaſtes: *Proprie*, inquit, *usus est auguriis verbo, quo, dum captant auguria, dicuntur* CÆLVM SERVARE. Reperies hoc verbum apud eumdem vatem Theb. 6, 932. vid. Barth. ad locum priorem Statii pag. 826.

¶ Obſervo, *avi*, *atum*, *are*, id eſt, animo & oculis cuſtodire, in modum ſpeculatoris, quemadmodum Valla expoſuit 4, 3. Ita *Callide advertere* dixit Servius, eines dinges fleiſſig wahrnehmen, ein auge und auffehen drauf haben. Ter. Andr. 1, 1 extr. *Observes filium, quid agat, &c.* Cic. pro Roſc. Am. c. 10 *Multi observandi sunt, & multa servanda.* Sic, *Tempus ulciscendi observare*, achtung geben auf die zeit, Tuſc. 4, 9; *signa*, Id. fam. 6, 6; *sese*, Id. de Clar. Orat. c. 82. ¶ 2. Sed, *Publius me, sicut alterum parentem, & observat & diligit*, hoc eſt, veneratur, admiratur, colit, Id. Cic. fam. 5, 8. Et, *Colimus & observamus diligenter Cælium*, Id. Att. 2, 19, wir ehren und halten ihn werth. Acerbus eſt ejusdem ex ambiguo jocus ad fam. 7, 27 pr. *Ego te in consulatu observabam*, ne ſcil. conari aliquid poſſes contra remp. ¶ 2 *Observatum est*, impersonaliter, pro deprehenſum & animadverſum eſt, man hats gemerckt und befunden, Plin. 16, 22.

¶ Obſervans, *tis*, achthabend, achtſam, werthhaltend; ut, *Paucos æque observantes atque amantes habere*, Cic. Att. 16, 16. *Observantissimus est mei*, h. e. amantiſſimus, ſtudioſiſſimus, ergebenſt, Id. ad Quint. fr. 1, 2. *Observantissimus omnium officiorum*, Plin. 10 epiſt. 11, der ſeine ſchuldigkeit wohl in acht nimmt. Et, *Observantissimus legum*, Apul. de Mundo p. 73. Compar. *Observantior æqui populus*, Claud. conſ. Honor. 4, 297. Gratius Cyneg. v. 105 *Haud fuit in terris divûm observantior alter.*

¶ Obſervanter, adverb. aufmerckſam, fleiſſig. Macrob. Somn. Scip. 1, 1 *Idem observanter secutus est in illis voluminibus.* Apul. Apol. 2 p. 320 *Facit omnia circa honorem meum observanter.* Comp. Ammian. 23, 6 circa fin. *Persa observantius hæc aliaque pudenda declinat.* Superl. Auguſt. de Quantitate animæ c. 34 *Observantissime sequi.* Et Gell. 10, 21 tit. *Observantissime vitare.*

¶ Obſervantia, *æ*, f. veneratio, die ehrerbietung, werthhaltung. *Per quam ætate aut sapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedentes veremur & colimus*, Cic. de Invent. 2, 22 & 53 Sic, *Obsequium & observantia in aliquem*, Liv. 1, 35. Et Cic. Att. 11, 17 *De tua erga se observantia benevolentiaque mihi plurima exponit.* Et pro Quint. c. 18 *Amici observantiâ, res parsimoniâ retinentur.* ¶ 2. Conſideratio, die achtſamkeit, beobachtung; ut, *Temporum observantia*, in navigando ſcil. Vellej. 2, 106, 3. *Attici observantia omnibus erat carior*, ſc. in vitanda ſuſpicione, Nep. 25, 6, 5. conf. Cic. pro Mur. c. 34; & pro Balbo c. 28. *Vetustissima juris observantia defecit in hoc*, Pompon. lib. 2 de Orig. I. § 24.

¶ Obſervātus, *a*, *um*, angemerckt, in acht oder wahrgenommen. Ovid. Pont. 4 epiſt. 13, 10 *Per observatas notas.* Virg. Æn. 2, 753 *Vestigia retro Observata sequor.* Cic. de Orat. 1, 23 *Observata in usu, a peritis animadversa ac notata.*

¶ Obſervate, adverb. aufmerckſam; ut, *Observate curioseque animadvertere*, Gell. 2, 17, i. e. accurate.

¶ Obſer-

¶ Obſervatus, *ûs*, f. ſubſt. obſervatio, die wahrnehmung. Varro R. R. 2, 7 *Ex obſervatu dicunt, eum equum habere annos ſedecim.*

¶ Obſervātio, *ōnis*, f. animadverſio, die anmerckung, achtgebung; ut, *Diuturna obſervatio notandis rebus fecit artem*, Cic. Divin. 2, 71. *Obſervationem non artem dicit oratoriam* Antonius ap. Cic. de Orat. 1, 20; & 2, 8; quod refert etiam Quint. 2, 17 p. 191 Burm. Id. Cic. Off. 2, 25 *Notitiâ ſui corporis & obſervatione ſuſtentatur valetudo.* Et, *Obſervatione perpetuâ dignum aliquid*, Quintil. 2, 11. ¶ 2. Idem aliquando quod honor & reverentia, die ehrerbietung. Val. Max. 1, 1, 8 *Quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaque obſervatio redderetur.*

¶ Obſervator, *ōris*, m. ein aufmercker, achthaber. Sen. epiſt. 41 pr. *Sacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſervator & cuſtos.* Cenſorin. de Nat. die c. 3 *Genius nobis aſſiduus obſervator appoſitus eſt.* Plin. Paneg. c. 40 *Nemo obſervator, nemo caſtigator aſſiſtet.*

¶ Obſervatrix, *īcis*, f. eine aufmerckerin. Tertull. de Corona c. 4 pr. *Traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix.*

¶ Obſervābĭlis, *e*, mercklich; ut, *Manus averſæ tectæque minus ſunt obſervabiles*, id eſt, caveri minus poſſunt, Quintil. 9, 1. Loquitur de certamine armorum. Et, *Obſervabilis patientia*, Apul. Met. 11 pag. 267. Et, *Obſervabilia in ſinibus.* Sic. Flacc. de Condit. agror. p. 13.

¶ Obſervĭto, *are*, frequent. wohl in acht nehmen. Cic. Divin. 1, 45 *Deorum voces Pythagorei obſervitaverunt.* conf. Apul. de Deo Socr. p. 52.

¶ Inobſervans, *tis*, unachtſam. Pallad. 1, 35 *Inobſervantes homines.*

¶ Inobſervantia, *æ*, f. id eſt, indifferentia circa rem aliquam, die unachtſamkeit, docti legunt in Suetonii Aug. c. 76; *Ex hac inobſervantia &c.* v. ibi Caſaub. & Torrentium.

¶ Inobſervātus, *a*, *um*, unbemerckt, nicht wahrgenommen. Sen. epiſt. 40 *Inobſervatus curſus.* Id. Qu. Nat 3, 26 *Tempus inobſervatum.* Frontin. Strat. 3, 2, 8 *Negotiationum ſpecie inobſervati portas aperuerunt ſuis.* Ovid. Faſt. 3, 111 *Inobſervata fidera.* conf. Id. Met. 2, 544 & Martial. 8, 32.

¶ Inobſervābĭlis, *e*, unvermerckt, unvermercklich. Catull. de Nupt. Pel. & Thet. 115 *Inobſervabilis error.* Plin. 2, 17 *Martis eſt maxime inobſervabilis curſus.* De planeta loquitur.

¶ Perſervo, *are*, conſtanter ſervare, verbehalten. Tertull. de Patient. c. 5 *Si divino interdicto patientiam perſervaſſet.*

¶ Præſervo, *are*, exemplum nullum apud auctores idoneos habet, etſi medicis perquam familiare eſt. v. Cellar. Antibarb. p. 83. *Præſervare* pro *obſervare* uſurpavit Cæl. Aurel. de Morb. acut. 3, 8 n. 90.

¶ Reſervo, *are*, eſt in futurum ſervare, vorbehalten, zurückhalten, verſparen; ut, *Reſervare in aliud tempus*, Cic. de Prov. conſul. c. 20; &, *Ad tempora dubia reſervare*, ſparen auf gefährliche oder böſe zeit, Id. pro Font. c. 15. *Reſervare pœnam*, Id. pro Cœlio c. 24. Et, *Reſervari ad periculum alterius*, Cæl. B. C. 1, 2. *Me ad majora reſervo*, Virg. Æn. 4, 368.

¶ Rĕtervans, *tis*, der zurücke hält; ut, *Natura reſervans ſemina*, Lucret. 1, 607. Et, *Nuptiale baſium reſervans*, Martial. 11 epigr. 99.

¶ Reſervātus, *a*, *um*, aufgehoben, entriſſen. Cic Cat. 4, 9 *Habetis conſulem ex plurimis periculis & inſidiis ad ſalutem veſtram reſervatum.*

¶ Reſervatum, *i*, n. ſubſt. ein vorbehalt; ut, *Reſervata mentis.*

¶ Reſervātio, *ōnis*, f. die zurückhaltung, verſparung.

¶ Reſervator, *oris*, m. der zurück hält, ICt. in Dig.

SĒRVS, *a*, *um*, idem quod tardus, ſpat, langſam. Cic. fam. 2, 7 *Sera gratulatio reprehendi non ſolet.* Martial. 1 epigr. 16 *Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodie.* Ovid. Metam. 6, 29 *Non omnia ſegnior ætas, Quæ fugiamus, habet: ſeris venit uſus ab annis*, das alter giebt erfahrung. Seneca Thyeſte v. 487 *Serum eſt cavendi tempus in mediis malis.* Tibull. 1, 10, 3 *An miſer, & ſi quis primo perjuria celat, Sera tamen tacitis pœna venit pedibus* Quod forte reſpexit Statius, cum lib. 5 Theb. ſcriberet v. 688 *At videt hoc, videt ille Deûm regnator, & anſis Sera quidem, manet ira tamen.* ¶ 2. Sed Virg. Æn. 5, 524 *Seraque terrifici cecinerunt omnia vates*, id eſt, triſtia omnia; ubi Servius: SERA, *gravia*; Salluſtius: *Serum bellum in anguſtiis futurum, id eſt, grave.* ¶ 3. *Sera*, vel *ſero fieri* dicuntur, quæ fruſtra jam fiunt, amiſſa agendi opportunitate. v. Brouckh. ad Tibull. 1, 9, 41. ¶ 4. Reperiuntur & cæteri gradus. Ita compar. Martial. 7 epigr. 95 *Sic ad Lethæas, niſi Neſtore ſerior undas, Non eat, optabis quem ſupereſſe tibi.* Colum. 4, 23 *Siccitas ſeriorem putationem facit.* Liv. 2, 3 pr. *Id ſpe omnium ſerius fuit.* Plin. 15, 15 de pyris: *Seriſſima omnium amerina.* Et Vellej. 2, 31, 1 *Seriſſimi ſucceſſores.* ¶ 5. Male Erythræus Ind. Virg. p. 483 priorem in *Serus* indifferentem putat. v. Drakenb. ad Sil. 13, 252.

¶ Sērum, *i*, n. ſubſt. pro extrema parte diei, ſeu veſpere, der abend. Suet. Aug. c. 60 *In ſerum dimicatione protracta &c.* Liv. 7, 8 *Caſtrorum oppugnatione, quia ſerum erat diei, abſtinuere.* Id. 10, 28 *Extrahebatur in quam maxime ſerum diei certamen.* Tac. An. 2, 21, 5 *Iamque ſero diei ex acie ſubduxit legionem faciendis caſtris.* ¶ 2. Sed *Serum*, penultima brevi, vide ſupra ſeorſum.

¶ Sēra, *æ*, f. ſubſt. etiam dicitur; ſubaudi *Hora.* vide infra *Veſper.*

¶ Sēro, adverb. ſpåte. Ovid. Remed. am. v. 91 *Principiis obſta; ſero medicina paratur, Cum mala per longas invaluere moras.* Cic. ad Qu. fr. 3, 1, 4 *Sero allata eſt epiſtola*, langſam, ſpåt, auf den abend, quam propriam eſſe ſignificationem, Valla tradit 4, 17. Ita, *Sero molunt Deorum molæ*, proverbiale de his, qui, licet tardius, tamen aliquando pœnas dant malefactorum vindici Deo. Sicut Germani dicunt, Gott kan einem wohl eine zeche borgen, v. Chil. Et, SERO SAPIVNT PHRYGES, *proverbium.* vid. ſupra *Phryx* in *Phrygia.* ¶ 2. *Serius*, compar. etwas langſam, zu ſpåt; ut, *Serius venire*, Cic. de Orat. 1, 23. Id. ad Qu. fr. 3, 1, 3 *Mittit ſerius quam conſtituerat.* Et Accius ap. Feſtum: *Ne ſi forte paullo, quam tu veniam ſerius.* ¶ 3. Et ſuperl. *Seriſſime*, Plin. 15, 17 *Tarentina* (pira) *ſeriſſime legi.* Cæl. B. C. 3, 75 *Vt quam ſeriſſime ejus profectio cognoſceretur.*

¶ Sērĭtas, *ātis*, f. die langſamkeit verſpåtigung. Symmach. 3 epiſt. 28 *Define animum noſtrum epiſtolarum ſeritate metiri.*

¶ Sērōtĭnus, *a*, *um*, ſpåt, langſam; ut, *Tempus ſerotinum*, die abendzeit, Colum. 11, 2. *Poma ſerotina*, quæ tarde maturescunt, ſpåtlinge, Id. de Arbor. c. 21. *Serotinæ hiemes*, ſpåte winter. vide *Hiems.* Sic, *Serotini pulli*, Colum. 8, 5 ſub fin. Et, *Ficus ſerotina*, Id. de Arbor. c. 21. ¶ 2. Penultima quanta ſit, non ſatis convenit. Vulgo corripitur, at vero Iul. Cæſ. Scaligero de L. L. 4, 98 producenda videtur, quem & Friſchlinus & alii ſequuntur. Nam quum auctoritas poëtæ claſſici deficiat, analogiam ſequi nos volunt. Sic autem dici *veſpertīnus*, *matutīnus*: ergo ſic *ſerotīnus*, penultima producta. Sed recte monet Voſſius de Arte Gramm. 2, 23, deceptum fuiſſe virum ſummum. Eſt enim diverſa inter *matutinus*, *veſpertinus*; & *ſerotinus*, *diutinus* ratio. Illa a nominibus, hæc ab adverbiis veniunt. Quæ a nominibus ſunt, producunt penultimam, ut *matutinus* a *matuta*: *veſpertinus* a *veſper*: *collinus* a *collis*: *adulterinus* ab *adulter*: *divinus* a *divus*, & cætera hujus generis; ſed quæ ab adverbiis deſcendunt, eamdem corripiunt: ut, *craſtinus* a *cras*: *priſtinus* a *prius*, ſeu *pris*: *perendinus* a *perendie &c.* Ita igitur & *diutinus* a *diu*: *ſerotinus* a *ſero.* Sic enim & Priſcianus τὸ *Hornotinus* inter ea recenſet, quæ penultimam correptam habent, quem vide lib. 2 c. ult. Vt agatur auctoritatibus etiam res: ſane *diutinus* Prudentius Hymno in Laurentium dixit v. 397 *Poſtquam vapor diutinus.* Et *Serotinus* Hilarius Geneſi v. 17 *Omnia cum tegeret nigrum chaos, altaque moles Deſuper urgeret informis corpora mundi, Et caliganti premeret ſerotina nocte.*

Sĕrvula, ſervulus, ſervus, vide ſupra in *Servio.*

SĒSAMVM, *i*, n. σήσαμον, legumen eſt, ſeſam. Plin. 18, 10 *æſtivum* dixit *frumentum, ex India primum allatum.* Affertur nunc ex Ægypto, ſemen gerit vaſculis incluſum, papaveris modo. Illi, ut rei omnium ſuaviſſimæ ac delicatiſſimæ, vel præcipuus inter bellaria locus, etiamnum apud Lucenſes, ut memorat Dalechamp. ad Plin. 22, 25. Vnde Petronius c. 1 *Mellitos verborum globulos & omnia dicta factaque quaſi papavere & ſeſamo ſparſa.* Plaut. Pœn. 1, 2, 112 *Obſecro hercle, ut muſſe loquitur!* MI. *Nihil niſi laterculos, ſeſamum, papaveremque, triticum, & fricta nuces.* vid. Caſaub. ad Athen. 3, 27. Adde Celſ. 5, 15 & 18 n. 27; Colum. 2, 10; & 7, 13; & 11, 2; & 12, 57; Plin. 15, 7; Apul. de Herb. c. 49; Dioſc. 2, 90.

¶ Sesāma, *æ*, f. idem. Plin. 18, 10 *Seſama ab Indis venit, & ex ea oleum conficiunt.* conf. Colum. 2, 7.

¶ Sēsamĭnus, *a*, *um*, adject. ut, *Oleum ſeſaminum*, Plin. 23, 4; & 28, 11.

¶ Seſamoīdes, *is*, f. σησαμοειδὲς, ſtern-frucht-kraut, herba, ſed nota Anticyranis tantum. Duplex eſt, *magnum* & *parvum.* *Magnum* in Anticyra *Elleborus* dicitur. v. Dioſc. 4, 147 & 148; & Plin. 22, 25; & 25, 5.

¶ Euſesāmum, *i*, n. εὐσήσαμον, bonum ſeſamum, Octav. Horat. 1, 23.

SESCĒNAR, vel Seſcenaris, *is*, m. vox antiqua, legitur apud Liv. 41, 15 *Bovis ſeſcenaris, quem immolaviſſet, jecur.* Gutherius intelligit bovem ſetcena, (quam Feſtus *ſcenam* ſive *ſacenam* appellat,) id eſt, dolabra pontificiali a victimariis percuſſum; de Iur. Pontif. L. 4 c. 18. At Græv. corruptum locum, & *bovis ſexcenarii*, h. e. ſexcentarum librarum ſcribendum eſſe, putat. v. præf. T. V. Antiqq. Rom.

Seſculyſſes, vide infra *Vlyſſes*, Seſcuncia, &c. *Vncia*, Seſcuplus, *Sesqui.*

SĔSĔLIS, *is*, f. ſtein-klee. Cic. Nat. D. 2, 49 *Cervæ paullo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quæ Seſelis dicitur.* Sed Ariſtoteles id ab ipſis fieri ſcripſit ſtatim a partu. ¶ 2. Dicitur etiam *Sili*, *Seli* & *Seſeli*, gen. neut. v. Dioſc. 3, 55 & 56 σέσελι: & Plin. 20, 5. Germanis ea eſt ſteinbrech. conf. Plin. 25, 8.

SĔSOSTRIS, *is*, m. rex Ægyptiorum, qui regibus captivis curru junctis vectus triumphaſſe dicitur, v. Plin. 33, 3; Lucan. 10, 276; Val. Flacc. 5, 418; & Auſon. epiſt. 19, 19.

SESQVI, indecl. legitur in compoſitione fere cum nominibus aut menſuram, aut tempus, aut numerum, aut modum ſignificantibus. Gloſſ. Phil. ſesquitertiam ἐπίτριτον. Eſt autem ἐπίτριτος apud Macrob. in ſom. Scip. 2, 1, *cum de duobus numeris major habet totum minorem, & inſuper ejus tertiam partem*, ut 4 ad 3 Sesqui igitur eam vim habet, quam ἐπί, ſi numeralibus ordinalibus Græcorum præponatur, ut totum ſignificet & inſuper partem quotam totius, quæ numerali indicatur. Ita quod Plato in Timæo dicit, ἡμιολίων δὲ διαστάσεων γεγονότων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων &c. Cicero de univerſo c. 7 dixit, ſesqui alteris autem intervallis, & ſesquitertiis, & ſesquioctavis, h. e. $1\frac{1}{2}$, $1\frac{1}{3}$, $1\frac{1}{8}$, ut 3 ad 2; ut 4 ad 3; ut 9 ad 8. Conf. Scal. de A. Poët. 2, 16. ir. Martinii Lex. Philol. Cic. in Orat. c. 56 *Neceſſe partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſesqui eſſe majorem. Ita fit ſe qui pæon.*

¶ Sesquĭplex, *ĭcis*, anderthalbfältig, idem quod *ſesquialter*, vel dimidio major. Cic. in Orat. c. 57 *Modus aut ſesquiplex, aut duplex.*

¶ Seſcuplex, *ĭcis*, idem. Quintil. 4, 9 p. 843 *Rhythmus ſeſcuplex, ut pæon.*

¶ Sesquĭplus, *a*, *um*, anderthalb ſo viel. Plin. 2, 22 *Spatii ad ſolum ſesquiplum*, Inde *ſesquiplum ad ſigniferum.*

¶ Seſcŭplus, *a*, *um*, idem. Gloſſ. Vet. *Seſcuplum*, ἓν ἥμισυ μέρος. Cenſorinus de Die Natal. c. 11 *Seſcuplam faciunt rationem*, nempe novem dies cum ſex collati. Adde Quintil. 9, 4.

¶ Sesquiplāris, *e*, anderthalbig. Veget de Re milit. 2, 7 in MSS. *Duplares duas, ſesquiplares unam ſemis conſequebantur annonam.* vid. Stew.

Sed Compoſita:

¶ Sesquialter, quære in *Alter*, Sesquicubitus, ſesquicubitalis, *Cubitus*, Sesquiculearis, *Culeus*, Sesquicyathus, *Cyathus*, Sesquidigitus,

ſesquidigitalis, *Digitus*, Sesquihora, *Hora*, Sesquijugerum, *Jugerum*, Sesquilibra, *Libra*, Sesquimenſis, *Menſis*, Sesquimodius, *Modius*, Sesquiobolus, *Obolus*, Sesquioctavus, *Octo*, Sesquiopera, ſesquiopus, *Opera*, Sesquipes, ſesquipedalis, ſesquipedaneus, *Pes*, Sesquiſenex, *Senex*, Sesquitertius, *Tres*, Sesquiulyſſes, vel Sesculyſſes, *Ulyſſes*, Sesquunx vel ſescunx, ſescuncia, ſescuncialis, *Uncia*.

Seſſibulum, ſeſſilis, ſeſſimonium, ſeſſio, ſeſſito, &c. vide ſupra *Sedeo*.

Seſſius, vide *Sero, ſevi*, Seſſor, ſeſſorium, *Sedeo*.

SESTERTIVS, *i*, m. unde dictus ſit, Vitruvii verbis dicemus 3, 1 *Noſtri in denario denos æreos aſſes conſtituerunt - - etiamque quartam ejus partem, quod efficiebatur ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſis, ſeſtertium* (q. d. ſesquitertium) *nominaverunt*. Vnde nota vetus illi duabus integris lineis conſtans & una dimidia, qua uti ſolet ex MSS. in Plinio ſuo Harduinus, itemque alter IIS duo & ſemis notans, quæ tandem coaluit in HS vulgatiſſimam nunc notam. Valebat igitur, ut indicavimus, quartam denarii partem, ab ejusque adeo æſtimatione pendet æſtimatio ſeſtertii. Nos, qui plura volent, dimittimus ad *Io. Frid. Gronovii* luculentum *de ſeſtertio vel pecunia veteri* opus, quo aliorum omnium ſtudia reſtinxit; propoſuiſſe hic contenti facillimam eandemque exquiſitam Eiſenſchmidii computationem, qui ſeſtertio uni tribuit groſſum imperialem, 1 Kayſergroſchen; quorum 5 faciunt 4 Miſnicos, 10 libram Turonenſem, 20 florenum imperialem ſive Rhenanum, 30 imperialem, 1 reichsthaler, &c. Adde Feſt. cum not. Dacerii.

¶ Seſtertium, *i*, n. idem eſt, quod mille ſeſtertii ſeu mille ſeſtertium, (qui pluralis eſt genitivus pro *Seſtertiorum*;) & *mille nummûm*, & *mille ſeſtertiûm nummûm*, h. e. 50 floreni Rhenani, 33 imperiales ſ. thaleri cum tertia unius parte. Idem igitur etiam eſt *decem millia ſeſtertiûm* & *decem ſeſtertia*, 500 floreni &c. *Viginti ſeſtertia*, 1000 fl. *Triginta ſeſtertia*, 1500 fl. *Quadraginta ſeſtertia*, 2000 fl. v. Colum. de Arborib. c. 1. ¶ 2. Sed in hac formula, *Decies ſeſtertium*, ſcias ſubintelligi oportere, *centena*, ſeſtertia puta, ut ſit & hoc idem, *Decies ſeſtertiûm*, hoc eſt, decies centena ſeſtertia, & decies centenorum millium ſeſtertium *nummorum* puta, 50000 fl. Sic Verrina prima *Seſtertium millies*, id eſt, 5000000 ſ. quinque milliones florenorum. ¶ 3. *Seſtertium* aliqui pro linteamine habent, cujus triplici licio texti tertium filum duobus impar fuerit, ubi Auguſtus Suetonii c. 83 *Seſtertio vel lodicula indutus* dicitur. Alii *Segeſtrum* legunt, de quo ſupra.

¶ Seſtertiŏlum, *i*, n. dimin. ein neunpfenniger. Martial. 1 epigr. 59 *Donare ſeſtertiolum*.

¶ Seſtertiārius, *i*, m. qui nil niſi ſeſtertium in cenſu habet, pauper, der nicht viel hat; ut, *Gladiatores ſeſtertiarii*, Petron. c. 45.

SESTVS, *i*, f. urbs ad Helleſpontum in Cherſoneſo Thraciæ, e regione Abydi, templo Veneris & amoribus Herus & Leandri nobilitata. Hinc

¶ Seſtias, ădis, f. cognomen Herus gentile. Sidonius carm. 11, 71 *Et Seſtias iſſet in undas*.

¶ Seſtiăcus, *a, um*, adj. Auſon. in Moſella v. 287 *Seſtiacum pelagus*.

¶ Seſtiānus, *a, um*, aliud adj. ut, *Seſtiana mala*, Colum. 12, 45.

SĒTA, *æ*, f. pl. Setæ, pili ſunt horridi & erecti, cujusmodi in ſuibus ſunt & caudis equinis, borſten, ſauhaare. Cic. Tuſc. 5, 20 de Dionyſio & Damocle: *In medio apparatu fulgentem e lacunari ſeta equina appenſum dimitti juſſit, &c.* an ein pferdehaar. Mart. 1 ep. 56 *Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta*. Variorum quadrupedum eſt: ut, *Tegmen leonis ſetis impexum*, Virg. Æn. 7, 667. Et ibid. 790 *Io jam ſetis obſita, jam bos*; de eadem in humanam figuram redeunte Ovid. Met. 1, 739 *Fugiuntque e corpore ſetæ*. Plaut. Caſ. 5, 2, 49 *Quaſi ſetis labra mihi compungit barba*. Ovid. Met. 13, 850 *Hirtæ in corpore ſetæ*. Colum. 7, 9 *Denſæ & nigræ ſetæ grex*. Vitruvio etiam 7, 9 *Seta* eſt penicillum e ſetis compoſitum, ein pinſel, borſtwiſch, ubi ait: *Ceram punicam ſeta inducat*.

¶ Sētula, *æ*, f. dimin. ein borſtlein. Arnob. 7 p. 226 *Solas ergo immolare diis lanas vulſasque ex hoſtiis ſetulas, &c.*

¶ Sētōſus, *a, um*, ſetis abundans, borſtig, voll borſten. Sic, *Aures ſetoſæ*, Plin. 8, 25 inter notas ſunt generoſi tauri. *Aper ſetoſus*, Virg. ecl. 7, 29. *Pecus ſetoſum*, Colum. proœm. operis *raripilo* oppoſuit. Adde Celſ. 2, 8; & Pallad. 2, 24.

¶ Setārius, *i*, m. qui ex ſetis porcinis peniculos conficit, ein bürſtenbinder.

¶ Sētĭger, *a, um*, idem ac *Setoſus*. Ita aprum vocat Ovid. Met. 8, 376. Sic, *ſus ſetigera*, Virg. Æn. 12, 170. *Setigerum latus*, Val. Flacc. 3, 50.

¶ Bīsētus, *a, um*, a bis & ſeta, zweyborſtig. Feſtus: *Biſeta porca dicitur, cujus a cervice ſetæ bifariam dividuntur, cum jam eſſe incipit major* (ætate) *ſex menſium*.

SĒTĂBIS, *is*, f. urbs & gens Hiſpaniæ lino celebris ad fluvium Tarraconem. vid. Silius 3, 373; & Gratius Cyneget. v, 41. ubi plerique *Setabis* legunt.

¶ Sētăbus, *a, um*, adj. ut, *Linum Setabum*, Plin. in præfat. *Sudaria Setaba ex Hiberis*, Catull. 12, 14. conf. 25, 7.

¶ Setabitānus, *a, um*, idem; ut, *Setabitani populi*, Plin. 3, 3.

SĒTĀNIVM, *i*, n. vel Setania, *æ*, f. genus meſpilorum in Italia frequens, Plin. 15, 20. Hinc Plaut. Truc. 5, 1, 16 *Non poſſunt militares pueri ſetanio educier*. v. Muret. Var. Lect. 9, 13. ¶ 2. *Setanium*, bulbi ſpecies, Plin. 19, 5. Et, *Setania*, cæpa, ibid. c. 6.

SĒTIA, *æ*, f. Σητία, urbs Campaniæ Straboni, Ptolemæo & Stephano memorata. Hinc

¶ Sētīnus, *a, um*, adj. ut, *Setini agri*, Plin. 3, 5. Et, *Setinum vinum* appellatum, cujus magna auctoritas Sane ab Auguſto & ſecutis principibus cunctis aliis Italiæ prælatum, v. Plin. 14, 6. Meminit ejus & Iuvenalis 10, 27. Illud Statius ipſius *Setiæ* urbis nomine deſignavit 2 Silv. 6, cum ait v. 90 *Nec quod tibi Setia canos Reſtinxit cineres*.

Setĭger, ſetoſus, ſetula, vide jam ante in *Seta*.

SEV, conjunctio disjunctiva, idem ſignificans quod *vel* & *ſive*, ſed bis, aut ſæpius repetita: ut, *Seu recte, ſeu perperam facere cœperunt*, entweder wohl oder übel, Cic. pro Quint. c. 8. Solent veteres his particulis ita uti, ſiquidem cauſa rei, quam narrant, duplex reddi poteſt. v. Iac. Gronov. ad Liv. 4, 56. Et ſemel poſita, *ſeu potius*, oder vielmehr. Quintil. proœm. lib. 8 *Figuras ſeu translationes mutuamur. Seu & ſive* etiam ſæpius alternatim ponuntur. vid. Ter. Andr. 1, 5, 59; Virg. ecl. 8, 6; ecl. 10, 38; Æn. 1, 222, &c. Cort. ad Salluſt. 35, 21; & Interpp. Livii ad 10, 14.

Sevaceus, vide *Sebaceus*, Sevalis, *Sebalis* in *Sevum*, Sevectus, ſeveho, *Veho*.

SĒVĒRVS, *a, um*, gravis, cenſorius, ſtreng, ernſtlich, ernſthafftig; ut, *Iudex ſeverus*, Cic. pro Cluent. c. 20. *Magnus vir acerbo ſeverus in filium*, Id. Off. 3, 3, extr. *Severus ad judicandum*, Id. Verr. 2, 10. Nimirum *Severus* is dicitur, qui ſeriis & paullo triſtioribus moribus eſt, qualis Cato fuit; qui nihil cuiquam indulget temere, nihil connivet, ac neque parva negligit; ſed accurate exigit omnia, quemadmodum Cæſarem Suetonius *diligenter ſevereque domeſticam diſciplinam rexiſſe*, ejus vita c. 48 prodit. Ita Virg. Æn. 8, 638 *Cures ſeveros* vocat auſteros & cenſorios. conf. Nonius 4, 418. Perſius 1, 64 *Severos ungues* dixit, qui diligentiſſime exigunt lævitatem operis atque explorant. Formula enim loquendi a marmorariis petita, qui ungue opera ſua exigere ſolent. Vnde *ad unguem facta* perfectiſſime expolita dicuntur. v. infra in *Unguis*. Sic, *Severiores ſenes*, Catull. 5, 2. *Severiſſimi imperii vir*, Liv. 4, 26. *Familia ſeveriſſima*, Cic. Verr. 2, 10. ¶ 2. Quia propius ad ſævitiam accedit ſeveritas, idcirco Plaut. Trin. 4, 1, 6 *Severum* & *Sævum* conjunxit, conf. Id. Giſt. 3, 15; & Burm. ad *ſeveras hiemes* apud Quint. Decl. 4, 14 p. 96; ubi laudat *Severa pelage*, Lucret. 5, 36; *Furias turbam ſeveram*, Propert. 4, 11, 22; *Severum uncum*, Horat. 1 od. 35, 19. Sic Virg. Ge. 3, 37 *Amnem ſeverum Cocyti* vocat, i. e. implacidum, horrendum. ¶ 3. Eſt & nomen viri, *Cornelius Severus*; vide ſupra *Cornelius*. De *Septimio Severo, &c.* vid. Spartian. in Didio Iul. c. 5 & 7; deque *Severo Imp.* ſcripſit idem Spartianus ſeorſum. De *Alexandro Severo Imp.* v. Lamprid. Plures vide apud Tacitum & alios. De *monte Severo* Virg. Æn. 7, 713.

¶ Sĕvēre, adv. graviter, aſpere, mit ernſt, ſcharff; ut, *Severe dicere*, Cic. Off. 1, 37. *Lites ſevere æſtimatæ*, Id. pro Mur. c. 20. Et, *Severiſſime acta ætas*, Id. pro Roſc. Com. c. 15. *Severiſſime jus dicere*, Suet. Cæſ. c. 43. *Severius matrimonia coërcere*, Iuſtin. 3, 3, 8. *Aquam bibentes coërcebat ſeveriusque increpabat*, Gell. 19, 5. Cæſ. B. C. 3, 25 *Cæſar Brundiſium ad ſuos ſeverius ſcripſit*. ¶ 2. *Severe*, id eſt, exacte, ad unguem, richtig. Fabianus apud Sen. Controv. 12 *In hos exitus varios ille ſecatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat: at quam junctus ſevere*. Ita enim hunc locum emendat Caſaubonus ad Suet. Tac. An. 4, 2, 2 *Severius acturi*, i. e. magis ex diſciplina, ordentlicher.

¶ Severiter, idem. Tirinnius ap. Nonium 11, 5 *Severiter hodie ſermonem amica mecum contulit*. Plura ex Ennio & Afranio apud eumdem 11, 16. Adde & Apul. Met. 2 p. 126.

¶ Sevēritas, *ātis*, f. ernſt, ſchärffe; ut, *Severitas animadverſionis*, Cic. fam. 9, 14, ſcharffe ſtraffe, ernſtes einſehen. *Summa ſeveritas ſumma cum humanitate jungatur*, Id. fam. 12, 27. *Severitas diſciplinæ*, Quintil. 2, 2. *Adhibere ſeveritatem*, mit ernſt darzu thun, ernſt brauchen, Cic. Off. 1, 25 & 37. Eſt ille habitus, qui clementiæ, & lenitati, & comitati opponitur, cujus exceſſus *Aſperitas* eſt. v. ſupra in *Aſper, Aſperitas*. *Clementia* vero etſi magnam laudem habet; tamen *reipublicæ cauſſa* aſſumenda aliquando ſeveritas, quod Cicero Off. c. 1. monet. Quint. Decl. 300 *Male audire plerumque judicum nimia ſeveritas ſolet: nec unquam in convicium, niſi aſperæ ſententiæ veniunt*. Quod eo etiam pertinet, quod paullo ante monebamus, exceſſum *ſeveritatis*, aſperitatem eſſe. Nam *aſperas ſententias* non in commune de ſeveritate, ſed de *ſeveritate nimia* dixit. Verum ſeveritas cum gratia decora conjuncta laudabilis eſt. v. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 642.

¶ Sĕvēritūdo, *ĭnis*, f. die ſtrenge, ernſthafftigkeit. Plaut. Epid. 5, 1, 5 *Illi caperat frons ſeveritudine*. Et Apul. 1 Mileſ. p. 113 *Morum ſeveritudo*.

¶ Severiānus, *a, um*, a *Severo* ortus; ut, *Pyra Severiana*, ab inſitore, Plin. 15, 15. *Thermæ Severianæ*, Spartian. in Severo c. 19. De *Severianis* hæreticis v. Iſidor. 8, 5. Et Sidon. carm. 9, 316 *Præſtantemque tuba Sevērianum*.

Compoſita:

¶ Aſsĕvēro, *āvi, ātum, āre*, mit ernſt darthun, bezeugen, betheuren, beſtätigen, inter probationes admiſcere vim animi motumque, ut exponit Valla lib. 5. Sic, *Aſſeverare firmiſſime*, Cic. Att. 10, 14. *Nemo ulla de re poteſt aſſeverare ſine aliquo ejus rei propria & certa nota*, Id. Tuſc. 4, 11. Et paſſ. *Virum aſſeveratur in hoc, an tentatur?* Id. Verr. 2, 10. ¶ 2. Eſt & ſeveritatem induere, ſupercilium contrahere, ubi *Aſſeverare frontem* dixit, & quidem *rugis inſurgentibus*, Apul. Met. 3 p. 135, ſauer ausſehen, ein amts-geſichte machen. conf. Id. Met. 8 p. 203. Ita

¶ Aſsĕvĕrans, *tis*, der ernſtlich bezeuget. Tac. An. 13, 18, 1 *Virigravitatem aſſeverantes*, i. e. vultu præ ſe ferentes, die auf reſpect halten, ernſthafft und gravitätiſch ſeyn.

¶ Aſſeveranter, adv. cum aſſeveratione, betheuerlich, ernſtlich; ut, *Qu. Cicero valde aſſeveranter cum eo locutus eſt*, Cic. Att. 15, 19. Compar. Id. Acad. 4, 19 pr. *Hæc Antiochus fere multo etiam aſſeverantius in Syria, cum eſſet mecum*; Subaudi *dixit*, aut *locutus eſt*.

¶ Aſſeverāte, idem. Gell. 7, 5 *Scite & aſſeverate tragœdias actitare*. Apul. Apol. p. 289 *Crimina aſſeverate objectare*.

¶ Aſſeverātio, *ōnis*, f. die bezeugung, betheurung. Quintil. 4, 2 *Quorundam probatio ſola eſt aſſeveratione*. Et Cic. Att. 13, 23 *Omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offenſioni eſſe &c.* ¶ 2. Quidam Grammatici partem orationis conſtituerunt *aſſeverationem*, ut *heu*. vid. Quint. 1, 4 p. 47 Burm.

¶ Perſevĕrus, *a, um*, valde ſeverus, ſehr ernſtlich. Tac. An. 15, 48 extr. *Summum imperium non reſtrictum, nec perſeverum volunt*.

¶ Perſĕvēre, adverb. idem; ut, *Perſevere inquirere*, Plin. 9 epiſt. 5 pr.

¶ Perſĕvēro, *āre*, cum animi conſtantia & modeſtia continuare, verharren, fortfahren, dabey bleiben; ut, *Perſeverare & permanere in*

in ſua veteri ſententia, Cic. de Leg. 3, 12. *Perſeverare in conſtantia*, Id. Phil. 9, 3. Et, *Nullius niſi inſipientis eſt in errore perſeverare*, Id. Phil. 12, 2. Ita Cæſ. B. G. 5, 5 *Se ad armatum hoſtem iturum negat, in eoque perſeverat.* Et paſſ. Liv. 2, 35 *Perſeveratum eſt in ira.* Suet. Dom. c. 7 *Exſequi perſeverare*; qui alibi, *operiri perſeverare*, dixit. Sen. epiſt. 12 *Perſeverabo eum tibi ingerere.* Nep. 2, 5, 1 *Ne bellare perſeveraret.* ¶ 2. Elliptice ponitur hoc verbum, alio ſubaudito. v. g. Cic. de Amic. 7 *Cum ignorante rege, uter eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur; Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeveraret*, intellige *dicere.* Ne enim ſimpliciter pro *aſſeveraret* poſitum arbitremur, faciunt ſimiles ellipſes v. g. Suet. Veſp. c. 6 *Poſtquam iter ingreſſus, nuntiatum eſt, victum eum, ac vim vitæ ſuæ intuliſſe: nihilo ſecius Aquilejam usque perſeveravesunt*, intell. *ire.* ¶ 3. Iungitur & iſtud verbum quarto caſui. Cic. pro P. Quint. c. 24 *Genitores, te ipſum id, quod turpiſſime ſuſcepiſti, perſeverare & tranſigere potuiſſe*, fortſetzen, behaupten. Firmic. 5 Mathef. *Ira ſuas perpetuis indignationibus perſeverantes.* Symmach. 1 epiſt. 90 *Perſevera diligentiam.*

¶ Perſevĕrans, *tis*, beſtändig, verharrend, fortfahrend. Curt. 6, 7, 10 *Averſari ſcelus perſeverantem metu mortis terret.* Obſeq. c. 124 *Pertinaciter perſeverans.* Compar. Liv. 5, 30 *Valerius perſeverantior cædendis hoſtibus in fuga fuit.* Plin. 10, 23 *Perſeverantior feſtinat pervenire ad expetitas ſibi terras.* Colum. præfat. lib. 1 *Is mos ſervatus eſt perſeverantiſſimo colendorum agrorum ſtudio.* Et Auguſtin. epiſt. 25 *Perſeverantiſſimo clamorum fremitu.*

¶ Perſeveranter, adverb. conſtanter, beharrlich. Suet. Aug. c. 62 *Perſeveranter probavit.* Liv. 4, 60 *Bene cæptam rem perſeveranter tueri.* Val. Max. 7, 6 fin. *Calagurritani quo perſeverantius interemti Sertorii cineribus fidem præſtarent.* Liv. 21, 10 *Quo lenius agunt, ſeguius incipiant: eo, cum cæperint, vereor, ne perſeverantius ſeviant.* Plin. 4 epiſt. 21 *Defunctum quoque perſeverantiſſime diligo.*

¶ Perſeverantĭa, *æ*, f. quæ *in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua eſt permanſio*, ut Cicero definit de Invent. 2, 54, die beſtändigkeit, beharrung. Cic. pro Planc. c. 36 *Retinere perſeverantiam ſententiæ ſuæ.* Et Phil. 7, 5 *Conſtantia, gravitas, perſeverantia retinenda eſt.*

¶ Perſĕvĕrandus, *a, um*, beharrlich. Symmach. 10 ep. 73 *Quæ perſeverande religionis reverentia decernenda credidit.*

¶ Perſevĕrātus, *a, um*, continuatus, fortgeſetzt, fortgeſtellt; ut, *Perſeverata ixeda quatriduo*, Iuſtin. 12, 6, 15.

¶ Perſeverātio, *onis*, f. die fortwährung, die ſtandhaftigkeit. Apul. in Aſclep. extr. *Cognovimus te, æterna perſeveratio*; Sic Deum alloquitur.

¶ Perſeverābĭlis, *e*, verharrlich, unaufhörlich; ut, *Perſeverabilis reſumptio*, Cæl. Aurel. Tard. 3 c. 2. Et, *Perſeverabile orationum*, Irenæi Interpr. 4, 37.

Sevir, ſeviralis, ſeviratus, vide infra in *Vir.*

Sevo, ſevoſus, vide *Sevum*, Sevoco, *Vox.*

SĒVVM, *i*, n. quod & *Sebum* & *Sepum* dicitur, pinguedo illa eſt, quæ animalium omentis excipitur, Græci στέαρ dicunt, unſchlitt, talch. *Habet, unde excoquat ſevum ſenex*, proverbiale eſt apud Plaut. Capt. 2, 2, 31. v. Chil. De ſevo autem v. Celſ. 5, 3; Pallad. 1, 17; Plin. 15, 15; & inprimis 26, 6; & 29, 5.

¶ Sevōſus, *a, um*, talchicht; ut, *Medulla ſevoſa pecudum cornigerarum*, i. e. ſevi inſtar ungens, Plin. 11, 37.

¶ Sebālis, vel Sevalis, *e*, ex ſevo, aus talch; ut, *Fax ſebalis*, Amm. 18, 14.

¶ Sēbāceus, *a, um*, idem. Apul. Met. 4 p. 77 edit. Pric. *Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis noctarni luminis inſtrumentis clareſcunt tenebræ.* Hæc vulgaris lectio. Monuit autem tam Pricæus ex MS. Oxonienſi, quam Elmenhorſtius, ita ſupplendum eſſe: *Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis, & cæteris noct. lum. inſtr. &c.* ut ita appareat, ſubſtantive poſitum vocabulum eſſe.

¶ Sēvo, *āre*, ex ſevo candelas ducere, lichte ziehen, Columella 2, 22. Vbi tamen *candelas ſebare* legitur, quemadmodum & *ſebum* pro *ſevo* nonnulli dicunt.

SEX, ἕξ, numerale indeclinabile, ſechs. v. Feſt. *Sex menſes cum Antiocho fui*, Cic. in Bruto c. 91. *Bis ſex*, duodecim, Virg. Æn. 9, 272. Quibus dicatur *ſex numerus perfectus*, v. apud Vitruv. 3, 1.

¶ Sexies, adverb. ſechsmal; ut, *Hoſtis ſexies victus*, Liv. 4, 32. *Sexies conſul*, Patercul. 1, 15, 5.

¶ Sextus, *a, um*, ordinale, der ſechſte; ut, *Sextus ab Hercule*, Id. Vellejus 1, 3, 3; & *Sexta Olympiade*, ibid. 8, 4. Adde Plaut. Moſt. 4, 2, 41. Sic *Sextus decimus*, der ſechzehende; ut, *Sexto decimo Calendas Ianuarii*, Columell. 11, 2. Et, *Sexta decuma legio*, Tac. An. 1, 37, 4. ¶ 2. *Sextus*, prænomen ab ordine naſcendi ortum inter Romanos quamplurimos; ut, *Sextus Pompejus &c.*

¶ Sextum, adverb. ſechſtens; ut, *Marius ſextum conſul*, Cic. in Piſon. c. 9.

¶ Sexānus, *a, um*, aus der ſechſten ordnung; ut, *ſextani*, ſcil. milites, Plin. 3, 4.

¶ Sextius, *i*, m. nomen ejus, qui a Sexto aliquo deſcendit. vid. Panvin. de Nom. Rom. p. 2032, ut, *Titus Sextius &c.* ¶ 2. Vſurpatur etiam adjective; ut, *Sextia tabula*, Cic. pro Quintio c. 6. *Aquæ Sextiæ*, colonia a C. Sextio condita, ob aquarum copiam ita appellata. v. Liv. Epit. 61.

¶ Sextiānus, *a, um*, a Sextio quodam ortus: ut, *Sextiana mala*, Colum. 5, 10. Alibi *Seſtiana* vocat.

¶ Sēni, *æ, a*, diſtributivum, je ſechs und ſechs. Curt. 8, 14, 3 *Senos viros ſinguli currus vehebant.* Sæpe tamen, ut alia quoque diſtributiva, pro cardinali ponitur. Atque ita *annos decies ſenos* pro *ſexaginta* Ovid. dixit Faſt. 5, 623. *Ova terna, ſena*, Col. 8, 11. *Senideni*, v. ſupra in *Decem.*

¶ Sēnārius, *a, um*, aus ſechs beſtehend; ut, *Numerus ſenarius*, Cic. in Orat. c. 55. Et, *Verſus ſenarius*, trimeter, qui &

¶ Sēnārĭŏlus eſt, per diminut. apud Cic. Tuſc. 5, 23.

¶ Sēnio, *ōnis*, m. ita ſex illa in talis vel telleris dicuntur puncta, das ſees auf dem würfel. Sic dictus a numero ſenario. Quamquam de caſu laterum in talis hæ & ſubſequentes appellationes, non de numerorum in cubis noſtris dicebantur. A qua tamen opinione alii diſſentiunt, qui *Senionem* quaternarium in talis doctis dici indicant, das quater; ut Beroaldus in Suet. Auguſt. Sabellicus in eumdem, *Latus*, inquit, *in talo unitatem continens, canis vel canicula dicebatur.* Perſ. ſat. 3, 48 *Quid dexter ſenio ferret, Scire erat in votis, damnoſa canicula quantum Raderet.* Et Ovid. Triſt. 2, 473 *Quid valeant tali, quo puſſis plurima jactu Figere, damnoſos effugiasque canes. Latus huic oppoſitum* Venus *dicebatur ſive* Cous, *ſenarium continens*, (das ſees), *Reliqua duo*, CHIVS & SENIO *dicta: ternarium ille, hic quaternarium continens.* Τὴν μονάδα etiam τῇ ἑξάδι oppoſitam docet Lucianus Saturn. p. 608 lucrum ſi ἡ ἑξὰς ὑπερέντο φέροντα. Sed *Veneris jactum* alii etiam eum fuiſſe putant, cum quatuor tali diverſa latera obverterent, qui jactus omnia lucrabatur. Reſpexit huc Martialis 14 epigr. 14 *Cum ſteterit vultu nullus tibi talus eodem, Munera me dices magna dediſſe tibi. Binarius* autem & *quinarius* non erat in talo numerus, das tauß oder der zinck. Rurſus Martialis 13 epigr. 1 *Non mea magnanimo depugnat teſſera talo, Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.* Eraſmus in Proverb. χίος πρὸς κῶον, i. e. Chius ad Coum: *De comparatione vehementer inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum jactus, qui* Chius *dicebatur, unioni reſpondebat*, (das eß), Cous *ſenioni. Quem Græci* Chium *dicunt, nos* canem *vocamus, & quem illi* Coum *ſive ἑξάτην, nos* ſenionem, v. *Chius & Cous*, & præcipue Caſaub. in Suet. p. 154 & 146.

¶ Sexatrus, *us*, m. feſtus Minervæ dies, non ſecus ac *Quinquatrus* & *Septimatrus*, de quibus ſupra.

¶ Sexāginta, indecl. ſechzig. Colum. 12, 51 *Sextarii ſexaginta.* Martial. 7 epigr. 8 *Sexaginta numerare annos.* Id. 16 epigr. 26 *Sexaginta limina.* Ter. Heaut. 1, 1, 10 *Annos ſexaginta natus es &c.* du biſt ſechzig jahr alt. Hoc ſpatium vitæ qui confeciſſent, in ſenatum cogi non poterant. Sen. de Brevit. vitæ extr. *Lex a quinquageſimo anno militem non cogit: a ſexageſimo ſenatorem non citat.* Seneca vero pater, aut potius P. Aſprenas apud Sen. lib 1 Controv. ult. hoc non ad LX ſed LXV annum refert: *Senator*, inquit, *poſt ſexageſimum & quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur.* Viduæ etiam in priſca eccleſia non niſi LX annorum alebantur eccleſiæ ſumtibus: Hieron. in Eſa. c. 3, 4.

¶ Sexāgēſĭmus, *a, um*, der ſechzigſte. v. modo in *Sexaginta* dicta. *Quarto & ſexageſimo anno*, Cic. de Clar. Or. c. 94. *Die ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto*, Id. Att. 6, 1 extr. conſ. Att. 5, 13; & Gell. 15, 7. *Intra ſexageſimum diem*, Flor. 2, 2, 7. *Sexageſima menſis*, Mart. 6 epigr. 70; & 4 ep. 79.

¶ Sexāgies, adverb. ſechzigmal. Cic. Phil. 2, 18 *Orabat, ut te contra ſuum patrem, ſi ſexagies ſeſtertium peteret, defenderem*, id eſt, centum quinquaginta millia aureorum. conf. Lamprid. Commod. c. 12.

¶ Sexagēſies, idem. Mart. Capella lib. 6 cap. de Circuitu terræ: *Illa ſtadia quingenta trecentis ſexageſies complicata &c.*

¶ Sexīgēnus, *a, um*, je ſechzig; ut, *Sexageni millies*, id eſt, ſexaginta, Liv. 8, 8. *Bis ſexagenæ partes*, Manil. 2, 324. Et, *Sexageni dies*, Plin. 10, 17. Sed proprie & diſtributive in veteri Inſcriptione Narbonenſi apud Gruter. p. 231 SEXAGENOS DENARIOS PLEBI DEDI; id eſt, viritim totidem dedi.

¶ Sexagēnārius, *a, um*, ſexaginta annos natus, ſechzigjährig. Suet. Claudio c. 23, ubi de lege quæſtio eſt, *an ſexagenarius generare poſſit?* Lepide Lactantius 1, 16 *Utrum ſexagenarius Iupiter factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit?* Eutrop. 8, 3, 3 *Obiit* (Hadrianus) *major ſexagenario*, quod Livius 44, 43 ita expreſſit: *major ſexaginta annis.* ¶ 2. Sed, *Sexagenarios de ponte*, vetus proverbium. Sexagenarios enim olim, tamquam inutiles, de ponte mittebant, unde & *Depontani* dicti, de quibus ſupra in *Pons.* v. Feſt. & ibi Scalig. & Dacer. it. Scalig. in Conject. in Varr. p. 118; & Nonium 12, 22.

¶ Sextans, *tis*, quod & *Seſtans* veteres ſcripſere, das ſechſte theil eines dinges. v. Vitruv. 3, 1. Numulus fuit ſexta aſſis parte valens ſeu duabus unciis, ein gemeiner heller; ſi aſſem pro tribus numulis Mytorum accipias. ¶ 2. Baſileenſes ſextantem, ein rap oder augſter dicunt. ¶ 3. Eſt & ſexta jugeri pars *ſextans* Varroni L. L. 5, 36; & Columellæ 5, 1. ¶ 4. *Sextans*, menſura, in liquidis duos cyathos continet. Suetonius ſcribit, *Auguſtum ſolitum ſenos ſextantes bibere*, id eſt, ſextarium, in vita ejus c. 77.

¶ Sextantālis, *e*, ſechetheilig; ut, *Fuſi ſextantales*, Vitruv. 10, 6.

¶ Sextantārius, *a, um*, idem; ut, *Sextantarium pondus*, id eſt, ſextantis, Plin. 33, 3. De *Sextantariis aſſibus* vide Feſtum.

¶ Sextārius, *i*, m. ſexta pars congii, ein nöſſel, continens cyathos duodecim. v. auctores de ponderibus & menſuris. v. g. Eiſenſchmid. qui illum viginti octo pollicibus cubicis Pariſinis cum dimidio æſtimat. Cic. Off. 2, 16 *Si emere aquæ ſextarium mina cogeretur.* Horat. Art. poët. v. 74 *Vini ſextarius.* Liv. 7, 37 *Libras farris, ſextarios vini, contulerunt.* Adde de *Sextario* vel *Seſtario*, Caton. c. 13; Celſ. 6, 7; Vitruv. 9, 3; Colum. 4, 8; & 12, 16 & 51.

¶ Sextariolus, *i*, m. dimin. ein nöſſelein; Aug. apud Suet. in vita Hor.

¶ Sextīlis, *is*, m. der auguſtmonat. Nam ut Suetonius in Aug. c. 31 declarat, *Auguſtus ſextilem menſem e ſuo nomine nuncupavit. Sextilis* dicebatur, quod ſextus olim eſſet in ordine menſium. Horat. 1 epiſt. 7, 2 *Sextilem totum deſidero.* Id. 1 epiſt. 11, 19 *Sextili menſe.*

¶ Sextīlius, *i*, m. nomen Romanorum quorundam a Sexto deductum. Vnde & *Sextilia*, æ, f. mater Vitelliorum, Tac. Hiſt. 2, 64, 3; & 89, 4.

¶ Sextiliānus, *i*, m. nomen viri, apud Martial. 1 epigr. 12.

¶ Sextula, *æ*, f. ſexta pars unciæ, & ſemunciæ pars tertia, das ſechſte theil. Cic. pro Cæc. c. 6 *Fecit heredem ex deunce & ſemuncia Cecinnatum, ex duabus ſextulis M. Falcinium &c. Duas ſextulas* dixit pro tertia parte unciæ, quum aliud tamen vocabulum latinum haberet, *Duellum* ſcil. Nam duæ ſextulæ duellam faciunt, quæ tertia pars eſt unciæ, Budæus lib. 1 de Aſſe. Colum. 5, 1 *Sextula menſura agri eſt, jugere nimirum ſeptuageſima ſecunda pars, pedes CCCC, hoc eſt, ſextula, in qua ſunt ſcrupula quatuor.*

¶ Sextuplus,

¶ Sextŭplus, *a, um,* ſechsfach, ſechsfältig, ſechſerley. Gloſſ. Cyrill. *Sextuplum,* ἑξαπλοῦν.

¶ Sextuplex, *ĭcis,* idem. Eædem Gloſſæ: *Sextuplex,* ἑξαπλῆς.

Sexangulus, Sexangulatus, vide in *Angulus.*

Sexcentēnus, ſexcenteſimus, ſexcenti, ſexcenties, vide ſupra *Centum.*

Sexcentoplagus, vide in *Plaga.*

Sedecies, vel ſexdecies, ſedecim vel ſexdecim, vide in *Decem.*

Sexennis, *e,* & Sexennium, vide ſupra *Annus.*

Senideni, Senipes pro Sextipes, vide *Decem, Pes.*

Sexpondo, vide *Pondo.*

¶ Sexprimi, *orum,* m. pl. ſex principem in ſenatu locum habentes, die ſechs vornehmſten. Cic. N. D. 3, 30 *L. Alenus chirographum ſexprimorum imitatus eſt.*

Sexſignanus, vide infra *Signum.*

Sexticepſos, vide *Bicepſos* in *Caput.*

Compoſita ab initio:

¶ Biſſextus, *i,* m. dies intercalaris dicitur, qui ex horis circiter 6, quibus annus menſuram 365 dierum excedit, collectus, quarto quoque anno inſeritur, ut fiant 29 dies Februarii, der ſchalt-tag. *Biſſextus* dictus, quod poſt eum diem inſeratur, qui ſextus Calendarum Martii eſt, quæ duæ dies pro una habentur, & utraque ſexta Calendarum Martii dicitur. Vnde verſus: *Biſſextum ſexte Martis tenuere Calendæ.*

¶ Biſſextum, *i,* neutro genere, idem. Ammianus 26, 2 *Biſſextum vitans Februarii menſis, tunc illuceſcens.* Infauſtus autem non modo hic dies, ſed annus etiam totus, in quem ille inciderat, veteribus fuit, quamquam dies præcipue; ut Valeſius ad d. l. Ammiani ex Auguſtino probat p. 446.

¶ Biſſextilis, *e,* adject. ut, *Annus biſſextilis,* das ſchalt-jahr. vide Mathematic.

¶ Biſſextiālis, *e,* das zwey nöſſel hält; ut, *Olla biſſextialis,* Marcell. Empir. c. 15.

¶ Biſsēni, *æ, a,* zweymal ſechs oder zwölf. Auſon. in Monoſyll. Edyll. 12 *Biſſenas partes quis continet æquipares? as.* Et Prudent. Cathem. 12, 202 *Biſſena fœtarum ſemina.*

¶ Duodeſexaginta, acht und funfzig, de quo compoſitionis genere alibi. Plin. 11, 9 *Duodeſexaginta annis nihil aliud agere.*

¶ Duodeſexāgēsĭmus, *a, um,* acht und funfzigſt. Vellej. 2, 53, 3 *Duodeſexageſimum annum agens.*

¶ Superſextus, *a, um,* das über ſechs iſt. Mart. Capella 7 p. 251.

¶ Triſextius, *i,* m. Marc. Empir. c. 16 *Ad triſextium venire.*

¶ Vndeſexāginta, neun und funfzig. Liv. 23, 49 *Vndeſexaginta militaria ſigna*; & Plin. 36 c. 15 *Ludi undeſexaginta diebus facti.*

¶ Vndeſexagēsĭmus, *a, um,* neun und funfzigſt; ut, *Vndeviceſimus, Vndequinquageſimus.* Sic, *Vndeſexageſima pars,* Cenſorin. c. 19.

SEXVS, *us,* m. maris & fœminæ diſcrimen, naturam & habitum ſignificat, die art oder das geſchlecht, ex græco ἕξις, *habitus,* autore Feſto. Afranius ibidem: *Orbus virili ſexu,* i. e. liberis virilis ſexus. Sic, *Vtriusque ſexus multitudo,* Aur. Vict. Vir. Illuſtr. c. 2. Et, *Sexum muliebri motu mentiri,* Columella dixit præf. lib. 1 p. 6 pro diſſimulare, ſich wie ein weib ſtellen. *Sexus ſequior,* Apul. Met. 10 p. 249 id eſt, fœmineus. *Adoleſcens ambiguo ſexu,* ein zwitter, Liv. 27, 11; 31, 12. Pluraliter Lactant. 1, 16 extr. *Ex duobus ſexibus alter fortior, alter infirmior eſt.* ¶ 2. Peculiariter more antiquorum de fœminis dici vult Dan. Heinſ. ad Sil. 3, 114. ¶ 3. In neutro *virile ſexus* Plautus dixit Rud. 1, 5, 19. Et Tac. An. 4, 62, 3 *Affluxere avidi talium virile & muliebre ſexus.* Id. Hiſt. 5, 13, 5 *Multitudinem obſeſſorum omnis ætatis virile & muliebre ſexus, ſexcenta millia fuiſſe accepimus.* Adi Gronov. in Liv. 26, 47. Cui adverſatur Cort. ad Sall. Hiſtor. 2 p. 960. Adde Drakenb. ad Liv. loc. cit. ¶ 4. Veteres & *Secus* dicebant, eodem genere, priore correpta, quaſi a *ſecando.* Salluſt. Fragm. c. 15 *Virili & muliebre ſecus.* Auſonius in Grypho ſive Edyll. 11, 8 *Veſta, Ceres, & Iuno, ſecus muliebre, ſorores.* Et Auſon. epigr. 70 *Corrupit totum qui puerile ſecus.* Et, *Fœmineum ſecus,* Arnobius dixit 5 p. 103. v. Gronov. ad Liv. 26, 47 pr.

¶ Sexuālis, *e,* ad ſexum pertinens, dem mann- oder weibs-volck gehörig. Sic, *Sexualibus manibus,* i. e. alterius fœminæ, Cœl. Aurel. Acut. 3, 18, 184.

S I, particula cauſſalis, wenn, cum indicativo aliquando, nonnunquam cum conjunctivo verbo & voculis aliis conjuncta locutiones elegantes efficit; ut, *Si illum relinquo, ejus vitæ timeo; ſi opitulor, hujus minas,* Ter. Andr. 1, 3, 5. Ibid. 2, 1, 24 *Pamphile, ſi id facis, hodie poſtremum me vides.* Id. Eun. 1, 1, 6 *Si incipies, neque pertendes naviter.* Plaut. Sticho 5, 4, 28 *Bibe, ſi bibis,* trinck, willſt du trincken. Id. Pœn. 5, 4, 67 *Ite, ſi itis.* Et Cæſ. 4, 1, 7 *Quin datis, ſi quid datis.* ¶ 2. Sed, *Si illuſtruntur, ſi erumpunt omnia,* id eſt, quia illuſtrantur, quia erumpunt omnia, Cic. Cat. 1, 3. Et Liv. 1, 15 *Ipſa propinquitas loci, ſi Romana arma omnibus infeſta finitimis eſſent, ſtimulabat*: Si, id eſt, ſiquidem, quoniam, weil, ſintemal. Id. Liv. ſimiliter hac uſus particula 30, 30 dixit, *Si hoc ita fato datum erat.* Dion. Cato Diſt. 1 *Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt*; *Si,* id eſt, quandoquidem. In primis in precibus, ubi cauſſæ impetrandi allegantur, locus eſt huic particulæ. v. Cic. pro Arch. c. 12; pro domo c. 57, in Verr. 5 extr. it. Virg. Æn. 5, 798; & 6, 525 &c. ¶ 3. Cum ſubjunctivo vero conditionalem & incertum ſermonem efficit: *Si faciat, ſi faceres, ſi feciſſes &c.* Cic. pro Cluent. c. 26 *Quadraginta & millia, ſi eſſet abſolutus Oppianicus, pollicetur,* ſo fern als er los geſprochen würde. ¶ 4. *Si minus,* id eſt, ſin non, ſo nicht; *ſi modo,* ſo nur. Cic. pro Cluent. c. 6 *Si minus hominum famam timuiſſet, at &c.* Id. Att. 13, 19 extr. *Nitorem orationis noſtræ, ſi modo is eſt aliquis in nobis,* da anders derſelbe etwas vermag. *Si forte,* ob etwa; Id. ad eund. *Hæc te ſcire volui, ſi quid forte ea res ad te pertineret,* ob vielleicht die ſache dich angienge. *Si videtur, ſi videbitur,* dafern es beliebt: Cic. fam. 4, 2 *Tu, ſi videbitur, ita cenſeo facias.* Et, *Si me amas?* biſt du mein freund, wilſt du mein freund ſeyn: Id. fam. 5, 11 *De Dionyſio, ſi me amas, confice.* Et Ter. Eun. 4, 4, 54 *Tu pol, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis.* ¶ 5. Sed, *Si ego digna hac contumelia ſum maxime &c.* id eſt, *etſi,* ob ich wol, Ter. Eun. 5, 2, 26. Et Plaut. Capt. 2, 1, 28 *Si herus mihi es tu, atque ego me tuum eſſe ſervum aſſimulo, tamen viſo opus eſt.* ¶ 6. *Si,* pro *an.* Ter. Heaut. 3, 4, 7 *Viſam ſi domi eſt,* hoc eſt, an domi ſit. Virg. Æn. 4, 110 *Sed fatis incerta feror, ſi Iupiter unam Eſſe velit Tyriis urbem.* Cæſ. B. C. 1, 83 *Illi vadum fluminis Sicoris tentare, ſi tranſire poſſint.* Liv. 4, 20 pr. *Qui ſi in ea re ſit error, communis exiſtimatio eſt.* v. Periz. Animadv. c. 7 p. 279. Sæpe ita & Horat. ut, 1 epiſt. 3, 30; & ep. 6, 41; & ep. 7, 39; & 17, 4. Propert. 2, 29, 23 *Mane erat, & volui, ſi ſola quieſceret illa, Viſere.* Ovid. Met. 11, 678 *Et primo, ſi ſit, circumſpicit illic &c.* & Her. 5, 93 *Quæ ſi ſit Danais reddenda - roga.* Et hac ratione iſta particula innumeris locis uſus vetus interpres S. Bibliorum, ut & Patres latini. Græcis autem hæc locutio accepta eſt ferenda, qui eundem in modum utuntur particula *ἐὰν.* Adde Cic. fam. 3, 9 *Te adeunt fere omnes, ſi quid velis,* h. e. num quid velis. v. ibi Græv. ¶ 7. Virg. Æn. 6, 187 *Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat,* id eſt, utinam. ¶ 8. *Si Diis placet,* locutio eſt exclamantis & indignantis propter rei indignitatem, auctore Donato: Ter. Eun. 5, 3, 10 *Vide, ut otioſus ſit, ſi diis placet.* Indignatio eſt ironica, quæ in lingua vernacula ab aliis aliter ſolet efferri, wills Gott, ja hinter ſich ꝛc. Cic. de Orat. 3, 24 *Etiam Latini, ſi diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi exſtiterunt.* ¶ 9. *Si,* pro cum, ubi, poſtquam. Ter. Heaut. 5, 1, 5 *Abi nunc jam intro, atque, illa ſi jam laverit nuncia.* Et Phorm. 1, 2, 69 *Non, ſi rediſſet, ei pater veniam daret?* ¶ 10. Obſervent adoleſcentuli, hanc particulam non raro eleganter omitti. Ter. Heaut. 3, 1, 78 *Dare denegaris; ibit ad illud illico, Quo maxime apud te ſe valere ſentiet.* Ad DENEGARIS, ſubaudi, *ſi.* Liv. 3, 19 *Qui vere rem æſtimare velit,* ubi *qui* pro *ſi quis.* Et ſic Ovid. Faſt. 6, 113 *Huic aliquis juvenum dixiſſet amantia verba; Reddebat tales protinus illa ſonos.* Id. de Rem. am. v. 745 *Gnoſſida feciſſes inopem; ſapienter amaſſet: Divitiis alitur luxurioſus amor. Dixiſſet: feciſſet:* pro, *ſi dixiſſet, ſi feciſſet.* v. & Priſcianum 18, 3; it. Vlit. & Burm. ad Grat. cyneg. 60. Id. Burm. ad illud Ovid. am. 3, 2, 9 *Hoc mihi contingat*; & quos Drakenb. laudat ad Liv. 21, 10. De formula: *Absque te eſſet,* vide in *Absque.*

¶ Sin, quod ex *ſi* & *ne* eſt, his voculis, *aliter, minus, autem,* conjungitur; ſed ita, ut ſemper aliquid præcedat, redditurque *ſi vero,* ſo aber, wenn aber. Ter. Hec. 4, 4, 13 *Ego Pamphile eſſe inter nos affinitatem hanc ſine perpetuam volo: ſin eſt, ut aliter tua ſiet ſententia &c.* Cic. Att. 9, 15 pr. *Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar; ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo,* ſo aber, wo aber nicht. *Sin aliter,* ſtehet es aber anders: Cic. fam. 11, 14 *Id ſi ita eſt, omnia faciliora: ſin aliter, magnum negotium.* conf. Nep. 18, 6, 2 & 8, 6. ¶ 2. Aliquando & ſine his particulis ponitur pro wo nicht. Cic. Att. 10, 13 *Veruntamen ſi pares æque inter ſe, quieſcendum; ſin, latius manabit.* Manil. 4, 428 *Incipimus ſi verba, piget: ſin, gratia deerit.* ¶ 3. Interdum abſolute pro *ſi* accipitur. Nepos 17, 1, 3 *Sin is virilem ſexum non reliquiſſet.* Cic. pro Roſc. Am. c. 47 *Sin autem id actum eſt.* Id. Att. 9, 2 *Sin, cum potuero, non venero.* conf. fam. 14, 3.

Sicubi, Sicunde, Siquando, pro *ſi alicubi, ſi alicunde, ſi aliquando,* vide in *Vbi, Vnde, Quando.*

¶ Siquidem, pro *ſi,* vel *quandoquidem,* vel *ſi ſaltem,* ſintemal, ſo fern, wenn nur. Cic. Tuſc. 1, 1 *Antiquiſſimum eſt genus poëtarum, ſiquidem Homerus fuit & Heſiodus ante Romam conditam.* Id. de Sen. 16 *In agris erant tum Senatores. Siquidem aranti L. Quinctio nunciatum eſt.* Id. Off. 3, 12 *Neceſſe eſt, ſiquidem meminiſti &c.* Ter. Eun. 1, 1, 5 *Siquidem hercle poſſis.* Ibid. 3, 1, 56 *Siquidem me amaret.* Rurſus Cic. pro Flacco c. 7 *O morem præclarum, ſiquidem teneremus.* Id. Catil. 2, 4 *O fortunatam rempublicam ſiquidem hanc ſententiam ejecerit.* conf. fam. 9, 12.

Siquis, vide in *Qui*; *Sive, Niſi,* vide ſuis locis.

SIAGŎNA, *æ,* f. gr. τὰ σιαγονία, maxillæ, kinnbacken. Cæl. Aurelianus Chron. 1, 1, 37 *Siagonas* appellat temporum muſculos; & 1, 4, 90 buccarum muſculos. Hinc

¶ Siagonitæ, *arum,* m. pl. σιαγονῖται, muſculi, quibus buccæ colligantur, apud Cæl. Aurel. Acut. 2, 10, 59.

SĪBĬLVS, *i,* m. ſonus ille eſt ex dentibus compreſſis & labiis parum diductis, das ziſchen durch die zähne. Græci ſtrepitum ejusmodi φλοῖσβον vocant, ad quod alludere videtur Germanicum, ſiſpern. Sic, *Sibilo ſignum dare,* pfeifen, Liv. 25, 8. *Sibilum edere,* Catull. 4, 12. *Clamoribus, & conviciis & ſibilis aliquem conſectari,* einem nachpfeifen, oder ziſchen, Cic. Attic. 2, 18. Et, *Sibilo & convicio explodi,* Id. pro Roſc. Com. c. 11. ¶ 2. Plurale neutrum eſt *Sibila*: ut Ovid. Met. 13, 785 *Senſerunt toti paſtoria ſibila montes.* Et Met. 15, 684 *Et repetita dedit vibrata ſibila lingua.* Lucanus 9, 643 *Cerberus Orpheo lenivit ſibila cantu.* Et Silius 2, 99 *Rueretque inopina ſub ictu Ante fera incauto, quam ſibila poneret arcus.* v. plura apud Charif. p. 61. Vbi nihilominus Cicero: *Nuntiabantur gladiatori ſibili.* Sic Ammian. 28, 4 *Per ſibilos explodere,* auszischen. conf. Sen. epiſt. 56; & Val. Flacc. 3, 50. ¶ 3. Sed & in ſingulari, *Suave ſibilum,* apud Serenum teſte Nonio 3, 200.

¶ Sibĭlus, *a, um,* etiam adjective ponitur, zischend. Sic, *Ora ſibila,* pro ſibilantia dixit Virg. Æn. 2, 211; Et, *Colla ſibila,* Georg. 3, 421, & Æn. 5, 277.

¶ Sibĭlo, *are,* ſibilum edere, ziſchen, pfeifen, auszischen. Virg. Æn. 11, 754 *Serpens ſibilat ore.* conf. Æn. 7, 447. Et Horat. 1 ſat. 1, 66 *Populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi.* conf. Cic. Att. 1, 49; & Lamprid. in Commodo c. 1.

¶ Sibilātus, *us,* m. das gezischte, gepfeife. Cæl. Aurel. Acut. 2, 27 *Cum quodam vehementi ſibilatu.*

¶ Sibilator, *oris,* m. qui ſibilis explodit, ein ziſcher, ſpötter. Hinc

¶ Sibilatrix, *ĭcis,* f. adjective Mart. Capella lib. 9 p. 307 *Sibilatrix fiſtula,* eine ziſchende pfeife.

¶ Adsĭbilo, *are,* anziſchen, ſauſen. Auſon. in Moſella v. 258 *Aura crepat, motoque adſibilat ære ventus.* Claudian. Nupt. Honor. & Mar.

& Mar. v. 68 *Alnus adſibilat alno.* Et Stat. Theb. 5 v. 578 de ſerpente: *Implorantem animam dominis aſſibilat aris.*

¶ Exsĭbĭlo, *are*, ſibilo explodere, mit einem getümmel ziſchen, pfeifen, abtreiben, ausſpeifen. Cic. in Paradox. 3 fin. *Hiſtrio, ſi paulum ſe movit extra numerum, exſibilatur & explodĭtur*, ihm wird ausgeleuchtet; ſic enim hunc geſtum fere germanice dicimus. Prudent. Peristeph. 5, 175 *Ore ſubdolo anguina verba exſibilat.*

¶ Exsĭbĭlans, *tis.* Sen. de Ira 3, 4 *Labra dirum quiddam exſibilantia.*

¶ Exsĭbĭlatio, *onis*, f. die ausziſchung, apud Senecam.

¶ Insĭbĭlo, *are*, einblaſen. Ovid. Met. 15, 603 *Vbi trux inſibilat Eurus.* Et Sil. 12, 616 *Membris inſibilat ignis.*

¶ Obsĭbĭlo, *are*, adverſus, contra ſibilare. Apul. Met. 11 p. 260 *Dulces ſtrepitus obſibilabant.*

¶ Resĭbĭlo, *are*, entgegen ziſchen. Hinc

¶ Resĭbĭlans, *tis*, wiederſchallend. Sidon. carm. 9, 8 *Contra tonitrus reſibilante Audebat ſuperos ciere planta.*

Sibina, vide mox *Sibyna.*

SĪBVS, *a, um*, antique quaſi σοφὸς, i. e. callidus vel acutus, klug, liſtig, apud Feſtum. Hinc

¶ Persĭbus, *a, um*, i. e. peracutus, ſcharfſinnig, in Varrone de L. L. 6, 6, ubi Scaliger mavult legere *Perſibe.* Apud Feſtum corrupte *Perſicus* legitur pro *Perſibus*, ex Plauto & Nævio. Nam etiam explicatur, quod ſit *peracutum.*

SĪBYLLA, *æ*, f. Σίβυλλα, vates, fatidica virgo, vel mulier, eine weiſſagerin, prophetin, appellativum enim magis quam proprium eſt. Servius a σιὸς pro διὸς, & βυλή, hoc eſt, Iovis conſilium vel ſententia, vel Iovis conſiliaria, dictam putat: alii σιὸς, qua voce Æoles Deos nuncupant, & βυλή. Suidas vero quaſi Θεοβυλον dictam cenſet. Quæ eodem omnia recidunt. *Sibyllas* porro alii decem, alii pauciores, alii plures fuiſſe indicarunt. Fortaſſis una fuit vivax & longæva, quæ in locis & temporibus diverſis conſpecta pro pluribus exiſtimata fuit. Decem Sibyllas Varro apud Lactant. 1, 6 numeravit: 1 *Perſicam*, 2 *Libycam*, 3 *Delphicam*, 4 *Cumæam*, 5 *Erythræam*, (quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata fuit, & Trojam interituram, & Homerum mendacia eſſe ſcripturum); 6 *Samiam*, 7 *Cumanam*, nomine *Amaltheam*, (quæ ab aliis *Demophile* vel *Erophile* dicta, & novem illos oraculorum libros ad regem Tarquinium Priſcum attuliſſe, ac pro iis trecentos Philippicos poſtulaſſe ſcribitur, v. Serv. in 6 Æn. Virg. & Gell. 1, 19); 8 *Helleſponticam*, 9 *Phrygiam*, 10 *Tiburtinam*, nomine *Albuneam* vel *Albunam.* Ælianus Hiſt. Var. 12, 35 quatuor tantum numerat: *Erythræam*, *Samiam*, *Ægyptiam*, & *Sardianam.* conf. Suid. in voce *Sibylla*; Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 88 ſeq. & præcipue Ioh. Obſopœum, Dav. Blondellum, Er. Schmidium & Serv. Gallœum præcul. libris. Omnes autem hæ Sibyllæ Deum unum prædicant, maxime tamen Erythræa, quæ inter cæteras celebrior ac nobilior habetur. Leguntur in ipſis oraculorum libris vaticinia diverſa de Chriſto, quorum meminere Euſebius, & alii, quorum apud eruditos diverſa auctoritas eſt. Er. Schmidius hæc Sibyllina carmina pro vero & genuino Sibyllarum fœtu habebat, atque id tribus diſſertationibus, quas edidit, adſtruere conatus eſt. Cæterum ea vel Patrum ætate ſuſpecta fuiſſe, præter alios & Lactantius 4, 5 ſub fin. nos docet. Nec defuerunt noſtra tempeſtate viri eruditiſſimi, qui non modo de ingenuitate eorum dubitaverunt; ſed plane conficta ſuppoſitaque, uti habentur hodie, ſibi perſuaſerunt. Ex quibus Caſaubonum nunc nominaſſe præcipue, contenti erimus. Vide eum Exercit. 1 contra Baron. ſect. 10, 11, & Exerc. 16 ſect. 154, & Suet. p. 165. Ego nec plane rejicienda, nec admittenda omnino; & quædam vere a Sibyllis prodita, quædam vero earum nobis venditata nomine, exiſtimarim. Quæ & Barthii ſententia eſt Adv. 7, 2. Hugo Grotius de illis Matthæi c. 2, 1 ita ſcribit: *Sibyllina oracula, non nova illa, quæ citant Chriſtiani, ſed vetera Romæ quindecim viris aſſervata, nihil aliud mihi videntur fuiſſe, quam verſus græci Judæorum.* Sibyllarum meminerunt plurimi auctores, Plato, Strabo, Clemens Alex. Iuſtinus, Euſeb. Suidas, Lactant. Auguſt. de C. D. 18, 23. conf. omnino Fabric. Bibl. Gr. 1, 29-33.

¶ Sibyllīnus, *a, um*, adject. ut, *Verſus Sibyllini*, Cic. Divin. 1, 2. *Libri Sibyllini*, Id. Verr. 4, 49; & *Sibyllinus Sacerdos*, de Ar. Reſp. c. 13. Libros Sibyllinos cremavit Stilico. vid. Rutil. itin. 2, 52 & Intt.

SĬBŸNA, *æ*, f. σιβύνη, vel σιβύνη, a σῦς, *ſus*, venabulum, proprie quo ſues vel apri figuntur, ein ſauſpieß, hirſchfänger, fangeiſen. Ennius apud Feſtum: *Illyrici reſtant, ſicis ſibynisque fodentes.* conf. Gellius 10, 25; Tertull. adv. Marc. 3, 21; & 4, 1.

SĪC, adverb. affirmantis, idem quod *ita*, ſo, alſo; ſo, *Sic eſt ingenium*, ſo iſt ſeine art, Ter. Phorm. 1, 2, 20. *Sic vita erat*, Idem Andr. 1, 1, 35, alſo verhielt er ſich in ſeinem leben. *Sic tenuiter*, armſelig, genug, Id. Phorm. 1, 2, 95. *Sic deinde, quicunque alius tranſiliet mœnia mea*, Liv. 1, 7. *Sic demum*, Virg. Æn. 6, 154. *Sic, ſic, juvat ire ſub umbras*, Id. Æn. 4, 690. *Ego ſic nihil expecto, quomodo Paulum conſulem deſignatum*, Cæl. Cic. fam. 8, 4. Et, *Sic ſum, ut vides*, apud Plaut. Aul. 2, 4, 44 ſermo eſt hominis nec laudantis ſe nec vituperantis: & exiſtimat Gruterus, fuiſſe formulam, qua utebantur vulgo, quum oculis ſuis quemque credere juberent, ita ut fidei nihil præterea præſtarent. Cic. fam. 16, 12 *Quidvis eſt melius, quam ſic eſſe ut ſumus.* Terent. And. 5, 4, 16 *Sic Crito eſt*, i. e. talis eſt. Et Eun. 5, 5, 41 *Sic inventa eſt.* Et Heaut. 1, 1, 40 *Sic meritum eſt meum*, i. e. tale. *Sic res eſt*: id. Ter. Andr. 3, 4, 9. Eſt autem formula aſſeverandi. Græci, ἔτως ἔχει. Nos: es iſt nicht anders: es iſt alſo. Plaut. Epid. 3, 2, 4 *Sic ago: Sic egere noſtri*, wir machen es nicht anders. Cic. Att. 15, 13 p. 647 *Cautum Marcellum; me ſic, non tamen cautiſſimum*, i. e. me aliquantum cautum &c. v. Corrad. ¶ 2. Particula bene precantis eſt. Horat. 2 ſat. 3, 300 *Sic vendas omnia pluris.* Sidon. carm. 5, 600 *Annue, ſic veſtris reſpiret Byrſa tropæis: Sic Parthus reſtum fugiat: Mauruſque timore Albus eat: Sic Suſa tremant, poſitisque pharetris Exarmata tuam circumſtent Bactra tribunal.*

¶ Sicne, vel Siccine, adverb. interrogandi. *Siccine agis?* Ter. Eun. 4, 7, 34, handelſt du alſo? Et, *Siccine lente jaces?* Propert. 2, 15, 8.

Sicubi, Sicunde, vide infra *Vbi, Vnde.*

¶ Sicut, vel Sĭcŭti, ſimilitudinis adverbia, wie, gleichwie. Plaut. Aſin. 1, 1, 1 *Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ ſupereſſe vitæ, ita te obteſtor.* Cic. de Orat. 2, 44 *Sicut medico diligenti natura corporis cognoſcenda eſt; Sic equidem, cum aggredior ancipitem cauſſam, &c.* Quintil. 1, 3 *Sicut firmiores in litteris profectus alit æmulatio; ita incipientibus atque adhuc teneris jucundior, &c.* Id. 10, 1 *Hæc eloquendi præcepta ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria, ita non ſatis &c.* Cic. pro L. Manil. c. 9 *Sinite, ſicut poëtæ ſolent, præterire me noſtram calamitatem.* ¶ 2. Elegans uſus hujus particulæ poſitæ abſolute in iſtis eſt: Ovid. Met. 6, 657 *Sicut erat, ſparſis furiali cæde capillis, Proſiluit.* Significat, Prognen ſolviſſe ſpartiſſeque comam, cum filii cædem furialiter patraret, nec compoſuiſſe iterum, ſed eodem habitu proſiluiſſe in conſpectum Terei mariti. Nepos 16, 3, 2 *Quæ* (epiſtola) *cum jam accubanti in convivio eſſet data, ſicut erat, ſignatam in pulvinum ſubjiciens.* Nempe dicit, Archiam non reſignaſſe epiſtolam, ſed ſignatam, ut acceperat, ſubjeciſſe in pulvinum. Curt. 8, 3, 9 *Eodem comitante, ſicut erat, cruenta veſte, in Macedonum caſtra pervenit.* Suet. Claud. c. 34 *Induxit & unum ex nomenclatoribus ſuis, ſicuti erat togatus.* Et Oth. c. 8 *Nonnullis occiſis, ſicut erant, cruenti, ubinam Imperator eſſet, requirentes, perruperunt in triclinium usque.* Gell. 1, 23 *Rem, ſicuti fuerat, denarrat.* Alia exempla obſervat Gevartius ad Stat. 2 Silv. 2, 7. Similiter dicebant, *Vt erat*: de qua formula ſuo loco. ¶ 3. Pro *quaſi* ponitur Sall. Cat. 31, 5 *Sicuti jurgio laceſſitus foret*, ubi plura Cortius. ¶ 4. Proportionem notat Sall. Iug. 53, 1 *Sicuti acies movebatur, magis magisque appropin quare.*

SĪCA, *æ*, f. a *Seco*, ein kurtzer ſebel, dolch, ſtilet, mordeiſen. Brevior enim gladius erat, ut veſte tegi poſſet: eaque re aptus ad furtivas & ſubitas cædes vel ipſa in turba patrandas. Prudent. Pſych. v. 669 *Sed ſicam ſub veſte tegit.* Vetus Scholiaſtes Horatii ad 1 ſat. 4, 4 SICA *gladius eſt permodicus, quem ſolebant malefici in baculis geſtare, ut ex inſidiis aliquem interficerent, unde dicti ſunt* SICARII. Cic. Cat. 2, 1 *Non jam inter latera noſtra ſica illa verſabitur.* Vet. Gloſſ. *Sica, μάχαιρα.* Et, *Sica, θρακικὸν ξίφος ἐπικαμπές.* Recte. Nam incurvum genus gladii fuiſſe, & Ioſephus ſignificat lib. 20, ut Torrent. ad Horatii ſatyras obſervat.

¶ Sicārius, *i*, m. interfector, ein mörder, bandit, ſtraſſenräuber. Cic. pro Roſc. Amer. c. 14 *Vetus ſicarius, homo audax & ſæpe in cæde verſatus.* Vet. Gloſſ. *Sicarius, σφάκτης, ἀνδροφόνος, σφαγεύς, λῃστής.* ¶ 2. Neque vero *Sicarii* dicebantur tantum, qui *ſica* interemiſſent hominem, ſed & *per abuſionem, qui cædem telo quocunque commiſerint*, ut docet Quintil. 10, 1 p. 880. conf. Tit. Pandect. ad L. Cornel. de Sicariis. Iulius vero Cæſar in exercenda de *Sicariis* quæſtione eos quoque *Sicariorum* numero habuit, qui proſcriptos interfeciſſent, qui alias Cornelii legibus excepti erant, ut Suetonius auctor eſt Cæſ. c. 11. Lege & Dionem lib. 36. Cic. Phil. 2, 13 de Cæſaris interfectoribus, *Niſi liberatores populi ſint--plus quam ſicarios eſſe.*

¶ Sĭcĭla, vel Sīcŭla, *æ*, f. parva ſica, ein ſtiletgen, vel ſcalper librarius, ut Suetonio in Vitellio c. 2 vocatur, ein ſchnitt-meſſer, ſchnitthobel. Vet. Gloſſ. *Sicila, σμίλα χαρτοτόμος.* Arnobius *Smilam* vocem latinitate donatam uſurpat lib. 5. Niſi ibi, ut Caſaubon. putat, *Sicilam* legendum. conf. & Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 273. ¶ 2. *Siculæ* ſunt falces Varroni de L. L. 4, 31, ſicheln. (vide & ſupra *Seculæ*). Sane hoc nomine, quicquid ſecandi vim habet, venire videtur. Catullus carm. 68, 21 de gladii genere, quo natura munivit mares: *Languidior tenera cui pendens ſicula beta.*

¶ Sĭcĭlis, *is*, idem. Ita mavult legere Salmaſius l. c. ad Capitol. in Maximo & Balbino extremo, quam *Sicilices*, ut in plurali legunt Feſtus & Gellius 10, 25, quorum ille exponit de haſtarum ſpiculis latis; hic vero refert inter telorum gladiorumque vocabula. Ennius apud Feſtum *Incedit Veles vulgo ſicilibu'* (*ſicilicibu'*) *latis.*

¶ Sĭcĭlĭcŭla, *æ*, aliud diminut. a *Sicilis*, i. e. facula, ein klein meſſer. Plaut. Rud. 4, 4, 125 *Sicilicula argenteola.* v. Turneb. Adv 26, 2.

¶ Sĭcĭlātus, *a, um*, i. e. parva ſica armatus, der einen dolch trägt; ut, *Sicilatus latro*, Capitolin. in Maximo & Balbin. c. 17: ita vel *Sicelatus* conjunctim legit Salmaſ. l. c. ubi alii diviſim *ſic elatus.*

¶ Sĭcĭlio, *īre*, i. e. ſecare, & falce quidem, ſive ſicila, ſchneiden, abmähen. Sed *ſicilire prata*, eſt, non fœnum ſecare, ſed quod poſt fœnificium ibi relictum herbarum, *demere de prato*, nachmähen. Varro R. R. 1, 49 *Quo facto* (fœnificio pura peracto,) *ſicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſeces prætervierunt, ac quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum.* Ab hac ſectione, ut arbitror, dictum SICILIRE PRATVM. Plin. 18, 28 *Præterea quoties ſecta ſint* (prata) *ſiciliri, hoc eſt, quæ fœniſeces prætervierunt, ſecari debent.* Hinc *Sicilire prata*, & *fœnum ſecare*, apud Columell. 2, 22 diverſa ſunt. Nam *Sicilire prata*, ut rem minoris operæ, majorum ritu permiſſum feriis, at *fœnum ſecare*, quod laborioſius eſt, licere minime, Idem ibidem ſcribit. Hinc

¶ Sĭcĭlīmentum, *i*, n. quod ſicilitum eſt, herba iterata ſectione demeſſa, grummet. Etiam Cato inter *fœnum* & *ſicilimenta* diſtinguit c. 5 R. R. *Fœnum*, inquit, *cordum, ſicilimenta de prato demito, arida condito.*

¶ Diſsīco, *are*, zerhauen, pro quo ſcribunt fere veteres *Diſſeco* a *Seco.* Plaut. Curc. 3, 1, 54 *Elephantum machæra diſſicit.* Plura de hoc verbo habet Io. Caſp. Gevartius in Electis, & Pareus in Lex. Crit. p. 371.

¶ Exsīco, vel Exico, *are*, heraushauen. Plaut. Rud. 1, 2, 34 *Quin tu in paludem is, exſicasque arundines.*

¶ Exſicia, vel Exicia, *æ*, f. forfex qua ſecantur capilli, ab *exſicando*, eine ſcheere zum haarſchneiden, apud Plaut. Curc. 4, 4, 22 Alii ibi legunt *Axicia*; Lambinus legit *Excutia*, & interpretatur ſcopas, quibus excutitur pulvis de veſtibus, die fehrbürſte.

SĬCAMBRI, *orum*, m. pl. Germaniæ populi, qui hodie Geldrenſes ſunt & Clivani. Martial. de Spectac. epigr. 3 *Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.* Et Horat. 4 od. 14, 51 *Cæde gaudentes Sicambri.*

Græcis, Dioni & aliis συγάμβροι dicuntur, συγ. Ptolemæo *Sygambri* in MSS. quos laudat Heinſ. & Burm. ad Ovid. am. 1, 14, 49. *Sicambri* & *Sigambri* in monumentis Francorum.

¶ Sicambria, æ, f. regio, quæ hodie Geldria, Geldern. Claud. in Eutrop. 1, 383 *Militet ut noſtris detonſa Sicambria campis.*

SĪCĂNĬA, æ, f. Σικανία. Servius in Virg. lib. 10 Æn. *Sicilia*, inquit, *ante* SICANIA *dicta a* SICANO *terræ filio.* Hunc *Sicanum* alio loco *Itali*, unde *Italia* appellata, fratrem tradit. Idem tamen in lib. 8 Æn. paullo aliter ex quibusdam auctoribus hac de re prodit: SICANI, inquit, *ſecundum nonnullos populi ſunt Hiſpaniæ a fluvio* Sicori *dicti. Hi duce* SICVLO *venerunt in Italiam, & eam tenuerunt, excluſis Aboriginibus. Mox ipſi pulſi ab illis, quos ante pepulerant, inſulam vicinam Italiæ* (Siciliam,) *occupaverunt, & eam* SICANIAM *a gentis nomine,* SICILIAM *vero a nomine ducis dixerunt.* His ſimilia & apud Plin. 3, 8, ac Sil. 14, 34 legas. Auſonius epigr. 8 *Fama eſt, fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem, Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto. Quærenti cauſſam reſpondit: Rex ego qui fum Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus, &c.*

¶ Sicanius, a, um, adj. Virg. Æn. 3, 691 *Sicanio prætenta mari jacet inſula.* Et 8, 416 *Inſula Sicanium juxta latus Æoliamque Erigitur Liparen.* Statius 5 Silv. 3, 41 *Sicanii non mitius halat Aura croci.*

¶ Sīcānus, a, um, adject. aliud, cujus primam Virgilius ſemper corripuit, ſecundam produxit, quamvis primam in *Sicania* & *Sicanius* produxerit, alteram vero corripuerit, quod & Servius notat ad illud Æn. 5, 23 *Nec littora longe Fida reor fraterna Erycis, portuſque Sicanos*: Contra Silius 14, 259 primam produxit, alteram vero corripuit: *Cætera Eliſæis aderit gens Sicana votis.* Vbi rationem ſyllabarum quantitatis, qualis in *Sicania* eſt, ſervat. Idem tamen eodem lib. ſecundam non ſemel produxit, primam autem corripuit, ut Maro, quem & ſecutus Horatius epod. 17, 32 *Nec Sicana fervula Furens in Ætna flamma.*

SICCA Veneria, colonia Africana CXX. M. P. circiter a Carthagine ſita, de qua Val. Max. 2, 6, 15; & Plin. 5, 3, ubi tantum *Sicca* dicitur. Nomen a *Succoth Benoth* Aſſyriorum derivat Seldenus 2, 7 de DIS Syris.

Siccaneus, ſiccanus, ſicce, &c. vide mox in *Siccus.*

SICCVS, a, um, quod ſine humore eſt, dürre, trocken, treuge. Virg. Æn. 5, 180 *Summa petit ſcopuli ſiccaque in rupe reſedit.* Sic, *Agri ſicci*, Horat. 2 ſat. 4, 15. *Hiems ſicca*, Ovid. Amor. 3, 6 extr. *Siciſſimi cibi*, Celſ. 1, 3. *Siciſſima loca*, Cato R. R. c. 50; & Colum. 11, 3 p. 389. *Siciſſimum ſolum*, Id. 2, 18. *Sicciora corpora*, Plin. 34, 8. *Siccior uva*, Celſ. 2, 18. Abſolute Liv. 1, 4 *Alveum tenuis in ſicco aqua deſtituit.* conf. Curt. 9, 9, 22; & Virg. Ge. 1, 363. ¶ 2. Plautus Aſin. 5, 2, 6, pro *Sobrio* uſurpavit, nüchtern. *Meum virum fui rata, ſiccum, frugi, continentem, &c. Siccum* vocat, qui ebrioſus non ſit; nam & qui parce veſcebantur, & arido cibo utebantur, poſt quem lavandæ manus non erant, ut Seneca loquitur, (quales *Xerophagiæ*, quas appellabant, Chriſtianorum veterum erant, de quibus Tertullianus); *Sicci* vocabantur; ut contra qui lautius benigniusque victitabant, *Uncti* dicebantur. Horatius 1 epiſt. 17, 12 *Si prodeſſe tuis, paulloque benignius ipſum Te tractare voles, accedes ſiccus ad unctum.* Nam *proſunt ſuis*, qui parcunt ſumtibus, atque conſervant augentque rem, & luculentam ita liberis relinquunt. Qui talis ſit, & itaque parce & aride victitet, aliquando tamen cœnare benignius paullo, ſeque dapſilius invitare velit, hunc *ad unctum* accedere, hoc eſt, lautorum hominum menſas ſectari monet, ut & fiat compos voti ſui, & interim rem affligat minime cum aliquo liberorum damno. Sicut igitur hic, cum de eſu egit, *unctos* & *ſiccos* Horatius: ita alibi, cum de potu eſt ſermo, *ſiccos*, (id eſt, qui nondum biberint) & *uvidos* (hoc eſt, ebrios & potos bene) opponit. Nam 4 ode 5 extr. ſcribit: *Dicimus integro Sicci mane die, dicimus uvidi, Cum ſol oceano ſubeſt.* Et 1 ode 18, 3 *Siccis omnia nam dura Deus propoſuit.* Cicero quoque contra Rullum 1, 1 & Acad. Qu. 4, 27 *ſiccos* & *vinolentos* opponit. Hinc & *Sicci*, qui ſitiunt: Plaut. Curc. 1, 2, 22 *Tibi qui ſcreanti, ſiccæ, ſemiſomna affert potionem.* Et paullo poſt: *Egon' ſalva ſim, quæ ſiti ſiccæ ſum?* ¶ 3. Sic *Lunam ſiccam* Plinius 17, 9 dixit, quam *ſitientem* Cato appellat, i. e. ſilentem. v. Meurſ. ad Caton. R. R. c. 29, & infra *Sitire.* ¶ 4. Petron. c. 37 p. 158 *Sicca mulier Fortunata* vocatur, quod ad caſtitatem refert Burm. Add. Parei Lex. Crit. p. 1054; ubi ex Plaut. Mil. 3, 1, 192 dicitur *ſicca* nondum polluta. De hoc uſu multa Burm. ad Ovid. Her. 15, 134 quam ſic emendat, *Et juvat, & ſiccæ non licet eſſe mihi*, h. e. imagine Veneris in ſomno reſolvor. ¶ 5. Sicut *Sobrius* & eum, qui ſanæ mentis eſt, denotat; ita ſimiliter *Siccus* accipitur. Ita enim *Sobrium* & *Siccum* conjunxit Cic. de Cl. Orat. c. 55 *Nihil erat in ejus* (Cottæ) *orationibus niſi ſincerum, nihil niſi ſiccum atque ſobrium*; SICCVM, in quo nihil elatum, tumidum atque corruptum. Nempe preſſo orationis genere, quale Atticorum fuit, laudaturque maxime, loquitur, ut ex præcedentibus ſatis conſtat. Quintilianus 2, 4, ubi de primis apud rhetorem exercitationibus præcipit: *Audiat hæc etas plura & inveniat, & inventis gaudeat, ſint licet illa non ſatis ſicca & ſevera.* Macrob. quoque ſat. 5, 1 *Siccum* & *Sobrium oratorem* illi opponit, qui pingui & luculenta & florida oratione laſciviat. Et ſub fin. cap. ſcribit: *Eloquentia Maronis ad omnium mores integra eſt, nunc brevis, nunc copioſa: nunc ſicca, nunc florida.* v. & Gell. 14, 1; Voſſ. 6 Inſt. Orat. p. 464. Studioſi ſaluberrimi meminerint præcepti Heraclitei, Αὐη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη, *anima ſicca ſapientiſſima & optima eſt.*

¶ Sicce, adv. trocken; ut, *Pecudes ſicce ſtabulari convenit*, Colum. 6, 12. Et, *Sicce dicere*, jejune, nicht völlig und nach nothdurfft reden, Cic. de opt. gen. Orat. c. 4.

¶ Siccitas, ātis, f. penuria humoris, die dürre, trockenheit: Item ſicca aëris conſtitutio, trocken und dürres wetter. Plin. 17, 15 *Aptiſſima inſitis ſiccitas*, neugepfropften ſachen bekommt das dürre wetter wohl. Id. 15, 3 *Sanies olivarum fit ex aquis, ideo ſiccitatibus minima: riguis copioſa; Siccitatibus*, id eſt, cœlo ſoloque ſicco. Vitruv. 2, 10 *Arbores ſiccitatibus exſuctæ ſolidantur.* Cic. de Senect. c. 10 de Maſiniſſa: *Nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto ſit: Summam in eo eſſe corporis ſiccitatem*; i. e. firmitatem, ut patet ex Nonio 4, 426; ubi & Varro, *Perſæ*, inquit, *propter exercitationes eam ſunt conſecuti corporis ſiccitatem, ut neque exſpuerent, neque emungerentur.* Cic. Tuſc. 5, 34 *Adde ſiccitatem, quæ conſequitur hanc continentiam in victu.* conf. Celſ. 2, 1; Colum. 2, 4; Frontin. de Aquæduct. p. 101. ¶ 2. Metaphorice *Siccitas orationis*, die ſeichtigkeit der rede. Cic. Nat. D. 2, 1 *Non*, inquit, *flumine conturbor inanium verborum, nec ſubtilitate ſententiarum, ſi orationis eſt ſiccitas.*

¶ Sicco, avi, atum, are, ſiccum efficere, trocknen; ut, *In ſole ſiccari*, Plin. 12, 13, & Colum. 12, 14, an der ſonnen gedörret werden. Horat. 2 ſat. 6, 68 *Siccat inæquales calices conviva ſolutus Legibus, &c.* Adde Ovid. Met. 2, 12; & 8, 469; Virg. ecl. 2, 42; & Æn. 3, 95.

¶ Siccans, tis, trocknend. Ovid. Met. 11, 770 *Aſpicit Siccantem ſole capillos.*

¶ Siccātus, a, um, getrocknet; ut, *Siccati fontes*, Ovid. Met. 13, 690. *Cadis ſiccatis*, Horat. 1 od. 35, 26, ausgeleert. conf. Colum. 12, 15. Ovid. Amor. 3, 5, 14 *Modo ſiccata ovis*, i. e. cui lac emulſum.

¶ Siccatio, ōnis, f. die trocknung, ausdörrung. Plin. 34, 13 *Emplaſtra quibus levis quæritur refrigeratio & ſiccatio.*

¶ Siccāmen, ĭnis, n. idem. Iſidor. in Gloſſ. *Gremia ſiccamina lignorum.*

¶ Siccātīvus, a, um, austrocknend; ut, *Siccativum malagma*, Cæl. Aurel. Acut. 4, 3.

¶ Siccātōrius, a, um, idem. Th. Priſcian. de Diæt. c. 10 *Origanum eſt amputatorium & ſiccatorium.*

¶ Siccābĭlis, e, idem. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *Siccabile humoris*, i. e. ſiccans. conf. Reineſ. Var. Lect. p. 649.

¶ Siccāneus, a, um, cui contrarium *irriguus*, trocken. Colum. 11, 3 *Differtur æſtate, ſi irriguus eſt hortus: at ſi ſiccaneus, autumno.* Id. 6, 27 *Paſcua eligenda ſunt rigua, nec unquam ſiccanea.* Et 2, 17 *Siccaneum pratum* dixit. conf. 2, 2; & 4, 30.

¶ Siccānus, a, um, aliud adjectivum, ejusdem ſignificationis. Plin. 6, 17 *Ex iis* (Vlmis Atiniis) *ſiccanas profert, quæ non ſunt riguæ.* Niſi *Siccaneas* ibi legendum.

¶ Sicceſco, ĕre, deſiccari, trocken werden; ut, *Sicceſcere in furno*, Colum. 22, 28. Et Celſ. 7, 7, 15 *Nunquam ſicceſcere oculos.* Et Vitruv. 2, 9 *Arbores ſicceſcendo recipiunt in ſe diuturnitatem.* conf. Id. 2, 3; & 2, 10.

¶ Sicceſcens, tis, vertrocknend. Plin. 18, 34 extr. *Terra ſicceſcens repente.*

¶ Siccĭfĭcus, a, um, austrocknend. Macrob. Sat. 7, 16 *Ineſt æri vis quædam remedialis & ſiccifica.*

¶ Siccŏculus, a, um, der nicht weinen kan. Plaut. Pſeud. 1, 1, 75 *Genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.*

Compoſita:

¶ Adſicco, Aſſicco, are, trocken machen. Colum. de Arbor. c. 28 *Paucis horis in ſole habeto: deinde in umbra adſiccato.* conf. Idem R. R. 12, 15.

¶ Adſiccātus, a, um, verdorret. Colum. 1, 6 *Plurimum refert, non adſiccato ſuceo ſimum vires continere.* conf. 2, 9; & 12, 44; Marcell. Empir. c. 19.

¶ Adſicceſco, ĕre, eintrocknen, trocken werden. Colum. 12, 9 *Caules in cratibus pandere, dum adſicceſcant.*

¶ Deſicco, are, abtrocknen; ut, *Deſiccare humectata*, Veget. 1, 28. *Vaſa deſiccari lubet*, Plaut. Truc. 2, 7, 30. conf. Turneb. Adv. 24, 17.

¶ Deſiccātus, a, um, abgetrocknet. Apul. de Herb. c. 49 n. 3 *Herba deſiccata & in pulverem redacta.*

¶ Deſiccātīvus, a, um, austrocknend; ut, *Virtutis eſſe deſiccativæ*, Macer 2, 10.

¶ Exſicco, are, valde vel omnino ſiccare, austrocknen. Plin. 28, 26 *Sulcos inſecuti æſtus exſiccant.* Horat. 1 od. 31, 10 *Dives aureis mercator exſiccet cullullis vina.*

¶ Exſiccātus, a, um, ausgetrocknet. M. Cic. Divin. 2, 14 *Arbores hiemali tempore exſiccatæ tempeſtive cædi putantur.* Id. de Clar. Orat. c. 84 *Exſiccatum orationis genus*, ſeicht, mager. Qu. Cic. fam. 16, 26 *Lagenæ furtim exſiccatæ*, ausgetrunken.

¶ Exſiccatio, ōnis, f. die austrocknung, apud Celſum.

¶ Exſicceſco, ĕre, vertrocknen. Vitruv. 2, 9 *Cædi ita oportet* (materiam,) *ut incidatur arboris craſſitudo ad medium medullam, & relinquatur, uti per eam exſicceſcat ſtillando ſuccus.*

¶ Perexſiccatus, a, um, ganz ausgetrocknet. Arnob. lib. 7 p. 230 *Proluvies ſuccis perexſiccata vitalibus.*

¶ Inſiccātus, a, um, nicht trocken, ungetrocknet. Stat. 3 Theb. v. 364 *Vulnera &c. putri inſiccata cruore.*

¶ Inſiccābĭlis, e, das gar nicht trocken wird; ut, *Inſiccabilis gelu pagina*, Sidonius epiſt. 16.

¶ Perſiccus, a, um, ſehr trocken. Celſ. 3, 6 *Si oculi graves & aut perſicci, aut ſubhumidi ſunt.* conf. Feſt. in *Subſtillum.*

¶ Perſiccātus, a, um, ganz ausgetrocknet. Apicius 7, 6 pr.

¶ Præneccus, a, um, vorher trocken. Prudent. Periſteph. 5, 141 *Præſicca rurſus vulnera diruere.*

¶ Præſiccātus, a, um, vorher getrocknet; ut, *Succus ſole præſiccatus*, Apul. de Herb. c. 124.

¶ Semiſiccus, a, um, halb trocken. Pallad. Februarii tit. 24 *Talli adhuc ſemiſicci.*

¶ Subsicco, are, unten her trocknen. Colum. 6, 14 *Tumor cervicis aquâ madefactus ſubſiccatur.*

SĪCEL, invenitur apud Petronium c. 14, pro quo legunt *Sicilius*, uti mox videbimus. Turnebus Adv. 19, 7 pro *ſicel* legendum cenſuit *ſcilicet. Sicel* autem, *qui* ſecundum Gloſſas Bibl. *Latino ſermone Siclus corrupte dicitur, Hebræum nomen eſt, habens apud eos uncias pondus, &c.*

SĪCĔLION, i, n. σικέλιον, herba, quæ & *Pſyllion* appellatur, a σικέλοις, i. e. ſiculis. vide Plin. 25, 11.

Sicelis, plural. Sicelides, vide mox in *Sicilia.*

SĬCĔRA, æ, f. σικέρα, Hebræis, ut Ambroſius de Helia & jejun. c. 15, auctor eſt, omnis dicitur potus factitius (non autem ex vino) inebrians, allerley ſtarck getränckes, ſo nicht wein iſt. Hebræis enim *Schacar* inebriare eſt, & *Schecar.* Sicera, σικέρα, æ, legunt vulgata

gata Lexica; at Luc. c. 1, 15 de Ioanne tanquam indeclinabile legitur, *νεᾶ οἶνον νεᾷ σίκερα δ᾽ μὴ πίῃ, vinum & ſiceram non bibet.* conf. Tertull. adv. Pſych. c. 9 ex Levit. c. 10, 9. Et Hieron. ad Nepotian. *Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt: ſive illa, quæ e frumento conficitur, ſive a pomorum ſucco, aut cum favi decoquuntur in dulcem & amaram potionem.*

SĪCHÆVS, *i*, m. ſacerdos Herculis, maritus Didonis: Virg. Æn. 1, 343 *Huic conjux Sichæus erat ditiſſimus agri.*

Sicila, ſicilatus, vide ſuperius paullo in *Sica.*

SĬCĬLIA, *æ*, f. Σικελία, quæ & *Sicania*, (vide ſupra; & *Trinacria*, itemque *Triquetra* appellata, (de quibus infra): Africam inter & Italiam, a qua anguſto freto dividitur, ſed olim cum ea, ut portio quædam, connexa fertur fuiſſe. *Siciliæ* nomen a duce Sicanorum *Siculo* eſt, ut ex Servio paullo ante monuimus in *Sicania*; ſed potius, quia interfuſo mari abſciſſa & abſecta ab Italia, cujus pars olim fuit. Seneca Conſol. ad Marciam c. 17 *Videbis primum ipſam inſulam, ab Italia anguſto interciſam freto, quam continenti quondam cohæſiſſe conſtat: ſubitum illo mare irrupit, & Heſperium Siculo latus abſcidit.* Claudian. Rapt. Proſerp. 1, 140 *Trinacria quondam Italiæ, pars una fuit, ſed pontus & æſtus Mutavere ſitum.* Magna ejus felicitas: namque & optimum triticum & nobiliſſima vina gignit: de quo Plin. 18, 10 *Leontinos Siciliæ campos ſtipulas cum centeſimo germine fundere.* Et ideo inter ſubſidia frumentaria reip. Romanæ hæc inſula Ciceroni memoratur pro L. Manil. c. 12, qui multus etiam eſt in hujus inſulæ laudibus Verr. 2 pr. Itaque mirum, ab Euripide in Phœniſſ. *infrugiferam* appellari. Sed id ad illa tempora referendum eſt, cum a Cyclopibus, ferendarum frugum ignaris, habitata inſula fuit, ut erudite Grotius monet; quem vide, ſi lubet, Prolegomenis in illam Tragœdiam poëtæ. Plurimas in Sicilia urbes a fluminibus nomen ſumſiſſe, Duris ait apud Stephanum περὶ πολεων in Ἀκράγαντες. v. Cluver. Sicilia antiqua, Paruta de numis Siculis.

¶ Sĭcĕlis, *ĭdis*, Σικελὶς, patronym. f. quæ eſt ex Sicilia. Ovid. Heroid. 15, 52 *Sicelis eſſe volo.* Et Virg. ecl. 4, 1 *Sicelides Muſæ, &c.*

¶ Sicilienſis, *e*, adj. Sicilianiſch; ut, *Me queſtorem Sicilienſis excepit annus*, Cic. de Clar. Orat. cap. 92, i. e. quo mihi commorandum in Sicilia erat. Et, *Edictum Sicilienſe*, Id. in Verr. 1, 46.

¶ Sĭcŭlus, *a, um*, idem; ut, *Siculi montes*, Virg. ecl. 2, 21. *Siculus Pelorus*, Lucan. 2, 438. *Siculi fratres*, Amphinomus & Anapias, Martial. 7 epigr. 23. Et ſubſtant. *Siculi*, die Sicilier, quos *acutos* & *lepidos* Cicero tradit Tuſc. 1, 8. Et quia *lepidi*, idcirco iisdem *ſales* atque *facetias* Idem tribuit de Orat. 2, 79, & Verrina 1, 8. *Trilingues* Apulejus Met. 11 pag. 259 vocavit, quod primo barbare, deinde græce, & poſt latine locuti fuerint. Quamquam neutra earum lingua ſatis bene uterentur, quod Aſconius in Divin. Cic. in Verr. p. 31 notat. *Siculæ menſæ*, quæ Cic. Tuſc. 5, 35 ſunt *Syracuſiæ & Italicæ*, proverbio dicebantur lautæ, quin luxuriоſæ. Ita Athen. l. 12 p. 518 διαβόητοι δ᾽ ἐπὶ τροφῇ γε᾽ αἱ τῶν σικελῶν τράπεζαι. *De Veſperis Siculis*, quibus die paſchatis A. 1281 Galli obtruncati, v. Zwinger. Theatr. Vol. 12 lib. 3 f. 2736. ¶ 2. *Siculus* cognomen Clœliorum. C. enim *Cœlius Siculus* apud Liv. 4, 11; *Q. Cœlius Siculus* 6, 31 memorantur.

¶ Siciliſſo, vel Siciliſſĭto, vel Sicilicĭſſito, *are*, per jocum, pro Siculos imitari, vel Siculorum more male græce loqui, Plaut. prol. Men. v. 12 dixit. conf. Feſtus in *Atticiſſat*, ubi & *Siciliſſat* legit, & exponit *Sicule loquitur.* Legendum igitur *Siciliſſat*, h. e. δωριάζει, utitur dialecto Dorica, a σικελίζειν, non *Siciliſſitat*, ut vult Taubm. & Camerar.

Sicilis, pl. Sicilices vide in *Sica.*

SĬCĬLĪCVS, *i*, m. vel *Sicilignus*, (ita enim Budæus lib. 4 ſcripſit,) ponderis nomen eſt: duas continet drachmas, ſeu quartam unciæ partem, zwey quintlein, ein halb loth. Feſtus *Sicilicum* dictum ait, *quod ſemunciam ſecet*, ut idem ſit ac *ſemi Semiuncia.* Priſciano p. 1348 *Scripuli ſex* ſunt *Sicilicus.* conf. Plin. 13, 15; & Hard. ad Plin. 31, 31, (qui quartam partem pollicis intelligit,) Vitruv. 10, 17. Colum. 5, 1; & Fann. de ponder. 20. Et ſic Petron. c. 14 *Præter unum dupondium ſicilicumque, quibus lupinos deſtinaveramus mercari, nihil ad manum erat.* Alii aliter emendant.

¶ Semiſicilicus, *i*, m. dimidius ſicilicus, ein quintlein. Apud Palladium legit Hermolaus Barbarus in Gloſſis Plinianis pro *Semicicilicus*, qua de re Voſſ. Etymol. in *Sicilire*, p. 470, & Bald. in Lex. Vitruv. p. 114.

Sicilimentum, ſicilio, ire, ſicilis, vide ſupra in *Sica.*

SĬCINNIVM, *i*, n. a σίκιννις, genus ſaltationis ſatyricæ apud veteres teſte Athenæo, & Gellio 20, 3, ubi vid. Oiſel. & Gro. Hinc

¶ Sicinniſta, *æ*, m. tubicen, qui ſaltabundus canit, apud Gell. l. c. conf. Cæl. Rhodig. Lect. Ant. 5, 3, cui *Siciniſtæ* eſt ex *Se* & *cano, qui ſeorſum canit*, cui præivit Iſidor. Or. 6, 19 *Cum unus canit, Græce* monodia, *Latine* ſicinium *dicitur: cum vero duo canunt*, bicinium, *appellatur.* Sed *ſicinniſtas* ab doctioribus dictos, non *ſiciniſtas*, monet l. c. Gellius.

SICLVS, *i*, m. Hebræorum numiſma, pondus habens quatuor drachmarum, ein ſeckel, eine ſilberne münße eines loths ſchwer, ein loth ſilber; auctore Joſepho Antiquit. 3, 10. Hieronymus *Siclum* idem dixit eſſe, quod *Staterem*, ein halber thaler, vide *Stater.* Siclus Judæorum habuit in altero latere caliculum thuris, in altero virgam Aaronis. Siclus autem vel *ſacer* vel *profanus* erat; de quo plura Villalpandus & Hieronymus de Prado in Ezechiel. itemque Caſp. Waſerus de antiquis numm. Hebr. v. ſupra *Sicel*; Vulg. Int. Gen. 23, 16; & Exod. 30, 13.

SĬCŎRIS, *is*, m. fluvius Hiſpaniæ, de quo Lucanus 4, 14 & 130.

Sicubi, vide *Vbi*, Sicula, *Sicila in Sica*, Siculus, *Sicilia*, Sicunde, *Vnde*, Sicŭti, *Sic.*

SĬCŬA, *æ*, f. σικύα, cucurbita, qua ſanguis elicitur, ein ſchröpf-oder laßkopf. Horat. 2 epiſt. 2, 53 *Quæ potuerunt unquam ſatis expurgare ſicyæ*, ut conjicit Lambinus. Sed jamdudum hoc loco recte legunt *cicutæ* viri docti, quos vide.

SĬCŸON, *ōnis*, f. Σικυών, urbs Achaiæ, officinis omnium metallorum celebris, ut Plinius ſcripſit 36, 4.

¶ Sicyōnius, *a, um*, adject. Cic. de Orat. 1, 54 *Calceos Sicyonios* vocat *non viriles.* Virg. Georg. 2, 519 *Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis.*

¶ Sicyōnia, *orum*, n. pl. ſubſt. calceamenta mollia & muliebria, quæ Sicyone conficiebantur, weiche weiberſchuhe, Lucret. 4, 1118 *Sicyonia pulcra in pedibus.* conf. Virg. in Cir. v. 169. Et apud Feſtum Lucilius: *Et pedibus læva Sicyonia demit honeſta.*

¶ Sicyonium, *i*, n. ſubſt. σικυώνιον, oleum dealbatum a Sicyone urbe, ubi factum eſt præcipue, appellatum, de quo Dioſcor. 1, 28.

SĬCYS, *yos*, σίκυς, cucumis, die gurcke. Eſtque *Sicys hemeros*, vel *ſativus*, Dioſc. 2, 124; & *Sicys agrios* vel ſilveſtris, Dioſc. 4, 149. Et ſic

¶ Sicyonagrion, *i*, n. σικυωνάγριον, cucumis ſilvaticus, wilder kimmerling, Apul. de Herb. c. 113.

Sideralis, ſideratio, ſidereus, vide paullo poſt in *Sidus.*

SĬDĒRION, *i*, n. σιδήριον, herba inde dicta, quod omnia vulnera ferro illata ſanet, Plin. 25, 4; & 26, 14.

¶ Sĭdērītes, *æ*, m. σιδηρίτης, herba, de qua Plin. 22, 17, & 25, 5. ¶ 2. Adamantis genus, ſed quod ictibus frangitur, & adamante alio perforari poteſt, Plin. 37, 4. ¶ 3. Eſt & gemma ferro ſimilis, libro eodem c. 10, ein magnetſtein.

¶ Sĭdēritis, *ĭdis*, f. herba eſt, σιδηῖτις, trium aut quatuor adeo generum, vim habet in curandis vulneribus, gliedkraut, Plin. 25, 17. Apul. de Herb. c. 3, 26, 72, & 81.

¶ Sĭdēritēſis, *is*, cognomentum heliotropii, apud Apulej. l. 2. c. 49.

¶ Sĭdērŏpœcĭlus, *i*, m. σιδηροποίκιλος, gemma variantibus guttis, Plin. 37, 10.

¶ Holoſĭdērus, *a, um*, ὁλοσίδηρος, ferreus plane, gantz eiſern; ut, *Holoſidera ſpatula*, Theod. Priſcian. 1, 28.

Sidero, *or*, ſiderolus, vide paullo poſt *Sidus.*

SĬDĬCĪNVM, *i*, n Apulorum Dauniorum civitas, Plin. 3, 5.

¶ Sidicīnus, *a, um*, adj. ut, *Sidicina æquora*, Virg. Æn. 7, 727. *Sidicina cohors*, Sil. 5, 551. Et, *Sidicina arva*, Id. 12, 521. *Sidicinum Teanum*, vid. infra *Teanum.*

SĪDO, *sēdi* vel *ſidi*, *sĭdĕre*, idem fere quod *Sedere*, unde etiam eſt: quemadmodum utriusque compoſita ſæpe permutantur, ut ſupra in *Sedeo* patuit, ſich ſetzen. Priſcianus tamen lib. 10 p. 893 a *Sedeo* ſeparat, ut novum & peculiare verbum: quamobrem etiam hoc loco ſeorſum cum compoſitis ponendum erat, licet multa ſupra in *Sedeo* explicata fuerint: Minor eſſet confuſio, ſi conſtanter præteritum per tertiam vocalem ſcriberetur *Sidi*, quod vult Burm. ad Petron. c. 96 p. 458; & Drakenb. ad Sil. 5, 3. Virg. Æn. 6, 203 *Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt*, ſie laſſen ſich nieder, loquitur de columbis. ¶ 2. *Sidere*, dicuntur omnia, quæ ex gravitate ſua ima petunt, ſincken, zu grunde gehen. Colum. 12, 24 *Deinde patiemur picem conſidere, & cum ſederit, aquam eliquabimus.* Et, *Sidere ad ima vaſis*, zu boden ſincken, Plin. 12, 25. Sic & *naves* dicuntur *ſidere*; vel quia quaſſatæ ac mutilatæ ſunt, vel quia unda diiabente, æſtu deſtituuntur, vel depreſſæ & obhærentes. Nepos 12, 4, 2 *Navis roſtro percuſſa cœpit ſidere.* Liv. 26, 45 *Nunc levibus cymbis, nunc ubi ea ſiderent, vadis pervagatos ſtagnum.* v. & Nic. Heinſ. ad Ovid. Met. 1, 307. Tac. An. 1, 70, 1 *Quo levior claſſis vadoſo mari innaret, vel reciproco ſideret.* Albinovanus apud Sen. Suaſ. 1 *Iam ſidere limo Navigia.* Claud. Conſul. Hon. 4, 628 *Submerſæ ſidere rates.* Horat. Epod. 5, 79 *Prius cælum ſidet inferius mari.*

¶ Sīdens, *tis*, ſincken, untergehend; ut, *Sidentia peſſum corpora cæſa*, Lucan. 3, 674. Tralate Seneca de Conſtantia Sap. c. 2 *Adverſus vitia civitatis degenerantis & peſſum ſua mole ſidentis.*

Compoſita:

¶ Afsīdo, *ĕre*, ſich hinzu ſetzen; ut, *Aſſido, accurrunt ſervi*, ich ſetze mich nieder, Ter. Heaut. 1, 1, 72. Valla 5, 6 *aſſidere* dixit eſſe, officii gratia apud aliquem conſidere; ut apud ægrotum, aut regem, &c. Plaut. Aul. 4, 1, 20 *In ara hac aſſidam ſacra.* Et, *Aſſidere ſupra aſpidem*, Cic. de Fin. 2, 18.

¶ Circumsīdo, *ĕre*, obſidere, ſich herum ſetzen, belagern. Liv. 9, 21 extr. *Pliſtiam circumſidunt.*

¶ Consīdo, *ĕre*, ſich zuſammen ſetzen, ſich niederlaſſen; ut, *In labellis Platonis conſederunt apes*, Cic. Divin. 2, 31. *Solio medius conſedit avito*, Virg. Æn. 7, 169. *Ardor animo conſedit*, id eſt, furor ſedatus eſt, Cic. de Clar. Or. c. 24. *Vbi ira conſedit*, nachdem ſich der zorn geleget, Liv. 38, 17. Sed quod hæc omnia præterito tempore, quod commune cum *Conſideo* habet, enunciata ſunt; certiora omnino afferenda, quæ propria hujus formæ ac conjugationis ſunt. Cic. Att. 2, 6 *An Antii conſidam.* Et Virg. Æn. 4, 573 *Conſidite tranſtris.* Ovid. Faſt. 6, 305 *Ante focos olim longis conſidere ſcamnis Mos erat.* De judicantibus Idem Met. 12, 627 *Argolicosque duces mediis conſidere caſtris Juſſit, & arbitrium litis trajecit in omnes.* Virg Æn. 1, 572 *Vultis & his mecum pariter conſidere regnis.* ¶ 3. *Conſidere*, etiam dicuntur, quæ ruunt ex alto, ut tecta incendio victa, einfallen. Virg. Æn. 2, 625 *Tum vero omne mihi viſum conſidere in ignem Ilium.*

¶ Desīdo, *ĕre*, ſich niederſetzen verſencken Cic. Divin. 1, 35 *Multa oppida corruerunt, terræ deſederunt.* Sic, *Hiatu deſidere*: Val. Flacc. 8, 329 *Vaſto deſedit hiatu.* Sic, *Tumor deſedit*, die ſchwulſt ſetzt ſich, Celſ. 7, 18. Et, *Ex urina, quod deſidit, album eſt*, es ſetzt ſich etwas weiſſes, Id. 2, 7. *Mores deſidentes*, Liv. præf. v. Pier. ad Virg. Æneid. 3, 565; Heinſ. ad Ovid Metam. 11, 5, 17.

¶ Insīdo, *ĕre*, ſich auf etwas niederlaſſen, ſetzen. Virg. Æn. 6, 707 *Vti apes æſtate ſerena Floribus inſidunt variis.* Pallad. 1, 4 *Nullus aquæ limus inſidat* Cic. de Orat. 2, 28 *Penitus inſidere in memoria*, ins gedächtniß feſt einſitzen, haften. Sil. 5, 3 *Silvarum anfractus cæcis inſiderat armis.* v. Drakenb. qui illud inprimis monet, librarios hoc verbum ſæpe cum *inſedere* vel *inſiſtere* miſcuiſſe.

¶ Obsīdo, *ĕre*, belagern. Salluſt. Cat. c. 45 *Occulte pontem obſidunt*, id eſt, occupant & obſident. Alii vero hic legunt *obſident*, quod

ab *Obſideo* eſt. Lucret. 4, 351 *Obſiditque vias.* Et ibidem v. 1085 *Obſidere partes.* Tibull. 2, 6, 23 *Prædator cupit immenſos obſidere campos.* Ita Brouckhuſ. & interpretatur inſidere, tenere, poſſidere.

¶ Obsīdens, *tis.* Catull. in Argonaut. 65, 344 *Troicaque obſidens longinquo mœnia bello.*

¶ Persīdo, *ĕre,* pro intrare aut penetrare, ſich einſetzen. Lucret. 6, 1124 *Aut in aquas cadit, aut fruges perſidit in ipſas.* Virg. Georg. 3, 442 *Vbi frigidus imber Altius ad vivum perſedit,* hoc eſt, oſſa & medullas penetravit, vide Servium.

¶ Posīdo, *ĕre,* pro *Poſſidĕre,* beſetzt halten. Lucret. 1, 325 *Aër neceſſe eſt poſſidat inane.* Et ibid. v. 964 *Quem quisque locum poſſidit.*

¶ Resīdo, *ĕre,* ſich ſetzen, ſencken. Plin. 4 epiſt. 22 *Vbicunque ſum vitia inter ipſos reſidunt, noſtra late vagantur.* Ineſt enim in omnibus his compoſitis ſignificatio quædam motus. Cic. in Piſ. 33 *Si montes reſediſſent, animes exaruiſſent.* Declamator in Salluſt. c. 3 *Omnia, quæ commoverat, pace & otio reſederunt,* es iſt alles wieder zufrieden und zu ſeiner ruhe gekommen. Ovid. Heroid. 17, 190 *Flamma recens parva ſparſa reſidit aqua,* ita mavult Heinſius pro *reſedit.*

¶ Subsīdo, *ĕre,* idem quod *reſidere, conſidere,* quieſcere. Virg. Æn. 5, 820 *Subſidunt undæ, tumidumque ſub axe tonanti Sternitur æquor aquis;* die wellen legen ſich, werden ſtille. Ovid. Met. 1, 43 *Iuſſit & extendi campos, ſubſidere valles,* unter ſich treten, ſich ſencken, ſinken, cui opponit *ſurgere: Lapidoſos ſurgere montes.* Et ibid. v. 344 *Flumina ſubſidunt,* das waſſer ſetzt ſich; exundationi opponitur. *Subſidere in aliquo loco,* Cic. Att. 5, 16. *Impetus dicendi ſubſidit,* Quintil. 3 pag. 255. Iuv. 6, 198 *Subſidunt pennæ,* h. e. nervus langueſcit de re venerea. Poteſt etiam latius patere ut noſtrum, er hänat die flügel. Sen. epiſt. 108 *Ex amphora graviſſimum quodque turbidumque ſubſidit,* es fällt zu grunde. ¶ 2. *Subſidere* etiam dicuntur fœmellæ pecudes, cum mares admittunt, & in genua conniti incipiunt, ſich bücken, kauern. Lucret. 4, 1191 *Et pecudes & equæ maribus ſubſidere poſſunt.* Horat. epod. 16, 31 *Iuvat & tigres ſubſidere cervis.* ¶ 3. *Subſidere,* pro dehiſcere, niederſincken, einfallen. Obſequ. c. 110 *Hiatu terra alte ſubſedit.* Iuvenalis 6, 410 *Nutare urbes, ſubſidere terras.* ¶ 4. Eſt & ſubſiſtere manendi cauſſa, ſich niederlaſſen. Virg. Æn. 12, 835 *Commixti corpore tantum Subſident Teucri:* i. e. remanebunt Romani & commiſti cum Latinis una habitabunt. conf. *Subſideo* n. 2 in *Sedeo.* ¶ 5. Sil. 13, 221 *Subſidere ſæpe leonem,* eſt venatu & inſidiis capere. vid. quæ ad *Subſidium* ſub *Sedeo* diſputata ſunt, cum *ſubſidium* etiam *inſidias* ſignificet. ¶ 6. Quomodo differant *Subſido* & *Subſideo* vid. Burm. ad Quint. 2, 1 p. 127.

¶ Subsīdens, *tis.* Virg. Æn. 12, 491 *Subſtitit Æneas & ſe collegit in arma Poplite ſubſidens:* Ita facere pugnaturi ſolent, ut & ſe muniant contra adverſarium, & in eo accuratius obſervent, quod maxime cavere oporteat.

¶ Subsīdentia, *æ,* f. die niederſenckung. Vitruv. 8, 3 *Diſſipant, quæ ex aquarum ſubſidentia in corporibus offenderunt.*

¶ Superſīdo, *ĕre,* überbleiben. Mart. Capella 2 p. 38 *Z excluditur, decem & octo numero ſuperſidunt.*

¶ Consubsīdo, *ĕre,* ſich zugleich ſetzen. Minuc. Felix c. 40 *Tamen aliqua conſubſidunt non obſtrepentia veritati.*

SĪDON, *ōnis,* f. Σιδών, metropolis quondam Phœniciæ, ſita in litore trans Libanum, remotaque a Tyro ducentis ſtadiis. Nomen id ab ubertate piſcium, quos *Sidonas* Phœnices vocant, habuit.

¶ Sidōnia, *æ,* f. idem. Iuſtin. 11, 10, 8 *Rex Sidoniæ conſtitutus.*

¶ Sidōnius, *a, um,* gentile nomen; ut Virg. Æn. 1, 613 *Obſtupuit primo adſpectu Sidonia Dido.* Et rurſus *o* brevi, *Sidoniaque oſtentat opes,* Æn. 4, 75. *Sidonius amictus,* Statio eſt purpura, Theb. 11, 648. *Sidonii* cives & incolæ. ¶ 2. *C. Sollius Sidonius Apollinaris,* in Arvernia epiſcopus, ſeculo quinto pietatis & eruditionis laudem, & ob poëſin ſtatuam Romæ in foro Trajani cum laurea Apollinari meruit. Exſtant ejus epiſtolæ & carmina, vid. Voſſ. de Poët. Lat. p. 60.

¶ Sidōnis, *ĭdis,* f. Ovid. Met. 10, 267 *Collocat hanc ſtratis conchâ Sidonide tinctis,* i. e. purpura Sidonis ſive Tyria.

SĪDVS, *ĕris,* n. aſtrum, ἄστρον, quidam per y ſcribunt & ducunt a σύν, quod eſt *ſimul,* & ἰδεῖν, *videre,* quod plures ſtellæ ſimul conſpiciantur. Sed Varro L. L. 6, 2 ab *inſidendo* derivat, & per I ſcribit, ein geſtirn; ut, *Orion, Corona. Stella* vero ſolitaria eſt. Virg. Æn. 9, 429 *Sidera teſtor.* ¶ 2. Plinius 2, 6 etiam planetas, ut, *Solem, Lunam, Sidera* dixit, ſterne. *Diſcreta ſpatiis ſeptem ſidera.* Et, *Regina ſiderum Luna,* Horat. carm. ſecular. v. 35. Pro uno ſole videtur etiam poſitum apud Florum 4, 3, 8. conf. Bernegg. ad Iuſtin. 13, 7, 10. ¶ 3. Barthius ad Claud. Conſul. Hon. 4, 30 obſervat, poëtas ſæpe vocabulo *ſideris* pro æſtu juxta & frigore uſos. Sed & proſæ ſcriptores *ſideris* voce de temperamento cœli, quod pro poſitu ejus atque ſideribus aut calidum aut frigidum eſt, uſi leguntur. Plin. Paneg. c. 12 *Feræ gentes non telis magis quam ſuo cœlo, ſuo ſidere armantur.* Et c. 15 *Diverſam aquarum temperiem ut patrios fontes patriumque ſidus ferre conſueviſti.* ¶ 4. Quin & pro tempeſtate ſeu tempore leguntur uſi. Ammian. 22, 13 extr. *Sidere etiam tum inſtante brumali.* Cauſſa nempe pro effectu ponitur. conf. Claud. in Eutrop. 2, 424. ¶ 5. Sed ubi Florus ait 2, 8, 8 *Hoc velut ſidere belli mota tempeſtas.* Item 3, 21, 3 *Tribus, ut ſic dixerim, ſideribus agitatum eſt facinus,* idem eſt ac ſi dixiſſet: ut ſol tempeſtates, ita illæ cauſſæ bellum & facinus conciverunt. Talis metaphora a ſidereo influxu ſæpe ducitur. Petron. c. 2 *Loquacitas animos juvenum velut peſtilenti quodam ſidere afflavit,* hat ſie wie eine peſt angeſteckt. v. ibi Interpretes. Martialis 2 epigr. 86 *Sidere percuſſa eſt ſubito tibi, Zoile, lingua.* ¶ 6. Eſt & inter blanditiarum vocabula hæc vox. Amores enim & delicias ſuas, *Sidera* appellabant. Suet Calig. c. 13 *Tamen inter altaria & victimas ardentesque tædas denſiſſimo & tetiſſimo obviorum agmine inceſſit ſuper fauſta nomina,* SIDVS & PVLLVM & PVPPVM & ALVMNVM *appellantium.* Horat. epod. 17, 40 *Tu pudica, tu proba Perambulabis aſtra ſidus aureum.* Nimirum ſideribus adſcribunt poëtæ, quos admirantur. v. Burm. ad Val. Fl. 1, 19.

¶ Sidĕreus, *a, um,* geſtirnt, himmliſch, hellglänzend; ut, *Cælum ſidereum,* Ovid. Met. 10, 140. *Sideream in ſedem,* Virg. Æn. 10, 3. Idem Æn. 3, 586 *Axe lucidus æthrâ Sidereâ polus,* i. e. fulgenti. ¶ 2. Pro ſublimi, divino, Ovid. de Pont. 4 ult. 6 Pedonem poëtam vocavit *ſidereum.*

¶ Sidĕrālis, *e,* zum geſtirn gehörig; ut, *Difficultas ſideralis,* h. e. quæ circa ſiderum cognitionem eſt, Plin. 18, 24. *Mundus ſideralis,* der ſtern-himmel: Apul. 2 Met. p. 116 *Omnem iſtam lucem mundi ſideralis inis Tartari & in vetuſtum chaos ſubmergere novit,* ſcilicet magia. Idem Florid. p. 351 *Sideralis ſcientia.* conf. Plin. 6, 26; & 7, 49.

¶ Sidĕro, *āre,* mit dem wetter beſchädigen; unde paſſivum *Sideror, ari,* eſt ſidere afflari. v. Wower. ad Petron. l. c. Ita Onomaſt. Vet. *Siderari,* ἀστροβολίζεσθαι. Plin. 9, 16 *Silurus canículæ exortu ſideratur.*

¶ Sidĕrātus, *a, um,* ſidere afflatus, vom wetter getroffen. Plin 28, 10 *Sideratis urina pullis aſinini prodeſſe dicitur.*

¶ Sīderātio, *ōnis,* f. ἀστροβολία, ſeu ἀστροβολισμὸς, & σφάκελος, quaſi ſideris percuſſio, die beſchädigung vom wetter oder von der hitze. Plin. 17, 24 *Proprium ſiderationis eſt ſub ortu canis ſiccitatum vapor, cum inſitæ ac novellæ arbores moriuntur &c.* Firmicus Aſtrol. 4, 13 extr. *Talis ſiderationis influxu.* ¶ 2. Eſt & morbi genus *Siderationis,* partem aliquam corporis, ſæpe etiam corpus ipſum, afficientis atque exſiccantis, ut fit in tabe, das ſchwinden, quod cum repentino quodam eveniat impetu, e cælo vi quadam ſideris provenire putatur, quemadmodum & vulgo dicitur, es hat ihn böſe luft angewehet, id eſt, inteſto aliquo ſidere afflatus eſt. Poteſt & ſumpta eſſe tralatio ab arboribus, quæ tactæ caniculari ſidere exarefcere credebantur, quod Plin. l. c. & Grotius notant in Matth. c. 4, 24. ¶ 3. Item, cum membrum aliquod languore vitiatum ſenſu in totum deſtituitur. Et paralyſis adeo *Sideratio unius lateris* nominatur.

¶ Sīderātītius, *a, um,* ſidere perculſus, vom wetter gerührt; ut, *Sideratitia jumenta,* Veget. de Re Ve. 3, 35.

¶ Siderōſus, *a, um,* idem; & qui ſiderationis morbo laborat. Vet. Gloſſ. *ſideroſus,* ἀστροπλὴξ, ἐπιπληκτικός.

Compoſita:

¶ Consīdĕro, *āvi, ātum, āre,* reputare eſt, expendere, betrachten, bedencken, in bedencken nehmen. Proprie & ratione etymi eſt aſtronomorum verbum ſidera diligenter contemplantium. Vnde & Feſtus: *CONSIDERARE a contemplatione ſiderum videtur appellari.* Adde Voſſ. Etymol. in *Sidus.* Sic, *In animo ſecum conſiderare,* Ter. Heaut. 2, 4, 5. *Etiam atque etiam videre & conſiderare, quid agendum ſit,* Cic. Verr. 5, 68. Et Verr. 3, 12 *Conſiderate cum veſtris animis vosmet ipſi.*

¶ Conſiderans, *tis.* Cic. Tuſc. 5, 1 *Eos caſus mecum ipſe conſiderans, huic incipio ſententiæ diffidere.*

¶ Conſideranter, adverb. bedächtlich. Val. Max. 8, 1 extr. *Conſideranter & manſuete populi Rom. magiſtratus,* ſcil. agebat. Pallad. 3, 19 pr. *Cuneum inter corticem & lignum conſideranter deponimus.* Comparat. *Conſiderantius* ſuppeditat C. Fronto vetus Grammaticus.

¶ Conſiderantia, *æ,* f. die bedachtſamkeit. Cic. ad Qu. fratr. 3, 9 *Cujus in hoc uno conſiderantiam & ego ſuſtinebo, ut potero.* Et Vitruv. 6, 1 *Tarditate animi ſine conſiderantia irruentes.*

¶ Conſidĕrātus, *a, um,* der alles wohl bedenckt, behutſam. Plinius cum *Sapiente* conjungit, quod ſapiens eſſe non poſſit, qui non & conſideratus ſit: nam Paneg. c. 44 *Salva eſt,* inquit, *omnibus vita, & dignitas vitæ; nec tam conſideratus ac ſapiens, qui ætatem in tenebris agit.* Hic active ſumitur; ut Cic. de Invent. 2, 54 *Bene conſiderata ratio,* paſſive, wohlbedacht. Iterum active *Conſideratior.* Compar. Hirt. de B. Afric. c. 73 *Cæſar tardior & conſideratior erat factus.* Et paſſive, *Conſideratiſſimum verbum,* Cic. pro Font. c. 9.

¶ Conſiderate, adverb. bedachtſam; ut, *Agere, quod agas, conſiderate decet,* Cic. Off. 1, 27. *Conſideratius utilitati ſuæ conſulere,* Idem Att. 9, 11: & præcedente epiſt. 10 *Quid feci non conſideratiſſime?* Cæſ. B. C. 3, 82 *Aliquid conſideratius facere.*

¶ Conſidĕrātio, *ōnis,* f. quæ comes prudentiæ, die betrachtung; ut, *Accurata conſideratio,* Cic. Acad. 4, 11. *Conſideratio contemplatioque naturæ eſt ingeniorum quoddam quaſi pabulum,* Id. Acad. 1, 41.

¶ Conſidĕrātor, *ōris,* m. qui conſiderat. Gellius 11, 5 *Quæſitores & conſideratores, qui ſemper in conſiderando ſunt.*

¶ Inconsīderans, *tis,* inconſultus, unbeſonnen. Cic. Divin. 2, 27 *Nos ita leves atque inconſiderantes ſumus.* Alii *inconſiderati ſumus.* Tertullian. adverſ. Marc. 2, 29 *Inconſiderantiſſime Marcion,* vocandi caſu.

¶ Inconſideranter, adverb. unbedächtig. Vlpian. Dig. 26 t. 10 l. 3 § 17 *Is Tutor, qui inconſideranter pupillum vel dolo abſtinuit* &c. Breviarium Fidei adverſ. Arian. p. 131 edit. Sirmondi: *Inconſideranter rebaptizant.*

¶ Inconſiderantia, *æ,* f. ἀβλεψία, die unbedachtſamkeit. Suet Claudio cap. 39 *In eo mirati ſunt homines & oblivionem, & inconſiderantiam, vel ut græce dicam,* μωρωσίαν & ἀβλεψίαν. Lambinus etiam pro *Conſiderantia* legit *inconſiderantia,* in Cic. ad Q. fr. 3, 9.

¶ Inconſidĕratus, *a, um,* unbedachtſam, unbeſonnen. Cic. pro Quint. c. 25 *O cupiditatem inconſideratam!* Nepos 9, 5, 1 *Inconſideratior in ſecundis, quam in adverſa fortuna.* Quint. 2, 15 p. 183 *Juvenili calore inconſideratior.* Cic. de Ar. Reſp. c. 26 *Plenus inconſideratiſſimæ temeritatis.*

¶ Inconſiderate, adverb. inconſulte, temere, unvorſichtig. Cic. Off.

Off. 1, 29 *Inconsiderate negligenterque agere*; Aut. ad Herenn. 4, 38 *tractare*. Comp. Cic. Ac. Qu. 4, 43 *Nihil potest dici inconsideratius*. Val. Max. 1, 5, 9 *Inconsideratius præliari*. Auguſt. Confeſſ. 9, 9 *Ille inconsideratius commotus* (ad iram) *erat*.

¶ Inconſiderātio, *ōnis*, f. die unbeſonnenheit. Salvianus ſub fin. lib. 1 de Gub. Dei: *Qui sola mentis inconsideratione peccassit*. In Suetonii etiam loco, quem modo in *inconsiderantia* dedimus, Giſanii librum *inconsiderationem* habere, Terrentius ad eumdem locum auctor eſt.

¶ Dēsīdĕro, *āvi*, *ātum*, *āre*, etiam a *sideribus* dici certum eſt, uti Feſtus aſſerit, vid. n. 4 & eſt poſtulare, rogare, verlangen, wünſchen, begehren, erfordern. Cæſ. B. Civ. 3, 74 *Nemo aut tribuni aut centurionis imperium desiderat*. Cic. de Senect. cap. 14 *Non caret is qui non desiderat*. Et ibid. c. 13 *Laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat*, es ſehnet ſich nicht groß darnach. conf. & 9 pr. Id. Cic. Att. 7, 26 *Sin erit bellum, partes meæ non desiderabuntur*, es ſoll an mir nicht mangeln. ¶ 2. Eſt opus habere, expoſcere. Idem de Senect. cap. 10 *Non curia vires meas desiderat*, i. e. ſatis habeo virium ad ſententiam dicendam, man vermiſſet mich nicht. Nepos 15, 7, 1 *Desiderari cœpta est diligentia Epaminondæ*, id eſt, hunc potius præſtiſſe, cujus virtus jam ſpectata erat, omnes cupiebant, Paraphraſeos inſtar eſſe poteſt locus Taciti de Agric. 41, 3. ¶ 3. Eſt amittere, einbüſſen, vermiſſen, præſertim de cæſis acie; ut, *Desiderati sunt eo prælio &c.* v. Cæſ. B. Civ. 1, 51; & 3, 53; & Curt. 3, 11, 27. Sic etiam dicimus: *Hoc in te desidero. Ex omnibus nihil magis desideratur*, Cic. Attic. 11, 7. Id. Verr. 4, 44 *Nec quicquam ex eo fano, præter unum signum ex ære, desideratum est*. ¶ 4. Perizonii ad Sanct. 3, 3, 10 pag. 309 obſervatio eſt, *desiderare* primitus neutrum fuiſſe: ſignificaſſe enim ſidera conſtanter intueri, ut ex iis divines de rebus futuris, quas expetis & cupis: *desiderare* igitur *aliquid* elliptice dictum pro *desiderare* ſ. conſulere ſidera *propter aliquid &c.*

¶ Dēsīderans, *tis*: ut, *Desiderans quod satis est*, Horat. 3 od. 1, 25. Suet. Aug. c. 40 *Desideranti consuetudinem veterem concessit rursus*, id eſt, petenti. Et Superl. Paulinus epiſt. 4 extr. ad Auguſtinum (vet. edit. 41) *Frater desiderantissime*.

¶ Dēsīderanter, adverb. mit verlangen. Caſſiodorus 1 epiſt. 4 *Illud tamen maxime desideranter appetimus*.

¶ Deſīderātus, *a*, *um*, verlangt, gewünſcht, vermißt, verlohren. Catull. 31, 10 *Desiderato acquiescimus lecto*. Superl. *Desideratissima promissa*, Plin. 30, 1. conf. Capitol. in Albino c. 7. Subſtantive Cic. poſt Red. ad Quirit. c. 1 *Omnia desiderata magis, quam offidue percepta delectant*. ¶ 2. In Vet. Gloſſ. *Desiderata*, λειτουργία τελεστή, eſt ſacra ſynaxis, der tiſch des herrn, quod Catechumeni eam multis votis ac deſideriis proſequerentur.

¶ Dēsīderātio, *ōnis*, f. das verlangen. Cic. de Senect. c. 14 *Non est voluptatum titillatio in senibus, nec desideratio*.

¶ Deſīderātor, *ōris*, m. qui deſiderat. ICt. in Dig.

¶ Deſīderātīvus, *a*, *um*, das ein verlangen bedeutet; ut, *Verba desiderativa*, quæ terminantur in *urio*; ut, *Moriturio*, i. e. mori deſidero. v. Auguſtin. de gramnat. p. 2002. A Priſciano vocantur *Meditativa*.

¶ Deſīderābilis, *e*, beliebt, angenehm, appetitlich. Liv. 24, 5 *Desiderabilem efficere*. Tac. Hiſt. 2, 76, 7 *Desiderabilis princeps*. Compar. Suet. Tib. c. 21 *Tali successore desiderabilior ipse sit*.

¶ Deſīderābĭlĭter, adverb. idem. Auguſtinus epiſt. 143 *Desiderabiliter concupiscendum*.

¶ Dēsīderium, *i*, n. das verlangen; ut, *Parentum exploro desiderium*, Liv. 1, 9. *Tenet me desiderium*, Cic. fam. 2, 31. *Laborare desiderio* vel *ex desiderio*, Id. fam. 16, 10; & *Afici desiderio*, 2, 13 extr. *Desiderio flagrare*, Att. 5, 11 pr. Et, *Incendi desiderio*, in Orat. c. 10. *Desiderium incutere*, verlangen machen, Horat. 1 epiſt. 14, 22. Obſerva & hanc formulam: *Desiderio mei, tui, noſtri &c.* aus verlangen nach mir ꝛc. Cic. ad Qu. fratr. 2, 14 *Faciam, ut in medio dolore ac desiderio mei lateris*. Et, *Magno desiderio alicui esse*, id eſt, deſiderari, Ter. Heaut. 4, 5, 5. Contra ea, *In desiderio esse*, eſt deſiderare: Cic. fam. 2, 12 extr. *Si non essem quidem tamdiu in desiderio rerum mihi carissimarum*. ¶ 2. Eſt *Desiderium* etiam ἀξίωσις, poſtulatio, rogatio &c. die forderung. Quemadmodum *Desideria militum* Sueton. dixit Aug. cap. 17, ubi videre licebit Caſaub. Pro *supplici libello* ibidem poſuit c. 53 & 94. Plin. Paneg. c. 79 *Videmus, ut provinciarum desideriis, & singularum etiam civitatum precibus occurrat*. Similiter uſus hac voce eſt Idem 10 epiſt. 34 & 35.

¶ Præſīdero, *āre*, allzu frühzeitig wintern oder ſommern, Feſtus: PRAESIDERARE *dicitur, cum maturius hiberna* (aut æſtiva) *tempestas movetur, quasi ante sideris tempus*.

SĪGĂLION, *ōnis*, ἀπὸ τῆς σιγῆς, *silere*, Deus ſilentii apud Ægyptios, alio nomine *Harpocrates*, de quo ſupra. Auſonius epiſt. 25, 27 *Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet*. vid. Scalig. Lect. Auſ. 1, 29.

Sigambri, vide *Sicambri*.

SĪGĒVM, *i*, n. Σίγειον, urbs in Troade, a qua & ¶ 2. *Sigeum* promontorium Trojæ dictum eſt, auctore Suida. Servius in Virg. lib. 2 Æn. *Duo sunt Troiæ promontoria RHOETEVM & SIGEVM: quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio Laomedontis simulavit abscessum, & inde Troiam per silentium venit*. Cic. fam. 5, 12 *Cum in Sigeum venisset Alexander*.

¶ Sigēus, & Sigēĭus, *a*, *um*, adjectiva; ut, *Sigea littora*, Ovid. Faſt. 4, 279; & *Sigeia tellus*, Id. Heroid. 1, 33. *Sigea freta*, Virg. Æn. 2, 312. Et, *Sigei campi*, Id. 7, 294.

Sigillare, ſigillaris, ſigillaritius, ſigilliolum, ſigillum, vide *Signum*.

SĪGLA, *orum*, n. pl. & Siglæ, *arum*, f. pl. per ſyncopen dicebantur literæ ſingulæ, quæ integrarum vocum ſigna erant. Quod cum fiebat, *Siglis* dicebantur *scribere*: ut S V. B. E. E. V. pro, *Si Vales, Bene Est, Ego Valeo*. *Siglæ* quaſi *Sigillæ*. v. Voſſ. de Arte Gramm. 1, 40 extr. Iuſtinian. de concept. Digeſt. 1 § 13 *Per figlorum captiones & compendiosa ænigmata textum conscribi* vetat.

SIGMA, *ătis*, n. σίγμα, menſa ſex vel ſeptem capiens convivas, ſimilitudine elementi græci ejusdem nominis, quod ſemicirculari forma pingebatur, ut C Latinorum, quemadmodum Brodæo videtur in Miſcellaneis; & Io. Savaro contra Liphum, (qui Cent. 1 epiſt. 65 partem cœnationis interpretatur, ſuggeſtum videlicet ligneum, in quo lectus perpetuus ſtratus ad ſex vel ſeptem convivas recipiendos), ad Sidon. 1 epiſt. 2 recte aſſerit. Lamprid in Heliog. c. 25 *Primus invenit sigma in terra sternere &c.* Vbi Caſaub. *Aliquando non undique ad mensam convivæ accumbebant, sed ab altera tantum parte, cum quidem sedentes convivæ, lunatæ figuræ vel hemicycli speciem exhibebant. Et cœnationes igitur hujus generis* hemicyclia, *& accubita ita strata* ſigmata *dixerunt a græcæ literæ similitudine*. Sed quod exiſtimavit Caſaubonus, veteres aliquando ita accubuiſſe, ut totum menſæ orbem implerent, in eo, ut Salmaſius ad eumdem Lampridii locum animadvertit, fallitur. Semper enim partem reliquerunt vacuam, unde inferebantur fercula. Pet. Chriſol Serm. 83 *Alto sigmate epulantur*. Accubitus in ſigmate non ſemel repræſentatur in Roma ſubterranea Boſii, ut pag. 355, pag. 391, p. 471 & p. 513. conf. Fulv. Vrſinum ad Ciaccon. de Triclinio ap. Lindice p. 126 ſeqq. Struck. Antiq. Convival. 2, 34; Lipſ. Cent. 1 Miſcell. epiſt. 65, & ſupra *Hemicyclion* in *Cyclus*.

Signanter, ſignare, ſignatio, ſignatura &c. vide mox *Signum*.

SIGNIA, *æ*, f. antiqua colonia in Latio; Liv. 1, 56 & alibi.

¶ Signīni, *ōrum*, m. pl. populus ejus oppidi, apud Plin. 3, 5.

¶ Signīnus, *a*, *um*, adject. ut, *Signinum opus*, quod conſtractis teſtis & calce fit, maximæ firmitudinis, ſteinerich, Plin. 35, 13. Et Vitruv. 5, 11 *Ex opere signino statuæ*. Adde Plin 8, 17 ſub init. ubi piſcinæ hoc opere fieri, ut aquam ſuſtineant, dicuntur. conf. etiam Celſ. 4, 10; Colum. 5, 10; Plin. 15, 15; & 32, 9; Pallad. 1, 17.

Signĭfer, ſignĭfex, ſignifico cum derivatis, vide ſequens *Signum*.

SIGNVM, *i*, n. ſignificatio, indicium, ein zeichen, merckmal, eine anzeigung. Ter. Heaut. 2, 3, 57 *Magnum id quoque signum est, dominam esse extra noxium &c.* Et Hec. 2, 1, 39 *Nonne id signi satis est?* Id. Andr. 5, 3, 7 *Vide, num ejus color pudori signum usquam indicat?* Et, *Signa doloris vultu ostendere*, Cic. de Orat 2, 45. *Conjecturam ex signis facere*, Ter. Adelph. 5, 3, 36. Et, *Signis aliquid colligere*, Quintil. 3, 6. ¶ 2. Sed, *Tabulas signis consignare hominum nobilium*, verpitſchiren, verſiegeln, Cic. pro Quinct. cap. 6. Id. Att. 9, 10 p. 56 *Sub signo se habere* dicit volumen epiſtolarum Attici. Sic, *Signis impressis pacta conventaque custodire*, Sen. de Benef. 3, 15. ¶ 3. *Signum Veneris*, *Cupidinis*, id eſt, imago vel ſculptilis vel fuſilis. Cic. Verr. 1, 17 *Delum venit, ibi ex fano Apollinis clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima*. Liv. 30, 39 *Signa tria ex multaticio argento facta*. Et, *Signum exsculpere*. Quintil. 2 c. 19. ¶ 4. Sed, *Signa militaria*, partim ſolidæ formæ, partim ex panno, vexilla ſunt, fahne, panier. Sic dicta ab effigie animalium, quæ in illis fieri conſueverant; ut lupi, equi, apri, his enim uti Romanæ legiones ſolitæ. v. Lipſ de Mil. Rom 4, 5. Ita, *Signis infestis inferri in hostem*, Cic. pro Font cap. 16 pr. *Signa conferre*, Id. fam. 7, 3. *Sub signis legiones ducere*, Id Att. 16, 8. *Signa inferre*, i. e. ire in hoſtem, auf den feind losgehen, Nepos 14, 6, 5. *Sublatis signis ad Cæsarem se contulerunt*, Vellej 2, 61, 2. *Signa in medios hostes vel intra vallum hostium projecta* ad incitandos militum animos, Liv. 3, 70 ext. Ibid. 4, 29 *Convertuntur signa*, cum retro vel in aliam partem agitur agmen; *convelluntur*, cum caſtra moventur. v. Gronov. ad Liv. 3, 54. Multa de Signis habet Briſſon. form. l. 4 pag. 345. De ſignis in ærario cuſtodiendis v. Valeſ. ad Liv. 3, 69 extr. *Signa* autem ab *aquilis* diverſa erant: legioni cuique una erat *aquila*: ac tot *signa* erant, quot manipuli: hi autem triginta in legione, ut alibi dictum Itaque Liv. 25, 23 *Signi unius milites* ſunt manipulus; & 33, 9 *Cum viginti signorum manipulis*. Pennas etiam & vela fuiſſe in ſignis apparet Nemeſiani ævo: Is enim Cyn. 84 *Aurea purpureo lunge radiantia velo Signa micant: sinuatque truces levis aura dracones*. Aquilas autem & alia ſigna ſolida antiquiori ævo fuiſſe numi & lapides cæſi ſatis declarant. Elegans ratio loquendi eſt, *Signum tollere*, pro erigere, excitare. Cic. pro Marcello c. 1 *His omnibus ad bene sperandum quasi signum aliquod sustulit*. Formula a militia petita eſt. Nam cum ad arma & pugnam conveniendum eſſet, vexillum proponebatur. Id ergo militi committendi certaminis ſignum erat. Vide Gevartii Papin. Lect. 4, 4, qui rem ex Ammiano maxime declarat. Sed eſt adjiciendus & locus Cæſaris B. G. 2, 20 *Cæsari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret &c.* Idem rurſus B. C. 3, 89 ext. *Simul tertiæ aciei totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: se, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum*. ¶ 5. Aliquando in militia *Signum* & teſſeram ſignificat, das wort, die loſung. Silius 15, 475 *Tacitum dat tessera signum*. Et *Signum vocale* Vegetius vocat, quod voce conſtaret. Nam & alia ſigna non vocalia erant, eaque ipſa diverſi generis, de quibus Tactici ſcriptores: Breviter Caſaub. ad Æneam Tactic. cap. 4. v. Veget 3, 5. Multa de his ſignis vocalibus congeſſere Nic. Heinſ. & Drak. ad Sil. 5, 199. Ita *Signum petere*: *Signum dare*: *Signum accipere* dicimus. ¶ 6. Et *signa* dicuntur ſidera in Zodiaco, die zweif zeichen. Sic, *Ortus, obitus signorum*, Virg. Georg. 1, 257. Et ipſe Cic. de Invent. 1, 34; ubi tamen ſidera generatim notat. Et, *Rabiosi tempora signi* dies caniculares dixit Horat. 1 ſat. 6, 126. De ſignorum cœleſtium origine vide Comment. ad Germanici Aratea apud Rutgerſ. Var. Lect. 3, 16. Characteres XII ſignorum, itemque planetarum, quibus utuntur aſtrologi, explicat Salmaſ. ad Solin p. 872 ſq.

¶ Sīgillum, *i*, n. diminut. ein bildniß. Cic. Verr. 4, 22 *Appositi patellam, in qua sigilla erant egregia*, bildereyen, figuren. Prudent. in Romano v. 151 *Ad sigillorum pedes jacere*. Plin. 36, 24 *Sigilla ædificiorum*. Vitruv. 9, 9 *Virgulæ egredientes Sigillum ostendit horas*. ¶ 2. Sed, *Imprimere sigilla annulo*, ſein pitſchier oder ſi gel aufdrucken, Cic. Acad. 4, 26. *Grata sigilla pudico*, ſcil. libro Horat. 1 epiſt. 20, 4.

¶ Sigillo, *āre*, interpretantur ſigna imprimere, item, inſculpere, & laudant Varro. apud Nonium 2, 785 *Lex est, ne filii parentibus*

figillent oculos. Sed alii *Sugillent.* vid. Voſſ. de Vit. L. L. 4, 25; & Salmaſ. de Modo utur. p. 456.

¶ Sigillator, *oris*, m. qui ex argilla figilla fingebat. v. Inſcr. Murat. p. 936.

¶ Sigillātus, *a, um*, figillis vel figuris animalium ornatus. Sic, *Putealia figillata*, Cic Att. 1, 10; *Scyphi figillati*, Id. Verr. 4, 14, id eſt, figuris ſignati. Et Varro apud Nonium 4, 361 *Eburneis lectis & plagis figillatis.*

Sigillātim, vide *Singulatim* infra in *Singulus.*

¶ Sigillāris, *e*, ad figillum pertinens, figillo inſignitus, idemque quod *figillatus.* Hinc

¶ Sigillāria, *ium*, n pl. ſubſt. munera, quæ figillis conſtabant, icunculæ, & alia, quæ amatores amatis & pueris mittebant, bilde und ſchnitzwerck, puppenzeug. Sen. epiſt. 12 *Ego ſum Felicio, cui ſolebas figillaria afferre.* Suet. Claud. c. 5 *Quadraginta aureos in Saturnalia & figillaria miſiſſe.* Arnob. 6 p. 197 *Quinimo Deos eſſe figillaria ipſa cenſetis.* Tertull. de Orat. c. 12 *Cum perinde faciant nationes adoratis figillaribus ſuis reſidendo.* ¶ 2. *Sigillaria*, vicus Romæ, ubi, præter figilla, & aliæ res habebantur, quamobrem magna ſemper frequentia hominum celebrabatur, quod Suetonii locus Ner. c. 28 cumprimis oſtendit. Librarios ibi fuiſſe, & libros venditos, ex Gellio 2, 3; & 5, 4 conſtare poteſt. *Argenteum eſſedum ad figillaria venale fuiſſe*, Suet. Claudio c 16 refert. Et, *lances de figillaribus emtas*, memorat Scævola leg. penult. § 1 Dig. de Legatis 3. Et Auſon. Idyll. 13 epiſt. ad Paulum: *Pro quo, ſi per figillaria in auctione veniret &c.* conf. Turneb Adv. 28, 28. ¶ 3. Et, *Sigillaria, orum*, feſta erant, (*ſacra figillorum nomine dicta* Auſonius vocat Idyll. 26); poſt Saturnalia, in quibus ſigna parva ab amicis miſitabantur, SIGILLARIA, vel SIGILLARITIA appellata. Macrob. Sat. c. 10 extr. poſtquam de Saturnalibus dixerat, *Sigillariorum*, ait, *adjecta celebritas &c.* Et de Sigillariorum origine, v. ibid. c. 11 extr.

¶ Sigillāritius, *a, um*, idem quod figillaris. Spartian. in Adriano c. 17 *Saturnalitia & Sigillaritia frequenter amicis inopinantibus miſit & ipſe ab his libenter accepit*; ſubintellige *munera.* Sic, *Sigillaritius annulus* pro annulo ſignatorio, ein pitſchier-ring, apud Vopiſcum Aureliano extremo legitur.

¶ Sigillĭolum, *i*, n. diminut. Arnob. 6 p. 197 *Pro Diis immortalibus, ſigillĭolis hominum, & formis ſupplicatis humanis?* Contemtim ergo Deorum imagines non ſigna, ſed *ſigilliola* vocat.

¶ Sigillĭārius, *i*, m. ein bildſchnitzer, bildhauer. Inſcript. Reineſ. claſſ. 11 n. 89 FLATVARIO SIGILLIARIO, i. e. ſignorum ſtatuarumque conflatori. ¶ 2. In Gloſſ. lat. gr. eſt *Sigillarius*, ἀγαλματοποιός. ¶ 3. Reperitur etiam in Inſcript. apud Fabrettum *Sigillisiariarius*, & *Sigillariarius*: ut p. 177 T. FLAVIO SIGILLIARIO; & p. 243 AFRO SIGILLARIARIO. Corradinus ab Allio in Lex. Crit *Sigillarium* a *Sigillatore* ita differre notat, ut *Sigillator* is ſit, qui ex argilla, *Sigillarius*, qui ſpiritu conflabat ſigilla ex argilla, vel alia materia.

¶ Signo, *avi, atum, āre*, ſigno notare, ſignum imprimere, zeichnen; ut, *Summo puluere veſtigia ſignare*, Virg. Georg. 3, 171. Id. Æn. 3, 287 *Poſtibus aduerſis ſigno, & rem carmine ſigno.* Sic, *Argentum ſignare*, geld prägen münzen. Cic. fam. 15, 29 *Cum ſignaretur argentum Apollinare.* Et Plin. 33, 3 *Signare ex auro denarium.* ¶ 2. Item, ſigillo impreſſo claudere vel confirmare, ſiegeln, verſiegeln. Martialis 9 epigr. 89 *Iam ſignat meus annulus Lucrenam.* Sic tabulas teſtamentorum & nuptiales dicuntur teſtes adhibiti *ſignare*, cujus paſſim exempla in jure exſtant. Et, *Signare epiſtolam*, v. *Signatus.*

¶ Signans, *tis*: ut, *Stella ſignans vias*, Virg. Æn. 2, 697. *Gentes natis ſignantes corpora*, Plin. 6, 4. *Signans cera*, Vitruv. 9, 3.

¶ Signanter, adverb. mercklich, nachdrücklich, deutlich. Hieronym adverſ. Iovinian. 1, 7 extr. *Signanter & proprie ſupra dixerat.* Et Auſon. in Grat. act *Signanter & breviter omnia indicare.*

¶ Signātus, *a, um*, bezeichnet, gezeugt, gemünzt: ut, *Signata ſaxo nomina*, Ovid. Met. 8, 539. *Signatis mandare tabellis*, Tibull. 4, 7, 7. *Signatus liber*, & *ſignata epiſtola*, Nepos 6, 4, 2; & 16, 3, 2. *Signata limina*, Propert. 4, 1, 146. Comp. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 13 *Quid expreſſius & ſignatius in hanc cauſſam.* ¶ 2. *Signatam virginem* pro integra, illæta & inviolata vetuſtas voluit dicere, monente Nonio 2, 783; ubi Lucilius: *Primum Chryſidem negat ſignatam reddere.* Prudent. Apoth. v. 573 *Pubertas ſignata manet.* Varro apud Nonium 4, 431 *Signata ſacra eſſe deſierunt.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1156.

¶ Signāte, adv. ſignificanter, deutlich, eigentlich. Gell. 2, 6, & Macrob. Sat. 6, 7 *Proprie & ſignate loqui.* Ammian. 22, 15 *Forma hoc vocabulo ſignatius appellata.* Id. 23, 6 pr. *Non quid ſignatius explicet, ſcrutatur.*

¶ Signātio, *ōnis*, f. die zeichnung, bemerckung. Auctor dialogi de Orat. c. 16 *Oratorum ætatem ſignatione determinare.* Et Tertull. ad Vxor. 2, 9 *Furtiva ſignatio.*

¶ Signātor, *ōris*, m. qui ſignat. *Signatores*, teſtes, qui tabulas vel teſtamentorum, vel nuptiarum, vel cujuscunque alterius negotii, ſubſcribebant & obſignabant. Val. Max. 7, 7, 2 *In eo* (teſtamento) *ipſe Tullianus Pompeji Magni familiaris, ipſo Pompejo ſignatore, hæres ſcriptus.* Suet. Aug. c. 33 *Cum de falſo teſtamento ageretur, omnesque ſignatores lege Cornelia tenerentur &c.* Iuvenal. 10, 335 *Ritu decies centena* (pro dote) *dabuntur Antiquo: veniet cum ſignatoribus auſpex.* Loquitur de contractu nuptiarum & teſtibus eo adhibitis. Adde Sen. de Benef. 2, 23; Prudent. Cathem. 12, 87. In Parei Lex. Crit. p. 1156 exhibetur inſcriptio, ubi *Signator* officii nomen videtur.

¶ Signātōrius, *a, um*; ut, *Annulus ſignatorius*, l. 74 D. de Verb. Signif. ein pitſchaft, ſiegelring. Onomaſt. *Signatorius*, σφραγιστικός.

¶ Signātura, *æ*, f. das ſiegel. Suet. Ner. c. 17 *Tabulæ* (vel *literæ*) *vacuæ ſignaturis.*

¶ Signāculum, *i*, n. σφραγίς, idem; ut, *Signaculum corporis*, Tertull. Apol. c. 21. *Signaculum fidei*, Id. de Spectac. c. 24; & *Signaculum orationis*, Id. de Orat. c. 14. *Scrutari Dei ſignacula*, Prudent. Apoth. v. 294. *Inſcripta oleo frontis ſignacula*, Id. Pſychom. v. 360. Adde in Symmach. 1, 568; Vlp. Dig. l. 16 t. 3 l. 1 § 36; & Apul. 2 Florid. p. 346.

¶ Signārius, *i*, m. ein bildmacher. Gloſſ. gr. lat. ζωδιοποιὸς, *Signarius*, i. e. ſignorum aut ſtatuarum artifex, qui alias *Signifex.* Inſcr. Murat. p. 963 ARTIFEX SIGNARIVS.

¶ Signīlis, *e*, pro *Signatus*, apud Mart. Capell. 6, 193 *Pars interſitii ſignilis*, ſi ſana lectio.

¶ Signĭficio, *ĕre*, i. e. ſignificare, deuten, zeigen. Metianus l. 65 § 3 ff. ad SC. Treb. *Si auditus capaces ſunt, interrogati nutu poſſunt ſignificere.*

¶ Signĭfer, *a, um*, adject. pro *ſigni* varia notione variis ſuetum attribui, bezeichnet. Sic *ſignifera puppis*, a vexillo dicitur prætoria navis, apud Lucanum 3, 538. *Polus ſignifer*, ibid. v. 254; & *Cælum ſigniferum*, a ſignis cœleſtibus ſive ſideribus, apud eumd. 7, 363, atque ita etiam *Orbis ſignifer*, id eſt, zodiacus, Cic. N. D. 2, 20. *Signiferum circulum* vocat Vitruvius 6, 1, den thierkreis. Ac, *Crater ſignifer*, cui artificioſe ſigna & imagines inſculptæ ſunt, apud Val. Flacc. 1, 337.

¶ Signĭfer, *ĕri*, m. ſubſtantive, vexillifer miles, ein fähndrich. Cæſ. B. G. 2, 25 *Cohortis centurionibus occiſis, ſigniferoque interfecto.* Tac. An. 2, 81, 2 *Signifer legionis ſextæ ſignum ad eum tranſtulit.* Maximum momentum in iis erat ad victoriam, unde *accelerare* jubentur, i. e. ſigna propere inferre; & Q. Ser. Priſcus dictator ſigniferum ex ſuis cunctantem occidit, Liv. 4, 47 pr. ¶ 2. Dux & auctor cujusliber rei aut facti, ein anführer. Cic. pro Planc. c. 30 *Qui cauſſæ noſtræ duces & quaſi ſignifer i fuiſſent.* Id. pro Mil. c. 33 *Cum tantum auſus ſit ultro pro mortuo, quid ſignifer pro vivo non eſſet auſus?* ¶ 3. Zodiacus etiam abſolute ſive ἐλλιπτικῶς vocatur *Signifer*, ut apud Plin. 2, 10 *Propter obliquitatem ſigniferi*, ſubaudi *circuli*, ut c. 4 extr. plenius dixerat; vel *orbis*, ut Cic. N. D 2, 20.

¶ Signĭfex, *ĭcis*, m. qui ſigna ſculpit, ein bildhauer. Apul. Met. 2 p. 116, *Specimen operæ fabrilis egregius ille ſignifex perdidit.* conf. Mart. Capell. lib 2; Arnob. 6 p. 199; Sidon. 6 epiſt. 12; &c.

¶ Signĭfĭcus, *i*, m. idem. Apul. de Deo Socrat. *Non pudet me non eſſe ſignificum.* v. Elmenh. not. ad p. 54 ubi legit *ſignificem.*

¶ Signĭfĭco, *avi, atum, are*, bedeuten, berichten, anzeigen; ut, *Significare per literas*, Cic. Att. 1, 11, ſchriftlich zu verſtehen geben, zu wiſſen thun. *Significare clamore*, Cæſ. B. G. 7, 3. Et, *Significare & oſtendere aperte*, Cic. Verr. 2, 60. *Quid hæc tanta celeritas feſtinatioque ſignificat?* Id. pro Roſc. Am. c. 34. *Significare* minus eſſe quam *declarare*, apparet ex Cic. fam. 5, 13. *Itaque hoc ſæpius dicendum tibique non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror.* Cælius ſub Cic. Att. 10 p. 160 *Quod tu non dicendo mihi ſignificaſti*, i. e. obſcure & per ænigma. conf. Suet. Aug. c. 50. ¶ 2. In veterum ſcriptis *Significor* pro *Significo* reperiri, teſtatur Gell. 18, 12.

¶ Signĭfĭcans, *tis*, deutlich, eigentlich, nachdrücklich; ut, *Dilucida ſignificansque deſcriptio*, Quintil. 4, 2. *Nomen aut verbum translatum proprio ſignificantius eſt*, Id. 8, 6. *Significantiſſimum vocabulum*, Gell. 1, 15.

¶ Signĭfĭcanter, adverb. idem. Sen. Controv. 3, 20 *Quotidiano verbo ſatis ſignificanter uſus eſt.* Quintil. 1, 7 *Partes ſignificanter ornateque dicendi.* Compar. Gell. 1, 25 *Significantius & conſignantius dicere*; conf. 17, 2. Lactant. 6, 5 extr. *Vt brevius & ſignificantius utriusque rei ſumma officia determinemus.* Et ipſe Cic. fam. 3, 12 *Acrius, apertius, ſignificantius dignitatem tuam defendiſſem.* Superl. Quintil. Decl. 247 *Illud quam fieri poteſt breviſſime & ſignificantiſſime comprehendite.*

¶ Signĭfĭcantia, *æ*, f. die bedeutung. Gloſſ. Vet. *Significantia*, ἐμφασις, ἔννοια. Vſus & aliquoties eſt Arnobius, ut lib. 4 ſub init. *Ex rerum eventu ipſius nominis ſignificantiam* (Luperca dea) *traxit.* Et eod. lib. p. 134 *Ad rerum ſignificantias aptare.* Adde lib. 7 p. 230; Tertull. adv. Valent. c. 6; & de Reſurr. Carn. c. 21; Arnob. 4 p. 128; Lactant. 4, 26 n. 3 & 17; & Varr. apud Nonium 4, 384; & ipſum Non. 4, 217; & 6, 91.

¶ Signĭfĭcatus, *a, um*, angedeutet, angezeigt. Tac. Hiſt. 1, 18, 1 *Quæ fato manent, quamvis ſignificata, non vitantur.* Tertull. Apolog. c. 21 *Duobus adventibus ejus ſignificatis.*

¶ Signĭfĭcātum, *i*, n. ſubſt. die bedeutung. Gloſſ. Vet. *Significatum*, σημασία, δήλωσις. Adde Arnob. 1 p. 3 extr.

¶ Signĭfĭcatus, *us*, m. idem. Plin. 18, 25 *Ipſi dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent*; id eſt, *ſignificationes*, prognoſtica. Apul. Doctr. Plat. 1 p. 10 *Aſtrorum cum ſignificatibus ſpatia comprehendere. Tempeſtatum ſignificatus* qui invenerint, docet Vitruvius 9, 7. ¶ 2. Nec grammatica verbi notio ignota antiquis fuit. Gellius 5, 12 *VE particula duplicem ſignificatum, eumdemque inter ſe diverſum capit.* Id. 5, 16 *Verrius Flaccus in libro de ſignificatu verborum.*

¶ Signĭfĭcātio, *ōnis*, f. σημασία, ut in Gloſſis vertitur, die bedeutung. Gellius 1, 22 pr. *Falſa atque aliena verbi ſignificatio.* Tac. An. 1, 81, 3 *Ea quoque ſignificatione ſubtracta.* Autori ad Herenn. 4, 53 *ſignificatio* idem eſt ac *emphaſis.* Liv. 21, 15 *Significationes acclamationesque multitudinis.* v. Vict. ad Cic. Att. 1, 16; Menk. Obſerv. L. L. ¶ 2. Et, *Significatio literarum*, Cic. pro L. Manil. c. 3, ſchriftliche anzeige. ¶ 3. Cic. fam. 1, 9 fi. (p. 204 Verb.) *nutu ſignificationeque appellare*, h. e. ſignis quibusdam ita deſcribere, quaſi nomine ſuo indicaſſes. ¶ 4. *Significationes Deorum immortalium*, quæcunque augures ex volatu avium aliisque ſignis judicarunt apud Cic. Catil. 2, 13, & paſſim.

¶ Signĭfĭcātīvus, *a, um*, andeutend, anzeigend. Vlp. l. 75 § 2 de Verb. Oblig. *Appellatio certi ſignificativa.* Et Gajus l. 232 ff. de Verb. Signif. *Enunciatio ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificativa.*

¶ Signĭfĭcātōrius, *a, um*, idem; ut, *Verbum ſignificatorium*, Tertull. adv. Hermogen. c. 32.

¶ Signĭfĭcābilis, *e*, idem Varro L. L. 5, 7 *Homo ſignificabilem ore emittit vocem*, i. e. loquelam, qua res ſignificatur.

¶ Signĭtenens, *tis*. Ennius apud Varr. de L. L. 4, 3 *Quæ cava cæli ſignitenentibus conficis bigis.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adſignĭfĭco, *are*, προσσημαίνειν, mit bedeuten, zugleich anzeigen. Varro apud Gellium 10, 1 *Aliud eſt quarto prætorem fieri, & quartum*; quod *quarto*, locum adſignificat, & tres ante factos: quartum,

tempus adſignificat, & ter ante factum. Id. de Re Ruſt. 2, 11 *Olim tonſores non fuiſſe, adſignificant ſtatuæ.* conf. ibid. c. 1.

¶ Anteſignānus, *i*, m. ante ſignum in acie conſtitutus, der zunächſt vor der fahne hergehet; ut, *Fueras in acie Pharſalica anteſignanus*, Cic. Phil. 2, 29. Et, *Vnius legionis anteſignanos præcurrere jubet*, Cæſ. B. Civ. 1, 43.

¶ Aſſigno, vel Adſigno, *avi, atum, are*, attribuere, dare, zuzeichnen, zuſchreiben, zueignen; ut, *Aſſignare colonis agros*, Cic. Agrar. 1, 6. Eſtque hoc proprium ea in re verbum, cum capti ex hoſtibus agri dividuntur militibus, & viritim hominibus attribuuntur. Sicul. Flaccus de Cond. agr. apud Rigaltium p. 3 *Poſtquam majores regiones ex hoſte captæ vacare cœperunt, altos agros diviſerunt, aſſignaverunt.* Frontinus de Agror. qualit. apud eumd. Rigalt. p. 51 *Agrorum qualitates ſunt tres: una agri diviſi & aſſignati: altera menſura per extremitates comprehenſi: tertia arciſnii.* Qui *diviſi & aſſignati*, Idem Siculus ſupra laudatus p. 18 docet: *Dividuntur*, inquit, *agri limitibus inſtitutis per centurias, aſſignantur viritim nominibus.* Et Cic. Act. 3, 19 *Mihi ex agro tuo tantum aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt.* Plin. 10, 50 *Natura avibus cœlum aſſignavit.* Colum. 12, 2 *Vnumquodque facilius conſideratur, cum eſt aſſignatum ſuo loco.* Rurſus Cic. ad Qu. fratr. 1, 4 *Amabo te, mi frater, ne, quod uno meo fato & tu & omnes mei corruiſtis, improbitati & ſceleri meo potius, quam imprudentiæ immiſericordiæque aſſignes*, hoc eſt, imputes, du wolleſt es nicht zumeſſen, zurechnen. Id. ad Att. 10, 4 p. 126 *Quoquo modo ſe res habeat, nihil aſſignabis, nec patruo, nec patri.* Ibid. 6, 1 *Sed enim οἰκονομία ſi perturbatior eſt, tibi adſignabo.* Liv. 3, 72 *Scaptione hoc, concionali ſeni adſignaturos putarent finitimos populos.*

¶ Aſſignātus, *a, um*, zugeeignet, zugeordnet, zugetheilt. Cic. Somn. Scip. c. 3 *Munus humanum aſſignatum a Deo defugere*, aus ſeinem beruf gehen. Id. in Piſ. c. 36 *Per ſervulum ordines aſſignati.* De *agris aſſignatis*, vide jam ante in *Aſſigno.*

¶ Aſſignātio, *ōnis*, f. die zueignung, anweiſung; ut, *Aſſignatio agrorum*, Cic. Phil. 4, 4; & fam. 13, 8 *Sullanæ venditiones & adſignationes.* Adde leg. 1 & ſeqq. Dig. t. 4 lib. 38.

¶ Aſſignātor, *oris*, m. qui aſſignat. Vlpian. l. 4 § 1 D. de aſſign. libertis: *Præferri filio nepotem aſſignatoris.*

¶ Inadſignatus, *a, um*, unangewieſen. Aggenus Vrb. Gœſ. p. 70 *Superfuit inadſignatus ager.*

¶ Circumſigno, *are*, umzeichnen. Columella de Arborib. c. 26 *Gemmam duobus digitis quadratis circumſignato.*

¶ Conſigno, *avi, atum, are*, ſigno notare, aufzeichnen, beſiegeln; ut, *Conſignare legem*, L. 13 Dig. § 6 de action. emti & vend. *Conſignare tabulas ſignis hominum nobilium*, Cic. pro Quintio c. 6. Sic *Literis conſignare* eſt ſcribere, conſcribere, ſchriftlich abfaſſen. Cic. Acad. 4, 1 *Literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus.*

¶ Conſignans, *tis.* Hinc

¶ Conſignanter, adverb. deutlich, unde comparat. *conſignantius.* Gellius 1, 25 *Græci ſignificantius conſignantiusque dixerunt &c.* hoc eſt expreſſius, ἐμφατικώτερον.

¶ Conſignātus, *a, um*, verzeichnet, eingeſchrieben. Cic. pro Dejot. c. 13 *Iudicia de illo publicis literis monumentisque conſignata.* Id. Tuſc. 1, 24 *Rerum inſitæ & quaſi conſignatæ in animis notiones.*

¶ Conſignate, adverb. ausdrücklich. Gellius uſus eſt ſuperlativo *Conſignatiſſime*, 1, 15.

¶ Conſignatio, *ōnis*, f. die verzeichnung, verſchreibung; ut, *Paratiſſimæ conſignationes*, chirographa ſic appellare videtur Quiutilianus 12, 8. v. Turneb. Adv. 2, 27.

¶ Conſignifico, *are*, zugleich bedeuten. Vnde

¶ Conſignificātio, *ōnis*, f. die mitbedeutung; ut, apud Apulejum *Furoris conſignificatio.*

¶ Reconſigno, *are*, noch einmal bemercken, wiederholen. Tertull. de Reſurr. carn. c. 52 *Ideo & recognat imprimens.*

¶ Deſigno, *are*, ſignis demonſtrare, deſcribere, bezeichnen. Cic. Catil. 1, 1 *Notat & deſignat oculis ad cædem unumquemque noſtrum*, quod Germani dicunt, er wählt ihm aus, ſiehet ihm aus. Et, *Verbis aliquid deſignare*, Id. de Orat. 1, 23, mit worten entwerfen. ¶ 2. Sed, *Deſignare ſceleſtum & nefarium facinus*, Apulejo Met. 10 p. 238 ſignificat committere & perpetrare, begehen, vollbringen. Id. 8 p. 214 *Quaſi contra fas ſanctæ religionis deſignaſſit aliquid.* Ter. Adelph. 1, 2, 7 *Illa, quæ fabla ſunt, omitto: modo quid deſignavit?* was hat er angericht? Horat. 1 epiſt. 5, 16 *Quid non ebrietas deſignat.* vide Deſid. Herald. Adverſ. 2 c. ult.

¶ Deſignātus, *a, um*, geordnet, beſtimmt, beſtellt, erwehlt. Sic *Deſignati* dicebantur *conſules* & *prætores*, qui in proximum annum eſſent creati, Cic. fam. 11, 6 & alibi; & Vellejus 2, 58, 1. Id. 2, 111, 3 *Deſignatum quæſtorem*, & *Deſignatos tribunos plebis* dixit. conf. Cic. Att. 3, 13.

¶ Deſignate, adv. eigentlich. Gell. 2, 5 *Quam lepide deſignateque dixerit.*

¶ Deſignātio, *ōnis*, f. die verzeichnung, andeutung; ut, *Sine deſignatione perſonarum & temporum oratio*, Cic. de Orat. 1, 31.

¶ Deſignātor, *ōris*, m. qui pompæ alicui funeris, ludorum &c. conſtituendæ præeſt, unicuique incedenti locum ordinemque præſcribens: Græcis βραβευτὴς appellabatur, ein marſchall, der anſtalt macht. v. Budæum ad leg 4 Dig. de iis, qui not. infam. & Lipſ. Antiq. Lect. 2, 9; it. de Amphitheatro c. 15. Petr. Fabr. Agoniſt. 1, 23; Et ex his Popma ad Cic. Att. 4, 3 p. 360 ſq. item Torrent. & Marcil. ad Horat. 1 epiſt. 7, 6. ¶ 2. *Deſignator ſcenarum* apud Gruter. Inſcript. p. 270 eſt architectus, qui ſcenas ſtruit & ordinat. Sic in alia inſcriptione apud Fabrettum: *Deſignator operum publicorum.* v. mox *Diſſignator.*

¶ Prædeſignatus, *a, um*, vorher beſtimmt. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 23 *Vt mittat prædeſignatum vobis Chriſtum.*

¶ Diſſigno, *are*, pro *Deſignare*, aliquando ſcribitur, etiam in derivatis. Arnob. 1 p. 39 *Nec imputandum putavit, quid illorum diſſignaſſit audacia.* conf. lib. 7 p. 215; & Symmach. 10 epiſt. 2. Stat. Theb. 1, 310 *Nec mora, ſublimes raptim per inane volatus Carpit & ingenti diſſignat nubila gyro*, i. e. diſpeſcit, ut orbita in iis appareat, er zertheilet die wolcken. Ita autem emendat Barthius in Comment. p. 94. v. *Diſcribo.*

¶ Diſſignatio, *ōnis*, f. deſignatio, apud Arnob. 7 p. 217.

¶ Diſſignator, *ōris*, m. deſignator. Sic Lipſius ſcribit, cum de Amphitheatro c. 15 *deſignatores ſpectaculorum*, quos modo laudavimus, delineat. Plaut. Pœn. prol. v. 19 *Neu diſſignator præter os obambulet.* v. ibi Taubm. Pareo idem eſt qui *locarius.* Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 270 n. 6 DISSIGNATOR SCAENAR. In Tertulliano de Spectac. c. 10, quod Frobenius *Diſſignator* edidit, Rigaltius *Deſignator* expreſſit; Et ita vetus Scholiaſtes ſcribi vult apud Torrent. ad Horat. ep. 1, 7, 6.

¶ Exſigno, *are*, e commentario exſcribere, auszeichnen. Liv. 1, 20 *Et ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit.* Plaut. Trin. 3, 2, 29 *Omnia ego iſtic quæ dixiſti ſcio, vel exſignavero*, ich wills geſchrieben geben.

¶ Inſignis, *e*, ſigno aliquo ab aliis diſcretus, clarus, præſtans, illuſtris, vortrefflich, anſehnlich; ut, *Maculis inſignis & auro*, Virg. Georg. 3, 56. Id. Æn. 1, 10 *Inſignem pietate virum &c.* Sic, *Clara & inſignis alicujus virtus*, Cic. Amic. c. 27. *Studio ſum inſigni erga aliquem*, Id. Fin. 2, 22. Et, *Odium inſigne*, Cic. ad Ant. ſub Att. 14, 13 ein groſſer haß. *Injuria inſignis*, Id. pro Cæc. c. 13. *Inſignis mœſtitia*, Liv. 2, 40. *Dies duplici clade inſignis*, & *inſignis rei nulli publice privatimque agendæ*, Id. 6, 1. Et Quintil. 1, 1 *Corpora prodigioſa & inſignia monſtris.* Signate autem *Inſignia* dixit, nam qui aliquo vitio, aut damno corporis notabiles, aut depravatis ac deformibus membris nati eſſent, INSIGNES & INSIGNITI dicebantur. Plaut. in Fragm. Part. 1, 128 *Tum* (metuentem) *ne uxor mihi inſignitos pueros pariat poſtea, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut broncum filium.* Cic. de Leg. 3, 8 *Inſignis ad deformitatem puer.* Compar. *Inſignior contumelia*, Liv. 4, 4. Et, *Inſigniora monumenta vaſtitatis*, Id. 10, 15. *Bellis inſignior*, Claud. de Laud. Stil. 1, 28. Superl. *Inſigniſſimum ſpectaculum*, Tertull. de Spectac. c. 12 pr. ut vulgo legitur: aut potius, ut Rigaltius ex antiquis libris notavit, *inſigniſſimis* (viris) *ſpectaculum acceptiſſimum.* Idem Apol. c. 21 pr. *Inſigniſſima religio.*

¶ Inſigne, *is*, n. ſubſt. ſymbolum, ex quo quid indicatur ſeu noſcitur, ein zeichen. Horat. 2 ſat. 3, 254 *Ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubital, focalia.* Nempe faſciolas, cubitalia, & focalia *morbi inſignia* vocat, quod ex his rebus aliquis ægrotare intelligebatur. Sani enim abſtinebant. Sic *corona* & *ſceptra* INSIGNIA REGNI Virgilius vocat Æn. 8, 506. Sic *Inſignia conſulum* Romæ, faſces, ſella curulis &c. His enim rebus dignoſcebantur & diſtinguebantur ab aliis, reddebanturque conſpicui ſive inſignes. Cic. pro Sext. 7 *Se illis faſcibus ceterisque inſignibus ſummi honoris atque imperii ornatos eſſe arbitrabantur.* ¶ 2. Sic ſymbola navium atque picturæ in prora, quæ vel Deos vel heroas vel animalia referebant, unde ipſæ naves nomina ſortiebantur. Græcis παράσημα, Latinis *Inſignia* appellabantur. Cæſ. de B. C. 2, 6, 4 *Conſpicatæque naves triremes duæ navem D. Bruti, quæ ex inſigni facile agnoſci poterat &c.* Tac. An. 6, 34, 4 *Multa de nomine ejus & oracula Phryxi celebrant:* NEQVISQVAM PHRYXO SACRIFICAVERIT. *Credito, vexiſſe Phryxum, ſive id animal, ſeu navis inſigne fuit.* Diverſa autem ſunt παράσημον, ſive *Inſigne*, & *Tutela* navis. *Inſigne* erat, unde nomen accipiebat navis, vel Deus, vel heros, vel animal, vel aliud quiddam, ut *Caſſis*: quo nomine navis Ovidii appellata, eratque inſigne iſtud in prora: *Tutela* vero ſignum Dei, cui navis tutela credita, in puppe conſtituebatur: ſic illa caſſis Ovidiana tutelam habebat Minervam. Ita enim ipſe Triſt. 1, 9 pr. *Eſt mihi, ſitque precor, flavæ tutela Minervæ, Navis, & a picta caſſide nomen habet.* Videndus Heinſ. in lib. 24 Silii: qui pleraque tamen Scaligero debet, quem lege Animadv. Euſeb. p. 39; it. contra Rob. Titium Animadv. 7, 2. Sed ante Scaligerum Heinſius ſcripſiſſe dicitur Seldeno de DIS Syris 2, 16, quem etiam de tota re conſuluiſſe juvabit. v. quoque Burm. ad Petron. c. 105 p. 487. *Signum* & *tutelam* interdum eadem eſſe apparet etiam ex Luciani Navig. T. 2 p. 404 Gr. quod monet Salmaſ. Exerc. Plin. p. 403 b. ¶ 3. Apud Plautum effoſſus oculus, quippe quo aliquis internoſcitur, *Inſigne* vocatur Curc. 3, 30. Nam cum Curculio a lenone *unoculus* per contemtum eſſet appellatus, ita reſpondet Curculio: *Adoleſcens, ob rempublicam hoc intus mihi quod inſigne habeo, quæſo, ne me incomities.* Liv. 2, 23 *Magno natu quidam cum omnium malorum ſuorum inſignibus ſe in forum projecit. Mœroris inſignia*, Cic. in Piſon. 8. Adde Menck. Obſ. L. L. ¶ 4. Suetonius Cal. c. 35 cognomina familiarum, quibus inter ſe diſtinguebantur, *Inſignia familiarum* vocat. Plin. 7, 25 *Cæſari proprium & peculiare ſit, præter ſupra dicta, clementiæ inſigne: qua usque ad pœnitentiam omnes ſuperavit.* ¶ 5. *Inſignia* ſive arma gentilitia (wappen), uti nunc in uſu ſunt, non tam antiqua exiſtimanda, ut a Romanis aut Græcis, qui in clypeis & gemmis &c. variis ſymbolis uſi ſunt, repetenda videantur: quippe quæ a Carolo M. adumbrata, ab Henrico Aucupe vero perpolita demum fuerint, quod Marcus Welſerus ſub finem lib. 4 Rerum Auguſtan. Vindel. obſervat. Hoſpitum inſigniorum inſignia foribus etiam olim fuiſſe præfixa, Barthius docet ad Theb. Statii 4 p. 554. Sed & huc referri poteſt illud Cic. fam. 3, 13 *Inſignia virtutis multi ſine virtute aſſecuti ſunt.*

¶ Inſignārius, *i*, m. ein waffenträger. Gloſſ. gr. lat. ὁπλοπάροχος, *inſignarius, armiger.*

¶ Inſigniter, adverb. mercklich, kenntlich. Cic. Phil. 3, 4 *Quis rex unquam fuit tam inſigniter impudens?* ſo überaus und gar ſehr unverſchämt Compar. Nepos 17, 3, 2 *Inſignius ornari*, deſto ſtattlicher. Paulinus Nol. Poëmate 24 de Natal. 9 S. Felic. v. 144 *Me tamen uberius decet atque inſignius iſto Exſultare die.* Nam & Apulej. 8 Met. p. 201 in poſitivo dixit *Exſultans inſigniter.*

¶ Inſignio, *īvi, ītum, īre*, verbum uſitatum eſt, pro ſignis notare vel diſtinguere, bezeichnen, zieren; ut, *Auro inſignibat clypeum*, Virg. Æn. 7, 790. ¶ 2. Pro *clarum, nobilem, celebrem facere memorando*, berühmt machen, Plinius uſus 8 ep. 22 extr. *Qui quis ille qualiscunque fileatur: quem inſignire exempli nihil: non inſignire, humanitatis plurimum refert.* Sen. epiſt. 18 *Illud temperantius non excerpere*

ſe, nec

se, nec insigniri, nec misceri omnibus. Non insigniri, i.e. non notabilem fieri, seu *conspici*, ut Nepos loquitur, 25, 13, 5. Ita Tac. Agr. 41, 3 *Cum omnis annus funeribus & cladibus insigniretur*, es signalisirte sich.

¶ Insignītus, *a, um*, bezeichnet, bemerckt. Cic. Topic. 5 *Quædam confirmatio insignita atque impressa intelligentia.* Tac. An. 4, 51, 2 *Insignitius flagitium.* Liv. 7, 15 *Ignominia insignitior*, ut Gronovius & Gruterus legunt, quamquam in Sigonii vetere libro *insignior* est. Id. 4, 4 in optimis codd. *An asse ulla major, aut insignitior, contumelia esse potest.* Tac. An. 3, 70, 4 *Capito insignitior infamia fuit.* Conf. Plauti locum in *Insignis*. Substantive Plin. 27, 5 *Insignita ac livida*, scil. *genarum*, i.e. suggillationes, blaue striemen an backen.

¶ Insignīte, adverb. ut, *insigniter*, mercklich, überaus. Cic. pro Quintio c. 23 *Neque quisquam inventus est tam insignite improbus.* Plaut. Rud. 3, 2, 29 *Quibus insignite injuria facta est.* Livius 8, 13 comparativo usus est: *Quo insignitius omissa res consuli exprobraretur.*

¶ Insignītor, *ōris*, m. qui insignit. Augustinus de Civ. Dei 21, 4 *Aurifices insignitores gemmarum.*

¶ Perinsignis, *e*. Cic. de Leg. 1, 19 *Pravitates perinsignes.*

¶ Interlignium, *i*, n. locus inter duo signa, μεσεμβόλημα. vide Salmas. in Exercit. Plin. p. 460 edit. sec.

¶ Obsigno, *avi, atum, are*, quod *obsigillare* etiam Seneca dixit, signo impresso occludere, versiegeln, zusiegeln, verpitschiren. Obsignantur autem non epistolæ seu literæ & tabellæ solum; sed & alia, ut arcæ, lagenæ, pecuniæ. v. Hard. ad Plin. 33, 5. 6; add. ipse Plin. 14, 13 s. 14, ubi *loculos resignatos* habes; igitur & *obsignatos*. De ratione obsignandi libros seu epistolas, vide plura apud Salmas. & Herald. in scriptis adversariis &c. v. Lips. ad 2 An. Taciti p. 80. Cic. Verr. 5, 39 *In tabellas refert, obsignat signis amicorum prudens homo.* Sic, *Obsignare testamenta*, Cæs. B. G. 1, 39. Et Nepos 6, 4, 2 *Liber obsignatur.*

¶ Obsignans, *tis*. Lucret. 4, 568 de voce: *Obsignans formam verbis clarumque sonorem.*

¶ Obsignatus, *a, um*, zugesiegelt; ut, *Obsignata epistola*, Cic. Att. 8, 6. *Tabellis obsignatis agere cum aliquo*, Id. Tusc. 5, 11. *Aliquid obsignatum habere*, Id. Divin. 2, 70, & Lucret. 2, 581. Et, *Prænexo obsignatoque ore*, Solin. c. 1. Apud Quint. 6, 3 p. 542 Nero de servo pessimo: *Nulli apud se plus fidei haberi, nihil ei occlusum neque obsignatum esse.* v. Burm.

¶ Obsignatio, *onis*, f. die versiegelung; ut, *Tabularum obsignatio*, Gell. 2, 2. Et Tertull. de Pœnitent. c. 6 *Lavacrum illud est obsignatio fidei.* Id. de Baptismo c. 13 *Obsignatio baptismi.*

¶ Obsignātor, *ōris*, m. qui obsignat. Cic. Att. 12, 18 *Quod scribis, Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui &c.* conf. ibid. 16, 16.

¶ Obsigillo, *are*, pro occludere, abscondere, verschliessen, heimlich halten. Sic pereleganter & insigniter, ut Turneb. Adverss. 30, 3 statuit, posuit Seneca epist. 115 *Nunc multa obsigillant &c.* Alii *obstrigillant.*

¶ Persigno, *are*, plane ac totum signare. Liv. 25, 7 *Triumviri sacris conquirendis, donisque persignandis.* Et Mela 1 c. ult. de Ponticis gentibus: *Notis corpus omne persignant.*

¶ Postlignānus, *i*, m. der nach der fahne folgt. Ammian. 18, 20 *Postlignani nostri, qui tenebant editiora collis, exclamant.* Adde eumdem 24, 23; & Salmas. de Milit. Rom. p. 127.

¶ Præsignis, *e*, idem quod insignis præ aliis, seu præstans, sed apud poëtas præcipue, vortrefflich. Ovid. Fast. 6, 628 *Præsignis facie Corniculana fuit.* Statius 4 Silv. 8, 12 *Gaudeat & Libyca præsignis avunculus hasta.*

¶ Præsigno, *are*, zuvor zeichnen. Plin. 28, 4 *Furunculos præsignare jejuna saliva.* Et Cato c. 154 *Qua fini culleum capiet, præsignato.* Sed al. *pertundito.* Habet etiam Augustinus in Feria 3 Pentecost. Serm.

¶ Præsignātor, *ōris*, m. qui præsignat. Inscript. Vet. apud Fabrett. p. 38 D. M. PRIMO AVG. SER. PRAESIGNATOR HAEREDITAS FILIO PIISSIMO.

¶ Præsignĭfĭco, *are*, prædicere, prophezeyen. Cic. de Divin. 1, 38 *Præsignificare hominibus, quæ sunt futura.*

¶ Præsignificatio, *ōnis*, f. die verkündigung, Lactantius 7, 15 post princ. *Præsignificatio & figura.*

¶ Prosignānus, *i*, m. ein vorgänger, führer. *Prosignani*, distincti ab *Antesignanis*: illi in secunda, hi in prima acie stabant Frontinus Strateg. 2, 3, 17 *Tum prosignanis, qui in secunda acie erant, imperavit, ut &c.* Vbi Keuchenio notata videantur.

¶ Quatuorsignani, *orum*, m. pl. Galliæ Aquitanicæ populi, Plin. 4, 19.

¶ Resigno, *avi, atum, are*, obsignata aperire, solvere, entsiegeln; ut, *Resignare literas, epistolam &c.* einen brief öffnen, erbrechen. Gloss. Cyrill. *Resigno*, ἀποσφραγίζω. Onomastic. *Resigno*, παραλύω. Atque ita ex *aperiendi* notione Turnebus Adv. 24, 26 secundum veterem Romanorum ritum, quem ibi prodit, interpretatur Virgilii illud Æn. 4, 244 *Lumina morte resignat*; quæ Servius per *claudere, interturbare* exposuerat. ¶ 2. Aliquando est dissolvere, abrogare, irritum facere, rescindere, aufheben, null und nichtig machen. Sublatis enim sigillis, fides atque auctoritas tabularum solvitur. Cic. pro Archia c. 5 pr. *Nam cum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset.* Florus 4, 7 extr. *Brutus cum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret, ipse quoque uni comitum suorum præbuit latus.* ¶ 3. Pro cedere, reddere, quæ habuimus, wieder abtreten, bis posuit Horatius: semel 3 ode 29, 53 *Si celeres quatit* (fortuna) *Pennas, resigno, quæ dedit.* Deinde 1 epist. 7, 34 *Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno.* Ratio locutionis inde videtur petita: Veteres si quid paraverant rerum, condere id & obsignare solebant, ne quid aut negligentia aut furto periret, de quo supra in *obsignare* monuimus. Cum resignanda itaque essent ejusmodi clausa & condita, cum vellent uti, idcirco *resignari* dixerunt ea, quæ redderentur, sive, quorum usus aliis jam concederetur & aperiretur veluti.

¶ Resignātus, *a, um*, aufgemacht, aufgebrochen; ut, *Resignatæ literæ*, Cic. Att. 11, 9. RESIGNATVM AES *dicitur militi, cum ob delictum aliquod tribuni militum (ne stipendium ei detur), in tabulas refertur. Resignare enim antiqui pro scribere interdum ponebant*, Festus. *Resignatos loculos* ex Plinio vide in *Obsigno*.

¶ Resignātor, *ōris*, m. qui resignat. Gloss. Cyrill. *Resignator*, ἀποσφραγιστής.

¶ Resignātrix, *īcis*, f. Tertull. de Habitu mulier. c. 1 *Eva arboris illius resignatrix.*

¶ Resignāculum, *i*, n. die entsiegelung. Tertull. adv. Marc. 2, 10, ex Ezech. c. 28, 12 *Tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis & similitudinis resignaveris.*

¶ Sexsignani, *orum*, m. pl. Galliæ Aquitanicæ populi, Plin. 4, 19.

¶ Subsigno, *are*, subscribere, ita enim veteres usi sunt, unterzeichnen. Plinius 3 epist. 1 ext. *Eumdem mihi cursum, eumdem terminum statuo, idque jam nunc apud te subsigno*, ich gebe dir brief und siegel drüber. Cic. pro Flacco c. 32 *Subsignare apud ærarium, apud Censorem.* conf. Plin. 18, 6 & 25; & alter Plin. 10 epist. 3.

¶ Subsignātus, *a, um*, unterzeichnet, untersiegelt; ut, *Facultates subsignatæ fisco*, Callist. l. 5 § 10 ff. de Iure immunit. *Subsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est*, ait Paullus l. 39 ff. de Verbor. signif.

¶ Subsignātio, *ōnis*, f. die unterschreibung. Tertull. de Pœnitent. c. 2 *Subsignatio pœnitentiæ.* Veteres *Subsignationis* verbo pro *Subscriptione* uti solebant. vid. l. 39 ff. de Verb. signif.

¶ Subsignānus, *i*, m. *Subsignanus miles* bis nominatur Tacito, nimirum Hist. 1, 70, 5, & 4, 33, 2. Meminit & Lipsius de Milit. Rom. 2, 2. Sed quod hoc genus fuerit, non explicat. Pichena ad priorem Taciti locum, *subsignanos* eosdem suspicatur fuisse, qui alias Tacito *vexillarii* dicti, & nec in legionibus proprie, nec in auxiliis erant, vide infra in *Vexillum*. Salmasius de Re Milit. Rom. p. 46 *Omnis*, inquit, *exercitus, qui ordinatim incedebat, sive in agmine esset, sive in acie*, SVB SIGNIS *ire & esse dicebatur. Ergo* SVBSIGNANVS *miles omnis, qui sub armis incedit, & ordinatus ad agmen sive ad aciem sua signa sequitur. Et* SVBSIGNANVS *in genere idem quod* POSTSIGNANVS; *quia signa præibant, milites sequebantur.* vide plura ibidem. Ammian. 29, 5 *Hos subsignanos milites debuisse lenius corrigi.*

¶ Supersigno, *are*, idem quod *Obsignare*, versiegeln. Vulg. Interpr. 4 Esdræ 6, 19 *Supersignabitur seculum, quod incipiet pertransire.*

SIL, *silis*, n. pigmentum lutei coloris, gelbe erde, quemadmodum ochra nativa, ochra oder ochragelb, Agricola. *Sil Atticum*, Vitruv. 7, 14; & Plin. 33, 22. *Sile pingere primi instituerunt Polygnotus & Micon*, Id. Plin. 13, 13. *Sil montanum*, id est, sesseli, Apic. 3, 5. Adde Cels. 5, 21; Vitruv. 7, 7; Plin. 12, 26; 26, 7; & 35, 6.

¶ Sīlāceus, *a, um*, wie ochra gelb; ut, *Silacei miniaceique cunei*, Vitruv. 7, 5. *Silaceus color*, Plin. 35, 6.

SĪLA, *æ*, f. silva est in Brutiis Straboni lib 6 propæ urbem Matertinum, & Vibium, cujus & Virgilius meminit Æn. 12, 715. Ejus vina laudat Cassiod. 12, 4. Arborum tanta varietate distincta, ut id naturæ opus mortalium solertia distributum videri possit: Gabr. Barrius in Calabr. sua fol. 113. ¶ 2. Est & *Silia* urbs Straboni.

SĪLĀNVS, *i*, m. fistula, seu tubus, unde aqua salit, κρουνός, ein springbrunnen. Lucretius 6, 1263 *Corpora Silanos ad aquarum strata jacebant.* Cels. 3, 18 *Confert etiam aliquid ad somnum Silanus juxta cadens.* vid. Hygin. fab. 169; & Petronii interpretes ad c. 36 p. 151.

SĪLĂRVS, *i*, m. Σίλαρος, & *Silaris*, Lucaniæ amnis, in quo virgulta & folia immersa lapidescunt, Plin. 21, 3. Meminit & Virgil. Georg. 3, 146; & Sil. 8, 583.

SĪLĀTVM, *i*, n. *antiqui pro eo, quod nunc jentaculum dicimus, appellabant, quia jejuni vinum sic conditum ante meridiem obsorbebant*, Festus.

SĪLAVS, *i*, m. herba apii similitudine, Plin. 26, 8. *Sium* appellat Diosc. 2, 119.

Silenter, silentiarius, silentium &c. vide mox *Sileo*.

SĪLĒNVS, *i*, m. Σιληνός, Bacchi nutritius, vel pædagogus; dictus a Σιλαίνειν, quod est *petulanter* & *dicaciter ludere*. Horat. Art. Poët. v. 239 *Custos famulusque Dei Silenus alumni.* v. Perizon. ad Ælian. 3, 18 p. 214 sq. Huet. Dem. Evang. 9, 4, 5. Fingitur reconditæ ac compositæ sapientiæ Deus: hinc eum Maro de rerum principiis disputantem inducit ecloga 6. v. Scalig. Poët. 1, 4; & Casaub. de Poësi Satyrica lib. 1. Luciano in Deorum consilio describitur, φαλακρὸς, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος, λυδὸς ἔτος. i. e. *Calvus, simis naribus, plurimum super asino insequitans, genere Lydus.* ¶ 2. *Sileni Alcibiadis* imagines erant exterius ridiculæ, interius artem repræsentantes divinam. vid. Voss. 4 Inst. Orat. p. 247. *Inversos Silenos* vocant, qui foris boni, intus mali & flagitiosi. ¶ 3. *Sileni* seniores Satyri vel dæmones, secundum Camerar. Cent. 1 Hor. Subcis. p. 319. Nimirum utrique in comitatu Bacchi eoque nomine contusi. ¶ 4. *Silenus* etiam unus e regulis Cariæ fuit, qui Nysæ imperavit, Diod. Sicul lib. 3. ¶ 5. *Sileni* denique populi sunt Indum accolentes, Plin. 6, 20.

¶ Sīlēna, *æ*, f. Quoniam *Sileni*, simuli, hoc est, colliso naso, ut Seneca vocant, essent, idcirco amatores amicas suas tales *Silenas* vocabant: Lucretius 4, 1166 *Simula, Silena aut Satyra est*: id est, Si quæ simula, sive colliso naso est, *Silena* vocatur aut *Satyra*.

SĪLEŌ, *ui, ēre*, tacitum esse, schweigen, nicht reden, still seyn. Ovid. Met. 10, 389 *Muta silet virgo.* Id. Pont. 3, 1, 247 *Mala caussa silenda est.* Sen. Hippol. v. 873 *Alium silere quod voles, primus sile.* Et, *Inter arma silent leges*, Cic. pro Mil. c. 4. ¶ 2. Eleganter hoc verbum effertur cum præpositione *De*: ut Ter. Phorm. 5, 2, 13 *De jurgio siletur*, des haders wird nicht gedacht. ¶ 3. *Silere*, etiam quiescere, nihil agere, nihil movere significat, ruhen; ut, *Silent Musæ Varronis*, hoc est, nihil scribit Varro, Cic. Acad. 1, 1. Et Tac. Hist. 3, 47 pr. *Nec cæteræ nationes silebant. Subita per pontum arma barbarum mancipium moverat.* Et ita *silentium* quoque pro quiete & otio, *silens* pro otioso dicitur, de quo paullo post monebimus.

¶ Silens,

¶ Silens, *ĭtis*. Plaut. Epid. 2, 2, 53 *Ego abſceſſi ſilens.* Ovid. Faſt. 5, 483 *Animæ ſilentum*, i. e. mortuorum. Id. Met. 15, 16 *Cœtus ſilentum*, i. e. diſcipulorum, quibus a Pythagora ad certum usque tempus, ut Gellius ſcribit 1, 9, ſilentium injungebatur. Sic *Cælum ſilens*, pro tempore ſereno, Plin. 18, 28. *Venti ſilentes*, Id. 12, 25. *Dies ſilens a ventis*, Id. 4, 29. Et, *Spiritus ſilentis dies*, Id. 3, 19. *Vnda ſilens*, Val. Flacc. 5, 522. *Vmbræ ſilentes*, Virg. Æn. 6, 264. conf. v. 432. *Nox ſilens*, Id. 4, 517. Sic, *Luna ſilens* appellatur in interlunio, cum jam non lucet, & ita otioſa eſt ac nihil agit, apud Cato. R. R. c. 29; Plin. 16, 39. Huc refert *Silentia lunæ*, mox in hoc nomine n. 3. Similiter *ſilens & quietum ærarium*, Plinius dixit Paneg. c. 36, quod nemini negotium facit, litemque intendit. ¶ 2. *Silentes vineæ* Colum. 4, 27, 1; *ſarmentum ſilens*, Col. 4, 29, 1; *flos ſilens*, Col. 12, 7, 1 ſunt, quæ nondum germinant, primo vere, ubi nondum apparent, quæ paullo poſt proditura ſunt, ut *Luna ſilens*, quæ non videtur. vid. Geſneri Lex. ruſt.

¶ Silenter, adverb. ſtillſchweigend. Vulg. Interpr. 1 Sam. 24, 5 *Præſcidit oram chlamydis ſilenter.* Et Iuvencus Hiſt. Evang. 3, 462 *Iudæamque petit, qua pinguia rura ſilenter Agmine Iordanis viridis prorumpit amœno.*

¶ Silentium, *i*, n. das ſtillſchweigen; ut, *Silentium facere*, Quintil. 2, 5; Ovidius Faſt. 1, 183; Virg. Æn. 1, 734. *Silentium dare*, Ter. Hec. prol. v. 55 ſtille ſeyn. *Per ſilentium adeſſe æquo animo*, Idem Phorm. prol. v. 31. Et, *Cum ſilentio animadvertere*, Eun. prol. v. 44 ſtill zuhören. Ovid. de Arte am. 2, 603 *Exigua eſt virtus, præſtare ſilentia rebus; At contra gravis eſt culpa, tacenda loqui.* Curt. 10, 7, 3 *His auditis, concio primum ſilentium velut juſſa habuit; Conclamant deinde pariter, &c.* Sic, *Agere per ſilentium*, Ter. Heaut. prol. v. 36, in der ſtille, Quintil. 5, 13. Et, *Silentio aliquid tranſire*, Id. 2, 3 pr. & Cic. Att. 2, 19. mit ſtillſchweigen übergehen. Id. Phil. 13, 6 pr. *Ac ne illud quidem ſilentio prætereundum puto. Silentio caſtris egredi*, Cæſ. B. G. 7, 58 eſt, nullo profectionis ſigno dato, ohne ſpiel. conf. cap. 60. Id autem fiebat fallendo hoſti, cum aut in fuga, aut ſuperventuri imprudentibus eſſent. Liv. 7, 35 *Armati cum ſilentio ad ſe convenirent, jubet.* Apud eumd. 3, 54 modeſtiæ argumentum eſt, ubi *Armati per urbem ſilentio in Aventinum perveniunt.* Apud Eund. 5, 32 & 8, 23 *Noctis ſilentio* eſt poſt mediam noctem. Poſteriore loco eſt *nocte, ſilentio.* v. Gron. Sed, *de Partho ſilentium eſt*, von den Parthern hört man nichts, Cic. Att. 5, 16. Et Sen. ad Marc. c. 5 *Coram te altum nobis de illo ſilentium eſt.* Horat. 3 od. 2, 25 *Eſt & fideli tuta ſilentio Merces:* ſic expreſſit illud: Ἔστι καὶ τὸ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας, Athenodori ſcil. apud Stobæum. Quintil. Decl. 19 *Nullam difficiliorem quam ſilentii credo virtutem, adeoque promptiſſimo ſermone facile delinquimus*, ſchweigen iſt kunſt. ¶ 2. In auſpiciis *ſilentium* dicebatur, cum nihil interveniret, quod corrumperet auſpicium, ſive vitium ei faceret: de quo Cic. Divin. 2, 34. ¶ 3. *Silentium* etiam inertiam, ceſſationem, & otium ſignificat. Ita *vitam ſilentio tranſigere*, eſt otioſe & obſcure vivere, ut nullo egregio facto innoteſcas, apud Salluſt. Cat. c. 1. Tac. Agric. 3, 5 *Ad exactæ ætatis terminos per ſilentium venimus.* Id. An. 15, 1, 15 *Tiridates quoque regni profugus per ſilentium haud modice querendo gravior erat*; PER SILENTIVM, i. e. dum regno orbatus, nihil habet, quod agat. *Per tacitum*, Seneca dixit Thyeſte v. 394, de quo infra. Tacitus ruſus Agr. 6, 5 *Idem præturæ tenor & ſilentium*: SILENTIVM vocat, quod paullo ante *quietem* & *otium* dixerat. Et ibidem 39, 3 *Studia fori & civilium artium decus in ſilentium acta.* Quo illud Virgilii pertinet Æn. 2, 255 *Tacitæ per amica ſilentia lunæ.* Vt quidem Politianus, & poſt eum Ioh. Meurſius ad Catonem de R. R. c. 29 exiſtimabat. Sed magna de hoc loco diſputatio eſt, qua ſuperſederi poterit, ſi cum Petito Eclog. Chronolog. 2, 19 legamus: *Et jam Argiva Phalanx inſtructis navibus ibat A Tenedo tacite, per amica ſilentia lunæ:* ut poëta dicat, ſolviſſe Græcos, nullo, quod ſolebat alias, edito a claſſiariis ſigno: ut, quod Virgilius *tacite ire*, id Cæſar B. Gall. 7, 60 *Silentio progredi* dixerit.

¶ Silentiārius, *i*, m. miniſter imperatoris ad ea, quæ ſunt quietis in palatio, ein kammer-herr. L. 30 Cod. de inofficioſo teſtam. dicuntur *ſpectabiles ſilentiarii.* Et L. ult. C. de excuſ. tutor. imperator appellat *viros clariſſimos ſacri noſtri palatii ſilentiarios, circa latus noſtrum militantes.* Ex quibus de dignitate *Silentiariorum* judicare licet. Et hinc Salvianus 4 de Gubern. p. 108 de ſervis fugitivis: *Pavent quippe actores, pavent ſilentiarios, pavent procuratores.* Gloſſ. gr. lat. ἡσυχοποιὸς, *ſilentiarius.*

¶ Silentiōſus, *a*, *um*, tacitus, ſtill, heimlich. Apul. Met. 11 pr. p. 257 *Natus opacæ noctis ſilentioſa ſecreta.*

¶ Silentus, *a*, *um*, idem; ut, *Silenta loca*, Gellius 19, 7.

¶ Sileſco, *ui*, *eſcĕre*, ſtill werden, ſich ſtillen. Ter. Adelph. 5, 2, 10 *Aliquo abeam, dum hæ ſileſcunt turbæ.* Catull. 47, 2 *Cæli furor jucundis zephyri ſileſcit auris.*

¶ Conſileo, *ui*, *ēre*; &

¶ Conſileſco, *ĕre*, idem quod *Sileſcere.* Sic Ennius apud Feſtum Pompejum *conſiluere*, quod ipſe (Feſtus) per *conticuere* interpretatur. Et Gellius 12, 1 *Strepitus conſileſcit.*

SĪLER, *ĕris*, n. virgulti genus, frutex pumilæ radici ſimilis, ut putant, eine bachweide; ut, *Siler molle*, Virg. Georg. 2, 12. Adde Celſum 5, 23; Plin. 24, 10; Colum. 10, 136.

SILEX, *ĭcis*, dubii generis, ein kieſelſtein. Pæne omnes *hunc ſilicem* dixerunt, Varro, Lucretius, Iuvenalis, Ovidius: tanta tamen eſt Virgilii auctoritas, ut perſuadeat nobis, etiam *hanc ſilicem* dici. Quæ verba ſunt Servii ad Æn. 8, 233, ubi poëta dixit: *Stabat acuta ſilex*; Et, *Nuda ſilex*, Id. ecl. 1, 17. Iterum etiam alios hoc genere poſuiſſe docet Burm. ad Quint. 1, 6 p. 72. conf. Heinſ. ad Ovid. Met. 9, 225; & Triſt. 4, 6, 14. Cæterum Virg. Georg. 1, 135 *Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.* Adde Æn. 1, 174; & 6, 471; Colum. 3, 11; Pallad. Ian. t. 13.

¶ Sīlĭceus, *a*, *um*, denominativum, ſteinern, hart. Vitruv. 8, 3 *Saxa ſilicea.* Metaphorice Sen. de Ira 3, 8 *Impudicorum cœtus fortem quoque & ſiliceum virum emollit.* vid. præterea Cato R. R. c. 18; Vitruv. 7, 7; & 8, 3; Colum. 12, 46; Plin. 9, 47.

TOM. II.

¶ Silicio vel Siliceo, Lævii vox apud Gell. 19, 7 *Quis tam ſilicio*, h. e. durus, ſiliceus.

¶ Sīlĭcia, *æ*, f. ſubſt. fœnum græcum, griechiſch klee, Plin. 24, 19. Herba ſic dicta, quod inter ſilices creſcat. cont. Plin. 18, 16 & 21.

¶ Sīlĭcius, *a*, *um*, idem quod *Siliceus.* Subſtantive quidem Plinius 16, 16 de Mollusco: *Inter pugillares lectorumque ſilicios aut laminas:* Ita omnes libri etiam Salmaſio teſte p. 416. Sed latet ſignificatio, niſi forte pro operimento laminæ lectis menſisve addito accipi quis velit. Sunt qui *Silaceas laminas* hic legant, h. e ſilis colore tinctas, qua voce Plinius 35 ſ. 32 iterum abutitur. Hæc Hard. ad l. c.

¶ Sīlĭcārius, *i*, m. Inter opifices aquæductum *Silicarios* refert Frontinus de Aquæduct. Romæ lib. 2 p. 256.

Sili, vide *Seſelis*, Silibra, *Libra*, Silicatius, ſiliceus, *Silex.*

SĪLĪCERNIVM, *i*, n. cœna funebris, quæ ab exequiis celebrabatur, das trauer-mahl, todten-mahl. Varro ap. Nonium 1, 234 *Funus exſequiati, cum plauſu ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus, id eſt*, περίδειπνον, *quo pranſi diſcedentes dicimus aliis alii VALE.* De etymo vocis mira variatio eſt. De eo enim Feſtus: *Dictum ſilicernium, quia, cujus nomine inſtituebatur, is jam ſilicem cerneret.* Sed aliter Donatus, alii aliter tradiderunt. Servius, Virgilii interpres: SILICERNIVM, quaſi SILICENIVM dictum putat: quod cœna illa ſuper ſilice poneretur. Quod ita explicat Scaliger: *Antiquitus*, inquit, SILICESNIVM *dixere: ut*, POESNAS, CASMINA, VALESIOS *pro* POENAS, CARMINA, VALERIOS. *Ita igitur* & COESNAS, *vel* CESNAS, *pro* COENAS: *unde SILICESNIVM primo, & deinde* SILICERNIVM. ¶ 2. Quemadmodum autem ERGASTVLVS dictus, qui in ergaſtulo tenetur: ita & SILICERNIVS (ſenex,) qui dignus, ut pro eo *Silicernium* pararetur. v. Scalig. & Dacer. ad Feſtum hac voce, itemque Kirchmann. de Rom. Funer. 4, 4 & in ſequente, quo diſſentientes auctores ſuper etymo vocis conciliare intendit, nec infeliciter ſane. Sed præter Cincium, quem Scaliger allegat, Terentius quoque SILICERNIVM, de ſene decrepito per convicium dixit Adelph. 4, 2, 48, ein alter greis.

SĪLĪGO, *ĭnis*, f. σίλιγνις, delicias tritici ſignificat ac tenerrimam partem, leichter weitzen, oder weitzenmehl. Plin. 18, 10 *Exceptitia ſiligo.* Iuvenal. 5, 70 de pane ait: *Sed tener & niveus mollique ſiligine factus Servatur domino*, conf. Celſ. 2, 18; & Colum. 2, 6.

¶ Sīlĭgĭneus, *a*, *um*, aus leichtem weitzen; ut, *Farina ſiliginea*, Plin. 18, 9. *Panis ſiligineus*, σιλιγνίτης, ex optimo fiebat tritico, perpurgato a furfuribus, crimno & polline, ſecretoque & excuſſo tenuiſſimo cribro, das allerſchönſte weiß-brot, panis delicatus: Sen. epiſt. 123 pr. *Malum panem etiam tenerum tibi & ſiligineum fames reddet.*

¶ Sīlĭgĭnārius, *i*, m. ſiliginis venditor vel diſtributor, Vlpian. Lege 52 § 11 Dig. de Furtis. Vetus inſcriptio: COLLEG. SILIGINARIORVM, quos Sponius Erud. Antiq. p. 64 interpretatur, qui panem ſiligineum conficiunt, ein weiß-becker.

¶ Conſīlīgo, *ĭnis*, f. herba, ellebori genus, ſchlangen-wurtzel. Martial. Colum. 6, 5 *Quam paſtores conſiliginem vocant.* Adde Eumdem 7, 5; & Plin. 25, 8.

SĪLĬQVA, *æ*, f. theca, ſive folliculus leguminis, die ſchote oder hülſe an bohnen, erbſen. Virg. Georg. 1, 74 *Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.* Vbi Servius SILIQVA, *theca leguminis: folliculus, intra quem legumina naſcuntur.* ¶ 2. Sed & ipſa legumina, quæ ejusmodi folliculis continentur, *ſiliquæ* appellantur. Vnde de tenuiſſimo victu, qualis pauperum erat, dixit Horatius 2 epiſt. 1, 123 *Vivunt ſiliquis & pane ſecundo.* Prudent. de religioſorum victu, Cath. 3, 63 *Nos oleris coma, nos ſiliqua Fœta legumine multimodo Paverit innocuis epulis.* Vetus Gloſſ. *Siliqua*, κερατίων γὰρ κυάμου γὰρ φασήλε λόβοι, γὰρ ξυλόγλυκον. λόβος τῶν κεδρόσων. Quando ξυλογλυκον interpretatur, fructum ipſum intelligit. *Siliquam græcam* Columella 5, 10; & de Arbor. c. 25; & Palladius de Inſit. lib. ult. vocant, quam quidam κεράτιον: nos ſanct Johannis-brot appellamus. ¶ 3. Fœnum etiam græcum ruſticos *Siliquam* dixiſſe, idem Columella auctor eſt 2, 11. ¶ 4. Eſt & minimi ponderis nomen apud Romanos; nempe vigeſima quarta pars Solidi. v. Gothofr. ad l. 26 § 1 C. de Vſur. Vetus Auctor de ponderibus: *Ponderum pars minima calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus & apud quosdam ſiliqua penſante, qui tribus granis hordei declaratur in pondere.* Et paullo poſt: *Drachma, quæ conſtat ſiliquis X & VIII, & ſcrupulus, qui eſt ex ſiliquis VI, & obolus, qui eſt ex III, quadrantem efficiunt, continentem in ſiliquas XXVII &c.* Fannius de Ponderibus v. 10 *Semina ſex alii ſiliquis latitantia curvis Attribuunt ſcrupulo.* vid. ſupra *Ceratium.*

¶ Sīlĭcŭla, vel Siliquŭla, *æ*, f. dimin. Varro de Re Ruſt. 1, 23 *Lupinum cum necdum ſiliculam cepit.*

¶ Sīlĭquor, *āri*, ſiliquas facere, ſchoten bekommen, Plinius 17, 9; & 8, 7.

¶ Siliquaſtrum, *i*, n. piper Indicum dicunt, Indianiſcher pfeffer, heidniſch wund-kraut. Plin. 19, 12; & 20, 17. ¶ 2. *Siliquaſtrum* & ſellam ſignificat, ut apud Arnob. 2 p. 59; & Hygin. Aſtron. 2, 9, & 3, 9; vide ſupra *Seliquaſtrum.*

¶ Siliquātĭcum, *i*, n. vectigal, quod in nundinis penditur fiſco ob venditionem proponendam: Græcis κερατισμός. v. Cujacium Obſerv. 16, 23. De hujus vectigalis exactione mentio apud Caſſiod. Var. 2 epiſt. 4 & 30; & 5 epiſt. 31 &c. Nos vocamus ſtand-oder ſtäte-geld.

SĪLIVS, *i*, m. Italicus, conſul Romæ anno fatali Neronis Imp. & poëta inſignis, cujus exſtant libri 17 de bello Punico. Iudicium de his v. apud Plinium 3 epiſt. 6. Editio hujus poëtæ curata eſt a Cellario & a Drakenborchio. Martial. 9, 88 *Silius Auſonio non ſemel ore potens.*

SILLI, *ōrum*, m. pl. σίλλοι, carminis genus apud Græcos, ſimile Latinorum ſatyris, ut docet Caſaubonus de Satyra, ſchimpffreden. Ejusmodi ſillos in Platonem ſcripſit Timon, de quo Gellius 3, 17.

¶ Sillŏgráphus, *i*, m. σιλλόγραφος, qui ejusmodi carmina ſcribit,

ein raſqvillant. Ammian. 22, 16 *Sillographos imitatus ſcriptores maledicos.* vid. Voſſ. Inſt. Poët. 2 p. 105.

SILLYBVS, *i*, m. σίλλυβος, membranula, cui index librorum ſ. titulus inſcribitur. vid. omnino Græv. ad Cic. Att. 4, 4 p. 373; it. 4, 6 p. 380; & 4, 8 p. 393. Manutio placuit *Sittyba*, de qua infra.

SĬLO, *ōnis*, m. qui eſt ſupercilio prominentibus, vel qui habet naſum preſſum, ſimum & repandum, der eine eingedruckte und aufwerts gebogene naſe hat. Plaut. Rud. 2, 2, 11 *Eccum recalvum & ſilonem ſenem.* Adde Varr. ap. Non. 1, 101; & Plin. 11, 37.

¶ Silus, *i*, m. idem. Feſtus: *Silus appellatur naſo ſurſum verſus repando.* Vſus eſt hac voce Cic. N. D. 1, 29 *Equos ſilos, ſtuccos, frontones, capitones?* Plin. 11, 37 *Avibus, piſcibus, ſerpentibus foramina tantum ad olfactum ſine naribus: & hinc cognomina* SIMORVM, SILORVM. Vet. Gloſſ. *Silus*, σιμός. ¶ 2. *Silum* Marſus telum interpretatur, in terram defixum, aciem ſurſum verſam habens, ein ſpitziger pfleck; ubi Sil. 10, 413 *Et ſilus, occulitur, cæcum in veſtigia telum.* Sed alii legunt *ſtilus*, cum in Gloſſ. *ſtili* ſint *ſudes acutæ.*

¶ Silunculus, *i*, m. dimin. plattnäſicht. Arnob. 3 p. 108 *Ergo eſſe dicendum eſt quosdam capitones, ſilunculos, frontones, labeones, &c.*

SILPHE, *es*, f. σίλφη, blatta, eine ſchabe, motte, Dioſc. 2, 35.

SILPHIVM, *i*, n. σίλφιον, ſuccus Cyrenaicus pretioſiſſimus, ſed qui Cyrenis Plinii & Strabonis adhuc tempore, barbarorum (ut Strabo) aut publicanorum (quemadmodum Plinius cenſuit), culpa defecit. ¶ 2. *Laſerpitium* a Græcis *Silphium* eſſe dictum, meiſterwurz, auctor eſt idem Plinius 19, 3 & 22, 23; & 24, 11; Colum. 2, 10; & 6, 17. v. *Laſerpitium.* Sic, *Silphium*, inquit Erasmus, *inter herbas primam gloriam obtinet, cujus & folia, & fructus & caulis pretioſus ſit.* Vide proverbium *Batti ſilphium*: imprimis Yvonem Villiomarum, hoc eſt, Ioſ. Scalig. in controverſos Titii locos lib. 8 cap. 12, 13 & 15, ubi & picturam ejus repræſentat. Copioſiſſime de Silphio, Cyrenaico in primis illo nobili & nummis celebrato, egit Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 6 pag. 293 ſq. unde apertum eſt, illud hodie inter deperdita referendum.

SILVA, ſive Sylva, *æ*, f. ein wald, forſt. Sed quamvis multi ab ὕλη, *materia*, deducunt; tamen quod omnis antiquitas, Manutio, Lipſio, Ciacconio, Dausquejo teſtantibus, I latino ſcripſerunt; nos quoque ita ſcribendum, & huc reducendum eſſe exiſtimavimus. Vſus enim antiquitatis undiquaque conſentiens, prævalere debet conjecturæ originis. v. Voſſ. Etymol. p. 507. Quid? Latinos veteres non *Sylvam*, ſed *Silvam* ſcripſiſſe, ex eo argui poteſt, quod in Novo Teſtamento Σιλβάνος, *Silvanus*, non Συλβάνος *Sylvanus*: & apud Plutarchum in Romulo, mater Romuli non Συλβία ſed Σιλβία, appelletur. Nomen generale eſt, ſed proprie eam arborum multitudinem ſignificans, quæ cædua eſt, ein wald, gehölz, holz; ut, *Viridis ſilva*, Ovid. Met. 3, 324. *Excidere ſilvas*, Lucret. 5, 1265, ausrotten, umhauen. De ſilvis manufactis, quas invenit luxuria & inter domos columnis clauſas inſtruxit, vide Torrent. & Marcil. ad illud Horat. 3 ode 10, 5 *Audis quo ſtrepitu janua, quo nemus Inter pulchra ſitum tecta remugiat Ventis.* ¶ 2. Etiam unica arbor *Silva* dicitur. v. Paſſerat. ad Propert. 1, 14, 5; Barth. ad Stat. Theb. 2, 248; & 6, 280. ¶ 3. Sed & de herbis & vitibus *Silvam* dixit Virgilius: c. g. in Georg. 1, 152 *Subit aſpera ſilva Lappæque tribulique &c.* Et de vitibus Id. Georg. 2, 26 *Silvarumque aliæ preſſos propaginis arcus Exſpectant.* vid. Burm. ad Grat. 47, *cannabias ſilvas.* Sic & L. 17 § 1 ff. Si Servit. vindic. *Cum in eo loco jus Sejo non eſſet, & Sejus in eo ſilvam ſeviſſet.* ¶ 4. *Silvam* metaphorice dicimus etiam quamcunque congeriem, & primam quaſi materiam ex tempore collectam, ex qua deinde, quæ volumus, ſecernimus. v. Quintil. 10, 3 pag. 934 Burm. Cic. de Orat. 3, 26 *Primum ſilva rerum ſententiarumque comparanda eſt*, id eſt, congeries. Suet. de Illuſtr. Gramm. c. ult. *Reliquit non mediocrem ſilvam obſervationum antiqui ſermonis.* Sic, *Medicinæ ſilvam* Plinius dixit præf. lib. 35 copiam atque congeriem ejusmodi rerum, unde medicamenta ſeu medicinæ parari poſſint. *Silva* videlicet rudis indigeſtaque moles quædam eſt variarum rerum: Iſidor. 13, 3. Vnde & extemporalia & ſubito impetu effuſa carmina, & quaſi adhuc revocanda ſub limam, SILVÆ appellantur. De quibus videndus Scaliger eſt Poëtic. 3, 99; præcipue Gevart. Lect. Stat. 1, 2; Voſſ. Inſt. Orat. 5 p. 278. ¶ 5. Pro incolis ſ. feris Grat. Cyneg. 80 *Turbat odor ſilvas.* v. Burm. ad Val. Flacc. 3, 531.

¶ Silvŭla, *æ*, f. diminutivum, ein kleiner wald. Colum. 8, 15 *Totus locus ſilvulis occupetur.* Sidon. carm. 9, 230 *Pingit gemmea prata ſilvularum.*

¶ Silvāticus, *a*, *um*, aus dem walde: ut, *Mus ſilvaticus*, eine waldmaus, Plin. 30, 9. *Laurus ſilvatica*, Cato R. R. c. 8. *Pirus ſilvatica*, Varr. R. R. 1, 40. *Lactuca ſilvatica*, Apul. de Herb. c. 30. conf. Celſ. 5, 27; Pallad Aug. t. 8.

¶ Silveſter, & Silveſtris, *e*, waldicht, wild; ut, *Loci montuoſi & ſilveſtres*, Cic. de Amic. c. 19. *Feſtis ſilveſter ædon*, Petron. c. 131. *Silveſtris regio in arvorum formam redigenda*, Colum. 2, 11. *Muſa ſilveſtris*, Virg. ecl. 1, 2, quam agreſtem, incultam, & ruſticam exponunt: Becmannus autem hilarem & ſonoram interpretatur: quod ſilvis clarior ſonus ſit, & Echo, & pecora etiam in ſilvis paſcebantur. *Montes veſtiti atque ſilveſtres*, Cic. N. D. 2, 53, mit wald bewachſen. *Silveſtriora omnia tardiora* dixit Plin. 16, 27. ¶ 2. bäuriſch, grob; ut, *Silveſtres homines*, Horat. Art. Poët. v. 391, i. e. rudes, incculti, impoliti, ruſtici videlicet atque agreſtes, qui & *Truculenti* appellantur: vide ſuo loco.

¶ Silvōſus, *a*, *um*, voll holz; ut, *Saltus duo alti ſilvoſique*, Liv. 9, 2. Plin. 12, 5 *Superiores rami emicant ſilvoſa multitudine.* Vitruv. 8, 1 *Arbores crebræ & ſilvoſæ.*

¶ Silveſco, *ĕre*, in ſilvam redigi & ſterilitatem, zum walde werden, verwildern. Cic. de Senect. c. 15 *Vitis putanda eſt, ne ſilveſcat ſarmentis.* Colum. 4, 11 *Pati vitem ſupervacuis frondibus luxuriantem ſilveſcere.* conf. Id. 5, 6. Et Mart. Capell. lib. 3 p. 59 *Senticoſæ copiæ denſitate ſilveſcere.*

¶ Silveſcens, *tis.* Arnob. 3 p. 109 *Capilli ſilveſcentium crinium vellcribus involuti.*

¶ Silvānus, *i*, m. ein waldgott. Servius ad illud Virgilii Æn. 8, 600 *Silvani fama eſt veteres ſacraſſe Pelasgos Arvorum nemorumque Deo lucemque diemque &c. Publica*, inquit, *ceremoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum eſſe Silvanum. Prudentiores tamen dicunt eſſe eum, ὑλικὸν θεὸν, h. e. Deum τῆς ὕλης. Hyle autem eſt fex omnium elementorum*, id eſt, *ignis ſordidior & aër; item aquæ & terræ ſordidiora, unde cuncta procreantur: quam Græci* ὕλην, *Latini* materiam *appellarunt, nec incongrue, cum materiæ ſilvarum ſint.* Quod ſi igitur Deus τῆς ὕλης eſt, idem erit qui Pan. Vet. Gloſſ. *Silvanus*, Πάν, Θεὸς ὑλάων. A Pane tamen alibi diſtinguit Virgilius. Namque eum agrorum & pecorum tantum Deum agnoſcit, non univerſi, vide & ſupra *Ægipan*, & *Pan.* Sic, *Silvani monticolæ*, Ovid Met. 1, 193. Colebant autem veteres Silvanos tres. Vnus dicebatur *Domeſticus*, poſſeſſioni conſecratus: alter *Agreſtis*, paſtorum numen: Tertius *Orientalis*, q. d. ὄριος, cui in confinio lucus poſitus erat, a quo inter duo pluresve fines oriuntur. vide Feſtum in *Marſpedis*, & ibi Scalig. Silvarum cum Priapo principes Larum ruralium fuiſſe oſtendit Brouckh. ad Tibull. 1, 1, 24. v. etiam Reineſii Inteript. p. 138. Cato R. R. c. 83 *Pro bubus Marti Silvano votum facere.* Apud Mart. Capell. 2 p. 41 *Longævorum chori appellantur Panes, Fauni, Fones, Satyri, Silvani, Nymphæ, &c.* Omnis autem poſſeſſio ideo *Silvanum* colebat, *quia primus in terram lapidem finalem poſuiſſet*, ut vetus Scriptor de Limitibus apud Rigaltium pag 202 notat. ¶ 2. *Silvani* etiam ſunt lapides, ſive perſonæ, ex quibus aqua ſalit; Cujac. Obſerv. XI, 2 p. 484. vid. *Silanus.*

¶ Silvia, *æ*, f. Ilia fuit, Romuli & Remi mater. Ovid. Faſt. 2, 383 *Silvia Veſtalis cœleſtia ſemina partu Ediderat, patruo regna tenente ſuo.*

¶ Silvius, *i*, m. Æneæ filius, natus ex Lavinia, Latini filia, poſt Æneæ mortem, quamobrem & *Poſthumus* dictus fuit, a quo deinde omnes reges Albani *Silvii* cognominati ſunt. Cauſſa autem hujus nominis Silvio ipſi fuit, quod a matre in ſilva editus, & a paſtoribus educatus fuerat, quemadmodum ſcripſit Dionyſius Halicarnaſſeus.

¶ Silvīnus, *i*, m. amicus Columellæ, qui illum *Publ. Silvinum*, compellat in Præfationibus ſuis.

¶ Silvĭcŏla, *æ*, ein waldmann. Propert. 3, 12, 34 *Oſcula ſilvicolis empta dedere viris.* conf. Virg. Æn. 10, 551.

¶ Silvĭcultrix, *ĭcis*, f. Adjective, *Silvicultrix cerva*, Catull. 64, 72 *Nemoris cultrix* eſt in Phædro 2, 5, 3.

¶ Silvĭfrăgus, *a*, *um*, ſilvas frangens. Lucret. 1, 275 *Silvifraga flabra*, de ventis ſilvas vel arbores frangentibus & eruentibus.

¶ Silvĭger, *a*, *um*, waldicht; ut, *Silvigeri montes*, Plin. 30, 3.

¶ Reſilveſco, *ĕre*, wieder wild werden. Saresb. 3, 3 *Arentium ſterilitas reſilveſcit.*

¶ Tranſilvānia, *æ*, f. veteris Daciæ pars, montibus & ſilvis undique circumſepta, vulgo a ſeptem urbibus, quas ibi Saxones condiderunt, Siebenbürgen. Genus ſane incolarum miſtum ex Saxonibus eſt, quos eo Carolus M. aut traduxit, aut rejecit. v. Cluverium, & Forſtnerum ad Tacitum p. 324.

¶ Tranſilvāni, *ōrum*, m. pl. incolæ, die Siebenbürger.

Siluncŭlus, quære paullo ante in *Silo.*

SĬLŪRES, *um*, pl. populi Britanniæ, Tac. An. 12, 32, 3 &c.; *Silurum colorati vultus, &c.* Id. Agric. 11, 3; *Silurum inſulæ*, Solin. cap. 35. conf. ibi Salmaſ. Exercit. p. 174.

SĬLŪRVS, *i*, m. σίλουρος, ſed ἄλλουρος apud Dioſcoridem, piſcis eſt *Rheni* & *Danubii*, cujus accolæ piſcem eum vocant, ein ſtor, ſcheiden; ſive a damno, quod voracitate ſua infert; ſive a figura vaginæ *Silurus parvus*, qui delicatior quoque eſt, Viennæ appellatur, ein dinck, *adultior* vero, ein ſcheiden. Geſner. *Silurum*, a vibratione caudæ dictum nugantur, a σείω & οὐρά. v. Plin. 5, 9; 9, 15; 19, 37; & 32, 9; Apic. 9, 11. Iuvenal. 4, 33 *Vendere municipes facta de lege ſilluros.* conf. ſat. 14, 132. Et Auſonius in Moſella v. 135 *Nunc pecus aquoreum celebrabere, magne ſilure, &c.* vid. Scalig. Auſ. Lect. 1, 3, ubi putat, Auſonii *ſilurum* eſſe ſturionem. Solin. c. ult. f. *Amnes Siluris piſcibus abundantes.*

Silus, quære paullo ſuperius in *Silo.*

SĪLŸBVM, *i*, n. σίλυβον, ſpina læta, folia ferens chamæleontis albi, Dioſc. 4, 153; & Plin. 22, 22. Sed verum ac legitimum *Silybum* nondum nobis licuit reperire, & tam paucas ejus notas explicavit Dioſcorides, ut difficile admodum illud inventu judicem; Matthiolus.

SĪMA, *æ*, f. a σιμός, *declinis*, eſt in columna ſupremum membrum coronidis, quæ faſtigio ſummo ſuperimponitur, der oberſte theil des krantzes, der eingebogene ſims, oder rand. Vitruv. 3, 3 *Simæ, quas Græci ἐπιπέδιτας dicunt, faciendæ ſunt, altiores octava parte coronarum altitudinis.* conf. Id. 4, 3.

SĪMAETHVS, *i*, m. fluvius Siciliæ, Sil. 14 v. 232. Hinc

¶ Simæthis, *ĭdis*, f. Nympha, de qua Ovid. Met. 13, 751 *Acis erat Fauno Nymphaque Simæthide cretus.*

¶ Simæthius, & Simæthæus, *a*, *um*, adject. ut, *Simæthia circum flumina*, Virg. Æn. 9, 584. Et, *Aquæ Simæthæ*, Ovid. Faſt. 4, 470.

SIMBRIVIVM, vel Simbruvium, *i*, n. locus Italiæ, medicatis aquis nobilis, quæ inde

¶ *Simbruvianæ aquæ*; vide quos laudat Drak. ad Sil. 8, 371.

SĪMIA, *æ*, f. animalis genus, facie, naribus, auribus, & aliis corporis partibus perfectam hominis imitationem continens, ein affe. Vnde & Ennius, citante Cic. de Nat D. 1, 35 *Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis.* Dicuntur autem *Simiæ* a naribus ſimis, h. e. depreſſis. Sunt generum diverſorum: nam & *Satyri* & *Sphinges* inter ſimias cenſentur. v. Plin. 11, 44; & Solin. c. 27. Ita, *Simia eſt ſimia, etiamſi aurea geſtet inſignia.* v. Chiliad. Apollodorus apud Stobæum: Ἐν θηρίοις καὶ πιθήκοις ὄντα, δεῖ εἶναι πίθηκον, i. e. *inter feras & ſimias verſantem oportet eſſe ſimiam*, wer bey wölfen iſt, muß mit heulen. Et, *Simiarum pulcherrima deformis eſt*: Τῶν πιθήκων ἐυμορφότατος δύσμορφος ἐστι, de illis, quæ genere ipſo vitioſi ſunt: tribuitur Hera-

clito

clito apud Platonem. De ſimiis regis Ægyptii ſub perſona ſaltare edoctis in theatro, & ſparſis nucibus ad ingenium redeuntibus, Lucianus Piſcatore p. 172. ¶ 2. *Simias* etiam contemptim dicimus quocunque modo aliorum imitatores. Sic Demoſthenes Æſchinem, *Tragicam* dixit *ſimiam*, v. Chiliad. Sic M. Regulus Arulenum Ruſticum *Stoicorum ſimiam* appellavit, quod refert & juſte indignatur C. Plinius Iunior 1 epiſt. 5. Ruſticus enim vir optimus & exactus philoſophus fuerat, ut vel ex Tacito liquidiſſimum eſt. Cæl. Cic. fam. 8, 12 *Malui collegæ me obligare, quam illius ſimiæ vultum ſubire.*

¶ Simius, *i*, m. idem, & fere tantummodo adjective. v. Martial. 14 epigr. 202. Sic Horatius 1 ſat. 10, 18 Demetrium, poëtam deformem & brevis ſtaturæ *ſimium* vocat. Et Claud. in Eutrop. 1, 303 *Simulator humani oris Simius.* Ita aliquis per contemptum nominari poteſt, quemadmodum & Græcis πίθηκος uſurpatur. v. Lucian. T. 2 p. 441 Gr. Et ſic, ſi conſtat Gothofredi lectio, Vatin. Cic. fam. 5, 10, 3 *Homo ſimius.* Et Sen. Contr. 4, 26 *Argentarius Ceſtii ſimius eſt*, i. e. imitator.

¶ Simiŏlus, *i*, m. diminut. ab eadem metaphora fecit Cicero fam. 7, 2, 5 ad Marium: *Hic ſimiolus animi cauſſa me, in quem inveheretur, delegerat.*

¶ Siminīnus, *a, um*, ſimiæ ſimilis, affenhafftig. Obſequens c. 103 *Agnus natus ſiminino capite*, al. *ſemitrino.* v. not. Scheſſeri. Heuman. Pœc. P. 1 p. 267 vult *feminino.* Sic, *Herba ſiminina*, quam Græci *Cynocephalion*, alii *Pithecion* dicunt, brackenhaupt, Apul. de Herb. c. 86.

SĬMĬLA, *æ*, f. σεμίδαλις, flos & deliciæ farinæ triticeæ, ſemmel, weiß ſemmelmehl. Celſ. 2, 18 *Et tritico firmiſſima ſiligo; deinde ſimila.* conf. Id. 8, 5; & Sidon. 8, 14. Martial. 13 epigr. 10 *Nec poteris ſimilæ dotes numerare, nec uſus.*

¶ Sĭmĭlāgo, ĭnis, f. idem. Gloſſ. Vet. *Similago*, σεμίδαλις, quo verbo in Onomaſtico & *Simila* græce translata eſt. Plin. 18, 8 *Ægyptus ſimilaginem conficit e tritico ſuo, nequaquam Italicæ parem.* conf. Id. 18, 10: & 29, 4; Cat. R. R. c. 75. Serenus c. 16 de morbo faucium: *Additur excuſſus nivea ſimilagine furfur.*

¶ Similāgĭneus, *a, um*, aus weiſſem mehl; ut, *Panis ſimilagineus*, quidam legunt in Senecæ epiſt. 119, ubi *ſiligineus* alii ediderunt.

SĬMĬLIS, *e*, gleich, gleichmäßig, ähnlich, de morum, doctrinæ, ætatis, formæ, fortunæ & quarumcunque rerum imitatione & ſimilitudine promiſcue fere dicitur. Ter. Phorm. prol. v. 32 *Ne ſimili utamur fortuna atque uſi ſumus.* Et Virg. Æn. 1, 136 *Simili pœna commiſſa luere.* Cum genitivo junctum ſæpius de moribus & ingenio intelligitur: ut, *Domini ſimilis es*, du haſt deines herrn ſpoſſ oder ſinnes viel, Ter. Eun. 3, 2, 43. Et Adelph. 3, 3, 58 *Salvus ſit filius, ſpero, eſt ſimilis majorum ſuorum.* Sic Cic. fam. 12, 22 *Spes una eſt aliquando populum Romanum majorum ſimilem fore*, es werde ſeinen vorfahren nachſchlagen. Nonnunquam tamen cum dativo & ablativo conſtruitur. Liv. 5, 28 pr. *Trinaſitheus Romanis vir ſimilior quam ſuis.* Virgil. Æn. 1, 588 *Os humerosque Deo ſimilis.* Sic apud Liv. 5, 41, in Codd. nonnullis: *Majeſtatem etiam ſimillimos Diis*, ubi Drakenb. v. Sic, *Similes inter ſe homines cum forma, tum moribus*, Cic. pro Cluent. c. 16. Dicimus & *ſimilem in aliquem eſſe*: Tac. An. 2, 39, 3 *Forma haud diſſimili in dominum.* Apul. Met. 10 p. 253 *Puella vultu honeſto in Deæ Iunonis ſpeciem ſimilis.* Similiter *Æmulum in aliquem*, pro *alicui* dicebant. v. ſupra in *Æmulus.* ¶ 2. *Similis* copulatur cum *ac, atque, ut, &c.* Liv. 6, 28 *Similis pavor fugaque, ac bello Gallico fuerat, &c.* Cæſ. B. G. 2, 38 *Hortatur, ut ſimili ratione atque ipſe fecerit, &c.* Cic. de Senect. c. 6 *Similes ſunt, ut ſi qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant.* ¶ 3. *Simile veri, veriſimile* & *ſimile vero*, der wahrheit gemäß, Cic. fam. 7, 2 & alibi: Et Quintil. 3, 8 *Quod eſt vero ſimilius:* Sic enim iisdem caſibus comparativus & ſuperlativus, quibus poſitivus, adduntur. Vellej. 2, 130, 5 *Per omnia Deis, quam hominibus ſimilior.* Plaut. Mil. 2, 6, 70 *Ex uno puteo ſimilior nunquam poteſt aqua aquæ ſumi, quam hæc eſt, atque iſta hoſpita.* Cic. pro Marcell. c. 3 *Hæc qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico.* Virg. Georg. 2, 131 *Arbos ſimillima lauro.* Homer. Odyſſ. ρ. v. 218 Ὡς ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον, hoc eſt, *Quam ſemper ſimilem ducit Deus ad ſimilem*; wie der wirth, ſo beſcheret Gott die gäſte, v. Chiliad. ¶ 4. *Simile* quantum diſtet a *pari*, lege apud Freinshem. ad Curt. 5, 5, 7. Liv. 45, 40 *Similia omnia magis hominibus viſa, quam paria.* Et, *Te ſimilem*, exquiſitum loquendi genus, quod ita abſolute tuam imaginem, tuam effigiationem ſignificat. v. Gronov. Diatrib. ad Stat. Silv. 1, 6 p. 33 ſeqq. ¶ 5. Pro æquali Samon. 388 *ſimili drachma* h. e. æquali pondere. ¶ 6. *Simile*, ſubſt. ein gleichniß. Aut. ad Herenn. 2, 29 *Exornatio conſtat ex ſimilibus, &c.* Item: *Simile vitioſum eſt, quod ex aliqua parte diſſimile eſt.* conf. Cic. de Fin. 4, 27. ¶ 7. *Simile*, adverb. gleichergeſtalt. Cic. Acad. 4, 5 *Simile vos, cum perturbare philoſophiam velitis*; al. *Similiter.* v. not. Gruteri.

¶ Sĭmĭlĭter, adverb. gleicher geſtalt, eben ſo, als. Cic. Nat. D. 3, 3 *Similiter facis, ac ſi me roges*, Id. Phil. 1, 4 *Neque vero illum ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi.* Et Off. 1, 25 *Similiter facere eos, ut ſi nautæ inter ſe certarent, &c.* Comp. Phædrus 5, 5, 34 *Scurra multo ſimilius imitatus.* Superl. Cic. Agrar. 1, 4 *Simillime, atque in illa lege, &c.* Ac Tuſc. Qu. 2, 23 *Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum; &c.* Plin. 37, 7 de carbunculis: *Adulterantur vitro ſimillime.*

¶ Similĭtudo, ĭnis, f. die gleichheit. Cic. Off. 1, 17 *Nihil amabilius, nihil copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum.* Hinc illud: ὁμοιότης τῆς φιλίας μήτηρ, hoc eſt, *ſimilitudo amicitiæ mater eſt.* vid. Chiliad. Et Proverb. Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, *Simile gaudet ſimili.* Conſtruitur cum præpoſitionibus *Cum* & *Inter.* Cic. Tuſc. 2, 23 *Sunt quædam ſimilitudines animi cum corpore.* Id. Phil. 13, 13 *Omnes habent ſimilitudinem inter ſe*, ſie ſind einander gleich. *Similitudine veri capi*, Liv. 25, 16. ¶ 2. *Similitudo*, ein gleichniß. *Eludere ſimilitudines*, Quintil. 5, 13.

¶ Similĭtas, ātis, f. idem. Vitruv. 29, 9 *Nec ceteræ easdem habent inter ſe naturæ rerum ſimilitates.* Et Cæcil. ap. Nonium 2, 827 *Vide, Demea, hominis quid ſert morum ſimilitas.*

¶ Sĭmĭlo, āre, ſimilem facere, gleich machen. Onomaſtic. *Similo*, ὁμοιόω. Martiali etiam quidam tribuunt 2 epigr. 35; ſed plures ibi *ſimulent* legunt. Marcell. Empir. c. 8 *Piſcicutus, qui equum marinum ſimilat.* vid. mox *Aſſimilo.*

¶ Similĭgĕnus, *a, um*, gleicher art. Cæl. Aurel. Acut. 2, 19 *Admiſcere ſibi ſimiligena.*

Compoſita:

¶ Absĭmĭlis, *e*, idem quod *diſſimilis*, ungleich. Sic autem effertur, ut fere præponantur particulæ negativæ, *non, nec, neque, haud.* Suet. in Oth. c. 1 *Non abſimilis Tiberio principi.* Gaius l. 10 § 1 ff. de edendo: *Argentarios tantum neque alios ullos abſimiles eis edere rationes cogit.*

¶ Aſſĭmĭlis, vel Adſimilis, *e*, idem quod *ſimilis* vel *prorſus ſimilis*, ganz ähnlich. Lucret. 4, 316 *Quin etiam quæcunque locuſcula ſunt ſpeculorum Aſſimili lateris flexura prædita noſtri.* conf. Virg. Æn. 6, 603; & Ovid. Pont. 2, 2, 85. Idem Triſt. 1, 5, 27 *Aſſimilem ſui facere.* Cic. de Nat. D. 2, 55 *Aſſimilis ſpongiis mollitudo.* Suet. Ner. c. 1 *Ærі aſſimilis capillus.*

¶ Aſſĭmĭlĭter, adverb. gleich alſo. Plaut. Bacch. 4, 9, 27 *Aſſimiliter mihi hodie obtigit.*

¶ Aſſĭmĭlo, āre, eſt comparare, vergleichen, gleich halten. Ovid. Triſt. 1, 5, 28 *Grandia ſi parvis aſſimilare licet.* Vlp. l. 59 § 2 ff. de condit. & demonſtr. *Servitus morti adſimilatur.* ¶ 2. *Aſſimilare* & *Similare* Latine non dici, notat Burm. ad Quint. 7, 10 pag. 653; & ad Ovid. Met. 3, 158. Potius ſcribendum *Simulo* & *Aſſimulo*, quæ vide ſub *Simul.*

¶ Aſſimilanter, adverb. vergleichungs-weiſe. Nigid. ap. Nonium 1, 190 *Sunt etiam aſſimilanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bovatim.*

¶ Aſſimilātus, *a, um*, ſimilis factus, nachgemacht. Cic. Verr. 2, 77 *Literæ lituræque omnes aſſimilatæ, expreſſæ.*

¶ Aſſimĭlātio, ōnis, f. die ähnlichkeit. Plin. 11, 39 *Prodigioſa aſſimilatio.*

¶ Conſĭmĭlis, *e*, gleichmäßig, ganz gleich; ut, *Conſimilem ludum luſerat*, Ter. Eun. 3, 5, 38. Et, *Neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia*, Id. Heaut. 1, 2, 35. ¶ 2. Cum genitivo: *Cujus mos maxime eſt conſimilis veſtrûm*, Ter. Heaut. 2, 4, 13. ¶ 3. Cum dativo: *Id cum ſtuduiſti, iſti formæ mores ut conſimiles forent*, ibidem 2, 4, 2.

¶ Conſimĭlĭter, adverb. eben alſo, gleichergeſtalt. Gell. 11, 5 *Hæc conſimiliter tam Pyrrhonii dicunt quam Academici.* Id. 17, 9 *Surculi deraſi atque ornati conſimiliter.* Arnob. 1 p. 20 *Non conſimiliter altis licitum eſſe.* Et 2 p. 52 *Nos ſpiritum conſimiliter ducimus.*

¶ Conſimĭlĭtas, *atis*, f. die gleichmäßigkeit, apud Auguſtinum.

¶ Conſimĭlĭtūdo, ĭnis, f. idem, ICt. in Cod.

¶ Diſſĭmĭlis, *e*, *ſimul*, contrarium, ungleich, unterſchieden Ter. prolog. Andr. v. 11 *Non ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen diſſimili oratione ſunt factæ ac ſtylo. Turditate & celeritate diſſimillimi motus*, Cic. Tuſc. 1, 25. ¶ 2. Cum genitivo: Cic. Verr. 2, 20 *Fuit tum tui diſſimilis.* Id. Acad. 4, 40 *Diſſimilior illarum.* Id. Phil. 2, 24 *Saturavit* (Antonius) *ſe ſanguine diſſimillimorum ſui civium.* Et pro Cluent. c. 16 *Diſſimillimi ſuorum.* ¶ 3. Cum dativo: *Suo generi diſſimilis*, Sen. in Phœniſſ. v. 81. *Fide patri diſſimillimus*, Vellej. 2, 73, 1. conf. Sen. de Ira 3, 17. ¶ 4. Cum *Inter*: Cic. de Clar. Orat. c. 83 *Sunt inter ſe diſſimiles.*

¶ Diſſimĭlĭter, adverb. idem; ut, *Diſſimiliter judicatæ res*, Auct. ad Herenn. 2, 13 *Haud diſſimiliter navibus*, Liv. 27, 48. conf. Vitruv. 8, 3; Gell. 18, 12.

¶ Diſſimilĭtūdo, ĭnis, f. die ungleichheit. Cic. Off. 1, 30 extr. *Innumerabiles diſſimilitudines ſunt naturæ morumque. Varietas diſſimilitudoque*, Id. Divin. 2, 46. Et, *Habere diſſimilitudinem ab aliqua re*, Id. de Orat. 1, 59. Sed fam. 2, 13 *Genus inſtitutorum & rationum mearum diſſimilitudinem non nullam habet cum illius adminiſtratione provinciæ.*

¶ Indiſſimĭlis, *e*, nicht ungleich. Varr. de L. L. 8, 29 *Formæ vocum indiſſimiles.* Vellej. 2, 80, 4 *Ad indiſſimillimam vitæ ſuæ potentiam pervenire*; al. *diſſimillimam.*

¶ Persĭmĭlis, *e*, ſehr gleich, ähnlich. Q. Cic. de petit. conſul. c. 7 *In diſſimili genere perſimilis.*

¶ Subſĭmĭlis, *e*, aliquantulum ſimilis, etwas gleich. Celſus 5, 26, 11 *Melli albo ſubſimilis.* Et Vlp. l. 1 § 5 D. Si cui plus quam &c. *Hodie tamen ſubſimile aliquid fit in fideicommiſſis.*

Simininus, ſimiolus, vide paullo ante *Simia.*

SĬMĬTV, adverb. antiquum pro *Simul*, zugleich. Plautus ſæpe uſus eſt, v. g. Trin. 2, 1 pr. *Multas res ſimitu in meo corde verſo.* Et Truc. 2, 1, 6 *Vt ſimitu adveniunt.* Adde Menæch. 5, 1, 45; & Merc. 1, 2, 8; & Lucil. apud Non. 2, 814.

Simius, vide *Simia*, Simo, *āre*, *Simus.*

SĪMŌIS, *Simoëntis*, Σιμόεις, fluvius ad Trojam ex Ida monte defluens. Virg. Æn. 6, 88 *Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica caſtra Defuerint.* Cont. Æn. 5, 634.

¶ Simoĭlius, *i*, m. Σιμοήσιος, vir Trojanus, Anthemides, quod ad Simoëntis undas eſſet natus, apud Homerum Iliad. δ. v 488.

SĪMON, ōnis, m. Σίμων. *Simones* plures fuerunt, Ebræi, Græci & Latini. Antiquiſſimus Athenienſis fuit philoſophus, Socratis diſcipulus, qui ſcripſit Dialogos 24. ¶ 2. *Simon* alius Magnetius fuit muſicus, ſcripſit Simodiam. ¶ 3. *Simon Petrus* apoſtolus, notus ex ſacris literis. Adde Iuvenc. 1, 452; & 4, 585; & Sedul. 3, 451; ubi i producitur & o corripitur. ¶ 4. De *Simone Mago* conſulantur Euſeb. it. Epiphan. & Arator 1, 630. ¶ 5. *Simon*, vel *Simeon* potius, metaphraſtes, Conſtantinopolitanus ludimagiſter fuit, qui Sanctorum vitas ſcripſit.

¶ Simonia, *æ*, f. ab Simone Mago dicta eſt, quæ eſt venditio & emtio rei ſpiritualis, ut ſi quis conetur gratiam, fidem, miracula, virtutes Spiritus Sancti, quibus ornatur eccleſia, mercari, quod Simon conabatur, Actor. c. 8. Latine *muneralis ambitus.*

¶ Simoniaci vel Simoniani, *orum*, m. pl. Simonis magi assectæ, de quibus agit Isidorus Orig. 8, 5.

SĪMŌNĪDES, *is*, m. Σιμωνίδης, poëta Ceus fuit, quemadmodum inter poëtas eum retulit Quintilian. 10, 1, & elogio mactavit Burm. p. 896. Inventor primus artis fuit memorandi, Cicerone teste de Orat. 2, 86; & de Fin. 2, 32; & Quintiliano 11, 2. Inventor item literarum duplicium, ξ, φ, ϑ, Eustathio teste. Simonidi Plutarchus tribuit, quod adeo commendat, ut semper in promptu habendum censuerit, ὅτι λελάληκα μὲν πολλάκις μετενόησα, σιωπήσας δὲ οὐδέποτε, *Dixisse me sæpe numero pœnituit, tacuisse nunquam.* Simonides in convivio a Pausania rogatus, ut diceret aliquid sapienter, respondit: ὦ Παυσανία, μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, id est, *O Pausania, memineris te hominem esse*: quam ille commonefactionem parvi tum faciens, gravissimam fuisse intellexit, cum mortem calamitosissimam ob oculos cerneret, ac ter magna exclamaret voce: ὦ ξένε Κᾶε, μέγα τι ἄρα χρῆμα ὁ λόγος σῦ: hoc est, *O Cee hospes, magnum quiddam in tuo sermone inest*, Ælian. H. V. 9, 41. vide *Pausanias*. Ausonius Professor. 13 *Concedat Cei M. sa Simonidei*, pro *Simonidis*, ut, *Ulyssei* pro *Ulyssis*, apud Horatium. De excellenti ejus memoria Cic. Tusc. 1, 24. De avaritia ejus Ælianus Var. Hist. 8, 2. Quo nomine eum & Pindarus lib. 2. od. 2, quod primus Musam ἐμπόρευσε, i. e. *Mercenariam* effecerit, perstringit, ut Scholiastæ notarunt. Adde singularia quædam, quæ de Simonide commemorat Phædrus 4, 21 & 24.

¶ Simonidæus, *a*, *um*, adject. Catull. 39, 8 *Mæsius lacrymis Simonidæis.*

Simplaris, simplarius, vide post *Simplus* in sequenti *Simplex*.

SIMPLEX, *plicis*, quod unum, neque ex aliis confiatum aut mistum est, & ita *duplici* opponitur, einfach; dicitur quasi *sine plica*. Ter. Heaut. prol. v. 6 *Duplex quæ ex argumento facta est simplici.* Sic *simplices cives* Tacitus de Germ. 23, 2, & Plin. 40, 53 dixerunt, unde apparatus & condimentorum ars atque varietas abest. *Deum* quoque *simplicem* & *simplicissimam mentem* vocamus, quia unus, neque compositus est. Prudent. in Romano v. 324 *Natura simplex pollet unius Dei.* Sen. de Benef. 2, 28 pr. *Quanto est simplicius, beneficium acceptum augere*, id est, sincerius, extollere accepta, quam iis invidia detrahere. *Verba* etiam *simplicia* Suetonius Tib. c. 61 dixit, sine figura, sine colore, sive ingenue magis, quam malo animo prolata. ¶ 2. Ad hominem quando refertur, apertum sincerumque, in quo nihil fallaciæ ac doli inest, significat, cui *fictus* & *vafer*, & quem aliquando *duplicem* Latini vocant, opponitur, einfältig, schlecht, aufrichtig. Cujusmodi animis cum pueri sint, ideirco *simplices annos* pro pueritia Martialis dixit 10 epigr. 20. Ciceroni quoque *simplex homo*, candidus & sincerus est: cujusmodi alio loco *antiquos homines* vocat, quemadmodum & Græci ἀφελεῖς pro ἁπλοῖς, sive simplicibus ponunt, einer von der alten welt, redlich und ohne falsch. Ver. Gloss. *simplex*, ἁπλοῦς, ἀφελής. Cic. fam. 11, 28 extr. *Tribatius tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit*, dein ehrliches gemüthe. Id. Fin. 2, 14 *Omnia vera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia: tum vana, falsa, fallentia odimus.* Id. in Orat cap. 69 *O virum simplicem, qui nos nihil celat! sapientem, qui serviendum necessitati putet.* Hic quamquam de homine omnino rudi agat Cicero, tamen ipsa Ironia satis ostendit, nomen hoc in virtute esse. ¶ 3. Aliquando tamen *Simplices* pro *stultis* ponuntur, cum simplicitas modum non servat, & a stupore mentis, vel imperitia est. Aur. Victor in Epit. c. 46 ext. de Vetranio magistro militum: *Fuit*, inquit, *prope ad stultitiam simplicissimus*, ein allzu einfältiger mann. Sen. de Ira 2, 16 extr. notat, *stultis, luxuriosis, nepotibusq. e, & omnibus vitiis parum callidis*, imponi hoc nomen. ¶ 4. Comparat. Martial. 8 epigr. 80 *Et pugnet virtus simpliciore manu.*

¶ Simplĭcĭter, adverb. schlechterdings, für sich hin, einfältig. Cic. Acad. 1, 2 *Epicurei simpliciter pecudis & hominis bonum idem esse censent.* Id. pro Arch. ext. *De caussa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi.* Id. Acad. 4, 35 pr. *Cum simplici homine simpliciter agerem.* Plin. 5 epist. 3 *Amice & simpliciter reprehendere.* Idem 5 epist. 2 *Recipies ergo epistolas steriles & simpliciter ingratas.* Sen. paullo ante citato loco: *Multum interest, simpliciter vivas, an negligenter.* Curt. 7, 2, 36 *Simpliciter ea necessarios suos quisque scripserat, ut sentiebat.* Id. ibid. paullo ante: *Tu Amynta, ignosce fratri tuo: erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus*; i. e. vere. Mart. 1 ep. 88 *Sic ebria simpliciter.* Tac. Germ. 5, 6 *Interiores* (Germani) *simplicius & antiquis permutatione mercium utuntur*, aufrichtig, ohne trug. Id. Hist. 1, 15, 7 *Ego ac tu simplici sine inter nos hodie loquimur*, vertraulich).

¶ Simplĭcĭtus, adv. pro *simplicius*, refert Nonius 2, 825 ex Plaut. Merc. 2, 2, 15; sed lectio hodie alia apparet. Vsitatius comparativo fit *Simplicius*, apud Quintil. 1, 3; Gell. 4, 19; Curt. 8, 14, 46.

¶ Simplĭcĭtas, *ātis*, f. ipse ille habitus animi simplicis atque sinceri, die einfalt, aufrichtigkeit. Est itaque & appellatur *simplicitas*, quæ ingenue, candide, libere ac liberaliter agit & loquitur omnia, malignitate, fucis, adulationibus atque fallaciis aliena, nec insidiosa aliis, & sui secura. Ita *Simplicitas jocantium*, Sen. de Benef. 3, 26; *convivalium fabularum*, Tac. An. 6, 5, 3; *convictus*, Plin. 6 epist. 31, ubi & Buchnerum licebit videre. Id. Plin. 3 epist. extr. *Super est alterutrâ ex parte judicium tuum; in quo mihi æque jucunda erit simplicitas dissentientis, quam comprobantis auctoritas*: i. e. libertas, qua quis sine tergiversatione utitur. Alia vero *Simplicitas* ex naturali quadam bonitate generosaque ac prolixa indole nascitur, & fortibus atque magnanimis viris præcipue inest; quod in Achille Homerus, in ejus filio Sophocles ostendit: unde & Ovidius de Fabiis Fast. 2, 225 *Quo ruitis, generosa domus? male creditur hosti: Simplex nobilitas, perfida tela cave.* ¶ 2. Alia vero a tarditate animi ingeniique infelicitate est. Multi enim dolis ac fraudibus & omni fuco atque fallacia abstinent, non quia detestantur & improbant, sed quod ingenio destituuntur ad comminiscenda talia. Quæ imbecillitas, licet vecordia potius inertiaque appellanda sit, fit populariter tamen, ut aliquando nominetur *Simplicitas*; unde *simplices* etiam pro *stultis* accipiuntur & opponuntur *sapientibus*, de quo in simplex n. 3. Eatenus itaque laudanda. *Simplicitas*, quatenus modum & cautionem adhibet: quam *veram simplicitatem* Martialis 1 ep. 39; & *prudentem simplicitatem*, 10 ep. 47 appellavit. Bene Tacitus de Vitellio Hist. 3, 86, 3 *Inerat tamen simplicitas & liberalitas: qua, nisi adsit modus, in exitium vertuntur.* Talem *Simplicitatem* Trajano suo tribuit Plinius Paneg. c. 4. Nam cum eam *gravitati* nihil obstare scribit, eam significat, quæ & provida fuerit, & modum servarit. Vellej. 2, 43, 4 *Vir in tantum bonus, in quantum humana simplicitas intelligi potest.* Id. 2, 125, 5 *Delabella vir simplicitatis generosissimæ.* Plin. Paneg. c. 54 *Hanc simplicitati tuæ veritatique gratiam relaturi, ut te, quæ vis, velle: quæ non vis, nolle credamus.* Lege de hac simplicitate, & quomodo ea habenda, ut ne contemptum afferat, Sen. de Tranq. an. c. 15.

¶ Simplico, *are*, simplum facere, einfach machen. Pallad. 2 tit 16 *Lapis subter vel testa ponenda est, ut radicem non simplicet, sed repercussa respergat.* vid. Barth. Adversl. 38, 4.

¶ Simplus, *a*, *um*, cui opponitur *duplus*, einfach. Plaut. Most. 2, 2, 73 *Scelestæ hæ sunt ædes, simpla est habitatio.*

¶ Simpĭum, *i*, n. subst. ein kupfel. einfache steuer. Plaut. Pœn. 5, 6, 25 *Obsecro te, ut liceat semplam solvere.* Liv. 29, 15 *Simplum imperare*, quod duplicato militum numero, aut vectigalium opponitur. Adde Prudent. Hymno 14, 878.

¶ Simplārius, *a*, *um*, vel Simplāris, *e*, idem. Ita *Simplaria venditiones*, sunt, pro quibus necesse venditor non habet de dupla emptori repromittere, apud Vlp. l. 48 § ult ff. de ædil. edict. Ita *Simplaris armatura*, apud Veget. de Re mil. 2, 7, quæ *semplam* accipiebat annonam, die einfachen sold bekommen. *Duplaris* est contrarium.

¶ Simplŭdĭārius, *a*, *um*, quasi *simpliludiarius*; ut, *Simpludiaria funera*, apud Festum, quibus ludi tantum adhibebantur; ut ita *funeribus indictivis* opponantur, quibus, teste Festo, non ludi modo, sed etiam desultores adhibiti. v. Kirchman. de Funer. Rom. 1, 4 p. 31 & 37, & Scalig. Auct. Lect. 1, 28 p. 81.

¶ Persimplex, *icis*, gar schlecht. Tac. An. 15, 45, 5 *Persimplici victu & agrestibus pomis, ac si sitis admoneret, profluente aqua, vitam tolerat.*

¶ Resimplicatus, *a*, *um*, i. e. reduplicatus, über einander geschlagen, doppelt. Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 20 *Linteolum aqua tingentes partibus resimplicatum apponunt.*

SIMPTAX, *ācis*, f. i. e. plantago sive arnoglossa apud Dacos, breitwegerich. v. Apul. de Herb. c. 1.

SIMPŬLO, & contracte Simplo, *ōnis*, m. conviva, ein gast. Fulgent. de Serm. prisco n. 49 ex Sutrio: *Summates viri simplones fuisse dicti sunt ganei.*

¶ Simpulātor, vel Simplātor, *ōris*, m. amicus sponsi ibidem dicitur, qui cum eo per convivia ambulat. conf Indor. in Gloss.

¶ Simpŭlātrix, *icis*, f. mulier rebus divinis dedita, ut Festus ait in *Simpulam*. Alias *Simpuviatrix*, vide *Simpuvium*.

¶ Simpulum, *i*, n. quod & *Simpullum*, & *Simpulium*, ut Bayfius vult, appellatur, significat vas parvum, dicturque a *sumendo*, hoc est, bibendo, ut Varro centet de L. L. 4, 26. Hinc & Festo est *vas parvum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur.* At vero Scaligero in Conjectan p. 54 Syriacum est a *Sephel*, *simpul*, &c. Sic, *Fluctus in simpulo excitare*, pro πομφολυγᾶν, proverbialiter dixit Cic. de Leg. 3, 16. v. Chiliad. Iuvenal 6, 346 *Simpulum videre Numæ nigrumque catinum.* Prudent Peristeph. 2, 513 *Quidquid Quiritum faverat Orare simpullum Numæ.* Plin. 35, 12 *Fictilibus simpulis prolibari*; Sed & hic & in Iuven. & Prudent. alii legunt *Simpuvium*, de quo latius. At Apul. Apol. p. 285 *Simpulo & catino fictili sacrificare.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1157.

¶ Simpŭlārius, *a*, *um*, i. e. esculentus & potulentus. Sic *Simpularias res* veteres dixerunt minutas & nullius pretii. v. Chiliad.

SIMPŬVIUM, *i*, n. vas sacrificiis aptum, in quo pontifices libare (ita legendum,) solebant. *Simpuvium* autem, quia omnes sacerdotes simul bibebant. Inde *Simpuviatrix* illa dicitur, quæ porrigit poculum ipsum, ut scribit Vetus Scholiast. ad illud Iuvenal. 6, 346 *Simpuvium videre Numæ. Buo* a βύω, pro *bibo* dicebant antiqui, unde *vinibua annus*, hoc est, *vinibiba* apud Plautum: inde & *imbuo* est. *Simpuvium* igitur pro *simbuvium*, a simul bibendo, ut Scholiastes notat. Nam Sabini, quorum hæc vox, P pro B efferebant. Nonius 15, 12 *Simpuvium* dixit *esse vas ligneum*, & Varroni esse *modum matulæ*, &c. Plin. 35, 12 s. 46 *In sacris quidem etiam inter has opes hodie non marmoris crystallinisque sed fictilibus prolibatur simpuviis.* v. Hard. & conf. dicta in *Simpulum*.

SIMUL, adverb. pro quo veteres *Simitu* dixere, quod vide suo loco, idem est quod *una*, *pariter*, zugleich. Ter. Eun. 2, 2, 10 *Simul consilium cum re amisisti.* Cic. Tusc. 3, 18 *Simul animus cum re concidit.* Et Plaut. Merc. prol. ineunte: *Duas res simul nunc agere decretum est mihi*, zwey dinge auf einmal zu thun. Cic. Att. 5, 10 *Totos dies simul esse*, beysammen, bey einander seyn. conf. Id. fam. 9, 1, 8. ¶ 2. *Simul* etiam interdum geminatur, & vim habet copulæ, vel etiam ejus est ellipsis; ut apud Quintil. 1, 1, qua quidem dictione significantur duo simul uno & eodem tempore fieri. Tac. An. 1, 49, 1 *Simul vesentes dies, simul quietos nox habuerat.* Id. Agric. 25, 2 *Cum simul terra simul mari bellum impelleretur.* Virg. Æn. 2, 220 *Ille simul manibus tendit divellere nodos: Clamores simul horrendos ad sidera tollit.* Cæs. B. G. 4, 13 *Venerunt simul sui purgandi caussa, &c. simul, ut, si quid posset, de induciis fallendo impetrarent.* conf. Curt. 4, 10, 11; 6, 7, 15; Liv. 1, 9; 2, 10 & 65. ¶ 3. *Simul ac* vel *atque*, idem est quod *Cum primum* vel *Postquam.* Cic. Verr 1, 10 *Simul ac tetigit provinciam*, so bald als er die provinz erreichet. Nep. 16, 5, 3 *Simul ac conspexit Cyprum.* Sic idem 17, 2, 1 *Hic simul atque imperii potitus est.* conf. 18, 14, 3. Virg. Æn. 4, 90 *Quam simul ac tali persensit peste teneri.* Sic & *Simul ut.* Cic. Fin. 2, 11 *Omne animal simul ut ortum est.* Id. Att. 10, 4 ext. *Habebo quid scribam, simul ut vivero Curionem.* ¶ 4. Sed & absolute *Simul* pro *simul ac*, vel *simul atque* ponitur Cic. fam. 6, 18 *Simul a Seleuco accepi litteras tuas, statim &c.* v. Manut. ad h. l. it. Cic. Att. 2, 20 cum not. Græv. p. 264. Id. Cic. Acad. 4, 27 *Simul insa-*

inflavit tibicen, carmen agnoscitur. Liv. 4, 31 *Simul fortuna civitatis virtute vera eguit.* Adi viros doctos a Drakenborch. ad Liv. 6, 1 laudatos. Liv. 10, 35 *Simul conspecta sunt Romana signa, extemplo &c.* Add. Id. 25, 29; & 24, 38. Ovid. Met. 6, 511 *At simul impositæ est pictæ phitomela carinæ.* Id. Pont. 2, 3, 23 de Fortuna: *Simul intonuit, proxima quæque fugat.* Eadem fere habet Id. Trist. 1, 4, 29. Horat. 4 od. 7, 9 *Ver protrerit æstas; Interitura, simul Pomifer autumnus fruges effuderit.* Id. 1 od. 4, 17 *Quo simul mearis &c.* Et Liv. 6, 1 *Q. Fabio, simul primum magistratu abiit, ab C. Mænio dies dicta est.* Ibi *primum* induci vult Gronov. quia Livius alias non ita locutus sit. At *Simul ac primum*, ipse Cic. Verr. 3, 13 habet, nec non Suet. Cæs. c. 30 pro *quamprimum.* ¶ 5. *Simul* pro *etiam*, ponit Liv. 3, 66 pr. *Ad quarum primum strepitum arma cepere, simul quod perfugerant &c.* Cic. pro Balbo c. 25 *Simul illud nesciebat.* ¶ 6. *Simul tecum, nobiscum &c.* Nam & sic Cicero loquitur fam. 16, 9 *Eodem tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia.* ¶ 7. *Simul* per Græcismum casum præpositionis *Cum* regit, ut ὁμοῦ. Silius 5, 418 *Acuta est protinus hasti Ore simul cervix*; id est, cum ore simul. Tacitus ita sæpe locutus est: ut An. 3, 64, 3 *Quindecimviri septemviri simul.* Et 4, 55, 3 *Tralliani Laodicenis & Magnetibus simul transcripti.* v. Freinsh. Indic. & conf. Heinf. ad Ovid. Amor. 1, 4, 1, & Gronov. ad Stat. Silv. 5 p. 373, & quos laudat Drak. ad Sil. 8, 395. Itemque Vlit. & Burm. ad Nemesi. Cyneg. 158, ubi aurei etiam ævi scriptores ita locutos esse ostenditur. Plenius præpositionem *Cum* addidit Nepos 3, 2, 2 *Cum in communi cluisse essent simul Pausania.* Id. 18, 3, 4 *Simul cum nuntio dilabi.* conf. 11, 3, 3; & 23, 6, 4. ¶ 8. *Simul* abundat in Ter. And. 3, 2, 31 *Multa concurrunt simul.*

¶ Simulter antique pro *Simul.* Plaut. Pseud. 1, 3, 149 *Exossabo ego illum simulter itidem ut murænam cocus.* Nonius 2, 780 legit *Simulte* & exponit *Similiter.*

¶ Simultaneus, *a, um*, quod simul sit, vulgo opponitur *Successivo.*

¶ Insimul, pro *simul.* Stat. 1 Silv. ult. v. 36 *Et gentes aliis insimul togatas.* Et Florus 2, 20, 1 *Tota insimul regna veniebant.* Id. præfat. n. 3 *Pariter atque insimul magnitudinem populi ostendere.* Vbi v. Duker. it. Borrich. in Voss. p. 250; & Cellar. Antibarb. p. 127; Cur. post. p. 164.

Simulacrum, simulatio, simulax &c. vide sequens *Simulo.*

SIMVLO, *avi, atum, are*, imitari est & referre, nachmachen, vorstellen. Virg. Æn. 6, 590 *Salmoneus nimbos & non imitabile fulmen simulavit &c.* Horat. 1 epist. 19, 2 *Si quis vultu torvo simulet Catonem &c.* Id. de A. P. ad Pis. v. 20 *Fortasse cupressum Scis simulare*, i. e. pingendo exprimere, abbilden. v. *Simulans.* Imp. L. 12 Cod. Theod. de Paganorum sacrificiis & templis: *Ridiculo exemplo metuens, quæ ipse simulaverit*, id est, finxerit in Dei imaginem seu simulacrum. Nam *simulacrum* a *simulo* est. ¶ 2. Deinde est fingere, callidam interponere, ac pro vero falsum vel ostendere, vel tradere, ut Donatus exponit, sich stellen, verstellen, vorgeben. *Simulantur* enim falsa, vel ea, quæ non sunt. Ter. Heaut. 4, 1, 23 *Simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.* Servius ad illud Virg. Æn. 1, 520 *Dissimulant, & nube cava speculantur amicti:* DISSIMVLAMVS, inquit, *nota:* SIMVLAMVS *ignota.* DISSIMVLAMVS *quod sumus:* SIMVLAMVS *quod non sumus.* Sic, *Simulare amicitiam*, Cæs. B. G. 1, 44, sich zum schein als ein freund aufführen. Nepos 10, 8, 2 *Qui se simularet Dioni inimicum.* Cic. Off. 1, 30 *Solon, quo reipublicæ prodesset, furere se simulavit.* Virg. Æn. 1, 213 *Spem vultu simulat.* Et, 2, 17 *Votum pro reditu simulant.* Sic, *Simulare ægrum*, Liv. 25, 8; *amnem*, Ovid. Met. 3, 275; *gaudia vultu*, Id. Art. am. 1, 678. Pass. Ter Heaut. 5, 1, 28 *Quid est, quod amplius simuletur?* ¶ 3. Similem esse significat, gleichen. Martial. 2 ep. 35 *Cum sint crura tibi, simulent quæ cornua lunæ.* Ipsum hoc verbum verbo *similo* substitutum viri docti cupiunt. v. *Assimilo* in *Similis.*

¶ Simulans, *tis*, repræsentans. Horatius 2 ep. 1, 240 *Ne quis alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulantia.* ¶ 2. Fingens, speciose ostendens. Cic. de Amic. c. 26 *Litigare se simulans, bl. natitur.* Sallust. Cat. c. 38 *Bonum publicum simulantes pro sua quisque potentia certabant.* Nepos 4, 2, 2 *Hos remisit, simulans, ex vinculis effugisse.* conf. 9, 5, 3; & 23, 9, 3. Hinc *Simulantior.* Ovid. Amor. 2, 6, 23 *Non fuit in terris vocem simulantior ales.* Sed MSS. optimi *simulatior*, vel potius *simulacior* habent, quasi a *Simulax*, de quo cum Heinsio post *Simulacrum* dicemus.

¶ Simulanter, adverb. ficte, zum schein. Apulej. Met. lib. 8 p. 205 *Quod simulanter revicta Charite suscipit.*

¶ Simulatus, *a, um*, fictus, passive, scheinbar, verstellt. Cic. Off. 2, 12 *Vitia omnia celeriter tamquam flosculi decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum.* Sic, *Simulata amicitia*, Nepos 10, 3, 1; & 14, 11, 5, falsch, erdichtet. *Simulata laudatio*, Id. 17, 6, 3. *Simulata verba*, Virg. Æn. 1, 710. *Simulatæ nescius artis*, Lucan. 4, 744. Compar. Petronius in Fragm. Burm. p. 680 *Simulatius exit proditionis opus.* Sed & adverbium videri potest.

¶ Simulate, adverb. non ex animo, falschlich, ohne ernst; ut, *Sive ex animo id fit, sive simulate*, Cic. Nat. D. 2, extr.

¶ Simulatio, *ōnis*, f. die verstellung, schein, gleißnerey. Ter. Heaut. 4, 5, 34 *Non mea est simulatio: Mea*, id est boni & sapientis, qualis sibi videbatur Chremes, cujus hic sermo est. Cic. post red. ad Quir. c. 9 *Per simulationem amicitiæ me prodiderunt.* Id. Att. 7, 1 *Quam non est facilis virtus, quam vero difficilis ejus diuturna simulatio?* Et, *Ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est*, Cic. Off. 3, 15. *Numinis simulatione Alexandri*, unter dem nahmen, Nepos 18, 7, 2. *Simulatione contra eos, animo pro iis stetit*, Vellej. 2, 48, 4. *Quos in sua simulatione pudor magis quam voluntas tenet*, Sen. de Tranqu. an. c. 2. *Prodit se, quamlibet custodiatur, simulatio*, Quint. 12, 1 p. 1051.

¶ Simulator, *ōris*, m. qui simulat; ut, *Messalam tui studiosum esse arbitror: Pompejum etiam simulatorem puto*, Cic. ad Qu. fr. 1, 3 extr. *Cujuslibet rei simulator ac dissimulator*, Sallust. Cat. c. 5. Et Ovid. Met. 11, 634 *Morphea* vocat *artificem simulatoremque figuræ.*

¶ Simulatrix, *īcis*, f. Statius Theb. 4, 551 *Colchus & Ææo simulatrix litore Circe.* Vbi *simulatrix* pro venefica ponitur. Ita Scaliger ad Cirin Virgilii interpretatur: vide tamen Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1152.

¶ Simulātilis, *e*, fictus, non verus, scheinbarlich. Fortunat. 2 de Mart. *Nec stat imagineis simulatilis umbra figuris.*

¶ Simulāmen, *ĭnis*, n. simulacrum, imago, ein bildniß. Ovid. Met. 10, 726 *Repetitaque mortis imago Annua plangoris peraget simulamina nostri.* Auson. in Mosella v. 228 *Ipsa suo gaudet simulamine nautica prœdes.*

¶ Simulāmentum, *i*, n. eine falsche stellung. Gell. 15, 22 in titulo: *De commentitiis simulamentis.*

¶ Simulācrum, *i*, n. imago, statua, das bild, bildniß. Vet. Gloss *Simulacrum, ἐπακόνισμα, εἴδωλον, ζωανον.* Servius ad illud Virg. Æn. 2, 772 *Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusæ:* SIMVLACRA, inquit, *Deorum sunt*, VMBRAE *inferorum* ANIMAE, *quæ cælum petant.* In lib. 4 Æn. vero ad illud v. 654 *Et nunc magna mei sub terras ibit imago: Vide*, inquit, *quæritur apud philosophos, quid illud sit, quod inferos petat. Nam tribus constamus:* ANIMA, *quæ superna est, & originem suam petit*, CORPORE, *quod in terra deficit*, VMBRA, *quam Lucretius sic definivit*, spoliatus lumine aër. *Ergo* VMBRA, *si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo, nec est quicquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt esse quoddam simulacrum, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petit: & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus.* Eadem mente ad illud Virg. Æn. 10, 819 *Vita per auras Concessit mœsta ad manes:* VITA, *id est, anima. Et abusive dictum est. Nam ad inferos simulacrum pergit, non anima.* Ergo *simulacrum* est, quod videtur esse aliquid, non est, & imaginem quamdam exhibet, non rem. Ita ludicras pugnas Virgilius 5, 585; & Lucretius 2, 42 & 318 *simulacra belli* vocant, ein spiegelfechten. Claud de Consul. Hon. 4, 538 *Simulacra Martia*; & *Bellica imago*, Suet. Claudio c. 21 extr. Ita Liv. 29, 22 *Simulacrum navalis pugnæ edere*; & 35, 26 *Quotidie remigem militemque simulacris navalis pugnæ exercere*, v. Drakenb. ad Sil. 7, 119. *Simulacrum mortis* apud Stat. Theb. 8, 341 funus imaginarium; apud Cic. Tusc. 1, 38 *mortem* notat. Quicquid denique fictum & simulatum, veroque oppositum est, *simulacrum* dicitur. Tac. An. 1, 7, 2 *Silute Tiberio, qui ea simulacra libertatis senatui præbebat.* Gellius 7, 5 de Polo histrione: *Opplevit omnia, non simulacris & imitamentis, sed luctu ac lamentis veris & spiritantibus.* Nepos 17, 4, 7 *Simulacra deorum*, colunt per Liv. 9, 43 *Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque.* De Medea Ovid. Her. 6, 91 *Devovet absentes simulacraque cerea figit, Et miserum tenues in jecur urget acus.* Cic. fam. 5, 12 *Corporis simulacra ignotis notæ faciebant.* ¶ 2. Ad sacrum usum adhibuit Lactantius 6, 10 pr. *Homo*, dicens, *Dei simulacrum est.*

¶ Simulax, *ācis*, f. imitans, vel simulationis amans, nachahmend. Heinsius hoc vocabulum ad Ovidii Amor. 2, 6, 23 ex MSS. tuetur, & pluribus exemplis ejusdem formæ, ut *Sunax*, *Vigilax*, *Crepax*, *Fumax*, *Currax*, *Curax*, *Tagax &c.* ut notiora taceamus, illustrat. Verba poëtæ ex tanti viri emendatione sunt: *Non fuit in terris vocem simulacior ales.* Vulgo *simulantior* editum. Adde paullo ante in *Simulans.*

¶ Simultas, *ātis*, f. odium latens, auctore Valla, ein heimlicher groll, haß oder feindschaft, adde & longum. Ovid. Amor. 1, 8, 82 *Sæpe simultates ira morata facit.* Cic. pro L. Manil. extr. *Multas simultates partim obscuras, partim apertas suscepi.* Sic, *In simultate cum aliquo esse.* Nepos 25, 17, 1. *Simultates cum aliquo gerere.* Quintil. 4, 1. Et, *Huic simultas cum Carione intercedebat*, Cæs. B. Civ. 2, 25. *A simulando*, ut quidam volunt, dicta est, quia, qui simultates exercent, inter se *simulata* loquuntur. Iuvenal. 15, 33 *Inter finitimos vetus atque antiqua simultas.*

Composita:

¶ Adsīmulo, vel Assīmulo, *are*, idem quod *Simulare*, nisi quod aliquantulum sonantius est, sich anstellen, sich für etwas ausgeben. Ter. Andr. 1, 1, 141 *Nunc tuum est officium, ha. bene ut adsimules nuptias.* Id. Eun. 3, 7, 8 *Adibo atque assimulabo, quasi nunc exeam* Et Phorm. 1, 2, 78 *Paternum amicum me assimulabo virginis.* Ovid. Met. 14, 661 *Assimulavit amnem.* Et Silius 7, 136 *Fictoque timores Adsimulat.* ¶ 2. Hoc verbum pro *Assimilo*, quod Latinum non putat, restitui vult Burm. v. *Assimilo* in *Similis.*

¶ Assīmulātus, *a, um*, erdichtet, falsch; ut, *Species virtutis assimulatæ*, Cic. pro Cæl. c. 6. *Familiaritas assimulata*, Id. pro Cluent. c. 13. *Assimulata custodiorum conjunctio*, Nep. 18, 9, 4.

¶ Assīmulātio, *ōnis*, f. die verstellung. Auctor ad Herenn. 4, 37 *Assimulatio sua sponte ad animum auditoris se accommodat.*

¶ Adsimulatitius, *a, um*, fictus, fictitius, angedichtet, zugeeignet. Theodos. Cod. L. 6 t. 2 *Insignibus emendicatis & adsimulatitiis vestiri.*

¶ Consimulatio, *onis*, f. die gleichstellung, apud Firmicum.

¶ Dissimulo, *are*, est illa, quæ sunt, non aperte prodere, sich verstellen, sich eines dings nicht merken lassen, Plaut. Mil. 4, 2, 2 *Dissimulabo hos quasi non videam*, ich will thun, als sähe ich sie nicht. Et Pœn. prol. v. 112 *Omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire.* Liv. 1, 9 *Dissimulare ægritudinem animi.* Planc. ad senat. Cic fam. 13, 8 *Nunquam dissimulabor, multa me & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore.* Friderici Imperatoris, patris Maximiliani, symbolum: *Quæ nescit dissimulare, nescit imperare.* Quid *simulare* & *dissimulare* differant, vide supra in *Simulo.*

¶ Dissimulans, *tis.* Cæs. B. C. 1, 19 *Domitius dissimulans.* Sallust. Cat. c. 47 *Lentulum dissimulantem coarguunt.* Liv. 1, 9 *Ægritudinem animi dissimulans.* ¶ 2. *Dissimulantia arma* Grat. cyneg. 93 sunt latentia, dissimulata.

¶ Dissimulanter, adverb. heimlich. Cic. fam. 1, 5 extr. *Non dissimulanter irati.* Id. de Clar. Orat. c. 79 *Non aperte, sed varie dissimulanterque concludere.* Adde Livium 40, 23; & Ovid. Heroid. 20, 130.

¶ Dissĭmŭlantia, *æ*, f. die verstellung, verbergung. Cic. de Orat. 2, 67 *In hac ironia dissimulantiaque.*

¶ Dissĭmŭlātus, *a, um*, verstellt, verdeckt, vertuscht; ut, *Amor dissimulatus & celatus*, Ter. Andr. 1, 1, 13. *Pietas dissimulata*, Ovid. Fast. 4, 850. Sed quodammodo deponentialiter sonat de Arte am. 1, 690 de Achille; *Veste virum longa dissimulatus erat.*

¶ Diſſimulate, adverb. verſtellter weiſe. Cic. de Invent. 1,32 *Diſſimulate aliquid defendere.*

¶ Diſsĭmulātim, idem. Quintil. 10, 1 *Sæpe præparat diſſimulatim inſidias orator.*

¶ Diſsĭmulātio, ōnis, f. die bemäntelung, verheelung. Cic. de Orat. 2, 67 *Diſſimulatio urbana.* Curt. 7, 2, 9 *Diſſimulatio ſuſpecta.*

¶ Diſsĭmulātor, ōris, m. qui diſſimulat. Salluſt. in Catil. c. 5 *Cujuslibet rei ſimulator ac diſſimulator.* Martialis 5 epigr. 89 *Decipias alios verbis vultuque benigno: Nam mihi jam notus diſſimulator eris.* Et Ovid. Met. 5, 61 *Veri non diſſimulator amoris.* Eſt etiam Met. 5, 61.

¶ Diſsĭmŭlāmentum, i, n. idem quod *Diſſimulatio.* Apul. Florid. 1 p. 341 *Diſſimulamenti gratia.*

¶ Diſsĭmulābĭlis, e, das ſich verbergen oder vertuſchen läſt. Hinc

¶ Indiſsĭmulābĭlis, e, non diſſimulabilis. Gellius 10, 22 ſub finem: *Cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit.*

¶ Exſimulo, *are*, Nonius 4, 62 ed. Merceri *Componere* inter alia exponit per *Exſimulare*, fingere. Sed aliis eſt *Simulare.*

¶ Exſimulate, adv. Tertull. adv. Marc. 5. 20 (uti invenit Iunius in not. p. 265) *Aliqui exſimulate Chriſtum prædicant*; al. ex *ſimultate.*

¶ Inſĭmulo, *are*, idem interdum quod *Simulare*, ſich ſtellen; ut, *Inſimulant homines, fraudandi cauſſa diſceſſiſſe*, Cic. Verr. 2, 24. ¶ 2. Eſt crimen in aliquem conjicere, einen beſchuldigen. Ter. Heaut. 1, 2, 30 *Sed quod illum inſimulant durum, id non eſt.* Et Phorm. 2, 3, 12 *Si horum inſimulabis avaritiæ, male audies.* Sic, *Inſimulare flagitii*, Cic. Att. 10, 17; &, *veneficii*, Tac. An. 4, 54, 4; in quibus *crimine* ſubauditur, quemadmodum Livius 6, 16 *Inſimulare proditionis crimine*, dixit. Item Vellej. 2, 77, 3 *Inſimulare falſis criminationibus.* Et, *Inſimulare quem aliquid*, Plautus dixit Amph. 2, 2, 188 & 229.

¶ Inſĭmulātus, *a, um*, accuſatus, verklagt, beſchuldiget. Cic. Verr. 5, 7 *Villicus impulſu tuo inſimulatus.* Et, *Proditionis inſimulatus* Salluſt. Fragm. c. 13; & Cæſ. B. Gall. 7, 20.

¶ Inſĭmulātio, ōnis, f. die beſchuldigung. Cic. Verr. 5, 9 *Inſimulatio eſt repentina, capitalis atque invidioſi criminis.* Id. pro Fontejo c. 13 *In falſam atque iniquam probrorum inſimulationem vocari.*

¶ Inſĭmulātor, ōris, m qui inſimulat. Pacatus Paneg. Theodoſ. c. 43 *Te purgare eodem teſte, quo inſimulatore voluiſſis.* Apul. Apol. p. 293 *Piſcium inſimulator*, id eſt, magiæ, quæ ex piſcibus eſt, accuſator.

¶ Obſimulātus, *a, um.* Ammianus 28, 6 extr. *Obſimulatis documentis probabilibus*, quod verbum, ſi corruptum non ſit, Valeſio videtur per *oppoſitis* explicandum.

Simultas, vide paullo ante in *Simulo.*

SĪMVS, *a, um*, adject. σιμὸς, qui eſt depreſſis naribus, mit einer eingedruckten naſen. Martial. 6 epigr. 39 *Sima nare, turgidis labris.* Virg. ecl. 10, 7 *Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.* v. *Silenus*, & *Silo*, & *Simia. Simus*, joculare convicium in avaros, de quo Caſaub. ad illud Suet. in Galba c. 13 *Venit io ſimus a villa.* ¶ 2. *Simus* nomen medici & pictoris apud Plin. 22, 22; & 35, 11.

¶ Sīmulus, *a, um*, dimin. Martial. 5 epigr. 63 *Simulus iſte quis eſt, qui uxori ſemper adhæret?* Virg. Moret. v. 3 *Simulus exigui cultor cum ruſticus agri.* Et Lucret. 4, 1162 *Simula, Silena ac Satyra eſt.*

¶ Sīmo, *āre*, i. e. deprimere, eindrücken. Lucil. apud Nonium 2, 771 *Simavit taxim ad nares, delphinus ut olim.* Sic emendat Turneb. Adverſ. 15, 4, cum legatur *ſunavit.* Hinc

¶ Simātus, *a, um*, depreſſus, eingedrückt. Sulp. Lupercus Servaſtus eleg. de Cupiditate v. 37 *Simataque jacent pando ſinuamine nares.*

¶ Resīmus, *a, um*, krummgebogen; ut, *Naribus reſimis patulisque*, Colum. 6, 1; & *Labris reſimis ſuperioribus*, Varr. Rei Ruſt. 2, 9. *Roſtrum reſimum*, Plin. 8, 25.

¶ Subsīmus, *a, um*, aliquantulum ſimus. Varro R. R. 2, 5 *Pecudes compreſſis malis, ſubſimisve.*

Sin, vide ſupra *Si.*

SĪNA, *æ*, f. & Sinai, n. mons eſt Arabiæ Petrææ, in quo legem ſua voce Deus promulgavit. ¶ 2. *Sina*, urbs ſive locus Phrygiæ, a marmore celebratus, qui & *Sinas, Synas*, vel *Synnas, ădis*, vel *Synada*; de quo Stat. 1 Silv. 5, 77; & 2 Silv. 2, 87; Martial. 9 epigr. 37; Claud. in Eutrop. 2, 273; Sidon. carm. 5, 37; Prudent. in Symm. 2, 247. ¶ 3. *Sinarum* regio ultra Indiam extra Gangem, quæ vulgo *China*, de qua ſupra in ſuo elemento. Hinc

¶ Sinĭcus, *a, um*, adject. vulgo *Chinenſis*, Sineſiſch.

Sinanche, vide infra *Synanche.*

SĪNāPI, *is*, n. νᾶπυ græce, ut Suidas interpretatur, & σίναπι, ſenf. Plin. 19, 12 *Sunt acres ſinapis ſapores.* Et 19, 8 ſect. 40 *Sinapis acrimonia.* Id. 12, 7 *Sinapi Alexandrinum.* conf. Tertull. adv. Gnoſtic. c. 60; Pallad. Febr. t. 24; Mart. t. 9; & Octob. t. 11. ¶ 2. *Sinapis*, gen. fœm. Plaut. Pſeud. 3, 2, 28 *Teritur ſinapis ſcelerata.* Et Colum. 10, 122 *Seque laceſſenti fletum factura ſinapis.* ¶ 3. *Sinape*, gen. neutro, Colum. 11, 3 *Sinape atque coriandrum, nec minus eruca & ocimum, ita uti ſata ſunt, ſua ſede immota permanent.*

¶ Sinapīnus, *a, um*, σινάπινος, aus oder zum ſenf; e. g. *Mola ſinapina*, eine ſenf-mühle. *Sinapinum oleum*, ſenf-öl, Dioſc. 1, 38, ubi etiam *Sinapelæon* vocatur.

¶ Sinapīzo, *āre*, ſinapi impoſito exulcerare, blaſen ziehen. Veget. 2, 6 *Diligenter ſinapizare.*

SINCĒRVS, *a, um*, latinum vocabulum & latino I ſcribendum, non *Syncerus*, quia, ut ex Donato mox accipiemus, eſt quaſi *ſine cera.* Valla pugnat pro Y, quod ex σὺν, compoſitionis parte, haberet; quem Voſſius tam rationibus, quam antiquis monumentis in Etymol. confutat. Significat integrum, incorruptum, verum, non fucatum, rein, lauter, rechtſchaffen, aufrichtig, ganz, unverfälſcht. Donatus in Ter. Eun. 1, 2, 97 SINCERVM, *purum, ſine fuco & ſimplex, ut mel ſine cera.* Sic, *Porci ſinceri*, Plaut. Men. 2, 2, 16, id eſt, puri, die rein, nicht ſtinicht ſeyn. Horat. 1 ep. 2, 55 *Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit.* Sen. epiſt. 108 *Ex amphora primum, quod eſt ſinceriſſimum, effluit, graviſſimum quodque turbidumque ſubſidit.* Gell. 18, 10 *Sinceriore corpuſculo factum* ait, qui incipit ex morbo convaleſcere. Et Iuſtin. 10, 1, 3 *Sincerius gaudium capere*; Plaut. Rud. 3, 4, 52 *Corium ſinceriſſimum.* Conf. Sen. epiſt. 66; Gell. 20, 6; & 15, 1. ¶ 2. Deinde ad varias etiam incorporeas res transfertur. Sic *verſus ſimplicior & ſincerior*, apud eumd. Gell. 13, 26. Ita Ovid. Met. 7, 453 *Vsque adeo nulla eſt ſincera voluptas, Sollicitumque aliquid lætis intervenit &c.* keine freud ohne leid. Cic. fam. 13, 50 *Ab omni moleſtia ſincerum integrumque conſerves.* Sic, *Prudens ſincerumque judicium*, Cic. in Orat. c. 8. Id. pro Quintio c. 1 *Nihil eſt ſanctum atque ſincerum in civitate.* Liv. 3, 35 *Apparet nihil ſinceri eſſe*, quod ſimile eſt illi Terentiano, *aliquid monſtri alunt.* Et, *Sincera fide agere*, Liv. 29, 4, treulich, auf treu und glauben handeln; & 39, 11 *Arma ſincera fide tradere.* Symmach. 4 epiſt. 56 *Sinceriſſima fide dixerim.*

¶ Sincēre, adverb. lauterlich, aufrichtig; ut, *Sincere loqui*, Cic. Att. 3, 15 *Temperate, ſincere & prudenter agere*, Id. 9, 10. Ter. Eun. 1, 2, 97 *Si iſtud crederem ſincere dici.* Gell. 7, 3 *Nos ſincerius exploratiusque vel corrigere poterit, vel probare.* Auguſtin. epiſt. 3 *Sinceriſſime diligere*; 5 epiſt. 11 *Suades ut qui ſinceriſſime.*

¶ Sincēriter, idem. Gellius 13, 15 *Sinceriter cupere.*

¶ Sincērĭtas, *ātis*, f. die lauterkeit, reinigkeit. Plin. 31, 7 ſub fin. *Salinarum ſinceritas.* Colum. 4, 26 *Sinceritatem habere* dixit, hoc eſt, integritatem, puritatem. Phædr. 4, 12 *Ad perniciem ſolet agi ſinceritas.* Pallad. 1, 3 *Capitis firma ſinceritas*, h. e. ſanitas.

¶ Exſincērātus, *a, um*; ut, *Tergum exſinceratum*, i. e. impuratum & cruentatum verberibus, Plaut. Moſt. 4, 1, 11.

¶ Inſincērus, *a, um*, unrein, falſch; ut, *Inſincerus cruor*, Virg. Georg. 4, 285. *Inſincera* (oculorum) *acies*, Prudent. Hamart. v. 4. *Protagoras inſincerus philoſophus*, Gell. 5, 3, id eſt, fallax, captioſus.

Sinciput, vide ſupra *Caput.*

SINDON, *ōnis*, f. linteum ſubtiliſſimum, ſubtile leinwand. Vet. Gloſſ. σινδὼν, *Tunica lintea.* Eratque ea interior, quæ nudo corpori induebatur, ut conſtat ex Marci c. 20, 51. Martial. 4 epigr. 19 *Nec ſic in Tyria Sindone totus eris.*

SINE, præpoſitio, absque, ἄνευ, χωρὶς, ohne. Virg. Æn. 1, 279 *Imperium ſine fine dedi.* Ita, *Siue cortice nabis*, id eſt, reges ipſe tuos mores citra cuſtodem, Horat. 1 ſat. 4, 120. vide *Cortex.* Et, *Sine omni* dubio, *ſine omni* neceſſitate &c. comicorum ſunt locutiones. e. g. Ter. Andr. 2, 3, 17. at Ciceronis & æqualium, *ſine ullo* dolore, *ſine ullo* ſenſu, *ſine ulla* dubitatione, *ſine ullo* detrimento, *ſine ullo* morbo, *ſine ullo* tecto &c. quæ omnia Cic. & Nepotis exempla ſunt. v. Vorſtius c. 9 de merito ſuſp. Latin. ¶ 2. Et formula illa, *ſine illo eſſet*, pro *niſi ille eſſet*, prorſus repudianda eſt. Dicitur tamen *absque te ſi eſſet &c.* eodem ſenſu. ¶ 3. Ellipticum eſt illud Cic. Att. 8, 3 p. 761 Gr. *Age jam, cum fratre an ſine.*

SINGENTIĀNVS, *a, um*, adject. ut, *Radix ſingentiana*, i. e. acorus, calmus, galgant. Apul. de Herb. c. 7.

Singiberi, vide *Zingiber*, Singillarius, ſingilio, ſingularis, ſingulatim &c. *Singulus.*

SINGVLTVS, *us*, m. diſtentio ſpiritus & interruptio in fletu, vel alias, der ſchlucken, das ſchnupfen im weinen. Sic, *Flens cum ſingultu*, Cic. pro Planc. c. 31. *Singultus ciere*, Catull. 65, 131. Et, *Aſſiduis ſingultibus ilia quatiens, mihi etiam lacrymas excuſſit*, Apul. Met. 4 p 153, quod ex Virg. Æn. 9, 416 deſumtum videtur. *Longis ſingultibus ilia pulſat.* Ovid. Triſt. 1, 3, 42 *Singultu medios præpediente ſonos.* conf. Celſ. 5, 26, 15; Sen. epiſt. 47; Colum. 8, 5 & 11.

¶ Singultio, *īre*, ſchlucken, gluchſen. Celſ. 5, 26, 19 *Aut bilem vomunt, aut ſingultiunt.* Vet. Gloſſ. *Singultio*, λύζω. conf. Perſ. 6, 72.

¶ Singultiens, *tis.* Plin. 23, 1 ſect. 24 *Nec ſingultientibus* ſcil. *dandum eſt vinum.* Colum. 8, 12 de pullis: *Sequitur grex velut matrem gallinam ſingultientem*, der gluckhenne.

¶ Singulto, *āre*, frequent. idem quod *Singultio.* Vet. Gloſſæ: *Singulto*, λύζω, ἀποβλύζω. Sidon. 2 ep. 2 *Vis undæ ferventis ſingultat.* conf. Prudent. Cath. 12, 124. ¶ 2. Tranſitive eſt cum ſingultu emittere. Stat. Theb. 5, 260 *Trepidas in limine vitæ Singultant animas.*

¶ Singultans, *tis*, idem quod *Singultiens.* Virg. Æn. 9, 333 *Tum caput ipſi aufert domino, truncumque relinquit Sanguine ſingultantem*; i. e. cum motu & ſingultu quaſi palpitantem. Ita, *Verba ſingultantia*, id eſt, interrupta & inæqualia, Stat. 5 Silv. 5, 26. Et, *Ora ſingultantia*, Theb. 8, 753. Ovid. Met. 5, 334 *Singultans animam*, i. e. cum ſingultu efflans, ſterbend. Singultus graviter decumbentium mortifer eſſe ſolet: Adde Quint. 10, 7 p. 952.

¶ Singultātus, *a, um*, cum ſingultu editus. Ovid. Triſt. 3, 5, 16 *Et ſingultatis oſcula miſta ſonis.*

¶ Singultim, adverb. idem. Horat. 1 ſat. 6, 56 *Vt veni coram ſingultim pauca locutus*; id eſt, verbis interruptis, mit verbrochenen, halben worten für ſchlucken. Iſidorus in Gloſſis: *Singultim qui loquitur, quaſi per guttur.* Emacula: *Singultim loquitur, quaſi per gutti os*, hoc eſt, qualem ſonum facit aqua ex gutturnio ebulliens per anguſtum os. Apul. 2 Mileſ. p. 126 *Lamentabiles queſtus ſingultim inſtrepebat.*

SINGVLVS, *a, um*, unusquisque per ſe & ab aliis ſeparatus, einzeln, ieder oder iedes vor ſich. Ita *Singulum veſtigium*, in ſingulari dixit Plautus Ciſt. 4, 2, 29. Liv. 42, 1 *Binæ* (*provinciæ*) *ſingulo decretæ.* Auguſtin. de Doctrina Chriſti 1, 5 *Ita Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & ſingulus quisque horum Deus, & ſimul omnes unus Deus, & ſingulus quisque horum plena ſubſtantia &c.* Id. Serm. 286, ſive 2 in Feria 2 Pentecoſtes c. 3 *Singulus quisque homo.* Et Gell. 18, 13 *Nummo ſingulo multabatur.* Id. 19, 8 *Cœlum & triticum ſingulo ſemper numero dicenda ſunt.* conf. Nonius 2, 787. ¶ 2. Frequentius effertur pluraliter *ſinguli, æ, a*, alle und iede; Cic. de Orat. 3, 55 *Refert, qui audiant, an frequentes, an pauci, an ſinguli.* Sic, *In ſingulos annos*: vel *ſingulis annis*: Id. de N. D. 2, 40. Id. Att. 5, 7 *Quotidie, vel potius in dies ſingulos breviores literas ad te mitto*, für zere briefe von tage zu tage. Id. in Catil. 1, 2 *Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.* Liv. 34, 7 *Nullam æmulationem inter ſe ſingularum eſſe, ajebat.* Ovid. de Remed. am. v. 420 *Et quæ non profunt ſingula, multa juvant.* Suet. Tib. 48 *Singula millia denariorum prætorianis, quod Sejano ſe non accommodaſſent.* Tacit. Annal. 1, 8 *Prætoriarum cohortium militibus ſingula nummûm millia.* ¶ 2. Sed & *ſingulo* de uno

uno dicimus. Suet. Aug. c. 37 *Exegit etiam, ut quoties consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet:* id est, pro uno. Et Liv. 4, 55 de tribunis plebeiis: *Duo singuli singulos sibi consules asservandos desumunt,* von zweyen je einer geben achtung auf einen bürgermeister. ¶ 3. *Singuli* dicuntur, qui succesſerunt, & secum uni morantur, ac sibi vivunt, procul negotiis & turbis, einſam. Sen. de Otio sap. c. 27 *Proderit tamen primo in seipsum secedere, meliores erimus singuli.* Et præf. lib. 4 Qu. Nat. *Quod est miserrimum, nunquam sumus singuli,* id est, soli, & nobis unis dediti.

¶ Singŭlāris, *e,* singulus, vel unus, einig, allein, einzeln. Vet. Gloss. *Singulare,* ἑνικόν. Ita *Singularis potentia* monarchia est Nepoti 10, 9, 5. *Singulare certamen,* Eutrop. 2, 2, i. e. solius cum solo, ein duell. Vet. Gloss. *Singularis,* μονομάχος, ἀπρόκοπος. Sic, *Singularis rerum conditor,* de Deo, Lactant. 5, 5 princ. Id. 5, 14 *Qui justitiam veram defendere, Deoque singulari servire cœpissent.* Et, *Singularem oculum Cyclopis,* Cassiodorus dixit 7 epist. 5. Victor Vticensis lib. 1 de Persecut. Vandalica: *Venit ad locum, ubi maritus singularis orabat;* SINGVLARIS, id est, solus & separatus. Similiter *locum singularem* pro solitario dixit Suet. Aug. c. 72. ¶ 2. Postea *Singulare* idem est, quod vel peculiare, vel excellens, vel eximium, eigen, ſonderbar; ut, *Singularis & eximia virtus Pompeji,* Cic. pro L. Manil. c. 1. Et, *Quo facilius de singulari ejus impudentia existimare possitis,* in Verr. 2, 7. *Sunt quædam omnino in te singularia,* ibid. 3, 88. Et, *Omitto Aristotelem meo judicio in philosophia prope singularem,* Id. Acad. 4, 43. *Filiam singularem,* i. e. excellentem, vocat Tullian suam Idem Att. 11, 17 pr. ¶ 3. Recentioribus Latinorum *Singularis* dicitur, qui moroſæ ſuperbiæ est, & minime communis: quemadmodum & nos dicimus, er iſt gar ſingular. Pet. Chrysologus elegans auctor Serm. 136 *Habet hoc Adelphi antistitis sanctus animus & plena pietate dignatio, ut dives pauperis intret hospitium, pauperis se ponat ad mensam, ut humilibus se faciat communem, quem divitiæ potestas, honor fecit & reddidit singularem.*

¶ Singŭlāriter, adverb. ſonderlich, beſonders; ut, *Quem ego in prætura mea singulariter dilexi,* Cic. Verr. 2, 47. Plin. 4 epist. 15 pr. *Rufum singulariter amo.* ¶ 2. Grammatico sensu Quintil. 8, 6 *Declinari singulariter.* Id. 9, 3 *De pluribus singulariter: Patriis acer Romanus in armis.*

¶ Singŭlārĭtas, *ātis,* f. die ſonderbare weiſe, die einzelne beſchaffenheit. Tertull. adv. Gnostic. c. 10 *Salva & proprietate generis, & singularitate.* conf. Id. de Castitate c. 1; & de Carne Christi c. 13. Et Salvian. 2 contra Avar. p. 70 *Vnius eum tunicæ singularitate multasset.* Et Saresb. Policr. 3, 10 *Singularitatem honore multitudinis decorare,* ihrzen. Sed, *Singularitate carere,* i. e. singulari numero, Charis. p. 72.

¶ Singŭlārius, *a, um,* ſonderbar; ut, *Singulariæ catenæ,* Plaut. Capt. 1, 2, 3. *Homo singulariæ velocitatis,* Gell. 9, 4. *Litteræ singulariæ,* Id. 17, 9 pr. Ex Turpilio vide Nonium 8, 60.

¶ Singularie, adverb. idem, & quasi unice, apud Charisium p. 195.

¶ Singillārius, *a, um,* idem; ut, *Singillario motu,* Tertull. de Anima c 6. *Singillario extrinsecus ductu,* Id. adverſ. Valent. c. 18.

¶ Singilio, *ōnis,* f. ἁπλοΐς, vestis simplex. Treb. Pollio Claud. c. 17 *Singiliones Dalmatenses.* v. Salmas. ad h. l. p. 343.

¶ Singulātim, & Sigillātim, vel Singillatim, adverb. inſonderheit. Cælius Antipater apud Nonium 2, 820 *Sigillatim gratias agere,* hoc est, unicuique seperatim. Et Lucil. ibid. *Singillatim nostrum unusquisque movetur.* Cic. Verr. 3, 42 *In quo non singillatim aratores averſis bonis omnibus sunt.* Et, *Singulatim unicuique respondere,* Cic. Divin. in Verr. c. 15 extr. *De unoquoque singulatim dicemus,* Id. de Invent. 1, 30. Et Ter. Phorm. 5, 8, 42 *Quid ergo nunc commemorem singillatim qualis in istum fuerim?* Cic. Verr. 5, 55 *Sigillatim potius, quam generatim loqui.* Et ita etiam Suet. Tib. c. 61. Sed *Singulatim,* Vitruv. 2, 8; Sidon. 8, 6; Pallad. Mart. t. 9.

¶ Singulātor, *oris,* m. ἱππασὴς κέλης, ut in Vet. Gloss. est, ein einſpänniger.

Sinis, vide supra *Scinis.*

SĬNISTER, *a, um,* lincks; ut, *Latus sinistrum,* Virg. Æn. 10, 160, die lincke ſeite. *Cornu sinistrum,* Liv. 3, 70, der lincke flügel. Varro apud Festum: *Sinistra meliora auspicia quam dextera esse existimantur,* die zeichen zur lincken hand. Plaut. Epid. 2, 2 pr. *Liquido exeo foras auspicio: avi sinistra.* Cic. Divin. 2, 75 *Fulmen sinistrum, auspicium optimum habemus ad omnes res. Habemus* dicit, id est, nos Romani. Nam apud Romanos *sinistra* meliora habebantur; apud Græcos & Barbaros *dextra,* ut Idem significat ejusd. libri c. 36 & 39. Quamquam iidem in universum, quæ bona erant, *sinistra* dixerint, etiamsi *dextra* essent, ut ibidem monet. Et vero eadem erant, quæ *dextra* Græcis, & quæ Romanis *Sinistra* erant. Græci cum de cœlo servarent in septentriones conversi ortum a dextra, a sinistra occasum habebant. Iam cum felicius omen præbere, quæ oriuntur, videantur, quam quæ occidunt; idcirco *dextra auspicia* meliora Græcis habebantur. Romani in meridiem, ubi sedem Deorum credebant, obversi, ortum a sinistra, ad dextram habebant occasum: eoque sinistra ipsis meliora habebantur, quamvis ab eadem mundi parte venirent, unde Græcorum dextra veniebant. v. Dionys. Halic. 2, 5. Servius ad illud Virg lib. 2 Æn. *Intonuit lævum:* SINISTRVM, inquit, *prosperum, quia cœleste est:* SINISTRVM *autem a* Sinendo, *quantum ad auguria pertinet: quod nos agere aliquid sinat. Vnde alibi:* Si quem Numina læva sinunt. *Sinistras autem septemtrionales esse, augurum disciplina consentit &c.* v. Gell. 5, 12, & Barth. ad 3 Theb. Statii p. 807 seq. Ita de læco auspicio, quo condita Roma, Ovid. Fast. 4, 833 *tonitru dedit omnia lævo Iuppiter, & lævo fulmina missa polo.* ¶ 2. *Sinistra* etiam stulta, prava, perversa dicuntur, verkehrt. Ita Catull. 29, 16 *Sinistram liberalitatem:* & *Sinistram diligentiam* Plinius dixit 7 epist. 28. Ac Tac. Hist. 5, 5, 1 *Cætera instituta sinistra fœda pravitate valuerunt: Sinistra,* id est, ἐναντία, hoc est, adversa atque contraria aliarum gentium institutis. Vet. Gloss. *Sinister,* εὐώνυμος, ἐπαρίστερος, ἐναντίος. Et, *Sinistri sermones,* pravi, maligni, malevoli, Plinius 1 epist. 9. vide & supra *Lævus,* item *Scævus.* Compar. Gell. 4, 1 *Cur in pectore sub sinisteriore mamma situm.* Varro etiam *sinisteriorem partem,* sicut *dexteriorem,* dixit de R. R. 2, 5. Et Ovid. Met. 2, 139 *Neve sinisterior pressam rota ducat aram.* Priscianus lib. 3 sub init. *Sinistrior* contracte scribit: & paullo post p. 605 superlativum *sinistimus* format, cui *dextimus* opponitur.

¶ Sĭnistra, *æ,* f. subst. manus læva; ut, *A sinistra,* zur lincken hand, Cic. Divin. 1, 39. *Aspice nunc ad sinistram,* auf die lincke ſeite, Plaut. Merc 5, 2, 39. Et cum epitheto, *infirma sinistra:* Ovid. Fast. 3, 869 *Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra Fœmina.* Id. Met. 13, 112 *Natam ad furta sinistram* dixit, quod ea potissimum Lavernæ myſtæ, sive fures, uterentur. Nam dum se dextra aliud agere simulant, læva subducunt, quod præsto est: unde & Plautus *Lævam furtificam* in Persa dixit 2, 2, 44. Et Catull. epigr. 12, 1 *Marrucine Asini, manu sinistra Non belle uteris in joco atque vino, Tollis lintea negligentiorum.* Huc refer & illud Martial. 12 epigr. 29 *Tu licet observes dextram teneasque sinistram, Inveniet, mappam qua ratione trahat.* vid. Barth. Adverſ. 46, 20; & Alciat. Parerg. 11, 7. ¶ 2. *Sinistra* absolute etiam inter adverbia posuit Cicero Acad. 4, 40 *Supra, infra, dextra, sinistra, ante, post.*

¶ Sinistre, adverb. unrecht, übel. Horat. Art. Poët. v. 452 *Derisum, exceptumque sinistre.* Tac. Hist. 1, 7, 3 *Cædes sinistre accepta.*

¶ Sĭnisterĭtas, *ātis,* f. die ungeſchicklichkeit. Plin. 9 epist. 5 *Plerique dum verentur, ne gratiæ potentium nimium impertiri videantur, sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur.* SINISTERITAS est, quæ Græcis similiter σκαιότης vocatur: Sophocles σκαιοσύνην dixit, quæ est vivendi imperitia, sive ἀγροικία, seu rusticitas, ex quo & σκαιὸς τὸν τρόπον Græcis appellatur, homo scævis & molestis moribus, der ſich in niemand ſchicken kan, und alſo iederman verdrüßlich iſt. v. Buchner. ad Plin. l. c. *Sinisteritati* opponitur *dexteritas,* quæ est vivendi agendique peritia, quæ amorem conciliat. Hanc Tarquinio Prisco tribuit Liv. 1, 34, cum ait: *Notitiamque eam brevi apud regem liberaliter dextreque obeundo officia in familiaris amicitiæ adduxerat jura.* Dextre obit officia, qui perite atque prudenter obit, sedulo cavens, ne qua impingat aut offendat.

¶ Sinistĭmus, *a, um,* antique pro *sinistro;* ut, *Sinistimum auspicium,* cum aves a sinistra conspiciuntur, quod dextro felicius habebatur, apud Festum. Prisciano *Sinistimus* superlativus est.

¶ Sinistus, *i,* m. *Sacerdos apud Burgundios omnium maximus vocatur Sinistus: & est perpetuus, obnoxius discriminibus nullis ut reges,* Ammian. 28, 5.

¶ Sinistrorsum, & Sinistrorsus, adverb. ſiniſtram verſus, lincks, auf die lincke hand. Cæs. B. Gall. 6, 24 *Hinc se flectit sinistrorsus.* Horat. 2 sat. 3, 50 *Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit* Id. epod. 9, 20 *Puppes sinistrorsum sitæ.* Add. Front. Aquæd. p. 16, 21 &c. Poleni.

¶ Sinistroverſus, idem, unde illud contractum est. Lactantius 3, 6 *Omnes, qui se in alteram partem inclinaverunt, aut dextro aut sinistroverſus ceciderunt.*

SĬNO, *sīvi, sĭtum, sīnĕre,* permittere est, laſſen, zulaſſen, geſtatten; ut, *Sine te hoc exorem,* Ter Andr. 5, 3, 50, laß mich doch diß von dir erbitten. *Sine nunc meo me vivere interea modo,* Ibid. 1, 1, 126. Et Cic. Cat. 1, 5 *Non feram, non patiar, non sinam.* Id. Phil. 11, 13 *Qui ne penetrare sivissent.* Et ad Qu. fratr. 2 epist. 6 sub fin. *Cato concionatus est, comitia haberi non siturum.* Virg. Georg 4, 6 *Si quem Numina læva sinunt.* Cum dativo habet Iuvencus 2, 24 *Et sine defunctis defunctos condere terræ.* ¶ 2. Absque verbo posuit Livius 1, 34 pr. vel verbum *esse* subaudiri voluit: *Mulier, quæ haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret ea, quæ innupsisset.* Ita Gron. ¶ 3. *Sirim, ris, rit,* pro *siverim,* Plauti & Livii auctoritate probat Gron. ad Liv. 1, 32. Et, *Si doceri se sissent,* est 3, 18. conf. Cort. ad Sall. Catil. 48; Nic. Heinſ. ad Curt. 10, 6. ¶ 4. Passive, Cic. pro Sext. c. 44 *Accusare eum per senatus auctoritatem non est situs,* es iſt ihm nicht zugelaſſen worden. Colum. 12, 17 *Acetum ibi sinitur fermentari.* Id. 11, 2 *Dum materiæ regelare sinuntur.* Et Ammian. 22, 7 *Vt intra terrarum genitalium terminos otiose vivere sineventur.*

¶ Situs, *a, um,* id est, positus, gelegen, cum derivatis & compositis, quamquam a *Sino* deduci possit, vide infra suo loco. Sed

¶ Assĭtus, Dissĭtus, & reliqua, quæ convenientiam habent cum participio *Situs,* vide supra in *Sero, sevi,* ejusque compositis.

¶ Dēsĭno, *ĭvi,* & *ii, ĕre,* cessare ab aliqua re cum tempore iteranda, intermittere rem, ablaſſen, aufhören, bey ſeite legen. Ter. Phorm. 2, 3, 72 *Haud desinam, donec perfecero hoc.* Id. Heaut. 5, 6, 1 *Iam desine deos, uxor, gratulando obtundere.* Id. eadem fab. 2, 3, 64 *Mulier telam desinit;* (ut in Bembino codice legitur), id est, intermittit. Nep. 2, 6, 5 *Desierunt* scil. muros exstruere. ¶ 2. Aliquando *Desinere,* est ita omittere & relinquere aliquid, ut nunquam repetamus amplius. Cic. fam. 7, 1 *Quod si tam facilem populum haberem, quam Æsopus habuit, libenter mehercule artem desinerem:* id est, abstinerem ab exercenda amplius arte. Gellius 15, 16 de Milone: *Cum jam natu grandis artem athleticam desisset.* Suet. Tib. c. 36 *Mathematicis se artem desituros promittentibus, veniam dedit.* Gell. 2, 12 *Non ad augendam, sed ad desinendam seditionem,* i. e. terminandam, finiendam. Ovid. A. A. 2, 725 *Sed neque tu dominam desine,* h. e. desere, destitue, ut vult Heinſ. qui plura id genus ex MSS. profert. Cic. Acad. 4, 25 *Desine quæso communibus locis.* Horatius & cum genitivo junxit 2 ode 9, 17 *Desine mollium Tandem querelarum.* Quæ ratio græca est in verbis finiendi. Sic Sil. 10, 84 *Consul non desinit iræ.* v. ibi Drakenb. ¶ 3. *Desinere* etiam est occidere, interire. Plin. 2 epist. 10 *Fragilia & caduca non minus, quam ipsi homines occidunt desinuntque.* ¶ 4. *Desinere in aliquid,* auf etwas auslaufen, ſich endigen. Horat. de Arte Poët. v. 3 *Turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne.* Plin. de unionibus 9, 36 *Alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes.* Id. 37, 9 de amethysto gemma: *Caussam nominis afferunt, quod usque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in violam desinat.* ¶ 5. Impersonaliter Ovid. de Art. am. 1, 411 *Tunc bene desinitur.* Cic. de Fin. 2, 13 *Recte jampridem contra eos desitum est disputari.* Sen. de Brev. vitæ c. 4 *Serum est, tunc vivere incipere, cum desinendum est.*

¶ Den-

¶ Desinens, *tis*. Scrib. Largus Compos. 207 *Quibus desinentibus nimis fervere*. Sed Aut. ad Herenn. 4, 20 *Similiter desinens*, das ſich auf einerley art endiget.

¶ Desītus, *a, um*, aufgehört, unterlaſſen, geendiget. Gellius 15, 17 *Omnium tum Athenienſium diſciplina tibiis canendi deſita eſt*. Ibid. c. 31 *Oppugnatione deſita*. Id. 11, 12 *Nova autem* (verba) *videri dico etiam ea, quæ ſunt inuſitata & deſita, tametſi ſint vetuſta*. Varro R. R. 1, 33 *Deſitis ſermonibus*. Suet. Aug. c. 37 *Conjores creari deſitos longo intervallo creavit*. Et Cic. in Bruto c. 32 *Veteres orationes a plerisque legi ſunt deſitæ*.

¶ Desītūdo, *ĭnis*, f. die unterlaſſung. Sulpit. Severus præfatione de vita Martini: *Etſi quid ex his ſtudiis olim fortaſſe libaſſem, totum id deſitudine tanti temporis perdidiſſem*.

¶ Desĭno, *āre*, pro *deſinere*, apud Feſtum, ut Scaliger legit.

¶ Desĭnātio, *ōnis*, f. producitur ex Sen. epiſt. 117 *Hac deſinatione miſericordiam captans*. Sed alii *Deteſtatione*, vel *Deſtinatione*.

¶ Indēsĭnens, *tis*, unabläßig, unaufhörlich. Sarcsb. epiſt. 174 *Indeſinentibus procellis jactatus*.

¶ Indesĭnenter, adverb. ſemper, unaufhörlich. Veget. 1, 26 *Diſpoſitos ordines indeſinenter obſervare*. Vide quæ Cellarius Curis poſter. p. 216 de hac voce ex Cypriano, Hieronymo, Oroſio attulit. Varronis exemplum ex de R. R. 2, 9 extr. mendoſum merito videtur P. Victorio duce reliquis. Adde Quint. Trib. Mar. Decl. c. 4 Burm. p. 78.

¶ Resĭno, *ĕre*, Ciceroni eſt qui tribuat ad Qu. fratr. 3, 3 *Fundum audio te hunc velle reſinere*, falſo, arbitror.

SĪNON, *ōnis*, m. Σίνων, veterator & proditor in exercitu Græcorum. Virg. Æn. 2, 79 *Nec, ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget*. Σινέσθαι, *nocere* Græcis eſt. ¶ 2. *Sinon* herba, Plin. 27, 13.

SĪNŌPE, *es*, f. Σινώπη, urbs Ponti, Diogenis patria, gymnaſio quondam clariſſima, Val. Flacc. 5, 109.

¶ Sīnōpeus, *ei*, m. tribus ſyllabis, Σινωπεύς, gentile. Ovid. de Ponto 1, 3, 67 de Diogene: *Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus*.

¶ Sinōpis, *ĭdis*, f. rubrica in Ponto primum reperta. Plin. 35, 6. conf. 33, 7.

¶ Sinopĭcus, *a, um*, adject. ut, *Sinopica rubrica*, Dioſc. 5, 65; & Vitruv. 7, 7. *Minium ſinopicum*, Celſ. 5, 6.

SĪNŬESSA, *æ*, f. Σινόεσσα, civitas mediterranea Campaniæ. Liv. 10, 21 *In ſaltu Veſtino, Falernum contingente agrum, Sinope dicitur græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde a Romanis colonis appellata*. Horat. 1 ſat. 5, 40 *Plotius & Varius Sinueſſæ Virgiliusque Occurrunt, animæ, quales nec candidiores Terra tulit &c.* Silius 8, 529 *tepentem Sinueſſam* dixit propter thermas, de quibus Plin. & Lipſ. ad Taciti lib. 1 Hiſt. p. 474.

¶ Sinueſsānus, *a, um*, adject. Horat. 1 epiſt. 5, 5 *Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum*.

SĪNUS, *us*, m. qui eſt intra pectoris brachiorumque complexum, der ſchooß, buſen, Valla 4, 37. Vide *Gremium*, quod a ſinu tamen differt, & Borrich. Cogit. p. 237. Sic, *In tuum ipſius ſinum inſpue*, kehre vor deiner eigenen thür, v. Chiliad. Et Sen. de Benef. 7, 28 *Fortaſſe vitium, de quo quereris, ſi te diligenter excuſſeris, in ſinu invenies*. Liv. 39, 43 *Ad ſpectaculum ſcorti procacis, in ſinu conſulis recubantis*; paullo ante dixerat: *infra conſulem accubare*. ¶ 2. *De complexu ejus ac ſinu*, h. e. intima familiaritate, Cic. Catil. 2, 10, ſein liebling, mignon. ¶ 3. *Mihi, crede, in ſinu eſt*, h. e. in poteſtate, Cic. ad Qu. fratr. 2, 13. Sic & Scævola ICt. l. 27 ff. de probat. *Subſtantiam, ſi quam a matre acceperat, in ſinu meo habui, ſine ulla cautione*. Et, *In ſinu urbis ſunt hoſtes*, mitten in der ſtadt, Salluſt. Catil. c. 52. Ita, *In ſinu gaudere*, i. e. ſecreto, eine heimliche freude bey ſich ſelbſt haben. v. Chiliad. Tibull. 4, 12, 8 *Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu*. Et Propert. 2, 25, 30 *In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu*. ¶ 4. *Sinus togæ* erat certa compoſitio togæ in alterum humerum ita rejectæ, ut cavum faceret, inque eo occultari atque geſtari etiam aliquid poſſet, unde in metu periculi *prætentari ſinus* ab illis ſoliti, qui ſibi timebant, der ſchweif des kleides. Cujus rei cum alibi, tum apud Suet. Aug. c. 27 & 35 exempla habemus. Horat. 2 ſat. 3, 171 *Poſtquam te talos, Aule, nucesque Ferre ſinu laxo donare & ludere vidi*. Ovid. faſt. 4, 436 *Hæc gremium, laxos degravat illa ſinus*. Ipſam rem ex monumentis antiquis ſubjecit oculis Phil. Rubenius Elector. 1, 17, & Ferrar. ac Gron. de re veſt. 1, 39. De decenti geſtu togæ & ſinus Quint. 11, 3 p. 1030 Burm. vid. etiam Vlit. & Burm. ad *corruges ſinus* Nemeſ. cyn. 92. De condendis in ſinu pecuniis v. Paſſerat. ad Propert. 2, 16. Liv. 6, 15 *Cur, quod in ſinu veſtro eſt, excuti jubetis potius, quam ponatis*. Formulam *in ſinu meo habeo*, Briſſonius in Lexico exponit. Sed etiam illud, quod hybrida voce gazophylacium vocat Scioppius, *Sinus* appellatione venit apud Petron. c. 24, ubi *Quartilla in ſinum Gitonis manu demiſſa &c.* ¶ 5. Hinc omnes latebras & receptacula tegendis iis, quæ volumus occultata per fraudem, *Sinus* dixerunt. Tac. Hiſt. 2, 92 extr. *Id omni modo ſervilia ingenia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos aut ambitioſos ſinus*. v. ibi Lipſ. & Pichenam ad vitam Agricolæ n. 60, itemque Buchner. ad Prudent. Hymn. de Natali Chriſti v. 28, ubi plura habes de ſignificatione & uſu hujus vocabuli. ¶ 6. *Sinus* etiam littora curva dicuntur, mare quaſi amplectentia, der meerbuſen, die bay. Virg. Æn. 1, 161 *Inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos*. Et Lucan. 5, 620 *Monſtriferos agit unda ſinus*. *Sinus reductos* apud Virgil. allegato loco *littoris receſſus* Servius interpretatur ad Æn. 2, 23. Et alibi receſſum *Sinum ſecretum* exponit. Ita *beatos Campaniæ ſinus* Tacitus dixit Hiſt. 3, 66, 5. Senec. Troad. 172 *Terra Concuſſa totos traxit ex imo ſinus*, ubi *ſinus* intimi terræ receſſus ſunt. ¶ 7. *Sinus velorum* eſt concavitas illa, quum a ventis inflantur; ut, *Sinus implere ſecundos*, Virg. Æn. 3, 455. *Obliquat ſinus in ventum*, Id. 5, 16. *Crepantes ſinus carbaſei*, Id. 11, 775. *Vtere velis; Totos pande ſinus*, Iuvenal. 1, 49. ¶ 8. *Sinus* oculorum anguli videntur nonnemini, ex quibus lacrymæ erumpunt, die augenwinckel. Laudat Ovid. Heroid. 8, 62 *Perque ſinum lacrymæ fluminis inſtar eunt*. Sed poteſt hic etiam intelligi gremium, in quod decidunt lacrymæ flentis demiſſo capite mulieris. ¶ 9. *Sinus* vel *Sinum*, priori longa, vide mox ſeorſum.

¶ Sīnuōſus, *a, um*, krumm gebogen, gefalten, bauſchicht; ut, *Veſtis ſinuoſa*, i. e. laxa, Ovid. Metam. 5, 68. *Mare* vel *æquor ſinuoſum*, i. e. ſinus ſive curvationes faciens, Val. Flacc. 3, 277. *Sinuoſa draconum membra*, quæ facile curvantur & complicantur, Claud. de Raptu Prof. 1, 179. Et, *Sinuoſum pectus*, Perſ. ſat. 5, 27 intimum eſt, & quod ſinum vel receſſum veluti facit. Plin. 11, 37 *Cor domicilia intra ſe animo & ſanguini præbet ſinuoſo ſpecu*. Quintil. 2, 4 *Sinuoſa narratio*, eine weitläuftige erzehlung. Rutil. itin. 1, 322 *Sinuoſa cura* videtur dici multiplex in ſinibus curvi litoris perſequendis.

¶ Sinuōſe, adv. umſchweifficht; unde comparativus apud Gell. 12, 5 *Dicam ego indoctius, ut ajunt, & apertius; quæ fuiſſe dicturum puto ſinuoſius atque ſolertius*: ubi *apertum* & *ſinuoſum* opponuntur.

¶ Sīnuo, *avi, atum, are*, in ſinus flectere, krümmen, beugen; ut, *Sinuare arcum*, Ovid. Met. 8, 10, den bogen ſpannen. Virg. Æn. 2, 208 de dracone: *Sinuatque immenſa volumine terga*. Mela 1, 17 *Ionia aliquot ſe ambagibus ſinuat*. Celſ. 7, 2 *Ne quis humor adhuc ſana rodendo ſinuet*. Tac. An. 2, 16, 1 *Campus inæqualiter ſinuatur*.

¶ Sinuātus, *a, um*, gebogen, gekrümmt; ut, *Luna ſinuata in orbem*, Plin. 2, 9. Et Ovid. Met. 14, 51 *Gurges curvos ſinuatus in arcus*. Adde Celſ. 4, 1; & 8, 1; Sen. de Vita beata c. 4.

¶ Sinuātio, *ōnis*, f. die krümmung. Fulgent. 1 Mythol. *Cornicula lunæ ſinuatio*.

¶ Sinuāmen, *ĭnis*, n. idem. Prudent. Pſych. v. 873 *Sinuamine ſubter Subductus conchæ in ſpeciem*; id eſt, ſinuoſus inſtar conchæ. Et Paulus Petrocor. de vita Martini, 2, 95 *Hinc Liger inflexis parvo ſinuamine ripis &c.* Et Iuvencus de Elisabeth, matre Iohannis 1, 87 *Felicem geſtans uteri ſinuamine fœtum*.

Compoſita:

¶ Exsĭnuo, *are*, expandere, ausbreiten. Auſonius in Roſis ſive Eidyll. 14, 29 *Collectos illa exſinuabat amictus*. Et Prudent. Hippolyto v. 222 *Qui laterum ſeriem jugiter exſinuent*.

¶ Exsinuātus, *a, um*, ausgeſpannt, ausgedehnet. Paulinus Nolanus epiſt. 49 n. 3 (vet. edit. epiſt. 36) *Velum exſinuatum in contos ſuos*.

¶ Insĭnuo, *avi, atum, are*, in ſinum immittere, in den ſchooß legen. Apul. Met. 9 p. 219 *Otioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi?* h. e. in ſinum conditis, qui eſt habitus deſidioſorum. v. Pricæi annotat. p. 485. ¶ 2. Deinde eſt, in quamvis rem immittere; ut, *Inſinuare ſe in equitum turmas*, ſich einlaſſen, Cæſ. B. G. 4, 33. *In familiaritatem alicujus ſe inſinuare*, i. e. non recta, ſed quaſi per ſinus & latenter ingredi, ſich einſchleichen, Cic pro Cæc. c. 5. Et, *In aliquorum ſermonem ſe inſinuare*, Id. de L. Agraria 2, 5. v. Ic. Cronov. ad Cic. l. 3 in Verr. 68, & de Orat. 2, 35. Elliptice *ſe* omittit Virg. Æn. 2, 229 *Tremefacta novus per pectora cunctis Inſinuat pavor*. Aſt, *Terris ratem inſinuare*, Avienus dixit Arateis v. 31 pro applicare, anlanden. Gell. 3, 7 *Milites Romani, uti res nata eſt, in hoſtem inſinuant, fraudi & perniciei obnoxium*. ¶ 3. *Inſinuare alicui* eſt commendare & tradere, anloben. Plin. Paneg. c. 62 *Hoc eſt igitur, hoc eſt, quod penitus illos animo Cæſaris inſinuavit*. Hinc

¶ Insĭnuans, *tis*. Varro L. L. 4, 10 *Venit divinitus pullis inſinuans ſe ipſa anima*.

¶ Insĭnuātus, *a, um*, angenommen, in gunſt geſetzt. Suet. Oth. c. 2 *Per hanc inſinuatus Neroni*. Id. in vita Horatii: *Deinde Auguſto inſinuatus*. Add. *Inſinuare* n. 1.

¶ Insĭnuātio, *ōnis*, f. quæ oratio eſt diſſimulatione quadam & circuitione obſcure ſubiens auditoris animum, die bewerbung um gunſt. Cic. de Invent. 1, 15 *Exordium in duas partes dividitur, in principium & inſinuationem*.

¶ Insĭnuator, *ōris*, m. qui inſinuat. Arnob. 1 p. 39 *Inſinuator, magiſter, atque auctor*. Tertull. ad Nat. 2, 1 *Inſinuatores deorum*.

¶ Insĭnuatrix, *icis*, f. Auguſtin. epiſt. 135 *Epiſtola rei novæ inſinuatrix*.

¶ Superinsĭnuo, *are*, drüber breiten, darauf decken. Strabo Gall. Hort. præfat. *Et pinguis fermenta ſimi ſuperinſinuatur*.

SĪNUS, *us*, m. vel Sinum, *i*, n. vas ventricoſum vel ſinuoſum, ein breit gefäß, aſch, de quo Turnebus Adverſ. 1, 16 Virg. ecl. 7, 33 *Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis Expectare ſat eſt*. Meminit & Plaut. Curc. 1, 1, 82; & Rud. 5, 2, 32. Varroni L. L. 4, 26 *Vas vinarium grandius eſt ſinum, ab ſinu, quod ſinum majorem cavationem quam pocula habebat*. conf. Idem apud Nonium 15, 34.

SION, vel Sium, *i*, n. herba eſt, a σίαν dicta, hoc eſt, *concutere*. Ciet enim urinam & renum calculos frangit, waſſermerck. Matthiolus. Vocant & *Laver*, waſſerreppich, Plin. 21, 22.

SĪON, *ōnis*, f. collis fuit in parte meridiali urbis Hieroſolymorum, in quo ſtructa fuit arx Davidis. ¶ 2. Cæterum in ſcriptura *Sion* eccleſiam ſignificat, ex gente Iudaica. Sic & apud veteres indeclinabile eſt. Prudent. Hamart. 459 *Nutricem abolent Sion*. Fortunat. 5, 203 *Exſuperans portas Sion*. Et v. 251 *Diligit has portas Sion*.

Siparium, ſiparum, ſipharum, vide mox in *Sipo*.

SIPHNUS, *i*, f. inſula ex Cycladibus una in Ægæo. vide Geograph. & Plin. 4, 12.

¶ Siphnius, *a, um*, adj. ut, *Siphnius lapis*, Plin. 36, 22. *Siphnii* incolæ libidinis cauſſa infames apud Suidam. Et hinc

¶ Siphniaſſo, *are*, σιφνιάζειν, *attrectare nates*, v. Chiliad.

SĪPHO, vel SIPO, *ōnis*, m. σίφων, proprie ſtipula ſive canna, ein rohr. ¶ 2. Deinde organum cannæ ſimile, ſive tubulus hauriendis reddendisque aquis idoneus, cujus uſus in reprimendis incendiis eſt, eine waſſer-rohre, ſpritze. Plin. 10 epiſt. 42 de incendio Nicomedienſi: *Nullus usquam in publico ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda*. Et alter Plin. H. N. 2, 65 de aqua in ſummis jugis erumpente; *Terra pondere expreſſa ſiphonum modo emicat*. Adde Colum. 9, 14; Sen. Qu. nat. 2, 16; & Iſidor. 20, 6. ¶ 3. Item, quo vinum abſtrahitur de dolio, ein heber, weinheber, vid. Buchner. ad Plinii 10 ep. 42. Et Colum. 3, 10 *Omne alimentum virentis, quaſi quædam anima, per medullam trunci veluti per ſipho-*

ſiphonem, quem diabeten vocant mechanici, trahitur in ſummum. Et Iuvenal. 6, 308 de urina ejaculata *Effigiemque Dei longis ſiphonibus implent.* Vid. Grangæus.

¶ Siphuncŭlus, vel Sipuncŭlus, *i*, m. diminut. Plin. 5 epiſt. 6 *Sipunculos* de tabulis dixit aquariis: *E ſtipadio aqua*, inquit, *velut expreſſa cubantium pondere, ſipunculis effluit.*

SĬPO vel Supo, *are*, antique ſpargere, jacere, disjicere; vid. Feſtus in *Proſapia*, & in *Supat.* conf. & infra in *Supinus.*

¶ Sĭparium, *i*, n. apud poëtas, ut producatur, *Sipparium*, velum eſt minimum, quod obſtitit populo, dum fabularum actus commutantur, ut Donatus deſcribit, ein vorhang, teppich. Apul. 1 Met. p. 106 *Pro te, inquam, aulæum tragicum dimoveto, & ſiparium ſcenicum complicato.* Iuvenal. 8, 185 *Conſumtis opibus vocem, Damaſippe, locaſti Sippario, clamoſum ageres ut Phaſma Catulli.* Vbi vide & veterem Scholiaſtem. Cic. de Provinc. Conſul. c. 6 *Ille quibuscum jam in orcheſtra heluatur, antea poſt ſiparium ſolebat*, hinter dem vorhang. Adde Quintil. 6, 3 p. 552 & ibi Burm.

¶ Sĭparum, Sippărum, & Suppărum, *i*, n. lineum veſtimentum eſt muliebre, quod cervici, humeris & brachiis ſuperinduunt, ein leinen halstuch, mantel. Varro apud Nonium 14, 20 *Hic indutus ſupparum, coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit.* Lucanus 2, 363 *Humerisque hærentia primis Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.* ¶ 2. Sed & omne lineum velum *Supparum* dicitur; unde Lucanus 5, 429; Sen. epiſt. 77; & Stat. 3 Silv. 2, 27 *Suppara velorum* dixerunt. v. Scalig. in Feſtum; Turneb. Adv. 21, 4; Lipſ. ad Sen. epiſt. laudatam; Barth. ad Stat. l. c. & Cuperi Obſerv. 4, 17. Adde Manil. 5, 46 *Non invehet undis Sippara.* ¶ 3. Varroni L. L. 4, 30 & Feſto eſt *Supparus*, niſi quod id dicunt Oſce, ut Varro l. c. ſtatuit. Scribitur & *Sipharum.* v. Rigalt. ad Tertull. Apol. c. 16. Tertulliano enim *Siphara* ibid. & ad Nation. 1, 12 extr. ſunt eadem quæ *Siparia.*

Compoſita:

¶ Diſsĭpo, *avi, atum, are*, eſt diſpergere, disjicere, zerſtreuen. Cic. de Amic. c. 7 *Amicitia contrahit, diſcordia diſſipat*, zertrennet. Sic, *Diſſipare curas*, Horat. 2 oda 11, 17, die ſorgen vertreiben. Cic. Agrar. 1, 1 *Diſpergere & diſſipare patrimonium, poſſeſſiones, rem familiarem*, verſchleudern. Liv. 8, 39 *Partim in medio caſi, partim in fugam diſſipati ſunt*, & 10, 14 *Quia paſſim in fugam diſſipati ſunt. Diſſipare famam*, Cic. Phil. 14, 6; Et, *ſermones*, Verr. 1, 6, i. e. divulgare, ausbringen. Cæl. ad Cic. fam. 8, 1 extr. *Te ſubroſtrani diſſiparunt periiſſe.* Cic. pro Plancio cap. 23 *Nihil eſt tam volucre, quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur*, nichts kommt weiter aus. Eſt ab antiquo *ſipo*, id eſt, jacio: ut *diſſipare* nihil aliud ſit, quam *disjicere.*

¶ Diſsĭpo, *are*, pro *Diſſipo, are*; non ſeeus ac *Recipero* & *Recupero*; *Similo* & *Simulo*; Lucret. 1, 350 *Diſſupat in corpus ſeſe cibus.* conf. Id. 2, 210 & 1001; 4, 871; 6, 162 & 180. Pareus etiam tribuit Ciceroni de Amic. c. 7 *Omnia contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam.*

¶ Diſsĭpans, *tis.* Vulg. Interpr. Ezech. 7, 11 *Ventum percelle diſſipantem.* conf. Prov. 18, 9.

¶ Diſsĭpātus, *a, um*, zerſtreuet, von einander getrieben; ut, *Genus hominum in montibus ac ſilvis diſſipatum*, Cic. de Orat. 1, 37. *Diſſipati hoſtes*, Id. fam. 2, 9. *Diſſipata claſſis*, Id. fam. 12, 14. Et in Orat. c. 71 *Facilius eſt apta diſſolvere, quam diſſipata connectere.* Cæſ. B. G. 2, 24 *Diverſi diſſipatique in omnes partes.*

¶ Diſſipātio, *ōnis*, f. die zerſtreuung. Cic. Phil. 13, 5 *Prædæ diſſipatio.* Et de Nat. D. 1, 25 extr. *Ne interitus & diſſipatio conſequatur.*

¶ Diſſipator, *ōris*, m. qui diſſipat. Prudent. præfat. Pſychom. v. 34 *Abram triumphi diſſipator hoſtici.*

¶ Diſsĭpābilis, *e*, quod facile diſſipatur, zertrennlich. Cic. Nat. D. 3, 12 *Aër natura cedens eſt maxime, & diſſipabilis.* Adde Lactant. de Ira c. 10 ſect. 29.

¶ Diſsĭpium, *i*, n. inteſtinum, quod ventrem & cætera inteſtina diſcernit, das zwerchfell, Macrob. Sat. 1, 6.

¶ Insĭpo, *are* & *ĕre*, pro *injicere*, hinein werffen, apud Feſtum. v. ibi Dacer. Cato R. R. c. 85 *Inſipito in aulam novam.* Pompon. apud Nonium 10, 3 *Vt ignis ſervat, ligna inſipite.* Varro L. L. 4, 22 *Puls aqua ferventi inſipitur.*

¶ Obsĭpo, *are*, vorwerffen. Feſtus: SIPAT, *jacit*: *unde* diſſipat, *disjicit*: & oblipat, *objicit*: & inſipat, *injicit.* ¶ 2. *Obſipare aquulam* pro aſpergere, Plaut. Ciſtell. 2, 3, 37.

¶ Prosāpia, *æ*, f. & Prosāpies, *ēi*, f. quaſi *proſipia* a *proſupando*, i. e. diſſeminando, vocabulum *vetus* eſt, ut in Timæo, ſeu de Vniverſ. c. 11 Cicero: & *inuſitatum*, ut Quintil. teſtatur 1, 6 ext.; & 8, 3. Significat progeniem vel familiam, ein geſchlecht, geſippſchafft. Vet. Gloſſ. *Proſapies*, γένος κατωγωγή. Et, *Proſapia*, ἐκ προγόνων εὐγένεια καὶ συγγένεια. *Proſapia*, inquit Feſtus, *progenies i. e. porro ſparſis & quaſi jactis liberis, quia ſipare ſignificat jacere.* Et Nonius 1, 443 *Proſapies generis longitudo, dicta a proſupando, i. e. proferendo.* Id. ex Catone adducit *veteres proſapias.* Plaut. Curc. 3, 23 *De Coclitum proſapia te eſſe arbitror.* Prudent. de Natali Dom. v. 89 *Negat Patrum proſapia.* Et rurſus præfat. Pſych. v. 36 *Ne quam fidelis ſanguinis proſapiam.* Id. in Romano v. 180 quarto caſu ex altera forma *Proſapiem* declinat. Vetus Inſcriptio apud Reineſ. p. 463 ILLVSTRATORI PROSAPIAE SVAE &c. Et Apul. Apol. p. 286 *Veteres proſapiæ conſulares & cenſoriæ.*

SIPOLINDRVM, *i*, n. genus aromatis fictitium, Plaut. Pſeud. 3, 2, 43.

SĬPONTVM, *i*, n. Σιποῦς, urbs Apuliæ, juxta Garganum montem, ex cujus ruinis *Manfredonia* enata. v. Plin. 3, 11, & ibi Harduin. ¶ 2. *Sipus, untis*, dicitur Lucano 5, 377, & Silio 8, 636.

¶ Sipontinus, *a, um*, Siponto ortus. v. Inſcr. Murat. p. 1081.

Sipparium, vide *Siparium* in *Sipo*, Sipunculus, *Sipho.*

SĬPŸLON, *i*, n. ſive Sipylus, *i*, m. urbis & montis nomen Phrygiæ ſeu Mæoniæ, ubi Niobe ex luctus magnitudine in ſaxum converſa. *Talis* urbs dicta olim. Propertius 2, 20, 7 *Nec tantum Niobe bis ſex ad luſta ſuperba Sollicito lacrymas depluit e Sipylo.* v. Ovid. Met. 6, 149; Hygin. fab. 9, & Apollod. lib. 3; De urbe Strabo, & Plin. 5, 29. Vrbs abſorpta terræ motu, Plin. 2, 91; & Strab. lib. 1 p. 40. Mons autem ex prœlio etiam nobilitatus eſt, quo Romani Antiochum M. ſuperarunt: item ab urbium differentia, qua *Magneſia ſub Sipylo monte*, ab altera nobili Aſiæ urbe, quæ ad Mæandrum ſita fuit, diſcernitur. v. Liv. 37, 37, & Geographos.

¶ Sipylējus, vel Sipylæus, *a, um*, adject. ut, *Genetrix Sipyleja*, Stat. 5 Silv. 1, 33, Niobe eſt, quæ tot ſuos liberos flevit. Barth. Adverſ. 96, 5 *Sipylæa* ſcribendum cenſet.

¶ Sipylēne, *es*, f. mater Deorum, ſic dicta, quod in Sipylo coleretur. v. Reineſ. Inſcript. p. 87.

Siquando, vide ſupra *Quando*, Siquidem, *Quidem*, Siquis, *a, id*, *Qui.*

SĬRAEVM, *i*, n. vini factitii genus, Plin. 14, 9. v. *Syræum.*

SĬRĂPA, *æ*, f. ſyrup. Sirapa quomodo fiat, docet Columella 12, 49. Sed dubium, an ipſius Columellæ ſit vox in lemmate uſurpata.

Sircitula, ſircula, vide *Stica*, Siredon, *Siren.*

SĪREMPS, i. e. *ſimilis res ipſa*: vox antiqua, & obſoleta prorſus. Solenne erat verbum Roman. in L. L. ſcribendis: dupliciter inflectitur, nominandi caſu, *ſiremps*: & auferendi, *ab hac ſirempſe.* Plaut. Amph. prolog. v. 73 *Sirempſe legem juſſit eſſe Iupiter.* Sen. epiſt. 91 *Siremps lex eſto.* Invenitur etiam aliquoties in Dig. vid. Feſt. Lipſ. Antiq. Lect. 1, 1, & Taubm. ad Plaut. p. 14.

SĪREN, *ēnis*, f. plur. *Sirenes*, poëtis monſtra marina, parte virgines, parte volucres fuerunt, ut Servius ad Virg. Æn. 5, 863 deſcribit, quæ navigantes cantu dulciſſimo demulcebant, & in naufragia perducebant, ſee-jungfern, meer-fräulein. Volucres fuerunt altera ſui parte Sirenes, non piſces, qui Boccatii & aliorum, Albricum obſcuri nominis philoſophum ſecutorum, error eſt, refutatus ab Hard. ad Plin. 10 ſ. 70, & ex nummis a Montfaucon. in antiqu. explic. vid. omnino Drak. ad Sil. 12, 34, ubi imagines ex Fabretto ad Col. Traj. &c. & Nicaſium diſſertatione ſingulari. Add. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 5 p. 251; & Brouckh. ad Tib. 4, 1, 69. Ovid. de Art. am. 3, 311 *Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora Quaslibet admiſſas detinuere rates.* Vide & Metam. 5, 555, ubi de genere earum Burm. Elegantiſſime Martialis 3 epigr. 64 *Sirenas hilarem navigantium pœnam, Blandaſque mortes gaudiumque crudele, Quas nemo quondam deferebat auditas &c.* Conf. Horat. 1 epiſt. 2, 23. Τὰς ἀνθροφόνους τῶν Σειρήνων ᾠδὰς, commemorat Porphyr. in V. Pyth. ſ. 39. *Cruenta Cyclopum & Sirenarum ora* conjungit Tert. apol. cap. 7. In argumento veteri Ovid. met. 5, 9 *Harum ita fatum fuit*, (ut) *quamdiu earum vox audita non eſſet mortalibus, manerent incolumes. Forte Vlyſſes, monitu Circes, obturatis* (ſociorum) *auribus*, (ſuis apertis) *prætervectus eſt* (qui proinde vocem illarum poterat referre ad mortales, quod adhuc non factum fuit, cum omnes, qui ante audierant, perierint) *tum ſe præcipitaverunt.* Nomen ipſum παρὰ τὴν σιρὸν factum videtur, quod *catenam* ſignificat, quia Sirenum cantus audientes caperent: iisque capti tanquam fune ab illis penderent, & tanquam alligati traherentur. Vel ab Ebraico verbo *Schur*, quod *canere* ſignificat. Sirenum nomina apud eos, qui tres eſſe tradiderunt, ſunt: *Parthenope, Ligea*, & *Leucoſia*: vel *Thelxiope* ſeu *Thelxione, Molpe* & *Aglaophonos.* Qui duas finxere, ſic eas dixere, *Aglaopheme* & *Thelxiepeta.* ¶ 2. Varia autem de Sirenibus earumque fabula tradiderunt veteres. Platoni *Sirenes* Deæ canendi ſunt ſive Muſæ, quæ orbes cœleſtes vertunt & rotant, de quo Macrob. Somn. Scip. 2, 3. Alii vero unius Muſarum & Acheloi amnis filias tradiderunt: unde *Siren Acheloias* apud Silium 12, 34. Suidæ ἀὶ τῆς ψυχῆς ἐναρμόνιοι καὶ μουσικαὶ δυνάμεις, Sirenes ſunt. Earum hiſtoriam ſolidius enarrat Barth. ad Claud. p. 2035. ¶ 3. Pauſanias in Atticis (quod Torrentius ad Horatii 4 od. 2 obſervat,) auctor eſt, apud veteres poëmatum ſermonumque quorumvis efficacem ad ſuadendum venuſtatem aſſimulatam eſſe Sirenibus, & inde Sophoclem appellatum *Sirena.* Quemadmodum & Valerius Cato propter ſuavitatem carminum a veteri poëta *Latina Siren* dictus eſt, ut Sueton. de Illuſtr. Gramm. c. 11 refert. Petronius cap. 127 *Hæc ipſa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus per tentatum mulcebat aëra; ut putares inter auras canere Sirenum concordiam.* Hinc in Iſocratis ſepulcro *Siren* poſita fuit, tanquam perfectæ & efficaciſſimæ eloquentiæ ſymbolum, de quo Plutarch. in vita Iſocr. & Philoſtr. in Sophiſtis. Alii vero a Muſis & vera eloquentia, quæ in rebus gravibus ſeriisque occupatur, *Sirenas* diſtinguunt: quippe quas nugacibus rebus ſermonis & elegantiæ curam impendere volunt: de quo videri Torrentius poteſt ad Horatii 1 epiſt. 2, 23. Quid apud Petronium cap. 5 per *Sirenum domos* intelligatur, etiam poſt Gonſalii interpretationem obſcurum videtur: cæteri tacent. ¶ 4. Vulgatiſſima ratio eſt, Sirenum fabulam ad illecebroſas voluptates referre, quæ blandis præſtigiis irretiunt homines atque evertunt, de quo & Syneſius epiſt. 145. v. Boccat. Geneal. 7, 20. Nec alio interpretantur, quod tres Sirenas commenti veteres fuerint. Eo enim numero triplicem illam voluptatem, quæ ἐν σιτίοις, ἐν πότοις, καὶ ἐν ἀφροδισίοις (in eſculentis, potulentis, & rebus venereis) Platoni & Ariſtoteli ſtatuitur, expreſſam volunt. Servius ad illud Virg. Æn. 5, 864 *Iamque adeo ſcopulos Sirenum advecta jubebat*, poſtquam breviter fabulam de Sirenibus expoſuiſſet, *ſecundum veritatem*, inquit, *meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam eos ducebant ad egeſtatem, his fictæ ſunt inferre naufragia.* Ioh. Iovianus Pontanus, cum lib. 6 de Bello Neapol. origines Neapolitanæ urbis explicat, *Sirenas*, genus mulierum fuiſſe ſcribit, quod aliunde demigrarit in Italiam, & inter Læſtrygonas Cimmeriosque in Campania conſederit, a quarum una *Parthenope* ea urbs, quæ nunc *Neapolis* dicitur; ab alia *Leucoſia*, ejusdem nominis inſula, appellata fuerit. Fabulæ autem, qua finguntur *Sirenes* præternavigantes attinuiſſe, originem ac cauſſam tum ad amœnitatem incredibilem eorum locorum deliciasque, quibus abundat Campania, & trahere omnes facile poteſt; tum ad literarum, quæ culta Neapoli jam olim fuerunt, ſtudia refert. Euſtathius Scholiaſtes Dionyſii ex auctoribus refert, *Parthenopen*, Sirenum unam, cum pudicitiæ ejus inſidiarentur plures, Meliochus vero Phryx impenſe ipſam amaret,

abſciſſis crinibus ſe deformaſſe, transgreſſamque in Campaniam ſedem laremque fixiſſe ibi, eaque de cauſſa ἀγώνιον a Dionyſio appellatam &c. Fabula de Sirenum cantu & Vlyſſe apud Homerum lib. 12 Odyſſeæ eſt. Ad ſciendi cupiditatem refert Cic. de Fin. 5, 18 & 19. Horat 2 ſat. 3, 14 *Vitanda eſt improba Siren Deſidia.* ¶ 5. Eſt & *Siren*, σειρήν, tunica tenuis & perſpicua, nimirum ſerica, Suidas. ¶ 6. *Sirenes* fœtus fucorum, cum formari & dignoſci ab apibus, quæ tum *nymphæ* vocantur, incipit. Iidem etiam *cephenes* vocantur, Plin. 11, 16.

¶ Sirēnius, *a, um*, σειρήνιος, ad Sirenes ſpectans. Gell. 16, 8 extr. *Ne ut plerique alii, ita quoque in illis dialecticæ gyris atque meandris, tamquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcas.* Ammian. 29, 2 *Vijus aures occluſiſſe ceris, quaſi ſcopulos Sirenios transgreſſurus.*

¶ Sirēdon, *ōnis*, f. plur. *Siredones* i. e. Sirenes, quæ σειρηδόνες dictæ quaſi σειρηδόνες, Auſon. Edyll. 11, 20 *Tres in Trinacria Siredones, omnia terna, Tres volucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ.* Is. Voſſius mavult legere *Sirenides*, & explicare de ſcopulis ſive petris, quas inhabitaverint Sirenes, & quas ſic appellatas Servius teſtatur agens de Sirenibus.

Siriacus, ſiriaſis, vide *Sirius.*

SIRIVM, *i*, n. herba artemiſia, beyfuß, ab Italis *Sirium* dicta. v. Apul. de Herb. c. 10.

SĪRĬVS, *i*, m. Σείριος, ſtella, quæ & *canicula* dicitur, der hundsſtern. vide *Canicula.* Virg. Æn. 3, 141 *Tum ſteriles exurere Sirius agros.* Adde Virg. Georg. 4, 425; Stat. 3 Silv. 1, 5; Lucan. 10, 211; nam σειρᾶν, *arefacere, ſiccare* eſt. Veteribus Aſtrologis ejus ortus duplicare ſolis fervorem credebatur: ſed contrarium firmis rationibus oſtendit Geminus c. περὶ ἐπισημασιῶν τῶν ἄστρων, edit. Hilderici p. 223. Contradicunt eidem alii, adeoque ut Plinius 18, 28 ferebat, *hujus ſideris ortum maria, terras & feras ſentire.* ¶ 2. Adjective, eſt vehementer calidus, hitzig. Virg. Æn. 10, 273 *Sirius ardor.* Et Prudentius Hymn. Epiphaniæ v. 22 *Sirio fervet vapore.*

¶ Siriēus, *a, um*, a *Sirius*, appellativum Avienus formavit in Virgine phænom. Arateorum: *Et ceu Siriaco torretur ſpica calore.*

¶ Siriāſis, *is*, f. σειριασις, cerebri & membranarum ejus inflammatio, præcipue infantum in capite aduſtio; ſic enim Plinius vocat 30, 15, ut & deſtillationem 22, 21.

SIRMIO, *ōnis*, f. peninſula in lacu Benaco prope Veronam, Catulli deliciæ, qui ſic alloquitur epigr. 32, 1 *Peninſularum Sirmio, inſularumque Ocelle, &c.*

SIRMIVM, *i*, n. urbs Pannoniæ inferioris, aliquando ſedes Romanorum Imperatorum. Hinc

¶ Sirmienſis, *e*: ut, *Photinus epiſcopus Sirmienſis*, Sulpit. Sever. Hiſt. Eccleſ. 2, 36.

SĪRO, *ōnis*, m. plur. *Sirones*, ſunt pedicelli inter cuticulam & cutem intolerabili cum pruritu prorepentes, ſeiren, reitlieſen. vid. Pincier. in Otio Marp. 4, 21, ubi ex vet. epigr. *O Siro, vermis parvule.*

SIRPE, *es*, f. pars ſilphii, quæ magnæ æſtimationis & pretii erat, alias *laſerpitium*, meiſterwurtz. vid. infra *Syrpe.*

Sirpea vel Sirpia vide *Scirpea* in *Scirpus.*

SIRPĬCES, *um*, f. pl. idem quod *Ipices*, eiſerne egen. Varr. L. L. 4, 31.

Sirpiculus, *a, um*, ſirpo, *are*, ſirpus, &c. vide ſupra *Scirpus.*

SIRVLVGVS, *i*, m. animal, Plin. 30, 15. Harduinus legit *Subjugus.*

SĪRVS, *i*, m. (Sirrhus) σιρὸς, ſpelunca ſubterranea condendo & aſſervando frumento facta, ein getreydeloch. Vox non latina, ſed peregrina & barbara. Varro Re R. 1, 57 *Quidam granaria habent ſub terris: Speluncas, quas vocant σιρούς, ut in Cappadocia & Thracia.* Curt. 7, 4, 24 *Siros vocabant Barbari, quos ita ſolerter abſcondunt, ut, niſi qui defoderunt, invenire non poſſint. In iis conditæ fruges erant.* Adde ibidem notata. Et Colum. 1, 6 *Transmarinis quibuſdam provinciis puteorum in modum, quos appellant ſiros, exhauſta humus, editos a ſe fructus recipit.* conf. Plin. 18, 30.

SIS, contractum ex *Si vis*, ſo du willt, quod frequentiſſime veteres imperativis adjungere ſolebant. Cic. pro Roſc. Am. c. 16 *Age nunc refer animum, ſis, ad veritatem.* Liv. 34, 32 *Parce, ſis, ſidem ac jura ſocietatis jactare.* Perſius ſat. 1, 107 *Sed quid opus teneras mordaci ſoricidare Auriculas? vide ſis ne majorum tibi forte Limina frigeſcant.* Exempla innumera apud comicos occurrunt. Ter. Eun. 4, 7, 29 *Cave ſis: neſcis, cui nunc maledicas viro.* Vbi Donatus: *Quia imperativa ſunt contumelioſa, addebant veteres* SIS: *quod ſignificat, ſi vis.* Plurale inde eſt, SVLTIS, quod perinde imperativis addi ſolebat.

SĪSĂPO, *ōnis*, f. oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, ubi præſtantiſſimum minium fodiebatur, Plin. 3, 1; & 33, 7. Huc Turnebo Adverſ. 10, 12 videtur Cicero alludere Phil. 2, 19 extr. tenue patrimonium & vile prædium Antonii *Siſapunem* appellans.

SĪSĂRA, *æ*, f. herba apibus gratiſſima, etice, heidekorn. Plin. 11, 16.

¶ Sisăron, *i*, n. σισαρον, ſive *Siſarum* idem eſt quod *Siſer*, zahmer oder garten-rapunſel, zuckerwurtzel. Eſt id autem oleris genus, notum accolis Rheni fluminis, a quibus aſſeri ſibi omnibus annis curavit Tiberius Cæſar, quemadmodum Plinius ſcripſit 19, 5.

SĪSENNA, *æ*, m. nobilis & antiquus hiſtoriæ Romanæ ſcriptor, L. Siſenna, cujus fragmenta apud Gell. Non. aliosque ſuperſunt. Ovid. Triſt. 2, 443 *Vertit Ariſtiden Siſenna.* Adde Cic. in Brut. c. 64 & 74.

SĪSER, *ĕris*, n. idem quod *Siſarum*, de quo modo diximus. Duplex eſt, *ſativum*, de quo in *Siſaron* modo diximus ex Plinii 19, 5 in deliciis Tiberio fuiſſe: *erraticum* alterum, de quo idem 20, 5. conf. Colum. 11, 3 & 10, 114.

SISON, *ōnis*, m. σίσων, ſemen eſt in Syria proveniens, nobis incognitum; Matthiol. Adde Apul. de Herb. cap. 94; Dioſc. 3, 57; Plin. 27, 13.

SISPES, *ĭtis*, m. & SISPĪTA, *æ*, f pro *Supes* & *Suſpita.* Deorum cognominibus, ut, *Iuno Sospita*, apud Liv. 22, 1), veteres dixiſſe, ex nummis & ſcti ſuffragio vir ſummus Ez. Spanhem. de Vſu & præſt. Numiſm. diſſ. 2 pag. 124 probavit. v. & Græv. ad Cic. pro Mur. 41. Vetus Inſcriptio apud Reineſ. p. 383 SACERDOS IVNONIS REGINÆ SISPITÆ LANVMVIANÆ &c. Et paucis interjectis: SACERDOTE IOVI SISP. i. e. *Siſpiti.*

Siſtitieteris, vide *Syſtitia*, Siſtarcia, *Siturtia.*

SISTO, *ſteti, ſtātum, ſiſtĕre*, ſtare, ſubſiſtere, ſtehen, beſtehen; nam a *Sto* deſcendere videtur. Cic. Verrina 3, 96 *Qui rempubl. ſiſtere negat poſſe, ni ad equeſtrem ordinem judicia referantur.* Plaut. Curc. 2, 3, 8 *Quin cadat, quin capite ſiſtat in via.* Id. Capt. 4, 2, 13 *Qui vi ſiſtierit, vive ſiſtet.* Tac. Hiſt. 3, 21, 3 *Siſtere tertiam legionem in ipſo viæ Poſtumiæ aggere jubet.* ¶ 2. Inhibere eſt, retinere, ſeu facere, ut aliquid ſtet, einhalten, ſtillen, beruhigen. Apud Liv. 1, 12 Romulus ad lovem Statorem: *Siſte fugam fœdam Romanis*, i. e. inhibe. Sil. 12, 699 *Siſte virum*, i. e detine. Virg. Æn. 6, 465 *Siſte gradum, teque adverſa ne ſubtrahe nuſtro.* Plin. 26, 12 *Sanguinis proſluvium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Alvum ſiſtere*, Id. 20, 6 pro *reprimere* dixit. Quod *morari ventrem* Martiali eſt 13 epigr. 113. Sic, *Equos ſiſtere, fugam ſiſtere*, Tac. An. 12, 39. *Malum, querelas ſiſtere*, Ovid. Met. 7, 711. Hinc & *ſiſti* dicuntur, quæ, ne ruant, fulcias atque prohibeas. Virg. Æn. 6, 857 *Hic rem Romanam, magno turbante tumultu, Siſtet eques.* Sic, *Mentem ſiſtere cujus*, Silius 10, 408, pro, diſſuadendo alicujus impetum retrahere, einen zu ſtrieben ſtellen. Nam turbata affectibus mens, ſede ſua, vel baſi emovetur, in quam cum reſtituitur, ſedatis motibus ſiſtitur rurſus. Auguſtus apud Suet. 2, 28 *Ita mihi ſalvam ac ſoſpitem rempub. ſiſtere in ſua ſede liceat.* Translatio eſt a columnis vel coloſſis, qui magno niſu in ſuam baſim reſtituuntur, ut ibi Caſaub. obſervat. Liv. 4, 12 *Si bello externo aggravatæ res eſſent, vix ope Deorum ſiſti potuiſſet.* v. Gron. ad h. l. ubi docet, ſiſti eſſe remp. ſervari. Ita etiam illud Plauti Trin. 3, 2, 94 *Siſti non poteſt*, explicat ἔρρει τὰ καλά, funditus periimus, &c. Videndus etiam Pichena ad Tacitum Annal. 3, 52. ¶ 3. Eſt etiam ſternere, aut vulnere progreſſum inhibere. Rurſus Silius 1, 382 *Cuſpide ſiſtit*, id eſt, ſternit. Et 2, 98 *Cervum valnere ſiſtebat.* ¶ 4. Eſt & ſtatuere, ponere, ſive condere, aufrichten, ſtellen, darſtellen. Tac. An. 4, 37 *Auguſtus templum ſibi apud Pergamum ſiſti non prohibuit.* Id. Hiſt. 4, 53, 2 *Harupices monuere, templum iisdem veſtigiis ſiſteretur.* Id. An. 15, 18, 1 *Romæ tropæa de Parthis arcusque medio Capitolini montis ſiſtebantur.* Ibid. 15, 72, 2 *Tigellinum & Nervam ita extollens, ut ſuper triumphales in foro imagines apud Palatium quoque eorum effigies ſiſteret.* Et An. 2, 14 *Modo ſe patris patriæque veſtigia prementem iisdem in torri, victorem ſiſterent*, i. e. ponerent, facerent. ¶ 5. Eſt & præſentiam, ſui exhibere, ſich ſtellen, erſcheinen. Cic. Att. 3, 25 extr. *Des operam id, quod mihi affirmaſti, ut te ante Kal. Ian. ubicunque erimus, ſiſtas.* Ibid. 10, 16 extr. *Te vegetum nobis in Græcia ſiſte.* Proprium judiciorum verbum, deque iis uſurparur, qui in judicio citati comparent. Plaut. Curc. 1, 3, 6 *Me citaviſti? ecce me! Siſto ego tibi me, & mihi contra itidem te ut ſiſtas, ſuadeo.* Cic. Off. 3, 1 *Vas factus eſt alter ſiſtendi ejus: ut, ſi ille non revertiſſet, nunciandum eſſet.* Hinc *In judicio ſiſtere*, Vlp l. 1 § 1 D. de eo per quem &c. Et, *Siſtere vadimonium*, idem quod *ubire vadimonium* i. e. ſiſtere ſe in judicio. Adi Car. Sigon. de Iudic. 1, 20; & Briſſon. de Formul. lib. 5 pr.

¶ Siſtens, *tis*, ſtans, conſiſtens. Tac. Hiſt. 1, 35, 2 *Galba irruenti turbæ neque ætate neque corpore ſiſtens.*

¶ Stitio, *ōnis*, f. das ſtillſtehen. Tertull. de Pallio c. 2 *Sol ſtitionibus annuis, lana modulationibus merſiruis variat.* Sed

¶ Statio, ſtator, ſtatus &c. vide infra in *Sto.*

Compoſita:

¶ Abſiſto, *ſtiti, ĕre*, a loco vel re aliqua decedere, abtreten, abſtehen. Grat. Cyn. 352 *Licet alti valneris oræ Abſiterint*, h. e. inter ſe diſtent hiatu magno. Virg. Æn 6, 259 *Totoque abſiſtite luco Conclamat vates.* Sic, *Abſiſtere oppugnatione*, Liv. 37, 17. *Aſſiſtere conatu*, Idem 33, 5 *Aſſiſtere bello*, Horat. 1 ſat. 3, 104. v. Drak. ad Sil. 2, 325. & Liv. 24, 20. *Abſiſtere re, loco*, illuſtrat Burm. ad Phædr. 3, 2, 18 *Abſiſtere ſequendo ſolſum tædio ac deſperatione cogit.* ¶ 2. *Abſiſtere* ſine casu pro *deſinere*, ablaſſen, aufhören. Virg. Æn. 1, 192 *Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi.* ¶ 3. Cum infinitivo idem. Liv. 36, 35 *Ne ingratis quidem benefacere abſiſtat.* Ovid. Met 12, 534 *Nec prius abſtitimus ferrum exercere.* ¶ 4. Imperſonaliter etiam invenitur. Liv. 21, 6 *Si non abſiſteretur bello.*

¶ Adſiſto, ſive Aſſiſto, *ſtiti, ĕre*, adſtare, herzutreten. Ter. Adelph. 2, 1, 15 *Hic propter hanc aſſiſte. Aſſiſtere ad fores*, Cic. Verr. 1, 26. ¶ 2. *Aſſiſtere alicui*, eſt & conſulere alicui & in judicio adeſſe, ut vel advocatum vel patronum præbeas, beyſtehen, beyſtand leiſten. Plin. 7 epiſt. 6 *Aſſiſtere jam Varreno, jam tantum ut amicus, & tacere decreveram.* Et 10 epiſt. 85 *Archippus, cui Eumolpus ſicut Pruſæ aſſiſtebat, dicit, ſe libellum daturum.* Apul. 1 de dogmate Plat. p. 3 Plato *primo hiſtoriæ gratiâ, ut naturam Ætnæ & incendia conceavi montis intelligeret; ſecundo petitu Dionyſii, ut Syracuſanis aſſiſteret, profectus eſt*, &c. Alias & *adeſſe* hoc dicitur, de quo vide in *Sum.*

¶ Aſſiſtrix, *īcis*, f. quæ aſſiſtit. Vulg Interp. Sap. c. 9, 4 *Da mihi, Domine, ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam*, Gr. παρεδρος.

Antiſtes, & Antiſtita, vide infra in *Sto.*

¶ Circumſiſto, *ĕre*, ſich herum ſtellen. Liv. 1, 28 *Centuriones armati circumſiſtunt.* Plus eſt, quam *circumſtare.* Adi Vallam. Cæſ. B. G. 3, 15 *Quum ſingulas* (hoſtium naves) *binæ aut ternæ naves circumſiſterent.* Paſſive Cæſ. B. G. 7, 43 *Ne ab omnibus civitatibus circumſiſteretur.* Apul. 2 de Doctr. Plat. pag. 15 *Fortitudo circumſiſtitur hinc audacia, inde timiditate*, ſie hat neben ſich.

¶ Circumſiſtens, *tis*. Cæſ. B. C. 2, 42 *Præfectus equitum cum paucis equitibus circumſiſtens.*

¶ Conſiſto, *ſtiti, ĕre*, proprie una ſtare, beyſammen ſtehen. Plaut. Curc. 4, 2, 10 *Nec vobiſcum quiquam in foro frugi conſiſtere audet.* ¶ 2. Deinde ſtare, ſubſiſtere; ut, *Iam illico hic conſiſte*, hier ſtehe feſt, oder ſtehe ſtille, Ter. Adelph. 2, 1, 2. Cic. pro Arch. c. 8 *Beſtiæ immanes caſtu flectuntur & conſiſtunt.* ¶ 3. *Conſiſtere miles* dicitur, cum prœliaturus ſtat, nec loco cedit, & hoſtis vincendi ſpem arque fiduciam habet, wenn er ſtehet, und zu fechten entſchloſſen iſt. Cæſ. B. G. 2, 17

G. 2, 17 *Qua pulsa* (legione) *impedimentisque direptis, futurum, ut reliquæ contra consistere non auderent.* Id. B. C. 3, 93 *Tanta vi in Pompeji equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret.* Sic *Gladiatores* quoque dicuntur *consistere*, cum in gradu stant excepturi adversarium: cujus formæ multa exempla apud Tertullianum notare licet, inprimis quatenus ad litigatores transfertur, qui *consistere* in judiciis, vel *causam consistere* dicuntur. v. Burm. ad Quint. Decl. 6, 9 pag. 136. Brut. ad Cic. fam. 11, 9 *Ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam*: id est, ne usquam rutus subsistere & spem de obtinenda causa concipere possit. Id. ad Cassium 11, 1 *Vbi consistamus, non habemus.* Liv. 28, 15 *Consistere signa in radicibus collium cœperat.* & 16: *signa consisterent, & equestria prælia conserverent.* v. Drakenb. ad Liv. 27, 16. ¶ 4. In illo Cic. Tusc. 1, 23 *Vel concidat omne cœlum, omnisque natura consistat oportet*: CONSISTAT pro *desinat* positum est. *Consistere* enim dicitur, quod non procedit amplius, neque in motu est, ins stecken gerathen. Quod ubi naturæ accidit, desinere eam oportet. ¶ 5. *Consistere* etiam dicuntur, quibus alvus desiit fluere. Cic. fam. 7, 26 *Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie demum videar cœpisse consistere.* Ita in Palatino exemplari. Manutius edidit, *videatur*: ut ipsa διάῤῥοια dicatur consistere. ¶ 6. Metaphoræ sunt elegantes Cic pro Quintio cap. 9 *In hoc summa judicii caussaque tota consistit*, darauf stehet und beruhet es. *Utrinque constitit fides*, Liv. 2, 13. Et Cic. pro Marcell. c. 7 *Resp. in unius anima consistit*, es kömmt auf eines menschen leben an. *Victoria in eo consistit*, D. Brutus ad Cic. fam. 11, 13. *Consistere in sententiâ*, auf der meynung bestehen, Cic. fam. 7, 17. Id. de Senect. cap. 20 *Tranquillo consistere animo.* Ter. Adelph. 4, 4, 4 *In pectore consilii nihil consistere quit*, ich kan keine resolution fassen. Balb. sub Cic. Att. 8, 15 p. 818 *Cum constiterit, & timere desierit*, wenn er sich fassen wird. Ipse Cic. Att. 8, 11 pr. *Constitit consilium*, i. e. certum captum est. vid. Burm. ad Quint. Decl. 349 p. 737. Cic. Att. 1, 16 pag. 108 *Personam Cos. nulla in re consistere unquam sum passus*, i. e. omnibus ejus consiliis obstiti. ¶ 7. *Consistere*, active, idem quod *constituere* est: ut, *Causam consistere*, Gell. 5, 10. Et Lucret. 6, 10 *Et per quæ possent vitam consistere tutam.* Vide Gisan. ad Lucret. & Turneb. Adverss. 2, 12; Cort. ad Sall. Iug. 49, 5.

¶ Consistens, *tis.* Cic. de Orat. 1, 61 *Neque is consistens in loco, sed inambulans.*

¶ Constitio, *ōnis*, f. actio consistendi. Gell. 16, 5 *Ab illa grandis loci constitione & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt.* conf. Macrob. 6, 8. Male alii edidere *consistione.*

¶ Consistōrium, *i*, n. recentioris latinitatis vocabulum, quo consilium principis significatur: quod consiliarii ibi ad tractandum consistant & imperatori velut adsint, die rathsstube, das parlament. Qui & ipsi ex eo *Consistoriani comites* appellati, Räthe. v. ICtos & Iac. Gothofr. discursu Hist. ad L. quisquis C. ad L. Iuliam Majestatis p. 50 & 51. Adde auctores non contemnendos, quos citat Borrich. in Cogit. p. 73; & Cellar. in Cur. poster. p. 139, e. g. Ammian. 14, 22 *Admissus in consistorium.* Et 15, 8 *Consistorium solus ingressus intimum*, in geheimen rath. Mart. Capella lib. 1 *Intra Consistorium regis.* Auson. ad Gratianum: *In illa sede, ut ex more loquimur consistorii.* ¶ 2. Apud Sidonium 2 epist. 2 *Consistorium* locus dicitur, in quo cubicularii servi consistebant. Quemadmodum Tertull. de Resurrect. c. 20 *Terram*, in qua homines consistimus, *Consistorium* appellat, quod Savaro ad laudatum Sidonii locum observavit. Verba Tertulliani sunt: *Si juvari seu lædi debet terra, id quoque propter hominem, ut ille juvetur sive lædatur per consistorii sui exitus: quo magis ipse pensabit, quæ propter ipsum etiam terra patitur.* Id. Tertull. ad Vxor c. 6 *Consistorium libidinum publicarum*, lupanar dixit.

¶ Consistorianus, *i*, m. qui jus sedendi in consistorio habet, ein Rath. Ammian. 15, 5 *Deficientibus consistorianis.* v. ibi Vales. & supra *Consistorium* n. 1.

¶ Desisto, *ĕre*, desinere, ac ita quidem, ut habeat quandam mutatæ mentis & consilii significationem, ablassen, abstehen. v. Broukh. ad Tib. 1, 9, 71. Ita etiam *Desistere incepto*, Liv. 25, 2; *conatu*, Cæs. B. G. 1, 8 extr.; *negotio*, Id. B. C. 3 extr. & *de negotio*, Hirt. B. Afric. c. 45; & *ab illa mente*, Cic 5 fam. 2. *Desistere caussa*, Idem fam. 1, 9. *Desistere litibus*, Ter. Phorm. 4, 3, 29. Passive Plaut. Mil. 3, 1, 142 *Nunc jam istis rebus desisti decet.* ¶ 2. Et cum infinitivo: *Vt aliquando de judiciis dicere desistamus*, Cic. Verr. 2, 48 pr. ¶ 3. Pro resistere vel subsistere capiendum docet Heins. in illo Ovid. Her. 4, 8 *Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit Lingua, ter in primo destitit ore sonus.*

¶ Existo, sive Exsisto, *ĕre*, exoriri, emergere, evadere, hervor kommen. Liv. 25, 21 pr. *Simul omnes e latebris existerent*, i. e. exsilirent. v. not. Gron. Cic. Verr. 1, 37 ext. *Quid expectas? an dum ab inferis ille Malleolus exsistat?* Id. Divin. 1, 28 pr. *Cum delapsus in flumen nusquam apparuisses -- te repente lætum extitisse.* Plura dabit Burm. ad Ovid. met. 2, 264. ¶ 2. Significat nasci, esse incipere, werden, entstehen. Cic. pro Rosc. cap. 28 *Ex luxuria exsistat avaritia necesse est, ex avaritiâ erumpat audacia.* Id. de Orat. 1, 2 *Plures in omnibus artibus admirabiles extiterunt.* Et de Orat. 2, 46 *Poëta bonus nemo sine quodam afflatu divino existere potest.* Et ad Herenn. 1, 13 *Si furiosus existet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.* Quod Cic. Tusc. 3 velut interpretatus, *si furiosus*, inquit, *esse incipit &c.* Suet. Aug. c. 32 *Plurima pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, vel per pacem etiam exstiterant.* v. Gronov. ad Liv. 25, 21; Burmann. ad Ovid. Metam. 2, 264. ¶ 3. Vulgo, præsertim in philosophorum scholis ponitur pro *esse*, seyn; cui rationi præsidium quæritur tum in uno alterove exemplorum, quæ modo laudavimus, tum Cic. Att. 10, 11 p. 170 *Quo magis timeo, ne in eum exsistam crudelior*: in quibus non tam ad initium agendi, quam ad manifestationem & notitiam publicam respicitur.

¶ Existens, *tis.* Hinc

¶ Existentia, *æ*, f. est, qua res actu est, die wirklichkeit, vox philosophica.

¶ Insisto, *ĕre*, stare, auf etwas stehen. Plaut. Amph. 5, 1, 11 *Vbi quisque insteterat, concidit.* ¶ 2. Item, subsistere, interquiescere, nec ulterius pergere, still stehen. Cic. Nat. D. 2, 20 *Tum omnino ne moventur quidem* (stellæ), *sed ad quoddam tempus insistunt.* Hinc *Institiones stellarum* alibi dixit, de quo infra in *Sto.* Id. in Orat cap. 66 *Sæpe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum.* Id. Acad. 4, 29 *Rebus illustribus insistit.* ¶ 3. *Insistere viam*, est premere & pergere viam, quam ingressus sis: Ter. Eun. 2, 3, 3. Et, *Qua quærere insistam vid*, Id. Phorm. 1, 4, 15. Plaut. Cist 4, 2, 11 *Vtrum hac an illac iter insisteret. Insistere vestigiis alicujus*, Cic. de Orat. 3, 9, eines fußstapfen folgen. *Insistere vestigiis alieni*, hoc est, sequi aliena vestigia, Quintil. in proœmio lib. 3. *Insistere vestigiis suarum laudum*, Liv. 5, 30. Et, *Insistere vestigia*, Virg. Æn. 11, 573. ¶ 4. Instituere, animum inducere, incipere, unternehmen, ubi Germani fere omittunt. Plaut. Capt. 3, 4, 53 *Ne quid tu hoic temere insistas credere*, traue ja nicht leichtl. Gell. 5, 10 *Petere institit ex pacto mercedem.* Cic. fam. 10, 16 *Flagitare senatus institit Cornutum, ut referret statim de literis.* Et de Orat. 3, 1 *Pignoribus ablatis, Crassum institit coërcere.*

¶ Insistens, *tis.* Cic. Divin. 2, 62 *Naturam dico, qua nunquam animus insistens motu carere potest.*

¶ Instito, *are*, frequent. Cæs. B. G. 1, 25 *Rursus institare & prælium redintegrare.* Alii *instare.*

Instita, institio, institor, vide infra in *Sto.*

¶ Intersisto, *ĕre*, in medio resistere, im mittel still halten, stutzen, apud Quintilianum aliquoties legitur, ut 8, 3. Et 9, 4 *Intersistentes clausulæ.*

Interstes, interstitio, interstitium, vide in *Sto.*

¶ Obsisto, *ĕre*, obstare, repugnare, sich stämmen, widerstehen; ut, *Audaciter alicui obsistere*, Cic. de Senect. c. 20. *Nullæ opes multorum odiis obsistere possunt*, Id. Off. 2, 7. *Studiis in re bona ne æquum quidem est obsistere*, Id. de Amic. c. 8. Et Nepos 17, 4, 5 *Obsistere ei conati sunt Athenienses.* Pass. Cic. Fin. 4, 7 *Magnitudine animi facile posset repugnari obsistique fortunæ.*

¶ Obsistens, *tis.* Liv. 2, 10 *Obsistens obtestansque Deum & hominum fidem.*

¶ Obstitus & Obstītus, *a, um*, ab *obsistendo* dicitur, & *obliquum* significat, verkehrt, schlimm; ut in illo Lucretii 4, 519 *Omnia mendose fieri, atque obstita necessum est.* Ita enim Festus h. l legit, non *obstipa*, ut vulgo: & Apul. de Deo Socrat. p. 42 *Pro situ, & stata, & obstito circulorum.* Idem paullo ante *Radii solis obstiti*, i. e. obliqui, curvi, quæ lectio est Ios. Scaligeri. v. Elmenh. not. ¶ 2. Notatur eo, quod violatum tactumque de cœlo est. Cic. de Legib. 2, 9 *Fulgura atque obstita pianto.* Plura de hoc vocabulo Festus & in not. Dacer. & Voss. in Etym. p. 351.

¶ Obstetrix, *īcis*, f. ab *obsistendo*, i. e. circumsistendo, vel adsistendo, dum parturientibus fert opem, die wehmutter, hebamme. Ter. Andr. 1, 5, 64 *Obstetricem accerse.* Donatus ibi: *Quæ opem tulerit parturienti*, OBSTETRIX *dicitur. Vnde parturientes*, FER OPEM, *clamant.* Adde Plaut. Capt. 3, 4, 96.

¶ Obstetrīcius, *a, um*, adject behülflich, als eine wehmutter; ut, *Manus obstetricias quærere*, Arnob. 3 p 106. ¶ 2. In neutro absolute est officium obstetricis, hebammen-dienst. Plin. 35, 11 *Iove liberum parturiente depicto mirato, & muliebriter ingemiscente, inter obstetricia Deorum.*

¶ Obstetrīco, *āre*, & Obstetricor, *āri*, beystehen, als eine hebamme. Vulg. interpr. Exod. c. 1, 16.

¶ Persisto, *ĕre*, perdurare, perseverare, beharren; ut, *Persistere in proposito*, Apulej. *Pertinacissimus fueris, si in eo persteteris*, Cic. de Finib. 2, 33. Et, *In impudentia persistere*, Liv. 38, 14.

¶ Prosisto, *ĕre*, heraus stehen. Hinc

¶ Prosistens, *tis.* Apul. Met. lib. 11 *Foliis in modum radiorum prosistentibus.* Ita Elmenh. p. 269, & Pric. p. 257, hoc est, prominentibus, antestantibus.

¶ Resisto, *ĕre*, consistere, stehen, still stehen; ut Ovid Fast. 5, 234 *Restitit ad nostras fessa labore fores.* Cic. pro Mur. cap. 39 *Nihil est jam, unde nos resciamus, aut ubi lapsi resistamus.* Plaut. Catin. 3, 6, 9 *Dabo μέγα κακόν, ni resistis.* Cæs. B. C. 2, 35 *Vbi ille Japias appellatus a se prospexit ac restitit, & quis esset aut quid vellet, quæsivit.* ¶ 2. Sed, *Legiones hostibus resistunt*, i. e. repugnant, sie thun widerstand, Cæs. B. G. 2, 22. Sic, *Fortiter resistere dolori*, Cic. fam. 5, 17. *Resistere & repugnare contra veritatem*, Id. pro Rosc. Com cap. 17, widerstreben. *Sero desistimus ei, quem per annos decem alatmus contra nos*, Id. Att. 7, 5. *Adversus resistere*, Nepos dixit 16, 1, 3: *Eos*, inquit, *esse solos, qui adversus resistere auderent.* Idem 25, 3, 2 *Ne qua sibi statua poneretur, restitit*, i. e. prohibuit. Pass. Cæs B. G. 5, 30 *Quam a Cotta acriter resisteretur.* Solin. c. 24 ed. Salm. *Fluctus ingrui resistuntur*, al. aliter. Imperf. Cic. de Rep. apud Priscian. 15 pag. 1014 *Non facile valenti populo resistitur.*

¶ Resistens, *tis.* Cæs. B. G. 2, 23 *Rursus regressos ac resistentes hostes in fugam dederunt.* Quintil. 11, 2 *Resistens oratio.*

¶ Restito, *āre*, frequentat. sich aufhalten zaudern. Liv. 7, 39 *Vbi restitaret, mortem denunciantes.* Ter. Eun. 4, 4 pr. *Exi foras, scelestе, at etiam restitas?* Plaut. Capt. 3, 2, 3 *Ita me miserum restitando Retinendoque lassum reddiderunt.*

¶ Restitans, *tis.* Liv. 10, 19 *Prope restitantes consules.* Id. 30, 31 *Restitantem ac tergiversantem attraxerim.* Plin. 8, 16 de leone: *Quamlibet magna canum & venantium urgente vi contemtim restitansque cedit in campis.*

¶ Restitrix, *īcis*, f. Plaut. Truc. 4, 2, 5.

¶ Subsisto, *ĕre*, est in aliquo loco commorari, stehen bleiben; ut *Quater ipso in limine portæ subsistit &c.* Virg. Æn. 2, 242. *Subsistere & exspectare*, Cic. pro Mil. c. 19. ¶ 2. Tralate pro durare & firmum esse ad sustinendum aliquid. *Non, si Varronis thesaurus haberem, subsistere sumtui possem*, ich könte die unkosten nicht ausstehen, Brut. Cic. fam. 11, 10. ¶ 3. Est & venatorium & militare verbum: ut, *Subsistere feras, subsistere hostem*, i. e. excipere, nec irruenti cedere, anlauffen lassen. Liv. 1, 4 *Iam non feras tantum subsistere, sed*

ſed in latrones præda onuſtos impetum faecre. Cæſ. B. G. 1, 15 *Hoſtes audacius ſubſiſtere, nonnunquam prælio noſtros laceſſere cœperunt.* ¶ 4. Plin. 12, 25 *Subſiſtit proceritas balſami intra bina cubita,* id eſt, non ultra procedit, ſie erſtreckt ſich nicht drüber. ¶ 5. Pro *dubitare* poſuit Vlp. L. 33 § 1 Dig. de procurat. *Et quantum ad filiumfamilias, verum eſt, in ſervo vero ſubſiſtimus.* Plane ita nos: wir ſtehen an.

¶ Subſiſtens, *tis.* Cæſ. B. G. 8, 28 *Pedites toto agmine ſubſiſtentes equitibus ſuis ferunt auxilium.*

¶ Subſiſtentia, *æ,* f. apud Celſum.

¶ Superſiſto, *ĕre,* drüber ſtehen. Ammianus 29, 7 *Cærimoniali ſcientia ſuperſiſtit.* Ita Valeſius diſtinguit p. 553; Lindebrogius ad ſequentia verbum alligat p. 415. In ipſo autem verbi uſu ac notione conveniunt uterque.

SISTRVM, *i,* n. σεῖστρον a σείω fortaſſe factum, quod eſt *concutio.* Erat enim crepitaculum æneum in ſacris Iſidis, quod manu tenebatur & quatiebatur, eine Klapper. v. Paſſerat. ad Propert. 3 eleg. 11. Speciem ejus depictam dedit Steph. Claverius ad Perſii ſat. 6 p. 268. it. Brouckh. ad Tib. 1, 3, 23. Adde Barth. ad Stat. Silv. p. 301; Turneb. Adverſ. 26, 33; Et Ouzel. ad Minut. Fel. p. 87. *Siſtrum* etiam eſt, quod deſcribit Apulej. Met. 11 p. 243. Crepitaculum etiam puerile ita appellatur, ut apparet ex Martial. 14 epigr. 54, cujus lemma *crepitaculum: Hæc quatias tenerâ garrula ſiſtra manu.* Ovid. Pont. 1, 1, 38 *Siſtra timula* dixit. Apud Ægyptios vicem tubæ ſuſtinuit: Virg. Æn. 8, 696 *Patrio vocat agmina ſiſtro.* Conf. Sen. de Vit. beata c. 27; Apul. Met. 2 p. 127; Petron. c. 114. Conf. Bened. Bachini Diſſert. de Siſtris.

¶ Siſtrātus, *a, um,* qui ſiſtrum gerit; ut, *Siſtrati,* & *ſiſtrata turba* de Iſiacis apud Martialem 12 epigr. 29.

SĬSVĔNA, vel Suſurna, *æ,* f. pl. plebejum vocabulum ex σισύρα, ut Ammianus explicat 16, 6; vulgaris ſtragula vel tunica ex pellibus. Valeſius ad d. l. Ammiani p. 115 ex Heſychio & Lycophronis Scholiaſte tradit, σισύραν quidem *pellem* eſſe; σισύρναν vero *tunicam ex pellibus caprinis conſarcinatam.* Addit autem, negligi ſæpe diſtinctionem, & ipſam quoque σισύραν pro *tunica* ſumi, ut in Polinæi lib. ult.

SĬSYMBRIVM, *i,* n. σισύμβριον, planta duorum generum: prius *Siſymbrium hortenſe* & *menta Romana* dicitur, bachmünze, krauſemünze; alterum *Siſymbrium aquaticum,* brunnkreſſe. Matthiolus. Adde Plin. 19, 8; & 10, 20 & 22; Apul. de Herb. c. 62 & 105; Pallad. in April. t. 3. Ovid. Faſt. 4, 869 *Cumque ſua dominæ date grata ſiſymbria myrto.*

SĪSŸPHVS, *i,* m. Σίσυφος, qui latrociniorum ſuorum pœnas dans apud inferos, ſaxum ingens in montem altiſſimum advolvere fingitur, ita, ut magno vix labore advolutum ſemel, ſtatim relabatur. Virg. Æn. 6, 616 *Saxum ingens volvunt alii, &c.* Ovid. Met. 4, 459 *Aut petis aut urges ruiturum, Siſyphe, ſaxum.* Vide in Chil. Proverb. *Siſyphi ſaxum volvere,* quod inexhauſto & inutili labore defatigari eſt, groſſe arbeit thun, und nichts ausrichten.

¶ Siſyphius, *a, um,* adject. Seneca in Hercule furente v. 751 *Cervice ſaxum grande Siſyphiâ jacet.* Et Propert. 2, 20, 32 *Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.* Sil. 14, 52 *Siſyphius Iſthmus,* i. e. Corinthiacus, ubi regnavit Siſyphus. Ita Ovid. Her. 12, 204 *Siſyphiæ opes,* quas Corinthia ſponſa adfert Iaſoni.

¶ Siſyphĭdes, *æ,* m. patronym. i. e. Vlyſſes Siſyphi filius ex Autolyca, quam Laërtæ deſponſatam ille violaverat, v. Ovid. Art. am. 3, 313.

SĪSŸRINCHIVM, *i,* n. σισυρίγχιον, bulbi genus, Plin. 19, 5 & 6.

SĪTĂNIVS, *a, um,* σιτάνιος, aut, σιτάνεος, quaſi ex σῖτος, & νέος, *frumentum novum.* Ita Plinius *panem ſitanium* vocat a frumento trimeſtri factum 22, 25. ¶ 2. *Sitanium,* ſubſt. σιτάνιον, frumenti genus, Dioſc. 2, 77. conf. ſupra *Setanium.*

¶ Sītōnia, *æ,* f. σιτωνία, i. e. cura rei frumentariæ, das proviant-meiſter-amt. Vlp. 50 Dig. t. 5 l. 2 *Ad munus ſitoniæ vocari.*

¶ Sitŏcōmia, *æ,* f. σιτοκωμία, eadem præfectura, quæ *Sitonia.* vid. Vlpian. Dig. lib. 50 t. 5 l. 5.

¶ Sitōna, *æ,* m. σιτώνης, frumentarius, curator frumenti emendi, ein proviantverwalter. Arcad. Chariſ. ICt. D. 50 t. 4 l. 18 § 5; & Papir. ICt. D. 50 t. 8 l. 9 § 6. *Sitonæ, Sitophylaces, Sitologi,* curatores erant apud Athenienſes coëmendo frumento; *Sitarchi, Sitometræ,* diſpenſatores annonæ publicæ. v. Wolfius T. 5 Operis Demoſthenici f. 358. Hinc &

¶ Sitarchia, *æ,* f. σιταρχία, eadem præfectura rei annonariæ, apud Apulejum lib. 2 Mileſ. *Hac ſitarchia navigium Veneris indiget ſola.* Ita Elmenh. p. 119, & Pric. p. 28. Sed

¶ Sītarcia, *æ,* f. viaticum, ſive commeatus nauticus. Hieronymus Prolog. in Nov. Teſt. *Satisque miror, Euſebi dilectiſſime, cur Romam ſubito navigaturus, hanc tibi a me quaſi ſiſtarciam dari volueris.* Sed potius eſt, ibi *Sitarciam* legere: nam σιταρχία, *annona* eſt, proviant. Idem Hieron. in vita Malchi extr. *Quibus adſcenſis, nova ſitarcia, id eſt, annonâ refocillati decima tandem die ad Romana per deſertum caſtra venimus &c.* Iuvenal. 12, 60 *Mox cum reticulis, & pane & ventre lugeas Aſpice ſumendas in tempeſtate ſecures.* Vbi Vetus Scholiaſtes, cum notaſſet, viaticum hic, quod nautæ ſibi aſſumunt, a poëta deſcribi, mox poſteriorem verſum circumlocuturus ſubjicit: *Inter ſitarciam & ſecurem neceſſariam putato ad navem vehendam:* id eſt, in reliquo viatico navali. Vulg. Int. 1 Sam. 9, 7 *Panis deficit in Siſtarciis.* Vbi *Siſtarciæ* vel *Sitarciæ* potius ſacculi ſeu peræ ſunt, in quibus cibi portantur. Vſus *Sitarciæ* voce eſt Chryſologus Serm. 8. conf. Iſidor. 20, 9.

Sitella, vide mox *Situla.*

SĪTHŎNIA, *æ,* f. regio Macedoniæ littoralis juxta Ægæum mare, Herodot. 7, 122.

¶ Sithŏnius, *a, um,* adject. Horatio 1 od. 18, 19 *Sithonii* ſunt Thraces. Virg. ecl. 10, 66 *Sithoniasque nives hiemis ſubeamus aquoſæ.*

¶ Sithon, *ŏnis,* aliud adjectivum. Ovid. Faſt. 3, 716 *Sythones, & Scythicos longum numerare triumphos.*

¶ Sithŏnis, *ĭdis,* f. patronymicum pro poſſeſſivo. Ovid. Heroid. 2, 6 *Nec vehit Æacas Sithonis unda rates.* Phyllis ita vocatur ab eodem Rem. Am. v. 605.

Sitibundus, vide *Sitis,* Siticen, *Situs,* Siticŭla, ſiticuloſus, ſitio, *Sitis.*

SĪTIS, *is,* f. bibendi appetitus, der durſt; ut, *Accendere ſitim,* Celſ. 3, 6 *Enecari ſiti,* Cic. Tuſc. 1, 5. *Colligere ſitim labore,* Ovid. Met. 5, 446, durſtig werden. Ita, *Sitim levare, relevare; depellere potione, compeſcere, expellere, reſtinguere, ſedare,* locutiones ſunt oratoribus & poëtis communes, den durſt löſchen. Mela 1, 4 *Ob ſitim cæli terrarumque deſerta.* Curt. 4, 16, 13 *Sitis fatigatos & faucios exurebat.* Idem 7, 5, 7 *Aliqua paulliſper repreſſit ſitim.* ¶ 2. *Sitis* pro nimia cupiditate cujuscunque rei, begierde. Horat. 1 epiſt. 18, 23 *Argenti ſitis importuna famesque.* Iuvenal. 10, 140 *Tanto major famæ ſitis eſt, quam Virtutis: quis enim virtutem amplectitur ipſam, Præmia ſi tollas?* Cic. in Parad. 1 *Neque enim unquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis.*

¶ Sītĭcŭla, *æ,* f. dimin. Gloſſ. lat. gr. *Siticula,* δίψα.

¶ Sītĭcŭlōſus, *a, um,* durſtig, dürre; ut, *Solum ſiticuloſum & peruridum,* Colum. 3, 11. *Siticuloſa loca,* Id. de Arbor. c. 16. *Siticuloſa Apulia,* Horat. epod. 3, 16. Adde Vitruv. 7, 2; Plin. 23, 6; Pallad. Ian. t. 13; Sidon. 2, 2.

¶ Sĭtio, *īvi, ītum, ſitire,* ſiti laborare, dürſten, durſt haben. Propria notio per ſe patet. Quo pertinet illud Cic. in Piſ. c. 25 *Ipſe cum hominibus quindecim male veſtitis ad portam Cælimontanam ſitiens perveni.* Iuſtin. 1, 8, 13 *Satia te ſanguine, quem ſitiſti.* Paſſiv. Plin. 17, 2 *Humor ſititur diſtillans.* Ovid. Faſt. 1, 216 *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.* conf. Periz. ad Sanct. Minerv. 3, 3, 10 pag. 313. ¶ 2. Metaphorice uſitatius. Sic, *Sitiunt agri,* Cic. in Orat. c. 24; & *ſegetes,* Quintil. 6, 6. *Sitit herba,* Virg. ecl. 7, 57, das feld iſt dürre. ¶ 3. *Luna ſitire* Catoni & Plinio dicitur, quum interlunium eſt, quod docet Meurſ. ad Caton. R. R. c. 29. Et Plin. 17, 9 ſ. 8. *Fimum miſcere terræ, plurimum refert Favonio flante, ac luna ſitiente.* v. Harduin. Quam *ſitientem* hoc loco, mox *ſiccam* vocat: *Curandum,* inquit, *ut ab occaſu æquinoctiali flante vento fiat, luna decreſcente & ſicca.* ¶ 4. Per aliam translationem Cic. ad Qu. fratr. 3, 5 *Nec ſitio honores, nec cupio gloriam,* ich bin nicht ehrgeitzig. Id. Phil. 5, 7 *Sanguinem veſtrum ſitiebat.*

¶ Sitiens, *tis,* durſtig, begierig. Petron. cap. 120 *Tiſiphone ſitientes perluit artus.* Plin. 13, 4 *Sitiens annus,* ein dürres jahr. Cic. pro Planc. c. 5 *Sitientem me virtutis tuæ deſeruiſti.* Et Att. 2, 14 *Fac venias ad ſitientes aures,* hoc eſt, aviditſimas audiendi. Sil. 3, 578 *Semper famæ ſitiens.* Plin. 13, 25 *In oriente gignitur ſpina, quæ ſitiens vocatur.* De *Luna ſitiente* v. *Sitio* n. 3.

¶ Sītienter, adverb. avide, dürſtiglich, begierig; ut, *Sitienter quid expetere,* Cic. Tuſc. 4, 17. *Sitienter haurire,* Prudent. Cathem. 4, 88. Et, *Hauriendis voluptatibus ſitienter incumbere,* Lactant. 2, 1. *Hujus ſitienter ſanguinem lambunt,* Minut. Fel. 9, 7.

¶ Sītītor, *ōris,* m. qui ſitit, qui deſiderat, der durſt oder verlangen hat; ut, *Sititor novitatis,* Apulej. 1 Metam. ſub init. p. 103.

¶ Sītībundus, *a, um,* vehementer ſitiens, gar durſtig. Onomaſt. Vet. *Sitibundus,* διψαλέος. Plaut. Aul. ſuppoſ. v. 28 *In opibus magnis paupores, & ſitibundi in medio oceani gurgite.*

Sitive, vide *Situs,* Sitonia, ſitonæ &c. *Sitanius.*

SITTĂCE, *es,* f. idem eſt ac *Pſittacus,* ein papagoy, de quo Plin. 8, 42 *India hanc avem mittit, ſittacem vocat, viridem toto corpore, &c.*

SITTŸBA, *æ,* f. σιττύβη, membranula, cujus tegumento liber a pulveris temporisque injuria integer conſervatur, die bücherſchaale. Cic. Att. 4, 5 *Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione & ſittybis.* Et 4, 8 *Sittybis libros illuſtrarunt.* Sed vid. *Syllibus.*

SĪTŬLA, *æ,* f. vas, quo aquæ hauriuntur, ein waſſer-eymer, ſchöpffgelte. Plaut. Caſ. 4, 17 *Situlam huc tecum afferto cum aqua.* Alii *ſtellam* legunt. Paul. l. 40 § fin. D. de contrah. empt. *Rota quoque, per quam aqua trahitur, nihilo minus ædificii eſt, quam ſitula.*

¶ Situlus, *i,* m. idem; ut, *Situlus aquarius,* Cato R. R. c. 10. *Situli pendentes ærei congiales,* Vitruv. 10, 9.

¶ Sītella, *æ,* f. dimin. Vet. Gloſſ. *Sitella,* ὑδρία. ¶ 2. Deinde pro urna ad ſortes. Plaut. Caſ. 2, 5, 34 *Conjiciam ſortes in ſitellam & ſortiar &c.* ich will die looſe zuſammen thun. Liv. 25, 3 *Sitella allata eſt, ut ſortirentur.* v. ibi Gronov.

SĪTVS, *a, um,* quod Priſcianus p. 908 a *Sino* paſſivo fecit, idem eſt quod *poſitus,* geſetzt, gelegen, geſtellt. Liv. 1, 36 *Cotem quoque eodem loco ſitam fuiſſe memorant,* i. e. repoſitam. Ter. Heaut. 5, 2, 44 *Adoleſcens minima in ſpe ſitus,* der wenig zu hoffen hat. Plaut. Capt. 3, 44 *Res omnis in incerto ſita eſt,* es ſtehet alles zweifelhaftig. Cic. Tuſc. 5, 12 *In eo ſitam vitam beatam putas.* Tac. Hiſt. 4, 22, 5 *Vallum quod duabus legionibus ſitum,* für zwey regimenter angelegt. Id. An. 2, 7, 3 *Veterem aram Druſo ſitum diſjecerant;* h. e. quam Druſus poſuerat. Et An. 6, 41, 3 *Cæterasque urbes, quæ Macedonibus ſitæ,* id eſt, ſtructæ a Macedonibus. Id. Hiſt. 4, 33, 2 *Rapiunt hiberna in tranſitu Aſciburgi ſita.* Apud Martial. 12 ep. 63 *Sciſſum & ſitum* opponuntur: *Sciſſa,* inquit, *nec ad manes, ſed ſita dives humus; Sciſſa humus,* auri & argenti fodinis aperta: *Sita,* integra poſitu, nec ſuffoſſa aptaque ferendis frugibus & ita dives. ¶ 2. De poſitione loci frequenter ſumitur. Liv. 30, 24 *In quo ſinu ſita Carthago eſt,* es liegt da. ¶ 3. De poteſtate etiam dicitur, quam quis agendi perficiendique habet. Ter. Andr. 1, 5, 41 *Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum,* ſo es bey dir allein ſtünde. *Sita eſt poteſtas in te,* Cic. pro Mur. cap. 38. ¶ 4. *Siti,* κατ' ἐξοχήν dicebantur mortui. Ter. Phorm. 1, 2, 47 *Hæc erat ſita ex adverſo* de funere nondum elato. Sic frequentius dicitur de ſepultis, begraben. v. Gell. 20, 2, unde & *ſiticines* dicti, de quibus mox dicetur. Cic. de Leg. 2, 22 *Declarat Ennius de Africano,* HIC EST ILLE SITVS. *Vere. Nam SITI dicuntur*

dicuntur ii, qui conditi sunt; nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam justa facta & corpus incensum est.

¶ Situs, *us*, m. subst. die lage, gelegenheit, gegend; ut, *Erat ejusmodi fere situs oppidorum*, Cæs. B. G. 3, 12. *Cognoscere situm castrorum*, Id. 5, 55. Ita, *Situm membrorum*, dixit Cic. N. D. 2, 61. Et plur. Acad. Qu. 4, 39 *Corpora nostra non novimus, qui sint situs partium, quam vim quæque pars habeat &c.* ¶ 2. *Situs* corruptio etiam illa est, sive lanugo humida, & illuvies in rebus, quæ diu non motæ loco, aut repurgatæ, aut in opaco asservatæ sunt, der ſchimmel, roſt und unflat an dingen, ſo beſchlagen. v. Vall. 6, 25. *Situ corrumpi*, Plaut. Truc. 5, 23, verſchimmeln, beſchlagen, verroſten. *Situm ducere*, Quintil. 1, 2. Et Tibull. 1, 11, 50 *Militis in tenebris occupat arma situs.* ¶ 3. Quin & de corporis habitu ac vultu *situs* dicitur, die altgefreſſene und elende geſtalt; ut, *Fœda situ macies*, Lucan 6, 516. ¶ 4. Solitudinem quoque notat in illo Statii 2 Silv. 1, 68 *Et situs in thalamis, & mœsta silentia mensis.* v. ibi Barth. p. 174.

¶ Sitive, adverb i. e. quoad situm. Tertull. adverſ. Praxean. c. 29 *Licet aqua fontis sitive patiatur in fluvio.*

¶ Situātus, *a, um*, i. e. situs, gelegen. Flor. 2, 18, 2 *Numantia in tumulo apud flumen Durium situata.* Sed *sita* subſtituerunt alii, quibus & hoc, & *Situatio*, pro opportunitate loci, barbarum eſt.

¶ Sitīcen, *ĭnis*, m. qui ad funera canebat, ein leichenpfeifer. Gellius 20, 2 *Nos in Capitonis Attei conjectaneis invenimus fitícines appellatos, qui apud sitos cunere soliti essent, hoc est, vita functos & sepultos &c.* Alii sunt *Siciniſtæ*, de quibus ſuo loco. conf. Kirchman. de Funer. Rom. 2, 4 p. 135 & 146. Et Cato apud Non. 1, 268.

Compoſita:

¶ Adsĭtus, ſeu Assitus, *a, um*, adjacens, anliegend. Apul. Florid. pr. p. 340 *Neque longule dissita, neque proxime assita possimus cernere.* Et Horat. 2 epiſt. 2, 170 *Populus* (arbor) *adsita certis limitibus.* vid. mox *Dissitus.*

¶ Circumsĭtus, *a, um*, circumjacens, umher gelegen. Ammian. 23, 26 *Circumsitos populos ad ditionem gentilitatemque trahere nominis sui.*

Consĭtus, vide ſupra in *Sero, sevi* n. 2.

Desĭtus, vide in *Sino*, & in *Sero, ui.*

¶ Dissĭtus, *a, um*, weit von einander gelegen; ut, *Pars animæ per totum dissita corpus*, Lucret. 3, 144, id eſt, diſperſa. Adde in *Adsitus* productum Apuleji exemplum. Scioppius Animadv. in Voſſium hæc talia a *Sero* ſemper vult derivari.

¶ Dissĭtūdo, *ĭnis*, f. die ferne, weite, entlegenheit. Serv. Sulp. in epiſt. *Si quid ex his studiis olim fortasse libassem, totum in dissitudine tanti temporis perdidissem.* Ita emendat Barthius Adverſ. 12, 18.

Insitus, vide ſupra in *Sero, sevi.*

¶ Intersĭtus, *a, um*, darzwiſchen gelegen. Apul. de Deo Socrat. p. 45 *Sunt quædam mediæ potestates inter summum æthera & infimas terras, in isto interstitæ aëris spatio &c.* Plin. 3 epiſt. 19 *Intersita peregrinatio*, quod huc rectius refertur, quam ad *interserere*, ut vulgo ſolet.

¶ Obsĭtus, *a, um*, tectus, bedeckt, beſetzt. Inſervit circumlocutionibus: *Obsita tenebris loca*, finſter, ex poëta Cic. Tuſc. 1, 21. *Partem militum locis circa densa obsita vinctis obscuris subsidere in insidiis jussit*, Liv. 1, 14, ad quem locum v. Drakenb. *Nivibus obsitum iter*, beſchneyt, Curt. 5, 6, 13. *Pannis annisque obsitus*, id eſt, ſenex pannoſus, alt und zerlumpt, Ter. Fun. 2, 2, 5. *Obsita squalore vestis*, alt und unflätig, Liv. 2, 23; & *Obsitus squalore & sordibus*, Id. 29, 16. *Rex obsitus ævo*, alt, Virg. Æn. 8, 307. *Io fatis obsita*, rauch, Id. Æn. 7, 790.

¶ Prosĭtus, *a, um*, i. e. ante situs, vorgeſetzt. Abſolute *prosita* propoſita apud Feſtum.

¶ Subsĭtus, *a, um*, ſubjacens, drunter liegend. Apul. 6 Met. p. 174 *Inter subsita convallis sublucidum lucum prospicit fanum.*

SĪVE, disjunctiva conjunctio, ex *si* & *ve* compoſita, entweder, oder. Ter. Andr. 1, 2, 19 *Debine postulo sive aquum est, te oro.* Ibid. 3, 3, 11 *Sive ista uxor, sive amica est*, ſie ſey ſein weib oder ꝛc. Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 1 *Resistas, sive etiam ultro occurras negotiis.* Id. fam. 13, 30 *Sive aderit, sive non venerit*, er mag kommen oder nicht. Particulam *sive* non minus ac *vel* rebus interponi diverſis & incertam eſſe vocum differentiam, quam præbet Vorſt. de Suſpect. mer. Lat. c. 18, pluribus demonſtrat Borrich. Vindic. p. 233. ¶ 2. Memineris, hanc particulam non ſemel aut bis, verum etiam ter ac ſæpius in disjunctionibus repeti ſolere. Quintil. 11, 3 quinquies in una repetiit periodo. Pro *sive* repetendo *seu* poſuit Ovid. Pont. 1, 3, 31 *Sive pium vis hoc, seu vis muliebre vocari.* it. Triſt. 3, 6, 17 & 18 ut ad *seu* retulit *sive* Tr. 3, 8, 25 & 26. Apud Liv. 22, 49 in codd. nonnullis, quos Drakenborch. inſpexit, τῷ *aut* ſubjungit, *sive.*

SIUM, *i*, n. σῖον, herba, waſſerpeterlein, Plin. 22, 22; & 26, 8.

Slavi, vide ſupra *Sclavi.*

SMĂRAGDUS, *i*, m. σμάραγδος, gemma viridiſſima, ein ſchmaragd, oder ſchmaral. v. Plin. 37, 5. Lucret. 4, 1119 *Grandes viridi cum luce smaragdi*, Martialis ſecundam ſyllabam corripuit 5 epigr. 11 *Sardonychas, smaragdos, adamantes, jaspidas uno Versat in articulo.* ¶ 2. Et quia viridiſſimæ viriditatis *Smaragdus* eſt, idcirco pro eadem ponitur. Phædr. 3, 19, 7 de pavone: *Nitor smaragdi collo præfulget tuo.* Auct. carm. de Phœnice: *Albicat insignis misto viridante smaragdo.* ¶ 3. *Zmaragdus* ſcribendum eſſe docent Brouckh. ad Tib. 1, 1, 51: & 2, 4, 27; & Petron. c. 55 p. 273; Burm. ad Ovid. Met. 2, 24.

¶ Smăragdĭnus, *a, um*, denominativum, i. e. viridis, wie ſchmaragd, grün; ut, *Smaragdinum olus*, Apic. 3, 1. *Emplastrum, quod perviride est, smaragdinum appellatur*, Celſ. 5, 19, 4.

¶ Smaragdĭneus, *a, um*, idem. Mart. Capella lib. 1 *Smaragdinea viriditas.* Fortun. Venantius 8, 6 *Atque smaragdineo janua poste viret.*

¶ Smaragdītes, *æ*, m. genus marmoris ſmaragdum referens; item montis nomen, in quo legebantur ſmaragdi, Plin. 37, 5.

Chalcoſmaragdus, vide ſupra *Chalcus.*

¶ Pſeudoſmaragdus, *i*, m. *ex dimidia parte smaragdus, ex dimidia jaspis*, Plin. 37, 5.

SMĂRIS, *ĭdis*, f. σμαρίς, piſciculi genus marini & littoralis; Plin. 32, 6 & 7 & 11. *Menam candidam* vocat Geſnerus, weiſſer heuting. Nam *Mæna*, heuting vel hönting, inferioribus eſt Germanis. conf. Ovid. fragm. Halieut. v. 120.

SMEGMA, *ătis*, n. σμῆγμα a σμήχειν, *purgare*, illud dicitur, quod purgat & abſtergit, die ſeife, fleckkugel. Plin. 22, 25 *Succus ille smegma fit, quo fovere gangrænas, eruptiones pituitæ, ulcera manantia, utilissimum.*

¶ Smegmătĭcus, *a, um*, σμηγματικός, terſorius, ſauberndt. Sic, *Medicamenta smegmatica*, ex Plinii 31, 7 ſub fin. afferuntur. Pintianus ex manuſcripto cod. & Græciſmo contendit, *smectica* legendum eſſe.

¶ Smectĭcus, *a, um*, σμηκτικός, idem. Plin. 30, 4 *Calefacere vel smectica.*

Smila, vide ſupra *Sicila*, in *Sica.*

SMĪLAX, *ăcis*, f. σμίλαξ, planta eſt diverſorum generum. Plin. 16, 10; & 24, 10 *Smilax hortensis*, welſche bohnen; σμίλαξ κνπαία, *Smilax aspera*, ſcharfe winden; σμίλαξ τραχεῖα, *Smilax levis*, ſeu *lenis*; σμίλαξ λεία, windenkraut, weiſſe glockenblumen. Olim Baccho & Cereri ſacra erat. Ovid. Met. 4, 283 *Et Crocon in parvos versum cum smilace flores.*

SMĪLION, *i*, n. σμίλιον, collyrium, apud Celſum 6, 6, 19.

SMINTHEUS, *i*, m. Σμινθεύς, epitheton Apollinis, a σμίνθα, quæ vox *murem domesticum* ſignificat lingua Cretenſium. Hi enim coloniam aliquando deducturi, reſponſum ab Apolline acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi terra geniti ipſis obſtitiſſent. Ad Helleſpontum igitur progreſſi, cum noctu mures clypeos eorum arroſiſſent, oraculi memores urbem ibi poſuerunt, eamque *Sminthiam* appellarunt. Hæc Homeri interpretes. vide Voſſ. 3 Inſt. Orat. p. 332, ubi rem aliter refert. conf. Arnob. 3 p. 119. *Sminthium templum*, Plin. 5, 30.

SMYRIS, *ĭdis*, vel *ĭtis*, f. utriusque enim declinationis invenio exempla, vel λίθος σμύρις, *lapis Smyris*, cujus pulvere expoliuntur gemmæ: quoque utuntur dactylioglyphi, hoc eſt, qui annulos exſculpunt; commendatur etiam dentifricio. vid. Dioſc. 4, 100. Schmirgel vocant vulgo. v. Matthiol.

SMYRNA, *æ*, f. Σμύρνα, civitas poſtrema Ioniæ maritima, pulcherrima, celebris quondam etiam Homeri templo & ſtatua. Ejus laudationem Ariſtides ſcripſit. v. Strabo lib. 14. Metropolis Aſiæ fuit. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 608; it. p. 648. ¶ 2. *Smyrna*, poëma Cinnæ vatis, de quo Catullus carm. 94. conf. Turneb. Adverſ. 17, 17. ¶ 3. *Smyrna* a Græcis myrrha dicitur, myrrhen. Sic, *Smyrnæ odor*, Lucret. 2, 502. conf. Dioſc. 1, 77, & Plaut. Aſin. 5, 2, 79.

¶ Smyrnæus, *a, um*, adject. Sil. 8, 595 *Smyrnæis plectris*, id eſt, Homericis. Lucan. 9, 984 *Smyrnæi vatis honores*, i. e. Homeri.

¶ Smyrnium, *i*, n. σμύρνιον, herba, quæ & *olusatrum* dicitur, liebſtöckel. *Smyrnion* vero inde, quod in caulium cacuminibus umbellam habet odore myrrham referentem. vid. Plin. 19, 12; & 27, 13; & 20, 17; Cato R. R. c. 102; Apul. de Herb. 106 & 126.

¶ Smyrrhiza, *æ*, f. ita myrrhis ſive myrrha vocatur, myrrhen, apud Plinium 24, 16.

SMŸRUS, *i*, m. σμύρος, piſcis apud Plinium 32, 11.

Soboles, soboleſco, vide *Oleo*, Sobrietas, *Sobrius.*

SOBRĪNUS, *i*, m. plural. *Sobrini*, duarum pluriumve dicuntur ſororum filii, quaſi *Sororini*, geſchwiſter-kinder. Donatus ad Ter. Andr. 4, 5, 6 *Sobrini sunt consobrinorum filii.* Atque ita etiam Petr. Marſus ad illud Cic. Off. 1, 17 *Conjunctiones consobrinorum sobrinorumque.* ¶ 2. Iuſtinianus etiam ex fratribus, patruelibus, conſobrinis vel amicinis natos *Sobrinos* dici poſſe putat. Inſtit. de grad. cognat. Sic Ter. Andr. 4, 5, 6 *Esne hic Crito sobrinus Chrysidis?* ¶ 3. Hic tamen pro quocunque cognato *Sobrinus* intelligi videtur: *Ebo tu sobrinum tuum non noras?* Hunc enim paullo ſuperius *cognatum* dixerat Terent. Phorm. 2, 3, 37.

¶ Sobrīna, *æ*, f. idem. Plaut. Pœn. 5, 2, 198 *Mihi sobrina tua mater fuit.*

¶ Consobrīnus, *i*, m. idem, qui *Sobrinus.* Cic. fam. 2, 19, 5 *Curius consobrinus tuus, mihi maxime necessarius.* Add. 11, 7, 1. Ter. Hec. 3, 5, 9 *Credo quid reliquit Phania consobrinus noster*, unſer vetter. ¶ 2. Donatus tamen ex fratre & ſorore natos *consobrinos* dixit, qui *amitini* alias appellantur. Ac Cic. pro Lig. c. 4 *Ne cum hoc C. Bruttio avunculo suo, ne cum ejus filio consobrino suo.* v. Gajum L. Gradus cognationis § 4 Dig. 6 de gradibus &c.

¶ Consobrīna, *æ*, f. eine muhme, baaſe. Cic. pro Quintio c. 4 *Quintii consobrinam habet in matrimonio.* Adde Nep. 25, 2, 1.

SOBRIUS, *a, um*, temperans in victu, mäßig, nüchtern, quaſi *sine ebrietate*, opponitur enim vinolento, ut *Socors* ſine corde. A *se* particula στερητικῇ, (E enim in O tranſit εὐφωνίας gratia) & *ebrius*, vel potius *bria*, Vid. Voſſ. Etym. in Ebrius, & Brouckh. ad Tib. 1, 7, 28. Cic. in Verr. 3, 27 *Homines satis plane frugi ac sobrii.* Plaut. Truc. 4, 4, 2 *Si alia membra vino madent, cor sit saltem sobrium.* ¶ 2. Apud Quint. 8, 2 p. 672 Burm. Cato dicit, *C. Cæsarem ad evertendam rempublicam sobrium accessisse*; h. e. non cæco quodam impetu abreptum, ſed conſiliis omnibus provide inſtitutis, bedachtſam, vernünftig. Ter. Andr. 4, 5, 39 *Tu pol homo non es sobrius*, id eſt, ſanæ mentis, du biſt nicht klug. Sic *ebrius* contra inſanum notat, de quo vide ſuo loco. Nec aliter Græci τὸ νήφειν, *sobrium esse*, uſurparunt. Epicharmus apud Cic. Att. 1, 19 Νῆφε, νῦν μέμνασ' ἀτιτᾶν, ἄρθρα τεῦτα τῶν φρενῶν: *Sobrius esto & memento diffidere: hi enim nervi rationis sunt.* Q. Cic. de Petit. Conſ. c. 10 illud Νῆφε omittens ita vertit: Ἐπιχαρμεῖον *illud teneto:* NERVOS ATQVE ARTVS SAPIENTIAE, NON TEMERE CREDERE. ¶ 3. *Nudi colles & sobria rura*, i. e. non ante vitifera, quam Bacchus eo veniret, & fertiliora redderet, Stat. 4 Silv. 2, 37.

¶ Sobrie, adv. idem. Cic. Off. 1, 30 *Intelligamus, quam sit turpe, diffluere luxuria, & delicate ac molliter vivere, quamque honestum, parce, continenter, severe, sobrie.* ¶ 2. Provide, diligenter & cum cura, weislich. Plaut. Capt. 2, 1, 28 *Cauto est opus, ut hoc sobrie, sineque arbitris, Accurate hoc agatur, docte & diligenter.* Id. Pseud. 4, 1, 28 *Sed ego quæ tibi dona Dubo & faciam, si hanc rem sobrie accurassis?* Sic, *Sobrie & frugaliter rem curare*, in Perſa dixit 4, 1, 1.

¶ Sobriĕtas, *ātis*, f. die nüchternheit, mäßigkeit. Sen. Tranqu. an. c. ult. *Tristis sobrietas removenda pauliſper* Prudent. Pſych. v. 345 *Fortiſſima virtus Sobrietas.* Vlp. l. 17 § 4 ff. de adopt. *Si vita ejus ſobrietas clara ſit.* Ammian. 31, 10 *Magni ſobrietate conſiliorum lenire luctuoſos reipublicæ caſus.*

¶ Sobriōſus, *a, um*, apud Cyprianum dicitur in cibo & potu temperans, & ſanæ mentis, mäßig, vernünftig.

¶ Sobriefactus, *a, um*, ad ſobrietatem redactus, ermuntert. Apul. 8 Met. p. 205 *Sobriefactus ſermone.*

Soccatus, ſocciſer, vide ſequens *Soccus.*

SOCCVS, *i*, m. calceamenti muliebris genus, eine ſocke, ein pantoffel; unde *Soccum muliebrem* Suet. dixit Calig. c. 52. Eo domi utebantur, ſicut *Soleis* viri. Quamquam & viri *ſoccis* per mollitiem uſi, ut Caligula, de quo Suet. l. c. itemque Sen. de Benef. 2, 12, & Plin. 37, 2, ſed exprobrantes. Terentius tamen duro illi atque adſtricto Menedemo *Soccos* tribuit, Heaut. 1, 1, 72. Sed hoc in palliata comœdia & de Græco dixit, ut Eugraphius hic notat. Græci enim crepidati ſive ſoccati prodibant. Hinc apud Cic. pro Rab. Poſt. c. 10 habitus Græcus *pallio* & *ſoccis* deſcribitur, ubi tradit, P. Rutilium ut crudelitatem Mithridatis in Romanos, togis conſpicuos atque notabiles, evitaret, mutaſſe habitum, & pro Romano Græcum ſumſiſſe: *Facilius*, inquit, *certe P. Rutilium Rufum neceſſitatis excuſatio defendet: qui cum a Mithridate Mitylenis oppreſſis eſſet, crudelitatem regis in togatos, veſtitus mutatione vitavit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus noſtris virtutis, antiquitatis, prudentiæ, conſularis homo ſoccos habuit & pallium?* Suetonius quoque Tib. 13 Græcanicum habitum *pallio* & *crepidis* deſcribit. ¶ 2. Nec alia ratione comœdiarum actores *Soccis* utebantur. Comœdiæ enim pleræque deſcriptæ a Græcis. Hinc *Comicus ſoccus* Plinio dictus 7, 30. *Socci ſcenici*, Plaut. Pſeud. 4, 7, 21. conf. Cist. 4, 2, 29. Et Horat. 2 epiſt. 1, 174 de Dorſenno poëta comico: *Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco.* Sic *Socco digna carmina* pro comœdiis dixit, quæ in ſocco aguntur, Horat. de Arte Poët. v. 90. Quin & ipſæ comœdiæ *ſoccorum* nomine veniunt, ſicut *cothurnus* pro tragœdia dicitur. Idem Art. Poët. v. 80 *Hunc ſocci cothurnique pedem* (jambum) *grandesque cothurni* Significat enim, jambicorum verſuum uſum comœdiis tragœdiisque communem eſſe. *A ſocco ad cothurnum aſcendere*, Apul. Met. 10 pr. p. 238. Ammian. 21, 11. *Socci & aulæa regum*, i. e. comœdiæ & tragœdiæ. v. Scalig. Auſ. Lect. 2, 17 p. 135. De *Soccis* vide etiam Merceri Animadverſ. ad Alexandri de Alexandro Geniales ſermones p. 425. ¶ 3. *Soccus* interdum idem eſt ac calceus, ein ſchuh; uti apparet ex Plaut Bacch. 2, 3, 89; Trin. 3, 2, 94; Epid. 5, 1, 21; & Perſ. 1, 3, 44. conf. Tertull. de Idolol. c. 8; & Catull. 62, 10.

¶ Socculus, *i*, m. dimin. Suet. Vit. c. 2 *Detrahere ſocculum dextrum.* Sen. de Benef. 2, 12 *Socculus auratus.* Adde Plin. 9, 35; & 37, 2.

¶ Soccātus, *a, um*, ſoccis indutus. Sen. d. l. *De capite conſularis viri ſoccatus audiebat*, i. e. veſte modo domeſtica indutus, non ſolemni Rom. im hauehabit. Vid. *Solcatus* in *Solea.*

¶ Soccĭfer, *a, um*, idem; ut, *Socciſer Menander*, Sidon. carm. 9, 215.

¶ Candĭdſoccus, *i*, m. a candido ſocco, mergus, ein aeſenck am weinſtock. Colum. 5, 5 *Quos noſtri agricolæ mergos, Galli candidſoccos vocant.*

SŎCER, *ĕri*, m. ἑκυρός, uxoris pater, ein ſchwäher, ſchwiegervater. Correlativum ejus eſt *Gener.* v. Nepos 22, 3, 2. Ovid. Met. 1, 144 *Non hoſpes ab hoſpite tutus, Nec ſocer a genero.* Cic. Off. 1, 35 *Noſtro quidem more cum ſoceris generi non lavantur.* ¶ 2. *Socerus* pro *Socer* dixit Plautus Men. 5, 5, 54; & Caſ. 4, 2, 18.

¶ Socera, *æ*, f. die ſchwieger, ſchwiegermutter. Inſcriptio lapidis in Anglia reperti, apud Gruter. p. 546 n. 5 PATRI PIENTISSIMO ET SOCERAE TENACISSIMAE.

¶ Socrus, *us*, f. idem. Ad generum enim & ad nurum refertur. Ter. Hec. 2, 1, 4 *Adeo omnes ſocrus oderunt nurus.* Iuvenalis 6, 231 *Deſperanda tibi ſalva concordia ſocru.*

¶ Socruālis, *e*; ut, *Hereditas ſocrualis*, Sidonius epiſt. 9. Et, *Socrualis munificentia*, Id. 7 epiſt. 2.

¶ Absŏcer, *ĕri*, m. conjugis proavus, des ſchwähers großvater. Capitol. Gordiano c. 2 *Socero, proſocero, & item alio proſocero, & duobus abſoceris COSS.*

¶ Consŏcer, *ĕri*, m. pl. *Conſoceri* dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit, gegen-ſchwieger-eltern. Vlp. de donat. inter vir. L. 32 § 20 *Si duo conſoceri invicem donaverint.* Adde § 21 ibid. & Suet. in Claudio c. 29.

¶ Conſocrus, *us*, f. Auſon. Parental. 30 in titulo: *Pomponia Vrbica conſocrus.*

¶ Prōsŏcer, *ĕri*, m. conjugis avus, der großſchwäher, cui reſpondet *Progener.* v. Leg. 4 Dig. de Gradibus. Et Ovid. Heroid. 3, 74 *Cuique ſenex Nereus proſocer eſſe velit.*

¶ Proſocrus, *us*, f. conjugis avia, die großſchwieger, L. 4 § 6 Dig. de Gradibus.

Socia, ſocialis, ſociare, ſocietas &c. vide mox in *Socius.*

SŎCIVS, *i*, m. ejusdem laboris, ſpei, incepti, periculi &c. ein geſell, gehülfe. Cic fam. 13, 71 *Comes meus fuit & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum ſocius.* Ter. Heaut. 3, 1, 9 *Æquali ſuo video inſervire, & ſocium eſſe in negotio.* Et, *Socius ad malam rem*, i. e. adjutor, Plaut. Aſin. 2, 2, 22. *Socius conſiliorum*, Id. Mil. 4, 2, 22; & *Culpæ ſocius*, ein mitſchuldiger, Cic. Att. 11, 14. Sed Ovid. Tr. 4, 5, 29 *Socius ſanguinis eſt frater.* Cic. Verr. 2, 19 *Ex aliqua particula ſocii prædæ ac rapinarum. Tribus ſociis* bella geſſiſſe Lepidus dicitur Rutil. itin. 1, 300, qui tamen ipſe fuit tertius. Ita *Pindarus & novem Lyrici* Petron. c. 2. vid. Burm. & quos ipſe laudat ad utrumque locum. Lucan. 1, 92 *Nulla fides regni ſociis, omnisque poteſtas Impatiens conſortis erit.* Sen. Agam. v. 259 *Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.* Adde Stat. Theb. 1, 130 mox in *Socius, a, um*, it. Liv. in *Societas* n. 1. Sed alter Sen. epiſt. 6 *Nullius boni ſine ſocio jucunda poſſeſſio.* Cæterum ſic ſumus homines, ut & malorum ſocios habere inſtar ſolatii ſit. Vnde illud Plauti Epid. 1, 1, 71 *Quia perire ſolus nolo, te cupio perire mecum.* Symmach. 7 epiſt. 27 *Et illa quidem adverſa, quæ cum pluribus pertuliſti, more humani ingenii habeant aliquod de ſocietate ſolatium.* Guntherus Ligurino 9, 18 *Sed utraque viris ex parte peremtis Præbuit alterno caſus ſolatia damno.* ¶ 2. *Socii* populi Romani dicebantur, qui fœdere cum ipſis conjuncti eſſent, die bundesgenoſſen, alliirten; a quibus tamen *auxilia* differebant: v. *Auxilium.* Sic, *Socii nominis Latini*, Liv. 34, 56. conf. Virg. Æn. 9, 54 &c. v. Sigon. de Ant. Iure Ital. L. 1 c. 2. ¶ 3. Appellabant & duces, milites ſuos *ſocios*, benevolentiæ conciliandæ gratia. v. Vall. 4, 38. Virg. Æn. 1, 202 &c. Differt autem *ſocius* a *comite* & *ſodali.* Nam *Comes* eſt, qui cum aliquo ſimul it, & tamquam ducem ſequitur: *Sodales* vero proprie dicuntur, qui ejusdem ſunt collegii, aut certe, qui rerum leviorum jucundiorumque inter ſe ſunt participes, cameraden. ¶ 4. *Socii navales*, apud Livium multis locis, e. g. 21, 50; & apud alios, nihil videntur aliud quam claſſiarii, matroſen, ut Homerici ἑταῖροι per Odyſſeam ſæpiſſime; & Ιλ. α v. 179, 184 &c.

¶ Sŏcia, *æ*, f. ſubſt. eine geſellin; ut, *Socia tori*, ein ehegemahl. Ovid. Met. 10, 268. *Ætherei ſocia rectoris* Iuno dicitur apud Stat. Achill. 2, 339. Interdum idem valet, quod adjutrix, eine gehülfin. Plaut. Ciſt. 4, 2, 77 *Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem.* Lucret. 1, 24 ad Venerem: *Te ſociam ſtudeo ſcribendis verſibus eſſe.* Tac. An. 2, 10, 2 *Mater precum ſocia.* Id. An. 3, 15, 1 *Socia cujuscunque fortunæ.*

¶ Sŏcius, *a, um*, adj. zugeſellet. Virg. Æn. 2, 371 *Socia agmina*, συμμαχα. *Socius honor*, Ovid. Met. 1, 949. *Socia nox*, Cic. Phil. 2, 18, die behülfliche nacht, quæ facinoris alicujus perpetrationem juvat. *Socias carpere dapes*, Martial. 9 epigr. 73, mit einander ſpeiſen. Statius Theb. 1, 130 *Sociisque comes diſcordia regnis.* Ovid. Her. 2, 33 *Promiſſus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos*, h. e. una in matrimonio exigendos.

¶ Sŏciennus, *i*, m. antique idem qui *ſocius*, apud Plaut. Amph. 1, 1, 228; Aul. 4, 4, 31; & Caſina 4, 2, 18.

¶ Sŏciālis, *e*, geſellſchaftlich; ut, *Iudicium ſociale*, Cic. Verr. 2, 6. *Fœdus ſociale*, quod inter ſocios initum eſt, eine alliance, Liv. 34, 56. *Dii ſociales*, i. e. initæ ſocietatis teſtes, Id. 3, 18. *Bellum ſociale*, quod cum iis, qui a ſocietate defecerant, geſtum eſt, Florus 3, 18, 1. *Torus ſocialis*, das ehebette, Ovid. Faſt. 2, 729. *Socialia carmina*, Id Heroid. Ep. 12, 139. Et Sen. de Benef. 5, 11 extr. *Beneficium dare, ſocialis res eſt: ſibi benefacere, ſocialis res non eſt*, es dient nicht zur verbindung. Lactant. 6, 10 *Deus animal nos voluit eſſe ſociale.* Etiam Sen. Benef. 7, 1 hominem *ſociale animal* dixit.

¶ Sŏciāliter, adv. Horat. de Arte poët. v. 258 *De ſede ſecunda Cederet aut quarta ſocialiter.*

¶ Sŏciālĭtas, *ātis*, f. humanitatis pars, eaque virtus, quæ congreſſibus & ſocietate hominum gaudet, ſecretum & ſolitudinem averſatur, die geſelligkeit. Plinius Paneg. c. 49 *Num remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademque illa ſocialitas intereſt?*

¶ Sŏciĕtas, *ātis*, f. die geſellſchaft, das bündniß: ut, *Facere ſocietatem cum aliquo*, Cic. pro Quinct. c. 3. *Coire ſocietatem cum aliquo ſalutis & periculi*, Id. pro Rab. Perduell. c. 7. *Ad ſocietatem alicujus ſe applicare*, Nepos 3, 2, 3. Id. 9, 2, 2 *In ſocietate non manere*; & ibidem: *Coire ſocietatem cum quo*, ut ſupra ex Cicerone. *In ſocietatem populi Romani accipi: in fidem populi Romani venire: in fide & ditione populi Romani eſſe*, quomodo differant, ad Liv. 8, 2 docet Dukerus. In quibus *ſocietas* de conſœderatione dicitur. Pariter Suet. Cæſ. c. 19 *Societatem cum utroque iniit, ne quid ageretur in republica, quod diſpliciſſet ulli e tribus.* Ea *potentiæ ſocietas* conſpiratio potius fuit, *quæ urbi orbique terrarum, nec minus diverſo quoque tempore ipſis*, hiſce triumviris, *exitialis fuit*, ut ſcribit Vellej 2, 44, 1. Sic, *In ſocietatem facinoris aſſumptus*, Iuſtin. 10, 1, 5. Sed, *Societas fide colitur*, Cic. pro Quinct. c. 6. *Renunciare ſocietatem alicui*, Liv. 38, 21, aufſagen. Et, *Iucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem fictis ſermonibus & falſis criminibus dirimere*, Cic. pro Domo c. 11. *Infida regni ſocietas*, Liv. 1, 14. conf. Sen. epiſt. 95 & 113. ¶ 2. *Societates* etiam dicuntur certorum hominum corpora ſive collegia ſuis legibus obſtricta, quibus qui præerant, *Magiſtri ſocietatum* appellabantur, eine zunft, brüderſchaft. v. L. 1 Dig. quod cujuscunque univerſitatis nomine &c. & L. 14 Dig de pactis. Cæſ. B. C. 3, 3 *Magnam pecuniam ſocietates earum provinciarum, quas ipſe obtinebat, ſibi numerare coëgit.* Græcis ἑταιρεῖαι appellabantur: quarum Plinius 10 epiſt. 43 & 97 meminit. Gloſſ. Cyrilli: ἑταιρεία, *ſodalitium, ſocietas, ſodalitas.*

¶ Sŏcio, *avi, atum, are*, quaſi ſocium ſocio adjungere, conjungere, zuſammen geſellen vereinigen, mit einander verbinden. Cic. pro Flacco c. 9 *Quid ſi teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt?* Liv. 39, 13 *Conjurare aut facinoribus ſociari nolle.* Colum. 3, 3 *Cum ſcientia ſociare diligentiam.* Virg. Æn. 4, 16 *Se cui vinclo ſociare jugali*, ſich verehlichen. Val. Flacc. 5, 280 *Et Iuno, & ſummi virgo Iovis, intima ſecum Conſilia, & varias ſociabant pectore curas.* Sic, *Sociare vires*, Sil. 17, 110; *dextras*, Id. 11, 149. *Gaudia cum aliquo*, Tibull. 3, 3, 7. *Sociari parricidium potuit*, i. e. ſocialiter iniri vel ſuſcipi, Iuſtin. 10, 1, 6. Vet. Scholiaſtes: *Sociare*, impertiri, novo uſu.

¶ Socians, *tis*. Ovid. Met. 11, 5 *Percuſſis ſociantem carmina nervis.*

¶ Sociātus, *a, um*, vereiniget; *Thalamo ſociatus*, Virg. Æn. 9, 594. *Mihi ſociata fœdere lecti*, Ovid. in Ibin v. 15. *Sociati parte laboris fungi*, zugleich arbeiten, Id. Met. 8, 546. *Sociata palmite vitis*, Stat. 5 Silv. 1, 48. *Sociati in matrimonium*; & *Sociati nobiſcum per connubium*, zuſammen verheyrathet, Tac. An. 2, 3, 5; & Hiſt. 4, 65, 5. *Sociati labores*, unter ſich getheilte arbeit, Id. An. 1, 11, 4.

¶ Sociatio, *ōnis*, f. die zuſammengeſellung, verknüpfung. Novat. de Trinit. c. 19 *Cum ſua ſociatione diſtinctio.* Mart. Capella 2 p. 26 *Rata inter eos ſociatio copulam nuptialem conſtrinxit.*

¶ Sociātor, *ōris*, m. qui ſociat, apud Statium.

¶ Sociatrix, *īcis*, f. *Sociatrix gratia*, Val. Flaccus 5, 499.

¶ Sŏciābĭlis, *e*, quod facile conjungitur, geſellig. Plin. 16, 42 *Sociabilis glutino.* Liv. 40, 8 *Sociabilis conſortio.* conf. Sen. epiſt. 95.

¶ Sŏcio-

¶ Sŏciofraudus, *i*, m. qui socium fallit. Plaut. Pseud. 1, 3, 128 *Furcifer, sociefraude, parricida.*

Composita:

¶ Adsŏcio, seu Adsōcio, *are*, adjungere, beyfügen. Stat. Theb. 3, 454 *Assiciat passus*, er geht zugleich mit. Claud. de B. Gild. v. 481 *Vela legunt, & cornua summis Assiciant malis.*

¶ Associatus, *a, um*, zugesellet, vereinbaret. L. un. ff. de præf. præt. *Associati curæ gratia.*

¶ Associus, *a, um*, zugesellig. Cassiodorus 3 epist. 47 de Salamandra: *Animal essicium lumbricis.*

¶ Circumsocius, *a, um*, idem. Aur. Vict. Epit. c. 41 *Nationes circumsociæ.*

¶ Consocius, *i*, m. ein mitgesell. Impp. 10 C. t. 2 l. 3 *Ad exigenda reliqua consortes atque consocii.*

¶ Consōcio, *are*, est conjungere, zusammen gesellen. Plaut. Rud. 2, 6, 67 *Consociare mihi tecum licet.* Cic. de Fin. 3, 20 *Inter nos natura ad civilem communitatem conjuncti & consociati sumus.* Et, *Consociare consilia cum aliquo*, Id. post redit. in Senatu c. 7.

¶ Consōciātus, *a, um*, conjunctus, vergesellschaftet, gemeinschaftlich. Liv. 25, 18 *Nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hosti cum hoste.* Cic. de Leg. 1, 7 *Lege quoque consociati homines cum Diis.* Id. fam. 3, 3 *Consociatissima voluntate*; Sic in MSS. quæ P. Victorius & Grævius sequuntur.

¶ Consōciātim, adverb. idem. Ammian. 15 27 *Consociatim meantes.*

¶ Consŏciātio, *ōnis*, f. die vereinigung, verbindung; ut, *Conciliatio & consociatio totius generis hominum*, Cic. Off. 1, 41 extr. *Accommodatum ad hominum consociationem*, Id. ibid. Et, *Dissolvere consociationem humanam*, Id. Off. 3, 6 pr. Et Liv. 40, 5 *Consociatio gentis animum regis erexerat.*

¶ Consŏciābilis, *e*, verbindlich. Ambrosius epist. 1 principio: *Quid tam consociabile, quam de divinis rebus sermonem contexere?*

¶ Dissŏcio, *are*, disjungere, societatem dissolvere, von einander reissen oder trennen. Cic. de Amic. c. 20 *Morum & studiorum dissimilitudo dissociat amicitias.* Lucret. 3, 811, & 5, 355 *Dissociare partes.* Horat. 1 ep. 16, 5 *Continui montes, nisi dissocientur opaca Valle.*

¶ Dissociatus, *a, um*, distinctus, separatus, zertrennt, geschieden, abgesondert. Ovid. Met. 1, 25 *Dissociata locis concordi pace ligavit.* Nep. 25, 2, 2 *Dissociatis animis civium.*

¶ Dissōciātio, *ōnis*, f. die zertrennung. Plin. 22, 21 *Tanta dissociatio deprehenditur.* conf. Id. 7, 13.

¶ Dissociator, *oris*, m. qui dissociat. Arnob.

¶ Dissŏciābilis, *e*, quod nequit sociari, zertrennlich, unverträglich. Horat. 1 od. 3, 21 *Deus abscidit oceano dissociabili terras.* Sed Cunigamus *dissociabile* legit adverbialiter, pro *dissociabiliter.* Tac. Agric. 3, 1 *Res dissociabiles miscere, principatum & libertatem*, dinge, die nicht bey einander stehen können.

¶ Dissociālis, *e*, idem. Rutil. 1, 384 de Iudæo *Humanis animal dissociale cibis.*

¶ Indissŏciābilis, *e*, unzertrennlich. Lactant. de Opif. Dei c. 10 *Indissociabilem prætendunt unitatem.* conf. Ambros. epist. 14 pr.

¶ Indissŏciābiliter, adv. idem. Auctor Breviarii fidei adv. Arian. (quod Sirmondus edidit) p. 95 *Mens indissociabiliter una.*

¶ Insŏciābilis, *e*, quod sociari & conjungi non potest, unfreundlich, widrig; ut, *Indomita & insociabilis gens*, Liv. 37, 1. Et, *Regnum insociabile*, Tac. An. 13, 17, 1. Rursus Liv. 27, 39 de Alpinis gentibus: *Omni humano generi insociabiles erant.* Et Plin. 16, 43 pr. *Insociabilia glutino.*

Socordia, socors, quære supra in *Cor.*

SŌCRĀTES, *is*, m. Σωκράτης, ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατος, id est, *sapientissimus mortalium omnium*, oraculo judicatus, quemadmodum Laërtius scripsit, Philosophus fuit Athenensis, *reliquorum Philosophorum fons*, ut eum Quintil. 1, 10; & *princeps*, ut Cicero de Orat. 3, 16; & *parens philosophiæ*, ut Id. de Fin. 2, 1 vocarunt; paullo ante Platonem & Aristotelem, sive Platonis præceptor. Patrem habuit Sophroniscum nomine, quemadmodum ex Xenophonte liquet, marmorarium, & tenui hominem fortuna. Docuit sine mercede. Scriptorum nihil unquam edidisse ipsum constat; de traditionibus tamen suis, quæ non editæ, sed a Platone & Xenophonte expositæ sunt, hæc Cicero retulit de Orat. l. c. *Socrates fuit is, qui omnium eruditorum testimonio, totiusque judicio Græciæ, cum prudentia & acumine, & venustate & subtilitate, tum vero eloquentia, veritate, copia, quam se cumque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps. Hic*, ut rursus Cicero ait Tusc. 5, 4, *primus philosophiam devocavit è cœlo, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & cogit de vita, & moribus, rebusque bonis & malis quærere*; hoc est, moralis philosophiæ inventor institutorque fuit Cum ad provectam admodum ætatem perveniisset, ut paullo post tamen e vita ei esset excedendum, accusatus, quasi Deos communes non coleret, sed novos introduceret, cum se dæmonem familiarem, cujus consilio in rebus agendis uteretur, habere dixisset, post latam sententiam ejecta sublatus est, cum eo ipso die, quo excessit e vita, disputasset, *discere nihil aliud esse, quam recordari*, quemadmodum Cicero scripsit Tusc. 1, 24, & Laërtius. Cur *scurra Atticus* appellatus, vide supra in *Scurra*, & apud Cic. de N. D. 1, 34; & Barth. ad Script. Venat. p. 63, nimirum ridibundus pleraque docebat, & omnes ejus disputationes suavem præ se ferebant ironiam. v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 152. An παιδεραστὴς fuerit, disputat Erhard. ad Petron. c. 128; Arguit illum Ernst. ad Nepot. 7, 2, 2. ¶ 2. Fuerunt & alii *Socratis* nomine, historici maxime, de quibus Vossius de Hist. Græcis p. 328. *Socrates Constantinopolitanus* historias ecclesiæ græce scripsit libris septem, a tempore Constantini M. usque ad Chrysostomum, cujus tempore fuisse eum, consentaneum est. Extant illi ejus libri græce & in linguam latinam conversi, nec semel editi; sed optime ab Henr. Valesio, cujus etiam Annotationibus illustrati sunt. ¶ 3. Casu quinto *Socrate: quid tu, unde tandem appares, o Socrate*, Cic. fragm. Protagoræ ex Plat. apud Priscian. l. 6.

¶ Sōcrăticus, *a, um*, adj. Horat. de Arte poët. v. 310 *Rem tibi Socratica poterunt ostendere charta*, i. e. philosophici libri. v. etiam Burm. ad Petron. c. 5. Cic. Off. 1, 29 *Iocandi genus ingeniosum Socraticorum philosophorum.*

¶ Socratice, adv. ut, *Socratice agere in docendo*, Cic. Att. 2, 3.

¶ Socration, *ōnis*, m. voluptuosi nomen apud Catull. epigr. 48.

Socrualis, socius, vide paullo ante in *Socer.*

SŌDĀLIS, *is*, m. in convivio est & rebus voluptuosis, quemadmodum Varia indicat, ein cameral, spiel-gesell. Vet. Gloss. ἑταῖρος, *Collega, socius, sodalis.* Nomen a *sedendo* est. Festus: *Sodales dicti, quod una sederent & essent.* Catull. 31, 1 *Vnanimi sodales.* conf. 48, 25; & Horat. 1 od. 36, 5; & 2 od 7, 5. ¶ 2. Nam & qui ejusdem collegii esset, *sodalis*, quamquam improprie, ut vult Gutherius de Veteri Iure Pontificio 1, 3, appeliatur, ein collega. Ita *Sodales Titii*; *Sodales Augustales &c.* sacerdotes ejusdem collegii dicti, de quibus Marcellus Donatus ad Tac. An. 1, 54. ¶ 3. Hinc & aliæ res, quæ sociari amant, *sodales* appellantur. Ita enim Horat. 1 od. 25, 19 *Hebrum* frigidissimum Thraciæ fluvium, *hiemis sodalem* appellat: & 3 od. 18, 7 *Crateram Veneris sodalem.* Cic. Verr. 1, 36 *Ille quoque sodalis istius fuit in hoc morbo & cupiditate*, hoc est, eodem animi vitio laboravit. Plaut. Merc. 5, 2, 4 *Sed sodales reperi, vitam, amicitiam, civitatem, lætitiam, ludum, jocum.* Studiosi observent, quod de moribus scripsit Martialis 12 epigr. 34 *Si vitare velis acerba quædam, Et tristes animi cavere morsus, Nulli te facias nimis sodalem, Gaudebis minus, & minus doleb is.*

¶ Sōdālītas, *ātis*, f. collegium, tribus, die zunft, gesellschaft, brüderschaft, das kränzgen. Cic. pro Planc. c. 15 *Cujuscunque tribus largitor esset, quæ honestæ sodalitas nominaretur.* Id. de Senect. c. 13. *Sodalitates me quæstore constitutæ sunt.* Gell. 20, 4 *Adolescentem a sodalitatibus convictuque hominum scenicorum abducere.* vide & supra *Societas.*

¶ Sōdālītium, *i*, n. idem. Auct. ad Herenn. 4, 51 pr. *Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum.* Catull. 101, 4 *Fraternum vere dulce sodalitium.* Auct. Decl. sub Cic. nomine in Sallust. *Abiit in sodalitium sacrilegii.* Ipse Cic. pro Planc. c. 15 *Lex de sodalitiis.* Sen. de Tranqu. an. c. 11 *Vinctæ ad sodalitium manus.*

¶ Sōdālītius, *a, um*, adject. gesellig; ut, *Sodalitiis adstricti consortiis*, Ammian. 15, 9. Et L. 1 ff. de Colleg. & corp. *Ne patiantur esse collegia sodalitia.*

¶ Sōdālītiārius, *i*, idem. Inscript. apud Fabrettum p. 329 IVLIVS BALERIANVS QVI VIXIT ANNIS N. XX. NATALI SVO D SODALICIARIVS BONVS AMORATVS.

SŌDES, interjectio, ex *si audes* contracta, ey lieber. Cic. in Orat. c. 45 *Libenter copulando verbo jungebant: ut* SODES *pro si audes:* SIS, *pro si vis.* Donatus ad illud Ter. Andr. 1, 1, 58 *Dic sodes:* DIC, inquit, *imperativum est: ideo temperavit injuriam blandimento* SODES. *Est autem* SI AVDES, *ut*, sis, si vis. *Nam delirat, qui* σώς ζῶς *interpretatur* SODES. Sane τῷ SI AVDES, integre pro SODES usus est Plautus in illo: *Dic mihi, si audes, quæ est, quam ducere vis uxorem?* Vt Vet. Scholiastes Persii ad sat. 3 observat, habet significationem & exhortandi & blandiendi, unde & blandimentum Donatus vocat. Vet. Gloss. in Onomastico per ἀντιβολῶ exponit. Quod in Glossis aliis: *oro, quæso, precor*, interpretatur. Ergo, *sodes, amabo, quæso*, synonyma sunt & similis significationis. Ita, *Dic sodes*, liceat sage es. Cic. Att. 7, 3 *Tarteſium istum nunc mihi exeunti jube sodes manus curare.*

SŌDŌMA, *ōrum*, n. pl. Σόδομα, sing. Sodomum, *i*, oppidum Iudææ, cujus historia ex Geneſi nota est. Solinus de situ Iudææ c. 38 *Ibi duo*, inquit, *oppida, urum* Sodomum, *alterum* Gomorrum, *apud quæ pomum gignitur, quod habeat speciem licet maturitatis, manû tamen non potest. Nam faliginem intrinseeus favillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ vel levi tactu pressa fumum exhalat, & fatiscit in vagum pulverem.* ¶ 2. Sed & in fœminino *Sodoma, Sodomæ*, & in plurali masculino *Sodomi, Sodomorum*, Christiani dixerunt scriptores. Cyprianus Geneſi v. 126 *Nusquam sunt Sodomi, nusquam illarum impia lucent Mœnia.* Nisi *Sodomos* pro Sodomitis dixit. Et ita v. 86 *Provenient Sodomûmi pœnas.* Sev. Sulpitius Sacræ Hist. 1, 6 *At Sodoma divinis ignibus conflagravit.* Et ita Salvianus non semel.

¶ Sōdōmītæ, *arum*, m. pl. penult. longa, Sodomorum incolæ: pro adjectivo *Sodomiticus*, vel patronymico *Sodomitis*, Prudentius usus in Vincentio v. 195 *Sodomita nec latet cinis.* Et Psychom. v. 42 *Quam patrias fuscinula faces Sodomita libido Aggreditur.* Sic *Tituræ Scythes* Seneca Hippolyto, pro *Scythicus*: & *Exercitus Assur* pro *Assyrius*, Silius 1, 253.

¶ Sōdomītĭcus, *a, um*, apud Theologos; ut, *Peccatum Sodomiticum &c.*

¶ Sodomitānus, *a, um*, idem; ut, *Sodomitana flagitia*, Ambros. epist. 11.

SOL, *sōlis*, m. die sonne, qui, obscuratis fulgore suo omnibus sideribus, solus, unde & appellatus, mundum & superiorem & inferiorem illustrat, ut qui in medio planetarum constitutus sit mundi oculus. Iul. Firmicus de Errore profan. religionum: *Lumen hoc, quod hominibus jussu Dei fugatis tenebris diem reddit &c. solem dici voluerunt, non quia solus est, ut quidam volunt &c. Sed ideo sol appellatur, quia cum ortus fuerit, obscuratis cæteris sideribus luceat solus.* Boëthius hoc nomen Deo competere maxime canit, quod solus omnia respiciat: *Quem*, inquit, *quia respicit omnia solus, Vera possis dicere Solem.* Solis descriptio extat Ps. 19, 5; Sirac. 43, 2 &c. Ejus etiam magnitudinem & annuas reversiones describit Cic. de N. D. 2, 40; & Apul. de Mundo p. 71. Ipsius Solis vim & potestatem admiratus Plinius 2, 6, Deum credit, *Eorum*, (Planetarum) *medius sol fertur amplissima magnitudine & potestate: nec temporum modo terrarumque, sed siderum etiam cœlique rector. Hunc mundi esse totius animam, ac planitas mentem, hunc principale naturæ regimen ac numen, credere decet opera ejus æstimantes &c.* Cap. 7 insequens ita exorditur: *Quapropter effigiem Dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quis est Deus, (si modo est alius, præter solem puto), & quacunque in parte totus est sursus &c.* Sane solem *Deum* absolute appellat Avienus Arateis v. 691. *Solem Persæ unum Deum esse credunt &c.* Iustin. 1, 10, 5. conf. Freinsh. ad Curt. 3, 3, 11. Nec mirum,

mirum, ſolem principem ſiderum, Deum creditum, cum ſidera omnia & ſtellas Deos haberent, de quo ſupra in *Sidus*. Hunc ſolem orientem religioſe ſalutare ſolitos Syros, Tacit. Hiſt. 3, 24 extr. notat; Quamquam Syris & orientalibus haud tantum, ſed pleriſque gentium in more fuiſſe poſitum, Lipſius ad iſtum Taciti locum obſervat. Etiam in Aureliani Imp. numo, SOL DOMINVS IMPERII ROMANI. Et eo pertinet, quod non videre tantum, verum audire etiam Homero dictus, de quo Plinius 2, 6; & nepos ejus Paneg. Trajani c. 80. Eleganter ſoli loricam *biſſeno ſidere textam* Val. Flaccus tribuit 4, 93 ſq. ad Zodiacum reſpiciens. De quadrigis, quas ei poëtæ tribuunt, v. Buchner. ad Prudentii hymnum de Natali Domini v. 12. *Sole & ſole nihil utilius*, Plin. 31, 9. Et Liv. 39, 26 *Nondum omnium dierum ſol occidit*, es iſt noch nicht aller tage abend. Iuſtin. 36, 3, 5 *Regionis ejus ardentiſſimus ſol eſt*. Id. 44. 1, 4 *Africa violento ſole torretur*. Cic. Att. 9, 10 p. 55 *Sol excidiſſe mihi e mundo videtur*, de calamitate improviſa. De pabulo ſolis & ſiderum vid. quos laudat Burm. ad Calp. Flacc. Decl. 2 p. 795 *Soles geminos, duplicesque Thebas videre* ſibi videntur furioſi. v. *Thebæ*. *Plures adorant ſolem orientem quam occidentem*: v. Chiliad. Sed *ſoles plures* ſunt parelii, ut *lunæ plures* apud Plin. 2, 31, qui c. 32 *lunas plures* (paraſelenas) *ſoles nocturnos* a plerisque appellatas docet. *Solem occaſum*, pro occaſu ſolis, Plautus Epid. 1, 2, 41 dixit. v. Laurenb. Antiquar. ¶ 2. Sed *Soles* pluraliter pro diebus, & radiis ſolis dicunt, der tag, ſchön wetter. Virg. Æn. 3, 203 *Tres adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago*. Claud. Conſ. Honorii 4, 341 *Aurea ſubmorant rapidos umbracula ſoles*. Ovid. Faſt. 1, 157 *Tum blandi ſoles: ignotaque prodit hirundo*. Et, *Locus ſolibus expoſitus*, Plin. 15, 5. Sen. Quæſt. Nat. 3, 27 *Sine ullis ſolibus triſte nubilo cælum eſt*. Catull. 8, 3 & 8 *Fulſere candidi tibi ſoles*. Id. 5, 4 *Soles occidere & redire poſſunt, Nobis quum ſemel occidit brevis lux, Nox eſt perpetua una dormienda*. Sed & ſingulari *ſol* pro die Horatio ponitur, 4 ode 2, 46 *Et o ſol pulcher, o laudande, canam recepto Cæſare felix*. ¶ 3. *Soles* etiam magnos calores notant, die ſonnenhitze. Virg. Georg. 1, 66 *Glebaſque jacentes Pulverulenta coquat maturis ſolibus æſtas*. Horat. epod. 2, 41 *Sabina qualis, aut peruſta ſolibus Pernicis uxor Apuli*. Et Tibull. 1, 4 *Sic umbroſa tibi contingant tecta, Priape, Nec capiti ſoles, ne noceantque nives*. ¶ 4. Cic. Att. 12, 6 p. 301 *Pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo, a te nitidum ſolem unctumque repetemus: Aſſus ſol* eſt apricatio ſine unctione, *unctus* vero cum ea.

¶ Sōlānus, *a*, *um*, adject. idem quod *ſolaris*, von der ſonnen; unde *ſolanus ventus*, qui ſub ſole exoriente naſcitur: Vitruv. 1, 6 *Nonnullis placuit eſſe ventos quatuor, ab oriente æquinoctiali ſolanum &c.*

¶ Solāneus, *a*, *um*, idem; ut, *Solanea lacerta*, Theod. Priſc. 1, 16.

¶ Sōlānum, *i*, n. ſubſt. herbæ nomen, Græci *ſtrychnon* vocant, Plin. 27, 13. *Solani ſuccus*, Celſ. 6, 17. conf. Id. 2, 33; 3, 18; & 5, 26. Eſt herba variorum ac diverſorum generum. Eſt enim *Solanum hortenſe*, nachtſchatten; & *Solanum balicacabum*, ἀλικάκαβος, ſeu *veſicaria*, Judenkirſchen, alfekengi; *Solanum* denique *ſomniferum*, ſchlafkraut, & *furioſum*, tollkraut; item *Solatrum*, quinta ſolani ſpecies: Matthiolus.

¶ Sōlāris, *e*, ad ſolem pertinens, ſonnen-; ut, *Radii ſolares*, quos *ſolis radios* Lucretius 2, 125 vocat, die ſonnen-ſtrahlen. *Herba ſolaris*, hoc eſt, heliotropion: vide *Heliotropium* aut *Cicorium*. Et, *Annus ſolaris*, v. Mathemat. Et, *Lunæ ſolare*, Ovid. Triſt. 5, 9, 37. *Arcus ſolares lunaresque*, die regenbogen, Sen. Nat. Qu. 1, 10.

¶ Solārium, *i*, n. horologium, in quo horæ in ſole inſpiciuntur, ein ſonnenzeiger. De ejus inventore vid. Plin. 7, 60. Cic. N. D. 2, 34 *Cum ſolarium contemplere, intelliges declarari horas arte*. Plaut. Bœotia apud Gell. 3, 3 *Vt illum Dii perdant primus qui horas reppererit, Quique adeo primus ſtatuit hic ſolarium, Qui mihi comminuit miſero articulatim diem: Nam me puero vetus erat ſolarium Multo omnium iſtorum optimum & veriſſimum*. vid. viri docti ad Polluc. 6, 44; itemque ad Cic. pro Quint. c. 18, ubi ſatis apertum eſt locum celebrem & ab urbanis hominibus frequentatum fuiſſe *ſolarium*. *Natura triſti ac recondita fuit: non ad ſolarium, non in campo, non in conviviis verſatus eſt*. vid. Grut. & Græv. ad h. l. ¶ 2. *Solaria* etiam dicebantur tecta plana, vel loca ſine tecto in ſuprema parte ædium, ubi ſolebant apricari. Nam cum ædificiorum tecta apud veteres vel faſtigiata eſſent & in culmen erecta; vel æqua ſive plana: hæc *ſolaria*, quod undique ſolem exciperent, apricaque eſſent; itemque *Mœniana* appellabantur, ut ex Hieronymo ad Sunium & Fretellam Salmaſius ad Peſcennium Nigrum Spartiani p. 155 obſervat. Atque in Græcia quidem & toto pæne oriente privatæ ædes omnes tectæ ad iſtum modum: Faſtigia enim ſola habebant templa. Apud Romanos vero certæ ædium partes ſolariis erant inſtructæ, ut ex Plauti Mil. 2, 3, 69; & Suet. Claudio c. 10 &c. conſtat. Alii græco vocabulo *Heliocaminum* vocarunt, ut Plinius 2 ep. 17 f. 20; qui & 6 ep. 16 f. 5 *ſole uſum* dicit avunculum ſuum; & Vlp. l. 17 Dig. de Servit. Vrban. præd. Nos recepta magis, quam noſtra voce altane vocamus. Veteres vero *ſolaria* iſta habebant non voluptatis tantum, ſed valetudinis etiam cauſſa. Nam inter ejus præſidia habebant etiam ſedere, jacere, aut ambulare nudos in ſole: quod *ſole uti* Plinius Iunior dixit, Græci ἡλίωσιν & ἡλιοκάϊαν vocabant, Latini *inſolationem*. De qua nonnulla Buchnerus ad Plin. 6 epiſt. 21 notavit. Add. viri docti ad Cic. Att. 12, 16 p. 301. vide etiam P. Victorii Var. Lect. 21, 13, ubi de diverſa ſignificatione vocis agit; & locum Auguſti apud Macrob. Sat. 2, 4. Pro area quadam *Solarium* accipi in his Muratorii inſcriptionibus putat Corradinus in Lex. Crit. p. 1337: *Solarium hujus monumenti, ſive ſuperficium, pertinet ad gentem &c.* & p. 1366 *Huic monumento cedit area cum ædificiis, & horreo & ciſternæ in ſolario*. ¶ 3. *Solarium* priori brevi vide in *Solum*.

¶ Sōlātus, *a*, *um*, male affectus ob nimium ſolis æſtum, kranck von der ſonnenhitze. Plin. 29, 6 *Prodeſſe ſolatis*. ¶ 2. Aliud eſt *Solatus*, a *Solor*; & aliud a Solus, *a*, *um*.

¶ Solātum, *i*, n. ſubſt. *morbi genus maxime a ruſticantibus dicitur*, Feſt.

¶ Solāgo, *inis*, f. heliotropium, ſonnenwirbel; ut, *Solago major*, de qua Apul. de Herb. c. 49 n. 3; & *Solago minor*, de qua idem c. 63.

¶ Sōlĭcātio, vel potius Solatio, *onis*, f. uſus ſolis ſanitatis cauſſa, die wärmung an der ſonne. Cæl. Aurel. Tard. 4, 2, 18 *Solicationes, quas Græci ἡλιώσεις vocant, adhibendæ ſunt*. vide infra *Inſolatio*; quod uſitatius, & idem ſignificat.

¶ Sōlĭfer, *a*, *um*, ſolem ferens; ut, *Plaga ſolifera*, der ſonnen weg, Senec. Hercule Furente v. 159.

¶ Sōlĭfuga, *æ*, f. genus formicæ venenatæ Plinio eſt, ſic dicta, quod ſolem fugiat, 22, 25, eine erdſpinne. conf. Solin. c. 10.

¶ Sōlĭgena, *æ*, c. ein ſonnenkind, Val. Flacc. 5, 317.

¶ Sōlĭpunga, Sōlĭpūga, vel Solpūga, *æ*, f. *genus beſtiolæ maleficæ*, ut Feſtus deſcribit, *quod acrius concitatiusque ſit fervore ſolis, unde etiam nomen traxit*, eine mücke. Lucanus 9, 837 *Quis calcare tuas metuat ſolpugæ latebras*. Legitur & apud Plinium 8, 29 *A ſolpugis gentem ſublatam*. v. Ælian. Hiſt. anim. 17, 40. Nonnullis eſt venenatæ formicæ genus atque idem cum *ſolifuga*, de qua proxime ante. Adde Plin. 29, 4. Iſidoro 12, 4 *Salpinga* dicitur, eſtque *ſerpens quæ non videtur*. Vet. Gloſſ. *Solipago*, (procul dubio *Solipuga*), ἡλιόκεντρις, μυίας εἶδος, eine giftige art der fliegen. Apud Lucan. alii *Salpuga* legunt. Adde Salmaſ. ad Solini c. 4 p. 70, & p. 124; & Stewech. ad Arnob. p. 72.

¶ Solsequium, *i*, n. heliotropium, ſonnenwirbel. *Nomen accepit primo, quod æſtivo ſolſtitio floreat: vel quod ſolis motibus folia convertat*, Apul. de Herb. c. 49.

¶ Solſtĭtium, *i*, n. die ſonnenwende, uti *juſtitium* a *ſtando* ſive *ſiſtendo* dicitur. Non quod revera ibi ſtet aut ſiſtat ſol, qui motu gaudet perpetuo: ſed quia, cum illa ſolſtitialia puncta attigit, non tranſeat ultra vel auſtrum, vel aquilonem verſus, ſed quantum ad ſenſum noſtrum, vertat iter, nunc velut procurrens ad metam de carceribus; nunc flectens & eo redigens iter, unde adſcenderat. Quam ob cauſſam etiam illa puncta τροπαί, *converſiones* appellatæ Græcis ſunt. Latinis, & quidem poëtis maxime, ut Avieno, eleganti translatione nunc *metæ*, nunc *ſines* nominata. Duo autem *ſolſtitia* ſunt: alterum *æſtivum*, quod in cancri ſidere; alterum *hibernum*, quod in capricorni aſtro fieri ſolet: illud diem longiſſimum, hoc breviſſimum efficit. Ac Servius quidem alteri 8 Kal. Iuliarum: alteri 8 Ianuariarum aſſignat, Eudoxi nimirum, quæ vulgo obtinebat, rationem ſecutus, qui in octavis ſignorum partibus ſolſtitia confici ſtatuebat. Hipparchus enim atque Chaldæi aliter ſentiebant. De quo, ſi libet, Columellam lege de Re Ruſt. 11, 2 & 14. Obtinuit tamen apud veteres, ut *Solſtitii* voce non niſi de æſtiva ſolis converſione uterentur, der längſte tag. *Hibernum* enim vocabant *Brumam*, quod ad Varr. R. R. 1, 46 Victorius, & in Plin. Exercitat. p. 175 Salmaſius notat. Varro L. L. 5, 2 *Alter motus ſolis eſt, alter cœli: quod movetur a bruma ad ſolſtitium*. Et paullo poſt: *Cum venit* (ſol) *in medium ſpatium inter brumam & ſolſtitium*. Vtrobique *Solſtitium* τροπὴ θερινή eſt; *Bruma* χειμερινή. Lucan. 10, 298 *Conſurgere in ipſis jus tibi ſolſtitiis, aliena creſcere bruma*. ¶ 2. Et quia a *Solſtitio* æſtas eſt, & ſol tum maxime calet, idcirco Virgilius *Solſtitium* pro æſtate, itemque ſolari æſtu poſuit, ſonnenhitze; ut Georg. 1, 100 *Humida ſolſtitia atque hiemes orate ſerenas*. *Solſtitia* enim hic pro æſtatibus poſuit. Id. ecl. 7, 47 *Solſtitium pecori defendite*; i. e. calorem æſtivum. Et Horatius 1 oda 17, 3 *Defendit æſtatem capellis*. Ita *Solſtitialem herbam* Plautus; *Solſtitialem diem* pro æſtivo Cicero dixit, ut poſt paullo dicemus. ¶ 3. Interim populariter *Solſtitii* voce de *bruma* etiam fuerunt uſi. Servius ſane *hiemale ſolſtitium* diſerte nominat. Vetus Germanici Scholiaſtes etiam *hibernum ſolſtitium* de bruma dixit. Et ipſe Columella, elegans auctor & Plinio ipſo antiquior, 11, 2 *Brumale ſolſtitium* bis dixit, der kürzeſte tag. Et ita *Solſtitialem hiemem* Victorinus, reſpectu brumæ, cum Chriſti Salvatoris natalem deſcribere veliet. conf. Borrich. Cogit. p. 238.

¶ Solſtĭtiālis, *e*, id eſt, æſtivus; ut, *Dies ſolſtitialis*, Cic. Tuſc. 1, 39, der längſte tag. Lucan. 6, 337 *At medios ignes cœli, rabidique leonis Solſtitiale caput. Solidus annus, qui ſolſtitiali circumagitur urbe*, ubi pro ſolari ponitur. v. Turneb. Adv. 1. 24 c. 38. Plaut. Pſeud. 1, 1, 36 *Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui. Repente exortus ſum, repentino occidi*. Nam herbæ æſtivæ propter anni vaporem mox exareſcunt. Eadem locutio de re fugaci & non diuturna apud Auſon. Profeſſ. 6, 9. Adde Plaut. Trin. 2, 4, 143; Vitruv. 9, 5; Sen. N. Qu. 5, 6; Liv. 35, 49. Ovid. Pont. 2, 4, 26.

¶ Insōlo, *āre*, ſoli exponere, vel ad ſolem ſiccare, ſonnen, bleichen, an der ſonne trocknen. Colum. 4, 17 *Sic facilius inſolatur humus*. Id. 12, 18 de doliis: *In ſolem producuntur, deinde cum ſatis inſolata ſunt &c.* Id. c. 39 de uvis: *quas per triduum inſolaveris*.

¶ Inſolātus, *a*, *um*, geſonnet, an der ſonne getrocknet, gebleicht; ut, *Vvæ commodius inſolatæ percoquuntur*, Colum. 4, 27. Et, *Inſolati dies & tepidi*, quibus ſol lucet, heiſſe tage, Id. 11, 3.

¶ Inſolātio, *ōnis*, f. ſiccatio in ſole, die wärmung oder trocknung an der ſonne. Plin. 21, 14 *Cera candidiſſima fit, poſt inſolationem etiamnum recocta*. De inſolatione veterum vide, quæ dicta ſunt paullo ante in *Solaria*, & lit. A. in *Apricus*.

¶ Subsōlānus, *a*, *um*, ſub ſole poſitus, an der ſonne gelegen; ut, *Satyri ſubſolanis Indorum montibus*, Plin. 7, 2. *Venti ſubſolani*, Celſ. 2, 1.

¶ Subsōlānus, *i*, m. ſubſt. der oſtwind. Gell. 2, 22 *Eurus a Romanis nauticis ſubſolanus cognominatur*. conf. Sen. Nat. Qu. 5, 16; & Plin. 2, 47; Apul. de Mundo p. 63.

¶ Subsōlāris, *e*, was unter der ſonnen iſt. Et

¶ Suprasōlāris, *e*, was über der ſonnen iſt. Vtroque uſus eſt Saresber. 2, 22 *Si ſubſolarium ratio inveniri non poteſt, quis ſuprasolarium rationem redditurus eſt*.

Solago, vide *Sol*, Solamen, ſolamentum, *Solor*.

Solanus, & um, ſolaris, ſolarium, vide ante *Sol*.

Solatiolum, ſolatium, ſolator, vide *Solor*, Solatus, & um, *Sol*.

SOLBASTRELLA, *æ*, f. pimpinellæ ſpecies eſt Matthiolo, die dritte art bibinel.

SOLDĀNA, *æ*, & Soldanella, *æ*, f. barbara ſunt, non latina vocabula; ſed pharmacopolis uſitata. *Soldanella* braſſica marina eſt, quæ utiliter exhiberi ſolet conflictantibus initiis aquæ intercutis, meerkohl.

SOLDĀ-

SOLDŪRIVS, *i*, m. Gallica vox, devotum militem significans. Cæs. B. G. 3, 22 *Alia ex parte oppidi Adcantuanus, qui summam imperii tenebat, cum DC devotis, quos illi* SOLDVRIOS *appellant, quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt: si quid iis per vim accidat, aut eumdem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoriâ repertus est quisquam, qui interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusaret &c.* Ab hac voce nos hodie forte retinemus, ein soldat, quasi qui salario conducatur vid. Montan ad Cæs. l. c. Hodie etiam militum quoddam genus Germanis dicitur soldner. v. Cluver. Germ. Antiq. 1, 8 p. 69.

Soldus, vide infra in *Solidus*.

SŎLEA, *æ*, f. eine sole, ein pantoffel; calceamenti genus, viris æque & mulieribus familiare, sed viris non nisi domi: nam in publico soleatos conspici, probro dabatur. Vnde illud Ciceronis in Verrem 5, 33 *Stetit soleatus prætor Romanus, cum pallio purpureo, tunicaque talari &c.* vid. *Soccatus* in *Soccus*. Nomen a *solo* pedis est: id enim tantum eo muniebatur: nam supra in planta loris, seu vinculis quibusdam, adstringebatur. Idem est quod *crepida* Græcorum. v. Gell. 13, 20. Fuerunt itemque *soleæ* domesticæ, sed ita tamen, ut accubituri in convivio ponerent munditiæ caussa: & discessuri sumerent rursus. v. Turneb. Adverss. 24, 17; itemque Torrent. ad Horat. 2 sat. 8, 77; & Interpr. Plaut. Truc. 2, 8, 1. *Solea rubra*, Persius, 5, 169. Hinc *Alienis soleis uti* dicuntur, qui moribus aliorum ad suum abuntur emolumentum. v. Chiliad. Vet. Gloss. *Solea*, σανδάλιον. Ita, *Solea ferrea* dici possit ein hufeisen, quæ equorum & mulorum ungulis applicatur: *Iumento* vel *equo soleas ferreas induere*, ein pferd beschlagen. vid. Plin. 33, 11. *Soleæ mularum argenteæ*, sunt Suet. Ner. cap. 30. Vbi & Casaub. licebit videre. Sed *Soleas* istas non fuisse ex metallo solido clavis suppactas, verum calceorum quoddam genus, ungulam totam tegens in viis tantum scrupolis, delicatiorum jumentorum aut ægrotorum adeo pedibus indutum, ostendit Gesnerus in Lexic. russ. h. v. ¶ 2. *Soleæ ligneæ* in instrumento carceris sunt, der stock. vid. Cic. locis, quos laudamus in *Cippus* extr. ¶ 3. *Solea*, piscis planus, a similitudine soleæ. Sunt autem pisces *Soleæ* plurimorum generum, magnitudine tantum differentium. Inter eos enim censentur *Passeres, Rhombi, Buglossi, Lingulacæ, Pectines, &c.* schollen, halbfische, plateisen, bütten. &c. Gesner. Adde Plin. 9, 20. Ovid. Halieut. v. 124; Colum. 8, 6; & 12, 50; Apic. 4, 2. ¶ 4. *Solea*, instrumentum oleo conficiendo aptum Colum. 12, 50 *Canalis & solea*.

¶ Sŏleārius, *i*, m. ein schuhflicker, pantoffelmacher. Plaut. Aul. 3, 5, 40 *Solearii adstant.* conf. Verus Inscript. apud Gruterum p. 648.

¶ Soleātus, *a*, *um*, soleas indutus, der pantoffeln an hat. Cic. Verr. 5, 33. Verba modo in *Solea* attulimus. Petron. c. 27 *Soleatus pila exercebatur.* Martial. 12 epigr. 84 *Et si jam lotus, jam soleatus erit.* Adde Gell. 3, 20; & Sen. de ira 3, 18.

SŎLEĀGĬNEA, *æ*, f. gluma, spelz; ut, *Soleaginis aliquid regulare*, Veget. 2, 41.

Solemnis, solemnitas, &c. vide *Solennis*.

SŌLEN, *ēnis*, m. σωλήν, plur. *solenes* pisces sunt, qui & *Dactyli* & *Ungues* dicuntur, ex concharum genere, id est, canales, quorum similitudinem referunt. Pisces sunt Anglis & Gallis noti. v. Gesner. & Plin. 32, 11; & 11, 37.

SŌLENNIS, & Solemnis, *e*, proprie, quod certis & statutis anni temporibus fieri solet, feyerlich, jährlich. Sanctius Minerv. 4, 17 a *sollus* derivat h. e. totus, ut adeo perpetuum, continuum significet, quod probat etiam Perizonius; sed ut fateatur, etiam veteres ab *anno* derivasse. Nos exempla posuisse contenti erimus. Augustin. Serm. 186 de Temp. SOLENNITAS *ab eo, quod solet in anno, nomen accepit; quomodo perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur æstate, sed per totum annum fluit: ideo perenne, id est, per annum. Sic & solenne, quod solet in anno celebrari.* Alii a *solus* deducere malunt, quasi quod solum & semel in anno fiat cum pompa ac celebritate. Vnde Maro Æn 5, 53 *Annua vota tamen solennesque ordine pompæ.* Sic, *Solennis dies*, Cic. in Pis. c. 22. *Solennes epulæ*, i. e. celebres, Tac. An. 1, 50, 4. Et, *Sacrum solenne*, Sen. Troade v. 778. *Sacra solennia*, Sallust. Cat. c. 22. *Ludi solennes*, Ovid. Fast. 5, 597; (alii *solenni ludos Circo* legunt). Et, *Iter solenne ac necessarium*, Cic. pro Mil. c. 10. *Solennissimus dies*, Tertull. adv. Marc. 4, 12. *Solennissimæ preces*, Apul. Met. 11 p. 264. Et, *Dapes solennes*, Virg. Æn. 3, 301: Vbi Servius, expositorum princeps, *solenne*, *legitimum* exponit. *Arma solennia*, Stat. Theb. 8, 174, quæ ob religionem mutari non possunt. v. Isidor. 6, 18. De orthographia vocis *solennis*, v. Cort. ad Sallust. Catil. c. 22.

¶ Sŏlenne, *is*, n. plural. Solennia, *ium*, subst. das fest; ut, *Funeris solenne* & *solennia*, ein leichen-begängniß, Tac. An. 3, 6, 5. Et Liv. 1, 5 *Solenne ex Arcadia allatum.* Idem 27, 31 *Solenni Nemeorum peracto*, 42, 35 *Eoque sollemni peracto*, & 1, 21 *Soli fidei solenne instituit.* Virg. Æn. 5, 605 *Variis solennia ludis.* ¶ 2. Sed, *nostrum illud solenne servemus*, id est, solitum, laßt uns über die gewohnheit halten, Cic. Att. 7, 6. Ita *solennia insanire*, id est, solenni vel solito more, dixit Horat. 1 epist. 1, 101. Vbi v. Lambin. & Torrent.

¶ Solennĭtas, *ātis*, f. celebritas, die feyerung; ut, *Dierum solennitates*, Gell. 2, 24. *Hoc spectaculum intermissum solennitati pristinæ reddiderunt*, sie haben es wieder gefeyert, Solin. c. 12.

¶ Solenniter, adverb. nach gewohnheit; ut, *Ibi omnibus solenniter peractis, &c.* Liv. 5, 46. conf. Pallad. 1, 28.

¶ Solennĭtus, idem. Apud Nonium 2, 821 Livius in Ægysthō: *Solennitus adeo ditem laudet lubens.*

¶ Perfolennis, *e*, hochfeyerlich. Suet. Ner. cap. 28 *Cum dote & flammeo perfolenni.*

SŌLEO, *solitus sum*, *solēre*, pflegen, gewohnt seyn. Præteritum *Solui* olim in usu fuit. Sallust. Fragm. cap. 14 *Subsidiis, uti soluerat, compositis*; i. e. ut Priscianus 9 p. 872 exponit, *solitus fuerat.* Hinc Varro L. L. 8, 61 *Quoniam est* Soleo, *oportet dici* Solui, *ut Cato & Ennius scribunt, non, ut dicit vulgus*, solitus sum. Ipse tamen Sallust. Cat. 23 *Ferocius quam solitus erat.* Et sic semper Cicero: ut de Orat. 1, 30 *Qua quondam consuetudine solitus sum uti.* Ter. Andr. 3, 4, 4 *Ne faceres, quod vulgus servorum solet, &c.* ¶ 2. Est & in turpibus hujus verbi, sed per ellipsin, locus. Nam *solere cum aliquo, aliquave* dicuntur, qui rem habent: ubi verbum turpiculum *concumbere* tacetur. Plaut. Cist. 1, 1, 38 *Viris cum suis prædicant nos solere: Suas pellices esse ajunt.* Et in epigrammate veteri: *Consule Pompejo primum duo, Cinna, solebant Macchi.* Similiter *Consuescere*, usurpabant, de quo suo loco. Sed & in aliis Veteres infinitivum verbo *solet* non subjungebant. Catullus 42, 7 seq. *Non est sana puella, nec rogate, Qualis sit: solet hæc imaginosum* subaudi, *pati, &c. Imaginosum* enim morbum dicit, qui φαντασιῶς est. Sed locus est controversus. v. If. Voss Observ. p. 3. ¶ 3. *Solinunt* pro *Solent* veteres dixisse, docet Festus in *Nequinunt* p. 333.

¶ Sŏlet & Solitum est, impersonaliter dicuntur. Cic. fam. 9, 16 *Non ut olim solebat, sed ut nunc fit*, wie es sonst pflegte zu gehen. Ter. Andr. 2, 5, 15 *Vulgo quod dici solet.* Petron. cap. 49 *Solet fieri.* Cic. de Orat. 2, 13 *Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est.*

¶ Solens, *tis*. Plaut. Amph. 1, 1, 43 *Si mendacium dixero, solens meo more fecero.* Id. Cas. 5, 1, 14 *Lubens fecero & solens*, nach meiner gewohnheit. Et Truc. 1, 2, 29 *Solens sum; ea est disciplina.* conf. Id. Epid. 2, 2, 53.

¶ Solĭtus, *a*, *um*, gewöhnlich, gebräuchlich; ut, *Mos solitus*, Ovid. Pont. 3, 1, 165. Id. Met. 6, 240 *Solito finem imposuere labori.* Virg. Æn. 11, 413 *O si solitæ quidquam virtutis adesset.* ¶ 2. Sed *Solito* ablativus substantive ponitur. Ita, *Plus solito*, ungewohnlich. *Sol rubet solito magis*, Liv. 25, 7. *Blandior solito*, Ovid de Arte am. 2, 411. *Velocius solito currere*, Id. Met. 14, 388. Sic &, *Præter solitum*, Virg. Ge. 1, 413.

¶ Sŏlĭto, *are*, frequent. offt pflegen. Gell. 7, 1 *Literis mandaverunt, Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare, &c. Solitavisse*, i. e. sæpe solitum esse.

¶ Solitāneus, *a*, *um*, sonderbar. Theod. Priscian. 3, 1 *Solitaneum libellum conficere.* Marcell. Empir. c. 20 *Solitanei dolores stomachi.*

Composita:

¶ Absŏlesco, *ĕre*, i. e. ex solito insolitum fieri, abkommen, ungebräuchlich werden. Tertull. Exhort. Castit. cap. 6 *Absolescit crescite illud & multiplicamini.* conf. Not. Iunii.

¶ Assŏlet, plur. assolent, impersonale, es pfleat. *Ut assolet*, Liv. 1, 28. *Quæ assolent, quæque oportet, signa ad salutem omnia esse huic video*, Ter. Andr. 3, 2 pr. Et Cic. N. D. 2, 4 *Senatus ad quos assoleret, referendum censuit.* Sed Gruter. & alii, *Senatus quos adsoleret, &c.*

¶ Coassŏlet, Idem. Plaut. Epid. 1, 1, 5 *Quod coassolet*, scil. fieri, was gebräuchlich ist. Alii aliter legunt.

¶ Exsŏlens, *tis*. Tertull. de Cultu fœm. c. 9 *Abstinentes vino, & animalibus exsolentes*, i. e. solitum & consuetum usum eorum abdicantes. conf. Iunii not. ad h. l. Hinc

¶ Exsolesco, *ere*, i. e. in desuetudinem venire, entwohnen. Tertull. de Virg. veland. c. 17 *Ne sic a disciplina velaminis exsolescatis.* Sed *Exolesco* vide in *Oleo*.

¶ Insŏlet, pro *solet*. Cæcil. apud Gell. 3, 16 *Insoletne mulier decimo mense parere?* &c.

¶ Insŏlens, *tis*, insuetus, insolitus, ungewöhnlich, ungewohnt, seltsam. Ter. Andr. 5, 4, 4 *Quid tu Athenis insolens?* ein seltsamer gast. *Inauditum atque insolens verbum*, Cæsar apud Gell. 1, 10. Cic. Att. 2, 21 *Ille noster amicus insolens infamiæ, semper in laude versatus, quo se conferat nescit, &c.* Cæs. B. C. 2, 36 *Erat in oppido multitudo insolens belli, diuturnitate otii.* Sallust. Cat. cap. 3 *Quæ tamen si animus aspernabatur, insolens malarum artium.* v. ibi Cortium. Sic, *Insolens contumeliæ, obsequii*, Tac. Hist. 2, 83, 3; & 3, 53, 1. ¶ 2. *Insolens* & arrogans dicitur, *qui*, ut Donatus interpretatur, *præter legem humanam & naturalem agit*, stolz, hochmüthig. Ita Cic. pro Marc. c. 3 *In victoria, quæ naturâ insolens & superba est.* Hirt. B. Alex. cap. 8 *Hi præcipue in victoria insolentes.* Id. B. G. 8, 13 *Secundis nimiisque rebus insolentiores.* Et Sen. Suas. 9 pag. 161 *Nihil insolentius novitio divite.* Alter Sen. c. 16 de vitæ brev *Persarum vox insolentissimus.* Val. Max 2, 7 pr. *Missus, ut insolentissimos Numantinæ urbis spiritus contunderet.* conf. Cic fam. 8, 12, 5.

¶ Insŏlenter, adverb. proprie, ungewöhnlich, selten. Cic. de Invent. 1, 28 *Quæritur, natura ejus evenire vulgo soleat, an insolenter ac raro.* Id. Orat. cap. 52 *Festivitatibus insolentius abuti.* ¶ 2. Arroganter & superbe, stolz, hochmüthiger weise. *Insolenter gloriari*, Cic. Att. 1, 16. *Festivitatibus insolentius abuti*, Id. in Orat. c. 52. *Pompejani insolentius nostros premere cœperunt*, Cæs. B. C. 3, 46. *Insolentissime obequitantem interemit*, Val. Max. 3, 2, 21. Et Lactant. de mort. persecut. c. 9 *Insolentissime agere cœpit.*

¶ Insolentia, *æ*, f. die ungewohnliche art; ut, *Insolentia sermonis*, Liv. 37, 49; *disputationis*, Cic. de Orat. 1, 22. Id. pro Dejot. c. 2 *Moveor loci insolentiâ*, id est novitate. ¶ 2. Est & arrogantia, superbia, übermuth, hoffart. Val. Max. 4, 7 extr. *Optima vindex insolentiæ varietas humanæ conditionis.* Suet. Vit. c. 10 *Pari insolentiâ & vanitate.* Plur. Phædr. 4, 25, 30 *Integritatis qui sinceræ conscius a noxiorum premitur insolentiis.*

¶ Insolĭtus, *a*, *um*, ungewohnlich, ungewohnt; ut, *Insolitis tremuerunt motibus Alpes*, Virg. Ge. 1, 475. *Rarum quiddam & insolitum*, Plin. Paneg. cap. 60. *Insolita ratio dicendi*, Cic. pro L. Manil. c. 1. Et Sallust. in Fragm. c. 2 *Genus armis ferox & servitii insolitum.* Idem Iug. c. 39 *Pars insolita rerum bellicarum.* Lucret. 5, 101 *Insolita res auribus*, etwas unerhörtes. Ac cum præpositione: *Insolitus ad laborem*, Cæs. B. C. 3, 85 *Feminæ prodire insolitæ*, Cic. Verr. 1, 37.

¶ Insŏlus, *a, um*, i. e. insolitus, ungewohnt. Afran. apud Nonium 2, 426 *Ne veniret, quod nunc agitur insolum, &c.*

¶ Insŏlĭte, idem. Gellius 1, 2 adverbialiter dixisse fertur, sed plures libri *insubide*. Augustini tamen est de Doctr. Christiana c. 23 extr. *Si forte insolite acciderint.*

¶ Insŏlesco, *ĕre*, stolz werden. Iustin. 31, 8, 8 *Secundis rebus insolescere.* Sallust. Cat. c. 6 *Per licentiam insolescere animum humanum.* Adde Tac. An. 2, 63, 5; & Gell. 7, 3. Glossæ Cyrilli: *Insolesco*, ἀλαζονεύομαι. Et aliæ: *Insolescere*, ἐναβρύνεσθαι, ὑπερηφανεύεσθαι, κατεντρυφᾶν. Legunt quoque apud Tertull. de Anima c. 30 *insolescentis*, sed Rigaltius *insolescentis.*

¶ Obsŏleo, *ēre*, & Obsŏlesco, *ere*, quod a nonnullis ad *Soleo* refertur, vide in *Oleo.*

Solers, solerter, solertia vide supra *Ars.*

Soli, *ōrum*, vide *Solæ*, Soliaris, *Solium.*

SŎLĬCĬTVS, & Sollicitus, *a, um*, L. geminato syllabæ producendæ caussa apud poëtas, extra versum non item. Proprie est commotus, inquietus; a *Solo* enim & *ciere* compositum est, untuhig bewegt. v. *Solicito.* Virg. Ge. 4, 262 *Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis:* Hinc *Sollicitum motum* Lucret. 1, 344 dixit. Liv. 5, 45 1. *Canes solicitum animal ad nocturnos strepitus.* Ovid. Amor. 2, 16, 15 de mortuis: *Solliciti jaceant, terraque premantur iniqua*, i. e. non molliter ossa cubent. ¶ 2. Inde & *Solicitus* est anxius, conturbatus, curis affectus, sorgfältig, bekümmert. Cic. fam. 16, 7 *Soliciti eramus de tua valetudine.* Quintil. 8, 3 *Nec sum in hoc solicitus*, ich mache mir darüber keine sorge. Rursus Cic. fam. 2, 11 *Mirifice sum solicitus, quidnam de provinciis decernatur.* Quintil. lib. 6 procem. *Filii eminens ingenium solicitam quoque parentis diligentiam merebatur.* Sen. epist. 98 *Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miserias miser; Solicitus est, ut ea, quibus delectatur, ad extremum usque permaneant.* Ovid. Pont. 2, 3, 17 *At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit Vtile, sollicitis computat articulis.* Sic, *Solicitum esse alicui*, est pro quo solicitum sive anxium esse; Lamprid. Elagabal. c. 14 *Secuta est illos Semiamira mater Elagabalum pedibus, solicita filio.* Liv. 28, 43 *Vt meam quoque, non solum reip. vicem videretur solicitus.* ¶ 3. *Solicitum aliquem habere* est, non quiescere finere, & dare semper quod agat; & ita probe defatigare, mühe machen. *Habere* enim pro reddere ponitur. Plaut. Men. 4, 2, 11 *Qui neque leges, neque æquum, bonum usquam Colunt, sollicitos habent patronos.* Lege & sequentia v. 20, ubi ait: *Me hodie nimis solicitum cliens Quidam habuit, neque quod volui agere quicquam Licitum est, ita me attinuit, ita me detinuit, &c.* Ter. Heaut. 3, 1, 52 *Omnes habui solicitos*, ich habe allen zu thun gemacht. Ita & Cicero usus fam. 6, 13. Item de Senect. cap. 19 pr. *Hæc caussa maxime angere & solicitam habere nostram ætatem videtur.* ¶ 4. *Solicitior*, compar. Quintil. 7, 2 *Nos circa lites solicitiores ac ridiculi videmur.* Planc. Cic. fam. 10, 18 *Solicitiorem certo hominem neminem puto fuisse.* Tac. Hist. 4, 58, 1 *Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis sollicitior, aut pro me securior.* Reperitur & apud Sen. de clem. 1, 13; Suet. Domit. c. 14; & Plin. Paneg. c. 6 &c. Superl. *Solicitissimus* apud Sen. de Brev. vit. c. 15 extr. & Quintil. Decl. 280.

¶ Solicĭte, adverb. sorgfältig; ut, *Accurate atque solicite quæsitum*, Gell. 3, 16. *Sapienti non solicite custodire se tutum est*, Sen. epist. 116. Et, *Solicitius adhibere discrimina*, Quintil. 2, 15. *Solicitius attendere annonæ curam*, Epit. Victoris in Theodosio. *Minimum est, de quo solicitissime agitur*, Sen. epist. 93 extr. Et Suet. Claud. c. 18 *Annonæ curam solicitissime agere.* Apul. Apol. p. 274 *Peccatum semel bonus quisque solicitius cavet.*

¶ Solicĭtūdo, *ĭnis*, f. angor animi, & ægritudo cum cogitatione, quemadmodum definit Cic. Tusc. 4, 8, bekümmerniß, sorgfalt. Ter. Andr. 2, 6, 9 *Bidui est, aut tridui hæc solicitudo: nostin'? deinde definet.* Et Phorm. 2, 3 (al. 4) pr. *Quanta me cura & solicitudine affecit gnatus?* er macht mir viel sorge. Cic. de Clar. Orat. c. ult. *Affecit me solicitudo duplex.* Rursus Ter. Phorm. 4, 1, 22 *Isthæc mihi res solicitudini est*, es macht mir gedancken. Sic, *Afferre solicitudinem: solicitudine animum a solicitudine: abstrahere se a solicitudine*, Ciceronis sunt. Id. Att. 5, 21 p. 547 *Sed dices, me ipsum mihi solicitudinem struere.* Vet. Gloss. *Solicitudines*, φροντίδες, μέριμναι.

¶ Sŏlĭcĭto, *āvi, ātum, āre*, & poëtis *sollicitare*, proprie est loco suo movere, quasi *solo ciere* sive *citare*, bewegen, verunruhigen. Calpurnius ad illud Ter. Heaut. 3, 1, 52 *Sollicitos habui: Variis*, inquit, *officiis districtos. Nihil significantius dicere potuit: quid enim aliud est* solicitare, *quam suo loco movere:* Solum *autem quin locum significet, quis dubitat? quum exules quoque dicantur* SOLO PATRIAE SVAE PVLSI. Solicitos *igitur* habuit domesticos, *qui hinc & inde ad ministrandum destinabantur.* Adde Festum, cujus integra verba mutatus est Calpurnius, & Brouckh. ad Tib. 1, 8, 30. Hinc Cels. 5 præf. *Alvum purgatione solicitare*: Ovid. Amor. 3, 1, 50 *Liminis adstricti solicitare forem*, Heins. *fidem.* Virg. Georg. 2, 418 *Sollicitant stricti solicitare forem*, Heinf. *fidem.* Virg. Georg. 2, 418 *Sollicitandæ tellus*, i. e. aranda, exercenda. Tibull. 1, 8, 30 *Et teneram ferro sollicitavit humum.* Ovid. Met. 11, 169 *Tum flamina docto Pollice sollicitat.* ¶ 2. Sed Virg. Æn. 12, 403 *Spicula dextra sollicitat.* Et *Solicitare milites ad proditionem, amicos ad perniciem pecuniâ*, anreitzen, aufwiegeln, Curt. 3, 5, 15. *Spe & pretio solicitare ad venenum dandum*, Cic. pro Cluent. c. 16. Et, *Solicitare ad laborem*, Sen. de Benef. 3, 11; *aliquem precibus*, Ovid. Met. 9, 682; *Iudicium donis*, Idem Heroid. 16, 80. Frequenter & absolute ponitur, & ipsa res subticetur. Cic. Catil. 3, 6 *Cui ad solicitandos pastores Apulia attributa.* Cæs. B. G. 5, 3 *Germanos transrhenanos solicitare dicebantur.* Flor. 3, 5 *Vtræque solicitabantur Armeniæ.* Sic, *Solicitare pudicitiam mulieris*, h. e. attentare, & conari labefactare: *legitimos toros*, Ovid. Pont. 3, 3, 503; *concubitus*; Virg. Ge. 3, 103; & *matronam*, Sen. Controv. 15. Petronius cap. 83 *Et qui sollicitat nuptas ad præmia, peccat.* In quibus omnibus *Sollicitare* est suadendo & pollicitando corrumpere atque aliquid impellere, reitzen, locken. Sed etiam mutata constructione Grat. Cyneg. 452 *Qui pretio fratrum meliorisque ausus amici Sollicitare caput.* Quamvis itaque hoc verbum pejorem ferme in partem usurpari soleat, tamen in meliorem etiam adhibetur. Plin. 4 epist. 13 *Circumspicias præceptores, quos solicitare possimus.* Suet. in Galba c. 5 *Remansit in cœlibatu, nec solicitari ulla conditione amplius potuit, &c.* Quint. lib. 6 procem. p. 495 de filio suo parvulo: *Vt ille mihi blandissimus me suis nutricibus, me aviæ educanti, me omnibus, qui solicitare solent illas ætates, anteferret.* v. Burm. Vet. Gloss. *Solicito* ὑπονοθεύω, ἀναπείθω, προσηλακίζω, πλαγκάζω. ¶ 3. Angere, inquietare, cura & solicitudine afficere, excruciare est, kränken, bekümmern. Ter. Andr. 5, 3, 16 *Cur senectutem hujus solicito amentia?* Id. Eun. 1, 2, 84 *Quid te ergo aliud solicitat, cedo?* Horat. Sat. 2, 2, 42 *Mala copia ægrum sollicitat stomachum*, i. e. gravat.

¶ Solicitans, *tis.* Ovid. Trist. 4, 8, 6 *Me nullo sollicitante metu.*

¶ Solĭcĭtātus, *a, um*, erregt, angereitzt, aufgewiegelt; ut, *Corpora sollicitata suis in sedibus*, Lucret. 2, 963; Et Cæs. B. G. 7, 37 *Solicitatus ab Arvernis pecunia.* Id. B. C. 3, 104 *Solicitato exercitu regio.* Iustin. 1, 7, 18 *Amicus in adulterium uxoris solicitatus.* Id. 2, 13, 12 *Alites & bestiæ escæ illecebris solicitatæ.* Liv. 31, 5 *Quod diu solicitati ne obsidionis quidem metu a fide decessissent.* Et Martial. 11 epigr. 47 *Mentula solicitata.*

¶ Solicitātio, *ōnis*, f. die bekümmerniß. Ter. Andr. 1, 5, 26 *Tot me impediunt curæ &c. nuptiarum solicitatio*; ubi Donatus: *Solicitudo est, quæ inhæret mentibus; solicitatio, quæ ab alio fit.* ¶ 2. Sumitur etiam pro tentatione & incitatione ad rem aliquam, die anreitzung, aufwiegelung; ut apud Cic. Cat. 3, 9 *Iam vero illa Allobrogum solicitatio sit a Lentulo, cæterisque domesticis hostibus, &c.* Sen. Controv. 15 p. 216 *Tot solicitationibus expugnari non potuit.*

¶ Solicitator, *ōris*, m. i. e. qui solicitat. Sen. Controv. 15 pag. 216 *Testamento solicitatoris*, scil. ad stuprum. Vsus & Vlp. l. 11 Dig. de servo corrupto § 2, pro eo, qui servum alienum ad agendum aliquid impellit atque solicitat. It. Paul. ICt. l. 1 ff. de extraord. crim. ubi *Solicitatores alienarum nuptiarum* ii sunt, qui pudicitiam alienæ uxoris appetunt.

¶ Insolicitus, *a, um*, unbekümmert. Gloss. lat. gr. *Insolicitus dies*, ἀμνήμονος ἡμέρα, quid si ἀμέριμνος.

Solidamen, solidesco, solido, *are*, &c. vide mox in *Solidus.*

SŎLĬDVS, *a, um*, adject. integer, plenus, ganz dichte, völlig, vollkommen. Pers. 5, 24 metaphora a nglinis petita, *pulsa, dignoscere cautus Quid solidum crepet.* Vid. *Sonare*, & ad utrumque locum Casaubon. Theol. Græc. 11, 229. Virg. Ge. 3, 26 *In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto.* Sen. epist. 5 *Solidum aurum. Solida auro vasa*, Tac. An. 2, 33, 1. conf. 13, 10, 1. *Solidum beneficium*, Ter. Eun. 5, 2, 32. *Solidum gaudium*, Id. Andr. 4, 1, 23. *Solidum corpus & succi plenum*, Ter. Eun. 2, 3, 26. *Militia semestri solidum stipendium accipere*, Liv. 5, 4. *Solidam & expressam videre virtutis effigiem*, Cic. Off. 3, 17. *Solidum nihil, quod terræ sit expers*, Id. de Vniverso cap. 4. *Solida nix*, grando est apud Papin. Theb. 8, 408. Est enim grando nix coagulata. Plin. 8, 14 *Solidos haurire tauros.* Sen. de Ira 1, 16 *Solida nequitia.* Liv. 4, 8 ext. *Consulatus parum solidus*, i. e. de quo dubitari potest, an gestus sit. Cic. Att. 13, 12 pr. *Scis me ante orationes aut aliquid id genus solidum scribere, ut Varronem nusquam possem imitari.* *Solidum* igitur *scriptum* est μονοπρόσωπον. *Solida* HSC. h. e. illibata subductis recte rationibus omnibus. v. Burm. ad Petron. c. 43 p. 149. Compar. *Solidior caseus*, Colum. 7, 8. *Vinum naturâ solidius*, Pallad. 11, 14 extr. Superl. *Solidissima structura*, Vitruv. 1, 5 sub init. & 8, 7 pr. Et, *Solidissima tellus*, Ovid. Met. 15, 262.

¶ Solidus, *i*, m. subst. etiam dicebatur nummi genus ex auro flatum, certi cujusdam suique ponderis, quasi integer, apud Lamprid. in Alexand. cap. 39, eine ganz goldene münze, ein ducat. Vet. Gloss. χρύσινος, *Solidus.* Quæ appellatio recentior videtur Scaligero, & vix tandem post Diocletiani tempora recepta, quem differt. de re numaria p. 53 vide, si lubet. Vocabatur & *Numisma.* Vet. Glossæ græco-latinæ: νόμισμα, *Solidus.* Aliæ latino-græcæ: *Solidum*, νόμισμα. ¶ 2. *Solidus* est in Gallorum monetis, *sol* & *sous*, quorum viginti efficiunt libram unam Turonensem, i. e. dimidium florenum Rhenanum. Hinc

¶ Soldus, *i*, m. per syncopen pro *Solidus*, est numisma. Martial. 4 ep. 37 *Ex insulis fundisque tricies soldûm*, i. e. *soldorum* sive *solidorum*, gen. plur. ut *Sestertium* pro *sestertiorum.*

¶ Sŏlĭdum, *i*, n. subst. das ganze, das vollkommene. Cic. pro Rab. Posth. c. 17 *Solidum suum cuique solvere.* Virg. Æn. 11, 427 *Multos alterna revisens Lusit, & in solido rursus fortuna locavit: In solido*, nempe *statu.* Eodem modo Sen. de Benef. 3, 4 *Præsentia bona nondum in solido sunt: potest illa casus aliquis incidere.* Vlp. Dig. 45 t. 2 l. 8 *In solidum esse obligatum.* Et Paul. Dig. 35 t. 3 l. 4 § 1 *Si duo ex testamento hereditatem in solidum sibi vindicent, forte quod ejusdem nominis sint, &c.* Sic & Iuvencus 3, 363 *Nulla in solidum mihi dona dederunt.*

¶ Sŏlĭde, adverb. ganz, vollkömmlich; ut, *Id solide scio*, Plaut. Trin. 4, 3, 47. Et ibidem: *Hic homo solide sycophanta est. Solide gaudere gaudium*, Ter. Andr. 5, 5, 8. Compar. *Aqua solidius latiusque concreta*, Gell. 19, 5. conf. Colum. 12, 54; Pallad. 1, 35.

¶ Soliditas, *ātis*, f. forma solida, eine dichte, feste, völlige gestalt. Cic. de Fin. 1, 6 *Democritus atomos propter soliditatem censet in infinito inani ita ferri, &c.* Id. de Vniverso c. 5 *Cum soliditas mundo quæreretur.* Ammian. 17, 7 *Soliditates concretæ.* Arnob. 2 p. 52 *Animæ corporali soliditate privatæ.* ¶ 2. ὁλότης, die vollständigkeit, item, die dauerhafftigkeit. Gordian. l. 2 Cod. Quo quisque ordine: *Quoties duobus non separatim, sed pro indiviso munus injungitur, & ita, ut unusquisque eorum periculo soliditatis videatur obstrictus, &c.* i. e. ut teneatur in solidum, daß ieder muß vor den gantzen schaden stehen. Et Vitruv. 2, 2 *Sempiterno ævo perpetuo infinitam retinere in se soliditatem.*

¶ Sŏlĭdo, *are*, roborare est, seu firmare, befestigen, dicht und fest machen. Plin. 28, 16 *Lardum elixum solidat ossa fracta.* Virg. Georg. 1, 179 de area horrei cylindro æquanda: *Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci.* Tac. An. 15, 43, 3 *Ædificia sine trabibus saxo solidantur.* Pallad. Febr. t. 11 *Vitis calamo juvatur, donec solidetur.*

lidetur. Ibid. t. 31 *Vinum ſtomachum ſolidare titubantem ſolet.* conf. Sen. Nat. Qu. 3, 25.

¶ Sŏlĭdātus, *a, um,* befeſtiget; ut, *Facies ſolidata veneno,* id eſt, firmata medicamento, Lucan. 8, 691. *Solidati parietes,* Vitruv. 7, 3; *muri,* Tac. Hiſt. 2, 19, 5. *Solum alto rudere ſolidatum,* Pallad. 1, 17.

¶ Solidātio, *ōnis,* f. die befeſtigung. Vitruv. 5, 3 *Solidationes ita erunt faciendæ.* conf. 7, 1.

¶ Solidāmen, *ĭnis,* n. idem. Fortunat. 6 carm. 2, quod epithalamium eſt regis Sigiberti, ſub fin. *Vnus amor vivo ſolidamine junctus aleſcat.*

¶ Solidāmentum, *i,* n. idem. Lactant. Opif. Dei c. 7 oſſa vocat *ſolidamenta corporis.* Auguſt. Confeſſ. 7, 20 *Abripi a ſolidamento pietatis.* Novatian. de Trinit. c. 1 *Super ipſum ſolidamentum,* über dem firmament.

¶ Solidātrix, *īcis,* f. quæ ſolidat. Arnob. lib. 4 pag. 131 *Solidatrix oſſium cartilago.*

¶ Solidēſco, *ĕre,* ſolidum fieri, gantz werden, verharſchen. Plin. 11, 37 ſect. 83 *Veſica vulnerata non ſolideſcit.* Vſus & Vitruvius 7, 3 *Vna ſolideſcendo &c.* Adde & 2, 6 & 9.

¶ Solĭdĭpes, *pēdis,* animal pedes habens ſolidos, was einen gantzen huff hat. *Solidipedes* ſunt equi &c. Hinc Plin. 10, 65 *Contra naturam ſolidipedum.* Et 11, 37 poſt init. *Nec ſolidipedum ulli.* Id. 10, 73 *Fruge ſolidipedes aluntur.*

Compoſita:

¶ Conſŏlĭdo, *are,* redintegrare, vel quod ruptum fuit, denuo firmare, ergäntzen, feſt machen; ut, *Conſolidare vulnus, ulcus,* ap. Medicos. Et, *In unam craſſitudinem patietem conſolidare,* Vitruv. 2, 8. Gloſſ. Cyrill. *conſolido,* σερεοποιῶ.

¶ Conſolidātus, *a, um,* feſt geſtellt. Cic. fam. 5, 20 *Rationes confectæ & conſolidatæ,* h. e. liquidæ, cum expenſis reſpondent acceptæ. Quid *Vſusfructus conſolidatus ſit,* L. 3 § 2 Dig. de uſufructu adcreſcendo, vide apud Iurisconſultos interpretes.

¶ Conſolidātio, *ōnis,* f. die feſtſtellung. Vlpianus eadem Lege: *Ante conſolidationem,* ſcilicet uſusfructus.

¶ Conſolidātor, *ōris,* m. Venant. Fortunatus 1 carm. 20 *Nam quod pulchra domus, quod grata lavacra niteſcunt, Conſolidatorem te cecinere ſuum.*

¶ Conſŏlĭdus, *a, um,* feſt. Arnob. lib. 4 ſub fin. *Cum omnibus conſolidæ germanitatis neceſſitudine copulatus.*

¶ Conſolida, *æ,* f. ſubſt. herba ſic dicta, quia conſolidandi vi pollet: ut, *Conſolida media,* mülden günſel, Tabernæm. p. 945. *Conſolida regalis,* ritterſporn, Idem p. 131. *Conſolida major,* herba alia, wallwurtz, beinwellen, a conſolidandis & glutinandis vulneribus. ¶ 2. Porro *Solidagines* etiam hæ dicuntur herbæ.

¶ Insŏlĭdus, *a, um,* infirmus, debilis, ſchwach, unvollkommen. Ov. Met. 15, 102 *Herba roboris expers & inſolida.* Sed

¶ Inſolidum, & Inſolido, adverbialiter, idem quod *integre*; ſed rectius diviſe, *in ſolidum, in ſolido,* ſcribitur. vide paullo ante *Socium.*

¶ Obſolidātus, *a, um,* induratus, hart gemacht. Vitruv. 2, 3 *Teſtorio indutto vidigeque obſolidato.*

¶ Perſolĭdo, *are,* feſt machen. Stat. Theb. 1, 352 *Sicco quos aſper hiatus Perſolidat,* id eſt, congelat.

¶ Præsŏlĭdus, *a, um,* gediegen. Iuvencus Hiſt. Evang. 1, 425 *Præſolidum Simonem, dignum cognomine Petri.*

Sŏlifer, vide *Sol,* Soliferreum, *Solus,* Solifuga, ſoligĕna, *Sol.*

SOLIMNIA, *æ,* f. Ægæi maris inſula, Plin. 4, 12.

SŌLĪNVS, *i,* m. C. Iulius Solinus librum reliquit ex variis ſcriptoribus collectum, quem primo edens, COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM, recognitum vero & emendatum, POLYHISTORA inſcripſit, in quo mutuatus pleraque a Plinio eſt, cujus & SIMIA ea de cauſſa dictus fuit. Qua gente & quando fuerit, non ſatis conſtat. Ægyptium fuiſſe, conjecturæ quædam adſunt, ſed parum firmæ. Stilus affectatus, peregrinum & non Romanum fuiſſe, ſatis videtur arguere; ac miror, inventos fuiſſe, qui Plinianæ majeſtati propius acceſſiſſe exiſtimaverint. Scaliger in Animadv. Euſeb. *leviſſimum ſcriptorem* appellavit: ob futilitatem judicii credo, quo in concinnanda farragine ſua uſus eſt. Scripſit & PONTICVM, ſive de *Ponto* carmen; ied de quo pauci tantum verſus ſuperſunt. Vid. Salmaſii prolegomena in Solinum, & Voſſ. de Hiſt. Lat. p. 646.

Solipurga, vel Solipunga, vide paullo ſuperius *Sol.*

SŌLIS, *is,* f. *gemma candida, & ad ſpeciem ſideris fulgentes ſpargens radios,* Plin. 37, 10. Adde Minuc. Felic. pag. 38; & Iſidor. 16, 10.

Soliſtimum, vide paullo poſt *Solum.*

SŌLĪTĀNAE, *ārum,* f. pl. cochleæ Africanæ. Plin. 30, 6 *Laudatiſſimæ ſunt,* inquit, *cochleæ Africanæ, & ex his ſolitanæ.* Sic enim Varro de Re Ruſt. 3, 14 *Valde amplæ ſunt cochleæ ex Africa, quæ vocantur ſolitanæ.*

Solitaneus, vide *Soleo,* Solitarius, *Solus.*

SŌLITAVRĪLIA, *ium,* n. pl. ſacrum Romanis erat, quo immolabantur tres diverſi generis hoſtiæ, taurus nempe, aries & verres. Gloſſæ Veteres: *Solitaurilia,* θυσίαι ἐκ συὸς, κ ἰδ, καὶ ταύρου, ut Scaliger ad Feſtum emendavit vulgatum ἐκτὸς, καὶ, &c. Vnde & nomen illi factum videtur quaſi *Suovetaurilia,* quæ vox & apud Livium 1, 44 it. 8, 10 legitur, conſulis videlicet ſuis, ovis & tauri vocabulis. Celebrabatur autem februario menſe, quo tempore urbem luſtrabant. vid. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 23, & Feſtus, qui ab Oſco *Sollus,* i. e. totus, & ſolidus derivat, quod hoſtiæ illæ ſolidi integrique fuerint corporis. conf. ibi Dacer & Quintil. 1, 5 pag. 70, Burm. item intt ad Cato. R. R. 141; Beroaldi Annotationes p. 222, & infra *Suovetaurilia.*

Solitas, ſolito, *are,* &c. vide *Soleo,* Solitudo, ſolivăgus, *Solus.*

SŌLIVM, *i,* n. θρονος, ſedes regia, ein thron, königlicher ſtuhl. Cic. Fin. 2, 21 *Ornata regali in ſolio ſedens.* Virg. Æn. 11, 301 *Præfatus divos ſolio rex inſit ab alto.* ¶ 2. Eſt & vas balneare, eine badwanne; unde *Balnearum ſolium* Plinius dixit 11, 41; & 28, 12 prince Palladius quoque cum de Re Ruſt. 1, 40 de balneis inſtituendis præcipit, *ſoliorum* mentionem facit. Etiam Livius 43, 6 pr. *Lavanti regi dicitur nunciatum, hoſtes adeſſe: quo nuntio cum pavidus exſiluiſſet e ſolio &c.* Vitruv. 9, 3 de Archimede: *Caſu venit in balneam, ibique cum in ſolium deſcenderet, &c.* Et Suet. Aug. c. 82 *Quoties nervorum craſſi marinis Albulisque calidis utendum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanice verbo DVRETAM vocabat, manus ad pedes alternas jactaret* LIGNEO SOLIO differte dixit, ad frugalitatem principis demonſtrandam, cum & privati per luxum *argenteis ſoliis* uſi, de quo Plinius 33, 12. Vid. etiam Mart. ep. 2, 42. Vet. Gloſſ. *Solium,* βασιλικὸς θρονος· *Solium,* ἐμβατή. ¶ 3. Sed mortuorum loculamenta etiam *ſolia* appellabantur. Plin. 35, 12 *Quin & defunctos ſeſe multi ſictilibus ſoliis condi maluerunt, &c.* Curt. 10, 1, 32 *Septimus dies erat, ex quo corpus regis jacebat in ſolio.* Suetonius *Solii* in monumento Neronis meminit, ejus vita c. 50; Florus in morte Cleopatræ 4, 11 extr.

¶ Soliāris, *e,* ad ſolium balnei pertinens. Spartianus in Caracalla c. 9 *Thermarum* (quas ipſe condidit,) *cellam ſoliarem architecti negant poſſe ulla imitatione, qua facta eſt, fieri.*

Sollicito, *are,* &c. quære paullo ante in *Solicitus.*

SOLLVS, *a, um,* Oſce dicitur *id, quod nos totum & ſolidum vocamus,* Feſtus; Et Lucilius apud eumdem: *Solla diſpondi.* ¶ 2. *Sollæ appellantur ſedilia, in quibus ſinguli tantum poſſunt ſedere, &c.* Feſtus.

¶ Sollĭcūria, *æ,* f. i. e. *in omnibus curioſa,* Feſtus.

¶ Solliſerreum, *i,* n. ibid. & intra in *Solus, a, um.*

¶ Solliſternium, *i,* n. Idem Feſtus: *Solla ſternere dicuntur, qui ſolliſternium habent*; & Sollaria *vocantur Babyloniea, quibus ſolla ſternuntur.* Sed v. *Solliſternium* in *Sella.*

SŌLOE, vel Soli, *ōrum,* Σόλοι, plurale, civitas Ciliciæ, patria Arati, qui inde *Solenſis* appellatus eſt: item Chryſippi, philoſophi, & Philemonis poëtæ comici patria. Hanc civitatem Solon ædificaſſe, & a ſuo nomine *Solos* appellaſſe dicitur; Sed Athenienſes, quos colonos ibi ſtatuerat, ab Attica lingua deſciverunt; quo factum eſt, ut *Solœciſſare* idem eſſet ac corrupte loqui.

¶ Sŏlœcus, *a, um,* σόλοικος, i. e. barbarus, ſive vitioſe loquens, quaſi Solis degens. vid. Gell. 5, 20; & 7, 2. ¶ 2. Abſurdus generatim. Cic. Att. 14, 6 *Nihil tam* σόλοικον, *quam tyrannum facta defendi.*

¶ Solœcon, *i,* n. ſubſt. σόλοικον, vitium ſermonis. Gellius 17, 2 *Id quoque eſſe* σόλοικον *putant.* Et inde

¶ Sŏlœciſmus, *i,* m. appellatus eſt, σολοικισμὸς, corrupta locutio, ſive inconvenions compoſitio partium orationis; *ſtribligo* vel *ſartago loquendi,* ut Perſius vocat: vide ſupra *Sartago.* Cum enim temporis progreſſu Attici in *Solis,* patriam linguam depravaſſent, σολοικίζειν dicti ſunt, atque inde σολοικισμὸς, eine unförmliche rede, ein ſchnitzer. v. Strab. & Gell. 1, 7; & 5, 20; itemque Quintil 1, 5, ubi ita definit: *Eſt* SOLOECISMVS *in oratione comprehenſionis unius ſequentium ac priorum inter ſe inconveniens poſitio.* Et Auct. ad Herenn. 4, 12 *Solœciſmus eſt, cum verbis pluribus conſequens verbum ſuperiori non accommodatur.* v. Borrich. Vind. pag. 171, & ſupra *Barbariſmus*: & Iſidor. 1, 32. Sen. epiſt. 95 *Grammaticus non* ERVBESCIT *ſolœciſmum, ſi ſcions facit.* Auſon. epigr. 138 de Grammatico: *Da reſtam caſum: jam ſ. feciſſes erit*; ubi Venetus, *Auſonius,* inquit, *qui Grammatici vitium ridet ac reprehendit, Solœciſmum ipſe aperte committit. Nam ſecundum ſolœciſmi naturam longam ſive de induſtria ſive metro coactus corripit. In vetuſto tamen libro erat Soliciſmus, ſi forte ſic diphthongi vocalem præpoſitivam ſyllabæ longæ corripiendæ gratia abjecit.* v. Scalig. Lect. Auſ. 1, 22 p. 63. ¶ 2. Etiam de aliis rebus per tralationem non ineleganter dicitur. Martialis 5 epigr. 39 *Surge, ſoror Phœbum, Calliodore, facis.* Vide verſum præcedentem, cum ſemmate epigrammatis; & 11 epigr. 20; Item Iuvenal. 6, 455. Hieron. adv. Helvid. c. 8 *Apud Chriſtianos ſolœciſmus eſt magnus & vitium, turpe quid vel narrare, vel facere.*

¶ Sŏlœciſta, *æ,* m. σολοικιστὴς, qui committit Solœciſmum, Hieronym. adv. Ruffin. 3, 3. Eſt Luciani dialogus ita inſcriptus.

¶ Sŏlœcophănes, *is,* n. σολοικοφανὲς, i. e. ſolœciſmi ſpeciem habens, cum nihilominus ratione aliqua poſſit excuſari; Al œoſis figura eſt: ut, *Præneſte ſub ipſa,* ſcilicet civitate, & *In Eunuchum ſuam,* nimirum fabulam. ¶ 2. Sed Manutius σολοικοφανὲς inconſequentem & obſcuram dixit eſſe locutionem, cujusmodi illa eſt Ciceronis tam. 4, 6, quæ incipit, *Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem &c.* usque ad ejus periodi finem, Hujus generis vitia etiam ex orationibus Cic. in Verrem aliquot annotavit Aſconius.

SŌLON, *ōnis,* m. Σόλων, Salaminius fuit genere, unus e ſeptem ſapientibus, tempore Crœſi, poſt Homerum annis circiter trecentis. Auctor legum fuit Athenienſibus, annum ordinavit ac menſes. Piſiſtrati tyranni fem fugicas profectiones in terras diverſas multas ſuſcepit, ut in Ægyptum, ubi a ſacerdote quodam objectum ipſi eſt, *Græcos ſemper eſſe pueros, nec ullum eum Græcia ſenem:* quemadmodum Plato & Iuſtinus in Parænetico retulerunt: inde in Lydiam ad Crœſum; in Ciliciam, ubi Soios urbem condidiſſe creditur: in Cyprum, ubi annum agens 63 mortuus eſt. Iuvenal. 10, 174 *Et Crœſum, quem vox juſſit facunda Solonis Reſpicere ad longæ juſſit ſpatia ultima vitæ.* In plurali Perſius 3, 79 *Eſſe quod Arceſilas, ærumnoſique Solones.* Ex Auſonio in Sapientibus Solonis præcepta ſunt: *Dico tunc beatam vitam, cum peracta fata ſint. Par pari jugator conjunx; quicquid impar, diſſidet. Non erunt honores unquam fortuiti muneris. Clam coarguas propinquum, ſed palam laudaveris. Vultu hilarius multo parari quam ereari nobilem. Certa ſi decreta ſors eſt, quid cavere proderit? Sive ſint incerta cuncta, quid timere convenit?*

SŌLOR, *atus ſum, ari,* ſolatium adhibere, tröſten; ut, *Amicis dictis aliquem ſolari,* Virg. Æn. 5, 770. *Feſſos opibus amicis ſolari,*

Idem ibidem v. 41. *Allocutione ſolari*, Catull. 39, 5. ¶ 2. Per translationem, lenire, levare ſignificat, aufhelfen, erleichtern, lindern. Tac. An. 16, 13, 6 *Cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio ſolatus eſt princeps.* conf. Id. 2, 86, 3: Val. Flacc. 2, 151; & 4, 86. Ita Virg. Georg. 1, 159 *Concuſſâque famem in ſilvis ſolabere quercu.* Ita *Cantu laborem ſolari*, Idem dixit 1, 293. Hinc & *ſolamen* & *ſolatium* pro levamento, de quo infra.

¶ Sōlans, *tis.* Ovid. Met. 11, 448 *Multa timidum ſolantia pectus.* Et Virg. Georg. 4, 464 *Ipſe cava ſolans ægrum teſtudine amorem.*

¶ Sōlandus, *a, um.* Ovid. Triſt. 5, 4, 42 *Solandus cum ſimul ipſe fores.*

¶ Solātus, *a, um*, active. Virg. Æn. 5, 708 *Nautes his Æneam ſolatus vocibus.* Idem Georg. 1, 293 *Longum cantu ſolata laborem conjux.*

¶ Sōlāmen, *ĭnis*, n. quo poëtæ fere utuntur, der troſt. Virg. Æn. 3, 661 *Solamenque mali de collo fiſtula pendet.* Id. Æn. 10, 493 *Quicquid ſolamen humandi eſt.* Sen. Octav. v. 66 *Spes una mihi totque malorum breve ſolamen.*

¶ Sōlāmentum, *i*, n. idem. Paulinus 6 Natali Felic. v. 343 *Pervigili tamen hæc dat ſolamenta dolori.* Sed multo uſitatius eſt

¶ Sōlātium, *i*, n. der troſt, die tröſtung; ut, *Oblectamentum & ſolatium ſervitutis*, Cic. Verr. 4, 60. Id. de Clar. Orat. c. 3 *Præſentem me cura levatis, & abſenti magna ſolatia dediſtis.* Id. pro Archia cap. 7 *Studia ſecundas res ornant, adverſis perfugium ac ſolatium præbent.* Et, *Solatio eſſe*, Cæſ. B. Civ. 1, 22. *Solatio afficere*, Tac. An. 3, 24, 1. *Solatium ferre*, Id. 4, 66, 1. *Sæpe calamitatis ſolatium eſt noſſe ſortem ſuam*, Curt. 4, 10, 26. Hieron. epiſt. ad Riparium de Cereis: *Hoc ſolatio noctis tenebras vincimus: Solatio*, id eſt, levamento, ſubſidio. Frequenti uſu ad inanima ab animatis deducitur: *Solatia ſomni, famis, æſtûs, ultionis.* V. Barth. ad Script. Venat. p. 134, & Adverſ. 151, 25.

¶ Sōlātiŏlum, *i*, n. diminut. ein kleiner troſt. Catullus epigr. 2 ad paſſerem Lesbiæ v. 7 *Vt ſolatiolum ſui doloris.*

¶ Sōlātor, *ōris*, m. ein tröſter. Stat. 5 Silv. 5, 40 *Lugentum mitis ſolator.* Et Tibull. 1, 3, 15 *Ipſe ego ſolator cum jam mandata dediſſem.*

¶ Solatrix, *īcis*, f. eine tröſterin, apud Boëthium.

¶ Solātior, *ari*, deponens pro *Solari*, tröſten. Saresb. in Metal. 2, 10 *Alienjus pauſertati ſolatiari.*

Compoſita:

¶ Consōlor, *atus ſum, ari*, tröſten. Cicero paſſim: e. g. fam. 5, 18 *Et ſi egomet, qui te conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum, &c.* Ovid. Met. 1, 578 *Neſcia gratentur conſolenturne parentem.* ¶ 2. Interdum idem valet quod conſolando mitigare vel ſanare. Cic. fam. 7, 11 *Deſiderium tui ſpe tuorum commodorum conſolabor.* Idem ad Qu. Frat. 2, 7 *Hoc incommodum conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum.*

¶ Conſolo, *are*, idem. Hac activa forma Varro uſus eſt apud Nonium 7, 50 *Oedipus Athenas venire dicebatur, qui conſolaret.* Gell. 15, 13 teſtatur, utroque modo dici: *Conſolor te & Conſolor abs te, &c.* Ibidem Q. Metellus, *Cum animum*, inquit, *veſtrum erga me video, vehementer conſolor.*

¶ Consōlans, *tis.* Cic. Tuſc. 3, 31 *Hæc officia ſunt conſolantium, tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, &c.* Ovid. Met. 15, 491 *Conſolantia verba Diccre.*

¶ Conſolandus, *a, um*; ut, *Conſolandus hic mihi eſt*, Plaut. Bacch. 4, 3, 12. conf. Cic. fam. 5, 18.

¶ Consōlātus, *a, um*, getröſtet, paſſive a *Conſolo.* Iuſtinus 22, 6, 4 *Conſolatis militibus.* conf. Vulg. Interp. Act. 20, 12.

¶ Consōlātio, *ōnis*, f. der troſt. Cic. fam. 5, 13 *Pervulgata conſolatio eſt, ut homines nos eſſe meminerimus. Conſolatione egere*, Id. fam. 5, 16. *Conſolationem alicui adhibere*, Idem ibid. tröſten. Ita *Malorum conſolationem nullam invenire*; & *Conſolatione lenire: Levat dolorem conſolatio*; & *Conſolatione ſuſtentari: Me conſolatio una ſuſtentat*; *Conſcientia rectæ voluntatis maxima eſt conſolatio rerum incommodarum*; omnia hæc ſunt Ciceronis, ſententia vero poſtrema hæc exſtat fam. 6, 4, ubi & ex prioribus præcipuas, aut iis ſimiles permultas invenies.

¶ Consōlāmen, *inis*, n. idem, apud Hieronymum epiſt. 62.

¶ Consōlātor, *ōris*, m. ein tröſter. Cic. fam. 6, 4 *Me ipſum, conſolatorem tuum, non tantum literæ, quibus ſemper ſtudui, quantum longinquitas temporis mitigavit.* Sen. ad Helviam c. 1 *Committar non ſiducia ingenii, ſed quia poſſum inſtar efficaciſſimæ conſolationis eſſe conſolator.*

¶ Conſolatrix, *īcis*, f.

¶ Consōlātōrius, *a, um*, troſt-. Cic. Att. 13, 20 *A Cæſare literas accepi conſolatorias.*

¶ Consōlātorie, adverb. idem. Sidonius 6 epiſt. 9 *Quem non increpative, ſed conſolatorie compellare cupiebamus.*

¶ Consōlābilis, *e*, dabey man ſich tröſten läſt; ut, *Dolor vix conſolabilis*, Cic. fam. 4, 3. Et Ambroſius epiſt. 8 (al. 61) *Fœminæ deceſſio conſolabilior habenda.* ¶ 2. Active Gell. 16, 19 *Carmen conſolabile caſus ſui canere*, ein troſt-lied.

¶ Inconsōlabilis, *e*, unheilbar. Ovid. Metam. 5, 426 *Inconſolabile vulnus Mente gerit tacita.* Et Ammian. 29, 2 *Abſtinere inconſolabili malo.*

¶ Desōlo, *āre*, & Deſolatus, pertinent ad Solus, *a, um.*

¶ Insōlābilis, *e*, troſtlos; ut, *Inſolabile pectus*, apud Paulinum.

¶ Insōlābiliter, adverb. ohne troſt. Horat. 1 epiſt. 14, 7 *Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis Inſolabiliter.*

SŌLOX, *ōcis*, id eſt, craſſus, grob, rauh; ut, *Solox lana*, craſſa & nondum purgata apud Feſtum; Et Philargyrius in Virg. lib. 3 Georg. *Læta paſcua ſolocem lanam faciunt, id eſt, minutam, duram atque hirſutam.* Eadem & *Oſca* vocabatur, ut ex Varr. lib. 6 de L. L. Scaliger in conjectan. p. 129 notat. Lucilius apud Feſtum in *Solox: Paſcali pecore ac montano, hirto atque ſoloci.* Vet. Gloſſ. *Solox, ἰεγὸς γῆ παχύς*, conf. Symmach. 1 epiſt. 1.

Solpuga, vide ſupra *Solipuga* in *Sol.*

Solſequium, ſolſtitialis, ſolſtitium, vide *Sol*, Solubilis, *Solvo.*

SŌLUM, *i*, n. priore brevi, terra, das land, die erde, der boden, die grundfeſte. Tibullus 1, 1, 2 *Et teneat culti jugera magna ſoli.* Sic, *Solum natale*, i. e. patria. Ovid. Pont. 1, 3, 35 *Neſcio, qua natale ſolum dulcedine cunctos, Ducit, &c.* Cic. fam. 9, 26 *Loquor, quod in ſolum*, int. venit, prov. explicante Manutio, quidquid occurrit, & caſus fert. Plenius Cic. de nat. deor. 1, 23 *Quodcunque in ſolum venit, effingis atque efficis.* Sed, *Æquare ſolo*, Vellej. 2, 4, 2; & Liv. 24, 47, der erden gleich machen, ſchleifen. Contra, *A ſolo facere*, von grund auffühuen. Inſcript. Grut. p. 19 n. 7 AEDEM A SOLO SVA PEC. FECIT. Et p. 187 n. 3 A SOLO RESTITVERVNT. *Vertere ſolum*, eſt locum ac ſedem mutare, das land räumen: *Qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, ſolum vertunt*, Cic. pro Cæc. c. 34. Et Suet. Tib. c. 48 *Cum per ſenatusconſultum ſanxiſſet, ut fœneratores duas patrimonii partes in ſolo collocarent*, ſie ſolten es an liegende gründe oder güter anlegen. Plin. 6 epiſt. 19 *Eosdem patrimonii tertii partem conferre juſſit in ea, quæ ſolo continerentur.* Sic *res ſoli* ICtis dicuntur, quæ natura ſua immobiles, ut, *ædes, agri, fundi, &c.* unbewegliche güter. Pluraliter *ſola* ſæpe dixit Avienus in Orbis deſcriptione: ut v. 272. *Curvo ſola vomere ſulcant.* Et v. 503 *Sola iniqua*: & v. 999 *Pinguia ſola*: & v. 1312 *Abrupti ſola ceſpitis.* Et Virg. Ge. 1, 80 *Saturare ſimo pingui ſola* ¶ 2. Ponitur & pro imo pede, die ſole. Lucretius 1, 925 *Avia Pieridum peragro loca nullius ante Trita ſolo.* Cic. Tuſc. 5, 32 *Mihi amictus eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum.* Feſtus: SOLEA, *a ſolo pedis.* Plaut. Curc. 2, 3, 18 *Omnes ſubdam ſub ſolum.* ¶ 3. Servius ad illud Virg. Æn. 5, 199 *Subtrahitur ſolum*: SOLVM, inquit, *notat, unicuique rei quod ſubjacet. Vnde navium ſolum*, mare; *avium*, aër; *ſtellarum*, cælum &c. Idem: SOLVM *etiam dicitur, quod aliquid ſuſtinet.* Vet. Gloſſ. *Solum, Caligarium, κάσσυμα.* Ovid. Met. 1, 73 *Solum ſtellarum*, der ſtern-himmel. Cæſ. B. G. 7, 72 *Foſſæ ſolum tantumdem patet.* Apul. Floridis pr. p. 340 *In ipſo, ut ita dixerim, ſolo ætheris & faſtigio hiemis &c.* In veteri Inſcriptione apud Gruterum p. 174 n. 8 IVNIA. D. F. RVSTICA. SACERDOS PERPETVA ET PRIMA IN MVNICIPIO CARTIMITANORVM PORTICVS PVBLICAS VETVSTATE CORRVPTAS REFECIT: SOLVM BALINEI DEDIT &c. grund und boden.

¶ Sōlārium, *i*, n. a ſolo prima brevi, quod pro ſolo penditur, landſteuer. Vlpian. l. 2 § 11 ff. ne quid in loc. publ. & l. 38 § 4 ff. de leg. 1 *Hæres cogitur legati prædii ſolvere vectigal præteritum, vel tributum, vel ſolarium &c.* ¶ 2. Aliud eſt *Solarium* a *Sol.*

¶ Sōliſtimum, *i*, n. tripudium in auguriis, vocabant cum quid ex ore pulli in ſolum cecidit, quod boni ominis putabatur. Meminerunt hujus vocis Cic. fam. 6, 6; item in Divinat. 2, 34; & Liv. 10, 40. v. Feſtus; Dempſter. in Roſin. p. 457; Manut. & Gron. ad Cic. fam. epiſt. l. c. & Græv. Not. ad Tr. de Miſer. hum. p. 67. Min. Felix c. 26, 1 *Pullorum ſoliſtimum tripudium.*

Sōlĭcĭtus cum derivatis vide ſupra ſeorſum.

¶ Adsōlo, *are*, i. e. ſolo æquare, niederreiſſen, zu boden werfen, Tertullian. contra Nation.

Exſul, cum derivatis, vide ſupra in lit. *E.*

SOLVO, *ſolvi, sōlūtum, ſolvĕre*, expedire, diſſolvere, quod erat ligatum, löſen, auflöſen; ut, *Iube ſolvi obſecro*, Ter. Andr. 5, 4, 53. *Solvere nodum*, Horat. 3 ode 21, 22. Et, *Solvere argumentum*, Quintil. 2, 17. *Solvere ſidem*, Ter. Andr. 4, 1, 19. *Solvere obſidionem*, Liv. 24, 41; & *obſidio* ſive *obſidione*, Aur. Vict. in Lucullo c. 74, die belagerung aufheben. *Solvitur acris hyems*, das harte wetter gehet auf, Horat. od. 1, 4, 1. ¶ 2. *Solvere* & nauticum verbum eſt, & navem aquis committere, & incipere navigationis curſum, ſignificat, vom lande abſtoſſen, abfahren, abſegeln. Cic. fam. 16, 9 *Nos eo die cœnati ſolvimus, unde auſtro leniſſimo, cœlo ſereno in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus.* Id. pro Mur. c. 2 *Solvere e portu.* Cæſ. B. G. 4, 23 *Nactus idoneam ad navigandum tempeſtatem, tertia fere vigilia ſolvit.* ubi v. Oudendorp. Rutil. Itin. 1, 217 *Solvimus auroræ dubio.* Eſt autem hæc ratio loquendi elliptica: plena enim oratio eſt, *navem ſolvere*: Plaut. Amph. 1, 1, 256 *Nocte hac ſoluta eſt navis noſtra ex portu Perſica.* It. Cæſ. B. C. 1, 28 *Pompejus ſub noctem naves ſolvit.* Nepos 23, 8, 2 *Illi deſperatis rebus cum ſolviſſent naves, ac vela ventis dediſſent.* v. & Sanct. Minerv. 4, 4, 609. ¶ 3. *Solvere* etiam dicuntur, qui, quod debent, præſtant ac numerant, zahlen, bezahlen. Sic, *Solvere argentum*, Ter. Adelph. 4, 4, 19; *æs alienum*, Salluſt. Cat. c. 35. Et Cic. Att. 1, 3 *Miſimus, qui pro vectura ſolveret*, die fracht zu bezahlen. Ter. Adelph. 2, 1, 10 *Neque tu verbis unquam ſolves, quod mihi re malefeceris.* Sic dicimus: *Solvendo eſſe*, bezahlen können. *Non ſolvendo eſſe*, nicht bezahlen können, Cic. Att. 13, 10, & fam. 3, 8, 5. Et, *Ad ſolvendum non eſſe*, Vitruv. 10, 6. v. Gronov. & Burm. not. ad Quint. Decl. 8 p. 167. *Solvere ad diem*, Cic. 16, 16. Similiter *mercedem ſolvere, præmia ſolvere, &c.* dicimus. De formula *judicatum ſolvi ſatisdare*, v. in *Satisdo* ſub *Do.* Curt. 6, 3, 14 *Fidei violatæ meritas pœnas ſolvere*, der untreue wegen geſtrafft werden. *Solvere ab aliquo*, ap. Cic. Attic. 7, 18, aliisque locis eſt delegare debitorem, ſeu pecuniam, nobis ab altero debitam, ad creditorem noſtrum transferendo, ſe liberare. v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 4. Sed & alia dicuntur *Solvi*, quæ pietatis atque officii cauſſa alicui præſtantur. Ita, *Paterno funeri juſta ſolvere*, den vater begraben, Cic. pro Roſc. Am. c. 8. conf. Curt. 3, 12, 15. Et, *Suprema alicui ſolvere*, eſt, exequias celebrare, parentare, Tac. An. 1, 61, 1. ¶ 5. *Votum ſolvere*, eſt, ſe voto liberare, ſeine gelübde halten, ablegen. Sic, *Voti ſolvere fidem*, Ovid. Faſt. 1, 642. Veteres concepta vota in tabulis conſignabant, affigebantque Deorum ſtatuis: Re impetrata, easdem tabulas reſignabant, Diisque reddebant, quæ promiſerant. v. Rutgerſ. Var. Lect. 5, 5. Suet. Aug. c. 97 *Vota, quæ in proximum luſtrum ſuſcipi mos eſt, collegam ſuum Tiberium nuncupare juſſit. Nam ſe quamquam conſcriptis paratisque tabulis negavit ſuſceſturum, quæ non eſſet ſoluturus.* Plin. 10 ep. 44 *Solennia vota pro incolumitate tua, quâ publica ſalus continetur, & ſuſcepimus pariter & ſolvimus.* ¶ 6. *Solvere epiſtolam*, eſt aperire, inciſo lino, quo colligata eſt, Nepos 23, 11, 3. Alibi id dicit 4, 4, 1 *Vincula epiſtolæ laxare*, & *ſignum detrahere*, einen brief erbrechen

chen. ¶ 7. *Solvi* quoque dicuntur, qui liberantur veneficio, quo obligati devotique fuerant, frey werden. Horat. epod. 5, 75 *Ah, ah, solutus ambulat veneficæ Scientioris carmine.* Et epod. 17, 45 ad Canidiam Veneficam: *Et tu (potes nam) solve me dementia &c.* v. & supra *Obligo* in *Ligo.* ¶ 8. Est & Medicorum verbum; ut, *Ventrem solvere,* id est, pressum atque constrictum fluentem reddere, Cels. 3, 18. Et, *Solvere alvum,* Plin. 14, 18, ubi contrarium *solutam firmare.* Sic alibi *constringere, comprimere.* ¶ 9. *Solvere animum* est, relaxare atque remittere, ut, posita tristitia, se hilarem præbeat. Martial. 9 epigr. 28 *Qui spectatorem potui feciſſe Catonem, Solvere qui Curios Fabriciosque graves.* Sic &, *Solvere formidine terras,* von der furcht befreyen, Virg. ecl. 4, 14. ¶ 10. *Solvere* etiam frangere, debilitare, destruere est, schwächen. Celsus 1, 1 de coitu: *Rarus corpus excitat, frequens solvit.* Quint. 1, 2 p. 26 *Infantiam statim deliciis solvimus.* Ovid. Her. 13, 116 *Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis Languida lætitia ſolvar ab ipſa mea.* Solvit homines non dolor immodicus tantum, sed nimia etiam lætitia. ¶ 11. Hinc & pro *mori* ponitur &c. *Mors* enim solutio animæ & corporis. Curt. 8, 9, 32 *Corpora, quæ ſenectus ſolvit.* Sen. epist. 10 *Nobis ſolvi, perire eſt &c.* Petron. c. 111 *Quid proderit hoc tibi, ſi ſoluta inedia fueris: ſi te vivam ſepelieris.* Florus 4, 11 extr. de Cleopatra loquens: *Admotis ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt.* Stat. 5 Silv. 1, 222 *Illam tranquillo fine ſolutam, Felicemque vocant.* Rutil. Num. 1, 497 *Non indignemur mortalia corpora ſolvi, Cernimus exemplis, oppida poſſe mori.* Sic & absolute *Solvi* Ovid. Amor. 2, 10, 36.

¶ Solvens, *tis.* Lucret. 1, 1038 *Cæli ruinæ corpora ſolventes.* Propert. 2, 9, 6 *Penelope nocturno ſolvens texta diurna dolo.* Ovid. Met. 3, 700 *Lapſæ nullo ſolvente catenæ.* Iustin. 21, 3, 5 *Virgines voto civitatem ſolventes.*

¶ Sōlūtus, *a, um,* expeditus, liber, frey, los, ledig, ungebunden. Cic. fam. 15, 19 *Vtrum iſta ſollicito animo an ſoluto legas,* i. e. curis vacuo. Ita *Solutus a cupiditatibus,* Cic. Agrar. 1 extr. Et, *Solutus cupiditatibus,* Sen. epist. 10. *Solutus jurejurando,* Cic. Off. 1, 13, des eides quitt, entlediget. *Solutus legibus,* hoc est, absolutus, Id. pro Rab. posth. 9. 5. Et Catull. epigr. 32, 7 *O quid ſolutis eſt beatius curis?* Cic. Divin. 1, 57 *Somno ſolutus.* Plin. 22, 4 *Belli cura ſolutus.* Et absolute Cæsar ad Cic. fam. 15, 19 extr. *Vtrum iſta ſollicito animo legas, an ſoluto.* Cic. pro Q. Rosc. 15 pr. *Soluto & quieto ſum animo.* Liv. 6, 11 *Inter aurum accipiendum & ſpem pacis ſolutis animis.* Sic, *Oratio ſoluta, non alligata metris, qualis in ſermone & epiſtolis eſt,* sicut Fabius ait 9, 4, ungebundene rede. *Solutus amor,* Statio est vagus, citra matrimonii legem. *Vrbs ſoluta ac debilitata,* Cic. cont. Rull. 2, 33. Et, *Mea ratio facilior & ſolutior eſt,* Cic. fam. 3, 5. ¶ 2. *Soluta prædia* Ciceroni Orat. de Lege Agraria dicuntur, quæ nulli obligata sunt. Nam *obligatis* opponit: *Soluta,* inquit, *meliore in cauſſa ſunt, quam obligata,* unverpfändete, schuldfreye güter. ¶ 3. Est & *Solutum,* in quo nihil moderati inest, & quidvis licet, nihil est, quod cohibeat atque adstringat, ausgelassen, uneingeschränckt. Plus est quam liberum; Illud enim indicat licentiam immodicam & nimiam, hoc libertatem moderatam. A. Cæcina ad Cic. fam. 6, 7 *Solutum exiſtimatur alteri maledicere &c. Solum vero liberum alterum laudare.* Ipse Cic. fam. 1, 9 *Si eſſent mihi omnia ſolutiſſima, tamen in republica non alius eſſem, atque nunc ſum,* wenn mir gleich alles frey stünde. Suet Aug. c. 44 *Spectandi ſolutiſſimum & confuſiſſimum morem correxit, ordinavitque,* die unordentliche manier. Liv. 27, 31 *Quo minus ſuſpectus, eo ſolutior erat,* desto freyer. Id. 2, 3 *In regno libido ſolutior fuerat.* Cic. 2 Cat. c. 12 *Mea lenitas ſi cui ſolutior viſa eſt,* allzunachläßig. Et de Clar. Orat. c. 48 *Rabula ſolutiſſimus in dicendo.* Sen. de Const. Sap. c. 11 *Vt quisquis contemtiſſimus, & ut maxime ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt.* Ita *Solutum riſum,* licentem atque immodicum, Virgil. dixit Georg. 2, 386. Addatur *ſolutior* ex Liv. 2, 3; Sen. epist. 90; Colum. 5, 5.

¶ Sōlūtum, *i,* n. subst. die zahlung. Sen. epist. 8 *Hoc non imputo in ſolutum,* ich rechne es nicht vor baare zahlung. vid. quæ monemus ad *Inſolutus.* Vlp. Dig. 2 t. 2 l. 3 § 7 *Solutum repeti non poſſe, Iulianus putat.* Sic, *Inſolutum,* & *pro ſoluto dare,* est, in creditorem aliquid transferre, ut cedat in liberationem debiti. vide ICtos.

¶ Sōlūte, adverb. libere, frey, ungehindert. Cic. de Clar. Orat. c. 29 *Solute & ſuaviter dicere.* Compar. Tac. An. 13, 47, 2 *Quo ſolutius laſciviret.* L. 14 § 13 Dig. de Religios. & sumt. funer. *Solutius æquitatem ſequi.* Sen. Qu. Nat. 6, 30 *A fabris negligentius ſolutiusque compoſita,* liederlich.

¶ Sōlūtim, idem. Tertull. de Pallio c. 5 *Tota molitio pallii eſt operire ſolutim,* hoc est, non adstricte.

¶ Sōlūtio, *ōnis,* f. quæ tam ab obligatione, quam a pecunia aut debito est, die bezahlung, erstattung lösung, losmachung. Cic. Off. 2, 24 *Fides nulla eſſe poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Sen. ad Marc. c. 19 *Mors omnium dolorum & ſolutio eſt & finis.* Id. de Benef. 5, 12 *Eorum ſolutio imperito difficilis,* die auflösung. Plin. 20, 22 *Solutio ſtomachi,* cum vires ventriculi dissolvuntur. *Solutionis* verbo *ſatisfactionem quoque omnem & liberationem* accipiendam placet Vlpiano & Paulo l. 47 & l. 176 ff.

¶ Sōlūtor, *ōris,* m. qui solvit. Gloss. gr. lat. καταξολεύς, *ſolutor.* Tertull. adv. Marc. 4, 17 *Solutori utique pignus reſtituendum eſſe.* In Gloss. Vet. ὀνειροκρίτης, *Somniſolutor* etiam vertitur, ein traumausleger.

¶ Sōlūbĭlis, *e,* auflöslich. Prudent. in Romano v. 507 *Caro ſolubilis:* & Apoth. v. 514 *Dextra ſolubilis.* Minuc. Felix c. 34 *Mundus Deo ſoli ſolubilis eſt.* Ammian. 16, 8 *Pons ſolubilis,* eine fliegende brücke. ¶ 2. Active, qui facile solvit, auflösend; ut, *Solubilis aër,* Cæl. Aurel. Acut. 2, 37. vid. Reines. Var. p. 649.

¶ Sōlūtĭlis, *e,* idem; ut, *Navis ſolutilis,* pro *ſolubilis,* non fideliter contructa, cujusmodi navem matri Neronem feciſſe, ut in ea periret, Suetonius scribit Vita ejus c. 34.

Composita:

¶ Absolvo, *vi, ūtum, ĕre,* perficere est, & rei finem imponere, etwas fertig machen, beschliessen, vollbringen; ut, *Abſolvere opus, librum &c.* Sic Cic. Off. 3, 2 *Nemo pictor eſt inventus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolveret.* Id Att. 13, 19 *Dialogos confeci & abſolvi.* Sic, *Perſum abſolvere,* Varro R. R. 2, 2 Et, *Vno abſolvere verbo,* mit einem worte alles sagen, Plaut. Rud. 3, 2, 39. *Si obſequare, una te abſolvas plaga,* Id. Amphitr. 2, 11. ¶ 2. *Abſolvere diem,* id est, vitam finire, sterben, Avienus Periegesi v. 455. Terentianus Maurus dixit: *Tantum noſtra nequit menſura abſolvere litem,* i. e. dirimere. Martialis 1 epigr. 82 *Hæc, quæ pulvere diſſipata multo Longas porticus explicat ruinas, En quanto jacet abſoluta caſu?* ABSOLVTA, id est, dejecta & sic finita. Ex Apulejo adfertur, *Heus tu, ubi es? valvas ſtabuli abſolve.* Severus Ætna v. 146 *Corpora deripiat, validoque abſolverit arcu,* h. e. a fornice suo dissolvat, ut cadant. ¶ 3. *Abſolvere* est, entlassen, lossprechen. Ter. Adelph. 2, 4, 13 *Ad forum ibo, ut hunc abſolvam,* id est, pretio numerato dimittam, damit ich ihn abfertige. Et mox v. 18 *Hominem iſtum impuriſſimum quamprimum abſolvitote.* Similiter *Abſolvi anima* dicitur, cum dimittitur corpore: Apul. 1 de dogm Plat. p. 6 *Animam animantium omnium non corpoream eſſe* (statuit) *nec ſane perituram, cum corpore fuerit abſoluta.* Prudent. in Romano v. 118 *Anima abſolutæ vinculis cœlum petit.* Nimirum quidquid nexum clausumve, dimittitur liberum, editurve, *abſolvi* dicitur. Idem Christianus ille Flaccus, Prudentius, Hymno Epiphan. de Pharaone loquens v. 145 *Cautum & ſtatutum juſſerat, Quo non liceret matribus, Cum pondus alvi abſolverent, Puerile pignus tollere.* ¶ 4. Sed, *Abſolvere quem improbitatis,* Cic. Verr. 1, 28; & *injuriarum,* Auct. ad Herenn. 2, 13. Subauditur autem *crimine,* vel similis ablativus, ut *pœna &c.* lossprechen. Aliquando etiam construitur cum ablativo, & id quidem vel sine præpositione: Liv. 2, 8 pr. *Latæ deinde leges, quæ conſulem regni ſuſpicione abſolverent;* vel cum præpositione: *Druſus erat de prævaricatione a Tribunis ærarii abſolutus.* ¶ 5. Solino c. 8 hoc verbum idem est ac verbis & testimoniis aliquid evincere ac demonstrare, es ausmachen. Ita vero ille: *Bochus abſolvit, Gallorum veterum propaginem Vmbros eſſe.*

¶ Absōlūtus, *a, um,* losgesprochen, entlediget; ut, *Omnium ſententiis abſolutus,* Plin. 18, 6; & Nepos 6, 3, 4. *Capitis abſolutus,* scil. crimine, Id. Nep. 1, 7, 6. Prudent. Perist. Roma. 110 *Abſolutus* vinculis h. e. solutus. ¶ 2. Interdum idem quod *perfectiſſimus,* vollkommen; ut, *Numeris omnibus abſolutus liber,* Plin. 9 epist. 38, quibus significatur, quod est perfectum expletumque omnibus numeris & partibus. *Viſus eſt marinus homo abſolutus ſimilitudine,* Plin. 9, 5. Plura vide in *Abſolvo.* ¶ 3. Compar. Quintil. 1, 1 extr. *Quo ſit abſolutius os, & expreſſior ſermo.* Plin 34, 8 *Quo opere nullum abſolutius.* Super! Auct. ad Herenn. 4, 19 *Exornatio abſolutiſſima.* Et Dialog. de Orator. c. 5 *Abſolutiſſimus poëta.* Et Macrob. 1 de Somn. Scip. c. 11 extr. *Abſolutiſſima puritas.*

¶ Absōlūte, adverb. perfecte, vollkommlich; ut, Cic. Tusc. 5, 18 extr. *Omnia proſluenter, abſolute, proſpere* sc. succedunt sapienti. *Abſolute doctus,* Suet. de Gramm. c. 4. Contrarium, *Doctus mediocriter.* Compar. Macrob. Somn. Scip. 2, 75 *Vt abſolutius liqueat.* conf. Plin. 4 epist. 27, ubi & adjective & adverbialiter accipi potest. Superl. Auct. ad Herenn. 2, 19 *Vt abſolutiſſime utamur.* Hieron. epist. 61 ad Pammach. c. 3 pr. *Abſolutiſſime reſpondere.*

¶ Absōlūtio, *ōnis,* f. perfectio, die vollkommenheit. Cic. de Fin. 5, 14 *Virtus rationis abſolutio definitur.* ¶ 2. Iudiciale est verbum, die lossprechung Cic. fam. 3, 11 pr. *Abſolutio majeſtatis.* Et Suet. Vesp. c. 16 *Reis abſolutiones venditare.* conf. Iustin. 9, 4, 10.

¶ Absōlūtōrius, *a, um,* lossprechend; ut, *Tabula abſolutoria,* ad absolutionem pertinens, Suet. Aug. c. 33. Et, *Sententia abſolutoria,* Asconius in Orat. pro Milone extr.

¶ Absōlūtorium, *i,* n. subst. ein kräftig artzney-mittel. Plin. 28, 6 *Abſolutorium ejus mali dicitur.*

¶ Inabsōlūtus, *a, um,* imperfectus, unvollkommen. Apul. 1 de Doctr. Platon. post principium: *Initia rerum eſſe tria arbitrabatur Plato: Deum, & materiam, rerumque formas, quas ἰδέας idem vocat, inabſolutas, informes, nulla ſpecie, nec qualitatis ſignificatione diſtinctas.*

¶ Redabsolvo, *ĕre,* wieder loslassen, wieder entledigen. Plaut. Curc. 3, 84 *Sequere hac, te redabſolvam, qua adveniſti gratia.*

¶ Desolvo, *ĕre,* i. e. exsolvere, bezahlen. Scævola 40 ff. t. 5 l. 41 § 9 *Reliquorum nomine id deſolutum eſt.*

¶ Dissolvo, *vi, ūtum, ĕre,* zertrennen, auflösen. Cic. de Senect. c. 20 *Opus ipſa ſuum eadem, quæ cognamentavit, natura diſſolvit.* Id. in Orat. c. ult. *Facilius eſt, apta diſſolvere, quam diſſipata connectere.* Sallust. Iug. c. 17 *Senectus plerosque diſſolvit,* es macht es mit den meisten aus. Lucret. 1, 556 *Quidvis citius diſſolvi poſſe videmus, quam rurſus reſici.* ¶ 2. *Diſſolvere æs alienum,* Cic. Phil. 2, 18; & pro Sylla c. 20; *pecuniam,* Id. Verr. 3, 75. Sic, Ter. Phorm. 4, 3, 50 *Aliquantulum quæ afferret, qui diſſolverem quæ debeo,* damit ich abzahle, bezahle. Et, *Diſſolvere amicitiam,* Cic pro Rosc Am. c. 39, zerreissen, abschaffen, Nep. 6, 3, 5. ¶ 3. *Diſſolvere ſe,* id est, exsolvere a negotiis, sich losreissen, entledigen. Ter. Heaut. 3, 1, 102 *Diſſolvi me ocyus, operam ut tibi darem.*

¶ Dissolvens, *tis.* Lucret. 1, 559 *Æras diſturbans diſſolvensque.*

¶ Dissōlūtus, *a, um,* zertrennt, zerstreut, allzufrey; ut, *Societas diſſoluta,* Nep. 21, 3, 2. *Capillus diſſolutus,* id est, dissipatus, Plin. 28, 7. Et Cic. ad Brut. ep 3 *Ne tua liberalitas diſſolutior videatur.* ¶ 2. Sed, *Adoleſcens perditus ac diſſolutus,* Cic. Att. 13, 48, leichtsinnig, liederlich. Et Off. 2, 28 *Negligere, quid de ſe quisque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed omnino diſſoluti.* Cic. Cat. 1, 2 *Cupio P. C. me eſſe clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis non diſſolutum videri,* id est, inertem, segnem, remissum, mollem, sui officii immemorem. conf. Nep. 7, 1, 4; & Cic. Tusc. 4, 25. *Diſſoluti,* qui in summa licentia vivunt & luxum sequuntur, liederliche gesellen, ἄσωτοι. Cic. Verr. 3, 56 *Omnium hominum diſſolutiſſimus ſemper fuiſti.* Sic, *Diſſolutiſſimus Liber,* id est, Bacchus, Arnob. 6 p. 197. Et Sen. præf. lib. 5 (al. 10) Controv. *Lusdi diſſolutiores.*

¶ Diſſŏlūte, adverb. remiſſe, liederlich, obenhin. Cic. Phil. 6 princ. *Minus quidem res ſevere, quam decuit: non tamen omnino diſſolute confecta eſt.* Et, *Ius ſuum diſſolute relinquere*, Id. pro Cæc. c. 36. *Diſſolute judicatis*, Id. ad Qu. fratr. 2, 12. *Diſſolute decumas vendidiſti*, Id. Verr. 3, 39.

¶ Diſſŏlūtio, ōnis, f. διάλυσις, die auflöſung, trennung; ut, *Diſſolutio naturæ mors*, Cic. de Fin. 2, 31. *Criminum*, Id. pro Cluent. 1. ¶ 2. Corruptio, licentia, das liederliche leben; ut, *diſſolutio animi, morum &c.* Cic. fam. 5, 2. Salvian. de Gub. Dei lib. 6 p. 147 *Provocat ad compunctionem, nos ruimus in diſſolutionem.* ¶ 3. Mollities, infirmitas, ſchwachheit, faulheit. Sen. de Conſt. ſap. c. 6 *Tanta eſt tamen animorum delatio & vanitas, ut quidam nihil acerbius* (contumelia) *putent.* Sen. epiſt. 3 *Non eſt quies, quæ motum omnem moleſtiam judicat, ſed diſſolutio & languor.*

¶ Diſſŏlūtor, ōris, m. qui diſſolvit. Theod. Cod. lib. 3 tit. 16 *Diſſolutor ſepulcrorum.*

¶ Diſſŏlutrix, īcis, f. Tertull. de anima c. 42 *Mors diſſolutrix corporis.*

¶ Diſſŏlūbĭlis, e, auflöslich, zertrennlich. Cic. N. D. 3, 12 *Mortale omne animal & diſſolubile eſt.* Compar. Auguſt. de Geneſi ad lit. c. 8 *Quoniam cœlum firmamentum vocavit, non abſurde intelligitur, quidquid infra æthereum cœlum eſt, mutabilius eſſe & diſſolubilius.*

¶ Indiſſŏlūbilis, e, unauflöslich, unzertrennlich. Cic. de Vniverſ. c. 11 *Quoniam orti eſtis mortales, vos quidem indiſſolubiles eſſe non poteſtis.* Plin. 2, 24 *Indiſſolubili nodo implicare.*

¶ Indiſſolubĭlĭter, adverb. idem. Claudian. Mamert. 2, 2, *Indiſſolubiliter nexum.*

¶ Indiſſolutus, a, um, unaufgelöſet. Cic. de Vniverſo c. 11 *Hæc ſunt indiſſoluta, me invito.*

¶ Exſolvo, ĕre, auszahlen, abſtatten; ut, *Æs alienum exſolvere*, die ſchuld abtragen, Plin. 3 epiſt. 11. *Tantum decumanis, quantum iſte imperavit, exſolvit*, Cic. Verr. 3, 22. *Exſolvere grates*, Tac. An. 14, 13, 3: & Val. Flacc. 7, 284. *Exſolvere pœnas pro merito*, Liv. 26, 40, id eſt, dare, ſtrafe ausſtehen, leiden. *Exſolvere pœnas morte*, mit dem leben bezahlen, Tac. An. 1, 10, 5. ¶ 2. Sed, *Pœna aliquem exſolvere*, Tac. An. 14, 12, 6, einen der ſtrafe entledigen; &, *Exſolvere aliquem ſollicitudine*, Plin. 1 epiſt. 22 ſub fin. *Exſolvere ſe ſuſpicione*, ſed Dec. *evolvere*, Ter. Hec. 4, 2, 23, ſich des verdachts entſchütten. *Relaxare ſe occupationibus & plane exſolvere*, Cic. fam. 7, 1. *Fidem publicam imponere privato exſolvere*, Liv. 22, 13. *Exſolvi tibi, Magne, fidem, mandata peregi*, Lucan. 9, 98. *Nulla ſcelere religio exſolvitur*, Liv. 2, 32. *Exſolvere aliquem vinculis*, der bande entledigen, oder los machen, Plaut. Truc. 4, 3, 10. *Exſolvere nodum erroris*, Livius dixit 40, 55; quemadmodum idem 9, 8 dixit: *Exſolvamus religione populum, ſi qua obligavimus*, i. e. ſcrupulum adimamus.

¶ Exsŏlūtus, a, um, aufgelöſet, entlediget; ut, *Exſoluti legis nexus*, i. e. obſcuritas explanata, Tac. An. 3, 28, 6. *Exſoluta alvus*, Id. An. 13, 15, 6. *Compede exſoluta*, auf freyen fuß, Stat. 1 Silv. 6, 4.

¶ Exsŏlūte, adverb. i. e. abſolute, libere, frey; ut, *Exſolute finem facere*, Aut. de Caſis liter. p. 241 &c. vid. Gloſſ. Rigaltii.

¶ Exsŏlūtio, ōnis, f. die auszahlung. Tertull. de Anima c. 35 *Ne in cuſtodiam delegatus ad exſolutionem totius debiti arceberis.* Scævola l. 31 D. de Pignoribus, *Exſolutione veſtigalis.*

¶ Insŏlūtus, a, um. Laudatur Seneca de Benef. 2, 26 *Inde eſt, ut omnia meruiſſe ſe exiſtimet, & inſolutum accipiat.* Sed apertum eſt, diviſim legendum eſſe, quod etiam meliores libri & Lipſiana interpretatio docet. *In ſolutum accipere eſt*, an der ſchuld annehmen und ſich abrechnen laſſen.

¶ Insŏlūbilis, e, unauflöslich; ut, *Beneficium inſolubile*, quod penſari non poteſt. Sen. de Benef. 4, 12. *Signum inſolubile*, Quintil. 5, 9. *Mundus inſolubilis*, Minuc. Fel. c. 34.

¶ Insŏlūbĭlĭter, adverb. idem. Macrob. Som. Scip. 1, 6 *Inſolubiliter vinciantur.* Auguſt. Civ. Dei 21, 10 *Inſolubiliter alligari.*

¶ Insolubĭlĭtas, atis, f. die unauflöslichkeit. Sidon. 4 epiſt. 11 *Quæſii num quarumpiam inſolubilitas.*

¶ Perſolvo, ĕre, totum ſolvere, abſtatten, bezahlen; ut, *Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt*, D. Brut. fam. 11, 11. *Perſolvere promiſſum*, zuſage halten. Cic. fam. 3, 9 *Velim reliquum, quod eſt promiſſi, mihi perſolvas.* Sic, *Perſolvere grates vel gratiam*, danck abſtatten, Virg. Æn. 1, 605. *Perſolvi gratia non poteſt, nec malo patri*, Quint. Decl. 344. *Perſolvi primæ epiſtolæ*, i. e. reſpondi, Cic. Att. 14, 20. Albinovanus ad Liviam v. 369 *Vita data eſt utenda, data eſt ſine fœnore nobis Mutua, nec certa perſoluenda die.*

¶ Reſolvo, ĕre, diſſolvere, auflöſen; ut, *Nodos manu reſolvere*, Plin. 8, 12. *Reſolvere literas*, Id. 26, 15, einen brief brechen. *Reſolvere in pulverem*, pülvern, Colum. 11, 2. Et Virg. Georg. 1, 44 *Zephyro patris ſe gleba reſolvit &c.* es zerfällt. Sic, *Emptio reſolvitur*, der kauf gehet zurück, ad nihilum redigitur, Vlpian. l. 2 Dig. de in diem addictione. *Ego reſolvi, manibus his dinumeravi*, Plaut. Capt. 3, 2, 16, ich habe es bezahlt. *Reſolvi flumen* dicitur, cum liquefacta glacie liberum alveum nanciſcitur, vel cum exundat. vide *Flumen. Reſolvi* etiam dicitur *auditor*, qui alterius oratione ad ritum & hilaritatem movetur. v. *Solvere* n. 9; Quint. l. 8 proœm. & ibi Burm. p. 660.

¶ Reſŏlūtus, a, um, aufgelöſt, entbunden, zertheilt; ut, *Reſoluta comas*, puella ſcil. Tibull. 1, 3, 31. *Reſolutus mundus* ſcil. *per conflagrationem*, zerſchmolzen, Sen. epiſt. 9. Et, *Reſolutior cinædo*, Martial. 10 epigr. 98, i. e. mollior, effœminatior, leichtfertiger. Sed meliorem in partem Val. Maximus accepit 8, 7 ext. 1 de Demoſthene: *Fertur, ore infertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promtius eſſet & reſolutius*; ubi promptum & expeditum ſignificat.

¶ Reſolute, adverb. frey. Compar. Tertull. ad Nation. 1, 19 *Quo facilius videatis, & reſolutius deeachinnetis.*

¶ Reſolutio, ōnis, f. die auflöſung, öffnung; ut, *Reſolutio luvi*, Gell. 17, 9 de ſcytale Laconica. *Reſolutio ſophiſmatis*, Id. 18, 2. *Ventris reſolutio*, cui opponitur *adſtrictio*, Celſ. 2, 6; *alvi*, 2, 7. conf. 3, 24; & 5, 28. *Reſolutio nervorum, quam παράλυσιν Græci vocant*, Id. 2, 1.

¶ Reſŏlūbilis, e, quod reſolvi poteſt, auflöslich. Prudent. Apoth. v. 514 *Artificis quia dextra ſolubilis illud Cæmentum ſtruxit reſolubile.* 18. Cath. v. 149 *Sed dum reſolubile corpus Revocat Deus.*

¶ Irreſŏlūtus, a, um, unaufgelöſt. Ovid. Pont. 1, 2, 22 *Arcus vincula ſemper habens irreſoluta*, ein immer geſpannter bogen. Et Boethius lib. 3 metro 2 *Stringatque ligans irreſoluto Singula nexu.*

¶ Irreſolubĭlis, e, unauflöslich. Apul. 2 Doctr. Plat. p. 19 *Vt pares paribus irreſolubili nexu junguntur.*

SOLVS, a, um, genit. *ſolius*, dat. *ſoli*, allein, einſam, bloß, Cic. Off. 3, 10 *Vitium vitium eſt, ſolum ſe regnare, quam cum altero. Solus* cum genitivo plurali, more ſuperlativorum: Plin. 9, 51 *Sola piſcium* (cartilaginea) *& animal pariunt, & ova concipiunt.* Et, *Solus ex omnibus*, Cic. de Orat. 3, 18. *Solæ triginta minæ*, Ter. Phorm. 3, 3, 24. Et Cic. Att. 5, 17 *Scævola ſolus novem menſes Aſiæ præfuit*, nur neun monate. ¶ 2. *Solus* pro uno. Virg. Æn. 7, 52 *Sola domum, & tantas ſervabat filia ſedes.* Papin. Theb. 6, 523 *Gemini cratera ferebant Herculeum juvenes. Illum Tirynthius olim Ferre manu ſola - - ſolebat.* ¶ 3. Sed, *Venit meditatus abunde ex ſolo loco*, i. e. ſolitario vel deſerto, aus einem einſamen orte, Ter. Andr. 2, 4, 3. Id. Phorm. 5, 7, 85 *Non hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras?* Nepos 18, 8, 6 *Sin per ſola loca contenderet, ſperabat ſe imprudentem hoſtem oppreſſurum*: paullo ante *loca deſerta* appellaverat; ἔρημα, wüſte, abgelegene und unbewohnte örter. conf. Cic. Divin. 1, 28. Ita Tibull. 1, 1, 60 *Et in ſolo paſcere monte pecus.* Manil. 2, 12 *Soloque volamus In cœlum curru: Solum currum* dicit, cui nec dux, nec comes ullus. v. Weitz. ad Ter. Phorm. 5, 8, 86; & Gifan. Ind. Lucret. ¶ 4. Hinc *Solus*, ἄγαμος etiam eſt, der oder die keinen ehegatten hat, verlaſſen iſt. Propert. 3, 5, 23 *Gaudet me ſolam vacuo tabeſcere lecto.* Sen. Medea v. 19 *Sedibus ſolam exteris Deſerere.* Ennodius Hymno B. Mariæ: *Cum ſola virgo degeret, Concepit aure filium: Sola*, id eſt, ſine viro, ſeu monialis. Ennodius enim eorum opinionem ſecutus videtur, qui perſuaſi erant, ſanctam Salvatoris matrem voto virginitatis perpetuæ ſe obſtrinxiſſe. Pet. Bleſenſis ſerm. 1 in Adventu Domini: *Duo profecta eſt ſemel* (B. Maria Θεοτόκος), *quæ vel difficile vel impoſſibile eſt ſimul implere: vovit enim virginitatem, & ſimul conſenſit in conjugium.* Radulphus Ardens Homilia in Annunciat. Virginis: *Cum enim beata virgo promiſſionibus Angelicis fidem adhiberet, de modo adimpletionis dubitans ait:* QVOMODO FIET ISTVD? QVONIAM VIRVM NON COGNOSCO? *id eſt, me non cognituram propoſui.* Sed meminerunt hujus opinionis vel ipſo Ennodio antiquiores: Nyſſenus puta, & Auguſtinus, ut obſervat Caſaub. Exercit. 1 ad Apparat. Baronii ſect. 24. ¶ 5. Pro *ſoli* in Dat. fœm. legitur *mihi ſolæ*, apud Ter. Eun. 5, 7, 3.

¶ Sōlum, adverb. tantum, modo, nur, allein, Cic. in Orat. c. 48 *Solum græce loqui.* Id. de Leg. 1, 20 *De re una ſolum diſſident, de cæteris mirifice congruunt.* Et fam. 1, 6 *Negotiis non interfuit ſolum, ſed præfuit.*

¶ Sōlĭtārius, a, um, einſam; ut, *Solitarius homo atque in agro vitam agens*, Cic. Off. 2, 11. Id. de Amic. c. 22 *Natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid tamquam adminiculum annititur.* Id. de Inv. 1, 44 *Solitarium aliquod, aut rarum judicatum.*

¶ Solitūdo, ĭnis, f. deſertus locus, eine wüſte, einöde. Cæſ. B. G. 4, 18 *Se in ſolitudinem ac ſilvas abdiderant.* Id. 6, 22 *Latiſſimas circum ſe, vaſtatis finibus, ſolitudines habere. An malitis hanc ſolitudinem veſtram, quam urbem hoſtium eſſe*, Liv. 5, 53. *Vides habitari in terra variis & anguſtis in locis, & in iſſis quidem maculis, ubi habitatur, vaſtas ſolitudines interjacere*, Cic. in Somn. Scip. c. 6. Hinc proverbii loco *Scytharum ſolitudines*, apud Curt. 7, 8, 24 memorantur. ¶ 2. Conſequentia hominum eſt, die einſamkeit. Cic. de Clar. Orat. c. 63 *Erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo.* Ter. Andr. 2, 2, 25 *Solitudo ante oſtium*, vor der thür war kein menſch zu ſehen. Cic. Verr. 1, 58 *Conſidere vivi ac proſpicere debemus, ut liberorum noſtrorum ſolitudo, & puerilis quam firmiſſimo præſidio munita ſit.* Sen. epiſt. 10 *Solitudine male utitur luguri timenſque.* conf. Nep. 8, 2, 2; & Tac. An. 11, 32, 5; ubi *ſolitudo* eſt paucitas vires conjungentium. De ſolitudine notari velim; χρυσῶν πράγμα ἐρημία, *res aurea ſolitudo*, ut Amphis dixit, citante Stobæo.

¶ Solĭtas, ātis, f. die einſamkeit. Apul. Met. 9 p. 225 *Opportune nactus Mymecis ſolitatem*, da er ihn allein angetroffen. Id. Apol. p. 288 *Multis ſervis a ſe remotis, ſolitatem delgit.* Accius apud Non. 2, 803 *Tuam ſolitatem memoras, formidas tibi.* Symmach. 1 epiſt. 4 *Cavimus, ne ſobriam ſolitudinem ſolitas plebeja fuſcaret.* Tertull. adv. Valent. c. 37 *Solitas, ſingularitas, unitas &c.*

¶ Solĭte, adverb. i. e. remotis arbitris, allein. Plaut. Amph. 1, 1, 131 *Qui ſolite inviſi cubant.* vid. Parei Animadverſ. Alii: *Qui ſoli inviti cubant.*

¶ Sōlo, āre, ſolum & deſertum facere, verwüſten, öde machen. Stat. Theb. 5, 148 *Furor omnibus idem, Idem animus ſolare domos.* v. Gronov. Obſ. 4, 21; Dreſem. ad Ilcan. B. Troj. 3, 38.

¶ Solātus, a, um, pro *deſolatus*, verlaſſen. Sen. Oedip. v. 4 *Cernere avida peſte ſolatas domos*, i. e. deſtitutas incolis.

¶ Sōlĭcĭnus, a, um, qui ſolus canit, einſtimmig. Mart. Capella 2 p. 33 *Muſæ nunc ſolicanæ, nunc concinentes.*

¶ Sōlĭferreum, i, n. ſpiculum ex ferro totum, ein ganz eiſerner pfeil. Liv. 34, 14 extr. *Emiſſis ſoliferreis falaricisque, gladios ſibi inxerunt.* conf. *Solitaurilia* apud Feſtum; & Gell. 10, 25.

¶ Sōlĭlŏquium, i, n. cum quis ſolus ſecum loquitur, ein ſelbſtgeſpräch, apud Io. de Ianua. Ejusmodi eſt Auguſtini.

¶ Sōlĭvăgus, a, um, qui ſolus vagatur, τῶ gregatim contrarium *Beſtiæ ſolivagæ*, Cic. Tuſc. 5, 13. *Cœlum ſolivagum & volubile*, Id. de Vniverſ. c. 6, der ſeinen gang alleine hat. conf. Plin. 8, 7; & Lactant. 3, 23.

¶ Solum-

¶ Solummŏdo, adverb. ad formam vocis *tantummodo*, nur allein. Quint. Decl. 247 *Sed non hoc ſolummodo erit.* Plin. 34, 8 *Vna ſolummodo Zenonis ſtatua.* Plura vid. in Cellar. Cur. poſter. p. 189; & Borrich. Vindic. p. 219.

Compoſita cum præpoſ.

¶ Adsōlo, *āre*, idem quod *Deſolare*, ſed æque ac ſimplex *Solare*, perrarum. Tertull. ad Nation. 1, 10 *Sæpe cenſores inconſulto populo adſolaverunt*, puta, deos peregrinos eorumque cultum.

¶ Desōlo, *āre*, devaſtare, verwüſten; ut, *Deſolare agros*, Colum. 1, 3 ſub fin. *Cui deſolavimus urbes*, Stat. Theb. 6, 917. conf. Virg. Æn. 11, 367.

¶ Deſolātus, *a, um*, verwüſtet, verödet; ut, *Penates deſolati*, Stat. 2 Silv. 1, 67. *Loca deſerta & deſolata*, Plin. 10, 12. *Deſolata templa*, Plin. epiſt. 10, 97. ¶ 2. Derelictus, deſertus, allein gelaſſen, verlaſſen. Iuſtin. 1, 7, 3 *Victus jam ac deſolatus*, i. e. exutus exercitu & caſtris. Virg. Æn. 11, 870 *Diſjectique duces, deſolatique manipli.* Tac. An. 1, 30 extr. *Novanus mox deſolatus aliorum diſceſſione, imminentem neceſſitatem prævenit.* Et Apul. Apol. p. 333 *Alienare ab ejus animo liberorum caritatem, quo liberius & arctius deſolatam mulierem poſſiderem.* Id. Met. 4 p. 153 *Deſolata parentibus*, eine waiſe.

¶ Deſolātio, *ōnis*, f. die verwüſtung. Qui hoc vocabulo uſi, fere omnes Chriſtiani ſunt, nec certo conſtat, an antiquioribus etiam receptum tritumque fuerit. Vnde factum, ut Voſſius prolcripſerit de Vit. L. L. 3, 8. Vet. Gloſſ. *Deſolatio*, ἐκτόπισις. Zeno Veronenſis de Reſurr. c. 40 *Vxor viri amiſſione deſolationem ferre non poſſe teſtatur.* Salvian. de Gub. Dei 6 p. 132 ex Ier. c. 44 *Facta eſt terra veſtra in deſolationem.* Et mox: *Factum eſt, ut major pars Romani orbis in deſolationem eſſet.*

¶ Deſolātōrius, *a, um*. Legitur in Onomaſtico Veteri, ubi ἐρημικὸς vertitur: & apud Vulg. Interpr. Pſalm. 120, 4.

¶ Persōlus, *a, um*, admodum ſolus, ganz allein. Plautinum verbum in Men. 1, 2, 46, ubi Cocles loquens introducitur: *Oculum effodito perſolum mihi*, id eſt, quem ſolum & unicum habeo. Sic & Id. Curc. 1, 3, 36 *Perſolæ nugæ*, ex ſententia Lambini, Salm. & Gronov.

¶ Præsōlus, *a, um*, dicitur eſſe Prudentii: *Cedere præſoli juſtitiæ.* Solutilis, ſolutim, ſolutio &c. vide paullo ante in *Solvo*.

SŎLYMI, *ōrum*, m. pl. Σόλυμοι, populi fuerunt Lyciæ vicini, quorum Homerus meminit, & a quibus Hieroſolyma urbs celeberrima Iudææ, nonnullis condita fuiſſe putatur. Plinius 5, 27 eosdem facit cum Piſidis. Iuvencus de Ieſu Galilæam circumeunte: *Mixtæ ſectantur turbæ, Solymique Syrique.*

¶ Sŏlўmus, *a, um*, adject. ut, *Solymæ leges*, id eſt, Iudæorum leges. Iuvenal. 6, 543 *Interpres legum Solymarum & magna ſacerdos.*

¶ Solўma, *æ*, f. & pl. Solўmæ, *ārum*, Iudææ urbs, quæ deinde *Hieroſolyma*, de qua vide ſupra in H. Martial. 7 epigr. 54 *De Solymis venit peruſtis.* Id. 11 ep. 95 *Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipſis.*

Somnialis, ſomniculoſus, ſomnium &c. vide mox *Somnus*.

SOMNVS, *i*, m. ὕπνος, naturalis quies animalis eſt, quæ fit, cum vapores ex nutrimento exhalant in cerebrum, qui ibi ſuaviter liqueſcunt, & defluentes in cerebro obſtruunt meatus ſenſuum & nervorum motivorum, der ſchlaf. Ex veterum doctrina, continuis vitæ laboribus ideo Dii interjunxerunt *ſomnum*, ut otium eſſet & obliviſcerentur curas mortalia pectora. Stat. Theb. 1, 339 *Iam ſomnus avaris Inſerpit curis, pronusque per æëra nutat Grata laboratæ referens oblivia vitæ.* Sil. 15, 615 *Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis Purgarat. Perfugium laborum omnium eſt & ſolicitudinum*, quemadmodum Cicero ait de Divin. 2, 72 & *Mortis imago*, ut Idem appellat Tuſc. 1, 38. *Fratrem mortis* poëtæ vocant. Sen. Herc. Fur. v. 1065 *Tuque o domitor, Somne, laborum, requies animi, Pars humanæ melior vitæ, Volucer, matris genus Aſtrææ, Frater duræ languide mortis &c.* Vide ibi plura in ſomni laudem decantata. Sed *mortis fratrem* Orpheus etiam & Homerus vocarunt. Virg. Æn. 6, 278 *Et conſanguineus leti ſopor.* *Conſanguineus* enim frater eſt, de quo ſupra. Eleganter Seneca *Aſtrææ*, id eſt, Iuſtitiæ, filium ſomnum facit, quem alii Erebo & Nocte ſatum tradunt. Iuſti enim & integri vitæ placidiſſime dormiunt: nam ſceleraţi & male conſcii fere inquietantur. Cæterum *volucrem* ſive *alatum ſomnum* faciunt paſſim poëtæ. v. Drakenb. ad Sil. 10, 352; & Brouckh. ad Tib. 2, 1, 89. Ter. Heaut. 3, 5, 19 *Hac nocte ſomnum oculis non vidi meis*, es iſt mir kein ſchlaf in die augen gekommen. *Somno gravari*, Virg. Æn. 6, 520; & *Somnum recuperare*, Suet. Aug. c. 78, wieder einſchlafen. *Arctior nos ſomnus occlęditur*, Cic. in Somn. Scip. c. 1, ein feſter, tiefer ſchlaf. Sic, *arcte & graviter dormitare*, Idem dixit de N. D. 1, 28. Et Suet. Aug. c. 16 *Tam arcto repente ſomno devinctus.* Sed *Somno gravis*, id eſt, marcidus, Ovid. Met. 3, 608, noch voller ſchlafs. *Somno torpidus*, Livii eſt 7, 36. *Somnum in diem extrahere*, bis an den hellen lichten tag ſchlafen, Tac. de Germ. c. 22. Et, *Dare ſe ſomno*, Cic. Tuſc. 1, 47, ſich ſchlafen legen. Sic, *Somnum capere*, Id. Att. 8, 1; *petere*, Virg. Æn. 7, 22. *Somnus obrepit*, Ovid Heroid. 19, 46. Et, *In ſomnis*, id eſt, per noctem, Ter. Andr. 2, 5, 19; Cic. Acad. 4, 17; Virg. Æn. 2, 270. *Per ſomnum*, Curt. 4, 3, 21. *Per ſomnum videre*, Iuſtin. 1, 4. Plaut. Moſt. 3, 2, 8 *Non bonus eſt homini ſomnus de prandio.* Sil. 3, 172 *Turpe duci, totam ſomno conſumere noctem*: quod ex Homero ſumſit, Iliad. B. v. 24 Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. ¶ 2. *Somnus* pro torpore atque ignavia tralate ponitur. Tac. Hiſt. 2, 90 *Italia, per quam ſomno & luxu pudendus inceſſerat.* Salluſt. Cat. c. 2 *Multi mortales dediti ventri, atque ſomno*: quod inertia ex ſomno, proprie dicto, fere naſcitur. Transfertur etiam ad mare. Stat. 3 Silv. 2, 73 *Pigro torpebant æquora ſomno*, das meer war ſtille. ¶ 3. Pro ipſa nocte Virg. Georg. 1, 208 *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.* Et Sil. 3, 200 *Miſcuerat lucem ſomno Deus.* v. Dan. Heinſ. & Drak. ad h. l. ¶ 4. *Somnus longus*, i. e. mors. v. Drak. ad Sil. 5, 526. ¶ 5. *Somnum* & *Somnium* ſolenni ſcribarum errore commutari, docent Suet. Interpp. ad Cæſ. c. 45; & Arntzen. ad Aur. Vict. de V. R. c. 7.

¶ Somnĭcŭlōſus, *a, um*, plenus ſomno, ſeu ſomnolentus, ſchläfrig, hinlängig; ut, *Senectus ſomniculoſa*, Cic. de Senect. c. 11. *Somniculoſi glires*, Martial. 3 epigr. 58. conf. Nonius 2, 797; Sen. Nat. qu. 3, 18; & 5, 12; Col. 3, 8 &c.

¶ Somnĭculōſe, adverb. idem; ut, *Somniculoſe aliquid agere*, Plaut. Capt. 2, 1, 31. *Somniculoſe heri imperia perſequi*, Id. Amph. 2, 1, 75.

¶ Somniōſus, *a, um*, idem. Plin. 28, 19 *Somnioſos fieri lepore ſumpto in cibis Cato arbitratur.* Sed *ſomnos* ibi pro *ſomnioſis* alii legunt. Gloſſæ: ὑπνωτικὸς, *ſomnioſus* & *ſomniculoſus*.

¶ Somnŏlentus, *a, um*, idem. Solin c. 33 de elephanto: *Somnolentum arbor ſuſtinet.* Vlus & Apulejus extremo lib 1 Mileſ. *In verba media ſomnolentum deſinere*, unter dem reden einſchlafen.

¶ Somnolentia, *æ*, f. die ſchläfrigkeit. Sidon. 2 epiſt. 2 *Vbi ſomnolentiæ cubiculariorum dormiendi locus eſt.*

¶ Somnŏrīnus, *a, um*, Somnurnus, in ſomnis viſus. Varro apud Nonium 2, 790 *Cum ſomnorinas imagines affatur*: Alii *Sonorinas*, vid. in *Sonus*.

¶ Somnium, *i*, n. imaginatio eſt in ſomno, varie ſcilicet in cerebro diſcurrentibus ſpiritibus, qui ſunt cogitationum inſtrumenta, & efficiunt ſimulacra, ein traum. *Somnia* alia ſunt *naturalia*, alia *fatalia*, alia *vana* ſeu *phyſica*, vulgaria illa nimirum & communia, de quibus Cic. Acad. Qu. 4, 17 *Eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum, quæ vigilantes videmus*: & Claud. præfat. de 6 Conſ. Honorii: *Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus &c.* Macrobius *Somniorum quinque principales diverſitates & nomina* docet in Somn. Scip. 1, 3, &, qui hunc ante oculos habuiſſe videtur, Io. Saresb. Policr. 2, 15. nimirum *inſomnium, phantaſma, ſomnium, oraculum, viſionem*; ἐνυπνιον, φάντασμα, ὄναρον, χρηματισμὸν, ὅραμα. Plura ex Phyſicis petantur, itemque ex hujus argumenti libris Ariſtotelis, Hippocratis, Cyneſii, Artemidori, qui artem interpretandi ſomnia acute, ex ipſis fontibus naturæ tractavit, judicio Lipſii Cent. 1 Miſcell. epiſt. 42. vid. quæ habet Brouckh. ad Tibull. 3, 4, 7. Ita, *Somniis uti jucundiſſimis*, Cic. Fin. 5, 20. *Somnium enarrare*, Id. Divin. 1, 26. *Somnium interpretatione explicare*, ibid. c. 20, einen traum deuten, auslegen; quod *Somnium alicui conjicere*, Plautus dixit Curc. 2, 2, 3. Vnde *ſomniorum conjectores*, Cic. Divin. 2, 59, & 60; & *Somniorum interpres*, Id. N. D. 1, 15. Ammian. 15, 3 *Mercurius ſomniorum appellatus comes.* v. ibi Valeſ. De varia ſomnia interpretandi ſuperſtitione v. Wower. ad Petron. c. 104 p. 484. ¶ 2. *Somnium* de inani ac vana re. Ter. Adelph. 2, 1, 50 *De argento ſomnium*, aus dem geldeben wird nichts; etiam Germ. ein traum. Id. Phorm 5, 6, 35 *Somnium: utin' hæc ignoraret ſuum patrem!* Alibi *nugas* & *fabulas* vocat. ¶ 3. Idem Terentius *Somnium* de ſomnolento & inerte homine dixit, Adelph. 3, 4, 31 *Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia es: Ita futilis, ſomnium*: i. e. ſomniculoſus, ein träumer, qui vigilans dormit; ut *Scelus*, pro ſceleſto.

¶ Somnio, *āvi, ātum, āre*, träumen. Cic. Divin. 2, 59 *Totas noctes ſomniamus, & miramur, aliquando id, quod ſomniavimus, evadere &c.* Ter. Andr. 5, 6, 8 *Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit?* Id. Eun. 1, 2, 113 *Me ſomnies, me exſpectes &c.* Sic: *Somnia cuncta eanum panes, ego ſomnio piſcem.* Theocriti eſt verſus Eidyll. 21, 45 Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κρίγω. Eleganter *vigilantes ſomniare* dicuntur, qui ſpei votisque ſuis ita blandiuntur, itaque indulgent, ut jam tenere ſibi videantur, quæ cupiunt tantum: quaſi ſomniantes videre ſe putant, quæ nusquam ſunt, & inter quietem agere, vanis imaginibus decepti. Quæ vetania amantes præcipue exercet. Lege Plutarch. Amatorio p. 759. Publ. Syrus: *Amans quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat.* Virg. ecl. 8 extr. *Credimus an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?* Quamquam non amatores tantum, ſed omnes, qui quid impenſe & anxie cupiunt, hoc morbo tenentur. Huc reſpexit Quintil. 6, 3 *Vt inter alia*, inquit, *animorum & ſpes inanes & velut ſomnia quædam vigilantium: ita nos hæ, de quibus loquimur, imagines proſequuntur, & peregrinari, navigare, populos alloqui, divitiarum, quas nondum habemus, uſum videamur diſponere &c.* Pertinent huc & illi Lucretii verſus 3, 1059 *Tu vero dubitabis & indignabere obire, Mortui cui vita eſt, prope jam vivo atque videnti? Qui ſomno partem majorem conteris ævi? Et vigilans ſtertis, nec ſomnia cernere ceſſus, Sollicitamque geris caſſa formidine mentem &c.* Et apud Plautum Ergaſilo paraſito, cum lautum epulum juberet inſtrui, & unde procederent ſumtus, non eſſet, Hegio ait: *Hic vigilans ſomniat*, Capt. 4, 2, 68. Feſtus: *Sabini quod volunt ſomniant.* ¶ 2. *Somniari*, impersonaliter: ut, *Ariſtoteles ſomniari plurimum circa æquinoctium vernum & autumnum tradit*, Plin. 24, 4.

¶ Somnians, *tis*. Cic. Divin. 1, 51 *Quomodo ſomniantes ea vident, quæ nusquam etiam tunc ſint, magna quæſtio eſt.* Ibid. 2, 58 *Videri poſſunt permulta ſomniantibus falſa pro veris.* Et c. 59 *Cur credatur ſomniantium viſis.* Id. de Nat. D. 1, 8 *Miracula non differentium philoſophorum, ſed ſomniantium.*

¶ Somniātor, *ōris*, m. ein träumer. Tertull. adv. Gnoſt c. 2 *Ne audiatis ſermonem prophetæ aut ſomniatoris illius.* Eſt & apud Vulg. Interpr. Geneſ. c. 37, 20. Sen. controv. 3, 22 *Erat autem ex ſomniatoribus totus.* Adde etiam Tertull. de Anima c 48 & 49.

¶ Somniālis, *e*, träumericht. Fulgent. 1 Mythol. *Fabula ſomniali figmento deluſa.*

¶ Somnifer, *a, um*, ſchlafmachend; ut, *Vis ſomnifera ſativo ineſt papaveri*, Plin. 18, 25. Ovid. Met. 9, 693. ¶ 2. *Somnifera*, ſubſtantive herba, quam Græci *Strychnon* vocant, Apul. de Herb. c. 74.

¶ Somnĭfĭcus, *a, um*, idem; ut, *Medicamenta ſomnifica*, id eſt, ſomnum conciliantia, Plin. 37, 10. conf. & 25, 13; & 29, 4; & Apul. de Herb. c. 74.

Compoſita ab initio:

¶ Conſomnio, *are*, ſomniare, träumen. Plaut. Moſt. 3, 2, 71 *Quid conſomniavit?*

¶ Deſomnis, *e*, idem ac inſomnis, ſchlaflos; ut, *Soles me nocte deſomnem facere*, Petron. c. 47.

¶ Exſomnis, *e*, quod compoſitum bis adhibuit Vellejus 2, 88, 2 *Vir ſane exſomnis, ubi res vigiliam exigeret.* Et 2, 127, 4 de Sejano: *Animo exſomnis.*

¶ Ex-

¶ Exſomnio, āre, evigilare, erwachen. Gloſſ. gr. lat. ἐξυπνίζομαι, *Exſomnio, expergiſcor.* ¶ 2. Item, exſuſcitare, erwecken. Eædem Gloſſ. *Exſomniat*, ἐξυπνίζει.

¶ Inſomnis, e, wacker, ſchlaflos; ut, *Oberrant inſomnes magis quam pervigiles*, Tac. An. 1, 65, 1. *Noctem inſomnem agere, ducere*, idem Hiſt. 2, 49, 3; & Virg. Æn. 9, 167. Et, *Inſomnes oculos rubor excitat*, Stat. Theb. 3, 328.

¶ Inſomnium, i, n. quicquid per ſomnum terret, ein ſchwerer traum. Virg. Æn. 4, 9 *Anna ſoror, quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?* Tibull. 3, 4, 1 *Dî meliora ferant, nec ſint inſomnia vera.* Ac Sil. 10, 357 *Exercent rabidam truculenta inſomnia mentem.*

¶ Inſomnia, æ, f. veteribus vigiliam ſignificavit, & eſt ex ſenectutis incommodis unum, ἀγρυπνία, die ſchlafloſigkeit. Cæcil. apud Nonium 3, 113 *Conſequitur comes inſomnia, ea porro inſaniam affert.* Pacuvius apud Chariſium p. 68 *Perdita illuvie atque inſomnia.* Salluſt. Fragm. 4 cap. 26 *Inſomniis occidere.* v. ibi Not. Carrionis. Sic & Id. Cat. c. 27 *Vigilare, neque inſomniis neque labore fatigari.* Suet. Calig. cap. 50 *Incitabatur inſomnia maxime: neque enim plus, quam tribus nocturnis horis quieſcebat &c.* Gell. 6, 4 extr. *Eademque inſomnia cruciatos periiſſe.* Adde Plaut. Merc. 1, 1, 25: Ter. Eun. 2, 1, 13; & Lauremb. Antiq. p. 235.

¶ Inſomnietas, ātis, f. idem. Theod. Priſcian. 2, 1 *Inſomnietates procurare.* Plin. Valer. 1, 35 *Inſomnietatem pati.*

¶ Inſomniōſus, a, um, der nicht ſchlafen kan. Cato R. R. c. 157 *Qui inſomnioſus eſt.* V. no. Geſ.

Leviſomnus, a, um, canum epitheton; vide ſupra in *Levis.*

¶ Semiſomnis, e, & Semiſomnus, a, um, halbſchlafend, ſchlaftrunkend. Cic. fam. 7, 1 *Spectarent mimos ſemiſomni.* Liv. 37, 20 *Sparſos per negligentiam & ſemiſomnes prope adorti ſunt.* Quidam hic codices *ſemiſomnos*, quod lac. Gronovius obſervavit. Sen. epiſt. 122 pr. *Turpis, qui alto ſole ſemiſomnis jacet.* Altera forma in *VS* non ſemel apud Livium eſt: ut 30, 5 extr. *Multos in ipſis cubilibus, ſemiſomnos hauſit flamma.* Id. 40, 15 *E convivio & comiſſationibus prope ſemiſomnus raptus ſum.* Cœlius apud Quint. 4, 2 p. 350 *Semiſomnus ſopor, ubi nempe neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat.* Apul. 1 Mileſ. p. 109 (Pric. pag. 11) *Ianitor humi cubitans, & jam nunc ſemiſomnus.* Et Plaut. Curc. 1, 2, 22 *Semiſomnæ.*

SOMPHVS, i. m. σομφός, cucurbitæ ſilveſtris genus, Plin. 20, 3. Harduinus legit *Spongos.*

Sonabilis, ſonare, ſonax, vide poſt paullo in *Sonus.*

SONCHVS, i, m. σόγχος, herba, intybi quædam ſpecies, wilder haſenkohl, oder gänſedíſtel, Matthiolus; Plin. 22, 22; & 26, 15; Dioſcor. 2, 120.

Sonipes, ſonito, ſonitus, ſonorus, vide *Sonus.*

SONS, *ſontis*, reus, nocens, ſtrafbar, ſchuldig. Cic. Off. 1, 24 *Eſt viri magnanimi, rebus agitatis, punire ſontes, multitudinem conſervare.* Id. fam. 4, 13 *Aut etiam ſontibus opitulari poteram.* Virg. Æn. 6, 570 *Sontes accincti flagello Tiſiphone quatit.* Val. Flacc. 1, 794 *Nuntia ſontum Virgo Iovi.* ¶ 2. Sed *Dii ſontes* apud Stat. Theb. 5, 610 noxii ſunt & injurioſi, ſchädlich. Non enim parcebat ullis conviciis in deos illos nefarios læſa infortuniis gentilitas. Compar. Eugenius Toletanus epiſcopus carm. 5 *Sontior eſt igni, viroſo ſontior angue.* Et Theodulfus 1, 299 *Tribus & nam ſontior una.* Adde Theodulf. 5, 492, ubi bis *ſontior* occurrit.

¶ Sontĭcus, a, um, adject. wichtig, gefährlich; ut, *Sonticus morbus*, morbus ſcilicet non vulgaris, ſed tantus, ut reus cogatur apud judicem non comparere, L. 46 D. de Iudiciis; & Plin. 36, 19; Gell. 16, 4 & 21. ¶ 2. Comitialem aut letalem quemcunque morbum ita nominant aliqui. v. leg. 113 D. de V. S. & Salmuth. in Panciroll. Deperdit. tit. 16. Et in Chiliad. proverb. *Sontica cauſſa.* Exſtat in legg. XII tabb. de morbo ſontico hæc lex: *Si judex, vel alter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, dies judicii diffiſus eſto.* Et, *Sontica cauſſa*, apud Tibull. 1, 9, 51, eine rechtmäßige urſache. Feſtus: SONTICA CAVSSA *dicitur a morbo ſontico: qui, quid gerendum, agere non permittit.* In Epit. Pauli: SONTICVM *juſtum. Nævius: Sonticam oportet eſſe cauſſam, quamobrem perdas mulierem.* Vet. Gloſſ. *Sonticus*, ἀληθής.

¶ Inſons, tis, extra culpam, innocens, unſchuldig; ut, *Regni crimine inſons*, Liv. 4, 15 pr. *Perſeus, novus Rex, omnis injuriæ inſons*, Id. 41, 34. *Publici conſilii inſons*, Id. 34, 32. Et, *Fraterni ſanguinis inſons*, Ovid. Met. 13, 149. Auſonius in Technopægn. *Si bonus eſt, inſons; contrarius & reus eſt ſons.* ¶ 2. Qui non nocet, unſchädlich. Horat. 2 od. 19, 29 *Te vidit inſons Cerberus aureo cornu decurrum &c.*

SŎNVS, i, m. quicquid auribus percipitur, ein laut, ton, klang, ſchall. Diomed. 2 pag. 414 *Sonus eſt corporalis colliſio, repentinum auribus inferens fragorem &c.* Sic, *Sonus acutus*, Quintil. 2, 8, ein heller ton; *Dulcis*, Cic. Somn. Scip. c. 5; *Gravis*, Quintil. 2, 8, ein tiefer ton. *Sonos aure concipere*, Sen. in Phœniſſ. v. 224, hören. *Lingua ſonos vocis diſtinctos efficit*, Cic. N. D. 2, 59. *Inanes ſonos fundere*, Id. Tuſc. 5, 26. *Sonos elicere nervorum ac tibiarum*, Id. N. D. 2, 60. Et, *Omnis ſonus per noctem auctior:* Cauſſam reddit non unam Ariſtoteles Problem. 11, 33, quem vide. Differunt autem *ſonus, vox & ſermo: Sonus* etiam inanimatis corporibus convenit, ut *tympano: vox* proprie ſolis animalibus, cum non fiat niſi inſtrumentis, quæ animalium propria ſunt: *ſermo* ſolis hominibus, quia hi ratione pollent, & ſenſa mentis cum aliis oratione communicant, quæ ſermone fit. Virg. Georg. 3, 83 *Sonum procul arma dedere.* Ovid. Met. 4, 391 *Tympana raucis obſtrepuere ſonis.*

¶ Sŏnor, ōris, m. idem ac *ſonus*, der ſchall, das getöſe. Lucret. 6, 1183 *Plenaque ſonoribus aures*, klingende ohren. Virg. Æn. 7, 462 *Magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni.* Idem Æn. 9, 631 *Sæva ſonoribus arma.* Non ſemel etiam Tacitus uſus eſt; ut An. 1, 65 *Cum barbari feſtis epulis læto cantu, aut truci ſonore ſubjecta vallium complerent.* Et 14, 36 *Vt ſpernerent ſonores barbarorum, & inanes minas.* Hinc

¶ Sŏnorīnus, a, um, tönend. Varro apud Nonium 2, 790 *Leviſomna mens ſonorinas imagines Affatur, non umbrantur ſomno pupulæ.* Pro *non* leg. *haud*, ut Iambus ſit in regione pari. *Sonorinæ* autem *imagines* ſunt, quas alibi *Sonorum imagines* vocat, cum per morbum videmur audire tinnitus & ſonos muſicos. Morbus ipſe κορυβαντιασμὸς vocatur Græcis. v. Scaliger. ad Catull. Sed Nonius l. c. *Somnorinas* dixiſſe vult, *quæ in ſomnis videantur.*

¶ Sŏnōrus, a, um, grave ſonans, ſtarkſchallend, hellautend; ut, *Sonora cithara*, Tibull. 3, 4, 69. Et Virg. Æn. 1, 53 *Luctantes ventos, tempeſtatesque ſonoras Imperio premit.* Tertull. de Spectac. c. 27 *Omnia ſeu ſonora ſeu canora &c.*

¶ Sŏnōre, adv. idem. Gellius 4, 20 *Clare nimis ac ſonore oſcitavit.*

¶ Sonorĭtas, ātis, f. idem quod *Sonor.* Saresb. 1, 16 *Magna vocis ſonoritas.* vid. Barth. Adverſ. 44, 9.

¶ Sŏno, ui, itum, are, ſonitum edere, ſchallen, klingen. Præteritum a *Sono*, ĕre, in tertia flexione aſſumptum, de quo poſt paullo dicemus. Nam a *ſonare, ſonavi* regulariter eſt: & ita Manil. 5, 566 *Aura per extremos reſonavit flebile ripas.* Tertull. ad Scapulam cap. 2 *Priſtina quid tonitrua ſonaverint, ſciant qui obdurueruntt.* Et inde *Sonaturus* apud Horat. 1 ſat. 4, 44. Sed, *Toto ſonuerunt æthere nimbi*, Virg. Æn. 2, 113. *Ne vox hominem ſonet*, Id. Æn. 1, 328, die ſtimme lautet nicht als eines menſchen. *Hæc duo, verbo inter ſe diſcrepare, re unum ſonare videntur*, Cic. Off. 3, 21, i. e. eamdem vim habent, idem ſignificant, ſie bedeuten einerley. Sed Germaniciſmus eſt, quando nonnulli allegationi ſententiæ præmittunt: *quæ verba ita ſonant.* Elegantius Latini ſuum *inquit &c.* innectunt poſt aliquot inchoatæ ſententiæ verba. Paſſ. Ovid. ad Liv. Aug. v. 107 *Halcyonum queſtus Ad ſurdas tenui voce ſonantur aquas.* Conf. Horat. epod. 17, 40. Perſ. 3, 21 *Sonat vitium percuſſa, maligne Reſpondet viridi non cocta fidelia limo.* Metaph. de explorandis ingeniis. ¶ 2. Imperſ. Paſſ. Apul. 5 p. 165 *Iubet tibias agere, ſonatur.* conf. infra *Reſonatur.*

¶ Sŏno, ĕre, veteres in tertia etiam dixerunt: unde *ſonui*, perfectum eſt, de quo ante in *Sono, are.* Lucretius 3, 157 *Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus.* Et 3, 887 *Scire licet, non ſincerum ſonere, atque ſubeſſe Cæcum aliquem cordi ſtimulum.* Vide & Nonium 10, 4, ubi Ennius: *Æs ſonit &c.*

¶ Sŏnans, tis. Cic. pro Arch. c. 8 *Cordubæ nati poëtæ pingue quiddam ſonantes atque peregrinum*, deren verſe hart und rauh klingen. Ovid. Met. 12, 46 *Fama tota eſt ex ære ſonanti.* Virg. Æn. 6, 551 *Torquere ſonantia ſaxa.* Horat. 2 od. 13, 26 *Sonans plenius aureo plectro dura navis &c.* Compar. Plin. 6 epiſt. 16 *Meatus animæ illi gravior & ſonantior erat*, er röchelte, ſchnarchte ſehr.

¶ Sŏnandus, a, um, canendus, beſingens-werth, lobens-werth. Ovid. Faſt. 5, 494 *Signi cauſſa ſonanda mihi.* Id. de Arte am. 1, 206 *Magno nobis ore ſonandus eris.*

¶ Sŏnĭtus, us, m. ſonus vehemens, ein ſtarcker laut, klang. Plaut. Trin. 5, 2, 52 *Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me excivit ſubito foras?* mit einem ſo ungeſtümen rufen oder pochen. *Sonitus flammæ*, i. e. ſtrepitus, das geräuſche, Nepos 7, 10, 5; quemadmodum Curtius 6, 6, 31 *Sonabant incendio ſilvæ.* conf. Virg. Georg. 4, 409, qui etiam Georg. 4, 72 *fractos ſonitus tabarum* dixit. Lucret. 2, 48 *Nec metuunt ſonitus armorum.* Ovid. Met. 3, 36 *Demiſſaque in undas urnæ dedit ſonitum.* Cic. de Orat. 3, 7 *Sonitum Aeſchines, vim Demoſthenes, habuit.*

¶ Sŏnĭto, are, frequent. ſchreyen, ſchwirren. Solinus c. 8 de Italia, *Locrenſium cicadæ ultra cæteras ſonitant.*

¶ Sŏnax, ācis, idem quod *ſonans.* Apul. 4 Mileſ. p. 157 *Hic concha ſonaci leniter buccinat.* Id. 8 p. 202 *Aper dentibus attritu ſonaci ſpumeus.* Sed & Ovid. Met. 1, 133 *Conchæque ſonaci Inſpirare jubet.*

¶ Sŏnābĭlis, e, idem; ut, *Sonabile ſiſtrum*, Ovid. Met. 9, 783.

¶ Sŏnĭpes, ĕdis, m. equus, a pedum ex celeritate dictus ſonitu, ein pferd, zeiter; Virg. Æn. 4, 135 *Oſtroque inſignis & auro Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit.* Addunt epitheta ut ſubſtantivo. Silius 1, 222 *Martius huic ſonipes campos bimnitibus impler.* Et Sen. Hippol. v. 1002 *Celſos ſonipedes ocyus ſubigit jugo.* Adde Cic. de Orat. 3, 47; Catull. 64, 41; Val. Flacc. 1, 431. ¶ 2. Eſt etiam epitheton lilacorum ſacerdotum apud Grat. v. 43 ſive a crepidis ſonantibus, ſ. quod pede ſcabillum ſonarent. v. Intr.

¶ Sŏnĭvius, a, um. Cic. fam. 6 epiſt. 6 *Nec ex tripudiis ſoliſtimis aut ſoniviis tibi auguror.* Feſtus *Sonivio* interpretatur *ſonanti.* Adde P. Victorium aliosque interpretes Ciceronis, ex quibus intelliges, *Sonivium tripudium* eſſe, *cum pullo excidit puls quadrupedive aliquid ex ore*, ut ex Feſti reliquis verbis conjiciunt & augurantur.

I. Compoſita cum nominibus ab initio:

Æriſonus, vide in *Æs*, Altiſonus, *Altus*, Armiſonus, *Arma*, Belliſonus, *Bellum*, Doctiſonus, *Doctus*, Dulciſonus, *Dulcis*, Fluctiſonus, *Fluctus*, Fluentiſonus, *Fluo*, Grandiſonus, *Grandis*, Hymniſonus, *Hymnus*, Multiſonus, *Multus*, Rauciſonus, *Raucus.*

II. Compoſita cum præpoſit.

¶ Abſŏnus, a, um, diſcrepans & quaſi a recto ſono alienus, das ſich nicht reimet, ungeſchickt, übel klingend. Cic. de Orat. 3, 11 *Vox abſona extra modum atque abſurda.* Ibid. 1, 25 *Sunt quidam ita lingua hæſitantes, & ita voce abſoni, ut, etiamſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint.* Liv. 7, 2 *Nec abſoni a voce motus erant.* ¶ 2. Horat. de Arte poët. v. 112 *Si dicentis erunt fortunis abſona dicta*, hoc eſt, non convenientia, ungereimt. Liv. 1, 25 *Quorum nihil abſonum fidei divinæ originis*, h. e. creditæ vulgo origini.

¶ Abſŏne, adverb. abſurde. Apul. Apol. p. 276 *Abſone & indocte pronunciare.* Gell. 15, 25 *Abſurde atque abſone fingere.* Arnob. 2 pag. 52 *Non eſt tamen abſone ſuſpicatus &c.*

¶ Abſŏno, are, diſcordare, Cathol.

¶ Abſonans, tis, i. e. abſonus. Iuſtin. Inſtit. 2 t. 25 pr. *Abſonans a juris ratione codicillorum uſus.*

¶ Abſonantia, æ, f. diſcordantia, Cathol.

¶ Adſŏno, ſive Aſſŏno, ui, are, ad ſonum reſpondere, dazuſtimmen. Apul. 11 Met. p. 260 *Aviculæ concentus ſuaves adſonant.* Ovid.

Ovid. Met. 3,587 *Planxerunt Dryades, plangentibus assonat Echo*, i. e. sono quasi respondet. Pers. 1,102 *Reparabilis assonat Echo.*

¶ Circumsŏnus, *a, um*, circum aliquid sonans, umher schallend. Stat. Theb. 7, 261 *Dionæis avibus circumsona Thisbe.* Ovid. Met. 4, 723 *Quem turba canum circumsona terret.*

¶ Circumsŏno, *ui, are*, umher schallen. Cic. Off. 3, 2 *Conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus undique circumsonare.* Liv. 39, 10 *Ululatibus circumsonat locus.* Passive *Circumsonari armis*, Ovid. Trist. 5, 3, 11.

¶ Circumsonans, *tis.* Liv. 27, 18 *Clamor undique circumsonans.* Vitruv. 5, 8 *Loci circumsonantes.*

¶ Consŏnus, *a, um*, consonans, übereinstimmend. Silius 17, 448 *Armorumque habitus noti, & vox consona linguæ.* Cic. Att. 4, 16 *Credo, Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset*, id est, conveniens.

¶ Consŏne, adv. einhellig. Apul. Met. 1 p. 106 *Consone clamitare.*

¶ Consŏno, *ui, are*, erschallen, übereinstimmen, gleichlauten; ut, *Consonat clamor*, Liv. 36, 34. Item convenire, übereinkommen. Auct. declam. sub Ciceronis nomine in Sallust. *Consonat moribus oratio.*

¶ Consŏnans, *tis.* Sen. epist. 31 *Perfecta virtus æqualis est, per omnia sibi consonans*, id est, constans. *Literæ consonantes*, apud grammaticos, nec novos tantum, sed vetustissimos etiam: Ita *Duabus consonantibus intercedere aspirationem, minime rectum antiquis videbatur*, inquit Varro apud Charis. 1 p. 56. Et Quintil. 1, 4 *Consonantes a vocalibus discernere, ipsasque eas in semivocalium numerum mutarumque partiri.* Compar. Cic. Part. orat. c. 5 *Vt alia sint consonantiora*, i. e. meliore sono.

¶ Consŏnanter, adverb. Vet. Interp. Irenæi 1, 3 *Consonanter aliquid prædicare.* Superl. Vitruv. 6, 1 *Consonantissime ad harmoniam composita.*

¶ Consŏnantia, *æ*, f. subst. convenientia, consensus, die zusammene stimmung. Vitruv. 5, 5 *Citharœdi advertunt se ad scenæ valvas & ita recipiunt ab earum auxilio consonantiam vocis.* conf. Hieronymus de 42 mansionibus, mansione 16 & 22.

¶ Consonatio, *onis*, f. die zusammenstimmung. Vet. Interpr. Irenæi: *Eandem consonationem sonare.*

¶ Inconsonanter, mißhellig. Vet. Interpr. Irenæi 5, 17 *Inconsonanter & inconsequenter dispersum esse.*

¶ Inconsonantia, *æ*, f. dissonantia, apud Priscianum.

¶ Dissŏnus, *a, um*, discordans, uneinig, widrig lautend; ut, *Dissoni clamores*, Liv. 21, 33, ein wüstes geschren, Lucan. 3, 289. Et, *Dissonæ sermone gentes & moribus*, id est, differentes, unterschieden, Liv. 1, 18. *Adeo nil il apud Latinos dissonum ab Romana re, præter animos, erat*, Id. 2, 8. Et, *Dissona ritu barbaries*, Claudian. de Consul. Mall. Theodori v. 249.

¶ Dissŏno, *ui, are*, discrepare, nicht zusammen stimmen. Colum. 1, 1 *An universa, quæ majores prodiderunt, hujus temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent.*

¶ Dissŏnans, *tis*, ungleich lautend oder schallend, Vitruv. 5, 8 *Loci dissonantes.* Mart. Capella 2 p. 25 *Dissonans discrepantia nationum.*

¶ Dissŏnantia, *æ*, f. discrepantia, die ungleichheit. Hieron. de Script. Eccles. in Petro: *Propter stili dissonantiam*; & in Paulo: *Epistola quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur propter stili sermonisque dissonantiam.* Claud. Mamert. de Statu An. 1, 21 *Dissonantia contrariorum corporum.*

¶ Exsŏno, *are*, erschallen. Petronius c. 19 *Omnia mimico risu exsonuerant.*

¶ Insŏnus, *a, um*, sine sono, nihil sonans, stille, leise, stumm. Ammian. 27, 12 *Passibus insonis repentes.* Id. 29, 5 *Insonis gressibus reticto cubili.* Apul. Met 3 pag. 137 *Insono vestigio aliquem perducere.* Id. de Mundo p. 66 *Ex literis aliæ sunt insonæ, semisonantes aliæ, &c.* Vulgus grammaticorum *mutas* vocat. Onomast. Vet. *Insonus*, ἄφωνος. Sed

¶ Insŏno, *ui, are*, erschallen, laut werden. Lucan. 1, 578 *Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes Miscentur tantum &c.*

¶ Intersŏno, *are.* Stat. Theb. 5, 344 *Mediis intersonat Orpheus Remigiis.*

¶ Obsŏnus, *a, um*, i. e. sine sono. Varro: *Humili, obsona & tremula voce.* Forte legendum *absona.*

¶ Obsŏno, *are*, entgegen schallen. Plaut. Pseud. 1, 2, 74 *Sermone alicui obsonare*, id est, obloqui, obstrepere, wiederbellern, sich verantworten.

¶ Persŏnus, *a, um*, durchschallend, ertönend. Val. Flacc. 4, 418 Io sistrorum sonis culta: *Et ovanti persona sistro.* Petron. c. 120 *Verno persona cantu virgulta.*

¶ Persŏno, *ui, are*, durchschallen, erklingen, sich hören lassen. Cic. pro Cælio c. 20 *Non loquuntur solum, verum etiam personant.* Et in Pis. c. 10 *Cum domus cantus & cymbalis personaret.* Horat. 1 epist. 1, 7 *Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.* Pass. Solin. c. 37 (Salm. 24) *Choris Ægipanum undique personatur.* Sext. Rufus Brev. c. 29 ext. *Quam magno deinceps ore tua, o princeps invicte, facta inclyta sunt personanda.*

¶ Persŏnanter, adverb. est apud Salvianum lib. 6 de Gubern. Dei, ipso principio: sed Rittershusius mavult *personaliter*; quod etiam Baluzius expressit.

¶ Præsŏno, *ui, are.* Ovid. Amor. 3, 13, 11 *Hinc ubi præsonuit solenni tibia cantu*, hat präambuliret. ¶ 2. Calpurn. ecl. 4 *Qui posset avena Præsonuisse chelyn*, h. e. vincere sono.

¶ Resŏnus, *a, um*, resonans, sonum repercutiens, wiederschallend; ut, *Resonæ voces*, Ovid. Met. 3, 496. *Resoni ictus*, Val. Flacc. 1, 619, die einen wiederschall von sich geben.

¶ Resŏno, *ui, are*, erschallen, wiederschallen, einen laut von sich geben; ut, *Resonat clamoribus æther*, Virg. Æn. 4, 168. Et Cic. de Clar. Orat. cap. 46 *In vocibus oratorum recinit quiddam & resonat urbanius.* Et, *Resonat theatrum*, Id. ad Qu. frat. 1, 1, 14. ¶ 2. *Resonavi* pro *resonui* apud Manilium est 5, 566. v. simplex *Sono.* Imperf. Pass. Cic. N. D. 2, 57 *In fidibus testudine resonatur aut cornu.*

¶ Rēsŏno, *ĕre*, idem. Accius apud Nonium 10, 4 *Clamore & gemitu templum resonit cælitum.* Et Pacuv. *Aura resonit crepitu musico.* Et Ennius ap. Prisc. 9 p. 863 *Clypei resonunt, &c.* v. Laurenb. Antiq. p. 427.

¶ Resonans, *tis*, wiederschallend. Vitruv. 5, 8 *Loci resonantes.* Cic. ad Qu. Fr. 1, 1, 14 *Theatrum natura ita resonans, ut usque Romam voces referantur.*

¶ Resŏnantia, *æ*, f. der wiederschall, das echo. Vitruv. 5, 3 *Locus, ubi non impediatur resonantia.* Et paullo post: *Voces sine resonantia perveniunt ad aures.*

¶ Resŏnābĭlis, *e*, resonans; ut, *Resonabilis echo*, Ovid. Met. 3, 358, & Auson. epigr. 99.

¶ Subsono, *are*, simul & clam sonare. Sisenna apud Charis. p. 175 *Olympias suavium dedit, ut subsonaret.*

¶ Semisŏnans, *tis*, halblautend; ut, *Semisonantes literæ*, Apul. de Mundo p. 66.

¶ Semisŏnārius, *a, um*, idem: est apud Plaut. Aul. 3, 5, 42. Alii *semizonarii* legunt. vide infra *Zona.*

SŌPĂTER, *tris*, m. Σώπατρος, sophista & philosophus Alexandrinus, seculo quarto, discipulus Iamblichi interfectus a Constantino Imp. Ejus aliqua annotavit Stobæus, inter quæ & illud: *σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις*; *Homini congenitum est peccare.* vide Suidam & Photium.

SŌPHĒNAE, *arum*, m. pl. Armeniæ populi, quos Plinius 6, 9 vocat *Sophenos*, eorumque regionem *Sophenem*, 5, 12; & 6, 13. Adde Lucan. 2, 593; & Claud. in Eutrop. 1, 220.

SŎPHIA, *æ*, f. σοφία, sapientia, die weisheit. Cic. Off 1, 43 *Princeps omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant.* Receptam tamen Latinis quoque hanc vocem Seneca approbat epist. 89. Veteres Romani quidem, si vocem hanc usurparent græcanicam, ejus solebant subjicere explicationem. Sic Afranius apud Gell. 13, 8 *Vsus me genuit, mater peperit memoria*; *Sophiam vocant me Graji, vos sapientiam.* Et Ennius apud Festum in *Sas* ex Scaligeri correctione: *Ne quisquam sophiam, sapientia quæ perhibetur.* Sed id perpetuum non est, cum & sine ἐξηγήσει utantur, ut factum quoque esse in antiquis togatis, innuit Seneca eadem epist. 89, qui & titulum hunc adducit inscriptum tumulo Patii Dossennii Atellanarum scriptoris: *Hospes, resiste, & sophiam Dossenni lege.* Adde Tertull. de Orat c. 1; Lactant. 3, 16; Martial. 1 ep. 112; & 8 ep. 73; Prudent. Cath. 11, 20.

¶ Sŏphus, *i*, m. σοφός, sapiens, ein weiser. Lucil. apud Cic de Fin. 2, 8 *In quo Lælius clamores Sophus ille solebat Edere.* Sic Æsopus non semel *Sophus* a Phædro appellatur in Fabulis. Sempronius quoque ICtus a Pop. Rom. *Sophus* appellatus, quo nomine nec ante eum, nec post eum quisquam fuit cognominatus, ut annotat ICt. l. 2. § 37 ff. de Orig. Iuris. conf. Drakenb ad Liv. 9, 45. Late olim patuit hoc nomen, perinde ac σοφίας. Quemadmodum igitur hæc quamlibet artem significat; ita σοφοὶ dicebantur omnes, qui in qua arte excellerent: Quod ex Platone, Aristotele, Homero & aliis Muretus in Cic. Tusc. 1 ostendit.

¶ Sŏphos, ex græco σοφῶς, neutro generi junctum substantive ponitur, aut, ut loquuntur, materialiter supponitur. Est acclamationis formula in recitationibus usurpata, quales & illæ, *Euge, bene, belle, &c.* Martial. 6 epigr. 48 *Quod tam grande sophos clamet tibi turba togata.* Adde 2 ep. 4. Sidon. carm. 8, 10 *Ad nostrum reboat concava Roma sophos.* v. carm. 1, 4; & 5, 7. Id. 8 epist. 6 *Illi maximum Sophos non eloquentia prius quam verecundia dedit.* Hinc & Σοφοκλεῖς dicebantur, qui conducti recitantibus aderant ad τὸ σοφῶς acclamandum. Vide mox *Sophocles*, itemque Casaub. ad Theophrasti Characteres p. 118.

¶ Sŏphĭcus, *a, um*, adject. σοφικός, weislich. Prosper Aquit. de Provid. Dei v. 673 *Hic sophicas artes Græcorum & vana secutus Dogmata.*

¶ Sŏphianus, *a, um*, idem. Corippus 4, 288 *Et sophianarum splendentia tecta novarum.*

¶ Sŏphistes, & Sophista, *æ*, m. σοφιστής, nomen quod initio honorificum & plenum dignationis fuit. Idem enim *Sophista*, qui & *Sophos* dicebatur, h e. sapientiæ consultus. Euripides: Μισῶ σ φιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. *Sapientem ego odi, qui sibi ipsi non sapit.* De quo versu v. Cic. fam. 13, 15; & Lucian. pro mercede conducto p. 373. Add. Elmenh. ad Arnob. lib. 3 p 33. Sane constat lectione auctorum, quarumvis artium peritos *Sophistas* appellatos veteribus, *theologos, medicos, jureconsultos, musicos, poëtas*; præcipue vero *philosophos*, quosvis denique *viros graves* & *sapientes.* ¶ 2. Sed cum philosophi pompam, gloriam, lucrum magis, quam veritatem sequerentur, *Sophistarum* nomen in odium atque invidiam abiit. Nam qui id facerent, eo appellabantur; qua de caussa passim & deridentur & infamantur *Sophistæ*: ut apud Platonem, cum alibi, tum Hippia minore. Apud Cic. Acad. Qu. 4, 23 ita vocantur, *qui ostentationis aut quæstus caussa philosophantur.* conf. Tertull. de Idolol. c 9; Sidon. 4 epist. 1; Modestin. ICt. Dig. 27. t. 1 l. 6 § 1. ¶ 3. Mutavit tamen id rursus, & honestatem induit hæc vox, cum eloquentiæ doctores, dicendique periti & subitis etiam parati, *Sophistæ* dicerentur. Sic *Theon sophista, Aphthonius sophista &c.* Gell. 17, 5 *Rhetoricus quidam sophista utriusque linguæ callens. Sophistas vero & dicendi facultate & multa præclararum rerum scientia valere arbitror.* conf. Iuvenal. 3, 167. Philostratus de vita Sophistarum in Phavorino: γοῦ Φαβωρῖνον τὸν Φιλόσοφον, ἡ συγλαττία ἐν σοφισαῖς ἐκήρυττεν: i. e. *Phavorinum philosophum eloquentia inter Sophistas prædicavit.* Lege eumdem & libri ejus exordio: præcipue Vossium de Nat. constitut. Rhetoricæ cap. 1, & Casaub notis ad Laërt. pag. 10. vid etiam Spanh. de us. & præst. num. diss. 9 p. 708 seq. ubi de Sophistis, qui urbium στρατηγοὶ & ἄρχοντες dicuntur in nummis.

¶ Sŏphistĭca, *æ*, f. subst cavillatoria ars, & in captando ac illaqueando occupata, sophisterey. Apul. 2 de Dogm. Plat. pag. 17 plenius vocat *Artem sophisticam.* Nam vere adjectivum est

¶ Sŏphistĭcus, *a, um,* artig, betrüglich. Prudent. præf. 2 in Apoth. v. 29 *Idcirco mundi ſtulta delegit Deus, Vt concidant ſophiſtica.* Gell. 7, 3 *Res admodum inſidioſa & ſophiſtica, neque ad veritatem magis quam ad captiones reperta.* Id. 18, 2 *Captionis ſophiſticæ ſolutio.* Adde Arnob. 1 p. 36; & 5 p. 180; Sidon. 9 epiſt. 9.

¶ Sŏphiſtice, adverb. idem. Apul. 2 Dogm. Plat. p. 17 *Sic ſophiſtice imitata juridicialem ſtatum &c.* conf. Zen. Cod. 8 t. 10 l. 12 § 3.

¶ Sŏphiſma, *ătis,* n. *σόφισμα,* eine ſpitzfündige ſchlußrede. Cic. Acad. 4, 24 *Contorta & aculeata quædam ſophiſmata:* Sic appellantur fallaces concluſiunculæ: *Cavillationes* & *captiones* vertit Seneca epiſt. 55 & 110. *Captiones, quæ ſophismata appellantur,* Gell. 18, 11. *Ad ſophiſma diluendum ac refellendum,* Idem l. c.

¶ Sophiſmation, *i,* n. dimin. *σοφισμάτιον,* idem. Gell. 18, 13 tit. *Diogenes pertentatus a dialectico quodam ſophismatio impudenti.*

¶ Sophismătĭcus, *a, um, σοφισματικός,* captioſus, ſpitzfündig, qui loquitur ſophismata. Talis apud Gell. 18, 13 de quo titulus: *A dialectico quodam ſophismatico impudenti:* Ita rectè legitur pro *Sophismatio.*

¶ Antisŏphiſtes, *æ,* m. apud Suet. Tib. c. 11, & de Illuſtr. Gramm. c. 9. Sunt autem dicunturque, *Antiſophiſtæ,* qui contraria invicem aſſerunt, ut, ſi quis paupertatem laudaret, alter reprehenderet, & prædicaret divitias v. Interpretes Quint. 11, 3 p. 1026 Burm.

Dipnosŏphiſta, vide ſupra ſuo loco in lit. D.

Philoſophia, philoſophus, &c. vide etiam ſub ſuo elemento.

SŎPHOCLES, *is,* m. *Σοφοκλῆς, ἀπὸ τῆ σοφὸς καὶ κλέος.* Apollinis quondam oraculo *ſapiens,* quod nominis & Euripidi & Socrati datum, Athenienſis patria. Tragicus fuit poëta, non *ignobilis,* ut Quint. 1, 12 p. 124 habet, qui eum 10, 1 p. 857 ita cum Euripide comparat, ut poſtponat. *Divinum* vero Cic. Div. 1, 25 vocavit. Æqualis fuit Periclis, ejusque in prætura aliquando collega. Fabulas ſcripſit 120, de quibus ſeptem hodie exſtant: *Ajax flagellifer, Electra, Oedipus Tyrannus, Antigone, Oedipus Coloneus, Trachiniæ* & *Philoctetes.* Ac *Oedipum Coloneum* quidem ſcribebat, cum a liberis accuſaretur, & poſtularetur, ut ipſi tamquam ætate deſipienti & negligenti rem, interdiceretur bonis. Hanc fabulam igitur cum recitaſſet judicibus, quæſiviſſetque, num deſipientis videretur opus? ſententiis judicum abſolutus eſt. v. Cic. Cat. Maj. c. 7, & Val. Max. 8, 7 extr. 12. Mortuus eſt ex inſperato gaudio, accepto de Victoria nuntio, cum annum ageret quintum & nonageſimum, quemadmodum Plinius 7, 53; & Valerius 9, 12 ext. 5 teſtantur. Lucianus autem grano uvæ ſtrangulatum eum prodidit, quod & Sotadis verſiculus apud Stobæum confirmat: *Σοφοκλῆς βάγα φαγὼν ταφυλᾶς πνιγῆς τέθνηκε.* ¶ 2. *Sophocles* dicebantur conductirii illi plauſores, qui mercede conducti *σοφῶς* acclamarent. v. paullo ante in *Sophos.*

¶ Sŏphoclēus, *a, um, σοφοκλεῖος,* adject. Cic. fam. 16, 18 *An pangis aliquid Sophocleum?* hoc eſt, grande, grave, & tale, quale Sophocles? Virg. ecl. 8, 10 *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* Ovid. Amor. 1, 15, 15 *Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno.*

SOPHORTIA, *æ,* f genus vitis apud Columellam 3, 2.

SOPHRON, *ŏnis,* m. *Σώφρων,* comicus fuit, cujus Athenæus meminit. Mimos ſcripſit, quorum Ariſtoteles meminit lib. 1 de Re Poët. Plato eos tanti fecit, ut non ſolum e Sicilia primus in Græciam inveheret, ſed etiam, cum moreretur, habuerit capiti ſuppoſitos, uti Valer. Max. 8, 7 extr. 3, & Quintil. 1, 10 p. 106 ſunt auctores. ¶ 2. Sophron, *σώφρων,* moderatus, temperans, ſobrius, mäßig, nüchtern, Cic. Tuſc. 3, 8. Et hinc

¶ Sophrŏsўne, *es,* f. *σωφροσύνη,* moderatio, temperantia, die mäßigkeit, Cic. l. c.

¶ Sophronius, *i,* m. nomen viri, Martial. 4 epigr. 71; & 11 epigr. 104.

¶ Sophrŏniſta, *æ,* m. *σωφρονιστής,* plur. *Sophroniſtæ,* iidem fere Athenis, qui Romæ *cenſores.* Nam legebantur ibi ex ſingulis tribubus decem, qui juvenum mores cenſerent & caſtigarent, Heſych.

¶ Sophrŏniſtērium, *i,* n. *σωφρονιστήριον,* caſtigatorium, ein zuchthaus. Tale in ſua civitate Plato eſſe juſſit. Vide libros ejus de republica.

Sophus, vide *Sophia,* Sopio, ſopitus, *Sopor.*

SŎPOR, *ōris,* m. ſomnus, ſed ſomno gravior, ein harter und unmäßiger ſchlaf; ſic enim Plinius 21, 18 inter *ſomnum* & *ſoporem* diſcernere videtur. Verba ejus ſunt: *Invenio etiamnum unum junci genus, quod tropicen vocant. Hujus ſemine ſomnum allici; ſed modum ſervandum, ne ſopor fiat.* Ex quibus facile intelligitur *Somnum* dici, qui levet: qui gravet, *ſoporem.* Cic. Declam. in Salluſt. *Noli nobis languorum ac ſoporem nimium objicere.* Horat. 2 ſat. 2, 80 *Curata membra ſopori dare.* Apul. Met. 5 pag. 167 & 168 *Altum ſopo em fiare; in altum ſoporem deſcendere.* Sic, *Sopor temulentus,* & mox, ubi *neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius potuit, ſemiſomnus ſopor* dicitur a M. Cælio apud Quintil. 4, 2 p. 349 ſq. *Conſanguineus lethi ſopor,* Virg. Æn. 6, 278. *Sopor perpetuus urget eum,* i. e. mortuus eſt. Plaut. Amph. 1, 1, 148 *Homines in ſoporem collocare,* conf. v. 150. Nimirum noctem illam longam, mortem. ¶ 2. Ita, *Sopor* eſt medicamentum ſoporiferum, ein ſchlaftrunck. Nepos 10, 2, 5 *Ne agendi cum eo eſſet Dioni poteſtas, patri ſoporem medicos dare coëgit.* Vſus in eodem ſenſu Frontin. 2, 5, 12. ¶ 3. Item ſegnities, torpor. Tac. Hiſt. 2, 76, 5 *Torpere ultra, & polluendam perdendamque remp. relinquere ſopor & ignavia videretur.*

¶ Sŏpōrifer, *a, um,* quod ſopit, ſeu ſoporem inducit, ſchlafbringend; ut, *Amygdalis vis ineſt ſoporifera,* Plin. 9, 12. Et, *Papaver ſoporiferum,* Virg. Æn. 4, 486. *Dona ſoporiferæ noctis,* Silius 7, 287. Adde Apul. de Herb. c. 74; Val. Flacc. 2, 295.

¶ Sŏporo, *avi, atum, are,* in ſoporem vel ſomnum dare, ſopire, vi ſoporifica induere, einſchläfern. Stat. Theb. 11, 94 *Inſuetos angues nimia aſtra ſoporant.* conf. Id. Theb. 6, 235. Et Plin. 28, 8 *Serpentes ſoporare.* Scrib. Largus Compoſ. 180 *Opium mentem ſoporat ſenſusque abalienat.*

¶ Sŏpōrātus, *a, um,* eingeſchläfert, entſchlafen. Petron. c. 103 *Noctis horas male ſoporati conſumpſimus.* Eleganti metaphora *dolorem ſoporatum,* qui interquieſcit ſedatusque dormit quaſi, Curtius 7, 1, 7; *Recruduit,* inquit, *ſoporatus dolor.* Ver. Gloſſ. *κεπαφωμένος.* Val. Flacc. 5, 333 *Namque ſoporatos tacitis in ſedibus artus Dum premit alta quies.* Virg. Æn. 5, 854 de ſomno loquens: *Ecce Deus vemom Lethæo rore madentem, Vique ſoporatum ſtygia ſuper utraque quaſſat Tempora.* Niſi & ibi *ſaporatum,* id eſt, medicatum, legendum, quod in alio Virgilii loco Æn. 6, 420 habetur, ut Turnebus contendit. v. ſupra in *Sapor.*

¶ Sŏpōrus, ſchläfrig, ſchlafbringend; ut, *Nox ſopora,* Lucanus 2, 236. Quod legitur & apud Stat. Theb. 1, 403; Virg. Æn. 6, 390; Val. Flacc. 2, 222.

¶ Sōpio, *ii,* & *īvi, ītum, īre,* ſomnum inducere, einſchläfern, ſtillen. Liv. 9, 30 *Vino, cujus avidum ferme genus eſt, oneratos, ſopiunt.* ubi *ſopire* idem eſt, quod *καταδαίειν* Græcis. v. Burm. præf. ad Phileleuth. Emend. in Menandr. Seneca de providentia c. 3 de Mæcenate; *quod mero ſe ſopiverit.* Ovid. Met. 7, 213 *Cuſtodemque rudem ſomno ſopiſtis.* Tibull. 3, 4, 19 *Nec me ſopierat menti Deus utilis ægræ Somnus.* Et Liv. 24, 46 *Sonitus procellæ lentior æqualiorque accidens auribus magnam partem hominum ſopivit.* ¶ 2. *Sopiri &* aliquando eſt mente linqui, & omni uſu ac ſenſu corporis ad tempus privari, ut ſopiti ſolent, in ohnmacht fallen, hinſincken. Liv. 1, 61 *Populum Tanaquil alloquitur, jubet bono animo eſſe; ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu, ferrum haud alte deſcendiſſe in corpus, jam ad ſe rediiſſe.* Id 8, 6 *Impactus imo ita eſt ſaxo, ut ſopiretur.* Et 42, 15 *Quarum altero (ſaxo) caput ictum eſt regi, altero humerus ſopitus.* Id. 42, 16 *Deinde ſatellites ac ſervi concurrunt, tollentes ſopitum vulnere ac nihil ſentientem.* Et hinc ad differentiam videtur Ovidius & Virgilius dixiſſe, *ſomno ſopiri,* quod & *vulnere ſopiri* & *ſaxo, &c.* aliquis poſſit. De quantitate primæ ſyllabæ vid. in *Semiſopitus.*

¶ Sōpītus, *a, um,* eingeſchläfert, hingeſuncken. Liv. 25, 9 *Ex improviſo ad portus ſopitos vigiles in cubilibus ſuis obtruncat.* Nepos 10, 2 5 *Æger hoc* (ſopore ſive medicamento ſoporifero) *ſumto, ſomno ſopitus diem obiit ſupremum.* Virg. Æn. 2, 680 *Hunc ego ſopitum ſomno, &c.* Liv. 8, 16 *Sopitus vino & epulis.* Idem 9, 37 *Sopitæ maxime quietis tempus æſtivis noctibus, paullo ante lucem.* Eidem *ſopitum* dicitur cui ſenſus ablatus eſt. v. ſupra in *Sopio*; item Turneb. Adverſ. 30, 32; Gronov. obſerv. 4, 8. Virg. Æn. 5, 743 *Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,* i. e. conditos & latentes in cinere. Colum. 10, 367 *Magicis ſopitus cantibus anguis.*

Compoſita:

¶ Consōpio, *īre,* idem quod ſimplex *ſopire.* Cic. Tuſc. 1, 49 *Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere & ita conniventem ſomno conſopiri ſempiterno?*

¶ Consōpītus, *a, um,* eingeſchläfert. Cic. Tuſc. 1, 38 *Endymion a luna conſopitus putatur.* Idem Divin. 2, 66 *Alexander ſomno conſopitus.*

¶ Insopītus, *a, um.* Ovid. Met. 7, 36 *Terrigenasque feros, inſopitumque draconem*; id eſt, inſomnem, pervigilem. Habet & Lucanus 9, 357 de dracone Heſperidum.

¶ Insōpībilis, *e,* qui ſopiri non poteſt; ut, *Inſopibilis faber,* Mart. Capella lib. 4; & *Inſopibilis flamma,* Id. lib. 9.

¶ Obsōpio, *ire,* einſchläfern. Scribon. Largus compoſ. 180 *A ſomni tempore prohibere, ne obſopiantur.*

¶ Obsopītus, *a, um*; ut, *Odoris novitate obſopitus,* adferunt ex Plin. 9, 8 ſ. 8. Sed Hard. *& ſopitus.* item: *Somno obſopitus,* Solin. c. 18 & 33.

¶ Resōpio, *īre,* idem. Fulgentius in Continentia Virgiliana p. 156 *Tricerberum mellitis reſopit offulis.*

¶ Sēmisopītus, *a, um,* ſchlaftrunken, ex Livii 25, 39 probant, ubi Gruterus edidit: *Pars ſemiſopitos boſtes cædunt*: ſed Gronovius ex codicibus MSS. reſtituit *ſemiſomnos.* Idem Ovidio accidit, cui hæc vulgo tribuuntur Amor. 1, 14, 20 *In medio jacuit ſemiſopita toro.* Et Ovid. Heroid. epiſt. 10 Ariadnes v. 10 *Movi Theſeæ prenſuras ſemiſopita manus.* Vbi nota, tertiam contra ceterorum rationem correpte poni: Virgilio enim & ipſi Ovidio prima in *ſopire* producitur. Sane Ovid. Met. 7, 149 ſcribit: *Pervigilem ſupereſt herbis ſopire draconem.* Non autem credendum facile, ſibi ipſum non conſtitiſſe poëtam. Scribendum ergo *ſemiſupina,* ut utroque loco Heinſius, quem vide, edidit, & altero manifeſte codices vetuſti præ ſe ferunt.

¶ Sēmīsŏpōrus, *a, um,* idem. Sidonius carm. 11, 60 *Semiſopora levi ſcalpebat lumina penna.*

Sopronium, vide ſupra *Sempronium.*

SORA, *æ,* f. *Σῶρα,* Volſcorum oppidum in Campania. Iuvenal. 3, 223 *Optima Sora Aut Fabrateriæ domus.* conf. Sil. 8, 396.

SŌRACTE, *is,* & Soractes, *is,* m. mons in Faliſcis Apollini ſacer. Horat. 1 oda 9, 1 *Vides, ut alta ſtet nive candidum Soracte.* v. Sil. 5, 175.

¶ Soractīnus, *a, um,* adj. ut, *Lapidicinæ Soractinæ,* Vitruv. 2, 7.

SŌRĀCVM, *i,* n. gr. *σώρακος,* cophinus, ein korb, eine trage. Feſtus: *Soracum eſt, quo ornamenta portantur ſcenicorum,* Plaut. Perſ. 3, 1, 64 *Librorum habeo plenum ſoracum.* conf. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 86; & ſupra *Sarracum.* Meurſius notat omnino *Soracum* ſcribi debere.

SORBEO, *bui* & *pſi, ptum, ēre,* molle aliquod ore percipere, ſaugen, einſchlucken, einſurpen, ſchlürfen; ut, *Ovum ſorbere,* Plin. 7, 53 *Qui coagulum lactis ſorbuerint,* Id. 22, 13. *Exhauſto ſorbetur ab ubere ſanguis,* Lucan. 4, 315. Et Plaut. Moſt. 3, 2, 104 *Simul flare ſorbereque haud factu facile eſt.* vide *Flare.* ¶ 2. *Odia ſorbere* per metaphoram dixit Cic. ad Qu. frat. 3, 9 pro accipere, facile ferre; ut, *Odia alicujus non ſorbere ſolum, ſed etiam concoquere,* feindſchaft in ſich freſſen. Id. Phil. 11, 5 *Sorbere animo, haurire cogitatione.* ¶ 3. *Eodem die, quo luſerunt, navigia ſorbentur,* Sen. epiſt. 4, ſie werden vom meer verſchlungen. conf. Ovid. Met. 1, 40. ¶ 4. Archaice tertiæ conjugationis verbum fecit Tibullus 4, 1, 72 *Quum canibus rabidas inter freta ſorberet undas.* Ita quidem ex emendat. Heinſiana Brouckh.

¶ Sorbens, *tis.* Salluſt Fragm. c. 32 ex Servio: *Charybdis illata naufragia ſorbens gurgitibus occultis.*

¶ Sorbītio, *ōnis,* f. das einſchlucken, item, jus ad ſorbendum præparatum, ein tranck. Perſ. 4 pr. de Socrate: *Sorbitio tollit quem dira cicuta.*

cicuta. Et, *Sorbitio oryzæ*, Celſ. 4, 7. conf. Id. 8, 9; Cat. R. R. c. 157 extr. Colum. 6, 10; Plin. 7, 4; & 22, 22: Sen. epiſt. 78; Axen. ad illud Phædr. 1, 26 *Liquidam poſuiſſe ſorbitionem*.

¶ Sorbĭtium, *i*, n. idem; ut, *Sorbitium menthæ*, apud Serenum v. 872. vid. Barth. Adverſ. 38, 1. Sed reſtituit *ſorbitio* Burm.

¶ Sorbĭtiuncŭla, *æ*, f. diminut. Hieronymus Epitaph. Fabiolæ ſive epiſt. 30 *Spirans cadaver ſorbitiunculis irrigabat*. Id. in vita Hilarionis: *Fiebant ei de farina & comminuto olere ſorbitiunculæ*. Adde Plin. Valerian. 1, 58.

¶ Sorbĭcŭlus, *i*, m. idem. Apic. 5, 1 *Tres ſorbiculos ficcas*. Sed Humelbergius legit *Orbiculos*.

¶ Sorbĭlis, *e*, gut einzuſchlucken; ut, *Ova ſorbilia*, weiche eyer, Celſ. 2, 3. conf. Petron. c. 33; Colum. 8, 7.

¶ Sorbillo, *āre*, verbum diminutivum eſt, parum & frequenter ſorbere, ein wenig ſchlürfen. Apul. Mileſ. 2 pag. 121 *Relictum* (in poculo) *paullatim labellis minuens, ſorbillat dulciter*. Gloſſ. Vet. ῥοφῶ, *ſorbillo, vero*.

¶ Sorbillans, *tis*. Ter. Adelph. 4, 2, 53 *Cyathos ſorbillans paullatim hunc producam diem*. Apul. 3 Met. pag. 135 *Suavia ſorbillantia*, ſchmatzende küſſe.

¶ Sorbillum, *i*, n. potio ſorbitioni apta, eine brühe, ſüppgen. Plaut. Pœn. 1, 2, 185 *Mihi jam videor propter te victitandum ſorbillo*.

¶ Sorbillator, *ōris*, m. degulator, Iſidor. in Gloſſ.

Compoſita:

¶ Abſorbeo, *bui*, & *pſi*, *ptum*, *ēre*, verſchlingen, einſchlucken. Plin. 9, 35 de Cleopatra: *Detractum alterum* (unionem) *merſit ac liquefactum abſorbuit*. In ea cœna (ut obiter id moneamus,) Cleopatra abſumſit centies ſeſtertium, hoc eſt, quinquies centena Caroleorum millia. ¶ 2. Cic. de Clar. Orat. c. 81 ad res inanimatas etiam transtulit: ut, *Hunc quoque abſorbuit æſtus quidam non inſolitæ adoleſcentibus gloriæ*, die wellen des ehrgeitzes haben ihn hingeriſſen. *Abſorbere hominum ſanguinem*; item, *Acerrime ac æſtuoſe abſorbere*, meretricum eſt, Plaut. Bacch. 3, 1, 5; & 3, 3, 67.

¶ Abſorbens, *tis*. Plin. 11, 35 *Araneus omnem humorem abſorbens*. conf. Vulg. Interpr. Ieſ. 14, 29.

¶ Abſorptus, *a*, *um*, verſchlungen. Vulg. Interpr. Num. 11, 2 *Oravit Moyſes ad Dominum & abſorptus eſt ignis*. Id. 1 Cor. 15, 54 *Abſorpta eſt mors in victoriam*.

¶ Abſorptio, *ōnis*, f. Vox hæc forte reſtituenda eſt Suet. Ner. c. 27, ubi vulgati *abſortio roſaria*. Apparet intelligi cœnam, ubi roſæ vel parati ex roſis liquores abundant.

¶ Deſorbeo, *ēre*, idem. Tertullianus extremo lib. de Idololatria: *Vortex ejus ad inferos deſorbet*.

¶ Exſorbeo, *ēre*, exhaurire, ausſchlucken, ausſaugen. Plaut. Epid. 2, 2, 5 *Convertam me in hirudinem, atque horum exſorbebo ſanguinem*: alii *exſugebo* legunt. *Exſorbere ovum*, Plin. 28, 2. ¶ 2. *Exſorbere difficultatem*, metaphorice eſt devorare vel ſuperare, einfreſſen, Cic. pro Mur. c. 9. Et, *Exſorbere civilem ſanguinem*, Id. Phil. 2, 29.

¶ Inexſorbĭlis, *e*, Apul. Met. p. 627 Stew. *Offenſum numen inexſorbili me ſævitia premit*. Sed Elmenh. p. 20 *Inexorabili*.

¶ Obſorbeo, *ēre*, verſchlucken. Plaut. Truc. 2, 3 extr. *Obſorbere aquam*. vid. & Lactant. de Morte Perſecut. 21, 6.

¶ Perſorbeo, *ēre*, totum ſorbere, ausſchlürfen. Plin. 31, 11 pr. *Perſorbentes ſpongiæ*.

¶ Reſorbeo, *ēre*, wieder in ſich ſchlucken, zu ſich ziehen. Ovid. Heroid. 12, 125 *Quæque vomit fluctus totidem, totidemque reſorbet*. Sic, *Lacrymas reſorbere*, Stat. Theb. 5, 654; *vocem*, Plin. 18, 35.

¶ Reſorbens, *tis*. Virg. Æn. 11, 627 *Pontus æſtu revoluta reſorbens ſaxa*.

SORBVS, *i*, f. arbor, & Sorbum, *i*, n. fructus, plural. *Sorba*, ſpeierlin, ſporapfel und ſporbirn, arlesbeer, fructus ſunt notiſſimi. De arbore v. Colum. 5, 9 & 10; & Celſ. 2, 30. Sed de fructu Martial. 13 epigr. 26 *Sorba ſumus, molles nimium durantia ventres, Aptius hæc puero, quam tibi, poma dabit*. His namque pupuli & pueri demerentur. v. Gron. Obſerv. in Script. Eccleſ. c. 19 p. 204 & 206. Adde Plin. 13, 7; & 15, 21; Varr. R. R. 1, 8; Cat. R. R. c. 7; Colum. 12, 16; Pallad. Ian. t. 15; Apic. 4, 2: Petron. c. 135.

SORDES, *ium*, f. ſingulari carere, Chariſius & Diomedes pronunciarunt. Et ita Lexicon Cyrilli: ῥύπος, *Sordes: ſingulare non habet*. Sed in ſingulari etiam *Sordes*, *ſordis*: vel *Sordis*, *ſordis*, dici, ex iis, quæ mox adducentur, auctoritatibus abunde patebit. Eo autem nomine quisquiliæ, & quicquid maculat, inquinatque ac fœdat, ſignificatur, allerley wuſt, unflat, unreinigkeit. Hinc *fecem* & *ſordem* conjungit Cicero, ſed per metaphoram, Att. 1, 13 *Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti: apud ſordem urbis & fecem multo melius nunc quam reliquiſti*. De avaritia *ſordem* dictam a Cicerone, n. 2 videbimus. Plaut. Pœn. 1, 2, 101 *Viden' tu, pleni oculi ſordium qui erant, jam ſplendent mihi? N. Imo etiam in medio oculo parum ſordis eſt*. Sic Cicero *Aurium ſordes* dixit de Nat. D. 2, 57, ohrenſchmaltz. In ſing. vero & Horat. 1 epiſt. 2, 53 *Auriculas citharæ* (juvant) *collecta ſorde dolentes*. Cic. pro Sext. c. 28 *Virtus ſplendet per ſe ſemper, neque alienis unquam ſordibus obſoleſcit*. ¶ 2. *Sordium* etiam & *ſordis* nomine vitium illud appellatur, quod in accipiendis & erogandis pecuniis indecore verſatur, cum parcius viliusque & vivit colitque aliquis, aut alia agit, quam fortunarum & dignitatis ratio patitur: idque, ut minuat ſumtus & parcat pecuniæ; aut eamdem parum honeſte augeat ac lucrum captet. Quod vitium Græci variis & appellant nominibus & diſtinguunt. Quam enim illi μικρολογίαν, μικροπρέπειαν, & ἀνελευθερίαν & δυσχέρειαν, de quibus Ariſtoteles Ethicorum libris & Theophraſtus in Characteribus legendi, vocant, Latini *Sordium* & *Sordis* nomine deſignant. Nos filzigkeit appellamus. Opponitur autem ex altera parte *ſplendori nitorique*; ex altera *luxuriæ* & *prodigalitati*. Cic. pro Flacco c. 3 *Prætereo illa, quæ prætereunda non ſunt: nullum hujus in privatis rebus factum avarum, in re pecuniaria contentionem nullam, in re familiari ſordem proferri*. Horat. 2 ſat. 5, 105 *Sepulcrum Permiſſum arbitrio ſine ſordibus exſtrue*. B. Hieron. Epitaphio Fabiolæ ad Oceanum: *Dicam*, inquit, *appetitas ſordes & in condemnationem veſtium ſericarum plebejum cultum & ſervilia indumenta quæſita? Plus eſt, animam depoſuiſſe, quam cultum; difficilius arrogantia, quam auro caremus ac gemmis. His enim abjectis, interdum gloriоſis tumemus ſordibus, & vendibilem paupertatem populari auræ offerimus*. SORDES appellat vilem & pullam & nullo ornatu nitentem veſtem, qualis religioſorum erat. Id. 2 epiſt. 12 ad Nepotian. de vita Clericorum: *Veſtes pullas æque devita ut candidas: Ornatus & ſordes pari modo fugiendæ ſunt*. Id. epiſt. 9 ejusdem libri, de vitando ſuſpecto contubernio: *Dolet, ſibi prælatum juvenem, non quidem comatum & veſtium ſericarum, ſed toro ſolum* (al. *toroſulum*) *& in ſordibus delicatum*: IN SORDIBVS, id eſt, in vili ſervilique habitu, quem *ſericis induto* opponit: DELICATVM, venuſto decoroque & juvenili corpore, aptum deliciis, appellat. Hinc & ſqualor reorum incultusque, qui in crine barbaque promiſſa atque neglecta, in pullis item detritisque veſtibus conſiſtebat, SORDIVM nomine appellabatur. Id enim *in ſordibus jacere*, zerlumpt ſeyn, Cicero dixit fam. 14, 2. Et Quint. Decl. 17 *Non exuo, non depono ſordes*. vide & ſupra *Reatus* & *Reus*. ¶ 3. Supra notabamus, *Sordium* vocabulum & ἀνελευθερίαν, i. e. *illiberalitatem* complecti. Eo pertinet illud Taciti Hiſt. 1, 52, 2 *In quibus ſordem & avaritiam Fonteji Capitonis adimendis aſſignandisque militiæ ordinibus integre mutaverat*. SORDEM enim appellat, quod aliis ademerat ordines, ut poſſet vendere; aliis vendiderat, ut faceret quæſtum, pecuniasque corraderet. Quæ cauponatio turpis, generoſo ac liberali animo indigna, ſervilisque ac ſordida eſt. Similiter pecuniarias corruptiones judicum ICti *ſordes* appellant, ut Torrentius ad Suet. Domit. c. 8 obſervat. Quintil. 6, 4 *Iunius Baſſus, querente Domitia Baſſieni, quod incuſans ejus ſordes, calceos eam veteres diceret vendere ſolere*: NON ME HERCVLE, *inquit*, HOC VNQVAM DIXI, SED EMERE TE SOLERE. Vtrumque ſcilicet illiberale tantaque alienum matrona: & *vendere calceos veteres* & *emere*. Illud enim avaritiæ ſordidæ, captantis turpiter lucrum ex frivolis; alterum ſordidioris etiam parſimoniæ, parum decore compendium ſumtus facientis in frivolis, erat. ¶ 4. De δυσχερείᾳ, & ejus parte ἀλυσίᾳ ſive illuvie, vide paullo poſt in *Sordidus*. Quamquam luxuriæ contrariæ *ſordes* ſint, ut ſupra monitum: tamen in unum eumdemque utrumque vitium cadit. Vt cum adulterinas gemmas aliquis per avaritiam & ſordes, ut parcat nummis, comparet, & inaurari vaſa ærea curet, quibus oſtendat ſe, & ſplendidus videatur, obtegens animi vitium; quo nomine Galeacium Mariam Mediolanenſium ducem Iovianus Pontanus libro de Magnificentia c. 2 notat. Huc pertinent potentes illi, qui cum luxurioſiſſime vivant, comites tamen clientesque ſuos fame propemodum enecant, de quibus Iuvenal. 1, 131 *Sed quis ferat iſtas Luxuriæ ſordes?* indignabundus exclamat, quem vide. Pertinet huc & illud genus, qui cum luxurientur ſordide, gulæ ventrique indulgeant; nihil apud ipſos tamen lautum & elegans & ſumtuoſum, præter libidines, invenias. Cujusmodi ſordide luxurioſum Cicero Piſonem depingit Orat. in Piſ. c. 27. Ita *ſimpliciter ſordidum* egregie χαρακτηρίζει Plautus in Euclione pulchreque deſcribit ſervus Strobilus Aulul. 2, 4.

¶ Sordĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Plaut. Pœn. 5, 2, 10 *Abſterſerunt omnem ſorditudinem?* SORDITVDINEM, inquit Nonius c. 2 n. 799, *pro Sorde*.

¶ Sordĭcŭla, *æ*, f. diminut. parva ſordes, Marcell. Empir. c. 8.

¶ Sordĭdus, *a*, *um*, ſordibus inquinatus, *immundus illuvie*, ut Terentius loquitur Heaut. 2, 2, 52, unflätig, ſchmutzig, garſtig. Ita *Sordidus infans: Sordida lana*, Ovid. de Arte am. 3, 222; *mappa*, Horat. 1 epiſt. 5, 22. B. Hieronymus per translationem 2 epiſt. 9 *Nitens cutis ſordidum oſtendit animum*. Cic. de Cæcil. Tuſc. 3, 23 *Sæpe eſt etiam ſub ſordido palliolo ſapientia*. Et de Leg. 3, 17 *Homo ſordidus*, ein unflat. Petron. c. 95 *Sordidiſſimo linteo præcincta anus*. conf. mox n. 4. ¶ 2. Avarus, geitzig, filzicht, eigennützig, der alles um geldes willen thut. Cic. Fin. 3, 11 *Quis non odit ſordidos, varios, leves, futiles?* Suet. Domit. c. 8 *Auctor & invenis plebis fuit ædilem ſordidum repetundarum accuſandi*: *Ædilem ſordidum*, id eſt, nummarium nummorum cauſſa omnia facientem: ſive ita adminiſtrantem officium, ut non tam diligentiam & fidem probaret reip. quam plurimum ſibi ex nundinationibus turpiſſimis lucraretur: Ita enim paullo ante *Nummarios judices* dixerat i. e. corrumpi pecunia ſuetos. v. ibi Torrent. ¶ 3. Et quoniam *Sordidi*, hoc eſt qui parum ſplendide vivunt, latent obſcuri, viles certe contemtique ſunt; idcirco *ſordidi* ſæpe pro obſcuris contemtisque & ignobilibus ponuntur, ſchlecht, gering. Horat. de Epicuro 1 od. 28, 14 *Non ſordidus auctor Naturæ, verique*: id eſt, clariſſimus, illuſtris. Ita *Cupido ſordidus*, i. e. ignobilis, vilis, humilis, apud eumdem 2 ode 16, 15. Nec aliter *Sordida rura* Virgilius dixit ecl. 2, 28. Significat enim, ruſticam vitam, obſcuram contemtamque duci, & neminem eo reddi clarum ac nobilem. Colum. præfat. R. R. *Publice concepta & confirmata jam vulgaris exiſtimatio, rem raſticam ſordidum opus eſſe &c.* id eſt, abjectum ac humile, & parum dignum liberi ac elegantis hominis perſona. Martialis 1 ep. 56 *Sordidaque in parvis otia rebus amet: Sordida otia* appellat vitam plebejam atque obſcuram, quæ procul ejusmodi negotiis ducitur, quæ famam ac nomen addere queunt. *Lene otium in loco obſcuro* vocat Sen. Thyeſte v. 395. Nullum nectar ita ſuave eſt, atque hi verſus: Itaque totus locus ediſcendus. Liv. 22, 26 *Loco non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus*, von unehrlicher ankunft. *Familiæ ſordidiſſima pars*, die geringſten knechte und mägde. Petron. c. 132. *Sordida oratio*, eſt non nitida Quintil. 8, 3. *Sordidas voces* rhetores & grammatici appellant, quæ ſordidiori vulgo, non autem hominibus elegantioribus, in uſu ſunt. In Laberio *Sordida* pluſcula notavit Gellius 16, 7. Adde Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 9. Sic, *Sordidus panis*, viliſſimus eſt, nimirum ille, quem juſculo ſuperfuſo canibus præbent, hunde-brot, Plaut. Aſin. 1, 2, 16. v. ibi Taubm. & vetus ſcholiaſtes Iuvenalis ad illud ſat. 5, 11 *Et tremere, & ſordes farris mordere canini*. *Sordidi* & *ſordium* ipſarum nomine cenſentur ab Arnobio, Prudentio, & aliis eorum everſoribus, etiam gentium Dii. v. Barth. ad 4 Theb. Statii pag. 9 & 10. ¶ 4. Gradibus etiam hoc adjectivum extollitur: ut,

Sordidior caro, Plin. 16, 6; *nubes*, Sen. Hippol. v. 785; *toga*, Martial. 1 epigr. 104. *Sordidiores repudiare*, Cic. de Orat. 3, 32. Et, *Res foraidiissime, acetum, pulejum, spongiæ &c.* Sen. præf. lib. 3 Controv. Et rursus Cic. Phil. 1, 7 *Ut quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime severitate judicandi sordes suas eluet.*

¶ Sordide, adverb. ſchändlich, filzicht; ut, *Sordide proconsulatum gerere*, id est, corrupte, avare, Plin. 3 epist. 9. Et, *Sordide concionari*, Cic. Att. 15, 2, zu eigenem nutz. Suet. Domit. cap. 9 *Omnes circa se largissime prosequutus nihil prius aut acrius monuit, quam ne quid sordide facerent.* Nam cum ab se non una liberalitate locupletati essent, noluit officium in quæstum vendere ac nundinari. Sic, *Sordide agere tutorem*, pro ita agere, sive tutoris administrare partes, ut circumscribatur pupillus, & defraudetur per avaritiam & sordes, Vlpianus dixit l. 3 D. de suspectis tutoribus. Comp Tac. Orat. 8, 5 *Quo sordidius atque abjectius nati sunt.* Superl. *Sordidissime per plateas tractus est*, Lamprid. Elagabal. c. 33.

¶ Sordidŭlus, *a, um*, diminut. etwas unrein, ſchmutzig, unſauber; ut, *Servi sordiduli*, Plaut. Pœn. 1, 2, 58. Iuvenalis 3, 140 *Si toga sordidula est, & rupta calceus alter Pelle patet.* Et Prudent. in Symmach. 1, 69 *Armigero sordidulam curante rapinam.*

¶ Sordulentus, *a, um*, idem. Tertull. de Pœnit. c. 11 *Sordulentus, illotus.* conf. Barthii Adverſ. 45, 8.

¶ Sordeo, *ui, ēre*, ſordidum eſſe, unflätig ſeyn, ſtincken, veracht ſeyn. Sen. epist. 5 *Non sordeat toga.* Et Accius apud Nonium 2, 773 *Cum manus materno sordet sparsa sanguine.* Cic. ad Octav. *Sordebat ei provincia, quam victor sibi sumserat Cæsar*, es war ihm zu gering, zu verächtlich. Sic, *Sordere suis, & contemni ab iis*, Liv. 4, 25. Horat. 1 epist. 11, 4 *Cunctane præ campo Tiberino & flumine sordent?* Virg. ecl. 2, 44 *Sordent tibi munera nostra*, du achteſt ſie nicht, ſie ſtincken dich an. Martial. 1 ep. 32 *Sordent lanugine vultus.*

¶ Sordens, *tis*. Corn. Gallus eleg. 1, 220 *Per sordentem serpere humum.*

¶ Sordeſco, *ĕre*, unflätig, ſtinckend, verächtlich werden. Plin. 21, 19 *Ulcera oculorum rosa sordescunt.* Horat. ad librum ſuum 1 epist. 20, 11 *Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi Cœperis.*

¶ Sordĭdo, *āre*, beſudeln, beſchmitzen, uſi ſunt ſcriptores non contemnendi, quamquam fere ſolum participium ament antiquiores. Hieron. epist. 29 Epitaphio Lucinii Bætici: *Vitiis sordidamur.* Cyprian. epist. 52, 6 *Alienis rumoribus sordidantur.* Lactant. extr. lib. de Ira Dei: *Templum cordis non fumo, non pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur.* Id. Div. Instit. 5, 19 *Mens malis cupiditatibus sordidatur.* Sidon. carm. 23, 349 *Moto pulvere sordidatur aër.* conf. 1 epist. 5. Auguſt. Serm. 244 de Tempore: *Toties Dei imaginem sordidamus.*

¶ Sordĭdātus, *a, um*, beſudelt, beſchmutzt. Plaut. Aſin. 2, 4, 90 *Quamquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum*, id eſt, ſordide veſtitus. Ter. Heaut 2, 2, 56 *Scin' hanc, quam dicit sordidatam & sordidam?* ubi prius ad veſtitum, alterum ad ſqualorem & illuviem corporis pertinet. Nam de utroque paullo ante de eadem ancillula dixerat: *Ea texebat una pannis obsita, Neglecta, immunda illuvie.* Quia *pannis obsita*, idcirco *sordidatam* hoc loco: quia *neglecta immundaque illuvie*, eamdem itaque hic *sordidam* appellat. Nam veſtis pannacea pauperrimorum hominum habitus. Et ſordes ejusmodi veſtitum notant. *Sordidatus* igitur quaſi ſordes indutus; ut *togatus, sagatus &c.* dicitur. *Sordidatus descendit ad nostra*, zerriſſen, zerlumpt, Suet. Vitell. c. 15. *Sordidata turba*, Livio 45, 28 eſt plebs pullata. Et, *Sordidatissima conscientia*, Sidon. 3 epist. 13 extr. ¶ 2. *Sordidati* vero apud Cicer. rei plerumque ſunt & accuſati, ſeu ut rei delati, mœſtique, die angegeben oder verklagt ſeyn; ut in Verr. 2, 25 *Sordidati maxima barba & capillo Roma biennium fuerunt.* Sic Livius 6, 20 *Postquam sordidatum reum viderunt.* Id. 44, 19 *Sordidati Alexandrini legati, barba & capillo promisso.*

¶ Sordidatio, *onis*, f. Saresb. 5, 16.

¶ Exſordeſco, *ĕre*, verächtlich werden. Gellius 9, 2 *Nomen philosophi exsordescit.*

¶ Inſordeſco, *ĕre*, garſtig werden. Sidon. 5 epist. 13 *Dejectu caducæ frondis ager insorduit.* Rutil. itin. 1, 617 *Nimbis inserduit æther.*

¶ Obſordeſco, *ĕre*, idem. Nonius 2, 604 ex Cæcilio: *Obsorduit ærumna*, id eſt, obſolevit. Prudent. Apoth. v. 146 *Ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro.*

SOREX, *icis*, m. muris quoddam genus eſt rubeum, brevi cauda, acutæ vocis, eine ſpitzmaus. vide *Mus araneus. Sorex* ab ὄραξ deduci videtur, aſpiratione in S converſa: ὄραξ enim Nicandro *mus* eſt: Geſn. Colum. de Arbor. c. 15 *Vites, quæ secundum ædificia sunt, a soricibus aut muribus infestantur.* conf. Id. 12, 31; & Plin. 2, 41. Ter. Eun. 5, 7 extr. *Egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii*, ich habe mich ſelbſt verrathen. Serenus Samm. cap. 5 de capillo tingendo v. 57 *Si prægnans artus captivi soricis edit, Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi.*

¶ Sōrĭcīnus, *a, um*, von einer ſpitzmaus; ut, *Soricina nænia confessor*, Plautus Bacch. 4, 8, 48. Vbi Salmaſ. *næniam* interpretatur vocem soricis, ad quam deprehenſus confoditur.

¶ Sorĭcŭlātus, *a, um*, variis coloribus conſertus, buntſchäckigt. Sic, *Soriculatam vestem*, id eſt, varicolorem, Plinius 8, 48 dixiſſe creditur. Ita Beemanus dici conjectat a copia colorum & plicarum, quia Græce σωρὸς vel σώρακος, acervum vel rei copiam notat. Aliis videtur dici a *conserendo*, quaſi *sericulata*, i. e. ex lino & ſparto conſerta. Sunt autem, quibus vocari videtur a lineis intextis soricum figuras repræſentantibus, ut a vermibus vocatur *opus vermiculatum.* Accedit quod Plinius jungat *vesti undulatæ*, cui nomen inde, quod textura undas quoque imitetur. Turnebus Adv. 24, 19 *Soriculatas* vult eſſe a *suro*, unde *surculus*, & a *regula*, quaſi *suro regulatas.* Sed eſt, in MSS. *sororiculata*, de quo verbo paullo poſt in *Soror.*

SŌRĪTES, *æ*, m. σωρίτης, argumentationis eſt ſpecies, eine gewiſſe art zu ſchlüſſen; a σωρὸς, *cumulus.* Latine ACERVALEM vel CAVILLATIONEM vel SYLLOGISMVM, dicere liceat. Cic. Divin. 2, 4 *Quomodo autem MENTIENTEM, quem ψευδόμενον vocant, dissolvas? Aut quemadmodum SORITI resistas? quem si necesse sit, latino verbo liceat ACERVALEM appellare, sed nihil opus est, &c.* ACERVALEM SYLLOGISMVM ICtus vertit l. 77 Dig. de Verb. signif. & l. 65 Dig. de Reg. Iuris. Vbi fruſtra Alciatus pro σωρίτην σοφισμα maluit legere. Nam manifeſte ex eo reſellitur, quod Græcum vocabulum ipſe ICtus *Acervalem Syllogiſmum*, Ciceronem ſecutus fortaſſean, interpretatus eſt. Perſius etiam ACERVVM dixit ſat. 5 ipſo fine: *Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.* Vbi Vet. Scholiaſt. *Chrysippus philosophus Stoicus syllogismum σωρίτην vocavit, quem per adjectionem & detractionem ex acervi frumentarii similitudine effudit*, quia difficile eſt dicere, immo impoſſibile, quoto grano adjecto fiat acervus, qui non fuerit, quoto item demto deſinat eſſe qui fuerit. Ad hanc alludens appellationem ejusque rationem Horatius 2 epist. 1, 46 ait: *Demo unum: demo etiam unum, Dum cadat elusus ratione ruentis acervi.* Cic. Acad. Qu. 4, 16 *Hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur* (Stoici) *quod genus minime in philosophia probari solet, cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. SORITAS hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano. Vitiosum sane & captiosum genus. Sic enim adiscenditis* (vos Stoici,) &c. *Interrogationis genus* appellat, quod veteres interrogando diſputarent. *Captiosissimum* autem, quia ſeu male interrogaveris, ſeu reſponderis incaute, interrogataque conceſſeris, in laqueos te facillime indues. Hinc idem Cicero dicto c. 28 *Lubricum & periculosum locum* SORITAS: & c. 31 *Tortuosum genus disputandi* appellat. Sen. de Benef. 5, 19 *Sorites ille inexplebilis subit &c.* Et Cic. Acad. Qu. 4, 28 & 29 *Venit ad* SORITAS, (Dialectica Stoicorum,) *lubricum sane & periculosum locum, quod modo dicebas esse vitiosum interrogandi genus. Quid ergo? Istius vitii num nostra culpa est? Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ullâ in re statuere possimus, QVATENVS. Nec hoc in acervo tritici solum, unde nomen est; sed nulla omnino in re minutatim interroganti* DIVES, PAVPER: CLARVS, OBSCVRVS: MVLTA, PAVCA: MAGNA, PARVA: LONGA, BREVIA: LATA, ANGVSTA: *quanto aut addito, aut demto, certum, quod respondeamus, non habemus &c.* Sumemus exempli cauſa paraphraſin Hor. ep. 2, 1, 35 ſeq. Quærit ibi poëta, quis pro antiquo ſcriptore habendus ſit? num qui ante centum annos deciderit, ſive obierit diem? nam quis, qui ante centum annos floruerit, muſteum recentemque dixerit? Quod ſi igitur reſpondeat aliquis, omnino centenarium pro veteri habendum auctore, ceterum interrogator pergens quærat, quid ſi uno, altero, tertio, quarto & ſic deinceps, die, menſe, anno, minor fuerit; non habebit, qui primum dederit, centenarium nempe antiquum eſſe ſcriptorem, quod reſpondeat, & de eo gradatim minutatimque interrogando, ut Cicero loquitur, redigetur eo, ut cogatur fateri, vel pauciſſimorum annorum ſcriptorem pro centenario antiquoque habendum, vel contra centenarium eumdem eſſe atque qui ante pauciſſimos annos fuerit. Item erit, ſi interrogem, divesne ſit, qui centum aureos habeat? Clarus, quem mille homines norint &c. vid. Grotius in florum ſparſione ad Iuſtinianeum jus ad L. 77 de V. S. Caſaub. ad Perſii l. c. itemque Laur. Vallam Diſput. Dialect. 3, 12.

SŌROR, *ōris*, f. eine ſchweſter: ut, *Soror germana*, ex iisdem parentibus nata, eine leibliche ſchweſter, Cic. pro Mil. c. 27, & Nep. 5, 1, 2. *Unanimis soror*, Virg. Æn. 4, 8. *Dicere Minervam sororem suam*, Cic. pro Dom. ſua c. 34. Græci eas in matrimonio habebant. v. Rutgerſ. Var. Lect. 1, 9; Sam. Petit. Comment. ad Leges Attic. lib. 6 p. 443; adde Commentat. ad Nepot. præf. n. 4 & ejusd. Cimon. c. 5 n. 1 *Sorores* etiam dici pro patruelibus vel conſanguineis, ut *fratres*, obſervat Perizon. Animadv. c. 3 p. 107 ſq. ¶ 2. Apud veteres *Sororis* vocabulum inter blanditias amatorias fuit, ſicut & *Fratris.* vide *Frater.* Quamvis autem laſcivo amori inſerviret ut plurimum: aliquando tamen honeſto & ſancto indicando adhibebatur. Notum eſt, Paulum Apoſtolum ἀδελφὴν, *sororem*, pro uxore dixiſſe 1 ad Corinth. 9, 5. Salvianus etiam Palladiam conjugem ſuam *sororem* appellat epiſt. 4. Non ſatis tamen probare videntur Arcadius & Honorius A. A. l. 19 C. de Epiſcop. & Cleric. Ita enim Palladio P. urb. ſcribunt: *Eum, qui probabilem seculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet.* Sed Imperatores non tam reſpiciunt hoc loco conjuges, quam clericos religioſosque cœlibes & caſtitatis voto obſtrictos, qui conjungebantur fœminarum conſortio haud raro, verbo quidem, ut haberent vel valetudinis ſolatia, vel imbecillitatis tutelam; re ipſa, ut affectibus ſuis obſequerentur. Cujusmodi explicationem B. Hieronymus nobis ſuppeditat epiſt. de vitando ſuſpecto contubernio, quæ lib. 2 nona ipſa eſt. Pertinet huc & illud ejusdem Hieronymi 2 epiſt. 13 *Novi ego quasdam jam maturioris ætatis libertini generis adolescentibus delectari, & filios quærere spirituales, paullatimque pudore superato, ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem.* Has culpas igitur ut honeſto prætexerent nomine, *sorores* ac *fratres*, item *matres* & *filios* ſeſe appellabant invicem; quibus vocabulis & in commune ſe ſalutabant Chriſtiani; *Sororum* & *fratrum* autem peculiariter conjuges, qui amplexi propoſitum ſublimius mutuo continentiæ voto ſe obligaſſent. B. Hieronymus 2 epiſt. 10, quæ ad Ruſticum eſt: *Quod ignotus ad ignotam audeo scribere, sanctæ ancillæ Christi Hedibiæ & filiæ meæ, conjugis tuæ Aitemiæ, imo sororis ex conjuge atque conservæ fecit deprecatio:* SORORIS ſpiritu: CONSERVÆ religione: utrex Lactantio 5, 15 interpretemur. Et Salvianus cum Palladiam ſuam vocaret *sororem*, non tam maritus amplius erat, quam *frater*; cum uterque conſenſu mutuo jam caſtitatem voviſſent perpetuam, quod ſatis claret ex ea ipſa epiſtola, quam ſupra laudavimus. Venantius lib. 1 eleg. in laudem Leontii, epiſcopi Burdegalenſis, & Placidinæ, ejus olim conjugis, (ut conſcriptio carminis habet,) facerdotii vero tempore ſororis: *Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre: Quæ tibi tunc conjux, est modo cara soror.* Gentiles autem exiſtimabant, Chriſtianos *sororis* & *fratris* nomine libidinis ergo uti, quoniam hæc ipſis nomina inter laſciva & ἐρωτικὰ fuerunt; unde Martialis 2 epigr. 4 *nequiora nomina* vocat. Et Cæcilius apud Minucium Felic. 9, 2 *Se promiscue appellant fratres & sorores, ut etiam non insolens stuprum*

ſtuprum interceſſione ſacri nominis fiat inceſtum. ¶ 3. Sed & *Sorores* vocabantur omnia paria & velut cognata invicem, ſibique ſimilia. Ita *ſorores arbores* Plin. 13, 4 de palmis: *Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores, ob hoc Adelphides dictæ, &c.* Et, *Lodices ſorores* Martialis dixit 14 epigr. 148. Tertull. de Pallio c. 1 *Sic in proximo ſoror civitas veſtiebat, & ſicubi in Africa Tyrus.* Loquitur de Vtica, quam *ſororem* Carthaginis vocat: ambæ enim inclutæ, ambæ a Phœnicibus conditæ, ambæ maximæ. Sed *Vtica* poſt *Carthaginem* tamen, ut apud Melam & Appianum legimus. ¶ 4. *Sorores* fæpe abſolute poëtarum literis dicuntur *Parcæ.* Horat. 2 od. 3, 15 *Dum res & ætas, & ſororum Fila trium patiuntur atra.* Et Auſon. epiſt. 12 extr. *Dum res & ætas, & ſororum* Νήματα ποσφύρεα πλέκοντα. Sic *Doctæ ſorores* dicuntur Muſæ Ovid. Met. 5, 255. Et, *Viperæ ſtygia de valle ſorores*, eſt periphraſis Furiarum, ibid. 6, 662.

¶ Sŏrorcula, *æ*, f. diminutivum. Plaut. in fragm. Clitell. v. 25 *Germana mea ſororcula.*

¶ Sŏrorius, *a, um*, ſchweſterlich; ut, *Fraternis flagitiis, ſororiis ſtupris, omni inaudita libidine infamis*, Cic. pro Seſtio c. 7. *Cœna ſororia*, quæ datur ob repertam ſororem, Plaut. Curc. 5, 2, 60. *Sororia oſcula*, Ovid. Met. 4, 334. *Sororium tigillum*, cui tamquam jugo ſubmiſſus Horatius fuit expiandæ cædi, quam in ſorore patraverat, quodque ſacratum Iunoni, & ſemper, ſi pateretur vitium, refectum fuit. v. Feſt. & Liv. 1, 26. ¶ 2. *Sororius* ſubſtantive, appellatur ſororis frater, & filius, & maritus.

¶ Sorōrio, *are*, fictum verbum apud Plautum: qui mammas virginum *ſororiare* dixit, cum tumeſcentes primum, jam pares, & quaſi ſorores conſpici gaudent. Locus Plauti eſt in Fragm. Frivol. v. 11 *Papillæ primitus ſororiabant.* Vide Feſtum in *Fratrare* & in *Sororiare.*

¶ Sororians, *tis*, ſimul intumeſcens; ut, *Mammæ ſororiantes*, Plin. 31, 6.

¶ Sorōrĭcŭlātus, *a, um*, i. e. lino & ſparto condenſatus. Sic, *Sororiculata veſtis*, apud Plin. 8, 48 in MSS. libris, quamquam incerta vocis tum origo, tum ſignificatio. Vide Harduin. ibidem: & Turneb. Adverſ. 24, 19; Ferrar. de Re Veſt. 2, 11; & *Soriculatus* in *Sorex.*

¶ Sorōrĭcīda, *æ*, m. ut *fratricida*, ein ſchweſter-mörder, Cic. pro Domo ſua c. 10.

¶ Sorōrĭcīdium, *i*, n. ſchweſter-mord. Gloſſ. Vet. *Sororicidium*, ἀδελφοκτονία.

SORS, *ſortis*, f. multa ſignificat: vel fortuitum rei alicujus eventum, ein zufall, loos, loſung. Cic. Divin. 2, 41 *Quid ſors eſt? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet.* Idem ibidem *Sortibus uti*, looſen. *Sors omnia verſat*, Virg. ecl. 9, 5. *Sorte alicui aliquid aſſignare*, Cic. fam. 11, 20 fin. *Conjicere ſortem in urnam*, Cælius Cic. fam. 8, 8. Et abſolute, *conjicere ſortem*: Cic. pro Lig. c. 7 *Tuberonis ſors conjecta ex SCto, cum ipſe non adeſſet*; i. e. ejus nomen conjiciebatur in urnam, cum de provinciis inſtitueretur ſortitio. Solenne autem Romanis fuiſſe, ſorte honores dare, ne ſcil. ambitioni vel inimicitiis locus foret, docet Tac. Hiſt. 4, 8, 1. *Romæ juri dicundo urbana ſors Pomponio evenit*, Liv. 22, 35, & omiſſa voce, *Sors*, 27, 36 *C. Hoſtilio urbana evenit. Dejicere ſortes*, Cæſar dixit B. C. 1, 6; & Liv. 21, 42; quod & *demittere ſortem* Suetonio eſt. Vide infra *Sorticula.* Livius vero 30, 1 *ipſas provincias in ſortem conjicere* dixit verlooſen, das loos darüber werfen. Et, *Ducere ſortem & educere*, das loos ziehen, ſein loos haben. Virg. Æn. 6, 22 *Stat ductis ſortibus urna.* Cic. Verr. 2, 51 *Num quid oportet niſi tres ſortes conjici? unam educi?* Ita ipſi etiam homines *ſorte duci* dicuntur, qui *ſorte ducta* ad aliquid deſtinantur. Virg. Æn. 2, 205 *Laocoon ductus Neptuni ſorte ſacerdos.* Salluſt. in fragm. c. 32 *Sorte ductos fuſti necat*: Suet. Claudio c. 6 *Senatus quoque, ut ad numerum ſodalium Auguſtalium ſorte ductorum extra ordinem adjiceretur, cenſuit.* Sed *Exire ſors* dicitur, quando ex urna educitur, es fällt, kömmt heraus; Cic. Att. 1, 19 *Cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet.* Horat. 2 ode 3, 25, de moriendi ſorte diverſa: *Omnium Verſatur urna: ſerius ocyus Sors exitura, &c.* Pari modo Liv. 21, 42 *Sors excidit.* Sil. 7, 368 *Queis tunc cecidit cuſtodia ſorti.* v. Drakenb. & quem is laudat Perizon. ad Sanct. 1, 6. Vellej. 1, 1, 4 *Fratres ſortiti ſunt, ſors Tyrrhenum contigit.* De *ſortibus*, quas conſulentes ter tollere ſolebant, clare agit Tibullus 1, 3, 11. v. Scalig. Caſtigat. ad h. l. & de aliis ſortium generibus Zwingeri Theatr. vol. 5 lib. 4 f. 1362. ¶ 2. Vel locum cujusque ſeu conditionem ac ſtatum ſignificat, einen ſtand, amt oder beruff; ut, *Nemo ſua ſorte contentus vivit*, ex Horatii verbis, Sat. 1, 1, 3 formatum. Idem epod. 14, 15 *Gaude ſorte tua.* Et epiſt. 14, 11 *Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.* Curt. 4, 10, 26 *Calamitatis ſolatium eſt, noſſe ſortem ſuam.* Horat. 4 ode 11, 21 *Telephum, quem tu petis, occupavit. Non tuæ ſortis juvenem, puella*; *Non tuæ ſortis*, id eſt, non loci tui, & tibi imparem, der weit fürnehmer als du. Juvenal. 12, 25 *Quamquam ſint cætera ſortis Ejusdem*; i. e. ejusdem generis, conditionis. Suet. Aug. c. 19 *Nam ne ultimæ quidem ſortis hominum conſpiratione & periculo caruit.* Liv. 6, 15 *Sortem aliam ferte*, i. e. aliam conditionem accipite. Per *ultimæ ſortis homines* ſervos intelligit, knechte, lumpenkerle. Epitome Liviana lib. 19 *Iuſſuque dictatorem dicere, C. Glauciam dixit ſortis ultimæ hominem.* Sen. epiſt. 52 *Egregium hoc quoque; ſed ſecundæ ſortis.* ¶ 3. Vel neceſſitatem fatalem notat, beſchertes glück oder unglück; ut, *Sors aſpera, acerba, ſors duriſſima fati*, apud poëtas. Virg. Æn. 2, 554 *Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit.* Ovid. Triſt. 5, 3, 28 *Ferrea difficilisque ſors vitæ me premit*, es iſt ein hart verhängniß über mich. ¶ 4. Vel ſummam aut primam pecuniam denotat, die haupt-ſumma, der haupt-ſtamm, das capital; ut, *Periit & ſors & uſura*, capital und zinſe iſt hin. Plaut. Moſt. 3, 1, 121 *Quatuor quadraginta illi debentur minæ, & ſors & fœnus tantum eſt.* Ter. Adelph. 2, 2, 35 *Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.* Liv. 6, 36 ext. *Sorte creditum ſolvat*, i. e. deducto de capite, quod uſuris pernumeratum eſt, reliquum ſolvat. v. etiam Gronov. ad Liv. 6, 15 ſub fin. p. 576. Martial. 5 epigr. 43 *Debitor uſuram pariter ſortemque negabis.* ¶ 5. *Sortes* etiam oracula ſignificant, weiſſagung. Cic. Divin. 2, 33 *Sors illa edita eſt Cræſo: Cræſus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.* Horat. de Arte poët. v. 403 *Dictæ per carmina ſortes.* Virg. Æn. 4, 577 *Lyciæ ſortes*, id eſt, oraculum Apollinis Pataræi. Et Val. Max. 1, 6, 3 *Legati ad Delphicum oraculum miſſi retulerunt, præcipi ſortibus, &c.* conf. Brouckh. ad Tib. 1, 3, 11. *Sortes extenuatæ* apud Liv. 21, 62 inter mala omina referuntur. De iis Salmaſ. vide ad Solin. p. 487. De *Præneſtinis ſortibus* vid. h. v. ¶ 6. Omnes denique res, quæ ſorte dividuntur, *Sortes* Latinis appellantur; unde *Sors* & hæreditatem ſignificat & patrimonium, v. Feſt. das theil, erbtheil. Ex eo *conſortes*, inter quos hæreditas non eſt diviſa, ſed conjuncta. *Exſortes*, exhæredati, de quo Salmaſius Exercit. Plin. p. 891. Liv. 1, 34 *Puero in nullam ſortem bonorum nato*; i. e. in nullam partem hæreditatis paternæ. Suet. Aug. c. 75 *Solebat & inæqualiſſimarum rerum ſortes in convivio venditare.* Quem locum doctiſſimis interpretibus in editione etiam Grævii ultima neglectum aut male interpretatum licebit hic explicare. Vendebat Auguſtus *ſortes*, h. e. teſſeras, ſymbola inæqualiſſimarum rerum; v. g. tabellas obſignatas, in quibus ſcriptum erat, *emptori equus phaleratus*, in aliis *emptori matula fictilis*, in aliis *emptori ſcopæ &c.* Hæ tabellæ, hæ ſortes, ſimiles omnes, ſed *rerum inæqualiſſimarum* ſymbola cum eſſent, res luſum habebat non inſuavem, ut *averſæ picturæ*, quas ibidem vendidiſſe dicitur Auguſtus, cum eventui ſcil. cæco permittendum eſſet, Apellisne manum emeres, an humilis ὑπαρογράφου inſipidos colores. Tales *rerum inæqualiſſimarum ſortes* hodieque venales in mercatibus offerunt, non luſus aut joci cauſſa, ſed ſui lucri ergo agyrtæ, quorum urnæ vocantur glückstöpfe; tota autem ſcena glückshuden ꝛc. Cæterum *Convivales ſortes* dictas volunt etiam apophoreta, quæ quisque muneris loco pro ſorte ſive fortuna ſua accepta ex convivio domum referebat. Harum in Hiſtoria Auguſta apud Lamprid. de Heliog. c. 22 fit mentio. Martial. 14 epigr. 1 *Divitiis alternas & pauperis accipe ſortes, Præmia convivæ det ſua quisque ſuo.* Vide ipſum librum, ubi licebit videre exempla; totus enim agit de ejusmodi ſortibus. ¶ 7. *Sorte* in caſu ſexto pro *ſorte*, Liv. 31, 6. v. Gronov. ad 29, 20. Virgil. Georg. 4, 163 *Quibus ad portas accidit cuſtodia ſorti.* ¶ 8. *Sors* & *fors* a librariis ſæpenumero permutantur. v. Miſc. Obſerv. Vol. 7 p. 247.

¶ Sortis, *is*, f. pro *Sors*, teſte Priſciano lib. 7. Plaut. Caſ. 2, 6, 28 *Vide, ne qua illic inſit alia ſortis ſub aqua.*

¶ Sortĭcula, *æ*, f. diminut. das loos-zeichen, billet; ut, *Sorticula in urnam demiſſa*, Suet. in Nerone c. 21.

¶ Sortior, *ītus ſum, iri*, ſortem facere, ducere, vel per ſortem eligere, looſen, das loos werfen. Ita, *Sortiri judices*, apud Cic. ad Qu. frat. 2, 1, per ſortem eligere eſt. vid. locus Servii n. 4. Vtrumque autem dicimus: *Sortiri aliquam rem*, id eſt, in ſortem conjicere; & *de re aliqua ſortiri.* Tac. Hiſt. 2, 41, 3 *Dum legiones de ordine agminis ſortiuntur.* Suet. Claudio c. 7 *Sortitus eſt & de altero conſulatu in quartum annum.* Add. Liv. 2, 8; Vellej. 1, 1, 4. ¶ 2. Deinde etiam *Sortiri*, eſt ſorte vel ſine ſorte accipere, habere, durchs loos oder ſonſt erlangen. Sic, *magiſtratum, provincias ſortiri*, eſt ducta ſorte adipiſci, v. Liv. 7, 19; Cic. fam. 1, 9, 80. Tac. Agric. 42, 2 *Adeptæ jam annus, quo proconſulatum Aſiæ & Africæ ſortiretur.* Sed & quæ extra ſortem jactam indipiſcimur, *ſortiri* dicimur. Ita *Amicum ſortiri*, Horat. 1 ſat. 6, 53. ¶ 3. Eſt & diſponere, diſpenſare, ordnen, theilen, eintheilen. Virg. Æn. 3, 375 *Sic fata Deûm rex Sortitur, volvitque vices.* Vbi Servius: SORTITVR, *diſponit, ordinat: id eſt, ſorte decernit, vel ſortitione diſtribuit.* Similiter uſus Horatius eſt 3 ode 1, 1 *Æqua lege neceſſitas Sortitur inſignes & imos*, h. e. omnes ex æquo morti deſtinat, & communi ſorti ſubjicit. ¶ 4. De ſupplendo grege uſus eſt hoc verbo Virg. Georg. 3, 71 *Subolem armento ſortire quotannis.* Vbi Serv. *Subſtitue ſubminiſtra, & eſt verbum judiciorum: nam* ſubſortiti *dicuntur judices, qui occupatorum funguntur officio.* Virgilium imitatus eſt Nemeſia. Cyn. 205 *Et ſortire gregem ſuffecta prole quotannis.*

¶ Sortio, *īre*, activo antiqui etiam uſi ſunt: e. g. Varro apud Nonium 7, 22 *Cum venerint cenſores, inter ſe ſortiant.* Ennius ibid. n. 24 *An inter ſe ſortiunt urbem atque agros.* Plaut. Caſ. 2, 6, 43 *Tibi permitto, tute ſorti.* Hinc paſſ. Hygin. Aſtron. 2, 40 *Negare cæpit de ſua filia ſe paſſurum ſortiri*, i. e. ſortem duci.

¶ Sortītus, *a, um*, der durchs loos oder ſonſt bekommen hat; ut, *Sortitus Macedoniam*, Vellej. 2, 59, 2. *Poſterorum ſuorum curam ſortitus*, Apul. de Deo Socr. p. 50. *Sortitus fortunam oculis*, Virg. Æn. 12, 920. Item, der ausgetheilet hat; ut, *Sortiri remos*, Id. Æn. 3, 510. *Legio ſortita periclum*, Idem Æn. 9, 174. Item paſſive, erlaubt; ut, Cic. Attic. 4, 16 *Ab iis conſiliis, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos. Morum probitate ſpectata ſortita conjuge, liberisque ſuſceptis*, Ammian. 18, 6.

¶ Sortĭto, adverb. ſignificat ſorte vel per ſortem, nach dem loos, durchs loos; ut, *Obtingere ſortito*, Plaut. Merc. 1, 2, 25. Horat. epod. 4 pr. *Lupis & agnis quanta ſortito obtigit, Tecum mihi diſcordia eſt?* ubi *ſortito* eſt fato naturæ. Sic, *Prætores ſortito in provincias mittere*, Cælius ad Cic. fam. 7, 8. *Sortito in urnam mitti*, Aſcon. in Verrin. Procem. p. 47.

¶ Sortĭtus, *ūs*, m. ſubſt. idem quod *Sortitio*, die looſung, das loos-werfen. Plaut. Caſ. 2, 4, 27 *Specula* (parva ſpes) *in ſortitu eſt mihi.* Cic. pro Domo c. 19 *Pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti.* Stat. Theb. 6, 389 *Sortitus verſare.* Virg. Æn. 2, 323 *Quæ ſortitus non pertulit ullos, Nec victoris heri tetigit captiva cubile*; Captivi enim, captivæque per ſortem victoribus diſtribuebantur. Vet. Gloſſ. κλῆρος, *Sortitus.* Item: κλήρωσις, *Sortitus.*

¶ Sortītio, *ōnis*, f. idem; ut, *Sortitio provinciarum*, Cic. Phil. 3, 10; *judicum*, Idem ad Qu. frat. 2, 1. *Sortitione nondum facta communia devorare*, v. Chiliad. *Sortitio eſt, non præfocatio*, es iſt theilgut, nicht raubgut. Et Cic. pro Cluent. c. 46 *Sortitione in quosdam advertere, ut metus ad omnes, pœna ad paucos perveniat.* Quibus verbis Cicero ad morem alludit antiquum, quo in decimum quemque militem ſceleris, v. g. ſeditionis reum animadvertebatur capitaliter. conf. Liv. 2, 59 fin. *Latis tabulis ſortitio fit tribuum*, Varro R. R. 3, 17.

¶ Sortītor, *ōris*, m. qui ſortitur. Sen. in Troade v. 982 *Iniquæ ferus ſortitor urnæ.*

¶ Sortĭlĕgus, *i*, m. qui per sortes futura prænunciat. Cic. Divin. 1, 58 *Sortilegos agnoscere.* Horat. de Arte poët. v. 219 *Sortilegi Delphi.*

¶ Sortilegium, *i*, n. actus legendæ sortis. vid. Plin. 28, 4 *De quibusdam sortilegiis*, uti inscribitur.

Composita cum Præpositione.

¶ Absortio, *onis*, f. i. e. compositio, die aufwendung, verschwendung; Suet. Ner. c. 27 *Constitit pluris aliquanto absortio rosaria.* Sed Salmasius pro corrupto locum habet. v. *Absorptio* in *Sorbeo.*

¶ Consors, *tis*, particeps, theilhaftig; item, ein mitgenoß; ut, *Socius & consors laboris*, ein mitarbeiter, Cic. de Clar. Orat. c. 1. *Consors in lucris atque furtis*, Id. Verr. 1, 66. *Consors publici consilii*, Plin. 8 epist. 14; *periculi*, Sen. Agam. v. 978; *mendicitatis*, Cic. pro Flacco c. 15; *studiorum*, ein schulgesell, Sen. epist. 7; *thalami*, ein ehegatte, Ovid. Met. 10, 246 *Consortes generis*, blutsfreunde, Id. Heroid. 3, 47. *Consors imperii*, ein mitregent, Claud. Nupt. Honorii v. 277. *Consors vitiorum*, lasterhaft, Vellej. 2, 74, 2. Virg. Georg. 4, 153 *Consortia tecta Urbis habent* apes. ¶ 2. Proprie *Consortes* cohæredes, quorum hæreditas nondum divisa, gemeinschaftliche erben, die in ungetheilten gütern sitzen. Vet. Gloss. *Consortes*, κοινόβιοι, σύγκληροι. vid. Salmas. Exercit. p. 891. Eleganter Minucius c. 31 de Christianis huc respiciens: *Unius Dei parentis omnes, ut consortes fidei, ut spei coheredes.*

¶ Consortium, *i*, n. die gesellschaft, gemeinschaft. Celsus 7, 27 *Stomacho cum vesica quoddam consortium est.* ¶ 2. Maxime est societas & communio bonorum. Modest. l. 1 Dig. de ritu nupt. *Consortium omnis vitæ.* Papin. l. 52 § 8 pro socio: *Si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit*, wenn sie compagnie machen.

¶ Consortio, *ōnis*, f. id. Liv. 6, 40, & 40, 8 *Quænam ista societas? quæ consortio?* quæ verba Nonius laudat in *Consortio.* Cic. Off. 3, 6 *Dissolvetur omnis humana consortio.* Vellej. 2, 99 *Tribuniciæ potestatis consortione æquatus Augusto.* v. Steph. ad Saxon. Gramm. Hist. Danic. p. 39.

¶ Consortālis, *e*, gemeinschaftlich. Frontinus de Coloniis in Sicilia p. 111 *Consortales lineæ.*

¶ Dissors, *tis*, sine participatione. Ovid. Amor. 2, 12, 11 *Ab omni milite dissors Gloria*: hoc est, duci propria. ¶ 2. Augustinus de Grammatica p. 93 DISSORS *dicitur dissimilis sortis.* Sic Ovid. Met. 8, 132 *Dissortemque utero fœtum tulit.* vid. omnino Heins. ad Sabi. 1, 35.

¶ Dissortio, *onis*, f. (disertio) ungleiche theilung. Festo *Dissortiones* sunt *divisiones patrimoniorum inter consortes.* v. Salm. in Solin. p. 891.

¶ Exsors, *tis*, non particeps, frey, ausgeschlossen; ut, *Exsors amicitiæ.* Livius 23, 10, ohne freundschaft. *Exsors culpæ*, Idem 22, 44. *Exsors matrimonii*, Plin. 5, 8, ehelos. ¶ 2. Sed Virg. Æn. 8, 552 *Ducunt exsortem Æneæ, quem fulva leonis Pellis obit totum*; id est, equum Æneæ, exemtum aliorum sorti, hoc est, optimum & præcipuum, vel proprie extra sortem, nach der wahl, ohne das loos.

¶ Exsortium, *i*, n. ἀκλησία, die ausschliessung, enterbung. Apul. de Deo Socrat. *Incerta vacatione ceu quodam exsortio punitur?* v. Salmas. in Solin. p. 891 ex veteri codice legit; aliter Elmenh. p. 50.

¶ Insortītus, *a, um.* Afferunt ex Plaut. Casin. 2, 4, 7 *Etiam spiacula insortita sunt mihi.* Sed meliorem lectionem referimus in *Sortitus* subst.

¶ Subsortior, *īri*, per sortem in judiciis in rejecti locum substituere, Cic. Verr. 2, 10 *Cum iis judicibus, quos in horum locum subsortitus es, te in consilium iturum putasti.* Idem pro Cluent. c. 35 *Quod ex lege subsortitus judicem non esset.* Vid locus Servii in *Sortior* n. 4.

¶ Subsortitio, *ōnis*, f. suffectio, substitutio. Cic. pro Cluent. c. 37 *Cum paucos dies ex subsortitione sedisset.* Suet. Cæs. c. 41 *Instituit quotannis in demortuorum locum subsortitionem a prætore fieri.* Et rursus Cic. in Verr. 1, 61 & *subsortitionis* nomine & verbo *subsortiendi* usus est, ubi Asconius consulatur, qui & in proœmium in Verr. p. 48 de hac re accurate commentatus est: *Cum multi*, inquit, *judices cum prætore suo judicaturi essent, necesse fuerat in urnam sortito mitti, ut de pluribus necessariis numerus confici posset. Post urnam, permitti accusatori ac reo, ut ex illo numero rejiciant, quos putaverint sibi aut iniquos, aut ex alia re incommodos fore. Rejectione celebrata, in eorum locum, qui rejecti fuerant, subsortiebatur prætor alius, quibus ille judicum legitimus numerus compleretur.* conf. Quintil. 8, 6.

SORSVM, antique pro *seorsum*, de quo supra in S. besonders. Plaut. Epid. 3, 3, 21 *In ædiculam istam sorsum concludi volo.* Catull. Carm. 20, 17 *Manumque sorsum habebis.*

SŌRY, *soryos* vel *soreos*, n. σῶρυ, flos melanteriæ, grau und schwarz atrament, Agricola. Adde Plin. 34, 12; Cels. 6, 9, Dioscor. 5, 73.

SOS pro *eos* antique Ennius apud Festum; item pro *Suos*, unde in Dativo casu *Sis* pro *Suis*, Idem apud Eumdem.

SŌSIĀNVS, *i*, m. cognomen Apollinis, cujus Romæ erat statua cedrina ex Seleucia advecta, teste Plinio 13, 5.

SŌSICRĂTES, *is*, m. scriptor rerum Cretensium. vid. Voss. de Hist. Græc. lib. 2 p. 329.

SŌSIGĔNES, *is*, m. Astrologus Ægyptius, cujus opera usus est Cæsar, cum annos per intercalandi licentiam turbatos ad solis cursum redigeret, Plin. 18, 25.

SOSIMĔNES, *is*, m. medicus insignis apud Plinium 20, 17.

SŎSIVS, *i*, m. Cajus, prætor Romanus, cujus meminit Cicero Attic. 8, 6. ¶ 2. *Sosii*, librarii & bibliopolæ Romæ fuerunt celeberrimi, de quibus Horat. de Art. poët. v. 345; & 1 epist. 20, 2.

SOSPES, *ĭtis*, salvus, gesund, unbeschädigt. Plaut. Capt. 4, 2, 93 *Modo in portu Philomelum vivum, sospitem & salvum vidi.* Et, *Navis sospes ab ignibus*, Horat. 1 od. 37, 13.

¶ Sospīta, *æ*, fœmininum, ut, *Sospita Iuno*, id est, servatrix, Cic. Divin. 1, 2 & Mure. *Sacra patria Iunonis sospitæ, cui omnes coss. facere necesse est.* v. *Sispita.* Et Ovid. Fast. 2, 56 *Sospita delubris dicitur aucta novis.* Liv. 8, 14 *Ædes lucusque Sospitæ Iunonis, communis Lanuvinis municipibus.* v. Cluver. Ital. ant. L. 3 c. 4 p. 937. Et Apulej. Met. 6 p. 174 *Sis meis extremis casibus Iuno sospita.*

¶ Sospītālis, *e*, qui sospitem facit, salutaris, nützlich, heilsam. Plaut. Pseud. 1, 3, 18 *Qui tibi sospitalis fuit.* Et Macrob. Sat. 1, 17 *Sospitalis Deus*, i. e. Apollo. Ammian. 8, 22 *Vicus sospitalium aquarum lavacris calentibus notus*, da ein warm bad ist. Id. 14, 6 *Adminiculum sospitale.* Et 23, 6 *Sospitalis cœli temperies*, gesunde lufft.

¶ Sōspitālĭtas, *atis*, f. die gesundheit, der wohlstand. Macrob. Sat. 1, 17 *Victores Romanos ad spectacula Dei sospitalitatis reduxit*, id est, Apollinis. Sed vulgo legitur *Dei sospitalis.*

¶ Sospĭto, *are*, pro incolumem servare, behüten, erhalten. Plaut. Asin. 3, 3, 93 *Sis* (h. e. si vis) *herum tuis factis sospitari.* Liv. 1, 16 *Pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitet progeniem.* Catull. 35, 24 ad Dianam: *Bona sospites ope gentem.* conf. Ennius & Pacuv. apud Nonium 2, 819.

¶ Sospĭtātor, *ōris*, m. qui sospitat. Apul. Met. 9 p. 218 *Vnus ex his, de cœlo scilicet mihi missus sospitator.* Et Apol. p. 315 *Æternus animantum sospitator.* In nummo antiquo Getæ imperatoris, Caracallæ fratris, apud Vaillant. Tom. 1 p. 123 IOVI SOSPITATORI. conf. Arnob. 2 p. 96.

¶ Sospitatrix, *īcis*, f. ut, *Dea sospitatrix*, Isis, Apul. Met. 11 p. 261.

¶ Sospĭtas, *ātis*, f. prosperitas, incolumitas, salus, heil, wohlstand. Macrob. Sat. 1, 17 *Auctor publicæ sospitatis.* Et paucis interjectis: *Apollinem, id est, solem, modo sospitatem, modo pestem significantibus cognominibus adoramus.* Adde Symmach. 3 epist. 71, & 5 epist. 8, & Constantini l. 7 Cod. de Repudiis. v. Barth. Adversar. 19, 10. Adde etiam Ammian. 17, 5; Sidon 4 epist. 2; Cassiod. 2, 41; Vulg. Interp. Iob. 5, 11. Sic, *Sospitas corporum firma*, Ammian. 19, 4 extr.

SOSTRĂTVS, *i*, m. Cnidius, architectus nobilis, exstruxit turrim illam Ægypti formosissimam, Pharon. v. Plin. 38, 12, & Lucian. Dial. quomodo sit scribenda historia, sub fin. ¶ 2. *Sostratus* etiam inter sculptores, qui ex ære simulacra signaque faciebant. Plin. 34, 8. ¶ 3. Apud Iuvenal. 10, 178 *Sostratus*, malus poëta est, velut Scholiastes interpretatur: possit & declamator aliquis malus eo nomine intelligi. ¶ 4. Nobilis latro apud Lucianum.

SOTĂDES, *is*, m. Cretensis fuit poëta, cujus fragmenta quædam leguntur apud Stobæum. Erant autem lasciviissima Sotadis & impudentissima carmina, quæ sumpto nomine ex argumento, *Cinædos* inscripsit, teste Suida. Hinc ipsum etiam Martialis 2 epigr. 86 *Sotadem cinædum* vocat v. ibi Farnab. conf. Martial. 6 epigr. 26; & Cæl. Rhodig. Lect. Ant. 7, 16; inprimis Fabric. ad Sextum Empir. p. 276.

¶ Sotadēus, *a, um*, adject. σωτάδειος, pl. *Sotadea*, carmina scilicet auctore Sotade de rebus obscenis scripta; de quibus Quintil. 1, 8 *De Sotadeis ne præcipiendum quidem est; amoveantur, si fieri potest, &c.* conf. eumdem 9, 4, & Burm. ad Quint. 1, 8 p. 95.

¶ Sōtădĭcus, *a, um*, aliud adject. ut, *Versus Sotadici*, Plin. 5 epist. 3. Eos, qui iisdem usi, recenset Voss. 6 Inst. Orat. p. 482. Adde Auson. epist. 17, 29.

SŌTER, *ēris*, m. σωτήρ, ein heiland, seligmacher, id enim latina literatura scripsit Cic. Verr. 2, 63 *Eum non solum patronum istius insulæ, sed etiam Sotera inscriptum vidi, &c. Is enim nimirum Soter, qui salutem dedit.* Hæc ibi Cicero. Nimirum soliti fuerunt Græci cognomen hoc iis tribuere, qui egregie meriti essent de publico, & gentem aliquam vel civitatem ex magno liberassent discrimine, servassentque, de quo & Plutarchus monuit in Coriolano. ¶ 2. *Ptolemæus Soter* unus in Ægypto successit Alexandro; *Soter* alter successit Evergetæ. v. Tertull. adv. Iudæos c. 8. De *Soteris* cognomine in nummis Seleucidarum v. Spanh. diss. 7 p. 415 seq. ¶ 3. *Soter* partus Æonum, *quem cognominant Soterem & Christum, &c.* Tertull. adv. Valentin. c. 12.

¶ Sōteria, *ōrum*, n. pl. σωτήρια, munera, quæ convalescentibus ab amicis mittebantur: vel potius vota, sive sacrificia, quæ ob principum & amicorum salutem Diis solvebantur, ut abunde ex Statio 1 Silv. 4 constat. Vide & ibi Gevart. & Barth. p. 112. I. Scalig. 3, 103. Martialis 12 epigr. 56 *Ægrotas uno decies, aut sæpius, anno: Nec tibi sed nobis hoc, Polycarme, nocet. Nam quoties surgis, soteria poscis amicos: Sit pudor: ægrota jam, Polycarme, semel.*

¶ Sotericus, *i*, m. faber fuisse conjicitur, cujus opera priscam & rudem simplicitatem præ se tulerint. Hinc proverbialiter apud Gellium 12, 2 Seneca Ennianos versus quosdam irridens ait: *Qui hujusmodi versus amant, liceat sibi eosdem admirari, & Soterici lectos*, i. e. res antiquas, rudes & impolitas. Addit Gellius: *Dignum sane Senecam videri lectione ac studio adolescentium, qui honorem coloremque veteris orationis Soterici lecti comparavit, quasi minimæ gratiæ & relictis jam contemtisque.* v. Erasmi Adag. & Turneb. Adversar. 1, 18. ¶ 2. *Soterici Murcii* meminit Cicero pro Balbo c. 25.

¶ Sotericiānus, *a, um*, adject. ut, *Substantia Sotericiana*, Tertull. adv. Valentin. c. 27.

¶ Sotigĕna, *æ*, f. cognomen Iunonis, quam Festus *Opigenam* vocat. Mart. Capella 2 p. 38 *Sotigenam te, quas vel in partus discrimine, vel in bello protexeris, precabuntur.*

SŌZŪSA, *æ*, f. σώζουσα, herba Athenienſibus sic dicta, quæ alias *Artemisia*, beyfuß. vid. Apulej. de Herb. c. 10.

SPĂCVS, *i*, vel Spaco, *ūs*, f. Cyri nutrix, *cui Spaco nomen fuit, quia canem Persæ sic vocant*, Iustin. 1, 4, 14.

Spadicarius, spadiceus, &c. v. *Spadix.*

SPĀDIX, *īcis*, m. σπάδιξ, termes avulsus a palma, ein palmzweig, Gell. 3, 9. ¶ 2. Est & color fructus ejus arboris, braunroth, castanien-braun. Gell. 2, 26 *Et rutilus & spadix phœnicei synonyma sunt.* Virg. de equis hoc colore insignibus Georg. 3, 81 *Honesti Spadices, glaucique, color deterrimus albis.* Servius: *Spadices, phœniciatos, badios*, sive *balios* interpretatur; *Honesti*, i. e. pulchri, formosi, ideoque pompis apti. De talibus enim hic agit poëta. Ita Varro *Asinos omnibus partibus honestos* dixit. Apul. de Deo Socratis, cum de bono equo agit: *Sit ad speciem honestus, ad cursum vegetus.* ¶ 3. Est & instrumentum musicum *spadix.* Quintil. 1, 10 p. 109 *Psalteria & spadices etiam virginibus probis recusanda.*

¶ Spadīcum, *i*, n. idem. Ammian. 24, 3 *Quaqua incesserit quisquam, termites & spadicâ cernit assidua*: rectius *Spadices.*

¶ Spadīceus, *a, um*, adject. castanienbraun.

¶ Spadicārius, *i*, m. qui inficit spadiceo colore, apud Firmicum 3, 7, 1, ein braunfärber.

SPĂDO, ōnis, m. eunuchus, ein verſchnittener, ein kämmerling. Quamquam non ſemper ſynonyma ſunt *Spado* & *Eunuchus*. Qua de re libet apponere verba Fornerii interpretantis L. 128 Dig. de V. S. *Spadonum*, inquit, *nomine thlibiæ thlaſiæque comprehenduntur*, ἀπὸ τῦ σπᾶν, (*non a Spada, Perſarum urbe, unde primum advectos Stephanus* περὶ πολεων *ait*,) *id eſt, convellendo, non quidem de induſtria, ſed ob morbum neceſſario exſecti: vel natura ob frigus, coëundique imbecillitatem gignere nequeunt*, διὰ τὴν φύσιν ὁ παῖδος, *Suidas, Theoph. tit. de adopt. Eunuchi vero ſeu caſtrati definiuntur conſulto nullaque neceſſitate impellente mulctati damno virilitatis. Spadones ſibi hæreditatem arrogando poſſunt adſciſcere: nec enim neceſſarium* (*ſicut in Eunucho caſtratove ſpontaneum*,) *corporis vitium impedimentum affert.* Hæc ille fol. 293, qui fol. ſeq. fatetur tamen, Spadonum illam & Eunuchorum differentiam non ſervari perpetuo. Et verba L. 128 ff. de V. S. hæc ſunt: *Spadonum generalis appellatio eſt. Quo nomine tam hi, qui natura ſpadones ſunt, item thlibiæ, thlaſiæ: ſed &, ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continentur.* Nomen itaque Spadonum non a *Spada*, urbe Perſidis, ubi caſtrationis mos, juxta Strephanum de Vrbibus, cœpit, (quod Cujacio etiam novum videtur Obſerv. 17, 24 extr.) ſed potius a verbo græco σπάω deducendum eſt. A Semiramide autem primum caſtratos mares, quidam prodiderunt: inde id ad Perſas translatum. Ammian. 14, 17 *Deteſtetur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ teneros mares caſtravit omnium prima.* De utroque Claudianus meminit, in neutram tamen partem pronunciat in Eutrop. 1, 339. De ipſa caſtrandi ratione elegantes vêrſus apud eumdem habes eopſe lib. 45 & ſeqq. Mamertinus Paneg. Iuliani c. 19 extr. *Spadones quoque, quos quaſi a conſortio humani generis extorres ab utroque ſexu aut naturæ origo, aut clades corporis ſeparavit.* Sed quo, *naturæ origo*, dixit? An ergo *Spadones* alii etiam, quam qui exſecti? Ita vero: generalius enim nomen eſt: eosque ſignificat etiam, qui nati ſine teſtibus ſunt, imo omnes, qui vel natura, vel morbo, vel arte ac ferro impotentes, & ad procreandum inepti redditi ſunt: de quo Vlp. L. 128 Dig. de Verb. Signif. & Scaliger pater Exercit. 277 ſect. 3. Spadones Perſæ *pagoas* vel *pagoos* vocabant, quos ibidem aliquando regnaſſe auctor eſt Plin. 13, 4. Ac *Rugoſos ſpadones*, Horatius dixit epod. 9, 13. conf. Freinsh. Ind. ad Curt. & Comment. 3, 3, 23, & adde Gai. ICt. D. 1 t. 7 l. 2 § 1; Plin. 11, 49; Petron. c. 27 & 55. ¶ 2. *Spadones* furculi dicuntur, qui nihil adferunt, unfruchtbare ſchößlein oder zweiglein. Colum. 3, 10 *Ejusmodi furculos, qui nihil attulerint, ſpadones appellant, quod non facerent, niſi eos ſuſpicarentur inhabiles frugibus.*

¶ Spadōnius, *a, um*, adject. i. q. ſterilis, unfruchtbar; ut, *Spadonia laurus*, Plin. 15, 30. Etiam poma *a conditione caſtrati ſeminis ſpadonia appellantur*, ibid. 15, 14.

¶ Spadōnātus, *ûs*, m. conditio caſtratorum, die unfruchtbarkeit. Tertull. de Cultu fœm. 2, 9 *Se ſpadonatui adſignant propter regnum Dei, tam fortem & utique permiſſam voluptatem ſponte ponentes.*

SPAERĪTA, *æ*, f. rectius, *Sphærita*, placentæ genus, apud Catonem c. 82.

SPAGAS, *ădis*, f. piceæ genus, eine tanne. Plin. 14, 20.

SPĀGĪRIA, *æ*, f. σπαγηρία, Paracelſo dicitur ars, qua ſegregatur purum ab impuro, ut rejectis fecibus virtus remanens operetur, die alchymie, oder diſtillierkunſt.

¶ Spagīrĭcus, *a, um*, σπαγηρικὸς, alchymiſtiſch; ut, *Ars* vel *medicina Spagirica*. Subſtant. *Spagiricus*, i, ein alchymiſt, diſtillierer.

SPARGĂNIVM, *i*, n. herba gladioli foliis, ſed arctioribus, Dioſc. 4, 23; & Plin. 25, 9. Matthiol. σπαργάνιον, lat. *faſciola*.

SPARGO, *ſparſi, ſum, ĕre*, eſt quaſi per ſpatium aliquid agere, ſtreuen, ſprengen. Virg. eclog. 5, 40 *Spargite humum foliis.* Et Æn. 6, 635 *Corpusque recenti Spargit aqua.* Ita, *Spargere ſemen*, ausſäen, Cic. pro Roſc. Am. c. 18; & Ovid. Met 5, 646. ¶ 2. *Herba ſpargit ſe in ariſtas, in brachia ramorum*, Plin. 12, 12, das kraut breitet ſich aus. *Sparſerat nomen vaga fama per urbes*, Ovid. Met. 8, 267. *Sparſerant ſeſe toto paſſim campo*, Liv. 37, 20, ſie hatten ſich über das ganze feld zertheilet. *Spargi per agros*, Id. 29, 2 extr. *Spargere maculis*, id eſt, variegare, Tac. de Germ. 17, 4 ſchäckicht machen. *Voces ſpargere in vulgus*, Virg. Æn. 2, 98, reden ausbringen. Lucan. 4, 141 *Sicoris amnis in ſulcos ſpargitur*, h. e. dividitur. v. Drakenb. ad Sil. 4, 646. Petron. c. 23 *Lucerna tenue lumen ſpargit.*

¶ Spargens, *tis*. Cic. pro Roſc. Am. c. 18 *Atilius ſua manu ſpargens ſemen.* Idem Tuſc. 1, 44 ex Ennio: *Saxa ſpargens tabo, ſanie & ſanguine.* Virg. Æn. 11, 650 *Manu ſpargens haſtilia.* conf. & 4, 486; & 6, 230.

¶ Sparſus, *a, um*, geſtreut, beſtreut, zerſtreut, ausgebreitet; ut, *Sparſi per vias*, Liv. 9, 23. *Sparſa tempeſtate claſſis*, Idem 37, 13. *Humerus ſparſus capillis*, Horat. 3 ode 20, 14. *Sparſi capilli*, Propert. 2, 1, 7. *Vnus ex iis caput multis cicatricibus ſparſum habebat*, Epit. Liv. 90. *Literæ ſparſæ humanitatis ſale*, Cic. Attic. 1, 13, ein höflicher brief. *Sparſa papavere & ſeſamo dicta*, Petron. c. 1. conf. c. 31. *Sparſum auro pallium*, Lamprid. Alex. Sev. c. 41, id eſt, auro diſtinctum ſeu variegatum, mit gold geſtickt, beſetzt. *Sparſum os*, Ter. Heaut. 5, 5, 18, ſommerſproßicht; quod *maculoſum* Serenus c. 11, & Val. Max. 1, 7 *lentiginoſum* appellat. Namque & ipſum vitium, *lentigo*, a lentibus, propter ſimilitudinem vocatur. v. ſupra in *Lens*: & *Os* in Terentii loco facies ſive πρόσωπον eſt. *Sparſas albo pelles*, id eſt, maculis albis variegatas Virgil. dixit ecl. 2, 41. *Sparſum colorem* columbis quibusdam tribuit Apul. Florid. 2 p. 348. Erudite igitur vetus Interpres in Hiſtoria Iacobi Geneſ. c. 30 *Oves varias & ſparſo vellere*, tamquam ſynonyma conjunxit, ſchäckicht, ſprenglicht. Compar. Plin. 16, 34 *Selenitii eſt minor acinus, ſparſior racemus.*

¶ Sparſim, adv. hin und wieder. Gell. 11, 2 *Sparſim & interciſe ex libro Catonis commeminimus.* Tiberius ſparſim convoluta canitie.

¶ Sparſio, ōnis, f. actio ſpargendi; ut cum *odorati quidam imbres* (ut Antonius Muſa apud Senecam patrem appellat, ſive liquores per occultos tubos in amphitheatro in ſedentes ſpectatores ſpargebantur: conf. Martial. 5 epigr. 26, 7.) vel cum *munuſcula varii generis* mittebantur in populum libere diripienda, (wenn man allerhand auswirft,) utrumque enim *ſparſio* auctoribus dicitur. Stat. 1 Silv. 6, 65 *Iam noctis propioribus ſub umbris Dives ſparſio quos agit tumultus?* Agit de Domitiano, varii generis miſſilia a populo diripienda, per ludos ſpargente, de quo in Vita Suet. c. 4 *Die proximo omne genus miſſilia ſparſit.* Sen. Qu. Nat. 2, 9 *Sparſio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenæ creſcens in ſummam altitudinem amphitheatri pervenit.* v. Lipſ. de Amphith. c. 16; itemque Gevart. Papin. Lect. 1, 45; Turneb. Adverſ. 3, 7; Iul. Cæſ. Bulenger. de Imperat. 1, 14; Ioſ. Scalig. ad Propert. lib. 4 pr. Rhodig. Ant. Lect. 26, 6; Beroald. ad Suet. Cal. c. 12; Lipſ. ad ejusdem Domit. c. 4; Barth. ad Stat. Silv. p. 150 & 156; & ſupra *Miſſilia* in *Mitto*.

¶ Spargo, *ĭnis*, f. idem. Fortunat. lib. 3 epiſt. ad Felic. Epiſc. *Eliſa ſalis ſpargine.*

¶ Sparsĭlis, *e*, quod ſpargi poteſt, das man hin und her ſtreuet, das man auswirft. Tertull. de Pudic. c. 2 *Tanta Sparſilia eorum, quibus Deo adulantur.*

¶ Sparsīvus, *a, um*, idem: ut, *Pila ſparſiva exerceri*, mit dem fangeball ſpielen, Petron. c. 27. Al. *praſina.*

Compoſita:.

¶ Adſpergo, vel Aſpergo, *ſi, ſum, ĕre*, beſtreuen, beſprengen; ut, *Sale adſpergere*, Plin. 15, 6. *Adſpergere aram ſanguine*, Cic. Nat. D. 3, 36. *Aquam adſpergere*, eſt ſenſum & vires alicui revocare, animum reddere, einen erquicken. Plaut. Truc. 2, 4, 15 *Adſperſiſti aquam, jam rediit animus.* ¶ 2. Metaphorice eſt addere, conficere, anthun, beybringen. Cic. ad Qu. frat. 2, 9 *Iucunditatis plena epiſtola hoc mihi adſperſit moleſtiæ.* Id. in Vatin. c. 6 & 17 *Labem* vel *labeculam alicui adſpergere*, einem einen ſchandfleck anhängen. *Vitæ ſplendorem maculis adſpergere*, Id. pro Planc. c. 12. *Adſpergi infamia*, Id. pro Cælio c. 10, & Nepos 7, 3, 5. *Facti ſuſpicione adſpergi*, Cic. pro Cæl. c. 10. Id. Cic. in Orat. c. 26 *Sales orationi adſpergere.* Et Quint. 8, 3 p. 686 *Adſpergunt illam vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem.*

¶ Adſpergens, *tis*. Vulg. Interpr. Lev. 4, 17 *Adſpergens ſepties contra velum.* conf. 16, 19. Et 2 Sam. 13, 19 *Adſpergens cinerem capiti ſuo.*

¶ Adſperſus, *a, um*, beſprengt, beſpritzt; ut, *Adſperſus imbre lutoque*, Horat. 1 epiſt. 11, 12. *Adſperſus oculis liquor*, Plin. 12, 8. *Adſperſæ lacrymæ*, Propert. 1, 12, 16. *Vacca ſemine adſperſa*, die trächtig worden, Liv. 41, 13.

¶ Adſperſus, *ûs*, m. ſubſt. adſpergendi actio. Plin. 11, 53 *Inſecta olei adſperſu necantur.*

¶ Adſperſio, vel Aſperſio, ōnis, f. idem; ut, *Adſperſio aquæ*, Cic. de Leg. 2, 10. Et Macrob. Sat. 3, 1 *Si adſperſio ſola contingat.*

¶ Adſpergo, vel Aſpergo, *inis*, f. idem. Petron. c. 102 *Nec aquæ aſpergo impoſitura aliquam corpori maculam.* Vitruv. 5, 11 *Non poteſt aſpergo in interiorem partem pervenire.* Ovid. Met. 3, 86 *Sanguis aſpergine tinxerat herbas.* Calliſt. ICt. l. 4 ff. § 2 de Lege Rhod. *Si aſpergine propter jactum merces deteriores factæ ſunt.* Aliqui *Aſpargine* legunt. Sic, *Adſpergines parietum*, Plin. 22, 21 guttæ ſunt illæ, quæ ex humiditate parietibus decidunt, das wandſchwitzen. Virg. Æn. 3, 534 *Salſa ſpumant adſpergine cautes.* Prudent. Apoth. v. 641 *Omni culparum adſpergine liber.*

¶ Adſpergillum, *i*, n. inſtrumentum, quo aqua luſtralis adſpergebatur a ſacerdotibus, ein ſprengwedel. Formam ex nummis habet Æneas Vicus in Iulio p. 25.

¶ Superadſpergo, *ĕre*, oben darauf ſtreuen, oder drüber her ſprengen. Apicius 7, 6 extr. *Apium viride inciſum ſuperadſperges.* conf. Id. 4, 2.

¶ Circumſpergo, *ĕre*, umherſtreuen, herum ſtreuen. Colum. 11, 2 p. 283 *Convenit magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circumſpergere.* Plin. 8, 1 *Aqua circumſpergi.* ¶ 2. *Circumſpargo* etiam dicitur. Apic. 8, 8 *Impenſam talem circumſparges.*

¶ Conſpergo, *ĕre*, beſprengen, begieſſen. Plaut. Curc. 1, 1, 80 *Vbi vino has conſperſi fores.* Sic, *Lacrymis aliquem conſpergere*, Cic. pro Planc. c. 41. *Hilaritate conſpergere ſcripta ſua*, Id. Acad. 1, 2.

¶ Conſperſus, *a, um*, beſprenget, beſtreuet. Colum. 12, 53 *Caro ſale conſperſa.* Cic. de Orat. 3, 25 *Oratio conſperſa quaſi verborum ſententiarumque floribus.*

¶ Conſperſio, *onis*, f. die beſprengung. Pallad. Novemb. 13 *Salis crebra conſperſio.* Tertull. adv. Valentin. c. 31 *Conſperſionis alvearia.* conf. Id. de Pudic. 13 & 18; & Vulg. 1 Cor. 5, 7. ubi maſſam farinaceam notat, φύραμα, teig.

¶ Deſpergo, *ĕre*, verſtreuen. Silius 9, 167 *In vacuas ſenior vitam deſperſerat auras.* Ita meliores libri omnes.

¶ Diſpergo, *ĕre*, diſſipare, hin und wieder zerſtreuen, ausbreiten, vertheilen. Ter. Adelph. 5, 2, 7 *An tibi mavis cerebrum diſpergi hoc?* Cic. de Invent. 1, 21 *Partes rei geſtæ diſpergere in cauſſam.* ¶ 2. *Diſpargo* etiam dicitur. Tertull. adv. Gnoſtic. c. 5 *Occiſione occiſionem diſpargere.* Sidon. 1 epiſt. 2 *Per aulicos pro patronorum varietate diſpargitur.*

¶ Diſperſus, *a, um*, hin und wieder zertheilet, zerſtreuet; ut, *In omnes partes diſperſa multitudo*, Cæſ. B. G. 6, 33. *Vis in multitudinem diſperſa*, Salluſt. Iug. c. 41. conf. Val. Max. 4, 1 ext. 4; Virg. Æn. 3, 197; & 8, 321.

¶ Diſperſe, adverb. hin und wieder. Cic. Verr. 2, 52 *Illa emitto, quæ diſperſe a me multis locis dicentur, ac dicta ſunt.* Adde de Invent. 1, 52. Compar. *Diſperſius*, Valla uſus eſt Elegant. 4, 28 pr.

¶ Diſperſim, idem. Varro R. R. 1, 1 *Qui græce ſcripſerunt diſperſim alius de alia re.* Adde 3, 2; & Suet. in Iulio c. 80.

¶ Diſperſus, *us*, m. ſubſt. die zerſtreuung. Cic. Att. 9, 9 *Diſperſa conſulum actio de pace ſublata eſt.* Legitur & ibi *Diſperſione.*

¶ Diſper-

¶ Diſperſio, ōnis, f. diſſipatio, idem. Auguſtin. Confeſſ. 12, 16 *Colligas totum, quod ſum, a diſperſione & deformitate hac.* Tertull. adv. Iudæos c. 10 *Diſperſio vobis obvenit.* Et c. 13 *In diſperſiones gentium.* conf. Id. de Reſurr. c. 30; Veget. R. Mil. 3, 8; Iſidor. 18, 2.

¶ Exſpergo, ĕre, i. e. penitus ſpargere ſeu madefacere, ausſtreuen, ausſpritzen. Lucret. 3, 828 *Exſpergi quo poſſit vis animai.* Sed & *Exſpargo* Idem 5, 372 *Exſpargi quo poſſint mœnia mundi.* Et Apul. de Herb. c. 114 n. 1 *Si collectio fuerit, exſparget* ſcil. tumorem.

¶ Exſperſus, a, um, beſpritzt, begoſſen. Virg. Æn. 3, 625 *Sanieque exſperſa natarent Limina.* Vbi Servius: *Hæc vera lectio, i. e. madefacta. Nam ſi* ASPERSA *dixeris,* (ita vulgo legitur) *id eſt,* irrorata, *Tapinoſis & Hyperbole junguntur.* Nam in ASPERSA eſſet *Tapinoſis*: in NATARE *Hyperbole*: has autem Figuras non bene jungi ſignificat. Sane leviter adſperſa ſeu irrorata natare non poſſunt: at penitus ſparſa & madefacta poſſunt natare. Adde Voſſ. Etymolog. in *Spargo.*

¶ Inſpergo, ĕre, adſpergere, in oder an etwas ſprengen, einſtreuen; ut, *Vinum inſpergere,* Cic. de Divin. 2, 16. Et, *Sale aliquid inſpergere,* Cato R. R. c. 65.

¶ Inſperſus, a, um, eingeſtreut. Horat. 1 ſat. 6, 67 *Velut ſi Egregio inſperſos reprendas corpore nævos. Farina inſparſa* legitur apud Plinium 26, 14.

¶ Inſperſus, ûs, m. ſubſt. actio inſpergendi; ut, *Corium obfirmatum cineris inſperſu,* Apul. Met. 7 p. 197. Id. 9 p. 231 *Comæ ſordentes inſperſu cineris.*

¶ Inſperſio, onis, f. idem. Pallad. Mart. t. 9 *Ruta ſolius cineris inſperſione contenta.*

¶ Interſpergo, ĕre, untermengen. Hinc

¶ Interſperſus, a, um, untergemengt. Apul. Met. 5 p. 165 *Interſperſus rara canitie.* Conf. Id. apol. p. 299.

¶ Perſpergo, ĕre, beſprengen, begieſſen. Cic. de Orat. 1, 34 extr. *Lepore, tamquam ſale perſpergatur omnis oratio,* id eſt, prorſus adſpergatur. Et Cato R. R. c. 130 *Ligna amurca perſpergito.*

¶ Præſpergo, ĕre, idem. Lucret. 5, 738 *Flore præſpergens ante viai Cuncta coloribus egregiis & odoribus opplet.*

¶ Proſpergo, ĕre, idem. Tac. Ann. 15, 44, 2 *Hauſta aqua templum & ſimulacrum Deæ proſperſum eſt.*

¶ Proſperſus, a, um, beſprengt. Apul. Met. 2 p. 243 *Flore proſperſus.*

¶ Reſpergo, ĕre, conſpergere, beſpritzen. Cic. Verr. 5, 38 *Cum prætoris oculus prædonum sequiſſimi remi reſpergerent.* Liv. 1, 13 *Se ſanguine nefando reſpergere.*

¶ Reſperſus, a, um, beſpritzt; ut, *Manus reſperſæ ſanguine,* Cic. pro Roſc. Am. c. 24. Et, *Menſa reſperſa cruore,* Liv. 1, 48.

¶ Reſperſus, ûs, m. ſubſt. die beſprițung. Plin. 10, 3 *Hæc cauſſa gregatim avibus natandi, quia plures ſimul non infeſtantur, reſperſu pinnarum hoſtem obscœcantes.*

¶ Reſperſio, ōnis, f. idem. Cic. Divin. 2, 21 *Habes & reſperſionem pigmentorum.*

¶ Reſpergo, ĭnis, f. idem. Prudent. in Symmach. 1, 502 *Marmora tabenti reſpergine tincta.*

¶ Subſpargo, ĕre, unterſtreuen. Tertull. de Reſurr. Carn. c. ult. *Hæreticorum verſutiis ſemina ſubſpargere.*

¶ Superſpargo vel Superſpergo, ĕre, drüber ſprengen; ut, *Sale quæ conduntur, ſuperſpergere,* oben überher beſprengen, Cato R. R. c. 54.

¶ Superſperſus, a, um, beſprengt, beſtreut. Solinus c. 27 (al. 40) de Africa: *Gemma viridi colore eſt, ſtellis puniceis ſuperſperſa.* Et c. 30 (al. 43) de camelopardali: *Candidis maculis ſuperſperſa.*

SPARTA, & SPARTE, æ, f. Σπάρτη, Lacedæmon, urbs Peloponneſi, Lycurgi legibus optime quondam inſtituta. Mœnibus caruit, ſed muri loco civium fuit virtus, quemadmodum ex Ageſilai reſponſione ad quendam, cauſſam quærentem, quamobrem tanta civitas non eſſet mœnibus cincta? liquet. Et felix quidem tantiſper fuit, dum Lycurgi legibus uteretur: ſed cum paullatim transgredi eas cœpiſſet, in ſervitutem redacta, quemadmodum Plutarchus tradidit. Quando mœnibus cincta, docet Livius 34, 37: & Iuſtinus 14, 5. Oraculum eſt: φράζεο δὴ Σπάρτη, κλυτὴ περ μεγάλαυχος ἐοῦσα, id eſt, *Sparta caveto tibi, quamquam præclara feraris,* apud Pauſaniam in Lacon. p. 89 Gr. conf. Nic. Cragius de Rep. Lacedæm. ¶ 2. Adagium eſt apud Cic. Att. 4, 6 *Spartam, quam nactus es, hanc orna:* Σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει, hoc eſt, ſorte tua contentus eſto, & officium tuum ſtrenue facito. v. Chiliad. Rurſus Cic. Att. 1, 20 *Eam, quam mihi dicis obtigiſſe Σπάρταν, non modo nunquam deſeram, ſed etiam, ſi ego ab illa deſerar, tamen in mea priſtina ſententia permanebo.*

¶ Sparti, ōrum, vel Spartæ, ārum, m. pl. σπαρτοὶ, a σπείρω, ſero, ita dicti illi armati homines ex dentibus draconis nati apud Thebanos, quibus corporis nota, *lancea* ingenita. vid. Barth. ad Stat. Theb. 3 p. 727 & 759; Voſſ. Inſt. Orat. 1 p. 68; & Ioh. Ionſius pecul. diſſert. Spartorum etiam meminit Lactant. 3, 4.

¶ Spartiātæ, ārum, & Spartāni, ōrum, m. pl. die Lacedämonier. Etiam in ſingulari Cic. fam. 5, 12 dixit *Spartiates Ageſilaus.* Fuerunt autem Spartani ſuperbo elatoque animo; imperioſi admodum ac injurioſi in ſocios Græcos ceteros, unde tyrannidis arguit Epaminondas apud Nepotem 15, 6, 4: & ipſe Nepos 16, 2, 4 *imperioſam majeſtatem* iisdem tribuit. Et eo βραχυλογία quoque illorum pertinet. Cauſſa diſciplina videtur fuiſſe: nam duri habiti, ipſi & alios perinde tractabant. Deinde militaris virtus, qua nulli Græcorum ante eos. De quo Plutarchus in Pelopida. Cunctatores fuiſſe, ut magna molientes ſolent, Livius docet 45, 23. Celebratiſſima ipſorum in perferendis plagis patientia eſt, cui a teneris aſſuefiebant. v. Plut. p. 93, H. Steph. in Lycurgo: is enim auctor inſtitutorum. Vnde *Lacunas plagipatidas* facete Plautus dixit Cap. 3, 1, 11; & Moſt. 2, 1, 9. Petronius c. 105 *Tres plagas Spartana nobilitate concoxi.* v. Cic. Tuſc. 2, 14 ſeqq. Sen. de Providentia c. 4, item Tertull. ad Martyres c. 4, & Apolog. c. ult. Sed de Lacedæmoniorum ſive Spartanorum moribus inſtitutisque peculiares libros ſcripſerunt Xenophon & Plutarchus. v. & Porphyrium περὶ ἀποχῆς lib. 4.

SPARTĂCVS, i, m. Σπάρταχος, natione Thrax, miles primum, hinc latro, deinde gladiator, denique dux gravi bello, militantibus ſervis vexavit Romanos, ipſi etiam urbi imminens. Vnde & *Acer* Horatio dicitur, epod. 16, 5. Victus à Craſſo, in primo agmine fortiſſime dimicans, quaſi imperator occiſus eſt, ut Flori de eo verba ſunt 3, 20. vid. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 3; Ioh. Friderici ad 4 paradoxum.

Spartani, Spartarius, ſparteus, Spartiatæ, vide *Sparta* & *Spartium.*

SPARTIVM, vel Spartum, i. n. σπάρτιον, herba ſimilis geniſtæ, ſed ab ea tamen diverſa, (welſche pfrymen,) ex qua funes & alia fiebant. vid. Plin. 19, 2; Marc. Donat. ad Liv. 22, 20; & Salmaſ. Exercit. Plin. p. 260 ſeq. Liv. 22, 20 *Vis magna ſparti ad rem nauticam congeſta ab Asdrubale.* Colum. 9, 4 *Mel, quod ex ſparto atque arbuto provenit.* Id. 11, 2 *Regio palmæ ſpartive fœcunda.* conf. Dioſc. 4, 152; Gell. 1, 17; Plin. 24, 9; & Pallad. Nov. t. 7.

¶ Sparteus, a, um, e ſparto factus; ut, *Spartei funes,* Cato c. 3; quorum Paulinus etiam meminit. Verba vide ſupra in *Byſſus.* Et, *Spartea ſolea,* Columell. 6, 12. Sane cum plura alia ex *Sparto,* tum calceamina quoque fieri ſolita, Plinius ſcribit 19, 2. Vide quæ Caſaub. ad Suet. p. 191 obſervat. conf. Frontin. Strateg. 7, 3.

¶ Spartea, æ, f. ſubſt. vel adjectivum ipſum, quod modo explicavimus, intellecto nomine *ſolea,* ein ſchuh von pfrymen; ut, *Spartea calceata ungula,* Colum. 6, 15. *Vetus ſpartea,* Pallad. de R. R. 1 tit. 24. *Spartea ſuſpenſa de ramis,* Idem Novemb. tit. 7. vid. Geſneri Lexicon ruſt. hic & in *Solea.*

¶ Spartārius, a, um, ſparto conſitus, ut, *Spartaria Carthago,* a ſparti proventu ſic dicta, Plin. 31, 8. Fuit *Spartarius campus* in Hiſpania, circa Carthaginem novam, ſparti feraciſſimus. vid. Strab. 3 p. 110 ſeq. Mela 2, 6; Iuſtin. 44, 6; & Antonini Itinerar. p. 401. Sic & abſolute *Spartarium,* locus, ubi ſpartorum frequentia eſt, Plin. 11, 8. Et, *Spartarius,* ſubſt. ein ſeiler. Gloſſ. gr. lat. σχοινοπώλης, *Spartarius.*

¶ Spartēŏlus, i, m. ein feuerwächter, nachtwächter, *Sparteoli,* ut ex Schol. Iuv. 14, 305 apparet, appellabantur milites, qui Romæ arcendis incendiis agebant vigilias urbisque circumibant partes; vel ut ille loquitur, *quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis & cum aqua vigilias conſuerunt curare vicibus.* Hos Auguſtus inſtituit, ut ad lib. 3 Hiſt. Taciti Lipſius primus obſervavit. Nomen ab aliis militum ipſis inditum per contemtum fuit, vel a funibus, quorum multus uſus in reſtinguendis incendiis; vel a calceamentorum genere; vel tunicis ſparteis, quibus erant amicti, ut Caſaubonus opinatur ad Suet. Aug. quem vide. conf. Bernegg. ad eumd. 30, 2, & adde Tertull. Apol. c. 39.

¶ Spartŏpŏlia, æ, f. gemma a canicie ſparti, Plin. 37, 11.

SPĂRVM, i, n. & Sparus, i, m. jaculi genus eſt, ſeu teli ruſtici, ut ait Servius in illud Virgilii Æn. 11, 682 *Agreſtisque manus armat ſparus:* ein bauerſpieß. Apparet hoc etiam ex Sall. Cat 56, 3. ubi Cortium vide. Nepos 15, 9, 1 *Epaminondam pugnantem ſpero eminus percuſſum concidere viderunt.* Quod *ſparum* hoc loco, id paullo poſt *haſtile* vocat. Lucilius apud Feſtum: *Tum ſpara, tum murices portantur, &c.* Adde Silium 1, 388; & 8, 523; Nonium 18, 12 & 21; & Marcell. Donat. ad Liv. 34, 15. ¶ 2. *Sparus,* piſcis marinus. Plin. 9, 51. v. Bruyerin. de Re Cibar. 20, 5.

¶ Spărŭlus, i, m. diminut. piſcis, de quo Ovid. Halieut. fragm. v. 106 *Et ſuper aurata ſparulus cervice refulgens.* Et Martial. 3 epigr. 60 *Res mihi cum ſparulo, &c.*

SPASMVS, i, m. σπασμὸς, a σπάω *trabo,* convulſio ſeu rigor nervorum, der krampf, Plin. 22, 8; & 30, 12; Celſ. 2, 1; Scrib. Larg. compoſ. 170; 171; 195; Apul. de Herb. c. 45 n. 9; & c. 92 n. 13. *Spaſmos ſtomachi* quid ſedet, vid. Plin. 32, 8 & 11. Ita autem vocantur ſingultus vehementiores, ſtarckes ſchlucken.

¶ Spaſma, ătis, n. gr. σπάσμα, idem quod *Spaſmus,* Plin. 20, 22.

¶ Spaſmōſus, a, um, krampfticht, Veget. 3, 32.

¶ Spaſtĭcus, i, m. qui ſpaſmos frequenter patitur, den der krampff zieht, Plin. 21, 19 &c. Et adjective *Nervi ſpaſtici,* Id. 20, 21.

¶ Antiſpaſtus, i, m ἀντίσπαστος, i. e. *in contrarium abſtractus.* In poëtica eſt pes conſtans prima & quarta brevibus, ſecunda & tertia longis; ut ἀλέξανδρος, *Alexander.* vid. Grammat. *Antiſpaſtum bene in clauſula poni* docet Diomedes p. 467.

¶ Antiſpaſticus, a, um, adject. ut, *Antiſpaſticum metrum,* Diomed. p. 505; & Victorin. p. 2533. &c.

¶ Apoſpasmatia, n. pl. ἀποσπασμάτια, fragmenta, reliquiæ, ſtücken, brocken; ut, *Apoſpasmatia legis agrariæ,* Cic. Att. 2, 1.

¶ Epiſpaſticus, a, um, ἐπισπαστικὸς, *extrahens.* Celſ. 5, 18 pr. *Malagmata epiſpaſtica,* quæ extrahunt materiam, zugpflaſter.

¶ Pentaſpaſtos, i, πεντάσπαστος, machina tractoria quinque orbiculorum, a πέντε *quinque* & σπάω *trabo,* Vitruv. 10, 3.

¶ Triſpaſtos, i, τρίσπαστος, machina ſive trochlea, quæ per tres orbiculos circumvolvitur, Vitruv. l. c. conf. Baldi Lex. p. 137.

SPĂTĂLE, es, f. σπατάλη, luxus, voluptas, deliciæ, wolluſt. Varro apud Nonium 1, 223 *Spatale eviravit omnes venerivaga pueros,* ubi alii *Spatula.* Sed vid. Turneb. Adverſ. 29, 17; & Scalig. Fragm. Varr. p. 118. ¶ 2. Nomen mulieris eſt; ut, *Mammoſa Spatale,* Martial. 2 epigr. 52. Et Claud. in Nupt. Honorii v. 167 *Et gravibus Spatale baccis diadema ferebat.* Quo in loco nomen Nymphæ eſſe videtur.

¶ Spătălium, i, n. σπατάλιον, ornamentum muliebre in capite vel manibus, inter inſtrumenta luxus, a σπατάλη, vel σπαταλάω, i. e. *delicias ago* & *laſcivio,* quo utitur Paulus de fœminis loquens 1 Tim. 5, 6. Ita Tertull. de Cultu fœm. c. 13 *Neſcio an manus ſpatalio circumdari ſolita.* Adde Plin. 13, 25.

¶ Spătălŏcinædus, i, m. delicatus & laſciviens cinædus. Petron. c. 23 *Huc, huc convenite nunc ſpatalocinædi.*

SPĂTANGIVM, i, n. piſcis genus. Theod. Cod. L. 14 t. 20 *Spatangium in primæ qualitatis piſcem imputari præcipimus.*

SPĂTHA, æ, f. σπάθη, gladii latioris genus, eine groſſe breite klinge, a σπάω, *evello, ſtringo, educo*; vel σπαθάω, *conſumo, minuo, ſcindo,* apud Veget. R. Mileſ. 2, 15; Apul. Met. 1 p. 103 & 9 p. 236; & Spartian.

Spartian. in Hadriano c. 10. Tac. An. 12, 35, 5 *Spathis & hastis auxiliarium sternebantur.* ¶ 2. Est & instrumentum, quo ea, quæ coquuntur, agitantur & permiscentur, apud Plin. 23, 7, 9 ein rührloffel, ſchaufel; Item, instrumentum pharmacopolarum, ein ſpatel; & chirurgorum, quod Celsus describit 8, 15. Colum. 12, 22 & 41 *Permiscere spatha lignea.* Scrib. Larg. comp. 45 *Movere spatha medicamentum.* Id. 260 *Spatha unguentarii utuntur.* ¶ 3. Est & *Spatha* instrumentum textorium, Senecæ epist. 90, quo fila coire coguntur & jungi, radius, instrumentum pectine postea invento simplicius, das weberſchiff. ¶ 4. Palma, vide *Spathe.*

¶ Spathula, æ, f. diminut. Cels. 8, 15. Sed de *Spatula* vide mox seorsum.

¶ Spathenula, æ, f. idem. *Spathenulâ vulneri aliquid imponitur,* Plin. Valer. 3, 31. vid. Reines. Var. Lect. 1, 8 p. 192.

¶ Spathiscula, æ, f. σπαθισκάλη, ſpecillum chirurgicum, ein wundeiſen. Theod. Priscian. 1, 14 & 27, conf. Reines. Var. Lect. 2, 8.

¶ Spatharius, i, m. ſarelles, vel qui spathas conficit, ein trabant, oder ſchwerdtfeger. vid. Voss. de Vitiis L. L. 3, 50.

¶ Semispatha, æ, f. Semispathium, i, n. gladiolus, ein kurtzer degen, Veget. 2, 15 & 19. it. Isidor. 18, 16.

SPATHE, es, vel etiam Spatha, æ, f. germen tenerum est palmæ arboris, ein dattelzweig, Plin. 12, 28; & 23, 5; Dioſc. 1, 130. ¶ 2. Fructus ejus involucrum, Matthiol. σπάθη.

¶ Spathálium, i, n. diminut. ein zweig vom palmbaum. Titulus est carminis apud Martial. lib. 13 *Spathalion cariotarum: Aurea porrigitur Iani cariota calendis, Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.* Sunt enim cariotæ palmarum fructus. ¶ 2. Et *Spathalium* ornamentum muliebre est. Sed tunc scribitur *Spatalium,* de quo paullo ante.

Spatior, *ari,* spatiosus, &c. vide sequens *Spatium.*

SPATIVM, i, n. de loco & tempore dicitur, raum, zeit und weile; ut, *Spatium agitandi equos,* Nepos 18, 5, 4. Proprie *stadium* est, quod decurritur. Quin nomen ipsum inde est: Nam τὸ στάδιον Æoles σπάδιον dixerunt, unde Latini, qui multum Æolas imitantur, *Spatium* suum fecerunt, ut Scaliger in Comment. in Catalecta veterum poetarum observat. Hinc elegantissima metaphora Lucretius dixit 4, 1193 *Spatium decurrere amoris.* Nepos 18, 5, 5 *Verberibus cogebat exultare* (equum) *& calces remittere, qui motus non minus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurreret.* Ipsa etiam curricula sive decursus, *spatia* appellantur. Ennius apud Cic. de Senect. cap. 5 *Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo Vicit olympia, nunc senio confectus quiescit: Sæpremo spatio,* id est, ultimo & septimo decursu ad metam, qui faciebat victorem. ¶ 2. Et quia quantum quidque spatii implet, tam magnum etiam est; idcirco *spatium* & magnitudinem rei vel modum significat, die groſſe oder länge eines dinges. Gellius 1, 1 *Facile intellexit modum spatiumque plantæ Herculis.* Sic *lateris spatium, rhombi spatium* Iuvenalis dixit sat. 4, 39. Lucanus 9, 732 *Nec tutus spatio est Elephas;* i. e. magnitudine & vastitate corporis. v. Drakenb. ad Sil. 10, 170. Plin. 7, 17 *Spatium hominum a vestigio ad verticem.* Ita *in spatium* h. e. in longitudinem, vid. Burm. ad Ovid. met. 2, 197 *Porrigit in spatium.* ¶ 3. Sæpe, ut jam supra diximus, de tempore usurpatur, e. g. *Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias,* Ter. Andr. 1, 2, 11. Et, *Spatium deliberandi habere,* Cic. Off. 1, 33. *Pausum sumere spatii ad consultandum,* Liv. 24, 22. *Spatium vitæ,* Id. pro Arch. cap. 11. *Spatium quinque dierum,* Liv. 1, 17; & *Biennii,* Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 4. Et, *Habere spatium ad dicendum,* Id. in Verr. 2 extr. *Tempus & spatium dare,* Id. pro Quintio c. 1. Et Liv. 8, 32 *Orabant, ut iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur.* Ovid. Heroid. 7, 73 *Da breve sævitiæ spatium, pelagique, tuæque.* ¶ 4. Pro anno posuit Plinius 7, 51 *Sexagesimum vitæ spatium.*

¶ Spatiolum, i, n. diminut. Pallad. 1, 38 *Alvearia collocentur, spatiolis inter se patentibus segregata.* Et Arnob. lib. 4 p. 153 *Quædam spatiola defanata.*

¶ Spatiosus, a, um, amplus, räumlich, weit; ut, *Ædificia spatiosiora ad conventus excipiendos,* Vitruv. 6, 8. Silius de Luna, Italiæ oppido, 8, 482 *Insignis portu, quo non spatiosior alter.* Colum. 5, 5 *Interordinia neque spatiosiora, quam decem pedum, neque contractiora, quam quatuor.* Plin. Paneg. c. 63 *Spatiosissima sedes.* Quint. Decl. 1 *Spatiosissimus paries domus.* Item de tempore: *Nox spatiosa,* h. e. longa propter solitudinem, langweilig, Ovid. Heroid. 1, 9. *Spatiosum tempus,* Id. Amor. 1, 8, 81. *Spatiosi tempore belli,* quod diu duat, langwierig, Id. Met. 13, 206. ¶ 2. Neque vero hoc tantum de locis atque temporibus, sed ipsis etiam rebus non raro usurpatur, & magnum vastumque denotat, sehr groß, sana. Ovid. de Remedio amoris v. 421 *Parva necat morsu spatiosum vipera taurum: A cane non magno sæpe tenetur aper.* Id. de Arte am. 2, 645 *Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo. Vnus, qui modicam diceret, Hector erat, Spatiosior æquo,* i. e. justo procerior. Virgil. Moreto v. 35 *Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta: Spatiosa,* id est, immodica, groſſe breite füſſe. Loquitur de ancilla rustica atque deformi. v. Drak. ad Sil. 10, 170, & quos laudat Burm. ad Ovid. met. 3, 56. Etiam *vox spatiosa* dicitur: Quintil. 9, 4 *Sublimia spatiosas clarasque voces habent,* id est, longiusculas, polysyllabas. *Magna & spatiosa res est sapientia,* weitläufftig, Sen. epist. 88. Compar. *Spatiosior* etiam legitur apud Melam 2, 7; Cels. 7, 25; & 8, 3; Vitruv. 5, 1.

¶ Spatiose, adverb. weitläufftig; ut, *Spatiose nasci,* Plin. 25, 8. Compar. Propert. 3, 19, 11 *Tu quoque, qui æstivos spatiosius exigis ignes, Phœbe, moraturæ contrahe lucis iter.* Cels. 4, 1 *Iter urinæ spatiosius descendit.* conf. Ovid. Amor. 3, 6, 85.

¶ Spatiositas, *ātis,* f. die weite. Sidon. 2 epist. 2 *Exactissima spatiositate quadrari.*

¶ Spatior, *ātus sum, ari,* deambulare, hin und her gehen, ſpatzieren. Virg. Æn. 4, 62 *Aut ante ora Deûm pingues spatiatur ad aras.* Cic. de opt. gen Orat. c. 3 *Vt palæstrice spatiari in Xysto liceat.* Id. pro Ros. Am. 21 extr. *Ita* negligens esse cœpit, ut - - *resideret, deinde spatiaretur.* Scaliger ad illud Albinovani Eleg. in obitum Mæcenatis: *Quum jam tot sisset habenas Procedente die vespicientis equi: Putavi,* inquit, *& aliquando legi posse,* respiantis equi, *hoc est, qui finivit curriculum & spatium suum.* Spatiari *proprie est in stadio currere.* ¶ 2. Latius vagari seque diffundere, ſich ausbreiten, groſſet werden. Sen. de Ira 3, 10 *Proverit morbum suum nosse, & vires ejus, antequam spatientur, opprimere.*

¶ Spatians, *tis.* Petron. cap. 126 *Quum spatiantem vidi.* Ovid. Met. 4, 87 *Lato spatiantes arvo.* Plin. 17, 8 *Intus, ut in metallis, spatiante vena.* Ovid. Trist. 5, 3, 23 *Adlato spatiantem flumine Gangen,* Id. Met. 4, 364 *Spatiantes alas;* & 14, 629 *Spatiantia passim brachia* dixit pro extensis, porrectis.

¶ Spatiātus, *a, um,* der herum ſpatziret, der ſich weit umgeſehen. Plin. 5, 9 *Per totam spatiatus Ægyptum.* Ovid. Fast. 3, 469 *Spatiata dictore curvo coniux.* Stat. 4 Silv. 7 pr. *Iam diu lato spatiatu campo &c.* Petron. c. 86 *Aliquot horis spatiatus.*

¶ Spatiātor, *ōris,* m. ein ſpatzirer, umläuffer. Cato apud Festum *erratorem* interpretatur. Macrob. Sat. 2, 10 *M. Cato,* inquit, *senatorem non ignobilem Cæcilium spatiatorem & Vesperuum vocat.*

¶ Conspatior, *āri,* mit einander ſpatzieren. Petron. c. 7 *Video meretrices furtim conspatiantes.*

¶ Exspatior, *āri,* excurrere, ausſchweifen. De oratoribus Quintil. c. 10 *Poetica themata juvenibus pertractare permittimus, ut exspatientur & gaudeant materia.* Ovid. Met. 2, 202 *Exspatiantur equi,* ſie gehen aus dem weg. Et Sil. 17, 95 *Ignes clare exspatiantur in auras,* ſie breiten ſich aus.

¶ Exspatians, *tis.* Plin. 16, 30 *Latissima exspatiantium umbra.* Idem 3, 5 *Exspatiantia tecta,* breite dächer. Et 16, 36 *Exspatians lacus,* der übergehet.

¶ Exspatiatus, *a, um,* ausſchweificht; ut, *Exspatiata flumina,* Ovid. Met. 1, 285.

¶ Inspatians, *tis,* einhergehend. Prudent. Apoth. v. 198 edit Weizii: *Fare age, quem videat Babylonis ab arce tyrannus Innocuus inter flammas procul inspatiantem.* Cellarius fecit *exspatiantem,* & quidem v. 130.

¶ Respatians, *tis.* vide Scaligeri conjecturam de Albinovano in *Spatior.*

SPĂTŬLA, æ, f. deliciæ, ein leckerbiſſlein. Varro apud Nonium 1, 223 *Spatula eviravit pueros.* Alii legunt *Spatale,* de qua supra. Apicius de Re coquin. 4, 3 *Spatulam porcinam coctam tessellatim concisam in cacabum mittes.* conf. infra *Spetile.* ¶ 2. Terminus in acumen erectus; ut, *Spatulæ cursoriæ,* Frontin. de Colon. pag. 340. conf. p. 364. Et Vulg. Interpr. Levit. 23, 40 *Spatulæ palmarum.* ¶ 3. *Spatula fœtida,* wandlaus-kraut, Tabernæm. p. 1040.

Speca, vide in *Spica,* Specialis, speciatim, *Species.*

SPĔCIES, ēi, f. ab antiquo verbo *Specio,* (de quo paullo post) quicquid in oculos sese ingerit & patet adspectui, forma, modus, die form, geſtalt, der anblick, ſpectackel. Virg. Æn. 2, 407 *Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus,* id est, hoc spectaculum, Cassandræ scilicet tractæ crinibus a templo, sublatis nequicquam in cœlum oculis, & vincula subeuntis, de quo in præcedentibus exposuerat poeta. *Misera & flebilis species,* Cic. Phil. 11, 3. Et Suet. Ner. c. 41 *Cum annotasset insculptum monumento in militem Gallum ab equite Romano oppressum, trahi crinibus, ad eam speciem exsilvit gaudio:* AD SPECIEM, i. e. imaginem, simulacrum. Liv. 1, 11 ext. *Armillæ magni ponderis, & annuli magna specie conjungentur.* ¶ 2. Hinc *Species* quod videtur aliquid, quod tamen non est, der ſchein. Cic. Off. 2, 11 *Speciem boni viri præ se ferre,* dafür anzuſehen ſeyn. *Habere speciem humanitatis,* Id. Tusc. 4, 14. Sic, *Speciem alicujus induere, præbere,* ſo und ſo ausſehen; ut, *Percussoris speciem induit,* Liv. 40, 12. *Speciem insulæ præbet,* Curt. 3, 1, 13. *Gemma quæ repræsentat cordis speciem,* Plin. 37, 10. *Specie liberum esse,* Liv. 35, 31 dem äuſſerlichen ſchein nach. *Duci specie utilitatis,* Quintil. 3, 8. *In speciem,* dem anſehen nach, Liv. 38, 21. *Dilata in speciem actione, ne ipsa sublata,* Idem 3, 9. *Per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thraciæ injiciendum profectus,* Id. 39, 35. Et Cic in Verr. 7, 33 *Præclara classis in speciem, sed imbecilla & infirma &c. Per speciem venandi urbe egressi.* Liv. 25, 8, quod idem alibi *per causam* dicit. ¶ 3. Aliquando *Species,* non formam simpliciter, sed dignitatem formæ quamdam significat. Pomp. Mela 2, 2 de Thracia: *Viros benignius* (quam arbores, quas raro pomiferas paullo ante dixerat,) *alit: non ad speciem tamen;* id est, formam faciemque insignem. Nam statim sequitur: *Nam illis asper atque indecens habitus est &c. Honorem* Tacitus dixit de Germ. 5, 2: *Pecorum,* inquit, *fœcunda, sed plerumque improcera, ne armentis quidem suus honor, aut gloria fronti.* Dicit, Germaniam quidem armenta gignere, non ad speciem tamen, hoc est, non forma decoreque spectanda. Iuvenalis 10, 310 *I nunc, & juvenis specie lætare tui, quem Major exspectant discrimina.* ¶ 4. *Species* etiam de apparatu externo dicitur, ex quo vulgus homines æstimat, die auffuhrung. Tacitus *inania* appellat. Horat. 2 epist. 6, 49 *Si fortunatum species & gratia præstat: Speciem* splendorem appellat, qui in ministeriis & cultu cætero circa honoratos & opulentos est. Sic Liv. 32, 36 *Vt speciem legationi adjiceret.* Idem 9, 40 *Cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere.* Ita *Insignia imperii,* diadema, pura, & cætera ornamenta imperatoris, *Speciem principatûs,* Suetonius dixit Calig. c. 22. Claud. de Conf. Honorii 4, 83 *Amissâ specie, raptisque insignibus, ambo In vultus redière suos:* Significat, ad privatorum sortem redactos, quibus erepta insignia imperii erant. ¶ 5. *Species* etiam visum est, sive imago seu spectrum, εἴδωλον, φάντασμα, ein geſicht; ut, *Species nocturnæ,* Liv. 26, 19. Horat. de Arte Poët. v. 7 *Velut ægri somnia, vanæ Fingentur species.* Suet. Claudio cap. 1 *Hostem non prius destitit insequi, quam species barbaræ mulieris, humanâ amplior, victorem tendere ultra sermone latino prohibuisset.* Et ibid. c. 37 *Sibi quoque eandem speciem aliquot jam noctibus observari retulit.* Loquitur de somni imagine. Curt. 3, 3, 2 *Anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species imminentium rerum.* Et rursus n. 7 *Ipse & vatum responso, quod edebatur in vulgus; & specie, quæ per somnum erat oblata, admodum lætus &c.* Prudentius de somniis loquens Cathem.

hem. 6, 53 *At qui coinquinatum Vitiis cor impiavit, Lusus pavore multo Species videt tremendas.* ¶ 6. *Species* est prædicabile, quæ de pluribus numero differentibus prædicatur; ut homo de Socrate, Platone, &c. die besondere art. Et *Species* dicuntur, in quas genera distribuuntur. Sen. epist. 58 *Omnes tibi exponam, si ante indicaverio, esse aliquod genus, esse & SPECIEM. Nunc enim primum illud genus quærimus, ex quo cetera species suspensa sunt, a quo nascitur omnis divisio, qui universa comprehensa sunt. Homo species est, ut Aristoteles ait, equus species est, canis species. Ergo commune aliquod quærendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur & sub se habeat. Hoc quid est? Animal, &c.* Ergo, quas Græci ἰδέας, Latini *Species* reddiderunt. Quod licet non improbarit Cicero, maluit ipsemet tamen *Formas* appellare in Topic. c. 7, & *partes* Tusc. 4, 6 pr. Hinc *Species* & *Universalitas*, uti ita dicam, opponuntur. Tac. de Germ. 5, 1 *Terra etsi aliquando specie differt, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus fœda.* Suet. Aug. c. 9 *Proposita vitæ ejus velut summa, partes singillatim neque per tempora, sed per species exsequar. Per tempora exsequi*, est juxta seriem temporis narrare alicujus res, ut quæque hoc vel illo anno, ut insecuti illi alium aliumque sunt, gesta est: *Per species* est, cum gestorum species ad certa genera referuntur: ut, cum exponuntur simul, quæ aliquis privatim, quæ publice, quæ juste, quæ temperanter &c. egerit, non observato ordine annorum. Huc pertinet illud Vellej. 1, 14, 1 *Facilius cujusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inhæret.* Huc referas etiam illud Pomponii l. 2 § 8 ff. de Or. l. *Factum est, ut inter plebiscita & legem species constituendi intercesserit, potestas autem eadem esset.* Vbi tamen etiam *modum rationemque* significare potest. ¶ 7. *Species* interdum materiæ opponitur apud ICtos, ubi v. g. aliquis *alterius materiæ speciem induxisse* dicitur, h. e. formam; ut pictor alienæ tabulæ picturam. vide ICtos, v. g. Donell. 4, 12 extr. ¶ 8. Apud eosdem ICtos *Species* idem est, quod vulgus *casum* vocat, vel *speciem facti*. ¶ 9. Est & medicorum vocabulum, qui *Species* appellare solent res omnes, ex quibus medicamenta conficiuntur. Marcellus Medicus carmine in libb. suos de Medicina v. 20 *Descriptas species & pondera mensurarum.* Et v. 42 *Adde & aromaticas species, quas mittit Eous.* Hinc Germani vocare solemus specereyen. Pallad. oct. tit. 14 *Diu agitari curabis, ut specierum vis omne corpus inficiat. Res* Plinius vocat: ut 29, 1 *Theriace fit ex rebus externis.* Et rursus: *Mithridaticum antidotum ex rebus LIV componitur.* Similiter *Annonarias species* ICti, itemque Vegetius 3, 3, & alii sequioris ævi scriptores, panem, vinum, acetum, lardum &c. appellitarunt. ¶ 9. *Species* & *Spes* infinitis locis a librariis commutantur. v. quos Drakenb. ad Liv. 3, 9 laudavit.

¶ Specietas, *ātis*, f. idem. *Species* inquit Fronto, vetus Grammaticus, *divisio ejus generis, specietas qualitatis.*

¶ Spēciālis, *e*, peculiare & quasi proprium, etwas sonderliches für anderu dingen: ut, *Hoc speciale familia illa semper habuit*, Iul. Capitol. in M. Philos. c. 17. Sic, *genus generale, & genera specialia esse*, ait Seneca epist. 58. Adde Quintil. 5, 7; & 12, 2; & Decl. 299.

¶ Speciāliter, adverb. cui contrarium est *generatim*, insonderheit. Colum. 3, 9 extr. *Hactenus de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud proprie specialiter, ut non solum ex fœcundissima vite, sed etiam ex vitis parte feracissima semina eligantur.* Apulej. de Mundo p. 69 *Penetrare atque agere specialiter singula.* conf. Cens. 5, 24; Solin. c. 14; Quintil. 16, 1; Pallad. Febr. 19; Vlp. l. 24 ff. de contrah. empt. Comp. Cæl. Aurel. Acut. 3, 17, 14. *Qui specialius jactantur.* conf. Quint. Trib. Mar. Decl. c. 1 extr. Et Paulinus de S. Felice Natal. 9, 146 *Cui privato specialius astro Ista dies tantum peperit sine fine patronum.*

¶ Speciālitas, *ātis*, f. die sonderbare beschaffenheit. Vox ab Antonio Grammatico ficta, teste Frontone. Sed & Tertull. adv. Marc. 5, 8 *In distributione facienda, & in specialitate interpretanda.*

¶ Speciārius, *a, um*, i. e. specialis, absonderlich. Cæs. de B. Civ. 3, 53 *Speciariis donis amplissime donare.* Sed aliqui putant, illum locum mendosum esse, & aliam vocem ibi substituendam. *Minæ tamen speciariæ contubernales*, in vetere inscr. ap. Spon. Misc. Erud. Antiqu. p. 233 occurrunt.

¶ Speciātus, *a, um*, idem. Tertull. adv. Hermog. c. 40 *Quid hodie informe in mundo? quid retro speciatum in materia?*

¶ Speciātim, adv. idem. Cic. post redit. in Senat. c. 20 *Legem speciatim de salute mea promulgavit.*

¶ Speciōsus, *a, um*, specie præstans, schön, ansehnlich; ut, *Iusta, magna & speciosa causa*, Cic. Att. 16, 7. Et Liv. 1, 23 *Vera potius, quam dicta speciosa dicenda sunt.* Quibus gemella Curtius habet 5, 1, 8 *Non speciosa dictu, sed usu necessaria in rebus adversis sequenda esse.* Liv. 1, 34 *Speciosa criminatio*, wahrscheinlich. Ovid. Met. 7, 69 *Nomina speciosa imponere culpæ.* Vellej. 2, 59, 2 *Admodum speciosæ familiæ.* L. 100 ff. de V. S. *Speciosa persona*, eine vornehme person. Sen. epist. 87 *Familiam nemo speciosiorem producit.* Liv. 28, 40 *Aliorum speciosiora primo adspectu consilia semper visa.* Et Quintil. 7, 1 *Speciosius styli genus.* Id. 2, 15 *Speciosissimum corpus.* Vellej. 2, 79, 2 *Speciosissima classe fabricata.*

¶ Speciōsē, adv. ornate, zierlich, prächtig. Val. Max. 5, 1, 6 *Africani humanitas speciose lateque patuit.* Liv. 34, 7 *Equus speciosius instratus, quam uxor vestita.* Horat. 1 epist. 18, 52 *Speciosius arma tractat.* Colum. 2, 2 *Speciosius ingredi.* Hirt. B. Afric. c. 48 *Aciem quam speciosissime potuit, instruxit.* Quint. 9, 4 *Hasta speciosissime contorta.*

¶ Speciōsitas, *ātis*, f. die schönheit. Tertull. de Cultu fœm. c. 2 *Naturalis speciositas.*

¶ Specimen, *ĭnis*, n. exemplum, judicium, eine probe, muster, anzeigung, exempel; ut, *Specimen habuit hæc civitas innocentiæ*, Cic. in Pis. c. 29. Id. Tusc. 1, 14 *Specimen virtutis capere ex optima quaque vetusta.* Ac, *Specimen dare, & periculum sui facere*, Id. Verr. 1, 8 *Dare clarum specimen indolis*, Plin. 2 epist. 7; & *Specimen prudentiæ*, Nepos 25, 3, 3.

¶ Spēcĭfĭco, *are*, i. e. species facere; item

¶ Specificatio, *ōnis*, designatio, ein verzeichniß; &

¶ Specificative, adv. i. e. restrictive, eigentlich; nec non

¶ Specĭfĭcus, *a, um*, & adverb. Specifice, absonderlich, verba sunt Philosophis & ICtis relinquenda.

¶ Inspeciōtus, *a, um*, non speciosus. Petronius c. 74 *Puer non inspeciosus.*

¶ Inspeciātus, *a, um*, sine specie, ohne gestalt. Tertull. adv. Valent. c. 10 *Substantia informis & inspeciata.*

¶ Perspeciālis, *e*, gar sonderlich. Saresb. epist. 173 *Cautio perspecialis.*

Specillatus, Specillum, vide infra *Specium.*

Specimen, vid. sub *Species.*

Spĕcio, (vel Spicio,) *spexi, spectum, ĕre*, sehen; antiquum verbum, unde *Specto*, & composita *Adspicio, Conspicio, Inspicio &c.* adhuc in usu. Plaut. Cas. 3, 1, 2 *Nunc specimen spectur, nunc certamen cernitur.* Familiari usu in publica Romanorum divinatione videtur fuisse. Inde enim *Aruspices, Auspices, Extispices* appellati. Participium quoque L. 8 § 11 Dig. transact. *Specienda erunt*, supereſt. *Spicit & Spiciunt* ex Plauto & Catone adducit Festus: ubi & Ennius: *Rex paullo spexit de contibus altis.* conf. Varro de L. L. 5, 8; & Plaut. Mil. 3, 1, 98. Hinc

¶ Spectus, *ūs*, m. subst. i. e. adspectus, der anblick. Pacuv. apud Festum: *Spectu protervo ferox.* Apul. Met. 3 sub init. *Obliquato spectu conspicio.* al. *aspectu.* v. Strewech. in Arnob. p. 125. Ita Plin. 2, 52 *In sedecim partes cœlum in eo spectu divisere Thusci.* Et Ambros. Hexaëm. 6, 2 *Quid ego hoc dem in spectum centum hominum.*

¶ Spectio, *ōnis*, f. adspectio, die anschauung. Festus: *Spectio in auguralibus ponitur pro adspectione & nuntiato, &c.* Varro quoque de L. L. 5, 8, & Cic. Phil. 2, 32 *Spectionem habere*, pro auspicari dixerunt, quamquam Palatini aliique codices *inspectionem* exhibeant in dicto Ciceronis loco. Vide ibi Gruteri notam.

¶ Spectilis, *e*, sichtbar. Absolute *Spectile*, in Plaut. fragm. Carbon. pro eo, quod in sue sit obvium spectui. Festus vocat *Spetile.*

¶ Spectto, *are*, frequent. oft anschauen. Plaut. Cist. 1, 1, 92 *Aliquem spectatum ducere.* Alii *spectatum.* Nam

¶ Specto, *avi, atum, are*, frequentativum, in usu magis, ansehen, betrachten. Ter. Eun. 5, 6, 18 *Here, ne me spectes*, (du darfſt mich nicht ansehen) *me impulsore hæc non facit.* Et, *spectare fabulas*, Plaut. prolog. Cas. v. 6. *Spectatum ludos ire*, in die comödie gehen, Nepos 21, 2, 1. *Visere & spectare aliquid*, beschtigen, besehen, Cic. Tusc. 1, 19. *Dicitur siderum motus diligentissime spectasse*, Iustin. 1, 1. Pass. Ovid. Art. am. 1, 99 de puellis: *Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ.* ¶ 2. *Animum alterius ex suo spectare*, Ter. Andr. 4, 2, 21. Et, *Vitam alicujus non ex oratione, sed moribus spectare*, hoc est, judicare, æstimare, prüfen, urtheilen, ꝛc. Declamator in Sallust. c. 1. ¶ 3. *Aurum spectatur in ignibus*, id est, exploratur, Ovid. Trist. 1, 4, 25. Et Lucret. 3, 55 *In dubiis homines spectare periclis Convenit, adversisque in rebus noscere qui sint*, kennen lernen, v. Barth. ad Script. Venat. p. 61 & 190. ¶ 4. *Si ad vitulam spectes*, Virg. ecl. 3, 48. *Ad suam gloriam spectare*, Cic. pro Sext. c. 16. Et, *Iuvenes magna spectare, & ad ea rectis studiis contendere debent*, Id. Off. 2, 13, &c. Liv. 10, 93 *Nobiles juvenes quosdam mare ac naves spectare.* In his *spectare* est cogitare, agitare, curare, darauf dencken, oder ein absehen haben. Nam quæ curæ nobis sunt, in ea intendimus oculos. Cæs. B. C. 3, 75, 3 *Sed eadem spectans, si in itinere impeditos & perterritos deprehendere posset, exercitum e castris educit.* Nepos 2, 7, 6; & 25, 10, 1 verbo *intueri* similiter utitur. ¶ 5. Horatius pro suspicere, admirari ac revereri, hochhalten, potuit 1 epist. 16, 57 *Vir bonus, omne forum quem spectat, & omne tribunal.* ¶ 6. Sed, *Spectat Græciam*, id est, tendit in Græciam, Cic. Att. 9, 15. *Spectat orientem*, Plin. 6, 17, i. e. vergit in orientem, es liegt gegen morgen, oder morgenwerts. Et, *In ea parte, quæ ad mare spectat*, Cæs. B. G. 1, 1. Et, *Spectat ad meridiem*, ibid. 5, 13; *in septentriones*, ibid. 1, 1; *ad solis occasum*, Plin. 16, 13. ¶ 7. *Quorsum hæc spectat oratio?* hoc est, pertinet, wohin zielet dieſe rede, Cic. de Orat. 3, 24. *Spectat hoc longe alio*, id est pertinet alio, es ist auf was anders angesehen, Nepos 2, 6, 3. *Consilium ejus ad bellum spectat*, Cic. Attic. 15, 4, läufft auf krieg aus. *Res ad arma spectat*, Id. fam. 14, 5. Et, *Ad vim spectare res cœpit*, Liv. 1, 9. *Gens spectat ad rebellionem*, Id. 34, 56. *Res ad seditionem spectat*, Id. 25, 3 extr. ¶ 8. Vt deponens usurpat hoc verbum Varro R. R. 2, 4 *In Arcadia scio me esse spectatum suem* &c. i. e. spectavisse. Nisi tamen vel *isse*, legendum, vel *spectum* est supinum, *sum spectatum* h. e. veni.

¶ Spectandus, *a, um*, sehenswürdig. Horat. 1 epist. 6, 7 *Ludicra quo spectanda modo.* Id. 1 sat. 1, 10, 39 *Spectanda theatris.* Id. 4 od. 14, 17 *Spectandus in certamine Martio.* Id. de Art. P. v. 37 *Spectandas nigris oculis &c.*

¶ Spectans, *tis.* Cic. de Fato c. 14 *Quid spectans Deus ipse diceret.* Horat. 1 epist. 6, 60 *Populo spectante.* ¶ 2. Tendens, Id. Horat. 1 epist. 1, 74 *Vestigia te adversum spectantia.* Cic. de Orat. 2, 30 *Argumenta ad id, quod in judicium venit, spectantia, debent afferri.*

¶ Spectātus, *a, um*, gesehen, erkannt, bewährt, geprüft. Horat. Art. poët. v. 190 *Fabula quæ spectata vult reponi.* Id. 2 epist. 210 *Virtus spectata bello domique.* Ter. Adelph. 5, 6, 5 *Is mihi profecto servus spectatus satis est.* Et Andr. 5, 1, 1 *Satis jam, satis, Simo: spectata erga te amicitia est mea.* Et, *Spectatus & honestus vir*, Cic. Verr. 3, 25 pr. *Spectatæ vir integritatis*, Liv. 26, 49. Brutus ad Ciceronem: *Durior est conditio spectatæ virtutis, quam incognitæ.* Sil. 1, 440 *Quo non spectatior alter.* conf. Plin. 11, 1; & 36, 12. Liv. 1, 56 *Id cuique spectatissimum sit, quod &c.* Sic, *Spectatissima fœmina*, Cic. pro Rosc. Am. c. 50. conf. Id. fam. 5, 12, 25.

¶ Spectāte, adverb. Superl. Plin. 21, 1 *Quæ spectatissime florent, celerrime marcescent*, i. e. maxime, egregie. Ammian. 28, 18 *Res spectatissime administrare.*

¶ Spectatum, *i*, n. subst. pro spectaculo, ein anblick. Apul. Met. 4 Strew. p. 484 *Miserum funestumque spectatum adspexi.* Elmenh. p. 151 legit *Spectamen.* v. ejus emendat. p. 197.

¶ Spe-

¶ Spectātus, *ūs*, m. subſt. actio ſpectandi. Cic. Off. 2, 11 *Quod in quo viro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur.* Alii: *igni ſpectatum.* Apul. Met. 4 Colv. p. 63 *Miſer funeſtusque ſpectatus.* Sed Elmenh. p. 151 habet *Spectamen.* v. ejus Emend. ad h. l.

¶ Spectātio, *ōnis*, f. probatio, die probirung, prüfung. Cic. Verr. 2, 78 *Certis nominibus deducti nes fieri ſolebant: primum pro ſpectatione & collybo, &c.* Hoc apud Norimbergenſes vocatur die ſchau. Item de ſcena & theatro. Vitruv. prætat. lib. 10 *Quæ ſcenicis moribus per machinationem ad ſpectationem populo comparantur,* zum ſchauſpiel. conf. Flor. 2, 7, 3; & Cic. fam 7, 1, 6.

¶ Spectator, *ōris*, m. ein aufſeher, zuſchauer. Plaut. Amph. extr. *Nunc ſpectatores clare plaudite* Horat. Art. P. v. 223 *Grata novitate morandus Spectator.* Cic. Off. 2, 8 *Spectatores ſe otioſos præbuerunt Leuctricæ calamitatis.* Et, *Spectator formarum,* id eſt, probator, Ter. Eun. 3, 5, 18. *Spectatores verum cæleſtium,* id eſt, contemplatores, Cic. N. D. 2, 56. *Spectator cœli ſiderumque,* ein ſternaſeher, Liv. 24, 34.

¶ Spectatrix, *īcis*; ut, *Spectatrix ſcelerum turba,* Lucan. 3, 129. Ammian. 30, 26 *Poſteritas incorrupta præteritorum ſolet eſſe ſpectatrix.* Adde Plaut. Merc. 3, 4, 12; & Sen. ad Marc. c. 18.

¶ Spectatīvus, *a, um,* erfahrlich. Quintil. 3, 5 *Theſin a cauſſa ſic diſtinguunt, ut illa ſit ſpectativæ partis, hæc activæ. Illic enim veritatis gratia diſputari, hic negotium agi: Spectativæ partis,* id eſt, ejus partis philoſophiæ, quæ in contemplando verſatur, & θεωρητικὴ appellatur Græcis. *Activa* enim πρακτικὴ eſt. *Activa* etiam & *Spectativa* diſtinguit Mart. Capella 3 p. 51.

¶ Spectābilis, *e*, quod ſpectari poteſt. Ovid. Met. 3, 709 *Campus undique ſpectabilis.* ¶ 2. Spectatione & admiratione dignus, ſchön, anſehnlich, herrlich, hochachtbar; ut, *Spectabilis heros,* Ovid. Met. 7, 496. *Facie puer ſpectabilis,* Id. Faſt. 4, 223. *Victoria ſpectabilis,* Tac. Agr. 34, 4 *Opus ſpectabile,* ein werck, das ſich wohl ſehen läſt, Val. Flacc. 1, 428. ¶ 3. *Spectabiles* appellabantur olim ſecundi ordinis ſenatores: primi enim *Illuſtres,* tertii *Clariſſimi* dicebantur. v. ſupra *Illuſtris* in *Luſtrum*; & l. 3 ff. de Off. præf. Vig.

¶ Spectābilĭtas, *ātis*, f. dignitas viri ſpectabilis n. 3. Impp. 12 C. 1. 26 l. 1 *In officio ſpectabilitatis tuæ.* conf. 9 C. t. 27 l. 5.

¶ Spectāculum, *i*, n. cum ipſe actus ſpectandi, tum res, quam adſpectamus, ſeu contemplamur, der anblick, die betrachtung. Ver. Gloſſ. *Spectacula* θεωρίαι: item, θέαμα *Spectaculum, viſura.* Virg. Æn. 6, 37 picturas ſive ſculpturas Dædali, quæ varias fabulas repræſentabant, *ſpectacula* vocat. Nam, dum Æneas has contemplatur & tempus terit, ita ipſum Sibylla increpat: *Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.* Cic. de N. D. 2, 57 *Circuitus ſolis & lunæ hominibus præbent ſpectaculum.* Ibid. c. 56 *Rerum cœleſtium ſpectaculum ad hominem ſolum pertinet.* Id. Att. 10, 2 *Homini non amico noſtra incommoda ſpectaculo eſſe nollem,* ich möchte nicht gerne, daß er die augen daran weide. *Spectaculum ſtantis exercitus, per quam clarum & memorabile,* Vellej. 2, 101. *Spectaculum prædæ,* Ovid. Metam. 3, 346. Sic Nepos præfat. n. 5 *In ſcenam prodire & populo eſſe ſpectaculo,* auf dem theatro agiren. ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν Romanis ſcriptoribus *Spectacula* vocabantur ludi & munera, quæ in theatro, amphitheatro, circo, in ſcenicis, gladiatoriis, venationibus & equeſtribus certaminibus populo edebantur, ſchauſpiele. Hinc *Indicere ſpectacula, celebrare ſpectacula,* legimus. *Meridianum ſpectaculum & matutinum in arena,* Sen. epiſt. 7; vid. & ibid. Lipſ. Virgil. in Catalectis: *Nocte pluit totâ: redeunt ſpectacula mane, Diviſum imperium, cum love Cæſar habet.* Sic, *Spectacula pantomimorum,* Plin. Paneg. c. 46. Et, *Spectacula ſcenæ,* Ovidius dixit de Arte am. 3, 351. Nec aliter accipienda hæc vox in titulis librorum Martialis & Tertulliani, quos *de Spectaculis* inſcripſerunt. V. Lipſii Saturnalia, & Torrent. in Suet. c. 37. Sic, *Ludis & ſpectaculis teneri,* Cic. de Fin. 5, 18. Et, *Spectaculum apparatiſſimum,* Id. Phil. 1 c. ult. Studium inſanum vulgi ſpectaculis, etiam afflictis illis temporibus, indicat debita opera Salvianus, quem vide. ¶ 3. Aliquando *Spectacula* locum ipſum, ex quo ſpectatur, ſignificant. Nimirum ut *hibernacula,* ubi hibernat miles: *habitacula,* ubi quis habitat; ſic *ſpectacula,* ubi quis ſpectat, appellantur, ſchauplätze. Plaut. Cure. 5, 2, 47 *Exoritur ventus turbo, ſpectacula ibi ruunt.* Cic. pro Sextio c. 58 *Excitatus eſt plauſus ex omnibus ſpectaculis.* Ovid. Met. 10, 668 *Reſonent ſpectacula plauſu.* Sen. epiſt. 7 *In ſpectaculo deſidere.* Liv. 1, 35, extr. *Loca diviſa patribus equitibusque, ubi ſpectacula ſibi quisque faceret, fori appellati. Spectavere furcis, duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes.* Hinc *cunei* & *gradus Spectaculorum* apud Vitruvium 5, 6, ubi de conformatione theatri agit. Ita Calpur. ecl. 7, 23 *trabibus ſpectacula textis laudantur,* & 49, *Proxima marmoreo peragit ſpectacula muro.* ubi v. Burm. & Græv. ad Cic. pro Murena, c. 34. vid. *Spectamentum.* ¶ 4. Ipſi etiam ſpectatores *ſpectacula* vocantur. Sil. 8, 557 *Spectacula tantæ Ambæ acies virtutis erant.* v. edit. Drakenb. hic & 2, 230.

¶ Spectāmen, *ĭnis*, n. eine probe. Plaut. Menæch. 5, 6, 1 *Spectamen bono ſervo eſt:* i. e. in hoc ſpectari poteſt bonus ſervus. Apul. 4 & 7 p. 151, p. 193 *Spectamen funeſtum, memorandum.* Auguſtin. Soliloq. 1, 5 extr. *Spectamina diſciplinarum,* & l. 8 *Intelligibilia illa diſciplinarum ſpectamina.*

¶ Spectamentum, *i*, n. idem. Corn. Fronto de differ. voc. p. 2203 ed. Putſchii: *Spectacula loca ſunt, unde ſpectamus: Spectamenta, quæ ſpectantur.*

¶ Spectrum, *i*, n. a *ſpecio*, ut, *ſcalprum* a *ſcalpo*, εἴδωλον, ſive terriculamentum, ein geſpenſt, geſicht, erſcheinung. Dæmonum ſpecies ex anima humana, quæ ob admiſſa, nec expiata ſcelera, nondum recepta apud inferos, incerta vagatione quaſi exilio puniretur, uti pagani ſentiebant. vide ſupra *Larva.* ¶ 2. Democritus & eum ſecutus Epicurus, ſtatuit, jugi fluore, ut Apulejus hoc dogma ipſorum in Apologia explicat, proficiſci a corporibus atque manare, veluti exuvias quasdam, imagines, volareque per aëra, ſeque inferre, & ita fieri videndi ſenſum. Has imagines ipſi vocarunt εἴδωλα: Lucretius *ſimulacra:* Catius vero, Inſuber, Epicureus philoſophus, *ſpectra* dixit. Vnde *Catiana ſpectra* apud Cic. fam. 15, 16. Et ibidem; *Spectris oculi feriuntur.* Vide ipſam epiſt. itemque Gell. 5, 17; Plutarch. de Placitis Philoſoph. 4, 13, & 14, præcipue Lucret. lib. 4 & Laert. in vita Epicuri, quæque in eum Gaſſendus diſputat pag. 236 ſeqq.

Specium, Specŭla, Speculum, &c. vide inferius ſeorſum.

Compoſita a *Specio.*

¶ Adſpĭcio, ſive Aſpicio, *exi, ectum, ĕre*, intueri, anſehen. Cic. Cat. 3, 5 extr. *Furtim nonnunquam inter ſe adſpiciebant.* Id. de Ar. Reſp. c. 1 *Deinde reſpexit & ſimulac Cn. Lentulum* COS. *adſpexit, concidit in curiæ pæne limine.* Id. pro Sexto Roſc. c. 22 *Hanc ſuaviſſimam lucem adſpicere,* i. e. in lucem edi, naſci, das tageslicht erblicken. Ovid. Met. 13, 70 *Adſpiciunt oculis ſuperi mortalia juſtis.* ¶ 2. Eleganter & ſub proverbiali ſpecie *Adſpicere* dicuntur, qui præſenti atque intrepido animo ſunt, nec metuunt in contentionem deſcendere, aut rei facere periculum; quemadmodum contra timidi atque impares longe *ne aſpicere quidem poſſe* perhibentur. Nep. 15, 8, 1 *Coëgit* (Thebanos) *apud Leuctra ſuperare Lacedæmonios, quos ante ſe imperatorem nemo Bœotiorum auſus aſpicere in acie.* Suet. Aug. c. 16 *Vnde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi,* NE RECTIS QVIDEM OCVLIS EVM ADSPICERE POTVISSE INSTRVCTAM ACIEM &c. Fit translatio ab infirmitate oculorum ad infirmitatem animi. ¶ 3. Eſt & *Adſpicere aliquem,* vereri, admirari, colere, hochhalten. Nepos 12, 4, 1 *Auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui præerant, adſpiciebant.* Ita nos: auf einen ſehen. Sic *intueri,* Liv. 37, 54. Et, *Os obvertere,* ſimiliter dixit vetus poëta apud Ciceronem: *Cujus ob os Graji ora vertebant ſua.* ¶ 4. *Adſpicere* etiam dicimus, quæ conſideramus & ad cenſuram veluti vocamus, & contentionem, betrachten. Liv. 26, 51 *Nunc operibus adſpiciendis tempus dabat, quæque in officinis, quæque in armamentario fabrorum multitudo plurima faciebat.* Sen. Medea v. 82 *Cedent Æſonio duci, ſi forma velit aſpici, Proles fulminis improbi;* id eſt, ſi in certamen formæ deſcendat, ſi judicari ſeu æſtimari forma velit, cedent ei formoſiſſimi ipſi Deorum Bacchus puta, quem *prolem improbi fulminis* vocat: item Apollo & Caſtor, de quibus ſequitur.

¶ Adſpiciens, *tis.* Vulg. Interpr. Act. 1, 11 *Quid ſtatis aſpicientes in cœlum?*

¶ Adſpectus, *a, um*, angeſehen; ut, *Vultus aſpectus,* Sidon. 8 epiſt. 14.

¶ Adſpectus, vel Aſpectus, *ūs*, m. ſubſt. der anblick; ut, *Adſpectus rei miſerabilis,* eine klägliche geſtalt, Cic Phil. 2, 29. Et, *Adſpectum hominum lucemque vitare,* pro Sylla c. 26. *In adſpectum lucemque proferre,* Cic. pro Arch. c. 6. Et Att. 7, 3 pr. *E literis tuis primo adſpectu hanc voluptatem cepi.* Et de Orat. 2, 87 *Omnes res, quæ ſub adſpectum veniunt,* die in die augen fallen, geſehen werden; *cadunt,* l. de Vniv. c. 5. Nep. 11, 3, 1 *Ipſo adſpectu injicere admirationem ſui.* Cic. Verr. 4, 52 *Ad adjectam præclarus.* Cic de Ar. Reſp. c. 5 *Adſpectus virilis,* ein manns-geſicht. Et pro Archia c. 6 *In adſpectum lucemque proferre,* ans licht bringen. Virg. Æn. 4, 348 *Adſpectus detinet urbis.* Ibid. 9, 657 *Mortales aſpectus reliquere.* Cic. fam. 10, 23 *Copias in adſpectum hoſtium adducere.* ¶ 2. Species, h. e. inſtar, figura & magnitudo & quidquid adſpectu judicari poteſt, geſtalt, anſehen. Plin. 10, 40 ſ. 56 *Caprimulgi* aves *grandioris muſcæ adſpectu.*

¶ Adſpectio, vel Aſpectio, *onis*, f. idem. vide ex Feſto in *Spectio.*

¶ Adſpectāmen, *inis*, n. idem. Claud. Mamert. 2, 12 ex emendatione Barthii: *Suntne hæc omnia genti mortalium vel convenientia vel jucunda adſpectamini.*

¶ Adſpĭcĭālis, *e*, ſichtbar. Gloſſ. gr. lat. ὁρατὸς, *Aſpicialis, viſibilis.*

¶ Adſpĭcuus, *a, um*, idem; unde *Inadſpicuus,* de quo mox dicetur.

¶ Adſpecto, vel Aſpecto, *avi, atum, are*, frequent ſtarr anſehen. Ter. Eun. 3, 5, 11 *Quid me adſpectas? quid taces?* Cic pro Plancio c. 42 *Quid me adſpectas? quid mea promiſſa repetis?* Sic, *Juſſa principis adſpectare,* den befehl in acht nehmen, Tac. An. 1, 4, 1. Sic paſſ. *Adſpectari,* Lucret. 3, 76.

¶ Adſpectans, *tis.* Virg. Æn. 6, 186 *Adſpectans ſylvam immenſam.* Et 10, 251 *Supera adſpectans connexa.* Stat. Theb. 3, 82 *Nunc ora tyranni, nunc ferrum adſpectans.*

¶ Adſpectābilis, *e*, aſpectu dignus, ſehenswürdig. Cic. de Vniverſ. c. 4 *Deus animal unum adſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.* Et Apul. Apol. p. 282 *Nihil eſt adſpectabilius homini nato, quam forma ſua.*

¶ Circumaſpicio, *ere*, umherſchauen. Plin. 8, 33 *Nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſatione circumadjicit.*

¶ Inadſpicuus, *a, um*, δυσοράτος, unſichtbar. Auſon. epiſt. 23, 22 *Semper inadſpicuis prodentur ſcripta favillis.*

¶ Inadſpectus, *a, um*, idem. Statius Theb. 1, 50 *Inadſpectos cæloradiiſque penates,* ſedem interorum dixit.

¶ Inaſpĭcābilis, *e*, idem Gloſſ. gr. lat. ἀόρατος, *inviſibilis, inaſpicabilis.*

¶ Circumſpĭcio, *exi, ectum, ĕre*, umherſehen, ſich wohl umſehen betrachten. Cic. pro Cluent. 2, 53 *Circumſpicite omnes reipublicæ partes.* Et pro Quint c. 31 *Omnia circumſpexit, omnia periclitatus eſt.* Plaut. Trin 1, 2, 109 *Circumſpice dum te,* ſiehe dich um ¶ 2. Dicimus & *Circumſpicere animo, mentibus:* ut Cic. pro Sylla c. 25 *Circumſpicite paulliſper mentibus veſtris hoſce ipſos homines.* Et Cæſ. B. G. 6, 5 *Reliqua ejus conſilia animo circumſpiciebat.* ¶ 3. Eſt & undique conquirere, expetere, denderare. Liv. 1, 30 *Sabini circumſpicere externa auxilia,* ſcilicet *cœperunt.* etiam Germ. ſie haben ſich darnach umgeſehen, beworben.

¶ Circumſpiciens, *tis.* Salluſt. B. Iug. c. 93 *Tentans omnia & circumſpiciens.*

¶ Circumſpĭcientia, *æ*, f. die behutſamkeit. Gellius 14, 2 *Eſt diſceptatio iſta multijugæ & ſinuoſæ quæſtionis, multaque & anxia curâ & circumſpicientiâ indigens:* id eſt, conſideratione.

¶ Circumſpectus, *a, um*, prudens, ſagax, autore Valla 1, 30, vorſichtig, behutſam; ut, *Circumſpectum judicium*, Quintil. 10, 1. Compar Sen. Nat. qu. 5, 1 *Si vero aliquis circumſpectior eſt.* Superl. *Circumſpectiſſimus & prudentiſſimus princeps*, Suet. Tib. c. 21. *Decreti circumſpectiſſimi & prudentiſſimi ſanctione opus*, Val. Max. 1, 1, 20. ¶ 2. Interdum & paſſive ponitur *Circumſpectus*, überſehen, erwogen. Cic. fam. 1, 9 *Circumſpectis rebus omnibus rationibuſque ſubductis ſummam feci, &c.* Ovid. Fast. 5, 539 *Verba movent vias non circumſpecta Deorum*, hoc eſt, non cogitata, non conſiderata verba, unbedachte und vermeſſene worte. conf Id. Met. 5, 175. ¶ 3. Eſt & ſpectabilis, anſehnlich. I. C. Scaliger de Cauſſ. L. L. 7, 149 *Circumſpectus*, inquit, *non qui circumſpicit, ſed qui circumſtantium ora atque oculos in ſe convertit, &c.* Hoc ſenſu Ammian. 14, 6 *Populi Romani nomen circumſpectum & verendum.* Id. 18, 10 *Genere, fama potentiaque circumſpectus.* Adde 23, 6 p. m. 412.

¶ Circumſpecte, adverb. idem. Gell. 1, 5 *Circumſpecte compoſiteque imbutus.* Quintil. 9, 2 *Haec parcius & circumſpectius faciendum eſt.* Et, *Circumſpectius dominari*, Sen. de Benef. 3, 14.

¶ Circumſpectus, *ûs*, m. ſubſt. provida conſideratio, die vorſichtigkeit. Cic. Phil. 12, 11 *Haec ego in urbe prævideo; facilis eſt circumſpectus, unde exeam, quo progrediar.* Plin. 11, 37 *Cervix flexilis ad circumſpectum.*

¶ Circumſpectio, *ōnis*, f. idem. Cic. Acad. 4, 11 *Sin ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione, quod viſum ſit, id ſe dicent ſequi.*

¶ Circumſpecto, *are*, frequent. umherſchauen, ſich umſehen. Ter. Eun. 3, 5, 54 *Simul alia circumſpectato.* Liv. 25, 36 *Circumſpectare atque agitare dux cœpit.* Sil. 15, 8 *Medicamina quaſſo imperio circumſpectant.* conf. Plaut. Pſeud. 4, 1, 8; & Trin. 4, 2, 21.

¶ Circumſpectans, *tis*. Aur. ad Herenn. 4, 49 *Aſpectu venenato, ſpiritu rabido, circumſpectans huc & illuc.* Cic. Tuſc. 1, 30 *Dubitans, circumſpectans, hæſitans.*

¶ Circumſpectātor, *ōris*, m. unde

¶ Circumſpectatrix, *īcis*, f. Apul. Apol. p. 323 *Improba juvenum circumſpectatrix.* Et Plaut. Aul. 1, 1, 2 *Circumſpectatrix cum oculis emiſſitiis*, der die augen überall herum ſchieſſen läßt.

¶ Conſpĭcio, *exi, ectum, ĕre*, ſehen; ut, *Velle conſpici*, Cic. in Piſ. c. 25. *Conſpici infeſtis oculis omnium*, Id. Cat. 1, 7. ¶ 2. Nepos 25, 13, 5 *Supellex modica, non ſumta, ut in vestram partem conſpici poſſit*, id eſt, talis, ut nec defectum adfordes, neque exceſſum ad luxum notare poſſes. Ita Suetonius Cæſarem *notabilem cultu* fuiſſe c. 45 dicit, quod non vulgari habitu uteretur; ſed qui inſigne aliquid & peculiare haberet, conſpiciendum maxime notandumque. Liv 21, 4 extr. *Arma virique conſpiciebantur.* Sen. ad Helviam c. 2 *Quam tu quidem omni obſequio & pietate, quanta vix in filio conſpici poteſt, matrem fieri coëgiſti*: id eſt, quanta in filio, ut inſignis & ſingularis haberi poſſit. Adde Burm. ad Quint. 11, 3 p. 1029.

¶ Conſpiciens, *tis*. Nepos 14, 4, 5 *Procul conſpiciens ad ſe ferentem.* Cic. Att. 5, 18 p. 529 *Locus Ciliciam prope conſpiciens.*

¶ Conſpĭciendus, *a, um*, ſehenswürdig, anſehnlich. Tibull. 1, 2, 72 *Inſideat celeri conſpiciendus equo.* Id. 2, 3, 56 *Nemeſis donis conſpiciendis meis.* Val. Flacc. 1, 261 *Veteri nec conſpicienda metallo ſigna.*

¶ Conſpectus, *a, um*, erblickt, angeſehen; ut, *Pictis conſpectus in armis*, Virg. Æn. 8, 588. *Regali conſpectus in auro*, Horat. Art. poët. v. 228 *Quacunque incederet conſpectus clamusque*, Liv. 4, 13 pr. *Plebs dignitate conſpectior*, Id. 22, 49. Id. 45, 7 *Nec ipſius tantum patris avique fama cum conſpectam efficiebat, & 7, 7 Extra ordinem quoque in acie locati, quo conſpectior virtus eſſet.* Tac. Hiſt. 4, 11, 5 *Ne in ipſa urbe conſpectior mors foret, vitâ Appiâ expilgantur.* Ovid. Met. 13, 794 *Platano conſpectior alta.* Iuven. 8, 140 *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.*

¶ Conſpectus, *ûs*, m. ſubſt. der anblick; ut, *In conſpectu*, Cic. fam. 1, 7, für augen. *In conſpectum venire*, Vellej. 2, 63, 1; & Nepos 9, 3, 3; & 14, 10, 2. *Prodire in alicujus conſpectum*, einem unter die augen gehen, Plaut. Moſt. 5, 2, 33. *In conſpectu alicujus adſtare*, einem im geſicht, oder für augen ſtehen, Cic. Catil. 4, 2. *Frui alicujus conſpectu*, Id. pro Sylla c. 9. *Conſpectum alicujus vereri, fugere, fugitare, vitare*, Terentii & Ciceronis ſunt. *Conſuetudine conſpectuque ſuorum aliquem privare*, Id. Cic. pro Mur. c. 41. Eſt vero *conſpectus* ex propinquo, ut *proſpectus* e longinquo, Liv. 10, 32. *Nebula erat ad multum diei, denſa adeo, ut lucis uſum eriperet, non proſpectu modo extra vallum adempto, ſed propinquo etiam congredientium inter ſe conſpectu.* Cic. de Leg. 2, 11 *Poſita in fundi villæque conſpectu, religio Arvium.* ¶ 2. Eleganter Cic. Att. 7, 10 pr. *Subito conſilium cepi, ut antequam luceret exirem, ne qui conſpectus ſiceret aut ſermo*, daß es kein aufſehen noch maulgeſperre geben möchte. ¶ 3. *Conſpectus* etiam σύνοψιν ſive compendium notat, cum late diffuſa res ad quædam ſumma capita revocatur breviter, & ſub uno adſpectu ponitur, der kurze inhalt. Ita enim hujusmodi libellum, ſeu breviarium, Quintus Cicero circumſcribit, de petitione conſulatus ad Marcum fratrem ipſo principio: *Ab amore noſtro non ſum arbitratus alienum, ad te perſcribere ea, quæ mihi veniebant in mentem, dies ac noctes de petitione tua cogitanti: non ut aliquid novi ex iis adjicerem; ſed ut ea, quæ in re diſperſa, atque infinita viderentur eſſe, ratione ac diſtributione ſub uno adſpectu ponerentur.* Gell. 17, 21 pr. *Ut conſpectum quemdam ætatum antiquiſſimarum, item virorum illuſtrium, qui in his ætatibus nati fuiſſent, haberemus &c. excerpebamus ex libris qui chronici nuncupantur, quibus temporibus floruiſſent Græci ac Romani viri, qui res ingenio, vel imperio nobiles inſignesque poſt conditam Romam fecerint ante ſecundum bellum Carthaginienſium, eaſque nunc excerptiones noſtras variis diverſisque locis factas curſim digeſſimus.* CONSPECTVM, ut ex verbis iſtis intelligis, vocat excerpta brevia ex multis, atque in ordinem digeſta: einen kurzen auszug, extract, ut nos appellamus Idem Gell. 19, 10 *Conſpectum* vocat perſcriptam rationculam ſumtuum brevibus ſummis, qui ad abſolvendum opus aliquod requiruntur: ein anſchlag der unkoſten, die zu einem wercke vonnöthen. Verba ejus hæc ſunt: *Aſſiſtebant* (Corn. Frontoni) *fabri ædium complures, balneis novis moliendis adhibiti; oſtendebantque depictas in membranulis varias ſpecies balnearum. Ex quibus cum elegiſſet unam interrogavit, quantus eſſet pecuniæ conſpectus, ad id totum opus abſolvendum*, wie hoch ſich der anſchlag belaufe? *Conſpectus* enim taxationis ſive æſtimationis libellus eſt. Sane & apud Græcos σύνοψις *taxationem* ſignificat. Lexicon Cyrilli: *σύνοψις, taxatio.*

¶ Conſpĭcio, *ōnis*, f. quaſi conſpectio, die auſſicht, erblickung. Varro de L. L. 6, 2 *Templum faciunt auguries conſpicione, qua oculorum conſpectum finiunt, &c.*

¶ Conſpector, *ōris*, m. qui conſpicit. Tertull. de Cultu fœm. 2, 13 pr. *Deus conſpector eſt cordis.* Idem de Orat. c. 13 *Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt, ſicut conſpector.* Gloſſ. græc. lat. ἐποπτης, *conſpector.*

Conſpicillum, vide infra in *Specium.*

¶ Conſpĭco, *are*, antiqua forma, ſehen. Varro L. L. 6, 2 *Contemplare idem eſſe apparet.* Hinc paſſ. Idem ap. Priſc. 8 p. 792 *Pauca pertas hæc tum non ita nutricata, ut nunc conſpicatur.* Sed ut deponens

¶ Conſpĭcor, *ātus ſum, āri*, idem quod *conſpicere*, & genus mutat & conjugationem. Ter. Eun. 5, 8, 32 *Cur ego in his te conſpicor regionibus?* Et Heaut. 1, 1, 16 *Quin ego te in fundo conſpicer.* Cæſ. B. Gall. 6, 16 *Exſtructos tumulos conſpicari licet*, conf. 5, 9 &c. & Nep. 18, 9, 5.

¶ Conſpĭcātus, *a, um*, der geſehen hat. Cæſ. B. G. 7, 88 *Conſpicati ex oppido cædem.* Idem B. Civ. 2, 22 *Hunc conſpicatæ naves ſequi cœperunt.* Phædr. 2, 9, 25 *Cervi alta conſpicatus cornua.*

¶ Conſpĭcābilis, *e*, ſichtbar, ſehenswerth. Sidon. 8 epiſt. 4 *Conſpicabiles thermæ.* Ambroſ. de Filii Divinitate adv. Arianos c. 8 *Conſpicabilem materiam adſumpſit.* Et Prudent. in Romano v. 633 *Coram refulſit ore conſpicabili.*

¶ Conſpĭcābundus, *a, um*, qui attente conſpicit. Marc. Capella 8 p. 270 *Nupturam virginem ſæpius conſpicabunda Pallas.*

¶ Conſpĭcuus, *a, um*, quod ab omnibus conſpicitur, ut Valla exponit, ſcheinbarlich, anſehnlich; ut, *Conſpicua venuſtas*, Auct. ad Herenn. 3, 15. *Conſpicuus forma*, Plin. 7 epiſt. 24. *Conſpicuus laude*, Id. 3 epiſt. 3. *Vertex conſpicuus*, Horat. 3 od. 16, 19. conf. Ovid. Met. 8, 373; & Triſt. 4, 3, 82.

¶ Inconſpĭcuus, *a, um*, unſichtbar. Mart. Capella 6 p. 193 *Quis dubitet alia inconſpicua fieri, atque alia eminere?* Idem 8 p. 282 *Stella ſuperioribus inconſpicua.* ¶ 2. Inglorius, unanſehnlich. Flor. 4, 2, 67 *Non tamen inconſpicua mors omnium.*

¶ Inconſpectus, *a, uri*, inconſideratus, unbedacht. Gell. 17, 21 pr. *Ne in his ſermonibus forte inconſpectum aliquid temere diceremus.*

¶ Semiconſpĭcuus, *a, um*, halb ſichtbar. Apul. 3 Mileſ. p. 130 *Nonnulli per feneſtras ſemiconſpicui.*

¶ Deſpĭcio, *exi, ectum, ĕre*, unter ſich ſehen; ut, *Deſpicere ad terram*, Plaut. Mil. 2, 3, 16. Sil. 12, 488 *E tumulis ſubjectam deſpicit urbem.* ¶ 2. Avertere oculos, Cic. pro S. Roſc. 8 *Cum tam multi deſpexerit, occupationem ejus* (Sullæ) *obſervent -- ut ſimul atque ille deſpexerit, aliquid -- moliantur.* v. *Dejicere oculos.* ¶ 3. Sed, *Deſpicere ac pro nihilo putare*, id eſt, contemnere, verachten, gering ſchätzen, Cic. de Fin. 3, 8. Et pro Roſc. Am. c. 46 *Omnes deſpicere, & hominem præ ſe neminem putare.* Sic, *Vulgi & imperitorum inſcitiam deſpicere*, Cic. N. D. 3, 15. *Omnia humana deſpicere*, Id. Off. 3, 27. *Id illi usque eo deſpexerunt, ut &c.* Nepos 16, 3, 1 ſie haben es ſo wenig geachtet. *Rei familiaris deſpexit fructum*, Id. 25, 6, 4, id eſt, neglexit, non curavit.

¶ Deſpĭciendus, *a, um*, verächtlich, verwerflich. Ovid. Faſt. 5, 642 *Etiam pecori deſpiciendus.* Et Gallus eleg. 2, 20 *Nulli merito deſpiciendas.*

¶ Deſpĭciens, *tis*. Cic. de Orat. 2, 89 *Nemo unquam tam ſui deſpiciens fuit.* Salluſt. Iug. c. 11 *Hiempſal ignobilitatem Iugurthæ deſpiciens.* ¶ 2. *Deſpiciens* proprie. Virg. Æn. 1, 227 *Iupiter æthere ſummo deſpiciens mare &c.*

¶ Deſpĭcientia, *æ*, f. die verachtung. Cic. Off. 1, 20 *Fortis animus & magnus in rerum externarum deſpicientia ponitur.* conf. Off. 2, 11. Id. in Partit. Orat. c. 23 *Magnitudinem animi ſuperbia in extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus imitatur.*

¶ Deſpectus, *a, um*, verachtet. Cic. in Piſ. extr. *Abjectus, contemptus, deſpectus a cæteris.* Nep. 8, 2, 2 *Quæ res huic deſpecto ſaluti fuit.* Superl. Cic. Verr. 3, 41 *Ne contemtiſſimi ac deſpectiſſimi eſſe videamur.*

¶ Deſpectus, *ûs*, ſubſt. das herabſehen. Cæſ. B. G. 2, 29 *Quod* (oppidum) *cum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes aditus haberet &c.* ¶ 2. Contemtus, die verachtung; ut. *Ludibrio & deſpectui opponi*, Auct. ad Herenn. 3, 39.

¶ Deſpectio, *ōnis*, die verachtung. Cic. apud Nonium 4, 141 *Conſolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.*

¶ Deſpector, *ōris*, m. qui deſpicit. Tertull. adv. Marc. 2, 23 *Eligitur Saul, ſed nondum deſpector prophetæ Samuelis.*

¶ Deſpectrix, *īcis*. Tertull. Apol. c. 26 *Iudæa deſpectrix divinitatum*, puta, quas pagani idololatræ coluerunt. Id. de Anima c. 23 *Virtus deſpectrix mundi potentium principatuum.*

¶ Deſpecto, *are*, frequent. herunter ſehen. Ovid. Met. 4, 622 *Ex alto æthere longe deſpectat terras.* Virg. Æn. 1, 396 *Terras orbine longo Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.* ¶ 2. verachten. Tac. An. 2, 43, 6 *Piſo vix Tiberio concedere: liberos ejus ut multum infra, deſpectare.* Ammian. 14, 11 *Omnia deſpectare terrena.*

¶ Deſpectans, *tis*. Calpurn. ecl 6, 24 *Spectacula Tarpejum prope deſpectantia culmen* ſunt altitudine ſua ſuperantia. Prudent. Pſychom. v. 182 *Tumido deſpectans agmina faſtu.*

¶ Deſpectārio, *ōnis*, f. die ausſicht. Sic Vitruv. 2, 8 *Deſpectationes cœnaculorum* dixit.

¶ Deſpe-

¶ Despectātor, ōris, m. qui despicit, h. e. contemnit; ut, *Despectatores divinarum sententiarum*, Tertull. ad Vxorem 2, 8 princ.

¶ Despīcor, āri, verachten; Hinc

¶ Despīcātus, a, um, der verachtet hat. Aur. Vict. de Viris illustr. in Camillo c. 23 *Primo ut deos venerati: deinde ut homines despicati interfecere.* ¶ 2. Sed passive, verachtet, verschmähet. Ter. Eun. 2, 3, 92 *Quæ nostram ad hi scientiam habent despicatam*, hoc est despectam. Superl. *Homo despicatissimus*, Cic. pro Sextio c. 16. Et Gell. 15, 4 pr. *In sermonibus nuper fuit, multos altissimum dignitatis gradum adscendisse ignobilissimos prius hominibus & despicatissimos.*

¶ Despicātus, ūs, m. subst. contemtus, cujus autem solus fere tertius casus antiquorum usu receptus est, die verachtung, verschmähung; ut, *Despicatui duci*, Cic. pro Flacco c. 27, verachtet werden. Et, *Despicatui aliquem habere*, verachten; Plaut. Men. 4, 3, 19 *Tu me bene merentem tibi habes despicatui.*

¶ Despīcātio, ōnis, f. idem. Cic. de Finib. c. 20 *Odia, invidiæ, despicationes adversantur voluptatibus.*

¶ Despicābilis, e, verächtlich. Paulinus Nolanus epist. 22 (al. 7) n. 2 *Honorabiliter despicabiles* vocat, qui mundiorem cultus & vestitus negligunt, intrinsecus autem pii & honesti, ac propterea honorabiles, quamquam vulgo despicatui sint. Scivian. epist. 1 *Domo non despicabilis.* Et lib. 2 contra Avarit. p. 68 *Despicabilis vilitate.* Ammian. 26, 8 *Dedignatus hominem superare contubine despicabilem.* Adde Sidon. 4 epist. 7; & 3 epist. 9; Mart. Capell. 6 p. 192. Compar. Sidon. 2 epist. 10 *Stipulam despicabiliorem pronuntiare.*

¶ Despĭcus, (Despicuus,) a, um, idem. Nævius ap. Nonium 2, 667 *Sibi prospica & despica*, i. e. intenta & contempta.

¶ Indespectus, a, um, ungesehen. Lucan. 6, 748 *Indespecta tenet vobis quæ Tartara*, i. e. in quæ nunquam despexistis.

¶ Dispĭcio, exi, ectum, ĕre, est providere & circumspicere, tanquam in omnem partem lumina intendere, omniaque discernere, sich fleißig umsehen, besehen. Lucret. 3, 564 *Nequit illam dispicere ipse oculus rem.* Idem 3, 26 *Omnia dispiciantur.* Idem 6, 648 *Cunctas in partes dispiciendum.* Tac. Agric. 10, 9 *Dispicere est & Tlule.* ¶ 2. De animi intentione: Ter. Andr. 3, 5, 16 *Iam aliquid ad dispiciam*, ich will itzund was ersehen. Cic. ad Qu. frat. 1, 3 *Ego, quid sperem, non dispicio.* Id. Divin. 2, 39 *Verum dispicere non posse.*

¶ Dispiciens, tis. Hinc

¶ Dispicientia, æ, f. circumspectio & consideratio diligens, Vall. 5, 6, die vorsichtigkeit.

¶ Dispex, icis, Gloss. Vet. ὀξυβλέπτης, *Dispex.*

¶ Dispectus, a, um, pro *despectus*; ut, *Dispectæ disturbataque nuptiæ*, Apul. Met. 4 p. 154 Elm. Al. *despectæ* vel *dejectæ.*

¶ Dispectus, ūs, m. subst. die betrachtung, unterſuchung. Sen. epist. 14 *Si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum.* Idem epist. 110 *Quibus dispectum utilitatis timor excutit.* Et de Ira 2, 9 *Pueri neglecto dispectu officiorum ad lusus & ineptos æqualium jocos spectant.*

¶ Dispector, ōris, m. qui dispectat. Tertull. ad Vxor. 2, 8 pr. *Dispectores divinarum sententiarum*, ex Rigaltii quidem lectione. Froben. *despectatores.* Sed & alibi vox *Dispector* Tertulliano placuit: ut de Anima c. 15 *Scrutator & dispector cordis Deus*: & Apol. c. 45 *Incontemtibilis dispector*, ittidem Deum intelligens.

¶ Dispectio, onis, f. idem quod *Dispectus.* Tertull. de Resurr. c. 19 pr. *Hæc dispectio tituli & præconii ipsius.*

¶ Dispecto, āre, frequent. betrachten. Arnob. 1 p. 13 *Non ex gratia, sed ex vero disceptationis hujus dispectare momenta.*

¶ Espĭcio, ĕre, antiquitus pro *Aspicere.* Plaut. Truc. 5 v. 8 *Si mihi vides, espice.* Ita Palmerius Spicil. fol 97 restituit & servat Gron. Hinc

¶ Especto, are, pro *aspectare.* Plaut. Aul. 4, 8, 7 uti legunt Acidal. & Meursius: *Indeque espectabam, ubi aurum obprudebat senex.* Gron. *exsp.* Guil. conjicit *aspect.* Et Petron. c. 17 *Attoniti espectavimus lacrymas ad ostentationem doloris paratas. Exspectavimus* edidit, *spectavimus* conjicit Burm. spectandi certe significatio utrique loco apta est. v. Parei Lex. Crit. p. 424.

¶ Exspecto, sive Expecto, āvi, ātum, āre, quasi *extra spectare*, præstolari est, quia, dum venturum aliquem præstolamur, frequenter adspicere solemus, warten, erwarten, gewärtig seyn. Ter Andr. 1, 1, 7 *Expecto, quid velis.* Sic, *Expectare epistolas longiores*, Cic. fam. 15, 16. Idem pro Cluent. c. 2 *Exspectis ad extremum, & me meum dicendi ordinem servare patiamini*, wartet aus. Id. Att. 1, 17 ext. *Exspectare in aliud tempus.* Horat. 1 sat. 5, 83 *Ad mediam noctem exspectaro.* Ter. Eun. 1, 2 ext. *Exspectabo dum venit.* Cic. de Amic. c. 13 *Amicorum causa honesta faciamus, ne expectemus quidem, dum rogamur.* Et Trajanus epist. ult. ad Plin. *Si expectasses, donec me consuleres.* Et rursus Cic. Phil. 14, 1 *Avidissime eum aliquam exspectare.* Idem Att. 7, 26 *Diem ex die exspectare.* Ovid. Met. 3, 135 *Sed ultima semper Exspectanda dies homini est, dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet.* Liv. 22, 19 *Nihil minus, quam hostem, aut prælium eo die exspectantes*, ubi *exspectare* est timere, de quo Cort. ad Sall. Iug. 14, 11. ¶ 2. *Exspectare testamentum*, in Cic. Parad. 6, 1 est optare, ut quis moriatur, ut tu hæreditatem cernas, aut legatum promissum consequaris. Eodem modo dicitur *Expectare mortem.* Ter. Adelph. 5, 4, 20 *Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem expectant*; i. e. optant ut moriar. Et Hec. 4, 2, 20 *Hæc mihi nunc est cura maxima, ut ne cui meæ longinquitas ætatis obstet, mortemque expetet meam.* Cic. Agrar. 1, 3 ext. *Nihil erat, quod non boni metuerent, mali exspectarent* v. Gronov. ad Liv. 28, 27. ¶ 3. *Exspecta, ἔχ' ἀλέαμαι*, formula attentionem parandi, v. Casaub. ad Pers. 4, 18 p. 332, ut *Mane* apud Comicos.

¶ Expectans, tis. Ter. Eun. 3, 5, 46 *Sto exspectans, siquid imperent.* Sallust. Iug. c. 58 *Omnia magis quam prælium exspectantes.* Idem Cat. c. 52 *Alius alium exspectantes cunctamini*; ut in magna familia quisque servus in alium rejicit, quod universim imperatur. Properr. 3, 2, 20 *Exspectans sola puella virum.*

¶ Exspectātus, a, um, desideratus, verlangt, gewünſcht. Plaut. Amph. 2, 2, 26 *Certe me illic exspectatum optatumque exitio tuo scio.* Idem Most. 2, 2, 11 *Credo, exspectatus veniam familiarius.* Cic. fam. 16, 2 *Carus & exspectatus omnibus venies.* Liv. 1, 19 *Rem clarem exspectatamque facere.* Compar. Plaut. Most. 2, 2, 12 *Exspectior illo nemo venit.* Superl. *Exspectatissimus triumphus*, Hirt. B. G. 8, 51. *Suavissimus & exspectatissimus alicujus adventus*, Cic Att. 4, 4 pr. Et fam. 16, 9 *Mihi a te exspectatissimas literas reddidit.* ¶ 2. Ter. vero Adelph. 1, 2, 29 contrarium significat, *Vbi te exspectatum ejecisset foras.* Ita enim ibi Donatus: EXSPECTATVM, *odiosum & male vitæ. Nam filiis parentes aut amabiles sunt, aut exspectati. Amabiles boni: exspectati mali, quorum mors in dies singulos exspectanda & optanda sit.*

¶ Exspectātum, i, n. subst. die erwartung, hoffnung; ut, *Exspectato maturius*, ehe man sichs eingebildet, Vellej. 2, 123, 2. Sic, *Ante exspectatum*, i. e. exspectatione citius. Virg. Georg. 3, 348 *Ante exspectatum positis stat in agmine castris.* Vbi Servius: *Ante exspectatum, dicto citius, id est, antequam ejus expectetur adventus: & est una pars orationis, hoc est, Adverbium.* conf. Ovid. Met. 4, 789; & 8, 5. Rufus Vellej. 2, 75, 2 *Quis non diversa præsentibus contrariaque exspectatis aut speret aut timeat?*

¶ Exspectatio, ōnis, f. idem. Ter. prolog. Hec. v. 34 *Funambuli eodem accessit exspectatio.* Aut. Decl. sub Cic. nomine, antequam iret in exil. c. 8 *Nulla hora vacua periculo, aut periculi exspectatione relinquitur.* Ipse Cic. de Clar. Orat. c. 76 *Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior exspectatio reliquorum.* Idem de Orat. 2, 70 *Præter exspectationem accidit.* Liv. 5, 19 *Camillus ab urbe profectus Veios majore expectatione hominum quam spe.* In quibus omnibus *spes* est vocabulum, siquidem de utroque eventu adhibetur. ¶ 2. Sed speciatim etiam bonam spem desideriumque alicujus mox videndi significat. Nepos 7, 6, 1 *Tanta fuit exspectatio visendi Alcibiadis*, &c. Ita, *In summa exspectatione res est*, man macht sich viele hofnung davon, Cic. ad Pomp. sub Att. 8, 11. *Affore non parvam exspectationem alicui*, Id. Att. 3, 18. *Sui exspectationem consilare*, Id. fam. 2, 1. *Est tibi gravis adversarius constitutus & paratus, incredibilis quædam exspectatio, quam tu vincas*, Ibid. 2, 4. Add. ep 3 & 5. *Magna me tenet ejus exspectatio*, Id. de Orat 2, 18. *Exspectationem omnium vincere*, id est, opinionem, spem, Cic. Verr. 5, 5 Et Att. 3, 15 *Varronis sermo fecit exspectationem Cæsaris*, h. e. spem de Cæsare me adjuturo. Sed, *Exspectationem alicujus decipere*, Idem de Orat. 2, 71.

¶ Exspectāmen, ĭnis, n. idem. Claud. Mamert. 2, 12 *Conveniens tia vel jucunda exspectamini*, uti ibi adscripsit Barthius p. 157.

¶ Exspectator, ōris, qui exspectat. Paulinus Nolanus epist. 32 (al. 11) n. 5 extr. *Exspectatores suos redivivos insistit*

¶ Exspectatrix, īcis, f. Tertull. adv. Marc. 4, 16 *Patientia vindictæ exspectatrix.*

¶ Exspectābilis, e, vermuthlich. Tribuitur Tacito & Prudentio.

¶ Inexspectātus, a, um, non exspectatus, unerhofft, unversehens. Sen. epist. 107 pr. *Nihil insolitum, nihil inexspectatum est* Quint. 8, 3 p. 705 *Similitudo, quo longius petita est, hoc pl. rosque novitatis, atque inexspectata magis est.* Ovid. Met. 12, 61 *Inexspectatus in armis Hostis adest.*

¶ Inspĭcio, exi, ectum, ĕre, hineinſchauen beſehen. Ter. Adelph. 3, 3, 61 *Inspicere tamquam in speculo vitas omnium.* Plin. 7 epist. 25 *Inspicere hominem propius*, einen recht kennen lernen conf 1 epist 10; & Paneg. 87, 3. *Hortos, cum venero, inspiciem*, Cic. Att. 13, 1. *Tempore duro est inspicienda fides*, Ovid. Trist. 1, 4, 26. *Inspicere æs alienum, & rationem ejus minuendi inire*, Liv. 6, 27.

¶ Inspiciens, tis. Vulg. Interp. Sirac. 17, 16 *Oculi ejus (Dei) sine intermissione inspicientes in viis eorum.*

¶ Inspectus, a, um, beſehen, beſchauet; ut, *Re omni inspecta*, Plaut. Aul. Arg. 2, 7. *Causas apud portitorem resignatas sibi inspectasque esse*, Id. Trin. 3, 3, 65.

¶ Inspectus, ūs, m. subst. das geſicht, der anblick Apulej. Met. 10 p. 254 *Oculi inspectu minaces.* Ammian. 22, 1 *Inspectu jecoris prædoctus.*

¶ Inspectio, ōnis, f. proprie perlustratio, die beſichtigung. Quintil. 5, 5 *Inspectio ipsa* (tabularum) *sæpe etiam falsum deprehendit.* Gloss. Vet. *Inspectio, ἐποψία, ἐπιθεώρησις.* ¶ 2 Contemplatio est *Inspectio*, die betrachtung. Quintil. 2, 17 ext. *Rhetorica & inspectione & exercitatione, ut cæteræ artes coalescat*, i. e theoria & praxi. Ita Id. 2, 18 *Potest aliquando res inspectione esse contenta*, id est, theoria, sine usu & praxi: quod post paullo dicit: *contemplatione fiat finiuntur.* ¶ 3. Cura, ephoria, die aufſicht. Cic. Phil. 2, 32 *Nos* (augures) *nunciationem solum habemus: consules & reliqui magistratus etiam inspectionem*; id est, potestatem avocandæ concionis. Sed hæc auguralis significatio.

¶ Inspector, ōris, m. ein aufſeher. Plin 37, 7 *Accedit religio navarata, a fiderum cognatione, ab inspectoribus.*

¶ Inspectrix, īcis, f. Ambros. ep. 64 p. 205 edit Froben.

¶ Inspecto, āre, frequent. einſehen. Cic. ad Brutum epist. 4 *Vtinam inspectare possis timorem de illo meum.* Plaut. Mil. 2, 2, 1. *De tegulis modo nescio quis inspectavit osculantes*, er hat zugeſehen.

¶ Inspectans, tis. Cæſ. B. G. 7, 25 *Accidit inspectantibus nobis.* Id. B. Civ. 2, 20 *Adstante & inspectante ipso*, vor ſeinen augen. Cic fam. 1, 9 *Me inspectante.* Solin. c. 7 *Pindarum forinsecus Castor & Pollux vocarunt, inspectantibus universis.*

¶ Inspectatio, ōnis, f. die einſicht, aufſicht. Sen Quæſt. Nat. 6, 4 *Quorum dulcis mihi inspectatio.* Tertull. adv. Marc. 4, 17 *Inspectatio doctrinarum &c.* Ibid. 4, 35 *Inspectatio summi sacerdotis.*

¶ Inspectātor, ōris, m. qui inspectat. Symmach. 6 epist. 9 *Adhibiti inspectatores muro, &c.*

¶ Inspĭcium, i, n. die beſichtigung, Tertull. Carm. adv. Marc. 1, 1

Nascentum geneses constringere posse videre Extorum inspicitis, vesque exspectare futuras. Extispicia hic dicuntur *Extorum inspicia.*

¶ Circuminſpĭcio, *ĕre*, um und um beſehen. Prudent. Ptychom. v. 734, nisi divise legendum *Circum inspicio*, id est, ex omni parte, in circuitu.

¶ Superinſpicio, *ĕre*, daraufſehen die oberaufſicht haben. Sidon. 6, 1 *Ecclesiæ Dei membra superinspicere.* conf. Id 9, 3.

¶ Introſpĭcio, *ĕre*, inſpicere, hinein ſehen; ut, *Introspice in mentem tuam ipse*, gehe in dich ſelbſt, fraee dein hertz, Cic. de Fin. 2, 35. Idem pro Font. c. 15 *Introspice penitus in omnes reipublicæ partes.* Tac. An. 1, 7, 8 *Ad introspiciendas procerum voluntates*, id est, explorandas.

¶ Introſpectio, *ōnis*, f. die einſicht, apud Mart. Capellam.

¶ Introſpector, *ōris*, m. der ein einſehen hat, apud Auguſtinum.

¶ Introſpecto, *are*, frequent. hinein gucken. Plaut. Most. 4, 2, 27 *Quid volant? quid introspectant?*

¶ Perſpĭcio, *exi, ectum, ĕre*, beſchauen, betrachten. Curam enim notat. Ita Cic. fam. 9, 15 ext. rogat Pætum, *ut domum*, quam emturus ipse erat, *cum fabris perspiceret.* Adde Verr. 4, 28 ext. Ovid. Pont. 2, 10, 21 *Asiæ perspeximus urbes.* ¶ 2. Est & exacte vel penitus cognoscere, gründlich erkennen, erlernen. e. g. *Non satis perspicio, ista varietas quæ sit*, Cic. de Fin. 2, 3. Et, *In parva pecunia sæpe perspiciuntur, quam sint leves quidam amici*, de Amic. c. 17. *Perspicere conjecturâ*, Id. pro L. Manil. c. 9. Et, *Perspicere alicujus fidem*, Verr. 2, 2; & *amorem*, Idem Antonio sub Att. 14, 13. Abſolute Lucret. 1, 478 *Perspicere ut possis, res gestas* &c. id est, ut facile colligas.

¶ Perſpiciens, *tis.* Hinc

¶ Perſpicientia, *æ*, f. die einſicht, erkäntniß; ut, *Perspicientia veri solertiaque*, id est, perspecta cognitio, Cic. Off. 1, 5.

¶ Perſpectus, *a, um*, erſehen, erkannt, erforſcht; ut, *Perspectum, cognitum habere animum alicujus*, Cic. ad Brut epist. 1. *Perspecta & explorata omnia ad aliquem perscribere.* Id. Att. 3, 15 extr. *Quid omnium oculis ac mentibus perspectius & clarius?* in Consol. Cic. attrib. Et, *Omnem spem habeo in tua erga me perspectissima benevolentia*, ad eumd. 11, 1.

¶ Perſpecte, adverb. erkäntlich, bedächtlich. Plaut. Milit. 3, 1, 161 *Perspecte & docte sapere.*

¶ Perſpectio, *ōnis*, f. die erkäntniß, die eraründung. Lactant. 2, 8, 68 *Terrenum animal rerum cœlestium perspectionem non capit.* conf. Idem de Ira Dei c. 1.

¶ Perſpector, *ōris*, m. der da anſiehet; ut, *Mentis perspector Iesus*, ein hertzen kündiger, Iuvencus 2, 275.

¶ Perſpecto, *āre*, recht anſehen, zuſehen. Plaut. Milit. 3, 1, 2 *Sinite me prius perspectare, ne ulpiam insidiæ sient.* Sed Suet. Domit. c. 4 *Edidit navales pugnas pæne justarum classium, effosso atque circumstructo juxta Tiberim lacu: atque inter maximos imbres perspectavit*; ubi est, iudos spectare, aut continue usque ad finem spectare.

¶ Perſpicax, *ācis*, acutus, liſtig, verſchlagen, ſcharffſichtig; ut, *Prudentia perspicax*, Cic. Off. 3, 26. Et Ter. Heaut. 5, 1, 1 *Ego me non tam astutum neque perspicacem esse, id scio.* Apul. Met. 2 p. 124 *Perspicacior Lynceo vel Argo.*

¶ Perſpicācĭter, adverb. idem. Ammian. 29, 1 *Queis omnibus perspicaciter inquisitis.* Compar. Boëthius lib. 3 Consul. Philos. metro 11 *Dudum quod atra texit erroris nubes, Lucebit ipso perspicacius Phœbo.*

¶ Perſpicāte, aliud adverb. pro *Perspicaciter*, apud Nonium 11, 31 ex Afranio: *Quam perspicate, quam benigne.*

¶ Perſpicācia, *æ*, f. die ſcharffſichtigkeit, ſcharffſinnigkeit, Cic. Att. 15, 16 dicitur ſcripſiſſe, ſed libri optimi græcam vocem προκοπήν, pro *perspicacia* habent.

¶ Perſpicācĭtas, *ātis*, f. idem; pariter Ciceroni tribuitur ad Attic. 1, 18 extr. ſed caſtigatiores libri nihil hujus vocis habent. Onomaſticon autem: *Perspicacitas, τὸ συνοπτικόν.*

¶ Perſpĭcābĭlis, *e*, hell, anſehnlich; ut, *Tarsus urbs perspicabilis*, Ammian. 14, 8. *Lumen radiorum perspicabile*, Fortunat. 3 Carm.

¶ Perſpĭcĭbĭlis, *e*, pellucidus, hell, klar, durchſichtig. Vitruv. 9, 4 *Perspicibilis solis splendor.*

¶ Perſpĭcuus, *a, um*, idem: ut, *Perspicuus liquor*, Ovid. Met. 4, 300. *Ammis perspicuus*, Stat. Theb. 4, 818. ¶ 2. *Oratio perspicua*, id est, aperta, clara, dilucida, non obscura, klar, deutlich, vernehmlich. Cic de Nat. D. 3, 4 *Perspicuum hoc est, constatque inter omnes.* Id Verr. 2, 2 *Perspicuum facere*, klar darthun.

¶ Perſpicue, adverb. evidenter, klärlich; ut, *Perspicue dicere*, Cic. de Invent. 2, 2. *Plane & perspicue expedire aliquid*, Idem de Fin. 3, 5.

¶ Perſpicuĭtas, *ātis*, f. evidentia, die deutlichkeit. *Prima eloquentiæ virtus*, quemadmodum Quintil. dixit 8, 2. Et Cic. Nat. D. 3, 4 *Perspicuitas argumentatione elevatur.*

¶ Imperſpĭcuus, *a, um*, obscurus, unerkannt, dunckel. Plin. Iun. 1 epist. 20 *Non minus imperspicua, incerta, fallaciaque sunt judicum ingenia, quam tempestatum terrarumque.*

¶ Imperſpĭcābĭlis, *e*, unerforſchlich. Zeno Veron. *Imperspicabilis judicii secreta.*

¶ Præſpicio, *ĕre*, eſt apud Non. p. 275 in *cognoscere* & p. 335 in *lustrare* edit. Merceri. Sed Gothofr. 4, 109 & 277 *perspicere.*

¶ Proſpĭcio, *exi, ectum, ĕre*, für ſich ſehen. *Prospicere ab janua*, Nepos 23, 12, 1. Et Ter. Phorm. 5, 1, 8 *Nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi.* Cic. fam. 4, 3 *Multo ante, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram*, zuvorſehen, vorherſehen. Et de Ar Resp. c. 3 *Tum, inquam, tum vidi, & multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipubl.* Et Att. 10, 4 *Ea ipsa tempestate eversam esse remp. quam quatuordecim annis ante prospexerim.* Ter. Adelph. 3, 3, 32 *Istuc est sapere, non, quod ante pedes modo est, videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere.* Sic, *Longe prospicere futuros casus*, Cic. de Amic. c. 12. *Longe in posterum prospicere*, Id. fam. 2, 28, lange vorher bedencken. ¶ 2. Sed, *Prospicere sibi*, ſich bedencken, ſich verſehen. e. g. *Ego jam prospiciam mihi*, Ter. Adelph. 4, 2, 50. *Sibi & saluti suæ prospicere*, Cic. in Verr. 1, 61. Et, *Consulere filiis ac prospicere*, Ibidem c. 58. *Bonum alicui prospicere*, Livius dixit, einem nut etwas guts bedencken. Ter. Heaut. 2, 4, 11 *Nisi pro pectum interea aliquid nobis ejs, desertæ vivimus.* Et, *Prospicere liberis*, Nepos 19, 1, 3 i. e. consulere & commodis eorum servire. Petron. c. 10 *Habitationem mihi prospiciam.*

¶ Proſpiciens, *tis.* Vitruv. 9, 3 *Montes aëris altiora prospicientes.* Virg. Æn. 1, 131 *Alto prospiciens.* conf. v. 159; & 12, 136. Varro R. R. 1, 23 *Prospiciens in annum fructus.*

¶ Proſpicienter, adverb. pro *circumspecte*, vorſichtiglich, dixit Gellius 2, 29 *Res salubriter & prospicienter animadversa.*

¶ Proſpicientia, *æ*, f. die vorſorge. Cic. Phil. 7, 7 *Ut vacuum metu populum Rom. nostra vigilia & prospicientia redderemus.* Tertull. adverſ. Valent. c. 26 *Prospicientiæ sanctarum indivisæ.*

¶ Proſpecte, vorſichtig. Tertull. Apol. c. 6 *Prospecte decreverant patres vestri.*

¶ Proſpectus, *ūs*, m. ſubſt. die ausſicht, das anſehen, das geſichte. Cic. Acad. 4, 25 *O præclarum prospectum! Puteolos videmus*; plane, ut nos dicimus, ein ſchöner proſpect. *Producere in populi prospectum*, Id. Verr. 1, 47. *Prospectum impedire*, Cæſ. B. G. 2, 22. *Prospectum eripiens oculis*, Virg. Æn. 8, 254. *Animum pascit prospectus*, Id. Georg. 2, 285.

¶ Proſpector, *ōris*, qui proſpicit. Apul. de Deo Soct. p. 51 *Deus in rebus incertis prospector, dubiis præmonitor.* Vſus & Tertullianus de Corona c. 8.

¶ Proſpex, *icis*, ut auſpex, divinator, ein weiſſager. Idem Tertull. de Anima c. 5 *Recogita in præsagiis vatem, in omissibus augurem, in eventibus prospicem.* v. Barthii Adverſ. 42, 8.

¶ Proſpecto, *āre*, frequent. herrer oder herausſehen. Liv. 22, 14 *Cum esset satis altum Janiculum, ubi sedens prospectaret hostem.* Id. 24, 21 *Pars in ædium vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant.* Virg. Æn. 7, 813 *Turba matrum prospectat euntem.* conf. 9, 168; & 10, 741. v. Burm. ad Ovid. Heroid 5, 63.

¶ Proſpectans, *tis.* Catull. 65, 249 *Prospectans mœsta carinam.* Stat. 5 Silv. 1, 124 *Jam prospectantibus astris.* Liv. 5, 48 *Diem de die prospectans.*

¶ Proſpectĭvus, *a, um*, ad proſpiciendum aptus; ut, *Prospectivæ fenestræ*, Imp. Zeno in Cod. 8 t. 10 l. 12 § 2 & 3.

¶ Proſpĭcuus, *a, um*, das man von fernen ſiehet, anſehnlich. Apul. Met. 6 *Turris illa prospicua.* Sic Pricæus p. 315 ex MSS. ſed vulgo *propitia.* Ipſe etiam Stat. Theb. 12, 15 *Prospicuæ scandens limina turris.* ¶ 2. *Prospicus* dixit Nævius apud Nonium 2, 667. vid. paullo ante *Despicus.*

¶ Proſpicue, adverb. idem. Apul. Met. 1 p. 112 edit. Elmenh. *Benigne & prospicue in me consuluit.*

¶ Improſpĭcuus, *a, um.* Gloſſ. gr. lat. ἀπερίβλεπτος, *improspicuus.*

¶ Improſpectus, *a, um*, non proſpectus. Virg. vel potius Severi in Ætna v. 341 *Qua liberrimus Ætna improspectus hiat.*

¶ Improſpecte, adverb. unvorſichtig. Tertull. de Anima c. 24 *Satis improspecte.*

¶ Reſpĭcio, *exi, ectum, ĕre*, zurückſehen, ſich umſehen. Cic. Tusc. 5, 2 *Longe retro respicere non possunt.* Id. pro Arch. c. 1 *Quod longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, &c.* zurück dencken. Ter. Andr. 2, 5, 6 *Quasi de improviso respice ad eum*, ſiehe dich nach ihm um. ¶ 2. Sed, *Respicere aliquem*, eſt juvare, helfen. Iterum Ter. Andr. 5, 6, 11 *Age me in tuis secundis rebus respice*, denke auch an mich. Id. Phorm. 5, 3, 34 *Dii nos respiciunt*, Gott iſt auf unſer ſeiten. Cic. Att. 1, 16 *Nisi quis nos Deus respexerit.* Liv. 4, 46 *Subsidia, quæ in re trepida respicerent.* ¶ 3. Ter. Heaut. 1, 1, 4 *Nullam remittis tempus, neque te respicis*, hoc eſt, nullam rationem tui habes, du bedenckſt dich oder dein alter nicht. Idem Adelph. 3, 2, 55 *Alius nemo respicit nos*, es achtet unſer ſonſt kein menſch. It. Phorm. 2, 3, 87 *Respicere ætatem suam.* Plaut. Pseud. 2, 2, 18 *Non soles respicere te, cum dicas injuste alteri.* Cæſ. B. C. 1, 1 *Sin Cæsarem respiciant atque ejus gratiam sequantur &c.* ¶ 4. Eleganter denique Cæſ. B. C. 3, 5 extr. dixit, *Summa imperii ad me respicit*, id eſt, ad me ſpectat, pertinet.

¶ Reſpiciens, *tis.* Virg. Æn. 5, 3 *Æneas mœnia respiciens.* Ovid. Triſt. 1, 3, 60 *Respiciens oculis pignora cara.* Sic, *Fortuna respiciens ad opem ferendam*, id eſt, proſpera & juvans, euita Romæ juxta templum Iovis Victoris, de qua Cic. de Leg. 2, 11 & Plutarchus.

¶ Reſpectus, *ūs*, m. ſubſt. proprie retro actus conſpectus, das umſehen, zurückſehen. *Effuje & sine respectu fugere*, Liv. 32, 12. ¶ 2. Rationem ſignificat, qua ad ſuſcipiendum vel agendum aliquid movemur, vel curam, die abſicht. Liv. 2, 30 *Factione respectuque rerum privatarum quæ semper offecêre publicis consiliis, vicit.* Iuſtin. 11, 9, 2 *Movebat hæc multitudo hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum*, id eſt, conſideratione, in anſehung. Martial. 11 epigr. 50 *Sit pudor, & tandem veri respectus & æqui.* Claud. de Conſ. Honorii 4, 267 *Nec tibi, quid liceat, sed quid feciſſe decebit, Occurrat, mentemque domet respectus honesti.* Suet. Ner. c. 20 *Blandiente profectu in scenam prodire concupivit: Subinde inter familiares græcum proverbium jactans*, OCCVLTAE MVSICAE NVLLVM ESSE RESPECTVM. Quo reſpexit ſenarium iſtum græcum: Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος. Quod Græcus λόγον, hoc latine Nero *respectum* reddidit, λόγος autem hic æſtimatio eſt. Quemadmodum & *Ratio* Latinis ſumitur. Quare & ſic potuit vertere: *Occultæ muſicæ nulla habetur ratio:* id eſt, in nullam æſtimationem occulta muſica venit.

¶ Reſpe-

¶ Respecto, āre, zurück sehen, sich umsehen. Ter. Adelph. 1, 1, 3 *Quid respectas? nihil pericli est.* Virg. Æn. 1, 607 *Si qua pios respectant numina, &c.* Stat. Theb. 3, 377 *Respectare quem obliquo lumine*, einen anschielen. conf. Lucret. 5, 376 & 973.

¶ Respectans, *tis.* Vellej. 2, 107, 2 *Sine fine respectans Cæsarem.* Lucret. 6, 1232 *Funera respectans, animam & mittebat ibidem.*

¶ Retrospīcio, *ēre*, zurücke sehen. Vitruv. 9, 4 sub fin. *Orientis orbem Sol retrospiciens.*

¶ Superspīcio, *ēre*, darüber sehen. Solin. c. 6 *Strabonem superspexisse per centum XXXV millia passuum, Varro significat.*

¶ Suspīcio, *ēre*, aufwerts sehen. Virg. Æn. 1, 438 *Æneas ait, & fastigia suspicit urbis.* Et, *Astra suspicere*, Cic. Tusc. 1, 25. *Suspicere in cælum*, Id. in Somn. Scip. c. 1. ¶ 2. Sed, *Suspicere alicujus virtutem*, est admirari & venerari, probare, æstimare, groß und hoch achten, in ehren halten, Cic. Off. 2, 6. *Honores & præmia suspicere*, Planc. Cic. fam. 10, 9. Hor. 1 epist. 6, 17 *I nunc, argentum, & marmor vetus æraque & artes Suspice*: i. e. admirare veterum artificum signa & opera. Nepos 17, 4, 2 *In hoc non minus ejus pietas suspicienda est, quam virtus bellica.* Nimirum *despicimus* humilia; superiora *respicimus.*

¶ Suspiciens, *tis.* Virg. Georg. 1, 375 *Bucula cælum suspiciens.* Id. Æn. 9, 403 *Suspiciens altam lunam.* Tac. Germ. 10, 2 *Paterfamiliæ precatus Deos cælumque suspiciens.* conf. Sallust. Iug. c. 70.

¶ Suspiciendus, *a, um*, sehenswürdig; item, ehrwürdig, hochzuehtend. Cic. Nat. D. 2, 42 *Ejus totius est præclara species, in primis suspicienda figura capitis.* Id. Divin. 2, 72 *Æterna natura suspicienda admirandaque hominum generi.*

¶ Suspectus, *a, um*, verdächtig; ut, Cic. de Amic. c. 15 *In vita tyrannorum omnia semper sunt suspecta atque solicita.* Idem fam. 13, 24 *Ex literis illius cognovi tibi eum falso suspectum fuisse*, daß du ihn in unrechten verdacht gehabt. Id. fam. 2, 1 *Me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo.* Sic, *Suspectus contumaciæ*, Curt. 8, 8, 3. *Suspectus super aliquo scelere*, Sallust. Iug. c. 71. Et Tac. Hist. 1, 46, 1 *Adjungitur Licinius Proculus intimâ familiaritate suspectus consilia ejus fovisse.* ¶ 2. Active pro eo, qui suspicatur, sive qui suspicax est, argwöhnisch, quemadmodum *Noti*, qui norunt, dicti. Cato usus est 4 Distich. 44 *Suspectus cave sis, ne sis miser omnibus horis: Nam timidis & suspectis aptissima mors est.* Ira, *Suspecti mutuo*, Nepos 10, 4, 1, i. e. qui timent inter se. v. Drakenb. ad Sil. 2, 98. Et Ammian. 16, 12 *Suspectior de obscuris nec referre gradum, nec ulterius ire tentavit.* ¶ 3. Compar. Cic. Off. 2, 9 *Quo quis versutior & callidior est, hoc invisior & suspectior.* Sallust. Cat. c. 7 *Regibus boni quam mali, suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est.* Sic, *Suspectior hoste*, Claud. de conf. Honor. 6, 309. Et, *Suspectissimus*, Sen. epist. 56; & Suet. Tito c. 6.

¶ Suspecto, adv. verdächtiger weise; ut, *Mors libertorum suspecto decedentium*, l. 21 ff. de his quæ ut ind. auf.

¶ Suspectus, *ûs*, m. subst. pro admiratione, die hochhaltung. Ovid. Fast. 5, 31 *Protinus intravit animos suspectus honorum.* Seneca de Benef. 2, 26 *Nimius sui suspectus, & insitum mortalitati vitium, se suaque mirandi, &c.* Id. ad Marciam c. 5 *Suspectu celebrare*, id est, admiratione, interprete Lipsio. Plin. 37, 9 *In suspectu resulgens.* ¶ 2. Item, pro altitudine & prospectu sursum tendente, die höhe, so weit man über sich sehen kan. Virg. Æn. 9, 530 *Turris erat vasto suspectu.* Idem Æn. 6, 579 *Quantus ad æthereum cœli suspectus olympum.*

¶ Suspectio, *ōnis*, f. idem quod *suspicio*, der verdacht. Ter. Andr. 3, 2, 21 *Nam qui isthæc tibi incidit suspectio?* v. Burm. ad Quint. Declam. 1 p. 7.

¶ Suspector, *ōris*, m. qui suspicit; ut, *Suspector admiratorque*, Sidonius 3 epist. 5.

¶ Suspecto, *āre*, frequent. proprie sursum spectare, aufwerts sehen. vide *Suspectans.* ¶ 2. Deinde est suspicari, suspectum habere, argwohnen. Tac. Hist. 3, 82, 3 *Omnem prolatationem, ut inimicam victoriæ suspectabant.* Et An. 4, 3, 6 *Pellit domo Seganus uxorem, ne pellici suspectaretur.* conf. ibid. 1, 13, 1; 13, 47, 1; & Hist. 2, 27, 4. ¶ 3. Vt Deponens usurpat Ammian. 28, 1 *Impetrarunt, ut hi, quos suspectati sunt, illico rapti compingerentur in vincula*, id est, quos suspectos habuerunt.

¶ Suspectans, *tis.* Plin. 8, 16 *Leo suspectans*, scil. ad hominem in arbore sedentem. Et 11, 29 *Solicitis suspectantibus populis*, h. e. ad supervolantes aves spectantibus. Ter. Eun. 3, 5, 36 *Virgo suspectans tabulam pictam.* Et ex altero intellectu ¶ 2. *Suspectans potentiam*, Tac. An. 11, 16, 5; *fraudem*, Id. 13, 39, 1. Apul. Apol. p. 332 de viduæ iteratis nuptiis, *Non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda, sive illa morte amisit maritum, ut scævi ominis mulier, & infandi conjugii, minime appetenda; seu repudio digressa, &c.*

¶ Suspectātio, *ōnis*, f. die muthmassung. Cic. de Invent. 1, 16 *Minus honestas suspectationes injectas diluemus.* Sic ex codice Erfurtensi: vulgatæ *Suspiciones.*

¶ Suspīcor, *ātus sum, ari*, suspicionem concipere, besorgen, vermuthen, argwohn haben. Ter. Heaut. 4, 1, 44 *Quid nunc suspicare, aut invenis de illa?* Et, *Falso suspicari*, ibid. 2, 3, 27. Sic Cic. fam. 1, 6 *Valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas.* Et, *suspicari aliquem abs se abalienatum*, Id. ibid. epist. 7. *Mali aliquid suspicari*, Id. pro Cluentio c. 9. Seneca epist. 3 *Multi aliis jus peccandi suspicando fecerunt.* ¶ 2. *Suspico, are*, etiam in activo usus est Plautus Menæch. 5, 9, 22 *Ne memores aut suspices.*

¶ Suspīcans, *tis.* Ter. Andr. 1, 1, 89 *Nihil suspicans etiam mali.* conf. Hec. 3, 3, 5; & Sallust. Cat. 44. Et Hirt. B. Afric. c. 37 *Omnibus insciis neque suspicantibus.*

¶ Suspicātus, *a, um*, der vermuthet hat. Cæs. B. G. 4, 32 *Cæsar id quod erat, suspicatus &c.* Id. B. Civ. 1, 40 *Suspicatus fore id, quod accidit.* conf. Ter. Eun. 3, 1, 45.

¶ Suspīcātor, *ōris*, m. der argwöhnisch ist. Hinc

¶ Suspicatrix, *īcis.* Varro L. L. 6, 3 *Mulieres Claudius scribit actiosas demonstrari suspicatrices.*

¶ Suspīcio, *ōnis*, f. cognitio est incerta, & conjectura infirma: *Cæcam* igitur dixit *esse* Cæcina ad Cic. fam. 6, 7, ein argwohn, verdacht. *Suspicio est*, Cic. de Clar. Orat. c. 11. *In suspicionem cadere*, Nep. 4, 2, 6; *adduci*, Cic. Att. 2, 24; *incidere*, Id. pro Mil. c. 27 in verdacht kommen. *Suspicionem afferre*, Id. Att. 7, 8 pr. *Suspicionem hæc res importat*, Cic. filius fam. 16, 21. Et, *Injecta suspicio rei atrocis*, pro Cluent. c. 38. *Dare locum suspicioni*, Cic. pro Cælio c. 4 pr. Et, *Movere suspicionem alicui*, fam. 2, 16, sich verdächtig machen. *In suspicionem vocare*, Cic. Verr. 5, 4 extr. Idem est Plauto Merc. 4, 4, 55 *Suspicione implere.* Et, *Omnes in culpa sunt ac suspiciones ponendi*, pro Cluent. c. 45. Et, *Suspicionem dimovere*, Aut. decl. Antequam iret c. 8. *A suspicione abesse*, Cic. pro Cælio c. 10. Et, *Amovere ab aliquo suspicionem*, Plaut. Trin. 3, 3, 54. *Aliquem in suspicionem adducere*, Nepos 23, 2, 2, einen in verdacht bringen. *Suspicionem parere*, Id. 14, 11, 3; *præbere*, 14, 10, 3; *injicere*, 18, 9, 4, &, *afferre*, ibid. 11, 1. Id. 15, 5, 5 *Habebat Meneclides suspicionem adulterii*, i. e. suspectus erat de uxore adultera. *Suspicionem habere*, pro suspicari dixit Cic. fam. 8, 15 pr. Quintil. 2, 2 *Carendum non solum crimine turpitudinis, verum etiam suspicione.* ¶ 2. *Suspicio* interdum simpliciter idem est quod opinio seu sententia, die muthmassung, einbildung. Cic. fam. 1, 1 *Quæ res auget suspicionem Pompeji voluntatis.* Et mox: *Gratiam nostram extinguit hominum suspicio, quod Pompejo se gratificari putant.* ¶ 3. Cæterum de quantitate alterius syllabæ dubitatur. Etsi enim natura sua videtur brevis; nam & *suspicio* & *suspicor*, verba, alteram brevem habent; nihilominus tamen Plautus, P. Syrus, Martialis, Ausonius produxere. Quamquam autem multum in his auctoritati & consuetudini tribuendum, nemo humanior ignorat; potest tamen productionis hujus causa dari, si dicamus, duas vocales coaluisse in unam, & ita syllabam eam longam fieri. Ab antiquo *suspicitum, suspicitio* est. Quod si extrito C in *pici*, hoc est, secunda & tertia syllaba duo illa I in unum contrahas, fit *suspitio*, altera longa propter crasin. Nam si ex *suspicitio*, penultimam *ti* per syncopen abjicias, ut *suspicio* fiat; altera natura brevis, produci haud posset. Itaque eadem syllaba & produci & corripi, sed pro diversa scriptura potest. Nam si *suspitio* scribes, recte producitur: Sin vero *suspicio*, recte corripitur: v. Scalig. Poët. P. 2, 7, 2, & Io. Pincier. Parerg. otii Marpurgens. 4, 1.

¶ Suspīciōsus, *a, um*, argwöhnisch, mißtrauisch. Ter. Adelph. 4, 3, 15 *Omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis.* Sen. epist. 8 *Suspiciosi pavidique ad id subsiliunt*, sie fahren darüber. Lamprid. Alex. Sev. c. 64 *Suspiciosissimus erat.* ¶ 2. Nonnunquam idem est quod *suspectus*, verdächtig. Suet. Domit. c. 10 *Ob suspiciosos ignes.* Cic. pro S. Rosc. Am. c. 41 *Quod a vobis hoc pugnari video, suspiciosum est.* Id. pro Flacco c. 3 *Suspiciosissimum negotium.* Et fam. 1, 7 *Suspiciosissimum tempus*, h. e. vel suspectum, vel quo multi multa suspicabantur.

¶ Suspīciōsē, adverb. mit argwohn, verdächtig; ut, *Suspiciose ac criminose aliquid dicere*, Cic. pro Rosc. Am. c. 20. Et Sen. procem. 3 Controv. p. 221 *Affectus efficaciter movit, figurabat egregie, præparabat suspiciosè.* Compar. Cic. de Clar. Orat. c. 34 *Suspiciosius aut criminosius dicere.* August. epist. 213 extr. ad Hermog. *Quod suspiciosus fortasse, quam certius putavi.*

¶ Suspīciter, adv. idem. Nonio 4, 337 inter alia *observare* est *curiose & suspiciter circum adspicere.*

¶ Suspīcax, *ācis*, argwöhnisch, item verdächtig; ut, *Animus suspicax*, id est, suspicionem facile admittens, Tac. An. 1, 13, 4. Et, *Suspicax silentium*, Id. An. 3, 11, 4. conf. Sen. de Ira 2, 29.

¶ Suspīcābilis, *e*. Arnob. 1 p. 28 *In arte suspicabili*, scil. medicina, suspicionibus & conjecturis nixa.

¶ Insuspīcābilis, *e*, dem man es nicht zugetrauet. Vulg. Interp. Sirac. 5, 11 *Insuspicabilis portavit diadema.*

¶ Transpīcio, *ēre*, durchsehen. Lucret. 4, 271 *Quod genus illa, foris quæ vere transpiciuntur.* Lactant. de Opif. Dei c. 8 *Si quis vellet transpicere per cicutam.*

¶ Transpectus, *ûs*, m. subst. die durchschauung, apud eumdem Lucret. 4, 272 *Ianua cum per se transpectum præbet apertum.*

SPĔCIVM, *i*, n. ab antiquo *Specio*, instrumentum chirurgicum, quo fistula aut altitudo vulneris pertentatur, a tentando vulgus imperitum *tentam* vocat, ein sucher, wundeisen. Pacuvius: *Medici specio vulnus tentant.* v. Perotti Cornu cop. p. 181.

¶ Spēcillum, *i*, n. diminut. instrumentum itidem chirurgorum, quo vel auribus, vel oculis medicinas adhibent. Celsus 7, 8 *Auribus foramen specillo tentandum est, &c.* conf. Idem 5, 26 & 28; 6, 6; 6, 7; 7, 4; 7, 25; 8, 2. Et Varro de L. L. 5, 8 *Quo oculos inungimus, quibus specimus, specillum.* conf. Plin. 7, 53; & Cic. de Nat. D. 3, 22.

¶ Specillītus, *a, um*, ex lapide speculari, vel ex genere celaturæ per specula expressa, glasirt, gesviselt; ut, *Patina argentea specillata*, Vopisc. in Probo c. 4. conf. Plin. 33, 8. Salmasius mavult *Specellata.*

¶ Conspĭcillum, vel Conspĭcĭlium, *i*, n. vitrum, quod oculis adhibetur, ut, quæ videnda sunt, majora adpareant, eine brill. In vulgatis Plauti Cist. 1, 1, 93 *Dum redeo domum, conspicillo consecutus est clanculum me usque ad fores.* Id. Medico, quod fabulæ nomen deperditæ, apud Nonium 2, 116 *In conspicilio adservabam:* Nonius interpretatur: *unde conspicere possis.* Sed de lectione prioris loci dubitat Dissald. apud Gronov. cum sit in MSS. *Cum redeo domum conspicit: illo eo secutus est.*

¶ Conspicillārius, *i*, m. qui conspicilla facit, ein brillenmacher.

Spectaculum, specto, spectrum, vide ante in *Specio.*

SPĔCŬLA, *æ*, f. locus editus, unde sunt excubiæ, an hostes veniant, transeant, an maneant, Valla in Raudens. auctore, eine warte, ein wacht-haus. Cic. Verr. 5, 35 *Prædonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo.* Et, *Ex specula prospicere tempestatem futuram*, Idem fam. 4, 3. vide ante *Prospicio* in *Specio. In speculis esse*, est speculari, insidiari, auf der hut seyn. Cic. pro Dejot. c. 8

Pars accusationis duplex fuit, una, regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno, i. e. circumspexisse captasseque opportunitates discedendi ab amicitia tua, seque aperte hostem profitendi. Claud. de B. Getico v. 568 *Credite nunc omnes, quas dira Britannia gentes, Quas Ister, quas Rhenus alit, pendere paratas in speculis.* Id. de B Gild. v. 249 *Restitit in speculis fati, &c.* Vbi Barth. vide. Virg. Æn. 3, 239 *Dat signum specula Misenus ab alta.* Adde Plaut. Cas. 2, 4, 27; & Pers. 2, 5, 9; Colum. 7, 3; Plin. 35, 14; Solin. c. 11; Curt. 9, 9, 23. ¶ 2. *Specula* diminut. vide *Spes.*

¶ Spĕcŭlum, *i*, n. in quo faciei imaginem contemplamur, ein spiegel. Ter. Adelph. 3, 3, 61 *Inspicere tamquam in speculum vitas omnium te jubeo.* Cic. in Pis. c. 29 *Vitam alicujus in verbis tamquam in speculo intueri.* Bias: *Contemplare velut in speculo tuas actiones, ut honestas quidem magis ornes, turpes vero abscondas:* Θεώρει ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὰς σαυτοῦ πράξεις, ἵνα τὰς μὲν καλὰς ἐπικοσμῇς, τὰς δὲ αἰσχρὰς καλύπτῃς. Adde Tertullianum de Habitu mul. c. 1, & adv. Hermog. c. 40; Petron. c. 128 & 129; Vlp. D. 34 t. 2 l. 25 § 10. De speculis, eorumque generibus ac usu, vide Sextum Empir. p. 11, & Sen. Quæst. Nat. 1, 4 & seqq. & Apul. in Apol. p. 282. Ex ære videntur fuisse specula antiquissima, vid. Spanh. ad Callim. Iaccaer. Pallad. v. 18. ¶ 2. Alia significatione vide infra sub *Specus.*

Specillum, vide paullo ante *Spectum.*

¶ Spĕcŭlāris, *e*, translucidus, speculi instar, durchsichtig; ut, *Specularis materia*, id est, pellucida, vitrea &c. Tertull Apol. c. 35 *Si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset.* Et, *Specularis lapis*, (frauenglas,) a natura ea appellatus, apud Plin 36, 22; & 31, 7; & Petron. c. 68: vid. Salm. ad Solin. p. 183 & 771 & Keuchen. ad Samo. 376. ¶ 2. *Specularis* a specula, zur warte gehörig; ut, *Specularis significatio*, i. e. ratio dandi signa ex speculis, Pliæ. 7, 56.

¶ Spĕcŭlar, vel Speculāre, *āris*, n. subst. res pellucida, quæ lumen transmittit, ut vitrum, cornu, &c. eine glasscheibe, ein fenster. Tertull. de Anima c. 53 *Velut per corneum specular, obsoletior lux rerum est.* Hinc *Specularia* dicta, quæ orbes vel quadratæ ex eo lapide speculari, de quo jam diximus, erant fenestris insertæ, ad immittendam lucem, ventosque excludendos, quorum vicem hodie vitrea præstant, glas-fenster. Eam rationem memoria Senecæ inventam, ipsemet auctor est epist. 90 p. 531 sq. ubi Lipsi. vide & conf. epist. 86. Iuvenal. 4, 21 *Quæ vehitur clauso latis specularibus antro.* Sen. de Provid. c. 4 *Quem specularia semper a flatu vindicarunt, hunc levis aura non sine periculo stringit.* Pallad. 1, 20 *Per specularia lumen admittere.* conf. Colum. 11, 3. Titulus epigrammatis Symposiani seu Lactantiani, quod vult Heumannus 67, 3, est *Specular*, cujus versus tertius: *Nec me transit hiems, sed sol tamen emicat in me*, occasionem dedit Gesnero restituendi locum Martial. 8, 13 (al. 14) *Specularia puros Admittunt soles & sine face diem.*

¶ Speculārius, & Speclarius, *i*, m. subst. qui vel specula, vel specilla, vel fenestrarum specularia facit, ein spiegelmacher, brillenmacher, fenstermacher, glaser. Gloss. Vet. *Specularius*, σπεκλοποιός. conf. Cod. Theod. 13, 4; item Vipian. D. 33 t. 7 l. 12 § 16. Murat. Inscr. p. 529, & 72. ¶ 2. Item genus ariolorum: Saresb 1, 129. *Specularios vocant, qui in corporibus levigatis & tersis, ut sunt lucidi enses, pelves, cyathi, speculorumque diversa genera, divinantes, quam & Ioseph exercuisse, aut potius simulasse deseribitur, cum fratres angueret suo ripuisse scyphum, in quo consueverat augurari.*

¶ Specŭlor, *ātus sum*, *ari*, ex specula prospectare, sich umsehen, lauren, auskundschaffen. Nepos 14, 4, 4 *Quem dum speculatur, adventus ejus caussa cognoscitur.* Sic, *Speculari & insidiari*, lauren, Cic. de Orat. 1, 30. Adde Virg. Æn. 1, 516; & 5, 515; & 11, 853; Plaut. Aul. 4, 1, 19; Curt. 4, 12, 18; & 8, 11, 21. Col. 6, 35; & 8, 8. Sic, *Signorum obitus speculari & ortus*, nach dem gestirn sehen, Virg. Georg. 1, 257. ¶ 2. Sæpe etiam eleganter translative ponitur pro cogitare tempora, intentum esse temporibus, & præstolari eventus rerum, ut pro earum fortuna capellas consilia, atque retractes, quod *In speculis esse* dicitur. vide in *Specula.* Tac. Hist. 3, 79, 5 *Adjunctis quibusdam, qui nuper apud Narinam dediti, fortunam partium speculabantur.* Id. An. 1, 31, 3 *Quibus Silius moderabatur, mente ambigua fortunam seditionis alienæ speculabantur*, i. e. operiebantur & exspectabant, quo caderet seditio, quem fortiretur eventum.

¶ Specŭlātus, *a, um*, der etwas angesehen oder in augenschein genommen hat. Vellej. 2, 118, 2 *Haud imprudenter speculatus.* Idem 1, 9, 2 *Rhodii dubia fide, speculati fortunam.* Id. 2, 120, 4 *Non segni providentia usi, speculatique opportunitatem.* Colum. 6, 35 *Equæ speculatæ deformitatem suam.* ¶ 2. *Speculatus* passive, speculis ornatus, gespiegelt; ut, *Speculatum cubiculum*, apud Auctorem vitæ Horat.

¶ Spĕcŭlātus, *ûs*, m. subst. die wacht, kundschaft, lauerung. Plin. 10, 73 *Felex quam occulto speculatu in musculos exsiliunt.*

¶ Spĕcŭlātio, *ōnis*, f. idem. Ammian. 26, 10 *Speculationibus fidis doctus.* Id. 27, 2 *Rector eximius speculatione didicit fida.*

¶ Spĕcŭlāmen, *ĭnis*, n. idem. Prudent. Apotheosi v. 20 *Hebes intuitus speculamine glauco.*

¶ Spĕcŭlātor, *ōris*, m. ein wächter. Ovid. Trist 3, 9, 11 *Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto.* Liv. 31, 24 *Et respondisset, ni speculator (Hem vedromos vocant Græci, ingens uno cursu emetientes spatium), contemplatus regium agmen e specula quadam progressis nocte media Athenas pervenisset.* conf. Curt. 3, 8, 17; & 4, 9, 15; & Sen. Qu. Nat. 4, 6. ¶ 2. Neque vero *Speculatores* dicebantur tantum qui ex specula prospiciebant & observabant, sed & qui quovis modo consilia conataque hostium explorarent, sive ut Festus describit, *Hostilia silentio perspicerent*, kundschaffter, ausspäher, denique, quicquid ducum principumque cognitione dignum intellexissent, eo statim referrent. Varro L. L. 5, 8 *Speculator, quem mittimus ante, ut respiciat quæ volumus.* Suet. Aug. c. 27 *Pinarium equitem R. curiosum & speculatorem ratus, coram confodi imperavit.* v. ibi Casaub & Bernegg itemque Torrent. Suet. Calig. c 3. conf. Virg. Æn. 12, 349. Ita vero speculatores distributi videntur, ut quæque legio suos haberet speculatores. Vetus Inscriptio: SGHOLA SPECVLATORVM LEG. I. ET II. ADIVTRICVM PIARVM FIDELIVM. Alia: P. AELIO MVCIANO SPECVLAT. LEG. II. ADIVT. VITALLIANVS ET VITALIS AVVNCVLI. v. omnino Spanh. de usu & præst. num. Diss. 10 p. 233 sq. Add. infra & *Speculator*, in *Speculum.* Cic. Nat. D. 1, 30 *Physicus speculator venatorque naturæ*, i e. contemplator, ein schauer. Pie Prudentius de Deo Cath. 2, 105 *Speculator adstat desuper, Qui nos diebus omnibus Actusque nostros prospicit A luce prima in vesperum.* Et Minut. Fel. 32, 9 *Deus speculator omnium, a quo nullum potest esse secretum.* ¶ 3. *Speculatorem* veteres Christiani scriptores, velut interpretantes græcam vocem, pro *Episcopo* dixerunt, ein schauer; quod Animadversionibus ad S. Galli sermonem Constantiæ habitum observat Barthius, qui Ruricii, Chænulfi, & Iuliani Pomerii auctoritates adducit.

¶ Spĕcŭlatrix, *īcis*, f. Cic. Nat. D. 3, 18 *Furiæ deæ sunt speculatrices credo & vindices facinorum.* Sen. Controv. 1, 6 de puella inter piratas nata: *Ne hæc speculatrix esset, & piratis omnes occasiones indicaret.* Apul. de Philosoph. p. 70 *Vida speculatrix utilitatis.* ¶ 2. Adjective Stat. 2 Silv. 2 pr. *Speculatrix villa profundi*, hoc est, quæ mare spectat. Et Prudent. Hamartig. v. 308 *Speculatrix pupula molli Subdita palpebræ est.*

¶ Spĕcŭlātōrius, *a, um*, speculanti aptus; ut, *Speculatorium navigium*, kundschaffer schif, advisegat, Cæs. B. G. 4, 26: & Liv. 30, 10: & 35, 26. v. Scesser. de Milit. nav. 2, 2 p. 72. *Speculatoria caliga*, Suet. Calig. c. 52. conf. Tert. de Corona mil. c. 1 cum not. Iunii p. 125.

¶ Spĕcŭlātōrium, *i*, n. subst. idem quod *Specula*, die warte. Apul. de Mundo: *Nuncii, speculatoriorum immensores assidui.* v. Elmenh. Emend ad p. 69; & Voss. Etymol. p. 484.

¶ Spĕcŭlābilis, *e*, sichtbar. Stat. Theb. 12, 624 *Speculabile proris Sunion.*

¶ Spĕcŭlābundus, *a, um*, auf der hut stehend. Suet. Tib. c. 65 *Speculabundus ex altissima rupe identiacem signa.* Tac. Hist. 4, 50, 5 *Adrumeto, ubi speculabundus substiterat.* Et Mart. Capell. 2 p. 27 *Quam cum speculabunda cognosceret.*

Conspicillum, vide in *Specium.*

¶ Perspĕcŭlor, *ari*, diligenter speculari, auskundschaffen. Hirtius Bell. Afric. c. 31 *De vallo perspeculari.*

¶ Perlpĕcŭlatus, *a, um*, der sich wohl erkundiget oder gute kundschaft eingezogen. Suet. Cæs. c. 58 *Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi perspeculatus locorum situs.*

¶ Prælpĕcŭlor, *ari*, vorher forschen. Ammianus 25, 25 *Genuina utilitate pia aspeculata*, passive: ita & Vales. legit f. 436.

¶ Prolpeculor, *ari*, erlauren. Liv. 31, 1 *Multitudo e muris adventum imperatoris Romani & regis prospeculabatur.* Id. 3, 43 pr. *Prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt.*

SPĔCVS, *ûs*, m. die höhle, schacht, kluft; a *Specio*, vel a σπέος, per omnia genera legitur; ut masculinum: Ovid. Met. 3, 29 *Est specus in medio, silvis & vimine densus.* Et Liv. 1, 56 *Ex imo specu vocem in medio, silvis & vimine densus.* Id. 10, 10 pr. *Specu facto ad stationes Rom. itinere edditam ferunt.* Id. 10, 10 pr. *Specu facto ad stationes Rom. itinere occulto perveniunt*, i. e. cuniculis actis. Tac. An. 15, 69, 1 *Per occultos specus.* Curt. 9, 8, 14 *Suffossi specus vestigium.* Mela 1, 5 *Specus Herculi sacer.* Sic, *Specum fodere, agere*, Vitruv. 8, 7; & 10, 22, minieren, mine graben. ¶ 2. Fœmininum: ut, *Specus remota latebrosaque*, Gell. 5, 14. Et, *Specus ultima*, Silius 6, 276. ¶ 3. Et neutrum, sed in tertio ordine: ut, *Hic specus horrendum*, Virg. Æn. 7, 568. *Invisum cœlo specus*, Silius 13, 425. *De specu Acherusio*, v. Xenoph. Anabas. 1.

¶ Spĕcŭlum, *i*, n. diminut. a *specu*, ein winckel. Paulinus Aquilejensis apud Barth. in Advers. 43, 11 *In speculo falsitatis se occultere.*

SPEGMA, *ătis*, n. ψῆγμα, (unde etiam phlegma legendum conjicit Hard.) est velut apluda, acer, palea æris, quæ vehementiori flatu extra fornacem ejicitur, tamquam æris lamentum aut recisa derasaque particula, erbstaub, schlacken. vid. Plin. 34, 13.

SPĒLAEVM, *i*, n. σπήλαιον, spelunca, die höhle. Virg. eclog. 10, 52 *Certum est in silvis, inter spelæa ferarum Malle pati.* Imitatus est Claud. B. Get. v. 354 *Spelæa jubit metuenda ferarum.* Prudent. Tetrastichо 5 *Spelæum, sanctæ equies ubi parta favillæ est.* Ter. de Corona mil. c. 15 *Miles initiatur in spelæo in castris tenebrarum.*

SPELTA, *æ*, f. alias *Zea*, frumenti genus tritico proximum, spelz, dinckel, Fann. de Ponder. v. 12.

SPĒLVNCA, *æ*, f. rupes excavata, ein hohler berg, grube, höhle. Cic. Verr. 4, 48 *Propter est spelunca quædam infinitâ altitudine.* Virg. Æn. 6, 237 *Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu.*

¶ Speluncōsus, *a, um*, voller höhlen; ut, *Loca speluncosa*, Cælius Aurel. Acut. 2, 37.

Sperabilis, speratus, &c. vide paullo post *Spes.*

SPERCHĪVS, *i*, m. σπερχειός, Thessaliæ fluvius, natus in jugis Pelii montis, penultimam longam habet. Virg. Georg. 2, 487 *Sperchiusque & virginibus bacchata Lacænis Taygeta.* Conf. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1293. Nic. Gerbell. lib. 2 Illustrat. Græciæ p. 57. ¶ 2. *Spercheus*, Grammatici nomen apud Ausonium Professor. 8, 2.

¶ Spercheis, *ĭdis*, fœm. pro adject. ut Ovid. Metam. 2, 250 *Ripæ Spercheides ardent.* conf. 7, 230.

¶ Sperchiŏnīdes, *æ*, m. patronymicum, apud Ovidium Met. 5, 86.

SPERMA, *ătis*, n. σπέρμα, *semen*, der saame. Sulpit. Sever. lib. 1 c. 11 *Spermata in terram effundere.*

¶ Spermātĭcus, *a, um*, σπερματικός, seminalis, ad semen pertinens, voll saamen. Cæl. Aurel. Acut. 3, 18, 180 *Seminales vias Græci spermaticos poros appellant.*

¶ Spermologus, *i*, m. ut ex Aristophanis Comœdia, cui titulum fecit ὄρνιθες, colligere est, *avem seminilegum* notat. Vnde sacrilegi apud Græcos

Græcos σπερμολόγους. Exstat vox apud Demosthenem Orat. περὶ στεφάνου, edit. Putean. Græcæ p. 162, ubi ad illam commentatur Ulpianus. ¶ 2. *Spermologus* idem Græcis, qui loquutulejus, sive homo magnam verborum vim inaniter profundens, ein plauderer, maul-schwetzer.

SPERNO, *sprēvi, sprētum, spernĕre*, despicere est, fastidire, rejicere, verachten, verschmähen; ut, *Insolentiam & spernere aliquem*, Cic. in Orat. c. 3 *A quibusdam sperni & pro nihilo putari*, Cic. Phil. 13, 9. Horat. 1 epist. 2, 55 *Spernit voluptates, nocet enim dolore voluptas.* Liv. 24, 25 *Libertatem quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciant.* Hujus versi & in amorious usus est: *Spernere* enim dicimur, quorum amorem aversamur. Cic. pro Cælio c. 16 *Cum hanc, qui te spernit, moleste ferat.* v. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 77. Virgilio *fastidire* est ecl. 2, 73 *Invenies alium, si te hic fastidit, Alexin.* ¶ 2. Veteribus *Spernere*, separare, disjungere significat, absondern. Ennius apud Nonium in hoc verbo 4, 485 *Melius est virtute jus: nam sæpe virtute mali Nanciscuntur jus atque æquum, se a malis sperni procul.* Mire autem dixit, *virtutem pones malos esse.* Sed iciendum, Ennium *virtutem* pro robore & corporis viribus dixisse. Plaut. Capt. 3, 3, 2 *Nunc spes, opes auxiliaque a me segregant spernuntque se.* Atque hæc primigenia & propria hujus verbi notio est. Est autem græcanicum, ut Scaliger docet: σπάω, σπείρω: ut πάω, πέρνω, &c. ¶ Spernens, *tis.* Ovid. Met. 14, 35 *Spernentem sperne, sequenti Redde vices.*

¶ Spernendus, *a, um*, verächtlich, geringschätzig. Liv. 30, 45 *Polybius, haudquaquam spernendus auctor.* Ita laudat etiam Colum. 1. 1 *Non spernendus autor.* Tac. Hist. 2, 86, 4 *Bello haud spernendus.* Id. Hist. 2, 58, 2; & 2, 81, 1 *Haud spernendæ vires.* Id. An 14, 40, 3 *Proavo claro, neque morum spernendus habebatur.*

¶ Sprētus, *a, um*, verachtet, verschmäht. Virg. Æn. 1, 27 *Spretæque injuria formæ.* Ovid. Met. 1, 701 *Preces spretæ.* Liv. 21, 63 *Conscientia spretorum Deorum.* Vellej. 2, 49, 5 *Spretis omnibus, quæ Cæsar postulaverat.* Tac. An. 4, 34, 9 *Spreta exolescunt.* ¶ 2. Pro *Spretus* librarii scripsisse videntur *expretus* apud Plaut. Bacch. 3, 3, 42. Certe Gronov. legit; *It magister quasi lucerna unctio expretus linter*, h. e. *magister spretus*, irrisus & contemptus, *it unctio linteo*, h. e. emplastro oblitus, *quasi lucerna*, cui & ipsi linteum unctum prætenditur. Ita *Expectio* pro *spectio, extare* pro *stare.* Et fane nota sunt Gallorum *espece, espine*, Hispanorum *espeio* ex *Species, Spina, Speculum* &c. quæ Gronovii conjecturam firmant.

¶ Sprētus, *ūs*, m. subst. contemtio, die verachtung. Apul. de Deo Socrat. pag. 43 *Injolentissimo spretu Deos negligit.* Sidon. lib. 3 extr. *Spretui maximo est judiciis otiosorum linguæ latinæ proprietas.*

¶ Sprētio, *onis*, f. idem. Liv. 40, 5 *Sermones ad sprētionem Romanorum trahebant.* vid. ibi Gruter. & Gronov.

¶ Sprētor, *tris*, m. qui spernit. Ovid. Met. 8, 613 *Deorum Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus.* Nemesian. Cyneget. v. 79 *Spretorque morarum.* Et Apul. 3 Milef. p. 137 *Spretor matronalium amplexuum.*

¶ Spernax, *ācis*, qui spernit. Sidon. 4 epist. 9 *Nec in admittendo consilio spernax.* Sil. 8, 465 *Viros mortis spernaces* dixit.

¶ Spernulis, *is*, idem. Gloss. gr. lat. καταφρονήτης, *contemptor, spernulis.*

¶ Spernāculus, *a, um*, dimin. aliquantum spernax, apud Augustin. Conpolita:

¶ Aspernor, *atus sum, āri*, prorsus spernere, respuere, ganz verachten, verwerffen, genus mutat & conjugationem. Ter. Phorm. 2, 3, 24 *Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.* Cic. Acad. 4 extr. *Sententiam tuam non admodum aspernor.* Id. in Pis. c. 20 *Auribus respuere, animo aspernari.* Et de Orat. 3, 25 *Gustatus, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit.* Et 2, 37 pr. idem Tullius: *Philosophiam hæc civitas aspernata nunquam est.* ¶ 2. Passive Cic. apud Priscian. p. 792 *Qui habet, ultro appetitur, qui est pauper, aspernatur.* Hirt. B. Afr. c 93 *Intellexit, regem vagum a suis desertum ab omnibus aspernari.* v. Voss. Gramm. lib. 5 c. 6.

¶ Aspernans, *tis.* Cic. fam. 15, 10 *Non aspernante, ut confido, senatu.* Pastin. 13, 6, 4 *Non aspernante Olympiade.* Id. 39, 1, 5 *Nec Syriis quemlibet regem aspernantibus.*

¶ Aspernanter, adverb. contemtim, spöttisch. Ambros. epist. 29 extr. *Non aspernanter accipere.* Ammian. 31, 4 *Res aspernanter accepta est.* Salvian. de Provid. Dei p. 114 *Superbe & aspernanter accipere.* Sidon. 7 epist. 8 *Aspernanter audire.* Et epist. 2 *Aspernanter resalutari.*

¶ Aspernandus, *a, um*, verächtlich. Cic. fam. 15, 6 *Non nimis concupiscendus bonos, sed minime aspernandus.* Absolute Virg. Æn. 11, 106 *Haud aspernanda precantes.*

¶ Aspernatus, *a, um*, der verachtet hat. Virg. Georg. 3, 393 *Nec tu aspernata vocantem.* Propert. 2, 13, 41 *Cavesis nos aspernata sepultos.* Liv. 1, 23 *Haud aspernatus Tullus, &c.* ¶ 2. Passive Liv. 1, 22 in codd. nonnullis: *Vter prius populus res repetentes legatos aspernatos dimiserit.* vulgo: *adspernatus.* conf. Drakenb. ad 34, 40. Arnob. 5 p. 175 *Aspernatam sumit atque ebibit potionem*, den verworffenen trunck. Dict. Cret. lib. 4 *Æneas aspernato certamine intra muros manet.*

¶ Aspernātio, *ōnis*, f. die verachtung. Cic. Tusc. 4, 14 *Animorum morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt.*

¶ Aspernātor, *ōris*, m. ein verächter. Tertull. contra Marc. c. 15 *Debeo creatorem divitum aspernatorem probare, sicut probavi mendicorum advocatorem.*

¶ Aspernamentum, *i*, n. aspernatio. Idem Tertull. adv. Marc. 4, 14 *Qui aspernamento habetur a nationibus.* Id. de Pudicitia c. 8 *Odio habens & aspernamento sermonem sanctum.*

¶ Aspernābilis, *e*, contemtibilis, verächtlich. Gell. 11, 3 *Res hominibus non bene eruditis aspernabilis.* Id. 20, 1 *Neque aspernabilis est populus Romanus.* Arnob. lib. 6 p. 203 *Non improba neque aspernabilis ratio.* Adde Accium apud Nonium 2, 854, & Capitol. in Max. & Balbino c. 6. Compar. *Quid fœcore aspernabilius?* Augustin. de Morib. Manich. 2, 8.

¶ Coaspernor, *ari.* Hinc

¶ Coaspernans, *tis*; ut, *Coaspernantes veterem disciplinam*, Tac. Hist. 1, 5, 4. Sed Rysk. & Gron. ex MS. *adspernantes.*

¶ Desperno, *ēre*, i. e. valde spernere, verschmähen. Colum. 10, 298 *De Corydonis opes desperna Alexis.*

¶ Desprētus, *a, um*, i. e. valde spretus apud Festum, verschmähet, verschottet. Varro: *Ridiculus & ab omni pube despretus.*

¶ Disperno, *ĕre*, idem quod *Aspernari.* Iuvencus 2, 257 *Disperna veterum Sanctum jussa.*

¶ Inconspretus, *a, um*, ap. Festum est *non improbatus*, unverschmähet.

SPES, *spēi*, f. quæ *exspectatio futuri boni est*, Cic. Tusc. 4, 37 die hoffnung. *Spes exigua*, Id. pro Flacco c. 2. *Credula vitam spes fovet*, Tibull. 2, 7 pr. ubi est elogium spei. Ovid. Pont. 1, 6, 46 *Magna tamen spes est in bonitate Dei. Spem pretio non emo*, Ter. Adelph. 2, 2, 11. *Spes potiundi oppidi discessit*, Cæs. B. G. 2, 7. Et, *Adolescens eximia spe, summæ virtutis*, Cic. fam. 1, 9. *Spem afferre, dare: Spem facere, injicere, ostendere*: ut, *Pertenuis spes ostenditur*, Cic. fam. 13, 3, ich sehe sehr wenig zu hoffen. *Spe bonâ esse*, Id. fam. 12, 27; & *In spe esse*, fam. 13, 21, in guter hoffnung sitzen. *In spem ingredi*, Cic. fam. 12, 25. *In spem adduci*, Id. Att. 2, 22. Et, *In spem venire*, fam. 9, 1. *Spe niti*, Id. Att. 3, 9, sich mit hoffnung trösten. *Spes exigua extremaque pendet salus nostra*, Id. pro Flacco c. 3. *Spes effulget*, Liv. 27, 28, es scheinet hoffnung an. *Spem alicujus alere*, Cic. Cat. 1, 12. *Spem in alicujus potestate ponere & defigere*, Id. pro Flacco c. 1. Et, *Spem in aliquo reponere*, Tusc. 5, 12 extr. *Spem in aliquo collocare*, Id. de Orat. 1, 7. Et, *Spe inflari*, pro Mur. c. 15. *Spem vapere*, Tac. Hist. 1, 13, das gehoffete nicht erwarten können. *Cum res militiæ ita prospere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum spei*, Liv. 5, 12. *Brevi ad spem exitus respondit*, Idem 9, 15. *Falsâ spe aliquem producere*, Ter. Andr. 4, 1, 24, bey der nase herum führen. *Decidere de spe, depelli: Spes defecit, Spes omnis in te, Spe duci &c.* pariter Ciceronis sunt. *Si destituat spes*, Liv. 1, 41. *Spes me hac frustrata est*, Lentul. ad Cic. fam. 12, 14. *Spem alicujus fallere*, Cic. fam. 1, 9. *Quod equidem nulla habeo in spe*, Id. Att. 11, 19. *Spe oblectante decipi*, Sen. epist. 8. Et Plaut. Capt. 1, 2, 19. *Nulla est spes juventutis, sese omnes amant. Spes & res* eleganter opponuntur. Cic. fam. 12 *Non solum spe, sed certa re jam & possessione perturbatus sum.* ¶ 2. *Spes gregis*, de capellis, Virg. ecl. 1, 15. Et, *Spes gentis*, de apibus, Georg. 4, 162. *Spemque gregemque simul*, Id. Georg. 3, 473. In iisdem *Spem* Servius interpretatur marem & fœminam: quod reparatio gregis in sexu utroque consistat. De hominibus etiam ita loqui veteres docet Casaub. ad Pers. p. 202; Burm. ad Petron. c. 4. ¶ 3. *Spes* pro metu apud Lucanum 5, 454 *Cœlo languente fretoque Naufragii spes omnis abit.* Quin Sall. Cat. 20, 13 *Mala res, spes multo asperior.* Sic, *Sperare* pro metuere etiam dicitur; de quo infra. ¶ 4. *Spes* plurale. Cic. pro Mil. c. 34 *O spes fallaces! O cogitationes inanes meæ!* Sallust. B. Iug. c. 85 *Mihi spes omnes in memet sitæ, quas necesse virtute & innocentia tutari.* Liv. 4, 36 *Coloniarum deducendarum ostentatæ spes.* Id. 6, 28 *Fortunæ loci delegaverant spes suas.* Quint. 6, 2 p. 524 *Spes inanes, somnia vigilantium.* Sidon. 1 epist. 9 *Cum hæc confero, quinam potissimum procerum spebus valeret nostris opitulari.* ¶ 4. *Spes* inter Deas relata. Ovid Art. am. 1, 445 *Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum; Illa quidem fallax, sed tamen apta Dea est.* Templum *Spei* Romæ extra portam Carmentalem in foro Olitorio fuisse, Donat. de V Roma L. 1 c. 9 ostendit. Hæc Dea ex instituto declarata a Brouckh. ad Tib. 1, 1, 5. ¶ 5. *Spes* & *Res* sæpe in Codd. permutantur. V. quos Drakenb. ad Liv. 5, 12 laudavit.

¶ Spēres, *is*, f. antique pro *Spes.* Vnde *Aspēre* quasi sine spere, & *Prospere*, quasi pro spere. vid. Nonius 2, 788; ubi & Varro: *Aviditatem speribus lactet suis, &c.* Et Ennius apud Festum: *Effugit speres nostras.* Et rursus idem: *Si speres quisquam prodesse potis sunt.* Hinc & *Sperum* genit. pl. exstat apud Eumen. in Paneg. Constantino dicto c. 15; qui tamen etiam a *Spes* esse potest.

¶ Spēcŭla, *æ*, f. diminut. Cic. fam. 2, 16 *In communibus miseriis hac oblectabar specula.* conf. Plaut. Cas. 2, 4, 27, & Perf. 2, 5, 9.

¶ Spēro, *avi, atum, are*, spem habere, hoffen: ut, *Boni nihil ab aliquo sperare*, Cic. Att. 1, 13. *De eo bene sperare possunt*, Nepos 1, 1, 1. *Spero confore*, Ter. Andr. 1, 1, 140. Liv. 28, 44 *Non speraverat Hannibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent.* Sed tamen & *spero esse* in præsenti dici probat Malasp. ad Cic. Att. 1, 1 p. 16. Græv. Cic. pro Dejot. c. 14 *Iubeo te bene sperare & bono animo esse.* Et Att. 9, 7 *Bene de aliquo sperare*, sich gute hoffnung machen. Horat. 1 epist. 4, 14 *Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.* Plaut. Bacch. 1, 2, 36 *Sperat quidem animus, quo eveniat, diis in manu est.* Et, *Magne indolis signum est, sperare semper*, Florus 4, 8, 3. ¶ 2. *Sperare* per ἀνυποδοκίαν, fürchten, besorgen. v. *Spes* n 3. Metellus ad Cic. fam. 5, 1 *Te tam mobili in me meoque animo fore non sperabam.* Flor. 3, 1, 1 *Qui speraret post Carthaginem aliquod in Africa bellum?* Virg. Æn. 1, 542 *Si genus humanum & mortalia temnitis arma, At sperate deos memores fandi atque nefandi*: hoc est, *metuite.* Iuven. 4, 57 *Iam quartanam sperantibus ægris Stridebat deformis hiems*: id est formidantibus. Non semel Ammianum ita usum hoc verbo, Lindebrogius ad ipsum Ammianum notat. Sidon 7 epist. 7 *Alia regio tradita servitium, sperat Arverna supplicium.* Id Paneg. Aviti 369 *Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus Sperabat.* In illo Terentiano Andr. 2, 3, 21 *Nam quod tu speras, propulsabo facile*, nonnulli etiam τὸ *speras* pro *times* interpretantur, at male, ut ostendit Franc Fabricius. v. Voss. Inst. Orat. 4, 12 pag. 222 & 223. ¶ 3. *Sperare*, est credere, gläuben, dafür halten. Ter. Eun 5, 3, 11 *Spero me habere, quibus hunc meo excruciem modo.* Vbi Donatus: HABERE pro *habiturum*: & SPERO pro *Credo* more suo. Suet. Cæs. c. 60 *Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat, ac sæpe ab itinere statim, interdum sparcissimis temp statibus, cum minime quis moturum speraret.* Ita enim legendum, non *putaret*, Casaub & Torrentius ex MSStis libris ostendunt. Græci qualemcunque futurorum ἐλπίδα vocabant. Hinc igitur *sperare* pro credere putare, item timere ponitur. v. Casaub. ad l. c. Suet. Mencken. Obs. L. L. h. voce.

¶ Sperans, *tis.* Sallust. Cat. c. 26 *Consulatum petebat, sperans, facile*

facile se Antonio usurum. Id. Iug. c. 25 *Maxime sperans sese casum victoriæ inventurum.* conf. Nepos 4, 3, 5; Virg. Æn. 6, 526; & 10, 385.

¶ Spērātus, *a, um,* verhofft, gehofft; ut, *Favor speratus,* Horat. 2 epist. 1, 9. *Laborare de reliqua & sperata gloria,* Cic. ad Qu. frat. 1, 1. *Sperata voluptas quemvis efferre laborem suadet,* Lucret. 1, 140. ¶ 2. *Speratum* veteres dicebant sponsum, ein bräutigam. Vnde Afranius apud Nonium 2, 810 *Curre & nuncia venire, & meum speratum adduce,* v. Turneb. Adv. 10, 24; & Gentil. de Nuptiis 2, 21. Sic &

¶ Sperāta, *æ,* f. subst. nupta nondum sponsa vel virgo in matrimonium destinata, priusquam petatur in uxorem, die liebste, die zur braut ersehen ist. Hygin. fab. 33 *Hercules intervenit, centaurum occidit & suam speratam abduxit.* Plaut. Amph. 2, 2, 44 *Amphitruo uxorem salutat lætus speratam suam.* conf. Id. Pœn. 5, 4, 97; Nonius 5, 69; & 2, 810; & Varro L. L. 5, 7. Adde Parei Lex. Crit. pag. 1174.

¶ Spērābilis, *e,* das zu hoffen ist. Plaut. Capt. 3, 3, 3 *Nulla vitæ salus sperabilis est mecum.* Inscriptio apud Gruter. p. 860 n. 5 NIHIL EST SPERABILE DATVM.

Composita:

¶ Dēspĕro, *avi, atum are,* spem abjicere, alle hoffnung fahren lassen, verzweifelt, verzagen; ut, *Desperare de republ.* Cic. ad Pompej. sub Att. 8, 11. *Desperare de regno, de gratia,* utrumque Cæsaris est B. G. 1, 18. Cum tertio casu Idem B. G. 3, 12 *Suis fortunis desperare cœperunt.* Et 7, 50 *Sibi desperans.* Nec aliter Cicero, ut pro Muræna c. 21 extr. *Quoniam sibi hic ipse desperat.* Et post redit. in Senatu c. 14 *Bonos viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare.* Id. pro Cluent. c. 53 *Saluti desperare vetuit.* Sed cum quarto casu frequentius: ut, *Pacem desperare,* Cic. Att. 7, 20 pr. *Desperare honores,* Id. Cat. 2, 9. Sen. epist. 29 *Marcellinum nostrum ego non despero: etiamnum servari potest.* Ibid. paullo ante: *Sapientia ars est: eligat profecturos: ab his, quos desperavit, recedat.* Et *Desperari* passive. Quintil. 1, 10 *Turpiter desperatur, quicquid fieri potest.* Cic. ad Qu. frat. 1, 3 *Sive restituimur, sive desperamur, nihil amplius opus est.*

¶ Dēspērans, *tis.* Cic. pro Mil. c. 21 *Servi desperantes vitam domini.* Nepos 18, 9, 2 *Titubantes & de rebus summis desperantes.* Cæs. B. G. 1, 40 *Desperantes jam de pugna.* Passive Plin. 22, 24 *Ulcera desperantia cicatrice includere,* verzweifelt böse schäden.

¶ Dēspērānter, adverb. aus oder mit verzweifelung; ut, *Desperanter tecum locutus est,* Cic. Att. 14, 18.

¶ Dēspērandus, *a, um,* da nichts zu hoffen, das verlohren zu achten. Cic. de Amic. c. 24 *Cujus aures veritati clausæ sunt, ejus salus desperanda est.* Et Cat. 2, 5 *Essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.* Horat. 1 od. 7, 27 *Nil desperandum.*

¶ Dēspērātus, *a, um,* extra spem positus, verzweifelt, verzagt. Absolute Cic. Att. 16, 15 *Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* Nepos 25, 8, 6 *Neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.* Sic, *Desperatis rebus,* Id. 14, 6, 3; & 25, 8, 5; Liv. 23, 17 *Desperata tutelæ urbis.* Id. 9, 14 *Ne desperata venia hostes cæsos in supplicia eorum ageret. Caussa publica desperata,* Cic. Att. 7, 23. *Respublica ægrota ac prope desperata,* Idem Divin. in Verr. c. 22. Et fam. 6, 22 *Hæc quamquam nihilo meliora sunt, nunc etiam multa desperatiora.* Et Verr. 2, 41 *Desperatissimo perfugio uti.* Balbus Cic. Att. 9, 8 *Compositionis spem non desperatissimam esse puto.* Adde in Pis. c. 26. ¶ 2. Aliquando & illum significat, qui ad quodvis audendum & designandum promptus est, v. paullo post ad quodvis audendum impellit trahitque, Græcis ἀπόνοια; quo qui præditus, *desperatus* vocatur. v. Casaub. ad Theophr. Characteres *περὶ ἀπονοίας.*

¶ Dēspērātor, *ōris,* m. Gloss. gr. lat. ἀπεμπέλνος, *Desperator.*

¶ Dēspērābilis, *e,* verzweifelnd, Vulg. Interpr. Ierem. c. 15, 18.

¶ Exspes, spe destitutus, verzagt, ausser hoffnung. Tac. An. 6, 24, 3 *Mox ubi exspes vitæ fuit, meditatas compositasque diras imprecabatur.* Horat. Art. Poët. v. 20 *Si fractis enatat exspes Navibus.* Ovid. Heroid. 6, 162 *Erret inops, exspes.* Adde Accium ap. Non. 1, 39.

¶ Insperans, *tis,* non sperans, der nicht hofft. Ter. Andr. 3, 4, 24 *Feci ut fierent insperante hoc atque invito Pamphilo.* Cic. pro Marcello c. 7 *Salutem insperantibus reddidisti.* Id. de Orat. 1, 21 *Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberemini,* wider verhoffen. Sic & Sallust. de Rep. ordin. 2, 12 *Tametsi insperantibus accidit.*

¶ Insperātus, *a, um,* non speratus, unverhofft; ut, *Gaudium insperatum,* Ter. Heaut. 3, 1, 5. Et, *Occasio insperata,* hoc est, quæ præter omnem spem se obtulit, Eun. 3, 5, 57. *Consilium insperatum,* Cic. Phil. 4, 1. Et Plaut. Most. 1, 3, 40 *Insperata accidunt magis sæpe, quam quæ speres.* Plin. 25, 2 *Servatus est ex insperato,* præter spem, unversehens. Et Liv. 2, 35 *Alimenta ex insperato fortuna dedit,* conf. Id. 44, 5. Superl. Plaut. Pœn. 5, 3, 8 *Salve Hanno, insperatissime mihi.*

¶ Insperāte, & Insperato, adverbia, idem. Lucilius apud Non. 1, 150 *Insperato abiit.* Plaut. Aul. arg. 1, v. 14 *Aulum insperato invenit.* Apul. 9 Met. p. 235 *Insperato & longe contra ejus opinionem resistens.* Compar Val. Max. 3, 8 extr. 2 *Et qui vehementius nocent, insperatius prodest.*

¶ Insperābilis, *e,* unverhofft. Gell. 4, 13 *Pacem & victoriam vobis peperi insperabilem.* Et Ammianus 15, 11 *Insperabilis nuntius.*

¶ Præspero, *are,* vorher hoffen. Tertulliani vox, qui adv. Marc. 5, 17 προηλπικότες Ephes. 1, 12 vertit: *Qui præsperavimus in Christum.*

SPĔTĪLE, *is,* n. ut Festus exponit, *infra umbilicum suis caro, proprii cujusdam habitus, exos, qua etiam antigui per se utebantur.* Vbi & Plaut. in Carbon. *Spetile, callum, glandia.* Alii: *Spetlile,* vide Voss. Etymol. p. 485; & adde supra *Spatula.*

SPEVSIPPVS, *i,* m. Σπεύσιππος, philosophus Athenienſis, Platonis nepos. De cujus libris Gell. 3, 17 *Σπανιόν τι τὸ τίμιον, quod rarum, carum est:* tribuit id *Speusippo* Theophrastus.

SPEVSTĪCVS, *a, um,* σπευστικός, eilfertig; ut, *Panis speusticus,* qui celerrime coquitur, Plin. 18, 11.

SPHĂGOS, *i,* m. σφάκος, herba salvia, salbey, Plin. 24, 6; & 22, 25.

¶ Sphæctlus, *i,* m. Matthiolo in Dioscorid. *Sphacelus* mas est, *salvia* fœmina, salbey, mannlein. Al. *salvia agrestis* s. *franca.* ¶ 2. Et, *Sphacelus* morbus, partis inflammationem perpessæ mortificatio, ut medici definiunt, nostri der kalte brand. it. apud Hippocratem caries ossium.

¶ Sphacelissimus, *i,* m. σφακελισμός, vitium radicum in plantis, sic dictum ab hominum morbo. v. in Chil. *Faciunt & sphaceli immunitatem.*

SPHAERA, *æ,* f. σφαῖρα, globus ex omni parte exteriore rotundus, eine kugel. Vel *Sphæra* est solidum quoddam una superficie contentum, in cujus medio punctus est, a quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. Is punctus dicitur centrum sphæræ. Cic. Nat. D. 2, 18 *Globum σφαῖραν interpretari placet.* ¶ 2. *Sphæram inter se reddere,* einander den ballen zuschlagen, proverbium est apud Erasm. in Chil. ex Platone & Plutarcho, quo significantur mutuo sibi assentantes ac colludentes. *Sphæræ lusus,* pro lusu pilari, apud Cæl. Aurel. Tard. 5, 11, das ballspiel.

¶ Sphærula, *æ,* f. diminut. August. de Genes. ad lit. 2, 15 *Si ex una sphærulæ suæ parte semper lucet,* luna scilicet. conf. de *Sphærulis candelabri* Vulg. Interpr. Exod. 37, 17 seqq.

¶ Sphærica, *æ,* f. σφαιρική, disciplinæ altronomicæ nomen. ¶ 2. Placentæ genus est apud Catonem c. 82, ubi legitur *Sphærita.*

¶ Sphæricus, *a, um,* σφαιρικός, adject. rund, kugelrund; ut, *Sphærica forma;* quæ aptissima est omnium quantitatum. *Sphericus numerus,* Isidor. 2, 7. *Sphærico motu in orbem rotari,* Somn. Sc. 2, 14.

¶ Sphærālis, *e,* idem, Macrob. Sat. 7, 9 *Sphæralis natura.* Et, *Forma sphæralis,* ibid. c. 16. Et, *Sphæralis globositas,* Id. Somn. Scip. 1, 22.

¶ Sphærion, *i,* n. σφαιρίον, globulus, ein keulgen. Collyrium hujus nominis apud Cellum 6, 6, 21.

¶ Sphæristes, *æ,* m. σφαιριστής, qui pila vel globis ludit, ein ballspieler, kugler. Sidonius 2 epitt. 9; & 5 epist. 17.

¶ Sphæristērium, *i,* n. σφαιριστήριον, locus, ubi sphæræ, id est, pilæ vacabant, ein ballhaus; item, ein kegelplatz. Erant sphæristeria ista in balneis plerumque hypocaustis juncta, ut se interim exercerent inibi, donec hypocausta calescerent, ut ex Plinio 5 epist. 6; & 2 epist. 17, item Vlpiano L. 16 Dig. mandati, colligitur. v. Ioh. Caisp. Gevart. ad Stat. lib. 1 Silv. penult. Adde Suet. Vesp. c. 20: Lamprid. in Alexandro c. 30: Sidon. 2 epist. 2.

¶ Sphæroïdes, *is,* σφαιροειδής, globosus, kugelrund; ut, *Sphæroïdes schema,* Vitruvius 8, 6.

¶ Sphæromachia, *æ,* f. σφαιρομαχία, certatio, quæ fit pila vel globo, das ballspiel, kegelspiel. Statius præfat. lib. 4 Silv. *Sed & sphæromachias spectamus, & pilaris lusio admittitur.* vid. Beroald. Variar. Annot. 2, 8. Petr. Faber Agonist. 1, 6; Voss. & Gruter. not. ad Sen. epist. 80.

¶ Atmosphæra, *æ,* f. ἀτμοσφαῖρα, pars aëris terræ propior, crassior & impurior, ob terrestres halitus, qui eo usque adscendunt, vide Mathem.

¶ Hemisphærium, *i,* n. ἡμισφαίριον, dimidia sphæra, die halbe kugel. Sic cæli dimidium, superius & inferius hemisphærium, Varro R. R. 3, 5. *Circumeunt ad infimum hemisphærium, &c.* Adde Hyginum Astronom. 4, 13: & Macrob. Somn. Scip. 2, 5.

¶ Pentasphærum solium qui fit, ut debuit, explicavit If. Vossius ad Melam 3, 7, 8. Minus recte correxit Salmas. ad Solin. p. 755, vel Grotius Flor. Sparf. ad l. 16 § 7 ff. de Publ. & vectig. cujus occasione hæc judicat Bynckersh. Obs. 4, 5 p. 352.

SPHĂGĪTĪDES, *um,* f. pl. σφαγιτίδες, venæ jugulares, die blutadern am hals. Cels. 4, 1 *In dextra sinistraque circa guttur venæ grandes, quæ σφαγιτίδες appellantur.*

SPHAGNOS, *i,* m. σφάγνος, herba eadem quæ *Sphacos,* de qua paullo ante; Nonnulli vocant museum arboreum, moos an bäumen. Alii legunt *Splagnos,* v. Plin. 12, 23; & 24, 6; Apul. de Herb. c. 101.

SPHINX, *sphingis,* f. σφίνξ, *Sphinges* inter simias Plinius 8, 21 numerat & in Æthiopia nasci tradit, docilis & mitissimæ naturæ. Barthius ad Papin. lib. 2 Theb. de Sphingibus ista habet; *Sphinges ut animalia non ignota, hirsutie tamen a pilis differentia, docilia cæterequin & astuta, memorat lib. 3 Diodorus Siculus, & ubi gignantur eadem adnotavit lib. 16 Strabo.* Plin. 8, 21 *Lyncas vulgo frequentes & sphingas, fusco pilo, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat, multaque alia monstra similia. Quomodo cibo fruantur, docet idem* 10, 72. *Alii tamen, qui famius sapere videntur, meras fabulas omnem Sphingum historiam asseverent, ut P. Billonius Observ.* 2, 46. Hactenus Barth. ¶ 2. De Sphinge vero fabulosa ἀνθρωπομορφῳ, h. e. monstro homini simili, Auson. sic Idyll. 11, 41 *Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella,* i. e. parte una volucris est, altera leo, tertia virgo. Dicta videtur *sphinx* a σφίγγειν, quod est *stringere,* quod homines suis ænigmatis ita stringeret, ut expedire se non possent. In Cebetis etiam Tabula *Sphinx* ignorantiæ sive amentiæ symbolum est; quam vide. Ægyptios ante templa collocari *Sphingas* contuisse, innuentes, suam de sacris rebus doctrinam perplexam esse, & sub involucris latente sapientia constare, Plutarchus auctor est de Iside & Osiride p. 354. Synesius vero de Regno pag. 7 alio refert. Vult enim, in eo significasse fortitudinem seu corporis vim, cum sagacitate

gacitate sive prudentia conjungendam. De sensu fabulæ historico v. Paulan. Boeot. p. 301. Sphinge signasse Augustum, Suet. ejus vita c. 51 & Plin. 37, 1 referunt; De Sphinge in nummis Spanh. Dissert. 5 p. 220 sq. De joco Ciceronis in Hortensium: *atqui Sphinga domi habes*, Plut. Cic. p. m. 1084.

¶ Sphinga, æ, f. idem animal apud Mela 3, 9; Solin. c. 30, Sidon.; epist. 7. ¶ 2. Isidoro 20, 11 *Spingæ* sive *Sphingæ* sunt *in quibus sunt sphingatæ effigies, quas nos griphos dicimus.*

¶ Sphingium, *i*, n. simile etiam animal, Plin. 6, 29; & 10, 7.

SPHONDYLI, *orum*, m. pl. σφόνδυλοι, conchæ marinæ genus, Colum. 8, 16.

Sphondylium, vide infra Spondylium.

SPHRĀGIS, *idis*, f. σφραγίς, latine *Sigillum*, rubricæ & pastilli genus, Plin. 35, 6, & Cels. 5, 20 & 26. ¶ 2. Gemma, Plin. 37, 8 fin.

¶ Sphragītis, *idis*, f. σφραγῖτις, signaculum, ein zeichen, siegel. Prudent. Peristeph. 10, 1076 *Quid si sacrandos accipit sphragitidas.*

¶ Apotsphragisma, *ătis*, n. ἀποσφράγισμα, forma sigilli expressa, das gemählde oder zeichen im petschafft. Plin. 10, epist. 16 *Signata est annulo meo, cujus est apotsphragisma quadriga.* Signum insculptum interpretatur ibi Buchnerus.

SPHYRAENA, æ, f. σφύραινα, animal marinum, Plin. 32, 11.

SPĪCA, æ, f. supremum in culmo frumenti, quod grana continet, eine ähre, korn-ähre. *Spicam* rustici *specam* dixerunt a *spe*: eam enim quod sperant fore, ferunt, ut Varro auctor est L. L. 4, 4. In spica quatuor sunt: *Vagina*, der schoßbalken, quod ibi granum tamquam gladius lateat; *granum*, das kornlein; *gluma*, folliculus granum continens, der balg: *aristæ*, aculei spicam excedentes, die grannen, oder spitzlein. Vide singula sub suis literis. Etiam Cic. de Senect. c. 15 acculate distinxit: *Terra*, inquit, *cum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, --- tepefactum vapore & compressi sui diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur, e quibus cum emerserit, fundit frugem spici, ordine structum & contra aviam minorum morsus munitur vallo aristarum.* Sed hic in optimis libris, & apud Nonium *spici*, a *Spicum*, neutro genere, de quo post paullo pluribus dicemus: tamen & alibi idem forma muliebri dixit, ut Nonius 3, 230 etiam observavit, & Varro R. R. 1, 48 *Spica ea, quæ mutilata non est, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam: & etiam primitus spica cum oritur, vaginam.* Singula ibidem describit ac definit. *Spica mutilata*, non aristata, hoc est, sine aristis, v. Varro c. l. Alii *mutica* legunt. ¶ 2. *Spicam* dicunt etiam cohærentes nucleos in allio, ein knoblauchshaupt. Colum. 11, 3 *Spica alba*, spicanard, Tabernæm. pag. 754. ¶ 3. Sidus cæleste est. Colum. 11, 2 *Spica Virginis exoritur.* Cæsar Germanicus in Virgine: *Virginis inde subest facies, cui plena sinistrâ Fulget spica manu, maturisque ardet aristis.*

¶ Spīcum, *i*, n. pro *Spica* veteres dixere. Varro apud Nonium l. c. *Neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum?* Cic. in Arateis fragm. *Spicum illustre tenens splendenti corpore virgo.* Sic & Mamertinus Paneg. Iuliani c. 23 *Spica triticea* dixit. Adde Cic. de Senect. c. 15 modo in *Spica* allegatum.

¶ Spiciŏla, æ, f. diminut. eine knospe. Mart. Capella lib. 2 p. 34 *Tres puellæ sortis religatæ invicem manus, rosarumque spiciolis,* (ita legendum videtur pro *speculis*) *redimitæ.*

¶ Spīceus, *a, um*, von ähren; ut, *Corona spicea*, Cereris gestamen. v. Broukh. ad Tib. 2, 1, 43; item pacis; vid. Idem ad 1, 11, 67; item fratrum arvalium: v. Masurius Sabinus apud Gell. 6, 7: & Plin. 18, 2; Tibull. 1, 1, 21 *Spicea serta*, Ovid. Met. 2, 28. *Spicea in campis messis*, Virg Georg. 1, 314.

¶ Spīco, *are*, spitzig machen; unde *Spicor, ari*, pro spicas emittere, ähren bekommen, dixit Plin. 18, 7, genere passivo a *spicare*, de quo verbo ejusque usu vide, quæ notat Turnebus Advers. 21, 25. Barth. ad Gratium v. 118; & Wower. ad Minut. Felicem c. 17. Metaphora eleganti, dicto versu Gratius de Macedonum longis, sed brevi ferro instar spicæ præfixis hastis. *Quam longa exigui spicant hastilia dentes?*

¶ Spīcātus, *a, um*, spicam ferens, das ähren hat; item gespitzt, Plin. 21, 17 pr. *Aliud* (herbarum) *spicatarum genus.* Et, *Testacea spicata*, Vitruv. 7, 1. Hæc, sive pavimenta spicata quomodo fiant, vide in Baldi Lex. Vitruv. pag. 115. Sic, *Animantes spicatæ aculeis*, Minutius Fel. 17, 12. conf. Plin. 36, 25.

¶ Spīcĭfer, *a, um*, idem; ut, *Dea spicifera*, pro Cerere, Manil. 2, 442 *Spicifer Nilus*, Martial. 10 epigr. 74.

¶ Spīcilĕgium, *i*, n. spicarum collectio, das nachstoppeln, die nachlese. Varro R. R. 53 *Messe facta, spicilegium venire oportet.*

¶ Despicātus, *a, um*, gespitzt. Sic, *Despicati homines* dicuntur pallo acuto inducti: Rufin. Eccles. Hist. 11, 24 *Ut omittam cetera flagitia, quæ in aliis locis, vi necatis parvulis, despicatisque virginibus, ob fibrarum inspectionem gerebantur.*

¶ Inspico, *are*, est ad modum spicarum in acutum tenuare zuspitzen. Virg. Georg. 1, 292 *Ferroque faces inspicat acuto.*

Spicio, *ere*, vide supra in *Specio.*

SPĪCŬLUM, *i*, n. lancea brevior, a similitudine spicæ sic dicta vel quod sit spicata, ein schafft, pfeil, spieß. Hinc *Spicula vibrare*, Virg. Æn. 11, 606; & *Contorquere manu emissa*, ibid. v. 676. ¶ 2. Ferrum item sagittæ vel hastæ, das eisen am pfeil, schafft, spieß. Cic. fam. 5, 12 *Tum denique* (Epaminondas) *sibi avelli jubet spiculum, postea quam ei percontanti dictum est, clypeum esse salvum.* Nepos 15, 9, 3 *ferrum* vocat *quod ex hastili in corpore remanserat.* ¶ 3. Et sagitta ipsa. Virg. Æn. 11, 654 *Spicula converso fugientia dirigit arcu.* ¶ 4. Denique apum etiam aculei *Spicula* dicuntur, stachel. Virgil. 4 Georg. v. 237 *Læsæque venenum Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt.* ¶ 5. *Spicula solis*, pro radiis, quos spiculorum instar jaculatur sol, sonnen-strahlen, Prudentius posuit Hymno 2, 5 *Caligo terræ scinditur Percussa solis spiculo.* Id. Hamartig. v. 87 *Radiorum spicula* dixit. Similiter Lucretius *Lucida tela diei*, 1, 148. Vetus Glossarium: *Spiculum*, ἀκόντιον, ἀκὶς, ἐπιδορατὶς. Item, *Spicula*, παυσωνάριες, βέλη.

¶ Spīculus, *a, um*, spitzig. Tertull. de Pudic. c. 7 *His exquirendis non luce, ac spiculo lumine, sed totius solis lancea opus est.* ¶ 2. Absolute *Spicum* herba est apud Apul. de Herb. c. 26.

¶ Spiculo, *are*, idem quod *Spicare* de quo ante dictum in *Spica*, spitzen, spitzig machen. Plin. 11, 2 *Telum perfoliendo tergo ei, quo spiculavit ingenio.* De aculeo bestiolarum & insectorum loquitur.

¶ Spīculātus, *a, um*, i. e. acuminatus, gespitzt. Solin. c. 51 *Cauda veluti scorpionis aculeo spiculata.*

¶ Spīculātor, *ōris*, m. latelles principis, qui spiculum gestat, ein trabant, hartschier. Suet. Claudio c. 36 *Neque convivia inire ausus est, nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent.* Sed ibi potius *speculatores* ex MStis libris referendum Torrentius docet, quem vide. Sane & S. Marcus c. 6 evangelii sui hanc vocem græcis elementis efferens, σπεκουλάτωρα, non ὑπικουλάτωρα scripsit. Consentit & Vet. Glossator, qui ita explicat: *Speculator*, κατασκοπος, καὶ ἀποκεφαλίζων, ἐπόπτης, κατάσκοπος, δήμιος, *Speculator.* Vide supra *Speculator* in *specula*; & Marc. Donatum ad Tac. Hist. 1, 24, 3; & Schild. ad Suet. Aug. c. 74. Onomastico autem veteri *Spiculatores* vertuntur δορυφόροι. Legitur etiam in Suet. Galba c. 18 *Descendentem spiculator impulsu turbæ lancea prope vulneravit:* Sen. de Ira c. 16 *Centurio comitem gladium spiculatorem jubet.* Et Tertull. ad Vxor. 2, 5 *Apud arbitrum spiculatorem litigaturi.*

SPĪNA, æ, f. nomen aliquot commune plantis, der dorn. Est enim *Spina acuta*, Virg. ecl. 5, 39, ein stechbaum, salsendorn. *Spina alba*, frauendistel. Plin. 24, 12; Colum. 11, 3; Pallad. Iun. 15. Sunt & aliæ spinarum species apud Plinium. e. g. *Spina Ægyptia*, 24, 11: *Spina Arabica*, 24, 12; *Spina Indica*, 12, 5; *Spina regia*, 13, 24; *Spina Gallonia*, 16, 44; *Spina sitiens*, 13, 25. Prov. *Cum pusilla est, spina bona videtur*, vid. Chiliad. ¶ 2. *Spina* deinde dicitur, quicquid vel in animantibus, vel in plantis & fruticibus aculeatum est, ein stachel. *Animantium aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ*, Cic. Nat. D. 2, 47. *Spinæ juniperi*, Plin. 8, 27. Et Claud. in Nupt. Honorii, 11, 4, 10 *Armat spina rosas, mella tegunt apes.* P. Syrus in Mimis: *Spina etiam grata est, ex quâ spectatur rosa.* Apud Petron. c. 33 est *Spina argentea dentes fodere.* ¶ 3. *Spina* in homine & animalibus contextus est vertebrarum seu spondylorum, der rückgrad. Plin. 11, 37 sect. 67 *Spina lumbis annectitur, ossea, sed tereti structura, &c.* Varro R. R. 2, 7 *Equus spina duplici, non extanti.* Sed, *Spina piscium*, der fischgrat, die grate, Mela 1, 6. Lexicon Cyrilli: ἄκανθα ἀνθρώπου καὶ ἰχθύος, *Spina.* Vet. Gloss. *Spina* ἄκανθα, καὶ ἱερὸν ὀστοῦν, ἡ ῥαχὶς. Cic. apud Quint. 8, 3 pag. 703 *Humus spinis cooperta piscium.* Hinc ¶ 4. *Spina* in circo murus s. *agger*, ut vocat Iuven. 6, 588, per mediam circi longitudinem procurrens, in qua simulacra deor. *phalæ, ova &c. Spinam* hanc appellat schol. Iuven. l. c. it. Cassiod. Ep. 3, 51. ¶ 5. *Spinæ* pro difficultatibus metaphorice. Cic. de Fin. 4, 18 *Nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probavit.* Sic dialecticorum in partiendo minutias, quæ res difficiles captu efficiunt ferme, *spinas* appellat Cic. Tusc. 4, 5 *Peripatetici*, inquit, *ad pacandos animos multa afferunt, spinas partiendi & definiendi præmittunt.*

¶ Spīnula, æ, f. dimin. Arnob. lib. 2 p. pag. 49 *Inhærens callo spinula.*

¶ Spīnālis, *e*, ad spinam pertinens. Macrob. Sat. 7, 9 συζυγία *nervorum infundit sensum spinali medullæ.*

¶ Spinātĭcus, *i*, m. genus piscium. Sarcsb. 8, 7 *Piscibus, quos vulgo asparagos, vel spinaticos vel ripilcones vocant, contentus.*

¶ Spīnesco, *ĕre*, dornicht werden. Mart. Capella lib. 6 metro ult. *Sentis spinescere membris.*

¶ Spīnētum, *i*, n. ein dornbusch, dornhecke. Plin. 10, 74 *Spinetis fo scabendi caussa atterens.* Virg. eclog. 2, 9 *Occultant spineta lucertos.*

¶ Spīneus, , *a, um*, dornicht, stachlicht; ut, *Vincula spinea*, Ovid. Met. 2, 2, 789. *Spinei frutices*, Solin. c. 7.

¶ Spīnosus, *a, um*, idem; ut, *Iugum spinosum*, voll dorn und disteln, Propert. 4, 4, 49. *In spinosis locis pasci*, Varro R. R. 2, 3. *Spinosior arbor*, Plin. 24, 12. *Spinosæ herbæ*, Ovid. Met. 2, 810. Sed, *Fragmenta spinosa*, stücken aus dem rückgrad, Cels. 8, 9, 2. ¶ 2. Transfertur eleganter ad orationem. Nam quæ breviter arguteque atque subtiliter concluduntur, atque obscuriora sunt, ea *spinosa* appellantur; quod ad ea hebetiores, quasi ad spinas obhærescant, neque se extricare possint, verwirrt. Cic. Tusc. 1, 8 *Hæc spinosiora prius, ut confitear, me cogunt, quam ut assentiar.* Et de Fin. 3, 1 *Subtile & spinosum genus differendi.* Id. in Orat. c. 32 *Postea dialectici spinosiora multa pepererunt.* Et Augustin. de Doctr. Christ. 2, 37 *Nodosissimæ & spinosissimæ disciplinæ.*

¶ Spīnōsŭlus, *a, um*, diminut. *Spinosulum*, pro dialectico minuto B. Hieronymus dixit epist. 83 ad Oceanum: *Primum*, inquit, *spinosulus noster obmutuit, deinde Pisoniano vitio, cum loqui non posset, tacere non potuit.*

¶ Spīnus, *i*, f. prunus silvestris, ein schleenbaum, schleendorn. *Spinus alba*, weißdorn, cujus acini, cum maturuere, rubent. Virg. Georg. 4, 145 *Edurumque pirum, & spinas jam pruna ferentes.* Pallad. lib. 14 de Insitione p. 646 *Et sterilis spini.* conf. Id. Febr. t. 25.

¶ Spīneoli, *ōrum*, m. pl. pruna ipsa silvestria, schleen.

¶ Spineŏla, æ, f. rosæ species, plurimis sed minutissimis foliis, Plin. 21, 4.

¶ Spinientsis, *is*, m. Deus *cultus, ut spinas ex agris eradicaret*, Augustin. de C. D. 4, 21.

¶ Spiōnia, & Spinea, æ, f. vitis vel uvæ genus Plinio est 14, 2; & Colum. 3, 2 & 7 & 21.

¶ Spiōnĭcus, *a, um*, ex uva spionia factus; ut, *Spionicus succus*, Columell. 3, 21.

¶ Spīnĭfer, *a, um*, spinas ferens, dornicht. Prudent. Cathem. 5, 31 *Moses nempe Deum spinifera in rubo Vidit conspicuo lumine flammeum.* Pallad. lib. 14 de pomo: *Spiniferæ pruni:* Vius & Cicero in Arateis v. 178.

¶ Spīnĭger, *ĕra, ĕrum*, idem. Prudentius passione Hippolyti v. 115 *Spinigeris stipibus hirtus ager.*

SPĪNĀCIA, *ōrum*, n. pl. scribunt & *Spinachia*, olus est vulgo notissimum, binetsch & spinat, *Spinachium.*

Spinalis, spinesco, spinetum, &c. vide *Spina*, & Sphinga in *Sphinx.*

SPINTER, *ēris*, n. armilla muliebris, spange, armband. v. Fest. ¶ 2. Item fibula, eine schnalle. Plaut. Men. 3, 3, 4 *Iubeasque spintera mihi reconsignari.* Alii *Spinther* scribunt cum adspiratione, quasi a σπινθήρ. v. Claudii Dausquii Orthographia. ¶ 3. *Spinther* Lentuli cognomen, de quo Quint. 6, 3 p. 544. v. Festus de re Vest. 2, 1, 17. ¶ 4. *Spintheria τὰ ἀδύτων* masculorum dici putat Iunius ad Cic. Att. 12, 52 ext. ac inde nomen habere *Spintriam* seu *Spintriam*, de qua statim.

SPINTRIA, *æ*, f. novum vocabulum, & a Tiberio inventum: quo monstrosi concubitus repertores & excitatores libidinum appellat, ut ex Suetonio constat ejus vita c. 43. Meminit & in Calig. c. 16 & Vitellio c. 3 & Tac. An. 6, 1, 4. Plura de hoc vocabulo Turnebus Adverf. 5, 13; & Hieron. Magius Miscell. 2, 4. ¶ 2. *Spintrias Tiberianas* antiquarii etiam vocant nummos, in quibus schemata impudica. v. Spanh. diff. 13 p. 520 sq.

SPINTVRNIX, *ĭcis*, f. avis inauspicata Plinio est 10, 13, ejusdem cum bubone infelicis ominis. v. Fest. *Incendiariam* alias vocant. Graeci enim σπινθῆρα & σπινθάρυγα *scintillam* dicunt. Avis est nemini unquam cognita vel visa. *Spinturnices* & *Spinturnicia* Latinorum *Splingas* interpretatur in Plinianis Exercitationibus Cl. Salmasius. Cui consentit Glossarium Fausti Romani, quod olim in Barthii bibliotheca fuit, in quo *Spinturnix* avis mammosa instar mulieris explicatur. Tales autem Sphinges Plinii testimonio supra in *Sphinx* adducto esse constat. Caeterum *incendiariam avem* illam esse putant, quae ex ara carbonem ardentem & scintillantem eripuerit, propter quam lustratam urbem saepe numero invenimus in Annalibus, ut L. Crasso & C. Mario COSS. Gesnerus. vide & Scalig. ad Festum in voce *Bustum*, & P. Pithoeum Adverf. 1, 10.

¶ Spinturnīcium, *i*, n. genus simiae turpicula facie, ein schändliches affe. Plaut. Mil. 4, 1 extr. *Pithecium hoc est prae illa & spinturnicium.* vid. Taubm. p. 856, & jam laudatum Pithoeum l. d.

Spinus, spionia, quaere paullo ante in *Spina.*

SPĪRA, *æ*, f. σπεῖρα, quicquid in orbem convolvitur, was sich circelweise krümmet; ut, *Spirae serpentum, funium*: Plin. 2, 25 *Spirae modo intortus.* Virg. Æn. 2, 217 de draconibus: *Spiriique ligant ingentibus*, sie schlagen und krümmen sich um sie her. Vbi Servius: SPIRIS, *nodis. Unde & bases columnarum SPIRVLÆ dicuntur: Nam proprie SPIRÆ sunt volubilitas funium: Inde & posteriora serpentium SPIRÆ dicuntur, quae sic involvuntur in gyrum, ut fames.* vid. de his Drakenb. ad Sil. 6, 276. ¶ 2. Et *Spira* ligula est, quae a pileo dependens sub mento colligatur, eine binde. Iuvenal. 8, 208 *De faucibus aurea cum se Porrigat & longo jactetur spira galero.* ¶ 3. *Spirae* & ornamenta sunt puellaria, Plin. 19, 35, 39ffe. ¶ 4. Et *spirae* basis est columnae, der fuß oder unterſatz einer ſäulen. Plin. 36, 23 *In Ephesiae Dianae aede primum columnis spirae subditae &c.* vid. Bald. in Lex. Vitruv. pag. 115. ¶ 5. *Spirae* denique crustula sunt, krenelu; ut, *Spiram facere, coquere*, Cato R. R. c. 77. Adde Festum.

¶ Spīrula, *æ*, f. diminut. de qua locum Servii paullo ante produximus. Et Arnob. 2 p. 73 *Spirulas & botulos facere.*

¶ Spirillum, *i*, n. aliud diminut. Sic capra barba appellatur apud Festum.

¶ Spireon, *i*, n. folium sive planta in coronamentis Plin. 21, 9. Alii *Spirea* legunt, quia σπειραία frutex lentus in spiram torquendus.

¶ Spirarches, *æ*, m. σπειράρχης, in vet. Inscript. apud Fabrettum pag. 676 est is, qui pompis (hodie processiones vocant) ducendis praerat. Nam & Ennius apud Festum *Spiram* hominum multitudinem appellat, cum ait: *Spiras legionibus nexunt.* Et notum est Gr. σπεῖρα.

¶ Conspīro, *āre*, i. e. in spiras convolvere, ſich zuſammen krümmen, winden wie eine ſchlange. Aurel. Victor de Vir. illustr. c. 22 *Anguis se in Ogulnii tabernaculo conspiravit.* Sic solent serpentes. vid. Virg. Georg. 2, 154. ¶ 2. Alias notiones vide mox in *Spiro.*

Spirabilis, spiraculum, vide *Spiro*, Spirea vel Spireon, *Spira*, Spiramen, spiritalis, spiritus, *Spiro.*

SPĪRO, *āvi, ātum, āre*, spiritum reddere, flare, blaſen, wehen; ut, *Venti flamina spirant*, Ovid. Fast. 4, 18. Sic Id. Met. 11, 481 *Capit spirare valentius Eurus.* Et Stat. 2 Silv. 2, 27 *Spirent clementius austri.* ¶ 2. Spiritum ducere, athemen, athem holen. Cic. ad Quir. post red. c. ult. *Dum animus spirabo mea.* Cels. 2, 3 *Ex facili spirare.* Idem 4, 4 *Spirandi difficultas.* Itaque pro vita ipsa ponitur. Sic vulgo dicimus: *Aegrotus dum spirat, sperat.* Quod sic extulit Cic. ad Att. 9, 10 *Vt aegroto dum anima est, spes esse dicitur, sic ego quoad Pompejus in Italia fuit, sperare non desii.* Cic. de clar. orat. c. 25 *Videtur Laelii mens spirare in scriptis.* vid. *Spirans* n. 2. ¶ 3. Metaphorice *Spirare minas*, von dräuworten ſchnauben. Sen. Troade v. 504 *Cum spirat ira sanguinem, nescit tegi.* Curt. 6, 9 *Ipse apud multos copiarum duces meis propinquis viribus majora quam copia, spirat.* Liv. 3, 46 *Iugulentur consules, & tribunatum etiam nunc spirantem.* Prudent. in Symm. 2, 479 *Spirat majora animus*, hat hohe dinge vor. Talia plura collegit Heinf. ad Ovid. met. 5, 348. Drakenb. ad Sil. 17, 936. ¶ 4. Specialim de odore adhibetur. Virg. Æn. 1, 104 *Ambrosiaque comae divinum vertice odorem Spiravere*, &c. hoc est, emittere, ſie haben einen guten geruch) von ſich gegeben.

¶ Spīrans, *tis*, efflans; ut, *Equi spirantes naribus ignem*, Dares. 5, 29 *Asylro spirante*, Solin. c. 22. ¶ 2. Vivens. Cic. pro Mil. c. 52 *In vivi & jam spirantis caput hastum intorquere.* Virg. Æn. 4, 64 *Spirantia consulit exta.* Sic, *Aëra spirantia*, Idem Æn. 6, 740 & *Spirantia signa*, Georg. 3, 34, i. e. tam artificiose facta, ut spirare & vivere videantur, quod Germani dicunt, als lebten und lebten ſie

Vide quae notavit de Pictura Veterum Fr. Iunius 3, 4. ¶ 3. Fremens; ut, *Spirans immane*, Virg. Æn. 7, 510. *Altum spirans*, Stat. 5 Silv. 3, 11. *Spirantes animos & vocem missit*, Propert. 4, 7, 11. Liv. 3, 46 *Inquietus homo & tribunatum spirans.* ¶ 4. Redolens; ut, *Graviter spirans lymphra*, Virg. Georg. 4, 31. Colum. 1, 6 *Immunditiae terrum odorem spirantes.*

¶ Spirātio, *ōnis*, f. das athemholen; ut, *Spiratio interpellatur*, Senec. Longus compos. 47, es iſt ein hinder athem. *Opium spirationem impedit*, Idem compos. 180. Conf. Tertullian. de Anima c. 25.

¶ Spirābilis, *e*, quod spiramus, luftig, lebhaft. Virg. Æn. 3, 600 *Per superos atque hoc caeli spirabile lumen*, id est, aërem. Ita Cic. de Nat. D. 2, 36 *Terra circumfusa undique est hac animabili spirandique natura, cui nomen est aër.* vid. Idem Tusc. 1, 29; Plin. 11, 3; Nemesian. Cyneg. v. 255.

¶ Spirāculum, *i*, n. quod per spiritus exit, vel hauritur, ein luftloch, dadurch ein athem, luft oder rauch gehet. Virg. Æn. 7, 568 *Spiracula Ditis.* Plin. 2, 93 *Spiracula vocant Charonea foramina, ex quibus spiritum exhalantes.* conf. Solin. c. 12 & Pallad. Ian. 1. 7. ¶ 2. Inspiratio, die eingebung. Iuvenc. 1, 115 *Penetrant spiracula mentem*, i. e. divinae prophetandi vires.

¶ Spirāmen, *ĭnis*, n. idem quod spiraculum, aut spiritus, aut exhalatio, der hauch. Lucanus 2, 131 *Spiramina naris adunca.* Et 6, 90 idem de Insula Campaniae: *Tali spiramine Nesis Exhibet Stygium subdat si aëra fauci.* Stat. Theb. 12, 268 *Spiramina ignis.* Ammian. 17, 7 *Venturum vitae spiramina.* Prudent. Apoth. 758 *Spiramen aromatis.* Id. *Sanctum spiramen*, der heil. Geiſt, apud Iuvencum, ubi Iohannes Baptista 1, 341 *Ablatae ille homines sancto spiramine mergens.*

¶ Spirāmentum, *i*, n. idem. Virg. Æn. 9, 680 *Spiramenta animae letali vulnere rupit*, lagirta ſcilicet. Sen. de Provid. extr. *Nare fauces nodus elisit; sive spiramentum aqua praeclusit.* Adde Virg. Georg. 1, 90; & 4, 39; & Macrob. Sat. 7, 9, ubi saepe usus est. Item, Vitruv. 4, 7; & 7, 4; Sen. epist. 57; Plin. 34, 10; Pallad. Novemb. 22; Ammian. 14, 7. Idem 29, 1 *Sine spiramento vel mora*, unverzüglich. Et hic Tac. Agr. 44, 6 *Non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo & velut uno ictu*, nicht nach und nach, ſondern ſtracks auf einmahl.

¶ Spīritus, *ūs*, m. quo spiramus, & quo vivimus, der athem, der geiſt, die luft. Plin. 2, 5 *Proximum* (elementum) *spiritus, quem Graeci aëra eodem vocabulo aëra appellant.* Cic. pro Marcell. c. 12 *Eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestate scitis*; ubi *Spiritum ducere*, id est, spirare, leben. Idem de Senect. c. 9 *Vsque ad extremum spiritum*, bis in den tod, bis zum letzten athem. *Excipere extremum alicujus spiritum.* Idem Verr. 5, 45, qui tritilis mos; parentum & cognatorum erat. v. ibi Cic. Add. Virg. Æn. 4, 684; Ovid. Art am. 3, 746. Gr. apud Hesych. ψυχορραγῶ. *Reddere spiritum patriae*, Cic. Phil. 10, 10. Val. Max. 7, 8, 9 *Spirita supremos anhelitu trahebat*, in letzten zügen. Sen. Oct. v. 242 *Asperve alicui spiritum*, tödten. Sic & ¶ 2. *Suspendere spiritum in lectione*, Quintil. 1, 8 pr. im leſen den athem an ſich halten, nicht ſo eilends leſen. Idem 11, 3 pag. 1009 *Spiritus quoque nec cerebro receptus concidat sententiam, nec eo usque trahatur, donec deficiat*, &c. Qui quidem locus de spiritus natura, in quantum ad oratores pertinet, vitiis item ac virtutibus clarissimus est. Sic, *Uno spiritu*, ununterbrochen, in einem athem. Cic. de Orat. 1, 61 *Demosthenes, summa voce versus multos uno spiritu pronunciare solebat.* ¶ 3. Inde etiam aliae res *uno spiritu contineri* dicuntur, quae conjunctae sunt & cohaerent. Cic. N. D. 2, 7. *Omnia uno divino ac continuato spiritu contineri.* vid. omnino Parm. ad Quint. 4, 3 p. 352. ¶ 4. *Spiritum* pro vento, dixit Solinus Salm. c. 32 (al. 40.) de Nilo: *Venum alii, quod ventorum flatibus regerentur, cum eorum solidae velocitatis non quant promovere, aquis in arctis bullantibus intumescat; & quanto impetu conversi venti spiritus repressaverint, tanto excelsius sublimari in altitudinis cacumine repercussam celeritatem.* Idem c. 52 (al. 62) *India favonii spiritu salubrima.* Et Avienus de Ora maritima v. 364 *Nullus carinas aequor i lud intulit, Desint quod alta flabra propellentia, Nullasque puppim spiritus caeli juvet*, der wind. ¶ 5. Plur. *Spiritus*, animi est elatio, hochmuth. Cic. pro Sylla c. 9 *Res gestae credo meae me nimis extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus attulerunt.* Caes. B. G. 1, 33 *Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumserat, ut ferendus non videretur.* Adde Cic. pro L. Manil. c. 22 extr. Aliquando tamen in bonam accipitur partem pro animi magnitudine. Curt. 5, 8, 16 *Nobilitate vestra dignos spiritus capiatis.* Huc pertinet Horat. 4 Od. 6, 29 *Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem carminis nomenque dedit poëtae.* ¶ 6. *Spiritus* etiam odor est, der geruch. Lucret. 3, 223 *Spiritus unguenti suavis diffugit in auras.* Et Symbosius de Viola: *Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima virtus: Spiritus est magnus, quamvis sim corpore parvo.* ¶ 7. Mutato ordine etiam inter propria fuit. Reinef. Inscript. pag. 942 *Spiritu Sancto Innocenti qui vixit &c.*

¶ Spīrituālis, & Spiritālis, *e*, quod frequentius est apud Patres, geiſtlich, luftig. Solinus quoque altero usu est c. 23 (al. 36 sub fin. *In corporibus vestris commercia sunt spiritalia.* Sed & Vitruvio ita dicta *Genus machinae spiritale est, cum spiritus expressionibus impressis, & plagae vocesque ὀργανικῶς exprimuntur*, ein ergetwerck. Ecclesiasticis autem nihil tritius est. Tertull. Apol. c. 22 pr. *Dicimus esse substantias quasdam spiritales.* Et Prudentius in Romano v. 12 *Et spiritali lacte pedes invigor.* Vulg. Int. 1 Cor. 10, 3 *Esca spiritalis.* Sidon. 7 ep. 9 *Deficientium spiritualium incolumen.* Cyprian. 1 ep. 1 *Munimenta spiritalia.*

¶ Spiritualiter, & Spiritāliter, adverb. idem. Tertull. Fabretat. Cattic. c. 10 *Spiritaliter spirit.* cont. Id. Adv. Iudaeos c. 7 & 10; de Baptismo c. 4; & adv. Marc. 4, 20; & Sidon. 8 epist. 14. Et, *Spiritualiter*, Cyprian. de Lucmoſ. c. 16.

Compoſita:

¶ Adspīro, sive Aspīro, *āre*, anblaſen, anwehen, anhauchen, Virg.

Virg. Æn. 7, 8 *Aſpirent auræ in noctem.* Paſſ. Solin. Salm. c. 22 (al. 35) *Thanatos inſula adſpiratur* (al. *alluitur*) *freto Gallico.* ¶ 2. Sed *Adſpirare* Deus aut fortuna aut homines dicuntur, cum auxilio ſunt & ſucceſſus dant, beyſtehen. Tibull. 2, 1, 35 *Huc ades aſpiraque mihi.* Virg. Æn. 2, 385 *Adſpirat primo fortuna labori:* id eſt, favet, pro movet. conf. Curt. 3, 8, 20. Et Æn. 9, 525 *Vos o Calliope, vos adſpirate canenti.* Sic, *Adſpirare & adeſſe choris*, i. e. canendo juvare choros, Horat. Art. Poët. v. 204. Metaphora ſumpta a ventis ſecundis. ¶ 3. *Adſpirare ingenium* dixit in proœmio lib. 4 Quintil. pro impertire. Ipſe Virg. Æn. 8, 373 *Dictis divinum adſpirat amorem.* ¶ 4. Et, *His interclusi aditus omnes, ut ad me adſpirare non poſſes*, id eſt, pervenire, gelangen, Cic. Tuſc. 5, 9. Sic, *Adſpirare ad virtutem, laudem, gloriam, eruditionem*, eſt contendere: Cic. in Orat. c. 41 *Hæc eadem laudem, quam volumus, adſpirare non poſſunt.* Idem de Clar. or. c. 21 *Ex bellica laude adſpirare ad Africanum nemo potuit.* ¶ 5. De litera H Quintil. 1, 5 *Diu ſervatum, ne conſonantibus adſpiraretur, ut in Graccis & triumpis.*

¶ Adſpirans vel Aſpirans, *tis.* Catull. 69, 63 *Lenius adſpirans aura ſecunda venit.* Virg. Æn. 1, 697 *Vbi mollis amaracus illum Floribus & dulci adſpirans complectitur umbra.* Sed Cic. N. D. 2, 55 *Pulmones ſed contrahunt adſpirantes*, dum ſpiritum hauriunt.

¶ Adſpirātio, *ōnis*, f. die anhauchung, das athemholen; ut, *Animantes adſpiratione aëris ſuſtinentur*, Cic. Nat. D. 2, 33. conf. Id. Divin. 2, 36 & 57. ¶ 2. *Adſpiratio*, ſpiritus aſper, pronunciationis nota. Quintil. 1, 5 *Per adſpirationem*, i. e. per H. conf. Cic. Orat. 48; & Macrob. Sat. 1, 17.

¶ Adſpiramen vel Aſpiramen, *ĭnis*, n. idem. Val. Flacc. 6, 465 *Artificis blanda aſpiramina formæ.*

¶ Circumſpirācŭlum, *i*, n. ein luftloch. Lucret. 6, 492 *Per magni circumſpiracula mundi.* Sed Creech. diviſim legit.

¶ Conſpiro, *avi, atum, āre*, zuſammen blaſen. Virg. Æn. 7, 615 *Aſſenſu conſpirant cornua rauca.* ¶ 2. Et per metaphoram conſentire, in bonam ſcilicet partem, zuſammen ſtimmen. Plin. 4 epiſt. 13 *Proinde conſentite, conſpirate, majoremque animum ex meo ſumite.* Et, *Conſpirate nobiſcum, conſentite cum bonis*, halter es mit uns, Cic. de Leg. Agrar. 1 c. ult. Et, *Conſpirare ad hanc audaciam rem.* Id. fam. 10, 12. ¶ 3. Sed, *Conſpiratum eſt in eum a LX amplius*, ſie haben ſich wider ihn verbunden, zuſammen verſchworen, Suet. de Cæſare c. 80. Idem Claudio c. 37 *Quem cum Meſſalina & Narciſſus conſpiraſſent perdere:* ubi in malam accipitur partem. Sic, *Conſpirare in alicujus necem, vel in deſtinatam mortem*, Iuſtin. 16, 5, 12; & 20, 3, 4. ¶ 4. Aliam notionem de ſerpentibus vide ſupra in *Spira.*

¶ Conſpirans, *tis*, einſtimmig, zuſammenſtimmend. Lucret. 4, 1209 *Conſpirans mutuus ardor.*

¶ Conſpirātus, *a, um*, active & paſſive, zuſammen rottirt, einhellig. *Conſpirata in unum exempla*, Sen. epiſt. 84; & Macrob. 1 Sat. præfat. Phædrus 1, 3, 4 *Hinc conſpiratis factionum partibus*; id eſt, conſpirantibus, ut Cl. Schefferus interpretatur. Hinc *Conſpirati*, qui conſpirarunt & conjurarunt, zuſammen verſchworne. Suet. Cæſ. c. 82 *Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt.* conf. Idem Domit. c. 17.

¶ Conſpirate, adverb. einhellig. Iuſtinus 3, 5, 3 *Lacedæmonii eo conſpiratius ad arma concurrunt*, i. e. majori conſenſu.

¶ Conſpīratus, *ûs*, m. ſubſt. die verbindung, einhelligkeit. Gellius 2, 11 *Conſpiratu tacito mentium.*

¶ Conſpirātio, *ōnis*, f. die zuſammenſtimmung; ut, *Concordia & conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem*, die eintracht, einmüthigkeit. Lentul. Cic. fam. 10, 15. Et Iuſtin. 34, 1, 1 *Nimis potentes non propter civitatium opes, ſed propter conſpirationem univerſarum.* ¶ 2. In malam partem, die zuſammenrottirung; ut, *Contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium conſligere*, Brutus ad Cic. fam. 11, 14. Et, *Vbi illa conſpiratio fuit conflata, reſtincta eſt*, ant. iret in exil. c. 6.

¶ Exſpīro, *āre*, herausblaſen; ut, *Ætna exſpirat flammam caminis*, Virg. Æn. 3, 580, id eſt, ejicit. *Exſpirare animam*, eſt mori, Id Æn. 11, 883. Etiam abſolute: *Inter primam curationem exſpiravit*, Liv. 2, 20, er iſt verſchieden. Et Vellej. 2, 70, 5 *Vno ictu tranſfixus exſpiravit.* ¶ 2. Plin. Paneg. c. 55 metaphorice eleganter dixit, *Exſpiravit libertas*, es iſt mit der freyheit aus.

¶ Exſpirans, *tis.* Catull. 65, 87 *Suaves exſpirans odores lectulus.* Et v. 193 *Exſpirans pectus iras.* Lucret. 2, 354 *Sanguinis exſpirans calidum de pectore flumen.* Lucil. apud Nonium 170 *Exſpirans animam palmonibus æger agebat.* Plin. 35, 10 *Exſpirantium imagines.*

¶ Exſpirātio, *ōnis*, f. der dunſt. Cic. Nat. D. 2, 32 extr. *Terræ exſpirationibus aër alitur, & æther, & omnia ſuperа.*

¶ Inſpiro, *āre*, ſpiritum immittere, inflare, einblaſen, einhauchen, anhauchen. Virg. Æn. 1, 688 *Occultum inſpires ignem.* Id. Georg. 4, 236 de apibus: *Venenum morſibus inſpirant.* Colum. 1, 66 *Granaria modicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur.*

¶ Inſpirans, *tis.* Virg. Æn. 7, 351 *Vipeream inſpirans animam.* Quintil. 10, 3 p. 396 *Inſpirantes ramis arborum auræ.* Gell. 2, 3 *Inſpirans litera*, eſt quæ habet aſpirationem.

¶ Inſpirātus, *a, um*, angeblaſen, eingeblaſen; ut, *Trita teſta oculo inſpirata*, Colum. 6, 17. *Inſpirati vates*, h. e. Deo & ſpiritu pleni, begeiſtert, Iuſtin. 18, 5, 7.

¶ Inſpirātio, *ōnis*, f. die einblaſung, eingebung. Solin. c. 12 *Fontes* (Aganippe & Hippocrene) *poti inſpirationem faciunt literariam.* Tertullianus de Patientia c. 1 *Vt ſola gratia divinæ inſpirationis operetur.*

¶ Inſpirāmentum, *i*, n. idem. Cæl. Aurel. Tard. 2, 13 *Inſpiramentis inſevere.*

¶ Inſpirātor, *ōris*, m. qui inſpirat: ut, *Apollo furoris inſpirator*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 5.

¶ Inſpīrītālis, *e*, non ſpiritalis, ungeiſtlich. Paulinus epiſt. 22 (al. 7) pr. *Epiſtolas, quas per noſtrum illum inſpiritalem monachum miſeras, vere ſpiritalis tabellarius intercepit & pertulit.*

¶ Interſpīro, *are*, transmittere ſpiritum. Cato R. R. 112 *Relinquito, qua interſpiret*, laß ein luftloch.

¶ Interſpirātio, *ōnis*, f. das athemholen; ut, *Sine interſpiratione*, ἀπνευσεί, Plinius 23, 1. Vſus & Cicero de Orat. 3, 44.

¶ Perſpiro, *are*, idem fere quod interſpiro, Plin. 2, 45, ſi ſalva ſcriptura eſt. vide Salmaſ. Sed & Cato R. R. c. 157 *Venæ omnes, ubi ſuffitæ ſunt ex cibo, non poſſunt perſpirare in toto corpore.*

¶ Proſpiro, *are*, ſpiritum diffundere, luft haben, ausathmen. Apulej. Apolog. pag. 306 *Ea namque tabes ſi foras corporis proſpiravit, majore dedecore quam noxa diffunditur.*

¶ Reſpīro, *are*, animam ſeu ſpiritum recipere, athem holen, wieder zu ihm ſelbſt kommen, apud Terent. anquoties & Plautum: ut, *Mane, ſine reſpirem quæſo*, Plaut. Epid. 2, 2, 20. Et Cic. pro Roſc. Am. c. 8 *Tot tantisque negotiis diſtentus eſt, ut reſpirare libere non poſſit*, daß er nicht eine minute ruhe hat. *Reſpirare a metu*, Idem pro Cluent. c. 65. ¶ 2. Et, *ſi armis poſitis civitas reſpiravit*, hoc eſt, in priſtinum ſtatum reducta fuerit, wenn ſie ſich wieder erholet, Cic. fam. 6, 2.

¶ Reſpirātus vel Reſpirītus, *ûs*, m. ſubſt. das athemholen. Cic. Nat. D. 2, 55 *Pulmones tum ſe contrahunt adſpirantes, tum reſpiratu dilatant.* Sed *ſpiritu* pro *reſpiratu* legit Gruterus. *Reſpiritu* vindicatur a Gronovio. Tamen Apulej. lib. 4 Met. *Parvis reſpiratui circa nares & oculos datis foraminibus.* Ita Elmenh. p. 149, & Pricæus p. 74.

¶ Reſpirātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Intervalla, moræ, reſpirationesque delectant inoratione*, Cic. de Orat. 1, 16. *Reſpiratio tardior ac major cum quadam gemitu*, Cæl. Aurel. Acut. 2, 3, 16. *Reſpiratio parva atque anhela*, das krechzen, Ibidem 2, 32, 167.

¶ Reſpirāmen, *ĭnis*, n. idem. Ovid. Met. 2, 828 *Vitalesque vias & reſpiramina clauſit.* conf. 12, 142.

¶ Reſpirāmentum, *i*, n. idem. Auguſtin. Confeſſ. 7, 7 *Laxamentum & reſpiramentum.*

¶ Reſpirācŭlum, *i*, n. idem. Claudian. Mamert. 2, 12 *Redacta paululum reſpiraculo pauſæ vires.*

¶ Reſpirium, *i*, n. idem. Gloſſ. lat. gr. *Reſpirium*, ἀναπνοή.

¶ Irreſpirābilis, *e*, ohne athem, Tertull. de Idololatr. c. 24.

¶ Suſpīro, *are*, ſpiritum ab imo pectore trahere, ſolicitudinis aut doloris argumento, ſeufzen, ächzen. Iuvenalis 11, 152 *Suſpirat longo non viſam tempore matrem.* Cic. Att. 1, 18 *Reperire ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut jocari libere, aut ſuſpirare familiariter poſſimus.* Sic, *Suſpirare ad honores*, Val. Flacc. 4, 332. Adde Lucret. 2, 1163; & 4, 1185; Tibull. 1, 6, 35; Ovid. Met. 1, 707; & 2, 655; &c. Pallad. Oct. t. 14.

¶ Suſpirans, *tis.* Catull. 65, 102 *Puella in flavo hoſpite ſuſpirans.* Virg. Æn. 1, 357 *Suſpirans imoque trahens a pectore vocem.* Apulej. Met. 6 p. 185 *Tunc illa ſuſpirans altius.*

¶ Suſpirātus, *a, um*, pro imploratus, invocatus, ponitur, angeflecht, gewünſcht. Sidon. 1 epiſt. 5 *Tityro Mantuano larium ſuſpirata proximitas.* Silius 15, 82 *Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis Ledæos fratres referam?*

¶ Suſpīrātus vel Suſpirītus, *ûs*, m. ſubſt. das ſeufzen, tiefe athemholen, ächzen; ut, *Suſpiratibus hauſtis*, Ovid. Met. 14, 129. Apul. Met. 5 p. 170 *Aſſiduo ſuſpiratu.* Cic. Att. 1, 18 *Quem nemo aſpicere ſine ſuſpiratu poteſt.* Plaut. Merc. 1, 2, 4 *Enicato ſuſpiritus*, i. e. anheli pectoris reciprocationes tollito. conf. Parei Lex. Crit. pag. 1209. Liv. 30, 15 *Crebro ſuſpiritu aliquantum temporis conſumere.* v. ibi not. I. F. Gronov. & ej. Obſerv. in Scr. Eccleſ. c. 10. Rurſus Apul. Met. 1 pag. 105 *Imo de pectore cruciabilem ſuſpiritum ducens.* Et plur. Idem 6 p. 185 *Votis crebros interjiciet ſuſpiritus.*

¶ Suſpirātio, *ōnis*, f. idem. Plin. in præfat. *Inde illa nobilis M. Ciceronis ſuſpiratio: O te felicem, M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet.* conf. Quintil. 11, 3.

¶ Suſpīrium, *i*, n. idem quod ſuſpiratio, ein ſeufzer. Cic. Att. 1, 18 *Quem nemo adſpicere ſine ſuſpirio poſſet.* Et, *Sine curâ, ſine ſuſpirio*, Idem Tuſc. 4, 34. *Præfuga luctus ſuſpiria*, Ovid. Met. 2, 124. ¶ 2. *Suſpiriam*, ſpirandi etiam difficultas dicitur, das keuchen. Seneca tamen hunc morbum epiſt. 53 ita deſcribit, ut neque aſthma ſeu reſpirandi difficultas, nec orthopnœa videri poſſit. Sed ſubita quædam ſuffocatio cum præſentiſſimo mortis periculo.

¶ Suſpiriōſus, *a, um*, aſthmaticus, engbrüſtig, keuchend, apud Plinium pluribus locis: qui 23, 7 *ſuſpirioſum* & *anhelatorem* conjungit. conf. Plin. 20, 25 & 32, 8; Colum. 6, 38; Sidon. 1 epiſt. 2.

¶ Suſpiriōſe, adverb. idem. Colum. 7, 6 *Suſpirioſe laborantibus* (ovibus); *auricula ferro reſcindendæ.*

¶ Adſuſpiro, *are*, mitſeufzen. Apul. lib. 4 pag. 155 *Adſuſpirare alicujus fletibus.* Et paullo ante pag. 153 *Sic adſuſpirans altius* &c.

SPISSVS, *a, um*, dick, dicht, derb; nam *Spiſſum* denſum ſignificat; ut, *Ager ſpiſſus*, Virg. Georg. 2, 236. Et, *Arena ſpiſſa*, Æn. 5, 336; Et, *Spiſſa vepris*, quæ *crebra* Plinio vocatur 8, 48. Cui *rara*, a raritate texturæ ſic ap. pellata, ut Nonius auctor eſt, 14, 14, opponitur. Plaut. Epid. 2, 2, 46 *Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum caſticum.* Eadem & *lividenſis.* Iſidorus 19, 22 LEVIDENSIS *veſtis quod nec pilo ſit leviterque denſitata.* Sic, *Coma ſpiſſa*, Horat. 3 oda 19, 25. Et, *ſpiſſa theatra*, id eſt, frequentia, voll volcks. Idem 1 epiſt. 19, 41 *Spiſſis indigna theatris Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus.* ¶ 2. Aliquando & tardum ſignificat, langſam. Cæcil. apud Nonium 4, 422 *Nihil ei ſpei credo: omnes res ſpiſſas facit.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 77 *Spiſſum iſtud amanti eſt verbum, veniet, niſi venit.* Cic. Att. 10, 18 *Sed hoc quoque timide ſcribo, ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa.* Ita idem fam. 2, 10 ext. *Sin id erit ſpiſſius*, h. e. ſerius, tardius. v. Manut. ad h. l. qui vi oppoſitorum *liquido facile*

facile significare ait, de quo s. l. Cæterum de nubibus & caligine frequenter utuntur hoc verbo poëtæ. *Spissum iter*, vid. Turpilius. Et *Spissius semen*, Colum. 4, 33. *Spissius solum*, Plin. 18, 20. *Spississima arbor, ideo & gravissima, ebenus*, Id. 16, 40. Et, *Spississima basia impingere*, Petron. c. 31. *Spississima nox*, Id. c. 79.

¶ Spisse, adverb. idem; ut, *Spisse arare*, kleine furchen machen, Colum. 2, 11. *Spisse calcatis carbonibus*, Plin. 36, 25. conf. Pallad. 1, 9. Compar. *Spissius me hasiavit*, Petron. c. 18. *In colle spissius, in campo rarius lætamina disponentur*, Pallad. 10, 1. conf. Colum. 2, 9. ¶ 2. Pro *tardius*. Varro apud Nonium 4, 422 *Naseimur spissius, quam emorimur: Vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum. Contra una pestilentia, hostica acies, puncto temporis immanes acervos facit.*

¶ Spissĭtas, *ātis*, f. die dicke. Plin. 18, 30 *Triticum spissitate sua concaluisse.* Adde Vitruv. 2, 9.

¶ Spissĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Sen. Qu. Nat. 2, 30 *Nubes est spissitudo aëris crassi.* Et Scribon. Largus Compos. 208 *Mellis habet spissitudinem.* Apic. 5, 1 *Vbi spissitudinem contraxerit.* Conf. Pallad. 12, 17.

¶ Spisso, *are*, spissum efficere, dick machen; ut, *Farina in panem spissatur*; *Omne lac igne spissatur*, Plin. 13, 4; & 11, 41. *Spissare officium*, i. e. multiplicare, häufen, Petron. c. 140. conf. Apic. 5, 1; & 8, 8.

¶ Spissātus, *a, um*, geronnen, dick in einander; ut, *Humor spissatus*, Plin. 2, 49. *Nubes polo pressæ spissataque*, Lucan. 4, 77. *Ignis spissatus*, Ovid. Met. 15, 250. conf. Petron. c. 134.

¶ Spissātio, *ōnis*, f. die einstampfung. Seneca epist. 86 sub fin. *Terram non aggessit tantum, sed calcavit & pressit. Negat quidquam esse hac spissatione efficacius.*

¶ Spissamentum, *i*, n. idem. Sen. epist. 31 *Firmiori spissamento opus est, quam usum in sociis Ulyssem ferunt.* Colum. 12, 9 *Arido spissamento fœniculi comprimi*, quo nimirum deprimuntur ita salgama vel conditivi fructus, ut jus semper supernatet. conf. ibid. c. 7 & 16 & 47.

¶ Spissesco, *ĕre*, dick werden, gerinnen, stocken. Lucret. 6, 175 *Ventus fecit spissescere nubem.*

¶ Spissescens, *tis*; ut, *Spissescentem intus humorem discutere*, Cels. 5, 27, 4.

¶ Spissĭgrădus, *a, um*, qui nimis tarde graditur, übel zu fuß, schleichend; ut, *Spissigradissimi senes*, Plaut. Pœn. 3, 1, 3.

Composita:

¶ Conspisso, *are*, zusammen drücken, zu hauffe bringen; ut, *Conspissare stercora*, apud Plinium Valer. Hinc

¶ Conspissātus, *a, um*, derb auf einander; ut, *Creta decocta conspissataque*, Plin. 35, 6. *Conspissatum & herbis colligatum solum*, Col. 2, 18.

¶ Conspissātio, *onis*, f. die häufung; ut, *Conspissatio sordium*, Theod. Priscian. 1, 8.

¶ Exspisso, *are*, spissum reddere, dick machen. Plin. 25, 13 *Semen necat sanguinem exspissando.*

¶ Exspissatus, *a, um*, geronnen; ut, *Exspissatum lac*, Plin. 20, 7.

¶ Inspissātus, *a, um*, derb eingedrückt; ut, *Caro inspissata*, Veget. de Re Veter. 2, 30.

¶ Perspisso, vel ut alii legunt

¶ Prospisso, adverb. id est, perquam tarde & sero, gar langsam. Plaut. Pœn. 3, 5, 47 *Aruspices si quid boni promittunt, prospisso evenit, &c.* conf. Nonius 4, 422; & Turneb. Adverss. 39, 2.

SPĪTHĂMA, *æ*, f. σπιθαμή, dodrans, spatium inter pollicem & minimum digitum expassum, eine spanne, Plin. 7, 2 *Pygmæi narrantur ternas spithamas longitudine non excedentes.* Inde

¶ Spithamæus, *a, um*, σπιθαμαῖος, dodrantalis, spithamæ longitudinem æquans, spannen lang, apud Plin. l. c. vulgo legitur.

¶ Trispithámus, *i*, m. τρισπίθαμος, tres spithamas longus, drey spannen lang. *Trispithami* dicuntur pygmæi Plin. l. c. ut Harduinus emendat.

SPLANCHNON, *i*, n. σπλάγχνον, plur. *Splanchna* apud Medicos sunt interiora viscera sive exta, das eingeweide, lung und leber. vid. Cæl. Aurel. Tard. 5, 10, 102. ¶ 2. Dioscorides 1, 20 Muscum etiam *Splanchnon* dicit.

¶ Splanchnoptes, *æ*, m. σπλαγχνοπτής, qui assat viscera, ein bratenwender. Hoc nomine *Periclis Olympii vernula fuit exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendens.* v. Plin. 22, 17; & 34, 8.

SPLEN, *ēnis*, m. σπλήν, latine *lien*, die milz. vide *Lien.* Pers. sat. 1, 12 *Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno:* Vbi *petulans splen* non est, qui justo magis spatium petit & occupat, sed qui proclivis est ad aliorum vitia irridenda, & falsis dicteriis, quæ risum plerisque maxime movent, traducenda. vid. Græv. ad Cic. fam. 6, 7. Vitruv. 1, 4 *Pecora proxime Gnoson splenem habent, quæ proxime Cortinam non habent apparentem splenem.*

¶ Splēnētĭcus, *a, um*, splenis vitio laborans, miltzsüchtig; Plin. 20, 19; Pallad. Iul. 6; & Apul. de Herb. 34, 2.

¶ Splēnĭcus, *a, um*, idem. Plinius 21, 20 *Splenicis propinant potium ex aceto.* conf. Idem 20, 9; &c.

¶ Splēnium, *i*, n. σπλήνιον, herba, hirschzung, quæ medetur lienibus, alias *Hemionion*, Plin. 25, 5. Apul. de Herb. c. 56 & 96; Dioscor. 3, 142. ¶ 2. *Splenium*, panniculus vel fascia, quæ vel fronti vel oculis illitis imponitur, sic dictum a *splenis* similitudine, ein pflaster. Martial. 2 epigr. 29 *Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.*

¶ Splēniātus, *a, um*, bepflastert. Martial. 10 epigr. 22 *Cur splenio semper prodeam mento*, id est, splenio obvoluto.

¶ Asplēnum, *i*, n. ἄσπληνον, herba, quæ & *Scolopendrium*, fit ex ea medicina vitiis lienis, miltzkraut oder steinfahrn. vide *Scolopendrium*, & Plin. 27, 5; Vitruv. 1, 4; & Dioscor. 3, 142.

¶ Apospl̆ēnos, *i*, m. rosmarinus dicitur Apul. de Herb. c. 79.

SPLENDEO, *ui, ēre*, fulgere, lucere, glänzen, scheinen, leuchten. Lucret. 5, 1257 *Claro splendere colore.* conf. idem 4, 980; Et Virg. Æn. 7, 9. Martialis 4 epigr. 79 *Sit facies multo splendeat alba pio.* Seneca epist. 5 *Non splendeat toga*, das kleid soll nicht prächtig seyn. Cic. pro Sextio c. 28 *Virtus lucet in tenebris, splendetque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.*

¶ Splendens, *tis*, fulgens. Plin. 9, 5 *Auctiores habeo in equestri ordine splendentes.* Horat. 1 od. 19, 6 *Splendens Pario marmore purius.* Claud. Gigantom. v. 77 *Splendentior igni Aureus erubuit clypeus.* conf. Virg. Æn. 12, 417.

¶ Splendesco, *ĕre*, glänzend werden; ut, *Gladius usu splendescit*, Apul. Florid. p. 357. *Sulco attritus splendescit vomer*, Virg. Georg. 1, 46. Metaphorice Cic. procem. Parad. *Nihil tam horridum, quod non splendescat oratione & tamquam excolatur*, das nicht einen schein gewinne.

¶ Splendescens, *tis*; ut, *Palla nigerrima, splendescens atro nitore*, Apul. 11 Milet. p. 258.

¶ Splendor, *ōris*, m. lux, fulgor, der glantz, heller schein. Plaut. Merc. 5, 2, 39 *Cœlum ut plenum est splendore ex adverso vides.* Sic, *Ita splendorem dare*, blanck machen, idem Asin. 2, 4, 20. Et, *Redigere quid in splendorem*, Aul. 4, 1, 15. In pictura *splendor* medium est inter *lumen* & *umbram*: vide supra *Lumen.* ¶ 2. Sed metaphora in hoc nomine elegans est: ut, *Splendor nominis, familiæ, ordinis, virtutum*, id est, dignitas, amplitudo, claritas, der ruhm, die hoheit, herrlichkeit. Cic. pro Manil. c. 14 *Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet.* Idem pro Cluent. c. 69 *Homines honesti & summo splendore præditi.* Cic. pro Sylla c. 1 *Obtinere suæ dignitatis splendorem.* Et de Fin. 5, 8 *Inquinare & obscurare splendorem*: vide *Inquinare.* Et, *Splendor verborum*, Idem in Orat. c. 49, scheinbare worte. ¶ 3. *Splendor* etiam animi habitus dicitur in faciendis sumtibus *Magnificentiæ* proximus, die pracht. Sed *Magnificentia* in magnis videtur, unde & nomen accepit: puta, ædificiis, spectaculis, muneribus: *Splendor* in ornamentis domesticis, cultu corporis, & supellectile. Huic opponitur in excessu quædam *luxuria*; in defectu *sordes.* Nepos 7, 11, 2 *Cum Athenis splendidissima civitate natus esset, omnes Atheniensis splendore ac dignitate vitæ superasse* (prædicarunt). Idem & *Nitor* dicitur. ¶ 4. In oratione *Splendor* non tam λαμπρότης quam σεμνότης est: id est, gravitas & majestas quædam, quam ideam Plinius Tacito tribuit 2 epist. 11. Sed ¶ 5. *Splendor vocis*, Plin. 20, 6, eine helle stimme.

¶ Splendĭdus, *a, um*, fulgens, clarus, hell, scheinbar, statlich, ansehnlich; ut, *Vitro splendidior*, Ovid Met. 13, 792. *Vnctior splendidiorque consuetudo dicendi*, Cic. de Clar. Orat. c. 20. *Homo propter virtutem splendidus & gratiosus*, Id. Verr. 4, 18. *Solidum & splendidum nomen*, Idem de Fin. 1, 18. Et, *Ornatissimus & splendidissimus vir*, pro Flacco c. 20, ¶ 2. Item, qui virtute illa, quam paullo ante *splendorem* appellari diximus, præditus esset. Nepos 25, 13, 5 *Elegans, non magnificus, splendidus, non sumptuosus, omni diligentia munditiem affectabat*, id est, cultui vitæ decoro studebat, sed absque profusione. Ita a Vellejo quoque accipitur 2, 105, 3. ¶ 3. *Splendidi* appellatio propria quodammodo equestris ordinis fit, edel. Sane frequenter ei tribuit Cicero, ut Manutius 1 fam. epist. 3 observat. Hinc, cum Decidianam, Agricolæ conjugem, Tacitus Agric. 6, 1 *Splendidis natalibus ortam*; Suetonius vero Othonem ex Albina Terentia *splendida fœmina* natum prodit c. 1, equestris locus, ut puto, intelligendus utrobique est. Namque & Tacitus maternum Othonis genus, *impar, non indecorum tamen*, Hist. 2, 50, 1 scribit: *Impar*, quia non patricium, sicut paternum. Nam patrem consularem, avum prætorium habuit Otho. *Non indecorum*, propter equestris ordinis splendorem. Quamquam nec omnes ejus ordinis in commune sic appellatos censeam: sed qui in illo tantum exsplendescerent, decusque maxime ac dignitatem ordinis fama ac opibus tuerentur. Qui & *illustres* dicti Tacito A. 2, 59 ubi vid. Freinsh. & *modici*, quos Annal. 1, 73, 1 nominat, oppositi. Signate Vellejus 2, 88, 2 *Mæcenas equestri, sed splendido genere natus.* Idem 2, 59, 2 Fuit C. Octavius *ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia.* Vbi *splendidum genus* & *speciosa familia* synonyma sunt, & ἰσόνομα. Lipsius tamen *illustres equites* a *splendidis* distinguit, in 11 An. Taciti p. 264. ¶ 4. *Splendida Minois arbitria*, id est, majestatis & austeritatis plena, dixit Horatius 4 ode 7, 21, ut Heinsius interpretatur.

¶ Splendide, adverb. zierlich, statlich; ut, *Splendide dicta*, Cic. de Fin. 1, 2 *Splendide & honeste acta ætas*, Idem Tusc. 3, 25. *Ornate & splendide facere*, Cic. Off. 1, 1. Et, *Magnifice & splendide ornare convivium*, pro Quintio c. 30. *Splendide amictus*, Apulej. 2 Milet. pag. 123, schön oder proper gekleidet. ¶ 2. Horat. 3 ode 11, 33 *Vna de multis face nuptiali Digna, perjurum fuit in parentem Splendide mendax & in omne virgo Nobilis ævum.* Loquitur de Hypermnestra, Danai filia, quæ sponsum suum Lynceum servavit, ad patrem simulans tamen se interfecisse. Vetus Scholiastes: SPLENDIDE, id est, *decore. Pulchrum enim est, prō justitia mentiri.* Compar. *Latius ea & amœnius, & splendidius & profluentius exsequebatur*, Gell. 14, 1. *Splendidius atque honestius contra regem bellum gerere*, Hirt. B. Alex. c. 24. Et superl. *Splendidissime natus*, Sen. epist. 47. *Splendidissime honores gessisse*, Val. Max. 6, 1, 5. conf. Petron. c. 21.

¶ Splendĭdo, *are*, splendidum reddere, ausputzen. Apul. Apol. ext. *Dentes splendidas? ignosce munditiis.*

¶ Splendĭco, *are*, splendidum esse, schimmern, funckeln. Apulej. Met. 5 pag. 162 *Splendicant gemmæ.* Idem 7 pag. 191 *Cum mihi genæ lævi pueritia splendicarent.*

¶ Splendĭfĭcus, *a, um*, hellmachend. In veteri versu apud Fabrettum p. 101 *Splendificumque jubar radianti carperet haustu.*

¶ Splendĭfĭce, adverb. idem. Fulgent. 1 Mythol. *Splendifice intermicans.*

¶ Splen-

¶ Splendĭfĭco, *are*, polîren, glänzend machen. Mart. Capella lib. 9 *Lumina ambrosium splendificant diem.*

¶ Splendĭfluus, *a, um*, hellſcheinend. Eugenius Toletan. carm. 19 de Creatione mundi: *Primus in orbe dies lucis primordia ſumſit, Alter ſplendifluis cœlum firmavit in oris.*

¶ Splendōrĭfer, *a, um*, hellmachend. Tertull. de Iudic. Domin. c. 5 *Solque cadit, ſplendorifero qui lumine clarus.*

Compoſita cum præpoſ.

¶ Deſplendeſco, *ĕre*, amittere ſplendorem, den ſchein verlieren. Paulinus Nolanus epiſt. 39 (al. 30) extr. *Ne rubiginem inſipientiæ colligatis, qua deſplendeſcat nitor cordis veſtri.*

¶ Exĭplendeſco, *ŭi, ĕre*, herfür leuchten. Suet. Tito c. 3 *In puero ſtatim corporis animique dotes exſplenduerunt.* Sen. Qu. Nat. 2, 23 *Nubes ignem evocabunt, qui exſplendeſcat, nec exſiliat.* Nepos 25, 1, 3 de Attico: *Clarius exſplendeſcebat.* conf. Suet. Tit. c. 3.

¶ Exſplendeſcens, *tis.* Plinius 11, 12 *Ipſo Sirio exſplendeſcente.*

¶ Inſplendeſco, *ĕre*, Gloſſ. gr. lat. ἐνλάμπω, *Inſplendeſco.*

¶ Reſplendeo, *ēre*, quod ſignificatione cum ſimplici eadem eſt, glänzen. Cic. de Fin. 2, 8 *Reſplendeat iis veſtis, argentum.* Proprie eſt reddere & repercutere ſplendorem, wiederſcheinen. Silius 12, 732 *Et tremula infuſo reſplendent cœrula Phœbo.* conf. Virg. Æn. 12, 741.

¶ Reſplendentia, *æ*, f. der glanz, wiederſchein. Auguſt. epiſt. 52 ad Macedonium: *Luculentis ingeniis non deſit reſplendentia veritatis.*

Splenēticus, ſplenicus, ſplenium, vide *Splen.*

SPŎDIVM, *i*, n. σπόδιον, σποδιὰ, *Cinerula* Latinis eſt, hoc eſt, purgamentum, quod ab æreariarum officinarum pavimentis & fornicibus everritur, hüttenrauch, ſechenrauch. Varii eſt generis, pro coloris varietate. vide Agricolam, & Plin. 32, 10; & 34, 18; & Celſ. 5, 7; 6, 6; 7, 7.

¶ Spŏdos, *i*, m. σποδὸς, idem. vid. Plin. 34, 13.

¶ Antiſpŏdon, vel Antiſpŏdium, *i*, n. quod legitimi ſpodii loco uſurpatur. vid. Plin. l. c. & Dioſcor. 5, 43.

SPŌLĒTIVM, *i*, n. urbs Vmbriæ, colonia Romanorum. vid. Liv. Epit. 20. Adde Livium 24, 17. Hinc

¶ Spōlētīnus, *a, um*, adject. gentile; ut, *De Spoletinis lagenis malle*, Martial. 13 ep. 120. Et abſolute, *Spoletina bibere*, Id. 14 epiſt. 116. *Spoletinus populus*, Cic. pro Balbo c. 21. *De Spoletinis* conf. Plin. 3, 14.

SPŎLIVM, *i*, n. quicquid hoſtibus detrahitur, ut Servius auctor eſt, der raub, die beute, geplündert gut. Sic, *Aliorum ſpoliis ſuas opes augere*, Cic. Off. 3, 5. *Spoliorum cauſſa hominem occidere*, Idem pro Roſc. c. 50. Et, *Spolia cruenta alicui detrahere*, Id. ibid. *Spolia ampla*, reiche beute, Virg. Æn. 4, 93. Sed de *opimis ſpoliis*, vide ſupra in *Opimus*. *Spolia hoſtis interfecti* a duce donatæ militibus. v. Drakenb. ad Sil. 12, 226. *Spolia foribus fixa*, quæ ne novo quidem emptori liceret refigere. v. Brouckh. ad Tib. 1, 1, 54. *De Spoliis* maxime opimis copioſe Perizon. Animadv. c. 7. ¶ 2. *Spolium leonis*, Ovid. Met. 3, 81, eine lowen-haut. conf. Nonius 6, 55. Sic & *Spolia ſerpentum*, ſchlangen-häute, Pallad. Nov. t. 7, 4.

¶ Spŏlio, *avi, atum, are*, (pro quo & veteres *Spoliari* ſub deponentis figura dixerunt, de quo Nonius 7, 100) berauben, plündern; ut, *Spoliare veſtitu*, Cic. Off. 3, 6. *Omni argento aliquem depeculari & ſpoliare*, Id. Verr. 4, 17. *Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam*, Cic. pro Cælio c. 18. Et, *Spoliare fanum*, pro Sylla c. 25, ἱεροσυλᾶν, kirchen beſtehlen. *Triſti ſpoliantur templa rapina*, Lucan. 3, 167. *Spoliatur lumine terra*, es wird finſter, Lucret. 4, 377. ¶ 2. Interdum ſimpliciter ſignificat detrahere veſtes. Liv. 8, 32 *Dictator ſpoliari magiſtrum equitum, ac virgas & ſecures expedire juſſit.* Val. Max. 2, 7 ex. 8 *Magiſter equitum ſciſſa veſte ſpoliatoque corpore lictorum verberibus laceraudus.* vid. *Deſpoliare*, & add. Cic. Verr. 4, 40 pr. Inde eſt *Spoliarium*, de quo mox.

¶ Spolians, *tis.* Ovid. Met. 12, 440 *Gladium ſpoliantis in ima ilia dimittere.* conf. Vulg. Interpr. Hoſ. 7, 1.

¶ Spŏliātus, *a, um*, beraubt, geplündert. Virg. Æn. 12, 935 *Corpus ſpoliatum lumine.* Cic. pro C. Balbo c. 4 *Civitas ſpoliata atque nudata.* Et, *Orbatum & ſpoliatum forum crudita alicujus voce*, Idem de Clar. Or. c. 2. Et Att. 6, 1 *Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius.* Lucret. 2, 851 *Spoliata colore corpora.*

¶ Spŏliātio, *ōnis*, f. e. g. oppidorum, fanorum, die beraubung, plünderung; ut, *Nobiliſſimi atque antiquiſſimi templi ſpoliatio*, Cic. Verr. 4, 46. Liv. 29, 8 *Avaritia ne ſacrorum quidem ſpoliatione abſtinuit.*

¶ Spŏliātor, *ōris*, m. ein räuber, berauber; ut, *Spoliator monumentorum*, Cic. Verr. 4, 36. Plin. Paneg. c. 90 de Domitiano: *Ille optimi cujusque ſpoliator & carnifex.* Adde Sen. de Benef. 4, 27; Iuvenal. 1, 46.

¶ Spŏliātrix, *īcis*, f. Cic. pro Cælio c. 21 *Tune Venerem illam tuam ſpoliatricem ſpoliare ornamentis?* Et Martialis 4 epigr. 29 *Sic ſpoliatricem commendat Fauſtus amicam.*

¶ Spŏliārium, *i*, n. exterior cella in balneis, ubi veſtimenta exuebantur, ἀποδυτήριον, Græcis. vid. Sen. epiſt. 13 & 93; Controverſ. 5, 33; & de Provident. c. 3. ¶ 2. Item, locus in ludo, ubi gladiatorum veſtes & ornamenta ſervabantur. Hinc judicium ſenatus de Commodo apud Lamprid. ejus vita c. 18 & 19 *Gladiator in ſpoliario*, &c. v. Lipſ. Saturn. 1, 18. Scite Plinius Paneg. c. 36 ærarium tyrannorum *Spoliarium civium* vocat, & *cruentarum prædarum ſævum receptaculum*, ein raubneſt.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Conſpolium, *i*, n. libi genus apud Arnobium 7 p. 230.

¶ Deſpŏlio, *are*, plündern, ausziehen. Cic. Att. 7, 9 *Cum ferret literas, vulneratus & deſpoliatus eſt.* Cæſ. B. G. 2, 31 *Armis deſpoliare*, Ibid. 5, 6 *Deſpoliare nobilitate.* Et Sen. Hippolyto v. 764 *Non ſic prata novo vere decentia Æſtatis calidæ deſpoliat vapor.* ¶ 2. Petron. c. 30 p. 114; & c. 49 p. 246 de iis adhibet, qui virgis cædendi exuuntur. ¶ 3. *Deſpoliantur* pro *deſpoliant*, notat Priſcian. 8 p. 796.

¶ Deſpŏliātus, *a, um*, ausgeplündert. Cic. fam. 14, 2 *Illud doleo, quæ impenſa facienda eſt, in ejus partem te miſeram & deſpoliatam venire.* Et Plaut. Aſin. 1, 3, 52 *Aliam nunc mihi orationem deſpoliato prædicas.*

¶ Deſpoliātio, *onis*, f. die beraubung, entziehung; ut, *Deſpoliatio carnis*, Tertull. de Reſurr. carn. c. 7.

¶ Deſpŏliātor, *ōris*, m. ein räuber. Plautus Trin. 2, 1, 14 *Avarus, elegans, deſpoliator.*

¶ Diſpŏlio, *are*, ausplündern. Cic. Verr. 4, 20 *Vt etiam una cum ceteris Siculis diſpoliaretur.* Et Lactant. 6, 11 *Hominis appellatione diſpoliat.* ¶ 2. Vt Deponens uſurpavit Afran. apud Non. 7, 100 *Quos impune depopulatur & diſpoliatur dedecus.*

¶ Diſpoliātus, *a, um*, ausgezogen, beraubt. Apul. Apol. p. 323 *Pudore diſpoliato.* Et Sen. ad Marciam c. 24 *Diſpoliatus oneribus alienis.*

¶ Diſpŏliātio, *ōnis*, f. die ausplünderung. Paulinus Nolanus epiſt. 29 (al. 10) c. 1 *De primorum patrum diſpoliatione cognoſcimus.*

¶ Diſpoliābŭlum, *i*, n. idem. Plaut. Bacch. 3, 1, 9 *Vt celem patrem tua flagitia, aut damna, aut diſpoliabula.*

¶ Exſpŏlio, *are*, gar entblöſſen und berauben; ut, *Provincia & exercitu aliquem exſpoliare*, Cic. Att. 10, 1. *Fana atque domos exſpoliare*, Salluſt. Cat. c. 51. *Honore & dignitate aliquem exſpoliare*, Hirt. B. Gall. 8, 50 fin. *Exſpoliare genas oculis*, die augen auskratzen, Ovid. Met. 13, 562. ¶ 2. Deponentis forma Quadrigar. apud Non. 7, 100 *Agrum Campanum exſpoliabantur.*

¶ Exſpoliatus, *a, um*, ausgeplündert, entblößt, ICt. in Cod.

¶ Exſpŏliātio, *ōnis*, f. die beraubung. Auguſtinus Civ. Dei 20, 8 extr. *Et ligati & ſoluti exſpoliatio.*

¶ Exſpoliātor, *ōris*, m. der da plündert. Salvianus de Gubern. D. lib. 7 p. 288 *Exſpoliatores domorum.*

¶ Inſpŏliātus, *a, um*, quod *ſpoliato* contrarium eſt, unberaubt. Quintil. 7, 2 *Occiſus eſt non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt.* Virg. Æn. 11, 594 *Corpus & arma Inſpoliata feram tumulo.* Sall. de rep. ord. 1, 2 extr. *Pompejo queſi ſacro & inſpoliato fano* (aſylo) *debitores uſi.*

SPONDA, *æ*, f. ein bettbret, das gange ſpanbett. Virg. Æn. 1, 698 *Auleis jam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſpondâ, mediamque locavit.* Horat. epod. 3, 22 *Extrema in ſponda cubare.* Adde Petron. c. 94 & 97. Suet. Cæſ. c. 49; Ovid. Met. 8, 656; Martial. 3 epigr. 91; & 10, 53; & 14, 85; Sidon. 9 epiſt. 15.

Spondaicus, vide infra *Spondeon.*

SPONDEO, *ſpŏpondi, ſponſum, ſpondēre*, ſponte promittere, geloben, angeloben, verſprechen. Cic. Phil. 14, 9 *Panſa aut morte aut victoria ſe ſatisfacturum reipub. ſpopondit.* Id. pro Mur. extr. *Eum inimiciſſimum futurum hujc conjurationi vobis promitto & ſpondeo.* Sed, *Spondere pro aliquo*, für einen bürge werden. Cic. fam. 1, 9 *Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti.* Ita notum eſt Cleobuli dictum: *Sponde, noxa præſto eſt*, h. e. ſi, vel quamprimum ſponderis, &c. bürgen ſoll man würgen, Ἔγγυα, πάρα δ' ἄτη. Plaut. Curc. 5, 3, 74 *Spondesne miles hanc mihi uxorem?* Et, *Fortaſſe impunitatem vitiis ſuis ſpopondit*, i. e. promiſit, Lactant. 3, 17. Ovid. am. 1, 13, 19 de Aurora *Atque eadem ſponſum conſulti ante atria mittis* ſupina voce, ſpondendi cauſa. vid. Burm.

¶ Spondens, *tis.* Ovid. in Ibin v. 215 *Fera nec quicquam placidum ſpondentia Martis Sidera.*

¶ Sponſus, *a, um*, zugeſagt, verſprochen. Ter. Phorm. 4, 3, 52 *Quantum ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi.*

¶ Sponſum, *i*, n. die zuſage, das verſprechen. Ita abſolute Cic. pro Quintio c. 9 *Ex ſponſo egit.*

¶ Sponſus, *i*, m. ſubſt. ein bräutigam. Cic. de Invent. 2, 26 *Sponſi nomen appellans identidem.* Proverb. νυμφίου βίος, *Sponſi vita*, vel mollem ſignificat & delicatam, vel luxurioſam. vid. Chiliad.

¶ Sponſa, *æ*, f. ſubſt. quæ ſpondetur ſponſo, die braut. Plaut. Caſ. 4, 4, 11 *Sponſa imperita atque integra.* Cic. ad Att. ex Attilio 14, 20 *Suam cuique ſponſam, mihi meam*, ſubaudi *placere.* Donatus ad illud Ter. Andr. 1, 1, 75 *placuit, deſpondi: Ex veteri*, inquit, *more, quo ſpondebat etiam petitoris pater:* Vnde SPONSVS & SPONSA dicitur. *Quia* SPONDET *puellæ pater*, DESPONDET *adoleſcentis.* Sed hoc diſcrimen notatum Donato eſt falſum; vide *Deſpondeo.* Tempus habendi ſponſas coarctavit Auguſtus. vid. Cujac. Obſerv. 16, 35; & Bernegg. ad Suet. Aug. c. 35.

¶ Sponſus, *ūs*, m. ſubſt. die zuſage, verheiſſung. Sulpit. apud Gell. 4, 4 *Ex ſponſu agere.* Varro L. L. 5, 7 *Quod ſine ſponte ſua dixit, cum eo agi non poteſt ex ſponſu.* Phædr. 1, 17, 1 *Fraudator nomen quum locat ſponſu improbo.* Adde Cic. Att. 12, 19; & Paul. ICt. Dig. 50 t. 16 l. 7.

¶ Sponſio, *ōnis*, f. omnis ſtipulatio promiſſioque, ein handgelöbniß, zuſage, bundſchaft; ut, *Sponſionem facere*, angeloben, Cic. pro Quintio c. 9; & Plaut. Men. 4, 2, 27. Et, *Sponſionem cum aliquo facere*, mit einem eine wette anſchlagen, Plin. 7, 37. *Sponſione aliquem provocare*, Val. Max. 2, 8, 2; & Petron. c. 70. Erat enim ſponſio actio, quæ fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, eine wette. *Sponſio votiva*, qua obligantur Deo, eine gelübde, Cic. de Leg. 2, 16. Et, *Audax ſponſio*, Iuvenal. 11, 199.

¶ Sponſiuncŭla, *æ*, f. diminut. eine kleine zuſage. Petron. c. 58 *Sponſiunculam deferre.*

¶ Sponſor, *ōris*, m. qui pro aliquo ſpondet, ein bürge. Cic. fam. 6, 19 *Quod ſponſor es pro Pompejo.* Nepos 25, 9, 4 *Tanta diligentia officium ſuum præſtitit, ut nullum ille ſiiterit vadimonium ſine Attico: hic ſponſor omnium rerum fuerit.* Cum feminino Ovid. Heroid. 16, 14 *Sponſor conjugii ſtet Dea picta ſui.* Laudat hic Burm. Scal. ad Manil. 5, 632. ¶ 2. *Sponſorum* in baptiſmo, meminit Tertull. de Baptiſmo c. 18, die paten.

¶ Sponſo, *are*, ſponſalia contrahere, ſtipulari ſibi uxorem dari, verloben, vermählen. Paulus ICtus L. 38 Dig. de ritu nuptiar. *Si quis*

quis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem sponsare non prohibetur. Et Tertull. de Veland. Virg. c. 11 *Sine quo* (tempore) *sponsari non possunt.* Onomast. Vet. *Sponso, μνηστεύω.*

¶ Sponsans, *tis.* Paulin. Nolanus 6 Natal. Felic. v. 43 *Et variis animam sponsantes dotibus adstant.*

¶ Sponsālis, *e*, ad sponsum sponsamve pertinens, vor verlobte gehörig. Lege 2 Cod. Theodos. de Repudiis: *Quæ recedit dotis suæ compos, sponsalem quoque obtineat largitatem.* conf. Tertull. adv. Valent. c. 31. Et Iuvenc. 1, 143 de Iosepho Mariam relinquere cogitante: *Hæc præcepta sequens servat sponsalia pacta*, das eheverlobniß. Mart. Capell. 2 p. 46 *Sponsales præstolatur adventus.*

¶ Sponsālia, *ium, ōrum*, n. pl. subst. Geli. 4, 4 ex Servio Sulpicio *contractus stipulationum sponsionumque dicebantur sponsalia.* ¶ 2. Speciatim contractus stipulationis & sponsionis in caussa matrimoniali, verlöbniß, ehe-verbündniß. Nep. 25, 20, 1 *Ante hæc sponsalia.* Sic, *Sponsaliorum dies*, Suet. Aug. c. 53. v. L. 1 Cod. Sponsal. Paulus Cypræus 1, 3 de jure connubiorum veruſtiſſimos mortales ſponſalia nudis verbis citra ſolennem ſtipulationem coiviſſe notat. conf. Dig. 23 t. 1 *De sponsalibus*; Ir. Cic. ad Qu. Frat. 2, 6; Suet. Aug. c. 53; & Claud. c. 12; Sen. de Tranquill. c. 12; & Iuvenal. 6, 25.

¶ Sponsālītius, *a, um*, zum verlöbniß gehörig; ut, *Arrhæ sponsalitiæ*, de quibus eſt Tit. in Cod. Iuſtinianeo. Sidon. 7 ep. 2 *Sponsalitia donatio.*

Compoſita a *Spondeo:*

¶ Conſpondeo, *ēre*; Hinc

¶ Conſponſus, *a, um*, zuſammen verſprochen; unde *Conſponſi, mutua fide colligati*, verlobte, auctore Feſto: & Varr. L. L. 5, 7 p. 41 *Conſponſa factio*, Apul. Met. 5 p. 165. Et Auſon. epiſt. 10, 11 *Te quoque ne pigeat conſponſi fœderis.*

¶ Conſponſor, *ōris*, m. ein mitbürge. Apud Feſtum idem eſt ac conjurator. Cic. fam. 6, 19 *Sic Galba conſponſor tuus redierit.* Add. Id. Att. 12, 17.

¶ Deſpondeo, *di, ſum, ēre*, verloben, zur ehe zuſagen. Quamquam aliter voluit Donatus. Ter. Heaut. 4, 4, 31 *At ego illi nec do, nec deſpondeo.* Chremes de filia. Deſpondet autem tam adoleſcentis, quam puellæ pater. Cic. Att. 1, 3 *Tulliolam Piſoni deſpondimus.* Ter. Andr. 1, 1, 75 *Placuit: deſponsi, hic nuptiis dictus eſt dies*, Simo de Pamphilo. Et, *Deſpondere ſibi alicujus filiam*, ſic Cælius loquitur ad Cicer. fam. 8, 7. ¶ 2. Etiam ad alia transfertur. Cic. Att. 11, 6 pag. 201 *L. Lentulus Hortenſii domum ſibi deſponderat*, h. e. ſpe, ut alias loquitur, devoraverat, er dachte, er hätte es ſchon in ſeinen klauen. Sic & *Deſponſam homini jam Syriam ademi*, Attic. 1, 16. Idem fam. 12, 9 ad Caſſ. *Spes reipublicæ quæcunque eſt, ea deſpondetur anno conſulatus tui*, i. e. reſervatur in tuum conſulatum. Id. Att. 1, 10 *Bibliothecam tuam cave cuiquam deſpondeas, quamvis acrem amatorem inveneris*, i. e. vendas, addicas. vid. etiam in *Deſponſus.* ¶ 3. Sed, *Deſpondere animum*, eſt ex deſperatione mortem ſibi decernere, verweifelt, verzagen. Plaut. prol. Men. v. 34 *Pater poſtquam puerum perdidit, animum deſpondit.* Liv. 3, 38 *Nec ipſi ſolum deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant, a finitimis populis.* Sic, *Deſpondere ſapientiam* Columella dixit 11, 1, pro deſperare, ſe poſſe ſapientiam aſſequi.

¶ Deſponſus, *a, um*, verlobt, zugeſagt. Stat. Theb. 10, 61 *Ipſa ejus thalamo deſponſa*, ſeine braut. Catull. 61, 26 *Deſponſa firmare connubia.* Cic. de Ar. Reſp. c. 3 *Alicui præripere deſponſam jam & deſtinatam laudem.* Vellej. 2, 65, 2 *Erat privigna Antonii deſponſa Cæſari.*

¶ Deſponſio, *ōnis*, f. die verzweifelung, Cæl. Aurel. Acut. 3, 18.

¶ Deſponſo, *are*, frequentat. ehlich verſprechen. Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 13 *Filia jam ante deſponſata Turno fuerat.* Et Meſſala Corvin. p. 9 *Filiam Turno Rutulorum regi deſponſarat.*

¶ Deſponsātus, *a, um*, idem quod *deſponſus*, Suet. Cæſ. c. 1 *Admodum dives prætextato deſponſata fuerat.* In Cic. ad Qu. frat. 2, 5 *Tulliam noſtram Craſſipedi eſſe deſponſatam*, exemplaria rectius legunt, *deſponſam.*

¶ Deſponsātio, *ōnis*, f. promiſſio futurarum nuptiarum, die verlobung. Ita accipitur lib. 4 Decretal. tit. de clandeſt. deſponſat. & lib. 6 tit. de deſponſatione impuberum. Tertull. de Virgin. velaud. c. 11 *Ad deſponſationem velari.*

¶ Deſponsātor, *oris*, m. promiſſor nuptiarum futurarum. ICt. in Cod.

¶ Reſpondeo, *di, ſum, ēre*, antworten; ut, *Incaute reſpondere*, Quintil. 5, 11. *Reſpondere ad quæſita*, Cic. Phil. 1, 1; *Ad interrogata*, Liv. 3, 4; & *ad poſtulata*, Cæſ. B. G. 1, 44. *Reſpondere pro aliquo*, Cic. de Clar. Or. c. 32. *Reſpondere alicujus maledictis*, Ter. prol. Andr. v. 7; *contra contumeliam inimici*, Cic. de Ar. Reſp. c. 8. ¶ 2. Proprium quaſi ICtorum verbum, qui *Reſpondere* dicuntur de jure, quando interrogati, quid juris ſit, docent. Ita Cic. pro Mur. c. 9 *Urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cavendi* vocat ICtorum artem. Hinc RESPONSOREM pro ICto Horatius dixit, loco infra laudando. Et RESPONSA PRVDENTVM interpretationes juris vocantur. Plura Briſſonius in Formulis. ¶ 3. Sed, *Dictis reſpondent cætera matris*, id eſt, congruunt, vel cum iis conveniunt, ſie kommen überein, treffen ein, Virg. Æn. 1, 585. Et, *Struëturam ad normam & perpendiculum reſpondere oportet*, id eſt, competere & quadrare, zutreffen, Plin. 36, 20. Sic, *Dextra dextris reſpondent*, Cic. de Univerſ. c. 14. *Si bonitas tua reſponderit judicio meo, quod ſemper de te habui*, Id. Att. 14, 13. Et Virg. Georg. 1, 47, *Illa ſeges demum votis reſpondet avari Agricolæ &c.* hoc eſt, *ſatisfacit.* Et, *In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit*, Cic. fam. 2, 1. *Reſpondit ad ſpem eventus*, Liv. 28, 6, es iſt gerathen, wie man gehoffet hat. *Reſpondere nobilitati majorum*, Quintil. 3, 7, den vorfahren nachſchlagen. Etiam ſine caſu apud Plin. 18, 6. Et Sen. de Tranquill. an. c. 6 *Male reſpondent ingenia coacta*, id eſt, niſi ultro & volens didiceris, coactus male diſces. v. *Ingenium.* ¶ 4. Veteres & tertia conſlexione extulerunt. Manil. 5, 734 *Sic etiam magno quædam reſpondēre mundo Hæc natura facit.* Hinc ultimam in *Reſponde* Martialis corripuit 3 epigr. 4 *Si quando veniet, dicet, reſponde pœta, &c.*

¶ Reſpondens, *tis.* Cic. in Orat. c. 42 *Alteros reſpondentes audire ſat erat.* Petron. c. 134 *Nihil reſpondentem mulcavit.* Stat. Achill. 2, 174 *Reſpondentia tentare tympana*, i. e. reſonantia. ¶ 2. Congruens. Ovid. Faſt. 4, 641 *Fructus non reſpondens labori.* Celſ. 6, 6 *In fœminam bene reſpondentibus menſtruis non cadit.*

¶ Reſponſum, *i*, n. ſubſt. die antwort. Ter. prolog. Phorm. v. 17 *Is ſibi reſponſum hoc habeat. Dare, Reddere reſponſum*, Cic. pro Planc. c. 14. *Ferre reſponſum*, Id. Catil. 1, 8; &, *auferre*, Id. de Orat. 1, 56. ¶ 2. Sed, *Reſponſa conſultus reddit vates*, Virg. Georg. 3, 491. *Poſcens reſponſa ſacerdos*, Silius 1, 121, h. e. oracula. *Reſponſa atque decreta ICtorum*, die berichte, Cic. pro Mur. c. 13.

¶ Reſponſus, *ūs*, m. ſubſt. idem. L. 1 § 7 Dig. de Oblig. & Act. *Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & reſponſu.* ¶ 2. Harmonia, die proportion. Manilius 3, 71 *Reſponſûs, certasque vices, ſua nomina cuique Attribuit.* Quo in loco Scaliger RESPONSVS ἀναλογίας interpretatur. Sic etiam Vitruvius uſus eſt 1, 2 *Omnium linearum reſponſus.* Et 3, 1 *Convenientiſſimum habere commenſuum reſponſum.*

¶ Reſponſio, *ōnis*, f. die antwort; ut, *Interpretatio indigna reſponſione*, Cic. pro Balbo c. 16. Et in Piſ. c. 23 *Reſponſione me laceſſivit.* Quint. 9, 1 p. 765 *Sibi ipſi reſponſio.*

¶ Reſponſor, *ōris*, m. i. e. conſultus juris, qui de jure reſpondet, ein juriſt, conſulent, ut recte interpretatur Torrentius apud Horat. 1 epiſt. 16, 43 *Quo reſponſore, & quo cauſſæ teſte tenentur.*

¶ Reſponſo, *āre*, frequentat. reſpondere eſt cum indignatione, ubi tacendum eſt, wieder bellen, ſich verantworten. vid. Plaut. Ciſt. 2, 1, 30; & Moſt. 2, 1, 56; & Men. 4, 1, 57. ¶ 2. *Reſponſare cupidinibus*, Horatius dixit pro contradicere, repugnare, entgegen ſeyn, 2 ſat. 7, 85. Et ibid. v. 103 *Virtus atque animus cœnis reſponſat opimis.* Et, *Fortunæ reſponſare ſuperbæ*, Id. Horat. 1 epiſt. 1, 68.

¶ Reſponsīto, *are*, aliud frequent. reſpondere ſolere. Gell. 13, 10 *Conſulentibus de jure publice reſponſitavit.* Et l. 1 § 3 D. de poſtuland. Et Cic. de Leg. 1, 4 *Ius civile interpretari populo, & reſponſitare ſoliti.*

¶ Reſponſive, adverb. per modum reſpondendi. Aſcon. in Verr. p. 106 *Interrogative pronuntiandum eſt, & contra reſponſive.*

¶ Adreſponſum, unica voce, redditur ἀποκρισιάριος in Novella 25 c. 1 extr. & eſt nomen dignitatis, ſive ejus, qui de negotiis alicujus reſponſa dat; item, qui mittitur a magiſtro militum, ut det reſponſa. v. Cod. 12 t. 36 l. 18 §ult & 2; nec non t. 24 l. 7.

SPONDĒON, *i*, n. σπονδεῖον, poculum libatorium & ſacrificale, ein opferbecher. Apul. Met. 11 p. 266 *De penetrali fonte petitum ſpondeon libat.* v. Suid. & Pollux 10, 18.

¶ Spondēus, *i*, m. σπονδεῖος pes metricus: *Hic ſpondeus erit, longâ qui conſtat utrinque.* A σπονδή, *libamentum*: in ſacrificiis enim eo pede maxime utebantur. *Spondeus lentipes*, Auſon. epiſt. 21, 42 *Spondei ſtabiles*, Horat. Art. Poët. v. 256. Adde Cic. de Orat 3, 47; & in Orat. c. 64; Quintil. 9, 4; & Sidon. 9 epiſt. 15. Hinc

¶ Spondaïcus, *i*, m. ille dicitur verſus, qui in fine duos habet ſpondeos, forte rectius *Spondiacus* dicendus; e. g. Virg. ecl. 4, 49 *Cara Deûm ſoboles, magnum Iovis incrementum.* Appellationem autem *Spondaici* firmat Terentianus apud Priſcian. p. 1321, dum ait: *Vitiant Iambum tractibus Spondaicis.*

¶ Spondiālis, *e*, ſpondeis conſtans; unde *Spondialia*, carmina ſacris adhiberi ſolita, quibus & tibicines uſi, cum modos facerent. vid. Iſidor. 1, 16. Cic. de Orat. 2, 46 *Cum ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur, ſpondialia illa dicentis &c.* Ita legit Turneb. Adverſ. 20, 17; & Rhodig. Lect. Ant. 6, 9. Gruterus habet *Spondalia*. Salmaſius in Solin. p. 88 mavult *Spondaulia*, quod σπονδαύλαι tibicines hujusmodi tibias inflantes. Corradin ab Allio in Lex. Crit. vocem fictitiam, a nemine uſurpatam vocat, & in Cic. MSS. *Spondali illic* extare, notat.

¶ Diſpondēus, *i*, m. conſtans quatuor longis, ut *Oratores.* vid. Diomedes lib. 3 p. 476.

SPONDŌGVS, *i*, m. lanugo, quæ in roſa ſilvatica ſolet naſci, Marcell. Emp. c. 27.

SPONDŸLE, *es*, f. σπονδύλη, Plinio 27, 13 ſerpentis genus eſt arborum radicibus noxium. ¶ 2. Aliis inſectum, quod emoriens peſſimum fœtorem emittit. v. Chiliad Eraſm. *Spondyla* (aut *ſphondyla*;) *fugiens peſſime pedit.* Georg Agricol. de animantibus ſubterraneis: *Spondylis*, inquit, *vermis intra terram reperiri ſolet ita convolutus, ut vorticilli, quod Græci σπονδύλον vocant, ſpeciem præ ſe ferat.*

SPONDŸLIVM, *i*, n. ſeu *Sphondylium* potius, σφονδύλιον, herba, platani foliis aut panacis, caule fœniculi meiſterwurz, ut putatur: Sed deſcriptio ejus *Branchæ Virſinæ* magis convenit, bärenklau, Plin. 12, 27; & 24, 6.

SPONDŸLVS, *i*, m. σπόνδυλος & σπονδύλιον, nodus ſeu vertebra ſpinæ, ein gelenck im rückgrad, Plin. 29, 4 ſect. 20. Sunt in ipſa ſpina ſpondyli 24, quorum ſeptem collum conſtituunt, duodecim thoracem, quinque reliqui lumbos. Male *Sphondylos* pro *Spondylis* dixit Cæl. Aurel. Acut. 1, 1, 36. ¶ 2. Et *Spondylus* caro oſtreorum dicitur circa vertebras ac dorſum, Plin. 32, 6. Adde Apic. 9, 14; & Celſ. 3, 18. ¶ 3. Sunt, qui oſtream; ſunt, qui piſcem; ſunt, qui concham, *Spondylum* interpretantur. Plinius ſane in piſcibus numerat 32, 11; cui & Macrobius Sat. 2, 9 in pontificum cœnis locum non infimum dat. ¶ 4. *Spondylus* verticillus, ein wirbel an der ſpindel; vel qualecunque officulum. Martial. 7 epigr. 19 *Roſos tepenti ſpondylos ſinu condit*: ubi vel piſcium vel alterius cibi officula intelligere licet.

SPONGIA, *æ*, f. σπόγγος, ein ſchwamm, badſchwamm. Vtebantur ad tergendas menſas. Martial. 14 epigr. 144 *Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis Vtilis expreſſo cum levis imbre tumet.* Petron. c. 108 *Spongia uda facies plorantis deterſa eſt.* Erat in pictorio ſcriptorioque inſtrumento ſpongia, qua delebantur emendan-

da:

da: unde Græcorum proverbium ἐπόγγῳ ἰᾶσθαι, *Spongio curare*, id eſt, delere & emendare. *Spongiam impingere*, Auſonius dixit præfat. Griphi ſive II Eidyllii. Huc pertinet, quod de Auguſto Suetonius ejus vita c. 85 refert: *qui tragœdiam magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtilo, abolevit: quærentibusque amicis,* QVIDNAM AIAX (id nomen vel argumentum tragœdiæ erat, quam inchoarat,) AGERET? reſpondit, AIACEM SVVM IN SPONGIAM INCVBVISSE. De ſpongia, a Protogene picturæ, quæ male reſpondere videbatur, impacta & exprimente caſu, quod cura & ars æmulari non poterat, lege Plinium 35, 10. De ſpongia quædam & Lindebrogius ad Ter. Eun. 4, 7, 7 obſervat. Apud Liv. 9, 40 inter arma Samnitium eſt quoque *Spongia*, pectori tegumentum. v. Lipſ. Saturnal. Serm. Lib. 2 Dial. 11, ubi ait, *Spongiam* eſſe, quam in nota fœminini ſexus, qui gladiatoriam exercebat, Iuvenalis *balthæum* vocet, Sat. 6 v. 255. Simili forte cauſſa Terentianus miles ſpongiam primum aſſumſerat, & riſum deinde captat. Suet. Veſp. c. 16 *Creditur etiam procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo* PRO SPONGIIS *dicebatur* VTI, *quod quaſi & ſiccos madefaceret & exprimeret humentes.* Adde Celſ. 6, 7; 8, 4, & 52; Vitruv. 2, 6; Suet. Calig. 20. Eſt etiam A. Krigelii Lipſiæ habita 1734 de ſpongia diſſertatio. ¶ 2. *Spongia*, animal marinum ſunt qui putent, quod extra aquas mortuum, intra vero vivere videtur, id ipſum nimirum, quod tergendo deinde adhibemus, Plin. 31, 11; & 9, 45. ¶ 3. Et pumex lapis, quia cavernis plenus eſt, *ſpongia* dicitur, Plin. 36, 19; & Pallad. 1 tit. 10. ¶ 4. *Spongiæ* appellantur radiculæ aſparagorum implicatæ apud Columellam 11, 3; & Pallad. Febr. tit. 24: & Mart. tit. 9. ¶ 5. Spongia pro maſſa prius liquati ferri poſtea indurati. v. Hard. ad Plin. 34 ſ. 41 n. 15; non pro ſpuma, quam intellexerat Salmaſ.

¶ Spongiŏla, *æ*, f. diminut. Plur. *ſpongiolæ*, die ſchlapffäpffel an den wilden roſenſtauden, Plin. 25, 2. ¶ 2. Radiculæ item inter ſe implicitæ aſparagorum, Colum. 11, 3.

¶ Spongiŏlus, *i*, m. fungorum genus, morcheln, pfifferling, Apic. 2, 1; Et 3, 20.

¶ Spongiōſus, ſchwammicht, locker, löcherícht; ut, *Pulmo ſpongioſus*, Plin. 11, 37. Adde Celſum 4, 1; Plin. 36, 21.

¶ Spongio, *are*, i. e. ſpongia emundare, detergere, mit dem ſchwamm abwiſchen. Apicius 1, 26 *Exime & ſpongiabis diligenter.* Id. 8, 1 *Aper ſpongiatur.* Adde Barthii Adverſ. 38, 2.

¶ Spongĭzo, *are*, idem. Apicius 7, 16 *Accipies cochleas, ſpongiza.* Id. 8, 7 *Spongizare coctum.*

¶ Spongītes, *æ*, m. σπογγίτης, gemma ſpongiæ ſpeciem repræſentans, ein ſchwamm-ſtein; Plin. 37, 10.

Sponſa, ſponſalia, ſponſio, ſponſor, ſponſus &c. vide ſupra *Spondeo.*

SPONTE, ablativus ab inuſitato *Spons*, cujus genitivum *Spontis* mox adferemus: ut, *Meâ, tuâ, ſuâ, noſtrâ, ſponte*, id eſt, voluntate, freywillig, von freyen ſtücken, von ſich ſelbſt. Varro L. L. 5, 7 SPONDEO *a* SPONTE. *Nam id valet,* VOLVNTATE &c. Et paullo poſt: DESPONDISSE *dicebatur, quod de ſponte ejus, id eſt, voluntate exierat.* conf. Chariſ. 2 pag. 195. Cic. fam. 6, 9 *Quam voluntatem tua ſponte habituras eſſes.* Virg. Æn. 4, 361 *Italiam non ſponte ſequor*, nicht nach eigenem gefallen. Et eleganter ante v. 340 *Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis, & ſponte meâ componere curas:* Lucanus 9, 574 *Nil facimus non ſponte Dei.* Idem 1, 99 *Paxque fuit non ſponte ducum.* Idem 4, 184 *Sponte tua.* Tac. Hiſt. 3, 16, 3 *Nec ſponte Antonii properatum.* Et Hiſt. 4, 19, 7 *Vnde ſuſpicio, ſponte legatorum excitari bellum.* In his omnibus SPONTE nomen eſt, & voluntatem ſignificat. *Lacedæmonem ſua ſponte profectus eſt*, Nepos 5, 3, 3 id eſt, ſine juſſu & auctoritate populi. Alibi vero & inſitam vim, ſive naturam, notat. *Sponte naturæ*, h. e. a natura, per naturam, Plin. 9, 51; & 11, 49. Hinc Virg. Georg. 2, 47 de arboribus loquens, ait: *Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras.* Ovid. de Ponto 2, 3, 34 *Sponte ſuâ probitas officiumque juvant.* Cic. de Senect. c. 19 *Ignis conſumtus ſua ſponte extinguitur, ſic & ſenes, &c.* Cic. Verr. 1, 42, *res, quæ ſua ſponte ſcelerata ac nefaria eſt.* Id. Verr. 2, 10 *Quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, libellum dediſſet.* Prioris loco dicunt vulgo *per ſe*, an ſich ſelbſt; poſterioris, *pro ſe*, vor ſich ſelbſt, conf. Petron. c. 16 & 105. Cic. Acad. Quæſt. 4, 16 *Sin ipſe tua ſponte proceſſeris, tuum.* ¶ 2. Alias adverbium eſt, autwillig. Ver. Gloſſ. *Sponte*, προαιρέσει, ἑκουσίως. *Imminentem, neceſſitatem ſponte prævenit*, Tac. An. 1, 30, 5.

¶ Spontis, genitivus rarior eſt. Varro L. L. 5, 7 *Sue ſpontis ſtatuerat finem.* Celſ. 1, 1 pr. *Sanus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus* (medicorum) *debet*, der ſein eigener herr iſt. Colum. 11, 3 *At ubi loci natura neque manu illatam, nec ſuæ ſpontis aquam miniſtrari patitur.* conf. Id. 9, 4.

¶ Spontāneus, *a, um*, adject. voluntarius, freywillig, fürſetzlich; ut, *Spontanea inſania eſt ebrietas.* Sen. epiſt. 121 *Agilitas ſpontaneus motus eſt.* Macrob. Somn. Scip. 2, 12 *Appetitus ſpontaneæ mortis.* vid. plura in Borrich. Cogit. p. 242 & adde Veget. prol. lib. 2; Plin. 27, 7; & Arnob. lib. 3.

¶ Spontanee, adverb. voluntarie, willig. Vulg. Interpres uſus eſt 1 Petr. 5, 2; & Hieronymus epiſt. 2 ad Nepotianum & Octav. Horat. 1, 8.

¶ Spontālis, *e*, ultroneus, beliebig, ungezwungen; ut, *Spontale parricidium*, Apul. Met. 4 p. 147. Et, *Spontalis ſobrietas*, Id. lib. 9 extr.

¶ Spontālĭter, adverb. Sidonius formavit 8 epiſt. 9 *Id non modo non coactus, verum etiam ſpontaliter facio.*

¶ Spontivus, *a, um*, idem quod *Spontaneus*; ut, *Spontivum damnum*, Solin. c. 2. (al. 8) vid. Salmaſ. in eundem p. 61, qui reſtituit.

SPŎRĂDES, *um*, f. pl. Σποράδες, inſulæ aliquot ſunt in mari Carpathio ſeu Ægæo Aſiam verſus, ſic dictæ a σπείρω, quaſi in mari *ſparſæ*: non glomeratæ ut *Cyclades.* Deſcriptas vide a Plinio 4, 12.

SPORTA, *æ*, f. viſcella, ein korb, a *Sparto* herba (vide *Spartum*;) vel ab aſportando dicta. Salluſt. fragm. c. 14 *E muris canes ſportis demittebant.* Cato R. R. c. 133 *Sporte facarie*, feigen-körbe. Colum. 8, 7 *Sportis incluſæ pendent aves.* conf. Nonius 2, 833; Pallad. Ian. 21. Petron. c. 113; & Iſidor. 20, 9.

¶ Sportŭla, *æ*, f. diminut. Aſcon. proœm. act. in Verr. p. 50 SPORTAS, SPORTVLAS, SPORTELLAS, receptacula numorum interpretatur, & quidem minoris ſummæ, geld-körbgen. Plaut. Men. 1, 4 pr. *Sportulam cape, atque argentum atque obſonium affer.* Vtebantur *ſportis* ſive *ſportulis* ad rem penuriam, ut ex Vlpiano poteſt conſtare l. 3 ff. de penu legata. Adde Sidon. 5, 7; Suet. Claud. c. 21; Plin. 10 epiſt. 118. ¶ 2. *Sportulæ* etiam dicta congiaria, quæ clientibus pro ſalutationis officio erogabantur, ſive obſonii aliquid, ſive pecuniæ & ſtipes eſſent. Vnde in Gloſſis *Sportula*, διανομὴ χρυσίου, *ſportula*: διανομὴ ἀργύρου, *ſportula*: Sed de obſonio quando utimur, *epulo* ſive *juſtæ cœnæ*, quæ & *recta* dicebatur, opponitur. Martial. 8 epigr. 50 *Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.* Exhibebatur autem *ſportula* in ædium veſtibulo: inde Iuvenal. 1, 95 *Tunc ſportula primo Limine parva ſedet turbæ rapienda togatæ.* Sed *Sportularum* nomine non veniebant ſtipes tantum, quæ clientibus erogari, ut dictum ante, conſueverant, ſed & illæ largitiones & diſtributiones pecuniarum, quæ in ludis, in inaugurationibus honorum, it. in nuptiis fieri ſolebant, It. in dedicationibus operum novorum; de quibus vid. Plin. 10 epiſt. 117; Dempſter ad Coripp. p. 206; & Iuret. ad Symmach. 4 ep. 55; ubi de *Sportulis nuptialibus* ex eod. 3 ep. 24; 4 ep. 4; 9 ep. 96; & ex Apul. Apol. p. 329; item de ſportulis pro introitu facerdotii ex Suet. Claud. c. 9; imo vero collegii inter latrones ex Apul. Met. 7 p. 191. In veteri Inſcriptione: IMPETRATI LOCO EX D. ORD. STATVA FORENS. MEMORIAM PIETATIS HONORAVIT DATISQVE SPORTVLIS DEDICAVIT. ¶ 3. Torrentius ad Suet. Domit. c. 7 obſervat, Cypriano dictas *ſportulas*, quæ facerdotibus diſtribuebantur ſingulis menſibus, unde & *diviſiones menſtruas* appellavit, & eos, quibus dabantur, *ſportulantes.* ¶ 4. In Iure *Sportulæ* dicuntur pecuniæ, quæ judicibus aut executoribus litium dabantur, Græcis πρυτανεῖα, ut Suidas docet. vide ICtos.

¶ Sportella, *æ*, f. diminut. aliud, idem ſignificans. Cic. fam. 9, 20 *Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ, &c.* Et Apic. 6, 9 *In ſportellam ſubmittere.* conf. Suet. Domit. c. 4; & Petron. c. 40.

¶ Sportŭlo, *are*, i. e. ſportulam accipere, der austheilung mit genieſſen. Cyprian. epiſt. 66 *In honore ſportulantium fratrum.* Spretor, ſpretus, vide ſupra *Sperno.*

SPŪMA, *æ*, f. a *ſpuo*, ſuperfluitas ex ebullitione & agitatione, ut in aqua, ære, ſale, ſchaum, geſcht: ut, *Agere ſpumas*, ſchäumen, Lucret. 3, 490. Et Virg. Æn. 3, 208 *Annixi torquent ſpumas, &c.* Sic, *Spuma argenti*, λιθαργυρος, glette. Adde Celſum 5, 5; 6, 6; 7, 9 & 11; Plin. 33, 6; Colum. 6, 14. *Spuma ferri*, quæ dum vena ferri funditur, per os camini exit. Hard. ad Plin. 34 ſ. 41 n. 15. Sic pro ſapone *Cauſtica* ſeu potius *Cattica ſpuma*, Seßiſche ſeiffe, Martial. 14 epigr. 26. v. *Catti.*

¶ Spūmeus, *a, um*, ſchaumicht; ut, *Spumea unda*, Virg. Æn. 10, 212. *Aper ſpumeus*, Apul. Met. 8 p. 202, (vide in *Sonax*) quem *ſpumantem* mox ex Virgilio dicemus. Et Prudent. περὶ στεφ. 1 Calagurrit. 101 *Spumeas effans ſalivas.*

¶ Spūmĭdus, *a, um*, idem. Apul. Apol. p. 306 *Humor craſſus & ſpumidus.*

¶ Spūmōſus, *a, um*, idem; ut, *Æquor ſpumoſum*, Lucan. 2, 627 *Littora ſpumoſa*, Catull. 65, 121, quæ ſpumas multas agunt, voll ſchaumes. Compar. Claud. de Conſul. Honor. 6, 458 *Adduc quo ſciſſas ſpumoſior incitat undas.*

¶ Spūmo, *avi, atum, are*, ſpumas emittere, ſchäumen, giſchen. Virg. Georg. 3, 309 *Quam magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctra.* Idem Georg. 2, 6 *Spumat plenis vindemia labris.* conf. Sen. Nat. qu. 2, 16; & Pallad. 1, 17.

¶ Spūmans, *tis*, ſchäumend; ut, *Pocula ſpumantia lacte*, Virg. eclog. 5, 78. *Aper ſpumans*, Id. Æn. 1, 324. Et Æn 4, 135 *Stat ſonipes & frena ferox ſpumantia mandit*, hoc eſt, ſpumare ſolita. *Rubras* ſive *cruentas ſpumas* ſignum fortiſſimi equi dicit Servius Virg. l. c. Sic, *Spumantia muſta*, Iuvenc. 2, 378.

¶ Spūmātus, *a, um*, beſchaumt, Cic. Divin. 1, 7 ex poëta: *Saxaque cana ſalis niveo ſpumata liquore.*

¶ Spūmātus, *ûs*, m. ſubſt. das giſchen, die ſchäumung, jährung. Statius 1 Silv. 4, 102 *Anguis abundat Spumatu.*

¶ Spūmabundus, *a, um*, ſpumans, ſchäumend. Apul. Apol. p. 303 *Faciem tuam ſpumabundus conſpuiſſet.*

¶ Spūmeſco, *ĕre*, ſchaumicht werden, jähren, giſchen. Ovid. Heroid. 2, 87 *Spumeſcunt aquora remo.*

¶ Spūmĭfer, *a, um*, ſchaumicht; ut, *Fluctus ſpumiferi*, Stat. Achill. 1, 59.

¶ Spūmĭger, *a, um*, idem; ut, *Fons ſpumiger*, Ovid. 11 Met. v. 140. *Sus ſpumiger*, Lucret. 5, 983 *Spumigeri lupi*, Manil 5, 72.

¶ Spūmĭgena, *æ*, ex ſpuma natus; ut, *Cythere ſpumigena*, apud Martian. Capellam 9 p. 310. Venus ἀφροδίτη.

Compoſita:

¶ Conſpūmo, *are*, beſchäumen, in Fragm. poët.

¶ Conſpumātus, *a, um*, beſchäumet, in iisdem Fragm.

¶ Deſpūmo, *are*, ſpumas detrahere, abſchäumen. Virg. Georg. 1, 296 *Et foliis undam tepidi deſpumat aheni.* ¶ 2. Pro *concoquere* dixit Perſius ſat. 3, 3. *Stertimus indomitum quod deſpumare falernum Sufficiat.* Metaphorice Seneca epiſt. 99 *Deſpumare lacrymarum affectus.*

¶ Deſpumans, *tis*. Vulg. Int. Iudæ epiſt. v. 13 *Deſpumantes confuſiones ſuas.*

¶ Deſpūmatus, *a, um*, abgeſchäumt; ut, *Deſpumatum mel*, abgeklärtes honig, Celſus 3, 6; & Th. Priſcian. 1, 17. *Libramentum cotæ deſpumatum*, Vitruv. 7, 4. *Faba deſpumata*, Apic. 5, 3.

¶ Deſpūmātio, *ōnis*, f. die abſchäumung. Tertull. de Carne Chriſti c. 19 uſus eſt, vide ipſum locum.

¶ Diſpūmo, *are*, wegſchäumen. Pallad. Febr. 25 *Aliqui aquam ſaltam diſpumant.* conf. Colum. 12, 38; & ex Virg. Gell. 2, 3 extr.

¶ Diſpu-

¶ Diſpumatus, *a,um,* weggeſchäumet. Colum. 12, 34 *Ad tertias diſpumatum.* Pallad. Oct. t. 17 *Mel non diſpumatum.*

¶ Exſpūmo, *are,* ſpumæ modo exire, heraus ſchäumen. Celſ. 6, 7, 8 *Donec inde humor aliquis exſpumet.*

¶ Inſpūmo, *are,* herfür ſchäumen. Tertull. in Apolog. c. 12 *O ſacrilega convicia! Infrendite, inſpumate.*

SPVO, *ſpui, ūtum, ĕre,* ſputum emittere, ſpützen, ſpeyen, ſpucken, auswerfen. Virg. Georg. 4, 97 *Terram ſicco ſpuit ore viator.* Plin. 28, 4 *Veniam a Diis ſpei audacioris petimus in ſinum ſpuendo etiam.* Nam ſalivam contra defaſcinationes præſidio eſſe exiſtimatum eſt. Confer mox dicenda in *Conſpuo* & *Deſpuo.* Solin. c. 4 *Antoniam, Druſi conjugem, nunquam ſpuiſſe percelebre eſt.* Ammian. 23, 6 *Nec miniſtranti apud Perſas famulo biſcere, vel loqui licet, vel ſpuere.*

¶ Spūtum, *i,* n. ſubſt. geifer, ſpeichel. *Purgamentum oris* Seneca vocat de Conſtantia c. 2. *Voces improbas & ſputa perferre,* Ibid. c. 1. Martial. 2 ep. 26 *Inque ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus.* Et, *Sputum edere,* Celſ. 1, 8, id eſt, exſpuere. *Sputa cruenta,* Propert. 4, 5, 66.

¶ Spūtus, *ûs,* m. ſubſt. idem. Cæl. Aurel. Tard. 4, 4 *Cum plurimo ſputu & ructatione jugi.*

¶ Sputisma, *ătis,* n. idem. Vitruv. 7, 4 *Quod poculis & ſputismatis effunditur, ſimul atque cadit, ſicceſcit.*

¶ Spūto, *are,* frequentat. ausſpeyen. Plaut. Merc. 1, 2, 27 *Sanguinem ſputare.* Id. Capt. 3, 4, 18 *Qui ſputatur morbus,* i. e. comitialis, die ſchwere noth.

¶ Spūtātor, *ōris,* m. qui ſemper ſputat. Plaut. Milit. 3, 1, 52 *Alinine ſputator, ſcreator ſum.*

¶ Spūtāmentum, *i,* n. ſpeichel. Tertull. de Spectaculis c. 30 *Sputamentis dedecoratus.*

¶ Spūtāmen, *ĭnis,* n. Idem adverſ. Gnoſtic. c. 10 dixit eodem ſenſu. Et Prudent. Apoth. v. 676 *Humectam ſacro ſputamine terram contrectans &c.* Cæl. Aurel. Tard. 2, 14, 199 *Ægrotantium ſputamina.* Ammian. 14, 9 *Zeno linguam ſuam cum cruento ſputamine in oculos regis impegit.*

¶ Spūtātĭlĭcus, *a,um,* id eſt, conſputatione dignus, anſpeyenswerth; ut, *Sputatilica crimina,* vox ridiculi gratia conficta, apud Cic. de Clar. Orat. c. 74.

Compoſita:

¶ Adſpuo, *ĕre,* anſpeyen. Plin. 28, 4 *Si dormiens ſpectatur infans, a nutrice terna adſpui.*

¶ Conſpuo, *ĕre,* beſpeyen. Furius Bibaculus apud Scholiaſten Horatii: *Iuppiter hibernas cana nive conſpuit Alpes.* Vbi per metaphoram *conſpuit* pro *conſpergit* dixit. Quem verſum Horatius reprehendit & taxat 2 ſat. 5, 41, propter hoc ipſum verbum *conſpuit*: in quo fœda & indecora atque indigna poëta epico tralatio eſt; quæ omnia in metaphoris vitanda ſunt. Quintilianus etiam reprehendit 8, 6, qui hanc translationem *duram & a longinqua ſimilitudine ductam* agnoſcit. Petronius c. 74 de homine ſibi placente, alios præ ſe abominante, & faſcinum forte objiciendum per ſalivam ſuam avertente: *Inflat ſe tanquam rana & in ſinum ſuum conſpuit.* Hoc minus concinne alii exponunt de eo, qui ſe ipſum lædit in aliis, qui ſibi ipſi nocet. ¶ 2. *Conſpuere* etiam pro *deteſtari* ſumitur. In deteſtabiles enim mittimus ſputum. Plaut. Curc. 4, 2, 17 *Qui conſtitit, culpat eum, conſpuitur, vituperatur.* Petron. c. 132 *Convocat omnes quaſillarias familiæque ſordidiſſimam partem, ac me conſpui jubet.* Hoc de contumeliæ genere v. Barth. ad Claud. de conſ. Hon. 4, 404 & Adverſ. 23, 24.

¶ Conſpuens, *tis,* Vulg. Int. Ieſ. 50, 6 *Faciem meam non averti ab increpantibus & conſpuentibus in me.*

¶ Conſputus, *a, um,* angeſpeyt. Plaut. vulgo citatur: *Ab omnibus derijus atque conſputus.* Hieron. ad Domnionem: *Quoties conſpuit, & conſputus abſceſſit.*

¶ Conſpūto, *are,* frequent. verſpeyen. Cic. ad Quint. fratr. 2, 3 *Clodiani noſtros conſputare cœperunt.*

¶ Conſpūtātus, *a, um,* verſpeyt. Tertull. adv. Iudæos c. ult. *Maledictus & conſputatus.* Et mox: *Conſputatus & omnibus contumeliis afflictus.*

¶ Conſputatio, *ōnis,* f. die verſpeyung, contumeliæ ſignum.

¶ Deſpuo, *ĕre,* idem quod ſpuere vel exſpuere, ausſpeyen. Tibullus 1, 5 extrema: *Deſpuit in molles & ſibi quisque ſinus,* puta, pro faſcino avertendo, ut Iuvenalis Scholiaſtes in ſat. 7, 112 prodit. Id. Tibull. 1, 2, 54 *Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.* Quo verſu poëta ad ſuperſtitioſum veterum morem reſpexit, qui ad deprecandum faſcinum & alia dira, & horribilia avertenda ter ſolebant exſpuere, conf. locum Petronii in *Exſpuo.* Et Plin. 28, 4 *Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, contagia regerimus.* Et mox: *Terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt &c.* conf. *Inſputo.* vid. etiam Lucian. T. I pag. 488 & 777; & alias Heinſ. Lect. Theocr. c. 11; & Caſaub. Lect. Theocr. c. 8 p. 75. ¶ 2. Hinc *Deſpuere* & deteſtari eſt, vel extreme contemnere, verſpeyen, verachten. Plaut. Aſin. 1, 1, 26 *Teque obſecro hercle, ut, quæ locutus, deſpuas.* Claud. de Conſ. Hon. 4, 403 *Triſte, rigor nimius, Torquati deſpue mores.* Minut. Felix Octavio c. 8 *Templa ut buſta deſpiciunt: Deos Deſpuunt.* Imperſonaliter Livius 5, 40 *Vbi nunc deſpui religio eſt.*

¶ Deſpūtum, *i,* n. der ſpeichel. Cæl. Aurel. Acut. 3, 20, 195 *Feruntur cum his humoribus plerumque ſubalbida deſputa.* v. Barth. Adverſ. 39, 1.

¶ Deſpūtāmentum, *i,* n. ſchaum. Fulgent. Mythol. 3 *Scintillantis olei deſputamento aliquem accendere.*

¶ Perdeſpuo, *ĕre,* über und über beſpeyen. In obſcenis eſſe videtur in illo Catull. 75, 3 *Patrui perdeſpuit uxorem*; alii: *perdefricuit.*

¶ Diſpuo, *ere,* wegſpeyen, wegwerffen. Tertull. adv. Marc. 1, 29 *Nec matrimonii res ideo diſpuentur, quia intemperantius diffuſæ in luxuriam inardeſcunt.* Et Prudent. *Quum diſpuenda exiſtimas.*

¶ Exſpuo, *ĕre,* ausſpützen, ausſpeyen; ut, *In os,* vel *faciem alicujus exſpuere,* Plin. 7, 23. Petron. c. 131 *Hoc peracto carmine ter me juſſit exſpuere,* ad quem locum vide Wowerium. *Miſeriam ex animo exſpuere,* dixit Terentianus Gnatho affectata, ut videtur, a poëta parumque honeſta metaphora, Eun. 3, 1, 16, pro ejicere. Similiter Seneca Troad. v. 1169 *Vbi hanc anilis exſpuam leti moram.* Sic, *Exſpuere lacrymas,* Plautus dixit Pſeud. 1, 1, 74: ſed comice & licenter, pro plorare.

¶ Exſpuens, *tis.* Vulg. Int. Marc. 8, 23 *Exſpuens in oculos ejus,* cæci. Et Matth. 27, 30 *Exſpuentes in eum.*

¶ Exſpūtus, *a,um,* ausgeſpeyt. Sidon. 1 epiſt. 7 extr. *A rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauſeantis exſputus.*

¶ Exſpuitio, *ōnis,* f. die ausſpeyung; ut, *Exſpuitio ſanguinis,* Plinius 23, 1.

¶ Inſpuo, *ĕre,* hinein ſpeyen. Sen. de Ira 3, 38 *Inſpuere in frontem mediam hominis.* Petron. c. 75 *In faciem inſpuere.* Et, *In tuum ipſius ſinum inſpue,* proverbialiter in taxantes aliena vitia. vide Chiliad.

¶ Inſpūto, *are,* frequent. Plaut. Capt. 3, 4, 22 *Et cum morbum mihi eſſe* (memoras) *ut qui me opus ſit inſputarier?* HEG. *Ne verere: multos iſte morbus homines macerat. Quibus inſputari ſaluti fuit, atque aliis profuit.* Loquitur de comitiali morbo, quo laborantes deſpui ſolitos, ex Plinio 10, 33; & 28, 3 diſcere licet. Inſputatio autem iſta ideo fiebat, tum ut conſulcretur ægrotanti, tum illi ipſi etiam, qui inſpuebat, quod crederent, ſputo & medicandi ineſſe vim, & avertendi contagii, ut ex Plautino loco clarum. Huc pertinet Apuleji illud Apol. p. 307 *Tu potius caducas* (id eſt, epilepticus) *qui jam tot calumniis cecidiſti. Neque enim gravius eſt corpore quam corde collabi; pede potius quam mente corruere; in cubiculo deſpui, quam in ſplendidiſſimo iſto cœtu deteſtari.* conf. p. 302.

¶ Reſpuo, *ĕre,* ausſpeyen. Vitruv. 7, 4 *Ab ſe reſpuere liquorem.* ¶ 2. Eſt aſpernari, repudiare, verwerffen, verachten; ut, *Munera parva reſpuere,* Tibull. 4, 1, 7. Et Liv. 2, 41 *Munera ejus in animis hominum reſpuebantur.* Cic. Tuſc. 3, 33 *Sunt, qui conſolationem illam reſpuunt,* die den troſt nicht annehmen. Et paſſive Iuvencus 2, 689 *Reſpuor a vobis.*

¶ Reſpuens, *tis.* Gellius 6, 15 *Communium vocum reſpuens & faſtidiens.*

SPVRCVS, *a, um,* impurus, obſcenus, unrein, unflätig, unſauber, garſtig; ut, *Spurcus homo, ſpurciſſimus helluo,* Cic. pro Domo c. 10. *Homo ſpurciſſimus,* Idem Verr. 1, 37. *Si quid eſt urina ſpurcius,* Gell. 17, 19. *Vita ſpurciſſima,* Idem 14, 2. *Spurciſſima mors,* Sen. epiſt. 70. *Spurciſſimæ tempeſtates,* Suet. Cæſ. c. 60. *Spurci* autem *homines* ſunt, quibus nullus pudor, nulla honeſtatis cura ineſt: qui nihil, niſi flagitium ſunt, nec ulla re bona digni. Vnde & Muſonius philoſophaſtros erraticos & nulla fronte, *animalia ſpurca* vocat apud Gell. 9, 2. *Spurciſſimum propudium,* maledictum eſt in impurum hominem, ein ſchandvogel, apud Apul. Met. 8 p. 215. *Vrinæ ſpurciſſimæ mador*; & *ſpurciſſimus humor,* de urina, Id. Met. 1 p. 108 & 110. Et, *Spurcum nubilum,* Plinius dixit 16, 2. Sic, *Spurci ſermones,* λόγος σαπρὸς, Apoſtolo dicti. *Spurcum vinum* apud Feſtum, quod ſacris adhiberi non licet, &c. ¶ 2. Nonius 4, 425 obſervat, veteres etiam *ſpurcum* pro *ſanguinario* & duro dixiſſe: & *ſpurcam tempeſtatem* Ciceroni vehementiſſimam atque aſperrimam ſignificare, grimmig, ſchrecklich.

¶ Spurce, adverb. ſchändlich; ut, *Dicere in aliquem ſpurce & impie,* Cic. Phil. 2, 39. *Spurce,* id eſt, atrociter: unde & cum *impie* conjungit, ſicut auctor Rhetor. ad Herenn. lib. 1 cum *ſuperbe.* v. Turneb. Adverſ. 20, 21. Compar. *Spurcius,* apud Plinium 29, 1 ex Catonis epiſtola. vide ſupra in *Opticus.* Superl. *Spurciſſime perſcribit,* Cic. Att. 11, 13, i. e. impudenter & impie.

¶ Spurcitia, *æ,* & Spurcities, *ēi,* f. der wuſt, unflat. Lucret. 6, 21 *Nobis cœni teterrima cum ſit Spurcities, eadem ſuibus hæc munda videtur.* conf. v. 977. Id. 5, 48 *Quidve ſuperbia, ſpurcitia ac petulantia &c.* Sic *Spurcities ſuum,* ſaumiſt, Plin. 17, 9. *A ſpurcitiis purgare alvum & vermiculos ejicere debet mellarius,* Varro R. R. 3, 16. *Spumam & omnem ſpurcitiam eximere,* abſchäumen, Colum. 12, 17. conf. Idem 1, 5, & 12, 11.

¶ Spurco, *avi, atum, are,* fœdare, beſudeln, verunreinigen. Prudent. in Symmach. 1, 60 *Iuppiter inceſta ſpurcavit labe Lacænas.* Plaut. Mil. 1, 2, 57 *Ex iſtoc loco ſpurcatur naſum* (antique pro *naſus*) *odore illutibili.* Sidon. 3, 13 *Cujus os ſpurcat exhalatus mephiticus odor,* dem es aus dem halſe ſtinckt. Sic, *Aquas vel vinum ſpurcare* l. 1 § 1 ff. de crim. extraord. & l. 27 § 11 ff. ad leg. Aquil.

¶ Spurcātus, *a, um,* beſudelt, beſchmutzt. Catullus 109 in Cominium *Seneſtus ſpurcata impuris moribus.*

¶ Spurcāmen, *ĭnis,* n. der unflat, dreck. Prudent. Cathem. 9, 56 *Gregis ſuilli ſordida ſpurcamina.*

¶ Spurcidĭcus, *a, um,* ſchändlich in reden; ut, *Spurcidici verſus,* i. e. immemorabiles, Plaut. Capt. prol. v. 56.

¶ Spurcĭfĭcus, *a, um,* ſäuiſch. Plaut. Trin. 4, 1, 7 *Spurcificus, immanis, intolerandus.*

¶ Spurcilŏquium, *i,* n. ſchandrede. Tertull. de Reſurr. carn. c. 4 extr. *Spurciloquio experiri in congreſſibus.*

¶ Conſpurco, *are,* verunreinigen. Lucret. 6, 21 *Tetro conſpurcare ſapore.* Colum. 8, 3 extr. *Proluvie ventris cibos & aquam conſpurcat.*

¶ Conſpurcatus, *a, um,* befleckt, beſudelt. Tertull. de Idolol. c. 1 *Quis immundis ſpiritibus operatus, non conſpurcatus incedit?*

¶ Conſpurcatio, *onis,* f. die beſudelung. Hieronymus.

SPŪRĪNA, *æ,* m. Σπορῖνας, dux Parthorum, qui Craſſum interemit. ¶ 2. Item, mathematicus ille, qui Cæſari prædixerat, ut idus Martias caveret. Suet. Cæſ. c. 81 *Introiit curiam ſpreta religione Spurinamque irridens, & ut falſum arguens, quod ſine ulla noxa idus Martiæ adeſſent, quamquam is veniſſe quidem eas diceret, ſed non præteriiſſe.* ¶ 3. Alius *Spurina,* vel *Spurinna,* inter Othonianos duces fuit: de

quo

quo Tacitus Hist. 2, 11, 5. Ejus jam senis ac traducti in otium vitam & mores Plinius explicat 3 epist. 1.

SPŪRIVS, *i*, m. νόθος, substantive est natus incerto patre, ein beyländ, bastard, quod nomen Romani duabus tantum literis innuebant SP. quasi *sine patre*, scilicet *certo*, quemadmodum in Problematis Plutarchus indicavit. Interdum ei nomini indicando S. litera adhibita fuit. V. Matth. Ægyptius ad SC. de Bacchanalibus pag. 144. Gloss. Vet. *Spurius*, νόθος, ποριογενής. Apul. 6 Met. p. 177 *Per hoc spurius iste nascetur.* Justin. Inst. § 12 de Nupt. *Solent spurii appellari παρὰ τὴν σπορὰν, id est, a satione, & ἀπάτορες, quasi sine patre filii.* Et, Modest. l. 23 ff. de Statu hom. *Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possint quidem, sed eum habent, quem habere non licet: qui & spurii appellantur.* Sed

¶ Spurius, *a*, *um*, adjective, unächtig; ut, *Spurii versus*, qui incerti essent auctoris: Ausonius epist. 2, 29 *Quisque notas spuriis versibus apposuit.* Idem Sapient. præf. v. 13 *Pone obelos igitur, spuriorum stigmata vatum.* Absolute *De mari sumpta spuria*, apud Apulej. Apol. pag. 297 eadem sunt, quæ *marina virginalia* pag. 296, quæ a mulierum virginumque obscena parte nomen habent. v. Turneb. Adv. 17, 15.

Sputamen, sputatilicus, sputator, sputo, sputum, vide in *Spuo.*

SQVĀLEO, *ui*, *ēre*, est horridum & sordidum esse, unsäuig und heßlich seyn: ut, *Arma squalent situ ac rubigine*, Quintil. 10, 1. *Tota civitas confecta senio est: squalent municipia, afflictantur coloniæ*, Cic. pro Mil. c. 8. *Humus serpentibus atris squalet*, Ovid. Met. 14, 410. De proprietate hujus verbi v. Gell. 2, 6 extr. Nonio Marcello 6, 20 medium vocabulum est, nec sordium modo, sed cujuslibet rei etiam pulchræ & honestæ, densitatem significans. Sic Virg. Æn. 10, 3, 4 *Tunicam squalenten auro* dixit. Speciatim a squamarum crebritate asperitateque, quæ in serpentum piscium que coriis visuntur, dictum putat Macrob. Sat. 7, 7, quem vide & Drakenb. ad Sil. 2, 547. conf. locus Gellii in *Squalor.* Quidam scribunt *Squalleo.*

¶ Squalens, *tis*, scheußlich, unscheinbar. Virg. Æn. 2, 277 *Squalentem barbam & concretos sanguine crines.* Lucan. 8, 57 *Atro squalentes pulvere vestes.* Tac. An. 15, 42, 3 *Squalens litus.* Et *Squalens æthra* est nubila, Prudent. Cathem. 9, 77. Sil. 3, 655 *Squalentes campi* sunt ficci. v. Dan. Heins. adde Drakenb. ad 12, 373. ¶ 2. Idem est ac abundans & refertus secundum Nonium l. c. ut, *Auro squalens lorica*, starrend vom golde, Virg. Æn. 12, 87. Compar. *Squalentior* est apud Mart. Capellam 6 p. 192.

¶ Squālentia, *æ*, f. die unsäuberey. Tertull. Exhort. ad Castit. c. 10 *Ingredi non secundum carnem squalentiæ concupiscentiam.*

¶ Squāles, *is*, f. videtur idem olim notasse. Vide Nonium 3, 231, & in *Scabre* 2, 76; ex Varrone. & quæ supra in eadem voce sub litera S commentati sumus: addeque Voss. Etym. p. 451.

¶ Squalesco, *ēre*, garstig werden; ut, *Sita squalescere*, verschimmeln, apud Flavium Caprum edit. Putschii p. 2240 &c.

¶ Squālidus, *a*, *um*, garstig, scheußlich, schmutzig; ut, *Homo horridus atque squalidus*, Plaut. Truc. 5, 41. *Video sentum, squalidum, ægrum &c.* Ter. Eun. 2, 2, 5, id est, intonsum barba crineque horridum. Id enim & Tacitus *Squalorem* vocat, de Germania 31, 2. Idem Hist. 2, 60, 2 *Suetonium Paulinum & Livinum Proculum tristi mora squalidos tenuit.* Lucret. 5, 954 *Squalida membra.* Ovid. Fast. 1, 558 *Squalida humus.* conf. Liv. 21, 39; Justin. 21, 5, 5; Quintil. 6, 1; Stat. Theb. 3, 327. Compar. Cic. in Orat. c. 32 extr. *Quæ sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.* Sic, *Squalidus ager*, incultus, ungebaut. Vetus auctor de Limitibus apud Rigaltium p. 299 *Squalidus ager, quasi excolitur, quod jam a cultura exierit. Sicut Exconsul, qui a consulatu discesserit.* Nugæ! Quidam scribunt *squallidus.*

¶ Squalīde, adverb. idem. Cic. de Fin. 4, 3 *Dicitis vos squalidius, illorum vides quam niteat oratio.* Ammian. 21, 14 *Adesse squalidius.*

¶ Squalĭdĭtas, *ātis*, f. die unsauberkeit; ut, *Squaliditate maxima rerum ordinem implicare*, Ammian. 26, 12. Adde Nonium 3, 231, qui etiam sequentia conservavit.

¶ Squālĭtas, *ātis*, f. idem. Lucil. apud Non. l. c. & 2, 438 *Squalitate summa obrutus.* Habet & Accius ibid. 3, 231.

¶ Squālĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Accius ap. Non. 3, 231 *Indignus clade & squalitudine.*

¶ Squālor, *ōris*, m. der schmutz, die scheußlichkeit. Gell. 2, 6 *In corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium squalor appellatur.* Sic, *Vestis obsita squalore*, Liv. 2, 23. *Detergere squalorem rudis seculi*, Quintil. 2, 5 extr. *In squalore & luctu esse*, trauren, Metellus Cic. fam. 5, 1. *Mihi ante oculos versatur squalor vester & mœror*, Cic. fam. 14, 3. *Immundas fortunas æquum est squalorem sequi*, Plaut. Cist. 1, 1, 116. *Legati in squalorem mœstitiamque compositi*, in trauer-habit, Tac. Hist. 1, 54, 1. Et, *Contra naturam est, squalorem appetere*, Sen. epist. 5.

¶ Squ^alus, *a*, *um*, pro *Squalidus.* Ennius apud Nonium 10, 2 *Lavero lacrymis vestem squalam & sordidam.*

SQVĀLVS, & Scalus, *i*, m pisces genus Plinio est 9, 51; & 19, 24. Sed pro *Squalus* legendum omnino videtur *Galeus.* Est autem *Galeus* ex mustelarum genere. vide *Mustela.* ¶ 2. Itali hodie piscem fluviatilem capitonem *Squallum* vocant, einen aler, Gesner. Varro R. R. 3, 3 *Habeat in piscina squalos ac mugiles pisces.* Add. Ovid. Halieut. v. 123.

SQVĀMA, *æ*, f. plur. *Squamæ*, pisciun sunt & serpentum, schuppen. Cic. Nat. D. 2, 47 *Animantium alias plumâ, alias squamâ videmus obductas.* Plin. 9, 12 *Aquatilium tegumenta plura sunt: Alia squamis integuntur, ut pisces, &c.* Virg. Æn. 11, 754 de serpente: *Arrectisque horret squamis, & sibilat ore.* ¶ 2. Et loricarum lamellæ cohærentes *Squamæ* dicuntur poëtis, die schuppen am panzer. *Duplici squamâ lorica*, Virg. Æn. 9, 707. ¶ 3. Sed, *Squama æris*, Plin. 34, 11; & *Squama ferri*, ibid. c. 15, hammerschlag. conf. Cels. 5, 1. ¶ 4. *Sermonis Celtici squamam* barbarismorum rubiginem dixit Sidon. 3 epist. 3; & 2 epist. 10.

¶ Squāmŭla, *æ*, f. diminut. Celsus 7, 26, 3 *Vrina secum attrahens quasdam quasi squamulas.* conf. Id. 6, 2; & 5, 28.

¶ Squamans, *tis*, squamis abundans, voll schuppen. Manil. 5, 422 de Delphino: *Squamans stellis imitantibus exit.*

¶ Squamātus, *a*, *um*, squamas habens, beschuppt. Tertull. Apol. c. 21 *Squamatus aut cornutus aut plumatus amator.*

¶ Squamātim, adverb. in modum squamarum, schuppenweis. Plin. 16, 10 sub fin. *Nucamenta squamatim compacta*

¶ Squāmeus, *a*, *um*, squamis plenus, schuppicht: ut, *Squameus anguis*, Virg. Georg. 2, 154. conf. Id. Æn. 2, 218; Nemesian. 4, 28. Et Auson. Mosella v. 85 *Squameus herbusas capito inter lucet arenas.*

¶ Squāmōsus, *a*, *um*, idem. Colum. 8, 17 *Squamosi greges*, fische. Cic. Nat. D. 2, 44 *Squamoso corpore pisces*, ex Arato convertens. Et Virg. Georg. 4, 408 *Squamosus draco.*

¶ Squamaria, *æ*, f. herba, schuppenwurtz.

¶ Squamĭfer, *a*, *um*, idem quod *Squameus*, schuppicht; ut, *Squamiferi pisces*, Cic. in Arato. v. Nizol. Thes. Cic.

¶ Squamĭger, *a*, *um*, idem. Lucret. 2, 1082 pisces vocat *Mutas squamigerûm pecudes*; Auson. Mosella v. 83 *Squamigeri gregis choros*: Tertull. de Sodoma c. 4 *Gentem squamigeram*: conf. Ovid. Met. 4, 717. Et absolute Plin. 11, 37 *Squamigeros.*

¶ Desquāmo, *are*, squamas detrahere, schuppen. Plaut. Aul. 2, 9 pr. *Dromo desquama pisces.* Etiam de aliis rebus dicitur; ut de vestibus Plin. 35, 17 *Primum abluitur vestis Sarda, dein sulphure sufficitur, mox desquamatur cimolia.* Et de arboribus Id. 17, 24 *Subarator imprudens luxavit radices, corpusve desquamavit.*

¶ Desquamātus, *a*, *um*, abgeschuppt. Plin. 23, 7 *Summo cortice desquamato altiore plaga siccantur.* Idem 28, 4 *Desquamatum* cum *ambusto* conjunxit, wen: die haut abgehet.

¶ Disquamo, *are*, idem quod *Desquamare*, Apul. Apolog. 1 p. 301 *Ad maleficia magica disquamari & exdorsuari pisces.*

SQVARRŌSVS, *a*, *um*, Festo a squamarum similitudine dictus, cujus cutis exsurgit ob assiduam illuviem, ut apud eundem *squarrosa rostra* Lucilius dixit. Alii legunt *scarrosa*, quasi a *Scarreo*, quod Jos. Scaligero idem ac *Scaber sum.* Neque sane a squamis est, sed a *squarra* vel *scara*, quod purum putum Græcum est ἐσχάρα, i. e. *crusta ulceribus cavis accrescens.* v. Dacer.

SQVĀTĪNA, *æ*, f. ἰὼν, pisces planus asperrima cute, quem *angelum marinum* Galli dicunt, ein engel-fisch oder meer-engel. vid. Plin. 9, 12 & 24, & 51; & 32, 7 &c. Sed

¶ Squatoraja, *æ*, f. βινόβατος, piscis ex *squatina* & *raja* natus, ein engelroch, Gesner. conf. Plin. 9, 51.

SQVILLA, *æ*, f. σκίλλα, cepam marinam vulgo vocant, eine meerzwiebel. vid. Pallad. Iul. sive 8 tit. 8: & conf. supra *Scilla.* Proverb. *E squilla non nascitur rosa*, eine eule heckt keinen falcken. Theognidis est v. 537 Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδον φύεται &c. v. Chiliad. ¶ 2. Et *Squilla* ex gammarorum est genere, caudam habens, sed forcipibus carens, ein kleiner meer-krebs. Aristot. de partibus animal. 4, 8. vide *Cancer Gammarus, Locusta.* Adde Plin. 9, 42 & 51; & 11, 37. Horat. 2 sat. 4, 58 *Testis marcentem squillis recreabis.* conf. Id. 2 Sat. 8, 42; Martial. 13 ep. 83.

SQVĪNANTHVS, *i*, m. σχοινάνθος, juncus odoratus, cameelheu, apud Palladium Octob. tit. 14.

ST, sonus est silentium indicentis, Terentio Phorm. 5, 1, 16 *Quid? non is obsero es? C. st.* S. *quid has &c.* Et Cic. fam. 16, 24 *Ego vix teneor, quin accurram. Sed st.* v. Pontan. Vol. 1 Progymn. not. pag. 183. Vide & locum Varronis supra in *Harpocrates.*

STĂBĬLIS, *e*, a *Statuo*, fixus, firmus, standhafftig, beständig, fest; ut, *Connubio jungam stabili*, Virg. Æn. 1, 77. *Animus stabilis amicis*, Cic. de Invent. 1, 30. *Matrimonium stabile & certum*, Id. Phil. 2, 17. Et, *Habere domicilium certum & stabile*, Id. pro Marcello c. 10. Compar. *Imperium stabilius*, Ter. Adelph. 1, 1, 42. Superl. *Stabilissimus quæstus*, Cato præfat. de R. R.

¶ Stăbĭlĭter, adverb. Vitruv. 10, 14 *Tympanum stabiliter includatur.* conf. Idem præf. lib. 6; & Cyprian. epist. 45 extr. Compar. *Molem stabilius fundare*, Suet. Claudio c. 20.

¶ Stabilĭtas, *ātis*, f. firmitas, die standhafftigkeit. Cic. Tusc. 5, 14 *Quis poterit aut corporis firmitate aut fortunæ stabilitate confidere?* Et, *Vacillat amicitia stabilitas*, Id. Fin. 1, 20. *Stabilitatem dare alicui*, Id. N. D. 2, 47. Adde Cæs. B. G. 4, 33; Vitruv. præf. lib. 5; Lactant. 4, 30; Ammian. 26, 10.

¶ Stăbĭlio, *īvi*, *ītum*, *īre*, firmum & stabile efficere, befestigen, bestätigen. Plaut. Amph. 1, 1, 39 *Regnum stabilivit suum.* Sen. Thyeste v. 568 *Turres quassas stabilire.* Cic. pro Sext. c. 68 *Qui hanc remp. stabiliverunt.* Idem pro Marc. c. 9 *Nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis & institutis erit.*

¶ Stabilītus, *a*, *um*, befestiget, festgestellt; ut, *Corpora stabilita magis*, Lucret. 3, 203. Et Cic. Catil. 4, 9 *Plurima virtute stabilita libertas*

¶ Stabilīmen, *ĭnis*, n. die befestigung. Cic. Nat. D. 3, 27 ex poëta: *Regni stabilimen mei.*

¶ Stabilimentum, *i*, n. idem; ut, *Virtutis stabilimentum*, Val. Max. 2, 2, 5. Et Plaut. Curc. 2, 3, 38 *Panem & assum babalum ventri stabilimenta esse* dixit. Plin. 11, 7 *Favarum stabilimentum.*

¶ Stabilītor, *ōris*, m. qui stabilit. Sen. de Benef. 4, 7 *Quod stans beneficio ejus* (Dei) *omnia, stator stabilitorque est.* v. ibid. Lips.

Composita:

¶ Constăbĭlio, *ire*, ganz fest und gewiß machen. Ter. Adelph. 5, 1, 9 *Dis quidem esses Deinea, ac tuam rem constabilisses.* Et Juvencus Hist. Evang. 2, 765 *Robustam pectore mentem Ad capienda Dei penetralia constabilistis.*

¶ Constabilītus, *a*, *um*, unterstützet; ut, *Subsidiis alicujus constabilitus*, Lucret. 2, 45.

¶ Constăbĭlis, *e*, beständig, rubig, apud Firmicum.

¶ Inconstabilis, *e*, unbeständig, unruhig. v. Irenæi Vet. Interpr. l. 5.

¶ Inconstabilītio, *onis*, f. die unruhe, der unfriede, Vulg. 4 Esdræ 15, 16.

¶ Instăbĭlis, *e*, unſtät, unbeſtändig; ut, *Inſtabilis hoſtis ad cominus conſerendas manus*, ein feind, der vor der hand nicht ſteht, Liv. 27, 18. *Queis rebus inſtabilior*, Aur. Victor in Galba c. 6; ſcilicet *luxuria & crudelitate*. Sen. Thyeſte v. 215 *Vbi non eſt pudor, Nec cara juris ſanctitas, pietas, fides, Inſtabile regnum eſt.*

¶ Instăbĭlĭter, adverb. idem. Auguſtinus Confeſſ. 13, 20 *Inſtabiliter fluidum.*

¶ Instabilĭtas, *ātis*, f. die unbeſtändigkeit; ut, *Mentis inſtabilitas*, die wanckelmüthigkeit, Plin. 24, 17. Et Arnobius 6 pag. 196 *Luna quotidiana inſtabilitate mutatur.*

¶ Perstăbĭlis, *e*, ſteif, ſtockicht, Prudentius producit alteram: *Vaneſcat ſanguis perſtabilis, oſſa liqueſcant.*

¶ Præstăbĭlis, *e*, excellens, vortrefflich; ut, *Res magnitudine præſtabilis*, Cic. de Orat. 2, 85. Adde de Aruſp. c. 10. Comparat. *Nihil mente præſtabilius natura homini dedit*, Cic. de Nat. D. 2, 7. Et de Fin. 1, 12 *Quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem poſſumus dicere?* Gell. 1, 3 *Chilo, homo ſapientiâ præſtabilis.* conf. 18, 3. Hoc vocabulum etiam ad *Præſto* in *Sto* referri poterat.

¶ Impræstabilis, *e*, qui nihil præſtat, untauglich, ungültig. Firmicus 8, 29 *Longævi & impræſtabiles.* Salvian. de Gubern. 4, 116 *Immiſericors & impræſtabilis.*

¶ Prostĭbĭlis, *e*, quaſi proſtituendus, verächtlich, unwerth. Plaut. Perſ. 5, 2, 56 *Hic faceret te proſtibilem propediem.* Et Stich. 5, 6, 4 *Proſtibile eſt, ſtantem ſtanti ſuavium dare*, i. e. proſtibulis conveniens, de quibus mox in *Stabulum.*

¶ Restĭbĭlis, *e*, a *Reſtituo* videtur factum, rückſtellig, rückſtändig, zurückbleibend. *Terram reſtibilem* vocat Varro, quæ quotannis conſeritur, de R. R. 1, 44. Et 3, 16 *In aratis faciunt reſtibiles ſegetes.* Plin. 16, 32 *Platanus reſtibilis facta vitæque reddita.* Idem 19, 7 *Reſtibilis fertilitas.* Columella 3, 11 *Reſtibilis vinea.*

¶ Restĭbĭlio, *ire*, id eſt, reſtituere, wieder zuſtellen. Pacuv. apud Feſtum in *Sas*: *Teucram regiſque ipſa* (i. e. ſe ipſa) *res reſtibiliet.*

STĂBŬLVM, *i*, n. a *Sto*. Quemadmodum enim *latibulum* eſt locus, in quo *latere* aliquis poteſt; *conciliabulum*, ubi conciliantur homines; ita *ſtabulum*, ubi *ſtare* quid poteſt. Ita Plaut. Moſt. 2, 1, 3. *Nusquam ſtabulum eſt confidentiæ.* Plerumque tamen eſt locus, ubi jumenta ſtant, ein ſtall, quæ ſignificatio notiſſima. Neque vero conſeptum ipſum tantum, ubi jumenta manent, notat hæc vox, ſed locum illum quoque ſtabuli, in quo armentum quodque ſtat & quieſcit, cubile videlicet, das lager. Quemadmodum & Virgilius *ferarum ſtabula* dixit, quæ alibi *cubilia* vocat. Salluſt. Iug. c. 18 de Getulis loquens: *Cibus erat caro ferina, atque humi ſtabulum.* Ita enim legendum puto non *pabulum*: nam jam de cibo dixerat. Nimirum duo tradit: primo quo cibo; deinde quibus cubilibus uſi fuerint. Et vero humi cubuiſſe, ſicut pecora, tradit. Pomp. Mela 1, 8 idem ſignificat, cum ait: *Humi quies, epulæque capiuntur*: *cibus eſt caro plurimum ferina.* Procul dubio reſpexit hunc locum, cum iſta ſcriberet Mela. Sed quod *quietem* Mela, Salluſtius *ſtabulum* dixit. ¶ 2. Deinde & diverſorium ſignificat, eine gemeine herberge, ein aufenthalt. Vet. Gloſſ. *Stabulum ἐπισάσιον, ὑποστάσιον, πανδοχεῖον.* Hinc quod B. Lucas c. 10, 34 *πανδοχεῖον* dixit, id erudite vetus Interpres *ſtabulum* reddidit. Nam & in Iure Romano quod *Stabulum* appellatur, Græci interpretes *πανδοχεῖον* reddiderunt. Vet. Gloſſ. *πανδοχεῖον, cauponium, diverſorium.* Quamvis autem *cauponium* & *πανδοχεῖον* differant, cum *cauponium καπηλεῖον* ſit, id eſt, locus, ubi bibitur, (eine ſchenckе), *πανδοχεῖον* autem ſive *ſtabulum*, quo recipiuntur iter facientes; poteſt tamen una res duplicem uſum habere, unum primarium, & alterum ſecundarium. Sic quamvis cauponæ inſtitutæ proprie ſint, ut ibi bibatur: recipiuntur iisdem tamen & viatores. Quo reſpectu *πανδοχεῖον* in eruditiſſimo Gloſſario *Cauponium* juxta *Diverſorium* exponitur. Hac notione, quamquam tralate, Plautus Truc. 2, 7, 31 *Stabulum flagitii* dixit de flagitioſo homine, qui tamquam diverſorium aliquod flagitiorum. Et proprie Petron. 16 *Nec viam diligenter tenebam, nec quo loco ſtabulum eſſet, ſciebam*, i. e. hoſpitium, das wirths-haus. Et Apul. Met. 1 pag. 104. *Quod ingreſſi primum faerit ſtabulum, prandio participabo.* conf. pag. 111. ¶ 3. *Stabulum* & meritorium eſt, ſive lupanar, ein huren-haus, quod ibi meretrices venales ſtent. Ovid. Amor. 1, 10, 21 *Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære.* vide paullo poſt *Præſtibulum.* Hinc Cæſarem Curio *Nicomedis ſtabulum* dixit, Suet. ejus vita c. 49. v. Wower. ad Petron. & Erh. ad eund. c. 6 p. 29 Burm.

¶ Stăbŭlo, *avi, atum, are*, & Stabulor, *atus ſum, ari*, quod uſitatius eſt, ſtallen, wohnen. Virg. Æn. 6, 286 *Centauri in foribus ſtabulant.* Ovid. Met. 13, 822 *Pecudes ſtabulantur in antris.* De ſerpente Gell. 6, 3 ex Tuberone refert, *Attilium Regulum ad Bagradam flumen prælium grande atque acre feciſſe adverſus unum ſerpentem illic ſtabulantem* Onomaſt. vetus: *Stabulo, ſtabulor, αὐλίζομαι.* Varro R. R. 1, 21 *Pecus in ſuo fundo paſcat & ſtabulet.* Idem 3, 3 *Locus, in quo turdi & pavones ſtabulantur.*

¶ Stabulans, *tis*, modo laudavimus ex Gell. 6, 3 *Prælium grande adverſus ſerpentem illic ſtabulantem.* Apul. Met. 3 p. 140 *Vbi Milonis aſinum ſtabulantem inveni.*

¶ Stabulātio, *ōnis*, f. manſio in ſtabulo, die ſtallung. Colum. 6, 3 pr. *Hiberna ſtabulationi præparanda ſunt ſtramenta.* Gell. 16, 5 *Loci conſtitio & quaſi quædam ſtabulatio.* Apul. Met. 4 p. 145 *Stabulatio commoda.*

¶ Stabulārius, *i*, m. qui ſtabulis atque equis curandis præeſt, ein ſtallmeiſter oder ſtallknecht. Varro R. R. 2, 10 in extr. *Stabularii ſolent equas abigere.* conf. Sen. de Benef. 1, 14; & Colum. 6, 23. ¶ 2. Qui diverſorium exercet, ein wirth. Apul. Mileſ. 1 p. 110 *Manſionis pretio ſtabulario perſoluto.* Vet. Gloſſ. *πανδοχεύς, Diverſoriarius, Cauponarius, Stabularius.* Vide & Wowerium dicto loco. Et Vlpian. lib. 4 Dig. t. 9 de Nautis, cauponibus, ſtabulariis. Hinc &

¶ Stabulāria, *æ*, f. eine wirthin, Auguſtin. de Civ. D. lib. 8 *Stabularias* vocat mulieres, quæ exercent ſtabulum, & viatores mercede paſcunt.

¶ Constăbŭlo, *are*, zuſammenſtallen, apud Columellam.

¶ Constabulatio, *onis*, f. die zuſammenſtallung, apud Apulejum.

¶ Constăbŭlus, Constăbŭlārius, *i*, m. id eſt, Comes Stabuli, Obriſt ſtallmeiſter. Qui Ammiano 14, 10 &c. *Tribunus ſtabuli* dicitur. v. Spelmanni Gloſſ. p. 145; ubi etiam Tertulliano *Conſtabularii* vocem tribuit.

¶ Prostĭbŭlum, *i*, n. lupanar, *πορνεῖον*, quod ibi meretrices proſtarent; Donato *Ganeum* eſt ſeu *Lupanar*, *Luſtrum* Quintiliano, quaſi minime illuſtre, *Fornix* Iuvenali, ein huren-haus. ¶ 2. Item ipſa meretrix, quæ proſtat, eine feile hure, iedermanns hure. Plaut. Aul. 2, 4, 6 *Bellum & pudicum vero proſtibulum populi.* vid. Taubman. p. 1050. Dicitur & in fœminino

¶ Proſtibula, *æ*, f. quod ante ſtabulum ſtet venalis, ſecundum Feſtum & Nonium; qui poſterior 5, 8 *meretricem* honeſtioris loci & quæſtus eſſe putat, quod copiam ſui tantummodo noctu faciat, quam proſtibulam, quæ ante ſtabulum ſtet quæſtus diurni & nocturni cauſa. Addit Nonius, Plautum Clit. v. 21 manifeſtiſſime dixiſſe: *Intro ad bonam meretricem: adſtat ea in via ſola, proſtibula ſane eſt.* conf. Plaut. Gron. p. 1204. Tertull. Apol. c. 6 *Inter matronas & proſtibulas nullum diſcrimen relictum.*

¶ Proſtĭbilis, *e*, vide inter compoſita a *Stabilis.*

¶ Vestĭbulum, *i*, n. das vorhaus, der vorhof, a *ve*, cum intentionem ſignificat, & *ſtando*, quod valde ſtet; unde & *Veſta* nomen habet, vid. Gell. 16, 5. Sed quia ab ipſa *Veſta* alii deducunt, quære infra in *Veſta.*

STĂCHYS, *yos*, f. *ταχὺς*, herba marrubio ſimilis, ſed folia habens longiora & candidiora, weiſſer oder riechender andorn, Plin. 24, 15.

STACTE, *es*, f. *ſταχτὴ*, pinguitudo eſt myrrhæ recentis diſtillatitiæ, dicta a *ſάξειν*, ſtillare, *ſtyrax liquidus* vulgo vocatur, myrrhenſafft. Lucret. 2, 846 *Sicut amaracini blandum, ſtactæque liquorem, Et nardi florem, nectar qui naribus halant.* Adde Plin. 12, 16; & 13, 1; Plaut. Curc. 1, 2, 6; Col. 10, 173; Dioſc. 1, 64.

¶ Stacteus, *a, um*, adject. ut, *Myrrha ſtactea*, ſtacten producens; ex Plin. c. l. allegant: ſed aliter libri probatiores.

¶ Stactĭce, & Cataſtactice, *es*, f. herba quam vulgo *ſceleratam* vocant, brandkraut, Apul. de Herb. c. 8.

STACŸLA, *æ*, f. vitis genus, quæ & *Scirula*, Plin. 14.

STĂDIVM, *i*, n. *ſάδιον*, curriculum ſeu locus certaminis currendi, eine renn-bahne, ein lauf-platz. Cic. Tuſc. 2, 23 *Vt in ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt &c.* Cæterum *ſtadia* non unius generis aut modi erant. Namque cum Plinius 2, 23 *Stadium* CXXV paſſibus, DCXXV pedibus definit, de Italico loquitur: Olympicum enim pedum DC. Pythicum CIↃ fuit; ut Cenſorinus auctor eſt c. 13. Nomen *ἀπὸ τῆς ſάσεως* eſt a *ſtatione*. Nam cum curriculum DC. pedum confeciſſet uno ſpiritu Hercules, (qui modus olympici ſtadii fuit), primum ſubſtitiſſe dicitur. De diſcrimine ſtadiorum legatur quoque Gellius Noct. Att. 1, 1. Luc. Pætus de menſur. lib. 1 p. 33 Dalech. ad Plin. 2, 33; El. Vinet. not. in Auſon. p. 207; Inter retes Livii ad 28, 14, & Putean. epiſt. Att. Miſſ. 2 cent. 2 n. 98. ¶ 2. In palæſtra *ſtadia* fuiſſe tecta, ubi per hiberna tempora athletæ exercebantur, docet Vitruvius 6, 11; & alludit Martialis 3 epigr. 68.

¶ Stădĭus, *i*, m. idem. Macrob. Somn. Scip. 1, 15 *Vltra trecentos & ſexaginta ſtadios longitudinem in ſe continere, &c.*

¶ Stadiālis, *e*, ſtadium longus. Vetus Gromaticus de Limitibus apud Rigaltium p. 298 *Stadialis ager habet paſſus* CXXV, *id eſt, pedes* DCXXV, *cujus menſura octies computata milliarium facit, qui conſtat quinque millibus pedum.*

¶ Stadiātus, *a, um*, inſtar ſtadii factus; ut, *Porticus ſtadiatæ* apud Vitruvium 5, 11, vide Interpret. in Baldi Lex. Vitr. p. 115.

¶ Stadiodrŏmus, *i*, m. *ſαδιοδρόμος*, ein läuffer, qui ſtadium decurrit, apud Firmicum. ¶ 2. Curriculum eſt & locus ipſe, in quo curſores certant, die lauf bahne, apud Plinium 34, 8.

¶ Heptastădium, *i*, n. *ἑπτασάδιον*, id eſt, agger per ſpatium ſeptem ſtadiorum in mare jactus. Ammian. 22, 16 *Regina* (Cleopatra) *heptaſtadium conſtruxit.* conf. ibi not. Valeſ. & Strab. lib. 17 p. 545.

STĂGĪRA, *æ*, f. *Στάγειρα*, oppidum fuit in finibus Macedoniæ, Ariſtotelis patria, qui inde

¶ Stagirītes, *æ*, m. *Σταγειρίτης*, appellatus fuit. ¶ 2. *Stagiritarum* lex fuit, *ὃ μὴ κατέθῃς, μὴ λάμβανε. Quod non depoſuiſti, ne tollas*, Ælian. Var. Hiſt. 3, 46, quam legem inter Solonis etiam leges recenſuit Laertius.

STAGNVM, *i*, n. aqua ſtans eſt, ein ſee, weiher. Virg. Georg. 3, 329 *Ad puteos aut alta ad ſtagna.* Ibid. 4, 18 *Stagna virentia muſco.* Liv. 26, 45 *Deos, qui ad tranquillum Romanis mare verterunt & ſtagno auferrent.* Ibid. 42 *Aboccaſu ſtagnum claudituv, paludem & ad Septentrionem fuſum.* Prov. *De priſcorum ſtagnis piſciculos minutos legere*, Iornand. præfat. ¶ 2. Virg. Æn. 1, 125 *Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus & imis Stagna refuſa vadis*: ubi *Stagna* pro profundiſſimis poſuit maris partibus. *Stagna & ſales emere*, Ariſtotelis eſt paræmia lib. 2 Rhetor. quam Majoragius de iis dici putat, qui, ut boni aliquid nanciſcantur, neceſſe habent quidpiam mali ſubire: ut qui ſalinas emere non poſſunt, niſi cum ſtagnis adjunctis. ¶ 3. *Stagnum κασσίτερον* & in Vet. Gl. *zinn.* Hinc

¶ Stagneus, *a, um*, huc referunt, cum ad *ſtannum* pertineat, & debeatur Italicorum librariorum pronunciationi, qui etiam pro *ſtanno ſtagno* dicunt & ſcribunt. Legitur itaque vulgo, *Vaſa ſtagnea*, Plaut. in Fragm. apud Feſtum in *Naricæ.* Conf. Taubm. ad Plaut. p. 1485. Sic, *Nummi ſtagnei*, l. 9 § 2 ff. de lege Cornelia, ubi alii legunt *Stannei.* Ita & Col. 12, 41, 2 *In cacubo ſpuli novo, vel in ſtagneo coquitur.* Scribo. comp. 230 *Pyxide ſtagnea.*

¶ Stagnīnus, *a, um*. Frontinus de Aquæduct. lib. 1 p. 223 *Stagnino colore pratiridi.* Sed locus eſt admodum incertus & dubius. V. edit. Poleni p. 34. Si ita legendum, intelligitur, credo, ſtanni color.

¶ Stagnō-

¶ Stagnōsus, *a, um*, plenus ſtagnorum, waſſerreich. Apul. de Herb. c. 8 *Stagnoſa loca.* Ammian. 17, 28 (Valeſ. c. 13.) *Pleraque humidioris ſoli naturâ & incrementis fluminum redundantia, ſtagnoſa & refer-ta ſalicibus.*

¶ Stagno, *āvi, ātum, āre*, ſtagnum eſſe vel efficere, flieſſen, ſich ergieſſen überlaufen. Ovid. Met. 1, 324 de diluvio: *Iupiter ut vidit ſtagnare paludibus orbem.* Active uſus Tacitus eſt An. 1, 76, 1 *Auctus Tiberis plana urbis ſtagnaverat.* ¶ 2. *Stagnare* Scaligero idem eſt ac *inundare*, quod vulgo in idiotiſmo noſtro *invitriare* dicimus, verglaſen. v. Iubm. l. c. in *Stagneus.* Nimirum ad *ſtannum* etiam hoc verbum referendum. ¶ 3. Hinc eſt firmare, munire, corroborare, ſtarken, befeſtigen, verwahren. Iuſtin. 36, 3, 7 *Bitamines aqua ſtagnatur.* Idem 37, 2, 6 *Mithridates ſe adverſus inſidias exquiſitioribus remediis ſtagnavit.* Veget. 3, 2 *Boves adverſus ægritudines ſtagnandæ.* conf. Salmaſ. in Solin. p. 407.

¶ Stagnans, *tis*; ut, *Stagnantibus undis*, Silius 5, 94. Id. 3, 48 *Infuſo ſtagnantes æquore campi.* Et, *Ripæ ſtagnantes*, Id. 10, 89. Virg. Georg. 4, 288 *Effuſo ſtagnans flumine Nilus.* conf. Æn. 3, 698; Et Tac. Hiſt. 1, 86, 4. Compar. Claudian. in Eidyllio de Nilo v. 38 *Effudit Ægæo ſtagnantior.*

¶ Stagnātus, *a, um*, paſſive, überſchwemmt, eſt apud Columellam 10 de Horto ſub init. *Nam neque ſicca placet, nec quæ ſtagnata paludo Perpetitur querulæ ſemper convicia ranæ*, Subaudi *terra*, quæ ſtagnata & paludoſa eadem eſt. Veget. 1, 18 *Trinis potionibus ſtagnata animalia.* Et Ovid. Met. 15, 269 *Quæque ſitim tulerant, ſtagnata paludibus hument.*

¶ Stagnātum, *i*, n. ſubſt. vaſis genus, ein groſſer keſſel. Plin. Valer. 1, 31 *Coquere in ſtagnato ad ignem.* Etiam hoc ad *ſtannum* pertinet.

¶ Stagnātor, *ōris*, m. ein zinngieſſer. Gloſſ. gr. lat. κασσιτεροχόος, *Stagnator.* Eædem: γανωτής, *Stagnator.* Melius igitur ad *ſtannum* refertur.

¶ Stagnātilis, *e*, aus dem teich; ut, *Piſces ſtagnatiles*, Plin. Valer. 1, 42.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Circumſtagno, *āre*, umher flieſſen. Tertull. de Pudicit. c. 22 pr. *Lacrymæ circumſtagnant.*

¶ Conſtagno, zuſammenflieſſen, harſch werden. C. Fronto in Auct. L. L. p. 1332 *Glacies eſt, quæ ex coitu aquæ conſtagnat.*

¶ Reſtagno, *āre*, pro redundare, effluere, ſuperfluere, überlaufen, apud Columell. ſæpius, & Lucanum 4, 89 *Alto reſtagnant flumina vallo &c.* Et, *Reſtagnantibus aquis*, Plin. 5, 5. Add. Ovid. Met. 11, 364.

¶ Reſtagnātio, *ōnis*, f. die ergieſſung, überſchwemmung. Plin. 2, 67 *Oceani reſtagnatio.* Idem 6, 28 *Ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluit.*

¶ Superſtagno, *āre*, idem quod *reſtagnare.* Tac. An. 1, 97, 3 *Amnis in vivos diductus ſuper ſtagnat.*

STĀGŌNIAS, *æ*, m. σταγωνίας, thuris ſpecies ſtillatim emanans, Dioſcor. 1, 82; & Plin. 12, 14.

¶ Stagonītis, *is*, f. gallbani ferula, *quam ejusdem nominis reſinæ modo ſtagonitin appellant*, Plin. 12, 26.

STĂLAGMA, *ătis*, n. στάλαγμα, unguentum ſucco conſtans, ſalbe.

¶ Stalagmia, *æ*, f. σταλαγμίας, ſtiria eſt Plin. 34, 12, ein eiszapf. Vide *Stiria.*

¶ Stalagmium, *i*, n. inaurium genus apud Plautum Menæch. 3, 3, 17, ein ohrengehenck.

¶ Stalactĭcus, *a, um*, σταλακτικὸς, deſtillans, abträufend; ut, *Chalcanthum ſtalacticum*, Dioſcor. 5, 68.

STĀMEN, *ĭnis*, n. a *ſtando*, στήμων, quicquid colo aptatur ad nendum, ein rocken voll flachs oder wercks. Plin. 8, 48 *Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus comta & fuſus cum ſtamine.* conf. Iuvenal. 2, 55; & 10, 252. ¶ 2. *Stamen* in tela, der würf, weber-zeittel, ſpinnfaden; *ſubtegmen* ſive *ſubtemen*, der eintrag. Stat. Theb. 11, 402 *Stamina purpureæ ſociaverat aureа linguæ.* Sic, *Stamina nere*, Ovid. Faſt. 2, 771. conf. Id. Met. 6, 54. Et, *Digitis torquere ſtamina*, ſpinnen, Id. Heroid. 9, 79. *Mori ſtamine abrupto*, Iuvenal. 11, 249. *Connexus ſtaminis ad ſubtegmen*, Vitruv. 10, 1. conf. Sen. epiſt. 90. ¶ 3. *Stamina* in floribus filamenta ſunt, die faſern oder faden mitten in blumen. ¶ 4. Item in lignis, die jähre oder ſtriemen am holtz, Plin. 16, 38. ¶ 5. *Stamina* in lyra fides ſunt, quæ ab aliis *fila* appellantur. Ovid. Met. 11, 169 *Tum ſtamina ductu Pollice ſollicitat.*

¶ Stămĭneus, *a, um*, ut, *Staminea rhombi rota*, Propert. 3, 4, 26 de veneficio. Sic, *Venam ſtamineam*, Plinius dixit 16, 43.

¶ Staminārius, *a, um*, idem; ut, *Laberius in ſtaminariis*, Gell. 16, 7.

¶ Stamĭnātus, *a, um*, geſponnen, gewirckt; ut, *Veſtes ſtaminatæ*, Petron. Fragm. Trag. p. 13 vel c. 41. conf. Not Scheff. p. 85.

¶ Subſtāmen, *ĭnis*, n. textorium nomen, der eintrag. Scholiaſtes Iuvenal. in ſat. 2, 66 *Veſtes molli intextæ ſubſtamine.*

STANNVM, *i*, n. metallinum, κασσιτερὸς, zinn, Plin. 34, 16; tametſi ſtannum plumbum non eſſe candidum, zinn, ſed diverſum quiddam, velit Encelius.

¶ Stanneus, *a, um*, zinnern; ut, *Stannea pyxis.* Plin. 29, 2 *In ſtannea pyxide conditur. Stannea tecta*, Fortunat. 1 Carm. 8. vid. *Stagneus, ſtagninus, ſtagno* n. 2 & 3, *ſtagnatum, ſtagnator*, temere ſub *ſtagnum* relata, quæ huc pertinent.

Stapeda, vide paullo poſt *Stapia.*

STĂPHIS, *ĭdis*, f. σταφὶς καὶ ἀσταφὶς ἀγρία, bißmůntze. *Staphis agria*, herba, quæ & uva ſilveſtris, & herba pedicularis, quod pediculos necet, & *pituitaria* dicitur; läuſekraut. vide *Aſtavis*: Matthiolus. Adde Plin. 23, 1; Pallad. 1 tit. 27; Colum. 8, 5; Dioſc. 4, 150.

¶ Stăphȳle, *es*, f. σταφυλὴ, idem; *Agriam ſtaphylen* vocat Apulejus de Herb. c. 74.

STĂPHȲLĪNVS, *i*, m. σταφυλῖνος, paſtinaca ſativa eſt, möhren, gelbe růben. Colum. 9, 4 *Edomitam paſtinacam* vocat. Nam & *erraticus* eſt *Staphylinus*, wilde möhren, Plin. 20, 5. Adde 25, 9; Colum. 10, 168. Apul. de Herb. c. 80. Dioſc. 3, 54.

STĂPHȲLŌDENDRVS, *i*, m. σταφυλοδένδρος, planta eſt humilis, folio ſambuci, floribus albicantibus racematim dependentibus, quemadmodum & fructibus, qui folliculis proveniunt, colore rufo, ciceris effigie, majores tamen, in quibus ſubvirens nucleus includitur, pimpernůſſlein. Matthiol. & Plin. 16, 16.

STĂPHȲLŌMA, *ătis*, n. σταφύλωμα, vitium oculi, acino uvæ ſimile, ein fehl im auge, Celſ. 7, 7; Veget. de Re Vet. 2, 19. Oct. Horat. 1, 10.

STAPHYLVS, *i*, m. medicus Naucratites Plinio laudatus, unde de illo agit Hard. in Ind. de Scriptis v. Harpocration, Sext. Empir. &c.

STĂPIA, *æ*, f. a *ſtando*, inſtrumentum quod ex utraque parte ſellæ, qua equi ſternuntur, dependet, quo innixi in equum levamur, ein ſteg-reiff, ſteig-bügel. Vetus Inſcriptio Romæ: AMOR FVIT EQVO DVM ASPECTVI FORMOSISS. DVRMIONIAE PVELLAE VIRGVNCVLAE SVMMA POLVORIA PLACERE CVPEREM CASV DESILIENS PES HESIT STAPIAE TRACTVS INTERII. S. Hieronymus *Biſtapiam*, alibi item *Stapedam* vocat, quod pedes equitis in ea ſtent, ſive inſiſtant. Etſi vero hæc res non vetuſtiſſima ſit, ut Galeottus Martius voluit; tamen non ita recentem atque novitiam eſſe, auctoritates allegatæ evincunt, vide, ſi lubet, Hieronymum Magium Miſcell. 2, 14. Salmaſius ad Spartianum obſervat, has *Stapedas* & *Aſtrabas*, itemque *Aſtrabaria* appellatas.

STĂSIS, *is*, f. gr. στάσις, ſtatio, ſtandi actus, Cic. Top. c. 25. Hinc

¶ Anaſtăſis, *is*, f. ἀνάστασις, reſurrectio, die auferſtehung. Lactant. 7, 23 *De anaſtaſi philoſophi quoque dicere aliquid conati ſunt.* Et mox: *Non modo prophetæ, ſed etiam vates & poëtæ & philoſophi anaſtaſin mortuorum futuram eſſe conſentiunt.* ¶ 2. Medicis *Anaſtaſis* eſt exſurrectio, cum æger ad egerendum ſurgit.

¶ Antiſtăſis, *is*, f. ἀντίστασις, comparativum genus defenſionis. vide Quintil. 7, 4.

¶ Apoſtaſia, *æ*, f. ἀποστασία, veræ religionis deſertio, der abfall. Salvian. de Gub. D. 6 p. 128 *In ſpectaculis quædam apoſtaſia fidei eſt.*

¶ Apoſtăta, *æ*, m. ἀποστάτης, defector, ein abtrünniger, ein mammeluck, qualis fuit Iulianus Imper. ex profeſſione Chriſtiana ad ethniciſmum relapſus. Vrantur hoc nomine Chriſtiani ſcriptores, ut Tertull. adv. Marc. 5, 11 *Apoſtata Marcion:* & Sedul. 5, 138 de Iuda proditore: *Tunc vir apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.*

¶ Apoſtătĭcus, *a, um*, adject. ἀποστάσιος reus aut ad apoſtatam pertinens, abfallig. Sedul. 5, 374 in Ioan. c. 20, 1 *Formidine vnius Plebis apoſtaticæ, Dominum quæ cæca negaſſet.* Auguſtinus eleganter ad lapſum humani generis transtulit Enchirid. c. 99 *Vniverſum*, inquit, *genus humanum tum juſto judicio divino in apoſtatica radice damnatum.* Adde Tertull. adv. Marc. 4, 5.

¶ Apoſtatice, adverb. verleugneriſch. Iuſtin. Cod. 1, 1 epiſt. § 1 *Contradicere judaice & apoſtatice auſi ſunt.*

¶ Apoſtatrix, *ĭcis*, f. die abtrünnige. Adjective Vulg. Interp. Ezech. 2, 3 *Gentes apoſtatrices.*

¶ Apoſtăto, *āre*, abfallen, verbum latine formatum a Cypriano 1 epiſt. 2; & Vulg. Sirac. 10, 14; & 19, 2.

¶ Cataſtaſis, *is*, f. κατάστασις, ordinatio, conſtitutio, die einrichtung, apud Medicos. ¶ 2. Apud Suidam eſt ſtipendium equitibus datum, reuter-ſold.

¶ Apocataſtăſis, *is*, f. ἀποκατάστασις, reſtitutio in priſtinum ſtatum, die wiederbringung zum vorigen ſtande; item circuitus ſolis, lunæ & aſtrorum. v. Colum. 3, 6; & Apul. Aſclep. p. 84.

¶ Apocataſtătĭcus, *a, um*, i. e. redintegratus. v. Sidon. 8 epiſt. 11; & Marc. Capella l. 7 p. 240.

¶ Ecſtăſis, *is*, f. ἔκστασις, affectus eorum, qui *mente* ſunt *emotâ*, ut Lactantius ait 1, 4, quos Plinius 23, 1 ſect. 16 *mente commotos* appellat, eine entzückung. Tertull. de Anima c. 45 *Hanc vim ecſtaſin dicimus, exceſſum ſenſus, & amentiæ inſtar.* Et adverſ. Marc. 4, 22 *gratiæ ecſtaſin* vocat, quam prophetis novimus acciditſe. Poſſes etiam cum Apulejo lib. 5 p. 166 dicere, *extra terminum mentis ſuæ poſitus.*

¶ Ecſtatĭcus, *a, um*, ἐκστατικὸς, entzücket.

¶ Epiſtăſis, *is*, f. ἐπίστασις, conſideratio, die betrachtung, Suid.

¶ Epiſtăſia, *æ*, f. ἐπιστασία, adminiſtratio, die auffſicht, verwaltung, Idem.

¶ Epiſtātes vel Epiſtăta, *æ*, m. ἐπιστάτης, qui rei alicui gerendæ præpoſitus eſt, præſes, procurator, diſpenſator, œconomus, ein ſchaffner, verwalter, vogt. Cato de R. R. c. 56 *Villico, villicæ, epiſtatæ, opilioni.* Ita legendum cum Popma, ut inter *villicæ* & *epiſtatæ* incidatur, quod vulgo negligunt, quaſi fœmininum *epiſtata* ſit, & cum *villica* connexum. ¶ 2. *Epiſtates*, qui in acie a tergo adſtat, ein rückenhalter. v. Iul. Pollux 1, 10, 2. ¶ 3. *Epiſtates* apud Athenienſes dictus unus e ſenatoribus, antiſtes, præſes & cuſtos templi, in quo ærarium erat cum clavibus & publico ſigillo. v. Suid.

¶ Hypoſtaſis, *is*, f. ὑπόστασις, ſubſtantia, & interdum ſubſiſtentia perſonæ, das weſen, die perſönlichkeit. Theol.

¶ Hypoſtatĭcus, *a, um*, ὑποστατικὸς, ſubſtantialis, weſentlich, ſelbſtſtändig.

¶ Enypoſtăta, *æ*, m. ἐνυποστάτης, revera in rerum natura exiſtens, Hieron. epiſt. 25.

¶ Paraſtata, *æ*, m. παραστάτης, adjutor aſſiſtens, ſocius adſtans, ein beyſtand, gehülffe, adjutant. v. Suid & Iul. Pollux 1, 10, 2. ¶ 2. In ædificiis *Paraſtatæ* ſunt lapides pilarum modo appoſiti columnis,

ſtützen, pfeiler, pfoſten. v. Vitruv. 4, 2; 5, 1: & 10, 17. ¶ 3. Sunt etiam ſtipites, quibus arbor ſuſtinetur apud Iſidor. 19, 2, pfäler an bäumen. ¶ 4. In homine *Paraſtata* eſt conceptaculum ſpermaticum. v. Rhodig 4, 22.

¶ Paraſtatica, *æ*, f. παραστατική, eadem ſignificatione, qua *Paraſtata* n. 2, legitur apud Vitruv. 9, 9 *In columna aut paraſtatica.* Et Plin. 33, 3 *Trabes & columnæ & paraſtaticæ*: Sic locum recenſuit Harduinus ad fidem quinque MSS.

¶ Antiparaſtăſis, *is*, f. ἀντιπαράστασις, figura habens confeſſionem conjunctam cum majori inficiatione. v. Voſſ. Inſt. 1, 9 p. 145.

¶ Periſtaſis, *is*, f. περίστασις, circumſtantia, ſtatus, conditio, der umſtand, zuſtand, die beſchaffenheit. Habet Petron. c. 48; Cic. ad Att. 4, 8; Sen. Qu. Nat. 2, 7; & 3, 8; & Quintil. 3, 5; & 5, 10.

¶ Antiperiſtăſis, *is*, f. ἀντιπερίστασις, apud ſcholaſticos compreſſio, qua frigus aut calor ex vi contrariæ qualitatis circumcirca obſidentis magis intenditur.

¶ Proſtăſia, *æ*, f. προστασία, cura, qua quis alterius defenſionem ſuſcipit, proque eo liti ſe opponit, ſchutz, beyſtand. Budæus Gloſſ. Cyr. προστασία, *patrocinium.*

¶ Proſtătes, *æ*, m. προστάτης, præſes, patronus, & adjutor in bello, ein fürſteher, ſchutzhalter, adjutant, apud ICtos. Sic *Proſtatæ* dicebantur Athenis, quos inquilini ex civibus ſibi adſciſcebant patronos: v. Suidas.

¶ Prōtoſtăſia, *æ*, f. πρωτοστασία, prima ſtatio, præfectura, die oberſtelle, probſten; ut, *Protoſtaſiæ munus*, in l. 8 C. de munerib. patr. l. 3 C. de filiis fam. & quemadm. pro his par. ten. lib. 10 C. l. 1 & toto tit. de Protoſtaſia in C. Theodoſ.

Stata, ſtatanus, ſtatarius, vide infra in *Sto.*

STĀTER, *ēris*, m. στατήρ, pondus eſt quatuor drachmarum. ¶ 2. Et cum de argento uſurpatur, ſignificat nummum tetradrachmum, qui valet quatuor drachmis. v. Vulg. Interp. 1 Sam. 9, 8. ¶ 3. Erant & *ſtateres aurei*, qui mina valebant, h. e. decem ducatis, quales hodie ſunt Portugalenſes quidam aurei. ¶ 4. Apud Thucydidem vero, Lyſiam & Demoſthenem ſtater eſt aureus vulgaris didrachmalis, i. e. valens duobus aureis Hungaricis; Camerar. Eber. Sed accuratius de Statere diſputat Gronov. de Pec. vet. 3, 7 pag. 166 ſq.

STĀTĒRA, *æ*, f. ſignificat libram, eine wage, a *ſtando* vel *ſtater.* Vet. Gloſſ. *Statera*, ζυγόν. *Dum pondus nimium querens jub alta, Repit languida quadrupes, ſtatera*: Phalæcii ſunt. Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν, hoc eſt, *ſtateram ne tranſgrediaris*, i. e. ne quid facias præter jus & æquum: annumeratur Pythagoræ ſymbolis, v. Chiliad. Cic. de Orat. 2, 38 *Aurificis ſtaterâ examinare*, auf die goldwage legen. Sic Varro apud Non. 6, 41 *Vnumquodque vernum ſtatera aurearia pendere.* Adde Vitruv. 10, 8; Petron. c. 35 & 67; Plin. 33, 11; Suet. Veſp. c. 25.

STĂTĬCE, *es*, f. ſtatim, herba ſeptem caulibus veluti roſæ capita ſuſtinens. Plin. 26, 8. ¶ 2. *Statice*, ſcientia ponderum, die gewicht- oder wage-kunſt. vid. Caſp. Schotti Curſ. Mathem. p. 445.

¶ Statĭcŭlum, *i*, n. vehiculi genus, ut eſſedum & petorritum, eine kutſche, hangender wagen. Plin. 34, 17 *Ad aurea quoque & argentea ſtaticula inanis luxuria pervenit.* ¶ 2 Item ſtatua, eine ſeule. Tertull. adv. Gnoſt. c. 2 *Evertetis & comminuetis ſtaticula.* v. Salm. in Solin. p. 94. Sed

¶ Statĭculus, *i*, m. ſaltationis videtur eſſe genus, ein tantz. Plaut. Perſa 5, 2, 43 *Neque leno, quin tibi ſaltem ſtaticulum dem, quem Hegea faciebat.* Et Cato apud Macrob. Sat. 2, 10 *Cantat, jocos dicit, ſtaticulos dat.*

Statilinus, ſtatilis, ſtatim, ſtatio, ſtationalis &c. vide infra *Sto.*

STĂTĬŌRON, *i*, n. herba, quam Græci vocant *chamælon*, eberwurtz, Apul. de Herb. c. 25.

STĀTIVS, *i*, m. vel *Publius Papinius Statius*, magni ſublimisque oris ac ſpiritus poëta, unde nonnulli illum ALATVM EQVVM appellitaverunt. Enimvero cum generoſi elatique animi eſſet, nihil mediocre ſequebatur. Quare non alius ad majeſtatem Virgilianam acceſſit: ſuoque meritò heroicorum poëtarum græcorum juxta & latinorum, ſi Maronem excipias, princeps haberi debet. Lege Scalig. lib. 6 Poëtices, qui Hypercriticus inſcribitur, c. 6. Scripſit Sillarum libros quinque, ex quibus & amicos, & fortunam, & reliquam ipſius vitam cognoſcere non difficile eſt: Achilleidos præterea libros duos, & Thebaidos, hoc eſt, hiſtoriæ belli Thebani libros duodecim. v. Iuvenal. 7, 83. ¶ 2. *Statius* alius comicus poëta, multo vetuſtior Statio Papinio, qui prænomen *Cæcilii* habuit. vide ſupra *Cæcilius.* *Statius* autem dictus eſt, quod ſervus fuiſſet. Erat proprium ſervorum *Statii* nomen, a *ſtando* puta. Proprium enim ſervorum, ſtare & præſtolari herorum juſſa. v. & Gell. 4, 20 extr.

Stativus, ſtator, vide *Sto.*

Statua, ſtatuarius, ſtatumaria, ſtatumen, vide *Statuo.*

STĂTVO, *ui, ūtum, uĕre*, a *ſto*, ponere, collocare, erigere, ſetzen, ſtellen, aufführen, bauen. Ita poëtæ dicunt: *Statuere templa, aras*, Propert. 2, 6, 25; Ovid. Met. 7, 240. *Et ſtatuent tumulum*, Virg. Æn. 6, 380. Id. Æn. 4, 655 *Vrbem præclaram ſtatui.* Sed & Liv. 39, 46 *Tabernacula ſtatuere in foro*, conf. Nepos 18, 77, 2; & 1, 7, 4. *Statuam ſtatuere*, Plaut. Bacch. 4, 4, 1; & Curc. 1, 2, 49; it. Cic. Phil. 9, 5; & Gell. 9, 11. Ita Cic. de Orat. 1, 57 *Statuere ante oculos.* Liv. 39, 49 *Procul in conſpectu cum ſtatuerunt.* ¶ 2. Eſt & ſiſtere, ſtellen, einhalten; ut, *Navem ſtatuimus*, Plaut. Bacch. 2, 3, 57. Liv. 1, 13 *Ex profunda emerſus palude equus Curtium in vado ſtatuit.* Arnob. lib. 1 *Statuerunt errantes aquas.* Sic, *Statuere ſanguinem*, das blut ſtillen, Oct. Horat. 4. ¶ 3. Vſitatiſſime decernere eſt, ſeu conſtituere, deliberare, ſich vorſetzen, des ſinnes ſeyn. Liv. 1, 40 *Ferro eam arcere contumeliam ſtatuunt*, ſie ſetzen ihnen für, ꝛc. Et, *ſtatuere aliquid ex alienjus ſermone*, ſchlieſſen, Cic. Att. 9, 17. *Voluptatem ſummum bonum ſtatuere*, Id. Off. 1, 2. Et, *Statuere apud animum*, Liv. 6, 39. *De re aliqua ſtatuere*, Plin. 5 epiſt. 3. *Statuere cum colloquio*, Liv. 28, 35, einen ort anſetzen, beſtimmen. *Statuere mercedem*, Brut. Cic. epiſt. 16. Et Ter. prol. Heaut v. 48 *Si nunquam avare pretium ſtatui artimeæ. Finem ſibi aliquem ſtatuere*, Cic. fam. 6, 23. *Statuere terminos*, ſchranken ſetzen, Liv. 21, 44. *Statuere exemplum in aliquo*, & *in aliquem*: Ter. prol. Heaut. v. 51 *Exemplum ſtatuite in me*, beweiſt es an mir. Cæſ. B. G. 1, 20 pr. *Divitiacus Cæſarem cum lacrymis obſecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem ſtatueret.* Tac. An. 6, 29, 2 *De ſe ſtatuere*, id eſt, mortem ſibi ipſi conſciſcere, ſich ſelbſt umbringen. Ovid. Met. 10, 132 *Velle mori: ſtatuit.* ¶ 4. Eſt & judiciale, ordnen, urtheilen. Cic. fam. 3, 6 *Te forum Tarſi agere, ſtatuere multa, decernere, judicare, dicebant.* Tac. An. 11, 6, 5 *Non judicium ſed pœnam ſtatui videbant.*

¶ Statuens, *tis*. Cic. Off. 1, 2 *Voluptatem ſummum bonum ſtatuens.* Iuſtin. 18, 5, 11 *Vicinis ſedes ibi ſtatuentibus.*

¶ Stătūtus, *a, um*, beſtellt, beſtimmt, beſchloſſen; ut, *Iam habeo ſtatutum, quid mihi agendum ſit.* Cic. fam. 4, 2. Et, *Cum animo ſtatutum deliberatumque aliquid habere*, Id. Verr. 3, 41. Sed, *Statuta die*, hoc eſt, conſtituta, Liv. 31, 29; & Iuſtin. 1, 10, 4, auf geſetzten tag. *Ad ſtatutam horam*, ibid. n. 8. *Statuto loco*, Cic. de Ar Reſp. c. 15. *Sacrificia ſtatuta*, alii *ſtata*, Cic. pro Mil. 17. *Statuti pali*, Varro R. R. 1, 14. ¶ 2. *Statutum* Plautus vocat Rud. 2, 2, 11, qui magnæ ſtaturæ eſt, groß von ſtatur.

¶ Statutum, *i*, n. ſubſt. der ſchluß. Cic. fam. 12, 24 *Neque ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti.* ICtis *Statutum* eſt lex civilis, eine ſatzung, ein geſetz.

¶ Stătūtio, *ōnis*, f. collocatio, die ſtellung. Vitruv. 10, 5 ſub fin. *Vna ſtatutio tigni.*

¶ Stătua, *æ*, f. ſimulacrum æneum, ligneum, eburneum, aut lapideum, eine geſetzte ſeule, ein bild. *Imagines* enim cereæ ſunt aut pictæ. Cic. Phil. 9, 6 *Majores noſtri ſtatuas multis decreverunt.* Et, *Statuam inauratam alicui ſtatuere*, Id. Phil. 5 15. *Statuam alicui conſecrare*, Cæl. B. Civ. 3, 105. *Statuam alicui ponere*, Plin. 1 epiſt. 17 extr. eine ehren-ſeule aufſtellen. *Auratam*, Liv. 40, 34. conf Nepos 12, 1, 3; 16, 5, 5, &c. & Sidon. 5, 7. Dabatur hic honor viris magnis, & qui egregie meriti de publico viderentur, ut ducibus, quibus inter triumphalia ornamenta id tribuebatur. Plin. 2 epiſt. 7 *Veſtricio Spurinæ triumphalis ſtatua decreta eſt.* Cujusmodi *ſtatuam illuſtrem* appellat Tacitus Agric. 40, 1; ubi Pichenam licebit videre. Lege omnino integram, quam indicavi, epiſtolam Plinii, una cum 9 orat. Cic. Philippica. Conf. Barth. ad Stat. Silv. p. 9 ſeqq. Apud Græcos & Hieronicis *ſtatuæ* ponebantur honoris ergo, de quo Suet. Ner. c. 24. Principibus autem poni non poterant, niſi ex ipſorum conſenſu. v. Plin. 10 epiſt. 24 & ſeqq. Cæterum, quo honoratior locus erat, ubi ponebantur, eo ſtatuæ ipſæ honoratiores videbantur. Romæ autem non niſi rariſſime in palatio ponebantur. Suet. Oth. c. 1 *Senatus honore variſſimo, ſtatuâ in palatio poſitâ, profectus eſt eum.* Ad principum ſtatuas, tamquam aſyla quædam confugiebant, qui contra aliorum injurias ſe tutos volebant præſtare. Inde enim abſtrahere nefas erat. v. Plin. 10 epiſt. 16, & Lipſ. ad 3 An. Tac. itemque Torrent. ad Suet. Tib. c. 53; præcipue Emund. Figrelium pecul. de Statuis Vett. libro. Multa etiam habet Voſſius de Philoſoph. c. 16 p. 125 ſeqq.

¶ Statuncula, *æ*, f. vel Statunculum, *i*, n. diminut. Petron. Frag. Trag. p. 22 vel c. 50 *Ex hac maſſa fabri ſoſtulerunt & fecerunt catilla, paropſides, ſtatuncula.* vid. ibi Scheffer. p. 115; & Gronov. in Obſerv. Eccleſ. p. 89.

¶ Statualis, *is*, m. qui ſtatuas collocabat, vel ipſis præerat. Inſcr. Murat. p. 937 ACILIANI STVDIOLI STATVALIS.

¶ Statuārius, *a, um*; ut, *Ars ſtatuaria*, die bildhauer-kunſt, Plin. 36, 5; quæ & abſolute *Statuaria.* Plin. 35, 12 *Plaſtice, mater ſtatuariæ.*

¶ Statuārius, *i*, m. ſubſt. ein bildhauer, bildſchnitzer, Vitruv. Præfat. 3; & 6, 10; Sen. epiſt. 88; Quintil. 5, 12; & Plin. 36, 5.

¶ Stătūmen, *ĭnis*, n. a *ſtatuo*, palus & pedamentum, quo vitis fulcitur, eine ſtütze, ein pfahl. Colum. 4, 16 *Vehementioribus ſtatuminibus vineam impedare.* conf. Id. 4, 2. Sed apud eund. 6, 19 *Statumina* ſunt ſtipites, *quibus imponitur firmum jugum, ad quod jumenta capiſtrantur, &c.* ¶ 2. *Statumina navis*, apud Cæſarem B Civ. 1, 54 coſtæ ſunt, vide ſupra *Coſta.* ¶ 3. Pro ſtrato ſaxeo, mortarii ope juncto, quod ruderationi ſubjicitur, eine unterlage, grund. Vitruv. 7, 1 *Inducatur cum ſtatumine rudus*; & inox: *Statuminibus inductis.*

¶ Stătūmĭno, *āvi, ātum, āre*, ſtatuminibus firmare, ſtämmen, pfählen, ſtützen, unterſetzen; ut, *Vineam ſtatuminare*, den wein beſtecken, Plin. 17, 22. *Statuminare os foſſæ lapidibus*, mit ſteinen oben umher belegen, Id. 18, 6 extr. *Statuminetur ſaxo*, Vitruv. 7, 1.

¶ Statumĭnātio, *ōnis*, f. Vitruv. 7, 1 *Statuminatione facta rudus inducatur.* Quid ſit, intelligi poteſt ex iis, quæ modo diximus in *Statumen* n. 3.

¶ Stătūmāria, *æ*, f. herba proſerpinaca, wegtritt, Apul. de Herb. c. 18.

¶ Stătūra, *æ*, f. corporis quantitas, modus ſeu menſura, die ſtatur, länge, gröſſe, geſtalt des leibes. Cic. Phil. 2, 16 *Velim mihi dicas, qua facie fuerit, qua ſtatura.* Cæſ. B. G. 2, 30 *Homines tantulæ ſtaturæ.* Suet. Tib. c. 68 *Statura juſta*, eine rechte mannslänge, ubi vide Caſaub. conf. Lucil. apud Nonium 3, 236. ¶ 2. Sunt & *arborum ſtaturæ*, apud Columellam 5, 5.

Stabĭlis, & Stabulum, vide paullo ante ſeorſum.

Compoſita:

¶ Adſtĭtuo, *ĕre*, i. e. apponere, herbeyſtellen. Plaut. Capt. 4, 2, 66 *Annon jubes adſtitui aulas? elui patinas?* Apul. 3 Mileſ. p. 130. *Circumductus angulatim forum, ejusque tribunal adſtituor.* Id. 9 p. 222 *Molæ adſtituor.* Auct. ad Herenn. 3, 20 *Reum ad alicujus tectum adſtituere.*

¶ Conſtĭtuo, *ui, ūtum, ĕre*, collocare, ſetzen, ſtellen. Eſt architectonicum verbum, idemque quod nos dicimus anlegen. Sic, *civitatem conſtituere* Vitruv. lib. 2 proœm.; *urbem*, Vellej. 1, 1, 1 & 1, 4, 3. Et Nepos 25, 13, 2 *Ipſum tectum antiquitus conſtitutum plus ſatis habebat quam ſumtus.* Tum ad alia adhibetur; ut, *Conſtituere ſibi ante oculos*, Cic. pro Cælio c. 32. *In aliquo munere aliquem conſtituere*, Cic. de Pet. conſul. c. 9. Liv. 27, 16 *Conſtituere agmen* eſt ſiſtere, ubi

ubi Gronov. laudat Cæſ. B. G. 4, 24 *Naves niſi in alto conſtitui non poterant. Conſtituere ſigna*, Liv. 33, 10; 34, 20. ¶ 2. Decernere, beſchlieſſen. Ter. Phorm. 4, 3, 71 *Illi mihi dotem jam conſtituerunt dare*, ſie haben bey ſich beſchloſſen, ꝛc. Nepos 3, 3, 1 *Quantum pecuniæ quæque civitas daret, Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret*, i. e. ordinaret, definiret. *Conſtitutum eſt mihi*, Cic. Att. 7, 7, ich bin reſolvirt. Etiam de ſententia philoſophica Lucret. 2, 901 *Deinde ex ſenſibus qui ſenſile poſſe creari Conſtituunt.* *Conſtituere inter ſe*, unter ſich ſelbſt uneins werden: Tac. de Germ. 11, 3 *Sic conſtituunt, ſic condicunt.* Ita *Locum, tempus conſtituere*, zeit und ort benennen, anſetzen, Ter. Eun. 3, 4, 3. *Diem alicui conſtituere*, Cic. pro Cæc. c. 11. *Nuptiæ in hunc diem conſtitutæ ſunt*, Ter. Andr. 1, 5, 34. *Non illa vobis conſtituiſſet Saturnalia*, Cic. Cat. 3, 7. Sic, *Conſtituere æra militantibus*, Liv. 5, 2. *Stipendium militi conſtituere*, Quintil. 3, 8. *Conſtituere vectigal*, zoll anlegen, Cic. Att. 2, 16. Planc. Cic. fam. 10, 4 pr. *In quo ego colendo patriam mihi conſtituerim ſanctitatem.* Ita *Legem conſtituere*, Cic. pro Cæc. c. 14. v. Burm. ad Quint. Decl. 258 pag. 446. *Iudicium capitis in aliquem conſtituere*, Cic. Verr. 5, 54. Et, *Rem familiarem conſtituere*, Id. Phil. 11, 2, einrichten, anordnen, beſtellen. Nepos 7, 10, 1 *Nihil earum rerum fore ratum, quas ipſe Athenis conſtituiſſet.* Id. 1, 2, 2 *Summa æquitate res conſtituit.* Nimirum *rem conſtituere*, eſt quaſi fundare atque in loco ſuo ſiſtere firmiter, unde dejici rurſus facile haud poſſit, feſt ſtellen. Similiter *Conſtituere imperium*, Florus dixit præfat. n. 2, *Tot laboribus periculisque* (inquit,) *factus eſt* (Pop. Rom.) *ut ad conſtituendum ejus imperium contendiſſe virtus & fortuna videatur*: i. e. ad formandum ſtabiliendumque. ¶ 3. Eſt & gladiatoriæ & militaris artis verbum: nam *Conſtituere ſe*, eſt ſtatum præliantis componere, ſich ins lager ſtellen. Quadrigarius apud Gell. 9, 13 *Scutum ſcuto percuſſit, atque Galli ſtatum conturbavit. Dum ſe Gallus iterum eodem pacto conſtituere ſtudet, Manlius iterum ſcutum ſcuto percuſſit.* ¶ 4. *Conſtituere* etiam juris verbum eſt, & ſignificat, certum tempus & diem definire ex communi conſenſu ac dicere, quo ſiſtant ſe invicem & jus experiantur, ſich eines gewiſſen tages oder termins vergleichen; unde *ad conſtitutum venire*, ſubaudi *diem*, Cic. pro Cæc. c. 12 eſt, den termin abwarten. conf. Varro R. R. 2, 5. Hoc eleganter idem Cicero alio tranſtulit fam. 7, 4 *Si quid conſtitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas.* v. infra *Conſtitutum*, ¶ 5. Sed hæc loquendi ratio ad rem Veneream quoque & furtivæ libidinis pactiones traducta eſt, cum *Conſtituere* locum & tempus conveniendi ad concumbendum condicere notat. Iuvenalis 2, 12 *Hic ubi nocturnæ Numæ conſtituebat amicæ.* Philotis meretricula apud Ter. Hec. 1, 2, 120 *Conſtitui cum quodam hoſpite, me eſſe illum conventuram*, ich habe mit ihm verlaſſen. Vbi Donatus: CONSTITVI *proprie*: *nam de hujusmodi rebus dicitur* CONVENIRE *&* CONSTITVERE, *de cujusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt.* Adde Heaut. 4, 4, 4. ¶ 6. Quintil. 7, 4 *Conſtituere litem*, eine ſache anhängig machen. Petron. 108 *Facio inducias vobiscum, & a conſtituta lite dimitto, quam peto, jam parata erat in craſtinum turba, quæ & injuriam meam vindicaret & dignitatem.* Id apud Gellium 5, 10 eſt *cauſſam conſiſtere*: *Petere*, ait, *inſtitit ex pacto mercedem; litem cum Evathlo conteſtatur, & cum ad judices conjiciendæ conſiſtendæque cauſſæ gratia veniſſent &c.*

¶ Conſtituens, *tis.* Vulg. Interpr. Eph. 1, 20 *Suſcitans illum a mortuis & conſtituens ad dexteram ſuam &c.*

¶ Conſtitūtus, *a, um*, geordnet, eingerichtet; ut, *Bene morata & conſtituta civitas*, Cic. de Clar. Orat. c. 2. *Conſtituta pax*, i. e. certa firmaque, Id. ad Qu. fratr. 1, 1, 8. *In te non minus auxilii quam in tuo collega mihi conſtitutum*, Idem fam. 5, 4. *Si quid conſtitutum cum podagra habes*, Id. fam. 7, 4. vid. *Conſtituo* n. 4. Et, *Corpus bene conſtitutum*, ein geſunder leib, Tuſc. 2, 6.

¶ Conſtitutum, *i*, n. ſubſt. quod convenit, die abrede, der ſchluß, die ſatzung. Ita, *Ad conſtitutum venire*, eſt venire ad id, quod conventum ante, de quo ſupra in *Conſtituere* n. 6. Suet. Oth. c. 6 *Provipuitque ſe poſtica parte palatii ad conſtitutum.* Eleganter Florus 2, 6, 16 *Callidiſſimus imperator, obſervato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, & eurus ab oriente ſemper quaſi ad conſtitutum, ita inſtruxit aciem &c.* Sen. Nat. Qu. 3, 16 *Et quid hoc mirum eſt, cum videas ordinem rerum, & naturam per conſtituta procedere?* i. e. per leges certas, quas ipſa ſibi præſcripſit atque conſtituit. Vellej. 2, 110, 2 *Ex conſtituto arma corripere*, wie beſchloſſen.

¶ Conſtitūtus, *ūs*, m. ſubſt. die beſchaffenheit, verfaſſung. Feſtus: *Conſtitutus hominum a conſiſtentium multitudine appellatur.* Et Varro: *Populi conſtitutus ad ferendum ſuffragium.* v. Dacer. ad Feſt.

¶ Conſtitūtio, *ōnis*, f. idem; ut, *Firma corporis conſtitutio*, ein ſtarker leib, Cic. Off. 3, 33. *Conſtitutio religionum*, die anordnung, verfaſſung, Id. de Leg. 2, 10. *Æterna conſtitutio*, Curt. 5, 11, 10.

¶ Conſtitūtor, *ōris*, m. ein ſtifter, urheber; ut, *Legum conſtitutor*, Quint. 3, 6. *Rerum omnium conſtitutor Deus*, Lactant. 3, 9. Et Arnob. 3 p. 101 *Conſtitutor moderatorque omnium.* Et Inſcript. vet. apud Gruter. p. 254 n. 4 CONSTITVTORI SACRI CERTAMINIS.

¶ Conſtitūtōrius, *a, um*; ut, *Actio conſtitutoria*, i. e. pecuniæ conſtitutæ, h. e. ad diem certum ſolvendæ, leg. 20 ff. de Conſtit. pecun.

¶ Deſtĭtuo, *ui, utum, ĕre*, proprie eſt defigere, deponere, collocare, hineinſtecken, hineinſtellen. Sic, *Furcas deſtituere.* Varro dixit pro infigere, depangere. v. Nonius 4, 120. Plaut. Rud. 3, 5, 43 *Ita duo deſtituit ſigna his cum clavis ſenex.* Livius 7, 10 *Duo armati in medio deſtituuntur.* Et alibi: *Ante pedes deſtitutum* (id eſt, collocatum, poſitum,) *cauſſam dicere poſſit.* Plura Cujacius Obſervat. 10, 24. ¶ 2. Relinquere eſt & deſerere; ut, *Deſtituere rem inchoatam*, Liv. 34, 34. *Omnium ope, conſiliis &c. deſtitui*, von aller menſchen hülfe und rath verlaſſen ſeyn: Cic. Att. 1, 17 pr. *Ita ſum deſtitutus, ut nihil requietis habeam.* Et, *Deſtituere ſpem*, Liv. 1, 51, quod *fallere* eſt. v. ad h. l. Gronov. Sic etiam Colum. 4, 24 *Commodiſſime palmæ ſubmittentur, quæ nec ſpem vindemiæ deſtituant.* Rurſus Liv. 1, 41 *Deſtituit ſpes.* Tibull. El. 1, 1, 5 *Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper acervos præbeat.*

¶ Deſtituens, *tis.* Auſon. Technop. de Deis v. ult. *Et nunquam in dubiis hominum bona deſtituens Spes.*

¶ Deſtitūtus, *a, um*, verlaſſen; ut, *Viri boni ſæpe illuſi atque deſtituti hoc faciunt*, Cic. pro Quintio c. 16. *Deſtitutus in aliena gente*, Sen. epiſt. 9. Et, *Deſtitutus ſpe*, verzagt, Liv. 31, 24. Et, *ignominiæ cauſſa deſtitutus ſine armis*, Id. 7, 13 pr. ¶ 2. Suet. abſolute poſuit in Galba c. 11 *Conſternatus deſtitutoque ſimilis non multum abfuit, quin vitæ renuntiaret*, i. e. deſperanti ſimilis.

¶ Deſtitūtio, *ōnis*, f. die verlaſſung. Cic. pro Quint. c. 5 *Deſtitutione perculſus.*

¶ Deſtitūtor, *ōris*, m. qui deſtituit. Tertull. ad Nation. 2, 18 *Deſtitutores.* Etiam Tibullus in Priapeo ſive 4, 15, 14 uſus eſt.

¶ Inſtĭtuo, *ui, utum, ĕre*, incipere, ingredi, anfangen, fürnehmen. Ter. Phorm. 4, 2, 14 *Petam hinc, unde a primo inſtitui.* Et Cic. pro Cluent. c. 3 *Quæſo, ut me, Iudices, ſicuti facere inſtituiſtis, benigne attenteque audiatis*, id eſt, ſicut facere cœpiſtis. Horat. de Arte poët. v. 22 *Amphoræ cœpit Inſtitui, currente rotâ, &c.* iſt angefangen worden. Sic, *Vineas inſtituere*, weinberge anlegen, Cic. contra Rullum 5, 25; *ſegetes*, Varro R. R. 1, 37. Similiter *arbores inſtituere* dicimus, quas primum ponimus: vide mox *Inſtitutus.* Cæſ. B. G. 5, 40 *Multæ præuſtæ ſudes, magnus muralium pilorum numerus inſtituitur*, id eſt, comparatur, vel comparari incipitur. Plaut. Epid. 3, 2, 27 *Ego hanc aſtutiam inſtitui*, ich habe den poſſen angeſtellt. Liv. 7, 31 *Ita vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt.* Sall. Iug. 14 *Familia noſtra cum populo Romano bello Karthaginienſi amicitiam inſtituit.* ubi Cortium vide. ¶ 2. Cæterum *Inſtituere facere*, non ſemper eſt *incipere facere*, ſed aliquando ſimpliciter etiam pro *facere* ponitur. Quod genus loquendi & Græcis uſitatum, de quo Caſaubonus Notis in N. Teſtam. ad Lucæ c. 1, 1, item Actor. c. 1, 1, & c. 11, 15 monuit. vide & ſupra in *Siſto.* & Gothofr. not. ad l. 2 § 1 ff. de O. I. Liv. 6, 1 *Delectum habere, inſtituit*; 6, 8 *Pontem facere inſtituit*; 7, 27 *Directis operibus quæ facere inſtituerat.* ¶ 3. *Inſtituere animum ad cogitandum*, i. e. applicare vel componere, das gemüth auf etwas richten, Ter. Phorm. 2, 1, 10. Et Plaut. Amph. 3, 3, 4 *Atque ita ſervum par videtur frugi ſe inſtituere, Proinde heri ut ſint, ipſe item ſit.* *In animo inſtituere*, i. e. ponere, fürnehmen, Ter. Adelph. 1, 1, 13. *Inſtituere iter*, Cato Cic. fam. 15, 5, eine reiſe fürnehmen. *Heredem ex aſſe inſtituere*, Plin. 5 epiſt. 1, einen erben einſetzen. *Inſtituere ſermonem cum aliquo, de aliquo*, Cic. de Orat. 2, 73. Et, *Sapienter vitam inſtituit*, Ter. Andr. 1, 1, 40. ¶ 4. Sed, *Inſtituere adoleſcentem literis, moribus*, eſt erudire, inſtituere, unterweiſen. *Educare aliquem & a puero inſtituere*, Cic. pro Quint. c. 21. *Filios inſtituere atque erudire ad majorum inſtituta, atque civitatis diſciplinam, non ad flagitia, atque ad turpitudines*, Id. Verr. 3, 69. *Ad lectionem aliquem inſtituere*, Quint. 1, 7, leſen lehren. *Inſtitui lyrâ.*

¶ Inſtituens, *tis.* Cic. de Orat. 3, 1 pr. *Inſtituens ſermonem referre.*

¶ Inſtitūtus, *a, um*, angeſtellt, angelegt. Cic. pro L. Manil. c. 14 *Ab inſtituto curſu devocari.* Idem de Nat. D. 1, 37 *Male inſtituta ratio exitum reperire non poteſt.* Suet. Galba c. 1 *Obſervatum eſt, ſub cujusque obitum arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe.* Idem de Illuſtr. Grammat. c. 23 *Agros adeo coleret, ut vitem manu ejus inſtitutam ſatis conſtet trecenta ſexaginta quinque vaſa edidiſſe.* Cæſ. B. G. 5, 52 *Inſtitutas turres, teſtudines, munitionesque hoſtium admiratur.* Cic. fam. 3, 9 *Pro noſtra non inſtituta, ſed jam inveterata amicitia*, videtur novam ſignificare. Sed bene jam ſuſpicabatur Gron. *non inſtituta jam, ſed inv.* ¶ 2. Idem ac *eruditus*, unterrichtet, angewieſen; ut, *Bene inſtitutus ac ſatis exercitatus*, Quintil. 2, 11. Et, *Doctrinâ liberaliter inſtitutus*, Cic. de Orat. 2, 39. *Inſtituti a natura*, Id. de Fin. 3, 3.

¶ Inſtĭtūtum, *i*, n. ſubſt. quod quis inſtituit, ein vorhaben, zweck; ut, *Abduci ab inſtituto ſuo*, Cic. in Verr. Divin. c. 2. *Alienum ab inſtituto alicujus.* Idem fam. 5, 17 ad Sextium: *Non putavi eſſe alienum inſtitutis meis, hæc ad te ſcribere.* ¶ 2. Liv. 6, 10 *Militem ex inſtituto dare*, h. e. conſtituto, pacto, vermöge der anſtalt. ¶ 3. Sed *Inſtituta* pluraliter, boni imprimis dicuntur mores, conſilio & ratione ſumti, ſatzungen, ſitten, lehren, gebräuche, gewohnheiten; ut, *Inſtituta & præcepta philoſophiæ*, Cic. Off. 1, 1. *Leges & inſtituta juris publici*, Idem de Clar. Or. c. 77. *Mores & inſtituta vitæ*, Id. Tuſc. 1, 1. Et, *Inſtitutis patriæ parere*, Nepos 17, 4, 3. *Si didicerint, omnia majorum inſtitutis judicari*; Id. præf. n. 3. Sed & ſing. ibid. n. 4 *Cum ejus cives eodem uterentur inſtituto.*

¶ Inſtitutio, *ōnis*, f. præceptio, qua inſtituuntur & docentur homines, die lehre, anleitung, unterrichtung, cujusmodi ſunt *Inſtitutiones oratoriæ Quintiliani*, Vall. 5, 11. *Inſtitutio puerilis*, Quintil. 1, 1. *Inſtitutio & diſciplina, præceptum*, Cicer. ad Qu. frat. 1, 1, 6. *Inſtitutio Stoica*, Senec. de Benef. 20, 20. Sed, *Inſtitutio amicitiæ* apud Cicer. de Fin. 1, 20, eſt conciliatio, inceptio. *Inſtitutio hominis*, ibidem 4, 15, eſt ejus conformatio, die einrichtung, beſchaffenheit, Menck. Obſerv. L. L. ¶ 2. Interdum idem eſt ac *propoſitum*, das vorhaben. Cic. Off. 1, 2 *Omnis quæ ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, &c.* i. e. agendi propoſitio. Et Plin. 16, 4 *Longum eſt, nec ex inſtitutione operis.*

¶ Inſtitūtor, *ōris*, m. qui inſtituit. Pacatus Theod. paneg. c. 8 *In caſtris tu ita fortiter multa geſſiſti, ut ea non tantum Alexander, aut Africanus, aut Annibal videre, dum diſcerent; ſed parentes atque inſtitutores eorum optaſſent facere, dum docerent.* Tertull. de Monog. c. 4 *Vt Paracletum reſtitutorem potius ſentias, quam inſtitutorem.* Auguſtin. epiſt. 123 ad Orontium: *Deus bonæ tuæ mentis inſtitutor.* Lamprid. in Commodo c. 1 *In aula inſtitutor.* Treb. Poll. in xxx Tyrann. c. 3 *Morum & actuum imperialium inſtitutor*, der hofmeiſter. Et Ammian. 14, 8 *Inſtitutores veteres*, ſcil. urbium, i. e. conditores, die urheber.

¶ Præinſtitūtus, *a, um*, abgerichtet. Saresb. 7, 9 *Male præinſtitutus.* Interſtitio, interſtitium, vide infra in *Sto.*

¶ Obſtĭtūtum, *i*, n. Apul. de Deo Socrat. Stew. p. 97 *Pro ſitu & flexu & obſtituto circulorum.* Scaliger legit *obſtito*; ut & Elmenh. p. 42 de quo in *Obſiſto.*

¶ Præſtĭtuo, *ĕre*, præſcribere, conſtituere, anſetzen, vorher ordnen. Cic. pro Quint. c. 9 *Vt nobis tempus, quamdiu dicemus, præſtituere.* Nep. 12, 3, 1 *Diem certam Chabriæ præſtituerunt.* conf. Cic. in Verr. de præt. urb. c. 36. Liv. 45, 11.

¶ Præſti-

¶ Præſtitūtus, *a, um*, vorgeſtellt, angeſetzt, beſtimmt. Ter. Phorm. 3, 2, 38 *Tibi quidem olim eſt dies, quam dares huic, præſtituta.* Cic. Tuſc. 1, 39 *Natura uſuram dedit vitæ, tamquam pecuniæ, nulla præſtituta die.* Flor. 4, 1 *Ad præſtitutum a Catilina diem urbe tota viros, faces, tela diſponit.* Tertull. adv. Valent. c. 30 *Regula animali hominī præſtituta*, conf. l. 57 ff. locati cond.

¶ Proſtĭtuo, *ĕre*, aliquid venale habere, quæſtui exponere, fere turpi, feil bieten, aufſtellen zum verkauff; ut, *Meretrix, quæ ſeſe toto corpore proſtituit*, Catull. epigr. 109 v. ult. eine ſchandhure. Sic, *Proſtituere pudicitiam*, Suet. Ner. c. 29. Et Ovid. Amor. 1, 10, 42 *Et faciem lucro proſtituiſſe ſuam.* Sed etiam de honeſto quæſtu, licet eum reprehendat, Ovid. am. 1, 15, 6 *Ingrato vocem proſtituiſſe foro.*

¶ Proſtĭtūtus, *a, um*, feil liegend; item, geſchändet. Sidon. 3 epiſt. 13 *Sermones proſtituti & theatrales.* Plin. 30, 2 *Nero lupanaribus atque proſtitutis mandavit inquiſitiones.* Inde ſuperlativum formavit Tertullianus Apolog. c. 25 *Proſtitutiſſima lupa Lavertina.*

¶ Proſtitutio, *ōnis*, f. die feilbietung. Arnobius 2 p. 53 *In libidinem publica venalium corporum proſtitutione damnari.*

¶ Proſtitūtor, *ōris*, m. qui proſtituit. Tertull. de Cultu fœm. 2, 9 *Lenonis & proſtitutoris veſtitus & cultus.* Et de Pudicit. c. 10 *Proſtitutor Chriſtiani ſacramenti.*

Proſtibilis, Proſtibula, proſtibulum, vide *Stabilis* & *Stabulum.*

¶ Reſtĭtuo, *ui, utum, ĕre*, reddere in ſtatum priſtinum, reducere, wieder geben, wieder herſtellen. Ter. Heaut. 3, 1, 83 *Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem*, damit ich dir wiederum zu deinem ſohn helffen möchte. Idem Andr. 3, 5, 13 *Tu rem impeditam & perditam reſtituas?* ſolteſt du es wieder zu rechte bringen? *Reſtitui in antiquum ſtatum*, Cic. Verr. 2, 4. *Reſtitui per aliquem in priſtinam dignitatem*, Idem pro Domo c. 4. *Reſtituere in integrum*, in vorigen ſtand ſetzen. Cic. Verr. 5, 6 *Damnati in integrum reſtituantur.* Liv. 23, 7 *Ut interfecto Punico præſidio, reſtituerent ſe Romanis.* Idem 31, 31 *Vobis reſtituendi vos in amicitiam ſocietatemque noſtram, fortuna oblata eſt.* 38, 1 *Seſe reſtituerent in patrium ac legitimum regnum.* Et Terent. Phorm. 2, 4, 12 *Reſtitui in integrum æquum eſt & bonum*, daß man ſie in vorigen ſtand ſetze. *Reſtituere in locum, unde quis decidit*, Cic. Att. 2, 23. *In gratiam aliquem reſtituere, & cum aliquo*, wieder verſöhnen. Ter. Hec. 3, 1, 11 *Iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues.* Et, *Vina reſtituuntur ſibi, quæ mutata fuerunt*, ſie kommen wieder zu recht gebracht werden, Plin. 14, 18. *Apes ſi concaluerunt, reſtituunt ſe ac reviviſcunt, ut ſolet ſimiliter fieri in muſcis aquâ necatis*, ſie erholen ſich, Varro R. R. 3, 16. *Reſtitui reipub.* Cic. fam. 1, 9.

¶ Reſtituens, *tis*. Sallust. Fragm. c. 2 *Pompejus Victor Hiempſalem in regnum reſtituens.* Iuſtin. 35, 1, 10 *Regibus bellum reſtituentibus.*

¶ Reſtĭtūtus, *a, um*, wieder hergeſtellt, erſetzt; ut, *Reſtituta poteſtas*, Cic. de Leg. Agrar. 2, 14. *Ad adminiſtrandam civitatem reſtitutus*, Id. pro Domo c. 27. *Lucem ſalutemque redditam ſibi ac reſtitutam accipere*, ibid. c. 28. Et, *Ampliſſimis omnium judiciis reſtitutus*, ibid. c. 32. Valer. Max. 4, 1 *Eundem conſtat pari vultu & exulem fuiſſe, & reſtitutum. Reſtitutus animus*, Liv. 21, 53.

¶ Reſtitutio, *ōnis*, f. die wiederbringung, erſtatttung, erſetzung; ut, *Reſtitutio damnatorum*, Cic. Leg. Agrar. 2, 4. ¶ 2. *Semper-reſtitutio*, per ſyntheſin. Arnob. 1 p. 2 *Se in veteres formas novellarum ſemper-reſtitutione traducere.*

¶ Reſtitūtor, *ōris*, m. qui reſtituit; ut, *Lentulus reſtitutor ſalutis meæ*, Cic. pro Mil. c. 15. Et Apul. in Trismeg. p. 92 *Tanti operis effector & reſtitutor Deus.* Sic, *Reſtitutor orbis, urbis, provinciæ*, tituli imperatorum in nummis, explicantur a Spanh. Diſſ. 13 pag. 624 ſq.

¶ Reſtitutrix, *ĭcis*, f. Apul. ex Trismegiſto p. 77 *Terra omnium generum, quæ accipit, reſtitutrix.*

¶ Reſtitutōrius, *a, um*, idem; ut, *Iudicium reſtitutorium, actio reſtitutoria*, de reſtitutione, apud ICtos. v. Lege 8 § 9 Dig. ad SC. Vellejan. & Leg. 3 § 1 Dig. de eo per quem factum.

Reſtibilis vide ſupra *Stabilis.*

¶ Subſtĭtuo, *ĕre*, in locum alterius ſurrogare, ſufficere, ſupponere, an ſtat eines andern ſetzen, oder beſtellen. Cic. Verr. 3, 69 *Nunc pro te Verrem ſubſtituiſti, alterum civitati*, Vellej. 2, 58, 3 *Dolabellam ſubſtituturus ſibi Cæſar deſignaverat.* Cic. Verr. 5, 28 *Subſtituere & ſupponere in eorum locum cœpit cives Romanos.* Liv. 38, 42 *M. Fulvium & Cn. Manlium -- velut pro Philippo atque Antiocho ſubſtitutos, regnare.* Sen. epiſt. 9 *Amicum ſubſtituere alium in locum amiſſi.* Colum. 11, 1 *Qui me abſente in meum locum ſubſtituitur, & vicarius meæ diligentiæ ſuccedit, &c.* der anſtat meiner verordnet wird. Sed apud Liv. 28, 35 *Subſtituerat animo ſpeciem corporis amplam ac magnificam, ſubſtituere* eſt concipere. Sic Ovid. Rem. Amor. 573, *ut poſſis odiſſe tuam, Pari, funera fratrum Debueras oculis ſubſtituiſſe tuis.*

¶ Subſtĭtūtus, *a, um*, einageſchoben, eingeſetzt an des andern ſtelle. Cic. Divin. 2, 2 *Philoſophiam nobis pro reipub. procuratione ſubſtitutam putabamus.* Idem fam. 10, 24, 12 *Hunc filii loco ſubſtitutum habere.*

¶ Subſtĭtutus, *i*, m. ſubſt. ein anſtat-erbe. Papin. l. 39 § 3 ff. de adminiſtr. & peric. tut. *Hæres inſtitutus, qui non habuit ſubſtitutum.* conf. Vlpian. Dig. 47 t. 4 l. 1 § 9.

¶ Subſtĭtutio, *ōnis*, f. die einſetzung anſtat eines andern; ut, *Hæredis ſubſtitutio*, apud Iurisconſ. quibus Titulus in Digeſtis eſt, *de vulgari & pupillari ſubſtitutione.* Gloſſ. Vet. *Subſtitutio, ὑποκατάστασις.* Arnob. 3 p. 104 *Quidquid prior ætas abſtulit, recidiva ſubſtitutio ſubrogat.* Adde Vlpian. Dig. 1 t. 7 l. 17 § 1.

¶ Subſtĭtutīvus, *a, um*, dialecticorum vocabulum. Sic, *Propoſitio ſubſtitutiva, vel conditionalis, ut ſi dicas: Qui regnat, ſi ſapit, beatus eſt, &c.* Apul. de Syllog. categ. p. 29.

¶ Superſtātumĭno, *are*, darüber her beſchütten, belegen; ut, *Superſtatuminare rudus*, Pallad. 1 tit. 9.

Statura, vide *Statuo*, Status, *Sto*, Statutus, &c. *Statuo.*

STAVRO, *are*, i. e. ſtruere, a σαυρόω, *palum infigo, vallum depango*, obſoletum. Hinc quædam compoſita: ut,

¶ Inſtauro, *avi, atum, are*, erneuern, erſetzen. Placet tamen Feſto, & Iſidoro 19, 10, & Macrobio Sat. 1, 11, *Inſtaurare*, eſſe quaſi ad inſtar & ſimilitudinem prioris aliquid reficere, wiederum aufs neue anrichten, verneuern. conf. Voſſ. Etymol. p. 267. Cicero plerumque extulit cum verbo *renovare*: ut, Verr. 2, 4 *Scelus renovavit & inſtauravit quæſtorium.* Apud Liv. 2, 36; & 33, 42 *Inſtaurare ludos* eſt denuo agere. Is 27, 6 *Ludos Romanos diem unum inſtaurarunt*, dixit. ¶ 2. Nonnunquam idem eſt, quod apparare vel inſtruere, anrichten. *Inſtaurare epulas*, Virg. Æn. 7, 146. *Inſtaurare monumentum*, ein begräbniß zurichten, Plin. 31, 2. *Inſtaurare ſacrificium*, Cic. Att. 1, 13.

¶ Inſtaurātus, *a, um*, erneuert; ut, *Inſtauratæ maximæ belli reliquæ ac renovatæ*, Cic. de Prov. Conſul. c. 8. *Ludi illi iterum inſtaurati*, Idem Divin. 1, 26. Ludi Romani biduum inſtaurati, Liv. 29, 38 *Ludi Romani diem unum, plebeji ter toti inſtaurati. Inſtauratum Syllani exempli malum*, Vellej. 2, 66, 1.

¶ Inſtauratio, *ōnis*, f. die erneuerung, wiederholung; ut, *Ludorum inſtauratio*, Cic. de Ar. Reſp. c. 11. conf. Liv. 2, 36.

¶ Inſtaurātor, *ōris*, m. qui inſtaurat. Veteri ſaxo ad Tiberim: TYPO . APOLLONIO INSTAVRATORI MOENIVM NOSTRORVM, &c. apud Reineſium Claſſ. 2 Inſcript. 31. Et Alcimus Avitus ad Sororem v. 438 *Quæque inſtaurator templi promptiſſimus Esdras Egerit.* Sic Zehnerus & Fabricius; & Biblioth. PP. 1587. At Sirmondus aliter, quem videas v. 396. Ammian. 27, 3 *Nomen inſcribebat, non ut veterum inſtaurator, ſed conditor.*

¶ Inſtaurativus, *a, um*; ut, *Ludi inſtaurativi*, qui inſtaurantur, Cic. Divin. 1, 26.

¶ Inſtauratitius, *a, um*, idem; ut, *Dies inſtauratitius*, qui additus Circenſibus fuit, ab redintegratione ita dictus, Varrone auctore apud Macrob. Saturn. 1, 11.

¶ Præſtauro, *are*, idem quod *præſtruere*, vorher bereiten, apud Vet. Gramm. Diomedem: *Materiam præſtaurare dicenti.* v. Voſſ. l. c.

¶ Reſtauro, *avi, atum, are*, pro *Reinſtaurare*, erſtatten, erſetzen. Barbarum cenſet Scaliger pater, idque Cardanum eo ſæpius utentem reprehendit Exercitat. 195, quippe quod non *reſtar*; ſed *inſtar* dicatur. Servius ad Virg. Æn. 2, 15. INSTAR *autem*, inquit, *eſt ad ſimilitudinem, unde non* RESTAVRATA, *ſed* INSTAVRATA *dicuntur ædificia ad antiquam ſimilitudinem facta.* Eo tamen Tacitus uſus eſt An. 3, 72, 2 *Reſtaurare theatrum igne hauſtum.* Idem A. 4, 43, 4 *Ædem Veneris vetuſtate delapſam reſtaurari poſtulavere.* Iuſtin. 2, 10, 1 *Bellum ex integro reſtaurare*; conf. Id. 3, 5, 2; 20, 5, 6; 11, 3, 8. Sic Vlp. L. 4 fin. Dig. ad Legem Iul. de adult. *Reſtaurare accuſationem:* & Modeſt. L. 29 § 1 Dig. de Minorib. *Litem reſtaurare.* Legitur etiam *Reſtauro* in vet. Inſcript. Hiſpan. de qua ſupra in voce *Iter.*

¶ Reſtauratus, *a, um*, ergänzet; ut, *Navis reſtaurata*, Vlpian. 7 Dig. tit. 4 leg. 10 § 7.

¶ Reſtauratio, *onis*, f. die erſetzung, verneuerung. Iulianus L. 7 Dig. de Fundo dotali: *Sine reſtauratione ſervitutis.*

¶ Reſtaurator, *ōris*, m. qui reſtaurat. Sponius Miſcell. p. 27 CVRAT. ET RESTAVRATOR.

STEATĪTES, *æ*, m. στεατίτης, gemma ab animalium adipe dicta, ſive a ſevo, quod Græci στέαρ vocant, Plin. 37, 11.

¶ Steātōma, *ătis*, n. στέατωμα, adipis effuſio ſub cute, unde tumoris ſpecies. Plin. 26, 14 *Cyclamini radix contra ſteatomata efficax.* Adde Celſum 7, 6; & 8, 6.

STĔGA, *æ*, f. ſic latinum fecit Plautus, nomen græcum στέγη, ſignificat tabulatum navis, & quaſi proſcenium, in quo nautæ ambulant, a στέγω, *tego*, der verdeck. Plaut. Bacch. 2, 3, 44 *Forte ut adſedi in ſtega &c.*

¶ Præſtĕga, *æ*, f. προστέγιον, tecti longior prominentia ad arcendos imbres & æſtus, das vordach. Plaut. Pſeud. 1, 2, 31 *Vorſa præſtega.* Alii aliter legunt. vid. Taubm. p. 965.

¶ Triſtĕgum, *i*, n. τρίστεγον, ædificium trium contignationum, ein gebäude von drey geſchoß. v. Vulg. Interpr. Gen. 6, 16. Alcim. 4, 245 *Triſtegaque hic facies, ſimul & cœnacula in illis.*

STEGNVS, *a, um*, στέγνος, *ſtrictus, conſtrictus*; ut, *Febres ſtegnæ*, Plin. 23, 7.

STĒLA, *æ*, f. στήλη, pila lapidea, eine ſteinerne ſeule. Vſus vocabulo Plin. 6, 28 *Scriptæ ſunt ſtelæ lapideæ literis incognitis.* Hadrianus Iunius 8: Senecæ malit reſtituere in Ludo de morte Claudii, & pro *Ego tibi hic ſellas oſtendam*, legere, *Ego tibi hic ſtelas oſtendam*, legere, *Ego tibi hic ſtelas oſtendam.* Sed nihil puto mutandum: *Sellæ* judicum ſedes ſunt, ſive *tribunal*, quod mox nominat. Apud Mart. vero Capellam lib. 2 p. 35 *Eminentia ſaxa, quibus librorum notæ aſſcriptæ, quæque intra ſpecum per Ægyptiorum adyta collocata, Stelæ appellantur.* ¶ 2. Et *Stelæ* cippi dici poſſunt, ſaxeæ cruces & alia monumenta, quæ ad vias collocari ſolent.

STĔLĔPHŪROS, *i*, m. herba foliis perpetuo virentibus, ex ſpicatarum genere, Plin. 21, 14.

STĔLIS, *ĭdis*, f. στελίς, viſci genus, ex arbore defudans, Plin. 16 c. ult.

STELLA, *æ*, f. ein ſtern. Quaſi *ſtillam luminis* dictam putabat nonnemo, quem ridet Quintil. 1, 6 pag. 81. alii in notis ad h. l. a *ſtando. Stellarum* aliæ *fixæ* ſunt, aliæ *errantes* ſeu *planetæ.* Cic. in Somno Scip. c. 3 *Stellarum globi magnitudinem terræ facile vincunt.* Id. Divin. 2, 6 *Stellæ trajectio*, das ſchieſſen eines ſterns. Liv. 29, 14 *Et facem ſtellæ ab ortu ſolis ad occidentem pori igi viſam*, e Gronov. jun. conjectura. Virg. Æn. 2, 694 *Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. Stella diurna, Lucifer*, der morgenſtern: Plaut. Men. 1, 2, 26 *Inde usque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.* Et, *ſtellarum cœtus*, i. e. coitus, ſive conjunctio: *tranſitus, circuitus*, Gell. 14, 1. ¶ 2. *Stella*, piſcis marinus, ſic dictus a ſtellæ ſpecie, habet enim quinque radios. Sunt autem multorum generum ſtellæ piſces, ſternfiſch, meerſtern, Geſnerus, Plin. 9, 60. Extat de illis opus Linkii & Fiſcheri, Lipſ. 1733 editum. ¶ 3. *Stella* eſt etiam in apparatu torcularis Plin. 18, 31 ſ. 74; ex lignis nimirum decuſſatim poſitis facta. Et 18, 10 ſ. 23 *Stella denticulata* eſt in inſtrumento piſtrini.

¶ Stellula, *æ*, f. diminut. Virgilio quidam tribuunt.

¶ Stellāris, *e*, ſternicht. Macrob. Somn. Scip. 1, 14 *Anima ſcintilla ſtellaris eſſentiæ.* Sic, *Stellaris herba*, quæ & *Babonion*, i. e. inguinalis, & ab aliis *Stellaria* dicitur, ſternkraut.

¶ Stello, *are*, ſtellis micare, glänzen, leuchten, wie die ſterne.

Sym-

Symmach. 3 epist. 11 *Oratio verborum stellatur auro*, i. e. veluti *stellis variatur*. vid. ibi Iuret. p. 91; & Salmas. in Solin. p. 533. conf. Plin. 37, 2.

¶ Stellans, *tis*, stellis radians; ut, *Gemmæ stellantes*, Ovid. Met. 1, 723. *Stellantis regia cæli*, Virg. Æn. 7, 210. *Nox stellans*; *Olympus stellans*, Cic. de Divin. 1, 11 & 12. Adde Plinium 13, 26; 31, 2; & 37, 7.

¶ Stellātus, *a, um*, stellis ornatus, vel in stellarum modum resplendens, gestirnt, voller sternen; ut, *Stellatus Cepheus*, Cic. Tusc. 5, 3. *Ensis stellatus jaspide*, Virg. Æn. 4, 261. Et Plin. 10, 67 *Salamandra animal lacerti figura stellarum* conf. Val. Flacc. 2, 42.

¶ Stellātura, *æ*, f. emolumentum tribunorum & aliorum ducum detractum in erogatione annonæ militaris, die verkürzung der soldaten an ihrem solde. *Stellaturam* hanc Budæus dictam putat, quod loco pecuniæ referæ stellatæ militi datæ essent. Sed potius lucellum hoc sic dictum quasi *Stellionatura*, atque idem omnino est ac *Stellionatus*. Pescennius Niger apud Spartianum c. 3, & Alexander Sev. apud Lamprid. c. 15 hanc rem adeo improbarunt, *ut tribunos, qui per stellaturas a militibus aliquid tulissent, capitali pœna affecerint*. vid. Salmas. ad Spartian. l. c. & Cæl. Rhodig. Lect. Ant. 11, 8.

¶ Stellātes, *is*, m. adject. *Stellates campus*, de quo Cic. Agr. 1, 7; 2, 31; Suet. Cæs. c. 20; Liv. 22, 13; & Silius 11, 268 plur. *Stellates campi*: miræ fertilitatis in Campania, de quibus Camill. Peregrinum in Campania Felice Dissert. 2 c. 33 consule.

¶ Stellatinus, *a, um*, adject. ut, *Stellatina tribus*, in lapidibus Gruteri p. 35, 3 & 523, 8. *Stellatinus campus*, non ab eo Campaniæ, sed eo, qui parum abest urbe Capena. vid. Fest. p. 210, & Cluveri Ital. Antiq. L. 1 c. 3 p. 550.

¶ Stellio, *onis*, m. eine welsche eidex, animal venenatum, nitens in dorso maculis quibusdam stellarum modo radiantibus. Animal est homini fraudulenter invidum, senectam perinde ut serpentes quotannis exuens, præsentissimum comitiali morbo remedium, quemadmodum Plinius scripsit 8, 31; & 11, 26; & 30, 3 &c. Germanicam appellationem nullam habet. vide Scip. Gentil. & Apul. Apolog. p. 263. ¶ 2. Nequitiæ mancipium, ein schalck. Apul. Met. lib. 5 sub fin. *Quibus modis stellionem istum cohibeam?* conf. Colum. 9, 7.

¶ Stelliōnātus, *us*, m. jure contractus omne crimen, quod proprio nomine vacat, allerhand betrug und unterschleif. Ulp. l. 3 ff. de Stellionatu: *Stellionatum objici posse his, qui dolo aliquid fecerunt &c. quod enim in privatis judiciis est dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Ubicunque igitur titulus criminis defuit, illic stellionatum objicimus*. vid. Cujac. Observ. 10, 26; & 11, 40.

¶ Stelliōnātor, *ōris*, m. ein betrüger. Gloss. gr. lat. ἐπιβάτης, *Impostor, stellionator*.

¶ Stellifer, *a, um*, gestirnt; ut, *Cælum stelliferum*, Cic. Somn. Scip. c. 5.

¶ Stellĭfĭcus, *a, um*, idem. Victorinus Pict. de Christo Deo & Hom. v. 113 *Cuspide fulminea noctis diviserat umbram Stellifico temone jubar*.

¶ Stelliger, *a, um*, idem; ut, *Vias stelligeras æthēris explicans*, Varro apud Non. 4, 174 *Polus stelliger*, Stat. Theb. 12, 565. conf. Sen. Herc. Oetæo v. 1906; & Mart. Capella 9 p. 304.

¶ Stellĭmĭcans, *tis*, idem. Varro apud Probum in Virg. Ecl. 6, 31 *Limbus pictus bissex signis stellimicantibus*.

¶ Stellĭpărens, *tis*, idem; ut, *Stelliparens nox*, Avienus.

¶ Constello, *are*, compositum; unde

¶ Constellātus, *a, um*, idem quod stellis ornatus, mit sternen gestiert. Treb. Pollio in Gallieno c. 2 metaphorice: *Aurati constellatique balthei*.

¶ Constellatio, *ōnis*, f. utuntur hoc nomine pro stellarum positu mathematici, die zusammenkunft der sterne. Ammian. Marcell. 29, 17 *Cum objectaretur ei, quamobrem constellationem principis collegisset, fratrem suum fuisse volentem monstrare pollicitus*. Et Capitol. in Gordian. c. 20 *Cum senior Gordianus videret, ostendisse constellationem mathematicum ferunt*. Adde Sidon. 6 ep. 11.

STEMMA, *ătis*, n. στέμμα, proprie lana ramo circumvoluta: cujusmodi *stemma* supplices proferre solebant, ut Græci Grammatici docent. Ejusmodi stemmatis & sacerdotes itemque victimæ ornari solebant, quæ & *infulæ* dicebantur. Vet. Gloss. *Infula*, στέμμα. Aliæ: στέμμα, *Infula, offula, mitra*. Item, στέμματα, *serta*. Inde Prudentius & pro martyrii corona *Stemma* dixit περὶ στεφάνων 1, 4 *Pollet hoc & lix per orbem terra Icera stemmate*. Iul. Firmicus Mathes. 3, 8 *Magnos viros faciet Mercurius, qui sacris & gloriosis stemmatibus coronentur*: i. e. coronis seu infulis. *Infulæ* enim dignitatum insignia erant. vide *Infula*. ¶ 2. Deinde *Stemma* & generis seriem denotat, der stamm-baum, geschlecht-baum. Suet. Galba c. 2 *Imperator stemma in atrio proposuit, quo paternam originem ad Jovem, maternam ad Pasiphaën Minois uxorem referret*. Stemma videlicet ejusmodi repræsentabat universam stirpem a primo auctore per imagines: ut quisque ex alio satus erat. Puto autem, imagines istas vittis sive stemmatibus connexas fuisse, prout ipsi, quorum vultus referebant, connexi essent. Plin. 35, 2 *Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas* Sen. de Benef. 3, 28 *Nomina familiæ multis stemmatum iligata flexuris*. Et de iisdem 7, 3 *Totum regni Persici stemma percense*. Hinc *Replicare* & *Explicare stemma*, Ausonius & Sidonius dixerunt, quod Rigaltius ad Martialem observat. Iuvenal. 8 pr. *Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus Majorum? Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria, nobilitas sola est atque unica virtus*. De hac voce pulcre And. Tiraqu. libro de Nobilit. c. 6 § 14; & Lipsius ad Senecæ modo alleg. lib. 3. ¶ 7. *Stemma* etiam dicitur, quod aliquid fert & sustinet, ex græco στέγμα, quemadmodum Salmasius ad Lampridium observat. Martialis de spectaculis epigr. 16 *Cæsaris atque Iovis confer nunc stemma, juventus, Par onus ut tulerint, altius ille tulit*. Alii *sthema* legunt.

STĔNŌCŎRIASIS, *is*, f. στενοκοριασις, equorum morbus, cum viribus amissis constringitur visus, Veget. 2, 16.

STENTOR, *ōris*, m. Στέντωρ, clamosus ille tubicen apud Homerum in exercitu Græcorum, qui clamores aliorum quinquaginta superabat ærea voce, quemadmodum Homerus ait Iliad. E. v. 786 Ὅς τόσον ἀυδήσας χ' ὅσσον ἄλλοι πεντήκοντα, i. e. *Qui tantum vociferabatur, quantum alii quinquaginta*. Iuvenal. 13, 112 *Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis*. Sic, *Stentore clamosior*, ein schreyhals. v. Chiliad.

¶ Stentŏreus, *a, um*, adject. ut, *Vox stentorea* pro maxima, groß geschrey. Arnob. 2 p. 97 *Infantes sub uberibus matrum stentoreos ediderunt vagitus*.

STĔPHĂNUS, *i*, m. στέφανος, *corona*, eine krone. ¶ 2. Refertur etiam inter herbas; e. g. *Stephanos Alexandri*, certa lauri species, Apul. de Herb. c. 58, & Plin. 15, 30. *Stephanos Aphrodites*, alias lilymbrium, Apul. de Herb. c. 105. ¶ 3. Multorum nomen proprium. De protomartyre novi Testamenti Arator 2, 966 *In Stephanum tormenta jacis, deponis amictum*.

¶ Stephane, *es*, f. Parmenidis philosophi Deus, coronæ similitudine, Cic. N. D. 1, 11.

¶ Stephanītes, *æ*, m. στεφανίτης, athleta coronatus apud Suidam. ¶ 2. *Stephanitæ*, scil. vites h. e. coronariæ, quæ in orbiculos & gyros flectuntur, Colum. 3, 2; & Isidor. 17, 5.

¶ Stephanītis, *ĭdis*, f. στεφανῖτις, uva coronaria, quæ foliis intertextis veluti coronatur. Plin. 14, 3 *Coronario naturæ lusu Stephanitis &c.*

¶ Stephanomēlis, *is*, f. herba sic dicta, quod melino colore in coronis placeat, Plin. 26, 13.

¶ Stephanopĭŏcos, *i*, c. gr. ὁ, ἡ, στεφανοπλόκος, qui vel quæ corollas nectit, & serta texit, ein kranzmacher oder kranzmacherin. Et

¶ Stephanopōla, *æ*, m. στεφανοπώλης, venditor sertorum seu coronarum, ein kranz-krämer; Et

¶ Stephanŏpōlis, *is*, f. στεφανόπωλις, coronarum venditrix, eine kränz-frau. Plin. 35, 11 *Glycerum inventricem coronarum pinxit, sedentem cum corona, quæ e nobilissimis ejus tabula appellata est Stephanoplocos, ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera coronas venalitando sustentaverat paupertatem*. conf. Idem 21, 2.

STĔPHĀNUSA, *æ*, f. στέφανσα, i. e. *cingens, coronans*, scil. mulier, quæ inter Praxitelis pulcherrima ex ære opera, Plin. 34, 8.

STĔRA, *æ*, f. i. e. matrix, corrupta vox ex græca ὑστέρα, quæ uterum & vulvam significat. Nam sic olim Macer 1, 3 *Conjuncto sibi melle steræ si subditur herba*. Sic & olim c. 1 lectæ *Duritiæ sterica* pro *hystericis*.

¶ Stericula, *æ*, f. diminut. a *Stera*, pro *Hystericula*, vulva porcæ virginis. In Petronii Fragm. Trag. est *Sterilicula*. vid. Scheffleri not. p. 72; & Reines. p. 55; & Burm. c. 35.

STERCUS, *ŏris*, n. mist, dreck, unflat; ut, *Stercus optimum volucrium*, Varro R. R. 1, 38. *Stercus vectare*, Cato R. R. c. 10 *Novalia stercore saturare*, Colum. 2, 9, starck düngen. Cic. Divin. 1, 27 *Interfectum in plaustrum a caupone esse conjectum, & supra stercus injectum*. Suet. Vit. c. 17 *Quibusdam stercore & cano incessitibus*. Cic. de Orat. 3, 41 *Nolo stercus curiæ dici Glauciam*. Lamprid. Commodo c. 11 *Dicitur cibis humana stercora miscuisse*.

¶ Stercŏreus, *a, um*, dreckigt, stinckend, garstig. Plaut. Milit. 2, 1, 12 metaphorice: *Impudens, stercoreus, plenus perjurii*.

¶ Stercŏro, *avi, atum, are*, düngen, mistен; ut, *Colere & stercorare agrum*, Cic. de Senect. c. 15. Plin. 18, 32 *Ager si non stercoratur, alget*. Cato R. R. c. 36 *Quæ segetem stercorant*. conf. Varro R. R. 1, 38; Colum. 11, 2.

¶ Stercorātus, *a, um*, gedüngt; ut, *Ager stercoratus*, Plin. 18, 23. Vnde gradu supremo Colum. 11, 2 *Quam pinguissimo & novo loco si minus, quam stercoratissimo*. vid. Id 11, 3; 5, 11; Cato R. R. 46; Plin. 15, 18; Colum. 1, 6; & 2, 10; & Pallad. 12, 1. ¶ 2. *Veteres stercoratos agros dicebant, non stercoratos*, ait Mart. Capella 3 pag. 81.

¶ Stercŏrātio, *ōnis*, f. die düngung. Colum. 2, 1 ext. *Medica stercoratione terra refoveatur*. Adde Plin. 17, 27; & 18, 23; Isidor. 17, 2.

¶ Stercŏrārius, *a, um*, mist-; ut, *Crates stercorariæ*, mist-leitern, mist-flechten. Varro 1, 22; & Cato R. R. c. 10.

¶ Stercŏrōsus, *a, um*, voll mist und unflat; ut, *Aqua stercorosa*, Colum. 8, 3 *Locus stercorosus*, Id. 11, 3. Sen. Nat. Qu. 3, 26 *Mari hæc natura est, ut omne immundum stercorosumque litoribus impingat*. Superl. Cato R. R. c. 47 *Locus stercorosissimus*.

¶ Sterculius, vel Stercūtus, *i*, m. Deus, Fauni filius, de quo Lactant. 1, 20 sub fin. *Colitur & Sterculius, qui stercorandi agri rationem primus induxit*. Adde Plin. 17, 9; & Macrob. Sat. 1, 7, qui *Saturnum* interpretatur: Plinius autem Fauni filium: uterque *Stercutum*, sicut *Sterculium* Lactantius, vocavit: singuli stercorationis inventionem ei tribuunt.

¶ Sterquilīnium, *i*, n. stercorum receptaculum, ein mist-haufe, eine mist-grube. Colum. 1, 6 *Sterquilinia duo sint, unum quod novæ purgamenta recipiat, & in annum conservet: alterum, ex quo vetera vehuntur*. Conf. Cato R. R. c. 5; Varr. 1, 3 & 38. ¶ 2. Metaphorice pro homine impuro & nequitiis operto. Ter. Phorm. 3, 2, 41 *Non pudet vanitatis? D. Minime, dum ob rem. G. Sterquilinium*, du unflat, du mistfincke. Et Plaut. Perса 3, 3, 3 huju modi hominem *Sterquilinium publicum* appellat. Et Cæs. 1, 1, 26 *Ex sterquilinio effosse*. Sed, *Gallus in sterquilinio suo plurimum potest*, proverbiale. vide *Gallus*. ¶ 3. Scribitur a nonnullis *Stercolorium*. Sic verritur in Gloss. gr. lat. κοπροδέσιον. Et Marcell. Empir. c. 34 *In sterculinio defodere*.

¶ Destercŏro, *are*, a stercore purgare, fegen, ausmisten. Vlpian. l. 15 § 1 ff. de usufructu, *desstercorandæ latrinæ*. Vulgo legunt *stercorandæ*; cujus tamen cum contraria sit significatio, aliis etiam placet

¶ Exſtercŏro, *are*, eodem ſenſu.

STĔRĔLĪTIS, *idis*, f. ſpuma argenti, ſilber-ſchaum. Plin. 33, 6. Alii legunt *Stercoritis*

STĔREŌBĀTA, vel Stereobătes, *æ*, m. στερεοβάτης, baſis ſive fundamentum ſolidi, das grundſtuck, poſtement. Vitruv. 3, 3. vid. ibi Philand. p. 110

STĔREŌMETRIA, *æ*, f. στερεομετρία, ſolidorum corporum menſio, die weinviſier-kunſt. v. Caſp. Schott. Curſ. Mathem. p. 209.

STĔRĒTĬCVS, *a, um*, στερητικός, *privans*. Cic. Topic. c. 11 *Quæ contraria privantia licet appellemus Latine, græce appellantur* στερητικά.

STERGĒTHRON, *i*, n. στεργήθρον, amoris illecebra: ita nominatur ab aliquibus ſemperviva herba, hauswurtz, *eo quod amorifica judicetur*, Apul. de Herb. c. 123. *Quod amatoriis conveniat*, Plin. 25, 13.

Stericula & Stericus, vide in *Stera*.

STĔRIGMVS, *i*, m. στεριγμός, inter meteora refert Apulejus de Mundo p. 245; & exponit *ſtativam lucem ſine curſu jugi &c.*

STĔRĪLIS, *e*, infœcundus, a στερέω, *privo*, ſeu *careo*, unfruchtbar, leer, untüchtig, untauglich; ut, *Ager ſterilis*, Virg. Æn. 3, 141. *Nullum temporis punctum ſterile beneficio*, Plin. Paneg. c. 56. *Seculum virtutum ſterile*, Tac. Hiſt. 1, 3, 1. *Sterilis famæ*, Stat. Theb. 6, 70. *Sterilis labor*, Martial. 10 epigr. 58. *Sterilis amicus*, Id. 10 epigr. 18, qui nemini quid confert. *Arbores ferenitate ſteriliores*, Plin. 16, 12. *Civitas ab aquis ſterilis*, Apul. Met. 1 p. 106. *Quando ſterilis eſt amator a datis, improbus eſt*, Plaut. Truc. 2, 1, 30. Id. Truc. 1, 2, 3 de fure: *Qui manus attulit ſteriles, gravidas foras exportat.* Perſius 5, 75 *Steriles nevi*, Lügner.

¶ Sterilus, *a, um*, pro *Sterilis*, dixit Lucretius 2, 844 *Et ſonitu ſterilis & ſucco jejuna feruntur*. Ita veteres dixerunt *ſublimus* pro *ſublimis &c.*

¶ Sterilitas, *ātis*, f. infœcunditas, die unfruchtbarkeit; ut, *Sterilitas agrorum*, Cic. Divin. 1, 57, cui contraria eſt *fertilitas*. Et, *Sterilitas annonæ*, Colum. 2, 10. conf. Id. præfat. lib. 1; Sen. de Ira 2, 25; Pallad. 1, 6. Pluraliter, *Continuæ ſterilitates*, Plin. 10 epiſt. 24.

¶ Sterileſco, *ĕre*, ſterilem fieri, unfruchtbar werden, verwildern. Plin. 7, 15 *Fruges* (menſtruali profluvio) *tactæ ſterileſcunt*. Adde 31, 40; & 15, 8; & Pallad. 12, 13.

¶ Sterileſio, *ĕri*, idem. Solin. Salm. c. 27 al. 40 de Leonibus: *Cum ad unum materna fœcunditas recidit, ſterileſiunt in æternum*: al. *ſteriles fiunt*. Sed Salmaſio f. 230 optimum verbum *Sterilefacere* & *Sterilefieri*.

Sternax, vide in ſequenti *Sterno*.

STERNO, *ſtravi, ſtratum, ſternĕre*, ausbreiten, ſtreuen: ut, *Veſtes, ramos, flores humi ſternere*. Sed tamen frequentius dicimus: *Sterno humum floribus, ramis, veſtibus*, Valla 4, 6. *Sternere equum*, eſt ſtratis adornare, ſatteln, Liv. 37, 20. Et, *Sternere lectos*, Ter. Heaut. 1, 1, 73, id eſt, inſtruere, das lager oder bette machen; cubantes enim, aut in latus ſuper lectulum ſubſtratum inclinantes, cibum veteres capiebant *Sternere triclinia*, Cicero ſæpe pro Cluentio & in Verrem. Id. pro Mur. c. 36 *Tubero Stoicus ſtravit pelliculis hadinis lectulos*. Sic, *Sternere viam*, pflaſtern, vide *Via*. *Sternere maria pontibus*, brücken drüber ſchlagen, Iuſtin. 2, 10, 24. ¶ 2. *Sternere*, eſt dejicere, niederlegen. Liv. 27, 47 *Feſſi ſomno ac vigiliis corpore ſternunt*. Id. 24, 38 *Ferro omnia ſternere*, erlegen, niederſchlagen. Id. 31, 21 *Cum omni parte cæde ingenti ſternerentur*. Ovid. Metam. 12, 74 *Sternebat cuſpidis ictu corpora*. Tac. Hiſt. 3, 77, 2 *Sternere inermes*. Id. An. 1, 70, 3 *Sterni ſuctibus*. Curt. 4, 16, 5 *Sterni cæde*

¶ Sternens, *tis*; ut, *Sternens trabes*, Ovid. Met. 9, 209. *Sternentes agmina clava*, Virg. Æn. 10, 318.

¶ Strātus, *a, um*, geſtreuet, gelegt; ut, *Strata poma ſub arbore*, Virg. ecl. 7, 54. *Stratum filet æquor*, Id. ecl. 9, 57, hat ſich gelegt. *Stratus equus*, Liv. 28, 14, geſattelt. *Somno ſtratus*, Id. 37, 20. *Strati cæde hoſtes*, Id. 4, 29. Virg. 1 Æn. 700 *Strateque ſuper decumbitur oſtro*, auf einem purpur-bette. Horat. 1, 1, 21 *Viridi membra ſub arbuto ſtratus*, hingeſtreckt. Cic. Att 10, 4 *Ad pedes ſtratus ei*, fußfällig. Curt. 4, 3, 15 *Strati pontes*, ueſchlagen. Virg. Æn. 10, 326 *Dardania ſtratus dextra*, niedergeſchlagen. Iuſtin. 2, 11, 18 *Strati hoſtes*, i. e. cæſi. Obſequ. c. 120 *Saxis forum ſtratum*, gepflaſtert.

¶ Strātum, *i*, n. ſubſt. id eſt, ſuper quo quiescitur, ein lager, bette, eine ſtreu; ut, *Corripit e ſtratis corpus*, Virg. Æn. 3, 176. *Strato ſurgit*, Id. Æn. 3, 511. *Membra ſtratis reponere*, Id. Æn. 4, 392. Adde Ovid. Her 10, 54; 14, 32. *Stratum Ageſilai* deſcribit Nepos 17, 8, 2. Liv. 28, 3 *Quiete neque molli ſtrato, neque ſilentio arceſſita*. Prov. *Qui aſinum non potuit, ſtratum cædit*, man ſchlägt auf den ſack und meint den eſel, Petron. c. 45. *Frenos & ſtrata equorum Pelethronium inveniſſe dicunt*, Plin. 7, 56. ¶ 2. *Strata viarum*, id eſt, viæ ſtratæ, gepflaſterte ſtraſſen, Virg. Æn. 1, 422. *Stratum* de pavimento, vid. apud Vitruv. 10, 19.

¶ Strāta, *æ*, f. abſolute pro via ſtrata, die ſtraſſe. Eutrop. 9, 9, 13 *Aurelianus interfectus eſt in itineris medio, quod inter Conſtantinopolim & Heracleam eſt ſtratæ veteris*. Adde, quæ ibi admotavit Cellarius. Sic Iuvencus de Ioanne Baptiſta 1, 315 *Sternite jam ſtratas amplas*.

¶ Strāte, adverb. weit und breit, hin und her. Iuvencus 3, 655 *Strate tendentem diffula umbracula ficus*.

¶ Strātus, *us*, m. ſubſt. die decke. Solin. c. 57 *Accepto regio ſtratu neminem unquam alium præter dominum vehere dignatus eſt*. Adde Varr. 1, 50.

¶ Strātūra, *æ*, f. der beden; ut, *Stratura viarum*, das pflaſter. Suet. in Claudio c. 24 *Straturæ balnei*, Pallad. 1, 40. conf. Id. Nov. t. 7 & 22. Sic *Stratura loci*, l. 242 § 4 ff. de Verb. Sign.

¶ Strātor, *ōris*, m. qui equum ſternit, & herum in equum levat, ein ſtall- oder ſattel-knecht. Spartianus in Caracalla c. 7 *Denique cum illum ſtrator ſuus in equum levaret*. Erant etiam inter miniſtros & apparitores, L. 4 § 1 de Offic. proconſ. Adde Cod. 12 t. 25 *de ſtratoribus*. Spart. in Macrino c. 4; Ammian. 29, 3; & 30, 5 ext. & Stewech. ad Veget. 3, 10 p. 232. Inſcr. Murat. p. 938. *Strator* etiam dicitur ein ſteinſetzer, der da pflaſtert. Hinc Inſcript. apud Sponium Miſc. ſect. 6 p. 233 *Strator Appiæ Diomedes*.

¶ Stratōrium, *i*, n. id eſt, ſtragulum, deck- oder bettwerck. Vulg. Interpr. 2 Sam. c. 17, 28.

¶ Strateæ, & Stratīvŏlæ, *arum*, f. pl. meretricum epitheta ex Plauto apud Gellium 3, 3, qua faceta verborum antiquitate Phavorinum delectatum aſſerit.

¶ Strāges, *is*, f. quicquid ſine ordine ſparſum jacet: proprie eſt damnum arborum tempeſtate ſtratarum, ut Scaliger in Conject. Varr. notavit, ein baumbruch. vid. Virg Georg. 3, 247; & Æn. 12, 454; & Sil. 3, 205. Huc reſpicit Liv. 7, 23 ext. *Galli impulſi retro vecere alii ſuper alios, ſtragemque inter ſe ipſa cæde fœdiorem dare*, ſcil. *cæperunt*. ¶ 2. Inde ad cædes & proſtratorum hominum multitudinem translata vox eſt, eine niederlage. Vetus Gloſſarium: *Strages*: πολυάνδριον, σωρὸς νεκρῶν. Item *ſtrages*, Ἀνάμεσις πολλή, ἡ τὸ τὴν γῆν σώμασι κατεστρῶσθαι. Liv. 8, 30 *Per arma, per viros late ſtragem dedere*, ſie haben eine groſſe ſchlacht gethan. Id. 7, 24 *Complete ſtrage campos*. Cic. Att. 1, 16 ſubinit. *Quas ego pugnas & quantas ſtrages edidi!* was habe ich volcks erlegt? conf. Virg. Æn. 6, 829; & 9, 526 &c. *Magna ſtrage hoſtes fundere*, Curt. 7, 7, 35. *Similis ruinæ ſtrages erat*, Id. 3, 11, 9.

¶ Strāgŭlum, *i*, n. & Strāgŭla, *æ*, f. a *ſternendo*, ita dicebant, quicquid vel lecto, vel equis, aut aliis rebus inſterneretur, allerley decken. *Stragulum textile*, Cic. Tuſc. 5, 21. *Stragula villoſa*, Martial. 14 epigr. 148, madratzen. Adde Tibull. 1, 2, 80; Plin. 8, 58; Sen. epiſt. 87; Petron. c. 42 & 78. ¶ 2. Addebant & ad fœminum nomen veſtis; ut, *Pretioſa veſtis ſtragula*. vid. Vall. 4, 46. Cic. Verr. 2, 19 *veſtem ſtragulam multam*. Liv. 34, 7 *Purpurea in veſte ſtragula uti*.

¶ Strāgŭlātus, *a, um*, id eſt, ſtragula variatus. Vulg. Int. Prov. 31, 22.

¶ Sternax, *ācis*, ſchlagend; ut, *Equus ſternax*, qui excutere ſolet inſidentem, Virg. Æn. 12, 344, das gerne abwirft, & Sil. 1, 261, ubi v. Drakenb. ¶ 2. Pro *conſternato* poſuit Sidonius 4 epiſt. 12 *Herma trepidus & ſternax, qui præ reatu balbutit ore, cæcutit intuitu*. Sic, *Sternaces cives*, Id. 5, 14.

Stramen, ſtramentum &c. vide infra ſuo loco.

Compoſita:

¶ Adſterno, *ĕre*, hinlegen, ab eo paſſivum fecit Ovid. Met. de ſororibus Phaëthontis 2, 343 *Nocte dieque vocant, adſternunturque ſepulcro*, id eſt, juxta ſepulcrum ſternuntur.

¶ Conſterno, *ſtrāvi, ātum, ĕre*, beſtreuen, bedecken. Virg. Æn. 4, 444 *Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes*. Liv. 50, 45 *Tempeſtas in Capitolio aliquot ſigna corſtravit*. Cic Divin. 1, 32 *Herreis diruptum eſſ ſuſumque ſimentum vias omnes angiportuſque conſtraverat*. Colum. 7, 3 *Filicibus vel culmis ſtabula conſtrata ſint*.

¶ Conſtrātus, *a, um*, bedeckt. Cic. pro Sextio c. 39 *Forum corporibus civium Romanorum conſtratum cæde nocturna*. Sic, *Navis conſtrata*, id eſt, tecta, apud Eumdem in Verr. 5, 34. conf. Curt. 9, 10 25. Liv. 35, 46, & Scheff. de milit. Nav. L. 2 c. 2 p. 100; Dion. Voſſ. ad Cæſ. B. Civ. 3, 15.

¶ Conſtrātum, *i*, n. ſubſt. die decke; ut, *Conſtratum navis*, der verdeck. Petron. c. 100. vid Gonſal. p. 160. *Conſtrata pontium*, Liv. 30, 10.

¶ Conſtrātor, *ōris*, m. qui conſternit. Auſon. Eidyll. 12 de Deis: *Velivolique maris conſtratos Leuconotos Libs*.

¶ Conſterno, *āvi, ātum, āre*, erſchrecken; de quo Valla 5, 51 *Conſternere*, inquit, *eſt corporis; conſternati autem animi, cum mens turbata eſt, & de ſtatu mota & quaſi humi ſtrata*. Liv. 6, 2 *Incendium conſternavit hoſtes*. Et Salluſt. fragm. c. 10 apud Priſcian. 8 p. 830 *Equi ſine rectoribus exterriti conſternantur*, ſie werden ſcheu. ¶ 2. Interdum eſt impellere ad agendum auſtrimen. Liv. 7, 42 *Multitudo conjuratorum ad arma conſternata eſt*. Id 8, 27 *Tumultu etiam ſanos conſternante animos*. Mox habebimus *conſternationem muliebrem* pro ſeditione.

¶ Conſternātus, *a, um*, erſchreckt, ſchüchtern; ut, *Pavida & conſternata multitudo*, Liv. 3, 15. *Conſternati equi*, Flor. 1, 7, 3; & , 18, 8; & *elephanti*, 4, 2, 67. Et Cæſ. B. G. 7, 30 *Animo conſternati homines injueti laboris*. Gell. 15, 22 *Cervus conſternatus in fugam ſeſe prorupit*. Liv. 34, 3 *Volo ſcire, quid ſit, præter quod matronæ conſternatæ procurrant in publicum*. Ovid. Met 12, 60 *Conſternati timores*.

¶ Conſternātio, *ōnis*, f. terror, pavor, groß erſchreckniß, entſetzung, angſt. Curt. 8, 1, 24 *Ille debilitatus vulnere, quod in ea conſternatione acceperat*. Liv. 37, 42 *Auxilia ſubſidiaria, pavore & conſternatione quadrigarum territa*. Id. 34, 2 *Conſternatio muliebri*, der weibliche aufruhr. Sic & pro tumultu & ſeditione poſuit Val Max. 9, 7, 4 *Conſternatio adverſum Sempronii caput intolerabili modo exarſit*. conf. Tac. An. 1, 39, 4; 1, 63, 3; & Hiſt 1, 53, 7. Non Marcellus.

¶ Deſterno, *ere*, abdecken, abſatteln. Vulg. Int. Gen. 24, 32 *Deſtravit camelos deditque paleas & fœnum*.

¶ Diſterno, *ĕre*, ſeorſum ſternere, von einander betten. Apul. Miſel. 2 p. 121 *Pueris extra limen humi quam procul diſtratum fuerat*.

¶ Exſterno, *āre*, præ conſternatione dementem facere: ſic enim veteres uſurparunt, ſehr erſchrecken. Catull. in Argonaut. v. 71 *Ah miſerum aſſiduis quam luctibus exſternavit!* v. Colv. ad Apul. Metam. L. 3 p. 52, & Nic. Heinſ. ad Ovid. Metam. 1, 641.

¶ Exſternātus, *a, um*, ſchüchtern, erſchreckt. Ovid. Met. 2, 76 *Exſternata fugam fruſtra tentabat*.

¶ Inſterno, *ſtrāvi, ātum, ĕre*, operire, ſternere, bedecken. Virg. Æn. 4, 722 *Fulvique inſternor pelle leonis*. Stat. Theb. 3, 213 *Terra inſterni*, i. e. ſepeliri.

¶ Inſtrātus, *a, um*, bedeckt; ut, *Torus humilis & modice inſtratus*, Suet. Aug. c. 73. Adde Eund. Claud. c 18; & Sil. Ital. 7, 290. Et Plin. 8, 42 *Inſtratus ornatu regio*. Liv. 34, 7 *Equus ſpecioſius inſtratus*.

¶ In-

¶ Insträtum, *i*, n. subst. operimentum equorum, quemadmodum Valla vocat, stragulum, eine decke. v. Vlp. l. 45 ff. de verb. & rer. sign.

¶ Insträgulum, *i*, n. idem. Cato R. R. c. 10 *Culcitas, insträgula, pulvinos.*

¶ Superinsterno, *ĕre*, drüber decken. Liv. 30, 10 *Tabulas superinstravit.*

¶ Superinstratus, *a, um*, bedeckt über und über. Silius 7, 288 *Pelle leonis superinstratos prosilit ante toros.*

¶ Intersterno, *ĕre*. Hinc

¶ Intersträtus, *a, um*, eingestreut, darzwischen gelegt. Plin. 29, 2 *Assulis intersträtis.* Iustin. 1, 2, 7 de Babyloniis muris: *Bitumine intersträto.*

¶ Obsterno, *ĕre*, fürlegen. Apul. Apol. pag. 335 *Vxorem fratris misero puero objicit & obsternit*, id est, ob oculos sternit, ut Elmenh. explicat.

¶ Obsträgŭlum, *i*, n. proprie corrigiæ sive habenæ, quæ decussatæ supra pedem, atque inter digitos ductæ, soleam continebant, schuhriemen. v. Hard. ad Plin. 9, 35 s. 56 *Crepidarum obstragulis margaritas addere.* Idem Hard. ad 9, 18 s. 33 *obstragulum* dicit, quod *empegne* Galli, nos das ober-leder.

¶ Persterno, *ĕre*. Hinc

¶ Perstrātus, *a, um*, gepflastert. Liv. 10, 47 *Damnatis aliquot pecuariis via a Martis silice ad Bovillas perstrata est.*

¶ Præsterno, *ĕre*, vorbereiten, zurüsten. Plaut. Pœn. 2, 1, 32 *Eo præsternebant folia fusfevi:* Meurs. & Dousa *prosternebant.* Stat. 3 Silv. 2, 114 *Quæ sibi præsternat vivax altaria Phœnix.*

¶ Prosterno, *strāvi, ātum, ĕre*, humi sternere, zu boden schlagen, für sich darnieder schlagen; ut, *Corpora humi prosternere*, Liv. 4, 11. *Prosternere hostes*, est fundere, occidere: Cic. Phil. 14, 10 *Hirtius hostes prostravit, fudit, occidit.* Id. pro Cluent. c. 16 *Perfregit ac prostravit omnia furore.* Et, *Prosternere atque obterere obtrectationes malevolorum*, Varin. ad Cic. fam 5, 9 *Prosterzere se ad alicujus pedes*, Cic. Phil. 2, 18, einen fußfall thun. ¶ 2. *Psaltriæ venalia prosternunt corpora*, id est, prostituunt, Arnob. lib. 2 p. 73.

¶ Prosternens, *tis*. Catull. 65, 322 *Densas prosternens messor arista.* Vulg. Interpr. Iudith. 9, 1 *Iudith prosternens se coram Domino.*

¶ Prostrātus, *a, um*, hingestreckt, umgeworffen; ut, *Prostrati in gramine molli*, Lucret. 2, 29. *Prostratus humi*, fußfällig, Id. 5, 1199. *Subito affecta & prostrata resp.* Cic. epist. ad Octav. Et Vellej. 2, 70, 3 *Cum imperatorem prostratum videret*, niedergeschlagen. Hirt. B Alex. c. 40 *Corpora prostrata diverso jacebant* cont. c. 23. Sulp. Cic. fam. 4, 5 *Oppida prostrata & diruta jacent*, zerstört. Petron. c. 104 *Prostrata supore urget membra quies.*

¶ Prostratio, *ōnis*, f. actio prosternendi. Tertull. adv. Hæret. c. 41 *Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinæ.*

¶ Prostrator, *ōris*, m. qui prosternit. Firmicus de Error. profanæ relig. p 43 *Prostratores cestis omnium hostium vestrorum.*

¶ Substerno, *stĭ āvi, ātum, ĕre*, unterbreiten, unterstreuen, unterlegen. Ter. Andr. 4, 4, 6 *Ex ara hinc sume verbenas, atque eas substerne.* Et, *Nidos mollissime substernere*, Cic. Divin. 2, 52. *Substernere herbam ovibus*, Cato R. R. c. 37. *Substernere alicui pudicitiam suam*, Suet. Aug. c. 68. Adde Varr. R. R. 2, 9: Plin. 15, 16; Colum. 5, 9; Lucret. 2, 22.

¶ Substernens, *tis*. Catull. 65, 332 *Lævia substernens robusto brachia collo.*

¶ Substrātus, *a, um*. Vulgo dicunt: *Pro substrata materia*, prout res postulat.

¶ Substratus, *ūs*, m. subst. vel supinum. Plin. 24, 9 *Vitex substratu fugat venenata.* cont. Id 18, 30.

Substrāmen, substramentum, vide infra *Stramen.*

¶ Supersterno, *ĕre*, über etwas streuen. Colum. 1, 6 *Arenæ supersternuntur.*

¶ Superstrātus, *a, um*, drauf geworffen. Liv. 10, 29 *Quia obrutum* (corpus consulis) *superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit.*

Superinsternere, vide supra post *Insterno.*

STERNVO, *ui, ūtum, ĕre*, est flatum exsurgentem cum capitis concussione dispellere, niesen machen. Plin. 28, 6 *Theophrastus senes laboriosius sternuere dicit.* cont. Id. 7, 6. Quod vero sternuentibus hodie dicitur: Gott helff, ejus originem hanc prodit Siffridus Chronic. Epitome a Fabricio excerpta p. 281: *Romæ pestis inguinaria fuit. Fuit autem pestis inguinaria apostema sive inflatura in inguine tam sæva, ut homines in via, in mensa, in ludis, in colloquiis subito morerentur. Itaque cum quis sternuebat, sæpe cum ipsa sternutatione spiritum exhalabat. Vnde cum aliquem sternutantem quis audiebat, statim accurrens,* DEVS TE ADIVVET, *acclamabat: unde adhuc consuetudo servatur, ut, cum aliquem sternutantem audimus,* DEVS TE ADIVVET, *acclamemus.* Hæc ille. Sed longe vetustiorem hunc salutandi sternutantes ritum esse, ex melioribus auctoribus constat. Nam Græcos sternutantibus dixisse Ζεῦ σῶσον, Eustathius auctor est: Latinos vero *salvere jussisse*, Petronius docet c. 98 *Gyton collectione spiritus pleno, continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. Ad quem mox Eumolpus conversus, salvere Gytona jubet.* v. Erh. pag. 465 Burm. Meminit hujus salutationis Apulejus etiam Met. 9 p. 228 edit. Elmenh. Vnde ipsum salutis vocabulum jam tum solenne hic fuisse apparet, quo hodieque vulgo utuntur. Add. Taubm. ad Plauti Epid. 1, 1, 4. Cæterum sternutamentum pro re divina, & cui quædam auguriorum vis in utramque partem ineesset, habitum, Aristoteles approbat lib. 1 de Nat. Animal. nec non Problem. sect. 33, ubi sternutationem matutinam infaustam, meridianam autem præcipue si a dextra fieret, bonam esse, tradit, teste Plutarcho in Themistocle. conf. Plin. 28, 2. Propert. 3, 24 *Gandidus augustum sternuit omen amor*, ut ex Macrobio quidam legunt. Libri enim *Aridus augustum &c.* Catull. 46, 8 *Hoc ut dixit, Amor sinistra, ut antè Dextra, sternuit approbationc.* Add. Scalig. Lect. Auson. 1, 16. Etiam apud nostros vel joco audias, ich habe es übersetzet. Quia itaque & mali & boni omnis res credebatur sternutatio, inde sternuentes salutari soliti sunt, credo, ut aut confirmaretur bonum, quod significabatur, aut malum averteretur, si quod subesset. Augustinus rem superstitiosam arguit, & alienam a Christiano. Nam sermone 241 de Tempore ait: *Illas vero non solum sacrilegas, sed etiam ridiculosas sternutationes considerare & observare nolite.* vide Beverovici epistolas; Et Io. Bapt. Casal. de insignibus, fibulis &c. c. 2 p. 904 To. 9 Gron. ¶ 2. Etiam de scintillatione & crepitu lucernarum adhibitum hoc verbum, omenque similiter inde captatum Ovid. Her. 10, 151 *Sternuit & lumen - sternuit & nobis prospera signa dedit.* vid. quos laudat Burm.

¶ Sternuens, *tis*. Plin. 28, 2 *Cur sternuentes salutamus? quod etiam Tiberium Cæsarem exegisse tradunt.* Sic pro *sternutamentis* legit Salmasius in Solin. p. 336.

¶ Sternūmentum, *i*, das niesen. Gloss. gr. lat. πταρμὸς, *Sternumen, sternumentum.* conf. Plin. 25, 5; Gell. 12, 5; & Salmat. in Solin. pag. 336.

¶ Sternūto, *āre*, frequent. starck niesen. Plin. 28, 8 *Proboscidis tactu capitis dolor levatur, efficacius si & sternutet.* Petron. c. 98 *Ter sternutavit &c.* v. in *Sternuo.* conf. c. 102; & Colum. 7, 5.

¶ Sternutans, *tis*. Plin. 19, 3 *Capra sternutante.* Idem 28, 2 *Quasi magnum malum prætergressis bene precavi solemus sternutantibus.*

¶ Sternutātio, *ōnis*, f. das niesen. Scrib. Largus comp. 10 *Sternutationem invitare*, niesen machen. Apul. Met. 9 pag. 228 *Vt est ingenium metalli, crebras ei sternutationes commovebat.* Et mox: *Maritus acceperat sonum sternutationis.* Frustra ergo quidam de latinitate vocabuli dubitaverunt. vide iis Curas Ceilarii Posteriores p. 125.

¶ Sternutāmentum, *i*, n. idem. *Evocare sternutamenta*, Celsus 3, 20. Et, *Sternutamentum concitare, provitare*, Scribonius dicto loco. *Observare sternutamenta*, Cic. Divin. 2, 40 extr. *Cur sternutamentis quatiatur*, warum er niese, Gell. 12, 5. Cientur autem sternutationes impune, pulvere famosuchi naribus attracto. Plin. 20, 12 *Ocimi semen tritum & haustum naribus sternutamenta movet.* Add. Cels. 2, 7; & 8, 4 & 9; Sen. epist. 47. ¶ 2. *Sternutamenta* dicuntur etiam medicamenta sternutationem moventia, apud Plinium 25, 13.

STĔRŌPES, *is*, m. unus Cyclopum, quorum manibus facta putabantur tenuissima quæque opera. v. Virg. Æn. 8, 425, & Stat. 1 Silv. 1, 4. Adde Barth. ad Claudian. 1 de Raptu Proserpinæ p. 242.

Sterŏpe, *es*, f. fidus aliquod censebatur, soror una ex notissimo Pleiadum choro. Ovid. Trist. 1, 10, 13 *Sæpe ego nimbosis dixi flebilior ab hædis, Sæpe minax Steropes sidere pontus erat.* Vid. Hygin fab. 192, qui conjugem Oenomai fuisse memorat; & Aratum Phænomenis.

Sterquilinium, vide supra *Stercus.*

STERTĪNIVS, *i*, m Damasippi præceptor, de quo Horat 2 Sat. 3, 33. Ironice *Sapientum octavus* vocatur, ibid. v. 296; cum septem duntaxat totius Græciæ sapientes numerentur. conf. Id. 1 epist. 12, 20; Burm ad Quint. 3, 1 p. 218.

STERTO, *stertui, stertĕre*, dormiendo ronchos sonare, schnarchen, schlafen. Cic. Att. 4, 3 *Marcellus ita stertebat, ut ego vicinus audirem.* Ter. Eun. 5, 8, 49 *Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque & dies.* Horat. 1 sat. 3, 18 *Noctes vigilabat ad ipsum Mane, id tum totum stertebat.* Iuvenalis 4, 57 *Ad calicem vigilanti stertere nasо.*

¶ Stertens, *tis*. Cic. Divin. 2, 63 *Deos, cum stertentes aliquos viderint, objicere his visa quædam &c.*

¶ Sterterus, *a, um*, i. e ignavus, somnolentus, faul, schläfrig. Petron fragm Trag. pag. 48 sive c. 75 *Tu autem stertera etiamnum ploras?* vide Scheff. p. 156. Alii malunt lemure *stertoria.*

¶ Desterto, *ui, ĕre*, ausschlafen. Pers. sat. 6, 10 *Cor jubet hoc Enni, postquam desertait ejlè Maconides.*

STĒSĪCHŌRVS, *i*, m. Στησίχορος, lyricus fuit poëta excellentissimus ingenioque validus, quemadmodum ait Quintil. 10, 1 p. 395; ubi v. Burm p. 218. Maxima bella & clarissimos cecinit duces. Vnde Horat. Stesichori Camœnas *graves* lib. 4 od. 9, 8 dixit. Olympiade obiit sexta & quinquagesima. Carmina scripsit, in quibus tria essent, strophe, antistrophe, & epodos. Vnde proverbium in indoctos: *Neque Stesichori tria nosti*: Suidas. Sepultus Catanæ ante urbis portam, quæ *Stesichoria* dicta est, octangulo sepulcro; a cujus forma casus quidam in ludo tesserarum *Stesichorias* dictus est. Ajunt octo columnas, octo gradus, octo angulos habuisse. Vnde proverbium: πάντα ὀκτώ, *omnia octo*, cum rei nihil deesse significamus. v. Zwingeri Theatr. Vol. 4 lib. 3 f 1147.

STHĔNĔLVS, *i*, m. Σθένελος, filius Capanei, in exercitu fuit Græcorum ad Trojam, cujus Homerus & Virgilius meminerunt. Horat. 1 od. 15, 24 *Scient pugnæ Sthenelus &c. Sthenelus* & Diomedes, amicissimum par, Hyginus fab. 257. ¶ 2. Alius Eurysthei pater, unde

¶ Sthĕnĕlēius, *a, um*, adject. Ovid. Heroid. 9, 25 *Quem non mille ferè, quem non Stenelcius hostis, Non potuit luxo vincere; vicit amor*, hoc est, Eurystheus, Stheneli filius. Met. 2, 367 *Sthenelcia proles* Cycnus.

STHĔNŎBOEA, *æ*, f. Proeti Corinthiorum regis uxor, quæ Bellerophontis amore capta, cum repulsam tulisset, eum vim sibi afferre voluisse finxit. v. Iuvenal. 10, 327; & Sidon. carm. 5, 178.

¶ Sthenobēius, *a, um*, adject. ut, *Sthenobeius heros*, Sidon. carm. 11, 74.

STĪBĂDIVM, *i*, n. στιβάδιον, lectus perpetuus semicirculi figura, in quo ad mensam accumbebant, unde & extremitates ejus *Cornua* dictæ Sidonio 1 epist. 11, & alterum *dextrum*, alterum *sinistrum* appellatum *Accubitum* ex re vocavit Lampridius: *Semirotundam suggestum* a figura Apulejus dixit. Ante *Stibadia* dicebantur *triclinia*, in quibus accumbebant ad mensam. Vnde Servius in Virg. 1 Æn. *Antiqui*, inquit, *stibadia non habebant: sed stratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium sterni dicitur.* Apud Plinium 5 epist. 6 quater legitur hæc vox: exstat & apud Sidon. 2 epist. 2; & Martial. 14 epigr 87; & Isidor. 20, 1. v. Salmas. in Hist. Aug. p. 185 sq & 194 sq. Est vero diminutivum ex στιβας, quod vetus Glossarium *stramentum* interpretatur.

STĪBIVM, *i*, n. vel Stibi, στίμμι Græcis, spießglas, Mauritani *antimonium* vocant. Lapis est spumosus, candicans & nitens, in metal-

lis argenti nascens, ut Plinius inquit 33, 6. vide *Antimonium*; & adde Celsum 6, 6 n. 12 16, 27; item 5, 15, & 19; & Plin. 12, 12; & 34, 18; & 29, 6. Graeci *Stimmi* vocant. v. Dioscor. 5, 53. Stibio nigrorem superciliis conciliabant. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 7 pag. 401.

STICA, æ, f. uva Plinio 14, 9; item tunica seu folliculus, cui nucleus inclusus, vid. Salmas. ad Solin. p. 748 & 822.

¶ Sticula, æ, f. diminut. vitis est Colum. 3, 2. Varie effertur; *Sircula* est vel *Scirpula* Plin. 14, 2; *Sirtitule* vel *Sircicula* eid. Col. 12, 43.

STICHVS, i, m. στίχος, *series, ordo.* Vnde

Antistichon, i, n. vid. Antistœchon supra in A.

¶ Distichon, i, n. δίστιχον, duo versus, vel geminus versus, qui in elegiaco carmine sententiam unam absolvit, ein par verse. Mart. 13 epigr. 3 *Hæc licet hospitibus pro munere disticha mittas.* Et 8 epigr. 29 *Disticha qui scribit, puto, vult brevitate placere, &c.* Districha Catonis ita dici, quod præcepta complectantur gravia magnorum virorum, supra indicatum est. Certe tanti ea fecit Planudes, ut in linguam græcam converterit, & carmen latinissimum dixit Valla. ¶ 2. *Hordeum distichon*, zweyschichtige gerste, Colum. 2, 9 sub fin. cui eodem capite paullo ante opponit *hordeum hexastichon.*

¶ Hemistichium, i, n. ἡμιστίχιον, dimidiatus versus, ein halber vers; ut, *Cernit Deus omnia vindex*: Aut, *Medio tutissimus ibis.*

¶ Hexastichum, i, n. ἑξάστιχον, hordeum, cujus spicæ sex habent ordines, vocant & *cantherinum.* Sicut *distichon*, quod duos habet ordines, zweyschichtige: Colum. 2, 9. ¶ 2. *Hexastricha* etiam carmina & epigrammata sunt sex versibus constantia.

¶ Monostichon, i, n. μονόστιχον, est unicus versus, ein vers. Auson. de 12 Cæsar. præfat. v. 3 *Sua quemque monosticha signant.* conf. in eclogario *de versibus monostricha.*

¶ Monostichium, i, n. idem Iterum Ausonius Eclog. p. 552 *Non placitum divis tolle monostichium.*

¶ Parastichis, idis, f. series litterarum aliquod nomen conficientium. Gellius 14, 6 *Id etiam ipsis scriptum fuit, qui sint apud Homerum versus* ἰσοσκελεῖς, *& quorum ibi nominum* parastichis *reperiatur.* Vsus & Suetonius de Illustr. Grammat. c. 6.

¶ Pentastichus, a, um, πεντάστιχος, quinque ordines habens; ut, *Porticus pentasticha*, i. e. cujus columnæ quinis ordinibus positæ, Trebell. in Gallien. c. 18.

¶ Tetrastichon, i, n. τετράστιχον, sententia comprehensa quatuor versibus. Sidon. 3 epist. 11 *Epigrammata nec brevius districho nec longius tetrastricho finiebantur.* Martial. 7 epigr. 84 *Quod non insulse scribis tetrasticha quædam &c.*

¶ Tetrastichus, a, um, adject. τετράστιχος, quatuor vel ordines vel versus habens; ut, *Porticus tetrasticha*, i. e. constans ordine 4 columnarum.

STIGMA, ătis, n. στίγμα, nota, quæ ob delictum servis inurebatur, ut noscibiles essent, ein brandmahl. v. Lipsius Elect. 2, 15. Rhod. ad Scribo. pag. 308. Suet. Calig. c. 27 *Deformati stigmatum notis.* Sen. de Benef. 4, 37 *Stigmata inscribere, insculpere, ingratum hospitem testantia.* conf. Vitruv. 2, 8; Plin. 30, 4; Tertull. de virgin. vel. c. 10. Et Iuvenal. 10, 183 *Dignus stigmate.* Martial. 12 epigr. 62 *Frons hæc stigmate non meo notanda est.* Notæ illæ versibus interdum integris constabant, & non solum servis, sed aliis etiam inurebantur. v. Barth. Adversar. 43, 25. Petron. c. 103 *Sequar ego, frontes notans inscriptione solerti, ut videamini stigmate puncti.* Et mox: *Implevit Eumolpus frontes ingentibus literis, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit:* ubi & EPIGRAMMA, inscriptio est. Id. c. 105 *Stigmata captivorum frontibus impressa.* Idem c. 45 & 69 alia flexione *Stigmam habere* dixit. ¶ 2. Hinc translate Suet. in Iulio c. 73 *Atheni vetusculis perpetua stigmata imponere.*

¶ Stigmăticus, a, um, στιγματικός, stigmate notatus, infamis, gebrandmahlet. Idem Plinio *Stigmosus* dicitur: Petronio *Stigmate punctus*: Martiali *inscriptus*: Plauto *literatus* vocatur. Nam notæ istæ literis verbisque constabant, quæ caussam crimenque ostenderent. Ita Cicero Off. 2, 7 *Compunctum notis Threiciis*, mox etiam *Stigmaticum* dixit, uti est in nonnullis editionibus. Sed

¶ Stigmătias, æ, m. græca terminatio est substantivi, idem quod *stigmaticus* vel *stigmosus* sonantis, στιγματίας. Sic enim Cicero Off. 2, 7 servum *Stigmatium* vocat, etiam Nonio lectionem approbante 1, 194.

¶ Stigmōsus, a, um, idem quod *Stigmaticus.* Sic, *Cicatrice stigmosus*, Regulus dixit apud Plin. 1 epist. 5; sed ridet Plinius & exagitat. Petron. c. 109 *Dicta in calvos stigmososque jaculari.*

¶ Stigmo, āre, στιγματίζειν, zeichnen. Prudentius in Romano v. 1080 *Quamcunque partem corporis fervens nota Stigmârit.*

¶ Stigmātus, a, um, gezeichnet. Vetus Interpr. Irenæi 1, 12 *Veritas literis stigmata.*

Stigo, & inde Instigo, vide post paullo in *Stinguo.*

STILBON, ontis, m. στίλβων, i. e. *radians*, stella Mercurii, a στίλβω, *reluceo*; Cic. de Nat. D. 2, 20; & Mart. Capella 8 p. 287.

STĪLICO, ōnis, m. Στιλίχων, aliis Στελίχων, Honorii imperatoris socer, & occidentis administrator, multis laudibus a Claudiano celebratus. Atque revera vir magnus, belloque ac pace inclitus fuit, sed elatus imperatoris affinitate, & nimium potens, consilia de occupando imperio & transferendo in filium, ut tradunt nonnulli, agitavit novissime, quod tamen negat Zosimus comes, qui multa de eo lib. 5 Hist.

¶ Stilicōnius, a, um, adject. ut, *Virgo Stiliconia*, Claudianus in Nuptiis Honorii & Mariæ v. 177.

Stilla, stillatitius, stillicidium, stillo, &c. vide in *Stiria.*

STILPON, ōnis, m. philosophus Megarensis, cujus Crates & Zeno discipuli fuere. Hic a Demetrio Poliorcete, capta patria ejus, interrogatus, *Num quid perdidisset? Nihil*, respondit, *omnia namque mea mecum sunt*, Sen. de Constantia sap. c. 5; item epist. 9. v. & Diog. Laërt.

STĪLVS, i, m. pro *Stylus*, scribendi instrumentum, Latinis sæpe i simplici scribitur, ut *lacrima* & *lacryma.* Et ita in optimis editionibus semper scribitur *Stilus.* Nec certa satis est illa inter στύλον, *columnam*, & hoc instrumentum proportio, qua unice nituntur, qui per *y* scribunt. Nihilominus posteriore loco, ubi vulgus ponit, interpretabimur: vide *Stylus.*

Stimmi, vide paullo ante *Stibium.*

STĪMVLVS, i, m. κέντρον, fustis acuta cuspide, quo jumenta incitabantur, ein stachel, treibestecken. v. Turneb. Adversar. 19, 14. Quales fuerint illi stimuli veterum, ostendit pictura Circensium apud Phil. Rubenium Elector. 1, 30; ubi res pari longitudine expressa cubitalem modum & ultra habuisse videntur. Plaut. Men. 5, 2, 112 *Jam adscendo in currum, jam lora teneo, jam stimulum in manu est:* Vbi nota: *stimulum* in neutro dici. Ita enim solitum apud Veteres. Vet. Gloss. *Stimulum*, κέντρον ὀξύτερον, Item: κέντρον, *Stimulum*, *Stimulus.* Tibull. 1, 1, 11 *Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem, Aut stimulo tardos increpuisse boves.* Plaut. Truc. 4, 2, 55 *Si stimulos pugnis cædis, manibus dolet.* vide *Calx.* Inde, *Calces adversus stimulum*, subaudi, *jactare*, paræmia est apud Ter. Phorm. 1, 2, 28; & apud Pindarum Pythion. ode 2 extr. & S. Lucam Act. c. 9, 5. ¶ 2. Hinc *Stimulus* per metaphoram est, quicquid incitat & quiescere non sinit, der antrieb, die reitzung. Vet. Gloss. *Stimulus, incitamenta:* ut, *Stimulus doloris, iræ &c.* Cic. Tusc. 2, 27; Lucan. 2, 324. *Stimuli amori*, Liv. 30, 14. Ita, *Dare laudum stimulos*, Stat. Achill. 1, 202. *Stimulus addere*, Lucan. 1, 263; *animo subdere*, Liv. 6, 34; & *admovere*, Cic. pro Sextio c. 5, est incitare, anreitzen, antreiben. *Inest huic rei stimulus, qui appetentes facit*, Sen. epist. 9. Ovid. de Pont. 1, 1, 75 *Nec prius hi mentem stimuli, quam vita, relinquent.* Paullo ante dixerat *perpetuos curarum morsus.* Plaut. Bacch. 5, 2, 39 *Cor stimulo foditur*, de amore. *Novos stimulos dolori suffigere*, eleganter dixit Seneca Theb. v. 206, das betrübniß aufs neue wieder erregen. v. Barth. ad Script. Venat. p. 133. ¶ 3. Sed &, quod uritur ac pungit, sive dolorem affert, *Stimulus* appellatur, ein verdruß. Plaut. Cas. 2, 6, 8 *Stimulus ego nunc sum tibi*; *Eo corculum assudassit jam ex metu:* id est, mea præsentia urit te, ich bin dir ein dorn im auge. ¶ 4. *Stimuli* etiam in munitionibus defodiebantur sitiendæ hostium incursioni, fußeisen, fußangel. Cæs. B. G. 7, 73 *Ante hæc talæ pedem longæ ferreis hamis injexis totæ in terram infodiebantur, mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur, quos STIMVLOS nominabant.* Et post c. 82 *Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: postea quam propius successerunt, aut se ipsi stimulis inopinantes inducbant, aut in scrobes delapsi transfodiebantur, &c.*

¶ Stimŭla, æ, f. Dea apud veteres nominata *de stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur*, ut interpretatur Augustinus de Civ. D. 4, 11; vel *quæ stimulat ad libidinem*, secundum Scholiast. Iuvenal. sat. 2. v. Ioh. Fr. Gronov. ad Liv. 39, 12.

¶ Stimŭleus, a, um, stachlicht, stechend; ut, *Supplicium stimuleum*, quod stimulis infligitur, Plaut. Milit. 2, 6, 31.

¶ Stimŭlo, avi, atum, are, stimulos addere, incitare, impellere, reitzen, antreiben, anstechen. Ter. Heaut. 2, 1, 11 *Me nunc amicæ dicta stimulant, Da mihi, &c.* Et, *Stimulat me solitudo*, Cic. Att. 12, 13, die einsamkeit thut mir weh. *Scrupulus eum dies noctesque stimulat ac pungit*, Id. pro S. Roscio c. 2. *Verbere caudæ stimulavit se leo*, Lucan. 1, 208. Et, *Ingens cupido animum stimulat*, Curt. 4, 7, 8. *Avita quoque gloria animum stimulabat*, Liv. 1, 22. *Se quisque stimulant*, Tac. An. 6, 35, 1. *Stimulare currum*, id est, equos currum trahentes, Sil. 16, 366.

¶ Stimulans, tis. Tac. Hist. 1, 34, 1 *Stimulante Icelo in publicum exitium.* Idem An. 14, 30, 3 *Se ipsi stimulantes.* Catull. 64, 77 *Sævum pecoris hostem stimulans.* Tibull. 1, 5, 23 *Ipsa fame stimulante furens.*

¶ Stimŭlatus, a, um, gereitzt, getrieben; ut, *Stimulatus furenti rabie*, Catull. 64, 4. *Ira simul ac dolore stimulatus*, Curt. 6, 5, 19. *Stimulata corda*, Stat. Theb. 8, 93. *Iurgia vino stimulata*, Ovid. de Arte am. 1, 591. Et Martial. Spectac. 19 *Per totam flammis stimulatus arenam.*

¶ Stimŭlātio, ōnis, f. die reitzung. Plin. 35, 2 *Ingens stimulatio.* Et Tac. Hist. 1, 90, 4 *Privata stimulatio.*

¶ Stimulator, ōris, m. qui stimulat; ut, *Multi boum stimulatores, &c.* vide *Bos.* Cic. pro Domo c. 5 *Seditionis stimulator & concitator tu fuisti*, Gruterus legit *instimulator.* conf. Claud. in Rufum 2, 50.

¶ Stimulatrix, īcis, f. Plaut. Mostell. 1, 2, 62 *Sceleste stimulatrix.* conf. ibid. v. 46.

¶ Stimulōsus, a, um, stimulans; ut, *Stimulosum desiderium Venereæ voluptatis*, Cæl. Aurel. Tard. 5, 9. *Dolor stimulosus & pulsuosus*, Id. Acut. 2, 14.

Composita:

¶ Constimulo, are, valde stimulo, Hieronymus.

¶ Constimulatus, a, um, apud Firmicum.

¶ Constimulator, oris, m. apud Augustinum.

¶ Destimulo & Distimulo, are, est diminuere, & quasi stimulo admoto decerpere, abzwacken, verthun; ut, *Bona destimulant*, Plaut. Bacch. 1, 1, 30. Acidalius præfert *distimulant.* ¶ 2. *Distimulor*, ex veteri cod. Symmach. 4 epist. 26, ubi alii: *Exercendi stili amore destimulor*, id est, *exstimulor.* Idem 5 epist. 92 *Te ad hoc studium religiosa exhortatione distimulo.* conf. 10 epist. 48 (Parei 55).

¶ Exstĭmŭlo, avi, atum, are, idem quod *stimulare*, erregen; ut, *Exstimulari furiis*, Colum. 6, 27. *Dictis aliquem exstimulare*, Ovid. Fast. 6, 588. *Bellandi corda furore exstimulare*, in harnisch jagen, Sil. 1, 32.

¶ Exstimulātus, a, um, angetrieben; ut, *Tigris exstimulata fame*, Ovid. Met. 5, 164. *Impulsa aut exstimulata*, Plin. 2, 39.

¶ Exstimulatio, onis, f. Columellæ tribuitur.

¶ Exstimulātor, ōris, m. ut, *Acerrimus exstimulator*, Tacitus An. 3, 40, 1.

¶ Instĭmŭ-

¶ Inſtimŭlo, *are*, pro inſtigare, antreiben, anhetzen. Ovid. Faſt. 6, 508 *Inſtimulat fictis inſidioſa ſonis.*

¶ Inſtimulātus, *a, um*, verhetzt. Marcellus l. 3 ff. de inoffic. teſtam. *Falſo inſtimulati parentes liberos ſuos vel exheredant, vel prætereunt.*

¶ Inſtimulātor, *ōris*, m. Cic. pro Domo c. 5 *Seditionis inſtimulator & concitator*, ut Gruterus quidem ex MSS. legit: vulgo *Stimulator*. Gloſſ. gr. lat. ἐγκεντρισής, *Inſtimulator.*

¶ Perſtimŭlo, *are*, rege machen. Tacitus Ann. 4, 12, 7 *Pravis ſermonibus ſpiritus perſtimulare.*

STINGUO, *ĕre*, antiquum, a *Stingo* vel *Stigo*; non ſecus ac a *Frago*, Frango; a *Pago*, *Pango*. Confirmat hanc ſententiam Voſſius Etym. p. 272 Gloſſis Cyrilli, in quibus στίγω, *ſtingo*, *pungo*; Et ſane Græcum στίζω eſſe ab obſoleto στίγω, reliqua tempora ſatis indicant. Ita in Onomaſtico *Stigo*, ἐστίζω, &c. Eſt autem *Stinguere*, idem ac pungere, vel quomodocunque delere, auslöſchen, austilgen. Cicero in Arateis apud Priſcianum 10 p. 882 bis uſus eſt; active: *Neque longa vetuſtas Interimet ſtinguens præclara inſignia cœli.* Et paſſive: *Stinguuntur radii cæca caligine tecti.* Totidem infinito *Stingui* uſus Lucretius eſt, 1, 667 *Ignes ſtingui*: & 2, 827 *Evaneſcere paulatim ſtinguique colorem.*

Compoſita:

¶ Diſtinguo, *inxi, inctum, guĕre*, diſpungere, in qua compoſitione propria pungendi ſignificatio manet; deinde quodlibet diſcernere, disjungere eſt, unterſcheiden, von einander ſondern; ut, *Civem ab hoſte animo factisque diſtinguere*, Cic. Paradox. 4 *Diſtinguere vera a falſis.* Idem Partit. Orat. c. ult. *Diſtinguere orationem*, Id. de Invent. 2, 15. *Diſtinguere linguâ vocem*, id eſt, articulate loqui, Sil. 1, 78.

¶ Diſtinguens, *tis*; ut, *Albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus*, i. e. variantibus, Plin. 8, 18.

¶ Diſtinctus, *a, um*, unterſchieden; ut, *Continuatio verborum articulis membrisque diſtincta*, Cic. de Orat. 3, 48. *Diſtincta & interpuncta intervalla*, Id. in Orat. c. 14. Compar. Liv. 9, 19 *Macedonum phalanx immobilis & unius generis: Romana acies diſtinctior, ex pluribus conſtans.* De oratione perſpicua, non confuſa, auctor Dialogi de Orat. c. 18 *Utroque* (Graccho & Craſſo) *diſtinctior Cicero*, viel deutlicher. Sed. *Pocula ex auro, gemmis diſtincta clariſſimis*, id eſt, variata, verſehet mit edelgeſteinen, Cic. Verr. 4, 27. Abſolute Tac. An. 11, 38, 2 *Periiſſe Meſſallinam non diſtincto, ſua an aliena manu*, ohne genaue entſcheidung.

¶ Diſtincte, adv. deutlich. Cic. in Orat. c. 28 *Partitè, definite, diſtincte dicere.* Id. Phil. 2, 13 *Non fortaſſe ſatis, quæ diſtinctius dicuntur, intelligis.* Et de Invent. 2, 29 *De utroque diſtinctius in deliberativo genere dicetur.* conf. Plin. 7 epiſt. 13.

¶ Diſtinctus, *ûs*, m. der unterſcheid. Tac. An. 6, 28, 2 *Animal & ore ac diſtinctu pinnarum a ceteris avibus diverſum.* conf. Stat. 1 Silv. 5, 41.

¶ Diſtinctio, *ōnis*, f. die unterſcheidung. Cic. Off. 1, 29 *Facilis eſt diſtinctio ingenui & illiberalis.* Id. de Leg. 2, 5 *Lex eſt juſtorum injuſtorumque diſtinctio.* Id. Fin. 1, 19 *Veri a falſo diſtinctio.* ¶ 2. *Diſtinctio orationis*, & omnium membrorum ſeu partium, quæ accuratiſſime obſervanda eſt, ut periodi, membra & commata ſive inciſa recte ſecernantur.

¶ Diſtinctor, *ōris*, m. qui diſtinguit. Gloſſ. Cyrilli: *Diſtinctor*, διαχίτης. Ammianus 22, 3 *Iudices juſtorum injuſtorumque diſtinctores.* Adde eumdem 18, 1; & 28, 4.

¶ Indiſtinctus, *a, um*, confuſus, nicht unterſchieden, gemengt, unordentlich. Quintil. 8, 2 ſub fin. *Si neque pauciora, quam oportet, neque plura, neque inordinata aut indiſtincta dixerimus; erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta.* Gellius 10, 20 *Eadem omnia confuſo & indiſtincto vocabulo rogationes dixerunt.* conf. Idem 13, 29. Et Catullus de Nupt. Pelei & Thet. v. 283 *Indiſtinctæ corollæ.*

¶ Indiſtincte, adverb. unter einander, ohne unterſcheid. Gell. præfat. *Indiſtincte atque promiſcue annotabam.* Et L. 75 Dig. de legat. 3 *Nummis indiſtincte legatis.*

¶ Subſtinguo, *ĕre*, noch mehr unterſcheiden. Aſcon. Ped. & de præt. Sicil. pag. 120 *Multi ſubdiſtinguunt, & ſeparatim addunt &c.*

¶ Subdiſtinctio, *ōnis*, f. mehrere unterſcheidung. vid. *Diaſtole.*

¶ Exſtinguo, ſive Extinguo, *inxi, inctum, guĕre*, auslöſchen. Qui ſine S ſcribunt, eorum aliqui a *Tinguo* vel *Tingo* deducunt, quaſi fit colorem veterem eluere, vel novo inducto delere. Quemadmodum iisdem *Diſtinguo* eſt diverſis coloribus, qui tinguntur, diſcriminare. v. Voſſ. Etym. in *Inſtigo.* Quia vero *interſtinguere* & *reſtinguere*, & *inſtinctus*, ac *inſtinctor*, expreſſa ſibilante litera dicimus, verosimilius eſt, quæ his plane gemella ſunt, *diſtinguo* & *extinguo*, a *Stinguo* potius, quam a *Tinguo* eſſe. *Exſtinguuntur* autem proprie, quæ ardent, ut *ignis, flamma, incendium*, löſchen, tilgen, vertilgen; item, *reprimere*, dämpfen, unterdrücken. Ter. Phorm. 1, 2, 57 *Vt, ni vis boni in ipſa ineſſet forma, hæc formam exſtinguerent.* Auct. ad Herenn. 4, 27 *Formæ dignitas aut morbo deflorefcit, aut vetuſtate exſtinguitur.* Cic. fam. 11, 28 *Cauſſam diſſenſionis naſcentem exſtinguere.* Et, *Gratiam noſtram exſtinguit hominum ſuſpicio*, Id. fam. 1, 1. Ter. Adelph. 3, 2, 16 *Seni animam primum exſtinguerem ipſi.* Nep. 25, 9, 2 *Liberos exſtinguere*, hoc eſt, interficere. conf. Ter. Hec. 5, 1, 23. Cic. de N. D. 2, 9 *Exſtincto calore, occidimus ipſi & exſtinguimur.* Et Vellej. 2, 58, 2 *Ante biennium quam exſtingueretur Pompejus.*

¶ Exſtinguens, *tis*. Vulg. Int. Sap. 19, 19 *Aqua exſtinguentis naturæ obliviſcebatur.*

¶ Exſtinctus, vel Extinctus, *a, um*, ausgelöſcht, gedämpft, getilgt, geſtorben; ut, *Exſtincta flamma*, Ovid. 7, 77. *Exſtincta ſpes*, Liv. 23, 45. *Exſtinctus pudor*, Virg. Æn. 4, 322. *Exſtinctus crudeli funere Daphnis*, Id. ecl. 5, 20. *Vir alieniſſimo reipublicæ tempore exſtinctus*, Cic. de Clar. Orat. c. 1. Et Ovid. Met. 7, 569 *Nec prius eſt exſtincta ſitis, quam vita, bibendo.* In § 27 (al. 26) Inſt. de rer. div. *Exſtinctæ res* vocantur, quarum forma mutata eſt, vel quarum dominium amiſſum, ita ut in judicio exhiberi nequeant.

¶ Exſtinctus, *ûs*, m. ſubſt. die tilgung, auslöſchung. Plin. 7, 7 pr. *Abortus cauſſa odor a lucernarum exſtinctu.*

¶ Exſtinctio, *ōnis*, f. idem. Cic. Tuſc. 1, 49 *Si ſupremus ille dies non exſtinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius?*

¶ Exſtinctor, *ōris*, m. qui exſtinguit; ut, *Belli domeſtici exſtinctor*, Cic. Ar. Reſp. c. 23; *Conjurationis*, Idem pro domo c. 38; *Patriæ*, Id. pro Sylla c. 31; *Incendii*, ein brandlöſcher, Idem in Piſ. c. 11. *Stirpis exſtinctor*, Salluſt. Iug. 14; *religionis*, Arnob. 2 p. 43.

¶ Exſtinguibilis, *e*, ſterblich. Lactant. 7, 20 *Si non exſtinguibiles, tamen cruciabiles* (animæ) *fiant per corporis maculam.*

¶ Inexſtinguibilis, *e*, unauslöſchlich. Scrib. Larg. Comp. 105 *Inexſtinguibilis ſitis.* Lactant. 7, 19 *Flamma inexſtinguibilis.* Arnob. 2 p. 52 *Inexſtinguibiles ignes.* Translate Varro apud Nonium 2, 479 *Mala conſuetudo diu impetrata eſt inexſtinguibilis.* Arnob. 6 p. 194 *Inexſtinguibilis teſtificatio.*

¶ Inexſtinctus, *a, um*, unausgelöſcht. Ovid. Faſt. 6, 297 *Ignis inexſtinctus templo celatur in illo.*

¶ Inſtinguo, *inxi, inctum, guĕre*, anreitzen, anfriſchen. Gellius 17, 20 *Hæc admonitio Fauri non modo non repreſſit, ſed inſtinxit nos ad elegantiam græcæ orationis verbis latinis aſſectandam.* Tertullianus de Anima c. 26 *Glorificat dominum Maria, Chriſtus intus inſtinxerat.*

¶ Inſtinctus, *a, um*, quaſi ſtimulo punctus, id eſt, incitatus, gereitzt, angetrieben, angefriſcht. Ovid. Faſt. 6, 597 *Talibus inſtinctus.* Liv. 9, 40 *His vocibus inſtinctos milites in prælium ducit.* Idem 4, 33 pr. *Velut fanatico inſtincti curſu.* Et, *Furore & audaciâ inſtinctos*, Cic. Verr. 5, 72. Et, *Metus furore inſtinctus, ſcelere præceps*, Cic. pro Dom. c. 55 extr. *Arrogantiâ inſtincti Samii*, Val. Max. 1, 5 ext. 1; quam lectionem a Pighio & Cantero ſolicitatam defendit Ioh. Vorſtius. Idem 3, 8 ext. 3 *Civitas truculentiſſimo errore inſtincta.* Et Vellej. 1, 12, 1 *Inſtincta in bellum Achaia.* Et Lucret. 1, 923 *Amore Muſarum inſtinctus*, lehrbegierig. Liv. 5, 15 *Quæ tum cecinerit divino ſpiritu inſtinctus.* Quint. 10, 1 p. 903 *Non humano juſſu, ſed oraculo quodam Delphico inſtinctus Plato videtur.* v. etiam Nic. Heinſ. ad Sil. 8, 244; & 15, 135, ubi variis locis hoc verbum reſtituit.

¶ Inſtinctus, *ûs*, m. ſubſt. der trieb, die einaebung, anregung, anreizung; ut, *Inſtinctu inſtatuque divino futura prænunciare*, Cic. Divin. 1, 6. *Credo equidem non divino inſtinctu ſed laſcivia eſſe provectos*, Curt. 8, 10. Et, *Facere aliquid alicujus inſtinctu*, hoc eſt, ſuaſu & hortatu, Plin. Paneg. c. 73, *Deorum inſtinctu*, hoc eſt, Muſarum, Val. Max. 1, 6 ext. 3. add. Fronti. Strateg. 2, 7, 12.

¶ Inſtinctor, *ōris*, m. qui inſtinguit; ut, *Sceleris inſtinctor*, Tac. Hiſt. 1, 22, 4; *acerrimus belli*, Id. Hiſt. 4, 68, 8, & Ammian. 21, 12; *diſſenſionum*, Id. Amm. 30, 1.

¶ Inſtīgo, *avi, atum, are*, ejusdem originis & ſignificationis atque *Inſtinguere*, id eſt, incitare, anreitzen, anhetzen. Thema inuſitatum, *Stigo*, a στίζω videtur factum, de quo ſupra in *Stinguo.* Ter. Phorm. 5, 7, 67 *Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti, Demipho.* Idem Andr. 4, 2, 9 *Age, ſi hic non inſanit ſua ſponte, inſtiga*, hetze ihn, blaſe zu. *Inſtigare aliquem in alterum*, Liv. 33, 47: *Romanos*, inquit, *in Hannibalem inſtigabant.* Stat. 4 Silv. 4, 33 *Vires inſtigat alitque Tempeſtiva quies: major poſt otia virtus.* Sic, *Inſtigare iracundiam*, Sen. epiſt. 10: *ad arma*, Vellej. 1, 16, 1; *canem in aliquem*, Petron. c. 95. conf. Ovid. Met. 3, 243.

¶ Inſtīgans, *tis*. Cic. in Piſ. c. 11 *Cum mea domus arderet, non caſu aliquo, ſed ignibus injectis, inſtigante te.* Liv. 10, 19 *Velut inſtigante Deo & ipſe collegæ & exercitus virtutem adæquavit.*

¶ Inſtigātus, *a, um*, angehetzt, angetrieben. Hinc

¶ Inſtīgātus, *ûs*, m. ſubſt. die anhetzung. Vlp. l. 1 § 6 Dig. Si quadrupes pauperiem fec. *Si inſtigatu alterius fera damnum dederit.*

¶ Inſtigātio, *ōnis*, f. idem. Auct. ad Herenn. 2, 30 *Inſtigatio auditorum.*

¶ Inſtīgātor, *ōris*, m. qui inſtigat. L. 20 Dig. de his, qui infamia notantur, *Inſtigator accuſationis.* Et Auſon. epiſt. 17 *Si quid invitis quoque nobis natura ſit, ſuperfluus inſtigator agitabo.*

¶ Inſtigatrix, *īcis*, f. Tac. Hiſt. 1, 51, 1 *Acerrima inſtigatrix.*

¶ Interſtinguo, *xi, ctum, guĕre*, exſtinguere, auslöſchen; ut *inter* vim φθορικὴν habeat, quemadmodum in *interficio.* vide Voſſ. Etymolog. p. 267. Lucretius 5, 760 *Ignes interſtingui atque perire.* Et Apul. Met. 4 p. 147 *Obliſis faucibus interſtinguere*, erwürgen, umbringen. ¶ 2. *Interſtinguere*, etiam propriam ſeparandi notionem retinet, unterſcheiden. Nam hinc

¶ Interſtinctus, *a, um*, unterſchieden, untermenget. Stat. 3 Silv. 5, 90 *Spatia interſtincta columnis.* Plin. 37, 10 *Candore interſtincto variis coloribus.* Tac. An. 4, 57, 3 *Facies medicaminibus interſtincta.* Et Mart. Capella 1 p. 17 *Amictus ſtellantibus oculis interſtincti.* ¶ 2. Item, ausgelöſcht. Feſtus: *Ignis Veſtæ interſtinctus.*

¶ Interſtinctio, *ōnis*, f. der unterſcheid. Arnob. 6 p. 191 *Sidereos evomunt variata interſtinctione fulgores.*

¶ Præſtinguo, *xi, ctum, ĕre*, auslöſchen. Lucret. de Epicuro 3, 1056 *Qui genus humanum ingenio ſuperavit, & omnes Præſtinxit ſtellas exortus uti æthereus Sol.* Vellej. 2, 118, 4 *Fata omnem animi ejus aciem præſtinxerant*, ſie hatten ihn ganz verblendet. v. ibi Burm. & conf. Plaut. Mil. 1, 1, 4. Sæpe corruptum eſſe hoc verbum in *præſtringo*, ibi obſervamus. Ab eodem *præſtigias* derivari commode, ſupra dictum eſt in P.

¶ Reſtinguo, *xi, ctum, ĕre*, minus aliquanto eſt quam *exſtinguere*, löſchen, dämpfen, tametſi etiam dicamus, *flammam, ignem, incendium reſtinguere*, Cic. Catil. 3, 1; Curt. 6, 6, 16; Lucret. 4, 871 & 1080. ¶ 2. In metaphoris eleganter utimur hoc compoſito; ut, *Reſtinguere ſitim*, Cic. de Fin. 2, 3, den durſt ſtillen. *Reſtinguere verba*, Ter. Eun. 1, 1, 24; & *Sermones*, ſive *ſermunculum*, Cic. Att. 13, 10. *Ariſtoteles*

ſtoteles admirabili ſcientia ac copia reliquorum ſtudia reſtinxit, Id. Orat. 1. Sic, *Cupiditatum ardorem reſtinguere*, Id. de Fin. 1, 13, tilgen. conf. Id. de N. D. 2, 59. Et, *Animi hominum morte non reſtinguuntur*, pro Sextio c. 21. *Reſtinguere & Reſtringuere*, a librariis crebro permutari, docet Cort. ad Sall. Catil. 31.

¶ Reſtinctus, *a, um*, gelöſcht, geſtillt; ut, *Reſtinctis jam animorum incendiis*, Cic. Orat. c. 8. *Non modo non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum*, Id. fam. 11, 12. *Reſtinctus vapor omnis*, Virg. Æn. 5, 698. *Reſtincto aggere*, id eſt, igne qui aggerem comprehendit, Cæſ. B. G. 7, 25.

¶ Reſtinctio, *ōnis*, f. die löſchung. Cic. de Fin. 2, 3 *Voluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.* De ſiti reſtincta loquitur.

¶ Reſtinguībilis, *e*, auslöſchlich, apud Auguſtinum.

¶ Irreſtinctus, *a, um*, non reſtinctus, unausgelöſcht. Silius 3, 29 *Irreſtincta focis ſervant altaria flammæ.*

STĪNO, vel Steno, *are*, obſoletum, vel a *Sto*, ut cenſet Voſſius, vel ut Becmannus docet, a σθένος, *robur*; unde *Stino*, quod in compoſitis exſtat, &

¶ Deſtĭna, *æ*, f. vinculum, quo ædificium continetur, ein band am hauſe. Vitruv. 5, 12 *Si deſtinæ arcas non potuerint continere.* Idem & *deſtinare* inde pro *colligare* uſurpavit. Alii per columnas explicant, quæ ædificia ſuſtinent, quæ alia voce *Telamones*, Græcis *Atlantes* dicuntur, ſtützen, ſeulen. Vitruvii *incumbæ* ad hanc vim pertinet. v. Barth. ad Claudian. p. 517. Elmenh. ad Arnob. p. 104. Arnob. 2 p. 92 *Non poſt Theutim Ægyptium, aut poſt Atlantem, ut quidam ferunt, geſtatorem, bajulum, titicinem illum ac deſtinam cœli.* Coripus de laudibus Iuſtini 1, 17 *Et Thomas Libyæ nutantis deſtina terræ.*

¶ Deſtĭno, *avi, atum, are*, id eſt, deſtinis quaſi alligare ac munire, vel, ut Riccius habet, certum terminum conſtituere, ultra quem progredi, aut infra quem conſici negotium non poteſt, ſtützen, anknüpfen. Vitruv. 5, 12 *Arcæ ſtipitibus robuſtis & catenis incluſæ, in aquam demittendæ deſtinandæque firmiter.* Vet. Gloſſ. *Deſtinat, ἀσφαλίζεται.* Cæſ. B. G. 3, 14 *Funes, qui antennas ad malos deſtinabant.* ¶ 2. Et quia, qui aliquid ſecum ſtatuunt, & faciendum proponunt, ſe alligant quodammodo ad id atque affigunt; ideirco *deſtinare*, puto, pro conſtituere, deligere, cogitare, &c. fürnehmen, fürſetzen, beſchlieſſen, im ſinn faſſen, dici eſt cœptum. Iuvenal. 10, 330 *Cui nubere Cæſarii uxor Deſtinat.* Nepos 18, 2, 4 *Primus Leonatus Macedoniam præoccupare deſtinaverat.* Curt. 7, 2, 18 *Quo deſtinaverat, pervenit.* Id. 8, 14, 17 *Ut deſtinatum erat.* Plin. 9 epiſt. 13 *De eo, quod deſtinaveris, non ſunt conſulendi, quibus conjuncti obſequi debeas.* Liv. 7, 33 *Morte ſola vinci deſtinaverant animis.* Idem 28, 24 *Regnum ſibi Hiſpaniæ deſtinarant animis.* ¶ 3. Eſt denignare, declarare, anſehen, beſtimmen, darzu ordnen. Liv. 33, 37 *Deſtinare locum & tempus ad certamen.* Idem 2, 54 *Deſtinari ad mortem.* Virg. Æn. 2, 129 *Me deſtinat aræ.* Cic. Off. 3, 10 *Cum eorum alteri Dionyſius diem necis deſtinaviſſet.* Curt. 4, 8, 2 *Muris ambitum deſtinare.* Idem 9, 7, 25 *Oculis deſtinabatur ut fur.* conf. Liv. 33, 28. Plin. epiſt. 9, 13, 7 *Reum deſtinare, adhuc tamen ſine nomine.* ¶ 4. In quibusdam horum etiam ad ſagittandi diſciplinam reſpici videtur, de quo uſu laudat Paræus p. 342 Liv. 38, 29 *Non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris.* Sed quod ex Cæſ. B. G. 7, 22 aſſertur: *Falces cum deſtinaverant:* Lipſius Poliorc. 5, 8 p. 205 legit *diſtinuerant.* Certiora ſunt, quæ ex ſequioris ævi ſcriptoribus profert Freinshem. Ind. ad Curt. ¶ 5. *Deſtinare* pro emere, non ſemel uſus eſt Plautus, ut Moſt. 4, 2, 58; & Perſ. 4, 4, 115 &c. Ad priorem locum obſervat Gronov. cum I. Gul. DESTINARE eſſe emptione facta arrhabonem dare, cæterum pretium in diem differre.

¶ Deſtĭnātus, *a, um*, alligatus, angehalten, angebunden. Apul. Met. 4 p. 143 *Arreptum me toro quam valido ad anſulam quamdam deſtinatum rurſum cædendo confeciſſent &c.* Idem 6 p. 184 *Alacri ſtatim nisu lorum, quo fueram deſtinatus, abrumpo* Sidon. 1 epiſt. 7 *Captus deſtinatusque pervenit Romam*, id eſt, vinctus. ¶ 2. *Deſtinatus*, beſtimmt, beſchloſſen; ut, *Hora deſtinata*, Cic Tuſc. 5, 22. *Negotio deſtinatus*, Gell. 19, 3. *Deſponſam & deſtinatam laudem alicui præripere*, Cic. Ar. Reſp. c. 3, das zugedachte lob. *Si hoc bene fixum omnibus, deſtinatumque in animo eſt*, Liv. 21, 44. *Deſtinata præſcia* Id. 23, 16, quæ alibi, *neceſſaria & adjuncta*, vocat. ¶ 3. Abſolute Curt. 3, 8, 29 *Deſtinata ſalubriter fortuna diſcurit.* Idem 7, 5, 41 *Certo ictu deſtinata ferire.* Et in ſing. Suet. Calig. c. 43 *Militiam rosque bellicas ſemel attigit, neque ex deſtinato:* id eſt, re prius deliberata, dedita opera. Liv. 21, 54 *Omnes copias ad deſtinatum jam ante conſilio, eduxit.* Sic &

¶ Deſtinato, adverbialiter, vorſetzlich. Suet. Cæſ. c. 60 *Prælia non tantum deſtinato, ſed ex occaſione ſumebat.*

¶ Deſtinate, adverb. idem. Ammian. 18, 3 (Valeſ. c. 2) *Florentio & Lupicino deſtinate certantibus.* Compar. Idem 20, 8 *Eum ad ſe prodire deſtinatius adigentes.* Et 23, 1 *Elemento deſtinatius repellente.*

¶ Deſtinātio, *ōnis*, f. conſilium, propoſitum, die beſtimmung, der fürſatz. Tac. Hiſt. 2, 47 extr. *Præcipuum deſtinationis meæ documentum habete, quod de nomine queror.* Plin. 7, 45 *Deſtinatio exſpirandi, & quatridui inedia major pars mortis in corpus recepta*; h. e. propoſitum moriendi. conf. Novatian. de Trinit. c. 24. Petron. c. 75 *Quam longe a deſtinatione ſua jacet.* conf. Ammian. 15, 10.

¶ Prædeſtĭno, *āre*, vorherſehen, vorher beſtimmen, verordnen. Prudent. Cath. 11, 67 *Pueri cui trinam pater prædeſtinavit indolem.* Vulg. Int. 1 Cor. 2, 7 *Sapientia, quam prædeſtinavit Deus ante ſecula.* conf. Eph. 1, 4.

¶ Prædeſtinans, *tis*. Liv. 45, 40 *Quos filios prætextatos curru vehi cum patre* (Æmilio Paullo) *ſibi ipſis ſimiles, prædeſtinantes triumphos, oportuerat.*

¶ Prædeſtinatus, *a, um*, vorher verordnet, erwehlet. Vulg. Int. Rom. 1, 4 *Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute.* conf. Novatian. de Trinit. c. 24.

¶ Prædeſtinātio, *ōnis*, f. die vorherſehung, erwehlung. Frequens uſus verbi apud eccleſiaſticos. Proſper Aquitanicus extremo libro ad Capitula Gallorum, Sent. 15 *Qui dicit, quod idem ſit præſcientia, quod prædeſtinatio, duo iſta permiſcet.* Novatian. de Trinit. c. 24 *In prædeſtinatione glorioſus &c.* conf. Ambroſ. epiſt. 16.

¶ Obſtĭno, *avi, atum, are*, id eſt, *obfirmato & perſeveranti animo expetere*, ut Feſtus explicat, ihm ſteiff fürſetzen. Plautus uſus eſt Aul. 2, 2 extr. *Obſtinare affinitatem.* Et Liv. 23, 29 *Obſtinaverant animis, vincere aut mori.* Dicitur fortaſſis ab *Obſtina*, ſicut a *deſtina*, *deſtino.*

¶ Obſtĭnātus, *a, um*, obfirmatus, feſt auf einem ſinn beharrlich, verſteckt; ut, *Animo obſtinato aliquid agere*, Liv. 3, 47. *Animi obſtinati ad decertandum*, Idem 6, 3. Et, *Voluntas obſtinatior*, Cic. Att. 1, 11. *Obſtinatior adverſus lacrymas*, Liv. 2, 40. *Popularium virtus pro regno ſuo obſtinatiſſima*, Sen. epiſt. 71. *Rex obſtinatiſſimus*, Ammian. 17, 14.

¶ Obſtinate, adverb. beſtändig, feſtiglich. Ter. Andr. 1, 5, 8 *Itane obſtinate operam dat, ut me a Glycerio miſerum abſtrahat*, ſo ſteiff und halsſtarrig. Et, *Obſtinatius omnia agere*, Suet. Cæſ. c. 29. *Obſtinatiſſime recuſare*, Suet. Tib. c. 67. Et in meliorem partem Idem Tito c. 8 *In cæteris deſideriis omnium hominum obſtinatiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret.*

¶ Obſtinātio, *ōnis*, f. obfirmatio, die beharrung, der ſteiffe und feſte ſinn; ut, *Obſtinatio ſententiæ*, Cic. Provinc. conf. c. 17. *Obſtinatio fidei*, Tac. H. 3, 39, 3. *Taciturna obſtinatio*, Nep. 25, 22, 2. conf. Plin. ep. 1, 12. Plural. *Obſtinationes*, Tertull. ad Nation. 1, 17.

¶ Perstĭno, *are*, i. e. taxare, ſchätzen, kauffen. Apul. *Viginti denariis aliquid perſtinare.* Alii legunt *præſtinare.* Nempe

¶ Præstĭno, *avi, atum, āre*, kauffen, pro *emere* poſuit Plautus Epid. 2, 2, 92 *Vt præſtines argento.* Idem Capt. 4, 2, 68 *Piſces præſtinatum abire.* Feſtus: PRAESTINARE *apud Plautum eſt emere, & emendo tenere.* Apul. Met. 7 p. 192 *Magnis talentis puellam præſtinare.* Id. 8 p. 212 *Emtor is nimio præſtinandi ſtudio, præconem rogat, cujatis eſſem?* Et Apolog. p. 553 *Quantulo pretio mulier locuples agellum ſuum præſtinavit.* Id. Florid. p. 346 *Fateor, me ſellularias quidem artes minus callere, veſtem de textrina emere: buxeas iſtas de ſutrina præſtinare.*

¶ Præstĭnatus, *a, um*, erkaufft. Apul. Met. 4 p. 149 *Cave a modico præſtinata pretio.*

Stipatio, ſtipator, &c. vide *Stipes*, Stipendialis, ſtipendium &c. *Stips.*

STĪPES, *ĭtis*, m. fuſtis in terram defixus, ein pfahl, ſtock. Cæſ. B. Civ. 1, 27 *Foſſas transverſas perduxit, atque ibi ſudes ſtipitesque præacutos defixit.* Et, *Ramoſo ſtipite nixus*, Ovid. Faſt. 3, 751. *Mactare aliquem nodoſo ſtipite*, zu tode prügeln, Idem Heroid. 10, 101. conf. Curt. 6, 6, 29; Tibull. 1, 1, 11; Catull. 65, 289; Sen. Herc. fur. v. 1230, &c. ¶ 2. *Stipes arboris*, caudex eſt, der ſtamm; ut, *Stipes inanis*, Ovid. de Nuce v. 32. *Viridi de ſtipite*, Idem in Ibin v. 337. ¶ 3. Ter. Heaut. 5, 1, 4 *Stipitem*, ſtultum & inſulſum vocat, ein tölpel. *Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, ἄξυλος, &c.* Item: *Tamquam truncus atque ſtipes*, Cic. in Piſ. c. 9. *Ille ſtips* (pro *ſtipes*) *fratri ſuo inſcitur*, Petron. c. 43. Hinc

¶ Stīpo, *avi, atum, are*, eſt denſe componere, ut aliud ſuper aliud aggeretur, ſtopffen, dichte an einander fügen, voll machen. Varro L. L. 4, 36 ext. *Qui acceperant majorem numerum* (æris,) *non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant, id eſt, componebant, quo minus loci occuparet. STIPARE ab* στείβειν *forteſſe, græco vocabulo.* Hæc Varro. Virg. de apibus Æn. 1, 432 *Aut cum liquentia mella Stipant.* Id. Æn. 3, 465 *Stipatque carinis Ingens argentum, et præbet eum.* Colum. 9, 13 extr. etiam de apibus: *Ceras omnes liquoribus ſtipare.* Idem 10, 404 *Fruniſque Damaſci ſtipantur calathi.* ¶ 2. *Stipare* etiam circumdare eſt, umgeben. Cic. pro Mil. c. 1 *Viſitata frequentiâ ſtipati ſumus.* Idem Phil. 11, 12 *Senatum ſtipare armatis.*

¶ Stipans, *tis*. Virg. Æn. 1, 501 *Inceſſit magna Iuvenum ſtipante caterva.*

¶ Stipātus, *a, um*, umgeben, begleitet; ut, *Catilina ſtipatus choro juventutis*, Cic. pro Mur. c. 24. *Stipatus caterva patriciorum juvenum*, Liv. 4, 14. *Stipatus agmine armatorum*, Id. 1, 47. *Stipatus gladiatorum manu*, Vellej. 2, 58, 1. conf. Curt. 5, 1, 23. *Stipata phalanx*, dicht an einander ſtehend, Liv. 33, 18. *Stipatum tribunal*, Plin. 6 epiſt. 33, h. e. multitudine hominum circumdatum. Ovid. Met. 3, 186 *Comitum turba ſtipata ſuarum.* Sidon. 3 epiſt. 2 *Ab omni ordine, ſexu, ætate ſtipatiſſimus ambiebare.*

¶ Stipātus, *ūs*, m. ſubſt. die umgebung, begleitung. Saresb. 8, 7 *Hiſtrionum ſtipatu magnifice vulgariter videbatur.*

¶ Stipātio, *ōnis*, f. die drängung, der gedrang, die ſeite. Cic. pro Sulla c. 23 *Ejus affectus concurſatio, ſtipatio, &c.* Plin. 4 ep. 16 *Tanta ſtipatione cætera tenebantur.* Alter Plin. 10, 22 *Feſſi* (anferes) *proferuntur ad primos: ita cæteri ſtipatione naturali propellunt eos.* Adde Quintil. 5, 14; Sen. N. Qu. 5, 3.

¶ Stipātor, *ōris*, m. qui ſtipat. *Stipatores* ſunt ſatellites, quos principes corporis cuſtodiæ cauſſa ſibi adhibent, trabanten, laqueyen. Cic. pro L. Agrar. 2, 13 *Stipatores corporis conſtituit eosdem miniſtros &c.* Etiam pro Domo c. 5 *Stipatorem corporis* dixit. Et abſolute, ſine *corporis* mentione, Off. 2, 7 Tullius: *Mittebat de ſtipatoribus ſuis, qui &c.* conf. Sen. de Clement. 1, 12; Tac. A. 2, 9, 3; 4, 25, 6; 11, 16, 3; Horat. ſat. 1, 3, 138.

¶ Stipābĭlis, *e*. Gloſſ. gr. lat. σωβάτιμος, *ſtipabilis.*

¶ Stīpĭdōſus, *a, um*, idem; ut, *Radix ſtipidoſa*, Apulej. de Herb. c. 67. Et, *Frutex ramos plurimos pandens ſtipidoſos*, ibid. c. 74.

¶ Stiptĭcus, *a, um*, quod obſtruit, das da ſtopffet. Plin. 21, 23 extr. in quibusdam libris; Sed rectius ibi Hard. *Septica.* Aliud eſt *Stypticus* a στύφω *obturo*; unde etiam eſt *Stypa* vel *Stupa*. v. Plin. 24, 13; & 32, 9; Apul. de Herb. c. 3; & c. 70; Pallad. Febr. tit. 31; & Oct. t. 14.

Compoſita:

¶ Circumſtīpo, *are*, umgeben, begleiten. Silius 10, 453 *Magnâ circumſtipante catervâ.*

¶ Cir-

¶ Circumſtipatus, *a, um,* rings umgeben, Claud. Conſul. Honor. 6, 55; *Ducibus circumſtipata togatis Curia.*

¶ Conſtīpo, *are,* condenſare, zuſammen drücken, enge verſammlen. Cic L. Agrar. 2, 29 *Ne conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in agrum.* Cæſ. B. G. 5, 43, 5 *Hoſtes ſe ſub ipſo vallo conſtipaverant.*

¶ Conſtipātus, *a, um,* verſammlet, dicht in einander ſtehend. Prudent. Periſt. 11, 49 *Inter conſtipata officia,* i. e. inter ſtipatores.

¶ Conſtipatio, *ovis,* f. ein enger hauſe. Vopiſc. Aurelian. c. 21 *Velle omnibus ſimul facta exercitus ſui conſtipatione concurrere.* Et Ammian. 26, 6 *Conſtipatio militum.*

¶ Inſtīpo, *are,* hinein ſtopfen. Marcell. Emp. c. 10 *Inſtipari navibus.* Gloſſ. lat. gr. *Inſtipat* ἐνσωβάζει.

¶ Obſtīpo, *āre,* apud Plautum eſt, Ciſtell. 2, 3, 37, & ſignificat objicere, entgegen ſtellen, verſtopfen.

¶ Obſtīpus, *a, um,* eingedruckt, gedruckt, krumm; ut, *Caput obſtipum,* id eſt, obliquum ſive in humerum reflexum, ein krummhals, *qui eſt torticollis,* Perſ. 3, 80. Et Horat. 2 ſat. 5, 92 *Stet capite obſtipo, multum ſimilis metuenti.* Et, *Obſtipa cervice,* Suet. Tib. c. 68. Et Lucretius 4, 519 *Omnia mendo ſe fieri atque obſtipa, neceſſe eſt:* Quod & *obſtita* legitur in ſchedis Feſti a Scaligero editis p. 177, ubi verſus Ennii citatur: *Montibus obſtitis obſtantibus, unde oritur nox.* Vide de hoc plura ſub *Siſto,* in *Obſiſto.* Sed

Obſtipeſco, *ere,* vide infra in *Stupeo.*

STIPS, *ſtipis,* f. numnii ænei genus, qui & *As* dicebatur. Nam quod Suetonius in Auguſto *ſtipem* dixit, id Quintilianus aſſem vocat; vid. ſupra in *As.* Nomen a *ſtipando* eſt. Varro L. L. 4, 36 *Æs quoque ſtipem dicebant. Nam quod aſſes libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant, id eſt, componebant, quo minus loci occuparet, a ſtipando ſtipem dicere cœperunt.* Eo autem nomine appellabatur pecunia collecta, quæ vel redibat ex tributis & condebatur in ærario, vel mendicantibus dabatur, vel Diis etiam offerebatur, beſteuer, ſteuer, allmoſen. Varro dicto loco: *Diis eum in theſauros eſſem dant, ſtipem dicunt.* Sed de hoc ſtipis genere, quod Diis dabatur, vide Lipſ. ad Tac. An. 14, 15; Caſaub. ad Suet. Aug. c. 57, & Gronov. de Pec. Vet. L. 4, c. 11. Lucanus (huic enim inſcribitur hoc poëmation) Paneg. in Piſon. v. 114 *Sed miſerum parvæ ſtipe focilat &c.* Curt. 4, 1, 19 *Hortum exigua colere ſtipe,* i. e. exiguo fructu. Ammian. 26, 10 *Stipe precaria victitare,* betteln. Id. 14, 1 *Stipe collatitia.* Vet. Gloſſ. *Stipem* ἐλεημοσύνην, allmoſen. *Stipem cogere,* Cic. de Leg. 2, 9. *Stipem colligere,* Liv. 38, 45. Et, *Stipem ſpargere,* Plin. 33, 10 ſub fin. ubi Hard. vide *Conferre ſtipem,* Vlp. l. 1 Dig. de privat. delict. *Tenuioribus,* inquit, *permittitur ſtipem menſtruam conferre, dummodo ſemel in menſe locant.* Adde Colum. 8, 1; Plin. 10, 63; veterem Inſcript. apud Gruter. p. 61, & Harduin. c. l. ¶ 2. *Stipes* nummi erant ſignati, qui ſtrenæ loco offerebantur, neujahrs-geld. Hoc ſenſu accipitur a Suetonio Aug. c. 91 *Ex nocturno viſu etiam ſtipem quotannis emendicabat a populo, eorum manum aſſes porrigentibus præbens.* Et Calig. c. 42 *Stetit in veſtibulo ædium Cal. Ianuariis, ad captandas ſtipes &c.* Ovid. Faſt. 1, 219 interpretatur aurea & argentea munera: *Tu tamen auſpicium ſi ſit ſtipis utile quæris, Curque juvent noſtras æra vetuſta manus &c.*

¶ Stipendium, *i,* n. ex *Stipipendium* contractum, ſold, ſtrieg-ſold, ut Varro l. c. interpretatur, ſive merces, (nam in Vet. Gloſſ. μισθὸς στρατιωτικὸς exponitur), quæ militibus dabatur in aſſibus decem in dies ſingulos, Auguſti tempore, ut Tacit. auctor eſt An. 1, 17, 2 & 4, de quo tamen loco magna controverſia inter eruditos, quæ diſputanda in præſenti non eſt. v. Lipſ. ad ſupra c. l. Taciti & Elect. 1, 2, Idemque 5 de Militia Rom. Dial. 16, &, qui aſſentitur Lipſio, Levin. Torrent. ad Suet. Cæſ. c. 26; &, qui diſſentit a Lipſio, Vinc. Contarenum Comm. de militari Romanor. ſtipendio, itemque Erycii Puteani Diatriben ejusdem argumenti. Eſt etiam H. R. Schelii de hoc argumento Diſſ. Græv. T. 10 p. 1191. Compoſitum eſt ex *ſtipe* & *pendo,* quia ante nummum ſignatum quæſtores ſtipem militibus appendere ſolebant, non annumerare. Sic, *Stipendium menſtruum,* ein monat-ſold. Sic, *Semeſtre, annuum &c.* *Stipendium caſtrenſe,* Plin. 8 epiſt. 14. *Stipendium exercitui Romano ab hoſte in eum annum penſum,* Liv. 9, 41. *Stipendio afficere,* Cic. pro Balbo c. 21. Et, *Stipendium militi conſtituere,* Quintil. 3, 8. *Decernere triumphum ac ſtipendium alicui,* Brut. ad Att. in Cic. ad Brut. epiſt. 17. *Stipendia in bello merere,* Cic. pro Mur. c. 5, ſold verdienen, erkriegen. *Emerita ſtipendia,* Liv. 33, 3. *Facere ſtipendia equis,* zu pferde dienen, Liv. 5, 7; *pedibus,* zu fuſſe, Id. 3, 27. *Stipendium numerare militibus,* Cic. in Piſ. c. 36; *perſolvere,* Id. Att. 5, 14, den ſold auszahlen. ¶ 2. Hoc quoque notandum, *Stipendia* pro annis militiæ, dicere auctores. Quot annis enim militaverat aliquis, tot ille feciſſe ſtipendia dicebatur. Ita, *Stipendium primum meruit,* Nepos de Catone 1, 4; ubi militiæ initium notat. Tac. An. 1, 36, 4 *Placitum, ut epiſtolæ nomine principis ſcriberentur, miſſionem dari vicena ſtipendia meritis: exauctorari, qui ſenadena feciſſent,* die zwantzig, die ſechzehen jahre gedienet hätten. Ita ibid. 3, 33, 1 *Explevit quadraginta ſtipendia.* Hinc eleganti tralatione Seneca epiſt. 93 *Functus omnibus vitæ humanæ ſtipendiis.* ¶ 3. Cæterum, quia *Stipendia* ex tributis procedebant, (quo illud Taciti pertinet Hiſt. 4, 74, 2 *Neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendio, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt:*), idci. *ſtipendium* aliquando pro tributo ponitur, ut in illo Ennii apud Varronem l. c. *Pœni ſtipendia pendunt:* id eſt, tributum pendunt, ut militi inde numerari poſſit *ſtipendium.* Hinc *ſtipendiariæ provinciæ,* quæ tributum in militare ſtipendium conferebant, de quo infra. Suet. Cæſ. c. 25 *Omnem Galliam in provinciæ formam redegit, eique quadringenties ſtipendii nomine impoſuit.* Quod hic Suetonius *ſtipendii nomine,* illud Eutropius 6, 14, 5, cum id ipſum exponeret, *tributi nomine* dixit. vid. omnino Duker. ad Liv. 28, 48. ¶ 4. Iam ſicut præmium & pretium non raro pro pœna ponitur auctoribus, de quo ſuis locis monitum eſt: ita & *Stipendium* aliquando pœnam ſignificat. Catullus de nuptiis Pelei & Thetidis v. 173 *Indomito nec diva ferens ſtipendia tauro. Stipendia* vocat pœnam, quam de Centauro ſumſit Theſeus, cum interfeceret. Horat. epod. 17, 37 *Quæ finis, aut quod me manet ſtipendium?* id eſt, quæ pœna? Nam ſequitur ſtatim: *Effare: juſſas cum fide pœnas luam.* Ita Apoſtolus ad Romanos c. 6 extr. *Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος,* *Stipendia enim peccati mors:* id eſt, *pœna.* Sane & *Tributum* pœnæ inſtar victis gentibus imponebatur. Ὀψώνιον autem *ſtipendium* non modo Paulus apoſtolus, ſed & Polybius vocat, vel quod primo obſonium tantum atque annona data militi fuit, vel quod pecunia hæc in obſonium data, vel quia *ſtipendium* utrumque notat, & *annonam* & *pecuniam.* Vet. Gloſſ. *Stipendium,* ὀψώνιον στρατιωτικόν, μισθὸς στρατιωτικός. Item *ſtipendium,* σιτηρέσιον.

¶ Stipendiālis, *e,* ad ſtipendium pertinens, zum ſold gehörig; ut, *Fœdus ſtipendiale,* Sidon. carmine ſubjuncto epiſtolæ 9 lib. 8, 47.

¶ Stīpendiārius, *a, um,* ſtipendio ſolvendo obnoxius, idem qui *Vectigalis* vel *Tributarius,* der ſteuer oder tribut geben muß; ut, *Facta Ægypto ſtipendiaria,* Vellejus 2, 39, 2. conf. 2, 38, 4. Et Cæſ. B. Gall. 1, 30 *Habere civitates ſtipendiarias.* Plin. 5, 4 *Oppidum ſtipendiarium.* Florus 3, 20, 8 *De ſtipendiario Thrace miles:* i. e. qui ante tributarius Populi Romani fuerat, jam miles erat, neque ſtipendia pendebat amplius, ſed merebatur. conf. Id. 2, 17, 7. Varro L. L. 4, 36 *Stipendiarii ideo, quod eam ſtipem* (pecuniam tributariam) *pendebant.* Samuel Petitus tamen inter *ſtipendiarias* & *tributarias* provincias diſtinguit Var. Lect. 2, 1. Subſtant. Cic. de Leg. 3, 8 *Quos ſocios reſpublica habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios.* conf. Mencken. Obſerv. L. L.

¶ Stipendiōſus, *a, um;* ut, *Stipendioſus miles,* qui ſtipendia facit & multa jam fecit, Veget. 1, 18; & 2, 25.

¶ Stipendior, *āri,* ſtipendium facere ſeu recipere, beſoldung von einem verdienen. Plinius dativo junxit 6, 19 *Regi eorum peditum ſexcentena millia per omnes dies ſtipendiantur.*

¶ Stipendiātus, *a, um,* ſuſtentatus, unterhalten, ernehrt. Tertull. adverſ. Judæos c. 9; & adv. Marc. 3, 13 de Ponticis infantibus: *Pannis armati, & butyro ſtipendiati.*

Stipticus, vide paullo ante *Stipes.*

STŸPŸLA, *æ,* f. calamus eſt frumenti, ſtoppel, harck-ſtroh; it. ein halm, korn- oder ſtroh-halm. Virg. eclog. 3, 27 *Strident miſeræ ſtipula diſperdere carmen.* Id. Georg. 1, 315 *Frumenta in viridi ſtipula lactentia.* Et mox v 321 *Culmusque lævis ſtipulæque volantes.* conf. Ovid. Faſt. 4, 705 & 781; Plin. 14, 16, Colum. 7, 9. Et Ter. Adelph. 5, 3, 62 *Meridie ipſo faciam ſtipulam ut colligat.* Iſidoro 17, 3 *Stipulæ ſunt folia ſeu vaginæ, quibus culmus ambitur atque fulcitur, ne pondere frugis curvetur.* Nec tamen audiendus Iſidorus, ubi addit, *ſtipulam eſſe* ab *urendo* quaſi *uſtipulam.* Eſt enim diminutivum ab inuſitato *Stipa,* quod a σῦπος, quia caulis eſt frumenti. Hinc

¶ Stipulāris, *e,* ſtoppelicht; ut, *Anſer ſtipularis.* Quint.

¶ Stīpulor, *ātus ſum, āri,* juris verbum eſt, in contractibus uſitatum, ihm angeloben laſſen. Significat enim rogare ſive poſtulare aliquid ab aliquo conceptis verbis, ex quibus obligetur rogatus, ſi promiſerit. Plaut. Pſeud. 1, 1, 12 *Roga me viginti minas, Vt, me effecturum tibi, quod promiſi, ſcias: Roga me,* i. e. *ſtipulare a me, poſce a me:* Ibidem ipſam formulam hujus ſtipulationis habes. Nam quarto ſtatim verſu poſt Calidorus ait: *Dabisne argenti mihi hodie viginti minas?* Hæc ſunt ſtipulantis ſive rogantis verba: ſequitur promiſſio. Reſpondet enim Pſeudolus. *Dabo, moleſtus nunc jam ne ſis mihi.* Ita igitur concipiebantur a ſtipulante verba, ut interrogaret, ſeu quæreret ab altero, *daturusne eſſet?* Neceſſe etiam erat, eodem verbo reſpondere, & *ſe daturum* dicere, ut ille contractus firmus eſſet. Hæ enim ſolennes videntur ſtipulationum formulæ fuiſſe, de quibus Cic. de I. L. 2, 21 meminit. Iterum Plaut Pſeud. 4, 6, 14 SIMO *Nullum periculum eſt, quod ſciam ſtipularier, Vt concepiſti verba? viginti minas Dabin'?* BALLIO. *Dabuntur* Iuvenal. 7, 165 *Quantum vis ſtipulare,* (roga, poſce), *& protinus accipe, quod do.* Cic. pro Roſcio Com. c. 5 *Stipulatus es? ubi? quo die? quis ſponderiſſe me dicit?* Varro a *Stipe,* id eſt, pecunia; Feſtus a *ſtipite* dici putat, unde & *Stipulum* Trebonianus, qui id pro *firmo* dixiſſe veteres auctor eſt, deducit, & inde *Stipulari* verbum formatum autumat Sed utrobique ſyllabæ quantitas repugnat. Rectius Scipio Centilis cum Iſidoro 4, 24 a *ſtipulis* deducit, ex quibus vincula texere ruſtici ſolent. Veteres enim ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes & mercentes ſponſionem agnoſcebant; vel ſtipulam porrectam accipere, erat argumentum aſſentientis, quod in contractibus agrariis ſtipula ita agrum integrum repræſentaret. ¶ 2. Veteres verbum *ſtipulari* inter communia habuerunt, hoc eſt, quæ active juxta & paſſive uſurpantur: quod diſerte Priſcianus lib. 8, cum de communibus verbis agit, obſervat. Sic, cum ibidem edit. Putſchii p. 794 Suetonius ait: *Lex* (lex) *quæ vetat minorem annis XXV ſtipulari:* hic *ſtipulari* videri poſſit loco *promittere* active poſitum, ſed non eſt. Paſſive enim ἐπερωτᾶσθαι dictum eſt, ut Priſcianus interpretatur, confer infra *Inſtipulor.* Omnino doctiſſimus ille Grammaticus non neceſſe habuiſſet inter communia hoc verbum referre, ſi & *promittere* ſignificaret. Et hæc quidem veriſſima ſunt. Recte tamen Laur. Andr. Hambergerus de non uſu ſtipulationum p. 25 ita contra Connanum & Donellum diſputat, ut aſſumet l. 26 § 13 de condict. indeb. l. 7 § 1 de eo quod cert. loc. & aliis, quæ laudat, omnino *promittere* f. *polliceri* ſignificare. Add. Dacker de Latinit. ICtorum p. 381. Active forma ita uſus eſt Symmachus 1 ep. 11 *Ne mihi ſit dicti hujus negatio, en vobis chirographi inſtar literas. Sponſionem ſtipulat affectio.* Et Gloſſ. Cyrilli: ἐπερωτῶ, *conſulto, interrogo, ſtipulo;* ἐπερωτῶμαι, *promitto, ſpondeo, ſtipulor.*

¶ Stipulans, *tis,* qui promiſſionem poſtulat. Colum. præfat. lib. 10 *Quod ſtipulanti ſpoponderam tibi.*

¶ Stipulātus, *a, um,* paſſive, zugeſagt, angelobt, verſprochen. Cic. pro Roſc. Com. c. 5 *Hæc pecunia neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit.* Loquuntur & hic vulgo: *ſtipulata manu promittere, ſpondere,* die hand drauf geben. conf. l. 71 ff. de ſolut. & liber. &c.

¶ Stipulātus, *us,* m. ſubſt. die zuſage, verſprechung. Quintil. Decl. 12 *Stipulatu legati noſtri perimus.* Vlp. l. 1 ff. de verb. oblig.

Acquirat

Acquiret ei ex stipulatu actionem. Onomast. vet. *Stipulatus, ὁμολογία.* Et Paulus leg. 11 Dig. de dote præleg. *Ex stipulatu.*

¶ Stipulātio, *ōnis*, f. contractus stipulando confirmatus, ein angelóbniß. Cic. de Leg. 2, 21 *Vt ea pecunia ex stipulatione debeatur.* Id. de Orat. 2, 24 *Stipulationes cognoscere.* Vide ICtos & Brisson. lib. 6 Formul. Isidorus 4, 24 *Stipulatio, inquit, est quasi promissio vel sponsio &c. dicta autem a stipula. Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes sponsionem suam agnoscebant.* Adde Nepot. 25, 9, 5; Sen. de Benef. 3, 15; & Pompon. l. 5 ff. de Verb. oblig. &c.

¶ Stipulatiuncŭla, *æ*, f. diminut. Cic. de Orat. 1, 38 *Decipi adversarii stipulatiuncula.*

¶ Stipulātor, *ōris*, m. qui stipulatur. Cæterum, sicut actionum & judiciorum, sic stipulationum quoque certæ formulæ erant: quarum qui periti essent, *stipulatores* dicebantur, adhiberi in stipulationibus soliti, ne stipulantes circumvenirentur. Ita usus Sueton. hac voce in Vit. c. 14, ubi v. Torrent. & Cic. pro Quintio c. 18. *Testes a stipulatore tuo comparabuntur*: ita Nizol. al. *adstipulator.*

Composita:

¶ Adstĭpulor vel Astipulor, *atus sum, āri*, est assentiri & affirmare, beyfallen, beyfall geben. Liv. 39, 5 *Adjipulari irato consuli tribunum plebis.* Et Plin. 7, 48 *Cui adstipulatur Damiates, memorans &c.*

¶ Adstipulātus, *us*, m. subst. assensus, affirmatio, der beyfall. Plin. 7, 47 *Oraculi jussa, & Jovis Deorum summi adstipulatu.*

¶ Adstipulātio, *ōnis*, f. idem. Plin. 29, 1 *Quæ de re exstat etiam Senecæ adstipulatio.* Quintil. 11, 3 *Adstipulatio nisi adsit.*

¶ Adstipulātor, *ōris*, m. qui simul cum stipulantibus adpromittit, der sich zugleich verobligiret, Cic. pro Quint. c. 18. Hinc per metaphoram apud Cic. Acad. 4, 21 *Stoicorum adstipulator Antiochus.* Adde Val. Max. 7, 1 extr. Sidon. 6 epist. 4; & 1 ep. 9.

¶ Instĭpulor, *āri*, idem quod *Stipulari* Pluto Pseud. 4, 6, 6 *Minæ viginti sanæ ac salvæ sunt tibi, Hodie quas abs te instipulatus Pseudolus.* Id. Rud. 5, 3, 25 *Ni dolo malo instipulatus sis.* In utroque loco *instipulatus* passive pro rogato, seu stipulatione obligato dixit.

¶ Restĭpulor, *āri*, dicitur is, qui ab eo, qui spopondit & promisit, vice mutua stipulatur, ihm wieder laſſen angeloben. Cic. pro Rosc. Com. c. 13 *Quid hic nunc porro restipulatur, quod jam pridem ipse exegit?* Et Apul. Apol. 2 p. 338 *Dotem filiis suis restipulari.* vid. Leg. 43 § 1 Dig. de damno inf. conf. Varr. L. L. 5, 36.

¶ Restĭpulātio, *ōnis*, f. die gegenverſprechung, ibid. apud Cic. pro Q. Rosc. Com. c. 13 *Recita illam restipulationem:* & *Quid restipulatio clamat?* & rursus ibid. *Nova hæc restipulatio interponitur? quis est hujus restipulationis scriptor?*

STĪRIA, *æ*, f. aqua frigore concreta pendens, ein eis-zapfen. Virg. Georg. 3, 366 *Stiriaque impexis induruit horrida barbis.* Martial. 7 epigr. 36 *Turpis ab invijo pendebat stiria naso.* conf. Plin. 34, 12; & Tertull. de Pallio c. 4. ¶ 2. *Stiria*, regio Germaniæ, Steyermarck, olim *Valeria.*

¶ Stiriācus, *a, um*, verharrſcht wie ein eiszapfen. Solin. c. 40 *Pingue roscidum, cum arefactum inolevit, guttis stiriacis legitur.*

Stiricidium, *i*, n. vide mox post *Stillicidium.*

¶ Stilla, *æ*, f. *stăvic*, ein tropfen, id diminutivum a *Stiria* Festus facit, significat guttam; ut, *Stilla murræ*, Cic. Fin. 3, 14; *olei*, Plin. 29, 4; *cruoris humani*, Sen. de Clem. 1, 11. *Mollis stillæ lacus*, Petron. 95 *Stilla quæ fluere consuevit*, Palladius 1, 6. *Stillæ exiles*, scil. *aquæ*, Vitruv. 8, 1. In Chiliad. est: *Assidua stilla saxum excavat*, fleiß überwindet alles.

¶ Stillŭla, *æ*, f. novum diminutivum apud Tertullianum.

¶ Stillo, *āvi, ātum, āre*, guttatim effundere, tropfenweiſe fallen laſſen; ut, *Stillare lacrymam & lacrymas*, Plin. 12, 23. Et, *Stillare ex oculis rorem*, Horat. Art. Poet. v. 429, weinen. ¶ 2. Guttatim defluere, triefen, tröpfeln, träufeln. Ovid. Met. 1, 112 *Flavaque de viridi stillabant cortice mella.* Et, *Multo stillare nimbo*, Juvenal. 5, 78, ſtarck regnen. Varro R. R. 1, 41 *Unde stillet lente aqua.* Vitruv. 2, 9 *Exsticescit stillicidio jecur.*

¶ Stillans, *tis*; ut, *Malum semper stillantis ocelli*, Juvenal. 6, 109. *Pugio, stillans secundum*, Cic. Phil. 2, 12. Conf. Ovid. Fast. 2, 839.

¶ Stillātus, *a, um*, getröpfelt. Ovid. Met. 2, 364 *Stillataque sole rigescunt De ramis electra novis.* Ibid. 15, 501 *Stillataque cortice myrrha.* Arnob. 2 p. 94 *Mamoris adhuc atque stillato lacte nutrivi.*

¶ Stillatim, adv. ut guttatim, tropfenweiſe, Diomed. 1 p. 402. Varro L. L. 4, 5 *Stillicidium stillatim cadit, flumen fluit continue.*

¶ Stillatio, *ōnis*, f. ipse stillandi actus, die tropfelung.

¶ Stillativus, *a, um*, stillans; ut, *Mel stillativum*, Plin. Valer. 1, 18.

¶ Stillātītius, *a, um*, idem; ut, *Resina stillatitia*, Plin. 16, 11.

¶ Stillārium, *i*, n. auctarium, quod supra legitimam mensuram in liquidis velut stillando datur, Sen. in epist.

¶ Stillātus, *a, um*, tröpfricht, apud Vegetium 2, 54.

¶ Stillicidium, *i*, n. pars inferior tecti, e qua stillæ decidunt, die traufe, dachrinne. Vitruv. 2, 1 *Proclinatis tectis stillicidia deducebant.* conf. Id. 4, 7 cum Lex. Baldi p. 117; & L. 33 ff. de contrah. emt. &c. Cic. de Orat. 1, 38 *Stillicidiorum jura.* L. 8 D. Quemadmodum servitutes: *Stillicidii jus habere in aream alterius.* Tertull. de Spect. c. 27 *Stillicidia nubis.* Adde Sen. epist. 102; Plin 17, 12; & 25, 3; Quint. 8, 3; Palladius 1, 11.

¶ Stiricidium, *i*, n. est apud Festum, *cum stillæ concretæ frigore cadunt.*

Composita.

¶ Destillo, *āvi, ātum, āre*, herabtriefen Celsus 4, 2 *Destillat humor ex capite interdum in nares.*

¶ Destillatio, *ōnis*, f. das trieffen; ut, *Destillatio lacrymarum*, Marcell. Empir. c. 8. Et Cels. 2, 1 *Seniores gravedines & destillationes male habent.* conf. Idem 1, 2 & 5; 4, 4; Sen. epist. 120; Plin. 23, 8; Scrib. Larg. comp. 90 & 93.

¶ Distillo, *āre*, paullatim stillare, träufeln. Virg. Georg. 3, 281 *Lentum distillat ab inguine virus.* Tibull. 2, 2, 7 *Illos e puro distillent tempora nardo.* Adde Plin. 15, 19; Colum. 12, 18; & Apic. 7, 9.

¶ Distillātio, *ōnis*, f. das tröpfeln. Ita fluxum humoris a capite vocat Plinius 20, 6, ein fluß des haurtes, der ſchnurren. Sen. epist. 75 *Distillatio assidua & vetus phthisin facit.* Suet. Aug. c. 81 *Distillationibus jecinore vitiato ad desperationem redactas.*

¶ Distillator, *ōris*, m. apud Celsum it.

¶ Distillārius, *i*, m. qui distillat. Legi ajunt apud Senecam epist. 56. Ac probat Cæl. Rhodig. 16, 46. Sed libri meliores habent *crustularius.*

¶ Exstillo, *āre*, heraus trieffen, träufeln. Plaut. Pseud. 3, 2, 29 *Sinapi, oculi ut exstillent, facit.* Colum. 12, 48 *Exstillare liquorem.* Et Ter. Phorm. 5, 7, 82 *Vt ne restinguas, lacrymæ si exstillaverint:* Vbi Donatus: *Stillare est guttas emittere ex corpore; exstillare, ipsum corpus guttatim fundere*, vertröpfeln.

¶ Instillo, *āre*, eintröpfeln. Cic. de Senect. c. 11 *Nisi tamquam lumini oleum instilles, hæc exstinguuntur senectute.* Translate Horat. 1 epist. 8, 16 *Præceptum auriculis instillare*, die lehre einpoſſen.

¶ Instillans, *tis.* Seren. Sam. c. 1 *Balsama instillans auribus.*

¶ Instillātus, *a, um*, eingetröpfelt, eingeflößt; ut, *Sensim instillatus humor*, Quintil. 1, 2. *Linguam instillato restituere nero*, Ovid. Trist. 3, 3, 22.

¶ Instillātio, *ōnis*, f. das eintröpfeln. Plinius 29, 6 sect. ult. *Canini lactis instillatio sedat dolorem auriam.*

¶ Subinstillo, *āre*, drunter träufeln. Apic. 3, 11 *Oleum subinstillabis.*

¶ Superinstillo, *are*, drauf träufeln. Idem Apicius 4, 2 *Olei modicum superinstillabis.*

¶ Restillo, *āre*, zurücktröpfeln. Prudent. adv. Symmach. 2, 287 *Ad proprium restillat vena metallum.* ¶ 2. Cic. Att. 9, 7 *Literæ tuæ mihi quidam quasi animulæ restillarunt*, quasi de medicina præsenti ageret.

¶ Substillus, *a, um*, stillatim cadens; ut, *Substillum lotium*, Cato R. R. c. 156. *Sumstillum*, est Festo, *tempus ante pluviam pene uvidum: aut post pluviam non perfectum*, feuchte wetter, wenn es tröpfelt, mit regen umgehet; ubi *tempus subaudiendum.*

¶ Superstillo, *āre*, drauf tröpfeln; ut, *Superstillabis oleum*, Apic. 8, 7. conf. & 3, 13; & 9, 13.

STIRPS, *stirpis*, der stamm, das geſchlecht, dubii generis; sed cum de arborum germinibus intelligitur, interdum masculinum, de hominum vero progenie semper est femininum; ut, *Ino de stirpe recisam*, Virg. Æn. 12, 208. v. Burm. ad Quint. 1, 6 p. 72. *Ivis eruere stirpibus*, Virg. Georg. 2, 209, von der wurtzel aus, unten am stamme. *Stirpes arborum*, ſproßlinge. *Carthago ab stirpe interiit*, Sallust. B. Cat. c. 10, id est, funditus periit, eversa est, von grund aus. *Stirps quæstionis* appellatur origo & fundamentum quæstionis, Cic. Fin. 4, 2, der urſprung der frage. *Altos stirpes scalpitiæ*, dixit idem Tusc. 3, 6, tief eingeſeſſene, eingewurtzelte thorheit. ¶ 2. *Stirps* de hominibus cum dicitur, simul & auctores generis, h. e. ex quibus genus ducimus, & qui ex nobis orti genitique sunt, notat. Nepos 18, 1, 2 *Neque aliud huic defuit, quam generosa stirps*, id est, origo nobilis. Curt. 4, 1, 13 *Cognatione stirpi regiæ annexus.* conf. 6, 2, 8. Liv. 9, 34 *Cens ab stirpe extincta.* Sall. Catil. 10 *Ab stirpe interire.* Virg. Æn. 3, 94 *Dardanidæ duri, quæ vos a stirpe parentum Prima tulit tellus &c.* Id. Nepos 25, 18, 3 *Vt ad brevi rogatu Junium familiam a stirpe ad hanc ætatem enumeraverit*, id est, ab origine. At cum 15, 10, 2 scribit: *Neque vero stirps mihi potest deesse*, STIRPS liberos sive progeniem significat. Quod præcedentia, itemque quod statim sequitur: *Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam &c.* satis evincunt. conf. Id. 21, 2, 3. Liv. 1, 1 *Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit.* ¶ 3. *Stirps* cum *genti* opponitur idem est quod familia, h. e. pars gentis, quæ uno cognomine gaudet. v. Sigon. ad Liv. 4, 1 pr.

¶ Stirpesco, *ĕre*, in stirpem converti, zum stamme werden. Plin. 19, 8 *Stirpescere & intermori.*

¶ Stirpitus, adverb. idem quod funditus, radicitus, von grund aus, gäntzlich, mit stamm und wurtzel. Gloss. Cyrilli: *Stirpitus*, ῥιζόθεν. Cic. Tusc. 4, 33 *Hinc errorem stirpitus & exacturam philosophia pollicetur.* Ammian. 21, 16 *Genere se contingentes stirpitus interemit.* Adde Sidon. 1, 21; & Vlp. Dig. 47 t. 7 l. 3 § 4. *A stirpe*, Sallust. Catil. c. 10; & Orat. ad Cæs. 2, 5.

¶ Exstirpo, *āvi, ātum, āre*, evellere cum radice, ausrotten, vertilgen; ut, *Exstirpare radicitus arbores*, Colum. 2, 2. ¶ 2. Et per metaphor. *Exstirpare & funditus tollere vitia*, Cic. de Fato c. 5. Et, *Exstirpare ex animo humanitatem*, Cic. de Amic. c. 13.

¶ Exstirpātio, *ōnis*, f. die ausrottung, vertilgung. Colum. 2, 2 *Filicis exstirpatio vel aratro fieri potest.*

¶ Inexstirpābilis, *e*, nicht auszurotten. Plin. 15, 20 *Radices altæ atque inexstirpabiles*, id est, quæ exstirpari nequeunt.

¶ Vnistirpis, *is*, de arboribus, quæ una stirpe nituntur, eines stammes, einſtämmig. Plin. 16, 30 *In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, & si qua unistirpia.*

STIRSŌZILA, *æ*, f. herba, centauria minor, tauſendgüldenkraut. Apulej. de Herb. c. 35.

STĪVA, *æ*, f. quaſi *Stativa*, a *stando* juxta Varron. L. L. 4, 31 manica aratri, die handhabe oder ſtürtze des pflugs, pflugſterz. Partes enim aratri sunt *vomer, culter, buris, stiva, temo &c.* vid. Colum. 1, 9. Ovid Met. 8, 213 *Aut pastor baculo, stivave innixus arator.*

arator. Virg. Georg. 1, 174 *Stivaque quæ currus a tergo torqueat imos.* Non satis a *buri* distingui *stivam*, supra ostensum est.

STLĀTA, æ, f. navigii lati genus, unde & nomen, ein breit Schiff. *Stlata* enim pro *lata*: ut *stlitem* pro *lite*: *stlocum* pro *loco* dicebant. vide Quint. 1, 4 p. 45: Festum, & Gellium 19 c. ult. Auson. epist. 22, 31 *Acatis, phaselis, lintribus, stlatis, rate Tarnim & Garummam permeat.*

¶ Stlātārius, *a, um*; ut, *Stlatarium bellum*, i. e. navale, Petron. c. 103 p. 497. v. Interpr. *Stlataria purpura*, id est, peregrina, quasi stlata, hoc est, nave apportata. Iuvenal. 7, 134 *Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo*: i. e. plus tribuitur fidei pretiosæ vestito. vid. Turneb. Adverss. 19 c. ult. ¶ 2. *Stlatarius*, proba vox est, & ἐγγρωνικον, *illusorem* notat, ut in Vet. Gloss. exponitur. vid. Voss. 4 Inst. Orat. p. 111.

Stlites pro *Lites*, quære *Lis*, Stlopus, *Sclopus.*

STO, *stĕti, stātum, stāre*, consistere, stehen. Cic. Acad. 4, 39 *Stant adversis vestigiis contra nostra vestigia Antipodes.* Sed patet latissime hujus verbi usus. De variis ejus significationibus, quarum præcipuas jam enarrabimus, confer Serv. ad illud Virg. Æn. 1, 650 *Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.* ¶ 1. *Stare* est servorum, cum stant ad excipienda herorum imperia, wenn sie aufwarten. Graechus apud Gell. 15, 12 *Nulla apud me fuit popina: neque pueri eximia facie stabant*, id est, ministrabant. Suet. Cæs. c. 49 *C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse objecit.* Prudent. Hymno ad exsequias v. 73 *Iam stantibus ille ministris.* ¶ 2. Meretricum etiam est, cum se exponunt venum & captant emtores, Iuvenal. 10, 238 *Tantum artificis valet halitus oris, Quod steterat multis in cassere fornicis ante.* Horat. meretricem designaturus 1 sat. 2, 30 *Olenti in fornice stantem.* Vet. Glossar. *Fornicaria, πόρνη ἀπὸ καμάρας, ἢ ἑστῶσα.* Habes exempla & apud Sen. rhet. Controv. 1, 2, & Petron. c. 14 & 16, ubi vide interpretes. Hinc *Prostibulum*, & *Prostibula*: de quibus supra in *Stabulum.* ¶ 3. Est & militare verbum Virg. Æn. 11, 282 *Stetimus tela aspera contra.* Liv. 37, 58 *In Asia totius Asiæ steterunt vires, ab ultimis Orientis partibus omnium gentium contractis auxiliis.* C. Nepos 15, 10, 3 *Postquam ad Cadmæam pugnare cum Lacedæmoniis cœpit, in primis stetit.* Hinc *Stare cum aliquo*, est facere cum aliquo, einem beystehen, mit einem halten; & *Stare adversus aliquem*, wider einen ſeyn: Nepos 18, 8, 2 *Neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint.* Id. 17, 5, 4 *Qui nobiscum adversus barbaros steterunt.* Id. 19, 4, 1 *Quod adversus populi commoda steterat.* Nimirum *stare* dicitur, qui paratus & promtus ad congrediendum cum hoste. Iterum Nepos 14, 6, 6 *Coacti sunt ab his stare, quos reliquerant.* Vellej. 2, 48, 4 *Curio primo pro Pompeji partibus, mox contra Pompejum & Cæsarem stetit.* Curt. 3, 11, 18 *In alicujus partibus stare.* Virg. Æn. 12, 938 *Stetit acer in armis Æneas.* Sic, *Stat a caussa bonorum*, Cic. de Clar. Orat. c. 79; & *Stat ab adversariis*, de Invent. 1, 43 extr. Sic, *Stare a mendacio contra verum*, Cic. de Invent. 1, 3, die Lügen wider die wahrheit vertechten. Phrasin *Stare pro aliquo* illustrat Drakenb. ad Sil. 17, 319; & huc refert etiam Phædr. 5, 5, 2 *Pro judicio dum stant erroris tui*, i. e. dum judicium falsum defendunt. ¶ 4. Ad constantiam significandam varie adhibetur hoc verbum, ut *Stare animis*, pro, non abjicere animum, Cic. Att. 5, 18. Et, *Stare conditionibus*, ad eund. 7, 15. *Conventis stare*, Id. Off. 3, 25, id est, servare, non recedere, auf dem vertrag beharren, denſelben halten. Id. Att. 2, 4 pr. *Si ih eo, quod ostenderat, non stat*, wenn er nicht dabey bleibt. Sic, *Decreto senatus stare*, est ei obtemperare & acquiescere, Cæs. B. G. 6, 12. Et, *In eo, quod judicatum est, stare*, Cic. de Fin. 2, 12. Et, *judicio alicujus stare*, Id. Att. 12, 21. *Stat sententia*, ich habe es bey mir fest beschlossen, Ter. Eun. 2, 1, 18. *Quod eis respondi, ea omnes stant sententia*, Plaut. Curcul. 2, 1, 33. *In eadem sententia stare*, eben drauf bleiben, Liv. 4, 44. *Quæ pars major erit, eo stabitur consilio*, Id. 7, 35. *Etsi priore fœdere staretur*, Id. 29, 19. Ponitur & absolute: Virg. Æn. 2, 750 *Stat, casus renovare omnes.* Et rursus Æn. 12, 678. *Stat, quicquid acerbi est, Morte pati.* v. Nic. Heins. ad Sil. 7, 398. Quin & Nepos 25, 21, 6 *Nam mihi stat, morbum alere desinere*, ich bin resolvirt. Sed Cic. Off. 2, 1 *Vtinam respublica stetisset, quo cæperat, statu*, wenn es in dem vorigen stande geblieben wäre. Id. Phil. 7, 8 *Frequentissimi in gradibus concordiæ steterunt.* ¶ 5. Est & orantium *Stare*, unde & *stationes* & *stationum dies.* v. Grot. in Matth. Evangel. p. 140. ¶ 6. *Stare* etiam dicuntur rei, cum in judicio comparent. v. Torrent. ad Horat. 1 sat. 9, 39. ¶ 7. *Stat fabula*, cum probatur & placet, sie besteht, Ter. prol. Hec. v. 15. *Exigi* contra *fabula* dicitur, cum improbata explodituv. conf. Id. Phorm. prol. v. 10. Horat. 2 epist. 1, 176 *Securus, cadat, an recto stet fabula talo.* Similiter Gratio Cyneget. v. 100 *Fama stare* dicitur, quæ viget. ¶ 8. Sic *Stare* etiam dicuntur, quibus florentes res sunt, quibus dignitas, fama, auctoritas, fides integra & inviolata. Cic. fam. 1, 4 pr. *Cum in senatu pulcherrime staremus.* Et 6, 6 *Qui rempublicam cadere posse, stante me, non putaverunt.* Liv. 4, 3 *Si populo Romano liberum suffragium datur, stare urbs hæc non poterit.* Id. 5, 44 *Hac arte in patria steti.* Id. 8, 7 *Disciplinam militarem, qua stetit ad hunc diem Romana res, colvisti.* Et Suet. Oth. c. 5 *Neque enim dissimulabat, nisi principem, se stare non posse.* Ita, *Stat societas*, i. e. manet, servatur. Contrarium est *Cadere, lacere*, de quibus suis locis. Sic *stare* & *cadere fides* dicitur. Plaut. Pseud. 1, 5, 62 *Cum apud te parum stet fides.* ¶ 9. *Stare* dicuntur etiam, quæ impediuntur, ne progredi & cursum suum tenere possint. Flor. 4, 12, 39 *Hac clade factum, ut imperium, quod in Iuvre oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret*, i. e. subsisteret. Plura Burm. ad Quint. decl. 3, 13 p. 70. Communissime autem in hac significatione jungi solet præpositio *per*: ut Liv. 6, 33 pr. *Nihil per alteros stare, quominus inceptum persequerentur.* Id. 45, 23 *Ne præstaremus, per vos stetit.* Ter. Andr. 4, 2, 16 *Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat, Quo minus &c.* es sey an mir nicht gelegen. ¶ 10. *Stare* etiam plenum esse, & sic horrere significat, stehen, starren. Titinnius Veliterna apud Nonium 4, 421 *Fundi stebant sentibus.* Virg. Æn. 12, 407 *Iam pulvere cælum Stare vident.* Super quibus locis Gellius 8, 5 quædam notaverat (qui Lucilio tribuit, quod Nonius Velitermæ). Sed caput totum cum fratribus cæteris periit. Ennius *Stare corpora telis* dixit, citante Varrone L. L. 6, 5. Stat. Theb. 3, 326 *Stant fulti pulvere crines.* Vbi Lutatius: STANT, *horrent, aut certe pleni sunt.* ¶ 11. *Stare* & mare dicitur, stille stehen. Virg. ecl. 2, 25 *Nuper me in litore vidi, Cum placidum ventis staret mare.* De quo loco ita Sen. Nat. Qu. 5 pr. *Tranquillum mare dicitur, cum leviter commovetur, nec in unam partem inclinatur. Itaque si legeri: Cum placidum ventis staret mare, scito illud non stare, sed succuti leviter & dici tranquillum, quia nec huc nec illo impetum capiat.* Similiter *Stantes paludes*, dixit Horat. 3 ode 27, 9. Sed & *stagnum* a stando dicitur, vide Festum. ¶ 12. *Multorum sanguine & vulneribus ea Pœnis victoria stetit*, i. e. constitit, es hat viel blut gekostet. Liv. 23, 30. Cujusmodi & illud Virgilii est Æn. 10, 494 *Haud illi stabunt Æneia parvo Hospitia.* Sic, *Pretio magno stare*, Horat. 1 sat. 2, 122, theuer aufkommen. Adde Drakenb. ad Sil. 17, 83. ¶ 13. *Stare*, impersonale, man stehet. Ter. Eun. 2, 2, 40 G. *Quid agitur?* P. *Statur.* G. *video.* Ovid. Fast. 4, 817 *Pacto stetur.* ¶ 14. Alterum in *steterunt* corripuit Virg. Æn. 2, 474; & 3, 48 *Obstupui steteruntque comæ, vox faucibus hæsit.* conf. Ovid. Heroid. 7, 166, ubi Heinsius alia exempla producit.

¶ Stans, *tis.* Virg. Æn. 3, 527 *Stans celsa in puppi.* Idem 2, 460 *Turrim in præcipiti stantem aggressi.* Et 2, 485 *Armati stantes in limine.* Colum. 5, 5 *Differentia cubantis & stantis rectæ vineæ.* Petronius c. 108 *Stante utraque acie.* Liv. 27, 18 *Stans pro castris hostium acies.* Id. 32, 24 *Stantia mœnia* ruinis muri opponit. Flor. 4, 12, 57 *Urbs stans potius quam incensa*, pro salva, non diruta. Adde nonnulla in *Sto.*

¶ Stātūrus, *a, um*, priori longa, der da stehen wird. Stat. Theb. 2, 566 *Hinc acies statura ducum.* Ibid. 3, 381 *Tunc res immensa placuit statura labore.*

¶ Stātus, *a, um*, priori brevi, gestellt, bestimmt, ordentlich; ut, *Stati siderum cursus*, id est, certi & firmi, quod Germani stet, id est, perpetuum dicunt, steter und gewisser lauf der gestirne, Plin. 18, 29. *Stati redditus*, Plin. 5 epist. 13, ein gewisses einkommen, das kein jahr fehlet. *Statodie*, Plin. 9 epist. 39, auf gesetzten tag. *Statum sacrificium*, Liv. 23, 35, h. e. solenne. *Status sacrificii dies*, Flor. 1, 13, 16. *Statæ tempestates*, Plin. 2, 39. v. ibi Dalechamp. Sic, *Stata lux*, Stat. Theb. 5, 476. *Stata quinquennia*, Id. 5 Silv. 3, 124. *Stata sacra*, Ovid. Fast. 1, 660. *Stata tempora*, Lucan. 10, 240. Et absolute *Stata* sacrificia sunt certis diebus fieri solita; unde Cato apud Festum: *Sacra, statu, solemnia, capite sancta deseruisti.*

¶ Stāta, æ, f. subst. Dea sic dicta. Festus: *Statæ matris simulacrum in foro colebatur, postquam id collustravit &c.*

¶ Stātim, adverb. sine mora, illico, confestim, alsbald, stracks, auf der stelle. Cic. Att. 12, 12 extr. *Literas scripsi statim, ut tuas legerem.* Ibid. 13, 18 *Vt heri me salutavit, statim Romam profectus est.* Plin. sic extulit 27, 13 *Statim a radice*, so bald von der wurtzel auf. ¶ 2. Proprie significat fixe, constanter, ἑστηκότως, & primam producit. Charisio 2 p. 195 est pro statute & ordinate; ubi Accius: *Vectigalia legerant vestra & servantur statim.* Plaut. Amph. 1, 1, 84 & 120 *Statim rem gerit; Statim stant signa*, i. e. perseveranter stant, non recedunt. Gebhard. tamen ad Liv. 27, 34 *Statim rem gerere* exponit stando purgare. Enn. Ajace: *Qui rem eam Achivis gesserunt statim.* Nonius 4, 423 STATIM productâ prima syllaba a *stando, perseveranter* & *æqualiter* significat: sed a *statuo*, prima brevi, *mox* significat. Sunt tamen, qui hunc diversum significatum non attenderint, & primam in *statim* pro *mox*, sive *confestim*, posito, produxerint. Alcimus Avitus 2, 180 *Quædam nos statim luituros morte reatum.* Et Festus Avienus in Phænom. Arat. v. 398 *Tum succisa Ceres statim cum mergite culmi.* Sed potior habenda veterum poëtarum auctoritas. ¶ 3. *Statim ut* & *Quam statim*, idem est ac *simul ac*, so bald als, Cic. fam. 1, 9 *Statim ut ille prætor est factus.* Suet. Ner. c. 20 *Statim ut imperium adeptus est.* Cic. Phil. 2, 18 *Sumpsisti togam, quam statim sedam reddidisti.*

¶ Stātus, *us, ui*, m. subst. proprie actus standi, der stand, das stehen. Gell. 2, 1 *Stare solitus Socrates dicitur, pertinaci statu, pervigilique atque pernox &c.* Conf. Plaut. Pœn. 1, 2, 56. Contrarium est *motus.* Cic. Fin. 5, 12 *Est actio quædam corporis, quæ motus & status naturæ congruentes tenet &c.* conf. c. 17, ubi addit: *Turpitudinem fugiamus in statu & motu corporis &c.* ¶ 2. Ipsa positio & situs corporis, die gestalt, stellung. Sic, Cic. in Orat. c. 18 *Status erectus.* Quint. 1, 11 *Status indecorus.* Plaut. Amph. 1, 1, 110 *Formam cepi hujus in me & statum.* Nepos 12, 1, 3 *Illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluit: &c. Ex quo factum est, ut postea athletæ cæteræque artifices his statibus in statuis ponendis uterentur.* Quod *statum* hic Nepos, id Diod. Siculus, dum eamdem rem narrat, σχῆμα dixit. Ter. Eun. 3, 5, 49 *Tum equidem illuc os tuum impudens videre nimium vellem, Quis esset status, flabellum tenere te asinum, tantum*, wie es dir anstehen. Vbi Donatus: STATVRA *corpori adscribitur*: STATVS *ad habitum refertur. Virgo* STATVS *est σχῆμα*: STATVRA *longitudo corporis.* Sic habitus ille, quo gladiatores & pugiles, atque sic milites quoque ad præliandum, luctandumque componunt se, Latinis *status*, & Græcis juxta σχέσις vocatur. Plaut. Mil. 4, 9, 12 *In statu stat senex, ut adoriatur mœchum.* Petron. c. 95 *Alius furca de carnario rapta, statum præliantis componit.* Alio loco *Gradum ad præliandum componere*, Idem dixit. Nam *gradus* & *status* in ista re synonyma sunt. Nos vocamus das lager, die positur. vid. & Lipsi. Sat. 2, 20; & supra in *Gradus.* Hinc eleganti metaphora Cic. in Orat. c. 37 *Quo genere sæpe adversarios de statu omni dejecimus.* Et Brut. ad Cic. fam. 11, 11 *Quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt.* ¶ 3. *Status rei* dicitur, ipsa rei natura seu forma, in qua stet veluti, & suam perfectionem consequitur, die beschaffenheit, der stand; quæ & *constitutio* appellatur, & Græcis perinde στάσις & σύστασις dicitur, de quo Buchnerus ad illud Prudentii de Nomini Natali v. 25 *Sed ordinatis sæculis Rerumque digesto statu.* Ita Flor. 1, 1, 15 *Hunc rex statum reipublicæ imposuit.* Id. 1, 9, 3 *Mutatus status.* Id. 3, 5, 12 *Hunc Asiæ statum Sylla dederat.* Id. 2, 7 *Græciæ veterem statum reddidit.* Cic. Act. in Verr. 1, 4 *Restituere provinciam in antiquum statum.* ¶ 4. *Status* apud rhetores

est, in quo caussa maxime vertitur, das hauptwerck, darauf der gantze handel beruhet. Vide præcepta rhetorices. ¶ 5. *Status*, fortunæ conditio, locus, dignitas, die gelegenheit, der zustand. Ter. Adelph. 3, 2, 46 *Pejore statu res esse non possunt*, es kontе nicht schlimmer stan. Cic. Ar. Resp. c. 28 *Deteriore statu at simus, unus est, interitus, aut servitutis.* Liv. 32, 11 *Quum in statu hoc res esset.* Sic, *Convellere aliquem de pristino statu*, Cic. Att. 8, 15. Et, *Convellere statum reipublicæ*, id est, labefactare, Id. in Pis. c. 2. *Deducere aliquem de statu vitæ suæ*, id. Verr. 2, 4, einen von seiner gewohnten lebens-art abführen. *Dionis filius vitæ statum commutatum ferre non potuit*, Nepos 12, 4, 5. *Statum suum tueri*, Cic. fam. 9, 16. Ibid. 6, 2 *Etsi cum magna molestia tuos tuaque desideras: tamen illa quidem, quæ requiris, stabilem suum tenent*, (id est, firma ac integra sunt), *nec melius si tu adesses, tenerent &c.* Tac. An. 3, 28, 6 *Multumque excisi status, & terror omnibus intentabatur*: i. e. vita multis, ademta & dignitas, exceptæ fortunæ & opes &c. Antea dixerat: *Omni que domus delatorum interpretationibus subvertebatur*, quod idem est. Plin. Paneg. c. 34. *Nulla testamenta jam secura*, (per delatores), *nullus status certus: non orbitas, non liberi prodesse.* Ita *Status* omnes homines vel *liberi* sunt vel servi: & *quæstio status* movetur illi, cujus libertas in controversiam vocatur. vid. ICt. ad tit. ff. de Statu hom. Sed *Statu liberi* sunt sub certa modo conditione liberi. vid. deinde *Statuliber* una voce, ut scribitur apud Festum.

¶ Stătānus, *i*, m. Deus præses puerilitatis, ubi primum stare & incedere, infantes inciperent. vid. Varro apud Nonium 12, 56.

¶ Stătārius, *a, um*, idoneus ad standum, standhaltend, stehend an einem ort; ut, *Statarii milites*, qui, quando pugnant, ordinem suum servant, Liv. 9, 19, de quibus, & ipsa *stataria pugna*, Valesius consulatur ad Ammian. 14, 6 fol. 9 Ad eundem locum, ubi *Stataria congressio* est, Lindenbrogius p. 9. *Stataria pugna est, quum pedes collato vir virum legit, nec quisquam loco recedit.* Sed, *Stataria comœdia*, contraria *motoriæ*, seu ubi servus currens, iratus senex, edax parasitus, avarus leno aguntur; Ter. prol. Heaut. v. 36, da die personen sich nicht bewegen. *Statariam prandium*, quod stando capitur, apud Mamertin. Paneg. Iuliani c. 11. *Statarius labor*, Sidon. 5 epist. 17. Et absolute *statarii*, die stehend arbeiten, Ammian. 28, 4.

¶ Stătĭtīnus, *i*, m. idem Deus qui *Statanus* apud Nonium 12, 56, & Augustin. de Civ. Dei 4, 21.

¶ Stătīna, *æ*, f. Dea, quæ infanti præerat. Tertull. de Anima c. 39 *Prima constitutio infantis super terram Statinæ Deæ sacrum fit.*

¶ Stătio, *ōnis*, f. ipse standi actus, der stand. Lucretius 4, 393 *Qua vehimur navi, fertur cum stare putatur, Quæ manet in statione, ei præter creditur ire; Quæ manet in statione*, i. e. quæ stat. Similiter post v. 399 *Solque pari ratione manere & luna videtur In statione, ea quæ ferri res indicat ipsa.* ¶ 2. Locus, ubi stant homines, jumenta, naves, die stelle, der aufenthalt. Vet. Glossarium: *Statio*, σταθμὸς, συνεδρία καὶ παρεδρία, ὅρμος. Ovid. Tr. 3, 1, 79 *Statio quoniam mihi publica clausa est, privato licuit delituisse loco.* vid. Burm. ad a. l. & ad Calpurn. ecl. 4, 3. Gell. 13, 13 *Quæsitum esse memini in plerisque Romæ stationibus jus publice docentium aut responsitantium &c.* Juvenalis 11, 3 *Omnis Corvinus, thermæ, stationes, omne theatrum.* Plin. 1 epist. 13 *Ad audiendum pigre coitur: plenique in stationibus sedent, temporaque audiendi fabulis conterunt &c.* In quibus exemplis *stationes* dicuntur loca ad audiendum destinata: hoc est, ubi jus docebatur aut recitationes instituebantur. Itaque συνεδρίαι, παρεδρίαι dicuntur Critico antiquo. v. Dalechamp. ad Plin. 16, 44. Rævard. Var. Lect. 4, 7. ¶ 3. *Statio jumentorum*, Paulo IC. stabulum est sive σταθμὸς, L. 13 in fine Dig. de usufructu &c. ¶ 4. *Statio* etiam ὅρμος est, sive navale, hoc est, ubi stant naves, der anfurt, hafen. Virg. Æn. 2, 23 *Statio malefida carinis.* Vbi Servius: STATIO, *ubi ad tempus stant naves:* PORTVS, *ubi hiemant.* Cæs. B. C. 3, 6 *Sicca & inter alia loca periculosa quietem nullas stationem & portus omnes timens.* Et c. 8 *A Salonis ad Oricī portum stationes litoraque omnia classibus occupavit.* In quibus vide: *stationes* a *portubus* differri. Nam *portus* tutior quam *statio*. v. Manut. ad Cic. fam. 12, 15. *Nonnullis statio pro porta est*, Vellej. 2, 72, 5. ¶ 5. Et sicut stabulum pro diversorio, sive ubi quis manet, dum domo abest; sic & *statio* pro eodem ponitur, die herberge, niederlage. Suet. Ner. c. 38 *Objectum est, quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasset.* v. ibi Torrent. Virg. Æn. 5, 128 *Campus & apricis statio gratissima nergis.* Hinc & pro castris ponitur, das lager, feldlager, die postirung, das haupt-quartier. Mela 1, 18 *Hic Achivorum fuit bellantium statio.* Tac. Hist. 3, 9, 1 *Repentino incursu Antonius stationes hostium irrumpit.* ¶ 6. *Statio* etiam dicitur custodia militaris, sive excubiæ, die schildwache. Vitruv. 2, 8 *Ædificium erecta Græca statione texerunt.* Sic, *Stationem peragere*, Lucan. 1, 45, wache halten. Liv. 5, 46 *Per medias hostium stationes egressus*: quod Florus sic expressit 1, 13 *Per medias hostium custodias Fabiam pontificem ab arce demisit. Statione periculosa fungi*, Sen. de Tranqu. an. c. 11 *Stationem deserere*, von seinem posten laufen, Suet. Aug. c. 24. Modest. ICtus *Stationis munus relinquere* dixit l. 3 Dig. de re militari § 5: *Qui stationis munus relinquit, plus quam emansor est. Itaque pro modo delicti castigatur, aut gradu militiæ dejicitur.* Sub Augusto ad capitale fuit. Ovid. Fast. 2, 66 *Proque tua maneant in statione domo*, sie sollen vor dein haus wache stehen. Hinc metaphorice Ovid. Met. 9, 34 *Tenuique a pectore varas In statione manus.* Et art. am. 3, 434 *Sed vitate viros cultum formamque professos, Quique suas ponunt in statione comas.* ¶ 7. Christiani veteres hoc quoque vocabulum quadam ratione fecerunt suum. Nam cum convenirent in locis sacris, & orationes sive precationes Deo stantes offerrent, *stationes* vocare eos conventus soliti fuerunt, vocabulo a militia traducto. Tertull. de Orat. extr. *De stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum, quod* STATIO *solvenda sit accepto corpore Domini. Ergo devotam Deo obsequiam eucharistia resolvit, an magis Deo obligat? Nonne solennior erit statio tua, si ad aram Dei steteris? accepto corpore Domini & reservato utrumque salvum est, & participatio sacrificii & exactio officii. Si* STATIO *de militari exemplo nomen accepit, tunc & militia Dei jamus), utique nulla lætitia sive tristitia obveniens castris stationes militum rescindit.* STATIONVM DIES dixit, quibus stantes adorabant: quod die dominico, item, jejuniorum diebus, puta Mercurii & Veneris, quos *stationes* Ambrosius vocat serm. 25. Aliis enim diebus *de geniculis*, ut Tertull. de Corona mil. c. 3 loquitur, h. e. procumbentes in genua adorabant. Sæpius harum stationum Tertullianus aliique mentionem faciunt. Meminit & August. epist. 119, & alii. Notat de iis & Grotius in Matth. Evang. p. 140, & Godofr. in Tertull. ad Nationes 1, 7 & 13, & Matth. Zimmerm. ad dict. Tertull. sect. 2 § 205. ¶ 8. A militaribus etiam stationibus fit translatio, cum *Statio* pro demandatis cuique partibus & munere dicitur, das amt, der beruf; ut, *Manere in statione sua*, Lucret. 4, 389, i. e. intra muneris atque officii sui terminos se continere. Cui contrarium, *De statione sua decedere*, i. e. excedere fines officii, seu plane deponere partes suas. Ita Plinius Paneg. c. 7, principatum, *stationem*; & c. 86 *Stationem laboris jam & exercitam* vocat. Cic. de Senect. c. 20 *Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vitæ decedere*, i. e. de functione vitæ, vel vita. Vellej. 2 extr. *Tiqué* (Tiberio) *funsto longissima statione mortali, destinare successores quam scrissimos &c.* ¶ 9. *Statio* etiam est quævis curatio; ut, *Statio hæreditatum*, apud Grut. Inscript. antiq. 2 p. 451.

¶ Statiōnalis, *e*, firmiter stans. De planetis adhibetur, idemque est quod *stationarius*, de quo statim, n. 2. Plin. 2, 5 *Stationalis senis mensibus commoratur insignis.*

¶ Stationārius, *a, um*, der einen posten hat; ut, *Stationarii milites*, quibus custodiæ aut præsidii caussa statio assignata est, l. 1 § 2 Dig. de Fugitivis: & l. 4 ejusdem tituli: & l. 1 § 12 Dig. de offic. præf. Vrbi. Et Gloss. gr. lat. ἐπιχάθιος, *Stationarius.* ¶ 2. Planetæ *Stationarii* dicuntur, cum tardissime moventur, vel potius, cum plane videntur insistere, nec directi sunt, nec retrogradi &c. vide Astronom.

Statius, *i*, m. vide supra seorsum.

¶ Stătīvus, *a, um*, stehend, stillliegend; ut, *Præsidium stativum*, Cic. Phil. 12, 10. *Castra stativa*, ein feldlager, campement. Cæs. B. Civ. 3, 30 coll. 3, 37; & Hirt. B. Afric. c. 26. Sic, Vitruv. 1, 4 *Quibus locis æstate aut castra stativa constituebantur.* Et absolute *Stativa*, ubi interquiescit exercitus ambulans nec iter pergit, das quartier, da ein marschirend volck raset und still liegt. Ambros. in Psalmos: *Ideoque & stativa ordinat: biduo ambulat exercitus: quarto requiescit die.* Tac. Hist. 1, 66, 4 *Lento agmine per fines Allobrogum & Vocontiorum ductus exercitus: ipsa itinerum spatia & stativorum mutationes vendilante duce.* Et Liv. 3, 2 *In Latino agro stativa habuit*; & 22 *Haud procul oppido stativisque hostium consedit.* ¶ 2. *Stativa festa* Macrobio Sat. 1, 16 sunt in certum diem constitutæ, solennes. ¶ 3. *Stativæ aquæ* sunt stagna, seen. Varro apud Nonium 3, 155 *De mixti secundo, de stativis aquis, ut sunt lacus, & stagna, & paludes, & maria.* Nec frustra censet I. Scaliger ad Varronem, sic quoque Plinium Iunium Iuniorem 2, 83 *In eodem & oppidum hausum profundo, atque motu terræ stativas emersisse.* ¶ 4. *Stativa* quoque pro stationibus s. naustathmis ponuntur. Cic. de Leg. Agrar. 2, 16 *Agros, urbes, stativa, portus vendituri.*

¶ Stător, *ōris*, m. a *stando* servus, unde & *Statii* servile nomen, de quo supra, ein aufwärter. Proprie ædium aut carceris custos, ein hausknecht, stockknecht. Poëta vetus in Phallicis c. 52 *Jam primum statur hic libidinosus:* Est Phaleucus. v. ibi Scalig. Cic. fam. 2, 17 *Literas a te mihi stator tuus reddidit.* Et epist. sequente: *Ut ad te statores & lictores meos cum literis mitterem*; ubi *statores* apparitores prændum atque proconsulum appellantur. v. Torrent. ad Horat. 1 Sat. 9, 39; & Pompon. ICt. D. 11 t. 2 l. 2 § 29. ¶ 2. Est & cognomentum Iovis, qui *Stator* dictus est, sive quod Romanorum imperium statuerit, ut Cicero innuit Catil. 1, 5 & 13; sive quod steterit Romanorum fugam, ut Plutarchus in Romulo & historicorum alii, v. g. Liv. 1, 12; & Flor. 1, 1, 11, volunt. Nam cum in ipsa urbe Sabini Romanique decertarent armis inter se, fusoque duce Hostilio, inclinata Romanorum acies late cœpisset fugere, tum Romulus precatus Iovem proditur, *arceret hostes, fugamque terrorem & fugam sisteret*; Pro beneficio isto templum ei sub *Iovis Statoris* titulo excitaturum eo loco, dedicaturumque se esse. v. Liv. l. c. Sive quod ejus beneficio omnia stant, ut Seneca sentit de Benef. 4, 7. Verba ejus sunt: *Iovem illum optimum ac maximum vite dices, &* TONANTEM *&* STATOREM: *qui non (ut historici tradiderunt) ex eo, quod post votum susceptum acies Romanorum fugientium stetit, sed quod stant beneficio ejus omnia, stator, stabilitorque est.* v. de eo Augustin. de Civ. Dei 3, 13. Pro prima opinione, quæ Ciceronis est, illud Mamertini Paneg. Maximiani c. 2 facit: *Quare si nunc Rome omnes magistratus, & pontifices, & sacerdotes, juxta parentes urbis, & Statores DEOS Herculis templa venerantur &c.* Ovidius primam produxisse videtur Fast. 6, 793, sed dudum docti viri ex MSS. observarunt, legendum esse *Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim Ante Palatini conderet ora jugi.* Prudentius etiam corripuit in Romano v. 415 *Iovi Statori debet & Dis cæteris.*

Stratus &c. Stratumen &c. stratus, stratura, stratutus, vide *Stratus.*

Stabilis &c. Stabulum &c. vide supra suis locis

¶ Statuliber, *i*, m. apud Festum est, *qui testamento certa conditione proposita jam esse liber, & si per heredem est, quominus statuliber præstare possit, quod præstare debet, nihilominus liber esse videtur.* Adde Paul. IC. Dig. 2 tit. 9 l. 6; Et Vlp. D. 30 t. 1 l. 44 § 8; & D. 48 t. 19 l. 9 § 16. ¶ 2. *Statuliberæ, æ*, f. Vlp. Dig. 40 tit. 7 l. 6 *Si statuliberæ serva partus facta sit.* Et l. 16 *Statuliberæ quidquid peperit, hoc servum hæredis est.* Sed præstat forte divinum scribere *statu liber* &c.

Composita cum præpos.

¶ Absto, *stiti, āre*, weit davon stehen. (conf. *Absisto* in *Sisto*) Horat. de Art. poet. v. 361 *Ut pictura poësis erit, quæ, si propius stes, Te capiet magis, & quædam, si longius abstes.*

¶ Ab-

¶ Abſtantia, *æ*, f. die entfernung, der raum. Vitruv. 4, 9 *Solcum longius abſit abſtantia quadam.*

¶ Adſto, vel Aſto, *ſtiti, ātre*, dabey ſtehen. Ter. Heaut. 5, 2, 7 *Hic patrem adſtare ajebas.* Virg. Æn. 1, 152 *Arrectisque auribus adſtant.* Id. Æn. 3, 150 *Ante oculos aſtare.* Ibid. 4, 702 *Iris ſupra caput aſtitit.* Ovid. Heroid. 14, 89 *Aſtitit in ripa vacca.* Lucret. 3, 923 *Mors ad caput aſtitit.* Martial. 8 epigr. 50 *Aſtare meæ domini.* Cic. pro Arch. c. 10 *Cum ad Achillis tumulum adſtitiſſet.* Et, *Adſtare in conſpectu*, Id Catil. 4, 2. Priſcianus p. 1161 dici tradit: *Adſtitit illum locum, & illo, & illi, & circa illum.* ¶ 2. *Adſtaſſent*, pro *ſteterint*, apud Feſtum. v. Dacer.

¶ Adſtans, *tis.* Plaut. Pœn. 1, 2, 49 *Aſtans obſtipuit.* conf. Ter. Phorm. 4, 3, 2. Et, *Adſtante atque audiente tota Italia*, Cic. poſt redit. in Senatu c. 10. *Squamis adſtantibus*, i. e. erectis, Virg. Georg. 3, 545.

¶ Adſtantia, *æ*, f. das beyſeyn, die gegenwart. Gloſſ. Lat. Gr. *Adſtantia, παρεσία.*

¶ Adſtător, *ōris*, m. ein beyſteher. In Inſcript. apud Fabrett. pag. 164 & 183 DEO SANCTO NVMINI DEO MAGNO LIBERO PATRI ET ADSTATORI. conf. Spon. Miſcell. Erud. Ant. p. 27.

¶ Circumadſto, *ĭti, āre*, herum ſtehen. Tac. An. 4, 62, 4 *Spectaculo intenti, aut qui circumadſtabant.*

¶ Superadſto, *ſtāti, āre*, oben drauf ſtehen. Manil. 1, 909 *Lacerosque prius ſuperadſtitit artus.*

¶ Superadſtans, *tis.* Liv. 10, 5 *Male denſatus agger pondere ſuperadſtantium in foſſam procubuit.* Manilius 1, 637 *Verticibus ſuperadſtantem, mediumque ſecantem Cælum.*

¶ Anteſto, vel Antiſto, *āre*, ut veteres ſcribebant, antecellere eſt, præſtare, vorgehen, übertreffen. Cic. de Invent. 2, 1 *Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus & dignitatibus anteſteterunt.* Cato R. R. c. 156 *Braſſica omnibus eleribus antiſtat.* Lucret. 5, 22 *Herculis antiſtare autem ſi facta putabis.* Q. Claudius apud Gellium 9, 12 *Simulque virtute ceteris antiſtabat.* Nepos 3, 1, 2 *In his cognitum eſt, quanto antiſtaret eloquentia innocentiæ.* Adde Barth. Adverſ. 34, 6.

¶ Antiſtans, *tis.* Catullus 9, 1 *Veranni, omnibus e meis amicis Antiſtans mihi millibus trecentis*, al. legunt *antiſtes.*

¶ Antiſtes, *ĭtis*, c. ab *antiſtare*, primarius ſacerdos, ceremoniis & ſacris præfectus, præſul, ein prælat, biſchof, vorſteher. Cic. pro Domo c. 39 *Vos, qui eſtis antiſtites ceremoniarum & ſacrorum, autorem & magiſtrum habetis publicæ religionis.* Id Verr. 2, 45 *Cereris ſacerdotes, atque illius fani antiſtites.* Sic, *Antiſtites Iovis*, Nepos 6, 3, 3, qui mox *ſacerdotes fani* appellantur. Liv. 23, 11 *Antiſtes templi.* Et Quintil. 11, 1 Servium Sulpicium *antiſtitem juris* dixit, hoc eſt, excellentem in juris cognitione: ut alium Lactantius 3, 2 *Antiſtitem philoſophiæ*; & Colum. 11, 1 *Artium antiſtites*, i. e. magiſtros, lehrmeiſter. conf. & 3, 21, ubi *antiſtites*, vorgeſetzte werckmeiſter. ¶ 2. Invenitur utroque poſitum genere: Val. Max. 1, 1, 1 *Ne Deæ vetuſti ritus perita deeſſet antiſtes*; quamquam &

¶ Antiſtĭta, *æ*, f. ſacerdos fœmina teſte Gellio 13, 20. Cic. in Verr. 4, 45 *Illius fani antiſtitæ*, quod præfert Gruterus al. *antiſtites.* Virg. in Ciri 166 *Iſtaque barbarico Cybeles antiſtita buxo.* Ovid. Metam. 13, 410 *Tractata comis antiſtita Phœbi.*

¶ Antiſtĭtium, *i*, n. antiſtitis dignitas, der vorzug, die vortrefflichkeit der prieſter. Mart. Capella lib. 2 *Venerabili antiſtitio præminere.*

¶ Antiſtĭtus, *us*, m. ſubſt. idem. Tertull. adv. Valent. c. 13 *Angelorum comparatitius antiſtatus.*

¶ Circumſto, *ſtĕti, āre*, herum ſtehen; ut, *Civet circumſtant ſenatum*, Cic. Cat. 1, 8. *Circumſtare tribunal prætoris*, ibid. c. 13. *Vindique nos circumſtant fata*, Id. Phil. 10, 10. ¶ 2. Hoc ſit etiam officii cauſſa, eſſeque quod nos dicimus, einem aufwarten; ſive *circa eſſe*, de quo ſupra dictum eſt. Suet. Cæſ. c. 82 *Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt.*

¶ Circumſtans, *tis.* Ovid. Met. 3, 441 *Ad circumſtantes tendens ſua brachia ſilvas.* Curt. 5, 12, 9 *Circumſtantes regem; &, lectum*, Idem 10, 5, 2.

¶ Circumſtantia, *æ*, f. circumſtantium multitudo. Tertull. de Orat. c. 3 *Cui angelorum circumſtantiæ non ceſſat dicere* SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS &c. id eſt, angeli officii ſive miniſterii cauſſa circumſtantes non ceſſant &c. *Stare* enim ſervorum eſt. Sic & Gell. 3, 7 *Loci importunitas & hoſtium circumſtantia.* ¶ 2. Qualitas rei, der umſtand, die beſchaffenheit. Quintil. 5, 10 *Hoc genus argumentorum* (quod ex antecedentibus, junctis, & conſequentibus trahitur), *ſane dicamus ex circumſtantia:* quia περίστασιν dicere aliter non poſſumus; *vel ex iis, quæ cujusque cauſſæ propria ſunt.* conf. Sen. Qu. Nat. 3, 8. Vulgo hoc verſu enumerantur circumſtantiæ: *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?*

¶ Circumſtātio, *ōnis*, f. idem. Gellius 7, 4 *Circumſtatio militum corona appellata.*

¶ Conſto, *ſtĭti, āre*, beyſammen ſtehen. Plaut. Curc. 2, 3, 11 *Conſtant, conferunt ſermones inter ſe.* ¶ 2. Sed, *Non conſtat ei color neque vultus*, Liv. 39, 34, hoc eſt, ſubinde mutatur, er ändert die farbe. Sen. ep. 22 *Non animas nobis, non color conſtat.* Sic, *Sibi conſtare*, hoc eſt, ſui ſimilem eſſe. Plin. 35, 8 *Non conſtat ſibi in hac parte Græcorum diligentia*, ſie ſind mit ſich ſelbſt nicht eins. Et Cic. de Vniverſ. c. 3 *Oratio ſibi conſtet, & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat.* Et, *Mente vix conſtat*, er iſt kaum bey vernunft, Idem Tuſc. 4, 17. Sed, *Mea in te omnia ſummæ neceſſitudinis officia conſtabunt*, id eſt, accurate exſtabunt, & declarabuntur, Cic. fam. 3, 4. Manut. ad h. l. reddit: patebunt, non obſcura erunt. Poſſis etiam interpretari: ſibi reſpondebunt, conſtantia erunt. ¶ 3. Sed, *Minoris conſtat*, es iſt wohlfeiler. Cic. Att. 13, 29 *Prope dimidio minoris conſtabit*, kaum halb ſo theuer. Et, *Conſtat gratis*, es koſtet mich nichts. Id. in Verr. 3, 19 *Tanto nobis deliciæ conſtant*, ſo hoch kommen ſie uns zu ſtehen, Plin. 12, 18. ¶ 4. *Conſtare*, pro eſſe, exiſtere, beſtehen. Lucreti is non ſemel poſuit; ut, 1, 595 *Semina quæ rerum, primordia quæque eſſe docemus, Unde omnis rerum conſtet nunc ſumma creata.* Et mox rurſus: *Quo pacto cunque tenet ſe Corpus, ea vacuum neqaquam conſtat inane.* Cic. Acad. Qu. 4, 36 *E principiis rerum omnia conſtant.* Plaut. Amph. 1, 1, 77 *Tota fragrant, boni Cælum fremitu virum: ex ſpiritu atque anhelitu Nauta conſtat.* Cic. pro Roſc. Com. c. 7 *Ex fraude, fallaciis, mendaciis, conſtare tecta videtur.* ¶ 5. *Ratio conſtare* dicitur, cum accepta atque expenſa approbantur & recte congruunt, die rechnung iſt richtig. Nam cum res ſecum habet, tum quaſi labat & corruit. Hinc alludit eleganter Salluſtius apud Tacitum, cum An. 1, 6 extr. ait: *Eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni reddatur.* vid. & Lachner. ad Plin. 10 epiſt. 20 n. 645. Ita Juſtin. præfat. n. 5 *Ut otii mei apud te ratio conſtaret.* ¶ 6. *Conſtat inter omnes*, Nepos 7, 1, 1; & Cic. Verr. 2, 16, hoc eſt, manifeſtum eſt, es iſt jedermann bewuſt. *De hac re conſtat*, Plin. 11, 5. Et, *Perſpicuum eſt conſtatque inter omnes*, Cic. Nat. D. 3, 4. ¶ 7. *Conſtāmus*, a ſupino *conſtatum* habet Plinius 18, 5 *Conſtaturus minimo impendio fructus.* Lucan. 2, 17 *Cladibus urbi conſtatura fides ſi perimus*, der ſtadt wird ihr in die hände kommen. Martial. 10 epigr. 41 *Conſtatura fuit Megalenſis purpura centum millibus.*

¶ Conſtans, *tis*, ſtandhaftig, beſtändig; ut, *Fortis & conſtantis animi eſt, non perturbari in rebus aſperis*, Cic. Off. 1, 23. *Stabiles & conſtantes amici eligendi*, Id. de Amic. c. 17. Sic, *Fama* vel *rumor conſtans*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, 8. Et Tac. Hiſt. 4, 5 extr. *Opum contemtor, recti pervicax, conſtans adverſus metus*: i. e firmus. Ita enim paullo ante *firmum adverſus fortuita* dixerat. Cato lib. 1 diſich. 7 *Cerſians & lenis, ut res expoſcitat, eſto.* CONSTANS, id eſt, tenax propoſiti; non dimovendus ab iis, quæ recte ſi. tueris apud animum. Hinc igitur Gnomologus *hunc*, id eſt, faciem & qui flecti ſe patiatur ac cedat, oppenit. Plin. 6 epiſt. 27 *Ego conſul, omni hac etſi non adulatione, ſpecie tamen adulationis abſtinui, non tamquam liber & conſtans, ſed tamquam intelligens principis noſtri:* LIBER eſt, qui nihil coacte aut metu facit: CONSTANS, qui tenet propoſitum animi, nec a probata ratione ſemel ſe dimoveri facile patitur. Compar. Martial. 3 epigr. 54 *Thraſea conſtantior ipſo.* Et ſuperl. Cic. Divinat. 2, 6 *Conſtantiſſimus motus lunæ* Aur. Victor Epit. c. 3 de Auguſto: *Ad amicitias retinendas conſtantiſſimus.* ¶ 2. *Conſtans magno*, was hoch zu ſtehen kommt und viel koſtet. Ovid. Heroid. 7, 47 *Pretioſa odia & conſtantia magno.*

¶ Conſtanter, adverb. beſtändig; ut, *Se gerere conſtanter & libere*, Cic. Att. 4, 16, mit beſtändigkeit. *Conſtanter & perpetuo placebit hoc conſilium*, Cic. ad Brut. ep. 16. Et, *Cælum conſtantiſſime conficit viciſſitudines anniverſarias*, Id. de Nat. D. 2, 38. Suet. Aug. c. 10 *Et quo conſtantius cætera exſequeretur*, id eſt, fortius, majore fiducia. Id. Ner. c. 7 *Circenſibus ludis Trojam conſtantiſſime ludit*, id eſt, confidenter, intrepide. Tertull. de Patientia c. 2 *Parum hoc, ſi non etiam proditorem ſecum habuit, nec conſtanter denotavit*, i. e. non ſatis confidenter. Significat enim, Salvatorem noſtrum proditorem ludam deſcripſiſſe verecunde magis, quam diſerte ac confidenter nominaſſe.

¶ Conſtantia, *æ*, f. illa animi habitus firmitasque, quam neque metus, nec ſpes dejicere ſtatu, eoque adducere poteſt, quo minus quid dicere & facere audeat, quod pulchrum eximiumque putaverit, die beſtändigkeit, ſtandhaftigkeit. Ita Suet. Cæſ. c. 62 & 63 *Conſtantium* vocat, quod Cæſar ſolus reſtituit aciem, fugientibus obſtitit, retinuit ſingulos & vel contortis faucibus in hoſtem convertit &c. tum quod L. Caſſium hoſtem cum X roſtratis obvium, neque refugit, & cominus tendens ultro ad deditionem hortatus eſt. Tac. Hiſt. 3, 73, 1 *Vitellianos miles neque aſtu, neque conſtantia inter dubia indigebat.* Id. Agric. 41, 3 *Poſcebatur ore vulgi dux Agricola: comparantibus cunctis vigorem, conſtantiam & expertum belli animum cum inertia & formidine eorum.* Vbi *inertiam* & *expertum belli animum*; *formidinem* item, & *vigorem* atque *conſtantiam* inter ſe opponit. Cic. Phil. 12, 14 *Cujus eſt in rempublicam merito ſemper laudata conſtantia. Admonendi conſtantiæ*, i. e. fiduciæ, Tertull. de Patientia c. 1. Exceſſus Conſtantiæ *rigor, daritiesque*: Sen. de Ira 1, 16 de Cn. Piſone exponens: *Pravus & cui placebat pro conſtantia rigor.* Plin. 6 epiſt. ult. *Præterea tanto conſenſu rogabaris, ut negare, non conſtans, ſed durum videretur.* Etiam de rebus inanimatis, *Admirabili incredibilique conſtantia ſunt curſus ſtellarum*, Cic. de Nat. D. 3, 9. *Promiſſi conſtantia & fides mira*, Id. Att. 4, 17. Et, *Summa gravitate ſummaque conſtantia homo.* Cic. pro Sextio c. 41. Ac idem Topicis c. 16 *Omnium cauſſarum in aliis ineſt conſtantia, in aliis non ineſt:* ſtandi ſemper, durandique firmitas. ¶ 3. *Conſtantia*, urbs inter Helvetios & Rhenum, ad lacum Conſtantienſem, Conſtanz, quæ ab Imperatore Conſtantio Chloro nomen accepit. Nam

¶ Conſtantius, Conſtantīnus, Conſtans, huc pertinentia etiam Imperatorum nomina, ex Aurel. Victore, Ammiano & Eutropio nota ſunt: Vnde & derivata; ut,

¶ Conſtantĭăcus, *a, um*, adject. ut, *Duas legiones Conſtantiacas miſit*, Ammianus 21, 11.

¶ Conſtantĭānus, *a, um*, idem; ut, *Conſtantianum lavacrum*, Ammian. 27, 5; & *Genus*, ibidem c. 10.

¶ Conſtantienſis, *e*, idem; ut, *Pugna Conſtantienſium*, Sextus Rufus c. 27.

¶ Conſtantīnŏpŏlis, *is*, f. nota urbs Thraciæ, olim *Byzantium* dicta, a Conſtantino Magno & nomine & ornamentis aucta. Olim etiam *nova Roma*, ſed a Turcis Stambul dicta, vide ſupra *Byzantium.*

¶ Conſtantinŏpŏlītānus, *a, um*, adject. ut, *Fretum Conſtantinopolitanum*, de quo loquitur Ammianus libr. 31 extr.

¶ Inconſtans, *tis*, levis, unbeſtändig; ut, *Ridicule inconſtans*, Cic. pro Qu. Roſc. c. 6. Id. ad Brutum epiſt. 15 *Inſtrumentum regni delatum ad Lepidum & Antonium: quorum alter inconſtantior, alter impurior.* Gell. 13, 30 *Accepit inconſtantiſſimo vultu & mœſtiſſimo.* Sen. epiſt. 99 *Populus nullius rei bonus auctor, & in omnibus inconſtantiſſimus.*

¶ Inconſtanter, adv. unbeſtändig; ut, *Inconſtanter loqui*, Cic. Acad. 4, 17. Et, *Inconſtantiſſime dicta*, Id. de Finib. 2, 27.

¶ Inconſtantia, *æ*, f. die unbeſtändigkeit, wankelmüthigkeit; ut, *Inconſtantia mutæ ferinæque mentis*, Cic. Tuſc. 4, 35.

¶ Contraſto, *are*, repugnare, entgegen ſtehen. Nævius: *Contraſtat ſuper, nec me ſinit loquier.* Plin. 2, 40 *Orygem in exortu ejus contraſtare & contueri tradit.* Per metathefin vel anaſtrophen Iuvenal. 3, 290 *Stat contraſtarique jubet.*

¶ Contraſtans, *tis*. Sidon. 2 epiſt. 9 *Sphæriſtarum contraſtantium paria*, conf. 2 epiſt. 5.

¶ Deſtans, *tis*, von einander ſtehend. Vitruv. 5, 6 *In orcheſtra ſenatorum ſunt ſedilus loca deſtantia.* Ita quidem Io. de Laet; aſt alii: *deſignata.*

¶ Diſto, *are*, von einander gelegen ſeyn. Plin. 2, 63 *Quindecim millia paſſuum Arabicus ſinus diſtat ab Ægyptio mari.* Liv. 1, 29 *Loca diſtantia*, Ovid. Triſt. 4, 10, 4 *Millia qui novies diſtat ab urbe deum.* Et, *Diſtare a quali ſpatio*, Id. Met. 10, 175. ¶ 2. Sed, *excelſa hominum vita diſtat a vitio & culta barbarum*, id eſt, differt, iſt unterſchieden, iſt ungleich, Cic. Off. 2, 4. Et, *Inter ſe diſtant & diverſi ſunt*, Id. de Orat. 1, 49. *Ab re ipſa atque a veritate diſtare*, Id. pro Roſc. Am. c. 15. ¶ 3. Horatius cum dativo extulit 4 od. 9, 29 *Paullum ſepulta diſtat inertiæ Celata virtus.* Et rurſus 1 epiſt. 18 prine. *Vt matrona meretrici diſpar erit atque Diſcolor, inſido ſcurræ diſtabit amicus.*

¶ Diſtans, *tis*. Ovid. Met. 2, 241 *Sortita loco diſtantes flumina ripas.* Ibid. 8, 248 *Æquali ſpatio diſtantibus illis.* Et 5, 54 abſolute: *Iaculo diſtantia miſſo figere*, i. e. longe remota. Tac. Hiſt. 3, 8, 7 *Ex diſtantibus terrarum ſpatiis conſilia afferebantur.*

¶ Diſtantia, *æ*, f. intervallum illud vel ſpatium, quo ab aliquo aliquid diſtat, die weite eines orts vom andern, der unterſcheid. Plin. 2, 25 *Longiſſimi diſtantiæ fines.* ¶ 2. *Horum ſtudiorumque diſtantia*, id eſt, differentia, die ungleichheit, Cic. de Amic. c. 20.

¶ Diſſito, *are*, frequent. a *Diſto*. Laudant Colum. 6, 2 *Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatio*: Sed editi quod ſciam *diſtent.*

¶ Diſtitium, *i*, n. der mittlere raum. C. Nepos de Bello Troj. *Diſtitiis acies vicina propinquis.*

Æquidiſtans, *tis*, vide in *Æquus.*

¶ Indiſtanter, adverb. unzertrennlich. Ammian. 27, 9 *Ex natu ſuo indiſtanter putant omnium pendere fortunas.*

¶ Exſto, vel Exto, *ſtiti*, *are*, eminere proprie eſt, hervor gehen, hervor ragen, empor ſtehen; ut, *Summis vix cornibus exſtant*, Virg. Georg. 3, 370. *Exſtat capite ſolo ex aqua*, Cæſ. B. Gall. 5, 18. Ovid. Met. 6, 236 *Exſtabat nudum de gutture ferrum.* Liv. 22, 2. v. plura apud Nic. Heinſ. ad Sil. 1, 52, 7. ¶ 2. *Apparet & exſtat, utrum ſimus eorum verum vides, an dideriimus*, Cic. de Orat. 1, 16, es weiſet ſich aus ꝛc. Sic, *Exſtant libri, orationes, ſcripta, monumenta, picturæ*, id eſt, in medio ſunt, vel ſuperſunt, ſie ſind vorhanden; ut, *Demadis ſcripta nulla exſtant*, Cic. de Clar. Or. 1, 9. *Rerum monumenta certa in literis exſtant*, Cic. de Invent. 1, 26, man hat es in ſchriften. *Exſtant exempla majorum*, Id. de leg. 2, 25. *Non exſtat alius auctor*, Liv. 1, 18. Et, *Aliquid exſtabit, ne tibi plane ceſſaſſe videamur*, es wird ſich etwas finden und ausweiſen ꝛc. Cic Att. 2, 7. Et, *Multa exſtant tua in me merita*, Id. pro Planc c. 1. *Studium noſtrum exſtabit in conveniendis magiſtratibus & ſenatoribus*, Id. fam. 1, 8 fin. es ſoll geſpüret werden. ¶ 3. Pro ſuperemineret, præſtare, excellere, cum accuſativo poſuit Statius, Epithalam. de Stellæ v. 116 de Violantilla ſponſa *Latias, metire, quid ultra Emineat matres, quantum Latonia nymphas Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exſto.* ¶ 4. *Exſtaturus* habet Plin. 17, 22 *Exſtaura etiamnum duabus gemmis.*

¶ Exſtans, *tis*. Virg. Æn. 6, 668 *Humeris exſtantem ſuſpicit altis.* Compar. Stat. Theb. 9, 455 de fluvio: *Iamque ſuper ripas utroque exſtantior ibat Aggere.* Et Cæl. Aurel. Tard. 1, 5 *Venæ in vultu exſtantiores*, höher.

¶ Exſtantia, *æ*, f. eminentia, die hervorragung. Colum. 5, 5 *Capita ſine ulla exſtantia neque aratro neque bubus obnoxia.* Gloſſ. lat. gr. *Exſtantiæ*, ἐξοχαί. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Exſtantia partium.* Id. 2, 5 *Ventris exſtantia*, i. e. tumor, die dicke.

¶ Inſto, *ſtiti*, *are*, propinquum vel proximum eſſe, imminere, herannahen, vor der thür ſeyn; ut, *Inſtat periculum*, Lentulus Cic. fam. 12, 14. *Nox, quæ inſtabat*, Salluſt. Cat. c. 15. *Inſtare* magis eſt quam *appropinquare*; Cic. Cat. 2, 5 *Quibus ego conſulo impendere fatum aliquod, aut inſtare jam plane, aut certe jam appropinquare.* ¶ 2. Sed *Inſtitit*, perſtitit, non remiſit, hoc eſt, unterlaſſen, ablaſſen, auf ihn gedrungen. *Dum copias inſtat*, Cic. Verr. 2, 5, 43. Et, *Cædere januam ſaxis, inſtare ſecuri*, Cic Verr. 2, 5. *Vi & ferociter inſtat victis*, Liv. 27, 14. Sic, *Et, quod nunc inſtat, agamus*, id eſt, quod maxime neceſſarium eſt, Virg. ecl. 3, 60. *Inſtare* pro Quint. c. 10 *Tibi inſtat Hortenſius, ut eat in conſilium.* Liv. 2, 4 *Inſtando, ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur.* Ter. Heaut. 5, 2, 22 *Magis unum etiam inſtare, ut conficerentur nuptiæ.* Plaut. Mercat. 2, 1, 18. *Inſtare factum Simia.* Liv. 32, 11 extr. *Romanus inſtat capi ſtationes*, i. e. ut capiantur, ut quidem vult Gronov. qui Terentii locum modo citatum confert. Vulgo: *inſtat capere*, i. e. ſedulo capit, quod ipſum non contemno. Curt. 6, 7, 28 *Quæſtum eo inſtiſſet, ut pervenirent ad ſe*: id eſt, iterum iterumque horrarus eſſet. *Inſtare operi*, Plin. Paneg. c. 18, ſleißig an dem werke ſeyn, daran ſeyn. *Inſtare alicujus veſtigiis*, Liv. 27, 2, einem auf den fuß nachfolgen. Ter. Andr. 1, 1, 120 *Ego illud ſedulo negare factum: ille inſtat factum*, i. e. contendit, er beſtund drauf, es wäre geſchehen. Donatus ad iſtum locum: INSTARE FACTVM: *vehemſe, id eſt, inſtat dicere factum eſſe.* ¶ 3. Interdum eſt incipere, anfangen. Cic. fam. 10, 16 *Flagitare ſenatus inſtitit Curiatum.* vid. Græv. & Man. ¶ 4. De vi exempli ad virtutem incitantis, Auſon. Idyll. 5, 44 *Cui proconſul genitor, præfectus avunculus inſtant.* ¶ 5. *Inſtaturus* format Livius 10, 36 *Ni cedenti inſtaturum altercum timuiſſent.* Et Frontin. Strat. 2, 6, 10 *Fugientibus inſtaturos victores.*

¶ Inſtans, *tis*, id eſt, præſens & quaſi urgens, gegenwärtig, inſtehend, dringend. Nep. 4, 3, 5 *Inſtans periculum depellere.* Idem 2, 1, 4 *De inſtantibus* (i. e. præſentibus) *veriſſime judicabat.* Tac Hiſt. 3, 36, 1 *Præterita, inſtantia, futura pari oblivione dimiſerat.* Cæſ. B. G. 6, 4 *Tempus inſtantis belli.* Ibid. 8, 14 *Diſcedere ex eo loco ſine periculo militibus inſtantibus non poſſe.* Ovid. Met. 5, 162 *Suſtinet inſtantes &c.* Virg. Æn. 1, 508 *Inſtans operi.* Compar. Quintil. 9, 3 p. 681 *Fons quidem unus, qui arvinara facit & inſtantiora, quæ ſicimus, & vim quandam præ ſe ferentia.* Et Tac. Hiſt. 4, 83, 6 *Species terribilior & inſtantior.* Idem An. 2, 56, 1; & Paulinus Petrocor. de Vita Martini 5, 659 *Cura inſtantior.* Superl. Auguſt. Retractat. 1, 19 extr. *Ad inſtantiſſimam petitionem.*

¶ Inſtanter, adverb. acriter, aſſidue, beharrlich, inſtändig; ut, *Pugnaciter inſtanterque dicere*, Quintil. 9, 4. *Sæpius & inſtanter petere*, L. unica §. 2 Dig. de libell. dimiſſ. Et, *Inſtantius dicere*, Quintil. 9, 3 p. 681. *Inſtantius debita poſcentes*, Iuſtin. 6, 2, 11. conf. Tac. An. 6, 35, 4; & Martial 12, 100. *Inſtantiſſime compellere*, Apul. Met. 3 p. 133. *Inſtantiſſime cauſſas requirere*, ibid. 4 p. 153. *Inſtantiſſime deſiderare*, Gell. 4, 18.

¶ Inſtantia, *æ*, f. aſſiduitas, die anhaltung, gegenhaltung; ut, *Inſtantia quæſtionis*, Tertull. de Spectac. c. 19. Et Plin. 5 epiſt. 8 de differentia hiſtoriæ & orationis: *Hæc*, inquit, *vel maxime vi, amaritudine, inſtantia: illa tractu & ſuavitate, atque etiam dulcedine placet.* Id. 3 ep. 5 *Quid eſt, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia non poſſit efficere?* Celebratur Evodii Ticinenſis epiſcopi dictum, non ita quidem Latinum ſatis, ſed obſervandum tamen ſtudioſis: *Mater doctrinæ eſt inſtantia: Noverca eruditionis eſt negligentia.* Sic & L. 32 § 1 ff. de uſur. *Cum omiſſa eſt repetendi debita inſtantia*, i. e. aſſiduitas. ¶ 2. Idem eſt ac propinquitas, die nähe herum. Nigidius apud Gellium 9, 12 *Inſtantia atque imminentia fraudis.* ¶ 3. De modo ſolvendi argumentum vitioſum *per inſtantiam*, oſtento ſcilicet exemplo vel dicto contrario, conſule præcepta dialectices.

¶ Inſtar, ab *inſtando*, quod inſtet, hoc eſt, prope ſit, eſt nomen indeclinabile, comparationem ſignificans magnitudinis vel menſuræ & qualitatis, ὄψις, ſpecies, die geſtalt, bildung; item adverbialiter, wie, gleich als. Apul. Florid. p. 346 *Pſittacus Indiæ avis eſt: inſtar illi minimo minus quam columbarum*, er iſt um die maſſe kleiner. Id. de Mundo p. 72 *Ad hoc inſtar*, i. e. ad hoc exemplum. Virg. Æn. 2, 15 *Inſtar montis equum &c. Ædificant*, ſo groß als ein berg. *Inſtar voluminis epiſtolæ*, Cic. Att. 10, 4; *Plato mihi unus eſt inſtar omnium*, er gilt mir ſo viel als die andern alle. Sic dixit Antimachus poëta, quoties recitans ab auditoribus omnibus, Platone excepto, deſereretur, apud Cic. de Clar. Or. c. 51. Et Suet. Cæſ. c. 61 *Cujus* (equi) *etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicavit:* INSTAR, i. e. imaginem, effigiem, das bild. Eſt enim ac dicitur, *Inſtar*, quod ſimilitudinem quamdam habet, eamque oculis ingerit, & inſtar quaſi, unde & dicitur, ut Iov. Pontanus in Actio cenſet p. 110 & 111. Vnde & Virg. Æn. 6, 865 *Quantum inſtar in ipſo?* i. e. quantum exempli, quod ſibi ad imitandum alii petant: ſive quantum exemplar unde alii ſibi exempla ſumant. Sic Iuſtinus 4, 4, 7 *Gyſippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat.* Id. 36, 3, 2 *Vallis montibus ad inſtar caſtrorum clauditur.* Vet. Gloſſ. *Inſtar, ſimilitudo, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα.* ¶ 2. Cæterum non ſatis bene *ad inſtar* pro, ad ſimilitudinem, dicimus, ii Servium audimus: INSTAR, inquit, *ſimilitudo, & eſt nomen, quod non recipit præpoſitionem.* AD INSTAR *enim non dicimus, quod Probus declarat.* Et rurſus alibi: INSTAR, *ut ſupra diximus, per ſe plenum eſt, nec recipit præpoſitionem, licet Serenus* ADINSTAR *dixerit: quod in idoneis auctoribus non reperitur.* Sed præter Serenum Solinus & Iuſtinus & Apulejus ita locuti ſunt. v. Voſſ. Etym. p. 267, & Freinsh. Ind. in Iuſtin. ubi retorquet argumentum Servii. Apul. Met. 10 p. 248 *Ad inſtar aſinariæ Paſiphaës complexus meos expectabat.* ¶ 3. Cic. Att. 16, 5 ext. *Mearum epiſtolarum nulla eſt συναγωγή, ſed habet Tiro inſtar ſeptuaginta*, h. e. *circiter*, ungefehr. Ita Varro & Columella paſſim. vid. Geſn. Index.

¶ Inſtita, *æ*, f. ſubſt. limbus aſſutus vel non aſſutus veſtibus, der ſchweif am rock. Horat. 1 ſat. 2, 29 *Subſuta talos tegat inſtita veſte.* Scalig. ad Catull. p. 81 *Inſtita*, inquit, *ut veteres magiſtri interpretantur, eſt περιπόδιον, περισκέλιον. Et ita Ptolemæus uſurpat. Περιπόδιον in aſteriſmo Virginis & Heniochi.* In Hygini Fab. 88 acropodium *Minervæ in eam mentem accipitur.* Aliter *Inſerta* dicitur: vide eund. Scalig. ad illud Publii: *Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.* ¶ 2. Inſtitam per metonymiam ſigni pro matrona poſuit Ovid. Art. am. 2, 600 *In noſtris inſtita nulla jocis.* Ac eodem ſenſu ibid. 1, 32 *Quæque tegit medios, inſtita longa, pedes.* ¶ 3. Faſcia, qua quid colligatur vel tenditur, ein gurt, eine binde. Petron. c. 97 *Vt annecteret pedes & manus inſtitis, quibus ſponda culcitam ſorebat.* Id. c. 20 *Duas inſtitas ancillæ protulit de ſuris; altera pedes noſtros obligavit, altera manus.* v. Interpr. Sic Hieronymus dixit: *Lazarus inſtitis vinctus jacuerat in ſepulcro.*

¶ Inſtitio, *ōnis*, f. ſtatio, das ſtehen. Cic. Tuſc. 1, 26 *Aut qui errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitiones notavit.* Progreſſioni ergo opponitur.

¶ Inſtitor, *ōris*, m. negotiator, ſic dictus ab inſtando vel inſiſtendo, hoc eſt, urgendo ſuo negotio, ein krämer, händler, trödler; ut, *Inſtitor mercis*, Liv. 22, 25 extr. Et, *Scena inſtitoris*, cine kramerbude. *Inſtitor hibernæ tegetis*, Iuvenal. 7, 221. Sic, *Inſtitorem eloquentiæ*, Quintil. 8, 3 & 11, 1 dixit oſtentatorem, der ſeine beredſamkeit ſehen läſſet. Vlp. l. 3 & 5 de inſtitoria actione: INSTITOR, inquit, *eſt, appellatus ex eo, quod negotio gerendo inſtat. Nec multum facit, taberna ſit præpoſita, aut cujuslibet alii negotiationi.* Nam *cuicunque negotio præpoſito,* INSTITOR *recte appellatur.* Sive: INSTI-

TOR eſt is, qui negotiis ſive mercibus exercendis ab alio præpoſitus eſt: alter a domino ſive magiſtro, ein factor, verkäufer. v. Iul. Paul. lib. 2 Recept. Sentent. Tit. 8 de *Inſtitoribus.*

¶ Inſtitōrius, *a, um,* ad inſtitorem pertinens; ut, *Ars inſtitoria: Inſtitoria actio,* apud ICtos. v. Tit. Dig. de inſtitoria actione. Sic, *Inſtitorium mercimonium:* vel *Inſtitorii muneris exercitatio,* die handlung, der kaufhandel. Suet. Ner. c. 27 *Diſpoſitæ per littora & ripas diverſoriæ tabernæ parabantur, inſignes ganeæ & matronarum inſtitoria operas imitantium &c.*

¶ Interſto, *ſtĕti, interſtāre,* darzwiſchen ſtehen. Ammian. 22, 27 *Cum tempus interſtetiſſet exiguum.* Et Avienus Periegeſi v. 740 de Tauro monte: *Interſtatque jugo mediam,* ſcil. Aſiam.

¶ Interſtes, *ĭtis,* c. interpoſitus, darzwiſchen ſtehend. Tertull. adv. Marc. 4, 33 *Deſierunt vetera, & cæperunt nova interſtite Ioanne.*

¶ Interſtĭtio, *ōnis,* f. ein anſtand. Gell. præf. pr. *Interſtitione aliqua negotiorum data:* & 20, 1 *Iuris inter reos quaſi interſtitio quædam & ceſſatio.*

¶ Interſtĭtium, *i,* n. intervallum, diſtantia, ein zwiſchen-ſtand, mittler raum. Macrob. Somn. Sc. 1, 6 *Quatuor elementa tribus iter-ſtitiis ſeparantur.* Ammian. 20, 3 *Cum* (luna) *ſole longo ceperit interſtitio fabmoveri.* ¶ 2. Et de tempore; die weile. Tac. An. 5, 4, 2 *Dandum interſtitium pœnitentiæ ſenis.*

¶ Obſto, *ſtiti, āre,* contra vel ex oppoſito ſtare, entgegen ſtehen, im wege ſtehen; ut, *Legitime obſtare,* Quintil. 2, 4. *Obſtant exercitus hoſtium duo,* Salluſt. Cat. c. 58. Lucanus 1, 58 *Pars ætheris illa ſereni Tota vacet, nullæque obſtent a Cæſare nubes.* ¶ 2. Sed, *Paulum negotii mihi obſtat,* id eſt, impedit me, es hindert mich, Ter. Heaut. 3, 1, 92. Et, *Commodis alicujus officere & obſtare,* Cic. pro Roſc. c. 38. Poſt ſe conſtruitur cum *Cur non?* & *Ne:* & *Quo minus.* Ter. Andr. 1, 1, 76 *Quid obſtat, cur non vera ſint, pura, nuptiæ?* Cic. Verr. 5, 2 *Obſtitiſſe, ne ex Italia tranſire in Siciliam poſſent.* Et Plin. Paneg. c. 91 *Obſtat verecundia, quo minus percenſeamus &c.* ¶ 2. Futurum *Obſtaturus* habet Quintil. 2, 12 *Video quosdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.* conf. Stat. Theb. 7, 247.

¶ Obſtans, *tis.* Tac. An. 1, 50, 4 *Obſtantia ſilvarum amoliri.* Ovid. Amor. 1, 11, 8 *Obſtantes pelle moras.* Horat. 1 epiſt. 12, 9 *Spatiis obſtantia rumpere clauſtra.* Curt. 9, 2, 10 *Per tot naturæ obſtantes difficultates.*

¶ Obſtantia, *æ,* f. impedimentum, der widerſtand, die hinderung. Vitruv. 6, 1 *Propter obſtantiam aëris.* Et 8, 1 *Propter nullam obſtantiam umbrarum.* id. 10, 14 ſub fin. *Calculus liberatus ab obſtantia.*

¶ Obſtāculum, *i,* n. idem; ut, *Rumpere obſtacula,* Prudent. Hamart. v. 599, hinderniſſe aus dem wege räumen. Et Nazarius, ſive, quisquis auctor Panegyrici Conſtantino dicti c. 7 *Quis crederet, tantis ſucceſſibus tuis ullum obſtaculum fore, quo minus &c.* Tribuunt etiam Plauto in Pſeud. 1, 5, 10 *Oppoſita obſtacula:* ſed meliores libri habent, *Obſepta eſt via.*

Obſtitus, & Obſtetrix, vide ſupra in *Obſiſto* ſub *Siſto.*

¶ Perſto, *ſtiti, āre,* ſtare immobilem, perſeverare, verharren, verbleiben. Plin. 7, 2 *Gymnoſophiſtæ ab exortu ad occaſum perſtant, contuentes ſolem immobilibus oculis, ferventibus harenis.* Sic, *Perſtare incepto,* vel *in incepto,* beharren. Liv. 8, 33. Et, 10, 13 *In recuſando perſtare. Perſtare in ſententia,* Cic. pro Roſc. Com. c. ult. auf ſeiner meinung bleiben. *Perſtare in pravitate,* Cic. Acad. 4, 8. *Negare aliquid & in eo perſtare,* darauf verbleiben, Id. Off. 3, 9. ¶ 2. Futurum format Livius 8, 34 *Se tamen perſtaturum in incepto.* Et impersonaliter Livii Epit. 49 *Catonis ſententia perſtitit, ut decreto perſtaretur.*

¶ Perſtans, *tis.* Val. Flacc. 4, 143 *Dictis perſtantem cernit in hisdem.*

¶ Præſto, *ſtiti, āre,* proprie ante ſtare, vorſtehen. Lucan. 4, 28 *Primo tum Cæſar olympo In noſtem ſubita ci. cumdedit agmina foſſa, Tum primæ præſtant acies.* Facturus caſtra Cæſar contra Afranium in Hiſpania conſiſtens, foſſam fieri juſſit. Id operis dum exſequitur tertia acies, (triplicem enim inſtruxerat), prima & ſecunda contra hoſtem conſtitutæ erant, ne in faciundo opere miles repentino incurſu exterreretur. Hæ igitur, quia ante eos collocatæ erant, *Præſtare* dicuntur. De ea autem ratione Cæſaris vide ipſum de B. Civ. 1, 41. ¶ 2. Exhibere eſt, leiſten, erzeigen, beweiſen; ut, *Præſtare alicui benevolentiam,* Balbus Cic. Att. 9, 8; *officium,* Cic. fam. 14, 4; *debitum honorem,* Id. Phil. 9, 5; *patriæ pietatem,* Id. de Clar. Or. c. 33. *Quod promiſi, vix videor præſtare poſſe,* Id. ad Brut. ep. 18, ich kan es kaum halten. *Satis id magnum eſt, quod potes præſtare,* Id. de Orat. 1, 10. *Præſtare ſilentium,* Liv. 29, 25, verſchweigen. Et Ovid. de Arte am. 2, 603 *Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia rebus.* Sic, *Præſtare pecuniam,* eſt exhibere, ſolvere, geld geben: Suet. Domit. c. 9 *Ruſticus Cæpio teſtamento caverat, ut quotannis ingredientibus curiam ſenatoribus certam ſummam viritim præſtaret hæres.* Etiam de perſona Cic. fam. 5, 16 *Eum ſemper te & privatis in rebus & publicis præſtiſti,* du haſt dich ſo aufgeführet. Et Suet. Cæſ. c. 16 *Propugnatorem ſe pertinaciſſime præſtitit.* ¶ 3. *Præſtare* interdum elegantiori ſignificatione idem eſt, quod exitum alicujus rei vel alienam culpam in ſe recipere; ut, *Præſtare damnum,* Cic. Off. 3, 16, vor den ſchaden ſtehen und haften. Id. fam. 5, 11 *De Dionyſio, ſi me amas, confice, quamcunque ei fidem dederis, præſtabo,* was du ihm verſprechen wirſt, will ich halten. Et 5, 17 *Communem & incertum caſum neque vitare quisquam noſtrûm, neque præſtare ullo pacto poteſt.* Ita, *Fidem publicam præſtare,* Liv. 2, 28, für ein geleit ſtehen, die gewähr thun. Cic. fam. 6, 1 *Nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus.* vide *Culpa.* Cic. fam. 7, 17 ext. *Ultima exſpectabo, quæ ego tibi & jucunda & honeſta præſtabo,* ich will dir gut davor ſeyn. Itaque *præſtare,* multo plus eſt quam *præbere.* v. Manut. ad Cic. fam. 4, 5; Burm. ad Quint. Decl. 338 p. 704. ¶ 4. Antecellere, übertreffen; ut, *Homo homini quid præſtat?* Ter. Eun. 2, 2 pr. Et, *Virtus præſtat cæteris rebus,* Cic. Fin. 4, 18, ſie gehet vor, iſt höher. Sic, *Lepore & humanitate omnibus præſtitit Socrates,* Id. de Orat. 2, 67, *Præſtare alteri ætate,* Id. de Clar. Or. c. 43. Iungitur & cum accuſativo. Nepos 25, 3, 3 *Civitas, quæ antiquitate, humanitate, diciplina præſtaret omnes.* Ibid. c. 18, 5 *Qui honore ceteros, gloriæ amplitudine cæteros Romani populi præſtiterunt.* Liv. 3, 61 *Præſtare virtute peditem, ut honore atque ordine præſtatis.* Id. 37, 30 *Robore navium & virtute militum Romani longe Rhodios præſtabant.* Nonnunquam & dativus & ablativus omittuntur: Cic. Off. 1, 33 *Quorum majores gloria præſtiterunt.* Ibid. c. 19 *Difficile eſt, cum præſtare omnibus conceperis, ſervare æquitatem.* Et cum præpoſitione: *Inter ſuos æquales longe præſtare,* Idem de Clar. Or. c. 46 extr. Et cum præpoſitione *In:* Lucret. 5, 1355 *Longe præſtat in arte,* ſcilicet *genus viri, quam multibre.* Ex quo intelligimus, ablativum, familiarem hunc verbo, per ellipſin præpoſitionis eſſe. ¶ 5. *Præſtat,* impersonale, ſatius eſt, præſtabilius eſt, es iſt beſſer. *Emori potius quam ſervire præſtat,* Cic. in Piſ. c. 7. *Tacere præſtat philoſophis quam loqui,* Cic. Nat. D. 3, 31. Et Att. 14, 9 *Mori millies præſtitit, quam hæc pati.* ¶ 6. *Præſtavi,* pro *præſtiti;* & *præſtātum* pro *præſtitum,* in Inſtitut. Iuſtin. & apud Ammian. & Veget. & alios inveniri, teſtatur Voſſius de Analog. 3, 30. Futurum *Præſtaturus,* legitur apud Vitruv. 1, 1 extr. *Polliceor me ſine dubio præſtaturum.* Cic. fam. 6, 8 *Se præſtaturos.* Et 10, 11 *Id me præſtaturum ſpero.* conf. 12, 16; & Liv. 30, 15.

¶ Præſtans, *tis,* excellens, vortrefflich; ut, *Viri cum claritate, tum uſu belli præſtantes,* berühmte und kriegserfahrne, Nepos 8, 3, 3. *Duo uſu & ſapientia præſtantes,* erfahrne und verſtändige, Id. 13, 3, 2. *Gravitate & prudentia præſtans homo,* Cic. pro Balbo c. 22. *Longe præſtans omnibus ingenio & doctrina,* Id. Tuſc. 1, 10. *Ingenio præſtantiſſimus,* Id. de Amic. c. 1. Et Plin. Paneg. c. 88 *Nec videri poteſt optimus, niſi qui eſt omnibus optimis in ſua cujusque laude præſtantior.* Cic. fam. 5, 12 *Atque hoc mihi fuerit ad lætitiam animi præſtantius.* Virg. Æn. 12, 19 *Præſtans animi.* ¶ 2. *Præſtantiſſimi* epitheton honoris ergo & ipſis imperatoribus tributum. Tertull. de Corona mil. initio: *Proxime facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum imperatorum.* Nazarius Paneg. Conſtantini c. 26 extr. *Non tam gloriandum ſit virtuti tuæ, præſtantiſſime imperator, quod cum viceris, quam gratulandum felicitati, quod ad pugnam potueris evocare.*

¶ Præſtanter, adv. idem. Priores quidem gradus nondum habemus repertos; ſuperlativo tamen uſus Plin. 28, 12 *Præſtantiſſime vincit.*

¶ Præſtantia, *æ,* f. excellentia, die vortrefflichkeit. Cic. Off. 1, 28 *Nobis perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum excellentia præſtantiaque animantium reliquorum,* vorzug vor andern thieren. Et de Amic. c. 19 *Si quam præſtantiam virtutis, ingenii, fortunæ conſecuti ſunt, impertiant etiam ſuis communicentque cum proximis.* In Acad. Qu. 1, 5 *Præſtantia partium ſingularium corporis.*

¶ Præſtātio, *ōnis,* f. die gewährung, leiſtung, lieferung, qua voce Iuriſconſulti utuntur; ut, *Onerare hæredes legatorum præſtatione.* Paul. L. 98 Dig. de legat. & fid. commiſſ. conf. Scævol. IC. Dig. 15 tit. 1 l. 51; & Vlp. Dig. 10 t. 2 l. 22 § 5; & ibid. l. 24. Sed & Seneca de Brev. Vitæ c. 14 *Vt ad præſtationem ſcribant.* v. ibi interpretationem Lipſii.

¶ Præſtimōnium, *i,* n. vox medii ævi ſignificat beneficium eccleſiaſticum pro ſtudiolis alendis, eine präbende, gabe.

¶ Præſtītor, *ōris,* m. qui præſtat, tribuit. Apul. in Aſclep. p. 92 *Mundus præſtitor eſt & tributor omnium.* Sic &

¶ Præſtātor, *ōris,* m. qui præſtat vadimonio, der die gewähr leiſtet. Frontin. de Colon. p. 351, vel edit. Gœſ. p. 128 *Qui advocantur ut præſtatores.*

Præſtābilis, *e,* vide ſupra in *Stabilis.*

¶ Præſtāna, *æ,* f. Dea, de qua Arnob. 4 p. 128 *Præſtana eſt dicta, quod Quirinus in jaculi miſſione cunctorum præſtiterit viribus.*

¶ Præſtes, *ĭtis,* c. antiquis idem, qui *Antiſtes* alias dicitur, ut Feſtus auctor eſt, ein vorſteher. Ita *Lares præſtites* cognominati ſunt, quod ſua cura omnia tuta præſtarent. Ovid. Faſt. 5, 129 *Præſtitibus Majæ Laribus venere calendæ.* Et mox v. 133 *Cauſſa tamen poſiti fuerat cognominis illis, Quod præſtant oculis omnia tuta ſuis.* De iisdem Plutarch. Quæſt. Romanis p. 276 extr. Idem Iovis cognomen erat. Gruter. Inſcript. p. 22 n. 1 PRAESTITI IOVIS. Et p. 1065 n. 2 IOVI PRAESTITI.

¶ Præſtus, *a, um,* i. e. præſens, gegenwärtig, antique. Inſcriptio Vet. OFFICIO PRAESTVS FVI. Hinc

¶ Præſto, adverb. coram, zugegen, vorhanden; ut, *Præſto ſum,* id eſt, præſens ſum, da bin ich. Ter. Phorm. 3, 3, 29 *Præſto eſt.* Et Eun. 5, 8, 20 *Præſto adeſt,* hie ſtehet der mann. *Præſto apud me domi eſt,* Id. Heaut. 1, 1, 119. *Præſto eſſe ad horam certam,* Cic. Verr. 2, 38, ſich einſtellen. *Hirundines æſtivo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt.* Auct. ad Herenn. 4, 48. Et Cic. fam. 3, 5 pr. *Trallibus mihi præſto fuit Lucilius cum literis &c.* hoc eſt, exſpectavit, ich habe ihn angetroffen. Id. pro Mur. c. 9 *Ius civile didicit, præſto multis fuit,* id eſt, adfuit ut patronus, er hat beygeſtanden. v. de hoc uſu verbi Boſ. ad Cic. Att. 10, 8 p. 143. Sed interdum præſto eſſe dicitur, qui inſidiatur, vel plagam parat. De accuſatore Cic. Verr. 3, 25 extr.

¶ Præſtŏlor, *ātus ſum, āri,* (huc etiam id verbum reponere libet), ſtehen und warten. *Præſtolatur* enim, qui ſtans alicubi aliquem exſpectat, vel alicubi præſto eſt. Iungitur cum accuſativo: Ter. Eun. 5, 5, 5 *Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?* Etiam cum dativo: Cic. Catil. 1, 9 *Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur armati.* Niſi forte, *τὸ præſtolarentur* abſolute poſitum: ut *τὸ tibi* ad *τὸ armati* pertineat. Quanta ſit ſecunda, diſconvenit. Taubmannus, Deſpauterii auctoritate fretus, producendam edicit, & Buchananum corripientem reprehendit. Sed rectius contrarium ſtatuit Bachmannus; a quo analogia ſtat. *Præſtolor* enim ab *ὑποκοριστικῷ præſtulus,* ſive *præſtolus,* quod eſt ab antiquo *præſtus,* unde adverbium *præſto* ſupereſt, ut Scaliger ad Feſtum docet. *Præſtolari* enim nihil aliud eſt, quam *præſto eſſe,* ut & Donatus interpretatur. Feſto *præſtolari dicitur is, qui ante ſtando ibi, quo venturum excipere vult, moratur.* Nonio 2, 709 eſt

expectare, manere, ibique Sisenna ait: *Occulte taciteque adventum hostium præstolari.*

¶ Præstŏlo, *are*, idem apud Nonium 7, 67; ubi Turpilius: *Ego præstolabo illi.* Et Livius Andr. *Nimis imprudenter servis præstolaras.*

¶ Præstolatus, *a, um*, i. e. præsto astans, apparens. Sic Apul. Met. 5 p. 160 *Voces cubiculo præstolatæ, novam nuptam curant.*

¶ Impræstans, *tis*, i. e. non præstans, der nichts giebt. Gloss. gr. lat. ἀνάλωτος, *impræstans.* Et Irenæus 4, 75 *Ne quis eum putet invidiosum & impræstantem.* Gr. ἀνυμέτρητος.

¶ Impræstātio, *ōnis*, f. i. e. non præstatio, l. 22 § ult. ff. famil. herciscund.

¶ Impræstābilis, *e*, vide supra in *Stabilis.*

¶ Repræsto, *are*, wieder gewähren. Lege 47 Dig. act. empt. & vendit. *Si non integras* (materias) *repræstaverit* (pro *repræstiterit*). Et L. 22 pr. Dig. ad SC. Trebell. *Fideicommissum eis repræstandum.*

¶ Prosto, *stĭti, ātre*, proprie prominere, hervor stehen. Plaut. Curc. 4, 2, 21 *Hi in occultis locis prostant, vos in foro ipso.* ¶ 2. Quia venalia ita ponuntur, ut promineant, & ab omnibus conspici possint, hinc, ut *prostare* etiam significet venale stare, prostitui, pretio prostare, feil seyn, zu kaufen seyn. Ovid. de Pont. 2, 3, 19 *Illud amicitiæ quondam venerabile nomen Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.* Id. Amor. 1, 10, 17 *Pretio prostare.* Et ibid. 3, 12, 8 *Ingenio prostitit illa meo*, i. e. carminibus meis innotuit & venabilis facta est, sie ist dadurch ausgeboten worden. Iuvenal. 9, 24 *Prostat fœmina.*

¶ Prostans, *tis*; ut, *Anguli prostantes*, Lucret. 2, 428. *Spoliator pupilli prostantis*, (in fornice) Iuvenal. 1, 46.

Prostas, *ădis*, & Prostates, vide supra seorsum.

Prostibilis, Prostibulum, vide in *Stabilis* & *Stabulum.*

¶ Resto, *stĭti, stātre*, resistere, still stehen; ut, *Ea me hic restitisse gratia*, Ter Andr. 2, 6, 2. Et Eun. 2, 3, 11 *Vt illum dii deæque senem perdant &c. Mique adeo, qui restiterim.* ¶ 2. Repugnare, reluctari, widerstreben Id. Ter. Heaut. 5, 3, 6 *In qua re nunc tam contendenter restas stultus?* i. e. resistis, wie bist du so widerspenstig. Propert. 3, 8, 31 *Dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector.* Ovid. Met. 3, 626 *Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugna Rupit.* Id. Fast. 2, 749 *Melioribus Ardea restas Improba, quæ nostros cogis adesse viros.* Aur. Vict. de Cæl. c. 42 *Non modo domi, verum militiæ quoque dicendi copiam restare*, i. e. resistere. ¶ 3. *Restare*, idem quod reliquum esse & superesse, übrig, hinterstellig seyn; ut, *Longa sunt, quæ restant*, Cic. ad Brut. ep. 15. *Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere*, Ter. Phorm. 1, 2, 35. Et sic cum dativo etiam: Cic. Cat. 3, 10 *Quantum infinitæ cædi restitisset*, wie viel das schwerdt übrig gelassen. ¶ 4. Et & obstare, entgegen stehen. Sil. 7, 130 de lupo: *Morsuque quatit restantia claustra.* ¶ 5. Sed apud Cic. Catil. 4, 2 *Romæ restiterunt*, id est, remanserunt, sie sind zurück geblieben. Id Off. 3, 30 *Ita incolumis in patria Regulas restitisset.* v. Salm. Exerc Plin. p. 21. ¶ 6. Et impersonaliter: *Restat, ut his respondeam*, es ist nun an dem ꝛc. Cic. Acad. Quæst. 4, 2. ¶ 7. *Restavi* pro *restiti* legitur apud Propertium 2, 34, 53 *Si post Stygias aliquid restaverit undas.* Ita & Scaliger habet. Alii: *restabit ad undas.* Neutrum improbat Passeratius.

¶ Restans, *tis*, i. e. reliquus, übrig, rückstellig. Virg. Æn. 1, 683 *Dum pelago & flammis restantia.* ¶ 2. Resistens, widerstehend, widerspenstig. Lucret. 2, 450 *Æra clausteis restantia.* Tac. An. 3, 46, 6 *Restantes laminæ adversum pila & gladios.* conf. n. 4 in *Resto.*

¶ Restio, *ire*, i. e. restare, & specialiter, restare in usum & culturam, prolatum est ex nescio quo libro Colum 3, 21 *Quæ restire incipiunt, temp stive legentur.* Sed editi omnes *matuescere.* Consule de hac voce Martinii Lexicol.

Restitare, restitrix, Restibilis, vide supra in *Sisto*, & *Stabilis.*

¶ Substo, *stĭti, ātre*, still stehen, stand halten. Ter. Andr. 5, 4, 11 *Perii, nec scio ut substet hospes*, i. e. duret & tacis simus sit ac constans ad differendas intempestivas patris. Alii, *Sursistat.*

¶ Substans, *tis*. Cels. 2, 7 *Nullo dolore substante.* Id. 2, 12 *Ne ulla cruditate substante.* Et 6, 10 *Pure substante.*

¶ Substantia, *æ*, f quæ per se subsistit, essentia, ein bestehend wesen. Sen epist 58 *Quicquid falsa cogitatione formatum, substantiam non habet.* Sidon. carm. 15, 116 *Substantia summa creator.* conf. v. 112. Nazarius Paneg Constantini c. 14 *Crassum & caliginem aciem simplicis & inconcreti substantiæ natura tenuis eludit.* Et Apul. in Trismegisto p. 8 *Deus* (quem is tenuibilem dicit), *in se complectitur omnem ejus, omnium rerum substantiam.* ¶ 2. *De ipsa rhetorica subtilia quærere*, Quint. proœm. lib 1 p. 10 Burm id est, natura & essentia, die beschaffenheit. ¶ 3. *Paternorum honorum substantia*, Aur. Victor Orig. Gentis Rom. c. 9, haab und gut. Atque ita apud Iurisconsultos sæpe. Et Quint. Decl. 15 *Census census ex manibus, ex laboribus substantia*, das vermögen. ¶ 4. Cibus, alimentum, quo corpus subsistat & sustentatur, speise; ut, *Omni carens substantia*, de Mose Prudent. Cathem. 7, 40.

¶ Substantiŏla, *æ*, f. diminut. Hieronym. epist. 11 ad Ageruchiam: *Tribulatis de sua substantiola subministravit.*

¶ Substantivus, *a, um*, wesentlich, selbstständig; ut, *Res substantiva*, Tertull. adv. Prax. c. 26; & adv. Hermog. c. 19 & 36. ¶ 2. *Substantivum* nomen est Grammaticorum.

¶ Substantīvālis, *e*, idem. Tertull. adv. Valent. c. 27 *Substantivalis non agnitivalis forma.*

¶ Substantĭālis, *e*, idem; ut, *Substantialis tutela*, i. e. angelus sive dæmonium, Ammian 14, 11. *Substantiales protectores*, Id. 21, 1. Et, *Substantialis differentia*, Tertull. de Resurr. carn. c 45.

¶ Substantĭālĭter, adverb. idem. Habet etiam Tertull ad Valent. c 7: & adv Marc. 4, 35; & Augustin. de Vera Relig. lib. extr. & de Trinit. 5, 8 pr.

¶ Substamen vide supra in *Stamen.*

¶ Consubstantiālis, *e*, eines wesens, theologicum verbum, Augustinus est de Trinitate 15, 27; & epist. 178 &c. & Tertull. adv. Hermog. c. 44.

¶ Consubstantīvus, *a, um*, idem. Tertull. adv. Valentin. c. 12 *Consubstantivi satellites.* Ibid. c. 37 *Consubstantiva virtus.* conf. c. 18.

¶ Insubstantivus, *a, um.* Vet. Interpr. Irenæi 1, 10 *Pater cujus pater nemo est, qui est inexcogitabilis & insubstantivus.*

¶ Supersubstantiālis, *e*, Gr. περούσιος. Vulg. Interp. Matth. 6, 11.

¶ Superstō, *are*, auf oder über etwas stehen. Liv. 40, 2 *Tempestas signa in circo cum columnis, quibus superstabant, evertit.* ¶ 2. Superare, prædare est, übertreffen. Sidon. carm. 2, 17 *Regna superstat, qui regnare cupit.*

¶ Superstans, *tis*. Liv. 27, 18 *Acies altiori superstans tumulo.* Idem 37, 40 *Terribus superstantes armati.* Idem 10, 28 *Effœdis carnibus superstans hosti animus advenit.* Virg. Æn. 10, 540 *Lapsumque superstans Immolat.* conf. Stat. Theb. 2, 713.

¶ Superstes, *ĭtis*, c. qui cæteris defunctis vivus supereſt, der noch bey leben ist. Ter. Heaut. 4, 4, 7 *Ita mihi atque huic sis superstes &c.* Sic, *Superstes reipublicæ*, Cic. fam. 9, 17; & ad Qu. fratr. 1, 3 *Vtinam te non solum vitæ, sed etiam dignitati meæ superstitem reliquissem!* Ter. Andr. 3, 2, 7 *Deos quæso, ut sit superstes*, id est, salvus. *Sibi esse superstites*, illi dicuntur, qui magno periculo vitæ functi & liberati sunt, Tac. Agric. 3, 5, ubi vide Pichenam. ¶ 2. Pro testibus *superstites* dixisse veteres, apparet ex formula solenni apud Ciceronem pro Mure. c. 12 *Suis utrisque superstitibus præsentibus.* Festus: *superstites præsentes testes præsentes significat &c.* Vid. viri docti ad l. c. Cic. & Schotti not. Cic. 1, 10. Vrsinus tamen interpretatur apud Ciceronem ipsos litigatores *stantes super* fundum controversum.

¶ Superstĭtio, *ōnis*, f. religio delira quæcunque & anilis, *in qua inest timor inanis Deorum*, quemadmodum Cicero inquit de Nat. D. 1, 42; omnis denique importuna & inepta religio, aberglaube, irrthum in der religion. Vnde manare nominis ratio, vide post in *S. perstitiosus.* Curt. 4, 10, 7 *Nulla res efficacius multitudinem regit quam superstitio*, quam mox *vanam religionem* vocat. v. ibi Freinsh. Cic. Divin. 2, 60 *Imbecilli animi atque anilis est superstitio.* Et, *Superstitiones novas inducere*, Quintil. 4, 2. *Superstitio fusa per gentes hominum imbecillitatem occupavit*, Cic. Divin. 2, 72. Magnum superstitionum, quarum hodieque multæ vigent, catalogum vide apud Plin. 28 pr. ¶ 2. *Superstitio* interdum in bonam partem accipitur pro religione. Iustin. 39, 3, 9 *His tot mensibus dimissis sanguinis adjicit superstitionem templi, quo adulta profligerit*, pro quo in eodem libro c. 1 *religionem templi* dixit. Id. 41, 3, 6 *In superstitionibus ac cura deorum præcipua animus veneratio*, hoc est, in iis, quæ religiose colunt ac pro Diis habent & venerantur, præcipue sunt fluvii. Adde Colum. 1, 8; Sen. epist. 95; Tac. An. 2, 85, 4; & 12, 59, 2 &c.

¶ Superstitiōsus, *a, um*, abergläubig. Cic. de Nat. D. 2, 28 *Qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, SVPERSTITIOSI sunt appellati: quod nomen postea latius patuit &c.* Quæ Lactantius Inst. Div. 4, 28 adducit & reprehendit & tandem subjicit: *Superstitiosi vocantur, non qui filios suos superstites optabant, (omnes enim optamus), sed aut ii, qui superstitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus suis superstites colebant eorum imagines domi, tanquam Deos penates &c.* Neque Servius ad Virg. Æn. 8, 187 dolendit ab hac origine; sed & ipse aliam ejus causam adfert, ab aniculis dictam tradens, quæ multis superstites sint per ætatem, quarum propria est δεισιδαιμονία. conf. Nonius 5, 36; & Barth. ad lib. 12 Theb. Statii p. 1506. Cicero rursus de Divin. 2, 39 *Imbecilli animi facile superstitiosa ista concipiunt.* Et ex Nigidio Gellius 4, 9 *Superstitiosi religione se alligare.* ¶ 2. Pro divino & bono conjectore. Plaut. Curc. 3, 27 *Superstitiosus hic quidem est, vera prædicat.* Superl. *Superstitiosissimum seculum*, Tertull. Scorpiaco adv. Gnost. c 2. Et Salvian. 8 Gubern. Dei p. 309 *Paulum Apostolum, superstitiosissimus licet Atheniensium populus patienter audivit.*

¶ Superstĭtiōse, adv. idem; ut, *Facere alicui superstitiose*, Quintil. 1, 1, hoc est, nimium solicite, aut curiose. Et Cic. de Divin. 1, 55 *Fatum est non id, quod superstitiose, sed id quod physice dicitur, causa æterna rerum &c.* cont. Gell. 1, 25.

¶ Superstĭto, *are*, frequent. salvum reddere, erhalten. Ennius apud Nonium 2, 706 *Regnum nostrum ut suppitent, superstitentque*, ubi utrumque verbum pro *salvare* positum est. Plautus in Persa principio act. 3 *Vt mihi superstit, suppetat, superstitet.*

STOAS I vel Stoaci, iidem sunt qui *Stoici*, de quibus mox sequitur. Mart. Capella 2 p. 31 *Quicquid agentes stoasi præscia dant futuris.*

STOBI, *orum*, m. pl. Vrbs Macedoniæ, Romana colonia. v. Liv. 39, 53. Spanh. de usu & præst. num. diss. 13 p. 601. Hinc *Io. Stobæus*, vel ut alii malunt Latine vocari *Stobensis* nomen habet.

STOEBE, *es*, f. στοιβή, planta notissima fuisse videtur, tempore Dioscoridis, sed incognita hodie, *Phleon* alio nomine dicitur, Matthiol. vid. Plin. 22, 11; & Dioscor. 4, 13.

STOECHAS, *ădis*, f. στοιχάς, planta in Stœchadibus insulis nascens, stichas-kraut, welsches lavendel. Matthiol. & Plin. 27, 12; & 26, 7; Cels. 8, 9; Apul. de Herb. c. 42; Dioscor. 3, 28. ¶ 2. Sunt autem *Stœchades*, στοιχάδες, insulæ tres Massiliensium litori vicinæ, *Prote, Major, Hyppea*, hoc est, prima, media, infima, sic enim ab ordine situs nominatæ sunt: Plin. 3, 5; Suet. Claud c. 17.

¶ Stoichadītes, *æ*, m. στοιχαδίτης, vinum ex Stoichade, Dioscor. 5, 38.

STOĬCI, *ōrum*, m. pl. Στωϊκοὶ philosophi, a στοᾶ, *porticu*, in porticum enim variis picturis illustratam & amœnam convenire solebant. *Zeno*, ut Cicero Acad. Qu. 4, 42 vocat, *inventor & princeps Stoicorum fuit*, a quo & *Zenonii* aliquandiu dicti fuerunt. Vide in *Philosophus* & *Secta.* Habuit quidem hoc philosophantium genus non pauca, quæ detestanda merito veniant, (& quid mirum hoc in hominibus veræ religionis ignaris)? sed quia generose sublimiterque philosophabantur, & plus, quam alii, virtutis inculcabant studium, cætera omnia, quæ vulgus mirari sectarique solet, spernentes calcantesque: idcirco Patres veteres iis tribuerunt plurimum, dogmataque eorum post Platonis, unde duxerunt originem, receperunt inprimis, obliqui plerumque in cæteros, & Peripateticos maxime, quod ex Clemente Alexandrino, Origene adversus Celsum, Tertulliano item, Augustinoque ac aliis, approbari facile posset. Cic. Divin. 2, 41 *Stoici omnia*

omnia superstitiosa solicitudine & miseria credunt. Id. de Fin. 3, 1 *Stoicorum non ignoras quam sit subtile vel spinosum potius differendi genus.* conf. Sidon. 9, 9. Sing. de uno v. Horat. 2 sat. 3, 160 & 300.

¶ Stōĭcus, *a, um,* adject. ut, *Libelli stoici,* Horat. epod. 8, 15. *Stoica dogmata,* Iuvenal. 13, 121. Et Taurus philosophus apud Gellium 12, 5 *Me autem scis cum Stoicis non bene convenire, vel cum stoica potius disciplina: est enim pleraque & sibi & nobis incongruens.* Sen. in ludo de Claudio: *Est aliquid in eo Dei stoici, nec cor, nec caput habet.* Nimirum *Deus stoicus* est mundus rotundus &c.

¶ Stoice, adverb. severe, streng, ernstlich. Cic. pro Mur. c. 35 *Agit mecum austere & Stoice Cato.*

¶ Stōĭcīda, *æ,* m. Iuvenal. 2, 65, i. e. Stoicus per contumeliam.

STŎLA, *æ,* f. στολή, vestis honesta matronarum, ad talos usque demissa, ein langes frauen-kleid. Horat. 1 sat. 2, 99 *Ad talos stola demissa & circumdata palla.* Idem l. c. v. 1 *Velatus stola.* Cic. Phil. 2, 18 *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* ¶ 2. Metonymice *stola* pro honesta matrona, Stat. 1 Silv. 2, 235 *Hic eques, hic juvenum cœtu stola mixta laborat.*

¶ Stŏlātus, *a, um;* ut, *Stolata mulier,* id est, locuples & primaria, ut *togata,* plebeja & secundæ classis, Horat. 1 sat. 2, 82. Et statuas quasdam *Stolatas mulieres* Vitruvius dixit 1, 1. conf. Petron. c. 44. Sed, *Stolatus pudor,* hoc est, honestus & matronalis, Martial. 1 epigr. 36. *Ulysses stolatus,* Suet. Calig. c. 23; quo nomine ibi propter vafritiem Liviam Augustam appellatam refert. Petron. c. 44 *Stolatæ ibant nudis pedibus.*

¶ Catastŏle, *es,* f. καταστολή, *modestus amictus, vestitus.* Hinc

¶ Catastŏlĭcus, *a, um;* ut, *Catastolicum medicamentum,* Veget. 2, 22.

STŎLĬDUS, *a, um,* excors, stultus, qui parum intelligit, albern, läppisch, thöricht, närrisch. Ter. Andr. 3, 1, 12 *Vix tandem sensi stolidus.* Ita, *Stolidæ convicia fundere linguæ,* Ovid. Met. 13, 306. Aur. Victor in Constantio: *Vetranio litterarum prorsus expers, ingenio stolidior.* Idem comparativus est in Plaut. Mil. 4, 2, 33; & Sallust. apud Gell. 18, 4. Superl. Liv. 22, 28 *Dux ipse inter stolidissimos ferocissimosque.* Ovid. Met. 13, 774 *O Stolidissime vatum.* Et Iuvencus in Matth. 4, 25 de 10 Virginibus v. 200 *Altera prætupido pars est stolidissima cordis.* Terentius Scaurus: *Stolidi vocantur non tam stulti & excordes quam tetri, molesti & illepidi, quos Græci μοχθηρὸς καὶ φορτικὸς dicunt.* conf. Gell. l. c. Nempe id fit per metonymiam consequentis. Sicut enim stolones & παραφυάδες nocent arboribus earumque impediunt incrementum; ita & stolidi eis, quibuscum conversantur, exhibent molestiam. Vid. *Stolo,* & Ciceronis locus supra in *Brutus.*

¶ Stolide, adverb. idem. Liv. 25, 19 *Id non promissum magis stolide, quam stolidæ creditum fuit.* Vbi alterum *stolide* inducendum putat Gronovius. Tac. An. 1, 3, 6 *Stolide ferox.* Compar. *Stolidius crumpentes,* Ammianus 19, 8 (Valesc. 5). Et Superl. *Stolidissime,* Liv. 23, 8.

¶ Stoliditas, *ātis,* f. thorheit, tummheit. Flor. 3, 3, 12 *Quadam stoliditate barbarica.* Et 4, 12, 16 *Apud paris hominis stoliditatis.* Gell. 18, 4 *Ipso Lentulo stolidior est & vanior, qui ignorat, ejusdem stultitiæ esse vanitatem & stoliditatem.* conf. Arnob. 2 p. 80; & 3 p. 110.

STŌLO, *ōnis,* m. ramus superfluus enatus ex radice arboris aut stirpe, ein aufsprossling aus der wurzel, nebenschoß, Plin. 17, 1; & 27, 13. ¶ 2. *Stolonem* significare stolidum & stultum, statuit Turnebus Advers. 1, 23, cum & a Stolone stolidi nomen ortum esse videatur, ein narr. Et sic usurpasse putat Autonium epist. 4, 92 *Sed jam non potes o stolo deceri.* ¶ 3. *Stolonum* cognomen apud Romanos. Varro R. R. 1, 2 *Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus D. jugera habere civem Romanum & qui propter diligentiam cultumæ stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores e radicibus, quæ nascerentur e solo, quos stolones appellabant &c.* Fuit autem hoc Licinæ gentis cognomen.

STŌLUS, *i,* m. στόλος, i. e. cataplus, die flotte; ut, *Alexandrinus Stolus,* Cod. Theod. L. 13.

STŎMĂCĀCE, *es,* f. στοματάκη, vitium gingivæ, cum dentes decidunt, die mundfäule, der scharbock. Plin. 25, 7 *In Germania trans Rhenum castris a Germanico Cæsare promotis, mansimo tractu fons erat aquæ dulcis soli, qua potu, intra biennium dentes occiderent, compagesque in genibus solverentur. Stomacacen medici vocabant & Scelotyrben e mala.* Meminit & Strabo lib. 16.

STŎMĂCHUS, *i,* m. στόμαχος, canalem in genere significat, qualis est *Oesophagus,* per quem cibus ex ore descendit in ventriculum, der schlund. Plin. 11, 36 *Summum gulæ fauces vocantur, extremum stomachus.* Cic. de Nat. D. 1, 54 *Linguam ad radices ejus hærens stomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt.* Sen. epist. 2 *Fastidientis stomachi est, multa degustare.* ¶ 2. Aliquando & ventriculum ipsum *Stomachus* significat, a στόμα & ἔχω, quia alimenta & accipit, & per aliud os effundit, der magen. *Stomachus imbecillus,* apud Cels. 1, 2; & *infirmus,* 2, 8. Horat. 2 sat. 2, 38 *Jejunus stomachus raro vulgaria temnit.* Et v. 18 *Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis,* ibid. v. 43 *Mala copia quando Ægrum sollicitat stomachum.* Sic, *Laborare stomacho,* Cels. 1, 8. *Esse languenti stomacho,* Cæl. ad Cic. fam. 8, 13. Et Cic. fam. 16, 6 *Jus dandum tibi non fuit, cum καλοκἀγαθίᾳ esses,* i. e. stomachi vitiis laborares. Suet. Calig. c. 58 *Mitescente adhuc stomacho pridiani cibi onere.* Cels. 3, 6 *Respuit cibum stomachus.* Sic, *Stomachi dissolutio,* id est, vomitus, Plin. 9, 48. *Stomachi rosiones,* Id. 20, 17. *Stomachi resolutio,* Cels. 4, 5, unbedulichkeit, cum cibi non tenax est, soletque delinere ali corpus, ac sic tabe consumi. *Ciborum diversitate reficitur stomachus,* Quintil. 1, 12. *Ciborum fastidiis stomachi clauditur cupido,* es ist kein appetit zum essen, Solin. c. 4. ¶ 3. Et *Stomachus* ea vis est animi, quæ res aut suæ amicas naturæ, aut inimicas atque contrarias vel appetit vehementer, vel aversatur & abhorret, ut stomachus cibos. Plin. 6 epist. 2 *Mei certe stomachi hæc natura est, ut nihil nisi totum & merum velit,* mein appetit ist so beschaffen. Cic. fam. 7, 1 *Ludi magnificentissimi, sed non tui stomachi,* sie möchten dir nicht gefallen haben. Plin. præf. p. 4, 13 Hard. *Argumentum hujus stomachi mei habebis,* h. e. ingenii, de quo dixerat, candoris ingenui. Quintil. 6, 3 extr. *Hæc aut Catonis animo, aut Ciceronis stomacho ferenda sunt.* vid. Buchner. ad Hirtii 9 epist 17 n. 541. ¶ 4. *Stomachus* pro indignatione aut odio, unluſt, unwille, verdrüßlichkeit. Cic. fam. 2 epist. 16 extr. *Hoc ad persi, ut scires, me tamen in stomacho solere ridere.* Id ad Qu. frat. 3, 8 *Epistola plena stomachi ac querelarum* Id. ad Brut. ep. 13 *Scribere ad te multa non possum præ solicitudine & stomacho.* Et fam. 2, 16 *Nostri stomachi nati in hominum insolentium indignitate fastidium.* Hinc, *Stomachum facere, movere,* unluſtig und unwedultig machen. Cic. Att. 6, 3 *Ille mihi risum magis quam stomachum movere solet.* Id. fam. 1, 9 *Ut mihi stomachum facerent, quem ego tibi adhuc perdidi.* Et, *Esse majori stomacho,* idem Att. 5, 1. *Non sine stomacho,* Id. ad Qu. fratr. 3, 5

¶ Stŏmăchĭcus, *a, um,* στομαχικὸς, stomacho laborans, der magenbeschwerung hat. Plin. 20, 9; & 23, 5; & 24, 14, & Sen. epist. 24.

¶ Stomachor, *ātus sum, ari,* ungeduldig, unleidlich, unwillig und wunderlich sein, ferire. Ter. Eun. 2, 3, 31 *Id adveniens stomachabar mode.* Cic. N. D. 1, 33 *Stomachabatur, si quid asperius dixeram.* Id. Att. 14, 21 *Asperiorem me senectus facit: stomachor omnia.* Et, *Non dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re ago sæpius,* Att. 16, 16. Et Horat. 1 epist. 1, 104 *Et prave factum stomacharis ob unguem.* Sen. epist. 12 *Occasionem stomachandi arripere.* conf. Id. epist. 4; & Suet. Tib. c. 21.

¶ Stŏmăchans, *tis.* Cic. de Clar. Or. c. 95 *Sæpe videbam irascentem & stomachantem Philippum.* Id. Att. 4, 16 *Stomachantes alii judices.*

¶ Stŏmăchātus, *a, um,* idem. Apul. Met. 5 p. 172 *Sese protripit infesta & stomachata bilis Venerias,* i. e. indignabunda ut Venus, cum bili concitatur.

¶ Stŏmăchābundus, *a, um,* idem. Gellius 17, 8 *Puer atrocibus oculis stomachabundus.*

¶ Stŏmăchōsus, *a, um,* qui facile irascitur & placatur, jähzornig, Græcis ὀκνηρόθυμος. Sen. de Ira 1, 4 *Nec minus ii macheosam, rabiosam, clamosam, difficilem, asperum* (dicimus), *quæ omnia iracundiæ sunt.* Et, *Stomachosiores literæ,* etwas zornig, Cic. fam. 3, 11. conf. Id. de Orat. 2, 69; & Horat. 1 epist. 15, 12.

¶ Stŏmăchosē, adverb. idem. Compar. Cic. Att. 10, 5 *Rescripsi ei stomachosius.* conf. Charis. 2 p. 193.

¶ Eustŏmăchus, *a, um,* εὐστόμαχος, ventriculo conducens, out vor den magen. Theod. Prisc. de Diæt. c. 7 *Ovum molle plus est eustomachum quam frixile.*

¶ Subitostŏmăchi, *ōrum,* aliquantulum stomachari, etwas zürnen. Augustinus Confess. lib. 3 extr. *Subitostomachos inquit.*

STŎMĂTĬCE, *es,* f. στοματικὴ, oris medicamentum. Plin. 23, 6 *Medicamentum, stomatice vocatur, utilissimum oris vitiis &c.* conf. 23, 7; & 22, 9; & 24, 11 & 13. vid. *Stomaticus.*

¶ Stŏmătĭcus, *a, um,* qui oris ulceribus laborat, der ein geschwür im munde hat, a στόμα, στόματος, Plin. 24, 14; & Cels. 5, 18.

STŎMŌMA, *ātis,* n. στόμωμα, Latini *aciem* dicunt: fit ex ferro fæprius liquefacto, & a reliquamentis purgato, stahl. Sic vulgo. Plinius autem 34, 11 *Stomoma* dicit *vocari squamæ* (æris) *genus subtilius, ex summa limaturæ decussim.* Dictum a στόμω, quod *robore, durum facio,* significat. Sic, *Squama stomomatis,* hammerschlag.

STŎRAX, *ācis,* m. στύραξ, vel στύρακ, lacrima resinosa, sic dicta, *quod sit gutta arboris profluens & congelata,* harz von bäumen. Isidor. 17, 8, deque ejus natura, Plin. 12, 18; & 24 c. 6. Virg. Ceiri 168 *Non storace Idæo fragrantes pectia capillos.* conf. infra *Styrax.*

STŎREA, *æ,* f. στορεὺς, eine geflochtene decke, filzdecke, flechte, a στορέννυμι, *sterno.* Scribunt & *Storia,* Liv. 30, 3 extr. *Numidæ arundine textis storeaque pars maxima tectis habitabant.* Cæs. B. C. 2, 9 *Storeas ex funibus ancorariis tres in longitudinem parietum turris, latas IV pedes fecerunt &c.* conf. Plin. 15, 16.

STRĂBO, *ōnis,* & Strabus, *i,* m. στραβὸς, στραβῶν, cui oculi distorti sunt, ein schielender, Horat. 1 Serm. 3, 43 *At, pater, ut gnati, sic nos debemus amici, Si quod sit vitium, non fastidire: Strabonem Appellat pætum pater, & pullum male parvus Si cui filius est:* vide supra *Pætus:* & ex Varrone & Lucilio Nonium 1, 109; ubi lepide in primis Varro de intemperantia, ut apparet, magistratuum Romanorum, *Mirti, qui Sicinia intrarunt integris oculis, Strabones sunt facti, habet quidam non ἀλκυσικὸν provinciale formosula uxor.* Cic. de Nat. D. 1, 29, & Petron. c. 39. *Inter cæcos strabo rex est:* vel, *inter strabos strabus,* id est, inter eos semidocto sapere facile est; v. Chiliad. Et hinc *Strabonum* cognomina, uti Plinius notat 11, 37. *M. Licinius Strabo* apud Liv. 41, 2 occurrit, pro quo tamen *Si lo.* Vielhius in Annal. p. 426 reponit, quoniam in gente Licinia hoc cognomen nondum observatum sit. ¶ 2. *Strabo, onis,* Στράβων, geographus Cappadox, patria Amasenus ex Ponto, neque obscuro genere natus fuit. Quo omnibus cum eruditis, & in philosophia Peripatetica haud levioribus esset, ve fatus, Stoicos tamen sectatus est. Stoicum enim dicere Stephanus & Suidas nominant. Scripsit Geographica, quæ exstant, opus accuratissimum & omnium rerum scientia varium, & maxime faciendum. Adducit etiam atque interpretatur multa carmina Homerica, philosophiæ Homericæ summus ipse admirator, ac rerum omnium investigator diligentissimus. Scripsit hos libros senex; edidit certe, cum ante edidisset historias. Vixit Augusti Tiberiique temporibus, quod ex ipso potest constare. Vide vitam ejus a Casaubono editam, itemque Vossium de Hist. Græcis 2, 6.

¶ Strabus, *a, um,* schielend. Nonius l. c. *Strabones sunt, quos strabos nunc dicimus.* Varro apud Priscian. 6 p. 684 *Non hæc res de Venere pota strabam facit* ἑτεροφθαλμον. Ovid Art. am. 2, 659, ut corrigit Heinsius: *si qua strabo est, Veneri similis, si rava, Minervæ.* ¶ 2. *Strabas* vocabant pyros, ex armis, instrumentis bellicis constructas, quales sua etiam ætate barbaras gentes condidisse, Papinii scholiastes Lutatius scribit. vid. Notas Fr. Lindebrogii ad Iornandem, & Kirchman. de Funerib. 3, 18.

¶ Strā-

¶ Strabōnus, m. idem quod *Strabo*. Petron. Fragm. Tragur. p. 40 vel c. 63 *Strabonus eſt, non curo*. conf. Reineſ. ad h. l. p. 99.

Stragen, ſtragula &c. vide ſupra *Sterno*.

STRĀMEN, *ĭnis*, n. a *ſtrato* ſive dubio dictum eſt, ſtroh, oder was untergeſtreuet wird: ut, *Tecta ſtraminea caſa*, Ovid. Met. 5, 447. Et Virg. Æn. 11, 67 *Hic juvenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt*.

¶ Strāmentum, *i*, n idem. Caro R. R. c. 5 *Stramenta ſi decerunt, frondem illigneam ſubjicito*. Varro R. R. 1, 50 *Alii ſtramentum a ſtando, ut ſtamen dictum putant, alii ab ſtrato, quod id ſubſternatur pecori*. Colum. 6, 3 *Hiberna ſtabulationi bourn præparanda ſunt ſtramenta*. Horat. 2 ſat. 3, 117 *Stramentis incubare*. Plaut. Truc. 2, 2, 23 *Noctem in ſtramentis pernoctare perpetem*. Plin. 18, 3 *Quies ſomnusque in ſtramentis*. Liv. 25, 39 *Pars ignis eſcas, ſtramenta aridа tectis ſuccendunt*.

¶ Strāmineus, *a, um*, ſtrohern. Propert. 2, 16, 20 *Stramina poſſet dulce locare caſa*. Quidam ex Scaligeri codice *Cramina* legunt. Sed idem fere Ovid. Amor. 2, 9, 17 *Roma miſi immenſum virgo prope tecta in cælum, Stramineæ eſſet nunc quoque tecta caſæ*.

¶ Strāmentĭtius, *a, um*, idem. Gnomaſticum: *Stramentitius*, κατάκοιτος. Habet & Petron. c. 63; & Hirt. B. Afric. c. 16.

¶ Strāmentārius, *a, um*, zum ſtroh dienlich; ut, *Falces ſtramentariæ*, Cato R. R. c. 10.

¶ Strāmentor, *ari*, ſtramenta colligere, ſtroh ſammlen. Apud Hyginum tab. 14 legitur *Stramentatum exire*, ut apud optimos ſcriptores *frumentatum, lignatum, aquatum ire*.

¶ Substrāmen, *ĭnis*, n. eine ſtreu. Varro R. R. 3, 6 *Idoneum eſt ad ſubſtramen paleum*. Ibid. c. 10 *Molle habeant ſubſtramen e palea*. Et Silius 12, 444 *Lubricæ ſubſtramina*.

¶ Substrāmentum, *i*, n. idem. Cato R. R. c. 161 *Aſparagum ſubſtramentis per hiemem operito, ne peruratur*.

STRĀMŌNIA, *æ*, f. herba *ſolano* ſimillima, ſed folia habens *opium* redolentia, *floribus albis*, Matthiol.

STRANGIA, *æ*, f. σταγγίας, genus tritici in Græcia, Plin. 18, 7.

STRANGŬLO, *avi, atum, are*, a σταγγαλάω, gulam ſtringendo necare, ſuffocare, würgen, erwürgen, erſticken droſſeln. Cæl. Cic. fam. 9, 15 *Comprehendit & ſtrangulavit*. Et Cic. fam. 9, 22 *Ille patrem ſtrangulavit*. Suet. Claudio c. 27 *Druſum Pompejis impuberem amiſit, pyro per luſum in ſublime jactato, & hiatu oris excepto ſtrangulatum*. Cels. 2, 1 f. *Difficultate ſpirandi ſtrangulari*. Ovid. Triſt. 5, 1, 63 *Strangulat incluſus dolor atque exæſtuat intus*. ¶ 2. Translate Iuvenalis 10, 12 *Sed plures nimia congeſta pecunia cura Strangulat*. Stat. 2 Silv. 2, 150 *Non tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca Divitias*, i. e. uſus adimit, & ſtringit, velut vinculis ad interitum. vid. de hac locutione Lipſ. Manud. ad Stoic. Philoſ. Matth Rader. ad Martial. 2 epigr. 32. Delid. Herald. eodem loco; & Barth. Adverſ. 169, 7. Nam ſic & Petron. c. 15 *Veſtis inter prædones ſtrangulatur*, i. e. perit. v. Erh. Burder. Burm. Quintil. procemio lib. 8 *Illa, quæ curam fatentur, & ficta atque compoſita videri etiam volunt; nec gratiam conſequuntur, & fidem amittunt, propter id, quod ſenſus obumbrant, & velut læto gramine ſata ſtrangulant*, wie gar zu groſſe geilheit die ſaat erſticket.

¶ Strangulans, *tis*. Plin. 2, 43 *Spiritum nube cohibitum tonare, natura ſtrangulante ſonitum*.

¶ Strangulātus, *a, um*, erwürget, erſticket, erdrenckt, gedroſſelt. Plin. 7, 7 *Fabius in lectis lapſa vino pilo ſtrangulatus*. Id. 32, 10 *Ranas ſtrangulatas in oleo calefacit*. Pallad. 1, 24 *Aliquid de ſtrangulati hominis loro, aut vinculo, aut fune*. conf. Tac. Ann. 6, 25, 3; & 6, 39, 1. Plin. 2 ep. 11.

¶ Strangŭlātus, *us*, m. ſubſt. die würgung, erſtickung, verſtopfung; ut, *Strangulatus vulvæ*, Plin. 7, 7; & 26, 15. conf. 32, 10.

¶ Strangŭlārio, *ōnis*, f. idem. De cumino Plin. 20, 15 *Strangulationes vulvæ potum in vino aperit*. conf. Idem 21, 20; & 36, 19, & Apul. apolog. 1 p. 356.

¶ Strangulātor, *ōris*, m. qui ſtrangulat. Spartianus Severo c. 14 *Narciſſum, Commodi ſtrangulatorem, leonibus objecit*.

¶ Strangulātrix, *ĭcis*, f. Adjective, *Manus ſtrangulatrix faucium*, Prudent. in Romano v. 1103.

¶ Strangulābĭlis, *e*. Tertull. de Anima c. 32 *Submerſu piſcinarum ſtrangulabilis*, h. e. quæ ſtrangulari poteſt.

¶ Adſtrangulātus, *a, um*, erwürgt, erdroſſelt. Minucius Felix c. 30 *Filios adſtrangulatos miſero mortis genere elidere*.

¶ Deſtrangulo, *are*, erwürgen. Porc. Latro Decl. in Catil. *Deſtrangulandam penitus ac tollendam cogitavit*.

¶ Obſtrangulatus, *a, um*, ſtrangulatus. Prudent. καθημερ. 7, 10 *Obſtrangulata mens*.

¶ Præſtrangulo, *āre*, præfocare, den athem benehmen. Quint. Trib. Marc. c. 3 Burm. p. 77 *Ne anxium oratorem præſtrangulet invidia*.

STRANGŪRIA, *æ*, f. σταγγεία a σταγγαλάω, ſeu σταγγίζω portius, i. e. *ſtrangulo, guttatim exprimo*, & τὸ οὖρος, *urina*, difficultas urinæ eſt ex conſtrictione meatus, der harnſtrang. Cic. Tuſc. Qu. 2, 19 de Epicuro: *Forticulam ſe in torminibus & in ſtrangu ria ſua præbet*. Meminit hujus mali Plinius multis locis, etiam plurabiliter, ut 24, 13 *Aſpalathus diſcutit ſtrangurias*. conf. Cato R. R. c. 127; Cels. 2, 1; Plin. 20, 5; & 30, 8; &c. Et Apul. de Herb. c. 106 n. 1 p. 357.

¶ Strangūrĭōſus, *a, um*, ſtranguria laborans, der ſchwerlich harnet. Marcell. Empir. c. 26.

STRĀTĀGĒMA, *ātis*, n. vel *Strategema*, στρατήγημα, militaris aſtutia, eine krieges-liſt. Cic. Att. 5, 2 *Strategemate hominem percuſſit*, id eſt, aſtu eluſit. vid. Manut. *Solertia falle*, Frontinus præfat. libri, cui hunc ipſum dedit indicem, & Nepos 18, 5, 4 *Callida inventa*, hujusmodi ſtrategemata vocat. Cic. Nat. D. 3, 6 *Conſilium illud imperatorium, quod Græci* στρατήγημα *appellant*. Et Val. Max. 7, 4 de Strategematis, princ. *Illa vero pars calliditatis egregiæ, & ab omni reprehenſione procul remota, cujus opera, qui e appellatione noſtra vix apte exprimi poſſunt, prout pronunciatione STRATEGEMATA dicuntur*. Proſtant Græce Polyæni libri 8 & Latine Frontini, quem laudavimus, libri 4 Strategematum.

¶ Strategēmătica, *ōrum*, n. pl. ſubſt. στρατηγηματικὰ, i. e. ſolertia ducum facta, ſive Strategemata, Frontin. præf. lib. 1 Strateg.

Strātes, vide *Sterno*, Strategium, ſtrategia, *Strategus*.

STRĀTĒGUS, *i*, m. στρατηγὸς, dux exercitus, ein feld-oberſter, krieges-oberſter. Latini *Prætorem* vocant. v. Nonii Cenot. Pil. Diſt. 2, c. 11 p. 211. Plaut. Curc. 2, 3, 6 *Nec Cratetas, nec tyrannus quiſquam*: & Sticho 5, 420 *Strategum te facio hujus convivii*, i. e. *magiſtrum*. Deſignat autem magiſtrum convivii, ſive συμποσίαρχον. vide *Magiſter*.

¶ Strātēgēum, *i*, n. στρατηγεῖον, i. e. prætorium, das haupt-quartier, des oberſten gezelt. Vitruv. 5, 9 *Smyrnæ ſtrategeum*. vid. ſupra p. 117.

¶ Strātēgia, *æ*, f. στρατηγία, præfectura, die vogten, apud Plin. 6, 9 de Armenia: *Dividitur in præfecturas, quas ii ſtrategias vocant*. Id. 4, 11 pr. *Thracia in ſtrategias quinquaginta diviſa*.

¶ Archiſtrātegus, *i*, m. ein general, feld-marſchall. Hieronymus in Obadiæ prophetiam v. 1 græce uſus eſt: *Ego ero ἀρχιστρατηγὸς prælierum*.

STRĀTIŌTES, *æ*, m. στρατιώτης, miles, ein ſoldat. ¶ 2. *Stratiotes* vel *Stratiotis, idis*, f. millefolium, herba, garben, στρατιώτης χιλιόφυλλος, quæ & *ſolium militare*, Plin. 24, 18. De duplici herba hujus nominis v. Dioſc. 4, 97 & 98. *Stratiotice* dicitur Apulejo de Herb. c. 88.

¶ Strātiōticus, *a, um*, στρατιωτικὸς, militaris, ſoldatiſch, kriegeriſch; ut, *Stratioticus nuncius*, Plaut. Pſeud. 2, 2, 9; *homo*, ibid. 4, 1, 12.

STRĀTO, *ōnis*, m. στράτων, Lampſacenus philoſophus, Theophraſti auditor, Ptolemæi Philadelphi præceptor, *phyſicus* appellatus, *qui omnem vim divinam in natura ſitam cenſuit &c.* v. Cic. N. D. 1, 13. conf. Id. Fin. 5, 5; Acad. Qu. 1, 9; & 4, 38.

STRĀTŌCLES, *is*, m. & Democlides, Στρατοκλῆς, ὁ καὶ Δημοκλείδης, reipublicæ regendæ præfecti, *ad meſſem auream*, ἐπὶ τὸ χρυσοῦν θέρος, mutuo ſefe invitare conſueverunt. Sic autem per jocum tribunal & curiam appellantes, *meſſem* ſcilicet *omnem moleſtiarum*; Plutarch. in opere de civili inſtitutione.

STRĀTŌNĪCE, *es*, vel Stratonicēa, *æ*, f. urbs Cariæ, Macedonum colonia. ¶ 2. *Stratonice*, Ariarathis Cappadocum regis filia, uxor Eumenis, Pergami regis, cui Attalum peperit, regni ſucceſſorem, Strab. lib. 13. ¶ 3. Alia *Stratonice*, filia Demetrii Poliorcetæ, uxor Seleuci, quam ille filio Antiocho ex amore ægrotanti, conceſſit: Plutarch. in Demetrio.

¶ Strātonicensis, *e*, adject. apud Livium 33, 18.

STRĀTŌNĪCUS, *i*, m. citharœdus fuit ſub Ptolemæo, cui non ſatis oppoſite de ſua arte judicanti aliquando reſpondit: *Alia res ſcriptorum, alia ſtetirum*, ἕτερον ἐστὶ συγγραφῶν, ἕτερον δὲ πλήκτρων, Athen. lib. 8. Idem, cum in gymnaſio, ubi docebat, haberet novem Mularum imagines, itemque Apollinis, & duos diſcipulos, interrogareturque, quot haberet diſcipulos, reſpondit: σὺν θεοῖς δώδεκα, *cum diis duodecim*. Rurſus cum vocatus ad addiendum citharœdum invita eum canere Minerva animadverſiſſet, dixit: Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνέηκεν; i. e *Illi conceſſit pater hoc, aſt abnuit illud*; Significans id, *eſſe citharœdum, dedit huic quidem Apollo, bene autem canere abnuit*, Athen. lib. 6. ¶ 2. Alius *Stratonicus* fuit Philippi Macedonum regis & Alexandri deinde filii quæſtor, homo dicaciſſimus: ex quo illius nomen in proverbium abiit, ſicut Craſſi apud Latinos, ut Diodorus Siculus & Ælianus prodiderunt. Ad eum pertinet, quod Plautus Rud. 4, 2, 27 ait: *Poſt animi cauſſa mihi novem facium, atque imitabor Stratonicum, Oppida circumveſtabor &c.*

STRĀTŌPĒDON, *i*, n. στρατόπεδον, caſtra, das lager im felde. Latine uſurpavit Iul. Obſequens c. 116.

Strator, ſtratum, ſtratura, vide ſupra *Sterno*.

STRĔBĔLUS, *a, um*, obliquus, inverſus, a στρεβλὸς, ſtreiblicht; ut, *Caro ſtrebula, quæ tenuiorum e coxendicibus demitur*, Arnob. 7 pag. 230 & 231. *Strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hoſtiarum*, Feſtus.

STRĀVA, *æ*, f. exuviarum hoſtilium moles, quam ſuper tumulum regis mortui ingenti comeſſatione concelebrarunt barbari. *Bellicum aggerem* vocat & deſcribit Statius Theb. 12, 62; ubi vide vet. Schol. Lutatium; & Iornand. de rebus Geticis c. 49.

STRĒNA, *æ*, f. munus feſtivum, ξένιον, ein geſchenck zum neuen jahr: ut, *Strenæ inemte anno recipere*, Suet. Calig. c. 42. Feſtus: STRENAM vocamus, *quæ datur die religioſo ominis boni cauſſa*. Vet. Gloſſ. *Strenæ*, (lege *ſtrenæ* cum Caſaubon.) εὐαγγέλιος, θάλος. Symmachus 10 epiſt. 54 *Ab exortu pene urbis Martiæ ſtrenarum uſus adolevit, auctoribus Tatii regis: qui verbenas felicis arboris ex luco Strenuæ anni novi auſpices primas accepit &c.* Tertull. de Idolol. c. 10 *Etiam ſtrenæ captandæ*. conf. ibid. c. 14. Has *ſtrenas* igitur clientes patronis, cives principibus dare ſolebant, quod ultimum quidem ſub Auguſto cœpit, Tiberius vero prohibuit, ſed mox Caligula revocavit. v Suet. Aug. c. 57; Tib. c. 34; & Calig. c. 42, ibique interpretes: Caſaub. præcipue in Auguſtum. Sequiori ætate ſtrenas dabant ipſi principes. v. Scalig. Auſon. Lect. 2, 23 & 24. ¶ 2. *Strenam* Feſtus dictam vult quaſi *tenuam* præpoſita S. litera &c. Conſentiunt Scalig. in not. ad Feſtum. Item in poëtica 3, 24. Beroald. in Suet. Aug. c. 57. Alii a *Strenuitate* deducunt; ut Nonius 1, 56; Symmach. 10 epiſt. 35. Barth. Adverſ. 53, 12. A *Strenia* vel *Strenua* Dea, de qua Auguſtin. de Civ. Dei 4, 16. conf. Symmach. l. c. Martinius in Etymol. a στρεῦν, *firmare* deducit, eo quod ſtrenis firmarent favores & amicitias. conf. Donatus in Suet. Tib. c. 34 p. 577.

¶ Strenuia, *æ*, f. diminut. Cathol.

¶ Streno, *are*, verbum antiquatum neſcio unde, ut &
¶ Strenŏſus, *a, um*, largus, liberalis.

STRENVVS, *a, um*, alacer, promtus & expeditus ad rem gerendam, tapffer, rechtſchaffen hurtig zur arbeit. Ter. Phorm. 3, 1, 12 *Phormio itidem in hac re, ut in aliis, ſtrenuum hominem præbuit*, er hat ſich tapffer bewieſen. Vetus Scholiaſtes ad illud Horatii lib. 1 epiſt. 7, 46 *Strenuus & fortis cauſisque Philippus agendis Clarus &c. Strenuum* efficacem interpretatur. Cic. Phil. 2, 32 *Vt cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum.* Sic, *Strenuus bello*, Nepos 14, 1, 3. *Chirurgus manu ſtrenua*, Celſ. præf. lib. 7. *Strenuus militiæ*, Tac. Hiſt. 3, 42, 6. Et Ovid. Met. 9, 306 *Una miniſtrarum faciendis ſtrenua juſſis.* Compar. pro *magis ſtrenuus*: Lucil. apud Priſcian. pag. 601 *Strenuior ſi evaſerit.* Plaut. Epid. 3, 4, 10 *Strenuiori deterior ſi prædicet ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ.* Superl. Plin. 18, 5 *Fortiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi.* Et Salluſt. Cat. c. 60 *Strenuiſſimus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus diſceſſerat.* conf. Tac. Hiſt. 4, 69, 1; Cato præf. R. R.; Plin. 18, 5; & Chariſ. p. 90.

¶ Strenua, *æ*, f. ſubſt. Dea, quæ faceret ſtrenuum. vid. Auguſtin. & Symmach. ll. cc. In *Strena*. *Streniam* vocat Varro L. L. 4, 8.

¶ Strēnue, adverb. tapffer. Cic. ad Qu. frat. 2, 2 *Domus utriusque noſtrûm ædificatur ſtrenue.* Colum. 1, 8 *Qui ſtrenue ac induſtrie ſe gerunt.* conf. Liv. 3, 47. Cic. Att. 16, 6; & Plaut. ap. Chariſ. 2 pag. 194. Superl. *Strenuiſſime*, apud Veget. 1, 17. Etiam Eutrop. 9, 9 *Aurelianus Gothos ſtrenuiſſime vicit.*

¶ Strenuĭtas, *ātis*, f. die tapfferkeit. Ovid. Met. 9, 320 *Strenuitas antiqua manet.* conf. Caſſiodor. 2, 31.

¶ Strēnuo, *are*, ſtrenuum ſe gerere, tapffer ſeyn. Plaut. Pſeud. 2, 2, 34 *Dum tu ſtrenuas, res erit ſoluta.*

¶ Inſtrenuus, *a, um*, untüchtig, ungeſchickt, feige. Ter. Heaut. 1, 1, 67 *Etſi illud inceptum, tamen animi eſt prudentis ſignum & non inſtrenui.* Habes & apud Plaut. Moſt. 1, 2, 24; & Suet. Veſp. c. 4 *Non inſtrenuo duce.*

¶ Inſtrenue, adverb. idem. Iuſtin. 17, 2, 1 *Lyſimachus non inſtrenue moritur.*

¶ Perſtrenue vel Præſtrenue, adv. ſehr tapffer. Terent. apud Nonium 4, 5 *Abi perſtrenue, ac fores aperi.* Vulgo in Adelph. 2, 1, 13 *Præſtrenue.*

STRĔPO, *ui, ĭtum, ĕre*, ſtrepitum facere, ein getümmel, geräuſch machen, rauſchen, praſſeln; ut, *Strepunt aures clamoribus plorantium*, Liv. 22, 14. *Cum omnia terrore ac tumultu ſtreperent*, Id. 25, 25. Cic. Divin. 1, 16 *Cum Achivi cœpiſſent inter ſe ſtrepere.* Sil. 4, 10 *Subitusque per omnem Auſoniam Mavors ſtrepit.* Virg. Æn. 8, 2 *Rauco ſtrepuerunt cornua cantu.* conf. Liv. 22, 14; Tac. An. 2, 23; 2, 31, 1; 6, 17, 3; & Plin. 11, 10. Frequenter inprimis de ſono armorum concuſſorum adhibetur hoc verbum cum conjugatis. v. Drakenb. ad Sil. 9, 280.

¶ Strĕpens, *tis*. Petron. c. 33 *Symphonia ſtrepente.*

¶ Strepĭtus, *ûs*, m. ſubſt. *pedibus* fit & *manibus*, ein geräuſch, getümmel, Vall. 4, 29. *Concurſus hominum forique ſtrepitus*, Cic. de Clar. Or. c. 92. Et in Verr. 2, 15 *Non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuam populus Rom. ſignificavit voluntatem.* conf. Plin. 16, 4; Petron. c. 1; & 16, 17, & 78; &c. Tibull. 1, 2, 35 *Neu ſtrepitu terrete pedum, &c.* De confuſo militum murmure, Liv. 8, 33. v. Drakenb. ad 39, 15.

¶ Strĕpĭto, *are*, rauſchen, turniren. Virg. Georg. 1, 413 *Inter ſe foliis ſtrepitant.* conf. Val. Flacc. 4, 288.

¶ Strepĭtans, *tis*; ut, *Arma ſtrepitantia*, Tibull. 2, 5, 73. Id. 2, 2, 17 *Strepitantibus advolare alis.* Silius 9, 280 ex membranis Modii: *Multum ſtrepitantibus armis.* Et Ovid. Met. 11, 364 *Maris unda fragore gravi ſtrepitans.*

¶ Strĕperus, *a, um*, idem; recentioris notæ vocabulum, unde Apuleji compoſitum *obſtreperus*, de quo deinde.

Compoſita:

¶ Adſtrĕpo, vel Aſtrepo, *ĕre*, betäuben, zuruffen. Plin. Paneg. c. 26 *Plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant.* Tac. An. 11, 17, 3 *Adſtrepebat huic alacre vulgus*, hoc eſt, ſtrepitu applaudebat.

¶ Circumſtrepo, *ĕre*, umher ein geräuſch machen, herum toben. Tac. An. 11, 31, 2 *Certatim cæteri circumſtrepunt*, id eſt, circa illum loquuntur. Paſſive Id. Hiſt. 2, 44, 3 *Legatus clamore ſeditioſorum ac fugacium circumſtrepitur.*

¶ Circumſtrepens, *tis*. Sen. de Vita beata c. 11 *A voluptate occupatus quomodo reſiſtet labori, periculo, egeſtati, & tot humanam vitam circumſtrepentibus minis.*

¶ Circumſtrĕpitus, *a, um*, ſtrepitu impulſus, angefüllt mit geräuſche. Apul. Apol. p. 322 *Feneſtræ canticis circumſtrepitæ*, man hat vor den fenſtern geſungen. Sidon. 7 ep. 9 *Aures incondito tumultu circumſtrepitæ.*

¶ Conſtrepo, *ĕre*, una ſtrepere, knifern, knarren. Gell. 4, 1 *Teſtimoniis & exemplis conſtrepebat.*

¶ Conſtrepens, *tis*. Apul. Met. 11 p. 261 *Turbæ aureis ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes.*

¶ Inſtrĕpo, *ĕre*, idem. Virg. Georg. 3, 172 *Sub pondere faginus axis Inſtrepat*, i. e. ſtrideat, crepet. Claud. Conſul. Mall. Theod. v. 222 *Dentibus inſtrepere*, mit den zähnen knirſchen. Iratorum aceſſurentium eſt ſignum. Liv. 4, 43 *Si quid inſtrepat terroris:* Al. *increpet.* Apul. Met. 2 p. 126 *Lamentabiles quaſſus ſingultim inſtrepebat.*

¶ Inſtrĕpito, *āre*, frequent. hereinrauſchen. Venant. Fortunatus 3, 7 ſive hymno paſchali v. 26 *Floribus inſtrepitans poplite mella rapit.*

¶ Interſtrĕpo, *ĕre*, drein ſchnarren. Virg. ecl. 9, 36 *Videor argutos interſtrepere anſer olores.* Poteſt etiam diviſe per anaſtrophen intelligi hoc modo: *inter argutos olores ſtrepere.*

¶ Obſtrepo, *ĕre*, dagegen murmeln. Salluſt Cat. c. 31 *Ad hoc, malevola alia cum audiret, obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare.* Cic. pro Marcello c. 2 *Sed tamen hujusmodi res neſcio quomodo, aut dum audiuntur, aut dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur.* ¶ 2. Sed, *Laudi alicujus obſtrepere*, Sen. Herc. fur. v. 1031, eſt obtrectare, entgegen ſeyn. Et, *Literis alicujus obſtrepere*, Cic. fam. 5, 4. Et in paſſivo Val. Max. 8, 15, 8 *Quæ in Cn. Pompejum & ampla & nova congeſta ſunt, hinc aſſenſione favoris, illinc invidiæ mitu literarum monumentis obſtrepuntur.* Liv. 3, 49 *Decemviro obſtrepitur.*

¶ Obſtrepens, *tis*. Horat. 2 Od. 18, 20 *Mare Baiis obſtrepens.* Liv. 21, 56 *Nihil ſenſere Pœni obſtrepente pluvia.*

¶ Obſtrepĭto, *are*, frequente. Claud de Raptu Proſerp. 2, 355 *Obſtrepitant lamenta choris*, man hat vor dem heulen nicht hören können.

¶ Obſtrepitāculum, *i*, n. quicquid ſtrepitum opponit, klapperwerck. Tertull. adverſ. Marc 1, 20 pr. *Defenſio neceſſaria eſt adverſus obſtrepitacula diverſæ partis.*

¶ Obſtrĕpĕrus, *a, um*, ſchwärmicht. Apul. Florid. 2 p. 349 *Occinunt carmine cicadæ obſtrepero.*

¶ Perſtrepo, *ĕre*, valde ſtrepere, tapffer ſchwärmen, ein getümmel machen. Ter. Eun. 5, 3, 52 *Abeunt lavatum, perſtrepunt &c.* Stat. Achill. 2, 76 *Rumor in arcana jamdudum perſtrepit aula.* Silius 8, 431 *Perſtrepit & tellus.* Paſſive Apul. Met. 3 pag. 129 *Quati fores interdum, & ſæpe creberrimo clamore januæ perſtrepi*, ſcil. cœperunt. Et Symmach. 6 ep. 12 *Vt noveris, quibus ſtudiis perſtrepamur.*

¶ Subſtrĕpo, *ĕre*. Apul. Met. 5 p. 166 *Tertiata verba ſemihianti voce ſubſtrepens.*

STREPSĬCĔROS, *ōtis*, m. στρεψίκερως, animalis cornuti genus, Capitolin. in Pio c. 10; & Plin. 8, 53 extr. & 11, 37.

STREPTOS, *i*, m. στρεπτὸς, *verſatilis*, torques apud Perſas, & inter ornamenta muliebria apud Pollucem 5, 16. ¶ 2. Vvæ genus; Plin. 14, 3 *Mirum ubique cum ſole circamagi uvam, quæ ob id ſtreptos vocatur.*

STRIA, *æ*, f. *a ſtringendo*, non minus ac *Strix* dicta eſſe videtur. *Stria* & *Strix, ſi ligis, scis*, in hoc differunt, cum utraque ſit in eo columnarum genere, quod *ſtriatum* dicitur, ut *Stria* ſit pars *eminula*; *Strix* vero *canaliculus* & *ſulcus*, quo ſtria una ab altera diſcernitur. *Striges*, die holen furchen; *Striæ*, die erhabenen falten an den ſeulen, Vitruv. 4, 3; & 10, 15. conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 117. Sed *Strix* vide in *Stringo*. Varro R. R. 1, 29 *Quæ aratrum vomere lacunam ſtriam fecit, ſulcus vocatur.* ¶ 2. *Striæ* in herbis protuberantes ſunt partes, die erhabenen ſtriemen an den krautern; Knell.

¶ Strio, *āre*, ſtrias formare, ſtrieſe machen, leiſten ziehen. Vitruv. 4, 3 *Columnas ſtriari viginti ſtriis oportet.* ¶ 2. Et *Striare* dicuntur *boves*, dum in arando verſus ducunt. Plin. 18, 19; & 19, 8.

¶ Striātus, *a, um*, mit falſen gemacht; ut, *Striatæ columnæ*, v. interpretes Vitruv. lib. 3 ext. *Ilia parvi tauli ſtriati*, Id. Vitruv. 7, 5; ubi v. Bald. Lex. p. 55. Sed, *Senili in ſtirpe ſtriatum gerens frontem*, i. e. rugoſam, eine runtzlichte ſtirn, Apul. Met. 10 p. 239. *Concha ſtriata*, Id. Apol. p. 297 edit. Elmenh. *Lilium foliis foris ſtriatis*, Plin. 21, 5. *Striatus ſcapus*, Idem 26, 7. conf. Id. 9, 33; & 37, 10.

¶ Striātūra, *æ*, f. ipſa forma ſtriata. Vitruv. 4, 3 *Perfectionem ſtriaturæ habere.* Sidon. 4 ep. 8 *Senis cavari ſtriaturis.*

STRIBLĪGO, vel Stribĭligo, *ĭnis*, f. inconveniens orationis compoſitio, ſolœcismus, die unformlichkeit der rede. Gell. 5, 20 *Soloecismus vetuſtioribus Latinis* STRIBLIGO *dicebatur, a verſura videlicet & pravitate tortuoſæ orationis.* Arnob. 1 p. 36 *Stribligines & vos iſtas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis?* v. not. Elmenh. p. 54. Origo eſt a στρεβλὸς, *pravus.*

Strictabilla, ſtrictim, ſtrictor, ſtrictura, &c. vide mox in *Stringo*.

STRĬCŬLVS, *i*, m. pro *hyſtriculus*, i. e pilis veſtitus, rauch. Arnob. 5 p. 174 *In ſpecium dari atque ſtriculi perſonis.* conf. Heraldi Animadv. v. 215; & Turneb. Advers. 7, 20; & 11, 22.

STRĪDEO, *ui, ēre*, & Strido, *di, ĕre*. v. Priſcian. 800 & 837. Sono diverſarum rerum exprimendo adhibetur, ac varie a Germanis redditur. Plin. 9 epiſt. 26 *Quam ſtridunt funes, carvatur arbor, gubernacula gemant, &c.* wenn ſie knarren. Virg. Georg. 4, 262 *Mare ſtridet veſtigantibus undis*, es rauſchet. Lucan. 6, 179 *Stridunt oculis ardentibus ignes*, es ziſchet. Rurſus Virg. Æn. 1, 449 *Fortibus cardo ſtridebat ahenis*, es knarrete. Horat. 2 Sat. 8, 78 *Stridere ſecreta diverſos aure ſuſurros*, knirſchen. Mela 1, 8 *Treglodytæ ſtridunt magis quam loquuntur*, ſie ſchnarren. Serpentibus præſertim tribuunt poëtæ. v. Drakenb. ad Sil. 6, 177. De ſono lactis ſpumantis, & jam diſſilientibus bullulis reſidentis, Ovid. am. 3, 5, 13 *quod adhuc ſpumis ſtridentibus albet.*

¶ Stridens, *tis*. Lucret. 2, 410 *Horror ſtridentis ferræ.* Petron. c. 95 *Verutextis ſtridentibus plenum.* conf. Virg. Æn. 1, 401; 4, 185; &c. Ovid. Met. 4, 616.

¶ Strĭdor, *ōris*, m. das geräuſche, geziſche. Virg. Æn. 1, 87 *Inſequitur clamorque virum ſtridorque rudentum.* Sic, *Stridor trahi ſubſellii* Sen. de Ira 2, 25 *Stridor ferreus*, Cic. Tuſc. 5, 40. *Stridor animarum* ſive *umbrarum*, quem inſepulto corpore easdem facere Homerus finxit. vid. Calp. Gevart. ad Stat. 2 Silv. 1. Adde Plin. 20, 63 Pallad. 1, 11; Petron. c. 122 & 136; Hirt. B. Alex. c. 72 & 83.

¶ Stridŭlus, *a, um*, ſtridens; ut, *Stridula plauſtra*, knarrende wagen, Ovid. Amor. 3, 12, 30. *Fax lacrymoſo ſtridula fumo*, Id. Met. 10, 6. conf. Sen. epiſt. 56.

¶ Adſtridens, *tis*, anziſchend, ab Adſtrido, *ere*. Stat. Theb. 11, 494 *Promit adſtridentibus hydris.*

¶ Circumſtrĭdens, *tis*, herum ſchwärmend. Ammian. 14, 11 *Circumſtridentium terror larvarum.*

¶ Inſtrĭdo, *ĕre*, idem quod *ſtridere*, ziſchen. Sil. 14, 437 *Fax Ambuſto inſtridens pelago.*

¶ Perſtrĭdo, *ĕre*, ein geräuſche machen, durchwehen. German. Arat. prognoſt. 1 v. 6 p. 137 *Leviter perſtridunt cærula* (id eſt, maria) *venti.*

¶ Subſtrĭdo, *ere.* Ammian. 16, 4 *Ira exundante ſubſtridens*, i. e. aliquantum ſtridens.

STRĬDON, *ōnis*, vel Stridona, *æ*, f. legunt & Sidrona, oppidum fuit in confinio Dalmatiæ & Pannoniæ, a Gothis everſum, S. Hieronymi patria.

¶ Stridonenſis, *e*, adject. ita Hieronymus dictus eſt.

Striga, ſtrigilis &c. ſtrigium, ſtrigmentum, ſtrigo, &c. vide *Stringo*.

STRĬGŌNIVM, *i*, n. Hungariæ urbs ad Danubium, Gran.

STRINGO, *ſtrinxi, ſtrictum, ſtringĕre*, comprimere, decerpere, nudare, ſtreiffen, zücken, drücken; ut, *Oleam ne ſtringito*, Cato R. R. c. 144. conf. Turneb. Adv. 10, 18. Sic, *Stringere frondes*, laub abſtreifen, Virg. ecl. 9, 61. Id Æn. 10, 569 *Stringere enſem*, das ſchwerdt zücken. Liv. 7, 5 *Procul inde omnibus abire juſſis, cultrum ſtrĭngit.* v. Nonius 4, 442 de variis hujus verbi ſignificationibus. ¶ 2. Eſt radere, percutere. v. Nonius l. c. *Hunc primum levis haſta ſtrinxerat*, Virg. Æn. 9, 577, der ſpieß hat ihn geſtreifft, gerühret, getroffen. *Pavenſis rem inglavie ſtrĭngit*, i. e. devorat, er jagt es durch die gurgel, Horat. 1 ſat. 1, 8. Et paſſive, *Vinculis ſtrĭngi*, gebunden werden, Pallad. Febr. t. 17. ¶ 3. Metaphorice ad animum refertur. Ovid. Trift. 5, 6, 19 ſq. *Spiritus hic-membris exeat ante meis; Quam tua delicto ſtringantur pectora noſtro*, h. e. lædantur. Virg. Æn. 9, 294 *Atque animum patriæ ſtrinxit pietatis imago.*

¶ Stringens, *tis*, ſtreiffend, treffend, berührend. Virg. Æn. 8, 63 *Stringens ripas amnis.* Id. Æn. 10, 331 *Tela ſtringentia corpus.*

¶ Stringor, *ōris*, m. ut, *Gelidai ſtringor aquai*, Lucret. 3, 694. Pareo in Not. ad h. l. eſt frigus aquæ, quo dentes perſtringuntur, ut *rigor*.

¶ Strictus, *a, um*, geſtreifft, gezückt; item, ſtreng, genau; ut, *Folia ex arboribus ſtricta*, Cæſ. B. Civ. 3, 58. *Strictæ frondes*, Horat. 1 epiſt. 14, 28. *Inſequi aliquem gladio ſtricto*, Cic. Phil. 2, 9. *Ius ſtrictum*, i. e. jus ſummum, ſcharff recht. *Stricta lex*, Stat. 3 Silv. 5, 87. *Stricto ferro*, mit bloſſem degen, Juſtin. 1, 9, 21. *Pectora pigro ſtricta gelu*, Luc. 4, 652. *Stricta matutino frigore vulnera*, Liv. 22, 51. ¶ 2. Idem eſt ac brevis, kurtz. Quintil. 10, 1 *Æſchines magis fuſus, minus ſtrictus eſt.* Comp. Dialog. de Orator. 25, 6 *Strictior Calvus, aurĭtior Aſinius, ſplendidior Cæſar*, hoc eſt, qui oratione utitur ſtricta & conciſa, forti tamen & nervoſa, kurtz und nachdrücklich. Superl. Ovid. Remed. Am. v. 233 *Sed tamen eſt artis ſtrictiſſima janua noſtræ.*

¶ Stricte, adverb. genau. Cic. de Amic. c. 16 *Obſervare ſtricte, ne plus reddat, quam acceperit*; (Gruterus hic *reſtricte*). Pallad. Mart. t. 8 *Stricte in foramen conjicere.* Id. 1, 6 *Poſt bonam vindemiam ſtrictius; poſt exiguam latius puta.* Gell. 16, 3 *Faſciis ventrem ſtrictiſſime circumligare.*

¶ Strictim, aliud adv. compreſſius, breviter, ſtringendo ſingula vel certum aliquid, kurtz, kürtzlich. Cic. pro Cluent. c. 10 *Ea, quæ copioſiſſime dici poſſunt, breviter a me ſtrictimque dicuntur.* Idem pro Roſc. Amer. c. 34 pr. *Videamus nunc ſtrictim.* Idem pro Cæl. c. 7 pr. *Poſuiſtis enim, atque id tamen titubanter & ſtrictim.* Salluſt. B. Cat. c. 4 *Res geſtas ſtrictim perſcribere.* conf. Plaut. Capt. 2, 2, 18; Pallad. 1, 13; Suet. Tib. c. 73.

¶ Strictĭvus, *a, um*, das ſich abſtreiffen läßt; ut, *Oleæ ſtrictivæ*, quæ manu ſtringuntur, apud Catonem R. R. c. 146.

¶ Strictor, *ōris*, m. qui manu decerpit oleam, poma, &c. Cato R. R. c. 144.

¶ Strictūra, *æ*, f. der ſtreiff, die kerbe. Petron. c. 126 *Supercilia uſque ad malarum ſtrictūram currentia.* ¶ 2. *Strictūræ*, ſcintillæ ferri candentis, cum cuditur, die glühenden funcken vom eiſen. Virg. Æn. 8, 421 *Strictūræ chalybum & fornacibus ignis anhelat.* ¶ 3. *Strictūræ* item *maſſæ* ſunt *ferreæ*, ex quibus fit *ferrum*, eiſen-ertzt, Plin. 34, 14. Rutil. itin. 1, 353 *Non Biturix largo potior ſtrictura camino.* vid. Caſaub. ad Strabo. l. 5 pag. 224. conf. Parei Lex. Crit. p. 1185.

¶ Strictipellæ, vel Strictivellæ, meretricum epitheton, quæ ſtringunt pellem, & rugas in facie extendunt, die ſich ſchnigeln. vid. Not. Gothofredi ad Varr. de L. L. 6, 3. Apud Gellium 3, 3 vocantur *Strativolæ*: vide ſupra in *Sterno*: & apud Nonium 2, 765 ex Plauto *Stritabilæ*.

¶ Strīga, *æ*, f. ductus rectus, oblongus, latitudinis nullius, vel modicæ, ein ſtrich, eine ordentliche linie. Colum. 2, 19 *Siccatum coarĕtare in ſtrigam.* Adde Frontinum p. 278, 321, 341, 342. ¶ 2. *Striga* etiam μετωχίιον, & ſpatium ſive intervallum turmarum, in quo equi ſtringantur, a quo nomen habet, ut docet Chariſius lib. 1 p. 85. Addunt rei agrariæ ſcriptores, *in longitudinem.* Nam quod in latitudinem eſt, vocatur *Scamnum*. v. Aggenus p. 46 & Turneb. Adv. 24, 1. ¶ 3. Pro ſtrigibus *Strigas* dixit Petron. c. 63 p. 318.

¶ Strigil, *is*, n. vel Strigilis, *is*, f. inſtrumentum ferreum ferratum, vel dentatum, quo jumenta & equi expoliuntur, a *ſtringendo* dictum, eine ſchrape oder ſtriegel. Eſt & inſtrumentum, quo ad defricandum corpus & ſordes detergendas in balneis utebantur. Perſ. ſat 5, 126 *I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.* Celſ. 6, 7, 1 *Medicamentum per ſtrigilem inſtillatur.* conf. Varro apud Nonium 3, 195. Petron. c. 91 *Video Gnitona cum linteis & ſtrigilibus*; ubi Gonſalius de earum forma agit, de qua dicimus etiam in *Strigilecula*. Et Plaut. Stich. 2, 1, 77 *Strigilis rubiginoſa.* Adde Suet. Aug. c. 80; Colum. 6, 31; Plin. 33, 3. ¶ 2. *Strigiles* habet Vitruvius 4, 4 in libris antiquis, ubi *ſtriges* legitur hodie. vid. *Strix*.

¶ Strigilecula, *æ*, f. parva ſtrigilis, Apul. in Floridis p. 346 ita deſcribit: *Iuxtaque honeſtam ſtrigileculam recta faſtigiatione clauſulæ; flexa tubulatione ligulæ: ut & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea vivulo laberetur.* Figuram ipſam ſive imaginem, unde illuſtratur Apulejus, ex monumentis antiquis exhibent Hier. Mercurialis Artis Gymn. 1, 8, itemque Laur. Pignorius de ſervis p. 40. Adde Plin. 29, 6 ſ. 39, ubi medicamenta *ſtrigili in aurem infundi* jubentur. It. 25, 13 ſ. 103; quod ſolenne eſt medicis Hard. obſervat, ac de forma ſtrigilis diſputat.

¶ Strigilārius, *i*, m. qui ſtrigiles facit. Gloſſ. gr. lat. ξυςροποιὸς, *Strigilarius*.

¶ Strigium vel Striglium, *i*, n. ſtriatura in columnis, der zug einer ſeiſten, die hohlrichtung, Vitruv. 4, 4. ¶ 2. Hinc & *Hemiſtrigium*, ſemiſtriga, apud Grammaticos. vid. Rutgerſ. Var. Lect. 1, 11. ¶ 3. *Strigium* eſt veſtis Hiſpanica, palliolum ſordidum. Plaut. *Nudus eſt, jurat ſe ſtrigium oppignerāſſe.*

¶ Strigmentum, *i*, n. plural. *ſtrigmenta*, ſordes quæ a corporibus raduntur, was man abreibet oder abſtraget. Plin. 9, 51 *Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta vivifcant.* Celſ. 2, 8 *Si ſanguis ex ſtrigmenta deſcendunt.* Pallad. 1, 1: 1- *Cum velut ſtrigmentum feceris.* Nimirum *Strigmenta* in primis dicuntur ſordes olei, quæ ex unctorum athletarum corporibus raduntur, Plin. 15, 4. Et Val. Max. 9, 14 ſub fin. *Gymnicorum ſervo ſtrigmenta gymnaſii colligenti ſimilis.*

¶ Strĭgo, *ōnis*, ſive Strigor, *ōris*, m. homo maleficus. Ita Muretus Var. Lect. 12, 19 legit in Plaut. Bacch. 2, 3, 46 *Longum eſt ſtrigonem maleficum exornarier.* Feſtus & ejus caſtigator Scaliger, *Strigones*, inquiunt, *ſive Strigores*, ſunt *denſarum virium homines, quod inter ſe conſtricti atque arctati ſunt.* Adde ibi Dacer.

¶ Strīgo, *āre*, antique pro *ſtringere*, de equis & jumentis dicitur, quando interquieſcunt, ad urinam mittendam, ſtille ſtehen und ſtalten. Ita apud Plin. 18, 19 ſ. 49 *Strigare in actu ſpiritus* dicuntur *boves*, cum in verſu, qui uno ſpiritu agendus eſt, ad interſpirandum requieſcunt, Harduino interprete, qui cum Turnebo Adv. 24, 1 a *Striga* derivat. Ita mula loquens apud Phædr. 3, 7, 9 *Namque ubi ſtrigandum, & ubi currendum eſt, ſcio.* conf. Salmaſ. in Solin. p. 40; & Parei Lex Crit. p. 1185, ubi plura aliorum loca, quæ Joſ. Scaliger correxit. Sen. epiſt. 31 pr. *Quanto minus ſibi vinci ac ſtrigare permiſerint -- ſæve & reſſiſtra, & clivum ipſum uno, ſi potes, ſpiritu ſupera.* vid. Lipſ. ad h. l. qui tamen etiam obſervat eſſe libros, qui pro *vinci ac ſtrigare*, habeant *vitia conſurgere.*

¶ Strigātus, *a, um*, per ſtrigas menſuratus, mit furchen abgemeſſen; ut, *Strigatus ager.* Aggenus in Agraria Gœſii pag. 46; & in Frontin. p. 289.

¶ Strigārium, *i*, n. locus, ubi equi ſtrigantur. Hanc vocem Salmaſ. in Solin. p. 40 reſtituit Plinio 28, 17 ext. pro *ſe trigario.* conf. ibid. not. Dalechampii.

¶ Strīgōſus, *a, um*, ſtruppicht, mager und abgezehrt; ut, *Equus ſtrigoſus*, Gell. 4, 20. *Canis ſtrigoſus*, Colum. 7, 12. conf. Nonius 2, 84. Compar. *Equi ſtrigoſiores*, Liv. 27, 47. conf. Frontin. 1, 2 extr. & auctor vitæ Horatii c. 3. ubi Gronov. vide. Superl. Colum. 7, 6 ext. de Capella: *Lente pabuletur, ut & largi ſit uberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis.* ¶ 2. *Orator ſtrigoſus* per metaphoram jejunus, der nicht beredt oder wortreich iſt, Cic. de Clar. Orat. c. 16. Conf. Victor. Var. Lect. 24. *Strigoſus* autem quaſi ſtrigibus & rugis deformatus dicitur. Nam

¶ Strix, *ſtrĭgis*, f. ruga eſt, ſive canaliculus in columna ſtriata, non ſecus ac *ſtriga*, die hohlkehle, runtzel. Vitruv. 4, 4 *Striarum & ſtrigium circuitus.* conf. Idem 3, 3 & 4. Feſtus: *Striges ordines rerum inter ſe conjunctæ collocatarum, a ſtringendo dictæ*, conf. ſupra *Stria*. Sed add. etiam Lex. Vitruv. ed. Laet. ex Budæo; qui *ſtrigiles* ex libris antiquis legi vult. ¶ 2. *Strix*, avis nocturna inauſpicata, *ſed quæ ſit, conſtare non arbitror*, inquit Plin. 11, 39, ein uhu. conf. Ovid. Amor. 1, 12, 20; Lucan. 6, 689; Tibull. 1, 5, 52. Hæc ſignificatione *Strix* eſt a græco ςρίγξ, ſive ςρίγξ, quod ἀπὸ τῆ ςριγγᾶν, *ſtridore*, unde & *Stringo*. Non ergo *Strix ἀπὸ τῆ ςρίζειν*, a *Strideo*, ut putare quis poſſet propter Ovidii Faſt. 6, 139, ubi Strigibus fabuloſis: *Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis hujus Cauſſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolet.* Adde Ovid. Met. 7, 269; Stat. Theb. 3, 511. conf. Torrent. ad 5 Epod. Horat. 20, & Fulleri Miſcell. 6, 7. Keuchen. ad Samon. Sammar. c. 59. ¶ 3. *Strix* pro muliere maleſica, eine hexe, unholde. Petron. c. 134 *Quæ ſtriges comederunt nervos tuos.* conf. Plaut. Pſeud. 3, 2, 31, cum not. Taubm. Et Feſtus: *Striges aves nocturnas, ut ait Verrius, Græci ςρίγγας appellant: a quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant.* v. Burm. ad Petron. c. 36 pag. 318. Adde Paſſerat. ad Propert. 3, 5 pag. 436.

¶ Stringŏtŏmium, *i*, n. culter anatomicus, ein radiermeſſer. Veget. de Re Vet. 2, 27 *Stringotomio decarnari.*

Compoſita:

¶ Adſtringo, vel Aſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, feſt zuſammen ziehen, zuſammen halten; ut, *Arcte adſtringere*, Cic. de Fato c. 14. Contrarium huic verbum *relaxare* & *ſolvere* eſt. Celſus præfat. *Certæ quædam res ſunt, quæ ventrem aut adſtringunt, aut ſolvunt: Adſtringunt*, i. e. continent, vel ut ipſe alibi loquitur, *tenent*: hoc eſt, durum & preſſum reddunt, die da verſtopffen. Hinc, *Cui venter adſtrictus eſt*, der hartleibig iſt, Id. Celſ. 2, 1. ¶ 2. *Adſtringi neceſſitate*, Cic Nat. D. 1, 7 extr. id eſt, cogi, durch noth gezwungen werden. Sic, *Adſtringi lege*, Idem pro Cluent. c. 57. *Conditionibus ſuis aliquem adſtringere*, Idem pro Quintio c. 5, einen an ſeinen vorſchlag binden. *Adſtringere ſe ad certa verba*, Quintil. 7, 4 *Adſtringere orationem numĕris*, Cic. de Orat. 3, 44. *Inops regio, quæ parſimonia adſtringeret milites*, Liv. 39, 1. De Diſciplina Cic. Att. 10, 6 *Pater* (Q. Ciceronis) *nimis indulgens, quidquid ego adſtrinxi, relaxat.* Quint. 2, 2 pr. *Diſciplinæ ſeveritate, convenientium ad ſe mores adſtringat præceptor.* ¶ 3. Ter. Eun. 1, 2, 22 *Lege hac tibi meam adſtringo fidem*, id eſt, confirmo, obligo. Et Cic. Off. 3, 31 *Nullum vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando arctius*, es iſt keine gröſſere verbindung als der eid. *Scelere ſe adſtringere*, Cic. Phil. 4, 4. Et, *Aſtringere ſe furti*, ſcilicet *crimine*, Plaut. Rud. 4, 7, 34, ſich diebſtahls ſchuldig machen.

¶ Adſtrictus, vel Aſtrictus, *a, um*, zuſammen gezogen, enge, kurtz gefaßt; ut, *Contracta & adſtricta eloquentia*, Cicero de Dialectica loquens in Bruto c. 90. *Orator Sp. Mummius adſtrictior*, Idem c. 25. *Voluptatibus adſtricti*, Id. Paradox 1, 2, die den lüſten ergeben ſind. *Eſt ſonitimus oratori poëta, numeris adſtrictior*, id eſt, paullo magis alligatus ad numeros, Idem de Orat. 1, 16, mehr gebunden. *Guſius ad-*

adſtrictus, ein geſchmack, der das maul zuſammen zieht, Plin. 27, 12. *Alvus adſtrictior*, Cellus 1, 3, hartleibig cui *fusior* opponitur. *Non adſtricto percurrere socco*, i. e. laxo, Hor. 2 epist. 1, 174. *Iurejurando adſtrictus*, mit eid verpflichtet, Apul. Met. 10 p. 242. ¶ 2. *Adſtrictus* eſt parcus, qui nullos ſumtus facit in voluptates, karg, ſparſam, genau. Cic. fam. 3, 8 *Cum & naturâ ſemper ad largiendum ex alieno fuerim adſtrictior.* Propert. 2, 23, 17 *Differet haec unquam, nec poſcet garrula, quae te Adſtrictus ploret ſaepe dediſſe pater: Adſtrictus pater* eſt attentus ad rem, nimis diligens, Tacit. An. 15, 48, 8 *In tanta vitiorum dulcedine imperium non adſtrictum, nec perſeverum volunt*; al. reſtrictum. Id. An. 3, 55, 4 *Adſtricti moris auctor*, eines eingezogenen lebens. Ammian. 31, 5, pr. *Duplici impedimento adſtricti.*

¶ Adſtricte, adv. arcte, cui opponitur *remiſſe*, ſtreng, enge. Cic. Orat. 3, 48 *Theophraſtus putat orationem non adſtricte, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere.* Plin. 3 epiſt. 18 *Quae preſſius & adſtrictius ſcripſi.* Et Sen. epiſt. 8 *Non paullo melius & adſtrictius dicere.*

¶ Adſtrictio, *ōnis*, f. die zuſammenziehung, ſtopfung; ut, *Guſtus amari cum adſtrictione*, Plin. 27, 10.

¶ Adſtrictōrius, *a, um*, anziehend; ut, *Adſtrictoria vis*, quae adſtringit, eine kraft, ſo zuſammen zieht oder ſtopft, Plin. 24, 13.

¶ Circumſtringo, *ĕre*, umſchlingen. Tertull. de Pallio c. 5 *Qua in humerum adhaeret, nihil circumſtringit, nihil circumſtringit.* Paſſ. Id. de Corona mil. c. 8 *Linteo circumſtringi.*

¶ Circumſtrictus, *a, um*, umſchlungen, umwunden. Tertull. de Pallio c. 1 *Habitus cervicibus circumſtrictus.*

¶ Conſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, zuſammen binden; cujus contrarium eſt *Diſſolvere*. Ter. Andr. 5, 2, 14 *Quadrupedem conſtringe*, binde ihm alle vier. Sic, *Conſtringere laqueis*, Cic. pro Sextio c. 41. Et, *Virtuti ſe conſtringendam tradat*, Idem Fin. 2, 19. *Conſtringi neceſſitate*, Idem Tusc. Qu. 2, 2.

¶ Conſtrictus, *a, um*, feſt gebunden, gefeſſelt. Cic. Phil. 7, 8 ext. *Belluam incluſam & conſtrictam dimittere.* Quintil. 7, 4 *Habere conſtrictum aliquem in ſuis vinculis.* Horat. 1 ſat. 6, 23 *Trahere conſtrictos.* Cic. Acad. Qu. 1, 3 *Multis officiis implicatus & conſtrictus.* Ammian. 31, 3 *Maiore venturi pavore conſtrictus.* Compar. Plin. 21, 10 *Conſtrictus folium.*

¶ Conſtricte, adverb. feſt, enge. Auguſt. de Doctr. Chriſt. 1, 28 *Homines qui conſtrictius tibi quaſi quadam ſorte junguntur.*

¶ Conſtrictio, *ōnis*, f. die bindung. Pallad. Martio c. 1 *Nodo durae conſtrictionis angi.* Macrob. Sat. 7, 6 *Stomacho in laſſitudinem degenerantia ad reſtaurandas conſtrictione vires vinum offerunt*, durch einſchrumpffen.

¶ Conſtricto, *āre*, frequent. hart zuſammen binden. Tertull. adv. Marc. 2, 16 *Quod amputant & conſtringunt.*

¶ Conſtrictīvus, *a, um*, zuſammen ziehend. Macer de materia medica 4, 16 *Conſtrictivae virtutis eſſe.*

¶ Deſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, abſtreiffen; ut, *Deſtringere oleam, avenas*, Colum. 11, 2; & Cato c. 37. v. Drakenb. ad Liv. 8, 7. Plin. Paneg. c. 37 metaphorice *Deſtringere & abradere aliqui i alicujus bonis*, abzwacken, abſtreifen, Id. 3 epiſt. 5, n. 14 *Dum deſtringitur tergiturque*, id eſt, defricatur. Adde not. Cellarii, qui & ex Martialis 14 epigr. 51 adfert *Curvo deſtringere ferro.* Sic enim in melioribus tam Plinii, quam Martialis libris eſt. v. Cuperi Obſerv. 4, 5 *Deſtringere gladium* ſcribi, non *diſtringere* volunt viri docti. v. Drakenb. ad Sil. 17, 164, & Liv. 8, 7.

¶ Deſtrictus, *a, um*, geſtreckt, ausgeſpannt. Liv. 8, 7 *Deſtricta ſeuris.* Sen. epiſt. 101 *Patibulo pendere deſtrictum.*

¶ Deſtricte, adverb. eigentlich, genau. Tertull. adv. Marc. 1, 3. Et L. 13 Dig. de Procurat. *Deſtricte denegare.*

¶ Deſtrictīvus, *a, um*, zerreibend. Cael. Aurel. Acut. 2, 29 *Adjutorii genus deſtrictivum.*

¶ Deſtrigmentum, *i*, n. idem quod *Strigmentum* ſeu *ramentum*, was abgeſtrigelt iſt, Plin. 20, 34.

¶ Indeſtrictus, *a, um*, ungebunden. Ovid. Metam. 12, 92 *Tamen indeſtrictus abibo.*

¶ Diſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, diverſis locis alligare atque ſic extendere, ausſpannen, zerren. Plin. 1 epiſt. 10 *Diſtringor officio, ut maximo, ita moleſtiſſimo*, hoc eſt, occupor, diſtineor. *Diſtringi aliqua re*: Et, *Diſtringi ab re*, vide mox *Diſtrictus.* ¶ 2. *Diſtringere gladium*, idem quod ſtringere, das ſchwert ausziehen, Cic. Off. 3, 31. conf. Tac. 12, 51, 4: & Flor. 2, 2, 17; ubi tamen malunt viri docti *deſtringere*, ut modo obſervavimus. ¶ 3. *Diſtringere hoſtem* eſt diſtrahere, aus einander treiben. v. Frontin. Strat. 1. 9, quod DE DISTRINGENDIS HOSTIBVS inſcripsit. Florus 2, 13, 1 *Ipſi quidem at Romanum a tergo diſtringerent.*

¶ Diſtringens, *tis*. Plinius 34, 8 ter refert de Polycleto, de Lyſippo & Dædalo, quod inter artis ſigna etiam fecerint *diſtringentes ſe*; Gr. ἀπεξυόμενον, i. e. ſtrigili vel radendo in balneis vel poſt quietem ſe defricantes.

¶ Diſtrictus, *a, um*, verſtrickt, gezuckt, abgepflückt; ut, *Diſtricta bacca*, Colum. 12, 50. *Diſtrictos in remubl. gladios retudimus*, Cic. Cat. 3, 1. Flor. 4, 12, 1 *Diſtrictum circa mala ſua imperium.* conf. 3, 5, 5. Nepos 23, 13, 2 *Bello diſtrictus*, beſchäfftiget in kriegen. Sed cic. fam. 2, 15 *Diſtrictus mihi videris, quod & bonus civis & bonus amicus es.* Al. diſtractus. Certe eadem eſt ſententia, hoc eſt, impeditus & aſtuans. Ammian 14, 7 *Diſtricta denti m acie fridens*, mit den zähnen knirſchend. Comp. *Diſtrictior accuſator*, Tac. An. 4, 36, 4, ein ſchärffer aufklärer, qui *levi* ibidem opponitur. Cic. ad Qu. frat. 2, 16 *Sic habeto, nunquam me a cauſis & judiciis diſtrictiorem fuiſſe*, hoc eſt, occupatiorem, unmüßiger, mehr beladen. Superl. *Probatiſſimi quique & diſtrictiſſimi defenſores diſciplinae*, Impp. 1 Cod. t. 55 l. 6.

¶ Diſtricte, adverb. pro Stricte, eigentlich; ut, *Diſtricte minari*, hart und ernſtlich dräuen, Plin. 9 epiſt. 21. *Diſtrictius reperenti*, Tertull. de Idolol. c. 5. Et, *Diſtrictius reſpondere*, Hieronym. proœm. in epiſt. ad Epheſ. ſub init.

¶ Diſtrictim, idem; ut, *Diſtrictim innocent*, Sen. Controv. 7.

¶ Diſtrictus, *ūs*, m. ſubſt. locus jurisdictione munitus, intra quem homines diſtringuntur, uti ICtis placet. Forte Rectius a *tractu* deducitur. vide Cellar. Antibarb. p. 31.

¶ Diſtrictio, *ōnis*, f. difficultas, ſchwierigkeit. Paul. IC. l. 16 § 1 ff. de recept. arb. *Quod ſine ulla diſtrictione ipſius interdum futurum eſt.* Et Salvian. de Gub. D. lib. 9 p. 119 *Ego non ago hac diſtrictione, qua dico.*

¶ Diſtrīgillo, *āre*, bereiben, kratzen. Gloſſ. lat. gr. *Diſtrigilla me*, περιξυσόν με.

¶ Indiſtrictus, *a, um*, illæſus, ſolutus, frey. Sic vulgo legunt in Ovidii Met. 12, 92. Sed Heinſius *indeſtrictus*: vide ſupra.

¶ Exſtringo, *ĕre*, von einander ſperren, ausſtrecken. Cic. Acad. 4, 47 *Cum paullum digitos exſtrinxerat.* Alii legunt *contraxerat*, vel *conſtrinxerat.*

¶ Inſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, einſchnüren, gürten; ut, *Inſtringere vinculis*, Quintil. Decl. 5. *Inſtrinxit nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis affectandam*, Gell. 6, 20, v. Gebhardi Lect. Ant. 1, 15. ¶ 2. Sed, *Quin te animo offirmas, teque inſtringis*, id eſt, colligis animum, tibique conſtas, faſſeſt du nicht dein gemüth wieder zuſammen? Catull. 77, 11; ſed Scalig. *inſtrictu.*

¶ Inſtrictus, *a, um*, implicitus, verſtrickt, verwickelt. Apul. Met. 8 p. 211 *Vxor dolore pellicatus inſtricta.* Id. 10 p. 244 *Amiculis inſtrictus.*

¶ Inſtrictus, *ūs*, m. ſubſt. die anſtrengung. Ita Scaliger in Catull. carm. 77, 11 *Inſtrictuque reducis.*

¶ Interſtringo, *ĕre*, idem quod *obſtringere*, zuſchnüren. Plaut. Aul. 4, 4, 31 *Ivo hinc intro, atque illi ſocienno tuo jam interſtringam gulam.*

¶ Obſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, verbinden, verknüpffen. Plaut. Curc. 5, 3, 29 *Collum obſtringe homini.* ¶ 2. *Obſtringere ſibi aliquem beneficio*, obligiren, verbindlich machen, Cæſ. B. G. 1, 9. *Iurejurando aliquem ſibi obſtringere*, Ibidem c. 31, vereiden. Et, *Obſtringere religione*, Cic. Phil. 2, 33. *Fidem ſuam alteri obſtringere*, Plin. 4 epiſt. 13, ſich verpflichten, anloben. *Obſtringere ſe parricidio*, i. e. commitere parricidium, Phil. 1, 12. Sic, *Scelere, perjurio, &c. Niſi uniuerſam rempublicam eo nefario obſt. inxerit*, Liv. 9. 24. Item *Debito aliquem obſtringere*, eſt debitorem conſtituere, Sen. de Benef. 6, 12.

¶ Obſtrictus, *a, um*, verbunden; ut, *Addictum, deditum, obſtrictum ſibi ac liberis ſuis aliquem habere*, Cic. pro Cæl. c. ult. *Obſtrictus voluptatibus teneatur*, Ibid. c. 19; *beneficiis*, Id. pro domo c. 45, *religione voti*, Id. Att. 12, 43. *Prioribus Samnitium ea deditatione obſtrictis*, Liv. 10, 38. Compar. Paulinus 9 Natal. Felicis 145 *Quia nemo obſtrictior eſt me Debitor huic.*

¶ Obſtrictus, *ūs*, m. ſubſt. actio obſtringendi, Sen. Nat. Qu. 5, 14 *Per haec loca cum ſe ſpiritus torſit, accendat flammam ipſo obſtrictu neceſſe eſt.*

¶ Obſtrīgilo, *āre*, obſtare, ſich widerſetzen. Ita apud Nonium 2, Cic. ex Varrone & Ennio legitur, quod in Senecæ libris epiſt. 115 eſt obſtrigillare; vel *obſtrigillare*, de quo ſupra in *Signum.* Verba ſunt: *Multa obſtrigillant, & aciem noſtram aut ſplendore nimio repercuſſa, aut objecto retinent.* Lipſius interpretatur: *Obſtant, ſe opponunt.*

¶ Obſtrigillātor, *ōris*, m. reprehenſor. Varro apud Nonium 8, 73 *Aemulus illius artis & obſtrigillator.*

¶ Obſtrigillum, *i*, n. eſt lorum crepidæ, quo pedi obſtringitur, ein ſchuhriemen. Plin. 9, 15 *Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obſtrigillis, ſed totis ſoeculis addunt. Neque geſtare jam margaritas, niſi calcent, aut per uniones ambulent, ſatis eſt.* Adde Iſidorum 19, 34.

¶ Perſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, percurrere, durchſtreiffen, durchziehen; ut, *Terram aratro perſtringere*, Cic. pro L. Agrar. 2, 25, durchpflügen. *Celeriter curſum aliquem perſtringere*, einen lauf überhin thun, Id. Phil. 2, 19. Et, *Perſtringit me horror.* Liv. 1, 25. ¶ 2. Sed *Perſtringere aciem mentis, oculos*, blenden verdunckeln. Cic. Phil. 12, 2 *Quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus.* Sed videntur talia librariis deberi: vid. *Perſtringo* n. 2. ¶ 3. Sed, *Aſperioribus verbis voluntatem alicujus perſtringere*, i. e. leviter vel latenter reprehendere, Cic. pro Planco c. 14. *Leviter tranſire, ac tantummodo perſtringere & attingere*, Idem pro S. Roſc. c. 32, ein wenig berühren.

¶ Perſtrictus, *a, um*, angehalten, angebunden. Plin. 17, 24 *Perſtrictus gelu non potuit eo pervenire humor.*

¶ Præſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, zubinden, zuſchnüren; ut, *Præſtringit ac percellit hic radices arborum*, Plin. 18, 34, es erſtickt. *Tempora præſti inxit ſertis*, Stat. 5 Silv. 3, 112, er hat einen krantz aufgeſetzt. ¶ 2. Sed, *Præſtringere aciem oculorum, mentis, ingenii*, blenden; ut, *perſtringere*: Cic. in Vatin. c. 10 *Cujus dignitas & ſplendor præſtringeret, credo, oculos Vatinii.* Lucret. 3, 1057 de Epicuro: *Omnes præſtrinxit, ſtellas exortus uti aethereus ſol.* Sed, *Acies ferri præſtringitur*, id eſt, obtunditur, hebetatur, es wird ſtumpff gemacht. Plin. 7, 15. Idem igitur ſignificat, quod *præſtinguo*; quod etiam ſubſtitui ubique vult Lambinus. v. omnino Drakenb. ad Sil. 1, 358, & Cannegiet. in Diſp. de Aviano c. 22.

¶ Præſtringens, *tis*. Liv. 40, 38 *Tonitribus & fulguribus præſtringentibus aciem oculorum.* Ammian. 31, 3 *Aduſque Danubium terras præſtringens.*

¶ Præſtrictus, *a, um*. Ovid. in Ibin v. 549 *Fauce laqueo præſtricta*, erwürgt, gehenckt. Sen. epiſt. 71 *Nimio ſplendore præſtrictus*, geblendet. Ammian. 14, 7 *Præſtrictis palatii januis.*

¶ Præſtrictio, *ōnis*, f. die zuſchnürung, zuſammenziehung; ut, *Senſus præſtrictio.* Tertull. Reſurr. carn. c. 49; al. *præſtructio.*

¶ Perſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, idem interdum eſt quod *Adſtringere*, de nodis, vinculis &c. Plin. 1 epiſt. 8 *Omnes homines ad cujusdiam peccata mutua taciturnitate perſtringit.* ¶ 2. Sed, *Rigidi gore ſumptus*, einhalten, zuſammenziehen. Lucr. Plin. 6 epiſt. 19. Sic, *Spatio plures in pauciores rivos derivatos ſuos, unum unus ſic cinxerim.* ¶ 3. Interdum *Reſtringere* aperire eſt & ſolvere, quod conſtrictum fuerat, von einander thun. Plaut. Capt. 3, 1, 25 *Saltem ſi non arriderent, dentes tu reſtringeres.* Et Lucret. 2, 405 *Hoc magis hamatis inter ſe nexa tenari, Progeniemque ſolere vinclis reſtringere reſtis.* *Senſibus intrinſecus ſuo perterrefactus corpus.* Ovid. Metam. 12, 542 *Obductos annis reſtringere lucus.* ¶ 4. *Reſtringere* & *Reſcribere* in manu ſcriptis libris permutari, obſervat Cort. ad Plin. Epiſt. 2, 13.

¶ Reſtrictus, *a, um*, eingezogen, zuſammengebunden, oder geſtreifft. Horat. 3 od. 5, 25 *Lacerata reſtrictis ſenſit lora.* Tac. An. 13, 48, 5 *Summum in ſe crimen non reſtrictum volant.* Cic. pro Planc. c. 22 *Reſtrictius & tenax*, genau, knapp. Compar. Idem tam. 3, 8 *Naturâ ſemper ad largitionem ex alieno fui reſtrictior*, in ſeiner Sache, parcior, tenacior. Arnob. 7 p. 228 *Reſtrictiores in membrorum ductum.* Et Ambroſ. Off. 1, 3 *Sermo tuus ſit reſtrictior.* Superl. Inſc. Grut. 1 t. 17 l. 2 § 10 *Reſtrictiſſimæ vitæ.*

¶ Reſtricte, adverb. parce, genau, ſtreng. Cic. de Amic. c. 16 *Ditior videtur eſſe qui pecuniæ videtur eſſe dives parcitate, nec obſervare reſtricte, quam excepit* vide ante *Strictè.* Id. de Fin. 2, 11 *Ut ſi quem parce tamquam reſtricte faciant*, ſo wenig. Compar. Plin. 9 epiſt. 19 *Legendus legendo diligentius.* Auguſt. de Doctr. Chriſt. 3, 12 pr. *Quisquis ſe prætereuntibus reſtrictius utitur.* Superl. Plin. 5 epiſt. 8 *Quamvis illud pleniſſime, hoc reſtrictiſſime feceris.*

¶ Reſtrictim, idem. Apud Nonium 11, 55 Afranius: *Reſtrictim cogitare, atque omnibus rationibus*, genau bedacht.

¶ Reſtrictio, *ōnis*, f. die einziehung. Auguſtinus de Moribus eccleſ. catholi. c. 31 *Redundat plurimum ex operibus manuum, & opulentam reſtrictionem*, i. e. parſimoniam.

¶ Reſtrigo, *āre*, id eſt, non ſtrigare, non interquieſcere, nicht inne halten, aufhören. Sen. ep. 4 *Surge & reſtringa, ac clivum iſtum ama, ſi pectus, ſpiritu exſuperat.* v. Scelig. ad Propert. p. 281, it. in Catalect. p. 250 & 241.

¶ Subſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, unterbey zuſammen halten, zuſammen ziehen, umbinden. Nepos 18, 5, 5 *Subſtringebat caput loris altius.* Quintil. 11, 3 *Omiſſa ſupplere & effuſa ſubſtringere.* Horat. 2 ſat. 5, 95 *Aurem ſubſtringe loquaci*, id eſt, accommoda, vel finge te accommodare. conf. Juvenal. 6, 436.

¶ Subſtringens, *tis* Lucan. 3, 280 *Auro ligatas ſubſtringens Arimaſpe comas.*

¶ Subſtrictus, *a, um*, eingezogen, aufgebunden; ut, *Subſtricta gerens ilia*, Ovid. Met. 3, 216. *Subſtricta crura gerens*, Ibidem 11, 752. *Ora domita frenis ſubſtrictis ligare*, Sen. Hippol. v. 999, zäumen. *Subſtricti teſtes*, Plin. 32, 3. Et, *Venter ſubſtrictior*, Colum. 6, 20.

¶ Superſtringo, *inxi, ictum, ĕre*, gürten. Sidon. 4 epiſt. 20 *Balteis ſuperſtrenxerant clauſa latera.*

¶ Superſtrictus, *a, um*, aufgeſtreifelt. Apul. 11 p. 263 *Superſtrictis accurate manibus.*

Strio, Strix, vide paullo ante *Stria, Stringo.*

¶ STRŌBĪLUS, *i*, m. στρόβιλος, *nux pinea*, eine zirbelnuß, Matthiol. ex Galeno. Vlp. l. 167 ff. de Verb. ſign. *De pinu integri ſtrobili ligni appellatione continebuntur.* De *Strobilo* in nummis Auguſtæ Vindelicorum coloniæ. v. Spanhem. Diſſ. 6 p. 308. ¶ 2. *Strobilus* item carduus ille eſt, quem, σκόλυμον dicunt Græci, ſtrobeldorn. conf. Plin. 16, 10: Dioſc. 3, 36. ¶ 3. Flatus etiam repentini ſpecies eſt, de qua Plin. 2, 48. Præcipua navigantium peſtis, & inferne ſurſum verſus repente convolvitur. Sed

¶ Strŏbus, *i*, f. στρόβος, arbor odorifera eſt apud Germanos Plinio 12, 17.

¶ Strobilītes, *æ*, m. στροβιλίτης, vinum pineis nucibus conditum, Dioſc. 5, 33.

STRŌMA, *ātis*, n. στρῶμα, culcitra, ein pelſter, küſſen. Capitol. de Vero imp. c. 4 *Vt levatus cum ſtromatibus in cubiculum perferretur.* Hinc & pro aulæis multa colorum varietate picturatis ſumitur, tapetum. Et Clemens Alexandrinus octo *Stromatum* libros reliquit, ob rerum contentarum varietatem ita appellatos. ¶ 2. *Stroma* una Oreadum.

¶ Catāſtrōma, *ātis*, n. κατάστρωμα, ſuperius tabulatum vel pavimentum in navi, a quo pugnatur. Heſychius, κατάστρωματα τῆς νεὼς μέρος ἐν ᾧ ἑστῶτες ναυμαχοῦσιν, der verdeck auf dem ſchiffe. vid. Roſin. Antiq. Rom. 10, 20 p. 989.

¶ Perīſtrōma, *ātis*, n. a στρώννυμι, *ſterno*, idem quod *Peripetaſma*, ein teppich um eine wand. Plaut. Pſeud. 1, 2, 13 *Peristromata picta Campanica.* Cic. Phil. 2, 27 *Conchylinata Cn. Pompeji peristromata, ſervorum in cellis lectos ſtratos videres.*

STRŌMBVS, *i*, m. στρόμβος, plur. *Strombi*, conchæ ſunt multorum generum, ſed plerǽque longæ & intortæ, ad figuram buccinæ. Plin. 32, 9. pr. *conchas longas* vocat, ubi Harduinum vide. Libri ejusdem c. 11 etiam *ſtrombum* nominat.

STRONGŸLOS, *i*, vel Strongȳle, *es*, f. στρογγύλη, inſula in mari Ægeo, a rotunditate ſic dicta: *Nasos* quoque dicitur. v. Plin. 5, 10. ¶ 2. Eſt & aluminis genus, quod *Strongylen* vocant. v. Plin. 35, 15.

STRŌPHA, *æ*, f. στροφή, tergiverſatio aliuto & doloſa, falſche ausflucht. Martialis: epigr. 7 *Nihil ſtropharum eſt, iam ſolarium dandum eſt.* conf. Id. 11, 9. Plin. 1 epiſt. 18 *Invenium aliquam ſtrophan, agarque cauſſam tuam.* Adde Sen. epiſt. 26: Symmach. 5 ep. 65: Petron. c. 60, Phædr. 1, 15, 2. ¶ 2. Apud Vitruvium 10, 8 *Strophe* ſunt vincula illa dura & craſſa, quibus remi circa ſcalmos religantur, ſtarcke ſeile. ¶ 3. *Strophe* dicitur etiam certa compoſitio verſuum, der jaß, quam ſequitur *Antiſtrophe* & *Epodos.* v. Mar. Victorin. p. 2501.

Compoſita:

¶ Anaſtrŏphe, *es*, f. ἀναστροφή, vitium inverſionis, ut Quintil. vocat 1, 5, cum præpoſitio poſtponitur: ut, *Saxa per, & ſcopulos*, Virg. Georg. 3, 276 *Fuerit immiſſis Vulcanus hebenis Ærariſtra per & rumpo*, Id. Æn. 5, 662.

¶ Epanaſtrŏphe, *es*, f. ἐπαναστροφή, iidem repetitionis ſpecies, cum ſcilicet verbum in fine præcedentis, ſequentis ſententiæ repetitur. Vnde qui talem repetitio continua vocatur, ſed proprie ſi loqui amamus, *continuatio* verſus fit. Virg. Georg. 3, 55 *Certent & cursum victa, &c. Tityrus Orpheus, Orpheus in ſylvis, &c.*

¶ Antiſtrŏphe, *es*, f. ἀντιστροφή, converſio, ſpecies repetitionis; cum in eodem orationis partem membri aliquot periodi deſinant, ut: *Frumenti maximus numerus e Gallia: pecuarius amplissime capiebatur e Gallia: equites numero plurimi e Gallia.* v. Cic. pro Font. pr. Figura eſt contraria Epanaphoræ. conf. Mart. Capella 5 p. 165. ¶ 2. *Antiſtrophe* in componendis verbis, der gegenſatz. v. *Strophe* n. 3.

¶ Apoſtrŏphe, *es*, f. ἀποστροφή, converſio, ſermo averſus. Virgil. Georg. 2, 172 *Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar, &c.* ¶ 2. Sermo, qui ἀποστροφὴ dicitur, in forenſibus actionibus eſt averſa a judicis perſona oratio vel ad coronam, vel patronum diverſæ partis, vel ad ipſum adverſarium. v. Quintil. 4, 1; 9, 2 & 3; & Mart. Capell. 5 p. 171.

¶ Apoſtrŏphus, *i*, m. ἀπόστροφος, averſio, ſemicirculus ad ſummum conſonantis appoſitus, indicens vocalem abeſſe, ut τὴς δ' ἀρετὴς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, *Sanctum poſuere Dii virtutis ad arcem*; Sic, *Viden', aut', dixtin'* pro videsne, aisne, dixtine?

¶ Catāſtrophe, *es*, f. καταστροφή, converſio, qualis in fabulis illa eſt ad exitus imperatos & jucundos poſt motus & turbas. Sunt enim fabularum partes protaſis, epitaſis, cataſtrophe. Differunt autem cataſtrophe Tragicæ a comicis exitu contrario, das ende vom ſpiel, ausgang und letzter theil. Porro *fabulæ catastrophen* proverbiali figura rei cujuscunque dicimus exitum. Petron. c. 54 *Ne periculo aliquid catastrophæ quæreretur*: i. e. ne periculum mutetur ſubito in gaudium.

¶ Epiſtrŏphe, *es*, f. ἐπιστροφή, figura cum eadem in verba plures deſinunt ſententiæ. vid. Voſſ. Inſtit. Orat. lib. 5 p. 287.

¶ Monoſtrŏphe, *es*, f. μονοστροφή, ita Sympoſium vocatur in Plauti Sticho 5, 4, 7. Ita aliquos legere pro *Monotrophus*, de quo in *Trophetes*, Taubman. ad h. l. notat.

¶ Periſtrŏphe, *es*, f. περιστροφή, converſio. Mart. Capella 5, 186 *Cum adverſarii propoſitionem in noſtram partem convertimus, periſtrophen vocamus.*

STRŌPHĀDES, *um*, f. Στροφάδες, inſulæ duæ in mari Ionio. Virgil. Æn. 3, 209 *Strophadum me littora primum Accipiunt, Strophades Græjo ſtant nomine dictæ.*

STRŌPHIVM, *i*, n prima & ſecunda brevi, στρόφιον, faſcia pectoralis, ein brüſtlein, mieder. Catullus carm. 65, 65 *Non tereti ſtrophio lacta nec vincta papillas.* conf. Nonium 14, 8; Cic. de Ar. Reſp. c. 21. ¶ 2. Item, inſigne capitis vel corona, ein kranz. Feſtus: *STRVPPVS eſt, quod Attícus philologus exiſtimat, quod græce στρόφιον vocatur, & quod ſacerdotes pro inſigni habent in capite: quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona inſigne in capite inponatur, quale ſit ſtrophium &c.* Plin. 21, 2 *Tenuiorum* (coronis) *utebantur antiqui, STROPHIA appellantes, unde nata STROPHIOLA.* vide mox *Stroppus.* Prudentius pro vittis poſuiſſe videtur, quibus flores nectebantur in ferta ſive coronas, 13, 1 καλύκια ſive ante cibum v. 26 *Sperne Camena leves vederas, Cingere tempora quæ ſolita es. Sertaque myſtica dactylico Texere dicta, lege ſtrophia, Fronde Dei redimita comas.* Ilon in Gloſſis hoc loco *STROPHIVM, cingulum aureum* interpretatur. ¶ 3. *Strophia*, vincula, quibus ancoræ alligantur, anker ſeile. Apul. Met. 11 p. 265 *Navis abſoluta ſtrophis ancoralibus.*

¶ Strŏphiŏlum, *i*, n. diminut. στροφίδιον, Plin. 21, 2. v. in *Strophium*, n. 2. Et Tertull. de Corona milit. c. ult. *Quid caput ſtrophiolo aut dracontario damnas?*

¶ Strŏphiārius, *i*, m. ſtrophiorum artifex. Plaut. Aulul. 3, 5, 42 *Strophiarii adſtant.*

STRŌPHVS, *i*, m. στρόφος, inteſtinorum dolor, bauchweh. Apul. de Herb. c. 26 *Herba chamæpitis ſtrophos dolorem tollit.* conf. Reineſ. Var. Lect. 2, 8; Cels. 2, 7; 6, 2; Apul. de Herb c. 27; Scrib. Larg. comp. 121.

¶ Strophōſus, *a, um*, qui ſtropho laborat. Veget. 1, 27 *Strophoſa animalia, quibus venter frequenter dolet.* conf. Plin. Val. 2, 22.

STROPPVS, *i*, m. idem quod *Strophium, quod ſacerdotes pro inſigni habebant in capite.* vid. Feſtus, & Laurenb. Antiqua. pag. 438. conf. Plin. 21, 2, ubi Hard. ex MSS. *Stroppos* legit, al. Strophia. *Stroppos* autem ait Plinius a veteribus dictas *coronas tenuiores.*

Structilis, ſtructio, ſtructor, ſtructura, &c. ſtrues, vide mox *Struo.*

STRŪMA, *æ*, f. tumor, *in quo ſuntas concreta quædam ex pure & ſanguine quaſi glandulæ oriuntur*, Celſi ſunt verba 5, 28, der kropff. vide *Scrophula.* Sic, *Strumam exſecare.* Cic. pro Sextio c. 65 *Ii medeantur reipubl. qui exſecant peſtem aliquam, tamquam ſtrumam civitatis.* Adde Catull. 53, 2; Cels. 1, 9; & 2, 1; & 5, 18 n. 23 ſqq. Vitruv. 8, 3; & Colum. 7, 11. Cic. Att. 2, 9 *Denique etiam Vatinii ſtruman facendam ſi diuturna veſtiant.* Vnde in Chiliad. *Strumam dibapho tegere*, eſt infamiam dignitate aliqua obliterare. Cæterum Celſ. 5, 28, 7 de Strumis: *Naſcuntur maxime in cervice, ſed etiam in aliis, & inguinibus, & in lateribus. In mammis quoque fœminarum ſe reperiſſe, chirurgus Meges autor eſt.*

¶ Strūmella, *æ*, f. parva ſtruma, Marcell. Empir. c. 15.

¶ Strūmea, *æ*, f. herba Plinio 25, 13 *ranunculus quartus* eſt, ſic dicta, quod vel ſtrumis medeatur, vel radicem habeat ſtrumoſam: vide *Ranunculus. Hoc herbo eſt, qua mendicantes ſibi crura & lacertos illaniant, quo impudentius poſſint ſtipem extorquere. Hinc nonnullis herbariis* Vlceraria *vulgo dicitur*, aliis *ſceleraria*, Ruellius. Interpretantur hanenfuß, ſtiegelblumen, butterblumen.

¶ Strŭ-

¶ Strūmus, *i*, m. eadem herba apud Apul. de Herb. c. 74; & Plin. 27, 8.

¶ Strūmāticus, *a, um*, der einen krop hat. Firmicus Astronomicōn 8, 19 *Strumaticum facere.*

¶ Strumōsus, *a, um*, kropficht. Juvenal. sat. 10, 309 *Strumosum, atque rubentem Pariter gibberaque & pantices.* Colum. 7, 10 de Suibus: *Strumosis sub lingua sanguis mittendus est.*

STRVO, *xi, ctum, ĕre*, exstruere, bauen, anrichten, schaffen; ut, *Struere aggeres*, Hirt. B. Gall. 8, 41. *Struere aciem*, instruere, vide *Acies.* Ter. Heaut. 3, 2, 3 *Nam me fefellit, hoscce id struxe?* i. e. moliri, daß sie damit umgehen? *Calamitatem alicui struere & moliri*, Cic. pro Cluent. c. 64, einem unglück anrichten. *Struere insidias alicui*, Ovid. Met. 1, 198; *mendacium*, Liv. 23, 34: *consilia*, id. 2, 3. Et, *Periculo struere*, gefahr zurichten, Sen. epist. 10. *Struere comam* & similia v. ap. Drakenb. ad Sil. 4, 746.

¶ Struens, *tis.* Ammian. 31, 3 *Ipse aciem nullo turbante interim struens.* Tacit. An. 1, 13, 3 *Iuvenis mox criminibus, struente Tiberio, circumventi*, i. e. subornante.

¶ Conſueſco, *ēvi, ētum, ĕre,* idem quod *aſſueſcere,* gewohnen. Virg. Georg. 2, 272 *Adeo in teneris conſuefcere multum eſt.* Cic. de Invent 1, 2 *Ut aliis parere conſuefcerent.* Id. de Orat. 1, 61 *Demoſthenes verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat.* Id. pro Quintio c. 28 *Conſueſſet* pro *conſuevisſet.* Alias dativo, ut cætera hujus originis, conjungi ſolet: ut, *Conſueſcere dolori,* Plin. 8 epiſt. 23 extr. ¶ 2. Active Lucret. 6, 396 *Bruchia conſueſcunt, firmantque lacertos:* id eſt, conſuefaciunt, ſie gewöhnen die arme. Sic, *Pluſtro aut aratro juvencam conſueſcimus,* Colum. 6, 2. *Conſueſcatque ruſticos &c.* Id. 11, 1. ¶ 3. *Conſueſcere cum aliquo* per ellipſin dicitur mulier, quæ commercium ſtupri cum aliquo habet, die mit einem zuhält. Plaut. Cift. 1, 1, 88 LE. *Sed tun' unquam cum quidem viro Conſuevisti?* SI. *niſi quidem cum Alcesimarcho, nomine: Neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit.* Ita & Terentius, ad quem ablr Donatus: CONSVESSERE, inquit, *in ſtupro proprium.* Sic autem ille: *Conſuevit illi & cum illa,* er hat mit ihr zugehalten, Adelph. 4, 5, 32: Phorm. 5, 6, 34; Hec. 4, 1, 40. Vti & Cic. Verr. 5, 12 *Mulierem, quibuscum iſte conſueverat.* Viciſſim Nepos 7, 10, 6 *At mulier, quæ cum eo conſueverat &c.* Ita enim legendum eſt cum Schotto. Cæcil. apud Gell. 2, 23 *Ea me, clam ſe, cum mea ancilla ait Conſuetum: id me arguit.* Ipſe Gell. 4, 3 *Pellicem appellatam probioſamque habitam,* (Servius Sulpicius ſcribit), *quæ juncta conſuetaque cum eo eſſet, in cujus manu alia matrimonii cauſſa foret.* Similiter verbo SOLERE in hac re utebantur; quo de ſuo loco.

¶ Conſuētus, *a, um,* ſolitus, gewohnt, gewöhnlich. Ter. Andr. 1, 1, 108 *Amor conſuetus.* Sall. Iug. c. 85 *Pericula conſueta habere.* Ovid. Met. 11, 637 *Conſuetiſſima cuique verba.* Sic, *Conſuetus otiis, aleæ, popinæ &c.* Colum. 1, 8. Sed, *Pellex conſueta viro &c.* vid. in *Conſuefco* n 3.

¶ Conſuētē, adverb. gewöhnlich. Ammianus 23, 4 *Ad ſuſcipiendum conſuete pabulum.*

¶ Conſuetio, *ōnis,* f. conſuetudo n. 3. Plaut. Amph. 1, 2, 28 *Et clandeſtina ut celetur conſuetio.* Vbi non *conſuetudo* legendum, cum ſit jambus ſenarius. Et id recte ſe habere, confirmat Feſtus, vel potius Verr. Flaccus, cujus hæc verba ſunt: *Conſuetionem Plautus pro conſuetudine dixit.* Add Donat. ad Ter. Adel. 4, 5, 32.

¶ Conſuētūdo, *ĭnis,* f. die gewohnheit. Cic. de Orat. 2, 87 extr. *Exercitatione conſuetudo gignitur.* Id. de Amic. c. 19 *Veritatis & conſuetudinis vis maxima.* Id. de Fin 5, 25 *Conſuetudine effectum quaſi altera natura.* Quint. 1, 2 p. 27 Burm. *Fit ex his conſuetudo, deinde natura.* Id. 1, 6 ext. *Si conſuetudo ex eo, quod plures faciant, nomen accipiat, periculoſiſſimum dabit præceptum non orationi modo, ſed quod majus eſt vitæ. - - Ergo conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum, ſicut vivendi conſenſum bonorum.* Cic. de Orat. 2, 3 *Prope ad Græcorum conſuetudinem diſputare.* Cæſ. B. G. 4, 1 *In eam ſe conſuetudinem adduxerunt,* ſie haben ſie ſo gewöhnet. ¶ 2. Eſt & frequentiſſimum Ciceroni *conſuetudinis* nomen pro familiaritate & converſatione, ut fam 2, 1 *Carni fructu jucundiſſimæ conſuetudinis tuæ,* deiner geſellſchaft. Ter Andr. 1, 1, 83 *Hic parvæ conſuetudinis cauſſa mortem hujus tam fert familiariter;* id eſt, exigui nec diuturni uſus, ſive familiaritatis cauſſa. ¶ 3. Vſurpatur ſimiliter in turpibus. Nam & Salluſt. Catil. c. 23 *Conſuetudinem ſtupri* dixit. Et Liv. 39, 9 *Huic* (Hiſpatæ ſcorto) *conſuetudo juxta vicinitatem cum Ebutio fuit.* Suet. Calig. c. 24 *Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit.* ¶ 4. Pro lingua poſuit Colum. 3, 2, 8, 12 pr. 7.

¶ Conſuētūdĭnārius, *a, um,* ſecundum conſuetudinem, gewöhnlich. Salvianus 6 de Gubern Dei p. 219 *Gens Hebræorum conſuetudinarias carnes deſideravit.* Ibid. p. 221 *Conſuetudinarius vitæ uſus.* Et Sidon. 7 epiſt. 11 *Invideo felicitati conſuetudinarii portitoris.* Gloſſ. Ver. *Conſuetudinarius,* συνηθης, φιλοσυνηθης.

¶ Conſuēfăcio, *feci, factum, ĕre,* gewohnen, angewöhnen. Ter. Adelph. 1, 1, 29 *Ea ne me celet, conſuefeci filium,* conf. v. 49; & ibid. 3, 3, 61. Varro R. R 2, 9 de canibus per tmeſin: *Conſue quoque faciunt, ut alligari poſſint.*

¶ Inconſuētus, *a, um,* ungewohnt. Sil. 11, 282 *Stupet inconſuetus opimæ menſæ miles.* Vitruv. præf. l. 5 *Inconſuetus ſermo.* Id. 1, 4 *Inconſueta ſalſitudo.*

¶ Reconſuefco, *ĕre,* wieder gewohnen, wieder in ſchwang kommen. Tertull. de Cult. fœm. c. 9 *Gloria autem reconſuevit.*

¶ Defueſco, *ēvi, ētum, ſcĕre,* quod exſuere paullatim atque abjicere conſuetudinem ſignificat, & quaſi dediſcere, entwöhnen, verlernen. Silius 3, 576 *Paullatim antiquo patrum deſueſcit honori.* Quintil. 3, 8 extr. *Morari in deſuescendis.* ¶ Active, pro abgewöhnen. Nonius 2, 199 *Deſuevi illum,* pro, deſueſeci illum, conſuetudinem abſtuli. Titinnius Gemina: *Paraſitos amovi, lenonem ædibus abſterrui, deſuevi, ne quis ad cœnam exiret contra conſilium meum.*

¶ Deſuētus, *a, um,* entwohnt; ut, *Deſueta corda,* Virg. Æn. 1, 726. *Deſueta arma,* Id. Æn. 2, 509. *Deſueta triumphis agmina,* Id. Æn. 6, 814. *Deſueta verba retractu,* Ovid. Triſt. 5, 7, 63. *Rem deſuetam uſurpare,* Liv. 3, 38.

¶ Deſuētūdo, *ĭnis,* f. die entwohnung, ungewohnheit; ut, *Deſuetudo armorum,* Liv. 1, 19. Et Ovid. Triſt. 5, 7, 57 *Iam deſuetudine longa Vix ſubeunt ipſi verba Latina mihi.*

¶ Deſuēfăcio, *ĕre,* entwohnen. Et paſſiv. Deſuefio, *ēri,* ſich entwöhnen. Varro R. R. 2, 9 *Non disjunguntur a matre, ſed minutatim deſuepant.*

¶ Deſuēfactus, *a, um,* entwöhnt. Cic. pro Cluent. c. 40 *Multitudinem deſuefactam ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem revocare.*

¶ Diſſuefco, *ĕre,* idem quod *Deſuefcere.* Alcimus Avitus lib. 4, 46 *Diſciplinatos diſſueſcit promere fructus.*

¶ Inſuefco, *ēvi, ētum, ĕre,* idem quod *conſueſcere,* gewohnen. Ter. Adelph. 1, 1, 20 *Nam qui mentiri aut fallere inſuevit patrem, aut audebit, tanto magis audebit cæteros.* Plaut. Capt. 2, 2, 55 *Qui imperare inſueveram, nunc alterius imperio obſequor.* Salluſt. Cat. c. 11 *Ibi* (in Aſia) *primum inſuevit exercitus populi Romani amare, potare, ſigna, tabulas pictas, vaſa cælata mirari &c.* ¶ 2. Ἐνεργητικῶς, ſeu active, anwohnen. Horat. 1 ſat. 4, 105 *Inſuevit pater optimus hoc me, Ut fugerem &c.* Et Prudent. Cathemer. hymno 9 ſive Omnis horæ v. 94 *Ad brevem ſe mortis uſum dux ſalutis dedidit, Mortuos olim ſepultos ut vedire inſuefcret.*

¶ Inſuētus, *a, um,* adject non ſuetus, unaewohnt; ut, *Inſuetus contumeliæ,* Cic. ad Att. 2, 21. *Inſuetus laboris,* Cæſ. B. G. 7, 30. *Corpora inſueta ad onera portanda,* Id B. Civ 1, 78. conf. Nep. 10, 7, 3; Iuſtin. 1, 8, 6. ¶ 2. At participium ab *Inſuefco* vim negandi nullam habet: e. g. Liv. 24, 48 *Ita ſe a pueris inſuetos,* ſie wären ſo von jugend auf gewohnt. Tibull. 1, 4, 42 *Operi inſuetæ manus.*

¶ Inſuēte, adverb. ungewöhnlich. Cæl. Aurel. Tard 5, 3 *Inſuete immorari alicui.* Compar. Auguſtinus epiſt. 3 *Ipſos corporis ſenſus aliquanto inſuetius perſeveretur.*

¶ Insuētūdo, *ĭnis*, f. die ungewohnheit; ut, *Insuetudo cibi*, Spartianus in Severo c. 16, qui contra consuetudinem est.

¶ Insuētācio, *ēre*, & passiv. Insuefio, *ĭi*. Hinc

¶ Insuētactus, *a, um*, gewöhnet, abgerichtet. Cæs. B. Gall. 4, 24 *Cum illi* (Galli) *aut ex arvilo, aut pavillulum in aquam progressi, omnibus membris expediti, equos* INSVEFACTOS *incitarent.*

Manſuefco, & Manſuefacio, vide ſupra in *Manſuetus.*

SVESSA, *æ*, f. in Campania Aurunconum oppidum. vid. Plin. 3, 5. *Rudes Camenas Sueſſæ* Ausonius epist. 15, 9 vocat rudem & impolitum stylum Lucilii, qui ex Sueſſa fuit. vid. Scalig. Lect. Auſ. 2, 11. ¶ 2. Est etiam *Sueſſa Pometia* in Latio, de qua Sil. 8, 400. v. Drakenb.

¶ Sueſſula, *æ*, f. etiam oppidum fuit Campaniæ. v. Liv. 7, 37; 23, 31 & 32. Vnde *Sueſſulani* ejus populi apud Plinium 3, 5. conf. Inſcript. Murat. p. 1083.

¶ Sueſſiōnes, vel Sueſsōnes, *um*, m. pl. populi Galliæ Belgicæ in confinio Campaniæ & Picardiæ. Horum crebra mentio in Cæſ. de B. G. 2, 4 & 12; 7, 75 &c. Vrbs præcipua *Augaſta Sueſſonum*, Soiſſons, olim dicta *Noviodunum.*

¶ Sueſſetānus, *a, um*, adject. ut, *Ager Sueſſetanus*, Liv. 28, 24.

SVĒTŌNIVS, *i*, m. nomen Romanum, quo insignis fuit *C. Suetonius Paulinus*, Othoniani belli dux, ante Britanniæ etiam imperio præfectus, de quo Tacitus & Plinius memorant. ¶ 2. *C. Suetonius Tranquillus*, qui XII priorum Cæsarum vitas præclare nobiliterque scripsit, quas adhuc magno fructu versare licet. Muretus hunc ipsum Suetonium illius alterius, quem diximus, filium fuisse, existimat; sed male, ut Lipsius advertit Notis in 2 Hist. Taciti. v. & Voss. de Hist. Lat. 1, 31, & Bernegg. init. Diatrib. ad Suet. Cæsares, Auson. in Cæs. v. 4 *Quorum per plenam seriem Suetonius olim &c.*

SVĒVI, *ōrum*, m. pl. Germaniæ populi vetustissimi ampliſſimique fuere quondam, quorum gentem maximam & bellicoſiſſimam Germanorum omnium Cæsar esse scripsit, B. Gall. 4, 1, die Schwaben. Majorem enim Germaniæ partem tenuerunt, ab Albi ad Rhenum usque extensi, quemadmodum Strabo scripsit. v. Cluverium de Antiqua Germania. Mantuan. ad Cæs. *Ampliſſima cerne Regna Suevorum, quos Viſtula claudit & ingens Oceanus, vada Danubii confinia gentis Tot complexa ſinu immenſo excurrentia late.* Sic vetustorum Suevorum sedes nostra ætate tenent Polonorum quidam, Pomerani, Lusati, & bona pars Bohemorum, Saxones, Misnenses, Thuringi, Hassiones seu Catti, & Franci. Lucanus 2, 51 *Fundat ab extremo flavos aquilone Suevos.* conf. Ovid. ad Liviam v. 312. ¶ 2. *Suevus*, fluvius in Lusatis, quem vulgo *Sprevum* dicunt, die Spree, Althamer. Aliis *Odera*, Silesiæ & Pomeraniæ notissimus fluvius, ut Cluverius censet, qui & Suevorum veterum limites incertos ait esse & subobscuros. v. lib. 3 de Germ. Antiqu.

¶ Sucvus, vel Sueviscus, *a, um*, adject. Schwäbiſch; ut, *Suevo perfusus ſanguine Rhenus*, Propert. 3, 2, 45. ¶ 2. *Suevus*, appellativum, est flavus, rutilus. Sil. 5, 134 *Triplex criſta jubas effundit crine Suevo*; forsan quod Suevorum crines hujus coloris erant.

¶ Suevia, *æ*, f. Suevorum regio, Schwabenland. vid. Tac. Germ. c. 43.

Sufes, vide *Suffes*, Suffarcinatus, ſuffarcīno, *Farcio*, Suffarraneus, *Far*, Suffectio, ſuffectus, *Facio.*

SVFFĒNVS, *i*, m. poëta fuit ineptissimus, sui admirator, in aliorum vitia dicax, ad sua cœcus. Hinc *Suffeni*, qui stulte sibi placent, dicuntur φλαυτοι, die ſich ſelbſt kützeln, und viel von ſich halten. Catullus 22, 18 *Nimirum idem omnes fallimur, neque eſt quisquam, Quem non in aliqua re videre Suffenum poſſis &c.* Idem in Suffeno ibidem v. 15 *Neque idem unquam Æque eſt beatus, ac poema cum ſcribit, Tam gaudet in ſe, tamque ſe ipſe miratur.*

Sufferentia, vide *Fero*, Suffertus, *Farcio*, Suffervefacio, *Ferveo.*

SVFFES, vel SVFES, *ĕtis*, m. pl. *Suffetes*, Punica lingua consules dicebantur Carthaginiensium. Liv. 28, 37 *Ad colloquium Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus, elicuit.* Et 30, 7 *Senatum Suffetes, (quod velut conſulare imperium apud Carthaginienſes erat), vocaverunt.* Adde Festum, & Sen. de Tranqu. an. c. 3. Spanhem. ad Iul. Orat. 1 p. 130. *Sufes* unica litera scribendum esse Sigon. docet ad Liv. 30, 7, ubi & notam Drakenb. vide.

Suffibulum, vide *Fibula*, Sufficientia, ſufficio &c. *Facio*, Suffigo, *Figo*, Suffimen, ſuffio, ſuffitus &c. *Fio, ire.*

Sufflamen, ſufflamino, vide *Flo*, Sufflammo, *Flamma*, Sufflatio, *Flo.*

Suffoco, vide in *Faux*, si productum est: si correptum, in *Focus.*

Suffoſſio, vide *Fodio*, Suffrænatio, *Frenum* s. *Frænum.*

Suffrago, *ĭnis*, ſuffragor, ſuffragium, cum cæteris derivatis vide in *Suffringo* sub *Frango.*

Suffrico, vide *Frico*, Suffrio, *Frio*, Suffrutices, *Frutex*, Suffugio, ſuffugium, *Fugio*, Suffulcio, ſuffultus, *Fulcio*, Suffumigo, *Fumus*, Suffundatus, *Fundus*, Suffuror, *Fur*, Suffuſio &c. *Fundo.*

Sugambri, vide *Sicambri*, Suggĕro, ſuggeſtus &c. *Gero*, Suggredior, *Gradus*, Suggrunda &c. *Grunda*, Sugillatio, ſugillo, *Sugo.*

SŪGO, *ſuxi, ſuctum, ſugĕre*, ſuccum labris extrahere, ſaugen; ut, *Matris ſugere mammam*, Varr. R. R. 2, 1. *Sugere ubera*, Ovid. Fast. 2, 419. Et Cic. Tusc. 3, 1 *Vt pœne cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur.*

¶ Sugens, *tis*. Vulg. Interp. Cant. 8, 1 *Frater ſugens ubera matris meæ.* Et Ioël. 2, 16 *Congregate parvulos & ſugentes ubera.*

¶ Suctus, *a, um*, geſaugt. Pallad. Febr. t. 26 *Porca ut plurimum ſex nutrire debet, quia frequentiore numero ſuctu deficit.*

¶ Suctus, *ūs*, m. subst. das ſaugen. Plin. 28, 3 *Suctu levare percuſſos.* Id. 8, 36 *Pedum priorum ſuctu vivere.* conf. Id 31, 2; Solin. c. 8; & Varro apud Nonium 2, 767.

¶ Succus, *i*, m. humor, qui exſugitur, der ſaft. Ter. Eun. 2, 3, 36 *Corpus ſolidum & ſucci plenum*, ein ſtarcker und vollner leib. Ad quem locum Donatus: *SVCCVS eſt humor in corpore, quo abundant bene valentes.* Nemesia Cyn. 297 *Et altores rapiat per viſcera ſuccos* de equo. Virg. eclog. 3, 6 *Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis. SVCCVS proprie quaſi SVGVS: quem ſibi ex alimentis membra jugant, ut ſe repleant.* Et ſane *ſucus* est in optimis quibusdam libris, teste Pierio ad Virg. ecl. 1. c. vid. omnino Drakenb. ad Sil. 7, 169. Ita etiam in editione Burmanniana poëtarum minorum semper scribitur. Vet. Gloſſæ: *SVCCVS, χυλος.* Sic, *Succus herbæ*, Ovid. Met. 13, 941, vis medica aut magica herbarum. Plin. 9, 36 *Vivas* (purpuras) *capere contendant, quia cum vita ſua ſuccum eum evomunt.* Et, *Succum exprimere, Succum excipere*, Id. 12, 26. ¶ 2. Cicero per metaphoram dixit Att. 4, 16 *Amiſſimus omnem ſuccum ac ſanguinem civitatis.* Et, *Omnem ſuccum ingenii bibere*, Quintil. in procœm. lib. 1 p. 11 Burm. ¶ 3 Genit. plural. *ſuccuum*, pro *ſuccorum*, vel si mavis, pro *ſuctuum* apud Apulej. Met. 10 p. 244 *Nutrimentis ſuccuum pulmenta condita.* ¶ 4. *Succus* & *ſulcus* confunduntur. vid. *Sulcus.*

¶ Succo, *ōnis*, m. ſuci coactor, der den ſaft auspreßt. Argentarios, qui pecuniam cogunt, Atticus per ænigma nominarat *Oppios*, ἀπὸ τῦ ὄπτω, i. e. a succo. Quare Cicero Att. 7 eos interpretatus est *ſuccones* hisce verbis: *Oppios de Velia ſuccones ajebat.* vid. Gronov. & Græv. h. l.

¶ Succōſus, *a, um*, ſucci plenus, ſaftig, feucht. Colum. 2, 17 *Melius habetur fœnum, quod ſuapte natura ſuccoſo gignitur ſolo, quam quod irrigatum aquis elicitur.* Id. 4, 29 *Stirpes, quæ firmioris & ſuccoſioris libri ſunt.* conf. Id. 3, 5; & 5, 9; Cels. 2, 18; Plin. 12, 25; & 17, 10. Corn. Severus in Ætna v. 263 *Aridiora tenent oleæ; ſuccoſior ulmis Grata*, sc. humus.

¶ Succoſitas, *ātis*, f. die ſaftigkeit, feuchtigkeit. Cæl. Aurel. Acut. 2, 29, 151 *Quanquam ſit reſtata ſuccoſitas.*

¶ Succĭdus, *a, um*, idem quod *Succoſus.* Plaut. Mil. 3, 1, 52 *Minime ſputator, ſcreator ſum, itidem minime ſuccidus*; sed optimæ editt. *muccidus* habent. Itaque certius huc pertinet *Lana ſuccida*, de qua Varro R. R. 2, 11 *Tonſuræ tempus æquinoctium vernum & ſolſtitium, quum ſudare inceperunt oves, a quo ſudore recens lana tonſa SVCCIDA eſt appellata.* Iuvenal. 5, 24 *Vinum quod ſuccida nolit Lana pati.* Martialis 11 epigr. 28 *Succida palliolo vellera quinque petit.* Adde Cels. 8, 3; Plin. 8, 48; 24, 19; 29, 2; 31, 11; Tertull. de Bapt. c. 3; Colum. 6, 15; Pallad. Febr. t. 17. ¶ 2. Metaphorice adhibetur de opulentis. v. Scheffer. ad Petron. c. 38 p. 163; qui & *Succones* eodem fere sensu a Cicerone vocatos censet.

¶ Succĭdo, *āre*, humorem affundere, feuchten, netzen. Plin. Valer. 2, 8 *Cyminum Syriacum bonum in aceto ſuccidabis.* Ita restituit Reinesius Var. Lect. 2, 8 p. 196. conf. p. 675.

¶ Succulentus, *a, um*, idem quod *Succoſus.* Paulinus Iambo ad Cyther. v. 631 *Succulentum corpus.* Et Prudent. Hamartig præfat. v. 58 *Succulenti furores.* conf. Apul. Met. 2 p. 174; & Sidon. 1 epist. 2.

¶ Sūgillo, vel Suggillo, *āre*, de facie proprie dicitur, cum percuſſa lividis maculis deformatur, vel cum maculæ nimio ſuctu fiunt, abblauen, braun und blau ſchlagen. Sen. epist. 13 *Non poteſt athleta magnos ſpiritus ad certamen afferre, qui nunquam ſugillatus eſt.* Gloss. *Sugillat, πλήσσει, ὑπώπια ποιεῖ.* conf. Non. 2, 785. Dausquej. in Orthogr. Gebhardus ad Liv. 4, 35. ¶ 2. Hinc & existimationem alicujus lædere violenter, & deformare, & quasi exsugere bonam famam significat, einen verkleinern, anſtechen. Petron. c. 128 *Noli ſuggillare miſerias.* Vlpian. l. 10 § 12 de in jus vocando: *Si famoſa actio non ſit, vel pudorem non ſugillet.* Val. Max. 3, 2 ext. 1 *Crudelitatem ſugillare.*

¶ Sugillatus, *a, um*, percuſſus sub oculis & in genis, blau geſchlagen. Plin. 31, 9 *Ex ictu ſuffuſi cruore oculi ſugillatique.* Idem 1, 27 *Caſeus recens cum melle ſugillata emendat.* conf. si lubet Festum p. 454. Gloss. ὑπωπιασθεὶς, *ſugillatus.* ¶ 2. Ludibrio habitus, verſpottet, durchgezogen. Liv. 4, 35 *Viros ſpectatos primis annis ſugillatos, repulſos, riſui patribus fuiſſe, deſiſſe poſtremo præbere ad contumeliam os.* Tertull. adv. Marc. 4, 34 *Mentio ſugillati Herodis.*

¶ Sugillatio, *onis*, f. livida macula ab ictu, ein blauer fleck vom ſchlagen oder ſtoſſen. Plin. 31, 9 *Sal probatur ſuggillationibus in linteolo involutus* Id. 32, 7 *Carnes impoſitæ ſuggillationem rapiunt.* conf. Apul. de Herb. c. 34 n. 5; Scrib. Larg. Comp. 250; Plin. Val. 3, 29. ¶ 2. Nota infamiæ inusta, ſchmähung. Liv. 43, 14 *Non ſine ſugillatione conſulum.* Val. 6, 9, 12 *Amara ſugillatione non caruit.* conf. Sen. de Benef. 5, 22; Tertull. Apolog. c. 11; & de Præscript. c. 8.

¶ Sugillatiuncula, *æ*, f. diminut. Claudian. Mamert. 2, 9 *Sugillatiunculas fringultire.*

¶ Sugillator, *ōris*, m. qui sugillat, apud Macrobium.

Compoſita:

¶ Adſuctus, *a, um*, geſaugt. Lucret. 4, 1187 *Et tenet adſuctis humectans oſſa labris.*

¶ Conſugillo, *are*, apud Firmicum.

¶ Desugo, *ĕre*, weaſſaugen. Pallad. 1 tit. 9 *Rapta velociter deſugere*, de pavimento humorem effusum bibente.

¶ Exsūgo, *ĕre*, aus ſaugen; ut, *Exſugere ſanguinem alicui*, Plaut. Pœn. 3, 2, 37; & *humorem*, Id. Rud. 4, 3, 70 *Exſugebo* pro *Exſugam*, ibi legitur; uti etiam Ovid. 2, 2, 5. Et Cato R. R. c. 156 *In linteum exſugeto ſuccum.* Nam & secundæ conjugationis formam assumit, uti *Excello* & *Excellio &c.* cont. Non. 7, 94.

¶ Exſugens, *tis*. Plin. 23, 1 extr. *Aceto os colluunt venena exſugentes.* Festus: *Exſugentes, exprimentes.*

¶ Exſuctus, *a, um*, ausgeſaugt. Colum. præf. lib. 1 *Exſucto ſudore ſilim quærimus.* Gell. 20, 7 *Ea re oſtrea quoque, ſicuti alia quædam, tenuis exſuctaque eſt.* Vitruv. præf. lib. 8 *Animalia vero, ſi fuerint ſine humoris poteſtate, exſanguinata & exſucta a principiorum liquore, interarescent.* Compar. Varro R. R. 2, 7 *Vt reſtibiles ſegetes exſuctiores: ſic quotannis quæ prægnantes ſunt.*

¶ Exſuccus, *a, um*, ſucco carens, trocken, ſaftlos. Sen. epist. 30 *Infirmi ſemper & exſucci corporis eſſe*, ſchwächtig ſeyn. Quintil. 12, 10 *Aridi, exſucci, exſangues.* Tertull. de Anima c. 51 *Corporis ſubſtantia exſuccior.*

¶ Ex-

¶ Exſuccĭdus, *a, um*, idem. Tertull. de Anima c.32 *Illa quæ arida & exſuccida.*

¶ Exſuccō, *āre*, ſuccum exprimere, austrocknen, den ſaft ausdrücken. Cæl. Aurel. Tard. 2, 13 *Exſuccare mala.* Et Macer 4, 4 *Temporibus veris exſuccari ſolet.*

¶ Exſuccans, *tis*, austrocknend. Cæl. Aurel. 2, 29, 155 *Exagitans atque exſuccans interiora.*

¶ Exſuccātus, *a, um*, ausgetrocknet; ut, *Exſuccatum ſinapi*, Cæl. Aurel. Tard. 4, 8.

¶ Inſucco, *āre*, ſucco immergere, befeuchten, netzen. Colum. 7, 4 *Sæpius lana diducenda vinoque & oleo inſuccanda.*

¶ Inſuccātus, *a, um*, angefeuchtet, eingeweicht; ut, *Vvæ paſſæ vino inſuccatæ*, Colum. 9, 13. conf. 7, 5. Et, *Panis inſuccatus ex mulſo*, Cæl. Aurel. Acut. 3, 8. vid. Reinef. Var. Lect. 2, 8 p. 196.

¶ Inſuccus, *a, um*, i. e. punguis, feiſt, faftig. Cyprian. epiſt. 1 ad Donat. *Impletur inſuccum corpus gladiatorum.* vid. Salmaſ. de Pallio p. 187; videtur diſtincte legendum *in ſuccum.*

SVI, *ſibi, ſe*, & SVV S, *a, um*, ſein, pronomina ſunt reciproca, quorum uſum & collocationem Valla expoſuit libello, cui titulus eſt: *De reciprocatione SVI & SVVS. Obſecravit me, ut ſe adjuvarem, ut ſibi adeſſem, ut filio ſuo opem ferrem*, latine dicitur. Cic. fam. 13, 20 *A te peto, ut des operam, ut intelligat, meam commendationem ſui magno ſibi fuiſſe.* Id. pro Sylla c.27 *Hosne viros tam cupidos ſui perire voluit?* Id. Att. 9, 16 *Nihil malo, quam & me mei ſimilem eſſe & illos ſui.* Virg. Æn. 3, 629 *Oblitus ſui.* ¶ 2. Sed, *an patrem ſuum convenire vis? Vidi ſe; Pergo ad ſe*, intolerabiliter prorſus, pro *patrem ejus* ſeu *ipſius; vidi ipſum, pergo ad ipſum*, idem Valla dici putat. Contra quem Budæus in Commentariis græce Linguæ defendit talia, ut ad Græcorum rationem dicta & optimorum, ſummorumque ſcriptorum auctoritatem præ ſe ferentia. Sed diſſimilia tamen ſunt, quæ contra Vallam proferuntur e. g. Cic. Att. 10, 11 *Indulſit ibi quidem ſuus pater ſemper.* Ter. Heaut. 2, 3, 92 *Cedo, quid hic faciet ſua? An ea quoque hujus dicetur?* Id. Hec. 4, 4, 38 PH. *Quamobrem reducam?* LA. *Mater quod iuſſit ſua.* Ita Ovid. in fabula Baucidis Met. 8, 646 *Quodque ſuus conjux riguo collegerat horto.* C. Nepos 5, 3, 2 *Incidit in eandem invidiam, quam pater ſuus.* Rurſus 25, 10, 4 *Antonius tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non ſolum ei, ſed etiam omnibus amicis ſuis eſſet inimicus.* Vide & Alciatum Pareg. 6, 20, ubi ait, λειτολογήματα eſſe, & minutias plerumque a claſſicis auctoribus neglectas, qui dicunt, in pronomine iſto ſemper obſervari debere reciprocam ſignificationem. conf. Barth. ad Rutil. Numat. p. 102 & 103; Scalig. de Cauſis L. L. c.130, qui non inirandum hunc loquendi modum cenſet. Adde Robig. in Lex. Critic. 4, 4; Buch. ad hymn. Venant. de Reſurr. Chr. v.82; & Bangium Obſerv. philol. P. 2 p. 952. It. quos laudat Drakenb. ad Sil. 12, 33. ¶ 3. Sane indifferenter hæc dicuntur: *Ille repetit, quod ſuum ſive ipſius eſt.* Cic. pro Marcell. c. 10 *Multi dubitabant, quid ſibi expediret*, vel *ipſis.* Quintil. lib. 8 *Grammaticis inter ipſos & philoſophis pugna eſt.* Et lib. 10 *Vitioſa & a doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenduntur.* Cic. de Rep. *Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra republica percontatus eſt*, ubi & *de ipſius regno* dicere potuiſſet. conf. ſupra *ipſe* n.4. ¶ 4. Sed Quint. Decl. 268 p. 507 *Philoſophi pugnant inter ſe atque diſſentiant*, non *ipſos. Omnes partes inter ſe conſentiant*, non *ipſas*, Cic. Off. 1, 28. *Damon & Pythias hoc animo inter ſe fuerunt* non *ipſos*, Ibid 3, 10. Sic, *Ea de quibus plerique inter ſe digladiari ſolent*, Ibid. 1, 9. Et Nepos 10, 4, 1 *Cum inter ſe timerent.* In ejusmodi exemplis *inter ſe* idem eſt ac *mutuo, invicem*, unter einander. ¶ 5. *Suus* etiam interdum pro cujusque proprio dicitur, ſein eigen, der ſeinige; ut, *Suus cuique mos eſt*, Ter. Phorm. 2, 3, (al. 4) 14. *Trahit ſua quemque voluptas*, Virg. ecl. 2, 65. *Velle ſuum cuique eſt*, Perſ. ſat. 5, 52. *Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime, ſuum quemque ſcelus agitat*, Cic. pro Roſc. Am. c. 24. Et conjunctim: *Sua cuique laus propria debetur*, Idem de Orat. 2, 85. vide ſupra *Proprius.* Vix admittitur, ut *Suus & quisque* eodem numero & caſu ponantur. Hinc Gronov apud Liv 3, 22 legi cupit non *ſuæ cuique parti*, ſed *Equites ſua cuique parti ſuæ principia collocat*; ut *ſua* ad *principia* referatur. Poterat etiam *ſuos* vel *ſuæ quemque*, vel *ſuæ quosque* ſcribere. ¶ 6. *Suum*, das ſeine, ſeinige, & *Sui*, die ſeinen, ſeinigen, ſæpe etiam abſolute & ſubſtantive ponuntur. Plaut. Trin. 2, 2, 34 *Suum adimere alteri.* Cic. Off 1, 31 *Expendere oportebit, quid quisque habeat ſui.* Et mox: *Id maxime quemque decet, quod eſt cujusque ſuum maxime.* Id. pro Quint 14, 1 *Ut ad ſuum quisque perveniat.* Petron. c. 40 *Suum cuique.* Nepos 9, 4, 1 *Qui optime ſuos noſſe debet.* Id. 10, 8, 2 *Alicui ſuorum negotium dare.* conf. Idem 8, 2, 1; 18, 10, 3; & 23, 8, 4. ¶ 7. *Sibi* dativo *ſuo* interdum jungitur nulla neceſſitate, ſed feſtivitatis gratia. Ter. Adelph. 5, 8, 36 *Suo ſibi hunc jugulo gladio.* Cic. de Amic. c. 3 *Faſtus eſt conſul ſibi ſuo tempore.* Colum. 12, 54 *Singula ſuo ſibi jure abluito.* Gell. 5, 10 *Suo ſibi argumento confutatus eſt.* ¶ 8. Pleonaſmus etiam eſſe videtur in iſto Sall. Cat. pr. *Omnis homines qui ſeſe ſtudent præſtare*, ubi plura Cortius. add. Cat. 7, 6 *Seſe quisque hoſtem ferire - properabant.* ¶ 9. *Ire ad ſe*, i. e. domum ſuam, heim gehen. Plaut Men. 5, 2, 11 *Repente expetit me, ut ad ſeſe irem.* Ita locutus & Cicero eſt pro Mil. c.19 *Devertit Clodius ad ſe ad Albanum.* ¶ 10. Elegans illa etiam ratio loquendi eſt, quando *a ſe* pro, *de ſuo*; ut *a me*, pro, *de meo* dicimus. Suet. Aug. c.40 *Fabianus Scaptienſibus tribulibus ſuis die comitiorum, quid a quoquam candidato deſiderarent, ſingula millia nummum a ſe dividebat.* Ita locuti Plautus, Cicero & ICti, vide & ſupra in *Ego.* ¶ 11. Non minus eleganter *per ſe* dicitur pro ſeorſum, ſolum, vor und an ſich ſelbſt, ganz allein. Nepos 8, 1, 1 *Per ſe virtus ſine fortuna ponderanda.* Cic. de Amic. c. 21 *Amicitia per ſe & propter ſe expetenda* Id. in Bruto c. 25 *Homo per ſe cognitus, ſine ullo commendatione majorum.* ¶ 12. *Suus* & pro amico, favente, propitio, ponitur. Horat. epod. 9, 29 *Ventus iturus non ſuis.* Ovid. Triſt. 3, 5, 4 *Nave mea vento proſpera cante ſuo.* Id. Met. 4, 164 *Vota ſuos habuere deos* Trebell. in Valeriano c. 4 *Cogita, quantas gentes Romani ex hoſtibus ſuas fecerint.* Nepos 7, 3, 4 *Multos liberaliter devinxerat, plures etiam opera forenſi ſuos reddiderat.* Ter. Adelph. 5, 4, 21 *Eos fecit ſuos paullo ſumptu*; i. e. ſibi faventes. Sen. præf. lib. 4 Controv. *Quamvis aliquo tempore populum ſuum habuerit*, id eſt, faventem, er hat es auf ſeiner ſeite gehabt. ¶ 13. Plin. 33, 4 *Aurum argentia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt*, h. e. ſuæ ſolius naturæ, nihil alieni admixtum habens. Ita etiam 33, 8 de minio, *ſuæ venæ arenam dicit*, & 11, 12 *Succus purus ac liquidus, & ſuæ naturæ.* Ita *ſuus* dicitur qui ſibi conſtat, compos ſui, Ovid. met. 8, 35 *Vix ſua, vix ſanæ virgo Niſcia compos Mentis erat* v. Heinſ. ad Met. 3, 689. Ita *meus, tuus.* Stat. Sil. 6, 52 *Tecum triſtisque hilarisque, nec unquam Ille ſuus, vultumque tuo ſumebat ab ore.*

¶ Suĭtas, *ātis*, f. ICtis ad Inſtit. l. 3 t. 1 § 2 eſt hæredum qualitas, qui primum in poteſtate paterna locum obtinent, continuationem dominii neceſſitatemque ſucceſſionis inducens, a qua vocantur hæredes ſui.

¶ Sēcum, mit ſich, bey ſich; ut, *Secum corde volutare*, Virg. Æn. 1, 54. *Filium perduxere illuc ſecum*, Ter. Andr. 1, 1, 54. *Semper ſecum aliquid afferunt tuæ literæ*, Cic. Att. 10, 15. conf. Nepos 1, 3, 1. ¶ 2. *Secum eſſe, ſecum vivere*, Cic. de Senect. c. 14, hoc eſt, ſe & ſuam mentem curare, neglectis inanibus ſtudiis & voluptatibus populi; quod Perſio ſat. 4, 52 eſt *Secum habitare*, vor ſich ſeyn.

¶ Seſe, i. e. *ſe ipſum*, ſich ſelbſt Cic. pro Sextio c. 28 *Virtus per ſeſe ſplendet ſemper &c.* conf. Ter. And. 1, 1, 36; & Salluſt. Cat. 1 pr. Virg. eclog. 3, 66 *At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas.* Singularis eſſe energiæ, notat Barth. ad Theb. Stat. 4, 611 p. 568.

¶ Sibimet, i. e. *ſibi ipſi*, ihm ſelbſt, & Semet. Silius 13, 663 *Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.* Sed *Semet* accuſ. vel ablat. caſus. Horat. 1 ſat. 6, 78 *Semet prognatos*, i. e. ex ſe ipſo, von ſich ſelbſt. Suet. Cæſ. c. 88 extr. *Nonnulli ſemet eodem illo pugione interemerunt*, i. e. ſeipſos. Salluſt. Cat. c.44 *Caſſius ſemet eo brevi venturum pollicetur*, i. e. ſeipſum. Sic Id. Iug. c.18 *Semet ipſi Numidas appellavere.* Etc.41 *Avaritia ſemet ipſa præcipitavit.* conf. Curt. 6, 11, 37.

¶ Sepſe, i. e. *Seipſe*, apud Senecam ep. 108. Sic & *Sapſa* antique pro *Se ipſa.* Ennius apud Feſtum in *Sas: Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentat.*

¶ Suimet, Suomet, Suamet, Suismet, ſunt certi caſus a *Suus* adjecta ſyllaba *met*; ut, *Suimet ſanguinis cæde*, Salluſt. Fragm. c. 6. *Neceſſe eſt, ſuomet ipſi more præcipites eant*, Id. Iug. c. 31. *Suamet ipſum pecunia præcipitem caſurum*, ibid. c. 8 *Neque ſuamet ipſe ſcelera occultare, penſi habebat*, Id. Cat. c. 23. *Ruunt ſuismet telis*, id. Fragm. c. 16 pr. Sic, *Suismet ipſis corporibus*, Liv. 2, 19; *Ipſi* legi jubet Gronov. qui quoties fieri poſſet, diverſo talia caſu poſuiſſe Livium obſervat. conf. Id. 8, 25. Apul. Apol. p. 300 *Suomet obſonio diſcit.*

¶ Suopte, Suapte, vor ſich ſelbſt; ut, *Suapte culpa*, hoc eſt, propria, Plaut. Merc. 5, 4, 9. *Suopte ingenio*, Liv. 1, 25. Et Cic. Tuſc. 1, 17 *Terrena & humida ſuopte natu & ſuo pondere in terram & mare feruntur.* Catull. 52, 9 *Sonitu ſuopte:* Voſſius p. 112 legit *ſuapte*; additque, abſolute hic poni pro *ſponte*, & eſſe contractum ex *ſua pote.* Adde Lucret. 6, 755; & Sen. de Benef. 4, 17. Sic, *In clientelam ſuipte patris*, i. e. ſui ipſius, Plaut. Rud. arg. v. 4.

SVĪDAS, *æ*, m. quod proprium alii duabus, alii tribus in carmine ſyllabis extulere; ut, *Quin potius Suidæ Græci monumenta ioquantur.* Et: *Lexicon eximia volitur nunc laude Suidæ.* Is auctor non tantum lexicon ſeu grammaticas vocabulorum interpretationes collegit; verum etiam multorum regum & hominum doctorum vitas, ſcripta & tempora, quibus vixerunt, annotavit. vide judicium doctiſſimum de hoc ſcriptore Chriſtiano, & de libri ipſius multiplici uſu indicationem Demetrii Chalcondylis in præfatione in Suidam, latinitate donatam ab Hieronymo Wolfio. De tempore, quo videtur fuiſſe, lege Voſſium de Hiſt. Græc. 2, 26 extr.

Suile, ſuillus, ſuinus, vide *Sus*, Suiones, *Suecia*, Sulcamen, ſulcator &c. *Sulcus.*

SVLCVS, *i*, m. eſt *qua aratrum vomere lacunam facit*, Varro R. R. 1, 29, hoc eſt, proſciſſio terræ in longum producta, in quo a *Scrobe* differt, eine furche. conf. Cato R. R. c. 43. Sic *Sulcus altius impreſſus*, Cic. Divin. 2, 23. *Infindere ſulcos telluri*, Virg. eclog. 4, 33. Et, *Arvum ſulcis fabigere*, Plin. 17, 19. Iuvenal. 7, 48 *Nos tamen hoc agimus, tenuique in pulvere ſulcos Ducimus, & littus tenui verſamus aratro.* Sic, *Sulcus aquarius*, Græcis ἔλιξ, eine waſſerfurche. vide *Elix.* ¶ 2. Pro *Scrobe* Virgilius poſuiſſe videtur quibusdam, cum Georg. 2, 289, ait: *Anſim vel tenui vitem committere ſulco*, eine rebe. Sed nihil impedit, quo minus etiam ſulcum proprie dictum intelligamus. ¶ 3. Eſt etiam, ut reliqua radicæ ac hortenſis rei vocabula, in Venereis. Lucret. 4, 1267 *Ejecit ſulci recta regione viaque vomerem.* ¶ 4. *Sulcus* & *Succus* confunduntur in MSS. vid. Burm. ad Calpur. ecl. 4, 113.

¶ Sulculus, *i*, m. diminut. Colum. de Arbor. extr. *Roſam fruticibus ac ſurculis diſponi per ſulculos pedales convenit.* Ita vetus Florent. edit. Vnde hallucinatus Cryphius *per ſurculos:* at Baſil. & Colon. edit. *per ſulcos.*

¶ Sulcus, *a, um*, adject. gefurcht, ſpaltig; ut, *Ficus ſulcæ*, inter præcipuas, Colum. 5, 10.

¶ Sulco, *are*, *avi*, *atum*, *āre*, ſulcos ducere, pflügen, furchen machen, apud poëtas frequens eſt, tam de mari, quam de agris; ut, *Vomere terram ſulcare*, Ovid. Triſt. 3, 10, 68. *Æquor ſulcare*, ſchiffen. Id. ex Ponto 1, 4, 35. Et Virg Æn 5, 158 *Longe ſulcant vada ſalſa carinæ.* Sic, *Sulcare fluctus*, Varro R. R. 1, 29. *Locus proſcinditur & ſulcatur*, Pallad. Nov. t. 1. *Sulcare agros*, Tibull. 2, 3, 84. *Pedibus ſulcare pruinas*, Propert. 1, 8, 9. *Sulcavitque cutem regis*, Ovid. Met. 3, 276.

¶ Sulcātus, *a, um*, gepflügt, zerſchnitten. Lucan. 1. 168 *Rura quondam ſulcata Camilli vomere.* Ammian. 14, 9 *Sulcatis latericiis.* Adde Sen. Agam. v. 434; & Claud. Conſ. Honor. 4, 418; & de Raptu Proſ. 1, 186.

¶ Sul-

¶ Sulcātim, adverb. ut, *Sulcatim concisa facies*, apud Pomponium.

¶ Sulcātor, *ōris*, m. qui sulcat; ut, *Nigri sulcator Averni*, pro Charonte, Stat. Theb. 11, 588. Et Sil. 7, 363 *Sulcator navita ponti*. Alia translatione Claud. de Raptu Pr. f. 2, 340 *Luteris sulcator opaci Vultur*. Proprie Prudent. adv. Symmach. 2, 939 *Leontini sulcator campi*.

¶ Sulcīmen, *ĭnis*, n. i. e. *sulcus*, die furche. Apulejus 6 Milef. p. 174 *Glebæ Siculæ sulcamina*.

¶ Bisulcus, *a, um*, idem quod bifidus, gespalten, zweyspaltig; ut, *Bisulcæ cervor m ungulæ*, Plin. 3, 1. *Linguæ bisulca angues*, Ovid. Met. 9, 65. Et, *Surculi arborum bisulci*, Colum. de Arbor. c. 26.

¶ Bisulcilingua, *æ*, c. bilinguis, veterator duplici lingua, ein zweyzüngler. Plaut. Pœn. 5, 2, 74 *Bisulcilingua, quasi proserpens bestia*.

¶ Desulco, *are*, i. e. sulcare, ackern, pflügen. Avien. in Perieg. *Aspera desulcat glebe ditis Chersabonus*.

¶ Disulcus, *a, um*, sulcis distinctus, spaltig, gespalten. Festus: *Disulcus porcus dicitur, cum in cervice setas dividit*. conf. Voss. Etym. p. 502.

¶ Dissulco, *are*, zerspalten. Fortunat. l. 4 Mart. *Molliter æreo dissulcant nubila lapsu*.

¶ Persulco, *are*, durchstreichen. Apul. Met. 4 p. 533 *Passim maria persulcantes Tritonum catervæ*.

¶ Persulcātus, *a, um*, durchschnitten. Claudian. in Rufin. 1, 136 *Rugisque severas Persulcata genas*.

¶ Resulco, *āre*, iterum sulcare. Prudentius Vincentio v. 144 *Præsicca rursus ulcera Manus resulcans diruet*.

¶ Trisulcus, *a, um*, dreyspaltig. Virgil. Georg. 3, 439 de angue: *Linguis micat ore trisulcis*; n. e. quæ trifidæ apparent. Et, *Trisulca fastigia*. Sen. Herc. Oet. extr. Avienus Arat. v. 220, & Var. apud Non. 6, 2; quæ Ovidio Amor. 2, 5, 52 sunt *Tela trisulca Iovis*, Pallad. Mart. 2 de ficu: *Trisulcus ramus*. Prudent. Hamart. v. 202 *Resonat sermone trisulco*.

Sulfur, vide mox *Sulphur*, Sulla, Sullanus &c. *Sylla*.

SVLMO, *ōnis*, m. oppidum Italiæ in Pelignis, Ovidii patria. Ipse Trist. 4, 10, 3 *Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Millia qui novies distat ab urbe decem*. A Solymo conditore nomen esse, docet Idem Fast. 4, 79. Hinc

¶ Sulmōnensis, *e*, adject. apud Iuvenalem 6, 186.

SVLPHVR, *ŭris*, n. proxima & propria metalli materia, schwefel. Plin. 35, 15. *Sulphur vivum*, cujusmodi e terræ venis effoditur. v. Turneb. Adverf. 1, 25. *Sulphur fusum*, id est, liquefactum. *Lurida sulphura*, Ovid. Met. 14, 791. Adde Cels. 5, 1 & 3; Vitruv. 2, 6; Colum. 6, 12; Pallad. 1, 35. Scribitur & *Sulfur*. *PH* defendit Manutius in Orthogr. quia veteres & *Sulpur*, *Sulpuraria*, scripserint: vide L. 52 § 8 de Furtis; Festuetur Vossius in Etym. quia non sit græcæ originis. ¶ 2. *Sulphur* pro fulmine Persius posuit sat. 2, 24 *Cum tonat, ocyus ipse Sulphure discutitur sacro*. Sane *fulmen* & odorem habet sulphuris, & lux illius sulphurea est. *Sacrum* autem dixit, non tam, ut a communi distingueret sulphure; quam quod omne sulphur inter res sacras haberetur veteribus; qui & θεῖον appellarunt, atque ad omnes expiationes & καθάρσεις adhibuerunt, ut Casaubonus observat. vid. Aristot. Problem. sect. 24. ¶ 3. Masculino genere extulit Vegetius Mulomed. 1, 39 *Sulfurem & resinam ferventem imponis ungulis*. Sic & legitur apud Tertull. adv. Prax. c. 16.

¶ Sulphŭrans, *tis*, schwefelich; ut, *Aquæ sulphurantes*, Tertull. adverf. Valent. c. 15.

¶ Sulphurātus, *a, um*, quod sulphur habet, geschwefelt; ut, *Sulphurati fontes*. Vitruv. 8, 3. *Utilis sulphurata* (aqua) *nervis*, Plin. 31, 6. conf. Sen. Nat. Qu. 3, 2. *Sulphurata lana*, Cels. 4, 5. *Sulphuratum ramentum*, Martial. 10, 3. Compar. Tertull. contra Marc. 1, 28 *Credo, sulphuratiorem eis gehennam præparabit*. ¶ 2. *Sulphurata*, absolute, puta *lana &c.* sunt exilia sulphure intincta, accendendi luminis caussa parata, schwefel-kerzen, schwefel-faden. Martial. 1 epigr. 42 *Qui pallentia sulphurata fractis Permœat vitreis*. Et Plin. 36, 19 *Scintillæ exceptæ sulphuratis aut fungis aridis vel foliis dicto celerius ignem præbent*. ¶ 3. *Sulphurata, orum*, subst. schwefelgänge. Plinius 31, 3 sub fin. *Depressas puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant*.

¶ Sulphurātio, *ōnis*, f. die schwefelung. Seneca Nat. Qu. 3, 15 *Æstus corrupere naturam, & sulphuratio contraxit humorem*.

¶ Sulphurāria, *æ*, f. sulphuris fodina, vel officina ubi præparatur, die schwefelhütte. L. 8 § 10 Dig. de Pœnis: & L. 52 § 8 de Furtis.

¶ Sulphŭreus, *a, um*, schwefelicht; ut, *Color sulphureus*, Plin. 35, 6. *Sulphureæ aquæ*, Id. 3, 12. *Odor sulphureus*, Id. 36, 19; & Sen. N. Q. 2, 21. Ovid. Met. 15, 340 *Sulphureis ardet fornacibus Ætna*.

¶ Sulphurōsus, *a, um*, voll schwefel. Vitruv. 8, 3 *Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt, percalefaciendo exfugendoque caloribus e corporibus humores vitiosos*, warme bäder: quamquam eodem cap. paullo ante & *frigidi* quidam fontes *sulphurati* esse dicuntur. Sic, *Sulphurosa admisceri*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 7.

SVLPĪCIA, *æ*, f. poetria Romana nobilis, cujus exstat carmen sive satyra, de Domitiani temporibus. Duos senarios jambicos ex ejus carminibus vetus Scholiastes Iuvenalis ad sat. 6, 535 allegat. Nec minus a castitate & in Calenum maritum amore ac fide, quam lepore ingenii Martialis laudat 10 epigr. 35 & 38. Meminit & Sidonius carm. ad Magnum Felicem v. 298. v. Brouckhus. ad Tibull. 4, 2, 1.

SVLPĪCIVS, *i*, m. nomen gentis Romanæ: ex qua celebres eloquentia fuere *C. Sulpicius Gallus*: de quo Cic. in Bruto c. 20; itemque *P. Sulpicius*, ut ex eodem Cicerone discimus de Har. Resp. c. 19; nec non *Servius Sulpicius*. Qui quantus orator fuerit, idem Cicero in Bruto docet c. 55. Lau dat eumdem & c. 41. Multa de eo & 6 prioribus epistolis lib. 4 ad fam. Vide & Philipp. 9, ubi de morte ejus habes. De eo Quint. 10, 1 p. 918 *Insignem non immerito famam tribus orationibus meruit*. Quomodo ad studium juris perductus fuerit, vide l. 2 § 43 de Orig. Iuris. ¶ 2. *Sulpicius Apollinaris* grammaticus, Pertinacis imperatoris præceptor fuit, ut Capitolinus ejus vita principio statim auctor est. Gellius non semel laudat; ut 4, 17 *Virum præstanti literarum scientia* vocat. Hic fabularum Terentianarum periochas versibus jambicis scripsit. ¶ 3. *Sulpicius Severus*, Niobrix Gallus, æqualis S. Hieronymi & Rufini fuit, doctrina & sapientia pollens, quod elogium B. Auguſtinus tribuit epist. 205. Scripsit vitam B. Martini, & duos libros de sacra historia, nec non epistolas quasdam & dialogos terse cumprimis & eleganter: ex quo Ios. Scaliger eum ecclesiasticorum purissimum scriptorem appellavit Prolegomenis de emendat. temporum p. 23. ¶ 4. *Sulpicius* non Sulpitius scribendum esse Sigonius ad Liv. 2, 19 docuit.

SVLTĀNVS, *i*, m. peregrinum vocabulum, quod Turcis & Arabibus supremum ducem, principem, aut imperatorem significat: a verbo שלט deductum, quod Ebræis & Arabibus *dominari* sonat.

SVLTIS, ex *si vultis* contractum est, quod addi a Veteribus imperativis pluralis numeri solebat, quemadmodum SIS in singulari; vide supra *Sis*. & Pontan. Vol. 1 Progymn. Dial. 37. Sic, *Facite, sultis &c.* Plaut. Stich. 1, 2, 8. conf. Id. Capt. 2, 3, 96.

SVM, *fui, esse*, seyn; a grammaticis verbum substantivum appellatur, quia per se subsistat, nec ullius alterius verbi adminiculo eget, & in ipsum cætera verba resolvuntur: cum enim cætera omnia verba aut *actionem* importent, aut *passionem*, solum hoc est verbum, quod substantiam rei denotat: ut, *Ego lego*, id est, *ego sum, qui lego: Tu dicebas*, id est, *tu es, qui dicebas &c.* Secundum Platonem de iis tantum dicitur proprie & primario, quæ æterna sunt, nec oriuntur, nec occidunt, ut Cicero Tusc. 1, 24 observat. Pro varietate autem significationis suæ varias etiam & diversas locutiones, hoc verbum efficit, quæ usu observandæ sunt: explicari enim in hac brevitate omnes non possunt. Frequentiores exponemus. ¶ 1. *Esse* cum nominativo: *Est genus hominum*, Ter. Eun. 2, 2, 17, man findet etliche leute. *Fuit quoddam tempus*, Cic. de Invent. 1, 2. *Pompejus vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia, gloria princeps*, Cic. post Redit. ad Quirites c. 7. Apud Ovid. Rem. Am. v. 480 minantis Agamemnonis verba sunt: *Est aliquid valida sceptra tenere manu*. ¶ 2. Cum genitivo: Cic. pro L. Manil. c. 7 *Erit humanitatis vestræ, cives calamitate prohibere*, h. e. erit officium humanitatis vestræ, es stehet zu, es gebühret. Id. Fin. 3, 17 *Hominis ingenui est, bene velle*. Liv. 3, 36 *Hominum non causarum toti erant*, h. e. πολυπράγμονα. Id. 3, 38 ext. *Suarum rerum erant*, i. e. satagebant. Id. 3, 48 ext. *Virorum vox tota erat tribunitiæ potestatis ereptæ*, h. e. nihil aliud loquebantur. Id. 22, 50 *Alterius morientis prope totus exercitus fuit*. Sall. Cat. 6, 7 *Imperium regium, quod initio conservandæ libertatis fuerat* pro *libertati*. vid. Cort. hic & ad Iug. 88, 4 *Quæ postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit*. Huc pertinet: *Quanti est?* id est, quanto pretio constat? Ter. Adelph. 5, 9, 20 *A me argentum, quanti est, sumito*. Sic, *Magni apud aliquem esse*, Cic. fam. 13, 72. Et, *Plurimi esse*, Id. in Paradox. 6, 2. Sic æstimandi significatione: *Ejus opera magni fuit*, Nepos 9, 1, 1; & 14, 1, 4. *Videbant omnes præ illo parvi futuros*, Id. 18, 10, 4. Ità, *Sumi domi meæ, nostræ, vestræ*, recte dicitur, non autem *domi honestæ*, sed *in domo honesta*. Cicero tamen, *Alienæ esse domi*, dixit fam. 4, 7 fin. *Nonne maxime sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ?* Sed ibi elliptica oratio est, *domi tuæ, domi alienæ*, pro *in loco domi*, ut, *domus tuæ, domus alienæ*: de quo Vossius monuit de Arte Grammat. qui de sermonis constructione est 7, 25. ¶ 3. Cum dativo sub significatione habendi, commodi sive incommodi, solet; ut, *Unde hæc sunt tibi cito evepundra?* Plaut. Cist. 4, 2, 82. *Est mihi namque domi pater*, Virg. ecl. 3, 33. *Sunt mihi bis septem Nymphæ*, Id. Æn. 1, 39. *Est illis ars, inter se blandiri*, Plin. 10, 37. *Hæc est huic nomen fabulæ*, Terent. principio ejus fabulæ. *Mihi est Menæchmus nomen*, Plaut. prologo. Cic. fam. 2, 8 extr. *In eo mihi sunt omnia*, i. e. maxime mea interest. Tibull. 4, 6, 3 *Tota tibi est hodie*, i. e. tua, tibi servit. vide locum plenius laudatum in *Como*. Sed, *Esse crimini*, pro, in crimen verti, Cic. pro Rosc. Am. c. 29. *Esse oneri ferendo*, id est, onus ferre posse, Liv. 2, 9. Ovid. Am. 3, 6, 21 *Non eris invidiæ ferendæ*. Sicut *esse solvendo*, Iurisconsulti dicunt. Liv. 31, 12 cum sexto casu: *Nec tamen solvendo ære alieno respublica esset. Bene, melius, male est mihi*, est bene & male me habeo, Ter. Adelph. 1, 1, 9. Item: *Bene, male, ægre esse animo*, Ter. Adelph. 4, 5, 21. *Esse usui*, Gell. 4, 1, zu essen dienen. *Esse ornamento, esse præsidio, esse detrimento*, Cæs. B. Gall. 1, 44. *Non eadem omnibus esse honesta*, Nepos præf. n. 3. Tib. 4, 3, 3 *Nec tibi sit duros acuisse in prælia dentes*, h. e. ne acuas. Propert. 1, 20, 13 *Ne tibi sit duros montes & frigida saxa, Galle, nec expertes semper adire lacus*, id est, ne adeas, ne velis adire. v. Passeratius ad h. l. ¶ 4. *Quid tibi est?* formula est ad eos, qui male habent ex inopino aliquo casu, de quo nobis non constat, ut nos dicimus, was ist dir? Ita Antiphila apud Terentium, Heaut. 2, 4, 23, cum Cliniam, amores suos, aspiceret reducem, & exsternata nimio gaudio collaberetur, ad Bacchidem ait: *Ah retine me obsecro!* Bacchis ignara rei, *Amabo quid tibi est?* respondet. ¶ 5. Construitur interdum etiam cum altero dativo, & tum fere exponi solet per verbum *affero*, vel *affero*. Cic. Off. 1, 39 *Ampla domus dedecori domino sæpe fuit*, id est, affecit dominum dedecore, vel dedecus attulit domino. Cic. fam. 2, 7 *Ut sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus exopto*. Id. Att. 6, 2 *Posterorum tua pagina mihi magnæ molestiæ fuit*. Et, *Omnibus sit odio crudelitas, & amori probitas & clementia*, Cassius Cic. fam. 15, 19. ¶ 6. Cum accusativo & præpositione: ut, *Esse apud aliquem*, Ter. Heaut. 1, 1, 110. *Esse apud se*, Id. Andr. 2, 4, 5. Et, *Apud matrem recte est*, Cic. Att. 1, 6. *Apud herum recte erat*, hoc est, bene habebat herus, mit dem herrn stunds wohl, Id. ad Qu. frat. 3. ¶ 7. Cum ablativo; ut, *Esse bono animo*, Ter. Eun. 1, 2, 4. *Esse summo honore*, Cic. in Verr. 2, 35. *Esse mirifico & studio & officio in aliquem*, Id. fam. 1, 3. *Esse gloria, periculo, dolore &c.* v. Gronov. ad Liv. 2, 22 pr. Add. Cuper. ad Petron. c. 129 pag. 616. *Ægro corpore esse*, krank seyn. Cic. ad Quir. post red.

red. c. 1. ¶ 8. Cum ablativo & præpositione: ut, *Esse cum aliquo*, vel *apud aliquem*, id est, cœnare. Ter. Heaut. 1, 1, 110 *Dionysia hic sunt: hodie apud me sis volo.* Et 1, 2, 11 *Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum hodie esset lautius.* Est & socium esse in aliqua re. Idem Adelph. 3, 3, 1 *Ctesiphontem audivi filium Vna fuisse in raptione cum Æschino.* Sed etiam Venereum est, ac maxime quidem honestum, deque re matrimonii. v. Brouckh. ad Tibull. 4, 7, 10 *Cum digno digna fuisse ferar.* Varro L. L. 5, 8 *Potius cum muliere fuisse, quam concubuisse dicebant.* Itaque ad ipsum etiam statum conjugii significandum adhibetur. Cic. pro Quint. 24 *Cujus soror est cum Quintio*, h. e. uxor illius. Sic, *In animo est*, id est, decrevi, Cic. Attr. 3, 21, ich habe bey mir beschlossen. *In amore atque deliciis esse*, Id. in Verr. 4, 1, id est, amari. *In gratia cum aliquo esse*, Cic. Att. 2, 9. *In intimis esse*, Idem Attic. 4, 16. *Esse in spe*, hoc est, sperare, hoffen, Idem fam. 14, 3. Et Cæs. B. C. 2, 17 *Magna esse in spe atque exspectatione.* Et, *In mora alicui esse*, Ter. Andr. 2, 5, 13. *Esse in opere*, Cæs. B. Gall. 7, 24. *Esse sub imperio*, Id. B. G. 1, 31. *Lingua est in quæstu*, Quint. proœm. lib. 1 *Ex usu esse*, nützlich seyn, Cæs. B. G. 1, 50 *Esse e republica populi Romani*, Liv. 34, 34. ¶ 9. Constructio cum infinitivo nota est: Ter. Heaut. 3, 3, 17 *Nostrum est intelligere utcunque atque ubicunque opus sit, obsequi.* ¶ 10. Cum adverbiis, Sall. Iug. 87 extr. *Romanos, sicuti plerosque remoto metu lascivius licentiusque futuros Sic sum*, elegans forma, id est, talis sum, sic vivo. Plaut. Amph. 2, 1, 37. *Sic sum, ut vides*, Ter. Phorm. 3, 2, 42 *Sic sum, si placeo, utere.* Quint. Decl. 160 sub fin. *Ego vero, quandiu fuerit hoc patrimonium, sic ero, sic utar.* vide supra in *Sic.* ¶ 11. Aliquando *Est* ponitur pro evenit, accidit, fieri potest; ut, *Sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est*, id est, evenit, es trägt sich offt zu, Ter. Hec. 3, 1, 28. Id. Adelph. 3, 2, 1 *Nunc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant, Quod mihique heræque filiæque bonum est.* v. Burm. ad Petron. c. 127 p. 605. Horat. 3 od. 1, 9 *Isse, ut viro vir latius ordine Arbusta sulcis.* Et 1, 12, 3 *Non est, ut copia major Ab Jove donari possit tibi*, id est, non potest fieri. Lucret. 1, 495 *Non est, ut credere possis.* Ovid. R. A. 480 *Est aliquid valida sceptra tenere manu.* Agamemnon minatur. Vid. Cat. R. R. pr. & Intt. ¶ 12. *Annus est, ut repulsam tulit*, Cic. Phil. 8, 9 extr. Id. pro Cluent. c. 30 *Anni sunt octo, cum ista caussa in ista meditatione versatur.* Id. de Senect. c. 6 *Cujus a morte hic tertius & tricesimus est annus.* Nepos 1, 8, 1 *Athenienses propter tyrannidem, quæ paucis annis ante fuerat, &c.* ¶ 13. *Esse* pro *vivere*, non raro invenitur poni & contra, *vivere* pro *esse*. Plaut. Rud. 4, 7, 26 *Sed cum inde suam quisque ibant diversi domum Nullus erat illo pacto, ut illi jusserant.* Idem Pseud. 1, 3, 18 *Mortuus est, qui fuit; qui est, vivus est.* Cic. fam. 6, 3, 8 *Nec, dum ero, angar ulla re, &, si non ero, sensu omni carebo.* Id. Tusc. 1, 16 *Fuit*, (vixit) *meo regnante gentili.* Petron. c. 35 *Ergo vivamus dum licet esse bene.* vid. Intt. Prudent. præfat. librorum: *Per quinquennia jam decem, Ni fallor fuimus, septimus insuper Annum cardo rotat.* ¶ 14. Aliquando tamen *fuisse* dicuntur, qui perierunt, vel mortui sunt, quo illud Plauti in Pseudolo, quod modo n. 13 produximus, pertinet. Virg. Æn. 2, 325 *Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens Gloria Teucrorum.* v. Grut. Suspic. 1, 14. Simili modo apud Virg. Æn. 4, 633 moribunda Dido: *Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi.* ¶ 15. *Esse* pro *venire*. Suet. Aug. c. 16 *Nec prius surrexisse, ac militibus in conspectu fuisse.* v. ibi Casaubon. ¶ 16. Ponitur aliquando pro *Licet*, sed in tertia tantum singularis numeri. Virg. Æn. 6, 595 *Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat*: id est, licebat. v. Drakenb. ad Sil. 9, 451. Horat. 1 sat. 2, 79 *Laboris plus hausisse est.* Idem 1 epist. 1, 32 *Est quodam prodire tenus, &c.* Aliquid in his omissum est, quod addiderunt alii; ut, Varro L. L. 9, 9 *Facile est animadvertere.* Cic. Tusc. 1, 2 *Facile est non repugnantes vincere.* v. Borrich. Vindic. p. 67. ¶ 17. *Esto*, concedentis formula, es sey dem also, laß es seyn, gesetzt. Ter. Heaut. 3, 3, 10 CL. *At mihi fides apud hunc est, &c.* CH. *Esto, at certe concedes.* Ita Virg. Æn. 4. 35; 10, 67; & 12, 821; Iuvenal. 8, 164. ¶ 18. Notetur præterea, *Es* a *Sum* corripi, du bist: Martial. 2 epigr. 7 *Bellus es astrologus; Bellus es arte lyræ; Bellus es arte pilæ; Magnus es ardelio.* Tibull. 1, 9, 53 *Puerum donis corrumpere es ausus.* ¶ 19. *Escit* pro *Erit* veteres posuisse ex Festo liquet. conf. Dacer. & Lucret. 1, 611; & Virg. Æn. 8, 65, ubi alii *exit*. Sic *Obescit* in *Obsum* & *Supersescit* in *Supersum* n. 5.

¶ Ens, *entis*, ein Ding, das da ist. Vox a Sergio Flavio ficta, qui ὄν, *ens* expoluit, teste Quintiliano 8, 3. Hodie in scholis philosophorum frequens est.

¶ Essentia, *æ*, f. das wesen. Vox etiam philosophorum recentior, ut quibusdam videtur. Quintil. 8, 3 p. 690 *Multa ex græco formata nova sunt, ut* Ens & Essentia, *quæ cur tantopere aspernentur, nihil video, nisi quod iniqui judices adversus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus.* Usus hoc vocabulo & Flavius est, ut ibidem Quintil. docet. Add. Id. 2, 14 pag. 176; & utroque loco Burm. Quin & ipse Cicero, ut Seneca epist. 58, & Sidonius epistola Epithalamio Polemii carm. 14 subjuncta testantur. conf. Voss. 4 Inst. Orat. p. 19; & Parei Lex. Crit. p. 427. Apul. de Mundo pag. 68 *Hæc composita est potestati Dei, non autem essentiæ, conveniens oratio.* Sed notavit Elmenhorstius, verba *non autem essentiæ*, a quibusdam libris abesse. Sidonius ipso Epithalamio carm. 15, 102 *Invenit hinc princeps, quid prima essentia distat.*

¶ Essentialis, *e*, wesentlich, apud philosophos. Hinc

¶ Essentialiter, adverb. idem. Augustinus de Trinit. 7, 2 *Sapientia essentialiter intelligitur.*

¶ Futurus, *a, um*, zukünftig, künftig; ut, *Mihi cum illo posthac nihil futurum est*, Cic. Phil. 2, 31. *Præsidio sibi futurum esse sperant.* Idem in Verr. 5, 65. Et absolute: *Futura prospicere*, Cic. Off. 2, 9. *Haud ignara Futuri*, Virg. Æn. 4, 508, de regina. conf. Horat. 1 sat. 1, 35 de formica. Liv. 2, 52 pr. *Postquam timor sibi cuique futuræ invidiæ abiit.* Composita cum *Futurus* sequuntur in verbis compositis.

A *Sum* Composita:

¶ Absum, *abfui, abesse*, abstentem esse, nicht da seyn, weg seyn, abwesend seyn; ut, *Abesse tres menses*, Ter. Heaut. 1, 1, 66. *Castra aberant bidui*, Cic. Att. 5, 16 extr. & 17 *Cum in castra proficisceretur, a quibus aberam bidui.* Et Nepos 23, 6, 3 *Adrumetum abest a Zama circiter millia passuum trecenta*, es ist abgelegen. conf. Id. 1, 4, 2. Liv. 30, 29 *Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest.* Cic. Att. 11, 15 extr. *Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus.* Id Brut. c. 80 *Hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, abfuit, si opus erat, defuit.* Id. pro Balbo 14 *Quid enim abest huic homini, quod si adesset, jure hoc tribui & concedi putaremus*, & de Leg. 1, 11 *Abest historia literis nostris.* ¶ 2. *Abesse a crimine, culpa*, Cic. pro Rosc. Am. c. 20, unschuldig seyn. *Abesse a consilio fugiendi*, Id. Att. 7, 24, 1. e. abhorrere. Cæs. ad Cic. sub Att. 10, 8 extr. *Neque tutius, neque honestius reperies quicquam, quam ab omni contentione abesse.* Nepos 17, 5, 2 *Abesse ab insolentia gloriæ*, demüthig und gar nicht stolz seyn. Id. 25, 12, 2 *Abesse a cupiditate pecuniæ*, nicht geldgeitzig seyn. conf. 20, 1, 3. Et, *Abest istud a principis persona*, Id. 15, 1, 2, es schickt sich nicht vor ihn. *Multum abest ab iis*, hoc est, longe est iis inferior, er thut es ihnen lange nicht gleich, Cic. in Bruto c. 62. *Ab eo plurimum abjuni*, Id. Fin. 3, 2. Ter. Eun. 3, 3, 5 absolute dixit: *Ita ut sit, domini ubi absunt.* ¶ 3. *Absit invidia verbo*, locutio vetus apud Livium 9, 19, niemand zu nahe geredt. *Tantum abest, ut &c.* in Nep. Fr. 5, 1, locutio elegans est, pro ne dum, ich geschweige denn: Brutus fam. 11, 10 fin. *Tantum abest, ut meæ rei familiaris liberum sit quicquam, ut meos jam omnes amico ære alieno obstrinxerim.* conf. Nepos fragm. 5, 1. ¶ 4. *Abesse alicui*, einem nicht behülflich seyn, in der noth stecken lassen. Cic. pro Sylla c. 5 *Me, qui Autronio abfuerim, Sullam defendere.* Stat. Theb 3, 666 *Procul hæc tibi mollis infula terrificique averit dementia Phœbi.* ¶ 5. Veteres, ut Cicero, sæpe scribebant pro *abfui afui*, pro *abfuturus afuturus*: & sic in antiquis Codd. Hinc Lambinus in Nep. 9, 1, 2; & Horat. sat. 1, 4, 101 contendit solum *afuit* Latinum esse. Nec tamen minus bonum *abfuit*: quod æque MSS. libri exhibent. v. Cic. fam. 2, 13; & 4, 3; Nep. 17, 5, 2; 20, 1, 3; &c. Adde Torrent. ad Horat. l. c. Drakenb. ad Sil. 7, 248; & Papin. D. 50 t. 1 l. 13 § 1; & mox *Abfuturus*.

¶ Absens, *tis*, abwesend; ut, *Absens prohibere non potuit*, Nep. 25, 3, 2. *Me absente*, Ter. Heaut. 2, 2, 2, in meiner abwesenheit. Superl. Augustin. Confess. 4, 4 *Baptismum acceperat mente atque sensu absentissimus*, id est, morituros, cum sine sensu esset. Absentium nomina (eorum scilicet, qui reipubl. caussa aberant,) non recipiebantur, id est, rei non fiebant: v. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 23. *Absens creari* Cos. vel prætor dicitur, non tantum qui abest urbe, sed qui, cum in urbe sit, modestiæ caussa in campum non descendit. v. Sigon. ad Liv. 10, 2, & Drakenb. ad 4, 42.

¶ Absentia, *æ*, f. die abwesenheit. Anton. Cic. ad Att. 14, 13 *Vereor, ne absentia mea levior sit apud te.* Conf. Cic. in Pison. c. 16.

¶ Absento, *are*, ablegare, absentem facere, verweisen. Claud. de Raptu Pros. 3, 213 *Et dura de matre queri, quæ tale recessu Maluerit damnare decus, vetitamque Dearum Colloquio, patriis procul absentaverit astris.* Sed in quibusdam libris *amandaverit* legitur. *Absentans* tamen usus Sidonius 9 epist. 13 extr. pro *absens*, itemque Cyprianus & alii, quos ad Sidonium notavit Savaro. Et sic Messala Corvin. p. 16 *Metius proditor rem Romanam maximo in discrimine absentando deseruerat.* Adde Petronium, cujus illa sunt c. 72 *Absentemur, ait ille* (Ascyltos) *& dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus.* v. de hoc loco Borrich. Vind. p. 3 & edit. per Nodot.

¶ Absentivus, *a, um*, diutius absens, plebejum. Petron. c. 33 *Ne absentivus moræ vobis essem, omnem voluptatem mihi negavi.*

¶ Abfütürus, *a, um*, der weg seyn wird. Cic. ad Quint. frat. 1, 1, 11 extr. *Cogitet, nullam a se calamitatem abfuturam fuisse, si &c.* Sed & Id Att. 13, 2 *Videtur etiam diutius afuturus.* Nepos 12, 3, 4 *Ab invidia afuturus*; ubi nonnulli legunt *futurus*.

¶ Adsum vel Assum, *adfui, adesse*, præsentem esse, vorhanden seyn, dabey seyn. Plaut. Rud. 4, 4, 6 *Quoniam ego adsum, faciet nemo injuriam. Quod adest, boni consule*, mit dem, so vorhanden, nimm für gut. *Assum* pro *Adsum* plebeja pronunciatione dicitur apud Plaut. Pœn. 1, 2, 67 *Assum apud te eccum*, ubi alius respondet: *Ego elixus sis volo.* Sic, *Adesse pugnæ*, pro interesse, Cic. Phil. 2, 30. *Summus imperator adest ad exercitum*, pro, in exercitu, Plaut. Amph. 1, 3, 6. Et, *Adesse in consilio*, Cic. pro Quint. c. 25, beym rathschlagen seyn. *Continuo hic adero*, Ter. Heaut. 3, 1, 96. *Adesse coram*, Virg. Æn. 1, 595, & Cic. fam. 13, 16, persönlich da seyn. ¶ 2. Sic & cum significatione habendi; ut, *Nulli adest vis ad resistendum*, es hat keiner das vermögen, Vellej. 2, 61, 1. ¶ 3. Pro *experiri*. Ter. Adelph. 3, 1, 3 *Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute peperceris.* Etiam Germani, als wenn du nie dabey gewesen wärest. Quamquam hic de tola etiam præsentia intelligi potest. Subjungitur enim statim ipsum experimentum. ¶ 4. *Adesdum, paucis te volo*, Ter. Andr. 1, 1, 2. *Huc ades, o formose puer*, id est, accede, attende, Virg. ecl. 2, 45. *Dies adest*, Id. Æn. 9, 107, die zeit ist gekommen. *Prope adest*, nimirum tempus, Ter. Andr. 1, 1, 125 ¶ 5. *Adeste æquo animo per silentium*, höret uns günstig zu, Id. prol. Andr. v. 24, & Phorm. v. 31. Et Cic. pro Sylla c. 11 *Adsitote omnes animis, qui adestis corporibus.* ¶ 6. *Adesse* etiam advocati dicuntur, qui reos tuendos suscipiunt, beystehen. Ter. prolog Andr. v. 24 *Favete, adeste æquo animo &c.* Vbi Donatus: ADESTE *animis, scilicet auxilia præbete: ut advocatus* REO *dicitur* ADESSE. Liv. 3, 44 *Auctoribus qui aderant*, h. e. advocatis. Plin. 5 epist. 4 *Contradixerunt Vicentinorum legati: adfuit Tullius Nominatus: dilata caussa est. Ab senatu Vicentini sine advocato intraverunt, dixerunt se deceptos! &c. Interrogati, an tunc gratis adfuissent? responderunt, sex millibus nummum.* Suet. Aug. c. 56 ext. *Adfuit & clientibus: sicut patrono cuidam evocato quondam suo, qui postulabatur injuriarum.* Ita & in Claudio c. 28 usus hoc verbo est. Sen. Consol. ad Helv. c. 2 *Itaque ne statim cum eo* (dolore) *concurram: adero illi prius &c.* id est, ejus caussam agam, tuebor, defendam. Simili ratione utitur Idem Consol. ad Marc. c. 7 *Adesse dolori suo.* Plin. proœm. lib 18 *Quo*

in parte primum omnium patrocinari terræ, & ad se cunctorum parenti juvat. Alii pro eo *Assistere*: item *Superesse* dixerunt, de quibus vide suis locis. ¶ 7. Sed inde factum, ut omnes, qui favent aliis, atque præsidio auxilioque sunt, *adesse* iis dicantur, zu ſtatten kommen. Ovid. de Ponto 4, 9, 97 *Hoc facit, ut misero faveant adsintque Tonitæ.* Horat. epod. 5, 5 *Si vocata partubus Lucina veris adfuit* vel *affuit.* Plorus 2, 9, 3 *Adsurant Eleotorum precibus Attici, Rhodii, &c.* Et 4, 2, 56 *Adsurat pueris forma*, id est, patrocinabatur, auxiliabatur. Liv. 6, 38 *Dictator intercessioni adero, everſumque vestrum imperium auxilio tutabor.* Virg. Æn. 4, 578 *Adsis o placidusque juves.* Liv. 2, 6 *Dii, ultores regum, adeste.* v. Briſſon. de form. lib. 1 p. 70. Cic de Senect. c. 11 *Adesse amicis.* Sen. in Medea v. 67 *Et tu, quæ facibus legitimis ades.* Plin. Paneg. c. 41 *Nunquam principibus defuerent, qui fronte gravi & triſti ſupercilio utilitatibus ſiſci contumaciter adeſſent.* ¶ 8. Sed & comiliarii dicuntur *adesse*, beyſtehen. Nepos 10, 1, 3 *Adsurat* (Dionyſio) *in magnis rebus, cujusque consilio multum utebatur tyrannus.* Idem 18, 1, 6 *Virtusque autem consilio semper adfuit.* ¶ 9. Etiam *rei adesse* dicuntur, quando comparent. Vnde, *Ad judicium adesse*, vor gericht erſcheinen, Cic. Verr. 1, 1. De reis hoc verbo uſus Velleius etiam eſt 2, 10, 1 *Consules eum adesse jusserunt.* ¶ 10. Pro inſtare, urgere, Florus potuit 3, 5, 6 *Adsurat, instabat, sævitia pro virtute utebatur.* Hoc ſenſu etiam Seneca ep. 53 *Domina est, adest & jubet.*

¶ Conſutūrus, *a, um.* Plaut. Mil. 3, 3, 66 *Confido confuturum*, die ſache werde angehen. Vt *Consisti.*

¶ Deſum, *defui, deesse*, fehlen, ermangeln. Ter. Phorm. 2, 1, 69 *Non ratio, verum argentum deerat, &c.* Cic. ad Brut. epiſt. 10 *Defuit ei animus ad initia.* Idem in Bruto c. 80 *Hoc unum illi, si opus erat, defuit.* ¶ 2. *Deesse alicui opera, consilio*, id eſt, non juvare, einen laſſen, ihm nicht helfen oder beyſtehen, Cic. fam. 1, 9. Sic, *Causse communi deesse*, Cic. in Verr. 4, 63. ¶ 3. *Deesse occasioni*, pro, non arripere occaſionem, Liv. 27, 28. Idem 22, 39 *Armatus intentusque sit, neque occasioni tuæ desis.* Et, *Suo officio & muneri deesse*, Cic. Qu. Tuſc. 3, 7. Idem pro Roſc. Am. c. 36 *Mihi ausculta, vide, ne tibi desis*: Idem Germani ſic propemodum efferunt, ihm ſelbſt im Lichte ſtehen. ¶ 4. Tac. Hiſt. 4, 11, 3 *Nec decrat ipse stipatus armis, apparatu, incessu, exemplis vim principis complecti*, id eſt, non cunctabatur, & ſibi ipſi deerat, vim principis complecti. Id. An. 14, 39, 2 *Nec defuit Polycletus, quo minus ingenii acumine Italiæ Galliæque gravis incederet.* Similiter nos: er hat es an ſich nicht ermangeln laſſen. Et Horat. epod. 5, 41 *Non defuisse Foliam.* Paullo aliter Capitol. Gordiano tertio c. 31 *Nec defuit, ut senatus de his rebus, quas non noverat, falleretur*, id eſt, accidit, ut falleretur. ¶ 5. *Nec deest*, pro *Licet*, ut in *Isi* n. 16 diximus. Silius 6, 10 *Nec cernere deerat.*

¶ Deſutūrus, *a, um.* Curt. 3, 8, 6 *Defuturos eos, qui suaderent, si suasisse periculum esset.*

¶ Extra, *evesse*, extra eſſe. Feſtus formulam recitat, qua indigni excludebantur ſacris quibusdam: *Hostis, vinctus, mulier, virgo exesto.*

¶ Inſum, *inesse*, darinnen ſeyn; ut, *In amore hæc omnia insunt vitia*, Ter. Eun. 1, 1, 14 *Trifidis severitas inest in vultu*, Id. Andr. 5, 2, 16. *Multa in homine signa insunt, ex quibus conjectura fieri possit*, Cic. Adelph. 5, 3, 36. Et Cic. de Amic. c. 21 *Digni sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur.* conf. Nep. 7, 1, 4; & Plaut. Rud. 5, 2, 27. Sall. Catil. 25 *Prorsus multæ facetiæ, multusque lepos inerat.* ¶ 2. Et cum dativo: *Is mihi candor inest*, Martialis 14 epigr. 145. *Cui plus infidæ quam pulchritudinis inest*, Plin. Paneg. c. 85. *Inest huic rei flumen*, Sen. epiſt. 9. *Certe plus animi debet inesse victis.* Liv. 23, 25 *Inter quæ maxima inerat cura duci.* Ovid. Amor. 2, 3, 31, & Tac. Hiſt. 4, 27, 6 *Tanta illi exercitui adversitas incrat*: Quæ omnia Germani reddunt, haben, vber an ſich haben.

¶ Interſum, *interfui, interesse*, mit und dabey ſeyn; ut, *Nostro sermoni interfuit*, Cic. fam. 11, 7. *Interesse potuisti consiliis*, Id. Att. 2, 23. Et, *Interesse rebus divinis*, Cæſ. B. G. 6, 12 *Potius omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam profuit*, Cic. fam. 1, 6. Et, *Ne in convivio quidem ullo fere interfuisse*, Idem pro Roſc. Am. c. 14. ¶ 2. Sed, *Vix tantum inter se pervagata*, i. e. interjacet, Liv. 22, 4, es iſt ein enger weg darzwiſchen. *Interfuerunt decem anni*, Cic. de Leg. 3, 3. Et, *Cujus inter primum & sextum consulatum sex & quadraginta anni interfuerunt*, Id. de Senect. c. 17. conf. Nepos 16, 8, 2; & Liv. 1, 3. ¶ 3. *Inter hominem & belluam hoc maxime interest*, Cic. Off. 1, 4, id eſt, differt, es iſt dieſer unterſcheid. *Illa visa negant quidquam a falsis interesse*, Id. Acad. Qu. 4, 9. Ter. Eun. 2, 2, 2 *Statio intelligens quid interesset?* h. e. quantum a ſtulto intelligens differt? conf. Liv. 26, 2, cum not. Gronov. *Quid interfuisse inter Cn. Fulvium & Ti. Sempronium?* ¶ 4. Sed, *Interest eius, alius.* Sic, *Vtriusque nostrum magni interest*, Cic. fam. 3, 5, es iſt viel daran gelegen. Idem de Clar. Orat. c. 73 *Plus interfuit reipubl. cassilium capi.* ¶ 5. Et cum pronominibus fœmininiis: ut, *Mea interest*, quod & *Mea refert*, dicitur, mir iſt daran gelegen, e. g. *Vt viciat interesse tua*, Cic. fam. 3, 10. Et. 16, 6 *Et cum tua, & mea maxime interest, te valere, tam nautis &c.* Cum Donato, Scaligero, Sanctio & Scioppio G. H. Vrſinus defendit hæc pronomina eſſe neutra, & ſic explicat: *Est inter negotia mea*: ut, *Magni interest, est inter negotia magni momenti*: Et, intereſt medicorum, *est inter munia medicorum.* ¶ 6. Iungitur frequenter his genitivis: *magni, parvi, tanti, quanti*: & his particulis *facile, multum, plus, plurimum, parum, paulum, paululum, nihil, nonnihil, aliquid, magis, minus, maxime, &c.* ut, *Plurimum interest*, es iſt viel daran gelegen. Sen. epiſt. 5 *Permagni nostra interest, te esse Romæ*, Cic. Att. 2, 23 extr. Et cum prepoſitione: Cic. de Nat. D. 2, 4 *Magni existime interesse ad decus & ad laudem civitatis, res tam præclaras latinis etiam literis contineri.* Sic, *Quantum interfuit reipublicæ?* Vellej. 2, 72, 2 *Nihil interest, utrum &c.* an &c.

¶ Interfūturus, *a, um*; *Convivio interfuturi*, Val. Max. 2, 9.

¶ Obſum, *obfui, obesse*, contrarium compoſito *prodesse*, ſchädlich ſeyn, hindern, ut, *Gloriæ multus obfuit*, Ovid. Met. 11, 321. Et Cic. de Orat. 1, 26 *Pudor non modo non obest orationi, sed etiam probitatis commendatione prodest.* ¶ 2. *Obesse* pro *Oberit*, Feſt. v. *Ejeis* in *Sum.*

¶ Offūturus, *a, um.* Auct. ad Herenn. 4, 23 *Subjicimus id, quod aut nobis adjumento futurum sit, aut offuturum illis e contrario.*

¶ Perfuit, a *Perfum*, ex Gellii 2, 18 pr. in Steph. Theſauro, quod Forum Romanum dicitur, allegatur, tamquam compoſitum verbum eſſet. Sed pura tmeſis eſt: *Platoni per fuit familiaris*, id eſt: perfamiliaris.

¶ Poſtſum, *fui, esse*, i. e. poſponi, hindan geſetzt werden. Sed diviſe quoque ac ſeparatim ſcribi poteſt. Salluſt. B. Catil. c. 23 *Vbi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere.* Hinc

¶ Poſtfūturus, *a, um.* Vitruv. 9, 7 extr. *Videntur divina mente tempestatum significatus postfuturos ante pronunciare.* Et Gell. 17, 7 *Videbitur in postfuturum loqui.*

¶ Poſſum, *potui, posse*, contractum ex *potis sum*, una cum derivatis *Potens, Potentia, &c.* quære ſupra in *Potis.*

¶ Præſum, *præfui, præesse*, præfectum eſſe, fürſtehen, über was geſetzt ſeyn; ut, *Præesse summo imperii*, Nepos 2, 4, 2. *Præesse exercitui*, Idem 7, 6, 2. Et, *Præesse provinciæ*, Cic. fam. 1, 9. *Præesse navibus*, vel, *classi*, Nepos 10, 6, 3. ¶ 2. *Præsesse* veteres dixiſſe pro *præsentem esse*, Voſſius in Etym. p. 406 probat ex illo Auſonii in dictis Sapient. v. 19 *Spondere qui nos, noxa quod præsesi, vetat*: ubi *præsesi* idem ac *adesi.* Et ab hac notione remanſit participium *Præsens.*

¶ Præſens, *tis*, gegenwärtig. Ter. Eun. 1, 2, 112 *Cum milite isto præsens, absens ut ses.* Id. Adelph. 1, 1, 48 *Præsens absensque idem erit, &c.* Et, *Id tibi præsente hoc nolebam dicere*, Hec. 4, 4, 90, in ſeinem beyſeyn. *Venire in rem præsentem*, Cic. de Orat. 1, 58. v. Burm. ad Quint. Decl. 369 p. 762 *Esse in re præsenti*, Plaut. Amph. 1, 1, 535 & Plin. 10 epiſt. 85, der ſache perſönlich beywohnen. *Præsenti argento* vel *pecunia mercari, emere* feu *vendere*, um baar geld kaufen, Plaut. ſæpiſſime: e. g. Men. 5, 9, 97, &c. Quod alias dicunt *ex arca solvere*, cui contrarium *solvere ex mensa.* v. Caſaub. ad illud: *Arcæ nostræ confidito*, Cic. Att. 1, 9. Idem Cic. ad Qu. frat. 2, 6 *Cætera præsenti sermoni reservantur*, bis wir mündlich mit einander reden. Ovid. A. A. 1, 467 *Sed tibi credibilis sermo præsens ut videare loqui*, h. e. ex tempore. ¶ 2. Sed, *Esse animo præsenti*, i. e. forti, unerſchrocken ſeyn: *Animo virili præsentique ut sis, para*, Ter. Phorm. 5, 8, 64. Et, *dicere animo præsenti*, hoc eſt, confidenti, Id. Eun. 4, 6, 31. *Animo præsenti uti*, Cic. Off. 1, 23. *Præsentiore animo aliquid facere*, Liv. 31, 46. *Iam præsentior res erat*, Id. 2, 36. *Mors præsens*, Virg. Æn. 1, 91, der gewiſſe tod. Et, *Pœna præsens*, id eſt, certa, Tac. de Germ. 19, 2. ¶ 3. *Præsens* etiam Deorum epitheton eſt, cum promptos & expoſitos ad opem ferendam dicere volunt. Virg. eclog. 1, 41 *Neque servitio me exire licebat, Nec tam præsentes alibi cognoscere divos.* Cic. Catil. 1, 9 *Deos denique immortales huic invicto populo contra tantam vim sceleris præsentes auxilium esse laturos.* Huc etiam pertinet Epiphanis appellatio. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 7 p. 426 ſq. Rufus Cic. Tuſc. 1, 12 *Hercules tantus & tam præsens habetur Deus.* Horat. 1 ode 35 pr. *O Divi, gratum quæ regis Antium, Præsens vel imo tollere de gradu Mortale corpus*: i. e. potens. Et 4 ode 14, 43 *O tutela præsens Italiæ.* Stat. Theb. 8, 459 *Hunc Pallas præsens, illum Tirynthius implet*, hoc eſt, manifeſte auxilium ferens. Ovid. Amor. 2, 8, 17 *At quanto præsentior ipse.* conf. Met. 13, 757. Qu. Serenus Samm. procem. *Depellens totos præsenti numine morbos.* Et Scrib. Larg. ep. p. 1 *Medicamento efficaci dato, protinus venit præsenti numine, omni dolore periculoque liberesse ægrum.* Proverbii hæc formula eſt de repentina efficacia. ¶ 4. Eadem ratione *Medicina* vel *venenum præsens*, cujus vis potens & in prompta eſt, Colum. 2, 14. *Non præsentius ullam auxiliam*, Virg. Georg. 2, 127. *Remedium præsentissimum*, Plin. 28, 4 & Colum. 6, 15, id eſt, efficaciſſimum & certiſſime liberans, eine kräfftige artzney. Liv. 42, 7 *Speculatoris ab se pulsati præsentem ultionem metuebant.* Idem 45, 3 *Præsenti admoto terrore.* Cic. fam. 15, 4 *Præsentes insidiæ*, jam jam erupturæ. Et, *Præsens ingenio*, cui ingenium ſemper reſpondet ac præſto eſt, ein hurtiger kopff: Plin. 17, 1 *Crassus, ut præsens ingenio semper, & facetolepos e soleres &c.* Liv. 6, 27 *Patribus minor præsens cura creditur pecuniæ.* ¶ 5. *In præsens*, cui opponitur *in posterum*, vorietzo. Cic. ad Brut. epiſt. 15 *Vt in præsens scelerator cives timore ab impugnanda patria deterrerem, & in posterum documentum statuerem.* Horat. 2 ode 16, 26 *Letus in præsens animus &c.* conf. Tac. Hiſt. 2, 70, 3. Eſt autem elliptica loquendi ratio: *In præsens*, ſcilicet, *tempus.* Horat. de Arte poët. v. 44 *Pleraque differat & præsens in tempus omittat.* Tacitus *ad præsens* dixit An. 13, 22 extr. & Hiſt. 3, 6, 2. Itemque Suet. Tito c. 6 extr. *Ita ad præsens plurimum contraxit invidiæ.* Sed &: *Ad præsens tempus*, Iuſtin. 1, 5, 7. Et, *In præsenti*, vorietzo, Cic. fam. 2, 10. Et Nepos 7, 4, 2 *Inimici quiescendum in præsenti decreverunt.* Idem 25, 12, 5 *Quod in præsenti difficile fuit judicare.* Alibi & *in præsentia* dixit, de quo poſt: & Liv. 34, 62 *In re præsenti.* conf. Plaut. Cas. 2, 8, 63; & Quinct. 6, 3. Briſſon. de Verb ſignif. ¶ 6. *Præsentia*, n. plur. quæ præſto ſunt, ſeque ad manum dant. Tac. Hiſt. 3, 69, 4 *Sabinus re trepida, quod tutissimum e præsentibus, arcem Capitolii insedit.* Rufus 4, 59, 6 *Venium ostentantes, si præsentia sequerentur.* ¶ 7. *Præsentior* h. e. animi magis præſentis, Ovid. Am. 2, 8, 17.

¶ Præſentia, æ, f. die anweſenheit gegenwart; ut, *In præsentia*, ſcilicet temporis, zu dieſer zeit, oder auf diesmahl. Nepos 2, 8, 4 *Hunc cum venisset & in præsentia rex abesset.* Idem 7, 4, 5 *Id quod in præsentia vestimentorum fuit, arripuit.* Ita & Cæſar loquitur de B. Civ. 1, 6, & 30; itemque Ter. Heaut. 5, 2, 9; & Adelph. 2, 2, 14, Livius, cujus loca ad 2, 47 & 6, 26, Drakenb. collegit, & Cæſ. 4, 33 &c. ¶ 2. *Animi præsentia*, id eſt, robur, Cic. pro Mil. c. 23, & Fin. 5, 8. vid. Val. 4, 112, & Quint. decl. 6, 14 p. 141 Burm.

¶ Præſento, *āre*, præſentem exhibere, darſtellen. Victor de Viris illuſtr. c. 77 *Copias ab Achilla, Ptolemæi satellite, Ægyptio velamine involutum cum annulo Cæsari præsentatum est.* Paneg. Maximin. & Con-

Constantini c. 3 extr. *Neque forma tantum in te patris, sed etiam continentia, fortitudo, justitia, prudentia ſ. ſcientia gentium præſentant.* Sic & Quintil. 11, 2 *Exemplorum quandam copias eadem illa vis non præſentat.* Plin. 37, 10 *Sarcites bubulas carnes præſentat*, i. e. earum ſpeciem præbet, er ſiehet ſo aus. conf. Apul 6 Met. p. 175; & 10 p. 240; & 11 p. 243, & Frontin. Strateg. 1, 11, 2, ubi Keuchenius mallet ſcribere *Repræſentare.*

¶ Præſentans, *tis.* Plin. 20, 19 *Folia ſpeciem paſſerum præſentantia.*

¶ Præſentatio, *ōnis*, f. die darſtellung. Conſtant. Imp. 12 Cod. t. 29 l. 2 *Etiam tyronis præſentationem agnoſcant.*

¶ Præſentālis, *e*, idem ac *præſens*, der zur hand iſt, gegenwärtig; ut, *Milites præſentales*, L. ult. Cod. § 1 de Re mil. h. e. præſentes in comitatu principis. Et *Præſentales domeſtici*, L. uit. Cod. de Domeſt. & Protect.

¶ Præſentialiter, adverb. idem. Saresb. 5, 8 *Præſentialiter examinare.*

¶ Præſentāneus, *a, um*, idem; ut, *Præſentaneum venenum*, Plin. 24, 1, id eſt, efficax, penetrans. *Præſentaneum medicamentum*, Idem 38, 13, kräfftig, bewährt. *Virus præſentaneum paro, quod ſtatim, quod ſubito corripiat*, Quintilian. Decl. 17.

¶ Præſentanee, adverb. i. e. in præſentia, vor dasmahl. Octav. Horat. lib. 1 præfat. *Præſentanee conficere libellos.*

¶ Præſentarius, *a, um*, idem ac præſens; ut, *Argentum præſentarium*, baar geld, Plaut. Moſt. 2, 1, 14; & Trin. 4, 3, 74. conf. Apul. Met. 10 p. 242 ſq.

¶ Præſutūrus, *a, um.* Nepos 9, 4, 3 *Ducem ſortem & prudentem regiis opibus præſuturum videbant.*

¶ Deprænto, *are*, aufweiſen. Suet. Calig. c. 58, ubi agit de pueris ex Aſia ad edendas in ſcena operas evocatis: *Redire ac depræſentare ſpectaculum voluit.* Ita emendavit Barthius.

¶ Depræſentiarum, eadem forma, qua *Impræſentiarum*, legitur in fragmento Petronii Traguriano c. 74 *Vt depræſentiarum intelligas.* Et c. 58 *Alioquin jam tibi depræſentiarum reddidiſſem.* Adde Tilebomeni notam p. 86.

¶ Impræſentiarum, vel *inpræſentiarum*, adverb. pro, in præſenti, in præſentia, ſogleich, auf dismahl. quo Cato de R. R. c. 144, & Fannius apud Priſcian. 13 p. 960 leguntur uſi. Præcipue vero recentiores id frequentaverunt, ut ſunt, Tac. An. 4, 59, 4; Apulejus, qui decies ſuum fecit p. 46, 49, 52 &c. v. Lmenh. Ind. Vlpian. 43 Dig. t. 5 l. 1; Symmachus 1 epiſt. 94, Sidonius &c. Nepos tamen & eo uſus eſt 23, 6, 2 *Exhauſtis*, inquit, *jam patriæ facultatibus cupivit impræſentiarum bellum componere.* Vollio ſuſpectum eſt hoc *impræſentiarum* & ex *in præſentia rerum* corruptum vel contractum putat, non penitus tamen audet damnare. vide eum de Vitiis ſerm. 1, 25; & 4, 33. Catan. ad Plin. l. 1 ep. 7. Perizonius ad Sanctii Minerv. p. 171 ſubaudit *tempore.* Scioppius Latio plane exterminat: quippe quod & ratio aſpernetur, & cujus veteres Grammatici nullam mentionem fecerint: putatque adeo lutea demum latini ſermonis ætate fabricatum, & ab indoctis librariis in codices, quos deſcribebant, receptum fuiſſe, Commentariolo de Stilo Hiſtorico p. 118; Sed Voſſius bene, quod neque damnat, qui eo utuntur, & alterum *in præſentia*, & *in præſenti* præfert.

¶ Repræſento, *āvi, ātum, āre*, præſens aliquid oſtendere ſeu exhibere, darſtellen, gleichen, fürſtellig machen; ut, *Repræſentare imaginem ſceleris*, Quintil. 6, 1. *Memoriam alicujus rei repræſentare*, Cic. pro Sextio c. 11. Et, *Mores alicujus repræſentare*, Horat. 1 epiſt. 18, 14, abbilden. *Repræſentare improbitatem*, Cic. Att. 16, 2. Sic, *Artifices ſcenici triſtitiam repræſentant*, Sen. epiſt. 11; ante dixerat: *imitantur, exprimunt.* Sic, *Repræſentare ſpectaculum*, id eſt, edere, Suet. Calig. c. 58, ubi Torrentius adeundus. ¶ 2. *Pretium rei emtæ repræſentare*, eſt, præſenti pecunia ſolvere, baar erlegen, und bezahlen, & proprie locum habet quaſi in pecunia perſolvenda. Et hinc *Argentum præſentarium*: de quo ſupra. *Repræſentare* itaque eſt, ſtatim ſolvere, ſine mora. Cic. Att. 12, 25 *Reliquæ pecuniæ vel uſuram pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræſentabimus.* vid. omnino Gronov. de Pec. vet. 1, 6. Hinc ad alia transfertur. Nam *pœnam repræſentare*, pro, ſtatim & ſine dilatione exigere, Suet. Claudio c. 34 pr. & Val. Maxim. 6, 5 ext. 4 dixerunt. Id. Suet. Ner. c. 5 *Repræſentare præmia.* Et *Repræſentare necem*, Vitell. c. 10 dixit. *Charmidas quidam in Græcia, quæ quis exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræſentavit*, Plin. 7, 24. Sic, *Neque expectare debemus temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſimus*, Cic. fam. 5, 16. *Dies promiſſorum adeſt, quem etiam repræſentabo, ſi adveneris*, Id. fam. 16, 14 ext. Cui utrique Ciceronis loco præcipiendi & anticipandi ſignificationem tribuunt ſine cauſſa. *Medicinam repræſentare* eſt præſentem & ipſo tempore, quo opus eſt, facere. *Dies, qui jam adeſt*, exhiberi quidem præſtarique ſine mora poteſt, anticipari non jam poteſt. Nec multum juvant hanc anticipandi ſignificationem ICtorum loca a Briſſonio laudata. Nam Dig. 2 t. 15 l. 8 § 6, itemque Cod. 1 t. 3 l. ult. de tali ſolutione quidem adhibetur, quæ ante diem fit, ſed non ideo *repræſentare* ſignificat ante diem ſolvere, non magis quam καταβάλλειν, quod in Cod. l. c. græcus ſermo habet. Eadem, ſi attenderis, ratio eſt Dig. 35 t. 1 l. 36. ¶ 3. Suppeditare ſimpliciter ſignificat, an die hand geben. Plin. epiſt. 8, 6, 7 ex SCto, *Quum Senatui P. Q. R. liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet.*

¶ Repræſentans, *tis.* Cæl. Cic. fam. 8, 2 *Me repræſentante pronuntiatum eſt.*

¶ Repræſentatus, *a, um.* Suet. Oth. c. 5 *Omnibus dena ſeſtertia repræſentata*, ausgezahlt. Liv. 2, 36 *Minæ iræque cœleſtes repræſentatæ caſibus*, erwieſen.

¶ Repræſentātio, *ōnis*, f. die vorſtellung, bild. Plin. 9, 6 *Cujus imago nullâ repræſentatione exprimi poſſit aliâ, quam &c.* Quint. 8, 3 p. 761 *Plus eſt evidentia, vel ut alii dicunt, repræſentatio, quam perſpicuitas.* ¶ 2. Et, *Repræſentatio* ipſa eſt pecuniarum ſolutio, die baare bezahlung. Cic. Attic. 13, 29 *Repræſentatione confidere.*

¶ Repræſentator, *ōris*, m. Tertull. adverſ. Praxean. c. 24 *Filius repræſentator patris.*

¶ Repræſentāneus, *a, um.* Idem Tertull. Apolog. c. 28 *Repræſentanea poteſtatis reſpectu aliquid facere*, h. e. quæ ſtatim repræſentari & vim ſuam exterere poteſt.

¶ Præterſum, *eſſe*, vorbey ſeyn. Tertull. in Apolog. c. 38 *Ipſis rebus, de quibus tranſiguntur ſpectacula, præterjumus*, hoc eſt, abſumus.

¶ Prōſum, *profui, prodeſſe*, dienen, nützen ſeyn. Ter Hec. 3, 5, 13 *Quicquid id eſt, quod reliquit, profuit*, es iſt gut für uns geweſen. Cic. fam. 7, 13 *Metuo, ne artificium tuum parum tibi proſit.* Idem fam. 2, 17 *Sin a me eſt alienior, nihil tibi litteræ meæ prodierunt.* Et, *Prodeſſe in commune*, Quintil. 6, 1. *Prodeſſe contra arancum ictus*, Plin. 3, 1. *Non placent mihi illæ litteræ, quæ ad vitam doctoribus nihil profuerunt*, inquit Marius apud Salluſt. B. Iug. c. 85. *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ*, Horat. Art. P. v. 333.

¶ Profŭtūrus, *a, um*, künftig, das nähme ſeyn ſoll. Sen. ep. 6 *Paſſim profutura ſectaris.* ¶ 2. *Profuturus* ducis nomen apud Ammianum 31, 7.

¶ Subſum, *eſſe*, latenter alicui ineſſe, unter oder in etwas ſeyn: ut, *Subeſt intra cutem vulnus*, Plaut. Cic. fam. 1, 18. *Subeſt cauſſa*, Ovid. Faſt. 4, 368, es iſt eine urſache dahinter. Cic. Phil. 9, 2 *Ea fuit legatio, in qua periculi ſuſpicio non ſubeſſet.* Vitruv. 8, 1 *Signa quibus terrarum generibus ſuberunt aquæ.* ¶ 2. Tac. An. 3, 6, 5 *Ludorum Megalenſium ſpectaculum ſuberat*, i. e. prope erat, es war vor der thür.

¶ Superſum, *fui, eſſe*, abundare, übrig ſeyn, übrig bleiben. Ter. Phorm. 1, 2, 19 *Cui tanta erat res? & ſupererat?* Et ibid. 1, 3, 10 *Aliis quia deſit, quod amant, ægre eſt: tibi quia ſupereſt, dolet*, weil du zu viel oder überley haſt. *Supereſſe labori*, eſt ultra debitum fere ſufficere, vid Burm. ad illud Gratii 275 *Quod magnos capiat motus, magnisque ſuperſit*, de pectore canis venatici. Idem 287 *Vix onori ſuper illa ſuo.* ¶ 2. *Quod ſupereſt*, id eſt, quod reliquum eſt, de reliquo, abſoluta locutio eſt, demnach, im übrigen. Cic. Att. 9, 18 *Quod ſupereſt, ſcribe quam ſaepe quam accuratiſſime.* ¶ 3. *Supereſſe de alicujus exercitu* ſuperſtitem eſſe, Pollio Cic. fam. 10, 33. Et Liv. 1, 34 *Lucumo ſuperfuit patri bonorum omnium hæres*, er hat den vater überlebet. Idem 27, 49 *Superſint aliqui nuncii & hoſtium cladis & noſtræ virtutis.* ¶ 4. Vulgi ſermone *ſupereſſe* etiam dicebantur, qui reis aderant, eorumque agebant cauſſas, advocati puta; quod notat & reprehendit Gellius 1, 22. Eo tamen verbo ita uſus Auguſtus eſt apud Suet. c. 56; Verba ejus iſta ſunt: *Cunctari enim ſe*, (dicebat Auguſtus), *ne, ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum &c.* Vlp. l. 1 § ult. ff. de Procurat. *Qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, per alios agant; ubi Supereſſe*, quaſi *præeſſe*: & utebantur veteres præpoſitione *ſuper* in officiis deſignandis. Vide infra *Super*, & plura de hoc verbo apud Gellium l. c. ¶ 5. *Supereſcit*, antique dictum pro *ſuperverit.* Ennius apud Feſtum: *Dum quidem unus homo ſupereſcit.* Et Accius ibid. *Quin hinc ſupereſcit, Spartam atque Amyclas trado.*

¶ Supereſſentialis, *e*, übernatürlich. Amadeus Lauſanenſis Serm. 6 de B. Virg. *O Phœnix congregans omnes ſpecies, & igne circumfuſa ſupereſſentiali &c.*

¶ Superfutūrus, *a, um.* Plin. 11, 53 *Sola ex omnibus ſuperfuturæ eſſe.*

SVM pro *Eum*, nec minus SVM pro *Cum*, uſum eſſe Ennium, teſtatur Feſtus.

SVMBRVĪNAE, *arum*, f. aquæ medicatæ apud Celſum 4, 8, ut *Cutiliæ*, de quibus ſupra in C.

SŪMEN, *ĭnis*, n. uber porcinum, ſchweinseuter, dictum a *ſugendo* quaſi *Sugimen.* Item in genere, brüſte, zuter. *Nam & mulieris mammam ſumen veteres dici voluerunt*, ut refert Nonius 6, 54: ubi etiam exſtant Lucilii verſus de *lactante ſumine.* conf Plaut. Curc 2, 3, 44, & Pleud. 1, 2, 33. ¶ 2. Plinio 8, 2 *ſumen* idem viderur eſſe, quod abdomen, a quo & *ſumen* dici putat, ſchmeer. Plaut. Capt. 4, 3, 3 *Quanta labes lardo, quanta ſumini abſumelæ?* Martial. 13 epigr. 44 *Eſſe potes nondum ſumen, ſic uberis largo Haſtat.* ¶ 3. *Sumen* etiam de terræ ubere dicitur. Varro R. R. 1, 7 extr. *Cæſar Vopiſcus ædilitius, cauſſam cum ageret apud conſules, campos Roſcæ Italiæ dixit eſſe SVMEN, in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.* Idem & Plinius refert 17, 4 extr. die rechte ſchmalzgrube in Italien.

¶ Sumĭnātus, *a, um*, eutericht, voll euter. Arnob. 2 p. 73 *Suminata caro.* ¶ 2. *Suminata* abſolute pro *ſcrofa*, eine ſaumutter. Lamprid. Alex. Sev. c. 22 *Iuſſit, ne quis ſuminatam occideret*, ſubintellige *ſuem.*

Summa, ſummalis, vide *Super*, Summano, ſummanus: *Manes*, Summarium, ſummas, ſummates, ſummatus, &c. *Super*, Summœrius, *Mœrus*, Summuſſo, ſummuſſus, *Mutio.*

SŪMO, *ſumſi*, (*ſumpſi*) *ſumtum*, (*ſumptum*) *ſumĕre*, nehmen, empfangen, a *ſub* & *emo*, quod antiqui accipiebant pro *ſumĕre*; ut Feſtus vult; vel contracte a *Surremo*, de quo infra. *Argentum a me ſume*, Ter. Adelph. 5, 9, 20, id eſt, accipe, nimm von mir. *Sumere in manum*, Cic. Tuſc. 2, 3. Et, *Sumere de aliquo*, Idem Acad. 4, 31. Sed, *Argentum alicunde ſumere*, Ter. Phorm. 1, 5, 70. *Mutuum ſumere*, Plaut. Amph. 2, 2, 187. *Pecunias mutuas ſumere*, Cic. Verrin. 1, 10, borgen. *Operam fruſtra ſumere*, ſich vergebens bemühen, Ter. Heaut. 4, 3, 15. *Sumĕre ſupplicium de aliquo*, Idem Andr. 3, 5, 17; & Nepos 18, 12, 1 *Sumere arma*, zu den waffen greiffen. Idem 14, 4, 5 *Venenum ſumere*, gifft einnehmen, Idem 2, 10, 4; 23, 12, 5. *Quidquid cibi ſumpſi*, was ich zu mir genommen, Idem 25, 21, 6. ¶ 2. *Sumere ſibi aliquid*, i. e. tribuere, vel arrogare, ſich bemeſſen. Cic. pro Planc. c. 1 *Quamquam mihi non ſumo tantum, judices*, ich nehme mir ſo viel nicht heraus. Idem ad Pompejum altera, ſub Att 8, 11 *Mihi non ſumo, ut meum conſilium valere debuerit*, hoc eſt, non arrogo mihi, non tanti me facio. *Sumo mihi pro meo jure*, Cic. de Orat. 2, 72. Et Horat. 1 epiſt. 3, 7 *Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?* Id. 3 ode 30, 14 *Sume ſuperbiam Quæſitam meritis.* ¶ 3. Nepos 1, 1, 3 *His conſulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent,*

merent, id eſt, caperent. Id. 18, 13, 3 *Regium ornatum nomenque ſumere*, königl. Putz annehmen. Id. 14, 11, 1 *Tempus colloquendi ſumitur*, i. e. praefinitur, die zeit wird beſtimt. angeſetzt. Suet. Cæſ. c. 60 *Præſidia ſumere*, pro capere dixit: nonnunquam ibi Caſaubonus, militare ſenſu dicendi hoc genus, & exempl. illuſtrat. conf. Salluſt. Fragm. c. 34 extr. & Petron c. 122. Vide & Freinsh. Ind. in Floram. Sic, *Sumere vires*, i. e. acquirere, zu kräften kommen, Horat. 1 epiſt. 18, 85. *Hic, unde vitam ſumeret, inſcius*, i. e. unde vitæ ſuæ conſuleret, wodurch er das leben friſtete, Id. 3 od. 5, 57. ¶ 4. Eſt & dialecticorum verbum *ſumere*, ſicut apud Græcos λαμβάνειν: id valet, ponere aliquid, pro firmo & certo quod habeas, annehmen. Cic. pro Rofc. 34 *Unum hoc ſume, quod mihi apertum ſcelus tuum, reſque manifeſta dat.* Lucret. 1, 973 *Alterutrum fateare enim, ſimulque neceſſe eſt.* Idem 5, 248 *Illud in his rebus ne me arripuiſſe reatis, Memmi, quod terram atque ignem mortalia ſumſi &c.* Hinc *Sumtione*, apud Ciceronem Leminata ſunt. ¶ 5. Computantes *ſumunt* cum ſubducunt, ſummam faciunt, vid. Plaut. Rud. 4, 8, 9 & ibi Gron. ¶ 6 *Sumere* pro ſumtum facere, impendere, inſumere, aufſetzen laſſen, Plaut. Mil. 3, 1, 79 ſq. ic. Trin. 2, 4, 12. Et Ter. Heaut. 3, 1, 56 *Sumat, conſumat, perdat: deorum eſt pati.* ¶ 7. *Sumere diem prorhyme*, Plaut. Pſeud. 5, 1, 23. Et, *Sumere diem hilarem*, Ter. Adelph. 2, 4, 23, pro conſumere, zubringen.

¶ Sumens, *tis*. Sall. Iug. c. 21 *Semiſumnes partim, alios arma ſumentes fegant.* Aur. Vict. Epit. c. 9 *Calceamenta ſumens & regium veſtitum.*

¶ Sumtus vel Sumptus, *a, um*, genommen; ut, *Sumta virilis toga*, Cic. de Senect. c. 1. *Videtis hos quaſi ſumtos dies ad labefactationem illius civitatis*, i. e. conſumtos, Id. pro Rabir. poſt. c. 16. *Mercedem ſumta cuivis*, die weitergelte ſtage, Lucret. 4, 1175. *Figuras reponere ſumtas*, angenommene geſtalt, Ovid. Met 12, 556. *Eo laxamento plebi ſumto*, Liv. 6, 31.

¶ Sumtum, *i*, n. ſubſt. was angenommen worden. Mart. Capella 4 p. 125 *Sententia, cum conceſſa fuerit, ſumtum dicitur.* Etiam Cato R. R. c. 22 *Eo ſumti opus eſt*, dixit, ſed antique in genitivo pro *ſumtûs*. conf. Nonius 8, 12.

¶ Sumtus, vel Sumptus, *ûs*, m. ſubſt. pecunia, quæ in rem aliquam inſumitur, geld das man anleat, unkoſt anwende. v. Salmaſ. in Spartianum p. 17 & 18. *Sumtus exiguus*, Cic. Off. 2, 17. *Opus eſt ſumtu ad nuptias*, die hochzeit will was koſten, Ter. Phorm. 4, 3, 61. Ita, *Sumtum facere*, koſten anwenden. Cic. Att. 5, 20 *Nullius tenuicii factus eſt ſumtus.* Plaut. Aſin. 1, 3, 65 *Neceſſe eſt facere ſumtum, qui quærit lucrum*, wer was gewinnen will, muß was daran wagen. *Sumtum & laborem impendere*, Cic. Verr. 3, 118. *Sumtum dare*, Idem de Invent. 2, 29, quod & *Dare in ſumtum* dicitur. Ter. Adelph. 3, 3, 17 *Dedit in ſumptum dimidium minæ.* Cic. fam. 9, 20, 3 *Cum in ſumtum habebat*, i. e. cum tibi ſuppetebat, unde ſumtum faceres. Idem Att. 8, 3 *Erogare in ſumptum*, zum unterhalt geben. Ibid ep. 6 *Mutuari in ſumptum.* Sic, *Suppeditare ſumtus*, Cic. Off. 2, 12. At, *Suppeditare ſumptibus*, ſufficere eſt vel parem eſſe ſumtibus tolerandis, v. *Suppedito*. Sic, *Subſidere ſumtibus* Varro dixit. v. ſupra *Subſidio*, in *Sido*. Et, *Tolerare ſumtus*, die unkoſten ertragen, Ter. Heaut. 3, 2, 33. *Exercere ſumtum*, i. e. quæſtum exercere, unde ſumtus neceſſarios toleres, Ambroſius dixit epiſt. 18. Ter. Adelph. 1, 1, 37 *Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?* warum giebſt du darzu her? *Sumtum minuere*, Cic. fam. 3, 8. Et, *ſi ferre ſumtus*, Ter. Heaut. 3, 1, 43.

¶ Sumtio, *ōnis*, f. ſumendi actus. Ita ἄξιωμα dialecticorum vertit Cicero de Divin. 2, 53 *Dare cui duas ſumtiones.* Vitruv. 1, 2 *Ipſius operis ſumtio.* Cato R. R. 1, 45 *Si ſumpſerit, in ſingulas ſumtiones, &c.*

¶ Sumtito, *āre*, frequent. gebrauchen. Plin. 25, 5 *Elleborum pleriſque ſtudiorum cauſſa ad pervidenda acrius, quæ commentabantur, ſumtitaverunt.*

¶ Sumtuārius, *a, um*; ut, *Ratio ſumtuaria*, Cic. Att. 13, 7, rechnung der ausgabe oder unkoſten. *Leges ſumtuariæ* erant de ſumtibus moderandis, de quibus videas Gell. 2, 24. Id. 20, 1 *Quid tam neceſſarium exiſtimatum eſt propoſitarum civium luxuriæ, quam lex Licinia & Fannia, aliæque item leges ſumtuariæ?* Adde Suet. Cæſ. c. 43; & Aug. c. 34; & Tac. An. 3, 52, 3.

¶ Sumtuārius, *i*, m. ſubſt qui ſumptus erogat. Gloſſ. gr. lat. ἐπιμελωτής, *ſumtuarius.*

¶ Sumtuōſus, *a, um*, qui ſumtus magnos facit, koſtbar, verthulich; ut, *Magnificus & ſumtuoſus homo*, Ter. Heaut. 2, 1, 15. *Domus ſumtuoſa*, Id. Adelph. 4, 7, 12. *Cœna ſumtuoſa*, Cic. fam. 9, 21. *Splendidus non ſumtuoſus*, Nep. 25, 13, 5. Et, *Ludi ſumtuoſiores*, Cic. ad Qu. frat. 3, 8. *Sumtuoſa convivia*, Martial. 1 epigr. 100, koſtbare ausrichtungen. Et, *Reliquæ ſumtuoſiſſimæ cœnæ*, Sen. 4 Controv. 25.

¶ Sumtuōſe, adverb. mit viel unkoſten, überflüſſig. Catullus carm. 48, 5 *Vos convivia lauta ſumtuoſe De die facitis.* Et, *Sumtuoſe quem colere*, Trajanus Plinio 10 ep. 83. *Sumtuoſe cœnare apud, cenas*, Plin. 9 epiſt. 12, pr. *Sumtuoſius & inſolentius ſe jactare*, Cic. Cat. 2, 9. Adde Plin. 9, 12; Suet. Claud. c. 16. Varr. R. R. 3, 17.

¶ Sumtuoſitas, *ātis*, f. die verſchwendung, Sidon. 9 epiſt. 6 *Quantum de bonis ſuis avitis paternisque ſumptuoſitas domeſtica charybdis abſorbuiſſet.*

¶ Sumtifăcio, *fēci, facĕre*, (ut *lucrifacere*), impendere oft, ſive conſumere, aufwenden. Plaut. Caſ. 2, 7, 1 *Si nunc me laſſendam, meam operam luſerim, Et pretium operam reſtim ſumtifecerim.* Lucil. apud Nonium 8, 12 *Quid dare, quid ſumtifacere ac prebere potiſſit.* Et Varro ibid. *Quantum ſumtifecerit.* Sed melius dividitur.

Compoſita:

¶ Absūmo, *ſi, tum, ĕre*, verzehren, verthun; ut, *Abſumere vinum*, Ter. Heaut. 3, 1, 18; *diem*, Liv. 30, 8; *diem de tempore*, Cic. pro Quintio c. 10 pr. die zeit zubringen. *Abſumi flammis*, Liv. 30, 7, verbrennen. *Abſumi fame, clade, curâ*, i. e. conſici, vom hunger ꝛc. aufgerieben werden. *Quos peſtilentia abſumſit*, Liv. 40, 40. Plaut. Mil. 2, 4, 55 *Abſumtus es bene*, h. e. perifti.

¶ Abſumtus, *a, um*, hinweg genommen, aufgerieben; ut, *Abſumta fetus*, Virg. Æn. 1, 657. *Abſumta vires*, Idem Æn. 7, 501. *Reſumtis viribus atque paternis fortiter abſumtis*, Horat. 1 epiſt. 15, 26. *Morte fortuita abſumtus*, Tac. An. 2, 43, 2. *Fratres morbo abſumti*, Salluſt. Iug. c. 5. Liv. 21, 58 *Elephanti quoque ſeptem abſumti.*

¶ Abſumtio, *ōnis*, f. die verzehrung. Vlpian. l. 5 Dig. § 1 de Vſufr. earum rer &c. *Res, quæ in abſumtione ſunt.*

¶ Absūmēdo, *ĭnis*, f. idem. Plaut. Capt. 4, 3, 3 *Quanta peſtis pernis veniet! &c. quanta ſumtus abſumedo.*

¶ Adsūmo, ſeu Aſſumo, *ſi, tum, ĕre*, annehmen: ut, *Noctis aliquantum ad ſacrificandum aſſumere*, die nacht zu hülffe nehmen, Cic. fam. 7, 26. *Aſſumere in ſocietatem*, Liv. 2, 22. Et Cic. Off. 1, 1 *Si id nihil aſſimo, videor id meo jure quadammodo vindicare*, ſo ich mir dieſes heraus nehme.

¶ Aſſumens, *tis*. Vulg. Interp. Iud. 4, 21 *Iaël aſſumens malleum.* Et Iudith. 7, 5 *Aſſumentes arma ſua bellica.*

¶ Aſſumtus, *a, um*, angenommen; ut, *Aſſumta lyra*, Ovid. Art. am. 3, 142. *Extrinſecus auxilia aſſumtis facilem tueri*, Quintil. 7, 5. Et Cic. Nat. D. 3, 36 *Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali; tam diis gratias agimus, tam nihil noſtra laudi aſſumtum arbitramur.* Iuſtin. 10, 1, 5 *In ſocietatem facinoris aſſumti fratres.*

¶ Aſſumtio, *ōnis*, f. aſſumendi actus; ut, *In artibus dignum quiddam eſt aſſumtione*, Cic. de Fin. 3, 5. ¶ 2. Dialectici *Aſſumtionem* & *Aſſumtum* Syllogiſmi imperfecti partem primam vocant, Enthymema oratorium. Quint. 5 c. ult. *Aſſumtionem*, minorem vocat Syllogiſmi propoſitionem, ut Majorem, *propoſitionem* tantum.

¶ Aſſumtivus, *a, um*. Cicero de Invent. 1, 11 Generis Iuridicialis *partes aſſumtivam* conſtituit, *quæ foris aliquid defenſionis aſſumit.* conf. Mart. Capell. 5 p. 146. Aggen. Vrb. Gœſ. p. 63.

¶ Aſſumtive, adverb. Mart. Capella 5 p. 147 *Illic aſſumptive nomen accepit.*

¶ Reaſſumo, *ĕre*, wieder annehmen. Plin. 5 epiſt. 6 *Æſtate fluminis nomen arenti alveo deſerit, autumno reaſſumit.* al. *reſumit.*

¶ Consūmo, *ſi, tum, ĕre*, zuſtingen, verbrauchen; ut, *Conſumere diem apparando*, Ter. Adelph. 5, 7, 2. *Conſumere ætatem in ſtudio*, Cic. Off. 1, 1. *Horas multas in ſermone*, Idem fam. 11, 27. *Fruges conſumere nati*, Horat. 1 epiſt. 2, 27. Et Martial. 9 ep. 50 *Quid non longa dies, quid non conſumitis anni?* Cic. fam. 6, 14 pr. *Me ſcito omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudium in tua ſalute conſumere.* Et, *Conſumere patri nomen*, Cic. Fin. 2, 8, verzehren. *Effundere & conſumere per luxuriem omnia bona*, Idem pro Roſc. c. 2. Sed, Id. Att. 16, 2 p. 750 *Populum Rom. manus ſuas non in defendenda rep. ſed in plaudendo conſumere*, id eſt, adhibere. Liv. 27, 11 *Ædes conſumuntur incendio.* Et *Conſumi ſenio & mœrore*, Idem 40, 54. *Inedia conſumi*, verhungern, Cic. fam. 16, 12. ¶ 2. Tac. Hiſt. 3, 24, 4 *Mox infenſa prætorianis, vos*, inquit, *niſi vinciris pagani, quis eſtus imperator, quæ caſtra alia excipient? illic ſigna armaque veſtra ſunt, & mors victis. Nam* IGNOMINIAM CONSVMSISTIS, i. e. ignominiæ metum abjeciſtis, de ignominia parum laboratis. Quaſi dicat: Quoniam hactenus de deſectore vitandaque ignominia parum ſolliciti, vitæ ſaltem atque ſalutis cura vos fortitudinis admoneat. Nam victis mors ſubeunda erit, ut deſertoribus perfidis. Nam penes Vitellium ſigna veſtra armaque ſunt. Similiter Curtius 6, 8, 6 *Miſericordiam conſumere*, id eſt, miſericordiam abjicere dixit, verlieren. ¶ 3. Iterum Tac. Hiſt. 1, 42, 1 *Ambigitur, conſumſerit-ne vocem ejus inſtans metus, an proclamaverit, non eſſe ab Othone mandatum, ut occideretur*; CONSVMSERIT, i. e. ademerit, intercepterit. ¶ 4. Auct. ad Herenn. 1, 3 *Inventio in ſex partes conſumitur*, i. e. tota dividitur, completur.

¶ Consūmens, *tis*. Lucret. 1, 226 *Ætas conſumens materiam omnem.* Vulg. Int. Deut. 9, 3 *Ignis devorans atque conſumens.*

¶ Consumtus, vel Conſumptus, *a, um*, verthan, aufgerieben, abgenützt; ut, *Conſumptus a peſte*, Plin. 11, 18. *Acie conſumtus*, Vellej. 2, 52, 4, der in der ſchlacht gebliben. *Conſumta incendiis delubra*, verbrannt, Tac. Hiſt. 3, 2, 3 *Conſumtus per diſcordiam dies*, ibid. 4, 43, 5. *Conſumtus annis*, verbracht. Silius 15, 405. *Confectus & conſumtus cibus*, verdauet, Cic. de Vniverſ. c. 6.

¶ Consumtio, *ōnis*, f. die verzehrung, abnützung, zernichtung. Cic. de Vniverſ. c. 6 *Se ipſe conſumtione & ſenio alebat ſui.* Auct. ad Herenn. 4, 22 *Elaboratio & operæ conſumtio.*

¶ Consūmtor, *ōris*, m. qui conſumit; ut, *Ignis confector & conſumtor omnium*, Cic. Nat. D. 2, 15. Et Sen. Excerpt. 3 Controv. 1 *Circumventus adoleſcens ab illis veteranis conſumptoribus.*

¶ Consumtrix, *īcis*, f. Strab. Gall. Hort. præfat. *Bruma eſt ampliſſima conſumtrix ſucci laberis.*

¶ Consumtilis, *e*, Scævola 32 Dig. l. 101 *Prædia cum omnibus in eis exiſtentibus, pecoribus, ſervis, uſu conſumtilibus*, mit allen victualien, nutzungen.

¶ Inconsumtus, *a, um*, unverzehrt, unabgenützt; ut, *Iuventus inconſumta*, Ovid. Met. 4, 17. Et, *Inconſumtum ſemperque renaſcens Tityi jecur*, Id. ex Ponto 1, 2, 41.

¶ Præconsumo, *ĕre*, vorher verzehren, zernichten. Ovid. Met 7, 489 *Virtus, dolor, putat eſſe, minari, Quam gerere, atque ſuas ibi præconſumere vires.*

¶ Præconsumtus, *a, um*. Ovid. Triſt. 4, 6, 29 *Eſt quoque non minimum, vires adſerre recentes: Nec præconſumtam temporis eſſe malis.*

¶ Desūmo, *ſi, tum, ĕre*, idem quod *Sumere*, ſibi quaſi de toto partem. Liv. 6, 20 *Deſumere ſibi hoſtem.* Idem 4, 55 *Sibi aliquem aſſervandum deſumere*, überneheben auf einen acht zu haben. Horat. 1 1 epiſt. 2, 31 *Ingenium ſibi quod vacuas deſumſit Athenas.*

¶ Insū-

¶ Insūmo, *ſi, tum, ĕre,* impendere, anwenden, anlegen; ut, *Insumere in rem aliquam ſumtus,* Cic. de Invent. 2, 38. Et ad Att. 5, 17 *Sic in provincia nos geſſimus, ut nullus terunctius inſumatur in quemquam.* Et, *Inſumere operam fruſtra,* Liv. 10, 18, ſich vergebens bemühen.

¶ Præsūmo, *ſi, tum, ĕre,* prius ſumere, ante capere vel præcipere, vorher wegnehmen, Cajus ICtus 2 Inſtit. tit. 5 § 6 *Sicendi modo hæc legati verba ſunt:* ILLE HERES MEVS REM ILLAM ILLVM PERMITTE PRAESVMERE. Quod Cajus *præſumere,* id Ulpianus *præcipere* dixit in corpore ſuo Tit. 25 § 5, ut Iulius Pacius recenſuit. Ad animum ſæpe transfertur. Virg. Æn. 11, 18 *Ultra parate animis & ſpe præſumite bellum*; h. e. Quamvis bellum nondum urgeat, parate tamen jam nunc inſtare; perſuadete tamen vobis, mox affuturum: & ita armis animisque opus eſſe. Sic, *Cogitare futura ac præſumere,* Seneca dixit epiſt. 107, zuvor bedencken und ſich verſtellen. Pet. Chryſol. Serm. 158 *De vecta nihil præſumit.* Tac. An. 11, 7, 1 *Æternitatem famæ ſpe præſumere,* auf ewiges andencken ſich rechnung machen. Id. Hiſt. 1, 62, 3 *Fortunam principatus inerti luxu & prodigis epulis præſumebat,* i. e. ſtolida & inani perſuaſione uſurpabat. Nondum firmaverat ſibi Vitellius ſtabilieratque imperium, quod invadebat. Et tamen putabat, jam ſeſe imperatorem eſſe & agere, ſi luxuriosis & prodigis epulis indulgeret. Nimirum hoc verbum ad opiniones vanas & phantaſias ſæpe refertur, unde *præſumtiones* vanæ perſuaſiones appellantur. v. Def. Heraldum in Tertull. Apol. c. 49, itemque Barth. in Phædadium p. 55. Quintilianus aliquoties eleganter hoc verbo uſus eſt, e. g. 1, 1 p. 13 *Quantum in infantia præſumtum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur,* i. e. occupatum. Idem procem. lib. 1 *Qui præſumta deſperatione quo velint evadendi protinus circa ima ſubſtiterint.* Et 10, 5 p. 941 *Verba poetica libertate audaciora non præſumunt eadem proprie dicendi facultatem,* h. e. præripiunt, auferunt. Idem 11, 1 p. 967 *Præſumere partes judicis,* h. e. judicare de cauſa ante ſententiam judicis. ¶ 2. Et quia vanam hujusmodi opinionem inſolentia conſequitur & audacia; factum, ut poſterioris Latinitatis unum *Præſumere* pro *audere* poneretur, unternehmen. Sulp. Severus Hiſt. Sacr. 1, 47 *Elatus ſecundis rebus, illicita præſumens, &c.* Vbi Io. Vorſtium conſulere licet: etiam ad c. 33 ejusdem libri. Alibi ex Sexti Ruſi c. 7 adjecit Cellarius, quæ eandem notionem confirmant: *Epirotæ,* inquit, *ad Italiam tranſire præſumſerant.*

¶ Præſumens, *tis,* unternehmend. vid. Sulpit. Sev. in *Præſumo* n. 2.

¶ Præſumptus vel Præſumtus, *a, um,* zuvor genommen, vorher gefaßt; ut, *Præſumta opinio,* Quintil. 2, 17; & Tac. An. 2, 73, 5 *Præſumta ſuſpicio.* Claud. de Conſ. Honorii 4, 168 *Præſumtum diadema* dixit, i. e. ante legitimam ætatem ſumtum ſive geſtatum. Ammian. 22, 6 *Spe præſumta fruſtrati,* deren eingebildete hofnung fehl geſchlagen. Et abſolute Tac. An. 14, 64, 5 *Præſumtum habere,* voraus ſetzen.

¶ Præſumte, adverb. vermeſſentlich. Vopiſcus in Caro c. 4 *Ut præſumte veritatem dicere nequeam.*

¶ Præſumtio, *ōnis,* f. die vermuthung, einbildung. Plin. 9 epiſt. 3 *Beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ famæ præſumtione perfruitur, certusque poſteritatis cum futura gloria vivit.* v. ibi Buchner. ¶ 2. *Præſumtio, πρόληψις,* apud rhetores dicitur, cum ratione id, quod objici poteſt, occupamus, wenn man einem fürwurfe vorher begegnet, Quintil. 9, 2. *Præſumptio, quam πρόληψιν dialectici vocant,* Cic. Divin. 2, 53. ¶ 3. Apud ſequioris ævi ſcriptores nimiam ſpem & fiduciam ſignificat, vermeſſenheit, übermuth, unternehmung. Spartianus Hadriano c. 2 *Habuit autem præſumtionem imperii mox futuri ex fano quoque Nicephorii Iovis manante reſponſo.* v. ibi Salmaſ. Ammian. 26, 10 *Cognita levi præſumtione Marcelli.* Et, Sulp. Severus Hiſt. Sacr. 1, 33 de Saule: *Illicita præſumtione rex ad vicem ſacerdotis holocauſtum obtulit.* Vet. Gloſſ. Αὐθάδεια, *præſumtio, contumacia, temeritas, inſolentia.*

¶ Præſumtor, *ōris,* m. qui præripit, audacter conatur, ein vermeſſener menſch, waghals, der ſich was heraus nimmt. Ammian. 26, 8 *Licet hac ex cauſſa præſumtor momentum pertimeſceret grave.* Tertull. de Pœnit. c. 6 *At ille præſumtor, cum ſibi repromitteret, &c.* Idem de Anima c. 4 *Reſurrectionis præſumtores.* Hieronym. epiſt. 89 ad Auguſtin. *Præſumtor ſacerdotii Oziæ.* Sic Sedulius Adamum, primum peccatorem, *præſumtorem* vocat ſub init. lib. 2, 4. *Nec ſolus meritam præſumtor ſenſerat iram.* Paulinus Nolanus 9 Natal. Felic. v. 225 *Nox autem tanti mihi ſum præſumtor honoris.*

¶ Præſumtōrie, adverb. vermeſſentlich. Tertull. contr. Marc. 4, 41 *Præſumtorie aliquid eloqui.*

¶ Præſumtuōſus, *a, um,* übermüthig, vermeſſen, frech. Sidon. 1 epiſt. 1 *Veſtigiis præſumtuoſis inſequi.* Idem 1 epiſt. 11 *Quod præſumtuoſum fuiſſet.* Idem 7 epiſt. 4 *Præſumtuoſis fovere complexibus*; Ita Savaro & Wowerius legunt: at Sirmondus *Præſumtioſis.* Tamen etiam Salvianus lib. 7 p. 258 *Audiant omnes præſumtuoſi, audiant præpotentes.*

¶ Præſumtuoſe, adverb. Sidon. 7 epiſt. 6 *Hoc ipſum præſumtuoſe arroganterque loquor.*

¶ Prōsūmo, *pſi, ptum, ĕre,* eſt porro vel prorſum ſumere, h. e. uti, frui, conſumere, wegnehmen. Plaut. Trin. 5, 2, 6 *Beneficium, homini propriam quod datur, proſumpſerit.* vid. ibi Taubm. & Parei Lex. Crit. p. 1008.

¶ Prōsūmia, *æ,* f. *genus navigii ſpeculatorium parvum,* ein ſpähſchiff. Feſt. *A proſumo,* quia ante ſumerent ſpeculandi ergo. Cæcil. ap. Nonium 13, 17 *De nocte ad portum ſum profectus proſumiâ.* Add. Gell. 10, 25.

¶ Rĕsūmo, *ſi, tum, ĕre,* wieder ergreiffen, wieder nehmen. Ovid. Met. 9, 524 *Inque vicem ſumtas ponit, poſitasque reſumit.* Plin. 2, epiſt. 18 *Beneficio tuo in ſcholam redeo, & illam dulciſſimam ætatem quaſi reſumo.* Ovid. Met. 9, 59 *Reſumere vires,* ſich wieder erholen.

¶ Reſumtus, *a, um,* wiedergenommen. Ovid. Met. 4, 665 *Pennis ligat ille reſumtis pedes.* Ibid. 15, 743 *Specie cœleſte reſumta.*

¶ Reſumtīvus, *a, um.* Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Odoramenta reſumptiva,* h. e. analeptica, roborantia.

¶ Reſumtōrius, *a, um,* idem. Cæl. Aurel. Acut. 3, 8 *Reſumtoria adjutoria.*

¶ Transsūmo, *ſi, tum, ĕre,* ex alio deſumere, übernehmen. Stat. Theb. 3, 292 *Beatipotens haſtam læva transſumit, &c.*

¶ Transſumtus, *a, um,* unde apud ICtos *Transſumpta,* quæ ex primis tabulis transſcripta ſunt, copien, die man vom original abſchreibt.

¶ Transſumtio, *ōnis,* f. tropi affectio, μετάληψις. vide Quintil. 8, 6.

¶ Transſumtivus, *a, um.* Quintil. 3, 6 *Metalypſin nos varie, translativam, transſumtivam & transpoſitivam vocamus.*

SVNIVM, *i,* n. Σούνιον, promontorium & emporium Atticorum ſupra Athenas. Ter. Eun. 1, 2, 35 *Mercator hoc addebat, e prædonibus ſe audiſſe, abreptam e Samio.* Cic. Att. 7, 3 inter ἐπίνεια Atticæ numerat; etiam Strabo lib. 9. Adde Ovid. Faſt. 4, 561.

SŪNO, *are,* rectius, *Sino, ĕre,* ex Lucilio apud Nonium 2, 771, vide ſupra in *Sinus.*

SVO, *ſui, sūtum, ĕre,* ex σύω, σύνω, vel ἵημι. *ſubere,* ſignificat duo disjuncta nervis ſeu filis colligare, nähen, heffen, flicken; ut, *Naves loris ſuere,* Gell. 17, 3. Et, *Capiti ſuo ſuere aliquid,* proverbiale eſt, pro, mali quid ſibi conciliare, ſich ein unglück zuziehen, Ter. Phorm. 3, 2, 6. Locutio frequens apud Homerum eſt ut Odyſſ. π. v. 422 Μάψε, τίη δέ συ Τηλεμάχῳ ὀϊζυρὸν τε μόρσιμόν τε ῥάπτεις; i. e. *Cur tu Telemacho mortem ſuis exitiumque?* vide Chiliad.

¶ Suens, *tis,* f. Feſtus *ſuentium* meminit in *Sutela.*

¶ Sūtus, *a, um,* genähet, zuſammen geſtücket. Cic. Nat. D. 2, 60 *Tegumenta corporum vel texta, vel ſuta.* Virg. Georg. 4, 33 *Seu corticibus ſeu vimine texta alvearia.* Pacuv. apud Feſtum in *Scrilia: Suta* (navigia) *lino & ſparteis ferilibus.* Flor. 4, 12, 37 *Vnius oſ ſutum.*

¶ Sūtūra, *æ,* f. die nath; ut, *Scutale crebris futuris duratum,* Liv. 38, 29. ¶ 2. Sunt & capitis ſeu calvariæ *Suturæ,* die fugen am hirnſchedel. Celſus 8, 1 *Rurſus calvaria ſolida ſine futuris eſt.*

¶ Sūtēla, *æ,* f. flickwerck, item, betrügerey, ſchalckheit; ut, *Facere ſutelas,* id eſt, contexere fraudes & decepriones. Significat enim *Sutela* aſtutiam fraudulentam. Plaut. Capt. 3, 5, 35 *Ob ſutelas tuas te morti miſero,* hoc eſt, dolos conſutos. Idem Caſ. 1, 1, 7 *Sutelis ſuis præripere uxorem.* Feſtus: *Sutelæ doloſæ aſtutiæ a ſimilitudine ſuentium dictæ.*

¶ Sūtēlōſus, *a, um,* argliſtig, betrüglich. Gloſſ. gr. lat. δικοβόλος, *Sutelioſus.*

¶ Suterna, *æ,* f. officina ſutoris, ſchuſter-werckſtat. Apul. Florid. 2 p. 14 *Baxeas de Suterna præſtinare.* v. Varro in *Sutrina.*

¶ Sutĭlis, *e,* quod ſutum eſt, das ſich heften läßt; ut, *Navis ſutilis,* Plin. 24, 9. Et *Cymba ſutilis,* Apul. Met. 6 p. 180. Sed, *Roſa ſutilis,* quæ coronis ſutilibus aptatur, Martial. 9 epigr. 95. Et, *Coronæ ſutiles,* Plin. 21, 3. Vnde Prudent. Hamart. v. 268 *Hyacinthis pingere ſutilibus.* Quin & Ovid. Faſt. 5, 335 *Tempora ſutilibus cinguntur tota coronis.* Et Tertull. de Cultu fœm. c. 7 *Enormitates ſutilium atque textilium capillamentorum.*

¶ Sūtor, *ōris,* m. calcearius, ein ſchuſter, ſchumacher. Plaut. Aul. 1, 1, 35 *Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.* vid. ibid. 3, 5, 39. Cic. pro Flacco c. 7 *Id ſutores & zonarii conclamarunt.* Horat. 1 Sat. 3, 125 ſeqq. *Sutor bonus ſapiens.* Et apud Plinium 35, 10 Apelles denunciavit, *ne ſupra crepidam ſutor judicaret.*

¶ Sutrix, *icis,* f.

¶ Sūtōrius, *a, um,* des ſchuſters; ut, *Atramento ſutorio abſolvi,* Cic. fam. 9, 21 extr. eſt corruptis judicibus abſolvi, nec ſine infamia. v. Chiliad. Quidam ad χάλκανθον venenum reſpici putant, quo ſumpto vel dato Pætum abſolutum dicat Cicero. conf. *Scriptorius* in *Scribo.*

¶ Sūtōrĭtius, *a, um,* idem; ut, *Sutoritium atramentum,* Marcell. Empir. c. 8.

¶ Sutrīnus, *a, um,* idem; ut, *Tabernæ ſutrinæ alumnus,* ein ſchuhknecht, Tac. An. 15, 34, 3.

¶ Sūtrīna, *æ,* f. ſubſt. officina ſutoris, die werckſtat eines ſchuſters. Liv. 23, 30 *Sutrinæ poſtremo coriis vixere.* Plin. 35, 10 *Tonſtrinas ſutrinasque pinxit.* Varro apud Nonium 2, 760 *Sutrinas facere inſcius:* rectius *Suternas.*

¶ Sūtrīnum, *i,* n. ſubſt. pro arte ſutorum; das ſchuſter-handwerck. Seneca epiſt. 90 *Non multum abfuit, quin ſutrinam quoque a ſapientibus inventum diceret.*

¶ Sūtriballus, *i,* m. ſutor veteramentarius, qui calceos ruptos conciunat, ein ſchuhflicker. Ita hac voce uſus eſt Vet. Scholiaſt. Iuven. ſat. *Conſuto vulnere; a ſutriballo ſutus.* Et Gloſſ. παλαιοράφος, *veteramentarius, ſutriballus.*

Compoſita:

¶ Adſuo, vel Aſſuo, *ĕre,* anſetzen, anflicken. Horat. Art. poët. v. 16 *Purpureus, late qui ſplendeat, unus & alter Aſſuitur pannus.*

¶ Aſſumentum, *i,* n. ein flick-lappen. Vulg. Interpr. Marc. c. 2, 21 *Aſſumentum panni rudis.*

¶ Circumſuo, *ĕre.* Hinc

¶ Circumsūtus, *a, um,* umher belegt, eingefaßt; ut, *Navigia coriis circumſuta,* Plin. 4, 16. Et Celſus 8, 5 *Molli pellicula cincta circumſutaque, intus injicienda ſunt.*

¶ Conſuo, *ĕre,* zuſammen nähen, Plin. 20, 9. Hinc

¶ Consūtus, *a, um.* Proprie & metaphorice Plaut. Amph. 1, 1, 211 *Alterenire consutis dolis, consutis tunicis.* conf. Pseud. 1, 5, 126.

¶ Consūtūra, *æ*, f. Suet. Vitell. c. 2, sed meliores libri *cognituris.* vide Torrent. & Gronov.

¶ Consūtĭlis, *e*, consutus. Cassiodor. 5 epist. 42 *Consutili crate præcinctus.*

¶ Inconsutĭlis, *e*, ungenähet; ut, *Tunica inconsutilis desuper contexta*, Vulg. Interp. Ioh. 19, 23.

¶ Dissuo, *ĕre*, dissolvere, auftrennen, zertrennen: ut, *Dissuendæ magis, quam discindendæ amicitiæ sunt*, hoc est, non abrumpendæ cum impetu, sed sensim solvendæ, Cic. de Amic. c. 21. Et Off. 1, 33 *Amicitias, quæ minus delectant, & minus probantur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente præcidere.*

¶ Dissūtus, *a, um*, zerrissen. Vulg. Interpr. Levit. 13, 45 *Habebit vestimenta dissuta.*

¶ Exuo, (Exsuo,) *ui, ūtum, ĕre*, ἐκδύω, ἐκδύειν, ausziehen, abthun, ablegen. Sen. epist. 91 *Alicui exuere vestem*; &, *Exuere se veste*, entkleiden. Ovid. Fast. 2, 171. *Exuerat tunicas*, Callisto scilicet. Et absolute, *Exuimur*, Martial. 3 epigr. 68, wir ziehen uns aus. ¶ 2. Per metaphoram locutiones parit elegantes; ut, *Exuere humanitatem*, Cic. pro Ligar. c. 5, zum unmenschen werden. *Ex his laqueis se exuere*, sich herauswickeln, losmachen, Id. Verr. 5, 58. *Exuere virtutes*, id est, deponere, Tac. An. 1, 75, 2. Contra, *Vitia exuere*, Ibidem 6, 20, 2. Et, *Exuere se omnibus vitiis*, Sen. epist. 11. *Pacem exuere*, krieg anfahen, rebelliren, Tac. An. 4, 71, 1. *Gratiam novitatis exuisse*, Plin. 1 epist. 2, nicht mehr gefällig seyn. Liv. 29, 2 *Non ante abscessum est, quam castris quoque exuerunt hostem*, h. e. expulerunt. Id. 35, 17 *Civitates simul duas jugum exuisse*, id est, excussisse. Et mutata constructione Idem 34, 13 extr. *Jugum, quo se exuit, accipere rursus cogatis.* Petron. c. 122 *Exsuis omnes moras Cæsar*, er säumet nicht. Tibull. 1, 4, 31 *Serpens novus exuit annos.* Ovid. de Arte am. 3, 77 *Anguibus exuitur vetustas.* Idem Fast. 3, 281 *Exuitur feritas.* Sil. 1, 85 *Curis mortalibus exuere se*, i. e. interimere.

¶ Exuens, *tis.* Iustin. 3, 1, 8 *Exuertem se ac nudatum gladio trajicit.* Cic. Fin. 5, 12 *Hominem ex homine exuens naturam odisse videtur*, der ein unmensch wird. v. *Induo* n. 2.

¶ Exūtus, f. Exsutus, *a, um*, ausgezogen, abgelegt; ut, *Exuta mortalitas*, Plin. 35, 11. *Vnum exuta pedem vinclis*, Virg. Æn. 2, 518. *Exutæ vinclis palmæ*, die freyen hände, Id. Æn. 2, 153. *Exuti Arcades armis*, die entwaffneten, Idem Æn. 11, 395. *Arma exsuta*, Cæs. B. G. 3, 6. *Exsutus imperio, gloria, jure*, i. e. spoliatus. conf. Plaut. Trin. 2, 4, 5.

¶ Exŭviæ, *arum*, f. plur. & Exuvium, *i*, n. ab *exuendo*, der balg, die abgezogene haut; ut, *Exuviæ leonis*, Virg. Æn. 9, 308; & *serpentis*, Idem Georg. 3, 437. *Exuviæ bubulæ*, Plaut. Most. 4, 1, 26, sunt lori ex corio bubulo. *Induitis me leonis exuvium*, ἐνδύσετε μοι τὴν λεοντῆν, in eos dici solitum, qui majus sua facultate negotium suscipiunt. Item, *Sub leonis exuvio ridiculam quamdam simiam tectam habere*, ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιέλλειν, Lucian. v. Chil. ¶ 2. *Exuviæ* sunt vestes Samon. 592 *Quondam etiam nimio præceps urina fluente Irriget exuvias.* v. Burm. ad Val. Fl. 5, 252, ex Val. Max. 1, 1, 16. Add. Salm. ad Tertull. pall. p. 361, qui deorum vestes præcipue ita dictas docet. ¶ 3. *Exuviæ hostium*, spolia sunt hostibus detracta, beute. Cic. pro L. Manil. c. 18 de Romanis: *Pudebat in hunc ipsum locum adscendere, cum eum vobis majores vestri exuviis nauticis & classium spoliis ornatum reliquissent.* Virg. Æn. 2, 275 *Redit exuvias indutus Achillis*, i. e. arma. conf. Nonius 6, 55. ¶ 4. *Exuviæ* apud Festum sunt *exuviæ.*

¶ Induo, *ui, ūtum, ĕre*, ἐνδύω, ἐνδύειν, anthun, anlegen, anziehen. (*Injuo*, quod ejusdem originis, sed diversi usus est, mox sequetur seorsum). Sic, *Induo vestem, Induo me veste, Indutor vestem & veste.* Ter. Eun. 4, 4, 35 *Is dedit mihi hanc: meam ipse induit* (vestem:) & v. 41 *Ita* (veste) *est indutus.* Et, *Socci se inducebat*, Cic. de Orat. 3, 32. *Induere arma*, Virg. Æn. 9, 181, sich waffnen. *Ingenium novum induere*, Liv. 3, 33, sich einer neuen art oder weise annehmen. Quintil. 1, 1 *Nihil opus iis, qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt*, die sich gelehrt zu seyn dünken. v. ibi Burm. p. 14; & ad Petron. c. 4 *Eloquentiam pueris induunt adhuc nascentibus*, i. e. eloquentiæ præceptis eos imbuunt. Cic. Tusc. 1, 33 *Imaginem mortis induere*, id est, obdormire, einschlaffen. At, *Induere animum bonis artibus*, Tac. An. 15, 45, 3, was gutes lernen. Plin 33, 11 f. 49 *Poppæa delicatioribus jumentis suis soleas ex auro induit*: Ita Hard. al. *inducit.* v. *Solea.* Ita, *Vallis se acutissimis induere*, Cæs. B. G. 7, 73. Et c. 82 *Postea quam propius successerunt, aut se ipsi stimulis inopinantes induerant, aut in foveas delapsi transfodiebantur*, sie traten stachel und wurfeisen in die füsse. Ita, *Mucrone se induere*, sich erstechen, Virg. Æn. 10, 681. At Plaut. Cas. 1, 25 *In laqueum se induere*, sich erhenken. v. Burm. ad Quint. 5, 7 p. 379. Hinc met. Cic. Mure. 25 *Se non purgavit, sed judicavit atque induit*, h. e. implicuit. Virg. Georg. 1, 177 *Cum se nux plurima silvis Induet in florem*, wenn er anhebet zu blühen. Idem Æn. 7, 640 *Loricam induitur.* Et 2, 392 *Galeam clypeique insigne induitur.* Plin. 33, 3 *Induitur etiam pedibus auram.* ¶ 2. *Induere* etiam est in animum inducere, ac ad affectiones refertur. Claud. de Cons. Honorii 3, 157 *Indue mente patrem, crescentes dilige fœtus: Indue patrem*, id est, affectum paternum assume. Sic contra, *Hominem exuere*, id est, affectum humanum deponere, Idem dixit de B. Gild. v. 397 *Naturamque simul, fraternique hominemque cruentus Exuit.* v. *Exuere* n. 2, & *Exuens.* Tac. An. 6, 33, 3 *Quorum* (Sarmatarum) *Sceptruchi utrinque*, (a Pharasmane & Artabano armis disceptantibus) *donis acceptis, more gentico diversa induere*, i. e. diversis modis induxerunt animos, cum alii cum Pharasmane facerent, alii pro Artabano starent, sie sind ungleiches sinnes gewesen. Sic, *Hostilia induere*, Tacit. An. 12, 40, 4. *Proditorem & hostem induere*, Idem An. 16, 28, 3 &c.

¶ Induens, *tis.* Vulg. Int. Levit. 8, 7 *Induens eum tunica hyacinthina.* Et Col. 3, 10 *Induentes novum hominem.*

¶ Indūtus, *a, um*, angezogen, angelegt: ut, *Vestes indutæ*, Virg. Georg. 3, 363. *Exuvias indutus Achillis*, Id. Æn. 2, 275. Et, 10, 775 *Raptis indutus spoliis.* Cic. Nat. D. 2, 24 *Dii induti specie humana.* Id. pro Sulla c. 27 *Feræ formæ hominum indutæ*, gestaltet wie ein mensch. Curt. 4, 15, 27 *Veste indutus*, bekleidet. Id. 7, 9, 3 *Lorica indutus*, gepanzert. Petron. c. 127 *Indutæ gramine terræ*, die grün bewachsene erde.

¶ Indūtus, *ūs*, m. subst. indumentum, die kleidung, anziehung. Ammianus 32, 24 *Valentinianus indutibus imperatoriæ majestatis apud Nicæam ornatus.* Et 30, 5 *Horrentes indutibus rigidis.* Tac. An. 16, 4, 3 *Gerere vestem indutui.* Symmach. 3 epist. 10 *Indutui esse.*

¶ Indūtĭlis, *e.* Cato R. R. c. 135 *Vomis indutilis optimus erit.* Alii: *Vomeris in Rutulis optimus erit.* v. Gesn.

¶ Indūcula, *æ*, f. eine weste, niederkleid, camisel; ut, *Regilla inducula*, Plaut. Epid. 2, 2, 39. Nonnullis ab inducendo dici videtur.

¶ Indūmentum, *i*, n. ἔνδυμα, die kleidung, das kleid, der habit. Gell. 16, 19 de Arione: *Oravit, ut sua sibi indumenta omnia induere permitterent.* Et Gabius Bassus apud eumdem 5, 7 larvam *indumentum oris* dixit. Lactant. Opific. Dei c. 13 *A nobis indumento verecundiæ, quæ sunt pudenda, velantur.* conf. Aur. Vict. de Cæs. c. 21.

¶ Indūsium, *i*, n. ein hemd, quamquam Varro de L. L. 4, 30 *Intusium* fecit ab *Intus, interula.* Succedens ætas *Indusium* appellat. Nonius 14, 18 *Indusium est vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi intusium.*

¶ Indūsio, *are*, est induere, vestire, kleiden, ankleiden. Mart. Capella lib. 1 *Cum ipsum tonantem indusiis indusiari cernerent.* Idem lib. 2 *Lana, qua indusiari perhibent Indicæ prudentiæ vates.*

¶ Indūsiātus, *a, um*, indusio amictus, der ein hemd an hat. Apul. 2 Milet. p. 123 *Pueri calamistrati, pulchre indusiati.* Et 10 p. 253 *Indusiatus adolescens.*

¶ Indūsĭāta, *æ*, f subst. ein hemd, apud Plautum Epid. 2, 2, 47; & Nonium 14, 18; unde *Intusiatum* per *t* scripsit Varro de L. L. 4, 30.

¶ Indūsĭārius, *i*, m. qui indusia conficit, ein hemdmacher, Plaut. Aulul 3, 5, 35.

¶ Induviæ, *arum*, f. pl. i. e. *induta vestis*, ein kleid; ut, *Induviarum vilium dignitas*, Salvian. de Gub. Dei 1 p. 22. *Exuviis* opponit Plautus Men. 1, 3, 9; *Induviæ tuæ*, inquit, *atque uxoris exuviæ.* Prudent. Psychom. v. 579 *Omne onus ex humeris rejecerat, omnibus ibat Nudata induviis, multo & se fasce levarat.*

¶ Indŭvium, *i*, n. idem. Sic, *Induvium arboris*, Plinius 13, 4 corticem dixit, quasi quo arbor sese induit, die rinde.

¶ Redinduo, *ĕre*, wieder anziehen. Vnde Tertull. de Resurrect. carn. c. 42 *Redinduti carnem.*

¶ Superinduo, *ĕre*, drüber ziehen, umnehmen. Suet. Ner. c. 48 *Penulam superinduit.* conf. Tertull. de Resurr. Christi c. 42.

¶ Superindūtus, *a, um.* Tertull. Apolog. c. 48 *Dei cultores superindati substantia propria æternitatis.*

¶ Superindumentum, *i*, n. ein oberkleid, überzug. Tertull. de Resurrect. Christi c. 42 *Superindumentum cœleste & æternum.* conf. adv. Marcion. 3, 24; & adv. eumdem 5, 12.

¶ Insuo, *ui, ūtum, ĕre*, in etwas nähen, quæ forma propius ad latinam originem accedit. Varro R. R. 2, 9 *Qua intra capita insuitur pellis mollis.* Translate Livius 40, 51 *Lepidus privatam publicæ rei impensam insuerat*, i. e. conjunxerat.

¶ Insūtus, *a, um*, eingenähet. Virg. Æn. 5, 505 de cæstibus: *Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.* Ovid. A. A. 3, 5, 131 *Nec prodite graves insuto vestibus auro*, h. e. acu pictis, Phrygionicis vestibus. Sic, *Insutus culeo*, in den sack gesteckt, vernähet. Valer. Max. 1, 1, 13. Et, *Insutus in culeum*, Cic. pro Rosc. Am. c. 11 supplicium parricidarum.

¶ Insutĭtius, *a, um*, idem. Apul. 6 p. 187 *Insutitium & fartilem asinum* vocat, cujus corio puellam insuere, & de scruposo saxo dejicere latrones destinabant.

¶ Insūtus, *us*, m. insuendi actus. Apul. Met. lib. 7 *Mille aureos insutu laciniæ contexerat.* Alii aliter legunt. v. Elmenh. Emend. pag. 240 v. 11.

¶ Obsuo, *ui, ūtum, ĕre*, circumsuere, umnähen. Hinc

¶ Obsūtus, *a, um*, umnähet; ut, *Obsuta lectica*, Suet. Tib. c. 64. *Sporta auri obsuta*, Id. de Clar. Rhet. c. 1. Et Ovid. Fast. 2, 578 *Obsutum menta torret in igne caput.* (Heins. *mana*).

¶ Præsuo, *ui, ūtum, ĕre*, vorher vernähen, verwahren; ut, *Surculos præsuere recentibus coriis*, Plin. 12, 19. Vnde, *Præsuta hasta foliis*, Ovid. Metam. 11, 6.

¶ Resuo, *ĕre*, auftrennen. Vnde, *Tunica ex utraque parte resuta*, Suet. August. c. 94.

¶ Redŭvia, *æ*, f. ab inusitato *Reduere*, apud Festum *Redivia*, παρονυχία morbus, cum cutis extra ungues se solvit, ein neidnagel. Inter cœnam Trimalchionis reduviæ hospitum a servis mira subtilitate demuntur. v. Interpretes ad Petron. c. 31 p. 120. Plin. 29, 2 *Reduvias sanat lana ex aqua frigida.* Et Cic. pro Rosc. Am. c. 44 *Intelligo me errare, qui cum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reduviam curem.* vide in Chiliad. proverb. *De reduvia queritur majori obnoxius malo.* ¶ 2. Plur. *Reduviæ escarum*, apud Solinum c. 32 de Ægypto, i. e. reliquiæ cibi inter dentes crocodili hærentes, quibus victitat trochilos avis. Plin. 8, 25 ait: *Crocodili os esculentum sequi trochilon.* vid. omnino Salm. ad Soli. p. 316, b A.

¶ Redŭvius, *i*, m. κρότων, infectum, ein holzbock, pecudibus inhærescit aculeo totoque capite infixo. vid. Plin. 11, 34 ubi describitur, & Colum. 6, 2, ubi al. *Redivius* & quod optimum, *Ricinus.*

¶ Redŭviōsus, *a, um*, asper & extans, herausstehend, holpricht. Lævius: *Scabra in legendo reduviosaque offendens.* v. Fest. in *Rediva-*

divia cum not. Dacerii. conf. Voſſ. Etym. p. 430; & Salmaſ. in Solin. p. 316.

¶ Subſuo, *ĕre*, unnähen; unde *Subſutam veſtem*, *prætextam* dixit Horatius 1 ſat. 2, 29 *Quorum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.*

¶ Tranſuo, *ĕre*, durch nähen; ut, *Sumda tranſui*, Colum. 6, 5. Et, *Exteriorem partem palpebræ tranſuere*, Celſ. 7, 7, 8. Ovid. Faſt. 2, 363. Sen. Phœniſſ. 254.

SVOVETAVRILIA, *ium*, n. pl. ſacrificii genus, quo luſtrabatur exercitus apud Romanos, ſic appellatum, quod ex *ſue*, *ove*, *tauro* bus (quid hæc ſint, quære ſub *Taurus*:) conſtaret. Liv. 1, 44 *Ibi inſtructum exercitum omnem ſue, ove, taurilibus luſtravit.* Idem 8, 10 extr. *Marti ſuovetaurilibus piaculum fieri.* Adde Tac. An. 6, 37, 2; & Hiſt. 4, 53, 4, ubi *Luſtrata ſuovetaurilibus* aves dicitur. *Suovitaurilia* aliquoties vocat Cato R. R. c. 141, ubi vid. Intt. ut & Varro R. R. 2, 1. Itaque male alii *Solitaurilia* vocant: inter quos & Feſtus eſt, quem vide; & Lipſ. ad Tac. lib. 5 Hiſt. vide & ſupra *Solitaurilia*. v. etiam Scholia ad Ariſtophanem Plut. 821; it. ὄϑυο. ϕ. 277 ſq. Et ſane Quint. 1, 6 ext. apud Homerum mentionem hujus ſacri eſſe ait.

SVPELLEX, *ectilis*, f. plural. g. n. *Supellectilia*: Quidam affirmant dici etiam in ſing. n. g. *Supellectile*. v. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 21. Ita autem dicuntur omnes res mobiles, allerley hausgeräthe, hausrath ſo nicht angeſeſſet iſt; *vel quod paterfamilias habet, uſus communis & œconomici ergo*, l. 6 pr. Dig. de Supell. Leg. Varia de Supellectile diſputat Bynckersh. Obſerv. 4, 6. Cic. de Amic. c. 15 *Amicos optimum & putcherrimum dixit eſſe ſupellectilem vitæ.* Perſ. ſat. 4 extr. *Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex.* vide *Curtus*. Sic, *Supellex ruſtica*, Varr. R. R. 1, 22; *lignea*, Plin. 15, 8; *munda*, Horat. 1 epiſt. 5, 7; *Multa & lauta & magnifica*, Cic. Phil. 2, 27. Sic, *Oratoria ſupellex, quæ eſt in ornamentis, alia rerum, alia verborum*, der vorrath, Idem in Orat. c. 24. SERVVS *a* SVPELLECTILE Inſcr. Murat. p. 929. Turneb. Adverſ. 18, 23 *Nomen ſupellectilis, a lectis ex genere ſtrati ſit eruditorum: ut initio communiter conjecerunt ea, quæ ſuper lectos vel cubicularia vel diſcubitoria poni ſolebant: poſtea longius latius pro ſignificatione propagata &c.* Sed Labeo (Cruſ. a *pellibus* deduxit, quod ſub pellibus (tam locarentur, quæ uſui erant.

¶ Supellectĭcārius, *a, um*; ut, *Servi ſupellectilarii*, l. 12 § 31 Dig. de inſtructo vel inſtrum. legato. Talis generis erat, de quo Petronius c. 34 *Infamias eſt ſupellectilarius, & ſtercorarius inter pargamenta ſcepis capit torrere.* Alii legunt *lectiarius*. Fuit enim *Supellectilicarius*, cui cura ſupellectilis ejusque mundities commiſſa erat, der hausvogt. Hic etiam A SVPELLECTILE in vetuſtis Inſcriptionibus vocatur. v. Tignor. de Serv.

SŬPER, præpoſ. græce ὑπέρ, cui & originem debet, auf, über. Cum accuſativo Virg. Æn. 1, 379 *Tuma ſuper ardua natus.* Et, *Super ſe collocare aliquem*, einen über ſich ſetzen, Suet. Aug. c. 43. v. ibi interpretes. *Super cœnam*, id eſt, cœnæ tempore, über der mahlzeit, Plin. 4 epiſt. 22, quod Curtio eſt *Super epulas & vinum*, 8, 4, 30. ¶ 2. In hac conſtructione *Super* non raro pro *ultra* ponitur, ut Servius interpretatur apud Virg. Æn. 8, 303 *Super omnia Cæci Speluncam adjecimt.* Vbi dictus interpres: SVPER OMNIA, *id eſt, hoc factum laudant ultra omnia.* Atque huc etiam illud ejusdem in Æn. 9, 283 *Sed te ſuper omnia dona Vnum oro.* Ovid. Met. 6, 927 *Fruſtra clamato ſæpe parente, Sæpe ſorore jua, magnis ſuper omnia Divis.* Cæl. ad Cic. fam. 8, 10 *Dejotarus ſuper Comagenem profectus in provinciam.* Et Tac. Hiſt. 3, 46, 4 *Cunctis ſuper vota ſuccedibus.* conf. Salluſt. Iug. c. 35; & Liv. 31, 18. ¶ 3. Cum ablativo: ut, *Hac ſuper re ſcribam ad te*, von dieſer ſache. Cic. Att. 16, 6. Et Virg. Æn. 4, 23; *Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem*; id eſt, pro ſua laude. Græcismus eſt: ſic enim Demoſth. ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων, *pro ceronā*. Virg. Æn. 1, 754 *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper hectore multa*, i. e. de Priamo, &c. Haut. Aul. 4, 7, 1 *Iuxta rem mecum tenes ſuper Euclionis filia.* ¶ 4. Pro *præter* poſuit Statius præf. lib. 2 Silv. *Super ea, quæ ipſi debeo*, über das. Tac. Hiſt. 2, 44, 4 *Ne ſuper cladem adverſæ pugnæ ſuismet ipſi cædibus ſævirent.* Suet. Aug. c. 59 *Super templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim conſtituerant.* Liv. 28, extr. *Punicum exercitum ſuper morbum etiam fames affecit.* Idem 2, 27 *Super hæc timor inceſſit*, i. e. præterea. Idem 30, 1 *Super hæc bellicæ quoque laudes &c.* conf. Interpretes ad 38, 43. Colum. de Arbor. c. 11 *Super hæc quoque melius uvæ maturescunt.* Liv. 22, 54 *Non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades*, & 25, 22 *Hæc clades, ſuper aliam alia, cum Romæ eſſent nuntiatæ.* Sic, *Super numerum* imaginariæ militiæ genus dicebatur, quo cenſebantur, qui abientes & titulo tenus tungerentur militia, quod Claudius inſtituit, uti Suetonius auctor eſt ejus vita c. 25. Torrentius quidem malit *ſupra numerum* legere. Sed τὸ *ſuper* & *ſupra* promiſcuus uſus veteribus fuit. v. Caſaub. ¶ 5. Quemadmodum *præter* pro *præterea* ponitur, ita *ſuper* pro *inſuper*, über dis. Plin. 2, 6 *Quod de gloria, de pecunia, ambitione, ſuperque de morte non cogitant.* Ita & Sanon. 989. ¶ 6. Vtebantur veteres etiam hac præpoſitione, etiam altera *ſupra*, in denotandis officiis, ut Græci τῷ ἐπί. Sic *ſuper jam mariti* Suetonio in Claudio c. 2 dicitur, qui jumentariis præpoſitus eſt. v. Caſaub. ad laudatum Suetonii locum.

¶ Süper, adverb. drüber; ut, *Satis ſuperque habere*, genug und überley, Cic. pro Qu. Roſc. c. 4; & Virg. Æn. 2, 642. Sic, *Sibi multum ſuperque vitæ fore*, Tac. An. 4, 39, 5. Cell. 6, 18 *Tum interdum & ſuper luna æque deligenda.* Et *Super*, pro *Inſuper*, ſive *Præterea* Virgilius poſuit Æn. 2, 71 *Cui neque apud Danaos usquam locus & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt:* Venant. Fortunatus lib. 7 carm. 12 *Nec ſuper exſtat Adon.* ¶ 2. Τὸ *Super* ſic vocat aliquando, ut rem tamen mirifice augeat. Statius Silv. 1 carm. 1, 88 *Æterna crepido Quæ ſuper ingeſti portaret culmina montis*; Suffigebat *ingeſti*. Claudianus in Gigantomachia v. 83 *Tunc ſuper infixam avidas largentia carnis Membra terit.* ¶ 3. *Super* pro *Supereſſe*. Virg. Æn. 3, 489 *O mihi ſola mei ſuper Iliyanactis imago.* Val. Flacc. 8, 585 *Nec ſpes ulla ſuper.* Idem 4, 344 *Nunc ille dies ſuper*, i. e. ſuperſit. Grat. cyn. 247 *Vix oneri ſuper illa ſuo.* Sic per anadiplosin Nepos, 8, 1 *Præter arma nihil erat ſuper.* Et Liv. 4, 58 *Quid jam integri eſſe in corpore loci ad nova vulnera accipienda; quid ſuper ſanguinis*, ſcil. eſſe, &c. Ita Gron. ¶ 4. *Super* pro *Superas* antique. Cato R. R. c. 149 *Ubi ſuper inferque vicinus permittet.* Lucret. 1, 649 *Quam natura dabet ſuper ignis*, i. e. ſuperus, cœleſtis. *Super quam*, Liv. 27, 20 *Marcellus adverſi vulnere eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat*, i. e. præterquam, noch über das, daß er. Idem 22, 3 fin. *Primoribus, ſuper quam quod diſſeverant a conſilio, territis prodigio.* Et per interpoſitionem (nam vere diviſæ & ſeparatæ voces ſunt) Horat. 1 ſat. 2, 65 *Pœnas dedit, ultro ſuperque quam ſatis eſt.* ¶ 5. *Super* etiam variis compoſitionibus inſervit; ut, *Superabundo, Superaddo, Supercreſco, Superimpono, Superinjicio*, & innumera alia, quæ ſingula in primitivis, quibuscum componitur *Super*, invenies.

¶ Sūpra, idem fere quod *Super*, über; ſed ſolum accuſativum regit; ut, *Supra humanam ſunt omnia æterna*, Cic. de Somn. Scip. c. 4. *Supra modum*, über alle maaß, Liv. 21, 7. Et, *Supra vires*, Horat. 1 epiſt. 18, 22. *Supra caput*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 2. Item, *Plus*, mehr als: Liv. 30, 35 *Cæſa eo die ſupra mille viginti*, etiam Germani über 20000. ¶ 2. Et adverbialiter: ut, *Quæ ſupra & ſubter ſunt*, Cic. de Orat. 3, 5 fin. was über und unter uns droben und unten. *Subter ſupraque*, Id. Nat. D. 2, 42 in Arateis. *De quo commemoravi ſupra*, Nep. 10, 6, 2. *Supra demonſtravimus*, Cæſ. B. G. 5, 19; & *Supra ſcripſi*, droben, vorher, id eſt, verbis ſuperioribus vel antecedentibus, Cic. fam. 6, 10, *Supra repetere*, Sall. Cat. 5, 9 eſt altius repetere, v. Cort. *Nihil ſupra*, ſcilicet addi poſſit: Ter. Eun. 3, 1, 37 *Quid eſt? Facete, lepide, laute, nihil ſupra.* Cic. Att. 13, 19 *Abſolvi ita accurate, ut nihil poſſit ſupra*, daß nichts drüber. conf. Nepos 25, 4, 1. Ita Quint. 10, 1 p. 914 *Livium* dicit *in concionibus ſupra quam enarrari poteſt eloquentem. Supra eſt*, hoc eſt, ſtatura cæteros omnes vincit: Virg. de *Turno præſtanti corpore* Æn. 7, 784 *Toto vertice ſupra eſt.* ¶ 3. Compoſita *Supradictus, Supraſcriptus, Supraſcriptus* quæ & disjunctim leguntur, vide in *Dico, Pono, Scribo*.

¶ Supera pro *Supra* adverb. antique dicitur. Cic. in Arato v. 79 *Iam ſupera cernes &c.* Lucret. 1, 429 *Iam ſupera oſtendimus.* Plura utriusque loca collegit Laurenbergius in Antiquario p. 448. Adde Manil. 1, 638; & Priſcian. lib. 14 p. 980.

¶ Sūpernus, *a, um*, was oben iſt; ut, *Superna regio, Pars ſuperna*, das obere land, theil, Plin. 11, 37, & 7, 16. *Numen ſupernum*, Ovid. Met. 15, 128. conf. Horat. epod. 1, 29.

¶ Superne, adverb. deſuper, von oben her. v. Plin. 7, 16. Virg. Æn. 6, 658 *Vnde ſuperne Plurimus Eridani per ſilvam volvitur amnis.* Magis tamen *Superne* eſt in ſupero loco, quam e ſupero loco, oben, droben. Horat. Art. poet. v. 4 *Vt turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne.*

¶ Supernas, *ātis*, cui *infernas* opponitur, das von oben her kömmt. Plin. 16, 39 *Romæ infernas abies ſupernati præfertur*, hoc eſt, a ſupero vel infero mari apportata. Auguſtus in epiſt. ad Mæcenatem ap. Macrob. 2, 4 *Adamas ſupernas.* Adde Vitruv. 2, 10. Idem 1, 6 certum etiam ventum vocat *ſupernatem*: *Circa aquilonem*, inquit, *ſupernas & boreas.*

¶ Supernĭtas, *ātis*, f. die obere höhe. Tertull. adv. Valentinianos c. 7 *Supernitates ſupernitatum* dixit.

¶ Sūpĕro, *avi, atum, are*, ſuperiorem eſſe adſcendendo, überſteigen; ut, *Superare montem.* Virg. eclog. 8, 6 *Sed magni ſuperas jam ſaxa Timavi.* Et Æn. 2, 303 *Adſcenſu ſupero ſummi faſtigia tecti.* Sic Varro R. R. 1, 53 *In ea re ſumptus fructum ſuperat*, i. e. excedit, die koſten ſind gröſſer als der nutzen. ¶ 2. Vincere, zuvor thun, übertreffen, überwinden. Virg. ecl. 5, 9 *Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo.* Cic. in Verr. 5, 44 *Si cum aliorum improbitate certet, longe omnes multumque ſuperabit.* Sic, *Superare aliquem gravitate, conſtantiâ*, Idem fam. 1, 9, 47 *Superare iniquas fortunæ*, Idem de Fin. 4, 7. Et Val. Max. 4, 1, 2 *Multo ſe ipſum, quam hoſtem, ſuperare operoſius eſt.* ¶ 3. *Superare*, idem nonnunquam quod ſupereſſe, ſeu ſuperſtitem eſſe ſignificat, übrig ſeyn. Virg. Georg. 1, 189 *Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur.* Idem 2 Æn. 597 *Superet conjunxe Creuſa, Aſcaniusque puer?* Et v. 633 *Captæ ſuperavimus urbis* i. e. ſuperſtites fuimus. Idem Æn. 3, 339 *Quid puer Aſcanius? ſuperatne, & veſcitur aura?* lebt er noch? Liv. 5, 21 *Superante multitudine, ab omnibus locis urbem aggreditur.* Salluſt. Iug. 64 *Virtus, gloria atque alia optanda bonis ſuperabant*, ubi v. Cort.

¶ Sūpĕrans, *tis*. Virg. Æn. 5, 473 *Victor ſuperans animis.* Liv. 29, 7 *Multa die ſuperante acceſſit*, am tage, bey guter zeit. Idem 22, 49 *Pepulerunt tamen jam paucos ſuperantes*, i. e. qui ſupererant. Vitruv. 2, 9 *Superans & vitioſus liquor.* Lucret. 4, 665 *Cui febris bili ſuperante coorta eſt*, wegen überflüſſiger galle. Horat. 4 od. 11, 1 *Vinum nonum ſuperans annum*, neunjähriger wein. Compar. Idem Lucret. 5, 395 *Superantior ignis*, i. e. ſuperior. Superl. Solin. c. 2 (al. 8) de Italia, *Mons Veſulus ſuperantiſſimus inter juga Alpium.*

¶ Superātus, *a, um*, überwunden, übertroffen. Ovid. Met. 12, 364 *Bello ſuperatus Amyntor.* Ibidem 8, 14 *Pœnis ſuperata jacet.* Nep. Fragm. 2, 2 *Sententia numero plurium, quibus id non videretur, ſuperata.* Lucret. 2, 502 *Seecla novo ſuperata calore.*

¶ Superātio, *ōnis*, f. ſuperandi actus. Vitruv. præfat. lib. 3 *Contrariorum ſuperatio.*

¶ Superātor, *ōris*. m. victor. Ovid Trift. 1, 641 *Populi ſuperator Hetruſci.* Et Firmic. 5, 6 *Adverſantium ſibi ſuperatores.*

¶ Superātrix, *īcis*, f. Inſcript. apud Fabrettum p. 383 AVRELIAE CLEOPATRAE OMNIVM RETRO TEMPORIS CASTARVM SEV DISCIPLINARVM SVPERATRICI.

¶ Superāmentum, *i*, n. reliquum, reliquiæ, ſuperfluum, das übrig iſt. L. 55 Dig. § 4 de Legat. lib. 3 *Sarmenta & ſuperamenta materiarum.*

¶ Sūpĕrābilis, *e*, quod ſuperari poteſt, überwindlich. Liv. 25, 23 *Murus mediocribus ſcalis ſuperabilis*, zu überſteigen. Sen. Qu. Nat. præf. lib. 3 *Opus neſcio an ſuperabile tractemus.* Tac. An. 2, 25, 6 *Invicti & nullis caſibus ſuperabiles Romani.* Ovid. Triſt. 5, 8, 27 *Non eſt per vim ſuperabilis ulli.*

¶ Supĕreſco, *ĕre*, antique pro *ſupereſſe*, übrig ſeyn. Ennius apud Feſtum: *Vnus homo Romæ ſupereſcit*

¶ Supĕrus,

¶ Sŭpĕrus, *a, um*, obengelegen; ut, *Mare superum*, das obere meer, hoc eſt, Adriaticum, contrarium *infero*, hoc eſt, Tyrrheno. Plaut. Merc. 5, 1, 1 *Limen superum inferumque salve!* Virg. Æn. 6, 128 *Sed revocare gradum superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt.* conf. Æn. 6, 680. Et Iuvenal. 13, 75 *Tam facile & pronum eſt, superos contemnere teſtes. Si mortalis idem nemo ſciat.* ¶ 2. *Superi*, ſubſt. cœleſtes, die götter; ut, *Vis superum*, Virg. Æn. 1, 8. *Precari superos*, Idem 5, 529. Et Lucanus 9, 579 *Superos quid quærimus ultra?* De viventibus uſurpavit Vellej. 2, 18 *Quam apud ſuperos habuerat, magnitudinem, illibatam detulit ad inferos.* ¶ 3. Et *Supera*, ſubſt. pro *cœlo* & cœleſtibus. Cic. Acad. 4, 41 *Cogitare ſupera atque cœleſtia.* conf. Idem Acad. 4, 41. Virg. Æn. 6, 787 *Omnes cœlicolas, omnes ſupera alta tenentes.* Et Senec. Herc. Fur. v. 423 *Infernæ tetigit, poſſet ut ſupera adſequi.*

¶ Sŭpĕrior, *us*, comparativus a *Superus*, höher; ut, *Domus ſuperior*, id eſt editior, Cic. Att. 12, 10. Nepoti 10, 4, 5 eſt *Superior pars ædium*, das obere geſchoß. *Dicere aliquid de loco ſuperiori*, Cic. Verr. 2, 42. *Quanto ſumus ſuperiores, tanto nos geramus ſummiſſius*, Idem Off. 1, 26, je höher wir ſind, ꝛc. *Ætas ſuperior*, Idem de Senect. c. 18, id eſt, ante acta, die vorige zeit. *Superioribus temporibus nullas ad te literas miſi*, Id. fam. 5, 17, für dieſer zeit. *Loco, fortunâ, famâ, ſuperior*, geehrter, reicher, berühmter, Idem de Amic. c. 25. Sic, *Habere neminem honoris gradu ſuperiorem*, Idem fam. 2, 18. *Athenienſes multo ſuperiores bello eſſe cœperunt*, Nepos 7, 4, 7. *Populus ſuperior factus*, i. e. validior, mächtiger, Id. 19, 3, 2. *Dionyſius ille ſuperior*, id eſt, prior, ſenior, der ältere, erſtere, Id. 10, 1, 1. *Superioris more crudelitatis*, nach voriger tyranney, Id. 8, 3, 1.

¶ Superius, adverb. idem ac ſupra, oben, vorher. Pallad. 1 t. 34 *Piſcina ſuperius conſtruenda eſt.* Id. Oct. t. 13 *Mellis & ceræ ſuperius eſt demonſtratum conſectio.* Lactant. 1, 13 *Neque ſuperius in cœlo egiſſe vitam, neque inferius.* Idem 4, 29 *In exemplo, quod ſuperius poſuimus.* Sen. Quæſt. nat. 5, 8 *Alia ſuperius rapiuntur, alia diffunduntur.* conf. Phædr. 4, 24, 3; Macrob. Somn. Scip. 1, 6; & Rhodii Lex. Scrib. p. 448.

¶ Suprēmus, *a, um*, ſuperlativus ex *Superus*, der oberſte, höchſte, letzte, äuſſerſte. *Supremum*, inquit Paulus ex Feſto, *modo ſignificat ſummum, modo extremum, modo maximum.* conf. Non. 4, 412. *Manum ſupremam imponere bellis*, den krieg endigen, Ovid. Rem. am. v. 114. *Adeſſe ſupremam horam*, Curt. 3, 12, 8. *Supremus vitæ dies*, der todestag, Cic. Tuſc. 1, 29. Ibid. c. ult. *Si ſupremus ille dies non exſtinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius?* Et, *Supremo ſupplicio ſancire*, Idem de Leg. 2, 9, mit der höchſten ſtraffe belegen. *Supremi honores*, Ovid. ad Liviam v. 249, der letzte ehren-dienſt. *Supremo erga quem officio fungi*, Tac. Hiſt. 3, 25, 5, hoc eſt, ſepelire. ¶ 2. Abſolute, *Ordinare ſuprema ſua*, L. 36 § 2 Dig. de milit. teſtam. ſein teſtament machen. Tac. Hiſt. 4, 45, 2 *Planctum, & lamenta, & ſupremorum imaginem præſenti ſibi circumdata*: SVPREMA, id eſt, mors, & quæ fieri mortuis ſolent. Id. 4, 59, 1 *Digreſſum Vocalem & de ſupremis agitantem &c.* (Alibi idem *Extrema* dixit, ut luo loco notavimus). Ammian. 30, 31 *Conclamata imperatoris ſuprema.* conf. Borrich. Cogit. p. 288; & Freinsh. Ind. ad Tac. it. Burm. ad Quint. Decl. 8, 8 p. 173. Sic, *Suprema alicui ſolvere*, die letzte ehre erweiſen, Tac. An. 1, 61, 1.

¶ Supreme, adverb. Ita veteres dixiſſe, docet Priſcianus lib. 15 p. 1016.

¶ Suprēmo, adv. zuletzt. Plin. 11, 53 de hominis anima: *Exitura ſupremo, & ſola ex omnibus ſuperfutura.*

¶ Supremum, adverbialiter, aut ſubintellecto *Ad*, zum letzten mahl. Plin. 11, 37 ſ. 55 *Vt neque ab homine ſupremum eos* (oculos) *ſpectari fas ſit.*

¶ Suprēmitas, *ātis*, f. Ammian. 31, 39 *Nec Valenti ſepulturam, qui ſupremitatis honor eſt, contigiſſe*; ubi *ſupremitatis honor* eſt ſupremus i. ultimus. Sed Claud. Mamert. 2, 13 *Præeminentias & ſupremitates adire.* v. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 305.

¶ Summus, *a, um*, alius ſuperlativus a *Superus*, quo nihil eſt ſuperius, der fürnehmſte, höchſte, oberſte; ut, *Summus imperator*, Plaut. Amph. 1, 3, 6. *Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optimâ*, i. e. extremam, Cic. apud Nonium 4, 440; ubi ipſe addit: *Summum ſignificat, quod omnibus ſit altius.* Sic, *Beneficium ſummum*, Ter. Phorm. 2, 2, 22. *Summum bonum*, Cic. de Orat. 1, 51. *Amicus ſummus meus*, Ibidem 1, 1, 1; qui & *ſummum* abſolute, pro amico ſummo dixit Adelph. 3, 2, 54; & Eun. 2, 3, 39. Et, *Summo loco natus*, hohen geſchlechts, Cic. fam. 2, 18. *Ingenia ſumma*, Id. Acad. 4, 17, die gelehrteſten leute. *Omnia ſumma in eo ſunt*, id eſt, undecunque maximus eſt & excellens, Idem pro L. Manil. c. 17. *Sefe de attributione omnia ſumma feciſſe*, id eſt, ad ſummum omnia, quæ potuerit Id. Att. 15, 13 p. 648. *Vir ſummus*, Cicero paſſim. *Ius ſummum*, vide *Ius*. Ita, *Contra amici ſummam exiſtimationem venire*, ſeinen ehren zu nahe treten, Cic. Att. 1, 1; *Summam* vocat, a qua omnis ejus dignitas pendet, & in diſcrimen venit; ſicut *ſumma reſpubl.* eſt, in qua vertitur totius civitatis ſalus, ut pluribus docet Gronov. ad Liv. 26, 10. Idem 33, 45 *Ea res, quæ maturata dilatave non tam magni momenti ad ſummam rem populi Romani eſſet.* Et abſolute, *Summa conſecutus*, der es ſehr hoch gebracht, Vellej. 2, 61, 1. *Quod ſummo ſtudio petitum eſt, adſcendit in ſummum*, Idem 1, 17, 6. ¶ 2. *Summum* & *ad ſummum*, aufs oder zum höchſten. Cic. Att. 13, 21 *Exſpectabam hodie, aut ſummum cras ab eo tabellarios.* v. Victor. ad fam. 2, 1 pr. Iac. Gron. orat. pro Mil. 9. I. Fr. Gronov. ad Liv. 21, 35, & Burm. ad Quint. 5, 14 p. 480. Cic. pro Quint. c. 25 *Biduo, ad ſummum triduo.* conf. pro Mil. c. 5. Idem fam. 14, 3 *Ex primis, aut ad ſummum ſecundis literis.* ¶ 3. C. Nepos 23, 9, 3 *Summæ amphoræ*, id eſt, ora amphorarum, ſeu ſummæ amphorarum partes, dictum, ut *extremus liber*, pro extrema libri pars; *ultimæ ædes* apud Terentium, pro, ultimæ ædium partes. ¶ 4. *Summum bellum*, quod dixit Cæſar de B. Gall. 8, 6, eſt, in quo periclitatur ſumma rerum. *Summam tempus* apud Cicer. pro L. Flacco c. 3 eſt, in quo agitur ſalus totius reipublicæ. *Summa conſilia* apud Plaut. Truc. 4, 3, 4, a quibus pender tota res. ¶ 5. *Summus* etiam eſt ſuprenus i. ultimus. Quintilianus 6, 4 ext. *Potentiſſima argumenta prima & ſumma ponantur. Illa enim ad credendum præparant judicem, hæc ad judicandum.*

¶ Summa, *æ*, f. ſubſt. proprium in rationibus nummariis nomen, collectionem ſingulorum datorum ſive ærarum ſignificans, die ſumma in der rechnung. Vnde *Summa ſummarum*, die hauptſumma, cum omnes ſummæ computantur, & in unum numerum rediguntur, de quo infra n. 5. Cum in Domitiani vita c. 11 *actorem ſummarum* dixit Suetonius, per *ſummes* rationes intelligit. *Actor* enim *ſummarum* is dicitur, qui omnium rationibus diſpungendis præeſt, ut Torrentius explicat, der buchhalter. *Summam ſubducere*, Cic. Att. 5, 21; *Summam colligere*, das facit machen; *Ad unum ſummam referre*, zuſammen rechnen. *De ſumma detrahere*, abziehen. *Remittere de ſumma*, erlaſſen, apud Cic. Plin. &c. v. Cic. Verr. 2, 35 &c. *De ſumma nihil decedit*, Ter. Adelph. 5, 3, 30, es ſoll nichts abgehen. ¶ 2. Hinc *Summæ* etiam dicuntur collectiones ſententiarum & argumentorum breviores, cum declarata quæ ſuſius fuerint, vel poſſint exponi, ad capita quædam vel *ſumma rerum faſtigia*, ut Virgilius vocat, revocantur, der inhalt, auszug, hauptpunct. Nepos 16, 1, 1 *Si tantummodo ſummas attigero.* Inde *Summarium*, id eſt, breviarium ſive epitome. Cic. de L. L. 2, 7 ext. *Leges a me edentur non perfectæ, ſed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ.* Et, *Summam alicujus rei dicere*, Cic. de Invent. 1, 20, kürtzlich erzehlen, worauf eine ſache beſtehe. ¶ 3. *Ad ſummam*, Cic. Off. 1, 41; & *in ſumma*, Idem ad Qu. Frat. 2, 16, id eſt, denique, ut quaſi recollectio & brevis quædam recapitulatio ſiat, endlich, kürtzlich, überhaupt von der ſache zu reden, mit einem wort. Horat. 1 epiſt. 1, 106 *Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Iove, dives &c.* Sen. epiſt. 20 *Ad ſummam ſapiens eris, ſi clauſeris aures; quibus cerem parum eſt obdere, firmiore ſpiſſamento opus eſt, quam uſum in ſociis Vlyſſem ferunt.* Apul. in Floridis pag. 356 *Ad ſummam pollicitus eſt, ſe mihi de ſuo ſtatuam poſiturum.* Lucret. 3, 83 *Hunc vinclula amicitiai Rumpere, & in ſumma pietatem evertere fundo.* Plin. 1 epiſt. 22 *In ſumma, non facile quis quemquam ex iſtis, qui ſtudium ſapientiæ habitu corporis præ ſe ferunt, huic viro comparaverit.* Et 3 epiſt. 4 *In ſumma computabam, ſi munere hoc jam tertio fungerer &c.* Quintil. 5, 10 *Habent omnia initium, incrementum, ſummam.* Sic, *Puer in ſummam proficit*, id eſt, eam abſolutionem ſeu finem, quem apud animum ſibi propoſuit, er avanciret in der hauptſache, Idem 1, 1. *Naviget, hæc ſumma eſt*, das iſt das ende vom lied, Virg. Æn. 4, 237. ¶ 4. *Summa reipubl.* eſt, in quo momentum maximum atque ſalus ipſa & conſervatio reipublicæ poſita eſt: hoc eſt, ipſe ſtatus, & firmamentum, & poteſtas, das hauptweſen, das fürnehmſte, die gewalt. *Rem ſummam* vocat Virgil. Æn. 2, 322. *Summam rerum adminiſtrare*, eſt apud Cic. pro S. Roſcio c. 32. Et ibid. c. 51 *Summa reipubl. in hujus periculo tentatur.* Idem aliis etiam locis ita locutus eſt; quorum nonnulla Zinzerling. notavit Promulſidis Critic. Iuvenil. c. 48. vid. etiam Ind. Boſii in C. Nepot. & Pareus Lex. Crit. p. 1012: & Gronov. ad Cic. Phil. 3, 15. Similiter *Summa belli, pacis*, dicitur, id eſt, in quo conſiſtit pax bellumque maxime. v. Virg. Æn. 10, 70. Sic Tacit. An. 13, 38, 1. *Nihil in ſumma pacis proficiebatur.* Idem Hiſt. 2, 16, 2 *Tantâ mole belli nihil in ſumma profuturæ, ipſi exitioſa.* Sed utrobique legendum *in ſummam*: ita enim Livius Fabiusque locuti ſunt, quorum verba Freinshemius ad poſteriorem locum Taciti adducit. Cæſar, *ad ſummam*, dixit. Nam de Bell. Civ. 3, 51 de legati & imperatoris diſcrimine agens: *Alter*, inquit, *omnia agere ad præſcriptum, alter libere ad ſummam rerum conſulere debet*: id eſt, quod facit ad rerum ſummam. Vellej. 2, 68, 1 *De rerum ſumma dimicare*, i. e. de imperio. Tac. An. 2, 45, 6 *Satis probatum, penes utros ſumma belli fuerit*, i. e. ſummum belli imperium, ſive ſumma belli gerendi. Nepos 16, 5, 3 *Cujus belli cum ei ſumma eſſet data.* Liv. 29, 4 *Summæ belli moles adhuc in Sicilia eſt.* Sane & *ſummum imperii* pro ſummo imperio dicitur: Idem Nep. 14, 3, 5 *Illi ſumma imperii tradita eſt* Idem 18, 3, 4 *Semper habiſi fortiſſimi ſunt, qui ſummam imperii potirentur.* Sic, *Summæ imperii præeſſe*, Idem 2, 4, 2; & *Summas imperii tenere*, ſubaudi *partes*, 1, 3, 5 dixit. Plaut. Truc. 4, 2, 15 *Solus ſummam habet hic apud nos*, id eſt, *potiſſimus eſt noſtræ domi*, ut alibi loquitur: plurima poteſt, & velut rerum ſummam tenet, er iſt hahn im korbe. vid. not. Burm. ad illud Quintil. præem. p. 6 *Summam eloquentiæ manum imponere.* Ovid. Amor. 1, 9, 37 *Summa ducum Atrides*, id eſt, præcipuus & caput ducum, qui inſtar omnium erat, ad quem rerum ſumma pertinebat. Petron. c. 3 *Quis poſtea ad ſummam Thucydidis proceſſit.* v. Erh. ¶ 5. *Summa ſummarum*, die gantze ſumma, es kommt alles darauf an. Plaut. Truc. 1, 1, 4 *Quem penes amantum ſumma ſummarum redit.* v. ibi Taubm. Sen. epiſt. 40 in fine: *Summa ergo ſummarum erit: tardiloquum te eſſe jubeo.* Plin. 7, 26 *Summa ſummarum in illa gloria fuit* (loquitur de Breviario Pompeji victorias complexo) *Aſiam ultimam provinciarum accepiſſe, eandemque me patriæ reddidiſſe.*

¶ Summula, *æ*, f. dimin. Apul. Met. 10 p. 248 *Summulas diurnas corradere.* Et lib. 11 p. 271 *Veſte mea, quamvis parvulâ, diſtracta, ſufficientem corveſ ſummulam*, ich habe das kleid verkaufft und geld gemacht. Sen. epiſt. 77 *Minutas ſummulas diſtribuit flentibus ſervis.*

¶ Summum, *i*, n. ſubſtantive interdum ponitur. Quintil. 8, 4 *Fit & aliter ſupra ſummum adjectio, &c.* Plura & de adverbiali uſu vide in *Summus* n. 2.

¶ Summo, adverbialiter, pro in fine, zuletzt, am ende. Quintil. 7, 2 *Quia & initio movendas ſit judex, & ſummo impellendus.*

¶ Summe, adverb. zum höchſten, ut, *Hoc me ſolicitare ſumme ſolet*, Cic. de Orat. 2, 72 extr. *Summe in aliquem officioſus*, Id. Verr. 1, 24. *Petere ab aliquo & ſumme contendere*, Id. pro Quintio c. 24. Lucret. 4, 1134 *In amore ſumme ſecundo*, i. e. valde ſecundo. Plin. 10 epiſt. 11 *Mei ſummè obſervantiſſimus.* Apul. Met. 3 p. 136 *Adoleſcens ſumme decorus.* Ibidem 1 p. 113 *Quod eſt mihi ſumme præcipuum.*

¶ Summālis, *e*, zur ſumme gehörig. Tertull. adverſ. Hermogen. c. 31 *Id ſolum nominetur, qua ſummale.*

¶ Summārium, *i*, n. epitome continens ſumma & præcipua rerum capita.

capita, ein kurtzer auszug oder begriff, Sen. epist. 39 pr. vid. supra *Breviarium*; itemque Salmas. Prolegomenis in Solinum p. 25.

¶ Summarius, *i*, m. qui summas tenet, der oberste über alles, der principal. Cic. Att. 10, 1 de Cæsare: *Nisi forte iste summarius ei potest persuadere.* Sed variant hic interpretes. Pro eo *Summanus* in contextum recipere maluit Gronovius.

¶ Summas, *ātis*, c. i. e. princeps, hohen standes. Apul. 11 Met. p. 267 *Præcepta summatis Deæ.* Sidon. 9 epist. 6 *Puella moribus natalibusque summas.* Plural. *Summates*, qui & optimates & primates, die vornehmsten. Plaut. Cist. 1, 1, 27 *Summo genere natæ, summates matronæ.* Sidon. 3, 11; & Ammian. 26, 9 *Viri summates.* Id. 14, 6 *Summas vir.* conf. Plaut. Pseud. 1, 2, 90; & Stich. 3, 2, 34 & 36; & Auson. 1 epist. 31 in Parei Lex. Crit. p. 1203. Item absolute *Summates* Ammian. 23, 6; & 27, 6.

¶ Summātus, *us*, m. subst. principatus, der hohe stand, die oberstelle. Lucret. 5, 1141 *Imperium sibi cum ac summatum quisque petebat.*

¶ Summātim, adverb. überhaupt, kürtzlich, in einer summe; ut, *Breviter summatimque percurrere*, Varro præfat. lib. 2 de R. R. *Exponere genera summatim*, Cic. de Orat. 2, 61. Id. fam. 10, 28 *A me pauca cognoscet & summatim.* Suet. Aug. c. 85 *Poëticam summatim attigit:* SVMMATIM, i. e. carptim, vide Casaub. conf. Lucret. 3, 262; Quintil. 10, 1; Suet. Cæs. c. 44; Solin. c. 23; Ammian. 20, 5.

¶ Summĭtas, *ātis*, f. die hohe, hoheit. Quod vocabulum minus probatur quibusdam: malunt *Fastigium.* Usi tamen eo sunt non erubescendi auctores; Palladius 1 tit. 6 *Summitas vitis:* adde ibidem c. 11. Et Censorinus c. 13 *Ad terræ summitatem.* Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *Duæ summitates.* vide plura in Curis Posterioribus Cellarii p. 155. Et Ammian. 14, 6 *Ad perfectam non venerat summitatem.* Plur. *Summitates* virtutes sunt *in meditullio vitiorum sitæ*, apud Apul. Doctr. Plat. p. 15.

¶ Summŏpere, adverb. gar sehr, zum höchsten, fleißigst; ut, *Summopere vitare aliquid*, Cic. de Invent. 1, 18.

¶ Summotĕnus, aliud adverb. bis zuoberst, bis oben an. Apul. de Herb. c. 75 *Floribus celeriter scissis ac florescentibus summotenus.* Sidon. 4 epist. 9 *Si vel summotenus vita cæteris talis publicaretur.*

Composita cum præposit.

¶ Consummo, *āvi, ātum, āre*, proprie est, summas colligere, & ex pluribus numeris coacervatis unum efficere, zusammen rechnen, summiren. Colum. de R. R. 5, 1 *In singulis ordinibus, qui ducenos quadragenos pedes obtinent, sexcenti malleoli pangendi sunt: is numerus consummat per totum jugerum seminum militia quatuor & viginti.* Sulp. Severus Dial. 1 de Virt. Monach. Orient. c. 13 extr. *Sed me dies ante deficiet, quam diversa miracula, quæ mihi de virtutibus sanctorum sunt comperta, consummem:* id est, in unam quasi summam collecta exponam. ¶ 2. Iam quia res ex partibus constant: quæ cum conjunctæ in unum corpus, sicuti numeri in unam summam collecti, rem ipsam absolvunt atque perficiunt; ita & *consummare* absolvere, sive perficere significat, vollenden, vollbringen, vollkommen machen. L. 1 § 1 ff. de Offic. Procos. *Si qua cœpta sunt, ut consummentur, curare debet.* Sic, *Rem consummare*, Liv. 29, 23. *Consummare opera*, Plin. 10 epist. 48. *Consummare sacrum*, id est, peragere, Sen. Herc. fur. v. 1039. Suet. Calig. c. 44 *Consummare milites* dixit, qui numerum stipendiorum impleverunt. *Consummare vitam*, i. e. ad perfectam rationem perducere, Sen. epist. 32. Idem verissime epist. 88 *Vna re consummatur animus, scientia bonorum ac malorum immutabili, quæ soli philosophiæ competit.* Id. epist. 12 de morte, *Consummare atque explere vitam*, das leben endigen. Dicitur sic etiam simpliciter Inscript. apud Fabrett. p. 148 Q VI VIXIT BENE ET CONSVMMAVIT BENE. vid. quoque de hoc vocabulo Ferrar. ad Cic. Phil. 11, 7.

¶ Consummātus, *a, um*, in summam collectus, summirt. Colum. 5, 2 *Hujus summæ tertiam partem statuo C C C. ejusdem partem decumam XC. fiunt CCCXC. Hos sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt, quæ consummata efficiunt duo millia trecentena & quadraginta.* ¶ 2. Perfectus, absolutus, vollendet, vollkommen, vollständig; ut, *Consummata ars*, Plin. 4, 14. *Bella gesta & consummata*, Cic. Phil. 11, 7. Epit. Liv. lib. 49. *Etiam consummatis professoribus difficile*, Quintil. 1, 9. *Consummatus & juri foro clarus*, Id. 10, 5 *Vir consummatæ sapientiæ*, Sen. epist. 72, ein vollkommen weiser mann. *Iuvenis consummatissimus*, Plin. 2 epist. 7.

¶ Consummatio, *ōnis*, f. in unam summam collectio, die summirung. Colum. 2, 13 *Hac consummatione operum colligitur, posse agrum ducentorum jugerum subigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis & sex mediastinis.* Pompon. ICtus L. si plura D. de Ædil. edicto: *Quod si singulorum mancipiorum constituto pretio, universa tanti venierunt, quantum ex consummatione singulorum fiebat &c.* ¶ 2. *Consummationem*, cum multa argumenta probationem consummant, inter schemata refert Quintil. 9, 2 p. 797. ¶ 3. Item, perfectio, absolutio, die vollendung, vollbringung. Sen. de Brevit. Vitæ c. 1 *Vita in maximarum rerum consummationem large data.* Plin. 4, 23 *Peracto ambitu Europæ reddenda consummatio est, ne quid non in expedito sit noscere volentibus* Id. 8, 7 ext. *In consummatione gladiatorum*, i. e. cum consummarentur gladiatores, da sie sich losgefochten.

¶ Consummātor, *ōris*, m. qui consummat. Cyprianus de Lapsis c. 5 *Dominus in verbis doctor, consummator in factis.* Et Tertull. adv. Marc 4, 22 *Consummator novi testamenti*

¶ Consummābilis, *e*, das vollen stände kommen kan. Sen. epist. 92 *Ratio in Diis consummata est, in nobis consummabilis.* Prudent. Psychom. v. 846 *Seu consummabilis ævi Perficiat lux plena viros.*

¶ Inconsummātus, *a, um*, unvollkommen. Ammianus 31, 42 *Ut erat inconsummatus & rudis.* Id. 21, 18 *Inconsummatus & subagrestis.* Et Augustin. Confess. 10, 30 *Lugens in eo, quod inconsummatus sum.*

¶ Inconsummatio, *onis*, f. die unvollständigkeit. Tertull. adv. Valentin. c. 10 *Inconsummatio generationis.*

¶ Dēsuper, adverb. von oben herab. Virg. 4 Æn. v. 122 *Nigrantem grandine nimbum Desuper infundam.* Sil. 1, 349 *Imponitque globos pugnantum desuper urbi.* Stat. Theb. 1, 660 *Pallidus Inachis, qui desuper imminet Argis.* Flor. 3, 3, 16 *Altæ desuper quasi e turribus pugnabant*, conf. Liv. 24, 34, ubi alii *Super.*

¶ Desuperne, adv. idem. Vitruv. 10, 22 *Temperavit abena aquæ ferventis & picis desuperne contra capita hostium.*

¶ Exsuperus, *a, um*, erhaben; unde, *Exsupera patricalis*, herba, sideritis, gliedkraut, Apul. de Herb. c. 72. Et, *Exsupera matricalis*, i. e. periscereon, eisenkraut, Idem c. 65.

¶ Exsŭpero, *āvi, ātum, āre*, idem quod simplex, übertreffen; ut, *Exsuperare alicujus vires*, Ovid. Trist. 1, 4, 56; *Laudes*, Liv. 28, 43. *Aliquem superbia*, 3, 11. Et Cic. post reditum in Senatu c. 10 *Dum anima exsuperabo mea*, hoc est, dum vivam, so lange ich mein haupt empor tragen werde.

¶ Exsuperans, vel Exuperans, *tis*, übertreffend; *it* vortrefflich, hoch erhaben. Gell. 6, 8 *Darii uxorem esse audiebat exsuperanti forma.* Ovid. Trist. 1, 4, 56 *Materia vires exsuperante.* Compar. Gell. 14, 3 *De iis apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur.* Superl. Apul. de Mundo p. 71 edit. Elmenh. *Deus est viribus exsuperantissimus.* Idem 1 Dogm. Plat. p. 8 *Providentia est summi exsuperantissimique Deorum.* Spon. Misc. Erud. Antiq. p. 71 I. O. M. SVMMO EXSVPERANTISSIMO.

SYLLA, vel Sulla, *æ*, m. Σύλλας, nobilis Romanus, eruditus & facundus fuit, gloriæ cupidus. Civili bello dictator rempublicem Romanam afflixit. Privatus ad poſtremum dictatura depoſita Puteolis perit phthiriaſi, id eſt, morbo pediculari, de quo Keuchen. ad Samo. 65. ¶ 2. Soſip. Chariſius lib. 1 p. 85 SIBYLLAM *Epicadius de cognominibus ait appellatum, qui ex Sibyllinis libris primo ſacrum fecit. Deinde* SYLLAM: *qui quod flavo & comto capillo fuerit, conſimiles* SYLLAE *ſunt appellati: Inde Effœminati hodieque* SYLLI *dicuntur, quos vulgus imprudenter* PSYLLOS *appellat.* conf. Macrob. Sat. 1, 17. Rectiusne *Sylla* an *Sulla* ſcribatur, diſquirit Bernegg. ad Sueton. Cæſ. diſp 1 coroll 1. Quin diminutum eſt a *Sura*, ut a *rarus, ralla*, vid. Græv. ad Cic. fam. 8, 4. Berſm. ad Philipp. 1 p. 56 & ad 2 p. 349 conſentiente, ut narrat, Camerario a *ſuilla* derivat, parum, credo, feliciter.

¶ Syllānus, vel Sullanus, *a, um*, adject. Cic. de Leg. Agrar. 3, 2 *Qui nos Syllanos in invidiam rapit* Et, *Syllanæ partes*, Nepos 25, 2, 2, quarum dux & princeps Sylla. *Sullanum exemplum*, Vellej. 2, 66, 1.

¶ Syllāturio, *ire*, Cicero dixit ad Att. 9, 10 *Syllaturit animus Pompeji*; i. e. Syllam imitatur. conf. Quintil. 8, 3 & 6 p. 690, 740.

SYLLĂBA, *æ*, f. συλλαβή, literarum comprehenſio, a συλλαμβάνειν, & cujuslibet vocalis enunciatio, eine ſylbe. Cic. Parad. 3 fin. *Si verſus pronunciatus eſt ſyllaba una brevior aut longior.* conf. de Orat 1, 56. Sen epiſt. 48 *Verba diſtorques & ſyllabas digeris.* Et mox: *Mus eſt ſyllaba.* Adde Sidon. 9 epiſt. 7; Apul. de Mundo p. 248; & Plin. præfat.

¶ Syllăbātim, adv. von ſylben zu ſylben; ut, *Dicere ſyllabatim*, per ſingulas ſyllabas, Cic. Acad. 4, 38. Et, *Dictare ſyllabatim*, ad Att. 13, 25 corr. conf Sidon. 9 epiſt. 14. Zeno cuidam, brevia eſſe dicta plurimorum afferenti, *vera*, inquit, *loqueris: Oportebat nempe, ſi ita eſſet, breves eſſe etiam ipſorum ſyllabas*, ὥστε μέν τοι ὑγιὲς τὰς συλλαβὰς αὐτῶν βραχεῖς εἶναι, εἰ ἐνῆκον. Laert. in Zenone.

¶ Syllăbicus, *a, um*, ſyllaba conſtans; ut, *Syllabica adjectio*, apud Grammaticos.

¶ Syllăbus, *i*, m. σύλλαβος, index, der anzeiger oder titel eines buchs. Cic Att 4, 4 *Glutinatoribus imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci, ut opinor, συλλάβους appellatis.* Alii malunt

malunt συλλέξας, quod Grævio unice probatur. Scaliger rurſus aliter, σιττυβας, ſed ſine multorum applauſu. v. Græviana annotamenta.

¶ Syllăbārius, *i*, m. in diſcentium claſſibus Hieronymo eſt, qui jam ſyllabas connectere inſueſcit, der da buchſtabiret. v. Cæl. Rhod. 14, 28.

¶ Syllabīzo, *are*, buchſtabiren. Saresb. Polior. c. 5, 16 *Qui ſyllabizare non novit.*

¶ Biſyllăbus, *a*, *um*, duas habens ſyllabas, zweyſylbig. Varro L. L. 8, 52 *A macer fit biſyllabum macri.*

¶ Diſſyllăbus, vel Diſyllăbus, *a*, *um*, idem; ut, *Vox diſſyllaba*, Quintil. 1, 5. conf. Mart. Capell. 3 p. 61; & 5 p. 169.

¶ Hendecaſyllăbus, *a*, *um*, ἑνδεκασύλλαβος, eilfſylbig; ut, *Verſus hendecaſyllabi*, Auſon. epiſt. 4, 81; & Catull. 43, 1. Phalæcii ſunt, a numero ſyllabarum, quibus conſtant, ita appellati: ἕνδεκα, *undecim*. Tales Martialis 12 epigr. 34 *Si vitare velis acerba quædam, . Et triſtes animi cavere morſus, Nulli te facias nimis ſodalem, Gaudebis minus, & minus dolebis.* Plin. 4 epiſt. 14 *Unum illud prædicendum videtur, cogitare has nugas meas ita inſcribere*, HENDECASYLLABI, *qui titulus ſolu metri lege conſtringitur. Proinde ſive epigrammata, ſive idyllia, ſive eclogas, ſive, ut multi, poëmata, ſeu quod aliud vocare malueris, licebit voces: ego tantum hendecaſyllabos præſto.*

¶ Monoſyllăbus, *a*, *um*, μονοσύλλαβος, einſylbig; ut, *Literæ monoſyllabæ*. v. Auſon. Edyll. 12, ubi *verſiculi monoſyllabis cæpti & monoſyllabis terminati &c.* Adde Mart. Capell. 3 p. 61; & 5 p. 169.

¶ Triſyllăbus, *a*, *um*, τρισύλλαβος, dreyſylbig, apud Grammat. Varro de L. L. 8, 52 *A ſocer fit triſyllabum ſoceri.* conf. Mart. Capell. 5 p. 170 *de Triſyllabis.*

SYLLACEVS, *a*, *um*, purpureus, purpurfarbig; ut, *Syllacei tunei*, Vitruv. 7, 5. Rectius *Silacei*, a Sile. v. *Sil.*

SYLLEPSIS, *is*, f. σύλληψις, *conceptio*, figura ſyntaxeos, cum pluralis dictio ſingulari verbo copulatur, aut ſingularis plurali; ut apud Virg. ecl. 1, 81 *Sunt nobis mitia poma &c. & preſſi copia lactis.* Id. Æn. 1, 20 *Hic illius arma, hic currus fuit.* Sic, *Demoſthenes cum cæteris erant expulſi*, Nep. 19, 2, 2. Id. 22, 2, 5 *Ille cum ſuis decederet*; i. e. ille & ſui.

Syllŏge, ſyllogiſmus, ſyllogiſticus, vide ſupra *Logus.*

SYLŎSON, *ontis*, m. frater Polycratis, Samiorum tyranni. Exilio multatus chlamydem ſumptuoſam, quam geſtabat, dono dederat Dario, qui poſtea Perſarum rex factus Syloſontem reſtituit. Sed ob acerbam ejus tyrannidem urbs hominibus viduata eſt. Unde proverb. ἔκητι συλοσῶντος ἐυρυχωρία, *Syloſontis cauſſa locus eſt amplus.* v. Strab. lib. 14.

Sylva, cum derivatis, vide *Silva.*

SYMAETHVS, *i*, m. gr. σύμαιθος, nomen fluvii in Sicilia. v. ſupra *Simæthus*, & Cluver. Sic. ant. p. 124. ¶ 2. Nomen viri apud Sil. 9, 410 & 14, 232.

Symbola, ſymbolum, ſymbolicus, *e*, vide ſupra *Bole.*

Symmachus, Symmetria, ſymmetros, vide *Mache*, *Metrum.*

SYMMŎNIANVM, *i*, n. vel, ut Ruellio placet, Symmoniacum, *i*, trifolium, herba, quam deſcribit Columella 6, 17, Ilce.

SYMMŎRIAE, *arum*, f. pl. Athenis fuerunt velut tribus aut claſſes, in quas dites modo, quique conferendis ſufficerent tributis, conjiciebantur: Vnde *Symmoritæ* ceu contribules. Exſtat Demoſthenis oratio περὶ συμμοριῶν. v. Cæl. Rhodig. 12, 19.

Symmyſta, vide ſupra *Myſta.*

Sympathia, Sympatriota, vide *Pathos*, *Pater.*

SYMPĔRASMA, *ătis*, n. συμπέρασμα, concluſio, connexio, der ſchluß, Mart. Capella p. 98 & 127. conf. Quintil. 5, 14.

SYMPHŌNĪA, *æ*, f. συμφωνία, concentus, concordia, die zuſammenſtimmung, muſic, harmonie. Horat. Art. poët. v. 374 latino accentu extulit: *Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors Oſtendit.* Sen. epiſt. 12 *Ad ſymphoniam canere.* Id. ep. 51 *Malit, quisquis vir eſt, ſonitum ſuum claſſico quam ſymphonia rumpi.* Plur. Cic. pro Cælio c. 15 *Accuſatores quidem libidines, amores, adulteria, Bajis acta convivia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, navigia jactant &c.* conf. Id. Verr. 5, 13. Suet. Calig. c. 37 *Diſcumbens inter choros & ſymphonias.* Apul. Met. 11 p. 261 *Symphoniæ modulis dulciſſimis perſonabant.* conf. Petron. c. 33 & 36; &c. ¶ 2. *Symphonia*, Plin. 26, 7; ubi tamen eam diſſimulat Hard. & *Symphoniaca herba* Palladio Octobr. tit. 12, & Apulejo de Herb. c. 4 herba eſt, quæ feritur. Sunt qui *Hioſcyamum* ſymphoniam dici arbitrentur, bilſenkraut, Cordus. Bauhino amaranthi ſpecies.

¶ Symphoniăcus, *a*, *um*, muſicaliſch; ut, *Pueri ſymphoniaci*, ſänger, capell-knaben, Cic. pro Mil. c. 21. *Symphoniacæ tibiæ*, Petron. c. 28. *Symphoniacas agere artes*, muſiciren, Arnob. 2 p. 73. Rurſus Cic. in Verr. 3, 25 *Symphoniacos homines ſex amico cuidam Romam muneri miſit.* Et, *Servi ſymphoniaci*, qui pugnantibus in navibus claſſicum canebant, Id. Verr. 1, 17. Et abſolute *Symphoniaci* Pediano in Divin. Verr. p. 37. ¶ 2. *Symphoniaca herba*, vid. in *Symphonia* n. 2.

¶ Aſymphonia, *æ*, f. ἀσυμφωνία, inconſonantia, die verſtimmung, Priſcian. p. 784.

SYMPHRĀDES, *um*, m. pl. apud Cic. de Leg. 2, 2, vel, ut alii legunt, *Symphratores*, i. e. contribules, & ejusdem commercii participes, zunftgenoſſen. Sed mirifice hic variant codices. Nam aliis ſunt *Symphreatides*, i. e. ſocii unius φρέατος, i. e. putei; aliis *Symphrædmones*, qui ſimul conſilia agitant. conf. not. Grævii.

SYMPHYTVM, *i*, n. σύμφυτον, herba duorum generum, beinwellen, oder wolwurz, Plin. 27, 6; & 14, 16; & Apul. de Herb. c. 59. vide ſupra *Solidago.*

SYMPLĒGAS, *ădis*, f. συμπληγάς, *complexio*, die zuſammenfügung. Vſus Martialis 11 epigr. 100 *Si conſtringantur gemina ſymplegade.* Et Auſon. epigr. 108, 9 *Luteæ ſymplegadis antrum*, i. e. podex, der ſteiß. vid. ibi Venet. p. 235. Sed Rutil. itin. 461 *Vt præbente algam denſi Symplegade limi*, h. e. limo a fluctu in vada coacto.

¶ Symplĕgădes, *um*, f. pl. Συμπληγάδες, inſulæ duæ ſunt contra Boſporum Thracium, quæ & *Cyaneæ* dicuntur. Strabo libro 3 petras ſeu ſcopulos vocat: quos eam ob cauſſam *Symplegadas* appellatos tradit, quod collidantur inter ſe, vel crediti potius collidi ſive concurrere, ut Mela refert 2, 7. De his intelligendus Seneca in Medea v. 341 *Cum duo montes, Clauſtra profundi, hinc atque illinc, Subito impulſu, velut ætherio Gemerent ſonitu &c.* Singulari pro plurali utuntur poëtæ; e. g. Lucanus 2, 718 *Vanaque percuſſit pontum Symplegas inanem.* Claud. in Eutrop. 2, 30 *Vitant inſtabilem rurſus Symplegada nautæ.*

¶ Symplegma, *ătis*, n. σύμπλεγμα, idem quod *Symplegas*; ut, *Symplegmate copulari*, Martial. 12 epig. 43. *Symplegmatibus plurimis intermixtos eſſe*, Arnob. 7 p. 239.

Symploce, vide ſupra *Ploce.*

SYMPŌSIVM, *i*, n. συμπόσιον, convivium, eine gaſterey. Cic. Att. 2, 12; & ad fam. 9, 24. Plato librum quemdam inſcripſit *Sympoſium*, cujus & Nepos meminit 7, 2, 2; & Gellius 1, 9; & 17, 20. Vid. mox *Sympoſium.*

¶ Sympŏſiăcus, *a*, *um*, συμποσιακὸς, convivalis, die gaſterey betreffend; ut, *Quæſtiunculæ ſympoſiacæ*, tiſch-fragen, Gellius in lemmate 6, 13. Id. τὰ συμποσιακὰ Plutarchi aliquoties allegat: ut 4, 11 *Plutarchus in ſympoſiacis dicit.* Et 17, 11 *Plutarchus in libro Sympoſiacorum.*

¶ Sympoſiarchus, *i*, m. συμποσίαρχος, &

¶ Sympoſiaſtes, *æ*, m. συμποσιαστὴς, magiſter ſive moderator convivii, der gaſthalter. v. Plutarch. in Quæſt. Convival.

SYMPOSIVS, *i*, viri nomen etiam eſſe, oſtendit Fabricius Bibl. Lat. To. 2, 4, 1 p. 273 ac negat ſe aſſentiri Heumanno, qui libellum ænigmatum *Sympoſio* neſcio cui inſcriptum Lactantio vindicatum ivit, & *Sympoſium* ipſius libelli nomen eſſe contendit tum alias, tum in præfatione ænigmatum a ſe editorum.

SYMPTŌMA, *ătis*, n. σύμπτωμα, ſuperveniens ſive morbus, ſive cauſſa morbi, ſive accidens & conſequens morbi, ein zufall, Celſ. 3, 1 & 10.

SYMPVVIVM, *i*, n. calix ligneus, in Numæ ſacris adhibitus. vid. Iuvenal. 6, 343; Plin. 35, 12; & Arnob. 4 p. 148, & ſupra *Simpuvium.*

Synada, vide *Sina*, Synæreſis, *Hæreſis*, Synagoga, *Agoga*, Synallagma, *Allage.*

SYNĂLOEPHE, *es*, f. συναλοιφὴ, vocalium colliſio & compreſſio, figura ſcanſionis, a σὺν, & ἀλοιφὴ, *preſſio*; ut, *Ille ego qui quondam gracili modulatus avena.* vid. Chariſius p. 249; & Valer. Probus p. 1439 pr.

SYNANCHE, *es*, f. συνάγχη, peſtiferum acutumque morbi genus in faucibus, ein halsweh, die bräune. v. Gell. 11, 9; Celſ. 4, 7; & Apul. de Herb. c. 29. Latini *anginam* vocant, quod angat et ſtrangulet fauces, ut Græci ab ἄγχεσθαι. vide *Angina* ſub *Ango.*

¶ Synanchĭcus, *a*, *um*, συναγχικὸς, der die bräune hat. The. Priſcianus 1, 17 *Synanchicos efficere.* Apul. de Herb. c. 109 *Synanchica paſſio.*

¶ Paraſynanche, *es*, f. παρασυνάγχη, in muſculis faucium externis tumor cum rubore, ὕαγχη dicta etiam, quod ſuibus familiare ſit malum. Et de hac Celſus 4, 7. Sed utrumque ſcripſit græce.

SYNĂRISTŪSAE, *arum*, f. pl. συναριστῶσαι, i. e. *coëpulantes mulieres*, quas repræſentavit Menander, unde nomen fabulæ. Plin. 23, 9 de ſemine myrti: *Apud Menandrum Synariſtuſæ hoc edunt.*

SYNATHROESMVS, *i*, m. συναθροισμὸς, coacervatio ſeu frequentatio, figura ſententiæ eſt, cum res in tota cauſſa diſperſæ coguntur in unum locum, quo gravior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit. Salluſt. Catil. c. 5 *Animus audax, ſubdolus, varius, cujuslibet rei ſimulator ac diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis loquentiæ, ſapientiæ parum &c.* Alii ἐπιτροχασμὸν vocant, cum res coacervantur diverſæ; ut, *Mea eſt, procax, potens, magnifica, ſumtuoſa, nobilis*, Ter. Heaut. 1, 2, 53.

SYNAXIS, *is*, f. σύναξις, congregatio, conventus, die verſammlung, zuſammenkunft. Item, celebratio euchariſtiæ apud ſcriptores eccleſiaſticos, das heil. abendmahl. vid. Caſaub. ad Annal. Eccl. Baronii, Exerc. 16 n. 42.

¶ Paraſynaxis, *is*, f. παρασύναξις, congregatio illicita, conventiculum, eine winckelkirche, conventickel; ut, *Contrahere paraſynaxes & conventicula tam diurna quam nocturna*, l. 8 § 3 Cod. de hæreticis.

Syncategorema, vide *Agoræus.*

SYNCĔRASTVM, *i*, n. συγκεραστὸν, eſt omne edulium, ein gut gericht, eſſen. Pacuv. apud Varr. de L. L. 6, 3 *Honos ſynceraſto perit.*

Syncērus, vide *Sincerus*, Synchroniſmus, ſynchronus, *Chronos.*

SYNCHYSIS, *is*, f. σύγχυσις, eſt ordo dictionum confuſior, Donatus *Hyperbaton* interpretatur; ut, Virg. Æn. 112 *Tres notus abreptas in ſaxa &c.* Horat. 1 ſat. 5, 45 *Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.* Ibidem v. 72 *Pæne macros arſit dum turdes verſat in igni.* Ordo enim eſt, *Ludere pila, eſt inimicum lippis & crudis. Dum verſat macros turdos, pæne arſit in igni*, vide Linacrum lib. 6.

Syncīput, vide *Caput*, Syncopa, ſyncopare, ſyncopatus, *Cope*, Syncretiſmus, *Creta*, Syncriſis, *Criſis.*

SYNCRŪSIVS RISVS, γέλως συγκρούσεως, riſus incompoſitus & indecorus cum concuſſione, ein grob lachen, παρὰ τὸ συγκρόειν, id eſt, *pulſor*, ſeu, *concutior*, Eraſm. de Civilitate morum.

SYNDĔTVS, *a*, *um*, gr. σύνδετος, colligatus, gebunden. Hinc

¶ Aſyndetus, *a*, *um*, ἀσύνδετος, i. e. diſjunctus, ſolutus, ungebunden. Sidon. 8 epiſt. 11 *Mercurius aſyndetus.* ¶ 2. *Aſyndeton* Grammaticis dicitur, cum voces plures ſine conjunctione copulativa ponuntur; ut, *Veni, vidi, vici.* Talis connexio ſine copulis in Cic. Cat. 2, 1 *Abiit, exceſſit, evaſit, erupit*; Et apud Virg. Æn. 4, 594 *Ferte citi flammas, date vela, impellite remos*, v. Diomed. p. 440, & Quintil. 9, 3 & 4 p. 813 & 835.

¶ Polyſyndeton, *i*, n. πολυσύνδετον, contrarium eſt ſchema, *quoa* con-

conjunctionibus abundat; v. Quintil. 9, 3 p. 813, ubi exemplum est ex Virg. Georg. 3, 344.

Syndicus, vide supra in *Dica*.

SYNECDŎCHE, es, f. συνεκδοχή, conceptio grammaticis est figura, oratoribus tropus. Auctor ad Herenn. vocat *intellectionem*; estque cum vel ex parte insigniori totum vel ex toto pars intelligitur &c. ut Virg Æn. 1, 403 *Puppes tuæ pubesque tuorum*. Et: *Ingens a vertice pontus In puppim ferit*; hoc est, pars ponti, ibidem v. 118; vide de cæteris modis Synecdoches libellos de schematibus, & Quint. 8, 6, & de Synecdoche figura syntaxeos suo loco in grammaticis.

SYNECHES, is, συνεχής, continuus, frequens, häufig; ut, *Disonus Syneches*, Mart. Capella lib. 9 p. 331.

SYNĒCHVNTES, gr. συνηχοῦντες, *consonantes*, die ein echo geben; ut, *Loci synechuntes*, Vitruv. 5, 8.

Synedrium, synedrus, vide in *Hedra*.

SYNEMMĒNON, i, n. συνημμένον, i. e. *adjunctum, connexum*, uti exponit Gellius 16, 8; ubi dicit, quid Græcis συνημμένον ἀξίωμα. Vitruvius 5, 4 inter sonos refert *nete synemmenon, trite* & *paranete synemmenon*.

Synephebi, vide supra *Ephebus*.

SYNĔPHĪTES, æ, m. vel Synnephites, συννεφίτης, ex σύν & νέφος, *nebula*, gemma lactei coloris, Plin. 37, 10.

SYNĔSIS, is, f. σύνεσις, intelligentia, die erkenntniß, Valentinianorum æon, Tertull. adv. Valent. c. 8. ¶ 2. Figura Grammaticorum, ubi constructio ad sententiam, non ad vocem refertur; ut, Ovid Art. am. 1, 267 *Quisquis ubique viri, dociles advertite mentes Pollicitisque favens vulgus, adeste, meis*.

SYNĔSIVS, i, m. philosophus Christianus, præsul Ptolemaidis, seculo quarto libris quibusdam scriptis inclaruit. v. Suidas.

SYNGĔNĪCON, i, n. pictura Oeniæ, Plin. 35, 11. Alii legere malunt *Polygenæcon*.

Syngrăpha, vide supra in *Graphe*.

SYNNĂDA, æ, vel Synnas, ădis, f. urbs Phrygiæ Pacatianæ, Cic. Att. 5, 16 pr.

SYNŌCHĪTES, æ, m. συνοχίτης, gemma, qua in necromantia dicunt evocatas inferorum umbras teneri, Plin. 37, 11.

Synodia, synodicus, synodites, vide in *Hodos*.

SYNŌDONTES, m. pl. συνοδόντες, pisces, qui & Synagrides, συναγρίδες, *dentales*, Plin. 32, 10; & Ovid. Halieut. v. 107, zahnfisch, oder eine rothe meerbraßen-art, Gesnerus.

¶ Synŏdontites, æ, m. συνοδοντίτης, gemma ex cerebro piscium illorum, Plin. l. c.

Synodus, Synœceosis, synœcium, vide *Hodos*, *Oecos*.

SYNŌNĒTVM, i, n. συνώνητον, publica specierum comparatio, quæ in commune fit, l. 1 Cod. de publ. compar.

Synonyma, synonymia, vide *Onoma*, Synopicus, *Sinope*.

SYNOPSIS, is, f. σύνοψις, natura græcum, usu latinum vocabulum: quid sit, docet Cujac. Obiervat. 8, 1. vide & supra *Conspectus*, eine kurze darstellung, ein verzeichniß. Vlpian. l. 5 § 7 ff. de reb. eor qui sub tut. *Synopsis bonorum pupillarium*, das inventarium. Apud Frontin. de Limit. agr. *Synopsis* est descriptio ædificii, der entwurf, das modell.

Syntagma, syntaxis, vide in *Tagma*.

SYNTEXIS, is, f. συντηξις, arcta animorum conjunctio, apud Cic. Att. 10, 8. ¶ 2. Defectio & animi deliquium, *syncope*, apud Plin 22, 25, die ohnmacht. Hinc

¶ Syntectĭcus, a, um, συντηκτικός, qui syncope frequenti laborat, der oft ohnmächtig wird. Plin. 22, 25; & 28, 8 & 9.

Synthesinus, synthesis, vide *Tithesis*.

Syntomia, Syntŏna, Syntrophus, vide *Tome*, *Tonus*, *Trophetes*.

SYPHAR, ăris, n σύφαρ, exuvium serpentis, seu senectus chelydrorum, eine schlangen-haut.

SYPHAX, ăcis, m. indifferente pen. rex fuit Numidarum, cujus frequens fit a Livio mentio. Captus is a Scipione bello Punico tertio in triumpho ductus fuit, & deinde in carcerem inclusus inedia vitam finiit, quemadmodum Polybius retulit. Aliter Livius extremo lib. 30, Tiburi ante triumphum in custodia mortuum esse. Adde Ovid. Fast. 6, 769; Propert. 3, 9, 59; & Sil. 16, 172, 188.

Sypho, *onis*, vide supra *Sipho*.

SYRĂCŪSAE, ārum, f. pl. Siciliæ civitas, terra marique clausa loci natura, cæterum pulcherrima & adeo magna, ut ex quatuor urbibus videatur constare. Vnde & Pindarus μεγαλοπόλιας Συρακόσας, *grandiurbes Syracusas* dixit Pyth. 2 princ. Nunc *Saragusa*. v. Strab. lib. 6; Cic. Verr. 4, 52 & 53; & Liv. lib. 24, itemque Sen. ad Marciam c. 17. Corinthiorum opus coloniamque fuisse, præter Strabonem & Nepos 20, 3, 1 testatur. Sil. 14, 278 *Ipsa Syracusæ patulos urbs inclusa muros*.

¶ Syrăcusānus, & Syracusius, & Syracŏsius, a, um, adject. apud Ovid. sæpe. Virg. ecl. 6 pr. *Prima Syracosio dignata est ludere versu. Syracusanus pœta* Theocritus fuit. *Syracusana mensa*, propter opes, voluptates ac delicias illius populi, translit in proverbium. vid. Platonis epist. apud Cic. Tusc. 5, 35.

SYRAEVM, i, n. vinum, *quod alii hopsema, nostri sapam appellant, ingenii, non naturæ opus*, Plin. 14, 9.

SYRĔON, i, n. σύρεον, steinbrech. Plin. 24, 19 *Tordile herba per se, quam Syreon vocaverunt*.

SYRIA, æ, f. Συρία, & Assyria, quam tamen partem alii Syriæ, alii Syriam ipsam faciunt, ut quæ *Assyria* primum, deinde *Syria* dicta fuerit. Regio est Asiæ in medio orbis veteris constituta, ideoque & cœli temperatissimi, adeo, ut nec frigore nimio horreat, nec calore torreatur. Vnde & dives & opulenta est, & pluribus rebus abundans. Regiones in se plures habet: *Phœniciam, Palæstinam, Comagenam &c.* v. Geograph. & de perpetua fere *Syriæ* & *Assyriæ* apud veteres confusione Selden. de Dis Syris c. 1, ubi etiam *Syriam* ab *Assyria* factam ait, ut ab *Hispania Spania*.

¶ Syrus, a, um, & Syrius, a, um, adject. & subst. aus Syrien. Ovid. Fast. 2, 474 *Ne violent timidi piscibus ora Syri*. Martial. epigr. 4, 46 *Et nigri Syra defricti lagena*. Sic, *Vina Syra* dixit Horat. 1 od. 31, 12, *Syria pyxis*, Colum 5, 10. *Syrios tumeres*, Martial. 3, 43, ques metuunt nempe Syri, si piscem comedant. vid. Selden. de Dis Syris c. 3. *Syrorum gens* vafritia nimis solers, ut testatur adagium Suidæ: Σύροι πρὸς φοίνικας, h. e. *Adversus Phœnices Syri*, ubi versuto inponere fatagit versurus, ein schalck könnt über den andern. v. Cæl. Rhodig. 18, 24. ¶ 2. Plures Syrorum servi fuere, unde *Syrus* servile nomen apud comicos. Patientissimos fuisse, Plautus significat, Trin. 2, 4, 143. Iidem & mercimoniis dediti valde fuerunt, propter copias & abundantiam rerum, quas ad alias gentes deportabant. ¶ 3. *Dea Syria*, quam alii Venerem, alii Junonem voluerunt, de qua peculiarem libellum Lucianus reliquit. Flor 3, 19, 4 *Dum Syriæ Deæ comas jactat &c.* Eadem & *Astarte*, ubi vide plura. conf Suet. Ner. c. 56.

¶ Syriăcus, a, um, aliud adject. ut, *Boves Syriaci*, qui in Syria sunt, Plin. 8, 45 *Radix Syriaca*, id est, Silphium, vide *Silphium*; & Colum. 11, 3. Et, *Ros Syriacus*, i. e. succus silphii, Id. 9, 13, & Pallad. Mart. t. 15.

¶ Syriātĭcus, a, um, idem. Florus 2, 9, 1 *Syriatico*, inquit, *bello successit, ut debebat Ætolicum*. Et notat Salmasius, in codicibus antiquis frequentius *Syriaticus*, quam *Syriacus* scriptum reperiri.

¶ Syrĭcus, a, um, idem; ut, *Mala Syrica*, Columella 5, 10 *Syricum atramentum*, Plin. 35, 6.

¶ Syrissa, æ, f. mulier e Syris; ut, *Copa Syrissa*, Virgil. sive Auctor Copæ v. 1.

¶ Syrites, æ, m. lapis, qui in lupi vesica nascitur, Plin. 11, 37.

¶ Syrium, i, n. subst. oleum sive succus lilii expressus, lilien-öl, Plin. 21, 19; & 23, 4.

Syrius, & hinc Syriasis, vide *Sirius* per *i*.

¶ Syron, i, n. subst. herba, quæ alias *Molon*, Plin. 26, 7.

¶ Syriarcha, æ, m. συριάρχης, summus Syriæ Sacerdos, qui postea *patriarcha* dictus, l. ult. C. Theod. de expens. Iud.

¶ Syriarchia, æ, f. συριαρχία, genus sacerdotii in Syria, l. 1 C. de nat. lib.

¶ Syriacœle, es, f. συρία κοίλη, regio inter Libanum & Antilibanum a concavitate vallis dicta; alias Cœlesyria vel *Cœlosyria*. Plinius 21, 18 *Syrium cœlon juncum odoratum habere asserit*.

¶ Syromastes, æ, m. συρομάστης, hastæ genus. vid. Io. Fr. Gronovii Observat. Eccles. 19 p. 201.

¶ Syrŏphœnix, ĭcis, m. Συροφοίνιξ, habitans in ora maritima Syriæ. Iuvenal. sat. 8, 159 *Ovidius assiduo Syrophœnix udus amomo &c.*

¶ Syrophœnīcia, æ, f. eadem quæ Phœnicia, pars Syriarum.

¶ Syrophœnissa, æ, f. Συροφοινίσσα, *Mulier Syrophœnissa*, Marc. c. 8.

SYRINX, ingis, f. συρίγξ, fistula, arundo; & quicquid siphonis instar excavato foramine patet, a συρίσσω, *sibilo*, ein rohr, pfeife, spritze. Et, ¶ 2. Est nomen Nymphæ, in calamum palustrem conversæ, Ovid. Met. 1, 691; & Martial 9 epigr. 63. ¶ 3. Locus item, ubi hastæ reponuntur. ¶ 4. Sunt & *Syringes* cavernæ subterraneæ, erdklüfte, höhlen. Ammianus 17, 7 cum de terræ motibus disputat: *Aut in cavernis nimutis terrarum, quas syringas appellamus*. Rursus Id. 22, 15 in Ægypti historia: *Sunt & syringes, subterranei quidam & flexuosi recessus &c.*

¶ Syrigmus, i, m. συριγμός, i. e. sibilus, stridor, susurrus, titinnitus, qualis aurium esse solet, das pfeifen, sausen und brausen. Ita Dioscorides 2, 70 Sibilos aurium *Syrigmos* vocat, ubi vetus ejus interpres *Syringas* sive *fistulas* intellexit, fisteln, non secus ac Macer 4, 12; id quod ibi observat Cornarius in notis.

¶ Syringia, æ, f. calami concavi genus, fistulis utilissimum, ein rohr, schilf, Plin. 16, 37.

¶ Syringītes, æ, m. συριγγίτης, gemma, quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cavatur, Plin. 37, 10.

¶ Syringātus, a, um, a *Syringo, are*, ausgehölet; ut, *Syringatus agnus*, Apicius 8, 6.

SYRMA, ătis, n. σύρμα, tractus vestis fœminarum, & vestis ipsa, ein rock mit einem langen schweif oder schleppe; a συρω *trahere* est. Prudent. Psych. v. 363 *Vt teneat incessus vestigia syrmate verrat*. Olim propria tragicorum vestis fuit. Vnde Martialis in Tuccam æmulum suum, 12 epigr. 96 *Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos, Aptasti longum tu quoque syrma tibi*, id est, æque ac ego cœpisti tragœdias scribere. Et 4 epigr. 49 *A nostris procul est omnis vesica libellis, Musa nec insano syrmate nostra tumet*: Sensus est: Musam suam in grandibus tragicisque rebus non occupari. Veteres etiam muliebri genere *syrma, syrmæ*, dixisse, Priscianus 6 p. 679 ex Valerii Phormione probat, cujus est: *Quid hic cum tragicis versibus & syrma facis?* pro *syrmate*.

¶ Syrmătĭcus, a, um, schweifisch; ut, *Syrmaticum jumentum*, Veget. de Re Vet. 3, 22.

¶ Diasyrmos, i, m. διασυρμός, elevatio sive elusio potius eorum, ad quæ respondere laboriosum videtur; ut, *quid attinet ad ea respondere, quæ ad rem parum faciunt*. Figura sententiæ, eine spottrede. v. Mart. Capell. 5 p. 172.

¶ Diasyrtĭcus, a, um, διασυρτικός, spöttisch; a διασύρω, *distrabo, conviior*. Spartian. Carac. c. 10 *Diasyrticum quiddam in eum dixisse*.

Syromastes, Syron, Syrophœnix &c. vide paulo ante in *Syria*.

SYRPE, neutr. indecl. pars quædam silphii, vel ipsum laserpitium, meisterwurtz. Plaut. Rud. 3, 2, 16 *Hoc anno multum fuerunt serpe*. v. Turneb. adverss. 3, 21. Solinus c. 40 *Apud Cyrenaicos Syrpe gignitur, odoratis radicibus &c.*

¶ Syrpĭcus, a, um, adject. ut, *Lac syrpicum, usu derivante laser nominatum*, de cujus ortu Solinus l. c.

SYRTIS, is, f. σύρτις, ein wasser-strudel. *Syrtes, ium*, plur. Σύρτες. Circa fines Africæ supra Leptim urbem *Syrtes* intra vadosum & reciprocum mare, æstu procellarum exundante incertis sedibus leniter subsidunt, neque abditi illi arenarum cumuli, alluvionis vehementia congesti, prehendi ob incertas vices, neque caveri possunt. Profunda enim redduntur, quæ paullo ante vadosa erant, contra vero brevia innavigabiliaque, quæ ante navigabantur. Qua varietate subinde alternante, infamia ea litora atrocitas periculi redoluit, quippe enim velis adactæ naves, vadoque illisæ fatiscunt & subvertuntur. Sunt

autem duæ *Syrtes*: Minor a Carthagine trecentis millibus paſſuum diſtat, Major quadringentis viginti quinque millibus paſſuum. Ipſæ autem inter ſe ſpatio paſſuum ducentorum quinquaginta millium ſeparantur, ut Solinus tradit c. 40. Qui auctor etiam eſt, terram quoque, quæ inter Syrtes, non minora pericula iter facientibus, quam navigantibus mare, objicere. *Nam patris*, inquit, *ſoli facies aura mutat, & minimo licet vento tantam diverſitatem ſtatus efficit, ut ſubmutatis elementis congruentibus in terris ſæva ſeviant, in mari terræ. viantiſm* Et hanc ob cauſſam, quia ſemitæ nullæ & calles inter vaſtos & alto ſabulo obrutos campos relinqui poterant, neceſſe erat, ibi ad ſiderum curſus, perinde, uti in mari, iter dirigere, de quo idem Solinus paullo ante monuerat. conf. Plin. 5, 4. *Syrtes* eleganter Lucanus deſcribit 9, 30 & ſeq. vide & Salmaſ. Iug. c. 78. Brouckh. ad Tibul. 3, 4, 91. ¶ 2. Servius loca quæcunque in mari arenoſa *Syrtes* appellari docet, ſandbänke, trübſande. Etiam Prudentius *Syrtes* quævis deſerta & inculta & vaſta ſiti loca appellat, Hymno in natalem Domini v. 65 *Sparſiſſe tellurem reor Rus omne denſis floribus, Ipſasque arenas Syrtium Fragraſſe nardo & nectare.* Ita Hymno 7 καθημερ. de Elia in deſerto degente v. 28 *Fragore ab omni quem remotam ac ſegregem Spreviſſe tradunt criminum frequentiam Caſto fruentem Syrtium ſilentio.* Nam *Syrtes*, pro deſerto & arido rure, ut appellaverat paullo ante, poſuit. Unde & *Syrticus ager* arenoſus & ſterilis eſt, de quo infra. *Syrtis inhoſpita*, Virg. Æn. 4, 41. *Naufraga Syrtis*, Sil. 17, 629. *Sævos accedere Syrtes*, Val. Flacc. 7, 86 ¶ 3. Cicero per metaphoram *Syrtion patrimonii* dixit, de Orat. 3, 41 pro voragine. *Syrtes* a σύρειν dictæ videntur, quod eſt *trahere*.

¶ Syrticus, *a*, *um*, quod ad Syrtes eſt: ut, *Mare Syrticum*, Sen. de Vit. beat. c. 14. *Gentes Syrticæ*, Id. epiſt. 90. ¶ 2. Arenoſus, ſterilis, qualis natura Syrtium, ſandicht, wüſt, unfruchtbar. Lucanus 10, 38 *Nec ſterilis Libye, nec Syrticus obſtitit Ammon.* Sidon. 8 epiſt. 12 *Tantumne te Vaſatium civitas non ceſpiti impoſita, ſed pulveri: tantum Syrticus ager ac vagum ſolum, & volatiles ventis alternantibus arenæ ſibi paſſident &c.* v. Scalig. Auſon. Lect. 2, 16 p. 131.

¶ Syrītes, *æ*, m. gemma, quæ & *Sapphirus* eſt, quod circa Syrtes Libyes perinſtus arenis fluctibus expulſus fervente freto reperitur. v. Plin. 37, 10.

SYRŪPVS, *i*, m. ita in officinis vocatur liquor ex herbis aut fleribus expreſſus, ſaft, ſyrup; ut, *Syrupus violaceus, roſaceus*, violen ſaft, roſen-ſaft. Vocabulum barbarum, ut officinarum alia.

SȳRVS, *i*, m. pro ſcrobe in agris, vide ſupra *Sirus*; ita enim potius ſcribendum eſt ex græco σηρος. ¶ 2. *Syrus*, *a*, *um*, vide in *Syria*.

SYSAMITHRES, *is*, m. nomen Perſicum, quo apud Curtium 8, 2, 19; & 8, 3, 19 ſatrapa quidam vocatur. Adde C. Nepotem 7, 10, 3.

SYSSĪTIA, *ōrum*, n. pl. συσσίτια, convivium commune, Laconum inſtitutum, Strab. lib. 15, eine gemeine zech.

¶ Syſſītus, *i*, m. σύσσιτος, ſimul cibum capiens, convictor, ein tiſch-genoſſ; item, ſodalis, qui ejusdem collegii eſt, ein college. vid. leg. ult. ff. de Colleg. & corp.

¶ Syſſitiotēris, *idis*, f. ex σύσσιτος & ἑτᾶρος, *ſocius*, herba magica apud Plinium 24, 17.

SYSTALTĬCVS, *a*, *um*, συσταλτικὸς, vim habens contrahendi, a συστέλλω, *contraho*. Mart. Capella 9 p. 335 *Tropi ut in melopœia & in rhythmopœia tres ſunt, quos Syſtalticos dicimus.*

SYSTASIS, *is*, f. gr. σύστασις, conſtitutio, commendatio, die darſtellung.

¶ Syſtătĭcus, *a*, *um*, συστατικὸς, conſtitutivus, commendatitius; ut, *Literæ ſyſtaticæ*, ein paßwort, recommendation-ſchreiben.

¶ Aſyſtātos, *i*, ἀσύστατος, non conſtitutus, unbeſtätiget, unbewußt. Lactant 3, 6 *Acceſſibus introduxit genus philoſophiæ aſyſtaton, quod latine inſtabile ſive inconſtans poſſumus dicere.* Et mox: *aſyſtati generis exemplum ſequitur.*

SYSTĒMA, *atis*, n. σύστημα, compages, collectio, die verfaſſung. Sic muſicorum vocabulum eſt, ſignificans complexum certum intervallorum. vid. Mart. Capella 9 p. 320 & ſeq. Sic apud aſtronomos *Syſtema mundi* dicitur univerſi conſtitutio, forma, ordo &c. Situs cœleſtium corporum atque elementorum. Sic in philoſophicis ſyſtema eſt *ars quædam philoſophiæ, & rerum ordo, & deſcriptio diſciplinæ*, Cic. Acad. Qu. 1, 4 ext. *Syſtema theologicum* autem dicitur complexus articulorum fidei.

SYSTŎLE, *es*, f. συστολὴ, correptio ſyllabæ natura productæ. Lucretius 5, 416 *Conſtiterunt imbres, & flumina vim minuerunt.* Virg. Æn. 4, 52 *Dum pelago deſcevit hiems & aquoſus Orion.* Figura contraria Ectaſi. vid. Iſidor. 1, 34.

Syſtylus, vide *Stylus*, Syzygia, *Zygius*.

T Litera conſonans, quæ, dicente Capella 3 p. 58, *appulſa linguæ dentibusque impulſis exceditur*, figuram ſumpſit a Græca; & utrumque Latinum & Græcum T. Origenes & Hieronymus putarunt eſſe ipſiſſimum *Tau Samaritticum*. Ideo adduxerunt ex Ezech. 9, 4 δὸς σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα, quod alii reddunt: σημειώσας τὸ τᾶυ, & Tertullianus adv. Iudæos c. 11 *Scribere ſignum Tau in frontibus*, i. e. ſignum crucis, interprete Hieronymo, cujus ſimilitudinem hæc litera habet. ¶ 2. Cognatio quædam eſt inter T & D apud veteres, qui *Alexanter* & *Caſſantra* pro *Alexander*, *Caſſandra* ſcripſerunt, ut Quintil. teſtatur 1, 6. Unde T vocant D mollitum. Et hinc a *Mentior* eſt *mendax*, a *Quatuor*, *Quadra*, & *Patavium* dictum, quod *Pado* vicinum eſſet, quod hodie Padua eſt. Moram autem norat, & aſt exprimendum eorum crepitum, quæ comburuntur, adhibetur. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 44 & 48. ¶ 3. Scribebatur & in aliquibus dictionibus pro S, ut, *Pultare* pro *Palſare*: ut & in aliis quibusdam cum eadem litera commutatur: ut, *Vertor*, *verſus ſum*, *Quatio*, *quaſſi*, *Meto*, *meſſui*, *Mittor*, *miſſus*, & ὀστᾶ, *oſſa* ¶ 4. Eſt & ubi cum C. ipſum T, conjunctum in X tranſit; ut, *Flecto*, *flexi*, *Pecto*, *pexui* &c. nempe pro *flectſi*, *pectſui*. ¶ 5. In prænominibus T refert nomen *Titi*, ut, *T. Manlius Torquatus*, *T. Livius Patavinus*. ¶ 6. In literis vero antiquis TR. PL. vel TRI. PL. præſtat *Tribunus plebis*; TR. vel TRI. MIL. *Tribunus militum*: TT. *Teſtamentum*. In breviculis militum illos, qui prælio ſupereſſent, T litera notari ſolitos; ut contra eos, qui cecidiſſent, litera θ, Iſidorus 1, 24 auctor eſt. Sed id bona fide ab eo ſcribi, negat Lipſius de Pronunt. Latinæ Linguæ c. 14, neque enim cauſſam videre ſe, cur ea litera vivum denotaret. Sed Iſidorum contra Lipſium defendit Rutgerſius Var. Lect. 5, 17 oſtendens, id eum, nec ſolum, nec ſine cauſſa ſcripſiſſe. Idem enim tradiderunt Rufinus Invectiva ſecunda in Hieronymum: item Paulus Diaconus in libello de notis literarum, quorum verba ibi adducuntur. Rationem autem, cur id fieret, hanc putat, quod τηρέω Græcis *conſervo* ſignificat. Vt igitur eum, qui in prælio occubuerat, notabant litera θ, quod ea prima eſſet in voce θάνατος, i. e. *mors*; ita & hoc obtinuit, ut is, qui ſervatus eſſet, prima ejus vocis, quæ id apud Græcos ſignificaret, litera notaretur. ¶ 7. Notandum etiam, T literam ante vocalem non raro produci: cujus gemina ratio; ob incliſionem verius alia, alia privilegio ei proprio, ut Angel. Politianus jam olim annotavit. v. Barth. ad Statii Theb. 1, 247; 6, 664, ubi exempla plurima profert. ¶ 8. Quod pronunciationem denique attinet, propter Gothorum ſibilum factum eſſe exiſtimant, ut hodie *Ti* ante vocalem ſonet *ci* vel *ſi*; ut, *Lectio*, *Ratio*, *Peritia*, *Alitius*. Sed quæ s ante t habent excipiuntur; ut, *Modeſtia*, *Iuſtior*, *Quæſtio*, & pauca alia uſu cognoſcenda; ut, *Tiara*, *Mittier*, pro *mitti*.

TAAVTES, *æ*, m. Deus apud Phœnicas, ut in Latio Saturnus, Varr. de L. L. 4, 9.

TĂBĂCVM, *i*, n. herba ſic dicta ab inſula *Tabaco*, ubi copioſe provenit, taback. A Nicotio, qui ad nos adduxit, etiam *Nicotiana* vocatur.

TĂBĀNVS, *i*, m. qui & *Aſilus*, inſectum pecudibus per æſtatem moleſtum, eine bremſe, roßbremſe. vide *Oeſtrum*. Plin. 11, 28 *Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, ut a ſilo, ſive tabano dici placet.* conf. Rutgerſ. Var. Lect. 3, 16.

Tabella, tabellarius &c. Tabeo, vide poſt pauca in *Tabula*, *Tabes*.

TĂBERNA, *æ*, f. quodcunque dicitur ex tabulis, trabibus ſeu aſſeribus ædificium conſtructum, & habitationi idoneum, eine hütte, bude, laden; ut, *Taberna libraria*, ein buchladen, Cic. Phil. 2, 9, ubi plures id genus tabernas ex π. laudat Abram. *Tabernæ inſtitorum*, kramer-buden. *Tabernæ claudebantur in tumultu*; ubi & juſtitium. v. Liv. 4, 31 ext. *Tabernæ argentariæ, quæ nunc novæ appellantur*, Liv. 26, 27. De his Nardinum vide Ro. Vet. 5, 8. Horat. 1 Serm. 4, 71 *Nulla taberna meos habeat vel pila libellos.* Et, *Inſtructa & ornata taberna*, Cic. pro Cluent. c 63. *Divertere in tabernam*, Id. de Invent. 2, 4, ubi diverſorium ſignificari videtur, ein wirtshaus. *Taberna diverſoria*, Plaut. Truc. 3, 2, 29. *Tabernam exercere*, wirtſchaft treiben, herbergen. Vitruv. 2, 8. *Taberna vinaria* eſt, ubi *vinum venit*, ut Varro ait de L. L. 7, 30, der weinkeller. Apul. Apol. p. 311. Et, *Taberna cum cœnaculo*, Scævol. D. 33 t. 7 l. 7. Differt ab *officina*, in hoc, quod *officina* eſt, ubi opera efficiuntur, *taberna*, ubi venduntur. ¶ 2. Tabernas Romani vocabant loca, ubi munimenta contra barbarorum incurſiones ſtatuerent. Inde nomina locorum quorundam. v. Scalig. Lect. Auſon. 1, 1 p. 9.

¶ Tabernula, *æ*, f. diminut. Apul. Met. 7 p. 190 *Nocte promota tabernulam quamdam litori navique proximam, vitatis maris fluctibus, incubabat.* Id. Apol. 1 p. 314 *In tabernula ſua ſedens.* Suet. Ner. c. 26 *Aſſueverat tabernales etiam efflingere & expilare.* Vlpian. l. 19 § 2 Dig. de Iudiciis: *Tabernulam conduxit.*

¶ Tabernārius, *i*, m. qui res quascunque in taberna venditat, ein kramer oder feilhalter. Cic. pro Flacc. c. 8 *Opifices & tabernarios quid eſt negotii concitare.* Cæl. Cic. fam. 8, 6 *Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet.* conf. Apul. in Florid. p. 344. ¶ 2. Adjective, *Tabernarias blanditias*, Apulejus dixit Apolog. p. 329.

¶ Tabernāculum, *i*, n. tectum caſtrenſe, eine lauberhütte, zelt; ut, *Tabernaculum ſibi in aliquo loco collocare*, Cic. in Piſ. c. 25. *Perpotare totum diem in poſito alicubi tabernaculo*, Id. Verr. 5, 34. Et, *Tabernaculum militare*, de Claris Or. c. 9. Suet. Aug. c. 91 *Non egredi tabernaculo.* conf. Tac. An. 1, 26; & 2, 13, 1 &c. Curt. 3, 6, 6; 9, 6, 1 &c. Plin. 6, 28; Sidon. 7, 9. FABER A TABERNACVLIS, Inſcr. Murat. p. 926. ¶ 2. *Tabernaculum* inprimis *capitur* in auguriis. v. Cic. Divin. 2, 35 ext. & de Nat. D. 2, 4 pr. Liv. 4, 7 pr. Plut. Marcell. p. 546 ext. H. Steph. ubi ritum fuſius explicat.

¶ Tabernaclārius, *i*, m. qui tabernacula conficit, ein zeltmacher. Inſcript. Vet. apud Gruter. p. 642 n. 8; & Fabrett. p. 42 QVO EST COLLEG. TABERNACLARIORVM. Corradinus ab Allio in Lexico Crit. Tabernacularios dictos eſſe, qui tabernacula augurum in militia ædificabant, contendit.

¶ Adtabernālis, *is*, m. habitator contiguæ tabernæ, ein nachbar, dicente Feſto: *Quod genus domicilii*, ut idem Feſtus addit, *antiquiſſimum Romanis fuiſſe, teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant adſpicis: Unde etiam tecta caſtrenſia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur.*

¶ Contubernium, *i*, n. convictus eſt & cohabitatio contubernalium, die geſellſchaft derer, die beyſammen wohnen, und mit einander umgehen. Proprie caſtrenſe vocabulum eſt de militibus ſub uno papilione ſive tentorio degentibus, die cameradſchaft im frieye. Unde factum, ut qui belli ducis ac provinciarum præſides comitum numero ſecuti, atque adeo honeſtiore loco habiti eſſent, maxime adoleſcentes, *in eorum agere contubernio*, & *contubernales eſſe* dicerentur. Cic. pro Plancio c. 11 *Adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Aſiam ſic ab illo &c. dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat.* Suet. Cæſ. c. 2 *Stipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi prætoris contubernio.* Veget. 2, 13 Centurias in *contubernia* diviſas fuiſſe ſcribit, ut decem militibus cohabitantibus, unus quaſi præeſſet *decanus*, qui *caput contubernii* dicebatur. Hyginus tamen ejusmodi manipulum nonniſi octo

milites continuisse tradit. Ipsum tentorium, in quo essent contubernales, *contubernium* dictum videtur. v. Cæs. B. C. 2, 29; & 3, 76; Schelius ad Hygi. Torr. ad Sueto. Vesp. c. 3. Cort. ad Sall. Iug. 64, 4 & Interpr. ad Petron. c. 11 p. 44. ¶ 2. Hinc aliæ quoque συμβιώσεις sive conviventium societates *Contubernia* dicuntur, der umgang mit leuten, die beysammen wohnen. Sen. epist. 6 *Magnos viros non scholæ, sed contubernium facit.* Suet. Tib. c. 14 *Thrasyllum Mathematicum ut sapientiæ professorem contubernio admoverat.* Ibid. c. 56 *Seleucum grammaticum a contubernio removit.* Id. Aug. c. 89 *Sphæri filiorumque contubernium iniit.* Sic, *Contubernium matris, proaviæ*, Idem Calig. c. 10; v. Plin. 3 epist. 3. Et, *Fortuitum contubernium avertere*, Phædr. 2, 5, 4. ¶ 3. Similiter & *contubernium* de connubio servilis conditionis dicitur, cum Romano jure inter servos legitimæ nuptiæ contrahi non possent, ac tale connubium mera cohabitatio potius, quam matrimonium esset. vid. l. 3 Cod. de incestis; l. 23 Cod. ad L. Iul. de adult. & l. 14 § 3 Dig. de ritu nupt. Hinc Curt. 5, 5, 20 *Si quos contubernii liberorumque, quos servitus coëgisset agnoscere, amor detineret.* conf. Brisson. de verborum, quæ ad jus pertinent, significatione. ¶ 4. Est & *Contubernium* impudicum illorum consortium, qui maritali affectione inter se juncti haud sunt, aut qui ducere se invicem lege prohibebantur, de quibus Imperator § 2 Instit. de hered. quæ ab intest. defer. Cic. Verr. 5, 40 *Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo litore?* Suet. Ves. c. 3 *Post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam & a manu, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium; habuitque etiam imperator pæne justæ uxoris loco.* Adde Suet. Cæs. c. 49; & Calig. c. 36.

¶ Contubernalis, *is*, m. ein zelt-gesell, camerad, mitgenoß. Festus: *Contubernales dicuntur a tabernis, quæ fiebant ex tabulis &c.* Sic, *Militiæ contubernales*, Cic. pro Ligar. c. 7. conf. Curt. 6, 2, 16; Suet. Cæs. c. 42 &c. ¶ 2. Hinc *Contubernales* domestici & familiares, qui vivunt conjuncti & cohabitant, hausgenossen, stubenbursche. Cic. fam. 9, 20 *Dolco, venire me non potuisse; habuisses enim non hospitem, sed contubernalem.* Id. de Clar. Or. c. 27 *Si illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat.* Vet. Gloss. συσκηνος, *collega, contubernalis.* Idem Cic. ad Att. 13, 28 Cæsarem nominat *Quirini contubernalem*, quem 12, 45 *Quirino σύνευνον* dixit, *sive Romulo*, quod divinos honores sibi decerni passus esset, uti Caligula apud Suet. c. 22 a Capitolino Jove *in contubernium ultro invitatus* videri voluit. Ex more & disciplina Rom. inter comites imperatoris aut prætoris erant senatorum filii, qui sub oculis & in latere ducis militaribus sermonibus & interdum consiliis intererant; hi *e contubernio* aut *contubernales prætoris* dicebantur, die in seinem gefolg waren. Cic pro Cæl. c. 30 *In Africam profectus est, Q. Pompejo præconsuli contubernalis.* conf. Lips. de Milit. Rom. 5 dial. 2; Sigon. de Iure ant. provinc. 2, 2; & Scip. Amirat. ad Tac. lib. 2 disc. 10. Plin. 2 ep. 13 *Hunc ego, cum simul studemus, arcte familiariterque dilexi: ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis; cum hoc seria, cum hoc jocos miscui.* ¶ 3. Vnum addimus, *Contubernalis* etiam muliebri genere reperiri. Ita Quintil. 4, 2 *Præclaræ contubernales.* Plin. 36, 12 *Æsopi conserva quondam & contubernalis hæc fuit.* Colum. 1, 8 *Contubernalis mulier.* conf. Petron. c. 56. Vet. Inscript. ap. Gruter. 606 n. 7 ANTONIAE CONTVBERNALI SVAE. Et p. 985 n. 11 CONTVBERNALI KARISSIMAE FEC.

¶ Contubernālitas, *atis*, f. jus contubernii, die camerad-schafft, apud Cyprianum.

TĀBES, *is*, f. morbus est, die darre, die schwindsucht, cujus tres sunt species. Aut enim corpus non alitur, & in maciem tandem desinit, ac dicitur ἀτροφία, das unaedeyen; aut alimenta omnia corrumpuntur, & membra ex illis refectionem nullam accipiunt, & vocatur *cachexia*; aut pulmo destillationibus ex capite & exulceratione afficitur, cui malo febricula levis accedit, & exscreatio putris: id vocant *Phthisin*, ἀπὸ τῦ φθίνειν, quod est *defectionem inducere.* vid. de *tabe ejusque speciebus*, Cels. 3, 22. *Lenta tabes* apud Ovid. Met. 2, 807. ¶ 2. Sallust. fragm. lib 4 Hist. c. 25 per metaphoram dixit: *Qui quidem mos ut tabes in urbem conjectus.* Idem Iug. c. 32 *Tanta vis avaritiæ in animos eorum veluti tabes invaserat.* conf. Idem Cat. c. 36. Liv. 7, 9 *In urbe insidentem tabem crescentis in dies fœnoris pati.* Et, *Fori tabes pecuniam advocatis fert*, Tac. An. 11, 6, 3, id est, litium contagio. ¶ 3. De putrefactione corporum, fäulung. Ovid. Met. 15, 156 *Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas Abstulerit.* v. Burm. ad Quint. Decl. 6, 3 p. 130. ¶ 4. Est & *arborum tabes*, Plinio 17, 24 perculsio nimia quædam & stupor, ἔκπληξις τῶν δένδρων, quemadmodum Theophrastus vocat, cum stirpes arescunt, wenn die bäume am stamm vertrocknen und verdorren. ¶ 5. De nive liquescente aliisque adhibetur. Liv. 21, 6 *Fluentem tabem liquescentis nivis ingrediebantur.* v. Gronov. Et mox ibid. *In levi tantum glacie tubidaque nive volutabantur jumenta.* Ita Lucan. 10, 225 *Prima tabes nivis*, i. e. solutio, liquefactio, die zerschmelzung. Plin. 9, 35 f. 58 *Asperitas visque aceti in tabem margaritas resolvit.*

¶ Tabum, *i*, n. pro sanie & sanguine corrupto fere usurpatur in genitivo & ablativo casibus, ut Priscianus non uno loco tradit; nam Servius male ablativum tantum admittit, eiter, schwerend blut. Virg. Æn. 3, 626 *Vidi, atro cum membra fluentia tabo Manderet &c.* De Polyphemo. Ovid. Met. 2, 760 *Protinus invidiæ nigro squalentia tabo Tecta petit.* Et Lucanus 6, 547 *Nigrumque per artus Stillantis tabi sanies, virusque coactum Sustulit.* Sed hac notione accusativo *tabem sanguinis* dixit Livius 30, 34.

¶ Tābidus, *a, um*, quod tabe consumitur, schwindend; ut, *Nix tabida*, liquescens, apud Livium 21, 36. Vide, quæ modo in *Tabes* n. 5 dicta sunt. ¶ 2. Et quod affert tabem, sive consumit, verzehrend. Ovid. Pont. 4, 8, 49 *Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas.* Et Martial. 1 epigr. 79 *Indignas premeret pestis cum tabida fauces.*

¶ Tābĭdŭlus, *a, um*, dimin. Virg. Cir. v. 182 *Tabidulamque videt labi per viscera mortem.*

¶ Tābidōsus, & Tabiōsus, *a, um*, eiterich. Tertull. Apol. c. 13 *Enecta & tabiosa & scabiosa quæque mactatis.* Idem de Pudicit. c. 14 *Cadaver immunditia recuperabili tabiosum.*

¶ Tābĭtūdo, *inis*, f. idem ac *Tabes*, die schwindsucht. Plin. 22, 25 *Ad tabitudinem redactus.*

¶ Tābeo, *ui, ēre*, verdorren, schwinden. Ovid. Met. 7, 541 *Corpora tabent.* Et Martial. 4 epigr. 18 *Tabuit in calido vulnere mucro tener.* Gell. 7, 8 *Delphinus amans desiderio tabuit exanimatusque est.*

¶ Tābens, *tis*, schwach, matt, krafftlos. Virg. Æn. 1, 173 *Et sale tabentes artus in litore ponunt.*

¶ Tābesco, *ui, ĕre*, quod frequentius est, significat paullatim consumi, abnehmen, schwinden, verschmachten. Plaut. Capt. 1, 2, 31 *Marcesco, conficio & tabesco miser.* Ter. Adelph. 4, 3, 12 *Dolore ac miseria tabescere.* Cic. Tusc. 4, 17 *Molestiis & morbo tabescere.* Idem Cat. 2, 4 *Desiderio alicujus tabescere*, sich nach einem sehr sehnen, sich abhärmen. At Att. 2, 14 *Otio quo nunc tabescimus.* Sic, *Curæ tabuerant*, Ovid. Metam. 8, 227. *Nives tabescunt*, Sen. Qu. Nat. 5, 11. Adde Cels. 6, 15; Colum. 12, 17; Pallad. Febr. t. 30; & Lactant. 7, 12, 8. ¶ 2. Eleganter Plaut. Stich. 5, 1, 8 *Dies quasi senex tabescit*, der tag nimmt ab, neiget sich. Lucret. 5, 679 *Crescere itemque dies licet & tabescere noctes.*

¶ Tābescens, *tis*. Claud. Cons. Honorii 6, 344 *Hic tabescente solutus subsidit galeâ.* Et Tertull. adv. Iudæos c. 11 *Tabescens anima.*

¶ Tabefactus, *a, um*, geschwunden, zerschmolzen. Solinus c. 8 *Tabefactis nivibus & liquentibus.* conf. Prudent. Cathem. 10 v. 19.

¶ Tābĭfĭcus, *a, um*, quod tabem inducit, abzehrend, ausdorrend. Cic. Tusc. 4, 16 *Ægritudo & metus tabificæ mentis perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum & afflictionem inferunt.* Vet. Poëta de Livore: *Livor tabificum malis venenum &c.* Adde Lucan. 5, 111; Sil. 6, 276; Suet. Tib. c. 73; Plin. 8, 10; & 29, 4.

¶ Tābĭfĭcābĭlis, *e*, idem. Accius apud Nonium 2, 852 *Liberorum lethum tabificabile.* Gloss. lat. gr. *Tabificabile*, τηκεδονικόν.

¶ Tābifluus, *a, um*, poëticum, hinfällig. Venant. Fortunatus Vita Martini 4, 430 *Cunctaque tabiflua penetrasset acumine morbus.* Et Prudent. Apoth. v. 590 corpus vocat *hospitium cratis tabifluæ.*

Composita cum præposit.

¶ Contabeo, *ēre*, & Contābesco, *ēre*, idem ac *Tabescere*; ut, *Quam facile scelere vestro contabuistis*, Auct. ad Herenn. 4 c. 15. Et, *Artemisia illa Mausoli Cariæ regis uxor, quamdiu vixit, in luctu eodemque etiam confecta contabuit*, Cic. Tusc. 3, 31. Plaut. Merc. 1, 2, 91 *Cor miserum meum guttatim contabescit.*

¶ Contabescens, *tis*. Vulg. Interp. 2 Sam. 13, 20 *Manfit Thamar contabescens.*

¶ Contābĕfăcio, *ēre*, abmergeln, auszehren. Plaut. Pseud. 1, 1, 19 *Me miseria & cura contabefacit.*

¶ Distabeo, *ēre*, & Distabesco, *ēre*, verdorren, vergehen. Cato R. R. c. 24 *Sinito cum mujo distabescat.* Augustin Confess. 3, 3 *In iniquitates distabui.* Et, *Distabuisse in coquendo*, dixit Festus in Monstrum.

¶ Extabeo, *ēre*, & Extabesco, *ui, ĕre*, tabe confici, abnehmen, hager werden; ut, *Extabuit macie corpus*, Cic. Tusc. 3, 12. ¶ 2. Et per translationem, *Opiniones fictæ atque vanæ diuturnitate extabescunt*, Cic. Nat. D. 2, 2, falscher wahn verschwindet mit der zeit.

¶ Intabeo, *ēre*, & Intābesco, *ĕre*, idem quod *Tabescere*; ut, *Novella vitis ad maciem redigitur, & intabescit*, Colum. 4, 3. Ovid. Met. 3, 486 *Vt intabescere flavæ Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ Sole tepente solent.* Sic, *Diuturno morbo intabescere*, Cic. de Nat. D. 3, 35. *Dolori intabescere*, Sen. Polyb. c. 24.

¶ Pertabeo, *ui, ēre*, & Pertabesco, *ĕre*, sehr abnehmen, hager werden. Corn. Severus Ætna v. 474 *Si quis lapidum summo pertabuit igne.*

¶ Subtābĭdus, *a, um*, aliquantum tabidus, krafftlos, blaß. Ammian. Marc. 26, 17 pr. *Stetit itaque subtabidus: excitum putares ab inferis.* Metaphorice pro timido & consternato.

Tablīnum, vide mox in *Tabula.*

TABRĂCA, *æ*, f. Africæ oppidum vel regio, Iuven. sat. 10, 194; & Sil. 3, 256. vide Geograph.

TĂBŬLA, *æ*, f. ein bret, tafel, bolen: ut, *Arripere tabulam de naufragio*, Cic. Off. 3, 23. ¶ 2. Et quoniam veteres in tabulis ligneis, non in linteis pingebant, inde *Tabula* sæpe de pictura dicitur, ein gemählde, schilderey; ut, *Tabula picta*, Horat. 1 epist. 2, 53. *Imago in tabulis*, Cic. de Fin. 5, 1. Horat. de Arte poët. v. 6 *Credite Pisones isti tabulæ fore librum Persimilem &c.* id est, picturæ vel imagini in tabula expressæ. Lege quæ præcedunt. Propert. 1, 2, 22 *Qualis Apelleis est color in tabulis.* Et 3, 9, 11 *In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles.* Sic, *Tabulæ antiqui operis*, Suet. Cæs. c. 47. *Tabulæ Corinthiæ*, Flor. 2, 16, 6. ¶ 3. Iam quia ante chartæ usum antiqui in tabulis scribebant, de quo & B. Hieron. 1 ep. 1 observat, idcirco *tabulæ* omnis generis scripturas & codices significant, schrifften, urkunden. Itaque apud Liv. 9, 46 *Tabulam ponere* videtur idem significare, quod scripru se abdicare. Eodem sensu rhetores *de tabulis* præcipiunt. v. g. Quint. 5, 5. Ita, *Tabulæ accepti & expensi*, Cic. pro Rosc. Com. c. 1, register der einnahme und ausgabe. Flor. 1, 24, 1 *Leges duodecim tabularum.* Cic. de Orat. 1, 44 *Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellas uberitate superare.* Sic, *Tabulæ* sive *Tabellæ testamenti*; ut, *Aperire tabulas testamenti*, L. 7 Dig. Testam. quemadm. &c. ein testament öffnen. *Tabulæ testamenti obsignatæ*, Cic. Verr. 1, 45. Etiam simpliciter *tabulæ* appellantur. Ovid. Art. am. 2, 332 *In tabulas multis hæc via fecit iter*, h. e. in tabulas supremæ voluntatis. ¶ 4. *Tabulæ novæ* dicebantur, quibus omne æs debitoribus condonabatur. Quod non temere, nisi in tumultu turbataque republ. fieri solebat. Has enim tabulas proponere novas res molientes solebant; ut divites & aversos ab se vexarent atque affligerent. Sic Catilina tabulas novas promisit. Sic bello civili exorto multi timebant, ne idem faceret

Cæsar, quod ipse testatur de B. Civ. 3, ipso initio, & Suet. ejus vita c. 42 refert. Passim harum tabularum mentio fit. v. Cic. Off. 2, 23. Res ipsa a Sulla, qui primus instituit, de quo Liv. lib. 88 Epitome. Quod & Vellejus 2, 68, 1, nec non Plutarchus, & Victor c. 75, & Flor. 2, 21, 25 testantur. vid. Cæl. Rhodig. Lect. ant. 12, 20. *Adesse ad tabulam*, h. e. auctioni interesse, Cic. pro Cæc. 6. conf. Mencken. Obs. L. L. h. voce. ¶ 5. *Tabula* item *alea* est. Sic, *tabulæ ludere, ad tabulam ludere*, dicimus, auf dem brete spielen. De quo lusus genere uberrima & eruditissima collectanea habes apud Salmasium ad Proculum Vopisci. vid. & Suidas in τάβλα. ¶ 6. Propert. 4, 3, 35 *Cogor & e tabula picios edisscre mundos*, i. e. tabula geographica, de cujus generis antiquitate hic nonnulla Brouckh. & Pet. Wesselingius ad Itineraria antiqua, landcharten. ¶ 7. Agri modum notat Palladio. vid. Gesneri Lex. rust.

¶ Tabella, *æ*, f. dimin. ut, *Pictæ tabellæ*, Horat. sat. 1, 1, 72, schildereyen. Et, *Tabellæ pictorum*, Plin. 16, 39. Et, *Exornare aliquid*, vel *locum aliquem tabellis*, Cic. fam. 7, 23. *Tabella* etiam *nota ventos facit* puellæ amator apud Ovid. am. 3, 2, 37. ¶ 2. Insignis est *Tabella judicum* & generatim sententiam ferentium. Ita, *Sententiam per tabellas ferre*, Cic. Verr. 4, 47. Id. fam. 3, 12 *Ne in tabellis quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam*, i. e. in ipso per tabellas judicio, ubi latet quis absolverit aut condemnarit. Nam ut pro Rab. Post. c. 5 ait: *Tabella est, quæ dat potestatem, occultat libidinem*: Id. pro Sext. c. 48 *Tabellæ licentiam optimates pertimescebant*, quam de L. Agrar. 2, 2 *vindicem tacitæ libertatis* appellat. Ad fraudem & corruptionem pertinebant *tabellæ ceratæ*, Cic. Divin. in Cæc. c. 7. De usu Legum tabellariarum disputat Idem de Leg. 3, 15 & 16. Vid. mox *Tabellarius, a, um*. De ternis autem judicantium sive sententias ferentium tabellis, in quibus A. *Absolutionis*, C. vero *condemnationis* nota erat, ac N. L. i. e. NON LIQVET, *ampliationis*, v. Berneg. ad Suet. Aug. c 33. ¶ 3. *Tabellæ* epistolæ dicebantur, quod in brevibus tabulis scriberentur, briefe; ut, *Lepide tabellæ*, Plaut. Pseud. 1, 1, 25. *Tabellas signare* vel *consignare*, Idem Curc. 2, 3, 86; & Ovid. Amor. 2, 15, 15. add. Art. am. 2, 395. Multa etiam disces ex Am. 1, 12, præsertim ad v. 27 Burmannus *duplices, triplices, quintuplices* tabellas ex veteribus profert. ¶ 4. Instrumenta, quæ vocamus, contractuum *tabellæ* vocantur. e. g. *Legitimi tabellis pacta junctaque*, wo man eine ehestiftung gemacht, Iuvenal. 6, 199. *Tabellæ contractuum, cautionum*, Sen. de Constant. Sap. c. 6. v. ibid. Lips.

¶ Tabellio, *ōnis*, m. ein schreiber, ein notarius. Capitol. de Macrino c. 4 *Venator primo, post etiam tabellio*. Vet. Gloss. *Tabellio*, ἀγράμματος νομικός. Erant liberi homines, ideoque ad decurionatum etiam adipirare poterant. *Tabelliones* a Iuris studiosis & Advocatis separat Vlpianus l. 9 § 4 D. de pœnis. Firmic. 4, 5 *Tabelliones publici & qui ex literis quærunt vitæ falsidia*.

¶ Tabellārius, *i*, m. subst. scriba acceptarum, expensarum, ein buchhalter; ut, *Habebat in eo tabellarium in tributis*, Sidon. 4 epist. 11, ubi *Tabularium* tamen libri habent. ¶ 2. ein bote, briefträger. Cic. ad Attic. 1, 13 *Fidelis tabellarius*.

¶ Tabellārius, *a, um*, adject. Sic, LEX TABELLARIA, dicebatur, quæ suffragia non voce, sed tabula jubebat ferre. Cujus generis non una, sed quaterna fuit. Prima a Gabinio lata de mandandis magistratibus; altera Cassia de populi judiciis, excepto perduellionis crimine: tertia Papyria de legibus jubendis & vitandis: ultima Cælia de perduellionis judicio. His igitur legibus permittebatur publicum suffragium populo non voce, sed tabella ferre. In quo magnam jacturam fecit nobilitas: quod qui palam repugnare non audierant, per tabellam quidvis possent efficere. Lege Ciceronem contra illas disputantem de L. L. 3, 15 & 16; item pro Sextio c. 58, pro quibus Sallustius est Orat. 2 ad Cæsar. c. 18. vide & Plin. 3 epist. 20; & 4 epist. 25. ¶ 2. *Naves tabellariæ*, post-schiffe, apud Senecam epist. 77, quæ præmitti solebant, & nuntiare secuturæ classis adventum.

¶ Tabulāris, *e*; ut, *Aurum, as tabulare*, gold-blätgen oder ander ertz, damit man tafeln oder gemählde belegt, Plin 31, 9. *Tabularis clavus*, ein bretnagel, Petron c. 75. Et substantive *Tabularibus torquere*, folten, Sen. de Ira 3, 19.

¶ Tabulārius, *i*, m. subst. ein schreiber, canceliſt, buchhalter. *Tabularii* erant servi publici, qui in provinciarum civitatibus acta publica, item rationes curabant: νομικοί Novella 66 appellantur. Sunt, quos *Notarios* nunc appellamus; qui & testamentis scribendis adhibebantur. v. Casaub. ad Suet. pag. 192. Vet. Inscript. apud Gruter. pag. 632 n. 4 M. LIVIO CELSO TABVLARIO SCHOLAE MEDICORVM. TABVLARIVS *a* PATRIMONIO: in alia Murat. p. 898. Sen. epist. 88 *Cujus patrimonium tabularios lassat*, i. e. computatores, calculatores, die rechnungs-führer. Adde Tertull. Apol. c. 39; Vlpian. D. lit. 6 l. 7 § 4; Capitol. in Antonino Phil. c. 9; Ammian. 28, 1; & Marc. Donati ad eum loc. Dilucidationes. Symmach. 9 ep. 10; Sidon. 5 epist. 7; Isidor. 5, 24.

¶ Tabularium, *i*, n. subst. locus, in quo tabulæ & scripta publica asservantur, vulgo *archivum* vocatur, die schreib-stube, die canzeley, das archiv. Cic. pro Archia c. 4 *Tabulas desideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario interiisse scimus omnes*. Et Apul Apol. p. 324 *Litteras e tabulario publico deſcripſimus*. Et interjectis non paucis p. 330 *Tabulæ ejus partim tabulario publico, partim domo adſervantur*. Et Virg. Georg. 2, 502 *Infecundique fori & populi tabularia vidit*. Inscr. apud Murat. p. 685 n. 2 CVRATORES TABVLARIORVM PVBLICORVM. Apud Tertullianum de Idol. c. 10 *Tabularia idolorum* sunt loca tabulis idolorum asservandis consecrata.

¶ Tabularia, *æ*, f. subst. idem; ut, *Tabulariæ publicæ*, Claud. ap. Nonium 3, 110.

¶ Tabulīnum, *i*, n. idem. Apul. Florid. extr. p. 364 *Tabulina perpulcra in ædibus*. Varro apud Nonium 2, 112 *Tabulinum* dicit esse *Mœnianum tabulis fabricatum*. Videtur idem quod *Tablinum*, de quo sequitur.

¶ Tablīnum, *i*, n. locus dicebatur atrio proximus vel atrii potius, ut ex Vitruvii 4, 4 constare potest, ubi tabulæ, scripta, instrumenta publica, & monumenta rerum gestarum asservabantur. In aulis & curiis diversis appellationes fortasse etiam diversas accipit, die stammeren, canzley, das archiv, Cicero *Tabularium* dixit de N. D. 3, 30. Vide *Grammatophylacium*, & *Pinacotheca*. Plin. 35, 2 *Tablina codicibus implebantur*. conf. Bald. Lex. Vitruv. p. 122.

¶ Tabulo, *are*. Hinc

¶ Tabulātus, *a, um*, getäfelt; ut, *Tabulatus transitus*, Plin. 2 epist. 17, ein gang. *Tabulata ædificia*, Fest. in *Adtubernalis*.

¶ Tabulatum, *i*, n. subst. interstitium in ædibus, tabulis constratum & parietibus fulsultum, ein boden, fleckwerck, tafelwerck. Cæs. B. Gall. 6, 28 *In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit*. Liv. 28, 6 *Turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum*. Sil. 14, 300 *Turris tabulata deum cui crescere Graias fecerat*. Curt. 4, 3, 4 *Summa tabulata conceperant ignem*. Stat. 1 Silv. 5, 57 *Stata solo tabulata*. ¶ 2. In arboribus *Tabulata* sunt rami ulmorum, populorumque reliquis excisis relicti ad sustinendas vites. Plin. 17, 23; & Colum. 5, 6. Et Virg Georg. 3, 361 *Summasque sequi tabulata per ulmos*. ¶ 3. *Tabulata* etiam viles composituras notant, ex ligno factas, præcipue in navibus, schiffboden. Val. Flaccus 8, 305 *Vocibus urgent: Interea, & pedibus pulsant tabulata frequenter*. conf. Lucan. 4, 432. Cat. R. R. c. 55 *Ligna in tabulato condere*, auf den holtz-boden. Colum. 2, 22 *Fœnum in tabulata comportare*, auf heuboden. Add. 2, 8, 2. ¶ 4. Idem 12, 48 *Alterna tabulata olivarum & salis usque in summum componant*, die schichten, conf. 12, 39, 3.

¶ Tabulātim, adverb. per tabulas. Pallad. 3, 9 *Placet genera vitium tabulatim disponi*. vid. *Tabula* n. 7.

¶ Tabulatio, *ōnis*, f. die täfelung, das täfelwerck. Cæs. B C 2, 9 *Tabulationem perfringere*. Vitruv. 5, 5 *Theatra tabulationes habent complures*.

¶ Tabulamentum, *i*, n. idem. Frontin. Strateg. 1, 7, 1 *Junxit dolia conſtravitque tabulamentis, ac ſuper ea poſitos per Siculum fretum transmiſit*.

¶ Contăbŭlo, *are*, tabulis consternere, von bretern bauen, dielen, täfeln; ut, *Contabulare murum turribus*, Cæs. B. G. 7, 22. *Æmulatione Xerxis, qui Helleſpontum contabulaverit*, Suet. Calig. c. 19. *Philippus binas naves contabulavit*, Frontin. Strateg. 3, 9, 8.

¶ Contabulātus, *a, um*, getäfelt, mit bretern beſchlagen; ut, *Turres contabulatæ*, ex tabulis compactæ, Liv. 24, 34. Et Ammianus 27, c. 10 *Pons contabulatus ſuper navium foros*, eine schiffbrücke. Curt. 5, 7, 8 *Contabulatum mare molibus*.

¶ Contabulatio, *ōnis*, f. die täfelung, der breterne fußboden; ut, *Turris altitudo perducta ad contabulationem, &c.* Cæs. B. Civ. 2, 9.

Tabum, vide paullo ante in *Tabes*.

TĂBVRNVS, *i*, m. mons Campaniæ, abundans olivetis. Virg. Georg. 2, 38 *Oleâ magnum veſtire Taburnum*.

TĂCEO, *ui, itum, ēre*, σιγᾶν, schweigen, verschweigen, still seyn. Ter. Eun. 3, 2, 23 *Tacent, ſatis laudant*. Sic, *Tacere rem aliquam*, & *de re*. Cic. de Orat. 1, 26 *Enunciabo apud familiariſſimos, quod adhuc ſemper tacui, & tacendum putavi*. Nep. 10, 2, 5 *Id medici non tacuerunt*. Et Curt. 6, 10, 7 *Tacere arcana* dixit. Rurfus Cic. Act. in Verr. c. 9 *An me taciturum tantis de rebus exiſtimaviſtis?* Et Attic. 1, 19 *Nimis diu de rebus alicujus tacere*. Sic, *Tace modo, ac ſequere*, sieh dich nur zufrieden, Ter. Adelph. 2, 4, 16. *Cum tacet omnis ager &c.* i. e. cum omnia quiescunt, da des nachts alles still ist, Virg. Æn. 4, 525. *Plectra tacent*, Ovid. Heroid. 15, 198. *In medio Marte tacetur amor*, Idem Amor. 2, 18, 36. Liv. 9, 6 *Tacet indoles Romana, ablatique cum armis animi*. Sen. ad Marc. 1 *At illorum carnificum cito ſcelera quoque tacebunt*. Et Ter. 2, 3, 28 *Ignotum eſt, tacitum eſt*, man hat es verschwiegen. Eurip. Νέῳ σιγᾶν ἢ λαλεῖν πρέπει, id est, *Iuvenem tacere plus decet, quam loqui*. Ovid. Amor. 2, 2, 28 *Quis minor eſt autem, quam tacuiſſe labor*.

¶ Tacens, *tis*. Plaut. Rud. 4, 4, 72 *Neque loquens es, neque tacens unquam bonus*. Quintil. 2, 28 *Oratio tacens*. Propert. 4, 4, 49 *Tacentes aquæ*. Sen. Herc. fur. v. 713 *Fluvius tacens*. Tac. Hist. 3, 85, 3 *Tacentes loci*, i. e. solitudo.

¶ Tăcendus, *a, um*, verschwiegens-werth. Ovid. de Arte am. 2, 604 *At contra gravis eſt culpa, tacenda loqui*. Martial. 1, 5 *Vir Celtiberis non tacende gentibus*.

¶ Tăcĭtus, *a, um*, qui tacet, stillschweigend, heimlich. Ter. Hec. 4, 1, 3 *Corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam*. Et, *Aſſentitur tacitus*, Cic. Divin. in Verr. c. 7. ¶ 2. *Tacitus*, passive, verschwiegen, verborgen, geheim. Cic. fam. 3, 8 *Prima duo capita epiſtolæ tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt*. Id. pro Cæc. c. 18 *Si voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis omnino non uteremur*. Id. Cat. 3, 11 *Nihil me matum delectat, nihil tacitum*. Et Verr. 5, 71 *Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quam indictæ & apertæ*. Sic, *Tacita aſſentatio*, Id. pro Mil c. 5. *Cogitationes tacitæ*, Quintil. 6, 1. *Tacita exæquare ira*, Ovid. Met. 6, 623. Et, *Tacitis ſenescimus annis*, Id. Fast. 6, 771. *Tacitum ſenatus conſultum*, quod non diceretur, vide supra in *Senatus conſultum*. Liv. 1, 50 *Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt*. Martial. 13, 60 de cuniculo: *Monſtravit tacitus hoſtibus ille vias*. ¶ 3. *Tacitus* idem ac tranquillus, placidus, ruhig, still; ut, *Tacita nox*. Ovid. Met. 9, 473. *Tacitus curſus*, scil. fluminis, ibid. 14, 601. *Tacito ſigno exercitum adduxerunt*, Liv. 29, 30. *Scipio quarta vigilia noctis inſequentis tacito agmine profectus*, Liv. 21, 48.

¶ Tacĭtum, *i*, n. substantive, pro silentio & arcano, die stille, heimlichkeit; ut, *Taciti vulgator*, Ovid. Amor. 3, 7, 51. *Ei, qui ſoleat ebrius fieri, non dari tacitum*, Seneca epist 84. *Per tacitum* Seneca tragicus dixit Thyeste v. 396, i. e. per silentium, per quietem & otium: *Nullis nota Quiritibus Ætas per tacitum fluat*.

¶ Tăcĭto, adverb. in der stille, heimlich. Iustinus 18, 4, 9 *Fugam tacito molitur*. Cic. Verr. 2, 73 *Vos jam me tacito intelligetis*.

¶ Tacĭte, idem. Plaut. Pœn. prol. v. 32 *Matronæ tacite ſpectent, tacite rideant*. Et, *Habere aliquid tacite*, Liv. 42, 16, etwas verschwiegen

gen halten. *Tacite rogare*, Cic. pro L. Manil. c. 5; *concedere*, Id. pro Quint. c. 15.

¶ Tacitŭlus, *a, um*, diminut. idem Varro apud Nonium 1, 234 *Novus maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingulum.* Et ibid. 17, 13 *Voluptatem tacitulus taxim consequi possum.*

¶ Tacitābundus, *a, um*, tacens. Donat. in Vita Virgilii: *Quare ille sæpe aut tacitabundus discedebat.*

¶ Tacitŭrio, *ire*, gern ſchweigen wollen. Sidon. 8 epiſt. 16 *Taciturire deliberavimus.*

¶ Tăcĭturnus, *a, um*, natura facile tacens, ſtillſchweigend, verſchwiegen; ut, *Taciturna obſtinatio*, Nepos 25, 22, 2. *Delia taciturna*, Tibull. 1, 2, 33 *Taciturna silentia rumpere*, Ovid. Art. am. 2, 505. *Taciturnum flumen* eſt leniter murmurans, ap. Sil. 4, 224. v. Drakenb. *Statua taciturnior*, Horat. 2 epiſt. 2, 83. Plautus etiam Curc. 1, 1, 20 *Oſtium taciturniſſimum* dixit.

¶ Taciturnŭlus, *a, um*, dimin. apud Apulejum: *Blanda mulier & taciturnula.*

¶ Taciturnĭtas, *ātis*, f. die verſchwiegenheit. Ter. Andr. 1, 1, 7 *Opus eſt his &c. fide & taciturnitate.* Cic. fam. 1, 5 *Noſti hominis tarditatem & taciturnitatem.* Id. Att. 7, 8 *Suſpicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat.* Et de Invent. 1, 32 *Taciturnitas imitatur confeſſionem.* Valer. Max. 2, 2, 2 *Taciturnitas optimam eſt & tutiſſimum rerum gerendarum vinculum.* Nepos 15, 3, 2 *Taciturnitatem interdum eloquentiâ potiorem eſſe* ait. ¶ 2. Invenitur etiam pro ſilentio literario. Symmach. 1 epiſt. 5 & 82 *Inceſſi taciturnitatis*, hoc eſt, ſilentii accuſari, ſive neglecti officii litterarii.

Compoſita:

¶ Attaceo, *ui, ēre*, laudatur ex Cic. pro Flacco c. 15 *Liceat hæc nobis, ſi obliviſci non poſſumus, attacere.* Sed dividunt recte optimæ editt.

¶ Conticeo, *ui, ēre*, prorſus tacere, verſtummen. Virg. 2 Æn. pr. *Conticuere omnes intentique ora tenebant.* Cic. Catil. 3, 5 *Recitatis literis debilitatus atque objectus conſcientiâ, repente conticuit.* ¶ 2. Cic. Clar. Orat. c. 94 metaphorice dixit, *Studium noſtrum conticuit ſubitoque obmutuit.*

¶ Conticeſco, *ĕre*, ſtill werden, ſchweigen; ut, *Si quis admoverit aurem, conticeſcent.* Sen. epiſt. 10 *Dum conticeſceret illa lamentatio & gemitus urbis*, Cic. poſt redit. in Senatu c. 7. Et, *Ætas nulla de tuis laudibus conticeſcet*, pro Marcello c. 3. *Illæ ſcilicet literæ conticuerant forenſes & Senatoriæ*, Id. Offic. 2, 1. *Conticeſcebat paulatim tumultus*, Liv. 25, 10. conf. Id. 2, 29.

¶ Conticĭnium, *i*, n. primum tempus noctis, quo omnia propter quietem conticeſcunt, der erſte ſchlaf. vide *Nox.* Plaut. Aſin. 3, 3, 95 *Redito hoc conticinio.* Adde Varr. L. L. 5, 2. Macrob. Sat. 1, 3. *Conticinium* (vel *conticuum*, uti quidam legunt) vocat eam partem noctis, quæ eſt media inter gallicinium & diluculum, *cum & galli conticeſcant, & homines etiam tum quieſcunt.*

¶ Obticeo, *ēre*, vel Obticeſco, *ĕre*, idem quod vel tacere, vel conticere, ſtillſchweigen. Ter. Eun. 5, 1, 4 *Virgo lacrymans obticet.* Daceria laudat Donati obſervationem: *Tacemus conſilia: reticemus dolores: obticemus, ubi dicere rem pudet.* Martial. 10 epigr. 17 *Et queritur nugas obticuiſſe meas.* Horat. de Arte poët. v. 284 *Chorusque Turpiter obticuit.*

¶ Obticentia, *æ*, f. die verſchweigung. Quintil. 9, 2 *ἀποσιώπησις, quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam appellant.*

¶ Reticeo, *ēre*, & Reticeſco, *ĕre*, verſchweigen. Ter. Heaut. 1, 1, 33 *Iſtuc quicquid eſt fac me ut ſciam; ne retice.* Cic. ad Qu. frat. 1, 2 *Nihil nec temere dicere, nec aſſute reticere debeo.* Id. in Verr. 1, 53 *De Chelidone reticuit, quoad potuit.* Salluſt. de Rep. ord. c. 8 *Magis reticuiſſe pigeret.* Catull. 69, 41 *Non poſſum reticere Deæ.* Liv. 2, 41 *Ad Valerium, negantem ſe privato reticere, lictorem accedere juſſit.* Tacit. Annal. 14, 49 *Vitellius optimum quemque jurgio laceſſens, & reſpondenti reticens.* Paſſ. Ovid. Heroid. 20, 151 *Reticetur formula pacti.*

¶ Reticens, *tis*. Hinc Compar. Aut. ad Herenn. 2, 7 *Alius alio reticentior eſt in dolore*, der weniger ſagt. Hæc lectio Grutero non diſplicet, etſi codices habeant *recentior.*

¶ Reticenter, adverb. verſchwiegener weiſe. Cic. Att. 10, 6 *Aſſute nihil ſum acturus, & tamen reticenter.*

¶ Reticentia, *æ*, f. cum id non dicitur, quod dici debuit, die verſchweigung, verhaltung. Plaut. Merc. 5, 2, 52 *Enecas me miſerum tuâ reticentia.* Cic. Off. 1, 41 *Ex locutione, ex reticentia facile judicabimus.* Ibid. 3, 16 *Etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta.* ¶ 2. Eſt & figura rhetorica, gr. *ἀποσιώπησις.* vide Quintilianum in *Obticentia* modo allegatum, & Cic. de Orat. 3, 53 ſub fin.

¶ Reticendus, *a, um*. Propert. 2, 24 *Reticendus amor.* Ovid. Heroid. 19, 63 *Multa linguæ reticenda modeſtæ.* Stat. Theb. 1, 230 *Reticenda Deorum crimina.* Juſtin. 1, 7, 15 *Matrimonii reticenda publicare.*

¶ Subtăcĭtus, *a, um*, aliquantum tacitus, etwas ſtill. Prudent. Hamartig. v. 174 *Hinc ſchola ſubtacitam meditatur gignere ſectam.*

TĂCĬTUS, *i*, m. Cornel. Tacitus, orator fuit clariſſimus ſub Domitiano, Nerone & Trajano principibus, æqualis ac familiaris Plinii junioris, hiſtoriam principum conſcripſit ſtylo ſublimiori, ab Auguſto usque ad Hadrianum, quæ integra hodie non habetur. Scripſit porro de moribus ac ſitu Germaniæ ſtylo preſſo; item de vita Agricolæ ſoceri ſui floridius. Taciti adeo amans fuit Tacitus imperator, ut decies quotannis deſcribi eum, & in omnibus bibliothecis reponi juberet, Vopiſcus in vita Taciti imperatoris c. 10.

TACTĬCE, *es*, f. *τακτική*, græce dicitur illa pars militaris ſcientiæ, quæ de inſtruenda acie agit, a *τάττω, ordino.* Eam igitur artem qui notant, aut tradunt, *Tactici* appellantur. v. Caſaub. in Æneam de toleranda obſidione, ad ipſum tit. libri. Græci poſteriores ſolent uti hac voce non ſolum *de rebus militaribus*; verum etiam de mandatis in genere, quæ aliquem ad ordinem ſpectant. vid. Leunclav. ad Xenoph. pag. 1045.

¶ Tactĭcus, *i*, m. *τακτικός*, aciei inſtruendæ peritus, ſive ſcriptor, qui de arte aciei diſponendæ deque ordinibus militaribus litteris quædam conſignavit, cujusmodi ſcripta etiam *Tactica* n. pl. vocantur; ut ſunt *Tactica Æneæ, Sexti Julii Frontini, Claud. Æliani*, & aliorum.

Tactio, tactus, &c. Tæda, vide infra *Tango, Teda.*

TAEDET, *taduit*, vel *tæſum eſt, tædere*, verdruß haben. Plaut. Caſ. 1, 54 *Abeo intro, tædet ſermonis tui*, fubaudi, *me*, es verdreuſt mich dir länger zuzuhören. Ter. Eun. 2, 3, 6 *Tædet harum quotidianarum formarum*, ich bin ihrer überdrüßig. Cic. Att. 2, 24 *Prorſus vitæ tædet, ita ſunt omnia miſeriarum pleniſſima.*

¶ Tædeſco, *ĕre*, verdrüſſen. Minut. Fel. in Octav. 28 n. 11 *Quos prius tædeſcit impudicitiæ ſuæ, quam pudeſcit.* Gloſſ. gr. lat. *σικχαίνω, Tædeo, tædeſco.*

¶ Tædio, *āre*, verdrüßlich ſeyn. Lamprid. in Alex. Severo c. 29 *Neque unquam tædiavit, aut moroſus ac iratus reſedit.* Ad quem locum Caſaub. *Verbum novum, & meo judicio elegantiſſimum tædiare, pertæſum alicujus negotii id deſcrere, & ut loquitur Marcus imperator, προσαποκνῆσαι τῆς ἐφημένης* &c. Gloſſ. *Tædio, ἀνιμῶ.*

¶ Tædians, *tis*. Veget. de Re vet. 3, 1 *Tædianti bovi adverſus omnes morbos potio iſta ſuccurrerit.* Et Tertull. adv. Iud. c. 11 *Cor tædians.*

¶ Tædium, *i*, n. der verdruß, überdruß, eckel; ut, *Tædium laboris*, Quintil. 2, 2. *Tædium adducere*, Plin. 30, 15; & *adferre*, Liv. 34, 34. *Cepit eum tædium belli*, Id. 8, 2, er iſt des krieges überdrüßig. *Levare tædium*, Quintil. 2, 12. Item, *Effugere tædium varietate*, Quintil. 4, 2. *Parere tædium*, Id. 2, 2. *Capere tædia cœpti*, Ovid. Met. 9, 615. *Tædia ſubeunt animos*, Iuvenal. 7, 34.

¶ Tæditudo, *ĭnis*, f. idem. Gloſſ. gr. lat. *σικχασία, tæditudo.*

¶ Tædiōſus, *a, um*, tædii plenus, verdrüßlich. Gloſſ. Vet. *Tædioſus, ἀηδής, σικχός.* Iul. Firmicus 1, 3 ſub fin. *Invitus longam ac tædioſam lucis ſuſtinet ſarcinam.* Eugenius Toletanus carm. 12, quod lamentum de ſenectute eſt: *Hæc tædioſa mente dum recogito.*

¶ Tædiōſe, adverb. idem. Gloſſæ eædem: *Tædioſe, ἀηδῶς.* Et Apul. de Deo Socrat. p. 51 *Tædioſe ventis abnuentibus.*

¶ Tædŭlus, *a, um*, idem. Feſtus: *Tædulum antiqui interdum pro faſtidioſo, interdum, quod omnibus tædio eſſet, ponere ſoliti ſunt.*

¶ Diſtædet, *ēre*, ſehr verdrüſſen. Ter. Phorm. 5, 8, 22 *Me cum hoc ipſo diſtædet loqui*, id eſt, prorſus vel valde tædet. Et Plaut. Amph. 1, 3, 5 *Quod tui me diſtædeat.* ¶ 2. *Diſtæſum & Pertæſum antiqui dicebant, quod nunc diſtæſum & pertæſum*, Feſtus.

¶ Pertædet, *ēre*, idem. Gell. 15, 20 *Duas uxores habuerat, quarum matrimonii pertædebat.* Perſonaliter Idem 1, 2 *Cum omnes verbis ejus defatigati pertæduiſſent*, id eſt, faſtidio affecti fuiſſent.

¶ Pertædeſco, *ēre*. Cato c. 156 *Nolite multum dare, ne pertædeſcat.*

¶ Pertæſum eſt, tædet, es verdreuſt. Cic. ad Qu. frat. 1, 2 de Græcis: *Pertæſum eſt levitatis, aſſentationis animorum.* Plaut. Moſt. 1, 4, 4 *Ita me male convivii ſermonisque pertæſum eſt.* conf. Nep. 25, 15, 2. Virg. Æn. 4, 18 *Si non pertæſum thalami tedæque fuiſſet.* ¶ 2. *Pertiſum* pro *Pertæſum* dixiſſe antiquos, Feſtus indicat.

¶ Pertæſus, *a, um*, quem pertæduit, überdrüßig, unwillig. Suet. Cæſ. c. 7 *Pertæſus ignaviam ſuam.* Id. Tib. c. 66 *Poſtremo ſemet ipſe pertæſus.* Juſtin. 38, 9 *Demetrius privatam, etſi opulentam vitam pertæſus.* Sed Tac. An. 15, 51, 1 *Lentitudinis eorum pertæſa mulier.*

TAENĂRUS, *i*, m. *Ταίναρος* promontorium Laconiæ ingenti hiatu & ſtrepitu, propter quod exiſtimatum eſt, deſcenſum ibi eſſe ad inferos, Apul. Met. 6 p. 180 *Lacedæmon Achaiæ nobilis civitas, hujus conterminum, deviis abditum locum, quære Tænarum. Ibi ſpiraculum Ditis, & per portas biantes monſtratur iter retro invium.* Adde Horat. 1 od. 34, 10.

¶ Tænăra, *orum*, n. pl. etiam inferi ipſi. Boëthius de Orpheo: *Deflet Tænara commovens, Et dulci veniam prece Umbrarum dominos rogat.* Sen. Troad. v. 402 *Tænara & aſpero regnum ſub domino.*

¶ Tænārius, *a, um*, adjectivum. Virgil. Georg. 4, 467 *Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis.* Sic, *Lapis Tænarius*, Plin. 36, 22. *Tænaria marita*, i. e. Helena Lacæna, Ovid. Heroid. 13, 45. *Tænarium malum* dicitur, ſi quid crudelius ſævitum in captivos. vid. Eraſm. Adag.

¶ Tænarĭdes, *æ*, m. pro Lacone, apud Ovid. Met. 10, 183.

¶ Tænăris, *ĭdis*, fœm. ut, *Tænaris ora*, Ovid. Heroid. 17, 6.

TAENIA, *æ*, f. vittarum extremitas, & ipſa vitta, item faſcia capitis, das band, die ſchnure, haube, haupt-binde. Virg. Æn. 7, 352 *Fit longæ tæniæ vittæ.* Et Æn. 5, 269 *Puniceis ibant evincti tempora tæniis.* Nam & *Tæna* dicitur, auctore Servio. Eſt autem græcum *ταινία*, fortaſſe a *τάνειν, extendere*, quod circa caput tænia extendatur. Verrius apud Feſtum dicit, *ornamentum eſſe laneum capitis honorati.* vid. ibi loca Cæcilii, Ennii, Accii. Petron. c. 29 *Trimalchio Minerva ducente tæniâ Romam intrabat.* v. Barth. ad h. l. p. 105. conf. & Tertull. de Corona mil. c. 7. ¶ 2. *Tæniæ* etiam Plinio ſunt in præfat. lib. 3 lapilli ſub aqua candicantes, gleiſſende ſandſteingen im waſſer. ¶ 3. *Tænia* piſcis, ſic a ſimilitudine faſciæ dictus: eſt enim corpore longo & tenui, capite lato, ein bändel- oder ſichel-fiſch, a ſimilitudine falcis, Geſner. & Plin. 32, 7. ¶ 4. *Tæniæ* vermiculi ſive lumbrici ventris, ſpulwürmer. Plin. 11, 33 *Intra hominem tæniæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine.* conf. 23, 5 (ubi alii *tineas* habent) & 27, 9. Add. Samon. 564. v. Keuch.

¶ Tæniŏla, *æ*, f. diminut. faſciola, Colum. 11, 3.

¶ Tæniōſus, *a, um*, tæniis plenus, voller bänder. Gloſſ. lat. gr. *Tæniosus, κοσιατής.*

¶ Extæniatus, *a, um*, tæniis vittisque ſolutus, aufgewickelt; ut, *Sortes extæniatæ*, Liv. 21, 62; & 22, 1, (al. *Attenuatæ.*) legi vult Lipſius Elect. 2, 12. Nimirum *ſortes*, h. e. talcolas, ſurculos extra uſum laneis tæniis involutas putat adſervari ſolitas. Eæ cum ſponte ſua ſolverentur, viſam eſſe Fortunam ipſam ſortes miſiſſe.

TAEPŎCON, *i*, n. ut Feſtus docet, *appellarunt Græci genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus.* v. Voſſ. Etym. p. 59.

Tagor, &c. vide infra *Tango*.

TĀGĒNSIVM, *i*, n. pl. *Tagenia*, pisces sunt, qui & ταγηνῶ, v. Athenæus & Festus apud Festum in *Narica*, & Turneb. Adverſ. 4, 6.

TĀGES, *is*, & *ētis*, m. teſte Feſto, Genii filius, nepos Iovis, qui puer Hetruscos aruſpicinam docuiſſe fertur. Cic. Divin. 2, 23 *Is Tages puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia, &c.* conf. Lucan. 1, 638; Stat. 5 Silv. 2, 1; & v. Elmenh. ad Arnob. 2 p. 64. Ovid. Met. 15, 558 *Indigenæ dixere Tagem, qui primus Etruscam Edocuit gentem cæsos aperire bouros.*

TAGMA, *ātis*, n. τάγμα, & Taxis, *is*, f. τάξις, *ordo*, die ordnung. *Græci mille hominum multitudinem τάγμα appellant*, ait Vlpianus l. 1 § 1 de Teſt. mil.

¶ Syntagma, *ātis*, n. σύνταγμα, *ordinatio, opus*, eine verfaſſung, ein werck. Cic. Att. 12, 45 *Duo magna Syntagmata absolvi.* conf. ibid. 16, 3; & fam. 8, 3.

¶ Syntaxis, *is*, f. σύνταξις, *compoſitio, conſtructio*, die zuſammenſetzung, zuſammenordnung, a συντάττειν, *componere*, apud Priſcian. Ciceroni Att. 13, 16 *Syntaxis* eſt libri compoſitio. conf. ibid. 15, 14.

Tago, *ere*, pro *Tangere*, vide *Jango*.

TĀGVS, *i*, m. Ταγος, Hiſpaniæ in Luſitania fluvius aureis arenis celebratus. Ovid. Amor. 1, 15, 34 *Auriferi ripa beata Tagi.*

¶ Transtaganus, *a, um*, adject. *Provincia transtagana*, Alentejo.

TĀLĀVS, *i*, Biantis filius, Eriphyles pater, quæ inde

¶ Tālāiōnidā vocatur Ovid. A. A. 3, 13. conf. Gron. ad Stat. Theb. 2, 141.

Talaria, talaris, vide paulo poſt in *Thalus*.

Talaſſio vel Talaſſus, vide *Thalaſſio*.

TĀLEA, *æ*, f. θάλλειν, *vireſcere*, lignum præciſum, quod *plantale* vulgo dicitur, pedali vel cubitali longitudine; ejusmodi enim lignis quædam arbores ſeruntur, ein ſeß holtz, ſetzeck, pfropfreis, zweig. Nonius 4, 473 *taleas* exponit *ſciſſiones lignorum, & præſegmina*. Varro R. R. 1, 40 *Alii clavolas, alii taleas appellant.* Plinius 17, 17 *Myrtus talcis ſeritur, morus talea tantum.* Sic, *Talea oleagina*, Cato R. R. c. 45. *Taleæ ſeſquipedales*; & *viridem taleam oleaſtri in foramen demittere*, Colum. 5, 9. Et Serenus Sammonicus c. 13 *Fraxinea in flammis quem fuait talea ſuccum.* Sic, *Taleas infodere, diſſerere*, Cæſ. B. G. 7, 73. conf. Vitruv. 5, 1 & Veget. 4, 8. ¶ 2. *Taleam* etiam Varro apud Non. 4, 473 dixit lignum ex utraque parte æquabiliter complanatum, ut numerum aliquem vel inſcribendo, vel incidendo recipere poſſit, ein kerbholtz.

¶ Taleŏla, *æ*, f. dimin. Colum. 3, 17 *Taleolas terræ mandare*. Id. 12, 13 *Taleolæ ſectæ*.

¶ Intertāleo, *ēre*, ruſtica voce dicitur *dividere*, vel *excidere ramum*, uti monet Nonius 4, 473.

TĀLENTVM, *i*, n. τάλαντον, multiplex fuit, ſed *Atticum* ab hiſtoricis inprimis celebratur. Valuit autem ſexaginta libras ſeu minas, hoc eſt, ſex millia denarium vel drachmarum, quæ ſexagies denos coronatos valent, hoc eſt, ſexcentenos, vel DCCL taleros, ſi denarius tres Miſnicos groſſos valet. Eiſenſchmidius verum ejus pretium 900 imperiales ſtatuit. Lais μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον a Demoſthene popoſcit, Gell. 1, 8. Virgil Æn. 5, 248 *Vinaque & argenti magnum dat ferre talentum.* Horat. Art. poët. 238 *Pythias emunctæ lucrata Simone talentum.* Cic. Tuſc. 5, 32 *Legati ab Alexandro quinquaginta Xenocrati talenta attulerunt, quæ erat pecunia Athenis præſertim maxima.* conf. Plaut. Rud. 5, 2, 43; Moſt. 1, 3, 150 &c. Liv. 1, 55, &c v. Gronov. de Pecun. vet. 3, 3. De talento Ægyptio v. Hard. ad Plin. 33 f. 15.

¶ Talentārius, *a, um*, ſexaginta libras continens, von 60 pfunden. Silenna apud Nonium 18, 21 *Baliſtæ quatuor talentariæ.*

Talia, vide *Talla*, Talio, *Talis*, Talipēdo, *Talus*.

TALIS, *e*, ſolcher, dergleichen, cum *Qualis* fere conjungitur. Cic. Off. 2, 13 *Quales ſumus, tales eſſe videamur.* Id. de Senect. c. 8 *Senectus ſemper agens aliquid, tale ſcilicet, quale cujusque ſtudium fuit.* Id. pro Sest. c. 47 *Qui ſunt tales, qualis pater tuus fuit.* Etiam ſine illo: Ter. Heaut. 5, 3, 19 *Præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.* Et, *Tot talesque viri*, Cic. pro Quintio c. 13. Id. fam. 10, 6 *Talem te eſſe oportet, qui primum te ſejungas &c.* Cic. in Vatin. c. 4 *Honor talis populi Romani voluntate paucis eſt delatus, ac mihi.* Et, *Aliquid tale*, Id. Att. 16, 8. Hunc verſum: *In te talis erit, qualem te ſenſerit alter*, Quintil. uſurpat, ut incerti auctoris. Catull. 17, 21 *Talis iſte meus ſtupor nil videt. Tali tempore* cum dicunt veteres, luctuoſum fere ac triſte indicant. v. Drakenb. ad Sil. 8, 112. ¶ 2. Sæpe etiam *talis* idem eſt quod *hic*. Nepos 5, 2, 1 *Tali modo cuſtodiâ liberatus*, auf dieſe art. Idem 10, 3, 1 *Tale initium fuit ſimultatis.* Et Virg. Æn. 1, 78 *Meritis pro talibus.* Idem abſolute Æn. 5, 79 *Talia fatur.* ¶ 3. Interdum excellentiam quandam videtur notare. v. Burm. ad Petron. c. 61 p. 307. Græv. ad Cic. Att. 8, 9 p. 780.

¶ Taliter, adverb. dergleichen, dermaſſen. Apud Cic. ad Att. 10, 51 pro *aliter* perperam legitur; ſed uſus eo Martialis 5 epigr. 7 *Qualiter Aſſyrios renovant incendia nidos &c. Taliter exuta eſt veterem nova Roma ſenectam.* Macrob. Sat. 3, 1 *Cœpit Evangelus Vettium taliter compellare.* Alcimus Avitus 1, 188 *Taliter æterno conjungens fœdere vota.* Idem 3, 55 *Taliter ignifero miſſi de fonte gehennæ Fluxerunt triſtes aliena in ſecula rivi.* Adde Tertull. adv. Marc. carm. 4; Plin. 35, 11; Pallad. 2, 21.

¶ Taliscunque, *talecunque*. Aut. Priap. n. 15 *Taliacunque impoſuit menſæ.*

¶ Tālio, *ōnis*, f. pœna talionis, ſignificat parem vindictam, gleiche wiedervergeltung; cum patimur tale, quale fecimus; ut ſi manus illi amputetur viciſſim, qui manum alicui amputaverit, hand um hand, aug um aug ꝛc. v. Tull. ap. Auguſt. de C. D. 21, 11; & Iſidor. 5, 21. In Cod. Theod. dicitur *reciproca pœna*. Plin. 7, 54 *In Cornelia gente nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. Idque voluiſſe, veritum talionem, exuto C. Marii cadavere.* vid. Feſtus, ubi locus ex XII Tabb. & in Gell. 16, 10; & 20, 1. Sic, Symmach. 5, 13 *Culpæ talionem reponere.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 16 *Talione oppoſito, &c.* ubi generis eſt maſculini.

¶ Rētālio, *āre*, compenſare, vergelten. Gellius 20, 1 *Quod per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet.*

TALISMAE, *arum*, f. pl. five *Tiſſimæ*, ſunt imagines ad influxum ſtellarum factæ, de quo Arabum invento prolixe egit Michaelis ad Gaſſarelli Curiol. inaudit. not. 59 p. 257.

¶ Talismanni, *orum*, m. pl. Sacerdotes Turcarum, v. Busbequ. Leg. Turc. epiſt. 1.

Talurum, vide mox in *Talus*.

TALLA, *æ*, f. (five Thalla, a θάλλω,) cepæ cortex, putamen, eine zwiebel-hülſe. Gloſſ. lat. gr. *Talla*, κρομμύου λέπυρον. Lucil. ap. Nonium 3, 67 *Lacrymoſæ ordine tallæ.* Scaliger ad illud in Morerot: *Et ſummis ſpoliat corticis &c. Intelligit*, inquit, *ſummum corticem cepparum. Nam interiores tunicas* tallis *vocabant, ut eſt apud Sext. Pompejum & vetus Gloſſarium manuſcriptum. Itaque apud Lucilium pro* Lacrumoſæque ordine talpæ *legendum* tallæ. *Aliud vero eſt* Thallus cepæ *Columellæ: hoc eſt, ſcapus ſeu culis cepparum viridium & porrorum.* Hæc ille. ¶ 2. Sed apud Feſtum *Talia* eſt folliculus cepæ. conf. Voſſ. Etymol. p. 510; Salmaſ. in Solin. p. 823; & infra *Thallus*. Et ſic Tertull. de Pallio c. 5 *Artifex qui rugas* (pallii) *formet, & inde deducat in talias*: al. *telias*.

TALMVD, *is*, n. doctrina & codex rerum judaicarum: eſtque duplex, *Babylonicum*, pro Iudæis in Babylonia, aliisque peregrinis locis ſcriptum, & per *Miſchnam* & *Gemaram*, i. e. textum & explicationem diſpoſitum: Et *Hieroſolymitanum*, pro Iudæis in terra Iſraëlitica a R. Iochanan compilatum, quod reſpectu Babylonici minoris ſemper fuit pretii. v. Wolffii Biblioth. Hebr. T. II.

¶ Talmudicus, *a, um*, ad Talmud Iudæorum pertinens.

TALPA, *æ*, f. & m. notante Quintiliano 9, 3, animal notum, quod viſu deſtituitur, ſed auditus eſt acerrimi; nam & ſub terra, elemento tam craſſo & denſo, audit, ein maulwurff. Sen. Qu. Nat. 3, 16 extr. *Animalia quæque illic*, (cæcis & ſubterraneis) *immaſcuntur, ſed tarda & informia, ut in aëre cæco pinguique concepta, & in aquis torpentibus facta: plerique ex his cæca, ut talpæ & ſubterranei mures, quibus deeſt lumen, quia ſupervacuum eſt.* Virg. Georg. 1, 183 *Oculis capti talpæ.* Cic. Acad. 4, 25 *Quid talpam? num deſiderare lumen putas?* ¶ 2. *Talpæ cæcior*: Item, *Talpa loquax*, de eo, qui impendio garrulus, ſed nullius eſt judicii. v. Chiliad.

¶ Talpanus, *a, um*, adj. ut, *Talpana vitis*, a colore talpæ ſic dicta, Plin. 14, 3.

TALTHŸBIVS, *i*, m. Ταλθύβιος, præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, Homer. Iliad. 1; & Ovid. Heroid. 3, 9.

TĀLVS, *i*, m. os extuberans prope calcaneum, der knorr oder knöchel, malleolus calcanei. Galeno *tali* ſunt ἀστράγαλοι; ſed ita dici in homine *talos*, Ariſtoteles non vult. vid. n. 2. Sic, *usque ad talos purpura demiſſi*, Cic. pro Cluent. c. 40, ein kleid bis auf die ferſe an füſſen. Et, *Indumenta in talos demiſſa*, Aur. Vict. de Cæſ. c. 21. *Dum deſtit, talum intorſit*, er hat den fuß vertreten, Id. Vir. illuſtr. c. 65. *Recto talo ſtare*, Horat. 2 epiſt. 1, 176, beſtehen. *A vertice ad talos imos*, Id. 2 epiſt. 2, 4, von oben bis unten. Adde Celſ. 8, 1. Colum. 7, 5; Sen. Controv. 5, 33. ¶ 2. *Talus*, os emmens, in articulo pedis, in animalibus biſulcis, non homine, der knute, Plin. 11, 46. ¶ 3. Et *Talus* cubus eſt, teſſera luſoria, quia ex talis animalium fumebatur, ἀστράγαλος, ein würffel; ut *Ludere talis*, Cic de Orat. 3, 23. *Iacere, jactare talos*, würffeln. Cic. de Fin. 3, 16 *Ita jacere talum, ut nullus adſiſtat.* Et, *qui ita talus erit jactus, ut cadat rectus*, ibid. conf. Id. Divin. 1, 13; & 2, 21. *Talorum ducere jactus*, Ovid. Art. am. 3, 353. *Mittere talos*, Sen. ludo de morte Claudii. *Regna talis ſortiri*, Horat. 1 od. 4, 18. De luſu talorum apud veteres vid. Caſaub. ad Suet. Aug. p. 148; qui etiam ad Cic. Att. 1, 16 p. 99 monet, non eſſe confundendos *talos* cum *teſſeris*; item Dan. Sauter. in Palamede; Ioh. Meurſ. de ludis Græcorum in voce ἀστραγαλισμὸς & κυβεία, itemque Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 462 ſeqq. ¶ 4. *Talus* etiam dictus fuit vir ex ære a Vulcano olim fabrefactus. Hunc cum Sardi prohiberent in Cretam proficiſci, in ignem inſiluiſſe ferunt, pectoriſque admoviſſe Sardos; eos vero, cum calore æris ringerentur, ridentibus ſimiles in complexu ejus periiſſe. Sed hæc fabulæ etiam horrorem incutere idonea eſt, judice Voſſio Inſt. Orat. 6, 7 § 4.

¶ Taxillus, *i*, m. diminut. cubus, Vitruv. 10, 13; & Cic. in Orat. c. 45. *Semper feliciter cadunt Iovis taxilli*: Λὰ γὰρ ἓῦ πίπτουσιν ὀι Διὸς κύβοι, Senarius: Proverbium de iis, quibus perpetuo quodam fortunæ favore res omnes ex ſententia cadunt. v. Chiliad.

¶ Tālāris, *e*, lang bis an die knöchel; ut, *Tunica talaris*, ad talos usque demiſſa, Cic. in Verr. 5, 13; ποδήρης χιτών, ut Vetus Gloſſarium exponit. Adde Suet. Calig. c. 54; Iſidor. 19, 34; & Lactant. 4, 14.

¶ Tālāria, *ium*, n. plur. ſubſt. alata calceamenta, flügel an füſſen. Virg. Æn. 4, 239 de Mercurio: *Pedibus talaria nectit Aurea.* Cic. de Nat. D. 3, 23 *Minerva, cui pinnarum talaria affigunt.* Id. in Arato v. 24 de Perſeo: *Pedes vincti talaribus.* conf. Ovid. Met. 4, 730. ¶ 2. *Induere talaria*, proverbialis eſt locutio, pro moliri vel adornare fugam, Cic. Att. 14, 21, (ubi tamen veteres libri pro *induamus* habent *videamus*, h. e. circumſpiciamus, ſich zur flucht ſtellen und rüſten. v. Chil. Vet. Gloſſ. *Talaria*, πέδιλα. ¶ 3. *Talaria* etiam ſunt partes pedum circa talos, quæ intendi tumoribus ſolent in podagra maxime. Sen. epiſt. 53 *Qui* (morbus) *ubi talaria cœpit intendere, neceſſe eſt podagram fateri.*

¶ Tālārius, *a, um*, ad talos pertinens; ut, *Ludus talarius*, das würffel-ſpiel, Cic. Off. 1, 42. Poteſt hic ipſe locus intelligi, ubi luditur. Certe Att. 1, 16 p. 99 Caſaubonus ita vult intelligi. *Legi talariæ fraudem facere*, Plaut. Mil. 2, 2, 9; v. ibi Gronov.

¶ Talitrum, *i*, n. iliſio unguis in frontem, ein klippchen an die ſtirn mit dem finger. Suet. Tib. c. 68 *Articulis tam firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adoleſcentis, talitro vulneraret.* Articulum ipſum ſtrictum intelligi vult Gonſal. ad Petron. c. 96.

¶ Talipēdo, *āre*, i. e. vacillare pedibus, & quaſi talis inſiſtere, cum trahantur pedes, übel zu fuß ſeyn. vid. Feſtus. Et ita Lambinus ap. Lucretium 3, 505 *Talipedans pro vacillans*, taumelnd.

¶ Subtal,

¶ Subtal, *ālis*, vel Subtel, *ēlis*, n. cavum pedis, τὸ κοῖλον τοῦ ποδός, ut Priſcianus exponit p. 644, das hohle am fuß, oder an der hand, quia caro ibi tenera.

¶ Subtālāris, *e*, quod ſub talis eſt, unter den knöcheln; ut, *Calcei ſubtalares*, de quibus Iſidorus 19, 34, quod ſub talo eſſent.

TAM, Quam, adverbia ſunt quantitatis, ſeu comparationis potius, quæ politivis nominibus & ſuperlativis proponuntur, ſo wohl, ſo ſehr, alſo. Cic. fam. 5, 2 *Tam ſum amicus reipublicæ, quam qui maxime.* Virg. Æn. 1, 605 *Quæ te tam læta tulerunt Secula?* Id. Æn. 7, 787 *Tam magis illa fremens &c. Quam magis effuſo &c.* id eſt, tanto, quanto magis. Ovid. de Ponto 4, 14, 43 *Tam felix utinam, quam pectore candidus eſſem!* Cujus locutionis ſimile eſt, *æque, atque*; aut, *ita felix, ut candidus*, ſeu *perinde ac*, vel *ut* &c. Salluſt. Iug. c. 31 *Quam quisque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt.* Ter. Heaut. 5, 2, 44 *Adoleſcens quam minima in ſpe ſitus erit, Tam facillime patris &c.* Plura hujus generis quære in *Quam.* ¶ 2. Sed & cum nominibus ſuperlativi gradus conſtruitur. v. Voſſ. de Conſtruct. c. 17, qui monet, in his exemplis ſuperlativum poſitivi loco poni. Cato de R. R. c. 65 *Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam optimum erit.* Et forſan in ſupra allegato Terentii loco pro *tam facillime* legendum *tam facillimam patris pacem.* ¶ 3. Iungitur & cum verbis utraque particula: Ter. Eun. 4, 4, 51 *Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere*, ſo gewiß, als ich lebe. Cic. fam. 9, 25 ext. *Non tam ſcribere poſſum, quam mihi gratum feceris.* ¶ 4. Et cum adverbiis aliis: Ter. Heaut. 1, 1, 15 *Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi &c.* Cic. Div. 2, 39 *Nihil tam valde vulgare eſt, quam nihil ſapere.* Et *tam* pro valde. Liv. 1, 3 *Quis enim rem tam veterem pro certo affirmet.* Idem 33, 45 *Res, quæ maturata dilatare non tam magni momenti ad ſummam rem populi Romani eſſet.* conf. Perizon. Animadv. Hiſt. c. 2 p. 281.

¶ Tamde, pro *Tam* antique poſuit Lucilius: vide ſupra *Icadion.*

¶ Tamdiu, Tandiu, ſo lang. Cic. fam. 2, 1 *Ego te abeſſe tamdiu a nobis dolco.* Idem Quæſt. Tuſc. 5, 33 *Corpus tamdiu gaudet, dum ſentit voluptatem.* Et in Verr. 2, 27 *Ignominia illa gravis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu in provincia manſit.* Nepos 25, 11, 5 *Beneficia, quæ ipſe tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat.* Colum. 12, 18 *Tamdiu incenditur, donec ad fundum calor perveniat.*

Tamen, Tandem, Tanquam, vide mox ſuis locis.

¶ Tametſi, indicativo & conjunctivo verbo gaudet, & idem eſt quod *etiamſi*, obgleich, obſchon. Ter. Andr. 2, 2, 11 *Obtundis, tametſi intelligo.* Et Phorm. 2, 3, 81 *Metuit hic nos, tametſi ſe ſolo diſſimulat*, ob er ſichs wohl nicht merken läſt. Ter. Eun. 2, 1, 10 *At mihi, tametſi nullus moneas.* Cic. in Verr. 3, 25 *Non crederem, tametſi vulgo audieram.* Id. pro Roſc. Am. c. 27 *Tametſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de meo jure decedam.* ¶ 2. Sed, *Tametſi hoc verum eſt*, h. e. tamen, und dennoch iſt es die wahrheit, Ter. Andr. 5, 3, 23.

¶ Tamne, pro *eo usque.* Arranius apud Feſtum: *Tamne arcula tua plena eſt aranearum?*

TĂMA, *æ*, f. tumor pedum, geſchwulſt an füſſen. Feſtus: *Tama dicitur, cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit & tumorem facit.* Lucilius ibid. *Inguen ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit.*

TĂMĂRAE, *ārum*, f. pl. Britanniæ urbs, vulgo, Tamerſtock.

TĂMĂRĪCE, *es*, f. μυρίκη, myrica eſt, tamariſchen. v. Plin. 13, 21, 24, 9; & 30, 1.

¶ Tamarix, *īcis*, f. idem. v. Colum. 7, 9; & 8, 15. Apud Celſum 2, 33 aliis eſt *Tamaris*, aliis *Tamarix* Lucan. 9, 917 *Et tamarix non læta comis.* vide *Myrica.*

¶ Tāmārīſcus, *i*, m. idem. Pallad. Nov. t. 8 *Apes ex tamariſci floribus mella conficiunt.*

TAMARINDI, *ōrum*, m. pl. palmulæ Indicæ ſunt, Judianiſche datteln.

Tamde, tamdiu, vide paulo ante in *Tam.*

TĂMEN, conj. ſubjicitur fere particulis *Etſi, Etiamſi, Quamvis, Quamquam, licet, &c.* doch, dennoch, nichts deſto minder. Serv. Sulp. Cic. fam. 4, 12 *Etſi ſcio, non jucundiſſimum nuntium me vobis allaturum eſſe; tamen, quoniam caſus & natura in vobis dominantur, viſum eſt faciendum, &c.* Ovid. Pont. 3, 4, 79 *Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas*; i. e. nihilominus, tedoch. ¶ 2. Interdum & aliis vocibus, quam his, additur. Ter. Eun. 1, 2, 85 *Nonne, ubi mihi dixti, cupere te ex Æthiopia ancillulam, quæſivi? Tamen contemptus abs te &c.* ¶ 3. Et in principio orationis: ut, *Tamen a malitia non diſcedis*, Cic. fam. 9, 19, noch läſt du nicht ab von ꝛc. conf. Idem pro Cluent. c. 3. v. quos Drakenb. ad Liv. 46, 56. laudat. ¶ 4. Ponitur non ſemel pro *autem* Flav. Vopiſco: v. in D. Aureliano c. 30 cum not. Caſaub. & Salmaſ. ad Spartiani Adrianum c. 2. Itaque Virgilius poſuiſſe videtur Æn. 2, 185. ¶ 5. *Si tamen*, idem quod *ſi modo*, wenn anders. Plin. 3 epiſt. 1 *Liber legitur præſentibus amicis, ſi tamen illi non gravantur.* Quanquam in talibus τὸ *tamen* potius παρέλκειν videtur, quod Scaliger ad Manilium notat. Horat. 1 od. 3, 24 *Si tamen impiæ Non tangenda rates tranſiliunt vada.* Ita in aliis τὸ *Tamen* abundat. Virg. eclog. 3, 7 *Parcius iſta viris tamen objicienda memento.* Sulpicius Cic. fam. 4, 12 *Impetrare non potui, quod religione ſe impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam conceſſerant*, gleichwohl hatten ſie doch. Ita Plaut. Capt. 2, 3, 3; & 44; Ter. Andr. 1, 1, 67; & Heaut. 1, 1, 63. Liv 29, 17 *Vnam quidem profundam voraginem tamen patientia noſtra expleremus.* Plin. Paneg. 31 *Superbiebat inſolens & ventoſa natio, quod victorem quidem populum paſceret tamen.* ¶ 6. *Tamen* ſæpe omittitur. vid Cort. ad illud Sall. Iug. 35, 9 *legitur quamquam - vades dederat*; *regno magis quam vadibus confidens olim Bomilcarem dimittit*, & Drakenb. ad Liv. 22, 20. ¶ 7. *Et tamen* vide ſupra *Et* n. 11.

¶ Tamenetſi, id eſt, etiamſi, obgleich, obwohl. Elegans verbum, quod Ciceronem, Cæſarem, Lucanum, Senecam, aliosque uſurpaſſe, pluribus probant Murerus Var. Lect. 11, 17, itemque Manut. ad Cic. fam. 4, 15. Vſus & aliquoties Plautus. v. Lorei Lex. Crit. p. 1216, Inde per ſyncopen *tametſi*, de quo paulo ante in *Tam.*

Attamen, Veruntămen, vide in *At*, & in *Vero.*

TAMERLANES, *is*, m. imperator Scythicus, cujus verum nomen *Timur Lenk*, hoc eſt, *Timur claudus. Timur* proprium ei nomen, quod Turcis Perſisque, quando appellativum eſt, *ferrum* ſignificat: a vitio autem corporis eſt cognomen *Lenk*, quod Perſis notat *claudum.* Vicit Bajazeten, Turcarum Sultanum, terror multarum gentium. Peculiari de eo diſſertatione egit Bocclerus.

TĂMĒSIS, *is*, m. fluvius Angliæ celeberrimus, die Temſe. v. Cæſ. B. Gall. 5, 11.

Tametſi, vide paullo ante in *Tam.*

TĂMIĂCVS, *a, um.* Vide titulum Cod. *de prædiis tamiacis*, i. e. inſtructis omni ſupellectile, ſervis, &c. a ταμίας, *promus condus.* In l. 1 ejusdem tit. *Tamiacus & Tamiaca* dicuntur ſervus & ancilla cubiculo & cellario principis addicti.

TĂMĬNIA, *æ*, f. jauchtube, ſtuckwurtz; uva ſilveſtris Feſto & Plinio 23, 1; Meurſio Critic. Exercit. Part. 2, 2 eſt *maculis variegata. Vva taminia* dicitur Cello 3, 21; & 6, 6, 15; & Apul. de Herb. c. 66. *Taminia* autem a *Taminum*, vel *Tamina*, quæ macula antiquis erat, ita dicta. Vnde &

TĂMĬNO, *are*, obſoletum verbum, cujus compoſita ſuperſunt, maculandi & polluendi notione; ut,

¶ Attāmino, *avi, atum, are*, beflecken, verſehren. Iuſtin. 21, 3, 4 *Omnibus ante juratis viris, ne quis ullam virginem attaminet.* Aur. Vict. in Anton. Cæſ. c. 16 *Divina fatla conjultaque imprudentia regendæ conjugis attaminavit.* Et Capitol. Gord. c. 27 *Ita ut nihil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret.*

¶ Inattaminātus, *a, um*, unbefleckt. Tertull. de Corona mil. c. ult. *Serva Deo rem ſuam inattaminatam.*

¶ Contāmĭno, *avi, atum, are*, beſudeln, verſehren. *Proprie*, inquit Donatus, *eſt manibus luto plenis aliquid attingere atque polluere*: Imo & reſecando turpare, ac velut mutilum reddere, ſive corrumpere, verſchnippeln, zerſtümmeln. Vnde & in Gloſſario Veteri per συρκόπτειν exponitur *Contaminat*, μιαίνει, συγκόπτει. Itaque Horat. 1 od. 37, 9 *Contaminatum gregem* de exſectis ſive ſpadonibus dixit; & Cicero *Contaminata* oppoſuit *integris.* Nec alia ratione Terent. Andr. & Heaut. prologis illic v. 16, hic v. 17 *contaminare fabulas.* Dacceria per *confundere* explicat, & derivat a *Tango*, unde & *contagium.* ¶ 2. Metaphoras uſitatas efficit: ut, *Vitiis, ſceleribus ſe contaminare*, Cic. Off. 3, 8, ſich mit laſtern beſchmitzen. *Fingi maleficium nullum poteſt, quo iſte ſe non contaminaverit*, Idem pro Roſc. Am. c. 40 pr. *Connubio patrum & plebejorum contaminari ſanguinem ſuum patres rebantur*, Liv. 4, 1 pr.

¶ Contaminātus, *a, um*, beſchmitzt, befleckt. Cic. pro Cluent. c. 35 extr. *Homo nequam, turpis, improbus, multis vitiis contaminatus.* Horat. 1 Od. 37, 9 *Contaminatus grex turpium morbo virorum.* Loquitur de exſectis ſive ſpadonibus. Superl. Cic. pro Domo c. 9 *Homini poſt homines natos turpiſſimo, ſceleratiſſimo, contaminatiſſimo.* Et de Provinc. conſ. c. 6 *Homini ſceleribus, flagitiis contaminatiſſimo.*

¶ Contamĭnātio, *ōnis*, f. die befleckung. Vlp. l. 2 § 3 Dig. ad Legem Iul. de adult. coerc. *Qui patitur uxorem ſuam delinquere, quique contaminationi non indignatur, &c.* Obſequ. c. 89 *Contaminatio ventris.*

¶ Contāmen, *ĭnis*, n. idem. Tertullian. carm. adv. Marc. 1, 1 *Fœmineos uſus vulgi contamine mixtos.* Idem carm. 4, 5 *Plebi contamine plena.*

¶ Contaminātor, *ōris*, m. ein ſchänder. Lamprid. in Alex. c. 6 *Contaminator honorum.* Tertull. de Pudic. c. 13 *Paterni tori contaminator*, intelligens Corinthium hominem, quem Paulus priori epiſtola notavit.

¶ Contāmĭnābĭlis, *e*, verſehrlich. Tertull. adv. Marc. 4, 20 *Prophetam, quem pro ſubſtantia humana contaminabilem ſciret.*

¶ Incontamĭnātus, *a, um*, rein, unbefleckt. Liv. 4, 2 *Ne quid ſinceri, ne quid incontaminati ſit.* Varro R. R. 3, 9 *Facies incontaminata.*

¶ Incontaminābĭlis, *e*, unverſehrlich. Tertull. adv. Marc. 4, 9 *Deus utique non inquinatur, incontaminabilis ſcilicet.* Vſus & Auguſtinus Confeſſ. 7, 3 pr. & Salvian. de Gub. Dei 3 p. 78.

¶ Incontaminābĭliter, adverb. idem, Auguſtinus libro imperfecto de Geneſi ad lit. c. ult.

¶ Intaminātus, *a, um*, idem quod *incontaminatus.* Horat. 3 oda 2, 17 *Virtus repulſæ neſcia ſordidæ Intaminatis fulget honoribus.*

TAMNĂGVM, *i*, n. herba, parthenium, frottenbill, Plin. 21, 30.

Tamquam, vide mox *Tanquam.*

TĀMVS, vel Tamnus, *i*, m. idem quod *Taminia*, i. e. ampelos agria, Plin. 21, 15.

TAMŪSA, *æ*, f. vox Ammiani 28, 1 dicentis de crudeli Maximino: *Reſticulam de fenestra prætorii habuit ſuſpenſam, cujus ſummitas quandam velut tamiſam colligaret, &c.* Qui locus Criticos valde exercuit. Donati ſententiam vide in Martinii Lex. Phil. *Tamiſam* legendum eſſe credit Gronovius in Not. p. 562.

TAMVSIVS, *i*, m. Geminus cognomine; ejus ſcripta *cacata charta*, apud Senecam epiſt. 93. vid. Plutarch. in Cæſ.

TANĂCĒTVM, *i*, n. herba, reinfahren, bauernſt, wurmkraut.

TĂNĂGER, *gri*, m. fluvius Lucaniæ. Virg. Georg. 3, 151 *Et ſici ripa Tanagri.*

TĂNAGRA, *ōrum*, n. pl. & Tanagra, *æ*, f. oppidum Bœotiæ, Plin. 4, 7; Strab. lib. 9; & Stat. Theb. 7, 264.

¶ Tanagræus, *a, um*, adjectivum. Stat. Theb. 9, 745 *Prima Tanagræum turbavit arunda Chorœbum.* Sic, *Tanagræa quædam meretrix fuit*, cujus ſimulacrum pro libertatis ſigno in Ciceronis domo collocarat Clodius, Cic. pro domo ſua c. 42 & 43. Adde Manut. ad fam. 1, 9 p. 73 Græv.

¶ Tanagrĭcus, *a, um*, idem; ut, *Tanagrici Galli*, Varr. de R. R. 3, 9. *Tanagricum genus*, ſcil. Gallinarum, Colum. 8, 2.

TĂNĂIS, *is*, m. Τάναϊς, fluvius Scythiæ eſt, Aſiam ab Europa dividens, diffunditur in Mæotin. vid. Geograph & Barth. ad 12 Theb. Statii pag. 1454. Horat. 3 od. 10, 1 *Extremum Tanaim ſi biberes Lyce.*

¶ Tanaïtæ, *arum*, m. pl. accolentes Tanaim. Ammianus 31, 8 (Valef c. 3) pr. *Hunni pervaſis Alanorum regionibus, quos Greuthungis confines Tanaitas conſuetudo nominavit, &c.*

¶ Tanaïticus, *a, um*, adject. Sidonius Paneg. Majoriani v. 479 *Caucaſius & Scythicæ potor Tanaiticus undæ.* Et carm. 11, 96 *Strinxit hyperboreis Tanaitica cruſta pruinis.*

TANAQVIL, *ilis*, f. Ταναχυλα, Tarquinii Priſci Rom. regis uxor. ¶ 2. Ponitur & pro quavis uxore viro imperante. Auſon. epiſt. 23, 31 *Tanaquil tua neſciat iſtud.* Vide Scalig. Auſon. Lect. 2, 6; & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 176. Adde Iuvenal. 6, 566; Sil. 13, 818.

TANDEM, adverb. & conjunctio expletiva eſt, auctore Valla 6, 21, quæ cum interrogatione urgens quiddam atque acceleranſ ſignificat, doch, endlich. Virg. Æn. 1, 370 *Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?* Cic. 1 Catil. pr. *Quousque tandem abutêre Catilina patientia noſtra?* Ter. Adelph. 4, 5, 51 *In qua civitate tandem te arbitrare vivere?* Donatus in Ter. Andr. 3, 2 TAMEN IDEM *integrum fuit: unde apud nos* TANDEM & TAMEN *natum eſt.* ¶ 2. Et ſine interrogatione. Virg. Æn. 2, 76 *Depoſitâ tandem formidine fatur.* Ter. Eun. 1, 2, 74 *Eu noſter, laudo, tandem perdoluit,* es hat ihn nun einmahl recht geſchmertzet. ¶ 3. *Tandem aliquando*, endlich einmahl. Cic. Cat. 1, 10 *Iois tandem aliquando, quo te jam pridem tua ipſa cupiditas effrænata rapiebat.* Et, *Aliquando tandem poſſe conſiſtere*, Idem pro Quintio c. 30. *Tandem aliquando impartiendos plebi honores*, Liv. 4, 54. ¶ 4. *Vix tandem*; ut, *Vix tandem ſenſi ſtolidus*, Ter. Andr. 3, 1, 12.

Tandiu, vide ante *Tamdiu* in *Tam.*

TANGO, *tĕtĭgi, tactum, tangĕre*, berühren, greiffen, fühlen. Lucret. 1, 304 *Tangere enim & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res.* Cic. Verr. 1, 10 *Simul ac tetigit provinciam.* Et, *Villa tangit viam*, Cic. pro Mil. c. 19, es ſtoſſet an. Et pro Roſc. Am. c. 7 *Fundos decem & tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt*, die alle an der Tiber liegen. Virg. Georg. 1, 303 *Portum tetigere carinæ.* vid. Savaro ad Sido. Apoll. 1 ep. 10. Rutil. itin. 1, 337. Horat. 2 od. 7, 12 *Solum tangere mento*, ut noſtri, in das gras beiſſen. ¶ 2. *Tangere verbis*, mit worten berühren, Ovid. Faſt. 1, 184. *Non omnia dicere & leviter unumquodque tangere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 30. *Illud tertium, quod & a Craſſo tactum eſt.* Idem de Orat. 2, 10 *Id tactum quod inſipiens ſollicitavit eos*, Liv. 23, 22. Sed, *Tangere rem acu*, id eſt, accurate attingere, treffen, Plaut. Rud 5, 2, 19. vide *Acus.* Sic, *Tangere cælum*, locutio eſt ſummam felicitatem inferens: Auſon. Eidyll. 8 extr. *Tunc ero bis conſul, tunc tangam vertice cælum*, convenit cum illo Horatii, *Sublimi feriam ſidera vertice.* Sic, *Tangere ulcus*, eſt movere dolorem, & rei odioſæ mentionem facere, einem den ſchwären rühren oder aufſtechen, Ter. Phorm. 4, 4, 9. *Hæc modice me tangunt*, Cic. Att. id eſt, movent, es gehet mir nicht ſehr nahe. *Tangit animum memoria earum rerum*, Liv. 1, 5. ¶ 3. Eſt & percutere, ferire, tudere, perſtringere, einen ſchlag geben. Horat. 3 od. 6, 1 *Regina, ſublimi flagello Tange Chloën ſemel, arrogantem.* v. ibi Marcil. & Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 44. Fuſe Muretus in Catulli illud 21, 8 *Tangam te prius, &c.* Grat. cyn. 12 *Tetigitque indaſtria jugum* h. e. collineavit ad ſcopum & ferit. Κατ' ἐξοχήν de fulmine dicitur. vide *Tactus.* Cic. Att. 15, 11 p. 637 *Quemquam præterea oportuiſſe tangi*, h. e. interfici. ¶ 4 *Tangere aliquem*, decipere eſt, apud Plaut. Pſeud. 1, 1, 118, quemadmodum & τὸ *percutere* uſurpatur. Idem Pœn. prol. v. 121 *Tangere hominem vult bolo*, er will ihn um den fetten biſſen bringen. conf. Parei Lex Crit. p. 1217. ¶ 5. Eſt & in obſcenis, & rem cum aliqua habere ſignificat. Horat. 1 ſat. 2, 54 *Matronam nullam ego tango.* Sic nos & τῷ berühren, betaſten, utimur. ¶ 6. Eſt nonnunquam linere, tingere, beſchmieren. Pallad. Ian. tit. 16 *Fimo bibulo ima planta tangenda eſt.* v. Gronov. ad Sen. epiſt. 86 p. 455, & Obſerv. 3, 18; & Nic. Heinſ. ad Ovid Faſt. 4, 740 Sic, *Vulnera quæ melius non tetigiſſe fuit*, i. e. non curaſſe. Idem Ovid. Pont. 3, 7, 25 & quos laudat Burm. ad Calpurn. ecl. 5, 54. it. ad Samon. 69.

¶ Tangens, *tis*; ut, *Tangentia ora relinquere*, Ovid. Met. 1, 538. *Templa tangentia littus*, Ibid. 15, 721. *Mus tangens male ſingula dentes*, Horat. 2 ſat. 6, 87 de fatidiente cibos viles, melioribus ſcilicet aſſueto. *Cubito ſtantem prope tangens*, Id. 2 ſat. 5, 42.

¶ Tactus, *a, um*, berührt, bewegt, getroffen; ut, *Spiritu divino tactus*, Liv. 5, 22. *Tactus cupidine laudis*, Ovid. Triſt. 4, 5, 11. Et, *Tacta loqui*, id eſt, vulgata, protrita, Manil. 3, 22. ¶ 2. Interdum accipitur pro afflato & leviter fulminato. Virg. eclog. 1, 17 *De cælo tactas memini prædicere quercus.* v. ibi Taubm. p. 8. Liv. 25, 7 *Tacta de cælo multa.* Plin. 35, 4 *Simulacrum cælo tactum.* Suet. Domit. c. 15 *Tactum de cælo capitolium*, id eſt, fulmine percuſſum. conf. Tac. Vet. Gloſſ. κεραυνωθεὶς, *Tactus.*

¶ Tactus, *ûs*, m. ſubſt. ein ſchlag, eine berührung; ut, *Aſpera tactu*, Lucret. 6, 777. Et Sen. Qu. Nat. 2, 2 *Duorum inter ſe conjunctum corporum tactus.* De formula: *Citra pulveris tactum*, vide *Pulvis.* ¶ 2. *Tactus*, etiam unus eſt ex quinque ſenſibus, qui totius corporis organo utitur, cum reliqui ſenſus ſinguli ſingula ſua inſtrumenta habeant, die Glieder. Plin. 10, 69 pr. *Ex ſenſibus ante cetera homini tactus. deinguſtus: reliquis ſuperatur a multis.* Sic Lucret. 6, 779 *Tactu vivamus, & adjecta fugienda dixit.* Virg. Georg 3, 502. *Tactus, quem philoſophi interiorem vocant, aut doloris, aut voluptatis*, Cic. Acad. Qu. 4, 7.

¶ Tactio, *ōnis*, f. die berührung. Cic. Tuſc. 4, 9 *Voluptas tactionum & coloratiorum, & ſaporum.* conf. Plaut. Pœn. 5, 5, 29; & Aul. 4, 10, 14.

¶ Tactilis, *e*, das man anrühren kan. Lucret. 5, 152 *Tactile nil nobis quod ſit, contingere debet.*

¶ Tangibilis, *e*, idem. Lactant. 7, 11 ſub fin. *Tangibilia manu.* Et ibid. c. 12 ſub init. *Corpus & tangibile eſt, & viſibile.* Cui contrarium eſt, *tactum fugere*, quemadmodum ibidem dicitur: *Anima tenuitate ſua omnem tactum fugit.* conf. Hieron. epiſt. 61, 9.

Tangomenæ, vide infra *Tingomene* in *Tingo.*

¶ Tago, *ĕre*, pro *Tangere* & pro *furari* veteres dicebant a Græco Τάγω. Sic Pacuv. apud Feſtum: *Si quisquam me tagit.* Item: *Non cernam, niſi tagam.* Plaut. Aſin. 2, 2, 106 *Ne me attigas. Si me tagis, &c.* conf. legem Numæ apud Gell. 4, 3. Hinc *Attigo, Contigo*, pro *attingo, contingo*, apud Plautum. Inde &

¶ Tagax, *ācis*, dicitur furunculus, der die hände gern kleben läſſet, diebiſch. Cic. Att. 6, 3 *Quæſtor levis, libidinoſus, tagax*: ut Cujacius primum ex MS. emendavit, quem docti magno hodie numero ſequuntur. Vide notas illorum ad hunc locum. Et Lucilii verſus apud Nonium 1, 8 & apud Feſtum, ubi Dacerius de Priapo ſenſum eruens legit: *Et mutone manum perſcabere poſſe tagacem.*

¶ Taxim, adverb. i. e. ſenſim, occulte, & quaſi ſenſim tangendo, ut Turnebus 29, 17 explicat, ſachte, heimlich. Pompon. apud Nonium 2, 840 *Clandeſtino tacitus taxim perſpectavi.* vide plura ex Varrone in *Tacitulus* a *Taceo.*

¶ Taxo, *are*, frequent. cum derivatis, vide infra ſuo loco.

Compoſita:

¶ Attingo, *tĭgi, tactum, ĕre*, leviter tangere, anrühren, angreiffen; ut, *Strictim attigiſſi*, Cic. Att. 2, 1. *Digito ano attingere*, Ter. Eun. 4, 6, 2. Et, *Attingit te hæc res*, Cic. de Leg. 2, 1, id eſt, attinet. Sic, *Primus ille locus maxime attingit naturam humanam*, Id. Off. 1, 6, es belanget, es betrifft. Sic, *Attingere quem cognatione, affinitate, neceſſitudine*, einem an oder zugehören, verwandt ſeyn. Id. Verr 2, 10. Et, *Sanguine attingere*, Plin. 7 epiſt. 24. *Studia leviter attingere*, nicht viel ſtudieren, Suet. Gramm. c. 9. Et, *Craſſus non plus attigit doctrinæ &c.* Cic. de Orat. 2, 1. *Attingere rem aliquam*, davon handeln: verbi gratia: *Singulatim unamquamque rem attingere*, Cic. de Invent. 1, 52. *Primoribus labris guſtare, & extremis, ut dicitur, digitis attingere*, Id. pro Cæſ. c. 12. Ac, *Leviter in tranſitu attingere*, Quintil. 7, 3 pag. 621. *Primoribus labris aliquid attingere*, Cic. de Orat. 1, 59, ein wenig oder obenhin berühren. *Cappadociæ pars ea, quæ Ciliciam attingit*, Id. Att. 5, 20, es ſtoſſet an, grenzet an. *Si qua attingit cura de Pompejo tuendo & reconciliando*, wenn einiges abſehen iſt, Cic. Cæſ. ſub Att. 9, 11. *Attingit eum invidia*, Id. fam. 3, 10 ſub fin. ¶ 2. *Forum attingere*, eſt prætexta poſita & complero anno ætatis decimo ſexto virilem togam ſumere, & incipere civilibus negotiis, ut advocatum, certe ut auditorem intereſſe, Cic. fam. 5, 8; & 15, 16. Sæpe iſta notione utitur hoc verbo Tullius: ut ad Att. 2, 22 *Reipublicam nulla ex parte attingimus.* Ita & Suet. Tib. c. 13 *Ne quam partem curamque reipubl. attingeret.* At nunquam Tullius *contingere forum, reipubl. &c.* dixit. Male apud Cic. pro L. Manil. c. 1 nonnulli legunt, *cum per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem*, leg. *attingere.*

¶ Attingens, *tis.* Cic. Tuſc. 1, 5 *Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus.* Sen. Thyeſte v. 886 *Æqualis aſtriis gradior, & cunctos ſuper Altum ſuperbo vertice attingens polum.*

¶ Attactus, *a, um*, berührt, angerührt. Silius 11, 147 *Inter prælia nullis Attactus telis. Fulmine attactus* ſolenne videtur fuiſſe verbum fratrum arvalium. Sæpe certe occurrit in inſcriptionibus eorum ab Vrſino, Grutero, Gutherio, (de jure Manium) Geſnero (poſt Caronem) qua publicatis, qua explicatis.

¶ Attactus, *ûs*, m. ſubſt. die anrührung, betaſtung. Varro R. R. 2, 5 *Coriam attactu non aſperum ac durum.* Et Virg. Æn. 7, 350 *Volvitur attactu nullo.*

¶ Attigo, *ĕre*, antique pro *Attingere.* Turpil. ap. Nonium 2, 60 *Ne me attigas.* Ex Accio & Plauto vide ibidem, & ſupra *Tago.*

¶ Attiguus, *a, um*, i. e. proximus, nachſt, dran ſtoſſend; ut, *Domus attigua*, Apul. Met. 4 p. 148. Et p. 155 *Proximas civitates & attiguas regiones fama pervaſerat.* Aggenus Vrb. p. 68. *Attigui poſſeſſores.*

¶ Contingo, *tĭgi, tactum, ĕre*, berühren, anrühren. Virg. Æn. 2, 239 *Eumque manu contingere gaudent.* Et, *Contingere portum*, Ovid. Met. 3, 634, erreichen. *Radices montis ripæ fluminis contingunt*, Cæſ. B. Gall. 1, 38, reichen hin bis an. Suet. in Galba c. 2 *Nullo gradu aliquem contingere*, einem nichts angehören. Vellej. 1, 4 *Sortiti ſunt, ſors eum contigit*, das los iſt auf ihn gefallen. ¶ 2. Idem ac *evenire*, widerfahren. *Ita mihi commoda omnia, quæ opto, contingant*, formula aſſeverandi apud Cic. fam. 5, 21. *Hanc mihi expetivi, contigit*, ſie iſt mir worden, Ter. Andr. 4, 2, 13. Et hinc imperſonale quod ſequitur. ¶ 3. Aliam notionem vide in *Tingo.*

¶ Contingit, imperſonale, idem quod evenit, accidit, es wiederfähret, trift ſich zu, begiebt ſich. Sen. ad Marciam c. 15 *Nulli contigit, impune naſci.* Et, *Si mihi vita contigerit*, iſt es Gottes wille, daß ich lebe, Plaut. Cic. fam. 10, 24. *Non cuivis homini contingit adire Corinthum*, es allezeit nicht einem jeden, Horat. 1 epiſt. 17, 36. In primis hoc verbum adhiberi de jucundis, quæ ſperare vix audemus, obſervatio eſt Burm. ad Quint. 10, 2 p. 213.

¶ Contingens, *tis.* Lucret. 4, 408 *Sol contingens fervidus igni.* Tibull. 1, 7, 15 *Æthereo contingens vertice nubes.* conf. Catull. 67, 65. Cic. de Divin. 2, 43 *Luna terram pene contingens.* ¶ 2. *Contingentia*, n. pl. res ſunt eventus ancipitis, zufällige dinge. ¶ 3. *Contingens*, a *Tingens*, vide in *Tingo.*

¶ Contactus, *a, um*, berührt. Celſus 2, 24 *Quæ acida quæque contacta ſale modico*, ein wenig geſalzen. Plin. 11, 53 *Contacta halituanimalis res*, anoeſteckt, befallen. Propert. 1, 1, 2 *Contactus nullis cupidinibus.* Liv. 11, 5, 2 *Plebs contacta regia præda.* 4, 9 *velut contacta civitate rabie ducrum juvenum.* 29, 8 *Multos contactos ſacrilegio furor agitat.*

¶ Contactus, *ûs*, m. ſubſt. der angriff, die berührung. Virg. Æn. 3, 227 *Contactuque omnia fœdant Immundo.* Plin. 10, 59 *Pilis anſerum urtica contacta mortifera.* Ovid. Met. 7, 241 *Refugitque viriles Contactus*, i. e. virorum. conf. locum Celſi in Cel. Morgagni epiſt. 3 ad Celſ. p. 186. ¶ 2. Pro contagio, die anſteckung. Tac. An. 6, 7, 6 *Plures infeſti quaſi valetudine & contactu*; hoc eſt, a contagione, ab iis, qui ſunt noxii. Idem An. 4, 49, 4 *Pudui contacta ſanie, odore, contactu.* conf. Id. Hiſt. 1, 11, 3; & 2, 60, 1. Sen. de Ira 2, 21 *Puerum procul a contactu deliciarum retinebimus.*

¶ Con-

¶ Contăgio, *ĭnis*, f. & Contăgium, *i*, n. morbus qui ex contactu contr. itur, die anſteckung, anfälligē, fleckende ſeuche. Sed *Contagium* fere poëticum; in proſa *Contagio* receptioris uſus. Ovid. Met. 7, 551 *Aſſlatuque nocent & agunt contagia late.* Et *Contagia ſcelerum*, Lucan. 3, 322. Plaut. prolog. Amph. v. 31 *Contagione meæ matris metuo malum.* Cic. Tuſc. 1, 30 *Quibus fuiſſet minima cum corporibus contagio.* Iuvenal. 2, 78 *Dedit hanc contagio labem, & dabit in plures.* ¶ 2. Et Liv. 1, 15 *Contagionem belli* dixit, cum ex uno bello confecto, alia ſubinde belli naſcitur occaſio. Cic. Verr. 5, 71 *Ad quos conſcientiæ contagio pertinebit*, h. e. qui ejus conſcii erunt. ¶ 3. Vocabulum μέσον Gellius tradit 19, 9. Nam Lucret 3, 345 *Ex ineunte ævo ſic corporis atque animai Mutua vitalis diſcunt contagia motus: Contagium corporis & animæ*, id eſt, conjunctio, συμπάθεια, gemeinſchafft. Vetus Inſcript. Hiſpan. MALO CAELI CONTAGIO CECIDIT; *Malum* dixit, quod & *bonum* eſſet. Eadem notione Ciceroni Pareus tribuit Lex. Crit. p. 270.

¶ Contăges, *is*, idem. Lucret. 4, 336 *Quæ contage ſuâ palloribus omnia pingunt.*

¶ Contagiōſus, *a, um*, anſteckend. Sic, *Morbus contagioſus, febris, peſtis contagioſa*, apud Celſum.

¶ Contiguus, *a, um*, zuſammenrührend, nahe beyſammen. Ovid. Met. 4, 57 de Pyramo & Thisbe: *Contiguas habuere domos*, häuſer die an einander ſtoſſen. Idem Faſt. 4, 378 *Contiguaque loco.* Et Plin. 2, 9 *Luna alias admota cœlo, alias contigua montibus.* Grat. 8 *Contiguas didicere ex artibus artes*, h. e. cognatas inter ſe & vinculo quodam conjunctas. vid. Burm.

¶ Contigue, adverb. nächſt an. Mart. Capella lib. 9 poſt tertium carmen: *Eam contigue ſequebatur.*

¶ Incontiguus, *a, um*, unbegreifflich. Arnobius poſt init. lib. 7 p. 212 *Deus omni eſt incontiguus tactu.*

¶ Incontingĭbilis, *e*, idem. Apul. Mundo p. 233 Stew. *Mundi cardo robuſtus & incontingibilis*, al. *immobilis.* v. Elm. emend. ad p. 57.

¶ Intactĭlis, *e*, idem. Lucret. 1, 438 *Sin intactile erit.*

¶ Intactus, *a, um*, non tactus, unberührt, unverſehrt, unbetaſtet; ut, *Græcis intacti carminis auctor*, Horat. 1 ſat. 10, 66, de Lucilio, qui primus ſatyram ſcripſit, incognitum græcis ac intentatum poëma. *Intacti Theſauri Arabum*, Idem 3 oda 24, 1, id eſt, nullo bello direpti. conf. Liv. 29, 18. Qua ratione apud Curt. 5, 9, 5 *Bactra intacta ſunt*, hoc eſt, nullis belli injuriis exhauſta, ſed integris opibus & pacis fructibus ornata. Apud eumdem 4, 16, 9 *Intactum pontem ſinere*, eſt non diſſolvere, ſtehen laſſen. Juſtin. 2, 3, 1 *Ab alieno imperio intacti.* Liv. 2, 12 *Intactam inviolatumque.* Ovid. Faſt. 1, 79 *Veſtibus intactis Tarpeias itur in arces.* Sil. 7, 399 *Intactus vulnere miles.* Compar. Iuvenalis 6, 162 *Intactior omni Sabina*, i. e. caſtior, integrior.

¶ Intactus, *ūs*, m. ſubſt. nullus tactus, kein fühlen. Lucret. 1, 454 *Tactus corporibus cunctis, intactus inani.* v. ibi Pareus.

¶ Obtingo, *tigi, ĕre*, evenire, begegnen, wiederfahren. Plaut. Rud. 3, 6, 35 *Tibi obtigit, quod plurimi exoptant.* Cic. Off. 1, 7 *Quod cuique obtigit, id quisque teneat.* Et, *Obtigit tibi ex ſententia*, Ter. Heaut. 4, 3, 5, es iſt dir nach wunſch gerathen. *Obtingere præter ſpem*, Id. Phorm. 2, 1, 9. Cumprimis id de rebus ſorte oblatis, ut provinciæ erant, eleganter dicitur; Cic. in Vatin. c. 5 *Cum tibi provincia ſorte obtigiſſet*, als ſie dir zugefallen. Et Att. 1 ep. ult. *Quam mihi dicis obtigiſſe σπάγην, non modo nunquam deſeram, ſed &c.* Item de fatalibus: Cic. Catil. 4, 2 *Si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar.*

¶ Pertango, *ĕre*, über und über berühren. Apic. 6, 9 *Pullum aſſabis & ſuo ſibi jure pertangis.* Idem 8, 8 *Oleo pertangito*, i. e. perfundito.

¶ Pertingo, *ĕre*, hinreichen, hingelangen. Laudat. Plin. 11, 37 *Venam ab oculis pertingere ad cerebrum, peritiſſimi auctores tradunt:* Sed mel. *pertinere*; de quo v. Burm. ad Quint. 2, 4 p. 143.

¶ Prætactus, *a, um*, zuvorberuhrt, zuvorberührt; ut, *Prætacta nervoſitas*, Cæl. Aurel. Acut. 1, 10, 71. *Prætactis membris*, ibid. 2, 11, 79.

¶ Protăgion, *i*, n. vinum, quod exoleviſſe dicit Plinius 14, 7.

¶ Retangĕre, wieder berühren. Cato R. R. c. 160 *Vbi coierint, & altera alteram retigerit.*

¶ Semitactus, *a, um*, halbberührt. Martial. 6 ep. 74 *Calvam trifilem ſemitactus unguento:* ita legit Scriverius: ſed Gruter. & Farnab. *Semitatus.*

TANĀCAE, *arum*, f. pl. pernæ, non ſecus ac *tomacinæ* & *petaſiones* e Gallia apportatæ Romam, Var. R. R. 2, 4, gute niedliche ſchincken.

TANIS, *ĭtis*, f. Τάνις, civitas Ægypti, a qua *Taniticum* appellatum eſt oſtium Nili. v. Plin. 5, 9.

TANOS, vel Tanus, *i*, m. gemma inter ſmaragdos ingrate viridis, & intus ſordida, Plin. 37, 5. ¶ 2. Item herba, Plin. 21, 15.

TANQUAM, vel Tamquam, adverb. comparandi, quaſi, ſicut, gleich, als, als wie. Ter. Phorm. 1, 2, 15 *Senis noſtri fratrem majorem noſtine? D. Tanquam te*, ſo wohl als dich. Id. Eun. 2, 2, 33 *Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis vocabula*, id eſt, ſicut. Cic. Tuſc. 3, 45 *Gloria virtutem tanquam umbra ſequitur*, id eſt, quaſi. Id. in Vatin. c. 2 *Repente te tanquam ſerpens e latibulis intuliſti.* Immo etiam *ſic, ita* præcedere & ſequi poſſunt poſt *Tanquam*, uti poſt *Sicut.* Cic. poſt redit. ad Quir. c. 1 extr. *Sed tanquam bona valetudo jucundior eſt eis, qui e gravi morbo recreati ſunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt: ſic ea omnia deſiderata, magis, quam aſſidue percepta, delectant.* Id. de Senect. c. 32 *Ex vita ita diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tamquam ex domo.* Liv. 40, 6 *Tanquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt.* conf. Cic. Fin. 5, 15; Off. 2, 13; & pro Domo c. 2. Adde Virg. ecl. 10, 59; Ovid. Met. 2, 360 &c. ¶ 2. *Tanquam ſi*, als ob, als wenn. Plaut. Aſin. 2, 4, 21 *Tanquam ſi claudus ſim, cum fuſti eſt ambulandum.* Cic. fam. 2, 16 *Suadeo videas, tanquam ſi res tua agatur.* Id. Quint. Fr. 3, 2 *Omnes tanquam ſi tu eſſes, ita fuerunt.* conf. Id. pro Cæc. c. 21; & pro Roſc. Am. c. 32. Sic & *Tanquam* nude pro *Tanquam ſi.* Cic. Fin. 5, 15 *Parvi primo ortu ſic jacent, tanquam omnino ſine animo ſint.* Idem de Clar. Or. c. 1 *Tanquam illi ipſi acerbitatis aliquid acciderit, angimur.* Id. de Amic. 27 *Maxime optandum eſt, ut cum æqualibus poſſis, quibuscum tanquam e carceribus emiſſus ſis, cum iisdem ad calcem pervenire.* conf. Id. Verr. 3, 28 pr. & Liv. 28, 43; 41, 24.

TANTĂLVS, *i*, m. Τάνταλος, dictus quaſi ταλάντατος, hoc eſt, *infeliciſſimus*, Platone auctore in Cratylo. Rex Corinthiorum fuit; ſecundum Euſebium autem Phrygiæ rex. Dat pœnas incontinentis linguæ ejusmodi, ut in Eridano inferorum ſtans, nec undis præſentibus, nec vicinis pomariis perfruatur. Cic. Tuſc. 1, 5 *Mento ſummam aquam attingens, ſiti enecius Tantalus.* Ovid. Amor. 2, 2, 43 *Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.* Conf. de Art. am 2, 606, & de aliis picturis poëticis hujus ſupplicii Brouckh. ad Tibull. 1, 3, 77. Deorum ſecreta, inter convivandum ab iis dicta, evulgaverat, ut Pindarus ſcripſit. Etiam alio ſupplicii genere Tantalum exerceri finxerunt, de quo Cic. Tuſc. 4, 16 *Ob ſcelera, animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam, impendere Tantalo apud inferos ſaxum, faciunt poëtæ.* v. proverb. *Tantali lapis.* Xenophon in fine Oeconomici, ὁ Τάνταλος λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβων φοβούμενος μὴ οἰς ἀποδάνῃ. Tantali fabulam de divitibus avaris interpretatur Horat. 1 ſat. 1, 68. ¶ 2. *Tatnaleus* pro Tantalus, Tarentinorum more, qui Ταντάλεος, pro Τάνταλος dicebant. Propert. 4, 12, 24 *Fallax Tantaleo corripiare liquor.*

¶ Tantălĕus, *a, um*, adject. ut, *Manu Tantaleæ poma tradere*, apud Propertium 2, 1, 68, pro *maxui*, antique. Eſt autem rem arduam aut impoſſibilem perficere. Sic, *Tantalea vita*, Ταντάλειος ζωή, pro ſolicita ac periculis expoſita, Nazianzenus. Claudian. de Rapt. 2, 336 *Non aqua Tantaleis ſubducitur invida curis.*

¶ Tantălis, *ĭdis*, f. Niobe, Tantali filia, dicitur. Item Hermione, Ovid. Her. 8, 122.

¶ Tantălĭdes, *æ*, m. patronym. ut, *Tantalidæ fratres*, Ovid. Faſt. 2, 627, i. e. Agamemnon & Menelaus, quorum avus fuit Tantalus. Ita Sen. Thyeſt. 144. Ovid. Her. 8, 45. Sed ibid. v. 122 *Tantalides* eſt *Oreſtes.*

Tantidem, tantillus, tantisper, tantopere, &c. vide ſequens *Tantus.*

TANTVS, *a, um*, ſo groß, ſo viel. Ter. Andr. 5, 2, 29 *Tantum laborem capere ob talem filium?* Et Heaut. 4, 1, 16 *Tantam ineſſe animo inſcitiam.* Virg. Æn. 1, 37 *Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.* Sic, *Vrbs tanta ac talis*, Cic. de Nat. D. 3, 38 extr. Si præcedat *Tantus*, ſæpiſſime ſequitur *Quantus.* Cic. de Amic. c. 6 *Amicitia tantas opportunitates habet, quantas non queo dicere.* Ibid. c. 20 *Tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe morum ſtudiorumque diſtantia.* Idem Phil. 4, 1 *Concio tanta, quantam meminiſſe non videor.* conf. Cic. de Senect. c. 12. Liv. 22, 49 *Tanta prope civium ſociorumque pars*, ubi Sigonius putat, Livium ſignificare æquam civium & ſociorum partem. Huc refer exempla, in quibus *Quantus* interdum præmittitur, ſupra in *Quantus* n. 3. ¶ 2. *Tanti* pro tot; *quanti* pro quot, (ubi vide:) apud recentiores auctores paſſim legitur. Quamquam & apud Plautum & Manilium, quin ipſum Ciceronem quoque inveniatur; ita enim ille fam 9, 2 *Tantis poſtea rebus novis*; tamen non diſſimulo, alios aliter legere. vid. Anton. Auguſtin. lib. 2 Emendat. ¶ 3. *Tanti* genitivus additur verbis pretium ſignificantibus; ut, *Tanti vendere, emere, &c.* hoc eſt, tanto pretio, alſo theuer. Ter. Adelph. 2, 1, 49 *Vbi me dixero dare tanti &c.* Sic, *Tanti non fuit, Ariſtacem capere, &c.* Cælius Cic. fam 8, 14, es verlohnt ſich nicht der mühe. Et Cic. Cat 1, 9 *Sed eſt mihi tanti, dummodo iſta privata ſit calamitas*, ich achte es ſchon der mühe werth. Et Cat. 2, 7 *Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falſæ & iniquæ tempeſtatem ſubire.* ¶ 4. Aliquando *Tantus* ponitur pro *Tam.* Plautus cum alibi, tum Amph. 5, 1, 5 *Tanta mira facta ſunt in ædibus.* Cæſ. B. Civ. 1, 21 *Tanta erat ſumma rerum exſpectatio.* Lucret. 2, 665 *Tanta eſt in quovis genere herbæ materiai Diſſimilis ratio, tantæ eſt in flumine quoque.* ¶ 5. *Tantum* abſolute, & *in tantum*, ſo groß, ſo viel, ſo weit; ut, *Tantum, quantum ſat eſt*, Cic. de Senect. c. 14. Ibid. c. 13 *Tantum licentiæ dabat gloria*, i. e. tantam licentiam. Liv. 3, 17 *Tantum hoſtium intra muros eſt.* conf. Id. 40, 19; & 44, 42 *Tantum bellorum*, Juſtin. 2, 2, 12. Ovid. Faſt. 1, 518 *Quis tantum fatis credat habere locum*; i. e. *tantum fatum.* Ter. Hec. 3, 4, 2 *Non hercle verbis dici poteſt tantum, quam re ipſa navigare incommodum eſt.* Virg. Æn. 6, 876 *In tantum ſpe tollet avos. In tantum* etiam Vellejus dixit 2, 43, 4, itemque Manilius 3, 299. *In tantum, ut &c.* Plin. 10, 53; Sen. Qu. Nat. 3, 24; Colum. 1, 8. vid. Cellar. Cur. poſter. p. 413; & Borrich. Vind. p. 117. ¶ 6. *Tantum abeſt.* Locutio hæc in oratione eandem vim habet, quam *non ſolum non*, unumque ei *ut* poſtponitur, interdum duo; ut, Cic. Acad. 4, 9 *Tantum abeſſe dicebat, ut id conſentaneum eſſet, ut maxime etiam repugnaret.* vide *Abſum.* Idem Cic. Off. 1, 7 *Tantum abeſt ab officio, ut nihil officio magis poſſit eſſe contrarium*, hoc eſt, non modo officium non eſt, verum etiam &c. ¶ 7. *Tantum eſt*, elegans formula, cum ſignificamus, nihil reſtare ad dicendum, Ter. Eun. 5, 6, 26; & Plaut. Merc. 2, 2, 12. De formula *Alterum tantum* vide ſupra in *Alter.* ¶ 8. *Tantus* interdum minuere ſignificationem videtur. Cic. fam. 1, 7 pr. *Tantam vim habet auctoritas*, hoc eſt, tam parvam. v. Manut.

¶ Tantum, adverb. idem valet quod *ſolum*, nur, & *non tantum*, non ſolum, nicht nur; ut, *Hæc tantum dicam*, Cic. pro Mur. c. 37. Et Plin. Paneg. c. 28 *Patriam non ut patriam tantum, verum ut altricem amare condiſcunt.* ¶ 2. Adeo, in tantum, ſo ſehr, Nepos 9, 4, 1 *Rex tantum ejus auctoritate motus eſt, ut, &c.* Sic & ubi præcedit *Quantum.* Cic. fam. 16, 4 *Quantum me diligis, tantum fac ut valeas.* conf. ibid. 16, 7. ¶ 3. Sæpe eleganter, ſequente voce *Quantum* reticeri ſolet. Exempla v. apud Marckl. ad Stat. Silv. 4, 85.

¶ Tantum non, modo non, id eſt, propemodum, bennahe. Liv. 4, 2 *Cum hoſtes tantum non acciſerint.* Affirmat quoque hæc formula, & ſignificat *vel etiam* apud Suet. Tib. c. 11, 52 & 66; Vitell. c. 14, & Domit. c. 15.

¶ Tantummŏdo, ſolum, ſalrem, allein, nur ſo viel. Ter Phorm. 1, 2, 59 *Ille tantummodo, ſatis, inquit, ſita eſt*, er ſagt nicht mehr denn ꝛc. Et ibidem v. 92 *Tantummodo non addat, ubi ego hinc abiero, &c.* wenn er nur das nicht hinzuſetzt. Vellej. 2, 49, 5 *Tantummodo privatus*

vatus. Et Ovid. ex Ponto 16, 49 *Omnia perdidimus; tantummodo vitæ relicta est.*

¶ Tantum quod, id est, *vix dum*, kaum. Cic. fam. 7, 23 *Tantum quod existimabam.* Id. Att. 15, 13 ext. *Tantum quod existimabam.* Vellej. 2, 117, 1 *Tantum quod imposuerat ultimam bello manum.* conf. Suet. Aug. c. 63, ibique Torrent. Nep. 14, 6, 5, ibique Lambin. & Liv. 33, 4, ibique Gronov.

¶ Tantŭlus, *a, um*, dimin. so klein, nur so wenig. Cic. pro Rosc. Am. c. 40 *Is discipulus magistro tantulum de arte concedit.* Id. Att. 15, 29 *Nec quicquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem præterieris*, nicht das geringste. conf. Id. Verr. 5, 68 & 71; Cæs. B. G. 2, 30; Plaut. Pœn. 1, 2, 1; Horat. sat. 1, 1, 59.

¶ Tantulum, adv. so ein wenig. Cic. Verr. 2, 50 *Quorum oratione ille ne tantulum quidem commotus est.* conf. Plaut. Cas. 4, 4, 6; & Mamert. c. 14.

¶ Tantillus, *a, um*, so gar klein. Ter. Adelph. 4, 2, 24 *Quem ego modo? verum tantillum in manibus gestavi meis.* Cic. de Senect. c. 15 *Terra ex sici tantillo grano &c. tantos truncos ramosque procreat.* Plin. 32, 1 *E heroicis hæc tantilla est satis contra tot impotus.* Absolute etiam Ter. Adelph. 4, 2, 25 *Cave tantillum dederis verborum mihi.* conf. Catull. 100, 6; Plaut. Stich. 4, 2, 40.

¶ Tantillum, adverbialiter, so gar wenig; ut, *Tantillum peccare*, Plaut. Rud. 4, 4, 106.

¶ Tantĭdem, æque tantum, gleich oder eben so viel. Ter. Adelph. 2, 1, 46 *Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier.* Cic. pro Rosc. Am. c. 39 *Voluntatem decurionum tantidem, quanti fidem suam fecit*, eines so wenig als das andere. conf. Idem Verr. 3, 83; Plaut. Pers. 1, 2, 19. Et Ennius apud Varr. L. L. 6, 3 *Tantidem quasi fœta canes sine dentibu latrat.*

¶ Tantisper, tamdiu, sic, ut sequatur *dum* vel *quoad*, so lange. Ter. Heaut. 1, 1, 53 *Ego te meum dici tantisper volo, dum, quod te dignum est, facies*, v. supra *Dum.* Et Cic. fam. 9, 2 *Tibi cerseo tantisper tantum ibidem, dum efferveseit hæc gratulatio.* ¶ 2. Absolute & sine particulis illis, indefinen. Liv. 1, 3 *Tantisper tutelæ muliebri res Latina & regnum avitum paternumque puero fuit.* Adde ejusdem libri c. 22; Plaut Bacch. 2, 3, 106; & Pœn. 5, 6, 26; Cic. Att. 12, 15; & pro Cæc c. 10.

¶ Tanto, adverbium, quod comparativis sæpe præmittitur, desto, so viel, um so viel. Ter. Andr. 3, 4, 35 *Tanto hercle magis dabit.* Suet. Cæs. 78 *Id factum ejus tanto intolerabilius est visum.* Plin. 37, 5 *Spectamus smaragdos tanto lubentius, quoniam nihil omnino viridius &c.* Cic. Verr. 3, 97 *Reperietis, quinquies tanto amplius istum imperasse.* conf. Plaut. 1, 3, 73; Virg. Æn 12, 20; Colum. 3, 13; Tac. Hist. 2, 37, 2. ¶ 2. Interdum *quanto* sequitur. Tac An. 4, 48, 4 *Tanto infensius cæsi, quanto perfugæ & proditores ferre arma adjuam patriæque servitium incusabantur.* cont. ibid. 6, 45, 2; & Cels. procem. lib. 1. ¶ 3. Absolute Virg. Georg. 3, 476 *Post tanto*, so lange hernach. Cic. Verr. 5, 30 & 34 *Tanto ante*, so lange vorher. Et sic exaggerandi vim habet pro *adeo*, dergestalt. Nep. 15, 2, 2 *Doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut &c.*

¶ Tantŏpere. usque adeo, tam vehementer, so gar, so sehr. Ter. Andr. 5, 2, 27 *Ah ne sævi tantopere*, thue doch nicht so greulich. Et Phorm. 5, 7, 16 *Postquam tantopere id vos velle, animadverteram.* Nepos 25, 7, 4 *Quies tantopere ei fuit grata, ut &c.* MSta aliquando separant, *tanto opere*, ut *magno opere, minimo opere.*

¶ Tantundem, absolute est æque tantum, gleich viel, eben so viel. Cic. de Leg. 2, 19 *Tantundem capiet, quantum omnes hæredes.* Idem Tusc. 1, 43 *Undique ad inferos tantumdem viæ est.* conf. fam. 6, 19 & 15, 11. Plaut. Pers. 4, 4, 36 *Tantumdem est mihi*, es gilt mir eben das. Catull. 17, 20 *Tantundem omnia sentiens, quam si &c.* conf. Horat. sat. 1, 1, 56; Sen. epist. 3.

¶ Tantusdem, *ădem, undem*, adj. eben so groß. Sic Plautus in masculino dixit Truc. 2, 5, 7 *Tantundem dolum aggredi:* v. ibi Taubm. Idem Pœn. 3, 3, 20 *Male benefacere, tantundem est periculum, quantum bono malefacere.* Labeo ICt. 32 ff. l. 29 § 1 in fœm. *Uxor mea tantandem partem habeat.* Et Gai. 2 ff. t. 14 l. 30 § 1 *Tantandem pecuniam Titio debuit.*

TAOS, gr. ταὼς, *pavo.* Item gemma, de qua Plinius 37, 11 *Taos pavoni est similis.*

TĂPANTA, gr. τὰ πάντα, alles in allen, vel, ut apud nos vulgus dicit, das fac totum. Petron. c. 37 *Uxor Trimalchionis tapanta est.* v. Burm. Latine Ovid. Heroid. 12, 162 *Nobis omnia solus erat.* conf. Liv. 40, 11; Lucan. 3, 108; & Barth. ad Claudian in Eutrop. 1, 22.

TĂPES, *ētis*, m. τάπης, & *Tapetum, i*, & *Tapete*, neut. aulæum, ein teppich; ut, *Alexandrina confuta tapetia*, Plaut. Sticho 2, 2, 54. Sed Virg. Æn. 9, 358 *Aeraque craterasque simul pulchrosque tapetas.* Id. Æn. 7, 277 *Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.* Et Sil. 17, 64 *Nullo decorare tapete Cornipedem Nomas adsuetus.* conf. Nonius 3, 251; & 14, 34. Glossæ veteres: *Tapetum*, τάπης. Charisius lib. 1 p. 45 *Hoc Tapete dicimus, & hoc Tapetum.* Singularem autem *Tapes*, cujus plurali Virgilius usus est, irrepertum dicit, ideoque minus probat.

¶ Tapetiārius, *i*, m. aulæorum opifex, ein teppichmacher.

TĂPHIAE, *arum*, f. pl. insulæ in mari Ionio inter Leucadem & Achaiam. Dicuntur & *Teleboides*, Plin. 4, 12.

¶ Taphiusa, *æ*, f. locus juxta Leucadem, Plin. 36, 21.

¶ Taphiusius, *a, um*, adject. ut, *Taphiusius lapis* ex genere aetitarum, nascens in Taphiusa. v. Plin. l. c.

TĂPHVS, *i*, m. τάφος, *sepulcrum*, vox e græco latina facta exstat in Inscriptionibus Martialis a Grutero editis, &c. v. Barth. Adv. 5, 12 p. 233.

¶ Apotăphus, *i*, m. ἀποτάφος, majorum sepulcro exclusus, seorsum sepultus, auswerts begraben, Suid. & Cæl. Rhodig. 17, 19.

¶ Epitaphium, *i*, n. ἐπιτάφιον, ἐπιτάφιος λόγος, inscriptio monumenti, eine grabschrifft. Cic. Tusc 5, 12 *Quid vero in Epitaphio?* Exstant Epitaphia multa erudita, cujusmodi supra retulimus in Chrysolora: atque etiam illud Laurentii Vallæ est: *Nunc postquam manes defunctus Valla petivit, Plato non audet verba Latina loqui. Iupiter hunc cœli dignatus parte fuisset; Censorem linguæ sed timet esse suæ.*

¶ Epitaphista, *æ*, m. epitaphiorum scriptor, ein grabschrifftmacher. Sidon. 1 epist. 9 *Epitaphistarum vanie.*

TĂPĪNŌSIS, *is*, f. ταπείνωσις, schema, *extenuatio*; ut Virg. Æn. 1, 118 *Apparent rari nantes in gurgite vasto:* ubi Servius: *Tapinosis est rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epitheto sublevat, ut hoc loco* vasto *addidit.* Et ibidem 356 *Multa malus simulans*, id est, sceleftus.

¶ Tăpīnōma, *ātis*, n. idem. Sidon. 4 epist. 3 *Eloquium, quod nec per scaturigines hyperbolicas intumescit, nec per tapinomata depressa tenuatur.*

¶ Tapinŏphrŏnēsis, *is*, f. ταπεινοφρόνησις, demissio animi, die demuth, niederträchtigkeit, Tertull. adv. Psychic. c. 12.

TAPRŌBĂNE, *es*, f. Ταπροβάνη, insula in mari Indico opulentissima. Interpres Dionysii Afri. Avienus Periegef. v. 777 *Insula Taprobane gignit tetros elephantos, Et si per æstiferi torretur sidere cancri.* v. Solin. c. 66.

TAPSVS, vel Thapsus, *i*, f. τάψος, peninsula & oppidum Siciliæ prope Syracusas, cujus Virg. Æn. 3, 689 mieminit. ¶ 2. *Tapsus* verbascum, wullkraut, königs kerz; vel secundum alios ferula, ferulkraut, steckenkraut. Lucan. 9, 919 *Erycinaque Thapsus*, quod in Eryce Siciliæ monte nascatur. conf. infra *Thapsia.* ¶ 3. *Tapsus* nomen viri apud Flaccum 2, 191.

TĂPVLLVS, *a, um*, vel Tapulus, id est, convivalis, ut, *Lex tapulla*, a tabula dicta, ex Valerio & Lucilio apud Festum.

TARADASTILI, vel Tardistili, gens, ut videtur, Indica apud Plinium 24, 17.

TARANDVS, *i*, m. τάρανδος, animal Scythicum, medium (quemadmodum ex Plinii descriptione colligi potest) inter cervum bovemque. Cervi enim caput, cornua & mentum habet, quo colorem mutat, metuens ne capiatur, cætera fere bovis. v. Plin. 8, 34; Solin. c. 43.

TĂRĂNIS, *is*, m. Iupiter Gallorum Deus, a *Taran* Brit. i. e. *tonitru*, cui hominos sacrificabantur. v. Lucan. 1, 446.

, Tarantula, Taras, vide post paulo in *Tarentum.*

TARATANTĂRA, *æ*, f sonus tubæ. Nomen est ab Ennio fictum, Servio teste: *Et tuba terribili sonitu taratantara dixit.*

TĂRAX, *acis*, f. alii legunt *Tarax*, de quo infra.

¶ Taraxicum, *i*, n. herba apud Botanicos, saudistel, ziffeen-blat.

TARBELLAE, aquæ apud Auson. Præfat. ad Syagrium, explicantur a Scalig. Auson. Lect. 1, 6, ita ut ex instituto de *Tarbellis* Gallorum gente & veris illorum sedibus agat.

TARBIDOLOPIVM, *i*, n. apud Gallos arnogloſſa sive plantago, breitwegerich. Apul. de Herb. c. 1; & Dioſc. noth.

TARCHON, & Tarcho, *ontis*, m. Τάρχων, dux Hetruscorum, qui Ænææ adversus Turnum & Rutulos suppetias venit. Virg. Æn. 8, 603. *Tarcon* est in MS. v. Drakenb. ad Sil. 8, 474. Ita & antiquis editt. Col. 10, 346.

Tarda, tardabilis, tarde, tardesco, tarditas, &c. quære in *Tardus.*

TARDVS, *a, um*, contrarium *velocis*, träge, säumig, langsam: ut, *Esse naturâ tardiorem*, Cic. de Senect. c. 7. *Ingenium tardum*, Idem de Leg. Agrar. 3, 2. *Tardum esse in cogitando*, Id. de Clar. Orat. c. 59. Et Tibull. 1, 4, 23 *At si tardus eris, errabis, transiet ætas.* De nonnullis *tardis scriptoribus*, qui scil. nimium temporis in scripta sua impenderint, v. Quint. 10, 4 ext. & Almelov. ad h. l. Sic, *Esse tardiorem ad gratiam referendam*, Aut. decl. ant. iret in exil. c. 2. Et, *Tardissimi piscium*, Plin. 9, 42. Et Plaut. Pœn. 3, 1, 1 *Tardus amicus*; & v. 4 *Tardiores quam corbitæ in tranquillo mari*; v. 6 *Ætate tardiores*, & v. 7 *Procul tardissimi.* ¶ 2. *Tardi*, id est, hebetes, stupidi, stolidi, imprudentes, tumm, stumpff, ungeschickt, apud Ter. Eun. 5, 9, 40; & Heaut. 4, 5, 28. Cic. Nat. D. 1, 5 *Quidam nimium indociles, tardique sunt. Tardum* tamen pro diligenti poni in Tibulli 9, 2 *Nitidum tarda compserit arte caput*, censet Corrad. ab Allio in Lex. Crit. Sic & *Tardus* homo ineptus ad Venerem, Plaut. Cas. 5, 2, 10. ¶ 3. Tac. Agric. 13, 3 *Quies tarda & contraria bellum inchoaturo*; *Tarda*, id est, incommoda, ut Boxhornius interpretatur. ¶ 4. *Tardæ noctes* Maroni hiemales sunt, Georg. 2, 482; & Æn. 1, 750. Contra Eidem Georg. 1, 32 *Tardi menses* sunt æstivi, quia dies istorum mensium longiores. v. Barth. Advers. 2, 19.

¶ Tarda, *æ*, f. subst. avis sic dicta a tardo volatu, Plin. 10, 22.

¶ Tardiusculus, *a, um*, diminut. etwas langsam. Ter. Heaut. 3, 2, 4 *Est ille Clinia servus tardiusculus.* conf. Plaut. Fragm. Clitell. v. 13.

¶ Tarde, adv. langsam, langweilig. Cic. Att. 3, 7 *Tarde per Candaviam ibimus.* Idem Tusc. 1, 31 *Qui in compedibus corporis semper fuerant: etiam cum solati sunt, tardius ingrediuntur.* Idem fam. 2, 9 *In his sum locis, quo tardissime omnia perferuntur.* Adde Iustin. 2, 1, 16; Cæs. B. G. 4, 23; Sen. epist. 70; Plin. 3, 5; & Iunior 8 ep. 4; Virg Georg. 2, 3.

¶ Tarditas, *ātis*, f. quæ *celeritati* contraria est, die trägheit, langsamkeit; ut, *Tarditas pedum*, Cic. pro Rab. perd. c. 7. *Tarditas & cunctatio*, Idem pro Sext. c. 47 *Pigritiæque tarditas & procrastinatio odiosa est*, Id. Phil. 6, 3. Et, *Morum & tarditatem affere alicui rei*, Phil. 5, 9. *Tarditas ingenii & stupor*, idem in Orat. 68. *Tarditas audientium*, Plin. 20, 8. v. plura hujus usus exempla apud Mencken. Obs. L. L.

¶ Tardities, *ēi*, f. veteres dixere pro *Tarditate*: ut, *Multa amittuntur tarditie & socordia*, Accius apud Nonium 2, 866.

¶ Tarditudo, *inis*, f. idem. Plaut. Pœn. 3, 1, 29 *Podagrosi estis, ac vicissis cochleam tarditudine.*

¶ Tardor, *ōris*, m. idem. Varro apud Non. 3, 255 *Pedatus versum tardor.*

¶ Tardo, *avi, atum, are*, morari, säumen, aufhalten, hindern. Cic. fam. 7, 5 *Impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare.* Sic, *Tardare studia alicujus*, Idem in Orat. c. 1, säumen, aufhalten. Tac. An. 2, 21, 2 *Illum vulnus tardaverat*, die wunde hatte ihn matt gemacht. Et cum infinitivo, Cæs. B Civ. 2, 43 ext. *Ut reliqui hoc tumore propius adire tardarentur.* Ibid. c. 25 *Hostium impetus tardatus est.* Absolute, *Tardare & commorari*, Cic. ad Brutum epist. 18, zaudern.

¶ Tar-

¶ Tardans, *tis*; ut, *Tardans senecta*, Virg. Æn. 5, 395. *Tardans sagitta*, Id. 12, 746. *Dolores tardantes*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 3.

¶ Tardātus, *a, um*, aufgehalten, gehindert. Ex poëta Cic. de Divin. 1, 12 *Hæc tardata diu species.* Virg. Æn. 5, 453 *Non tardatus casu heros.* Stat. Theb. 2, 671 *Tardati gradus.* Tac. An. 1, 62, 3 *Exercitus imagine cæsorum tardatus ad prœlia.*

¶ Tardābilis, *e*, hinderlich; ut, *Tardabilis rigor*, Tertull. de anima c. 43.

¶ Tardēsco, *ĕre*, tardum fieri, langſam werden; ut, *Tardescit lingua, madet mens*, Lucretius 3, 480.

¶ Tardicors, *dis*, träges Herzens. Auguſtinus Enchiri lio c. 103 *Tardicordes* cum fatuis conjungit.

¶ Tardigĕmulus, *a, um*, i. e. tarde gemens, ſeufzend. Nævius apud Gell. 19, 7 *Tardigemulo senio oppressus.* conf. Nonius 4, 345, ubi alii legunt *tardigenulo* a genu, ut ſit quaſi *tardigrado.*

¶ Tardigrădus, *a, um*, tarde incedens, ſchleichend; ut, *Tardigrada quadrupes*, Cic. Divin. 2, 64. conf. Tertull. de pallio c. 4.

¶ Tardilŏquus, *a, um*, langſam im reden. Seneca epiſt. 40 ſub fin. *Summa summarum hæc erit, tardiloquum te esse jubeo.*

¶ Tardĭpes, *ĕdis*, langſam im gehen; ut, *Tardipes Deus*, i. e. Vulcanus: Catull. epigr. 37, 7 *Scripta tardipedi deo Dare ustulanda*, id eſt, comburere.

¶ Contardo, *are*, verweilen; apud Hieronymum.

¶ Intardo, *are*, idem. Hinc

¶ Intardans, *tis*. Cæl. Aurel. Acut. 1, 4 *Deliratio intardans atque perseverans.* Idem Tard. 3, 5 *Passio corporibus intardans.*

¶ Intardatus, *a, um*, hafftend, anhaltend. Abſolute Cæl. Aurel. Tard. 2, 3 extr. *Intardata corporibus emovere atque excludere.*

¶ Retardo, *are*, remorari, retinere, zurück halten, hemmen; ut, *In via aliquem retardare*, einen auf der ſtraſſen aufhalten, Cic. Phil. 10, 5. *Impedire ac retardare impetum*, Idem pro L. Manil. c. 5 *Equos objecta retardant flumina*, Virg. Georg. 3, 253. conf. Ovid. Met. 3, 92. *Aliquantum retardati sunt Bœotii*, Nep. 15, 9, 2. conf. Tac. H. 4, 34, 9, & A. 6, 35, 5; Curt. 4, 15, 28; Hirt. B. Afr. c. 68.

¶ Retardans, *tis.*

¶ Retardātus, *a, um*, f. aufgehalten, gehemmet, gehindert; ut, *Inundationibus retardatus*, Suet. Oth. c. 8. Et, *Itinere devio per ignorantiam locorum retardatus*, Idem Galb. c. 20. conf. Hirt. B. Afric. c. 66.

¶ Retardātio, *ōnis*, f. die ſäumung, aufſchub, zurückhaltung, verhinderung, e. g. *Vnde est adhuc bellum, nisi retardatione & morâ?* Cic. Phil. 5, 11. Plural. *Retardationes facere*, Vitruvius 9, 4 dixit.

TĂRENTVM, *i*, n. urbs Calabriæ nobiliſſima, quam *Taras*, Neptuni filius, condidit, de quo vid. Lucan. 5, 376; & Stat. 1 Silv. 1, 105; ubi pro ipſa urbe accipitur. Luxu & deliciis ſolucam Horatius ſignificat, cum 1 epiſt. 7, 47 *imbelle*, alibi *molle* dixit 2 ſat. 4, 34. vide & Strabonem lib. 6. *Tarentus* vocatur a Sidonio carm. 5, 435 *Ipsaque quæ petiit, trepidaverat unda Tarentus.*

¶ Tārentīnus, *a, um*, adject. ut, *Nux Tarentina*, quæ alias Græca, Plin. 15, 22. *Pira Tarentina*, Colum. 5, 10. Sic, *Tarentinæ deliciæ*, Flor. 1, 18, 28. ¶ 2. *Tarentini equites* qui fuerint, vid. Græv. ad Cic. Att. 5, 19 p. 534 ſq.

¶ Tarantula, *æ*, f. Phalangii genus eſt, abundans in agro Tarentino, (nam & *Tarentum* dicunt:) perniciosiſſimum inter omnia genera Phalangiorum, Matthiolus in Dioſcor.

TARMES, *ĭtis*, m. legas & *Tarmus*, i, m. a *tero*, eſt vermiculus, carnem vel lignum exedens, eine fleiſchmade, ein holzwurm. Plaut. Moſt. 3, 2, 140 *Postes tarmes fecat.* conf. Feſtus & Vitruv. 2, 9.

TARPĒIA, *æ*, f. Ταρπήια, filia Tarpeji, cuſtodis Capitolii, virgo Veſtalis, quæ arcem Capitolii Sabinis prodidit. Propert 4, 4 pr. *Tarpejum nemus & Tarpeja turpe sepulcrum Fabor.* Cum enim hoſtibus Romanorum, Albanis, aditum ad collem Tarpejum ſe traditurum, ſi monilia, quæ Albani gererent, mercedis loco ſibi redderent, promiſiſſet, vivens obruta eſt; Plutarchus in Parall. ex Ariſtide Mileſio. Sed ſunt, qui negent proditricem fuiſſe. v. Brouckh. ad Propert. l. c. Hinc

¶ Tarpējus, *a, um*, adject. ut, *Mons Tarpejus*, i. e. Capitolinus, Varro L. L. 4, 7. Et, *Saxum Tarpejum*, ibid. *Arx Tarpeja*, Virg. Æn. 8, 652.

TARQVĪNIVS, *i*, m. Ταρκύνιος, *Tarquinius Priscus*, quintus Romanorum rex. ¶ 2. *Tarquinius Superbus*, quod ei cognomen mores fui pepererunt, ſeptimus & ultimus Romanorum rex. Cic. pro Rabirio c. 4 *superbissimum & crudelissimum* dixit. Hujus filius, *Tarquinius Sextus Collatinus*, Lucretiæ vim intulit; propter quod flagitium reges Roma pulſi ſunt: Livius lib. 1 extr. Ovid. Faſt. 2, 687 *Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat Regna, vir injustus, fortis ad arma tamen.* Hinc *Tarquinius* pro tyranno, apud Liv. 3, 39; 6, 40. ¶ 3. Adjective Liv. 2, 18 *Quia ex factione Tarquinia essent.* Id. 1, 47 *Te nomen Tarquinium creat vocatque regem.*

¶ Tarquinii, *ōrum*, m. pl. oppidum vetus Etruriæ fuit, unde Tarquiniorum nomen natum.

¶ Tarquiniēnſis, *e*, adject. ut, *Tarquiniensis ager*, Cic. Divin. 2, 23. *Fundus Tarquiniensis*, Val Max. 5, 3, 3. conf. Plin. 2, 96. ¶ 2. *Tarquinienses*, incolæ urbis illius, Plin. 3, 5. Et, Vitruv. 2, 7 *In finibus Tarquiniensium.* Vt refert Liv. 7, 15 aliquando CCCVII. *militem Romanos immolarunt.* ¶ 3. *Tarquinienſe*, abſolutum, pro agro Tarquinienſi. Plin 8, 52 *In Tarquiniensi feras pascere.*

¶ Tarquitius, *a, um*, aliud adject. ut, *Tarquitia scala*, apud Feſtum.

TARRĂCĪNAE, *arum*, f. pl. oppidum Volſcorum, *Anxur* dictum quondam. Liv. 4, 59 *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt, urbs prona in paludes.* Scribitur etiam *Terracinæ*, de qua orthographia Cort. ad Sall Cat. 46, 3. Hinc

¶ Tarracinenſis, *e*, adject. ap. Salluſt. Cat. c. 46.

TARRACO, *ōnis*, f. Ταρράκων, civitas eſt inſignis Hiſpaniæ, metropolis multarum urbium celebrium, Tarragon, nova Carthagine non inferior, a qua provincia ipſa *Tarraconia* & *Tarraconensis* nominata eſt. v. Plin. 4, 18; & 3, 3. Martial. 13 epigr. 118 *Tarraco Campano tantum cessura Lyæo.* De altera ſcribendi ratione Terraco Caſaub. & Salmaſ. ad Spartian. Adrian. c. 7.

¶ Tarraconenſis, *e*, adject. ut, *Provincia Tarraconensis*, Iſidor. 14, 4; *regio*, Plin. 3, 1, *conventus*, Id. 3, 3. *Tarraconenſia vina*, Id 14, 7.

TARRVPIA, *æ*, f. genus uvæ, Plin. 14, 3.

TARSVS, *i*, f. Ταρσός, Ciliciæ metropolis, patria Pauli Apoſtoli, ſic dicta a *Tarſo*, nepote Iaphet, ut Joſephus ſcripſit lib. 1. ¶ 2. Hebræi *Tarſis* mare generaliter dici autumant, Pſ. 48 *Confringes naves Tarsis*, i. e. maris. Item: *Reges Tarsis & insulæ munera offerent*, Pſ. 78.

¶ Tarſenſis, *e*, adject. *Tarsenses* fuerunt Antipater, Neſtor, duo Athenodori philoſophi Stoici, & Paulus Apoſt. &c. Sic, *Tarsense pelagus*, Colum. 8, 16.

TARTĂRIA, *æ*, f. Ταρταρία. Sarmatia Aſiatica eſt, die Tartarey, a *Tartare* fluvio ſic dicta. Eſt & *Tartaria minor*, in Europa, inter Danubii oſtia & Boſporum Cimmerium contenta, cujus præcipua pars eſt Cherſoneſus Taurica.

¶ Tartări, *ōrum*, m. pl. populi moribus Scythicis immanes & crudeles, die Tartern, oder Tattern. Veſcuntur carnibus felium, canum & equorum. v. Vadiani Commentar. in Pomp. Melam.

TARTĂRVS, *i*, m. & plural. Tartara, *ōrum*, n. Τάρταρος, locus pœnarum, die hölle, a ταράσσειν, *turbare*, quod ibi omnia futura ſint perturbatiſſima & confuſiſſima: vel a ταρταρίζειν, id eſt, *frigore tremere.* Virg. Æn. 6, 577 *Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.* Et v. 134 *Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara.* Ibidem v. 543 *Exercet pœnas & ad impia Tartara mittit.* ¶ 2. Eſt & *Tartarus* Italiæ fluvius in regione Veronenſi, cujus mentio fit apud Tacit. Hiſt. 3, 9, 2.

¶ Tartărĕus, *a, um*, adject. hölliſch; ut, *Tartarea plaga*, Cic. Tuſc. 2, 9. *Tartareus Deus*, Ovid. Triſt 1, 8, 32, i. e. Pluto, der höllengott. *Tartareæ domus*, die hölle, Id. Faſt. 3, 620. *Tartareus adulatus*, Val. Flacc. 4, 393. *Tartareus custos*, id eſt, Cerberus, Virg. Æn. 6, 395. Et ibid. v. 295 *Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad undam.* Et, *Tartareæ sorores*, Furiæ dicuntur Statio Theb. 5, 66.

¶ Tartarīnus, *a, um*, aliud adject. i. e. horrendus, terribilis, ſchrecklich, Ennius apud Feſtum, & Varr. L. L. 6, 3.

TARTESSVS, *i*, f. Τάρτησσος, Hiſpaniæ civitas vel juxta Herculis columnas, poſtea *Carteja* dicta, quemadmodum Mela 2, 6 tradit: vel ulterior aut prope Gades. Poëtæ enim uſurpant in occaſus ſolis deſcriptione. Sil. 3, 399 *Armat Tartessis flabulanti conscia Phœbo.* Idem 6, 1 *Iam Tartessiaco quos solverat æquore Titan. In noctem diffusus equos &c.* Nam ¶ 2. *Tartessus* alia in littore prope Gades eſt, a qua familia Columellæ. A Tartaro dicta urbs, propter ſubterraneas, quæ ibi ſunt, cavernas.

¶ Tartessĭăcus, & Tartessius, *a, um*, adjectiva. Silius 16. 114 *Ad Tartessiacos tendis per littora portus.* Id. 16, 647 *Tellus Tartessia.* Et Ovid. Met. 14, 416 *Tartessia littera.*

TARVANNA, *æ*, f. urbs in Morinis Galliæ, ſive Flandria, a Carolo V everſa.

TARVM, *i*, n. lignum aloës. Plin. 12, 20; Actius 16, 137.

TASCONIVM, *i*, n. terra alba, ſimilis argillæ, ex qua lebetes fiunt, in quibus coquitur aurum, Plin. 33, 4. Sic dicta a loco *Taſco.*

TĂSIS, *is*, f. τάσις, intenſio, vehementia, die erhebung, hefftigkeit. Mart. Capella 9 p. 318 *Tasis, in qua vox persistit ac perseverat.*

TAT! Tatæ! admirandi patriculæ apud Plaut. Truc. 1, 1, 18; & Stich. 5, 5, 30. conf Chariſius lib 2 ex Nævio p. 212.

TĂTA, *æ*, m. lallantium puerorum vox, qua patres & avos appellant: nam matres *Mammas* vo ant. vid. Feſtus in *Avus*; & Nonius 2, 97. Martial. 1 ep. 101 *Mammas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum Dici & mammarum maxima mamma potest.* Non vero ſolum bleſæ puerorum linguulæ ſonus, ſed veri quoque officii nutritoris deſignatio, ein vater, pfleger, uti patet ex Grutero p. 662. n. 3 &c. Reinelio Claſſ. 11 n. 44; & Fabretto p. 142 SATVRNINO PATER ET PHOEBVS TATA FECERVNT. Plures Inſcript. vide in Scalig. Lect. Auſon. 1, 29 p. 84; e. g. M. EL FIDIVS PAMPHILVS PLATONI TATAE SVO BENE MERENTI FECIT. Plane græcum eſt τέττα; ut τέττα γέρων apud Homerum.

TĂTIVS, *i*, m. dux Sabinorum, qui proditione Tarpeiæ virginis, Capitolio capto Romam deinde etiam invaſit, ac cum Romulo quinquennio imperavit. v. Liv. 1, 10 ſequ. & Ovid. Met 14, 804.

¶ Tatienſes, *ium*, m. pl. tertia erant pars Romanorum, ſic a Tatio nuncupati, a quo & *Tatii Sodales.* vide Donat. Marcellin. ad Tac. Annal. 1, 54; & Ovid. Faſt. 3, 131.

Taura, taurea, taureus, vide *Taurus*, *Tauri*, *Tauricus.*

TAVRĪCA, *æ*, f. Ταυρική χερσόνησος, peninſula Europæ provincia, cujus fines ſunt *Iſthmus*, *palus Mæotis*, *Pontus* & *Bosporus Cimmerius.* Tartaria minor hodie dicitur, die kleine Tartarey; major enim in littore Aſiatico Mæotidis ultra Tanaim eſt. Famoſa olim ara Dianæ, ſive, ut Herodotus vult, Iphigeniæ, Agamemnonis filiæ, cui ibi humanis hoſtiis immolatum: Ovid. Triſt. 4, 4; Herodotus lib. 4; & Auguſt. de Civ. Dei 7, 21 & 26. Hæc ara poſtea Ariciam in Italiam translata eſt, ut Vetus Scholiaſtes ad epiſt. Horatii ad Piſones v. 16 notat.

¶ Tauri, *ōrum*, m. pl. populi ad Tauricam Cherſoneſum, aut in ipſa Cherſoneſo, inhumana & fera gens; &

¶ Taurīci, *orum*, m. pl. iidem: v. Lubin. ad Iuvenal. 15 p. 575. Hinc

¶ Tauricus, *a, um*, adject. ut, *Taurica terra*, Ovid. Pont. 1, 2, 80. Et, *Taurica aura*, Triſt. 4, 4, 63.

Tauricornis, taurifer, taurilia, &c. vide mox *Taurus.*

TAVRINVM, *i*, n. al. Turinum, urbs Italiæ in Alpium radicibus, Turin in Piemont, *Augusta Taurinorum* dicta veteribus. v. Plin. 3, 17.

¶ Taurīnus, *a, um*, adject.; ut, *Campi Taurini*, Sil 3, 646. *Alpes Taurinæ*, quas Hannibal tranſiit. v. Lipſ. epiſt. ad Belg. cent. 1, 93.

¶ Taurinienſis, *e*, adject. in vetere Inſcr. Murat. p. 1085.

Taurobolita, taurobolium, taurocolla, &c. vide *Taurus.*

TAVROMĪNIVM, *i*, n. oppidum Siciliæ in colle ſitum, cui *Tauri*

nomen fuit. Ad ejus litus ejiciuntur, quæ Charybdis absorbet. Plinius 5, 8 *Naxon* aliquando appellatam scripsit. Adde Ovid. Fast. 4, 475, ubi dicitur *Tauromenon*.

¶ Taurōmĭnĭtānus, *a, um*, adject. ut, *Tauromenitana Charybdis*, Lucan. 4, 461, *Scdes*, Silius 14, 257; *arx*, Val. Max. 2, 7, 3. Incolas hinc *Tauromenitanos* dixit Cicero Verr. 4, 66.

TAVROPŎLOS, Cognomen Dianæ. Liv. 44, 44 *Concursus matronarum in templum Dianæ, quam Tauropolon vocant.* Vide quos Dukerus & Drakenb. ad eum locum laudarunt. conf. *Taurobolia* in *Taurum*.

TAVRŪNVM, *i*, n. Plinio 3, 25, Taururum Ταύρουρον, Ptolemæo, Mœsiæ superioris urbs est, vulgo *Belgrad*, & *Alba Græca*, Griechisch Weissenburg, bis capta a Turcis, & bis a Christianis recuperata. Turcisque iterum tradita 1739. *Taurunum* autem vetus nomen urbis est. v. nummus apud Busbeq. epist 1 p. 32.

TAVRVS, *i*, m Ταῦρος, philosophus Platonicus, cujus auctoritate frequentissime utitur Gellius, seque Romæ familiarem ei fuisse testatur. Vixit sub Antonino Pio. ¶ 2. De aliis Tauris, v. Burm. ad Quint. 8, 2 p. 674.

TĒLUM, *i*, n. βέλος, quicquid jacitur, ſeu quodcunque miſſile, vel arcu, vel manu, allerley geſchoß, wehr, pfeil, ſpeer wurffwehr; dictum a græco τῆλε vel τηλοῦ hoc eſt, *longe*, ſeu τηλόθεν *eminus*. Ita nempe ICti definiunt. Sed vid. § 5 Inſt. de publ. Iudic. Quo reſpectu gladius hoc nomine non continetur: & tamen ita voce *Teli* uſus eſt Nepos 14, 11, 4 *Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vaginâ veſte texit.* Idem 7, 10, 5 *Quod gladium ei erat ſubditus, familiaris ſui telum eripuit.* conf. Virg. Æn. 9, 747. Liv. 1, 40 extr. de *ſecuri* voce *Teli* uſus eſt. *Verſari inter haſtium tela*, id eſt, arma Cic. de Orat. 1, 46. Et, *Tela jacere, immittere, extendere*, Idem pro Domo ſua. *Telum adigere*, Cæſar ſæpe. Sic, *Pilum adigere*, Val. Maximus dixit. Cic. fam. 5, 16 *Homines nos eſſe meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proboſcita ſit vita noſtra.* Proverbiale eſt: *Et meum telum e ſpidem habet*, ex Homeri Iliad. XV. 437, apud quem Hector inquit: καὶ ἐμὸν ξέλος ὀξὺ πέφυδεν: *Tela* etiam lapides dici poſſe, & omnia quæ jaciuntur, docet Nonius 6, 5. vid. Græv. ad Iuſtin. 2, 5. ¶ 2. *Telum* interdum adjumentum ſignificat, ſeu rationem rem aliquam agendi, der trieb, das mittel, die beyhülfe. Sall. Fragm. L. 3 Hiſtor. *Vis tribunitia, telum a majoribus libertati paratum*, ubi Cortium vide. *Nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet benevolentiam civium*, Cic. de Amic. c. 17. *Vsquequaque ſepere oportet: id erit telum acerrimum*, Id. fam. 7, 16. *Detrectatio militiæ telum acerrimum adverſus patres*, Liv. 3, 69 pr. *Neceſſitas ultimum ac maximum telum eſt*, noth bricht eiſen, Id. 4, 28. *Præterea telum aliud occultum ſcituros in tempore*, Id. 9, 37. Sil. 16, 62 *At juvenis, cui telum ingens acceſſerat, ira.* conf. Vorſii Latin. ſelect. p. 93; & Gronov. Obſervat. 3, 8. ¶ 3. *Telum* pro membro virili. Martial. 11, 79 *Dum metuit teli vulnera prima novi.* ¶ 4. *Eſt & vis morbi, quod telum commemoratur* Samon. 402. Iſid. etym. 4, 6 *Telum lateris dolor eſt. Dictum autem ita a medicis, quod dolore corpus transverberet, quaſi gladius.*

¶ Tēlifer, vel Teliger, *a*, *um*, der pfeil und bogen trägt; ut, *Puer teliger*, Sen. in Herc. Oetæo v. 543, βελοφόρος.

¶ Extĕlo, *are*, extra teli periculum habere. Gloſſ. Iat. gr. *Extelare*, ἐκευτεῶσαι.

¶ Protēlum, *i*, n. tractus bovum, der zug. Cato ap. Nonium 4, 349 *Protelo trini boves ater unum ducent.* Et Lucil. apud eumd. *Hunc juga mulorum protelo ducere centum Non poſſunt.* Scaliger in Catalect. p. 240 *Vt* ſtrigare *equi dicuntur in actu intermittendo: ſic cum continuant actum, hoc dicitur* protelo ducere. Lucilius apud Nonium l. c. *Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis cervicibus poſſent.* Protelum *enim eſt impulſus, continuatio & tenor*, der fortzug, fortſchub. Lucret. 2, 531 *Vnique protelo totorum continuato.* conf. Id. 4, 190. *In vetere illo Gloſſario*: Protelum, ἔκλαμπεον: *Lego* ἔκλαμπτον, vel ἔξαμπτον. *Hoc eſt, ζεύγλης ἄμπεγμα.* Colum *vocari ait Lucilius. Et quod Lucilius dicit* protelo ducere, *eſt* ἐξαμπεύειν, *Ariſtophani Lyſiſtrata.* Hæc ille. Idem Scaliger in Varr. R. R. p. 252 docet, Varronem ap. Non. l. c. quum ait, *Remotiſſimum ad diſcendum formido, nimius timor, & omnis perturbatio animi: Contra delectatio protelum ad diſcendum*, protelum pro incitamento, vel impulſione potuiſſe, der antrieb, nachdruck. Catullus in epigr. 57, 6 *Hunc ego, ſi placet Dionæ, Protelo rigidâ mea cecidi:* *Protelo* eſt, quod Iureconſulto *in continenti*, ut idem Scal. exponit. Sed vid. omnino Voſſ. ad h. l. p. 123 ſq. qui interpretatur: *codem tractu & tenore &c.* Scioppius quidem de Stil. Hiſt. p. 198 vocem plane damnat, & ex duobus verbis *pro telo* unum factum contendit. Idem urget Voſſius Iat. ſel. p. 65. Sed vid. Donat. ad Ter. Phorm. 1, 4, 36, Turneb. Adverſ. 24, 42: Parei Lex. Crit. p. 1028; Taubm. ad Plaut. Merc. arg 2; Voſſ. Etym. p. 414; & Salmaſ. in Solin. p. 943.

¶ Protēlo, *are*, a *telo* enim hoc verbum quidam faciunt: ſignificat exagitare, proturbare, expellere, davon jagen, vertreiben. Ter. Phorm. 1, 4, 37 *Ne te iratus ſuis ſævis dictis protelet* Sic apud Nonium 4, 349 Siſenna: *Romanos impetu ſuo protelant, proſligatoque perſequuntur.* Apul. Met. 8 p. 209 *Cladem de veſtris protelo amas maniibus.* Tertull. de Pœnit. c. 4 *Hæc te peccatorum flagellis merſum protelabit, & in portum divinæ clementiæ protelabit.* ¶ 2. Eſt & prorogare, aufhalten. Vlp. l. 2 § 7 de Iudic. *Protelatur admonitio.* Et Hieron. ep. 23 ad Marcellam, princ. *Ezechias vicina morte terretur, & fuſus in lacrimas, quindecim annorum ſpatio protelatur ad vitam.*

¶ Protelātus, *a*, *um*, wegactrieben. Sic, *Propter peccatum patria protelatum* dixit Turpilius apud Nonium l. c.

TĒMĒNĪTES, *is*, m. Apollinis cognomen apud Cic. Verr. 4, 53 ext. 2 luco, ubi Syracuſis colebatur, τέμενος dicto. vid. Turneb. Adv. 8, 12.

Temerarius, temerator, &c. vide mox in *Temere*.

TĔMĔRE, adverb. cujus ſignificatio in exemplis diligenter obſervanda eſt, vergebens, ungefehr. Ter. Phorm. 5, 8, 9 *Non pol temere eſt, quod tu tam times*, hoc eſt, non abs re, non præter cauſſam aliquam, nicht ohne urſach. *Temere* enim ſine cauſſa, ſine conſilio & proviſu eſt. Vnde & Tac. An. 12, 9, 2 *temere* & *proviſo* opponit. Sic apud Virgil. Æn. 9, 375, cum Euryali galea ad lunam reflenduiſſet clarius, idque notaſſet Volſcens, hoſtem haud fruſtra adeſſe ratus, exclamat illico: *Haud temere eſt viſum.* Vbi Servius: *Particula*, inquit, *hæc modo* ſine cauſſa *ſignificat*, umſonſt. Ter. Heaut 4, 1, 1 *Neſcio quid triſtis eſt; non temere eſt*, es hat was auf ſich. vid. Burm. ad Quintil. 12, 18 p. 293. Auct. ad Herenn. 2, 8 *Non temere fama naſci ſolet*, man ſagt ſelten von einem ding, da gar nichts dran ſeyn ſolte. Cic. Tuſc. 1, 49 *Non enim temere nec fortuito creati ſumus.* Et, *Temere & nullo conſilio adminiſtrare*, Cic. de Invent. 1, 34. *Temere & imprudenter aliquid facere*, Cæſ. ad Cic. ſub Att. 10, 8, unbedachtſam. *Inconſulte ac temere aliquid dicere*, Cic. Nat. D. 1, 16. Compar. Accius ap. Nonium 2, 841 *Chori temerius in ſaltu.* Cic. Tuſc. 3, 8 *Sed temerius laſſiſſe putemur.* ¶ 2. Sæpe & *facile* ſignificat, leichtlich. Cic. ad Brutum epiſt. 1 *Non ſolet, mi Brute, temere affirmare de altero.* Plaut Bacch. 1, 2, 52 *Rapidus fluvius eſt, non hac temere tranſiri poteſt*, id eſt, facile & ſine periculo Quintil. 1, 3 *Illud ingeniorum præcox genus, haud temere unquam ad frugem pervenit*, id eſt, haud facile: quemadmodum & Charilius lib. 2 p. 196 exponit. Horat. 1 od. 12, 7 *Temere inſecutæ Orphea ſilvæ.* v. ibi Mariet. & Lindebr. ad Ammian. p. 10. Nepos 25, 20, 2 *Nullus dies temere interceſſit, quo non ad eum ſcriberet.* Liv. 30, 30 *Non temere adverſa caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.* Tale & Ciceronis illud eſt ad Qu. fratr. 1, 1, 4 *Hoc non in beneficii loco, ſed laboris, ac muneris, non temere niſi libertis ſuis deferebant.*

¶ Temerĭter, aliud adverb. idem ac *temere*. Accius apud Nonium 11, 54 *Tu tam temeriter vicam benevolentiam interiiſſe ex ratus.* Vſus etiam Ennius ap. Priſcianum 15 p. 1010.

¶ Temerĭtas, *ātis*, f. quæ a ſapientia diſſidet plurimum, & qua falſa aut incognita res approbatur, quemadmodum Cicero inquit Off. 2, 2, die unbedachtſamkeit, unbeſonnenheit, verwegenheit. Id. pro Planc. c. 4 *Populus non delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad judicandum, ſed impetu plerumque & quadam temeritate.* Idem de Divin. 1, 4 *Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo, errorque turpis eſt.* Et Off. 1, 15 *Multi faciunt multa, temeritate quadam ſine judicio.* Et de Senect. c. 6 *Temeritas eſt videlicet florentis ætatis, ſapientia ſenescentis.* Plur. Cic pro Sext. 28 *Non offert ſe ille iſtis temeritatibus*, h. e. non ita temere agit.

¶ Temeritudo, *inis*, f. idem Pacuv. apud Nonium 2, 867 *Tyrannorum novi temeritudinem*, ihren frevel.

¶ Temerārius, *a*, *um*, τολμηρός, ψυχοκίνδυνος, unvorſichtig, vermeſſen, verwegen. Ter. Andr. 1, 4, 2 *Sane pol illa temulenta eſt mulier & temeraria*, unachtſam, toll. Planc. Cic. fam. 10, 21 *Indicabo temerarium meum conſilium tibi.* Cic. pro Cæc. c. 12 *Omnia temeraria periculoſa.* Ovid. Met. 8, 407 *Nocuit temeraria virtus.* Sil. 16, 65; *Temeraria cœptâ.* Nepos 13, 3, 4 *Ille temeraria uſus ratione*, der tollkühn verfahren. Plaut. Aſin. 2, 1, 14 *Non temerarium eſt*, es iſt nicht vor die lange weile.

¶ Temerarie, adv. Tertull. de Virgin. vel. c. 3 *Nuda plane fronte temerarie.* conf. Inſt. Cod. 9 t. 1 l. 18.

¶ Temĕrus, *a*, *um*, antique pro *Temerarius*. Accius ap. Nonium 2, 841 *Qui chorus temerus duxit in fabulis.*

¶ Temĕro, *avi*, *atum*, *are*, proprie eſt temere aliquid agere, tractare, aggredi, vergebens handthieren. Val Flacc. 1, 627 *Hoc erat illicitas temerare videntibus undas.* v. Brouckh. ad Propert. 2, 15, 21; it. Drakenb. ad Sil. 2, 472; & 3, 501. ¶ 2. Eſt violare, contaminare, verunreinigen, beflecken, ſich an etwas vergreiffen. *Temerare ſacra*, Ovid. Heroid 17, 3. Et, *Lectum alicujus temerare*, de Arte am. 1, 743. *Temeraſſe flavios venenis*, Id. Met. 7, 535, vergifften. *Iuliam in matrimonio Agrippæ temeraverat*, Tac. An. 1, 53, 4. conf. Sidon. 3 ep. 12. Ita Sil. 1, 11 *Temerando rumpere pacem.* Apul. Met. 5 p. 162 *Conjugale præceptum temerare.*

¶ Temerātus, *a*, *um*, verfehrt, verunehrt, beſchändet; ut, *Templa temerata*, Virg. Æn. 8, 242. *Hoſpitii temerata ſacra*, Ovid. Heroid. 17, 3. *Sepulcra majorum temerata & violata*, Liv. 26, 13. Et, *Caſtra temerata*, Tac. An. 1, 30, 4.

¶ Temerātor, *ōris*, m. falſarius, ein verfälſcher Stat. Theb. 11, 12 *Apollineæ temerator matris*, id eſt, Tityus Latonam corrumpere tentans. Et, *Caſtimoniæ tantum reverentiæ deferebant majores noſtri*,

noſtri, ut bellum adverſum temeratores pudicitiæ ſuſcipiendum putarent, Ambrot. ep. 65 poſt princ. Et, *Horrei temerator*, l. 3 Cod. Theod. de conditis in horr. publ. Et, *legis temerator*, l. 2 Cod. Iuſtin. de ſ. p. arat. Pr. Pr. conſ. Modeſtin. ICt. Dig. 48 t. 10 l. 29.

¶ Contemero, *are*, beleidigen, verunehren, beſudeln. Martial. de Spectac. epigr. 10 *Axis tam notas contemerare manus.* Et Ovid. Amor. 2, 7, 18 *Dominæ contemeraſſe torum.*

¶ Intemerātus, *a, um*, unbefleckt, unverſehrt, rein; ut, *Intemerata fides, pudicitia*, non violata, Virg. Æn. 2, 143. Et 3, 173 *Munera libo Intemerata tibi.* conf. Tac. An. 1, 49, 5; &c. Compar. Mart. Capella 1 p. 3 *Sophia intemeratior cunctis pulchriorque virginibus.*

¶ Intemerate, adverb. untadelich. Theod. Cod. l. 15 tit. 5 *Intemerate alicui ſervire.*

¶ Intemerandus, *a, um*, unverletzlich, unverſehrlich; ut, *Templa intemerandæ minæ*, Val. Flacc. 5, 640.

¶ Intemerābilis, *e*, idem; ut, *Intemerabilis hilaritas*, Claud. Mamert. 1, 2.

¶ Pertemerarius, *a, um*, ſehr verwegen; ut, *Cum perabſurdum perque temerarium ſit*, Cod. lib. 12 t. 21 l. 2.

TIMĒSA, *æ*, f. duorum oppidorum nomen eſt, quorum alterum in Cypro, alterum in Calabria Italiæ dicitur eſſe æris fodinis clarum. Vide Didymum Homeri interpretem ad Odyſſ. A. v. 184. Stat. Achill. 1, 413 *Æra domant Temeſe.* Hinc

¶ Temeſæus, *a, um*, adject. ut, *Temeſæus genius aderit*; vid. Chiliad. & ſupra *Euthymus*. Sic Ovid Met. 7, 207 *Quamvis Temeſæa labores Æra tuos minuant.* conf. Faſt. 5, 441.

TĒMĒTVM, *i*, n. priſca vox, qua vinum ſignificabatur, wein. Vnde & *abſtemius* dicitur, quaſi *abſtinens a temeto*, ut Quintil. docet 1, 7. Gellius 10, 23 *Qui de victu atque cultu Rom. Pop. ſcripſerunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe, hoc eſt, vino ſemper, quod* TIMETVM *priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt*, &c. conf. Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 169. Et Plin. 14, 13 *Cato ideo propinquos familiis oſculum dare juſſit, ut ſcirent, an temetum olerent. Hoc tum* vino *nomen erat. Vnde & temulentia appellata.* Horat. 2 epiſt. 2, 135 *Pullos, ova, cadum temeti, nempe modo iſto.* Videtur autem vox facta ab ἐμέτου, quo nomine *vomitum* Græci dicunt, ut Diogenes τὸν παῖδον ὅτε, τύχης ἔμετον ἔναι, hoc eſt, *Divitias dixit fortunæ vomitum eſſe.* Refertur a Stobæo. Donatus ad Ter. Andr. 1, 4, 2 inde vinum ſic appellatum exiſtimat, *quod mentem tentet.* Sed procul dubio ex τὸ μέθυ eſt. Priores duas produci, Horatii modo adductus verſus docet. Item Iuvenalis 15, 25 *De corycia temetum doluerat urna.* Et inde etiam ſecunda in *abſtemius* producitur. Male itaque M. Antonius Muretus in Galliambo ad Bacchum utramque corripuit: *Vbicunque luſtraras, nova flumina temeti Placido viam ſecabant fluitantia ſonitu.* vid. Taubman. in Plaut. Aul. 2, 6, 6; Voſſ. de Arte Gramm. 2, 37; & Pincier. in Parerg. Otii Marpurg. 3, 4.

¶ Temŭlentus, *a, um*, vinolentus, voll weins, trunckẽ; ut, *Temulentus domi mens non eſt excitandus*; v. Chiliad *Vox preſſa & temulenta*, Cic. poſt red. in ſenat. c. 6. *Temulenta mulier*, Ter. Andr. 1, 4, 2, id eſt, vinolenta, ebrioſa, ut Donatus interpretatur. *Temulentus ſapor*, Quint. 4, 2 p. 349. conf. Curt. 5, 7, 3 & 5; &c. Male & hic Prudentius primam corripuit, cum contra Symmach. ſcribit 1, 135 *Hoc circumſultante choro temulentus adulter.* Compar. Sidon. 3 epiſt. 13 *Facit ambigi putidior, temulentior, an facinoroſior exiſtimetur.*

¶ Tĕmŭlenter, adverb. ebrie, truncken weiſe. Colum. 8, 8 *Nunc Gangeticas & Ægyptias aves temulenter eruſtant.*

¶ Temŭlentia, *æ*, f. vinolentia, die truncken heit, völlerey. Plin. 14, 22 *Libidines docet temulentia.* Eodem libro c. 5 *Alexander in temulentia amicos interemit.* conf. Id. 14, 2 & 13.

¶ Abſtēmius, *i*, m. & Abſtemia, *æ*, f. der oder die keinen wein trinket; vide modo dicta in *Temetum*. Nam *ab abſtinentia temeti* vox facta, ut docet Quint 1, 7. Significat eum, quem Græci ἄοινον, Apulejus, Græcum quaſi interpretatus, *invinium*, Mileſiar. lib. 11 pag. 216 vocat: qui vinum non bibit, vel ex diſciplinæ quadam lege, vel quod natura, aut ex morbi vitio abhorret. Vetus Gloſſar. *Abſtemius, ὁ μὴ μετέχων οἴνου.* De eo, qui naturæ vitio a vino abſtinet, Ovid. Met. 15, 323 dixit: *Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis.* Refert enim eo loci hanc eſſe Clitorii fontis naturam, ut qui quid biberit inde, vinum perpetuo abhorreat. De aliis, qui a vino ſibi temperarunt, ex Gell. 10, 23 ſupra in *Temetum* nonnihil adductum eſt, dum ſcribit, *mulieres Romæ atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe, &c. Inſtitutumque, ut cognatis oſculum ferrent, deprehendendi cauſſa, ut odor indicium ferret, ſi bibiſſent, &c.* Ac Romæ quidem antiquitus haud licuiſſe fœminis vinum bibere, Plinius 14, 13 docet. Atque huc reſpicit, cum lib. 22, 24 de melitite ſcribit, *ſeculis* integris *non fieri* amplius; ſed olim dari ſolitum, cum in morbis quibusdam, tum *mulieribus vini abſtemiis.* Vbi notandum; non abſolute dixiſſe *abſtemiis*, ſed *vini abſtemiis*, quaſi abſtemius eſſet ſimpliciter abſtinens, & a quacunque re ſibi temperans; non vini tantum ſive temeti abſtinens. Quemadmodum & Horatius 1 epiſt. 12, 7 hac voce uſus in illo: *Si forte in medio poſitorum abſtemius, herbis Vivis.* Auſonius Commemoratione Profeſſorum Burdigalenſ. de Attio Patera: *Salibus modeſtus, felle nullo perlitus, Vini cibique Abſtemius.* Quo loco, *abſtemius cibi & vini* dicitur, non certe qui penitus abſtinet, ſed qui id guſtat parce; & ſobrie ac temperanter in cibo & vino ſe gerit, hoc eſt, qui ἐγκρατὴς eſt. Apuleji in Apol. p. 311 pro ſe verba ſunt: *Dicitur ante horam ſecundam dici jejunus adhuc & abſtemius teſtimonium vendidiſſe.* Vbi *abſtemius* eſt, qui pro diei tempore nihil dum vini biberit. Conf. Id. 7 p. 193. Ac ita Paullinus quoque Nolanus epiſt. 7 *Videant ergo*, inquit, *qui nos non mane ebrii, ſed veſpere jejuni, nec heſterno inflati, ſed hodierno abſtemii &c.* Sic etiam *Prandium abſtemium*, in quo nihil habetur vini, Gellius dixit 13, 29. Adde Nonium 2, 3; & Auſon. in præfat. Edyll. 11 *Poſtremo comparet, ſe atque me occupatum cum otioſo, pranſum cum abſtemio*; ubi *abſtemius*, idem ac jejunus, nüchtern.

TĔMNO, *pſi, ptum, ĕre*, ſpernere, ὀλιγωρεῖν, verachten; ut, *Diſcite juſtitiam moniti & non temnere divos*, Virg. Æn. 6, 620. *Si genus humanum & mortalia temnitis arma, &c.* Idem Æn. 1, 542. Cic. Att. 13, 20 *Id ago, ut judicia videar temnere.* Al. *tenere.* Adde Horat. 2 ſat. 2, 38; Ovid. de Arte am. 3, 299; Tac. Hiſt. 3, 47, 2.

¶ Temnens, *tis*. Horat. 1 ſat. 1, 116 *Pretii tum temnens.*

¶ Temptor, vel Temtor, *ōris*, m. ein verächter; ut, *Temptor Deorum*, Sen. Agam. v. 595. Alii: *Contemptor.*

¶ Contemno, *pſi, ptum, ĕre*, minus eſt quam deſpicere, verachten. Cic. de Senect. c. 18 *Contemni ſe putat, deſpici, illudi.* Id. de Fin. 3, 8 *Quid malum eſt non curare, contemnere, deſpicere, pro nihilo putare.* Et Off. 1, 30 *Voluptatem contemni & rejici oportet.* Id. Agrar. 2, 35 *Per viſum ac jocum aliquid contemnere.* Id. Att. 6, 3 ex poeta: *Non contemnere ſe & reges odiſſe ſuperbos.* Ter. Eun. 2, 2, 8 *Hic ego illum contempſi præ me.* Plaut. Trin. 2, 2, 42 *Qui ipſius ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.*

¶ Contemnens, *tis*. Nepos 8, 2, 2 *Quæ res contemnentibus perniciei fuit.* Propert. 2, 11, 5 *Tranſibit contemnens oſſa.*

¶ Contemnenter, adverb. verächtlich. Nonius 11, 53 *Contemptim pro contemnenter* Nævium dixiſſe comprobavit.

¶ Contemnendus, *a, um*, verächtlich, verwerfflich. Cic. in Orat. c. 69 *Hierocles & Menecles minime contemnendi.* Cæſ. B. C. 3, 10 *Copiæ neque numero neque uſu rei militaris contemnendæ.*

¶ Contemtus, vel Contemptus, *a, um*, verachtet; ut, *Contempta res*, Horat. 3 od. 16, 25. Compar. Cic. de Senect. c. 9 *Quæ vox poteſt eſſe contemtior, quam Milonis Crotoniatæ, &c.* conf. Id. Divin. 2, 57. Sic, *Contemtior paucitate ordo*, Liv. 1, 49. Superl. *Contemtiſſimi ac deſpectiſſimi eſſe videmur.* Cic. Verr. 3, 41 extr. *Homo contemtiſſimæ inertiæ*, Suet. Domit. c. 15. Abſolute Sen. epiſt. 70 *Res a contemtiſſimis poteſt contemni.*

¶ Contemtim, adverb. verächtlich. Plaut. Pœn. 3, 1, 34 *Ne nos tam contemtim conteras.* Liv. 2, 35 *Contemtim audire minas.* Et c. 56 *Contemtim de jure diſſerere.* Id. 9, 41 *Magnifice de ſe, & contemtim de aliis loqui.* Tac. Hiſt. 3, 9, 9 *Contemtim alicui ſcribere.* Curt. 9, 7, 19 *Contemtim eludere.* conf. Id. 9, 5, 8 Compar. *Contemtius elidi*, Sen. de Brevit. Vitæ c. 11. Et, *Vagari contemtius*, Tac. Hiſt. 3, 47, 5.

¶ Contemtus, vel Contemptus, *ûs*, m. ſubſt. die, verachtung; ut, *Corporis & formæ turpitudo quibusdam contemtum adfert*, Quintil. 3, 7. Liv. 6, 2 *Contemta etiam inter ſocios nomen Romanum laborat.* Cæſ. B. G. 2, 30 *Præ magnitudine corporum brevitas contemtui eſt.* Tac. An. 4, 38, 7 *Contemta fama contemnuntur virtutes.* Sed, *Ex contemtu exire*, eſt creſcere, augeſcere: Lucret. 5, 830 *Namque aliquid putreſcit & ævo aevile languet: Porro aliud concreſcit & ex contemtibus exit.* Obſerva, hanc vocem etiam Ciceroni tribui a Seneca de Tranquill. c. 11. v. Cellar. Cur. poſter. p. 57. Et Quintil. 8, 3 ex Cic. in Piſonem attulit; *Contemptum hominis auxiſſe.* v. Borrich. Vindic. p. 39.

¶ Contemtio, vel Contemptio, *ōnis*, f. idem; ut, *Mortis, voluptatum contemtio*, Ciceronis ſunt: conf. Curt. 10, 5, 29. *Animi magnitudo rerumque humanarum contemtio*, Cic. Off. 1, 4. Et, *Adducere adverſarios in contemtionem*, in verachtung bringen, Idem de Invent. 1, 16. Vſus & Cæſar haud ſemel, conf. B. G. 3, 3, 17; 5, 29; &c. & Nonius 3, 70.

¶ Contemtor, vel Contemptor, *ōris*, m. ein verächter. Virg. Æn. 7, 648 *Contemtorque Deûm Mezentius, &c.* conf. Ovid. Met. 3, 514. Suet. Ner. c. 56 *Religionum usque quaque contemtor.* Et adjective Salluſt. Iug. c. 64 *Contemtor animus & ſuperbia commune nobilitatis malum.* conf. Virg. Æn. 9, 205. Vide ſimilia in *proſcriptor, cenſor, proditor.*

¶ Contemtrix, *īcis*, f. ut, *Contemtrix turba pericli*, Sil. 17, 415. Et Sen. epiſt. 88 *Fortuna contemtrix timendorum eſt.* Adde Plaut. Bacch. 3, 6, 2; Ovid. Met. 1, 161; Plin. 37, 4.

¶ Contemtibĭlis, *e*, verächtlich, ſpottlich. Vlp. l. 9 § 2 D. de Off. proconſ. *Ne contemtibilis videatur.* conf. Id. l. 37 § 1 ff. de evict. Arnob. 4 p. 151 *Apud vos ſuperi Dii inhonorati, contemtibiles, viles.* Salvian. de Avar. 4 p. 166 *Habitaculum vile & contemtibile.* Hieron. in Prologo galeato, comparative *contemtibiliora noſtra* dixit: ſicut Lamprid. in Alex. Severo c. 20 *Contemtibilior poteſtas imperii.* Ruſus Hieron. epiſt. 85 ad Evagrium: *Preſbyteros turba contemtibiles facit.* Sic & Porc. Latro Orat. in Catil. in Corp. Script. Lat. Vol. 1 *Nihil temeritate contemptibilius.* conf. Iſidor. 10 lit. c.

¶ Contemtibĭlitas, *ātis*, f. die verächtlichkeit. Cæl. Aurel. Tard. 1, 5 *Continuatio contemtibilitatem parit.*

¶ Contemtĭfĭcus, *a, um*, faſtuoſus, ſtoltz. Lucil. apud Nonium 2, 154 *Contemtificum ſieri & faſtidire.*

¶ Incontemtĭbĭlis, *e*, der ſich nicht verachten läßt. Tertull. Apolog. c. 45 *Incontemtibilis diſpector*, Deus ſcilicet.

TĒMO, *ōnis*, m. πηδάλιον, lignum oblongum in curru aut aratro, cui equi adjunguntur, die deichſel. *Temo dictus a tenendo; is enim continet jugum*, Varro L. L. 6, 4; Pallad. Iun. t. 2; Curt. 4, 9, 5. Ov. Met. 2, 107 *Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curvaturæ rotæ, radiorum argenteus ordo.* Seneca Hercul. fur. v. 129 *Septem ſtellis Arcades Vrſæ Lucem verſo temone vocant.* Virg. Æn. 12, 412 *Aurigam Excutit, & longe lapſum temone relinquit.* ¶ 2. *Temonem* etiam Columella 6, 19 lignum vocat transverſum, ein quer-holtz, *Stipites transverſis ſex temonibus inter ſe ligantur.*

¶ Temōnārius, *a, um*, zur deichſel gehörig; ut, *Temonaria funĕtio*, Cod. Theod. lib. 11 tit. 16. Sic, *Temonaria onera*, l. 1 Cod. de palat. ſacr. largit. ¶ 2. Subſtantive *Temonarius* pecuniam vice tironum exigebat. vid. Iac. Gothofred. ad l. 7 de Tironibus.

TEMPE, n. pl. τέμπη, proprie dicta fuere amœniſſima loca Theſſaliæ, quæ prolixe deſcribuntur ab Æliano Var. Hiſt. 3, 2. Liv. 44, 6 *Neque receptus Romanis per Tempe in Theſſaliam patuiſſe. Hic ſacro nemore nobilia tempe*, Mela 2, 3. v. Voſſ. ad h. l. p. 144. ¶ 2. Abuſive & per synecdochen quæcunque dicuntur amœnitates, nemorum præſertim & fluviorum, allerley luſt-orter, ſonderlich der wälder und waſſer. Horat. 3 od. 1, 24 *Zephyris agitata tempe.* Virg. Georg. 2, 469 *Speluncæ, vivique lacus, ac frigida tempe.* Ita *Tempe Mediæa*

Medica ap. Dionys. in περιηγήσει v. 1017, τὰ Μηδικὰ τέμπεα: & ap. eund. v. 219 τέμπεα Κέρνης, ubi Eustathium scholiasten videas.

¶ Tempĭcus, *a, um*, τεμπικός, bey luſtigen feldern; *Tempicus agon*, Theod. Priscian. 1.

Temperatura, temperies &c. vide in sequenti *Tempero*.

TEMPĔRO, *āvi, ātum, āre*, a *tempore* est, einrichten, ſchlichten; nominibus & casibus diversis junctum varia significat; ut, *Temperare remp. inſtitutis & legibus* 'd e', moderari, wohl anordnen, Cic. Tusc. 1, 1. Et, *Solis acceſſus* ' eceſſus & frigoris & caloris modum temperat, ſie mäßiget. Id. Nat. D. 2, 49. Virg. Æn. 1, 57 *Mollityt animos & temperat iras*, er ſtillet, hält zurück. *Mare ventorum temperare*, Horat. 3 od. 4, 45. *Temperare aquam ignibus*, Horat. 3 od. 19, 6, id est, miscere, calefacere, miſchen, laulicht machen. *Temperare ora frenis*, Idem 1 od. 8, 7. Et, *Temperare annonam*, Suet. Tib. c. 34. *Temperare unguentum*, zurichten, Plin. 13, 2. Iterum Horat. 4 od. 3, 17 *O teſtudinis aurea Dulcem quæ ſonitum Pieri temperas*; id est, regis, moderatis. Id. 2 epist. 2, 187 *Genius, natale qui temperat aſtrum*. Ovid. Met. 15, 346 *Ratem temperare*, i. e. gubernare, lenken, regieren. Colum. 1, 9 *Temperet ædes clementia*. Cato R. R. c. 157 *Braſſica ad ſalutem temperat commutatque ſeſe*. ¶ 2. Sed cum dativo & ablat. *Temperare ſociis*, Cic. Verr. 1, 59, est abstinere ab injuria alicui inferenda, ſich enthalten, ſchonen. *Temperare cædibus*, Liv. 2, 16. Et Cic. Verr. 2, 2 *Hoſtibus ſuperatis temperare*. Sic, *Temperare ſibi*, an ſich halten, ſich mäßigen. *Neque mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam*, Plin. 18, 6, ich kann nicht laſſen. *Templis Deorum temperatum eſt*, Liv. 1, 29. *Temperare ab injuria*, Cæſ. B. G. 1, 7; *a lacrymis*, Virg. Æn. 2, 8; *a maleficio*, Auct. ad Herenn. 2, 19; *Temperare manibus*, Liv. 32, 205; & *linguæ*, Plaut. Rud. 4, 7, 28. v. Lambin. ad illud Horatii 3 od. 24, 18 *Illic matre carentibus Privignis mulier temperat innocens*. Curt. 7, 2, 7 *Neque lacrymis, neque acclamationibus temperaverunt*. Tac. An. 3, 14, 5 *Non temperare manibus*, zuſchlagen. vide plura ap. Drakenb. ad Liv. 1, 29. ¶ 3. Aliquando & absolute ponitur. Lactant. 4, 5 *Quod in prioribus libris ne facerem, temperavi*: pro *mihi temperavi*. Et Plaut. Trin. 5, 2, 63 *At jam poſthac temperabo*. Cum infinitivo Id. Pœn. 5, 2, 76 *Maledicere huic tu temperabis*.

¶ Tempĕrans, *tis*, modeſtus, mäßig, beſcheiden. Ter. Heaut. 3, 3, 19 *Hominis frugi & temperantis functus officium*. Cic. pro Font. c. 14 *Homo in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans*. Et Ter. Phorm. 2, 1, 41 *Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans*, h. e. minus consuleret rei aut famæ. *Homo ſanctiſſimus ac temperantiſſimus*, Cic. pro Font. c. 13. Et *Temperantiores a cupidine imperii*, Liv. 26, 22.

¶ Temperanter, adv. mäßialich, beſcheidentlich. Tac. An. 4, 33, 2 *Vulgi natura quibus modis temperanter haberetur*. Ibid. 15, 29, 2 *Cætera temperanter adjungit*. Compar. Cic. Att. 9, 2 *Si hic temperantius egerit*.

¶ Temperantia, *æ*, f. moderatio omnium cupiditatum rationi obediens, die mäßigkeit. *Summa fuit in ejus victu temperantia*, Cic. Tusc. 5, 20. Id. de Invent. 2, 54 *Temperantia eſt rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. Temperantia cupiditatum*, Id. ad Herenn. 3, 7. Xenophanes, *Sapientiæ fundamenta* dixit esse *continentiam & temperantiam*, θεμέλια σοφίας, σωφροσύνη, καὶ ἐγκράτειαν, Stob. conf. Sallust. Iug. c. 45; Cæs. B. G. 1, 19.

¶ Temperātus, *a, um*, moderatus, mäßig, gemäßiget; ut, *Temperatis moderatisque moribus eſſe*, ſich in gebührenden ſchranken halten, Cic. fam. 12, 27. *Temperatum dicendi genus & aequabile*, Idem Off. 1, 1. Et Horat. 3 od. 4, 66 *Vim temperatam Dii quoque provehunt In majus*. Vellej. 2, 60, 4 *Omnia pretio temperata*, geſchlichtet; sed al. *temptata*, h. e. tentata. Vetus Inscriptio: TOTAM LATE CELTIBERIAM CIV. DON. ROM. OPTIME ET SANCTISSIME TEMPERATAM &c Compar. *Temperatior in victoria*, Cælius Cic. fam. 8, 15. Et, *Temperatiores a cupidine imperii*, Liv. 26, 22. Superl. *Temperatiſſimum animi tempus*, Varro R. R. 2, 5. Et, *Temperatiſſimæ cæli regiones*, Vitruv. 1, 4.

¶ Temperate, adverb. moderate, mäßiglich. Cic. Att. 12, 32 *Ages, ut ſcribis, temperate*, mit beſcheidenheit. Et, *Humores temperati, parum terreni habentes*, Vitruv. 2, 9. Compar. *Temperatius* est apud Sen. epist. 18. Et Cic. Att. 13, 1 *Neque temperatius ſcribi potuit*.

¶ Tempĕrātio, *ōnis*, f. die mäßigung; ut, *Temperatio cæli*, das wetter, Cic. Nat. D. 2, 5. Et, *Temperatio caloris*, ibid. c. 10. *Temperatio aëris*, Idem 4 in Verr. 44. *Temperatio vitii*, i. e. remedium, id. de Leg. 3, 12. Et, *Temperatio reipublicæ*, Id. de Leg. 3, 5, die einrichtung, verfaſſung. Adde Vitruv. 1, 2; & 7, 11; Lactant. 1, 2.

¶ Temperatīvus, *a, um*, mildernd. Cæl. Aurel. Acut. 4, 1 *Temperativa medicamina*.

¶ Tempĕrātor, *ōris*, m. qui temperat; ut, *Temperator varietatis*, Cic. in Orat. c. 21. *Temperatores voluptatum*, Sen. de Vita beata c. 14. Add. Martial. 4 epigr. 55, 15. *De Iove Temperatore*, seu Οὐρίῳ, v. ad Liv. 6, 39.

¶ Temperatrix, *īcis*, f. apud Auguſtinum.

¶ Temperatūra, *æ*, f die vermiſchung, milderung, der zuſatz; ut, *Temperatura ferri*, Plin. 36, 15. Et, *Ferrum utriusque temperaturæ*, Veget. Rei Mil. 4, 8. Et Vitruv. 2, 7 *Naturali temperatura parvo humore eſſe*. Sen. epist. 11 *Temperatura corporis*, die leibes-complexion. Varro ap. Nonium 2, 848 *Temperatura cæli*, die witterung.

¶ Temperācŭlum, *i*, n. idem; ut, *Temperacula ferri*, Apul. Flor. p. 342.

¶ Tempĕrāmentum, *i*, n. rechte maß; ut, *Cæli temperamentum*, Iustin. 2, 1, 10. *Adhibere temperamentum alicui rei*, Plin. Paneg. c. 3. *Temperamentum in re aliqua ſequi*, Martial. præfat. Operis, die mittelſtraſſe treffen. *Temperamentum linguæ*, Liv. 28, 44. ubi tamen Gronov. ex vetustis libris, *temperando linguæ*, profert. *Inventum eſt temperamentum*, &c. ein mittel, vermittelung, Cic. de Leg. 3, 10. Sic, *Elegans temperamentum*, Tac. An. 11, 4, 5; *ſalubre*, Id. Hist. 4, 86, 3; *principatus egregium*, ibid. 2, 5, 3. ¶ 2. *Temperamentum* etiam vocant crasin, seu complexionem, id est, convenientiam, vel excessum primarum qualitatum, ut, sanguinis, choleræ, &c. Vide complexion und natur. Colum. 3, 12 *Temperamentum in corporibus quoque noſtris deſideratur*, &c.

Temperi, temperius, vide *Tempori, temporius* in *Tempus*.

¶ Tempĕries, *ēi*, f. temperamentum, temperatus vel status, die mäßigung; ut, *Temperies cæli*, feine wetter, nicht zu kalte noch zu heiß, Plin. 11, 18, iremque junior Plin. 5 epist. 6; & Curt. 4, 7, 17. & 9, 1, 11. *Mitis temperies*, Claud. 1 de Rapt. Proserp. v. 200. *Temperies aquarum*, Ovid. Met. 4, 344. conf. ibid. 1, 51 & 430. *Tranquilla morum temperies*, Stat. 2 Silv. 6, 48.

Compoſita:

¶ Attempĕro, *avi, atum, āre*, quod est accommodare, aptare, fügen, zurecht machen. Sen. epist. 30 *Gladiator tota pugna timidiſſimus jugulum adverſario præbet, & errantem gladium ſibi attemperat*, er richtet ihn auf ſich.

¶ Attempĕrātus, *a, um*, zugerichtet, angefüget. Vitruv. 10, 12 *Supra Catinum pensula attemperata*.

¶ Attempĕrāte, adverb. tempeſtive, eben zu rechter zeit. Ter. Andr. 5, 4, 13 *Itane attemperate venit hodie in ipſis nuptiis &c.*

¶ Contempĕro, *āre*, miſchen, unter einander rühren, Apic. 4, 2 *In patina quæ invicem contemperentur*. conf. Marcell. Empir. c. 16.

¶ Contemperātus, *a, um*, gemiſcht, gemildert. Vitruv. 9, 4 *Sol, quæ propriora ſunt, contemperata habet*.

¶ Diſtempĕro, *āre*, diſſolvere, trennen. Saresb. 5, 10 *Curia inſipientis diſtemperatur arbitrio*. conf. Plin. Valer. 1, 6.

¶ Intemperans, *tis*, immoderatus, unbeſcheiden, unmäßig. Cic. de Senect. c. 9 *Intemperans adoleſcentia, effœtum corpus tradit ſenectuti*. Id. Acad. 1, 1 *Intemperantis arbitror eſſe ſcribere, quod occuli non vellis*, ubi intemperiem quandam mentis & ineptias notare videtur. vid. *Intemperantia* n. 2 Apul. Apol. p. 279 *Intemperantiſſimi verſus*. Aur. Vict. Epit. c. 6 *Gallo ad vescendum intemperans fuit*. Sen. de Ira 1, 3 *Ira in qua dam voluptates intemperantiores homines ſunt*, conf. Id. ad Helv. c. 6. Et Cic. in Vatin. c. 1 *Fui paulo in te intemperantior fortaſſe*. Id. in Pis. c. 29 *Impuriſſimæ atque intemperantiſſimæ pecudis cœnum & ſordes*.

¶ Intemperanter, adverb. unmäßiglich. Cic. Phil. 1, 5 *Nimis iracunde hoc, & valde intemperanter*. Et Phil. 5, 13 *Intemperantius opibus ſuis uti*. Liv. 23, 1 *Intemperantius cedentes ſecutus*. Idem 31, 37 *Aviditate cædis intemperantius inſecuti*. Et Apul. Apo.. p. 321 *Idque apud omnes intemperantiſſime gloriatur*.

¶ Intemperantia, *æ*, f. die unmäßigkeit; quæ *fons eſt omnium perturbationum*, ut Cicero vocat Tusc. 4, 9, cum quis regere aut continere nequit animi affectiones. Sic, *Intemperantia libidinis*, Plin. 10, 33. *Risus intemperantia*, Id. 11, 37 n. 80. *Intemperantia linguæ*, Liv. 35, 48. Et, *Intemperantia cœli*, Sen. de Const. Sap. c. 9, das böſe wetter. ¶ 2. Interdum non tam ad voluptatem & libidines, quam ad inconsideratam temeritatem refertur. Cic. fam. 3, 11 pr. *Ego enim plane video fore, ut inimicos tuos pœniteat intemperantiæ ſuæ*. Sermo est de Dolabella temere accusante Appium.

¶ Intempĕrātus, *a, um*, immoderatus, unmäßig; ut, *Intemperatiſſimæ perpotationes*, Cic. in Pis. c. 10. *Intemperata benevolentia*, Id. de Amic. c. 20. Et Compar. *Quid intemperatius?* Sen. ad Helv. c. 6.

¶ Intempĕrāte, adverb. über die maß; ut, *Immoderate & intemperate vivere*, unordentlich leben, Cic. de Vniverſ. c. 12.

¶ Intempĕries, *ei*, f. das böſe wetter; ut, *Solis intemperies*, Colum. 11, 2, unser ohnliche hitze. *Intemperies cæli*, Id. præfat. operis. *Intemperies aëris*, rufus Colum. 11, 2. *Annona propter aquarum intemperiem caritatem eſt*, Liv. 3, 31 pr. *Clades calamitasque, intemperies modo in noſtram advenit domum*, Plaut. Capt. 4, 4, 3, sturm und ungeſtüm. Plur. Gell. 1, 17 *Has Xanthippes intemperies in maritum Alcibiadis demiratus, &c.* Sed &

¶ Intemperiæ, *ārum*, f. plur. inſaniæ, furiæ, angores & impotentes motus, unruhe unſinnigkeit, wütende böſe geiſter. Sappontia Plaut. Amph. 4, 3 pr. *Dii veſtram fidem, quæ intemperiæ noſtram agunt familiam?* was ſicht unſere leute an? Id. Aul. 1, 1, 30 *Neſcio, quæ hominem intemperiæ tenent*, was ihn anſicht. conf. & Mil. 2, 5, 24; & Nonius 8, 78. Cato R. R. c. 141 edit. Commel. & Victorii Martem precatur, *uti calamitates intemperiasque prohibeſſit*, ſchädlich gewitter.

¶ Intemperābilis, *e*, unabläßig; ut, *Intemperabilis punctio*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 4.

¶ Obtempĕro, *āre*, folgen, gehorchen. Ter. Hec. 3, 5, 62 *Nec gnatus, neque hic, mihi quidquam obtemperant*. Nepos 20, 1, 3 *Patriæ legibus ut temperare*. Cæs. B. Gall. 4, 21 *Imperio populi Rom. obtemperare*. Cic. pro L. Manil. c. 16 *Vt ejus ſemper voluntatibus cives aſſenſerint, ſocii obtemperarint, hoſtes obedierint*. Val. Max. 9, 3, 7 *Vitio obtemperare*. Iterum Ter. Adelph. 4, 5, 70 *Tibi eos certe ſcio obtemperaturos*. Et Cic. fam. 2, 7 *Te audi, tibi obtempera*.

¶ Obtempĕrans, *tis*, folgſam, gehorchend. Suet. Tib. c. 59 *Multa naturæ obtemperans ſæve & atrociter fecitavit*.

¶ Obtemperanter, adverb. idem. Prudent. Hymn. in Laurent. v. 112 *Obtemperanter annuit*.

¶ Obtemperātio, *ōnis*, f. der gehorſam. Cic. de Leg. 1, 15 *Iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutisque populorum*.

¶ Retempĕro, *āre*, wieder einrichten, Theod. Prisc. de Diæta c. 19.

Tempeſtas, tempeſtivus &c. vide paullo poſt in *Tempus*.

TEMPLVM, *i*, n. regionem cœli significat, quam auſpicia captaturi augures non manu, sed lituo definiebant & notabant, secundum quatuor

tuor cardines mundi, ortum, occasum, meridiem, septemtrionem, die gegend des himmels. *A tuendo primo templum dictum, quocirca Cœlum, quo tuemur, dictum templum --- Ejus templi partes quatuor.* vid. cetera supra sub *Antica* n. 2. & conf. totus Varronis locus. Est enim classicus. v. Varr. L. L. 6, 2. Sic Liv. 1, 7 *Palatinum* (montem) *Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum templa capiunt.* v. Io. Bap. Bellus de partibus templi augurialis to. V. thesauri Græv. ¶ 2. Et cœlum ipsum, a contemplando, der himmel. Ter. Eun. 3, 5, 42 *At quem Deum? qui templa cœli summa sonitu concutit.* Quod de Ennio sumtum Donatus observat. Sic, *Loca Neptunia, templa turbulenta*, i. e. maria, Plaut. Mil. 2, 5, 3. v. ibi Gronov. ¶ 3. Deinde ædem sacram & cultibus divinis destinatam; denique religiosum quemcunque locum notat, ut, *Curia est sedes ac templum publici consilii*, der tempel. v. Varr. l. 2. itemque Guther. de jure Pontif. 3, 3, qui locum Varronis emendat juxta & interpretatur. Liv. 2, 56 *Occupant tribuni plebis templum*, i. e. comitium, quod tum tectis caebat. Add. 3, 17 pr. 8, 14, ubi Rostra *templum* vocantur. Quid inter *templum* & *curiam* interfit, v. Manut. ad Cic. fam. 4, 7 p. 190, Gr. Senatum Romanum sæpe in templa Deorum coactum esse, e Cicerone aliisque Norisius docet Dissert. 1 ad Cenot. Pis. c. 4 p. 53. Asylum a Romulo apertum *tutelam inviolati templi* Livius 2, 1 vocat. Lucan. 9, 573 *Hæremus cuncti super is temploque tacente, Nil agimus nisi jussa Dei.* Quoniam vero *Templorum* vox tota gentilis, & plena superstitione, ideo eam detestabantur Christiani veteres, & sacris cœtibus destinatas ædes *Ecclesias* potius, *Basilicas*, *Sacraria* appellabant. Nam *Templa* idolorum tantum credebantur. B. Hieron. adv. Vigilant. ad Riparium epist. 53 *Quotiescunque apostolorum & prophetarum omnium martyrum basilicas ingredimur, toties idolorum templa veneramur?* Et itidem paulo post: *Cum Iuliano persecutore sanctorum basilicas aut destruerent, aut in templa converterent.* Salvian. lib. 3 de Providentia: *Itaque ecclesias, vel potius templa atque altaria Dei minoris reverentiæ quidam habent.* Vbi transpositis vocibus legendum: *Itaque templa vel potius ecclesias &c.* Ita enim ipse paullo post: *In templa autem vel potius ecclesias atque in sacraria Dei.* v. de Templorum apud Christianos origine Hospinianus pecul. Tract. it. Bernegg. in Idolo Lauretano p. 34, 35. ¶ 4. De monumento sepulcrali. Virg. Æn. 4, 457 *De marmore templum conjugis antiqui.* ¶ 5. Et de animi secretis Lucret. 5, 14 *Mentis templa*, qui & ¶ 6. Translate palatum *Templum linguæ* vocat 4, 625. ¶ 7. *Tecta* & *templa* sæpe confunduntur a librariis. vide Burm. ad Sammo. 7.

¶ Templāris, *e.* Ita *Fines templares* apud Agrimensores Goes. pag. 295. v. Gronov. ad Liv. 5, 50 pr.

¶ Templātim, adv. per templa. Tertull. in Apol. c. 42 *Templatim insanire.*

¶ Contemplor, *ātus sum, ari*, quod a *templo*, id est, loco undique libero & aperto, ut conspici ab omni parte possit, deducendum est: *perspicere* valet, besichtigen, anschauen, betrachten; ut, *Mirari noli neque me contemplari*, Plaut. Pœn. 5, 3, 10. *Oculis contemplari cœli pulchritudinem*, Cic. Nat. D. 2, 38 extr. *Animo contemplare, quod oculis non potes*, Id pro Dejot. c. 14. Et, *Secum aliquid considerare & contemplari*, Idem Off. 1, 43. *Nummos contemplor in arca*, Horat. 1 sat. 1, 67.

¶ Contemplo, *āre*, activa forma, idem. Ennius apud Varr. L. L. 6, 2 *Contempla & templum Cereris ad lævam adspice.* Plura ex Ennio, Accio, & Titinnio, &c. v. apud Nonium 7, 11. Et sic sæpe Plautus, ut Amph. 1, 1, 285; Asin. 3, 1, 35; Epid. 3, 3, 2; &c.

¶ Contemplans, *tis.* Cic. Nat. D. 1, 20 *Deus terras & maria contemplans.* Idem de Orat. 1, 33 *Anquirentes omnique acie ingenii contemplantes.* conf. Curt. 8, 10, 27.

¶ Contemplatus, *a, um*, active, der gesehen oder betrachtet hat; ut, *Alexander contemplatus loci naturam*, Curt. 4, 8, 1. *Contemplatus locorum situs*, Id. 3, 4, 11. conf. Id. 6, 14, 14; & Petron. c. 95. ¶ 2. Passive idem ac *perspectus, visus*, erkannt, besehen, betrachtet. Ammian. 31, 15 *Scriptis recitatis, utque dicebar, contemplatis.* Idem 23 5 *Illo minime contemplato.* conf. Id. 31, 5.

¶ Contemplātim, adverb. in Notis Tironis p. 133.

¶ Contemplātus, *ûs*, m. subst. die betrachtung. Ovid. Trist. 5, 7 extr. *Meque ipse reduco a contemplatu --- mali.*

¶ Contemplātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Res diligenti contemplatione digniſſima*, Cic. Nat. D. 1, 19. *Consideratio contemplatioque naturæ*, Id. Acad. 1, 41. conf. Petron. c. 12; & Curt. 10, 9, 7. Iustin. 7, 5, 7 *Quam sceleram suorum suppliciis liberorum contemplatio vindicaverat.*

¶ Contemplātor, *ōris*, m. qui contemplatur. Cic. Tusc. 1, 28 extr. *Homo contemplator cœli ac deorum.* Sen. ad Helv. c. 8 *Animus contemplator admiratorque mundi.* conf. Virg. Georg. 1, 187; & 4, 61; & Lucret. 2, 113: & 6, 188.

¶ Contemplatrix, *īcis*, f. Cels. lib. 1 procem. sub fin. *Ars contemplatrix alicujus rei.* Apul. 2 Dogm. Plat. p. 16 *Disciplina contemplatrix bonorum.*

¶ Contemplātorius, *a, um*, zur betrachtung gehörig: quod θεωρητικὸς in Glossis Cyrilli vertitur.

¶ Contemplatīvus, *a, um*, idem ut, *Artes contemplativæ*, θεωρητικαὶ, qui in consideratione sola consistunt. Sic, *Philosophia contemplativa*, Sen. epist. 95.

¶ Contemplabundus, *a, um*, contemplans. Tertull. contra Marc. 4, 40 de vaticinatione Esa. c. 63 *Spiritus propheticus velut jam contemplabundus Domini ad passionem venientem, &c.*

¶ Contemplābilis, *e*, ansehnlich. Ammianus 30, 21 (Vales. c. 5) *Contemplabili dextera.*

¶ Contemplabiliter, adverb. idem, apud Ammianum 20, 16.

¶ Incontempl.bilis, *e*, das sich nicht anschauen läßt; ut, *Incontemplabilis claritas*, Tertull. de Resurrect. c. 55. Id. adv. Marc. 5, 11 *Facies Moſis incontemplabilis filiis Iſrael.*

¶ Extemplo, adverb. idem est quod *illico*, alsbald, von stund an. *Exercitum extemplo domum reducere*, Plaut. Amph. 1, 1, 52. conf. Id. Truc. 4, 3, 26. *Extemplo concilium advocare*, Liv. 1, 6. Ita autem particula ab auspiciis originem habet. Auspicio orando sedebant in templo auspicaturi. Impetrato auspicio surgebant, dicente augure, EX TEMPLO: quo augurantes dimittebantur. Hinc Servius, *to* EXTEMPLO, *auguralem sermonem esse*, non semel ad Virgilium observat. Ipse Virg. Æn. 2, 699 *Hinc vero victus genitor se tollit ad auras*; Nimirum significat, viso monstro, assurrexisse more augurum Roman. Servius ad eum locum: *Verbum augurum*, inquit, *qui viso auspicio surgebant ex templo, unde* EXTEMPLO *adverbium scilicet natum.* Quemadmodum igitur præconis formula, I, LICET, qua dimittebantur judicia, ut ex Donato docemur, in adverbium *Ilicet*, quod *confestim, illico* significat, abiit; ita & huic augurali sermoni factum ostendit, ut in adverbium abierit scilicet, & significare *continuo* cœperit, quod post pronunciata hæc verba sine mora abire quilibet posset.

Temporalis, temporaneus, temporarius, &c. vide sequens *Tempus.*

TEMPVS, *ŏris*, n. intervallum mundi, mensura motus alicujus, annui, menstrui, diurni, nocturnive spatii certa significatio, die zeit; ut, *Litteras opportuno tempore accipere*, Cic. fam. epist. 2, 19, zu rechter zeit. *Matutinum tempus*, Idem fam. 7, 2, die frühstunden. Et sic *vespertinum, nocturnum, antelucanum &c.* Ita &, *Temporis punctum*, pro spatio brevissimo, im augenblick, Lucret. 1, 1100. *Temporis brevitas*, Cic. Att. 1, 10, quæ & *Temporis angustiæ*, fam. 16, 21. *Maturitas temporum*, Liv. 22, 40. *Ad tempus*, auf eine zeitlang. *Ex quo tempore: Ex eo tempore*, sint der zeit, Cic. fam. 3, 4. *In præsens tempus*, vorjetzo, Idem Catil. 1, 9; & Horat. Art. poet. v. 44. *In tempore: in ipso tempore*, Ter. Andr. 3, 2 extr. zu rechter zeit. *Id temporis*, pro per id tempus, zu der zeit, Cicer. Cat. 1, 4 extr. Sed Att. 17, 33 p. 474 *Id temporis* significat tam sero, ut vult Græv. Nepos 18, 10, 2 *Cum exercitus ei ter ante separatis temporibus juraſſet, &c.* zu unterschiedenen mahlen. Cic. Att. 1, 14 pr. *Distinebar, ut huic vix tantulæ epistolæ tempus habuerim, atque id ereptum e summis occupationibus.* Ter. Heaut. 1, 1, 116 *Sed ut dicti tempus est, monere oportet me hunc vicinum Phaniam, ad cœnam ut veniat.* Et 2, 2, 38 *Sed ut tempus est dici, vide sis, ne quo hinc abeas longius.* Sic, *Capere tempus commode adeundi ad aliquem*, Cic. fam. 11, 16. *Tempus & spatium dare*, Idem pro Quintio c. 1, zeit und raum geben. *Otiosæ peregrinationi tempora eximere*, Curt. 4, 8. *Transmittere tempus*, Cic. pro Lege Manil. c. 1, hinbringen. *Tempus omne in litteris consumere*, Idem fam. 7, 1. *Tempus studiis impendere*, Plin. 6 epist. 20, zeit anwenden. *Tempori cedere*, hoc est, necessitati parere, der zeit ihr recht lassen, Cic. fam. 4, 9. *Prorogare tempus*, Idem fam. 3, 10, erstrecken, erlängern. Et Olymp. Nemes. ecl. 4, 32 *Omnia tempus alit, tempus rapit, usus in arcto est.* Ovid. Art. am. 1, 471 *Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci, &c.* Add. Rem. am. v. 83 sq. *Ex tempore* est statim, aus dem stegreiff. Vet. Glos. *Ex tempore*, σχέδιον. Quint. 10, 7 pr. *Maximus studiorum fructus est, & velut præmium quoddam amplissimum longi laboris, ex tempore dicendi facultas.* Ipse Cic. pro Archia c. 8 *Quoties ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore.* Suet. Tib. c. 70. Hinc *Extemporalis* & *Extemporalitas*, de quibus infra. Sed Cic. Att. 14, 17 ext. *De his rebus ex tempore & coram*, i. e pro temporis ratione. Macrob. Sat. 1, 20 *Leonis cavite mendetur præsens tempus, quia conditio ejus inter præteritum futurumque actu præsenti valida fervensque est. Sed & præteritum tempus lupi capite signatur, quod memoria rerum transactarum rapitur & auferur . . . Item, canis blandientis effigies futuri temporis designat eventum, de quo nobis spes licet incerta blanditur, &c.* ¶ 2. Aliquando *Tempus* statum fortunamque significat, qua utimur in præsenti; ut tamen acerba & tristis intelligatur maxime. Nepos 1, 5, 1 *Hoc in tempore nulla civitas Athenienſibus auxilio fuit præter Platæenſes*, bey damaligem zustande. Vbi *tempus* vocat periculum ingens, quod imminebat Athenienſium oppido, ingressis Atticam maximis Persarum copiis, inque campum Marathona deductis. Cic. pro L. Manil. *Omne meum tempus amicorum temporibus tribuendum putavi*: TEMPORIBVS, id est, discriminibus. Significat enim, omne tempus suum impendisse in amicorum defensiones, ut liberarentur a discriminibus, quæ per accusatores ipsis imminebant. Idem de L. L. 2, 13 *Quæ* (scientia auguralis) *mihi videtur apud majores fuisse duplex, ut adrem tempus nonnunquam, ad agendi consilium sæpissime pertineret*: AD REIP. TEMPVS, id est, necessitatem, ut Turnebus interpretatur. Id. pro Sext c. 58 *Neque poëtæ, quorum ingenia semper dilexi, tempori meo defuerunt*: TEMPORI MEO, id est, exilio. Id. fam. 6, 17 *Qui temporibus valuerunt, &c.* Add. fam. 1, 7 pr. Chremes Terentianus Heaut. 4, 1, 54 *Nunc ita tempus est mi, ut cupiam filiam*, id est, is rerum mearum status, sive ea conditio est, die gelegenheit bringt es mit sich). Aliquando tamen aliquid additur, quod rem declaret: ut, cum idem Cicero alibi *extremum* vocat: ut fam. 16, 12 pr. *Reipubl. causſa gaudeo, tantum eiste præsidii attuliſſe extremis pene temporibus.* Horat. 2 od. 7, 1 similiter *ultimum* dixit. *O sæpe mecum tempus in ultimum Deducte, Bruto militiæ duce.* Cic. fam. 1, 9, 25 *Scripsi versibus tres libros de temporibus meis*, hoc est, de fortuna mea, de consulatu & exilio. Ibid. 1, 6 *Facile me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis*: i. e. recordatio illius mei status, cum amici mihi inviderent, inimici me persequerentur, quod in epistola sequente uberius explicat. Et pro Archia c. 6 *Ab nullius unquam me tempore aut commodo otium meum abstraxit.* Quod non multo post ita commutara oratione reddit: *Quæ quantacunque est in me, numquam amicorum periculis defuit.* ¶ 3. Quint 1, 12 pr. *Ne pes quidem citharœdi otiosus, certam legem temporum servat*, er giebt den tact. ¶ 4. *Tempus* etiam aliquando dicitur καιρὸς, sive occasio & opportunitas gerendæ rei. Sic, *Insidiari temporibus*, Vellej. 2, 21, 2; & *Inservire temporibus*, Nepos 7, 1, 3. Plaut. Cas. 2, 1 ext. *Non pol per tempus iter mihi inc pi.* Et rursus Nepos 7, 5, 1 *Tempus ejus interficiendi quærere instituerunt.* Et 7, 8, 6 *Tempus rei gerendæ non dimisit &c.* Cic. fam. 11, 16 *Capere tempus commode adeundi ad aliquem.* Id. ad Qu. fratr. 1, 2, 3 *Sed tempore ipso, de epistolis*, aber, a propos, weil ipit von briefen reden. Liv. 3, 9 *Insidiatum eum, & tempore capto adortum remp.* Cic. Att. 8, 3 p. 762 *Cum sit necesse servire tempori, & non amittere tempus, cum sit datum.* Add. Burm. ad Quint. 3, 6 p. 244. ¶ 5. Pro plaga cœli *Tempus* potuit Varro R. R. 2, 2 *Quæ spectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus.* ¶ 6. *Tempus* etiam

Mollia ap. Dionys. in περιηγήσει v. 1017, τὰ Μυλικὰ τέμπεα: & ap. eund. v. 259 τέμπεα Κέρνης, ubi Eustachium scholiastes videas.

¶ Tempicus, *a, um*, τεμπικός, bey luſtigen feldern; *Tempicus agon*, Theod. Priscian. 1.

Temperatura, temperies &c. vide in sequenti *Tempero*.

TEMPĔRO, *āvi, ātum, āre*, a *tempore* est, einrichten, ſchlichten: nominibus & casibus diversis junctum varia significat, ut, *Temperare remp. institutis & legibus* id est, moderari, wohl anordnen, Cic. Tusc. 1, 1. Et, *Solis accessus recessus & frigoris & caloris modum temperat*, ſie mäßiget Id. Nat. D. 2, 49. Virg. Æn. 1, 57 *Mollitque animos & temperat iras*, er ſtillet, hält zurück. *Mare ventorum temperare*, Horat. 3 od. 4, 45. *Temperare aquam ignibus*, Horat. 3 od. 19, 6, id est, miscere, calefacere, miſchen, lauligt machen. *Temperare ora frenis*, Idem 1 od. 8, 7. Et, *Temperare annonam*, Suet. Tib. c. 34. *Temperare unguentum*, zurichten, Plin. 13, 2. Iterum Horat. 4 od. 3, 17 *O testudinis aurex Dulcem quæ sonitum Pieri temperas*; id est, regis, moderatis. Id. 2 epist. 2, 187 *Genius, natale qui temperat astrum*. Ovid. Met. 13, 366 *Ratem temperare*, i. e. gubernare, lenken, regieren. Colum. 1, 9 *Temperet vires clementia*. Cato R. R. c. 157 *Brassica ad salatem temperat commutatque sese*. ¶ 2. Sed cum dativo & ablat. *Temperare sociis*, Cic. Verr. 1, 59, est abstinere ab injuria alicui inferenda, ſich enthalten, ſchonen. *Temperare cædibus*, Liv. 2, 16. Et Cic. Verr. 2, 2 *Hostibus superatis temperare*. Sic, *Temperare sibi*, an ſich halten, ſich mäßigen. *Neque mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam*, Plin. 18, 6, ich kann nicht laſſen. *Templis Deorum temperatum est*, Liv. 1, 29 *Temperare ab injuria*, Cæs. B. G. 1, 7; *a lacrymis*, Virg. Æn. 2, 8; *a maleficio*, Auct. ad Herenn. 2, 19; *Temperare manibus*, Liv. 32, 205; & *linguæ*, Plaut. Rud. 4, 7, 28. v. Lambin. ad illud Horatii 3 od. 24, 18 *Illic matre carentibus Privignis mulier temperat innocens*. Curt. 7, 2, 7 *Neque lacrymis, neque acclamationibus temperaverunt*. Tac. An. 3, 14, 5 *Non temperare manibus*, zuſchlagen. vide plura ap. Drakenb. ad Liv. 1, 29. ¶ 3. Aliquando & absolute ponitur. Lactant. 4, 5 *Quod in prioribus libris ne facerem, temperavi*: pro *mihi temperavi*. Et Plaut. Trin. 5, 2, 63 *At jam posthac temperabo*. Cum infinitivo Id. Pœn. 5, 2, 76 *Maledicere huic tu temperabis*.

¶ Temperans, *tis*, modestus, mäßig, beſcheiden. Ter. Heaut. 3, 3, 19 *Hominis frugi & temperantis functus officium*. Cic. pro Fontej. c. 14 *Homo in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans*. Et Ter. Phorm. 2, 1, 41 *Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans*, h. e. minus consuleret rei aut famæ. *Homo sanctissimus ac temperantissimus*, Cic. pro Font. c. 13. Et *Temperantiores a cupidine imperii*, Liv. 26, 22.

¶ Temperanter, adv. mäßiglich, beſcheidentlich. Tac. An. 4, 33, 2 *Vulgi natura quibus modis temperanter haberetur*. Ibid. 15, 29, 2 *Cætera temperanter adjungit*. Compar. Cic. Att. 9, 2 *Si hic temperantius egerit*.

¶ Temperantia, *æ*, f. moderatio omnium cupiditatum rationi obediens, die mäßigkeit. *Summa fuit in ejus vita temperantia*, Cic. Tusc. 5, 20. Id. de Invent. 2, 54 *Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non vectos impetus animi, firma & moderata dominatio*. *Temperantia cupiditatum*, Id. ad Herenn. 3, 7. Xenophanes, *Sapientiæ fundamenta* dixit esse *continentiam & temperantiam*, βεμέλια σοφίας, σωφροσύνη, καὶ ἐγκράτεια, Stob. conf. Sallust. Iug. c. 45; Cæs. B. G. 1, 19.

¶ Temperātus, *a, um*, moderatus, mäßig, gemäßiget; ut, *Temperatis moderatisque moribus esse*, ſich in gebührenden ſchrancken halten, Cic. fam. 12, 27. *Temperatum dicendi genus & aquabile*, Idem Off. 1, 1. Et Horat. 3 od. 4, 66 *Vim temperatam Dii quoque provehunt In majus*. Vellej. 2, 60, 4 *Omnia pretio temperata*, gemäßiget; sed al. *temptata*, h. e. tentata. Vetus Inscriptio: TOTAM LATE CELTIBERIAM CIV. DON. ROM. OPTIME ET SANCTISSIME TEMPERATAM &c. Compar. *Temperatior in victoria*, Cælius Cic. fam. 8, 15. Et, *Temperatiores a cupidine imperii*, Liv. 26, 22. Super. *Temperatissimum animi tempus*, Varro R. R. 2, 5. Et, *Temperatissimæ cæli regiones*, Vitruv. 1, 4.

¶ Temperate, adverb. moderate, mäßiglich. Cic. Att. 12, 32 *Ages, ut scribis, temperate*, mit beſcheidenheit. Et, *Humores temperati, parum terreni habentes*, Vitruv. 2, 9. Compar. *Temperatius* est apud Sen. epist. 18. Et Cic. Att. 13, 1 *Neque temperatius scribi potuit*.

¶ Temperātio, *ōnis*, f. die mäßigung; ut, *Temperatio cæli*, das wetter, Cic. Nat. D. 2, 5. Et, *Temperatio caloris*, ibid. c. 10. *Temperatio æris*, Idem 4 in Verr. 44. *Temperatio vitii*, i. e. remedium, Id. de Leg. 3, 12. Et, *Temperatio reipublicæ*, Id. de Leg. 3, 5, die einrichtung, verfaſſung. Adde Vitruv. 1, 2; & 7, 11; Lactant. 1, 2.

¶ Temperatīvus, *a, um*, mildernd. Cæl. Aurel. Acut. 4, 1 *Temperativa medicamina*.

¶ Temperātor, *ōris*, m. qui temperat; ut, *Temperator varietatis*, Cic. in Orat. c. 21. *Temperatores voluptatum*, Sen. de Vita beata c. 14. Add. Martial. 4 epigr. 55, 15. *De Jove Temperatore*, seu Οὐρίῳ, v. ad Liv. 6, 39.

¶ Temperatrix, *īcis*, f. apud Augustinum.

¶ Temperatūra, *æ*, f die vermiſchung, milderung, der zuſatz; ut, *Temperatura ferri*, Plin. 36, 15. Et, *Ferrum utriusque temperaturæ*, Veget. Rei Mil. 4, 8. Et Vitruv. 2, 7 *Naturali temperatura parvo humore esse*. Sen. epist. 11 *Temperatura corporis*, die leibes-complexion. Varro ap. Nonium 2, 848 *Temperatura cæli*, die witterung.

¶ Temperāculum, *i*, n. idem; ut, *Temperacula ferri*, Apul. Flor. p. 342.

¶ Tempĕrāmentum, *i*, n. rechte maß; ut, *Cæli temperamentum*, Iustin. 2, 1, 10. *Adhibere temperamentum alicui rei*, Plin. Paneg. c. 3. *Temperamentum in re aliqua sequi*, Martial. præfat. Operis, die mittelſtraſſe treffen. *Temperamentum linguæ*, Liv. 28, 44. ubi tamen Gronov. ex vetustis libris, *temperando linguæ*, profert. *Inventum est temperamentum*, &c. ein mittel, vermittelung, Cic. de Leg. 3, 10. Sic, *Elegans temperamentum*, Tac. An. 11, 4, 5; *salubre*, Id. Hist. 4, 86, 3; *principatus egregium*, ibid. 2, 5, 3. ¶ 2. *Temperamentum* etiam vocant crasin, seu complexionem, id est, convenientiam, vel excessum primarum qualitatum, ut, sanguinis, cholerae, &c. die complexion und natur. Colum. 3, 12 *Temperamentum in corporibus quoque nostris desideratur*, &c.

Temperi, temperius, vide *Tempori, temporius* in *Tempus*.

¶ Tempĕries, *ēi*, f. temperamentum, temperatus rei status, die mäßigung; ut, *Temperies cæli*, fein wetter, nicht zu heiß noch zu calt, Plin. 11, 16, itemque junior Plin. 5 epist. 6; & Curt. 4, 7, 17. & 9, 1, 11. *Mitis temperies*, Claud. 1 de Rapt. Proserp. v. 206. *Temperies aquarum*, Ovid. Met. 4, 344 conf. ibid. 1, 51 & 430. *Tranquilla morum temperies*, Stat. 2 Silv. 6, 48.

Composita:

¶ Attempĕro, *avi, atum, āre*, quod est accommodare, aptare, fügen, zurecht machen. Sen. epist. 30 *Gladiator tota prima juventa vividissimus jugulum adversario præbat, & errantem gladium sibi attemperat*, er richtet ihn auf ſich.

¶ Attempĕrātus, *a, um*, zugerichtet, angefüget. Vitruv. 10, 12 *Supra Catinum penula attemperata*.

¶ Attempĕrāte, adverb. tempestive, eben zu rechter zeit. Ter. Andr. 5, 4, 13 *Itane attemperate venit hodie in ipsis nuptiis &c.*

¶ Contempĕro, *āre*, miſchen, unter einander rühren, Apic. 4, 2 *In patina quæ invicem contemperentur*. conf. Marcell. Empir. c. 16.

¶ Contemperātus, *a, um*, gemiſcht, gemildert. Vitruv. 9, 4 *Sol, quæ propriora sunt, contemperata habet*.

¶ Distempĕro, *āre*, dissolvere, trennen. Saresb. 5, 10 *Curia insipientis distemperatur arbitrio*. conf. Plin. Valer. 1, 6.

¶ Intemperans, *tis*, immoderatus, unbeſcheiden, unmäßig. Cic. de Senect. c. 9 *Intemperans adolescentia, effœtam corpus tradit senectuti*. Id. Acad. 1, 1 *Intemperantis arbitror esse scribere, quod occulari velis*, ubi intemperiem quandam mentis & ineptias notare videtur. vid. *Intemperantia* in 2 Apul. Apol. p. 279 *Intemperantissimi versus*. Aur. Vict. Epit. c. 6 *Gallia ad vescendum intemperans fuit*. Sen. de Ira 1, 3 *Ecce in quadam voluptates intemperantiores homines sunt*, conf. Id. ad Helv. c. 6. Et Cic. in Vatin. c. 1 *Fui paulo in te intemperantior fortasse*. Id. in Pis. c. 29 *Impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis cænum & sordes*.

¶ Intemperanter, adverb. unmäßiglich. Cic. Phil. 1, 5 *Nimis iracunde hoc, & valde intemperanter*. Et Phil. 5, 18 *Intemperantius opibus suis uti*. Liv. 23, 1 *Intemperantius cedentes secutus*. Idem 31, 31 *Aviditate cædis intemperantius insecuti*. Et Apul. Apo.. p. 321 *Idque apud omnes intemperantissime gloriatur*.

¶ Intemperantia, *æ*, f die unmäßigkeit; quæ *fons est omnium perturbationum*, ut Cicero vocat Tusc. 4, 9, cum quis regere aut continere nequit animi affectiones. Sic, *Intemperantia libidinis*, Plin. 10, 33. *Risus intemperantia*, Id. 11, 37 n. 80. *Intemperantia linguæ*, Liv. 35, 48. Et, *Intemperantia cæli*, Sen. de Const. Sap. c. 9, das böſe wetter. ¶ 2. Interdum non tam ad voluptatem & libidines, quam ad inconsideratam temeritatem refertur. Cic. fam 3, . pr. *Ego enim plane video fore, ut inimicos tuos pœniteat intemperantiæ tuæ*. Sermo est de Dolabella temere accusante Appium.

¶ Intemperātus, *a, um*, immoderatus, unmäßig; ut, *Intemperatissimæ perpotationes*, Cic. in Pis. c. 10. *Intemperata benevolentia*, Id. de Amic. c. 20. Et Compar. *Quid intemperatius?* Sen. ad Helv. c. 6.

¶ Intempĕrāte, adverb. über die maß; ut, *Immoderate & intemperate vivere*, unordentlich leben, Cic. de Vniverſ. c. 12.

¶ Intempĕries, *ei*, f. das böſe wetter; ut, *Solis intemperies*, Colum. 11, 2, unge ohnliche hitze. *Intemperies cæli*, Id. præfat operis. *Intemperies anni*, Iurius Colum. 11, 2. *Annona propter aquarum intemperiem carior est*, Liv. 3, 31 pr. *Clades calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum*, Plaut. Capr. 4, 4, 3, sturm und ungestüm. Plur. Gell. 1, 17 *Has Xanthippes intemperies in maritum Alcibiadis demiratus, &c.* Sed &

¶ Intemperiæ, *ārum*, f. plur. infaniæ, furiæ, angores & impotentes motus, unruhe, unſinnigkeit, wütende böſe geiſter. Sic pontra Plaut. Amph. 4, 3 pr. *Dii vestram fidem, quæ intemperiæ nostram agunt familiam?* was ſicht unſere leute an? Id. Aul. 1, 1, 30 *Nescio, quæ hominem intemperiæ tenent*, was ihn anſicht. conf. & Mil. 2, 5, 24; & Nonius 8, 78. Cato R. R. c. 141 edit. Commel. & Victorii Marteni precatur, *uti calamitates intemperiasque prohibiſſit*, ſchädlich gewitter.

¶ Intemperābilis, *e*, unabläßig; ut, *Intemperabilis punctio*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 4.

¶ Obtempĕro, *āre*, folgen, gehorchen. Ter. Hec. 3, 5, 62 *Nec gnatus, neque hic, mihi quidquam obtemperant*. Nepos 20, 1, 3 *Patriæ legibus ut temperare*. Cæs. B. Gall. 4, 21 *Imperio populi Rom. obtemperare*. Cic. pro L. Manil. c. 16 *Ut ejus semper voluntatibus cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint*. Val Max. 9, 3, 7 *Vitio obtemperare*. Iterum Ter. Adelph. 4, 5, 70 *Tibi eos certe scio obtemperaturos*. Et Cic. fam. 2, 7 *Te audi, tibi obtempera*.

¶ Obtempĕrans, *tis*, folgſam, gehorchend. Suet. Tib. c. 59 *Multa naturæ obtemperans sæve & atrociter factitavit*.

¶ Obtemperanter, adverb. idem. Prudent. Hymn. in Laurent. v. 112 *Obtemperanter annuit*.

¶ Obtemperātio, *ōnis*, f. der gehorſam. Cic. de Leg. 1, 15 *Justitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum*.

¶ Retempĕro, *āre*, wieder einrichten, Theod. Prisc. de Diæta c. 19.

Tempestas, tempestivus &c. vide paullo post in *Tempus*.

TEMPLVM, *i*, n. regionem cœli significat, quam auspicia captaturi augures non manu, sed lituo definiebant & notabant, secundum quatuor

tuor cardines mundi, ortum, occasum, meridiem, septemtrionem, die gegend des himmels. *A tuendo primo templum dictum, quocirca Cælum, quo tuemur, dictum templum --- Ejus templi partes quatuor.* vid. cetera supra sub *Antica* n. 2. & conf. totus Varronis locus. Est enim classicus. v. Varr. L. L. 6, 2. Sic Liv. 1, 7 *Palatinum* (montem) *Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum templa capiunt.* v. Io. Bap. Bellus de partibus templi auguralis to. V. thesauri Græv. ¶ 2. Et cœlum ipsum, a contemplando, der himmel. Ter. Eun. 3, 5, 42 *At quem Deum? qui templa cæli summa sonitu concutit.* Quod de Ennio sumtum Donatus observat. Sic, *Loca Neptunia, templa turbulenta*, i. e. maria, Plaut. Mil. 2, 5, 3. v. ibi Gronov. ¶ 3. Deinde ædem sacram & cultibus divinis destinatam; denique religiosum quemcunque locum notat, ut, *Curia est sedes ac templum publici consilii*, der tempel. v. Varr. l. 2. itemque Guther. de jure Pontif. 3, 3, qui locum Varronis emendat juxta & interpretatur. Liv. 2, 56 *Occupant tribuni plebis templum*, i. e. comitium, quod tum tectis carebat. Add. 3, 17 pr. 8, 14, ubi Rostra *templum* vocantur. Quid inter *templum* & *curiam* intersit, v. Manut. ad Cic. fam. 4, 7 p. 190, Gr. Senatum Romanum sæpe in templa Deorum coactum esse, e Cicerone aliisque Norisius docet Dissert. 1 ad Cenot. Pis. c. 4 p. 53. Asylum a Romulo apertum *tutelam inviolati templi* Livius 2, 1 vocat. Lucan. 9, 573 *Haremus cuncti super is temploque tacente, Nil agimus nisi jussa Dei.* Quoniam vero *Templorum* vox tota gentilis, & plena superstitione, ideo eam detestabantur Christiani veteres, & sacris ædibus destinatas ædes *Ecclesias* potius, *Basilicas*, *Sacraria* appellabant. Nam *Templa* idolorum tantum credebantur. B. Hieron. adv. Vigilant. ad Riparium epist. 53 *Quotiescunque apostolorum & prophetarum omnium martyrum basilicas ingredimur, toties idolorum templa veneramur?* Et itidem paulo post: *Cum Iuliano perfecutore sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa converteret.* Salvian. lib. 3 de Providentia: *Itaque ecclesias, vel potius templa atque altaria Dei minoris reverentiæ quidam habent.* Vbi transpositis vocibus legendum: *Itaque templa vel potius ecclesias &c.* Ita enim ipse paullo post: *In templa autem vel potius ecclesias atque in sacraria Dei.* v. de Templorum apud Christianos origine Hospinianus pecul. Tract. it. Bernegg. in Idolo Lauretano p. 34, 35. ¶ 4. De monumento sepulcrali. Virg. Æn. 4, 457 *De marmore templum conjugis antiqui.* ¶ 5. Et de animi secretis Lucret. 5, 14 *Mentis templa*, qui & ¶ 6. Translate palatum *Templum linguæ* vocat 4, 625. ¶ 7. *Tecta* & *templa* sæpe confunduntur a librariis. vide Burm. ad Sammo. 7.

¶ Templāris, *e*. Ita *Fines templares* apud Agrimensores Gœs. pag. 295. v. Gronov. ad Liv. 5, 50 pr.

¶ Templātim, adv. per templa. Tertull. in Apol. c. 42 *Templatim ingemere.*

¶ Contemplor, *ātus sum, ari*, quod a *templo*, id est, loco undique libero & aperto, ut conspici ab omni parte possit, deducendum est: *perspicere* valet, besichtigen, anschauen, betrachten; ut, *Mirari noli neque me contemplari*, Plaut. Pœn. 5, 3, 10. *Oculis contemplari cæli pulchritudinem*, Cic. Nat. D. 2, 38 extr. *Animo contemplare, quod oculis non potes*, Id pro Dejot. c. 14. Et, *Secum aliquid considerare & contemplari*, Idem Off. 1, 43. *Nummos contemplor in arca*, Horat. 1 sat. 1, 67.

¶ Contemplo, *āre*, activa forma, idem. Ennius apud Varr. L. L. 6, 2 *Contempla & templum Cereris ad lævam adspice.* Plura ex Ennio, Accio, & Titinnio, &c. v. apud Nonium 7, 11. Et sic sæpe Plautus, ut Amph. 1, 1, 285; Asin. 3, 1, 35; Epid. 3, 3, 2; &c.

¶ Contemplans, *tis*. Cic. Nat. D. 1, 20 *Deus terras & maria contemplans.* Idem de Orat. 1, 33 *Anquirentes omnique acie ingenii contemplantes.* conf. Curt. 8, 10, 27.

¶ Contemplatus, *a, um*, active, der gesehen oder betrachtet hat; ut, *Alexander contemplatus loci naturam*, Curt. 4, 8, 1. *Contemplatus locorum situs*, Id. 3, 4, 11. conf. Id. 6, 14, 14; & Petron. c. 65. ¶ 2. Passive idem ac *perspectus, visus*, erkannt, besehen, betrachtet. Ammian. 31, 15 *Scriptis recitatis, utque dicebat, contemplatis.* Idem 23 5 *Illo minime contemplato.* conf. Id. 31, 5.

¶ Contemplātim, adverb. in Notis Tironis p. 133.

¶ Contemplātus, *ūs*, m. subst. die betrachtung. Ovid. Trist. 5, 7 extr. *Meque ipse reduco a contemplatu --- mali.*

¶ Contemplātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Res diligenti contemplatione dignissima*, Cic. Nat. D. 1, 19. *Consideratio contemplatioque naturæ*, Id. Acad. 1, 41. conf. Petron. c. 123 & Curt. 10, 9, 7. Iusti. 7, 5, 7 *Quam scelerum suorum suppliciis liberorum contemplatio vindicaverat.*

¶ Contemplātor, *ōris*, m. qui contemplatur. Cic. Tusc. 1, 28 extr. *Homo contemplator cæli ac deorum.* Sen. ad Helv. c. 8 *Animus contemplator admiratorque mundi.* conf. Virg. Georg. 1, 187; & 4, 61; & Lucret. 2, 113; & 6, 188.

¶ Contemplatrix, *īcis*, f. Cels. lib. 1 prooem. sub fin. *Ars contemplatrix alicujus rei.* Apul. 2 Dogm. Plat. p. 16 *Disciplina contemplatrix bonorum.*

¶ Contemplātorius, *a, um*, zur betrachtung gehörig: quod θεωρητικὸς in Glossis Cyrilli vertitur.

¶ Contemplatīvus, *a, um*, idem ut, *Artes contemplativæ*, θεωρητικαὶ, qui in consideratione sola consistunt. Sic, *Philosophia contemplativa*, Sen. epist. 95.

¶ Contemplabundus, *a, um*, contemplans. Tertull. contra Marc. 4, 40 de vaticinatione Esa. c. 63 *Spiritus propheticus velut jam contemplabundus Domini ad passionem venientem, &c.*

¶ Contemplābilis, *e*, ansehnlich. Ammianus 30, 21 (Vales. c. 5) *Contemplabili dextera.*

¶ Contemplabiliter, adverb. idem, apud Ammianum 20, 16.

¶ Incontemplābilis, *e*, das sich nicht anschauen läßt; ut, *Incontemplabilis claritas*, Tertull. de Resurrect. c. 55. Id. adv. Marc 5, 11 *Facies Moysis incontemplabilis filiis Israel.*

¶ Extemplo, adverb. idem est quod *illico*, alsbald, von stund an. *Exercitum extemplo domum reducere*, Plaut. Amph. 1, 1, 52. conf. Id. Truc. 4, 3, 26. *Extemplo concilium advocare*, Liv. 1, 6. Ita autem particula ab auspiciis originem habet. Auspicio orando sedebant in templo auspicaturi. Impetrato auspicio surgebant, dicente augure, EX TEMPLO: quo augurantes dimittebantur. Hinc Servius, *to* EXTEMPLO, *auguralem sermonem esse*, non semel ad Virgilium observat. Ipse Virg. Æn. 2, 699 *Hinc vero victus genitor se tollit ad auras*; Nimirum significat, viso monstro, assurrexisse more augurum Roman. Servius ad eum locum: *Verbum augurum*, inquit, *qui viso auspicio surgebant ex templo, unde* EXTEMPLO *caverbium scilicet natum.* Quemadmodum igitur præconis formula, I, LICET, qua dimittebantur judicia, ut ex Donato docemur, in adverbium *Ilicet*, quod *confestim, illico* significat, abiit; ita & huic augurali sermoni factum ostendit, ut in adverbium abierit scilicet, & significare *continuo* cœperit, quod post pronunciata hæc verba sine mora abire quilibet posset.

Temporalis, temporaneus, temporarius, &c. vide sequens *Tempus.*

TEMPVS, *ŏris*, n. intervallum mundi, mensura motus alicujus, annui, mensirui, diurni, nocturnive spatii certa significatio, die zeit; ut, *Litteras opportuno tempore accipere*, Cic. fam. epist. 2, 19, zu rechter zeit. *Matutinum tempus*, Idem fam. 7, 2, die frühstunden. Et sic *vespertinum, nocturnum, antelucanum &c.* Ita &, *Temporis punctum*, pro spatio brevissimo, im augenblick, Lucret. 1, 1100. *Temporis brevitas*, Cic. Att. 1, 10, quæ & *Temporis angustiæ*, fam. 16, 21. *Maturitas temporum*, Liv. 22, 40. *Ad tempus*, auf eine zeitlang. *Ex quo tempore: Ex eo tempore*, seit der zeit, Cic. fam. 3, 4. *In præsens tempus*, vorlesp, Idem Catil. 1, 9; & Horat. Art. poet. v. 44. *In tempore: in ipso tempore*, Ter. Andr. 3, 2 extr. zu rechter zeit. *Id temporis*, pro per id tempus, zu der zeit, Cicer. Cat. 1, 4 extr. Sed Att. 17, 33 p. 474 *Id temporis* significat tam sero, ut vult Græv. Nepos 18, 10, 2 *Cum exercitus ei ter ante separatis temporibus juraſſet, &c.* zu unterschiedenen mahlen. Cic. Att. 1, 14 pr. *Distinebar, ut huic vix tantulæ epistolæ tempus habuerim, atque id ereptum e summis occupationibus.* Ter. Heaut. 1, 1, 116 *Sed ut dici tempus est, monere oportet me hunc vicinum Phaniam, ad cœnam ut veniat.* Et 2, 2, 38 *Sed ut tempus est dici, vide sis, ne quo hinc abeas longius.* Sic, *Capere tempus commode adeundi ad aliquem*, Cic. fam. 11, 16. *Tempus & spatium dare*, Idem pro Quintio c. 1, zeit und raum geben. *Otiosæ peregrinationi tempora eximere*, Curt. 4, 8. *Transmittere tempus*, Cic. pro Lege Manil. c. 1, hinbringen. *Tempus omne in litteris consumere*, Idem fam. 7, 1. *Tempus studiis impendere*, Plin. 6 epist. 20, zeit anwenden. *Tempori cedere*, hoc est, necessitati parere, der zeit ihr recht lassen, Cic. fam. 4, 9. *Prorogare tempus*, Idem fam. 3, 10, erstrecken, erlängern. Et Olymp. Nemes. ecl. 4, 32 *Omnia tempus alit, tempus rapit, usus in arcto est.* Ovid. Art. am. 1, 471 *Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci, &c.* Add. Rem. am. v. 83 sq. *Ex tempore* est statim, aus dem stegreiff. Vet. Gloss. *Ex tempore, σχεδίον.* Quint. 10, 7 pr. *Maximus studiorum fructus est, & velut præmium quoddam amplissimum longi laboris, ex tempore dicendi facultas.* Ipse Cic. pro Archia c. 8 *Quoties ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore.* Suet. Tib. c. 70. Hinc *Extemporalis* & *Extemporalitas*, de quibus infra. Sed Cic. Att. 14, 17 extr. *De his rebus ex tempore & coram*, i. e. pro temporis ratione. Macrob. Sat. 1, 20 *Leonis cavite mentiatur præsens tempus, quia conditio ejus inter præteritum futurumque actu præsenti valida ferensque est. Sed & præteritum tempus lupi capite signatur, quod memoria rerum transactarum rapitur & auferitur . . . Item, canis blandientis effigies futuri temporis designat eventum, de quo nobis spes licet incerta blanditur, &c.* ¶ 2. Aliquando *Tempus* statum fortunamque significat, qua utimur in præsenti; ut tamen acerba & tristis intelligatur maxime. Nepos 1, 5, 1 *Hoc in tempore nulla civitas Athenienſibus auxilio fuit præter Platæenses*, bey damaligem zustande. Vbi *tempus* vocat periculum ingens, quod imminebat Athenienſium oppido, ingressis Atticam maximis Persarum copiis, inque campum Marathona deductis. Cic. pro L. Manil. *Omne meum tempus amicorum temporibus tribuendum putavi?* TEMPORIBVS, id est, discriminibus. Significat enim, omne tempus suum impendisse in amicorum defensiones, ut liberarentur a discriminibus, quæ per accusatores ipsis imminebant. Idem de L. L. 2, 13 *Quæ* (scientia auguralis) *mihi videtur apud majores fuisse duplex, ut adhuc tempus nonnunquam, ad agendi consilium sæpissime pertineret:* AD REIP. TEMPVS, id est, necessitatem, ut Turnebus interpretatur. Id. pro Sext. c. 58 *Neque poëtæ, quorum ingenia semper dilexi, tempori meo defuerunt:* TEMPORI MEO, id est, exilio. Id. fam. 6, 17 *Qui temporibus valuerunt, &c.* Add. fam. 1, 7 pr. Chremes Terentianus Heaut. 4, 1, 54 *Nunc ita tempus est mi, ut cupiam filiam*, id est, is rerum mearum status, sive ea conditio est, die gelegenheit bringt es mit sich. Aliquando tamen aliquid additur, quod rem declaret: ut, cum idem Cicero alibi *extremum* vocat: ut fam. 10, 12 pr. *Reipubl. causſi gaudeo, tantum ei se præsidii attulisse extremis pene temporibus.* Horat. 2 od. 7, 1 similiter *ultimum* dixit. *O sæpe mecum tempus in ultimum Deducte, Bruto militiæ duce.* Cic. fam. 1, 9, 7 *Scripsi versibus tres libros de temporibus meis*, hoc est, de fortuna mea, de consulatu & exilio. Ibid. 1, 6 *Facile me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem ubi deo in rebus tuis*: i. e. recordatio illius mei status, cum amici mihi inviderent, inimici me persequerentur, quod in epistola sequente uberius explicat. Et pro Archia c. 6 *Ab nullius unquam me tempore aut commodo otium meum abstraxit.* Quod non multo post ita commutata oratione reddit: *Quæ quantacunque est in me, nunquam amicorum periculis defuit.* ¶ 3. Quint 1, 12 pr. *Ne pes quidem citharœdi otiosus, certam legem temporum servat*, er giebt den tact. ¶ 4. *Tempus* etiam aliquando dicitur καιρὸς, sive occasio & opportunitas gerendæ rei. Sic, *Insidiari temporibus*, Vellej. 2, 21, 2; & *Inservire temporibus*, Nepos 7, 1, 3. Plaut. Cas. 2, 1 ext. *Non pol per tempus iter mihi hinc pi.* Et rursus Nepos 7, 5, 1 *Tempus ejus interficiendi quærere instituerunt.* Et 7, 8, 6 *Tempus rei gerendæ non dimisit &c.* Cic. fam. 11, 16 *Capere tempus commode adeundi ad aliquem.* Id. ad Qu. frat. 1, 2, 3 *Sed tempore ipso, de epistolis*, aber, a propos, weil ipse von briefen reden. Liv. 3, 9 *Insidiatum eum, & tempore capto adortum rempe.* Cic. Att. 8, 3 p. 762 *Cum sit necesse servire tempori, & non amittere tempus, cum sit datum.* Add. Burm. ad Quint 3, 6 p. 244. ¶ 5. Pro plaga cœli *Tempus* posuit Varro R. R. 2, 2 *Quæ spectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus.* ¶ 6. *Tempus* etiam

est, quod Græcis ὥρα. Hirt. B. Alex. c. 43 *Illyricum venit hiberno tempore anni ac difficili.* Varro R. R. 2, 7 *Admittere oportet, cum tempus anni venerit.* Colum. 2, 4 *Anni tempore incalescente.* Liv. 22, 32 *Consules hibernaculis maturè communitis, (tum enim autumni erat tempus,) bonis artibus bellum gesserunt.* Propert. 8, 9 *O utinam hiberne duplicentur tempora brume.* Quatuor tempora eleganter complexus est Ovid. Rem. am. v. 187 *Poma dat autumnus, formosa est mensibus æstas, Ver præbet flores, igne levatur hiems.*

¶ Tempŏra, *um*, n. plurale, latera in capite, dextrum & sinistrum, inde appellata, quod eorum casus senium indicet, die schläfe. Tametsi & singulari in eadem significatione usi sint Catullus 62, 158 *Tremulum movens cana tempus anilitas*: Vitruv. 9, 6 *Contra rostrum & capitis tempus dextrum*: Virg Æn. 9, 418 *Dum trepidant, hit hasta Tago per tempus utrumque.* Quod imitatus est Silius 12, 414 *Per sinistra Tago per tempus utrumque.* Id. Flor. 4, 12, 44 *Recreatus ex vulnere in tempus.* Et Aut. ad Herenn. 4, 55 *Iste Graccho percutit tempus*; ubi pro capite positum videtur. Sed plurale multo frequentius. Colum. 6, 29 de equis: *Decimo anno tempora cavari incipiunt, &c.* conf. Isidor. 11, 1. Ovid. Met. 8, 567 *Jam sparsus tempora canis*, grauhärichț. Virg. Æn. 5, 71 *Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.* ¶ 3. *Tempora & pectora* miscent librarii, vide Drakenb. ad Sil. 16, 122.

¶ Tempŏri, (Temperi) adverbialiter dixit Plautus aliquoties, pro, in tempore, vel mature, tempestive, zeitlich; ut in Rud. 4, 2, 16 *Vigilare oportet hominem, qui vult sua tempori conficere commoda, &c.* Atque ita etiam Cato R. R. c. 3 *Si tempori facies.* Et Gell. 2, 27 *Quin potius vicinos nostros oramus, ut assint cras tempori ad metendum*: *Tempori* adverbialiter, ut *vesperi* per ablativum antiquum. Sed & *tempore* similiter absolute dicimus advertbii loco: Horat. 1 sat. 5, 47 *Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.* Donatus ad Ter. Andr. 4, 5, 19 VENI IN TEMPORE, *id est, opportune. Nos sine præpositione dicimus*, TEMPORE, TEMPORI. conf. Plaut. Epid. 3, 3, 25. Ovid. Her. 4, 109. Drakenb. ad Sil. 11, 8, & Liv. 8, 7. Cato in distichis: *Utilitas opibus præponi tempore debet*, nach gelegenheit der zeit; idem ac in *loco*. Sed & *Temperi* pro mature, ab antiquo *tempus*, *temperis* invenitur apud Plaut. Persa 5, 1, 16; & Trin. 4, 2, 66. Hinc

¶ Tempŏrius, (Temperius) comparative pro citius, celerius, eher, Colum. 2, 18; & 8, 4. Etiam auctor vitæ Terentii Suetonio tributæ: *Temporius discumbere*, zeitlicher speisen. Et, *Temporius quieti recedere*, Apul. Met. 9 p. 229, zeitlicher zu bette gehen. Vet. Gloss. *Temporius*, ἐνωρότερον. v. Manut. in Epist. 9, 16. Ita, *Masculus temporius effingitur*, Tertull. de Anima c. 36. Sed & Cic. fam. 9, 16 *Temperius fiat.* Et Pallad. Febr. 1, 21 *Rosam temperius habere.* Contra Ovid. Met. 4, 198 *Modo temporius, modo serius.*

¶ Tempŏrālis, *e*, zeitlich, eine zeitlang; ut, *Caussa temporalis*, Sen. Qu. Nat. 7, 29. *Temporalis vocis orbatio*, Tertull. de Idolol. c. 23, i. e. ad tempus. Et Gloss. Vet. *Temporalis*, ὀλιγοχρόνιος. Onomast. Vet. *Temporale*, πρόσκαιρον. Tac. Agric. 46, 2 *Temporalibus laudibus decorare.* conf. Quintil. 6, 2; Dig. l. 50 de minorib. & l. 3 de Except. præscr. præjud. & l. 2 § 7 de judiciis. Macrob. in So. Scip. 1, 12. Et Lactant. 7, 10 *Vitia omnia temporalia sunt*; *ad præsens enim commoventur.* Et sub fin. *Vt vita hæc temporalis est, certosque terminus habet*; *sic & mors æque temporalis est, certumque habet finem.* ¶ 2. Sensu grammatico apud Varronem L. L. 9, 1 extr. *Declinatuum species una dicitur temporalis.* Sic, *Temporale nomen*, e. g. *mensis, annus*, apud Priscian. 2 p. 581. ¶ 3. *Venæ temporales*, apud Vegetium 2, 16, die adern am schlaff.

¶ Tempŏrāliter, adv. idem. *Lex temporaliter observata*, Tertull. adv. Judæos c. 2, hoc est, ad tempus. Sed, *Temporaliter mori*, Paulino Nolano epist. 23, 15 est, mortem hujus vitæ subire, zeitlichen tod sterben. conf. Saresb. 2, 2.

¶ Tempŏrālitas, *ātis*, f. recens ætas, vel temporis ratio, die zeitlichkeit. Tertull. de Pallio c. 1 *Si quid conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit.* Id. de Resurr. carn. c. 6 *Vita transferatur a temporalitate in æternitatem.* Et Philastr. Hæres. 71 *Temporalitatem suam abscondere.*

¶ Tempŏrāneus, *a, um*, frühzeitig. Vulg. Int. Iac. 5, 7 *Patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum.* Et August. Confess. 13, 18 *Erumpat temporanea lux nostra*; Nisi forte *temporaria* legendum.

¶ Tempŏrārius, *a, um*, ad tempus durans, eine zeitlang dauernd, vergänglich. Qualia opera ab Ædilibus aliquando Romæ exstructa: v. Plin. 34, 7. Suet. Cæs. c. 10. Sic, *Temporarium & subitum est*, Plin. Paneg. c. 91. *Rana temporaria.* v. *Rana. Temporaria sedes*, i. e. instabilis, Apul. Met. 7 p. 190. ¶ 2. *Temporaria ingenia*, quæ se aptant ad tempora vertuntque, quæ pro temporibus se gerunt, sive quæ *semper ex ancipiti mutatione temporum pendent*, ut Curtius describit 4, 1, 27, wettermendisch, unbeständig. Cujusmodi hominem in Pompejo Strabone Vellejus 2, 21, 2; & in Gildone Claudianus depingit de B. Gild. v. 249. Iidem *in speculis esse* dicuntur, v. *Specula.* Idem Curt. 4, 5, 11 *Vt sunt Græcorum temporaria ingenia.* Sic, *Temporarias amicitias* Seneca dixit epist. 9, quæ desinunt, ubi probantur. *Liberalitas temporaria & callida*, quæ temporibus & fortunæ servit, Nep. 25, 11, 3. Adi Bœclerum ad Vellej. 2, 21, 2.

¶ Temporarie, adverb. idem. Salvian. 7 Gubern. Dei p. 290, ubi *Temporarie submovere*, & *facere ut penitus non sit*, opponuntur. Vius etiam est lib. 5 p. 179 *Temporarie attribuitur.*

¶ Tempŏro, *are*, idem quod *temperare.* Tertull. de Resurrect. carn. c. 61 *Accepisti dentes ad pulsus linguæ temporandos.* Vitatius *Tempero*, de quo supra.

¶ Tempŏratim, adverb. i. e. pro temporis ratione, der zeit nach; ut, *Temporatim vestire*, Tertull. de Pallio c. 2. *Per nativitates nominatim temporatimque digerere*, Id. de Anima c. 28.

¶ Tempestas, *ātis*, f. pro *tempore* aliquando usurpatur, die zeit. Sallust. Iug. c. 8 *Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi, ignobiles*, hoc est, eo tempore. Ita & Tacitus imitator Sallustii, & Curt. non semel. Propert. 4, 10 pr. *Amphitryoniades qua tempestate juvencos Egerat a flaviis, ô Erythea, tuis.* Liv. 1, 5 pr. *Multis ante tempestatibus.* Rursus Sallust. Iug. c. 96, 1 *Solertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est*, in kurzer zeit. ¶ 2. Post illam significationem vocabulum μέσον est, gut und böse wetter. Virg. Æn. 9, 20 *Vnde esse tam clara repente Tempestas? Sic, Deus & certa tempestas*, Cic. ad Qu. frat. 2, 2, gut und beständig wetter. Virg. Æn. 9, 19 *Tempestates sitæ & fortuitæ*: Idem 18, 28 *Duo genera cælestis injuriæ meminisse debemus: unum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ &c.* ungewitter, ungestümigkeit. Cic. Nat. D. 3, 20 *tempestates* interpretatur *imbres, nimbos, procellas, turbines*, Idem in Verr. 5, 10 *Turbulenta tempestas.* Cels. 2, 1 *Ex tempestatibus vero optime æquales sunt, sive frigidæ, sive calidæ: pessimæ, quæ variant maxime, quo fit, ut autumnus plurimos opprimat.* Hinc, *Tempestas sparsa*, heftig wetter, Cic. ep. Non. 4, 425. *Tempestas placida, violenta*, Gell. 14, 1. *Nactus tam lubidam tempestatem*, ungestümm wetter, Cæs. B. Civ. 2, 22. De tonitrubus usus Sueton. est Aug. c. 90 *Tonitrua & fulgura paulo impensius expavescebat: ut semper & ubi pus pellem vituli marini circumferret pro remedio, atque ad omnem majoris tempestatis suspicionem in abditum & concameratum locum se reciperet.* Cic. Att. 2, 21 *Fuisset ita, si homines transitum tempestatis exspectare potuissent*, bis das sturm-wetter vorüber gezogen. Loquitur autem de perturbato statu reipubl. metaphorice perinde ac in his: *Procella, turbo & tempestas pacis*, pro Domo sua c. 3. Et, *Seditionum ac discordiarum tempestas*, pro Sextio c. 20. *Tempestas invidiæ nobis impendet*, Id. Catil. 1, 9. Liv. 3, 38. *Invidium, pericula, & omnes tempestates subire*, Cic. fam. 15, 15. Et Horat. 1 epist. 15, 31 *Pernicies & tempestas barathrumque macelli.* ¶ 3. *Tempestas* Romæ inter Deos habita fuit & consecrata. v. Ovid. Fast. 6, 193. Add. Selden. de Diis Syr. prol. c. 3. Ejus ædem sacram Romæ in prima regione fuisse, tradit Petr. Victorius. v. Dalechamp. ad Plin. 2, 49. Et nigram ovem immolari solitum, Virg. significat Æn. 3, 120. *Nigrantem Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam*, sc. mactavit. *Hiems* enim tempestas est. Id. Æn. 5, 772 *Tempestatibus agnam Cædere deinde jubet.* v. & Horat. epod. 10 extr.

¶ Tempestivus, *a, um*, quod suo fit tempore, zeitig, bequemlich, zu rechter gelegener zeit; ut, *Mare tempestivum ad navigandum*, Cic. pro L. Manil. c. 12. Idem de Senect. c. 14 *Tempestivis conviviis delectari.* Vulgo autem *tempestiva convivia* sunt, quæ de die fiebant: ut contra *intempestiva*, quæ in multam noctem protrahrentur. Sed nulla sunt *intempestiva* in veterum libris, nisi vitio scribarum. *Tempestivæ convivia* sunt, quæ & ante legitimam cœnæ horam ineuntur, & in multam noctem vel ad sequentem lucem protrahuntur, ut erudite ostendit Salmasius ad Vopisc. fol. 424; Lipf. ad Tac. An. 14 & Grævius præf. in ult. Tom. Thesauri Antiqq. Rom. (inter epp. 67 p. 442). Sic Quintil. Decl. 260 *Ille ductus æqualitate cum sodalibus init paullo tempestiviora convivia.* Curt. 6, 2, 2 *Tempestiva convivia & perpotandi pervigilandique insana libido.* If. tamen Vossius ad Catullum p. 109 scribit, non probat, *tempestiva convivia esse*, quæ solita hora instituerentur. Sed, *Capere fructus tempestivos*, Cic. Off. 2, 4, sunt cito maturi, frühzeitig, reiff. *Tempestiviores fontes*, Gell. 2, 29. *Oleæ tempestivæ*, Cato R. R. c. 58. *Tempestiva vindemia*, Colum. 11, 2. *Tempestivum tempus*, Auson. Lusu 7 Sapient. *Obiter jani atque tempestivi*, Plin. 7, 53. *Tempestivum pueris concedere ludum*, Horat. 2 epist. 2, 142. *Virgo tempestiva viro*, i. e. nubilis, mannbar, Id. 1 od. 23, 12.

¶ Tempestive, adverb. idem; ut, *Fructus tempestive demetere*, Cic. N. D. 2, 62. *Vti versibus Græcis tempestive satis*, Suet. Vesp. c. 23, *Tempestive sepulti*, Ovid. Trist. 4, 10, 81. Compar. *Tempestivius commissari*, Horat. 4 od. 1, 9. Et, *Tempestivius definire aliquid.* Gell. 1, 3.

¶ Tempestivo, adv. idem. Plaut. Truc. 1, 1, 41 *Nostræ ætati tempestivo temperant.*

¶ Tempestīvitas, *ātis*, f. die bequemlichkeit der zeit, die zeitigung, reiffung; ut, *Sua cuique parti ætatis tempestivitas est data*, seine rechte zeit, Cic. de Senect. c. 10. Plin. 10, 34 *Columbæ præparantes tempestivitatem cibo.* conf. Idem 16, 39; & 29, 6. Et Colum. 4, 3 *Prætermissa rei tempestivitas revocari nequit.*

¶ Tempestuōsus, *a, um*, procellosus, ungestümig, stürmisch. Gellius: *Mare sævum ac tempestuosum erat.* Sidon. 4 epist. 6 *Tempestuosi hostium incursus.*

¶ Tempestuose, adverb. idem apud Apulejum.

¶ Tempestus, *a, um*, antique pro *Tempestivus*, apud Festum.

Compositа:

¶ Contempŏrālis, *e*, coætaneus, æqualis, zu gleicher zeit lebend. Tertull. adv. Hermog. c. 6 *Inter contemporales ordo non est.*

¶ Contempŏrāneus, *a, um*, idem. Gell. 19, 14 in lemmate: *Contemporaneos fuisse Cæsari & Ciceroni M. Varronem & P. Nigidium.*

¶ Contempŏro, *are*, zu einer zeit seyn, Tertull. de Resurrect. Carn. c. 45 *Contemporant fœtu, coætanant natu.*

¶ Extempŏrālis, *e*, subitaneus, impræmeditatus, hurtig, aus dem steareiff. Ita *Extemporalis oratio*, Quintil. 4, 1. *Extemporalis rhetor*, Martial. 5 epigr. 54. *Extemporalis facultas*, Suet. Aug. c. 84.

¶ Extemporaliter, adverb. behend; ut, *Extemporaliter scribere*, Sidon. 9 epist. 14.

¶ Extemporalitas, *ātis*, f. facultas ex tempore dicendi scribendique, eine stete fertigkeit. Suet. Tito c. 3 *Latinæ græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poematibus promtus & facilis ad extemporalitatem usque.* In poëtis eam reprehendit Burm. ad Petron. c. 6 p. 28; in candidatis oratoriæ artis ipse Quintil. 2, 4 p. 140.

¶ Extemporāneus, *a, um*, pro *extemporali*, pervulgatum, improbat Voss. de Vit. L. L. 1, 19. Gloss. lat. gr. *Extemporaneum*, ἐμπλέκτον.

¶ Intempŏrālis, *e*, æternus, ewig, Apul. de Philos. mor. pag. 25 *Repente fieri perfectum, & esse quodammodo intemporalem.* Prudent. in Romano v. 316 *Intemporalis ante, quam primus dies.* ¶ 2. Idem ac intempestivus, unzeitig; ut, *Intemporalis somnus*, Cæl. Aurel. Acut. 1, 9, 64.

¶ Intemporaliter, adverb. ausser der zeit. August. de Genesi ad lit. 1, 9 de illo in Creationis historia: ET DIXIT, FIAT LUX &c. *Si verbo sibi coæterno dixit, hoc utique intemporaliter dixit: si*

vero temporaliter dixit, non verbo ſibi coæterno, ſed per aliquam dixit creaturam temporalem. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Intemporaliter adjutoria adhibere*, i. e. importune, zur unzeit.

¶ Intempeſtas, *ātis*, f. das ungewitter: ut, *Cœli intempeſtas*, id eſt, intemperies ſeu injuria, Plin. 18, 6. Optimæ tamen editiones diviſis vocibus *in tempeſtate cœli* præferunt.

¶ Intempeſtus, *a, um*, ungelegen; ut, *Nox intempeſta*, gegen mitternacht, der erſte ſchlaf. vide *Nox*. Cic. Verr. 4, 43 *Repente nocte intempeſta ſervorum armatorum ſit concurſus atque impetus.* conf. Petron. c. 105; & Varr. L. L. 6, 4. ¶ 2. Item, intemperatus, inſalubris, ungeſund. Virgil. Æn. 10, 184 *Intempeſtaque Graviſcæ*, id eſt, ſine temperie & ſalubritate. vide Servium ad h. l.

¶ Intempeſtīvus, *a, um*, unzeitig, ungelegen; ut, *Epiſtola intempeſtiva*, Cic. Att. 4, 14. Et de Amic. c. 6 *Nunquam intempeſtiva, nunquam moleſta eſt amicitia.* Plaut. Moſt. 3, 2, 141 *Intempeſtivos exciſos poſtes* dixit h. e. non ſuo tempore cæſos. Compar. Val. Max. 7, 8, 9 *Quid hoc loco inhoneſtius, aut quid intempeſtivius?*

¶ Intempeſtive, adverb. zur unzeit. Ammian. 18, 6 *Intempeſtive ſcribere.* Id. 23, 11 *Intempeſtive periculum ſubire.* Vlp. l. 9 § ult. Dig. ad Legem Aquil. *Intempeſtive iter facere.* Cic. fam. 11, 16 *Qui ad nos intempeſtive adeunt, moleſti ſæpe ſunt.* Adde Phædr. 3, 20, 12; Colum. præfat. lib. 10 extr. Sen. de Benef. 4, 40; Id. Controv. 1, 1; & 3, 23; Gell. 4, 20.

¶ Intempeſtīviter, aliud adv. idem. Gellius 4, 20 in lemmate: *Qui dixerunt joca quædam intempeſtiviter.*

¶ Intempeſtīvitas, *ātis*, f. die unzeit. Gellius 3, 16 *Octavi menſis* (ad partum) *intempeſtivitas.*

¶ Intempeſtuōſus, *a, um.* Ammian. 24, 3 in MSS. *Abortus vitio fœtus emittit intempeſtuoſos*, rectius *intempeſtivos*, uti in textum recepit cum Lindebrogio Gronovius.

Temulentia, temulentus, &c. vide ante in *Temetum.*

Tenacitas, &c. vide *Teneo*, Tenaſmus, *Teneſmus*, Tendicula, *Tendo.*

TENDO, *tĕtendi, tenſum*, & *tentum, tendĕre*, ſtrecken, ausſtrecken, ſpannen, ausſpannen, ausdehnen; ut, *Tendunt vela noti*, Virg. Æn. 3, 268. *Non rete accipitri tenditur*, Ter. Phorm. 2, 2, 16. *Tendere inſidias*, Salluſt. Cat. c. 27. Et Cic. Off. 3, 17 *Tendere plagas*, jägergarn aufſtellen. *Ultra legem tendere opus*, leſtiva metaphora Horat. 2 ſat. 1 pr. weiter, als ſichs gebühret, erſtrecken. *Tendere ad majora*, Quintil. 2, 4 p. 117; & *ad altiora*, Liv. 4, 13, id eſt, conari & adſpirare, ſich bemühen, ſtreben. Cic. ad Brut. ep. 17 *Eo tendit, id agit, ad eum exitum properat.* Et, *Pertinaciter aliquo tendere*, Liv. 37, 53. Sed, *Dubito, an Venuſiam tendam, & ibi exſpectem*, Cic. Att. 16, 5 eſt profecti. Rurſus Liv. 25, 27 *Poſtquam tendere ad ſe Romanas naves vidit.* Virg. Æn. 1, 204 *Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium*; hoc eſt, pergimus. Sic *tendere curſum, gradum*, paſſim apud veteres obvium. v. Drakenb. ad Sil. 10, 73. Colum. 5, 6 *Tendit palmes ſurſum*, es wächſt über ſich in die höhe. *Tendere manus ſupplices ad aliquem*, Cic. pro Font. c. 17; & *ad cœlum*, Virg. Æn. 3, 176; *ad Deos*, Tac. An. 12, 65, 5, die hände aufheben, um gnade bitten. ¶ 2. Eſt & militare verbum, & abſolute ponitur pro tentoria figere, ſive etiam habere, ſich lagern. Nam plena oratio apud Cæſ. eſt B. Civ. 3, 82 *Ut qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui non haberent facultatem.* Virg. Æn. 2, 29 *Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles.* Curt. 3, 8, 18 *Cum incondita multitudo maxime propter jumenta laxius tenderet.* Et 7, 2, 37 *Hanc ſeorſum cohortem tendere ignominiæ cauſſa jubet.* Idem 10, 7, 20 *Tendere in campis.* Suet. in Galba c. 12 *Germanorum cohortem remiſit in patriam, quaſi Cn. Dolabellæ, juxta cujus hortos tendebat, proniorem.* Sæpe Tacitus ita uſus hoc verbo e. g. An. 1, 39, 4; & Hiſt. 4, 50, 5; v. & Lindebrog. ad Ammian. p. 8. Sic, *Tendere ad aliquem*, auf einen losgehen, Vellej. 2, 70, 2. ¶ 3. Pro *contendere* etiam ponitur haud raro, ſich bemühen, trachten. Horat. 1 epiſt. 19, 16 *Tenditque diſertus haberi.* Ter. Eun. 4, 1, 12 *Miles tendere inde ad jurgium*: Vbi Donatus: *Proprie dixit* tendere: *quod ſignificat pertinacem contentionem.* Virg. Æn. 12, 553 *Vaſto certamine tendunt.* Calpur. ecl. 6, 89 *Quid furitis? quæ vos inſania tendere juſſit*, ad rixantes vox arbitri.

¶ Tendens, *tis.* Virg. Æn. 1, 197 *Duplices tendens ad ſidera palmas.* Ibid. v. 491 *Tendens manus inermes.* Tac. Hiſt. 1, 13, 2 *Diſcordes & ſibi quisque tendentes*, deren jeder ſeinen kopff vor ſich hat. *Contra tendens, Tendens adverſum*, ſich zur wehr ſtellend, Idem Ann. 4, 3, 2; & Virg. Æn. 6, 634. *Agmen curſu ad eum tendentium*, der ſpornſtreichs anmarſchirenden, Vellej. 2, 70, 2. *Feſtinatio exercitus in Indiam tendentis*, Curt. 8, 2, 27. *Nunquam idem ac unum tendentes*, deren immer einer hier, der andere dort hinaus will, Id. 9, 9, 14.

¶ Tentus, *a, um*, geſpannt, ausgeſtreckt; ut, *Pingui tentus omaſo*, id eſt, diſtentus, Horat. 2 ſat. 5, 40. *Tenta cubilia tectaque*, Id. epod. 12, 12, niſi hic malis diſtinguere, ut *Tenta* ſubſtantive accipiatur. Sed, *Tenta ſpiritu præcordia*, Id. epod. 19, 26. *Refert tenta grex ubera*, volle euter, Idem epod. 16, 50. *Tentum cornu*, Ovid. Met. 6, 243. Et, *Mentula tenta*, in Priapejis n. 19 & 75.

¶ Tentum, *i*, n. ſubſt. pro *tentorio*, ein gezelt, Florus 2, 12, 11 Salmaſio emendante, dixit. conf. Horat. Epod. 12, 12. ¶ 2. De membro virili Catull. 81, 6 *Grandia tenta viri.*

¶ Tenſus, *a, um*, idem quod *tentus*, geſpannet, ausgedehnet; ut, *Tenſus arcus*, Ammian. 24, 2; Sidon. 1 ep. 2: & Stat. 3 Silv. 1, 51. *Poplite tenſo*, Id. Theb. 9, 473. Compar. *Tenſior* exſtat in Priapejis 5 & 69.

¶ Tenſio, *ōnis*, f. tendendi actio, die ſpannung. Vitruv. 1, 1 *Brachia, quæ in eas tenſiones includuntur, &c.* conf. Cæl. Aurel. Acut. 3, 2, 7; & Tard. 5, 4, 72. ¶ 2. Morbi eſt genus. Scrib. Largus compoſit. 255 *Tenſio & contractio nervorum*, der krampff, & compoſ. 258 *Præcordiorum tenſio.*

¶ Tenſūra, *æ*, f. idem apud Vegetium 1, 25.

¶ Tendĭcŭla, *æ*, f. ein tamen. *Tendiculæ* ſunt, quibus telas fullones diſtendunt; ut, *Veſtimenta tendiculis diducta*, Sen. Nat. Qu 1 3; Alii: *vidiculis*; vide ſupra *Ridica.* ¶ 2. Item, quibus feræ & aves capiuntur, ſprenckel, ſchlingen, fallſtricke. ¶ 3. Hinc tralate pro fraudibus & deceptione vox ponitur. Cic. pro Cæc. c. 23 *Verborum aucupia & litterarum tendiculas in inviduam vocant.*

¶ Tendo, *tendōnis & tendĭnis*, m. 3. ὁ τένων, eine flechſe, ſehne; item, haarfeſt oder haarwachs. Adi Medicos.

¶ Tendor, *ōris*, i. e. extenſio, die ausdehnung. Apul. Met. 4 p. 153 *Tantum tendore & corporis laſſitudine defetigari.*

¶ Tentīgo, *ĭnis*, f. idem, Gr. ὀργιασμός. Eſt πάθος naturæ virilis apud Iuvenal. 6, 128; Horat. 1 ſat. 2, 118; & Priapejorum auctorem n. 22 & 32. conf. Lactant. 2, 4, 2; & Cæl. Aurel. Acut. 3, 18, 182.

¶ Tentōrius, *a, um*, zum ausſpannen dienlich; ut, *Pelles tentoriæ*, i. e. quibus tentoria faciunt, Trebell. Claud. c. 14.

¶ Tentōrium, *i*, n. ſubſt. tabernaculum in caſtris, quo ſe milites defendunt ab injuria cœli, ein zelt, gezelt; ut, *Ponere tentoria*, zelte aufſchlagen, Ovid. Faſt. 3, 527. conf. Id. Met. 8, 43; & 13, 249. Sic Lucan. 1, 396 *Tentoria fixa.* conf. Tac. An. 1, 17, 4; & Sidon. 4 epiſt. 8.

¶ Tentoriŏlum, *i*, n. dimin. ut, *Ex veſtimentis tentoriola facta*, Hirt. de B. Afric. c. 47.

¶ Tento, *are*, frequentativum, fit a *Teneo* & a *Tendo*: multo commodius ergo habebimus infra ſeorſum cum derivatis & compoſitis ſuis.

¶ Tentipellium, *i*, n. genus calceamenti ferratum, quo pelles extenduntur. v. Afran. apud Feſtum. ¶ 2. Titinnium ait Verrius & cum eo Feſtus, exiſtimare, id medicamentum eſſe, quo rugæ extenduntur. Gloſſ. lat. gr. *Tentipellium, φάσμακον πρὸς ῥυτίδας.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Attendo, *tendi, tentum, tendĕre*, in quo verbo ſemper ſubintelligi oportet, animum, aufmercken. Ter. Hec. 2, 2, 23 *Poſtquam attendi magis.* Et in Hec. prol. v. 28 *Attendite æquo animo*, mercket auf. *Audi atque attende*, Cic. pro Planc. c. 41. *Paullo diligentius attendere*, Id. fam. 3, 7. Plin. 7 epiſt. 33 *Nerva privatus quoque attendebat his, quæ reſte in publico fierent.* Et, *Attendere juri, eloquentiæ*, id eſt, ſtudere, Suet. in Galba c. 5; & Calig. c. 53. ¶ 2. Cum accuſativo: *Illud attendimus, quam inconſtanter loquamur*, Cic. Acad. 4, 17. Et, *Attendo te ſtudioſe*, de Fin. 3, 12. Id. in Orat. c. 56 *Non attendimus nosmet ipſos.* Plene dixit Ter. Phorm. 5, 7, 28 *Ita animum cœpi attendere.* Et, *Attendere animos ad ea, quæ conſequuntur*, Cic. de L. Agrar. 2, 15.

¶ Attendens, *tis.* Cic. Tuſc. 4, 32 *Satis eſt attendentem penitius videre.* Plin. Paneg. c. 65 *Iurat in legem attendentibus Diis*: *Nam cui magis quam Cæſari attendant.* Sil. 8, 590 *Nullo attendente Deorum votis.*

¶ Attentus, *a, um*, aufmerckſam, geſtiſſen; ut, *Animo attento tueri*, Cic. Fin. 1, 17 extr. *Facere auditores attentos*, Auct. ad Herenn. 1, 4. Et, *Auditorem attentum ſe præbere*, Cic. Nat. D. 3, 1. Compar. Quintil. 5, 4 *Attentior circa aliquid.* Superl. Cic. de Orat. 3, 5 *Tempus meridianum in acerrima atque attentiſſima cogitatione poſuiſſe.* ¶ 2. *Attentus* eſt frugi, parcus, diligens, genau, karg, geitzig. Horat. 1 epiſt. 7, 91 *Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris Eſſe mihi: Attentus* nimirum *ad rem.* Integra locutio eſt apud Ter. Adelph. 5, 3, 48 *Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt.* Et 5, 8, 30 *Vitium commune omnium eſt, quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus.* Cic. pro Roſc. Am. c. 15 *Temenne hæc attenta vita & ruſticana relegatio, atque amandatio appellabitur?*

¶ Attente, adverb. mit fleiß, aufmerckſam; ut, *Audire attente*, Cic. pro Cælio c. 11. Et Ter. Heaut. 1, 1, 14 *Ita attente illorum officia fungere.* Et, *Attentius cuſtodire quem*, Plin. 3 epiſt. 16. *Spectare attentius*, Horat. 2 epiſt. 1, 197. Et, *Attentiſſime audire*, Cic. de Orat. 2, 89.

¶ Attentio, *ōnis*, f. die aufmerckſamkeit; ut, *Attentio animi*, Cic. de Orat. 2, 35.

¶ Inattentus, *a, um*, unaufmercksam. Hinc

¶ Inattente, adverb. idem. Ammian. 30, 8 *Ad pavores irritos abjectius pallens, & quod nusquam erat, inattente formidans.*

¶ Perattentus, *a, um*, ſehr aufmercksam. Cic. in Verr. 3, 5 pr. *Superiori oratione perattentos veſtros animos habuimus.*

¶ Perattente, adv. idem. Cic. pro Cælio c. 11 pr. *Audiri perattente.*

Attento, *are*, vide infra in *Tento.*

¶ Contendo, *di, tum, ĕre*, idem quod *intendere*, ſpannen, aufziehen; ut, *Contendere atque adducere arcum, baliſtam, tormenta.* Sic Cic. Tuſc. 2, 24 *Baliſtæ & reliqua tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius.* ¶ 2. Sed, *Contendere ad ædes: Contendit Romam, in Ægyptum* eſt ire, proficiſci, reiſen, trachten: Sic, *Magnis itineribus in Italiam contendit*, Cæſ. B. Gall. 1, 10. *Ad ſummam laudem gloriamque contendere*, Cic. Phil. 14, 12, nach lob und ruhm ſtreben. *Contendere animo, labore, omnibus viribus*, ſich bemühen, Idem paſſim. Id. pro Ligario c. 3 *Quantum potero, voce contendam, ut hoc populus Rom. exaudiat*, ich will ruffen ſo ſehr ich kan. ¶ 3. *Contendere aliquid ab aliquo*, ernſtlich bitten, darum anhalten; ut, *Verecundius ab aliquo, ſi quæ res petenda eſt, contendere*, Cic. fam. 2, 6. Et, *Omni ſtudio a te contendo*, Cic. ad Brut. epiſt. 14. Et, *Pompejus a me valde contendit de reditu in gratiam*, ad Qu. frat. 3, 1, 5. Cic. Verr. 2, 53, 1 *Itaque is magiſtratus ſumma ambitione a populo contenditur*, h. e. petitur. ¶ 4. *Contendere adverſus aliquem*, Anton. Cic. ad Att. 14, 13, ſtreiten, kämpfen, zancken, hadern. Cic. Off. 1, 31 *Contra naturam univerſum nihil contendamus.* Sic, *Armis cum aliquo contendere*, Id. Att. 7, 9. Et, *Verbis inter ſe contendere, non pugnis*, Idem Paradoxo 3. *Lite de re aliqua contendere*, Quintil. 3, 4. Et, *Contendere ſummo jure cum*

aliquo, Cic. Art. 16, 15, auf das schärfste mit einem rechten. *Pedibus, cursu, muneribus, versibus alternis, ludo cum aliquo contendere*, id est, certare, um die wette laufen, spendiren, verse machen. Sic Ovid. Met. 10, 570 de Atalanta: *Pedibus contendite mecum.* Virg. Æn. 6, 643 *Contendunt ludo, & fulva luctantur arena.* Et eclog. 7, 18 *Alternis contendite versibus ambo.* Et, *Causſa contendit cum cujus*, Cic. pro Quintio c. 30. ¶ 5. Interdum est affirmare, asseverare, vorgeben, behaupten, betheuren. Nep. 2, 7, 2 *Ad ephoros accessit, atque apud eos contendit, &c.* Et 25, 12, 4 *Vere videor posse contendere.* conf. 1, 8, 1. Tac. Orat. 15, 1 *Cum neminem hoc tempore oratorem esse contenderes.* Ibid. 8, 1 *Contendere ausim*, ich wolte wetten. ¶ 6. Significat & comparare, inter se conferre, gegen einander halten. Cic. Catil. 2, 11 *Si ipsas causſis contendere velimus.* Et pro Rosc. Am. c. 33 *Quidquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra contendito. Ita facillime causſa S. Roscii cum tua conferetur.* Tac. An. 13, 3, 4 *Contendere vetera & præsentia.*

¶ Contentus, *a, um*, cujus contrarium est *remissus, laxus*, gespannet, angestrengt: ut, *Contento studio cursuque*, Cic. pro Sext. c. 6. *Jam contentus, jam laxus funis*, Horat. 2 sat. 7, 20 *Contentus arcus*, Ovid. Met. 6, 256. vid. Burm. ad A. A. 2, 191. *Contenti oculi*, starre augen, Suet. Tib. c. 7. *Aut rapax aut feritate contentior*, Ammian. 23, 11. Et, *Contentissima voce clamitare*, Apul. 4 Milet. p. 147. Sed ¶ 2. *Contentus*, vergnügt, quære infra in *Teneo*.

¶ Contente, adverb. enge, strenge; ut, *Contente arcteque aliquem habere*, Plaut. Asin. 1, 1, 64. *Socrates cum usque ad vesperum contentius ambularet*, als er etwas starck spatzierete, Cic. Tusc. 2, 24. Et 5, 34 *Plaga missa est contentius. Contentissime clamitare*, Apul. 1 Florid. p. 345, aus allen kräfften.

¶ Contentio, *ōnis*, f. conatus, die bemühung, anstrengung; ut, *Contentio animi, vocis, viriam*, die dranstreckung. *Oratio non magnæ in dicendo contentionis*, hoc est, quæ non intendit vehementer, & ferit aures, Cic. pro Cluent. c. 1. ¶ 2. Sed, *Contentio est inter aliquos de possessione*, Cic. Acad. 4, 43, id est, concertatio, lis, ein streit, gezänck. *Multæ magnaque contentiones cum aliquo mihi sunt*, Idem Phil. 2 extr. Liv. 4, 6 extr. *Contentio libertatis dignitatisque.* Id. pro Sext. c. 27 *Antiochus magna belli contentione terra marique superatus*, i. e. bello acerrimo. Et, *Res venit in contentionem*, Idem pro Quint. c. 6, es wird streitig. *Inter prætores magna fuit contentio, utrum manibus se defenderent, &c.* id est, acris & ambigua deliberatio, Nepos 1, 4, 4. Cæl. Cic. ad Att. 10, 8 *Neque tutius neque honestius reperies quicquam, quam ab omni contentione abesse.* vide *Abjum.* Liv. 10, 23 *Brevis altercatio ex iracundia mulierbri in contentionem animorum exarsit.* ¶ 3. Ejusmodi *contentionem*, Homerus scripsit, sororem esse & sociam Martis homicidæ lib. 4 Iliad. v. 440 Ἔρις ἀμείτον μεμαυῖα, κασιγνήτη ἑτάρη τε; hoc est, *Contento insatiabiliter furens Martis homicida soror sociaque.* ¶ 4. *Contentio*, schema rhetoricum, quod ἀντίθετον & ἀντίθεσιν Græci vocant: Latini *Contrarium*, cum verbis sc. contrariis oratio concluditur; ut, *Qui in sermonibus & conventu amicorum verum dicere vix quam, eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum?* v. Aut. ad Herenn. 4, 15, 18 & 45.

¶ Contentiōsus, *a, um*, zänckisch; ut, *Oratio contentiosa*, Plin. 2 epist. 19. *Iarisdictio contentiosa*, l. 2 Dig. de Off. proconf. *Contentiosa mendacitas*, Quint. Decl. 5, 7 p. 104. Compar. Argum. epist. 174 *Quid est contentiosius, quam ubi de re constat, ce tare de nomine?*

¶ Contentiōse, adverb. pertinaciter, eifrig. Hieron. adv. Iovin. 2, 10 *Quod si quis contentiose dixerit &c.* Idem epist. 135 ad Sunniam & Fretulam: *Plerique babonem* (Psalm. 102) *contentiose sigmatizare putant.* Et epist. 126 ad Damasum quæst. 2 *Aquila non contentiosius, ut quidam putant, sed studiosius verbum ad verbum interpretatur.* Sed & Quintil. Decl. 18 p. 354 *Necesse est contentiosius loquaris, quod probare non possis.* Et August. epist. 10, 4 ad Hieron. *Si quis etiam fastidiosius contentiosius favent.* Idem de Civ. Dei 20, 1 *Contentiosissime defendere moliri.*

Contento, *are*, vide infra in *Tento*.

¶ Incontentus, *a, um*, ungespannt; ut, *Incontentæ fides*, i. e. non contentæ, unaufgezogene saiten, Cic. de Fin. 4, 27.

¶ Detendo, *ĕre*, tentoria fixa refigere, quod profectione instante fieri solet, das zelt wieder wegnehmen. Liv. 41, 3 *Nautici tabernacula detendunt.* Oppositum est *Tendere tabernacula.* Hinc

¶ Detensus, *a, um*, abgespannt. Cæs. B. Civ. 3, 85 *Signo jam profectionis dato, tabernaculisque detensis, animadversum est, &c.*

¶ Distendo, *di, tum, ĕre*, in diversas partes tendere, ausspannen, von einander strecken, sperren; ut, *Ventrem distendere*, Plaut. Cas 4, 1, 19. *Distendere rictum*, Quintil 1, 11. *Copias hostium distendere*, Liv 3, 23. Et Tibull 2, 5, 84 *Distendit spicis horrea plena Ceres.* Et, *Dulci diste idunt nectare cellas*, id est, implent, sie füllen aus, Virg. Æn. 1, 433. Deinde transfertur ad animum: Liv. 25, 40 pr. *Consules diversis itineribus profecti ab urbe, velut in duo pariter bella, distenderant curas hominum.*

¶ Distendens, *tis.* Ovid. Met. 4, 491 *Erinnys vipereis distendens brachia nodis.*

¶ Distentus, *a, um*, ausgespannet; ut, *Distenta ubera*, strotzend, starre ib: Lucret. 1, 259; Horat. epod. 2, 46; Et Virg. eclog 4, 21. Idem ecl 3 *Distentæ lacte capellæ.* Rursus Horat. 1 sat. 1, 110 *Aliena capella gerit distentus uber.* ¶ 2. *Distentus* est occupatus, de quo infra in *Teneo*.

¶ Distentus, *ūs*, m. subst. die ausspannung, ausdehnung. Plinius 8, 38 *Sufflatæ cutis distentu.*

¶ Distentio, *ōnis*, f. idem; ut, *Distentio nervorum*, das spannen der seynen, Celsus 2, 7 & 1, 29.

¶ Distensio, *ōnis*, f. idem. Per S. scriptum apud Augustinum Confess. 11, 23 *Video tempus cuidam esse distensionem*; quæ repetit c. 26; & ibidem c. 29 *Ecce dispensio est vita mea.*

Distento, *are*, vide infra in *Tento*.

¶ Extendo, *di, tum*, & *sum, ĕre*, explicare, prorogare, ausdehnen, ausspannen, ausstrecken; ut, *Extendere agros*, Horat. de Arte poët. v. 208, die grentzen erweitern. *Extendere epistolam*, Plin. 7 epist. 9 fine; sive *Epistolii se extendere*, ut alii legunt. *Extendere preces*, Idem 2 epist. 13 extr. Et, *Famam extendere factis*, Virg. Æn. 10,689, ausbreiten. Horat. 3 od. 3, 45 *Nomen in ultimas Extendat oras.* Pass. *Extendi* v. in Priapeja n. 10. Et Plin. 18, 34 *Solanus in majorem partem noctis extenditur.* conf. Virg. Æn. 6, 423; & Vitruv. 9, 4. Quintil. Decl. 9, 16 p. 205 *Ubi pecunia melius poni potest, quam ubi fœnus honestatis extenditur.* v. Burm. Id. Decl. 3, 13 p. 70 *Ad altiorem gradum honoris extenditur*, i. e. evehitur, ut ostendit Gronov. Observ. 3, 1. v. & Burm.

¶ Extendens, *tis.* Suet. Calig. c. 38 *Exquirens pretia & usque eo extendens.* Curt. 3, 3, 16 *Aquila pinnas extendenti similis.*

¶ Extentus, *a, um*, i. e. longus, lang, ausgedehnt, ausgestreckt. *Profectus itineribus extentis*, Liv. 13, 19 pr. *Extentam cervicem præbere*, Vellej. 2, 70, 2. *Ævo extento vivere*, id est, diu, Horat. 2 od. 2, 5. *Extentum per funem ire*, auf dem seile tantzen, Id. 2 epist. 1, 210. *Extentum brachium*, Cic. de Orat. 2, 59. Superl. Solin. c. 65 *Morari mantichoram nec extentissima spatia possunt.*

¶ Extente, adverb. idem. Compar. Ammianus 23, 7 in balistæ descriptione: *Quadratus eminet stylus extentius.*

¶ Extensus, *a, um*, idem alia forma, quod geminum hujus verbi supinum est. Cic. Acad. Qu. 4, 47 *Extensis digitis adversam manum ostendebat.* Quintil. 11, 3 pag. 1024 *In rebus magnis, lætis, atrocibus manus extensiores sunt.* Liv. 21, 32 *Castra quam extensissima potest valle locat.*

¶ Extense, adverb. idem; ut, *Extensius aliquid disponere*, Tertull. de Idolol. c. 2.

¶ Extensio, f. Extentio, *ōnis*, f. die ausdehnung, ausbreitung. Vitruv. 9, 4 *Radii extentionibus porrecti.*

¶ Extensīvus, *a, um*, das sich ausstrecken läßt. ICti.

Extento, *are*, frequent. vide infra in *Tento*.

¶ Intendo, *di, tum* & *sum, ĕre*, adstringere, extendere, spannen: ut, *Intendere aream*, Virg. Æn. 8, 704. Quam formulam ad metaphoram Cic. transtulit pro Sextio c. 7 *Intendere arcum in aliquem*, i. e. invehi. *Intendere oculos, aciem in aliquid*, est attente inspicere aliquid, nach etwas mit fleiß sehen. Plin. 2 epist. 18, & Cic. Tusc. 4, 17. *Nox se intendit*, es wird nacht. Obsequ. c. 123. *Intendere animum alicui rei*, & *ad aliquid*, sein gemüth auf etwas richten. Liv. in præfat. *Ad illa pro se quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint.* Et Horat. 1 epist. 2, 35. *Si non intendes animum studiis & rebus honestis, invidiâ vel amore vigil torquebere.* Ita, *Intendere animo*, est in animo sibi proponere: Cic. Phil. 10, 4 *Si Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset*, sich vorgenommen, vorgesetzen. Absolute pro contendere Cic. fam 1, 2, ut volunt Grav. & Manut. al. *contendere.* Ter. Andr. 4, 4, 12 *Repudio conflictum, quod primum intenderam.* Sic, *Curas intendere*, Ovid. Pont. 3, 9, 29, gedancken auf etwas legen. *Intendere aures ad verba*, zuhören, Ibid. 4, 4, 36. Et, *Actionem alicui intendere*, einen verklagen. Cic. pro Mil. c. 14 *Diem mihi dixerat, nactam iniquitatem, actionem perditionis intenderat.* Sed, *Hanc se esse intendit*, sie giebt sich vor die aus, Ter. Eun. 3, 3, 19. Liv. 4, 19 pr. *Cum ad impetum Volsci omnibus quocunque se intendissent trepidantes Rom. viderent turmas.* Sallust. Iug. c. 92 *Quem locum Marius summa vi capere intendit.* Id. Iug. 64, 1 *Haruspices dicta eodem intendere vidit, quo cupido animi hortabatur*, h. e. spectare, pertinere. Idem Iug. 74, 1 *Quocunque intenderat*, est quocunque se verterat. Ter. Andr. 2, 2, 6 *Sed ubi quæram? quo nunc primum intendam?* Liv. 34, 29 *Non multum abfuit, quin, quæ intenderant, penetrarent.* ¶ 2. *Intendere*, idem interdum est quod *Augere*, mehren Sall. Iug. 75, 8 *Numidæ, sicut plerique in nova deditione, officia intenderant*, h. e. diligentius præstiterant. Tac. An. 3, 38, 4 *Languescit industria, intenditur discordia.* Liv. 1, 51 *Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt, &c.* Curt. 8, 10 *Adeo spissæ intendere se nubes, ut conderent lucem.*

¶ Intendens, *tis.* Cic. Nat. D. 1, 20 *In magnitudinem regionum se injiciens animus & intendens late longeque peregrinatur.* Sic, *Intendens palmas, manus, brachia*, Ovid Met. 6, 533; 8, 107; & 10, 58. *Vespera intendente*, bey anbrechendem abend, Ammian. 31, 11.

¶ Intentus, *a, um*, gespannet; item, aufmercksam, achtsam; ut, *Cithara nervis intenta*, Quintil. 2, 8 extr. mit saiten bezogen. *Animus intentus cogitatione & cura*, Cic. de Orat. 2, 15. *Animus ad aliquid intentus*, Id. Phil. 11, 9. Et Virg. Æn. 5, 137 *Intenti exspectant signum.* Sall. Iug. 46, 5 *Intento atque infesto exercitu in Numidiam procedit.* Ita sæpius. Compar. *Sermo intentior*, id est, vehementior, Cic. de Orat. 1, 60. *Intentior struendæ fraudi*, Liv. 23, 35. Et, *Intentissima conquisitio*, Id. 29, 35. *Intentissima custodia*, Sen. epist. 70.

¶ Intensus, *a, um*, altera forma, idem; ut, *Mens in imagines intensa*, mit fleiß darauf gerichtet, Cic. Nat. D. 1, 20. Sic etiam per gradus movetur. Sen. de Ira 2, 35 *Intensior impetus, rupturus se nisi eruperit*, heffriger. Nazarius Paneg. Constantini c. 23 *Virtus in parvis prope ad securitatem remissa: in mediocribus modice intensior: ubi magna venerunt, juxta magnitudinem exantlandi operis erigitur.* Et Augustinus epist. 56 *Intensissimam aurem præbere.* Idem de Morib. eccles. cathol. c. 31 *Intensissima in Deum vita.*

¶ Intente, adverb. diligenter, mit fleiß; ut, *Intente ac modeste aliquem audire*, Quintil, 2, 2. Compar. *Quæ multo intentius petimus in vita*, Aut. ad Herenn. 4, 56. *Intentius custodire locum*, Liv. 25, 23. Et, *Intentius se excusare*, Tac. An. 3, 35. Superl. August. d. l. de Morib.

Morib. eccleſ. cathol. c. 19 *Curioſiſſime intenſiſſimeque perquire.* Et Lamprid. Elagab. c. 14 *Exſpectatus intenſiſſime.*

¶ Intentus, *ûs*, ſubſt. expanſio, die aufreckung, erhebung. Cic. pro P. Sext. c. 55 *Voces & palmarum intentus & maledictorum clamorem omnes profuderunt.*

¶ Intentio, *ōnis*, f. die ſpannung, ausdehnung, anſtrengung; ut, *Nervorum intentio*, Colum. 6, 6 *Intentio vocis*, Quintil. 1, [illegible], die erhebung der ſtimme. Et, *Intentio animi*, cui contraria eſt *remiſſio* ſeu *relaxatio*, Cic. Tuſc. 2, 23. Plin. Paneg. Trajani c. 78 *Hæc nempe intentio tua, ut libertatem revoces & reducas:* præceſſit: *optimum quemque niti & contendere decet.* Sic, *Acris judicis intentio*, Quintil. 8, 2 *Intentio operis*, Idem 10, 3. Et Cic. de Invent. 2, 14 *Animus hac intentione omnes totius negotii partes conſiderabit*, h. e. attentione, ſtudio. Ita *curam & intentionem* jungit Plin. 2, 10. Pallad. Sept. t. 10 *Locus ſumma intentione ſervetur intactus*, mit gröſter behutſamkeit. Itaque nec in his, nec forte in aliis, ab optimæ quidem notæ ſcriptoribus intentio pro voluntate aut fine adeo propoſito adhibetur, quod hodie totus occidens *intentionem* vocat. ¶ 2. Item, Harmonia, die ſtimmung. Auctor fragmenti veteris de muſica, quod cum Cenſorino edi conſuevit, c. 12 *Organon quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam, & acutam.* Et paullo poſt: *Hanc excepiſſe intentionem Linon, tradunt.* Vbi etiam legas: *Et intentiſſe* (Apollinem) *protinus citharam.*

¶ Intenſio, *ōnis*, f. idem. Publ. Mimus: *Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.* vide *Arcus.* Scrib. Largus Compoſ. 255 *Rigida intenſio oculorum & maxillarum*, eine aufblähung. Multoties leges apud Senecam Qu. Nat. 2, 6, ubi inter alia: *Quid eſt vox, niſi intenſio aëris? &c.* Adde ibid. 2, 8 & 9; & 7, 1.

Intento, *are*, &c. vide infra in *Tento.*

¶ Superintendo, *ĕre*, aufſicht haben. Hieronym. epiſt. 85 ita vertit Græcum ἐπισκοπεῖν.

¶ Superintendens, *tis*, m. Ita *epiſcopi* nomen latine reddit Auguſt. de C. D. 19, 19. vide *Epiſcopus.*

¶ Obtendo, *di, tum, ĕre*, obducere, fürziehen, bedecken, ausbreiten. Virg. Æn. 10, 82 *Pro vita nemdum & ventos obtendere.* Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 5 *Mentis ſimulationum involueris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur uniuſcujuſque natura; frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur, oratio vero ſæpiſſime.* Et, *Obtendere turpitudini rationem*, urſach vorwenden, hoc eſt, turpe factum ratione excuſare velle, Plin. 8 epiſt. 6. *Velaries nubes atra diem obtendebant*, Tac. Hiſt. 3, 56, 1, ſie verdüſterten den tag.

¶ Obtendens, *tis.* Tac. An. 15, 12, 3 *Diverſas fugæ cauſſas obtendentes.*

¶ Obtentus, *a, um*, fürgezogen, ausgebreitet; ut, *Obtenta denſantur nocte tenebræ*, Virgil. Georg. 1, 248. ¶ 2. Alia notio v. in *Teneo.*

¶ Obtentus, *ûs*, m. ſubſt. die bedeckung, der vorwand. Virg. Æn. 11, 66 *Aliquid obtentu frondis inumbrare.* Gell. 10, 13 *Obtentu philoſophiæ inutile otium ſequi.* Salluſt. in Orat. Lepidi in Fragm. c. 6 *Secundæ res nitere ſunt vitiis obtentui*, id eſt, prætextui, das glück bedecket und beſchönet die laſter. Idem de Rep. ordin. 2, 19 *Tarellia obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat.* Ita locutus & Tac. Hiſt. 1, 49, 5. Item An. 1, 10, 1 *Pietatem erga parentem & tempora reipubl. obtentui ſumta.* ¶ 2. Item pro obſtaculo, hinderniß. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 5 *Non terror extentus eſt nec occultandis, quæ plerumque intrinſecus latent, demorandoque adſpectu oſtentatio ſpecioſa prohibetur.*

¶ Obtenzio, *ōnis*, f. idem. Arnob. lib. 5 p. 181 *Si textus omnis expoſitionis & ſeries obtentionibus allegoricis clauſa ſunt.* Et pag. 182 *Ambifaria obtentione velatus.*

¶ Oſtendo, *di, ſum*, & *tum, ĕre*, eſt ſpeciem ſeu faciem rei demonſtrare, zeigen, erzeigen, anzeigen, weiſen. Cicero, cum verbis *demonſtrare, declarare, proponere, & patefacere*, familiariter conjungere ſolet. Ter. Eun. 5, 3, 5 *Iamne oſtendiſti ſigna nutricis?* Virg. 6, 869 de Marcello: *Oſtendent terris hunc tantum fata, neque ultra Eſſe ſinent.* Idem 8, 263 *Rapinæ cælo oſtenduntur*, de Caci ſpelunca. Sic, *Oſtendere de excelſo locum aliquem*, Cic. Somn. Scip. c. 2. Et Ter. Adelph. 1, 2, 25 *Te plura in hac re peccare oſtendam*, ich will beweiſen. *Virum ſe oſtendere*, Idem Eun. 2, 3, 15. Et, *Oſtendere ſpem*, Phorm. 5, 4, 7, id eſt, præbere, exhibere, probare. Sic, *Imperatorem oſtendere*, Suet. Calig. c. 43, quod tamen dixit, ut per oſtentationem & aliquam vanæ gloriæ captationem id feciſſe ſignificet. Ita Phædrus 1, 14, 9 *Dum vult vocem oſtendere*, da er ſich will hören laſſen. ¶ 2. Exponere notat, declarare, narrare, teſtari, darthun, darſtellen. Nepos 16, 5, 1 *Sicut oſtendimus*, id eſt, narravimus ſupra. Idem 17, 1, 5 *Vt oſtendimus ſupra.* Et 7, 6, 4 *Nemo tam ferus fuit, quin inimicum his ſe oſtenderit, quorum opera patria pulſus fuerat.* ¶ 3. *Oſtendere* etiam eſt docere, ſignificare, lehren, anzeigen. Horat. 1 epiſt. 19, 23 *Parios ego primus Iambos Oſtendi Latio.* Ter. Eun. 5, 9, 59 *Poſtquam ei mores oſtendi tuos & collaudavi ſecundum facta & virtutes tuas.* Cæſ. B. C. 1, 6 *Pompejus eadem illa, quæ per Scipionem oſtenderat, agit.* Et 2, 20 extr. *Quod ubique frumenti habebat, oſtendit.* Cic. fam. 5, 19 *Quod mihi oſtenderas in quibusdam litteris.* ¶ 4. Recentiores ſcriptores *Oſtendere* aliquando pro facere, reddere, ut Græci φαίνειν, item ἀποδεικνύειν, pro ποιεῖν, uſurparunt. Imper. præfat. Inſtitut. *Vosmet ipſos ſic eruditos oſtendite.* Vide Caſaub. ad Theocrit. c. 9, itemque in Hiſtor. Auguſt. ad Lampridii Commodum c. 1 & ad Capitolini Maximinos c. 10.

¶ Oſtendens, *tis.* Nepos 10, 4, 1 *Navem ei dedit, oſtendens ſe id utriusque facere cauſſa.* Ovid. Met. 3, 724 *Trunca oſtendens corpora.* Et 13, 512 *Me matribus oſtendens Ithacis.*

¶ Oſtenſus, *a, um*, gezeigt, gewieſen; ut, *Spes oſtenſa*, Ter. Phorm. 5, 4, 7. *Cædes oſtenſa*, Lucan. 2, 192.

¶ Oſtenſio, *ōnis*, f. die erweiſung. Vulg. Int. Rom. c. 3, 25 *Ad oſtenſionem juſtitiæ*; εἰς ἔνδειξιν, græce. Sic, *Facinus inſtaurare in ea oſtenſione*, Apul. Met. 3 p. 133; al. *offenſione.* ¶ 2. Pro φαντασίᾳ, pompa, paratu, & quidquid oſtentari ſolet, die pracht. v. Salmaſ. in Lamprid. Alex. c. 33. Cyprian. 1 epiſt. 2 *Creberis atque aſſiduis oſtenſionibus admonemur*; i. e. oſtentis.

¶ Oſtenſiōnālis, *e*, zur pracht dienend; ut, *Oſtenſionales milites*, qui ad obſequium principum diebus feſtis & ſolemnibus proceſſionibus ſoliti convenire, die die parade machen müſſen. Lamprid. in Alex. c. 33, & ibi Caſaub.

¶ Oſtenſor, *ōris*, m. qui oſtendit. Tertull. Apol. c. 11 *Lucullus qui cerafa ex ponto Italiæ promulgavit, novæ frugis auctor, quia inventor & oſtenſor.*

¶ Oſtentrix, *icis*, f. Hanc vocem reperit Barthius in vetuſtiſſimo codice pro *Inventrix* in Statii Theb. 5, 705 *Grati oſtentrix fluminis.*

¶ Oſtentus, *a, um*, ex altera ſupini forma, i. e. obtentus vel expoſitus, dargeſtellt, aufgewieſen; ut, *Ager ſoli oſtentus*, Cato R. R. c. 6; & Varro R. R. 1, 24 *Locus optimus vino & oſtentus ſoli*, Idem Varro 1, 25. Et, *In ipſo tempore oſtentus ſenex*, Pacuv. apud Feſtum.

¶ Oſtentus, *ui*, m. ſubſt. die weiſung; ut, *Oſtentui eſſe*, quod vulgo dicunt irriſioni & ſpectaculo eſſe. Salluſt. Iug. c. 24 *Quoniam eo natus ſum, ut Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem*, daß man Jugurthæ bosheit an mir ſehen könte. Tac. An. 1, 29, 6 *Corpora extra vallum abjecta oſtentui*, zum ſpectacul. Item An. 12, 14, 6 *Auribus deciſis vivere jubet oſtentui clementiæ ſuæ.* Ibid. 15, 64, 3 *Oſtentui eſſe.* ¶ 2. Pro *obtentu* ſ. prætextu fallaci Sall. Iug. 46, 6 *Illa deditionis ſigna oſtentui credere*, ad fallendum ſcil.

¶ Oſtentum, *i*, n. ſubſt. prodigium, ein geſicht, wunderzeichen. Cic. de Nat. D. 2, 3 *Prædictiones vero & præſentiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ fiant, oſtendi, monſtrari, portendi, ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur?* Id. Verr. 4, 49 *Cum magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur.* Græci φάσιν *oſtentum* dicunt, quod apparet. Differre quidam putant a *portento*, qua voce inuſitata complectimur prodigia, nata in terra aut aquis, ut, ſi vel aqua in ſanguinem miraculoſe convertitur, vel ſanguine, igne aut frumenti pluit. *Monſtra*, prodigioſi ſunt partus hominum vel animalium, dicta vel a *monendo*, vel, ut Cicero maluit, a *monſtrando.* At *Prodigium* generale eſt vocabulum, dictum quaſi *prædicium* de Ciceronis ſententia, ſeu, ut aliis placet, quod *prodigatur divinitus*, hoc eſt, propellatur indicendis futuris & conſecuturis rebus. Vide de his omnibus traditionem eruditam in Peuceri Divinationibus, loco ultimo de *Teratoſcopia.*

¶ Oſtentĭfer, *a, um*, vet. Onomaſt. *Oſtentiferam*, τερατώδες.

¶ Oſtentārius, *i*, m. τερατόσκοτος, oſtentorum interpres, ein zeichendeuter; ut, *Oſtentarius Thuſcus*, Macrob. Sat 3, 7.

Oſtento, *āre*, frequent. vide infra in *Tento.*

¶ Præoſtendo, *ĕre*, vorher weiſen, unde

¶ Præoſtenſus, *a, um*, vorher gewieſen. Tertull. adv. Iudæos c. 5 pr. *Præoſtenſa ſacrificia.* Ambroſ. de Divinitate Filii c. 6 extr. *Significationes præoſtenſæ.*

¶ Suboſtendo, *ĕre*, eſt aliquantulum vel ſimul oſtendere, in etwas oder zugleich weiſen. Tertull. de Anima c. 12 *Animam inſpexiſſem ſuggeſtionis* Id. adv. Marc. 4, 8 *Videtur per occaſionem ſuboſtenſe.* conf. Id. adv. Hermog. c. 37; & adv. Valentin. c. 1.

¶ Suboſtenſus, *a, um*, zugleich gewieſen. Idem Tertull. de Baptiſmo 19 *Spes adventus domini ſuboſtenſa.*

¶ Pertendo, *ĕre*, prorſus extendere, ausſtrecken. Sed metaphorice fere adhibetur. Ter. Heaut. 5, 5, 9 *Hinc non licere, ut cœperam, hoc pertendere*, hoc eſt, perſequi & ad finem perducere, hinaus führen, zu werke ſtellen. Liv. 5, 8 *Pars maxima atque ipſe Sergius Romam pertenderunt*, id eſt, recta profecti ſunt, ſie ſind ſtracks fortgereiſet auf Rom zu. Propert. 2, 15, 16 *Quod ſi pertendes, &c.* wenn du fortfährſt. conf. Varr. de L. L. 4, 1.

Pertento. *āre*, vide infra in *Tento.*

¶ Portendo, *di, tum, ĕre*, quaſi *porro* vel *ante tendere*, prædicere, præmonſtrare, andeuten, androhen. Liv. 1, 8 *Regnum portendere*, Cicer. Verr. 4, 49 *Ex oſtentis metus magnorum periculorum portenditur.*

¶ Portentum, *i*, n. ipſa res, quæ forma ac ratione ſua nova & inſolita aut deteſtanda aliquid portendit, ein wunderzeichen, abentheuer. Cic. Divin. 1, 42 *Portenta, oſtenta, monſtra, prodigia dicuntur, quia portendunt, oſtendunt, monſtrant, prædicunt.* Hinc, quicquid communem modum ac rationem excedit, *portentum* appellatur. Ita enormia vitia *portenta* vocat Seneca 5 Controv. præfat. *Multa donanda*, inquit, *ingeniis puto, ſed donanda vitia, non portenta ſunt.* Sic de vitioſiſſimis & ſupra modum omnem corruptis hominibus, ac unde peſſima ac triſtia quæque impendent, eleganter hæc vox uſurpatur. Vt cum Cicero Gabinium & Piſonem *duo reipublicæ portenta ac pæne funera*, de Provinc. conſ. c. 1: itemque Clodium *Fatale portentum prodigiumque reipubl.* in Piſ. c. 4 appellat.

¶ Portentōſus, *a, um*, monſtroſus, inſuetus, mirus, portento ſimilis, vel plenus, wunderſeltſam, abentheuerlich. Cicer. Divin. 2, 28 *An vero illa nos terrent, ſi quando aliqua portentoſa, aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur?* Sic, *Portentoſa mendacia*, Plin. 5, 1. Et Suet. Domit. c. 4 *Ante pedes ejus ſtabat puerulus coccinatus portentoſo parvoque capite.* Gradibus etiam adſurgit: Tertull. de Anima c. 57 *Portentoſiora ſigna.* Adde ibid. c. 32. Sen. epiſt. 87 *Quo quid fieri portentoſius poteſt?* Et abſolute Plin. 24, 17 *Portento-*

tentoſiora tradit. Iterum Sen. epiſt. 114 *Oratio portentoſiſſima.* Et Plin. 36, 13 pr. labyrinthos *portentoſiſſimum humani ingenii opus* appellat.

¶ Portentĭfer, *a, um,* idem; ut, *Portentiferis venenis inguinare,* Ovid. Met. 14, 55.

¶ Portentĭficus, *a, um,* idem. Lactant. 2, 13 *Portentificas animalium figuras, quas colerent, commenti ſunt.* Addunt quidam Ovid. Met. 14, 55, ſed ibi MSS. *portentiferis.*

¶ Portentĭlŏquium, *i,* n. ſermo portentoſus, eine abentheurliche rede. Vet. Interpr. Irenæi 3, 4.

¶ Triportentum, *i,* n. pro portentoſiſſimo, das gröſte ungeheuer. Pacuv. apud Varr. L. L. 6, 3 pag. 53 *Deûm triportenta.*

¶ Prætendo, *di, tum, ĕre,* opponere, vorſpannen, entgegen ſtellen. Virg. Georg. 1, 270 *Segeti prætendere ſepem.* Idem Æn. 8, 116 *Manu ramum prætendit olivæ.* Plin. epiſt. 7, 27 *Auribus prætendere,* i. e. obturare aures. ¶ 2. Prætexere, vorwenden, vorſchützen. Sic, *Nec deſidiæ noſtræ prætendamus alienam,* Plin. 2 epiſt 16, id eſt, prætexamus. Et Quintil. præf. lib. 1 de iſtis philoſophis: *Vultum & triſtitiam, & diſſentientem a ceteris beatum pe ſimis moribus prætendebant.* Idem 7, 2 *Ignorantia prætendi non potest.* conf. Virg. Æn. 4, 339. *Decem legatorum decretum calumniæ impudentiſſimæ prætenuit,* Liv. 29, 28. ¶ 3. Eſt & militare verbum, & ponitur pro, *cuſtodire limites.* Tac. Hiſt. 2, 6, 5 *Quieq id caſtrorum Armeniis prætenditur.* Virg. Æn. 9, 599 *Mœnia prætendere muros.* conf. Salmaſ. in Solin. pag. 295. ¶ 4. *Prætendere* idem ac exigere, poſtulare, nulla autoritate probatur.

¶ Prætendens, *tis.* Paul. ICt. l. 9 ff. de pact. *Pupillorum nomine unum debitum prætendens.* Iuſtin. 24, 1, 3 *Cauſſas belli prætendentes, quod &c.* Ovid. Remed am v. 240 *Prætendens culpæ ſolennia verba ſuæ.* Proprie Ovid. Met. 11, 279 *Velamenta manu prætendens.* Idem Met. 3, 92 *Ora ſ. . . . adat cuſpide prætenta.* Et Obſequ. c. 132 *Funis prætendens.*

¶ Prætentus, *a, um,* vorgezogen, entgegen geſtellt. Suet. Claudio c. 10 *Inter prætenta foribus vela.* Sen. in Hippol. v. 895 *Lacrymas coortas veſte prætenta obtegis.* De ſitu regionum & inſularum interdum adhibetur. Virg. Æn. 3, 692 *Prætenta ſinu jacet inſula contra Plemmyrium.* Ibid. 6, 60 *Prætentaque Syrtibus arva.* Add. Drakenb. ad Sil. 16, 233. Et militari ex uſu Tac. An. 2, 56, 1 *Gens provinciis late prætenta.* Et Claud. de B. Getico v. 416 *Legio prætenta Britannis.* Hinc &

¶ Prætentūra, *æ,* f. ipſa cuſtodia militaris, quam hodie vocant Linien. Ammian. 14, 9 (Valeſ. c. 3) *Meſopotamiæ tractus omnes crebro inquietari ſueti, prætenturis & ſtationibus ſervabantur agrariis.* v. Lindebrog. in h. l. & clarius rem explicantem Valeſium ſol. 11. Apud Hyginum Gromaticum de Limit. p. 19, *ſunt prætenturæ ex ſignibus Hirtenſium.* Et ſic legendum apud Frontinum de Colon. p. 234 *Alger ejus in prætenſura iſt aſſignatus,* ubi vulgo: *in præcenſura.* Manilius etiam ſubſtantive *prætentas* dixit 4, 684 (al. 691) *Gallia prætentis, Hiſpania maxima belli;* Si vera ea eſt lectio, pro qua antea legebatur *prætenſis,* & hodie excuſi legunt *per cenſus.* Ioſephus autem Scaliger *prætentas* interpretatur *præmunitas,* hoc eſt, equites exploratores, ut Comm. & Cattig. in lib. 4 Manil. p. 340. conf. Turneb. Adverſ. 3, 7.

¶ Prætenſio, *ōnis,* f. vulgaris uſus, ſed antiquis inauditum.

¶ Prætento, *are,* vide infra in *Tento.*

¶ Comprætendo, *ere,* ex Hygino de caſtrametandi ratione apud Rutgerſium Var Lect. 1, 11 p. 50.

¶ Protendo, *di, tum, ĕre,* herfür oder heraus ſtrecken. Plin. 11, 43 *Inter digitos medius longiſſime protenditur.* Et, *Bracchia alterna protendere,* Virg. Æn. 5, 377. conf. Petron. c. 17 & 108. Et Cic. fam. 10, 36 *Comitia in Ianuarium menſem protendimus,* (al. *protrudimus* leg.) id eſt, proferimus, wir ſchieben es auf.

¶ Protendens, *tis.* Catull. 67, 10 *Levia protendens brachia.* Ovid. Met. 14, 191 *In mare protendens brachia.*

¶ Protentus & protenſus, *a, um,* lang ausgeſtreckt. Virg. Georg 1, 271 *Pedes temo protentus in æſtu* Compar. *Protentior ganges,* Avieni eſt periegeſi v. 128. Id. v. 598 *Phocis Luci. in exortum protentior.* Et Solin. c. 43 (Salmaſ. 33) *Dimidio Macrobiorum protentior quam noſtra vita eſt,* ſie leben länger.

¶ Protento, *āre,* frequent. vide infra in *Tento.*

¶ Retendo, *ĕre,* laxare, abſpannen, ablaſſen. Quint. 1, 3 p. 35 *Ea quoque, quæ ſenſu & anima carent, ut ſervare vim ſuam poſſint, velut alterna quiete retenduntur.* Ovid. Met. 2, 419. *Exuit hic humero pharetram, lentosque retendit Arcus.*

Retento, *āre,* vide in *Tento.*

¶ Subtendo, vel Suſtendo, *ere,* inferius vel clanculum machinari. Salluſt. Iug. c. 113 *Numidæ inſidias ſuſtendit.* Ita Calepinus & Stephanus videntur legiſſe; vulgo legitur *tendit.* ¶ 2. Eſt ſurſum tendere. Virg. in Ciri c. 7 *Altius ad magni ſubtendit fœdera mundi,* al. *Suſpendit.*

¶ Subtentus, *a, um,* unterſpannet, unterzogen. Cato c. 10 *Lecti loris ſubtenti.*

Subtento, & Suſtento, *are,* vide infra in *Tento.*

TĔNĔBRAE, *ārum,* f. pl. caligo, privatio luminis, finſterniß; ut, *Tenebræ craſſæ,* Cic. Acad. 4, 39 pr. Liv. 31, 23; *primis tenebris movit,* bey angehender nacht. ¶ 2. *Tenebræ* pro loco tenebricoſo, ein finſterer ort. ac in illo Catulli 56, 1 *Oramus, ſi forte non moleſtum eſt, Domitios, ubi ſint tuæ tenebræ.* Quomodo & loquitur Matthæus Evangelii c. 22, 13 *Conjicite eum in tenebras exteriores.* ¶ 3. *Tenebræ,* pro cujuscunque rei obſcuratione, uſitatiſſima eſt metaphora; ut, *Offundere tenebras alicui rei,* Cic. Acad. 4. 19, verfinſtern, dunckel machen. Et, *Obducere tenebras rebus clariſſimis,* ibid. c. 5. Et Quintil. 10, 1 *Menander omnibus ejusdem auctoribus abjecit nomen, & fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit.* Sic, *Familiam abjectam & obſcuram e tenebris in lucem vocare,* Cic. pro Dejot. c. 11. *Tenebræ & cæcæ nubes reipubl.* Idem pro Domo ſua c. 10. Ac Lucret. 2, 15 *Qualibus in tenebris vitæ quantiſque periclis Degitur hoc ævi quodcunque eſt?* id eſt, in quanta ignorantia & cæcitate &c. ¶ 4. Non raro *tenebrarum* nomine vita intelligitur, quæ in obſcuro & procul omni fama & gloria degitur; nam contra in *luce vivere* dicuntur, qui in celebritate poſiti ſunt. Virg. Æn. 2, 92 *Vitam in tenebris luctuque trahebam.* Vetus Panegyriſta, Pacatus, ad Theod. c. 17 *Tenebras ſibi ſuas imputet virtus jacens.* ¶ 5. Lamprid. in Commodo c. 16 etiam ſingul. numero dixit: *Repentina caligo ac tenebra oborta.*

¶ Tenĕbellæ, *ārum,* f. pl. diminut. apud Claud. Mamert. de Animi ſtatu 2, 9. Verba vide in *Nancpatim.*

¶ Tenebrōſus, *a, um,* finſter, dunckel; ut, *Aër tenebroſus,* obſcurus, Virg. Æn. 5, 839. Et 6, 107 *Palus tenebroſa.* Petron. c. 91 *Tenebroſus & ſordibus egreſſus.* Arnob. 2 pag. 78 *Scientia tenebroſæ rei.* Idem 5, 183 *Tenebroſæ ambiguitates.* Compar. *Tenebroſior carcer ſeculi,* Tertull. de Anima c 1. Et, *Nox tenebroſior,* Hieron. vitâ Malch. f. 99. Superl. *Tenebroſiſſimus error,* l. 3 § 2 Cod. Commun. de legatis.

¶ Tenebricus, *a, um,* idem; ut, *Tartarea tenebrica plaga,* Cic. Tuſc. 2, 9 ex poëta quopiam. Et, *Tenebrica veſtis,* id eſt, atra, ſchwartz, Tertull. de Pallio c. 4. v. Rigalt.

¶ Tenebricōſus, *a, um,* idem. Cic in Piſ. c. 8 *Tu ex tenebricoſa popina conſul extractus.* ¶ 2. Metaphorice eſt occultus, heimlich verborgen. Idem Acad. Qu. 4, 23 *Senſus non obſcuri nec tenebricoſi.* Et Idem de Prov. Conſ. c. 4 *Libidines tenebricoſæ.* Superl. *Tenebricoſiſſimum tempus,* Idem in Vatin. c. 5 pr.

¶ Tenebricōsĭtas, *ātis,* f. die dunckelheit. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Tenebricoſitate vexeri.*

¶ Tenebrĭco, *āre,* finſter werden. Tertull. adv. Iudæos c. 13 *Sol media die tenebricavit.*

¶ Tenebro, *āre,* tenebras inducere, es finſter machen, verdunckelt. Mart. Capella 6 p. 193 *Cunctas tenebrare terras.* Chryſologus ſerm. 74 *O ſi nebula fumus mulieris tenebraſſet adſpectum!* Paſſive Lactant. 4, 19, 3 *Tenebrabitur dies lucis.*

¶ Tenebrans, *tis.* Apul. Met. 8 p. 208 *Iam veſpera ſemitam tenebrante.* Et Ammian. 19, 17 *Veſpera tenebrante.*

¶ Tenebrātio, *ōnis,* f. die verfinſterung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 2 *Tenebratio viſus.* conf. ibid. 1, 4, 66.

¶ Tenebrārius, *a, um,* i. e. obſcurus, heimlich, lichtſcheu: ut, *Homo tenebrarius,* ein tockmäuſer, Vopiſcus in Firmico c. 2.

¶ Tenebrio, *ōnis,* m. ſubſt. luciſugus, ein leutbetrieger, ſchleicher im finſtern, lichtſcheu. Sunt *Tenebriones,* qui vel doli mendaciorum tenebras aliis offundunt, vel lucem fugiunt. Nonius 1, 67 ex Varrone & aliis citat. vide ſupra in *Infernus.*

¶ Tenebreſco, *ſcĕre,* finſter werden. Auguſt. de Geneſi ad lit. 1, 1 *Quo tempore pars iſta, in qua ſumus, tenebreſcit in noctem.* Chryſologus Serm. 74 *Tenebreſcit veſper, non luceſcit.* Adde Serm. 77.

Compoſita:

¶ Contĕnĕbro, *āre,* finſter werden. Varro R. R. 2, 2 *Ab occaſu ad bibendum appellunt, & rurſus paſcunt, quoad contenebravit,* h. e. usque in noctem.

¶ Contenebrātus, *a, um,* verfinſtert, verdunckelt. Tertull. de Ieju c. 10 *Contenebratus orbis defunctio Domino lugubre fecit officium.* Et Alcimus Avitus epiſt. 33 *Contenebrati receſſus nocturnalis habitatio.* Et Chryſol. Serm. 87 *Contenebratis mentibus.*

¶ Contenebreſco, *ĕre,* finſter werden. Vulg. Interpr. Ier. c. 13, 16; & Auguſtinus apud Goclen. in Problemat. Gram. 1, 49 p. 41.

¶ Extenebro, *āre,* i. e. curioſius ex tenebris in lucem protrahere, aus dem finſtern herfür bringen. Varro: *Atque omnes adeo perquirit atque extenebrat artes:* Rob. Stephanus legit, *Exterebrat.* v. Perotti Cornu p. 691. Ita Ioſ. Iſcanus Devonius Daretis Phrygii interpres lib. 1 de B. Trojano, de fama: *Quæ murmura verum Occulta extenebrat, redditque latentia luci.*

¶ Extenebrōnides, *æ,* m. ſcrutator, qui ex tenebris eruit; ut, *Argenti extenebronides,* der das geld unter die leute bringt. Vocabulum hoc finxit Plaut. Perſ. 4, 6, 21. Alii aliter legunt. v. Gevart. Stat. Lect. 2, 13.

¶ Obtenebro, *are,* obſcurare, tenebras offundere, verfinſtern, dunckel machen. Rejicit Voſſius de Vit. L. L. 4, 16 p. 744. Sed Lipſius legit apud Lactantium loco ſupra citato pro *tenebrabitur.* Et ſic Vulg. Interpr. Iſ. 5, 30 *Lux obtenebrata eſt ejus.* Adde 13, 10, &c.

¶ Obtenebreſco, *ĕre,* finſter werden. Item Interpr. Iob. c. 18, 6 *Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius.*

TĔNĔDOS, *i,* f. τένεδος, inſula in Ægæo, inter Mitylenen & Helleſpontum, contra Trojam prope Sigeum, ubi ingens fuit *Apollinis cultus,* Strabo lib. 7; ante *Leucophrys,* poſtea a *Tene,* de quo ſ. l. *Tenedos* appellata, ut Heraclides auctor eſt de Politiis. Virg. Æn. 2, 22 *Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima famâ Inſula &c.* Add. Cic. 1 Verr. 19, pro Mur. 15, pro Arch. 9.

¶ Tenedius, *a, um,* adj. Τενέδιος: ut, *Tenedius homo,* pro terrico & formidabili. *Tenedia hipennis,* τενέδιος πέλεκυς, pro judicio nimium ſevero. v. Chiliad. & Heraclidem. Cic. ad Qu. frat. 2, 9 *Tenediorum libertas ſecuri Tenedia præciſa eſt.*

TĔNEO, *ui, tum, ēre,* eſt, quod prehenderis manu aut arripueris, conſtrictum habere, ne excidat & elabatur: Vnde & pro compotiri, habere ſeu poſſidere ponitur, & amantibus ſolenne verbum eſt, cui opponitur relinquere, deſerere, halten, haben, faſſen, beſitzen. Planeſium virgo apud Plautum Curc. 1, 3, 16 *Tene me, amplectere ergo.* Et rurſus v. 54 *Tene etiam, priusquam hinc abeo, ſuaviam,* i. e. accipe, habe. Hinc, quando votis optatisque præter ſpem compotimur, ſolemus verbo *Tenere* & *habere* promiſcue uti. Ter. Heaut. 2, 3 extr.

Teneone te, Antiphila, maxime animo exoptatam meo? Petron. c. 139 *Nondum querelam finieram, cum Chrysis intervenit, amplexuque effusissimo me involvit, & TENEO TE, inquit, qualem sperabam.* Apul. 5 Milef. p. 165 *Teneo te meum lumen.* Et lib. 10 p. 249 *Teneo te, inquit, teneo meum palumbulum, meum passerem.* v. Taubm. ad Virg. p. 9, & ad Plaut. pag. 855. Græci in ejusmodi gratulationibus verbo ἔχειν uti solent: ut Heliodorus, cujus locum ad Petronium Wowerius observavit: (v. Burm. edit. p. 659) ut Sophocles Oedip. Colon. v. 1171; & ita quoque Curtius 6, 7, 24 *Ibi Cebalinus gaudio elatus,* HABEO TE, *inquit,* INCOLVMEM EX IMPIORVM MANIBVS EREPTVM. Similiter *tenere* & *habere aliquam,* promiscue & honeste dicimus, pro, rem cum aliqua habere. vide supra *Habere.* Apul. 8 Milef. p. 206 *Charitem non tenebis, nuptiis non frueris.* Et lib. 3 p. 138 *Addictum atque mancipatum tenere volentem.* Sic, *teneri* juxta & *haberi* dicimus, quæ in poteſtatem ac ditionem noſtram venerunt. Tac. An. 1, 1 pr. *Urbem Romam a principio reges habuere:* ubi Muretum vide. Virg. Æn. 1, 12 *Tyrii tenuere coloni.* Nepos 1, 1, 2 *Tum Thraces eas regiones tenebant,* ſie hatten das land innen. Id. 14, 4, 1 *Qui Cataoniam tenebat.* Idem & *Exercitum pedeſtrem tenere,* ſimiliter dixit 10, 6, 3, i. e. præeſſe ei. Id. 16, 4, 3 *Alterum tenere cornu.* conf. Liv. 28, 14. Apud Suet. in Tito c. 7 *Scenam tenere,* eſt principem locum habere, in ſcena regnare. Quemadmodum *ſcholam tenere, rempubl. tenere,* Cicero aliique dixerunt. *Morem tenere,* Virg. Æn. 3, 408, eine gewohnheit behalten. Cic. Att. 10, 11 p. 169 *Ego meum* (filium) *facile teneo; nihil eſt enim illo tractabilius,* id eſt, contineo. *Primas tenere,* Cic. de Clar. Or. c. 95. Suet. Tito c. 8 *Obſtinatiſſime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret;* i. e. obſervavit, cuſtodiit. *Civitatem oppreſſam ſervitute tenere,* Cic pro Domo c. 51, eſt poſſidere, beſitzen. *Tenere gubernacula reipubl.* Id. Divin. 2, 1. Et, *Principatum tenere,* Nepos 25, 5, 4. Ac, *Virtus altiſſimum locum in homine tenet,* rurſus Cic. Fin. 4, 14. ¶ 2. *Tenere ſe,* i. e. continere, enthalten. Nepos 10, 9, 1 *Hac mente cum a conventu ſe remotum Dion domi teneret.* Idem 18, 5, 7 *Tenuit ſe uno loco,* er hielt ſich auf. Et rurſus 23, 12, 3 *Hannibal uno loco ſe tenebat in caſtello &c.* Sic, *Tenere ſe domo,* Cic. poſt redit. in Sen. c. 11. *Tenet ſe trans Tiberim in hortis,* Plin. 4 epiſt. 2, er wohnet im garten-hauſe. Et, *Se ſe in æterno ſervitio tenere,* Liv. 4, 35, ein ſclave bleiben. v. Drakenb. ad Liv. 3, 2. ¶ 3. Eſt & medicorum verbum, & continere ſive comprimere ſeu ſiſtere fluentem alvum ſignificat. Celſ. præf. lib. de Medicina: *Quid autem compreſſum corpus reſolvat, quid ſolutum teneat.* ¶ 4. Eſt & nauticum, ut *Portum tenere,* einlauffen, Liv. 37, 11. Et Tac. Hiſt. 2, 9, 1 *Cythnum inſulam tenuit.* Cic. N. D. 3, 34 *Secundiſſimo vento curſum tenere,* glücklich fortgehen. ¶ 5. Eſt & lictorum, cum fugitivos deprehendunt, greiffen, anhalten. Plautus; *Si tenetis, ducite.* v. Curc. 5, 2, 3; & Aul. 3, 2, 1 &c. Huc eleganter alludunt ſæpe auctores. Ovid. Triſt. 3, 9, 19 *Exigo ubi proſpexit venientia vela: Tenemur, Et pater eſt aliqua fraude morandus, ait:* wir ſind gefangen. Plaut. Caſ. 2, 3, 49 *Ob perii: manifeſto miſer teneor.* Sen. in Medea 624 *Bene eſt tenetur: perge, feſtina, attrahe.* ¶ 6. Eſt & forenſe verbum: *Tenere* enim *cauſſam,* eſt vincere, obtinere, erhalten. Horat. 1 epiſt. 16, 43 *Quo reſponſore, & quo cauſſe teſte tenentur.* Vbi vide Torrent. Cic. fam. 1, 1. *Teneri aliter res non poteſt.* Id. Att. 12, 14 *Tam claram tamque teſtatam rem non tenebimus.* Suet. Domic. c. 9 *Accuſator, qui cauſam non tenet,* der nicht gewinnet. Liv. 4, 30 extr. *In eo plebs ſuperior fuit, quod tenuit, ne conſules in proximum annum crearentur.* v. Burm. ad Quint. Decl. 263 p. 492. ¶ 7. Ponitur & pro ſuſtentare, ſich ernehren: ut, *Tenere ſe improbis artibus,* Plaut. Pſeud. 4, 7, 9. *Animantium vita tenetur cibo, potu &c.* Cic. N. D. 2, 53. ¶ 8. Ad animum quando refertur, noſſe, meminiſſe, intelligere ſignificat, können, wiſſen, verſtehen. Sulp. ad Cic. fam. 4, 5 *Qui profitentur, tenere ſe medicinæ ſcientiam.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 81 *Tenes, quorſum hæc ſe tendant, quæ loquor?* Ter. Andr. 1, 1, 58 *An Iriæ illi id erat nomen.* SO. *Teneo.* Sic, *Animo tenere,* Cic. in Orat. c. 29. conf. Acad. qu. 4, 7. *Memoria rem tenere,* Id. Catil. 3, 8, etwas noch gedencken. Et fam. 6, 2 *Me tui memoriam cum ſumma benevolentia tenere.* Virg. ecl. 9, 45 *Numeros memini, ſi verba tenerem.* Tibull. 4, 1, 82 *Te non alius belli tenet aptius artes.* Rurſus Ter. Andr. 3, 2, 18 *Teneo, quid erret,* i. e. ſcio, novi. Id. Heaut. 4, 3, 22 *Tenes, quid dicam?* i. e. intelligis. ¶ 9. Interdum idem eſt ac afficere, obſtringere, verbinden, bewegen; ut, *Amor me graviter conſuetudoque ejus tenet,* Ter. Hec. 3, 3, 44. Et, *De triumpho nulla me cupiditas tenet,* Cic. Att. 7, 2. *Magna me ſpes tenet,* Idem pro Cluent. c. 3. Ita, *Magno alicujus teneri amore,* ſehr lieb haben, Virg. Æn. 1, 679. Ita, *Magno alicujus deſiderio teneri,* Cic. de Senect. c. 10. *Teneri lege, legibus, interdicto,* eſt, obligatum eſſe, durch ein geſetz verpflichtet ſeyn. Cicero paſſim: v. pro Arch. c. 8. Adde Burm. ad Quint. 270 pag. 514. *Teneri jurejurando,* Id. Off. 3, 27, verbunden ſeyn. *Patione obſtrictum teneri,* Id. in Piſ. c. 13. *Teneri aliquâ pœnâ,* pro, obnoxium eſſe pœnæ, ſtrafffällig ſeyn, Id. ad Qu. frat. 2, 3. Sed, *In opere & labore reficiendæ urbis teneri,* Liv. 6, 1, hoc eſt, occupatum eſſe in opere, in einem wercke begriffen ſeyn. ¶ 10. *Tenere,* Livio ſæpe eſt durare, dauren. 2, 3 *Per aliquot dies ea conſultatio tenuit.* 3, 19 *Hæ tenuere contentiones uſque ad comitia conſulis ſubrogandi.* 36, 43 *Aquilones per aliquot dies tenuerant,* &c. ¶ 11. Eidem *tenere* nonnumquam eſt detinere. 3, 26 *Confeſtim ſe dictator magiſtratu abdicaſſet, ni comitia M. Volſcii, falſi teſtis, tenuiſſent.* 34, 39 *Prius anguſtiæ, ſua, boſtiumque turba reverſa, tenuerunt.* ¶ 12. *Tenere,* etiam pro delectare ponitur, ergötzen, beluſtigen: nam grata & delectabilia detinent: unde, *morari* ſimiliter uſurpatur. Ita, *Alicujus rei ſtudio teneri,* Cic. de Leg. 1, 24. Et, *Iisdem ſtudiis teneri,* Idem fam. 8, 17. *Studium eorum me tenet,* hoc eſt, delector eorum ſtudio, Idem Att. 1, 11. Et Plin. 4 epiſt. 13 *Quo genere ſpectaculi ne leviſſime quidem teneor.* Adde Græv. ad Cic. fam. 5, 12. Gronov. ad Liv. 21, 26. Id. de Clar. Or. c. 65 *Sermone ſuo aliquem tenere.* Vitruv præf. lib. 5 *Hiſtoriæ per ſe tenent lectores.* ¶ 13. *Tenere* eccleſiaſticis ſcriptoribus deſignat credere, defendere, pro fidei quodam articulo probare, & probatum ab aliis velle. vid. Barth. ad Claud. Mamert. pag. 243. ¶ 14. Sunt & hæ locutiones Ciceroni familiares: ut, *Teneo ab accuſando vix me,* ad Qu. frat. 3, 2, h. e. abſtineo, ich kan mich kaum enthalten. Et ad Dolabell. ſub Att. 15, 14 *Teneri non potui, quin tibi aperirem illud idem in literis declararem.* Et Plaut. Caſ. 2, 3, 22 *Vix teneor, quin quæ decent te, dicam.* ¶ 15. *Qui tenent,* i. e. rerum potiuntur, οἱ κρατοῦντες, Cic. Att. 2, 13 pr. Ita Att. 7, 12 p. 712 *An iis me dem, qui tenent, qui poſſunt.* Ita, *Tenuit conſuetudo,* i. e. invaluit, apud Quint. I. 2 init. v. Burm. ¶ 16. *Teneor,* ſequente infinitivo, pro *debeo,* ſive *oportet me,* e. g. *Teneor hoc facere,* ich muß, oder bin ſchuldig es zu thun, purè latinitatis non eſt, etſi hodie omnibus eſt familiariſſimum. vide Sciopp. de Styl. hiſt. p. 211, 222 & 233; & Vorſt. de Latin. merito ſuſp. c. 17 p. 153, qui tamen Juſtinianum in Inſtitutionibus ita locutum eſſe obſervavit. Videtur detruncatum ex latina formula, *legibus teneri, jurejurando teneri:* nec forſan ante Juſtiniani tempora in uſu fuit. Cum Cicerone dices: *oportet, munus eſt alicujus, meæ partes ſunt, non alienum eſt a perſona alicujus, &c.* Bene autem & eleganter, *Me vis amoris, quo tibi teneor, indicare compellit,* Apulejus dixit 3 Milef. p. 136. ¶ 17. *Tetini,* pro *Tenui,* Feſt. *Tetiniſſe* pro *tenuiſſe; Tetinerit* pro *tenuerit,* antique Pacuvius & Accius ap. Nonium 2, 238. ¶ 18. *Tenere* & *Tendere* librariis permutantur, v. Interpp. Livii ad 24, 28.

¶ Tenens, *tis,* Salluſt. Catil. c. 46 *Lentulum ipſe manu tenens in ſenatum perduxit.* Hirt. B. Alex. c. 24 *Dextrâ dextram tenens.* Virg. Æn. 1, 61 *Sceptra tenens.* Idem 4, 219 *Orantem aras que tenentem audiit omnipotens.* Ovid. Met. 7, 498 *Ramum tenens olivæ.* Grat. Cyn. 219 *Vaſa tenentia longe* ſunt inſtrumenta retinentia venatorem & moram adferentia, explicante Burmanno.

¶ Tentus, *a, um,* detentus, retentus, gehalten. Ammian. 16, 12 *Pater ejus diu obſidatus pignore tentus in Galliis.* Id. 29, 5 *Ut tentus ab Igmazine cuſtodiretur.* Aliam notionem vide ſupra in *Tendo.*

Tento, *āre,* cum derivatis & compoſitis, vide infra ſeorſum.

¶ Tenax, *ācis,* zähe, zach, feſt, klebrig, anhaltend; ut, *Tenax bitumen,* Ovid. Met. 9, 661. *Ceræ tenaces,* Virg. Georg. 4, 161. *Juſtus & tenax propoſiti vir,* Horat. 3 od. 3, 1, der drüber hält. *Parum tenax recti,* Sen. epiſt. 7. Et, *Tenaciſſima memoria,* Quintil. 1, 1, i. e. firma, conſtans, ein ſtarck gedächtniß. *Tenax morbus,* id eſt, contumax, Suet. Claud. c. 2. *Equus tenax,* Liv. 29, 25. Ovid. Amor. 3, 4, 13. Et, *Pater parcus & tenax,* Cic. pro Cælio c. 15, id eſt, parcus, avarus, ein druckſenning, karg, genau. Ruſus Quintil. 1, 1 *Naturâ tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus.* Suet. Cæſ. 67 *Tenaciores armorum.* Plin. 10 epiſt. 17 *Tenaciſſimus diſciplinæ.* Id. 4 epiſt. 15 *Ad connectendas amicitias vel tenaciſſimum vinculum morum ſimilitudo.* ¶ 2. Subſt. Pallad. Feb. 25, 9 & Sept. 17 ſunt pediculi fructuum, ſtiele, *Inciſos botryonum tenaces.*

¶ Tenācia, *æ,* f. eſt perſeverantia, duritia, die hartnäckigkeit. Ennius ap. Nonium 1, 5 de equis: *Quorum tenacia infrenari nimis nequit.*

¶ Tenācitas, *ātis,* f. die haltungs-krafft, feſtigkeit; ut, *Unguium tenacitas,* Cic. Nat. D. 2, 47. Plin. 9, 30 *Grandibus polypis* (piſcibus) *minor tenacitas,* id eſt, tenendi vis, retentio. Solin. c. 4 *Fit de tenacitate connexa partitio repentina,* was zuſammen gehangen, theilet ſich. ¶ 2. Nimia parſimonia, die filtzigkeit, kargheit; ut, *Tenacitas emendi.* Liv. 34, 7 *Injuſta quidem, ſed aliqua tamen cauſſa tenacitatis.*

¶ Tenāciter, adverb. fort und fort, beſtändig, feſt. Ovid. Heroid. 3, 43 *An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget?* i. e. ſine ceſſatione. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *Non tenaciter tantum, ſed etiam inſolubiliter vincire.* Compar. Solin. c. 65 (Salm. 52) *Quæ monſtrata ſunt & citius diſcit, & retinet tenacius.* Val. Max. 2, 4, 5 *Dum tenacius omen apprehendit.* conf. Id. 7, 5, 2; Macrob. Sat. 7, 3 *Hami anguloſi tenacius inſiguntur.* Auguſtin. epiſt. 6 ext. *Tenacius habitabit & fixius.* Superl. *Tenaciſſime diſſimulare,* Apul. 5 Met. p. 167.

¶ Tenācŭlum, *i,* n. quo quid tenetur, ein halfter, uſtatius *retinaculum* dicitur. Terentianus Maurus præfat. v. 29 *Anguſtoque tenaculo Donec lubrica ſarcina Tanti per ſpacium cavi In lucem ſuperam exeat, &c.*

¶ Tener, *ĕra, ĕrum,* a *Teneo,* quia facile tenetur, quod molle ac tenerum eſt; vel a Gr. τέγγω, zart, jung; ut, *Teneræ virgines,* Horat. 1 od. 21 pr. *Tenera ætas,* Ovid. Triſt. 4, 10, 33. *Anni teneri,* Idem Heroid. 4, 25. *Tener animus,* i. e. juvenis, Sen. epiſt. 7. Et, *A teneris, ut Græci dicunt, unguiculis,* Cic. fam. 1, 6, von jugend auf. Horat. 2 epiſt. 1, 126 *Os tenerum pueri balbumque poeta figurat.* Cicer. in Orat. c. 16 *Oratio mollis, tenera & flexibilis.* Ad Ovid. Her. 12, 170 obſervat Heinſius, ſomni apud poetas hoc eſſe epitheton. Apud Nonium 4, 460 *Tenerum* ſignificat *gracile, lentum,* gezſchlung. Compar. *Vva teneriori cutis,* Pallad. 3, 9. Superl. *Tenerrima prata,* Ovid. de Arte am. 1, 299. ¶ 4. Mollis, effœminatus, zärtlich, empfindlich. Cic. fam. 5, 21 *Teneriore mihi animo videbare, ſicut omnes fere, qui vita ingenua in beata civitate & in liberâ viximus.* Sic, *Teneros Mæcenates* dixit Iuvenal. 12, 39. Et Sen. epiſt. 83 *Iam aliquem teneriorem quæro,* ein zärtling. Petron. c. 118 *Tenerior ſenſus.*

¶ Tĕnellus, & Tenellŭlus, *a, um,* diminutiva, ſehr zärtlich; hoc apud Catull. 17, 15; illud apud Varr de R. R. 1, 41; & Stat. in fine Silvarum. Sic, *Bella, & tenella Caſina,* Plaut. Caſ. 1, 1, 20. *Digiti tenelli,* Petron. Fragm. 1 p. 668 ed. Burm.

¶ Tenere, & Tenerĭter, adverbia, zärtlich. Pallad. 1, 6 *Tenere educatus ſervus* Plin. 4 epiſt. 2, 27 *Recitare multa tenuiter, &c. multa tenere, &c.* Tac. in Orat. 26, 5 *Tenere dicere.* Vulg. Int. Gen 24, 20 *Puer tenere diligit eum.* Compar. Petron. c. 24 *Compreſſit illa tenerius manus.* Etiam in Cic. Tuſc. 3, 8 Lambinus *Tenerius laſſſſe* legit pro *temerius.* Superl. Plin. 23, 3 *Cortex quam tenerrime deraſus.*

¶ Tenerĭtas, f. die zärtlichkeit. Plin. 9, 42 *Teneritas jecoris.* Et Cic. Fin. 5, 21 *In primo ortu ineſt teneritas & mollities quædam.* Add. Vitruv. 1, 2; & 4, 1; Plin. 18, 11; 21, 16; & 23, 2; Pallad. Febr. t. 25.

¶ Tenĕrĭtūdo, *ĭnis,* f. idem. Varro R. R. 1, 36 *Si terra teneritudinem habet.* Apul. Met. 5 p. 164 *Teneritudo animi.* Adde Suet. Tib.

Tib. c. 43; Pallad. 2, 14; Lactant. 5, 4; Sidon. 5 epist 10; Cæl. Aurel. Tard. 2, 13, 166.

¶ Tenerefco, ſeu Teneraſco, *ĕre*, tenerum effici, zart werden. Lucretius 3, 767 *Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem.* Sed *Teneſcere*, apud Plin. eſt 17, 22; & 28, 12; & Pallad. 1, 39. Sic & Celſus 6, 6, 4 *Donec teneſcat.*

¶ Teneſcens, *tis.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 22 *Teneſcentes arbores.*

¶ Tēnīæ, *arum*, f. pl. ſortium Deæ apud Feſtum, ſic dictæ, *quod tenendi haberent facultatem.*

¶ Tĕnor, *ōris*, m. rei progreſſus eſt, & continuatio æquabilis, ein gleicher laut, gleiche form und weiſe, beſtändige folge, richtigkeit. Cic. in Orat. c. 6 *Vno tenore in dicendo fluit, nihil aſſerens præter facilitatem & æquabilitatem.* Liv. 5, 5 *Tenore uno rem agere*, in einem zug und thun. Id. 22, 37 *Vno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venit, fidem coluit.* Sen. epist. 31 *Tenor vitæ per omnia conſonans.* Suet. Domit. c. 10 *Neque in abſtinentiæ tenore permanſit.* Val. Max. 9, 11 extr. *Sincerus privati ac publici officii tenor ſervatur.* Colum. R. R. 1, 6 *Vina, quæ fumi quodam tenore præcocem maturitatem trahunt*, Et Serenus Sam. pr. *Membrorum ſeries certo deducta tenore*; i. e. rectè conſtituta. conf. Lucret. 4, 633; & 5, 509. Liv. 4, 10 extr. *Quinque conſulatus eodem tenore geſti*, h. e. iisdem inſtitutis. Quint. 10. 7 p. 951 *Homines etiam modice exercitati facillime tenorem in narrationibus ſervant.* Ovid. Heroid. 7, 112 *Durat in extremum vitæque nouiſſima noſtræ Proſequitur fati qui fuit ante tenor.* ¶ 2. Et *Tenores* a Latinis veteribus *Tonores* dictos, quia Græci τονους dicunt, die tone; ut, *Acutus, gravis tenor*, obſervatio eſt Quint. 1, 5 p. 57.

Compoſita:

¶ Abſtĭneo, *ui, ſtentum, ēre*, eſt ab aliqua re animum vel manum cohibere, ſich enthalten, mäßigen, ablaſſen; ut, *Abſtinere a mari*, Plaut. Mil. 4, 7, 26; *a negotiis*, Suet. Tib. c. 50; *negotiis*, Celſ. 3, 22. *Abſtinere publico*, ſich nicht ſehen laſſen, Suet. Claud. c. 36. Tac. An. 3, 3, 1. *Abſtinere alieno*, Suet. Tit. c. 6; *ab alieno*, Cic. Verr. 5, 2; *injuria*, Id. Off. 3, 17; *dicto aut facto*, Salluſt. Iug. c. 64. *Vino*, Plin. 28, 7. *Abſtinuit Venere & vino*, Horat. Art. poët. v. 414. Paſſ. Liv. 5, 50 *Vt ſacro auro abſtineretur.* Impersonal. Salluſt. Fragm. c. 24 *Tergis auſtinetur.* Cicero etiam pronomen interponit: ut, *Se maledictis abſtinere*, ad Brut. epist. 17. *Litibus & jurgiis ſe abſtinere*, Id. Divin. 1, 45, & Phil. 2, 3 *Quale beneficium eſt, quod te abſtinueris a nefario ſcelere?* Id. Nep. 25, 22 *Cibo ſe abſtinere.* Et Cic. de Orat. 1, 43 extr. *Ab alienis montes, oculos, manus abſtinere*; Item *Vix a ſe manus abſtinuit*, Tuſc. 4, 37. Et Ter. Adelph. 5, 2, 6 *Non manum abſtines, maſtigia?* Liv. 7, 27 itidem cum quarto caſu: *Ab æde tantum matris Matutæ abſtinuere ignem.* Et 42, 26 *Qui ab ſociis ſuis non abſtineret injuriam.* Et ſine præpoſitione Horat. 2 ſat. 3, 202 *Abſtinuit vim uxori & gnato.* v. Burm. ad Petron. c. 112 p. 519. ¶ 2. Cum infinitivo: *Abſtineant mihi invidere*, Plaut. Curc. 1, 3, 24. Et Suet. Tib. c. 23 *Quando ita præfari non abſtinuerit*, wenn er es nicht bleiben läſt. ¶ 3. Nec inelegans & hæc locutio eſt: *Vt ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint, quo minus & ipſi aliquid de ea ſcriberent*, Suet. de Gramm. c. 3. ¶ 4. Liv. 8, 24 *Romano bello fortuna Alexandrum M. abſtinuit*, id eſt, prohibuit. Sic alibi paſſim, ut exempla a Cel. Drakenborchio ad 2, 16 collecta, teſtantur. Sed ¶ 5. Per Helleniſmum cum genit. pro ablat. Horat. 3, 27, 69 *Abſtinere irarum calidæque rixæ.*

¶ Abſtĭnens, *tis*, mäßig, an ſich haltend. Cic. Off. 1, 11 *Prætorem decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Horat. 4 od. 9, 37 *Abſtinens dacentis ad ſe cuncta pecuniæ.* Compar. Auſon. in Grat. actione: *In cibis cujus ſacerdotis abſtinentior cerimonia:* Superl. Colum. 11, 1 *Somni & vini ſit abſtinentiſſimus, quæ utraque ſunt inimiciſſima diligentiæ.* Idem 12, 4 *Abſtinentiſſimus rebus Venereis.* Et Plin. 6 epist. 8 *Homo alieno abſtinentiſſimus.*

¶ Abſtĭnenter, adverb. mäßiglich. In Salluſt. decl. c. 7 *Prætor factus modeſte ſe geſſit & abſtinenter.* Compar. Auguſt. de morib. Manich. 2, 13 *Abſtinentius vitam ducere.*

¶ Abſtĭnentia, *æ*, f. virtus, quæ ab rebus illis abſtinet, quas perperam animus appetit, die enthaltung, mäßigung, zufriedenheit. Avaritiæ modo, modo luxuriæ opponitur, ut ad Nepotem 3, 1, 2 Lambinus docet, & aliquando *innocentia* etiam dicitur: quamquam hujus nomen latius pateat. Nam qui a bonis alienis abſtinet, poteſt is ſane *abſtinens* dici; ſed qui a vi in corpus alterius inferenda ſibi temperat, *abſtinens* dici non poteſt, *innocens* poteſt. *Abſtinentia cœnæ, vini*, Plin. 25, 5, *alieni*, Iuſtin. 2, 2, 11. *Abſtinentiam ſummam præſtare*, Quintil. 2, 2 de officio præceptoris. *Abſtinentia mitigare febrem*, Idem 2, 17. Et Cic. Off. 2, 22 *Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitudinis poſſunt ii, qui reipubl. præſunt, quam abſtinentia & continentia.*

¶ Abſtentus, *a, um*, apud ICtos, qui tutoris auctoritate bonis paternis & hæreditate abſtinet. Sed Cyprianus in Expoſ. Orat. Domin. *abſtentum* uſurpat de excommunicato.

¶ Abſtĭnax, *ācis*, abſtinens. Probum verbum non ſecus ac *tenax, pertinax, retinax*, atque alia apud alios. Petron. c. 42 *Quid ſi non abſtinax fuiſſet?* Habet etiam Symmach. 1, 47.

¶ Attĭneo, *ui, ēre*, anhalten, aufhalten; ut, Sall. or. Philippi n. 16 *Neu prolatandis ſeditionibus nos in ſolicitudine attineas. Attineri publica cuſtodia*, Tac. An. 3, 36, 5, id eſt, teneri, vel detineri, in verwahrung gehalten werden. Et, *Seneca rarus per urbem, quaſi valetudine infenſa aut ſapientiæ ſtudiis domi attineretur*, ibid. 14, 56, 6. conf. 3, 3, 4. ¶ 2. Et impersonaliter. Ter. Andr. 1, 2, 16 *Nihil ad me attinet*, es gehet mich nicht an. Et, *Iamne me vis dicere, quod ad te attinet?* Id. Adelph. 2, 1, 32. *Aliena eaque, nihil quæ ad te attinent*, Id. Heaut. 1, 1, 24. Et Cic. pro Roſc. Am. c. 41 *Servos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo.* Id. fam. 4, 7 *De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere*, es iſt nicht nöthig. Id. de Fato 3 *Quid attinet inculcare?* Id. Off. 1, 31, 1 *Neque enim attinet repugnare naturæ.* conf. Drakenb. ad Liv. 3, 36

¶ Attĭnæ, *arum*, f. pl. Siculus Flaccus p. 4 *In ſpecie*, (i. e. ſimilitudine) *maceriarum congerunt lapides, & attinas appellant*; quod te attinent.

¶ Circumtĕneo, *ēre*, umziehen, umfangen. Vulg. Int. 4 Esdr. 16, 40 *Dolores circumtenebunt ſeculum.*

¶ Circumtentus, *a, um*, umfaſſet. Cæl Aurel. 3, 17 *Circumtentum linteolis vaſculum.*

¶ Contĭneo, *ui, tentum, ēre*, in ſich halten, haben, faſſen, begreiffen. Cic. Nat. D. 2, 22 *Coërcet & continet mundus omnia ſe*, etc. Id. Off. 2, 24 *Nec res ulla vehementius rempubl. continet*, nichts hält ſo ſehr zuſammen. Id. Acad. qu. 1, 2 *Phyſica noſtra continentur ex effectione & materia.* Et, *philoſophorum libris hæc continentur*, i. e. habentur, Quintil. prœm. lib. 1. Item, *Continet epiſtola tertia, eſſe tibi retractatum orationem pro Clario*, hält in ſich, ꝛc. Plin. 9 epist. 28. ¶ 2. Eſt etiam cogere, cohibere, zwingen, ohne halten, Cic. Phil. 13, 3. *Regere ac continere appetitiones animi*, Idem Tuſc. 4, 9, im zaum halten. Et, *Continere civitatem in officio*, Cæſ. B. G. 5, 3. vide Burm. ad præf. Phædr. l. 2 v. 1. Ter. Eun. 1, 2, 26 *Quæ vera audivi, taceo, & contineo optime*, ich behalte es bey mir. *Continere linguam*, id eſt, refrenare, Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 9. *Nec ille continebit poſtea, ſi ſapit, manus*, er wird es ein andermahl bleiben laſſen, Ter. Adelph. 4, 2, 26. Id. Eun. 5, 2, 20 *Vix me contineo, quin involem in capillum*, ich kan mich kaum enthalten. Cæl. ad Cic. fam 8, 6 *Qui ſi pernicioſum ſciret eſſe loqui de hac re, vix tamen ſe contineret.* Et Ter. Phorm. 2, 3, 17 *Rari fere ſe continebat*, er hielt ſich auf dem laude auf. *Domi atque intra privatos parietes aliquem continere*, Quintil. 1, 2. *Nec ſe ſolum intra verba continuit*, er hat es nicht bey bloſſen worten bewenden laſſen, Petron. c. 11. ¶ 3. *Continere* proprie de diſciplina & de magiſtris dicitur, qui exercent adoleſcentes, üben, anweiſen. Cic. fam. 7, 19 *Vt vero ipſi tibi loci propoſita quæſtione occurrant, exercitatione conſequere, in qua quidem nos te continebimus.* Petron. c 2 *Nonum juvenes declamationibus continebantur.* Gell. 19, 1 *Quem ego Athenis cognovi non parva virum auctoritate, ſatisque attente diſcipulos juvenes continentem.* conf. Val. Max. 4, 3, 2; Phædr. 2, 1 cum not. Schefferi; & Grævii not. ad Cic. Off. 1, 6.

¶ Contĭnens, *tis*, quicquid non eſt interruptum, vel ſine intervallo eſt, nächſtgelegen, an einander hangend, oder rührend; item ſtets während. Cic. N. D. 2, 45 *Huic* (ſc. mari) *continens aër.* Idem fam. 15, 2, 3 *Cappadociæ pars, quæ cum Cilicia continens eſt*; pro quo ep. 4 *quæ Ciliciam attingeret*, angrenzend. Idem de Orat. 3, 57 *Demoſthenes ſpiritu continenti recitavit aliquot verſus*, in einem athem hin. Cæſ. B. G. 7, 4 *Labore continenti omnia ſuperare*, hoc eſt, aſſiduo, non intermiſſo, mit ſteter arbeit. *Continens agmen*, Livius dixit 1, 29, & *Imber per noctem totam continens*, 23, 44. *Continens ſilva*, Cæſ. B. G. 3, 28. Et, *Continens omnium dierum labor*, Id. B. C. 3, 65. *Continentibus diebus*, ibid. c. 84, ein tag an dem andern. Et, *Continens oratio*, quæ perpetua dicitur, Cic. Tuſc. 1, 8, & fam. 5, 2 *Continentia ſcripta*, de hiſtoria totius Po. Ro. Suet. de Gramm. 2 *Bellum unico volumine & continenti ſcriptura expoſitum.* Liv. 5, 34 *Quod quidem continens memoria ſit*, pro, quod quidem memoria continet. Cic. de Invent. 1, 26 *Negotiis quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, &c.* die dazu gehören. Abſolute Id. in Top. c. 25 *Quibus hoc, quod de re agitur, continetur, ea continentia vocantur, quaſi firmamenta defenſionis.* ¶ 2. *Continens terra*, quæ non intercluſa mari eſt, itaque *inſulæ* opponitur, das feſte land. Nepos 2, 3, 2 *Apud Artemiſium, inter Euboëam continentemque terram* Quæ & abſolute *continens* & frequentius quidem appellatur. Id. Nepos 1, 7, 3 *Procul in continenti lucus, qui ex inſula conſpiciebatur.* Plin. 5, 29 *Alexander idem per duo ſtadia continenti adjunxit.* conf. Idem 4, 1; Cic. Acad. qu. 4, 33; Curt. 3, 1, 15; & 4, 2, 5. ¶ 3. Homines cum *Continentes* vocamus, illi ſignificantur, qui temperant animo, & eum a cupiditate improba revocant, quæ vel vitæ alterius, vel fortunis, vel pudori etiam inhiaveat, mäßig, ſchonend. Nepos 25, 13, 4 *Non intemperanter concupiſcere, continentis debet duci.* Cæſ. B. C. 1, 23 *Quod aurum adduxerat Domitius reddit, ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuiſſe videatur.* Quo in loco *continentem* Cæſarem fuiſſe ſignificat, tum quod obſeſſos & deditos dimiſit incolumes, in quo ſe ab ira & crudelitate continuit; tum quod Domitii pecuniam Domitio conceſſit, nec ipſe abſtulit, quod poterat, in quo ſe minime avarum oſtendit. Itaque *continens* idem fere quod abſtinens, innocens; ut, *Homo continentiſſimus*, Cic. Parad. 1, 2. Frequentiſſime is dicitur, qui libidines cohibet, & ſeſe exhibet caſtum: Vnde libidinoſum Horatius *incontinentem* vocat, de quo infra. Ter. Eun. 2, 1, 20 *Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeverus quiſquam, nec magis continens.* Aur. Vict. Vir. Illuſtr. c. 77 *Non continens lacrymas*, der ſich der thränen nicht enthalten kan. ¶ 4. *In continenti*, & *Ex continenti*, eſt confeſtim, nullo tempore interjecto, quod crebro apud ICtos legitur, alsbald, unverzüglich. Iuſtin. 1, 9, 19 *Ex continenti in regiam pergunt.* Vlp. L. Quod ait lex D. ad L. Iul. de adulteriis docet, quomodo ſit accipiendum: IN CONTINENTI FILIAM OCCIDAT. conf. Tertull. de Præſcript. c. 2 pr. & Apol. c. 23.

¶ Contĭnenter, adverb. mäßig; ut, *Honeſtum eſt, parce, continenter, ſevere, ſobrie vivere*, Cic. Off. 1, 30. Et Auguſt. epist. 199 *Continentiſſime diu vixit.* ¶ 2. Continue, an einander. Cic. de Invent. 1, 26 *Quæ facta ſunt continenter usque ad ipſum negotium.* Cæſ. B. G. 1, 1 *Galli cum Germanis continenter bellum gerunt.* Liv. 25, 7 *In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit.* Auct. ad Herenn. 3, 12 *Continenter uno ſpiritu multa dicere.*

¶ Contĭnentia, *æ*, f. complexus eſt, συνοχη, ut Vet. Gloſſarium interpretatur, die zuſammenfaſſung. Cic. partit. c. 29 *Continentia cauſſarum.* Æthicus Coſmograph. ſub init. opuſculi: *De omni ejus* (orbis terrarum) *continentia perlatum eſt ad ſenatum* Sic apud eund. *Oceani occidentalis continentia.* Similiter *Virgilianam continentiam* Fulgentius dixit complexum rerum phyſicarum, quæ in Virgilio continentur, in quam rem peculiaris ejus exſtat libellus. Macrob. Sat. 5, 15 *Continentia regionum.* Id. in Somn. Scip. 2, 12 *Omnem operis continentiam revolvam*, den ganzen inhalt. ¶ 2. *Continentia ἐγκράτεια* eſt, ſive illa virtus, *quam partem temperantiæ, per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur*, Cic. de Invent. 2, 54 deſcribit: & pro L. Manil. c. 13 *Cupiditatibus & libidinibus*, quas in Romanis ducibus jam ante perſtrinxerat, opponit, die mäßigkeit, vergnügſamkeit. Id. ad Qu. Fr. 1, 1, 2 *Ab integritate continentia, deducere.*

cere. Id. Att. 5, 20 p. 541 Græv. De innocentia ſua in provincia: *Nec jam ego hanc continentiam appello, quæ virtus voluptati reſiſtere videtur; ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta fum affectus, quanta afficior hac integritate.* Nepos 25, 13, 4 *Quod eſt ſignum non ſolum continentiæ, ſed etiam diligentiæ &c.* Vetus Interpres in Act. Apoſt. c. 24, 25 *Caſtitatem* appellat: generalius ſumto vocabulo, quod integritatem & innocentiam etiam notat. vide in *Caſtus.*

¶ Contentus, *a, um,* nomen potius quam participium, (nam de participio *contentus* vide ſupra in *Tendo,*) quemadmodum inquit Valla lib. 1; is dicitur, qui continet, quod animo ſatisfacit, vergnügt, benügt, zu frieden. Plaut. Merc. 4, 8, 8 *Vxor contenta eſt, quæ bona eſt, uno viro.* Sic, *parvo contentus,* Cic. de Amic. c. 23. Et, *Contentum ſe is rebus eſſe maximæ ſunt certiſſimæque divitiæ,* Id. Parad. 6, 3. *Contentus ſua ſorte,* Horat. 1 ſat. 1, 3, Turpilius ap. Priſcian. p. 1326 *Vt quisque minimo ſemper contentus fuit, ita fortunatam vitam vixit maxime.* Et, *Vno teſtimonio ſæpius contenti,* Nepos 13, 4, 2, i. e. unum retuliſſe ſatis erit. *Vixit angusto clavo pæne contentus,* Vellej. 2, 88, 2. Cum infinitivo Vellejus 2, 49, 5 *Contentus retinere titulum.* Et 2, 112, 6 *Contenti ſuſtinuiſſe hoſtes,* i. e. ſatis habentes. Comparative Plaut. Pœn. 2, 1, 15 *Contentiores mage erunt, atque avidi minus.* Prov. *Contenti ſimus hoc Catone,* wir müſſen ſo vorlieb nehmen, Suet. Aug. c. 8; v. ſupra *Cato.* ¶ 2. Genitivum earum jungi interdum docet Pareus in Lex. Crit. p. 84. vid. Heinſ. ad Ovid. Met. 5, 109 itemque Burm.

¶ Contente, adverb. i. e parce, reſtricte, genau, kärglich. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 15 *Illi igitur veteres, laudati vitæ moderatores, qui refrenandis cupiditatibus reſtricte contenteque vixerunt.* vide ibi Livinejum, & aliam notionem ſupra in *Tendo.*

¶ Contentivus, *a, um.* Conſt. Afer 7, 1 *Vis contentiva, appetitiva, digeſtiva, & expulſiva.*

¶ Continuus, *a, um,* inter ſe junctus, perpetuus, ſine intervallo, was auf einander iſt was auf einander folget, ſtetig, ununterbrochen. Cæſari & *Continens* dicitur. Ita, *Continuo ſpiritu trahitur in longum &c.* Plin. 10, 29 de luſciniæ cantu. *Tot dies continuos quid egiſti?* Cic. in Verr. 5, 36. Et, *Labores continui, ſtudia continua,* quæ ſine intermiſſione continuantur. v. Ovid. Pont. 1, 4, 8. *Pro continuo amore,* Propert. 1, 20, 1. *Continui montes,* Horat. 1 epiſt. 16, 5. *Per continuos viginti anno,* ganze zwanzig jahr, Vellej. 2, 48, 3. *Continuam triduum,* drey tage an einander, Plaut. Mil. 3, 1, 144.

¶ Continue, adverb. idem quod *aſſidue,* ohn unterlaß, fort für fort. Quintil 2, 20 in vet. libris: *Continue grana inſerere.* Varr. L. L. 4, 5 *Stillicidium ſtillatim cadit, flumen fluit continue.*

¶ Continuo, adverb. aliud, ſignificat idem quod *mox, ſtatim,* ſtracks, alsobald, ut, *Continuo hic adero,* Ter Heaut 3, 1, 96. Et Virg. Æn. 3, 196 *Continuo venti volvent mare.* conf. Id. Georg. 1, 60; &c. ¶ 1. Sed aliam quandam præfert latinam elegantiam *continuo* cum *non,* aut *ne* interrogative conjunctum. Cic. pro Roſc. Am. c. 33 *Non continuo, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius,* hoc eſt, non alſo, ich bin darum ſo bald nicht ꝛc. Idem de Orat. 2, 48 *Non continuo, ſi quis motus populi factus eſſet, &c.* v. Id. Fin. 4, 27; & Valla 2, 30.

¶ Continuitas, *ātis,* f. continua connexio, der zuſammenhang. Plin. 8, 30 *Collum & juba continuitate ſpinæ porrigitur.* conf. Varro L. L. 6, 6.

¶ Continuo, *avi, atum, are,* fortſetzen, fortſtellen; ut, *Opus aliquod diem & noctem continuare,* Cæſ. B. C. 1, 62. Et, *Continuare noctem & diem,* tag und nacht reiſen, ibid. 3, 11. *Continuare magiſtratum,* Liv. 3, 21; 27, 6. *Conſulatum alicui,* id. 9, 41. Et Plin. 14, 22 *Biduo duravit a noctibus perpotationem continuavit.* Horat. 2 ſat. 7, 107 *Saccinctus hoſpes continuat dapes.* ¶ 2. Idem eſt ac *connectere,* an einander fügen. Ovid. Faſt. 2, 54 *Poſſimodo dicuntur ſpatio diſtantia longo Tempora bis quini continuaſſe viri;* Quando ſcil. Februarium proximum eſſe voluerunt Ianuario. Tac. Germ. 45, 11 *Suionibus Sitonum gentes continuantur,* i. e. finitimæ ſunt.

¶ Continuans, *tis.* Hinc

¶ Continuanter, adv. an einander. Auguſtin. Retract. 1, 24 *Non carptim, id eſt, aliqua prætermittens, ſed continuanter.*

¶ Continuātus, *a, um,* fortgeſetzt, ſtetswährend. Cæſ. B. C. 3, 36 *Continuatum iter.* Curt. 7, 11, 17. *Continuatus labor.* Ovid. Faſt. 2, 243 *Continuata deo tria fœdera,* gleich an einander ſtehend. Quod ut nomen auxit Sidonius, cujus 8 epiſt. 3 ſunt *Continuatiſſimæ curæ.*

¶ Continuate, adverb. an einander. Feſtus in *Striges: Ordines rerum inter ſe continuate collocatarum* Sed Paulus ibi habet *Conjunctim.* Fronto de Differ. voc. edit. Putſchii p. 2195; & in Auct. L. L. p. 1330 *Continue facimus aſſidue, continuate ſine intermiſſione.*

¶ Continuātim, aliud adverb. Auguſtinus epiſt. 112, 20 *Quæ continuatim Apoſtolus poſuit.* Et Gloſſ. lat. græc. *Continuatim,* συνημμένως, συνεχῶς.

¶ Continuātio, *ōnis,* f. perpetuitas, die fortſetzung, fortfahrung; ut, *Nimis longa continuatio verborum,* ein gar zu langer paragraphus, Cic. de Orat. 3, 13. *Continuatio imbrium,* Cæſ. B. G. 3, 29.

¶ Incontĭnens, *tis,* qui ſe continere, & temperans eſſe nequit, unmäßig, der nicht an ſich halten kan. Præcipue vero libidinoſum deditumque amoribus notat. Horat. 3 ode 4, 77 *Incontinentis nec Tityi jecur Relinquit ales: Incontinentem* vocat Tityum, quod Latonæ ſtuprum inferre conatus ſit. v. & Gell. 19, 2; & Plaut. Aſin. 5, 2, 9. Sen. Nat. Quæſt. 3, 30 cum genitivo junxit, *Nihil tam violentum & incontinens ſui.*

¶ Incontĭnenter, adverb. idem. Cic. Off. 3, 8 *Si omnes deos hominesque celare poſſimus, nihil tamen avare, nihil injuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſt faciendum.* Celſus 1, 3 *Cibum incontinenter aſſumere.*

¶ Incontinentia, *æ,* f. intemperantia, die unmäßigkeit. Cic. Verr. 4, 15 *Eſt boni judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuſcujusque & cupiditatis, & incontinentiæ.* conf. Id. pro Cælio c. 5. ¶ 2. Infirmitas retinendi; ut, *Vrinæ incontinentia,* da man den urin nicht halten kan, Plin. 20, 2.

¶ Incontentus, *a, um*; ut, *Incontenta fides,* non tenſæ; vide in *Tendo.*

¶ Dētĭneo, *ui, tentum, ēre,* remorari, abhalten, aufhalten. Ter. Eun. 2, 2, 49 *Detineo te fortaſſe; tu profectus alio juſſus.* Et Phorm. 4, 1, 8 *Pol me morbus detinuit.* Et, *Detineri in alienis negotiis,* Cic. de Invent. 2, 45. *Studiis animum detinere,* Ovid. Triſt. 5, 7, 39, die zeit mit ſtudieren vertreiben. Quod *tempus detinere* idem dixit ex Ponto 4, 10, 63, ubi Heinſium adeas, præclare illud, ut ſolet, illuſtrantem. *Detinere aliquem ſuſpenſum,* einen im zweifl laſſen, Cic. Att. 10, 1. *Victorem in aliam cædem detinere,* Sen. epiſt 7. *Multis bellis detineri,* verwickelt ſeyn, Juſtin. 29, 2, 8. vide Broukh. ad Tibull. 1, 1, 40; ad Properr 3, 1, 41.

¶ Detinens, *tis.* Hirt B. Hiſp. c. 23 *Detinentibus noſtris multis telis injectis, complures, vulneribus affecere.*

¶ Detentus, *a, um,* aufgehalten; ut, *Theſſalonicæ detentus,* al. *retentus,* Cic. Att. 3, 19. Et Tac. An. 2, 69, 2 *Adverſa Germanici valetudine detentus.*

¶ Detentus, *us,* m. ſubſt. die anhaltung, verwahrung. Tertull. adv. Valentin. 32 *Detentui obnoxius.*

¶ Detentio, *ōnis,* f. idem. Vlp. L. unica extr. Dig. de remiſſionibus: *Non eſſe inſequum detentionem ſervitutis dari.*

¶ Detentor, *ōris,* m. qui detinet. L. 10 Cod. Vnde vi: *Poſſeſſionis alienæ detentores.*

Detento, *are,* frequent. &c. vide infra in *Tento.*

¶ Diſtĭneo, *ui, tentum, ēre,* eſt diversis partibus tenere, aus einander halten. Cæſ. de B. C. 1, 25 *Lates quaternis ancoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus moverentur.* ¶ 2. Item occupare & impedire eſt, verwickeln. Cic. Phil. 11, 2 extr. *Nos alio bello diſtineri putat.* Et fam 12, 30 *Negotiis & occupationibus diſtineri,* viel zu thun haben. Et *pax diſtinetur,* id eſt, tollitur, Plin. 12, 12. *Rem diſtinebat, quod &c.* Liv. 3, 12. *Vt diſtineret regem ab circumſeſſa rerum aliarum,* Id. 44, 35 *Pacem diſtinere,* 2, 15. Et Hirt. B. Hiſp. c. 23 *Cum in opere noſtri diſtinerentur.*

¶ Diſtentus, *a, um,* occupatus, curis diſtractus, beſchäfftiget. Cic. Att. 15, 18 *Intelligo, te diſtentiſſimum eſſe, quæ de Bathyllo, quæ de Bruto.* Sic, *Mens diſtenta* opponitur *non occupatæ,* Cic. de Nat. D. 3, 39. ¶ 2. Aliam notionem vide ſupra in *Diſtendo* sub *Tendo.*

¶ Obtĭneo, *ui, tentum, ēre,* impetrare, habere, erhalten, erlangen, Cic. ad Planc. 1 ib Att. 16, 16 *Ita res obtinuiſſe non modo facile patiaris, ſed etiam gaudeas.* Ter. Hec. 5, 4, 12 *Vim ſtatim tuam antiquam obtines.* Et, *Obtinere dignitatem priſtinam,* Cic. fam. 4, 14 pr. vorigen ſtand und ehre bekommen. *Obtinere ſummum atque altiſſimum gradum civitatis,* Id. fam 1, 7. *Ius ſuum contra aliquos obtinere,* ſein recht behaupten, Id. Verr. 1, 26 pr. Et, *Iure obtinere,* Cic. Off. 1, 21, mit recht beſitzen. Cæſ. B. G. 1, 3 *Eo tempore principatum in civitate ſua obtinebat.* Liv. 30, 16 *Regnum* vel *urbem aliquam armis obtinere.* Idem 9, 38 *Obſtinatum ſtudium obtinuit,* id eſt, ſervavit. Abſolute Sall. Iug. 80 extr. *Nulla uxorum pro ſocia obtinet* int. jus, locum, auctoritatem. ¶ 2. Veteres etiam pro *exiſtimare* poſuerunt, dafür halten. Salluſt. de Rep. ord. pr. *Populus Romanus antea obtinebat, regna atque imperia fortunam dono dare, item alia, quæ per mortales avide cupiuntur.* Apul. Apol. init. *Certus equidem eram, proque vero obtinebam &c.*

¶ Obtinens, *tis.* Cic. in Sall. c. 7 *Africam interiorem obtinens.* Plin. 12, 1 *Platanus longis obtinens umbris,* al. *obtinet.*

¶ Obtinentia, *æ,* f. apud Priſcianum lib. 18.

¶ Obtentus, *a, um,* erlanget, erworben, erhalten. Cic. pro Balbo c. 27 *Voluimus quædam &c. Obtenta non ſunt.* Juſtin. 2, 4, 24 *Obtenta in præmium captiva.* Ibid. n. 33 *Concubitu Alexandri obtento.* Idem 21, 6, 5 *Aditu regis obtento.* ¶ 2. Alia notio occurrit in *Tendo.*

Obtento, *are,* frequent. vide infra in *Tento.*

¶ Obſtĭneo, *ere,* antiqui dixerunt pro *Oſtendere,* Feſt.

¶ Pertĭneo, *ui, ēre,* reichen, erreichen, gelangen. Iungitur præpoſitionibus *in* & *ad*; ut, *Ex ædibus ejus in tuas ædes pertinet,* L. 1 § 10 Dig. de Cloacis, id eſt, extenditur, es langet, erſtrekt ſich ꝛc. Cic. de Nat. D. 2, 55 *Vitis, quæ pertinet ad jecur, eique adhæret.* Idem ibid. *Per omnem naturam rerum pertinere.* Ita infinitis locis Cæſar. Et Sen. epiſt. 12 *Hoc pertinet a natali ad diem extremum.* Liv. 23, 49 *Hi mores eaque caritas patriæ per omnes ordines velut tenore uno pertinebat.* ¶ 2. Idem eſt ac *attinere,* betreffen, gehören. Cic. pro Roſc. Am. c. 7 *Non eſt obſcurum, ad quem ſuſpicio maleficii pertineat,* id eſt, attineat. Et pro Balbo c. 5 *Pertinet oratio mea ad fœdus infirmandum,* hoc eſt, ſpectat. Sic, *Pertinet ad me,* hoc eſt, officium meum eſt; Id. de Amic. c. 4 *Non feciſſent profecto, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur,* wenn es ſie nichts angienge. Et fam. 7, 5 pr. *Te me eſſe alterum, non modo in his rebus, quæ ad me ipſum, ſed etiam in iis, quæ ad meos pertinent.*

¶ Pertinens, *tis,* gehörig, reichend, ſich erſtreckend. Cic. Nat. D 2, 9 *Vis vitalis per omnem naturam pertinens.* Ibid. 2, 55 *Venæ admodum multæ, in omnes partes corporis pertinentes.* Salluſt. Iug. c. 48 *Collis in immenſum pertinens,* ubi Cort. v. & Gronov. ad Liv. 25, 24. conf. Id. in Fragm. c. 32.

¶ Pertinenter, adv. convenienter, geſchickt, gehörig. Tertull. adv Marc. 4, 38 *Vides, quam pertinenter ad eaſſiam?* Ibid. c. 31 *Qui pertinentiſſime ad hanc parabolam, AVDITE, inquit &c.* Et ibid. c. 9 *Quam pertinenter volebat agnoſci.*

¶ Pertĭnax, *ācis,* in bonam partem, idem quod *perſeverans,* beharrlich, ſteiff, beſtändig. Liv 25, 14 *Vicit omnia pertinax virtus* Sic, *Pertinax juſtitiæ,* Apul Apol. p. 318. Et, Quintil. procem. lib. 1 *Studium pertinax ſcribendi.* ¶ 2. Sed in malam accipitur partem, eigenſinnig, halsſtarrig, hartnäckicht; ut, *Pertinax non ero, tibique, ſi mihi probabis ea, quæ dico, libenter aſſentiar,* Cic Fin. 1, 8. Et ibid. *Pertinax in diſputando.* Sic Plaut. Capt 2, 2, 39 HE *Quid tu eis? tenaxne pater ejus eſt?* PH *Imo edepol pertinax:* ſehr karg conf. ex Nonio ſupra in *Pervicax.* ¶ 3. *Certamen pertinax,* Liv. 2, 40. Et *prælium pertinax,* id eſt, durum, diuturnum, Id. 22, 48, anhaltend, ſcharff,

da seiner vom andern lassen will, *Pertinax dolor*, Sen. Herc Oetæo v. 854, je mehr er nachläßt. Et, *Pertinaciter in repugnando*, Liv. 29, 33. *Pertinacia impietas*, Val. Max. 9, 11 extr. 1. *Pertinacissima contentio*, Idem 5, 6 ext. 2. Et Cic. de Fin. 2, 33 *Pertinacissimus fuerit, si in eo perstiterit.*

¶ Pertĭnăciter, adv. proprie de iis, quæ tenaciter hærent, & quæ glutinata sunt, klebend. Plin. 33, 6 *Sublitum brattéis pertinacissime retinet*, es hält fest, backt zusammen. Atque ita Quintil. 1, 1, tradite quamvis, *pertinaciter hærere* dixit. Et, *Pertinaciter stare*, Sen. epist. 5. Dein omnibus applicatur, quæ divelli ægre possunt; ut, *Pertinaciter amare*, beständig lieben, Plin. Paneg. c. 36. *Pertinaciter petere*, Liv. 28, 38. *Ne si pertinaciter resistebant*, Sallust. in Fragm. c. 23. Et, *Pertinacius oppugnata Capua*, Liv. 26, 38. *Prælium pertinaciter initum*, Idem 28, 6, id est, obstinate, hart, steif und fest, hitzig. Et, *Durare pertinacissime*, Quint. 1, 1. *Pertinacius insequi*, Hirt. B. G. 8, 13. *Pertinacius progressa certamina*, Val. Max. 2, 8, 2. Et, *Pertinacissime uti causæ quæ in quibusdam tribus*, Idem 4, 1 ext. 6. *Pertinacissime in sententia permanere*, Hirt. B. G. 8, 20. E quibus apparet, non adjectivum, sed adverbium quoque tam in bonam, quam in malam partem apponi.

¶ Pertĭnācia, æ, f. die Hartnäckigkeit, quæ *perseverantiæ finitima est*, Cic. de Invent. 2, 54; quæque *alias constantia videri potest*, pro Marcell. c. 12. *Tenacitas & studium vincendi*, Idem Tusc. 1, 11. ¶ 2. Et in malam partem, die Halsstarrigkeit, Härte, hartnäckigkeit. Ter. Hec. 3, 5, 46 *Quæ est pertinacia?* Cic. pro Marcell. c. 7. *Remittere sua pertinacia virum.* Flirtius 8, 39 de gestis Cæsaris: *Pertinacia magna pœna est efficienda, quando exemplo cæteri moverentur.* Nonio 5, 40 semper in malam partem accipitur, cum maximus petere, quam cuiquam cedere. Vnde & Cæsar cum *arrogantia* conjungit, de B. Civ. 1, 85. v. Casaub. ad Theophrasti Characteres pag. 277. Varro a *pertendo* lib. 4 de L. L. pr. deducit: male, ut ibi Scaliger docet.

¶ Adpertineo, *ēre*, hinzu gehören. Innocent. de Casis Gœsii p. 221 *Fons ac ipsam vineam adpetinet.* Ibid. p. 232 *In valle aquam vivam habet, & eidem adpertinet.*

¶ Impertinens, *tis.* Mart Capella 1, 15 *Absque impertinentibus convocandi*, h. e. qui jus non habent concilii.

¶ Prætener, *ĕra, ĕrum*, valde tener, sehr zart, geschmeidig. Plin. 25, 13, (sect. 99) *Alia est capnos fruticosa, prætenera, foliis coriandri.* Et, *prætenera vitis*, Id 14, 2.

¶ Retĭneo, *ui, tentum, ēre*, aufhalten, halten, behalten; ut, *Retine me oportet*, ich muß bleiben, Ter. Heaut. 2, 4, 23. *Pudore & libertate libertos retinere*, Idem Adelph. 1, 1, 32. Et Cic. pro Quintio c. 18 *Id egit, ut amicos observantiâ, rem parsimoniâ retineret.* Et, *Memoriam gratissimam alicujus retinere*, Idem de Leg. 3, 12. Et Nepos 25, 5, 11 *Retinere memoria*, gedencken, im gedächtniß haben. Ovid. de Arte am. 1, 313 *Dum cautus arrepto piscis retinetur ab hamo.* Sed Heinsius ex MSS. mavult *tenetur*. ¶ 2 Cic. Att. 13, 33 p. 474 *Venit ad me id tempore, ut retinendus esset*, nim. ad cœnam. ¶ 3. Cic. Verr. 3, 41 pr. *Retinemur hoc tam quæst communi consilio, tæ &c.* darüber werde gehalten, & cod. cap. extr. *Nec hoc quidem retinebimus?* behaupten.

¶ Rĕtinens, *tis.* Sallust. Cat. c. 60 *Ferociam animi in vultu retinens.* Lucret. 1, 495 *Retinentes pocula vitæ manu.* Cic. ad Qu. fratr. 1, 2 *Dignitatis retinens.* Et Gell. 10, 20 *Proprietatum retinentissimus.*

¶ Rĕtĭnentia, æ, f. pro memoria. Lucret. 3, 676 *Vt actarum excideret retinentia rerum.* Et ibid. v. 864 *Interrupta semel cum sis retinentia nostri.*

¶ Rĕtentus, *a, um*, zurück gehalten, aufgehalten. Ovid. Heroid. 11, 82 *Lingua retenta metu.* Sen. epist 9 *Retentus in navigatione longa.* Martiel. 1 epigr. 47 *Exspectare jube, velocius ibo retentus.*

¶ Rĕtentus, *ūs*, m. subst. retinendi actus. Claudian. in Rufin. 2, 438 de Rufini dextra: *Vivos imitata retentus.*

¶ Rĕtentio, *ōnis*, f. idem. Cic. Att. 11, 21 *Retentio auriæ.* Adde de Acad. Qu. 4, 18: Vitruv. 9, 4; Tertull. de Orat. c. 10; Ulp. 11 Dig. t. 7 l. 11 § 6. Et Lactant. 6, 10 *Retentio societatis est communitas.*

¶ Rĕtentor, *ōris*, m. qui retinet. Apulej. lib. 1. Florid. p. 343 *Retentores suos toto corpore völdere.*

Rĕtento, *āre*, frequent. vide infra in *Tento.*

¶ Rĕtĭnax, *ācis*, qui retinet. Symmach. 1 epist. 47 *Retinax advenarum lotos.*

¶ Rĕtĭnăculum, *i*, n. quo quid retinetur, ein band, klammer, haken. De navigatione Ovid. Her 7, 55 *Vt pelago suadente etiam retinacula solvas.* Virg. Georg. 1, 265 *Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.*

¶ Sustĭneo, *ui, tentum, ēre*, subsistere, inhibere, morari, aufhalten, erhalten. Cæs. B. Civ. 1, 64 *Cernebatur, equitatus nostri prælio novissimos illorum premi vehementer ac nonnunquam sustinere extremum agmen.* Liv. 5, 39 *Aliud priori simile miraculum eos sustinuit.* Id. 5, 45 *Rem in nullam sustinere*, i. e. differe. Ovid. Heroid. 1, 114 *Extremum fati sustinet ille diem*, ubi v. Burmen. Sic *vitam sustinere* pro inhibere, ne abeat, Mæcenas dixit apud Sen. epist. 101 *Hanc (vitam) nihil vel acuta Si fecham cruce, sustine.* Atqui Apul. p. 298. *At tu laurea, dum legit, aquam sustine*; i. e. inhibe fluere, cohibe. ¶ 2. Deinde est durare, aushalten, dulden, dauren. Cæs. B. G. 2, 6 extr. *Nisi fabricam sibi mittatur se diutius sustinere non posse*, er könte sich nicht länger halten. Plin. Paneg. c. 26 *Tu ne rogari quidem sustinuisti*, id est, pedes ea. Ter. Phorm. 2, 2 extr. *Prima cautio est ne quid sustineris &c.* Sic, *Sustinere impetum hostium*, Cæs. B. Gall. 2, 24. *Sustinet cervicibus tempus* Cic. pro Domo c. 56. *Totum negotium gravissimum, & honoris fuit sustinere*, Idem pro Mil. c. 9, auf sich haben. Ioco Nihil est mali, quod non sustineam, Idem fam. 11, 11, ich habe es auf dem halse. *Obtrectatores equidem facillime sustineo, sed impediunt tamen*, Idem fam. 11, 14, ich kan mich ihrer schon erwehren. Cic. præf. qu. Acad. *Superiorum temporum casum fortuna reip. sustineat*, id est, de illis respondeat. Sed fam. 6, 6 *Cæsar se putat non causus sustinere posse multorum, si tibi, cui justius videtur irasci posse, concesserit*, h. e. hærebit, quid respondeat illis, quibus ignoscendi plus cautæ habet, minus voluntatis. *Quos sustinere diuna gravis.*, Idem de Senect. c. 2. *Molem invidiæ sustinere*, Idem Catil. 1, 9. Et, *suscipere onus, quod sustinere non possis*, Cic. pro Rosc. c. 36 extr. Liv. 23, 45 *Vix arma membraque sustinentes pugnare.* Sallust. I. 3 Histor. *Sustinere corpora pleraque magnantes.* Curt. L. 6 c. 1. *Lacertos ad sustinere languescere, vix lorica arma sustinere.* Quæ & plurima alia loca ad Liv. 1, 25, 12. Dulcrus congerit. *Personam aliquam*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, eine rolle spielen. Huc pertinet Epicteteum illud: *Sustine & abstine.* v. *Epictetus.* ¶ 3. Sustinere & alere est, vel sustentare, nehren, erhalten. Sic, *Alterius magnificentia sustineri*, Liv. 39, 9. Cic. ad Qu. Fratr. 1, 1 *Tuæ facultates me sustinent.* Curt. 7, 4, 24 *Milites frumentatili pisce & herbis sustinebantur.* conf. Virg. Georg. 2, 515. Liv. 6, 15 ext. *Sustinere necessitates alionum*, anderu aufhelfen. ¶ 4. Audere, sich unterstehen. Ovid. Met. 6, 563 *Sustinet ad Prognen post talia facta reverti*; id est, audet. Iuvenal. 15, 88 *Et qui mordere cadaver Sustinuit.* Suet. Aug. c. 31 *Pontificatum maximum nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat.* ¶ 5. Sed, *Dignitatem & decus alicujus sustinere*, id est, tueri, darüber halten, Cic. Off 1, 34. ¶ 6. Sæpe dicitur de iis, qui patienter exspectant crediti solutionem, warten, nachsehen. Cic. Acad. qu. præf. *Exspectabam diu, neque sustinebam* Seneca: *Quædam nomina lentus ac sapiens creditor facit, qui sustinuit, &c.* Cic. Att. 12, 51 *Sustinenda festatio est nominis Cæcilliani*, dum &c. Mart. 9 epigr. 4 *Expectes & sustineas, Augeste, necesse est, Non tibi quod solvat, non habet arca Iovis.* Expectandi significationem etiam verbum hoc habet apud Tertullianum Apolog. c. 35; de Pœnit. c. 6; adv. Iudæos c. 6; ad Martyres c. 2; & Vulg Interpr. Iob. c. 5, 9; & Matth. c. 26, 5. ¶ 7. Rutil. 1, 366 *Ferro crud lex sustinuere feras*, h. e. exceptas dejecerunt. ¶ 8. Vox Venerea quoque est, ut patet ex Ovid. Art. am. 2, 486 *Sustinet immundam sima capella marem.* ¶ 9. Interdum plane idem est ac posse, können. Ovid. Amor. 2, 9, 39 *Tota quicunque quiescere nocte sustinet.* Id. Fast. 4, 850 *Non sustineo suspendere fletum.* De quo usu vocabuli v. Oudend. ad Cæs. de B. Gall. 2, 25.

¶ Sustĭnens, *tis.* Curt. 8, 2, 39 *De illo quidem adminiculo sustinente.* Tac. Germ. 45. *Nullo hostium sustinente novum aspectum.* Idem Hist. 4, 15, 4 *Sustinentium humeri.*

¶ Sustĭnentia, æ, f. die gedult; ut, *Caritatis sustinentia*, Vulg. Interpr. 1 Thess. c. 1, 3. conf. Sirac. c. 2, 13.

Sustento, *are*, cum derivatis, vide mox in *Tento.*

¶ Transtĭneo, *ēre.* Plaut Mil. 2, 5, 58 *Commeatus transtinet trans parietem*, h. e. pertinet, es gehet ein loch hinüber.

Tener, tenerésco, teneritas, &c. vide paullo ante in *Teneo.*

TENES, *is*, ex homine Deus apud Tenedios, cujus meminit Cic. de N. D. 3, 15, item in Verr. 1, 19, ubi vid. Lamb. & dicta in *Tenedos.*

TENESMVS, vel Tenasmus, *i*, m. crebra & inanis cupiditas egerendi, τενεσμός, der stuhlzwang. Scrib. Largus Compos. 122 *Tenesmos est irritatio ultimæ partis directi intestini, in quo ultimo sæpius libet desugere sine causa.* Et Plin. 28, 14 *Tenesmos, id est, crebra & inanis voluntas dejungendi.* Adde C. Nepot. 25, 21, 2, & ibi commentatores, Cels. 4, 18; Plin. 32, 6; 33, 6; 34, 18; & *Tenasmus*, Id. Plin. 26, 14.

Tenitræ, tenor, vide paullo superius in *Teneo.*

TENNO, *ēre*, pro *Tendere*, spannen. Ter. Phorm. 2, 1, 16 *Non rete accipitri tenuitur, neque milvio, &c.* v. Meurs. Crit. Exercit. 1 p. 167.

¶ Distenno, *ĕre*, ausdehnen. Plaut. Mil. 5, 1, 14 *Dispendite hominem diversum, & distemite*; Ita pro *Distendite* legit Meursius. vide Taubm. p. 884.

TENONTAGRA, *æ*, f. τενοντάγρα, dolor dicitur, qui majores tenuerit nervos, der krampf. Cal. Aurel. Tard. 5, 2, 28.

Tensa, *æ*, f. Deorum vehiculum, vide *Thensa.*

Tensio, vide *Tendo*, Tentamen, tentatio, *Tento*, Tentigo, *Tendo.*

TENTO, *āvi, ātum, āre*, & a *Tendo*, & a *Teneo* frequentativi loco esse potest. Significat autem *inquirere, experiri*, vel *manum quasi tendere ad id, quod velis experiri*, untersuchen, versuchen, prüfen, erforschen. Ter. Phorm. 4, 3, 14 *Visum est, ut ejus tentarem sententiam*, erkundigen, was er gesinnet. Cic. de L. Agrar. 2, 7 *Leviter aliquem tentare, quo animo aliquid ferat.* Et, *Tentare rem armis*, Id. Off. 2, 24. *Fortunam belli tentare ac periclitari*, Id. Verr. 5, 50. Et, *Dubiam spem armorum tentare*, Vellej. 2, 71, 1. v. Gronov. ad Liv. 4, 10. Sic, *Tentare alicujus scientiam, patientiam*, auf die probe stellen, Cic. Divin. 1, 17; & Agar. 2, 7. ¶ 2. *Tentare* est attrectare, attingere, berühren, betühren. Cic. de Leg. 2, 3 *Frigidius flamen, ut vix pede tentare id possim.* Auct. ad Herenn. 4, 49 *Res prope manu tentari potest*, es ist handgreiflich. Colum. 8, 11 de pavonibus: *Digitis loca fœminarum tentando sunt.* Phædr. 3, 10, 26 *Tentat in tenebris caput*, ubi v. Burm. *Tentare venam*, Quintil. Inst. 11, 3. ¶ 3. *Tentare* de morbis dicitur, anareifen, überfallen. Cic. Tusc. 4, 14 *Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.* Suet. Aug. c. 81 extr. *Initio veris præcordiorum inflatione tentabatur.* Id. Vesp. c. 24 *Tentatus in Campania motu...lis levibus.* Ac ita hoc verbo Horatius etiam, Samonicus, & alii usi. vid. Burm. ad Samo. 29. Iuvenal. 10, 304 *Nam prodiga corruptoris Improbitas ipsos audet tentare parentes*, i. e. corrumpere. Sic & Cic. variis locis, quæ Menck. in Observ. L. L. notavit Sed, *Tentare oppidum*, de oppugnatione, Cæs. de B. Civ. 3, 40 Ita & Florus 2, 14, 4 *Virum non Macedonis modo, sed Thraciæ quoque audacis validam temere temavit*, id est, aggressus est. Virg. Georg. 1, 207 *Pontus & Asiferi fauces tentantur Abydi.*

¶ Tentans, *tis.* Sallust Iug. c. 18 *Sæpe tentantes agros alia, deinde alia loca petiverant.* Ibid. c. 53 *Tentans omnia & circumspiciens.* Cic. de Orat. 2, 3 *Quem ego toties omnivatione tentans ad disputandum elicere non potui.* Lucret. 3, 148 *Oculus tentante dolore læditur*, durch anwandelnden schmerz.

¶ Tentatus, *a, um*, versucht, geprüft; ut, *Tentata abstinentia*, Nepos 15, 4, 1. *Tentata hostis misericordia*, Vellej. 2, 71, 3. *Tentatum corpus frigore*, Horat. 1 sat. 1, 80, angegriffen. Sallust. Iug. c. 20

Bellum tentatum antea secus cesserat. Ibid. c. 62 *Et virtus militum & fortuna tentata.*

¶ Tentātio, *ōnis*, f. die verſuchung, probe, anfall. Cic. Att. 10, 17 *Valetudinem tuam jam confirmatam ipſi & a vetere morbo, & a novis tentationibus, gaudeo.* Liv. 4, 42 *Tentatio perſeverantiæ.* conf. Idem 41, 23.

¶ Tentāmen, *ĭnis*, n. idem. Ovid. Met. 3, 341 *Prima fidem vocisque ratæ tentamina ſumſit.*

¶ Tentāmentum, *i*, n. idem. Gell. 9, 15 *Tentamenti gratia*, id eſt, ad experimentum, zum verſuch. Ammian. 24, 2 *Tentamento fruſtrari*, es vergebens verſuchen. Ovid. Met. 15, 629 *Cernunt tentamenta nihil poſſe.* Adde Virg Æn. 8, 124. Ambroſ. epiſt. 31 p. 141 ed. Froben. *Levi ſpeculum tentamento eſt pudoris.* Idem de Spiritu Sancto 1, 8 *Nova carnis tentamenta*, die reibungen.

¶ Tentātor, *ōris*, m. qui tentat. Horat. 3 od. 4, 71 *Integræ tentator Orion Dianæ.* conf. Tertul. de Anima c. 48.

¶ Tentabundus, *a, um*, tentans. Liv. 21, 36 *Miles tentabundus.*

Componita a *Tento:*

¶ Attento, *are*, manu vel inimicis invadere, anareiffen, probiren, Cic. Verr. 2, 54 *Inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare.* Id. pro Sextio c. 4 *Capuam ab ida impia & ſceterata manu attentari ſuſpicabatur.*

¶ Attentatio, *ōnis*, f. der anfall, anariff, verſuch. Symmach. 6 epiſt. 9 *Simultate ſua inanem attentationem commonere.*

¶ Contento, *are*, frequent. a *Tendo*, anſtrengen, nörhigen. Vulg. Interpr. Matth. 5, 41 *Si quis te contenderit per unam miliare.*

¶ Detento, *are*, aufhalten, zurückhalten, L. 16 Cod. Theod de Tironibus: *Servi quos militia armata detentat.* Et Fortunatus lib. 11 carm. 19 *Nec volo nunc abſens una detenter ut hora.*

¶ Detentario, *ōnis*, f. die vorbehaltung, zurückhaltung. Vlp. L. 5 Dig. de impenſis in res dotal. *Manebit maritus in rerum detentatione, donec ei ſatisfiat.*

¶ Detentātor, *ōris*, m. der was aufs oder vorhält. L. 2 Cod. de fundis limitroph. *Si quisquam fuerit detentator inventus.* Et L. 7 pr. Cod. de præſcript. XXX vel XL. ann. *Extranei ſuppoſitæ rei detentatores.*

¶ Distento, *are*, ausdehnen, ausſpannen. Virg. eclog. 9, 31 *Si cytiſo paſti diſtentent ubera vaccæ.*

¶ Extento, *āre*, ausſtrecken. Plaut. Bacch. 4, 2, 3 *Vires tuas extentes.* Id. Moſt. 2, 1, 66 *Vemiſti hac te* (i. e. vires tuas) *extentatum.* Ammian. 1, 10 *Latius femet extentans.* conf. Pareï Lex. Crit. p. 436.

¶ Extentans, *tis*. Ammian 22, 14 *Homo brevis, humeros extentans anguſtos.* Id. 27, 1 *Homo ultra forenſes terminos femet extentans.*

¶ Intento, *are*, anſtehen, drohen; ut, *Intentare manus in aliquem*, an einen die hände legen, Liv 3, 47. Petron. c. 9 *Intentavi in oculos manus*, ich habe nach den augen geſchlagen. Sed, *Per ſatemque viris intentant omnia mortem*, i. e minantur, Virg. Æn. 1, 95. Et, *Crimen invicem intentare*, h. e accusare, Cæſar. civil. 3, 10.

¶ Intentans, *tis*. Sil. 11, 87 *Pedumque vi arma Intentantem oculis.* Petron. 122 *Intentans cum voce manus ad ſidera.* Idem c. 108 *Intentans in oculos Tryphænæ manus.*

¶ Intentātus, *a, um*. Liv. 9, 27 *Gladii plerisque intentati, & vulnerati quibusdam neutique*, man hat auf ſie die degen gezückt. ¶ 2. Adject. non tentatus, unverſucht; ut, *Vacca jugo intentata*, Sen. Medea v. 62. Horat. Art. poet. v. 285 *Nil intentatum noſtri liquêre poëtæ.* Ovid. Met. 10, 384 *Vel ego contemnar, hujus Intentata mihi fortuna relinquitur?* conf. Martial. 2 epigr. 14. Et philoſophus Seneca ad Marciam c. 13 *Nihil humanos inquit, audaciæ intentatum.*

¶ Intentatio, *ōnis*, f. intentandi actus; ut, *Intentatio criminum*, Tertull. Apolog. c. 46, id eſt, objectio, accusatio. Et, *Subita digitorum intentatio*, Senec. de Ira 2 c. 4. Alii, *intentio.*

¶ Intentātor, *ōris*, m. qui non tentat, Vulg. Iac. 1, 13.

¶ Intentātilis, *e*, qui tentari nequit. Gloſſ. gr. lat. ἀπείρατος, *intentatilis.*

¶ Obtento, *are*, unterſtützen. Cic. Att. 9, 10 *Spes quædam me obtentabat, fore ut aliquid potius conveniret, quam &c.*

¶ Oſtento, *are*, erweiſen, darſtellen; item, prahlen. Cic. fam. 4, 14 *Eadem ex altera parte belli exitus oſtentat, ex altera ſervitutem.* Idem Att. 1, 16 *Iugulum pro alterius capite oſtentare*, den hals darbieten. Liv. 6, 5 *Oſtentabatur in ſpem Perpetuus ager.* Sed, *neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtentat*, ſcil. gloriandi ſtudio, Ter. Eun. 3, 2, 30. *Jactare ſe & oſtentare*, Auct. ad Herenn. 4, 21.

¶ Oſtentātus, *a, um*, gewieſen. Ter. Eun. 3, 5, 56 *Egon' occaſionem mihi oſtentatam amitterem?*

¶ Oſtentario, *ōnis*, f. das großthun, die prahlerey. Cic de Orat. 2, 81 *Ingenio oſtentationis vitanda eſt ſuſpicio.* Et de Amic. c. 23 *Venditatio quædam & oſtentatio.* Et Off. 2, 15 *Simulatio ac & inani oſtentatione, & oſtentatione animi & virtutis, ſed eatenus vultu ſtabilem ſe ſolutam conſtanti poſſe, ſi qui ventus, vehementer vacant.* conf. Auct. ad Herenn. 1, 10. Sed Plin. 38, 10 f. 36 *Ad arcem oſtentationis pervenere opus Pyrrogenis*, h. e ad eam gloriam, ut tanquam perfectiſſima oſtentaretur.

¶ Oſtentātor, *ōris*, m. ein prahler; ut, *Oſtentator pecuniæ ſuæ*, Auct. ad Herenn. 4, 50. *Factorum oſtentator*, Liv. 1, 10.

¶ Oſtentātrix, *icis*, f. Apul. Apolog. p. 323 *Vidiſtis profecto, qui oſtentatrix, quam ſuorum juventutis conſpectatrix, a non immanem ſui oſtentatricem.* Paneg. Theodoſ. c. 17 *Fut nunc ſui ſpectatrix virtutis, & ita immunis laborum voluptatumque ſuarum exemplo.* Prudent. Pſychom. v. 439 *Pompa oſtentatrix vani ſplendoris inani luxuitur nudata popio.*

¶ Oſtentābilis, *e*, anſehnlich, das man aufſtellen kan. Gloſſ. lat. gr. *Oſtentabile*, ἐπιδεικτικόν.

¶ Oſtentāmentum, *i*, n. das gepränge, Prudent. Pſychom. v. 204 *Mens impreſſa viris oſtentamine.* Et Tertull. adv. Gnoſticos c. 13 *Suſtinete oſtentamen juſti judicii.*

¶ Oſtentātrīcius, *a, um*, damit man pranget. Tertull. de Virgin. veland. c. 3 *Oſtentatitia virginitas.*

¶ Oſtentātorius, *a, um*, idem; ut, *Oſtentatoria novitas*, Martian. Capella lib. 2 p. 38.

¶ Pertento, *are*, explorare eſt, vel experiri, aut valde tentare, probiren, erfahren. Ter. Andr. 3, 4, 9 *Ea gratia ſimulavi, vos ut pertentarem.* Sic Cic. de Orat. 2, 78 *Cauſſam totam pertentare atque perſpicere.* Et, *Pertentare adminiſtrationem alicujus rei*, Idem de Invent. 2, 12. *Bibenni lucra pertentat*, er versuchet damit ein Petron. c. 89. *Tam dulcis ſonus pertentabat aëra*, es ſchallete ſo ſchön, Idem c. 127.

¶ Pertentātus, *a, um*, verſucht, angegriffen; ut, *Diurna fatigatione pertentatus*, Apul. Met. 1 p. 107.

¶ Prærento, *are*, ante tentare, vorher verſuchen, prüfen; ut, *Prætentare vires*, Ovid. Met. 8, 7. item met. 9, 588. Claud. de 4 Conſ. Honorii v. 346 *Calcatur ſi pigra palus tuus ante profundam Prætentet Scribas.* Tac. Agric. 20, 2 *Loca ceſſiris ipſe capere, æſtuaria ac ſilvas ipſe prætentare.* conf. An. 1, 29, 3. & Hiſt. 2, 49, 3.

¶ Prætentātus, *a, um*, vorher verſucht. Suet. Aug. c. 35 *Cordus Cremut ſcripſit, ne admiſſum quidem tunc quamquam ſenatorum, niſi ſolum & prætentato ſinu.* Tac. An. 1, 73, 1 *Prætentata crimina.*

¶ Prætentātus, *ūs*, m. ſubſt. actus prætentandi. Plin. 11, 37 *Cochleis colorum vicem curantibus bina prætentatu adimplent.*

¶ Protento, *are*, ausſtrecken. Avienus Arateis v. 285 *Et ceu Sirius torretur ſpica calore Protentus manu.*

¶ Retento, *are*, denuo tentare, wieder verſuchen. Ovid. Met. 1, 746 *Tu nide verba intermiſſa retentat.* Sic, *Retentare ſtudium*, Ovid. Trist. 5, 12, 51. *Referoque manus iteramque retento*, Id Heroid. 2, 11. ¶ 2. zurück halten. Plaut. Asin. 3, 3 pr *Cur me retentas?* Sil. 4, 211 *Lora retentat*, id eſt, retinet. Auct ad Herenn. 4, 49 *Qui tamquam occultus abſcondens retentat ſeſe tacitus.* Tac. Hiſt. 2, 35 *Retentare paſſus.* Liv. 10, 5 *Eo impenſius retentat animum.*

¶ Retentans, *tis*. Aur. Vict. de Cæſ. c. 41, 10 *Liberis Cæſarum nomina retentantibus*, i. e. retinentibus. Ovid. am. 2, 9, 30 *Frena retentantem*, h. e. retrahentem.

¶ Retentātus, *a, um*, wiederum verſucht; ut, *Sæpe retentatis precibus*, Ovid Met. 14, 382. Et, *Retentata dominatio*, Aur. Vict. de Cæſ. 37, 1.

¶ Retentātor, *ōris*, m. qui res alterius retentat. Gloſſ. Cyrill. *Retentator*, ἀνακάτοχος. Caſſiod. 2 epiſt. 10 *Quicquid a retentatoribus conſiteris poſſideri, ſine ulla ſatisfactione reddi.* Adde eumd. 1 epiſt. 22. v. quæ Sirmondus ad Ennod. de hac voce notavit p. 5.

¶ Retentātrix, *īcis*, f. Macrob. Sat. 7, 4 de ciborum digeſtione: *Secunda hæc cura virtutis eſt, quam Græci, quia retentatrix eſt, vocant* κατεκτικήν.

¶ Subrento, *āre*, ein wenig verſuchen. Plaut. Trin. 2, 2, 51 *Advenis hanc ſubtentatum*, id eſt, tentatum. Lambinus legit *nos tentatum.* Operarius *ſubtentatum*, antiquo verbo, quam ſe oſtentatum.

¶ Sustento, *āre*, aufhalten, erhalten, verſorgen. Cic fam. 13, 64 *Suſtinet rem, dum Nero venit.* Ter. Andr. 1, 5, 3 *Scilas ego nunc familiam ſuſtentare*, er erhält nun ſchon ſo viele perſonen, das ganze haus. Sic, *Cauſſas alienis ſibus ſuſtinere.* Cic fam. 1, 13. *Valetudo corporis ſui notitia & obſervatione ſuſtentata*, Id. Off. 2, 24. *Et, Suſtinere præclara conſcientia & recordatione*, Cic. Att. 12, 4. *Suſtentare famem*, Cæſ. B. G. 7, 17. Et, *Suſtentare actionem*, Hirt. B. Afric. c. 82; *morbum*, Suet. Tib. c. 72; *vitam alicujus*, Sallust. B. Cat. c. 53; *hoſtes*, Virg. Æn. 11, 873. *Nisi in eo pare ſubvenium foret, non ultra ſuſtentari ſuerant*, Liv. 34. 18.

¶ Sustentans, *tis*. Hirt. B. Hiſp. c. 17 *Hoſtes legionum impetus ſuſtentantes.* Curt. 8, 4, 15 *Miles ſeque & arma ſuſtentans.*

¶ Sustentātus, *a, um*, unterſtützet, aufgehalten. Sallust. B. Iug. c. 56 *Militem paulo per a vegetum ſtentari.* Virg. Æn. 12, 324 *Sappi ſuſtentata diu.* Lucret. 5, 96 *Molesque per annos Proſtentata ruit moles & machina mundi.*

¶ Sustentātus, *ūs*, m. ſubſt. die erhaltung. Apul. Apol. p. 287 *Sunt in vita humana temperatus: lectio ſuſtentavit, gravia demerſit.* Auſon. Periocha 5 Odyſſ. Hom. *Cujus hic ſuſtentatu ad usque Phæacum litus evenit.*

¶ Sustentātio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Invent. 2, 49 *Utrum ſtatim fieri neceſſe ſit: utrum habeas aliquam moram & ſuſtentationem*, aufſchub. Firmicus: *Suſtentatio corporis mortalis* Quint. 9, 2 p. 774 Communicationis rhetoricæ ſpeciem a Cicero *ſuſtentationem* vocari ait, *cum communicantes aliquid inexpectatum ſubjungimus &c.*

¶ Sustentator, *ōris*, m. Quintiliano tribuitur.

¶ Sustentāculum, *i*, n. fulcrum, ſeu quidquid ſuſtentat, die ſtütze. Tac. Hiſt. 2, 28, 3 *Suſtentaculum* & *columen* conjunxit. Poſteriores pro alimento poluerunt. v. Barth ad Paulini Petrocor. 4, 430. Addi poſſunt Auguſtini verba pro hac notione, quæ ex lib. 4 adv. Iulian. Donatiſtam c. 14 in Antibarb. exhibuit Cellarius p. 145. Id. & de Morib. eccleſ. cathol. c. 33 *Vivere vacua vino placet, minimeque ſomnuſve corporis ſuſtentaculo abſtinentiam tranquillitatem dacere.*

¶ Sustentābilis, *e*; unde

¶ Intuſtentābilis, *e*, unerträglich. Lactantius Inſtit. 7, 16 *Hic inſuſtentabili dominatione vexatus, &c.* Et de Mort. perſecut. c. 49 *Inſuſtentabilis dolor*, id eſt, intolerabilis.

Tentorium, &c. vide ſupra in *Tendo.*

TENTYRA, *æ*, f. urbs & inſula Ægyptiorum, Plin. 8, 2; Iuvenal. ſat. 15, 35 & 76. Hinc

¶ Tentyrītæ, *ārum*, m. pl. populi, qui crocodilos non timent, quique eosdem ſpectaculi causa Romam adduxerant; de quibus Plin. 8, 25 & 28, 3; & Strabo lib. 17.

TĒNVIS, *e*, ἰσχνός, λεπτός, *tenuis*, ſubtil, ſchmal, dünne; ut, *Aer purus & tenuis*, cui *craſſus* opponitur, Cic Nat. D. 2, 16. Sic *tenues toni*, pro delicatioribus dixit Horatius, & *craſſi* oppositi epiſt. 14, 32. Virg. Culice v. 2 *Atque ut arcanæ tenuis formaverimus orſum.* Sic, *Tenues Athenas*, pro acutis & quæ ſubtili & acri ſenſu

ſenſu ſint, non obeſæ naris, dixit Martial. 6 ep. 64, de quo Bareh. Advers. 41, 10. ¶ 2. *Tenue* etiam eſt, quod non magno ſumtu aut pretio conſtat, quod parvum atque exiguum eſt, gering, ſchlecht. Et ita *Tenues honores*, Nepos dixit 1, 6, 2. *Injuriâ prohibere tenuiores*, Cicer. Off. 2, 12, qui & pro Muræna c. 34 extr. *Homines tenuiores* dixit. *Tenuiſſima valetudine eſſe*, Cæſ. B. G. 5, 40. *Tenuiſſimus victus*, Cic. de Fin. 2, 28. Id. de N. D. 2, 57 *Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtivit & ſepſit.* Et de Orat. 1, 37 *Res minimæ tenuiſſimæque.* Virg. Georg. 4, 6 *In tenui labor, at tenuis non gloria.* Ita &, *Tenuis animus*, parvus & timidus: Cæſ. B. C. 1, 32 *Ad quos legati mitterentur, iis auctoritatem attribui: timoremque eorum, qui mitterent, ſignificari: tenuis atque infirmi hæc animi videri.*

¶ Tenuiculus, *a, um*, diminut. ut, *Tenuiculo apparatu eſſe contentum*, Cic. fam. 9, 19.

¶ Tĕnuĭtas, *ātis*, f. die ſubtilität, dünnigkeit, geringſchätigkeit. Cic. Tuſc. 1, 22 *Tanta tenuitas, ut fugiat aciem.* Vitruv. 2, 3 *Propter tenuitatem per ſe ſtare non poſſe.* In Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *Denſitas tenuitati* opponitur. conf. Sen. Nat. Qu. 2, 10. Rurſus Cic. fam. 16, 21 *Ex meis auguſtiis illius ſuſtento tenuitatem*, id eſt, fortunam tenuem, ſeu paupertatem. *Tenuitas ſimplex*, Id. Divin. 2, 13; & *Verborum*, de Fin. 3, 12. Adde Menck. in Obſerv. L. L. *Refugium tenuitatis meæ*, meiner wenigkeit, Quintil. Decl. 13. conf. Cæſ. B. G. 7, 17.

¶ Tenuĭter, adverb. gar ſchlecht; ut, *Vivere* vel *rem gerere tenuiter*, armſelig leben, Ter. Phorm. 1, 2, 94. *Tenuiter diſſerere*, Cic. in Orat. c. 14. *Adutæ tenuiter confectæ*, Cæſ. B. G. 3, 13, dünne. Compar. Cic. de Invent. 2, 16 *Argumentationes illæ tenuius, & acutius, & ſubtilius tractantur.* conf. Id. de Invent. 2, 16; & Symmach. 10 epiſt. 55. Superl. Colum. de Arbor. c. 7 *Tenuiſſime ſcalpello acuto, ita ne medullam ledas, adradito*, rüf das ſubtileſte. conf. Id. 12, 33. Et Cic. Verr. 4, 16 *Tenuiſſime æſtimare.*

¶ Tĕnuo, *āvi, ātum, āre*, tenue efficere, minuere, ſchwächen, dünn, gering machen. Ovid. Pont. 2, 7, 43 *Vomer tenuatur ab uſu*, es wird abgenützet. Idem de Arte am. 3, 91 *Silices tenuantur ab uſu.* Horat. 3 od. 3 extr. *Magna modis tenuare parvis.* Rurſus Ovid. Trift. 1, 4, 31 *Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras leni.* Ovid. Her. 20, 73 *Idem qui facimus fuſcam tenuabimus iram.* Adde Quintil. 2, 10; Solin. c. 40; Tac. Agric. 10, 4; Plin. 11, 23; Macrob. Somn. Sc. 1, 6 p. 27.

¶ Tenuātus, *a, um*, geſchwächt, geſchmeidig, zernichtet. Tac. Ann. 13, 63, 3 *Corpus parvo victu tenuatum.* Horat. 2 ſat. 2, 84 *Corpus tenuatum recreare.* Ovid. Met. 2, 373 *Vox tenuata viro.* Celſ. 4, 1 *Valva rectæ tenuataque.* Plin. 13, 12 *Charta tenuata.* Plura Drakenb. ad Sil. 1, 396.

¶ Tenuātim, adverb. ſehr dünn. Apicius 2, 4 *Inteſtinum perquam tenuatim productum.*

¶ Tenuābilis, *e*, lindernd. Cæl. Aurel. Acut. 3, 4 *Super unctiones tenuabiles ac apertibiles.*

¶ Tenuēſco, *ĕre*, id eſt, tenuari, abnehmen, ſchwach werden. Conform. in Fragm. quod ei tribuitur, c. 3 *Univerſa gignentia creſcente (lunæ) tenuescunt, tenuescente tenuantur.*

¶ Tenuārius, *i*, m. qui veſtes tenues conficit. Vet. Inſcript. MATTIVS PATROBIVS VESTIARIVS TENVIARIVS. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 52.

Compoſita:

¶ Attĕnuo, *āre*, tenue facere, verringern, ſchwächen, abbrechen, mindern. Vide mox *Inattenuatus.* Sic Ovid. de Arte am. 1, 735 *Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.* Horat. 1 od. 34, 13 *Inſignem attenuat Deus, obſcura promens.* Auct. ad Herenn. 3, 3 *Vt hæc attenuentur.* Sic, *Attenuare arbori umbram*, i. e. frondes umbram præbentes, Catull. 65, 41; *manus dextræ*, Lucret. 1, 317; *curas*, Ovid. Trift. 4, 6, 18; *luctus*, Id. ad Liviam v. 342.

¶ Attenuans, *tis.* Plin. 11, 37 *Linguæ attenuans lambendo cutem hominis.*

¶ Attenuātus, *a, um*, geſchwächt, gemindert; ut, *Attenuatum bellum atque imminutum*, Cic. pro L. Manil. c. 9. *Attenuatæ legiones prælii*, Cæſ. B. C. 3, 89. *Sortes attenuatæ*, Liv. 21, 62; & 22, 1, ut legit Gronovius, & multis confirmat Salmaſ. ad Solin. p. 787, ſed vide *Extenuatus* in *Tenuo. Vires attenuatæ*, Idem 25, 11 & paſſim. Superl. *Attenuatiſſima voce uti*, Auct. ad Herenn. 3, 14; &, *Fortunæ familiaris rei attenuatiſſimæ*, Id. 4, 41.

¶ Attenuate, adverb. ut, *Attenuate preſſeque dicere*, ſchwächlich und kurz reden, Cic. de Clar. Orat. c. 55.

¶ Attenuātio, *ōnis*, f. die verminderung; ut, *Attenuatio ſuſpicionis*, Aut. ad Herenn. 2, 2.

¶ Inattenuatus, *a, um*, unvermindert. Ovid. Metam. 8, 849 *Iamque fame patrias, atque voracine ventris, Attenuarat opes: ſed inattenuata manebat Tum quoque dira fames.*

¶ Extĕnuo, *āre*, verringern; ut, *Laudes alicujus verbis extenuare*, Cic. pro Marcell. c. 2. Et magis proprie de Nat. D. 2, 54 *Ab his* (dentibus) *extenuatur & molitur cibus.* Sen. epiſt. 6 *Multa habeo, quæ debent extenuari, quæ attrahi.* conf. Tac. Hiſt. 4, 46, 10. Et Ov. Pont. 1, 3, 26 *Cui a longa eſt extenuanda mora.*

¶ Extĕnuans, *tis.* Celſus 6, 6, 8 *Omnia pituitam extenuantia.* Cic. Tuſc. 5, 18 *Exaggerantem virtutem, extenuantem cetera.* Sed al. *exterrin.*

¶ Extenuātus, *a, um*, dünne oder klein gemacht, geſchwächt. Cic. Nat. D. 2, 39 *Aer extenuatus in ſublime fertur.* Brutus ad Cic. fam. 11, 13 *Extenuatiſſimæ copiolæ.* Catull. 64, 295 *Extenuata veſtigia.* Frontin. de Colon. edit. Gœſ. p. 114 *Extenuati limites.*

¶ Extenuātio, *ōnis*, f. die verkleinerung. Cic. de Orat. 3, 53 *Conciſa brevitas & extenuatio.*

¶ Extenuātrix, *īcis*, f. adjective, lindernd, mindernd. Macer de Sulphure 4, 19 *Virtus eſt ejus, ut dicunt, extenuatrix.*

¶ Extenuatorius, *a, um*, idem; ut, *Extenuatoria virtus*, Theod. Priſc. de Diæta c. 15. *Origanum & ſiccatorium & extenuatorium*, ibid. c. 10.

¶ Extenuiſſime, adverb. apud Sen. Controv. 1, 4.

¶ Pertĕnuis, *e*, ſehr geringe. Cic. fam. 14, 3 *Spes pertenuis.* Et Sen. Qu. Nat. 2, 10 *Summa pars ejus pertenuiſſima.* v. Bangii Obſerv. 3 p. 1132. In impreſſis legitur *tenuiſſima.*

¶ Prætenuis, *e*, idem. Plin. 21, 37 *Prætenuis membrana.* Id. 16, 43 *Laminæ prætenues.*

¶ Subtĕnuis, *e*, etwas dünne. Varro R. R. 2, 7 *Juba* (equi) *ſubtiſpa, ſubtenuibus ſetis.*

¶ Subtertenuo, *are*, untenher abnützen. Lucret. 1, 312 *Annulus in digito ſubtertenuatur habendo.*

TĔNVS, *ōris*, neutr. 3 extr. *τάνω, tendo*, laqueus dictus eſt apud Nonium 1, 17, ein ſtrick, ſchleiffe, ſprenckel. Plaut. Bacch. 4, 6, 23 *Intendere tenus.* v. Taubm. ad h. l. & Parei Lex. Crit. p. 1231.

TĔNVS, *πέρας, μέχρι*, præpoſitio, ſignificat, *usque ad &c.* bis. Faciunt a *tendendo.* Poſtponitur autem caſui ſexto, ut, *Verbo tenus*, Cic. de Leg. 3, 6. Vlp. l. 1 Dig. Quod quisque juris. *Capulo tenus abdidit enſem*, Virg. Æn. 2, 553. Sic, *Digitotenus, Facietenus, Humerotenus, Pubetenus*, quæ ut compoſita Elmenhorſt. in Apulejo inter adverbia refert, vid. ſuis locis. Tac. Hiſt. 1, 33, 3 *Ianua ac limine tenus domum claudit.* Idem An. 3, 5, 6 *Porta tenus obvius.* Et, *Muro tenus urbes ſiniuntur.* Paulus iCtus l. 4 § 4 Dig. de penu legat. Et Cic. pro Dejot. c. 13 *Antiochus a Scipione devictus Tauro tenus regnare juſſus eſt.* ¶ 2. In plurali genitivo aut ablativo jungitur. Virg. Georg. 3, 53 *Et crurum tenus a mento palearia pendent.* Apulej. Florid. pag. 340 *Aquila cum ſe nubium tenus altiſſime ſublimavit.* Celſus 1, 2 *Dimittere ſe in aquam calidam inguinibus tenus.* Genitivo ſingularis junctum apud Liv. reperitur: 26, 24 *Vrbium Coryciæ tenus ſolum tectaque Ætolorum eſſent.* ¶ 3. Horat. 1 epiſt. 1, 32 diſſimulato caſu extulit: *Eſt quiddam prodire tenus, ſi non datur ultra*, i. e. aliquousque. Sed rectius verſus legitur, *Eſt quodam prodire tenus*, id eſt, quodantenus. ¶ 4. Servius ad illud in Æn. 6, 62 *Hæc Trojana tenus, id eſt*, inquit, *hactenus: Nam* tenus *proprie eſt extrema pars arcus, ut Plautus oſtendit* (Bacch. 4, 6, 23 Pendebit hodie pulchre, ita intendit tenus:) *Vnde tractum eſt, ut* hactenus *hucusque ſignificet.* Ex quibus verbis ſuſpicari licet, Servium in illo Plautino *τὸ tenus* in numero plurativo accepiſſe pro duobus extremis arcus cornibus, ubi nervus ſedet.

Aliquatenus, vide ſupra *Aliqua.*
Eatĕnus, vide ſupra *Is, ea, id.*
Hactenus, vide ſupra *Hic, hæc, hoc.*
Illactĕnus, Illatenus, vide ſupra *Ille, a, ud.*
Nullatĕnus, vide infra in *Vllus, a, um.*
Protĭnus, ſeu, Prōtĕnus, & Protinam, vide ſupra *Pro.*
Quatĕnus, quadantĕnus vide ſupra *Qui, quæ, quod.*
Teos, vide ſupra *Tejum.*

TĔPEO, *ui, ēre, χλιαίνεσθαι*, tepidum eſſe, laulicht ſeyn; ut, *Dolium ubi temperate tepebit*, Cato R. R. 69. *Aura tepet*, Ovid. Trift. 3, 10, 7; *Regio*, Horat. ſat. 1, 4, 30. Martial. 10 epigr. 90 *Focus tepet igne maligno.* ¶ 2. Caeteri affectuum opponitur, laulicht werden. Nemeſ. ecl. 1, 13 *Veneres tepuere ſub annis.* ¶ 3. *Tepidus* & *Sæpius* miſcent librarii, ubi vid.

¶ Tĕpens, *tis*, kühl, laulicht; ut, *Zephyrique tepentibus auris*, Virg. Georg. 2, 330. *Locus tepens*, Colum. 1, 4. *Tepentes fontibus Bajæ*, Flor. 1, 16, 4.

¶ Tepeſco, *ĕre*, laulicht werden. Cic. Nat. D. 2, 10 *Maria agitata ventis tepeſcunt.* Virg. Æn. 9, 701 *Ferrum tepeſcit.* Et Ovid. Pont. 3, 4, 56 *Noſtra tepeſcit aqua*, metaphorice, wir werden nachläßig. Lucan. 4, 284 *Paulatim cadit ira fervox mentesque tepeſcunt*, der zorn vergeht.

¶ Tepeſcens, *tis*; ut, *Fons paulatim tepeſcens*, Plin. 2, 3. Et, *Negotium tepeſcens*, Ammian. 28, 1.

¶ Tĕpĭdus, *a, um*, frigidus calido temperatus, lau, laulicht; ut, *Lac tepidum*, Virg. Æn. 3, 66, kühwarme milch. *Aqua tepida*, Suet. Ner. c. 48; & Plin. 31, 2. *Sol tepidus*, Virg. Georg. 1, 398, id eſt, calidus. *Tepidior cœli ſtatus*, Pallad. 3 t. 24. *Loca tepidiora*, Colum. 8, 5. Auguſtin. Confeſſ. 6, 2 *Tepidiſſimum pocillum.* Sen. ad Marciam c. 17 *Tepidiſſima hiberna.*

¶ Tepĭda, *æ*, f. abſolute, kühl oder laulicht waſſer, ubi *aqua* ſubintelligitur. Apic. 3, 1 *Immittas in tepidam.* Sic & ſupra *Frigida* ſubſt.

¶ Tepidum, adverbialiter, idem quod *tepens* vel *Tepidus*; ut, *Tepidum ſpirare*, Ovid. Pont. 4, 10, 43. v. ibi Not. Heinſii.

¶ Tepĭde, adverb. idem. Colum. 8, 5 *Vt tepide habeantur.* Plin. 5 epiſt. 6 *Si natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt, &c.* Et Auguſt. Confeſſ. 8, 11 *Iam tepidiſſime hoc dicebat.*

¶ Tĕpĭdĭtas, *ātis*, f. pro *Tepore*, improbat Voſſ. de Vit. L. L. 3, 52.

¶ Tĕpĭdo, *āre*, pro *Tepefacere*, laulicht machen. Plin. 17, 26 *Ne frigus vites aduret, circumfundunt viguis, quod ibi tepidare vocant.* Cæl. Aurel. Tard. 2, 13 *Aerem tepidare.*

¶ Tĕpĭdārium, *i*, n. membrum balnei eſt, ut, *frigidarium, calidarium, ſudatorium &c.* die badſtube. Vitruv. 5, 10 pr. *Ipſa caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno.* v. Mercurial. de Arte Gymnaſtica 1, 10. Gloſſ. gr. lat. *χλιαροφύλακιον, tepidarium.* Adde Celſ. 1, 3; & Paul. ICto. l. 9 ff. de ſervit. urb.

¶ Tĕpor, *ōris*, m. tepida qualitas, mittelmäßige wärme, laulichkeit. Cic. Nat. D. 1, 10 *Externus & adventitius tepor.* Id. de Senect. c. 15 *Uva maturata dulceſcit, veſtitaque pampinis nec modico tepore caret & nimios ſolis defendit ardores.* Colum. 2, 4 *Tepor cœli.* conf. Pallad. 1, 6; Curt. 5, 4, 9; & 6, 4, 22. Plurali *tepores* Alcimus dixit 2, 127. Sic & Catull. 47, 1 *Ver egelidos refert tepores.*

¶ Tepōro, *āre*, tepidum facere, ein wenig wärmen. Dracontius Hexaemero v. 28 *Glaciemque teporat Flammeus ignis aquæ.*

¶ Tepŭ-

¶ Tepŏrātus, *a, um*, tepore affectus, gewärmet. Plin. 36, 26 *Fragmenta teporata.*

¶ Tepōrus, *a, um*, laulicht. Sidon. 9 epist. 15 *Teporus flatus.* Auſon. Edyll. 24, 1 *Sol profectus a teporo veris æquinoctio.*

¶ Tepŭlus, *a, um*, id. ut, *Tepulæ aquæ*, Frontin. de Aquæduct. 2 p. 244. conf. Plin. 36, 15 f. 24. P. Victoris lib. de Regionib. urb. Romæ.

¶ Tĕpĕf ĭcio, *fēci, factum, ĕre*, erwärmen; ut, *Tepefacere flumina cede*, Catull. 62, 360. Et Ovid. Pont. 4, 5, 35 *Sanguine Biſtonium quod non tepefecerit enſem.* Adde Cic. de Nat. D. 2, 15; Plin. 15, 28; & Horat. 2 ſat. 3, 136.

¶ Tepĕf io, *īri*, laulicht werden. Plin. 11, 6 *Mature tepeſiunt.* Id. 10, 33 *Nidum mollibus plumis floccisque conſternunt tepefaciendis ovis.* conf. Id. 16, 24; & Celſ. 6, 7, 1.

¶ Tepĕfactus, *a, um*, erwärmet. Cic. de Senect. c. 15 *Terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit.* Id. N. D. 2, 10 *Humor tepefactus.* Virg. Georg. 4, 308 *Interea teneris tepefactus in oſſibus humor.* Celſ. 6, 7, 2 *Succus mali punici tepefactus.* Cic. Tuſc. 5, 13 *Hieme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt.* conf. Virg. Æn. 9, 333 & 419.

¶ Derepeſco, *ĕre*, kühle werden. Sidon. 5 epiſt. 17 *Primo frigore autumnalis auroræ detepeſcebat.*

¶ Intepeo, *ēre*, tepidum fieri, laulicht werden, erwärmen. Propert. 4, 1, 124 *Et lacus æſtivis intepet Umber aquis.*

¶ Intrepeſco, *ĕre*, idem. Sen. epiſt. 78 *Ne quis intepeſcat cibus, ne quid palato jam calloſo parum ferveat, cœnam culina proſequitur.* Colum. 1, 1 *Mitigato jam & intepeſcente frigore.*

¶ Intĕpidus, *a, um*, etwas warm, erwärmet. Celſ. 8, 4 *Collocandus is loco intepido*: i. e. intepeſcente vel valde tepido. Sed ſi ſumas pro *non tepido*, neceſſe eſt cum Facciolato accedere illis, qui *in* ſeparant a tepido. v. Morgagni epiſt. 3 ad Celſ. p. 595 ſq.

¶ Pertĕpidus, *a, um*, valde tepidus; ut, *Aqua pertepida*, Vopiſcus in Carino c. 17.

¶ Prætepeo, *ēre*, vel Prætepeſco, *ĕre*, vorher abkühlen. Ovid. Amor. 2, 3, 6 *Si tuus in quavis prætepuiſſet amor*, h. e. ante tepuiſſet.

TEPHRIAS, *æ*, m. τεφρίας, marmor cineritium Plinio eſt 36, 7, aſchenfarber marmelſtein.

¶ Tephrion, *i*, n. τέφριον, collyrium etiam a cinereo colore ſic appellatum, apud Celſum 6, 6, 7.

¶ Tephrītis, *idis*, f. gemma *novæ lunæ ſpeciem habens, curvatæ in cornua quamvis cinerei coloris*, Plin. 37, 10.

Tepidarium, tepido, *are*, tepidus, tepor, &c. vide paullo ante in *Tepeo.* Ter cum derivatis, vide infra *Tres.*

TĔRĀCVS, *i*, m. piſcis marinus, Plin. 32, 11.

Teramnæ, Terapnæ, vide *Thermnæ, Therapnæ.* Sic enim Græci per Θ ſcribunt.

TĔRAMNON, *i*, n. &

¶ Ateramnon, *i*, n. herbæ, quibus fabam necari Plinius 18, 17 aſſerit; Sed vid. ibi Dalechamp.

Tercenteni, tercentum &c. vide *Centum*, Terdeni, *Decem.*

TĔRĔBINTHVS, *i*, f. τέρμινθος; ſive τερέβινθος, arbor, ex qua reſina colligitur, *terebinthina*, notiſſima in quotidiano medicinæ uſu. vide Plin. 13, 6; Virg. Æn. 10, 136: Ovid. Pont. 3, 3, 98; Dioſc. 1, 78. ¶ 2. Etiam locus eſt Abrahami habitatione nobilitatus. v. Cellar. progr. p. 456 ſq. & Geogr. 3, 13, 151 ex itiner. Burdigal.

¶ Terĕbinthĭnus, *a, um*, adject. Plin. 23, 8; & Celſ. 5, 26 extr. *Reſina terebinthina*, terpentin. Et, *terebinthini calices*, Plin. 16, 40.

¶ Terebinthizuſa, *æ*, lapidis ſpecies, a terebinthinæ reſinæ colore ſic dicta, Plin. 37, 8; Dioſc. 5, 100.

TĔRĔBRA, *æ*, f. inſtrumentum, quo ligna perforantur, ein bohrer. Colum. 4, 29; Cato R. R. c. 41; Vitruv. 10, 19. ¶ 2. *Terebra* ferramentum chirurgicum, quo in vitioſis oſſibus res agenda eſt, v. Celſ. 8, 3. ¶ 3. Dicitur & *Terebrum*. Vet. Gloſſ. *Terebrum*, τρύπανον. Hinc

¶ Terebella, *æ*, f. & Terebellum, *i*, n. dimin.

¶ Terebro, *āre*, perforare terebra, bohren. Virg. Æn. 2, 38 *Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras.* Et 3, 635 *Telo lumen terebramus acuto.* Vitruv. 10, 22 *Terebratur foramen.* Adde Suet. Tiber. c. 68; Colum. 5, 9; Pallad. Octob. t. 8; Liv. Epit. 52; Perſ. ſat. 5, 138. ¶ 2. Translate Plaut. Bacch. 5, 2, 82 *Hanc veniam illis ſine te exoreni. N. Vt terebrat!* i. e. blandis verbis ſe ingerit.

¶ Terebrātus, *a, um*, gebohret: ut, *Buxum terebratum per rara foramina*, Ovid. Faſt. 6, 697. conf. Id. Met. 6, 260; Virg. Æn. 2, 38; Plaut. apud Nonium 1, 315; Pallad. Ian. t. 15.

¶ Terebrātus, *ūs*, m. ſubſt. das bohren, die durchbohrung. Scribon. Larg. compoſ. 206 *De induſtria cum terebratu a medicis exciditur.*

¶ Terebrātio, *ōnis*, f. idem. Colum. 4, 29 *Fit per terebrationem.* conf. Idem 5, 11, & Cæl. Aurel. Chron. 1, 4, 118. ¶ 2. Metonymice pro ipſo foramine Vitruv. 9, 9 *Ea transluta ex terebratione in terebrationem.* conf. Id. 10, 13.

¶ Terebrator, *ōris*, m. Gloſſ. gr. lat. τρυπητής, *Terebrator.*

¶ Terebrāmen, *ĭnis*, n. ſtaub vom bohren; ut, *Furfuracea tinearum terebramina*, wurmmehl, Fulgent. Myth. 2.

¶ Conterebro, *āre*, zerbohren: ut, *Conterebrare oſſa*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 3.

¶ Exterebro, *āre*, ausbohren, durchbohren; ut, *Aurum exterebratum*, Cic. de Divin. 1, 24. Agit enim de columna, quam Annibal perterebravit, de qua dubitabat, utrum ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata. ¶ 2. Significat & inquirere, ſeu ſcrutari; item vi extorquere, abdrungen, zwingen. v. Nonium 1, 315. Ita Plaut. Perſ. 2, 2, 55 *Nunquam iſthuc exterebrabis, ut ſis prior quam ego ſim.* Varroni tribuitur. *Omnes perquirit atque exterebrat artes.* Sed rectius *extenebrat* legitur, vide ſupra in *Tenebræ, Extenebro.*

¶ Perterebro, *āre*, terebrare, perforare, durchbohren; ut, *Columnam auream perterebrare*, Cic. Divin. 1, 24.

¶ Perterebrātus, *a, um*; ut, *Lapis perterebratus*, Vitruv. 8, 7.

TĔRĔDO, *ĭnis*, f. τερηδών, ein holzwurm; non abſimilis crabronibus, ſed varia, & latitudine proxima apibus, appetit avide cibos delicatos, adeoque cum impetu advolat, unde & nomen habet τερηδών, τειδρία enim λίχνος κατὰ γαστρίμαργίαν, id eſt, *voracitatem.* Aculeus earum τερηδήιον dicitur. Colum. 4, 24 *Id & teredinem formicamque prohibet.* Vitruv. 5, 12 has *teredines beſtias nocentes* vocat. ¶ 2. Et *Teredo*, τερηδών etiam nomen, quæ in alvearibus gignitur, Eberus, eine made. *Teredinem ſentire*, Plin. 16, 39. Sed idem Plin. 16, 41 *Teredines tantum in mari ſentiuntur, nec aliam patant teredinem proprie dici*, ein holzwurm in ſchiffen. Terreſtres *tineas* vocant. ¶ 3. Denique & vermiculi illi, qui veſtes arrodunt, *Teredines* dicuntur. Plin. 8, 48 de prætextis Ser. Tullii: *Mirum fuit nec defluxiſſe eas, nec teredinum injurias ſenſiſſe annis DLX*, kleider-motten, ſchaben. Teredinis encomium Clitarchus ſcripſit.

Terens, Terentius, vide in *Tero.*

TĔRENTIA, *æ*, f. Ciceronis uxor fuit, ex qua M. Ciceronem & filiolam Tulliolam ſuſcepit, ſed illam, quod exulante ipſo fidem conjugalem non ſervaſſet, repudiavit. vide vitam Ciceronis apud Plutarch. Plinius 7, 48 centum & tres annos vixiſſe eam ſcripſit.

TĔRENTIVS, *i*, m. comicus Carthaginienſis, Cicerone antiquior annis 60. Virgilio vero annis centum amplius. Vitam ipſam Terentii petant ſtudioſi vel a Donato, vel aliis. Cicero *ſuum neceſſarium* vocat ad Attic. 11, 10. Et in Lælio c. 24 ingenue fatetur, ſe *Terentiano verbo libenter uti.* Sed & *elegantiam ſermonis* fabulis ejus tribuit, ad Attic. 7, 3; & permulta in orationibus ſuis ac libris de philoſophia ab eo mutuatur. Imitatus autem eſt præcipue Menandrum Græcum; quod & Cicero teſtatur his verſibus apud Donatum in vita: *Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone, Terenti, Converſum expreſſamque Latina voce Menandrum In medio populi ſedatis vocibus effers, Quicquid come, loquens, ac omnia dulcia dicens.* Hunc Afranius, & ipſe comicus, omnibus cæteris comicis præfert. Sic enim ſcribit in Compitalibus: *Terentio non ſimilem dices quempiam.* Terentium cum Plauto non contendit modo, ſed & eidem præfert Dan. Heinſius in libello de Satyra Horatiana. ¶ 2. Alius fuit *Terentius Scaurus*, grammaticus, temporibus Adriani imperatoris, cujus meminit Gellius 11, 15.

¶ Terentiānus, *a, um*, adject. Quintil. 6, 3 *Nec minus confidens eſt, quam Terentianus ille Chærmio.* conf. Cic. pro Cæc. c. 10. Idem Tuſc. 3, 27 *Terentianus Chremes ipſe ſe puniens.* conf. de Fin. 1, 1. Idem de Amic. c. 44 *Verbo Terentiano libenter utimur.* ¶ 2. *Terentianus Maurus* alius grammaticus, natione Afer. Scripſit opus de litteris, ſyllabis, pedibus, metris, multiplici genere carminum. *Suavi ſimum grammaticorum* Muretus appellat. Variis locis emendavit Dawes in Miſcellaneis.

TĔRENTVS, *i*, m. τέρεντος, locus fuit in campo Martio Romæ, Diti & Proſerpinæ ſacer. v. Zoſimus 2, 2, & Politian. Miſcell. c. 38. Scribitur & *Tarentus.* Zoſim. c. 1. ἐν τῷ Τάραντι, utrimque prima vocali. Ovid. Faſt. 1, 501 *Cui ſunt vada juncta Terenti.* Quod hic editi & ſcripti fere omnes *Tarenti* habent, accuſat Heinſius, & Feſtum in hac voce videre jubet. Adde Stat. 1 Silv. 4, 18; & 4 Silv. 1, 38, & quos Drakenb. ad Liv. Epit. l. 49 laudavit.

¶ Terentīnus, *a, um*, adject. ut, *Ludi Terentini*, qui & *ſeculares* dicebantur, & centeſimo quoque anno celebrabantur. v. Auſon. Edyll. 4, 34; & Angel. Politian. Miſcell. c. 58. Sic, *Terentina tribus*, Cic. pro Planco c. 8 & 16; & fam. 8, 8, & Liv. Epit. Lib. 10.

TĔRES, *ētis*, o. quicquid longum & rotundum eſt, ſed ſine acuta extremitate, κυλινδροειδές, lang, rund, geſchlang. Virg. eclog. 8, 16 *Incumbens tereti Damon ſic cœpit olivæ.* Liv. 25, 8 *Telum haſtili tereti.* Cic. de Opt. gen. Orat. c. 4 *Habere aures teretes, intelligensque judicium*, ſubtile und fertige ohren. *Oratio teres*, Idem de Orat. 3, 5. Horat. 2 ſat. 7, 28 *Fortis & in ſe ipſo totus teres atque rotundus*; id eſt, æqualis & ſibi conſtans, perfectus. ¶ 2. *Teretia membra*, Suet. Cæl. c. 45, ſucculenta nec tamen obeſa interpretatur Caſaubonus. Et ita *Teretes ſuras* Horatius 2 od. 4, 21 dixit: apud quem & *Teretem puerum* legas epod. 11, 41. *Teretem cervicem* apud Lucret. 1, 36. *Teretes digitos*, apud Ovid. de Arte am. 1, 622. Et reveta formoſitatis vocabulum eſt, & amatoriam quamdam pulchritudinem hæc vox ſignificat. Catull. 61, 181 *Mitte brachiolum teres.* Compar. Gellius 13, 20 *Ciceroni mollius teretiusque viſum*, FRETV *ſcribere, quam* FRETO.

TĔREVS, *eos*, m. Τηρεύς, Thracum rex, ſceleribus ſuis notiſſimus. Fabulam ejus deſcribit Ovid. Met. 6, 455 ſeqq. vide Barth. ad Stat. 5 Theb. pag. 84.

Tergeminus, vide *Geminus*, Tergeo, *Tergo*, Tergilla, *Tergus*, Terginus, tergiverſor, &c. *Tergum.*

TERGO, *terſi, terſum, tergĕre*, & Tergeo, *tergēre*, tertia & ſecunda conjugatione, ſignificat purgare & nitidum facere, καταμάσσειν, σμήχειν, wiſchen, trocknen, ſchmücken. Iuvenal. 14, 62 *Vaſa aſpera tergeat alter.* Cic. in parad. 5, 2 *In familia, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt &c.* Cato R. R. c. 2; & Colum. 3, 22, item Varro ap. Macrob. 1, 15 extr. *Feſſas veteres tergere & purgare.* Ovid. Met. 13, 132 *Manu lacrymantia terſit lumina.* conf. ibid. 8, 663; Plaut. Pœn. 1, 2, 10 & 19; Virg. Æn. 7, 626.

¶ Tergens, *tis*. Iuvenal. 13, 44 *Iam ſiccato nectare tergens brachia.*

¶ Terſus, *a, um*, id eſt, nitidus, nett, ſauber, zierlich. Ovid. Met. 2, 736 *Terſis niteant talaria plantis.* Statius præf. lib. 2 Silv. ad Meliorem ſuum: *Melior, vir optime, nec minus in judicio litterarum, quam in omni vitæ colore terſiſſime.* Plaut. Stich. 5, 5, 4 de muliere: *Bene lauta, terſa, ornata.*

¶ Tertus, *a, um*, priſcis dicitur pro *Terſus.* Varro ap. Nonium 2, 847 *Atrei tersa nitet galea.* Et Cato: *Alii ſunt terti atque uncti.*

¶ Terſe, adverb. i. e. purgate, pure, nitide.

¶ Terſus, *ūs*, m. ſubſt. tergendi actus. Apul. l. 1 de Aſino p. 113 *E*

promtuario oleum unctui, lintea terſui, & cætera huc eidem uſui profer ocyter. Id. Apol. p. 277 *Petere aliquid terſui dentium.*

¶ Terſor, *ōris*, m. qui tergit. Gloſſ. gr. lat. καταμάκτης, *Terſor.*

¶ Terſorium, *i*, n. ſubſt. ein wiſch. Gloſſ. lat. gr. *Terſorium*, ἐκμαγεῖον.

Compoſita:

¶ Abſtergo, *ſi, ſum, ĕre*, & Abſtergeo, *ēre*, abwiſchen, abtrocknen; ic. benehmen. Ter. Eun. 4, 7, 9 *Qui abſtergerem vulnera.* Plaut. Aſin. 4, 1, 52 *Ta labeum abſtergeas.* Et, *Lanella abſterſti* pro *abſterſiſti*, Catull. 100, 7. Sic, *Abſtergere cruorem*, Liv. 1, 41. *faſtidium*, Plin. 20, 5; & *metum*, Cic. fam. 9, 16; *moleſtias*, Idem de Senect. c. 1. *Conſolabor te & omnem abſtergebo dolorem*, Idem ad Qu. Frat. 2, 10. *Pabula amoris abſtergere ſua*, Lucret. 4, 1057. ¶ 2. *Aufergere* & *Detergere*, interdum idem eſt ac *frangere*. Curt. 9, 9, 16 *Cultui inter ſe naves, abjiciegeique invicem remi cœperunt*, abgeſtreifft zu werden. v. ibi Ind. Freinsh. & *Detrigo.*

¶ Abſtergens, *tis*; ut, *Oratio aggritudinem abſtergens*, Cic. Topic. c. 22.

¶ Abſterſus, *a, um*, abgewiſcht; ut, *Abſterſa fuligo*, Cic. Phil. 2, 36. *Abſterſæ lacrymæ*, Curt. 5, 5, 8 *Abſterſi oculi amiculo*, Idem 6, 9, 33.

¶ Circumtergeo, *ēre*, überſtreichen. Cato R. R. c. 76 *Panno oleo unctio tangito & circumtergeto.* Quidam libri *circumergito.*

¶ Detergo, *ſi, ſum, ĕre*, & Detergeo, *ēre*, abtrocknen; ut, *Detergere mensam*, Plaut. Men. 1, 1, 2 *Detergere lacrymas*, Ovid. Met. 13, 746. Et, *Remos detergere* quid ſit, vide in *Remus*, & in Parei Lex. Curt. p. 343.

¶ Deterſus, *a, um*, abgerieben, abgewiſcht, Silius 4, 12 *Pila novant, ac deterſa rubigine ſævus Induitur ferro ſplendor.* conf. Petron. c. 22 & 135.

¶ Extergo, *ſi, ſum, ĕre*, & Extergeo, *ēre*, auswiſchen, abtrocknen; ut, *Spongia extergere*, Cato c. ult. id eſt, delere. *Extergetibi manus linteo*, Plaut. Moſt. 1, 3, 119. Et Vitruv. 7, 3 *Vi ea facilius extergeantur.*

¶ Exterſus, *a, um*, abſaubert, ausgewiſcht; ut, *Everſum atque exterſum vello quare famam*, rein ausgeplaudert, Cic. Verr. 2, 21. *Exterſum æs*, h. e. expolitum, polirt, Plin. 34, 9.

¶ Exterſus, *ūs*, m. extergendi actus; ut, *Exterſui linteum*, h. e. ad exterſum comparatum, Plaut. Curc. 4, 4, 22.

¶ Pertergo, *ſi, ſum, ĕre*, & Pertergeo, *ēre*, wohl abwiſchen, abtrocknen. Colum. 12, 9 *Vaſa pertergere manda ſpongia.* Et Horat. 2 Ser. 8, 11 *Gauſapæ purpureo menſam perterſit.* Et ſecunda conjugatione: Lucret. 4, 290 *Pertergeat papillas, atque ita tranſit*; ſcil. *imago.* Ibid. v. 253 *Et noſtros oculos pertergeat longior aura*, præcaveat votbey.

¶ Retergo, *ſi, ſum, ĕre*, ausſaubern, reinigen. Ammian. 29, 37 (Valeſ. c. 6) *Reterſit obrutas ruderibus foſſas.*

Tergoro, *are*, vide *Tergus.*

TERGVM, *i*, n. dorſum, νῶτος, der rücken; ut, *A tergo aliquem adoriri*, Cic pro Mil. c. 10, von hinten zu. *A tergo, a fronte, a lateribus teneri*, Id Phil. 3, 12. *Terga circumire*, poſteriores acies ordines, in den rücken gehen Tac. Agric. 37, 1. *A tergo lupi, a fronte præcipitium*, locutio eſt proverbialis de duobus certaminis malis propoſitis & prætentibus. v. Chiliad. *Inveterdare manibus ac tergum vincis*, Annius Cic. fam. 10, 32. *Poſt tergum*, hinterwerts, rückwerts Iuſtin. 1, ∞, 11. *Vertere terga*, id eſt, fugere, die flucht geben, Liv. 2, 30; & Cæſ. B. C. 1, 53 *Terga dare*, Quint. 2, 13 & Virg. 4 Georg. 15. *Frangere terga*, Tac Agric. 37, 3 *Hærere in tergis fugientium*, Curt. 3, 8, 16. Hinc ſingulari notione *Terga*, pro fuga aut cæde hoſtium, uti ex adverſo *pectora* pro victoribus poſuit Ovidius Amor. 1, 2, 9 *Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam. Terga exteriora*, i. e exteriorem partem, Livii interpretes ad 26, 42 illuſtrant. ¶ 2. Poetæ etiam de mari, fluminibus & aliis, quæ æquati ſunt planitie, utuntur, ut *Dorſum.* Ovid. de Ponto 1, 2, 82 *Dua meant celeri terga per amnis equo.* Auſon. Moſella v. 205 *Super omnia terga volantem &c.* Sic, *Dorſum maris*, Virg. Æn. 1, 110, & *Dorſum nemoris*, Horat. 2 Sat. 6, 91 Et Iuvencus Hiſt. Evang. 1, 702 *Nec ſentibus usus Proveniſſe unquam variis poſſi terga natatis.* Quod in primis ſolenne Auſonio eſt in Periegeſi; e. g. v. 561 *Hadriatica terga.* Et v. 594 *Achelous Irruit Hadriaci tergum maris.* Et v. 988 *Ægæi per terga ſoli.* Sed & Liv. 25, 15 *Tergum ceſſit.* ¶ 3. Poetæ *Tergum*, pro *tergore* interdum ponunt, die haut, das leder. Virg. Æn. 1, 372 *Taurino quantum poſſent circumdare tergo.* ¶ 4. Item pro *Ventis.* Solebant enim illa tergoribus boum inducti. Virg. Æn. 10, 718 *Et tergo decuit haſtas.* vide Servium, & Nonium 4, 469. ¶ 5. *Tergibus* pro *tergis* habet Lucret. 2, 87 *Neque quidquam a tergibus obſtet.* Sed Pareus *tergis* ſcripſit, ut ait verſus ſpondaicus. ¶ 6. *Tergus* maſculino genere apud Nonium 3, 242 ex Plaut. Aſin. 2, 2, 53 *Haseo opinor familiarem tergum.*

¶ Terginus, *a, um*, leder; ut, *Terginum lorum*, i. e. ſcortica lorea, cute nempe perfecta. Abſolute Plaut. Pſeud. 1, 2, 21 *Nequam edepol reſtim durius tergum erit, quam terginum meum.* Et Ver. Gloſſ. *Terginum, ὡμοβόειον.* Vlus & Lucilius eſt.

¶ Tergiverſor, *atus ſum, ari*, ſubterfugere, ausflucht ſuchen, die ausflucht gebrauchen, ſich weigern. Cic. pro Planc. c. 19 *Quid taces? quid dilatamus? quid tergiverſamur?* Id. Att. 3, 1 *Tergiverſari contra aliquem.* Et, *Inire aliqua tergiverſari*, Ovid. 2, 33. conf. Idem Tuſc. 3, 18; Sen. de tranquill. c. 11; & Dig. 48 t. 16 l. 1§1.

¶ Tergiverſans, *tis*. Cic. Att. 16, 5 *Brutus valde moratur, non tergiverſans, ſed exſpectans.* Idem pro Flacco c. 20 *Hunc eſt nactus, a teſtibus ſuſcitatis ille perſequitur.* Iuſtin. 1, 6, 10 *Tergiverſantes ſuos ad id in oſtentabat.*

¶ Tergiverſatio, *ōnis*, f. die ausflucht, weigerung. Cic. pro Mil. c. 20 extr. *Quid ergo erat moræ & tergiverſationis?* conf. Id. Att. 10, 7. Et Hirt. B. Afric. c. 8 *Locum nullum excuſatio habet nec moram tergiverſatio.* conf. Sen. de Vit. beat. c. 8; & epiſt. 66; Frontin. Horat. 1, 1, 10.

¶ Tergiverſātor, *ōris*, m. ein zauderer. Arnobius 7 pag. 247 *Si utique ſciebat tergiverſatorem in obſequio futurum, nonne fuerat pronius &c.* Vſus & Lucil. ap. Gell. 11, 7 extr.

¶ Poſtergāneus, *a. um*, i. e a tergo vel in tergo exiſtens, rückwertig, Arnob lib. 4 p. 130 *Si orientem ſolem reſpexero, cardo mihi frigoris & ſeptemtrio ſit lævus: in quem ſ. ora traduxero, erit mihi ſiniſter occaſus, qui ab ſole poſterganeus habebitur.*

TERGVS, *ŏris*, n. corium, ein fell, eine haut. Varro L. L. 4, 22 *Tergus ſuis ab eo, quod eo tegitur.* Virg. Æn. 1, 215 *Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant*, ſie ſtreiffen, ſie ziehen die haut ab. Plin. 8, 10, de elephantis: *Dariſſimum dorſo tergu, ventri molle.* Petron. c. 89 *Tergoribus ligare.* Sil. 3, 269 *Squalenti tergore ſerpens.* ¶ 2. Poetæ interdum *Tergus* pro Tergo uſurpant, der rucken. Propert. 1, 26, 25 *Hellen molli tergore vexit ovis.* vid. *Tergum*, n. 3.

¶ Tergilla, *æ*, f. diminut. a *Tergus*, die haut, die ſchwarte. Apic. 4, 3 *Statulam porcinam coctam teſſellatim concides, cum ſua ſibi tergilla.* Gloſſ. gr. lat. *Tergilla* vel *Tergillum*, φορμίνη, χαιρὸς δέρμα.

¶ Tergŏro, *are*, tergus novum inducere, mit einer haut überziehen. Plin. 8, 52 de apris loquens: *Maribus in coitu plurima aſperitas. Tunc inter ſe dimicant indurantes attritu arborum coſtas, lutoque ſe tergorantes.*

TERIOPHŌNON, *i*, n. herba, quæ & Dracontea, drachenwurtz, Apul. de Herb. c. 14.

Termen, vide in *Terminus*, Tormentarium, tormentum, *Tero.*

TERMES, *ĭtis*, m. τέρμις, ramus olivæ, ſicut vitis palmes eſt, ein zweig vom ölbaum. Horat. epod. 16, 45 *Germinat & nunquam fallentis termes olivæ.* Vbi vetus Scholiaſt. TERMITES *proprie dicuntur caules thyſi ſeu rami oleorum.* Vet. Gloſſ. TERMES proprie dicitur *caulis aliarum* (forte olearum) *arborum.* ¶ 2. Feſtus tamen quemlibet ramum accipit. Cujus verba iſta ſunt: TERMES *ramus decerptus ex arbore, nec foliis repletus nec nimis glaber*, ein abgebrochener aſt. Sic, *Termes a palmite avulſus*, Gell. 2, 6. *Termitem* etiam de virga thuriſera Gratius dixit Cyneget. v. 132 *Termes at Eois deſcendet virga Sabais, Mater odorati multum pulcherrima thuris.* Et de quacunque arbore, v. 20 *Inculto Silvanus termite gaudens.* Vbi nota, duo vocabula *Termitem, virgam*, pro uno poſuiſſe antiquorum more, de quo Auſonius Popma de Vſu antiquæ locutionis 2, 10. ¶ 3. *Termes* idem ac *Tarmes*, ein holzwurm. Vitruv. 2, 9 *Abies procreat & alit termitem, ab eoque vitiatur.*

¶ Termĭtĕus, *a, um*, vom ölbaum abgebrochen. Gratius Cyneg. v. 446 *Emicat ipſe manu ramum pallentis ſacerdos Termiteum quatiens*, id eſt, oleaginum.

TERMINTHVS, *ii*, f. τέρμινθος, i. q. eſt, *Terebinthus*, Dioſc 1, 78.

TERMĬNVS, *i*, m. Τέρμων, Deus tutelaris finium agrorum apud antiquos, qui ſolus Iovi cedere noluit. v. Liv. 5, 54; Dionys. 2, 20, & Ovid. Faſt. 50 & 641. Vnde dies, quo ſacra ei menſe Terminario fiebant, *Terminalia* appellatus. ¶ 2. *Terminus*, lapis, vel arbor &c. qua fines agrorum diſtinguebantur, græce τέρμα, ein ereußſtein, marckſtein. Vetus Gromaticus apud Rigaltium p. 296 ſic dictum putat, quod *terræ menſuras diſtinguat & declaret*, Cic. Acad. 4, 43 *Eſt inter eos non de terminis, ſed de poſſeſſione contentio*, nicht um die grenzen ꝛc. Terminorum rationem aurea ætate ignotam atque ſub Iove demum inventam fuiſſe, Tibullus 3 eleg. 3, & alii poetarum, qui auream ætatem depinxerunt, prodiderunt. Vide & Magonem Fragmentis Terminal. p. 265, ubi & de religione Terminorum habes. de qua & Sic. Flaccus de Condit. agrorum legi poteſt pag. 6. Multa terminorum genera cognoſces ex indice in Agrimentores Goeſiano. ¶ 3. Ponitur & *Terminus* pro rei cujuslibet fine, das ende, das ziel; ut, *Terminus contentionum*, Cic. fam. 6, 22. *Termini vitæ*, Idem pro Rabir. perd. c. 10. *Malorum terminus*, Lucret. 3, 1033. *Sibi neque modum neque terminum conſtituere*, Hirt. B. Afric. c. 54. Sic, *Certos fines & terminos ſibi conſtituere*, Cic. pro Quintio c. 10. *Omnium ætatum certus eſt terminus*, Idem de Senect c 20. Silius 3, 134 *Et pace & bello cunctis ſtat terminus ævi. Extremumque diem ſummus tulit.* Symmach. 8 epiſt. 16 *Infra terminos veritatis ſtare*, die wahrheit nicht ereiten.

¶ Terminālis, *e*, zum ende oder grenzen gehörig; ut, *Lapis terminalis*, Amm. 18, 4. *Arbores terminales*, legg. rei agrar. Gœſ. p. 346. *Terminales palos figere*, Tertull de Ieiunis c. 11. Sic, *Terminalis ſcientia*, die feldmeßkunſt, l. fin. § 1 Cod. de compenſat. *Tubæ terminalis cantus*, Apul. Met. 10 p. 253, i. e. clangor, quo terminus impoſitus conſecrabatur. Virg. Æn. 1, 257 *Imperium oceano; famam qui terminet aſtris.* Cic de Senect. c. 23 *Iuventa finibus gio iam ſuam, quibus vitam, terminare.* Idem pro Marcello c. 11 *Vt, unde eſt orta oratio, in eodem terminetur*, daß ſie ſich auch endige. Et Sen. epiſt. 9 *Sapiens omnia intra ſe omnia terminat.* Solin. c. 3 *Annum apud Ægyptios quatuor mensibus terminabant.* Curt. 6, 2, 12 *Ormus qui rubro mari terminantur.*

¶ Ter-

¶ Terminātus, *a, um*, circumſcriptus, concluſus, finitus, umſchrieben, eingeſchrenckt, geendet. Cic. de Fin. 1, 13 *Divitias & pauperes & terminatos habet.* Id. fam. 3, 12 *Imperio annuo terminato.* Et l. 56 § 1 ff. de iuris. *Negotium terminatum*, i. e. abſolutum, vollbracht. conf. l. 230 ff. de verb. ſignif.

¶ Terminate, adverb. auf ein gewiſſes ziel. Sic vetus Gromaticus Gœſii p. 243 *Terminate finem conſtituimus.*

¶ Terminātus, *i*, m. ſubſt. pro *termino*, Frontin. de Aquæduct. pag. 262. conf. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 52, & Salmaſ. in Spartiani Ælium Verum.

¶ Terminātio, *ōnis*, f. die grentz-ſcheidung. Gruter. Inſcript. pag. 197 n. 5 de riparum reparatione: SECVNDVM PRAECEDENTEM TERMINATIONEM PROXIM. CIPP. &c. Adde p. 198 n. 2. ¶ 2. Diſtinctio, diſcretio, die entſcheidung; ut, *Terminatio auribus*, Cic. in Orat. c. 53, das urtheil der ohren. Et Vitruv. præf. lib. 7 *Agendæ vitæ terminationes ſuiſſe.*

¶ Terminātor, *ōris*, m. ein grentz-ſcheider, zielſetzer, Gloſſ. gr. lat. ὁροθέτης, *Terminator.*

¶ Termo, *ōnis*, m. veteribus etiam dictus eſt *Terminus*, der grentz-ſtein, das ende. Feſtus: *Termonem Ennius græca conſuetudine dixit, quem nos nunc terminum, hoc modo: Ingenti vadit curſu, qua reddita termo eſt.* Et Idem: *Hortatore bono priu', quam jam finibu' termo eſt.*

¶ Termen, *ĭnis*, n. antique idem. Varro L. L. 4, 4 *Terminus in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non terminus, ſed termen.*

Compoſita:

¶ Adtermĭno, *āre*, terminis circumſcribere, definire, abmeſſen. Arnobius 3 pag. 107 *Deos filo adterminatis humano.*

¶ Amtermĭni, vel Antermini, *ōrum*, m. pl. qui circa terminos populi Romani viciniæ manebant. Græci ἀμφιτέρμονες, Cato in Origin. apud Feſtum. vide ſupra *Am.*

¶ Conterminus, *a, um*, nahe, grentzend, angrentzend; unde *conterminī*, finitimi dicuntur & vicini, die nachbarn, die an einander ſtoſſen; apud Plinium ſæpe: ut, *Conterminus Indis gens* &c. 12, 8. Et, *Ponto contermini Scythæ*, Id. 3, 26. *Contermina Scythiæ Germania*, Id. 8, 15. Et, *Alexandria Africæ contermina*, Mela 1, 9 extr. Sæpe etiam apud Tacitum; ut, *Conterminæ natio, civitas, gens*, An. 15, 1, 2; Hiſt. 4, 67, 1; Germ. 36, 4. *Conterminum flumen*, Id. An. 13, 57, 1 &c. Loca poëtarum habes apud Drakenb. ad Sil. 5, 510.

¶ Contermĭno, *are*, angrentzen. Ammian. 14, 6 *Per municipia, quæ iisdem conterminant.* Id. 23, 24 *Quibus Arabes beati conterminant*

¶ Determino, *avi, atum, are*, terminis & limitibus deſignare, bezeichnen, beſtimmen, ziel oder grentze ſetzen; ut, *Determinant ſibi ſpatia aquilæ*, Plin. 30, 3. Et Liv. 1, 18 *Regiones ab oriente ad occaſum determinavit.* Cic. Divin. 1, 12 ex poëta: *Omnia determinat annus.* conf. Id. de Orat. 3, 44; Plaut. Pœn. prol. v. 49; & Suet. Galb. c. 15.

¶ Determinātus, *a, um*, abgezweckt, beſtimmt; ut, *Determinatus curſus*, Cic. de Nat. D. c. 40, ubi hodie *Ordinatus.* *Dies jejunii determinati*, faſt-tage, Tertull. adv. Plych. c. 2.

¶ Determinātio, *ōnis*, f. die abzeichnung; ut, *Determinatio mundi*, Cic. de Nat. D. 2, 40. Id. de Invent. 1, 52 *Exitus & determinatio orationis*, concluſio, der beſchluß, das ende.

¶ Determinator, *ōris*, m. qui determinat. Tertull. de Pudicit. c. 11 *Spiritus Sanctus diſciplinæ determinator.*

¶ Determinabĭlis, *e*, das ein ziel hat. Tertull. adverſus Hermogenem c. 41 *Materia determinabilis.*

¶ Indeterminabilis, *e*, ungemeſſen. Tertull. adverſus Marc. 1, 9 *Indeterminabiles quæſtiones.* Adde adverſus Hæreticos c. 7.

¶ Indeterminatus, *a, um*, idem. Caſſiod. 3 epiſt. 52 *Hoc egit illa diſciplina mirabilis, ut indeterminatos agros ratione certa diſtingueret.* Tertull. adverſ. Valent. c. 3 *Indeterminatæ gencalogiæ.* conf. Id. de Præſcript. c. 33.

¶ Diſtermino, *are*, dividere, ſcheiden, unterſcheiden; ut, *Arabia Iudæam ab Ægypto diſterminat*, Plin. 11, 21. Et Gloſſ. Cyrill. *Diſtermino*, διορίζω. conf. Cic. in Arato v. 94.

¶ Diſterminans, *tis*; ut, *Iordanis diſterminans*, Vulg. Interpr. Ezech. 47, 18. Et Apul. de Mundo p. 58 *Luna altitudinis aëreæ principia diſterminans.*

¶ Diſterminatus, *a, um*, unterſchieden. Plin. 4, 20 *Diſterminati ab Aſturia Vadones.*

¶ Diſterminatio, *ōnis*, f. die grentzſcheidung. Liv.

¶ Diſterminator, *ōris*, m. qui diſterminat. Apul. de Mundo pag. 57 *Axis, diviſor & diſterminator mundi, orbem terræ in medietate conſtituens.*

¶ Diſterminus, *a, um*, i. e. diſterminatus, ſeparatus. Silius 5, 400 *Audit Tarteſſus, latis diſtermina terris.* Barthius Adverſ. 10, 24 extr. Gloſſarium allegat, quo *Diſterminus* exponitur *longe abſcedens.*

¶ Extermino, *are*, extra terminos ejicere, austreiben, verbannen; ut, *Expellere, exterminare & ejicere ex urbe virtutem*, Cic. pro Mil. c. 37. *Exterminare urbe atque agro*, Id. Nat. D. 1, 23. *Ex numero hominum ejicere, & ex finibus humanæ naturæ exterminare*, Id. Phil. 13, 1.

¶ Exterminatus, *a, um*, ausgejagt, vertrieben. Nonius 1, 110 *Exterminatum eſt extra terminos miſſum.* Cic pro Domo c. 55 *Res publica exterminata mecum.* Salvian. de Gub. Dei 5 pag. 111 *Exterminati ab agellis ſuis.*

¶ Exterminatio, *onis*, f. ICt. in Dig.

¶ Exterminator, *ōris*, m. qui exterminat. Cic. pro Domo ſua c. 54 *Ante oculos exterminatoris ſui obverſari.*

¶ Exterminatrix, *īcis*, f. Saresb. 8, 17 *Injuſtitia caritatis exterminatrix.*

¶ Exterminatorius, *a, um*, idem; ut, *Operationes male exterminatoriæ*, Irenæus 4, 41.

¶ Exterminus, *a, um*, auſſer landes. Tertull. de Sodoma c. 3 *Atque hinc exterminus ito.*

¶ Exterminium, *i*, n. expulſio, everſio, Tertull. eſt a iv. Valent. c. 16, & Ambroſii ad Virginem lapſam, c. ult. & Auguſtini Confeſſ. 2, 4 & Gloſſ. Lat. gr. *Exterminium*, ἀφανισμός.

¶ Exterminābĭlis, *e*, leicht auszurotten. Caſſiod. Tripart. 9, 15.

¶ Inexterminābĭlis, *e*, unausrottlich. Vulg. Interpr. Sap. c. 12, 23, & Claud. Mamert. 2, 10.

¶ Interminātus, *a, um*, ſine termino, infinitus, unendlich; ut, *Immenſa & interminata in omnes partes magnitudo regionum*, Cic. de Nat. D. 1, 20. Apul. de Mundo extr. *Non eſt in hoc mundo aliquid interminatum.* Et Vellej. 2, 33, 2 *Interminata cupiditas imperii.*

¶ Interminus, *a, um*, idem; ut, *Interminus lapſus*, Apul. de Mundo p. 57. *Oceanus interminus*, Avien. Perieg. v. 74. Prudent. Hymno Epiphaniæ v. 37 *Illaſire quiddam cerminus, Quod rejciat jugum pati, Sublime, celſum, interminum, Antiquius cælo & Chao.* Idem adv. Symmach. 2, 106 *Longis interminis ſeclis.* Et Auſon. epiſt. 16, 38 *Perge o libelle, & utere Felicitate interminis.*

¶ Interminabĭlis, *e*, idem. Hieronymus epiſt. 132 ad Vitalem: *Interminabiles genealogiæ & judaicæ fabulæ.* Sidonius 2 epiſt. 7 *Interminabile jurgium.* Auguſt. de Civ. Dei 19, 11 *Pœnæ impiorum interminabiles*, unaufhörlich. Adde Tertull. adv. Marc. 2, 3.

¶ Protermino, *are*, id eſt, propagare, promovere, fortrücken, erweitern; ut, *Fines usque & usque proterminare*, Apul. Met. 9 p. 235. Et Sidon. 3 epiſt. 1 *Veterum finium limitibus effractis, metas in Rhodanum Ligerimque proterminant.*

Ternarius, vide *Tres*, Ternideni, *Decem*, Ternio, ternus, *Tres.*

TĔRO, *trīvi, trītum, tĕrĕre*, τρίβειν, tundere eſt, reiben, zerſtoſſen; ut, *Lapis lapidem terit*, Plaut. Aſin. 1, 1, 18 *Area terit fruges*, man driſcht, Virg. Georg. 1, 298. *Mola terere*, mahlen, Plin. 36, 26. ¶ 2. Sed, *Terere tempus, otium*, eſt conſumere, die zeit zubringen. Liv. 6, 34 *Tempus terere ſermonibus.* Id. 21, 48 *Nullo ſatis digno moræ pretio.* Et Cic. Phil. 5, 11 *Teretur interea tempus, belli apparatus refrigeſcere*, die zeit wird drüber hingehen. Sic, *Ætatem in rebus diſcendis terere*, Id. de Orat. 3, 31. Liv. 1, 57 *Regii juvenes otium conviviis, comeſſationibusque inter ſe terebant* Idem 6, 8 extr. *In opere longinquo ſeſe terere*; 6, 27 *In armis plebem terere.* Plaut. Truc. 5, 1, 20 *Teritur dies.* ¶ 3. Item, brauchen, gemein machen, e. g. *Hoc verorum ſatis beſterno ſermone trivimus*, Cic. Acad. 4, 6. Et de Fin. 3, 4 *Rerum nomina novarum conſuetudo diuturna trivit.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 29 *Teruerunt* legendum eſſe, non *triverunt*, ex Priſciano docet Brouckh. ad Tibull. 1, 4, 42. Retiner tamen *triverunt* Gronovius. ¶ 4. *Terere* & *Tenere* ſæpe librarii permutarunt. v. Drakenb. ad Liv. 3, 7.

¶ Terens, *tis.* Martial. 2 epigr. 29 *Vides ſubſellia prima terentem.* Virg. Georg. 1, 308 *Auguſtum formica terens iter.*

¶ Terentis, *is*, f. Dea, *quæ præeſt frugibus terendis*, Arnob. 4 pag. 131 & 133.

¶ Trītus, *a, um*, zerrieben, zermalmet; it. brauchbar; ut, *Iter tritum*, Cic. Phil. 1, 3, eine gebahnte, betretene ſtraſſe. *Humano via trita pede*, Tibull. 4, 12, 10. *Trita veſtis*, ein ſchäbicht kleid. Horat. 1 epiſt. 19, 38 *Frugibus area trita*, Ovid. Trift. 4, 6, 19. Cic. fam. 9, 16, 1 de Servio, *Tritas aures habebat notandis generibus poëtarum. Tritum ſermone proverbium*, Cic. Off. 1, 10, ein gemein ſprichwort. *Viſtacias verbum & tritias*, Idem Acad. 1, 7. *Tritior mos*, Plin. 33, 12, ut in MSS. eſt. v. Harduin. *Tritiores manus*, Vitruv. 2, 1 Et Hieron. epiſt. 2 ad Nepotianum: *Seneſtus ætate ſit doctior, uſu tritior, proceſſu temporis ſapientior.* Superl. *Tritiſſima via*, Sen. de Vita beata c. 1.

¶ Tritum, *i*, n. ſubſt. vilitimum genus lomenti, bohnen-mehl. Plin. 35, 13; & Apul. de Herb. c. 108.

¶ Trītus, *ūs*, m. ſubſt. die reibung. Cic. de Nat. D. 2, 9 *Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus.* Et Lactant. 6, 4, 6 *Tritu pedum.* Adde Plin. 35, 4, & 34, 12.

¶ Tritūra, *æ*, f. trituratio, das dreſchen. Colum. 1, 16 *Globulus per trituram terrena vomitis area.* conf. Id. 11, 2 & 3; Pallad. 1 t. 36; & Iun. t. 1; ut & Varr. R. R. 1, 52.

¶ Tritor, *ōris*, m. qui terit, ein reiber, dreſcher. Plaut. Perſa 5, 2, 17 *Tritor ſtimulorum.* Et Plin. 35, 11 *Tritor colorum.*

¶ Tritūro, *are*, terendo excutere frumenti grana, dreſchen. Sidon. 7 epiſt. 6 *In hac area mundi triturari variis paſſionum flagellis.*

¶ Trituratio, *onis*, f. idem quod *Tritura*, Columellæ tribuitur.

¶ Tritūrātor, *oris*, m. ein dreſcher, ſimiliter, vereor ne falſo utrumque.

Triticum, & Tribula &c. vide infra ſuis locis.

¶ Tormentum, *i*, n. pro eo, quod nunc dicitur *Detrimentum*, utitur Plautus Bacch. 4, 9, 5 conf. Feſtus & Parei Lex. Crit. p. 1232. Sed malit Salm. ad h. l. *tormentum.*

¶ Terməntārium, *i*, n. linteum, quo teritur corpus, ein reibtuch. Varro de L. L. 4, 4.

Compoſita:

¶ Attĕro, *trīvi, trītum, ĕre*, anreiben, abreiben; ut, *Anguillæ atterunt ſe ſcopulis*, Plin. 9, 51. *Aſini atterunt ſe ſpinetis*, Id. 10, 74. ¶ 2. *Atterere alicujus famam atque pudorem*, per metaphoram, Salluſt. Cat. c. 16, zu ſchanden machen. Et Apul. Met. 11 p. 271 *Vinculas patrimonii peregrinationis attriverant impenſæ.* Sall. Iug. 79 *Alteri alteros aliquantum attriverant*, de belligerantibus. Pro *Attriviſſe* metri cauſſa Tibullus 1, 4, 42 *Operi inſuetas atteruiſſe manus*; al. *attemnaſſe.* Sed prius probat Brouckh

¶ Atte-

¶ Atterens, *tis*: ut, *Asinus atterens se spinetis*, Plin. 10, 74.

¶ Attrītus, *a, um*, aufgerieben; ut, *Attrita bellis Æthiopia*, ſehr mitgenommen im kriege, Plin. 6, 29. *Attritæ opes*, pro imminutæ, apud Livium ſæpe & Petron c. 116. *Lividinibus attriti*, abgehurte, Id. Petron. c. 81. Sed ¶ 2. *Attrita toga*, ein abgetragener, abgenützter rock, lacera. Martial. 14 epigr. 125 *Attrita veniet ſportula ſepe toga.* Virgilius in Sileno v. 17 *Et gravis attrita pendebat cantharus anſa.* Comparative, *Mentum ſimulacri Herculis paullo attritius*, dixit Cicero in Verrina 4, 43. ¶ 3. *Atteritus* etiam pro *Attritus* in Codice Vaticano Taciti legit Lipſius.

¶ Attrītus, *us*, m. ſubſt. die anreibung, abnützung. Plin. 9, 45 *Piſces attritu petræ ſcalpentes pruritum.* Id. 28, 16 *Attritus calceamentorum*, das drücken der ſchuhe. Solinus c. 52 (al. 65) *Gemma ad calorem digitorum attritu excitata.* Sen. de Ira 3, 4 *Apri tela ſua attrita acuentes.*

¶ Attritio, *onis*, f. idem; ut, *Levis attritio*, Mart. Capella l. 3 p. 50 Et Lamprid. Heliog. c. 10 *Rejatum pinearum etiam attritione odoratius reddidit.*

¶ Contĕro, *trīvi, trītum, ĕre*, terendo comminuere, ſeu in pulverem redigere, zerreiben, zermalmen, ſtampfen; ut, *Conterere in mortario*, Cato R. R. c. 95. *Conterere radicem in pulverem*, Plin. 26, 11. Plaut. 2, 3, 65 *Conteres tu tua me orationc mulier*, id eſt, enecabis. Ov. de Arte am. 3, 91 *Conteritur ferrum, ſilices tenuantur ab uſu.* Cic. fam 9, 25, 3 *Librum contrieram legendo.* ¶ 2. Sed, *Conterere diem, noctem, ætatem, tempus, otium, operam*, metaphorice, zubringen die zeit. Sic Ter. Hec. 5, 3, 17 *Cuſando atque ambulando totum hunc contrivi diem.* Id. Phorm. 1, 4, 32 *Quid conterimus operam fruſtra?* Et Adelph. 5, 4, 15 *Contrivi in quærendo vitam atque ætatem meam.* Cic de Amic. c. ult. *Otium & tempus in ſtudiis conterere.* Id de Fin. 1, 21 ext. *Conterere ſe in muſicis, geometria, numeris, aſtris.* Id. fam 1, 9, 60 *Injurias voluntaria oblivione conterere*, auswillig vergeſſen. Id. Att. 9, 4 pr. *Quæ ſunt horum temporum, ea jam contrivimus*, es iſt abgedroſchen zeug.

¶ Conterens, *tis*. Vulg. Interp. Ier. 23, 29 *Malleus conterens petram.*

¶ Contrītus, *a, um*, zerquetſcht, zerſtoſſen; ut, *Herba cum caſeo in vino contrita*, i. e. comminuta, Plin. 20, 13. *Contrita myrti vel rubi folia*, Celſ. 3, 19. Sed, *Communia & contrita præcepta*, i. e. vulgata, abgedroſchen. Cic. de Orat. c. 31. Et pro Sext. 40 *Nullo præmio propoſito, præter hoc, quod jam contemtum & contritum putatur, judicium bonorum.*

¶ Cōntritio, *ōnis*, f. tritum notumque Theologis vocabulum, die zerknirſchung, anaſt. Vet. Gloſſ. *Contritio, συντριβή.* Lactant. 7, 18 *Erit preſſura & contritio.* Sed & Quintil. Decl. 15 p. 173 *Spem gaudia pavant, adverſa contritionem.* In Sen. Controv. 1, 1 alii legunt: *Contritionem illi præbebimus*, alii *conchionem.*

¶ Contrītor, *ōris*, m. qui conterit. Convicium in ſervos apud Plautum Perſ. 3, 3, 14 *Compedum contritor.*

¶ Conterobromius, *a, um*, adjectivum Plautinum, dum Comicus ille Curc. 3, 1, 76 *Libyam oram omnem conterobromiam* vocat, quaſi vini feracem, quod Bromium, hoc eſt, uvas ſive vinum conterat.

¶ Contrīto, *are*, frequentat zerſtoſſen, mit füſſen treten. Arnob. lib. 2 p. 93 *Noſtram cauſſam rationem contritat.*

¶ Detĕro, *trīvi, trītum, ĕre*, abreiben, zerreiben; ut, *Pulſibus tribularum deterere frumenta*, dreſchen. Colum. 1, 6 *Uſu aliquid deterere*, Quint. 2, 4, abnützen. *Laudes alicujus culpa deterere ingenii*, Horat. 1 od. 6, 11, verringern.

¶ Detrītus, *a, um*, abgerieben, abgenützt; ut, *Al catena collum detritum canis*, Phædr. 3, 8, 16. Translate Gell. 15, 30 *Ab alio vitæ genere jam detritus.*

¶ Detrīmentum, *i*, n. contrarium eſt *emolumento*, der ſchade, verluſt. Ter. Hec. 2, 1, 37 *Sat ſcio, peccando detrimenti nihil fieri poteſt.* Sic, *Detrimentum accipere*, Cic. pro L. Manil. c. 6; *importare*, Id. de Orat. 1, 9; *inferre*, Cæſ. B. Civ. 2, 2. *Provideant Coſſ. ne quid reſpublica detrimenti capiat*, ſolennis formula, qua ſumma poteſtas Coſſ. tribuebatur: v. Briſſon. in formulis: Adde ex veteribus Salluſt. Cat. c. 29, & Liv. 3, 4.

¶ Detrimentōſus, *a, um*, quod detrimentum adfert, ſchädlich, nachtheilig Cæſ. B. Gall. 7, 33 *Cæſar a bello atque hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat.*

¶ Detrimentābilis, *e*, ſchädlich. Gloſſ. gr. lat. βλαβερὸς, *Detrimentabilis, nocibilis.*

¶ Detĕrior, *us*, & Deterrimus, *a, um*, a *deter* obſoleto, ex verbo *Detero*, ärger, ſchlimmer. Cic. Nat. D. 2, 34 *Sæpe quod quis corrigere vult, deterius facit. Deteriores omnes ſumus licentia*, Ter. Heaut. 3, 1, 74. Et Quintil. 1, 1 *Hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt.* ¶ 2. Aliquando *Deterior*, minor, inferior, ſeu impar eſt, geringer, ſchwächer. C. Nepos 18, 3, 6 *Equitatu plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.* Cic. Phil. 8, 1 extr. *Res vetere fieri interdum deterior ſolet.* Id. pro Cæc. c. 7 *Eſſe deteriore jure*, weniger recht haben. Plaut. Epid. 3, 4, 10 *Stremuisti deterior ſi prædicat ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ.* Cic. de Amic. c. 16 *Finis deterrimus.* Id. de opt. gen. Orat. c. 1 *Perſpicuum eſt, quod optimo difficillimum ſit eſſe deterrimum.* Et Verrina 2, 16 *Homo deterrimus & impudentiſſimus.* Cic. de haruſp. reſp. c. 26 *Si unum hominem deterrimum poëta præſtanti aliquis ingenio fictis compoſitisque verbis deformatum vellet inducere; nullum profecto dedecus reperire poſſet, quod in hoc non ineſſet, multaque in eo penitus defixa atque inhærentia præteriret.*

¶ Deterius, & Deterrime, adverb. ärger, ſchlimmer. Cic. de Fin. 1, 3 *Ex eo credo quibusdam venire uſu, ut abhorreant a Latinis, quod inciderint in inculta quædam & horrida, de malis Græcis Latine ſcripta deterius.* Apul. Met. 2 p. 272 Stew. *Deterrime verſipelles.* conf. Elmenh. p. 124.

¶ Deteriæ porcæ, i. e. macilentæ, apud Feſtum.

¶ Deteriōro, *are*, poſterioris latinitatis verbum, deterius facere, verſchlimmern. Claud. Mamertus de Anima 1, 3 *Quicquid deteriorari poteſt, & corrumpi profecto poteſt*: & c. 14 *Non ad creaturam deteriorabitur creator immutabilis.* Ambroſius epiſt. 3 ad Simplicianum: *Vaſe fœtido vel oleum vel vinum facile corrumpitur ac deterioratur.* Adde Frontin. de Colon. ed. Gœſii p. 133.

¶ Deterioratus, *a, um*, verſchlimmert; ut, *Deterioratæ rei æſtimatio*, Symmachus 4 epiſt. 68.

¶ Indetrītus, *a, um*, unabgetragen, unabgenützt. Tertull. de Reſurrect. c. 58 *Veſtimenta indetrita & inoboleta.*

¶ Indetribĭlis, *e*, quod deteri non poteſt, das ſich nicht abnützet; ut, *Indetribilis ſoliditas*, Paulin epiſt. 16.

¶ Diſtĕro, *ĕre*, zerreiben, zerſtoſſen. Cato R. R. c. 75 *Bene diſterere in mortario.* Petron. c. 24 *Eum baſiis diſtrivit*, er hat ihn abgeherzt.

¶ Diſtrītus, *a, um*. Sidon. Carm. 9, 336 *Valet diſtritum bonus applicare theta*; al. *diſtrictum.*

¶ Extĕro, *ĕre*, heraus ſtoſſen; ut, *Grana exterere ſpica*, ausdreſchen, die korner aus der ähre reiben, Varro R. R. 1, 52. conf. Colum. 2, 21. *Alvus calore multo cibum exterit*, Cic. Nat. D. 2, 54. *Literam exterere*, i. e. expungere Varro L. L. 4, 19. Quintil. 10, 4 extr. *Opus poliat lima, non exterat*: ubi manet in metaphora; utrumque enim limæ opus eſt *expolire* & *exterere.* Phædr. 1, 22, 9 *Calcibus frontem exterere*, das geſicht zertreten.

¶ Extrītus, *a, um*, ausgerieben, ausgetilget, ausgelöſcht; ut, *Extritus validis viribus ignis*, Lucret. 5, 1097. *Extrita ſyllaba* (κατὰ συγκοπὴν) Quintil. 9, 3. *Extrita litera*, Varr. R. R. 2, 1.

¶ Intĕro, *trīvi, trītum, ĕre*, intra aliquid terere, einreiben, einbrocken. Ter. Phorm. 2, 1, 4 *Tute hoc intriſti, tibi omne eſt excedendum*, hoc eſt, conſilium perniciosum, cujus auctor tu fuiſti, periculo tibi tuo expediendum eſt. vid. Chiliad.

¶ Intrītus, *a, um*, eingebrockt; ut, *Panis in lacte intritus*, eine milch-mehrte, Varro R. R. 2, 9. *Intritus cibus*, Phædr 1, 27, 7.

¶ Intrīta, *æ*, f. ſubſt. & Intritum, *i*, n. Plin. 9, 8 *Intrita panis e vino*, eine wein-mehrte. Celſ. 3, 19 *Tum & intrita ex vino, & hoc ipſum aſperum quidem, ſed tamen meraculum dandum eſt.* Apul. Met. 11 p. 265 *Intritum lacte confectum.* ¶ 2. *Intrita* etiam *calcis* dicitur mixta illa & confecta materia, quæ albaria & tectoria præbet, eingemachter kalk. v. Philandri not ad Vitruv. 7, 2 p. 1-9. Et Plin. 36, 25 *Intrita quo vetuſtior, eo melior.* Apud eumdem 35, 13 eſt *Intritum* ¶ 3. Et terra, ſeu lutum illud quidem, *Intrita* dicitur, manibus fabactum, quo oblinuntur furculi inſiti, ein pfläſter zum pfropfen. Plin. 17, 16 *Intrita oblini.*

¶ Intrimentum, *i*, n. idem; ut, *Sapidiſſimis ſuccunum intrimentis conditus*, Apul. Met. 10 p. 244.

¶ Intertrīgo, *ĭnis*, f. vitium ſeu malum illud eſt, cum pes pedem, vel ungula ungulam atterit, aut cum equi dorſum equitatione atteritur, wag ſich wund gerieben. Vet. Gloſſ. *Intertrigo, παράτριμμον*, der wolf. Plin. 20, 14 *Intertrigines menta probicet.* Vbi Harduinum vide. Et 24, 4 *Nucleus gallæ ſedat intertrigines.* Varro L. L. 4, 36 deducit a *terendo*, ſive *ab eo, quod duo inter ſe trita & diminuta ſint.*

¶ Intertrīmentum, *i*, n. idem fere quod detrimentum, ſchade, einbuß. Ter. Heaut. 3, 1, 39 *Nunc ſine magno intertrimento haberi non poteſt.* Ad quem locum Schol. Eugraph. INTERTRIMENTA *ſunt, quæ intus terendo damna perficiunt.* Vet. Gloſſ. *Intertrimenta, ἀπώλεια*, vide & Varr. L. L. 4, 36. Aſconius in illud Cic. Verr. 1, 50 *Cum eo ſine ullo intertrimento convenerat: Detrimentum*, inquit, *unius partis eſſe poteſt; intertrimentum vero dantis & accipientis.* Secundum quod Cicero *intertrimentum* pro communi conficiendi alicujus negotii jactura poſuit. ¶ 2. Livius 32, 2 evanidam argenti partem, quæ in excoctione deperit, *intertrimentum* dixit: *Quia argento non probo pars quarta decocta erat, quæſtores pecunia Romæ mutuo ſumta intertrimentum argenti ſupplevêrunt*, den abgang, ſchlacken. ¶ 3. Sic & in aliis rebus *Intertrimentum* dicitur, quicquid in uſu earum & tractatione deperit, was abgehet, eingehet, ſich einmiſſet.

¶ Intertritūra, *æ*, f. idem quod *Intertrimentum*, Scævola Lege 43 § 1 Digeſt. de Pignor. act.

¶ Obtĕro, *trīvi, trītum, ĕre*, zerquetſchen, ertreten. Suet. Ner. c. 5 *Sed & in via Appiæ vico repente puerum civitatis jumentis haud ignarus obtrivit.* ¶ 2. Vtuntur eo magna ex parte metaphorice; ut, *Obterere atque contundere calumniam*, Cic. pro Cæc. c. 7. Et Vatin. Cic. fam. 5, 9 *Proſternere atque obterere obtrectationes, & invidias malevolorum*, unterdrucken, dämpfen. *Laudes majorum obterere*, Decl. Antequ. iret &c. c. 6. *Majeſtatem populi Romani ſeneſcentem obterere*, Liv. 23, 43. ubi v. Gebhard. *Obteritur religio pedibus ſubjecta*, Lucret. 1, 79. *Satis inſtructus ad obterendum hoſtem*, den feind zu tilgen, Curt. 3, 2, 10. *Philippi res orſas obterere*, zu vernichten, Id. 8, 1, 23. *Laudem virtutis obterere*, Nep. 20, 1, 5.

¶ Intereābilis, *e*, qui nec teſtamentum facere, nec ad teſtamentum adhiberi teſtis poteſt, der zum zeugen nicht eilt oder angenommen wird. Vlp. l. 20 Dig. Qui teſtam. fac. *Cum lege quis inteſtabilis judicatur &c.* Adde reliqua, & Iſidor. lib. 10 litt. I. ¶ 2 Interdum *Inteſtabilis* idem eſt, quod deteſtabile, exſecrabile, verflucht; ut de *Sacer* & *Inteſtabilis* conjunguntur Dionyſius 2 [al. 3, 15] *Intereabile & ſacer eſto.* In Saliuſt. B. Iug. c. 67, & in XII Tabul. lege ap. Gellium 6, 7 *Improbus & inteſtabilis* conjunguntur. Gellius 7, 18 *Intestabilis impiusque* copulat Compar. Sallust. Fragm. c. 3 *Si pecûn atque inteſtabilior meta veſtro fuerit.* Et Tac. Hiſt. 4, 42, 10 *Inteſtabiliter & ſacrum exitium eſt.* ¶ 3. *Inteſtabilis*, qui privatus eſt teſtibus. v. Plaut. Curc. 1, 1, 30; & Mil. 5, 1, 24; ambiguo quidem ſenſu.

¶ Inteſtis, *e*, qui caret teſtibus. Arnob. lib. 5 *Honorare aliquem ſacerdotio inter ſacrificia.* v. Salmaſ. de Pallio p. 202.

¶ Obteſtor, *āri*, precari cum adjuratione, vel, per aliquid, quod exprimitur, ut Donatus exponit, beſchwören, und zwar bey etwas, Ter. Andr. 1, 5, 57 *Per tuam fidem perque ejus [amicitiam] te obſecro.* Cic. in Verr. 5 ext. *Deos atque omnes [ſuppl. te] hujus [ſuppl. rei] atque auxilium.* Et ſine adjuratione; ut, *Obſecro vos, judices*, Id. pro Cæl. c. 32. Et ad Att. 3, 23 *Precibus [amicos] orare & obteſtari.*

¶ Obteſtans, *tis*. Brutus Cic. epiſt. 18 *Orat atque obſecro te, neceſſitudinem meorum tuamque in me benevolentiam obteſtans.* Et Cic. Att. 3, 10 *Obteſtans omnes Deos*; ubi al. *Conteſtans.*

¶ Obteſtātus, *a, um*, paſſive, beſchworen, angerufen. Apul. Met. 2 p. 125 *Obteſtata fide proficiſcitur.* cont. emend. Elmenh. p. 165. Ammian. 31, 9 *Obteſtatus precem [ſuppl. ſuſceptam] ſuperſtitioſus peperci.*

¶ Obteſtātio, *ōnis*, f. die bitte, beſchwerung. Cælius Cic. fam. 8, 10 *Memini, quæ obteſtatione mandaris.* Liv. 27, 50 *In preces obteſtationesque verſæ matres.* Donato ad Ter. Andr. 1, 5, 57 *Obteſtatio dicitur, quando cum adjuramus, quem rogamus.* conf. Nep. 22, 4, 3.

¶ Prætĕſtor, *ari*, vorher bezeugen; ut, *Prætĕſtari viam vitæ*, Tertull. carn. 3 adv. Marc. c. 6, 4.

¶ Proteſtor, *ari*, palam teſtari, öffentlich bezeugen, behaupten. Imp. Iuſtinian. Inſtit. proœmio: *Bellicos ſudores noſtros tam Africa, quam aliæ innumeræ provinciæ iterum in ditionem Romanæ noſtri oquaddita imperio proteſtantur.* conf. l. fin. ff. de Inſtitor. act. Quintil. Decl. 4 ſub fin. *Proteſtor, pri ſtinum, non ego parricidium faciam.* Macrob. Sat. 1, 17 fin. *Veris ſpectatoribus proteſtantur rerum.* ¶ 2 *Proteſtari* vulgata magis atque omnium uſu protrita, quam latina notione ſignificat, publice & e renata teſtes facere contra aliquid, & appellare, wider etwas proteſtiren, ſein recht vorbehalten. Latini *intercedere* dicunt & *contradicere.*

¶ Proteſto, *are*, non minus quam *Proteſtor* veteres dixiſſe, docet Priſcianus p. 799.

¶ Proteſtātus, *a, um*, der bezeuget hat. Apul. Met. 10 p. 252 *Vxor magno fidem ejus proteſtata clamore.*

¶ Proteſtātio, *onis*, f. die bezeugung, behauptung. Symmach. 1 ep. 56 *Alia eſt proteſtatio amoris, alia linguæ oſtentatio.*

¶ Vnitēſtis, *is*, m. Gl. ff. gr. lat. μόνοχις, *unius teſtis, unicoleus.*

Teſtu, teſtuarius, &c. vide ſupra *Teſta.*

TĔSTŪDO, *ĭnis*, f. χελώνη, quadrupes, *ovipara & ſanguine ceſſa*, a teſta, qua tegitur, appellata, ei e ſchild verſehen. Quæ tamen ſanguine calla duci nequit, cum ſanguinem ejus mederi oculorum fluxioni ſcribat Plinius 32, 2. Idem quatuor earum recenſet genera, ut *terreſtres, lacuſtres*, quæ in terra partim vivunt, *marinas*, easque quæ in dulci vivunt aqua, vel *aquatilis*. Liv. 26, 33 *Teſtudinem, ubi collecta in ſuam tegimen eſt, tantum ad omnes ictus video eſſe.* conf. Cic. Nat. D. 2, 48 & 52; & Divin. 2, 64 ext. Plin. 9, 10; Colum. 6, 5. Peloponneſiorum moneta inſculptam habuiſſe teſtudinis figuram: unde ænigma ſive adagium, *Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines*, id eſt, nummi & largitiones prævalent virtuti. v. Chiliad. ¶ 2. Tibull 3, 4, 37 *Artis opus raræ fulgens teſtudine & auro*, i. e. teſta hujus animalis. v. Brouckh. ad h. l. ¶ 3. *Teſtudo* inſtrumentum muſicum, quod primum ex teſtudine inventa Mercurium feciſſe Homerus in Hymno & inde alii narrant; & eſt vel lyra, vel cithara, vel chelys, eine laute, leyer, geige oder harfe. Virg. de Orpheo Georg. 4, 464 *Ipſe cava ſolans ægrum teſtudine amorem &c.* Adde Horat. Epod. 14, 1; 3 od. 11, 3; & Art. Poët. v. 395; &c. ¶ 4. *Teſtudo*, machina bellica, quam Lucanus 3, 474 deſcribit, hoc eſt, vel aries, ein mauerbrecher, vel continuata ſcutorum ſeries, qua tecti milites oppugnationem urgent, ein ſchild- oder ſturmdach. Stat. Theb. 10, 530 *Scrutaturque cavas cæca teſtudine turres.* Virg. Æn. 9, 504 *Omnes Ferre libet denſa ſubter teſtudine caſus.* De uſu & figura v. Lipſ. de Militia 1, 8; & Stewech. ad Veget. 4, 12. Hinc & *Teſtudo* ſcutis militum fieri ſolita, de qua Lipſ. Poliorc. 1, 5; & Stewech. ad Veget. 2, 4. Liv. 34, 39 *Subductis ſuper capita ſcutis, continuatisque ita inter ſe teſtudine facta ſubibant.* conf. Id. 44, 9; Cæſ. B. G. 2, 4; Tac. Hiſt. 3, 27, 4; &c. ¶ 5. *Teſtudo*, locus in ædificiis cameratus, ein geſchloſſen gewölbe. v. Varro L. L. 4, 33; Vitruv. 7, 30; &c. & Nonius 1, 386, ibique loca Virg. & Siſennæ. Sedulius in Ioann. 4, 8 *Reſidens media teſtudine templi.* Adde Vitruv. 7, 3. ¶ 6 In capitis etiam muliebris ornatu & poſitu comarum locum habuit nomen teſtudinis. Ita Ovid. A. A. 3, 147 *Teſtudinea* [*clauſa*] quædam ornati ait.

¶ Teſtūdinātus, vel Teſtūdĭnātus, *a, um*, concavus in forma teſtudinis, auf[gewölbet]; ut, *Teſtudinata tecta*, Columel. 12, 55: Vitruv. 2, 1. ex. *Teſtudinatum ædificium*, Vitruv. 6, 5. Cæſ. Ex. Vitr. p. 127. *Teſtudinatum in aſſem*, Plin. 33, 3. Vel cum *Teſtudinea* apud Politianum legitur: *Quæ cavos [cavis] ſonis [ſonis] pleraque teſtudinea antra.*

¶ Teſtūdĭneus, *a, um*, ex teſtudine factus, nach ſchildkrot art. Prop. 2, 31, 3 *Ad teſtudineæ carmen [citharæ] lyræ.* Ovid. ep. 20 *Et teſtudineum modulos quater [bina] locum.* ¶ 2 Ita ad *Gradivi ſi [ſuppl. ſcuto] modicæ*, eſt tarde incedere in morem teſtudinis, ſchildkrotsweiſe. vid. Chil. & Fleur. Aul. 1, 1, 10; & Amph. 1. Di vertere item v. 52 conf. & Plin. 32, 11, Solin. c. 56.

Teſtula, teſtum, teſtus, vide ſupra *Teſta.*

TĔTĀNŎTHRA, *ōrum*, n. pl. medicamenta Plinio ſunt 32, 7, vim erugandi, cutemque lævigandi habentia.

TĔTĀNUS, *i*, m. τέτανος, morbus, cum cervix recta & immobilis intenditur, a τείνω, *extendo*, ſpannen, ſtarr machen. Plin. 23, 1; & 32, 8. Cels. 4, 5. *Neque alius impetus acutior neque mors eſt, quamvis, qui [quum] rigore nervorum modo caput ſupalli, modo mentum pectori admovit, medio cervicem & immobilem cervicem intuetur. Priorem Græci ὀπισθότονον, inſequentem ἐμπροσθότονον, utrumque τέτανον appellant: quamvis minus ſubtiliter quidam inciſoribus his nominibus utantur.*

¶ Tetanĭcus, *a, um*, τετανικός, qui ejusmodi rigore nervi vel muſculi ſecundum ſpinam laborat, Cels. 4, 5; & Plin. 23, 7.

TĔTARTAEUS, *a, um*, τεταρταῖος, *quartana*, ſie eintägig, ſed apud Columell. 3, 20 de generibus vitium quaternarium ſignificat, ubi tamen alii *tetradium*, f. melius.

¶ Tetartēmŏrion, *i*, n. τεταρτημόριον, quadrans, Plin. 7, 49 de varietate naſcendi. Sed *Tetartemoria* gen. fœm. Mart. Capella lib. 9 pag. 315 de tono ejusque diſtantiis.

TĔTER, *a, um*, [odi]os turpis, odioſus, häßlich, ſcheußlich, abſcheulich; ut, *Bella inmania & tetra*, Cic. Tuſc. 4, 23 *Quæ tetra & hoſtis hujus civitatis?* Id. pro Cornelio c. 6. Et, *Omni [omnibus] atque immanitate teterrimus*, Id. in Vatin. c. 3 extr. *Nulla [nullus] gens [genus] hominum tetrior?* Plaut. Mod. 3, 1, 128. Et, *Teterrimum bellum*, Cic. fam. 10, 14. *Teterrimus error*, Prudent. contr. Symmach. 1, 38. *Teterrima comes mortis fames*, Colum. 2, 2. *Terror damnatio*, Tertull. Apol. c. 5. Iuvenalis tenibus *tetrum ocellum* tribuit Sat. 10, 191: & Apulejus Apol. p. 294 *Magiam tetram & horribilem* appellat. conf. Nonius 4, 460, ubi *Teter* eſt 1 vitabile, 2 illuviotum, fœtidum, 3 amarum, 4 impium, 5 crudele.

¶ Tetrum, adverbialiter, idem. Prudent. Cathem. 4, 22 *Tetrum flagrat calor vapore craſſo conſpirans horror.*

¶ Tetre, adv. ſchlimm, ſcheußlich; ut, *Facere multa impure atque tetre.* Cic Divin. 1, 29. Id. pro Domo c. 39 extr. *Impurius me terriumque violare.* Et Att. 10, 12 *Cadunt ea, quæ diligentiſſime ſunt cogitata, teterrime.* Claud. de laud. Stil. 2, 135 *Blandia quisquam vultus, ſed qua non tetrius ulla Vltrices fucata genas.*

¶ Tetrĭtūdo, *inis*, f. die ſcheußlichkeit. Accius apud Nonium 2, 854 *Te obſecro, ne hæc aſperitudo tetritudo me in occulto faxit.*

¶ Tetro, *āre*, fuedare, polluere, garſtig machen. Pacuvius apud Nonium 2, 837 *Bellarum ac ferarum adventus ne tetret loca.*

Tetricus, vide paullo poſt.

TETHALASSOMENUS, *a, um*, τεθαλασσωμένος; ut, *Vinum tethalaſſomenon*, cui marina aqua miſcetur, Plin. 14, 8.

TĔTHEA, *æ*, f. piſcis marinus, Plin. 32, 11 & 9.

TĒTHYS, *yĭs*, & *yos*, *yĭ*, f. τήθυς, Celi & Terræ filia, uxor Neptuni vel Oceani. vid. Col. 10, 199 & Saturni ſoror, Iovis nutrix & Nympharum mater. Virg. Georg. 1, 31 *Teque ſoror magnum Thetys [mat] omnibus undis.* A poëtis *Thetys* non ſecus ac pro mari ſumitur. Lucan. 1, 414 *Tethyos undis vegæ lunaribus æſtus [eſt] maris.*

¶ Thĕtis, *ĭdis*, aliud eſt, vide infra, & Barth. ad Statii Achill. 1, 29 pag. 2596.

¶ Tethya, *orum*, n. pl. τήθυα vel τήθεα, purgamenta maris fungorum potius generis quam piſcium, Plin. 32, 6 al. 10; legunturque alii *Tetheæ.*

Tetrachordon, vide *Chorda*, Tetracolon, *Colon.*

Tetradoron, vide *Doron*, Tetradrachma, *Drachma*, Tetragnathius, *Gnatho*, Tetragonus, *Gonia*, Tetragrammaton, *Grammia.*

Tetralix, vide *Licium*, Tetrameter, *Metrum*, Tetrans, *Tetras.*

TETRAO, *ōnis*, m. τετράων, Heſychio, avis major, in deliciis habita, quibusdam videtur gallus urus, ein auerhahn. Suet. Cal. c. 22 *Hoſtiæ erant phœnicopteri, pavones, tetraones, Numidicæ, meleagrides, phaſianæ.* Et Plin. 12, 22 ex doctiſſimorum Virorum emendatione: *Decet tetraonas ſuus nitor ad claraque incrementa, in ſpeciebus cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quarum & colorem reddit, &c.* Adde Tertull. adv. Marc. 1, 13; & Casaubon. ad d. l. Suet.

Tetrapharmacum, vide *Pharmacum*, Tetraphori, *Phora.*

Tetraplare, tetraplaſis, vide *Teras*, Tetrapleurus, *Ipſi pleuris* in *Pleuritis*, Tetrapogon, *Tragopogon*, Tetrapolis, *Polis*, Tetraptoton, *Ptotis*, Tetrapus, *Podes.*

Tetrarcha, tetrarchia, vide ſupra *Archa.*

TETRAS, *ădis*, f. τετράς, quaternio, numerus quaternarius, ein geviertes. v. Mart. Capella lib. 7 p. 239 *de Tetrade.*

¶ Tetrans, *antis*, o. quadrans, quarta pars, ein viertheil. Vitruv. 10, 11. *Tetrantibus dividi in quatuor partes.* Idem 4, 3 dixit *tetrantorum* pro *tetrantium.* v. Baldi Lex. p. 127.

¶ Tetraplāsis, *is*, f. τετραπλάσις, *quadruplicatio*, vierfältigung. Mart. Capella lib. 9 p. 322.

¶ Tetraplo, *are*, τετραπλασιάζω, *quadruplico*, are, vierfältig machen. Idem Capella l. c. *Diesis tetraplatur.*

¶ Terrafēmus, *a, um*, τετράσημος, *quaternarius*, aus vier beſtehend, ut, *Numerus tetrafemus*, Mart. Capella 9 p. 350 ſq.

Tetraſtichon, vide *Stichus*, Tetraſtylus, *Stylus.*

TETRAX, *ācis*, f. τέτραξ, genus avis, in Nemeſiani Fragm. de Aucupio v. 1. vide *Tetrao.*

Tetre, vide *Teter*, Tetricitas, *Tetricus.*

TĒTRICVS, *i*, m & Tetrica, *æ*, f. mons in Sabinis arduus atque aſper. Virg. Æn. 7, 713 *Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum &c.* Adde Sil. 8, 419; & Voſſ. Etymol. p. 518.

¶ Tetricus, *a, um*, adj. triſtis, ſeverus, tædioſus, verdrüßlich, ſauerköpfiſch, ſcheußlich; ut, *Tetrica puella*, Ovid. de Arte am. 1, 721. *Tetrici ruſtici*, ſo ernſthaftig, ſauer und böſe ausſehen, Colum. 8, 11. Sic, *Tetricam & triſtem diſciplinam Sabinorum*, Livius dixit 1, 18. Et Martial. 6 ep. 10 *At quamnon tetricus, quam nulli nubilus ira, Quam placido noſtras legerat ora preces.* Adde Sen. epiſt. 36; & Varr. apud Nonium 2, 865.

¶ Tetricitas, *atis*, f. die unfreundlichkeit. Lucanus ad Piſon. v. 91 *Nec ſtultum, lata ſed tetricitate decorum.*

TĒTRINNIO, *ire*, anatum eſt, ſchnattern wie die enten. Auctor Philomel. v. 22 *In fluviiſque natans forte tetrinnit avis.*

Tetritudo, tetro, *are*, vide paullo ante *Teter*

TETTIGO, *æ*, f. τέττιξ, *ῆγος*, i. e. cicada, die heuſchrecke, Dioſc. 2, 45.

¶ Tettigonētra, *æ*, f. τεττιγομήτρα, mater cicadarum, Plin. 11, 26.

¶ Tettigōnia, *æ*, f. cicadula, vel minor cicada, Plin. 11, 26.

TEVCER, vel Teucrus, *ri*, m. Τεῦκρος, Scamandri Cretenſis filius, Dardani gener, cum quo & ſocium in Troade regnum habuit. Ab eo, *Teucri*, Trojani Virgilio ſubinde dicuntur, & *Teucria*, Troja. ¶ 2. Alius fuit *Teucer* Telamonis filius ex Heſione, Laomedontis regis filia & Priami ſorore, qui Salamina Cypri conſtituit. v. Vellej. principio reliqui Opuſculi. Hunc Teucrum prunum humanam hoſtiam immolaſſe Jovi, Lactantius auctor eſt 1, 31 pr. ¶ 3. *Teucrum* pro mendico & naufrago Paulinus poſuit Iambo ad Cytherium v. 317.

¶ Teucria, *æ*, f. Troja dicta a Virgilio Æn. 2, 26 *Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu.*

¶ Teucrion, *i*, n. τεῦκριον, ſive Teucris, herba, quam a Teucro repertam Plinius ſcripſit 25, 5, ie lauer ie lieber Germani dicunt, quamquam hæc *Coamepitys* eſt, de qua ſuo loco, & conf. Plin. 26, 7 (ubi aliqui legunt *Teucrias*) Apul. de Herb. c. 24 & 56; & Dioſc. 3, 102.

TEVCHITES, *is*, m. genus odorati ſpecies eſt Plinio 21, 13.

Teucolithus, vide ſupra *Tecolithus.*

TEVMĒSSVS, *i*, m. Τευμησσός, mons Bœotiæ in regione Thebana ad Plin. tempora notus, per quem himenus fluvius fertur: qua de cauſa Statius eum *Teumeſſius amnis* appellavit Theb. 9, 462. Et campos apricos, ſive planitiem illam, per quam decurrit, *Teumeſſia arva*, ibid. 2, 33.

¶ Teumeſſius, *a, um*, quod idem ac *Thebanus* eſt. Ita Statius Polynicen Thebanum *Teumeſſium juvenem* eodem libro 1, 331 appellat. Id. Theb. 5, 92 *Inſano veluti Teumeſſa Thyas Rapta Deo.*

TEVTAS, *æ*, m. Gallorum Deus, humanis hoſtiis cultus, Lactantius 1 Divin. Inſtit. c. 21. vide ibi Betulej.

¶ Teutātes, *is*, m. idem, apud Lucanum 1, 444 *Et quibus immitis placatur ſanguine diro Teutates, horrensque feris altaribus Heſus.*

TEVTHĀLIS, *idis*, f. τευθαλίς, herba, weggras. Plin. 25 c. 12.

TEVTHRAS, *antis*, Τεύθρας, rex Myſiæ, a quo *Teuthrania*, Τευθρανία, regio ſupra Æolida, quam Myſi veteres quondam tenuere, dicta fuit, Stephano auctore. ¶ 2. Eſt & fluviolus ſive curpus hoc nomine. vid. Scalig. ad Propert. p. 221; & Broukkh. ad eumd. 1, 11, 12.

¶ Teuthrantēus, *a, um*, adject. Ovid. Met. 2, 243 *Teuthranteus Caicus.*

¶ Teuthrantĭus, *a, um*, idem; ut, *Teuthrantia turba*, Ovid. Heroid. 9, 5, quod aliunde, a *Teuthranto* Atticæ ducunt.

¶ Teuthrantum, *i*, n. oppidum Atticæ. Sed *Teuthrania*, æ, regio & oppidum, Plin. 2, 87; & 5, 30.

TEVTHRION, *i*, n. τεύθριον. Ita herbam *Polium* appellatam a quibusdam, indicat Dioſcorides 3, 115. v. Plin. 21, 7; ſupra *Polium.*

TEVTLON, *i*, n. τεῦτλον, i. e. beta, kohl, Dioſc. 2, 112.

TEVTONI, *ōrum*, m. pl. Τεύτονοι, vel *Teutones*, vel *Teutonici*, Germani dicti ſunt a *Teutone* rege, qui poſt Tuiſconem Germaniæ præfuit, a quo *Tuiſcones* appellati fuere, die Deutſchen oder Teutſchen. Nam Germanorum nomen paullo ante imperatorum Romanorum tempora cœpiſſe videtur. v. *Germania.* Sed *Teutonum* nomen antiquitus in univerſum Germanorum non fuit; ſed eorum tantum, qui Cimbris vicini ad oceanum coluerunt, cumque iis Galliam, Hiſpaniam, Italiamque tenturunt ingreſſi, de quo Florus 3, 3; Cic. pro L. Manil. c. 20, ubi ſunt *Teutoni.* Sic & Obſequ. c. 98 & 103. Vide Cluverium, cui imnæum Tom. 1 Iur. Publ. 1, 6, 26.

¶ Teutonĭcus, *a, um*, adject. teutſch. Propertius 3, 3, 44 *Teutonicas domus refringat opes.* Sic *Teutonicus vomer*, Claudian. in Eutrop. 1, 426. *Teutonici capilli*, Martial. 14 epigr. 26. *Manubiæ Teutonicæ*, Grater Inſcript. p. 436 n. 3.

Teutoſagi, vide ſupra *Tectoſages.*

TEXO, *xi, xtum, ĕre*, ὑφαίνω, concinnare, conſtruere, wircken, weben, flechten. Tibull. 2, 3, 57 *Veſtes tenues, quas fœmina Coa texuit.* conf. Ovid. Pont. 1, 3, 30. *Texendi* artificium & rationem luculenter deſcripſam dedit Seneca epiſt. 90; & ſtylo poëtico Ovid. Met. 6, 54 ſive in fabula Arachnes. Add Caſaub. ad Perſ. p. 509 ſq. et Exerc. ad Bare. 16, 84 & Salm. ad Vopiſc. Aurel. c. 46 pag. 563 ſqq. Hudſ. ¶ 2. Varias deinde parit metaphoras. Ita Cicero proverbialiter dixiſſe videtur de Orat. 2, 60 *Ea tela texitur, & ea vivendi ratio inciatur in civitate*, id eſt, id agitur. *Sepes texere*, zäune flechten, Virg. Georg. 2, 371. *Texere naves*, ſchiffe bauen, Id. Æn. 11, 326, quomodo etiam Calpur. ecl. 7, 23 *trabibus ſpectacula textis*, de theatro. Et, *Viſcellam texit hiſciſco*, ecl. 10, 71. Et Cic. fam. 9, 21 *Epiſtolas quotidianis verbis texere ſolemus.* Vid. omnino Brouckh. ad Tibull. 4, 1, 211. Sic, *Texere flores*, Ovid. Met. 10, 123; *nidos*, Quintil. 12, 6; *navigium*, Plin. 13, 11; *vaſa ex ferulis*, Colum. 9, 6; *orationem*, Auſon. Profeſſ. v. 12.

¶ Texens, *tis*. Ter. Heaut. 2, 3, 44 *Texentem telam ſtudioſe ipſam eſſĕndimus.* De aranea *texente telam*, Catull. 69, 49.

¶ Textus, *a, um*, gewebt, geflochten; ut, *Parietibus cæcis textum iter*, Virg. Æn. 5, 589. conf. ſupra *Sutus* in *Suo.*

¶ Textum, *i*, n. ſubſt. das gewebe; item peplum, ein ſchleier; ut *Textum illuſtre*, Stat. Theb. 6, 365. Id. 10, 56 *Mirabile textum*, ein köſtlich webewerck. ¶ 2. Per metaphoram ad plures res transfertur. *Dicendi tenue textum*, i. e. compoſitio, Quintil. 9, 4 p. 833. *Clypei textum*, Virg. Æn. 8, 625, & Stat. Theb. 7, 652. Id. 5, 354 *Squalentia texta thoracum.* Et *Carmine texta*, Catull. 54, 10. *Calumniæ textum*, Apul. Apol. p. 313. De compoſitione hominis, ſive ſtructura Prudentius uſus eſt Hymno exſequiali v. 16. Adde Solin. c. 8: Lucret. & Accium ap. Nonium 3, 243; & Catonem R. R. c. 76 & bis c. 84.

¶ Textus, *ûs*, *ui*, m. ſubſt. idem & pro textura, das weben. Plin. 18, 7 *Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.* Id. 9, 35 *Alterno textu fulgentibus crinibus.* Sic, *Viminum textus*, Tac. An. 2, 14, 4. ¶ 2. *Textus* pro verbis autoris, der text. Ita ſæpe uſus eſt Ammianus; e. g. 15, 7 *Rem brevi textu percurram*, i. e. paucis verbis. Ibid. c. 8 *Vt oſtendit textus ſuperior.* Et 21, 4 *Textu locto juſſorum.* Multo plura congeſſit Borrich. in Vind. Latinit. p. 229, ubi & loca Arnobii, Manilii.

¶ Textilis, *e*, quod textum eſt, gewebt, gewirckt, geflochten. Cic. Tuſc. 5, 21 *Collocari hominem juſſit in aureo lecto, ſtrato pulcherrima textili ſtragulo.* Virg. Æn. 3, 485 *Textilibus onerat donis.* Sic, *Textilia ſerta*, Martial. 6 epigr. 80. Et Lucret. 5, 1349 *Nexilis ante fuit veſtis, quam textile tegmen.* Et, *Textilem peplum*, Cicero in interpretatione quorundam verſuum ex Sophocle de Hercule, Tuſc. 2, 8 vocat veſtem Centauri infectam ſanguine, qua periit Hercules.

¶ Textile, *is*, n. ſubſt. ein tuch, zeug; ut, *Regia textilia*, Liv. 45, 33.

¶ Textor, *ōris*, m. ein weber, ſticker. Iuvenal. 8, 30; Cic. pro Planc. c. 25; Plaut. Aul. 3, 5, 45.

¶ Textrix, *icis*, f. Tibull. 2, 1, 65 *Atque aliqua aſſidue textrix operata Minerva Cantet.* conf. Apul. Met. 6 p. 180. Et, *Textricum ars inventa*, Sen. epiſt. 90. *Textrici veſtiarii*, Reinef. Inſcr. Cl. 11, n. 77.

¶ Textrĭcula, *æ*, f. dimin. *Textricula puella*, Arnob. lib. 5 p. 166.

¶ Textrinus, *a, um*. Firmicus de Errore prof. relig. c. 17 *In Ægypto Nili regis filia, textrinæ artis magiſtra.*

* ¶ Textrīna, *æ*, f. ſubſt. locus quo texitur, die weberſtat, wirckſtat. Cic. Verr. 4, 26 *Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi ipſe muneatextrinam inſtituerit.* Sed optimæ editiones hic *textrinam* habent. ¶ 2. Item, die weberkunſt; ut, *ratio textrina*, Plin. 11, 24.

¶ Textrinum, *i*, n. idem. Cic. 4 in Verr. 46 *Quod illi textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.* Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 21 *Palæmon primo textrinum, deinde litteras docuit*; ubi ipſam artem notat Tertull. adv. Gent. c. 1 *De compito, de tricis, de textrino totus.* Sidon. 2 epiſt. 2 *Continuatur vicinante textrino cella penuaria.* ¶ 2. Servius ad Virg. Æn. 11, 326 *Loca, in quibus naves fiant, Græce ναυπήγια, Latine textrina* dicuntur. *Ennius dicit: Idem campus habet textrinum navibus longis.* Navalia enim non ſunt ναυπήγια, ſed γεωσία, arſenal.

¶ Texterna, *æ*, f. idem. Apul. Florid. p. 14 *Veſtem de texterna emere.* Sed Elmenh. p. 346 legit *textrina*, conf. ib. Emend.

¶ Textorius, *a, um*, gewebt, zuſammen geſtickt. Sen. epiſt. 113 *Textorium totum illud eſt, quod cum agitur, diſſilio riſu.* Colum. 9, 6 *Opus textorium.*

¶ Textūra, *æ*, f. opus textorium, das gewebe, weberarbeit; ut, *Aranearum textura*, Plaut. Stich. 2, 2, 24 *Coæ textura Minervæ*, Propert. 4, 5, 23. *Textura diſſimilis inter ſe*, Lucret. 6, 776. conf. Tertull. de Reſurrect. c. 32.

Compoſita.

¶ Attexo, vel Adtexo, *xui, xtum, ĕre*, annectere, adjungere, anflechten, anweben, beyfügen. Cic. de Vniverſo c. 11 *Ad immortalem partem attexere mortalem.* conf. Varr. R. R. 2, 5.

¶ Adtextus, *a, um*, geflochten, beygefügt. Apul. Met. 11 p. 260 *Adtextis capite crinibus.*

¶ Circumtexo, *ĕre*. Hinc

¶ Circumtextus, *a, um*, umher gewirckt; ut, *Velamen acanthi circumtextum*, Virg. Æn. 1, 649. *Elephanti corio circumtextus*, al. *circumtentus*, Plaut. Mil. 2, 2, 80.

¶ Circumtextūra, *æ*, f. die einfaſſung. Lucret. 4, 648 *Extima membrorum circumtextura coërcet.*

¶ Contexo, *ĕre*, zuſammen flechten, wircken, fügen; ut, *Contexere interrupta*, Cic. de Leg. 1, 3, die lücken ausbüſſen. *Contexere cum aliorum negotiis noſtra*, id eſt, conjungere, Id. fam. 5, 12. *Contexere carmen*, eſt componere, Cic. pro Cæl. c. 8. Et pro Dejot. c. 6 *Quam feſtive crimen contexitur*, i. e. aſtute conflatur & componitur?

¶ Contexens, *tis*. Vict. Epit. c. 3 *Duplici ordine naves contexens.*

¶ Contextus, *a, um*, zuſammengefügt, gewirckt. Cic. Nat. D. 2, 63 *Ovium villis confectis atque contextis homines veſtiuntur.* Nep. 25, 16, 2 *Hiſtoriæ contexta.* Virg. Æn. 2, 112 *Trabibus contextus acernis equus.*

¶ Contexte, adverb idem quod conjunctim vel denſe, dicht an einander. Cic. de Fat. c. 14 *Omnia naturali colligatione conſerte contexteque fiunt.*

¶ Contexim, idem. Plinius 10, 52 *Turdi in cacuminibus arborum la-*

ti-

to vilificantes pæne contextim. Auguſt. epiſt. 112 c. 15, *Quæ contextim poſſit Ap ſt[illegible], breſumunt.*

¶ Contexus, ūs, m. ſubſt. die zuſammenfügung; ut, *Pinnarum contexta tegmina operi inſere*, Cic ex Accio de Fin. 5, 11. *Contextum aliquem diſſolvere* Lucret 1, 243 *Contextus & circumſcriptio ſermonis*, Quintil. 8, 2 p. 952. *Literarum nomina & contextus*, i. e. ordo, quo proponuntur, das a b, c, Id. 1, 1 p. 20. *Contextus operis*, Valer. Max. 5, 4, 7. conf. Petron. c. 20.

¶ Contexio, *onis*, idem. Macrob Somn. Scip. 1, 5 *Contextio & reſolutio numeri* Et c. 6 *Et numeris facta contextio.* Auguſtin. Doctr. Chriſtian. 3, 3 *Contextione ſermonis.*

¶ Detexo, *ĕre*, idem quod contexere, vel texendo abſolvere; ut, *Detexere telam*, zu ende weben, vollbringen, Plaut. Pſeud. 1, 4, 7. Et, *Exordiri, detexere, retexere.* Cic. de Orat 2, 38. *Ab exordio aliquid detexere*, Auct. ad Herenn. 2 c. 27. Virg ecl. 8, 71 *Quin tu aliquid ſaltem, potius, quorum indiget uſus, Viminibus mollique paras detexere junco.* Tibull. 2, 3, 15 *Tene piſcilla levi detexta eſt vimine junci?* Ita legit Broukh. ¶ 2. Feſtus allegat locum Plauti: *Ego hominem detexam pallio*, i. e. exuam, ſpoliabo.

¶ Detexens, *tis.* Cic. in Arat. v. 250 *Hic non perpetuum detexens conficit orbem.*

¶ Detextus, *a, um*, abgewirckt, vollbracht; ut, *Linum nondum detextum*, Ulpian. l. 76 § 11 Dig. de Legatis. Et Cic. de Orat. 2, 33 *Ante exorſa & potius detexta prope retexere.*

¶ Extexo, *ĕre*, aufweben. Plaut. Bacch. 2, 3, 5 *Extexam ego illum pulchre*, id eſt, ſpoliabo auro. *Extexere* enim eſt telam lana nudare.

¶ Intexo *ĕre*, innectere, involvere, implicare, includere, einbringen einflechten. Cic in Partit. c. 4 *Læta triſtibus, incredibilia probabilibus inteximus.* Plin. 13, 11 *Intexere litteras veſtibus*, Buchſtaben hinein wircken. Cic. Att. 13, 22 *Te ἐσαμενέστατα intexui, faciamque crebrius.*

¶ Intexens, *tis.* Virg. Æn. 7, 488 *Mollibus intexens ornabat cornua ſertis.* Id ecl. 2, 49 *Aliis intexens ſuavibus herbis* &c.

¶ Intextus, *a, um*, eingewebt, geſtickt. Auct. ad Herenn. 4, 47 *Chlamys coloribus variis intexta.* Cic. Nat. D. c. 55 *Arteriæ toto corpore intextæ.* Adde Virg. Æn. 5, 252; & 10, 785; & Georg. 3, 25.

¶ Intextus, *ûs*, m. ſubſt. die einflechtung; ut, *Intextu concretus*, Plin. 2, 8.

¶ Intertexo, *ĕre*, mit unter oder mit einflechten. Macrob. Somn. Sc. 1, 6 pr. *Animæ Deum partes ex pari & impari intertexuiſſe.*

¶ Intertextus, *a, um*, hineingeflochten, drunter gewirckt; ut, *Flores hederis intertexti*, Ovid. Met. 6, 128. Et Quintil. 8, 5 *Neminem decet intertexta pluribus notis veſtis*, ein bunt geſtickt kleid. conf. Stat. 3 Silv. 5, 9.

¶ Obtexo, *ĕre*, oben überziehen, bedecken Plin. 2, 38 *Cælum aliud obtexens per nubes.* Virg Æn. 11, 611 *Cælum obtexitur umbra.* Statius Achill. 2, 115 *Omne fretum longa velorum obtexitur umbra.*

¶ Pertexo, *ĕre*, perficere, hinausführen ausmachen. Cic. de Orat. 2, 33 *Pertexe modo, quod exorſus es.* Et Att. 1, 14 *Totum hunc locum, quem ego varie ſoleo pingere, valde graviter pertexuit.*

¶ Pertextus, *a, um*, gewebt, gewirckt; ut *Byſſo tenui pertexta palla*, Apul. lib. 11 p. 258.

¶ Prætexo, *ui, ĕre*, vorher machen, voran ſetzen. Cic. de Orat. 2, 78 *Omnia quæ fiunt, quæque aguntur acervine, lenibus principiis natura ipſa prætexuit.* Virg. ecl. 7, 12 *Pratexit arundine ripas Mincius*, er bekleidet das ufer. Plin. 6, 25 *Montes eas gentes omnes prætexant*, id eſt, cooperiunt, ſie ziehen ſich um dieſelben herum ſo weit ſie wollen. Ita Tac. Germ 42, 2 *Ea Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio prætexitur*, ubi alii *pergitur.* Sed & idem Germ 34, 2 *Nationes Rhenum prætexuntur*, i. e. adjacent. ¶ 2. Obtendere, zum vorwand haben. Virg Æn. 4, 500 *Non tamen Anna novis prætexere funera curis Sperabam* Et v. 172 *Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam*; hoc eſt, ut Servius exponit, *prætendit*, ſie wendet für bemäntelt. Eſt autem in utroque Virgilii loco hypallage: *Novis prætexere funera curis*, pro *Nova funera curis prætexere.* Et, *Hoc prætexit nomine culpam*, id eſt, *hoc nomen culpæ prætexit.* Cic. in Pilon. c. 24 *Prætexere cupiditatem triumphi*, vorſchützen.

¶ Prætexens, *tis.* Vellej. 2, 62, 3 *Ubicunque ipſi eſſent, prætexentes eſſe rempublicam.* Tibull. 1, 4, 43 *Prætexens picta ferrugine cælum Arcas*, verhüllend.

¶ Prætextus, *a, um*, adſutus tanquam ad ornamentum, geziert, verbrämt; item, fürgewandt. Cic. fam. 2, 16 fect. 19 *Togam prætextam texi Oppio, puto te audiiſſe*, i. e magiſtratum majorem pararі. Id. Catil. 2, 2 de Longillo ait, *quem amare in prætexta calamnia cæperat.* Sed hic quidem locus obſcurus eſt. Ovid. Faſt. 5, 56 *Sellæ & Augſto prætextum nomine templum.* Sed, *Prætexta fabula*, quæ ſit Horatio, vide mox in *Prætextatus.*

¶ Prætexta, *æ*, f. ſubſt. veſtis erat purpura prætexta, ein mit purpur verbrämtes kleid. Apud Romanos *Prætextam* nobilium fuiſſe, tam fœminarum, quam virorum, Pedianus ſcribit in Prætur. urb. p 99. Pueri nobiles ſive patricii ea induti erant usque ad annum XVII. Vnde *Prætextati* pro pueris ponuntur auctoribus. v. Macrob. Sat. 1, 6, & Manut. Quæſitis per Epiſt. itemque Lipſ ad Tac. p. 86, nec non Guther. de Iure Pontificio 1, 28. *Prætexta* Græcis dicitur περιπόρφυρος, i. e. circumquaque limbum habens purpureum. Adde Roſin Antiq Rom. 5, 32 p. 897, ubi & cauſſam dicit, cur puerili ætati prætexta cum bulla fuerit data; quia ſcil. Tarquinii filius anno ætatis 14 in bello contra Sabinos hoſtem manu perculſiſſet. Cic de Amic 10 *Puerorum amores ſæpe cum ipſa prætexta ponuntur.* Nam togam ſumentes, prætextam deponebant. ¶ 2. Erat tamen etiam *Prætexta* ſenatorum, erat etiam ſacerdotum, v. Roſin. l. c. & Phil. Carol. Ant. R. 2, 12. Hinc *Prætexta conſularis*, i. e. honor conſularis apud Vellej. 2, 65, 3. Et apud Valer. Max. legitur 7, 3, 8 *Abjecta honoris prætexta*, v. Ruperti Diſſ. ad h. l. p 442. Nonius 14, 29 *Prætextam* vocat *ipſi gnæ Romanam, quod ſupra tunicas honorati quique ſumunt.* ¶ 3. *Prætexta* dicitur fabula prætextata, de qua mox in *Prætextatus.* Aſin Pollio Cic. fam. 10, 32 extr. *Prætextam ſi vales legere.*

¶ Prætextum, *i*, n. ſubſt. προφάσις, die urſache, der vorwand Suet Cæſ. c. 30 *Prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit* &c. conf Tac. Hiſt. 2, 100, 4. ¶ 2. Sed apud Senecam in illo epiſt 71 *Illud pulcherrimum capiant prætextum optimates* &c. *Prætextum* eſt purpura, quæ prætexitur. v. Calaub ad Suet. p 25. Sic, *Prætextum triumphi* pro inſignibus triumphi Val. Max. 7, 1, 1 dixiſſe videtur Salmaſio ad Vopiſc. p 405, cum *prætextum* nihil aliud ſit quam ornatura vel ornamentum. conf. Plin. 12, 9, & Rupert. Diſſ. ad Val. Max. 7, 3 p. 442 ſqq.

¶ Prætextus, *ûs*, m. ſubſt. der vorwand, bemäntelung, deckel *ſimulationem* Cicero vocat. Suet Tib. c. 28 *Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad nos deferuntur.* Tac. Hiſt. 1, 77, 2 *Prætextu veteris amicitiæ.* conf. ibid. 1, 76, 4. ¶ 2. Tac. Hiſt. 1, 19, 4 *Agitatum ſecreto, num & Pijo proficiſceretur, major prætextu*, id eſt, ſplendore, dignitate, auctoritate.

¶ Prætextatus, *a, um*, in verbrämten rock gekleidet. adelich Nam *Prætextati & prætextatæ*, pueri dicebantur ingenui, & puellæ ingenuæ, prætexta utentes; ut, *prætextati filii*, Cic pro Mur c 5; & Vellej. 2, 59, 2. *Prætextata Sulpitia*, Tac. Hiſt 4, 42, 3. Et Suet. Aug c. 44 *Maritis e plebe propriis ordines aſſignavit: Prætextatis comem ſuum, & proximum pædagogis.* Hinc *Ætatem prætextatam* pro annis pueritiæ dixit Gellius 1, 23; & *Annos prætextatos*, Plin. 33, 1. ¶ 2. Cic. Att. 6, 1 p. 593 *Magnus prætextatus illo die fui:* Loquitur de pridie Kal. Ian & clariſſimo jurejurando ſuo, de rep. a ſe conſervata. *Prætextatus* igitur hic eſt, qui *prætextam*, magiſtratus inſigne, gerit. ¶ 3. *Prætextata fabula*, h. e. Romani argumenti: Donatus a dignitate perſonarum, & hiſtoria ſeu argumento latino *prætextatas* dictas fuiſſe ſcripſit. Horatius *prætextas* dixit pro *prætextatas*, de Arte poetica v. 288 *Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.* ¶ 4. *Prætextatus* cognomento dictus eſt Papirius v. Gell. 1, 23. & Macrob. Sat. 1, 6. ¶ 5. *Prætextata verba*, Suet. Veſp. c 22; Gell. 9, 10. & Macrob. Sat. 2, 1 obſcena ſunt, quam ob cauſſam, non habeo dicere: ſed quæ Feſtus affert, non ſatis faciunt doctis. Apud eum autem *Prætextatum ſermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas obſcene verbo uti: alii, quod nubentibus depoſitis prætextis a multitudine puerorum obſcena clamentur.*

¶ Protexo, *ĕre*, vorherſetzen. Quintil. 4, 4 *Præpoſitio movet, ſi protinus proferantur aliqua, quæ proſint.*

¶ Retexo, *ĕre*, abreihen, auftrennen. Sic, *Detexta retexere*, Cic. dixit de Orat. 2, 38; & ut proverbium Acad. Q. 1, 4, 29 laudat, *quaſi Penelopæ telam retexere.* Ovid Rem. am. v. 12 *Prætextum retexit opus.* conf. ibi Heinſ. & Id. Pont. 1, 3, 30; & Stat 3 Silv. 5, 9 Sic & Apul Apolog. p. 315 *Textum retexo* dixit. ¶ 2. Metaph. *Retexere orationem*, eſt contradicere prioribus dictis, ſeine worte zurück nehmen. Cic. Phil. 2, 13. Et ad Brut. fam. 11, 14 *Novi timores retexant ſuperiora.* Et eleganter Matius ad Cic. fam. 11, 28 *An quod adoleſcens præſtiti, cum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutem ac me ipſe retexam?* Id Verr. 2, 26 *Ut totam iſtius præturam retexere videretur*, h. e. retractare, de novo conſtituere.

¶ Retextus, *a, um*, aufgetrennt, geändert. Ovid. Amor. 3, 9, 30 *Tardaque nocturno tela retexta dolo*

¶ Subtexo, *ui, ĕre*, ſub, ungere, beyfügen, anhängen. Plin. 25, 11 *Singulis corporum morbis remedia ſubtexemus.* Liv. 37, 48 *Subtexit deinde fabulæ hoc, legatos in ſenatu interrogatos eſſe, &c.* Nep. 25, 18, 2 *Familiarum originem ſubtexit.* Tibull. 4, 1, 211 *Inceptis decte ſubtexam carmina cœnis*, ubi vid. Broukh. Virg. Æn. 3, 582 *Cælum ſubtexere fumo*, die luft verdunckeln.

¶ Subtextus, *a, um*, eingewirckt, eingemengt. Manilius 3, 526 *Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrymæque ſequuntur Vota, nec in cunctis ſervat fortuna tenorem, &c.*

Subtegmen, vide ſupra ſub ſuo elemento.

THAIS, *idis*, f. Θαΐς, mulier illa fuit infamia nobilis, pernicies & peſtis juventutis Atticæ. *Thaidem Menandream* Propertius 2, 6, 3 dixit, ideo, quod a Menandro, græco poeta, celebrata fuerit. Ovid. de Remed. am. 1, 386 *Nil mihi cum vitta; Thais in arte mea eſt.*

THALĀMVS, *i*, m. θάλαμος, cubiculum interius, das ſchlafgemach; ut, *Conjugis thalami*, Ovid. Met. 10, 246; i. e. conjux. Virg Æn. 4, 550 *Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam Degere more fera*, ubi pro ipſo conjugio ponitur, ut nos, auſſer dem ehebette. Cæterum Idem Æn. 5, 280 *Ferrique Eumenidum thalami*, generatim utitur thalami voce, pro loco, in quo commorantur Eumenides: neque enim nupterunt illæ. v. Voſſius 4 Inſtit Orat. pag. 225. Ita etiam Ovid. Met. 3, 738 de virginibus &c. conf. Vitruv. 6, 10; Solin. c 35; Plin 8, 46. De cella vel loco ſeparato templi pro ſacerdotibus Θάλαμον dixit Lucianus de Dea Syr. pag 675 Gr.

¶ Thălămēgus, *i*, m. θαλαμηγός, navigii genus. Suet. Cæſ. c. 52; ubi v. Interpretes. Seneca *navium cuniculatam* appellat de Benef. 7, 20.

¶ Amphithălămus, *i*, m. genus cubiculi, ubi ancillæ degunt, Vitruv. 6, 10. conf. Bald. in Lex. p. 6.

¶ Epithalamium, *i*, n. ἐπιθαλάμιον, carmen nuptiale, eine hochzeitſchrift braut lied. Proprie dicebatur carmen, quod ſponſo ſponſæque thalamum ingreſſis, juvenes pariter ac virgines adſtantes ad thalamum canebant, ut ex Procli Chreſtomathia diſcimus. Tale *Epithalamium* illud Catulli carmen 63 *Veſper adeſt, juvenes &c.* Ita enim clare appellat Quintil 9, 3, quamquam Mureto in notis, quas in eum poëtam ſcripſit, aliter viſum. conf. Catulli carm. 62, cujus titulus: *Iuliæ & Mallii Epithalamium.*

THĀLASSAEGLE, *æ*, f. herba circa ludum amnem naſcens, quæ alio nomine *Potamantis* vel *Potamitis* appellatur, Plin. 24, 17.

THALASSIARCHA, æ, m. græca vox θαλασσιάρχης, ein admiral.

THALASSĬCVS, a, um, θαλασσικός, aquæ marinæ colorem habens, a θάλασσα, waſſerfarb, waſſerblau. Plaut. Mil. 4, 4, 43 *Palliolum habes ferrugineum, nam is color eſt thalaſſicus.*

¶ Thalaſsĭnus, a, um, idem; ut, *Veſtis thalaſſina*, Lucret. 4, 1120.

¶ Thalasſius, a, um, marinus, idem; ut, *Papaver thalaſſium*, μήκων θαλασσίας, Dioſcor. 4, 64. Hinc

¶ Thalasſia, ōrum, n. pl. pro locis maritimis dixit Sidonius 1 epiſt. 5.

THĂLASSIO, ōnis, Thalaſsius, & Thalaſſus, i, m. ein braut-lied, vox erat nuptialis, qua ſe ad operas domeſticas duci, novæ ſponſæ admonebantur: θαλάσσιον enim Græci *lanificium* vocant. Originem exponit Livius 1, 9. Sed copioſius Plutarchus in Romulo pag. 26. Nonnulli pro Deo nuptiarum habuerunt. Catullus in Epithalamio Juliæ 62, 132 *Satis diu Luſiſti nucibus, lubet jam ſervire Thalaſſio.* Martialis 1 epigr. 36 *Quid ſi me jubeas Thalaſſionem Verbis dicere non Thalaſſionis?* Et 3 epigr. 92 *Sternatur lectus Thalaſſionem qui tuum dicet ſolus.* Et 12 epigr. 42 *Præluxere faces: velarunt flammea vultus: Nec tua defuerunt verba, Thalaſſe, tibi.*

THĂLASSĪTES, æ, m. θαλασσίτης, vinum cum vaſis ſuis in mare dejectum, ut præcocior ſit vetuſtas, Plin. 14, 8.

THALASSŌMĔLI, ĭtos, n. θαλασσόμελι, decoctum ex aqua & melle Plinio 31, 6 eſt, & Sereno v. 534, meete. conf. Dioſc. 5, 12.

THĂLĒRVS, i, m. ein thaler, vox recens orta a Valle Ioachimica, vom Joachimsthal; unde etiam latine *Vallenſem* aut *Ioachimicum* vocant, qui eſt *nummus uncialis* ſive *conſtans uncia*. Sic vulgo *Thalerus imperialis*, ein reichsthaler.

THĂLES, ētis, m. Θαλῆς, Mileſius fuit, unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, qui Phyſicen primus & Aſtrologiæ ſecreta deprehendit. Solis eclipſin primus prædixit, quæ fuit Olympiadis 48 anno 4, hoc eſt, anno mundi 3379. Thaleti tripus ſeu menſa aurea, a piſcatoribus Mileſius reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis judicantis eam ſapientiſſimo dari oportere, delata eſt. Deinde per manus ſapientibus omnibus tradita ad Solonem pervenit, qui illam Delphos remiſit ad Apollinem, ut qui Deorum hominumque ſapientiſſimus eſſet. Omnium rerum principium aquam ſtatuit. Ex Auſonii Sapientibus Thaletis præcepta: *Turpe quid auſurus, te ſine teſte time. Vita perit, mortis gloria non moritur. Quod facturus eris, dicere ſuſtuleris Crux eſt, ſi metuas vincere, quod nequeas. Cum vere objurgas, ſic inimice juras. Nil nimium, ſatis eſt, ne ſit & hoc nimium.* Plura Diog. Laert. in Thalete. ¶ 2. Plautus Rud 4, 3, 64, per ſarcaſmum dixit: *Salve Thales*, ſehet mir den klugen mann an. conf. Capt. 2, 2, 24; & Bacch. 1, 2, 14.

Thaleticus, a, um, adject. Sidon. carm. 2, 89 *Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata ſervat.*

THĂLESTRIA, æ, f. Θαλήστρια, vel Thaleſtris, is, regina Amazonum, cujus cum Alexandro M. congreſſum deſcribit Curtius 6, 5.

THĂLĬA, æ, f. Θάλεια, una ex Muſis, dicta a θάλλειν, *virere* vide *Charites*. Horat. 4 od. 6, 25 *Doctor argutæ fidicen Thaliæ.* conf. Virg. eclog. 6, 2, & Martial. 9 epigr. 75. ¶ 2. Eſt & inter Nymphas, Virg. Georg. 4, 338. ¶ 3. Inter herbas *Thalia* ſtrychnus eſt ſive ſolata, ſonſt nenkraut, Apul. de Herb. c. 74.

¶ Thaliarchus, i, m. θαλιάρχος; princeps vel magiſter convivii, der gaſtbitter; nam θαλία, etiam *convivium* ſignificat. vid. Horat. 1 od. 9 *ad Thaliarchum*; & Turnebi Adverſ. 11, 28.

THĂLICTRON, i, n. θάλικτρον, herba, krötentill oder kröten-diſtel, heilblat, vocat Cordus, quod ea vulnera curentur, Dioſcor. 4, 93; *Thalietrum* vocat Plinius 27, 13; & Harduinus legit *Thalitruum.*

THALLVS, i, m. θαλλός, ſurculus ramulusque virens, itemque germen, ein grüner ſtengel. Nam & *ceparum thallos* Columella 11, 3, Palladiusque Febr. tit. 24 dixerunt, de quibus jam dictum ſupra eſt aliquid in *Talla*, zwiebel-röhren. Virg. Ceiri v. 376 *Pergit Amicleo jparvigens altaria thallo:* id eſt, olivæ termite ſive ramo. Videnturque *Thalli* de iis ramis dicti, qui in ſacris adhibebantur, ut myrti, oleæ, laurus: unde & θαλλὸς *ſagmina* & *verbena* exponitur: quibus herbæ & rami ſacri deſignabantur. Vet. Gloſſ. *Sagmina* θαλλὸς σπονδᾶς; item θαλλός, *verbena*. Hinc θαλλοφόροι appellati, qui in ſacris ramos ferebant. Alcimus Avitus 3, 328 *Vvida quinetiam miſcebant cinnamia thalli.*

THALLVS, i, m. hiſtoricus, qui Syriacam hiſtoriam diligenter tractavit, ut auctor eſt Africanus apud Euſebium de Præparat. Evang. 10, 3, item Euſebius lib. 1 χρονικῶν.

THĂLȳSIA, ōrum, n. pl. θαλύσια, feſta, quibus agricolæ Cereri poſt meſſem primitias conſecrabant, ut fructibus in horrea convectis, vireſcerent progerminarentque in campis omnia, quod vocant θάλλειν, das erndten-feſt, firmeß. vid. Scholiaſt. Theocrit. Idyll. 5; & Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 12, 19.

THAMMVS, ſive Thammuz, Deus a Iudæis idololatris cultus, Tertullian. adv. Iudæos c. 11.

THAMNVS, i, m. θάμνος, frutex. Vet. Gloſſ. *Thamnus*, ἔλιξ βοτάνης ἄδος. conf. Colum. 12, 7. Idem & *Rhamnum* vocat lib. 10, 373.

THĂMȳRAS, æ, vel Thamyris, is, m. aruſpex, cujus meminit Tacitus Hiſt. 2, 3, 2. ¶ 2. Excellens muſicus, quem Muſæ, quas in certamen provocavit, & oculis & lyra privarunt, vid. Stat. Theb. 4, 183; & Propert. 2, 18, 19. Ovid. Art am. 3, 399 *Tu licet & Thamyram ſuperes & Amœbea cantu.* v. Barth. ad Stat. Theb. 4, 181, & quos laudat Broukh. ad Propert. 2, 18, 19.

THAPSĂCVS, i, f. oppidum Syriæ ad Euphratem, quem ibi Darius ponte junxit Macedonico bello: Arrian. lib. 2 & 3 Expedit. Alex.

THAPSIA, æ, f. θαψία, herba ferulæ ſimilis, ſed caule graciliore, ſic dicta a Thapſo inſula, Matthiol. multifraut. Naſcitur in montibus Apennini, eſtque duplex, major & minor; utraque pro tripolo & coſto aſſertur, Plin. 13, 21. Adde Celſ. 5, 18; & 6, 4; Plin. 19, 9; & 26, 4; Pallad. 1, 37; Dioſc. 4, 151; & ſupra *Tapſus* n 2.

THAPSVS, i, f. oppidum maritimum Byzacenæ Africæ, juxta quod Cæſar Pompejanas reliquias vicit, Hirtius B. Afric. c. 28 & 79 &c. & Sil. 3, 241 & ibi Drakenb conf. ſupra *Tapſus.*

P Thapſitāni, orum, m. pl. ejus oppidi incolæ, ibid. c. 79 & ſq.

THARGĒLION, ōnis, m. θαργηλιών, nomen menſis cujusdam, de quo Apul. de Dogm. Plat. p. 46; Colvii edit. p. 249 *Plato menſe, qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus eſt.* v. ibi Colvii not. p. 203; Cæl. Rhodig. 17, 30, & Voſſ. de Idolol. 2, 25. ¶ 2. *Thargelia*, feſtum Apollinis & Dianæ, quo primitias frugum illis coquebant. v. Suidas.

THĂSVS, i, f. Θάσος, inſula juxta Thraciam, marmore & vino nobili celebris. *Thaſus bonorum*, de bonorum copia dicitur; auro enim hæc inſula abundavit. vid. Stat. 1 Silv. 5, 34.

¶ Thaſius, a, um, adject. ut, *Thaſius lapis*, Sen. epiſt. 86 i. e. marmor. *Thaſiæ vites*, Virg. Georg. 2, 91. *Thaſia uva*, Plin. 14, 3 & 18. *Thaſiæ nuces*, Id. 15, 22. Et, *Thaſium vinum*, Id. 14, 14 & 18. *Thaſium infundere*, vinum bonum alio meliori diluere. v. Chiliad.

THAVMANTIAS, ădis, f. Θαυμαντίας, iris, Thaumantis & Electræ filia nuntia Deorum in rebus malis, ut Mercurius in bonis, der regenbogen. Ex admirandis coloribus, hoc nomen accepit; nam θαῦμα, *miraculum* eſt. v. Virg Æn. 9, 5. Et Stat. Theb. 10, 123 *Radios Thaumantias omnes Impulit.*

¶ Thaumantis, ĭdis, f. eadem, Stat. 3 Silv. 3, 80 *Summi Iovis aliger Arcas* (i. e. Mercurius) *Nuntius: innixa potitur Thaumantide Iuno.* Pro ipſo cæleſti arcu poſuit Alcimus 4, 625 *Arcus & emicuit, quem nunc Thaumantida Graju, Irim Romuleo vocitant ſermone poëtæ.*

¶ Thaumantæus, a, um, adject. ut, *Virgo Thaumantæa*, Ovid. Met. 14, 845, eadem quæ Thaumantis vel Thaumantias.

¶ Thaumaſius, i, m. θαυμάσιος, itidem iris. Pro herba Dioſc. 1, 1 *Irin ſunt qui thaumaſiam appellant.*

THEĂGĔNES, is, in tres hujus nominis Athenienſes refert Suidas: unum qui de Homero ſcripſit; alterum, qui *fumus* cognominatus, quod multa promittens nihil præſtaret; & tertium, ob liberalitatem, multa laude dignißimum, quod dives ac potens beneficeret omnibus. Quartum addit Pauſanias athletam, qui centum & quadraginta coronas ex certaminibus retulit, voracitateque nobilis fuit v. Caſaub. ad Athen. 10, 4 pr. Forte idem eſt, de quo Lucian. T. 1 p. 626 ext. Gr.

THEAMĒDES, is, m. lapis eſt in Æthiopiæ montibus naſcens, contrarius magneti, quippe qui ferrum appoſitum ſibi ſtarim abigat reſpuatque: Matth. otus, & Plin. 36, 16.

THEANGĔLIS, ĭdis, f. herba magica, Plin. 24, 17; a θεὸς & ἄγγελος, *nuntius*, quod pota divinare faciat.

¶ Theangela, æ, f. oppidum Cariæ ab Alexandro attributum, Plin. 5, 29.

THEĀNVM, i, n. Sidicinum, Campaniæ oppidum, de quo Cic. Att. 7, 13 p. 713. ¶ 2. Eſt aliud Apulum v. *Teanum.*

THEĀTRVM, i, n. θέατρον, (a θεάομαι, *ſpecto*, latine *Vijerium* reddere poſſis. Structura mirandi operis eo excitata fine, ut ibi ederentur ludi ſcenici maxime, delectando populo feſtis diebus feriato: qui ut commodius ſpectari poſſent, hemicycli ſeu ſemicirculari forma educta in arcis modum erat, multis gradibus, cuneisque, in quibus ſederent ſpectantes, diſtincta. v. mox *Amphitheatrum*, item ſupra *Cuneus*; & Caſaub. ad Vaniron. 4, 51; & 5, 42: it. Scalig Poët. 1, 21; & Alex. ab Alex. 4, 25. Inde, *Ire quam e theatro exire*, Cic. de Fin. 1, 15. Magna autem licentia ibi agebatur: unde Tertullianus de Spectaculis c. 10 *Theatrum, arcem omnium turpitudinum*; itemque c. 17 *Conſiſtorium impudicitiæ*: & Salvianus lib. 6 de Provident *Habitaculum impudicum* vocat v. & Savaron ad Sidon. Porro theatri gradus, ſive ſubſellionum ordines in *Orcheſtram*, ubi princeps & senatus; *Equeſtria*, in quibus equites & *Popularia*, in quibus populus ſpectabat, diſtincti erant. Vid. hujus loci, & Lipſ. de Amphitheatro c. 14. Itemque Calpurnii eclogam 7 a verſu 35 & quæ ad illam viri docti. ¶ 2. Interdum pro ipſis ſpectatoribus *Theatri* nomen uſurpatur, die zuſchauer, ut, *Clamoſi turba theatri*, Stat. 3 Silv. 5, 16. Et Cic. de Orat. 3, 50 *Theatra tota reclamant.* Quintil. 6, 1 ſub fin. *Commovere theatrum*, die zuhörer bewegen. Sen. epiſt. 7 *Epicurus unus ex conſortibus ſtudiorum ſcripſit. Satis magnum alter alteri theatrum ſumus.* Cic. Att. 12, 20 pr. *Theatrum quidem ſane bellum habuiſti.* v. Gron. Quint. 1, 2. p. 28 *Optimus qui quæ præceptor frequentia laudet, ac majore ſe theatro cignum putat.* ¶ 3. *Verſari in theatro*, elegan-ter Cicero dixit in Verr. 7, 14, pro, in aliquo conſpicuo loco, & ante omnium oculos verſari, öffentlich, frey für iedermann. Et 1 uic. 2, 26 *Nullum theatrum virtuti conſcientia majus eſt.* Et Curt. 9, 6, 21 *In theatro terrarum orbis eſſe*, vor den augen der gantzen welt ſtehen. ¶ 4. Græci *Theatris* & in curiarum vicem utebantur: ibi enim conſultaturi conveniebant. C. Nepos 20, 4, 2 *Venebat in theatrum, cum ibi conſilium Pop. haberetur.* De Tarentinis idem narrat Liv. 25, 10 pr. De Ennenſibus in Sicilia idem 24, 39. Tac Hiſt. 2, 80, 4 *Iam Antiochenſium theatrum ingreſſus, ubi illis conſultare mos eſt.* Auſon. prol. in Ludum de 7 Sapientibus: *Atticis quoque, Quibus theatrum curiæ præbet vicem.* v. & Heliodor. 4 Æthiopic. p. 179, & Lipſ. ad Tac. 1 c.

¶ Theatridium, i, n. græca forma θεατρίδιον, diminutivum, ein kleiner ſchauplatz. Varro R. R. 3, 5 *Theatridium avium.*

¶ Theatrālis, e, zum ſchauſpiel gehörig; ut, *Lex theatralis*, Plin. 7, 30. *Theatrales gladiatoriique conſeſſus*, Cic. pro Sext c. 54. *Theatrales operæ*, comödianten. Tac. An. 1, 16, 4; *artes*, 14, 21, 3. *Theatralis laſcivia*, ibid 11, 13, 1; *licentia*, 13, 24, 1. conf. Suet. Domit. 8; & Aug. c. 40; & Quintil. 2, 2; Plin. 4, 8; & 33, 2. Sic, *Theatrales ſermones*, id eſt, ſpurci & obſceni, Sidon. 3 epiſt. 13. In theatris enim plerumque nil niſi obſcenum & inverecundum a ſcenicis profecebatur. v. ibi Savaro.

¶ Theatricus, a, um, idem. Auguſt. Civ D. 6, 6 *Theatrica turpitudines*; ibid. c. 7 *Fabulosa, theatrica, ſcenica.* Id. Soliloq 2, 17 *Theatricus Achilles.*

¶ Amphitheatrum, i, n. ἀμφιθέατρον, theatrum undique clauſum, ein runder ſchauplatz. Locus erat ſpectaculis gladiatorum, & venationum deſignatus, qui & *Arena* & *Cavea* nominabatur. Is cum non ſemicircularis, ſicut theatra; ſed orbicularis figura ad ovi inſtar exſtructus eſſet, *Amphitheatri* nomen accepit, quod duo theatra ſimul cere videretur præſtare. Iſidorus 18, 52 *Amphitheatrum dictum, quod ex duobus*

ductus theatris fit factum. Nam AMPHITHEATRVM *rotundum eſt*: THEATRVM *vero ex dimidio amphitheatro eſt, ſemicirculi figurum habens.* v. Lipſ. de Amphitheatro. Martial. Spect epigr. 1 *Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro.* Annis ante paſſionem Chriſti quinque apud Fidenam, Italiæ urbem, amphitheatrum gladiatorum corruit: quo caſu quinquaginta hominum millia debilitata aut obtrita ſunt, ut Tacitus retulit Annal. 4, 62. Solebant per theatra & amphitheatra, ubi magna ſemper otioſorum hominum turba, fontes & noxii exempli cauſſa, & ut oſtenderentur, inter riſus & varias ignominias traduci. Sic Titus delatores per amphitheatri arenam traduci juſſit. v. Suet. Tit. c. 8 extr. Sic Adrianus decoctores catamidiari in theatro & dimitti imperavit. v. Spartian. ejus vita c. 18. v. in *Catomum, Catomidiari.* Finem traductionis hujus aperit Seneca de Ira 1, 6. ¶ 2. *Amphitheatrum, quale ſola rerum natura poſſit effingere,* Plin. 5 epiſt. 9 de convalli amœniſſima.

¶ Amphitheatrālis, *e*, adject. ut, *Amphitheatrale ſpectaculum*, Plin. 21, 24. *Amphitheatrales magiſtri*, Martial. 11 epigr. 70. Etiam Prudentius adv. Symmach. 1, 385 *Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ.* Adde Claudian. Paneg. Manl. Theodor. v. 292.

¶ Amphitheātricus, *a, um*; ut, *Amphitheatricum ſpectaculum*, Symmach. 4 epiſt. 8. *Amphitheatrica charta*, ſcil. *a loco confecturæ*, ut Plinius indicat 13, 12.

THĒBE, *es*, f. Θήβη, & Thebæ, f. pl. nomen eſt diverſarum in diverſis regionibus civitatum. Clariſſimæ in Ægypto fuerunt, a Buſiride, Ægypti rege, conditæ, quæ *Heliopolis*, Ἡλιόπολις, id eſt, *Solis civitas*, & *Dioſpolis*, a Strabone dictæ ſunt. Centum habuerunt portas, unde Ἑκατόμπολον Homerus vocat, penſilesque propemodum totæ fuere, quemadmodum Plinius ſcripſit 36, 13. Lege & Tac. An. 2, 60, 3. Iuvenal. 15, 6 *Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.* Et Propert. 2, 8, 9 *Magni ſæpe duces, magni cecidere tyranni, et Thebæ ſteterant, altaque Troja fuit.* Strabonis tempore collapſæ Thebæ (ut alia, vetuſtate) vicatim inhabitatæ fuerunt. ¶ 2. *Thebæ* alteræ in Bœotia fuere, conditæ a Cadmo Agenoride, muris aurem cinctæ ab Amphione, & everſæ ab Alexandro, *viribus, non ingenio conſendæ*, juxta Nepotem 15, 5, 2. Patria hæ fuerunt Bacchi & Herculis. Septem habuerunt portas, quamobrem ἑπτάπυλος Θήβη appellatæ fuerunt. Ad quod reſpexit Iuvenalis 13, 26 *Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot Thebarum portæ.* Ab agri genere nomen ei oppido impoſitum. v. Varro R. R. 3, 1. Pindarus hinc ortus, atque inde *Thebanus* dictus fuit. *Thebas geminas ſolesque geminos vident* ira vel admiratione acti, proverbium ex tragœdia de Pentheo petitum, v. Virg. Æn. 4, 469 & ibi Cerda, & Ovid. Art. am. 3, 764. ¶ 3. Porro *Thebæ* in Africa etiam fuerunt, a Baccho conditæ. ¶ 4. Aliæ rurſus in Theſſalia & in Cilicia, patria Andromaches, Hectoris uxoris. Eam urbem, quam Aetoli tenebant, ipſis eripuit Philippus, expugnatam autem ex ſuo nomine Philippopolin vocavit. Polyb. l. 5. Et ¶ 5. In Lucanis, & ¶ 6. Corſica. Eſt etiam ¶ 7. Thebe puella, quam Aſopus fluvius amavit, & quinque puellarum matrem fecit. vid. Intt. ad Ovid. am. 3, 6, 34.

THŌRAX, *ăcis*, m. Θώραξ, Straboni lib. 14 proprium nomen montis eſt juxta urbem Magneſiam, in quo cruci affixum dicunt Daphitam grammaticum, ideo, quod reges verſibus incuſſerit. Ex quo ænigma hoc proverbiale factum eſt; *Cave a thorace*, quo admonemur, frenandam eſſe linguam, ne voces petulanter emiſſæ per jugulum aliquando redeant. v. Chiliad. ¶ 2. *Thorax*, appellativum, *pectus* ſignificat, hoc eſt, eam corporis partem, quæ a collo ad ventrem usque pertinet, die bruſt. Hinc, *thoracem purgare*, apud Plin. 27, 7 eſt pectus purgare. conf. id. 20, 12. ¶ 3. Deinde veſtem ac munimentum pectoris ex quacunque materia, ein bruſtſtück, bruſtlatz, bruſtharniſch. Virg. Æn. 10, 33 *Thoraca ferul cum pectore rupit.* Sueton. eam fabuculæ partem, quæ pectus regit, *thoracem* vocat Aug. c. 72 *Hieme*, inquit, *quaternis cum pingui tunicis, & ſubucula thorace lineo, & feminalibus, & tibialibus munitus.* Liv. 4, 20 *In thorace linteo ſcriptum legit*, de quo loco v. Dodw. Præl. Camden. p. 654.

¶ Thorācātus, *a, um*, thorace indutus, mit einem bruſtſtück verſehen. Plin. 37, 9 *Effigies thoracata.* Id. 35, 10 *Navarchus thoracatus.*

Thŏrus, vide infra *Torus.*

THORYBETRON, *i*, n herba leontopodion, löwenfuß, Plin. 26, 8.

THOS, *ois*, *ea*, m. Θώς, Θωός, animal lupo congenere, & voce ſimile vulpi, a Θέω vel Θοός, id eſt, *celeritate* dictum, vel a Θωπεύειν, hoc eſt, ab adulando vel blandiendo; eſt enim animal φιλάνθρωπον, Plin. 8, 34; 10, 63 & 74; Solin. c. 33. De canibus ex thoë & cane, quas Lyciſcas vocant, vid. Int ad Grat. 253.

¶ Thous, *i*, m. canis nomen, latine *velox*, ab eadem origine; in Ovid. Met. 3, 220.

THOTH; ita Mercurium Ægyptii appellant, a quo apud eos primus anni ſui menſis i. e. September nomen accepit. v. Cic. de Nat. D. 3, 22; & Lactant. 1, 6.

THRĀCIA, *æ*, f. & Thrāce, *es*, & Thraca, Θράκη, Thracien. Horat. 3 od. 25, 10 *Hebrum proſpiciens, & nive candidam Thracen.* Et 1 epiſt. 16, 12 *Vt nos Frigidior Thracen nec purior ambiat Hebrus. Thracen* etiam Claudianus Paneg. de 4 Conſul. Honorii v. 179 & 474 dixit. Europæ regio, in climate noſtro orientem verſus ultima, ſic appellata ab aſperitate terræ, quæ in ea intractabilis, horrida, infœcunda frugum, & frigida eſt. Τραχὺ enim *aſperum* Græci dicunt. Homines habet feros & bello aſſuetos, quamobrem & *Martis domicilium* Euripides *Thraciam* appellat. Alii vero Martem ibi natum crediderunt. v. Veget. de Re Milit. 1, 28. Horat. 2 od. 16, 5 *Furioſam bello Thracen* dixit. Deſcriptionem ejus vide apud Plin. 4, 2. In Thracia Byzantium eſt, *Conſtantinopolis* poſtea a Conſtantino dicta, ſedes quondam imperatorum græcorum. ¶ 2. *Thracia* gemma, Plin. 37, 10. ¶ 3. In Codicibus *Threcia*, *Threcius* ſæpe numero occurrit. v. quos Drakenb laudat ad Liv. 37, 33.

¶ Thrax, *ăcis*, m. Θρᾷξ, Thraciæ incola, ein Thracier. Virg. Æn. 3, 14 *Thraces arant.* Luctuoſa apud eos erant puerperia, contra læta funera, ita, ut mortuos cantu ac tripudio perſequerentur. v. Herodot. lib. 5. De ſæviſſimis Thracum moribus & veteri hujus terræ diviſione Feſt. Ruf. c. 9; Flor. 3, 4; & Liv. epit 63.

¶ Thrācius, & Thrēicius, Threcius, & Thrācus, *a, um* adjectiva; ut, *Boſporus Thracius*, Plin. 4, 12 ſect. 24. *Equus Thracius*, Virg. Æn. 5, 565. Et, *Threicius Orpheus*, Horat. 1 od. 24, 13. Et, *Threiciis notis compunctus*, Cic. Off. 2, 7. *Threcia caſtra*, Id. de Provinc. Conſ. c. 2. Rurſus alia forma Val. Flacc. 2, 201 *Ingens Thraca palus.*

¶ Thrēces, *um*, m pl gladiatores, fechter, ſcil. exgente Thracia prona ad pugnas ac cædes. v. Suet. Calig. c. 35 & c. 55; & Domit. c. 10.

¶ Thrēcidĭcus, *a, um*, aliud adject. ut, *Threcidicus gladius*, Auſon. de Commodo Cæſare. *Parma Threcidica*, Plin. 33, 9. Abſolute *Threcidica* Cicero Phil. 7, 6 dixit pro armis gladiatorum, qui *Threces* ſive *Thraces* appellabantur, de quibus Lipſius in Saturnal.

¶ Threiſſa, & Threſſa, *æ*, adject. fœm. Virg Æn. 1, 316 *Vel qualis equos Threïſſa fatigat Harpalice.* Horat. 3 od. 9, 9 *Me nunc Threſſa Chloë regit. Threſſæ* mulieres contemtæ Græcis, vid. Heinſ. ad Ovid. Her. 19, 100.

THRASCIAS, *æ*, m. Θρασκίας & Θρασκιάς, ventus eſt poſt Argeſten ſpirans inter ſeptemtrionem & occaſum ſolſtitialem, Ariſtoteli. Adde Sen. Qu. Nat. 5, 16; Plin. 2, 47. Veget. 4, 38. Agathem. 2, 12. conf. Miſc. Obſerv. Vol. 9 p. 403.

THRASEA, *æ*, m. prænomine *Pætus*, ſenatorius, Stoicorum admirator, vir ſingularis exempli, ut, eo cum Sorano interfecto, virtutem ipſam Nero exſcindere concupiiſſe videretur. Multa de eo Tacitus 16 Annal. qui ejus exitum ibi c. 11 deſcribit. Adde & c. 21, & Iuvenal. 5, 36. Martial. 1 ep. 9. Plin. 7 ep. 19.

THRASIVS, *i*, m. pro conſilio ſuo a Buiri mactatus. vid. Ovid. Art. am. 1, 649 ſq.

THRĂSO, *ōnis*, m. Θράσων, nomen glorioſi militis apud Terent. in Eun. a Θράσος, *audacia*, *inſolentia*, ein großſprecher. ¶ 2. Nobilis ſtatuarius Plin. 34, 8 & Strab. lib. 14. conf Cic. Verr. 4, 22. ¶ 3. Alius, amicus Hieronis, Regis Syracuſani, ap. Liv. 24, 5.

¶ Thrasōnĭānus, *a, um*, adject. großſprecheriſch. Sidon. 1 epiſt. 9 *Paginam glorioſo*, i. e. *quaſi Thraſonicano fine concludere.*

THRĂSŸBŪLVS, *i*, m. Θρασύβουλος, exul Athenienſis fuit, qui dominationem 30 Tyrannorum Athenis ſuſtulit, & ἀμνηστίαν inſtituit. vide Nepotem. ¶ 2. De alio, tyranno Milenorum, Polyæn. 6, 47; & Frontin. 3, 9, 7; & 3, 15, 6.

THRĂSŸMĂCHVS, *i*, m. Θρασύμαχος, unus e numero diſcipulorum Iſocratis patria Carthaginienſis Princeps inter eos, qui numeros oratorios invenerunt: Cic. in Orat. c. 52. Minus bene *Thraſimachum* hunc ſcribunt quidam, vel *Trafimachum.*

Thraſymenus, vide infra *Traſymenus.*

THRAVSMA, *ătis*, n. vel Thrauſton, *i*, n. gummi Ammoniacum, Plin. 12, 23.

Threces, Threcidicus, Threicius, Threiſſa, vide in *Thracia.*

THRĒNVS, *i*, m. Θρῆνος, lamentum, ein klaglied, a Θρηνέω; ut, *Triſtis threnus*, apud Auſonium. Iſidor. 1, 38 *Threnos primus Ieremias compoſuit ſuper urbem Hieruſalem & populum, quando captivus ductus eſt.* Differt ab *epicedio*, ut tradit e Proclo Voſſius 3 Inſtit. Orat. p. 413.

¶ Thrēnōdia, *æ*, f. Θρηνῳδία, cantus lugubris, ein trauer-lied.

THRIA, *ōrum*, n. pl. Θρῖα, Græcis ficulnea ſunt folia, quæ incenſa minacem quendam edunt ſtrepitum & formidandum iis, quibus ante non ſit auditus, alioquin inanem & contemnendum. Hinc proverbialis ille Senarius, quo Ariſtophanes uſus eſt: Πολλῶν ἐγὼ θρίων φόβῳ ἀκήκοα: hoc eſt: *Thriorum ego ſtrepitum audivi compluvium*, de contemnentibus minas & inanem clamorem. v. Chiliad.

THRĪDAX, *ăcis*, f. Θριδάξ, lactuca, lattich; ut, *Thridax agria*, Apul. de Herb. c. 30. conf. Seren. Samm. p. 15; Dioſc. 2, 125.

¶ Thridacias, æ, m. θριδακίας, i. e. *lactucinus*, mandragoras niger mas, ſchwarzer alraun, Dioſc. 2, 74.

Thrips, vide mox *Thryps*.

THRŌNVS, *i*, m. θρόνος, ſolium vel ſedes, ein thron, königlicher ſtuhl. Plin. 35, 9 *Iupiter in throno*. Prudent. Hamart. præf. v. 10 *Vox ſummo perſultat throno*. Iuvencus 1, 101 in Mariæ cantico: *Suſtulit, ecce, thronum ſævis, fregitque ſuperbos*. Adde Tertull. de Reſurrect. c. 35; Lactant. 4, 8.

Altithrŏnus, *a*, *um*, vide ſupra *Altus*.

¶ Enthrŏniſtica, *ōrum*, n. pl. ἐνθρονιστικὰ, i. e. cathedralia, ut nunc vulgo dicuntur, ab ἐνθρονίζειν, quod eſt *in ſedem ponere*, ſcil. in epiſcopalem, quam Papæ dant epiſcopis; qua de re Iuſtinian. in Conſtit. de ſanctiſſ. epiſc.

¶ Inthrŏnīzo, *are*, inthroniſiren, auf den thron ſetzen. Saresb. epiſt. 299 *Solenniter inthronizatus eſt*.

¶ Pentethronĭcus, *a*, *um*, vox fictitia pro valde glorioſo, praleriſch; ut, *Pugna pentethronica*, Plaut. Pœn. 2, 1, 25. Gronovius legit *Prenomnitilicus*. v. Turneb. 21, 9 ad illud Virg. Georg. 3, 115 *Frena Pelethronii*.

THRYALLIS, *ĭdis*, f. θρυαλλὶς, phlomi ſeu verbaſci genus, königskerze, wullkraut, Plin. 21, 17; & 25, 10; Apul. de Herb. c. 71; Dioſc. 4, 99.

THRYĔRON, *i*, n. θρύεφον, ſolanum, nachtſchatten-kraut. Dioſc. 4, 72.

THRYPS, vel Thrips, *ypis*, m. terreſtris tinea eſt ſecundum Plin. 16, 41. *Thrypes*, die eid ſtehe. Eraſmus *Thrips* ſcripſit in proverbio: *Mali thripes, mali ipes*, quod de duplici malo dici conſuevit, ut non magni referat, utrum elegeris. Et addit: *Thrips Græcis vermiculus eſt, qui lignis innaſcitur, materiaque vitiat*, (ein holzwurm). *Ips item cornibus & vitibus infeſtus*. v. Chiliad.

THVCYDĪDES, *is*, m. Θουκυδίδης, Athenienſis hiſtoricus, natus ad id, ut videtur, doctrinæ ac eloquentiæ genus. Cum enim in Olympiis aliquando hiſtorias Herodotus recitaſſet, auditſſe tum eum ſcribunt Thucydidem adhuc puerum, & divinitus quaſi commotum lacrymas profudiſſe. Animadvertiſſe id igitur Herodotum, & gratulatum fuiſſe ipſius patri Oloro, hortatumque, ut erudiendum curaret illium diligenter; glitcere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque diſciplinarum. v. Voſſ. 2 Inſtit. Orat. p. 283 ſeq. Scripſit in exilio ſuo decennali in Ægina hiſtoriam belli Peloponnenſium & Athenienſium, qui libri hodie exſtant. Cic. in Orat. c. 9 *Graviter ſane & probe res geſtas, & bella, & prælia narrat Thucydides*. Et rurſus Id. de Orat. 2, 13 *Poſt Herodotum Thucydides omnes dicendi artificio, meâ ſententiâ, facile vicit*. Teſte Dionyſio Halicarn. Demoſthenes adeo Thucydidis ſtylum probavit, ut librum ejus octies deſcripſerit, totumque pæne edidicerit. Floruit Olympiade 87. Deceſſit Athenis morbo exſtinctus.

¶ Thucydidius, *a*, *um*, adject. quo Cicero in Orat. c. 9 uſus eſt: *Aliqui ſe Thucydidios profitentur, novum quoddam imperitorum genus*.

THŪLE, *es*, f. (legas alicubi & *Thyle*,) Plinio 4, 16 ultima inſularum, earum ſcilicet, quas Romani cognoverunt, remotiſſima alioqui ab orbe noſtro, ultra Britanniam, proinde & ultimam Virgil. Georg. 1, 30 dixit: *Tibi ſerviat ultima Thule*. Dictam eam a *Thule* rege, vult Suidas. Alii a caligine; θολὸς enim Græcis *turbidus* eſt & *niger*. Quamobrem & nigram Statius dixit 4 Silv. 4, 62 *Aut Rheni populos, aut nigræ littora Thules*. Alii a diſtantia, ἀπὸ τῆ τηλοῦσεν vel τηλοῦ, id eſt, *longe*, dictam putant. Vid. Plin. 2, 75; Solin. c. 20; Mela 3, 2, quibus eſt inſula *Islandia*; aliis citeriorum aliqua. Adde Tac. Agric. 10, 6; Horat. 1 od. 22 fin. & Magni Celſii Diſſert. de Thule veterum.

THVNNVS, ſive *Thynnus*, *i*, m. piſcis marinus plurimorum nominum, quæ pro ætatis acceſſu recipit. Flandri eum thunin vocant, Angli *Tuni*. vide *Apelectus* & *Pelamis*. Thunni fœtus eſt *Coryla*, ein junger thunin. Quinto anno *cetus* dicitur. Sed inter *coryla* & *cetum* eſt *pelamis*, *thunnus* & *orcinus*, Gelnerus. *Plures annulant thunni*, Horat. 2 ſat. 5, 44. *Ventos thynni*, Auſon epiſt. 4, 59. conf. Catull. 25, 8; Ovid. hal. 98; Plin. 9, 15; 32, 11 & 37; Solin. c. 22; Colum. 6, 31; Dioſc. 2, 30.

¶ Thunnārius, *a*, *um*, ad thunnos ſpectans, l. 13 Dig. communia præd. *Thunnaria piſcatio*.

Thurarius, thureus, vide mox *Thus*.

THŪRIA, *æ*, f. & *Thurion* & *Thurii*, urbs Calabriæ, *Sybaris* prius dicta; ſive *Thurium*, Italiæ in magna Græcia eſt oppidum, in quo mortuum Herodotum Thucydides ſcripſit: v. Plin. 12, 4. Adjective Plaut. Pſeud. 4, 7, 44 *Caveſis tibi a Thurio infortunio*. v. ibi Taubm.

¶ Thurīnus, *a*, *um*, adject. Ovid. Met. 15, 52 *Thurinosque ſinus &c.* conf. Horat. 3 od. 9, 14. Apud Suet. Aug. c. 7 *Thurinus* cognomentum Auguſti a regione Thurina.

¶ Thuriānus, *i*, m. ab eodem oppido fortaſſis dictus piſcis, qui & *Thurio* & *Thurſio*, & *Tomus* dicitur & *Gladius* ſeu *Xiphias*, ein ſchwerdfiſch, Gelnerus, & Plin. 32, 11.

Thuribŭlum, thuricremus, thurifer, thurilĕgus, vide ſequens *Thus*.

THVS, ſive Tus, *ūris*, dictum, ut videtur, vel a θύω, vel a θυόω, quorum hoc *odorem facio*, illud *ſacrifico* ſignificat, weihrauch). Sed Varro, Servius & Chariſius a *tundendo* deducunt, & ſine aſpiratione *Tus* ſcribunt. Sic, *Ture deos placare*, Horat. 1 od. 36, 1 *Acerra thuris plena*, Id. 3 od. 8, 2. Virg. Georg. 1, 57 *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi*. Perſ. Sat. 5, 120 *Ture litare*. Tibull. 3, 3, 2 *Blandaque cum multa thura dediſſe prece*. conf. Strat. 4 Sylv. 9, 12; Celſ. 5, 5 & 6, 6, 6; 8. 5. Ita & *Thura maſcula* Virg. ecl 8, 65, quæ in modum teſticulorum ſunt, ut Servius interpretatur. De cætero *Thus* in ſola Arabia provenit. Luci, ubi id naſcitur, *Sacri* appellantur: qui metum, a funeribus & coitu abſtinent, Solin. c. 36. ¶ 2. *Thus* notat etiam arborem; unde ap. Plinium ut ambiguitas vitetur, invenias *arbor thuris*, *lignum thuris*, *virgæ thuris*. v. 16, 27; &c.

¶ Thuſculum, *i*, n. diminut. Plaut. Aul. 2, 8, 15 *Thuſculum emere*.

¶ Thūrārius, *i*, m qui thure ſumigat, der mit weihrauch umgehet. Tertull. de Idolol. c. 11 *Equi magoris opera & orga dæmonia thurarios*? Et Firmicus 8, 25 *Thurarii, pigmentarii*.

¶ Thurārius, *a*, *um*, adject. Sic apud Aſconium *Thurarius vicus Romæ*. Apud Solinum c. 11 (Salm. 5) *Tibias Lydias & Thurarias dicunt*, quibus canebatur, eum thus in aram libabant, uti docet Salmaſ. ad h. l. pag. 87.

¶ Thūrĕus, *a*, *um*, adject. vom weihrauch; ut, *Thurea dona*, Virg. Æn. 6, 225. *Thurea grana*, Ovid. Faſt. 4, 410. Sic, *Thurea planta*, Colum. 3, 8.

¶ Thūribŭlum, *i*, n. vas, in quo thus adoletur, ein rauchfaß, eine rauchpfanne. Cic. Verr. 4, 21 *Thuribulum emiſti de L. Papyrio*. Adde Vitruv. 9, 7. Liv. 29, 14. Sidon. 8 epiſt. 14. Auſon. Edyll. 5, 104. Sed *Thuris acerra* eſt, in qua thus reponitur.

¶ Thūricremus, *a*, *um*, da man weihrauch brennt; ut, *Aræ thuricremæ*, in quibus thus crematur, Virg. Æn. 4, 453. Et Ovid. Heroid. 2, 18 *Thuricremis focis*. Add. A. A. 3, 393. Avien. deſcr. orb. 603.

¶ Thūrifer, *a*, *um*, das weihrauch trägt: ut, *Saba thurifera*, Plin. 12, 14. conf. Idem 6, 23; Vitruv. 8, 3; Sidon. carm. 24, 64.

¶ Thūrĭlĕgus, *a*, *um*, qui thus colligit, der weihrauch ſammlet; ut, *Arabes thurilegi*, Ovid. Faſt. 4, 569.

¶ Thuriſĭco, *are*, thura incendere & odores facere, räuchern, vid. Voſſ. de Vit. L. L. 4, 27.

¶ Thurificātus, *a*, *um*. *Thurificati* itemque *ſacrificati* dicti olim, qui ſuppliciorum metu idolis feceſunt ſacra. vid. Cyprian. epiſt. 52. Ipſe Origenes accuſatur hujusmodi facinoris, de quo Epiphan. Hæreſ. 64.

¶ Obturo, (Obthūro,) *avi*, *atum*, *are*, occludere, verſtopffen, zuſtopffen. Varro de Re Ruſt. 3, 16 *Extra oſtium alvei obturant omnia*. Horat. 2 epiſt. 2, 105 *Obturem patulas impune legentibus aures*. Hoc *obturandi* verbum non minus ac *returandi*, rectius absque adſpiratione ſcribitur. Quamquam enim ſunt, qui ἀπὸ τῆ θύρας, ab *janua* derivent, eoque ſcribere jubeant *obthurare*: magis tamen placet originatio Voſſii f. 351 Etymol. a *ture* (nam & hoc rectius carebit adſpiratione,) derivantis. Erat olim hic mos ſacerdotum, ut aures ture opplerent ſacra facturi, ne audientes alia turbarentur: ac ut rurſum perfecto ſacro negotio tus eximerent.

¶ Obturans, *tis*, verſtopffend. Vitruv. 10, 12 *Axes obturantes foramina*.

¶ Obtūrātus, *a*, *um*, verſtopfft, zugeſtopfft. Cic. de Fato c. 5 *Obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat*. Vitruv. 7, 13 *Dolia obturata*.

¶ Obtūrāculum, *i*, n. ein zapffen, ſtöpſel. Marcell. Empir. c. 35 *Obturaculum extrahere*.

¶ Obtūrāmentum, *i*, n. quo aliquid obturatur, idem. Plin. 33, 4 *Obturamentum ſtagni*.

¶ Præobtūro, *āre*, vorher verſtopffen. Vitruv. 10, 12 *Præobturantes foramina*.

¶ Retūro, *are*, recludere eſt, vel aperire, ut ſit contrarium ejus quod eſt *obturare*, offnen, wieder aufthun. Varro Agathone: *Fueri obſcenis verbis novæ nuptæ aures returant*. Priſcum hoc verbum & obſoletum ſervavit nobis Nonius Marcellus 4, 330.

Thuſci, vide infra *Tuſcia*.

THŪIA, *æ*, f. θύα, arbor odorata, Plin. 13, 16; & Propert. 3, 5, 63.

THYĂMIS, *is*, m. Theſprotiæ fluvius. v. Interpr. ad Cic. Att. 7, 2 pag. 656.

THYAS, *ădis*, f. θυὰς, Bacchi ſacrificula. Virg. Æn. 4, 302 *Bacchatur, qualis commotis excita ſacris Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho*. Conf. Horat. 3 od. 15, 10; & plur. *Pervicaces Thyades*, Idem 2 od. 9, 19; & Val. Flacc. 6, 757. *Inter Praxitelis opera Thyades*, Plin. 36, 5.

¶ Thyăſus, *i*, m. θύασος, a θύειν, ſaltatio dicebatur & chorea & convivium in Bacchi ſacrificiis. Virg. ecl. 5, 30 *Inſtituit Daphnis thyaſos inducere Baccho*. ubi obſervat etiam Cerda, rectius θίασος per i ſcribi. conf. Id. Æn. 7, 581; Catull. 64, 29, & 65, 252; Val. Flacc. 3, 540; & 5, 78.

¶ Thyăſitas, *atis*, f. ſodalitas, ſaltantium ſcil. & convivantium, die luſtige geſellſchafft, apud Feſtum.

THYESTES, *is*, & *æ*, m. Θυέστης, Pelopis filius, Atrei frater, cujus uxorem Europam violavit, ex qua filium ei Atreus epulandum appoluit. Tunc ſol facinus horrens retrocceſſiſſe fertur. v. Ovid. Art. am. 1, 327; & Boccat. Geneal. D. 12, 5 & 7. Thyeſtes vero monitu Apollinis ultorem ſcelerum ex Pelopea Atrei filia Ægiſthum procreavit, qui Atreum interfecit, & tandem etiam Clytemneſtræ conjugem Agamemnonem. Perſ. ſat. 5, 8 *Si quibus olla Thyeſtæ fervebit*. Cic. Tuſc. 3, 12 *Tu te, Thyeſta damnabis*. ¶ 2. Hinc convicium in hominem deformem ap. Apul. Apol. p. 284 *Teterrimum os tuum os minimum a Thyeſta tragico demutat*. ¶ 3. *Tragœdia de Thyeſte*: Dialog. de Oratorib. c. 3. Qualis & Senecæ ſupereſt, ex qua de Thyeſtæ factis & fatis cognoſces. Adde Ovid. Triſt. 2, 391; & Martial. 5 ep. 54.

¶ Thyeſtēus, *a*, *um*, adject. ut, *Thyeſtea exſecratio*, Cic. in Piſon. c. 19. *Thyeſtias preces*, Horatius vocat epod. 5, 86. *Menſa Thyeſtea*, Ovid. Pont. 4, 6, 47; & Met. 15, 462. Quæ quid ſit, ex fabula intelligitur. Sic, *Cœna Thyeſtea*, Plaut. Rud. 2, 6, 25.

¶ Thyeſtĭădes, *æ*, m. Thyeſtis filius Ægiſthus. Ovid. Art. am. 2, 407 *Iude Thyeſtiaden thalamoque animoque recepit*.

THYEVM, *i*, n. ita ſuccinum in Italia etiam vocari docet Plinius 37, 2, agtſtein.

THYĪTES, *æ*, m. *Lapis Thyites*, λίθος θυίτης, Dioſcoridi 5, 100 in Æthiopia naſcitur, colore ſubviridi paſpidem imitans. Propter duritiam *lapidem mortariorum* vocat Plin. 36, 22.

THYLĀCVS, *i*, m. θύλακος, ein ſac-tuch, ſaam-ſorb, brot-ſorb. *Manu ferendum, non thylace, aut toto corbe*; quod de obſervando modo dici ſolet. v. Chiliad.

¶ Thylacītis, *ĭdis*, f. θυλακῖτις, nardus montana, Dioſc. 1, 8; nec non ſativum papaver, Dioſc. 4, 63.

Thyle, vide paullo ſuperius *Thule*.

THŸMALLVS, *i*, m. θύμαλλος, piſcis ita dictus, quod ſpiret thymi floris odorem. v. Ambroſ. 5 Hexaëm. conf. in *Thymus*.

THYMĂLVS, *i*, f. θύμαλος, arbor, quæ & *Smilax*, latine *taxus* dicitur, ein tax-baum. Dioſc. 4, 78.

THYMBRA, *æ*, f. θύμβρα, herba eadem, quæ *Cunila* & *Satureia* dicitur, künel, zwiebel-iſop, ſaturey, pfeffer-kraut, Matthiol. & Plin. 19, 8. Sed apud Columellam 10, 233 *Satureia thymbræ ſaporem* tantum referre dicitur. vid. Id. 9, 4. Et Stat. 1 Silv. 2, 21 *Olenti ſpargere thymbra*. conf. Pallad. 1, 37; Dioſc. 3, 40. ¶ 2. *Thymbra* locus erat vicinus Trojæ, thymbra plenus, a quo Apollo *thymbræ rector*, Stat. 4 Silv. 7, 22. v. Valeſ. ad Amm. 22, 8. Et

¶ Thymbræus, *a*, *um*, adject. Ita dictus fuit Apollo, quod in eo loco & nemus, & templum ſibi ſacrum haberet, ubi a Paride Achilles ex inſidiis interfectus eſt. Virg. Æn. 3, 85 *Da propriam, Thymbræ, domum, da mœnia feſſis*.

¶ Tymbræum, *i*, n. ſubſt. ſiſymbrium ſilveſtre, wilde krauſemünze, Plin. 20, 22.

¶ Thymbrītes, *æ*, m. θυμβρίτης, vinum ex thymbra, Dioſc. 5, 38.

THŸMĔLAEA, *æ*, f. θυμέλαια, herba, zeiland, kellerhals, Plin. 13, 21; Dioſc. 4, 167.

¶ Thymelaītes, *æ*, m. θυμελαίτης, vinum ex thymelæa, Dioſc. 5, 41.

THYMĔLE, *es*, f. θυμέλη, ara fuit in theatris, Suida teſte. ¶ 2. Alii mulierem fuiſſe *Thymelen*, tradunt, quæ prima ſaltationem in ſcena docuerit. Vnde & *Thymelen* pro ſaltatione Sidonius dixit. vide ſupra *Pale*. Martialis 1 epigr. 5 *Quâ Thymelen ſpectas, deriſorumque Latinum, Illa fronte, precor, carmina noſtra legas*. Adde Iuvenal. 1, 36. Græci θυμέλην ſcenam vocant. vide Bald. Lex. Vitruv. pag. 130; & Dempſt. in Roſin. p. 879.

¶ Thymelicus, *a*, *um*, θυμελικός. Subſtantive Vitruv. 5, 8 *Scenici & thymelici*, i. e. hiſtriones ipſi, vel ſaltatores mimi, comödianten. conf. Iſidor. 18, 47; & l. 4 ff. de his qui not. infam. & l. 10 ff. de pollicitat. *Thymelicarum ſaltationum* meminit Iuſtin. Novell. de Conſulib. Vetus Inſcriptio: ATHENODORVS XYSTICVS PARIDI THYMELICO BENE MERENTI FECIT. v. Torrent. ad Suet. Aug. c. 45. Alex. ab Alex. 3, 9; & Rittersh. in Salvian. p. 62.

THŸMIĂMA, *ătis*, n. θυμίαμα, incenſum & odor gratus ex rebus incenſis, räuchwerck. Legas in Bibliis. Sic, *Ammoniacum thymiama*, Celſ. 5, 18, 7 ſeqq. & 6, 6, 25; i. e. thus Libycum. Nam thus κατ' ἐξοχὴν Græcis eſt θυμίαμα, v. Salmaſ. ad Solin. pag. 355 & 670. ¶ 2. Plaut. Bacch. 5, 2, 11 *Vetulæ ſunt thymiamæ*; v. ibi Taubmann. & Turneb. Adverſ. 24, 11. conf. mox *Thymianus* in *Thymus*.

¶ Thymiamātĕrium, *i*, n. ſeu *Thymiaterium* rectius, θυμιατήριον, pro vaſe, in quo incenduntur odores, eine rauch-pfanne. Et Ambroſius *Thymiamaterium* dixit epiſt. 5 pag. 78. conf. Vulg. Int. Ier. 52, 17.

¶ Anathymiāſis, *is*, f. ἀναθυμίασις, vapor & exhalatio, die aufſteigende dunſt. Petron. c. 47 *Anathymiaſis ſi in cerebrum it, in toto corpore fluctum facit*. De ventris flatibus hoc intelligendum. Sic Octav. Horat. 2, 1 *Quibus ex anathymiaſi caput fuerit inquietatum*.

¶ Prothymiāma, *atis*, n. προθυμίαμα, incenſum ſacrificiis præmiſſum.

THŸMIĂTĪTIS, *ĭdis*, f. θυμιατῖτις, quinquefolium, fünffinger-kraut, Dioſcor. 4, 40.

THŸMION, *i*, n. θύμιον, ulcus, de quo Celſus 5, 28, 14 *Thymion nominant, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue ſupra latus ſubdurum, & in ſomno peraſperum*. Vocant & *Acrothymion*, ἀκροθύμιον, ut Celſus ibidem. Adde Plin. 32, 10.

THŸMOETES, *æ*, m. Θυμοίτης, filius Priami ex Arisbe, Virg. Æn. 2, 32.

THŸMVS, *i*, m. & Thymum, *i*, n. θύμος, herba eſt odorata illa hortenſis, apibus miris modis grata, quam thymian Germani dicunt, & Welſchen oder Römiſchen quendel. v. Plin. 21, 10. Ita, *Dulcior thymo*, Virg. ecl. 7, 37. *Thymo paſcuntur apes*, Ibid. 5, 77. Adde Martial. 5 epigr. 40; & 11 epigr. 43; Colum. 9, 4; & 11, 3; Pallad. 1, 37; & Sept. t. 13; Dioſc. 3, 39; Sidon. 8 epiſt. 4.

¶ Thymīnus, *a*, *um*, von thymian; ut, *Mel thymiuum*, Colum. 6, 33.

¶ Thymiānus, *a*, *um*, idem; ut, *Oves thymianæ*, thymum amantes, Plaut. Bacch. 5, 2, 11.

¶ Thymītes, *æ*, m. θυμίτης, *Vinum thymites*, ex thymo confectum, Columell. 12, 35; Dioſc. 5, 38.

¶ Thymālus, vel Thymallus, *i*, m. a thymi odore eſt etiam appellatus, quod recens piſcis iſte thymi odorem ſpiret, Germani, ein eſchen oder aſchen; vide paullo ante ſeorſum.

¶ Thymōſus, *a*, *um*, thymo plenus, voll thymian. Sic Plin. 11, 15 *Mel thymoſum* dixit.

¶ Thymoxalme, *es*, f. θυμοξάλμη, medicinæ ſpecies, quæ quomodo conficiatur, docet Dioſcorides 5, 16.

¶ Bīthўmum, *i*, n. δίθυμον, mellis genus eſt ex utriusque thymi, candidi & nigri, floribus confecti, Plin. 11, 16.

¶ Epithўmum, *i*, n. ἐπίθυμον; involucrum vel capillamentum, quod thymo herbæ circumvolvitur, das unkraut, filtz-kraut, das ſich um den thymian ſchlägt, hoc eſt, thymi cuſcuta; v. *Cuſcuta*, & Plin. 26, 5.

Thynnarius, thynnus, vide paullo ante *Thunnus*.

THYŌNEVS, *i*, m. trityllabum, θυωνεύς, Bacchi epitheton, vel cognomen, apud Horat. 1 od. 17, 23. Ovid. Met. 4, 13.

¶ Thyōniānus, *i*, m. idem, apud Catull. 2, 7 *Hic merus eſt Thyonianus*, id eſt, Bacchus vel a θυών, vel a matre Semele, quæ & Thyone dicitur. Adde Auſon. præfat. Edyll. 17.

THŸRA, *æ*, f. θύρα, oſtium, janua, die thüre, unde

¶ Thўrōma, *ătis*, n. θύρωμα, das thürgeſtelle. Vitruv. 4, 6 *Genera thyromatum hæc, Doricum &c.* conf. Idem 6, 4; & Bald. Lex. p. 131.

¶ Thўrōrēum, *i*, n. θυρωρεῖον, locus inter duas januas, der platz zwiſchen zwey thüren, apud Vitruvium 6, 10.

¶ Diathўrum, *i*, n. διάθυρον, apud Vitruvium 6, 10 aliis eſt, antiporta, aliis repagulum ligneum aut lapideum arcendis equis aut curribus ante ædium veſtibulum. v. Bald. Lex. p. 38.

¶ Hyperthўrum, *i*, n. ſuperporticus, die oberſchwelle an der thür. Vitruv. 4, 6 *Hyperthyra ad eumdem modum componuntur*.

¶ Hyperthyris, *ĭdos*, f. Idem Vitruv. l. c. *In Dorici hyperthyridibus*. vid. Lex. Vitruv. p. 58.

¶ Hypothўrum, *i*, n ἀυτὸ τὸ χάσμα τῆς θύρας, i. e. hians inanitas & vacuum ipſius oſtii ſive lumen, die öffne thür, Vitruv l. c. pr.

¶ Prothўris, *ĭdis*, f. προθυρὶς, ancon, der ſtein über der thür, Vitruv. 4, 6. vid. Bald. Lex. Vitruv. pag. 7.

¶ Prothўrum, *i*, n. πρόθυρον, veſtibulum domus privatæ, *Propylæum*, domus eſt regiæ aut templi, ein vorhof in einem gemeinen hauſe. Vitruv. 6, 10; & Dig. lib. 50 t. 16 de V. S. leg. 245.

¶ Pſeudŏthўrum, *i*, n. ψευδόθυρον, poſticum ſeu occultius oſtium, eine hinter-thür, heimliche thür. Ita Cicero latinitate donans vocabulum poſt redit. in Senat. c. 6 *Non janua receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus: Pſeudothyro*, id eſt, clam. Idem Verr. 2, 20 ext *Numerantur illa HS. CCL. Syracuſanis. Ea quemadmodum ad iſtum poſtea per pſeudothyrum revertantur, vobis planum faciam*. Vſus eadem voce Oroſius 3, 6 *Diabolus ſæpe per januam expellitur, & per Pſeudothyrum admittitur*.

THŸREA, & Thyre, plurale, ſed neutrum, ut, *Cete*, Θυρέα τὰ Θυρῆ. Θυρεία Suidæ in ὀθρυάδης, oppidum Lacedæmoniorum. Stat. Theb. 4, 48 Et *Lacedæmonium Thyre lectura cruorem*. conf. Solin. c. 12.

¶ Thyreātis, *idis*, adject. Ovid. Faſt. 2, 663 ad Terminum: *Si te ſignaſſes olim Thyreatida terram*. v. *Othryades*.

THYRREVS, *i*, m. lapis, qui grandis innatat, isque comminutus mergitur, Plin. 2, 103.

THYRSVS, *i*, m. cujuslibet herbæ caulis eſt, der lange ſtengel der kräuter; ut, *Thyrſus lactucæ*, Suet. Aug c. 77. v. ibi Caſaub. *Fragiles thyrſi*, Stat. Theb. 2, 664. ſchwache ſtengel. *Thyrſi pampinei*, die ſtiele an den weinblättern. *Thyrſus ſpectabili*, Plin 21, 18. conf. Idem 19, 8; Propert 3, 2, 35. ¶ 2. *Thyrſus* etiam hafta erat aculeata, hederis obtecta, quam in Orgiis Bacchicis quatiebant, eine ſpieß mit epheu umwunden. Inde Bacchus *Thyrſiger* appellatus eſt. Cæterum hoc Bacchi thyrſo percuſſi ſtatim in furorem agitabantur. Horat. 2 od. 19, 7 *Liber gravi metuende thyrſo*. conf Ovid Amor. 3, 15, 17. ¶ 3. Hinc pro majore ira, vel alio ſtimulo, qui mentem concitat & in furorem quodammodo agit, hoc eſt, vehementiſſime ſtimulat atque impellit, *Thyrſus* ponitur, die aufreitzung. Ovid. Triſt. 4, 1, 43 *Sic ubi mota calent ſacro mea pectora thyrſo* Lucret. 1, 921 *Sed acri Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor*. Vbi Giphanium, ſi lubet, vide.

¶ Thyrſĭculus, *i*, m. diminut. Apul. de Herb. c. 68 *Thyrſiculi purpurei*.

¶ Thyrſion, *i*, n. plantago ſive arnogloſſa, breitwegerich. Apul. de Herb. c. 1.

¶ Thyrſĭger, *a*, *um*, thyrſum gerens. Sic *Indiam Thyrſigeram* dixit Sen. Hippol. v. 753. *Thyrſigero Baccho*, Pallad. Inſit. lib. 14 de pomo. Sic, *Plures Thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos*: Πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, πάυροι δέ τε Βάκχοι, es ſind nicht alle köche, die lange meſſer haben. v. Chiliad.

THYSIAS, *æ*, m. Siculus fuit, antiquiſſimus artium ſcriptor, cujus meminit Quintil. 2 c. 1.

THYSSĔLIVM, *i*, n. herba non diſſimilis apio, elſenitz, Plin. 25, 11; Tabernæm. v. 289.

THYSVS, *i*, m. antique fus, eine ſau, ein ſchwein. Græce dicitur ὗς, *olim thyſus dictus, ab illo verbo quod dicunt* θύειν, *quod eſt immolare. Ab ſuillo enim genere pecoris immolandi initium primum ſumptum*, Varro R. R. 2, 4.

TĬĀRA, *æ*, in fœm. & *Tiaras*, *æ*, in maſc. ut apud Græcos ὁ τίαρας, ἡ τιάρα, pileus altus & turritus, ein hut. Iuſtin. 1, 2, 3 *Brachia ac crura velamentis, caput tiara tegit*. v. Paſchal. de Coron. 10, 1 & 2. Virg. Æn. 7, 247 *Sceptrumque ſacerque tiaras*. Sic dictum pileoli genus incurvi, (unde *Lunatam tiaram* Sidonius dixit,) quo Perſarum & Chaldæorum gens utebatur, ut Hieronymus in Dan. c. 3 annotat: atque hinc *Tiaratos reges* pro Perſicis apud eumdem Sidonium legas. Cæterum tiaram rectam & cum apice geſtabant: ſacerdotes autem ſine acumine. v. Sen. de Benef. 6, 36, & Xenophon. 2 Cyropæd. Vide & quos illuſtrandæ huic rei advocat Voſſius 4 Inſt. Orat. p. 475. Iuvenalis & Priamo *tiaram* tribuit ſat. 10, 267. Nec mirum. Nam & Phrygibus mos, tiaris uti. Vnde *Phrygiam tiaram* Idem dixit ſat. 6, 515 *Plebeja, & Phrygiâ veſtitur bucca tiarâ*. v. Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 8 p. 450. Vocatur & *Cidaris*, non proprie tamen. vide ſupra *Cidaris*.

¶ Tiarātus, *a*, *um*, tiaram geſtans. Sidon. 8 epiſt. 3 *Inter ſatrapas regum tiaratorum*.

TĪBER, & Tiběris, *is*, m. & contracte *Tibris*, nominandi caſu, ſeu Græcorum more, qui Θύβρις ſcribunt, *Tybris*, *ĭdis*, fluvius Italiæ notiſſimus, Romam alluens, die Tiber. Dictus a *Tiberi rege* ſecundum Meſſalam Corvinum p. 12. conf. Varro L. L. 4, 5. Cæterum I latino ſcribendum eſſe ex antiquis lapidibus Manutius in Orthographia docet, quibus RIPARVM TIBERIS CVRATOR legitur. v. Vrſin. ad Dionyſ. perieg. v. 352; Plin. 3, 5. *Albula* primum dictus ab aquæ colore. Deinde *Tibris* a rege Tuſco juxta eum in bello occiſo, quemadmodum Virgilius dixit Æn. 8, 330 *Aſperque immani corpore Tibris &c. A quo poſt Itali fluvium cognomine Tibrin Diximus, amiſit verum vetus Albula nomen*. Vel *Tiberis* dictus a Tiberino, Albanorum rege in eo ſubmerſo, ut oſtendit Ovid. Faſt. 2, 389 *Albula quem Tiberim merſus Tiberinus in undis Reddidit*. Cic. Art. 12, 19 *Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare*. Et, *Tibris Auſonius, Tyrrhenus*, Virg. Æn. 5, 83; & 7, 242. Finis olim fuit Latinis Etruſcisque.

v. Liv.

v. Liv. 1, 3. Idem 1, 33 *In ora Tiberis Oſtia urbs condita.* Atque ita ſemper Latinus genitivus, ut ex laudatis inſcriptionibus etiam liquidum eſſe poteat: Græcus autem *Tybrēōs* & *Tibridis* format. Virg. Æn. 7, 303 *Optato concitantur Tibridis alveo.* conf. v. 436. Atque ita etiam ſextus caſus variat, *Tiberi, Tibri* & *Tibride.* Claud. in Eutrop. 2, 127 *Defenſo Tibride.* Id. in conſul. Probi & Olybr. v. 226 *Iſt in Romuleo procumbens inſula Tibri.* Pompon. l. 2 § 21 ff. de Orig. Iur. *Quinque viri conſtituti ſunt cis Tiberim & ultra Tiberim.*

¶ Tiberīnus, *a, um,* adject. zur Tiber gehörig; ut, *Oſtium Tiberinum,* Cic. pro L. Manil. c. 12, quod pluraliter Virg. Æn. 1, 13 dixit. Et, *Tiberini fluminis unda,* Æn. 10, 833. *Amnis Tiberinus,* Liv. 5, 37. *Oſtium amnis Tiberini,* Id. 29, 14. Claud. in Conſul. Stilic. 2, 173 *Inſula Pæonium texit Tiberina draconem.*

¶ Tiberīnus, *i,* m. ſubſt. Tiberis fluminis deus, Varr. L. L. 4, 5 & 10; Minuc. Felix c. 25; Cic. N. D. 2, 20; Virg. Æn. 8, 31 *Hic deus ipſe loci, fluvio Tiberinus amœno, Populeas inter ſenior ſe attollere frondes Visus.* v. Serv. ad h. l. Liv. 2, 10 ext. *Tiberine pater, te ſancte precor.*

¶ Tiberīnis, *ĭdis,* f. patronymicum. Ovid. Faſt. 2, 597 *Diverat: annuerant omnes Tiberinides undæ,* id eſt, Nymphæ hujus fluminis. vide Heinſium ibi.

¶ Tibrīnus, *a, um,* contractum reperitur pro *Tiberinus.* Claud. de laude Serenæ v. 17 *Redienteque per undas Cœlia Tibrinas.*

¶ Tibrīcola, *æ,* m. qui prope Tiberim habitat, der bey der Tiber wohnet. Prudent. Perift. 11, 174 *Paſcit item ſanctis Tibricolas dapibus.*

¶ Cistiberis, *is,* m. qui cis Tiberim eſt, diſſeits der Tiber. Pompon. l. 2 § 33 de Orig. Iur. *Magiſtratus, quos Cistiberes dicimus.*

¶ Transtiberīnus, *a, um,* jenſeit der Tiber; ut, *Transtiberinus ambulator,* Martial. 1 epigr. 42. conf. Cic. Att. 12, 2 & 3.

TIBĔRIVS, *i,* m. Τιβέριος, imperator Romanus, non laudabilis, cujus tamen fuit vox honeſtiſſima: *Boni paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere.* v. Suet. & Tac. ¶ 2. Cæterum *Tiberii* plures fuerunt, *Tiberius Scaurus, Tiberius Gracchus,* de quibus alibi.

¶ Tiberĕius, *a, um,* adject. ut, *Tiberia aula,* Statius 3 Silv. 3, 66.

¶ Tibertīnus, *a, um,* idem. Tertull. contra Marc. 4, 6 *Tiberianis temporibus,* & ibid. c. 7 *Tiberianis principatus.* Plin. 15, 15 *Pyra Tiberiana, quæ maxime Tiberio principi placuere.*

¶ Tiberias, *ădis,* f. Τιβεριάς, urbs Galilææ ab Herode condita, ac ſic appellata in honorem Tiberii.

TĪBIA, *æ,* f. os cruri ſuræ oppoſitum, das ſchienbein, der ſchenkel. Ejus partes ſunt duæ, prior vocatur *Crea,* poſterior *Sura.* vid. Celſ. 8, 1 ſub fin. Hinc *Tibialia,* de quibus poſtea. ¶ 2. *Tibia* inſtrumentum muſicum, eine ſchallmen, pfeife, querpfeife *Tibiam tubæ comparare,* proverbiale de comparatione rerum ſupra modum diſſimilium. v. Chiliad. *Tibiæ* autem *Serranæ* dicuntur, quæ impares ſunt, & inæquales habent cavernas. Vnde & *bifores* appellantur: non enim ſunt pari modulatione compoſitæ. Vt enim ait Varro: *Tibia Phrygia dextra unum habet foramen, ſiniſtra duo, quorum unum acutum ſonum habet, alterum gravem.* vid. Servius in illud Virg. 9, 618 *Dindyma, ubi aſſueris biforem dat tibia cantum.* Sic, *Tibia ſimplex foramine pauco,* Horat. de Arte poët. v. 203. De duplicibus tibiis, dextris & ſiniſtris, item de paribus & imparibus, vide Brodæum Miſcellan. 5, 32; Manut. Quæſitis per Epiſt. 3 epiſt. 4, & Frid. Lindebrog ad tit. Andriæ Terentianæ. Sed accuratiſſime de illis diſputat Salmaſius ad Carinum Vopiſci p. 194 ſeqq. Habes de iis & in ejusdem Exercit. Plin. pag. 84 ſeqq. Add. Harduin. ad Plin. 1, 16 no. maj. 24. *Barbara* ſolenni epitheto dicitur tibia, quia a Phrygibus inventa, Barbaris κατ' ἐξοχήν. Sic, *Tibiis canere,* Quintil. 1, 10, pfeifen ſpielen. Ibid. *Adhibere tibias epulis,* tafel-muſic haben. *Cantus tibiarum,* Cic. pro S. Roſcio c. 46, & Quintil. 1, 11. Sic, *Tibias inflare,* Cic. de Claris Or. c. 51. Et *Tibiæ nuptiales,* Auctor ad Herenn. dixit 4, 31, quod tibiis in nuptiis cani ſolebat, ut ex Plaut. Caſ. 4, 31 ſq. & Apul. 4 Mileſ. pag. 157 conſtare poteſt. Sed late patebat tibiarum uſus, de quo Ovidius loco mox indicando. Cæterum tibias Pallas invenit, ſed mox abjecit, notata oris deformitate cum inflaret. Suſtulit Satyrus & artem canendi tibiis inſtituit. vid. Ovid. Faſt. 6, 697 ſeqq. & quos laudat Brouckh. ad Propert. 2, 23, 86. *Tibiis longis cantare* dicuntur proverbio, qui ea, quæ ſibi inutilia ſunt, faciunt. v. Dio Caſſius in Othone princ. De variis tibiarum ſonis ita Prudent. Apoth. v. 843 *Adde & diſtinctum, quem muſica tibia, flatum, Concipit; aut ille eſt preſſo modulamine parcus, Aut tumidam largo ſublimat flamine bombum, Aut raucos frangit modulos, aut lene ſuſurrat, Aut exile trahens ſonitus producit acutos, Aut murmur tenerum ſubliditvoce minuta.* ¶ 3. Vt maſc. *Tibias bilingues,* dixit Varro apud Nonium 3, 256.

¶ Tibiālis, *e,* ad tibias muſicas pertinens, zu pfeifen dienlich. Plin. 16, 36 *Arundo tibialis calami, quem aulecticum dicebant.* Sidon. Anacreontico ſub epiſt. 13 lib. 9 *Antra per palati Crepulis reſlanda buccis Gemit aura tibialis.* At

¶ Tibiāle, *is,* n. ſubſt. & plural. *Tibialia,* ex prima notione, putantur vulg. braccæ eſſe, beinkleider, hoſen, ſtrümpfe. Suet. Aug. c. 82 *Hi me feminalibus & tibialibus munivabatur.* Vbi Caſaub. vide, qui oſtendit, veteribus *faſcias* circa tibias aut crura fuiſſe; quas quidem *faſcias ſola excuſare poterat valetudo.* Quintiliani ævo vid. 11, 3 p. 1031, qui paullo ante de Cicerone dixerat, *velandarum varicum cauſa togam demiſiſſe.* Onomaſt. vet. *Tibialia,* περισκελίδια. Et Paul. ICt. 14 § 1 ff. de re milit. *Tibialia ſunt arma, quibus crura muniantur.*

¶ Tibiātim, adv. h. e. ad mediam usque tibiam. Ita cum Scaligero legit Dacerius apud Feſtum in *Mulleos* ex Titinnio.

¶ Tibiārius, *i,* m. ein pfeifenmacher. Gloſſ. lat. gr. *ἀυλοποιός, Tibiarius.* Inſcr. Murat. p. 949 TIBIARIVS DE SACRA VIA.

¶ Tibīnus, *i,* m. a tibiis modus apud Nonium 1, 246.

¶ Tibīcen, *ĭnis,* m. qui tibia canit, ein ſpielmann, ein pfeifer. Penultima producitur, quia i & a per craſin i longum relinquunt. Sic, *Nimis nobili tibicen ſum.* Plaut. Merc. 1, 2, 15, ich gebe keinen pfeifer ab. *Ad cantus & tibicinem populi laudes honoratorum virorum,* Cic. de Leg. 2, 24. *Tibicinis vitam vivere,* id eſt, lauto & alieno ſumtu, wohl leben. v. Chiliad. *Nunciata filii morte tibicinem tacere juſſit,* Sen. ad Marc. c. 12 extr. conf. Varr. L. L. 5, 7. *Tibicinum, qui Romæ ſacrificiis præcinerent,* hiſtoria & ſolennitates narrantur a Liv. 9, 30. Nimirum ad ſacra fere omnia adhibiti *tibicines.* v. Brouckh. ad Tibull. 2, 1, 86. Celebres apud Græcos *tibicines* fuere *Timotheus, Iſmenias, Marſyas, Olympus,* laudati Luciano adv. indoct. p. 381 Gr. ¶ 2. *Tibicines* autem in ædificiis columellæ ſunt in tecto inferiori, quibus illud ſuſtinetur, pfeiler, ſtützen, ait Feſtus, *tibiis canentium, qui ut canentes ſuſtineant, ita illi ædificia.* Arnob. 2 p. 92 *Quando ſiderum motus, aut ratio cœpta eſt genethliaca ſciri? non poſt Thentin Ægyptium, aut poſt Atlantem (ut quidam ferunt) geſtatorem, bajulum, tibicinem illum ac deſtinam cœli.* Iuvenal. 9, 193 *Nos urbem colimus tenui tibicine fultam.* ¶ 3. Pro quovis ſuſtentaculo. Ovid. Faſt. 4, 695 *Hæc modo verrebat ſtantem tibicine villam.*

¶ Tibīcĭna, *æ,* f. mulier tibia canens, eine pfeiferin. Plautus ſæpe, & Ter. Adelph. 5, 7, 7 & 9. Horat. 1 epiſt. 14, 25 *Meretrix tibicina.* Martialis 14 epigr. 64 *Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis.* Adde Plin. 34, 8; & Gell. 2, 1.

¶ Tibicinium, *i,* n. die kunſt zu pfeifen. Apul. 1 Florid. p. 348 *Marſyas cum in artificio patriſſaret tibicinii.*

¶ Tibicĭno, *āre,* tibiis canere, pfeifen. Fulgent. Mytholog. 3, 9 *Ordo tibicinantium.* Quamquam vero MSS. heic *tibizantium* habent, legendum tamen *tibicinantium,* quia & Tertullianus de Anima c. 38 participio *tibicinandus* uſus eſt, quod cum *gloriandus* conjunxit.

¶ Tibicinātor, *ōris,* m. ein pfeifer, in Gloſſis Cyrilli reperitur, & ἀυλητὴς græce convertitur.

TIBISCVS, *i,* m. Daciæ olim, nunc Hungariæ ſuperioris fluvius, vulgo *Tiſſam* vocant, die Theiß.

TĪBĪSIS, *is,* m. Scythiæ fluvius apud Herodot. lib. 4. Hinc

¶ Tibisēnus, *a, um,* adject. ut, *Tibiſena oſtia,* Valer. Flacc. 6, 51.

TIBVLLVS, *i,* m. Albius Tibullus, poëta elegiographus, quem ut *elegantem* & *terſum* Quintilianus 10 c. 1 commendat. Familiaris fuit Horatio & Ovidio, qui *cultum* eum vocat de Arte am. 1, 764. Periit morbo in comitatu Meſſalæ Corvini, cum inſulam Phæacum peteret. Vide ejus vitam ab Ayrmanno ſeparatim ſcriptam, & quæ in fronte editionis Brouckhuſianæ habentur, & ad 4, 1, 181. Adde Douiæ ſchediaſma ſuccidaneum in cad. edit. repetitum; & Fabricii Bibl. Lat. p. 54 &c.

TIBVLVS, *i,* m. pinaſter, ein wilder zirbel-baum. Plin. 16, 10.

TĪBVR, ſive Tybur, *ŭris,* n. civitas Italiæ in Sabinis, ſedecim millibus paſſuum diſtans a Roma, ſic appellata a *Tiburto,* conditore, de quo Virg. Æn. 7, 671. Vulgus *Italorum* vocat *Tivoli.* Seceſſum illuc procerum Romanorum ſuo jam tempore celebrat Horatius v. Barth. Adverſ. 24, 12. *Tibur ſuperbum* vocat Virg. Æn. 7, 630. conf. Ovid. Faſt. 4, 71. conf. Kircheri Latium. Herculi ſacrum fuit. vid. Drakenb. ad Sil. 4, 225.

¶ Tiburnus, *i,* m. incola Tiburis. vid. Stat. 1 Silv. 3, 74; & Horat. 1 od. 7, 1.

¶ Tiburs, Gen. *Tiburtis,* adject. generis omnis; vel *Tiburtis, Tiburte,* quod ex Tibure eſt, vel ad Tibur pertinet; ut, *Regio Tiburs,* apud Suet. Calig. c. 21. Et, *Villam in Tiburte habes,* Cic. de Orat. 2, 65 extr. *Promit e bibliotheca Tiburti,* Gell. 19, 5.

¶ Tiburtīnus, & Tiburtius, *a, um,* adjectiva; ut, *Tiburtinus lapis,* Iſidor. 19, 10. *Villa Tiburtina Manlii Vopiſci,* de qua Statius 1 Silv. 3. Et Martial. 4 epigr. 57 *Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.* Virg. Æn. 7, 670 *Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt.* Horat. 2 ſat. 4, 70 *Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco.*

TĪCHOBĀTES, *æ,* m. τειχοβάτης, i. e. muros aſcendens, der an mauern hinaufkraucht. Vopiſc. in Carino c. 18 *Exhibuit Tichobatem, qui per parietem eluſo urſo cucurrit.*

TICĪDA, *æ,* m. poëta, qui de Perilla, quam amavit, elegias ſcripſit. Ovid. Trift. 2, 433 *Quid referam Ticidæ, quid Memmi carmen &c.*

TĪCĪNVM, *i,* n. oppidum Inſubriæ, *Papiam* hodie vocant. *Ticinus* fluvius ei vicinus, Pado ſe miſcens. Vide Scriptores belli Punici ſecundi & inprimis Sil. 4, 81 ſeq. & 5, 15 &c. 6, 700; Claud. Conſ. Honor. 6, 195; & Sidon. carm. 7, 552. *Ticinum* prioribus duabus productis dixit Sil. 5, 155; & 6, 706.

¶ Ticinius, *a, um,* pro expleto qualibet re, Nonius 6, 22.

TĪFERNVS, *i,* m. fluvius Italiæ, in Frentanis, medius inter Frentonem & Trinium. vid. Mela 2, 4.

¶ Tifernum, *i,* n. aliquot oppidorum nomen in Italia, quæ ſuis cognominibus diſtinguuntur; ut, *Tifernum Metaurenſe* in Vmbria; *Tiberinum,* itidem in Vmbria, ſed cis Apenninum: *Sammiticum,* in Samnio propter fluvium cognominem. v. Geograph. Antiq.

¶ Tifernātes, *um,* m. pl. populus ſeu incolæ horum oppidorum, Plin. 3, 14.

TĪGELLĪNVS, *i,* m. Sophonius Tigell. vir vitæ corruptiſſimæ, per vitia præfecturam prætorii ſub Nerone adeptus, de quo multa Tac. An. 14, 60, 3; 15, 50, 4 &c. conf. Martial. 3 ep. 20; & Iuvenal. 1, 155.

Tigillum, tignarius, vide ſequens *Tignus.*

TIGNVS, *i,* m. & Tignum, *i,* n. plural. *Tigni* & *Tigna,* trabes ſunt, quæ per tectum transverſum diſponuntur, latten. querbälker. Omne denique genus materiei, ex qua ædificia conſtant, *tigni* nomine ſignificatur, bau-holtz, balcken. Cæſ. B. G. 4, 17 *Tigna ab imo præacuta.* Vitruv 4, 2 *In contignationibus tigna & axes.* It. *Tignorum cubilia,* conf. 10, 21; Sen. epiſt. 120; & Vlp. D. 47 t. 3 l. 1. Horat. Art. poët. v. 279 *Modicis inſtravit pulpita tignis.* Idem 2 epiſt. 1, 73 *Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum.* Livius eleganter dixit 5, 34 *In ſuperficie tignisque caritas nobis patriæ pendet,* wir haben nur die häuſer lieb. Vet. Gloſſ. *Tignum, ξύλον, δοκός.* ¶ 2. *Tignum,* non ſolum in ædificiis appellatur, ſed etiam in vineis, eine weinlatte. vid. Feſt. ex XII Tabb. & Roſin. Ant. Rom. 8 c. ult. p. 810. ¶ 3. Significat tam ligna quam lapides l. 1 § 1 ff. de tigno junct. & l. 62 ff. de V. S.

¶ Tigillum, *i,* n. diminut. Tibull. 2, 1, 39 *Illi compoſitis primum docuere tigillis Exiguam viridi fronde operire domum.* Adde Catull. 68, 39. Liv. 1, 26 *Transmiſſo per viam tigillo ſub jugum miſit juvenem.*

venem. Id publice semper refectum manet; Sororium tigillum vocant. conf. Aur. Vict. Vir. illustr. c. 4 de Horatiis; Item Plaut. Aul. 2, 4, 22; Apulej. Met. 1 p. 117; & 9 p. 394; Pnædr. 1, 3, 14; Iuvenal. 7, 46.

¶ Tignātio, *ōnis*, f. die belattung, das ſparrwerck. Hanc vocem Gloſſæ Vet. etiam habent, quam σηγατιν, δοκαδωσιν vertunt: quaſi a verbo *Tignare*. Sed uſitatiora, quæ ſequuntur ex *Con* componita.

¶ Tignārius, *a, um*, zum baubeis gehörig; ut, *Faber tignarius*, ein zimmermann. Cicer. de Clar. Orat. c. 73 *Ego me Phidiam eſſe mallem, quam vel optimum fabrum tignarium.* Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 194 n. 2 PATRONVS COLL. EVID. FABR. TIGNARIOR. conf. Fabrett. Inſcript. p. 707. Abſolute etiam Gloſſ. Vet. *Tignarius*, δοκοτέκτων, δοκοποιός. *Tignuarius* pro *Tignarius*, in lapidibus ap. Spon. 59, & Murat. p. 936.

¶ Contigno, *āre*, eſt tigna conjungere, zuſammen latten, balcken legen. *Oſſibus tecta contignare, quadragenum cubitorum longitudinis*, Plin. 9, 3. *Quicquid eſt contignatum*, Cæſ. B. C. 2, 15.

¶ Contignātus, *a, um*, zuſammen gebauet; ut, *Itinera interioribus partibus turrium contignata*, Vitruv. 1, 5.

¶ Contignātio, *ōnis*, f. i. ſa trabium vel tignorum conjunctio, das geſparr, ſparrwerck, gerüſte, Cæſ. B. C. 2, 9; Vitruv. 4, 2; 6, 5; & 7, 5. ¶ 2 Item, cœnaculum & ſolarium, ſeu ſtratum cœmento, ſeu non, ein ſoller, boden; ut, apud Livium 21, 62 miraculo referitur, *trecem in tertiam contignationem conſcendiſſe*, id eſt, in tertium ſolarium, ins dritte ſtockwerck.

¶ Intertignium, *i*, n. intervallum inter tigna, vel interpoſitum, ein feld zwiſchen balcken, Vitruvius 4, 2. vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 62.

TIGRĀNES, *is*, m. Τιγράνης, rex majoris Armeniæ, cujus frequens mentio apud Cic. pr. L. Manilia: & Lucan. 6, 637.

¶ Tigranocerta, *æ*, f. urbs regia Armeniæ, quaſi Tigranopolis. *Karta* enim, vel *Kerta*, orientalibus eſt urbs. v. Plin. 6, 11.

TIGRIS, *idis*, & *is*, f. τίγρις, beſtia eſt Indiæ & Hyrcaniæ, *ſæva, indomita, rabiosa* (hæc enim ei a poëtis epitheta tribuuntur) & *perniciſſima*, quemadmodum & nomen accepit a celeritate, ein tieger. v. Plin. 8, 18; & Barth. ad Stat. 2 Theb. p. 333 ſeq. Medi enim ſagittam appellant *tigrin*. Audito tympano, tigrides tanta concitantur rabie, ut ſe ipſas dilanient: Plutarch. præceptis connub. p. 144 D. De tanto amore earum in catulos v. Philoſtrat. 2. de Apollonio Thyaneo p. 69. Add. Plin. 8, 18, & 16, 27. Lucan. 5, 405 *Oro per & cæli flammis & tigride.* Sic, *De tigride nata*, Ovid. Met. 7, 32. *Quæ dedit ubera, tigris erat*, Idem Triſt. 1, 7, 44. *Sævæ tigrides*, Idem Heroid. 10, 85. Et, *Armeniæ tigres*, Idem Met. 8, 120. Et, *Lenis e tigre*, Horat. Art. P. v. 353. Ad fabulam de tigridibus e vento prægnantibus reſpicitur in Sympoſio, quod Lactantio adſcripſit Heumannus, ænig. 38 *Iactaque jam vento ventos velocior ipſa, Et mihi dat ventus natos, nec quæro maritum.* ¶ 2. *Tigris* etiam canis Acharonis dicitur apud Ovid. Met. 3, 217; ut noſtri etiam canes ſuos appellant interdum. conf. Colum. 7, 12 extr. ¶ 3. Et *Tigris*, m. fluvius ingens, rapidiſſimus, caput attollens, quemadmodum Solinus ſcribit, in Armenia, ex eorum fluviorum numero, quos ex Paradiſo exiiſſe ſcriptura teſtatur. vid. Plin. 2, 103. Format caſus, ut animalis nomen, *Tigris* & *Tigridis*: ut *Bibere Tigrim*, Virg. ecl. 1, 6. *Rapido cum Tigride*, Lucan. 3, 256. ¶ 4. Xenophonti *Tigris* etiam in Paphlagonia eſt. Et Herodotus ſcribit, *Tigrem* non eſſe unam tantum, ſed alterum, & tertium, fluvios diverſos in locis etiam diverſis.

¶ Tigrīnus, *a, um*, bunt wie ein tieger; ut, *Mensæ tigrinæ*, quæ oblongo ſunt venarum diſcurſu, cujus nodi apud nos fiunt ex acere & fraxino, atque ut reſpondeant, flavo illinuntur pigmento, Plinius 13, 15.

¶ Tigrifer, *a, um*, tigres ferens, da tiegerthier feyn; ut, *Tigriferi arva Niphatis*, Sidon. carm. 1, 444.

¶ Transtigritānus, *a, um*, trans Tigrim ſitus, über der Tiger gelegen. Sextus Rufus c. 25 extr. *Mithridatium cum Transtigritanis quinque regionibus redegerunt.* Adde Ammian. 18, 22; & 19, 18 fin.

TĪGŬRUM, *i*, n. Zürch, clara civitas Helvetiæ. Sed Scaligerana in fine negant, Zürch eſſe Tigurum veterum, quippe quod prope Aventicum ſitum fuerit.

¶ Tigurīnus, *a, um*, adject. ut, *Pagus Tigurinus*, Cæſ. B. Gall. 1, 11. Et ſubſt. *Tigurini*, die Zurcher, in Helvetiis, Cæſ ibidem.

TĪLIA, *æ*, f. φίλυρα, arbor notiſſima, ligno molliſſimo, eine linde. Ovid. Met. 10, 92 *Tiliæ molles.* Virg. Georg. 1, 137 *Cæditur & tilia ante jugo levis, altaque fagus.* conf. Plin. 16, 14, & 24, 8; Pallad. 1, 37; Tertull. de Idolol. c. 8.

¶ Tiliāceus, *a, um*, adject. von lindenholtz; ut, *Arcula tiliacea*, Colum. 12, 45. Et, *Tabulæ tiliaceæ*, Capitol. in Pio c. 13.

¶ Tiliāris, *e*, idem; ut, *Tilieris tabula*, Cæl. Aurel. Tard. 4, 1.

¶ Tiliētum, *i*, n. locus, ubi creſcunt tiliæ, ein linden wald.

TĪLOS, *i*, m. vermis idem ac millepeda, ein feuerwurm, Plinius 29, 6.

TILPHŌSA, *æ*, f. fons in Bœotia, ſub montem Tilphoſium labens, juxta quem Tireſiæ vatis eſt ſepulcrum, ubi & templum eſt Tilphoſii Apollinis. vid. Strabon. lib. 9 p. 285

TĪMAEVS, *i*, m. Τίμαιος, philoſophus Pythagoricus, patria Locrenſis, cujus nomine Plato librum inſcripſit de Natura. Exſtat etiam liber rerum ſcientiæ naturalis imitatus ex Aristotele. ¶ 2. Item & hiſtoricus hoc nomine, ſed maledicentiſſimus: C. Nepos 7, 11, 1

TĪMĀGĒNES, *is*, m. rhetor & hiſtoricus, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam Muſicen eſſe dixit, Quintil. 1, 10. Cujus meminit Horat. 1 epiſt. 19, 15; & cum laude Ammianus 15, 9. Sed ſeipſum immoderatius uſo Auguſtus domo tua fecit, &c, is hiſtoricus Pollioni Afinio dixit: ψυχροξένης, i. e. vi, eras in matris. v. Sen. de Ira 3, 23.

TĪMĀGŌRAS, *æ*, m. Τιμαγόρας, Athenienſis, exiitat quidem apud Aeſchin. quod ad Darium Perſarum regem legatus miſſus, ipſum adoraſſet Perſarum more: Suidas, & Val. Max. 6, 3 extern. 2.

TĪMANTHES, *is*, m. Τιμάνθης, pictor egregius Zeuxis tempore. Hujus eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata, quia ſtante ad aras peritura, cum mœſtos pinxiſſet omnes & tristitiæ omnem imaginem expreſſiſſet, patris vultum velavit, quem digne non poterat effundere, Plin. 35, 9.

TIMAVVS, *i*, m. fons & fluvius Illiriæ, non Venetiæ in Italia, cujus non ſemel Virgilius meminit ecl. 1, 6, & Æneid. 1, 243. Hinc Stat. 4 Silv. 7 extr. T. Livium, *Timavi nomine celebratum*, qui Venetus Patavinus, ſive Paduanus, Venetiæ urbe, natus fuit. Et Cicero Seranium ad paludes, quas facit Timavus, ubi Venetia finitur, *Timavi similem* Ital. 1, 244 *Fontem ſuum Timavi: Venetia ubi finitur, exit, & ſe in mare montis. It mare per prata, & ſilvas, & templa, & urbes, ille tamen ille* (Antenor) *urbem Patavi condidit, & gentem locavit, & nomen*, cum ait, *It mare*, ipſum fluvium intelligit. vide Servian. ibi, & interpretes cæteros.

TĪMEO, *ui*, *ēre*, metuere, formidare, fürchten, ſich befahren. Cic. fam. 1, 5 *Quamquam nihil post timendi, nisi longi quem perfidiam timemus.* Sic enim, *Timeo te, timemus inimicos*, dicimus. Nep. 18, 11, 2 *Quem tamdiu tamque valde timuisset.* Sed, *ſi illum veli quo, ejus vitæ timeo*, Ter. Andr. 1, 3, 5, 10 iſt mir leid für ſein leben. *Noſtræ partis timeo*, Idem Andr. 2, 5, 8. Et Heaut. 3, 2, 20 *Syre, tibi timui male*, tamquam amico ſenſeci. Cæſ. B. Civ. 3, 13 *Dyrrachio timens*, indem er fürchtet er möchte es verl. ein. Et 3, 59 *Incepti ſui timens*: & c. 74 *Nil ſimulatæ timebat* Quint. 4, 1 p. 300 *Religiosus judex his neſſe patronum audit, quem juſtitiæ minime timet.* Similiter, *Patrem patris*, Horat. dixit 1 epiſt. 7, 7. Et ſic, *Abs te mihi timeo*: Cicero pro Flacco c. 20 *A quo genere ego numquam timui.* Idem fam. 9, 16 eodem intellecta dicit, *De illo nihil video quod timeam.* Sed Idem Att. 7, 6 *De republica valde timeo*, h. e. reip. cauſa. Ovid. Faſt. 3, 621 *Nec timide mortis tamen.* Ter. Andr. 1, 5, 35 *Hoc timet, ne diſcras ſe*, daß du mochteſt nit verlangen. *Omnes labores ſcio te excipere, timeo, ut ſuſtineas*, du werſt es nicht ausſtehen können, Cicero fam. 14, 2. *Timeo ne non id impetrem*, Idem Att. 9, 6 *Timere pro aliquo*, Gell. 19, 1. De ratione & fundamento conſtructionis cum *ut* vel *ne*, vid. *Metuo.* ¶ 2. *Timere*, præcavere, Horatius dixit 1 epiſt. 5, 1 *Si potes Archiacis convivia tecumdere lectis, Nec modica cœnare times olus omne patella*

¶ Timens, *tis*. Lucretius 6, 1237 *Vitæ timentem capiti*, metuentisque timentes. Et, *Mortem timens*, Ovid. ex Ponto 4, 14, 215. *Comiti timens*, Virgil. Æneid. 2, 729. *Timentes fraudis aviarum*, Petron. c. 122.

¶ Timendus, *a, um*, fürchtlich; ut, *Dente timendus aper*, Ovid. Heroid 4, 104. *Vis ſa timenda*, Idem Met. 1, 256 Sic, *Timendi voce compleve nemus*, Horat. epod. 6, 9. conf. Id. 3 Od. 27, 5. *Timendo cupidini Arcadiæ velocres*, Lucretius 5, 31. *Armis timendus*, Stat. 4 Silv. 3, 134.

¶ Timeſco, *ĕre*, furchtſam werden. Ammian. 31, 4 edit. Sylburg. p. 506 *Athanaricus paromper timeſcens.*

¶ Timĭdus, *a, um*, furchtſam, faul, ſchüchtern: ut, *Timidam atque ignavum putavi*, Auct. ad Herenn. 4, 36 Cicero pro Sextio c. 16 *Nomen te timidum, nullo exercitu, nullius conſilii fuiſſe contendit.* Et, *Timidus in labore militari*, Cicero fam. 7, 17. *Timidus ad mortem*, Idem de Fin. 2, 20. *Timidus a febri*, Vitruvius 6, 1. Servius in ecl. 6 Virgil. TIMIDVS *eſt, qui ſemper timet*: TIMENS, *qui ad tempus formidat ex cauſa.* Sed id non eſt perpetuum; e. g. Plaut. Rud. 2, 3, 30 *Ego navi timidæ ambæ in ſcapham inſilaimus*, i. e timentes. Cum genitivo Ovid Metam. 5, 100 *Æqua cultor, timidusque Deorum.* Sen. de vita beata c. 20 *Abhuntur in aliquas vimas timida lucis.* Idem epiſt. 22 *Timidus mortis.* Compar. Cic. de Fin. 1, 20 *Epicurei timidiores paullo contra convicia.* Cæſ. B. G. 3, 24 *Craſſus cunctatione ſua hoſtes tardiores fecit.* conf. Cicer. Att. 9, 6 & fam. 13, 19: Superl Curt. 4, 14 extr. *Mors timidi ſæpius quam promptiſ quitur.* Et Ovid. de Arte am 1. 117 *Timidi ſunt tuta cupidine.* conf Sen. epiſt 26; Petron. c 32 & 85. ¶ 2. *Timidi cubiculum ſolet flere*, Nepos 8, 2, 2. ubi *Timidus* non eſt idem qui ineptus, vel ignavus, ſed providus & cautus, qui timet præ timenda, & cura majore, quam audacia progrediens, ſe non temere in periculum conjicit, atque ſic matri ſuæ dolorem & ſollicitudinem affert. Hoc enſu *timiditatem* ſibi tribuit Cic. fam. 6, 15; & 4, 13. Et Sen. epiſt 45 *Pro cauto timidus accipitur.*

¶ Timĭde, adverb. furchtſamlich, zaghafftig. Cicero Tuſc 2, 23 *Providendum eſt, ne quid admodum, ne quid timide faciamus.* Idem pro Quintio c. 16 *Timide ac pedetentim ad ea quæ agendum deſendere.* Cæſ. B. C. 1, 19 *Omnia tranſplantius timidiusque amore.* Veliej. 2, 87, 3 *Canidius timidius ſe ſe* Quintil 11, 1 p. 978 *Timidiſſime dicendum eſt.* Petron. c. 98 *Timidiſſime reducto ſpiritu.*

¶ Timidulus, *a, um*, diminutivum; unde

¶ Timidule, adverb Apul. 4 Mileſ. p. 434 *Timidule per balneas & cellas reptantes ſervitutem facitis.* Alii legant *timidas.*

¶ Timĭdĭtas, *ātis*, f. timor, die furchtſamkeit; ut, *Pudore a dicendo, & timiditate quadam ingenua refugere*, Cicero de Orat. 2, 3. *Neque cautio mea & timiditas [illegible] negligenda eſt*, Ioid. c 64 Et, *Bello propter timiditatem [illegible]*, Cic Phil. 2, 29. conf. Pacuv. ap. Nonium 3, 246; & Terentil. de Idolol. c. 20.

¶ Timor, *ōris*, m. *metus eſt mali aſperopinquantis*, Cicerone auctore Tuſc. 4, 8, die furcht. *Timore turpere*, Plaut. Truc. 4, 3, 50. Et, *In timorem dare*, erſchrecken, furchtſam machen, Plaut. 4, 1, 19. *Metus a Romanis, timor a principibus*, Livius 45, 26. *Max imo timere de nobis affiguntur animi noſtri*, Brut. ad Anton. Cicer. fam 11, 2, ſie ſind unſertwegen in furcht. *Timore perculſus*, Cicer. ad Brut. epiſt 3 *Timore perterritus*, Idem Divin. 1, 28. *Timor cubitat*, Hirt B Gall 8, 13, die furcht hält zurück, Cicero Somn. Scip c. 1; *pavor*, Ovidius Faſt. 6, 161. *Aſſus, quæ ſequitur, magno eſt in timore, ſeſſor* het in ſeiner gefährlich aus, Cicero fam. 2, 10. *In bonorum timoribus*, da die furcht alles gefährlicher macht, Cæc. ad Cicer fam. 6, 7. *Magno timori eſt populis*, Lucan. 3, 82. *Primus in orbe Deos fecit timor.* Initium hoc fragmenti Petron. & aliis uſurpatum poëtis v

Burm p. 676. Sententiam *Ubi timor, ibi pudor*, citat ex poëta quopiam Plato in Eutyphrone: ὦ ἐξέπλης ἀπὸ τοῦ γ' ὀλίγου, ὥσθ' ὑμᾶς αἰδὼς λαβεῖν; Pluralis *Timores* etiam reperitur. Silius 2, 626 *Arcano infibulat ore timores. Namque metus socium secum trahit usque pudorem.*

¶ Timōrātus, *a, um*, gottesfürchtig. Vulg. Interpr. Luc. 2, 25 *Homo iste justus & timoratus.* conf. 4 Esdr. 3, 3; & Act. 8, 2.

¶ Timefactus, *a, um*, erschreckt, furchtsam. Lucret. 2, 43 *Timefactæ religiones.* Cicer. Off. 2, 7 *Quamvis timefacta libertas.* Ita meliores libri & antiquiores: vulgo perperam *tremefacta.*

Compositæ:

¶ Extimeo, *ere*, pro *timere*, sich schemen. Tac. An. 16, 24, 2 *Et spiritus & libertatem insanis ultro extimuit.* Pall. Idem An. 15, 71, 4 *Quasi principem non quidem odissent, sed tamen extimerentur*, i. e. formidarentur & viderentur odisse. Certe Pichena ita legi vult pro eo, quod in antiquissimis quibusque libris est *extimarentur*; a Lipsio autem rursum in *existimarentur*. Pro *existimo* enim contracte dicitur *extimo*. Igitur præsens verbi adhuc incertum.

¶ Extimesco, *ĕre*, valde timere, sich sehr fürchten. Ter. Phorm. 1, 3, 2 *Adeone eum rediisse, ut patrem extimescam.* Et Cicero pro Deiot. c. 1 *De fortunis communibus extimescere.* Pall. Tac. An. 11, 16, 7 *Si talibus in regnum vertisset, posse extimesci.* Cicero Phil. 7, 1 *Ab Antonio majus periculum extimescendum est.* Cæs. B. G. 3, 13 *Quarum rerum majoris navibus casus erant extimescendi.*

¶ Intimidus, *a, um*, non timidus, Sexo Grammat. 2, 24. Sed

¶ Intimide, adverb. furchtsam, inde compar. *Intimidius*; Ammianus 20, 17 (Velef. c. 6 p. 266.) *Hanc intimidius incedentem vespertinæ papulæ, nec fovebat.* Ita MSS. libri, hique optimi. Cujacianus Valesius in supplementis ad commentarios Patris Hermanni interpretatur *IN* hujus compositionis, ut augeat & intendat vim orationem, non diminuat. Aut enim ut *infractus* pro *fractus* ap. plerosque scriptores: ita *Intimidus* pro *Timidus*, & *Intimide* pro *Timide* ab Ammiano usurpari.

¶ Intimorate, adverb. ohne furcht. Vetus Interpr. Irenæi 1, 1 *Intimorate omnia sperantur.*

¶ Pertimeo, *ui, ēre*: & Pertimesco, *ĕre*, idem quod extimescere, seu perhorrescere, sich sehr fürchten; ut, *Nullius vim, minas potentiam pertimescere*, Cicero in Verr. 2, 73. *Pertimescere totam fortunæ*, Idem in Pis. c. 10. Et de Leg. Agrar. 2, 17 *Grave est nomen imperii, atque id cum in levi persona populi pertimescitur.* Cicero fam 1, 9 *Famæ inconstantiæ pertimescenda.* Et cum præpositione *De*, Id. Divin. in Verr. c. 22 extr. *Non minus de laude, de honore, de fama sua; quam de capite ac fortunis suis pertimescere.* Denique vetus liber fabularum MSS. in Biblioth. Victor. Paris. quem sæpe allegat Rigaltius in not. ad Phædrum:

Stando procul regem pertimuere suum.

¶ Pertimefactus, *a, um*, sehr erschreckt. D. Brutus Cicer. fam. 11, 20 *Credo vinci, sperare eos, te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia.* Ita vereres libri magno consensu: quod *perterrefacto* pravatum in aliis est. Sed & Pseud. ap. Nonium 7, 2 *In triplici pertimefactus maxime animi incerto errans vagat.*

¶ Prætimeo, *ui, ēre*, ante timere, sich zum voraus fürchten. Plaut. prol. Amphitr. v. 29 *Mirari non est quam, fori ii pretimeat.* Tibull. 3, 3, 14 *Ut semina immeritam pretimisse velit.* Sen. epist. 98 *Nihil nec mirabitur nec stultius quam pretimere.*

¶ Pretimidus, *a, um*, valde timidus, sehr furchtsam. Tertull. carm. de Iona & Ninive v. 65 *Famulum sese ille fatetur Pretimidum fidemque loci.*

¶ Suortimeo, *ēre*, nonnihil timere, sich etwas fürchten. Cic. Phil. 2, 14 *Nunquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur?*

TĪMOLĒON, *ontis*, m. Τιμολέων, dux fuit Corinthius, qui Syracusas oppressas Dionysii tyrannide liberavit, ac Dionysium in exilium Corinthum misit. v. Plutarch. & Nepot. ejus vita.

¶ Timoleontēum, *i*, n. gymnasium Syracusanum apud Nepot. in Timoleonte extr. Meminit Polyæn. 5, 3, 8, & Plutarch. in vita.

Timōlus, vide infra *Tmolus.*

TĪMON, *ōnis*, m. Τίμων, Athenienſis fuit, μισάνθρωπος ille, abhorrens ab omnium hominum consuetudine, seu osor potius omnium & hostis. v. Plutarch. in Antonio p. 948 & seq. & Lucian. in Timone. Add. Cicer. Tusc. 4, 11. Vixit temporibus belli Peloponnesiaci. Interrogatus aliquando: *quamobrem omnes homines odio prosequeretur?* respondit: *malos merito odi, ceteros vero ob id odi, quod nec ipsi malos oderint.*

¶ Timōnius, *a, um*, adjectiv. Sic, *Vitam agere Timoniam*, de homine invido, avaro aliorumque osore dicitur, seinen menſchen freund ſeyn. vid. Chiliad.

TĪMOTHĔUS, *i*, m. Τιμόθεος, dux Athenienſium ille felix, ad cujus imaginem pictores fortunam depinxerunt cogentem urbes ad rete, ipso juxta dormiente. Quod vel adulationis vel invidiæ causſa in eum ſic excogitatum fuit. vide Meurſ. Cecropiam c. 13. A Platone frugali mulieaque cœna exceptus, cum ex ea melius quam post opiparas epulas haberet, dicere consuevit: *Qui cum Platone cœnant, etiam postero die bene habent.* vide *Cœna*, Quid. & Ælian. ¶ 2. Fuit *Timotheus* alius musicus, sub Philippo rege Macedonum. Hic cum decimam chordam lyræ adjecisset, a Lacedæmoniis civitate exactus est. Id Scitum apud Boethium habes de Musica 1, 1. Hujus tibias 7 talentis Corinthi emit Ilienses. v. Lucian. adverſ. Indoct. p. 381 C. De hoc Quint. 2, 3 pr. *Ferunt, duplices ab iis, quos alii instituissent, solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur.* ¶ 3. Et alius ſculptor nobiliſſimus, unus ex illis, qui Mauſoleum cælaverunt, apud Plinium 36, 5. ¶ 4. Alius denique Lycaonius, comes peregrinationum S. Pauli, deinde epiſcopus eccleſiæ Epheſinæ, & tandem martyr ſub Nerone.

TIMŪCHUS, *i*, m. Τιμοῦχος, idem ac *honorificus.* Timuchos autem ab honore vocarunt Maſſilienſes ſexcentos optimates, qui rempublicam adminiſtrabant, quorum concilio XV viri præerant. Sed Timuchi dignitatem nemo conſequebatur, cui liberi non eſſent, cujusve pater, avus, proavus cives non fuiſſent. v. Strab. 4; & conf. Val. Max. 2, 6, 7.

TĪNA, *æ*, f. vas vinarium, eine tonne, ein weinfaß. Varro apud Nonium 15, 7 *In convivüs vini tinas ponebant.* conf. Dempſt. ad Roſin. p. 502; & Apic. 4, 2. Apud Feſtum corrupte *Tinia.*

TINCA, *æ*, f. piſcis paluſtris & fluviatilis, ſine ſquamis, eine ſchleie, quod nomen a *muco*, vom ſchleim, habet: gaudet enim lutulentis & cœnoſis locis. Quidam *Tineas* vocant, ſtincke, vel ſtinckfiſch, ſed alii iſti ſine dubio ſunt piſciculi a fœtore ſic appellati. Auſonius in Moſella v. 125 *Quis non & virides, vulgi ſolatia, tincas Norit?*

Tinctilis, tinctura, tinctus, vide mox in *Tingo.*

TINDE, *es*, f. Diomedis, Thraciæ regis ſedes. vid. Drak. ad Silium 16, 369.

TĪNĔA, *æ*, f. vermiculus in pulvere ac ſitu aut putredine naſcens, veſtes & libros arrodens, eine ſchabe, motte. Horat. de libro ſuo 1 epiſt. 20, 12 *Tineas paſces taciturnus inertes.* Et 2 ſat. 3, 119 *Cui ſtragula veſtis, Blattarum ac tinearum epulæ putreſcat in arca.* Macrob. Sat. 2, 15 *Citreum malum eſt odoratiſſimum, ex quo interjectum veſti tineas necat.* Cato R. R. c. 98 *Veſtimenta ne tineæ tangant.* Adde Vitruvium 5, 12. ¶ 2. *Tineæ*, lumbrici, ſpulwürmer. Plinius 11, 33 *Intra hominem tineæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine.* ¶ 3. Et *Tineæ* in alveariburs ſunt vermes apibus noxii, würmer in den bienſtöcken, Colum. 9, 14: & Virg. Georg. 4, 246. ¶ 4. *Ricini* etiam Nemeſia. cyn. 209.

¶ Tineōſus, *a, um*, voll ſchaben, wurmicht. Columella 9, 14 extr. *Tineoſos & labantes favos eximere.*

TINGO, *xi, ctum, ĕre*, immergere, inficere, tauchen, netzen, färben, eintuncken; ut, *Spargere aqua corpus tingere*, Ovidius Faſt. 4, 790. *Tinxit sanguine cultros*, Idem Met. 7, 599. *Tingere aliquem poculis*, Horat. 4 od. 12, 23, vollſaufen. *Radices ferro resecamus ac sæpe tinginæ.* Palla l. Oct. t. 11. ¶ 2. In vereribus libris ſæpe *Tinguo* pro *Tingo* ſcriptum reperitur. vid. Manut. Orthogr. Ita Lucret. 6, 172 *Loca lumine tinguant.* Et Tertull. de Patientia c. 3 *A ſervo ſuo tingui*, i. e. baptizari. conf. Id. Exhort. ad Caſt. c. 7.

¶ Tingens, *tis*; ut, *Tingentium officinæ*, Plin. 9, 38. Sed Lucret. 5, 1326 *Tela ſuo tingentes ſanguine.*

¶ Tinctus, *a, um*, eingetaucht, benetzt, gefärbt; ut, *Tunica ſanguine tincta*, Cicer. Nat. D. 3. 28 *Tincta murice lana*, purpur, Ovidius de Arte am. 1, 251. *Tincta in aceto ſpongia*, Celſ. 8, 4. Et per metaphoram, *Tinctus elegantia patris puer*, id eſt, imbutus, ornatus, Cicero de Clar. Orat. c. 58. Cujusmodi & illud eſt de Orat. 2, 20 *Sit mihi (orator) tinctus litteris, audierit aliquid, legerit &c.* Et ibid. c. 27 *Totum arte tinctum videtur.* Quint. 4, 2 *Tincta ſenſu verba*, durchgeiſtete worte. vid. Victorius Var. Lect. 10, 18.

¶ Tinctus, *ûs*, m. ſubſt. pro *Tinctura*, quæ infectio eſt, die farbe, oder färbung. Plin. 10, 48 *Crocco tinctu.*

¶ Tinctio, *onis*, f. die eintauchung. Tertull. de Corona mil. c. 13 *In ſacramenti tinctione*, bey der taufe. Ita argute reponi jubet Latinius pro *teſtatione*, ut commendat Iunius ad Tertullianum ad h. l. p. 133.

¶ Tinctura, *æ*, f. die farbe, färbung. Plinius 31, 10 *Ad inficiendas purpuras tincturasque omnes.* Et 37, 9 *Cyanus* (gemma) *adulteratur maxime tinctura, idque in gloria regis Ægypti aſſcribitur, qui primus eam tinxit.* conf. Id. 36, 26.

¶ Tinctilis, *e*, quo aliquid tingitur, naß, netzend, feuchte. Ovid. Trift. 3, 10, 64 *Nam vulneri ferro tinctile virus inest.*

¶ Tinctor, *oris*, m. infector, ein färber, Vitruv. 7, 14.

¶ Tinctōrius, *a, um*, zum färben dienlich. Plinius 7, 7 *Tu cujus semper tinctorii eſt mens*, i. e. cruenta & cædibus gaudens, blutdürſtig; ita legit Harduinus, & Turneb. Adverſ. 24, 42.

¶ Tinctorium, *i*, n. i. e. gladius, ein degen, quia ſanguine tingitur. Ilide r. Gloſſ. *Tinctorium, gladius.* Et Mela 2, 1 *Alare omnium Deus, ei pro ſimulacris enſes & tinctoria dedicant.* Hæc bella emendatio Salmaſii ad Solin. p 133, ubi vulgo legunt *tentoria.*

¶ Tingómenæ, *árum*, f. pl. comportationes, helluationes, geſäufe, überfluß im trincken. In Petronii Fragm. Trag. p. 7 & p. 46 legitur quidem *Tingomenas faciamus*, i. e. ut Schefferus p. 71 explicat, vino poculisque liberius indulgeamus. conf. & Reineſii Not. p. 53. Sed Nodotius in Petronio reſtituto habet *Tingomenas*, & illuſtrat ex Horatii 2 od. 14, 26. v. Burm. c. 34 p. 140; & c. 73 p. 364.

Compoſita:

¶ Contingo, *xi, ctum, ĕre*, beſtreichen, ſalben. Lucret. 4, 12 *Oras pocula circum contingunt mellis liquore.* conf. 1, 936 & 945. Virgil. Georg. 3, 448 *Contingunt corpus amurca.* ¶ 2. Aliam notionem vide in *Tango.*

¶ Contingens, *tis.* Lucret. 1, 932; & 4, 9 *Muſeo contingens cuncta lepore.*

¶ Continctus, *a, um*, angefeuchtet, beſtrichen. Lucret. 2, 742 *Ex ineunte ævo nullo contincta colore.*

¶ Intingo, *xi, ctum, ĕre*, immergere, eintauchen; ut, *Intingere in acetum*, Cato c. 156. *Intingere calamum*, die feder netzen. Quintil. 10, 3 *Quæ condiuntur, quæque intinguntur*, Plin. 20, 17.

¶ Intinctus, *a, um*, eingetunckt; ut, *Intinctus in aqua*, Vitruv. 1, 5. *Intincti cibi*, Ovidius Faſt. 2, 634. vid. ibi Heinſius. add. met. 7, 260. *Intinctus* pro baptizato, ein getaufter, Tertull. de Pœnitent. c. 6.

¶ Intinctus, *ûs*, m. ſubſt. condimentum, eine ſalſe, tütſche, tuncke, Plin. 15, 29; & 20, 9. Et Apicius 3, 16 *Hieme intubæ ex embammate, hoc eſt, intinctu, eduntur.*

¶ Intinctio, *ōnis*, f. die eintauchung. Tertull. de Pœnit. c. 2 *Prævie intinctionem pœnitentiæ juſſit.* Ibidem c. 12 *Poſt prima intinctionis dominicæ monimenta*, h. e. poſt baptiſmum. conf. c. 6; & Barth. Adv. 13, 16.

¶ Inter-

¶ Intertinctus, *a, um*, gefärbt; ut, *Intertinctus aureis guttis lapis*, Plin. 36, 8.

¶ Prætinctus, *a, um*, vorher gefärbt, oder genetzt. Cæl. Aurel. 1, 4 *Tauci prætincti cruore.* Ovid. Met. 7, 123 *Semina mollit humus validoque prætincta veneno.*

¶ Retingo, *ĕre*, wieder eintauchen. Pallad. 13 tit. 2 *Vinum myrtæ retingemus.* Stat. 1 Silv. 4, 73 *Nec in otia pacis Permissum laxare animos, ferramque retingi.* Vbi *retingi* est, alio liquore imbui, quo enim per bella ac cædes respersus sanguine repurgaretur. Alii tamen hic legunt, *recingi.*

Tinguo, vide in *Tango* n. 2. Sed *Distinguo*, *Extinguo*, *Restinguo*, vide supra in *Stinguo*, unde sunt.

TINIARIA, *æ*, f. herba, quam πόλιον vocant, die rheinblume, Scrib. Larg. compos. 83. conf. ibi not. Rhodii.

¶ Tinnatica, *æ*, f. herba, Marcel Emp. c. 17.

TINNIO, *ire*, de metallis pulsis & resonantibus dicitur, klingen, klimpern. Nam ab eo sono fictitium est. *Tinnit aurum æs &c.* Varro R. R. 3, 16. *Sonitu suopte tinniunt aures*, Catull. 52, 10. *Iam tinnire volucres incipient*, Calpurn. ecl. 5, 16. *Obe jam satis, uxor est: comprime te: nimium tinnis*, Plaut. Cas. 2, 3, 32, i. e. garris, acute clamas, du plauderst zu viel. conf. Idem Pseud. 3, 2, 99. Et, *Expecto maxime, ecquid Dolabella tinniat*, Cic Att. 14, 21, 1. i. e. an pecuniam mihi debitam numeret, quæ tinnire solet.

¶ Tinnito, *are*, frequent. klingeln. Commodian. Instruct. 64 p. 92 *Nec enim dico, ut te in trivio tinnites*, i e. ut captandæ plebeculæ caussa cum tintinnabulo incedas. Et Autor Philomelæ v. 9 *Parvus tinnitat.*

¶ Tintino, *are*, idem. Catull. 52 ad Lesbiam v. 10 *Sonitu suopte Tintinant aures.* Ita ex MS. restituit Scaliger in locum vulgari *Tinniunt:* quem If. Vossius, Ioh. Georg Grævius & Phil. Silvius secuti sunt.

¶ Tintinno, *are*, & Tintinnio, *ire*, pro *sonare*, etiam ex Nigidio & Afranio producit Nonius 1, 186. Apud Festum est *Titinnare* ex Nævio.

¶ Tinnītus, *ûs*, m. subst. der klang, das nachklingen. Diomed. 2 p. 414 *Tinnitus est fabricatæ materiæ illisæ, tenui sono auditionem augens.* Plin. 11, 20 *Apes gaudent pleraque atque tinnitu æris.* Idem 28, 2 *Aurium tinnitu præsentire*, aus dem ohrenklingen abnehmen. conf. Apul. Apol. p. 305. Superstitiosum est. v. Scalig. Auson Lect. 1, 16 ext. Pluraliter, *Æris tinnitibus affici*, Arnob. 7 p. 233. Et Ovid Fast 5, 207 *Ardua jamdudum resonat tinnitibus Ide.* Etiam lituis tribui posse tinnitum, disputat Drakenb ad Sil. 12, 182; add. 13, 146.

¶ Tinnīmentum, *i*, n. idem. Plaut. Rud. 3, 5, 26 *Illud tinnimentum est auribus*, ein gelärme.

¶ Tinnulus, *a, um*, quod tinnitum præbet, klingend, tönend; ut, *Vox tinnula*, Catull. 62, 13. *Æra tinnula*, Ovid. Met. 4, 393. *Chordæ tinnulæ*, Sen. in Troade v. 833. Vulgo dicunt, *Tinnulæ rationes præcipuam habent vim ad persuadendum.* (v. in Chiliad proverb. *Auro loquente nihil pollet quævis oratio*) Quintil. 2, 3 *Tinnulos oratores* vocat, qui exiliter & deducte sonantes dictiones venantur.

¶ Tintinnibulum, *i*, n. quod a *tintinnare* Nigidii apud Nonium, vel *tintinare* Catulli, ein glockenzug, schelle klingel, Iuvenal. sat. 6, 440 *Tot pariter pelves & tintinnabula dicas Pulsari.* Tintinnabula januis dependere solita, ut sonitu eorum janitores excitarentur, sicut ex Dione cognoscimus. Suetonius inde erat Augusto c. 91 *Somniavit quasi Capitolinum Iovem, cultores sibi abduci: sque respondisse*, TONANTEM PRO IANITORE ET APPOSITVM: *eosque mox tintinnabulo ex fastigio ædis redditi, quod ea fore jamvis dependerant.* Sed & alius tintinnabulorum usus in magnarum ædibus fuit, ut signum inde videri daretur familiæ, de quo ibi Casaubonus observat. De uxore in sacrificiis Plaut. Pseud. 1, 3, 9 *Lanios accersere cum tintinnabulo.* Idem Trin. 4, 2, 20 *Tabernaculum tinnit.* ¶ 2 In loco Plauti Pseud. 1, 3, 97 & fragmento Lucilii *tintinnabulum* vehiculi genus interpretatur Scal ad Varr. de L. L. 5, 14, 14.

¶ Tintinnabulōsus, *a, um*, tintinnabulis ailigatis instrepens; ut, *Tintinnabuli asinus*, Sidon epist 2, 2. alias *tintinnabulatus*.

¶ Tintinnaculus, *a, um*: Plaut. Poen. 4, 2, 8 *Ut civemne lo edici vivo*, id est, ad tortores vel lorarios qui flagris vel virgis bubulis fontes cædunt, facto vocabulo a tonitu, quem verbera efficiunt. vid. Turneb Advers. 11, 21.

¶ Circumtinnio, *ire*, umher klingeln. Varro de R. R. 3, 16 *Apes pervertitas, quo volverit, perducit circumtinnimendi vi.*

¶ Obtinnio, *ire*, klingen (Apulej. Apol. p. 305) *Ecquid illi aures obtinnirent?*

¶ Subtinnio, *ire*, klingeln. Tertull. de Pallio c. 4 *Ut bacchantibus indumentis aliquid subtinniret. cymbalum inesset.*

TINNVNCVLVS, *i*, m. accipiter, καγχρὶς, vertunt ein wannenweher, quod vannum, hoc est ventilabri in modum alas explandat, it ein wandweher, quod in turrium parietibus nidificet, it. ein pfeifenschmatz. v. Colum. 8, 8; & Plin 10, 3; & supra *Cenchris.*

Tintinnabulum, tintinnaculus, tintinno, &c. vide ante in *Tinnio.*

TINVS, *i*, f species lauri apud Plin 15, 30. Ovid. Met 10, 98 *Et bicolor myrtus, & baccis cærula tinus.* it AA. 3, 692. vide ric nl.

TIPHE, *es*, f. τίφη, genus frumenti, ex quo fit oryza, Plin. 18, 8, & 12.

Tiphernum, civitas Vmbriæ, vide supra *Tifernum.*

TIPHYON, *i*, n. τίφυον, herba ex coronario genere, Plin. 21, 11.

TIPHYS, *yos*, m. τίφυς, est proprie nomen gubernatoris in prima nave Argonautarum, quæ Argo vocabatur. Legitur in Virgilii eclog. 4, 34 *Alter erit cum Tiphys, & altera quæ vehat Argo.* Vbi Servius, *Per Tiphya*, scribit, *quemcunque intelligi gubernatorem*, ei sententiam. conf Ovid. Heroid. 6, 48. Id. AA. 1, 6 *Tiphys in Haemonia puppe magister erat.*

TIPVLA, item Tipulla, *æ*, f. araneolus, aquis imminens, eine wasserspinne in wasser-bäche. Plaut. Pers 2, 2, 62 *Neque levia tipulæ pondus est, quam ade in manu:* v. Fest & ibi Scalig. Varro apud Nonium 2, 85; habet *Tippala*; ut & Arnob. 2 p. 84.

TĪRĔSIAS, *æ*, m. Τειρεσίας, vates Thebanus, excæcatus a Iunone, quod pro Iove in re Venerea sententiam tulisset vide Ovid Met. 3, 323. Sunt tamen, qui excæcatum affirmant, ob Palladem in lavacro nudam visam vide Spanhem ad Callim. lavacr Pall v 82; Broukh. ad Propert. 4, 9, 57, & copiose acumdum Bur ad Ovid met 3, 322. Hinc & pro cæco *Tiresia* nomen a Iuvenale positum est sat 1, 148 *Tiresiæque bibere lacus, Nec fatidicam nec Tiresiam quemquam esse Deorum* Proverb *Tiresia cæcior*, vide Chiliad. Tiresiæ filia *Manto*, cujus filius Ocnus Mantuam condidit Italiæ urbem, Virgilius Æneid. 10, 200.

TĪRĪDATES, *is*, m. nomen regis Armeniæ. Horat 1 od 26, 5 *Quid Tiridatem terreat.* Meminit eiusdem Armeniæ regis Sueton. Nerone c. 13. Insignem magum fuisse, docet Plinius 30, 2. ¶ 2. *Tiridates* pecuniæ regiæ Persepoli custos, Curt 5, 5, 2; & 5, 6, 11.

TĪRO, *onis*, m. militiæ aut cujuscunque studii professor novus ac rudis, ein junger soldat, der rekrute, anfänger. Livius 9, 18 *Tironem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt.* Frontin. Strateg. 1, 5 ex. 2. *Cum veteranum exercitum haberet, hostium autem tironem esse sciret* Cicer. fam 7, 3, 8 *Signa tirone & collectitio exercitu cum rebus stabilissimis legionibus contulit* Idem Phil. 11, 15 *Tirones milites, flos Italiæ.* Idem de Orat. 1, 50 *Nulla in re tironem a rudem* dixit, in ferendum dingue unquam. Livius 40, 35 *Veteribus militibus tirones immiscere.* Pro quovis juvene positus videtur Horatius 2 sat. 2, 16 *Nomina sectatur modo famæ vecte virili Sub paribus: cedo tironum.* Multi per Y *Tyro* scribunt, quibus inscriptio favet a Varronio laudata in Orthographia. Sed suspectam habeat illam cum Ant. Augustino facit Vossius in Etymol p. 622. Certe non apparet, unde græca littera sit in voce vel minime, vel dubie admodum græca. In Pandectis Florent. & alia inscriptione littera latina *Tiro* scriptum est. vid. Voss. l. c. ¶ 2. Tiro Ciceronis deinde seorsim laudabitur.

¶ Tīrunculus, *i*, m diminut. Plin. 3 epist. 6 *Me tiunculum sollicitavit ad emendum*, hoc est, rudem cognitionis eorum ignorum. *Initiandi tirunculi*, Minuc. Felix in Octavio p. 87. *Tirunculus miles*, ein junger soldat, Suet. Ner c. 21. Adde Sen. epitt. 108; & Columell. 11, 1.

¶ Tirunculă, *æ*, f. ut, *Christi tirunculæ*, Hieronym epist 8 ad Demetriadem f. 18 ed Colon. Et, *Canis tirunculæ*, Colum. 7, 12

¶ Tirōcinium, *i*, n. primum rudimentum sive experimentum militiæ & eloquentiæ, quæ duæ artes maximo in honore Romanis & supra ceteras æstimatæ, discebatur. Itaque & ille ipse dies, quo auspicandæ eloquentiæ caussa, sumta virili toga, adolescentes deducebantur in forum, *Tirocinium* dicebatur. vid. Ph. Caroli Ant. Rom. 4, 10 p. 128. In militia autem *stipendia prima.* It. *novus exercitus*, Livius 40, 35. Sed eloquentiæ rudimenta priora stipendia sequebantur. vide Suet Aug. c. 26; Tib. c 8, 9 & 54; Calig c. 10, Ner. c. 7, & ibi interpretes. Iustin. 9, 1, 10 *Deponere rudimenta tirocinii*, sein soldatenrecht ablegen. Idem 12, 4, 6 *Non solum tirocinia, verum etiam incunabula in castris ponere.* Liv. 25, 37 *Tirocinium ponere, & documentum eloquentiæ dare*, scilicet accusando coram hominem. *Tirocinio ætatis suæ*, h e. infantia & ignorantia, Dicer in Sallust. sub Cicer. nomine c. 5, alii solvadsyet. Et, *Tirocinio peccare*, Manil 1, 189.

¶ Tirōnātus, *ûs*, m. die lernzeit. Theod Cod. L 7 tit 13 *Tempore tironatus eorum procuratores præsententur.*

TĪRO, *ōnis*, m. Ciceronis libertus & adjutor in litteris ac studiis, ad quem exstant epistolæ inter familiares Notæ, per signa scribendi, quas Gruterus cum inscriptionibus edidit, eidem tribuuntur

¶ Tīromānus, *a, um*, adject Gellius 1, 7 *In Tironianis* Ciceronis orationum *spectatæ fidei, Tironiana cura atque disciplina fuit.*

TĪRYNS, *this*, Τίρυνς, *nthos*, Ovidius Argivorum, item, civitas Argis proxima, patria Herculis in Peloponneso *Tyrinthia* Virgil. Æn. 7, 662.

¶ Tīrynthius, *a, um*, adjectiv ut *Tyrinthius heros*, Sil 8, 218, i. e. Fabius Maximus, quasi alter Hercules Alias enim hic ita dicitur; qui & absolute *Tirynthius*, Virg. Æn. 7, 662.

TIS, pro Tui, genitivus antiquus a *Tu.* Plaut. Mil 4, 2, 42 *Quia tis erat, quia te caveat.*

TISAMĒNES, *is*, m. vel ut aliis placet, *Tisamenes*, Orestis filius. qui Mycænis regnavit, Ovid. in Ibin v. 348; Polyæn. Strateg. 2, 37; & Frontin 1, 2, ubi & *Tisamenus.*

TISIAS, *æ*, m. inventor illic oratoriæ artis. v. Cic. de Invent 2, 2. conf. supra *Corax.*

TĪSĪPHŌNE, *es*, f. Τισιφόνη, una ex furiis, dicta quasi ultrix cædis a τίσις ultio, & φονὴ cædes. Tibullus 1, 3, 69 *Tisiphoneque impexa feros pro crine gerit angues*, ubi plures descriptiones poeticas dabit broukh conf. Ovidius Metam. 4, 474, & 481; & Virgilius Æn. 6, 571.

TISSANA, *æ*, f succi species apud Isidorum 20, 3 extr.

TISSAPHERNES, *is*, m principuus inter Persicos satrapas, cui etiam filiam dedit rex Artaxerxes vid. Nepos 9, 3 & 4; & 17, 2. Iustin. 5, 1 &c. & 6, 1.

TĪTAN, *anis*, & Titānus, *ni*, m Saturni frater, Cæli & Vestæ filius, qui una cum filiis *Titanibus* adversus fratrem, cui imperium cesserat, bellum gessit, eumque superavit, victus denique a Iove, Saturni filio. Ipsum Saturnum τιτανον ἀρχὴν vocat Lucian Rhov. p. 609 Sed ¶ 2. *Titani Iapeti*, i. e. Thridax, in Diosc. suppos.

¶ Titānes, *um*, m pl. ejusdem Titanis & terræ filii, quos ante gigantes edidit. Nam & hi terræ proles. Virgil Æneid 6, 580 *Hic genus antiquum terræ, Titania pubes:* ANTIQVVM, id est, primum, ut Servius interpretatur secundum enim gigantes fuerunt; *Titanas* contra Saturnum genuit; *Gigantes* postea contra Iovem. *Titanes* ἀπὸ τῆς τίσεως, ab ultione dicti Ex horum numero creditur fuisse *Iapetus* sive *Prometheus*, qui homines condidit, ut fabulati sunt. Vnde Iuvenalis 14, 35 *Quis meliore luto finxit præcordia Titan* Item *Hyperion* sive *Sol*: qui, quod temperavit ibi ab inferenda injuria Diis, relatus in cœlum est Vnde *Titan* passim poetis pro *sole* dicitur. Vide Virgilium Æneid 4, 119; &c. & Servium ad supra allegatum Virgilii locum, itemque Thornium Theoria de Natura Deor. c. 16, & Athenagoram Legatione pro

Christianis. ¶ 2. Proverb. Τιτᾶνος ψαλίς, id est, *Titanae impudentiae*, ubi quis viribus suis diffisus, quodlibet alienum imponere vult. vid. Chiliad. *Plato Titanum e genere fuisse ait eos, qui ut dii videbantur, sic bi adversus magistratus*, Cic. de Leg. 2, 2. Coll. Iatin. 4, 4, 1.

¶ Titānius, *a, um*, adjectt. ut, *Bella Titania*, Silius 12, 725. Et, *Titanius* substantive pro *Titi*, Avienus Arat. 127.

¶ Tītānīcus, *a, um*, idem. Ovid. Met. 7, 369 *Titanici draconis*.

¶ Titanicus, *a, um*, torvus ac tetricus. Τιτανώδης βλέμμα, *Titanicum vultus*, sehen als ein feld oder wild voll teufel. v. Chiliad.

¶ Titānis, *idis*, patronym. fœm. Adjective Iuvenal. sat. 8, 132 *Omnem Titanida pugnam ponas*.

TĪTĀRĒSVS, *i*, m. fluvius Theſſaliæ, ex Titaro monte naſcens, Lucan. 6, 376.

TĪTHŌNVS, *i*, m. Τιθωνός, frater Laomedontis raptus ab Aurora amore ejus correpta. Nam omnium formoſiſſimus fuit. Vide Servium in illud Virgil. Æneid. 2, 585 *Tithoni croceum linquens Aurora cubile*. Eustathius in Homerum auctor eſt, *Tithonum* poni pro inſecto ſene. Nam quamvis immortalitatem impetravit a Dite, non curavit tamen incommodis ſenectutis. Vnde Horatius 2 ode 16, 30 *Longa Tithonum minuit ſenectus*. Itaque tædio ætatis in cicadam petiit mutari, & impetravit. Quo Horatius alludit forte 1 ode 28, 7 *Occidit & Pelopis genitor, conviva Deorum, Tithonusque remotus in auras*. vid. Eustath. lib. penult. Iliados, & Athenæum lib. 3.

¶ Tithōnius, *a, um*, adject. ut, *Conjux Tithonia*, i. e. Aurora, Ovid. Faſt. 3, 423; & Virgilius Æneid. 8, 384. *Tithonia ſenectus*, Stat. 4 Silv. 3, 151. Sed & abſolute *Tithonia* pro aurora Val. Flaccus 1, 371. Id. 3, 1 *Tertia jam gelidas Tithonia ſolverat umbras*.

¶ Tithonæus, *a, um*, idem. Avienus Perieg. v. 368 *Memnon Tithonæus*.

TITHŸMĀLVS, vel Tithymallus, *i*, m. τιθυμάλος, herba lactaria eſt ſeptem ſpecierum Dioſc. 4, 159; ut, *Tithymalus Characias, myrſinites, paralius, Helioſcopus, Cypariſſias, dendroides*, wolffmilch. Suidas τιτύμαλος ſcripſit. vid. Chiliad. Erasmi in adagio, *Tithymalus Laconicus*. Adde Cels. 5, 7; Plin. 26, 4 & 8; 29, 6; 20, 19; Colum. 9, 13; & 6, 15; Pallad. 1, 37; & Mart. 10 & 11; Apul. de Herb. c. 108. & Serenum v. 831 & 1136.

¶ Tithymălis, *idis*, f. τιθύμαλις, idem, Plin. 26, 8; Apul. de Herb. c. 108; Dioſc. 5, 159.

TITIA, *æ*, f. eine holtztaube. v. mox *Titii* ex Varr.

TĪTIANVS, *i*, m. Τιτιανός, orator græcus fuit, præceptor Maximini principis. Scripſit libros de Provinciis. Neſcio, an idem cum illo *Titiano*, quem fabulas Æſopicas trimetris concinnaſſe Auſonius ſcribit epiſt. 16. Certe plures fuiſſe, Voſſius indicat 1 Inſt. Orat. p. 181. conf. Reinef. Var. Lect. 2, 14 p. 240.

TĪTIENS, pro *Tatienſes*, (de quibus ſupra in *Tatius*:) Propert. 4, 1, 31 *Hinc Titiens Rhamnesque viri Lucresque coloni*. Sic, *Titienſis tribus*, a Tatio rege appellata apud Feſtum.

TITII, *ōrum*, m. pl. Τίτιοι, ſacerdotes Apollinis erant, a Titiis avibus, quas in auguriis obſervabant, ſic dicti, ut Varro tradidit de L. L. 4, 15. *Titiorum ſodalium* meminit Lucanus 1, 602. v. Dempſt. in Rosin. 3, 14. ¶ 2. Sed *Tytis*, avicula quælibet dicitur parva, Gesner. ex Cælio.

TITILLO, *avi, atum, are*, kützeln, reitzen, a τίλλω, *vellicare, attrectare*: & per metaphoram provocare blandimentis; ut, *Voluptas titillat ſenſus, & ad eos cum voluptate adhibit*, Cicer. de Fin. 1, 11 Id. Tuſc. 3, 20 *Titillari voluptate*. Lucret. 2, 429 *Titillare ſenſus*. Horat. 2 ſat. 3, 179 *Praeterea ne vos titillet gloria, jure Iuranao obſtringam &c.*

¶ Titillans, *tis*. Cic. Off. 2, 18 *Aſſentatores populi, multitudinis levitatem voluptate quaſi titillantes*.

¶ Titillātus, *a, um*, gekützelt. Tertull. de Jejun. c. 12 *Paucis unguis titillatus*. Auſon. epigr. 108, 16 *Titillata brevi quum jam jub fine voluptas*.

¶ Titillātus, *ûs*, m. ſubſtant. die kützelung. Plinius 11, 37 ſect. 77 *Titillatu alarum*.

¶ Titillātio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Senect. c. 14 *Non eſt voluptatum titillatio tanta in ſenibus*, ſie kützlen ſo groß den kützt nicht. *Adhibere titillationem ſenſibus*, Idem de Nat. D. 1, 40. Arnobius 7 p. 213 *Dulcedinis labilis, volueri titillatione mulceri*. conf. Sen. epiſt. 90 & 92.

¶ Titillamentum, *i*, n. idem. Fulgent. lib. 2 Mythol. *Tantalus, cui fallax aqua guloſis labia titillamentis attingit*.

¶ Titillus, *i*, m. der kützel. Theod. Cod. L. 8 tit. 5 *Flagrum, cujus in cuſpide brevis aculeus pigreſcentes artus innocuo titillo poterit admonere*.

¶ Titillōſus, *a, um*, kützlicht. Gloſſ. gr. lat. γάρ; ἁλον ἔχων, *titilloſus*.

TITINNIVS, *i*, m. poëta vetus, cujus aliquot verſus annotavit Nonius; ut, *Sapientia gubernator navim torquet, non valentia*. Et, *Formicae pol perſimile eſt ruſticus homo, &c.*

TĪTIO, *ōnis*, m lignum aduſtum ex igne extractum, ein brand, ſcheitbrand, brennend ſcheit; ut, *Exſtinguere titiones*, Cell. 3, 12. *Extincti titiones*, Id. 2, 17. Adde Varr. ap. Nonium 2, 875; Apul. Met. 7 p. 201; Lactant. 4, 14.

TITĪVLITIVM, *i*, n. filum ſignificat nullius rei, decidens e tela, quemadmodum exponit Fulgent. de Priſco Serm. n. 20, ein haar, nichts. Teſtis nullius ſignificationis eſſe ait. Plaut. Caſ. 2, 5, 33 *Nec eo ipſuc verbum emiſſem titivilitio*. vid. ibi Taubm. & Gronov. & Voſſ. in Melam p. 163, qui etiam in epiſtola Cælii ad Cicer. 8, 5 hanc vocem legendam eſſe contendit.

TITIVS, *i*, m. Septimius, ſive Septimus, poëta Lyricus, cujus Horatius mentionem fecit ſat. 10, 39. Vbi veterem Scholiaſten vide. ¶ 2. *Titium ſaltare* dicebantur, qui incompoſite ac ſolute geſticulabant. De origine hujus convicii ita Cicero de Clar. Orat. c. 62 *Sextus Titius homo loquax ſane & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & vaſtis in geſtu, ut ſaltatio quaedam naſceretur, cui ſaltationi* TITIVS *nomen eſſet*, &c. conf. Fac. Dial. de Orat. 26, 3, & Erasm. in Adag. ¶ 3 De aliis hujus nominis viris in hiſtoria Romana & apud Ciceronem occurrunt. conf. ſupra *Titii*. ¶ 4. Adject. *Atrium Titium*, Liv. 39, 44.

TITORMVS, *i*, m. Τίτορμος, alter fuit Hercules, ut de eo teſtatus eſt Milo, cum quo de robore certavit, enimvero vicit. lapidem enim ingentem ſuſtulit, & per longiſſimum ſpatium transtulit, quem Milone commovere quidem valuit. v. Aelian. Var. Hiſt. 12, 22.

TĬTŬBO, *avi, atum, are*, deriorum proprie eſt, & exhauſtis viribus ſenum, wanckeln, mit einem ſchritte nicht fortkommen. Ovid. Met. 3, 608 *Ille mero formaeque gravis titubare videtur*. De fortuna eleganter Silius lib. 11 incante: *Stat nullo dira mortalis in urbem, Fortuna titubante, fides*. ¶ 2. Transfertur & ad animum: Ter. Heaut. 2, 3, 120 *Verari illa ne quid titubet*, darff ſie ſich nicht irre machen laſſe. Cicer. de Orat. 3, 52 *Verſus ſub Arcturi jubam cadentes ſi paene titubatum*; id eſt, peccatum. Sic Plaut. Mil. 3, 3, 69 *Meditemur cogitare, ne quid titubetur*. Et Horat. 1 epiſt. 15, 19 *Cave ne titubes*. Hinc

¶ Titūbans, *tis*, incertus, inconſtans; ut, *Titubanti animo, corde & pectore*, Plaut. Pseud. 1, 1, 42. Et Cicer. pro Domo ſua c. 54 *Mente ac lingua titubante aliquid facere*. conf. Ovid. Triſt. 3, 1, 21. Nepos 18, 9, 2 etiam hoc verbo de dubitantibus uſus eſt, & qui impediti mera videre non poſſunt, quid faciendum, cum ait: *Hic omnibus titubantibus & de rebus ſummis deſperantibus &c.* Columell. 10, 309 *Titubante gradu*. Ovid. Met. 5, 26 *Fervida titubantes ebrius artus ſuſtinet*. Idem 11, 90 *Titubant artus, que meroque*. Cicer. fam. 12, 10 *Sin quid forte titubatum*, h. e. peccatum, aut res male geſta.

¶ Titubanter, adverb. idem, ut, *Titubanter & incunctanter loqui*, wanckelmüthig und unbeſtändig reden: ſchwer. Auct. ad Herenn. 4, 41. Et Cic. pro Cælio c. 7 *Perſpicis enim, atque id titubanter & ſuſtum*.

¶ Tĭtŭbātus, *a, um*, adverſerier. Virg. Æn. 5, 331 *Juvenis vestigia primi Haud temere titubata ſolo*.

¶ Tĭtŭbātio, *ōnis*, f. vacillatio, offenſio, das wancken, ſtrauchelu. Auct. ad Herenn. 2, 8 *Ut ne parvula quidem titubatione, aut offenſione impediremur*. Macrob. Sat. 7, 6 *Linguae titubatio*.

¶ Titubancia, *æ*, f. idem; ut, *Titubantia oris*, das ſtottern, das anſtoſſen der zungen, Suet. Vitell. c. 6. Et Claud. c. 30 *Titubantia linguae*.

¶ Subtĭtŭbo, *are*, ſtrauchela, ſtolpern, zweifeln. Prudent. Apotheoſ. v. 491 *Dubitabile pectus ſubtitubante fide*.

TĪTŬLVS, *i*, m. a *tuendo* dictus, ut Feſtus in libr. quod auctorem ſuum tueatur & vindicet: inſcriptio eſt libri, operis vel thecæ, ſepulcri, voti, &c. der titel, der nahme, die überſchrift. Ovid. Met. 9, 791 *Dant munera templis, Addunt & titulum: titulus breve carmen habebat*. Suet. Aug. c. 31 *Opera cujusque manentibus titulis, reſtituit*. Ita in triumphis *tituli* adjecti tabulis pictis ſeculisque annis. Ovid. Triſt. 4, 2, 20 *Cumque ducum tituli: oppida capta leget*. Ovidius Heroid. 14, 128 *Sculptaque ſint titulo noſtra ſepulcra brevi*. Prudentius Cathem. 10 ext. *ſepulcrum* deſignaturus *Titulum & Sava* nominat, *Titulumque & frigida ſaxa Liquido ſpargemus odore*. Vet. cippus apud Gruter. p. 990 n. 10 HVNC EGO NVNC TITVLVM STATVI (tibi) CARISSIME CONIVNX. Quia vero hae inſcriptiones cauſſas continebant, quis poſſet &c. Idcirco *titulus* ſaepe pro *cauſſa* poſitas reperitur, de quo infra. Quin & Græcis ἀτία, qui Latinis *Titulus* appellatur. Ita Elogium crucis Christi Matthæus αἰτίαν, Lucas ἐπιγραφήν, Johannes latino uſus verbo τίτλον appellavit. Etiam venalium ædium ἐπιγραφαὶ *Tituli* vocantur. Tibullus 2, 4, 54 *Ite ſub imperium, jam ſub dominique lares*. Ovid. Rem. amoris 1, 302 *Nec ea contenta ruvina eſt, Sub titulum noſtros miſit avara lares*; i. e. exhauſit me, ut ædes venales proferiberentur. *De titulis amphorarum* vid. quos laudat Wower. ad Petron. c. 34 pag. 139. Sed & ſcripturæ rerum ſive æratum in rationibus (die verſchreibung der poſten in einnahme und ausgabe) *tituli* appellantur; *articuli* Ciceroni dicti, ut Calaub. ad Suet. Cæſ. p. 30 obſervat. Et ita *tituli* voce uſus eſt Symmachus 2 epiſt. 89, & Caſſiodor. 2 epiſt. 9. ¶ 2. Interdum pro laude & dignitate uſurpatur, lob, ehre. Ovidius Her. 6, 10 *Titulo conjugis uxor obeſt*, h. e. laudibus Iaſonis detrahit Medea, cujus artibus fortia illius facta tribuuntur. Quin Cicero Tuſc. 5, 10 *Idem dicant, ſemper beatum eſſe ſapientem. Quod titulus hic delectat inſignis & pulcher &c.* Ovidius Faſt. 2, 15 *At tua proſequimur ſtudioſo pectore, Caeſar, Nomina, per titulos ingredimurque tuos*. Cicer. in Pis. c. 9 *Saſtinere titulum conſulatus*. Stat. Genethl. Lucani, 2 Silv. 7, 62 *Tu ceſſae titulum decusque Pollae Iucunda dabis allocutione*. Corn. Gallus 1, 11 *Saepe poëtarum mendacia dulcia ſenxi, Et veros titulos vos mihi ſola dedit*. Sane & *tituli*, ſive inſcriptiones, multas laudes continebant. Iuvenal. ſat. 10, 143 *Laudis titulique cupido*. ¶ 3. *Titulus* etiam, ut dicere praeſtat, eſt cauſſa, quae vel vera vel falſa. Ovidius Her. 15, 19 *An potes titulum mortis habere meae*, h. e. pati, ut in titulo ſepulcrali tu cauſſa mortis meae adſcriberis. Ita *Excuſare ſe aliquo titulo*, id eſt praetextu, mit einem ſchein und behelf, Paulus ICtus dixit. Aliis etiam locis in Iure *Titulus* pro cauſſa invenitur: ut, *Bono, malo titulo poſſidere*. Sic Liv. 37, 54 *Et meminiſſe quem titulum praetenderitis prius adverſus Philippum, nunc adverſus Antiochum, belli*. Tertull. de Poenit. c. 2 *Horum honorum eſt titulus, ſalus hominis, criminum priſtinorum abolitione promiſſa &c.* Et Suet. Aug. c. 32 *Titulo collegii novi*, id eſt, per cauſſam, ut Caesar loquitur. Plinius 7 epiſt. ult. *Te etiam atque etiam meminiſſe oportet officii titulum*, id eſt, nomen officii & cauſſam. vid. ibi Buchner. Sic Sen. Suaſor. 6 de Cicerone: *Brevi ante princeps ſenatus, Romanique nominis titulus, tum praetiam interfectoris ſui*. Pet. Chryſol. Serm. 5 *Aſſerte vos incredulitatis veſtrae cauſſam, infidelitatis titulum, perfidiae documentum*. ¶ 4. *Titulus* etiam dici poteſt cujusque rei indicium. Sic Petron. c. 55 *Cicuta titulus capiti ſuo tempori* dicitur. ¶ 5. Quia capita rerum ſive argumenta inſcriptionibus diſtingui ſolent, inde ſectiones ita, v. g. in Palladio de R. R. item que in corpore juris Iuſtinianeo pariter ac Theodoſiano codice *tituli* vocantur. Conf. Miſc. Obſervat. Vol. VI p. 552. ¶ 6. Vulgatum etiam eſt librorum indices vocari *titulos*, ut l. ¶ 7. *Tituli* etiam eccleſiae minores appellati. v. ſupra *Baſilica*. Hujusmodi locus facer *Titulus* dictus, quod qui illi presbyter adſcriberetur, ab eo nomen titulumque acciperet, ut ejus loci presbyter diceretur. vid. Zimmerman. in Analect. Menſtr. menſ. 1 p. 8 ſeq.

¶ Titu-

¶ Titulo, *are*, titulirẽ, benennen. Tertull. de Anima c. 13 *Animæ nomine tectio feminis mentio titulata est.* conf. Ir. adv. Iudæos c. 9. Chrysol. Serm. 155 *Deorum titulant incesta picturis.* Adde Mart. Capell. 1 p. 15.

¶ Attitulo, *are*, idem. Rufinus de Origine: *Ex his libris, quos περὶ ἀρχῶν attitulavit.*

¶ Detitulo, *are*, verunehren. Fictitius C. Nepos de Bell. Troj. aut potius Ilcanus sub Daretis nomine: *Proprie venditor artis detitulat titulos.*

TITVS, *i*, m. Τῖτος, Romanorum princeps, Vespasiani filius, Hierosolymorum expugnator, *Amor ac delicie generis humani* appellatus, ut Suetonius refert c. 1. ¶ 2. *Titus*, comes professionum & ministerii Pauli Apostoli, cujus in epistolis sæpe meminit. Docuit in Creta & Dalmatia.

TITYRVS, *i*, m. pastoris nomen apud Virg. ecl. 1. vide ibi Taubman. p. 6; & Victor. Var. Lect. 17, 7. ¶ 2. Proprie *calamus* est, κάλαμος, secundum Hesychium, unde nomen a pastorali calamo, seu fistula, Bucolico Tityro existimat inditum. ¶ 3. *Satyrum* significat, ut Ælianus Var. H. 3, 40 docet. ¶ 4. Præterea *Hircum* significat Theocriti scholiastæ in Eidyll. 3, 2; quibusdam etiam ambigenum animal ex hirco & ove genitum. Eugenius Toletanus carm. 22 *Tityrus ex ovibus oritur hircoque parente.*

TITYVS, *i*, m. Τίτυος, Terræ filius, cujus jecur apud inferos a vulturibus exeditur. Vide Servium in illud Virg. Æn. 6, 595. *Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum, Cernere erat.* Tibull. 1, 3, 75 *Porrectusque novem Tityus per jugera terræ, Assiduas atro vivere passus aves.* Vbi Brouckhus. picturas poeticas plures congessit.

TMĒSIS, *is*, f. τμῆσις, *sectio*, figura poetica, ut, *Et matris nebula* circumdea fundit *amictu*, pro *circumfundit*, Virg. Æn. 1, 412. Valde usitata hæc figura Lucilio fuit.

TMOLVS, *i*, m. Τμῶλος, mons Lydiæ, e quo Pactolus auriferi oritur, croco & vitibus florentissimus. Virg. Georg. 1, 56 *Nonne vides croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur &c.* Legitur & *Timolus*, Sic, *Vineta Timoli*, Ovid. Met. 6, 15, & 11, 78. Add. Plin. 5, 29 & 30. ¶ 2. Vibs cognominis in monte posita, quod ostendit Virgilius legit Laur. Theod. Gronovius in marmor. basi col. Tiber. c. 23 pag. 165 sq. ¶ 3. Fluvius cognominis, vel ipse forte Pactolus. Plin. 33, 31, 43 *Lapis quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo.* Theophrastus de lapidibus de eadem re agens, p. 577 εὑρίσκονται δὲ ἐν τῷ ποταμῷ τμώλῳ.

¶ Tmolius, *a, um*, adjectivum, apud Ovid. de Ponto, 4, 15, 9.

TOCITES, *æ*, m. τοκίτης, aristolochia herba, osterluey, Apul. de Herb. c. 19.

TOCVLLIO, *ōnis*, m. ex græco τοκυλλίων, fœnerator, ein wucherer, apud Cic. ad Attic. 2, 1. vide Turnebum Adversar. 7, 3.

TŌDI, *ōrum*, m. pl. a *turdus*, id est, *parvi*, ein genus avium parvarum, Heine vogel, apud Plautum. Hinc

¶ Todillus, *a, um*, diminut. gracilis, tenuis, geschlank. Idem Festus ex Plauto: *Cum exterti tuus, cum todillis crosculis.*

Totaceus, totinus, totus, &c. vide *Topius.*

TOGA, *æ*, f. a *tegendo* dicta, Romanorum erat gestamen & habitus honestus, quemadmodum *pallium* Græcorum, ein oberkleid, langer rock. *Toga* laxa erat & producta, ut succingi posset, *pueris & otii insigne*, sicut Cicero testatur in Pis. c. 30, ein friedenskleid. Erant autem togæ varia genera, ut *puerilis*, quæ & *prætexta* dicebatur: v. Cic. Verr. 1, 44; & Gell. 13, 4. *Virilis*, Cic. pro Sext. c. 69, quæ ab adolescentibus anno decimo septimo sumebatur; tum enim virilia auspicabantur officia, *causas agere, curiæ interesse &c.* Vellej. 2, 99, 2. Aliquando tamen sumebatur maturius. Nimirum si pueri adolevissent feliciter. Quam ob causam & Claudius destinavit Britannico dare, ut Suetonius ejus vita auctor est c. 42, quem nondum 14 annos natum fuisse, ex Tacito comitat An. 13, 15. Eadem & *Pura* dicebatur, quæ nullo scilicet purpuræ prætextu distincta esset, nam prætextati hactenus fuerant, unverbrämet, Cic. ad Att. 9, 6; & Plin. 8, 48; item *libera*, Propert. 4, 1, 132, & *liberior* Ovid. Trist. 4, 10, 28, quod tum liberius agerent sine pædagogo. *Candida*, qua petitores magistratuum utebantur: *Pulla*, quam funeribus & luctu, ein trauerkleid, Cic. in Vatin c. 12. *Purpurea*, quæ inter ornamenta regia, Liv. 33, 11. *Palmata*, de qua supra in *Palma*. Et *Picta*, quæ publica erat, & purpura variata, insigne triumphantium, quemadmodum Livius vocat 30, 15. Communiter *alba* fuit, ut docet Lipsi. Elect. 1, 21. Franc. Hotomann. Observat. 9, 13, *cinericii coloris* fuisse vult. Vide ipsos. De ea sic vetus scholiast. Persii ad sat. 5, 14 *Toga est purum pallium forma rotunda & fusiore, atque inundante sinu: Et sub dextro veniens sutor tumentem sinistrum ponitur, cujus similitudinem in operimentis simulacrorum aut picturarum aspicimus easque statuas togatas vocamus. Toga vero Romani in pace utebantur, in bello paludamentis. Mensura togæ justæ, senas ulnas habebat.* Hæc ille. *Togas rasas, Phrygianasque D. Augusti munificentissimis temporibus cæpisse*, ait Plinius 8, 48. Dion. Halicarnass. semicirculi figura fuisse auctor est, quo apertam significavit, quod affirmat Sigonius: contra vero negat Manutius, quem vide Quæstis per Epist. & Cercoetium, hoc est, Dionysium Petavium Animadversorum libro ad Salmasii Notas in Tertull. de Pallio. Sed contra Sigonium Manutiumque pugnat Ferrarius, qui rotundam docuit de Re vestiaria 1, 1. De sinu togæ, quis fuerit, disce ex Rubenii Electis, & quas ibi adducit imagines de veteribus monumentis expressas. Cæterum *Toga virilis* seu *pura* non sine aliqua festivitate solenni sumi solebat. Vnde *officium togæ virilis*, apud Plinium 1 epist. 9; & *solennitates togæ*, apud Tertull. de Idolol. c. 16. v. & Lipsi ad Tac. 3 An. p. 156. Dabatur autem liberalibus. v. Ovid. Fast. 3, 771. ¶ 2. *Toga* pro pace, recepta figura dicitur, friedenskleid. v. Cic. de Orat. 3, 42. Quin omnia civilia & forensia negotia notat. *P. Scipio Æmilianus, vir omnium belli ac togæ dotibus eminentissimus*, Vellej. 1, 12, 3. conf. 2, 29, 3; & 2, 125, 5. *Allium toga, sed non arma honestarunt*, Plin. Paneg. c. 4 n. 5. conf. c. 56 n. 7. *Mulcere toga ferrum*, Stat. 1 Sil. 4, 48, h. e militarem vim jure & legibus civilibus temperare. Martialis 10 epigr. 47 *Lis nunquam, toga rara, mens quieta.* Tertull. de Pallio c. 5 *Plus togæ læsere rempubl. quam lorica.* v. Barth. ad Stat. p. 119. ¶ 3. Romæ matronæ, quæ a maritis ob adulterium repudiabantur, *togam* accipiebant sublata stola, propter ignominiam, ut scribit Acron. ad Horat. 1 sat. 2, 63 & 82. Vnde *togata* pro meretrice accipitur. v. Voss. Inst. Orat. 1, 10 pag. 168. ¶ 4. Professio rhetoricæ Latinæ in provinciis. v. Scalig. Lect. Aus. 2, 16 pag. 132.

¶ Tŏgula, *æ*, f. diminut. *Togulis* opponit *fagula* Cic. in Pis. c. 23. Martial. 4 ep. 26 *Ignoscas, togulam, posthume, pluris emo.* Id. 5 epigr. 23 *Exitus hinc operis vani togulæque madentis.* Sic, *Togula picta*, Cic. Attic. 1, 18. *Puellarum togulæ*, Arnob. lib. 2 p. 91.

¶ Tŏgātus, *a, um*, toga vestitus. Virg. Æn. 1, 286 *Romanos rerum dominos gentemque togatam.* Cic. Phil. 5, 5 *Græculus judex modo pallia, modo togatus.* Apud Liv. 3, 26 rogant legati L. Quintium Cincinnatum, *ut togatus mandata senatus audiret.* Et, *Comœdiæ togatæ*, quæ scriptæ sunt secundum ritus Romanorum, ut *palliatæ* dicebantur Græcorum, quibus vestitus usitatus fuit *pallium* supra tunicam. v. Cic. pro Sext. c. 55; Vellej. 2, 9, 3; Horat. Art. Poet. v. 288; & Voss. Instit. Poet. 2, 7. Has medias inter comœdias tragœdiasque Seneca notat epist. 7 extr. Apud Cic. Phil. 8, 9 *Togata Gallia* est, quæ togis Romano more utitur, & *braccatæ* ac *comatæ* opponitur. conf. Plin. 3, 4. ¶ 2. *Togati* absolute sunt cives Romani. Liv. 3, 52 *Non pudet, licitorum prope majorem numerum in foro conspici, quam togatorum?* Sen. de Vita beata c. 23 *Quis liberalitatem tantum ad togatos vocat? hominibus prodesse natura jubet.* Liv. 22, 25 *Cunctatio Fabii contempta erat inter cives, armatos pariter togatosque*; 4, 10 *Æquavit consul togatus armati gloriam collegæ.* Adde Sallust. Iug. c. 21; Prudent. περὶ στεφ. 2, 37; atque iterum Sen. de Constantia Sap. c. 9; & Spartian. in Hadriano c. 3. ¶ 3. *Togata* absolute Comœdia apud Romanos dicta a togæ habitu. v. Iuvenal. 1, 3. Et *togata* pro meretrice, quæ per togam a matrona stolata distinguebatur. v. Horat. 1 sat. 2, 63; & in *Toga* n. 3.

¶ Togātulus, *a, um*, diminut. idem Martial. 11 epigr. 25 *Sit major nutricis togatulorum.* conf. 10 epigr. 74.

¶ Togarius, *i*, m. togatarum fabularum actor, apud Suet. Aug. c. 45 extr. v. ibi Casaub.

¶ Contŏgātus, *a, um*. Ammian. 29, 2 *A Maximino dilectus ut sodalis & contogatus.*

¶ Ĕpitŏgium, *i*, n. genus pallii super togam, ein deckmantel, übermantel, oberrock, Quintil. 1, 5.

TŌLĔRO, *avi, atum, are*, ferre patienter, dulden, geduldig tragen, τλάω, τλῆμι, Græce. Ter. Phorm. 3, 3, 23 *Noli metuere, una tecum bona malaque tolerabimus.* Id. Hec. 3, 5, 28 *Tolerare alicujus mores sua modestia.* Sic, *Tolerare dura, famem, inopiam, &c. Laborem studiorum pueri difficilius tolerant*, Quintil. 1, 12. *Tolerare sumptus*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, 8; &, *Impensas publicas*, Plin. 12, 14, unkosten tragen. *Nobis inter nos vitia nostra toleranda sunt*, Cic. Att. 1, 17. *Tolerare vitam colo*, sich mit spinnen ernehren, Virg. Æn. 8, 409. Et Tacitus absolute *tolerare* pro *tolerare vitam*, dixit, hoc est vivere, non ut quam velis & optes maxime, sed ut necesse, aut decorum videatur: Ita enim An. 4, 40, 3 *Posse Liviam ipsam statuere, nubendum post Druſam, an in penatibus iisdem toleranaam haberet.* Sic, *Inopiam mercede manuum tolerare*, Sallust. Cat. c. 37 dixit, & 52, 9 *Respirma opulentia negligentiam tolerabat. Tolerare equos*, id est, alere, Cæs. B. Civ. 3, 47 & 58. *Alicujus egestatem tolerare*, Plaut. Trin. 2, 2, 6. Et Tac. An. 2, 24, 2 *Milesque nullo illic hominum cultu, fame absumptus, nisi quos corpora equorum eodem esu tolerarverant.* Significat, equorum naufragia ejectorum cadavera præbuisse, quibus servarentur. ¶ 2. *Toleror* passiva voce idem significare quod *tolero*, notat Priscianus p. 800.

torpuit, es verdirbt, verſauert, Salluſt. Iug. c. 2. *Rugis torpeſcere*, runtzicht werden, Plin. 9, 25. *Membra torpeſcunt gelu*, Sen. Medea v. 924.

¶ Torpēdo, *ĭnis*, f. idem quod *torpor*, träghеit, faulheit. Salluſt. fragm. 1 Hiſt. *Si tanta torpedo animos oppreſſit.* it. l. 3 or. Licin. n. 26 *Occupavit neſcio quæ vos torpedo.* Cato apud Gell. 11, 2 *Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio.* Nonius 6, 16 *Morantium cogitationum torpedinem pellere.* Mercerus legit: *Moracium cogitationum torpitudinem pellere.* ¶ 2. *Torpedo*, piſcis torpore afficiens & ſtupore, non piſces modo alios, cum vicinus illis eſt, verum etiam homines frigiditate nimia ſua, ein krampffiſch, v. Geſner. & Plin. 32, 1 & 9 & 16 & 24. Cic. N. D. 2, 60 *Tutantur ſe torpore torpedines.* Elegans eſt deſcriptio *torpedinis* ap. Claudian. Idyll. cujus initium: *Quis non indomitam dire torpedinis artem Audiit &c.*

¶ Torpĭdus, *a, um*, piger, ungelenck, ſtarr, ſchläffrig; ut, *Stupore ac miraculo torpidi*, Liv. 22, 53. Et, *Torpidus ſomno*, Id. 25, 38.

¶ Torpĭdĭtas, *ātis*, f. die träghеit, ſchlaffſucht. Cathol. Torpitudo, vide in *Torpedo.*

¶ Torpor, *ōris*, m. pigritia animi & corporis, ſtupor, die träghеit, hinläſſigkeit. Liv. 9, 2 *Stupor omnium animos, ac velut torpor quidam inſolitus membra tenet.* Virg. Æn. 12, 867 *Illi membra novus ſolvit formidine torpor.* Sic, *Vehemens torpor*, Celſ. 2, 8. *Subrepsere imos torpor in artus*, Catull. 77, 21. conf. Cic. in *Torpedo* n. 2.

¶ Torpōro, *avi, atum, are*, activum, faul oder ſtarr machen. Turpil. apud Nonium 2, 870 *Ejus adſpectus repens cor torporavit homini amore.*

¶ Torporātus, *a, um*, erſtarret. Lactant. 2, 8, 62 *Humida vel nimiis frigoribus torporata concreſcunt.*

¶ Torpeſacio, *ēre*, einſchläffern. Nonius Marcellus l. c. in *Torporavit*, ubi eſt: *Torporavit*, inquit, *pro Torpefecit, Turpilius &c.*

¶ Contorpeſco, *ĕre*, erſtarren, apud Apulejum.

¶ Extorpeo, *ui, ēre*, vel Extorpeſco, *ĕre*, ſteiff und ſtarr werden. Fortunat. 1 Mart. *Obvia turba riget greſſuque extorpuit ægro.*

¶ Obtorpeo, *ui, ere*, & Obtorpeſco, *ĕre*, gar erſtarren; ut, *Manus obtorpuit*, Cic. pro Domo c. 52; & Liv. 22, 3 ext. Curt. 10, 3, 1 *Quis credidit ſevam paullo ante concionem obtorpuiſſe ſubito metu?* Sulp. Severus S. Hiſt. 1, 9 de luxato Iacobi femore; *Latitudo femoris obtorpuit.*

¶ Retorpeſco, *ĕre*, wieder faul werden. Tertull. adverſ. Gnoſtic. c. 1 *Priſtini ſenſus retorpeſcunt.*

TORQUEO, *torſi, tortum, torquēre*, multa ſignificat in multis locutionibus, drehen, winden, beugen, dringen, drücken; ut, *Torquere in arcum*, Virg. Georg. 2, 448, krümmen. *Torquere in orbem*, Cic. de Univerſ. c. 7. *Naturam hoc & illuc torquere & flectere*, Id. pro Cæl. c. 6. *Collum alicui torquere*, Liv. 4, 50, quod pœnæ & coercitionis genus erat. v. Turneb. Adverſ. L. 28, c. 34. *Fuſos torquent mulieres*, Plin. 28, 2: ſie ſpinnen. Sic, *Stamina pollice torquere*, Ovid. Met. 12, 475. Et per metaph. *Torquere jus*, id eſt, pervertere, das recht verkehren, Cic. pro Cæc. c. 72. *Torquere igne comam*, das haar krauſ ſelb, Ovid. de Arte am. 2, 304. Præſertim de armis, cum vibrantur, Virg. Æn. 11, 578 *Tela manu jam tum tenera puerilia torſit.* v. Erythr. Ind. Hinc met. Iuv. 6, 449 *Curvum ſermone votato Torquet enthymema.* Noſtri, wirfft mit Spitzfindigkeit um ſich. ¶ 2. Sed, *Torqueri doloribus animi*, Cic. de Fin. 1, 13, gequälet werden. *Torqueri exſpectatione*, Cic. Att. 8, 14; & *memoriâ malorum*, Idem de Fin. 1, 17. Et Horat. 1 epiſt. 2, 37 *Invidia vel amore vigil torquebere.* Ita &, *Torqueri equuleo*, Cic. de Fin. 3, 13, gefoltert werden.

¶ Torquens, *tis.* Virg. Georg. 3, 350 *Torquens flaventes Iſter arenas.* Ibid. v. 433 *Flammantia lumina torquens anguis.* Et Æn. 9, 402 *Addactu torquens haſtile lacerto*, ſchwingend. Catull. 65, 312 *Prono in pollice torquens faſum &c.*

¶ Tortus, *a, um*, gedrehet, gekrümmet, geflochten; ut, *Capillus tortus*, gekräuſelt haar, Ovid. de Arte am. 2, 304. *Crines torti in nodum*, gefnüpfft, Martial. de Spectac. epigr. 3. *Funes torti*, Virg. Æn. 4, 575. *Torti* ſunt lora contorta, qui multiplicati & coagmentati funes dicuntur Taubm. ad Plaut. p. 17. *Tortum ſequi funem*, id eſt, trahi, Horat. 1 epiſt. 10, 48. *Anguis tortus*, Ovid. Met. 2, 138. ¶ 2. Sed *Tortus verberibus*, id eſt, afflictus, gequälet, Cic. Top. c. 20. *Vino tortus & ira*, i. e. ad ſecretum effutiendum invitatus, Horat. 1 epiſt. 18, 38.

¶ Torte, adverb. ut tortuoſe, krumm. Lucret. 4, 306 *Inde tamen, quamvis torte, penitusque remota Omnia, per flexos aditus eductа &c.* id eſt, flexuoſis & obliquis receſſibus remota.

¶ Torta, *æ*, f. placentæ genus, ein kuchen, eine torte. Vulg. Interpr. Exod. c. 29, 23 *Torta panis.* conf. 1 Sam. 10, 3; & Scalig. Auſon. Lect. 2, 13 p. 122.

¶ Tortŭla, *æ*, f. Vulg. Num. 11, 8 *Facient ex eo tortulas &c.*

¶ Tortum, *i*, n. apud Nonium 2, 847 ex Pacuvio, pro funе ad torquendum, ein henckerſeil, *Artus torto diſtraham.*

¶ Tortus, *ūs*, m. ſubſt. die krümmung. Virg. Æn. 5, 276 de ſerpente: *Neptiquam longos fugiens dat corpore tortus.* Et, *Tortu multiplicabili draco*, Cic. Tuſc. 2, 9 ex poëta.

¶ Tortūra, *æ*, f. pro quæſtione & tormento, pro quo vulgus utitur, die peinigung, marter, folterung. Improbat Voſſius de Vit. L. L. 3, 53 p. 651. Latinum tamen uſum, ſed alia ſignificatione, exhibet Palladius 3 tit. 9 *Caput ſarmenti torquendum non eſt, &c. ipſa tortura vexatio eſt*, die krümmung. Pro vulgari uſu facit Vulg. Interpr. Sirac. 33, 26 *Servo malevolo tortura & compedes.* conf. c. 31, 21.

¶ Tortio, *onis*, f. die drehung, verrenckung; ut, *Membrorum omnium tortio*, Sen. Controv. 1, 4.

¶ Tormĭna, *ĭnis*, f. die drückung; ut, *Torſiones ſtomachi*, das grimmen im magen, Plin. 20, 17. *Torſiones & dolores*, Lf. 13, 8.

¶ Tortĭlis, *e*, gewunden, gedrehet, gekrümmet. Ovid. Heroid 16, 252 *Tortilis a digitis excidit anſa meis.* Idem Met. 1, 336 *buccina tortilis Tritonis* h. e. helicis in morem circumactus habens. Sic, *Placenta tortilis*, eine brehel. *Oves tortili vimine tecta pampino*, Plin. 9, 51. Et Lucan. 6, 198 *Tortilibus vibrata phalerica nervis.*

¶ Tortīvus, *a, um*, gepreßt; ut, *Vinum tortivum*, quod eſt noviſſime egreſſum, kelterwein, Colum. 12, 26; Cato R. R. c. 23; Plin. 14, 20; & Cæl. Aurel. 3, 21, 217.

¶ Tortor, *ōris*, m. qui cruciat vel torquet, ein henckеr, peiniger, e. g. *Si ſapiens ad tortoris equuleum ire cogatur*, Cic. de Fin. 4, 12. Et pro Cluent. c. 63 *Cum jam tortor, atque eſſent tormenta ipſa defeſſa, &c.* Adde Quintil. decl. 16; Sen. epiſt. 14 & 85; Curt. 6, 11, 13; Val. Flacc. 2, 362. *Torteris vicem exhibere*, Celſ. 3, 4.

¶ Torto, *are*, frequent. peinigen, martern. Lucret. 3, 662 *Recenti vulnere tortari*, i. e. torqueri. Arnob. 3 p. 106 *Dolorum acuminibus fixas ejulare, tortari, & ſuppetias Iunonis implorare Lucinæ.* Vſus & Pomponius apud Nonium 2, 872.

¶ Tortuōſus, *a, um*, ſinuoſus, gekrümmet, krumm gebogen; ut, *Tortuoſi amnis ſinus fluxusque*, Liv. 27, 47. *Alvus multiplex & tortuoſa*, Cic. N. D. 2, 54. Et, *Ingenium multiplex & tortuoſum*, Idem de Amic. c. 18, liſtig, tückiſch. Et, *Tortuoſum genus diſputandi*, Acad. qu. 4, 31. Compar. *Tortuoſior urina*, Plin. 21, 27, quæ velut tortuoſa exit, torquens hominem, ut ſolet in ſtranguria. v. Harduin. & conf. de digitis leonis 11, 46. Superl. *Tortuoſiſſima nodoſitas*, Auguſtin. Confeſſ. lib. 2 extr.

¶ Tortuoſe, adverb. idem. Tertull. adverſ. Valent. c. 3 *Per anfractus ſeriem ſuam evolvat, tortuoſe procedat.*

¶ Tortuōſĭtas, *ātis*, f. die krümme. Tertull. contra Marc. 4 c. ult. *Et quæ ratio tortuoſitatis illius?* Idem de Carne Chriſti c. 20 pr. *Qualis eſt autem tortuoſitas veſtra, ut &c.*

¶ Torcular, & in Gloſſ. Torculāre, *āris*, n. eine kelter, weinpreſſe, preſſe; ut, *In torcular deferri*, Colum. 12, 50; Et, *In torcular admitti*, ibid. ac paucis interjectis: *Ad eum ſtatum cæli & torcular & cella olearia conficienda.* Plin. 15, 1 *In torcularibus.* Adde Eund. 18, 31; Vitruv. 6, 9; Celſ. 3, 20; Colum. 1, 6. Quanta media ſit, litigatur. Quidam cum Priſciano & Beda producendam putant. Et ita Fortunatus de partu Virginis v. 169 *Calcaturus erat qui torcularia ſolus:* Alii vero pro mendoſo verſu habent, ac ita corrigunt: *Calcaturus erat qui ſolus torcular altum.* V. Borrichii Parnaſſ. in nuce. Quippe ad analogiam reſpicientes corripiendam mediam arbitrantur. Vti enim a *ſpeculum, ſpecular*, eſt: ita a *torculum, torcular.* In torculari ſunt *prela*, quibus uva calcata premitur, die druckеbäume, lignum erectum, capreolatim ſtrictum per medium prelum, quo id attollitur demittiturque rotæ verſatione, die ſchrauben oder ſpillen, *vectes*, baculi validi, qui trajiciuntur, die preß-baume. *Lingula* Catoni eſt lignum vel lapis concavus, a quo vinum in lacum defluit, das bette. v. Stephan.

¶ Torcŭlārius, *a, um*, zur kelter gehörig; ut, *Vaſa torcularia*, kelter-gefaß, Cato c. 11. *Lacus torcularius*, kelter-kuffen, Colum. 12, 18. Et, *Cella torcularia*, Id. 1, 6.

¶ Torcŭlarius, *i*, m. ſubſt. qui premit uvas, ein keltertreter. Colum. 12, 50 *Multitudo baccæ torcularium vincit laborem.*

¶ Torculātor, *ōris*, m. idem. Gloſſ. gr. lat. ληνοβάτης, *calcator, torculator.*

¶ Torcŭlārium, *i*, n. ſubſt. idem quod *Torcular.* Cato R. R. c. 18 pr. *Torcularium ſi ædificare voles.* conf. Id. c. 13.

¶ Torcŭlus, *a, um*, adject. idem quod *Torcularius.* Varro R. R. 3, 2 *Vaſa torcula vindemiatoria.* Cato R. R. c. 1 *Ad villam cum venies, videto, vaſa torcula & dolia multane ſient.* Idem c. 135 *Funis torculus*, hoc eſt, ad torcular & vindemiam pertinens.

¶ Torculum, *i*, n. ſubſtant. *quod uſu torcular dicitur, quod intortum laticem vitis vel olex exprimat*; ut Nonius 1, 233 exponit, die kelter. Quidam in citato Catonis loco ex c. 1 ita incidunt: *vaſa, torcula, & dolia*, quaſi ſubſtantivum ſit *torcula.* Et Onomaſticum vetus: *Torculum*, ληνός. Sic, *Torcula olearia*, öl-preſſen, Varr. R. R. 1, 55. Alium Varronis locum vide apud Nonium l. c.

¶ Torcŭla, *æ*, f. ſubſt. idem Gloſſ. Vet. *Torculæ*, ἐλαιοτριβεῖα.

¶ Torcŭlo, *are*, keltern. Fortunat. in epiſt. *Quod iſte torcularet in fletu, ille apothecavet in fluctu.*

¶ Tormentum, *i*, n. ſubſt. primum funem, qui torquendo efficitur, ſignificat, ein ſtrick. Poëta Phallicus carm. 5 *Tormento citharaque tenſorem.* Gratius Cyneg. v. 26 *Quadruplici tormento adſtringere limbos.* Apul. Apol. p. 276 *Crinem ſtuppeo tormento aſſimilem* dixit. Cæſ. B. C. 3, 9 *Præfectis omnium mulierum crinibus, tormenta effecerunt.* Flor. 2, 15, 10 *In tormentorum vincula matronæ ſuos crines contulerunt.* ¶ 2. Machina bellica, ubi funium tenſorum ope varii generis tela jaciuntur, geſchütze. Huc pertinent ipſi Cæſaris & Flori loca, quæ modo laudata ſunt. Ita, *Tormenta miſſilia*, Plin. 8, 23. Et Cic. fam. 15, 4 *Aggere, vineis, turribus oppugnavi, uſusque tormentis multis.* Cic. Tuſc. 2, 24 *Tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent.* Sil. 6, 279 *Trabs tormentis acta.* ¶ 3. Deinde *ſupplicium* ſignificat aut *cruciatum*, quo exploratur veritas, marter, peinliche frage, quod funibus delicti torquerentur. Cic. pro Sylla c. 28 *Quæſtiones ſervorum & tormenta nobis accuſator minitatur.* Et, *Tormenta carnificum*, Idem Phil. 11, 4. Et pro Cluent. c. 63 *Servi tormentorum metu addudi vi in veritate manſerunt.* Sic, *Perferre vim tormentorum*, Cic. Partit. c. 14. *Cogi tormentis ad confitendum aliquid*, Idem pro Mil. c. 21. Curt. 6, 11, 31 *Tormentis admotis.* Apul. Met. 3 p. 133 *Tormentis veritas eruenda eſt.* Idem 10 p. 252 *Vi tormentorum veritatem eruit.* Quintil. 5, 4 de tormentis ait: *Pars altera vera fatendi neceſſitatem vocat, altera etiam cauſſam falſa dicendi; quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas neceſſarium.* Eleganti metaphora ad animi cruciatus & curas applicuit Plinius 8 epiſt. 23 extr. *In tantis tormentis*

mentis eram, quum hæc scriberem, in solcher angst, ꝛc. De corporis cruciatu Celsus 7, 11 *Aliquod in ipsa curatione tormentum habet*, es macht einigen schmerz. Et Colum. 6, 7 *Cui intestinum dolet, celeriter tormento liberatur.* ¶ 4. Machina quævis artificiosa tormentum nonnunquam vocatur. Sic Sen. de tranquillit. 1 ponit de instrumento *explicandis & nitendis cogendis vestibus*, eine rolle. Plin. 10, 29 f. 43 *Exquisita ciconiarum tormenta.* Tertull. de Anima c. 14, ubi eam vento in hydraulica machina comparat: *Sic & spiritus, qui illic de tormento aquæ anhelat*, id est, machinis aqua repetis expressus. ¶ 5. Met. ex prima vel quarta etiam significatione Petro. c. 118, de poëtis, *per--fabularum--tormentum præcipitandas est liber spiritus.* v. in *Torqueo* locus Iuv. 6, 449. ¶ 6. Ex secunda & quarta significatione ita appellantur tubi ignivomi majores, stücke, canonen.

¶ Tormentārius, *a, um*, zum geschütz gehörig; ut, *Pulvis tormentarius*, stückpulver; & absolute *Tormentarius*, ein constabler.

¶ Tormentuōsus, *a, um*, id est, tormentis plenus, marternd. Cæl. Aurel. Acut. 3, 6 *Ligationes tormentuosi organi.*

¶ Tormĭna, *um*, n. pl. dolor intestinorum, vel ex dysenteria, vel alia de causa, das bauchwehe, angst im leibe. Cato R. R. c. 156 *Quibus tormina molesta erunt, brassicam in aqua macerare oportet.* conf. c. 126. Colum. 12, 7 *Torminum signum est cruenta & mucosa ventris proluvies.* Plin. 20, 14 *Tormina cholerica.* Idem 29, 11 *Affici torminibus.* Cic. Tusc. 2, 19 *Verticulum se in torminibus & in stranguria præbere.* ¶ 2. *Tormines* masculino genere protulit Nonius 1, 135.

¶ Tormĭnālis, *e*, quod tormina infert, das bauchweh macht; ut *Genus sorbi torminalis*, Plin. 15, 21. *Sorba torminalia*, Celsus 2, 30. *Herba torminalis*, Apul. de Herb. c. 15.

¶ Tormĭnōsus, *a, um*, qui intestinorum dolore laborat, der bauchwehe hat. Cic. Tusc. 4, 12 *Dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos.*

¶ Torquis, & Torques, *is*, m. Vet. Gloss. σφεντὸς, *Torquis, Torques tortus*, ornamentum e lutobotorum, & flexile, quod ex auro plerumque erat, ein halsband, eine güldene kette. conf. Isidor. 19, 31. Sic, *Torquem hosti detrahere*, Cic. Fin. 1, 7. *Torque aliquem donare*, Idem Verr. 5, 80. *Ornare torque*, Nep. 14, 3, 1. Priscianus masculini generis fecit: Sic, *Collo decoras torquis*, Stat. Theb. 10, 617. Sed reperitur quoque in fœminino. Nam *Torques aureas* Varro dixit: & *Sanguinolentam torquem* Quadrigarius. v. Nonium 3, 245; Gell. 9, 13; & Plin. 33, 3. De Antiquorum torquibus scripsit Io. Schæfferus.

¶ Torquātus, *a, um*, torque indutus & ornatus, der eine kette trägt. Erant enim *milites torquati*, qui ob res fortiter gestas torquibus aureis ab imperatore donabantur v. Veget. 2, 7. & Suet. Aug. c. 43. *Palumbus torquatus*, eine ringel-taube. Martial. 13 epigr. 62 *Alecto, torquata colubris.* Ovid. Heroid 2, 119. ¶ 2. *Titus Manlius Torquatus*, a torque, quem Gallo detraxerat, perpetuumque insigne, ut Suet. Calig. c. 35 auctor est, genti suæ reliquerat, sic appellatus, qui filium, cum ab hoste provocatus, ejus injussu pugnasset, jussit occidi, Virg. Æn. 6, 820 *Sævumque securi Adspice Torquatum.*

¶ Tortilŏquium, *i*, n. sermo ambiguus, eine verwirrte rede, in Glossis Cyrilli est, & græce διάλεκτος συνεσταμμένη, & συνεσταμμένη ὁμιλία redditur.

Composita cum præposit.

¶ Abtorqueo, *ēre*, abdrücken, ableiten. Accius apud Nonium 3, 66 *Abtorque proram, ac supra torrem copulas.*

¶ Circumtorqueo, *ēre*, herum drehen, herum lencken. Apul. 6 de Asino Aur. p. 186 *Premo loro retorsum ne circumtorquet.*

¶ Contorqueo, *si, tum, ēre*, krümmen, drehen; ut, *Contorquere currum*, Cic. de Orat. 1, 57, einen wagen umwenden. *Contorquere hastam*, Virg. Æn. 2, 52, einen spieß schwingen. *Contorquere in aliam cursum amnes & deflectere*, Cic Divin. 1, 19, ableiten. Et Nat. D. 1, 10 *Mundus ea celeritate convolvetur, cujus pars nulla ne cogitari quidem possit.*

¶ Contorquens, *tis.* Catull. 65, 107 *Turbo contorquens flamine robur.* Virg. Georg. 1, 481 *Contorquens vortice silvas Eridanus.* conf. Æn. 12, 490.

¶ Contortus, *a, um*, zusammen gedrehet, verdrehet, verwirrt; ut, *Crine contorto caput alicujus reflectere*, Sen. Hippol. v. 707. *Contorta & aculeata sophismata*, id est, perplexa, non cohærentia, Cic. Acad. 4, 24. *Contorta tela*, Flor. 3, 4, 1, id est, vi emissa. Transtulit hoc ad orationem Quintil. 10, 7 p. 953 *Non potest ferri contorta vis.*

¶ Contortŭlus, *a, um*, diminut. etwas gezwungen; ut, *Contortula ac minutula conclusiuncula*, Cic. Tusc. 2, 18.

¶ Contorte, adverb. verdrehet; ut, *Considerare, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur*, id est, perplexe, Auct. ad Herenn. 1, 9. Compar. Cic. Tusc. 3, 10 *Hæc dicantur a Stoicis, concludunturque contortius.*

¶ Contortio, *ōnis*, f. die verdrehung, zusammendrehung. Cic. de Fato c. 8 extr. *Contortiones orationis.* Et Auctor ad Herenn. 4, 19 *Contortione dexteræ gladius ad corpus affertur videtur.*

¶ Contortio, *ōnis*, f. idem. Augustinus Retract. 1, 5 *Liber ratiocinationum contorsione atque brevitate obscurus.*

¶ Contortor, *ōris*, m. qui contorquet: ut, *Legum contortor*, Ter. Phorm. 2, 3, 27, scilicet iniqua interpretatione.

¶ Contortĭplĭcātus, *a, um*, verwirrt, ex *contortus* & *plicare* fecit Plautus in Persa 4, 6, 26 *Ita sunt Persarum mores, longa nomina contortiplicata habemus.*

¶ Detorqueo, *si, tum, ēre*, deflectere, herab beugen; ut, *Arboris ramulos manu detorquere*, Colum. 5, 6. *Detorquere a latere in dextram partem*, Cic. de Univers. c. 7. *Voluptates animum detorquent a virtute*, id est, vocant, depellunt, sie halten ab, Idem Off. 2, 10. Et Horat. 2 sat. 2, 55 *Frustra vitium vitaveris illud, Si te alio pravum detorseris.* Et, *Detorquere recte facta*, Plin. 1 epist. 8, anders wohin deuten.

¶ Detortus, *a, um*, verdreht, verrenckt. Cic. Fin. 3, 5 *Partes corporis imminutas aut detortas habere.* Apul. Met. 5 p. 163 *Detorti digiti.* Colum. 3, 10 *Prav. detorta opinio.* Horat. Art. Poët. v. 53 *Verba parce detorta.* conf. Tac. Orat. 28, 9.

¶ Detorsus, *a, um*, idem. Suet. Galba c. 10 *Alexandrina navis detorsa appulit sine quæstore*, i. e. depulsa.

¶ Distorqueo, *si, tum, ēre*, zerren; ut, *Distorquere os*, das maul krümmen, Ter. Eun. 4, 4, 3. Ovid. Art. am. 2, 287 *Perversa distorquere ora cachinno*, heftig lachen.

¶ Distorquens, *tis*; ut, *Distorquens oculos*, Horat. 1 sat. 9, 65.

¶ Distortus, *a, um*, monstrosus, deformis, ut *Solos sapientes, si distortissimi sint, formosos*, Cic pro Mur. c. 29. *Distortissimus vultus*, Apul. Apol. p. 284 *Varus asperis cruribus*, Horat. 1 sat. 3, 47. *Manibus pedibusque verticaliter motu distortissimis*, ganz contract, Suet. Galba c. 21. Et Cic. de Fato c. 8 *Nullum est genus enunciandi distortius, quam hoc.*

¶ Distortio, *ōnis*, f. die verrenckung, verstellung, verdrehung; ut, *Si peccetur distortione & depravatione*, Cic. Fin. 5, 11. Et proprie Idem Tusc. 4, 13 *Pravitas membrorum, distortio, deformitas.* Cell. 4, 2 *Distortio oris.*

¶ Extorqueo, *si, tum, ēre*, abdringen, auspressen; ut, *Extorquere de*, vel, *e manibus Herculi clavam*, proverbialis locutio *Extorquere ab aliquo argentum*, Cic. Att. 6, 1. *Ferrum alicui de manibus extorquere*, Idem Catil. 2, 1. *Extorquere veritatem alicui*, Idem in Orat. c. 48. *Extorquere per vim suffragium populi*, Liv 25, 4, abzwingen.

¶ Extortus, *a, um*, abgedrungen, ausgepreßt ut, *Vi & messa extortum frumentum*, Cic. in Pis. c. 35. Liv. 32, 38 ext *In servilem modum lacerati atque extorti* ¶ 2. *Extortus*, aliquando pro *luxato* ponitur, verrenckt, vide locum Senecæ supra in *Luxo.* Sic, *Extortus membris fractisque*, ganz contract Plin. 8 ep 18.

¶ Extortor, *ōris*, m. qui extorquet. Ter. Phorm. 2, 3, 27 *Bonorum extortor, legum contortor.*

¶ Intorqueo, *si, tum, ēre*, einbeugen, oder krümmen; ut, *Intorquere mentum*, Cic. de Orat. 2, 66. Et, *Telum in aliquem intorquere*, de Arusp resp. c. 4, hinein schiessen. *Teiga sceleratam intorsit in flam*, Virg. Æn. 2, 231. *Dum a templo Divæ discilit, talum intorsit*, Aur. Vict. Vir. Illustr. c. 69, er hat den knochel verrenckt, den fuß verstaucht.

¶ Intorquens, *tis*; ut, *Jaculum intorquens*, Virg. Æn. 9, 52; & 10, 323.

¶ Intortus, *a, um*, krumm, kraus; ut, *Intorti capilli*, Martial. 8 epigr. 33, id est, crispi, flexi. *Intorta oratio*, id est, obtecta, contorta, eine unverständliche rede, Plaut. Cist. 4, 2, 64 *Vortice intorto asstigebantur*, umgetrieben Liv. 21, 58. *Intorto circa brachium pallio*, herumgeschlungen, Petron. c. 80. Et Virg. Æn. 10, 8 *Intorto figere telo.*

¶ Intorte, adverb. idem. Compar. Plin. 16, 16 *Intortius crispus.*

¶ Intortio, *onis*, f. intorquendi actus. Arnobius 3 p. 108 *Hos capillorum intortione est pulsa.*

¶ Intortu Plinio ex conjectura restituit Harduin. ad 8, 12 no. maj. 5.

¶ Interrortus, *a, um*, eingebogen, gekrümmt. Petron. c. 124 *Interrorto poplite.* Sed alii diversunt & pro *torto* legunt *toto.*

¶ Obtorqueo, *si, tum, ēre*, mit gewalt beugen, umdrehen. Vict. Vir. illustr. in Livio Druso c. 66 *Consuli respiciendi ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis effluxerit e naribus.* Sic, *Obtorquere gulam*, Cic. in Verr. 4, 10. Et Stat. Theb. 5, 414 *Obtorquet in undas proram.*

¶ Obtortus, *a, um*, eingebogen, umgedreht; ut, *Obtorti circulus auri*, eine gallene spange, Virg. Æn. 5, 559. *Obtorto collo ad prætorem trahi*, Plaut. Pœn. 3, 5, 45.

¶ Pertorqueo, *ēre*, martern, quälen, Lucret. 2, 401 *Centauri fœdo pertorquent ora sapore*, id est, torquent & distorquent.

¶ Prætorqueo, *ēre*, einbeugen, krummen; ut, *Prætorquere collum*, Plaut. Rud. 3, 2, 12.

¶ Prætortus, *a, um*, valde tortus, eingebogen. Colum. 3, 18 pr. de vite plantanda: *Iulius Atticus prætorto capite & recurvato semen demersit.*

¶ Retorqueo, *si, tum, ēre*, zurück lencken, beugen. Ovid. Met. 3, 68 *Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit* Id. Heroid. 4, 79 *Sive ferocis equi lætantia colla retorques.* Sed Heinsius recurvas ex MSS. præfert. Et, *Retorquere oculos ad urbem*, Cic Catil 2, 1 *Animum retorquere ad præterita*, Sen. Benef. 3, 3. Et, *Retorquere in aliquem crimen*, die beschuldigung zurück geben. Vlp. l. 14 § 6 Dig. de bon. libert. *Si ab eo petita, retorsit in eam crimina.*

¶ Retorquens, *tis.* Tertull. de Pallio c. 2. Virg. Æn. 8, 460 *Demissa ab læva panthera terga retorquens.*

¶ Retortus, *a, um*, zurück gebogen. Horat 3 od. 5, 21 *Brachia tergo retorta*, auf den rucken gebunden. Idem 2 epist. 1, 191 *Manibus retortis trahitur.* Idem 1 od 2, 13 *Retortæ violenter undæ*, id est, repulsæ.

¶ Retorsio, *ōnis*, f. vulgare verbum ICtorum, die zurücktreibung der schmähworte, die man dem schmäher wieder einzuschenken anfängt giebt.

¶ Irretortus, *a, um*, unverwandt. Horat. 2 od. 2, 23 *Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos.* Sapiens enim rectis oculis intuetur aurum, neque meruit virtuti suæ periculum, sed illud contemnit. Ita Burmannus, qui de aliorum quoque interpretationibus judicat ad Quinct. Decl. 8, 9 p. 174.

Torques vel Torquis, vide *Torqueo*, Torrefacio, *Torreo.*

TORREO, *torrui, tostum, torrēre*, est arefacere, vel siccare, urere

etiam & aſſare, trocknen, dörren, röſten, brennen, braten; ut, *Torreri ardore ſolis*, Cic. Somn. Scip. c. 6. *Torreri in tauro Phalaridis ignibus ſuccenſis*, Cic. in Piſ. c. 18. Et, *Sole torrere*, Plin. 11, 20, an der ſonnen trocknen. Liv. 35, 5 *Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æſtus corpora Gallorum.* Varro R. R. 1, 69 *Far promere ad torrendum.*

¶ Torrens, *tis*, idem quod ardens, exurens, brennend, hitzend; ut, *Torrens calor ſolis*, Juſtin. 2, 1, 16. *Sidera torrentia agros*, Horat. 3 od. 1, 31. Et, *Torrentior Sirius*, Claudian. in Feſcennin. v. 20. Et Stat. 3 Silv. 1, 52 *Tempus erat, cœli cum torrentiſſimus axis Incumbit terris, ictuſque Hyperione multo Acer anhelantes incendit Sirius agros.* ¶ 2. *Torrens*, idem eſt ac defluens cum impetu, æſtuans, flieſſend mit ungeſtüm, brauſend, rauſchend; ut, *Torrens fretum*, Juſtin. 4, 1, 9. *Torrens & rapidus curſus amnium*, Idem 44, 1, 7. *Torrentia flumina*, Virg. ecl. 7, 52. *Torrentes ſanguine campi*, Stat. 1 Silv. 2, 97. Sic, *Oratio torrens*, Quintil. 3, 8. Compar. Plin. 3, 16 de Pado: *Augetur ad Canis ortus liquatis nivibus: agris quamvis torrentior, nil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque ubi liquit agros, ubertate largior.* Et 5, 9 de Nilo: *Incluſus montibus, nec aliunde torrentior.* Iuvenal. 3, 74 de verboſiore impetu: *Ingenium velox, audacia perdita, ſermo Promtus & Iſæo torrentior, &c.* Sic enim ſuſpectas ingeniorum notas poëta conjunxit. Fuit autem Iſæus orator, cujus meminit Plinius junior 2 epiſt. 3. Superl. Stat. Theb. 7, 316 de fluvio: *Abruptis cum torrentiſſimus exit pontibus.*

¶ Torrens, *tis*, abſolute & ſubſt. maſc. fluvius eſt collectus ex pluviis & nivibus montanis, qui æſtate ſiccatur, ein feld-waſſer, wild-waſſer, jäher ſtrom, die fiut; ut, *Rapidus montano flumine torrens*, Virg. Æn. 2, 305. Vbi Servius: *TORRENS fluvius, qui æſtate ſiccatur, unde & nomen accepit: cui Græci per contrarium dedere vocabulum. Nam χείμαῤῥον dixerunt a tempore, quo creſcit.* Cotys Thracum rex, Thebanis gloriantibus, quod Lacedæmoniis imperarent, *Vidi*, inquit, *torrentes perennibus fluviis majores factos, ſed ad breve tempus. Εὐφρακα χειμάῤῥας ποταμὸς μάζης τῶν ἀενάων γενομένας, ἀλλ' ὀλίγον χρόνον*: Strab. Serm. 2, 1. Ovid. Rem. Am. v. 651 *Flumine perpetuo torrens ſolet acrius ire; Sed tamen hæc brevis eſt, illa perennis aqua.* ¶ 2. Nec tantum extraordinaria illa pluviarum aut nivium aqua *torrens* dicitur, verum etiam ordinaria & perpetua flumina, ſed rapida & crebro auctu turgentia. Feſtus, ubi docet, quod *torrens* ſignificet *fluvium ſubitis imbribus concitatum, qui alioqui ſiccitatibus exareſcit*, addit denique: *vulgi conſuetudine utrumque jam dici flumen, & perennem fluvium, & torrentem.* Plin. 3, 4 de Rhodano: *Segnemque deferens Ararim, nec minus ſe ipſo torrentes Iſaram & Druentiam.* Hic adjectivum eſt. ¶ 3. Metaphorice, *Inanis torrens verborum*, Quintil. 10, 7, ein hauffen vergeblicher worte. *Fertur quaſi torrens oratio*, Cic. de Fin. 2, 1.

¶ Torrenter, adverb. hitzig, ſtrom-weiſe; unde comparativus apud Claudianum de Raptu Proſerp. 2, 198 *Torrentius amne Hiberno, tortaque ruunt pernicius haſta.*

¶ Toſtus, *a, um*, verſengt, geröſtet. Cic. Tuſc. 3, 19 ex poëta: *Fana flamma deflagrata; toſti attiſtant parietes*, id eſt, aduſti. Sic, *Toſti crines*, Ovid. Met. 2, 283. *Corpora toſta carne replere*, gebratens eſſen, Idem Met. 12, 155. *Hordeum toſtum*, malz, Colum. 12, 5. De toſta & agna Auſonii vid. Scalig. Auſon. Lect. 2, 28 p. 167. Nimirum aut ἓν διὰ δυοῖν eſt pro *agna toſta*; aut *Toſta* abſolute ponitur pro carne toſta.

¶ Toſto, *are*, i. e. ſiccare, trocknen. Plin. Valer. 2, 28 *Ponere ſuper carbones, ut toſtetur.*

¶ Torris, *is*, m. titio, ein brand; ut, *Torris ambuſtus*, Virg. Æn. 12, 289. *Funereus torris*, Ovid. Met. 8, 512.

¶ Torridus, *a, um*, aridus, trocken, ausgedorrt; ut, *Æſtas torrida*, Virg. eclog. 7, 48. *Torridus macie*, dürr, als wäre einer gebacken, Cic. pro Leg. Agrar. 2, 34. *Pecora frigore torrida*, Liv. 21, 32. *Fontes torridi*, Idem 4, 30. *Membra gelu torrida*, Idem 21, 40. Conf. N. Heinſ. ad Sil. 1, 177. & Gronov. Obſerv. L. 3 c. 3 p. 449.

¶ Torrido, *āre*, comburere, verbrennen, ausdorren, Nonius 1, 51.

¶ Torridatus, *a, um*, ausgedorrt, vertrocknet. Martian. Capella lib. 6 *Anhelis ardoribus torridatus.*

¶ Torror, *ōris*, m. die dörrung, trocknung. Cæl. Aurel. Tard. 3, 6 ἡλίωσις, *corporis torror.*

¶ Torreſco, *ĕre*, verdorren. Lucret. 3, 903 *Calidis torreſcere flammis.*

¶ Torrĕfacio, *ĕre*, dörren, austrocknen. Colum. 12, 15 *Oblita vaſa clibano vel fumo torrefaciunt.* conf. Idem 2, 21; & 6, 7.

¶ Torrefactus, *a, um*, gedörrt, geröſtet. Colum. 2, 21 *Seges opportunis ſolibus torrefacta.* Idem 10, 10 & 24 *Torrefactum hordeum.* Arnob. 7 pag. 230 *Torrefacta carbonibus.* conf. Pallad. 1, 28; Veget. 3, 45.

Compoſita:

¶ Attorreo, *ēre*, braten; ut, *Attorrere nuces*, Apic. 4, 2. *Attorretur in clibano*, Id. 7, 5.

¶ Contorreo, *ui, ēre*, verbrennen, verſengen. Ammianus 18, 7 *Ignis pubentes herbas contorruit.*

¶ Detorreo, *ui, ēre*, abſengen, verſengen, ausdörren, Sidon. 1 epiſt. 7 *Invidiæ flamma me detorruit.*

¶ Extorreo, *ēre*, ausbrennen, ausdörren. Celſus 3, 8 pr. *Si febris extorret, nulla medicamenti danda potio, &c.*

¶ Prætorridus, *a, um*, ſehr heiß, dürr. Calphurnius Siculus ecl. 2, 80 *Quos etiam prætorrida muneret æſtas.*

¶ Retorreſco, *ĕre*, wieder verdorren. Colum. 3, 3 *Sata retorreſcunt:* & c. 5 *Stirpes retorreſcunt.*

¶ Retorridus, *a, um*, verbrannt, verſengt, verdorret; ut, *Myrtus retorrida*, Plin. 15, 29. *Rami retorridi*, Sen. epiſt. 12. Et, *Manus retorrida*, Idem epiſt. 66 de Mucio Scævola.

¶ Retorride, adverb. dürr. Plin. 17, 5 pr. *Herba retorride nata*, h. e. ſine ſucco naturali.

¶ Retoſtus, *a, um*, idem quod *retorridus*. Plinius 3, 4 ſub finem: *Marceſcit non retoſtus furnis.*

Torſio, torta, tortiloquium, tortor, tortūra, &c. vide *Torqueo.*

Torve, torvitas, torviter, vide paullo poſt in *Torvus.*

TŌRVS, *i*, m. ſtratum, in quo vel cubatur, vel ſedetur, eine ruheſtat, ein lager, bette. Virg. Æn. 5, 388 *Proximus ut viridante toro conſederat herbæ: Torus* ergo *herbaceus*, vel *graminens*, eine raſenbanck. Sic, *Torus conjugalis, genialis*, das ehebette, Virg. Æn. 6, 603. *Conſors tori*, Ovid. Met. 1, 319, id eſt, conjux, ein ehegatte. Dicitur a *tortus*. Eſt enim proprie funis quinis ex loris retortus. Et quia loris lecti tenderentur, ab eo *tori* dicti ſunt. v. Scalig. Conject. in Varr. & Taubman. ad Plaut. p. 17. De lectica Ovid. A. A. 1, 487 *Sive illa toro reſupina feretur.* ¶ 2. In baſi columnæ eſt *ſuperior torus*, & *inferior torus*, i. e. rotundum membrum pulvinaris in modum, quod turget & tanquam carnoſus tumor videtur, Vitruv. 3, 3. conf. Bald. Lex. p. 133. ¶ 3. Sed *Tori*, plur. partes in animalibus dicuntur carnoſæ ſeu pulpoſæ, ut in cervicibus, aut ſupra clunes animalium, das fleiſchichte an thieren, die wammen. Virg. Georg. 3, 81 de equis: *Luxuriatque toris animoſum pectus:* ſie ſind wohl gebrüſtet, wohl unterſetzt. De Hercule ſene, Lactant. 1, 18 pr. *Cum deformari ulceribus toros ſuos cerneret.* Cic. Tuſc. 2, 9 ex poëta: *O pectora, o teretia, o lacertorum tori.* Val. Flacc. 4, 145 *Horrendique toris informibus artus.* Sic, *Tauri opima cervix arduos tollit toros*, Sen. Hippol. v. 1039. ¶ 4. Dicitur etiam de aliis rebus; ut, *Venarum tori*, Cels. 7, 18; *Vitium tori* h. e. vincula, Colum. 5, 6; & de Arbor. c. 16. *Riparum tori*, Virg. Æn. 6, 674.

¶ Tŏral, & Tŏrāle, *ālis*, n. ein bettetuch. Horat. 1 epiſt. 5, 22 *Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nares.* Lamprid. Elagab. c. 19 *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit.* Vbi Caſaub. *In apparatu tectorum ὑποβλήματα ſunt & ἐπιβλήματα, & περιβλήματα, de quibus omnibus exquiſita diligentia alibi. TORALE eſt τῶν περιβλημάτων, rectèque in Gloſſario vertitur, περίκλινον. Nam male accipiunt etiam doctiſſimi viri* (Turnebus & Lambinus, qui ſtramentum lecto injectum interpretantur.) *Horatii verſum*, (lib. 2 ſat. 4, 84) *Ten' Tyrias dare circum illota toralia veſtes. Et Stragula autem, quibus tori ſternebantur, & toralia, quæ circumjiciebantur pretioſiſſima fuerunt, &c.* Ergo ex mente Caſauboni *Toralia* ſunt, quæ nos vorhänge appellamus. Pro quo Varronis illud de L. L. 35 eſt; *Torale*, inquit, *quod ante torum eſt.* Sed videntur *Toralia* etiam dicta, pretioſiores veſtes, quibus torus ſtratus integebatur ornatus cauſſa; köſtliche bettdecken. Nam & Lampridius dixit: *texit toros toralibus.* Facit huc & Varronis illud apud Nonium 1, 35 *Quod fronde lecticas ſtruebant, ex ea herba torta TORVS appellatus eſt: hoc quod injicitur, etiamnum TORAL dicitur. Lecticam quæ involvebant, SEGESTRIA appellabant.* Adde Heinſ. ad Petron. c. 40; & Paul. ICt. D. 33 t. 10 l. 3.

¶ Tŏrulus, *i*, m. diminut. parvus lectus, ein klein bette. Plaut. Amph. prol. v. 144 *Meo patri torulus inerit aureus.* ¶ 2. Ornatus muliebris. Ammian. 29, 7 *Toruloque capite circumflexo &c.* quem explicabimus ex *tori* ſignificatione ſecunda. Adde Lindenbrog. ad Ammiani 16, 27 p. 60, ubi itidem ejus mentio fit. Pro *Torulus* legitur *Torvinus* apud Varr. L. L. 5, 35. v. Not. Gothofr. ¶ 3. Itemque conus e capillis congeſtus, cui Athenienſes cicadas aureas innectebant, ut ſe αὐτόχθονας eſſe declararent. Cicadas enim e terra procreari volunt. v. Taubm. ad Plaut. p. 17. Alias *Tortulus* vel *Tutulus*. ¶ 4. In ligno mollis ac peſſima pars eſt, etiam in robore facile putreſcens, was ſpinticht iſt. Vitruv. 2, 9 *Inutilis liquor effluit per torulum.* vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 133. ¶ 5. *Toruli*, plural. in animalibus, vid. Torus n. 3. Apul. Met. 7 p. 195 *Terga pulpoſis torulis obeſa.*

¶ Torōſus, *a, um*, quod toros habet, vel quod *toris luxuriat*, ut Virgilius loquitur paullo ante prolato verſu, deque animalibus dicitur, fleiſchicht, wammicht. Colum. 6, 13 de bobus: *Parandi ſunt boves cervice longa & toroſa.* Et 6, 20 *Toroſior cervix*, itidem de tauris. Plin. 19, 5 *Inula toroſior amariorque.* Et Perſ. ſat. 3, 86 *Multumque toroſa juventus.* Adde Colum. 6, 20; Pallad. Mart. t. 11; Plin. 21, 15.

¶ Diatŏrus, *a, um*, διάτορος, penetrans, durchdringend, hindurch reichend. Vitruv. 2, 8 *Lateres utraque parte frontati, quos diatoros appellant.* Sunt codices, qui ita legant; alii *diatonos.* Vtram lectionem præferat neſcit Baldus in Lex. Vitr. p. 39.

TORVVS, *a, um*, adſpectu formidabilis, a *Terreo* vel a *Tero*, quod torvus alium proterat, greßlich, greulich, ſtarr. Cujusmodi taurorum ſunt frons & oculi. Virg. Georg. 3, 51 *Optima torvæ Forma bovis.* Sic, *Facies torva*, Colum. 6, 20. *Vultus torvus*, Quintil. 6, 1. *Ferox & torva confidentia*, Pacuv. apud Feſtum. *Oculis torvis tueri*, Ovid. Met 5, 92. *Torvi anguis*, Stat. Theb. 9, 741. *Acies Macedonum torva & inculta*, Curt. 3, 2, 13. *Corpus viſu torvum*, Tac. An. 2, 14, 5. *Vina torva*, i. e. aſpera. Plin. 17, 37. Compar. *Tuba rudore torvior*, Apul. Florid. p. 357. Superl. *Leonis torviſſima facies*, Arnob. 6 p. 196.

¶ Torvum, & Torva, neutra, adverbialiter ponuntur pro *torve*. Virg. Æn. 7, 399 *Torvumque repente Clamat.* Et Æn. 6, 467 *Ardentem, & torva tuentem Lenibat dictis*, da er ſauer, unfreundlich aus ſahe.

¶ Torviter, adverb. Ex Ennio & Pomponio Nonius Marcellus laudat 11, 57.

¶ Torve, idem. Plauto tribuunt Amph. 4, 2, 8, ſed in libris melioribus eſt: *Quid me adſpectas, ſtolide?* Vbi quidam *torve* pro *ſtolide*, vocativo.

¶ Torvĭtas, *ātis*, f. ut Feſtus teſtatur, a ferocia taurorum dicta eſt, die unfreundlichkeit, mit greßlich ſcheelem geſicht. Tac. Hiſt. 2, 9, 4 *Corpus inſigne oculis comaque & torvitate vultus.* Plin. 8, 17 *Capitis torvitate terreri.* Et 7, 19 *Torvitas naturæ dura & inflexibilis.*

bilis. Ammianus quoque 31, 7 *Alani sunt oculorum temperata torvitate terribiles.* conf. Plin. 35, 4; Solin. c. 21.

¶ Prŏtervus, *a, um,* asper, immoderatus, ferox, petulans, procax, frech, trotzig, muthwillig, ut, *Vidua libere, proterva petulanter vivens,* Cic. pro Cæl. c. 16. *Iuvenes protervi,* Horat. 1 od. 25, 2. *Frons proterva,* id est, impudens, ein ungebehrdig, unverschämt gesicht, Idem 2 oda 5, 15. Et, *Lingua proterva,* eine lästerhafte zunge, Ovid. in Ibin v. 522. Compar. Iustin. 30, 2, 2 *Meretricem proterviorem quotidiana regis stupra faciebant.*

¶ Proterve, adverb. petulanter, superbe, sonder scham. Ter. Hec. 3, 5, 53 *Ecce autem tu quoque proterve iracundus es,* ohne ursache. Ovid. de Arte am. 1, 599 *Et quidquid facies dicesque protervius æquo.* Augustin. de Civ. Dei 5, 22 *In nostram religionem proterviissime insiliunt.*

¶ Proterviter, idem. Ennius apud Nonium 11, 28 *Quis est, qui nostris foribus tam proterviter?*

¶ Protervitas, *ātis,* f. der muthwille, die vermessenheit. Ter. Heaut. 4, 6, 10 *Quam pene tua me perdidit protervitas.* Cic. pro Cælio c. 12 *De protervitate, de sumtibus immensa oratio est.* Horat. 1 od. 19, 7 *Vrit grata protervitas.*

¶ Prŏtervia, *æ,* f. idem. Aufonius Edyll. 1, 172 *Capripedes agitat cum læta protervia Panas.* Sic, *Proterviam facere;* de asoto legitur in Macrob. Sat. 2, 2; & inde in Erasmi Chil. sed perperam, cum legendum sit potius *propter viam facere,* quod quid significet, vide supra in *Propter* n. 3.

¶ Protervio, *īre,* muthwillig seyn, kälbern. Tertull. de Patient. c. 12 *Dilectio non inflatur, non protervit.* Gr. περπερεύεται. Verbum hoc usurpatum & Guil. Briton. 6, 328.

TŎRŸNĒTVM, *i,* n. τορυνητὸν, ferculum rudicula subactum ad ignem, donec pultis similitudinem faciat, eine latwerge, Cæl. Aurel. 1, 1. conf. Reines. Var. Lect. 3, 18.

Tostus, vide paullo superius in *Torreo.*

TOT, nomen adject. plur. indecl. omnium generum, numerum significat vel certum vel incertum, & redditivum est vocis *Quot,* so viel, v. c. de Orat. 2, 31 *Quot homines, tot causse.* Et in Verr. 4, 5 *Tot & tantæ, & tam graves civitates,* so viel, so grosse und ansehnliche städte. Liv. 5, 54 *Tot, tam* sine copula: *Conjuncti cum Æquis Volsci, tot tam valida oppida.* Cic pro Cælio c. 28 *Tot viri ac tales.* Et, *Si tot consulibus meruisset, quoties ipse consul fuisset,* Idem pro Balb. c. 20. *Tot omnes,* Minuc. Felix c. 5 n. 4.

¶ Tŏtidem, indecl. eben so viel, gleich so viel. Cic. Att. 6, 2 *Istum ego locum totidem verbis transtuli,* von wort zu wort. Id. de Fin. 1, 31 *Epistolam totidem verbis interpretatus sum.* Virg. Æn. 3, 203 *Tres adeo incertos cæca caligine soles Errantes pelago, totidem sine sidere noctes.* Et cum aliquo redditivo: Nepos 1, 7, 4 *Cum totidem navibus atque erat profectus.* Cic. in Orat. c. 17 *Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum.* conf. Idem de opt. gen. orat. c. 2; Colum. 5, 2.

¶ Tŏties, adverb. so offt, so vielmal. Cic. Att. 7, 12 *Velim mihi ignoseas, quod ad te scribo tam multa toties.* Idem pro Cluent. c. 18 *Quotiescunque dico, toties mihi videor in judicium venire.* Idem fam. 7, 7 *Soleo mirari non me toties accipere tuas litteras, quoties a Qu. Fratre mihi afferuntur.* Cato R. R. c. 1 *Quoties ibis, toties magis placebit.* conf. Catull. 72, 5; Virg. Æn. 1, 411; &c. Interdum *quot τῷ toties* subjungitur. Liv. 2, 13 *Subeunda dimicatio toties, quot conjurati supererent.* Adde 44, 45. ¶ 2. Scribunt quidam *totiens.* Solebant veteres longis syllabis notam productionis apponere. Quum igitur librarii scriptum invenirent *toties,* rati abbreviaturam esse, *totiens* fecere. Inde manasse hunc scribendi modum puto. Sic autem Sallust. Iug. c. 106 *Totiens fusus Numida.* conf. Idem in fragm. c. 18. Sic passim in MSS. auctorum rei rusticæ observavit Gesnerus. Et Tac. An. 12, 60, 3 *De quo totiens seditione aut armis certatum.*

Totjugus, vide supra *Iugum.*

TOTTŌNĀRIVS, *i,* m. equus sic dictus, Veget. de Re vet. 1, 56; & 4, 6. conf. supra *Guttonarius* in *Gutta.*

TŌTVS, *a, um,* ὅλος, genit. *Totius,* dativ. *Toti,* refertur ad quantitatem continuam, *Omne* ad discretam, gantz und gar, vollig. *Totum,* das gantze, die stücke oder theile. Ter. Heaut 5, 4, 20 *Totus disploliceo mihi.* Et Adelph. 4, 2, 51 *In amore totus est,* er steckt in der liebe bis über die ohren. Liv. 3, 36 *Hominum non causarum toti erant.* Idem 35, 31 *Toti Antiochi & Aetolorum erant.* Cic. Att. 15, 1 *Antonius perspiciet totum me futurum suum.* Idem Cic. de Clar. Orat. c. 89 *Totum me ei tradidi,* ich habe mich ihm gäntzlich ergeben. *Totus est noster Plancius,* Id. ad Quint. fr. 2, 1. *Clamor fit tota domo inter servos,* Idem Verr. 3, 26. Sic, *Totus annus,* Plaut. Asin. 4, 1, 9. Et, *Sæpe dat una dies, quod totus non dedit annus:* Sententia est de occasione, quam in ore frequenter habuit Ferdinandus imperator. Ter. Eun. 2, 2, 46 *Sex ego te totos menses quietum reddam.* Cic. Verr. 2, 75 *Facite, ut vobis triennii totius veniat in mentem. Cogitare totos dies & noctes de aliquo,* Cic. pro Mur. c. 37. *Tota mente incumbere in rem aliquam,* Idem Att. 16, 10. Et, *Amare toto pectore,* Idem de Leg. 1, 18. Ac fam. 1, 7 *Toto animo cogitare,* & l. 16, 8 *Te tota cogitatione cupio. Totis viribus,* Liv. 26, 43, mit gantzer stärcke und krafft. *Toto corpore atque omnibus ungulis,* proverbiale est, Cic. Tusc. 2, 24. *Hoc totum nihil esse,* an der gantzen sache sey nichts, Idem fam. 3, 8 p. . ¶ 2. Aliquando & pro *omni* ponitur, & ad discretam quantitatem refertur, sämmtlich, alle samt. Vide Nonium 5, 99; & Voss. Instit. Orat. 4, 12 p. 227. Virg. Æn. 1, 189 *Hos tota armenta sequuntur.* Ad quem locum Servius: *Inter* TOTVM *&* OMNE *hoc interest, quod* TOTVM *dicimus unius corporis plenitudinem:* OMNE, *de diversis dicimus, ut puta:* TOTVM AVDITORIVM HABET SCHOLASTICOS, *hoc est, plenum est auditorium scholasticis.* OMNE AVDITORIVM HABET SCHOLASTICOS, *id est, omnia auditoria. Vsurpant tamen poëtæ, & ista confundunt, ut hoc loco* TOTA *pro omnibus posuit: & contra pro toto* OMNEM *posuit, ut est, Omnemque reverti Per Troiam.* Stat. Theb. 1, 81 *Et totos in pœnam ordine nepotes,* i. e. omnes. Virg. ecl. 1, 11 *Vndique totis Vsque adeo turbatur agris.* Cæs. B. Civ. 1, 1 *Tum quod ex totis ripis tela jaciebantur.* Manil. 5, 723 *Tunc conferta licet cœli fulgentia templa Cernere seminibus densis, totisque micare Floribus.* Iuvenal 10, 237 *Bona tota ferantur ad Phialen,* id est, cuncta Sen. Herc. Oet. v. 106 *Totæ pariter plangite ripæ.* Præcipue vero posterior ætas amavit *totum* dicere potius, quam *omnia.* v. Casaub ad Spartiani Severum p. 270. Sidon. præf. Epithal. Ruricii: *Ambitiosus Hymen totas tibi contulit artes.* Apul Met 6 p. 183 *Accumbebat cum sua Iunone Iupiter, ac deinde per ordinem toti Dei* Id. 7 p. 193 *Totos istos tuos hostes statim captivos habebis.* conf. Prudent. Psychom. v. 450. Servat hoc hodieque Gallorum Italorumque consuetudo. ¶ 3. *In totum, Ex toto,* i. e. in universum, in genere, prorsus, omnino, gäntzlich, gantz und gar, überhaupt. Cels. 1 extr. *In totum, si fieri potest, abstinendum est.* Id. 6, 9 pr *Vinum ex toto circumcidendum est.* Colum. 2, 13 *In totum summa operarum decem.* Id. 3, 2 extr. & 11, 2 med. *In totum præcipere.* Id 12, 1 *Aut in totum, aut certe plurimum domi morari.* Id 9, 15 *In totum exterminare.* Id. 2, 21 *Antequam ex toto grana indurescant.* Et 5, 8 *Creta ex toto repudianda est.* v. de hoc & similibus Burm. ad Quint. Decl 353 p. 745. ¶ 4. Servius paullo ante laudato loco: *Sed aliud,* inquit, *notandum, quod in derivatione mutat plerumque naturam, nam cum* TOT *naturaliter brevis sit:* TOTVS *producitur:* QVOTVS *vero secundam originem suam brevis manet.* Atqui & TŎTVS primam corripit: sed cum τῷ *Quōtus* respondet, & idem est ac τόσος, τοσοῦτος, *tantus,* non quando *integrum* significat. Manil. 3, 447 *Detrahitur summæ tota pars, quota demit utringue Omnibus ex horis.* conf. Tertull. de Anima c. 37. v. Vrsin. Instit. L. L to. 1 p. 377. ¶ 5. Pro *Toti* in Dat. fœm. exstat *totæ insulæ* in Nep. 20, 3, 2 in MSS. v. Voss. de Anal. 2, 3.

¶ Totālis, *e,* quod vulgo pro *totus, universus* usurpatur, veteribus inauditum est. Pitiscus quidem in Lexico Latino Belg. affert Quint. Decl. 337 sub fin. Sed divise *tota lis* legit ibi Burm. p. 699.

¶ Totāliter, adv. pro *omnino, penitus.* Lactantius habet Instit. Div. lib. 6 *Totaliter cavere.*

TOXĬCVM, *i,* n. τοξικὸν venenum proprie ex taxo, quemadmodum Plin probat 16, 10, (v. *Taxus,*) gifft Plaut. Merc. 2, 4, 4 *Ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo.* Martialis 5 epigr. 77 *Profecit poto Mithridates sæpe veneno, Toxica ne possint sæva nocere sibi.* Barbarorum videtur fuisse id venenum in Troglodytica Æthiopiæ regione, qui eo sagittas inficere consueverunt; ignotum igitur in Europa. Matthiolus. Sic, *Miscere toxica,* Ovid. Amor 2, 2, 63; & Horat. Epod. 17, 61. *Bibere toxica,* Propert. 1, 5, 6. Adde Suet. Claud. c. 44; Colum. 10, 8; Plin 6, 11; 24, 3; 26, 8.

¶ Toxĭco, *āre,* pro, veneno inficere, vergiften, exiguæ auctoritatis est. Saresb. 1, 6 *Toxicare serpentem, igni stipulam addere, &c.* Idem 3, 9 *Vrbs toxicata veneficio adulatorum.*

¶ Intoxĭco, *āre,* pro venenum exhibere, verbum est nec latinum, nec usurpandum. v. Voss. de Vit. L. L. 4, 11.

TOXŌTIS, *idis,* f. τοξωτὶς, herba artemisia dicta, Apul. de Herb. c. 10.

Trabalis, vide paullo post in *Trabs.*

TRĂBĔA, *æ,* f. togæ genus, quæ diis sacrabatur, & qua reges & augures, itemque equites utebantur; nomen a purpureis clavis, seu trabibus intextis est. vid Ruben. de Re Vest. 1, 5. Lipsius in 3 An. Tac. equitum tantum fuisse pronunciat, & carpit Grammaticos, qui regum & augurum etiam fecerint. Et tamen paullo post Equites *exemplo regum trabeatos,* fuisse diserte scribit. Quod si est, utique & regum trabea fuit Atque fuisse, Suetonius apud Servium idoneus auctor est, addicitque Plinius 8, 48 *Trabeis usos accipio reges.* conf. 9, 39. Et Ovid. Fast. 2, 503 *Trabea decorus Romulus.* Fuit & civilis habitus, non militaris: & male nonnulli eumdem cum paludamento faciunt quos Ferrarius confutat. Virg. Æn 7, 187 *Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat Succinctus trabea.* v. Plin 9, 39; Tertull. de Idolol. c. 18; Sidon. 5 epist. 5; Marc. Donat. ad 3 An. Tac. c. 2; Manut. Quæsitis per Epist. p. 297: Voss Inst. Poët. 2 p. 31.

¶ Trăbĕātus, *a, um.* Ovid. Fast. 1, 37 *Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini.* Et, *Trabeati equites,* Tac. An. 3, 2, 2. conf. Coripp. 4, 312. Suet. Domit. c. 14. Macrob. Sat. 1, 5; Sidon. 8 epist. 6.

¶ Trabeālis, *e,* ad trabeam pertinens Sidon. carm. 2, 2 *Effulgens trabealis mole metalli.* Et Ennod 1, 5 *Trabealis cothurni pompa.*

TRABS, & Trăbes, *is,* f. ein balcke, ein sparrbalck; Festo *duo ligna compacta,* δοκός. Sic, *Abiegna trabes,* Ennius apud Cic. Nat. D 3, 30; v. supra in *Abies.* Item Burm ad Quint. 5, 10 p. 422. conf. etiam Varr. L. L. 6, 3; ubi addit, quod verbi (Trabes) *singularis casus recte correptus, ac facta Trabs.* Ita nimirum & *gruis, mercis, pedis, nucis, legis, regis, frugis, mentis* fuere, pro quibus deinde contracte dixerunt *merx, pes, nux, lex, rex, frux, mens.* v Burm. ad Quint. Decl. 6, 12 p 145. Virg. Æn. 1, 452 *Nexæ ære trabes.* conf. 2, 448; &c. *Auratæ trabes* non tantum sunt aureolis bracteis illitæ, sed auro solido convestitæ. v. Brouckh. ad Tibull. 3, 3, 16. ¶ 2. Pro *nave* poëtis. Virg. Æn. 4, 566 *Iam mare turbari trabibus, fævasque videbis Collucere faces.* Horat. 1 od. 1, 13 *Vt trabe Cypria Myrtoum pavidus nautæ secet mare.* Iuvenal. 14, 296 *Fractis trabibus.* Catull. 4, 3 *Natantis impetus trabis* ¶ 3. Per translationem *Trabs* pro natura virili etiam ponitur. v. Barth. Adversf. 61, 12. ¶ 4. *Trabes* etiam in vestibus dicuntur plagæ diversi coloris, striche, unde & *Trabea* appellata, de qua supra. ¶ 5. Denique *Trabs* meteoron ignitum, cœli fax, ein feuriger strieme am himmel. Sic, *Faces, Lampades, trabes,* Plin. 2, 26 in tit. Quomodo *nascantur,* quomodo *fiant trabes,* docet Seneca Nat Qu. 1, 1 conf ibid. c. 15.

¶ Trabecŭla, *æ,* f. diminutivum. Vitruv. 10, 21 *Habuerat mediam contabulationem supra trabeculas.* Dicitur & *Trabicula* in lege ædificiorum, quæ marmori inscripta legitur Neapoli.

¶ Trabālis, *e,* vom balcken gemäß; ut, *Clavus trabalis,* ein grosser nagel, sparrnagel significat vinculum arctissimum & indissolubile, nodum Herculeum, Horat 1 od. 35, 18 Cic. Verr. 5, 21 *Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.* Arnob. 2 pag. 52 *Velut trabalibus clavis adfixi hæretis.* v. Chiliad. Stat Theb. 4, 6 *Trabalem hastam intorsit.* Virg. Æn. 12, 294 *Telo trabali.*

¶ Trabĭcus, *a, um*, aus balcken gemacht; ut, *Trabica navis*, apud Festum, *quod sit trabibus confixa*, ut ipse dicit.

TRACHALLVS, vel Trachalus, *i*, m. orator tempore Domitiani, magna vocis pronunciationisque felicitate. Quintil. 10, 1 p. 919; & 12, 5 p. 1070. v. *Trachali* in TRACHELVS n. 2.

TRACHĒA, *æ*, f. sive *Trachia*, τραχεῖα, fistula est descendens ad pulmonem, spirationis ac vocis gratia, die lufft-rohre, oder gurgel. *Aspera* vocatur, quia ex cartilagine constat, & tamquam annulis distincta est. vide Gellium 17, 11. ¶ 2. *Trachea* cognomen partis Ciliciæ montosæ, quæ *Aspera* latine dicitur, Isauriæ & Pamphyliæ contermina. vide Strab 14 p. 461.

¶ Trachēōtis, *itis*, f. τραχεωτις, simile cognomen ab asperitate montium sumtum, quod Plinius 5, 27 urbi Seleuciæ ad Calycadnum dat, quæ in ipsa Cilicia Trachea sita est.

TRACHĒLVS, *i*, m. τράχηλος, collum, cervix, der hals. Vitruv. 10, 15 partem quamdam catapultæ *Trachelum* vocat v. Bald Lex. Vitruv p. 134. ¶ 2. Apud Festum *Trachali* appellantur muricum ac purpuræ superiores partes; unde Ariminenses maritimi homines cognomen traxerunt *Trachali*.

¶ Hypotrachēlium, *i*, n. ὑποτραχήλιον, proprie est pars colli infra cervices, der unterhals. Deinde a corpore humano ad columnas transfertur, & de earum parte dicitur, quæ sub astragalo arctatur, & leniter contrahitur. v. Vitruv. 3, 2, & Bauli Lex. Vitruv. p. 59.

TRACHINIA, *æ*, f. rosa minus rubens, Plin. 21, 4.

TRACHOMA, *ătis*, n. τράχωμα, interior palpebrarum scabrities, die rauhe innwendige in den augenliedern. Sicut in eadem parte glabritas, id est, declivium pilorum, *madarosis* & *milphosis* dicitur.

TRACHONITIS, *idis*, f. τραχωνῖτις, regio Syriæ Palæstinæ inter montem Libanum, & locum Tiberiadis sita, cujus Tetrarcha fuit Philippus, Lucæ c 3. Adde Plin. 5, 18.

TRACHY, *yos*, n. τραχύ, balsami genus odoratius, Plin. 12, 26. Sed *Trachya*, vide sequens *Trachyma*.

TRACHŸNA, *æ*, f. civitas Thessaliæ, quæ & *Heraclea*, ab Hercule dicta fuit. Vide Thucydid. lib. 2, quæ & *Trachyn* appellata Plin. 12, 25. Sen Hercule Oet. v. 194 *Rejonatque malis Aspera Trachyn*. Et in Troade v. 218 *Parti, armenti lapidosa Trachyn*. Hinc nomen Sophocleæ Tragœdiæ est. Cic. Fusc. 2, 8 *Quas hic voces apud Sophoclem in Trachyniis edit?*

¶ Trachȳnus, *a, um*, adject. Sen. Herc. Oetæo v. 135 *Ad Trachyna vocor saxa rigentia.*

¶ Trachȳnius, *a, um*, idem. Ovid. Met. 11, 269 *Trachynia tellus.*

Tracta, tractabilis, tractatio, tractio, tracto, tractogalatus, &c. vid. *Traho*.

Traditio, trado, &c. vide supra *Do*, Tradūco, &c. *Duco*.

¶ Retracto, *avi, atum, are*, frequent. wieder aufs neue fürnehmen, wiederholen, verbeſſern. Livius 2, 30 *Tutius viſum eſt defendere inermes Latinos, quam pati retractare arma.* Tac. de Germ. c. 22 extr. *Ergo detectis & nuda omnium mens poſtera die retractatur: & ſalva utriusque temporis* (deliberandi & conſtituendi) *ratio eſt.* Et Ovid. Triſt. 5, 7, 63 *Deſecta verba retracto.* Idem Triſt. 4, 4, 41 *Neve retractando nondum coeuntia rumpam Vulnera.* Et, *Augemus retractando dolorem*, hoc eſt, reminiſcendo, Cicero Art. 8, 9. Ita Cicero Mure. 26 *Locus de ambitus criminibus retractandus*, h. e. denuo retractandus. Et, *Retractare actiones*, id eſt, repetere, & iterum tractare, ſeu recenſere, Plinius 4 epiſt. 9 extr. Idem 9 epiſt. 10 *Orationculam unam atque alteram retractavi.* ¶ 2. Apud Virgilium *Retrahere* eſt, Æneid. 12, 889 *Quæ nunc deinde mora eſt? aut quid jam, Turne, retractas?* Nam retrahebat ſe Turnus ex pugna territus omine, de quo antecedit: hinc ſequitur mox: *Nam cui ſu ſevis certandum eſt cominus armis*, vid. Cort ad Sall. Frag. p. 946 *Vos muſſantes & retractantes &c.* ¶ 3. *Retractare* pro *Detrectare* vide mox in *Retractator.*

¶ Retractans, *tis*, i. e. detractans. Salluſt. Fragm. c. 7 *Vos muſſantes & retractantes verbis.* Colum. 2, 2 *Retractantem calcitroſumque juvencum reddere.* Liv. 3, 49 pr. it. c. 52 & 53 *Nullo retractante.* conf. Aur. Vict. de Cæſ. 3, 8; 14, 18; &c.

¶ Retractātus, *a, um*, ausgebeſſert. Quintil. 2, 4 *Quoties eandem materiam rurſus a me retractatam, ſcribere de integro juberem.* Compar. Cicero Att. 16, 3 *σύνταγμα miſſi ad te retractatius*, i. e. emendatius.

¶ Retractātus, *us*, m. ſubſt. idem ſonat Tertulliano, quod *retractatio*, die verbeſſerung, der wiederruf, die weigerung, qui Apol. c. 4 *Sine ullo*, inquit, *retractatu præſcribitis.* Id. adv. Marc. 1, 1 *Sine retractatu doctrinarum revincendus.*

¶ Retractatio, *onis*, f. idem ac *detrectatio.* vid. Gronov. ad Livii 3, 49 pr. Ita Cicer. Att. 13, 25 pr. *Conficies, & quidem ſine ulla dubitatione aut retractatione*; (Græv. & Grut. *retrectatione.* vide hujus Notas). Idem Tuſc. 5, 29 *Sine retractatione libere dicere.* Inde ¶ 2. *Retractationum libri* nomen, quos Auguſtinus dedit, bonam partem emendant, quæ ante ſcripſerat.

¶ Retractator, *oris*, m. qui retractat. Tertull. de Ieiun. c. 15 *Retractator officii*, ut Frobenius expreſſit: Rigaltius autem *detractator*, quod ſenſus videtur poſtulare. At vero iſtius ætatis ſcriptoribus non raro *retractare* pro *detractare* eſt, ut Salmaſius ad Spartiani Hadrianum c. 12 tam ex Gloſſis veteribus, quam aliunde probavit. Ac Idem ad ejusdem Getam c. 4 pr. ex MSS. verbum *Retractator* reſtituit, ubi vulgo *tractator* lectum fuit.

¶ Retractābilis, *e*, wiederruflich. unde

¶ Irretractābilis, *e*, unwiderruflich. Auguſtinus Confeſſ. 10, 33 *Non irretractabilem ſententiam proferens.* Et Saresb. 3, 11 *Veritatis ſententia manet irretractabilis.*

¶ Retrotraho, *ere*, zurückziehen, zurücknehmen. Iuſtin. Cod. 4 t. 28 l. 7 *Cum omnis ratihabitio, prorſus retrotrahatur.* Cicer. Orat. Part. c. 7 *Idem quaſi ſurſum verſus retroque trahatur*; alii dicitur.

¶ Semitractatus, *a, um*, halbausgeführt; ut, *Semitractata materia*, Tertullianus principio libri de Fuga in perſecutione.

¶ Subtraho, *xi, ctum, ĕre*, heimlich entziehen; ut, *Fuga ſe ſubtrahere*, Hirt. B. Gall. 8, 33, ſich verſtecken. *Furium gravi implicitum morbo fortuna bello ſubtraxit*, Livius 8, 29. *Subtrahitarque ſolum*, Virgilius Æneid. 5, 199. ¶ 2. *Subtrahere ſe*, eſt amare otium, ſich von händeln und ämtern zurück ziehen. Plin. Paneg. c. 86. *Subtrahere ſe a curia*, Cicer. ad Qu. frat. 2, 8. *Iudicio mors eum ſubtraxit*, Livius 6, 1. *Labori ſe ſubtrahere*, Colum. 1, 9. Et, *Subtrahere e ponere*, abnehmen, zurücknehmen. Plin. 33, 9. *Se ſubtrahere aſpectu*, Virg. Æn. 6, 465; *amplexu*, ibid. v. 698.

¶ Subtrahens, *tis.* Plinius Paneg. c. 86 *Præfectum prætorii non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere*, i. e. honorem fugientibus.

¶ Subtractus, *a, um*, entzogen, entnommen. Tac. An. 1, 70, 4 *Aliquando ſubtracto ſolo diſjecti.* Ibid. 1, 81, 2 *Subtractis nominibus*, & n. 3 *Significatione ſubtracta.* conf. Pallad. Febr. t. 21.

¶ Subſtractus, *a, um*, idem. ICt. D. 49 t. 14 l. 2 § 1 *Fa ſubſtracta eſſe creduntur, quæ incitura caruiſſe ejus fuerint.*

¶ Subtractio, *onis*, f. die abziehung. Ita Arithmetici vocant eam ſpeciem, qua numerus ex numero aufertur.

TRAIANVS, *i*, m. Τραϊανός, imperator Romanus fuit circa annum Chriſti C. Princeps optimus, quemadmodum teſtatur acclamationis in creandis imperatoribus formula, *Sis felicior Auguſto, melior Trajano*, apud Eutropium 8, 2, 18. Præfectum prætorii cum aliquando elegiſſet, gladiumque ei tradidiſſet, addidit hæc verba: *Hoc enſe contra meos hoſtes uteris, cum tibi juſta mandavero. Quod ſi me vero agere videris injuſte, contra me eodem utitor*, Xiphilin. Tertiam tamen in Chriſtianos movit perſecutionem, de qua Plinii lib. 10 epiſtolam 97 habes, cum reſponſione Trajani n. 98.

¶ Trajānus, *a, um*, adjective in Vet. Inſcript. apud Fabrettum p. 677 AD AVGENDAM THERMARVM TRAIANARVM GRATIAM. Sic, *Colonia Trajana*, Kayſerswerth.

¶ Trajanālis, *e*, idem, ap. Fabrett. Inſcr. p. 454 C. PLAETORIVS C. F. STEL. PHOEBVS VI. VIR AVGVSTAL. SODAL. TRAIANAL. ET HADRIANAL. IIII. VIR.

Trajectio, trajecto, trajicio, &c. vide ſupra in *Iacio.*

Tralatio, tralatitius, vide ſub *Transfero* in *Fero.*

TRALLES, *ium*, plurale, ut *Sardes, ium, ibus*, uti Iuvenalis dixit ſat. 3, 70 *Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, &c.* conf. Cæſ. B. C. 3, 105. Singulariter *Trallis* Plinius 5, 29, ut Græc. Τρᾶλλις. Fuit urbs in Lydiæ Cariæque confinio, unde Stephanus Lydiæ, Plinius & Ptolemæus Cariæ adſcribunt. ¶ 2. *Tralles* Illyriorum populi, Liv. 31, 35; & 33, 4; ſagittarii, ibid 37, 40 & 44.

TRĀMA, *æ*, f. idem quod ſubtegmen, filum ſcilicet, quod intra ſtamen trameat ſeu currit, der eintrag am gewebe. Primam productam habet Perſ. ſat. 6, 73 *Mihi trama ſignæ Sit reliqua:* id eſt, exilitas & macilentia mei corporis, &c. vide Scalig. in Conſect. p. 49, præcipue Caſaub. ad allegatum Perſii locum. Vet Gloſſ. *Trama, κρόκη, πλοκή, ῥαβάνη.* Adde Plaut. Rud. 5, 2, 37; Plin. 11, 24; Sen. epiſt. 90.

TRAMES, *itis*, m. a *trans* & *meo*, ſemita tranſverſa, ein frummweg, fußſteig. Propert. 3, 16, 26 *Qua facit aſſiduo tramite vulgus iter.* Vet. Gloſſ. *Trames, τείβος, παράοδος. Trames*, via angulta. *Anguſtus trames*, Plin. Paneg. c. 22. *Egreſſus eſt non viis, ſed tramitibus*, Cic. Phil. 13, 9. *In latinam viam transverſis tramitibus transgreſſus*, Liv. 2, 39. Silius 6, 120 *Talis lege deum clivoſo tramite vitæ, Per varios præceps caſus rota volvitur ævi.* Conf. Virgilius Æneid. 5, 610, &c. Tac. An. 1, 63. ¶ 2. *Tramites*, etiam loca ſaltuoſa ſunt & virgultis obſita. Propert. 3, 13, 44 *Et ſi forte meo tramite quæris avem*, ubi Scaliger, Propertii ſoſpitator, p. 253 exponit ſilvam tramitem. Ibid. ex Servio: *Tramites ſunt convalles, quæ de lateribus utrinque perviæ limitant montes.*

Trano, *are*, vide ſupra *No.*

TRANQVILLVS, *a, um*, quietus, placidus, γαληνός, ſtill, ruhig; ut, *Mare tranquillum*, Cicero pro Cluent. c. 49. *Eſſe animo tranquillo,*

quillo, Id. de Senect. c. 20. Et, *Frons tranquilla & serena*, Tusc. 3, 15. Et, Ter. Eun. 5, 9, 8 *Fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.* Id. Phorm. 3, 1, 15 *Adhuc tranquilla res est*, es hat noch keine noth. Ovid. Pont. 2, 7, 8 *Tranquillas etiam naufragus horret aquas.* ¶ 2. *Tranquilli* etiam dicuntur, qui inter se pacate agunt, atque ex simultate in gratiam rediere. Plaut. Amph. 3, 3, 2 *Iam pax est inter vos quæso duos? Nam quia vos tranquillos video, gaudeo & voluptate est mihi.* Id. Capt. 3, 85 *Proinde Deum hunccе saturitate facius tranquillum tibi.* Et Cist. 3, v. ult. *Si possim tranquillum facere ex irato mihi.* Compar. Liv. 2, 63 *Tranquilliorem plebem fecerunt.* Superl. Cic. in Pis. c. 15 *Tempus tranquillissimum* opponit *turbulentissimo.* Et, *Animus tranquillissimus*, Idem Att. 7, 7. Et, *Res tranquillissimæ*, Sen. epist. 84.

¶ Tranquille, & Tranquillo, adverbia, idem; ut, *Tranquille placideque vitam traducere*, Cic. Tusc. 3, 11, in ruhe. *Tranquillo quilibet gubernator est*, id est, dum tranquillitas est, Sen. epist. 85. v. Chiliadas. Nam ipse Seneca tamquam proverbium profert, interserendo, *ut ajunt.* conf. Plin. 9, 7. Liv. 26, 51 *Remigium, classicique milites tranquillo in altum evecti.* 31, 23. *Tranquillo pervectus Chalcidem paulo ante lucem.* v. Interpp. ad 3, 14. Compar. *Quietius tranquilliusque bellare*, Liv. 27, 12. *Animus tranquillius inter divina mansurus*, Sen. epist. 71. Superl. *Tranquillissime fenuit*, Suet. Aug. c. 2.

¶ Tranquillĭtas, *ātis*, f. die ruhe, stille; ut, *Otium & tranquillitas vitæ*, Cic. pro Mur. c. 27. *Locus quietis & tranquillitatis plenissimus*, Id. de Orat. 1, 1. Liv. 26, 11, *Mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. Maris tranquillitas*, Cic. ad Att. 6, 8. *Animi tranquillitas, quæ placida est, & quieta constantia*, Id. Tusc. 4, 5. *Tranquillitas animi*, Græcis εὐθυμία. v. Sen. de Tranquillitate animi c. 2. Idem epist 4 *Noli huic tranquilitati confidere, momento mare vertitur*, es ist dem landfrieden nicht zu trauen.

¶ Tranquillo, *avi*, *atum*, *are*, tranquillum facere, placare, stillen, beruhigen, besänftigen. Plaut. Capt. 1, 2, 21 *Cujus nunquam vultum tranquillavi gratiis.* Horat. 1 epist. 18, 103 *Quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum:* id est, animi & vitæ tranquillitatem præstet. Cic. de Finib. 1, 16 *Iustitia semper alit aliquid, quod tranquillet animos.* Plin. 2, 103 *Mare tranquillatur oleo.*

¶ Tranquillātus, *a*, *um*, gestillt. Nepos 25, 4, 5 *Tranquillatis rebus Romanis remigravit Romam.*

TRANS, præposit. über, hinüber, jenseit; ut, *Trans mare*, *trans montes*, id est, ultra. Cicer. Att. 12, 19 *Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare.* Idem pro Quint. c. 3 *Trans Alpes usque transferri*, bis über die Alpen. Liv. 25, 14. *Vibius ereptum vexillum trans vallum hostium trajecit.* Plaut. Milit. 2, 5, 58, *Commeatus transtinet trans parietem.* Horat. 1 epist. 11, 27 *Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.*

Transabeo, vide *Eo*, Transactio, transadĭgo, *Ago*, Transalpīnus, *Alpes*, Transapenninus, *Apenninus*, Transaustrinus, *Auster.*

Transcendo, vide *Scando*, Transcursus, &c. *Curro.*

Transdanubianus, vide *Danubius*, Transdo, *Do*, Transdūco, *Duco.*

TRANSENNA, *æ*, f. vulgo exponitur, ein schrancksenster, gegitter; cancelli vel ferrei vel lignei, qui fenestris & mercibus interdum procul aspicientibus opponuntur. Fenestram etiam interpretatur Nonius 2, 859 defenditque Salm. exerc. Plin. p. 643 & 647. ¶ 2. Hinc locutio proverbialis esse dicitur apud Cicer. de Orat. 1, 35 *Per transennam adspicere*, id est, non propius, sed procul, obscure & obiter, obenhin. Ita Nonius 2, 859. Sed monent Pareus in Lex. Crit. p. 1249; & Scioppius de Stilo Hist. p. 227, *Transennam* Latinis nihil aliud valere quam funem sive laqueum extentum, cosque qui aliter accipiant, per mendosum locum sibi imponi pati, cum *per transennam*, in MSS. non extet, sed Cicero l. c. sic recte loquatur: *Copiam ornamentorum constructam uno in loco quasi prætereuntes strictim adspeximus.* Hic *prætereuntes* idem esse quod obiter & in transcursu; Librarios autem appositum videntes *pertranseuntes*, in contextum recepisse. Et hinc occasionem natam Nonio l. c. experiendi ingenii, cui indulgens ex verbo *pertranseuntes* fecerit *per transennam*; quod tamen plerique codices retinent; & ipsi etiam Gruterus Gronoviusque. Nec absurdam est *transennam* etiam dici reticulatum opus ex filis ferreis prætensum fenestræ &c. ¶ 3. Certior vocis significatio est, eine schleiffe, schlinge, quod in seipsam transeat. Et sic Plauto Bacch. 4, 6, 22, *Transennæ* sunt funiculi aucupum, ad insidias concinnati: *Ab transenna hic turdus lumbricum petit*, hoc est, per transennam. Et in Rud. 4, 7, 10 *In ætate hominum plurimæ sunt transennæ, ubi decipiuntur dolis; atque adepol in eas plerumque esca imponitur &c.* conf. Idem Pers. 4, 3, 11. Sallust. ap. Nonium l. c. *Cum sedenti transenna demissa victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat:* TRANSENNA, id est, per funiculum. Eundem locum laudat Macrob. Sat. 3, 13; Add. Servius ad Virg. Æn. 5, 487. it. Isidor. 19, 1. Funem etiam interpretatur Plut. Sertor. p. 579. Potest tamen satis commode etiam fenestra cancellata hic intelligi, per quam funibus demissam victoriæ simulacrum.

Transeo, vide *Eo*, Transĕro, *Sero.*

Transfiguro, &c. vide *Fingo*, Transformo, &c. *Forma*, Transfrĕto, &c. *Fretum*, Transfugio, *Fuga*, Transfumo, *Fumus*, Transfunctorius, *Fungor*, Transfusio, *Fundo.*

Transgredior, transgressio, &c. vide *Gradus.*

Transjacio, transjectio, &c. vide *Iacio*, Transĭgo, *Ago*, Transilio, *Salio*, Transilvania, *Silva*, Transitio, transitus, &c. *Eo.*

Translăbor, vide *Labor*, Translatio, &c. *Fero*, Translego, *Lego*, Transluceo, translucidus, *Lux.*

Transmarīnus, vide *Mare*, Transmeabilis, *Meo*, Transmigratio, *Migro*, Transmissio, *Mitto*, Transmontanus, *Mons.*

Transnato, vide *No*, Transnomino, *Nomen*, Transnumero, *Numerus.*

Transpicio, vide *Specio*, Transportatus, *Porto*, Transpositus, *Pono.*

Transrhenanus, vide *Rhenus*, Transtiberinus, *Tiberis.*

TRANSTRA, *ōrum*, n. plur. fori, vel scamma remigum, ruderbänke. *Sunt tabulæ navium*, super quas sedent remiges, apud I est. ut, *Considere transtris*, Virg. Æneid. 3, 289. Lucan. 3, 543 *Tum cærula verrunt, Atque in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.* ¶ 2. Et tigna transversa a pariete in parietem, querbalcken, querlatten, querbäncke. Vitruv. 2, 1. conf. Idem 4, 2; & 5, 1 extr. *Immobilia transtra* vocat Plinius 34, 12. *Transtra* autem quasi *transitura.* ¶ 3. *Transtrum* sing. num. Persius 5, 146 *Tibi torta cannabe fulto Cœna sit in transtro.* Flor. epit. Liv. 89 *Ad transtrum navis obnixus corporis pondere.* v. Turneb. Adverss. 20, 1.

¶ Transtillum, *i*, n. diminut. a *Transtrum*, eine latte, kleines querholtz. vid. Philander ad Vitruv. 1, 5. Pro trabeculis usus est ipse Vitruv. 5, 12.

Transvectio, vide *Veho*, Transverbero, *Verber*, Transversus, *Verto*, Transvulto, *Salio*, Transumtio, *Sumo*, Transvo, *Suo*, Transvŏlo, *Volo*, *āre.*

TRĂPES, *ētis*, m. τράπης, & *Trapēta*, & *Trapetum*, & *Trapetus*, mola olivaria, ut Servius interpretatur, eine ölmühle. Cato R. R. c. 18 *Trapetibus locum dextra sinistra.* Et c. 22, *Trapetus emtus.* Et mox: *Orbes in trapetos parabis.* conf. c. 135. Virgilius Georg. 2, 519 *Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis*; a τρέπω, *verto.* Arnob. 2 p. 59 *Dolium, cupa, trapetum.* L. 19 § 2 Dig. Locati, *Prælum & trapetum instructa funibus.* conf. Laurenb. Antiqu. p. 468.

TRĂPĒZA, *æ*, f. τράπεζα, tabula argentariorum, ein wechseltisch, eine wechsel-banck.

¶ Trapezīta, *æ*, m. τραπεζίτης, mensarius, ein wechsler. Duplici autem ratione apud trapezitas sive mensarios poni pecunia solebat, vel custodiæ, vel fœnoris caussa. De priore modo Plauti locus accipiendus Capt. 1, 2 extr. *Ibo intro, atque intus subducam rationculam, Quantillum argenti mihi apud trapezitam sit*; conf. Idem Plaut. Pseud. 2, 4, 67; & Sidon. 5 epist. 7. Nimirum, si qua pecunia usus erat, ibant ad trapezitam, apud quem ante summam certam poluerant, & inde sumebant, detrahendam summæ. Vide Hegio dicit, *subducam rationculam.* Significat enim, rationes accepti & expensi se collaturum, ut discat inde, quid sibi reliquum sit. Sic Idem 2, 3, 89 Philocratem, quem Tyndarum servum putabat, ad trapezitam suum ducit, ut de summa apud eum posita profecturo eidem viaticum det. De altera ratione apud eumdem comicum exemplum habemus Most. 3, 1, ut vult Rævardus Var. Lect. 1, 15. Minus recte. Neque enim Danista ibi queritur, neminem apud se ponere pecuniam fœnori, unde rursus fœneret, sed neminem esse, cui ipse locet pecuniam. vide & supra in *Scribo & Perscribo.*

¶ Trapezŏphŏron, *i*, n. τραπεζοφόρον, cui mensa innititur, ein tischfuß, tischgestell; signum lacerdotis cujusdam Suidas exponit. Vritur Cicer. fam. 7, 23 *Quod tibi declinaras trapezophoron, si te delectat, habebis, &c.* v. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. 4, 14; & adde Paul. ICt. D. 33 t. 10 l. 3.

TRAPEZVS, *untis*, f. Τραπεζᾶς, Ponti Cappadocii urbs, patria Georgii Trapezuntii, magni in omnibus illustribus doctrinis hominis, qui in extrema senectute omnium & græcarum & latinarum litterarum oblitus fuisse dicitur. Tac. Hist. 3, 47, 2 *Vetustam & sitæ civitatem a Græcis in extremo Ponticæ oræ conditam* vocat. Sedes imperii fuit per ducentos & quinquaginta circiter annos, a capta per Venetos & Francos Constantinopoli. Expugnata denique a Mahumede II, & nunc sedes Turcarum satrapæ.

Trasymachus, vide supra *Thrasymachus.*

TRĂSŸMĒNVS, *i*, m. Τρασύμηνος, vel latina scriptura *Trasimenus*, lacus in agro Perusino dictus a *Trasymeno* puero, quem ad hunc lacum Agylle nympha dicitur rapuisse, & celebratus pugna Hannibalis cum Flaminio consule, quem ad eum lacum interfecit Hannibal cum 23 millibus. v. Sil. 4, 663 & 698. De dubia admodum hujus nominis scriptione v. Burm. ad Quintil. 1, 5, 54. ¶ 2. Adjective apud Ovid. Fast. 6, 765 *Sunt tibi Flaminius Trasimenaque littora testes.*

¶ Trasimēnĭcus, *a*, *um*, adjectivum; ut, *Trasimenica strages*, Sidonius carm. 9, 248.

Travio, *are*, vide infra in *Via.*

TRAVSI, *ōrum*, m. pl. Thraciæ populus, Τραυσοί, qui natos pueros ploratione, mortuos lætitia prosequebantur: Herodot. 5, 4; Solinus cap. 15.

TRĔBĀTIVS, *i*, m. jurisconsultus, Ciceroni perfamiliaris, quem admodum ejus epistolæ ostendunt. vid. Horac. 2 sat. 1, 4.

TRĒBAX, *ācis*, id est, pervicax, exercitatus, græcæ originis, quasi τρεῖβαξ, durchtrieben, schalckhafft. Sidonius 1 epist. ult. *Trebacissimus senex*, de quo ante paulo dixerat: *Homo litium temporumque varietatibus exercitatus.* Adi Sirmond. in h. l. Wowerus inde derivat *Trebacium* nomen, quem pariter vide in hanc epistolam.

¶ Trebācĭter, adverb. idem. Sidon. 9 epist. 11 *Malui factum fateri simpliciter, quam trebaciter diffiteri*, id est, callide, astute, &c.

TREBELLIVS, *i*, m. nomen Romanum. *M. Trebellii* meminit Cic. pro Quintio c. 5; & Tac. An. 6, 41, 2. ¶ 2. De *L. Trebellio* vid. Cic. Phil. 6, 4 &c. ¶ 3. De *Trebellio Maximo*, v. Tac. An. 16, 3; & Hist. 1, 60, 1; & 2, 65, 5. ¶ 4. *Trebellii Pollionis*, historici exstant nonnullæ vitæ imperatorum, quas scripsit. v. Voss Hist. Lat. 2, 6.

TRĔBIA, *æ*, f. fluvius Galliæ cisalpinæ ad Placentiam. v. Sil. 1, 47; & Lucan. 2, 46; Plin. 15, 18. ¶ 2. *Trebia*, urbs Umbriæ. Hinc ¶ Trebiātes, *um*, m. pl. populi Umbriæ, Plin. 3, 14.

TREBLA, *æ*, f. instrumentum rusticum, forte quasi *Tribla* ex *Tribulum.* Cato R. R. 135 *Treblæ albæ.*

TRĔBONIVS, *i*, m. ex conjuratoribus fuit contra Cæsarem, pœnas dedit, sicut reliqui omnes Cæsaris percussores, interfectus crudelissime a Dolabella. v. Cic. Phil. 11, 2; Vellej. 2, 69, 1; Horat. 1 sat. 4, 114. Adject. Liv. 5, 11, *Legis Triboniæ patrocinium*, & mox: *Lex Tribonia sublata*

TRĒBŬLA, *æ*, f. oppidum aut vicus in Sabinis, ubi præstantissimi fiebant casei. v. Plin. 3, 5; Martial. 5 epigr. 72; & 13 epigr. 33.

¶ Trebulānus, *a*, *um*, adject. ut, *Trebulanus ager*, Cic. Agrar. 2, 25. *Trebulani* populi, Plin. 3, 12. *Trebulana vina*, Id. 14, 6.

Trecēni, trecenti, &c. vide *Centum.*

TRĔCHĔDIPNVS, *i*, m. a τρέχω *curro* & δεῖπνον *cœna*, est parasitus, ein schmarutzer.

τρεχεδειπνον, quod huc illuc curſitaret lautiores cœnas captaturus. conf. Plutarchi Sympoſ. 8, 6.

¶ Trechedipna, n. pl. apud Iuvenalem 3, 68 ſunt veſtes cœnatoriæ ſive paraſiticæ, quas Galli *Livrée* appellant, ut vult Rutgerſ. Var. Lect. 6, 13. Turnebo Adverſ 3, 17 ſunt veſtes gymnaſticæ ſive endromides. conf. Voſſ Etym. p. 529; & Ferrar. de Re Veſt. 2, 1, 11.

Tredecim, tredecies, v. *Decem*, Tremebundus, tremefacio, &c. *Tremo.*

TRĔMO, *ui*, *ĕre*, a græco τρέμω, eſt horrere frequenti commotione, ut conſiſtere quis nequeat, zittern, beben. Ter. Eun. 1, 2, 4 *Totus, Parmeno, tremo, horreoque, poſtquam axſpexi hanc.* Sen. epiſt. 11 *Tremunt ei genua*, er zappelt. Horat. 2 ſat. 7, 57 *Tremis oſſa pavore.* Cicero *Tremere animo* dixit pro maximopere metuere ad Qu. Frat. 1, 1, 1. *Tremere toto pectore*, Idem Tuſc. 4, 22. Sen. Troad. v. 259 *Quo fortunæ altius Evexit ac levavit humanas opes, Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet, Variosque caſus tremere, &c.* ubi τὸ *Tremo* active poſuit, pro *timere*, fürchten. Et Virgilius Æneid. 8, 296 *Te ſtygii tremuere lacus.* Idem Georg. 1, 475 *Inſolitis tremuerunt motibus Alpes. Tremere*, & *Tremor* de terræ motibus uſurpantur. vid. Drakenb. ad Liv. 4, 21.

¶ Tremens, *tis*; ut, *Vox tremens*, Cicer. ad Qu. frat. 3, 2. *Trementi queſtus ore*, Horat. epod. 5, 11. *Neque iratos tremens regum aſpices, neque militum arma*, Idem 3 od. 21, 19. *Genæ trementes*, Virg. Æn. 4, 643.

¶ Tremendus, *a*, *um*, ſchrecklich, poëtis in uſu eſt; ut, *Rex tremendus*, für dem man erzittern muß, Virg. Georg. 4, 469. *Tremendus tumultus*, Horat. 1 od. 16, 11; & *Tremendi Alpes*, Id. 4 od. 14, 12.

¶ Tremebundus, *a*, *um*, zitternd; ut, *Manu tremebunda tangere*, Cic. pro Domo ſua c. 52. *Membra tremebunda*, Ovid. Met. 4, 133. *Stat tremebundus*, Sil. 10, 243. Adde Val. Flacc. 4, 180; & Catull. 64, 11. Compar. *Tremebundior* eſt Columellæ 10, 396.

¶ Tremiſco, *ĕre*, tremore concuti, erſchüttern, erbeben. Virgilius Æneid. 3, 648 *Sonitumque pedum, vocemque tremiſco.* conf. Ovid. Met. 7, 205.

¶ Tremiſcens, *tis.* Ovid. Met. 14, 214 *Omnem tremiſcens ad ſtrepitum mortemque timens.*

¶ Tremor, *ōris*, m. das zittern. Cicer. pro Flacc. c. 4 *Id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit?* Idem Tuſc. 4, 8 *Terrorem tremor & dentium crepitus conſequitur.* Virgil. Æn. 2, 121 *Gelidusque per ima cucurrit Oſſa tremor.* Ovid. Met. 14, 210 *Me tremor invaſit.* Idem Met. 15, 271 *Concuti tremoribus orbis*, von erdbeben. Florus 2, 6, *Commiſſam aciem ſecutus ingens terræ tremor.* conf. Sen. N. Qu. 6, 21. *Dum tremor eſt clarus*, ſcil. ſtellarum, das blinckern, Lucret. 6, 387.

¶ Trēmŭlus, *a*, *um*, tremens, zitternd, bebend. Ter. Eun. 2, 3, 44 *Accurrit incurvus, tremulus &c.* Et, *Tremula flamma*, Cic. de Nat. D. 2, 43. *Comata tremulus*, der da flinckert, Id. Divin. 1, 11. *Cantus tremulus*, ſcil. vetulæ, Horat. 4 od. 13, 5. *Tremula manus*, Martial. 12 epigr. 75. Et, *Equos tremulos* animoſiſſimos vocat Nemeſianus Cyneg. v. 257. *Tremulique gradu venit ægra ſenectus*, Ovid. Met. 14, 143. conf. Plinius 32, 3, & Petron. c. 100 & 134; &c. ¶ 2. *Tremulus* cognomen Q. Marcii Cos. apud Livium 9, 42 & in Faſt. Capitol. ¶ 3. In Anglia *Tremuli* vocantur, die quäcker.

¶ Tremŭle, adverb. idem. Apul. Met. 5 p. 168 *Plumulæ tenellæ ac delicatæ, tremule reſultantes, inquiete laſciviant.*

¶ Tremĕfăcio, *ēci*, *actum*, *ĕre*, tremorem incutere, ſchrecken, zitternd machen. Virg. Æneid. 6, 803 *Lernam tremefecerit arcu.* Idem 9, 106 *Tremefecit olympum.* Cicer. Div. 1, 11 *Se gravido tremefecit corpore tellus.*

¶ Tremĕfactus, *a*, *um*, erſchreckt, erzittert. Virgilius Æneid. 2, 228 *Tremefacta pectora.* Id. Æn. 2, 382 *Viſu tremefactus abibat.* Propert. 2, 9, 33 *Folia tremefacta noto.* Cicer. Off. 2, 7 *Tremefacta libertas*, alii timefacta.

¶ Tremĭpedus, *a*, *um*, zitternd mit den füſſen; ut, *Anates tremipedæ*, Varro apud Nonium 6, 65; forte rectius *remipedæ.*

Compoſita:

¶ Attrĕmo, *ui*, *ĕre*, ad vocem alicujus contremiſcere, erzittern. Statius Theb. 8, 81 *Attremit oranti.*

¶ Circumtremo, *ĕre*, rings herum erzittern, erſchüttern. Lucret. 1, 1087 *Atque ideo totum circumtremĕre æthera ſignis.*

¶ Contremo, *ĕre*, erzittern, erſchrecken; ut, *Cœlum tonitru contremit*, Cic. de Orat. 3, 39. Et de Divin. 1, 28 *Timore perterritus contremuit*, quod tamen a contremiſcere eſſe poteſt.

¶ Contremiſco, *ĕre*, idem. Cicero de Orat. 1, 26 *In principiis dicendi tota mente atque omnibus artubus contremiſco.* Et Cæcina Cic. fam. 6, 7 *Cum vero ad ipſius Cæſaris nomen veni, toto corpore contremiſco.* Cum accuſativo Sen. epiſt. 65 fin. *Non contremiſcamus injurias, non vulnera, non egeſtatem.* Horat. 2 od. 12, 8 *Unde periculum fulgens contremuit domus Saturni veteris.*

¶ Contremiſcendus, *a*, *um*, paſſive, erſchrecklich. Sidon. 9 epiſt. 11 *Quam mihi rigor diſciplinæ tuæ, in litteris æque ut moribus, ſit ambitu jam contremiſcendus.*

¶ Contremŭlus, *a*, *um*, zappelnd. Varro apud Nonium 4, 218 *Tum contremula aquilenta apud alta litora.* conf. Turneb. Adverſ. 29, 28.

¶ Extrĕmiſco, *ĕre*, erbeben, quidam Minucio c. 28 n. 4 tribuunt; ut Balduinus, Wowerus: at Rigaltius ex MSS. *contremiſcunt.* At Sedul. 4, 286 *Extremuit letale chaos.*

¶ Intrĕmo, *ĕre*, idem quod *contremere.* Celſus 3 c. 3 *Totum corpus intremit.* Silius 16, 664 tranſitive: *Hannibalem ecce ſenectus Intremit, aut ægros ſimulat mentita timores.*

¶ Intremiſco, *ĕre*, idem quod *contremiſcere*: ut, *Terra intremiſcit*, Plin. 2, 79, die erde erbebet. Adde Obſequ. c. 131. Ovid. Met. 2, 180 *Paluit, & ſubito genua intremuere timore.*

¶ Intrēmŭlus, *a*, *um*, zitternd. Auſonius Epitaph. Heroum 34, 4 *Intremulam baculo non ſubeunte manum.*

¶ Pertremiſco, *ĕre*, totum contremiſcere, durch und durch zittern, cujus tamen exempla non ſunt in promtu.

TRĔPĬDUS, *a*, *um*, pavidus, tremens, dubius, παρίφοβος, furchtſam, zitternd für furcht, erſchrocken. Feſtus derivat a τρέπω *vertit*, quia turbatione mens vertitur. Livius 2, 24 *Curia mœſta ac trepida ancipiti metu.* Idem 1, 27 *Tullius in re trepida duodecim vovit Salios*; id eſt, in dubia & proinde timorem incutiente. Ita ſæpe plur. *Res trepidæ*, v. Drakenb. ad Silium 7, 1. *Trepidæ litteræ*, periculum nuntiantes, apud Curt. 7, 1, 36. Et cum genitivo, *Trepidi ſuarum rerum*, id eſt, incerti, Liv. 5, 11 & 36, 31. Et Virg. Æn. 12, 589 *Illæ intus trepidæ rerum diſcurrunt.*

¶ Trepidŭlus, *a*, *um*, diminutivum, ſchüchtern. Plaut. Perſ. 4, 2, 3 *Trepidula, ut graphice docet.* Et Gell. 2, 29 *Pulli trepiduli.*

¶ Trepĭde, adverb. celeriter, & quaſi per metum, für angſt; ut, *Stativa trepide deſerta fuerant*, Liv. 22, 31.

¶ Trĕpĭdo, *avi*, *atum*, *are*, metu & trepidatione concuti, in furcht ſtehen, zittern, zappeln. Ter. Eun. 5, 6, 8 *Quid eſt, quod trepidas?* Cicer. de Orat. 3, 42 ex poëta quopiam: *At Romanus homo tamen, et ſi res bene geſta eſt, Corde ſuo trepidat.* Lucret. 3, 1090 *In dubiis trepidare periclis.* Ibidem v. 598 *Vbi jam trepidatur.* ¶ 2. Significat & feſtinare, properare, eilen. Nonius 1, 7 TREPIDARE *non ſolum metuere, ſed & properare ſignificat.* vid. Gronov. ad Livium 27, 1. Ita Ter. Hec. 3, 1, 35 *Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſus.* Virgilius Æneid. 4, 121 *Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt*: id eſt, feſtinant. Quamquam alii aliter interpretantur. Livius 44, 39 *Repente trepidare in acie inſtruenda.* Horat. 3 od. 23, 17 *Sed vides, quanto trepidet tumultu Pronus Orion?* id eſt, properet, feſtinet, ut Vet. Scholiaſtes exponit. Idem Horat. 1 epiſt. 10, 30 *Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, Quam quæ per pronum trepidat cum murmure rivum*: i. e. ſubſultim decurrit. Quoties *trepidare* & *properare* dicantur aquæ, infinitum eſt. vid. Burm. ad Rutil. itin. 1, 280 *Lætitia trepidare*, Arnob. 7 p. 213; vid. ibi Heraldus.

¶ Trepĭdans, *tis.* Curt. 7, 11, 26 *Trepidantes reliquerat.* Catull. 64, 29 *Linguis trepidantibus ululare.* conf. ibid. v. 44; & Tac. Hiſt. 3, 58, 5; Hirt. B. Alex. c. 31; Livius 23, 7.

¶ Trepidanter, adverb. furchtſam, mit zittern; ut, *Trepidanter effatus*, Suet. Ner. c. 49. Compar. Cæſ. B. C. 1, 19 *Omnia trepidantius timidiusque agere.*

¶ Trepidatio, *ōnis*, f. die furcht, bangigkeit; ut, *Injicere trepidationem*, Livius 2, 53. *Facere trepidationem*, Idem 3, 3. *Trepidatio conſcientiæ indicium eſt*, Curt. 7, 1, 9. conf. 4, 10, 25; &c. Et Cic. pro Dejot. c. 7; Sen. de Ira 3, 10; & epiſt. 71; Tac. An. 15, 16, 3; & Hiſt. 2, 22, 4.

¶ Trepidārius, *i*, m. ein paßgänger. Veget. de Art. Veter. 2, 56 *Equi, quos vulgo trepidarios, militari verbo guttonarios vocant.* Sunt autem a *trepidando* vel *trepudiando* ita dicti; unde & *Trepidus*, vid. Salmaſ. ad Capitol. in Maxim. p. 246.

Compoſita:

¶ Attrĕpĭdo, *are*, id eſt, ſenili gradu accedere, langſam gehen, einher zotteln. Plaut. Pœn. 3, 1, 41 *Attrepidate ſaltem; nam vos approperare haud poſtulo.*

¶ Circumtrepido, *are*, herum zappeln. Phædr. 4, 5, 3 *Artos circumtrepidare cavos.* Poteſt etiam diviſim legi.

¶ Contrepidanter, adv. mit furcht insgeſammt, Tertullianus.

¶ Intrĕpĭdus, *a*, *um*, impavidus, unerſchrocken; ut, *Vultus intrepidus*, Ovid. Met. 13, 478. Et Plinius in præfat. *Hæc quis poſſet intrepidus æſtimare, &c.* ohne furcht.

¶ Intrepide, adverb. audaciter, kühnlich. Livius 26, 4 *Poſtquam adſuetudine quotidiana ſatis intrepide viſum eſt fieri.* Apul. Flor. p. 365 Elmenh. *Cum hominibus ſecure & intrepide fabulari.* Auſon. præf. 3 *Ipſe eſt, intrepide volate verſus.*

¶ Intrepidanter, aliud adverb. idem; ut, *Feſtine & intrepidanter aſcendere*, Nonius 12, 44.

¶ Pertrepĭdus, *a*, *um*, ſehr furchtſam, zaghaft. Capitol. in Maxim. & Balb. c. 1 *Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ concurrit.*

¶ Prætrĕpĭdus, *a*, *um*, ſehr furchtſam; ut, *Lætari prætrepidum cor*, Perſius 2, 54. Et Suet. Tib. c. 63 *Non modo invifus ac deteſtabilis, ſed prætrepidus quoque atque etiam obnoxius vixit.*

¶ Prætrepidans, *tis*, valde trepidans, idem. Catullus carm. 47 de adventu veris v. 7 *Iam mens prætrepidans avet vagari.* Et Paulinus Petrocor. 6, 492 *Ignis prætrepidans.*

¶ Semitrepĭdus, *a*, *um*, halb erſchrocken. Apulej. Met. 7 p. 191 *Semitrepidus juxta mucrones Martios conſtitutus.*

TRES, & n. *tria*, τρεῖς, τρία, nomen numerale, drey; ut, *Tres convivæ*, Horat. 2 epiſt. 2, 61. *Tria millia*, Idem 1 ſat. 5, 25. *Trium litterarum homo*, Plaut. Aul. 2, 4 exrr i. e. FVR. Sic, *Tria ſalubertimæ. Tribus verbis*, id eſt, breviter, Plaut. Mil. 4, 2, 29. *Pax! tribus te verbis volo*, Id. Trin. 4, 2, 121. it. Cic. fam. 9, 19.

¶ Tris pro *Tres* apud antiquos legitur; e. g. Virg. Æn. 1, 112.

¶ Ter, adverb. dreymahl; ut, *O terque quaterque beati*, Virg. Æn. 1, 94. *Ter & vicies*, drey und zwantzig mahl, Plin. 7, 28. *Ter decies*, Cenſorin. c. 18. *Ter in anno*, Cic. pro S. Roſcio c. 46.

¶ Ternārius, *a*, *um*, dreyfach, dreymahlig; ut, *Numerus ternarius*, die dritte zahl, Colum. 11, 2. *Ternariæ junctiuræ*, Sidon. 4, 3. *Ternarii ſcrobes*, Colum. 11, 2.

¶ Ternio, *ōnis*, f. ein drittheil, gedrittes. Gell. 1, 20 *Qui numerus ternio græce dicitur* τριάς. Mart. Capella lib. 7 p. 250 *Multiplicationis ratio eſt ſenioni ad ternionem, &c.*

¶ Terni, *æ*, *a*, je drey. Cicero fam. 9, 22 *Quum loquimur terni, aut quum bini.* Plinius 18, 26 *Terni deni*, dreyßig. Horat. 3 od. 19, 14 *Ter terni cyathi.* Id. 2 ſat. 4, 76 *Terna millia.* Virgil. Æneid. 5, 120 *Terno conſurgunt ordine remi.* conf. Colum. 5, 10.

¶ Tertius, *a*, *um*, der dritte; ut, *Tertius*, vel *Tertia dies*: *Tertio quoque die*, je den dritten tages, Cic. Tuſc. 2, 10. Id. fam. 5, 2 *Tertio quoque verbo orationis ſuæ me appellabat*, i. e. ſæpiſſime. Iuvenalis 2, 40

Tertius

Tertius e cœlo cecidit Cato. Virgilius Æneid. 1, 269 *Tertia regnantem vidit æstas*, er hat drey jahr regiert. Colum. 5, 1 *Partes duæ tertiæ*, zwey drittel. Et absolute Id. 12, 20 *Ad tertias decoctum.* Et mox: *Cum ad tertias sufederis coctura* ¶ 3. *Tertius decimus*, der dreyzehende, qui & *Decimus tertius* dicitur; ut, *Mense tertio decimo*, Colum. 6, 36. Sic & *Tertia decuma legio*, Tac. An. 1, 37, 4. conf. Cels. 3, 4. ¶ 3. *Tertia, Quarta, &c.* nomina muliebria, non semper ab nascendi ordine ducta, ut observat Perizon. Animadv. c. 3 p. 110.

¶ Tertium, adverb. drittens, zum dritten mahl; ut, *Tertium Consul*, Livius 3, 22. Cicero Divin. 2, 59 *Sæpe jactans, jactum Veneriam jecit aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium.* Cato ap. Charis. 2 p. 196 *Veniant iterum atque tertium tumultuosius.*

¶ Tertio, adv. idem. Cicer. pro Dejot. c. 5 *Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.* Ter. Eun. 3, 3, 24 *Non hercle veniam tertio.*

¶ Tertianus, *a, um*, zur dritten zahl oder classe gehörig; ut, *Tertiana febris*, tertio quoque die recurrens, Cicer. de N. D. 3, 10; quæ & *Tertiana* absolute dicitur Plinio 20, 20; & 32, 10; Petronius c. 17 seqq. Absolute *Tertiani*, id est, milites tertiæ cohortis, Tacitus An. 13, 38. 5.

¶ Tertiārius, *a, um*, idem; ut, *Plumbum tertiarium*, von der dritten probe, in quo duæ nigri portiones sunt, & tertia albi, Plin. 34, 17. Gloss. gr. lat. ἐφεψος, *tertiarius*, qui tertiam partem recipit. conf. Petron. c. 45. Et, *Tertiarium*, ponderis genus, ein drittheil eines gewichts; ut, *quartarium*, apud Catonem c. 95. *Tertiarium*, apud Vitruv. 3, 1; & 4, 7 explicat Baldus in Lex. p. 125.

¶ Tertio, *are*, est tertium repetere, dreymal wiederholen; item, agrum tertio arare, zur saat pflügen. Colum. 2, 4 *Iugerum tertiatur dodrante.* Arationes enim sunt, *Proscissio, Iteratio, Tertiatio.* Adde Colum. 11, 2; & Pallad. Sept. t. 1.

¶ Tertiātus, *a, um*, dreymal übergangen, oder wiederholt. Colum. 2, 13 *Iteratus esse & deinde tertiatos oportet.* Apul. Met. 5 p. 166 *Semihiante voce tertiata verba substrepere*, i. e. terrepetita & imperfecta.

¶ Tertiato, adv. zum dritten mahl. Servius: *Tertiato & quartato verba dicere præ metu.* Laudatur & in fragm. Catonis ex Charisii l. 2.

¶ Tertiātio, *ōnis*, f. die dritte wiederholung; ut tertia aratio. Sic & de aliarum rerum tertia repetitione, ut de olivæ pressura: Colum. 12, 50 *Non miscere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima pressura, &c.*

¶ Terticeps vel Terticepsos, i. e. tria capita habens, dreyköpficht. v. Varro L. L. 4, 8, & supra *Bicepsos* in *Caput*.

¶ Triārii, *ōrum*, m. pl. milites veterani, qui in tertio ordine post aciem constituebantur, ut duobus ante se ordinibus parum prospere pugnantibus succurrerent, alte versuchte soldaten, der hinterhalt. Inde, *rem ad triarios rediisse*, cum laboratur, proverbio increbuit. vide Livium 8, 8. Plaut. Fragm. Trivol. v. 6; Sen. de Tranqu. c. 3; Veget. 3, 14.

¶ Trīginta, indecl. dreyßig; ut, *Triginta judices*, Cicero pro Cluent. c. 27. *Triginta octo*, acht und dreyßig, pro quo Vossius mavult *duo de quadraginta*: invenitur apud Plin. 4, 12. v. Borrich. Cogit. p. 255.

¶ Trīgēsĭmus, & Triceſimus, *a, um*, dreyßig; ut, *Tertius & trigesimus annus*, Cic. de Senect. c. 6. *Trigesimo & altero die*, Vitruv. 9, 4. *Liber triceſimus octavus, triceſimus nonus*, Gell. 13, 10. *Hodie triceſima sabbata*, Horat. 1 sat. 9, 69. conf. Sen. ad Helv. c. 2.

¶ Trīcies, adverb. dreyßig mahl. Cicero in Verrem 1, 38 *Dolabellæ HS. ad tricies litem esse æstimatam.* Liv. 28, 9 *Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris.* conf. Plinius 2, 108.

¶ Tricēni, *æ, a*, je dreyßig; ut, *Latent circa canis ortum tricenis diebus*, id est, triginta, Plin. 9, 3. conf. Id. 9, 3; & 36, 1; Colum. 2, 15; Martial. 1 epigr. 127; Horat. 2 od. 14, 5; Varro R. R 2, 8.

¶ Tricēnārius, *a, um*, trigesimus, dreyßig: ut, *Tricenariæ vites*, Varro R. R. 1, 2, quod jugerum tricenas amphoras reddat. ¶ 2. Deinde notat eum, qui est XXX annorum, dreyßig jährig; Arnob. 2 p. 58 *Quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius?* Adde Vitruv. 8, 7; Pallad. Aug. t. 12. ¶ 3. Qui triginta militibus præest: Reines. Inscr. 8, 39. PRÆF. TRICENARII.

Tricennium & Tricennalia, vide supra *Annus*.

¶ Triceſimani, qui in legione trigesima ap. Ammian. 18, 9.

¶ Triceſimārius, *a, um*, triceſimo die factus, auf den dreyßigsten tag gehörig; ut, *Triceſimaria purgatio*, Sext. Placit. c. 12.

¶ Triens, *tis*, m. quatuor unciæ, & nummus valens tertiam partem assis, denique phiala seu haustus quatuor cyathorum, das dritte theil eines dinges. vide *As* & *Cyathus*. Pers. sat. 3, 100 *Calidumque trientem Excutit e manibus.* conf. Horat. Art. poët. v. 328. Aut ad Herenn. c. 12 *Lex frumentaria de semissibus & trientibus.* Adde Cicer. Att. 7, 8; Plin. 34, 13: Colum. 5, 1. Vitruvius 10, 6 pro *trientali* sæpe ponit.

¶ Trientālis, *e*, vier daumen dick; ut, *Trientalis materia*, Vitruvius 10, 6 pr. In mensuris enim uncia pollicem significat. Hinc *folia trientalia*, quæ amplitudine quatuor pollices æquant, Plinio dicuntur 27, 5. ¶ 2. *Trientalis aspectus*, vide supra *Quadrantalis* in *Quatuor*.

¶ Trientārius, *a, um*; ut, *Trientarium fœnus*, id est, usuræ trientes, cum pro centum quaterna annua tantum penduntur, vier von hundert, Capitol. de Antonino Pio c. 2; & Lamprid. de Alex. Severo c. 21.

¶ Trīmus, *a, um*, trium annorum, dreyjährig; ut, *Arbor trima*, Plin. 17, 11. *Oportet inire bimas*, (boves) *ut trimæ pariant*, Varro R. R. 2, 5. conf. Plaut. Rud. 3, 4, 38; Pallad. Febr. t. 25; Horat. 3 od. 21, 9; & 2 sat. 3, 251.

¶ Trimŭlus, *a, um*, diminut. idem. Suet. Ner. c. 6 *Trimulus patrem amisit.*

¶ Trimātus, *ūs*, m. subst. ætas trium annorum, das dreyjährige alter; ut, *Trimatum excedere*, Colum. 8, 5. *Partus* (asinarum) *a trimatu legitimus*, Plin. 8, 43. conf. Id. 17, 10; 21, 11; & 27, 9.

¶ Trīnus, *a, um*, dreyfaltig. Vide de hoc Vallam 3, 5, qui & singulari & plurali numero non adeo frequens inveniri censuit. Cæs. B. G. 7, 46 *Milites munitionem trangressi trinis castris potiuntur*, drey feldlager. Et, *Reddere trinas* (*litteras*,) pro ternas, Cicer. Att. 11, 17. conf. Varr. R. R. 1, 1 & 22; Suet. Ner. c. 56; & Plinius 2, 31. Porro, quod vulgo jactatur, *Omne trinum perfectum esse*, ex musicis sumtum est, in quibus *numerus ternarius* nota modi est perfecti, ut *binarius* imperfecti.

¶ Trinĭtas, *ātis*, f. græce Trias, *ădis*, f. τριας, apud Patres & Theologos, die dreyfaltigkeit. v. g. Augustin. de vera Relig. c. 18 *Deus incommutabilis Trinitas.* conf. Tertull. de Præscript. c. 8; adv. Valent. c. 17; adv. Prax. c. 3. Et Iustin. Cod. 1 t. 1 l. 1.

¶ Triplaris, *e*, dreymahlig; ut, *Alternatio triplaris*, Macrob. in Somn. Scip. 1, 6. Et, *Numerus triplaris*, ibid. 1, 19; & 2, 1.

¶ Triplārius, *a, um*, idem; ut, *Triplasia ratio*, Martian. Capella 9, 322.

¶ Triplex, *icis*, dreyfach, dreyfachtig. Horat. 1 od. 3, 9 *Illi robur & æs triplex Circa pectus erat, qui fragilem truci Commisit pelago ratem &c.* Sic, *Triplex ratio philosophandi*, Cicero Acad. 1, 5. *Triplex anima*, Idem Tusc. 1, 10. *Triplices Deæ*, i. e. Parcæ, Ovid. Met. 2, 654. ¶ 2. *Triplices* etiam sunt tabellæ trium paginarum. vid. Cic. Att. 13, 8 pr. Martial. 7 ep. 82; & 14 ep. 6.

¶ Triplĭciter, adverb. idem. Aut. ad Herenn. 4, 42 *Eandem rem commutabimus tripliciter.* Mart. Capella 3 p. 54 *L littera tripliciter sonat.*

¶ Triplus, *a, um*, idem. Cicer de Vniverſ. c. 7. *Dupla & tripla intervalla explere.* At, *Proportio musicalis tripla*, ein trippel.

¶ Triplico, *are*, triplicem efficere, dreyfach machen. Macrob. in Somn. Sc. 1, 20 *Triplicabis septem & faciunt viginti unum.* Manil. 3, 587 *Triplicabit aquarius annos quatuor.* Gell. 1, 20 *Idem ipse numerus triplicatur.*

¶ Triplicatus, *a, um*, dreymahl so groß. Plinius 7, 48 *Triplicatum corvis ævum.* Sic, *Vox triplicata*, Sidon. 2 epist. 2. Et, *Trias triplicata novem numeros facit*, Mart. Capella 2 p. 26.

¶ Triplicatio, *ōnis*, f. die dreyfache wiederholung. Firmicus 2, 26 *Nulla vel duplicatio, vel triplicatione.* conf. Cajus in l. *conflicto* Dig. de curat. furios & Iulian. Dig. 27 t. 10 l. 7 § 1. Sic, *Numeri triplicatio*, Mart. Capella 2 p. 25 conf. Id. 7 p. 259

¶ Triplicābilis, *e*, dreyfach. Sedulius lib. 1 sub finem de Trinitate:

Quod simplex, triplicet, quodque est triplicabile, simplet.

I. Compolita varia cum nominibus; ut,

¶ Triplicarius, *i*, m. qui triplum stipendium accipiebat. v. Murat. Inscr. p. 690.

Tercentum, &c. vide in *Centum*, Terdecies, terdeni, *Decem*, Tergemĭnus, *Geminus*, Teruncius, *Uncia*. Porro

Trecēni, trecenti, &c. vide in *Centum*, Tredecies, tredecim, *Decem*, Trĕdis, *As*, Tresviri, *Vir*. Sed, *Tresviri*, &c. vide mox suo loco.

Triangulus, &c. vide *Angulus*, Trecennalia, *Annus*, Tricentēni, tricenties, *Centum*, Triceps, *Caput*, Triclinium, *Lectus*, Triclinium, &c. *Clinice*, Tricornis, *Cornu*, Tricorpor, *Corpus*, Triculpis, *Cuspis*, Tridens, &c. *Dens*, Triduum, *Dies*, Triennis, triennium, *Annus*, Trifarium, *Fari*, Trifax, *Fax*, Trifer, *Fero*, Trifidus, *Findo*, Trifolium, *Folium*, Trifurcus, *Furca*, Triga, trigarius, *Iugum*, Trigeminus, *Geminus*, Trihorium, *Hora*, Trilibris, *Libra*, Trilix, *Licium*, Trimestris, trimestralis, trimestris, *Mensis*, Trimerum, *Metrum*, Trimodium, *Modius*, Trinepos, *Nepos*, Trinoctium, *Nox*, Trinŏdis, *Nodus*, Trinundinum, *Nundinæ*, Triobolus, *Obolus*, Triparcus, *Parcus*, Tripartitus, *Pars*, Tripatinum, *Patina*, Tripectorius, *Pectus*, Tripedalis, &c. tripes, *Pes*, Triphallus, *Phallus*, Tripolium, *Polion*, Triporcentum, *Tondo*, Triquetrus, *Quatuor*, Trinēmis, *Remus*, Trischœnus, *Schœnus*, Trischurrium, *Scurra*, Trisulcus, *Sulcus*, Trităvus, *Avus*, Trivium, &c. *Via*, Triumvir, *Vir*, Triunx, *Uncia*, Sed

Tribáchus, Triēris, Trietēris, Triglyphus, Trimacrus, Triorches, Tripēdis, Tripus, Trismegistus, & alia græca, vide suis locis.

II. Compolita ab initio cum præposit. & aliis numeralibus:

¶ Attertiatus, *a, um*, bis aufs drittel herunter; ut, *Lixivium attertiatum*, i. e. ad tertias usque decoctum, Plin. Valer. 1, 29.

¶ Conterno, *are*, ut combinare, mit einander bringen. Hyginus de Limit. p. 191 edit. Goes. *Si permissum erit, ut inter convenientes conternentur, conternati sortiri debebunt.*

¶ Conternans, *tis*, tertium annum complens, dreyjährig; ut, *Vitula conternans*, Vulg. Interpr. Esaiæ c. 15, 5.

¶ Conternātio, *ōnis*, f. ternorum comparatio, die zusammensetzung dreyer dinge; ut, *Conternationes factæ*; *Conternationum sortitio, &c.* apud Hyginum de Limit. const. p. 191.

¶ Duodetriginta, acht und zwantzig. Varro R. R. 1, 1 *Libri duodetriginta.* Livius 28, 18 *Duodetriginta oppida.* Suet. Aug. c. 46 *Duodetriginta coloniarum numerus* Et Ausonius in Eclogario, quoteni dies sint mensium singulorum: *Vnus erit tantum duodetriginta dierum.*

¶ Duodetrigesimus, *a, um*, der acht und zwantzigste. Varro apud Gell. 3, 10 *Duodetricesimo* (die) *luna, ex quo vestigio profecta est, eodem redit.*

¶ Duodetricies, adverb. acht und zwantzig mahl, Cic in Verr. 3, 70.

¶ Undetriginta, neun und zwantzig. Vitruv. 9, 4 *Mensibus undetriginta & amplius.*

¶ Undetrigesimus, *a, um*, der neun und zwantzigste. Liv. 25, 36 *Cn. Scipio undetrigesimo die post fratris mortem est interfectus.*

¶ Undetricēni, *æ, a*, je neun und zwantzig. Macrob. Sat. 1, 13 *Ianuarius, Aprilis, Ianius, Sextilis, September, October, November, December undetricenis consebantur diebus.*

¶ Sesquitertius, *a, um*, in ternario numero cum dimidio, viertehalb. Cicero de Vniv. c. 7 *Sesquitertia intervalla.* vid. *Sesquioctavus* in *Octo*.

Sestertius, vide supra suo loco in *S.*

¶ Subtertius, *a, um,* unter drey, Et

¶ Supertertius, *a, um,* über drey. Vitruv. 9, 4 *Supertertii quatuor ad tria &c.* ein drittheil mehr. *Subtertii tria ad quatuor, sex ad octo,* ein drittheil weniger.

Tressis, Tresviri, vide *As, Vir.*

TRĒVĪRI, vel Treveri, *ōrum,* m. pl. Galliæ Belgicæ populi in confinibus Germaniæ, quorum urbem *Augustam Trevirorum & Treverim* vocant, die ſtadt Trier. vid. Auſon. de Clar. Vrb. 4. locum elegantem Ciceronis vide in *Tresviri* ex *Vir.*

¶ Trevir, *i,* m. qui ibi natus. Lucanus 1, 441 *Tu quoque lætatus converti prælia Trevir.*

¶ Trevericus, *a, um,* adject. Plin. 18, 20 extr. *Trevérico agro compertum.* Paulinus Petrocor. 5, 711 *Treverica urbs.*

Triangularis, triangulus, vide *Angulus,* Triarii, *Tres.*

TRIAS, *ădis,* f. ternarius numerus, gedrittes, gedritte zahl. Gell. 1, 20 *Numerus ternio, qui græce dicitur τριάς.* Mart. Capella 2 pag. 26 *Trias triplicata novem numeros facit.* Id. 7 p. 239 *Trias princeps imparium numerus perfectusque censendus.*

¶ Triacontas, *ădis,* f. tricenarius numerus, was dreyßig hält. Tertull. de Præscript. c. 49 *Ex illa triacontade fuisse.*

Tribacca, vide *Bacca,* Tribaciter, *Tribaciter* in *Trebax.*

TRĪBĀS, *ădis,* f. i. e fricatrix; plur. *Tribădes, τριβάδες, παρὰ τὸ τρίβειν,* a *fricando,* (unde & Tertullianus *Fictrices* vocavit,) dicebantur mulieres, quæ in sexum suum furentes nefaria libidine se polluebant Quæ impuritate Lesbiæ maxime laborarunt. v. Lucian. in Meretriciis Dial. 5. Phædrus 4, 14, 1 *Rogavit alter Tribades & molles mares, Quæ ratio procreasset &c.* Quæ in sequiore sexu *Tribades,* i. i. in sexu masculo *molles* appellati, de quo suo loco. De utrisque S. Paulus ad Rom. c 1, 26 & sq. v. Martial. 7 epigr. 6 & 7; Sen. Controv. 2 in fine; Et Cel. Aurel Tard. 4, 9, 132.

TRĪBOCI, vel TRIBOCCI, *ōrum,* m. pl. populi Germaniæ superioris ad Rhenum, nunc *Alsatii* dicti, die Elſaſſer. v. Plin. 4, 17; & Tac. de Germ. 28, 7. Vnde *Augusta Triboccorum,* Straßburg.

TRĪBON, *ōnis,* m. *τρίβων,* pallium tritum, ein bettlers-rock, alter lumpen. Auſon. epigr. 53, 1 *Pera polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex.*

¶ Tribōnium, *i,* n. *Τριβώνιον,* idem: vid. Festus in *Adtritum;* & Ferrarius P. 2 Rei Vest. p. 173.

TRIBRACHVS, *i,* m. *τρίβραχυς,* pes ex tribus syllabis brevibus; ut, *Légere, dominus, &c.*

Tribuarius, vide paullo post *Tribus.*

TRĪBŬLA, *æ,* f. & Tribulum, *i,* n. a *terendo* dictum, erat vehiculum e tabulâ, lapidibus aut ferro asperata, quo frumenta in area a bobus junctis dacto, terebantur, ein dreſch-wagen. Qua in opera rustici nostri flagellis hodie utuntur, flegel. Virg. Georg. 1, 164 *Tribulaque trahæque &c.* vide *Traha.* v. Lud. Vives in August. de Civ. Dei 1, 8. Sic, *Pulsibus tribularum,* Colum. 1, 6. De *Tribulo* v. Varr R. R. 1, 52 & ap. Nonium 3, 249.

¶ Tribŭlo, *avi, ātum, are,* proprie est tribulis tundere & comminuere, ſtampfen, unmüſſen, klopfen, dreſchen, ausdreſchen. Cato R. R. c. 23 *Permisceto crebro, tribulatoque quotidie.* ¶ 2. Per metaphoram ecclesiasticis scriptoribus est affligere, seu angustiis afficere, plagen, quälen, ängſtigen. Tertull. adv. Gnost. c. 13 *Qui in omnibus tribulemur, sed non coangustemur.* conf. Ol. Borrich. Cogit. p. 254; & Andr. Borrich. Vind. p. 231.

¶ Tribŭlātus, *a, um,* gedroſchen; item, gequält. Pallad. R. R. 1 tit. 43 *Falciculæ brevissimæ tribulatæ,* id est, ictibus mallei in acumen deductæ, gedängelt. Paulinus Iambo ad Cytherium v. 621 *Et tribulata cærne victrix castitas Consumat igne carnium.*

¶ Tribulātio, *ōnis,* f. i. e. ærumna, afflictio, die trübſal, ängſtigung. Tertull. adv. Iud. c. 1. *In die tribulationis.* Firmicus de Prof. Relig. p. 48 *Oblivisceris inopiam nostram & tribulationem.* Ita sæpe Vulg. Interpr. v. Rom. 5, 3. conf. Lactant. 4, 19; & Salvian. de Gub. Dei 3 p. 44.

¶ Tribulārium, *i,* n. locus triturae, apud Columellam.

¶ Attribulatus, *a, um,* ausgedroſchen, ausgeklopfft. Macer 4, 6 *Follicules bene tritus & attribulatus.*

¶ Contribulo, *are,* zerſchmettern, zermalmen. Vulg. Interpr. Sirac. c. 35, 22 *Vt contribulet dorsum ipsorum.*

¶ Contribulātus, *a, um,* gedrungliret, geknirſcht; ut, *Cor contribulatum hostia est Dei,* Tertull. adv. Iud. c. 5, *Lacus contribulatos coperunt habere,* id. ibid. c. 13.

¶ Contribulātio, *ōnis,* f. die bedrängſtigung. Tertull. l. c. c. 13 *Vos contribulatione spiritus uludabitis.*

Tribŭlis, vide *Tribus,* Tribŭlo, tribulum, *Tribula.*

TRĪBŬLUS, *i,* m. *τρίβολος,* ſpinæ genus a femine triangulari, ut videtur, dictum, weg-diſtel; ut, *Asperior tribulis,* Ovid. Met 13, 804. conf. ibid. 5, 484; & Plin. 18, 27. *Terrestris* est *tribulus* & *aquaticus,* qui nucleos profert aculeatos, waſſer-nüſſe Virg. Georg. 1, 153 *Lappæque tribulique intercque nitentia culta Infelix lolium &c.* conf. Tertull. de Corona mil. c. 14: Plin. 22, 10; Colum. 7, 3; Veget. 3, 24; Dioſc. 4, 15.

¶ Tribulosus, *a, um,* asper, ſpinosus, rauh, heckricht. Sidon. 1 epist. 7 *Dissimulatio tribulosissima.* Id. 3 epist. 2 *Viarum voragines tribulosæ.* Et 4 epist. 3 *Opus per hamata syllogismorum puncta tribulosum.*

TRĪBŪNAL, *ālis,* n. sedes excelsa & magnifica, quam primus in foro ad judicandum constituit Romulus, ut Dionysius auctor est Antiquit 2, 30, der richterſtuhl. Fuit forma arcuata, sive hemicycli; ut ex Vitruv. 5, 1 constare potest. Vnde & extremitates ejus sive *primores partes,* ut Suetonius appellat Tib. c. 30, *cornua* vocabantur. Tac. An 1, 75, 1 *Iudiciis assidebat in cornu tribunalis, ne prætorem cuiquam depelleret.* Cic. fam. 3, 8 *Agere pro tribunali.* Et, *Prætor de sella & tribunali pronunciat,* Id in Verr. 2, 38. *Complere tribunal,* Id. de Clar. Orat. c. 84. *Locus superior* vocatur apud Cic. fam. 3, 8. v. supra *Aspera: Alta sedes,* Sen. Herc. fur. v. 731. ¶ 2. Sed & in castris erat *Tribunal,* quod conscendebat imperator jus dicturus, aut allocuturus milites, antiquitus de cespite exstructum, de quo Lipsius ad Tac. 1 An. p. 42, & ante eum Turneb. Adverſ. 12, 7, Tribunalia quæ nobiliora Athenis, quæque ignobiliora fuerint, recenset Voſſ. Inſt. Orat. p. 114. ¶ 3. *Tribunale* legitur in Tertull. adv. Marc. 4, 7 *Ante tribunale &c.*

TRĪBŪNVS, *i,* m. plur. *Tribuni,* zunftmeiſter, quod præpositi iis essent, dicti & instituti primum a Romulo, dein a Servio Tullio fuerunt, quorum prior & civium Romanorum corpus in tres partes, *Tribus* ex re appellatas, descripsit, ut Dionysius Halicarn. auctor est Antiquit. 2, 7, quem & Antiquit. 4, 18 vide. Late postea patuit nomen. ¶ 2. Nam *Tribuni plebis* dicebantur, quorum judicio, quæ & senatus decreviſſet, subjiciebantur; quales in Germaniæ quibusdam urbibus sunt, zunft- oder viertelsmeiſter. Erant enim magistri plebis, penes quos summa res erat, & quidam veluti custodes libertatis & sacrosancti quidem; nec poterat sine eorum auctoritate senatusconsultum fieri. Nam si interveniſſent tribuni, non poterat *SCtum* appellari, quod decreviſſet senatus cum consulibus, sed tantum *Auctoritas* dicebatur, de quo vide suo loco. Creati primum, cum plebs in montem sacrum secesſiſſet. v. Dionys. Halicarn. & Liv. lib. 3, & Flor. 1, 23. Conversa republica, omnis tribunorum vis in principes fuit translata, usurpato etiam *tribunitiæ potestatis* nomine, de quo deinde. ¶ 3. *Tribuni militum consulari potestate* creati primum fuerunt, cum orta inter plebem patresque certamina fuiſſent de communicando consulari honore. Cœpit is magistratus statim post urbem a Gallis liberatam, sed brevi post exspiravit. Vnde Tacitus, cum initio Annalium reipublicæ Romanæ status atque mutationem exponit, *neque tribunorum,* inquit, *militum consulare jus diu valuit.* Vide Liv. 4, 6 & 7; qui etiam 4, 16 docet, cum jam sex creare liceret, plebem tribus, iisque patriciis omnibus contentam fuisse. Add. 4, 44, 54 & 55; it. 5, 1 & 2. Tandem quod 5, 12 dicitur, unus ex plebe *Tribunus* mil. Cos. pot. creatus est, tum c. 13 unus patricius, reliqui omnes plebeji. Deinde aliquandiu omnes fuere patricii. Sed 6, 30 pr. æquatus patriciorum & plebejorum numerus. Add. 6, 37. Vocantur etiam *Tribuni pro consule,* 4, 41 ext. item, *proconsularis imago,* 5, 25. conf. Eutrop. 2, 1, & Onuph. Panvinium Commentar. in Fastos ad eum tractum annorum. ¶ 4. Alii *Tribuni militum* fuerunt, qui legionibus præfuerunt; nam qui auxiliis regendis præpositi, *præfecti* dicebantur. His initium ab illis tribunis, quos instituit Romulus & *Celerum* nomine appellavit, Græci *χιλιάρχας* dixerunt: nos obriſten appellamus. Vide Veget. 2, 7. Sigon. de Antiqu. jure provinc. 2, 2, & accuratiſſime Lipſ. de Militia Rom. 2, 9, & supra *Præfectus* in *Facio.* Primum hos faciebant Imperatores, post suffragia legionum. vid. Liv. 5, 7 ext. Cæterum in qualibet legione *tribuni* sex erant communi potestate; sic tamen, ut non cuncti simul, sed singuli ordine imperarent per vices; quod ex Polybio Livioque observavit Turnebus Adverſ 30, 24. Postea aliquid mutatum videtur, nec integris legionibus præfuiſſe tribunos, sed partibus earum, hoc est, cohortibus, cum legionis totius imperium penes eum esset, qui *legatus legioni* (de quo suo loco egimus,) appellabatur. Quam ob causam vetus Scholiastes *Curam cohortis* apud Iuvenalem *Tribunatum* interpretatur: & hinc *Tribuni cohortium* apud Tacitum & Plinium. Et quot in qualibet legione cohortes decem erant; idcirco vero simile est, totidem quoque tribunos in una legione fuiſſe In quem sententiam & illustris Savillus inclinat Comment de Militia Rom. p. 363. Quare hac ratione legato tribunus, tribuno centurio suberat. Tribunatus insigne *Pugio* erat seu *Gladius.* v. *Pugio.* ¶ 5. *Tribunus laticlavius* est, qui *lato clavo* in veste utebatur, hoc est, cui senatorii ordinis jus erat, aut cui id pro munere imperatores concesserant; apud Suet. Domit. c. 10. ¶ 6. *Tribunus angusticlavius* autem, qui equestris tantum ordinis, apud eundem Othone c. 10. v. Casaub. ad Suet. Aug. c. 83. ¶ 7. Est autem *Tribuni* vocabulum eo usum denique, ut quemvis curatorem sive præfectum designaret, ein pfleger, amtmann. v. Lipſ. de Magistr Rom. c. 13. Nam & *Tribuni aerarii* fuerunt in libera veteri republica, rentmeiſter, Plin. 33, 2; & posteriore ævo sub principibus *Tribuni voluptatum, matrimoniorum, chartariorum, provinciarum,* quorum apud Cassiodorum mentio fit, dicebantur. *Tribunus chori* in lapidibus: *Tribunus scholarum* in Codice Iustinianeo legitur, ut Lipsius observavit.

¶ Tribunitius, vel rectius forte Tribunicius, *a, um.* Sic enim in capitolii is lapidibus scribi Sigon. ad Liv. 2, 1 testatur, ut, *Potestas tribunitia,* Cic Orat. 2, 28. Et, *Tribunitii comitiati,* ad Qu. frat. 2, 14 sub fin. Plin. 36, 15 *Tribunitiæ concliones videntur omnes, quibus populus demulcetur.* Absolute autem *Tribunitii* sunt, qui tribunatu olim functi sunt, sicut *consulares,* qui consulatu. Cic. Phil. 13, 14 *Qui ædilitii? qui tribunitii? qui quæstorii?* Iubaudi, *viri.* Adde Suet. Tib. c. 8; Colum. 1, 3; Plin. 33, 3; Suidas. 1, 3. ¶ 2. De *Tribunicia Augustorum potestate,* cujus annos in publicis monumentis numerabant, v. Spanh. de usu & præst. num. diſſ. 12 p. 424 - 434.

¶ Tribunātus, *ūs,* m subſt. tribunorum dignitas, das zunftmeiſter-amt; ut, *Inire tribunatum,* Cic. Att. 11, 9. *Petere ab aliquo tribunatum,* Id. de Orat 1, 7.

¶ Contribunus, *i,* m. Seneca de Const. Sap. 18 *Chæreae contribuno militum sermo non pro manu erat.*

TRĪBVO, *ui, ūtum, ĕre,* exhibere est, geben, reichen; ut, *Tribuere alicui honorem,* Cic. de Orat. 2, 11; *Præmium,* Id pro Balbo c. 17, & *Priores partes,* Id. ad Qu. frat. 3, 4, einem den vorzug laſſen. *Hominum societatem tueri, & suum cuique tribuere,* Cic. Off. 1, 5. *Tribuere tempus alicui rei,* Id. Off. 2, 1 Et, *Valetudini aliquid tribuere,* Id. Tusc. 1, 49, etwas thun um der geſundheit willen. *Silentium alicujus orationi tribuere,* Id. pro Cœlio c. 12. *Tantum tibi tribuo, quantum mihi arroge,* Id. fam. 4, 1. Et, *Quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat,* Id. Acad 4, 4 extr. von denen er ſehr viel hielt. Sed, *Hoc benevolentiæ ejus tribuendum est,* hoc est, imputandum, es iſt ſeiner gunſt zuzurechnen. Et, *Mihi benevolentia, credo, deesse tribuebat omnia,* Cic de Clar. Orat. c. 51. Sed, *Tribuere in partes,* est dividere, theilen, Id. in Orat. c. 4.

¶ Tribuens, *tis,* gebend, zuſchreibend. Horat. 1 sat. 10, 5 *Nec tamen hoc tribuens.* Hirt. B. Alex. c. 43 *Multum fortunæ victoris Cæsaris tribuens.*

¶ Tribū-

¶ Tribūtus, *a, um*, gegeben, zugeeignet, ausgetheilet; ut, *Honor mulieri tributus*, Cic. de Orat. 2, 11. *Omnis vis loquendi in duas tributa partes*, Id. de Fin. 2, 6. conf. Suet. Tib. c. 9. ¶ 2. *Tributus* etiam a *tribu* dicitur, ubi vid. pp.

¶ Tributum, *i*, n. subst. quod ex privato in publicum tribuitur, seu quicquid a subjectis solvitur, vectigal, quamquam *vectigal* & *tributum*, si proprie sumas, differant, de quo Samuel Pericus Var. Lect. 2, 1, schoß, zoll, tribut, schatzung, steuer. Varr. de L. L. 4, 36 *Tributum a tribubus, quod pecunia tributim a singulis exigebatur.* Cic. Off. 2, 21 *Danda opera est, ne propter aerarii tenuitatem, assiduitatemque bellorum, tributum sit conferendum.* Sic, *Imperare, imponere, indicere, irrogare tributum*, noti usus sunt. v. Plaut. Epid. 2, 2, 43; Liv. 23, 31; Cæs. B. C. 3, 32 &c. *Levamentum tributi*, Tac. Hist. 1, 8, 2. *Omni tributo vacui*, Id. An. 12, 61, 2. *Insigne tributum posscere*, Stat. 1 Silv. 4, 87. *Tributis frenari*, Id. 4 Silv. 1, 40. *Tributa pendere*, Cæs. B. G. 6, 13. Cæterum *Tributum* duplex erat: alterum in agros, alterum in corpora sive capita provincialium imponebatur: ἐπὶ τῇ γῇ, καὶ ἐπὶ τοῖς σώμασιν, Appianus dixit. Alterum genus & *Tributum capitis* dicitur, item, *Capitulare*: denique *Pecunia pro capitibus.* Vide Festum cum not. Dacerii, & Lindebrog. ad Ammianum p. 50. *Ultro tributum* impendium in publicum opus dicitur. De eo tanquam compositum vide infra in *Ultra*.

¶ Tribūtus, *ûs*, m. subst. eadem significatione, apud Plaut. Epid. 2, 2, 44 *His, quibus tributus major penditur.* conf. Cato apud Nonium 3, 252; & Gell 13, 13.

¶ Tributio, *ōnis*, f. tribuendi actus, die darreichung, austheilung; ut, *Tributio æquabilis*, Cic. de Nat. D. 1, 19. Et, *Tributiones prædii*, l. 52 D. de Pactis.

¶ Tribūtor, *ōris*, m. qui tribuit. Apul. ad Aselep. p. 92 *Mundus præstitor est & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.*

¶ Tributōrius, *a, um*, die austheilung betreffend; ut, *Tributoria actio*, L. 1 § 20 Dig. de Exercit. action.; Et L. 6 pr. ff. eodem tit. Sic, *Causa tributoria*, l. 46 § 5 ff de Iure fisci.

¶ Tributārius, *a, um*, tributo solvendo obnoxius, der zinsbar ist, tribut geben muß; ut, *Civitas tributaria*, Iustin. 5, 2 & 3. *Terra tributaria*, Plin. 12, 1. *Tributariæ & stipendiariæ provinciæ* quid differant, paullo ante laudatus Pericus ibidem ostendit; pro iisdem tamen habere videtur Suet. Calig. c. 40. *Tributarius civis*, Petron. c. 57. Adde Suet. Aug. c. 46; Flor. 3, 4, 1; Tertull. de Fuga in Persec. c. 12; Sidon. 7 epist. 9. ¶ 2. Idem est ac tributum exigens; ut, *Tributaria necessitas*, nöthige herren gefälle. Iustin. 32, 2, 1. *Indictiones tributariæ*, anlagen, Salvian. de Gub. Dei 5 p. 171.

Composita:

¶ Attrĭbuo, *ui, ūtum, ĕre*, adscribere, destinare, tribuere, zueignen, geben; ut, *Causam calamitatis alicui attribuere*, beymessen, Cic. in Verrem 5, 41. *Huic accedit summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit*, Id. pro Rosc. Am. c. 4. Id. Phil. 9, 7. *Quantique locarint, tantam pecuniam redemtori vectigalium attribuendam curent.* Et Plin. 16, 37 *Locum alicui attribuere*, hoc est, assignare. *Orationem alicui rei attribuere*, pro, loquentem rem aliquam inducere, Cic. de Invent. 1, 52.

¶ Attribūtus, *a, um*, assignatus, zugeeignet, angewiesen; ut, *Suus cuique locus attributus*, Cæs. B. G. 7, 81. *Attributa fidera singulis nobis*, Plin. 2, 8. Et, *Pecunia attributa*, quæ præsidibus in provincias euntibus assignabatur, Cic. in Verr. 1, 13, & Asconius ibi p. 79. conf. Parei Lex Crit. p. 125; & Popma ad Cic. Att. 13, 2 pr.

¶ Attribūtum, *i*, n. subst. apud philosophos affectio, die eigenschafft. ¶ 2. *Attributum* idem quod assignatio, die anweisung. Varro L. L. 4, 36 *Pecunia, quæ assignata erat, attributum dictum.*

¶ Attribūtio, *ōnis*, f. die zueignung. Cic. de Invent. 1, 26 *Ex his etiam attributionibus, facer, an profanus; publicus, an privatus; alienus, an ipsius, de quo agitur, locus sit, an fuerit*, conf. ibid. 2, 13. Epitheta hic & circumstantias significat, umstände. Sed, *Attributio nominum*, est debitorum assignatio, die anweisung, Cic. Att. 16, 3. Vide Manutio & Sim. Bosio notata ita fam. 16, 24.

¶ Contrĭbuo, *ui, ūtum, ere*, conferre, tribuere, zusammen schiessen, darzu geben, beytragen: ut, *Contribuere pecuniam*, Cic. Phil. 14, 14. Et Suet. Aug. c. 48 *Regna, quibus belli jure potitus est, præter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit.* Plin. 5, 18 *Contribuere in regna*, id est, dividere, eintheilen. Liv. 38, 3 *Ambracia tum contribuerat se Ætolis*, sie hatte sich ihnen ergeben. Curt. 5, 3, 6 *Vxiorum gentem subactam Susianorum Satrapiæ contribuit.* Colum. 3, 3. *In Faventino agro & in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.*

¶ Contrĭbūtus, *a, um*, mitgetheilt beygetragen; ut, *Contributa habere vitæ remedia*, Plin 32, 4 extr. *Contributi Megarenses*, Id. 4, 7. Absolute autem *Contributi* dicebantur, qui in diversis oppidis urbibusque degentes unam civitatem constituebant. Sic Calagurritanos & Ofcenses *Contributos* dicit Cæsar B. C. 1, 60, quod unam civitatem sive gentem constituerent. Nam si res aliter habuisset se, non potuisset paulo post *magnas quinque civitates ad amicitiam suam adjunctas* dicere. Debuisset enim *sex* numerare. Liv. 31, 30 *Ne in unam urbem quidem contributi majores sui.*

¶ Contributio, *ōnis*, f. Paulus ICtus L. 1 Dig. ad Leg. Rhod. de jactu: *Lege Rhodia cavetur, ut si levandæ navis gratia factus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est*, durch gemeinen beytrag. Vlpian. l. 4 ff. de Veteranis: *Contributiones, quæ in possessionibus fiunt.*

¶ Distrĭbuo, *ui, ūtum, ĕre*, austheilen, vertheilen, iedes an seinen ort geben. Aut. ad Herenn. c. 10 *Distribuere in aliquot partes*, &c. Ter. Adelph. 3, 3, 17 *Id distributum sum ex sententia est.* Sic, *Distribuere exercitum in civitates*, Cæs. B. G. 5, 24. *Distribuere milites in numeros*, Plin. 10 epist. 38. *Distribuere commode tempora peregrinationis*, Cic. Att. 2, 1.

¶ Distribuens, *tis*. Cic. in Arato v. 273. Idem pro Rabir. c. 7 *Arma distribuens.*

¶ Distrĭbūtus, *a, um*, ausgetheilt, zertheilt, ausgebreitet; ut, *Leges in omnes terras distributæ*, Cic. pro Flacco c. 26. *Orbem terrarum imperiis distributis audere bella*, Id fam. 4, 1.

¶ Distribute, adverbium, cum distributione, unterschiedlich. Cic. Tusc. 2, 3 *Distribute dicere*. Et de Invent. 2, 59 *Si distributius traclare quis velet, partiatur animum & corpus* &c.

¶ Distributim, aliud adverb. idem significans apud Orosium.

¶ Distributio, *onis*, f. die austheilung; ut, *Sanctissima justissimæ distributio*, Cic. de Fin. 5, 11. Id. pro Cluent. 1 de orationis partibus. ¶ 2. *Distributio*, μερισμός, schema rhetoricum est, cum genus per species, corpus per membra, totum per partes declaramus, magna cum gratia & utilitate.

¶ Distributor, *ōris*, m. qui distribuit. Apul. ad Aselep. p. 92 *Deus distributor dispensatorque est bonorum.* Paulinus Nolanus epist. 13 ad Pammach. n. 14 *Munerum dator & infatigabilis distributor.* Sed & Cic. in Pis. c. 15 *Vos rogatores, vos distributores, vos custodes tabularum*; licet Turnebus 20, 15 legat *divisores.*

¶ Intribuo, *ere*, darzu geben. Trajanus ad Plinium 10 epist. 35 *Ne quid ideo intribuant*, id est, contribuant in rem aut usum aliquem. conf. Vlpian Dig 14 t. 14 l. 19 § 2.

¶ Intributio, *ōnis*, f. die zu steuer. Paulus recept. Sentent. lib. 2 tit. 7 sent. ult. *Collatio intributionis ob jactum salva nave fieri debet.* cont. Id Dig. 50 t. 1 l. 22 § 7; & Vlp. D. 50 t. 4 l. 6 § 4, 5.

¶ Pertrĭbuo, *ere*, ertheilen. Plinius ad Trajanum 10 epist. 18 *Privatim & publice testimonium pertribuere.*

¶ Rĕtrĭbuo, *ui, ūtum, ere*, reddere, vergelten wieder erstatten. Cic. Decl. antequ. iret in exil. c. 3 *Fidei conducit, in loco debitum retribuere.* Liv. 2, 41 *Pecuniam acceptam populo retribuere.*

¶ Retrĭbūtus, *a, um*, wieder gegeben, vergolten. Paulin. in epist. *Nec retributa suis, nec potienda tuis.*

¶ Retributio, *onis*, f. die vergeltung. August. Civ. Dei 22, 23 *Retributio mali pro bono.* Et Gloss. Vet. ἀνταπόδοσις, *Retributio.* Sed & Tertull. adv. Marc 5, 4 *Retributi nis & judicii Deus.* conf. adv. Marc. 2, 18; & de Corona mil. 6; Sidon. 4 epist. 11, Lactant 4, 13; & 6, 18.

¶ Retrĭbūtor, *ōris*, m. ein vergelter. Paulinus Nolanus epist. 11 (al. 5) n. 4 *Maximos affectus nobis gratia retributoris indulget.* Et Salvianus de Gubern. D. 1 p. 26 *Deus dum servat bono, proprium sibi retributorem comprobavit.* Adde Tertull. adversl. Marc. 4, 29; & 5, 16.

TRĪBVS, *ûs*, f. subst. die zunfft, gilde: certa pars populi Romani, quem Romulus divisit in partes tres: deinde ex his rursus in totidem distributus est: majores appellavit *Tribus*, minores *Curias.* Itaque tres initio *Tribus* fuere; postea Servius Tullius quartam addidit &c. v. Dionys. Halicarnass. 2, 7; & 4, 18 de Tullio & Servio. Colum. 5, 1 *Tribus dictæ primum a partibus populi tripartitis descriptis, quæ tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen obtinent.* Sed Liv. 1, 43 de Servio: *Quadrifariam urbe divisa, regionibus, collibus, qui habitabantur partes, tribus eas appellavit, ut ego arbitror, a tribuendo.* Crescente populo, plures subinde additæ, & tandem 35 factæ v. Liv. 6, 5 ext. & Sigon. ad Liv. 2, 21 ext. Populus Atheniensis in duodecim distributus erat tribus, ad mentium numerum, & rursus unaquæque tribus in triginta genera, quorum *tribules* erant & *contribules.* *Tribus vocare*, e suo quamque ordine in comitiis ad suffragium ferendum citare, Liv. 6, 38, & passim *Tribu movere*, & *jubere mutare* idem significant. v. Dodwell. præl. Camd. p. 710 & Duker. ad Liv. 4, 24. ¶ 2. Translate Colum. 3, 2 de vitibus: *In secunda quasi tribu esse*, zur andern classe gehören. Translatio sumpta a classibus Romanis.

¶ Tribūlis, *is*, m. qui ex tribu est, ein zunfftgenoß. Ter. Adelph. 3, 3, 85 *Istine hic Hegio tribulis nostri?* Cic. fam. 13, 58 *L. Cassidius est tribulis, & municeps, & familiaris meus.* Id. pro Planc. c. 19 *Tribules decuriare.* Patricii etiam *tribules* vel in tribu erant. Liv. 5, 30. conf. Cic. Att. 1, 18; Suet. Aug. c. 40, Sidon. 1 epist. 9; Prudent. Hymn. 12 v. 185. Et, *Convivia tribulis*, id est, plebeius, Horat. 1 epist. 13, 15. v. ibi Torrent. v. & Chiliad. in adagio γενητὸς γέγονως τῇ τάξει τὴν τάξιν, *Tribuli factus servo ordinem*, id est, officio tuo, quemadmodum cæteri, fungere, thue was deines amts ist.

¶ Tribuārius, *a, um*, zunfftmäßig, vor zünfftige gehörig. Cic. pro Planc. c. 19 *Crimen tribuarium sodalitiorum*, id est, quod ad tribum pertinet.

¶ Tributus, *a, um*, unde *comitia tributa* e. g. Cic. fam. 7, 30.

¶ Tribūtim, adverb per singulas tribus, zunfftweise. Cic. Att. 4, 16 *Populo tributim domi jussa satisfecerat.* Et pro Flacco c. 7. *Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.* Apud Liv. 3, 55 pr. & 7, 16 *Tributim* idem est quod in comitiis tributis.

¶ Contrĭbūlis, *is*, m. ein miterbe, mitbruder. Sidon. 8 epist. 13 *Commendo promotum gerulum litterarum, nostrum super officium vestris orationibus contribulem.*

TRĪCAE, *arum*, f. plur. proprie dicuntur vel pili, vel fila, vel alia, quibus pulli gallinacei involvuntur: de nece omnia etiam impedimenta, verwirrung, hinderung. Dictæ autem videntur esse *tricæ ἀπὸ τῶν τειχῶν*, hoc est, a *pilis*, vel a *Trica*, urbe exili, de qua locus Plinii supra in *Apina*. Cic. Attic. 10, 8 *Cujus quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domesticas tricas?* id est, difficultates & molestias impeditas. ¶ 2. Et, *Tricæ apinæque* proverbiali signa res sunt futiles: ac nugatoriæ, nichtswürdige dinge, unnütze händel. Martialis 14 epigr. 1 *Sunt apinæ tricæque, & si quid vilius istis.* Vide supra *Apinæ*; it. Cleriadas. Ira & Plautus Rud. 5, 2, 36 *tricas* nugas dixit. Et Most. 3, 1, 41 *Quin tu istas mittis tricas.*

¶ Trĭco, *ōnis*, m. plural. *Tricones*, homines nullius rei bonæ, nebulones, verwirrer, zäncker. Capitol. in Lucio Vero c. 4 *Fertur in tantum vitiorum Cajanorum, & Neronianorum, & Vitellianorum fisse simulos, ut comissatores cum triconibus, & committeret vix.* Adde ibi Salmas. Onomasticum vetus: *Tricones*, συσσείδες. Salmasius ad Glossas provocat, quibus *Trico* sit ἀχεῖος, ἔκλυτος, quibus vocibus in Labbæi Glossario *Tricosus* convertitur. Lucilii locum aliquem

quem adducit Nonius 1, 85. conf. Vulg. Sirac. 32, 13; & Parei Lex. C. p. 1252.

Tricor, *atus sum*, *ari*, wirren, hadern, zanken, apud Ciceronem legitur aliquoties ad Attic. ut, *Puellas tecum tricatus es*, 14, 19: id est, rixas egit. Ausonius Popma sic explicat: *Perplexe & involute tecum locutus es, nec voluit sensum suum explicare.* Id. Cic. Att. 15, 13 *Clodianum accusat: tricatur scilicet, ut homo talis:* Vbi vel idem est, vel morari in solvendo. Nam est & tergiversari, morari. Vnde

¶ Tricōsus, *a, um*, mürrisch, haderhaft. *Tricosum* cum *bovinatore* conjunxit Lucilius apud Gellium 11, 7 *Hic tricosu' bovinatorque ore improbu' duro.* Idem Lucil. *tricones nummarios* dixit mala nomina, qui tricantur, i. e. tergiversantur & ægre solvunt, die nicht gerne zahlen. *Bovinator* autem est tergiversator. v. Festum, & adde antea dicta in *Trico.* Romæ in Capitolio extitit lapis Herculi inscriptus: *Alcmenæ Iovis & magni fortissima proles, Tricosus subino post mea fata vocor*, i. e. contentiosus. vid. Ferretii Mus. Lapid. p. 309.

¶ Extrico, *avi, atum, āre*, expedire, exsolvere, los machen, entwickeln. Plaut. Epid. 1, 2, 49 *Aliqua ope me exsolvam, extricabo me aliqua.* Horat. 1 Sat. 3. 88 *Mercedem aut nummos unde extricat.* Varinius ad Cic. fam. 5, 10 *De Dionysio tuo adhuc nihil extrico*, hoc est, nihil adhuc explorati aut certi habeo.

¶ Extrictus, *a, um*, ausgewickelt, losgemacht; ut *Extricata densis cervа plagis*, Horat 3 od. 5, 31. *Extricatæ margaritæ*, i. e. expurgatæ, perpolitæ, ausgelesen. Vlp. l. 27 § 19 ff. ad L. Aquil. Metaph. *Extricata solutione*, i. e. non sine difficultate impetrata, Cic. Att. 15, 20 ext.

¶ Inextricābĭlis, *e*, ex quo se quis extricare non potest, unauflöslich. Virg. Æn. 6, 27 *Hinc labor ille domus & inextricabilis error.* Et Plinius 36, 13 *Labyrinthus inextricabilis.*

¶ Inextricabĭliter, adverb. idem. Apul. Met. lib. 11 p. 269 *Inextricabiliter contorta fatorum licia.*

¶ Intrico, *āre*, involvere, impedire, verwirren, verwickeln. vid. Nonius 1, 26. Vlp. 11 Dig. t. 3 l. 1 § 5 *Qui servo persuadet, ut peculium intricaret.* Mart. Capella 1 p. 14 *Frigescere intricarique sub aliquo.*

¶ Intrictus, *a, um*, verwickelt, verworren. Plaut. in arg. Perſæ v. 5 *Intricatum ludit potens Dorpalum.* Ibid. 4, 1, 9 *Lenonem intricatum dabo.* Sic, *Intricatus auctoris locus*, quem difficile explicare est.

TRICCA, *æ*, f. oppidum Thessaliæ: vide Livium 32, 13. Hinc

¶ Triccæus, *a, um*, adject. Avienus in Arat. v. 206 *Triccæi sidus stat nominis.*

Triceni, vide *Tres*, Tricennalis, *Annus*, Tricenties, &c. *Centum*, Triceps, *Caput*, Tricesimus, *Tres.*

TRĪCHA, *æ*, f. pro Trica videtur positum in illo Tertulliani adv. Valent. c. 14 *Intricha multiplici perplexa*, ubi & Junius *Trica* malle scribere. Rhenanus legit: *In tricacea multiplicia atque perplexa.* Trachea autem sive trachea græce dicuntur aspera, rasqua τρῆχεα vel τράχεα.

Trichaleum, vide supra *Chalcus.*

TRICHAPTVM, *i*, n. τρίχαπτον, vestis subtilissima e pilis texta. Occurrit vox in Vers. græca Ezech. 16, 10 & 13, ubi Hieronymus reddidit primo *jubilia*, deinde *polymitham*, polymuth, härin zeug. conf. ejus Comment. ad h. l.

TRĪCHIAS, *æ*, m. τρίχιας, vel *Trichæus*, vel *Trichis* piscis, qui & *Smaina* dicitur, sardellen, Gesner. Plin. 9, 15 *Intrantium portum soli non remeant trichiæ.*

TRICHILA, *æ*, f. eine sommer-laube. Vetus poëta in Copa v. 8 *Et trichila umbriferis frigida arundinibus.* Vbi Scaliger *Trichilæ*, inquit, *nomine intelligit pergulas, quæ & umbellæ & umbraculæ vocabantur.* Similes *Theocrito Syracusio. Columella* 10, 394. At qui sub trichila manantem repit ad undam. *Apud Cæsarem de B. C.* 3, 96 *idem vocabulum invenire in vetustis exemplaribus, indicavit mihi Obertus Giffanius. Est ergo* trichila *vitium aut cucurbitarum jugamentum, aut cucumerum complexiuncula pergulæ &c. Græcam esse hanc vocem, si nihil aliud, certe* CH *aspiratum demonstrat. Dictam a densitate foliorum, quasi trichina, nisi in i, ut apud Hesychium,* Τρίχινον, *Tarentini dicebant pro stragulo a pilis &c.* Hactenus Scaliger. Sed Dionysius Vossius negat apud Cæsarem legi *Trichilæ*, sed potius *Trichinia strata.* Huc pertinet Colum. 10, 378 *Tum modo dependens trichilis &c.*

TRICHĪLVM, *i*, n. τρίχαλον, vas tria habens labra, e quibus aqua effluit, a τρίχαλος, *labrum.* Sed, *Trichila*, media correpta, aliud est. vide proxime ante. Valli eos qui legunt apud Colum. 10, 378 *Tum modo dependens trichili, modo more cylindri Intortus cucumis*, docent, quæ ibi Gelenius.

TRĪCHINVS, *a, um*, τρίχινος, i. e. *pilosus*, tardus & quasi impeditus, vel siccus & sine succo, ut sunt capilli, schlecht, gering; ut, *Quæstus trichinus.* Varro apud Nonium 2, 864. Sannazius legit *Tricinio.*

TRĪCHITIS, *idis*, f. τριχῖτις, aluminis genus, Plin. 35, 15; Dioscor. 5, 77.

TRĪCHOMANES, *is*, n. τριχομανές, herba, quæ & *Polytrichum*, & *Canis dentem* vulgo dicitur, (fortasse) sic dictum a luxuria capillitii, a quo & *capillaceum* aliqui dixerunt. Differt ab *adiantho*, frauen haar oder haurt laute. Matthiolus. Adde Plin. 22, 21; & 27, 13; Apul. de Herb. c 45 & 51; Dioscor. 4, 132.

TRICHOPHYTES, *is*, n. τριχόφυτες, eadem herba quæ *trichomanes*, sic dicta, quod capillum reficiat. v. Apul de Herb. c. 47.

Trichordis, vide *Chorda*, Trichoria, *Chorus*, Trichorum, *Chora*, Trichotomia, *Tomus.*

TRICHRVS, *i*, m. lapis compositus ex duplici hæmatite nigro & rubro: nascitur in Africa, eine art blut-steins, Agricola. Apud Plinium 37, 10 gemma sic dicta tribus coloribus.

Trices, vide *Tres*, Triclinium, *Cano*, Triclinium, &c. *Clinice*, Trico, *Tricæ*, Tricolum, *Colon*, Tricoccus, *Coccum*, Tricornis, &c. *Cornu*, Tricorpor, *Corpus*, Tricosus, *Tricæ*, Tricuspis, *Cuspis.*

Tridaenus, vide *Daenades*, Tridens, &c. *Dens*, Triduum, &c. *Dies.*

Triennium, vide *Annus*, Triens, trientalis, &c. *Tres*, Trierarchus, trieris, *Eretes*, Trietericus, trieteris, *Etesiæ.*

Trifariam, vide *Fari*, Trifaridicus, *Fatum*, Trifaux, *Faux*, Trifax, *Fax*, Trifer, *Fero*, Trifidus, *Findo*, Trifinium, *Finis*, Trifolium, *Folium*, Triformis, *Forma*, Trifur, *Fur*, Trifurcus, &c. *Furca.*

Triga, &c. vide *Iugum*, Trigeminus, *Geminus*, Trigemmis, *Gemma*, Trigesimus, triginta, *Tres.*

TRIGLA, *æ*, f. τρίγλα, seu τρίγλη potius, ut Athenæus docet, piscis est ex mullorum genere, eine art barben, sic appellatus, quod ter in anno pariat. v. Diosc. 2, 21. Oppian. lib 1 Halieuticorum: Τρίγλαι δὲ τριγόνοισιν ἐπώνυμοι εἶσι γονῇσι, *Accipiant triglæ a terno cognomina partu.*

¶ Triglites, *æ*, m. τριγλίτης, lapis mulli colorem habens, Plin. 37, 11.

Triglyphus, vide *Glyphice*, Trigon, Trigonalis, &c. *Gonia.*

Trihorium, vide *Hora*, Trijugis, *Iugum*, Trilibris, *Libra*, Trilinguis, *Lingua*, Trilix, *Licium*, Triloris, *Lorum.*

TRĪMĀGRVS, *i*, m. τρίμαχος, pes tribus constans syllabis longis, ut: *virtutes.*

Trimatus, vide *Tres*, Trimenon, *Mena.*

Trimestruus, trimestris, vide *Mensis*, Trimetrum, *Metrum*, Trimodium, *Modus*, Trimulus, trimus, *Tres.*

TRĪNACRIA, *æ*, f. τρινακρία, Sicilia triquetra, a tribus promontoriis; ἄκρα enim est *promontorium*, vide *Sicilia.* Quæ &

¶ Trinacris, *idis*, f. & adjective Ovid. Met. 5, 347 *Insula Trinacris.* Id. Fast. 4, 419 *Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor Trinacris, a positu nomen adepta loci.*

¶ Trinacrius, *a, um*, adject. ut, *Littus Trinacrium*, Virg. Æn. 1, 200. Et, *Viri Trinacrii*, Id. Æn. 5, 530.

Triobolum, vide supra *Obolus.*

TRIOCALA, *æ*, f. urbs vastata Siciliæ, Sil. 14, 271.

TRĪONES, *um*, m. boves dicuntur aratores, a *terendo quasi terriones*, zugochsen; a quorum junctorum figura stellæ septem in Vrsa seu Helice dictæ sunt *Septentriones*, der wagen am himmel. v. Varr. L. L. 6, 4. Cic. Nat. D. 2, 41 *Altera dicitur esse Helice, cujus quidem clarissimas stellas tertio noctibus cernimus, Quas nostri septem solati vocitare Triones.* Ovid. Met. 2, 171 *gelidi Triones.* Claudian. 4 Conf. Honorii v. 429 *Gelidi seu te vertere triones* Et v. 4 4 *Gens quæ non alios dissentior ulla triones Incolit.* Et Prudent. Cathem 5, 146 *Geminus trionibus*, id est, utraque Vrsa. vide *Helice* & *Septentrio*: itemque Dalechamp. ad Plin. 2, 68. ¶ 2. *Trio* singulari numero non tantum tmesi poëtica dicitur, ut Virg. Ge. 3, 381, sed etiam in quantum est epitheton gentis Lucretiæ in numis, apud Heinf. ad Ovid. Met. 1, 64.

¶ Septentrio, *ōnis*, & Septemtriones, *um*, m. utroque numero dicitur, das ſiebengeſtirn: item, mitternacht. Septentrio tamen in singulari σολοικον posse videri. Nam *Septem* pluralis; *Trio* vero singularis numeri est. Vt is tamen recepit: & sicut alterum ratione, ita hoc auctoritate nititur. Cæterum *Septentrionum* nomine, fides, illud ex septem stellis compositum appellarunt, quod Græci ἅμαξαν, & ἄρκτον vocarunt: ἅμαξαν quidem seu *plaustrum*, quod positum plaustri figuramque refert: *Trionum* vero nomen ex eo accrevit; quod illæ septem stellæ junctos boves referre videantur, quos rustico vocabulo veteres *Triones*, a terra terenda, quasi *terriones* appellarunt. Ita de illo sidere Varro L. L. 6, 4: Gell. 2, 21; itemque Festus, & Servius ad illud Virg. Æn. 1, 748 *Arcturum, pluviasque Hyadas geminosque triones.* ¶ 2. Sed *Septentrionis* vocabulo singulariter uti maxime vetere, cum de polo arctico, seu plaga septemtrionali loquerentur. Virg. Georg. 3, 381 *Talis Hyperboreo septem subjecta trioni Gens efficax viram Riphæo tunditur euro.* Plin. 2, 68 *Quicquid est subjectum duabus extremis* (cæli partibus) *utrinque cursu vertices, hunc qui* SEPTENTRIO *vocatur &c.* Id. 6, 22 de Taprobane insula exponens: *Siderum in navigando nulla observatio. Septentrio non cernitur.* Idem de ceratis 12, 25 *Septentrione frigidisque gaudent*, i. e. septentrionali plaga, sive *quæ ad septentriones spectat*, ut lib. 17 c. 23 loquitur. Sic & Ampelius de Mundo: *Quarta cæli regio est septentrio.* conf. Gell. 2, 22 pr. Vitruv. 9, 6 & 7; Sen. Qu. Nat. 5, 16. De vento septentrional singulari numero non dicetur. ¶ 3. De sidere ipso cum fermo esset, *Septentriones* in plurativo dicebant. Ita Gellius modo laudato loco: *Septentriones autem habent ob eandem causam unum*, subaudi *ventum &c.* conf. & Gell. 2, 21. Item Plin. 2, 47 *A Septentrionibus, septentrio*, subaudi *spirat.* Augustus ap. Plinium 2, 25 *Regio cæli, quæ sub septentrionibus est.* Plaut. Amph. 1, 1, 116 *Credo ego hac nocte Nectarum Olori mixisse ebrium; Nam neque se septentriones quoquam in cælo commovent: neque se luna quoquam movet.* Et ita alii passim. Varro in Catalectis: *Ventique frigido se ab axe eruperant, Phrenetici septentrionum filii.* v. Dalechamp. ad Plin. 2, 68 p. 110. Nep. 1, 15 *Ventus aquilo a septentrionibus oriens*, i. e. ab illa plaga mundi quæ est sub septentrionibus. ¶ 4. *Septentrione* Livius 26, 25 singulariter usus est pro vento boreali: *Acer septentrione ortus &c.* der nordwind. Sic & Plinius 2, 47 *A septentrionibus*, inquit, *septentrio*, subaudi *spirat.* conf. Apul. de Mundo c. 63.

¶ Septentriōnālis, *e*, mitternächtig; ut, *Septentrionalis ventus*, Plin. 9, 17; *Boreas*, Apul. de Mundo p. 57, der nordwind. *Polus septentrionalis*, vide *Polus.* Et, *Septentrionalis pars terræ*, Iustin. 2, 1, 15.

¶ Septentriōnārius, *a, um*, idem. Gell. 2, 22 *Ventus objectus directusque in austrum latine septentrionarius, græce* ἀπαρκτίας *appellatus.*

Triophthalmus, vide *Ophthalmia*, Triorches, *Orchis.*

Tripalis, vide *Pala, i*, Tripalcus *Parcus*, Tripartītus, *Pars*, Tripatīnum, *Patina*, Trip ectōtus, *Pecus*, Tripedalis, tripes, &c. *Pes*, Tri hallus, *Phallus*, Tripīctus, *Pingo*, Triplanus, triplex, &c. triplus, *Tres*, Tripleurus, *Ispleuros* in *Pleuritis.*

Tripolis, vide *Polis*, Tripolium, *Polium.*

TRIPSĀGA, *æ*, f. herba calida & diuretica. Piscian. de Diæt. c. 9.

TRIPTĒS,

TRIPTES, *æ*, m. τρίπτης, i. e. frictor, unctor, cubicularius, ein aufwärter. Mart. Capella 2 p. 4 *In his locis intemperiæ & triptes alii divorum degunt.*

TRIPTŌLĔMVS, *i*, m. Τριπτόλεμος, fuit Celei, regis Eleusini, (Eleusin Atticæ provinciæ civitas est) filius, aratri & agriculturæ inventor, a Cerere institutus, Servio auctore. vid. Ovid. Met. 5, 645; Stat. Silv. 4, 36. Socrates apud Platonem oratione ad judices inter judices infernales Triptolemum refert; eam orationis partem Cicero laudat, latine convertam Tuscul. 1, 41.

Triptoton, vide *Ptosis*, Tripudio, tripudium, tripus, *ödis*, *Podes*.

Triquetrus, vide *Quatuor*, Trirēmis, *Remus*, Trischœnus, *Schœnus*, Trisecuria, *Scuria*, Trisecli*s*enex, *Seculum*.

TRĬSĔMVS, *a*, *um*, τρίσημος, ternarius, aus drey bestehend, Mart. Capella lib. 9 p. 330.

TRISMĔGISTVS, *i*, m. cognomen Mercurii, qui Ἑρμῆς τρισμέγιστος, i. e. *Hermes ter maximus*, appellatus ob inauditum ingenium & incomparabilem scientiam. Nam omne perfectum & omnibus numeris absolutum sic appellabatur Græcis. conf. Lactant. 1, 6, & 9; & vide supra *Mercurius* & *Hermes*.

Trispastus, vide supra *Spasmus*.

TRISSAGO, *ĭnis*, f. herba eadem, quæ *Chamædris*. v. *Chamædris*; & Apul. de Herb. c. 24. Eadem *Trixago* apud Celsum 8, 3; & Plin. 24, 15.

TRISSO, *āre*, de sono hirundinis; Auctor Philomel. v. 26 *Trisat hirundo vaga*, conf. Schott. Observ. Hum. 2, 52.

Tristegum, vide *Stega*.

TRISTIS, *e*, mœstus, perturbatus, cui *hilaris* & *jocosus* opponitur, traurig, betrübt. Cic. Divin 1, 28 *Quæro quid tristis es*. Horat. 1 epist. 18, 89 *Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi*. Ter. 4, 1, 8 *Invitat tristis* h. e. Donato interprete, invitus. Cic. Tusc. 5, 32 *Quod* (h. e. propter quod) *cum tristiores vidisset*. Val. Max. 3, 3, 1 *Matius tristior Porsenæ salute, quam sua latior*. Liv. 5, 51 *Tristissimi exitûs solatium, procul a certaminibus esse*. ¶ 2. Plautus pro irato dixit & sævo. Casina 2, 3, 12; & inde ibidem v. 7 *lepidum* & *lenem* eidem opponit. Virgilius quoque ecl. 2, 14, & Horatius 1 oda 16, 9 *Tristes iras* dixere, pro duris & valde acerbis, atque a quibus merito timendum. *Iam fames, quam pestilentia, tristior erat*, Liv. 4, 52. Sic *Tristia & mitia* idem Horatius ibidem opponit v. 25: *Nunc ego mitibus Mutare quæro tristia*. Sic, *Tristem lupum*, i. e. noxium & ob id metuendum Prudentius dixit Hymno 3 κεφ. ημερ. v. 259. Et ita absolute Virg. ecl. 3, 80 *Triste lupus stabulis*. conf. Nonius 1, 9. ¶ 3. *Tristes* etiam dicuntur melancholia laborantes, tetrici item & ab amœnitate & amœniore vitæ cultu alieni, unfreundlich, einsiedlerisch. Sic Nepos 15, 2, 2 Lysim Pythagoreum vocat *tristem & severum senem*. conf. Plin. epist. 1, 10. Ovid. Met. 4, 186 de deprehenso Martis Veneriscque concubitu: *Illi pudore ligati Turpiter*; atque aliquis de diis non tristibus optat *Sic jacuisse suis*. Capitol. de Maximo c. 6 *Domi forisque semper severus, ita, ut & TRISTIS cognomen acciperet*. Tac. Hist. 1, 14, 4 *Ad finitionem rectæ severus, deterius interpretantibus, tristior habebatur: Tristis* ergo qui severitate excedit. Quin & furiosi sive maniaci *tristes* vocantur. Ita Ovid. Trist. 1, 5, 22, & Horat in Arte v. 124 *tristem Orestem* dixerunt pro furiis agitato. conf. Nonius c. 4 n. 455. ¶ 4. Interdum severitatem notat cum gravitate. Ter. Aud. 5, 2, 18 *Tristis severitas inest in vultu*. Plin. Paneg. c. 41 *Frons gravis & tristis*. Add. Brouckh. ad Tibull 3, 3, 35. ¶ 5. Sicut etiam *læta* pro felicibus; ita *tristia* pro infelicibus ponuntur, unglückselig. Perbius sat. 2, 27 *Triste jaces lucis evitandumque hidental*. Horat. 2 oda 13, 10 *Agro qui statuit meo Te triste lignum*, &c. id est, dirum & abominabile. Sic, *Tristes & squalidi truncι*, Sen. epist. 12. *Triste silentium & mœstitia tacita*, Liv 1, 29. Et, *Triste ac severum genus dicendi*, Cic. de Clar. Orat. c. 30. ¶ 6. *Tristis Libyes*, id est, læva vel minax, Virg. Æn. 2, 337; & ante v. 115 *Isque adytis hæc tristia dicta reportat*. Sic, *Bellum triste*, Sen. Octavia v. 300. Sic, *Clades tristis*, Horat. 3 od. 3, 62. *Litteræ tristes*, quæ tristes efficiunt, Cic. Att. 7, 25. Et, *Querimoniæ tristes*, Horat. 3 od. 24, 33. Et Cic. de Fin 2 c. ult. *Majores nostri labores non fugiendos tristissimo verbo ærumnas nominaverunt*. ¶ 7. *Tristia abſinthia* Ovidio amara sunt de Pont 3, 8, 15.

¶ Tristius, adverb. tristem in modum, schwerlich. Cic. de Senect. c. 19 *Facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius ægrotant, tristius curantur*. Idem fam. 4, 13 fecit. 15 *Respondere tristius*. Prudent. in Symmach 1, 479 *Tristius ingemuit*.

¶ Tristŭlus, *a*, *um*, diminutivum. Cic. de Divin. 1, 46 *Filiolam animadvertit tristiculam*.

¶ Tristĭtĭa, *æ*, f. perturbatio, quæ deprimit contrahirque animum non sine dolore aliquo & cura, die traurigkeit, betrübniß. Unde Juvencus valde signanter lib. 1, 439 *Inde ubi Ioannem cognovit carceris umbrâ Submersum, tristi compressit corda dolore*: id est, non levem tristitiam contraxit, valde tristatus est. *Tristitiam lætitiæ* opponit Cic. de Orat. 2, 17. ¶ 2. Significat & severitatem, eamque nimiam: unde & cum *arrogantia* conjungit Tacitus in Agric. 9, 4 cum *malignitate* Suet. Ner. c. 22 extr. Sæpe ira Cicero hac voce usus est, ut docent exempla a Marcello Donato ad Tac. An. 13, 4 annotata. *Temporum tristitia*, Cic. Att. 12, 40. *Tristitia & severitas*, Idem de Amicit c. 18. *Tristitiam continere*, Gellius 3, 18, traurig machen. *A tristitia & acerbitate deducere*, Cic. de Orat. 2, 83 ext. *Tristitiam mitigare*, Id. Off 1, 12 *Tradere lacrymis & tristitiæ*, Lucejus Cic. fam. 5, 14. *Tristias* in plural. pro *Tristitias* habet Pacuvius apud Nonium 2, 869.

¶ Tristities, *ēi*, f. idem. Gloss. lat. gr. *Tristities*, λύπη. Apul. Met. 9 p. 231 *Mira tristitie deformis*. conf. Id. lib 6 p. 176.

¶ Tristĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Apul Met. lib. 3 p. 134 *Tristitudinem de pectore suo mittere*. Sidon. 8 epist 11 *Animus tristitudine gravis*. Adde Apul. Apol. p 295; & Symmach. 2 epist. 21.

¶ Tristĭtas, *ātis*, f. idem. Pacuv. apud Nonium 2, 869 *Quid istuc est, vultum alligat quæ tristitas?*

¶ Tristimōnium, *i*, n. idem. Petron. Frag. Trag. p. 34 sive c. 63 *Cum nos tum plures in tristimonio essemus*. Apud Festum in Colace Nævius: *Tristimonium detureat ex animo*.

¶ Tristor, *āri*, deponentaliter, trauren sein. Onomast. *Tristor*, λυπέω. Sen. de Ira 2, 7 *Concitat tristitiæque ob jocera*. Idem de Provid. c. 2 *Nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare*.

¶ Tristĭfĭcus, *a*, *um*, quod tristitiam adfert, schmerzlich, ut, *Promere & reddere voces tristificas*. Cic. de Divin. 1, 7 ex, eta quopiam: *Tristificas certant Neptuno reddere voces*. Adde Prudent. in Tetrast. 13; & Macrob. Sat. 7, 12.

¶ Contristo, *avi*, *atum*, *āre*, activum, tristem efficere, betrüben, bekümmern, traurig machen. Cælius ad Cic. fam. 8, 9 *Contristavit hac sententia Balium*. Et, *Pluvio contristat frigore cœlum*, es machet trübe, Virg. Georg. 3, 279 de autico. Et Horat. 1 sat. 1, 36 *Invenum contristat aquarius annum*. Tertull. de Præscript. c. 49 *Expavit & extimuit & contristata est*.

¶ Contristātus, *a*, *um*, betrübt, beleidiget. Colum. 9, 14 *Apes sæpius injuria contristatæ velut desperatione rerum profugiunt*. Plin. 35, 17 *Exhilarare contristatos*.

¶ Contristatio, *ōnis*, f. die betrübung. Tertull. adv. Marc. 2, 11 *Sine ulla contristatione*. conf. Idem adv. Marc. 5, 12; & de Pudic. c. 7.

¶ Pertristis, *e*, valde tristis, sehr traurig. Cic. pro Cælio c. 11 *Fuit hæc in ea ipsa pertristis*.

¶ Subtristis, *e*, nonnihil tristis, etwas unmuthig, ein wenig traurig; ut, *Subtristis visus est mihi*, Ter. Andr. 2, 6, 16.

¶ Tristuscus, vide in *Sucus*. Tristavus, *Avus*.

TRĪTA, *æ*, f. τρίτη, *tertia* scil. chorda; phthongus ita dictus Vitruv. 5, 4. v. Bald. Lex.

¶ Tritiānus, *a*, *um*, triplo major, dreymal gröſſer; ut, *Tritiana brassica*, Plin. 19, 8.

¶ Tritemoria, *æ*, f. τριτημορία, triens, tertia pars, ein dritthel. Mart. Capella 9 p. 315.

¶ Diatritos, *i*, f. διάτριτος, ita *tertium diem Græci diatriton vocaverunt*, dicente Cæl. Aurel. Tard. 1, 3, 57, breyer tage fieb. conf lb. 2, 1, 21; & Reinel. Var. Lect. p. 434.

¶ Diatritæus, *a*, *um*, dreytägig; ut, *Diatritæum tempus*, Cæl. Aurel. Acut. 1, 3, 35.

¶ Epitritus, *a*, *um*, proportionis ejus nomen, quam habet 4 ad 3, 8 ad 6 &c. vide Macrob. Som. Scip 2, 1 *Cum ea duobus numeris major habet totum minorem & insuper ejus tertiam partem*.

¶ Hemitritæus, *a*, *um*, ἡμιτριταῖος, semitertianus, halb dreytägig; ut, ἡμιτριταῖος πυρετός, i. e. *febris semitertiana* vel *tertiana imperfecta*. v. Hier. Mercurial. Var Lect. 1. 24. Substantive Serenus de Hemitritæo dependendo c. 53 *Mortiferum magis est, quæ Græcis Hemitritæon Vulgatur vocibus: Hoc nupta dicere timuit Non docuêre alii puto, nec voluere parentes* Martial. 1. epigr. 91 *Cui gravis & fervens hemitritæos erat*. Cæl. Aurel. Acut. 2, 22, 133 *Qui majore hemitritæo laborant*, conf. Apul. de Herb. c. 123 n. 2; & Cels 3, 3; & 8 de hoc genere febris.

TRĪTHALES, *is*, f. τριθαλής, herba sic dicta, quod ter floreat in anno, hauswurz, Plin. 25, 13.

TRĪTĪCVM, *i*, n. πυρός, frumentum candidum illud a *terendo* dictum secundum Varronem, weiſen. Plinius 18, 7 *Tritici genera plura, Italico nullum equidem comparaverim cantere ac pandere*. Sic, *triticum ferere*, Columella 2, 8 extr. & *exterere*, Plin d. l. Dessen.

¶ Tritĭcēus, *a*, *um*, adject. aus weiſen, ut, *Messis triticea*, Virg. Georg 1, 219. Et, *Triticeos fœtus reddat ager*. Ovid. Fast. 1, 693. *Triticea paleæ*, Cato R. R. c. 54. conf Colum. 7, 10.

¶ Tritĭcārius, *a*, *um*, den weizen betreffend; ut, *Conditio triticiaria*, de qua titulus in Digestis est.

TRĪTON, *ōnis*, m. Τρίτων, Deus marinus, Neptuni & Salaciæ filius & tubicen. Plin 9, 5 *Visus auctumque concha canere Triton*. Apud Eund. 32, 11 *Tritones* inter maris belluas conf. Vitruv. 1, 6; Suet. Claud. c. 21. Virg Æn. 1, 138 *Cymothoë simul & Triton annixus, acuto Detrudunt naves scopulo* Hic Neptuni tubicen esse fertur, cui mandat, ut receptui canat, fluviosque in suos fontes revocet. Meminit Cicero de Nat. D 1, 28. ¶ 2. Idem Cic. Attic. 2, 9 *Non modo de Cynico consedari, sed ne istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se jactare*, i. e. infanis amatoribus & quasi habitatoribus piscinarum. vid. Casp. Schott. Phyt. Curios. 3, 3. ¶ 3. Et, *Triton* fluvius & lacus est Africæ Plinio 5, 4.

¶ Tritonia, *æ*, f. ab eodem lacu Minerva dicta fuit, secundum Festum, quod ibi primum habitu puellari compecta sit, vel & ibidem nata, quo Silii versus faciunt infra laudandi, vel quia plurimum eam ripam & aquam amavit Dea, ut Lucanus significat 9, 354; vel ἀπὸ τῦ τρῶν, quia Dea terribilis; de quo Servius ad illud Virg. Æn. 2, 171 *Nec dubiis ea signa dedit Tritonia mœstris*.

¶ Tritōnis, *ĭdis*, f. patronymicum, idem. vid. Lucan. l. c. Sic, *Savæ Tritonidis arces*. Virg. Æn. 2, 225. Et Silius 3, 322 *Hinc, qui stagna colunt Tritonidis alta paludis, Qua virgo, ut fama est, bellatrix edita lymphâ, Invento primam Libyam perfudit olivo*. Etiam Avienus perieg. v. 392 *Tritonidis alta paludis*. Quin *Tritonide oliva* ulus est Nemesia. Cyn. 206.

¶ Tritoniācus, *a*, *um*, adject. Ovid. Metam. 15, 358 *Cum Tritoniacam movies subjicere paludem*.

Tritor, tritura, trituro, &c. vide supra *Tero*.

Trivenifica, vide infra *Venenum*, Triverbero, *Verber*, Trivialis, trivium, &c. *Via*.

TRIVMPHVS, *i*, m. θρίαμβος, pompa illa solennis, quæ fiebat redeuntibus in urbem cum victoria, ein triumph, ehrenzug. Qui omnium maximus honor Romæ fuit: cum triumphantes ipsius Jovis, quem Deorum summum credebant, majestatem repræsentarent. Ejus quippe insignia omnia tributa fuisse triumphantibus, ex Dionysio, Livio 5, 23, 10, 7 &c it. 7, 12 & aliis loh. Ant Vaninus docet de Re militari Rom. 7, 9 Add. Plin. 33, 7 l. 36 Tam nec Deo invisam, ne nimis tollerent comua, erat, qui sequeretur triumphantes, & identes, usque iis inclamans: RESPICE POST TE: HOMINEM MEMENTO

MENTO TT, de quo Tertull. Apol. c. 35. Huc pertinebant etiam ludibria in imperatorem joci, acerbi interdum. v. Liv. 9, 53. Ante currum capti duces incedebant in vinculis, præibat lictatus: ipsi triumphantes autem coronati lauru quadrigis in Capitolium, seu Iovis Capitolini templum provehebantur, &c. Cic. in Pis. c. 25 *Differes de triumpho, quid tandem haberet ista res? Quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt iste, mihi crede, delectamenta pæne puerorum.* Id. Phil 14, 5 *Is demum est meâ sententiâ justus triumphus ac verus, quum bene de republica meritis testimonium a consensu civitatis datur.* Cic. fam. 3, 10 *Agere triumphum justissimum ex inimicis.* Et, *Deportare triumphum*, id est, victorem esse, Idem Off. 1, 22. *Ducere aliquem in triumpho*, über einen triumphiren, Plin. 7, 43. *Triumphum frequentare*, Liv. 26, 39. Inter triumphum & ovationem discrimen tradit Gellius 5, 6; & Alex. ab Alex. 6, 18; & 7, 22; Lipf. in Admirandis Romæ 2, 8. De triumphis antiquis extat etiam libellus Martini de Guichardo, quem Noctes Granzovianas vocat Amft. 1661 Conf. Perizon. Annot. c. 6 p. 214; & Broukh ad Tibull. 1, 15, quæ agit de Meſſalæ triumpho. Singularia sunt, quod aliquando sine auctoritate senatus populi justu triumphatum est. v. Liv. 3, 63. Item quod apud eund. 8, 26 extr. *Publilius Philo acto honore*, id est, consulatu cum jam abiisset, *triumphavit.* ¶ 2. *Triumphus* vel *Triumpus* Deus, idem qui Bacchus in nummis apud Spanh. diss. 12 p. 211 sq. ubi generatim triumphorum illustrium in nummis memoria explicatur.

¶ Triumphālis, *e*, zum triumph gehörig; ut, *Corona triumphalis*, Plin. 22, 3 & Fest. *Cœna triumphalis*, Idem Plin. 9, 55 Et, *Currus triumphalis*, Idem 7, 26. *Habitus triumphalis*, hoc est, ad triumphum pertinens, Quintil. 10, 12. *Porta triumphalis* Romæ, per quam triumphantes deducebantur, Cic. in Pis. c. 23. *Bis fieri triumphalem*, Id. in Sallust. c. 8. *Vir* enim *triumphalis* est, qui triumphavit, Vellej. 2, 6, 4. ¶ 2. *Triumphalia* absolute sunt *Triumphalia ornamenta*, der triumph? ornat; ita enim plene semper appellat Suetonius; ut Aug. c. 38; Tib c. 9 & 20; Claudio c. 1 & 17, &c. & Vellej. 2, 104, 2; Sed Tacitus absolute *Triumphalia* vocat aut *Triumphi insignia*: ut An. 4, 14 & 16. conf. Vellej. 2, 116, 3. Erant enim revera insignia, propria triumphantium olim solemni pompa; post ducibus legatisque, quorum magni in bello fuisset opera, præmii honorisque tantum causa dari solita, ut erant *corona, patera aurea, sella curulis, scipio eburneus, toga picta, tunica palmata.* Quod tum in? rarum fuit, cum jussus triumphi honor, sive triumphandi jus penes solos principes, ? republica, cœpisset esse. Notatumque Suetonio, primu? ? tum Tiberium fuisse, ejus vita c. 9. Lege Onuphr Panvinium in lib. 5 Fast. Ovidii p. 345. Claudius im? erator legatis consularibus simul cum exercitu decr?, ne honoris istius consequendi causa belli occasiones quoquo modo quærerent, atque rempublicam in discrimen conjicerent, ut Suetonius auctor est ejus vita c. 24, & meminit ejus Tacitus quoque. Aliquando & *Triumphalia* haud quidem de militari causa, sed per gratiam, & ut honoratiores tantum essent, quibus id conjungeret, atque vel pueris etiam ac impuberibus solebant dari, ut ex eodem Suetonio in Claudio c. 24, itemque Nerone c. 15 discere licet. vid. spanhem. de usu & præst. num diss. 10 p. 216 sq

¶ Triumpho, *avi, atum, are*, triumphum agere, triumphiren, frolocken; ut, *Amplissime & honestissime triumphare*, Cic. pro Mur. c. 9. *Cæsar se triumphare*, Idem fam 2, 12, id est, triumphum gloriolum agere *Curius cum de Samnitibus triumphasset*, Id. de Senect. c. 16. *Triumphare ex aliquo*, Plin 7, 43. Inventur & *triumphare aliquem*, active Lactantius 6, 23 extr. *Hic terram triumphabit, hic cœlo consimilis Deo* Et 5, 24 *Gentes non exstinguentur omnino, sed quasdam velut triumphantur in victoriam Dei, ut triumphentur a justis, ac subjugentur piæ servituti.* Liv. 2, 38 *Animo jocisissimo, triumphatum hodie de vero Deo* Ita Aur Victor. de Marcello Macedonico c. 61 *Achaosibi prælio fracti, triumphandos tradit Hemmio.* § 2 Tert. Thom. 3, 3, 10 *Non triumpho, si ex nostris tuis nihil sanciscor mali?* hoc est, non gaudeo, non exulto, sölte ich nicht früh seyn. Sic, *Triumphare & gaudere*, Cic. Att. 9, 16. Et, *Triumphare gaudio*, Idem pro Cluent. c. 5.

¶ Triumphans, *tis.* Cic. Phil. 14, 5 *Me orantem & prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulit.* Et, *Triumphantes equi*, Propert. 4, 3, 67; & Ovid Pont. 2, 8, 40. *Consules triumphantes eidem interunt*, Liv. 3, 2 conf. 29, 27.

¶ Triumphātus, *a, um*, qui victus, & de quo triumphus actus, überwunden, und worüber man triumphiret hat. Sic, *Triumphatum orbem*, Ovid Amor 1, 15, 26; Et, *Triumphatum gentem*, Ibid. 1, 14, 46; Et, *Triumphatas gentes*, Virgilius dixit Georg. 3, 33. *Omnia armis fusa & triumphata*, Plin. 5, 5

¶ Triumphātus, *us*, m fabst triumphandi actus Laudatur Plinius 9, 3. 1 59 *Ne triumphatu suo nimis fastiditet Antonius.* Sed rectius Harduinus *Triumviratu*, alterius lectionis ne mentione quidem facta.

¶ Triumphātor, *ōris*, m. triumphans, qui triumphum agit Apul. Apol p. ? *Ille vir de Sabini, de quo Samnitibus deque Pyrrho triumphator.* Idem de Mundo p. 75 *Triumphator, propagator, & victor plurimus.* Cyprianus ep. 58, 2 *Nomen vesci compendiosa vulgivagum victor, sed adhærentibus ? & permanentibus pœnis longæ colluctationis miraculo triumphator.* Minuc. Fel. 40, 1 *Triumphator erroris.* conf. Id. 37, 1; & Prudent. in Symmach. 1, 629.

¶ Triumphatorius, *a, um*, adject. Tertull adv. Marc. 5, 10 *Verbum triumphatorium & insultatorium* Apostoli Irenæus 1 epist. ad Corinthios c. 15, 55 appellat.

¶ Detrium, *ās, are*, in triumph führen. Tertull. Apol. c. 27 extr. *Illas nunquam matris detriumphamus, quam eam pro fidei obstinatione sanguinatur.* Gr. est gr. lat. καθαμβεύω, detriumpho.

¶ Detriumphātus, *a, um*, überwältiget. Minuc. Felix p. 231 *Deos post eladem dati triumphatos colere coperunt*, id est, devictarum gentium deos.

Triumvir, triumviralis, vide infra *Vir*, Triunx, *Vncia.*

Trixago, vide supra *Trissago.*

TRIXIS, *is*, f. a Τρῖξις vel Τρισσὲς, *triplex, trifidus*, arboris genus, quam ricinum vocant a seminis similitudine, Plin. 15, 7.

¶ Trixālis, *i*, f. locustæ genus, Plin. 30, 6 & 13 & 14.

TROAS, *ădis, i.* Τρωὰς, Asiæ regio est, Hellespontо adjacens, Phrygia Minor etiam appellata: *Troas* vero a Trojanis possidentibus dicta, ut a *Troë* rege *Troja.* In Troade nobilissima urbs *Ilion*, quæ & *Troja*; montes clari, *Ida* & *Sigæum*, promontorium. v. Nep. 4, 3, 3. ¶ 2. *Troas* patronymicum etiam est interdum pro gentili. Virg. Æn. 5, 613 *At procul in sola secretæ Troades acta Amnem a Troade videre flebant*, id est Trojanæ mulieres. ¶ 3. *Troas* in Novo Testamento est urbis cognomen, quod singulare positum Act. Apost. c. 20, 5 & 6 & alibi legitur: plene est *Alexandrea Troas*, id est, Alexandri urbs in Troade regione. Titi nummus apud Golzium: COL. TROAS ANTIGONIA ALEXANDR. nam & Antigoni nomen aliquando consequuta fuit.

¶ Trōja, *æ*, f. proprie tota regio dicitur, *Ilium* vero princeps in ea urbs, quam igne ferroque everterunt Græci. Vrbis ejus arx, *Pergama*, ut Stephanus de Vrbibus, & Servius Virgilii interpres docent. Non raro tamen *Troja*, de urbe ipsa seu *Ilio* dicitur. Livius ipso principio operis: *Iam primum omnium satis constat, Trojâ captâ, in ceteros sævitum Trojanos, &c.* Ovidius Heroid. 1, 1, 3 *Troja jacet, certe Danais invisa puellis: &c.* Proverb. *Tentantes ad Trojam pervenerant Græci*, græce: Ἐς Τροίην πειρώμενοι (συνδανόμενοι) ἤλθον Ἀχαιοί, Theocriti est Idyll. 15, 61, id est, tentantibus sive scilicitantibus omnia patere. vide Chiliadas. Cæterum, quæ de *Troja capta* Homerus Iliade retulit, ea falsa & confictitia Dio Chrysostomus arguit peculiari oratione *de Ilio non capto*: quam in compendium redactam apud Puteanum licebit legere Apparat. Epist. Cent. 2 epist. 51 ad Iac. Rolantium scripta. Mater fuit Romani populi Trojæ quæ de re Augustinus de Civ. Dei 1, 4. ¶ 2. *Troja* ludum etiam equestrem significat puerilem, quem *Pyrrhicum* appellant. Pugna fuit imaginaria, ab Æneæ primum inventa ad tumulum Anchisæ, & postmodum ad Romanos traducta, ein tournierspiel. Virgilius describit Æn. 5, 602 *Trojaque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen.* Suet. Aug. c. 47 *Sed & Trojæ ludum edidit frequentissimo majorum minorumque puerorum dilectu.* Omnibus fuit, cum casu nonnulli debilitati fuissent, de quo idem Suetonius Claudio c. 21. ¶ *Troja vulgo Italice Latinoque scropha vel sus dicitur.* Hæc Mess. Corvi. de progn. Aug. quid si inde Gall. *Truie?* Quid si eodem pertinet sus illa cum triginta porcellis, quæ augurium condendæ urbis fuit.

¶ Tros, qui ex Troja est. Virgil. Æn. 2, 573 *Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.* conf. 10, 108. Pluraliter *Troës: Fuimus Troes*, Virg. Æn. 2, 325, &c.

¶ Trōjānus, *a, um*, adjectivum. Virg. Æn. 2, 4 *Trojanas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danaï.* Cic. pro Mur. c. 37 *Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, a quo nunquam me consule dormientes oppressi eramini.* Et Phil. 2, 13 *In hujus me consilii societatem, tamquam in equum Trojanum, cum principibus concludis?* Sic, *Trojanum bellum*, quod paullo ante tempora Davidis fuit, & causam habuit Paridis adulterium Eversa enim est Troja ante conditam Romam annis 340, ut Orosius scripsit. ¶ 2. *Trojanus porcus*, apud Macrob. Sat. 3, 9 vocatur, aliis inclusis animalibus gravidus, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit. Sic & *Porcum Trojanum* nostri dixerunt, qui, cum rex inauguratur, asservari solet, ferarum & altilium vario exquisitoque genere farctus. vid. Becman. de Dignit. Illustr. Dissert. 6 c. 1 extr.

¶ Trōïcus, *a, um*, idem; ut, *Troica castra*, Virg. Æn. 11, 341. *Troicum bellum*, Cic. fam. 5, 12; & Nep 14, 2, 2. *Fata Troica*, Ovid. Heroid. 1, 23.

¶ Trōïus, *a, um*, aliud rursus adj. trium syllabarum; ut, *Troïus heros*, Virg Æn. 8, 630. *Arma Troïa*, Idem Æn. 1, 123. Ita frequentius Troïas dixisse vult Nic. Heinsius ad Ovid. Her. 1, 28.

¶ Trōjugena, *æ*, c. i e. Trojanus; ut, *Trojugena, interpres divûm*, Virg. 3, 389. *Trojugenas bello claros*, Ennius. *Amnem Trojugena Camnam Romane fuge*, Liv. 25, 12. conf Silius 13, 510.

¶ Trōïlus, *i*, m. Priami regis Trojanorum fuit filius, impari cum Achille congressu interfectus. Virg. Æn. 1, 478 *Parte aliâ fugiens amissis Troilus armis, Infelix puer, atque impar congressus Achilli, &c.* Horat. 2 od. 9, 15 *Nec impubem parentes Troilon, aut Phrygiæ sorores Flevere semper.*

TRŌCHAEVS, *i*, m. τροχαῖος, pes celer, ἀπὸ τῦ τρέχειν, a *currendo* dictus, priori longa & altera brevi constans, - *v Longam si sequitur correpta, vocato trochæum.* Cic de Orat. 3, 47 *Iambum & trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles.* Adde Prudent. Perist. præf. v 8; Sidon. 5 epist. 8; & 9 epist. 15; Mart. Capellam 5 p. 169.

¶ Trochaïcus, *a, um*, adject. ut *Versus trochaicus. Trochaica garrulitas*, Sidon. 5 epist. 15.

¶ Trochæus, *i*, m. certus numerus in permixtis generibus, qui figuram quandam speciemque trochæi habere videtur, Mart. Capell. 9, 335.

¶ Ditrochæus, *i*, m. duo trochæi conjuncti, *compingere*. v. Diomed. 2 p. 467; & 3 p. 477.

TRŌCHĪLVS, *i*, m. Τροχίλος, avis parva, quæ & *Regulus*, & *Regaliolus* dicitur, ein schlüpfwinkel, vide *Regulus*; nam zaun könig, passer est troglodytes. vide *Passer*, & Plin. 8, 25 f. 37, ubi Harduinus trochilum divertum a regulo docet ex Scaligero. Conf. Idem Plin. 10, 75; & Solin. c. 35. ¶ 2. Alius est *Trochilus aquatica*, avicula littoralis, quæ in fauces crocodili hiantis involat, & hirudines inhærentes dentibus ejus extrahit & expurgat; quo officio & ipsa alitur, & crocodilus lenitem commode secum agi, nihil ei nocet, sed cum ex faucibus eam egredi vult, cervicem movet, ne comprimat; Gesnerus. ¶ 3. *Trochilus* esse dicitur torulus in apophysibus columnarum. vid. Vitruv. 3, 3. Itaque Columella longum & tererem cucumerem dixisse videtur quibusdam similem torulo columnarum & colubro serpenti, cum air, 10, 378 *Tum modo dependens trochili, modo more colubri Intortus cucumis &c.* Sed vid. *Trochila.*

Trochiscus, vide paullo post in *Trochus.*

TRŌCHĪ-

TRŎCHĪTES, *æ*, m. τροχίτης, lapis cinereus, aut luteus, aut nigricans, rotæ, quæ τρόχος dicitur, habens similitudinem, rädersteín, Agricola.

TRŎCHLEA, *æ*, f. machina est illa tractoria, continens rotulam, axiculum, & funem ductarium, eine winde, rolle, ein kloben. Lucret. 4, 903 *Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet.* conf. Cato R. R. c. 3. Vitruv. 9, 9; & 10, 1 & 2. Apud Quintil. 11, 3 *Ab imo pulmone pituitam trochleis adducere*, est difficulter excreare, hefftig reuspern.

¶ Trochleatim, per modum trochleæ, nach art einer winde. Sidon. 5 epist. 17 *Exstrio trochleatim fune.*

TRŎCHVS, *i*, m. τρόχος, rota vel turbo, qui a pueris scutica circumagitur, ein kreusel, drehrad. Cum quo & vetus scholiastes Horatii ad illud in Arte poët. v. 380 *Indoctusque pilæ discique trochique quiescit*, consentit: *Trochus*, inquit, *dicitur turben, qui flagello percutitur, & in vertigimem rotatur.* Sed rectius est, quod addit, *aut e rota, quam curvendo pueri virgâ regunt.* Ita enim Martialis 14 ep. 168 *Inducenda rota est, das nobis utile munus, Isle trochus pueris, at mihi canthus erit.* Hieronym. Mercurialis quoque Art. gymnasticæ 3, 8, vult, *trochum* a turbine diversum fuisse. Vide ipsum & ibidem trochi imaginem ex antiquo monimento expressam: itemque Scaligerum in Catonis disticha, & Rigalt. in Artemidorum p. 23. Sic, *Ludere Græco trocho*, Horat. 3 od. 24, 36. *Volubile buxum* vocat Virg. Æn. 7, 382. conf. Plin. 9, 52.

¶ Trŏchŭlus, *i*, m. diminutivum, ein rädlein. Plaut. prol. Amph. v. 144, vulgo legitur *Torulus.*

¶ Trŏchiscus, *i*, m. τροχίσκος, diminut. aliud, quo etiam pastillos suos medici vocant, ut Celsus 5, 17, kůchlein. conf. Apul. de Herb. c. 122 n. 1. ¶ 2. Est & *Trochiscus* piscis Plinio 9, 52; sed verius bellua marina, Gesnerus.

¶ Trochiscŭlus, *i*, m. diminut. ein klein kůchlein. Apul. Apol. 1 p. 153 Stew. *Trochiscili, ungues, teniæ.* conf. emend. Elmenh. ad p. 294.

¶ Epitrochasmus, *i*, m. ἐπιτροχασμός, figura rhetorica, qua res magnas, diversasque celeritate quadam percurrimus. Tale illud Cæsaris apud Suet. Cæs. c. 35 *Veni, Vidi, Vici.*

¶ Peritrŏchus, *i*, m. περίτροχος, rota in machina tractoria, Vitr. 10, 4. Trocta, vide infra *Trutta.*

TROEZEN, (*ēnis*) duabus syllabis, nisi diæresis variet, Τροιζήν, vel *Trœcene, es*, f. penultima producta, oppidum Peloponnesi, in quo educatus fuit Theseus. Ovid. Heroid. 4, 107 *Hic tecum Trœzena colam Pittheia regna.*

¶ Trœzēnius, *a, um*, adject. ut, *Trœzenius heros*, Ovid. Met. 8, 566. *Trœzenii populi* illustres fide in societatem Atticam, tempore Xerxis, quorum pietatem & benignitatem laudat Plutarchus in vita Themistoclis.

TROGLODŸTES, *æ*, m. avicula. Vide *Passer* & *Trochilus.* ¶ 2. *Troglodytæ*, penultima brevi, populi sunt Æthiopiæ conterminі juxta sinum Arabicum, de quibus Plinius 5, 8 *Troglodytæ*, inquit, *specus excavant, hæ illis domus; victus serpentum carnes, &c.* Τρωγλὴ Græcis *foramen* sive *specum* significat. Memorantur præterea & aliis locis *Troglodytæ*, hoc est, cavernarum habitatores, ut in Mauritania, & ipsa Scythia. vide Geograph.

¶ Troglodyticus, *a, um*, adject Plin. 6, 29 *Troglodytico latere*, scilicet sinus Arabici. Et 37, 10 *Nascitur in Troglodytica regione.*

¶ Troglodytica, *æ*, f. absolute, pro Troglodytarum regione, Plin. 12, 7 *Zingiber in Arabia & Troglodytica in villis nascitur.*

TROGO, *ōnis*, m. avis, quæ a cauda de ovo exit, Plin. 10, 16.

TROGVS POMPEIVS, Græcorum totius orbis historias latino sermone composuit, quas in epitomen Iustinus redegit. Trogi vero ipsius libri nusquam superstant. Vixit sub Augusto.

Troja, Trojanus, Troicus, &c. vide superius *Troas.*

TRŎPAEVS, *i*, m. τρόπαιος, *versarius*, qui vel dormientes, vel non attendentes sibi gestum aliquem indecorum committunt, vellicat & admonet, ac postea se avertit. Est enim a τροπὴ, quod *conversionem* significat. Usus hoc nomine Suetonius est in Claudio c. 8 *Quoties post cibum obdormiscret, olearum ac palmularum ossibus incessebatur, interdum ferula, flagrove velut per ludum excitabatur a tropæis.* Sed ibi potius legendum *a capreis*, vel *a capreis*, ut vult Torrentius. vid. & ad Suet. Tib. c. 61. Cæterum *Coprias stercorarias* & nihili homines interpretatur Torrentius *capreas*, hujus animalis instar rosores, &c. ¶ 2. De *ventis tropæis* apud Plinium est 2, 43 *Cum e mari redeunt*, (venti) *tropæi vocantur, si pergunt, apogæi.*

¶ Trŏpæum, *i*, n. ab eadem etymologia (a τροπὴ scilicet) est, quod spolium significat, reportatum ab hoste superato, & in sublime affixum, ein sieges-zeichen. Virgil. Georg. 3, 32 *Et duo rapta manu diverso ex hoste tropæa.* Et, *Referre tropæum*, Claud. Nupt. Honorii & Mariæ v. 117. *Ponere tropæa*, Cic. in Pis. c. 38. *Statuere tropæum*, Idem de Invent. 2, 23. *Tropæum incruentum statuere*, id est, vincere sine sanguine, v. Chiliad. *Ornare urbem tropæis*, Auct. ad Herenn. 4, 53. Exstruendorum tropæorum ratio a Græcis est. Ea vero ex lignis erexisse veteres, quæ æque ut saxa æraque, firma non sunt, ne odia immortalia essent, Diod. Siculus lib. 13 observat. Male enim conciliantur gentes, de quibus fixa tropæa durant. Eamque ob causam reprehensos eos Plutarchus annotat, qui ex ære vel marmore statuissent, quem quæstionibus Romanis p. 273 vide, ubi etiam docet, nec spolia renovari solita. Tractat eandem speciem Cic. de Invent. 2, 23. Abstinuisse Romanos ab omni tropæorum ratione, Florus observat 3, 2, 6; quod tamen Domitium Fabiumque migrasse, ibidem auctor est: cujus & Strabo meminit lib. 4 p. 185, ubi Casaubonum vide, qui & hoc docet, non *Trophæum*, ut vulgo & quod pertendit Marcellus Donatus, sed *Tropæum* scribendum esse, Animadv. in Suet. Cæs. c. 11. Cæterum Tropæorum erectiones variæ, eaque ipsa de varia ibidem materia: qua de consulendus Bulengerus de Triumpho c. 3, & Barth. ad Stat. 2 Theb. p. 628. Movere tropæa dedicata, nefas fuit, quod tamen factum a Sylla contra vetus institutum: Suet. Cæs. c. 2. Cæterum *tropæa* ponebantur victis utcunque, *triumphus agebatur*, debellatis plane hostibus. v. Perizon. Animadv. c. 6 p. 214. De diverso genere tropæorum in nummis Spanh. diss. 10 p. 220 sq.

¶ Trŏpæātus, *a, um*, tropæo ornatus, der ein sieges-zeichen hat. Ammian. 23, 14 (Vales. c. 5) *Trajanus & Verus hinc sunt digressi victores & tropæati.*

¶ Tropæ̆phŏrus, *i*, m. τροπαιοφόρος, victor, triumphator, ein sieges-herr. Apul. de Mundo p. 75 *Triumphator, propagator, & tropæophorus.*

TRŎPHĔTES, τροφετής, sic inscribitur liber sextus Apicii, qui de altilium opsoniis & condituris agit; τροφὴ, est *alimentum victus*, sed Humelbergius legendum ideo putat *Aëropetes.*

¶ Atrŏphia, *æ*, f. ἀτροφία, nutrimenti cessatio, cum corpus non alitur, & semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, macies oritur, quemadmodum Celsus scripsit 3, 22, das umgehen, die schwindsucht.

¶ Atrŏphus, *i*, m. ἄτροφος, quem Plin. 28, 9 *Syncticum* & *cachectam* vocat, συντηκτικὸν καὶ καχέκτην, der matt und kraftlos, schwindsüchtig.

¶ Atropha, *orum*, n. partes quæ cibum aut nutrimentum non sentiunt. Plin. 27, 8 *Explent sinus ulcerum, & atropha carnosiora faciunt.*

¶ Mŏnotrŏphus, *i*, m. μονότροφος, der vor sich allein isset, sich selbst vorstiget. Sic apud Plautum Stich. 5, 4, 7 appellatur *Monotrophus*, qui nec contubernalem habet ancillam nec vicarium; sed ipse sibi minister esse cogitur, solusque vescitur. vid. Turneb. Adverss. 9, 21, & Taubm. ad h. l.

¶ Syntrŏphus, *i*, m. σύντροφος, simul educatus, connutritus, zugleich erzogen; item ein tischgenoß. Tertull. adv. Valent. c. 8 *Quare non syntrophi nominantur.*

¶ Syntrŏphion, *i*, n. συντρόφιον, eruscus rubusve, der brombeer-strauch. Apulej. de Herb. c. 87.

¶ Asyntrŏphon, *i*, n. ἀσύντροφον, idem frutex, in Apul. l. c.

TRŎPHŌNIVS, *i*, m. Τροφώνιος, in fano vel antro subterraneo, a se constructo, oracula vaticinatus est; sed fame tandem interiit. conf. supra *Agamedes*; & v. in Chiliad. proverbium: *In antro Trophonii vaticinatus est*, de homine vehementer tristi tetricoque, propterea quod olim creditum est, eum, qui in Trophonii specum descendisset, postea nunquam ridere. Meminit hujus Trophonii Cicero Nat. D. 3, 19 & 22; & Antri Trophonii Heliodorus Æthiop. 2 p. 77. Describit Anto. van Dalen de oraculis. ¶ 2. *Trophonius*, i. e. Mercurius, apud Arnobium 4 p. 135.

¶ Trŏphōniānus, *a, um*, adject. ut, *Trophoniana narratio*, Cic. ad Attic 6, 2.

Tropice, tropicus, vide mox *Tropus.*

TROPIS, *is*, f. τρόπις, *carina*, quæ sit ex lignis versis, ein schiffboden, vel trabes in fundo navis, quæ fluctus findit & fulcat. Latinum fecit Martialis 12 epigr. 84 *Fumosæ feret ipse tropin de fece lagenæ, &c.* ubi fundum lagenæ & feculentum in eo vinum intelligit Barnabius.

TRŎPVS, *i*, m. τρόπος, *verbi est, vel sermonis*, ut Quintil. ait 8, 6, *a propria significatione in alienam cum virtute mutatio*: Seu *est*, Donato auctore, *dictio translata a significatione propria ad non propriam, sed similem, ornatus necessitatisve caussa, cujus species sunt metaphora, catachresis, metalepsis, metonymia, &c.* Vide & Cic. de Clar. Orat. c. 17; & Mart. Capellam 6 p. 231; & libellum de Schematibus. De cognatione vero *tropi* & *figuræ* vide Quintil. 9, 1, itemque Andreæ Corvini Dubia Rhetorica Fasciculo 7 & 8; & quidem Fasc. 7 Dub. 2 egregium locum Cic. de Orat. 3, 38, ubi *mutuatio* redditur.

¶ Trŏpĭcus, *a, um*, τροπικὸς figurativus, figürlich. Gell. 13, 24 *Tropica quadam figura mutationem vocabuli facere.* ¶ 2. Est idem ac *conversivus*, verånderlich. Sic, *Tropicos circulos*; item, *Tropica signa* Astrologi vocant, ubi conversiones solis & temporum fiunt. Ad *Tropicum cancri* fit solstitium æstivum, ad *Tropicum capricorni* hiemale. Manil. 3, 620 *Quæ tropica* (signa) *appellant, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur signis, nodosque refolvunt.* Adde Macrob. in Somn. Scip. 1, 15; & 2, 15.

¶ Trŏpĭca, *ōrum*, n. pl. subst. verånderung. Petron. c. 88 *Tum ille, pecuniæ*, inquit, *cupiditas hæc tropica instituit*: i. e. has conversiones seu commutationes. Nempe hoc vult, quod artes pulcherrimæ, de quibus meminerat, de eo deciderint culmine, in quo steterant ante, eo factum, quod jam intenti lucris homines obiter tantum & tralatitie eas tractare cœperint, non tanta industria studioque, quo veteres in eas incubuerint, solius laudis avari. Hanc commutationem *Tropica* dixit.

¶ Tropice, adverb. verblůmt. Augustinus de Genesi ad lit. 4, 9 *Maluit tropice loqui.*

¶ Tropologia, *æ*, f. τροπολογία, figura, qua sermo ad emendationem morum & ad alia convertitur. v. Hieron. 1 epist. 9.

¶ Tropologĭcus, *a, um*, figürlich; ut, *Tropologicum genus ac figuratum*, Sidonius 9 epist 3.

¶ Tropologĭce, adverbium idem. Hieronym. in Ezech. c. 26, 19 p. 410 extr.

¶ Ectrŏpa, *æ*, f. ἐκτροπὴ, diverticulum, ein abweg. Varro apud Non. 4, 422 *Nequid erraremus*; *Ectropas esse multas.* conf. Turneb. 29, 2; & Rhodig. 28, 25.

¶ Ectropium, *i*, n. ἐκτρόπιον, oculorum vitium, & quidem in palpebra inferiori, cum parum sursum tollitur, &c. v. Cels. 7, 7, 10.

¶ Protrŏpum, *i*, n. πρότροπον; ut, *Protropum appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ*, ungetreten oder ungepreßter most, Plin. 14, 9 & 7; & Colum. 12, 41. Budæus *lixivum* sive *lixivium* latine appellari ait.

TROSSŬLVS, *i*, m. plur. *Trossuli* dicti fuere equites Romani a *Trossulo*, oppido Hetruriæ, non longe a Volscis, quod sine adjumento peditum expugnarunt quondam Numio duce, reuter. Vide Plinium 33, 2; Festum: Nonium 1, 240; & Vet. Scholiasten Persii ad sat. 1, 82 *Unde istud dedecus, in quo Trossulus exultat &c.* conf. Sen. epist. 76 & 87. ¶ 2. Vulgo quoque ita vocabant τοὺς κομψοὺς καὶ φιλοκάλους, qui cultu & toto vitæ genere cæteris præstare vellent, stutzer, juncker. Vide Casaub. ad allegatum Persii locum, & Salmas. ad Lampridii Commodum p. 114.

Troxalis, vide infra *Trywalis.*

TRVA, *æ*, f. τὸ κανθήριον τῆς χύτρας, ein Henkelkörbel, Henkelkörbchen. Titinnius apud Festum & Nonium 1, 68 *Ceras magnum abeunt, quando fervit, paullò confutat trua.* ¶ 2. A similitudine dicte sunt Varroni L. L. 4, 25 *Trua, quæ a cultris in lavatrinam aquam fundunt,* die Gosse. Nimirum hic cavum majus, cui infunditur aqua, adjunctum habet canalem, per quem effluit. Non videtur hanc locutionem cogitasse hic Scaliger, quam & res ipsa & quæ sequuntur apud Varr. postulare videntur.

¶ Trulla, *æ*, f. diminutivum, vasis cum manubrio genus est, sed usus diversi, ein trinck- oder ander gefäß mit einer handhabe. Horatius 2 sat. 2, 144 *Qui Veientanum festis potare diebus Campanâ solitus trulla, vappamque profestis.* Iuvenal. 3, 108 *Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.* Sic, *Trulla excavata cum manubrio aureo*; & *Trulla gemmea,* Cic. Verr. 4, 27 extr. *Murrhea,* Plin. 37, 2. Sed Martial. 9 epigr. 98 *Clinicus Herodes trullam fabricavit agro,* i. e. matulam. Liv. 7, 11 *Trulla ferrea,* feblepfannen. Est etiam *Trulla* cæmentarii sive fabri murarii instrumentum, eine kelle. Adde Cat. R. R. c. 11 & 13; Colum. 9, 12; Plin. 37, 8; Pallad. 1, 15; Petron. c. 75; ubi v. Interpr. p. 375 Burm. Alex. ab Alex. G. D. 3, 20; & Dempst. ad Rosin. 5, 30 p. 539.

¶ Trullio, *ōnis*, m. idem genus vasis. Plin. Valer. 3, 38 *Alitere in trullionem.*

¶ Trullum, *i*, n. seu Trullus, *i*, m. fornix hemicyclius, ut Lambecius Tomo 8 Biblioth. Cæs. p. 407 interpretatur. Hinc ¶ 2. *Trullum* sive *Trullus*, dicta pars palatii Constantinopolitani, vel amplum ejus triclinium, ejusmodi tecto coopertum, ubi synodus episcoporum congregata fuit, quæ inde *Trullana* appellatur. Vide Carol. du Fresne Constantinopolim Christianam 2, 4, 20, & adde Cellarii Hist. Medii Ævi, in Synodo Quinisexta p. 77.

¶ Trullānus, *a, um*, adject. ut, *Synodus Trullana*, jam in *Trullus*, expositum est.

¶ Trulleum, *i*, n. vasis genus, quo manus perluuntur, ein handbecken. v. Nonius 15, 32. *Figura trullæ similè, nisi quod aquam latius concipit, & quod manubrium cavum non est,* ut Varro scribit L. L. 4, 25. Apud Catonem de R. R. c. 10 dicitur *Trullium.* Vet. Gloss. *Trulleum & Guttum, & Aquiminale,* χέρνιβον, ξεσόν. ¶ 2. Et, *Trulleum* instrumentum est fabrorum cæmentariorum, eine tünch- oder mauer-kelle.

¶ Trulleus, *i*, m. idem quod *trulla* vel lasanum, in quod ventris onus deponitur, ein nacht-scherben. Plin. 34, 2 *Vasa Corinthia transferunt in trulleos.* Conf. Arnob. 2 p. 56.

¶ Trullisso, *āre*, pro, trulla gypsum inducere, berappen, bewerffen. Vitruv. 7, 3 *Inferior pars tecta cum calce trullissetur.* Idem: *Asperrime trullissentur.* conf. Idem 5, 10.

¶ Trullisātio, *ōnis*, f. die betünchung, berappung. Vitruv. cit. lib. 7, 3 *Trullisatione subarescente.*

¶ Detrullo, *āre*, pro diffundere ex trulla una in aliam, apud Apicium legi, annotavit Hermolaus.

Trucidatio, trucīdo, truculentus, &c. vide *Trux*, Trudes, *Trudo.*

TRŪDO, *trusi, trūsum, trudĕre*, ὠθεῖν, violenter propellere, vel impellere, stossen, fortstossen, treiben, drengen; ut, *Trudi ad supplicium,* Cic. Attic. 4, 5. Ter. Andr. 4, 5, 40 *Fallacia alia aliam trudit,* es folgt eine auf die andere. Horat. 2 od. 18, 15 *Truditur dies die.* Tac. An. 1, 63, 3 *Trudebantur in paludem.*

¶ Trudens, *tis.* Virg. Georg. 3, 373 *Sed frustra oppositi trudentes pectore montem.*

¶ Trūsus, *a, um.* Ammian. 14, 10 *Rufinus ad discrimen trusus ultimum,* der in äusserste gefahr gerathen. Tac. Hist. 5, 25, 5 *In arma trusus,* angetrieben.

¶ Trūdes, *is*, f. instrumentum, quo quid protruditur, eine treibkeule, ein hebe-baum. Tac. Annal. 3, 46, 7 *Trudibus aut furcis in ceteram molem prosternere.* conf. supra *Sudes.*

¶ Trūso, *āre*, frequentat. quo verbo obsceniuscule usus Catullus est epigr. 57, 6. v. Rigalt. ad Artemidor. p. 60.

¶ Trusātilis, *e*, quod truditur, das man treibt; ut, *Mola trusatilis*, quæ & *manuaria* dicitur, eine handmühle, Gell. 3, 3; & Cat. R. R. c. 10.

¶ Trūsito, *āre*, aliud frequentat. fortstossen. Hanc vocem restituit Phædro cultissimo fabularum scriptori, Rigaltius ad 2, 7, 8 *Interque eadem ferro mulum trusitant.*

Composita.

¶ Abstrūdo, *si, sum, dĕre*, abscondere, abdere, verbergen, verstecken. Cic. Att. 12, 15 *Mane me in silvam abstrusi densam & asperam.* Idem Acad. 4, 10 *Natura in profundo veritatem (ait Democritus,) penitus abstrusit.* Tac An. 4, 69, 2 *Latebra sese abstrudunt.* Et, *Abstrudere tristitiam,* Id. An. 3, 6, 3. conf. Plaut. Aul. 4, 5, 3 & 4, 8, 7.

¶ Abstrusus, *a, um*, verborgen, heimlich. Ovid. Heroid. 7, 147 *Abstrusa terra,* quam Æneas exsul petebat. Plin. Paneg. c. 45 *Bonos otio aut situ abstrusos, & quasi sepultos, non nisi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant.* Ibid. c. 63 *Abstrusus atque abditus.* Et, *Recessus abstrusi,* Claud. Consul. Hon. 4, 274. Compar. *Paullo abstrusior disputatio,* Cic. Acad. Qu. 4, 10 pr. Et absolute Ammianus 17, 7 *Esse in abstruso,* verborgen seyn.

¶ Abstrusè, adverb. idem. Hinc compar. Ammian. 28, 1 *Inter vetera recepti vocatique editis semel abstrusius amandarunt.*

¶ Abstrusio, *onis*, f. die verbergung, versteckung; ut, *Seminis abstrusio,* Arnob. lib. 5 p. 163.

¶ Contrūdo, *si, sum, dĕre*, zusammen hinstossen. Cic. Verr. 5, 27 *Eadem privatos contrudi imperavit.* Ammian. 22, 3 *Contrusus est in insidiosa Dalmatiæ boas.* Et 27, 20 *Latrones ad latebrosa montium saxa contruserunt.*

¶ Contrūsus, *a, um*, zusammen gesperret, eingeqvetscht; ut, *Contrusæ navis,* Lucret. 6, 734. *Contrusa corpora,* Idem 6, 1251.

¶ Detrūdo, *si, sum, dĕre*, dejicere, pellere, hinter treiben, herunterstossen; ut, *Quisque ad id, quod facere potest, detrudendus est,* Cic. de Orat. c. 28 extr. *Detrudi ac compingi in pistrinum*, verstossen werden, idem ibid. c. 11. Nepos 20, 2, 2 *Id quam fortunam detrusisset cum.* Et, *Detrudere in pœnam,* Cic. pro Flacco c. 38. *Detrudi in lucum,* Id. ad Quint. fratr. 1, 4. Et, *Aliq. de sententia detrudere*, id est, dejicere, abtreiben, Idem fam. 14, 16; *de prædio,* Idem pro Quint. c. 27 & 29. *Stygias detrusit ad undas,* Virg. Æn. 7, 773.

¶ Detrūsus, *a, um*, hinunter gestossen. Cic. pro Quint. c. 29 *Detrusus ex prædio.* Id. Nat. D. 2, 54 *Stomachus morbis linguæ depulsam & quasi detrusam cibum accipit.* Ovid. Met. 12, 522 *Corpus sub Tartara detrusum.*

¶ Destrusus, *a, um*, idem; ut, *Substantia illa destrusa,* Tertull. adv. Valentin. c. 20.

¶ Detrusio, *onis*, f. die verstossung, apud eundem Tertullian.

¶ Extrūdo, *si, sum, dĕre*, foras pellere vel trudere, hinausstossen, austreiben; ut, *Extrudere ædibus*, &, *ex ædibus*, Plaut. Cas. 4, 1, 18. *Extrudere foras*, Id. Truc. 1, 1, 68. Et, *Domo sua aliquem extrudere*, Cic. Verr. 5, 15. Ter. Hec. 1, 2, 98 *Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.* Et, *Extrudi a loco minime apposito*, Cic. Att. 3, 14. Idem fam. 14, 6 *Pollicem* (fervum credo) *si adhuc non est profectus, quam primum fac extrudas. Plenius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces,* los werden, verkauffen, Horat. 2 epist. 2, 11.

¶ Extrusus, *a, um*, ausgestossen; ut, *Extrusa vetustas,* Lucret. 5, 978.

¶ Intrūdo, *si, sum dĕre*, hineinstossen; ut, *Intrudere sese aliquo*, sich eindringen. Cic. pro Cæc. c. 5 *Se ipse inferebat, & intrudebat.*

¶ Introtrudo, *ĕre*, idem. Cat. R. R. c. 157 *Turundam introtrudito.*

¶ Obtrūdo, *si, sum, dĕre*, invito & renuenti offerre, aufdringen, aufnöthigen. Ter. Andr. 1, 5, 15 *En quia nemini obtrudi potest, itur ad me.* Id. Hec. 3, 1, 16 *Nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi ch. sedit patri.*

¶ Obtrudens, *tis.* Cæl. Aurel. Acut. 2, 37, 197 *Frigerantia atque obtrudentia tacta & densantia.*

¶ Obtrūsus, *a, um*, aufgedrungen, aufgebürdet; ut, *Obtrusa ratio*, Cic. de Clar. Orat. c. 74. Alii, *Obrussa*; vid. ibi Gruter. ¶ 2. *Obtrusus* aliqui legunt in locis, ubi est *Abstrusus*, de quo supra.

¶ Obtrusio, *onis*, f. obtrudendi actus; ut, *Corpusculorum obtrusio &c.* Cæl. Aurel. Acut. præf. lib. 1 n. 6; quæ vox sæpius ibidem recurrit.

¶ Obstrūdo, *dĕre*, verbum parasiticum apud Plautum, pro avide vesci, in sich hinein storffen, e. g. Stich. 4, 2, 13; & Curc. 2, 3, 87: ubi etiam in MSS. *obstrudere.* vid. Lex. Crit. Parei p. 828. Prudentius passione Vincentii v. 95 pro occludere usus est, verstopffen, *His intonantem Martyrem Iudex profanus non tulit, Conclamat: Os obstrudite, Nec pia a pœnis imprecans.* Ita plures legunt; at Heinsius: *Os obtrudite.* conf. Festi *Obstrudunt.* Et pass. Ammian. 31, 15 *Intrinsecus silicibus magnis obstructa sunt portæ.*

¶ Obstrūsus, *a, um*, verstopfft, verdeckt. Stat. Theb. 3, 658 *Obstrusaque semina rerum eliciunt*; ubi alii *abstrusa.* Sen. Qu. nat. 5, 15 *In tenebris male obstrusa quærere.* Claud. Cons. Hon. 4, 2, 5 *Obstrusos explorat fama recessus.* Pro *obtrusis* aliqui etiam legunt apud Cic. de Clar. or. c. 74. conf. Voss. Etym. p. 550 in *Obscurum.*

¶ Obstrudulentus, *a, um*, ex Titinnio affert Festus, ubi Scaliger emendat, sed Dacerius p. 293 vindicat.

¶ Protrūdo, *si, sum, dĕre*, porro vel ulterius trudere, fortstossen. Cic. de Fato c. 19 *Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit.* Lucret. 4, 889 *Pandatur modis protruditur atque movetur*, sie wird förder gebracht. Sic, *Protrudere opus*, Vitruv. 2, 8, fördern.

¶ Retrūdo, *si, sum, dĕre*, zurück oder hinter sich stossen. Plaut. Epid. 2, 2, 64 *Quæsi retruderet hominum me vis invitum.* Et Sulp. Severus vita Martini c. 4 *Retrudi in custodiam jubetur.*

¶ Retrūsus, *a, um*, verstossen, verworffen, zurück gesetzt. Cicer. Verr. 1, 3 *Simulacra jacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita.* Idem de Orat. 1, 19 *Hæc sunt penitus in philosophia retrusa atque abdita.*

TRVENTVM, *i*, n. urbs & fluvius Picenorum, vulgo *Tronto*, Plin. 3, 13.

¶ Truentīnus, *a, um*, adject. Silius 8, 434 *Quique Truentinas servant cum flumine turres.*

Trulla, trullisatio, trullum, &c. vide paullo ante *Trua.*

TRVNCVS, *i*, m. τὸ στέλεχος, arboris reliquum post ramos relicios, der stock, stumck, block, klotz, a τρύειν vel τρυφᾶσθαι, *atterere, absumere.* Cic. de Senect. c. 15 *Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat.* ¶ 2. Dicitur & *Truncus* de corpore hominis, absque capite, der rumpff. Virg. Æn. 2, 557 *Iacet ingens littore truncus Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.* Cic. pro Roscio Com. c. 12 *Nemo illum ex trunco corporis spectabat &c.* Catull. *Cum Phrygii Teucro manabant sanguine trunci*, i. e. homines truncati, quod non improbat Vossius ad h. l. p. 245. ¶ 3. Sed & de homine stupido *Truncus* atque *Stipes* dicitur, ein grober klotz, tölpel, apud Cicer. in Pison. c. 9. Et de Nat. D. 1, 30 *Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia?*

¶ Truncus, *a, um*, adjectivum, quod est truncatum, verhauen, abgehauen, zerstümmelt. Virg. Æn. 3, 659 *Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.* Id. Æn. 6, 497 *Truncas inhonesto vulnere naves.* Liv. 31, 29 *Vita trunca, sine senatu, sine plebe.* Gell. 2, 23 *Trunca quædam ex Menandro.* Curt. 8, 11, 8 *Trunca arbor.* Et 6, 9, 28 *Truncum corpus.* Liv. 41, 9 *Puer trunci corporis.* Sil. 3, 42 *Frontem minor truncavit amaro Acarnan*, est Achelous cornu ab Hercule truncatus. v. Heins. & Drakenb. h. l.

¶ Trun-

¶ Trunculus, *i*, m. diminut. Celsus 2, 22 *Trunculi suum.*

¶ Trunco, *avi, atum, āre*, verhauen, verſtürken, ſtümmlen, zerſtümmlen; ut, *Truncare cervos*, Val. Flacc. 6, 568. Lucan. 6, 566 *Truncavitque caput.* Ovid. Met. 8, 647 *Truncat olus foliis.* Paſſ. Plin. 9, 39 *Antiquum illud e ligno quibusdam ſui partibus vetuſtate truncatum eſt.*

¶ Truncātus, *a, um*, zerſtümmelt; ut, *Manibus truncatus & armis*, Claud. B. Get. v. 89. *Anguis truncatus*, Id. B. Gil. v. 471. Liv. 31, 30 *Semiuſta & truncata ſimulacra Deûm.* Pallad. Febr. t. 24 *Truncatis radicibus.*

¶ Truncātio, *ōnis*, f. die zerſtümmelung. Gloſſ. Cyrill. *Truncatio*, ἀκρωτηριασις.

Compoſita:

¶ Contrunco, *āre*, imminuere, verſtümmeln; ut, *Quod edant addas, meum ne contruncet cibum*, Plaut. Sticho 4, 1, 48. Quod imitatus Apulejus 1 Mileſ. p. 103 *Dum polentæ caſeatæ offidam modico grandiorem contruncare geſtio.* Proprie de cæde, niederhauen. Lamprid. in Alex. c. 61 *Inermes & obſiſtentes contruncaverunt.*

¶ Detrunco, *āre*, decidere, abkürken, abhauen; ut, *Detruncare corpora*, Liv. 31, 34. *Detruncare caput*, Ovid. Met. 8, 769. *Detruncare vitem*, pro reſecare, Colum. 4, 22.

¶ Detruncātus, *a, um*, abgehauen; ut, *Arboribus detruncatis ſtruem lignorum facere*, Liv. 21, 37. *Detruncata corpora brachiis abſciſſis*, Id. 31, 30. *Ulmus detruncata*, Plin. 17, 23. Sic, *Pompejus a ſpadonibus Ægyptiis detruncatus*, i. e. decollatus, enthäuptet, Lactant 6, 6, 17.

¶ Detruncātio, *ōnis*, f. detruncandi actus. Plin. 24, 9 *Detruncatio ramorum.*

¶ Diſtrunco, *āre*, zerſpalten. Plaut. Truc. 2, 7, 53 *Medium diſtruncabo.*

¶ Obtrunco, *āre*, occidere quomodocunque, ermorden, erwürgen. Liv. 1, 5 *Regem obtruncant.* Ibid. c. 10 *Regem in ſpecie obtruncat & ſpoliat.* Virg. Æn. 3, 332 *Incautum excepit, patriaque obtruncat ad aras.*

¶ Obtruncātus, *a, um*, niedergehauen, hingerichtet. Curt. 6, 1, 1 *Obtruncatis* (ſcil. iis), *qui promptius reſiſtebant.*

¶ Obtruncātio, *ōnis*, f. die umhauung, abſchneidung; ut, *Obtruncatio vitis*, Colum. 4, 29.

¶ Prætrunco, *āre*, verſtümmeln. Plaut. Mil. 2, 3, 47 *Nonne tibi iſtam prætruncare linguam largiloquam jubes?* Et Capt. 4, 3, 2 *Colla prætruncabo.*

TRVO, *ōnis*, m. Feſto avis onocrotalus, ſic dicta, quod ei inſtar truæ ingluvies ſuo roſtro propendet. vid. ibi Cæcilius.

¶ Truo, *are*, i. e. movere, apud Feſtum in *Antroare*, a *Trua*, unde *Amtruo.*

Truſatilis, truſito, truſo, *are*, &c. vide in *Trudo.*

TRVTILO, *are*, ſchreyen wie ein frammetsvogel. Aut. Philom. v. 17 *Tum turdus trutilat.*

TRVTINA, *æ*, f. æquilibrium, foramen ſcilicet illud in bilance, intra quod lingua eſt, ſecundum quam ponderis ſit examinatio, das loch, darinne die zunge an der waage gehet. Vetus ſcholiaſt. Perſii ad ſat. 1, 6 *Examenve improbum in illa Caſtiges trutina*: EXAMEN, inquit, *eſt lingua, vel lignum, quod mediam haſtam ad pondera adæquanda tenet.* CASTIGARE *autem eſt digito libram percutere, ut temperetur, & præagitatione poſt æquum quieſcat.* TRVTINA *vero eſt foramen, intra quod eſt lingula, de qua examinatio eſt.* Lege ad eum locum & Caſaubonum, ſcholiaſtæ verba & emendantem & explicantem. ¶ 2. Vſurpatur & pro libra ipſa, die wage; ut, *Argentaria trutina*, Varro apud Nonium 2, 861. ¶ 3. Pet metaphoram autem pro examine & judicio, die prüfung, erweguna. Horat. 2 epiſt. 1, 29 *Si Romani penſantur eadem ſcriptores trutina*, h. e. ſi ex eodem fundamento de iis judicatur, ut, quo quis antiquior ſit, eo habeatur melior. Iuvenal. 6, 436 *Atque alia parte in trutina ſuſpendit Homerum.*

¶ Trutino, *āre*, eſt trutina examinare, erwegen, wägen. Gloſſ. Cyrilli: *Trutino*, ζυγοστατῶ. Perſius deponentialiter uſus eſt ſat. 3, 82 *Atque exporrecto trutinantur verba labello.*

¶ Trutinātus, *a, um*, erwogen, geeicht. Sidon. 7 Conc. epiſt. 9 *Statu ſatis ſuperque trutinato.*

TRVTTA, *æ*, f. quod nomen & *Truta*, unico t, ſcribunt alii, piſcis eſt, qui & *Varius* & *Variolus* alias dicitur, multorum & diverſorum generum, eine forc, forelle. Sunt enim *Truttæ fluviatiles*, bachforen, interque eas aliæ majores, quæ & *ſalmonatæ* dicuntur, lachsforen, aliæ *lacuſtres*, ſeeforen. vide eruditam de *Truttis* expoſitionem Geſneri. *Troctas* vocat B. Ambroſius, & ita quoque Vet. Gloſſ. *Tructa, τευκτης, Tructa*: notat Scaliger Auſon. Lect. 1, 7.

TRVX, *ūcis*, adjectiv. ferus, crudelis, ἀγριος, ὠμος, ſchewßlich, greulich, grauſam. Ovid. de Arte am. 3, 502 *Candida pax homines, trux decet ira feras.* Sic, *Aſpectus trux*, Cic. Divin. 2, 64. Et, *Oculi truces*, ein ſchrecklich geſicht Id. Nat. D. 2, 42. *Animi truces*, Lucan. 7, 128. Horat. 1 epiſt. 19, 48 *Ludus enim genuit trepidum certamen & iram: Ira truces inimicitias, & funebre bellum. Trux cantus, ſententia, ingenium, trux fœvusque infidiator* Liviana ſunt. v. Iac. Gronov. ad 24, 18. Sic, *Venti truces*, Plin. 2, 36. *Garganum* montem *trucem* appellat Grat. 510 h. e. aſperum. Compar. Ammian. 25, 4 *Major vis & trucior:* Ita & Lindenbrog. p. 307; ſed Valeſius ſ. 416 *atrocior.*

¶ Trucŭlentus, *a, um*, crudelis, trux, grimmig, mörderiſch. Cic. pro Sextio c. 8 *Dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis adſpectu.* Compar. *Fœta truculentior urſa*, Ovid. Met. 13, 804. conf. Horat. 1 ſat. 3, 51; & Sidon. 5, 9. *Truculentiſſima imperia*, Val. Max. 7, 6 pr. *Facinus truculentiſſimum*, Auct. ad Herenn. 4, 8. ¶ 2. Vſurpatur & hoc nomen de ruſtico & agreſti homine, quique a voluptatibus omnibus, quibus temperatur hæc vita, abhorret, bäuriſch, grob. Vnde & fabulæ Plautinæ vocabulum illud inditum eſt, ab homine ruſtico talis ingenii, qui ibi primas agit. Cic. de Senect. c. 14 *Quam gaudebat Truculento Plautus!* Sen. Hipp. v. 469 *Truculentus & ſilveſter & vitæ inſcius Triſtem juventam Veneris deſerta colis &c.*

¶ Trŭculens, *tis*, ut *opulens*, *violens*, veteres etiam dixerunt: quod juniores poſtea reduxerunt. B. Baſilius (non eſt ille Græcus pater, ſed Latinus, primum a Goldaſto editus) in Admonitionibus ſub finem: *Nec formidavi hoſtes ferociſſimos, qui capiant animæ jugulare: non ferrum, non ignem, nec faciem truculentam terrorum.* Ekkehardus in Calib. Monaſterii S. Galli: *Homines truculentes & barbari.* Salomo Lexico, TRVCVLENS, *immanis, ferox, inhumanus, truci vultu.*

¶ Truculenter, adverb. idem; ut, *Truculentius ſe gerebat, quam ceteri*, er erzeigete ſich grauſamer, Cic. de L. Agraria 2, 5. *Truculentiſſime aliquem adſpicere*, Quintil. 6, 1. Et, *Truculentius ſibi minitans*, Val. Max. 3, 8, 5.

¶ Truculentia, *æ*, f. der grimm, die grauſamkeit, Plaut. Truc. 3, 2, 7 *Tuam exſpecto truculentiam.* Tac. An. 2, 24, 1 *Truculentia cæli.* Apul. Met. 9 p. 420 *Iſte ferrio truculentiæ hominis nutrimento fuit.*

¶ Trucŭlo, *āre*, turdorum eſt, girren wie eine turtel-taube. Aut. Philomel. v. 17 *Dum turdus truculat.* vid. Schott. Obſerv. Hom. 2, 52.

¶ Trucĭdo, *avi, atum, āre*, crudeliter necare, unbarmherzig würgen, todtſchlagen. Virg. Æn. 2, 494 *Fit via, vi rumpunt aditus, primoſque trucidant.* Cic. pro Leg. Manil. c. 3 *Uno nuntio atque una ſignificatione literarum, cives Romanos necandos trucidandoque denotavit.* Sic, *Trucidari ferro*, Id. Catil. 1, 4; *fame*, Id pro Cælio c. 18; *gravioribus verbis*, Id. de Ar. reſp. c. 1. *Servilibus omnibus ſupplicüs trucidatos, trucidando e civibus*, Liv. 29, 18. Fragm. Cic. apud Sen. Suaſor. 6 *Vix homines intueri trucidata ejus membra poterant.*

¶ Trucĭdātus, *a, um*, ermordet. Aur. Victor de Cæſ. c. 42 *Silvanus trucidatus.* Id. Epit. c. 12 *Viris trucidatis.* Tac. An. 2, 45, 4 *Trucidatas legiones oſtentabat.*

¶ Trucidatio, *ōnis*, f. die ermordung. Cic. Phil. 4, 5 *Nullas ei luctus jucundior eſſe videtur, quam cruor, quam cædes, quam ante oculos trucidatio civium.* Liv. 28, 16 *Non jam pugna, ſed trucidatio, velut pecorum, fieri*, ſcilicet cœpit. Adde Celſ. præf. lib. 1, & Sen. de Benef. 5, 16. Plur. Cato apud Gell. 13, 24 *Tantas trucidationes facit.*

¶ Trucidator, *ōris*, m. interfector, ein mörder. Auguſtin Civ. Dei 16, 43 pr. *Moſes ſubtractas furto trucidatoribus parvulorum.*

¶ Contrŭcĭdo, *āre*, niedermetzeln, umbringen. Suet. Calig. c. 28 *Miſit, qui univerſos contrucidarent.* conf. Tertull. adv. Marc. 5, 15.

¶ Contrŭcĭdātus, *a, um*, niedergehauen, geſchlachtet. Cic. pro Sextio c. 37 *Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, ſe abjecit exanimatus.* Sen. de Ira 1, 2 *Aſpicere plebem immiſſo milite contrucidatam.* Id. epiſt. 115 *Taurorum opima corpora contrucidata.*

¶ Pertrux, *ūcis*, nimium ſævus, allzugrimmig; ut, *Pertrux beſtia*, Apul. lib. 5 Met. p. 166 ed Elmenh. At Pricæus *itrux.*

TRYBLIVM, *i*, n. τρυβλιον, i. e. catinus, ein napf, morſel. Plaut. Stich. 5, 4, 9 *Olea in tryblio, lupilli comminuto cruſtulo*

TRYCHNOS, *i*, f. τρυχνος, herba, latine *ſolanum*, nächtſchatten, Plin. 21, 21.

TRYGĒTER, *ēris*, m. τρυγητης, i. e. vindemiator, ſidus cæleſte, Colum. 11, 2.

TRYGÍNON, *i*, n. τρυγινον, atramenti genus Plinio eſt 35, 6, *Polygnotus & Micon, celeberrimi pictores Athenis, e vinaccis fecere tryginon, appellant τρυγες, fæces.*

TRYGODAEMON, *ōnis*, m. τρυγοδαίμων, a τρυξ, *fæx*, ita dictus hiſtrio vel poëta, qui fœcibus oblitus, ne cognoſceretur, poëmata canebat, eandem ob cauſſam etiam *Trygedus* vel *Trygodus* nominatus, i. e. *Tragedus.* v. Cæl. Rhodig. 2, 7.

TRYGŌDES, τρυγωδες, i. e. *fæculentam*, collyrium Euelpidis ita nominatum, de quo Celſus 6, 6, 8.

TRŸGON, *ōnis*, m. τρυγων, & avis & piſcis venenatus. v. Plaut. Capt. 4, 3, 71. Auſon. epiſt. 4, 58 *Corroco, letali trygon, molleque plateſſe.* Latine *paſtinacam* vocant. v. Celſ. 6, 9; Plin. 9, 48; Dioſc. 2, 19.

TRŸPHIŎDŌRVS, *i*, m. τρυφιόδωρος, Ægyptius fuit grammaticus. Scripſit verſibus Ilii excidium, poëma de Vlyſſis laboribus, & paraphraſin parabolarum Homeri. Ex quibus carmen de Ilii captivitate prodiit in lucem opera Michaelis Neandri, cujus & Scholiis illuſtratum eſt. vide Suidam.

TRYPHON, *ōnis*, m. τρύφων, grammaticus fuit Alexandrinus, Auguſti Imp. tempore, ſcripſit de Orthographia, de copia ſermonis, & alia, quæ a Suida annotata ſunt. ¶ 2. Fuit & alius *Tryphon*, cognomento διόδοτος, qui Apameam, nobilem Seleucidis Syriæ urbem, occupavit, ſeque regem totius Pieriæ declaravit: qui poſtea obteſſus a Baſſo quodam, cum duabus legionibus Romanis in deditionem venire tandem coactus eſt. v. Strab. 16 p. 518. ¶ 3. De *Tryphone*, qui Alexandri Balæ filio bimulo regnum aſſeruiſſe dicitur, v. Ducker. ad Epit. Liv. 55. ¶ 4. Fuit & Ptolemæus unus ex Ægypti regibus, propter luxum *Tryphon* appellatus, ut Ælianus auctor eſt 14, 31. ¶ 5. Et Iudæus quidam *Tryphon*, contra quem Iuſtinus Martyr ſcripſit.

TRYXĂLIS, *is*, f. τρυξαλις, *animal ſimile locuſtæ ſine pennis, quod aliqui, nec pauci, arbitrantur, hoc eſſe, quod gryllus vocatur*, Plinii ſunt verba 30, 6, eine grille. Alii legunt *Truxalis.*

TV, pronomen, ex græco σύ, du; plur. *vos, vobis*, de quo tamen ſeorſum in V. Virg. Æn. 1, 78 *Tu mihi quodcumque hoc regni eſt, tu ſceptra Iovemque Concilias.* conf. Cic. pro C. Rabir. c. 4. Virg. Georg. 4, 565 *Te dulcis conjux, te &c.* Ter. Heaut. 5, 4, 11 *Neſcium te eſſe credito.* Cic. fam. 4, 13 *Per me quondam, te ſocio, defenſa recepublica eſt.* Ter. Eun. 4, 7, 32 *Miſeret tui me.* Cic. fam. 11 *Tui ſtudioſus.* Ovid. Her. 20, 74 *Copia placandæ ſit modo facta tui* vid. Periz. ad Sanct. 1, 2, 7 & 3, 8, 18. Virg. eclog. 1, 27 *Ut quæ tanta fuit tibi cauſſa?* Plaut. Merc. 1, 1, 71 *Tibi aras, tibi cocas, tibi fodis, tibi eidem metis.* ¶ 2. Interdum *tibi* παρέλκει ut *mihi.* v. Drakenb. ad Sil. 1, 46; & Burm. ad Calpurn. ecl. 7, 33.

¶ Tuātim, adverb. antiquum, pro tuo more, nach deiner gewohnheit Plaut. Amph. 2, 1, 4 *Iam tuatim facis.* conf. Nonius 2, 853; & Charis. p. 156.

¶ Tūne, & Tun', interrogative. Ter. Andr. 5, 4, 7 *Tune impune hæc facias? Tune hic adolescentulos illicis? &c.* Id Eun. 1, 2, 6 *Hem, tun' eras?* Virg. Æn. 1, 617. *Tune ille Æneas? &c.* biſt du der? Sed, *Tune an illi*, ob du, oder ſie, Ter. Andr. 3, 3, 4.

¶ Tūre, hoc eſt, tu ipſe, du ſelber. Ter. Eun. 1, 1, 19 *Et quod nunc tute tecum iratus cogitas &c.* Cic. fam. 1, 8 *Vt tute mihi præcepisti.* Et Sulp. Cic. fam 4, 5 *Quæ aliis tute præcipere soles, ea tute tibi subjice.* Ita ſæpe Plautus, Curc. 1, 1, 9; Pœn. 3, 3, 96; &c. Virg. eclog. 3, 35 *Tute ipse fatebere.*

¶ Tūtĕmet, idem; ut, *Tutemet in culpa cum sis &c.* Lucretius 4, 913. conf. Id. 1, 102. Donatus in Ter. Adelph. 3, 1 *Tu & TVTE & TVTEMET & TVTEMET IPSE facis.*

¶ Tibĭmet, dir ſelbſt. Sen. Hippolyt. v. 1217 *Nunc tibimet ipse justa supplicia irroga.*

¶ Tēcum, pro *cum te*, mit dir; ut, *Tecum habita &c.* Perſ. ſat. 4, 52. *Vt tecum annos exigat*, Virg. Æn. 1, 78. Nep. 2, 9, 4 *De quibus rebus tecum loqui volo.* Comicis ſæpe pro *Te*, ſicut *Mecum* pro *Me* ponitur. Ter. Hec. 4, 4, 64 *Oravi tecum, uxorem ut ducerес*, vide ibi interpretes.

¶ Tuus, *a, um*, pronomen poſſeſſivum, dein, der deinige. Cic. fam. 15, 20 *Cupio cognoscere, iter tuum cujusmodi sit.* Ter. Adelph. 2, 1, 24 *Tetigine tui quicquam?* das deinige, etwas ſo dein iſt. Plaut. Trin. 2, 2, 46 Ly *Bene volo illi facere, si tu non vis.* Ph *nempe de tuo.* Ly. *De meo; nam quod tuum est, meum est &c.* Sen. epiſt. 8 *Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.* Sed, *Tuum est, mihi ignoscere*, id eſt, officium tuum eſt, vel ad te pertinet, es gebühret dir, Ter. Andr. 4, 1, 54. ¶ 2. Cic. Att. 4, 15 *Longe de tuis*, id eſt, amicis. Virg. ecl. 5, 51 *Daphninque tuum tollemus ad astra:* ubi Servius: TVVM, *id est, quem diligis.* Et Ter. Andr. 5, 12, 6 *Tuus est Chremes*, id eſt, amicus tibi eſt, favet tibi, er iſt auf deiner ſeite. ¶ 3. Ita & *tempus tuum* dicimus, quod tibi commodum atque appoſitum eſt, bequem, gelegen. Martialis ad librum ſuum Plinium admirum 10 epigr. 19 *Sed ne tempore non tuo difertam Palfes eboria jam tibi memento.* Et paullo poſt: *Hæc hora est tua, dum furit Lyæus* Cic. Verr. 1, 19 *Post aquam nostris testibus nos, quam horis tuis, ati malle vidisti*, id eſt, tempore tuis rationibus accommodato & appoſito, ut Hotomannus interpretatur. vide ſupra *Suus.* ¶ 4. *Tuus*, tibi conſtans & compos tui, ut *meus & suus.* Stat. Silv. 2, 2, 71 *Animum virtute quieta Compositus semperque tuus.* Id. Theb. 4, 836 *Sed tuus & nulli vis expugnabilis astro.*

¶ Tuomet & Tuopte, ablat. dein ſelbſt. Apul. Apol. p. 319 *Tuomet testimonio convictus.* Plaut. Capt. 2, 3, 11 *Tute tibi tuopte ingenio prodes plurimum.* Et Mil. Glor. 3, 1, 11 *Tuopte tibi consilio occludunt linguam.* Sic *Tuapte* refert Diomedes p. 321.

TVĂESIS, *is*, f. Τεωσις, Ptolemæo æſtuarium eſt maris Britannici ¶ 2. Aliis fluvius diſtinguens Scotiam & Britanniam, vulgo Tuede, ad quem ſitum eſt oppidum muntiſſimum regis Anglorum *Bervicia.*

TVBA, *æ*, f. σάλπιγξ, inſtrumentum muſicum, quo ad alacritatem in prœlio pugnantium animi excitantur, dicta a *tubo canali*, (vide *Tubus*) eine trompete, poſaune. Tubarum uſum apud Græcos ante Heraclidas non fuiſſe, obſervat Grotius Prolegomenis in Phœniſſas Euripidis p. 19 conf. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 349. Tyrrheni earum inventores. v. Schol. ad Sophoclis Ajac. v. 17; & Stolb. it. Drakenb ad Sil. 5, 12. Erant autem tubæ vel lignææ, vel corneæ, vel ex ære, quæ ductiles appellabantur, zincken, poſaunen, waldhorner. Cic. Catil 2, 6 *Tubas signa militaria, aquilam illam argenteam, quam scirem esse præmissam* ¶ 2. *Tuba belli civilis*, per metaphoram, auctor & concitator dicitur, ein anſtifter, a Cic. fam 6, 13. ¶ 3. Non raro *Tuba* vocabulo poeſis, atque poeſis epica maxime deſignatur: quemadmodum *Lyra* pro Lyrica poëſi ponitur. Prudent. Hymno 3, 81 *Quæ veterum tuba, quæve lyra.* Martial. 8 epigr. 3 *Angusta cantare licet videaris avena, Dum tua multorum vincat avena tubas.* Paulinus ad Iovium carm. 19, 33 *Hactenus illa tuæ vanos tuba vocis in ausus Persona, divinis modo cessas intonet actus.* ¶ 4. Quin & de oratorum grandiloquentia dicitur Prudentius de Symmacho 2, 68 *Magnisque tubam concentibus inflat.* Sidonius 4 epiſt 3 ſub fin. *Tuam tubam totus, qua patet, orbis jure venerabitur.* ¶ 5. In machina, quæ altiſſime extollit aquam, eſt *fistula, quæ tuba dicitur*, die röhre, waſſerröhre, ſpritzröhre, Vitruv. 10, 12.

¶ Tubārius, *i*, m. qui tubas conficit, ein poſaunenmacher, Arcad. ICt. Dig. 50 t. 6 l. 6.

¶ Tubĭcen, *inis*, m. ein trompeter. Varro de L. L. 4, 16 *Tubicines a tuba & canendo.* Veget. 2, 22 pr. *Tubicines milites ad bellum vocabant, & ut sus receptui canentes revocabant* Ovid. Met. 3, 704 *Bellicus æris canore Signa dedit tubicen.* Sen. epiſt 78 *Tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens:* hoc eſt, qui præcinebat, ut vox præconis, victorem ludorum renunciantis, attentius audiretur. Feſtus: *Tubicines etiam ii appellantur, qui sacerdotes viri speciosi publice sacra faciunt tubarum lustrandarum gratia.* Funeribus etiam adhibiti ſunt. Petron. c. 129 p. 616 *Licet ad tubicines mittas*, funeris ſeil cauſſa.

¶ Tubĭcino, *are*, trompeten, in Gloſſ. Cyrilli eſt: *Tubicino*, σαλπίζω.

¶ Tubicĭnator, *ōris*, m. ein trompeter. Ibidem: *Tubicinator*, σαλπιγκτης.

¶ Tubilustrium, *i*, n plur. Tubiluſtria, dies, quibus tubas luſtrabant, uti docet Varro de L. L. 5, 3; & Feſtus. Ovid. Faſt. 5, 725 *Proxima Vulcani lux est, tubilustria dicunt, Lustrantur puræ, quas fe it ille, tubæ*

TVBER, *ĕris*, n a *tumendo*, ὄγκος, fungus, terræ callus, quemadmodum Plinius dixit, ein erdſchwamm, morchel; ut, *Tubera terræ*, erdäpfel Id. Plin. 19, 2 & 33; & Iuvenal. 14, 7. Rotundæ ſunt radices ſine caule, ſine foliis, flaveſcentes, vere fodiuntur, hirſchbrunſt, Dioſcor. & Matthiol. Sic Martial. 13 epigr. 50 *Rumpimus altricem tenero de vertice terram, Tubera, boletis pomaque secunda sumes.* ¶ 2. Metaphorice, quemcunque ſignificat tumorem, als lerley beulen, buckel, hübel, geſchwulſt. Plin. 8, 18 *Tubera bina in dorso habent cameli*, zween hocker. Id 30, 3; & 22, 24; & 26, 12 varia *tuberum* remedia oſtendit. Et quod Terent. Adelph. 2, 2, 37 dixit: *Colaphis tuber est totum caput*, idem eſt ac ſi dixiſſet, caput ex colaphis continuis perinde ut tuber eſt; vel ſit *Tuber* pro *tuberoso*, voll beulen; ut, *Scelus* pro *scelerato.* Ita, *Vbi uber, ibi tuber*, proverbium, vide *Vber* ¶ 3. Horat. 1 ſatyr. 3, 73 *Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius:* Hic *tubera* majora vocat errata & vitia, groſſe fehler.

¶ Tuber, *ĕris*, f. priore correpta, arboris ſpecies, & mali quidem eſt, ex eo genere, quod primum floret, fœminini generis. Plin. 16, 16 *Ab ea* (Amygdala) *proxime florent Armeniaca, deinde tuberes & præcoces; illæ peregrinæ, hæ coactæ.* vide eumdem & 15, 14; & 17, 10; & Colum. 11, 2. ¶ 2. Fructus quoque, ſeu poma hujus arboris, *Tuberes* appellantur, ſed in maſculino genere: Suet. Domit. c. 16 *Oblatos tuberes jussit servari in crastinum.* Martial. 13 epigr. 42 *Non tibi de Libycis tuberes & apyrina ramis, De Nomentanis sed damus arboribus &c. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes, quid tibi cum Libycis? Vernæ tuberes*, i. e. vernaculi, domi noſtræ nati, quemadmodum & *Lupos vernas* alibi dixit.

¶ Tŭberculum, *i*, n. diminut. Plin. 11, 11 *Apes regias exstruunt tuberculo eminentes.* Id. 22, 32 *Tuberculum fabæ.* Et Celſ. 2, 1 *Plura alia tubercula oriuntur.* Id. 2, 8 *Super articulos ex callo quædam tubercula innata.* conf. Id. 6, 13; 7, 6; & 8, 1; & Colum. 7, 5.

¶ Tūbĕro, *are*, tumeſcere, tuberculum facere, geſchwellen, auflaufen. Onomaſt. Vet. *Tubero*, φυματοω. Hinc

¶ Tuberans, *tis.* Apul. 2 Met. p. 121 *Rosa soluta in sinu tuberante.*

¶ Tūbĕrōsus, *a, um*, ſchwammicht, dick, aufgeſchwollen, hüblicht; ut, *Herba tuberosus campus*, Varro R. R. 1, 49. *Tuberosum musculis prominentibus latus*, Sidon. 1 epiſt. 2. *Calvus tuberosissimæ frontis*, Petron. c. 15.

¶ Extūbĕro, *are*, verbum, apud Plinium aliquoties reperitur, pro excreſcere, & in tuberis formam redigi, auflaufen, über ſich treten, dick werden, ſchwellen, ut 21, 16 *Ex radice veluti malum extuberat.* Solin. c. 8 de angue: *Fellebri satietate ultimo extuberatur &c.* Id. c. 65 *Ficuum caulices in orbem extuberantur.*

¶ Extuberans, *tis*; ut, *Extuberantes gemmæ*, quibus opponuntur *cavæ*, Plin. 37, 12.

¶ Extuberātus, *a, um*, geſchwollen, aufgeſchwollen. Ammian. 22, 15 *Aviditate nimia extuberatus venter.* Id. 25, 10 *Extuberatum caput.* Et Solin. c. 27 (al. 40) *Præster, quem percussérit, distenditur, enormique corpulentia necatur extuberatus.*

¶ Extuberātio, *ōnis*, f. die aufſchwellung. Pro tuberculis per corpus enascentibus, Plin. 11, 9.

¶ Protŭbĕro, *are*, idem quod *extuberare.* Solinus c. 45 (al. 57) de Bucephalo: *De fronte ejus quadam exsiantium corniculorum minæ protuberabant.* Et c. 46 (al 59) *Poma protuberant.*

TVBERO, *onis*, m. Romanus notiſſimus ex oratione Ciceronis pro Ligario. Vide & Lipſ. ad Tac. p 242. Plures autem ejusdem nominis apud Cic & Plinium, & in hiſtoria Romana inveniuntur. Ita hiſtoricum *Tuberonem* laudat ſæpe Livius, e. g 4, 23 pr.

Tubĭcen, tubicĭno, *are*, tubiluſtria, vide ante *Tuba.*

Tubularius, tubulatus, tubulus &c. vide mox *Tubus.*

TŬBVRCINOR, *ari*, verbum antiquum eſt, idem vero ſignificat, quod raptim devorare, behend verſchlingen, freſſen, verſchlucken. Plaut. Perſa 1, 3, 42 *Tuburcinari de suo, si quid domi est.* Titinnius apud Nonium 2, 851 *Tuburcinari sine me vultis reliquias.* Turpilius ibid. *Helluo tuburcinatur.*

¶ Tuburcinātus, *a, um*, paſſive, hincin geſchluckt, aufgezehrt. Apul. Met. 6 p. 183 *Prandio raptim tuburcinato*, id eſt, comeſo.

¶ Tuburcinabundus, *a, um*, freßhaft, geißig im freſſen. Vocabulum hoc, licet Cato ſit autor, ut nimis vetuſtum rejicit Quintilianus 1, 6 p. 63 Burm. qui per Ch ſcribit.

TŬBVS, *i*, m. σιφων, canalis fictilis fere aut plumbeus, aquam deducens, eine röhre, waſſerrohre; ut, *Cavari in tubos*, Plin. 16, 42. *Per omnes visceruin tubos*, durch alle gedärme, Martial. 11 epigr. 62. Adde Vitruv. 8, 7; Colum. 1, 5; Pallad. 1, 18.

¶ Tubulus, *i*, m. diminut. Varro R. R 1, 8 *Tubuli fictiles.* Adde Vitruv. 8, 7 pr. & Colum de Arbor. c. 9.

¶ Tubulātus, *a, um*, excavatus ad tubuli modum, ausgehöhlet, ausgehöhlet. Plin 9, 36 ſub fin. *Latus introrsus tubulatum.*

¶ Tubulātio, *onis*, f. cavatio, die aushöhlung. Apul. 2 Florid. poſt init. p. 346 *Flexa tubulatione ligulæ.*

¶ Tubulārius, *i*, m. röhrmacher. Ammian. 28, 1 *Obscurissime natus est patre tubulario.* Ita MS Alii, *tabulario.*

¶ Contŭbulo, *are*, tubulos conjungere, apud Auguſtinum.

¶ Contubulatio, *onis*, f. tumiditas orbiculata per veſtem ducta inſtar tubulorum. Apul. Met. 11 p. 636 Stew. *Pallæ lacinia multiplici contubulatione dependula.* Quidam codices habent *contabulatione.* v. Elmenh. emend. ad p. 258.

TVCCA, *æ*, m Romanus, vir doctiſſimus, emendator cum Varrone & Plotio Æneidos Virgilianæ, auctore Servio, vide & in ſeq.

TŪCĒTVM, *i*, n. idem putant aliqui quod *isicium*, & *tomaculum*, edulium fcilicet ex pecudum extis vel carnibus minutim conciſis, & vel omento aut reticulo veſtitum, vel per ſe in ſartagine cum oleo vel butyro frixum. *Tucetum perquam sapidissimum*, Apul. 2 Met. p. 117. Sed Perſ ſat. 2, 43 *Esto age, sed grandes patinæ tucetaque crassa.* Vbi vetus Scholaſtes: *Tucetum*, inquit, *apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur, condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata:* & *ideo toto anno durat. Solet etiam porcina eodem genere condita servari, aut ad saturarum jura. Hinc Plotius amicus Virgilii in eadem regione est nominatu*

nominatus Tucca. Hæc ille. Vet. Gloſſ. *Tucca, κατώχυμα ζωμῶ. Tucetum, ζωμὸς πηχύς.* Arnobius 2 p. 73 videtur minutalis genus facere, & a verbo *tundo* vocis originem repetere: *Vt ſorbulas & botulos faceremus, iſicia, caſtellamenta, lucania, ſuminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuccta.* Ex quibus etiam verbis conjici poteſt, *Tuccta glaciali conditione* eſſe, quæ nos vocamus gallerte.

TVDER, & Tudertum, *i*, n. oppidum mediterraneum Vmbriæ, Plin. 3, 14; & Sil. 6, 645. Hinc

¶ Tuderi, *ōrtis*, m. pl. Tuderter, incolæ, apud Silium 4, 222; & 8, 464.

¶ Tudernis, *is*, f. vitis ejusdem loci, apud Plinium 14, 3.

Tudes, tudicula, tudito, &c. vide infra in *Tundo*.

TVEOR, *tuēri*, videre, pro *Tuor, tui*, quod in tertia antiquum, nec uſitatum amplius eſt, ſehen, anſehen. (Aliud eſt *Tueor, eri*, defendere, de quo poſtea.) Virg. Æn. 4, 362 *Talia dicentem jamdudum averſa tuetur.* Et Æn. 1, 717 *Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo.*

¶ Tuor, *tui*, idem. Lucret. 1, 300 *Nec calidos æſtus tuimur.* Id. 4, 224 *Cum tuimur miſceri abſinthia.* Albinov. ad Liv. 137 *Teneoque tuorque.*

¶ Tuens, *tis.* Ovid. Met. 6, 621 *Oculis tuens immitibus.* Idem Faſt. 1, 283 *Oculi diverſa tuentes.* Virg. ecl. 3, 8 *Transverſa tuentibus hircis.* conf. Catull. 66, 114.

¶ Tuor, *ōris*, m. viſus, das geſicht. Apul. de Deo Socrat. pag. 48 *Fila tennia usque adeo, ut vadios omnes noſtri tuoris varitate transmittant.*

Compoſita:

¶ Bituæ, *arum*, f. pl. fœminæ in Scythia ſingulis in oculis pupillas geminas habentes, & perimentes viſu, ſi quem forte iratæ aſpexerint. vid. Solin. c. 6; & Plin. 7, 2; Et Salmaſ. ad Solin. p. 34, qui *Bituæ* legit non *Bithyæ.*

¶ Circumtueor, *ēri*, umher ſehen. Apul. Florid. p. 341 *Aquila eodem loco pendula circumtuetur.*

¶ Contueor, *ēri*, adſpicere, anſehen, anſchauen. Cic. Tuſc. 1, 20 *Quod tandem ſpectaculum fore putamus, quum terram totam contueri licebit?* Idem de Nat. D. 3, 3 *Duobus contueri oculis, non altero.* Id. Tuſc. 3, 16 *Revocatio illa a contuendis malis nos avocat.*

¶ Contuor, *contui*, idem, in tertia flexione. Plaut. Aſin. 2, 3, 23 *Ipſum adeo contuor.* Et Moſt. 3, 2, 150 *Si vulturios forte poſſis contui.* Lucret. 4, 38 *In ſomnis cum ſæpe figuras Contuimur miras.* conf. Nonius 7, 20.

¶ Contuens, *tis.* Plin. 7, 1 *Contuentes ſolem immobilibus oculis.* Idem 29, 6 *Contuentium viſum exacuit.*

¶ Contuitus, *ûs*, m. ſubſt. das anſchauen. Cic. pro Sextio c. 54 *Facit, Iudices, veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, &c.*

¶ Contuolus, *a, um*, blinzernd. Sic apud Feſtum *Contuoli oculi ſunt in anguſtum coacti conniventibus palpebris*; a contuendo i. e. ſimul aſpiciendo.

¶ Endotueor, *ēri*, pro *Intueri*, einſehen. Ennius in Fragm. edit. Wetſten. pag. 16 & apud Nonium 4, 385 *Endotuetur ubi lupa' fœmina &c.*

¶ Intueor, *ēri*, anſchauen; ut, *Effigiem alicujus ſubinde intueri*, Plin. 2 epiſt. 7. *Sagaciter, & acrioribus oculis aliquid intueri*, Quintil. 2, 8. Et, *Acri & intento animo aliquid intueri*, Cic. de Fin. 1, 17 fin. *Intueri aliquid coram*, Idem de Prov. conſul. c. 9. ¶ 2. Interdum præpoſitio adjungitur, & dicimus, *Intueri in ſummos homines*, Cic. de Orat. 1, 2. *Intuentur cuncti ad ſiniendum ſum Antiocho bellum*, Liv. 36, 45. conf. Parei Lex. Crit. p. 633. ¶ 3. Pro *conſiderare*, erwegen, betrachten, Nepos uſus aliquoties eſt; ut 7, 4, 1 *Id ille intuens, neque ignorans civium ſuorum conſuetudinem, &c.* Idem 10, 8, 1 *Hæc ille intuens, cum, quemadmodum ſedaret, nesciret*; & alibi ſæpius, in anſehen deſſen. Sic Cic. pro Domo c. 18 *Intuemini paulisper animis juventutem.* ¶ 4. Pro *revereri* ſive ſuſpicere Livius 37, 50 *Apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales intuetur.* ¶ 5. *Intueri* paſſive uſus eſt Ammian. 23, 5 *Fulmine contacta loca nec intueri nec calcari debere.*

¶ Intuor, *intui*, idem, in tertia flexione antique. Ter. Heaut. 2, 4, 23 *Quisnam hic adoleſcens eſt, qui intuitur nos?* conf. Nonius 7, 20; & Plaut. Moſt. 3, 2, 148.

¶ Intuens, *tis*; ut, *Terram intuens modeſte*, Ter. Eun. 3, 5, 32. *Intuens in te, Brute, doleo*, Cic. de Clar. Or. c. 97. vide jam ante *Intueor* n. 3.

¶ Intuitus, *ûs*, m. ſubſt. der anblick, das anſehen. Plin. 16, 10 *Abies hilarior intuitu.*

¶ Obtueor, *ēri*, diligenter conſpicere, frey ins geſicht ſehen. Plaut. Amph. 3, 2, 19 *Inimicos auſa ſum ſemper obtuerier.* Conf. Idem Moſt. 3, 2, 153.

¶ Obtūtus, *ûs*, m. ſubſt. die anſchauung, beſichtigung. Sic, *Viſus fatigatur continuo obtutu oculorum*, Quintil. 1, 2. Et, *Obtutum aliquo figere*, Cic. Nat. D. 2, 42. *Effugit obtutum oculorum animus* Id. de Vniverſ. c. 8. Et Virg. Æn. 1, 495 *Obtutuque hæret defixus in uno* Pluraliter Prudentius Hamartig. v. 907 *Nil intercurrens obtutibus, impedit iguem, &c.*

TVEOR, *tūtus ſum, tuēri*, curare, ſervare, defendere, ſchützen, vertreten, vertheidigen. v. Varro L. L. 6, 2. Quintil. Decl. 1 ſeu de pariete palmato: *Tutus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſſam.* Et, *Pertinaciter tueri aliquid*, Idem Inſt. Or. 6, 4. *Tueri abſentem*, Cic. fam. 2, 16. Et, *Concordiam conglutinatam tueri*, Id. Att. 1, 17, über einigkeit halten. Plane in Cic. fam. 10, 11 *Tuum munus tuere, & me defende ac ſuſcipe*, i. e. me, qui ſum tui muneris, porro ſerva, nimm dich meiner ferner an. conf. Liv. 45, 11; & v. Burm. ad Quint Decl. 383 p. 781. Sic, *Dignitatem tueri*, Cic. Qu. Tuſc. 2, 21, über ehr und reſpect halten. Et, *Tueri ſe ſua ſanctitate*, de Fin. 2, 22 *Ab excurſionibus boſtium tueri ſuos ſines*, Id. pro Dejot. c. 8, für dem einfall der feinde ſchützen. Sen. epiſt. 91 *Infirmiores a validioribus tuebantur:* Vbi *τὰ infirmiores* quartus caſus eſt. Sall. Iug. 74, 8 *Numidas pedes magis quam arma tuta ſunt* pro tuita, Vid. Cort. Ita & 85, 45. ¶ 2. Neque vero *Tueri* tantum eſt, inimicam vim arcere ab aliqua re, ſive defendere; ſed quavis ratione ſtatum & incolumitatem conſervare & cuſtodire, in ſeinem ſtande und weſen erhalten. Colum. de Canibus 7, 12 *Quare vel inprimis hoc animal mercari tuerique debet agricola.* Et mox: *Ejus parandi tuendique duplex ratio eſt.* Plin. 32, 10 *Craſſus negabat locupletem, niſi qui redita annua tueri legionem poſſet.* Quod cum Cicero in de Officiis 1, 8, item in Paradoxis referret, verbo *alendi* pro *tuendi*, uſus eſt: *Niſi qui ſuis fructibus, unquit, exercitum alere poſſet.* Itaque *alere* & *tueri* ſynonyma ſunt. Id. Cic. pro Dejot. c. 8 *Atque antea quidem alere majores copias poterat, nunc exiguas vix tueri poteſt.* Liv. 39, 9 *Scortum nobile libertina Hiſpala Fecenia non digno quæſtu, cui ancillula aſſueverat, etiam poſtquam manumiſſa erat, eodem ſe genere tuebatur*, id eſt, alebat, ſie ernehrte ſich, erhielte ſich. Sic etiam *ædificia tueri* dicimus, quæ farta tecta conſervamus. Liv. 23, 48; 28, 41 *Tueri claſſes, tueri exercitus terreſtres navalesque.* Colum. 1, 1 *Diffuſa va enim conſepta non ſolum pluris ædificamus, ſed & majoribus impenſis tuemur*, wir halten ſie im baulichen weſen. Plin. Paneg. c. 51 *Idem tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo.* Suet. Aug. c. 30 *Spatium urbis in regiones vicosque diviſit: inſtituitque, ut illos annui magiſtratus ſortitu tuerentur, &c.* Sic, *Valetudinem tueri*, Nepos 25, 21, 5, *Paternam gloriam tueri*, id eſt, conſervare, cuſtodire, Id. 19, 1, 3 dixit. *Perſonam, quam hominum conſenſus impoſuit, tueri*, Sen. ad Polyb. c. 25. ¶ 3. Paſſive hoc verbo uſus eſt Varro R. R. 3, 1 *In pace a ruſticis Romani alebantur, & in bello ab iis tuebantur.* Item Vitruv. præf. lib. 8 *Animadvertimus non ſolum naſcentia ex his procreata, ſed etiam res omnes non ali ſine eorum poteſtate neque creſcere, nec tueri.* Et ita Iurisconſulti ſæpe. v. Papin. l. 17 de injuſt. rupt. & irr. teſt. ubi Gothofredus quinque adhuc ex ff. & C. loca adducit. conf. Briſſonii Lex. Et vetus Inſcriptio: NOSCANT OMNES SENATVS ET POPROM. IMPERIVM ET DEORVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET TVERI ET REGI. V. Philandri Not. ad Vitruvii l. c. qui & pleniorem hanc inſcriptionem dat, & locum ubi reperta, & formam ejus, accurate oſtendit. ¶ 4. Activum quoque *Tuere* conſervat vetus Inſcriptio apud Fabrettum p. 498 ROGO PER SVPEROS QVI ESTIS OSSA MEA TVEATIS.

¶ Tuendus, *a, um*, paſſive ſignificat, der beſchützet werden ſoll. Ovid. Met. 11, 297 *Pacis mihi cura tuenda.* Cic. fam. 1, 9 p. 50 *Nunc ab iis, a quibus tuendus erat, derelictus.* Et cum tertio caſu p. 51 (ed. Græv.) *Qui mihi, quascunque res gereret, tuendus eſſet.* Sic, *Sumtus ad tuendos eos ſuppetere*, ſie zu ernehren, Suet. Aug. c. 49.

¶ Tuītio, *ōnis*, f. die beſchützung, beſchirmung. Cic. in Topicis c. 23 *Tuitio ſui.* Symmach. 9 epiſt. 24 *Quos judiciaria tuitio defendit.* Et plur. Ambroſius Serm. 88 *Tuitiones mœnibus præparare.*

¶ Tūtus, *a, um*, pro *tuitus*, paſſive, beſchützt, ſicher, verwahrt; ut, *Tutus ab inſidiis*, Afinius Cic. fam. 10, 31 *Tutus a perfidia*, Liv. 28, 44. Et cum *Ad*; ut, *Tutus ad omnes ictus*, Id. 36, 32. Et cum *Adverſus*: Celſ. 5, 23, 3 *Mithridates dicitur adverſus venenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe.* Ad varias res accommodatur: e. g. *Conſilium tutum*, Ter. Heaut. 2, 3, 86. *Tuta celeribus conſiliis præpoſuit*, Liv. 22, 38. *Non ſatis tutus eſt iter ad narrandum hic locus*, Terent. Phorm. 5, 3, 35. *Loca tuta*, i. e. munita. v. Burm. ad Luc. 2, 504. *Tutus receptus*, Liv. 27, 17, dahin man ſich retiriren kan. *In tuto eſſe*, Ter. Heaut. 4, 3, 30; it. Adelph. 2, 4, 3, auſſer gefahr ſeyn. *Rem ſ. aliquem in tuto collocare*, Id. Heaut. 4, 3, 11; & Cic. de Ar. reſp. c. 25 *Ab omni tutum præſtare injuria*, vor allem leid ſchützen, Phædr. 1, 32, 9. Liv. 42, 60 *In tuto caſtra habere. Nusquam tuta fides*, Virg. Æn. 4, 373, es iſt niemanden zu trauen. Gradibus etiam movetur; ut, *Tutiora loca*, Liv. 2, 62 extr. Et, *Tutiſſima cuſtodia*, Idem 31, 23 fin. *Tutiſſimæ urbes*, Cic. in Verr. 2, 5. ¶ 2. *Tutus* etiam pro ſano, cauto & provido ponitur; conſequens pro antecedente. Nam qui ſapit & cavet, tutus eſt. Horat. 2 ſat. 3, 137 *Quin ex quo eſt habitus male tutæ mentis Oreſtes: Male tutæ*, id eſt inſanæ, furioſæ. Alibi *tutum & cautum* conjungit, epiſt. ad Piſones de Arte Poët. v. 265 *An omnes Virſavos peccata putem mea tutus, & intra Spem veniæ cautus* Idem ibidem v. 28 *Serpit humi tutus nimium timidusque procellæ*: id eſt, cautus nimium. Vet. Gloſſ. *ἀσφαλής, Cautus, tutus.* ¶ 3. De ſignificatione activa vel deponentiali in *Tueor* n. 1 extr.

¶ Tūto & tute, adverbia, ſicherlich; ut, *Tuto & ſine metu*, id eſt, libere, Cic. de Fin. 2, 26. *Tute cauteque agere aliquid*, Auct. ad Herenn. 3, 7. Et, *Tute vivit, qui honeſte vivit*, ibid. c. 5. *Crede huic tute*, Plaut. Trin. 1, 2, 102. *Et audacius & tutius ſcalprum malleolo ferire*, Celſ. 8, 3. *Te hic tutiſſime fore puto*, Cic. Att. 8, 12. *Semina tutius in agris, quam in horreis, ſervantur*, Pallad. 1 t. 6. Et, *Tutiſſime celare*, Apul. Met. 9 p. 228. Etiam *tutiſſimo*, apud Cic. ad Att. 8, 1. Chariſius 2 p. 173 legit, quem ſequuntur accuratiſſimi editores P. Victorius, Gruterus, I. G. Grævius. Verba ſunt: *Ei reſcripſi, non me quærere ubi tutiſſime eſſem.* Apud Frontinum de Strateg. 1, 8, 5 legitur *tutiſſime.*

¶ Tūtēla, *æ*, f. defenſio, item jus ac poteſtas tuendi eum, qui per ætatem defendere ſeſe nequit, die vormundſchafft. Cic. de Orat. 1, 53 *Commendare filios ſuos alicujus tutelæ*, in eines ſchutz befehlen. Ter. prol. Hec. v. 52 *Qui in tutelam meam ſuum ſtudium, & ſe in veſtram commiſit fidem.* Sic, *Eſſe in tutela alicujus*, Cic. de Prov. conſul. c. 14. Sed, *In* vel *ad ſuam tutelam venire* vel *pervenire* dicitur, qui ex tutoris poteſtate exit, & factus pubes ſui tutelam ipſe gerit, apud Cic. Top. c. 10. Id. pro Qu. Roſc. c. 6; & Nep. 18, 2, 2. Et, *Tutelæ ſuæ fieri*, Sen. epiſt. 33. Ita *Tutelam recipere* etiam dicitur. Suet. Claudio c. 2 *Diu atque etiam poſt tutelam receptam, alieni arbitrii & ſub pædagogo fuit.* Sic, *Qui in loci tutela relicti ſint*; vel, *Quibus loci tutela permiſſa*, die in garniſon eingelegt ſind, Curt 7, 11, 29; & 9, 11, 25. Et Liv. 21, 41 *Tutelæ noſtræ duximus Carthaginienſes*, h. e. defendendos putavimus. ¶ 2. Item, cura & ſtudium ſervandæ rei cujusque, die verwaltung, verpflegung. Colum præf. lib. 9 *Venio nunc ad tutelam pecudum ſilveſtrium & apium educationem*

nem. Sen. ad Helv. c. 9 *Nihil gignit* (terra) *quod aliæ gentes petant, vix ad tutelam recolentium fertilis.* Et rursus: *Quantulum est, quod in tutelam homini necessarium sit?* ſich zu erhalten Suet. Cæſ. c. 68 *Cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent:* id eſt, alituram, & reliquarum rerum ad tuendam vitam neceſſariarum exhibitionem. Add. Plin. ep. 2, 17, 4 *Villa usibus capax, non sumtuosa tutela.* Liv. 1, 21 *Omnium maximum ejus operum fuit tutela per omne regni tempus haud minor paciſ quam regni.* Tac. An. 1, 2, 1 *Dixit Tiberius, se, ut non toti reipublicæ parem, ita quæcunque pars sibi mandaretur, ejus tutelam susceptuream. Tutela podagræ* Grat. 478 eſt curatio. ¶ 3. *Tutela navis,* quid ſit, expoſuimus in voce *Insigne,* vide *Signum.* ¶ 4. *Tutela* abſolute ponitur pro genio, der ſchutz-engel. Petron. c. 57 *Ita tutelam hujus loci habeam propitiam.* vid. Burm. Et in Vet. Inſcript. apud Fabrettum p. 69 & 79 TVTELAE CANDIDIANAE. Item: TVTELAE LOCI. Hinc & ad Auguſtum Horat. 4 od. 14, 43 *O tutela præsens Italiæ &c.* vid. Intr. ad Grat. 482 *Supplicibusque vocanda sacris tutela Deorum.*

¶ Tutelāris, *e,* die vormunds-ſchaft betreffend; ut, *Cauſſa tutelaris,* l. 4 pr. Dig. de in litem jurando. *Lex tutelaris Romæ,* qua cavebatur, ne quis tutor per ſimulationem pupillum defraudaret. *Dii tutelares,* qui tutelam gerunt alicujus loci, die ſchutz-götter; & *Divi tutelares,* Arnob. lib. 3 p. 116. *Prætor tutelaris,* Capitol. in Anton. Philoſ. c. 10. *Sub annis adhuc tutelaribus agunt,* ſie ſind noch unmündig, Sidon. 4, 24.

¶ Tutelārius, *i,* m. pro cuſtode ædium ſacrarum, Plinius 34, 7.

¶ Tutelātor, *ōris,* m. defenſor, ein ſchutzhalter. Martian. Capella lib 2 ep. 29 *Tutelator fidelissimusque germanus.*

¶ Tutelātus, *a, um,* in tutelam datus ſive aſſignatus, pflege-befohlen, ſchutzverwandt; ut, *Genus agri tutelatum,* Aggen. de Limit. agr. p. 58.

¶ Tūtor, *ōris,* m. defenſor pupilli, ein vormund, pflege-vater; ut, *Parens bonus & tutor fidelis,* Cic. de Orat. 3, 1. *Instituere aliquem tutorem suo filio,* Id. de Orat. 1, 53; & ſam. 13, 61, zum vormunde ſetzen. Id. de Clar. Orat. c. 96 *Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus.* Horum alii *testamentarii*; alii *legitimi*; alii *a magistratibus.* TESTAMENTARII, quos teſtamento nominaſſet pater: LEGITIMI, ex lege XII Tabularum; nempe proximi agnati: A MAGISTRATIBVS, quos DATIVOS vocant, primo a prætoribus L. Aquilia, deinde & a conſulibus ex inſtituto Claudii dari: v. Torrent. ad Suet. Claud. c. 23. ¶ 2. *Tutor* idem ac cuſtos vel defenſor, ein beſchützer, hüter. Horat. epod. 2, 21 *Tu pater Sylvane, tutor finium.* Cic. Phil. 6, 5 *Tutor populi Romani.* Inſtitut. 1 t. 13 § 2 *Tutores quasi Tuitores atque defensores; sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.* ¶ 3. Ponitur & pro cenſore & objurgatore, ein zuchtmeiſter. Perſius 3, 96 *At tu deterius palles: ne sis mihi tutor.* Manil. 5, 449 *Tuteri pro supercilium, patruique rigorem.* Obſerv. Caſaub. ad illud Perſii ſat. 1 *Cum sapimus patruos &c.* vide ſupra *Patruus.*

¶ Tutrix, *īcis,* f. Iuſtinian. c. 5 t. 35 l. 3 *Filiorum tutricem eam existere sanximus.*

¶ Tutōrius, *a, um,* vormundſchaftlich. Iuſtin. 30, 3, 4 *Mittitur, qui tutorio nomine regnum pupilli administret.*

¶ Tutor, *ātus sum, āri,* frequent. bewahren, beſchützen. Ter. prol. Hec. v. 42 *Ego interea meum non potui tutari locum.* Id. Phorm. 5, 3, 5 *Patris sui lenocle parta indiligenter tutari,* übel vorſtehen. Id. Hec. 5, 1, 8 *Nam mores facile tutor,* i. e. innoxia alias ſum & vivo integris moribus. Ita *alacrem esse ad tutandam rempublicam,* Cic. Somn. Scip. c. 3. *Eos, quos tutari debent, desertos esse patiuntur.* Id. Off. 1, 9 *Fortiter & industrie aliquid tutari,* Quintil. 5, 13. *Ream gratia laborantem tutari,* Sen. de Benef. 4, 12, beſchirmen. *Natura nos a frigoribus & calore tutata est,* Plin. præf. lib. 7. *Se committere alicui tutandum,* ſich in eines ſchutz begeben, Phædr. 1, 32, 1. *Te teris res Italas armi,* Horat. 2 epiſt. 1, 2. Et ibid. v. 171 *Tutari partes alicujus,* einen vertreten. Et 1, 18, 81 *Tutari aliquem suo præsidio.* ¶ 2. Defendo, h. e. repello. Calpurn. ecl. 4, 27 *Quid enim tibi fistula reddet, Quo tutere famem,* damit du dich des hungers erwehreſt. Add. 6, 70.

¶ Tuto, *are,* antique pro *Tutari,* ſchützen. Plaut. Merc. 5, 2, 25 *Invoco vos Lares viales, ut me bene tutetis.* Plura ex Nævio, Pomponio, Pacuvio addaxit Nonius 7, 70.

¶ Tutens, *tis.* Liv. 1, 20 *Facile tutantes agmen Romani.* Id. 22, 25 *Dictator agrum suum tutens.*

¶ Tutātus, *a, um,* paſſive, beſchützt. Symmach. 9 epiſt. 11 *Auxilio tuo tutata pessime a molestiis vindicatur.* ¶ 2. Active, der geſchützet hat. Val. Flacc. 5, 630 *Carina palam tutata viros.* conf. Ovid. Trift. 5, 6, 15.

¶ Tutātor, *ōris,* m. idem quod *Tutor,* ein beſchützer. Apul. de Deo Socrat. p. 51 *Dubiis præmonitor, periclosis tutator, egenis opitulator.*

¶ Tutīculum, *i,* n. tutela, ein ſchirm, ſchutzwehre. Prudent. adv. Symmach. 2, 387 *Fida ut tutacula nudis Invalidi que paret.*

¶ Tutamentum, *i,* n. ſchutz, beſchützung. Livius 21, 61 *Ignibus conjectis ob hostle, nix tutamentum fuit.* conf. Apul. Met. 1 p. 104.

¶ Tutāmen, *ĭnis,* n. idem apud Arnob. 2 p. 71; & Firmic. præf. lib. 5. Virg. Æn. 5, 262 *Donat habere viro, decus & tutamen in armis.*

¶ Tutānus, *i,* m. Deus a *tutando* dictus, nempe Hercules, quod adverſus Hannibalem tutatus eſſet Romanos, der ſchutz-gott. Varro apud Nonium 1, 242 *Tutanum omnes, qui laborant, invocant.*

¶ Tutēlina, vel Tutilina, *æ,* f. Dea a *tuendo* dicta, eine beſchirmerin, quam Varro implorans apud Nonium 1, 243 *Tuam fidem,* inquit, *Tutelina, invoco.* Adde Tertull. de Spectac. c. 8; Macrob. Saturn. 1, 16; Auguſtin. de C. D. 4, 8.

¶ Tutūnus, *i,* m. alius Deus; qui idem ac *Priapus,* cuſtos hortorum, apud Arnobium 4 p. 131 & 133. v. not. Stewech. p. 100. *Mutunus. Tutanum* quidam vocat Feſtus, & Auguſt. de C. D. 4, 11. conf. ibid. 6, 9 de eodem novæ nuptæ pudicitiam delibante, ne ſterile conjugium haberet. v. *Mutinus.*

Compoſita:

¶ Contūtor, *ōris,* m. ein mitvormund, l. 32 extr. & l. 46 § 6 Dig. de adminiſt. & peric. tut. & l. 30 de negot. geſt. & l. 8 C. de ſuſpect. tut.

¶ Contutor, *atus sum, ari,* beſchirmen. Vulg. 2 Maccab. 1, 19 *Erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum.*

¶ Intūtus, *a, um,* non tutus, unverwahrt, unſicher; ut, *Castra Gallorum intuta, neglectaque,* Liv. 5, 45. Et, *Intuta urbs,* Id. 9, 41. Ac abſolute Plin. 34, 14 *Intutum est scribere stylo, ut veracissimi prodiderunt.* Etiam Tacitus non ſemel uſus: ut Hiſt. 1, 33, 4 *Intuta, quæ indecora.* Et Hiſt. 3, 76, 3 *Intuta mœnium firmare.* Conjar. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 26 *Cum spissis tenebris congressus, fortunæ totum liceret: tu tamen, imperator, non intutior tempore, quam Deo tectior, sævissimo hosti mutus inflares &c.*

¶ Protūtor, *ōris,* m. der an ſtat des vormundes iſt. Ammian. 29, 5 *Romanum cum domesticis custodiendum protutoribus committi mandavit.* Gronovius legit *Protectoribus.* Adde Papin. ICt. 27 Dig. t. 3 l. 24.

¶ Protutēla, *æ,* f. die vice-vormundſchaft. Vlpian. leg. 1 Dig. de eo qui pro tutore § 8 *In protutela judicio.*

¶ Subtūtus, *a, um,* etwas ſicher. Commodian. Inſtruct. 30, 18 *Subtutus in prosperis esto,* i. e. paulum cautus eſto.

TVGVRIVM, *i,* n. dictum quaſi *tegurium,* a *tegendo,* ruſticam ſignificat habitationem ex ſtramentis, vel arundinibus, aliove ſimili genere conſtructam, ein hirten-haus, bauers-hütte, ſtroh-hütte, ſchoppen. Virg. eclog. 1, 69 *Pauperis & tugurii congestum cespite culmen.* Varr. R. R. 2, 1 *In casis & tuguriis habitabant.* Mela 1, 8 *Tuguria sua promovebant.* conf. Colum. 12, 15; & Feſt. cum not. Dacerii.

¶ Tuguriōlum, *i,* n. diminut. eine kleine hütte. Apul. 4 Mileſ. p. 147 *Perfracto tuguriolo.* Arnob. 6 p. 191 *Tuguriola his dare.*

¶ Tuguriunculum, *i,* n. aliud diminutivum apud Hieronymum in vita Hilarii, & apud Alcimum in vita Richarii.

TVISCŌNES, *um,* m. pl. die Teutſchen, a *Tuiscone* Germanorum ac Sarmatarum rege; vide *Teutones* vel *Ascanes,* & Chronic. Philipp. & Tacit. Germ. 2, 3. A *Tuiscone* appellatum videtur & *Tuitium,* oppidum quondam ad Rhenum in finibus Vbiorum, Teutſch.

Tuttio, vide paullo ante *Tueor.*

TVLĒPA, *æ,* f. dos diverſi coloris, a Dalmatico pileo nomen habens, cujus formam referre videtur, eine tulpe. v. Tabernæm. p. 1007.

TVLLIA, *æ,* f adject. gens patritia Romæ ante reges exactos, ex qua fuit *Servius Tullius;* item gens plebeja, ex qua prodiit *Ciceronum* familia. Sed de regia hujus etiam gentis progenie, tracta a Tullo Volſcorum rege, Plutarch. in Cic. vita pr. Ic. Dausqu. & Drakenb. ad Sil. 8, 407. ¶ 2. *Tullia lex,* altera de legationibus liberis, altera de ambitu, utraque a M. Tullio Cicerone lata. vid. Roſin. Antiqu. Rom. 8, 4 & 29. ¶ 3. *Tullia,* ſubſt. filia Servii Tullii, uxor Tarquinii Superbi, ſuper patris corpus carpento vecta. vid. Liv. 1, 46 ſeqq. Flor. 1, 7, 3; Val. Max. 9, 11, 1; & Ovid. Faſt. 6, 603. ¶ 4. *Tullia,* filia M. Tullii Ciceronis, de qua in epiſt. ad fam. 2, 15 & 16; & 6, 18; & ad Attic. 10, 18. De obitu ejus ſolatur patrem Sulpicius fam. 4, 5.

¶ Tulliŏla, *æ,* f. diminut. eadem Ciceronis filia, de qua ad Attic. 1, 3. De ſepulcro ejus reperto cum lucerna ardente & his literis inſculptis: TVLLIOLAE FILIAE MEAE, vid. Fortun. Licetus de Lucernis Vet. 1, 2; & 4, 4.

¶ Tullius, *i,* m. Ciceronis aliorumque nomen gentile. De *Cicerone* vid. ſupra *Cicero;* de *Servio Tullio,* vid. *Servius,* de aliis alibi. ¶ 2. Statuæ, ex quibus aqua profilit, Tullii itidem vocantur. v. ad Petron. c. 36 p. 151.

¶ Tullĭānus, *a, um,* adject. ut, *Tullianum caput,* Cic. ad Att. 15, 26.

¶ Tullĭānum, *i,* n. ſubſt. carcer ſive pars carceris ſub terra, in quam malefici præcipitabantur, ein tief gefängniß für die malefican-ten. Salluſt. B. Catil. c. 55 *Est in carcere locus, quod Tullianum appellatur &c. munitum undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus vincta, sed inculta tenebris odore fœda, atque terribilis ejus facies.* v. Feſtus, & Varro L. L. 4, 32, ubi *Tullianum* additum carceri a Tullio rege dicitur.

¶ Tulliane, adverb. S. Auguſtinus de Grammatica p. 98 *Adverbia non solum ab appellationibus transeunt, hoc est, a nominibus appellativis; ut a pulchro, pulchre, sed a propriis, ut Tullius, Tulliane.*

TVLLVS HOSTILIVS, tertius Romanorum rex, de quo Liv. 1, 26; Flor. 1, 3; Vict de Vir. Illuſtr. c. 4; & Virg Æn. 6, 813.

TVM, particula copulativa eſt, quæ in rebus imparibus ante ſe fere habet particulam *Cum;* in paribus vero ipſa ſola repetitur, & cum indicativo & conjunctivo conjungitur, ſo wol, als, beides, und ꝛc. &, &; ut, *Cum mentis in locis nostrorum hominum ingenii virtutesque soleo mirari, tum maxime in his studiis &c.* ubi prior particula *Cum,* minus aliquid, *Tum,* majus ſignificat, Cic. Tuſc. 4, 1. Id. ad Qu. fratr. 1, 2 *Cum ipse summa, tum majore etiam animo,* Id. fam. 2, 2 *Qui cum suis laudibus, tum vero te filio superesse omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam e vita discederet.* Liv. 6, 23 *Ferox cum ætate & ingenio, tum vitiis ingenii vitiatæque fide

denique, Cicer. Verr. 2, 1; & ad Qu. Frat. 1, 1; & fam. 5, 12; Liv. 4, 55. ¶ 2. Non raro pro *deinde*, *postea*, *præterea*, ponitur, hernach, über das. Virgilius ecl. 2, 41 *Narcissum, & florem jungit bene olentis anethi; Tum casia atque aliis intexens suavibus herbis*, &c. Ter. prol. Heaut. v. 21 *Licere id facere, quod illi fecerant, putat. Tum, quod malevolus poëta vetus dictitat*; &c. Et ita alibi sæpius, & alii. Conf. Drakenb. ad Livium 28, 32. Nec aliter accipienda hæc particula in illa formula est: *Quid tum postea?* was ists mehr, Ter. Eun. 2, 3, 78, ¶ 3. In apodosi posit *si*. Q. Samon. 15 *Balsama si geminis instillans auribus addas, Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem.*

TVMBA, *æ*, f. gr. τύμβος, monumentum, sepulcrum, ein grab oder loch in der erde. vid. infra *Tymbus*.

TŬMEO, *ui*, *ēre*, est turgere, inflari, auflaufen, aufgeblasen seyn, schwellen. Ovidius Met. 3, 33 *Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno.* Virgilius Georg. 2, 324 *Vere tument terræ.* ¶ 2. Sed, *Tumere successit*, est superbire, stolz seyn, Plinius 7, 7. Et Horat. 1 epist. 1, 36 *Laudis amore tumes*, du bleibst dich auf. Cicer. Tusc. 3, 9 *Inflatus & tumens animus.* Tac. Hist. 1, 16, 4 *Sit ante oculos Nero, quem longa Cæsarum serie tumentem* &c. ¶ 3. Item iratum esse, nam qui irascuntur, illis *bile jecur tumet*, ut Horatius loquitur 1 oda 13, 4. Livius 33, 11. *Gentes ira tumentes.* Stat. 2 Silvar. 1, 58 *Accensum quis bile ferat? famulisque tumentem Leniet?* Ita, *Sufflare se alicui*, pro irasci Plautus dixit Cas. 3, 3, 19. vid. in compositis *Extumesco* & *Intumesco*. Et conf. Burm. ad Ovid. Her. 16, 134. Metam. 2, 86. Drakenborch. ad Sil. 2, 626. ¶ 4. *Tumere* etiam dicuntur, qui irritati sunt, & seditionem agitant ac turbas. Tac. Hist. 2, 32, 1 *Quoniam Galliæ tumeant.* Plinius Paneg. c. 27 *Quod antea principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis objectabant* &c. Et c. 80 *Vere principis, atque etiam consulis, reconciliare civitates æmulas, tumentesque populos, non imperio magis, quam ratione componere.* V. Barth. ad illud Claud. Consul. Honorii 4, 234 *Rabie fucensia tumescit.* V. & Heins. ad Ovid. her. 7, 121. Ita Cuper. obs. 2, 4 ostendit *tumere* dici *negotia*, quæ maxime agitantur, v. g. Cic. Att. 13, 4. ¶ 5. I. Cæs. Scalig. in Theophrast. de Plantis: *Aliud*, inquit, *est* turgere *medicis & philosophis, aliud* tumere. Turget, *quod urgetur ad motum, ut materia fervens in morbis atque effervescens.* Tumet *abscessus sæpe*, neque turget, *cum materia percocta est, aut cum factus est tofus. Turget in pene semen post allii & piperis usum, at nihil tumet. Arbor, quæ fœtum meditatur, non ubique, non semper tumet.*

¶ Tumens, *tis*, geschwollen, schwülstig, hochmüthig; ut, *Suæ tumentes*, Horat. epod. 8, 9. *Pedes tumentes*, Virgilius Æneid. 2, 272. *Vana tumens*, id est, vanum in modum superbiens, Idem Æneid. 11, 854. conf. Tac. Hist. 3, 31, 3. Tertull. de Pallio c. 4; vide plura in *Tumeo* n. 2 & 3.

¶ Tumentia, *æ*, f. die aufschwellung, geschwulst; ut, *Capitis tumentia*, Cæl. Aurel. Acut. 1, 10, 74 *Tumentia provocat dolorem*, Idem 3, 8, 92.

¶ Tumesco, *ĕre*, tumidum fieri, aufschwellen, geschwellen, sich erheben. Virgilius 1 Georg. v. 165 *Et aperta tumescere bella.* Vellej. 2, 15, 2 *Motus Druſi jam pridem tumescens bellum excitavit*, id est, jam pridem gliscens. Claud. in Eutrop. 1, 176 *Atteque tumescunt Serviles animi.* Cicero Divin. 1, 7 *Imitatum mare tumescit.* Ita Virgil. Ge. 1, 357 de fretis ponti, i. e. mari ipso: *In ipsum agitata tumescere*: quod in obscenitatem a quibusdam detortum notat Quint. 8, 3 p. 697 Adde Ovid. Met. 1, 56; & 6, 377; Tac. An. 1, 70, 2.

¶ Tumescens, *tis*; ut, *Tumescentes æquoris aquæ*, Ovidius Amor. 3, 11, 32.

¶ Tūmĭdus, *a*, *um*, inflatus, geschwollen, aufgeblasen, stolzicht; ut, *Æquor tumidum*, Virgilius Æneid. 3, 157, das tobende meer. *Tumidæ cervices*, Cicer. in Vatin. c. 2 *Tumidus successu*, Ovidius Met. 8, 495, id est, superbus, elatus, stolz. *Tumidæ terræ*, in colles montesque editæ, Ter. An. 2, 23, 3, bergicht. Sic, *Tumores* de collibus dicuntur. vid. infra *Tumulus*. Ita &, *Tumidiores oculi*, Cellius 2, 6. *Humus tumidior*, Colum. 4, 1. *Tumidissimum animal*, Sen. Benef. 2, 16 de Alexandro Magno. Et Silius 11, 25 *Eridani tumidissimus accola*, hoc est, superbus, inflatus.

¶ Tumide, adverb. idem. Plaut. Asin. 3, 3, 115 *Vt tumide is?* ita legit Meursius. Alii: *Vt tu incedis?* Sen. Suasor. 1, 11 *Tumide scribere.* Idem Controv. 4, 25 *Tumidissime dixit Murrhedius.*

¶ Tumidŭlus, *a*, *um*, diminut. ein wenig geschwollen. Apul. Apolog. p. 277 *Complanatorem tumidulæ gingivæ* aliquem pulvisculum, dentibus idoneum, appellat, zahn-pulver.

¶ Tumiditas, *ātis*, f. tumor, die geschwulst. Firmicus 8, 29 *Hydropici Veneris tumiditate corrupti.*

¶ Tūmĭdo, *are*, aufschwellen. Gloss. lat. gr. *Tumidare*, ὀιδαίνειν.

¶ Tumidōsus, *a*, *um*, empor steigend; ut, *Angustiæ tumidosis collibus desinentes*, Ammian. 21, 10.

¶ Tūmor, *ōris*, m. inflatio, die aufschwellung, aufblehung, geschwulst; ut, *Tumor obcalluit*, Cels. 4, 24. *Crurum & inguinum levis tumor*, Plinius 7, 6. *Manus in tumore est*, die hand ist geschwollen, Cicero Tusc. 3, 9. *Tumor oculorum*, Idem Tusc. 4, 37 extr. *Tumor verum*, apud eumd. ad Attic. 11, 5, est respublica pessime se habens. v. Menck. Observ. L. L. h. v. *Tumor animi*, der hochmuth, Idem Tusc. 3, 12. Et, *Erat in tumore animus*, brüstete sich, Tusc. 3, 21. *Dicti tumor*, ein hochtrabender wort, Val. Max. 1, 5, 8. *Tumores monte gerere*, Lucan. 10, 99. hochmüthig seyn. *Tumor inanis*, Quintil. 2, 10. ¶ 2. Pro ira, successione & fastidio, Ovidius Trist. 5, 7, 49 *Intempestivos igitur compesce tumores.* v. Heins. ad Claud. epist. 1, 7. ¶ 3. Sed & *Tumores terræ*, dicuntur colliculi, qui & *Tumuli* (ubi vide), appellantur, hügel, aufgeworfene erde. Frontinus de Coloniis pag. 126 *Finitur per terminos, & terrarum tumores: aliquibus locis arvoribus*, &c. Item, *Finiuntur enim terminis, rivis, fossis, arboribus, ante missis, tumore terræ, collectione petrarum* &c. Hujusmodi terræ tumulos, quos ad distinguendos fines facere solebant, alii *Monticellos* dixerunt. conter Gœsii indicem.

¶ Tumĕfăcio, *fēci*, *factum*, *ĕre*, aufblöhen, aufschwellend oder stolz machen. Ovid. Met. 15, 303 *Extentam tumefecit humo.*

¶ Tumĕfactus, *a*, *um*, schwülstig, aufgeblasen, stolz gemacht. Ovid. Met. 11, 18 *Tumefactas pontus.* Sen. Agam. v. 921 *Cor tumefactum.* Propert. 4, 1, 63 *Vt nostris tumefacta superbit Umbria libris.* Martial. 4 epigr. 11 *Dum nimium vano tumefacta superbit gaudes.*

Composita & derivata ab initio:

¶ Contumesco, *ĕre*, geschwellen. Cæl. Aurel. Tard. 2, 4, 71 *Gingivæ contumescunt.* Sic &

¶ Contūmeo, *ēre*; a quo ἀναλόγως, ut ab *audeo*, audax; a *teneo*, tenax,

¶ Contūmax, *ācis*, qui tumet pertinacia, qui tumoris vitio laborat, frech, ungehorsam, trotzig, halsstarrig. Sic, *Boves contumaces*, Colum. 6, 2, widerspenstige, stetige ochsen. Quint. Decl. 9, 4 p. 193 de filio: *Contumax adversus patris imperia.* Construitur etiam cum *In* & accusativo: Cicero Att. 15, 5 *Sarum nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem.* Aut. ad Herenn. 4, 40 *In superiores contumax.* Et cum tertio casu Sen. Thyeste v. 644 *Et contumacem regibus populum suis.* ¶ 2. In bonam partem quando accipitur, & firmum, constantem, invictum notat, standhafftig, unbeweglich. Tac. Hist. 1, 3, 2 *Contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides.* Prudent. Romano v. 714 *Amore Christi contumax doloribus*, id est, fortis atque invictus adversus dolores animi. Vet. Gloss. καταφρονητής, *Contemtor, Spernulus, contumax.* ¶ 3. Eleganter *Syllabam contumacem* vocis eam vocat Martialis, quæ metricæ legi retinagatur, ut in versum admitti non possit: Cujusmodi est *Farinos*, de quo 9 epigr. 12 *Nomen nobile, molle, delicatum Versu dicere non rudi volebam: Sed tu syllaba contumax repugnas. Dicunt Farinon tamen poëtæ, Sed Græci, quibus est nihil negatum.* Tale etiam *Totiranus* apud Nasonem est, numeris suis non aptum nomen, de Ponto 2, 12 & 14. Compar. Cicer. Verr. 2 extr. *Quis contumacior?* Superl Sen. epist. 83 *Ebrietas contumaciſſimos in altenum cogit arbitrium.* idem de Provid. c. 3 *Fortuna contumaciſſimum quemque aggreditur.*

¶ Contumăciter, adverb. trotziglich. Cicer. Att. 6, 1 *Adhuc contumaciter ac arroganter solet scribere.* Sic, *Contumaciter omnia agere*, Livius 2, 58. Et, *Contumacius se gerere*, de rebellione, seu defectione dictum apud Nepot. 5, 2, 5; sicut apud Suet. Aug. c. 24 dixit *Contumacius parère*, schwürig, aufrührisch seyn. Et de lentore arboris vel ligni cujusdam Plinius 16, 40 *Claudit suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum*, h. e. difficilius.

¶ Contŭmācia, *æ*, f. habitus animi, quo cedere aliis, honoremque habere detrectamus, contemtu quodam eorum, & quadam ferocia animi, die hartnäckigkeit, halsstarrigkeit, der trotz; unde *ferocitatem* & *contumaciam* Suetonius conjunxit, in Vitellio c. 12. Et Tacitus An. 4, 20, 4 *Contumaciam & obsequium* invicem oppositum. Vet. Gloss. *Contumacia*, καταφρόνησις, ἀπείθεια. Item, ἀνθάδεια, *Præsumtio, contumacia, temeritas.* Cicero in Pis. c. 31 *Torquatus furebat contumacia responsi tui.* Curt. 8, 1, 33 de licentia Clyti & intemperantia linguæ loquens, *pravam contentionem animi* vocat. Consistit enim *contumacia* in dicto æque & facto. Cum παῤῥησία modum non habet, *contumacia* est: Qualis illa Clyti fuit. Inde Suetonius, cum de quorundam licentius in Augustum dictis c. 54 exposuisset, subjicit: *Nec ante libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit.* Id. Vespas. c. 13 ad *contumaciam* refert, quod Demetrius Cynicus neque assurgere imperatori, nec eum salutare dignatus, nescio quid oblatravit etiam. Quo & pertinet, quod de Helvidio Prisco idem Suetonius ibidem cap. sequenti refert. Et Martial. 2 epigr. 68, quod Olum suo nomine salutet potius, quam regem & dominum vocare, sicut solitus hactenus, porro velit, ad contumaciam verti posse significat. Verba poëtæ ista sunt: *Quod te nomine jam tuo salutem, Quem regem & dominum prius vocabam, Ne me dixeris esse contumacem*; id est, superbum; & plus præ aliis sibi arrogantem. ¶ 2. Cicero Tusc. 1, 29, quod Socrates neque patronum quæsierit ad capitale judicium; neque judicibus supplicarit, *Contumaciam* vocat: In meliorem partem eo vocabulo usus, pro summa gravitate & constantia: itaque addit, *Adhibuit liberam contumaciam non a superbia, sed magnitudine animi ductam fuisse*, die standhafftigkeit. Sic, *Maxima est innocentiæ contumacia*, Quint. Decl. 2, 5 p. 43.

¶ Percontūmax, *ācis*, valde contumax, sehr trotzig. Ter. Hecyr. 3, 5, 54 *Percontumax rediisti huc.*

¶ Contŭmēlia, *æ*, f. etiam a *Contumeo*, est injuria cum probro conjuncta, profecta ab animo, qui fastu tumet ac turget, adeoque alios præ se contemnit atque ignominiose tractat; sed ab injuria stricte dicta sic differt, quod ipsa in verbis, hæc in facto consistat, die schmach, lästerung, schimpf-rede. Quam ob causam *contumelia* minor & levior visa est Senecæ natura sua scil. (nam facta, non verba præponderant), non opinione, qua fit, ut *contumelia* gravior videatur. *Injuria* enim propositum est, aliquem malo afficere, quod corpori ejus vel rebus noceat: *Contumeliæ* vero existimationem lædere, & in contemtum adducere; quod pluribus, præcipue vero principibus, perpessu acerbius est, quam fortunarum aut valetudinis damnum adire. Sen. de Clement. 1, 11 *Bonum principem Augustum, & bene illi parentis nomen convenire fatemur; ob nullam aliam causam, quam quod & contumelias quoque suas, quæ acerbiores principibus esse solent, quam injurias, nulla crudelitate exequebatur.* Cicero Offic. 1, 25 *Omnis animadversio & castigatio contumelia vacare debet*, h. e. libidine sui doloris ulciscendi atque insultandi ei, qui punitur. Nostri dicerent, affecten. Vet. Gloss. *Contumelia*, ὕβρις, διαλογιον. V. Sen. de Constant. Sap. c. 4, 5, 10, 11, & Voss 2 Inst. Orat. p. 212. ¶ 2. Quamquam & de factis *contumelia* dicitur, si ad contemtum atque irrisionem pertinent, thätliche beschimpfung. Sic Tacitus, *Os contumeliis offerre*, id est, colaphis, Hist. 3, 31 & 85 dixit. Nam *Colaphis cædere*, ludibrii ultimi est: unde & *contumeliosam cædem*, Donatus interpretatur. Sen. de Const. Sap. c. 4 *Sic invenies servum, qui flagellis, quam colaphis cædi malit* Ter. Heaut. 3, 3, 5 *Nam isthæc quidem contumelia est, hominem amicum recipere*

recipere ad te, Atque ejus amicam ſubagitare. Vbi Eugraphium vide. Pacuvius apud Nonium in hoc verbo: *Patior facile injuriam, ſi eſt vacua contumelia:* hoc eſt, ſi honorem non lædit. Ergo *contumelia* eſt, quicquid honorem lædit maxime atque imminuit, ſive in verbo illud ſive in facto conſiſtat. Vnde recte *ἀτιμία* a vetere Critico in Gloſſis, quas ſupra laudavimus, exponitur. Quamobrem hac voce & ſtupra complexus videtur Tacitus, cum in Agricola 15, 4 ſcriberet: *Alterius, manus, centuriones: alterius, vim & contumelias miſcere: nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum:* CVPIDITATI, quæ in bona per avaritiam ſævit: LIBIDINI, quæ per verbera & ſtupra vim corporibus intert. Quæ ſupra *contumelias* appellavit. ¶ 3. Atque hinc æque & *dicere contumelias* & *facere*, invenitur apud auctores. Ter. Eun. 5, 3, 26 *Si ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.* conf. Id. Phorm. 5, 7, 79; Plaut. Aſin. 2, 4, 84; Cato & Q. Metellus ap. Gell. 10, 14; & 12, 9. Sed, *Contumeliam facere*, pro pati, Antonius triumvir dixit, quemadmodum *damnum facere*, ſimiliter dicimus. Sed id ut non-latinum perſtringit Cicero; Locus eſt Phil. 3, 9. Et ex eo Quintil. 9, 3 p. 802, qui *affici contumelia* commendat. Sed & Quint. Decl. 9, 18 p. 206 *Nonne contumeliam fortunæ tuæ facis*, i. e. pateris? &c. Conf. Borrich. Vind. p. 166, & inprimis Gronov. Obſ. 3, 8. Sic, *Inſignem in ſe contumeliam accipere*, Ter. Eun. 4, 7, 1, eine groſſe ſchmach über ſich gehen laſſen. *Aculei contumeliarum*, Cic. de Orat. 3, 55. Et Plaut. Pſeud. 4, 7, 77 *Contumeliam ſi dices, audies*, wirſt du ſchmähworte ausgeben, ſo wirſt du ihr wieder müſſen einnehmen. ¶ 4. *Contumelia* etiam læſionem & pulſum ſignificat, eine verletzung, ein ſchlag, ſtoß. Cæſ. B. G. 3, 13 *Naves totæ factæ ex robore, ad quamvis vim & contumeliam perferendam*, i. e. ictum, quo naves affliguntur. ¶ 5. Inter numina etiam relata *contumelia*. Cic. de Leg. 2, 11 *Illud vitioſum Athenis, quod fecerunt Contumeliæ fanum & Impudentiæ.* Add. Pauſan. Att. it. Clem. Alex. protrept. p. 22 Potteri.

¶ Contumelior, *ări*, ſchmähen, in Vet. Gloſſ. invenies: *Contumeliatur, ἀτιμάζει, ὑβρίζει.*

¶ Contumēliōſus, *a, um*, ehrenrührig, ſchimpflich, ſchmählich; ut, *Oratio contumelioſa*, Cicer. fam. 5, 12. Et, *Litteræ contumelioſæ*, ad Qu. frat. 1, 2, ſchmähworte, ſchmähſchriften. Idem pro Cælio c. 13 *Voces ſunt contumelioſæ temere ab irato accuſatore emiſſæ.* Cæſ. B. C. 1, 69 *Contumelioſis vocibus proſequi*, ſchimpfen, ſchmähen. Quint. 10, 7 p. 955 *Contumelioſos in ſe videt eloquentia.* Compar. Cic. Att. 15, 4 *Nulla παρηγχήσει fieri poteſt contumelioſior.* Superl. Quintil. 2, 12 ſub finem: *Verbum contumelioſiſſimum.*

¶ Contumeliōſe, adverb. idem. Cicer. Off. 1, 37 *Cum de abſentibus maledice contumelioſeque dicitur.* Quintil. 6, 3, p. 535 *Contumelioſe & aſpere dicere in adverſarios.* Ter. Phorm. 2, 2, 1 *Ei unquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam injuriam.* Livius 32, 37 *Philippum non contumelioſius, quam verius, compedes Græciæ appellare.* Cicer. in Vatin. c. 12 *Cum tu ei contumelioſiſſime toties maledicas.* Vellei. 1, 7, 1 de Heſiodo: *Patriam & parentes* (ſecus ac Homerus) *teſtatus eſt, ſed patriam, quia multatus ab ea erat, contumelioſiſſime.*

¶ Contŭmia, *æ*, f. deriſio, die verſpottung. Martian. Capella lib. 4 extr. *Bromius conciperet contumias noſſe dolore.*

¶ Subcontumēliōſe, adverb. aliquantum contumelioſe, verächtlich. Cicero Attic. 2, 7 *Subcontumelioſe tractatur noſter Publius.*

¶ Dētŭmeo, *ēre*, ausbrauſen, ſtill werden. Stat. Theb. 5, 468 *Detumuere animi maris, & clementior auſter.*

¶ Detumeſco, *ĕre*, quum tumor decreſcit, auswüten. Petronius c. 109 *Odia detumeſcunt.* Prudent. in Romano v. 145 de dignitatum inſignibus *Quibus tumetis, moxque detumeſcitis.*

¶ Detumeſcentia, *æ*, f. actus detumeſcendi; ut, *Detumeſcentia ſanguinis*, apud Medicos.

¶ Extumeo, *ēre*, dicke ſeyn, ſchwellen. Plaut. Truc. 1, 2, 96 *Verum illi nunquam extumere ſenſi.*

¶ Extumeſco, *ĕre*, dicke werden, aufſchwellen; ut, *Pinguiter extumeſcere*, Plinius 37, 5. *Ita ira extumuit, ita exarſit furore, &c.* er hat für zorn berſten wollen, Apul. Apolog. p. 527.

¶ Extŭmĭdus, *a, um*, i. e. tumidus, erhaben, pauſchicht; ut, *Area media paullo extumida*, Varro de R. R. 1, 51.

¶ Intumeo, *ēre*, ſeu Intumeſco, *ĕre*, potius, in tumorem verti, aufſchwellen. Celſ. 5, 26, 26 *Vulnus intumeſcit.* Horat. Epod. 16, 52 *Intumeſcit viperis humus.* Ovid. Faſt. 6, 700 *Vidi virgineas intumuiſſe genas* Idem Faſt. 1, 215 *Quibus intumuit ſuffuſa venter abunda.* Quintil. 1, 1 *Iure quodam poteſtatis intumeſcere*, id eſt, inſolescere, ſich erheben oder aufblaſen. Et pro *iraſci*, ſich entrüſten. Ovid. Faſt. 2, 607 *Iupiter intumuit.* Et 6, 487 *Intumuit Iuno, &c.* ſie iſt tolle worden. conf. Stat. Theb. 1, 412.

¶ Intumeſcens, *tis*; ut, *Intumeſcens fluctus*, Plinius 2, 81; *animal*, Idem 11, 24; *motus*, Tac. An. 1, 38, 2; *locus*, Colum. 1, 2 extr. *vena*, Celſ. 5, 26 pr.

¶ Obtumeſco, *ĕre*, verſchwellen. Hinc

¶ Obtumeſcens, *tis*. Plin. 20, 5 *Ex aqua bibendum dedere repente obtumeſcentibus.*

¶ Pertŭmĭdus, *a, um*, ſehr erhoben; ut, *Luna pertumida*, Apul. de Deo Socratis p. 96. al. *protumida.*

¶ Prætŭmĭdus, *a, um*, ſehr aufgeblaſen. Claudian. in Rufin. 1, 225 *Prætumido quatiebat corda furore.* Et Iuvencus 1 v. 583 *Sunt quos prætumidæ tollit jactantia mentis.*

¶ Protŭmĭdus, *a, um*, idem. Apul. de Deo Socrat. p. 96 *Luna protumida*, quæ *phaſis gibboſa*, alias dicitur; al. *pertumida.*

TVMEX, *ĭcis*, f. a *tumendo*, vibex, ein blauer mit blut unterlaufener flecken. Vet. Gloſſ. *Tumex, σμώδιξ, αἱματώδης, τύπος*, vide *Tomex.*

Tumidus, tumor, &c. vide *Tumeo*, Tumulo, *are*, *Tumulus.*

TŬMVLTVS, *ūs*, m. ſubſt. motus, trepidatio, quaſi *tumor multus*, der tumult, das getümmel, der lärmen. Sic enim Cicero monet in Phil. 8, 1 *Poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus ſine bello eſſe non poteſt. Quid enim eſt tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major tumor oriatur, unde etiam nomen ductum eſt tumultus? Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quod eſſet domeſticus, Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant*, ein auflauf. Itaque *tumultus* erit bellum ex trepidatione ſumtum ſubito, mox deſiturum. conf. Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 8. Sic Florus 3, 19, 2 *Sed hic tumultus magis fuit, quam bellum.* Et 3, 21, 3 *Primo levi & modico tumultu magis quam bello.* Conf. Livius 2, 26. Id *Tumorem rerum* Cicero dixit Att. 14, 5. *Facere tumultum*, einen aufſtand machen, Salluſt. Iug. c. 53. Et, *Comprimere tumultum*, Tac. Hiſt. 4, 16, 1. ¶ 2. Deinde pro omni trepidatione & perturbatione *Tumultus* vocabulum uſurpatur, die unruhe. Horat. 1 epiſt. 19, 19 *O imitatores ſervum pecus, ut mihi ſæpe Bilem, ſæpe jocum veſtri movere tumultus: Tumultus*, id eſt, ſolicitudines ac æſtus, ſeu trepidationes. Adde Burm. ad Quintilian. Decl. 1 p. 9. ¶ 3. De ſtrepitu cachinnantium Suet. Claud. c. 40 *Nam cum initio recitationis, defractis compluribus ſubſelliis, obeſitate cujusdam riſus exortus eſſet, ne ſedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo ſubinde facti reminiſceretur, cachinnosque revocaret.* ¶ 4. *Tumultus* etiam dicitur, quicquid contra rationem & ordinem fit, aut agitur. v. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 381 ſeq. & ad Stat. Theb. 6, 589. ¶ 5. Genitiv. *Tumulti* pro *tumultus* veteres dixiſſe docet Nonius 8, 7 & 50.

¶ Tŭmultŭōſus, *a, um*, tumultu plenus, ungeſtüm, ſtürmiſch, voll lärmens; ut, *Tumultuoſum genus pugnæ*, Livius 1, 14. *Seditioſa & tumultuoſa vita*, contraria quietæ, Cicero de Invent. 1, 3. Et Plaut. Trin. 5, 2, 52 *Quis homo tam tumultuoſo ſomnia me excivit.* ¶ 2. Et, *Tumultuoſus* is eſt, qui tumultus excitat, unruhig, aufrührriſch. Livius 4, 28 *In otio tumultuoſi, in bello ſegnes.* Sic, *Tumultuoſa ſomnia*, Celſus dixit 2, 2. Compar. *Italia tumultuoſior*, Vellej. 2, 74, 1. Et Cicero fam. 12, 17 *Ex Syria nobis tumultuoſiora quædam nuntiata ſunt.* Livius 2, 10 *Quod tumultuoſiſſimum pugnæ erat, parumper ſuſtinuit.* conf. Suet. Ner. c. 40. ¶ 3. *Tumultoſus* pro *Tumultuoſus* apud Suet. Calig. 45 in codicibus nonnullis legitur, v. ad h. l. interpp.

¶ Tumultŭōſe, adverb. idem. Afran. apud Charif. p. 197 *Tumultuoſe & cunctis copiis.* Livius 2, 29 *Senatus tumultuoſe vocatus, tumultuoſius conſulitur.* Idem 1, 40 *Quam potuere tumultuoſiſſime, ſpecie rixæ, in ſe omnes apparitores regios convertunt.* Cæſ. B. Gall. 7, 45 *Tumultuoſius omnibus in locis pervagari.* Cicero Verr. 2, 14 extr. *Quam tumultuoſiſſime aliquem adoriri.* conf. Sen. de Benef. 2, 13.

¶ Pertumultŭoſe, adv. ſehr ſtürmiſch. Cic. fam. 15, 4 *Legati pertumultuoſe nuntiaverunt.*

¶ Tŭmultŭo, *are*, & uſitatius Tumultuor, *ari*, tumultum ciere vel tumultuoſum eſſe, turniren, ſchwärmen, empörung anrichten, aufruhr machen, toben. Plaut. Rud. 3, 2, 14 (& 24) *Quid ſit, mihi expedi, quid tumultues.* Sed Cicero Agrar. 2, 37 *Tumultuari ſine cauſſa*, i. e. vehementer perturbari. Conf. Menck. Obſervat. L. L. h. v. Auct. ad Herenn. 4, 15 *In otio tumultuaris, in tumultu ſolus es otioſus.* Cicer. pro Cæl. c. 15 *Quid tumultuaris foro? quid inſanis?* Petronius c. 78 *Cum aqua ſecuribusque tumultuari.* Pallad. Iun. t. 7 *Apes acrius tumultuantur & murmurant*, ſie ſchwärmen. Sen. ad Helv. c. 3 *Per lamentationes & ululatus mulebris dolor tumultuatur.* ¶ 2. Paſſive Ter. Hec. 3, 2, 1 *Neſcio, quid hic audio tumultuari miſera.* Cæſ. de B. G. 7, 61 *Sub lucem hoſtibus nunciatur, in caſtris Romanorum tumultuari.* Livius 21, 16 *Cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum.* conf. c. 25, 21.

¶ Tumultŭans, *tis*; ut, *Tumultuantium fremitus*, Curt. 5, 2, 7; & 8, 13, 23.

¶ Tumultŭātus, *a, um*, active. Petron. c. 79 *Non diu tumultuatus ſtabuli januam effregit.*

¶ Tumultŭātim, adverb. in der eil, über hals und kopf. Sidon. 4 epiſt. 11 *Non tumultuatim doctrinæ ſuæ opes erogaturus*, h. e. non præproperanter, nec impedite, ſed cum conſilio & ratione. conf. Idem 1, 5; & 8, 6.

¶ Tumultŭātio, *ōnis*, f. ein aufruhr, auflauf. Liv. 38, 2 *Hæc tumultuatio regem referre coëgit ſigna.* conf. Iſidor. 9, 3.

¶ Tumultŭātor, *ōris*, m. ein aufrührer, lermmacher. Gloſſ. Iat. gr. *Tumultuator, ὀχλοκόπος.*

¶ Tumultŭārius, *a, um*, præproperus, & rapide factus, eilfertig, jählings; ut, *Opus tumultuarium*, Livius 6, 29. Sic, *Tumultuarius miles*, Idem 1, 37; & 35, 2. Et, *Exercitus tumultuarius*, Idem 5, 37. *Tumultuaria pugna*, Idem 21, 8. *Tumultuariæ cohortes*, idem 9, 36. Et, *Tumultuarius pons*, Frontin. Strat. 4, 7, 28. *Tumultuarius & fortuitus ſermo*, Quintilianus 10, 7. *Tumultuariæ catervæ*, Tac. An. 1, 56, 1. conf. 15, 3, 3 &c. *Genus tumultuarium mortis*, Apul. Met. 1 p. 117.

¶ Tumultŭārie, adverb. idem. Ammian. 24, 8 *His raptim ac tumultuarie actis.* Spartian Carac. c. 6 *Tumultuarie cum Parthorum ſatrapis manum contulit.* Mart. Capell. 5 p. 139 *Tumultuarie quæ eſſet inquirunt.*

TŬMŬLVS, *i*, m. terra cumulata & quaſi tumens, die aufgeworfene erde, ein hügel. *Tumere* enim dicitur *terra*, quæ exaggerata in colliculos, vel & in montes elevata eſt, quemadmodum non ſemel hoc verbo Avienus, poëta doctiſſimus, uſus eſt, ut Orbis terræ deſcript. v. 478 *Tumet illic ardua Calpe.* Et v. 506 *Ab Zephyro hinc rupis dorſum tumet.* Hinc, *Tumuloſus locus*, & *terræ tumores* appellati ipſi hujusmodi tumuli, ſive colliculi terrei. Virgilius 2 Æneid. v. 713 *Eſt urbe egreſſis tumulus &c.* Et, *Tumulus terreus*, Cæſ. de B. Gall. 1, 43. Cicero Cat. 2, 11 *Tumulos ſilveſtres Catilinæ* vocat miſeras & tumultuarias munitiones, poſt quas ille latrones occultet. *Tumuli*, colles, in quibus Roma urbs ſita erat, apud Liv. 5, 48. ¶ 2. *Tumulus*, ſepulcrum, ein grab. Effoſſo enim cavo ibique conditis oſſibus cineribusque, quæ ſuperaggeritur, terra tumet, hoc eſt, colliculum efficit. Servius ad illud Virgilii Æn. 3, 22 *Forte fuit juxta tumulus.* TVMVLVS, inquit, *& collem, & ſepulcrum fuiſſe ſignificat. Poteſt enim &* TVMVLVS *ſine ſepulcro inter-*

¶ Turpĭter, adverb. ſchändlich. Ter. Eun. 2, 1, 24 *Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo cum meo decrepito hoc eunucho*, wo ich nicht ſchande einlege. Cic. Att. 9, 7 *Extimeſco, ne quid turpiter faciam.* Et 7, 2 *Cato in me turpiter fuit malevolus.* Id. Tuſc. 3, 17 *Frugalitas te turpiter & nequiter facere nihil patiatur.* Horat. de Arte poët. v. 284 *Turpiter atrum Deſinat in piſcem*, id eſt, cum quadam deformitate. Ovid. Triſt. 5, 6, 12 *Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.* Iuvenalis ſat. 8, 165 *Breve ſit, quod turpiter audes.* Suet. Calig. c. 25 *Matrimonia contrahere turpius.* Superl. Cic. Nat. D. 1, 12 *Empedocles in Deorum opinione turpiſſime labitur.* Sen. epiſt. 82 *Cato morte honeſtiſſime uſus eſt, turpiſſime Brutus.*

¶ Turpĭtūdo, *ĭnis*, f. *quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia naſcitur*, Cic. pro Fontej. c. 12, die ſchande, ſchändlichkeit, unehre. Id. de Orat. 2, 59 *Verborum turpitudinem, & rerum obſcenitatem vitare.* Quintil. 2, 2 *Crimen turpitudinis.*

¶ Turpĭdo, *ĭnis*, f. idem. Tertull. de Corona Mil. c. 14 *Et turpido & dedecoratio.*

¶ Turpo, *avi, ātum, are*, turpe ſeu fœdum efficere, ſchänden, garſtig machen, beſudeln. Lucret. 1, 85 *Aram turparunt ſanguine.* Horat. 4 od. 13, 11 *Rugæ turpant te*, ſie verſtellen dich. conf. 1 ſat. 5, 61. Et Sil. 7, 631 *Turpatque decora juventa Ora novus pallor.* Hieronym. epiſt. 26 ad Pammach. ſuper obitu Paulinæ c. 3 ex Cic. *Egregie de Cæſare Tullius: Cum quosdam ornare voluit, non illos honeſtavit, ſed ornamenta ipſa turpavit.* conf. Sidon. 5 epiſt. 13.

¶ Turpans, *tis*. Virg. Æn. 10, 832 *Sanguine turpans comptos capillos.* Et 12, 611 *Canitiem immundo pulvere turpans.*

¶ Turpatus, *a, um*, befleckt, unflätig, unſcheinbar. Paulinus Petrocorius 4, 230 *Laceros turpati pulvere crines.* Et Stat. Theb. 4, 106 *Herculea turpatus gymnade vultus.*

¶ Turpĭficatus, *a, um*, idem. Cic. Offic. 3, 29 *Quanta fœditas turpificati animi debet videri.*

¶ Turpilŏquium, *i*, n. eine ſchandrede. Gloſſ. gr. lat. ἀισχρολογία, *Turpiloquium.* Tertull. de Pudicit. c. 17 *Concupiſcentia mala & turpiloquium.*

¶ Turpĭlucrĭcupĭdus, *a, um*, turpi lucro inhians, gewinnſüchtig auf böſe art. Plaut. Trin. 1, 2, 63 *Turpilucricupidum te vocant cives tui.*

¶ Turpĭlucris, *e*, idem. Gloſſ. gr. lat. ἀισχροκερδής, *Turpilucris.*

¶ Deturpo, *are*, beſudeln, garſtig machen. Suet. Calig. c. 35 *Pulchros & comatos, quoties ſibi occurrerent, occipitio raſo deturpabat.*

¶ Deturpans, *tis*. Plin. 15, 16 *Aquilonii afflatus poma deturpans.*

¶ Perturpis, *e*, ſehr ſchändlich. Cic. pro Cælio c. 20 *Num tibi perturpe eſſe videatur?*

¶ Subturpis, *e*, etlicher maſſen ſchändlich. Cic. de Orat. 2, 66 *Ponenda ante oculos, quæ ſint ſubturpia.*

¶ Subturpĭculus, *a, um*, diminut. idem. Cic. Attic. 4, 5 *Subturpicula mihi videbatur παλινῳδία.*

TVRRĀNIVS, *i*, m. nomen Romanum. Sic *Manius Turranius*, quem laudat Cic. Phil. 3, 10. D. Turranius, de quo Idem Att. 1, 6; & *Niger Turranius*, ad quem Varro ſcripſit librum de pecuaria. v. Varr. R. R. præf. lib. 2; item 3, 1. Hinc

¶ Turranĭānus, *a, um*, adject. ut, *Pyra Turraniana*, Colum. 5, 10.

Turricula, turrifer, turriger, vide ſequens *Turris*.

TVRRIS, *is*, f. a Græco τύρσις, ein thurm; ut, *Turris ardua, celſa, valida*, apud poëtas. *Locus turribus munitus*, Cic. de Provinc. c. 2. *Stabilire quaſſas turres*, Sen. in Thyeſte v. 567. De domibus excelſioribus a poëtis frequenter adhibetur. v. Brouckh. ad Tibull. 1, 8, 19. ¶ 2. Eſt & *Turris* machina altior bellica, quæ ambulatoria dicitur, tribus interſtitiis, in quorum prima eſt aries, in medio pavimentum, ex quo in locum oppugnatum milites tranſeunt, in ſupremo milites alii, defenſores civitatis contis, miſſilibus, ſaxisque ex alto proſternentes. v. Veget. 4, 17 & 18. Cic. fam. 15, 4 *Aggere, turribus oppugnavi, &c.* At, *Turres ſaxeæ, in monumentum victoriæ poſitæ*, apud Florum 3, 2, 6 ad tropæa pertinent. ¶ 3. *Turrim* de homine, in quo præſidium ingens poſitum, Pindarus dixit Pythionic. ode 5 epod. 2, 5, ut Silius 16, 68 talem virum *murum* dixit.

¶ Turrĭcŭla, *æ*, f. diminut. Vitruv. 10, 19 *Supra medium tecti faſtigium turricula.* Pallad. 1, 24 *Sublimis turricula in prætorio conſtituta.* Hieron. Epitaphio Paulæ, ſive epiſt. 27, 2 *In Sareptæ litore Eliæ ingreſſa eſt turriculam.* ¶ 2. Hoc nomine & *vaſculum* ſignificatur, ex quo tali jactari ludendo ſolent, *pyrgus* ſcilicet, vel *orca*. v. Martialis lemma 14 epigr. 16.

¶ Turrītus, *a, um*, ſublimis, gethürmt; ut, *Scopuli turriti*, Virg. Æn. 3, 536. *Turriti muri*, mauren mit thürmen, Ovid. Pont. 3, 4, 10. *Elephanti turriti*, qui turres geſtant, Plin. 8, 7. *Turrita Dea*, Cybele ſive terra, turres & urbes ſuſtinens, & hinc turritam gerens coronam, Propert. 4, 12, 52; quæ & *Mater turrita*, Virg. Æn. 6, 785.

¶ Turrĭfer, *a, um*, idem; ut, *Turrifera corona*, Ovid. Faſt. 4, 219. At Heinſius legit *turrita*.

¶ Turrĭger, *a, um*, idem; ut, *Vrbes turrigeræ*, Virg. Æn. 10, 253. Et, *Turrigeri elephantorum humeri*, Plin. 11, 2. conf. Rutilii Itiner. v. 117. De *turrigera Ope*, i. e. turritam coronam gerente, v. Ovid. Triſt. 2, 24.

¶ Turrigena, *æ*, m. turribus delectatus, der viel auf thürme hält, Rutil. 1, 596 *Inter turrigenas Lydia tota ſuos*; Etruſcos ita vocat. vide not. Barthii p. 189.

TVRSIO, *ōnis*, m. ſeu potius *Thurſio*, θύνεων, Cetacei generis piſcis eſt ſuaviſſimus & lautiſſimus, quemadmodum Athenæus inquit, ſimilis delphino, Plin. 9, 9, ein ſtör. conf. Apic. 4, 2. Sed Harduin. ad Plin. 9, 8 ex Athenæo l. 7 p. 310 Θυρσίωνα a Romanis vocari obſervat partem aliquam caniculæ piſcis ſ. carchariæ ſalitam.

TVRTVR, *ŭris*, m. avis nota, ex genere columbaceo minima, eine turteltaube, τρυγών, Hebraice, *Tor*. Virg. eclog. 1, 59 *Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.* Vbi Servius: TVRTVR, *& maſculino & fœminino genere invenitur: ut hic* AEREA TVRTVR, *& Plaut. in Moſt.* TV TIBI ISTOS HABEAS TVRTVRES. Ego vero exiſtimo, Virgilium illud *Aëria*, quod ob ultimam productam manifeſte ablativi caſus eſt, non de *turture*, ſed de *ulmo* potius dixiſſe. Græci enim juxta atque Latini *Aërium* dixerunt, quicquid ſublime ac altum eſſet. Ita Lucanus *aëriam quercum* 3, 434; *Aërios muros*, Val. Flaccus 2, 553, & ipſe Virgil. *aërias alpes* Georg. 3, 474 dixit. vide *Aër*. Cic. Fin. 2, 33 *Turtures & curſu & peregrinatione lætantur?* Ita aliqui codices habent; ſed vid. Gronov. conf. Ovid. Heroid. 15, 38; & Amor. 2, 6, 12 & 16; Martial. 5 epigr. 114; Plin. 10, 24; Varr. R. R. 3, 8; Col. 8, 9; & Pallad. 1, 25. ¶ 2. Et, *Turtur*, piſcis eſt ex planorum genere, habens in cauda ſagittæ quiddam ſimile, eine giftroche, id eſt, *raja venenata*, quæ & *paſtinaca* dicitur. Oppiani interpres: *Naſcitur extrema cauda impenetrabile telum Trygoni.*

¶ Turtŭrilla, *æ*, f. diminut. Quia turtures impudici molleſque ſunt, Seneca epiſt. 96 *iſtos, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet*, TVRTVRILLAS vocat. Aliis *Turturilla* eſt locus, in quo corruptelæ fiebant; alii legunt *Turdilli*. vide Commentatores & Taubm. ad Plaut Bacch. 1, 1, 35 p. 540.

TVRVNDA, *æ*, f. quaſi *terenda*, panificii genus eſt, particula farinæ conglobata & toſta, qua anſeres vel gallinæ faginantur, bolus, mortgel, nudel. Cato R. R. c. 90 *Gallinas & anſeres ſic farcito: Gallinas teneras, quæ primum pariunt, concludat; polline vel farina hordeacea conſperſa turundas faciat, eas in aquam intingat, & in os indat, &c.* Vbi Turnebus *rutundas* ſc. *rotundas* legendum conjicit Adverſ. 17, 7, haud tamen δυσχώρως, judice Voſſ. 4 Inſt. Or. p. 222. conf. Varr. R. R. 5, 9 extr. ¶ 2. Dicunt & *turundam*, linamentum illud ex filis, quod in ulcus immittitur a chirurgis, die wiecke oder der meiſſel. Cat. R. R. c. 157 extr. *Turundam introtrudito, ſi turundam non recipiet, diluito.*

Tus, vide ſupra *Thus*.

TVSCIA, *æ*, f. a *Tuſculo* Herculis filio, quæ & *Tyrrhenia*, Τυρρηνία, a *Tyrrheno* rege dicta fuit. v. Liv. 2, 51; & Plin. 2, 54. Servius in Virg. lib. 2 Æn. Tuſci *a Lydis originem ducunt. Nam* LYDVS & TYRRHENVS *duo fratres, cum eos provincia una non ferret, in ſortem miſerunt, ut diviſis copiis proficiſceretur unus ad novas ſedes quærendas. Profectus Tyrrhenus eſt, qui ex ſuo nomine* TVSCOS TYRRHENOS *appellavit.* LYDIA *autem dicta eſt, in qua frater manſerat.* TVSCI *autem a frequentia ſacrificii dicti ſunt: hoc eſt, ἀπὸ τῆ θύειν. Conſtat namque, illic a Tage aruſpicinam repertam, ut Lucanus meminit*, 1, 636 *Sed conditor artis Finxerit iſta Tages.* Hæc ille. Vide Tac. An. 4, 55 extr. & Dempſterum in Etruria Regali. Regio eſt Italiæ, in qua Tiberis oritur, alioque nomine *Hetruria* nuncupatur. Sed *Tuſciæ* nomen recentius eſt, neque Auguſti ætate obtinuit, & longe poſt Plinium demum cœpit, ut Voſſius obſervat de Vitiis ſermonis 1, 7. Nonnulli *Thuſcia* & *Thuſcus* ſcribunt, de quo Dausqu. vide Orthogr P. 2, p. 322.

¶ Tuſcus, *a, um*, adject. ut, *Tiberis Tuſcus*, Virg. Georg. 1, 499. *Tuſcum mare*, Plin. 3, 4. *Amnis Tuſcus*, Ovid. de Arte am. 3, 386. Et Horat. 2 ſat. 3, 228 *Ac Tuſci turba impia vici.* De hoc vico etiam Brouckh. ad Propert. 4, 2, 50. Et Cic. fam. 6, 6 *Ratio quædam Tuſcæ diſciplinæ*, h. e. artis divinandi. *Tuſcum ſemen* eſt ap. Ovid. de Medic. fac. v. 65. Subſtantive *Tuſcorum* mentio fit apud Cic. de N. D. 2, 4; Liv. 2, 51; Plin. 16, 37, & alios.

¶ Tuſce,

¶ Tuſce, adverb. Varro apud Gellium 2, 25 *Quum dicamus ab Oſco, Tuſco, Græco, Oſce, Tuſce, Græce, &c.*

¶ Tuſcānus, *a, um*, aliud adject. ut, *Tuſcana columna*, & *diſpoſitiones Tuſcanæ*, Vitruv. 4, 6 extr. Scilicet Tuſcanus columnarum ordo eſt inter quinque illos nobiles omnium ſimpliciſſimus & robuſtiſſimus.

¶ Tuſcanĭcus, *a, um*, idem; ut, *Opera Tuſcanica*, Vitruv. ibidem c. 7. Adde interpretes.

TVSCVLVM, *i*, n. Italiæ oppidum in Latio, Ciceronis olim villa nobiliſſimum. Hor. epod. 1, 29 *Supernum* vocat, quod in colle ſitum eſſet. Vnde & 3 od. 23, 8 idem deſignaturus oppidum, *Telegoni juga parricidæ* appellat; *juga*, in jugo enim ſeu colle exſtructum erat: *Telegoni* autem, qui Telegonus condidit. vide Strabonem lib. 5.

¶ Tuſculānus, *a, um*, adject. ut, *Tuſculanus ager*, *Tuſculanum prædium*, quod & *Tuſculanum* abſolute Cic. dixit ad Attic. 1, 6, *Nos Tuſculano ita delectamur, ut nobi met ipſis tum denique, cum illo venimus, placeamus.* Et, *Diſputatio Tuſculana*, Id. Att. 15, 2. *Quæſtiones Tuſculanæ*, vocantur lib. 1 5 Ciceronis inter optimos referendi. Subſtant. *Tuſculani* incolæ, ſæpius; v. Cic. Agrar. 3, 2, &c.

¶ Tuſculānenſis, *e*, & Tuſculus, *a, um*, alia adjectiva: ut, *Tuſculanenſe Arcis*, Cic. fam. 9, 6. Et, *Tuſcula tellus*, Tibull. 1, 8, 57.

TŪSILLAE, *arum*, f. pl glandulæ gutturis, quæ & *Tonſillæ*, de quibus ſupra, die mandeln am halſe. Iſidorus 11, 1 *Toles gallica lingua dicuntur, quas vulgo per diminutionem tuſillas vocant, quæ in faucibus turgeſcere ſolent.*

TVSSIS, *is*, f. quæ ex pituita frigida in pulmonem deſcendente gignitur, Gal. βῆξ, der huſten. Plin. 23, 1 *Veterem tuſſim acetum inhibet.* Catull. epigr. 45, 7 *Mulam toſſin expuli pectore.* Sic, *Tuſſis anhela*, Virg. Georg. 3, 497. *Tuſſis arida, ſicca*, Celſ. 4, 4 & 6. *Tuſſim exaſperans*, Plin. 25, 6. *Toſſin* inter amatoria ſigna numerat Terentius, ex quibus ſe mutuo intelligunt, Heaut. 2, 3, 132 *Inverſa verba, everſas cervices tuas, [illegible] tuſſis, riſus, abſtine.*

¶ Tuſſēdo, *ĭnis*, f. idem. Apul. Met. 9 p. 222 (Pric. 185) *Aſſiduo pulſa tuſſedine latera.*

¶ Tuſſicŭla, *æ*, f. diminut. ein kleiner huſten. Plin. 5 epiſt. 19 *Veteranis tuſſicula admonitus.* Celſ. 4, 5 *Si in fauces diſtillat humor de capite, tuſſiculam movet.* conf. Id. 3, 22; & Cæl. Aurel. Tard. 2, 8.

¶ Tuſſiculāris, *e*, ad tuſſim faciens, wider den huſten dienlich; ut, *Toſſicularia medicamenta*, Cæl Aurel. Tard. 2, 13, 177. Et, *Herba tuſſicularis*, i. e. tuſſilago, huſtattich, ibid. 2, 7, 111.

¶ Tuſſiculōſus, *a, um*, tuſſi laborans, mit huſten beladen. Cæl. Aurel. Acut. 2, 13, 90 *Tuſſiculoſa atque frigida ſenilis eſt ætas.*

¶ Tuſsĭcus, *a, um*, idem, apud Marcell. Empir. c. 20.

¶ Tuſſio, *ire*, βήσσειν, tuſſi laborare, huſten; ut, *Linguam in tuſſiendo proferre*, Plaut. Aſin. 4, 1, 50. *Male tuſſire*, einen böſen huſten haben. Horat. 2 ſat. 5, 107. Celſ. 2, 7 *Copiditas tuſſiendi eſt, & nihil in tuſſi exſcreatur.* conf. Plin. 27, 5: Petron. c. 117.

¶ Tuſſiens, *tis*. Plin. 23, 1 *Tuſſientibus & in rheumatiſmo nominata preſſum.* Et mox: *In febri tuſſientes.*

¶ Tuſsilāgo, *ĭnis*, f. herba ungulæ caballinæ ſpecies, inde appellata, quod tuſſientibus remedio ſit, huſtattich, roßhuff, brandlattich, Plin. 26, 6 & 12. Apul. de Herb. c. 101.

¶ Exſtuſſio, *ire*, herausshuſten, auswerffen. Plin. 35, 15 *Purulenta exſtuſſientes.* Et Celſ. 2, 8 *Vomicam excitat, ſic ut exſtuſſiatur.*

¶ Exſtuſsĭtus, *a, um*; ut, *Exſtuſſita ſputa*, Cæl. Aurel. Acut. 2, 13.

¶ Subtuſſio, *ire*, [illegible] huſten, hüſtern, apud Veget. 3, 25.

Tuſus, vide *Tundo*, Turaculum, turamen, turandus, &c. *Tueor*, Tute, *Tu*, Tutela, &c. tuto, tutor, &c. *Tueor*.

TŸPHLVS, *i*, m. ſummum faſtigium in pileo flaminis. Feſtus deſcribit, *capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & oſtiorum in altitudinem*, &c. conf. Fulgent. de Priſco Serm. n. 14; & Tertull. de Pallio c. 5. ¶ 2. Item, congeſtus capillorum in conum, qui Nostrorum eſt πῦρ, ſumma πλοκαμίου. Hieronymo epiſt. ad Demetriadem *Turritus vertex.* Varro de L. L. 6, 3 *Matres familias crinibus convolutas, quas hamis uti celatus, dicunt* TVTVLOS, *abeo quod tuendi earum capilli ſubant.* v. ibid. Scalig. & Taubm ad Plaut. p. 17; & Drakenb. ad Sil. 2, 77. ¶ 3. Aliud eſt *Tūtulus*, prima longa, ἀφροδισιακὸς die feſtung. Varro l. c. *Altiſſimum in urbe quod eſt, ea res tutiſſima*, TVTVLVS vocatur.

¶ Tūtŭlātus, *a, um*, tutulum gerens. Varro l. c. *Tutulati dicti, qui in ſacri, in capitibus habere ſolent ut metam.* Et Ennius apud Feſtum: *Lebaque ſicelores Argæos, & tutulatos.*

Tutŭnus, tutus, vide ſupra *Tueor*, Tuus, *Tu*.

TŸANA, *æ*, f. Τύανα, urbs Cappadociæ, ad radices Tauri, Apollonii Tyanei magi patria. vide Geograph. & Plin. 5, 29; & 6, 3. Metropoleos dignitate poſt Cæſarem ornata. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 597.

¶ Tyanenſis, *e*, & Tyanēus, *a, um*, indidem ortus, aut eo pertinens.

¶ Tyānēius, *a, um*, idem. Ovid. Met. 8, 719 *Oſtendit adhuc Tyaneius illic Incola de gemino vicinos corpore truncos.*

Tybris, vide ſupra *Tiberis*.

TYCHE vel TYCHA, *es*, vel *æ*, f. una quatuor urbium maximarum, ex quibus conſtiterunt quondam Syracuſæ, ita appellata, *quod in ea parte Fortunæ* (τῆς τύχης) *fanum antiquum fuit.* v. Cic. Verr. 4, 54; & Sigon. ad Liv. 24, 21.

TYCHIVS, *i*, m. faber celeberrimus, Homer. Iliad. 7. Ovid. Faſt. 3, 823. *Nec quisquam invita faciat bene vincula plantæ Pallade, ſit Tychio doctior ille licet.*

TYDE, *es*, f. Hiſpana urbs Ætolorum colonia. v. Drakenb. ad Sil. 3 367; & 16, 569.

TŸDEVS, *ĕi*, m. Τυδεύς, dux fuit, cujus robori nullius pares fuere vires, quemadmodum ſcripſit Homerus lib. 4 Iliad. Periit in bello ad Thebas. Virg. Æn. 6, 479 *Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus.*

¶ Tydīdes, *æ*, m. Tydei filius, Diomedes. Horat. 1 od. 15, 28 *Tydides melior patre*, i. e. fortior, valentior.

TŸLOS, *i*, m. τύλος, vermis terræ multis pedibus repens, ideoque dictus *millepeda* aut *centipeda*, aut *multipeda*; *Omiſcon Græci vocant, alii tylon*, ein tauſendwurm, Plin. 29, 6. ¶ 2. *Tylos* Indiæ inſula, Solin. c. 65.

TYMBVS, *i*, m. τύμβος, monumentum ſepulcrale, ein grabmahl. Cic. de Leg. 2, 26 *Pœna eſt, ſi quis boſtium (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, aut columnam violarit, dejecerit, fregerit.*

TŸMOETES, *æ*, m. Τυμοίτης, Priami filius, quem Trojæ everſorem fore Helenus prædixerat, quemadmodum ex Euphorione Servius retulit. Virg. Æn. 2, 23 *Primusque Tymœtes Duci intra muros portatur & arce locari.*

TYMPĂNVM, *i*, n. τύμπανον, eine trummel, paucke. Ovid. Met. 4, 29 *Impulſaque tympana palmis.* Id. Faſt. 4, 183 *Inania tympana tundent.* Lucret. 2, 618 *Tympana tenta tonant palmis.* Iuſtin. 30, 1, 9 *Inſtrumenta luxuriæ tympana & crepundia* dixit. Catullus in Galliambo carm. 64, 8 *Typanum* dixit veterus gratia, ut Homerus τύπανον. Quomodo a cymbalis differrent tympana, docet Goniſal. ad Petron. c. 22 p. 92. ¶ 2. Et *Tympanum*, tectum eſt vehiculi ſeu currus, die wagen-decke. Virg. Georg. 2, 444 *Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plauſtris.* ¶ 3. Item, *Rota*, qua a calcantibus verſata ſaxa ſubvehuntur in magnificis ædificationibus, ein rad, ſo man tritt, τροχάνιον Græcis. Sunt in ea rota *trochleæ*, die rollen, *funis ductarius*, das ſeil, & *forfices*, quibus onera comprehenduntur, die hacken. Lucret. 4, 903 *Et manus una Multaque per trochleas & tympana pondere magno Commovet, atque levi ſuſpendit machina niſu.* Atque hujus generis eſt etiam *Tympanum* a Vitruvio 10, 4 deſcriptæ machinæ: & ab Vlpiano in prelo oleario, l. 19 § 2 D. de Locati. ¶ 4. Aliud genus *tympani* in faſtigio ædificiorum triangulare ſpatium intra faſtigii coronices concluſum, ἀετός, credo, Græcorum. v. Vitruv. 3, 3 & 4, 6 & Lexic. Vitruv. p. 133. ¶ 5. Planæ & rotundæ lances, quæ menſis imponerentur, dictæ etiam *tympana* teſte Plin. 33, 11.

¶ Tympănĭŏlum, *i*, n. diminut. eine kleine paucke. Arnobius 6 p. 209 *Tympaniola, tibiæ, pſalteria.*

¶ Tympanium, *i*, n. margaritæ genus a planitie ſua ita nominatum, quaſi parvum tympanum, Plin. 9, 35.

¶ Tympanotriba, *æ*, m. τυμπανοτρίβης, qui tympanum pulſat, ein trummelſchlager, paucker, Plaut. Truc. 2, 7, 49.

¶ Tympanĭſta, *æ*, m. τυμπανίστης, idem. Apul. de Deo Socrat. p. 49. *Strepitus cymbaliſtarum, tympaniſtarum, &c.*

¶ Tympanĭſtria, *æ*, f. τυμπανίστρια, apud Sidonium 1 epiſt. 2 ſub fin.

¶ Tympănizo, *are*, τυμπανίζω, pro, tympanum tundere & pulſare, trummeln. Suet. Aug. c. 68 *Gallus tympanizans.*

¶ Tympănites, *æ*, m. τυμπανίτης, ſpecies eſt aquæ intercutis, cum ventre vehementer intento creber intus ex motu ipſi tus tonus eſt, Celſ. 3, 21, die waſſerſucht, a τυμπανίζω, *extendo.*

¶ Tympanĭticus, *a, um*, τυμπανιτικός, tympanite ſive hydrope laborans, waſſerſüchtig, Veget. 3, 27.

¶ Tympănicus, *a, um*, τυμπανικός, idem, Plin. 25, 5. Harduinus etiam ibi *tympaniticus* legit.

TYMPHAĪCVM, gypſi genus pro cimolia in Græcia uſitatum, Plin. 35, 17.

TYNDĂRVS, *i*, m. Τύνδαρος, & aliquando *Tyndareus*, quatuor ſyllab. rex Oebaliæ. Ovid Heroid. 8, 31 *Non tibi Tyndareus vitagravis anſer & amnis Tradidit.*

¶ Tyndărĭdæ, *arum*, m. pl. Τυνδαρίδαι, fratres, Caſtor & Pollux. Ovid. Met. 3, 301 *Tyndaridæ gemini præſtantes, &c.* Καταχρηστικῶς, *Tyndaridæ* vocantur: non enim uterque ex Tyndaro natus, ſed tantum Caſtor, Pollux autem ex Jove. Vocantur autem *Tyndaridæ*, quia uterque e Leda, Tyndari uxore, natus. Adde Cic. de Nat. D. 3, 5 & 15.

¶ Tyndăris, *ĭdis*, f. Τυνδαρίς, Helena. Virg. Æn. 2, 601 *Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ.* Ovid. Heroid. 5, 91 *Tyndaris infeſtis fugitiva repoſcitur armis.* Item Caſſandra, Ovid. Art Am. 2, 408. ¶ 2. *Tyndaris*, urbs Siciliæ, media ex parte a mari abſumpta. Plin. 2, 91.

¶ Tyndăreus, *a, um*, adjectivum: ut, *Puer Tyndareus*, Valer. Flacc. 1, 167, id eſt, Caſtor aut Pollux. De cætero *Tyndareum* apud poëtas dicitur etiam, quidquid eſt Lacedæmonium. vid. ad Sil. 15, 320.

¶ Tyndaritāni, *ōrum*, m. pl. incolæ urbis Tyndaridis, de quibus Cicero ad Attic. 15, 2; & in Verr. 5, 47.

Typanum, vide *Tympanum* n. 1.

TYPHA, *æ*, f. τύφη, naſcitur in paludibus, ſtagnis, & lacubus; fert clavos: feibenroht, meeſelben, Dioſc. 3, 124.

TŸPHOEVS, *ei*, tribus ſyllabis, Τυφωεύς, Genit. *Typhoei*, vel *Typhōëos*, qui & *Typhon*, Τύφων, dicitur, gigas fuit Terræ & Titanis filius. Eum Dii metuentes, variorum ſe animantium figuris celarunt, Ovid. Met. 5, 325. ubi reliquos laudant Farnab. & Burm.

¶ Tўphōeus, *a, um*, quatuor ſyllabis, adjectivum. Virg. Æn. 1, 665 *Nate patris ſummi, qui tela Typhœa temnis.*

¶ Typhōius, vel Typhœius, *a, um*, idem, Claud. de Raptu 3, 183.

¶ Typhois, *idos*, Ætnæ epitheton. Ovid. Her. 21, (al 15) 11, quia ſub eo monte vivus ſepultus Typhoeus.

¶ Tўphon, *ōnis*, m. & ipſum gigantis nomen. ¶ 2. *Typhon*, ventus etiam dicitur violentus & arctius rotatus, & figura nubium metuenda, ein windwirbel. *Vortices* vertit Plinius (τυφῶν, ῶνος) 2, 48. Meminit & Apulejus de Mundo p. 64 & Ammianus 17, 13, in terræ motu Nicomedienſi; & Gellius 19, 1; & Solin. c. 8. ¶ 3. Alius eſt *Typhon* cometes, cui nomen rex dedit *Typhon*, ignea ſpecie, & ſpiræ modo intorta, Plin. 2, 25, & ibi Dalechamp. p. 83.

¶ Typhonĭcus, *a, um*, windwirblicht: ut, *Typhonicus ventus*. Actor. Apoſt. c. 27, 14.

¶ Typho-

¶ Typhonios, *i*, m. herba quæ & *hyoscyamus* dicitur, bilſenkraut, Apul. de Herb. c. 4. ¶ 2. *Typhonius ſpecus* in Cilicia. Mela 1, 13 extr.

¶ Typhōnos, *i*, m. alia herba, bulbus ſcil. ſcylliticus, ſive ſtœchas, welſcher lavendel, Apul. de Herb. c. 42.

TĪPHVS, *i*, m. τῦφος, i. e. *fumus*; pro ſuperbia & elatione aliquoties uſus eſt Arnobius, ſtolz, übermuth; ut 2 p. 53 *Vultis homines ipſum typhum ſupercilium que deponere.* Et ibid. p. 63 *Typhum & arrogantiam frangere.* Et Auguſtin. de C. D. 11, 33 *Societas tumens typho.*

TYPVS, *i*, m. τύπος, figura, veſtigium, imago, adumbratio, ein fürbild, merckmahl, entwurff, modell, die geſtalt. Cic. Att. 1, 9 *Typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere.* Plin. 35, 12 *Impreſſa virgilla typum facere.* Apul. de Herb. c. 102 n. 3 *Omnes febrium typi.*

¶ Typĭcus, *a*, *um*, fürbildend. Sedulius 1, 102 de ligatione Iſaaci: *Typicique cruoris Auxilio ventura docet.* conf. lib. 3, 208. Et Arator Act. Apoſt. c. 13 *Typica documenta figuræ.* Adde Tertull. de Patientia c. 6; & Hieron. epiſt. 9.

¶ Typĭce, adv. fürbildsweiſe, Vulg. Interpr. 1 Cor. 10, 11.

¶ Typĭco, *are*, typo exprimere, fürbilden. Guil. Brito Phil. 12, 211 *Virginis intactæ typicans nova gaudia partus.*

¶ Typogrăphēum, *i*, n. τυπογραφεῖον, officina jam vocatur, in qua formis æneis deſcribuntur libri, die buchdruckerey. Sic

¶ Typographia, *æ*, f. τυπογραφία, ipſa deſcriptio ſive γραμματόθεσις, die buchdrucker-kunſt. Vide de ortu & progreſſu artis hujus Bernhard. a Mallinkrot, Boxhornium, & Phil. Caroli ad Agell. p. 218. Sunt qui putant, huic arti locum Cic. de N. D. 2, 37 de *formis litterarum aliquo conjectis* anſam præbere potuiſſe.

¶ Typographĭcus, *a*, *um*; ut, *Ars typographica.*

¶ Typographus, *i*, m. τυπογράφος, ein buchdrucker.

¶ Typŏtheta, *æ*, m. τυποθέτης, ein ſchrifftſetzer.

Compoſita ab initio:

Atўpus, *i*, m. vide ſupra in A.

¶ Antitўpus, *i*, m. ἀντίτυπος, a Theologis dicitur is qui per typum ſignificatur, das gegenbild, der abdruck nach dem fürbild.

¶ Archetўpus, *i*, m. ἀρχέτυπος, prima forma, ſecundum quam expediuntur *ſimulacra*, ein muſter, form, formular, darnach man etwas gieſſet, bildet oder macht ein original. Plin. 5 epiſt. 10 *Vi pictores pulchram abſolutamque faciem raro exprimunt, ſic ego ab hoc archetypo labor ac decido.* ¶ 2. Adjective *Nugas archetypas* dixit Martialis libellos ſuos manu ſua emendatos lib. 7 epigr. 10, & Idem 12 epigr. 60 *Archetypos amicos*, pro veris & germanis, per metaphoram. conf. Iuvenal. ſat. 2, 7.

¶ Diatўpōſis, *is*, f. ὁ διάτυπωσις, oratoribus eſt figura, cum res ita exprimitur, ut non dici, ſed geri videatur. v. Mart. Capella 5 p. 172. ¶ 2. Phyſicis eſt prima delineatio fœtus in utero poſt conceptionem.

¶ Ectўpus, *a*, *um*, ἔκτυπος, ἔκτυπον, nachgeformt. Sen. de Benef. 3, 28 *Cœnabat Paulus prætorius in convivio quodam, imaginem Tiberii e ſaſtris habens ectypam eminente gemmâ*: i. e. *imaginem* ita expreſſam, ut promineret exſtaretque, non intus deprimeretur incila; cujuſmodi opera ἔκτυπα appellantur. Et inde addidit; *eminente gemma*: quod in gemma emineret imago. *Ectypas ſcalpturas* dixit Plinius 37, 10. v. Salmaſii Exercit. Plin. p. 736; & quæ dicemus in *Protypum*.

¶ Hypotypōſis, *is*, f. ὑποτύπωσις, figura ſententiarum eſt, quæ & ὑπογραφή & διατύπωσις dicitur, deſcriptio ſcilicet viva rerum, cognata χαρακτηρισμῷ. Cicero vocat *ſubjectionem ſub aſpectum*: Fabius, *Formam rerum expreſſam verbis.*

¶ Prōtўpum, *i*, n. πρότυπον, primum exemplar, das modell, der vorriß; ſicut *Ectypum*, das bild, ſo in das modell gedruckt wird; it. der abriß. Conjunxit Plinius 35, 12 *Primus personas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter in tia protypa vocavit: poſtea idem ectypa fecit.* vid. Harduin ad h. l. f. 43; ubi contra Salmaſ. defendit, *ectypum* fuiſſe ex *protypo* expreſſum.

¶ Prōtotypus, *i*, m. πρωτότυπος, idem quod *Archetypus*.

TYRA, ſive Tўras, *æ*, m. Scythiæ amnis, qui & oppido nomen impoſuit, de quo Plinius 4, 12. De fluvio Ovid. Pont. 4, 10, 50.

TYRANNIO, *onis*, m. Τυραννίων, Amiſenus fuit grammaticus, dictus prius *Theophraſtus*, tempore Pompeji magni & Ciceronis, dives fuit tribus millibus librorum. v. Heſych. Illuſtrium de Philologhis. ¶ 2. *Tyrannio* alius, ejus diſcipulus, dictus antea *Diocles*: Romæ ludum aperuit. Cic. ad Qu. frat. 2, 4 *Tyrannio docet apud me.* conf. Ibid. 3, 4 & 5.

¶ Tyrannĭnus, *a*, *um*, adject. ut, *Pyra Tyranniana*, Plin. 15, 15.

TYRANNVS, *i*, m. τύραννος, dominus vel rex, ein gewaltiger herr. Sic enim Trojus: *Reges*, inquit, *ad hujusmodi faſtigium majeſtatis, ſpectatâ inter bonos moderatione, provecti, tyranni ob fortitudinem vocabantur.* Eſt a τυραννέω, *regno.* Hinc Euripidis illud: σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσία, hoc eſt, *Sapientes ſunt reges ſapientum conſuetudine.* Virg. Æn. 7, 266 *Parce mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.* Ubi Servius: TYRANNI *græce dixit, id eſt, regis. Nam apud eos* TYRANNI & REGIS *nulla diſcretio eſt. Licet apud nos incubator imperii* TYRANNVS *dicatur.* INCVBATOR *imperii* eſt, qui imperium ſibi civitatis vindicat retinetque, quæ libertate ante uſa eſt: qui tamen præclare & juſte adminiſtrare dominatum cum poteſt. Et ii igitur habebantur dicebanturque *Tyranni.* Nepos 1, 8, 3 de Miltiade: *Cherſoneſi omnes illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem,* TYRANNVS *que fuerat appellatus, ſed juſtus: non erat enim vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate, eamque poteſtatem bonitate retinuerat. Omnes enim & habentur & dicuntur* TYRANNI, *qui poteſtate ſunt perpetuâ in eâ civitate, quæ libertate uſa eſt.* TYRANNI itaque dicebantur, qui perpetua, ſive regia poteſtate erant, reges tamen non dicebantur. Ita enim Idem Nepos de Miltiade c. 2, 3 *Erat inter eos* (incolas Cherſoneſi) *dignitate regia, quamvis nomine careret.* Ita paſſim apud Græcos *Tyranni* ſumitur vox: & inde Plutarchus *reges* & *tyrannos* diſtinguit, cum Periclem ſcribit multos reges & tyrannos potentia ſuperaſſe, pag. 161. Nempe *reges* vocat, qui poteſtate & nomine eſſent tales, *Tyrannos*, qui vim haberent imperii regii, non nomen. Sed cum ſuperbe exercerentur imperia & imporenter, *Tyranni* nomen ad illos tantum translatum eſt, qui non jure & legibus æquis, ſed vi & animi libidine dominabantur. Hinc Seneca de Clementia 1, 12 *Tyrannus*, inquit, *diſtat a rege factis, non nomine.* ¶ 2 *Tyrannus*, ein wütterich, tyrann. Cic. de Amic. c. 15 *Hæc eſt tyrannorum vita*, (de qua vide Lucianum Tyrannicida p. 393) *nimirum in qua nulla eſt fides, nulla caritas, nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia; omnia ſemper ſuſpecta atque ſolicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ.* Sic, *Tyrannus ſævus*, Sen. Octav. v. 87; & *Intolerandus*, Cic. in Vatin. c. 9 &c. *Tyrannus ſenex prodigium, animal inter feras peſſimum, ut inter cicuria adulator*, Plutarch. in Convivio VII ſapientum. Et Iuvenal. 10, 112 *Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci Deſcendant reges & ſicca morte tyranni.* ¶ 3. Verus interpres Ovidii in Ibin, *Tyrannum* generis communis facit. Cujus hæc verba ad Treb. Pollionem Caſaub. adducit: *Tyrannus, & communis generis, nam Theodoſii grammatici eſt regula, quod nomina profeſſionem aut dignitatem ſignificantia ſunt communis generis: ut hic & hæc dux; hic & hæc philoſophus.* Hæc ille. Sed & Servius ad Virg. lib. 7 Æn. gen. communis facit. ¶ 4. In Act. Apoſt. 19, 9 *Tyrannus* nomen proprium eſt. vide ibi Caſaubon.

¶ Tўrannis, *ĭdis*, f. Τυραννίς, ipſum imperium ſævum ac violentum, ein tyranniſch regiment, die tyranney; ut, *Tyrannidem affectare*, Quint. 7, 2; *occupare*, Cic. Off. 3, 23; *concupiſcere*, Nepos 7, 7, 3 *Tyrannis Piſiſtrati*, Id. 1, 8, 1; *Dionyſiorum*, Id. 10, 1, 1, *Tyrannidis odium*, Id. 20, 2, 3; *propugnacula*, Id. 20, 3, 3. Et Ælian de Var. Hiſt. 6, 13 καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τετρακόσιαν τυραννίδας μὴ ἄγειν &c. hoc eſt, *Tyrannis nulla ad tertiam generationem propagatur, pulcherrimo Deorum immortalium munere.*

¶ Tyrannĭcus, *a*, *um*, adject. tyranniſch, grauſam; ut, *Tyrannicæ leges*, Cic. de Leg. 1, 15. *Tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum facinus*, Auct. ad Herenn. 2, 30. *Tyrannicis vitiis abundare*, Juſtin. 10, 5, 9. conf. Sen. Controverſ. 3, 21.

¶ Tўrannĭce, adv. idem. Cic. in Verr. 5, 48 *Quæ regie, ſeu potius tyrannice ſtatuit.*

¶ Tyrannĭcīda, *æ*, m. τυραννοκτόνος, der einen tyrannen umbringt. Quint. 5, 10 *Tyrannicidæ proprium eſt tyrannum occidere.* Suet. Fib. c. 4 *Præmia tyrannicidarum.* conf. Cic. pro Mil. c. 29; Plin. 35, 45 & 7, 23; Sen. de Ira 2, 23; & Controv. 4, 27.

¶ Tyrannicīdium, *i*, n. die erwürgung eines tyrannen, Quintil. 7, 3; Val. Max. 3, 3, 5; Plin. 34, 8; & Sen. Controv. 2, 13; & 4, 27.

¶ Tyrannoctŏnus, *i*, m. τυραννοκτονος, idem quod *Tyrannicida*, Cic. Att. 14, 15; & fam. 12, 22.

¶ Tyrannŏpŏlīta, *æ*, m. τυραννοπολίτης, i. e. civis tyranni, ein unterthan des tyrannen, apud Sidonium 5 epiſt. 8.

Tyras, vide *Tyra*, Tyrianthinus, *Tyrus.*

TYRĬDATES, *is*, m. Τυριδάτης, rex fuit Armeniæ, idemque Magus, Neronis temporibus. v. *Tiridates.*

Tyrins, vide *Tiryns*, Tyrinthius, Tyrius, *Tyrus.*

Tyro, tyrocinium, vide *Tiro.*

TYRŌLĂGĂNVM, *i*, n. τυρολάγανον, placenta caſeo admixto facta, ein käſe-kuchen.

TYRŌPĂTĪNA, *æ*, f. i. e. *patina caſearia*, ein käſenapf Apic. 7, 11.

TYROPOEIA, *æ*, f. τυροποιία, ita appellatur ſpecies fructus ex re pecuaria de lacte & caſeo, die käſe-bereitung, Varr. R. R. 2, 1 extr.

TYRŌTARĪCHVS, *i*, m. τυροτάριχος, dictio compoſita a τυρὸς, *caſeus*, & τάριχος, *ſalſamentum*; edulii genus eſſe volunt ex caſeo & ſalſamentis confectum, ein käſe-muß. Legitur bis apud Ciceronem fam. 9, 16; & Att. 4, 8. Erasmus jus e caſeo confectum eſſe vult, ſeu caſeum ſaltum potius & inveteratum, ſteiffmaus, oder ſteiffmaß, quarck. v. in Chiliad. proverbium, *Sale & aceto.* Quid ſi *Tyrotarichus* fuit τυρὸς ὁ τεταριχευμενος, *caſeus condiſus*, nempe putrilaginoſus, interdum etiam vermiculans, qui infulo aceto (vel vino) conditur? ein faulet käſe, quarck. Iunius. Ταρίχος, *ſalſamenta*, vel plebeja & tenuia ſignificare edulia, non eſt dubium. Extat apud Ariſtophanem, ὅπου τὸ ταριχοπωλεῖον ἀντὶ τοῦ, ὅπου τὰ ἐυτελῆ πωλεῖται, id eſt, *ubi forum eſt, ubi ſimplicia ſeu vulgaria veneunt*: vide annotat. Cœlii. ταριχοπῶλαι apud Pollucem 7, 8 ſimpliciter ſunt *ſalſamentarii.* ¶ 2. Adjective *Patella tyrotaricha*, Apic. 4, 2, ex quocunque piſce ſalſo.

TYRRHĒNĪA, *æ*, f. Τυρρηνία, Tuſcia eſt, Italiæ regio a Tyrrheno, Atys filio, appellata. vide *Tuſcia.*

¶ Tyrrhēni, *ōrum*, m. pl. Hetruſci, & Tuſci. vid. Virg. Georg. 2, 193.

¶ Tyrrhenus, *a*, *um*, adject. Τυρρηνός; ut, *Gens Tyrrhena*, Ovid. Met. 15, 527. Virg. Æn. 1, 67 *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.* Stat. Achil. 1, 56 *Tyrrheni que greges circumque inſanire rotantur*; i. e. Delphines: in hoc genus piſcium mutati e Tyrrhenis hominibus a Baccho. v. Ovid. Met. 3, 579. *Greges*, quia gregatim natant. v. Ælian. Hiſt. animal. 10, 8.

TYRRHVS, *i*, m. Τύρρος, paſtor apud quem Lavinia peperit, inde . . . .

¶ Tyrrhĭdæ, *ārum*, m. pl. Tyrrhi filii. Virg. Æn. 7, 483 *Cervus erat formâ præſtanti, & cornibus ingens, Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum Nuti bant.*

TYRTAEVS, *i*, m. Τυρταῖος, poëta græcus fuit, cujus Plato meminit, eumque bonum ac ſapientem dicit in libris de Legibus. Tyrtæi fragmenta quædam, quæ exhortationes ſunt ad virtutes bellicas, & animi præſentiam in pugna, apud Stobæum vituntur in Serm. 48 & 49. Inſtituit Tyrtæus chorum illum, qui τριχορία dictus fuit, juxta

juxta triplex ætatum discrimen, in quo senes incipiebant canentes, Ἥμεις ποτ' ἦμεν ἁλικιωτοι νεανιαι, id est, *Nos olim eramus robusti juvenes, &c.* Alibi enim retulimus, in *Trichoria ex Chorus.* Meminerunt Plutarch. lib. de sua ipsius laude, & Pollux 4, 15.

TYRVS, *i*, f. Τύρος, splendidissima quondam urbs Phœniciæ, sita in insula, circiter septingentorum passuum intervallo a mari remota, priusquam eam Alexander aggere immisso continenti annecteret. Parens fuit clarissimarum urbium Leptis, Uticæ, Carthaginis, Gadium, ut Plinius docet 5, 19. Lege & Curtium 4, 4 extr. Inventrix fuit navigationis, & ut quibusdam videtur, etiam litterarum. v. Brouckh. ad Tibull. 1, 8, 20. Non obscura quondam Origenis morte & sepultura: sed & Friderici, Romanorum imperatoris in ea sepulti, anno Christi CIↃCCXC. Vadian. Τυρὸν Græci *Caseum* dicunt, ut a re pecuaria florente nomen *Tyrus* acceperit. Dicta olim fuit *Sarra*, a *Sar*, quo nomine piscem Syri dicunt, vide *Sarra*. A Sidone remota fuit ducentorum stadiorum intervallo. Meminerunt ejus frequenter sacræ litteræ. De ejus statu sub imperatoribus Romanis plura docet Spanh. de usu & præst. num. Diss. 13 p. 609 sq.

¶ Tyrius, *a, um*, adject. ut, *Tyriæ opes*, Stat. Theb. 161. Et Virg. Æn. 1, 12 *Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.* Sic, *Tyrii amictus*, Ovid. de Arte am. 2, 297. Et, *Tyrio murice saturata palla*, Id. Met. 11, 166. *Tyria purpura*, Cic. Verr. 5, 56. Nobilis enim conchylio & purpura Tyrus fuit. v. Plin. 35, 6; & 22, 2; Tertull. de Habitu mul. c. 1.

¶ Tyrium, *i*, n. subst. & absolute pro purpura sive veste colore Tyrio saturata, ein purpurkleid. Tertull. de Pœnitent. c. 11 *Num in coccino & Tyrio pro delictis supplicare nos condecet?*

¶ Tyrianthinus, *a, um*, τυριάνθινος, color ex Tyrio, id est, purpureo & ianthino, hoc est, violaceo mixtus, purpur- und violfarbe. Plin. 9, 41 *Tyrianthinus color.* Vopisc. in Carino c. 20 *Pallium tyrianthinum.* Martial. 1 epigr. 54. *Vrbica Lingonicus, Tyrianthina barducucullus.*

TYSIAS, *æ*, m. Τυσίας, orator, Cic. de Invent. 2, 2. Sed rectius scribitur *Tisias.*

V gemina potestate & vocalis est & consonans, cujus figura utroque usu in majusculis una atque eadem semper fuit, id quod ex veteri Romana scriptura in nummis & inscriptionibus manifestum est. Sed avorum memoria pro valore diverso mutatio facta est, ut V consonantem significaret; vocales novam formam Li vel U indueret. Qui ergo antiquitatem sequuntur sola utuntur antiqua V, & nova forma abstinent: ut, IVLIVS, HVMVS, SVVS, TVTVS. In minore autem scriptura discrimen observatur. conf. Cellar. Orthograph. Lat. p. 12. Vocalis figura in Longobardico charactere non differt a figura litteræ A vide supra lit. A. ¶ 2. V. Consonantis sæpissime ab initio & in medio ac fine dictionum officio fungitur, itemque quod digamma Æolicum ab Æolibus aspirationis loco positum, præstat, quoties in eadem syllaba ante se vocalem aliam habet, ut, *Ovis, ovum, avum, Scævola, Favonius, vinum, vis, levis*, ab ὄϊς, ᾠόν, ἀϝών, σκαϝόλης, φάϝων, (vid. de his Casaub. ad Cic. Att. 1, 14 p. 89 Gr.) ὄϊνος, ἰς, λεῖος, &c. Et ab initio *verbena* ex *herbena*, ἑσπέρα, *vesper*, *versus* ἔρπω, *vesper* ἕσπερος, ἑστία *Vesta*, *vibices* ἰφύκες, *lividus*. Hispanorum est mutare F Latinum in H ut *hambre* fames, & sexcenta alia. Consonantis etiam vim habet in *Vagus, vanus, juventus, video, votum, servus, sanguis, lingua*, in quibus omnibus vocalis sonum amittit, & distinctionis gratia hebraico nomine *Vau* dicitur. Convenit autem rebus occultis obscurisque, teste Vossio 4 Inst. Orat. p. 43. Consonans (ut nunc quidem corrupte profertur, etsi olim idem valuerit, quod hodie Germanis duplex VV,) fortius sonat, quam B; infirmius, quam F: convenitque exprimendis sonis nec obscuris, nec occlusis. v. Idem Ibid. pag. 49. ¶ 3. V vocalis definiente Capella 3 p. 58 *ore constricto labrisque prominulis exhibetur.* Pro *o* parvo græco ponitur, in illis, quæ a Græcis in litteraturam Latinam transeunt, ut Κύρος, Κύπρος, Πέλαγος, *Cyrus, Cyprus, Pelagus*; Ita in *Vlysses, Pulyxena*, ex ὀδυσσεύς, πολυξένη, quæ laudat Quint. 1, 4 p. 45 Burm. ¶ 4. Aliquando & pro *o* magno, ut, φώρ, *fur.* ¶ 5. Nonnunquam inter *c* & *l* interponitur, ut, Ἡρακλῆς, *Hercules*, Ἀσκληπιὸς, *Æsculapius*, Ἀλκμήνη, *Alcumena.* Frequentius tamen ejicitur per contractionem; ut, *Vinclum, seclum, Hercle.* ¶ 6. In gerundio vero & participiis verborum tertiæ conjugationis, scribitur pro *e*, sed nunc non æque ac veteribus frequenter; ut, *faciundum, Mos gerundus, &c.* Quemadmodum *optumus maxumus* veteres semper scribebant ante C. Cæsaris tempora, quibus *i*, media vocalis, primum scribi in superlativis ejusmodi cœpisse, Quintilianus 1, 7 auctor est; ut, *optimus maximus.* Et in aliis. ut, *libens* pro *lubens*, *carnifex* pro *carnufex.* ¶ 7. Transit & in *i* breve hæc ipsa vocalis *u*, sed in compositione tantum, ut, *cornu cornicen, corniger*; *arcus, arcitenens*; *fatum, fatidicus*; *cous, epizus*; *fluctus, fluctivagus*; *currus* vel *cursus, curriculum, & curriculus.* Lingua Umbrorum vertit *V* in *O*; Hetrusca contra *A* in *V*; ut, *voltis* pro *vultis.* v. Taubm. ad Plaut. p. 10. ¶ 8. In nominibus antiquis, VAL. *Valerium*, VOL. *Volesum*, VOP. *Vopiscum*; V. *Vixit* significat, ut V. A. XII. M. II. D. III. H. IIII. i. e. *Vixit annos* 12, *menses* 2, *dies* 3, *horas* 4. Ex Probo. ¶ 9. V. in numeris valet quinque.

Vacans, vacanter, vacanto, vacatio, vide in *Vaco.*

VACCA, *æ*, f. ἀγελάη, bos fœmina, eine kuh. Virg. ecloga 9, 31 *Sic cytiso pastæ distentent ubera vaccæ.* De bubus & vaccis agit Varro R. R. 2, 5.

¶ Vaccula, *æ*, f. diminut. Virg. sive Valer. Cato in Diris v. 132 usus est. Apul. 7 Met. p. 198 *Pastores mei perditam sibi requirentes vacculam.* Arnob. 7 p. 225 *Sterilibus vacculis honoretur.* Tertull. ad Nationes 2, 14 *Asclepiades Cynicus unica vaccula, cujus & dorso vehebatur, & si quando ubere alebatur, orbem totum oculis subegit.*

¶ Vaccīnus, *a, um*, von der kuh; ut, *Lac vaccinum*, kuh-milch, Plin. 24, 3.

VACCĪNIVM, *i*, n. flos ille Romanis, qui Græcis ὑάκινθος, ein veilgen, mertzen-viol, Dioscorides 4, 61. Vet. Gloss. *Vaccinium*, ἄγχουσα, (forte leg. ἄνθουσα,) ὑάκινθος. Virg. eclog. 2, 18 *Alba ligustra cadent, vaccinia nigra leguntur.* Et ecl. 10, 39 *Et nigræ violæ sunt & vaccinia nigra.* ¶ 2. Plinius 16, 18 *Vaccinia* inter arbores numerat. Vexatissimum hoc est vocabulum, æque ac *Ligustrum.* v. Commentat. ad Virg. cit. ecl. Taubm. p. 20; Mich. Barth. pag. 98, & Eob. Hess. p. 171.

VACCI PRATA, locus in urbe, ubi fuerat domus Vitruvii Vacci Fundani, ob ejus proditionem diruta. v. Liv. 8, 19.

Vaccŭla, vide *Vacca*, Vacefio, *Vaco.*

VĂCERRA, *æ*, f. genus clathrorum, ex robore vel quercu, eine mit pfählen und stangen gemachtes gerüste. Columella 9, 1 ita describit: *Truncus sive fissilis stipes complaribus locis per latus efforatur, & in circuitu vivarii certis intervenientibus spatiis defixus erigitur, deinde per transversa laterum cava transmittuntur ramices, qui exitus ferarum observent. Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere, serisque transversis ita clatrare &c.* Hinc ibid. vocat *vivarium vacerris circumdatum.* Idem Colum. 6, 19 *Vacerram* vocat *partem machinæ, quæ inclusa jumenta curantur*, ein nothstall. ¶ 2. Pro stupido stolidoque posuit Livius ille poëta vetus apud Festum: *Vecors & malefica vacerra.* Attejus etiam apud Festum indicat, *maledictum hoc nomine significari magnæ acerbitatis.* Nam sic & apud Ter. Heaut. 5, 1, 4 in stultum dicitur: *caudex, stipes, &c.* ein stocknarr. ¶ 3. Apud Martial. 11 epigr. 78 *Vacerra* nomen proprium cœnipetæ est: *Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.*

¶ Vacerrōsus, *a, um*, insanus, vecors, albern, unsinnig, Sueton. in Augusto c. 87; ubi vide Casaub.

VACILLO, *avi, atum, āre*, quasi *bacillare*: a senibus, qui ævo fessi ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem levant, auctore Nonio 1, 148, wancken, wackeln; ut, *Vacillare ex vino*, Quintil. 8, 3, taumeln. *In utramque partem toto corpore vacillare*, Cic. de Clar. Or. c. 60. Et Att. 12, 1 *Vacillare memoriolâ.* Idem de Fin. 1, 20 *Vacillare videtur stabilitas amicitiæ.* Sen. epist. 114 *Cum ille paullum vacillavit, simul nutant.* Acad. ICt. l. 1 ff. de testibus: *Quorum fides non vacillat.* conf. ibid. 9, 2. Lucretius 3, 505 primam produxit, geminata forte littera C.

¶ Vacillans, *tis*, inconstans, incertus, wanckend, unbeweiß, unrichtig. Cic. fam. 16, 15 *Epistola scripta litterulis vacillantibus*, i. e. infirmis & impeditis præ valetudine. Eleganter Lucretius 4, 1121 *Languent officia atque ægrotat fama vacillans.*

¶ Vacillātio, *ōnis*, f. das wancken, der taumel. Quintil. 11, 3 *Indecora in dextrum ac lævum latus vacillatio alternis pedibus insistentium.* Suet. Claud. c. 21 *Non sine fœda vacillatione discurrens.*

¶ Vacillātor, *ōris*, m. der hin und her wancket. Gloss. lat. gr. *Vacillator*, συκοφάντης.

Vacivitas, vacīvus, vide *Vaco*, Vacius, *Vatius.*

VĂCO, *avi, ātum, are*, generatim significat, leer seyn, frey seyn; sed vel pro aliquo recipiendo: vel, ab aliqua re. Hinc diversa constructio, quæ conjungitur in illo Cic. Divin. 1, 6 *Exponam*, inquit Quintus, *si vacas animo; neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes. Ego vero, inquam, philosophiæ semper vaco*, ich habe allemahl zeit dazu, h. e. nullum mihi tempus ita carum est, quod non lubens philosophiæ impendam. Cætera quæ ex Cicerone laudantur, ad alteram carendi notionem & constructionem cum sexto casu pertinent. Quintilianus & Plinius junior ita adhibuerunt hoc verbum, ut cum *operam dare* commutari possit; ita tamen ut nec ipsi multum ab ea, quam modo vidimus, abire notione videantur. Quint. 1, 2 p. 26 de præceptore: *In studiis magis vacabit unus uni.* Id. 9, 4 p. 864 *Neque enim qui se totum in hac curâ consumserit, potioribus vacabit.* Idem 12, 1 p. 104 *Adde quod ne studio quidem operis pulcherrimi vacare mens, nisi omnibus vitiis libera potest.* Ita Plin. 1 epist. 9, 4 *Vacare corpori*, & 1, 8, 2 *sermoni*, dixit, ut utroque loco vertere possis, sich zeit dazu nehmen, abmüßigen. Manet igitur, *vacare* semper esse *vacuum esse.* Ita, *Fac vacent ædes*, schaffe, daß das haus ledig sey, Plaut. Cas. 3, 1, 7. *Vacant agri*, Cæs. B. Gall. 4, 8, hoc est, non excoluntur, nihil proferunt, sie liegen wüste. *Vacat arena*, h. e. intermissum est spectaculum, es ist niemand auf dem kampff-platz, Sen. epist. 7. Et Plin. 10 epist. 7 *Vt Accium Suram prætura exornare digneris, cum locus vacet*, weil eine stelle offen. Ibidem epist. 8 *Auguratum & septemviratum vacare* ait. ¶ 2. Sed nunc & sextus casus cum præpositione; ut, *Locus vacat a custodibus*, Cæs. B. Civ. 3, 25. *Quantum temporis vacabit ab officio publico*, Cic. Divin. 2, 2, so viel zeits werde ich haben. Et de Clar. Or. c. 78 *Nullum tempus illi unquam vacabat, aut a forensi dictione, aut a commentatione domestica, aut a scribendo, aut a cogitando*, id est, semper aut dicebat aut scribebat orationes &c. Id. Nat. D. 1, 1 *Vacare ab omni administratione rerum.* Liv. 7, 1 *Vacare a metu.* Et, *Vacare a negotiis*, nichts zu thun haben, müßig seyn, Phædr. libr. 3 præf. v. 2. *Fœminæ reliquo tempore anni vacaturæ sunt a fœtu*, Colum. 4, 17 de anseribus. ¶ 3. Et sine præpositione: Cic. Phil. 1, 15 *Vacare armis*, i. e. quiescere. Idem Off. 1, 19 *Nullum est tempus, quod justitiâ vacare debeat.* Sed, *Si ne tu quidem vacas*, h. e. si tibi otium non est, wenn du nicht zeit hast, Cic. fam. 12, 30. *Vacare munere*, id est, onere militari. v. quos ad Liv. 35, 6 laudat Drakenb.. *Vacare animo*, Cic. de Invent. 1, 6, est, curis solutum esse, frey, ohne sorgen seyn. Huc & alia pertinent: *Vacare molestia, curâ & negotio*, Cic. de Leg. 1, 3 *Domicilio studiorum cives vacant, peregrini fruuntur*, id est, carent Id. de Orat. 3, 11. Sic, *Vacare culpâ*, Id. fam. 7, 3. Et, *Legibus vacat ætas nostra*, de Senect. c. 11. *Lite vacant aures*, Ovid. Fast. 1, 73. ¶ 4. Et impersonaliter, *vacat*, es hat müsse. Quintil. 11, 1 *Vacat mihi esse diserto.* Virg. Æn. 1, 373 *Et vacet annales nostrorum audire laborum.* Et Ovid. Fast. 2, 216 *Non vacat exiguis rebus adesse Iovi.*

¶ Văcans, *tis*, leer, ledig, müßig. Celsus ad Cic. fam. 8, 3 *Hoc mihi certum ac jucundissimum vacans negotium erat.* Ovid. Met. 9, 611 *Hora animusque vacans.* Ibid. 2, 422 *Custode vacans.* Virg. Georg. 3, 477 *Saltus longe lateque vacantes.* Martian. l. 15 § 2 ff. de vi publ. *Vacantem mulierem* posuit pro vidua, eine wittwe. *Vacantia*

cantia bona dicuntur eadem quæ & caduca, verfallene güter, l. 1 C. de bonis vacantibus. *Vacantem poſſeſſionem invadere*, Iuſtin. 27, 3, 1. conf. 25, 2, 4. ¶ 2. *Vacantes* dicebantur milites adſcriptitii, ad commoda ſolum participanda in numeros relati. Treb. Pollio de Baliſta tyranno: *Eſt epiſtola Valeriani, qua gratias Baliſtæ agit: gaudens, quod ejus conſilio nullum adſcriptitium, id eſt, vacantem haberet.* Primitus hoc militum genus SVPRA NVMERVM appellatum fuit. Suet. in Claudio c. 25 *Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur* SVPRA NVMERVM: *quo abſentes & titulotenus fungerentur.*

¶ Vacanter, adverb. idem. Pro *otioſe*, apud Gellium 17, 10.

¶ Vacanto, *ōnis*, m. i. e. faſcis, manipulus, cento, volucrum corpore alio vacuum, ita legit & exponit Reineſius apud Petronium c. 63 *Stramentitium vacantonem*; alii aliter. v. Burm. p. 319. Nodot vocat *Stramentitium vacuum.*

¶ Văcātio, *ōnis*, f. die ruhe, freyheit, muſſe; ut, *Dare vacationem a cauſſis*, Cic. de Leg. 1, 4. *Habere vacationem*, Id. Acad. 4, 38. Et *Vti vacatione*, pro vacare, vel ceſſare, Id. Verr. 5, 22. *Vacatio data eſt ab iſto ſumtus, laboris, militiæ*, Id. Verr. 4, 10. *Vacationem impetrare*, Liv. Epit. L. 48. *Vacatio militiæ*, apud Cæſ. B. G. 6, 13, & Iuſtin. 1, 9, 12 dicitur, cum quis liberam poteſtatem diſcedendi a militia impetraverat: Videlicet cum legitimum ſtipendiorum numerum expleviſſet, neque jam amplius cogi poterat militare. Quamquam & alia genera vacationum erant. Nam & ætas vacationem a militia concedebat ſexagenario; quam *ætatis vacationem* Nepos dixit 25, 7, 1. Conf. Drakenb. ad Liv. 5, 8. Sed & pecunia redimebatur *vácatio.* Vnde *vacationem* pro ipſo pretio, quod pro vacatione ſolvebatur, poſuit Tacitus Hiſt. 1, 46, 4; & 1, 58, 2. vid. Marcell. Donatus ad priorem locum Taciti, ubi de variis vacationum generibus plura habes; v. & ſupra *Miſſio.* Cic. fam. 9, 6 *Quæ ſtudia* (litterarum & philoſophiæ) *magnorum hominum* (Epicuri, Platonis &c.) *ſententia vacationem habent etiam publici muneris.* Plur. *Vacationes munerum* dixit Tac. An. 1, 17, 4. Adde ibid. 1, 35, 2; Iuſtin. 37, 4, 1; & 38, 3, 9; &c. Sen. ad Helv. c. 2; & de Ira 2, 17: &c. Apud Eundem in Ludo *Vacatio rerum judicandarum* eſt, ubi quis non tenetur rebus judicandis.

¶ Văcuus, *a*, *um*, quod a nemine hactenus tenetur vel occupatur, leer, ledig, öde. Sic, *Domus vacua, vacuus fundus, vacua poſſeſſio*, apud ICtos. *Vacua mulier*, quæ ſine viro, eine wittwe, Tac. An. 13, 44, 2. Abſolute Horat. 1 epiſt. 19, 21. *Libera per vacuum poſui veſtigia princeps.* Conf. Gron. ad Liv. 25, 3. Idem 1 ſat. 5, 50 *In vacuum venire*, pro, vacantem hereditatem accipere. Apud Suet. Claudio c. 9 *In vacuum pendere* quis dicitur, cujus bona, cum aliter ſolvendo haud eſſet, proſcripta in tabula ſuſpendebantur publice venum, tanquam vacua, hoc eſt, ſine domino & poſſeſſore, ut Torrentius recte interpretatur. vide & ſupra in præpoſitione *In.* Sic, *Saltibus in vacuis paſcunt*, Virg. Georg. 3, 143. Liv. 8, 7 *Spatium, quod vacui interjacebat campi.* Sil. 4, 273 *Vacuo poſcebat prælia campo.* Et Ovid. Faſt. 1, 493 *Omne ſolum forti patria eſt: ut piſcibus æquor, Vt volucri, vacuo quicquid in orbe patet:* ubi per *orbem vacuum*, aëra intelligit, quem *inane* Virgil. appellat Æneid. 12, 354 *Ante levi jaculo longum per inane ſecutus.* Sed, *Animus vacuus*, eſt ſolutus, ein frey, ruhiges gemüthe. Cic. de Clar. Or. c. 5 *Si es animo vacuo, expone nobis, quod quærimus* Et Att. 12, 38 *Animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferre.* Id. Verr. 2, 18 *Habere dies vacuos*, nichts zu thun haben. *Locus vacuus a turba*, Id. de Fin. 5, 1, ein ſtiller ort. *Tempus vacuum laboris dare ſibi*, Ter. Heaut 1, 1, 38, ubi alii *vacivum* legunt. Cic. Att. 2, 23 *Cum vacui temporis nihil haberem.* Et, *Vacuum eſſe periculo*, ad Quint. fr. 1, 2. *Vacuum ab omni moleſtia eſſe*, Idem fam. 11, 16 pr. keine beſchwerung haben. *Nihil tutum, nihil inſidiis vacuum*, Id. fam. 4, 14. *Vacuus ab odio*, ohne haß, Salluſt. Cat. c. 51. *Nummi vacui* qui ſunt ſine fœnore, geld, das da lieget, unausgeliehen, todtes capital, apud Iureconſultos. vide ſupra in *Occupo.* Sic, *Vacuus equus*, ein pferd ohne reuter, Liv. 26, 16; 44, 26. *Gladius vagina vacuus*, Cic. pro Marc. *Virium vacuus*, kraftlos, Plaut. Bacch. 1, 2, 46. v. Cort ad Sall. Catil. 14, & Ovid. Interpp. Faſt. 2, 103. ¶ 2. Tacitus Hiſt. 2, 38, 2 *Vbi ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit*, i. e. otium fuit, & copia. Salluſtius, quem imitatus more ſuo Tacitus, apud Gellium 9, 12 *Poſtquam remoto metu Punico ſimultates exercere vacuum fuit.* Ovid. ſuperlative uſus eſt de Ponto 3, 1, 141 *Nec rurſus jubeo, dum ſit vacuiſſima, quæras.*

¶ Vacue, adverb. idem. Arnob. lib. 3 p. 121 *Inaniter, vacue & ſine ulla ſubſtantia conſtituta.*

¶ Văcīvus, *a*, *um*, pro *vacuus*, leer. Vet. Gloſſ. *vacivus*, ἔνκαιρος. Sed magis proprie *vacivæ ædes* dixit Plaut. Caſ. 3, 4, 6. Et, *Vacivæ ædes aurium*, Pseud. 1, 5, 54, offen gehör. Idem Trin. prol. v. 11 *Date vacivas aures.*

¶ Vacive, adv. bey müßiger zeit, bey guter weile. Phædr. 5, 1, 14 *Libellum vacive perleges.*

¶ Vacīvitas, *ātis*, f. vacuitas, die ledigkeit, müßigkeit. Plaut. Curc. 2, 3, 40 *Cibi vacivitate.* Et D. Brutus Cic. fam. 11, 10 *Quantam cupiditatem hominibus injiciat vacivitas, non te fugit.* Alii quidem *vacuitas*: ſed *vacivitas* probatur acutiſſimo viro I. G. Grævio, qui id ex MSS. tuetur.

¶ Vacuĭtas, *ātis*, f. idem. Vitruv. 8, 2 *Propter vacuitatem loci.* Cic. Off. 1, 21 *Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus*, i. e. vacatio, die erledigung von der angſt. Et de Fin. 1, 10 *Liberatione & vacuitate omnis moleſtiæ gaudemus.* Ibid. 3, 25 *Dolorum vacuitas.* Et plural. *Interveniorum vacuitates*, Vitruv. 2, 7.

¶ Vacuo, *are*, vacuum efficere, ausleeren, leer machen. Colum. 3, 13. *Ripam erigi jubeat, ſulcumque vacuari.* Martialis 11 epig. 6 *Elyſium liceat ſi vacuare nemus.* Solin. c. 25 *Caſpii maris fauces mirum in modum vacuantur imbribus.*

¶ Vacuatus, *a*, *um*, ausgeleert; ut, *Vacuata dolia*, Colum. 12, 50. *Vacuatum auxiliis oppidum*, entblößt von beyſtand, Frontin. Strat. 3, 6, 2. *Sanguine vacuatus*, verblutet, Aur. Vict. Epit. c. 43. Et Silius 11, 57 *Impenſis belli vacuatos ſæpe penates.*

¶ Văcūna, *æ*, f. Dea, quæ vacantibus & otioſis præeſt. Ovid Faſt. 6, 307 *Nam quoque cum ſiant antiquæ ſacra Vacunæ, &c.* Meminit & Horatius 1 epiſt. 10, 49, ubi Torrentium, ſi lubet, vide.

¶ Vacunālis, *e*, ad Vacunam ſive otium pertinens, müßig, Ovid. l. c. v. 308 *Ante Vacunales ſtantque ſedentque focos.*

¶ Văcŭĕfăcio, *feci, factum, facere*, leer und ledig machen; ut, *Vacuefacere inſulam*, ejectis ſcil. incolis, Nepos 5, 2, 5. *Venas inedia vacuefacere*, Macrob. Sat. 7, 12. Sic, *Circumciſionem vacuefacere, abſtinentiam ſuillæ carnis auferre*, i. e. abrogare, Lactant. 4, 17, 1.

¶ Vacuefactus, *a*, *um*, leer gemacht; ut, *Vacuefactæ bello poſſeſſiones*, Nepos 20, 3, 2, hoc eſt, deſertæ, vaſtatæ bello, ausgeplündert. Et, *Subſellia vacuefacta* aut *vacuafacta*, Cic. in Catil. 1, 7. *Erubeſcenda ſentina vacuefactus exercitatus*, i. e. purgatus, von unflat geſaubert, Val. Max. 2, 7, 1.

¶ Vacĕfio, *ĕri*, pro vacuefieri, leer werden. Lucret. 6, 1003 *Multusque vacefit in medio locus.* conf. & v. 1015.

Compoſita a *Vaco* & *Vacuo.*

¶ Evăcuo, *are*, ausleeren, leer machen; ut, *Evacuare alvum*, Plin. 20, 6.

¶ Evacuans, *tis.* Vulg. Int. Eph. 2, 15 *Legem mandatorum decretis evacuans.*

¶ Evacuātus, *a*, *um*, i. e. ſublatus, aufgehoben, zernichtet; ut, *Evacuatæ obligationis vires reparare*, Leg. 4 Cod. de Solut.

¶ Evacuātio, *ōnis*, f. die ausleerung, ausräumung. Tertull. adv. Marc. 4, 24 *Fidei evacuationem & ſubjectionem beſtiarum pollicetur.*

¶ Evacuefactus, *a*, *um*, idem quod *Vacuefactus*, ausgeleert. Hieronym.

¶ Invacuus, *a*, *um*, das nicht leer iſt. Tertull. adv. Hermog. c. 29 *Non invacuum faciendo viſibile.*

¶ Intervăco, *āre*, darzwiſchen leer ſeyn. Columella 4, 32 *Tripedaneis ſpatiis intervacantibus.*

¶ Subtervăco, *āre*, idem. Sen. Qu. Nat. 6, 25 *In illum ſubtervacantem locum.* Niſi diviſe ſcribendum eſt, & *ſubter* vim adverbii ſuſtineat.

¶ Supervăco, *āre*, übrig ſeyn. Gellius 1, 22 *Magnam partem ſupereſſe ita dixerunt, ut eo verbo ſignificarent ſuperfluere & ſupervacare.*

¶ Supervăcuus, *a*, *um*, ſignificat idem quod ſuperfluum, ſeu non neceſſarium, überley, überflüßig, unnöthig, verächtlich. Plin. Paneg. c. 50 *Multa concupiſcebat, cum haberet ſupervacua tam multa.* Alter Plin. 27, 12 *Phyteuma quale ſit deſcribere ſupervacuum habe.* Quint. 7, 3 *Habere ſupervacuum dicere.* Ovid. ex Ponto 2, 7, 6 *Supervacuos habere metus.* Salluſt. de Rep. ordin. 2, 17 *Magnæ navis ſupervacua onera.* Vitruv. 3, 2 *Sine deſiderio ſupervacuorum conſervavit autoritatem.* conf. Sen. epiſt. 48 extr. & Cic. fam. 3, 5.

¶ Supervacānĕus, *a*, *um*, idem. Cic. de Nat. D. 1, 33 *Nihil inane, nihil ſine cauſſa, nihil ſupervacaneum eſt.* Ibid. 1, 35 *Quicquid uſum non habet, ſupervacaneum eſt.* Sic, *Pro ſupervacaneo ac inutili haberi*, Liv. 10, 24. Et Salluſt. Catil. c. 51 *De timore ſupervacaneum eſt diſſerere.* conf. ibid. c. 58 & de Rep. ordin. 2, 18. ¶ 2. Cicero de Senect. c. 16 *Conditiora facit hæc ſupervacanei operis aucupium & venatio:* i. e. quibus ſervimus tempore quaſi ſubſecivo, cum juſto & legitimo funus defuncti opere ſeu labore, quem agricultura poſcit.

¶ Supervacue, adverb. idem. Paulus lib. 3 Recept. Sent. tit. 5 ſent. 20 *Libertas ſupervacue data videtur.* Et Tertull. ad Martyres c. 1 *Gladiatores perfectiſſimos nonnumquam noviſſe & præpoſiti ſui, ſed etiam idiotæ, & ſupervacue quique adhuc ſanctum de longinquo.*

¶ Supervăcuo, adv. idem. Vlp. L. 14 de Religioſ. & ſumtibus fun. § 8 *Si ſupervacue fuerit factum.* Vlus & Iavolenus l. 64 D. de contrah. emtione. Sed & Quintil. Declam. 18 & 331.

VADIMONIS, *is*, m. lacus in agro Viterbienſi eſt, aquis ſulphureis ſcatens, quem Plinius deſcribit 8 epiſt. 20. conf. Plin. H. N. 2, 96.

Vado, *are*, vide *Vadum*, Vadari, vadatus, vadimonium, *Vas, vadis.*

VĀDO, *ſi, ſum, ĕre*, a βαδίζειν, ire, tranſire, gehen, wandern. Virg. Æn. 2, 396 *Vadimus immiſti Danais.* Cic. Att. 4, 10 extr. *Ad eum mane vadebam, cum hæc ſcripſi.* Liv. 3, 63 *Vadere in prælium.* Id. 22, 50 *Per medios vadere hoſtes.* Id. 7, 27 *Vadere in hoſtem*, i. e. invadere eum, & 9, 43 *In cohortes hoſtium nec juſſi conſulum, nec ſigno dato, victores vadunt.* Ovid. Trift. 4, 3, 74 *Ardua per præceps gloria vadit iter.* Tertull. de Pallio c. 3 *Ad illum ex Libya Hammon vaſit.*

¶ Vādens, *tis*, gehend. Virg Æn. 6, 263 *Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus æquat.* Liv. 26, 6 *Elephanti per media caſtra vadentes.*

Compoſita:

¶ Circumvādo, *ſi, ſum, ĕre*, umher ſchleichen. Liv. 34, 38 *Cum tantus undique terror circumvaſiſſet.* Plin. 9, 30 *Redemtum canes circumvaſere noctu.* Paſſive Ammian. 20, 6 *Circumvaditur civitas a quibusdam vehentibus ſcalas.*

¶ Evado, *ſi, ſum, ĕre*, effugere, entweichen, entkommen, entrinnen. Effertur fere cum accuſativo, & ablativo, vel ſolo, vel cum præpoſitione; ut, *Cæſarem, quibus erat ſuſpectus, evaſit*, Plin. 2 epiſt. 1. *Flammam evaſit claſſis*, Virg. Æn. 5, 689. *Evadere amnem*, Tac. An. 12, 35, 3. *Evaſiſſe gravem caſum*, Idem 14, 6, 3. Plura dabit Drakenb. ad Sil. 16, 522. Et, *Evadere in tutum*, Liv. 26, 17, entkommen. *Evadere in muros*, pro aſcendere, Liv. 25, 23 extr. Et, *Evadere in ſummum*, Id 7, 34, & 28, 20, den höchſten ort erobern, erſteigen. *Evadere undis*, omiſſo *ex*, Virg. Æn. 9, 99. *Ab improbis judicibus evadere*, Cic. Tuſc. 1, 41. Sic, *Evadere e cuſtodia*, Quintil. 2, 17; & *e manibus hoſtium*, Liv. 22, 49. *Heri lenitas verebar quorſum evaderet,*

wo es damit hinaus wolte, Ter. Andr. 1, 2, 4. Et Cic. 9, 18 *Videamus hoc, quorsum evadat.* conf. Nepos 10, 8, 1. Rursum Ter. Eun. 3, 3, 2 *Vbi frigeat, hoc evasit*, es kam drauf hinaus. Similiter in Andr. 1, 1, 100 *Quam timeo, quorsum evadas*, id est, quo perventurus sis narrando, worauf du noch fallen wirst. Idem Ter. Adelph. 5, 4, 64 *Nimia illæc licentia profectò evadet in aliquod magnum malum.* Sed, *Adolescens Epicurius evaserat*, er war ein Epicurer worden, Cic. de Clar. Orat. c. 35. Ibidem c. 27 *E philosophorum scholis tales fere evadunt.* Et rursus: *Is simili ratione summus evaserat*, er war groß worden. Sic, *Evasit cœptum inane*, Liv. 35, 47. *Evasti*, pro *evasisti*, Horatius usus est 2 sat. 7, 68. Adde Nonium 4, 157. Et Sallust. de Rep. ordin. 1, 1 *Inter has difficultates evadendum est tibi*, du must dich aus diesen verdrießlichkeiten heraus wickeln.

¶ Evadens, *tis*. Curt. 10, 5, 10 *Obsidens urbes, evadens in muros.* Idem 9, 2, 18 *Evadentes in terram*, sc. e navi.

¶ Evāsus, *a, um*, vermieden, entrunnen: ut, *Evasa mors*, apud Alcimum. Et, *Evasi fulguris ictus*, Iuvenal. 12, 17.

¶ Evasio, *onis*, f. die entrinnung. Vulg. Int. Iudith. 13, 20 *Gaudens in victoria sua, in evasione mea.*

¶ Invādo, *si, sum ere*, aggredi, irruere in aliquem, impetum facere, überfallen, anfallen, angreifen, eindringen. Accusativum cum & sine præpositione adsciscit. Virg. Æn. 2, 265 *Invadunt urbem somno vinoque sepultam.* Sic, *Invadere fortissime*, Quintil. 5, 13. *In adventientem aliquem cum ferro invadere*, Cic. pro Cæc. c. 9. *Invadere vi in urbes*, Id. in Verr. 1, 20, mit gewalt einfallen. Et, *In fortunas alicujus invadere*, Phil. 2, 26, einem in seine güter fallen; & *In pecunias*, ibidem c. 16. Nimirum *invadere* est, per vim atque injuriam, & antequam debeatur, arripere, sive sumere: quemadmodum & *Consulatum invadere*, Suet. Aug. c. 26; & Aur. Vict. illustr. c. 68. Elegenter Tertull. de pœnit. c. 3 *Pœnitentiam invadere*, pro pœnitentiam agere dixit, antequam deliquas. Namque de bono facto pœnitere, irrationale est. Et c. 6 *Ille sumit, hic invadit.* Sic, *Invasit dolor repente*, Ter. Hec. 3, 2, 22, der schmertz überfället. *Vbi cupido divitiarum invasit*, Sallust. de rep. ord. c. 15. *Terror ac desperatio invaserat*, Liv. 28, 20. *Tum morbus invasit gravis*, Plaut. Asin. 1, 1, 40. Et, *Invasit hoc malum in remp.* Cic. Off. 2, 11 *Invadere in aream cœpit*, Id. fam. 1, 9, 22. *Libido eundi plerosque invaserat*, id est, incesserat, die lust war ihnen angekommen, Sallust. Iug. c. 84. conf. Catil. c. 5. Et, *Rabies multitudinem invasit*, Liv. 3, 18. Sed Cic. Phil. 2, 31 *In collum invadere*, amplexorum est, um den hals fallen. Passive Sallust. Iug. c. 13 *Vndique simul ex insidiis invaditur.* conf. ibid. c. 87. ¶ 2. Construitur & aliquando cum dativo: Varro apud Nonium 9, 7 *Tanta invasit cupiditas honorum plerisque, ut vel cœlum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent.* Cic. fam. 16, 12 *Sed mirus invasit furor, non solum improbis, sed etiam his, qui boni habentur.* Gellius 19, 4 *Quibus invasit repentinus rei magnæ timor.*

¶ Invadens, *tis*. Apul. Met. 2 p. 297 *Manibus ambabus invadens totam.* Aur. Vict. Epit. c. 38 *Invadens imperium.* Ibid. c. 45 *Regnum invadens exstinguitur.*

¶ Invāsus, *a, um*, anfallen, anaegriffen; ut, *Mesopotamia invasa*, Sext. Rufi Breviar. c. 23. *Invasis comis*, Pallad. lib. 14 de ficubus v. 2.

¶ Invāsus, *us*, m. subst. der anfall, angriff. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Primo invasu affici posisse.*

¶ Invasio, *onis*, f. idem. Gloss. Cyrilli: *Invasio*, ἐφόρμησις, ἔφοδος. Symmach. 10 epist. 48 *In examen pervenit invasionis indignitas.*

¶ Invāsor, *oris*, m. qui vi occupat, unrechtmäßiger besitzer. Aurel. Vict. junior in Aureliano c. 49 *Romanum urbem triennio ab invasoribus receptavit.*

¶ Pervādo, *si, sum, dere*, hindurchgehen, durchdringen; ut, *Hostes pervasere*, Tac. An. 4, 51, 4. Et Liv. 7, 36 *Custodibus cæsis ad castra pervadit.* Cic. Verr. 3, 26 *Per agros quantum incendium pervaserit, cernitis.* Sic Liv. 2, 23 *Fama ea forum atque urbem pervasit.* Idem 26, 15 *Murmur a tribunali totam pervasit concionem.* Cic. pro L. Manil. c. 9 *Pervasit opinio per animos hominum.* Et, *Pervasit morbus*, Idem pro Sylla c. 19.

¶ Pervadens, *tis*. Vitruv. 9, 4 *Saturni stella pervadens per signi spatium, &c.*

¶ Pervāsus, *a, um*, passive, durchgangen, durchdrungen; ut, *Pervasa urbe*, Ammian. 24, 2. *Pervasis regionibus*, Idem 31, 8. Et, *Pervasa migrare domo*, Sedul. 3, 309.

¶ Pervasio, *onis*, f. das durchdringen. Salvian. de Gubern. D. lib. 5 sub fin. *A rerum alienarum pervasione non abstinent.*

¶ Pervasor, *oris*, m. idem qui invasor. Salvian. 5 p. 114 ed. Baluz. *Rebus eorum incumbunt pervasores.* Cassiodor. 4 epist. 20 *Manente pœna pervasori.* Paulinus Petrocor. 6, 43 de obsesso a dæmone: *Propinas alieno in corpore voces Edere pervasor captivo ex ore jubetur.*

¶ Supervādo, *ere*, supergredi, vel superare, übersteigen. Sallust. Iug. 75, 2 *Omnes asperitates supervadere.* Liv. 32, 24 *Ruinas muri supervadebant.* conf. Sidon. 9 epist. 7.

VĀDUM, *i*, n. aquæ, maris, fluminis, lacus, qua via datur, & transiri tuto potest, der furt, das seichte wasser. Liv. 38, 18 *Pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere instituit.* Cæs. Bell. G. 1, 6 *Rhodanus vehemalis locis vado transitur*, man kan durchwaten, durchreiten, über fahren. Poetæ *vadum* frequenter pro *mari* ponunt. Catull. carm. 65, 6 *Auli sunt vada salsa citò decurrere puppi.* Cicero metaphorice dixit pro Cæl. c. 21 *Quoniam emersisse jam e vadis, & scopulos prætervada videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur*: ubi *emergere e vadis*, est, eluctari ex difficultatibus. At Ter. Andr. 5, 2, 4 *Omnis res est jam in vado*, hoc est, in tranquillo, in tuto, es hat nun alles keine noth. Et Plaut. Aul. 4, 10, 73 *Hæc propemodum jam recte in vado salutis videtur.* Apud Ovid. de Arte am. 3, 469 *Vada tentare* est aggredi rem sive negotium, sondiren. Id. Met. 9, 108 *Scitus vadorum.* Vincent exempla, male Charisium existimasse, *vada* in plurali tantum dici. ¶ 2. *Vadum* ipsum etiam maris, lacus, fluvii alveum significat. v. Gronov. obs. 1, 19; quem laudat etiam Drakenb. ad Sil. 2, 1. ¶ 3. Phædrus 4, 8, 12 *Vadum* etiam vocat marginem putei. ¶ 4. Pro venis, f. potius poris corporis posuit Gratius cyn. 424 *Subeatque latentibus ultro Quæ facta est medicina vadis.* ¶ 5. Virili genere Sallust. apud Nonium 3, 265 *facilem vadum* dixit.

¶ Vada, *ōrum*, n. plurale, locus Italiæ in Liguria, cui alias *Sabatiorum* cognomen adjicitur. D. Brutus ad Cic. fam. 11, 10 *Ad Vada pervenit.* Et epist. 13 *Priusquam ad Vada venit.* vide Geograph.

¶ Vādōsus, *a, um*, seichte, da man durchwaden kan; ut, *Mare vadosum*, quod vadis abundat, Cæs. de B. C. 1, 25. *Vadosum ostium portus*, Liv. 37, 14. conf. 33, 17. *Vadosus amnis*, Virg. Æn. 7, 728. *Vadosæ aquæ*, Lucan. 8, 698. Superlat. *Ganges, ubi vadosissimus est*, Solin. c. 65.

¶ Vadus, *a, um*, pro *Vadosus*. Pomp. Mela 2, 5 *Atax* (fluvius) *ex Pyrenæo monte digressus vadusque est*; rectius *vadosus*.

¶ Vadābilis, *e*, idem. Saresb. 2, 24 *Non vadabilis abyssus.*

¶ Vādo, *āre*, vado transire, waden, durchwaden. Sic, *Flumen propter brevitatem facile vadari poterat.* Solinus a Calepino citatus; nec non ICt. l. ult. D. de serv. præd. rust. *de flumine, si vadari nequeat, sed pontonibus trajiciatur.* Sed sic loca non apparent.

¶ Invadābilis, *e*, da man nicht durchwaden kan; ut, *Invadabilis fluvius*, Guil. Tyr. 4.

VAE & VAEH, *vai*, interjectio minantis, exsecrantis aut dolentis, wehe: ut, *Væ misero mihi*, Ter. Andr. 2, 1, 2. *Væ tibi, Causidice*, Martial. 5 epigr. 34. Et sine dativo, Virg. eclog. 9, 28 *Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.* ¶ 2. *Væ victis*, a Brenno Gallorum rege, in proverbium venit, ut difertim scribit Festus in *Ve*. Livius 5, 48 ext. *Intolerandam hanc Romanis vocem* vocat. ¶ 3. *Væ* particula inseparabilis: vide *Ve*.

Væjovis, vide supra *Vejovis* in *Iupiter*.

Vænco, *ire*, vide infra *Veneo* in *Vendo*.

VĀFER, *fra, frum*, quasi *Veafer*, id est, *valde Afer*; celebrata enim & nota satis ejus gentis calliditas: δολιος, παυοῦργος, *callidus, astutus*, quem Germani dicunt, ein listiger kopf, verschlagener und verschmitzter gesell; ut, *Vafer in disputando*, Cic. de Rep. apud Non. 1, 70. *Chrysippus Stoicorum fomitorum vaferrimus interpres*, Idem de Nat. D. 1, 15. *Interrogationes vaferrimas struere*, Sen. epist. 48. Compar. Hieron. epist. 23 extr. ad Marcellam: *Cavillentur vafriora licet.*

¶ Vafellus, *a, um*, diminut. Festus in *Altellus ab alterno*: *Sicut fit diminutive a macro macellus, a vafro vafellus.*

¶ Vāfre, adverb listig, tückisch. Cic. in Verr. 2, 53 *Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est.* Hinc titulus apud Valer. Maximum 7, 3 *De vafre dictis aut factis.* Et ibidem exemplo 2 *Tam vafre telluri impressum osculum.*

¶ Vafricia, *æ*, f. (vafricies, *ēi*,) die listigkeit. Seneca epist. 49 *Non vacat mihi vafriciam meam experiri*; scil. in verbis dubie cadentibus.

¶ Vafrāmentum, *i*, n. die tücke, arglistigkeit. Valer. Max. 7, 3 extr. 2 *Quantum imperium quam parvo interceptum est vaframento.* conf. ext. 4.

Vagabundus, vage, &c. vide paullo post *Vagus.*

VĀGEDRĒSA, *æ*, f. fluvius inter Achaten & Gelam, apud Silium 14, 230, ubi Ortelius *Arethusa* reponi frustra voluit.

VĀGENNI, vel VĀGIENNI, *ōrum*, m. pl. populus Alpinus in Liguriæ finibus, quorum *Augusta Vagiennorum* fuit. vid. Plin. 3, 5 & 20; & Silius 8, 608.

VĀGĪNA, *æ*, f. die scheide; ut, *Vagina gladii*, eine degen scheide. Cic. de Invent. 1, 4 *Educere gladium e vagina*, den degen ziehen. Et, *Gladium vagina vacuum in urbe non videmus*, Idem pro Marcell. c. 6 per hypallagen. *Ipsum vagina atrore cruentum*, Virg. Æneid. 9, 305. Et, *Vagina deripere ensem*. Idem Æn. 10, 475. *Vagina* autem Isidoro 19, 9 videtur dicta quasi *Bajaina*, quod in ea mucro vel gladius bajuletur; Vossio quasi *Vacina* a vocalitate; Aliis a *vagiendo*, quod quasi vagitum edat, cum ibinguitur gladius. ¶ 2. *Vagina* in frumento vel legere, cum spica conti: tur nondum exerta, der scheidicht in der halm. Cic. de Senect. c. 15 *Ut spicam viriditas nisa tuetur, quæ sub ea deinde adolescit, eaque ipsa tenella circumplicata, vaginæ jam quasi præsidio tuetur.* Cato c. 32 *Frumentum dicunt quandoque esse in vagina, quandoque florere, quandoque exaresce.re.* ¶ 3. Plin. 16, 43 *Ferulæ vaginæ ex cacumine utilissimæ sunt*, h. e. maturitate.

¶ Vāginula, *æ*, f. diminut. eine kleine scheide, hülse. Plin. 18, 7 *Far servare in vaginulis suis.*

¶ Evāgīno, *are*, aus der scheide ziehen. Vulg. Interpr. Exod. 15, 10 *Evaginabo gladium meum.* Et Iudith. 13, 8 *Cum evaginasset pugionem.*

¶ Evaginātus, *a, um*, ausgezogen, entblößt. Iustin. 1, 9, 8 *In gladio sua sponte evaginato vulneratus.* Hyginus fab. 164 *Hippum evaginato persequi gladio.* Veget. de Re Mil. 1, 18 *Evaginatum gladium tenent.*

¶ Evaginātio, *ōnis*, f. der ausschweif. Arnobius 1 p. 30 *Contumaciam cavendo sævi ad subeundam cladis ictum circumscriptis evaginationibus compulerunt.* vide Meurs. & Dekker. Heraldum in h. l.

VĀGIO, *īvi, ītum, īre*, βαϐάζειν, infantum est, weinen wie ein klein kind, wimmern, quäcken. Cic. de Senect. c. 23 *Vagire in cunis.* Et, Ovid. Fast. 2, 405 *Vagierant ambo pariter*; Sive, ut Heinsius ex MSS. legit, *Vagierant clamore pari.* Factum verbum a sono, quem primum pueri edunt; vide Gell. 16, 17. Varro tamen hoc hœdis tribuit de L. L. 5, 5; *Ejusdem*, inquit, Ennii puta, *ab hœdo, clamor ad cœlum volvendus per æthera vagit.* Videtur huc facere, quod Plautus *Obvagire* hœdis tribuit loco mox allegando. vid. Voss. 4 Inst. Orat. p. 56. Autor Philomelæ v. 60 *Vagire* leporibus tribuit, & præter communem usum primam corripit.

¶ Vagiens, *tis*. Ter. Hec. 4, 1 pr. *Audisse vocem pueri visus est vagien-*

gientis. Vulg. Int. Iob. 38, 41 *Pulli ejus* (corvi) *clamant ad Deum vagientes.*

¶ Vāgĭtus, *us*, m. subſt. vox infantium, das gewimmer, kindergeſchrey. Martial. 9 epigr. 9 *Sordida vagitu peſceret ora puer.* Virg. Æn. 6, 426 *Auditæ voces vagitus & ingens.* Quint. 1, 1 *Edere vagitum.* Plin. præf. lib. 7 *Natura hominem nudum, & in nuda humo natali die abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum, & ſic a ſupplicitis homo vitam auſpicatur &c.*

¶ Vāgor, *ōris*, m. idem. Lucret. 2, 576 *Miſcetur funere vagor, Quem pueri tollunt viſentes luminis oras.* conf. Nonius 2, 889. Ennius *Vagorem* pro *Vagitu* etiam habet apud Feſtum.

¶ Vāgīto, *are*, frequentativum. Statius 4 Silv. 8, 35 *Cumque tibi vagiret tertius infans*; al. *vagiret.* vide Morelli annotationem.

¶ Vagītānus, *i*, m. vagientium Deus, apud antiquos, qui ſingulis rebus ſingulos Deos attribuerunt, & ut Auguſtinus C. D. 4, 8 memorat, *Vagitanum, qui infantum vagitibus præſideret*; ubi Io. Lud. Vives *Vaticanum* ſcribendum ait, de quo infra in *Vates.*

¶ Vāgŭlus, *a, um*, derivatum a *Vagio*, ängſtend, wehklagend. Adrianus Imp. in carmine, quod moriturus dixit apud Spartianum c. 25 *Animula vagula, blandula &c.*

¶ Vagulatio, *ōnis*, f. docente Feſto, *ſignificat queſtionem cum convicio*: & deducitur a *Vagulo.*

¶ Obvāgio, *ire.* Plaut. in Pœnul. prolog. v. 31 *Nec eſurientes quaſi hædi obvagiant.*

Obvagulo, *are*, vide mox in derivatis ex *Vagus.*

Vagītus &c. vagor, *ōris*, vide *Vagio*, Vagor, *ari*, vagulus, *Vagus.*

VĀGUS, *a, um*, πλάνης, qui a negotiis liber, hinc inde oberrat & vagatur, unſtet, umherſchweifend, herumlaufend. Cic. pro Cluent. c. 62 *Errare vagum & exulem.* Et, *Fortuna vaga & volubilis*, Idem pro Milon. c. 26. *Errans & vaga ſententia*, id eſt, incerta & inſtabilis, Idem de Nat. D. 1, 1. *Vagæ aves*, Horat. 4 od. 4, 2. Liv. 7, 17 *Multos populatores agrorum vagos palantes oppreſſit* Id. 10, 30 *Vagi prædatores.* ¶ 2. De ſalacibus quoque & libidinoſis uſurpatur, qui quærunt paſſim. Colum. 12, 1 *Curandum eſt, ut ne vagum villicum, nec averſum contubernio ſuo habeamus*, der andern nachlauft. Martial. 6 epigr. 21 *Sæpe ego laſcivum Martem furibunda cecidi, Legitimos iſſet cum vagus ante toros.* Sic & *vagari* verbo uſus Arnobius, de quo mox. Et de otioſo Statius 4 Silv. 6, 2 *Cum patulis tererem vagus otia ſeptis.*

¶ Vāge, adverb. hin und her; ut, *Res ſparſæ & vage diſjectæ*, Auctor ad Herenn. 4, 2. vid. Liv. 22, 29; & 26, 39; & Sen. Nat. Qu. 2, 48.

¶ Vagulus, *a, um*, dimin. rectius ad *Vagio* refertur.

¶ Vagor, *ātus ſum, āri*, vagum eſſe, oberrare, umher ſchweifen, hin und her laufen in der irre gehen. Cic. de Invent 2, 2 *Fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur.* Et, *Vagamur egentes cum conjugibus & liberis*, Id. Att. 8, 2. *Vagatur fama*, Virg. Æn. 2, 17. *Dido tota vagatur urbe*, ibid. 4, 68. *Terras vagari*, Propert. 2, 28, 19. *Vagari gregatim*, Plin. 9, 16, haufenweiſe ziehen. *Animus vagatur errore, nec habet quid ſequatur*, Cic. Off. 2, 2. ¶ 2. Vſurpatur hoc verbum de grauante nube, & paſſim ſpargente vim & violentiam ſuam, ſtreifen. Horat. 3 od. 14, 19 *Spartacum ſi qua potuit vagantem fallere teſta.* ¶ 3. Item, de laſcivis & petulantibus & libidinoſis, ausſchweifen, herum ſchwärmen. Suet. Ner. c. 26 *Poſt crepuſculum ſtatim amicto pileo vel galero, popinas inibat, circumque vicos vagabatur ludibundus.* Idem Oth. c. 2 *Ferebatur & vagari noctibus ſolitus: atque invalidam quemque obviorum vel potulentum corripere ac diſtento ſago impoſitum in ſublime jactare.* Arnob. de Iove lib. 4 *An uxore contentus haud una, concubinis, pellicibus atque amiculis deleniatus impatientiam ſuam ſpargebat paſſim (ut vagari adoleſcentes ſolent), ſalax Deus?* Ita legendum putavit hunc locum Rigaltius notis ad Martialem. Heraldus *bacchari* ad p. 141 in ejus Animadv. p. 151.

¶ Vago, *are*, veteres etiam dixerunt, eodem intellectu. Varro apud Nonium 7, 2 *Incedit cum choro pari vagarunt.* Plura vide ibi ex Accio, Pacuvio, Ennio & aliis. Plaut. Mil. 2, 6, 14 *Quæ circum vicinos vagas*: ita Nonius: alii, *vagas es.* Prop. Lib. 2, 2, 7 *Hinc utinam ſpatiere loca, quæcunque vagaris, Cinthia* Lib. 1, 44, 2 *Seu tum primum lavata omni ſolicitudine mens vagare quæ ſibi coepit* al. *vacare.* Prudent. hymn. ante lomnum v. 29 *Libet errent per auras Rapido vigore ſenſus.* conf. Gitan. Ind. Lucr. & Voſ. Gram. L. 5 c. 7.

¶ Vāgans, *tis*, qui vagatur; ut, *Volucres huc illuc paſſim vagantes*, Cic. Divin 2, 28. Sic & Tibull. 1, 3, 59 *Paſſer vagante aves.* Horat. 4 od. 15, 19 *Licentia vagans.* Ovid. Met. 3, 146 *Per devia laſſus vagantes.* conf. in *Vagor* n. 2.

¶ Vagābundus, *a, um*, idem. Onomaſt. Vetus: *Vagabundus, πλάνος.* Et Auguſt. Confeſſ. 5, 6 pr. *Animo vagabundo.* Id. Conf. 8, 13, 5 *Vagabunda deliquia.* Dracontius Hexaemero v. 140 *Cum vagabunda volat commutis plaſtribus ales.* Seneca exemplum de Vita beata c. 12 vitioſum eſt, & Pincianus ac Gronovius *reptabundus*: Lipſius, *ructabundus* legunt: Gronovio etiam *lapſabundus* non diſplicet. Sed Solinus c. 11 *Flumina flexuoſis exſpatiata vagabunda.*

¶ Vāgītio, *ōnis*, f. die ſtreiferey, das herumſtreifen. Liv. 5, 8 *Neglectum Anxuri præſidium vagationibus militum oppreſſum eſt.* Apul. de Deo Socr. p. 50 *Qui incerta vagatione ceu quodam exilio punitur.*

I. Compoſita cum nominibus:

Amplivāgus, vide in *Amplus*, Fluctivāgus, *Fluctus*, Montivāgus, *Mons*, Multivāgus, *Multus*, Nubivāgus, *Nubes*, Omnivāgus, *Omnis*, Paludivāgus, *Palus*, Solivāgus, *Solus*, Vulgivāgus, *Vulgus.*

II. Compoſita cum præpoſit.

¶ Circumvāgus, *a, um*, herumſchweifend. Horat. Epod. 16, 41 *Nos manet oceanus circumvagus.* Lucanus Paneg. Piſon. v. 19 de Sole: *Æthereæ moles circumvaga flammæ* Prudentius Hychomach. v. 814 *Circumvaga piſcinam Sedit marmoreis fundata altaribus arca.*

¶ Circumvāgor, *atus ſum, āri*, herumſchweifen. Vitruv. 5, 8 *Circumvagando vox coacta.*

¶ Devāgor, *ari*, abweichen, wegaehen. Iuſtinian. præfat. 2 de Concept. §4 Digeſt. *Definitiones in anteriorem locum tranſtulimus, ne a vendit onibus vicinitate ulterius devagentur.*

¶ Devago, *are*, idem, apud eundem Iuſtin. præf. 1 de Concept. Dig. *Audivimus quosdam imperitos homines devagare, & doctrinam diſcipulis adulterinam tradere.*

¶ Devāgans, *tis.* Idem præfat. 2 *In loca devia & multo diſtantia devagantes.*

¶ Divāgor, *ari*, ausſchweifen. Lactantius de Ira c. 9 extr. *Ne longius divagetur oratio.* Quidam *devagetur* legunt.

¶ Divagatio, *onis*, f. apud Tertullianum.

¶ Divagābilis, *e*, apud Auguſtinum.

¶ Evāgor, *ari*, ausſchweifen, auslaufen; ut, *Euphratem nivibus tabefactis inflatam, late fuſis gurgitibus evagari, ideoque vado nequaquam poſſe tranſiri*, Ammian. 18, 18. *Evagantur aquæ*, Plin. 10, 33. *Per ignota capita late evagata eſt vis morbi*, Liv. 3, 7, die ſeuche hat ſich weit ausgebreitet. Idem 22, 47 *Nullo circa ad evagandum relicto ſpatio. Verum hactenus evagari ſatis fuerit*, hoc eſt, extra inſtitutum excurrere, Quint. 2, 4. Et de Gallinis Colum. 8, 5 *Longius non eſt permittendum teneris evagari.* Id. 5, 6 *Evagatur in luxuriam prævalens vitis.* Cic. Off. 1, 29 *Qui appetitus longius evagantur.*

¶ Evāgātus, *a, um*, umſchweifend, auslaufend. Colum. 8, 5 *Iuxta cibus ponendus, ne longius evagatæ refrigerent ova.*

¶ Evagātio, *ōnis*, f. die ausſchweifung. Plin. 2, 17 de planetis: *Spatia longitudinis latitudinum evagatione perjant.* Sen. epiſt. 1, 65 *Hæc libertas animi eſt, hæc evagatio*, ſi nimirum philoſophia illum a terrenis dimiſit ad divina.

¶ Evagator, *oris*, m, apud Senecam.

¶ Evagatrix, *īcis*, f. apud Tertullianum.

¶ Evagabundus, *a, um*, apud Auguſtinum.

¶ Obvagulo, *are*, herumſtreichen. Feſtus in *Portus* & in *Vagulatio* ex Leg. XII Tabb. *Feriis tertiis ob portum obvagulatum ito.* Sed Turnebus Adverſ. 13, 26, & 19, 14 legit *ob vagulationem*, & a *Vagio* deducit.

¶ Pervāgus, *a, um*, umherlaufend. De Cupidine Ovid. Art. am. 2, 18 *Vaſto pervagus orbe puer.*

¶ Pervāgor, *ari*, durchſtreichen, durchwandern. Plin. 1 epiſt. 12 *Dolor omnia membra pervagabatur.* Cic. de Legib. 1, 11 *Pervagantur meliſſæ mentes omnium.*

¶ Pervagans, *tis*; ut, *Pervagantes in agris ardores*, Vitruv. 2, 6.

¶ Pervagātus, *a, um*, der herum gezogen iſt. Liv. 38, 17 *Natio pervagata bello prope orbem terrarum.* ¶ 2. Idem ac *pervulgatus*, ſehr gemein. Cic pro Mil. c. 12 *Pervagatus civitatis ſermo.* Id. de Orat. 1, 36 *Communia & pervagata.* Id. pro Marcello c. 8 *Illuſtris & pervagata fama.* Id. de Invent. 2, 14 *Pars eſt pervagatior & aut in omnes aut in plerasque cauſſas accommodata.* Et in Orat. c. 43 *Pervagatiſſimus verſus.*

¶ Pervāgābĭlis, *e*, durchſtreichend. Sidon. 2 epiſt. 2 *Pelagi campus cymbalis late ſecatur pervagabilibus.*

¶ Supervāgor, *ari*, ſich über etwas ausbreiten. Columella 4, 21 pr. *Ne vines ſupervagetur*, ſcilicet putatione opus eſt.

¶ Supervagātus, *a, um.* Id. Colum. 4, 21 *Supervagatam partem duramenti recidere.*

¶ Supervagīneus, *a, um*, ſuper omnia vagans. Sic *Supervaganea avis* in auguriis quæ fuerit, vide apud Feſtum.

VAH, & Vaha, φεῦ, interjectio admirantis, exſultantis, & inſultantis, o! ach! Ter. Andr. 3, 4, 10 *Vah, conſilium callidum!* Et Adelph. 2, 1, 32 *Vah, lena iniqua me non vult loqui.* Plaut. Curc. 3, 79 *Vah.* C. *Quid minor?* Id. Caſin. 4, 4, 25 *Vaha! SY. Quid negotii eſt?* conf. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1060.

Valde, valedĭco, valens, valentia &c. vide ſequens *Valeo.*

VĂLEO, *ui, ēre*, ſignificat eſſe validum, id eſt, eſſe ſecunda valetudine, friſch, ſtarck, geſund, wohl auf ſeyn. Plaut. Amph. 2, 1, 24 *Iquidem video, & ſalvus ſum recte.* Brut. ad Cic. fam 11, 23 *Nos hic valemus recte, & quo melius valeamus, operam dabimus.* Sic, *Vitare a morbo*, Plaut. Epid. 1, 2, 26; &, *ab oculis*, Gell. 13, 30. Argute Martial. 6 epigr. 70 *Non eſt vivere, ſed valere, vita.* Imperſonaliter Plaut. Perſ. 2, 5, 8 *Quid agitur Saturſitio? ut valetur.* ¶ 2. Vires & potentiam ſignificat, gelten, tüchtig, mächtig ſeyn; e. g. *Id in omnes partes valet*, Cic. fam. 4, 10. *Quantum valerent inter homines literæ*, Id 4, 24, 1. *Illi fama tenuiſſimo ut valuit, ſonitu fecit*, Liv Epit 48. *Hæc amor & major vult*, Tibull. 3, 6, 17. *Neque tam* (tum) *imperita, ut, quid amor valeat, neſciam*, hoc eſt poſſit, was die liebe können oder vermöge, Ter Eun. 5, 2, 62. Id. Heaut. prol. v. 25 *Veſtra exiſtimatio valebit*, euer urtheil wird durchdringen. Sic, *Valere gratia, auctoritate*, Cic. paſſim. Et, *Gravidor tibi, quam tantum vales apud Dardanum*, Cic fam. 9, 14. Et, *Quantum auctoritas apud plebem plurimum valet*, Cæſ. B. Gall 1, 17. Et, *Valet in vulgus inſipientium opinio*, Cic. Tuſc. 2, 26. *Fiet, quodcunque volent, qui valebunt*, Id. fam. 9, 17, die die oberhand und gewalt haben. Et, *Valebunt ſemper arma*, ibidem. Apud Phædr 1, 5, 9 *Se plus calere*, Leo ait. Nepos 7, 1, 2 *Valere diceris*, beredt ſeyn. Etiam cum infinitivo, ubi frequentius eſt *poſſe.* Ovid. Her 1, 105 *Sed neque Laertes, ut qui ſit inutilis annis, Hoſtibus in mediis regna tenere valet*; ubi tamen quidam *poſſe* legunt. Phædr 4, 1, 10 *Muſcula cum mures veloces non valeat effugere.* ¶ 3. *Valere* de pretio, gelten, den werth haben; ut, *Sextantem valet ſeſtertii vicenis*, Plin 33, 3. Sic, *Valere minimo*, l. 13 ff. § 5 de actionib. empti. Et cum accuſativo: *Denarii dicti, quod decem æris valebant*, Varro L. L. 5, 36: cum quo caſu Budæus fere perpetuo in ea ſignificatione hoc verbum conjunxit add. n. 5. ¶ 4. Transfertur ad animum etiam, qui vel liber doloribus ac curis eſt, vel recte ſapit. Ter. Andr. 3, 1, 9 *Omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus.* Plaut Curc. 3, 13 *Mihi valere te* (video) *quod mihi eſt ægre*, id eſt, male ſapere. Iam quod ſe Phædromus non ſpretus puellæ, quam amabat, Deum putabat, id Palinurus velanium interpretatur. ¶ 5. Nepos 2, 2, 7 *Id*

respōnſum quo valeret, cum intelligeret nemo &c. id eſt, quo ſpectaret, quo pertineret: wo es ſich hin zöge, wohin es zu verſtehen ſey. Cic. Tuſc. 5, 9 *Non usquam quidem id dicit omnino, ſed quæ dicit, idem valent.* Tracta videtur hæc ratio ex ſignificatu 3. ¶ 6 *Valet lex*, Idem Nepos 8, 3, 3, i. e. ſervatur, es wird gehalten. ¶ 7. *Valeas, valeat, valeant*, imprecativum ab aliquo abeuntium, quemadmodum Valla expoſuit lib. 6; ut, *Valeas, habeas illam, quæ placet*, Ter. Andr. 3, 5, 18, gehe hin, fahre hin. *Valeant, qui inter nos diſſidium volunt*, Id. Andr. 4, 2, 14, die müſſe ein böſes jahr ankommen. Habet enim ſignificationem maledicti, ut vult Servius ad Virg. lib. 2 Æn. conf. Phædr. 4, 1, 19; & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 191.

¶ Vāle, valete, valēre, ſalutandi verbum diſcedentium, lebe wohl, gehabt euch wohl; ut, *Vale, mi frater*, Cic. ad Qu. fratr. 2, 8. *Etiam atque etiam vale*, Id. Att. 5, 19. *Vale & ſalve*, fam. 15, 4; 16, 9. Et, *Valete mea deſideria, valete*, fam. 14, 2. *Valebis*, fam. 15, 17. Et ad Att. 5, 2 *Hominem ſalutavi, poſtea valere juſſi.* Hinc

¶ Vălēdīco, *xi, ctum, ĕre*, abſchied nehmen, tritum & uſitatum verbum, ſed Cicero habet, *jubeo valere*, ut modo dictum. Suetonius verbum dividit in Aug. c. 53; in Tib. c. 72; & in Galba c. 4; Etiam Ovidius diviſit Triſt. 1, 3, 57 *Sæpe vale dicto rurſus ſum multa locutus.* Conjunctis tamen etiam vocabulis videtur uſus idem Ovid. Triſt. 1, 7, 21 *Idque quod ignoti faciunt, valedicere ſaltem.* Et Sen. Epiſt. 17 *Tibi valedicere non licet.* Sic & Sulpit. Sever. Dial. 1 c. 3 *Tibi hinc abiens valedixi.* conf. Borrich. Vindic. p. 232.

¶ Valedictōrius, *a, um*, ad artis vocabula referri poteſt; ut, *Oratio valedictoria.* vid. Cellar. Antibarb. p. 100.

¶ Valefăcio, *ĕre*, pro *Valedicere*, Apulejus poſuit aliquoties, ut l. 4 Miſet. p. 150 *Poſi hic vale facto, diſceſſimus.* Et Auguſtinus epiſt. 336 *Vale faciens collegæ ſuo.* Incertum, conjuncte an ſeparatim ſcribatur. Adde Vulg. Act. c. 18, 18; & 2 Cor. 2, 13.

¶ Vălens, *tis*, gültig, mächtig, vermögend, geſund, ſtarck. Virg. Æn. 5, 431 *Membris & mole valens.* Horat. 1 epiſt. 7, 3 *Sanus rectèque valens.* Cic. fam. 16, 9 *Medicus plane confirmat propediem te valentem fore.* Id. off. 2, 4 *Oblectatio valentium.* Vellej. 2, 49, 3 *Hic omnia ſpecioſa, illic valentia.* Ovid. Triſt. 1, 7, 29 *Cauſſis valentibus vinctus.* Celſ. 1, 3 *Purgationes ſunt perniciosæ, ſi nimis valentibus remediis fiant.* Varr. R. R. 3, 16 *Providendum, ne infirmiores a valentioribus opprimantur.* Cic. in Verr. 5, 54 *Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandosque homines exercitatiſſimi.* Id. fam. 5, 21 *Pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.* Quintil. 5, 13 *Argumenta valentiora.* Ovid. Pont. 1, 10, 35 *Cauſſa valentior.* Celſ. 4, 5 *Valentius medicamentum.* Adde Nep. 23, 6, 2. *Valentiſſima oppida*, Id. 22, 2, 4. Plin. 22, 19 *Adjumentum valentiſſimum.* Et, *Valentiſſima vox*, Sen. præf. 3 Controv.

¶ Vălenter, adverb. gewaltig, mächtig, nachdrücklich. Celſ. 5, 26, 21 *Nimis valenter in rem acta materia.* Sen. Controv. 3, 22 *Non diu dicebat, ſed valenter.* Val. Max. 3, 7 ext. 6 *Si ſenſum æſtimes, copioſe & valenter.* Colum. 1, 5 *Quæ ab imo præſtricta valenter reſiſtent.* Compar. Ovid. Met. 11, 481 de Euro: *Spirare valentius.* conf. Tac. Germ. 40, 1; & 43, 4; Cic. in Bruto c. 16.

¶ Valentia, *æ*, f. robur, die ſtärcke. Titinnius apud Nonium 1, 68; & 2, 901 *Sapientia gubernator navem torquet, non valentia.* Boëth. lib. 3 pr. 9 *Imbecillioris valentiæ eſt.* Tertull. adv. Iudæos c. 9 *Congregabit omnem valentiam populorum.* conf. Id. adv. Hermog. c. 45; de Anima c. 20; & Reſurr. carn. c. 29. ¶ 2. *Valentia* Dea Ocriculanorum, Id. Tertull. Apol. c. 24. ¶ 3. *Valentia* primitus dicta Roma: nam quod Latinis *valentia*, ῥώμη Græcis eſt. v. Solin. c. 2, & ſupra *Roma.* ¶ 4. Eſt & *Valentia* Allobrogum civitas, ad Rhodanum juxta Viennam, Plin. 3, 4. ¶ 5. Et hujus nominis civitas in Hiſpania, Plin. 3, 3.

¶ Valentīna, *æ*, f. herba artemiſia, beyfuß, Apul. de Herb. c. 10.

¶ Valentulus, *a, um*, noch etwas ſtarck. Plaut. Cafin. 4, 4, 26 *Vt valentula eſt.*

¶ Vălĭturus, *a, um*. Cic. fam. 13, 16 *Commendationem valituram apud te arbitrabar.* Plin. 17, 21 *Ratio valitura in omni genere.* Ovid. Triſt. 1, 3, 46 *Verba pro deplorato non valitura viro.*

¶ Vălesco, *ĕre*, validum fieri, ſtarck werden. Lucret. 1, 940; & 4, 17 *Ætas recreata valeſcat.* Tac. Hiſt. 1, 32, 3 *Bona conſilia mora valeſcunt.* Id. An. 4, 15, 2 *Superſtitiones valeſcunt*, ſie nehmen überhand. conf. Ibid. 2, 39, 5; & 4, 61, 3.

¶ Vălĭdus, *a, um*, robuſtus, firmus, ſtarck, geſund, mächtig; ut, *Validus ex morbo*, Liv. 3, 13. *Validus ac ſalvus*, Ter. Hec. 3, 5, 7. Etiam Plautus *Validam* pro ſano & recte valente dixit Menæch. 5, 3, 2. *Vrbs valida muris*, Liv. 1, 15. Et, *Validus fœcundia*, Plin. 3 epiſt. 9. Liv. 7, 39 *Valida admodum numero manus militum erat. Validi numero milites*, Tac. An. 14, 58, 3, hoc eſt, valentes. Horat. 1 epiſt. 8, 7 *Mente minus validus quam corpore toto.* Ovid. Faſt. 6, 677 *Convivæ valido æſtuantia vino.* conf. Id. Met. 14, 352. Compar. Liv. 2, 39 *Apparet, ducibus validiorem, quam exercitu, rem Romanam eſſe.* Id. 8, 19 *Validior hoſtis.* Id. 36, 17 *Munitiones & locis opportunioribus, & validiores tunc impoſitæ fuerunt.* Tac. Hiſt. 4, 12, 4 *Societate validiorum attriti.* Ibid. 1, 51, 5 *Præcipua validiorum vitia.* Superl. Id. An. 6, 31, 4 *Validiſſimus auctor.* Et 13, 8, 4 *Validiſſima fama.* Et 13, 39, 3 *Validiſſimum caſtellum.* Plin. paneg. c. 9 *Validiſſimum præſidium.* conf. Liv. 34, 40.

¶ Valide, adverb. vehementer, ſehr ſtarck. Plaut. Amph. 5, 1, 10 & 78 *Valide tonuit.* conf Idem Rud. 2, 1, 14; Pſeud. 1, 3, 129; Phædr. 17, 6. Tac. An. 13, 25, 4 *Si a leſis validius ageretur.* Quintil. 3, 8 *Verborum magnificentia non validius eſt aſſiſtanda*, ſo gar ſehr nicht. *Validius flagitare*, Phædr. 1, 19, 8; *inflare ſe*, Id. 1, 24, 9; *laborare*, Id. 3, 11, 4; *otium diligere*, Vellej. 2, 98, 3. Et, *Validiſſime favere alicui*, Cæl. ad Cic. fam. 8, 2. conf. Vellej. 2, 29, 5; & 2, 98, 3 *Validiſſime cupere*, Plin. 9 epiſt. 35. conf. Charif. p. 197.

¶ Valde, adv. contractum ex *valide*, idem; ut, *Literas tuas valde expecto*, Cic. fam. 16, 19. *Valde recuſare*, Id. de Senect. c. ult. mächtig, ſehr, mit gewalt abſchlagen. *Epiſtola tua valde me levabit*, Id. Att. 4, 8. Et, *Rem te valde bene geſſiſſe, rumor erat*, fam. 1, 8. *Valde, graviter ferre*, Cic. Att. 1, 17. Id. Divin. 2, 39 *Quaſi vero quicquam ſit tam valde, quam nihil ſapere, vulgare.* ¶ 2. *Valdius* ex *validius*, compar. Horat. de Arte v. 321 *Valdius oblectat populum.* Et 1 epiſt. 9, 6 *Novit me valdius ipſe.* Adde Plin. 30, 2.

¶ Validĭtas, *ātis*, f. die ſtärcke, gültigkeit. Apul. in Aſclepio p. 97 *Membra & validitate & tenuitate diverſa.*

¶ Vălētūdo, (Valitudo), *ĭnis*, f. vocabulum *μέσον*, proſpera enim & adverſa eſt, die leibes-beſchaffenheit; ut, *Bona valetudo*, Cic. de Clar. Or. c. 16; *Commoda, commodior*, Quintil. 6, 3; &, *integra*, Cic. in Orat. c. 23; *proſpera*, Suet. Cæſ. c. 45; *ſecunda*, Celſ. præf. lib. 1. Ac, *Valetudo adverſa, infirma, ægra, infenſa, perdita*, Cic. paſſim: *In deterius inclinata*, Vellej. 2, 123, 2; *Graviſſima*, 2, 48, 2; *iniqua*, Plin. 1 epiſt. 12. *Valetudine premi*, kranck ſeyn, Nepos 23, 4, 3. *Gravitas valetudinis*, Cic. fam. 6, 2. *Infirmitas valetudinis*, Id. fam. 7, 1 unpäßlichkeit, kranckheit. *Confirmata a morbo valetudo*, Cic. Att. 10, 17. Apud Liv. 6, 22 extr. *Camillus paratus eſt jurare in verba excuſandæ valetudini ſolita*: ubi ad naturalem ſenectutis morbum reſpicitur. Sed Suet. Veſp. c. 7 *Propter nervorum valetudinem vix ingredi longeque abeſſe conſtabat.* Ita, *Homo tenui valetudine*, Cic. de Senect. c. 11. *Dare operam valetudini*, Id. de Orat. 1, 62, nach der geſundheit leben. *Suſtentare valetudinem*, Id. Off. 2, 24. *Tentari valetudine aliqua*, einen anſtoß haben, Id. Att. 11, 23. Suet. Tib. c. 68 *Valetudine proſperrima uſus eſt, quamvis a trigeſimo ætatis anno arbitratu ſuo vixerit ſine adjumento conſiliove medicorum.* Sed, *Regere valetudinem*, medicorum officium eſt: Tac. An. 6, 50, 3 *Erat medicus arte infigni nomine Charicles, non quidem regere valetudines principis ſolitus &c.* Sic, *Obire ex valetudine*, Suet. Claudio c. 26. *Explicari valetudine*, geneſen, Sen. de Tranquill. c. 2. ¶ 2. In plurativo etiam numero *Valetudines* dicebant, ſicut & *febres*; ut Tacitus jam ante citato loco. Idem Hiſt. 3, 2, 3 *Valetudinibus feſſi.* Suet. Aug. c. 80 *Graves & periculoſas valetudines per omnem vitam aliquot expertus eſt &c. quasdam & anniverſarias & tempore certo recurrentes experiebatur.* Hujusmodi morbos Græci *περιοδικὰς νόσους* appellabant. ¶ 3. *Valetudinem mentis* dixit Suetonius Cæſ. c. 49, vitium intelligens, quod mentem, tanquam morbus corpus, infeſtat. Loquitur autem ibi de licenti & vitioſa dicacitate. Aliter *valetudinem mentis* Idem dixit in Caligula c. 50 & 51, ibi enim *φρενητικὸν πάθος* deſignat, wahnwitz.

¶ Vălētūdinārius, *a, um*, male ſanus & frequenter ægrotans, unpäßlich, der immer ſiech und kranck iſt. Sen. de Benef. 1, 11 extr. *Valetudinario medicamenta mittere.* Adde L. 40 Dig. de Excuſationibus. Celſ. præfat. lib. 1; & Sen. de Ira 3, 33. ¶ 2. Sed *Medicus valetudinarius*, qui in valetudinario medici miniſterio fungitur, apud ICtum 50 Dig. t. 6 l. 6. ¶ 3. *Valetudinarii*, qui circa ægrotos aliis muneribus, quam medicis, ſunt occupati, krancken-wärter, L. 6 Dig. de Iure immunitat.

¶ Valetudinārium, *i*, n. ſubſt. locus, in quo valetudinarii & infirmi curantur, *νοσοκομεῖον*, ein ſpital, ſiechen-haus, patienten- oder krancken-ſtube. Colum. 11, 1 *Si quis ſauciatus in opere noxam ceperit, ſive languidior eſt, in valetudinarium confeſtim deducatur.* Sen. epiſt. 27 pr. *Non ſum tam improbus, ut curationes æger obeam, ſed tamquam in eodem valetudinario jaceam, de communi malo tecum loquor, remedia communico.* Vbi Lipſius: Vet. Gloſſ. *Valetudinarium, ὑγιαστήριον, διαιτητήριον, male valentium & ſe curantium locus.* Nominat auctor libelli *de cauſis corruptæ eloquentiæ, item* Columella aliquoties. *Videtur in ædibus divitum fuiſſe, ubi numeroſa familia, talis locus. Adde noſtrum de Ira* c. 16; Hæc ille. conf. Sen. Nat. qu. 1 in proœmio; Colum. 12, 3; & Zimmerm. Analect. Miſc. Menſ. 11 § 7 p. 551.

¶ Vălor, *ōris*, m. ſignificat *pretium*, der werth, der preis, die gültigkeit. Onomaſt. *Valor, τιμή.* Et Plinius: *Victoriati valore redimi poteſt.* Sed locus Plinii 33, 3 aliter ſonat.

Valedico & Valefacio, vide ſtatim poſt *Valeo.*

Compoſita:

Æquivăleo, *ēre*, vide ſupra *Æquus.*

¶ Convăleo, *ui, ēre*, & Convaleſco, *ĕre*, valetudinem recuperare, wieder geſund werden, zu kräften kommen; ut, *Convaleſcere ex morbo*, geneſen, Cic. de Fato c. 12. Id. fam. 12, 22 *Hirtius noſter tardius convaleſcit.* ¶ 2. Eſt etiam hortenſe verbum *convaleſcere*, idemque fere ſignificat, quod *comprehendere*, davon kommen, herkommen. Colum. 11, 3 *Atrum olus quocunque convaleſcit loco.* Sen. epiſt. 2 *Non convaleſcit planta, quæ ſæpe transfertur.* ¶ 3. Et per translationem: *Quanto Clodius plura miſcebat, tanto Milo magis in dies convaleſcebat*, Cic. pro Mil. c. 9, er verſtärckte ſich. *Convaleſcit & ſanatur civitas*, Id. pro Sylla c. 27. *Convaleſcunt opes*, Liv. 1, 14. Et Ovid. Remed. am. v. 92 *Cum mala per longas convaluere moras*, hoc eſt, confirmata ſunt, wenn es überhand nimmt. Quintil. 5, 13 *Convaluit flamma.* Curtius 9, 6, 1 *Convaleſcit fama*, es wird groß. Colum. 3, 7 *Convaluit opinio.*

¶ Convaleſcens, *tis*. Plin. 23, 1 circa fin. *Convaleſcentes & a ſolis ardoribus.* Petron. c. 136 *Ignem modo convaleſcentem reſtinguere.* Vulg. Interpr. Sap. 14, 16 *Convaleſcente iniqua conſuetudine.*

¶ Convaleſcentia, *æ*, f. die geneſung. Symmach. 3 epiſt. 11 *Iam mihi convaleſcentiæ portus aperitur*, id eſt, revaleſco.

¶ Convălido, *are*. Gloſſ. gr. lat. *τερεοποιῶ, conſolido, convalido.*

¶ Evăleo, *ui, ēre*, können, vermögen, es dahin bringen. Stat. 5 Silv. 2, 78 *Pocula, letalesque manu componere ſuccos Evaluit.*

¶ Evăleſco, *ĕre*, validum fieri, zunehmen, heran wachſen. Quintil. 2, 8 *Adjuta cura, natura magis evaleſcit*, ſie wird deſto ſtärcker. Plin. 17, 15 *Cum evaluiſſent flagella pedes binos*, id eſt, excreviſſent, ſuperaſſent.

Ma-

Macrob. Sat. 3, 17 *Cum margarita centies sestertium evaluisset*, da der werth so hoch gestiegen. conf. Tac. An 14, 58, 6, ibique MS.

¶ Evalidus, *a, um*, sehr starck; ut, *Evalidam hastam* pro *Et valida hasta*, Silio quidam tribuunt. v ad 1, 549 notas Drakenb.

¶ Invăleo, *ui ēre*, & Invalesco, *ĕre*, robur & firmitatem acquirere, zunehmen, groß, starck werden. Quintil. 2, 1 *Consuetudo quotidie magis invalescit*, sie reißt ein, kommt in schwang. Id. 10, 2 *Verba intercidunt, invalescuntque temporibus*, die worte kommen ab, kommen wieder auf. Cic. pro Mur. c. 15 *Tantum ipse opibus conatuque invaluit.*

¶ Invalentia, *æ*, f. debilitas, das unvermögen, die schwachheit. Gell. 20, 1 *Vitium imbecillitatis atque invalentiæ.* Et Apul. Dogm. Plat. lib. 1 p. 11 *Invehit ægritudinem atque invalentiam.*

¶ Invălētūdo, *ĭnis*, f. infirmitas valetudinis, die unpäßlichkeit. Cic. ad Attic. 7, 2 *Invaletudo tua me valde conturbat.* Liv. epit. 33 *Oculorum invaletudinem excusavit.* vide tamen ad Epit. L. 13.

¶ Invaletūdinārius, *a, um*, idem quod *valetudinarius.* Seneca præfat. lib. 1 Quæst. nat. *Non video, quare sibi placeat, qui robustior est invaletudinario.*

¶ Invălidus, *a, um*, infirmus, unkräfftig, schwach; ut, *Corpus invalidum*, Ovid. Heroid 21, 207. *Invalidus ad munera corporis*, Liv. 6, 8. *Invalidæ herbæ*, Colum. 2, 11. *Invalidus* etiam, qui æger, & valetudine implicatus, ungesund. Suet. Aug. c. 13 *Philippense quoque bellum, quamquam invalidus atque æger, duplici prælio transegit.* Superl. *Invalidissimum urso caput*, Plin. 8, 36. Compar. *Extorquere invito tamquam invalidiori*, Augustin. Retractat. 1, 9. ¶ 2. Valde validus, ut quidam volunt; *re in* enim & augere & minuere dicunt; laudantque Lucret. 1, 969 *Invalidis telum contortum viribus.* Sed Creech. legit: *Id validis &c.* Laudantque porro Iustin. 41, 6, 3 *Ab invalidioribus Parthis velut exsangues oppressi sunt*, ac interpretantur: a Parthis magis ac magis invalescentibus. Sed hoc videtur voluisse Iustinus: Bactriani alioquin valentiores, sed nunc aliis bellis atriti & exhausti, ac velut exsangues ab *infirmioribus* alioquin Parthis per hanc occasionem oppressi sunt.

¶ Invalide, adverb. ungültig. Arnob. 7 p. 250 *Quam infirmiter invalideque dicatur.* Est etiam in Var. Lect. apud Cic. Attic. 10, 8. v. Gruter.

¶ Pervăleo, *ui, ēre*, durchdringen. Lucretius 6, 916 *Usque adeo permananter vis pervalet ejus.*

¶ Pervălidus, *a, um*, sehr starck von kräfften; ut, *Agminibus pervalidis*, Ammianus 29, 1, pr.

¶ Prævaleo, *ui, ēre*, præferri, antecellere, esse in majori pretio, vorgehen, übertreffen, mehr können. Phædr. 1, 14, 14 *Virtute semper prævalet sapientia.* Vellej. 2, 118, 4 *Prævalebant jam fata consiliis.* Plin. 6, 10 *Prævalent oppida*, die die vornehmsten städte sind. Id. 10, 6 *Vulturum prævalent nigri.* Stat. Achill. 2, 122 *Qui prævalet arcu.* conf. Catull 6, 12.

¶ Prævălens, *tis*, idem est quod *potentior*, mächtiger, hochmögend. Liv. præf. operis: *Iam pridem prævalentis populi vires se ipsæ conficiunt.* Vellej. 2, 108, 2 *Corpore prævalens.* Plin. 7, 52 pr. *Prævalent. flamma.*

¶ Prævalentia, *æ*, f. das hohe vermögen, die stärcke. e. g. *Per prævalentiam*, L. 4 Dig. de rei vindicat.

¶ Prævălesco, *ĕre*, stärcker werden. Colum. 5, 6 *Ex toto prævalescit arbor.* Et Paulinus epist. 49 n. 1 *Hiemis violentia prævalescente.*

¶ Prævălidus, *a, um*, præpotens, sehr starck; ut, *Vrbs prævalida*, Liv. 40, 47. *Prævalidæ legiones*, Vellej. 2, 69, 2. Et Tac. An. 3, 53, 2 *Vitia prævalida & adulta*, die überhand genommen haben. *Iuvenis prævalidus*, Liv. 3, 43. Equorum *prævalidæ vires*, Manil. 5, 75. Et, *Prævalidissimi ad vinum*, Salvian. 6 de Gubern. p. 228.

¶ Prævălide, adverb. idem. Plin. 17, 14 *Prævalide accipientis truncus.*

¶ Revaleo, *ui, ēre*, & Rĕvălesco, *ĕre*, wieder gesund werden. Gell. 16, 13 *Ex capitali morbo revaluit.* L. 38 § 3 ff. de usur. & fruct. Ovid. Heroid. 21, 231 *Ne tamen ignores, ope qua revalescere possis.*

¶ Supervaleo, *ēre*, allzumächtig werden, Esdr. libr. 4 c. 15 v. 31.

VĂLĔRIVS, *i*, m. Οὐαλέριος, *Valerii* multi fuerunt, dicti prius *Valesii*, ut Quintilianus monet 1, 4. ¶ 1. *Valerius Publicola* consul, qui legem tulit, ne cui magistratui liceret corpus Romani civis indicta caussa condemnare, liceretque damnatis ad populum provocare: vide Pomponii legem Valeriam. ¶ 2. *M. Valerius*, Publicolæ frater. ¶ 3. *Valerius Corvinus*, tribunus militum & sexies consul. ¶ 4. *Valerius Antias* historicus, quo Livius sæpe utitur. ¶ 5. *Valerius Potitus*, cognomento Maximus. ¶ 6. *Valerius Flaccus*, M. Catoni familiarissimus. ¶ 7. *Valerius Flaccus* Soranus, poëta alius, scripsit Argonautica, fuit Quintiliani tempore, quemadmodum ipse lib. 10 c. 1 indicat, non sine elogio ejus. ¶ 8. Alius hoc nomine summaria librorum, ut, quod quisque desideraverit, ne perlegere integrum librum necesse esset, quærat & sciat, quo loco inveniat, ante Plinium confecit, teste eodem Plinio præfat. Hist. Nat. & lib. 3, 5. ¶ 9. *Valerius Maximus* historicus, scripsit dicta & facta memorabilia ad Tiberium Augustum libris IX.

¶ Valerius, *a, um*, adject. ut, *Gens Valeria*, Cic. pro Flacco c. 1 & 11. *Valeria tabula*, Idem in Vatin. c. 9.

¶ Valeria, *æ*, f. subst. uxor Sextilii apud eumd. Cic. pro Flacc. c. 34. ¶ 2. *Valeria*, urbs Hispaniæ, unde *Valerienses*, incolæ, Plin. 3, 1. ¶ 3. Pannoniæ regio *Valeria*, ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ cognominata. vid. Ammian. 19, 11. ¶ 4. *Valeria*, aquilæ genus. Plin. 10, 3 *Melænetos a Græcis dicta eademque Valeria.*

¶ Valerĭānus, *a, um*, aliud adject. ut, *Statua Valeriana*, in Descript. urb. Romæ. ¶ 2. Subst. *Valerianus* Imp. de quo ejusque filio Trebellius Pollio. ¶ 3. *Valeriana*, subst. herba, baldrian. v. Tabernæm. p. 460.

VALGVS, *a, um*, qui suras prominentes habet, krummbeinig, denn die waden auswerts stehen. Nonio enim 3, 38 *Valgum propriè intortum* est. Plaut. Mil. 3, 1, 128 edit. Gron. ex vetere in *Valgos*: *Aut varum, aut valgum, aut compernem &c.* Adde Plaut. Fragm. in Scytha Liturgo v. 3 & ibi Taubm. Per metaphoram, *Valgum sermonem*, Plaut. Mil. 2, 1, 16, detortis ad latus aliis impositam. Compar. Cell. 8, 20 *Crus longius altero & valgius.*

¶ Valgĭter, adverb. Petron c. 26 *Commovebat valgiter labra & me tanquam furtivis subinde oculis verberabat.* Idem iterum in Fragm. p. 673 *Obtorto valgiter labello.*

¶ Valgium, *i*, n. στρεβλόν, ut in Gloss. lat. gr. exponitur, id est, curvum, uncum, etwas krummes. *Valgia* Fulgentius de priseo Serm. n. 47 interpretatur *labellorum obtortiones in supinatione vel subactione peractas.* conf. Barth Adversar. 37, 1.

¶ Valgius, *i*, m. nomen Romanum. Ita *C. Valgium Saturnium Rufum*, oratorem, & *Valgium* poëtam, confundi sæpe docet Brouckhous. ad Tibull. 4, 1, 180.

Validus, vide *Valeo*, Vallaris *Vallus*, Vallicula, *Vallis.*

VALLIS, *is*, f. planities inter duos montes, ein thal; dicta a *Vello*, ut vult Isidor. 14, 8 inquiens: *Valles sunt humilia loca quasi vulsa.* Sic, *Vallis opaca, umbrosa, sonora*, apud poëtas. Cæs. B. Gall. 3, 1 *Vicus positus in valle, non magna adjecta planitie, altissimis montibus undique continetur. Clamores disponi, quos nemora repercussaque valles augebant*, Liv. 21, 33. Translate, Quintil 5, 14 p. 487 de eloquentia: *Feratur non semitis, sed campis; non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes, totis vallibus fluat, ac sibi viam, si quando non aceperit, faciat.*

¶ Vallĭcŭla, *æ*, f. dimin. auctore Festo in *Convallis.* Apud vulg. Interpr. Levit. 14, 37 *Valliculæ* dicuntur fossulæ.

¶ Vallestris, *e*, im thal liegend. Ambros. epist. 12 *In vallestribus & subterraneis habitaculis.*

¶ Vallonia, *æ*, f. Dea vallium apud Romanos. Augustin. de C. D. 4, 8.

¶ Convallis, *is*, f. vallis ex omni parte montibus collibusque comprehensa, ut Festus describit, ein runder thal; cui *Vallis* contra est, duobus lateribus inclusa planities. Sed differentia haud perpetua, uti ex Cæsaris verbis, quæ jam in *Vallis* produximus, manifestum est. Is enim *vallem* quoque planitiem dixit, quæ *undique* montibus continetur. Liv. 1, 38 *Interjecta collibus convalles.* Ibid c. 12 *Romani Sabinique in medià convalle duorum montium redintegrant prælium.* Varroni L. L. 4, 3 *Convallis* est *cavata vallis.* ¶ 2. Quod vulgo *Lilium convallium* dicitur rectius est *lilium silvestre*, lat. *hemerocallis*, ἡμεροκαλλὶς, ein mayenblümgen.

VALLVS, *i*, m. firmior palus, cui vitis alligatur, ein starcker weinpfahl; item eine pallisade. Isidor. 15, 9 *Valli fustes sunt, quibus vallum munitur, & valli dicti, quod figantur & evellantur.* Vossius Etym. p. 539 *Vallus* diminut. a *Varus, Varulus*, quo furcilla notatur, quod prætulerim equidem ipsius Varronis sententiæ, de qua statim in *Vallum.* Virg. Georg. 1, 264 *Exacuunt alii vallos furcasque bicornes.* Cæs. B. G. 7, 73 *Induere se acutissimis vallis*, in spitzige pfähle eintreten. *Vallus* & *Vallum* quid differant, v. Gron. Observ. 3, 18.

¶ Vallum, *i*, n. & Vallus, *i*, m. munitio castrorum, quæ ex vallis fieret, eine verpallisadirung, schantze, wall, pasey, bollwerck. Isidor. 15, 9 *Vallum est, quod mole terræ erigitur, ut custodia pretendatur. Dictum autem vallum a vallis*; i. e. palis s. fudibus, quibus moles illa munitur. conf. Veget. 3, 8. Varro L. L. 4, 24 *Vallum, vel quod ea varicare nemo possit: vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata habeat figuram litteræ V.* conf. Voss. Etym l. c. & Scalig. conject. p. 51. *Valli Rom.* ratio luculenter descripta est a Livio 33, 5. Add. Spanh. de usu & præst. num diss. 10 p. 228. Sic, *Valli linea*, est directa longitudo valli, vide *Linea.* Cæs. B. Civ. 3, 63 *Erat eo loco fossa pedum XV, & vallus contra hostem in altitudinem pedum X, tantumdemque ejus valli agger in latitudinem patebat, &c.* Tibull. 1, 11, 9 *Non arces, non vallus erat.* Horat. Epod. 9, 13 *Fert vallum & arma miles.* Hirt. B. Alex. c. 2 *Triplicem vallum obduxerunt.* Item, *Vallo & fossa septum aliquem tenere*, Cic. Att. 9, 12. *Oppidum vallo & fossa circumdare, cingere*, Id. Att. 5, 20, pallisaden, it. einen wall um die stadt führen. conf. Id. fam. 15, 4, 23. *Vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepierunt*, Liv. 6, 2. *Vallum cæcum* quod dixerit Cæsar, vide in *Cæcus*; & Lips. de Milit. Rom. 5, 5. ¶ 2. Translate quodvis munimentum notat, schirm, schutz gegenwehre. Cic. N. D. 2, 57 *Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum.* Id. de Senect. c. 15 *Fructus contra avium morsus munitur vallo aviarium.* Idem in Pis. c. 33 *Cujus ego imperio non Alpium vallum objicio.* ¶ 3 *Vallum* etiam *Vannus* est, Varro R. R. 1, 52, de quo mox in *Vannus.*

¶ Vallāris, *e*, zum wall gehörig; ut, *Corona vallaris*, sicut & *muralis*, qua donabatur is, qui hostium vallum primus superasset, Liv. 10, 46; & 30, 28. Adde Suet. Aug. c. 15: Plin. 16, 4; & 22, 3.

¶ Vallo, *avi, ātum, āre*, firmare, verpallisadiren, umschantzen, verschantzen; ut, *Vallare castra*, Hirt. B. Alex. c. 30, ein lager befestigen. *Vallare quasi sepimento aliquo*, Cic. de Leg. 1, 24. Lucan. 4, 224 *Nulli vallarant oppida muri.* Val. Flacc. 1, 697 *Quod nullis impem vallaverit armis.* Plin. 10, 33 *Munire & vallare contra feras.* Sil. 7, 408 *Vallare aliquem monitis.*

¶ Vallātus, *a, um*, verschantzt, umgeben; ut, *Stipatus choro juventutis, vallatus indicibus &c.* Cic. pro Mur c. 24. *Vrbs vallata vertice montis*, Sil. 15, 408. *Castra vallata*, Plin. 15, 18. *Cumulus vallatus arenæ*, ein sandhauffe, Propert. 3, 15, 29. *Ius legatorum divino jure vallatum*, Cic. de Ar. resp. c. 16. *Odii publici mole vallatus*, Sidon. 1 epist. 7. *Indomitâ & vallata gula*, Macrob. Sat. 2, 11.

¶ Vallatio, *onis*, f. munitio, die verschantzung, beschirmung. Oct. Horat. 4 *Integra salute reliquum tempus facile transiges sine vallatione medicorum.*

¶ Vallesco, *ĕre*, vel, ut Salmas. in Solin. p. 907 emendat, *Vallesio, ēri*, est vallo sive vanno excuti, & foras ejici, & perire, wie spreu zerstäuben, und umkommen. Secundum Festum est *a vallo militari, quod*

quod fit circa caſtra, quod qui eo ejiciuntur, pro perditis habentur. Sed rectius *a vallo rustico.* Et hinc

¶ Vallefactus, *a, um,* vanno excuſſus, ausgeſchwungen, zur ſpreu gemacht. Feſtus ex emendatione Salmaſii l. c *Valvoli folliculi faba quaſi vallivoli, quia vallefacti excutiantur*: ubi perperam *vallo facti.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Circumvallo, *avi, ātum, āre,* rings umher einſchlieſſen. Cæſ. B. G. 7, 11 *Oppidum biduo circumvallavit.* Liv. 10, 35 *Non dubium eſt, quin caſtra circumvallaturi ſint.* Ter. Adelph. 3, 2, 4 *Tot res repente circumvallant,* ſie ſetzen mir zu, umringen mich.

¶ Circumvallātus, *a, um,* verſchanzt, umſchloſſen, umzingelt, belagert. Cic. Att. 9, 12 *Mihi epiſtola adfertur, circumvallatum eſſe Pompejum.* Liv. 3, 25 *Luce prima jam circumvallati ab dictatore erant.*

¶ Convallo, *āre,* vallis undique claudere ac munire, umlagern, häufig umgeben. Tertull. de Iudicio Dom. 6 de Angelis: *Convallantque Deum cum majeſtate ſuperna.*

¶ Convallātus, *a, um,* mit wällen umgeben. Gell. 12, 13 *Oceani undarum ambitu terræ omnes convallatæ.*

¶ Convallātio, *ōnis,* f. die verſchanzung. Tertull. adverſ. Iudæos c. 8 *Ædificabitur in lætitiam & convallationem.*

¶ Evallo, *āre,* Salmaſio in Solin. p. 907 idem eſt ac *evannere,* herausſchwingen; ſed Nonius 2, 259 caſtra reſpiciens exponit *excludere & quaſi extra vallum mittere,* über den wall hinabwerfen. Loca Titinnii & Varronis vide ibidem.

¶ Evallo, *ēre,* alia forma, idem eſt ac purgare frumentum, ſchwingen, feegen, ſaubern, wurffeln. Ita Plinius aliquot in locis, v. g. 18, 10 *Triticum ante perfundi aqua munda jubet; poſtea evalli &c.*

¶ Evallefācio, *ēre,* auswurffeln. Varro apud Nonium 3, 158 *Reliquimenta cibi, quæ exierant per poſticum, evallefecerunt.* vide Salmaſ. l. c.

¶ Intervallum, *i,* n. proprie ſpatium eſt inter palos, & in vallo caſtrenſi. Iſidor. 15, 9 *Intervalla ſpatia ſunt inter capita vallorum, i. e. ſtipitum, quibus vallum fit.* ¶ 2. Deinde generatim, die lücke, die weite, der raum zwiſchen etwas; ut, *Intervallo locorum & temporum disjuncti,* Cic. fam. 1, 7. *Annuum intervallum regni,* Liv. 1, 17, id eſt, interregnum. *Longo intervallo,* Cic. pro Roſc. Am. c. 5, & fam. 15, 14, 1 *Vt te longo intervallo viderem,* h. e. poſt longum intervallum. *Longo intervallo interjecto,* Cic. Leg. Agrar. 2, 33, nach langer zeit. *Hoc intervalli datum,* ſo viel friſt, Liv. 3, 25. *Intervalla ſiderum,* id eſt, diſtantiæ, Quintil. 2, 17. *Per intervalla,* hoc eſt, alternis, nach und nach, Victor de Vir. Illuſtr. c. 4 in Horatiis.

¶ Intervallātus, *a, um,* intervallis disjunctus, darzwiſchen geſchoben; ut, *Intervallato brevi tempore,* Ammianus 26, 2. *Intervallatæ febres,* intermittentes, Gellius 17, 12; & Ammian. 29, 17, abwechſelnde fieber.

¶ Obvallo, *āre,* vallum opponere, verſchanzen. Feſtus: *Obponitur pro circum; ut cum dicimus urbem obvallari.*

¶ Obvallātus, *a, um,* verſchanzt. Cic. pro L. Agrar. 2, 1 *Quem locum nobilitas præſidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat.*

¶ Prævallo, *āre,* vallum præducere, verſchanzen. Hirt. B. Alex. c. 19 *Cæſar imperat, pontem adverſus hoſtem prævallari,* ein travers vor die brücke legen.

Valor, vide paullo ante in *Valeo.*

VALVAE, *ārum,* f. pl. porta, quæ utrinque aperitur, ein thor oder thür mit zwey flügeln, fenſterläden, thürflügeln. Iſidorus 14, 7 *Valvas* ait dici quaſi *volvas,* quia introrſum revolvantur & aperiantur: *fores* autem quæ foris. Cic. Verr. 4, 56 *Confirmare hoc liquido, judices, poſſum, valvas magnificentiores, ex ære atque auro perfectiores nullas unquam ullo tempore fuiſſe.* Idem Phil. 2, 44 *Cur valvæ concordiæ non patent?* Nepos 5, 4, 2 *Valvas ædis obſtruxerunt.* Horat. 2 ſat. 6, 112 *Ingens valvarum ſtrepitus.* Ovid. Met. 1, 172 *Valvæ apertæ.* Vet. Gloſſ. *Valvæ ſignificant θυρας ιερᾶ, καὶ θυρας ἱππικᾶ, καὶ θυρας δικαίας.* Item: *Valvæ, παραπέτασαι θύραι.* In prodigiis memorantur templorum valvæ adapertæ. vide Barth. ad Stat. l. 2 Theb. p. 452.

¶ Valvārius, *i,* m. qui facit valvas. Gloſſ. Vet. *Valvarius, δομοτέκτων.*

¶ Valvātus, *a, um,* valvas habens, mit thor-flügeln, oder fenſterläden; ut, *Forium ornamenta valvata,* Vitruv. 4, 6. *Lumina feneſtrarum valvata,* Id. 6, 6. *Triclinia valvata & feneſtrata,* Varro L. L. 7, 14.

¶ Valvŭlus, *i,* m. plural. *Valvuli,* dicuntur folliculi, qui fabarum & leguminum cæterorum grana continent, die ſchoten, hülſen, darin die körner ſeyn, *τὰ καλύφη*; ut, *Lentes valvulis exemtæ,* Colum. 6, 10. Et, *Lens a valvulis ſeparata,* Idem 6, 31. conf. *de valvulis fabarum,* Idem 2, 12. Et de *valvulis ervi,* 6, 4. Feſto quidem *Valvuli* vel *Valvoli,* appellati ſunt quaſi *Vallivoli,* ſed ut *Valvæ* quaſi *Volvæ*: ſic *Valvuli* dicti quaſi *Volvuli,* quibus grana involvuntur, vel quod quaſi valvis includuntur.

¶ Valvĭfrăgus, *a, um,* valvas frangens, aperiens; thür und thor aufſperrend; ut, *Lex valvifraga,* Saresb. 8, 7. v. Caſellii Var. Lect. 7, 6.

VANDĂLUS, *i,* m. *Οὐάνδαλος,* Tuiſconum rex fuit, a quo *Vandali,* die Wenden, populoſiſſima natio: & *Vandalia,* quam nunc tenent Poloni, Pomerani, Caſſubi & gentes apud Viſtulam fluvium, qui priſcis *Vandalus* dicebatur: Altham, vide *Sclavi.*

¶ Vandălĭcus, *a, um,* Wendiſch. Proſper Aquitanicus præfat. lib. de Providentia: *Vandalis armis ſternimur & Geticis.*

Vane, vanesco, vide mox *Vanus.*

VANGA, *æ,* f. inter inſtrumenta agreſtia, quibus vepreta perſequimur, eine hacke, apud Pallad. 1 t. 43.

VANGIŌNES, *um,* m. pl. *Οὐαγγίονες,* Germaniæ ſuperioris populi, Rheni accolæ, *Wormatienſes* hodie dicti. ¶ 2. Alii inter populos Galliæ Belgicæ *Vangiones* numerant. Lucan. 1, 430 *Et qui te laxis imitantur, Sarmata, bracchis Vangiones, Batavique truces, &c.*

Vanidicus, vanilŏquus, vanitas, &c. vide mox *Vanus.*

VANNVS, *i,* f. vas vimineum, in quo frumenta purgantur, eine wanne, ſchwinge, wurffſchaufel. Colum. 2, 21 *Spicæ vannis expurgantur.* Virg. Georg. 1, 166 *Et myſtica vannus Iacchi*: Vbi Iunius Philargyrius: VANNVS *eſt vas vimineum latum, in quod propter capacitatem ruſtici congerere frugum primitias ſolent, & Libero ſacrum facere. Vnde* MYSTICA *dixit. Eſt autem uſus ejus, ut fabam vannat.* Vocabulum, wanne, & wannen, notum ſuperioribus eſt Germanis. Apul. Met. 11 p. 2 *Aurea vannus aureis congeſta ramulis.*

¶ Vallus, *i,* m. & Vallum, *i,* n. diminut. a *Vannus,* ut a *vino villum,* a *catena, catella,* die futterſchwinge: unde & derivata *Vallifacius, evallo, evallefacio,* vid. paullo ante in *Vallus.* Eſſe autem *Vallum* a Vanno *ὑποκοριστικῶς,* contendit Beroaldus ad Apul. Met. 11 p. 692; & Ioſ. Scaliger Conject. p. 60 & 176. Voſſio tamen Etym. p. 539 cum Cæſ. Scalig. videtur eſſe a *βάλλω, jacto, ob ejus jactationem & ſuccuſſionem.* Ludit Varro L. L. 4, 31, cui *vallum* eſt a *volatu, quod cum id jactant, volant inde levia.* Id. Varro R. R. 1, 52 *Grana oportet e terra ſubjactari vallis aut ventilabris.*

¶ Vanno, *ēre,* ventilare, ſchwingen, wurffeln. Obſceno ſenſu Lucilius apud Nonium 1, 69 *Hunc molere, illam autem ut frumentum vannere cunnis.* Item: *Criſſatura, ut ſi frumentum clunibus vannat.*

¶ Evanno, *ēre,* vanno purgare, ventilare, ausſchwingen, herausrütteln. Varro de R. R. 1, 52 *Ita fit, ut quod leviſſimum eſt, evannatur foras extra aream.* Pomponii verba vide apud Nonium l. c. Notandum ab ipſo Nonio ita proferri vocem *evannatur,* quaſi infinitum eſſet *evannare.*

¶ Derivata a *Vallus,* vid. paullo ante in altero *Vallus.*

VĀNVS, *a, um,* futilis, ſocors, in quo nihil veri & ſolidi ineſt, eitel, vergeblich, quod aliquam ſpeciem, nihil rei habet. Vnde & *vanas avenas* Virgilius dixit Georg. 1, 226 pro vacuis, ſive inanibus: quemadmodum & *vanas umbras* Idem dixit Æn. 12, 52. *Vana eſt ſine viribus ira,* Liv. 1, 10. Gignendi caſum ferre poteſt; ut, *Vanus voti,* Sil. 12, 261. Rurſus Virg. Æn. 10, 631 *Aut ego veri Vana feror,* id eſt, inanis a vero, ſive ignara veritatis, ut Servius interpretatur. Hinc Idem *vanum & mendacem* conjungit Æn. 2, 79, *Non ſi miſerum fortuna Sinonem finxit, vanum etiam mendacemque improba finget*: Vbi Servius *vanum, fallacem, & qui ſine utilitate etiam mentiatur,* exponit, h. e. qui levitate animi mentitur. Quemadmodum & Livio 1, 27 *Vanum ingenium,* leve & mutabile dicitur. Sic de Lentulo Salluſt. ap. Gellium 8, 4 *Perincertum, ſtolidior, an vanior.* Quintil. 12, 10 *Vanior dicendi gloria.* Et Liv. 3, 3 *Incerta, eoque vaniora.* Idem 2, 47 *Simul & vanior jam erat hoſtium acies.* Ac Plinius 28, 6 magorum artes *generis vaniſſimi* dixit. Ita Paterculus 2, 80, 1 Lepidum *vaniſſimum* vocat, propter levitatem animi, quam ei Cicero tribuit epiſt. 10 ad Brutum. Ita Ter. Eun. 1, 2, 24 *Seu falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt*: Vbi VANVM Donatus *neque poſſibile, nec veriſimile* interpretatur. Vet. Gloſſ. *Vanus, σκαιὸς, ματαιος, κενός.* Lexicon Cyrilli: *κενὸς, vanus, inanis, caſſus,* Item: *κενὸν, vanum, vacuum, inane.* Item: *μάταιος, inanis, caſſus, vanus, nebulo.* Sed cur *σκαιὸς* etiam exponitur? Quia ineptus & ſtultus. Græcis enim *οἱ μωροὶ, σκαιοὶ* quoque appellantur, ut ſcholiaſtes Ariſtophanis docet. Et ita *lævus* pro ſtulto atque vecorde, apud Virgil. ecl. 1, 16. Donatus: *Falſum loqui,* MENDACIS *eſt: fictum,* CALLIDI: *Vanum,* STVLTI. *Falſum loqui,* CVLPAE *eſt: jactum,* VIRTVTIS: *Vanum,* VECORDIAE. FALSIS *decipimur:* FICTIS *delectamur:* VANA *contemnimus.* Sic, *Nihil hauſtum ex vano velim,* i. e. ex falſo, incerto, Liv. 22, 7. *Vanus auctor,* Idem 29, 32. Et, *Vana oratio,* Cic. pro Roſc. Am. c. 40. *Nec tota ex vano criminatio,* Liv. 33, 31. *Perſuaſio vana,* nichtig. Quintil. 2, 2. Adverbii loco Virg. Æn. 11, 854 *Vt vidit fulgentem armis ac vana tumentem.*

¶ Vāne, adverb. vergeblich: frequens Tertulliano, rarum cæteris; e. g. Tertull. Apol. c. 49 *Vulgus vane de noſtra vexatione gaudet.* Et de Pudicitia ſub init. *De ſolicitudine & negligentia ludunt, præcavendo vaniſſime, quibus parcunt: & parcendo ineptiſſime, quibus præcavent.* conf. Id. adv. Marc. 4, 24. Id. Tertull. ad Nation. 1, 19 *Vobis quanto vanius traditum eſt, hominis ſpiritum in cane, vel mulo aut pavone rediturum.* Et Apul. Apol. p. 300 *Multo vanius & nequius excogitatum.*

¶ Vānitas, *ātis,* f. die eitelkeit; ut, *Vanitas orationis,* Cic. Tuſc. 3, 1. *Cedat veritas vanitati,* Idem Tuſc. 3, 1. Et Off. 1, 42 *Nihil eſt turpius vanitate,* i. e. ſuperbia & elatione inani, cum quis ſe effert, & ſuffiat, & ſibi ſumit, quæ non habet, der ſich groß macht, da nichts dahinter iſt. Tac. Hiſt. 3, 73, 5 *Circumſiſtunt & Quinctium Atticum Coſ. umbra honoris & ſua vanitate monſtratum.* Conſul erat Atticus, ſed ſine re, quamvis ex eo honore ſe efferebat inaniter ac vane. Deſtituebatur enim artibus conſularibus, quarum maxima, prudentia. Quam nullam in eo fuiſſe, ſequentia oſtendunt. Atque hoc igitur *Vanitatem* vocat. *Vanitatem & inſolentiam* conjungit Sueton. in Vitellio c. 12. *Vanitatem & jactantiam* Sev. Sulpic. Dial. de Virtut. Orient. Monach. 3, 17. Tac. Agric. c. 18 extr. *Nec proſperitate rerum in vanitatem uſus,* i. e. jactationem & oſtentationem, quod ſequentia oſtendunt. Pro mendacio Vellej. 2, 60, 3 *In quo turpiter deprehenſa ejus vanitas eſt,* ſeine lügen, ſeine leichtſinnigkeit. Item Ter. Phorm. 3, 2, 40 *Non pudet vanitatis?*

¶ Vanities, *ēi,* f. idem. Ammianus 29, 3 *Ad extollendam ejus vanitiem.* Et Apul. Met. lib. 2 *Vanities plebeja.*

¶ Vanĭtūdo, *ĭnis,* f. idem. Pacuvius apud Nonium 2, 886 *Turpare vanitudine ætatem ſuam.* Et Plaut. Capt. 3, 4, 37 *Tu inventus, vera vanitudine qui convincas.* *Vera* eſſe accuſativum plur. Scioppius contra Voſſium obſervat, qui ad nomen *vanitudine* retulerat.

¶ Vānesco, *ui, ĕre,* vacuum & inanem fieri, leer, nichtig oder zu nichte werden, vergehen. Ovid. Amor. 3, 7, 31 *Carmine læſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam.* Cic. de Legib. 2, 10 *Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec omnibus ullis elui poteſt,* hoc eſt, evanescere, aboleri. Tac. An. 4, 37, 5 *Vaneſcet honor, ſi vulgatur &c.* Idem Hiſt. 5, 7, 2 *Velut in cinerem vaneſcere,* zu aſche werden.

conf. Id. An. 2, 40 & 82; Quintil. Decl. 10; Pallad. 1, 10; Catull. 65, 198; Val. Flacc. 3, 266.

¶ Vano, *āre*, pro fallere, betrügen. Accius apud Nonium 2, 885 *Frustrando lactans, vanans protrahit.*

¶ Vanīdicus, *a, um*, mendax, lügenhaftig, grofſprecheriſch. Plaut. Trin. 2, 1 extr. *Vivere cum improbis vanidicis.* Et Ammian. 16, 7 *Erat vanidicus & amenti propior.*

¶ Vaniloquus, *a, um*, idem. Plaut. Amph 1, 1, 223 *Quia vaniloquus vapulabis.* Livius 35, 48 pr. *Is* (legatus Antiochi) *ut plerique, quos opes regiæ alunt, vaniloquus.* Silius 8, 17 *Vaniloquum Celtæ genus.*

¶ Vaniloquium, *i*, n. unnütz geſchwätz. Gloſſ. gr. lat. κενολογία, *Vaniloquium.* Auguſt. epiſt. 28 *Iovviniani vaniloquia redarguens.* Et epiſt. 160 *Vaniloquio ſollicitare animos imperitos.* conf. Iuſtin. 1 Cod. t. 1 l. 6.

¶ Vaniloquentia, *æ*, f. die prahlerey, lügenrede. Livius 34, 24 pr. *Hæc vaniloquentia prætorem Achæorum excitavit.* Et Tac. An. 3, 49, 2 *Per vaniloquentiam.* conf. 6, 31, 3; & Plaut Rud. 4, 1, 14.

¶ Vaniloquidōrus, *i*, m. ficta vox apud Plautum Perſ. 4, 6, 20 notat eum, qui vana loquitur & donat.

¶ Evāneſco, *ui, ĕre*, in nihilum redigi, verſchwinden, vergehen; ut, *Dolor evaneſcit*, Ovid. in Ibin v 41. Sed Heinſ. & alii illud diſtichum prætermittunt. *Evanuerunt & exaruerunt amnes*, Cic. de Divin. 1, 19. Idem de Orat. 2, 23 *Memoria ſæpiſſime obſcurata eſt & evanuit.* Et, *Præterita evaneſcunt*, Brutus Cicer. epiſt. 16. *Extenuatur & evaneſcit ſpes.* Cic. Att. 3, 13. Hinc participium Lactant. 5, 4 extr. *Evanituras brevi religiones falſas.*

¶ Evaneſcens, *tis*; ut, *Evaneſcens memoria*, Sen. de Benef. 1, 12.

¶ Evānīdus, *a, um*, inanis, nichtig, vergänglich. Plinius 35, 5 *Viriditate paullatim evanida.* Ovid. Met. 5, 435 *Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.* Sen. epiſt. 35 *Læve & evanidum gaudium.*

¶ Invanum, adverbialiter, vergeblich, ut, *Invanum laborare*, Tertullian. adv. Hermog. c. 37. conf. Fulgent. ad Prob. de Orat. & Vulg. Exod. 20, 7 &c.

¶ Revāneſco, *ui, ĕre*, wieder vergehen. Ovid. Amor. 2, 9, 27 *Cum bene pertæſum eſt, animique revanuit ardor.*

Vapīde, vapidus, vide mox in *Vappa.*

VĂPOR, *ōris*, f. ἀτμίς, exhalatio, eine dunſt, dampf, broden; ut, *Vapor aquarum*, Cicero Nat. D. 2, 10 & 46. *Vapor calidus*, Lucret. 2, 843; *humidus*, Ovid. Met. 1, 412. ¶ 2. Ponitur & pro calore, æſtu, die warme. Cicero de Senect. c. 15 *Terra ſemen tepefactum vapore, & complexu ſuo diffundit.* Horat. epod. 3, 15 *Nec tantus unquam ſiderum inſedit vapor Siticuloſæ Apuliæ:* Quem *Vaporem ſiderum.* Idem epod. 16, 62 *Æſtuoſum aſtrorum impetum* etiam vocat: Columell. 1, 4 *Quod neque depreſſus hieme pruinis torpet, aut torret æſtate vaporibus.* Curt. 6, 6, 28 *Hæc* (materia) *vapore torrida inaruerat.* Idem 7, 5, 3 *Arenas vapor æſtivi ſolis accendit* Lucanus 4, 305 *Quoque minus poſſent ſiccos tolerare vapores, Quæſitæ ſociis aquæ.* Hinc *vaporare* pro calefacere dixerunt, de quo infra. Virgil. pro ipſo igne, ſive urente ignis vi potuit. Æneid. 5, 662 *Lentusque carinas Eſt vapor*, Et v. 697 *Semiuſta madeſcunt Robora, rejectis donec vapor omnis.* ¶ 3. *Vapos* pro *Vapor* apud Lucretium 6, 952. conf. Nonius 8, 27.

¶ Văpŏreus, vel Vapōrus, *a, um*, dunſtig, dampficht. Arnob. lib. 6 p. 205 Mair. *Illud in rigoribus algidum, hoc vaporum.* In quibusdam libris eſt *vaporeum.* Nemeſia. ecl. 4, 63 *Tertare vaporo Lybra vit.* Sic & Prudentius Periſteph hymno 6, 115 *Vaporus ardor.* Ex Auguſtino laudatur *Paucorum dierum vaporea ſanitas*, i. e. tranſitoria, veraänglich.

¶ Vapōrōſus, *a, um*, vapore plenus, voll dunſt, ſehr dunſtig. Apul. Met. 5 p. 165 *Balnearum vaporoſis fontibus cureta, edulibus atque lucetis oblectat*, ſcilicet Pſyche ſe rores ſuas. Idem 9 p. 222 *Famoſis tenebris vaporoſæ caliginis palpebras adeſi.*

¶ Văpōrĭfer, *a, um*, idem. Stat 3 Silv. 5, 96 *Sive vaporiferas blandiſſima litora Bajas* Et, *Vaporifera fornaces*, Idem 1 Silv. 3, 45. *Vaporiferi ignes*, Prudent. Apoth. v. 134.

¶ Văpōro, *avi, atum, āre*, vaporem emittere, dunſt, oder dampf von ſich geben, dampfen. Plinius 32, 2 *Aquæ vaporent & in mari ipſo.* ¶ 2. Horatius active extulit, pro *calefacere*, wärmen, epiſt. 16, 7 *Ut veniens dextrum latus adſpiciat ſol, Lævum deſcendens curſu fugiente vaporet:* Loquitur de villa ſua, cujus dextrum latus ab oriente, ſiniſtrum ab occidente ſole aſpici & caleſieri ſignificat. *Vaporare pro calefacere priſcæ latinitatis verbum eſt*, inquit Caſaubonus ad illud Lampridii in Heliogab. cap. 31 *Odores Indicos, ſine carbonibus ad vaporandas Zetas, ſubhabat incendi.* ¶ 3. Active etiam ſumitur pro *ſuffire*, räuchern. Plinius 28, 11 *Oculos vaporari præcipiunt, &c.* conf. Pallad. 1, 20; & Mart. t. 10. Virg. Æn. 11, 481 *Succedunt matres & templum thure vaporant.*

¶ Văpōrans, *tis*. Solin. c. 34 *Capuæ riguæ fontanis interdum ſacris & vaporantibus.*

¶ Văpōrātus, *a, um*, ausgedämpft, trocken. Columell 2, 16 extr. *Glebæ ſolibus æſtivis vaporatæ*, i. e. arefactæ Apul. de Mundo p. 61 *Nebula eſt exhalatio vaporata.* Ammian. 17, 7 *Vaporatis temporibus*, Idem 18, 9 *Fons vaporatis æſtibus fœtens.* Perſ. 1, 126 *Vaporata auris*, i. e. calefacta.

¶ Vaporāte, adverb. mit vieler dunſt. Compar. Ammianus 24, 4 *Efferveſcente vaporatius ſole.*

¶ Vapōrātio, *ōnis*, f. die dämpfung, räucherung. Gell. 19, 5 *Cum aqua frigore duratur, & coit, neceſſe eſt fieri vaporationem, & quamdam quaſi auram tenuiſſimam exprimi.* Sen Quæſt. Nat. 6, 11 *Vaporatione inundantium aquarum* Cæl. Aurel. Tard. 1, 3 *Vaporatione utendum.* Et Plin. 28, 4 *Balinearum vaporatio*

¶ Vapōrārium, *i*, n. Vtuntur pro hypocauſto, eine ſtube, da man einheizet. Sed Cic. ad Qu. frat. 3, 1, 1 *Vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi ſubgrande*: ſive potius, *ſubjectum cubiculi ſuggrundæ*, ut Scalig. emendat ad Catull. p. 13; potius ſignificat fumi & vaporis emiſſarium, ein rauchloch, feuereſſe.

¶ Vaporalis, *e*, dampficht. Auguſtinus de Geneſi ad lit. 2, 5 *Vaporali tenuitate.*

¶ Vaporāliter, adverb. Auguſt. eod. libro c. 4 *Aqua poteſt ad tantas guttarum minutias pervenire, ut ſuper aërem vaporaliter feratur.* Et de Geneſi ad lit. 3, 3 extr. *Vaporaliter tenuatum & ſuſpenſum.*

¶ Evāpōro, vel Exvaporo, *āre*, heraus dampfen, über ſich ſteigen, wie ein dampf. Solin. c. 8 *Calor olim acrior exhalatus per tempora evaporavit.* Gellius 19, 5 *Id in ea leviſſimum eſt, quod evaporatur.* Et paullo poſt: *Diffluri atque evaporari ex nive.* Tertull. de Pallio c. 5 *Has purulentias civitatis quis eliciet & exvaporabit?*

¶ Evapōrātio, *ōnis*, f. die ausdampfung. Sen. Nat. Qu. 3, 24 *Nec trahit ſaporem evaporatio, quia clauſa perlabitur.* Idem Nat. Qu. 1, 1 *Terræ omnis generis & varia evaporatio eſt.*

¶ Evaporātīvus, *a, um*, das einen dampf macht. Cæl. Aurel. Acut. 3, 8 *Evaporativæ virtutis paroptesis.*

¶ Prævapōro, *are*, ante calefacere. Cæl. Aurel. 1, 3 *Prævaporare loca.*

¶ Prævaporātus, *a, um*. Oct. Horat. 1, 2 *Prævaporatis locis aſpergere.*

VAPPA, *æ*, f. ὄξινη, vinum vitioſum & aceſcens, poſtquam color, odor & ſapor optimus evaporavit, verdorbener, verrochener, unſchmackhafter wein, ſauren wein. Horat 2 ſat. 3, 144 *Vappam protelis diebus potare.* Idem 1 ſat. 5, 16 *Multa prolutus vappa.* Plinius 14, 6 *Nobilis vappa*, weinefig. ¶ 2. Translate convicium eſt in hominem perditum & corruptum, & frugis nullius, ein liederlicher menſch der nichts taugt Plinius 14, 20 *Vitium maſto quibusdam in locis iterum ſponte fervere: qua calamitate deperit ſapor, vappæque accipit nomen, probroſum etiam homini, cum degeneravit animus.* Nimirum ſignificat, a vino, cum iſtud traxerit vitium, *Vappæ* nomen ad homines etiam transferri, idque iis probroſum eſſe: quippe quod eo appellantur, qui, ſicut vinum, ita & ipſi degeneraverint, ſive a virtute deficerint ad vitia. Ita Horat. 1 ſat. 1, 103 *Non ego avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo aut nebulonem.* Et ſat. 2, 12 *Fugidus vappæ famam timet, & nebulonis.* Priapejorum poeta carm. 13 *Nos vappæ ſumus, & paſilla calti Ruris numina.* vide ibi Scalig. Maulacum etiam differt. ad Harpocrationem p. 394.

¶ Văpĭdus, (Vappidus), *a, um*, adject. a *Vappa*, proprie de vino dicitur corrupto & vitioſo, verſauert, ſäuerlich kaniicht. Colum. 12, 5 *Quemadmodum ex vino vapido acetum fiat.* Perſius 6, 17 *Vapidam lagenam* dixit, quæ vappam continet. Hinc ¶ 2. ad quævis alia ſe te habentia transfertur, ſchimm, verdorben, ſtinckend. Ita enim *Vapidam picem* Perſius dixit ſat. 5, 148. Idem & *Vapidam pectus* dixit ſat. 5, 117 *Aſſutam vapido ſervat ſub pectore vulpem.*

¶ Vapĭde, adverb. inſtar vappæ, ſchimm, übel. Sic, *Vapide ſe habere*, Auguſtus amavit dicere, pro *male, infirmiter*, ut interpretatur Suet. c. 87.

VĂPŬLO, *avi, atum, āre*, cædi, verberari, geſchlagen werden. Ab ἀπαλόω, *contundo.* Verbum neutro-paſſivum Terentio familiare; ut Adelph. 2, 2, 5 *Ego vapulando, ille verberando usque ambo defeſſi ſumus* Cicero Att. 2, 14 *Omnium ſermone vapulare*, von iederman zur banck gehauen werden. Idem fam. 8, 1 *Saſurrationes veniunt, ſeptimam legionem vapulaſſe.* Quint. 9, 2 p. 771 Burm. *Teſtis in reum rogatus, an ab reo fuſtibus vapulaſſet? & innocens, inquit.* Accuſat erroris Quintilianum Sanctius; ſed defendit Scioppius auctoritate Senecæ Apocol. extr. *Producit teſtes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem.* ¶ 2. Vtebantur hoc verbo veteres in contemtu inſigni. Nam quos ſpernebant valde, & flocci habebant, *Vapulare* jubebant. Plaut. Cure. 4, 4, 10 MILES. *Roldin, an non viginem Priusquam tebaic meæ machæræ objicio majeſtati?* LENO. *Vapulare ego te vehementer jubeo:* Ja maulſchellen ſollſt du haben! Idem Amn. 2, 4, 72 LE. *Pergin' precari poſſimo?* ME. *quæ res? tun' libero homini Male ſervus loquere?* LE. *Vapula.* ME. *Id quidem tibi fiet, ut vapules.* Hinc & proverbium *Vapula Papiria*, ut docet Feſtus, *tum dici ſolitum, cum vellent minantibus ſignificare, ſe eos negligere & non curare, fretos jure libertatis. Unde Plautus: Heus tu! in Barbaria quod dixiſſe dicitur Liberta ſuæ patronæ, id ego dico tibi: Liberta ſalve:* VAPULA PAPIRIA. *Voi Ælius Vapula poſitum eſſe ait pro dole, Varro pro peri.* conf. Dacer. & adde de origine proverbii Turneb. Adv. 15, 15.

¶ Vapulans, *tis*, der geſchlagen werden. Petron. c. 96 *Favebam ego vapulanti*, i. e. gaudebam eum vapulare. Idem c. 105 *Ancillæ quoque omnes ad vapulantem decurrunt.* conf. *Vapulo* n. 1.

¶ Vapulāris, *e*, qui vapulare ſolet, der immer ſchläge bekommt. Plaut. Perſ. 1, 1, 22 *Pluſculum annum fui apud molas tribunus vapularis.*

¶ Vapulātor, *ōris*, m. idem, vel etiam qui pulſat. Gloſſ. lat. gr. *Vapulator*, δαρτής

¶ Văpulo, *ōnis*, m. ut verbero, plagis dignus, quod verbum ſe primum ex tenebris reduxiſſe dicit Barthius Adverſ. 19, 22 p. 966 Hinc Nies de L. L. ortu & occaſu: *Pueri vapulones ut ſolent plorare.*

Vara, vide *Varus*, Vardæi, *Bardæi.*

VARGVS, *i*, m. i. e. extorris, patria expulſus, ein vertriebener. Sed Sidonio 6 epiſt. 4 *Vargi ſunt indigenæ latrunculi*, banditen. conf. Sirmondi not. p. 65.

Varicitus, Varĭco, &c. vide *Varus*, Varicoſus, varicula, *Varix*, Varietas, vario, are, &c. *Varius.*

VARISCI, m. pl. hodie vulgo, die Vogtländer; qui *Nariſci* Tacito de Germ. 42, 1, *Variſti* Ptolemæo.

VĂRIVS, *a, um*, varis ſive maculis ſparſus, ſchäckicht, bunt. Cic Fin. 2, 3 ext. *Varietas Latinum verbum eſt, idque proprie in diſparibus coloribus dicitur; ſed transfertur in multa diſparia: Varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna; voluptas varia etiam*

etiam dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus, dissimiles ex similibus voluptates. Est jocus Cicer. apud Quintil. 6, 4 in haurcum: *Mirer quid sit, quod pater tuus bene complantilibus te nobis varium reliquit.* Hauricus enim iste & maculosa facie; & animo levi & inconstante fuit. v. Burm. p. 542. Hinc & animantes diversis coloribus insignitæ, *variæ* appellitæ. Virg. de lyncibus Georg. 3, 264 *Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum? Variæ*, id est, *maculosæ*, ut Æneid. 1, 327 appellat: *Maculosæ tegmine lyncis.* De equis Pallad. Mart. c. 13 *Sequentis meriti, varius cum pulchritudine, nigro vel albineo vel badio mistus, canus cum quovis colore &c.* schecken. *Varias* absolute pro pantheris a maculis dixit Plin. 8, 17. Dicitur & de uvis: Colum. 3, 2 *Sunt & helvolæ, quas nonnulli* VARIAS *appellant, neque purpureæ, neque nigræ &c.* Cato R. R. c. 73 *Uvi uvæ variæ caperunt fieri &c.* wenn sie sich färben, quod *variare* Columella vocat 4, 20. Quid *terram variam* vocent rustici, vide apud eund. Colum. 2, 4. Quin omnia discolora, *Varia* appellata: ut, *Varia vest.* (ποικίλη) Ter. Eun. 4, 4, 16. *Varius lapis alienæ gentis*, marmel, Sen. epist. 8. ¶ 2. Idem nomen ad omnia disparia & diversa transfertur, allerhand, mancherley; uti ex Cicer. Fin. 2, 3 modo ostendimus. Idem Cicer. Off 1, 20 *Acerba multa & varia in hominum vita reperiantur*, viel und mancherley unglück. *Sententiæ variæ & discrepantes*, Idem de Nat. D. 1, 1. ¶ 3. Ad animum & mores quando transfertur, *Varius* inconstantem & inæqualem significat, qui a virtutibus in vitia, ab his in illas dilabitur, & cujus natura cognitu difficillima est, unbeständig, ungleich, veränderlich. Plutarchus talem ἀνώμαλον vocat Themistocle p. 112. Sic Nepos de Pausania 4, 1, 1 *Varius in omni genere vitæ fuit: nam ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus.* Ejusmodi *Varium* Horatius in Tigellio describit lib 1 sat. 3. Sic, *Varium & mutabile semper fœmina*, Virg. Æneid. 4, 569. *Variam semper dant otia mentem*, Lucan. 4, 704. Et, Sallust de Catil. c. 5 *Animus audax, subdolus, varius, &c.* vid. omnino Cerda ad Virg Georg. 4, 389.

¶ Varia, æ, f. subst. vel elliptice potius, ut jam observavimus in *Varius*: panthera, pardalis, pardus, ein panterthier, leopard, a maculis vario colore, vel macularum varietate; Plin. 8, 17. conf. Salmas. in Solin. p. 150.

¶ Vărie, adverb. variis modis, mannigfaltig, unterschiedlich. Suet. Galba c. 9 *Varie & inæqualiter provinciam rexit.* Cicer. fam. 16, 4 *Varie sum affectus tuis litteris*, ich habe mancherley gedancken bekommen. *Late & varie diffundi*, Idem pro Sext. c. 45. *Varie copioseque persequi sermones*, Idem Acad. 1, 4. Et Plaut. Epid. 1, 1, 15 *Varie vobis*, es ist mir wohl und übel gewachen. Livius 5, 23. *Varie bellatum est*, i. e. vario eventu. Tac. An. 1, 11, 2 *Varie differre*, i. e. in utramque partem, bald so, bald so. Id. An. 1, 47, 4 *Mox hyemem aut negotia varie caussatus.*

¶ Varietas, *atis*, f. vide locum Ciceronis de Fin. 2, 3, quem protulimus in *Varius*, die mannigfaltigkeit Sic, *Horum omnium varietas*, Cicero de Senect. c. 15. *Varietas sententiarum*, Idem de Orat. 2, 14. Et, *Varietate gentium constans regio*, von mancherley völkern Id. pro Font. c. 2. Et Quintil. 1, 12 *Reficit animos ac reparat varietas*, veränderung und wechsel erfrischet das gemüthe. Et, *Jucundum nihil est, nisi quod reficit varietas*, Publii mimographi. Id Platonis est, τὸ μεταβάλλειν ἡδύ, id est, *Varietas jucundum quiddam.* Sen. de Tranquill. an. c. 1 *Mensa non varietate macularum conspicua.* ¶ 2. *Varietas*, inconstantia, der unbestand, änderung. Plane. Cicer. fam. 10, 18 *Varietas atque infidelitas exercitus ejus.* Ipse Cic. N. D. 2, 20 *Stella Jovis multas efficit varietates.*

¶ Vărio, *avi, atum, āre*, varium facere, varium esse, bunt machen, bunt färben. Virgilius Georg. 1, 441 *Ille ubi nascentem maculis variabit aristam.* Plaut. prol. Pœn. v. 26 *Variabi virgis*, braun und blau geschlagen werden. Colum. 4, 20 *Idem tamen jubet, prius quam fructus mittescant, varientibus adhuc & acerbis uvis relegari debent*, h. e. colorem mutantibus, die sich färben. ¶ 2. Mutare, alternare, verändern, umwechseln; ut, *Discurrunt variant que vices*, Virgilius Æneid 9, 164. *Otium variare labore*, Plinius 8 epist. 8. Et, *Vulgare vocem & mutare*, Cicero in Orat. c. 18. *Ex vernis primum intemperie variante calores frigoraque*, Livius 22, 2. *Sent ntiam variavit tamen*, Idem 2, 57. Idem 25, 2 *Variant multa de morte ejus auctores*, id est, varie tradunt. *Variant Græcorum exempla*, Plinius 32 c. 14, sie sind unterschieden. Sic, *Variare ab alio, ab aliorum sententia, opinione*, id est, diversum esse, vel sentire. In quibus exemplis neutralis propemodum verbo *variare* inest significatio. Impersonaliter Livius 22, 60 *Cum sententiis variaretur.* Vellej. 2, 51, 3 *Variatum est prœliis*, man hat schlachten bald gewonnen, bald verlegen.

¶ Várians, *tis*, verändert, unterschiedlich; ut, *Variantes formæ*, Lucret. 5, 823. *Varians fortuna*, Plin. , 42. *Varians cœlum*, Idem 14, 2 *Variante hominum partim dolore, partim gaudio*, Justin. 26, 1, 2. *Variantibus astris*, Manil. 2, 574.

¶ Variantia, æ, f. die mannigfaltigkeit; ut, *Variantia rerum*, Lucret. 1, 693; & 3, 319, i. e varietas. vid. Nonius 2, 883.

¶ Variátus, *a, um*, bunt gefärbt, verwechselt, geändert. Cicero pro Mil. c. 3 *Variata hominum sententia.* Catull. 65, 50 *Vestis hominum variata colore.* Martial. 4 epigr. 46 *Lato variata mappa clavo.* Lucanus 4, 60 *Aureus vix ullo variatus luce colorem.* Compar. Apul. 3 Florid. p. 35. *Lyra concentu variatur.*

¶ Variátim, adverb. variante modo, unterschiedlich. Gellius 5, 12 *Vis particula in aliis vocabulis variatim per has duas litteras, cum A, littera media immissa, dicitur.* Ita Molerianus, Thysius, Gronovius &c. Alii quidam *variatum*, ut Proustius &c

¶ Variatio, *ōnis*, f. die veränderung. Livius 24, 9 *Eosdem consules ceteræ centuriæ sine variatione ulla dixerunt.*

¶ Variator, *ōris*, m. qui variat. Gloss. Cyrilli: *Variator*, ποικιλτής.

¶ Variábilis, *e*, veränderlich. Apul. de Mundo p. 58 *Aër inferior natura variabilis.*

¶ Variánus, *a, um*, colorem mutans sæpius, vielfarbicht; ut, *Varianæ uvæ*, Plin. 14, 2. Sic, *Pulus varianus* pro *Vardanus*, legit Humelbergius Apic. 6, 9.

¶ Váriego, *are*, variare, ornatus varietate distinguere, schäckicht machen, & neutraliter, buntschäckicht seyn. Auson. epist. Idyllio 13 præmissa: *Figuras alius alio scientius variegant.* Apul. Florid. 1 p. 342 *Lyra ejus aurato fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.*

¶ Variegátus, *a, um*, buntschäckicht; ut, *Navis picturis mirisque variegata*, Apulej. Metam. 11 p. 264. *Tunica picturis variegata*, Idem Florid. 2 pag. 351. Idem de Herb. c. 72 *Nodis per intervalla variegatis.*

¶ Variólæ, *arum*, vide inferius paullo in *Vărus.*

¶ Variĕcŏlor, *ōris*, vel Variecŏlōrius, *a, um*, buntfarbicht. Nemesian. eclog. 4, 69 per tmesin: *Varieque coloria fila:* al. *Versicoloria.*

¶ Convărio, *are*, zugleich ändern, vermengen. Apul. Apolog. p. 306 *Omnimodis maculationibus convariat.* Et Cæl. Aurel. Tard. 1, 1 *Sicut delinimenta convariant.* vid. Barth. Adversar. 38, 3.

¶ Convariatio, *onis*, f. die vermischung, apud Augustinum.

¶ Invariátus, *a, um*, unverändert. Arnulph. Lexov. carm. 4 v. ult. *Et variandæ movens invariata manet.*

¶ Pervărius, *a, um*, sehr mancherley. Apul. de Deo Socrat. p. 97 *Pervariæ utilitates in vita agenda animadversæ.* Aliter legit Elmenh. pag. 42.

¶ Pervărie, adverb. auf mancherley weise. Cicero de Orat. 2, 80 *Reliqua pervarie jucundeque narrantur.*

VĂRIUS, *i*, m. poëta tragicus, amicus Virgilii & Horatii, cujus hic meminit 1 sat. 5, 93; & sat. 6, 55. vid. ad Quint. 10, 1 p. 912. Pauca ejus fragmenta extant.

VĂRIX, *icis*, m. immodicum tumorem venæ significat, eine aufgelaufene ader, krampfader, oberbein. Nonius 1, 104 Varronem citat, & *Varices*, inquit, *dicuntur venæ in furis inflexæ.* Cels. 5, 26, *Venæ intumescens in varicem convertitur.* conf. Idem 7, 31. Et, *Varices secare*, Cic. Tusc. 2, 15. Plinius apud Quint. 11, 3 p. 1031 Burm. *Ciceronem togam* ait *demisisse, velandarum varicum caussa.*

¶ Varĭcula, *æ*, f. diminut. Celsus 5, 26, 32.

¶ Varĭcōsus, *a, um*, cui venæ tument, krampfadericht. Juvenal. 6, 396 *Commendare volet, varicosus fuit aruspex.* Pers. sat. 5, 189 *Dixeris hæc inter varicosos centuriones.* Sidon. 5 epist. 5 *Varicosi Arpinatis opulentia.*

¶ Varicōse, adverb. idem; ut, *Varicosius onera portare*, Festus in *Muli Mariani.*

Varo, vide sequens *Varro* n. 1 & supra *Baro.*

VARRO, *ōnis*, m. plural. *Varrones*, a *varis*, sive *varris*, baculis sive perticis, homines duri, ἀγροικότεροι, quos Aristophanes σκαιοὺς vocat. Lucilius apud Festum in *Squarrosus: Varronum ac rupicum squarrosa incondita rostra.* Scribitur etiam *Varo* sive *Baro*, de quo supra. conf. Pers. sat. 5 v. 138. ¶ 2. Hinc *Varronum* cognomen Romæ: Inter quos maxime celebris *M. Terent. Varro*, cujus exstant libri de Re Rustica, & ad Ciceronem scripti libri de L. L. quoque 500 volumina scripsisse dicitur. Gell. 19, 14 *Varronem & Nigidium doctrinarum multiformium, variarumque artium, quibus humanitas erudita est, culmina* appellat. conf. Gell. 4, 9; & Servius ad Cicer. fam. 4, 13; & Voss. de Hist. Lat. 1, 12. Græv ad Cicer. fam. 4, 13. Teste etiam Arnobio 5 p. 161 *Varro ille Romanus multiformibus eminens disciplinis & in vetustatis indagatione vimator.* vide supra *Terentius.* Proverbialiter Cicero fam. 11, 10 *Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptui possim.* Quis opulentus ille Varro fuerit, ignoratur. Aliqui putant respici Varronis librum, quem scripsit περὶ πλούτου. ¶ 3. *M. Terent. Varro Atacinus*, de quo Quintil. 10, 1 p. 905 Burm. *Non spernendus quidem, verum ad augendum facultatem dicendi parum locuples.* vid. Viri docti ad l. c. & inprimis Fabricius Bibl. Lat. 1, 7 p. 88 &c.

¶ Varróbŏtăceus, *i*, m. pulmentarium, quod Varronem autorem habet, Apic. 3, 2.

VĂRUS, *a, um*, intortus, inflexus, schlimm, krumm, gebogen, verdreht. Sic, *Brachia late vara*, Stat. Theb. 6, 848; Et, *Manus varas*, incurvas dixit Ovid Met. 9, 33. Et Persius sat. 6, 18 *Geminos horoscope varo Producis genio*, id est, ingenio dissimili præditos, zwillinge ungleicher art. Varro de Re Rust. 2, 9 *Canes cruribus varis. Vara cornua* bubus, sæpe tribuunt poetæ, h. e. patula, *camuris* opposita. vid. Heins. ad Ovid. Am. 1, 3, 24. Hinc

¶ Vārus, *i*, m subst. qui curvis contractisque cruribus est, der krumme füsse hat, querfüssig ist und gerschelk. Nonius 1, 104 *Vari dicuntur obtortis plantis &c.* Ab hoc pedum vitio Romanis nobilibus factum cognomen. Notat Plinius 11, 45. vide mox *Varus* equinum. Horat. 1 sat. 3, 47 *Hunc varum, distortis cruribus, &c.* Plaut. Mil. 3, 1, 128 *Aut varus aut valgus.* conf. Idem Merc. 3, 4, 54, & Cels. 8, 20; & supra *Valgus.* Add. Martial. Epigramma, quod in *Rhytium* produximus, & Brouckh. ad Tibull. 2, 1, 90. ¶ 2. Alias notiones vide post composita seorsum.

¶ Vāra, *æ*, f. subst. tabula transversaria imposita, arrectariis, vibiis furcillisque sustentata, ein querholz, ein bret überzulegen. Vitruv. 10, 19 *Compingit arrectariis & jugis varas.* Proverb. *Sequitur vara vibiam*, id est, cadente uno, cadit & alterum. conf. infra *Vibia*, & Bald. Lex. Vitruv. p. 140; & Salmas. in Solin. p. 664. ¶ 2. Alii etiam *Varam* perticam instar furcæ esse dicunt, cui aliquid suspenditur, eine stange oder lange gabel. *Varæ, bacilla furcillata habent figuram literæ V*, ut Varro de L. L. 4, 24 interpretatur, ad cujusmodi suffigi retia solebant. Lucanus 4, 439 *Aut dum dispositis attollat retia varis Venator.* Columell. 5, 9 *Si prius varam feceris, &c.*

¶ Vāro,

¶ Vāro, *are*, id eſt, curvare, krümmen, im bogen führen. Salmaſio ad Solin. p. 664 eſt *tranſire & trajicere flumen*, quod improbat index Gœſii, ubi autor de Limit. p. 257 *Sunt & alii pontes, quorum alvei varantur.* Et p. 285 *Flumen, quod neceſſe ſit varari.*

¶ Vārītio, *ōnis*, f. curvatura, die krümmung. Autor de Limit. pag. 257 & 285 *Varatio fluminum.* vid. Gœſius l. c. & Salmaſ. in Solin. p. 664.

¶ Vārĭcus, *a, um*, idem cum *Varus*. Ovidius de Arte am. v. 304 *Ambulat ingentes varica fertque gradus.* Vbi diſputat Heinſius adverſus Caſaub. ad Theophraſti Characteres p. 135. Add. Burmann. ad Quintil. 11, 3 p. 1026.

¶ Varĭcĭtus, vel Varĭcus, adverb. id eſt, cruribus diſtenſis, gretſchlicht. Apulej. Metam. 1 p. 108 *Varicitus ſuper faciem meam reſidentes.*

¶ Vārĭco, *are*, & Varicor, *ari*, pedes diducere eſt, ſeu diſtorquere, die beine weit aus einander thun, gretſcheln. Quintil. 11, 3 VARICARE *ſupra modum & in ſtando deforme eſt, & accedente motu prope obſcenum.* ¶ 2. Quia igitur *vari* & *varicantes* juſtum ſtatus modum excedunt: inde *varicare* etiam pro transgredi, deflectere atque divertere ponitur: quod tamen *prævaricari* frequentius dicitur. Vet. Gloſſ. *Varicat*, ὑπερεκβαίνει. Varro L. L. 4, 24 *Valla varicare nemo poteſt.*

¶ Varicātus, *a, um*, aus einander geſperrt, gretſchlicht. Caſſiodor. 6 epiſt. 6 *Superbus quin etiam varicatis greſſibus patet.*

¶ Varicātor, *ōris*, m. ein übertreter. Vlpian. Dig. 47 t. 15 l. 1; & Dig. 3 t. 2 l. 4 § 4. Verba vide paullo poſt in *Prævaricator*.

Compoſita:

¶ Divārĭco, *are*, diſtendere eſt, ausſperren, von einander thun. Cicero in Verr. 4, 40 *In ea* (ſtatua) *hominem divaricari ac deligari jubet.* Et Varro 2, 5 de Re Ruſt. *Ne cujus ungulæ divaricent.* conf. Nonius 1, 147.

¶ Divaricatus, *a, um*, aus einander geſperrt, ausgeſtreckt. Prudent. Periſteph. 5, 252 *Divaricatis cruribus.* Ammianus 22, 28 *Divaricatis pedibus.* Eraſmus de civilitate morum, *Diductis genibus ſedere aut divaricatis tibiis diſtortisve, Thraſonum eſt.*

¶ Divaricatio, *onis*, f. die ausſperrung, apud Auguſtinum.

¶ Obvāro, *are*, Nonio 2, 606 eſt pervertere, depravare, verkehren, entgegen ſeyn; ubi Ennius: *Conſiliis obvarant.*

¶ Obvārĭco, *are*, ire obviam, impedire. Hinc

¶ Obvaricātor, *ōris*, m. qui cuipiam occurrit, quo minus is rectum iter conficiat. vide Feſtum.

¶ Prævārus, *a, um*, valde tortus & obliquus, ſehr ſchlimm, unordentlich). Apulej. 4 Florid. p. 362 *Vt qui animadverteret venarum pulſus inconditos vel prævaros.* Et Cicero apud Iſidor. c. 10 in P. *Quid tam prævarum*, i. e. valide varum.

¶ Prævārĭcor, *ari*, id eſt, valde varicare, & proprie de aratoribus dicitur; inde ad cauſſarum actores translatum, qui corrupte & fraudulenter agunt, aueglehen, neben hin fahren, auf beyden achſeln tragen. vid. quæ mox dicimus in verbi hujus derivatis & conjugatis. Plinius 18, 19 *Arator, niſi incurvus, prævaricatur.* Inde translatum hoc crimen in forum. Cicero pro Cluent. c. 21 *Non defendere, ſed prævaricari accuſatori videbatur.* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 20 *Clodius a Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſime prævaricaretur.* v. mox *Prævaricator.* Valla 6, 2 *prævaricari* quocunque modo a præſcripto officii ſui deflectere exponit. ¶ 2. Auguſtin. Tract. 99 in Ioh. etiam activo uſus eſt: *Adam, quod audivit, prævaricavit.* Et in una eademque ſignificatione protuliſſe antiquos *Prævarico* & *Prævaricor*, teſtatur Priſcianus p. 799.

¶ Prævaricātus, *a, um*. Iſidoro lib. 10 litt. P. *Prævaricatus* eſt *male fidei advocatus, qui vel in accuſando nocitura, vel in defendendo profutura prætereat.*

¶ Prævaricātio, *ōnis*, f. corruptela judicii. Cicero Partit. c. 36 *Si in reo pecunia abſoluto, rurſusque revocato, prævaricationem accuſator eſſe definiat, omnem judicii corruptelam ab reo: Defenſor autem non omnem, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo.* Hinc, *Damnari prævaricationis*, Plin. 1 epiſt. 20. Et, *Liberari prævaricatione*, Cic. pro Cælio c. 10.

¶ Prævaricator, *ōris*, m. ein achſelträger. Cicero in Partit. c. 36 PRAEVARICATOR, inquit, *ſignificat eum, qui in contrariis cauſis quaſi varie eſſe poſitus videatur.* Vlp. L. 4 § 5. Dig. de his qui notantur infamia: PRAEVARICATOR *eſt quaſi varicator, qui diverſam partem adjuvat, prodita cauſſa ſua.* Proprie accuſator ita dicitur, qui ita accuſat, ut reus, a quo corruptus, abſolvatur potius, quam damnetur. Quod fit, cum vera abſcondit crimina, & falſas excuſationes contra recipit, & ſic colludit cum reo, quemadmodum Mucianus ICtus loquitur L. 1 ad SC. Turpillian. v. Cujac. Obſerv. 9, 40. ¶ 2. Pro quovis corruptore poſuit Cicero in Piſ. c. 10 *Prævaricator Catilinæ quondam, nunc ultor*, ein verderber. Et in Phil. 2, 11 *Vereor, ne mihi prævaricatorem apposuiſſe videar, qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam honoraret alienis.* Cælius Cic. fam. 8, 11 *Prævaricator cauſſæ publicæ.*

¶ Prævārĭcatrix, *īcis*, f. Hieron. procœmio Dialog. adv. Pelag. ſub fin. *Prævaricatrix furor ejus Iuda.* Quæ verba ſumta ſunt ex Ierem. 3, 7 & 10, ubi Vulg. etiam Interpres *prævaricatrix* transtulit. Et Ambroſius epiſt. 33 ad Marcellinam ſororem: *Prævaricatricis conſcientiæ reus.*

¶ Transvārĭco, *are*, überſchreiten. Gloſſ. lat. gr. *Transvaricat*, ὑπερβαίνει. Veget. 3, 60 *Prioribus pedibus transvaricare*, fiolvern.

VARVS, *i*, m. nomen Romanum a cruribus varis ortum. *Varus Actius* a Iul. Cæſare victus & profligatus, Vellej 2, 55, 4: Lucan. 4, 713. ¶ 2. *Varus Quintilius* Galliæ Ciſalpinæ præfectus ſub Auguſto, cujus auxilio Virgilius amiſſos agros recuperavit, & cum miris laudibus extulit ecl. 9, 26 & 35. Sed in Germania circumventus cum tribus legionibus periit. Hujus mortem deflet Auguſtus apud Suet. c. 23. conf. Vellej. 2, 117 &c. Et Manil. 1, 896. ¶ 3. *Varus*, vates Græcorum apud Valer. Flacc. 6, 116. ¶ 4. *Varus*, fluvius Galliam Narbonenſem ab Italia diſterminans, Plin. 3, 4 pr. Lucan. 1, 404.

¶ Variānus, *a, um*, adject. ut, *Variana clades*, Suet. Aug. c. 23; & Plin. 7, 45.

VĂRVS, *i*, m. ſeu *Vari* potius plurali numero, & ſubſtantivum, maculæ ſunt in facie, ut lenticulæ &c. ſommerſproſſen, ſonnenflecke. Plin. 23, 4 *Oleum amygdalinum varos cum melle tollit e facie.* conf. Idem 28, 8. Celſ. 6, 5 *Pane ineptiæ ſunt, curare varos, & lenticulas, & ephelidas, &c.*

¶ Variŏlæ, *arum*, f. vel Varioli, *ōrum*, m. diminut. puſtulæ vel papulæ majores minoresve, quibus cutis fit varia, in pueris, & in adultis nonnunquam, die blattern, pocken, maſern. Vox medicorum eſt recentium.

Variŏlus, *i*, m. piſcis, vide ſupra *Trutta*.

VAS, *vādis*, maſc. gen. qui pro alio ſpondet in judicio, ut illi *vadere*, hoc eſt, abire & diſcedere usque ad conſtitutum diem liceat, quo ſi non redierit, ipſe illius periculum ſubeat, ein bürge, vorſtand, cavent, der vor einen gut ſaget. Varro L. L. 5, 7 *Vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat. Conſuetudo erat, cum reus parum eſſet idoneus, inceptis rebus, ut pro ſe alterum daret, &c.* Horat. 1 ſat. 1, 11 *Ille datis vadibus qui jure extractus in urbem eſt.* ¶ 2. *Vas* etiam dicitur ſponſor, in re capitali, ſeu, ut vulgo vocant, in maleficio, ἔγγυητής, ein bürge in einer ſache, ſo leib und leben antrift. Cicero de Fin. 2, 24 *Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico.* Idem Off. 3, 10 *Cum is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſſa poſtulaviſſet, vas factus eſt alter ſiſtendi ejus, ut, ſi ille non reverteriſſet, moriendum eſſet ipſi.* Livius 39, 41 *Vades deſerere*, die holsbürgen ſtecken laſſen. Cæterum *vas* ſemper capitis, *præs* pecuniæ ſemper eſſe videtur. vide Gronov. ad Livium 3, 13.

¶ Vădĭmōnium, *i*, n. eſt ſponſio ad certum diem comparendi in judicio, vel per ſe vel per advocatos, die bürgſchaft oder gerichte gerichtlich zu erſcheinen, rechtliche tagleiſtung. vid. Vall. 6, 31. Cicer. pro Quint. c. 15 *Ad vadimonium non venit, qui tibi præſto ſemper fuit.* Sic, *Vadimonium alicui imponere*, id eſt, neceſſitatem comparendi in judicio datis vadibus, Nepos 20, 5, 2. Et, *Vadimonium obire*, Cicero pro Quint. c. 16, ſiſtere ſe ad diem, ſich auf angelobung ſtellen, den termin abwarten. Quod & *Vadimonium ſiſtere*, Cato dixit apud Gell. 11, 14; & Nepot. 25, 9, 4. Et Cicero pro Quintio c. 8 *Venit Romam Quintius, vadimonium ſiſtit.* Sen. epiſt. 8 *Ad vadimonium advocatus deſcendit. Vadimonium facere*, Livius 23, 32. Val. Maximus 3, 7, 1. Huic contrarium: *Vadimonium deſerere*, Cicero Catil. 2, 3, den gerichtstag oder termin verſäumen, auſſen bleiben. De ſplendidis librorum titulis Plin. præf. 5, 1 *Inſcriptiones propter quas vadimonium deſeri poſſit. Differre vadimonium*, Cic. pro Quintio c. 14, den termin abſchreiben. Et ibid. *Vadimonium miſſum facere*, eſt obligationem vadimonii remittere. ¶ 2. Quidquid ad lites pertinet hoc nomine comprehenditur nonnunquam. Ovid. Am. 1, 12, 23 *Aptius hæ capiant vadimonia gerrula ceræ.* Auſonius in Sapientib. extr. *Mileti fugiſſe Thales* (docet) *vadimonia alumnus.* Nimirum dictum ejus: ἐγγύα πάρα δ' ἄτη. vid. Pollet. Hiſt. for. Rom. 5, 1. Sigon. de Iudic. 1, 20.

¶ Vădor, *ātus ſum, ari*, vades poſtulare, vadimonio aliquem obſtringere, einen anhalten, daß er bürgen ſetze, oder vorſtand mache. Cicero pro Quintio c. 19 *Debere tibi dicis Quintium, procurator negat; vadari vis, promittit; intus vocas, ſequitur; judicium poſtulas, non recuſat.* Idem ibidem c. 6 *Neque vadari, neque vadimonium promittere.* Livius 3, 13 *Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum.* Ovidius de Remed. amoris v. 665 *Iamque vadaturus &c.* i. e. ſponſorem petiturus. ¶ 2. Sumitur etiam paſſive, pro, vadimonio obſtringi, ſich verbürgen, bürge werden. Nam verbum commune ſecundum Priſcianum lib. 8 p. 794. Hinc

¶ Vădātus, *a, um*, obſtrictus, vel ſub fide, aut fidejuſſione ambulans, verbürget, verhaftet, verbunden. Sic apud Feneſtellam, *Vadatus amicitiæ nodulo tenebatur*, vid. Fulgent. de priſco Serm. n. 61. *Vadatus amore vinctusque*, Plaut. Bacch. 2, 2, 3. *Reliqua vitæ curricula aduſque terminos ultimi ſpiritus vadata*, da man leib und leben verpfändet, Apul. Met. 11 p. 259. *Reſpondere caſu vadato*, de vadimonio, Horat. 1 ſat. 9, 36.

¶ Vadātio, *ōnis*, f. die verbürgung, apud ICtos. vid. Hotoman. de Verb. jur.

¶ Convădor, *ari*, ſignificatione ſimplici vadimonio obſtringere, erbieten zu erſcheinen. Plaut. Curc. 1, 3, 5 *Vbi tu es, qui me convadatus Veneris vadimoniis?*

¶ Subvas, *ădis*, qui ſubſiſtit in locum prioris vadis, der vor den bürgen bürge wird. Gellius 16, 10 *Vades & ſubvades.*

VAS, *vāſis*, neutr. 3 decl. ſed in multitudinis numero ſecundæ, *Vāſa, vaſorum*; nomen generale receptaculorum ex quavis materia, allerley gefäß und geſchirr. Quamquam non ſemper receptacula ſignificat, ſed & omnis generis inſtrumenta & ſupellectilem, allerley geräthe. Salluſt. Catil. in Orat. Cæſ. c. 51 *Vti quisque domum aut villam, poſtremo vas, aut veſtimentum alicujus concupiverat, &c.* Sen. de Benef. c. 1 *Diligenter in patrimonium & vaſa debitoris inquirimus &c.* Sic, *Vaſa utilia culturæ*, hoc eſt, ad agrum colendum, *aratra* puta, *ligones, ſarculos, falces &c.* Vlpianus vocat l. 7 Dig. de inſtructo vel inſtrum. legato. Vide & L. 19 § *Sed cui vaſa* 10 D. de auro & arg. legato. *Vaſa fictilia*, töpfe, Nepos 23, 10, 4. ¶ 2 Significat & impedimenta militaria, baagge. Livius 1, 24 fecialis rogat: *Facisne me regium nuncium, vaſa, comitesque meos?* Hinc, *Vaſa colligere, conclamare*, locutiones militares ſunt, cum cætra movenda & transterenda in locum alium ſunt, apud Cicer. in Verr. 4, 19; Cæſ. B. Civ. 1, 66, & alios paſſim, auforderen, abziehen. De inſtrumento venatorum Grat. 218 *Nec tibi turbam contemſit comitem, nec vaſa tenentia longe.* ¶ 3 Receptaculum ex varia materia, ein gefäl, faß, topf; ut, *Vaſa Corinthia, Deliaca*, Cicero pro

Roſc. Am. c. 46. Et, *Vinarium vas*, ein weinfaß, Cicer. Verr. 4, 27. *Vaſa magnifica & pretioſe cælata*, Idem de Invent. 2, 40 *Ducere vaſa e luto*, eſt fingere, töpfe machen, Quintil. 2, 17. Et Horat. 1 epiſt. 2, 54 *Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis acceſcit.* Sic, *Quaſſatis undique vaſis diffluit humor*, das gefäß läuft aus, Lucret. 3, 435. Κακὸν ἄγγος ἡ κλῆτα, i. e. *Malum vas non frangitur*, unkraut verdehet nicht. v. Chiliad. Vaſorum autem, quæ certam menſuram habebant, inſpectio penes ædiles erat. Nam ſi minora deprehenderentur, quam par erat, aut juſto majora, conſringebantur ab ædilibus. vide Perſium ſat. 1, 228, & Iuvenal. 10, 102. ¶ 4. *Vaſa* dicuntur teſticuli, die hoden. Plaut. Pœn. 4, 2, 40 *Refero vaſa ſalva, quod manifeſto mœchi haud ferme ſolent.* v. Lipſ. Antiqu. Lect. 1, 7; & locum Petronii in *Vaſculum*: it. *Vaſatus.*

¶ Vāſum, *i*, n. pro *vas* antiqui ſcripſerunt, teſte Chariſio p. 119; id quod etiam Cledonius obſervat p. 1902; unde adhuc manet in plurali *Vaſa, orum.* Cato apud Gell. 13, 22 *Neque vaſum neque veſtimentum ullum eſt in manu pretioſum.* Plaut. Truc. 1, 1, 33 *Vaſum argenteum, aheneum.*

¶ Vaſus, *i*, m. pro *vas*. Petron. c. 57 *Vaſus fictilis.* Et in Gloſſ. ἐκεῦος, *Vaſus, Vaſum*, ein geſchirr.

¶ Vaſculum, *i*, n. ein becher, gläslein, gefäßlein; ut, *Vaſculum vinarium*, ein weinglas, Plaut. Trin. 4, 2, 46. *Vaſcula pure eluere*, Idem Aul. 2, 3, 3. Et, *Argenti vaſcula puri*, Iuvenal. 9, 141. *Vaſculum facito de materia hederacea*, Cato R. R. c. 111. conf. Plinius 15, 28; Pallad. 1, 39. Et Quint. 1, 2 p. 31 *Vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt; ſenſim influentibus, vel etiam inſtillatis complentur.* ¶ 2. De parte, qua viri ſumus, Petronius c. 24 pag. 82 Burmann. ubi *Vaſculum rude* eſt penis pueri nondum corrupti.

¶ Vaſcellus, *i*, m. aliud diminut. idem. Inſcript. apud Gruterum p. 1108 *Filius in vaſcello & maſſa repoſitus* refertur, ubi *Vaſcellus* nihil aliud quam cinerum urna eſt.

¶ Vaſcularius, *i*, m. qui vaſa præſertim aurea & argentea facit, ein gold ſchmid. Cicero Verr. 4, 24 *In regiam omnes cælatores ac vaſcularios convocari jubet.* Vlpianus l. 20 § 2 D. de præſcr. verbis: *Si, cum emere argentum velles, vaſcularius ad te detulerit, & reliquerit.* conf. l. 39 ff. de auro, arg. &c. Reinef claſſ. 10 Inſcript. 10 COLLEGIVM VASCVLARIORVM. Adde. ibid. 1, 285; 11, 101; & plura Gruteri & Sponnii Miſcell. Erud. Antiqu. p. 66.

¶ Vaſarium, *i*, n. vaſorum ſupellex, verrath von gefäſſen. Sic, *Vaſaria in balneis*, bade-fäſer, bade wannen, Vitruvius 5, 10. Sed *Omnia vaſaria excutere*, per metaphoram dixit Plin. 7, 49, alle winkel durchkriechen. ¶ 2. Item pecunia, quæ publice dari ſolebat magiſtratibus in provincias euntibus, ad comparanda neceſſaria, Cicer. de L. Agrar. & in Piſ. c. 35.

¶ Vasātus, *a, um*, teſticulos habens. Sic, *Bene vaſati* Lampridio in Heliogab. c. 5, 8, 9 ſunt, quibus natura grandior: qui peculiati probe, ut poëta loquitur. vide Scalig. in Priapeja pag. 201. Hinc emendandum Suetonium Veſp. c. 23 Rutgerſius Var. Lect. 2, 2 putat Veſp. c. 23 & pro, *de quodam procereæ ſtaturæ improbiuque nato*, legendum *improbiuque vaſato &c.* Huc enim pertinent ultima verſus Homerici, quem ſubjicit, verba, Μακρὰ βὰς κεφαλῶν δολιχόσκιον ἔγχος. *Longis paſſibus vadens, quatiens haſtam umbræ longioris.*

¶ Convāſo, *are*, verbum figuratum, & colligendis vaſis factum, ut, Donatus exponit, ſignificat furtim colligere, heimlich einpacken, zuſammen raffen. Ter. Phorm. 1, 4, 13 *Aliquid convaſaſſim atque hinc me conjicerem protinus in pedes.* Sidon. 1 epiſt. 9 *Omnium laudum acclamationes convaſare.*

¶ Convāsātus, *a, um*, eingepackt. Sidon. 7 epiſt. 2 *Diligenter quæ ad ſocerum pertinuerunt, vinatis convaſatisque.*

VASALLVS, *i*, m. barbara vox ab Italis, Hiſpanis & Gallis profecta, ein vaſall. Latine redditur *clivus, fidiciarius*, Voſſio judice de Vitiis Serm. Lat. 1, 7; & 2, 19; & 3, 54.

Vaſarium, vide paullo ante in *Vas, vaſis.*

VASĀTAE, *arum*, & Vaſates, Vaſatium, nomen populi, & præcipuæ ejus urbis in Aquitania. Paulinus ad Auſonium carm. 10, 248. *Conſul avenoſos num dedignare Vaſatas.* Et Auſonius præfat. 2 ad Synagrium: *Vaſates patria eſt patri: gens Æduа matri.* vid. Scalig. Lect. Auſ. 2, 16 p. 131.

¶ Vasātĭcus, *a, um*, adject. ut, *Vaſatica rheda*, Auſonius epiſt. 7, 18.

VASCŎNES, *um*, m. pl. Οὐάσκωνες, Hiſpaniæ populi, Gallicum verſus oceanum & Pyrenæum ſiti. Plinius 3, 3. Cincti aliquando obſidione a Sertorio, ne fidem Pop. Rom. violarent, cadaveribus uſi ſunt in cibos. Ad quod alluſit Iuvenal. 15, 93. *Vaſcones, ut fama eſt, alimentis talibus olim &c.* Et Paulinus Nolanus ad Auſonium carm. 10, 212 *Vaſcone ſaltu*, id eſt, Pyrenæo, conf. Auſon 25 epiſt. 51. Pars poſtea in Galliam migravit, in Aquitania ſedes occupans, *les Gaſcons.*

¶ Vaſcōnĭa, *æ*, f. regio Vaſconum. Paulinus l. c. 103 *Vaſconiæ ſaltus, & ninguida Pyrenæi Objicis hoſpitia.*

¶ Vaſcōnĭcus, *a, um*, adject. Ibid. v. 218 *Ac ſi Vaſconicis mihi vita fuiſſet in oris.*

Vaſcularius, vaſculum, vide ſuperjus paullo *Vas, vaſis.*

VASCVS, *a, um*, inanis, leer, hohl; ut, *Vaſcus & invenuſtus aſpectus*, Vitruvius 3, 2. *Vaſcæ tibiæ*, Solin. c. 11 (Salm. c. 5) *Phonaſcas* interpretatur Turnebus Adverſ. 17, 20. Aliis videtur vox contracta ex *veſica.* vid. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 495; & ad Solin. p. 86 & 87. conf. *Vaſtus* n. 3. Iſaac. Voſſ. in Pomp. Melam. p. 235, & Alb. Rubenius ad Liv. 24, 48, ipſam vocem improbant.

Vaſtatio, vaſtator, vaſtitas, vaſto, are, &c. vide ſequens *Vaſtus.*

VASTVS, *a, um*, ingens ſupra modum, ἐυμεγέθης, ἀχανὴς, ſehr groß, unmeſſen. Ponitur tamen etiam pro inani, ut ſolent, quæ inania ſunt, majora videri, wüſte, leer. Accius apud Feſtum: *Hanc urbem ferro vaſtam faciet.* Conf. Lipſ. Epiſt. Quæſt. 4, 10. Sic, *Belua vaſta & immanis*, Cic. Divin. 1, 24. *Vaſtus elephantus*, Id. Nat. D. 1, 35. *Vaſtior altitudo*, eine größere tiefe, Liv. 31, 1. *Vinus & manu promptior & corpore vaſtior*, Apulej. 3 Met. p. 131. *Orbis vaſtus*, Ovid. de Arte am. 4, 18. *Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe Suſtulit Ægides*, Idem Met. 12, 236. *Solitudo vaſta*, Cicer. Somn. Scip. c. 6. Et Liv. 3, 52 *Cum vaſta Romæ omnia inſueta ſolitudo feciſſet.* Cæſ. B. G. 3, 9 *In vaſtiſſimo atque apertiſſimo oceano.* Et, *Incendium vaſtiſſimum*, Plin. 10 epiſt. 52. *Turba verborum magnitudine inani vaſta*, Gell. 1, 15 ſub fin. ¶ 2. Ad animum cum transfertur, eum ſignificat, qui non magna, ſed immodica nimiaque & ſupra ſortem humanam quoque concipit animo atque affectat, qualis Catilina fuit, de quo Salluſtius c. 5 *Vaſtus animus immoderata, incredibilia ſemper cupiebat.* ¶ 3. Deinde *Vaſti* etiam dicuntur averſi ab omni voluptate, duri ſcilicet & agreſtes, grob, tölpelhaft. Nam ſicut *magni* animi eſt, non quidem curare voluptates magnopere, conceſſis tamen uti; ſic *vaſti* contra, ſpernere omnes ac conculcare. Gellius 19, 9 *Sed ne nos, id eſt, nomen latinum, tanquam profecto vaſtos & inſubidos ἀναφοβίαν condemnetis &c.* Salmaſius tamen ex libro antiquo *Vaſcos* legit notis ad Script. Hiſt. Aug. p. 495, & in Exercitat. Plin. p. 87, qui *Vaſcum*, leve, inane ex Gloſſario antiquo interpretatur: ſed alterum rectius puto. vid. *Vaſcus*, quod totum ex *Vaſtus* corruptum videtur. Ita Cicero de Orat. 1, 25 *Aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes &c. Vaſti*, id eſt, invenuſti. conf. Liv. 24, 48, & ibi Gronov. & Alb. Rubenius.

¶ Vaſtulus, *a, um*, diminut. etwas groß. Apul. Met. 2 p. 128 extr. *Vegetis & vaſtulis corporibus fores noſtras irruentes.*

¶ Vaſte, adverb. idem. Ciceto de Orat. 3, 43 *Verba ita jungere, ne aſpere concurrant: neve vaſtius diducantur*, gar zu weit aus einander. Et 3, 11 *Vaſte, ruſtice, hiulce loqui*, mit gar zu offenem munde. Mela 1, 1 *Vaſte cedentia littora.* Ovidius Metam. 11, 530 *Vaſtius inſurgens impetus.*

¶ Vaſtĭtas, *ātis*, f. magnitudo, die größe, weite; ut, *Sterilis profundi vaſtitas ſoli*, Sen. Herc. Fur. v. 701. ¶ 2. Eſt & vaſtatio, die wüſtenei. Cicer. in Catil. 1, 5 *Tecta urbis, Italiam denique totam, ad exitium & vaſtitatem vocas*, du wilſt das land zur wüſten machen. *Efficere vaſtitatem*, Cicer. in Piſ. c. 35. *Vaſtitas agrorum*, Idem in Verr. 4, 51. *Vaſtitatem inferre*, Idem de Ar. reſp. c. 2; *reddere*, Livius 3, 26 pr, Sed 8, 9 ext. *Faciunt fugam & vaſtitatem vici.* Et, *Deflere judiciorum vaſtitatem*, Cic. de Clar. Or. c. 6. Adde Salluſt. Iug. c. 5; Plinium 2, 12; Colum. præf. 1 & 1, 3; Tac. An. 4, 70, 3 &c.

¶ Vaſtĭties, *ēi*, f. deſtructio, die verwüſtung, verheerung. Plaut. Pſeud 1, 1, 68 *Mihi voluptatum omnium vaſtities venit.* Et Apulejus: *Tanti corporis vaſtities boni ori fuit.* conf. Nonius 2, 891.

¶ Vaſtĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Cato de R. R. c. 141 *Viduitatem vaſtitudinemque prohibere.* Plura veterum exempla apud Nonium 2, 437, 761 & 891, & 3, 231. conf. Feſtus in *Veſtum.*

¶ Vaſto, *avi, ātum, are*, verwüſten, zerſtören; ut, *Agros vaſtare atque exinanire*, Cicero in Verr. 3, 50. Et, *Locum aliquem vaſtare & diripere*, in Catil. 4, 6. *Vaſtare omnia ferro & incendiis*, Cicer. epiſt. ad Octav. Et, *Homo magis ad vaſtandum, quam ad vincendum paratus*, Attic. l. 8 extr. Et Curt. 3, 4, 3 *Igne ferroque Ciliciam vaſtat*, er ſengt und brennt darinnen. Idem 4, 1, 10 *Colonias omni clade vaſtavit.* Virg. Æn. 8, 8 *Latos vaſtant cultoribus agros.*

¶ Vaſtans, *tis*. Eutropius 9, 11 *Gothi Macedoniam vaſtantes.* Phædr. 3, 3, 14 *Cuncta vaſtans ſævit.* Livius 8, 19 *Vaſtans effuſe Setinum &c.*

¶ Vaſtātus, *a, um*, verwüſtet; ut, *Vaſtata tumultu impio fana*, Horat. 4 od. 4, 47. *Vaſtatum ac relictum forum*, Cicer. pro Sext. c. 24. *Vaſtata turbine ventorum Campania*, Tac. An. 1, 6, 13, 1. *Vaſtatæ nationes*, Idem Agr. 22, 1. *Saltus vaſtataque luſtra*, Val. Flacc. 1, 489. Et Liv. 23, 30 *Vaſtata urbs defenſoribus ſuis.* Horat. 4 od. 4, 47 *Vaſtata Pœnorum tumultu fana.*

¶ Vaſtātio, *ōnis*, f. die verwüſtung; ut, *In vaſtatione omnium ſuas poſſeſſiones ſacroſanctas putare*, Cicero in Catil. 2, 8. *Defendere aliquid a vaſtatione*, Idem fam. 15 extr. *Vaſtatio domorum*, Salluſt. de Rep. ord. c. 4.

¶ Vaſtātor, *ōris*, m. qui vaſtat; ut, *Trojæ vaſtator Achilles*, Stat. Achill. 2, 318. Et Ovid. Met. 11, 395 *Vaſtatoremque cruento Ore ferum*, id eſt, lupum. Virg. Æneid. 9, 772 *Ferarum vaſtator*, ein jäger. Adde Sen. de Benef. 1, 13; & Tertull. de Anima c. 57.

¶ Vaſtatrix, *īcis*, f. ut, *Luxuria terrarum marisque vaſtatrix*, Seneca epiſt. 95.

¶ Vaſtatōrius, *a, um*, verwüſtend. Ammianus 18, 13 *Hoſtium vaſtatoria manus.* Et 19, 19 *Vaſtatorius globus*, ſtreifende parteyen.

¶ Vaſtabundus, *a, um*, idem. Ammian. 31, 8 *Vaſtabundi omnes per latitudines Thraciæ pandebantur impune.*

¶ Vaſteſco, *ere*, vaſtum fieri, wüſte werden. Nonius 2, 892 exponit *inhorreſcere*, vel *deſerti*; ubi Accius: *Ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri.* Et Cic. ibid. *Stirpium aſperitate vaſteſcere, &c.*

¶ Vaſtĭto, *are*, frequent. Apud Ammianum 16, 5 vulgo legitur: *Terræ ſæpe vaſtatæ*; ſed Hadriano Valeſio p. 113 teſtante, in MSS. ibidem eſt *vaſtitatæ.* Adde Drakenb. ad Liv. 5, 12.

¶ Vaſtĭfĭcus, *a, um*, idem quod *Vaſtatorius*, verwüſtend; ut, *Belua vaſtifica*, Cic. Tuſc. 2, 9 ex poëta veteri.

¶ Convaſtatio, *onis*, f. die verheerung, apud Auguſtinum.

¶ Devaſtus, *a, um*, ſehr groß. Compar. Apul. Met. 9 p. 236 *Devaſtior nodulus.*

¶ Devaſto, *are*, verwüſten; ut, *Sumus aliquoties hac æſtate devaſtati*, Livius 23, 42. Et, *Tripartito ad devaſtandos fines diſcedere*, Idem 4, 59.

¶ Devaſtātus, *a, um*, verwüſtet, zerſtört; Ovid. Met. 13, 255 *Agmina ferro devaſtata.*

¶ Devaſtatio, *onis*, f. Auguſtin.

¶ Devaſtator, *oris*, m. apud Eundem.

¶ Eva-

¶ Evasto, *are*, eadem significatione apud Livium habetur aliquoties; ut 5, 5 *Culta evastata sunt bello*: & 10, 15 *Consulares exercitus quinque mensium spatio omnia evastarunt*. Et Silius 15, 184 *Bellorum dira cruatrix Evastanda tibi tellus*.

¶ Pervasto, *are*, graviter vastare, durchaus verheeren, verwüsten. Liv. 33, 37 *Libuos quam pervastassent*. Idem 6, 4 *Ad pervastandos fines ducere*.

¶ Pervastātus, *a, um*, verheert, zerstört. Tac. An. 15, 45, 1 *Pervastata Italia, provinciæ eversæ*. Liv. 8, 19 *Pervastatis passim agris*.

Vasum, vide paullo ante in *Vas, vasis*.

VATES, *is*, c. a græco φάτις, μάντις, divinator & divinatrix, ein prophet, weissager und weissagerin; ut, *Vates Sibylla*, Virg. Æn. 6, 211. Plaut. Mil. 3, 3, 37 *Bonus vates poteras esse, cum quæ sunt futura, videas*. Cic. de Leg. 2, 8 *Interpretari vatum effata*. conf. Id. N. D. 1, 20. Liv. 6, 12. *Si quid Dii vatesque eorum in futurum vident*. Et Nepos 25, 16, 4 *Quæ usu veniunt, cecinit ut vates*. ¶ 2. Et, *Vates* poetæ dicuntur, quod illi sacri furoris inspiratione pleni canant carmina, poeten. Vnde Plato in Phædro, quod Seneca de Tranquill. an. sub finem repetit, dixit, *frustra poeticas fores compotem sui pepulisse*. Vide & Victorinum de metrorum origine. Ovid. Amor. 3, 9, 17 *At sacri vates & Divum cura vocamur*. Lucan. 9, 918 *O sacer & magnus vatum labor, omnia leto Eripis, & populis denas mortalibus ævum*. ¶ 3. *Vates* etiam dicuntur excellentissimi quique in aliqua arte, (nihil enim sine aliqua divina vi excellens est,) vel qui interpretari ac explicare artem seu disciplinam aliquam optime possunt, ausleger. Plin. 11, 37 sub fin. *Arteriarum pulsus descriptus ab Herophilo medicinæ vate miranda arte*. Val. Max. 8, 12, 1 *Q. Scævola legum clarissimus & certissimus vates*.

¶ Vaticĭnor, *ātus sum, ari*, divinare, weissagen. Cic. Att. 8, 11 *Non multo secus possum vaticinari*. Idem Divin. 1, 31 *Vaticinari per furorem*. Tibull. 1, 6, 43 *Sic magna sacerdos est mihi divino vaticinata sono*. ¶ 2. Interdum ponitur pro nugari & obsoleta profundere. Cic. pro Sext. c. 10 *Quæ hæc dicerent, vaticinari & insanire dicebant*. Idem fam. 2, 15 ext. *Sed ego forte vaticinor*. Plaut. Pseud. 1, 3, 126 *Vaticinamini vetera*; cui simile illud ἀρχαῖα λέγειν. vid. Chiliad. & Parei Lex. Crit. pag. 1265. ¶ 3. De poëtis vid. Cic. Amic. c. 7.

¶ Vatĭcĭnans, *tis*. Iustin. 33, 1 extr. *Finem Macedonici regni portendi vaticinantes*. Sen. Nat. Qu. 6, 29 *Nusquam plura exempla vaticinantium invenies, quam ubi formido montes religione mixta percussit*. Ovid. 2, 1, 61 *Hæc ame dicta tibi vaticinante nota*.

¶ Vatĭcĭnātus, *a, um*, der geweissaget hat. Ovid. Met. 6, 157 *Venturi præscia Manto vaticinata*. conf. Heroid. 5, 114.

¶ Vaticinātio, *ōnis*, f. die weissagung, wahrsagung. Cic. Attic. 8, 12 *Scripseram ipse eas litteras, quarum vaticinationem falsam esse cupio*. Et de Divin. 2, 3 *Vaticinationes Sibyllinæ*. Cæs. B. G. 1, 50 *Vaticinationibus declarare*. Adde Val. Max. 1, 8, 10; Suet. Cæs. c. 59.

¶ Vātĭcĭnium, *i*, n. idem. Plin. 7, 52 *Plena est vita his vaticiniis, sed non conferenda, cum sæpe falsa sint*. Solin. c. 2. *Evandri mater, quæ a vaticinio Carmentis dicta est*. vid. plura apud Borrich. in Cogit. p. 260; & inprimis Gell. 15, 18; & 18, 17; Lactant. 1, 4.

¶ Vaticĭnātor, *ōris*, m. ein weissager. Iul. Paulus 5 Recept. Sententt. Tit. 21 Sent. 1 *Vaticinatores, qui se Deo plenos adsimulant*. Et ibid. sent. 3 *Qui de salute principis vel summa reipub. mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit, capite punitur*. Ovid. Pont. 1, 1, 42 *Vnde tamen vivat, vaticinator habet*. Et de sanctis vatibus Prudentius Hamartig. v. 343 *Inspirante Deo quod sanctus vaticinator Prodidit*.

¶ Vaticinatrix, *īcis*, f. Legitur apud Pomponium Lætum de Sacerd. Rom.

¶ Vātĭcĭnus, *a, um*; ut, *Libri vaticini, precationesque*, Liv. 25, 1, wahrsager-bücher. *Furor vaticinus*, Ovid. Met. 2, 642.

¶ Vāticānus, *i*, m. mons Romæ, & Deus loquelæ, loci præses, dictus a *vaticiniis*, quæ vi atque instinctu illius Dei ibi fieri solita: quamquam aliam rationem Varro attulit, cui *Vaticanus* Deus, *quem penes initia humanæ vocis* credita fuerint v. Gell. 16, 17. Augustinus *Vagitanum* dixit a *vagitu*. v. in *Vagio*. Prima hujus nominis syllaba longa est perpetuo, secunda anceps, & tertia rursus longa. Iuvenal. 6, 343 secundam producit: *Et Vaticano fragiles de monte patellas*. Sed Horat. 1 od. 20, 7 corripit: *Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago*.

¶ Vāticānus, *a, um*, etiam adject. ut, *Vaticana vallis*, Tac. An. 14, 14, 3. *Vaticanus ager*, Cic. Leg. Agrar. 2, 35.

¶ Prævaticĭnor, *ari*, vorher verkündigen, prophezeyen. Saresb. Metalog. 1, 4 *Prævaticinatus est de industria*.

VATĪCA, *æ*, f. herba strychnus, sonnen-kraut, Apul. de Herb. c. 74.

Vaticanus, vaticinium, vaticinor, &c. vide ante in *Vates*.

VĀTILLVM, *i*, n. legit Salmasius in Hist. Aug. p. 336 sq. pro *Batillum*, de quo supra, ex Treb. Poll. Claudio c. 14; Varr. R. R. 3, 6; & Horatio. Nam vetus interpres Horatii *Vatillum diminutivum* dicit *esse a vase, quasi vas parvum in quo odores incendebantur*.

VĀTĪNIVS, *i*, m. impudentissimus Ciceronis hostis, de quo Seneca Consant. Sap. c. 17 *Vatinius assiduo*, inquit, *convicio depudere dicerat*. Tantum autem ei apud populum Romanum invectivis in eum Ciceronis conciliatum fuit odium, ut *Odium Vatinianum*, pro capitali ac vehementer acerbo, in proverbium cesserit. Specimen hujus odii ex Macrobio referimus in *Pomum*. v. Chiliad. ¶ 2. *Vatinius Beneventanus*, tutor distorti corporis, & artifex calicum vitreorum, qui quatuor rostra instar naforum protensa habuerunt. Meminerunt ejus Martial. 14 epigr. 96; Iuvenal. 5, 46; & Tac. An. 15, 34, 3. Hinc vasa vitrea vocantur *Vatinia*. vid. Martial. 10 epigr. 3.

¶ Vatiniānus, *a, um*, adject. Catullus epigr. 14, 3 *Odissem te odio Vatiniano*. conf. *Vatinius* n. 1. Idem epigr. 54, 2 *Crimina Vatiniana*.

VĂTĪVS, *a, um*, cui crura sunt introrsum intorta, vitium, *Valgo* contrarium, krumbeinicht, dem die beine einwärts gebogen. Varro de R. R. 2, 9 de canibus: *Sint cruribus rectis, ac potius varis, quam vatiis*. Plura de hoc verbo Vossius in Etymol. p. 542.

¶ Vatia, *æ*, m. subst. ein tollfuß. Varro L. L. 8, 5 *Si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vatias cœperit, hos corrigi oportet: contra, si quis in consuetudine ambulandi jam factus sit vatia aut compernis, eum corrigi non concedant*. Plin. 11, 45 *Cognomina inventa a cruribus, Vari, Vatiæ, Vatinii*, & Gloss. Isidori: *Vatia diversis plantis*.

¶ Vatrax, *ācis*, & Vatricōsus, *a, um*, pedibus vitiosis, tollfüssig, krummbeinicht. Ita Nonius 1, 99 ex Lucilii lib. 28. Adde Voss. l. c.

VBBA, *æ*, f. poculi genus pro *Obba*, apud Nonium 2, 597. vide supra *Obba*.

VBER, *ĕris*, m. subst. mammam significat, θηλήν, plur. *Vbera*, die brüste, apud homines, bestiarum vocamus euter; ut, *Binos alit ubere fœtus*, Virg. ecl. 3, 30. *Vberæ admovere*, säugen, Id. Æn. 4, 367; *præbere*, Iustin. 1, 4, 10. Et, *Ablatus uberibus*, Plin. 8, 55. *Depulsus ab ubere matris*, Virg. Georg. 3, 187, abgesetzt, entwehnet. *Raptos ab ubere abstulit atra dies*, Idem Æn. 6, 428. Pro ipsa papilla accepit Gellius 12, 1 *An tu putas naturam fœminis mammarum ubera quasi quosdam nævulos venustiores non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris caussa dedisse*, zitzen, warzen. *Vbi uber, ibi tuber*, Apuleji est, 4 Florid. p. 359. Integrum locum vide supra in *Mel*. ¶ 2. *Vber* etiam substantive de solo dicitur, quum fertilitas ejus ubertasque significatur, die fülle, der überfluß. Virg. Æn. 7, 261 *Non vobis rege Latino Divitis uber agri, Trojæque opulentia dœrit*. Vbi Servius: VBER AGRI, *ubertas*. Adde Tac. Hist. 3, 34, 2. Alibi Virg. Georg. 2, 233 *Pecorique & vitibus almus Aptius uber erit*. Sic idem poëta alibi, *Vbere læto*, & *ubere glebæ* dixit, Æn. 3, 95 & 164. Et Symmach. 1 epist. 7 *Nos extero ac pleno ubere Roma exceperat*.

¶ Vber, *ĕris*, adject. gen. omnis, idem quod abundans, copiosus, fœcundus, voll, reichlich, fruchtbar; ut, *Vberrimi fructus*, Cic. Nat. D. 2, 62. Idem ad Qu. frat. 3, 1, 3 *Multis in locis aquam profluentem & eam uberem vidi*, überflüssig wasser. *Vber solum*, Tac. Hist. 5, 6, 2 de Palæstina. *Agro bene culto nihil potest esse usu uberius*, Cic. de Senect. c. 16. Id. Off. 3, 2 *Nullus feracior in philosophia locus est, nec uberior quam de officiis*. Vellej. 2, 28, 3 *Vberius præmium*. Ovid. Trist. 2, 73 *Alii tuas ingenio laudes uberiore canunt*. Cic. in Verr. 2, 14 *Vberrimus & quæstuosissimus annus*. Et in Pis. c. 14 *Vberrima triumphis provincia*. Sic, *Oratorum sua ætate uberrimus*, Tac. An. 3, 31, 5. *Vber & fœcundus auctor*, reich und voll, Cic. in Orat. c. 4.

¶ Vberius, uberrime, adverb. häuffiger; ut, *Vberius & fusius aliquid disputare*, Cic. Nat. D. 2, 7, reicher und weitläuftiger. *Planius loquebantur, ut uberius quam vulgi sermo*, Id. fam 3, 11. Idem Divin. 2, 1 *Magnus locus, a tota peripateticorum familia tractatus uberrime*. Adde Quintil. 10, 3; & Tac. An. 12, 60, 1.

¶ Vbertas, *ātis*, f. copia, abundantia, fœcunditas, die fülle, menge, der überfluß, fruchtbarkeit; ut, *Vbertas soli*, Plin. 7, 2. *Vbertas frugum*, Cic. post red. ad Quir. c. 8. *Vbertas agrorum*, Id. pro L. Manil. c. 6; *mammarum*, Id. Nat. D. 2, 51: *Opum*, Silius 15, 409. ¶ 2. Metaphorice, *Vbertas dicendi, orationis*, reiche worte, Cic. in Orat. c. 3; de Fin. 3, 5. Et Quintil. 2, 4 *Facile est remedium ubertatis, sterilia nullo labore vincuntur*.

¶ Vbĕro, *āre*, verbum, (quod & *huberare* scribunt nonnulli, quemadmodum & *Huber, Hubertas*, &c.) est uberem & fœcundum facere, fruchtbar machen. Plin. Paneg. c. 32 *Benignitas cœli terram uberat fovetque*. Pallad. Oct. t. 8 *Steriles arbores uberantur*. Et Symmach. 3 epist. 1 *Aures meas affatus largior debuit uberare*. ¶ 2. Neutraliter pro abundare, fruchtbar seyn, usus est Colum. 5, 9 *Olea continuo biennio non uberat*, hoc est, exuberat, vel fœcunda est.

¶ Vberātus, *a, um*, angefüllt, fruchtbar. Pallad. Febr. t. 17 *Surculi, qui inserendi sunt, sint novelli, fertiles, gemmis pluribus uberati*.

¶ Vberto, *āre*, idem, quod *Vberare*. Eumenius pro Flavienf. c. 9 *Agros imber ubertat*.

¶ Vbertus, *a, um*, fruchtbar, reichlich. Solin. c. 34 *Solum planum ubertumque*. Et Gell. 7, 14 *Magnificum & ubertum dicendi genus*.

¶ Vbertim, aliud adverb. Catull. 66, 17 *Vbertim lacrymulas fundere*. Imitatus est Claud. de Laude Serenæ v. 214 *Cadebant ubertim lacrymæ*, id est, large, überflüssig. Adde Senecam Suasor. 25; & Suet. Tit. c. 10. Apulej. 3 Metamorph. pag. 129 *Vbertim flere*.

¶ Vbĕrōsus, *a, um*, id est, fertilis, fruchtbar. Gloss. lat. gr. *Vberosum*, γόνιμον.

¶ Exūber, *ĕris*, abgesetzt, entwöhnt. Sic *Exuberes* Festo sunt infantes ablactati, ἀπογάλακτοι, *lacte depulsi*. Ita enim legendum censet Scaliger pro *Exuberes*, quibus opponuntur.

¶ Exūbero, *āre*, est uberius abundare, sehr reich, und überflüssig seyn. *Majore fructu exuberare*, Colum. 5, 7 extr. *Pomisque exuberat annus*, Virg. Georg. 2, 516. *Exundat & exuberat eloquentia*, Tac. Orat. 30, 5. ¶ 2. Active pro cumulare, häuffen. Colum. 9, 4 *Quæ herbæ favorum ceras exuberant*, id est, uberes reddunt.

¶ Exūberans, *tis*, häuffig, überflüssig. Lactant. 4, 29 *Ille quasi exuberans fons est*. Superl. Gellius 3, 9 *Haud credibili pulchritudine, vigoreque & colore exuberantissimo*.

¶ Exuberantia, *æ*, f. der überfluß. Gloss. lat. gr. *Exuberantia*, ἐκτένεια. Gell. 2, 26 *Phœniceus color exuberantiam splendoremque significat coloris*.

¶ Exūberātio, *ōnis*, f. idem. Vitruv. 1, 4 *Exuberationibus aut defe-*

Elionibus laborare. Et Oct. Horat. 4 *Fellis exuberationem in se suscipere.*

¶ Inūber, *ēris*, non uber, unfruchtbar, mager, leer. Gell. 20, 8 *Ostreæ cum appositæ fuissent, & multæ quidem inuberes macræque essent.*

¶ Subūber, *ēris*, ὑπογάλακτος, ὑπομάστιος, ſaugend.

VBI, adverb. loci & temporis, wo, allwo, nachdem, da. Vltimam habet communem. Virg. Æn. 2, 790 *Hæc ubi dicta dedit.* Tibull. 2, 5, 83 *Laurus ubi bona signa dedit.* In utroque exemplo τὸ *ubi* poſtquam ſignificat. Ter. Eun. 4, 1, 14 *Vbi primum poterit, se illic subducet scio*, id eſt, quamprimum. Id. Eun. 5, 5, 3 *Voi satias cœpit fieri*, i. e. quando, poſtquam. Cic. pro Rab. Poſt. c. 13 *Vbi semel quis pejeraverit, &c.* Nepos 15, 7, 4 *Animadvertebat, ubi id fecisset*, to-tum exercitum periturum, i. e. ſi feciſſet. Ter. Andr. 2, 2, 18 *Percurro ad forum, ut dicam tibi hæc. Vbi te non invenio, ibi ascendo &c. Vbi*, id eſt, in quo foro, indem ich dich da nicht finde. Idem Eun. 5, 8, 20 *Sed ubi est frater?* Et rurſus 2, 3, 20 *Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos*, i. e. in qua, worinnen du deine kräfte ſpannen laſſen mögeſt. *Hen* vel *en ubi nunc est*, formula cum indignatione deſiderantis. v. quos laudat Drakenb. ad Sil. 7, 106. ¶ 2. Sed per pleonaſmum, *Vbi gentium*, Plaut. Aſin. 2, 2, 21; & Cic. pro Rab. Poſt. c. 13. *Vbi loci*, Plaut. Capt. 5, 2, 5. *Vbi terrarum*, Idem Amph. 1, 1, 180. ¶ 3. *Vbi*, i. e. in quibus, vel propter quos: Ter. Heaut. 4, 6, 9 *Hujusmodi res semper comminiscere, ubi me excarnifices*, dadurch du mich quäleſt. Plaut. Capt. extr. *Hujusmodi paucas poëtæ reperiunt comœdias, Vbi boni meliores fiant.*

¶ Vbiūbi, compoſitum, id, eſt, ubicumque, quacunque demum in re, quocunque loco, wo nur. Ter. Andr. 4, 2 pr. *Iam ubiubi erit, inventum tibi curabo*, er mag ſeyn, wo er wolle. Cic. Tuſc. 1, 29 *Nunc ubiubi sit animus, certe in re est.* Liv. 42, 57 extr. *Sperantes, facile, ubiubi essent, se conversuros aciem.* Idem 11, 2, 2, *Ne ubiubi regni desiderium esset*, ad quem locum v. Ioh. Fridr. Gronovius & Drackenb.

¶ Vbicunque, in quocunque tandem loco, wo es wolle. Cic. Attic. 3, 25 *Te ayte calendas Ianuarias, ubicunque erimus, fistas.* Id. in Verr. 3, 93 *Vbicunque factum est, improbe factum.* Ter. Heaut. 3, 3, 17 *Vbicunque opus sit obsequi.* Et, *Vbicunque terrarum & gentium*, Cic. in Verr. 5, 55. Secundam habet ancipitem ad naturam primitivi ſui. Ovid. Met. 7, 735 *Quoties ego, dixerit, uni Servor, ubicunque est, uni mea gaudia servo.* Idem Amor. 3, 10, 5 *Te, Dea, munificam gentes ubicunque loquuntur.* conf. Catull. 40, 6; Horat. 3 od. 37, 13, & 1 epiſt. 3, 34; Pallad. Ian. t. 15.

Vbilíbet, vide ſupra in *Libet.*

¶ Vbinam, wo denn? Cic. Catil. 1, 4 *O dii immortales, ubinam gentium sumus!*

¶ Vbique, in omni loco, überall; ut, *Vbique locorum, ubique terrarum*, Cic. Verrin. 5, 55 in omnibus locis. Martial. 7 epigr. 72 *Quisquis ubique habitat, nusquam habitat.* Et Sen. epiſt. 2 *Nusquam est, qui ubique est.* Apul. 1 Met. ſub fin. *Itineris ubique*, hoc eſt, in omni itinere. ¶ 2. *Vbique* & pro *Vbicunque*, ut L. 77 Dig. de contrah. empt. *In lege fundi vendundi in eo fundo ubique essent, exceptæ fuerunt.* Ita etiam pro *quandocunque* dicitur *Quandoque*; add. Parei Lex. Crit. p. 1266. ¶ 3. *Vbique* pro *& ubi* vide in Livio 1, 6.

¶ Vbiquāque, worzugegend. Apul. de Mundo p. 69 *Omnia ubiquaque gererentur, Otacustarum delatione discebat.*

¶ Vbīvis, überall, allenthalben. Cic. Att. 14 extr. *Qui mihi videntur ubivis tutius, quam in senatu fore*, an allen orten, wo ſie wollen. Idem fam. 6, 1 *Nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit.* Et, *Vbivis gentium*, Ter. Hec. 3, 1, 4. Secundam & hoc ancipitem habet. Horat. enim corripuit 1 ſat. 4, 74 *Non ubivis coramve quibuslibet &c.* Sed in communi pronunciatione producitur. v. ſupra *Ibidem*, & quæ ibi ex Servio adducuntur.

Alībi, & Alicūbi, vide ſupra in *Alius.*

Necubi, vide ſupra in *Nec.*

¶ Perubīque, allenthalben. Per pleonaſmum Tertullianus de Pallio c. 2 *Perubique orbis*, in der ganzen welt.

¶ Sīcubi, ſi alicubi, wenn irgend. Ter. Eun. 3, 1, 13 *Tum sicubi eum satietas hominum aut negotii, si quando odium ceperat*, ſo er etwan der leute müde worden, ꝛc. Virg. Georg. 3, 332 *Sicubi magna Iovis quercus &c.* conf. Val. Flacc. 4, 105; Suet. Calig. c. 3.

VBII, *ōrum*, m. pl. primum Cisrhenani fuerunt, ſed a Cæſaribus, quia a Suevis premebantur, introducti ſunt in locum eum, ubi hodie eſt *Colonia Agrippina*, Cölln, quæ antea *Vbiopolis* appellata eſt. Agrippinenſes Romano nomine (ab Agrippina Auguſta, quæ ibi nata,) *Vbios* ſe nominaſſe, Tacitus indicat An. 12, 27, 1; & Hiſt. 4, 28, 3. Vbiorum regio circa Coloniam, die Eiffel.

Vbilībet, vide *Libet*, Vbinam, ubique, ubivis, &c. *Vbi.*

VCALĒGON, *ontis*, m. Οὐκαλέγων, Trojanus nobilis fuit & prudens, qui cum Antenore a bello propter ſenectutem abſtinuit, portas interim obſervans, quemadmodum Homerus narrat Iliad. 3 ſeu γ v. 148 ſq. Et Virg. Æn. 2, 311 *Iam proximus ardet Vcalegon*, i. e. domus ejus.

VDO, *udōnis*, maſc. veſtimentum ex ciliciorum genere, uſum calceamentorum præſtans, ſicut Vlpianus indicat, filzſchuh. Vlp. l. 25 § 4 D. de auro, arg. &c. *Odo* ſcripſit: *Alia*, inquit, *causſa est odonum: quia usum calceamentorum præstant.* Cæteri per *V* ſcribunt. vid. Turnebi Adv. 1, 13; Cujac. obſ. 10, 40; Salmaſ. ad Lamprid. Alex. c. 4; Scalig. ad Heſiod. ἔργ. 542; If. Voſſ. epiſt. ad Græv. in addendis ad Heſiod. p. 69 v. 17, quos laudat Byncker sh. Obſ. 3, 17 p. 291; ubi Vlpiani locum cit. interpretatur. De udonibus ciliciis Martial. 14 epigr. 140. *Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti, Cinyphio potuit planta latere sinu.*

VDVS, *a, um*, ab ὕδωρ, *humidum* ſignificat, feucht, naß; ut, *Ver udum*, Virg. Georg 3, 429. *Vda lumina*, Stat. 5 Silv. 2, 4. *Vdum linteolum*, Plin. 24, 15. Et Virg. Ge. 3, 388 *Nigra subest udo tantum cui lingua palato.*

Vvidus, ex quo *Vdus* contractum eſſe videtur, vide ſuo loco.

¶ Vdo, *āre*, feuchten, näſſen. Macrob. Sat. 7, 12 *Quæ udanda sunt corporis, vino foventur: quæ siccanda sunt, melle detergentur.*

¶ Vdor, *ōris*, m. die näſſe, feuchtigkeit. Varro L. L. 4, 5 *Vdor aquæ vis deorsum.* Alii aliter. vid. Not. Gothofredi p. 1580.

¶ Inudo, *are*, neßen, befeuchten. Paulinus 6 Nat. Fel. *Lavibuntque vicissim Mulcentem, labrisque manus palpantis inudant.*

Sūdus, quaſi *sine udo*, vide ſupra in littera *S.*

VĔ, conjunctio disjunctiva, ἐγκλιτική, idem ſignificans, quod *vel*, oder. Cic. Att. 6, 1 *Appius ad me ex itinere bis terve litteras miserat.* Et in Orat. c. 44 *Suaves graveve sententiæ.* Et pro Flacco c. 5 *Ne quid plus minusve dicat.* Ter. Phorm. 3, 3, 21 *Ne quid plus minusve faxit, cujus eum post pigeat*, zuviel oder zu wenig. ¶ 2. Poſtponitur eleganter geminata negative: Cic. fam. 1, 9 *Peto a te, ut id a me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras.* ¶ 3. Geminata interdum idem eſt quod *vel, vel*, entweder, oder. Ovid. Met. 15, 215 *Non quod fuimusve sumusve, cras erimus.* Id. Faſt. 5, 110 *Laudetur plusve minusve.*

¶ Vē, ſive etiam Væ, nam utroque modo ſcriptum invenitur, particula alia, modo augendi, modo minuendi ſignificationem habens: Sed in compoſitionibus ſolum invenitur. Augendi vim habet in *vehemens, vepallidus*, in quo magnus mentis impetus: minuendi in *vecors, vesanus, &c.* Eſt enim *vecors* quaſi ſine corde, *vesanus* in ſanus. v. Gell. 5, 12; & 16, 5; Macrob. 6, 8.

VECILIVS mons memoratur a Livio 3, 50 pr.

Vecordia, vecors, vide in *Cor*, Vectabilis, vectabulum, vectaculum, vectatio, *Vebo*, Vectiarius, vecticularius, *Vectis*, Vectīgal, &c. vectio, vecto, are, *Vebo.*

VECTIS, *is*, m. μοχλός, palus e ferro ſive ligno, ein hebebaum, hebeſtange. Ter. Eun. 4, 7, 4 *Procede huc cum vecte Donax.* Sic, *Saxa vectibus promovere*, Cæſ. B. Civ. 2, 11. *Demoliri signum ac vectibus labefactare*, Cic. in Verr. 4, 43. ¶ 2. Et *Vectes* baculi dicuntur, quibus per ſuculam trajectis, manu ipſa movetur, & attrahit. Aliter Prudentius capit vocem hanc Hymn. 8 καθημερ. v. 72 *Vectibus cadit revulsis &c.* vide ibi Spiegel. Vitruv. 10, 8 *Ferreus vectis, cum est admotus ad onus*, ein ſtoßriegel; item, ein brecheiſen. conf. Id. 6, 9; Horat. 3 od. 26, 7, & Bald. Lex. Vitruv. p. 141.

¶ Vectiārius, *i*, m. qui vectibus premit vel movet, Vitruv. 6, 9.

¶ Vecticulārius, *a, um*, ut, *Vita vecticularia*, quæ eorum eſt, qui per parietes in ædes irruunt alienas furandi gratia: *Vitam vivere vecticularium*, ſich mit ſtehlen nehren, Cato apud Feſtum.

VECTIS, *is*, f. inſula freti Britannici, Wight vulgo, in qua oppidum Neuport. vid. Suet. Veſp. c. 4.

VECTONES, *um*, m. pl. Hiſpaniæ populi, Celtiberis proximi. Lucan. 4, 9 *Vectonesque leves profugique a gente vetusta.* Al. *Vettones.* vid. Boſius ad Corn. Nepot. 22, 4, 1.

Vector, vectorius, vectrix, vectura, vide paullo poſt in *Vebo.*

VĒDIVS, *i*, m. quaſi malus divus, der höllen-gott. *Vedius*, id eſt, *Pluton, quem etiam Ditem Vejovemque dixere*, Mart. Capella lib. 2 p. 40. ¶ 2. *Vedius Pollio* ob ſævitiam in ſervos caſtigatus ab Auguſto. vid. Sen. de Ira 3, 40; & de Clementia 1, 18; & Plin. 9, 53.

Vegeo, vegetamen, vegetatio, &c. vide ſequens *Vegetus.*

VĔGĔTVS, *a, um*, ἐυαγητός, ſanus & incolumis, wacker, friſch, geſund, lebhafft; ut, *Corpore esse vegeto ac valenti*, Gell. 3, 1. *Oculi vegeti*, Suet. Cæſ. c. 45. Et, *Mens vegeta*, Cic. Tuſc. 1, 18. *Vegetum & acrem se ad aliquid faciendum præbere*, Cic. Divin. 1, 29, ſich hurtig erweiſen. Hinc Compar. *Ingenia hominum vegetiora*, Gellius præfat. *Vegetior aspectus tauri*, Colum. 6, 20. Et ſuperl. *Intervallum temporis vegetissimum agricolis*, Plin. 18, 26 hoc eſt, opportuniſſimum, tempeſtiviſſimum ad obeunda ruris opera.

¶ Veges, *ātis*, quod lexica adferunt, eſt ex corrupto Livii loco 21, 43, ubi pro *vegetibus* Gronovius & Gruterus legunt *vigentibus.*

¶ Vĕgeo, *ēre*, veteres dixerunt pro vegetare, vegetum reddere, impellere, movere, ſtärcken, erregen, antreiben. Lucret. 5, 533 *Quæ vegeat motum signis.* Et v. 1297 *Et moderarier hunc frenis, dextraque vegere.* Pompon. ap. Nonium 2, 876 *Animos Venus veget voluptatibus.* Ibid. Ennius: *Æquora salsa veges ingentibu' ventis.* vid. Feſtum. ¶ 2. Ponitur & abſolute pro vegetum eſſe, friſch ſeyn, ſtarck ſeyn. Varro ap. Nonium l. c. *Nec natus est, nec morietur: viget, vegat, utpote plurimum.* Salluſt. Cat. 3 *Audacia, largitio, avaritia vegebant*; al. *vigebant*, quod uſitatius eſt.

¶ Vĕgĕto, *avi, ātum, are*, quaſi *ve*, id eſt, valde *agitare*, vegetum facere, recreare, wacker und friſch machen, ſtärcken, erhalten. Prudentius Hamartig. v. 846 *Animo structum vegetaverat Adam.* Auſon. Edyll. 14, 6 *Maturo cupiens me vegetare die.* Gellius 17, 2 *Memoriæ vegetandæ gratia.* Mart. Capella 3 p. 223 *India salubris Favonii flabris annis singulis vegetatur.*

¶ Vegĕtātus, *a, um*, erfriſcht, geſtärckt. Prudent. Cathem. 10, 7 *Elementa tibi dum vegetata cohærent, &c.*

¶ Vegetātio, *ōnis*, f. die erfriſchung, mittheilung der lebens-krafft. Apul. 1 Met. pr. *Vt ipse fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem.*

¶ Vegetātor, *ōris*, m. qui vegetat. Oratione ad Deum, quæ Ephemeride Auſonii habetur, a quibusdam Paulino Nolano tributa, v. 16 *Irrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum.*

¶ Vegetāmen, *ĭnis*, n. die lebens-krafft. Prudentius Hamartig. v. 75 *Sunt tria nempe simul, lux, & calor, & vegetamen.* Et v. 298 ejusdem libri: *Nostræ vegetamina vitæ.*

¶ Vegetābilis, *e*, quod vegetari poteſt, wachsthümlich; ut, *Planta, Radix vegetabilis*, Ammian. 22, 8. *Favonii vegetabilia flabra*, Mart. Capella 3 p. 223.

¶ Vegetātivus, *a, um*, idem apud Philoſophos; ut, *Anima vegetativa.*

¶ Con-

¶ Convĕgĕto, *are*, erfriſchen, kraft geben, apud Auguſtinum.

VĔGĔTIVS, *i*, m. Flav. auctor, ſcripſit de re militari libros quinque ad Valentinianum Imp Gratiani fratrem. v. Barth. Adverſ. 28, 11. v. Fabricii Bibl Lat. p. 616. ¶ 2. *P. Vegetius* Mulomedicinæ quatuor libros ſcripſit, editos a Sambuco 1574.

Vegrandis, vide *Grandis*, Veha, *Vebo*.

VĔHĔMENS, *tis*, gen. omn magnus, gravis, heftig, wichtig. Proprie ad mentem refertur: Eſt enim a *ve* intendendi particula, & *mens*. Gellius 16,5 *Vemens a mentis vi atque impetu dicitur*. Eſt igitur *Vemens* purum ac genuinum: cui poſtea *he* per epenthelin infartum. Ter. Andr. 1,1, 122 *Ne hæc ſatis quidem vehemens ad objurgandum*, ſtarck genung. Id. Heaut. 3, 1, 31 *Vehemens in utramque partem es nimis, aut largitate nimia, aut parſimonia*. Nam in quamcunque partem tales naturæ incumbunt, in ea hærent non avellendæ temere, moraturæ rurſus, quo jam traductæ. Exemplum hujusmodi ingenii in Latrone Porcio egregie deſcribit Seneca pater Prœmio lib. 1 Controv. Sic, *Exordium dicendi vehemens & magnax*, Cic. de Orat. 2, 78. Et, *Oratio vehemens & atrox*, cui *levis* opponitur, ibid. c. 49. Idem in Vatin. c. 2 *Nimium vehemens feroxque natura*. Et, *Vehemens opera*, quæ modum non ſervat, nimia, Horat. epiſt. 13, 5. Et Liv. 3, 19 *Non in plebe coërcenda, quam ſonatu caſtigando, vehementior fuit*. Id. 9, 19 *Vehementius ictu mitigaque telum*. Celſ. 6,7 *Si vehementius malum eſt*. Colum. 4, 16 *Vehementio aſtatumina*, i. e. validiora. Cato R. R. c. 157 *Braſſica tenui ſucco vehementiſſima*. Hirt. B. Gall. 8, 15 *Vehementiſſimo curſu fugerunt*. ¶ 2. *Vemens*, pro *vehemens*, apud Lucret. 3, 153; & Horat. 2 epiſt. 2, 120 legitur.

¶ Vĕhementer, adv. acriter admodum, heftig, ſehr. Cic. Phil. 8, 5 *Vehementer me agere fateor, iracunde nego*. Et, *Vehementer, acriter, animoſe fieri*, Id. Tuſc. 4, 23. *Pugnum arcte vehementerque comprimere*, Id. Acad. 4, 47. *Vehementius trahi*, Curt. 6, 9, 2. *Vehementius exterreri*, Cæſ. B. Civ. 2, 4. Et ibid. c. 6 de navigiis collidentibus: *Vehementiſſime ex concuſſa laborare*, hart zuſammen ſtoſſen. *Vehementiſſime ſe exercere*, Cic. de Orat. 1, 33. *Erat mihi vehementiſſime gratum*, Id. fam. 13, 32.

¶ Vehementia, *æ*, f. die heftigkeit, gewaltſamkeit; ut, *Vehementia odoris*, Plin. 13, 8.

¶ Vehementeſco, *ĕre*, heftig werden. Cæl. Aurel. Tard 4,6 *Cum viderint fluorem vehementeſcere*. Id. 1, 2 *Vehementeſcit hæc paſſio hieme*. Id. 2, 6 *Paſſio vehementeſcere cœpit*.

Vehes, vehiculum, &c. vide ſequens *Veho*.

VĔHO, *vexi, vectum, vehĕre*, führen, & Paſſ. Vehor, *vectus ſum, vehi*, proprie eſt, equo, navi, curru, plauſtro geſtari, fahren. Nam proprie jumenta vehunt, quæ corpore ferunt impoſita, tum currus & naves. Ovid. de Arte 1, 94 *Formica cum vehit ore cibum*. Cic. de Divin. 2, 70 *Curru quadrigarum vehi*. Et ibid. c. 68 *Equus, in quo vehebar, mecum una demerſus rurſus apſaruit*. Nep 14, 4, 5 *Equo concitato ad hoſtem vehitur*. Ovid. de Arte am. 3, 777 *Parva vehatur equo*. Cic. de N. D. 3, 37 *In navibus vehi*. Id. Phil. 2, 24 *Vehebatur in eſſedo tribunus*. Id. in Piſ. c. 25 *Vehi per urbem*. Id. Att. 2, 9 ext. *Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare*. Ovid. Faſt. 2, 115 *Pretium vehendi*, fracht, fuhrlohn. Cæterum vehi curru eodem cum proceribus magnus honor eſt. v. Barth. ad Stat. Theb. 5 p. 317, & Achill. 1 p. 1607. ¶ 2. Homines, cum collo & humeris vel quocunque alio modo geſtant & bajulant, *vehere* dicuntur, tragen. Plaut. Moſt. 3, 2, 96 *Ego homines habeo clitellarios: Magni ſunt oneris: quicquid imponas, vehunt*. S. Hieron. in c. 10 Matthæi: *Cellarium ſecum vehunt*. Loquitur de philoſophis, qui in pera annonam ſecum ferebant. Sedulius acroſtich. v. 72 *Æger vehebat lectulum*. Sed magis abuſive aliquanto poſt v. 81 *Xeromyrrham poſt ſabbatum Quædam vehebant corpori*. Sermo ei de mulieribus eſt, quæ Chriſtum mortuum veniebant uncturæ. Sen. epiſt. 31 *Deus ille maximus potentiſſimusque ipſe vehit omnia*. Quod plane ad litterarum ſacrarum mentem, in quibus Deus *portare omnia verbo virtutis ſuæ* dicitur. ¶ 3. De inanimatis Tibull 1, 4, 60 *Dum velit amnis aquas*. Curt. 8, 9, 4 *Indus aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes*. ¶ 4. Per Metaphoram Cic. Tuſc. 1, 30 *Tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio*, i. e. procedit, progreditur.

¶ Vehens, *tis*, & qui vehit, & qui vehitur, führend, fahrend. Cic. de Clar. Or. c. 97 *Adoleſcentia per medias laudes quaſi quadrigis vehens*. v. Gronov. ad Liv. 2, 19, a quo tamen Drakenborch. diſſentit, & pro *infeſtis vehentium haſtis, venientium*, quod in editis & manuſcriptis eſt, ſubſtituit. Gell. 16, 19 extr. *Delphinus vehens & humo inſidens*, Id. 5, 6 *Equo vehente*, reitend. Et cum præpoſitione Quadrig. apud Eundem 2, 2 *Obviam in equo vehens venit*. Juſtin. 11, 7, 13 *Plauſtro vehens*.

¶ Vectus, *a, um*, geführt; ut, *In nave vectus*, Nepos 12, 4, 3; *jumentis junctis*, Id. 20, 4, 2; *nunquam alio vehiculo*, Vellej. 2, 59, 3. *Apes trans æthera vectæ*, Virg. Æn. 7, 65. Et Catull. 64, 1 *Super alta vectus Atys celeri rate maria*. Varro ap. Nonium 1, 60 *Molliter vectus*.

¶ Vectio, *ōnis*, f. die fuhre, die führung. Cic. de Nat. D. 2, 60 *Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones: quorum celeritas atque vis nobis ipſis affert vim & celeritatem*.

¶ Vector, *ōris*, m. qui vehitur, ein ſchiffahrender. Quintil. Decl. 6 *In navem filii mei male permutatus vector impono*. Cic. Phil. 7 extr. *Et ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent*. conf. Petron. c. 103 & 107. ¶ 2. Speciatim ſignificat *portthmea*, der überfahret, qui & *portitor* dicitur. Vet. Gloſſ. *Vector, πορθμεύς*. ¶ 3 Eques, Ovid. Art. am. 3, 555 *Sed neque vectori equum, qui nuper ſenſit habenas, Comparibus frenis artificemque vegat*. Add. Id. Triſt. 1, 3, 115; & Drakenb. ad Sil. 17, 138. ¶ 4 De equo &c. Apul. Apol. pag. 287 *Equus ſi virtutibus polleat, ut ſit æquabilis vector & curſor pernix*. Ovid. Faſt. 1, 433 *Sileni vector aſellus*. ¶ 5. De bajulante. Sic *Atlas cœli vector*, Sen. Medea v. 1968, ein träger. Stat. Theb. 9, 858 *Vector fulminis albus olor*.

¶ Vectrix, *īcis*, f. Paulinus Nolanus epiſt. 49, 8 *Vectricem draconis Epidauro navem venerantur*.

¶ Vectōrius, *a, um*, führend, fahrend; ut, *Vectorium navigium*, ein transportſchiff. Cæſ. de Bell. Gall. 5, 8. *Navicula vectoria*, Suet. Cæſ. c. 63.

¶ Vectārius, *a, um*, idem; ut, *Vectarius equus*, i. e. ad vehendum idoneus, ein mausreferd, zupferd. Varro de R. R. 2, 7. conf. Plaut. Suppoſ. prolog. Bacch. v. 32. Sed *Vectiarius* vid. in *Vectis*.

¶ Vectūra, *æ*, f. die fuhre, das fahrwerck, die fahrt. Cic. Verr. 3, 82 *Difficultas vecturæ*. Cæſ. B. Civ. 3, 42 *Vecturas frumenti civitatibus deſcripſit*, er hat leglicher ſtadt gewiſſe korn-fuhren angeſetzt. Varro R. R. 1, 16 *Fundum fructuoſiorem faciunt vecturæ, &c.* Ibid. 2, 7 de equis: *Alii idonei ſunt ad rem militarem, alii ad vecturam*. Col. 2, 13 *Vecturæ feni & pabulorum &c.* Cic. Att. 1, 3 *Miſimus, qui pro vectura ſolveret*. Plaut. Aſin. 2, 4, 26 *Equis pro vectura olivi reſolvit?* ¶ 2. Sed & pretium ipſum, ſeu merces, quæ pro vectura ſolvitur, *vectura* appellatur, das fuhrlohn, fracht. Vet. Gloſſ. *Vectura, φορετρον, ναῦλον*. Plaut. Moſt. 3, 2, 138 *Tres minas pro iſtis præter vecturam dedi*, auſſerhalb des fuhrlohns. conf. Petron. c. 101.

¶ Vecturārius, *i*, m. qui præeſt vecturis, der wagenmeiſter. Theod. Cod. L. 14, 6 *Vecturarios præcipimus trecentos boves dare*.

¶ Vecto, *avi, atum, āre*, frequentativum, führen. Virg. Æn. 6, 391 *Corpora viva nefas ſtygia vectare carina*. Sic, *Equo vectari*, reiten, Ovid. Met. 8, 374. Et Curt. 3, 3, 22 *Tuba feminarum equis vectabatur*. Gell. 16, 19 *Contigit, delphinum dorſo ſuper fluctus edito vectaviſſe Arionem*. Id 11, 3, *Motandi corporis gratia aut ſpatiamur, aut vectamur*. Lamprid. Heliog. c. 28 *Canes junxit ad currum, & ſic eſt vectatus &c.* cont. c 29. Petron. c. 101 *Voluptatis cauſſa huc atque illuc vectatur*. conf c 119; & Liv. 35, 35.

¶ Vectātus, *a, um*, geführt. Liv. 35, 35 *Paulisper cum tyranno vectatus*. Manil. 2, 138 *Vacua vectatus in orbe*.

¶ Vectātio, *ōnis*, f. die fuhre. Suet. Calig. c. 3 *Gracilitas crurum paullatim repleta aſſidua equi vectatione poſt cibum*, durch das reiten. Seneca de Tranquillit. an. c. 15 *Aliquando vectatio iterque vigorem dabunt*.

¶ Vectābĭlis, *e*, was ſich fahren läſt, wohl zu führen iſt. Sen. Quæſt. Nat. 3, 25 *Ipſius Inſulæ materia vectabilis*: alii legunt *Vectibilis*.

¶ Vectābŭlum, *i*, n. vehiculum, ein wagen. Gellius 20, 1 *Vectabulum adjunctis pecoribus trahebatur*.

¶ Vectāculum, *i*, n. idem. Tertull. de Baptiſmo c. 3 *Dignum vectaculum Deo*, puta, aqua in creatione. Idem de Anima c. 53 *Auriga corporis, ſpiritus animalis, deficientis vectaculi nomine, non ſuo deficit*.

¶ Vectĭto, *āre*, frequentativum novum a *Vectare*. Arnob. 5 p. 183 *Curru quadrijugo vectitatus*.

¶ Vectīgal, *ālis*, n. proprie & primo, quod ex vectura penditur; *portorium* etiam appellatur, zoll, bruckengeld. Deinde ad alios quoque publicos reditus, qui vel ex agris ſcripturariis, ſive elocatis vel ex decimis veniebant, transfertur, ſteuer, zinſe, ſchoß, pachtgeld. Vnde *Vectigal* triplex factum: Cic. pro L. Manilia c. 6 *Ita neque ex porta, neque ex decimis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt*. v. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 10, 2. Omnis denique publici reditus *vectigalis* nomine veniebant, alles gemeine einkommen. Suet. Aug. c. 46 *Italiam duodecim ſignita coloniarum numero deductarum ab ſe frequentavit, ac vectigalibus publicis plurifariam inſtruxit*. Et c. 49 *Ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituit*. Hæc vectigalia erant *centeſima rerum venalium: damnatorum bona: Vigeſimæ legatorum*, exceptis pauperibus & proxime junctis, ut Dio, Tacitus, Plinius, alii docent. Ita etiam *centeſimarum, ducenteſimarum, quadrageſimarum, &c.* mentio paſſim fit in nummis. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 13 p. 545. Differt a *Tributo*. *Vectigal*; quod vectigal ad capita & opes mobiles, tributum ad agros fundosque ſpectabat. Deinde quod ex vectigali ſolverentur ſtipendia militi; ex tributo neceſſitates reipubl. cæteræ ſuſtinerentur, quo fine & inſtitutum primo fuit. Plin. Paneg. c. 37 *Onera imperii, pleraque vectigalia inſtituit, ut pro utilitate communi, ita ſingulorum injuriis coërcuerunt*. Et hac de cauſſa VECTIGALIA, Cicero *Reipubl. nervos* eadem Orat. quam paullo ante laudavimus, vocat. De *Vectigalium* & *Tributorum* diſcrimine v. & Lipſ. de Magnitud Rom. 2, 2 & Sam. Petit. Var. Lect. 2, 1. Sed illud auctores non ſemper obſervant, & promiſcue habuit has voces Sueton. in Calig. c. 40. Nam quod in ipſo initio *Vectigal* nominaverat, poſt paullo *Tributi* nomine deſignat. *Conſtituere vectigal*, Cic. Att. 2, 16. Et, *Exercere vectigalia*, pro L. Manil. c. 2; & *Exigere*, Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 11, zoll eintreiben. *Pendere vectigal*, Cic. ibid. Et, *penſitare*, pro L. Manil. c. 6, zoll geben. *Agrum levare vectigali*, ſicut prop modum, Id. Cic. de Clar. Orat. c. 76 *Vectigal agro imponere*, contrarium apud Plin. 7 epiſt. 18, zinſen machen. De vectigalibus populi Ro eſt elegans P. Burmanni liber, e quo peti poſſunt omnia, cui pleraque etiam debet Pitiſcus. ¶ 2. De privato reditu accipitur. v. g. *Non egeo vectigalibus, & parvo contentus eſſe poſſum*, Cic. Att 12, 19; Add. 12, 25 pr. Et, *Non intelligunt homines, quam magnum ſit vectigal parſimonia*, Cic. in Parad. 6, 3, ſparſamkeit iſt eine groſſe beſteuer. Id. Off. 2, 25 *Vectigalia urbana ruſticis anteponantur*, i. e. proventus vel reditus urbani. ¶ 3. *Vectigalia* pro terris vectigalibus Salluſt. Hiſt. 1 oratione Philippi contra Lepidum c. 8 *Mithridates in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur, diem belto circumpiciet*. Cic. Verr. 2, 3 *Quoniam quaſi prædia populi Rom. ſunt vectigalia noſtra atque provinciæ*. ¶ 4. *Vectigaliorum*, genit. pl. Suetonius formavit Auguſt. extr.

¶ Vectīgālis, *e*, quod vectigal pendit, das da zollet, ſteuerbar, tributs mäſſig; ut, *Agri vectigales*, Cic. in Verr. 3, 43 extr. *Provincia vectigalis*, Idem in Piſon. c. 36. Et, *Civitas*, in Verr. 3, 34. (Contrarium eſt *immunis*.) *Vectigales equi*, Cic. Phil. 2, 25. *Pecunia vectigali*, Idem Verr. 1, 55, quæ ex vectigalibus colligitur. *Vectigalis ſtipendiariusque*,

ave & servus populi Romani, Liv. 21, 41. *Hos vectigales sive fecerunt*, Cæs. B. Civ. 4, 3. Sic, *Vectigales pecuniæ*, Tac. An. 4, 6, 5.

¶ Vectigaliārius, *i*, m. qui vectigal exercet, ein zöllner, accißeinnehmer. Iul. Firmic. 3, 13, 2 *Publicani aut vectigaliarii.*

¶ Veha, *æ*, f. antique *via*, per quam omnia vehuntur, der fahrweg. Varr. R. R. 1, 2 *Rustici etiam nunc quoque viam vehan appellant propter vecturas.* ¶ 2. Etiam *brevis veha vehiculum dictum est*, Varr. L. L. 4, 32, ein karn.

¶ Vehes, *is*, f. ein fuder; ut, *Vehes fœni*, Plin. 36, 15; *Vehes stercoris*, Colum. 2, 15; & 11, 2, ein fuder heu, miſt. Poſtremo hoc loco etiam bis *Vehis* pro *vehes* dicitur.

¶ Vehēla, *æ*, f. plauſtrum, ein wagen. Apud Capitolinum in Maximinis c. 13, ubi de *Sybaris vehiculis* ſermo eſt, optimus liber pro *vehiculis* legit *vehelis*. v. Salmaſ. ad h. l. p. 251.

Velatura ſeu Vellatura eſt quaſi *vehelatura*. v. in *Velum*.

¶ Vella pro *villa* primo dixerunt veteres & a *vehendo* derivarunt, ſi fides Varroni R. R. 1, 2, 14. vid. *Villa*.

¶ Vehĭculum, *i*, n. in quo vehitur aliquid, ein wagen, karn. Nam ein ſchlitten, *traha* eſt. Vehiculum cum quatuor rotis primum Phryges invexerunt, Plinio teſte 7, 56. *Vehiculum triumphale*, Cic. in Piſ. c. 25. *Vehiculum meritorium*, Suet. Cal. c. 29, ex quo fit quæſtus, ein miethwagen. *Vehicula comprehendere*, zuſammen bringen, preſſen, Suet. Tib. c. 38. *Exigere vehicula*, Plin. Paneg. c. 20. *Erat deſiderantibus paratum junctum vehiculum*, Vell. Paterc. 2, 114. conf. Gron. Diatr. Stat. c. 9. ¶ 2. Pro *navi* nonnunquam dixere Latini, ut oſtendit Fr. Nanius in Curis ſecundis ad Nonni paraphr. Ipſe Cic. N. D. 2, 35 *Qui navem nunquam ante vidiſſet, vehiculum Argonautarum conſpexit.*

¶ Vehiculāris, *e*, ad vehiculum ſpectans, zum wagen gehörig; ut, *Vehicularis curſus*, qui & *curſus publicus* appellabatur, die poſt. Dig. 50 t. 4 l. 18 § 4. Et, *Munera rei vehicularis*, ibid. l. 1 § 1, das poſtweſen. Nam modicis intervallis per militares vias diſpoſita erant vehicula, quæ nuntios tollerent atque perferrent ad principem, quo nemo celerius poſſet, quid in quaque provincia gereretur. Quod Romæ primus inſtituit Auguſtus, auctore Suetonio ejus vita c. 49. v. ibi interpretes: nec non Caſaub. ad Spartiani Hadrianum f. 15.

¶ Vehiculārius, *a*, *um*, idem. Sic *Vehicularium curſum* Capitolinus dixit in Antonino Pio c. 12. Idem & *Vehicularium munus* de ipſa cura, ſeu præpoſitura curſus publici in vita Severi c. 19, das poſtweſen, poſtamt. In veteri inſcriptione *Vehiculatio* dicitur, ut obſervavit Lipſius ad Plinii Paneg. loco paullo ante citato. Et, *Res vehiculariæ*, Ammian. 14, 11. *Vehicularius fabricator*, ein wagner, Capitolin. in Max. & Balb. c. 5.

¶ Vehiculatio, *ōnis*, f. das poſt-werck. Vet. nummus apud Illuſtr. Spanhem. Diſſ. 13 pag. 561 & 570 VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA. Munus ita dictum.

¶ Vehītio, *ōnis*, f. idem. Lege 3 Cod. Theod. de calcis coctoribus. Nam *ruſtici etiam nunc quoque viam vehan appellant propter vecturas*, ut Varro notat de R. R. 1, 2.

Vexo, *are*, vide poſtea ſuo loco.

Compoſita a *Veho*:

¶ Avĕho, *xi*, *ctum*, *ĕre*, abführen, wegführen. Plaut. Men. 5, 9, 56 *Quæres agnos natus, quam te patre e patria avehit?* Ter. Adelph. 4, 5, 19 *Invenit, ut secum avehat.* Et Cæſar ap. Suet. c. 66 *Vetuſtiſſima nave impoſitus, quocunque vento in quascunque terras jubeo avehi.* conf. Liv. 31, 43.

¶ Avectus, *a*, *um*, weg geführt; ut, *Avecti hoſtes*, Virg. Æn. 2, 43. *Corpora avecta*, Id. Æn. 11, 208.

¶ Advĕho, *xi*, *ctum*, *ĕre*, zuführen; ut, *Magnum frumenti numerum Rhodum advehere*, Cic. Off. 3, 12. *Advehere per mare*, Plaut. Trin. 4, 4, 80; & *trans mare*, Plin. 35, 17, über meer zuführen, über waſſer. *Advehi nave*, Ser. Sulpic. ad Cic. fam. 4, 12. Et, *Advehere equo*, Cic. Divin. 1, 28.

¶ Advectus, *a*, *um*, herzugeführt; ut, *Claſſis advecta*, Virg. Æn. 5, 864. *Advectus Æneas claſſi*, Id. Æn. 8, 11. *Advecta militum copia*, Hirt. B. Afric. c. 11; *Advecti commeatus*, Curt. 6, 2, 15.

¶ Advectus, *ūs*, m. ſubſt. die zuführung. Tac. Hiſt. 4, 84, 6 *Hæc de exortu & advectu Dei celeberrima.*

¶ Advectio, *ōnis*, f. idem. Plin. 9, 54 *Nuper excogitatum, famem longæ advectionis a Brundiſio, compeſcere in Lucrino.* De peregrinis piſcibus.

¶ Advector, *ōris*, m. qui advehit. Apul. 4 Florid. p. 363 *Advectorem ſibimet equum deligunt.*

¶ Advectĭtius, *a*, *um*, aliunde advectus, fremd, hergebracht: ut, *Vinum advectitium*, Salluſt. B. Iug. c. 44.

¶ Advecto, *are*, frequent. zuführen. Tac. An. 6, 13, 2 *Rei frumentariæ copiam advectare.*

¶ Arvĕho, *ere*, antique pro *advehо*. Cato R. R. 138 *Boves arvehant ſigna, fabricia, frumentum.*

¶ Arvectus, *a*, *um*, pro *Advectus*. Nam antique *ar* pro *ad* poſitum. Sic, *Trapetum ubi arvectum erit*, Cato R. R. c. 135.

¶ Circumvĕho, *xi*, *ctum*, *ĕre*, herumführen; ut, *Circumvehi claſſe*, herumfahren, Liv. 8, 26. *Muliones circumvehi jubet*, Cæſ. B. G. 7, 45.

¶ Circumvehens, *tis*. Nepos 13, 2, 1 *Præfectus circumvehens Peloponnesum.*

¶ Circumvectus, *a*, *um*, herum geführt. Plaut. Moſt. 4, 3, 3 *Interras ſolas orasque ultimas circumvectus.* Liv. 3, 28 *Circumvectus equo*, der herum geritten. Id. 21, 60 *Montes circumvectus*, ſcil. claſſe. conf. Id. 22, 31 pr. & Cæſ. B. Civ. 3, 63

¶ Circumvectio, *ōnis*, f. die umfahrt; ut, *Solis circumvectio*, Cic. de Univerſ. c. 8 Et Attic. 2, 6 *Portorium circumvectionis.*

¶ Circumvecto, *are*, frequentativum, herumfahren. Plaut. Rud. 4, 2, 28 *Oppida circumvectabor.* Virg. Georg. 3, 285 *Singula dum capti circumvectamur amore.*

¶ Convĕho, *xi*, *ctum*, *ĕre*, zuſammen führen; ut, *Plauſtris æs & ærarium convehere*, Liv. 4, 60. *Convehere prædam ex caſtris*, Id. 3, 23. Cæſ. B. C. 1, 34 *Frumentum ex finitimis regionibus in orbem convexerant.* De frumento ſæpe adhibuit Livius ut, 14, 2, 5, 26; 23, 27; 24, 36.

¶ Convectus, *a*, *um*, zuſammen geführt; ut, *Commeatus convecti*, Liv. 24, 36.

¶ Convectio, *ōnis*, f. die zuſammenführung. Ammian. 14, 10 *Annonæ convectio eſt impedita.*

¶ Convector, *ōris*, m. qui in eadem navi navigat, ein ſchiff camerad. Cic. Att. 10, 17 *Navi ejus me, & ipſo convectore uſurum puto.*

¶ Convecto, *avi*, *atum*, *are*, frequentat. zuſammen ſchleppen. Tac. Hiſt. 3, 27, 4 *Ex proximis agris ſcalas convectant.* Virg. Æn. 7, 749; & 9, 613 *Convectare juvat prædas, & vivere rapto.* Illuſtrat hoc vocabulum Gronov. ad Liv. 24, 36.

Convexare, & Convexus, vide infra in *Vexo*.

¶ Devĕho, *xi*, *ctum*, *ĕre*, abführen, hinabführen; interdum etiam idem quod *vehere* ſimplex, ſed elegantius; ut, *Devexit Tiberi commeatum*, Liv. 4, 52. *Devehere in ultimas terras*, Idem 21, 10. Rutil. itin. 1, 154 de Tiberi, *commercia ripis Devehat hinc variis, ſubvehat inde maris.*

¶ Devectus, *a*, *um*, geführt, abgefahren. Cicer. Phil. 1, 4 *Ego, celeriter Veliam devectus Brutum vidi.* Tac. An. 4, 73, 1 *Iuxer itum Rheno devectum Friſiis intulit.* Id. Annal. 3, 9 *Mox Tiberi devectus, auxit vulgi iras.* Virg. Ge. 2, 405 *Devecta ſarmenta.*

¶ Devectio, *ōnis*, f. die abführung. Gloſſ. Vet. *Devectio*, βασαγή.

¶ Devecto, *are*, frequent. wegführen. Sedulius de Reſurrectione Chriſti, contra cuſtodes, qui a pontificibus corrupti, furto corpus Domini ablatum dicebant, ita diſputat: *Anne beati Corporis ablator velocius eſſe putavit, Solvere contectum, quam devectare ligatum?*

Devexare, & Devexus, vide infra in *Vexo*.

¶ Eveho, *xi*, *ctum*, *ĕre*, extrahere, aus- oder herausführen; item, erheben; ut, *Evehere ſua merces*, Plin. 6, 19 *Plauſtris aut fluminibus evehi atque invehi*, Varr. R. R. 1, 16. *Evehere aliquem ad Deos*, Horat. 1 od. 1, 6; *in conſulatum*, Vellej. 2, 30, 3. *Tranquillitas maris in altum evexit*, Liv. 25, 27. *Alii, reſolutis oris in ancoras evehantur.* Id. 22, 19. conf. Gron. obſerv. 4, 36. *In cælum quos evehit optima ſummi &c.* Iuvenal. 1, 38.

¶ Exveho, *ere*, idem; ut, *Merces exvehendas conducere*, ICt. l. 5 ff. ad exhibend.

¶ Evehens, *tis*. Plin. 2, 103 *Alpes ſuas tantum, quas intulere, aquas evehentes.*

¶ Evectus, *a*, *um*, heraus geführt; item, erhaben. Cic. Verr. 1, 20 *Omnia ex fanis ploſtris evecta aſportataque.* Liv. 42, 62 *Spe vana evectus.* Metaphora a navigatione ap. Quintil. 6, 1 *Confragoſis, aſperis evecti, tota pandere poſſumus vela* Vellej. 2, 53, 3 *In id evectus, ſuper quod adjecti non poteſt*, der es aufs höchſte gebracht. Id. 2, 56, 3 *In ſummum evecti faſtigium*

¶ Evectus, *ūs*, m. ſubſt. pro evectione, quæ fit navi aut curru, die ausfuhrung, ausfahrt. Plin. 18, 5 *Navigiorum evectus.*

¶ Evectio, *ōnis*, f. die erhebung. Apul. Met. 5 p. 169 *Sublimis evectio.* ¶ 2. Die ausfuhre. Gloſſ. Vet. *Evectio*, μεταγωγή, μετακομιδή, ἐκκομιδὴ πράγματος. ¶ 3. *Evectiones* dicebantur litteræ & diplomata, quibus jus atque copia curſus publici uſurpandi & aliquid evehendi concedebatur. v. Savaronem ad Sidonii 5 epiſt. 20. Huc pertinet illud Capitolini in Pertinace c. 1 *Dein præfectus cohortis in Syria præfectus, P. Auretio imperatore, a præſide Syriæ, quod ſine diplomatibus curſum publicum uſurpaverat, pedibus ab Antiochia ad Legationem ſuam iter facere coactus eſt.* Curſus publicus eſt, qui per vehicula publica uſurpatur. Vide ſupra *Vehiculāris* paullo ante compoſita hujus verbi. Symmach. 1 epiſt. 21 (al. 22) *Accepi evectiones quatuor.* Idem 4, 6 *Evectiones impetraſſe me gaudeo.* Et 7, 48 *Evectionum adminicula ſumere.*

¶ Evecto, *are*, frequentativum. Gloſſ. Vet. *Evecto*, ἐποχέμαι.

¶ Inevectus, *a*, *um*, hineingeführt. Virgil. in Culice v. 140 *Tendit inevectus cælum ſuper omne.* Ita Scalig. ex Mſs. Sed vulgo *Iret inevectus &c.* Vide utrobique locum integrum.

¶ Invĕho, *xi*, *ctum*, *ĕre*, hinein führen; ut, *Invehere in ærarium*, Cic. Off. 2, 22. *Invehere mala*, Id. Tuſc. 2, 8, id eſt, importare, unglück einführen. *Divitiæ avaritiam invexere*, Liv. præf. *Invehi equo*, Liv. 8, 9; *curru*, Cic. de Somn. Scip. c. 2; *Flumine*, Id. de Fin. 5, 24. *In portum ex alto invehi*, Id. pro Mur. c. 2. Liv. 40, 25 *Invehebant ſe hoſtes & in partibus extremis jam pugnabatur*, ubi alia exempla Drackenborch. congeſſit. De altera infectandi & reprehendendi notione vide ſequens *Invehor*.

¶ Invĕhor, *invectus ſum*, *invĕhi*, paſſiv. eſt infectari, vel, maledictis in aliquem ferri, einen ſchelten, anfahren, herunter machen, ſein laſter durchziehen. Accuſativum cum præpoſitione adjicitur perpetuo; ut, *Invehi in aliquem acerbe & contumelioſe*, Cic. de Orat. 2, 75. Et, *Graviter invehi*, de Orat. 3, 1. *Invehi & maledicere*, Cic. de Orat. 2, 74. *Acerbius invehi in aliquem*, Id. de Amic. c. 16. Et de Nat. D. 3, 40 *Invehi in ea ſtulta aliquorum vehementius*, Nepos 20, 5, 3 *Cum nonnulla inveheretur in Temoleonta*; *Nonnulla*, id eſt, nonnihil. Similiter, 15, 6, 1 *Cum in oratione ſua multa invectus eſſet in Thebanos: Multa*, pro multum, adverbialiter.

¶ Invehens, *tis*, Cic. de Nat. D. 1, 28 *Triton pingitur natantibus inveheus beluis, adjunctis humano corpori.* ¶ 2. In maledicendi notione invenitur etiam active. Cic. Phil. 2, 29 extr. *De quo Cæſar in ſenatu aperte in te invehens, queſtus eſt.*

¶ Invectus, *a*, *um*, eingeführt. Cic. de Invent. 1, 1 *Video per diſertiſſimos homines invectam partem incommodorum.* Add. Varr. R. R. 1, 16 Plin. 6, 22 *Invectus portum.* Virg. Ge. 3, 558 *Invectus equis.* Idem Æn. 8, 714 *Triplici invectus triumpho mœnia.* Liv. 5, 29

Invectus urbem triumphans. Idem 22, 15 *Concitatis equis invectus.* Idem 44, 7 *Ab invectis jam portam audit.* ¶ 2. Vituperans. Ovid. Triſt. 2, 133 *Triſtibus invectus verbis.*

¶ Invectus, *ûs*, m. ſubſt. die zufuhre, einfuhre, einführung. Plin. 4, 1 *Inſulam aſſiduo terræ invectu continenti annectere.*

¶ Invectio, *ōnis*, f. idem. Cic. Off. 2, 3 *Rerum, quibus abundamus, exportatio; quibus egemus, invectio.* ¶ 2. *Invectio* quoque ex altera notione, das ſchelten; ut, *Animus in odium alicujus invectionis concitatus*, al. *invectione*, id eſt, infectatione, Cic. de Invent. 2, 54.

¶ Invector, *ōris*, m. qui invehit. Ambroſius Hexaemer. 2, 3 *Pudus maritimorum commeatuum Italicis ſubſidiis fidus invector.* Et Symmachus 10 epiſt. 27 (ed. Iureti, vel epiſt. 34 ed. Sciopp.) ad Valentin. Auguſt. *Lanati pecoris invector.*

¶ Invectrix, *īcis.* Ambroſ. epiſt. 82 *Invectrix mali voluptas.*

¶ Invectĭtius, *a, um*, quod invectum eſt, ausländiſch. Sen. epiſt. 23 *Quodcunque invectitium gaudium eſt, fundamento caret.* Plin. 10, 29 *Invectitias eſſe in Aſia columbas*, id eſt, non indigenas.

¶ Invectīvus, *a, um*; ut, *Invectivæ orationes*, quibus in mores alicujus invehitur, ſchelt-ſchriften, ſchelt-reden, cujusmodi Ciceronis ſunt Philippicæ in Antonium. Ammianus 22, 32 Iuliani Aug. Miſopogonem vocat *volumen invectivum.*

¶ Invectīvălĭter, adv. idem. Sidon. 1 epiſt. 11 *Invectivaliter carpere.*

¶ Superinvĕho, *ĕre*, neben einführen. Avienus in Arat. v. 1159 *Fluctigeni ſpeciem monſtri ſuperinvehit auſter.*

¶ Pervĕho, *xi, ctum, ĕre*, fortführen, hinbringen; ut, *Pervehi aliquo*, hingebracht werden. *Inde ad nos non pervehuntur*, Plin. 35, 6. *Velis paſſis aliquo pervehi*, Cic. Tuſc. 1, 49. Et, *In Aſiam atque inde Romam pervectum eſt*, Tac. Hiſt. 2, 9, 4. *Navigatione ſecundâ pervehi*, Idem An. 2, 8, 1. ¶ 2. *Pervehi in portum*, metaphorice: Cic. Att. 14, 19 *Alium portum propiorem huic ætati videbamus, in quem malleni equidem pervehi florente Bruto noſtro, conſtitutâque rep. Pervehi ad exitus optatos*, Idem Offic. 2, 6.

¶ Pervectus, *a, um*, hingeführt, hingebracht; ut, *Pervectus in littus*, Plin. 9, 8. *Illa cito paſſu pervecta ad littora*, Sil. 8, 126. conf. 4, 51.

¶ Prævector, *ōris*, m. ein überbringer. Symmachus 4 epiſt. 64 *Pervector apicum*, id eſt, tabellarius.

¶ Perveho, *ĕre*, vorher führen, fürüber führen. Tac. Hiſt. 4, 71, 9 *Dum miſſilia hoſtium prævehuntur*, indem ſie vorbey fahren.

¶ Prævectus, *a, um*, vorher geführt, voran marſchirt. Liv. 9, 35 *Equites Romani prævecti per obliqua campi.* Idem 24, 44 *Prævectus equo.*

¶ Prætervĕho, *xi, ctum, ĕre*, fürüberführen, paſſ. vorbeyfahren. Cic. de Fin. 5, 18 de Sirenibus: *Vocum ſuavitate revocare eos ſolitæ, qui prætervehebantur.* Idem pro C. Balb. c. 1 *Prætervecta eſt oratio aures veſtras*, ihr habt es verhort. Contrarium eſt: *In animis omnium inſedit*, l. c. Et in Phil. 7, 3 *Periculoſiſſimum locum ſilentio ſum prætervectus.*

¶ Prætervehens, *tis.* Suet. Aug. c. 93 *Iudæam prætervehens.* Id. Cæſ. c. 37 *Triumphi die Velabrum prætervehens.* Et c. 78 *Subſellia tribunitia prætervehens.* Liv. 22, 49 *Prætervehens equo*, vorbey reitend.

¶ Prætervectus, *a, um*, vorbey gefahren; ut, *Littora rectis prætervectus aquis*, Stat. Theb. 5, 472. *Oratio prætervecta ſcopulos*, Cic. pro Cælio c. 21. *Claſſis continentis oras prætervecta*, Liv. 22, 20.

¶ Prætervectio, *ōnis*, f. die vorüberfahrt. Cic. in Verr. 5, 66 extr. *Prætervectione omnium, qui ultro citroque navigarent.*

¶ Provĕho, *xi, ctum, ĕre*, fortführen, item, fördern, paſſ. fortfahren. Cic. in Verr. 5, 33 *Poſtquam paululum provecta claſſis eſt.* Et, *Provehi equo*, Liv. 23, 47. *Provehi longius*, in ſcribendo, orando, eſt procedere, Cic. de Fin. 3, 22, zuweit kommen. *Paullo longius oratio mea provecta eſt*, Idem pro Roſcio Com. c. 11. *Provexit orationem meam veſtra benignitas*, Idem pro domo ſua c. 12. Plin. 8, 12 *Studioſos amat, fovet, provehit*, & 10, 8 *Provehere aliquem ad dignitatem. Ab eo in conſulare provectus eſt faſtigium*, Vellej. 2, 69, 1.

¶ Provehens, *tis*, fortfahrend. Liv. 40, 14 *Illo etiam (pravo forſitan) gaudio provehente.*

¶ Provectus, *a, um*, fortgebracht, befördert; ut, *Provectus ætate*, Cic. de Senect. c. 4. Et, *Provectâ ætate homo*, Idem Tuſc. 1, 39, alt, bey jahren. *Nox provecta*, Tac. An. 13, 20, 1. *Dignitas longius provecta*, Idem Hiſt. 1, 1, 5. *Provectum longius bellum*, verlängert, vermehrt, ibid. 3, 46, 1. *Geminius paululum ab ſuis equo provectus*, Liv. 8, 7. Plin. 9, 19 *Semel omnino provectum, ut de rebus ſuis referret*, ſo weit gegangen. Compar. *Provectior ſenectute*, Arnob. 6 p. 195. *Neſtore provectior*, Auſon. epigr. 19. *Equi provectiores*, Pallad. 4, 13 extr. alte pferde, quorum ætas ex dentibus non poteſt cognoſci.

¶ Provectus, *ûs*, m. ſubſt. das zunehmen. Sidon. 4 epiſt. 4 *Provectu ætatis.* conf. Caſſiodor. 1 epiſt. 24. Et Dictys Cret. de B. Trojano 6, 11 *Inſula provectu frugum redundatura*, al. *proventu.*

¶ Provectio, *ōnis*, f. idem. Lactant. 5, 11 *Provectio dignitatis*, förderung.

¶ Provectĭbĭlis, *e*, zunehmend. Fulgent. de Cont. Virg. *Ingenio natum eſt provectibile.*

¶ Revĕho, *xi, ctum, ĕre*, reducere, wiederbringen, zurück führen; ut; *Revehi equo*, Liv. 34, 15 pr. *Revehere domum*, Horat. epod. 13, 16. Ac, *Revehi ad prælium, & pugnam integrare*, Liv. 3, 70.

¶ Revectus, *a, um*, zurück geführt; ut, *Revectus triumphali curru*, Plin. 7, 26. *Revectus conſul in caſtra*, Liv. 2, 47.

¶ Retroveho, *ere*, zurück führen, apud Senecam Trag.

¶ Seveho, *ere*, ſeitwerts führen. Hinc

¶ Sevectus, *a, um*, überſchritten. Propert. 3, 2, 21 *Cur tua præſcripto ſevecta eſt pagina gyro.*

¶ Subveho, *xi, ctum, ere*, zuführen. Liv. 9, 15 *Inſeſſis omnibus viis, quibus commeatus ſubvehebatur, fame domiti Samnites legatos miſere, &c.* Et, *Subvehi flumine adverſo*, Idem 24, 40. Et, *Subvehere in altitudinem*, Plin. 36, 12. conf. Id. 31, 12. Sic, *Subvehere claſſem*, i. e. ſurſum vehere adverſo flumine, Tac. An. 2, 8, 2. *Subvehi Nilo*, Id. 2, 60, 1. Vide *Deveho.*

¶ Subvectus, *a, um*, zugeführt, fahrend; ut, *Nox bigis ſubvecta*, Virg. Æn. 5, 721. *Remis ſubvectus*, Idem Æn. 8, 58. Suet. Calig. c. 15 *Romam Tiberi ſubvectos Mauſoleo intulit.* Sidon. 1, 5 *Per oſtia adverſa ſubvectus.*

¶ Subvectus, *ûs*, m. ſubſt. die zufuhre. Tac. An. 15, 4, 3 *Commeatuum ſubvectu.*

¶ Subvectio, *ōnis*, f. idem. Cæſ. B. Gall. 7, 10 *A re frumentaria duris ſubvectionibus laborare. Tarda frumenti ſubvectio*, Liv. 44, 8. Et Vitruv. 1, 5 pr. *Marinæ per portus ſubvectiones.* conf. Veget. 3, 5.

¶ Subvector, *ōris*, m. Avienus Orbis deſcript. v. 199 *Boſporus Inachiæ ſubvector virginis olim.*

¶ Subvecto, *are*, frequent. zuführen. Virg. Æn. 6, 303 *Et ferrugineâ ſubvectat corpora cymbâ.* Stat. Theb. 5, 353 *Infectos cædibus enſes Subvectant.* Idem 1 Silv. 6, 31 *Hi pannaria candidasque mappas ſubvectant.* Sil. 4, 21 *Subvectant ſaxa.* Colum. præf. lib. 6 *Laborem onera ſubvectando juvare.*

¶ Superveho, *ĕre*, drüber führen. paſſ. drüber fahren; ut, *Supervehi montem*, Catull. 67 de Coma Beren. v. 44. *Arma ſuperveheris*, Auſon. epigr. 24, 2.

¶ Supervectus, *a, um*, darauf geführt. Gellius 16, 11 *Cumulis monſibusque arenarum ſupervectis.*

¶ Supervecto, *are*, idem quod *ſuperveho.* Tertull. de Bapt. c. 4 *Dei ſpiritus ab initio ſupervectabatur*, puta, ſuper aquas.

¶ Transveho, *xi, ctum, ĕre*, überführen, hinüber fehren. Paſſ. hinüber, vorbey, oder durchfahren. Tac. An. 12, 41, 3 *Triumphalium veſte transvehi.* Cels. 7, 7, 8 *Acus tertiam partem palpebræ transvehat*; al. *tranſuat*, uti monet Facciolat. in Morgagni epiſt. 3 ad h. l. p. 592. Claud. de Laud. Stil. 2, 273 *Transvehitur Tuſcos.*

¶ Traveho, *ĕre*, idem. Varro R. R. 2, 7 *Cum flumen travehundum eſt*; al. *trajiciendum.* v. Morgagni epiſt. l. c.

¶ Transvectus, *a, um*, übergefahren. Salluſt. Iug c. 18 *Medi, Perſæ, & Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos noſtro mari locos occupavere.* Tac. Agric. 37, 2 *Transvectio præcepto ducis a fronte pugnantium alæ, adverſam hoſtium aciem invaſere.*

¶ Transvectio, *ōnis*, f. die überfahrt, hinüberſetzung; ut, *Transvectio Acherontis*, Cic. Tuſc. 1, 5. ¶ 2. Et *Transvectio* erat, cum equites ſolenniter recenſebantur, die muſterung, v. Liv. 9 extr. Suet. Aug. c. 38 *Equitum turmas frequenter recognovit poſt longam intercapedinem reducto more transvectionis, ſed neque detrahi quenquam in transvehendo ab accuſatore paſſus eſt.* v. ibi Torrent. Pareus Lex. Crit. p. 1248 contendit ſcriptum fuiſſe olim *Travectionis.*

VĔLI, *jorum*, m. pl. urbs Hetruriæ, quam Camillus cepit. vide Dionyſium Halicarn. 2, 55. Suet. Nerone c. 39 de aurea illius domo: *Roma domus fiet, Vejos migrate, Quirites, Si non & Vejos occupat iſta domus.*

¶ Vejens, *tis*, plural. *Vejentes*, Vejorum incolæ. Cic. Divin. 1, 44 *Cum Vejentes bello feſſi legatos ad ſenatum miſiſſent.* ¶ 2. Idem adjective dixit, *Vejenti bello*, ibid. Et, *Ager Vejens*, pro Roſc. Am. cap. 16.

¶ Vejentānus & Vejentīnus, *a, um*, adject. aliud: ut, *Vejentanum vinum*, Horat. 2 ſat. 3, 143. *Gemma Vejentana*, Plin. 37, 10. *Tribus Vejentina*, Cic. pro Planc. c. 16.

¶ Vēĭus, *a, um*, tribus ſyllabis, aliud adject. ut, *Dux Veius*, Propert. 4, 11, 31.

¶ Vējānus, *i*, m. gladiatoris nomen apud Horat. 1 epiſt. 1, 4.

Vejovis, vide ſupra *Iupiter.*

VEL, conjunctio disjunctiva eſt, oder; duplicatum, entweder — oder; ut, *Multorum vel honori, vel periculo ſervire*, Cic. de Clar. Or. c. 69. ¶ 2. Donatus *Vel* apud Terentium aliquoties pro *Veluti* poſitum indicat, ut in Hec. 1, 1, 3 *Vel hic Pamphilus jurabat quoties &c.* Et in Heaut. 4, 6 pr. *Nulla eſt jam facilis res &c. Vel mea hæc deambulatio &c.* auch nur dieſer ſpatiergang. ¶ 3 Idem in Andr. 3, 2, 9 *Vel hoc quis non credat abs te eſſe ortum?* id eſt, *etiam*, Donato eodem auctore. Virg. eclog. 8, 69 *Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.* Vbi Servius: VEL, id eſt, *etiam, ut vel Priamo miſeranda manus.* Ter. Phorm. 2, 1, 71 *Poſtremo ſi nullo alio pacto, vel fœnore*, id eſt, etiam, auch auf intereſſe. Cic. Acad. 4, 3 *Statuere, qui ſit ſapiens, vel maxime videtur eſſe ſapientis*, id eſt, certe vel etiam. Idem de Orat. 2, 27 *Hæc ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem maximæ*, id eſt, etiam mediocris. Nep. 17, 4, 6 *Victoriæ vel maxima fuit laus.* ¶ 4. *Vel* aliquando copulativa eſt, atque pro *Et*, ſive *Tum* ponitur, præcipue Chriſtianis ſcriptoribus. Virg. Æn. 2, 769 *Silvius Æneas pariter pietate vel armis.* Liv. 1, 42 *Hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello.* Suet. Tito c. 3 *Latinæ græcæque linguæ vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promtus.* Veget. de Re Milit. 2, 5 *Deo enim vel privatus vel militans ſervit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore.* Marius Victor præfat. in Geneſin ſuam v. 110 *Quæ ſit origo poli, vel quæ primordia mundi, &c.* Dracont. Hexaëm. v. 150 *Fecibus eductis concordant unda vel ignis.* Sedulius 5, 427 *Iure ſuo qui cuncta tenens excelſa vel ima.* Ita Rufinus non ſemel & Victor Vticenſis uſus eſt. Notat & Barthius ad S. Gallum. conf. Borrich. Vind. p. 233.

Velabrum, velamen, velamentum, velaris &c. vide *Velum.*

VĔLĔDA, & Velleda, *æ*, f. virgo in ſumma auctoritate apud Germanos, & inſtar numinis habita, de qua Tac. de Morib. Germ. 8, 3; & Stat. 1 Silv. 4, 90. Add. Cæl. Rhodig. 18, 20; Barth. ad Stat. Silv. p.

125; Schedius de Diis German. & Keysler. in Antiquit. Septentrion. p. 472 sq.

VĔLES, ĭtis, m. militem significat levis armaturæ, qui & *Expeditus*, & *Ferentarius* dicitur, der leichte rüſtung fuhret; cæteri enim *armati* dicuntur, die ſchwere rüſtung führen. Dicti sunt autem *Velites* a ϐέλεσιν, id est, *jaculando*. Sed ubi *Velites* quasi *volites* vel *volitantes* dictos putant ab armatura levissima. vide Liv. 26, 4, ubi originem Velitum videtur tradere. It. Veget. de Re Milit. 2, 16 & 24; & Festum in *Advelitatio*. conf. & Nonium 18, 2. Ovid. in Ibin v. 46 *Calfacti Velitis hasta*. Cic. de clar. or. c. 78 *Hastæ Velitibus amentatæ*. Idem fam. 9, 22 *Velitem scurram* dixit pro nimium leviter jocante, qui ad alios lacessendos promtus, qualia dicit audire cogitur.

¶ Vēlĭtor, ari, pugnare & jurgari, ſcharmützen, ſtreiten, kämpeln; ut, *Nescio, quid velitati estis inter vos*, Plaut. Men. 5, 2, 28. De forensi contentione Cic. pro Quinct. 22 *Hæc est iniqua certatio, nosse illa, qua contra Alphenum velitaturis*. Et Gell. 6, 11 *Maledictis adversum impudentes & improbos non est velitandum*, man ſoll ſich mit böſen leuten in ſcheltworte nicht einlaſſen. Apul. Met. 5 p. 164 *Videsne, quantum tibi periculum velitetur fortuna eminus?* Id. 9 p. 239 *Velitari in aliquem lapidibus*; Et *calumniis*, Idem Apol. p. 274. v. Ind. Elmenh. ¶ 2. *Velito, are*, activa forma etiam dici testatur Priscianus p. 799.

¶ Velitātio, ōnis, f. pugna levior, ein ſcharmützel. Plaut. Rud. 2, 6, 41 *Equidem me ad velitationem exerceo*. ¶ 2. Etiam est verborum ultro citroque objectio, ein hader, ein keiffen. Plaut. Asin. 2, 2, 41 *Verbi velitationem fieri compendii volo*. Vbi hyphen est: alii plane conjunctim *verbivelitatio*.

Velitātim, adverb. vide *Vellicatim* in *Vello*.

¶ Velitāris, e; ut, *Velitaria arma*, i. e. leviora, Sallust. Iug. c. 105, rüſtung der leichten knechte. *Hastæ velitaris*, Liv. 26, 4, & Plin. 28, 4. *Velitaris pugna*, ein ſcharmützel. Festus in *Velitatio*. conf. Turneb. Adverſ. 14, 11.

¶ Velatricus, a, um, idem quod *Veliteris*. Sidon. 7 epist. 2 *Historia juvenis eximii, fabula militiæ velatricæ par*. Ita Laurenb. Antiqu. p. 481; Sed aliter Sirmondus habet.

¶ Advelitatio, ōnis, f. *jactatio quædam verborum figurata ab hastis velitaribus*, ein wortwechſel, Festus.

VĔLIA, æ, f. Lucaniæ oppidum ad mare in Italia; v. Cic. Phil. 10, 4; &c. Horat. 1 epist. 15, 1. ¶ 2. *Velia* arx foro Romano imminens, quam inhabitasse Valerio Publicolæ invidiæ fuit. v. Liv. 2, 7; & Plut. Public. p. 185 sq. Ab urbe *Velia* est.

¶ Velienſis, e, adject. ut, *Velienses sacerdotes*, Cic. pro Balbo c. 24. *Velienses populi*, Plin. 3, 3. conf. Varr. L. L. 4, 8.

¶ Vēlinus, a, um, aliud adject. Virg. Æn. 6, 366 *Injice, namque potes, portusque require Velinos. Velina*, regio Romæ ab arce dicta, a qua ut puto etiam *Velina tribus*, Cic. Att. 4 epist. 15. *Lacus Velinus*, hodie *Lago di Riete* dicitur. vid. de fertilitate ejus postquam a Curio Conſ. in Narem fluvium derivatus, Rupert. ad Flor. p. 238. Alias ejus appellationes habes apud Ortelium Thesaur. Geograph. conf. Plin. 31, 2; Colum. 8, 16; Virg. Æn. 7, 517. *Lacu Velino nullo non die apparere arcus cælestes*, ait Plinius 2, 62. conf. Cic. Att. 4, 15.

¶ Velinia, æ, f. nomen nymphæ, ap. Varronem de L. L. 4, 10.

Velifer, velifico, are, &c. vide *Velum*, Velitaris, vēlitatio, &c. *Veles*.

VĔLITRAE, arum, f. pl. Volscorum civitas vetustissima. Sil. 8, 378 *Incelebri valle Velitræ*. v. quæ ibi notavit Cellarius. Heinsius malit *e celebri*; minime enim incelebres fuisse Velitras. Laudat Cluver. Ital. 3, 8 p. 1015. Ex Velitris gentem Octaviam originem habuisse, testatur Suet. in Aug. c. 1.

¶ Velīternus, a, um, adject. ut, *Veliternus populus*, Liv. 8, 12. *Velitternus ager*, Plin. 16, 45; Sil. 13, 229. *Veliterni*, incolæ Velitrarum, Liv. 8, 14; Plin. 3, 5.

Velivŏlans, velivolus, vide *Velum*.

VELLA, æ, f. ab antiquis dicebatur pro *Villa, quo vehunt & unde vehunt*. Varro R. R. 1, 2. Et hinc

¶ Vellātūra, æ, f. i. e. vectura. Varr. l. c. *Dicuntur, qui vecturis vivunt, vellaturam facere*. Rectius *Velatura* infra in *Velum*.

Velle, Vellejus, vide *Volo* & *Paterculus* in *Pater*.

Vellereus, vellimen, vide *Vellus*, Vellicatio, vellico, &c. *Vello*.

VELLO, velli & vulsi, vulsum, vellĕre, τίλλειν, rupffen, zupffen; ut, *Vellere herbas*, kräuter ausziehen, ausrauffen. *Rusticitus vellere*, Colum. 11, 3. *Vellere cum radicibus*, Plin. 12, 12. *Vellere alios a stirpe capillos*, Propert. 3, 24, 13. *Vellere poma manu*, abbrechen, Tibull. 3, 5, 20. Et, *Postes a cardine vellere*, Virg. Æn. 2, 480. *Barbam tibi vellant lascivi pueri*, Horat. 1 sat. 3, 133. Virg. eclog. 6, 3 *Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem Vellit & admonuit, &c.* er hat mich geweckt. Calpurn. Bucol. eclog. 4, 155 *Vellit nam sapius aurem Invida paupertas, & dicit: vitia cura*. Quod ab antestandi more tractum est. Nam in antestatione actor memoriæ causa auriculam imam antestati tangebat, cum hoc verbo: MEMENTO. Est enim aure ima memoriæ locus, ut Plinius tradit. v. Lipſ. Epistol. Quæst. 4, 28; it. Sen. de Benef. c. 3, nec non Chiliad. ¶ 2. In præteritis hujus verbi & compositorum *Velli* fere dicere Ciceronem, observat Malaspina ad Art. 5, 20 p. 537 Græv. vid. quæ dictimus in *Evello*, *Revello &c.* Vulli fere poëtis relinquendum.

¶ Vellens, tis; ut, *Spinas vellentes*, Cic. de Fin. 4, 3. *Vellens dentibus herbas*, Ovid. Met. 8, 800.

¶ Vulsus, a, um, berupft, ausgerauft, ausgeriſſen: ut, *Corpora vulsa atque lacerata muliebriter comere*, Quintil. præf. lib. 8. *Vulsa pelle tela*, Lucan. 6, 232. *Vulsis ludus*, Plaut. Aul. 2, 9, 6.

¶ Vulsio, ōnis, f. Irenæus 3, 11 *Nicolaitæ sunt vulsio ejus*, i. e. ἀποστασία, *avulsio*, ein zweig.

¶ Vulsūra, æ, f. idem; ut, *Lanæ vulsura*, die ſchaf-ſcheere, Varro R. R. 2, 11.

¶ Vulsella, ſive Volſella, æ, f. inſtrumentum ad pilos evellendos, ein rupffzänglein, kneipzänglein. Vet. Gloſſ. *Vulsella*, τριχολαβίς, ἀκανθολαβίς; Martial. 9 epigr. 28 *Purgentque senæ cana labra volsellæ*. Vtebantur volsellis morosius formæ & muliebriter studiosi. v. Plaut. Curc 4, 4, 21 Suet. Cæs. c. 45; & in Oth. c. 12. ¶ 2. Est & inſtrumenti chirurgici genus, prehendendæ & exscindendæ corruptæ in ulceribus carni, ap. Celsum 6, 18, 3 *Nigritiæ caneri si caro occupavit, incidenda est, deinde ore volsella prehendendæ, tum quicquid corruptum est, excidendum*. Add. Id. 7, 12, 1.

¶ Vellico, avi, atum, are, frequent. rauffen, zwacken, kneipen; ut, *Cornix vulturios vellicat*, Plaut. Moſt. 3, 2, 142. *Aliquem vellicare*, Propert. 2, 4, 8. *Excitandus et jocoso & vellicandus est animus*, Sen. epist. 20, man muß ſich ſelbſt aufmuntern. ¶ 2. Criminari, ſed levius, per metaphoram ſignificat, einen anzapffen, anſtechen, tadeln. Varro R. R. 3, 16 *Vellicare alicujus opus*. Horat. 1 sat. 10, 7 *Vellicet absentem Demetrius?* Cic. pro Balbo c. 26 *More hominum invident, in convivils rodunt, in circulis vellicant*. Gell 4, 15 de scriptis Sallustii: *In quibus plura insite aut maligne vellicant*.

¶ Vellicātus, a, um, gerupfft, gezwickt. Paulinus Nolanus epist. 49 (al. 36) ad Macarium c. 3 *Vellicatâ blande auricula fuscitavit*.

¶ Vellicatim, adverb. rupff- oder ruckweiſe. Sisenna apud Nonium 2, 511 *Vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos impedivemus* conf. ibid. 758. Apud Gellium 12 c. ult. est *Velitatim*.

¶ Vellicātus, ūs, m. ſubſt. vellicandi actus. Plin. 28, 6 *Aurium vellicatibus persiringere*.

¶ Vellicātio, ōnis, f. idem. Sen. de Vita Beata c. 5 *Non tantum laceralionem, sed etiam vellicationes effugere*. Et per metaphoram: ut, *Injurias, convicia, vellicationes contemnamus*, Idem de Ira 3, 43, die verhöhnung, vernichtung.

¶ Volsgra, æ, f. avis quæ ſe vellit, apud Festum.

Compoſita:

¶ Avello, avelli, & avulsi, avulsum, ĕre, abreiſſen, abbrechen; ut, *Poma ex arboribus cruda vi avelluntur, matura decerpuntur*, Cic. de Senect. c. 19. Et pro Fontej. c. 17 *De matris complexu avellere atque abstrahere*. Et, *Avelli a suis*, Id. pro Domo c. 57. *Avellere je ab aliquo, & avelli*, ſich von einem losreiſſen, Ter. Hec. 4, 1, 39. Et Eun. 3, 3, 14 *Credo ei placere hoc* (rus,) *speret je a me avellere*, er hoffet, er wolle mich darum bringen. Ovid. Trist. 1, 3, 81 *Non potes avelli*. Præterit. *Avellerat*, est apud Curtium 5, 6, 5.

¶ Avulsus, a, um, id est, abreptus, abſciſſus, abgeriſſen, abgebrochen: ut, *Avulsa membra*, Virg. Æn. 9, 490. *Avulsam humeris caput*, Id. Æn. 2, 558. *Leporum avulsi armi*, Horat. 2 sat. 8, 89. *Filii avulsi sinu matris*, Sen. Medea v. 945.

¶ Avulsio, ōnis, f. die abreiſſung, Plin. 17, 10; & 19, 7.

¶ Avulsor, ōris, m. qui avellit. Plin. 9, 45 *Spongiæ ubi avulsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur*.

¶ Convello, velli & vulsi, vulsum, ĕre, commovere, concutere, labefactare, zerreiſſen, losreiſſen, loemachen; ut, *Convellere ac removere gradus*, Cic. pro Domo c. 21. *Convellere repagula, atque effringere valvas*, Idem Verr. 4, 43. *Convellere fundamenta*, Colum. 1 c. 4. Et *Convellere saxa infima, quibus fundamenta continentur*, Cæs. B. Civ. 2, 11. Metaph. *Labefactantur & convelluntur auxilia*, Cic. pro Rabir. c. 1. *Convellere vires* est infirmas eas reddere, übern haufen werffen, Cels. 3, 4. Et Cic. Divin. 1, 51 *Quæ mihi quidem non videntur posse convelli*; id est, confutari, widerleget werden. *Convellere & commutare conditionem amicitiæ*, Id. Verr. 3, 6 extr. *Simulacrum Cereris convellendum avertendumque curavit*, ibid. 4, 73. *Convellere signa*, apud Liv. 3, 54. Gronov. illustrat.

¶ Convellens, tis. Val. Flacc. 5, 157 *Iamque aspera nisu Undique convellens*.

¶ Convulsus, a, um, zerriſſen, zerrüttet, verrenckt; ut, *Loca convulsa*, Virg. Æn. 3, 414. *Naves convulsæ undis cursuque*, ibid. 1, 387. *Roma prope convulsa sedibus suis*, Cic. in Pis. c. 22. *Convulsa penitus respublica*, Idem de Clar. Or. cap. 30. *Convulsa & luxata*, Plin. 20, 7. Sic, *Artus penitus convulsi*, pro *convulsi*, Lucret. 3, 344.

¶ Convulsio, ōnis, f. coactio vel retractio, quæ fit in nervis aut musculis, das ziehen in gelencken. Plin. 20, 15 *Utile est convulsionibus*.

¶ Convulsīvus, a, um, reiſſend, renckend; ut, *Motus & affectus convulsivi*, in quibus, ut Medici ajunt, ad utrumque terminum tenditur arteria.

¶ Inconvulsus, a, um, unzerſtört, unzerrüttet; ut, *Inconvulsa simplicitas*, Theodoſ. Cod. l. 12 t. 14.

¶ Devello, ĕre, decerpere, abrupffen, abreiſſen; ut, *Pennas devellisse*, Plaut. Pœn. 4, 2, 50: i. e. *devulsisse*. vid. *Divello* n. 2.

¶ Devulsus, a, um, abgeriſſen. Pallad. Mart. t. 10 de malo punico: *Scitur plantis de matrum radice devulsis*.

¶ Divello, velli & vulsi, vulsum, ĕre, von einander trennen, reiſſen, ſcheiden; ut, *Manibus vulnus divellere*, die wunde aufreiſſen. Hirt. B. Afric. c. 88. *Divellimur liberi a complexu parentum*, Sallust. Cat. c. 51. *Divelli & distrahi a voluptate*, Cic. de Fin. 1, 16. *Amicitiam veram non spes, non timor, non utilitatis suæ cura divellit*, Sen. epist. 6. *Laceros divellere crines*, Claud. Gigantom. v. 39. Et Virg. Æn. 2, 435 *Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum*. ¶ 2. Sed Capitoli. Pertin. 8 *Vasa calefactandæ resinæ ac pici divellendis hominibus ac levigandis*, leg. *devell*, ut etiam Sueto. Domit. 22, ubi male legitur *Quasi concubinas ipse divelleret*, ead. significatione.

¶ Divulsus, a, um, getrennet, zerriſſen; ut, *Divulsus querimoniis amor*, Horat. 1 od. 13, 19. *Divulsus consensus*, Cic. de Ar. Resp. c. 28. *Viola divulsa*, Plin. 21, 11.

¶ Indivulsus, a, um, unzertrennt, unabgeſondert; ut, *Indivulsus comes*, Macrob. Saturn. 1, 11.

¶ Evello, velli & vulsi, vulsum, ĕre, extrahere, ausreiſſen; ut, *Evellere arborem radicitus*, Vlp. l. 7 § 1 Dig. Arbor. furtim cæsa. *Evellere radices*, Cic. Att. 10, 11, herausziehen, ausrotten. *Linguam alicui evellere*, Idem de Orat. 3, 1. *Opinionem ex animis hominum evellere*, Idem pro Rosc. Am. c. 2. & pro Cluent. c. 2, die gedancken

bench-

benehmen. ¶ 2. *Evellit* in præterito habet Curtius 4, 6, 17. Sed & Cic. de Orat. 1, 53 *Omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evellisset vis orationis tuæ.* Et Phædr. 2, 3, 10 *Canos puella, nigros anus evellerat.* Sed, *Evulsi* barbarum esse censetur. v. Heinsius ad Ovid. Heroid. 6, 104; & Met. 8, 584; quod probat Burm. ad Quint. decl. 12, 8 p. 248, ubi *Campos evulsimus* mutari vult in *avellimus.*

¶ Evulsus, *a, um,* heraus gerissen; ut, *Excisa, non evulsa arbor,* Cic. Att. 15, 4. *Evulsi trunci,* Horat. 3 od. 4, 55.

¶ Evulsio, *ōnis,* f. die ausreissung. Cic. Nat. D. 3, 22 *Dentis evulsio.*

¶ Intervello, *ĕre,* herupffen, ausjäten. Sen. epist. 14 *Barbam aut vellere, aut intervellere,* id est, aut evellere totam, aut aliquos solum pilos. Quintil. 10, 7 *Ita sunt naturâ copulata, ut mutari, aut intervelli confusione non possint.* Adde Plin. 17, 27; Gell. 5, 10; Colum. 4, 33, & 5, 10; Pallad. Iul. t. 2.

¶ Intervulsus, *a, um,* unterbrochen; ut, *Intervulsa serie,* Solin. c. 5.

¶ Pervello, *ĕre,* idem quod convellere, bezwacken; ut, *Fortuna pervellere te forsan potuerit & pungere, non potuit certe vires frangere,* Cic. Tusc. 3, 17, einen zwick geben. Idem de Orat. 1, 62 extr. *Ius civile pervellere,* hoc est, juri obtrectare, übel davon reden. *Pervellere aurem,* das ohr reiben, Val. Max. 1, 5, 8. *Qualia lassum pervellunt stomachum,* Horat. 2 sat. 8, 8.

¶ Prævello, *ĕre,* wegreissen. Tertull. adv. Gnost. c. 13 extr. *Sicubi ab idololatria divellit, quid ei magis quam martyria prævellit.* Et Laberius ap. Diomedem pag. 369 *Aliqua parte prævulserat.*

¶ Revello, *velli,* & *vulsi, vulsum, ĕre,* auferre, detrahere, abreissen, herreissen, hinweg thun; ut, *Effringere multorum fores & claustra revellere,* Cic. Verr. 4, 23. Et, *Revellere claustra portarum,* Liv. 5, 21. *Revellere tela de corpore reipublicæ,* Cic. in Pis. c. 11. *Revellatur penitus falsorum recepta persuasio,* Sen. epist. 95, man widerlege es. ¶ 2. Præt. *Revelli* habet Virgil. Æn. 4, 427 & 545; & 12, 787; & Ovid. Heroid. 6, 104. Ita & Cic. Att. 5, 20 pag. 537 *Perillustres fuimus & omnes injurias revellimus superiores.*

¶ Revulsus, *a, um,* abgestossen, abgerissen, losgerissen. Cic pro Muræna c. 15 *Ianua effracta & revulsa.* Suet. Calig. c. 6 *Revulsa templi fores.* Virg. Georg. 4, 523 *Caput a cervice revulsum.* Ovid. Met. 2, 316 *Temone revulsus axis.*

¶ Revulsio, *ōnis,* f. revellendi actus. Plin. 13, 12 *Vnius schedæ revulsione plures infestante paginas.*

¶ Irrevulsus, *a, um,* unabgetrennt. Hinc adverb. Theodorus Studita Serm. 76 *Quid in ejus vitæ studio velut quibusdam clavis defigimur? Quid irrevulse ad exitum luctamur?*

¶ Semivulsus, *a, um,* halbzerrissen; ut, *Vites semivulsæ,* Mart. Capella lib. 1 p. 5.

¶ Subvello, *ere,* inferiora vello. Lucil. ap. Nonium 2, 202 *Rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor,* al. *Subellor* quasi fubere defricor.

¶ Subvulsus, vel Subvolsus, *a, um.* Scipio ap. Gellium 7, 12 *Qui barbâ volsâ, feminibusque subvolsis ambuket.*

VELLVS, *ĕris,* n. lana ovibus ademta & conglobata, das fell, πόκος, τέμαχος, die wolle. Ante tonturam inventam vellebant lanam: ex eo itaque *Vellera* appellata. Et *Vellus* est lana tonsa universa ovis, Varrone auctore de R. R. 2, 11. *Nivea vellera,* Virg. Æn 4, 459. *Tegi ferinis velleribus,* bellæ tragen, Ovid. Met. 11, 3. Et Grat. Cyn. 77 *Vellera cygni.* ¶ 2. *Vellera* pro tenuibus lucidisque & candicantibus nubibus, quibus cœlum in partibus, ubi nudum est, crispari solet, Lucanus videtur dixisse 4, 123 *Iam clarior aër, Et par Phœbus aquis densas in vellera nubes sparserat.* Mart. 4, 3 *Densum tacitarum vellus aquarum,* i. e. nix.

¶ Vellīmen, *inis,* n. idem quod *Vellus.* Varr. R. R. 2, 11 *Lanam demptam ac conglebatam alii vellera, alii vellimina appellant.* Ita Scaliger legit, alii *velamina.*

¶ Vellereus, sive Velleus, *a, um,* aus wolle, wüllen. Asconius Ped. in Verr. p. 50 *Cramenæ & vellereæ & scorteæ.*

¶ Evellĕro, *are,* vellere spoliare, die wolle nehmen. Finxit, si Barthio credimus, hoc verbum Gu. Brito Phil. 7, 186 *Dum lupus ejus ovem dumis evellerat asperis.* Sed nihil impedit, quo minus sit plusquamperfectum ex *Evello.*

Velo, *are,* vide *Velum,* Velocitas, *Velox.*

VĒLOX, *ōcis,* celer, pernix, ταχύς, schnell, geschwind, behend. Virg. Æn. 5, 444 *Ictum venientem a vertice velox Prævidit.* Sen. de Benef. 5 c. 2 *Alius velociori gradu antecessit.* Ovid. Met. 10, 519 *Labitur occulte, fallitque volatilis ætas, Et nihil est annis velocius.* Cæl. B. Gall. 1, 48 *Pedites velocissimi.* Quintil. 2, 3 *Velocissimus quisque si forte iter cum parvulo facit, dat manum, & gradum suum minuit, nec procedit ultra, quam comes possit.* conf. Curt. 7, 4, 14.

¶ Velociter, adverb. celeriter, schnell. Pallad. 1, 9 *Velociter rapi.* Ovid. Fast. 4, 445 *Visum velociter aufert.* conf. Met. 4, 509; & 11, 586. *Pervolare in aliquem locum velocius,* Cic. in Somnio c. 9. Et Cæs. 5, 35 *Hostes velocissime refugiebant.* Sen. epist. 70 *Alios vita velocissime adduxit, quo veniendum erat etiam cunctantibus.* conf. Suet. Tit. c. 3.

¶ Velōcitas, *ātis,* f. pernicitas, celeritas, die geschwindigkeit, hurtigkeit. Cic. Off. 1, 30 *Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere.* Plin. 7, 12 *Velocitas cogitationum animique celeritas.* Nepos 15, 2, 4 *Velocitatem ad belli utilitatem exiliabat pertinere.* Iustin. 20, 3, 9 *Incredibilis famæ velocitas.* Exempla etiam velocitatis refert Solinus c. 6 ex Plinio 7, 20.

¶ Prævēlox, *ōcis,* admodum velox, sehr schnell. Plin. 11, 31 *Prævelocibus camelis fugientes.*

VĒLVM, *i,* n. per syncopen ex *vexillum,* παρατέτασμα, ἱστίον, ein segel, segeltuch im schiff: ut, *Dare vela ventis,* Virg. Æn. 4, 546. *Velis raptus est,* apud Plinium 35, 11 f. 40 significat, navi conscensa aufugit. *Pandere tota vela,* Quintil. 6, 1. Et Cic. Tusc. 4, 5 *Pandere vela orationis,* der rede ihren freyen gang lassen. Quintil. præfat. ad Tryphonem: *Permittamus vela ventis, & oram secventibus bene precemur.* Apud Cic. Tusc. 3, 11 extr. *Velis remisque,* & Offic. 3, 33 *Velis equisque*; quod Plautus Asin. 1, 3, 5 *Remigio veloque* dixit, proverbiales sunt locutiones, pro, omni conatu, mit gantzer macht, mit allem fleiß, v. Chiliad. Horat. 2 oda 10, 23 *Contrahes vento nimium secundo Turgida vela.* Val. Max. 3, 7 ext. 1 *Plenis gloriæ velis ferri,* berühmt seyn. ¶ 2. *Vela* etiam aulæa sunt, quæ in theatris scenæ, in divitum & potentiorum ædibus foribus prætendebantur, vorhänge. Plin. 4 epist. 19 *Eadem* (uxor) *si quando recito, in proximo, discreta velo, sedet,* sie sitzet hinter dem vorhang. Idem 7 epist. 21 *Cubicula velo obducto opaca.* De velis theatrorum capiendum illud Virg. Georg. 3, 24 *Vel scena ut versis discedant frontibus: utque Purpurea intexti tollunt aulæa Britanni.* Vbi & Servium lege, & Cerdam; it. Suet. Calig. c. 26. Nimirum cadunt vela, cum aperitur scena, cum clauditur, tolluntur. De velis aularum eumd. Suet. vide in Claudio c. 10, & ibi Torrent. nec non Lips. in 12 Tac. An. Atque his velis præstituti & sui servi fuere, ex ipsa re *Velarii* dicti, de quibus Pignorius consulendus, qui plura de his, & de templorum etiam velis ibidem affert.

¶ Vēlāris, *e,* ad vela pertinens, segel. Plin. 13, 9 *Lignum firmæ duritiæ, ex quo velares detornat annulos,* die segelringe.

¶ Velārius, *a, um,* idem; ut, *Velarius servus,* a cura velorum, vide paullo ante in *Velum,* n. 2.

¶ Vēlārium, *i,* n. subst. ein umhang, decke; plural. *Velaria,* Iuvenali 4, 122 loca sunt abdita & velis clausa: *Pueros inde ad velaria raptos.* Statio 1 Silv. 6, 10 *Velaria* sunt vela, quibus Amphitheatrum tegebatur. Sed alii ibi habent *Bellaria.*

¶ Velatrum, *i,* n. idem; ut, *Album velatrum,* Tertull. de Cultu Fœm. c. 6.

¶ Vēlo, *avi, atum, are,* operire, bedecken, bemänteln, verhüllen, einwickeln; ut, *Velare caput,* Cic. pro Domo c. 47. *Se insignibus bonorum velare,* sein ehren-kleid anlegen, Vellej. 2, 71, 3. Et Plin. Paneg. c. 56 *Agentibus tibi gratias nihil velandum est, nihil omittendum.* Sen. Hipp. v. 721 *Scelus in scelere velandum est.* ¶ 2. *Velare* per *ligare* exponit Nonius 4, 479 in illo Pomponii: *Restis est vilis, velet gulam.*

¶ Velans, *tis.* Ovid. Met. 4, 45 *Squamis velantibus artus.*

¶ Vēlātus, *a, um,* bedeckt, umhangen, bekleidet. Virg. Æn. 3, 174 *Velatasque comas videbat.* Idem Æn. 11, 100 *Oratores velati ramis oleæ.* Liv. 30, 36 *Navis velata ramis oleæ.* Ovid. ex Pont. 4, 14, 55 *Tempora velata corona.* Plaut. Amph. 1, 1, 101 *Velatis manibus ovare.* Horat. 1 sat. 2, 71 *Velatus stolâ,* hoc est, vestitus. Et Festus quoque *Velatos* interpretatur *vestitos.* Cic. de Nat. D. 2, 3 *Capite velato,* i. e. operto. conf. Id. pro Domo c. 47; Curt. 4, 12, 3; &c. Apud Ovid. am. 3, 13, 12 *Velatæ vitæ* sunt vestibus stratæ, coll. v. 24.

¶ Velato, adverb. verborgner weise. Tertull. adv. Marc. 4, 29 *Tantum velato eam maxime discentes eum.*

¶ Vēlātūra, *æ,* f. a quibusdam huc refertur, quam volunt esse transvectionem sive vecturam, quæ fit velis, die überfahrt, die hinüberfegelung. Varro R. R. 1, 2 *Dicuntur, qui vecturis vivunt, velaturam facere.* Id. de L. L. 4, 7 *Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui mercede faciunt.* Sed utroque loco a *vehendo* derivat Varro, priore etiam *villæ* conjugatum facit: ubi etiam libri omnes *vellatura* ferunt.

¶ Velamen, *inis,* n. eine decke, hülle, damit etwas verhüllet wird. Virg. Æn. 1, 653 *Et circumfectum crocei velamen acanthi.* Hac. Germ. 17, 4 *Eligunt feras, & detractas velamina spargunt maculis,* id est, pelles, felle, quæ fiunt velamina & vestes. Colum. 7, 2 *Ovillum pecus corporibus infirmis liberalem velaminis præbet.* Sen. ad Helv. c. 11 *Neque tectum ei deerit neque velamen.*

¶ Velamentum, *i,* n. idem. Ovid. Met. 11, 279 *Velamenta manu prætendens supplice,* Liv. 24, 30 *Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent se.* Adde eumd. 29, 26. Similiter hac voce usus est Tacitus, & cum infulis conjunxit, Hist. 1, 66, 1, & 3, 31, 4. *Velamenta* enim, quæ σέμνωτρα Græcis: Filum laneum, puta, quo caduceum velabatur. Cels. 7, 2 *Velamento suo inclusi,* i. e. tunica. Idem 8, 4 *Metias velamentum cerebro.* Curt. 5, 1, 38 *Ima corporum velamenta,* die hemden. conf. Idem 5, 7, 36. ¶ 2. Metaphorice Sen. de Vita Beata c. 12 *Quærentes lividinibus suis patrocinium aliquod ac velamentum,* einen deckmantel.

¶ Velabrum, *i,* n. locus erat Romæ juxta Aventinum montem, ubi tabernæ olearium erant. Vnde Plautus Capt. 3, 1, 30 *Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearii,* sie haben es mit einander abgeredt. Cum enim mos esset olearüs, ut inter se de pretio conspirarent, proverbium inde in conspirantes, remque ex composito gerentes ortum est. v. Chiliad. Nomen accepit *Velabrum* ab eo, quod in crebris exundationibus Tiberis trajectus ibi in forum esset. *Trajectum* enim *velatum* vocabant. Vel a *velis,* quod, qui munus exhibebant populo, inde velis viam, quæ a foro ferebat in circum maximum, adumbrarent. De utroque Plutarchus Romulo p. 20. Sed pro priore ratione Varro est de L. L. 4, 7 & 32; itemque Ovidius Fast. 6, 405 & seq. Atque hinc vetus Scholiastes Horatii in epistolam ad Pisones; *Hunc* (Tiberim) *derivavit Augustus, qua nunc fluit. Ante enim per Velabrum fluebat: unde* VELABRVM *dicitur, quod* VELIS *transiretur.* conf. Horat. 2 sat. 3, 229. & vid. quos laudat de Velabro Brouckh. ad Tibull. 2, 5, 33.

¶ Velabrensis, *e,* adjectiv. ut, *Velabrensis caseus,* Martial. 13 epigr. 32.

¶ Velifer, *a, um,* besegelt; ut, *Carina velifera,* Ovid. Met 15, 719; & Propert. 13, 9, 35. Et, *Malus velifer,* Val. Flacc. 1, 186.

¶ Vēlifico, *avi, atum, are,* & Velificor, *atus sum, ari,* vela dare vel facere, hoc est, navigare, segeln. vid. Priscian. p. 794. Sic,

Velificare per summa æquorum, Plin 9, 33. Propert. 4, 10, 6. *Nauta per urbanas velificabat aquas.* ¶ 2. Cicero per metaphoram *Velificari honori suo* dixit de Leg Agrar. 1, 9. hoc est, quocumque modo & periculo honorem suum aucupari, nach ehren trachten, sumta figura ab illis, qui velis in sublime citatis fortunam quamcunque experiuntur. Et ad Cic. Callus fam. 8, 10 *Ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse.* Hic enim *velificare* idem est, quod assentando gratificari, willfahren. Florus 1, 9, 5 *Brutus favori civium etiam domûs suæ clade & parricidio velificatus est.*

¶ Velifĭcans, *tis.* Florus 3, 7, 3 *Velificantes Cretes portibus suis, advenigaverunt.*

¶ Velifĭcātus, *a, um*, active & passive, beſegelt; ut, *Ratis velificata*, Propert. 2, 21, 39. Iuvenal. 10, 174 *Velificatus Athos.* Et Tertull. de Idolol. c. 24 *Inter vada & freta idololatriæ velificata spiritu Dei fides navigat.* conf. Cic. fam. 8, 10, ubi alii *bellificatus.*

¶ Velificātio, *ōnis*, f. navigatio cum velis, die ſegelung. Cic. fam. 1, 9 *Cum id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis:* Locutio metaphorica elegans est. Ammian. 18, 5 *Velificatione plena in remp. ferri.* Idem 29, 2 *Velificatione tranquilla ferri ad gloriam.* Proprie Idem 10, 10 *Mutato vento velificatione plena portum naves ingressæ*, mit vollen ſegel.

¶ Velificium, *i*, n. idem. Hyginus fab. extr. *Velificia primum invenit Isis. Nam dum quærit Harpocratem filium suum, rate velificavit.*

¶ Vēlĭfĭcus, *a, um*, ſegelflüchtig; ut, *Cursus velificus*, Plin. 13, 11.

¶ Vēlĭvŏlus, *a, um*, idem; ut, *Mare velivolum*, Virg. Æn. 1, 224, id est, ubi vela volant. *Rates velivolæ*, Ovid. Pont. 4, 5, 42, von ſegeln getrieben.

¶ Vēlĭvŏlans, *tis*, idem; ut, *Navibus velivolantibus complevit litora*, Cic. de Divin. 1, 31.

Composita cum præpoſit.

¶ Advēlo, *are*, zudecken. Virg. Æn. 5, 246 *Victorem &c. Declarat, viridique advelat tempora lauro.*

¶ Advēlans, *tis.* Lampridius Commodo c. 15 *Panno purpureo nudos humeros advelans.*

¶ Circumvēlo, *are*, einkleiden, umhüllen. Ovid. Met. 14, 263 *Auro circumvelatur amictu.*

¶ Convēlo, *are*, bedecken, zudecken. Gell. 7, 5 *Epagogen multis argumentis convelat.*

¶ Convelātus, *a, um*, zugedeckt, verhüllt. Gell. 19, 9 *Cavere capite convelato*, vermummt. Et Plin. 17, 22 *Plagæ convelatæ.*

¶ Convelificatio, *onis*, f. die ſchiff-compagnie apud Auguſtinum.

¶ Devēlo, *are*, detegere, aufdecken. Ovid. Met. 6, 607 *Oraque develat miseræ pudibunda sororis.*

¶ Exvelo, *are*, idem. Propertius 3, 14, 3 *Vt mihi prætextæ pudor exvelatus amictu:* Sic Scaliger legendum contendit, quem ſequitur Brouckh. alii, *est velatus.*

¶ Evelātus, *a, um*, aufgedeckt, entblößt. Feſtus: *Evelatum, eventilatum.*

¶ Invelātus, *a, um*, uneingehüllt, unbedeckt; ut, *Invelatum humerorum cacumen*, Mart. Capella lib. 1 pag. 3.

¶ Prævēlo, *are*, velum præducere, vordecken. Claudianus de Raptu Proſerpin. 2, 325 *Flammea sollicitum prævelatura pudorem.*

¶ Revēlo, *avi, atum, āre*, entdecken, offenbaren, entblöſen; ut, *Tempus omnia revelat*, Tertull. in Apolog. c. 7. vid. Chiliad. Et Tac. Germ. 31, 2 *Revelare frontem*, id eſt, cæſariem ponere.

¶ Revelātus, *a, um*, aufgedeckt, geöffnet; ut, *Ore revelato*, Ovid. Faſt. 6, 619.

¶ Revelātio, *ōnis*, f. die entdeckung, offenbarung, entblöſſung; ut, *Revelatio pudendorum*, Arnob. 5 p. 182. Et Vet. Gloſſ. *Revelatio*, ἀπόφασις, ἀποκάλυψις. Hieron. epiſt. 25 ad Paulam ſuper obitu Sanctiſſimæ, c. 2 de Paulo Apoſtolo: *Ad revelationis humiliandam superbiam monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur.* Et Tertull. adv. Marc. 5, 4 *Deus filii sui revelationem in extremitatem temporum dispositi.* Et Auguſtin. Confeſſ. 9, 10 *Somnia & imaginariæ revelationes.*

¶ Revelāmen, *ĭnis*, n. idem. Zeno Veron. *Sine revelaminе amplecti.*

¶ Revelātor, *ōris*, m. qui revelat. Tertull. adv. Marc. 4, 25 *Nec revelator ipse erit, qui absconditor non fuit.*

¶ Revelatōrius, *a, um*, offenbarend. Idem Tertull. de Anima c. 47 *Prophetica, revelatoria, ædificatoria.*

Velumen, vide *Vellimen* in *Vellus.*

VĔLŬT, & Veluti, adverb. ſimilitudinis pro *Sicut*, wie, gleichwie. Horat. 1 od. 12, 45 *Creverit, occulto velut arbor ævo, Fama Marcelli.* Virg. Æn. 2, 304 *In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit, &c.* Cic. de Ar. Reſp. c. 4 *Conatum Clodii refutabo, velut hesternos dies.* Nepos 23, 1, 3 *Velut hæreditate relictum odium confirmavit.* Additur hæc particula metaphoris, ſententiis ex translato orientibus, inventionibus, &c. ¶ 2. *Velut* pro *exempli causſa*, Cic. N. D. 2, 48 *Bestiæ, quæ gignuntur in terra, veluti crocodili &c.*

VĒNA, *æ*, f. *vivum sanguinis* vocat Plinius 21, 37; dicta inde videtur, quod per eam veniat, hoc eſt, deferatur ſanguis, vel ab ἴνες potius quod vult Scaliger, eine ader, blut-ader; differt enim ab arteria & nervo. Cic. Nat. D. 2, 55 *Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias.* Gellius 18, 10 *venarum* & *arteriarum* diſcrimen ex medicorum libris ita explicat, ut VENAS dicat *conceptacula sanguinis mixti confusique cum spiritu naturali, in quibus plus sanguinis, minus spiritûs sit:* ARTERIAS *conceptacula spiritus missi confusique cum sanguine, in quibus plus spiritûs, minus sanguinis sit.* VĒNAS *itaque suapte vi immobiles esse & sanguinis tantum demittendi gratiâ explorari;* ARTERIAS *autem motu atque pulsu suo habitum & modum febrium demonstrare.* Et ea de causſa ibidem refert, oſtendiſſe medicum quendam elegantiores nonnullos, quod dixiſſet ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς Φλεβὸς, *si attigeris venam ejus*, quod debuiſſet ἀρτηρίαν, *arteriam* dicere. Recte vero ibi Herodes, *pervulgate* in eo magis medicum quam *insite* locutum, pronunciat. Quid enim frequentius eſt, quam ubi de pulſu explorando agitur, non *arterias*, ſed *venas* potius nominari? Omittam Græcos, contentus aliquot Latinorum exempla protuliſſe. Perſius ſat. 3, 107 *Tange, miser, venas, & pone in pectore dextram.* Et paullo ante Idem v. 91 *Tertia compositas vidit nox currere venas. Currere* dixit, quod moventur & ſaliunt arteriæ, ſive κάρτησιν, ut Græci loquuntur. Sen. epiſt. 22 *Non potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus eligere: vena tangenda est.* Sic, *Pulsum venarum* Plinius dixit 2, 97, & *Percussum venarum*, 7, 51; itemque Val. Max. 5, 7 ext. 1. Prudent. Hymno 3 καθημερ. v. 91 *Quod calet halitus interior, Corde quod abdita vena tremit, &c.* Vbi rurſus *vena* arteria eſt, ſive principium potius arteriarum, corde, ut ipſe loquitur, abditum. Cauſam hujus conſuetudinis eam puto, quod in voce *Venæ* promtior faciliorque eſſet pronunciatio; deinde quod voce latina in ea re deſtituerentur. Vnde & ad differentiam velut *arteriæ venæ vitales* appellatæ. Vet. Gloſſ. ἀρτηρίαι, *venæ vitales.* Sic, *Imbuta vena veneno*, Cic. Tuſc. 2, 7. Et, *Periculum inclusum venis & visceribus alicujus*, Idem Cat. 1, 13. Sic, *Venum fovire, secare, incidere*, φλεβοτομῶν, die ader ſchlagen, oder zur ader laſſen, Celſ. 2, 10; & 3, 5. *Vena* pro membro virili apud Martial. 11, 17 *O quotics rigidæ pulsabis pallia venæ.* ¶ 2. *Venæ* ſub terra, gänge; ut, *Venæ aquarum*, Curt. 5, 1, 12. *Venæ aquæ dulcis, fœcundæ*, Ovid. Triſt. 3, 7, 16; & Hirt. B. Alex. c. 8, waſſer-adern, quellen. *Venæ auri & argenti*, gold- und ſilber-gänge. Cic. Nat. D. 2, 60 *Non æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus, & ad usum aptas, &c. Auri argentique venas sequi*, Lucret. 6, 808. Et Iuvenal. 9, 31 *Accipimus tenue argentum, venæque secundæ.* vid Nic. Heinſ. ad Sil. 3, 283. ¶ 3. *Vena* pro ingenio ad ſcribendum apto, geſchicklichkeit zu ſchreiben, reicher zufluß. Iuvenal. 7, 53 *Sed vatem egregium, cui non sit publica vena.* Horat. de Art. poet. v. 409 *Ego nec studium sine divite vena, Nec rude quid prosit video ingenium.* Et 2 od. 18, 9 *Benigna ingenii vena.* Quintil. 6, 2 *Tenuis & angusta ingenii vena.* ¶ 4. *Venæ* in herbis & lapidibus ſunt *Fibræ*, die ſtriche oder ſtreiffe. Plin. 16, 38 *In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque sunt.* Virg. Georg. 1, 135 *Silicis venis abstrusus ignis.* Stat. 1 Silv. 3, 36 *An picturatâ lucentia marmora venâ.*

¶ Vēnŭla, *æ*, f. diminut. ut, *Venulæ oculorum*, Celſus 2, 6. conf. Id. 7, 29 & 31; & Tertull. adv. Gnoſt. c. 5.

¶ Vēnōsus, *a, um*, mit vielen adern, ädericht; ut, *Folia plantaginis venosa*, Plin. 24, 10, ex quarta *Venæ* ſignificatione. *Venosus liber*, Perſius 1, 90. Compar. *Sativum scriphum, quod est minus & venosius*, Plin. 20, 8.

¶ Venox, *ōcis*, m. venæ indagator, der die adern oder quellen aufſuchet. Ita *Venox* Plautius appellatus eſt, *ob inquisitas Appiæ aquæ venas*, ut ait *Frontinus de Aquæduct.* p. 14 ſq. edit. Poleni. Meminit ejus cognominis Liv. 8, 19; & 9, 20.

¶ Intervenium, *i*, n. inter duas venas ſpatium. Vitruv. 8, 1 *Rubro saxo & copiosæ, & bonæ* (ſunt venæ) *si non per intervenia dilabantur & liquescant.* Eadem ferme verba Palladius habet menſe Auguſto c. 8. Adde Vitruv. 2, 6 & 7.

Venabulum, vide *Venor, ari.*

VĔNAFRVM, *i*, n. oppidum Campaniæ, olei proventu dives. Horatius 2 od. 6, 15 *Viridique certat Bacca Venafro.* adde 2 ſat. 8, 45.

¶ Venafrānus, *a, um*, adject. ut, *Venafranum oleum*, Iuvenal. 5, 86, id eſt, optimum, ex agro Venafrano in Campania. conf. Horat. 2 ſat. 6, 69.

Venālis, venalitius, &c. vide infra *Venum.*

VĒNANTIVS, *i*, m. Fortunatus ſive Honorius cognomine, poëta & epiſcopus Pictavienſis, qui libros 4 de Vita S. Martini, & alia reliquit. vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. 2, 22 p. 237, & Broweri præf. ad ejus opera.

Venatio, venator, venatus, &c. vide *Venor, ari.*

Vendax, vendibilis, &c. vide infra *Venum.*

VENDĬCO, *avi, atum, are*, arrogare, & proprium facere, zueignen. Sed non diſſimulandum nobis hic eſt, VENDICO verbum ignotum veteribus, & plane nihili videri. Nam quæ antiqua monumenta produci poſſunt, ubi legere liceat? Qui veteres citati grammatici, qui explicarint? Si qui fortaſſis codices habent, mendoſi illi atque corrupti ſunt. Enimvero quæ ejus ratio eſt? Dicunt ex *Venum* & *Dicare* factum, & itaque differre a *Vindicare*, quod ex *Vix* & *Dicare* natum volunt. Nugæ! Sicut a *Iudex Iudicis, Iudicare* ab *Imbrex Imbricis, Imbricare:* ita a *Vindex Vindicis, Vindicare.* Iam *venum dicare* quid eſt, & quomodo cum notione & uſu verbi hujus convenit? nemo dixerit, niſi qui cum grammaticis nugari velit. Explodendum itaque *Vendico: Vindico* ſemper dicendum atque ſcribendum cum veteribus. A vindiciis enim transfertur ad alias res, quas noſtras facimus, aut nobis tribuimus, ut allegata infra exempla oſtendunt. Adde Manut. Lipſ. Dausquium, Voſſium in libris Etymol. & Orthograph. Legitur nihilominus paſſim; v. gr. Cic. Off. 1, 1 *Videor id meo jure, quodammodo vendicare.* Celſ. præf. lib. 1 *Rerum naturæ sibi cognitionem vendicaverunt.* Ovid. Pont. 4, 1, 33 *Vendicare laudem.* Plin. 13, 19 *Cognomen sibi vendicare.* Hinc

¶ Vendicatio, *onis*, f. die zueignung, Vlp. ff. de rei vendicatione.

Venditarius, venditatio, venditio, vendito, vendo, &c. vid. *Venum.*

Veneficium, veneficus, veneno, *are*, &c. vide ſequens *Venenum.*

VĔNĒNVM, *i*, n. μέσον antiquis vocabulum, ſicut & φάρμακον, apud Græcos; & *medicamentum salubre* juxta & *noxium* ſignificat, arzeney: gift. Cajus ICtus L. 236 Dig. de verb. ſignificat. *Qui* VENENVM *dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum. Nam & medicamenta* VENENA *sunt: quia eo nomine continetur, quod exhibitum naturam ejus, cui adhibitum effet, mutat. Cum id quod nos*

VENENVM *appellamus, Græci* Φάρμακον *dicant: apud illos* (Græcos) *quoque, tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine* (Φάρμακον) *continentur. Vide adjectivum alterius* (BONI, MALI) *nomine distinctio est.* Sic *Venena mala* dixit Salluſt. Cat. c. 11. Et Cic. pro Cluent. c. 54 *Qui venenum malum fecit, fecerit.* Et, *Veneni mali poculum* Solinus dixit c. 44. *Medicans contra Venenum,* id eſt, bonum, & quod prodeſt, Prudentius dixit Hamart. v. 230. conf. Lucan. 8, 691. *Venena* dicuntur Quintil. Decl. 352, quæ aliis animalibus nocent, aliis proſunt. Plin. 7, 2 ſ. 2 *Omnibus hominibus contra ſerpentes ineſt venenum.* Nimirum *Veneni* vox quemlibet ſuccum ſive liquorem medicatum ſignificat, ſive illi nocendi inſit vis, ſive medendi, ſicut & *Virus* uſurpatur, de quo ſuo loco. Hinc medicamina faciei Ovidius *Venena* dixit de Remed. am. 1, 351; *Pelagi venenum* laſſum aquæ marinæ liquorem, Manil. 5, 680. Ita, *Aſſyrium venenum,* de purpura Tyria, purpurfarbe, Virg. Ge. 2, 465. ¶ 2. Sed untatiſſime in malam nocentemque partem dicuntur *Venena.* Sic, *Venenum conficere, dare,* L. 1 Dig. ad L. Corn. de Sicariis, *Veneno quem aggredi, quem tentare,* Suet. Ner. c. 33 & 34 *Venenum præſentiſſimum, velociſſimum,* quo quis confeſtim perimitur. Veneno quem peremptum arguunt livores in corpore, ſpuma per os, & cor igne indomitum. Lege Suet. Calig. c. 1, & ibi interpretes. *Infundere alicui venenum,* Cic. Phil. 11, 6. *Præbere venenum,* Id. Tuſc. 1, 40. Et, *Occidere veneno,* pro Roſc. Am. c. 35. *Necare veneno,* pro Cluent. c. 61. Et ibid. c. 60 *Tollere aliquem veneno,* mit gifft vergeben. Curt. 9, 8, 20 *Veneno tincti gladii,* vergifftete Degen. Lucan. 6, 491 *Humanoque cadit ſerpens afflata veneno.* ¶ 3. *Venena* etiam dicuntur res quælibet magicis veneficiis aptæ, & ipſa veneficia adeo, ſeu toxica ſagarum ſive veneficarum incantationes, hexerey. vid. locus Afranii in *Mos igeratio* ſub *Mos.* Sic, *Memoriam venenis eripere,* id eſt, veneficiis, Cic. in Orat. c. 37, durch zauberey. Horat. epod. 5, 87 *Venena magnum fas nefasque, non queunt Convertere humanam vicem.* Sen. Medea v. 692 *Cælo petam venena,* id eſt, veneficiorum materiam, ſive, quæ veneficiis idonea ſunt. ¶ 4. *Venenum noſtræ vitæ,* id eſt, pernicies, ein verderben, Catull. 78 ad Rufum. *Diſcordia ordinum & venenum hujus urbis,* Liv. 3, 67. ¶ 5. *Venenum terræ,* herbæ ſpecies eſt, Plin. 25, 8.

¶ Venēnārius, *i,* m. ſubſt. qui venena conficit, ein vergiffter. Suet. Nerone c. 33 *Locuſta venenariorum index.* Vbi vide Torrent. Apul. Apol. p. 291 *Qui venenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur.* Lactant. 5, 19 *Quid venenarius, niſi ut fallat?* Adde Tertull. Apol. c. 45; & de Pudicit. c. 5; Petron. c. 39; & ICt. Dig. 48 t. 19 l. 28 § 9.

¶ Venenarius, *a, um,* vergiftet; ut, *Calix venenarius,* Tertull. de Reſurr. carn. c. 16, i. e. *quem quis veneno temperavit,* uti ibid. legitur.

¶ Vēnēno, *avi, atum, āre,* inficere veneno, vergiften. Lucret. 6, 820 *Ut ſpatium cæli quadam de parte venenet.* Horat. epiſt. 14, 38 *Non iſtic obliquo oculo, mea commoda quisquam Limat, non odio obſcuro, morſuque venenat.* ¶ 2. Tingere, färben. C. Mattius apud Gellium 20, 9 *Tapetes concha purpura imbuens venenavit.*

¶ Venenātus, *a, um,* giftig, vergifftet, ſchädlich; ut, *Anguis venenatus,* Ovid. in Ibin v. 481. *Vipera venenata & peſtifera,* Cic. de Ar. reſp. c. 24. *Munera venenata,* Id. Phil. 13, 17. Et, *Telum venenatum,* Id. pro Quint. c. 2. *Venenatæ ſagittæ,* Horat. 1 od. 22, 3. *Venenatus morſus,* Plin. 8, 58. *Venenato litterarum miſta joco,* Ovid. Triſt. 2, 566. Compar. Id. 3, 2, 2 ſub fin. *Nihil eſt uſquam venenatius, quam in mari peſtinaca.* Superl. Tertull. de Baptiſmo c. 1 *Vipera venenatiſſima.*

¶ Venenōſus, *a, um,* idem. Varr. R. R. 1, 2 *Venenoſæ iſtæ capræ.* Gloſſ. Vet. *Venenoſus, ἰοδης.* Theodorus vet. Medicus c. 10 *Venenoſis potionibus occurrit.* Auguſt. de Geneſ. ad litt. 8, 13 *Herba venenoſa.*

¶ Vēnēnĭfer, *a, um,* idem. Ovid. Met. 3, 85 *Iamque venenifero ſanguis manare palato Cœperat.* Et Iuvencus 2, 639 *Veneniferi ſerpentis ſæva propago.*

¶ Vēnēficus, *a, um,* veneno inficiens, vergiftend, zauberiſch; ut, *Veneficus vermis,* Solin. c. 25. *Veneficus aſpectus,* ein böſes auge, Plin. 28, 3. *Vir veneficus,* Plaut. Rud. 4, 4, 63.

¶ Vēnēficus, *i,* m. ſubſt. qui veneficiis utitur, ein vergiffter, zauberer. Cic. Phil. 13, 11 *Veneficum audes appellare eum, qui veneficiis tuis remedia invenit?* Sen. de Benef. 5, 13 *Veneficus, qui ſoporem miſcuit.* Idem de Ira 1, 16 *Non irascar veneficis?* ¶ 2. Aliquando & convicii vim hæc dictio habet, ut apud Ter. Eun. 4, 3, 6. Plaut. Perſ. 2, 4, 7. &c.

¶ Vēnēfĭca, *æ,* f. ſubſt. die hexe, zauberin. Ovid. Heroid. epiſt. 6, 18 *Barbara narratur veniſſe veneficia tecum.* Sic, *Ææa venefica,* i. e. Circe, Idem Amor. 3, 7, 79. *Incinus exſecratæ veneficæ,* Apul. 10 Met. p. 569. conf. Tertull. de Spectac. c. 8; & Curt. 4, 11, 18. ¶ 2. Eſt & in maledictis apud Terent. Eun. 5, 1, 9; Plaut. Epid. 2, 2, 37, &c.

¶ Vēnēficium, *i,* n. incantatio, die vergiffung, hexerey, zauberey. Cic. de Clar. Orat. c. 60 *Veneficiis & cantionibus Titiniæ factum.* Plin. 18, 5 *C. Furius Creſinus cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quare a Sp. Albino Ædili curuli die dicta, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam &c. boves faturos; peſtica dixit: Veneficia mea, Quirites, hæc ſunt, nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes, vigilias, & ſudores. Omniam ſententiis abſolutus itaque eſt, &c.* Quando primo quæſitum de veneficiis, & qui leges contra poſuere, docet Torrentius ad Suet. Ner. c. 33. Tac. An. 12, 66, 3 *Damnatus veneficii* Plin. 36, 19 *Amantus veneficiis reſiſtit omnibus.* Petron. c. 128 *Veneficio contactus,* behext. De effectibus viribusque veneficiorum vid. quos laudat Brouckh. ad Tibull. 1, 2, 43. Bonum veneficiorum apparatum & ſupellectilem dat Apul. met. 3 p. 157. Item Virgilii ſumta ex Theocrito Pharmaceutria.

¶ Tervenēficus, *i,* m. i. e. maximus venefícus, der ärgſte hexenmeiſter, Plaut. Bacch. 4, 7, 15. Sic &

¶ Trivēnēfica, *æ,* f. eine erzhexe, eine zauberin, Plaut. Aul. 1, 2, 8.

Veneo, vide *Venum,* Venerabilis, veneratio, &c. *Veneror,* Venereus vel Venerius, &c. *Venus.*

VĒNĔROR, *atus ſum, āri,* colere, σέβεσθαι, in ehren halten, ehr erbieten, beehren, anbeten. Cic. Verr. 4, 43 *Non ſolum venerari, verum etiam oſculari ſolent.* Id. Tuſc. 1, 21 *Ejus inventori & principi gratias exultantes agunt, eumque venerantur ut Deum.* Id. Nat. D. 3, 21 *Adgreſſi omnes ſanctoque Deos venerari.* conf. Virg. Ge. 1, 378. Et pro Planc. 40 *Lapidem e ſepulcro venerari.* Et, *Memoriam alicujus venerari,* Tac. Agric. 46, 3. *Aliquem manu,* item *voce manuque venerari.* vide *Manus.* Nimirum quod Græci προσκυνεῖν, illud Latini modo *adorare,* modo *venerari* interpretati ſunt. C. Nepos 9, 3, 3 *Neceſſe eſt, ſi in conſpectum ejus* (regis Perſarum) *veneris, venerari regem, quod προσκυνεῖν illi vocant.* Vet. Gloſſ. *Venerari, προσκυνεῖν.* v. Briſſon. de Regno Perſ. lib. 1. ¶ 2. Cum veneratione orare, demüthig bitten. Plaut. Aul. prol. v. 7 *In medio foco defodit* (theſaurum) *venerans me, ut id ſervarem ſibi.* Id. Rud. 5, 2, 62 *Venus, veneror te, ut omnes lenones miſeri ſient.* Cic. fam. 8, 7, 4 *Multa Deos venerati ſunt contra ejus ſalutem.* Atque hac de cauſſa Horatius pro optare, cupere, *venerari* poſuit 2 Serm. 6, 8 *Si veneror ſtultus nihil horum.* Id. Carm. Seculari v. 49 *Quique vos bubus venerantur albis Clarus Anchiſæ Venerisque ſanguis.* Vbi Vetus Scholiaſtes: VENERATVR, *venerando precatur & poſtulat.* Eſt quoque *venerari* verbum ſolenne in devotione exercitus. v. Macrob. Saturn. 3, 9, & Briſſ. de Form. p. 71. ¶ 3. Ponitur & paſſive aliquando, B. Ambroſ. Orat. 1 contra Symmach. pr. *Ipſe enim ſolus verus Deus eſt, qui intimâ mente veneretur.* vide mox *Veneratus.* Nam & activa terminatione Plaut. Bacch. 2, 1, 4 *Veneroque te.* ¶ 4. *Veneror* vel *Venero,* i. e. ἀφροδισιάζω, vid. in *Venus.*

¶ Vēnerandus, *a, um,* ehrwürdig; ut, *In Deorum immortalium numero venerandi a nobis & colendi,* Cic. de L. Agrar. 2, 35. *Amicus venerandus,* Horat. 1 epiſt. 18, 73. *Sacra veneranda,* Lucan. 2, 530. *Veneranda Pales,* Virg. Georg. 3, 294. conf. Id. 9, 276; Ovid. Amor. 2, 9 extr. & Curt. 3, 6, 20.

¶ Venerans, *tis.* Virg. En. 12, 220 *Aram ſuppliciter venerans.* Ovid. Triſt. 2, 1, 7 *Carmina te venerantia.* conf. in *Veneror* n. 2.

¶ Veneranter, adverb. ehrerbietig. Tertull. de Iudicio Domini c. 7 *Submiſſique omnes genibus veneranter adorant.* Sedulius de Chriſti adſcenſione 5, 429 *Illi autem lætis cernentes vultibus altas Ire ſuper nubes Dominum, tractusque coruſcos Veſtigiis calcare ſuis: veneranter adorant.*

¶ Venerātus, *a, um,* paſſive, beehrt, angebetet. Horat. 2 ſat. 2, 124 *Et venerata Ceres, culmo ut conſurgeret alto.* Et Ammianus 22, 23 pr. *Venerato nomine,* i. e. adorato. Compar. Mela 3, 10 *Automolæ parum veneratiores veluti optimarum alumni virtutum.* ¶ 2. Active Ovid. Met. 5, 279 *Fallaci veneratus numina cultu.*

¶ Venerātio, *ōnis,* f. die verehrung, anbetung. Cic. Nat. D. 1, 17 *Habet venerationem juſtam, quicquid excellit.* Plin. 8, 1 *Religio fiderum, ſolisque ac lunæ veneratio.* Curt. 3, 6, 18 *Ingenita genti erga reges ſuos veneratio,* conf. Id. 10, 3, 2. Et Tac. Hiſt. 4, 65, 8 *Arcebantur aſpectu, quo venerationis plus ineſſet.*

¶ Venĕrātor, *oris,* qui veneratur. Val. Max. 3, 7, 1 *De accuſatore Scipionis venerator eſt factus.* Ovid. de Pont. 2, 2 pr. *Ille domûs veſtræ primis venerator ab annis.* Et Prudent. Apotheoſi v. 292 *De grege thurifero venerator.*

¶ Venerābĭlis, *e,* veneratione dignus, ehrwürdig, ehrenwerth. Liv. 6, 24 *Vir ætate venerabilis.* Ovid. Triſt. 1, 7, 15 *Illud amicitiæ quondam venerabile nomen &c.* Curt. 6, 9, 2 *Conſpectu venerabilis.* Id. 3, 11, 24 *Majeſtate venerabilis,* majeſtätiſch. Compar. Liv. 1, 7 *Venerabilis vir miraculo litterarum, venerabilior divinitate matris.* Gell. 16, 1 *Sententia venerabilior.* Iuſtin. 42, 3, 5 *Non cujusquam nomen venerabilius.* Horat. 2 ſat. 5, 4 *Ante Larem geſtet venerabilior Lare dives.* Superl. *Venerabiliſſima ſoror,* Salvianus epiſt. 4 p. 321 edit. Rittersh. ¶ 2. Sed activa ſignificatione, ehrerbietig. Val. Max. 1, 1, 15 *Senatus venerabilior in Deos:* i. e. magis reverens Deos. conf. Idem 2, 4, 4.

¶ Venerabiliter, adv. idem. Val. Max. 5, 1, 5 *Victorem venerabiliter exceperunt.* Macrob. ſat. 6, 11 extr. *Servius his dictis venerabiliter aſſenſus obticuit.* Apul. ad Aſclep. p. 77 *Competenti venerabiliter ſilentio &c.* Minuc. Fel. c. 5 *Quanto venerabilius & melius.*

¶ Venerabundus, *a, um,* qui veneratur, ehrerbietig. Liv. 5, 22 *Iuvenes delecti, venerabundi templum iniere.* Et c. 41 *Venerabundi intuebantur.* Curt. 6, 6, 3 *Iacere humi venerabundos pati cœpit.* conf. Id. 8, 5, 6.

¶ Advenĕror, *āri,* anbeten. Varro R. R. 1, 1 *Adveneror Minervam & Venerem.* Sil. 13, 704 *Proſequiturque oculis puer adveneratus euntes.*

¶ Devenĕror, *āri,* idem quod *Venerari.* Ovid. Heroid. epiſt. Phillidis 2, 18 *Deos Sum prece thuriferemis devenerata focis.* Tibull. 1, 5, 14 *Somnia, ter ſaſſa devenerandа mola.*

VĔNĔTI, *ōrum,* m. pl. Galliæ Lugdunenſis populi ſunt, qui & *Heneti* appellati. v. Plin. 4, 18 pr. & Cæſ. B. G. 3, 8. ¶ 2. Sunt & Italiæ populi Trojana ſtirpe orti, qui cum Antenore & duce Trojano Heneto ex Paphlagonia egreſſi in imi maris Adriatici ſinu conſederant, & ſinus Veneti atque urbis Venetæ in Adriatico ab his originem eſſe, conſentiunt fere veteres, ſive Antenore, ſive quocunque alio duce ab eo appulerint. Curt. 3, 1, 22 *Iamque ad urbem Ancyram ventum erat: ubi numero copiarum inito Paphlagona intrat Huic juncti erant Heneti: unde quidam Venetos trahere originem credunt,* die Venediger, Venetianer. v. ſupra *Heneti*; & Plin. 3, 19; Lucan. 4, 134; & Sil. 8, 607.

¶ Venĕtus, *a, um,* adject. ut, *Veneti cives.* Propert. 1, 12, 4 *Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.* ¶ 2. *Venetus color,* cæruleus eſt, marinis ſcilicet fluctibus ſimilis, waſſerblau, oder eiſenfarbe, conſecratus ille *cælo, mari, autumno,* Tertull. de ſpectac. c. 9. Veget. de Re Milit. 4, 37 *Ne exploratoriæ naves candore prodantur, colore Veneto, qui marinis eſt fluctibus ſimilis, vela tinguntur & funes: cera etiam, qua ungere ſolent naves, inſpicitur. Nautæ quoque vel milites Venetam veſtem induunt.* conf. Lamprid. Heliog. c. 19.

Hinc in ludis Romanorum *Veneta factio*, a Veneta veste ac habitu appellata. v. Suet. Vitell. c. 14.

¶ Venetiæ, *arum*, f. pl. ampliſſima civitas in inſulis ſinus Adriatici, a Venetis Attilæ furorem fugientibus non infelici auſpicio condita, & ſupra, quam credi poſſit, imperio atque opibus aucta, terra marique magnarum virium conſcia, tum & republica, multa prudentia adminiſtrata, inſignis, Venedig. Conditæ ſunt Venetiæ anno a nato Chriſto 556, Munſterus. ¶ 2. *Venetiæ* Galliæ Britonum, vulgo *Vannes* dicuntur. v. Cæſ. B. G. 3, 9.

¶ Venetia, *æ*, f. Venetorum in Italia regio.

¶ Venetiānus, *a*, *um*, aliud adject. Vnde *Venetiani*, a Veneto habitu appellati apud Capitolin. in Vero c. 6.

VĔNIA, *æ*, f. a *veniendo*; vel quod peccanti veniat: vel quod per eam venire liceat: condonatio erroris, permiſſio, beneficium, die nachlaſſung, verzeihung, erlaubniß, urlaub; *res ſupplicio melior*, quemadmodum Clemens dixit lib. 2 Stromat. συγγνωμη τιμωρίας κρεισσων. Virg. Æn. 1, 519 *Orantes veniam, & templum clamore petebant*, ſie baten um erlaubniß. Cic. in Verr. 5, 53 *Hæc ſi tibi tuus pater diceret, poſſes ab eo veniam petere, poſſes, ut tibi ignoſceret, poſtulare?* Ter. Phorm. 2, 3, 31 *Adoleſcens hoc a te bona venia petit*, du wolleſt mirs zu gut halten. Cic. pro Ligar. c. 1 *Impetrare ab aliquo veniam culpæ*, vel *erroris*. Plin. 5 epiſt. 6 ext. *Venia ſit dicto*, formula invidiæ & faſcini deprecandi. Liv. 7, 20 *Veniam errori petere*. ¶ 2. *Veniam dare* eſt ignoſcere, & concedere, quod petitur, verzeihen, verwilligen. Cic. pro Archia c. 2 *Quæſo a vobis, ut in hoc mihi detis hanc veniam*. Ter. Andr. 5, 3, 30 *Æquum poſtulat: da veniam*. Idem Hec. 4, 2, 29 *Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam*. Plaut. Trin. 2, 2, 43 I. Y. *Res quædam eſt, quam volo Ego me abs te exorare*. PH. *Quid eſt? Veniam jam dare geſtio*. Nepos 2, 10, 1 *Hujus res animi magnitudinem admirans, veniam dedit*: id eſt, conceſſit annum, quo ſingulam Perſicam adduceret, quod rogarat Themiſtocles. Id. 4, 4, 6 *Si eam veniam ſibi dediſſet*. Ita & alibi *veniam dare*, eſt gratificari, petitioni annuere, vel locum dare, willfahren, der bitte ſtatt geben. v. Ibid. 10, 2, 2; 18, 6, 3. Et apud Cic. Att. 6, 1 p. 573 Gr. *Si hominibus veniam dant Ciceroni*, patrono clientes. Suet. Tib. c. 12 *Neque aut matri ſuppliciter precanti, aut vitrico deſerenti ſe etiam in ſenatu conquerenti, veniam dedit*. Abunde ergo apparet, non ſemper ad culpam referri; ſed ſæpius etiam poteſtatem & petitionis conceſſionem approbationemque notare. ¶ 3. Apud Liv. 3, 7 extr. *Veniam irarum cœleſtium expoſcere*, idem fere eſt quod finem.

¶ Veniālis, *e*, venia dignus, das zu verzeihen iſt, leicht zu verſtatten. Ammian. 28, 27 *Venialem pacem poſcere*. Macrob. Sat. 7, 16 *Si venialis erit iſta tranſlatio*. Sidon. 8 epiſt. 12 *Venialibus erratis implicari*. Hinc *Status venialis*: v. præcepta rhetorices. Et, *Venialis ſpecies*, Mart. Capella 5 p. 147.

¶ Veniābilis, *e*, idem. Sidon 9 epiſt. 1 *Neſcio, qualiter fieri veniabile queat*. Sic, *culpa veniabilis*, Id. 4 epiſt. 11. *Veniabilis ſit veritatis aſperitas*, Id 7 epiſt. 7. Et Salvian. adv. Avarit. 4 p. 508 *Omnes rei veniabiles putant ſemper reatus ſuos*. Prudent. Hamart. v. 935 *Spem capio, fore, quidquid ago, veniabile apud te &c.*

VENĪCŬLA, *æ*, f. ſpecies uvæ inter optime dehoreſcentes, Plin. 14, 2. vid. *Venuncula* in *Venuſia*.

VĔNĪLIA, *æ*, f. acceſſus maris, die flut. Varro L. L. 4, 10 VENILIA, *unda, quæ ad litus venit*: SALACIA, *quæ ad ſalum redit*. Itaque his nominibus, quorum alteri a *veniendo*, alteri a *ſalo* appellatio eſt, incrementa maris reciproca & decrementa quotidiana deſignabant Romani, ebbe und flut. v. Scalig. Appendice ad Conject. Varr. p. 181. Andr. Rivini Diſſert. de Venilia & Salacia. ¶ 2. *Venilia*, nympha vel Dea maris, Fauni uxor, ſoror Amatæ, Latini regis conjugis, & mater Turni. v. Virg. Æn. 10, 76; Ovid. Met. 14, 334. Auguſt. de C. D. 4, 11 *De ſpe quæ venit Venilia nanciſcitur*.

VĔNIO, *vēni*, *ventum*, *īre*, ἐρχεσθαι, kommen, angelangen. Cæſaris vox: *Veni, vidi, vici*; vid. Suet. c. 37; Plut. Apoph. p. 364 H. Steph. Cic. fam. 2, 12 *Obvie mihi velim ſint tuæ litteræ, quæ me erudiant de republica, ne hoſpes plane venium*. Sic, *Venire ad urbem*, Id fam. 16, 3. Aliquando & præpoſitio omittitur, præcipue poëtis: ut, Virg. ecl. 1, 66 *Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxem*. Et Æn. 2, 742 *Nec prius amiſſam reſpexi animumque reflexi, Quam tumulum antiquæ Cereris ſedemque ſacratam Venimus*. Plaut. Cure. 2, 3, 60 *Veniam Cariam*. Et, *Venire ab* aliquo, *de* aliquo, *ex* loco: ut, *Cum de Cumanis veniſſem cum imperio*, Cic. Att. 5, 13. *Ex Arabia venerunt legati*, Plin. 12, 14. Et, *Omnes, qui iſtuc veniunt, ita de tua virtute commemorant*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, 13. *Venire in alicujus amicitiam*, Cæſ. B. G. 6, 5; *in familiaritatem alicujus*, vel *aliquorum*, Cic. fam. 7, 15; *in ſocietatem laudem alicujus*, Id. fam. 9, 14; Et, *in arbitrium & poteſtatem alicujus*, Id. Verr. 1, 57. *Venire ſub adjectum*, Id. de Orat. 2, 87; *in conſpectum alicujus*, Planc. Cic. fam. 10, 22, unter die augen treten. *Venire in conſpectu*, Codices multi editi & ſcripti ap. Liv. 7, 40 exhibent, de quo Burm. ad Phædr. fab. 5, 1, 15 vide, & Gebh. ad Liv. 8, 20, ubi *in peroptato veniſſe*, occurrit. Et, *Ad aures meas venit, te &c.* ich habe erfahren, gehört, pro Marcello c. 8. *Auxilio alicui venire*, Liv. 9, 43. Et, *Suppetias venire*, Hirt. B. Afric. c. 5. *Contra aliquem venire* dicitur is, qui in judicio illum oppugnat, v. Cic. pro Mure. 4, quem laudamus in *Advocatus*. *In complexum alicui venire*, Cic. fam. 14, 1; *in colloquium ad aliquem*, Liv. 25, 16. *Venire in conſuetudinem*, Cic. in Piſ. c. 19 fin. *In deliberationem venire*, berathſchlaget werden, Quintil. 2, 21; *in dubium*, in zweifel gezogen werden, Cic. ad Planc. ſub Att. 16, 16; *in ſuſpicionem*, Id. de Invent. 2, 16; *in certamen jam*, pro Quint. c. 11; *in diſceptationem*, Liv. 39, 32, ſtreitig werden; *in periculum*, Cic. Verr. 1, 27, gefahr laufen; *in diſjunctionem exiſtimationis*, Id. Div. in Verr. c. 23 pr. *Venire in crimen*, Ter. Hec. 3, 1 extr. id eſt, accuſari. *Res venit in religionem*, Cic. de N. D. 2, 4. Liv. 10, 37. *In partem laboris venire*, die unkoſten helfen tragen, Cic. fam. 14, 2. *Ad extrema venire*, in äuſſerſte noth kommen, ꝛc. Liv. 2, 47. *Ad extrema ventum foret, ni &c.* es wäre faſt ausgeweſen ꝛc. *Ad internecionem videbatur venturum*, ſcil. omne nomen Ætolorum, Liv. 36, 31. *Ad ultimum dimicationis res venit*, Id. 2, 56. *Merita ad nihilum eſſe ventura*, Cic. fam. 11, 12. *Emolumentum ad me ex ea re venit*, Cic. pro Cluent. c. 19, ich habe daraus nutzen. *Res mihi venit hæreditate*, Id. de Invent. 1, 45, es ſtirbt mir zu. Et, *Hæreditas mihi venit a propinquo*, Id. Verr. 1, 10. Et, *Ab humili venit ad ſummum*, Id. Tuſc. 2, 2. *Venit mihi in opinionem*, id eſt, incipio opinari, es fällt mir ein, Nepos 25, 9, 6. Et, *Venit mihi in ſuſpicionem*, id eſt, ſuſpicor, ich muthmaſſe, Id. 4, 4, 1. *Venire in alicujus manus*, einem in die hände gerathen, Cic. Off. 3, 7 fin. Et, *Libri veniunt in hominum manus*, Quintil. præf. ad Tryphonem. *Venire in mentem*, Cicero paſſim, e. g. fam. 2, 18 *Quæ veniebant mihi in mentem*. Id. 7, 3 *Solet mihi in mentem venire illius temporis &c.* & ſine caſu Liv. 28, 24. Sic, *Venire in proverbium*, Liv. 40, 46; Et, *in proverbii conſuetudinem*, Cic. Off. 2. 15 fin. zum ſprichwort werden; *in hominum ſermonem & vituperationem*, Id. in Verr. 4, 7, in der leute mäuler gerathen. *Veni in cum ſermonem, ut dicerem*, Idem fam. 3, 5, ich fiel auf den diſcurs. *In ſpem pacis venio*, Balbus Cic. ſub Attic. 9, 13, ich habe gute hoffnung zum frieden. *In vitam venire*, gebohren werden, Id. de Leg. 1, 22. *Ad finem venire*, ſich endigen, Liv. 25, 23. *Uſu venire*, vide *Uſus, Utor*. ¶ 2. Apud Tibullum 1, 1, 64 *venire* prō *eſſe*, ſive ὑπάρχειν, item & τυγχάνειν ponitur, quod & Scaliger notavit. Verba ſunt: *Quid Tyrii recubare toro ſine amore ſecundo Prodeſt, cum fletu nox vigilanda venit*: i. e. vigilanda eſt. Item Propert. 2, 1, 2 *Unde meus veniat mollis in ore liber*: i. e. in ore ſit. Sen. Medea v. 686 *Quærens quibus Mortifera veniat*; i. e. futura ſit. Claudian. de Conſul. Honorii 4, 647 *Quænam tot Divis veniet nurus, omnibus arvis Et toto dotanda mari?* i. e. erit, continget. Etiam Salluſt. Iug. 103, 2 *Reputando, quæ ſibi ductibus præliis venerant*, h. e. evenerant, uſu venerant. Liv. 24, 40 *Si quando ſimilis fortuna veniſſet*. Id. 9, 12 *Omnia quæ deinde venerunt*, i. e. evenerunt. v. quos ad h. l. laudat Dukerus. Sic Iuſtin. 13, 4 *Ptolemæo Ægyptus ſorte venit*. Ovid. Triſt. 4, 10, 11 *Gratia, Muſa, tibi: nam tu ſolatia prabes: Tu curæ requies, tu medicina venis*. Plaut Aul. 2, 2, 12 *Dummodo morata recte veniat, dotata eſt ſatis*. Alcimus Avitus ad Sororem v. 168 *Nec jam a me inſtituenda venis, quæ junior ortu, Religione prior*; Ita Zehnerus legit & Fabricius: at Sirmondus, cui eſt v. 145, ejectis qui ſpurii videntur: *Tu melius jam docta venis, &c.* i. e. inſtituenda es, ſive docta es. Sed hoc poeticum eſt. ¶ 3. Ponitur & pro *Ire*, gehen; ſicut contra *Ire* pro *venire*. Nepos 18, 6, 1 *Cum litteras & nuncios miſiſſet in Aſiam, conſultum, utrum repetitum Macedoniam veniret*. Horat. 1 epiſt. 3, 19 *Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim Grex avium plumas, moveat cornicula riſum*. Ter. Adelph. 2, 2, 23 *Ni eo mercatum venio, damnum maximum eſt*. Sic, *Venire adverſus aliquem*, ire eſt: Nepos 23, 4, 2 *Tertio idem Scipio cum collega Tiberio Longo apud Trebiam adverſus eum venit*. Et paullo poſt n. 4 *Ibi obviam ei venerunt duo Conſules &c.* v. Muncker. ad Hyg. fab. 257, & N. Heinſ. ad Ovid. Heroid. 1, 116. De differentia verborum *ire*, & *venire*, Arntzen. ad Aur. Vict. c. 48. ¶ 4. *Venire* meretrices dicuntur, cum ſe ſiſtunt & ſui copiam faciunt, ut Bacchis Ter. Heaut. 4, 4, 3 *Sæpe obſecrans me, ut veniam*. Et v. ſeq. *Aut cum venturam dixero & conſtituero &c.* Propert. 2, 14, 20 *Contendite amantes: Sic hodie veniet, ſi qua negavit heri*. Et iterum 2, 22, 43 *Aut ſi es dura, nega: ſi non es dura, venito*. Quin Venus ipſa a *veniendo* eſt dicta, de quo infra. ¶ 5. *Venitur, ventum eſt*, impersonale, man kommt, es iſt gekommen. Plin. 9 epiſt. 13 *Venitur ad me: conſulunt*. Iuſtin. 2, 2, 12 *Dum eo ſe venitur*. Cic. Off. 1, 1 *diſcrimen venturi eſt*. Horat. 1 epiſt. 7, 71 *Dum venitur, fluxit pars*. ¶ 6. *Venire* meretrices dicuntur, cum ſe ſiſtunt & ſui copiam faciunt, ut Bacchis Ter. Heaut. 4, 4, 3 *Sæpe obſecrans me, ut veniam*. Et v. ſeq. *Aut cum venturam dixero & conſtituero &c.* Propert. 2, 14, 20 *Contendite amantes: Sic hodie veniet, ſi qua negavit heri*. Et iterum 2, 22, 43 *Aut ſi es dura, nega: ſi non es dura, venito*. Quin Venus ipſa a *veniendo* eſt dicta, de quo infra. ¶ 7. *Venitur, ventum eſt*, impersonale, man kommt, es iſt gekommen. Plin. 9 epiſt. 13 *Venitur ad me: conſulunt*. Iuſtin. 2, 2, 12 *Dum eo ſe venitur*. Cic. Off. 1, 1 *diſcrimen venturi eſt*. Horat. 1 epiſt. 7, 71 *Dum venitur, fluxit pars*.

¶ Veniens, *tis*; ut, *Longe ante ſecula veniens*, Virg. Æn. 5, 451. *Veniens ætas*, id eſt, poſteritas, die nachkommenſchaft, Ovid Faſt. 6, 639. *Annus veniens*, das künftige jahr, Cic. ad Qu. fr. 3, 20; & Virg. Ge. 2, 505. *Ista veniens, abeuntia*, contraria, Virg. Ge. 4, 466. Id. Æn. 5, 344 *Gratior & pulchro veniens in corpore virtus*.

¶ Venturus, *a*, *um*, futur. s. zukünftig. Horat. 3 od. 1, 13; ut, *Venturi mali prima favida*, Propert. 3, 9, 18. *Venturæ nuptiæ*, Ovid. de Arte am. 3, 59. *Venturi inſidiis ævi*, Virg. Æn. 8, 627. Et abſolute: *Præſcia venturi vates*, Id. Æn. 6, 66. Et, *ventura videre*, Æn. 2, 125. Id. Georg. 4, 393 *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahuntur*.

¶ Ventus, *a*, *um*, participialiter, qui venit, gekommen. Plaut. Curc. 2, 3, 35 *Ventum gaudeo*. conf. Ciſt. 1, 1, 16; & vide infra *Adventus*.

¶ Ventio, *ōnis*, f. adventus, acceſſus, die ankunfft. Plaut. Truc. 2, 7, 61 *Quid tibi huc ventio eſt?* id eſt, cur huc veniſti?

¶ Vento, *are*, frequentat. ankommen. Feſtus: *Ventabant antiqui dicebant ſine præpoſitione pro adventabant*.

¶ Ventito, *are*, aliud frequentat. öfft kommen; ut, *Sæpius ventitare in agrum*, Plin. 18, 29. *Deum ventitare*, Cic. fam. 11, 27. Et Nepos 25, 4, 4 *Ad comitia eorum ventitavit*. Adde Cic. Tuſc. 5, 20; Catull. 8, 4; Tac. An. 15, 52, 1; & 16, 14, 2; &c. Plin. 9, 8; & 18, 5. Sidon. 1 epiſt. 9.

¶ Ventitans, *tis*; ut, *Elephanti ad potum ventitantes*, Solin. c. 65 (Salm. 52.)

Compoſita:

¶ Advĕnio, *vēni*, *tum*, *īre*, ankommen, herzukommen; ut, *Advenis modo?* Ter. Hec. 3, 5, 8. *Optato advenis*, Id. Andr. 3, 3 pr. Et, *Advenire in tempore*, Andr. 5, 6, 10. *Per tempus advenire*, Ibid. 4, 4, 44. *Opportune advenis*, Id. Heaut. 1, 2, 5. Sed, *Advenerunt litteræ*, pro allatæ ſunt, Suet. Veſp. c. 7. Et Virg. Æn. 1, 392 *Qui adveneris urbem*, i. e. veneris ad urbem. Ibid. 10, 11 *Adveniet juſtum pugnæ tempus*. Et 7, 145 *Adveniſſe diem*.

¶ Advenīens, *tis*; ut, *Advenientes & creſcentes morbi*, Cic. de Divin. 2, 29. *Advenientem adduxi illico ad cœnam*, Ter. Heaut. 1, 2, 8. *Advenientes milites*, Hirt. B. Afric. c. 11. *Hoſpes tardius adveniens*, Horat. 2 ſat. 2, 90. *Advenientes & exeuntes* opponuntur in Sen. epiſt. 114.

¶ Adve-

¶ Advĕna, æ, c. id est, adveniens, qui aliunde advenit, hospes, ein Fremdling, ankömmling. Cic. de Orat. 1, 58 *Ne in nostra civitate peregrini atque advenæ esse videamur.* Et contra Rull. 2, 34 *Nos hinc Româ qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini atque advenæ nominabamur.* Ter. Heaut. 1, 1, 44 *Est e Corintho hîc advena anus paupercula.* Et de fœmina Silius 4, 767 *Quos condidit advena Dido.* Sic, *Exercitus advena*, ein fremdes Kriegsheer, Virg. Æn. 7, 38. *Advena mancipium*, Priscianus 6, 1 p. 677. ¶ 2. Plin. 20, 23 *Alvenas æstatis* ciconias dixit & grues, die im sommer ankommen.

¶ Adventus, *a, um*, ankommen. Loca adducta a Palmerio tom. 4 Facis Crit. p. 642 examinat Vossius de Analogia p. 203. Primus locus est Ter. Andr. 5, 2, 3 *Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi.* Sed Vossius legit, *Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.* Alter ejusdem locus est Pharm. 1, 3, 2 *Vbi in mentem ejus adventi venit*, id est, patris, qui advenit. Sed Vossius ait, *adventi* esse substantivum in genitivo secundæ declinationis pro quarta. Tertius locus est Sallustii B. Iug. c. 91 *Multo ante lucem adventam*; Sed Vossius reperit: *Multo ante lucis adventum.*

¶ Adventus, *ûs*, m. die zukunfft, ankunfft. Ter. Eun. 2, 2, 29 *Ad cœnam vocant, adventum gratulantur.* Sic, *Adventus in urbem*, Cic. pro L. Manil. c. 5; &, *ad urbem*, pro Mil. c. 19. Idem Tusc. 3, 14 pr. *Præmeditatio futurorum malorum lædit eorum adventum.* ¶ 2. Ex Terentio *adventi*, ἐφαπαξ, pro *adventûs* jam vidimus.

¶ Adventitius, *a, um*, quicquid quacunque occasione & ratione aliunde nobis accedit, fremd, zufällig, zufliessend. Contrarium est *suum, proprium, ingitum*; ut, *Adventitia pecunia, bona*, quæ non jure successionis aut hæreditatis, sed ab extraneis & inopinato accedunt. Cic. pro L. Manil. c. 9 *Adventitiis regum & nationum copiis adjuvari.* Idem de Fin. 5, 21 *Adventitiis & externis adjumentis uti.* Id. N. D. 2, 10 *Adventitius terror.* Et, *Transmarina atque adventitia doctrina*, Sen. ad Helv. c. 5 *Leve momentum in adventitiis rebus est, & quod in neutram partem magnas vires habeat, &c.* ¶ 2. *Adventitia*, vel *adventoria cœna* dicebatur, qua amicos peregre redeuntes, aut longo intervallo ad se invitantes amici excipiebant, ein mahl zum willkommen. Suet. Vitell. c. 13 *Famosissima super cæteros fuit cœna ei data adventitia a fratre &c.* Huc videtur allusisse Martialis præf. lib. 12 *Ne quid tamen advenienti tuo ab urbe & exigenti negarem, imperavi mihi, & si edai paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoria sua.* Eadem cœna & *viatica* dicebatur. v. Torneb. Adv. 2, 30; & 30, 26. Scalig. Auson. Lect. 2, 19 & 24; itemque Torrent. ad Suet. l. c.

¶ Adventor, *ôris*, m. pro conviva adveniente, ein gast. Plaut. Asin. 2, 2, 92, & Apul. Met. 10, 248.

¶ Adventōrius, *a, um*, zum willkommen gehörig; ut, *Adventoria cœna*, Martial. d. l. in *Adventitius* n. 2. , Et *Adventoria epistola*, de qua Scalig. Lect. Auson. d. l.

¶ Advento, *are*, herzukommen, herbeykommen; ut, *Adventare & prope jam adesse deos*, Cic. Att. 4, 17. *Iam tempus adventat*, die zeit rückt heran, id. de Orat. 1, 45. Sic & de rebus aliis: *Adventat reip. excidium*, Tac. Hist. 4, 13, 5. *Properans adventat ad urbem*, Virg. Æn. 11, 514.

¶ Adventans, *tis*; ut, *Adventantibus curis*, Virg. Georg. 4, 192. *Adventante Dea*, Idem Æn. 6, 258. *Adventans vox*, Ammian. 20, 6. *Morti adventanti obviam procedere*, Cic. Tusc. 5, 19. *Adventante fatali urbi clade*, Liv. 5, 33.

¶ Adventatio, *onis*, f. die zukunfft, herannahung. Vet. Interpr. Irenæi 1, 1 *Salvatoris adventatio.*

¶ Antevenio, *vēni, ventum, ire*, prævenire, zuvor kommen. Sallust. B. Iug. c. 48 *Magnis itineribus Metellum antevenit.* ¶ 2. Et malo imminenti occurrere. Idem Iug. c. 88 *Explorare itinera regum, consilia & insidias eorum antevenire.* ¶ 3 Est antecellere, übertreffen. Plaut. Cas. 2, 3 pr. *Omnibus rebus ego amorem credo antevenire.* Sallust. Iug. c. 4 *Qui antea per virtutem petiti erant nobilitatem antevenire.* Tac. An. 4, 18, 3 *Beneficia ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.*

¶ Anteventus, *a, um*, vorgekommen. Cato apud Nonium 2, 143 *Quod complures uju venit, omni tempore anteventum est.*

¶ Anteventŭlus, *i*, m. herfür ragend. Apul. Florid. 1 p. 342 *Crines anteventuli & propenduli.*

¶ Circumvĕnio, *veni, ventum, ire*, proprie circumire, item cingere, circumdare. Vide militare verbum fit, quod undique cingere atque concludere signum est, umringen, umgeben. Cæs. B. Civ. 2, 34 *Relicti ab iis, qui una procurrerant, levis armaturæ, circumveniebantur, atque interficiebantur ab nostris.* Et paulo post: *Omnes jam se ab equitatu circumveniri arbitrabantur.* Vius & alibi fœpius est. Nep. 18, 5, 3 *Multis dimicationibus circumventus est.* ¶ 2. Quod autem plerumque ex dolo & insidiis fit, ut aliquis undique cingatur; verbum hoc ad fraudes & insidias fœpius significandas adhibetur. betrügen, hintergehen. Et nonnunquam quidem vocabulo adjecto, quo dolore agi indicatur; ut, *Insidiarum fraude circumvenire*, Iustin. 1, 8, 9. *Dolo circumvenire*, Idem 27, 1, 7; aut, per *insidias*, Cæs. B. G. 1, 42. conf. *Circumventus.* Sæpe tamen etiam absolute hoc sensu usurpatur, sine appositu fraudis aut insidiarum nomine. Cic. pro Quintio c. 31 *Acerbum est, ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo.* Sic, *Circumvenire & opprimere*, Idem in Verr. 4, 8. Sed *Circumvenire leges* est, in fraudem legum aliquid facere, L. 123 in fin. Dig. de Legat. 1.

¶ Circumvenīens, *tis*, umringend, umgebend, Petron. c. 114 *Vtrumque zona circumvenienti præcinxit.*

¶ Circumventus, *a, um*, oppressus, deceptus, umringet, überfallen, betrogen. Cic. Tusc. 1, 41 *Iudicio iniquorum circumventus.* Stat. Theb. 5, 165 *Qualis cerva circumventa lapis.* Cæs. B. C. 2, 35 *Fabius a proximis militibus circumventus interficitur.* Sen. epist. 9 *Circumventus hostili custodia*, ein gefangener. Nepos 23, 4, 3; & Iustin. 10, 1, 7 *Insidiis circumventus.* Et rursus Iustin. 26, 1, 10 *Periculo ancipiti circumventus.* Liv. 4, 33 *Circumventos & a fronte & ab tergo urgere.*

¶ Circumventio, *ōnis*, f. deceptio, die hintergehung, der betrug, L. 17 Dig. de Minorib. *Allegatio circumventionis adversarii.* Pluraliter *Circumventiones* Augustinus dixit de Civ. Dei 22, 22.

¶ Circumventor, *ōris*, m. deceptor, ein betrüger. Lamprid. in Alexandro c. 66 *Amicos fautlos & venerabiles habuit, non circumventores sui, non irrisores, &c.*

¶ Circumventōrius, *a, um*, betrüglich. Augustinus confess. 3, 3 *Circumventoria obsequia dæmoniorum.*

¶ Convenio, *veni, ventum, ire*, congregari, una venire, zusammen kommen, zusammen treffen; ut, *In colloquium convenire*, Nepos 23, 6, 2. *Convenire in unum*, Pomp. Cic. sub Att. 8, 6. Et ad Qu. fratr. 1, 4 *Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam.* Sed, *Convenire in aliquem*, Cæs. B. C. 1, 12. *Multitudo hominum convenit ad hoc judicium*, Cic. pro Rosc. Am. c. 5. Et, *Convenire ad exsequias*, Idem pro Quint. c. 15. Et Tac. Hist. 4, 68, 8 *Galliarum civitates in Remos convenere*, sie haben eine versammlung gehalten. Messala Corv. p. 20 *Alpini populi simul in ditionem convenere.* ¶ 2. Ad pacta & contentum quemcunque sæpe pertinet, interveniente interdum præpos. CVM: Ter. Adelph. 1, 1, 34 *Hæc fratri meum non conveniant*, er ist darüber mit mir nicht einig. Plaut. Trin. 2, 4, 168 *De dote cum aliquo convenire.* Cic. Fin. 5, 29 *Non convenit mihi cum fratre de his rebus.* Idem Phil. 1, 3 *Addebant, rem conventuram.* Tac. Hist. 1, 27, 2 *Quæ significatio cœuntium jam militum convenerat*, id est, convenerat inter ipsos, si id significaretur, indicio fore, coire jam milites & cœtus facere. Suet. de eadem re Othone c. 6 *Quod signum convenerat.* Plaut. Most. 1, 3, 146 *Bene ratio accepti atque expensi inter nos convenit.* Id. Pseud. 1, 5, 129 *Si de ea re unquam inter nos convenimus.* Quint. 4, 2 *Convenire de pretio.* Liv. 1, 3 *Pax ita convenerat, ut &c.* Id. 30, 40 *Si conditiones convenient pacis.* Adde Nepot. 23, 6, 2; Iustin. 30, 3, 13. ¶ 3 In hac significatione etiam impersonaliter & interdum absolute ponitur. Liv. 24, 6 *Pacto convenit*, i. e. firmatum est, es ist so ausgemacht worden. Idem 2, 23 *Non modo inter patres, sed ne inter consules quidem ipsos conveniebat.* Plaut. Capt. 2, 3, 18 *Ita convenit inter me & hunc.* Et v. 21 *Recte convenisse sentio* Idem Amph. 1, 1, 70 *Convenit*, scil inter eos. conf. Id. Pseud. 4, 5, 9; & Ter Heaut 4, 8, 23. ¶ 4. Est & meretricium, ut, *venire*: id est, corporis sui copiam facere, sich zusammen finden. Ter. Hec 1, 2 extr. *Nam constitui cum quodam hospite, Me esse illam conventuram* Loquitur Philotis meretrix. Arnob. lib. 7 *Amant suos fœtus, & gignendis conveniunt liberis.* Apul. 6 Milesi. p. 177 *Cupido cubiculi custodiâ coercebatur acriter, partim ne petulanti luxuriâ vulnus gravaret, partim ne cum sua cupita conveniret.* Hinc & *Conventus* pro concubitu ponitur Arnobio lib. 2. v. Elmenh. Ind Apulej ¶ 5. *Convenium nostris auribus ista magis*, Martial 4 ep. 40, es schickt sich besser vor unsere ohren. *Conveniunt mores*, Ter. Andr. 4, 2, 13, sie sind einerley humeurs. Ibidem 5, 4, 39 *Nomen non convenit*, es trifft nicht zu. Cic apud Nonium 4, 75 *Vereris, ne non conveniat nostris ætatibus oratio, quæ spectat ad hortandum?* es sey nicht gemäß. *Convenit numerus, quantum debui*, Ter. Phorm. 1, 2, 1, es trifft ein. Cic pro Rosc. Am. c. 23 *Nemo erat, in quem ea suspicio conveniret*, diesen verdacht konte man auf keinen haben. Ter. Heaut. 5, 1, 3 *In me quidvis harum rerum convenit*, es schickt sich auf mich. Nepos 13, 11, 3 *Non convenit prudentiæ ejus.* Cic. de Fin 3, 22 *Posterius priori non convenit.* ¶ 6. *Convenire aliquem*, einen besuchen, zusprechen. Cic. fam 5, 11 *Eam si opus esse videbitur, conveniam.* Et 4, 2 *Posthumia tua me convenit.* Nepos 7, 9, 5 *Ejus conveniendi habere potestatem.* ¶ 7. *Convenior*, passive: Sen. de Brev. vitæ c. 14 *Recte convenire & interdiu ab omnibus mortalibus possunt.* Symmach. 1 epist. 6 *Sæpe unanimitatis tuæ sermone convenior.* conf. 9 epist. 21 & 30. Et Cic. fam. 1, 8 *Nostrum studium constabit in conveniendis magistratibus.* conf. Ovid. de Arte am. 2, 394.

¶ Convĕnit, impersonale, idem quod decens & conveniens est, es gebühret sich, es ist billig. Ter. Eun. 3, 2, 41 *Haud convenit una ire amicam cum imperatore in via. Neque enim licet aut convenit, &c.* Brut. Antonio fam. 11, 3. ¶ 2. De pactis adhiberi jam diximus in verbo n. 3. ¶ 3. Interdum idem est quod constat ὁμολογεμένον ἐστι. Plin. 23, 1 f. 24 *Helvenaco nimio caput tentari convenit.*

¶ Conveniens, *tis*, una veniens. Quintil. 2, 2 pr. *Disciplinæ severitate convenientium ad se mores adstringere est præceptoris.* ¶ 2. Congruens quacunque ratione, füglich, bequem, anständig, gemäß, das sich schickt; ut, *Aptum & inter se conveniens*, Cic. Off. 1, 40. *Sibi convenientia finge*, Horat. Art. poët. v. 119. *Reddere personæ convenientia*, ibid v. 316. *Modi convenienti*, Lucret. 2, 939. *Vestis convenienti*, Idem 4, 792. Ovid. Pont. 2, 9, 39 *Conveniens homini est, hominem servare, voluptas.* Compar. Val. Max. 3, 3, 1 *Quid facto Matii convenientius?* Superl. Plin. 3 epist. 18 *Convenientissimum bono civi.* Et, Panegy. c. 87 *Parenti publico convenientissimum, nihil cogere.* ¶ 3. *Bene convenientes propinqui*, id est, concordes, einstimmig, Cic. Off. 1, 17. *Convenientes motus*, Lucret. 1, 1028.

¶ Convenienter, adverb. idem; ut, *Congruenter naturæ convenienterque vivere*, Cic de Fin. 3, 7; & Horat. 1 epist. 10, 12. *Legati convenienter ad statum præsentem*, Liv. 23, 5. Et Ovid. de Arte am. 3, 545 *Scilicet ingenium placidâ mollitur ab arte, Et studio mores conveniente cant*; id est, tales sunt, qualia sunt studia. Compar Plin. 34, 7 *Quæ fuerit origo, dici convenientius erit.* Superl August. epist 3 *Convenientissime defendenda est tantæ gratiæ dispensatio.* Idem de C. Dei 18, 44 *Vtroque numero significari convenientissime potuit.*

¶ Convĕnientia, æ, f. proportio, die gleichförmigkeit, gleichmäßigkeit; ut, *Convenientia partium*, Cic. Off. 1, 4; *naturæ*, ibid. c. 27; *temporum*, Id. de N. D. 2, 21.

¶ Convĕnæ, *arum*, c. pl. qui ex diversis gentibus in unam, seu gentem, seu civitatem convenerunt, leute von allen orten her, zusammen

ſammen gelauffene. Vſus eo nomine Cicero eſt de Orat. 1, 9 *Romulus paſtores & convenas congregavit.* Liv. 2, 1, 4 *Illa paſtorum convenarumque plebs.* Id. 28, 90 *Non Hiſpani modo convenæ, ſed Punici etiam exercitus.* Sic etiam Iuſtinus L. 38, 7 & Aur. Victor de V. Illuſtr. c. 2 *Romulus aſylum convenis patefecit.* ¶ 2. Adjective Solinus c. 50 *Aquæ convenæ*, id eſt, confluentes. Idem c. 60 *Serpentes convenæ.* Et ſingulari numero Ammianus 15, 13 *Convenâ undique multitudine.*

¶ Convenno, *onis*, m. ein reiſe-gefehrte. Apul. Met. 1 p. 109 *Iugulare convennonem:* rectius *Combennonem*, de quo ſupra in *Benna.*

¶ Conventĭtius, *a, um*, idem, qui *convena*; ut, *Patres conventitii*, Plaut. Ciſt. 1, 1, 42. Sed vid. not. Gronov.

¶ Conventus, *a, um*, geſchloſſen, abgeredet. Feſtus: *Conventa conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptiis & earum conditione habebatur.* Salluſt. B. Iug. c. 112 *Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam fruſtra fuiſſe.* Cic. Att. 15, 1 pr. *Non eſt is a me conventus*, er iſt nicht von mir beſprochen worden. Idem Att. 16, 3 pr. *Convento Antonio Tiburi.* Liv. 7, 5 pr. *Ianitori ait, opus eſſe ſibi domino ejus convento*, er müſſe mit ſeinem herrn reden. Adde Plaut. Caſ. 2, 8, 58; Ciſt. 4, 2, 38; Pœn. 5, 2, 159; Curc. 2, 3, 23 & 43 &c.

¶ Conventum, *i*, n. ſubſt. ein vergleich, vertrag, eine abrede. Cic. Off. 1, 10 *Poteſt accidere promiſſum aliquod & conventum, ut id effici ſit inutile ei, qui promiſerit.* Gell. 17, 9 *Erat conventum inter eos clandeſtinum.* Et in plurali Cic. de Orat. 2, 24 *Pacta, conventa, ſtipulationes, &c.* Id. Off. 1, 7 *Dictorum conventorumque conſtantia & veritas, fides eſt.* Sic, *Frangere conventa*, Silius 1, 10.

¶ Conventus, *ûs*, m. ſubſt. multitudo dicitur in unum coacta locum, eine verſammlung, zuſammenkunfft, reichs-tag, land-tag; ut, *Honeſtiſſimus conventus*, Quintil. 1, 2. *Conventus ſenatorum*, Cic. fam. 4, 13. *Celeberrimo virorum mulierumque conventu dies feſtos anniversarios agere*, Id. Verr. 4, 48. *Indicere conventus*, land- oder reichs-tage ausſchreiben, Liv. 38, 29. Et, *Conventus agere, peragere*, land- oder reichs-tage halten. Cic. Verr. 5, 11 *Ex iis oppidis, in quibus prætores conſiſtere & conventus agere ſolent.* Cæſ. B. G. 5, 1 *Conventibus Galliæ peractis.* conf. ibid. c. 2. De varia hujus vocis ſignificatione adſcribendus locus Feſti eſt, qui ita habet: CONVENTVS, inquit, *quatuor modis intelligitur. Vno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum eſſe dicimus. Altero, cum ſignificatur multitudo ex pluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, cum a magiſtratibus judicii cauſſa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis aut gratulationis cauſa colligitur.* Ad tertiam ſignificationem quod eſt, ſciendum, Romanos in certas partes, ſeu dioeceſes, ſeu circulos, ut appellamus hodie, (in gewiſſe kreiſe) diviſiſſe provincias, in iis partibus igitur conſtituiſſe oppida, ubi jus diceret magiſtratus Romanus eo conciciis civitatibus reliquis, qui ejus dioeceſeos eſſent, (die in denſelbigen kreiß gehoreten). Hujusmodi itaque loca conſtituta dicundo juri in provinciis, ſeu dicaſteriis, *Fora*, item *conventus* dicebant. Plin. 3, 1 *Iuridicos conventus*: & 5, 28 extr. *Iurisdictiones* appellat: ſed c. ſeq. *Conventus.* Ita hac voce Cæſar paſſim uſus eſt: ut de B. Civ. 2, 19, 20 & 36; & ibidem 3, 21, 29, 32, &c. Multa etiam hujusmodi conventuum mentio in inſcriptionibus vetuſtis, quas prætermittimus. Solebant autem *conventus* iſti a proconſulibus prætoribusque provinciarum hiberno anni tempore agi: æſtatem enim rei militari tribuebant. Cæſ. B. Gall. 1, 54 *Cæſar una æſtate duobus maximis bellis confectis, ipſe in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus eſt.* Vbi Ciaccon. vide; ſed & Sigonium, ſi lubet, de antiquo Iure Provinciarum 1, 1; & 2 p. 149. conf. Cæſ. 6 ext. &c. Paullo aliter *conventus* dicitur civium Romanorum in una provincia, vel urbe adeo majore, negotiantium ſocietas. Sæpe Cicero in Verrinis v. g. 2, 13 *Ceterarum rerum ſelecti judices civium Rom. ex conventu proponi ſolent*, & bis eod. capite abſolute, nulla civium Ro. expreſſa quidem mentione adjecta. ¶ 2. *Conventus dentium*, Solino c. 23 eſt, die zuſammenbeiſſung mit den zähnen. ¶ 3. *Conventus* etiam eſt pactum, conventum, eine genommene abrede. Aut. ad Herenn. 2, 13 *Sunt item pacta, quæ ſine legibus obſervantur ex conventu.* Id. Att. 6, 3 *Ex pacto & conventu ab aliquo diſcedere*, dem accord zufolge.

¶ Conventĭcŭium, *i*, n. diminut. Cic. pro Domo c. 28 *Plebi urbanæ majores noſtri conventicula & quaſi concilia quædam voluerunt.* Iuvencus 2, 589 *Conventicula ipſorum ingreditur.* Arnob. 4 p. 152 *Immaniter conventicula dirui*, ſcil. Chriſtianorum.

¶ Conventio, *ōnis*, f. nomen eſt generale, pertinens ad omnia, de quibus homines inter ſe agunt tranſiguntque, ein vertrag. Apul. Apol. p. 331 *In conditione factam conventionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vitâ demigraſſet, &c.* Et Sen. de Provid. c. 2 *Fortis & egregia fati conventio.* ¶ 2. *Conventio* etiam dicitur concio, conventus, die verſammlung, zuſammenkunfft; ut, *Conventionem habere, ad conventionem vocare*, Varro de L. L. 5, 9. v. Scal. Etiam Salluſtio Cat. 23, 1 vindicat Cort. Gloſſ. lat. gr. *Conventio, συνέλευσις, σύνοδος.* Cyprian. 1 epiſt. 3 *Feciſtis conventionem.* Niſi tamen ad priorem intellectum malis referre: præceſſit *habuiſtis conſilium* ex Iſaiæ 30.

¶ Conventiōnālis, *e*, conventionem ſpectans, zum vertrag gehörig; ut, *Conventionales ſtipulationes*, l. 5 ff. de verb. oblig.

¶ Convento, *are*, frequent. offt zuſammen kommen. Solinus c. 40 (Salmaſ. c. 27) de Byzaceno agro: *Externos ibi plurimos conventaſſe.*

¶ Diſconvenio, *ire*, ungleich ſeyn. Horat. 1 epiſt. 1, 99 *Æſtuat & vitæ diſconvenit ordine toto.*

¶ Diſconveniens, *tis*, inconveniens, ungleich, ungeſchickt. Lactant. de Ira Dei c. 3 *Eſt diſconveniens, ut ejusmodi potęſtate ſit præditus, qua noceat & obſit: prodeſſe vero & benefacere nequeat.*

¶ Diſconvenientia, *æ*, f. die ungleichheit, unförmlichkeit. Tertull. de Teſtim. animæ c. 6 *Suſpectam habe convenientium prædicationis in tanta diſconvenientia converſationis.*

¶ Inconveniens, *tis*, incongruens, unfüglich, unbequem, ungereimt. Caſſ. ad Cic. fam. 12, 13 *Facta non ſubita, nec inconvenientia.* Phædrus 3, 14, 6 *Non inconveniens corpus.* Sen. de Vita Beata c. 12 *Deſinant inconvenientia jungere, & virtuti voluptatem implicare.*

¶ Inconvenienter, adverb. idem. Auguſtin. de Trinit. 2, 9 *Ipſa mutabilitas non inconvenienter mortalitas dicitur.* Idem de Geneſi ad liter. 11, 15 *Cui teſtimonio non inconvenienter aptatur etiam illud, &c.*

¶ Reconvenio, *īre*, Iurisconſultis eſt actionem contrariam intentare, eine gegen-klage anſtellen. Vnde

¶ Reconventio, *ōnis*, f. die wieder- oder gegen-klage.

¶ Contrāvĕnio, *ire*, id eſt, contra aliquem venire, entgegen ſeyn. Cæſ. B. G. 6, 29 *Si qua ex parte contravenitur, acie inſtructa depugnare.* Cic. Tuſc. 1, 23 *Facile ſum paſſus, ne in mentem quid contraveniret, ita iſti faveo ſententiæ*; hoc eſt, ne quid, quod contrarium eſſet, in mentem mihi veniret.

¶ Devĕnio, *vēni, ventum, īre*, deſcendere, herab kommen; ut, *Speluncam deveniunt*, Virg. Æn. 4, 166. Serv. Sulpit. Cic. fam. 4, 5 *Quoniam in eam fortunam devenimus*, weil es mit uns dazu gekommen. Ter. Heaut. 4, 5, 2 *Menedemi miſeret me tantum deveniſſe ad eum mali*, daß ihn das unglück betroffen. *Devenire in manus victoris*, Cic. fam. 7, 3. *Devenire in medium certamen atque diſcrimen*, Id. de Orat. 1, 1. Et, *Devenire ad ſenatum*, in Verr. 5, 48. conf. Idem pro Quintil. c. 17. Cæſ. B. G. 2, 21; & 8, 18; Nep. 16, 2, 5; & c. 3, 1; Ovid. Rem. am. 611. ¶ 2. *Devenire* & *evadere* ſibi aliquo modo opponuntur, quod hoc ſurſum, illud deorſum ſignificare videtur. Cic. pro Marc. c. 13 *Qui oratores evadere non potuerunt, eos ad ſtudium juris devenire.* Præceſſerat: *Poſt, cum id aſſequi non poſſent, iſtuc potiſſimum ſunt delapſi.* Laudat locum Ciceronis Quint. 8, 3. ubi vid. Burm. p. 707.

¶ Evĕnio, *vēni, ventum, īre*, cadere, accidere, uſu venire, vorfallen, ſich zutragen. Ter. Heaut. 1, 1, 105 *Quod ſi eſſet factum, hæc nunquam eveniſſent tibi*, ſo wäre dir dieſes nicht wiederfahren. Idem Phorm. 1, 2, 15 *Evenit, ſenibus ambobus iter ut eſſet.* Et Heaut. 4, 5, 17 *Evenire ex ſententia*, gerathen, nach wunſch ergehen. Sic, *Evenire bene ac feliciter, proſpere*, wohl glücken, Cic. pro Mur. princ. & fam. 3, 12. Et de Orat. 2, 55 *Forte evenit, ut in Privernati eſſemus. Vt plerumque evenit*, Idem pro Planc. c. 6. Et, *Incommoda eveniunt improbis*, Idem Fin. 1, 16. *Vereor, ne idem eveniat in meas literas*, Idem fam. 2, 10. Et Plaut. Sticho 1, 3, 57 *Damna eveniunt maxima mihi.* Et Men. prol. v. 67 *Illi divitiæ evenere maximæ.* Sed, *Vſu evenire*, quemadmodum & *uſu venire*, Cic. de Fin. 5, 2, ſich gewöhnlich zutragen. Intervit etiam imprecationibus: Petron. c. 44 *Ædilibus male eveniat, qui cum piſtoribus colludant.* Cum *provincia evenisſe* alicui dicitur, non tantum de ſorte illud neceſſario intelligendum, ſed etiam poſtquam *paravere* magiſtratus. vid. Cort. ad Sall. Iug. 43, 1.

¶ Eventūrus, *a, um*, zufällig, zukünfftig; ut, *Eventura procul videre*, Tibull. 2, 5, 11. Idem 2, 1, 25 *Eventura precor.* Cic. Divin. 2, 51 *Noſtra intereſt ſcire, quæ eventura ſunt.*

¶ Eventum, *i*, n. ſubſt. idem quod eventus, der ausgang, erfola, ausſchlag. Salluſt. Iug. 44, 3 *Expectatione eventi.* Niſi ad *eventus* hoc referre malis, ut *Senati.* Cic. in Partit. c. 27 *De incerto ſtatu fortunæ, dubiſque eventis rerum futurarum.* Idem Divin. 2, 47 *Chaldæorum prædicta quotidie re & eventis refelluntur.* Idem Att. 9, 5 *Semper cauſſæ eventorum magis movent, quam ipſa.* Et fam. 5, 12 *Fabula rerum eventorumque meorum.* Late patet hoc nomen, & plura complectitur, de quibus ita Lucret. 1, 455 *Servitium contra, libertas, divitiæque, Paupertas, bellum, concordia, cætera quorum Adventu manet incolumis natura abituque, Hæc ſoliti ſumus, ut par eſt,* EVENTA *vocare.*

¶ Eventus, *us*, m. ſubſt. 4 declinationis in utroque numero, quicquid caſu aut fortuna evenit, exitus & rerum finis, ein zufall, das ende und ausgang eines dinges; ut, *Incertus temporis eventus*, Cic. pro Quint. c. 26 *Varii bellorum eventus*, Virg. Æn. 10, 160. *Conſilia primum, deinde acta, poſtea eventus exſpectantur*, Cicero de Orat. 2, 15. Idem Att. 9, 6 extr. *Fortiter quemvis eventum ferre.* Et fam. 6, 21 *Ad omnem eventum paratus ſum.* Balbus Cic. ſub Att. 9, 8 *Etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu non ex voluntate a plerisque probari ſolent.* Ovid. epiſt. Phyllidis 2, 85 *Exitus acta probat, careat ſucceſſibus, opto, Quisquis ab eventu facta notanda putet.* Add. Cic. pro Rabir. 1 pr. Plaut. Pſeud. 2, 3, 15 ſq. Celebris etiam Livii ſententia eſt 22, 39 *Eventus ſtultorum magiſter eſt.* ¶ 2. *Eventus* collocatur inter Deos XII, qui maxime agricolarum duces ſint, a Varrone R. R. 1, 1 *Nec non precor bonum Eventum, quoniam ſine ſucceſſu ac bono Eventu miſera eſt agricultura.* vid. Comment. ad h. l. A. Auguſti. de nummis dial. 4 p. 63, D. ex inſtituto autem pecul. diſſ. Mautourius in Comment. Acad Inſcript. Tom. IV. Plin. 36, 5 refert, Romæ fuiſſe *boni Eventus & bonæ Fortunæ* ſimulacra in Capitolio, Praxitelis opera. Colitur autem *Eventus* ſuperſtitioſis, ut omnia proſpere & feliciter ſuccedant & eveniant. Apul. 4 Miſet. p. 143 *Tunc invocato hilaro atque proſpero Eventu, curſu me concito proripio &c.* vide in h. l. Beroald. p. 413.

¶ Invĕnio, *vēni, ventum, īre*, conſilio vel caſu reperire, ut Valla exponit, quaſi venire in aliquid, antreffen, finden, hinter etwas kommen. Plaut. Ciſt. 4, 2, 93 *Quod quæritabam, filiam inveni meam.* Sic, *Invenitur apud auctores*, & *in auctoribus*, Plin. 7, 16. *Inveniemus inter exempla*, Idem 14, 13. *In agro populabundum hoſtem invenit*, Liv. 3, 4 *Vbi quum hoſtes non inveniſſent*, ibid. c. 7. Quint. 2, 10 pag 164 *Quæ nos tirones in foro inveniunt:* Loquitur de controverſiis perplexis, jocis, verbis quotidianis, quæ neſciunt etiam, qui in declamando ſunt verſatiſſimi. *Inveniunt* igitur eſt deprehendunt & tirones eſſe demonſtrant. *Invenit ſe dolor*, cum poſt ſtuporem ob ingens & ſubitum malum dolere nos ſentimus, Ovid. Her. 15, 113. ¶ 2. Eſt comminiſci, excogitare, erſinden, erſinnen. Plaut. Moſt. 3, 1, 158 *Accedam, quando quid agam, invenero.* Ter. Eun. 3, 1, 63

Hoc

Hoc tute melius quanto inveniſſes Threſo. Sic, *Invenire principium*, Idem Heaut. 5, 4, 21. *Viam invenire*, Idem Eun. 2, 2, 16, einen anfang, weg finden. Tale eſt vulgatum illud Virgilii Æneid. 3, 395 *Fata viam invenient.* *Cauſſam invenire*, Ter. Heaut. 5, 2, 36, urſach vom zaun brechen. Et, *Remedium cui rei invenire*, Phorm. 4, 3, 11, rath finden. *Nihil acute inveniri potuit*, Cicero de Clar. Orat. c. 9. ¶ 3. *Invenire* pro cognoſcere etiam ſumitur, erfahren, quemadmodum & *reperire* uſurpatur. Plaut. Capt. 3, 4, 106 AE. *Satin' iſtuc mihi exquiſitum eſt.* AR. *tam ſatis, quam nunquam hoc invenies ſecus.* conf. Bacch. 4, 7, 43; Moſt. 3, 1, 155; & 2, 2, 46. Ter. Heaut. 4, 1, 42 *Quid nunc ſuſpicare aut invenis de illa?* Cæſ. B. Gall. 2, 16, *Inveniebatur ex captivis.* ¶ 4. *Invenire* pro comparare & acquirere etiam ponitur, erwerben, zu wege bringen, erlangen, haben. Ter. Eun. 2, 1, 4 *Vtinam tam aliquid facile invenire poſſis Phædria, Quam hoc peribit.* Et Heaut. 4, 7 extr. *Mihi nunc relictis rebus inveniendus eſt Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.* Et 5, 4, 17 *Vt ſerves, quod labore invenerit.* Idem Andr. 4, 1, 19 *Tandem inventa eſt cauſſa.* Afran. apud Nonium 1, 1 *Mala ætas nulla delinimenta invenit.* Apud Græcos ſimiliter ἐυρίσκειν, labore ſuo aliquid conſequi ſignificat, ut Vlpianus ad Demoſthenem obſervat. Eleganter Plaut. Rud. prol. v. 27 *Invenire ſuæ gratiam a Diis.* ¶ 5. Antique *Invenibo* pro *Inveniam*, ex Pomponio apud Nonium 7, 96.

¶ Inveniens, *tis.* Lucret. 1, 736 *Multa bene ac divinitus invenientes.*

¶ Inventus, *a, um*, gefunden, erfunden, angetroffen, erworben; ut, *Inventa malefacta*, Plaut. Truc. 2, 4, 62. *Poſſidere inventas ſanguine opes*, Ovidius Amor. 2, 8, 54. *Scis Pamphilam meam inventam civem*, id eſt, cognitam, Ter. Eun. 5, 8, 6. *Inventum reddere*, ſicut *Reddere effectum, adductum*, pro invenire, efficere, locutio eidem familiaris eſt. vide Phorm. 3, 3, 26. ♦ Cic. in Bruto c. 18 *Nihil eſt ſimul & inventum & perfectum.*

¶ Inventum, *i*, n. ſubſt. eine erfindung, ein fund, neues fündlein. Ter. Heaut. 4, 6, 7 *Vt te omnes dii cum iſtoc invento atque incepto perdant.* Cicero pro Muræn. c. 29 *Æmuli inventorum Zenonis Stoici.* Plinius 34, 17 *Galliarum invento.* Virgilius Georg. 4, 454 *Memoranda inventa.* Horat. de Arte poët. v. 170 *Quærit & inventis miſer abſtinet, & timet uti.*

¶ Inventus, *ûs*, m. ſubſt. idem. Plin. 17, 10 *Ex eodem inventu eſt, ſurculos inſeſſiles ſerere.*

¶ Inventio, *ōnis*, f. idem. Cicero Tuſc. 1, 25 *Inventio atque excogitatio.* Quintil. epiſt. ad Tryph. *Refrigerato inventionis amore.* Idem 3, 3 *Exſtant libri duo Ciceronis de Inventione.* Plinius 13, 1 *Antiquæ inventionis genera.* Iuſtin. 9, 8, 10 *Inventionum ornatus*, ſcil. in oratione. Idem 3, 2, 7 *Lycurgus non inventione legum magis, quam exemplo clarior.*

¶ Inventiuncula, *æ*, f. diminut. Quintil. 8, 5 *Plerique minimis etiam inventiunculis gaudent.*

¶ Inventor, *ōris*. m. qui deprehendit aliquid & invenit, ein erfinder; ut, *Inventor veritatis, & quaeſi architectus beatæ vitæ*, Cicero de Fin. 1, 10. *Zeno inventor & princeps Stoicorum*, Id. Acad. Qu. 4, 24. *Inventor voluptatum*, Ter. Eun. 5, 8, 5. Cæſ. B. G. 6, 16 *Mercaturæ omnium artium inventorem ferunt.* Virgilius Æneid. 2, 164. *Scelerum inventor Vlyſſes.* De *inventoribus rerum* agit Plinius 7, 56. Et notus eſt ejus argumenti liber Polydori Vergilii.

¶ Inventrix, *īcis*, f. ut, *Princeps & inventrix belli, Minerva*, Cic. de Nat. D. 3, 21. *Inventrix & magiſtra legum*, Idem Tuſc. 5, 2. *Inventrices doctrinarum Athenæ*, Id. de Orat. 1, 4. *Oleæque Minerva inventrix*, Virg. Georg. 1, 18.

¶ Inventārium, *i*, n. ein regiſter, non ſatis latina vox, certe ab eruditis non recepta: quod vel Vlpianus ſignificat l. 7 Dig. de adminiſtrat Tutor. *Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium vocant, dolo feciſſe videtur.* Duo hic notanda veniunt: Vnum, receptum quidem *Inventarii* vocabulum Vlpiani ætate, non probatum tamen ſatis fuiſſe, & vulgo tantum uſurpatum, alterum, *Repertorium* potius dicendum eſſe.

¶ Adinvĕnio, *ire*, erfinden, ausſinnen. Vulg. Interpr. Exod. 35, 33 *Quicquid fabre adinvenire poteſt.*

¶ Adinventus, *a, um*, erfunden, ausgeſonnen; ut, *Adinventa animo*, Cicero de Nat. D. 2, 60, id eſt, excogitata. *Huic voluptati adinventum eſt odium*, Plaut. Curc. 1, 3, 34. Sed meliores *adjunctum.*

¶ Adinventum, *i*, n. die erfindung. Tertull. adv. Gnoſt. c. 1 *Alia adinventa hæreticorum venenorum.*

¶ Adinventio, *ōnis*, f. idem. Paulinus Nolanus epiſt. 50 (al. 43) ad Auguſtin. n. 12 *Promunt conceptis ab eorum ſpiritu adinventionibus.* Ambroſ. in Pſalm. 51, 12 *Viſcera animæ adinventiones ſenſuum ſunt.* Et Vincent. Lerinenſis c. 9 *Novellis adinventionibus contraire.* Adde Vulg. Interpr. Iud. 2, 19; Hoſ. 7, 2; &c. & Modeſt. ICt. D. 27 t. 1 l. 6 § 3.

¶ Adinventor, *oris*, m. Sic Cyprianus epiſt. 68 c. 10 vertit ἐφευρετὴς, Rom. c. 1, 30, ubi vulgatus interpres *inventores* transtulit.

¶ Ininventibĭlis, *e*, unerfindlich; ut, *Ininventibilia judicia ejus*, Tertullian. adverſ. Hermog. c. 45; ἀνεξιχνίαστα.

¶ Redinvenio, *ire*, wieder finden, Tertull. de Anima c. 46.

¶ Intervĕnio, *vēni, ventum, ire*, ad ipſum colloquium & actionem quaſi ex inſidiis venire, darzu kommen, darzwiſchen kommen. Ter. prol. Hec. v. 1 *Hæc cum data eſt nova, novum intervenit vitium, & calamitas.* Cicero Attic. 15, 11 *Quam orationem cum ingreſſus eſſem, Caſſius intervenit.* Livius 23, 18 *Plures cecidiſſent, ni nox prælio interveniſſet.* Sic etiam *intervenire aliquorum orationi, negotio*, dicimus; ut, *Intervenit iis cogitationibus regni cupido*, Idem Livius 1, 6. Et Ter. Heaut. 2, 2, 40 *Interventum eſt de improviſo mulieri.*

¶ Interveniens, *tis.* Cicero Tuſc. 3, 17 *Dolore non intervenient, aut ſi interveniret, &c.* ¶ 2. *Interveniens* eſt intercedens, der ſich ins mittel ſchlägt. Suet. Claudio c. 38 *Contra vetitum cocta vendentes multavit, villicumque intervenientem flagellavit.*

¶ Interventus, *ûs*, m. ſubſt. die darzwiſchen kunft; ut, *Noctis interventus*, Cæſ. B. G. 3, 15, die einfallende nacht. Et, *Nullo malorum interventu*, Cicero N. D. 1, 40. *Interventu arbitri*, l. 7 § 1 Dig. de tributar. act. *Vitia meliorum interventu penſantur*, Tac. H. 4, 74, 4.

¶ Interventio, *ōnis*, f. idem. Iureconſulto eſt interceſſio, & interpoſitio fidei, ſeu fidejuſſio, L. 7 § 3 Dig. de muneribus. Et L. 13 Cod. Theodoſ. de Hæreticis: *Sine ulla gratiæ interventione pellantur.*

¶ Interventor, *ōris*, m. qui intervenit & impedimento aliquid agenti eſt. Cicero de Fato c. 1 *Omni fere noſtra in his deliberationibus conſumebatur oratio, idque ſæpe altas, & quodam liberiore & magis vacuo ab interventoribus die.* Iureconſultis *Interventores* ſunt, qui pro aliis interveniunt, alienæque obligationi accedunt, ſchuldleute. vid. Leg. 3 § 9 Dig. de peculio. Adde Lamprid. in Commodo c. 4.

¶ Introvenio, *irē*, hineinkommen. Iul. Obſequens de Prodig. c. 126 *Lunæ fulgore, qui introvenerat, Calpurnia excitabatur.*

¶ Obvenio, *vēni, ventum, īre*, quoquo modo contingere, wiederfahren; ut, *Provincia Verri ſorte obvenit*, Cicero Verr. 2, 6, es iſt ihm durchs loos zugekommen. Sic, *Obvenit hæreditas*, vel *obvenit aliquid hæreditate*, durch erbſchaft fällt es zu. Varro R. R. 1, 12 *Quid potero facere, ſi iſtiusmodi mihi fundus hæreditate obvenerit?* Sic, *Obvenit occaſio*, Curt. 8, 6 pr. *Sed in tempore pugnæ obvenire*, apud Liv. 29, 34, eſt occurrere, ſubvenire.

¶ Obvenientia, *æ*, f. die begegnung, wiederfahrung. Tertullianus adverſ. Valentin. c. 29 *De obvenientia ſuperducunt jam non naturam &c.*

¶ Obventus, *ûs*, m. idem. Tertull. de Anima c. 41 *Ex obventu Spiritus nequam.*

¶ Obventio, *ōnis*, f. die einkunft; ut, *Obventio reditumm*, apud Iureconſultos, e. g. L. 1 § 15 Dig. de exercitoria act. *Exercitorem eum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt.* Adde L. 7 § 1 Dig. de uſufr. & quemadm. uſusfr. leg. Et l. 34 D. de uſuris.

¶ Obventĭtius, *a, um*, forte obveniens, zufällig. Opponitur *Provocatitio*, apud Tertullian. adv. Marc. 2, 3 *Obventitia bona.*

¶ Pervĕnio, *vēni, ventum, īre*, eo quo volumus, vel imus, venire, hinkommen, angelangen, erreichen; ut, *Mature cum exercitu aliquo pervenire*, Cicero pro Mur. c. 9. Idem pro Sylla c. 4 *Ad propoſitum mihi honoris finem nondum perveneram* Et Offic. 2, 8 *Ad unum tanta licentia nunquam perveniſſet, niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus.* Idem Top. c. 6 *Ejus morte pecunia ilia ad me pervenit.* Id. pro Cluent. c. 64 *Pervenit ſerrula ad Stratonem*, qui illam in auctione emit, er hat bekommen. Quintil. 2, 17 *In portum ſalva nave pervenire.* Idem 1, 3 *Ad maturam frugem pervenire.* Cicer Divin. 1, 23 *Ad annum ſeptuag ſimum pervenit Cyrus*, er hat erreicht, er lebet. Et pro Sylla c. 5 *Nullus de hoc nuntius ad me, nullum indicium pervenit*, es iſt nichts für mich gekommen. Et Verr. 4, 28 *Ad aures ejus, nescio quomodo, hæc res pervenit*, er hat davon gehört. conf. Nepos 1, 5, 6; & 16, 3, 1. Ter. Eun. 1, 2, 44 *Sine me pervenire quo volo*, hoc eſt, ſine me dicere, quod maxime cupio, laß mich ausreden und thun können, das ich ſagen will. Cicer. fam. 13, 26 *Quam facillime ad ſuum pervenire*, zu den ſeinigen kommen. Ita & pro Quint. 14, 1. Cæſ. B. G. 6, 10 *Quoniam ad hunc locum perventum eſt, &c.* conf. Sanuſt. Iug. c. 107; Curt. 4, 14, 26; Nepos 19, 4, 1; Ovid. de Arte am. 2, 711, qui etiam quarto caſu junxit ſine præpoſitione. vid. in *Perveniens.*

¶ Perveniens, *tis.* Ovid Metam. 4, 80 *Oſcula non pervenientia contra.* Idem Metam. 3, 462 *Verba refert aures non pervenientia noſtras.*

¶ Perventio, *ōnis*, f. die gelangung, erreichung. Mart. Capella 4 p. 126 *Et ratiocinatio ex duobus pluribusve conceſſis, ad id quod non conceditur, perventio.*

¶ Poſtvenio, *īre*, nachkommen. Plin. 18, 25 pr. *Nunc præcurrente temperiatem ſignifi antes; nunc poſtveniente.*

¶ Prævenio, *vēni, ventum, īre*, zuvor kommen. Livius 24, 21 *Prævenit at non fama ſolum, quæ nihil in talibus rebus eſt celerius, ſed nuntius etiam &c.* Sic, *Prævenire beneficio deſiderium plebis*, Idem 8, 16. Ovidius Triſt. 5, 4, 32 *Quod non præventum morte fuiſſe dolet.*

¶ Præveniens, *tis.* Ovidius Faſt. 5, 548 *Candida Lucifero præveniente dies.* Tuncſis in hoc exemplo Virgilii obſervetur eclog. 8, 17 *Najores præque diem veniens age Lucifer almum.*

¶ Præventus, *a, um*, paſſive, dem man vorgekommen. Tac. Hiſt. 1, 5, 2 *Miles præventam gratiam intelligit.* Claud. de 4 Conſ. Honorii v. 10 *Nuntius ipſe fui longas incognitus eſt Prævento rumore vias.* Et Vellejus 2, 59, 1 *Præventis pauca dicenda ſunt*, id eſt, nobis qui præventi ſumus, vel quibus præventum eſt.

¶ Præventus, *ûs*, m. ſubſt. actus præveniendi; ut, *Mortis præventu*, Tertull. adv. Marc. 5, 12.

¶ Præventor, *ōris*, m. Ammian. 18, 9 *Superventores & Præventores*, ut ordines militares deſcribit.

¶ Provĕnio, *vēni, ventum, ire*, procedere, hervorkommen. Plaut. Pſeud. 1, 5, 155 *Qui in ſcenam provenit novo modo, aliquod novum inventum adferre addecet.* ¶ 2. Hinc & pro *ſuccedere* uſurpatur, gelingen. Tac. Hiſt. 2, 16, 2 *Inani auxilio etiamſi proveniſſet.* Sed & ipſi homines *Bene* aut *Nequiter provenire* dicebantur, quibus res vel pulchre, vel ſecus ſuccederent. Cujus formulæ aliquot exempla apud Plautum legas. vid. Truc. 2, 4, 33; Rud 3, 5, 57; & Stich. 2, 3, 72. Colum. 4, 29 *Non quid in uno vel altero experimento caſu fiat, verum quid certa ratione plerumque proveniat, diſcentibus præcipere debemus.* ¶ 3. Plerumque autem *Provenire* idem eſt quod naſci ſeu produci, gebohren werden, entſtehen; ut, Plin. 9, 10 extr. *Neque aliud ibi animal provenit*, allda kommt kein ander thier fort. Cicero de Senect. c. 6 ex poëta: *Proveniunt oratores novi, ſtulti, adoleſcentuli*, ſie kommen auf. Ovidius Triſt. 1, 1, 39 *Carmina proveniunt animo deducta ſereno.* Plinius 8 epiſt. 9 extr. *Studia hilaritate proveniunt.*

¶ Proveniens, *tis*, herfürkommend. Ovid. in Nuce v. 10 *Fructus proveniens.*

¶ Proventus, *a, um*, hergekommen; ut, *Ex asperatione oris proventa suavitas*, Macrob. Sat. 2, 12 ext.

¶ Proventus, *ûs*, m. subst. reditus, das einkommen, die nutzung; ut, *Proventus frugum, lactis*, Plin. 20, 12. conf. Virgilius Ge. 2, 518. *Proventus poëtarum*, Plinius 1 epist. 13. *Calamitatum & miseriarum proventus*, unglück genug. Nonius enim in hac voce 12, 12 ait: *Proventum etiam malarum rerum dici, veteres voluerunt.* Ita Lucanus 2, 61 *Novorum proventus scelerum*, i. e. ubertas, der zuwachs, überfluß. Plinius 9 epist. 13, 18 *Proventum orationis* modeste vocat suam in dicendo vim & copiam. ¶ 2. Contra pro successu Cæsar B. Civ. 2, 38 *Superioris temporis proventus.* Ita *proventum alicui cupere*, Apulejus dixit Apol. p. 335 prout res succedant feliciter: *Favet*, inquit, *Ruffino Æmilianus & proventum cupit.*

¶ Provento, *are*, frequent. Nævius apud Cicer. de Senect. c. 6 *Provenabant oratores novi, stulti, adolescentuli.*

¶ Revenio, *vēni, ventum, ire*, redire, wiederkommen. Plaut. Amph. 1, 1, 33 *Vistis hostibus, legiones reveniant domum.* Ibid. 3, 2, 61 *Rursus reventum in gratiam.* Tac. An. 3, 24 extr. *Ut quis ex longinquo revenerat miracula narrabant.* Cic. de Orat. 1, 38 *Cum miles domum revenisset, egissetque lege in bai editatem paternam.* Et c. 40 *Si quis sese liberassei, ac postea domum reveniisset.* Idem Apulej. Apol. p. 311 *Postquam Alexandria revenerit.*

¶ Reventus, *ûs*, m. subst. die rückkunft. Macrob. Saturn. 2, 14 ex porta: *Sue post inde reventu.*

¶ Subvenio, *vēni, ventum, ire*, adesse, adjuvare, succurrere, opem ferre, zu hülfe kommen, beyspringen. Ter. Adelph. 2, 1 pr. *O populares, ferte misero atque innocenti auxilium, subvenite inopi.* Cicero fam. 15, 4 *Cum eo animo venissem, ut provinciæ, si ita tempus ferret, subvenirem.* Idem in Verr. 4, 17 *Hominem jam perdito, & collum in laqueum inserenti subvenire.* Et pro Cluent. c. 24 *Acerioribus salutis suæ remediis se vendicandum putavit.* Et Att. 1, 17 *Huic rei subventum esse maxime a nobis.* Virgilius Æneid. 12, 405 *Nihil auctor Apollo subvenit.* ¶ 2. *Subvenire* est sensim vel clam venire, nach und nach kommen. Gell. 19, 7 *Ut quæque vox indidem digna animadverti subvenerat.* ¶ 3. Antique *Subvenibo* pro *Subveniam*, Plaut. Men. 5, 7, 20.

¶ Subveniens, *tis*; ut, *Nullo subveniente*, Sallust. Iug. c. 99. *Ei subveniens Antiochus*, Id. Fragm. c. 6.

¶ Subventor, *ōris*, m. auxiliator, ein helfer. Inscriptio apud Gruter. pag. 459 n. 1 POPVLI SVBVENTORI & p. 1095 n. 7 SVBVENTORI CIVIVM NECESSITATIS.

¶ Subvento, *āre*, frequentativum, helfen. Plaut. Rud. 1, 4, 11 *Spes bona, obsecro, subventa mihi.*

¶ Supervĕnio, *vēni, ventum, ire*, unversehens über etwas kommen, dazukommen; ut, *Febris perniciosa est, quæ vel levi vulnori supervenit*, Cels. 5, 20, 26. *Supervenire latitiæ alicujus*, Livius 34, 40. Horat. 1 epist. 4, 14 *Gratia superveniet, quæ non sperabitur, hora.* Idem 2 epist. 2, 156 *Supervenit unda undam.* ¶ 2. Est & militare verbum, & ex inopinato ingruere, atque opprimere significat, überfallen. Virgilius Æneid. 12, 356 *Semianimi lapsoque supervenit & pede collo Impressio, dextræ mucronem extorquet.* Curt. 5, 13, 11 *Si festinaret sequi, palantibus superventurum.* Iustin. 2, 11, 12 *Nec exspectandum, ut ab hoste circumvenirentur, sed dum nox occasionem daret, securis & latis superveniendum.* Non semel ita & Ammianus hoc usus est verbo: & Vegetius, qui has ipsas invasiones repentinas *superventus* vocat. Gratius cum accusativo construxit vi præpositionis, ex qua hoc verbum compositum est, Cyneg. v. 185 *Si canis illa fuos tacitum na supervenit hostes.*

¶ Superveniens, *tis*. Curt. 8, 13, 15 *Dum supervenientes contemptim & superbe quoque exsultant, circumventi.*

¶ Superventus, *ûs*, m. subst. die überkunft, der zufall. Plin. 25, 2 *Observatum est inflammari vulnera ac morbos superventu eorum, qui pedibus iter confecerint.* Veget. 1, 21 *Si diuturno vel nocturno superventu equitum barbarorum multos exercitus scimus frequenter afflictos.* conf. Sidon. 3 epist. 3; & 6 ep. 4.

¶ Superventor, *ōris*, m. qui supervenit. Vnde *Superventores* militum ordo, apud Ammianum 18, 9. vide paullo ante *Præventor.*

¶ Transvenio, *vēni, ventum, ire*, herüberkommen. Tertull. de Anima c. 23 *Animam cum Deo egisse, & inde huc transvenire.*

¶ Transvĕna, *æ*, m. ein fremdling, ankömmling; ut, *Advena.* Tertull. de Spectac. c. 5 *Lydos ex Asia transvenas in Hetruria confedisse.* Idem S. Cyprian. Sodomæ v. 31 *Transvena Loth aderat.*

VĔNOR, *atus sum, āri*, feris insidiari, ἀγρεύειν, jagen. Cic. fam. 2, 11 *De pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter.* Livius 1, 4 *Venando peragrare circa saltus.* Et, *Venari pisces*, fischen, Plinius 18, 1. *Venari apros in mari*, Proverb. de opera frustra impensa. vid Chiliad. Plaut. Stich. 1, 2, 82 *Stultitia est, puter, venatum ducere invitas canes.* ¶ 2. Idem verbum, quemadmodum & cognatum *Aucupari*, ad alia non inelegantur transfertur, & pro captare, ambire usurpatur, nachstellen, sich bewerben, nach etwas trachten; ut, *Venari laudem molestiæ in aliqua re*, Auctor ad Herenn. 4, 3. Et Horat. 1 epist. 1, 78 *Fructis & pomis viduas venantur avaras.* Loquitur de captatoribus sive hæredipetis. Idem epist. 19 ejusdem libri v. 37 *Non ego ventosæ plebis suffragia venor.*

¶ Venans, *tis*. Virgil. Æneid. 7, 493 *Rabidæ venantis Iuli canes.* Idem 9, 551 *Fera quæ venantum septa corona.* conf. & 12, 5; & Propert. 2, 13, 53; Tac. An. 3, 43, 3. Catull. 117, 1 *Studioso animo venante requiris carmina.* Eleganter Phædrus 4, 4 *Quidam decedens tres reliquit filias, Unam formosam & oculis venantem vivos.* Sic, *venaturum oculis facere*, vide in *Venatura.*

¶ Venātio, *ōnis*, f. venandi actus, die jagd, jägerey; ut, *Piscatu, aucupio, venatione vitare eruditatem*, Cicer. de Fin. 2, 81. Certe venationes, quæ in silvis celebrantur, non improbandæ, si habeantur cum modo, propter utilitates, quas afferunt. Horat. 1 epist. 18, 49 *Romanis solemne viris opus, utile famæ, Vitæque & membris, Venationem* esse scribit: & 2 sat. 2, 9 *Venationem* inter Romanorum nobilium exercitia diserte refert. Seneca quidem de Const. Sap. c. 2 scribit: *Feras consectari, venatoris agrestisque est.* Sed ibi *agrestis* est, non qui ingenio tali, sed qui in agris & ruri colat. Quorum proprium hoc censet maxime: non quod in aliis culpæ sit, sed laudi illis, si strenue venentur. Taciti quoque An. 2, 56, 2 de Zenone, Polemonis filio, verba sunt: *Is prima ab infantia instituta & cultum Armeniorum æmulatus, venatu, epulis & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat.* Quæ minime eo accipienda, ac si barbarum plane & alienum politi & elegantis hominis studio censuerit, venari feras; sed quod in ea re dediti maxime barbari, hoc est, non Romani essent, ac summam ibi positam laudem reputarent. Quid elegantius cultiusque Plinii Iunioris ingenio fuit? Atqui illum non modo litterarum elegantias omnes, sed feras quoque sectatum, ex epistolis ejus cognoscimus, qui & venationis studium in Trajano laudat Paneg. c. 81. Atque is Tacito non modo æqualis, sed amicus etiam studiorum socius fuit. Itaque non alienum Romanorum procerum moribus, venari. v. Brisson. de Regno Pers. lib. 2; Tiraquell. de Nobilit. c. 37. Vituperium habes apud Io. Saresber. 1, 4, sed de abusu ea omnia capienda. Iustin. 2, 4, 11 *Scythæ virgines armis, equis, venationibus exercebant.* Idem 41, 5, 4 *Locus venationum voluptatibus exornatur.* ¶ 2. *Venationes* etiam inter spectacula fuerunt, quæ exhibebantur populo in amphitheatro, quæ & in quibusdam aulis principum adhuc solent institui, hetzen. De his Cicer. Off. 2, 16 *Prodigi, qui in ludorum venationumque apparatu pecuniam profundunt.* vid. Lipsius de Amphitheatro &c. Apollinarium præsertim ludorum pars erant, qua occasione de illis agit Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 136 sq. ¶ 3. De *venatione direptionis*, quæ dicebatur, cum diversi generis feræ immittebantur in circum, populo diripiendæ, legendus Salmasius ad Probum Vopisci p. 435: itemque ad Capitol. in Gordianis p. 258, ubi errare docet, qui *venationem direptionis*, quæ & *Silva* dicebatur, cum *Pancarpo*, qui vocabatur, confunderent. Suet. Cæs. c. 39 *Venationes editæ per dies quinque.* Conf. Cicer. fam. 7, 1. ¶ 4. *Venatio* autem dicitur præda etiam, quæ venando parata, & pro ferina ponitur: quemadmodum *Aucupii* etiam vox usurpatur, de quo supra, wildbrät, θηρεύματα. Sed hanc rationem posteriorris fere latinitatis propriam fuisse, Casaubonus ad Lampridii Severum c. 37 & 38 observat. Vide autem Salmas. ad Capitolini Antoninum p. 80, nec non Langlæum in Otio semestri, itemque Savaronem in Sidon. 4 epist. 9, ubi etiam notat, venationem clericis ac monachis auctoritate canonum interdictam fuisse. Et sic multis etiam contra eam disputat Saresberiensis 1, 4. Cæterum *Venationem*, ut eo redeamus, pro præda usurpat Livius 35, 49 *Apud bonam & scitum convivatorem comiter accepti, cum miraremur, unde illi eo anni tempore tam multa & varia venatio.* conf. Idem 25, 9. Sic Cels. 5, 26 *Et avis, & venatio, & frilla elixa dari potest.* Et 5, 28 *Excepto apro omnis venatio.* In quibus locis VENATIO carnem ferinam designat. Atqui Livius Augustei scriptor est, & Celsus ætati ei proximus. Adde Cels. 2. 20 & 24 & 26, Varr. R. R. 3, 2; Colum. 9, 1; Sen. de Benef. 1, 12. Frontin. 3, 13, 3; Quintil. Decl. 13, 18 p. 281 cum not. Burm. & Parei Lex. Crit. p. 1270. & Duker. ad Liv. 25, 9.

¶ Vēnātūra, *æ*, f. idem. Plaut. Mil. 4, 1 extr. *Viden' tu illam oculis venaturam facere atque aucupiam auribus?*

¶ Venatus, *ûs*, m. subst. das jagen, die jagd, der wildfang. Plin. 8, 16 *Quos venatûs, aucupia, piscatûs alebant.* Cicero Tusc. 5, 34 *Labor in venatu, cursus, sudor, fames, sitis.* Colum. procem. Operis p. 7 *Romuli proles assiduis venatibus exercitata.* conf. Virgilius Æneid. 7, 747; & 9, 407; Ovidius Heroid. 5, 17; Tac. An. 2, 2, 5. Et Iustin. 41, 3, 3 *Caro venatibus quæsita*, wildbrät. ¶ 2. Pro ipsa præda poni nonnunquam observat Drakenb. ad Sil. 8, 518. ¶ 3. *Venatus* pro piscatu apud Plaut. Rud. 4, 3, 31 *Hunc* (piscem) *cepi in venatu meo.*

¶ Venātor, *ōris*, m. ein jäger. Cicero Tusc. 2, 17 *Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur.* conf. Horat. 1 od. 1, 25. I. Scoppa ex quodam fragmento incerti auctoris notat, *Venatorum* genera quatuor esse: 1. *Investigatorum*, qui animalium vestigia investigant; 2. *Indicatorum*, qui latibula noverunt; 3. *Insidiatorum*, qui insidias & casses parant; 4. *Alatorum*, qui equo succussante sensimque insultante clamoreque animalia terrent, ne aliorsum, quam per medias tendiculas fugam arripiant. Cum his confer, quæ de quatuor venatorum officiis dicta sunt ex Isidoro, in *Premo.* Venatores jam Io. Saresberiensis ætate habuere sua quædam vocabula vulgo incognita: ideo ait de Nug. curial 1, 4 p. 12 *Cave ne artem* (ita leg. pro *Martem*) *loquendi verbo quovis offendas, quia aut vapulabis* (du wirst das weydmesser kriegen), *aut condemnaberis inscitiæ bonorum omnium, si eorum figmenta non noveris.* ¶ 2. *Venator* idem ac servator, insidiator, ein forscher, nachsteller, lauscher. Plaut. Mil. 3, 1, 14 *Speculabor, ne nostro consilio venator assit cum auritis plagis.* Cic. de Nat. D. 1, 30 *Speculator venatorque naturæ*, i. e. physicus. ¶ 3. *Venator canis* est apud Virg. Æn. 12, 751. Similia habet Brouckh. ad Tibull. 1, 11, 46.

¶ Venatrix, *icis*, f. eine jägerin. Virg. Æneid. 1, 319 *Namque humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix, &c.* Et, *Dea venatrix*, Diana, Ovid. Metam. 2, 454. Adde Val. Flacc. 3, 335; & Martial. 11 epigr. 70.

¶ Venāticus, *a, um*; ut, *Canis venaticus*, ein jagd-hund, Nepos 16, 2, 5. Et Cicer. in Verr. 4, 13 *Mirandum in modum canes venaticos diligere, ita odorabantur omnia & pervesligabant.* conf. Plaut. Mil. 2, 2, 113. Et, *Venaticus catulus*, Horat. 1 epist. 2, 65. ¶ 2. *Venaticus*, absolute, de parasitis Plaut. Capt. 1, 1, 17. ¶ 3. *Venaticam exercere*, absolute, sive intellecto potius nomine *artem*, der jägerey zugethan seyn, Saresb. 1, 4.

¶ Venātĭcius, *a, um*, venando acquisitus, erjagt. Ammianus aliquoties dixit *præda venaticia*, 29, 18 & 30, 3 edit. Gruter. Atque ita etiam Lindenbrog. & Vales.

¶ Venā-

¶ Venātōrius, *a*, *um*, jägeriſch; ut, *Retia venatoria*, jäger-garn. *Culter venatorius*, ein weydmeſſer. Suet. Aug. c. 19; & Claud. c. 13; & Martial. lemmate 14 epigr. 31. *Galea venatoria*, Nepos 12, 3, 2. *Ruſticum opus & venatorium*, Pallad. 1, 43; *inſtrumentum*, Plinius 3 epiſt. 19. *Familia venatoria*, quæ in venatione inſervit, Inſcr. Murat. p. 964.

¶ Venābulum, *i*, n. cuſpis vel lancea venatoria, ein jäger-ſpieß. Plin. 7, 56 *Piſcum venabula invenisse dicunt.* Virgilius Æneid. 4, 131 *Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.* Martial. 14 epigr. 31 *Longo venabula roſtro.* Et, *Venabulo transverberari*, Cic. fam. 7, 1; Curt. 8, 1, 14; Tac. An. 3, 43, 3; Plin. 16, 38; Solin. c. 30.

¶ Pervēnor, *āri*, durchſuchen. Plaut. Merc. 4, 5, 3 *Defeſſus ſum urbem totam pervenarier.*

Venōſus, vide ſupra in *Vena.*

VENTER, *tris*, m. pars corporis ſub diaphragmate a pectore ad pubem, ἡ κοιλία, der bauch. Sic, *Venter abdomine tardus*, ein ſchmeerbauch, wanſt, (vide *Abdomen*), apud Iuvenal. 4, 107. *Venter projectus*, Suet. Ner. c. 51. *Flatus, crepitus ventris*, Idem Claud. c. 32. *Ventris impetus*, i. e. cacandi neceſſitas, wenn einem noth iſt, Victor Iunior Epit. c. 24. *Siſtere fluxiones ventris*, Plinius 23, 5, den durchlauf ſtopfen, quod *ventrem tenere*, Celſ 4, 19 dixit. *Solvere ventrem*, laxiren, Idem 3, 18; quod *ventrem movere*, Suetonius dixit Ner. c. 33. *Venter adſtrictus, liquidus, laxus*, contraria. ¶ 2. Stomachum notat, der magen. Iuvenalis 11, 40 *Rebus merſis in ventrem*, vide *Mergo.* Horat. 1 epiſt. 15, 32 *Quicquid quæſierat, ventri donabat avaro.* Sen. epiſt. 108 *Libebat circumſcribere & gulam & ventrem.* Idem epiſt. 21 ſub fin. *Venter præcepta non audit, poſcit, appellat, non tamen moleſtus creditor, parvo dimittitur, ſi modo das, quod debes, non quod potes.* Celebratur a Plutarcho de tuenda valetudine p. 131, & Gellio illud etiam Catonis, *Venter caret auribus*, γαστὴρ οὐκ ἔχει ὦτα, vid. Chiliad. Ventris & reliquorum membrorum apologum vide apud Livium 2, 32. Perſius in prologo: *Magiſter artis ingeniique largitor venter &c.* Et Horat. 1 epiſt. 12, 5 *Si ventri bene, ſi lateri &c.* ¶ 3. Fœtum in utero. Ovid. Met. 11, 311 *Complevit ſua tempora maturus venter.* Sic, *Ventrem ferre*, trächtig gehen. Varro de R. R. 2, 4 *Sus bis parit in anno: quaternis menſibus fert ventrem.* Adde Briſſonium de S. V. exemplis pluribus hoc illuſtrantem. ¶ 4. Claud. Mamertus 1, 24 de Statu animæ, *intra quemdam ventrem memoriæ* dixit, id eſt, capacitatem. vid. Barth. ibi. ¶ 5. *Ventrem facere*, pauſchen, de pariete uſurpatur apud Alphenum ICt. l. 17 pr. D. Si ſerv. vindic. *Si quando inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum ſemipedem, aut amplius procumberet.* ¶ 6. Pluraliter *ventres*: Auguſtinus epiſt. 86 *Quantum honoris & utilitatis ventribus tribuat.* conf. Lucret. 5, 1323; Celſ. 7, 17, 2; & Solin. c. 35.

¶ Ventrĭculus, *i*, m. quaſi minor venter, cibos excipit, & alterat, ſitus eſt ſub diaphragmate, figura rotunda, oblonga, ſed nonnihil ampliore fundo, der magen. *Stomachus* canalis eſt, per quem cibus vehitur, der ſchlund oder eingang in den magen. vide *Stomachus.* Macrob. Sat. 7, 4 *Ventris* (ſ. potius *ventriculi*) *duo ſunt orificia, quorum ſuperius recipit devorata, inferius via eſt egerendis.* Celſ. 4, 1 *Ventriculus receptaculum cibi eſt, &c.* De *ventriculo vulnerato*, Idem 5, 26, 16. ¶ 2. De cavo cordis Cicero Nat. 2, 54 *Pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui ſimilis alter adjunctus eſt, in quem ſanguis a jecore per venam illam cavam influit.*

¶ Ventriculātio, *ōnis*, f. morbus & tormina ventris, bauch-wehe, magen-beſchwerung, colicke, apud Cæl. Aurel. Acut. 3, 17.

¶ Ventriculōſus, *a*, *um*, torminibus laborans, bauchflüßig; ut, *Ventriculoſa paſſio*, Cæl. Aurel. Tard. 4, 3; & Acut. 3, 17, 143.

¶ Ventrīgo, *are*, einen bauch bekommen. Plin. Valer. 1, 1 *Vt poſt paucos dies ventriget.*

¶ Ventriōſus, ſive Ventruoſus & Ventroſus, *a*, *um*, capacem ventrem habens, dickbäuchicht. Plaut. Aſin. 2, 3, 20 *Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventrioſus.* conf. Rud. 2, 2, 11. Plin. 14, 21 *Dotia ventruoſa ac patula* dixit. Et Vet. Gloſſ. *Ventroſus*, πρόκοιλος, προγάστωρ, der einen groſſen wanſt hat.

¶ Ventrālis, *e*, ad ventrem pertinens, zum bauch gehörig. Macrob. Sat. 7, 8 *Si in ventrem receptæ ſint* (ſpecies aeres & calidæ), *ſolvitur vis earum ventralis humoris allevione, qua ſunt dilatiores.*

¶ Ventrāle, *is*, n. ſubſt. faſcia, qua venter reperitur, ein fürtuch, ſchürtz, ſchürtze; ut, *Villoſa ventralia*, Plinius 8, 48 conf. Id. 27, 7. ¶ 2. *Ventrale* eſt zona, crumena, ſive funda, ſub ventrem appenſa, in qua ſudariola, aut nummos in quotidianum uſum geſtamus, der ſchiebſack, die taſche, l. 6 ff. de bon. damn. vid. Cujac. Obſervat. 10, 26.

¶ Ventrĭcŏla, *æ*, m. qui gulæ & ventri ſervit, ein bauchdiener. Auguſtinus epiſt. 86 *Voracitas & ebrioſitas ventricolarum*: & interjectis nonnullis ibidem: *qui ventricolas tanquam magnus jejunator accuſat.*

¶ Ventrificatio, *ōnis*, f. das zunehmen des bauches. Cæl. Aurel. Tard. 3, 142 *Fortificare ventrificationem.*

¶ Ventrifluus, *a*, *um*, purgirend, laxirend; ut, *Ventriflua medicamenta*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 4.

¶ Ventrĭloquus, *a*, *um*, qui loquitur per ventrem, ſive in quo malus ſpiritus reſidens loquitur ἐγγαστρίμυθος, der durch den bauch redet. Tertull. adverſ. Marc. 4, 25 *Quis alius diſjiciet ſigna ventriloquorum?* vid. Barth. Adverſ. 44, 18. Et conf. Tertull. adv. Praxean. c. 19; & Saresb. 8, 13.

¶ Subventrīle, *is*, ſumen, das euter, Marcell. Empir. c. 28.

VENTIDIVS, *i*, m. nomen Romanum. De *Ventidii Baſſi* admirabili fortuna vid. Gellius 15, 4 &c.

Ventilabrum, ventilo, *are*, &c. vide *Ventus*, Ventio, ventito, *Venio*, Ventoſus, &c. *Ventus*, Ventralis, ventricola, &c. *Venter.*

VENTVS, *i*, m. a *veniendo*, ἄνεμος, aër commotus & agitatus, aëris unda fluens, fluxus aëris, ex arido & ſicco terræ halitu natus, der wind. Cicer. de Nat. D. 2, 39 *Aër effluens huc & illuc ventos efficit.* Sic, *Ventus vehemens*, Cicero pro Roſc. Am. c. 45; *violentus*, Lucret. 5, 1225, ein ſtarcker wind. *Agitari vi ventorum*, Cicero pro Cluent. c. 49. *Conſurgunt venti*, Virgilius Æneid. 5, 20. *Ventus increbreſcit*, Cicero fam. 7, 21 extr. er wird ſtarck. *Venti ſilent*, Sen. Medea v. 627. *Venti ferentes, ſecundi, obſequentes*, guter wind, qui a puppe & ſecundum nos ſpirant, die nachgehen und das ſchiff treiben. Sen. de Vita beata c. 22 *Sic illum* (ſapientem) *afficiunt divitiæ & exhilarant, ut navigantem ſecundus & ferens ventus, ut dies bonus, ut in bruma ac frigore apricus locus.* conf. Virgilius Æneid. 4, 430. Abſolute Cicer. Acad. Qu. 4, 3 ext. *Si ventus eſſet*, wenn unſer wind wäre. Nepos 1, 1, 5 *Hic ventus oriens adverſum tenet navigantibus*, er iſt entgegen. Cæſ. B. Civ. 3, 26 extr. *Incredibili ſe felicitate auſter, qui per biduum flaverat, in africum ſe vertit.* Sed, *Dare terram ventus* dicitur, quam ſecundante eo tenere licet: Petronius c. 114 *Siciliam modo ventus dabat: Sæpiſſime Italici litoris paſſ. ſſor aquilo convertebat huc illuc obnoxiam partem.* Virgilius Æneid. 10, 69 *Vitam committere ventis*, ſchiffen. Nepos 23, 8, 2 *Cum naves vela ventis dediſſent*, da ſie abgeſegelt. Ventos capitibus alatis ſingebant veteres. vid. Drakenb. ad Silium 7, 257. De ventorum nominibus Græcis & Latinis ampliſſime Salmaſ. ad Solin. p. 878 ad 890. Add. Harduin. ad Plinium 2, 47 f. 46. ¶ 2. Metaphor. Cicero Att. 2, 1 *Cæſaris venti valde ſunt ſecundi*, es gehet ihm alles glücklich. Et in Piſ. c. 9 ſimili figura: *Alios ego vidi ventos, alias proſpexi procellas, ut qui maximis turbinibus reipubl. navim gubernarim, ſalvamque in portum collocarim.* Cœlius Cicer. fam. 8, 8 *Quo vento projicitur Appius?* i. e. quo impetu commovetur, was bewegt ihn, woher iſt der trieb? *Ventum popularem quærere in re aliqua*, quod &, *auram popularem captare*, dicitur, id eſt, plauſum & favorem inanem vulgi ſibi conciliare, ſich beym volck beliebt machen. Cicero pro Cluent. c. 47 pr. *Omnes intelligimus, in iſtis ſubſcriptionibus ventum quemdam popularem eſſe quæſitum.* Idem fam. 2, 6 *Eorum ventorum* (de gratia populari & juventutis loquitur) *quaſi quidam moderator & gubernator.* Et de tempeſtatibus illis civilibus, pro Sulla c. 14, *vento aliquo in optimum quemque excitato.* Sed hæc fere in continuata metaphora. ¶ 3. *Ventis dare, credere*, pro oblivioni tradere, vergeſſen, notiſſima & vulgatiſſima locutio eſt: quam in proverbium abiiſſe Servius notat ad illud Virgilii Æneid. 10, 652 *Nec ferre videt ſua gaudia ventos.* Horat. 1 od. 26, 1 *Muſis amicus triſtitiam & metus, Tradam protervis in mare Creticum Portare ventis.* Idem fere eſt *ventis loqui*: Ammianus 15, 9 *Quamquam utilia moneret & neceſſaria: ventis tamen loquebatur incaſſum*, vergebich ohne frucht. ¶ 4. *In vento ſcribere*, ſimiliter ut *in aqua ſcribere*, proverbialiter de iis dicitur, quæ duratura non ſunt: Catull. 71, 4 de inconſtantia fœminei amoris: *In vento & rapida ſcribere oportet aqua.*

¶ Ventŭlus, *i*, m. dimin. ein lüftgen. Ter. Eun. 3, 5, 47 *Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito.* Adde Plaut. Cat. 3, 5, 14; & Curc. 2, 3, 37.

¶ Ventōſus, *a*, *um*, windig, voll luft; ut, *Dies nebuloſus, ventoſus*, Flor. 3, 3, 15. *Ventoſa æquora*, Virgil. Georg. 1, 206. *Mare ventoſum*, Horat. 3 od. 4, 45. *Ventoſiſſima regio*, Livius 36, 43 pr. *Vtrem ventoſiſſimum* dixit Apulej. Apol. p. 309. Et Tac. Germ. 5, 1 *Germania ventoſior, qua Noricum & Pannoniam adſpicit.* ¶ 2. Metaphorice inconſtantiam, nec non interdum cum arroganti jactantia conjunctam ſignificat, aufgeblaſt, eitel, unbeſtändig, prahleriſch. Sic, *Ingenium ventoſum*, Livius 42, 30. Et, *Homo ventoſus*, vanus, levis, inconſtans eſt: Brut. Cicer. fam. 11, 9 *Inprimis rogo te, ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas.* Sic, *Imperium populare & ventoſum*, Cicero Phil. 11, 7. Et Horat. 1 epiſt. 19, 37 *Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.* Ovidius Amor. 2, 9, 49 de Cupidine: *Tu levis es, multoque tuis ventoſior aliis, Gaudiaque ambigua dasque rapisque fide.* Qui nulla certa ratione ductus, modo hoc, modo aliud movet, *ventoſus* dicitur. Ita *Ventoſa loquacitas*, inanis eſt, quæ præter verba nihil habet, apud Petron. c. 2. Et Horat. valde ſignate 1 epiſt. 8, 12 *Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam*; i. e. inconſtans & venti inſtar mutabilis. Quod autem de arrogantia & ſuperbia, quam nonnunquam adſignificat, ſupra diximus, ejus exemplum habes apud Vopiſcum in Saturnino c. 1 *Sunt enim Ægyptii* (*ut ſatis noſti*) *viri ventoſi, furibundi, jactantes.* Plinius Paneg. c. 31 de iisdem: *Superbiebat ventoſa & inſolens natio.* Atque ita etiam

¶ Ventōſe, adverb. voll wind. Apul. lib. 10 p. 248 *Pulvilli ventoſe delicata pluma tumentes*, pauſſende federküſſen.

¶ Ventōſĭtas, *ātis*, f. die blähung; ut, *Ventoſitas ſtomachi*, Apul. de Herb. c. 126. conf. Theod. Priſcian. de Diæt. c. 10. ¶ 2. Iactantia, die eitelkeit im prahlen. Quod Fulgentii eſt Mytholog. 2, 17 *Vent ſitatis inanem ſpeciem præſumit.* Et Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 4, 6 *Non ventoſitate, ſed ſoliditate.*

¶ Ventōſa, *æ*, f. ſubſt. cucurbita medica ad eliciendum ſanguinem, ein laſtopf, ſchropf-glas, Papias. Forte quia *ventoſa* epitheton eſt *cucurbitæ* apud Iuvenalem 14, 58.

¶ Ventoſo, *are*, ſchröpfen. Conſtant. Afer de Elephant. *Ventoſandus eſt ſcapula.* Idem 2, 15 *A parte naris effluentis ventoſetur.*

¶ Ventoſālis, *e*, zum ſchröpfen gehörig; Oct. Horatian. 4 *Quæ ſub ventoſali artifice poſita ad ſe humorem attrahit.*

¶ Ventĭlo, *avi*, *atum*, *āre*, ventum excitare, lüften, ſchütteln, ſchwencken. Propert. 4, 3, 50 *Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem.* Sic, *Ventilare frumentum*, worfeln, Plinius 18, 30. Martial. 3, 82 *Flabello æſtuanti ventilare frigus.* Apul. Met. 2 p. 126 *Aureos identidem manu mea ventilabam.* Iuvenal. 1, 28 *Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum.* Silius 17, 510 *Rapidus incendia flatus ventilat.* Metaphorice, Cicero pro Flacco c. 23 *Cujus lingua quaſi flabello ſeditionis egentium concio ventilata eſt.* ¶ 2. *Ventilare* etiam dicuntur gladiatores, cum proludentes brachia jactant & arma aëremque percutiunt vane, & ita ventum faciunt, wenn ſie ein aufheben machen. Sen. epiſt. 117 *Quam ſtultum eſt, cum ſignum pugnæ acceperit, ventilare? Remove iſta luſoria arma: decretoriis opus*

est. Idem Nat. Quæst. 7, 13 extr. id *manum exercere, & in ventum jactare brachia* dixit. Et Virgilius Æneid. 5, 375 de Darete provocante ad pugnam, & præludente: *Caput altum in prælia tollit, Ostendit per humeros latos, alternaque jactat Brachia protendens, & verberat ictibus auras.* Plane ita Apostolus, cum de eadem re loqueretur, ὡς ἀέρα δέρων ait: i. e. *non aërem cædens.* v. & Lips. Saturn. 2, 19. ¶ 3. Trslate pro *sagire* dicitur, erforſchen, erwegen. L. 6 Cod. de maleficis & Mathem. *Multi magicis artibus usi elementa turbare, vitam infamatum labefactare non dubitant: & manibus accitis auxere ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos:* MANES ACCITI, umbræ mortuorum carminibus magicis evocatæ ab inferis. v. *Ventilator* n. 2.

¶ Ventilans, *tis.* Suet. Aug. c. 82 *In peristylio saliente aqua atque etiam ventilante aliquo cuncta.* Boëthius 3 Consol. Phil. metro 11 *Hæret profecto semen introrsum veri, Quod excitatur ventilante doctrina;* i. e. excutiente per disquisitionem. Metaphora a ventilatione frumenti sumitur.

¶ Ventilātus, *a, um*, i. e. motus ad captandum ventum, geſchwenckt, hin und her gerüttelt; ut, *Liquamen ventilatum*, Apic. 1, 7.

¶ Ventilātio, *onis*, f. agitatio per aërem & ventum, die lüftung, ſchüttelung, ſchwenckung. Plinius 23, 1 *Vitæ innocentiores, quæ decerptæ diu pependere; qua ventilatione etiam utiles sunt stomacho aegrisque.*

¶ Ventilātor, *ōris*, m. qui frumentum ventilat. Columell. 2, 10 *Faba, quæ longius emittetur, pura eo perveniet, quo ventilator eam jacularitur.* ¶ 2. *Ventilator* & præitigiator est. ein gaucker. Quintil. 10, 7 *Constant miracula illa in scenis pilariorum ac ventilatorum.* v. Burm. p. 952 Sic præfectus Romanum martyrem vocat *ventilatorem urbis*, apud Prudentium hymn. 10 v. 78.

¶ Ventilābrum, *i*, n. vannus, qua ventilatur frumentum, eine ſchwinge, wurffſchuffel, Varr. L. L. 4, 31. Columell. 2, 10 *Acervus pulei, granisque mistus, ventilabris per longius spatium jactatur.*

¶ Ventilabundus, *a, um*, der hin und her ſchwinget. Varro apud Nonium 4, 329 ex lectione caligeri in Fragm. p. 97 *Sic ad vos citius opinione ventilabundus decidi*

¶ Ventigenus, *a, um*, ventum gignens, windmachend. Sic apud Lucret. 6, 701 *Ventigeni crateres* sunt fauces in summa Ætna fumos ac nebulas & auras copiose evomentes & exspirantes. vid. Turneb. Adverſ. 22, 18.

¶ Ventilŏquus, *a, um*, der in wind redet. Saresb. 7, 21 *Ventiloqui aut ventriloqui habitum induere.*

¶ Ventipŏtens, *tis*, qui ventis imperat, windmächtig. Ita apud Mantuanum *Ventipotens Æolus.*

Anteventŭlus, *a, um*, ex Apul. Florid. 1 p. 342. vide in *Venio.*

¶ Eventĭlo, *āre*, idem quod *ventilare*, ausſchwingen; it. zerſtreuen; ut, *Opes imperii eventilare*, i. e. dissipare, Sidon. 1 epist. 9. Et Plinius 31, 3 *Graviorem aërem emendant assiduo linteorum jactatu eventilando.*

¶ Eventĭlātus, *a, um*, ausgeſchwungen, ausgefegt; ut, *Frumenta eventilata mundiora sunt*, Columell. 1, 6. *Eventilato terrestri spiritu*, Iustin. 44, 1, 10.

¶ Eventilatio, *ōnis*, f. apud Augustinum.

¶ Exventus, *a, um.* Lectum adhuc est Veget. 3, 3, 7 *Exventum mucosumque ventrem facere.* Sed leg. *cruentum mucosumque* vid. Gelen.

¶ Subventāneus, *a, um*, irritus, fruſtraneus, vergeblich; ut, *Ova subventanea*, quæ & *zephyria & hypenemia* vocantur, windeyer. vid. Erasm. in Adag. *Spes subvent mea*; item: *Subventanea parit.*

Venuculus, *a, um*, Venula, vide *Venusa, Vena.*

VĔNŬLUS, *i*, m. viri nomen, qui Virgil. 8, 9 legatus est Turni ad Diomedem: *Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem, Qui petat auxilium*, &c. conf. Ovid. Met. 14, 457

VĔNUM, quaſi *veniom*, a *venio*, antique idem quod venale, feil, zu kauf. Goclenius in Problem. Grammat. 2, 19 putat esse adverbium. Sunt qui dicunt, esse supinum a *Veneo venitum*, pro quo magis sit *venum* in usu, dicente Prisciano p. 907. Igitur male per *e* scribitur: neque enim & *vendo* scribimus *Veneo* autem contractum est ex *venum* & *eo*: quemadmodum & *Vendo* ex *venum* & *do* Et hæc integre alicubi scripta reperiuntur; ut, *Venum ire solitos pileatos.* Gell. 7, 4 *Trans Tiberim peregre venum ibant*, Id. 20, 1 sub fin. *Familia adhuc eadem Cereris, Liberi liberæque venum iret*, Liv. 3, 55. Sic apud eund. *Se venum a primoribus dicere.* Et Lucan. 4, 207 *Neque & sua tradita venum Castra videt.* Dubitare etiam possis de supini forma, quum & alios casus admittat. Tacitus certe dixit 13, 51, 5 *Militibus immunitas* (a vectigalibus *servarent*, *nisi in iis, quæ veno exercerent*, i. e. quæ emerent aut venderent. Idem 14, 15, 2 *Posita veno instrumenta luxus.* Et alia forma *Venui habere*, feil haben: Apul. Met. 8; Elmenh. p. 210; Pric. p. 116 *Eam regavit unus e nostris, haberetne venui lacte*, ultima voce neutro genere posita, quam alius libris *lac*; itidem aliis *lactem*, legimus. In priore autem *venui*, vel *venui*, magnus est codicum consensus. Idem 9 p. 313 *Præconis voce vervi subjicere*, subhauten. Hinc

¶ Vēnundo, *dĭdi, dătum, dăre*, compositum est, quod & *venum dare* divise scribi potest, de quo supra inter composita verbi *Do, are*, n. 1.

¶ Vēnālis, *e*, venum vel venditioni expositus, zu verkaufen, feil; ut, *Venales horti*, Cicero Off. 3, 14. Horat. 2 epist. 2, 10 *Multa fidem promissa levant, ubi plenius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces.* Lucanus 10, 408. *Venalesque manus, ibi fas, ubi maxima merces.* Horat. 2 od. 16, 7 *Otium &c. Non gemmis, neque purpura venale, nec auro.* Et Iuvencus 3, 440 *Præcipit abreptum cum conjuge progenieque Atque opibus cunctis venali nomine fisci.* Sic, *Venalis scriptor*, Cic. pro Domo c. 19. *Venalis lingua*, quæ pecunia comparatur, Lucan 1, 269. *Vrbs venalis*, id est, avara: Sallust. Iug. c. 35 *O urbem venalem & cito perituram!* Dictum Iugurthæ de Roma. *Venalem pendere*, quid sit, vide in *Pendeo. Omnia habere venalia*, Curt. 5, 12, 2. *Portoria venalium fruenda locare*, Livius 32, 7. Et Propert. 3, 12, 51 *Auro pulsa fides, auro venalia jura*, das geld das ſtimm iſt, macht recht das ſtimm iſt. ¶ 2. *Venales* absolute & peculiariter servi dicuntur, qui emti sunt, & recens maxime, leibeigene. Quintil. 8, 2 *Quod commune est & aliis nomen, intellecto alicui rei peculiariter tribuitur*: ut, VRBEM, *Romam accipimus &* VENALES *novitios, &* CORINTHIA *æra, cum sint urbes aliæ quoque, & multa venalia, & tam aurum & argentum, quam æs Corinthium.* v. Torrent. ad Suet. Aug. c. 13. Hinc titulus Satyræ Varronianæ *Sardi venales.* vid. *Sardes* in *Sardinia.* Inde etiam dicti *Venalitiarii.*

¶ Venāliter, adverb. kaufweiſe. Seneca de Benef. 2, 11 *Et hæc ipsa non venaliter*, &c. Alii legunt: *Venialiter.*

¶ Venalĭtas, *ātis*, f. die handelſchaft. Sidon. 5, 13 *Hos venalitas solvit.* conf. Cassiod. 1, 35; & Zeno Cod. 4 t. 59 l. 1.

¶ Venālĭtius, *a, um*, id est, *venalis*; ut, *Familia venalitia*, Suet. Aug. c. 42. *Venalitii greges*, Plinius 35, 18, itidem de servis. vid. *Venalis* n. 2. Et, *Venalitia jumenta*, Petron. c. 76. ¶ 2. *Venalitius*, subst. apud Nonium 2, 919, pro venditore, der verkäufer. Cicer. in Orat. c. 70 *Multi venalitii mercatoresque.* Quem locum laudat Quint. 9, 4 p. 832. Suet. de Claris Rhet. c. 1 sub fin. *Venalitii cum Brund sii gregem venalium e navi educerent.* vid Torrent. ad supra citatum ex Aug. Suetonii locum; & conf. l. 37 ff. de ædilitio edicto.

¶ Venalitium, *i*, n. subst. locus in quo servi vendebantur & mancipia, der ſclaven marckt: ut, *Venalitium titulis pictum.* v. Heins. ad Petron. c. 29 p. 104. Melius tamen est cum Burmanno venalitium gregem, seu turbam servorum venalium, exponere.

¶ Venalitiārius, *i*, m. subst. mango, & novitiorum servorum negotiator, quos venales κατ' ἐξοχὴν dici observavimus, der mit knechten handelt. Vet Gloss *Venalitiarius*, σωματέμπορος L. 207 Dig. de verb. signif. *Mercis appellatione homines non contineri, Mela ait, & ob eam rem mangones non mercatores, sed venalitiarios appellari ait, & recte.* Adde Dig. 14 t. 4 l. 1 § 1; Quintil Decl. 388 p. 789. Tertull. ad Nation. 1, 16 sub fin. & ibi Le Prieur. ¶ 2. *Venalitiarius* adject. Vlp. L. 73 § 4 Dig de Legat. & fideic. lib. 3 *Qui venalitiarium vitam exercebat*, der mit leibeigenen handelt.

¶ Vendo, *dĭdi, ditum, ĕre*, per syncopen ex *Venumdo*, are, πωλέω, verkaufen, loßſchlagen. Cicero pro Quint. c. 4 *Non posse ita commode eo tempore, quæ proscripsisset, vendere.* Sic, *Vendere recte, male*, theuer oder wohlfeil. Ejusdem sunt Verr. 4, 98. *Vendere beneficia*, Id. fam. 13, 36 dixit. *Vendere pretio tanto, quanto, &c. Vendere magno*, Idem in Verr. 3, 53. *Vendere tanti, quanti*, ibid. sic & *plurimi, minoris*, &c. sotheuer, theurer, wohlfeiler. Cicer. Off. 3, 12 *Vendo meum non pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris, cum major copia est.* Vellej. 2, 51, 3 *Dubitans, quanti se venderet.* Virgilius Æneid. 6, 621 *Vendidit hic auro patriam*, &c Cato R. R. c. 2 *Vendat oleum; vendat boves; & si quid aliud supersit, vendat.* Varro R. R. 1, 69 *Quæ vendenda videndum*, &c. Plaut. 4, 2, 34 *Bene vendidi ego te.* Sic, *Vendere captivum*, Horat. 1 epist. 16, 69; *puerum*, Idem 2 ep. 2, 2; *poëma*, Idem 2 ep. 1, 75; *omnia pluris*, Idem 2 sat. 3, 300. ¶ 2. Cicero Att. 13, 12 pr. *Ligariana præclare vendidisti*, i. e. commendatione tua hominibus ut probarentur, effecisti. Iuvenal. 7, 135 *Purpura vendit causidicum*, i. e. vestis splendida autoritatem ei conciliat.

¶ Vendens, *tis.* Petron. c. 13 *Vidit personam vendentis contemptam.* Horat. 2 epist. 1, 269 *Vendentibus & odores, & piper, &c.* Id. 1 epist. 7, 6 *Vilia vendens servata popello.*

¶ Venditus, *a, um*, verkauft; ut, *Merx vendita sæpe*, Martialis 12 epigr. 103. *Venditis proscriptorum bonis*, Sallust Fragm. c. 2. *Venditorum animalium pretium*, Colum. 8, 1. Et subst antive Sen. de Benef. 6, 38 *Constat negotiatio ex empto & vendito.*

¶ Venditio, *ōnis*, f. die verkaufung; ut, *Venditio bonorum*, Cicer. pro Rosc. Am. c. 38. Idem in Pis. c. 35 *Sestertium centies & octogies in venditione mei capitis adscripseras.* Sen. de Benef. 5, 10 *Venditio alienatio est, & rei suæ jurisque sui in alium translatio.* conf. ibid. 2, 33; Colum. 3, 21; & Tac An. 1, 73, 4.

¶ Venditor, *ōris*, m ein verkäufer, krämer. Cicer. post redit. in sen. c. 4 *Mercatores provinciarum, ac venditores nostræ dignitatis.* Idem Off. 3, 13 fqq. *Ædium venditor.* Apul. de Herb. c. 74 *Coronarum venditores.*

¶ Venditrix, *īcis*, f. Scævola l. 8 Dig. de lege commissor. *Defuisse venditricem*, conf. l. 3 C. de rebus alien. non alien. Et Hieronym. de Locis Hebraic. extr. *Lydia purpuræ venditrix.*

¶ Vendax, *ācis*, der gerne verkaufet. Cato R. R. c. 2 extr. *Patrem familias vendacem, non emacem esse oportet.*

¶ Vendibĭlis, *e*, quod facile venditur, kaufbar, verkauflich; ut, *Fundus vendibilis*, Horat. 1 epod. 17, 47. *Vino vendibili suspensa hedera nihil opus*, Proverb. gute ware verkauft ſich ſelber. *Oratio vendibilis*, Cicero de Amic. c. 25. Et, *Orator vendibilis*, qui populi plausum & favorem captat, de Clar. Orat. c. 47. *Vendibilis puella*, Ovidius Amor. 3, 12, 10. Compar *Vendibilior* apud Apul Met. 9 p. 212 ed. Elmenh. Et Varro R. R. 1, 4 *Vendibiliorem agrum facere.* conf. Cic. de Fin. 1, 4; Colum. 7, 6.

¶ Vendĭto, *avi, atum, are*, venale habere, ausbieten, feil bieten. Plaut. Curc. 4, 1, 21 *Sunt homines, qui ipsi sese venditant.* Cicer. Att. 8, 16 *Tusculanum venditat, ut si possit, emat Pacilianam domum.* Petron. 13 *Tanquam mendici spolium etiam fastidio se venditabat.* Et, *Venditare se alicui*, Cic. de Ar. Resp. c. 23, ſich einem anbieten. Nepos 25, 11, 4 *Non florentibus se venditavit.* Cic. Att. 8, 16 *Quomodo autem se Cæsari venditant?* id est, ſeſe in clientelam Cæſari dedunt, ejusque partibus adjungunt, gratiam ejus captant & ambiunt. Liv. 39, 42 *Obsequium amatori venditare.* Plaut. Mil. 2, 3, 41 *Non possum ego, quæ ipsa sese venditat, tutarier*, die ſich ſelbſt ausbietet de muliere virum appetente. Sic, *Ingenium venditare, & memoriam ostentare*, Auct. ad Herenn. 2, 30. *Non potes esse venditare*, Catull. 34, 8.

¶ Venditans, *tis.* Vellej. 2, 63, 3 *Senatui se litteris venditans.* Tac. Hist. 1, 66, 4 *Stativorum mutationes venditans dux.*

¶ Ven-

¶ Venditatus, *a, um*, feilgeboten, ausgeboten. Tac. An. 14, 50, 2 *Venditata munera & adipiscendorum honorum ius.*

¶ Venditātio, *ōnis*, f. oſtentatio, das rühmen und prangen. Plin. 29, 1 *Oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ venditatio.* Cic. de Amic. c. 23 *A malitiis virtus contemnitur, & venditatio quædam atque oſtentatio eſſe dicitur.* Id. Tuſc. 2, 26 *Mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione & ſine populo teſte fiunt.* Juſtin. 8, 4, 10 *Venditatio gloriæ.* conf. Nonius 2, 924.

¶ Venditator, *ōris*, m. qui ſe venditat. Tac. Hiſt. 1, 49, 4 de Galba: *Fama nec inexorabilis, nec venditator:* id eſt, oſtentator, & laudum æquo cupidior. conf. Gell. 5, 14; & 18, 4.

¶ Venditārius, *a, um*, venalis, feil geboten, ausgeboten. Plaut. Stich. 1, 3, 194 *Linguam habere venditariam*, conf. Cure. 4, 1, 21; & Mil. 2, 3, 41. Sic quoque Apul. Met. 8 p. 212 *Quo venditatores viderentur*, h. e. vendibiliores.

¶ Vĕneo, *venēunt, venīvi* & *venĭi, venīre*, eſt vendi, cum quo cognationem arctiorem habet, feil ſeyn, verkauft werden. Nam quemadmodum illud ex *venum* eſt, & *do*, contractione ſyllabarum facta: ita hoc ex *venum* ac *eo*, ut quæ diſtincte dici poterant, in unam vocem concreſcant. vide ſupra *Venum*. Cic. pro Roſc. Am. c. 43 *Videamus, ejus hominis bona qua ratione venierint.* Apud Quintil. 12, 1 *A cive ſe ſpoliari malle, inquit Fabricius, quam ab hoſte venire.* Similem conſtructionem obſervamus de *Vapulo*. Liv. 2, 9 *Salis vendendi arbitrium impenſo pretio venibat*, i. e. magno conductum erat. Cic. fam. 7, 2 *Cum tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veniat.* Plin. 9, 39; & Nepos fragm. 8, 6 *Purpuræ libra denariis centum venibat.* Horat. 1 ſat. 5, 88 *Venit viliſſima rerum Hic aqua.* Et ibid. 2 ſat. 2, 25 *Quia veneat auro Rara avis.* Cic. fam. 7, 2 *Venire quam plurimo.* Curt. 9, 3, 5 *Puberes interfecti ſunt, cæteri venierunt.* Id. 9, 8, 15 *Captivos ſub corona veniſſe.* v. ibi not. Stübelii: & adde Plaut. Merc. 2, 3, 115; Pœn. 5, 2, 55; Caton. c. 146. ¶ 2. Veteres *Vencor* & *venditus ſum* dixiſſe Diomedes 1 p. 365 probat verbis Plauti: *Egone illi venear.* Hinc

¶ Vēnĭtus, *a, um*, pro *venditus*, verkauft. Sedulius hymno 1, 21 *Venitus crimine fratrum*, ſcil. Joſephus.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Divendo, *dĭdi, dĭtum, ĕre*, von einander verkaufen; ut, *Bona divendere*, Liv. 3, 13; & Cic. de L. Agrar. 1, 3.

¶ Divenditus, *a, um*; ut, *Præda divendita*, Liv. 1, 53.

¶ Revendo, *ĕre*, wieder verkaufen. Vlp. L. 37 Dig. de bonis libertorum, *Quoties donum, munus, operas liberto revendiderit.*

¶ Invēnālis, *e*, Gloſſ. gr. lat. *ἄπρατος*, *Invenalis.*

¶ Invendĭbĭlis, *e*; ut *Merx invendibilis*, Plaut. Pœn. 1, 2, 128, quæ vendi non poteſt, loſe waar, die nicht abgehet.

¶ Invendĭtus, *a, um*, non venditus, unverkauft. Scæv. L. ult. § ult. Dig. de reſcind. vendit. *Quæſitum eſt, an prædia invendita ſint.*

¶ Transvendo, *ĕre*, verkaufen. Inſcript. Gruter. p. 801 n. 5.

Venundatio, venundo, are, vide in *Do*.

VĔNUS, *ĕris*, f. ſtella, Lucifer, Heſperus, der abend- und morgenſtern. Cic. de Nat. D. 2, 20 *Infima eſt quinque errantium terræque proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος græce, Lucifer latine dicitur, cum antegreditur ſolem: cum ſubſequitur autem, Heſperus.* Id. Somn. Sc. c. 4 de Sole: *Hunc ut comites conſequuntur, alter Veneris, alter Mercurii curſus.* Plin. 2, 8 poſt alia. *Alii Junonis, alii Iſidis, alii matris Deum appellavere.* ¶ 2. *Venus*, amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum & voluptatum omnium Dea, Jovis filia, *noſtris*, Latinis, quemadmodum ſcribit Cicero de N. D. 2, 24, *ſic dicta, quod ad omnia* (nimirum ornanda & commendanda) *veniat*, vel ideo a *veniendo*, quod libenter ſui copiam det. *Venire* enim meretricum eſt, de quo ſupra. Aliud etymon Selden. de DIS Syris 2, 7 ex oriente arceſſit, qui variis locis hujus libelli plufcula habet de Venere. *Almam Venerem* Virgilius Æn. 1, 622 dixit, quia Dea generationis eſt, die liebes-göttin. Plura autem cognomina ſortita Venus amorum Dea: vel a locis, ubi culta, ut, *Erycina, Cypria, Amathuſia, Paphia, &c.* v. Suet. Claud. c. 25. Horat. 1 od. 3, 1; & od. 30, 1 ſq. & od. 4, 5; Cic. in Orat. c. 2; & de N. D. 1, 27; Id. Verr. 1, 10; & 2, 8, &c. vel ex aliis cauſſis: ut *Calva*, quod eo tempore, quo urbs obſeſſa a Gallis fuit, tormenta ex capillis mulierum facta, ut Lactantius docet 1, 20. vid. ibi Gallæus p. 109 & 119. Item, *Armata*, quæ Lacedæmone conſecrata fuit, de qua idem Lactant. 1, 20, 32, & Prudent. contra Symm. v. 553. v. Interpr. ad Quint. 2, 4 p. 143. *Limneſia* ſive *Limenia*, quæ portubus præeſt, & *Horteſia* appellata, ſive *ἐν κήποις*, ut Græci vocant, quod hortis præeſſe credebatur, tum quia generationis, tum quia amœnitatis & deliciarum Dea habebatur. De ea Pauſanias in Atticis, qui tamen ſe ejus nominis rationem ignorare fatetur, & Lucianus in Meretriciis Dial. 7. *Callipygos Venus* unde dicta docebit Athenæus 12 extr. De *παραβασίᾳ* vel *περιβασίᾳ* Venere Potter. ad Clem. Alex. p. 33, qui laudat Leopard. 8, 25. *Venus Victor* in nummo Juliæ Domnæ, & *Venus Deus* a Cypriis pro mare cultus, apud Macrob. Sat. 3, 8; & Serv. ad Æn. 2, 632. Burm. ad Quint. 2, 4 p. 143. ¶ 3. Nævius pro rebus, quibus præſidet, uſurpat. Ita enim ille apud Feſtum in *Coquus: Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.* Vbi panis ſignificatur per *Cererem*, piſculenta per *Neptunum*, olera per *Venerem*, teſte Plauto, Varrone, Plinio. Plures ſunt Veneres: quatuor illarum enumerat Cicero de N. D. 3, 23. v. Boccat. de Generat. Deor. 3, 22, & 23. Platonici duplicem Venerem ſtatuebant, *Cæleſtem* alteram, alteram *Vulgarem*. De utraque Apulejus Platonicus Apol. p. 281 *Mitto dicere alta illa & divina Platonica, rariſſimo cuique piorum gnara, cæterum omnibus profanis incognita, geminam eſſe Venerem Deam, proprio quamque amore, & diverſis amatoribus pollentem. Earum alteram,* VVLGARIAM, *quæ ſit percita populari amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico trucique perculſorum animalium ſerva corpora complexu vincientem; alteram vero* CAELITEM VENEREM, *prædita quæ ſit optimati amore, ſolis hominibus & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem ſtimulis vel illecebris ſectatores ſuos percellentem. Quippe ejus amorem non amœnum & laſcivum, ſed contra incomtum & ſerium pulchritudine honeſtatis virtutis amorem amatoribus ſuis conciliare &c.* Hujus *Cæleſtis Veneris* Pauſanias etiam in Bœoticis & Atticis, itemque Lucianus meminit paullo ante citato loco. Sicuti autem *duplicem Venerem*, ita *Amorem* quoque *duplicem* fecerunt, alterum cælo, alterum mari ortum. Vide præter alios Lucianum Demoſthenis Encomio, VENEREM & AMOREM SVSVRRONES, ΨΙΘΥΡΙΣΤΑΣ, dedicavit Theſeus, quod Phædra, Hippolytum exeſa, in ejus aures plurima inſuſurraſſet, accuſationis loco futura. vide Mauſſacum in Harpocrationis Lexicon p. 177 & ſqq. *Venus Palatina* a M. Bruto L. Craſſus Orator dictus eſt in jurgio: *Venus* quidem, quia inſtar Veneris, haberet in atrio ſuo columnas peregrini marmoris: *Palatina* autem, quia in Palatio habitaret, Auctor Plinius 36, 3. ¶ 4. *Venus* etiam libidinem ſignificat, ſive cupiditatem coëundi, die buhlſchafft, geilheit. Ter. Eun. 4, 5, 6 *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Jejunis enim laſcivire haud expeditum: ſaturitatem libido ſequitur. Vide ſupra in *Satietas* productum a nobis Petronii locum, qui huc pertinet. *Inhibere Venerem*, Plin. 22, 7. Et Ovid. Met. 6, 459 *Pronus in Venerem*, verhurt. Virg. Georg. 3, 209 *Sed non ullo magis vires induſtria firmat, Quam Venerem & cæci ſtimulos avertere amoris.* ¶ 5. Quin ipſa *συνουσία* ſive concubitus *Venus* appellatur, Græce *ἀφροδισιασμός*, das beyliegen, der beyſchlaff. Narrat Plinius 7, 13, qui *in Venere* obierint. Alios quibus hoc fati genus fuit, vide apud Broukh. ad Propert. 2, 7, 98. Et ita non raro Lucretius uſus: e. g. 2, 173, 437, 921 &c. Tac. de Germ. 20, 4 *Sera juvenum Venus, eoque inexhauſta pubertas.* Ovid. de Pont. 1, 10, 33 *Veneris damnoſa voluptas.* Quin & equo equæ admiſſo *voluptatem Veneris* tribuit Juſtinus 1, 10, 7. conf. Virg. Ge. 2, 329; & 3, 97. ¶ 6. *Venus* pro gratia & venuſtate, lieblichkeit, zierlichkeit, ſchönheit. Quintil. 6, 4 *Quod cum gratia quadam & Venere dicitur.* Id. 10, 1 *Iſocrates omnes Veneres dicendi ſcitus eſt.* Et 4, 2 *Exornare narrationem gratia & Venere.* v. Barth. ad Claudian. pag. 1050. Sic Plaut. Stich. 2, 2, 5 *Amœnitates omnium Venerum & venuſtatum affero.* Sen. de Benef. 2, 28 *Ille non eſt par mihi virtutibus, nec officiis, ſed habuit ſuam Venerem.* De pictura Apelles ap. Plin. 35, 10 ſ. 36 n. 10 *Deeſſe iis unam Venerem dicebat, quam Græci χάριτα vocant.* Ipſe Plinius paullo ante dixerat venuſtatem. Agit de illa Venere Fr. Jun. de pict. 3, 6. ¶ 7. Per blanditiam amatores amicas ſuas *Veneres* etiam appellare ſolebant, ſchätzgen. Virg. ecl. 3, 68 *Parta meæ Veneri ſunt munera*, id eſt, Galateæ, quæ mihi pro Venere eſt. Lucret. 4, 1170. *Veneres noſtræ*, i. e. puellæ nos amantes. ¶ 8. In luſu talorum *Venus* dicebatur jactus, qui talos omnes diverſa figura oſtendebat. Hunc qui jaciebat, vincebat. Suet. Aug. c. 71 *Denarios tollebat univerſos, qui Venerem jecerat.* Adde Propert. 4, 9, 17; Plaut. Aſin. 5, 2, 56; & Lucian. T. 1 opp. p. 882 extr. Gr. vid. qui de talorum luſu ſcripſerunt, ſupra in *Talus* citati. Eumdem cum *Baſilico* fuiſſe, putat magnus Turnebus Adverſ. 7, 11; & 21, 3. Vide & *Senio* in *Sex.* ¶ 9. *Veneris portus* oppidum Galliæ eſt inter Pyrenæi promontoria, quod *Aphrodiſium* Strabo, *Veneris templum* Ptolemæus appellat. v. Vadian. in Melam. ¶ 10. *Veneris crinis* gemma internis ductibus oſtentans ruforum crinium ſimilitudinem, Solin. c. 50; Plin. 37, 10. ¶ 11. *Veneris menſis* eſt Aprilis, de quo Ovid. Faſt. 4, 61 & 91. Nimirum *quaſi Aphrilis, a Spuma, quam Græci ἀφρὸν vocant, unde orta Venus creditur*, uti indicat Macrob. Sat. 1, 12. Hinc ipſa Græcis eſt *ἀφροδίτη*.

¶ Venĕrius, & Vĕnĕreus, *a, um*; ut, *Veneria ſacerdos*, pro Veneri ſacrata, Plaut. Rud. 2, 3, 20. *Voluptates Venereæ*, Cic. Tuſc. 4, 32. Et, *Venereus jactus*, id eſt, felix, Id. Divin. 1, 13; & 2, 21 & 59. Sophoclis reſponſum, cum quidam quæreret: *Veteremne rebus Venereis?* vid. apud eumd. de Senect. c. 14. *Rebus Venereis deditus*, id eſt, impudicis, laſcivis, impuris, unzüchtig, verbuhlt, Nepos 7, 11, 4. Add. Plaut. Mil. 3, 1, 54; Plin. 9, 33; & 18, 12; Colum. 5, 10; & 12, 10. *Veneris amoribus averſus*, nicht verliebt, Colum. 9, 1. ¶ 2. *Venerei*, ſubſt. memorantur apud Cic. Verr. 2, 38; & pro Cluent. c. 15. Iidem *Venerei ſervi* vocantur Verr. 3, 20 & 25 & 26. Hi docente Grævio ad Cic. Divinat. in Cæcil. c. 17 non erant ſervi conditione, ſed homines liberi, qui aut ipſi ſe ſuaque ſervituti alicujus numinis (ut hic Veneris) religionis cauſſa addixerant, aut hanc ſervitutem acceperant ab iis, quorum fuerant hæredes. Hi cum ſumptum præſtarent ad ſacrorum functionem, non leve ſuſtinebant onus: quod cum pecunia redemiſſent, dicebantur Liberti illius Dei &c. Ita Trajecti ait fuiſſe *Martensmannos*, Lovanii *Petersmannos*; quorſum laudat Lipſium de Lovanio 2, 4.

¶ Venerea, *æ*, f. ſubſt. herba, tauſendſchön, *ἀμάραντος*, Vet. Gloſſ. ¶ 2. *Venerea*, radix acorus, calmus, galgant, Apul. de Herb. c. 5. ¶ 3. *Venerea* herba ſiſymbrium, krauſemünze, Dioſc. noth. ¶ 4. *Veneria* conchula hoc nomine, quia Venus tali vecta dicitur, Sen. epiſt. 95; & Plin. 32, 11. ¶ 5. *Veneria* civitas, in quam Veneris Erycinæ religiones transtulerunt Siculi, Solin. c. 40.

¶ Venerianus, *a, um*, ad venerem ſpectans, in lapide Muratorii p. 843.

¶ Veneripeta, *æ*, m. libidinoſus, in Gloſſ. Iſidori.

¶ Venerivăgus, *a, um*, Venerem vagam ſectans. Varro ap. Nonium 1, 223 *Spatula evitavit omnes Venerivaga pueros.*

¶ Venerōſus, *a, um*, idem. Gloſſ. gr. lat. *ἀφροδισιαστής*, *Veneroſus.*

¶ Venero, *āre*, *ἀφροδισιάζειν*, i. e. Venerem exercere, congreſſu venereo jungi, vel ut Mart. Capella lib. 1 loquitur, *eſſe in matrimonio vacationis.* Hinc

¶ Venerans, *tis*. Hyginus fab. 75 *Paſtor dicitur draconem venerantes baculo percuſſiſſe.* v. Voſſ. Etym. p. 545; & Schefferi not. ad Petron. c. 61 p. 309; ubi

¶ Venerārius, *a, um*, ad Veneris uſum pertinens; ut, *Propter res venerarias:* Quidam *Venereas* ſubſtitui volunt, ſed fruſtra, judice Reineſio ad h. l. p. 309 Burm.

¶ Vĕnuſtus, *a, um*, a Venere dicitur *χαρίεις*. *Venuſti* autem & a forma & a moribus dicuntur, quibus amorem & gratiam ſibi conciliant, ſchön, fein, annehmlich. Eſt enim *venuſtas* & pulchritudinis ſpecies, de qua infra dicemus. Sic, *Venuſta ſoror*, Catull. 89, 2. *Is quantum eſt hominum venuſtiorum*, Id. 3, 2. *Nihil venuſtius*, Cic. Att. 4, 8. conf. Id. in Orat. c. 23. *Venuſtiſſima Venus*, Plaut. Pœn. 5, 4, 4. *Cæ-*

tulli versus venustissimi, Gell. 6, 16. ¶ 2. Quin & a successu rerum *Venusti* dicuntur pro felicibus. vide *Invenustas*. ¶ 3. Ab ingenio etiam & fertilitate leporum saliumque in dictis *Venusti* dicuntur, lieblich, holdselig, freundlich. Sen. Controv. 1, 2, sub fin. *Audiebat eum Scaurus, non tantum disertissimus homo, sed venustissimus, qui nullius umquam impunitam stultitiam transire passus est.* Sic, *Vultus adeo modestus, adeo venustus &c.* Ter. Andr. 1, 1, 93. *Gestus corporis venustus*, Cic. de clar. Or. c. 55. Et, *Servio urbanus & venustus*, pro Domo c. 34. *Sententia dulcis & venusta*, Id. de Clar. Or. c. 95. *Venustum est omne, quicquid cum gratia quadam, & Venere dicitur*, ut Quintil. pronunciat 6, 3. *Venustas quidem*, Cic. in Orat. c. 23. Et fam. 15, 21 *Læta sunt, narrante te, venustissima.* Adde Suet. & Nepotis loca mox in *Venustas* indicanda

¶ Venusta, æ, f. subst. herba cynocephalium, **orant, streichkraut**, Apul. de Herb. c. 86.

¶ Venustŭlus, *a, um*, diminutivum. Plaut. Asin. 1, 3, 70 *Oratio vinnula, venustula.*

¶ Venuste, adv. ſüberaus wohl. Cæl. Cic. fam. 8, 4 *Mihi videtur illud perquam venuste cecidisse*: i. e. feliciter. v. *Venustus* & *Invenustus*. Sen. Controv. 1, 1 *Hispanus hunc colorem venustius*, scil. adhibuit. Cæl. Cic. fam. 8, 11 *Venustissime respondere.* Quint. 6, 3 *Omnia venustissime fingit.* Sidon. 1, 2 *Nasus venustissime incurvus.*

¶ Venustas, *ātis*, f. die weibliche ſchönheit. Pulchritudinis species, quæ in non magno corpore est, & mulierem magis quam virum decet. Ad pulchram enim, & quæ cum majestate quadam conjuncta sit, pulchritudinem, & apta proceritas corporis requiritur: quæ ubi deest, *venustas* quidem quis dici, *pulcher* proprie non potest. Cic. Off. 1, 36 *Cum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero* VENUSTAS *sit, in altero* DIGNITAS; Venustatem *mulierem decere debemus*, Dignitatem *virilem.* Suet Aug. c. 79 *Forma per omnes ætatis gradus venustissima fuit.* Non dicit *pulcherrima*; sed *venustissima*: brevis enim statura Augustus fuit, ut ibidem tradit. Idem Ner. c. 55 *Vultu pulchro magis, quam venusto :* PULCHRO, cui non minus auctoritatis quam gratiæ inesset, ut alibi loquitur, v. supra *Dignitas*. Et Nepos 18, 11, 6 *Neque tam magno corpore, quam figura venusta.* ¶ 2. Sed & morum suavitas & amabilitas, quæ ex *comitate* maxime nascitur, *Venustas* dicitur, die anmuth, liebkhkeit. Ter. Hec. 5, 4, 17 *Antiquam tuam venustatem obtines*, du biſt noch immer ſo gala it. Sic, *Festivitas & venustas dicendi*, id est, gratia & suavitas, Cic. de Orat. 1, 57. Et, *Agere cum dignitate & venustate*, Id. ibid. c. 31. *Homo venerius & affluens omni lepore & venustate*, Id in Verr. 5, 54. *Amœnitates omnium Venerum & venustatum affero*, Plaut. Stich. 2, 1, 5. ¶ 3. *Venustas*, felicitas est, glück. Ter. Hec. 5, 4, 8 *Quis me fortunatior, venustatisque adeo plenior?* vide post in *Invenustas*.

¶ Venusto, *āre*, ſchmücken, zieren. Nævius apud Fulgentium Expos. Serm. antiq. in MYROPOLAE: *Unguentum largitus est, quo me venustarem.* Inde

Composita:

¶ Convĕnusto, *are*, ejusdem significatus ac *Venustare*, & æque rarioris usus, zieren. Sidon. 6 epist. 12 *Suo cultu ecclesiam sibi creditam convenustare.* Id. 8 epist. 6 *Palmatam plus picta oratione plus aurea convenustavit.*

¶ Convenustans, *tis*. Mart. Capella extr. lib. 2 in metro: *Aurora primo convenustans habitu.*

¶ Devenusto, *are*, idem est ac deformare, vorſtellen, unſcheinbar machen. Gell. 14, 1 *Tanquam pulchritudinis sibi insignia devenustet.* Symmach. 1 epist. 79 *Nihil fieri patior, quod actum tuorum gratiam devenustet.* Mamertinus Paneg. Iuliani c. 5 *Oris nitorem cicatricibus devenustare.* Auson. præf. Monosyllaborum: *Quæ omnia insuavis materia devenustat.* Sidon. 2 epist. 2 *Turpis historia devenustat artificem.*

¶ Devenustātus, *a, um*, heßlich zugerichtet. Idem Sidon. 1 epist. 7 fin. *Vsque ad inimicorum dolorem devenustatus.*

¶ Invenustus, *a, um*, illepidus, ſine gratia & favore, heßlich, unannehmlich. Catull. 12, 5 *Sordida res & invenusta.* Cic. de Clar. Or. c. 67 *Non invenustus actor.* ¶ 2. Et cui amores male procedunt, ut Muretus ex Luciano interpretatur ad illud Ter. Andr. 5, 1, 11 *Adeone hominem esse invenustum, aut infelicem quemquam, ut ego sum?* der kein ſtern oder glück im buhlen hat. Graecis ἀναφρόδιτος. Vnde pro quovis *infelice* dicitur: quemadmodum contra ἐπαφρόδιτος, *venustus, felicem* notat. Quod Donatus quoque observavit. Sane Sylla ob successus rerum maximos, quos tribuebat fortunæ, apud Romanos cognomento FELICEM, apud Græcos ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΝ se nominabat, ut Plutarchus auctor est lib. de Fortuna Rom. p. 318. Cur autem ἐπαφρόδιτος, sive *venustus* FELIX? Quia, ut, idem gravissimus auctor ibidem subjicit, πλεῖον τῆς Ἀφροδίτης ἡ νύξ, κατὰ Μενάνδρον, ἀλλὰ τύχη μετέσχηκεν *Veneris* (amorum) *maximam partem non nox, ut visum Menandro, sed fortuna capit.* Vide Turneb. Advers 22, 8 & Lipsium ad Sen. de Benef. 2, 28; nec non Spanh. de usu & præst. num. Diss. 10 p. 74.

¶ Invĕnuste, adverb. illepide, unfreundlich, nicht lieblich. Gell. 17, 12 *Sententiola invenuste lusit.* Apul. de Mundo pag. 70 *Invenuste vivere.*

¶ Pervĕnustus, *a, um*, ſehr ſchön. Sidon. 3 epist. 13. *Elegans homo pervenustusque.*

VĔNŬSIA, æ, f. vel Venusium, *i*, n. oppidum Apuliæ, Horatii poëtæ patria, qui inde *Venusinus* dicitur. vid. Plin. 3, 11.

¶ Venŭsīnus, *a, um*, adject. ut, *Venusinus colonus*, Horat. 2 sat. 1, 35. *Venusina digna lucerna*, Iuvenal. 1, 51. *Venusini*, incolæ, Liv. 22, 54.

¶ Venūcŭlus, *a, um*, alind adject. unde *Far Venuculum*, Colum. 2, 3 & 6. *Vites Venuculæ*, Id. 3, 2 pr. *Vvæ Venuculæ, quas antiqui in vasis condebant*, Id. 12, 43. conf Horat. 2 sat. 4, 71, ubi prima producitur, & propterea a quibusdam littera geminata legitur *Vennuncula.*

Venustas, venustus, &c. vide *Venus*, Vepallidus, *Palleo.*

VĔPRES, *pris*, m. ab Æolico βεῶπες, pro ῥῶπες, rubum significat, sentem seu spinam, ein dornſtrauch. Cic. Tusc. 5, 23 *Septum undique & vestitum vepribus & dumetis, indagavi sepulcrum.* conf. Colum. 2, 15; & 7, 6. Virg. Georg. 3, 444 *Hirsuti secuerunt corpora vepres.* Ovid. Met. 5, 628 *Aut leporis, qui vepre latens hastilia cernit Ora canum.*

¶ Veprĕcŭla, æ, f. dimin. ein dornſträuchlein. Cic. pro Sextio c. 33 *Illa ex vepreculis extracta nitedula.* v. *Nitedula* in *Niteo.*

¶ Veprētum, *i*, n. locus vepribus plenus, die dornhecke, der dornſtrauch. Colum. 4, 32 *Arundo vepretis commodius, quam mediis agris ponitur.* conf. Pallad. 1, 43.

VER, *vēris*, n. ab Æolico βῆρ, ἔαρ, prima, & temperatior anni pars, der früḧling, lenz oder vorſommer. Tribus dicernitur partibus. Est enim *Ver primum* vel *novum*, initium scilicet temporis veni; *adultum*, hoc est, progressus: & *præceps* vel *præcipitans*, quod & *extremum* dicitur, finis & in ætatem transitus. das ende des lenzens, Ciceroni, Livio & Cæsari. Servii locum in Virg Georg. 1, 43 de anni quatuor temporibus vide supra in *Æstas*. Sic, *Vere ineunte*, Cic. de Senect. c. 15. Et ibid. c. 19 *Ver tanquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros.* Et, *Adolescens ver*, Tac. An. 13, 36, 1. Aristot. lib. 1 Ethic. Μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ οὐδὲ μία ἡμέρα, quod Mantuanus in Somnio Romano v. 7 vertit: *Ver non una dies, non una reducit hirundo.* ¶ 2. *Ver sacrum* dicebatur & multitudo juvenum, quæ armis instructa mittebatur domo, ad novam quærendam patriam, coloniasque instituendas, de quo videndus Pithœus in Advers. 1, 6; & pecus ex caprino, suillo, ovillo, bovilloque grege, quod proximo vere natum foret, voto consecratum ad immolationem, ut Festus in *Mamertini*; & Paulus ex Festo in *Ver sacrum* clarissime tradit. conf. Plut. Fab. Max. p. 320 H. Steph. Diversas significationes ita conciliat Io. Vorstius ad Iustin. 24, 4, 1, ut censeat, proprie ad pecus devotum pertinere; inde transferri ad homines alio emittendos ex eodem voto. Hinc Iustinum voculam addere, metaphoræ argumentum VELUT *ver sacrum*. Pecoris autem fuisse ex Livio 34, 44 quoque constare potest, apud quem ita censetur: *Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Calend. Martias, & pridie Calend. Majas.* Adde Eund. 22, 10. Erat autem voti publici genus, periculo imminente factum. De hominibus vide Dionys. Halicarn. 1, 16, Gr. fol. 13. it. lib. 3 p. 77. Adde Berneg. in d. l. Iustini; Brisson. de Form. 1, 97, & Nonium 12, 18; & qui de Sabinis etiam agit Plinium 3, 13 s. 18, ubi Harduinus etiam laudat Hieron. Giron. Olymp. 89 a. 4 *Lacedæmonii ver sacrum Heracliam destinantes urbem condunt.*

¶ Vercŭlum, *i*, n. diminut. ver parvum, ein kleiner früḧling, Plaut. Casin. 4, 4, 15.

¶ Vernus, *a, um*, zum früḧling gehörig; ut, *Vernum tempus*, Cic. Tusc. 5, 13. *Flores verni*, Tibull. 2, 1, 49. *Rosa verna*, Propert. 3, 5, 22. *Vernum æquinoctium*, Plin. 10, 31. *Vernum tempus*, Horat. Art. poët. v. 302. *Verni venti*, Id. 4, 7. ¶ 2. *Verna* subst. vide paullo post.

¶ Vernum, *i*, n. absolute pro *tempore verno*, die früḧlingszeit. Plin. 19, 3 i. t. de tuberibus: *teneriora verno esse.* Et ibidem c. 5 *Mirum, imas ejus radices crescere hieme; verno minui ac contrahi.* Et Cato c. 50 *Verno arare incipito.* conf. Tertull. de Spectac. c. 9, & de Resurr. carn. c. 12.

¶ Vernulus, *a, um*, diminut. idem; ut, *Vernula avis*, ein früḧzeitiger sommervogel. Rutil. Itiner. v. 112. Sed commodius ad *Verna* refertur.

¶ Vernilis, *e*, idem quod *Vernus*. Manilius 3, 258 *Tunc angusta dies vernales porrigitur in horas.* Et Venantius Fortunatus hymno paschali v. 9 *Terra ferax vario fundit mumuscula fœtu, Quum bene vernales roddidit annus opes*; id est, flores, frondes, gramina, ut Buchnerus interpretatur. Sedulius 1, 74 *Si currere mustum Vernali sub sole velis.* Plura inferioris ætatis exempla habet Cellar. Cur. post. p. 321. Aliam notionem habebis infra in *Verna.*

¶ Verno, *avi, atum, are*, primum florem, frondemve emittere, adolescere, grünen, blühen, jung ſein, ausſchlagen; ut, *Vernat humus*, Ovid. Met. 7, 284. *Vernat ager*, Martial. 9 epigr. 55. Id. 2 epigr. 61 *Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ*; id est, pilos emittere inciperent, da dir der bart anhob zu wachſen. Venantius elegia de resurrectione Salvatoris: *Cum bene ver mavit, reddit & annus opes.* In quo procul dubio ad illud Ovidii Fastor. 5, 263 respexit: *Cum bene floruerint segetes, erit area dives: Cum bene floruerit vinea, Bacchus erit.* Flor. 1, 16, 3 *Campania bis floribus vernat.* Propert. 4, 5, 57 *Dum vernat sanguis*, wenn man noch jung iſt. ¶ 2. *Vernare* de variis etiam animalibus dicitur, cum vix nata in primo quasi vere juventutis constituta sunt; ut, de aviculis: Ovid. Trist. 3, 12, 8 *Indociliique loquax gutture vernat avis.* Et de apibus: Colum. 9, 9 *Apes curam postulant diligentiorem, cum vernant & exundant novis fœtibus.* Et de anguibus, cum membranam corporis, quam sirus hibernus obduxerat, per vernum tempus exuunt, ut Plin. loquitur 8, 27 *Anguis impedimentum illud exuit, nitidusque vernat.*

¶ Vernans, *tis*, grün, ausgeſchlagen, jung, friſch; ut, *Arbores vernantes*, Plin. 12, 22. *Silvæ vernantes*, Sen. Herc. Oet. v. 380. *Vernantesque comas tristis ademit hiems*, Petron. c. 109. *Ager vernans passere arguto*, Martial. 9 epigr. 57. Et *Cælum salubre & vernans*, i. e. tam gratum, quam quod verno tempore videmus, Plin. 7, 2.

¶ Vernātio, *ōnis*, f. die verneurung, verjüngung. Plin. 29, 6 *Anguium adeps æruginis mistus ruptas oculorum partes sanat: & membrana sive senectus vernatione exuta claritatem facit*; i. e. per vernationem, sive illum se renovandi actum. Idem 30, 3 *Anguinæ vernationis membrana cum oleo tædaque resina calefacta &c.* ¶ 2. Sed & ipsa membrana, quam vere serpentes exuunt, *Vernatio* dicitur, die abgestreiffte ſchlangenhaut. Id. Plin. 32, 4 *Idem* (fel testudinum) *cum vernatione anguium aceto admisto unice purulentis auribus prodest.*

Et

Et mox rursus: *Quidam bubulum fel admiscent, decoctarumque carnium testudinis succum, addita aqua vernatione anguium.*

¶ Vernātilis, *e*, frisch, jung. Cassiod. Var. 3, 53 *Aridis locis aquas dare vernatiles.*

¶ Vernĭcōmus, *a, um*, i. e. frondes habens vernantes, ausgeschlagen, blühend. Martian. Capella 6, 188 *Vernicomæ frondent tibi munera olivæ.*

¶ Vernĭfer, *a, um*, vel Vernĭfĭcus, *a, um*, was im frühling worden. Capella 1, 1, *Comere verniferis florentia limina sertis.*

¶ Vernīlāgo, *ĭnis*, f. carduus silvaticus, die distel, Apul. de Herb. c. 109.

¶ Vernīrōseus, *a, um*, wohlriechend nach rosen. Tertull. de Iudicio Dom. v. 2 *Et vernirosas titulabit floribus auras.*

¶ Vernĭsera sunt *Mensalia augurii* apud Festum. conf. Plin. 28, 2.

¶ Vervactum, *i*, n. ager in vere prosciissus, der brachacker. Plin. 8, 19 f. 49 *Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum dicitur.* Colum. 2, 4 *Vervacta subigere.* Idem 11, 2 *Vervacta facere, iterare.* conf. Varr. R. R. 1, 44; & Pallad. Mart. t. 2. vid. Gesneri Lex. rust.

¶ Vervactor, *ōris*, m. nomen Dei, quo usus est flamen Cerealis, cum sacra faceret, teste Servio lib. 1 Georg. ex Fabio Pictore.

¶ Præverno, *āre*, vorher blühen. Plin 18, 26 *Sive ante, quando prævernat; sive post, quando hiemat, innumera rusticos cura distringit; Prævernant*, id est, quando præmature ver incipit.

Veraciter, veraculus, verare, verator, vide *Verus, a, um.*

VĒRATRVM, *i*, n. herba eadem quæ *Helleborus.* Vet. Gloss. *Veratrum, ἑλλέβορος. Veratrum album*, weiß nießwurtz. *Veratrum nigrum*, christwurtz. Lucret 4, 641 *Præterea nobis veratrum est acre venenum.* cont. Pers. sat. 1, 51; Cels. 6, 7; & 5, 3 & 22; Colum. 6, 2 & 38; Plin. 25, 5, & vide supra *Helleborum.*

Verax, vide *Verus*, Verbalis, *Verbum.*

VERBASCVM, *i*, n. Φλόμος, herba, wulfkraut, osterfertzen, sic enim a statura & floribus luteis vulgo vocant, v. Plin. 25, 10; 26, 4 & 6; 27, 5; Apul de Herb. c. 71.

¶ Verbascŭlum, *i*, n. diminin. primula veris, schlüsselblumen, handschuh-blumen.

VERBĒNA, *æ*, f. herbæ species, vulgo, eisenkraut. Vet. Gloss. *Verbena, Ἱερὰ βοτάνη.* Lexic. Cyrilli, *Θαλλὸς, verbena.* Cic. in Verr. 4, 59 *Præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.* Servius in Virg. ecl. 8, 65 VERBENAE *dicuntur virgulta, quæ semper virent, jucundi odoris. Alii* VERBENAS *virgulta religioni apta. Alii proprie olivarum ramos. Alii rorem marinum dicunt. Omnia tamen hæc a viriditate.* Donatus ad Terentii Andr. 4, 4, 5 VERBENAE *quasi* HERBENAE, *redimicula sunt aranum.* VERBENAE *sunt omnes herbæ frondesque ad ara coronandas.* Vel, *omnes herbæ frondesque ex loco puro decerptæ.* Quibus similia, quin eadem pæne, scholiastes vetus Horatii ad lib. 4 od. 10 scripsit. Præcipuus locus est ille Servii ad Virg. Æn. 12, 120 VERBENA *proprie est herba sacra, rosmarinus, ut multi volunt, λιβανῶτις, sumpta ex loco sacro Capitolii, qua coronabantur Fecieles & Paterpatratus fœdera facturi vel bella indicturi. Abusive tamen* VERBENAS *omnes vocamus herbas sacras; ut laurum, olivam, myrtum. Terent.* (loco cit.) *Fx ara sume hinc verbenas. Nam myrtum fuisse, Menander testatur, de quo Terentius transtulit.* conf. Virg. Georg. 4, 131; Cels. 8, 10; Plin. 22, 2.

¶ Verbēnāca, *æ*, f. herba duplex, altera *recta*, quæ Græcis περιστερεών, *supina* altera, ἱερὰ βοτάνη, Germanis, eisenkraut. Plin. 25, 9; 26, 5; & 27, 4; Apul. de Herb. p. 2 1.

¶ Verbenātus, *a, um*, verbenis redimitus, præcinctus, grün geschmückt. Suet. Cal. c. 27 *Cumelantem pueris tradidit verbenatum infulatumque.*

¶ Verbenārius, *i*, m. Plin. 22, 2 *Legati cum ad hostes clarigatumque mittebantur, id est, rasptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur*; qui scil gramen ex arce Capitolii cum sua terra evulsum præterebat. Varro ap. Nonium 12, 38 *Verbenarius ferebat verbenam, id erat caduceus pacis signum.*

VERBENNA, *æ*, f. vocabulum rusticum, terram prosciissam aratro, hoc est, æstam significans, auctore veteri grossatore.

VERBER, *ĕris*, n. sed is nominativus raro est in usu; *Verberis, verbere*, & plur. *Verbera &c.* usitate dicimus. Significant autem *Verbera*, tum verberationem ipsam, tum instrumentum, ut vel *ferulam*, vel *flagellum*, vel *fustem*, quo quis cæditur, streiche, schläge; item, die peitsche, gertel, damit man geschlagen wird. vid. Vall. 6, 47. Ter. Andr. 1, 2, 27 *Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem.* Virg. Georg. 3, 106 *Illi instant verbere torto*, mit eisseln, darein knoten geflochten sind. Ovid Met. 14, 820 *Ictu verberis increpuit.* Id. Fast. 2, 695 *Qui mea crudeli lacerarit verbere terga.* Propert. 4, 1, 25 *Verbera pellitus setosa movebat arator; Verbera fessa*, id est, lenticæ ex pelle caprina Liv. 2, 23 *Tergum fœdum recentibus vestigiis verberum.* Ter. Heaut. 2, 3, 115 *Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.* Sic, *Castigare verberibus*, Cic. Tusc. 3, 27. *Coërcere aliquem verberibus*, Id. Leg. 3, 3. Et, *Deterreri verberibus*, Id. Fin. 5, 20.

¶ Verbĕreus, *a, um*, dignus verbere, streichwürdig, schlägefaul; ut, *Verbereum caput*, Plaut. Pers. 2, 2, 2. Et, *Verberea statua*, i. e. homo, qui ad verbera induruit, Id. Capt. 5, 1, 31; & Pseud. 4, 1, 7.

¶ Verbĕro, *ōnis*, m. cujus costæ plagis & verberibus probe callent, der die stosse vertragen kan; vel qui ea conditione vivit, ut semper verberibus obnoxius sit, servus puta. v. Nonius 1, 117. Sæpe hoc convicio utitur Plautus; e. g. Amph. 1, 1, 25 & 128; Curc. 1, 3, 40; &c. Cic. Att. 14, 6 *Sestilii fundum a verberone Curtilio possideri.* Ita eleganter P. Chrysologus Serm. 5 *Vitiorum verberones*, qui corruptelis vitiorum semper obnoxii: *Erat homo*, inquit, *peccati servus; erat captivus mortis; erat mancipium dæmonum; erat idolorum vernula; erat vitiorum verbero; erat criminum compendium.* conf. Ter. Phorm. 4, 3; Apul. Met. 8 p. 216 ext.

¶ Verbĕro, *avi, atum, āre*, cædere verberibus, schlagen, klopffen, schmeissen, stäupen, prügeln. Liv. 2, 41 *Occulta cassa aliquem verberare & necare.* Plaut. Curc. 1, 3, 41 *Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum.* Accommodari potest in eum, qui objurgat incastigabilem, aut qui ad plagas obduruit. vid. Chilmd. Propert. 2, 9, 10 *Verberat ora manu.* Cic. Verr. 5, 43 *Virgis oculi verberabantur.* Virg. Æn. 3, 423 *Fluctus sidera verberat unda.* Idem Æn. 11, 756 *Aquila æthera verberat alis*, er peucht durch die lufft. Petron. c. 26 *Mystis vivis subinde oculis verberabat*, er fuhrete mich. *Aliquem injuria verberare*, Cic. Fin. 4, 27; *urbem tormentis*, Idem Phil. 8, 7 *Verberari sole*, Plin. 14, 21. ¶ 2. De verbis etiam dicitur, quia, ut Nonius 1, 216 testatur, *Verberare non solum a verberibus dictum, sed & a verbis.* Plaut. Amph. 1, 1, 177 *Meæ vox aures verberat*, ich höre eine stimme. Et Qu. Cic. fam. 16, 26 *Verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio*, ich habe dich nur heimlich gescholten. ¶ 3. Sulpicatur Byneckershœck. Obs. lur. Rom. 1, 21 p. 89 *In vincula verberare* veteres dixisse pro *includere vinculis*, ut Germani sell in ketten und banden schlagen, & huc refert Suet. Calig. c. 27, ubi quis *catenis verberatus & post occisus.* Præterea huc pertinere ait *Vinculorum verberationem* l. 7 ff. de pœnis. Sed potior tamen videtur Torrentii ad loc. cit. sententia, ut catena pro flagello fuerit.

¶ Verberans, *tis*. Petron. c. 134 *Arundo quassata verberantis impetum minuit.*

¶ Verbĕrātus, *a, um*, geschlagen, geschmissen, getroffen; ut, *Vineæ verberatæ grandine*, Horat. 3 od. 1, 29. *Aures sonantibus verberatæ*, Tac. Agric. 41, 4. conf. Sallust. Jug. c. 69; Curt. 4, 3, 6. Et *Matrona contumeliis verberata*, geschmähet, Petron. c. 132.

¶ Verbĕrātus, *ûs*, m. subst. impulsus, verberandi actus, Plin. 31, 3 *Si aqua expressa in altum, aut e sublimi dejecta verberatu corruat aëra.* Et Curt. 7, 1, 29. *Tuo verberatu omnes juravimus.* Sed meliores libri: *In tua verba &c.*

¶ Verbĕrātio, *ōnis*, f. idem. Cic. fam. 16, 27 *Misi eam mihi verberationem cessationis epistola dedisti* conf. Dig 48 t. 19 l. 7.

¶ Verberātor, *ōris*, m qui verberat. Prudent. pariione Cassiani v. 38 *Donetur ipsis verberator parvulis.*

¶ Verberābilis, *e*, verberibus dignus, a quo superlativum fingit Plautus comica licentia, in Aulul. 4, 4, 6 *Verberabilissime, etiam rogitas?*

¶ Verbĕrito, *are*, frequentative Cato dixit, teste Festo.

¶ Verber. ius, *a, um*, plenus verberibus, voll schlage. Gloss. Cyr. *μαστιγίας, verberosus, flagellatitius.*

Composita:

¶ Adverbĕro, *avi, atum, āre*, zuschlagen. Stat. Theb. 9, 686 *Auratis adverberat unguibus armos.*

¶ Converbĕro, *āre*, zerschmeissen, abprügeln. Sen de Ira 3, 20 *Ira non tantum viritim furit, sed gentes totas lancinat, silvarbores, sed flumina, & tuta ab omni sensu doloris, converberat.* Apul. Met 9 pag. 236 *Faciem manusque ejus & latera converberat.* Sed, *Alii virtutes exhortari & vitia converberare*, schelten, bestraffen Sen. epist. 121.

¶ Converbĕrātus, *a, um*, geschmissen, abgeblaut. Plin. 13, 22 *Converberatam faciem illinens.*

¶ Converberatio, *ōnis*, f. Augustin.

¶ Deverbero, *āre*, zerschlagen, herumprügeln. Ter. Phorm. 2, 2, 13 *Quod me censes homines jam deverberasse usque ad necem? &c.*

¶ Diverberō, *āre*, von einander schlagen. Virg Æn. 5, 492 *Nervo stridente sagittæ Hyrtacidæ juvenis volucres diverberat auras.* Id. Æn. 7, 294 *Ferro diverberat umbras*, er zertrennet sie.

¶ Diverberātus, *a, um*, hin und her geschlagen. Curt. 4, 4, 3 *Bellua diverberatis fluctibus allevans semet.*

¶ Disverberatus, *a, um*, idem. Lactant. 2, 8 *Servum sub furca disverberatum ducere.*

¶ Everbero, *are*, idem quod simplex est, schlagen, klopffen. Quintil. 2, 4 *Corvus os oculosque hostis rostro atque alis everberat.* Virg. Æneid. 12, 866 *Clypeumque everberat alis.* Add. Gell. 1, 29.

¶ Everberātus, *a, um*, herausgetrieben. Sen. Nat. Qu. 5, 12 *Spiritus cum everberatus cursu parum libero incaluit.*

¶ Obverbĕro, *āre*, abprügeln. Apul. 7 Met. pag. 198 *Insessum* (asinum) *baculo obverberans.* Et 9 p. 230 *Ferula nates ejus* (pueri) *obverberans.*

¶ Reverbero, *āre*, zurück schlagen. Sen. de Clementia 2, 5 *Omnem fortunæ iram reverberare*, id est retundere, & frangere.

¶ Transverbĕro, *āre*, durchschlagen, durchstossen. Cic. fam. 7, 1 *Bestia venabulo transverberatur.* Virg. Æn. 10, 336 *Hasta clypei transverberat æra.* Val. Max. 5, 5, 4 *Gladio pectus suum transverberavit*, er hat sich selbst erstochen. Sic & Sen. epist. 24 *Ferro se transverberavit.*

¶ Transverbĕrātus, *a, um*, durchgeschlagen, durchgestossen, ut, *Transverberatus in utrumque latus*, Tac. Hist. 1, 42, 3. *Transverberatis scutis*, Liv. 38, 22. *Miles transverberatus telis*, durchschossen, Sen. de vita B. c. 15.

¶ Triverbĕro, *ōnis*, m. ein erzbube, Glossæ Cyrilli habent, quod exponunt: *καστρικὸς ἐν πληγαῖς*, hoc est, *verberibus obduratus.*

Verbifico, verbigero, verbosus, &c. vide sequens *Verbum.*

VERBVM, *i*, n. ei i mort, a verberatione aeris per linguam quod videt Quint. 1, 6 p. 80 Burm. vel a *vero* dictum, quemadmodum Varro vult, *βῆμα, ἔπος.* Cic. Topic. c. 8 *Verba sunt rerum notæ.* Idem de Fin. 3, 16 pr. *Reinstaurata in verborum usu faciles esse debemus.* Ubi *Verba* videtur pro nominibus sive vocabulis rerum posuisse. Ita pro Dejotaro c. 9 *Et si hoc verbo scio reges laudari non solere:* VERBO, id est, frugalitatis nomine. Itaque *Verbum* generale nomen est; ut, *Verba primigenia, declinata*, Varro L. L. 5, 5. In strictiore

liore significatu *Verbum* eam partem orationis significat, quæ sine casu sub certo tempore actionem, passionem, aut esse notat. Sic Quint. 9, 4 *Verbi sensum claudere, optimum est.* Sed generalem significationem fere apud antiquos retinet. Hinc *Propria & usitata verba*, Cic. in Orat. c. 24. *Significantia verba*, Quint. 4, 2. *Vulgaria, & quotidiana*, Idem ibid. paullo post. Sed, *Verbum contumeliosum*, Quint. 2, 12, ein schmähwort. *Verba insolens*, Cæl. ap. Gell. 1, 10, hoc est, inusitatum. *Verba sunt atque ineptiæ*, Cic. in Pis. c. 27. *Aptare verba rebus*, Quint. 3, 8, die worte nach der sache richten. *Laudantur verba rebus bene accommodata*, Idem 6, 1. Et Ter. Andr. 5, 2, 19 *Verbum si addideris.* Idem Hec. 3, 1, 33 *Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit.* Ter. Phor. 1, 4, 20 *Id, si potes, uno verbo expedi.* Sic, *Uno verbo*, kurz. Cato R. R. c. 157; & Cic. Phil. 2, 22. *Commutare verba inter se*, vel *cum aliquo*, id est, jurgari, zanken. Ter. Andr. 2, 4 extr. *Crede hoc mihi, Nunquam hodie tecum commutatum patrem Unum esse verbum.* Vbi Donatus: *Iurgium habiturum. Hoc enim est verba mutare*: COMMVTATVRVM VERBVM, *altercaturum. Sic in Phorm.* Tria non commutabitis verba inter vos hodie, *hoc est, dabitis & accipietis, id est, jurgabitis. Ego puto*, commutare verba *hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere: hoc est, iracundia in maledicta compelli.* Hactenus Donatus. Idem Ter. Andr. 1, 2, 4 *Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit*, i. e. ne verbum quidem. Et, *Verbum de verbo expiuere, ad verbum transferre*, von wort zu wort etwas geben Id. prolog. Adelph. v. 11. Et Suet. Aug. c. 89 *Ad verbum excerpta*, Id. Cæl. c. 30. *Adverbum dicere*, i. e. iis ipsis verbis dicere. *Bona verba quæso*, Ter. Andr. 1, 2, 33, formula non sine irrisione deprecantis alterius jurgia, nicht so böse. Plautus *bona dicta* dixit prol. Amph. v. 25. Idem Ter. Phorm. 5, 8, 26 *Verba sunt mortuo.* conf. Duker. ad Liv. 5, 18. Et, *Verba continuare*, Quintil. 4, 1. Idem 2, 4 *Prosequi verbis aliquid.* Plaut. Trin. 2, 2, 107 *Gravius erit tuum unum verbum ad rem, quam centum mea*, es wird mehr bey der sache thun. Plaut. Bacch. 4, 4, 79 *Verbis suis salutem alicui scribere*, pro suo nomine. Et Cic. Att. 16, 11 *Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis des suavium*, meinetwegen. *Verbis alicujus nunciare* vel *denunciare*, Liv. 9, 3, & illustrat Cortius ad Sall. Iug. 21, 4. *Verbis alicujus munera dare*, i. e. offerre nomine alicujus, Nepos 17, 8, 4. *Verbi gratia*, Cic. de Fin. 5, 11; & Acad. qu. 4, 29. *Verbi caussa*, Idem de Fato c. 6; & Verr. 2, 52, quod & *Exempli gratia* dicitur, zum exempel. ¶ 2. Cic. Catil. 2, 6 *Ergo vehemens ille consul, qui verbo cives in exilium ejicit.* Et rursus ibidem: *Quod ego si verbo assequi possem, ipsos ipsos ejicerem, qui hæc loquuntur*: VERBO, id est, oratione; loquendo tantum. Sane VERBVM non raro pro integro sermone, sive oratione ponitur. Ter. Andr. 1, 5, 6 *Miseram me: quod verbum audivi?* ubi VERBVM, Donatus ἀξίωμα interpretatur. ¶ 3. Sæpe proverbialem sententiam aut tritam communi usu notat, ein sprichwort. Idem Ter. Andr. 2, 5, 15 *Verum illud verbum est, quod vulgo dici solet, &c.* Idem Eun. 4, 5, 6 *Verbum herele verum hoc est: Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Plaut. Pœn. 1, 1 pr. *Scitum est, per tempus si obviam is, verbum verus.* Suet. Cæs. c. 13 *Verbum Marci Catonis est: unum ex omnibus Cæsarem ad evertendam rempubl. sobrium accessisse*: VERBVM, id est, dictum, ein spruch. Ter. Adelph. 5, 3, 17 *Vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum, &c.* id est, proverbium. Et Eun. 1, 2, 95 *Vtinam istuc verbum ex animo ac vere diceres*, hoc est, orationem vel sententiam istam. Et Andr. 5, 3, 14 *Istuc verbum vere in te accidit*, das ist an dir wahr worden. ¶ 4. *Verba sine fama & pecunia* proverbiali specie dixit Plautus Capt. 3, 1, 12, vide Festum, wenn nichts. ¶ 5. *Verba nupta*, obscena sunt: Plautus Dyscolo: *Virgo sum, non dulci verba nupta dicere*, vide Festum. ¶ 6. *Hæc verba sunt*, id est, pro nihilo æstimanda sunt, es sind bloße worte, es ist lauter betrügerey. Ter. Eun. 1, 1, 22. Hinc *verba dare*, fallere, deludere est, betrügen. Ter. prol. Eun. v. 23 *Exclamat, furem, non poetam fabulam Dedisse, & nihil dedisse verborum tamen.* Vbi Donatus: *Aut neminem fefellisse* (DARE *enim* VERBA, *decipere est, quia qui rem exspectat, & nihil præter verba invenit, deceptus est. Vnde alibi: Verba istæc sunt: & e contrario: Rem cum videas, censeas.*) *Aut aliter: nihil addidisse de stylo suo Terentium.* Et ita sæpius Idem: ut Andr. 1, 3, 6; & 3, 2, 25; & Eun. 4, 5, 1; & c. Plaut. Rud. 4, 3, 57 *Dare verba speras mihi te posse furcifer.* Et Capt. 3, 2 extr. *Verba mihi data esse video.* C. Nepos 23, 5, 2 *Fabio callidissimo imperatori verba dedit.* Persius 4, 44 *Da verba & decipe nervos.* Eadem phrasi & Ovidius alibi usus est, & Horat. 1 sat. 3, 23; Martial. 2 epigr. 76; Petron. c. 78. ¶ 7. Hinc *verbo esse* dicuntur, quæ vere non sunt & ipsa re. Vnde hæc duo *Verbo* & *Reipsa* opponuntur: Nepos 19, 3, 3 *Caussam apud Philippum regem verbo, reipsa quidem apud Polyperchontem dicere jussus est*, Liv. 34, 5 eod. sensu *verbotenus.* Florus 4, 5, 11 de Bruto: *Moriens dixit, virtutem non in re, sed in verbo tantum esse.* Sic *verbo verna* sive *servus* Plauto dicitur Amph. 1, 1, 25, qui eum se simulat, non est. Cic. in Verr. 3, 58 *Cum hoc verbo & simulatione Apronio, revera tibi objectum esset.*

¶ Verbālis, e, in verbis consistens, wortlich, wortreich. Fulgent. 1 Myth. *Quidquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possidet.* Ibid. *Mulierum verbalibus undis & caussidici cedant.* ¶ 2. Grammaticis *Verbale*, quicquid ex verbo derivatur, est; ut, *Nomen verbale*, Isidor. 1, 6.

¶ Verbōsus, a, um, von vielen worten, weitläufftig. Nepos 25, 20, 2 *Verbosiores epistolæ* Cic. fam. 7, 3 *Habes epistolam verbosiorem fortasse quam velles.* Idem pro Mur. c. 14 *Verbosa simulatio.* Quintil. 2, 4 *Quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcessiunt.* Vopisc. in Firmo c. 1 *Homo omnium verbosissimus.* Catull. 56, 30 *Verbosa gaudet Venus loquela.* Idem 99, 2 *Verbosi & fatui.* Ovid. Trist. 3, 12, 18 *Verbosi garrula bella fori.* Phædr. 2 prol. v. ult. *Verbosa commendatio.*

¶ Verbosē, adverb. multis verbis, mit vielen worten. Cic. pro Mur. c. 12 *Satis verbose.* Quintil. 12, 8 *Omnia quamlibet verbose exponant.* Compar. Plin. 19, 8 *Rem non pigebit verbosius persequi.* Et *Hæc ad te scripsi verbosius*, Cic. fam. 7, 3 *Exponere aliquid verbosius*, Quintil 3, 41.

¶ Verbōsĭtas, ātis, f. loquacitas, die weitläufftigkeit in worten. Prudent. Romano v. 551 *Verbositatis ipse rumpatur locus.* Symmach. 8 epist. 48 *Vitium senile verbositas.* Firmicus 6, 11 *Garrula verbositate semper impatiens.*

¶ Verbĭfĭco, āre, i. e. verba facere, loqui, reden, antiquum, inde

¶ Verbificatio, ōnis, f. die wortmachung. Cæcilius apud Donat. in Ter. Eun. ἀπαξομένην: *Quid tibi aucupatio est argumentum, aut de meo amore verbificatio est patri?* was hast du zu raisonniren?

¶ Verbĭgĕna, æ, m. i. e. Christus, de quo hoc nomen usurpavit Prudentius Cathem. 3, 2, quo ad matris virginitatem respexit, ex qua sine semine virili, sola verbi divini potentia, genitus est, & hoc *verbum caro factum*, Ioh. 1, 14.

¶ Verbĭgĕro, are, pro fabulari, verba conterere, schwatzen, einen discours führen. Apul. Apol. p. 321 *Quamdiu & quoties inter nos verbigeratum sit &c.* Et Gloss. Vet. λογοποιῶ, *verbigero.*

¶ Verbĭlevis, e, liederlich von worten. Propert. 2, 4, 28 *Cynthia formipotens, Cynthia verbilevis.* Sic olim legit Scaliger. Sed Brouckh. *forma potens, forma levis.* vide supra *Formipotens* in *forma.*

¶ Verbĭlŏquium, i, n. ein wortwechsel. Fulgent. 1 Myth. *Aristotelis syllogismaticum verbiloquium.*

¶ Verbĭvĕlĭtātio, ōnis, f. λογομαχία, ein wortstreit. Sic apud Plautum Asin. 2, 2, 41; Meursius P. 2 Crit. Exercit. p. 31. vide supra *Velox.*

Composita cum præposit.

¶ Adverbium, i, n. apud grammaticos inter partes orationis, ein beywort, Isidor Orig. 1, 6. De *Adverbiis* in *im*, Gell. 12, 15.

¶ Adverbialiter, i. e. loco vel more adverbii, apud Diomedem.

¶ Diverbium, i, n primam fabulæ partem, *Protasin* nimirum, Servius expositi. Donatus in Prolegomenis Terentianis, quæ histriones pronunciabant, non cantabant; DIVERBIA, inquit, *histriones pronunciabant.* CANTICA *vero temperabantur modis, non a poeta, sed a perito artis musicæ factis.* Liv. 7, 2. *Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta.* vide & Diomedem lib. 3 p. 489 *Diverbia sunt partes comœdiarum, in quibus diversorum personæ versantur &c. In canticis una tantum debet esse persona.* Auson. de Studio Iuvenili, sive Idyll. 4, 60 *Ad nova vix memorem diverbia cogo senectam.* Petron. c. 64 *Belle diverbia adjicere*: al. *deverbia.*

¶ Præverbium, i, n. præpositio, verbum quod in compositione verborum præponitur. Varro L. L. 5, 5 *Ab iisdem principiis, antepositis præverbiis paucis, immanis verborum accedit numerus, quod præverbiis additis, atque commutatis, aliud atque aliud fit.* conf. Charis. p. 175.

¶ Proverbium, i, n. παροιμία, dictum cum aliqua gratia conjunctum, adagium, quod in ore omnium versatur, ein gemein sprichwort. Sunt autem proverbia sua singulis linguis, quæ interdum oraculorum & saluberrimorum consiliorum ac præceptorum vicem præstant. vide initium Chiliadum Erasmi. *Proverbii loco dici*, Cic. Phil. 13, 12. Et, *In proverbio esse*, Cic. Off. 1, 16, für ein sprichwort gebrauchet werden. *In proverbii consuetudinem venire*, Id. Off. 2, 15 extr. Quod Livius simpliciter dixit *in proverbium venire*, 40, 46. Sic, *In communi proverbio versari*, Cic. in Verr. 3, 46 extr. Et, *Tritum sermone proverbium*, Offic. 3, 10. Item, *Tritum vetustate proverbium*, ibid. c. 19. Idem de Senect. c. 3 *Pares cum paribus veteri proverbio &c.* vide *Paræmia.*

¶ Proverbiālis, e, wie ein sprichwort beschaffen; ut, *Versus proverbialis*, Gellius 2, 22.

¶ Proverbiāliter, adverb. proverbii modo, sprichwortsweise. Ammianus 29, 17 *Proverbialiter dici solet.*

Veriverbium, vide infra in *Verus.*

VERCELLAE, ārum, f. pl. oppidum Italiæ Transpadanæ in Pedemontana regione, quod nomen hodieque retinet. Plin. 3, 17.

¶ Vercellensis, e, adject. ut, *Vercellensis ager*, Plin. 23, 7.

Verculum, vide supra *Ver.*

Vere, vide *Verus*, Verecundia, verecundus, &c. *Vereor.*

VĔRĔDVS, i, m. equus rhedam trahens, ein post-pferd. Martialis 14 epigr. 86 *Stragula succinĉti venator sume veredi.* Ex quo intelligitur, minutiores fuisse hos equos. Vnde & Vet. Gloss. πῶλος exponit: *Veredas*, inquit, πῶλος. Vocem Arabicam esse, ad Spartiani Hadrian. Boxhornius observat ex BERDOIM, quod *jumentum* significat. Festus: *Veredos antiqui dixerunt, quod veherent rhedas.* conf. Isidor. 12, 1 & de cursu publico olim vehiculari Voss. Etym. p. 548. Adde Auson. epist. 8, 7; Sidon. 1 epist. 5; & Dig. 50 t. 4 l. 18 § 21.

¶ Veredārius, i, m. qui & *Pegasarius* est, ein postreiter. Sidonius 5 epist. 7 *Hi sunt, qui invident stipendia paludatis, viatica veredariis &c.* Onomast. Vet. *Veredarius*, ἀρομεύς. Paulin. Nolanus epist. 28 (al. 9) pr. *Epistolarum nostrarum veredarius pedes, aut veredus bipes.*

¶ Paravērĕdus, i, m. equus majoragminalis, ein vorspann-pferd beym feldzug. Imp. Constant. Cod. 12 t. 51 l. 2 *Vsurpandi paraveredi licentia derogetur.* Conf. ibid. t. 51 l. 2; & Cassiod. Var. 5, 39; & 11, 14; & Voss. l. c.

VĔRĔOR, *veritus sum, verēri*, sich scheuen, scheu haben, befürchten; mitius aliquanto est, quam verba *metuo* & *timeo*, cum quibus sæpe conjungitur. v. Plaut. Amph. prol. v. 22 sq. & Liv. 39, 37. *Vereri* autem de liberis hominibus plerumque dicitur; *metuere* de servis. Donatus ad Ter. And. 3, 2, 16 VERETVR *liber*: METVIT *servus.* Cic. de Senect. c. 11 *Metuebant eum servi, verebantur liberi.* Id. pro Planc. c. 12 *Fratrem veretur ut Deum.* Et Ter. Phorm. 2, 1 pr. *Patris conspectum vereri*, sich scheuen für seinen vater zu gehen. Id. cum infinit. *Vereor dicere*, Andr.

Andr. 2, 1, 23. Putem eum Perizonio in Not. ad Sanct. Minerv. 3, 2, 3 p. 281 *Vereri* proprie & quidem passive nihil esse aliud, quam pudore & metu affici, in metu & verecundia esse; sive dicam *Vereor te*, h. e. propter te; sive *vereor abs te*, h. e. in metu sum mali abs te; (Ter. And. 3, 4, 3; & Auct. ad Herenn. 2, 19): sive *vereor tibi*. Ita Cic. Acad. 4, 45 *Vos autem mihi veremini, ne labar.* conf. Att. 6, 1; & Cæl. mox in *Veritus*. Sed & cum præpos. *De*. Cic. de Senect. c. 6 *De Carthagine vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero.* Ter. Andr. 1, 2, 5 *Verebar quorsum evaderet.* Ibid. 1, 3, 7 *Vereor quid fiet.* Cic. fam. 8, 10 *Vereor, quomodo hoc homines accipiant.* Tam activam quam passivam significationem tribuit Priscianus p. 791. conf. Gell. 15, 17. Sed ibidem Afranium passiva forma ex imprudentia vel ex vitio dixisse: *Male metui quam vereri se a suis*, Perizonius judicat l. c. ¶ 2. Observa elegantem conjunctionem cum particulis, *ut* in negatione, & *ne* in affirmatione. Ter. Hec. 1, 2, 26 *Sed summæ hæ, vereor ut sint nuptiæ*, ich habe sorge, die ehe werde keinen bestand haben. Cic. fam. 12, 19 *Non dubitabam, quin litteras libenter lecturus esses, verebar ut redderentur*, man möchte sie dir nicht überliefern. Ter. Phorm. 5, 7, 8 *An verebamini, ne non id facerem, quod recepissem semel?* Marius Cic. fam. 11, 27 al. 28 *Non vereor, ne meæ vitæ modestia parum valitura sit contra falsos rumores.* Cic. de Orat. 1, 55 *Veritus es, ne operam perdidisses, &c.* Vet. Gloss. *Vereor* ἐντρέπομαι, ὑφορῶμαι. *Veretur* φοβᾶται. Ter. Andr. 3, 4, 3 *Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem, &c.* Vbi Donatus: *Breviter*, inquit, *pro veritus sum, ne abs te fieret. Sicut supra:* Heu metui a Chrysîde. ¶ 3 Pro *Timeo* usus est Ovid. de Ponto 3, 6, 44 *Sæva quid in placidis saxa vereris aquis?* ¶ 4. Nonius 9, 3 testatur, a veteribus pro accusativo genitivum poni, ut Afranio: *Si non verear, nemo vereatur tui.* Et rursus: *Tui veretur, me ad te misit; &c.* it. Pacuvio: *Contumeliæ a te veretur maxime.* Quin ipse Cic. Att. 8, 4 p. 764 *Ne tui quidem testimonii veritus.* Et Ter. Phorm. 5, 7, 78 *Neque hujus fis veritus fœminæ primariæ, &c.* Quæ tota ratio Græca est, & ellipsi nititur, nam *caussa* subaudienda est. ¶ 5. Impersonaliter etiam *Veretur* pro *pudet* apud Nonium l. c. legitur: e. g. ex Pacuvio: *Nihilne te populi veretur?* Et ex Varrone: *Non te tui saltem pudet, si nihil mei te veretur.* Et ex Accio: *Si tui te veretur progenitoris.* conf. Plaut. Mil. 4, 6, 51; & Parei Lex. p. 1277. Impersonaliter quoque & singulari forma Cic. de Fin. 2, 13 *Sententia Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum* (id est, qui non sunt veriti) *in voluptate summam bonum ponere.* conf. Gell. 15, 13.

¶ Verens, *tis*. Cic. de Senect. c. 22 *Deum verentes.* Nepos 2, 5, 1 *Themistocles, verens, ne bellare perseveraret.* conf. 10, 4, 1. Id. 18, 7, 1 *Invidiam verens.* Columell. 6, 2 de bobus: *Verentes plagarum & acclamationum.* Hinc

¶ Verenter, adverb. ehrerbietig. Sedul. 1, 8 *Sanctoque verenter Stare choro.*

¶ Vĕrendus, *a, um*, ehrwürdig; ut, *Augusta gravitate verendus*, Ovid. Met. 9, 271. *Patres verendi*, Id. Pont. 3, 143. *Senex verendus*, Claud. de conf. Stilic. 2, 433. *Qui aliquem vereri potest, cito erit verendus*, Sen. epist. 11.

¶ Verenda, *ōrum*, n. pl. membra corporis cum verecundia nominanda. Plin. 3 epist. 14 *Alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem, atque etiam (fœdum dictu) verenda contundit.* Alter Plin. 28, 15 *Verendorum carbunculi.* conf. Id. 34, 12; & 36, 21.

¶ Veritus, *a, um*, besorgt, fürchtend, befürchtend. Sallust. Iug. c. 15 *Largitionem veritus.* Horat. 1 epist. 10, 39 *Pauperiem veritus.* Cæs. B. G. 5, 9 *Eo minus veritus navibus*; ubi constructio cum dativo obtervanda.

¶ Vĕrĕcundus, *a, um*, pudens, schamhaftig züchtig, ehrbar, bescheiden. Plaut. Asin. 5, 1, 6 *Decet verecundum esse adolescentem.* Cic. Leg. 1, 19 *Verecundi bene audiunt, & rumorem bonum colligunt.* Sic, *Verba verecunda*, Quintil. 10, 1. *Verecundiorem esse in postulando*, Cic. Phil. 12, 5, höflich und bloße. *Verecundiores* (corporis) *partes* Arnob. 4 p. 133. Conf. Cic. fam. 9, 5 & 7, 33; Tertull. de Pœnit. c. 10. Et, *Verecundissimus puer*, Petron. c. 25. conf. c. 101. *In gerendis honoribus verecundissimus*, de Pompejo Vellej. 2, 33, 3. *Verecundissimum epigramma*, Gell. 1, 24 extr. conf. Sen. Controv. 3, 22; & 7, 30

¶ Vĕrĕcunde, adverb. modeste, sittsam, bescheidentlich. Curt. 6, 2, 6 *Producentibus eam verecunde relictam*, de captiva nobili fœmina. Cic. Fin. 5, 2 *Tum ille timide, vel potius verecunde &c.* Ibid. 2, 34 *Vestri hoc verecundius* scil. *recusant.* Idem de Orat. 1, 57 *Verecundius de hac re jamdudum loquor.* Add. Id. fam. 5, 12; Cels. 6, 18; Gell. 17, 13.

¶ Verecundĭter, idem; v. Pomponius apud Nonium 11, 59.

¶ Verecundia, *æ*, f. pudor, modestia, αἰδώς, scham, zucht, sittsamkeit. Cic. in Part. c. 23 *Custos virtutum omnium, dedecus fugiens laudemque maximo consequens, verecundia est.* Idem Off. 1, 41 *Sine verecundia nihil potest esse rectum, nihil honestum.* Id. in Lælio c. 21 *Maximum amicitiæ ornamentum tollit, qui ex ea tollit verecundiam.* Idem fam. 5, 12, 10 *Verecundiæ fines transire*, sive *impudentem esse*, unverschämt seyn. Suet. Domit. c. 18 *Commendari se verecundia oris adeo sentiebat &c.* Vbi per *verecundiam oris*, vultum modestum & ruboris plenum, quem memorat paullo ante, intelligit. Rubor enim in facie nascens pudoris & verecundiæ index est: Vnde *verecundum colorem* pro rubore Horatius dixit epod. 17, 21. Sen. epist. 11 *Verecundia bonum in adolescente signum.* Quintil. 12, 5 pr. *Verecundia vitium quidem, sed amabile, & quod virtutes facillime generet.* Intelligit, ut statim subjicitur; eam verecundiam, quæ est *timor quidam reducens animum ab iis, quæ facienda sunt.* Egregie de hac virtute Ambrosius Offic. 1, 17 *Vt in senibus gravitas, in juventibus alacritas; ita in adolescentibus verecundia velut quædam dote commendatur naturæ.* ¶ 2. *Verecundia* idem ac reverentia, scheu, respect, achtung. Liv. 1, 3 *Plus vis potuit quam verecundia ætatis.* Id 4, 45 *Quando nec ordinis hujus ulla nec reipublicæ est verecundia.* Sic alibi sæpius. Et cum præpositione 37, 54: *Verecundia nostra adversus regem nobis obstat.* Plin. 7, 30 f. 31 *Divus Augustus carmina Virgilii cremari contra testamenti verecundiam vetuit.*

¶ Vĕrĕcundor, *atus sum, ari*, verecundum esse, scheu haben sich schämen. Plaut. Trin. 2, 4, 77 *Verecundari neminem apud mensam decet.* Vet. Gloss. *Verecundatur*, ἐντρέπεται. Ambros. 8 epist. 73 *Litteræ tuæ verecundari me faciunt.*

¶ Verecundans, *tis*. Cic. de Orat. 3, 9 *Cunctantem & verecundantem incitare.* Ibid. 2, 61 *Claudicans & ob eam caussam verecundans.*

Composita:

¶ Advereor, *eri*, sich dabey fürchten. Accius apud Nonium 4, 121 *Advereor, cum te esse Alcmæonis fratrem factis dedicat.*

¶ Invĕrĕcundus, *a, um*, contrarium verecundi, unverschämt, unzüchtig; ut, *Inverecundum animi ingenium possidere*, Cic. de Invent. 1, 45. *Animo inverecundo scripsisse*, Suet. de Grammat. c. 15. *Frons inverecunda*, Quintil. 2, 4 *Impudens, impurus, inverecundissimus*, Plaut. Rud. 3, 2, 38. Compar. Val. Max. 7, 7, 1 *Quid enim illis inverecundius?*

¶ Inverecunde, adverb. idem. Sen. epist. 114 pr. *Aliqua ætas fuerit, quæ translationis jure uteretur inverecunde* Quintil 7, 4 *Non inverecunde dicet, multum sua interfuisse.* Aggenus Vrbicus in Frontin. de Re Agraria, sub fin. *Transitum inverecunde denegat.* Hieron. epist. 12 ad Gaudentium: *Cum quo licentius, quam cum germano: multo inverecundius, quam cum marito egisti.* Loquitur cum vidua vel virgine per apostrophen. Et August. epist. 52 *Inverecundius hoc dicere videor.*

¶ Inverecundia, *æ*, f. impudentia, unverschämtheit. Arnob. 2 p. 93 *Cujus est pudoris, quin imo inverecundiæ cujus, quod agere te videas, in eo alterum reprehendere?* Id. 4 p. 150 *Obduratus inverecundiâ.* Vsus etiam est Tertull. Apol. c. 7. Idem de Pœnit. c. 6 *Præsumptio inverecundiæ portio est.*

¶ Revĕreor, *itus sum, ēri*, idem propemodum quod *Vereri*. Ter. Hec. 3, 1, 10 *Adventum tuum Pamphile ambas scio reveriturus*, sie werden deswegen einen scheu haben. Id. Phorm. 1, 5, 3 *Age, mitto imperium, non simultatem meam revereri saltem, non pudere?* Cic. de Invent. 2, 22 *Revereri & colere dignitate antecedentes*, respectiren, ehren. Auctor ad Herenn. 4, 17 *Difficile est virtutem revereri, qui semper secunda fortuna sit usus.* ¶ 2. *Reveror* pro *pudet* non secus ac *Vereor* cum Genitivo ap. Nonium 9, 3 Varro: *Non te tui saltem pudet, si nihil mei revereatur?* ¶ 3. *Revereo* & *Revereor* Priscianus p. 799 refert inter ea, quæ tam activa quam passiva voce unum atque idem significant.

¶ Reverendus, *a, um*, ehrwürdig; ut, *Canities reverenda* Claud. 6 Consul. Hon. v. 599. *Noxque tenebrarum specie reverenda*; id est, metuenda, Ovid. in Ibin v. 73. Superl. *Reverendissimum* habent Impp. Honor. & Theod. 1 Cod. Iust. t. 55 l. 8; & Inscriptio Christiana ap. Fabrett. p 145.

¶ Reverens, *tis*. Cic. de Orat. 2, 28 *Dicam non reverens assentandi suspicionem.* Tac. Hist. 1, 17, 1 *Sermo erga patrem reverens.* Plin. 6 epist. 17 *Quis uno te reverentior hujus operis?* Sic & Idem Paneg. c. 69 n. 3 *Quis reverentior senatûs candidatus quam tuus* Et 10 epist. 18 *Probus, industrius atque reverentissimus mei.* Florus tam de eo usurpat, qui exhibet quam qui meretur reverentiam, e. g. 2, 12, 11 *Nec reverentior captæ majestatis alius Paullo fuit.* Sed 4, 12, 66 *Sanctius & reverentius visum est nomen Augusti*, i. e. honore dignius.

¶ Reverentia, *æ*, f. ehre, scheu, ehrerbietung. Ovid. Fast. 5, 57 *Magna fuit quondam capitis reverentia cani*, &c. Cic. Off. 1, 28 *Adhibenda est reverentia quædam adversus homines.* Et Quintil. 11, 1 *Reverentia debetur parentibus.* Iuvenal. 14, 44 *Maxima debetur puero reverentia, si quid Turpe paras*, man muß sich scheuen. Sic, *Reverentiam præstare*, höflichkeit und respect erzeigen, Plin. 3 epist. 8. Et Quintil. 9, 1 *Reverentia personæ nobis obstat.* Tac. Hist. 1, 12, 1 *Rupta sacramenti reverentia.* Ibid. 1, 55, 4 *Reverentiam imperii exuere.*

¶ Reverenter, adv. höflich, bescheidentlich, mit ehrerbietung. Plin. 7 epist. 31 *Reverenter & jucunde colere amicos.* Compar. Plin Paneg. c. 25 n. 1 *Quæ quidem reverentius fuerit reservari.* Superl. Suet. Aug. c. 91 *Cærimonias tum veteres & præceptas reverentissime coluit.* Et Ner. c. 23 *Reverentissime alloquebatur.* conf. Plin. 10 epist. 32. Auson. epigr. 8, quod est de rege Agathocle: *Fortunam reverenter habe, quicunque repente Dives ab exili progrediere loco.*

¶ Reverenditer, adv. idem, ex Ennio ap. Priscianum 15 p. 1010.

¶ Reveritus, *a, um*, der scheuet, respectiret oder geehret hat. Gell. 11, 11 *Nigidium Cicero summe reveritus.* Curt 6, 2, 8 *Fortunam captivæ reveritus.* Id. 3, 13, 7 *Regis vicem reveritus.*

¶ Irrĕverens, *tis*, non reverens, unbescheiden, grob, unhöflich. Tertull. contra Marc 2, 14 extr. *Immisit* (Deus) *pueris ursos, sed irreverentibus in prophetam.* Idem ad Nation. 1, 10 *Irreverentissimi erga Deos existant.* Adde Dig. 49 t. 16 l. 13 § 4; & Symmach. 8 epist. 23.

¶ Irreverentia, *æ*, f. die unbescheidenheit, unhöflichkeit. Tac. An. 13, 26, 3 *Crudelitas libertate irreverentia.* Et An. 3, 31, 4 *Majores juventutis irreverentiam gravibus decretis notaverunt.* conf. Hist. 3, 51, 1.

¶ Irreverenter, adverb. sine reverentia & honore, ohne scheu und ehre. Plin. 2 epist. 14 *Adolescentuli audaces ad declamandum huc transierunt irreverenter, & temere.* Idem 6 ep. 13 *Agere irreverenter.*

¶ Subvĕreor, *itus sum, ēri*, ein wenig scheu haben, befürchten. Cic. fam. 4, 10 *Venit mihi in mentem subvereri interdum, &c.*

VĔRETRVM, *i*, n. penis, mentula, virile membrum a *verendo*, imo & muliebre. Vsus hac voce præter alios Suet. Tib. c. 62 *Veretra deligare.* Vet. Gloss. *Veretrum*, αἰδοῖον. Arnob. 5 p. 165 *Mammarum exsectiones, amputationes virilium veretrorum.* Cæl. Aurel. Tard. 5, 8 *Veretrum muliebre.* Apul. de Herb. c. 101 n. 1 *Veretri prurigo.*

¶ Veretrĭculum, *i*, n. dimint. ut *Vasculum* apud Petron. c. 24 pag. 82.

¶ Veretillum, *i*, n. aliud diminut. apud Apulej. Apolog. pag. 296 *Quærere veretillum & virginal.* Sed quidam *Veretillam.*

VERGĬLIAE, *arum*, f. pl. Plejades, septem stellæ in signo Tauri, das siebengestirn, die gluckhenne. *Vergiliæ* inde dictæ, quod vel orian-

tur in *vere*, circa æquinoctium, vel quod verni temporis ortu suo significationem habeant, quemadmodum Servius annotavit in Georg. 1, 138. Gell. 13, 9 *Quas Græci πλειάδας, nos Vergilias vocamus.* Cic. de Nat. D. 2, 44 ex poëta: *Parvas Vergilias tenui cum luce videbit.* Liv. 21, 35 *Nivis casus, occidente jam sidere Vergiliarum ingentem terrorem adjecit.* Curt. 5, 6, 12 *Interiorem Persidis regionem, sub ipsum Vergiliarum sidus, petiit*, hoc est: sub Plejadum occasum cosmicum. vide quæ ibi adnotantur. Plin. 18, 25 de Vergiliarum occasu: *Id sidus vestis institor est &c.*: *statimque auget lucernarum pretia.* Sed verius Hard. *Servantque id sidus etiam vestis institores.* conf. Vitruv. 9, 5 & 6; Colum. 4, 8; & 9, 14; Torrent. ad Suet. Aug. c. 40, & Drakenb. ad Liv. 21, 35, ubi disquirit, utrum *Vergiliæ*, an *Virgiliæ* scribi debeat?

VERGO, *versi*, (vel secundum Diomedem, *verxi*), *vergĕre*, est inclinare vel declinare, quo Latini potissimum utuntur in loci, aut temporis descriptione, sich neigen, wenden, kehren, sencken. Cæs. B. C. 1, 45 de monte: *Ab oppido autem declivi fastigio vergebat in longitudinem passuum* C. D. Phrasis illa vulgaris *Vergit in honorem*, es gereichet zu ehren, merito suspecta est. Vide Cellarii Antibarb. pag. 222 Cur. poster. p. 386. Adde tamen Borrich. Anal. ad Cogitat. d. L. L. § 63. Ad locorum potius & temporis designationem pertinet, *v. g. Arx, qua ad meridiem vergit*, an der mittag-seite, Nepos 5, 2, 5. *Regio vergit in septemtrionem*, Curt. 6, 4, 17. *Vergit ad mare*, Idem 7, 3, 7. *Vergit nox ad lucem*, es wird tag, Id. 4, 7, 22. *Hora dici ad meridiem vergebat*, Liv. 44, 36. *Ætas ejus vergit*, es geht mit ihm berg unter. Tac. An. 2, 43, 1. Cicero etiam Phil. 11, 11 *Auxilium ad aliquem vergere* dixit. Add. Stuckius Antiq. Convival. 2, 37 epist. 15. ¶ 2. Gifanius Indice Lucretiano docet, *Vergere* in sacris inferorum Deorum esse, quod in superorum *libare*, hoc que patera recta manuque supina, illud inversa & in lævam partem conversa fieri solitum: ac inde generaliter interdum pro *fundere* poni. Lucret. 5, 1008 *Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venenum Vergebant.* Ovid. Pont. 1, 9, 52 *In gelidos versit amoma sinus.* vid. not. Heinf.

¶ Vergor, *vergi*, passivum ejusdem significationis qua *Vergo, ere.* vid. Prisc. p. 798. Sic Stat 4 silv. 4, 69 *Nos facta aliena canendo Vergimur in senium*, wir werden drüber alt. Idem Theb. 6, 211 *Spumantesque mero pateræ vergantur, &c* Lucret. 2, 212 *In terras solis quoque vergitur ardor.* Lucan. 1, 54 *Nec polus adversi calidus qua vergitur austri*; Al. *mergitur.* Loquitur autem de polo antarctico. Solin. c. 11 (Salm. c. 6) *Strongyl., Æoli domus, vergitur ad exortus solis*; al. *vergit.*

¶ Vergens, *tis*; ut, *Vergens ad mare pars urbis*, Liv. 27, 25. *Dies vergens in noctem*, Sen. in Thyeste v. 798. Et absolute, *Vergente jam die ingressus senatum*, Suet. Oth. c. 7, id est, inclinato, als es begunte abend zu werden, gegen abend. Sic, *Anni vergentes in senium*, Lucan. 1, 130. Et, *Annis vergens*, wohl betagt, Tac. An. 13, 19, 3 *Vergente jam senecta*, Idem An. 4, 41, 4. Quod in Hymno Ecclesiastico legitur, *Vergente mundi vespere*, dictum est, pro mundo in vesperem vergente, vel declinante, da es zum ende gehet.

Composita:

¶ Devergo, *ĕre*, vel Divergere, abneigen. Apul. de Deo Socrat. p. 46 *Terrena devergunt pondere.*

¶ Devergentia, *æ*, f. declivitas, der abhang, die neigung. Gell. 14, 1 *Nam quanta partium circulorumque coli ex devergentia & convexionibus mundi varietas sit, quis non videt?*

¶ Divergium, *i*, n. amnis in diversum vergens, die wasserscheidung. Frontin. de Re agr p. 278 *Aquarum divergiis.* Et Aggenus in Frontin. p. 288 ed. Keuchen. *Divergiis aquæ fines inter se dividebant.* Sic Hlaccus de Condit. Agror. p. 24 ed. Gœt. *Territoria inter civitates alia fluminibus finiuntur, alia summis montium jugis ac divergiis aquarum &c.*

¶ Evergo, *ĕre*, pro effundere vel emittere, von sich lassen, ausgehen, heraus lassen. e. g. *Montes quia multos apertos evergerent rivos, oculos cominere latices ipsum faciebant*, Liv. 44, 33.

¶ Invergo, *ĕre*, zuneigen, darauf giessen. Virg. Æn. 6, 244 *Frontique invergit vina facendæ.* Plaut. Curc. 1, 2, 12 *Ipsum expeto Tantagere, invergere in me liquores tuos.*

¶ Invergens, *tis*. Val. Flacc. 2, 611 *Tum perago vina invergens duæ.* Ovid. Met. 7, 247 *Æneaque invergens tepidi carchesia lactis.*

¶ Superinvergens, *tis*, idem. Ovid. Met. 7, 246 *Tum superinvergens liquidi carchesia Bacchi.*

¶ Revergo, *ĕre*, gereichen; Claud. Mamertus ad Sidonium Apoll. (inter hujus epistolas lib. 4, 2) *In aliorum commoda revergit.*

VERGOBRĒTUS, *i*, m. ita *summum magistratum appellant Ædui*, de quo Cæs. B. G. 1, 16: Vnde hodie magistratus Augustoduni *Vierg* dicitur.

Veridicus, veriloquium, verisimilis, veritas &c. vide infra *Verus.*

Vermiculatio, vermiculus, verminare, &c. vide sequens *Vermis.*

VERMIS, *is*, m. quodlibet infectum reptile aut serpens, ein wurm, σκώληξ. Plin. 18, 1 *Vermes terreni erumpentes*, scil. prægigia æris faciunt & tempestatem prædicunt. Lucret. 2, 870 *Videre licet vivos exsistere vermes Stercore de tetro, &c.* Colum. 6, 30 *Solent vermes quasi lumbrici nocere intestinis.* Pallad. Ian. t. 15 *Arbor vermes patitur infestos, &c.* conf. Plin. 26, 14.

¶ Vermiculus, *i*, m. diminut. Plin. 11, 22 *Vermiculum faciunt bombyces.* Et 16, 27 *Poma vermiculis obnoxia.* conf. Id 16, 41; & 10, 65; Colum. 7, 5; & 9, 14; Sidon. 7, 14. ¶ 2. *Coccus* etiam seu *Coccum, vermicula*, & *vermiculus* dicitur, scharlach. Nam grana ilia sive κόκκοι scatent intus parvis vermiculis, quorum sanies eximium illum colorem efficit. v. Plin. 24, 4 & Salm. ad Solin. p. 192 & 854. Vet. Gloss. κόκκος, *ῥάμμα, vermicula, coccum.* Isidor. 19, 28 Κόκκον *Græci, nos rubrum seu vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus. Coccus*, rubens granum, ut Plinius interpretatur, scharlachbeer.

¶ Vermiculum, *i*, n. Inscr. Murat. pag. 314 *Vermiculum, pavimentum, spicam straverunt.*

¶ Vermiculus, *a, um*, coccinus, scharlachen, purpurfarbig; ut, *Vermiculæ pelles* apud Hieronymum. *Vermiculum vinum*, id est, rutilum, apud Plinium extare ajunt. Sed index certe Harduini non habet. Cæterum inde forte est Gallicum *vermeil.* vid. Gesn. Lex. rust.

¶ Vermĭculōsus, *a, um*, wurmicht, wurmstichig. Pallad. 12 sive Novemb. c. 6 de pruno: *Poma caduca & vermiculosa*, conf. Febr. t. 25.

¶ Vermĭcŭlor, *atus sum, ari*, deponentale, est vermiculis infestari, würmer haben oder hecken, wurmstichig werden. Plin. 17, 14 *Vermiculantur magis minusve quædam arbores.*

¶ Vermiculātus, *a, um*, ornamentis quasi vermiculis variatus & distinctus, gewürmelt, eingelegt; ut, *Vermiculata opera*: Plin. 35, 1 *Vermiculatæ ad effigies rerum & animalium crustæ.* v. Scalig. in Manilii lib 5. Et ex Lucilio Cic. de Orat. 3, 43 *Emblema vermiculatum.* conf. Nonius 2, 918; & Plin. 36, 25.

¶ Vermiculate, adverb. Quintil. 9, 4 p. 864. Burm. ex Lucilio: *Relicto rerum pondere tesserulas struet, & vermiculate inter se texeis committet.*

¶ Vermĭcŭlātim, adv. idem, apud Zenonem Veronensem.

¶ Vermiculātio, *ōnis*, f. ipsum vitium segetum aut arborum, cum vermiculis infestantur, der wurmstich, wurmschade. Plin. 17, 11 *Vermiculationi obnoxius.* Id. 11, 24 *Arborum morbus communis vermiculatio est.*

¶ Vermĭna, *um*, n. pl. dolores ventris, das grimmen im leibe, tormina, στρόφοι. Festus: *Vermina dicuntur dolores corporis, cum quodam minuto motu, quasi a vermibus scindatur.* Arnob. 1 pag. 30 *Apostoli verbo compescuerunt furialium vermina passionum.* Lucret. 5, 995 *Vermina sæva.*

¶ Vermĭno, *are*, vermibus infestari, würmer haben. Cels. apud Sipontinum p. 368 *Nihil est pernicialius pueris dum verminant.* Martial. 14, 23 *Morosa prurigine verminat auris*, die ohren jucken. ¶ 2. Et, Vermes producere, voll gewürms werden. Sen. Quæst Nat. 2, 31 *In venenatis corporibus vermis non nascitur: fulmine icta intra paucos dies verminant.* ¶ 3. Sed & figura deponentali *verminari* dicitur. Sen. de Vita Beata c. 17 extr. *Remedia podagræ meæ compono, contentus si varius accedit, & si minus verminatur*, id est, se movet & vermium instar vellicat, wenn es nicht grübelt oder sticht. v. ibi Lipsius qui alia exempla producit; & Pompon. apud Non. 1, 189.

¶ Vermĭnans, *tis*, ex significatione tertia. Arnob. 1 p. 30 *Verbo Christus compescuit verminantium membrorum cruces.*

¶ Vermĭnātio, *ōnis*, f. morbus jumentorum, cum vermibus infestantur, würmer-noth, apud Plin. 28, 11; & 30, 15. Et ex tertia verti significatione Sen. epist. 95 *Cerebri affluantis verminationes.* vide Lipsius. Idem epist. 78 de podagra: *Prima verminatio vexat*, quasi vermium vellicatio.

¶ Verminōsus, *a, um*, quod vermes in se alit, wurmicht, voll würmer; ut, *Verminosæ aures*, Plin. 20, 14. *Lignum verminosum*, wurmstichig, Idem 17, 10. *Fici verminosæ*, Idem 17, 28.

¶ Vermĭsluus, *a, um*, idem. Paulinus: *Vulnere vermisluo fœtidus interiit.*

VERNA, *æ*, c. servus familiæ, vel ex ancilla aut servo domi nostræ natus, ein hausgebohrner knecht, sclave. v. Fest Horat. 2 epist. 2, 6 *Verna ministeriis ad natus aptus heriles.* conf. Plaut. Amph. 1, 1, 24; & Truc. 2, 7, 27; Sen. epist. 5; & Iuvenal. 1, 26. Et Cælius Cic. fam. 8, 15 *Nutrix, quæ vernas alit.* ¶ 2. *Vernas lapos*, & *vernas tuberes*, adjective pro vernaculis Martialis dixit. vide *Tuber.* Sic, *Puer verna*, Horat. 1 sat. 2, 117. *Verna eques*, Iuvenal. 9, 10. De vernis piaculari sacro expiatis v. Alex. ab Alex. 3, 22.

¶ Vernŭla, *æ*, c. diminut. ein sclaven-kind. Martial. 14 epigr. 54 *Si quis plorator collo tibi vernula pendet*, pro infante servi ac servæ. Rutilius it. 1, 112 *Vernulam avem* dixit in Silvis illis urbanis & domesticis natam. ¶ 2. Interdum tamen idem notat, quod primitivum *Verna.* Quam in rem loca Iuvenalis 5, 105; 10, 117; & 14, 169; Petronii c. 66, & Senecæ de Tranqu. an. c. 1 consideranda. Plura postea dabimus in *Vernilitas.*

¶ Vernācŭlus, *a, um*, quicquid domi nostræ nascitur, vel in patria nostra, auctore Valla lib. 1, einheimisch, gewöhnlich; ut, *Res quotidianæ & vernaculæ*, Cic. de Orat. 3, 24. *Vernaculi artifices*, id est, domi nostræ nati & facti, Liv. 7, 2. *Vernaculæ aves*, Varr. R. R. 3, 5, ubi *advenis* opponuntur, &, *Vernaculæ apes*, Petron. c. 34. *Vernaculum pecus*, Colum. 7, 3. *Antiqua & vernacula festivitas*, Cic. fam. 9, 15. Grævius huc advocat Gronov. de Pec. vet. 10. *Aurum vernaculum est apud quosdam barbaros, & copiosum*, Tertull. de Fœm. cultu 1, 7.

¶ Vernaculus, *i*, m. substantive, pro verna seu servo, ein haus-knecht, leibeigener. Ambros. epist. 65 *Vario mulieris & vernaculi sermone viam levaret.* Prosper Aquitan. de prædict. 1, 11 *Vernaculus meas mihi hæres erit.* ¶ 2. Sic *Vernacula, æ*, pro serva in lapide Murat. p. 1555.

¶ Vernālis, *e*, quod ad vernas pertinet, eorum mores & ingenium refert, servile puta, knechtisch, schmeichelhaftig. Ita autem Augusti ævo videntur locuti; ut, *Vernale corpus*, Corn. Gall. 9 v. 63. *Vernales alucitæ*, Petron. Fragm. p. 674. Estque a *Vernalis.*

¶ Vernāliter, adverb. idem. Horat. 2 sat. 3, 108 *Nec non vernaliter ipsis Fungitur officiis*: id est, in morem vernarum: solicita & ambitiosa diligentia, ut qui heroum gratiam captant. v. Cæcilius apud Nonium 1, 203. Postea magis *Vernilis, Verniliter*, dixerunt veteres.

¶ Vernīlis, *e*, knechtisch, sclavisch, leichtsinnig. Tac. Hist. 2, 59, 4 *Quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret*, id est, quæ vernam vel servulum aliquem magis quam nobilem decerent. Id. Hist. 3, 32, 6 *Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit*: id est, scurrile & procax ad servorum ingenium. Et quia dicacitas quædam & lepor verborum, & facta ad gratiam blanditiamque oratio, urbanitatis pars est, ideirco *Vernilis* in Gloss. Vet. πολιτικὸς exponitur: πολιτικὸς enim *Civilis* & *Urbanus* (höflich), accipiendus, ut Glossarium græco-latinum exponit: Πολιτικός, *Civilis, Urbanus.*

¶ Ver-

¶ Vernĭlĭtas, *ātis*, f. urbanitas, ſed affectata neque ingenua & liberalis, die fuechtiſche liebkoſung, ſchertzhafftigkeit, leichtfertigkeit. Plin. 34, 8 *Largo puer ſubdolæ ac fucatæ vernilitatis.* Sen. epiſt. 95 *Interdum enim obnoxie petimus id, quod recuſaremus, ſi quis offerret. Hæc ſive levitas eſt, ſive vernilitas, puniendæ eſt promittendi facilitate.* Quintil. 1, 11 *Servilem vernilitatem: Urbanitatem vernulam* Petronius c. 24 vocat: *O hominem*, inquit, *acutum & urbanitatis vernulæ fontem!* v. Douſæ præcid. c. 11. Seneca de Conſt. ſap. c. 11 *Mancipiorum urbanitatem* dixit. Ac amabatur iſta ſervulorum urbanitas, ſive dicacitas procax: & quærebantur, perebanturque tales, vel ex longinquis regionibus; ut Ægyptii, Mauri, Syri. Quod ſi non eſſent dicaces ſatis, ut docerentur & diſcerent eſſe, navabant operam heri. Seneca dicto loco: *Eadem cauſſa eſt, cur nos mancipiorum noſtrorum urbanitas in dominos contumelioſa delectet, quorum audacia ita demum ſibi in convivas jus facit, ſi cepit a domino. Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & ſub magiſtro habent, qui probra meditate effundant: nec eas contumelias vocamus, ſed argutias.* Id. de Provid. c. 1 *Cogita filiorum nos modeſtiâ, vernularum licentiâ delectari.* Et Suet. Aug. c. 83 *Ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, præcipue Mauros & Syros.* Sed hos non tantum conquirebant Romani proceres oblectamenti cauſſa; verum Ægyptios quoque, Alexandrinos quidem inprimis. Nam dicax admodum & ingenioſa in contumelias hæc natio fuit, ut ſuo loco dictum eſt. Vnde & Statius pueros hujus generis *Loquaces delicias* dixit 5 Silv. 5, 66; ait enim: *Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces Delicias, doctumque ſui convicia Nili Infantem, linguaque ſimul ſalibusque protervum, &c. Pharia puppis*, Alexandrina navis, ſeu claſſis eſt, quam Auguſtus inſtituit in urbis Italiæque ſubſidium ſupportando frumento maxime, deinde & aliis mercibus, in quibus & pueri iſti fuerunt. Idem poëta 2 Silv. 1, 73 *Non mixtus Phariis venalis mercibus infans Compoſitoque ſales meditataque verba locutus Quæſiſti laſcivus herum.* Per *Nili convicia*, contumelioſam illam urbanitatem, ut Seneca vocat, ſive vernilitatem intelligit, qua Alexandrini iſti pueri eruditi erant. Vnde & *Doctum* dicit. Quo pertinent etiam illi *compoſiti ſales* & *meditata verba*, quorum in paullo ante adducto loco alterius carminis mentionem facit. Nimirum non dominorum cura tantum, ſed & mangonum, quæſtus cauſſa, ſub magiſterio habebantur, quo hanc proterviratem jocorum, licentiamque condiſcerent. Quintil. 1, 2 de corrupta liberorum diſciplina, nimiaque licentia, conquerens, *Gaudemus*, inquit, parentes puta, *ſi quid licentius dixerunt* (liberi noſtri,) *Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, riſu & oſculo excipimus.* Nimirum & hic de Alexandrinis pueris loquitur: dolens, per indulgentiam parentum ferri in liberis, quorum major habenda cuſtodia erat, quæ in mancipiis illis caſtigarentur, quorum propria dos, licentia atque laſcivia eſſet.

¶ Vernĭliter, adverb. id eſt, blande & cum adulatione, ſine animi ſenſu, a *vernis, quibus hæc vivendi ars eſt*, uti Nonius addit 1, 203, poſſenhafft, kurtzweilig. *Vernaliter* ibid Nonius adducit ex Cæcilio. Sed Seneca de Benef. 2, 11 *Et hæc ipſa non vernilitèr nec ea figura, qua quidam rejiciunt, quæ magis ad ſe volunt attrahere.* FIGVRAM, quam dicit, ἐικονίζειν intellige, cui ἀλήθεια opponitur. Quam *Cavillationem* latine, & *Vernilitatem* verti poſſe, Caſaubonus ſentit, quem vide in Characteres Theophraſti pag. 102. Sic *verniliter turpiterque* Arnobius 5 p. 186 conjunxit.

Vernaculus, vide *Verna*, **Vernatio**, **verno**, *are*, **Vernus**, *Ver*.

Vero, *ōnis*, pro *Veru*, vide *Veru*, & **Vero**, *are*, *Verus*.

VĒRO, ſi etymon ſpectes, & bonam partem uſus, aſſeverandi adverbium eſt (vid. n. 3, 5, 6, 7) ſed quia in contradictionibus etiam uſurpatur, obtinuit conſuetudo, ut conjunctio vocetur adverſativa, δὲ, aber. Cic. de Orat. 1, 16 *Eſt finitimus oratori poëta, multis vero ornandi generibus ſocius.* conf. ibid. c. 17. Virg. Georg. 2, 458 *O fortunatos nimium agricolas &c. Me vero primum dulces ante omnia Muſæ Accipiant, &c.* ¶ 2. Aliquando orationem tantum connectit: *Humanitatis vero &c.* Nepos 25, 16, 1. ¶ 3. Modo aperte, ut diximus, adverbium eſt: procul dubio a *Verus*; ex ablativo, ut a *ſerus, ſero*, a *falſus, falſo*. Sane *vero* & *falſo* opponit Plautus Moſt. 1, 3, 22 *Ebo, mavis vituperari falſo quam vero extolli?* Similiter Ter. Heaut. 2, 4, 24 *Hoc beneficio ab utrisque vero devincimini*: VERO, id eſt, vere, ex vero. Cic. pro Marcello c. 1 *Eſt vero fortunatus ille.* Et hinc Virgilius ultimam ſemper producit. Sed ut alia adverbia ab ablativis nominum facta, ut *quomodo, ſero*, corripiuntur; ita & in *Vero* eſt factum. Val. Flaccus 5, 321 *Quid petimus, ſin vero preces & dicta ſuperbus Reſpuerit.* Auſon. epigr. 115 *Pars te Furrippum vocitat, pars vero Furippum.* Quos alii quoque ſecuti ſunt. Vt, Cyprianus de ligno vitæ v 59; Paulinus Benedictus de vita B. Martini 4, 433, & v. 631 &c. vid. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 365 & 366. ¶ 4. Obſervandum autem eſt, quarum particularum ſocietate gaudeat: illarum nimirum, *Nec vero, neque vero, tum vero, age vero, ſane vero, jam vero, tum vero, ut vero, enim vero, quaſi vero, & vero*: ut apud Cic. ad Quint. frat. 1, 1 *Tibi & fuit hoc ſemper facillimum, & vero eſſe debuit.* Id. Att. 16, 16 *Qua quidem voluntate eſſes erga Atticum, ſæpe præſens & illi oſtendiſti, & vero etiam mihi.* In quibus omnibus partim abundat, partim corripiendi vim habet. Ter. Adelph. 2, 4, 3 *Omitte vero triſtitiam tuam.* Vbi Donatus: VERO *abundat, aut conceptionem eſt: Non vero* pro *non autem* in Voſſio reprehendit Scioppius. Vid. ſupra *Non* n. 9. ¶ 5. Locutionibus *Vero* ironicis ſæpe ſubſervit. Plaut. Rud. 2, 3, 9 *Eja vero quaſi non ſit intus.* Ter. Eun. 1, 2, 9 *Quia vero hæ mihi ſemper patent fores*, ach ja, als ſtünde mir die thür allezeit offen. Huc &, *Quaſi vero*, pertinet. Virg. Æn. 4, 93 *Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis Tuque puerque tuus.* Donatus ad illud Ter. Eun. 5, 2, 55 *Ego vero moneo*: *Modo*, inquit, VERO, *conſentientis eſt adverbium; alias particula ironiam juvans, &c.* Cic. Phil. 13, 11 *Turpem vero actionem, qua defenditur ampliſſimi auctoritas ordinis contra crudeliſſimi gladiatoris amentiam.* ¶ 6. Confirmantis vel aſſeverantis in illis eſt: Plaut. Aſin. 1, 1, 42 DE. *Tune es adjutor nunc amanti filio?* LI. *Sum vero &c.* ja ich bin es. Quo ſenſu etiam initio poni poteſt, nec neceſſe, ut alias, poſtponi: quemadmodum oſtendit Cellarius ad Lactant. 3, 17, 24. Cic. Tuſc. 2, 11 MARC. *Fuiſti ſæpe, credo, cum Athenis eſſes, in ſchola philoſophorum.* AVD. *Vero; ac libenter quidem:* VERO; id eſt, imo fui; ſane, profecto fui. Pro Mure. 31 *In ſententia permaneto. Vero, niſi ſententiam alia vicerit melior.* Adde de Clar. Orat c 87 cum Gruteri adnotatione. Ita Terentius τῷ *Verum* uſus eſt non ſemel: ut Eun. 2, 3, 55 PA. *Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?* CH. *Verum: paraſitus cum ancilla*, hoc eſt, utique ſecuti ſunt, paraſitus certe cum ancilla. Et Heaut. 5, 3, 10 SO. *Facies?* CH. *Verum.* It. Adelph. 4, 2, 4 CT. *Syre.* SY. *Quid ais?* CT. *Men' quæris?* SY. *Verum.* Cic. Off. 3, 1 *Magnifica vero vox & magno viro & ſapiente digna.* ¶ 7. Sed elegantiam ſingularem inprimis habet conjuncta cum pronominibus *Ego*, *Tu* & *Id*, cujus exempla ſubjicio. Cic. Att. 3, 13 *Nam quod ſcribis te audire, me etium mentis errore ex dolore affici, mihi vero mens integra eſt*, id eſt, profecto, certe, vel potius. Idem: *Quod laudas, quia obliviſci me ſcripſi ante facta, & dicta noſtri amici, ego vero ita facio*, hoc eſt profecto, vel ego quidem ita facio. Id. fam. 7, 33 *Quas ſi ut volumus exceperimus, ego vero multam ſalutem & foro dicam & curiæ.* Sic &, *Ego enim vero*: Plaut. Amph. 2, 2, 126 ALC. *Tun'te abiiſſe hodie hinc negas?* AMP. *Ego enimvero.* Similem uſum habet & *Tu vero*. Ter. Eun. 4, 4, 19 *Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus, quem tu vero videre velles Phædria*, den du auch ſelber luſt hätteſt zu ſehen. Id. in Eun. prol. v. 33 *Sed eas fabulas factas prius latinas ſciſſe ſe, id vero pernegat.* Et Eun. 3, 1, 3 *Nox tam ipſo quidem dono, quam abs te datum eſſe, id vero ſerio triumphat.* Et rurſus 5, 4, 8 *Tum hoc alterum, id vero eſt, quod mihi puto palmarium me reperiſſe.* Quo & illud pertinet, ubi cum nomine *Vero* junctum eandem vim obtinet in eadem fabula, 3, 5, 28 *Illa ubi illico accepit, læta vero ad ſe ablucit domum.* Plin. 2 epiſt. 8 *Quare ego vero honeſtiſſimæ tuæ voluntati pareo* Id. 8 epiſt. 8 *Quanquam tu vero, quæ tua humanitas, nulla videbis.* ¶ 8. In hoc vero exemplo Ter. Andr. 4, 4, 10 ſtomachantis etiam vim habet eadem particula, ut, *Move vero tejus te nutrix.* ¶ 9. *At vero*, vide ſupra in *At*. ¶ 10. Notari etiam meretur, hac particula Ciceronem poſt parentheſin etiam breviſſimam ad rem redire ſolere; v. g. Att. 1, 10 pr.

¶ Verum, ejusmodi poteſtatis, conjunctio, idem præſtans quod *Sed*, aber. Ter. Eun. 3, 96 *Si certum eſt facere, facias: Verum ne poſt conferas culpam in me.* Id. Heaut. 3, 3, 37 *Verum ut aliud ex alio incidit.* conf. Virg. ecl. 1, 25. ¶ 2. Aliquando aſſeverandi vim habet; vide in *Vero* n. 5.

¶ Verum enim, ſedoch, allein. Ter. Adelph. 2, 1, 47 *Verum enim quando bene promeruerit, fiat*, id eſt, attamen, quia &c.

¶ Verum enim vero, eadem propemodum ſignificatione: Ter. Adelph 3, 3, 2 *Verum enim vero id demum juvat, ſi quem &c.* Cic. Verr. 3, 84 *Verum enim vero cum eſſet* HS. *binis aut etiam ternis.* Liv. 4, 4 *Verum enim vero legibus id prohiberi &c.* conf. Idem 24, 5; 29, 8; & 39, 4.

¶ Verum vero, idem. Cato apud Gellium 13, 17 *Sæpe audivi, inter os atque offam multa intervenire poſſe; verum vero inter offam atque horbam, ibi vero longum intervallum eſt.*

¶ Verum etiam, ponitur poſt *Non modo, non tantum, non ſolum, &c.* ſondern auch. Cic. pro Cælio c. 19 *Non modo agendo, verum etiam cogitando ſuſtinere.*

¶ Veruntamen, iedoch, aber doch Cic. fam. 12, 30 *Non dubitabam equidem, veruntamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus.* Id. Verr. 5, 39 *Conſilium capit primo ſtultum, veruntamen clemens* conf Id. Off. 2, 8; pro Quint. c. 13; & Att. 1, 8.

Enimvero, vide ſupra *Enim*.

VEROMANDVI, *ōrum*, m. pl. Galliæ Belgicæ populi, quorum Plinius 4, 17, Cæſar B. G. 2, 4 meminerunt, in ea provincia, quæ nunc Picardia appellatur. ¶ 2. *Veromandui* etiam urbs hujus populi primaria, alias *Auguſta Veromanduorum* dicta, ex cujus ruinis crevit Fanum S. Quintini. vide Geograph.

VĒRONA, *æ*, f. olim *Brenona*, a *Brenone*, Gallorum duce; ſunt qui a *Brenno* nomen eam habere autument; Alii a *Vera* Tuſcorum familia, ſive colonia appellatam tradunt. Vide, ſi lubet, quæ ſuper ea re diſputat Torellus Sarayna Veronenſis lib. 1 de origine Civitatis Veronenſis. Vrbs eſt Venetæ regionis, & in Venetorum quidem hodie poteſtate, qui eam ſuo imperio ſubjecerunt an. Chriſti 1405. De quo vide laudatum Saraynam lib. 4, & Scip. Maffei Veronam Illuſtratam, qui origines & antiquitates urbis diligentiſſime exſolvit. Inſignis eſt theatro & amphitheatro, quod ibi Rom. imperatores exſtruxerunt. Patria eſt Catulli, qui inde Veronenſis dictus eſt. Hinc Martiali 14, 152 *Docti terra Catulli.* Ovid. Amor. 3, 15, 7 *Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.*

¶ Veronenſis, *e*, adject. ut, *Veronenſis ager*, Plin. 9, 22. *Veronenſe prælium*, Aur. Vict. de Cæſ. c. 7. *Campi Veronenſes*, Id. Epit. c. 53.

VĒRŌNĬCA, *æ*, f. herba quæ & *teutrium* dicitur, ehrenpreiß. v. Tabernem p. 772. ¶ 2. *Veronica* quæ Romanis appelletur, docet Gloſſ. du Freſne. ¶ 3. De *S. Veronica* v. Baron. an. 34 n. 138.

VERPVS, *i*, m. Scaligero de L. L. c. 24 lumbrici genus eſt, dictum a græco ἕρπειν afpiratione in *V* mutata. ¶ 2. Inde etiam id notat, quo viri fumus. Nam in Gloſſ. Philoxeni *Verpus*, ὄφελος, ſed ὄφελος proprie *lumbricus*, & metaphorice *veretrum* ſive *verpus*, ab ἕρπειν, quia referat lumbricum; unde & *Verpa* Catull. 48, 4 *Verpus priapus ille* ¶ 3. Medius digitus appellatus eſt *Verpus*, propter gracilitatem & veretri ſimilitudinem, ſi compreſſo pugno ſolus extetatur; unde & *infamis* dictus & *impudicus*, quo molles monſtrantur & effœminati, der mittel-finger. ¶ 4. *Recutitum* deſignat, ein beſchnittener; item, ein jude, cui verenda pars mutilata & verſa eſt. Vet. Gloſſ. *Verpus*, Δρέλος, καὶ ὁ μέσος δάκτυλος τῆς χειρός. Λεγετὰι δὲ καὶ ὁ λαπόδεμος. Iuvenal. 14, 104 *Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos*; *Verpos*, inquit vetus Scholiaſtes, id eſt, *Iudæos, qui ſine pellicula &c.* Martial 11 epigr. 95 *Fece negas, juravque mihi per templa Tonantis*: *Non credo: jura, verpe, per Anchialum.*

¶ Verpa, æ, f. veretrum virile. Catull. ad Memmium 29, 4 *Nihilo minore verpa es fartus.* Et Martial. 11 epigr. 47 *Incipit & medios mejere verpa pedes.*

VERRES, is, m. Romanus, qui apud Siculos prætura functus libidinose & avare, ab iisdem repetundarum postulatus est, accusante ipsum Cicerone, cujus in eum exstant orationes 7, quæ *Verrinæ* dicuntur. Fata ejus post accusationem, scripsit Lactantius 2, 4 extr. vixisse scil. eum in tranquillo exilio, ideoque immunem a civili bello; & vita satiatum & senectute confectum, triumvirali proscriptione, postquam Tullium, accusatorem suum, interemtum audivisset, tandem sublatum esse.

¶ Verreus, a, um, adject. ut, *Lex Verrea*, Cic. Verr. 3, 49.

¶ Verrea, ōrum, n. pl. subst. festa a Verre instituta. Cic. Verr. 2, 21 *Prælarum diem reposuisti, Verrea ut agerent*, conf. c. 46 & 63.

VERRES, is, m. porcus masculus, quasi *verpes*, ein eber, qui, postquam castratus est, *majalis* dicitur, ein burgschwein. Horat. 3 od. 22, 7 *Verris obliquum meditantis ictum sanguis.* Varr. R. R. 2, 4 *Formosi verres &c.* Adde Colum. 7, 9; Pallad. Febr. t. 26; Plaut. mil. 4, 2, 67.

¶ Verrīnus, a, um, vom eber; ut, *Verrinus aper, Verrinum jecur*, Plin. 28, 10 pr.

Verriculatus, verriculus, vide sequens *Verro*.

VERRO, *verri* & *versi*, (v. Priscian. p. 909) *versum, verrĕre*, tragere, ἕλκειν, significat & propellere, ziehen, durchstreichen, forttreiben. Virgil. Æn. 1, 63 *Quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.* Lucret. 1, 278 *Venti mare, terras & nubila cæli, verrunt.* Sic, *Verrere æquora*, poetis navigare est: Virg. Æn. 3, 208 *Nautæ cærula verrunt.* Sil. 14, 263 *Seu silvis sectare feras, seu retibus æquor Verrere, &c.* Hinc *Verriculum* vid. Nic. Heinf. & Drakenb. ¶ 2. Item, mundare, purgare, σάιρειν, kehren, ausfegen, reinigen, saubern, wischen. Plaut. Merc. 2, 3, 63 *Verrere ædes.* Iuvenal. 14, 60 *Verre pavimentum, nitidas ostende columnas.* Qua notione Horatius usus est 1 oda 1, to ad proventum significandum: *Quidquid de Libycis verritur areis* Aras & templa crinibus verrebant mulieres in extremis periculis: v. Liv. 3, 7 ext. & ibi Drakenb. it. 26, 9; & Sil. 6, 560 ibique Dan. Heinf. & Drak. Lipf. Elect. 2, 6; & Turneb. 29, 30.

¶ Verriens, tis. Lucret. 5, 267 *Validi verrentes æquora venti.* conf. Id. 6, 624. Et Catull. 95, 7 *Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.*

¶ Versus, a, um, a *Verro*, gestrichen, gekehrt. Virg. Æn. 5, 141 *Adductis spumant freta versa lacertis.* conf. Plaut. Pseud. 1, 2, 31; & ibidem Taubm. & Gronov.

¶ Verriculum, i, n. rete piscatorium, ein zug-garn, fischernetz. Nam Glossæ σαγηνὴ vertunt, quia per aquam verritur, i. e. trahitur. Et Servius ad Virg. Æn. 1, 63 *Rete verriculum dicitur a verrere.* ¶ 2. Apud Vegetium 2, 15 *Verriculum missile* minus est, quod nunc *veutum* dicitur, ein kleiner wurfspieß. Sed legi jubet Scriverius *veruculum.*

¶ Verriculātus, a, um; ut, *Falces verriculatæ*, sunt Columella 2, 21. Sed forte hic etiam legere præstat cum Gesnero *veruculatæ*. v. *Veriviculum*, n. 2.

Composita:

¶ Averro, *ere*, weg kehren, weg treiben. Lic. Macer apud Priscian. 10 pag. 900 *Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias averrerunt.*

¶ Circumverro, *ĕre.* Hinc

¶ Circumversus, a, um, abgekehrt. Cato de Re Rust. c. 143 *Focum purum circumversum quotidie habeat.*

¶ Converro, *ĕre*, auskehren. Colum. 7, 6 *Diligens pastor quotidie stabulum converrit &c.* Publius apud Priscian. p. 900 *Cellas fervorum converri.* Plaut. Rud. 3, 6, 7 *Converrit jam hic me totum cum pulvisculo.*

¶ Conversus, a, um, ausgekehrt, abgescheuert; ut, *Conversa & munda villa*, Cato de Re Rust. c. 143.

¶ Converrītor, ōris, qui converrit, ein kehrknecht. Apul. in Apolog. p. 277 *Converritorem pridianæ reliquiæ.*

¶ Deverro, *ĕre*, abkehren, abwischen. Colum. 7, 4 *Humor omnis deverrendus.* Lucil. apud Non. 4, 491 *Omnia deverrere.*

¶ Deverra, æ, f. Dea sic nuncupata a domo scopis deverrenda. v. Augustin. de C. D. 6, 9.

¶ Everro, *ĕre*, auskehren. Colum. 7, 4 *Stabula frequenter everrenda & purganda.* Titinn. ap. Non. 4, 491 *Everrite ædes, abstergite araneas.*

¶ Eversus, a, um, ausgekehrt. Cic. Verr. 2, 21 extr. *Quod fanum, quod non eversum, atque exterſum liquerit*, i. e. spoliatum.

¶ Everriculum, i, n. idem quod *Verriculum*, ein fischernetz. Nonius 3, 146 *Everriculum genus est retis piscatorii, a verrendo dictum, vel quod trahatur, vel quod, si quid fuerit piscium nactum, everrat.* Sic Varro R. R. 3 c. ult. *Everriculo in litus vivum saginam educere.* Translate hoc nomen Cicero Verri tribuit, alludens & ejusdem nomen, & verrendi significationem, act. 4 in Verr. c. 24 *Quod unquam lupascemodi everriculum in illa provincia fuit?* ¶ 2. *Everriculum* dixit actionem de dolo, qua scilicet everrantur fraudes e civili vita, de Nat. D. 3, 30.

¶ Everrītor, ōris, m. Festus: *Everriator vocatur, qui accepta hereditate justa facere defuncto debet &c.* Nam

¶ Exverræ, ārum, f. pl. *sunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito ab extra verrendo dicta*, hucusque Festus.

¶ Perverro, *ĕre*, verherkehren. Ovid. Amor. 3, 13, 24 *Præverrunt latas veste jacente vias.*

¶ Reverro, *ĕre*, zurückstreichen; ut, *Reverram hercle hoc, quod converri modo*, Plaut. Stich. 2, 2, 64.

VERRŪCA, æ, f. plur. *Verrucæ* sunt maculæ eminentiores in manibus aut aliis corporis partibus, quæ sæpe sine dolore nec decidunt ultro, nec amputantur, warzen. Cels. 2, 1 sub fin. *Verrucarum quædam genera, dolentia ἐκφοροῦσας Græci appellant.* conf. Id. 5, 28, 14. Plin. 20, 12 extr. *Ocimum verrucas misto atramento sutorio tollit.* ¶ 2. Horatius ad alia vitia non invenuste transtulit 1 sat. 3, 73 *Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius, æquum est Peccatis veniam poscentem &c.* mangel, fehler. ¶ 3. *Verrucæ* veteribus locum editiorem significavit & asperum, eine rauhe höhe. Gell. 3, 7 *Aliquos milites ad verrucam ire jubeas, eamque uti occupent, imperes, &c.* Quint. 8, 3 p. 697 *Humilitatis vitium erit, si quis dicat, saxea est verruca in summo montis vertice.* Adde Voss. 4 Inst. Orat. p. 103.

¶ Verrūcŭla, æ, f. diminut. Tertull. ad Nation. 1, 5 pr. *Necesse est, ut in corpore verrucula exsurgat.* Sed Arnob. 2 p. 77 *In verruculæ collis unius*, auf des hügels gipfel. Et Colum. 7, 6 *Capro sub maxillis binæ verruculæ collo dependent*, i. e. duæ laciniæ, zwo zipfel. conf. Pallad. Novemb. c. 13 de capris.

¶ Verrūcōsus, a, um, verrucis abundans, & asper, non perpolitus, voll warzen; item rauh, holpricht. Pers. sat. 1, 77 *Sunt quos Pacuvius que & verrucosa moretur Antiopa &c.* Qua significatione etiam *Oratorem verrucosum* dixit Cicero de Clar. Orator. c. 4 extr. Et *Fabium verrucosum*, Plin. 34, 7.

¶ Verrucāria, æ, f. herba, heliotropium, sonnenwirbel-kraut. Plin. 22, 21 *Verrucas cum sale tollit succus e folio, unde nostri verrucariam herbam appellavere.* conf. Marcell. Empir. c. 19.

Verrunco, & Averrunco, &c. vide supra in *Runco*.

Versabilis, versatio, &c. versicolor, versiculus, versificus, &c. versiformis, versipellis, verso, versor, versura, versus, ūs, vide *Verto*.

VERSUS, præpositio & adverb. semper postponitur, gegen, nach einem orte zu: ut, *Cum Brundusium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me &c.* Cic fam. 11, 27. Sic, *Romam versus*, auf Rom zu, oder nach Rom zu, ibidem 2, 6. ¶ 2. Habet interdum adjunctam præpositionem, & tum est adverbium. Sulp. ad Cic. fam. 4, 21 *In Italiam versus navigaturus erat.* Liv. 1, 18 *Deductus in arcem in lapide ad meridiem versus consedit.* Cæs. B. G. 6, 32 *Ad oceanum versus.* Ib. 7, 7 *In provinciam Narbonem versus &c.* & c. 8 *In Arvernos versus, &c.* Sed Hirt. de B. Hisp. c. 18 *Ad mare versum.* Sic Cic. in Orat. c. 39; & Quintil. 9, 1 p. 766 *Cum gradatim sursum versus redit*, hinaufwerts. Et Cato de R. R. c. 156 *Ubi deorsum versus ibit*, hinunterwerts.

¶ Adversus, & Adversum, præpositio, idem quod *contra, erga, versus*, significans, wider, gegen, entgegen. Ter. Heaut. 4, 1, 10 *Facere adversus cellam alicujus.* Tac. An. 6, 16, 1 *Pecunias fœnore auctitabant adversum legem.* Anton. Cic. Att. 14, 13 *Si duriorem te præbes, non committam ego adversus te.* Ter. Andr. 1, 1, 15 *Id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam*, id est, tibi, vel apud te inveniſſe gratiam, bey dir. Et, 1, 5, 31 *Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversum hunc loqui*; id est, apud, vel ad hunc, gegen ihn. Plaut. Amph. 3, 2, 55 *Nam jusjurandum verum te adversum dedi*, i. e. in præsentia, tibi exadversum stans. Cic. fam. 9, 22 ext. *Te adversus me omnia audere*, gratum est. v. Manut. ad h. l. Vellej. 2, 69, 5 *Adversus merita ingratissimus.* Nepos 2, 3, 4 *Adversum Athenas classem constituere*, gegen Athen zu. ¶ 2. Interdum & adverbii significationem habet. Nepos 16, 1, 4 *Qui adversus resistere auderent*; ubi prorsus abundare videtur. Idem 17, 4, 6 *Qui adversus arma tulerant.* Sic *Alicui adversum ire*, id est, obviam, entgegen gehen, Plaut. Amph. 3, 3, 43. Proprie de servis dicitur, qui ibant ad dominos extra domum cœnantes, ut præsto essent & domum deducerent: Ter. Adelph. 1, 1 pr. *STORAX, non rediit hac nocte a cœna Æschinus? Non servulorum quisquam, qui adversum issent?* Hinc ipsi servuli illi, quibus negotii id dari solebat, ADVERSITORES appellati, ut Donatus hic notat. Plaut. Most. 1, 4 pr. *Adversum venire mihi ad Philolachem volo tempori.* Virg. Æn. 6, 684 *Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit Æneam*: hoc est, versus se venientem.

¶ Circumversum, quoquoversus, rings umher. Ita explicari vult Cl. Flacciolatus locum Catonis, quem laudavimus in *Circumverro* sub *Verro*.

¶ Exadversum, us, id est, e regione, dagegen über. Ter. Adelph. 4, 2, 45 *Exadversum est fabrica, ibi est.* Cic. de Divin. 1, 45 *Ara exadversus eum locum consecrata est.* In modo citato Nepotis loco meliores codices & *exadversum Athenas &c.* exhibent. Sic & Apul. Florid. p. 353 *Sese quisque exadversum quam proxime collocat.* Solebant veteres præpositiones hoc modo geminare, conf. Ter. Phorm. 1, 2, 38 & 47; Gell. 7, 7; & Voss. de Analog. 4, 23. Sic in MSS. Nepotis 8, 2, 7 est *exadversus Thrasybulum*, ubi tamen idem est ac *contra*.

¶ Inadversum, gerade hinan. Cæs. B. G. 5, 35 *L. Cotta inadversum os vulneratur.* Sed rectius dividitur, ut *adversum* sit adjectivum.

Aliorsum, & alioversum, vide supra *Alius*.

¶ Deversus, dicebant veteres quasi *deorsum versus*, apud Festum, abwerts.

¶ Introversus, adv. hineinwerts. Petron. c. 63 *Introversus se projecit in lectum.* Lucil. apud Nonium 4, 166 *Quare fit, ut introversus & ad te spectent atque ferant vestigia se omnia.*

¶ Quoquoversus, vel Quoquoversum, id est, quocunque vel in unamquamque partem, allenthalben hin. Cato R. R. c. 46 *Quoquoversum talcam domittito.* Colum. lib. 5 extr. *Ut inter se quoquoversus quatuor pedum spatia distent.* conf. Apul. Met. 2 p. 115; v. supra *Qui, quæ, quod.*

¶ Retroversus & Retroversum, adverb. rückwerts, zurück. Petron. Fragm. Trag. p. 16 sive c. 44 *Hæc colonia retroversus crescit, tanquam coda vituli*, i. e. decrescit, minuitur, sie nimmt ab. Plaut. apud Nonium 2, 592 *Retroversum cedam.* Macrob. Sat. 1, 17 *Numero retroversum cedente.* Donato ad Ter. Adelph. 1, 1 *Rursum est retroversum, ut prorsum prius versum.*

Seorsum, vide supra in *S*.

¶ Transversus & Transversum, adv. überzwerch, queerfeld ein, seits

ſeitwärts. Cato ap. Gellium 7, 3 *Secunde res lætitia transvorſum trudere ſolent a recte conſulendo.* Frontin. de Re agr. p. 282 ed. Keuchen. *Collectus pluvialis aquæ transverſum ſecans.*

Vtroque verſus, vide infra in *Vter.*

Verſutus, verſutilŏquus, &c. vide mox in *Verto.*

Vertagus, vertebra, vertex, verticillum, verticordia, verticoſus, verticulum, vertīgo, vertilabundus, &c. vide ſequens *Verto.*

VERTO, (antique *Vorto*) *verti, ſum, ĕre,* circumagere, τρέφειν, drehen, wenden, lencken, umkehren, umwenden. Cic. Nat. D. 2, 38 *Impetum cæli admirabili celeritate moveri vertique videmus.* Ter. Heaut. 5, 1, 73 *Rotundam, rediga, ut, quo ſe vertat, neſciat.* Et Cic. ad Qu. fratr. 3, 5 *De Latinis, quo me vertam neſcio,* ich weiß nicht, was ich mit ihnen anfange. Id. in Parad. c. 3 *Quoquo te verteris,* id eſt, in quamcunque partem reſpexeris. Sic, *Vertere agrum,* eſt ſubigere, arare, Plin. 18, 6 extr. quod Virg. 1 Georg. pr. *Vertere terram* dixit, umſtürzen. *Arma adverſus aliquem vertere,* Liv. 24, 47. *Vertere arma in quos,* Idem 25, 33, die waffen wider ſie kehren. *In fugam aliquem vertere,* Liv. 30, 33, in die flucht ſchlagen. ¶ 2. *Culpam omnem in aliquem vertere,* id. 4, 25; & 30, 22; qui etiam 28, 11 pr. dixit: *Cauſſas ſecundorum & adverſorum vertere in deos,* id eſt, imputare, auf die götter ſchieben. Sic, *Vertere in contumeliam ſuam,* ihm zum hohn rechnen, Cæſ. B. Civ. 1, 8. Et Cic. pro Roſc. Am. c. 36 *In pejorem partem omnia vertere,* übel auslegen oder deuten. Quintil. 1, 1 *Bona facile mutantur in pejus num quando in bonum verteris vitia?* Plaut. Epid. 1, 2, 5, & Horat. 1 ſat. 6, 85 *Vertere vitio,* vor übel halten. Sed ¶ 3. *Cauſſa in eo vertitur,* pro conſiſtit, es ſtehet darauf, Quintil. 3, 11 p. 291; quomodo & Tullius ſuo Attico ſcribit 8, 14 *Brundiſii omne certamen vertitur hujus primi temporis.* Nec Livius aliter 37, 7 *Sed totum,* ajens, *id vertitur in voluntate Philippi.* Et 4, 31 *In eo verti ſpes civitatis.* Cic. Verr. 2, 7 extr. *In animis poteſtate ac moderatione verſantur omnia.* Et, *Res in diſcrimine vertitur,* Liv. 6, 36, es ſtehet gefährlich. *Res in meo vertitur foro.* Plaut. Moſt. 5, 1, 10, hoc eſt, de mea re agitur. ¶ 4. *Vertitur ætas, Vertitur dies,* die zeit verändert ſich, Propert. 2, 28, 32. *Vertere ſe,* vel *verti in aliquam formam, in hominem, in facies omnes,* id eſt, convertere, ſich verkehren, verſtellen, Plaut. Amph. arg. 1, 1. Sic, *Terga vertere,* fugere, die flucht geben, Liv. 1, 14. Similiter *Vertere ora* dixit Petron. c. 80: *Cum fortuna manet, vultum ſervatis amici, Cum cedit, turpi vertitis ora fugâ.* ¶ 5. *Ex græco in latinum ſermonem vertere annales,* pro convertere & transferre, überſetzen, Liv. 25, 39. Et, *Vertere ex græcis,* Ter. prol Eun. v. 7. ¶ 6. *Bene, male vertere,* id eſt, verti, wohl, übel bekommen. Plaut. Aul. 4, 10, 57 *Quæ res tibi bene feliciterque vertat.* Id. Perſ. 4, 1, 5 *Si malus aut nequam eſt, male res vertunt, quas agit.* Id. Trin. 2, 4, 90 antique: *Di bene vortant.* Ter. Phorm. 4, 3, 73 *Quæ res tibi vertat male.* Et, *Quod bene verteret,* Curt. 5, 4, 12; & 7, 11, 14. Et imprecandi formula, *quod nec bene vertat,* Virg. ecl. 9, 6. Etiam alias paſſive ſignificare aut reciproce videtur. Liv. 5, 99 *Dum verteret fortuna,* v. Drakenb. ad Sil. 9, 645, & Liv. 2, 62; & quos laudat Cort. Excurſ. 6 in Salluſt. Iug. 85, 9. *In furias vertere canes,* hoc eſt, verſi ſunt, Grat. 392. Ita Liv. 2, 52 *Duo millia æris damnato multam edixerunt, ea res in caput vertit; &c.* q. d. multa pecuniaria verſa eſt in ſupplicium capitale. ¶ 7. *Vertere ſolum,* eſt in alium locum migrare, das land räumen, Cic. pro Cæc. c. 34, & pro Quint. c. 19; & Iuvenal. 11, 49. Sic Manilius 5, 34 *Colchidis & magicas artes, qui vertere Iolcho Medeam juſſit.* Ita Id. 4, 80 *Vertere Trojam,* pro Troja excedere, exſulare dixit. Liv. 28, 3 *Iter retro vertere,* zurück kehren.

¶ Vertens, *tis.* Sic, *Anno vertente,* i. e. annuo ſpatio circumacto, Cic. pro Quint. c. 12; de Nat. D. 2, 20; & in Somn. c. 7; & Nepos 17, 4, 4, wenn das jahr um iſt. Quomodo & *menſem vertentem* Plautus dixit in Perſa 4, 4, 76. De *anno vertente* vide Cenſorin. de Die natali c. 19. Aliter *annus vertens* Ciceroni dicitur in de Republ. ibi enim is intelligitur, qui alias *Magnus* appellatur, de quo Macrobius in Somn. Scip. 2, 11. Tac. Hiſt. 2, 25, 1 *Terga vertentes,* ausreiſſende. Id. An. 15, 20, 2 *Occaſionem ad bonum publicum vertens.*

¶ Verſus, *a, um,* umgekehrt, umgewandt, geändert, verwandelt. Cic. pro Roſc. Am. c. 36 *Verſa & mutata in pejorem partem omnia.* Ovid. Heroid. 3, 139 *Amor verſus in tædia.* Id. Pont. 4, 9, 90 *Mens verſa cum fortuna.* Stat. 1 Silv. 2, 157 *Verſus annus,* das neue jahr. Virg. Georg. 1, 506 *Fas verſum atque nefas.* Ibid. 3, 220 *Fugâ verſos agere hoſtes.* Horat. 1 od. 19, 11 *Equis verſis animoſus Parthus.* Tac. Hiſt. 2, 26, 1 *In fugam verſi,* flüchtige. Ibid. 2, 54, 1 *Verſa partium fortuna.* Id. An. 1, 4, 1 *Verſus civitatis ſtatus.* Liv. 29, 3 *Verſo Marte.* Mela 1, 2 *Aſia ingenti ac perpetua fronte verſa ad orientem.* Id. 3, 1 *Ad occidentem verſa littora.* ¶ 2. Idem ac propenſus, geneigt. Liv. 40, 5 *Pater totus in Perſea verſus.* ¶ 3. *Verſa oratio,* quæ verſu conſtat, proſæ opponitur. vide ſupra *Proſa* in *Prorſus.* ¶ 4. Aliam notionem vide ſupra in *Verro, ere.*

Verſus præpoſitio, vid. ante *Verto* ſeorſum.

¶ Verſus, *ûs,* m. ſubſt. in agro ſulcus eſt, a fronte ſeu capite ad finem perductus, die furche. Colum. 2, 2 *Sed neque in media parte verſus* (ita legendum, non *verſuræ*) *conſiſtat, detque requiem in ſummâ.* Plin. 18, 19 *In arando verſum peragi* (oportet) *non ſtrigare in actu ſæpius.* ¶ 2. Hinc in militia quoque *Verſus* dicitur ordo, qui directo a fronte in tergum pertinet: nam qui a latere ad latus dirigitur, *jugum* appellatur, ut ex Æliano de inſtruendis aciebus diſcimus, eine linie der ſoldaten. Potius autem arbitror exiſtimare, hoc vocabulum ab aratione traductum ad militiam, quam a ſcribendi ratione, ut Sixtus Arcerius Notis Æliani putavit; quod veteres ſcilicet non, uti nunc, a ſiniſtra ad dextram, ſed a ſummo in imum ſcriberent.

	Verſus	Verſus	Verſus	Verſus	Verſus	
Iugum	o e	o e	o e	o e	o e	Iugum
Iugum	o d	o d	o d	o d	o d	Iugum
Iugum	o c	o c	o c	o c	o c	Iugum
Iugum	o b	o b	o b	o b	o b	Iugum
Iugum	o a	o a	o a	o a	o a	Iugum

¶ 3. Hinc & remorum arborumque ordines, ſive ordinatæ ſeries *Verſus* dicuntur, reihen. Virg. Æn. 5, 119 *Triplici pubes quam Dardana verſu Impellunt, terno conſurgunt ordine remi.* Liv. 45, 35 *Regia nave, ingentis magnitudinis, quam ſedecim verſus remorum agebant.* De verſibus remorum v. Salmaſ. obſerv. ad Ius Attic. & Rom. p. 687, & Scheffer. de Milit. Nav. 2, 2. Idem Virg. Georg. 4, 144 *Idem etiam feras in verſum diſtulit ulmos:* IN VERSVM, id eſt, in ordinem ſeriemque directam. ¶ 4. In ſcriptura ſinguæ lineæ dicuntur verſus, zeilen. Et horum verſuum in libris numerum iniri jam olim ſolitum, ut de magnitudine cujusque conſtare poſſet, teſtatum aliquot locis auctorum eſt. C. Nepos 15, 4, 6 *Vno hoc volumine vitas excellentium virorum complurium concludere conſtituimus; quorum ſeparatim multis millibus verſuum complures ſcriptores ante nos explicarunt.* Vide ibi Lambin. n. 52, & Salmaſ. Prolegom. in Exercitationes Plin. p. 29. & aliquot inſequentibus; Barth. ad ſcript. Venat. p. 191; Voſſ. de Vit. Serm. 1, 26; Itemque Heinſ. Ariſtarchi Sacri c. 13, & Proleg. in Nov. Teſt. c. 18 & 19. Sic Cic. Att. 2, 16 *Deplorat primis verſibus* (epiſtolæ) *manſionem ſuam.* Id. de Orat. 1, 61 *Demoſthenes verſus multos uno ſpiritu pronunciare conſueſcebat.* conf. Id. pro Rabir. Poſt. c. 6; Suet. Aug. c. 87 ext. Gell. 9, 15. ¶ 5. *Verſus* quoque ſyſtema certorum pedum atque metrorum eſt rata lege compactorum, ſive pedum certo numero diſpoſitorum caſtigata connexio, ein vers; ut, *Verſus heroicus; Verſus iambicus &c.* Cic. pro Archia c. 10 *Si quis minorem gloriæ fructum putat ex græcis verſibus percipi, quam ex latinis, vehementer errat.* Et, *Verſus confingere,* Quintil. 1, 1, qui *male tornati* Horatio de Arte poët. v. 441; Item *inculti & male nati,* 2 epiſt. 1 v. 233; & *inertes,* iterum de Arte poët. v. 445 *Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes.* Cic. in Piſon. c. 30 *Notam apponere in malum verſum.* Ibid. c. 29 *Aliquid delicatiſſimis verſibus exprimere.* Horat. 2 epiſt. 2, 51 *Paupertas impulit audax, Vt verſus faceremus.* Conf. 1 ſat. 10, 31 *Verſiculos facere;* qui quidem, judice Barthio, plebejus ſermo eſt, conſecratus tamen laudatis locis Horatio, & Papinio etiam, qui *verſus facere* dixit præfat. Silv. itemque Salluſtio Catil. c. 25. Sic, *Numerum & verſum conficere,* Cic. de Orat. 3, 14. *Componere, jungere, ſcribere verſus,* Horat. de Arte poët. v. 382; & 2 epiſt. 2, 54. Et, *Verſibus aliquid ſcribere,* Cic. fam. 1, 9. *Verſus fundere,* id. de Orat. 3, 50; *pronuntiare,* Id. de Orat. 1, 61; ac *Ludere verſibus & verſu,* vide *Ludo.* De verſu, qui in proſa interdum auctoribus excidit, vita Poëtica Horatii Gueſenſ. p. 145; & Fabric. Bibl. Lat. T. 2 p. 147. ¶ 6. Scaliger Conject. in Varr. p. 73 *Verſum,* inquit, *vocabant ruſtici, cum aratro ad finem perducto iterum reditur eo, unde arationis principium ſegetipabatur, quod verſum peragere dicitur* Plinio lib. 18. *Ab eo Græci, ait Pauſanias,* βουστροφηδὸν γράφειν dicendi, *cum uno verſu peracto in pagina inde ſumitur initium ad altum pergendi, ut in arando. Quod nos contra facimus, nam verſu peracto ſemper initium prorſus jubemus. Sic igitur ſol elegantiſſime dicitur a Virgilio ad verſum proximum flare, quam regreditur. Sic verſibus verſa dicta eſt apud Vitruvium eodem modo. Item* τριπλοῦς ἀγὼν πυξίνου Lacedæmone, *ab eo dictus, quod tres verſus percurrendi erant, quos vocant ὤλακας, tanquam ſulcos.* Hæcille. Scaliger Iater Poët. 2, 5 *Vertere,* inquit, *eſt idem quod ſulcare aut ſculpere: tollere aliquid ex ſuperficie, ita ut depreſſio relinquatur. In ceris igitur ſtilo quam facerent notas, frequentativo uſi ſunt, ſicut & agricolæ. Vertant enim terram, quia quod ſubtus erat, ſupra ut ſit, faciunt. Sic Cicero dicit litteras exarare. Ad eum modum verſus dicti ſunt lineæ illæ, ſive ſulci, quibus verba ſcribebantur &c. In omni ſcriptura tractus ſinguli orationis* VERSVS *ſunt appellati &c.* verſicul. Ipſas tamen periodos in oratione proſa *Verſus* dici negat Pareus in Lex. Crit. p. 1282. vide ibi. ¶ 7. In agris & alia ratione *Verſus* dicebantur, quam ſupra diximus. Ita enim & modus metiendi agri appellatur. Varro R. R. 1, 10 *In Hiſpania,* inquit, *ulteriore metiuntur jugis, in Campania verſibus:* IVGVM *vocant, quod junctî boves uno die exarare poſſint.* VERSVM *dicunt C. pedes quoquo verſum quadratum.*

¶ Verſĭculus, *i,* m. diminut. Ita Cic. pro Mil. c. 26 hæc verba, *ne quid detrimenti reſp. capiat,* vocat *verſiculum unum.* Id. ad Brut. epiſt. 14 pr. *Epiſtolæ breves, tribus verſiculis,* ein brief von dreyen zeilen. Et, *Verſiculi mollius cantes,* Horat. 1 ſat. 10, 58, kurze verſe, die wohl klingen. Sed, *Verſiculi molliculi ac parum pudici,* id eſt, amatorii apud Catull. 16, 3 & 7. Adde Cic. Att. 5, 1; & 13, 6; Suet. Calig. c. 8; Colum. 9, 23 Martial. 3 epigr. 9 & 50.

¶ Verſio, *onis,* f. vulgo dicitur interpretatio, die überſetzung, dolmerſchung. Plin. 8, 33 *Nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſione circumſpicit,* durch die herumwendung. al. *verſatione.*

¶ Verſĭlis, *e,* facilis ad vertendum, gelenckig, das ſich leicht herumdrehet; ut, *Verſilis profunditas,* Martian. Capella 4 p. 135.

¶ Verſorius, *a, um,* idem: hinc

¶ Verſōria, ſive Vorſoria, *æ,* f. ſubſt. das lenckſeil. Plaut. Merc. 5, 2, 34 *Cape modo verſoriam.* Et metaph. Trin. 4, 3, 19 *Cape verſoriam, recipe te ad herum,* kehre wieder zurücke. Vbi Turnebus *Vorſoriam* accipit pro fune, quo velum vertitur. Alciato quoque *vorſoria* eſt inſtrumentum nauticum, quo ſecundum auram navis vertitur. Sed Ioſ. Scaliger pro τροπῇ ſimpliciter accipit, die

wendung. Ita enim ad illud Manilii 3, 679 *Sed non per totas æqua est mensura figuras*, scribit: *Gemblacenſis rectiſſime*, verſura non mensura. *Nam* verſura *est τροπὴ, unde τροπικὰ dicta, καμπτὴς in metis Circenſibus & τροπή, idem. Verſuram in porticibus dixit Vitruvius, quam Vorſoriam Plautus. Quando ad nos Capricorni principio redit ſol, tunc ad nos dicitur capere verſoriam aut verſuram &c.* Adde Gronov. ad Liv. 37, 30.

¶ Versūra, æ, f. & *Vorſura* apud comicos; primo ſignificat converſionem quamlibet ſive mutationem, die umwendung, veränderung. Varro R. R. 1, 46 *Propter ejusmodi res admiranda diſcrimina ſunt naturalia, quod ex quibusdam foliis propter eorum verſuram, quod ſit anni tempus, dici poſſit, ut olea, & populus alba, & ſalix; Horum enim folia eum convertunt ſe, ſolſtitium dicitur fuiſſe.* Et Arnob. 5 p. 187 *Si fabulas has vultis more eſſe allegorico ſcriptas; quid cæteris fiet, quas non videmus poſſe verſuras in hujusmodi cogi?* Ergo *in verſuras cogi*, est in alium & allegoricum ſenſum converti aut torqueri. ¶ 2. Deinde *Verſura* in agro dicitur, reflexus in arando, das umlencken mit dem pfluge, apud Colum. 2, 2; Pallad. 2, 3; & ſæpius apud Auctores rei agrariæ per Gœſium p. 4, 8 &c. ¶ 3. In ædificiis flexum angulorum ſignificat, in porticibus, ubi abſoluto uno latere deflecti in aliud neceſſe eſt, apud Vitruvium 3, 1; & 5, 6. vide Baldi Lex. Vitruv. pag. 142. ¶ 4. Deinde etiam est mutatio creditoris, die ſchuldwechſelung. De qua ſignificatione receptæ ſunt hæ locutiones: *Verſuram facere* & *ſolvere*: item, *Verſurâ ſolvere*, ſchulden mit ſchulden zahlen, eine lücke auf die andere zumachen; quod de illis dicitur, qui creditori ſuo non ex proprio, ſed ex alieno & eo quidem mutuatitio ſatisfaciunt. Terent. Phorm. 5, 2, 15 *Quid fiet? in eodem luto hæſitas. Verſuram ſolvis Geta.* Vbi Donatus: VORSVRAM SOLVIS, id est, *Creditorem mutas*, VORSVRAM FACERE, dicitur, *qui æs alienum ex ære alieno ſolvit. Dicitur etiam* VORSVRAM FACERE, *cum minore fœnore acceptam quis pecuniam majore occupat.* Cæterum aſſentior illis, qui apud Terentium & Donatum *Verſurâ ſolvere* legendum putant. Nam quomodo *Verſuram ſolvere* dicere poſſimus, non ſatis capio. At *Verſurâ ſolvere*, eſt per verſuram, hoc eſt, pecunia aliunde fœnore ſumta, ſolvere. Et ita locutus eſt Cicero Att 5, 15 *Vereor, ne illud, quod tecum permutavi, verſurâ mihi ſolvendum ſit.* vid. Gronov. ἀνταξιγ. ſecunda de centeſimis uſuris. Cic. pro Flacc. c. 20 *Negavit ſeſe omnino verſuram ullam Romæ feciſſe.* Sen. epiſt. 19 *Ab Epicuro verſura facienda eſt:* id eſt, ſumendum fœnore, quo tibi ſatisfaciam. Nepos 25, 9, 5 *Quin etiam cum illa* (Fulvia M. Antonii uxor) *fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem, neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet, ille ſe interpoſuit, &c.* conf. ibid. c. 2 n. 4. Et Tac. An. 6, 16, 3 *Vetita verſura.* Sed de hac & cæteris vocis hujus acceptionibus v. Salmaſ. de Modo uſurarum c. 7; Parei Lex. Crit. p. 1281; & Menck. Obſerv. L. L. hac voce Add. Salmaſ. ad Tertull. de Pallio p. 161 *Alias verſura compenſati redit*, ubi *verſuram* interpretatur ἀντιστροφὴν, ſ. id quod deeſt ſummæ, & ſuppleri debet ad eam redintegrandam.

¶ Versūtus, *a*, *um*, occultus, tectus, qui varie & ſimulate huc atque illuc fertur, qualem Alcibiadem Nepos, Cicero Catilinam Orat. pro Cæl. c. 6 deſcribit, tückiſch, liſtig, verſchlagen, gewandt. Cic. de Nat. D. 3, 10 *Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur.* Et, *Verſutus & callidus*, Id. ibid. Plin. 7, 12 ſ. 10 *Verſutus ingenii.* Et cap. 30 *Malitia eſt verſuta & fallax oratio nocendi.* Compar. Cic. pro Cæc. c. 29 *Hoc totum ſi vobis verſatius videbitur.* Sed Plaut. Epid. 3, 2, 35 *Verſutior es, quam rota figularis*, dixit pro verſatiliori, joco plebejo, qualis eſt Germanorum, verſchmitzter als eine fahrmanns-peitſche. Superl. Cic. Off. 1, 30 *Quo in genere verſutiſſimum Lyſandrum accepimus.* Et Auguſt. de Trinit. lib. 4 extr. *Hæreticorum verſutiſſima argumenta.* Sic & Vellej. 2, 118, 1 *In ſumma feritate verſutiſſimi.*

¶ Versūte, adverb. idem; ut, *Verſute & ſubtiliter dicere*, Cic. in Orat. c. 7. Superl. Auguſt. 15 de Trinit. c. 20 *Quidam acute reſpondit hæretico verſutiſſime interroganti.*

¶ Vertebra, æ, f. os vertens in cervice, collo, dorſo, &c. cujus ope corpus varie vertitur, græce σπόνδυλος, ein gelenck, wirbel. Plin. 11, 1 *Imbricatis flexilibus vertebris.* Celſ. 8, 1 *Vertebrarum transverſi proceſſus.* Sen. Controv. 5, 33 *Pedum crurumque reſolutis vertebris reptare.*

¶ Vertibŭlum, *i*, n. diminut. idem. Lactant. de Opific. c. 5 *Summas oſſium partes craſſioribus nodis conglobavit, ut & ſubſtringi nervis facilius, & verti tutius poſſent; unde ſunt vertibula nominata.*

¶ Vertebratus, *a*, *um*, vertebris conſtans, gelenckig. Plin. 11, 37 *Cervix e multis vertebratisque orbiculatim oſſibus flexilis &c.* Idem 34, 8 *Vertebrato dente.*

¶ Vertex, *ĭcis*, m. veteres *Vortex* dicebant. Solus ſcribendi modus differt. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 475. *Eſt autem contorta in ſe aqua, vel quidquid aliud ſimiliter vertitur. Inde propter flexum capillorum pars eſt ſummæ capitis, & ex hoc, quod eſt in montibus eminentiſſimum.* Ita Quintilianus 8, 2 p. 671 diverſas hujus vocis ſignificationes eleganter ordinat. Igitur ¶ 1. *Vertex* aqua eſt contorta, ein wirbel im waſſer, ein ſtrudel; ut, *Rapidus vortex*, Virg. Æn. 1, 117. *Cavus vortex*, Stat. Theb. 9, 503. *Navis vortice intorta*, Liv. 28, 30. ¶ 2. *Ventum* contortum ſignificat, ein wirbel-wind, de quo Plin. 2, 48. Et Lucan. 3, 631 *Vicinum involvens contorto vertice pontum.* ¶ 3. *Vertex capitis*, der ſcheitel, hauptwirbel. Plin. præfat. lib. 7 *Palpitans vertex ſummæ imbecillitatis indicium.* Cic. pro Roſc. Com. c. 7 *Ab imis unguibus ad verticem uſque ſummum.* Huc pertinent formulæ felicitatem ſuam prædicantium; e. g. Horat. 1 od. 1, 36 *Sublimi feriam ſidera vertice.* ¶ 4. *Vertex montis*, die ſpitze, der gipfel. Virg. Æn. 1, 162 *Geminique minantur In cælum ſcopuli, quorum ſub vertice late Æquora tuta ſilent.* Cic. in Verr. 4, 48 *Ignes, qui ex Ætnæ vertice erumpunt.* Solin. c. 37 *Vertex ſemper nivalis*, ſcil. Atlantis montis. ¶ 5. Pars quævis ſuperior, das oberſte theil. Sic, *Vertex arboris*, der wippel, Plin. 12, 1. Sic altiſſimæ cæli partes, quas Græci πόλους vocant *Vertices* appellantur. Virg. Georg. 1, 142 *Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum &c.* Et Cic. Nat. D. 2, 41 *Extremusque adeo duplici de cardine vertex Dicitur eſſe polus. Vertices immobiles poli*, Apul. de Mundo p. 57.

¶ Vertĭcālis, *e*, ſcheitel-recht, apud Mathematicos.

¶ Vertĭcōſus, vel Vorticoſus, *a*, *um*, voll wirbel; ut, *Amnis vorticoſus*, hoc eſt, propter frequentes vortices periculoſus. Liv. 21, 5 *Quidam vorticoſo amni delati in hoſtes ab elephantis obtriti ſunt.* Et Sen. Qu. Nat. 7, 8 *Turbinum motus vagus eſt, & diſjectus & vorticoſus.*

¶ Vertĭcula, æ, f. & Verticulum, *i*, n. diminut. σπονδύλιον, inſtrumentum, quo fuſum vertitur facilius, der wirbel an der ſpindel; item, der knöchel, das gelenck. Lucilius apud Nonium 3, 103 *Hæret verticulis adfixum in poſteriore Parte, &c.* Hinc Feſtus: *Verticulas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.* Cæl. Aurel. Acut. 3, 17 *Inteſtinorum verticula diſtentis cutibus apparent.* Adde Vitruv. 10, 13 *De verticulis in hydraulicis machinis.* Et Solin. c. 47 (Salm. c. 34) ubi gen. maſc. *Verticuli ſpinæ ipſius latitudinem ſemipedem ſunt ſupergreſſi.*

¶ Verticillum, *i*, n. & Verticillus, *i*, m. aliud diminut. idem ſignificans. Plin. 37, 2 *Verticillos facere.* Apul. de Herb. c. 9 *Radix verticillo ſimilis.*

¶ Verticillatus, *a*, *um*, volunt eſſe in modum verticilli formatum. Provocant ad Celſ. 8, 1 *Verticillatum ſcapularum os*: al. *verticulatum.* Sed Morgagnus epiſt. 2 in Celſ. liquido oſtendit, legendum, *vertici lati ſcapularum oſſis inſeritur.*

¶ Vertīgo, *ĭnis*, f. rotatio, converſio, die umdrehung, veränderung. Lucan. 8, 16 *Vertigine rerum attoniti.* Claud. in Eutrop. 2, 359 *Membra rotat molli vertigine.* Sic & apud Perſium ſat. 5, 76 *Vertigo* eſt circumactio, qua manumittens ſervum manumittendum dextra prehenſum coram prætore in orbem rotabat, ſignificans, licere jam illi ire, in quamcunque partem vellet. ¶ 2. Plinius 2, 3 de cælo etiam *vertiginem* dixit, pro circumvolutione, die herumwelzung, *Molis rotatæ vertigo aſſidua.* Et ejusdem libri c. 8 *Ita fieri, ne convolutus æther in eandem partem, æterna mundi vertigine ignavo globo torpeat.* ¶ 3. *Vertigo* morbus, der haupt-ſchwindel, cum ob oculos circumagi omnia videntur. Plin. 7, 61 *Dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque.* Id. 20, 17 *Vertigines a partu diſcutere.* Colum. 7, 10 *Sues vertigine correptæ concidunt.* conf. Iuvenal. 6, 303.

¶ Vertigĭno, *are*, circumrotari, ſich herum drehen, den ſchwindel haben. Tertull. de Pallio c. 3 *Ocelli, imo lumina pancta vertiginant.* Gloſſ. gr. lat. σκοτωμαι, *Vertiginor.*

¶ Vertĭgĭnōſus, *a*, *um*, vertigine laborans, ſchwindelicht, wirblicht. Plin. 23, 2 *Acetum ſcillinum vertiginoſis perquam utile.*

¶ Vertumnus, *i*, m. ſive *Vertunnus* potius, ut vult Lipſius Saturn. 1, 2, Deus in alias atque alias ſele convertens formas, apud poëtas. Hinc *Vertumnos*, decore tamen, inconſtantes dicimus, wanckelmüthige, unbeſtändige. *Inconſtantior Vertumno*, vide Chiliad. Afcon. in Cic. Verr. de prætura urbana: *Vertumnus Deus invertendarum rerum eſt, ita ejus, mercaturæ.* Atqui mercaturæ non tantum, ſed & hortorum Deus credebatur, propter varios flores fructusque, qui alii aliique pro anni diverſis temporibus ibi proveniunt: unde primitiæ ei offerebantur. Nam & vertenti anno quin imo in universum rebus omnibus vertendis & commutandis, & ipſis adeo animis mentibusque humanis credebatur præeſſe. Vnde Horatius 2 ſat. 7, 14 *Vertumno iniquo natum* dixit, qui inæqualis quidem & varius, ſed indecore. Nam cum vertendi variandique huic Deo tribueretur vis; ſic tribuebatur tamen, ut id decenter & lepide facere crederetur. Tibull. 4, 2, 13 *Talis in æterno felix Vertumnus olympo Mille habet ornatus, mille decenter habet.* Propert. 4, 2, 21 ex perſona Vertumni: *Opportuna mea eſt cunctis natura figuris: In quamcunque voles, verte, decorus ero.* Vide totam illam elegiam, quæ omnem illius Dei hiſtoriam explicat, & Paſſeratii in illam prælectiones. Columella 10, 308 *Mercibus & vernis dives Vertumnus abundat.* Sed hoc *Portumnus* alii legunt. Sunt, qui etiam dictum *Vertumnum* putent, quod lacum Curtium in Tiberim averterit. vid. Ovid. Faſt. 6, 410; & Propert. d. l. v. 10. *Deum agricolam* Tibull. 1, 1, 18 de Vertumno hoc, Pomonæ marito, intelligit Brouckh. ad h. l. ¶ 2. *Vertumni* etiam dicebantur gladiatores, qui & deſultores dicti, qui equum ſubinde mutabant, ſeque de uno in alterum trajiciebant. Propertius dicto loco v. 35 *Eſt etiam auriga ſpecies Vertumnus, & ejus Trajicit alterno qui leve pondus equo.* Vide interpretes Petronianos ad illud c. 24 *Ab hac voce Cinædus equum mutavit*: Item Lipſium Saturn. 2, 23. Dicti & *Combinatores*: Iuncti enim erant equi, de quorum alterutro in alterum ſe transmittebant. vide Scalig ad lib. 5 Manilii. ¶ 3 Heliotropium Latini etiam *Vertumnum* vocant, die ſonnen-blume. v. Apul. de Herb. c. 49.

¶ Vertumnalia, *um*, n. pl. Vertumni feſta, menſe octobri celebrata. vid. Varro de L. L. 5, 3.

¶ Verſo, *avi*, *atum*, *are*, frequentativum, tractare eſt, & frequentius vertere, hin und her wenden, verkehren. Seneca de Provid. c. 6 *Quanto magis verſaveritis, & undique inſpexeritis.* Et, *Verſat animum cupido regni*, Liv. 1, 17. *Pudor animum verſat*, Id. 25, 3 extr. *Imperitæ multitudini nunc indignatio, nunc pudor pectora verſabat*, Id. 2, 45. Et Cic. de Fin. 5, 28 *Se huc atque illuc verſare*, ſich hin und wieder wenden. Et, *Partes animum verſabat in omnes*, Virg. Æn. 4, 630. *Verſare auctores*, leſen, ſtudiren. Horat. Arte poet. v. 268 *Vos exemplaria græca Nocturnâ verſate manu, verſate diurnâ.* Et ibid. v. 39 *Verſate diu, quid ferre recuſent, quid valeant humeri*; hoc eſt, conſiderate, explorate, verſuchet, erweget. Tractum a bajulis, qui prius verſare onera & periclitari, & ut Martialis loquitur, *metiri* ſolent, an ferendo ſint. Lucan. 6, 417 *Degeneres trepidant animi pejoraque verſant.* Sic, *in animo ſecum verſare*, bedens

bedencken, überlegen, Liv. 3, 34. Proprie enim eſt iterum iterumque vertere. *Animum per omnia verſat*, Virg. Æn. 4, 286. *Nova pectore verſat conſilia*, ibid. 1, 661. ¶ 2. Vnde & culinæ verbum eſſe cœpit, & de iis uſurpari, quæ aſſantur, unmenden. Hæc enim, niſi ſubinde vertas, exurentur. De piſcibus Plaut. Aſin. 1, 3, 26 *Quaſi piſcis itidem eſt amator lenæ: nequam eſt, niſi recens. Is habet ſuccum, is ſuávitatem: eum quovis pacto condias. Vel pútinarium, vel aſſum verſas, quo pacto lubet.* De turdis Horat. 2 ſat. 5, 71 *Vbi ſedulus hoſpes Pæne arſit, macros dum turdos verſat in igne.* S. Laurentius in craticula poſitus Tyranno dixit: *Aſſum eſt, verſa & manduca*, ut B. Ambroſius de Offic. 1, 41 exr. refert. ¶ 3. *Verſare oves* Virgilius eclog. 10, 68 dixit, id eſt, huc atque illuc agere paſtum, herum treiben. Servius ad eum locum: VERSEMVS, *paſcemus: quoniam qui paſcit, huc & illuc agit pecus: quod eſt* VERSARE, *ut eſt in Æneide* 12, 664 *Tu currum deſerto in gramine verſas*; *Aut* EXERCEAMVS, *aut* TRACTEMVS: *ut in Æn.* 11, 704 *Conſilio verſare dolos ingreſſus.* Idem Æn. 2, 62 *Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti.* Nimirum *Verſare dolos*, tractare & exercere dolos interpretatur, damit umgehen. Quemadmodum & Suetonius Galba c. 9 *Verſare pecunias*, pro tractare ſeu exercere dixit. Neque enim aſſentior ſummo viro, cui illa phraſis ſuſpecta eſt, & potius adeo legendum videtur: *Verſanti in pecuniis. Verſare* enim *pecunias* dixit, uti Virgilius *dolos verſare*, uti Horatius *exemplaria verſare*, id eſt, tractare. Plaut. Ciſt. 1, 1, 95 *Mihi iſtum hominem vellem dari, Vt ego illum verſarem!* id eſt, quo pacto illum tractarem: wie wolte ich ihn exerciren. Tac. Hiſt. 1, 85, 6 *Verſare ſententias, & huc & illuc torquere &c.* i. e. ambigue & ita proferre, ut in utrumque interpretari liceat. Perinde Cicero dixit pro Cælio c. 6 *Verſare ſuam naturam & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere, cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde, cum ſenibus graviter, cum juventute leniter, cum facinoroſis audaciter, cum libidinoſis luxurioſe vivere.* Liv. 1, 58 *Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miſcere precibus minas, verſare in omnes partes muliebrem animum*, id eſt, tentare, ſolicitare. Id. 1, 17 *Animum ejus verſat cupido regni.* Huc refer illud Ovid. Am. 2, 2, 29 de ſervo dominæ commiſſorum conſcio *Ille placet, verſatque domum, neque verbera ſentit: Ille potens*, ubi plura in hanc rem Burm. qui etiam cum *Vexandi* verbo ob eam rem confundi notat. Paſſ. Sen. de Ira 3, 6 *Verſari in turbinem*, herum gedrehet werden. Huc ref. Cic. Verr. 2, 76 *Harere homo, verſari, rubere*, i. e. verſare ſe, tergiverſari.

¶ Verſor, *atus ſum, ari*, forma deponentali, alicubi aſſiduum eſſe, ſeyn, wohnen, umgehen, zu thun haben, ſich aufhalten. Ter. Andr. 4, 1, 25 *Neſcis, quantis in malis verſer miſer.* Plaut Pſeud. 2, 4, 55 *In re adverſa verſari*, in dem unglück ſtecken. Id. Ciſt. 2, 1, 4 *Verſor in amoris rota.* Cic. pro Mil. c. 20 *Quo in fundo mille hominum verſabantur.* Id. Off. 1, 23 *Verſari in acie*; Et, *in anguſtiis*, Id. Fin. 2, 9; *in errore*, Id. pro Mur. c. 10; *in munere ſuo*, Id. de Fato c. 6; *in rep. atque in ea ſe excellentius gerere*, Id. pro Sext. c. 45. Quintil. procem. lib. 1 *Præclariſſime in conſilio ac adminiſtratione reip. verſari.* Cic. fam. 4, 3 *In artibus ingenuis verſari*, ſtudiren. Id. Off. 2, 13 *In clariſſima luce verſari*, bekannt ſeyn. Et mox: *In hominum ignoratione verſari*, unbekannt ſeyn. Id. Verr. 1, 46 *In ore vulgi verſatur illius nequitia*, es redet iederman davon. Lucret. 2, 112 *Imago verſatur nobis ante oculos*, es ſchwebet uns vor augen. conf. Cic. Verr. 5, 46. Et Nepos 9, 2, 4 *Apud præfectos regis verſabatur*, er gieng bey ihnen aus und ein. Id. 24, 1, 1 *Cato verſatus eſt in Sabinis.* Cic. Catil. 1, 5 *Nobiſcum verſari jam diutius non potes.* Sen. epiſt. 7 *Cum his verſare, qui te meliorem facturi ſunt.* Cic. Att. 10, 8 *Sine dedecore inter aliquos verſari.* Suet. in Grammat. c. 18 *Hic initio circa ſcenam verſatus eſt.* Liv. 2, 47 *Vbi prope ſimilis fortuna eſt verſata.* conf. Borrich. Vind. 538.

¶ Verſans, *tis.* Lucret. 6, 125 *Turbine verſanti undique nubem cogit.* Virg. Æn. 5, 702 *Verſans, Siculisne reſideret arvis, &c.* Et 11, 550 *Omnia ſecum verſans.* Stat. Theb. 1, 249 *Verſans corde dolorem.* Cic. de Nat. D. 3, 39 *Mens divina cælum verſans.* Ov. Met. 5, 134 *Singultans anima & verſans lumina.* conf. 7, 579.

¶ Verſātus, *a, um*, paſſive, umgedreht, herum getrieben, herumgewältzt, hin und her gewandt. Ovid. Met. 4, 221 *Verſato ducens ſtamina fuſo.* Id. Amor. 1, 2, 4 *Laſſa verſati corporis oſſa.* Et Iuvenal. 13, 218 *Toto verſata toro membra.* Quintil. 6, 4 *Verſati & adufti piſces & poſtero die appoſiti.* ¶ 2. *Verſatus* notat actum & operam, geübt, der ſich worinnen ſehen läſſet. Nepos 1, 8, 2 *Multum in imperiis magiſtratibusque verſatus.* Id. 11, 1, 2 *Multum in bello verſatus.* Cic. pro Quint. c. 1 *In hac cauſſa multum & ſæpe verſatus*, der darinnen erfahren. Tac. An. 15, 59, 5 *In publico verſatus.* Conciſe & ſine præpoſitione Idem Agr. 7, 4 *Miſſum ad delectus agendos Agricolam, integreque ac ſtrenue verſatum, &c.* pro *in iis* (agendis delectibus puta) *verſatum.*

¶ Verſātio, *ōnis*, f. die umdrehung, wendung; ut, *Verſatio totius oculi*, Plin. 8, 33. Et Vitruv. 10, 1 *Omnis machinatio eſt a rerum natura procreata, ao a præceptrice & magiſtra mundi verſatione inſtituta.* Id. c. 14 ejusdem libri: *Quadringentenis verſationibus imi tympani, ſemel ſuperius verſabitur.* Sen. de Tranquill. c. 11 ſub fin. *In tanta rerum ſurſum ac deorſum euntium verſatione.*

¶ Verſābilis, *e*, quod verſari poteſt, leicht umzukehren, wandelbar, veränderlich). Sen. de Tranqu. c. 11 *Omnem conditionem ſcito verſabilem eſſe.* Ammian. 16, 8 *Verſabilem fœminam in fraudem illexit.* Et 31, 10 *Penſare fortunarum verſabiles caſus.* Curt. 5, 8, 15 *Verſabilis fortuna eſt.*

¶ Verſabilitas, *ātis*, f. die hurtige verkehrung. Saresb. 3, 12 *Verſabilitate ingenii Protea vincere.* In edit. Mair. *verſibilitate.*

¶ Verſātilis, *e*, verſationi idoneus, leicht herum zu drehen, gelenckig, gewandt; ut, *Mola verſatilis*, eine handmühle, Plin. 36, 18. *Acies verſatilis*, quæ verti ſubito & circumagi poteſt, Curt. 4, 13, 32. *Ingenium Catonis ad omnia verſatile*, Liv. 39, 40, id eſt, aptum omnibus, ut quibuslibet rebus applicari poſſit. Suet. Ner. c. 31 *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus & ſiſſilatis, ut unguenta deſuper ſpargerentur.* Et Sen. epiſt. 90 *Verſatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut ſubinde alia facies atque alia ſuccedat, & toties tecta, quoties fercula mutentur.* Hujus generis & illa *triclinia verſatilia* fuerunt, quorum Lampridius mentionem in Heliogabalo facit c. 21. Lucret. 5, 1435 *Magnum & verſatile templum.* Val. Max. 2, 4, 6 *Scena verſatilis.*

¶ Verſabundus, *a, um*, quod vertitur, umlauffend, hin und her gehend. Lucretius 6, 581 *Verſabundaque portatur & incita cum vis.* Vitruv. 9, 7 *Circa meridianum cardinem ſidera verſabunda, latentiaque.*

I. Compoſita a fine:

¶ Verſĭcŏlor, *ōris*, Iurisconſultis eſt, quicquid tinctum eſt, & naturalem colorem vertit, durch kunſt gefärbt. Vlp. l. 70 § 12 ff. de Legat. & fideic. lib. 3 *Purpuram & coccum, quoniam nihil nativi coloris ſunt, appellatione verſicolorum contineri, &c.* Adde Paul. l. 32 § 6 de aur. arg. leg. & Duker. Latin. ICt. vet. p. 199. ¶ 2. Varietate colorum diſtinctus, bunt, buntſchäckicht. Cic. de Fin. 3, 5 *Plumæ verſicolores columbis.* Liv. 7, 10 *Verſicolori veſte refulgens* Lex Oppia apud Liv. 34, 1 *Ne qua mulier veſtimento verſicolori uteretur.* ubi v. Dukerum. Tac. Hiſt. 2, 20, 2 *Verſicolore ſagulo indutus.* conf. ibid. 5, 23, 2. Virg. Æn. 10, 181 *Aſſur cujus fidens & verſicoloribus armis.* Propert. 3, 13, 32 *Aut variam plumæ verſicoloris avem.*

¶ Verſicŏlōrius, *a, um*, idem. L. 32 § 7 ff. de auro arg. mundo &c. v. ſupra *Colorius* in *Color.* Et Nemeſian. eclog. 4, 69 *Verſicoloria fila.* ¶ 2. *Verſicolorus*, exſtat apud Prudent. in Symmach. 2, 56, non ſecus ac *Vnicolorus* & *Diſcolorus.*

¶ Verſĭdĭcus, *i*, m. i. c. poëta epicus, apud Fabium Victorin. in Rhet.

¶ Verſĭfĭco, *are*, in verſus redigere, verſe machen, in verſe ſetzen. Quintil. 9, 4 *Verſificandi genus.* conf. ibid. c. 4. Apulej. de Deo Socrat. p. 102 *Verſificare fatiloquia.* Ammian. 21, 16 *Ad verſificandum transgreſſus.* Et Gloſſ. gr. lat. στιχεπλῶ, *verſifico*

¶ Verſĭfĭcātus, *a, um*, in verſe verſetzt. Lucil. apud Nonium 13, 2 *Multa homines portenta in Homero verſificata, monſtra putant, &c.*

¶ Verſificātio, *ōnis*, f. die verß-kunſt. Quintil. 9, 2 *Verſificationis ac ſermonum imitatio.* conf. Id. 9, 4 p. 865 *Quem in poëmate locum habet verſificatio, cum in oratione compoſitio.* Gloſſ. lat. gr. στιχεπλία, *verſificatio.* Colum. 11, 1 *Sed tibi pertinaciter expetenti verſificationis noſtræ guſtum negare non ſuſtinebam.*

¶ Verſificātor, *ōris*, m. ein verßmacher; ut, *Verſificator quam poëta melior Corn. Severus*, Quintil. 10, 1 p. 906. Ille tantum callet ſermonem numeris vincire, hic inſuper poëtico ſpiritu carmen animat. vid. Hekel. de Cor. Poët. c. 3 § 3 p. 28, & in not. p. 129. Vopiſcus in Saturnino princ. Ægyptios etiam vocat *verſificatores.* conf. Iuſtin. 6, 9, 4.

¶ Verſĭfĭcus, *a, um*, versweiſe gemacht, poetiſch. Solinus c. 16 *In verſificum ordinem transferre.*

¶ Verſifice, adverb. versweiſe. Saresb. in Metalog. 1, 3 *Verſifice dicere.*

¶ Verſĭformis, *e*, mutabilis, varias formas recipiens, wandelbar, veränderlich. Tertull. de Pallio c. 2 *Totum verſiforme eſt.* Mart. Capella 9 in metro p. 310 *Puer ipſe verſiformis Facibus ſtudet Cupido.* Id. 6 p. 192 *Is verſiformis cupitor*, ſcil. Iupiter.

¶ Verſĭpellis, *e*, verſutus, & qui ſe omnibus formis & locis attemperat, verſchmitzt, verſchlagen, wetterwendiſch. Homerus ἀλλοπρόσαλλον vocat, der bald ſo, bald ſo iſt. Plaut. Bacch. 4, 4, 12 *Verſipellem frugi convenit eſſe hominem, pectus cui ſapit. Bonus ſit bonis, malus malis, utcunque res ſit, ita animum habeat.* Id. Amph. prolog. v. 123 *Iovem verſipellem* vocat, quod in alias aliasque formas ſeſe commutet: aliquando cygnum, aliquando taurum etiam ſeſe aſſimulet: *Iupiter*, inquit, *verſipellem ſe facit, quando lubet.* Id. Perſ. 2, 2, 48 *Verſipellis capillus*, i. e. canus. Plin. 8, 22 exponit ex Arcadum fabula, unde *vulgus in maledictis verſipelles habeat*, quia ſcilicet tradunt, quosdam depoſita veſte in lupos transfigurari, & poſt novem annos veſtem recipere, & ad priſtinum habitum reverti. Petron. c. 62 *Intellexi illum verſipellem eſſe.* conf. Lucil. apud Nonium 1, 173. Et Prudent. Cathem. 9, 92 *Verſipelli aſtutia.* Compar. Porc. Latro in Catil. c. 9 *Nihil fuit iſto monſtro verſipellius.*

¶ Verſūtĭlŏquus, *a, um*, liſtig im reden: ut, *Malitiæ verſutiloquæ*, Ennius apud Cic. de Orat. 3, 38. conf. Nonius 2, 922.

¶ Vertăgus, *i*, m. ex *verto* & *ago*, canis eſt, qui in venatione ſe cito vertit & feras agitat, ein jagdhund, windhund. Martial. 14 epigr. 200 *Non ſibi, ſed domino venatur vertagus acer.* Vid. omnino viri docti ad Grat. cyn. 203 ubi *vertraha* & ipſum canis nomen verum an corruptum, multam diſputandi occaſionem dedit.

¶ Vertĭcordia, *æ*, f. Dea ſive Venus ſic dicta, quod virginum mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam flecteret. Val. Max. 8, 15, 12 *Veneris Verticordiæ ſimulacrum conſecratur &c.* conf. Obſequ. c. 97.

¶ Vertĭpĕdium, *i*, n. herba, eiſen-kraut, Apulej. de Herb. c. 3.

II. Compoſita ab initio a *Verto* & *Verſor.*

¶ Averto vel Abverto, *ti, ſum, ĕre*, abwenden, ablencken, abhalten; ut, *Abvertere ſcapham*, Plaut. Rud. 1, 2, 76. *Hoſtem abvertere*, Hirt. de B. Hiſp. c. 41. *Sitim fluvio avertere*, Sil. 8, 574. Sic, *Removere oculos, & ſe totum avertere*, Cic. pro Balb. c. 5, ſich wegwenden. *Avertere ſe ab oculis*, Id. N. D. 2, 56; *ex oculis*, Virg. Æn. 4, 389. *Animum ab aliquo avertere*, Cæſ. B. G. 1, 20, i. e.

i. e. abalienari, **ungeneigt werden.** *Regem in cogitationem belli avertere*, Liv. 36, 7. *Culpam in aliquem avertere*, Id 31, 11. *Ab itinere se ipse avertere*, eſt iter omittere, die reiſe einſtellen, Cæſ. B. Civ. 3, 21 extr. Et Cic. de Amic. c. 1 *Tu velim a me animum paruper avertas, Lælium loqui ipſum putes.* Et, *Avertere ſe ab amicitia alicujus*, Cæſ. B. Civ. 3, 79; *ab amore*, Cic. Att. 9, 10; *totum ſe ab alicujus ſermone*, Balbus Cic. Att 8, 15. Et, *Avertere animum ab aſſiduo mœrore*, Liv. 25, 38. *Avertere a ſtatione a portis*, Cæſ. B. Gall. 6, 41; *ab urbe*, Cic. ad Brut. epiſt. 3; *a cervicibus populi*, ad eund. epiſt 15. Sic, *Armis repellere & avertere*, pro Cæc. c. 12, **abhalten und abtreiben.** *Quod omen Dii avertant*, da Gott für ſey, Cic. fam. 12, 6; & Liv 23, 13. Sed apud Liv. 6, 34 ext. *Avertere cauſſam doloris*, ſignificare videtur diſſimulare, non fateri velle. Aliter tamen diſtinguit Gronovius. *Alicujus ſanos ſenſus magicis avertere ſacris*, bezaubern, unſinnig machen, Virg. ecl. 8, 66. ¶ 2. Per furtum, per rapinam auferre, entwenden; ut, *Avertere pecuniam, prædam, hæreditatem*, unterſchlagen, **wegrauben.** v. Cic. in Verr. 1, 4; fam. 12, 26. Catull. 65, 5 *Auratam optantes Colchis avertere pellem.* Cæſ. B. Civ. 3, 59 *Prædam omnem domum avertebant.* Tac. Hiſt. 1, 53, 2 *Mox compertum publicam pecuniam avertiſſe, ut peculatorem flagitari juſſit.* Ammianus 14, 5 *Merces optimas vilat viles nullis repugnantibus avertebant.* vid. Drakenb. ad Sil. 3, 321. ¶ 3. *Avertere* pro *Averti*, ſich **wegwenden, oder weggewendet werden.** Gell. 1, 8 *Petulantia muliebris atque pecuniæ magnitudine ictus expavidusque Demoſthenes avertit; & diſcedens inquit.* Male aliqui ſcribunt *avertit iter.* Id. 4, 18 *Id cum dixiſſet, avertit, &c.* Virg. Æn. 1, 108 *Franguntur remi, tum prora avertit, & undis dat latus.* Et Silius 15, 583 *Jam rurſus ubi arma Averſique ſuo cognorit devia vallo.* Vt Deponens uſurpat Virg. Georg 3, 499 *Equus fontes avertitur*, i. e. abhorret a fontibus, veſtra potus avertit.

¶ Avertens, *tis.* Ovid. Met. 15, 586 *A mœnibus urbis Avertens faciem*; Virg. Æn. 1, 406 *Dixit & avertens roſea cervice refulſit*, i. e. diſcedens, ut n. 3.

¶ Averſus, *a, um*, **abwärtig, abwendig, abgewendet**; ut, *Averſa pars*, pro poſteriori, Plin. 11, 37 ſect. 47 *Canities homini ſemper a priore capitis parte, tum deinde ab averſa.* Et, *Averſus a vero*, Cic. Cat. 3, 9 pr. *Averſus a muſis*, quem alias *agreſti ac duro animo* vocat Idem pro Arch. c. 9. *Averſus a propoſito*, Liv. 2, 8 extr. *Averſum numen*, id eſt, prorſus contrarium, inclemens, parum favens, **ungeneigt**, Stat. Theb. 5, 641. vid. Marckland. ad eund. Silv. 5, 2, 12. *Averſi Dii a ſalute populi Rom.* Cic. ad Brut. epiſt. 16. conf. Curt. 4, 10, 6. *Iudex reliquorum deſenſioni averſus*, Quintil. 7, 2 *Averſiſſimo a me animo fuit*, Cic. Att. 11, 4. Et, *Averſiſſimus a prodigiis*, Sen. epiſt. 50.

¶ Averſim, adv. **abwärts, rückwärts.** Claud. Mamert. 1, 25 *Lineæ ſive averſim poſitæ, ſive capite contingentes.*

¶ Averſio, *onis*, f. contrarium converſioni, avertendi actus. Hirt. B. Hiſp. c. 22 *Illi inſecuti ex averſione legatos ſpoliarunt*, h. e. averſos, a tergo, **hinterwärts.** al. *ex adverſione.* Salvian. de Gub. Dei l. 5 p. 115 *Non eſt converſio, ſed averſio.* Dict. Cret. 4 p. 109. ¶ 2. Rhetorum eſt. Quint. 9, 2 p. 653 Apoſtrophes deſcriptioni ſubjungit: *Illa quoque vocatur* AVERSIO, *quæ a propoſita quaſtione abducit audientem.* ¶ 3. Iurisconſultis *averſione* eſt **überhaupt, ins groſſe, nicht ſtückweiſe.** l. 4 § 1 Dig. de peric. & commod. rei vend. *Averſione vinum venit.* Et L. 62 § 2 D. de contrah. emtione: *Res in averſione emta.* Et l. 36 D. Locati cond. *Averſione locatum opus* opponitur ei, *quod ita conductum ſit, ut in ſingula opera quæque præſtetur*, **überhaupt verdingt**, & **ellen- oder ſchuhweiſe** verdingt.

¶ Averſor, *ōris*, m. qui aliquid avertit ex ſignificatu 2 Cic. Verr. 5, 27 *Averſor hic, averſor pecuniæ publicæ.*

¶ Averta, *æ*, f. L. 12 C. de curſ. publ. *Sexaginta libras auri ſolvat cum frenis, ſexaginta itidem averta non tranſeat*; quod Budæus annot. poſt. ad π. p. 31 interpretatur auctoritate Græcorum exemplarium ὑπομάσχαλον, i. e. lora laciora, quæ per terga equi jugalis excurrunt, ſub alis ejus ſuccincta, **brut-riemen.** Sed cum de veredis lex agat, non de jugalibus, præſtat nos ſequi ſcholiaſtem veterem Horatii, qui 1 ſat. 6, 107 *Manteca*, inquit, *pera vel averta eſt*, ein mantelſack, felleiſen. *Averta* igitur dicta, quæ poſt equitem jaceret *averſa.* Probat hanc interpretationem lac. Gothofredus ad C. Theod. l. 8 t. 5 l. 47 & 48.

¶ Avertārius, *i*, m. qui averta equum regit. Theod. Cod. 8, 5 *Palfridum vel avertarium nullus accipiat.*

¶ Averſor, *atus ſum, ari*, eſt faſtidire, & odio habere, ut neque adipiſcere laſſineas, neque avertas, **verabſcheuen, haſſen**, den rücken zukehren. Tac. An. 14, 51, 2 *Cum ad vijendum eum princeps veniſſet, adſpectum ejus averſatum aſſeverarent*, er habe ihm das geſicht nicht geöhnet. *Averſari honorem*, Ovid Faſt. 1, 53; *preces alicujus*, Liv. 3, 12; *ſcelus*, Curt. 6, 7, 10. Interdum ſimpliciter ponitur ſine caſu. Cic. Verr. 2, 76 *Hærere homo, averſari, rubere*, ſcil. cœpit, ſich wegwenden.

¶ Averſitus, *a, um*, paſſive pro *averſus*, **hinweg gewandt.** Aurel. Vict. Epit. 43 *Cachinnantem vultu notare averſato.* ¶ 2. *Averſatus*, active, **der verwerfen oder vermeiden hat.** Tac. An. 6, 26, 3 *Averſatus ſermonem Nerva.* Ovid. Pont 2, 3, 5 *Auſtum non averſatus amicum.* Et Faſt. 1, 5 *Levem non averſatus honorem.* conf. Id. Met. 1, 478.

¶ Averſatio, *ōnis*, f. recuſatio, faſtidium, **ein haß, verdruß.** Quint. 8, 3 *Ego certe mihi cernere videor eorum, qui aderant, tacitam averſationem, ac timidam verecundiam.*

¶ Averſator, *ōris*, m. qui averſatur. Hinc

¶ Averſatrix, *īcis*, f. ut, *Crudelitatis averſatrix*, Tertull. de Anima c. 51.

¶ Averſābilis, *e*, abominandus, **abſcheulich**; ut, *Scelus averſabile*, Lucret. 6, 389. Et, *Averſabilis corporis fœditas*, Arnob. 7 p. 249.

¶ Inaverſābilis, *e*, **unvertreiblich**; ut, *Æternitas inaverſabilis, immobilis, inſolubilis*, Apul. ad Aſclep. pag. 100.

Averruncо, averruncus, vide in *Euncо.*

¶ Adverto, *ti, ſum, ĕre*, **zukehren, zulencken, herwenden.** Gell. Noct. Att. 16, 6 *Redeuntes Græcia Brunduſium navem advertimus.* Ter. Eun. 2, 3, 50 *Cum huc reſpicio ad virginem, Illa ſeſe interea commodum huc adverterat, Ita noſtram hanc plateam.* Stat. 2 Silv. 3, 21 *hoc citatos Advertit Diana gradus*; id eſt, vertit gradum ad illum locum. vid. Ioh. Bernartii notas ad Stat. 1 Theb. v. 89 *Advertere oculos, aures, animum, &c.* Ter. Heaut. 4, 1, 44 *Non adverti primo*, ſcilicet animum, **ich merke es nicht.** Id. Phorm. 5, 7, 16 *Poſtquam tantopere id vos velle animum adverteram*, h. e. *animadverteram.* Liv 4, 45 *Adverterent animos, ne quid novi tumultus oriretur*, id eſt, diligenter obſervarent, ſie ſolten zuſehen, **achtung drauf geben.** *Et huc advertite mentem*, Virg. 8, 440. *Graviter advertere*, **übel empfinden, aufnehmen**, Ter. Heaut. 3, 3, 9. ¶ 2. Eſt & ad ſe vertere, convertere in ſe, rapere &c. ἐπιστρέφειν, **an ſich ziehen, reitzen, erregen.** Sen. epiſt. 94 *Non docet admonitio, ſed advertit, ſed excitat, ſed memoriam continet, nec patitur elabi.* Et Plin. 1 epiſt. 10 *Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent & elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant, & efficiant.* Id. 9 epiſt. 26 *Omnes advertit, quod eminet & exſtat.* Liv. 1, 12 *Adverterat ea res Sabinos tanti periculo viri.* Tac. Hiſt. 3, 48, 1 *Advertit ea res Veſpaſiani animum.* Id. An. 1, 41, 1 *Gemitusque ac planctus etiam militum aures oraque advertere.* Et rurſus An. 2, 17, 2 *Pulcherrimum augurium octo aquilæ petere ſilvas, & intrare viſæ imperatorem advertere.* ¶ 3. *Advertere* ſubaudi proram vel navem, i. e. appellere, advenire. vid. Drakenb. ad Sil. 1, 288.

¶ Advertens, *tis*, i. e. animadvertens. Ovid. Met. 14, 270 *Advertens penſas examinat herbas.*

¶ Adverſus, *a, um*, oppoſitus, ſive objectus, **vorwärtig, entgegen ſtehend**; ut, *Adverſas cicatrices oſtendere*, Cic. de Orat. 2, 28. *Adverſo corpore cicatrices excipere*, quod fortitudinis eſt, ut contra *vulnus averſum* turpitudinis, Id. Verr. 5, 1. *Pectore adverſo ferrum excipere*, Sen. in Agam. v. 232. Ipſa hæc vulnera, honorifica ſane excipienti, *adverſa* dicebantur, Salluſt. Catil. extr. v. & Curt. 3, 11, 9, & ibi notata. Sic Cic. in Somn. Sc. c. 5 *Solem adverſum intueri.* Et, *Adverſa veſtigia Antipodum*, Id. Acad. 4, 39. *Navigare adverſo flumine*, wider den ſtrohm hinan ſchiffen, Virg. 1 Georg. v. 201. ¶ 2. Sed, *Eorum obſequi ſtudiis, adverſus nemini*, id eſt, contrarius, **er war niemanden zuwider, widrig, widerwärtig**, Ter. Andr. 1, 1, 37. Sic, *Caſus adverſi*, **widerwärtigkeit.** *Fortuna adverſa*; *Res adverſæ*, quibus contrariæ ſunt *Res ſecundæ*: v. Nep. 7, 6, 2; & 9, 5, 1. Cic. Off. 1, 26 *Vt adverſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, levitatis eſt.* Ter. Hec. 3, 4, 9 *Ita usque adverſa tempeſtate uſi ſumus.* Et Liv. 3, 32 *Poſtumium adverſa valetudo Romæ tenuit*, die leibes-ſchwachheit. Compar. *Neque eſt teſtudine aliud ſalamandræ adverſius*, Plin. 32, 4. Superl. *Venti aaverſiſſimi*, Cæſ. B. G. 3, 107. *Omnia ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis accidiſſe videntur*, Cæſar Cic. Att. 10, 8.

¶ Adverſum, *i*, n. plural. Adverſa, neutrum adjectivi, poſitum ſubſtantive pro rebus adverſis, **unglück, ungemach.** Subintelligenda enim tempora ſunt, vel aliud ſimile. Plin. Paneg. c. 31 *Secunda felices, adverſa magnos probant*: id eſt, *ſecunda* felicem aliquem eſſe oſtendunt; *adverſa*, quam magno & forti animo quisque ſit. Hoc eſt, quod Silius dixit lib. 4, 6 *Explorant adverſa viros.* Iterum Plin. Paneg. c. 5 *Habet has vices conditio mortalium, ut adverſa ex ſecundis, ex adverſis ſecunda naſcantur, &c.* Cic. ad Brut. epiſt 4 *Nihil jam nobis adverſi evenire poteſt.* Nep. 7, 8, 4 *Si quid adverſi accidiſſet*, wenn es mißlingen ſolte. *Adverſa caſibus incertis belli & fortunæ alligare*, Liv. 28, 42. ¶ 2. Vellej. 2, 63, 1 *Per adverſa caſtrorum receptus eſt*, **er iſt hinten zum lager eingelaſſen worden.**

Adverſus, & Adverſum, præpoſitio & adverb. vid. ſupra in *Verſus* itidem indeclinabili.

¶ Adverſe, adverb. **entgegen, zuwider**, apud Gellium 3, 16.

¶ Adverſio, *onis*, f. **die entgegenſtehung.** Tertull. adv. Marc. 2, 13 *Vt multum evapit, atque inde jam cœpit bonitas Dei cum adverſario agere, aliud quoque negotium eadem illa juſtitia Dei nacta eſt jam ſecundum adverſionem dirigendæ bonitatis.* Ipſi Ciceroni pro Arch. c. 7 *Adverſionem animi* reſtituunt Gruter. & Gronov.

¶ Adverſitas, *ātis*, f. **der widerſtand, die widerwärtigkeit.** Plin. 11, 25 *Magnam adverſitatem oleo merſis & ſtellionibus putant eſſe*, id eſt, inter ſe adverſari ſcorpiones oleo merſos, & ſtelliones.

¶ Adverſitor, *ōris*, m. puer qui hero obviam it, illumque deducit & reducit. Sic apud Plautum Moſt. 4, 1 & 2 ſervus Phaniſcus *adverſitoris* nomen habet, quia adverſum it domino potanti apud amicum.

¶ Adverſo, *avi, atum, are*, idem quod ſimplex *Advertere*, **aufmerken.** Plaut Rud. 2, 2 pr. *Animo adverſavi ſedulo.*

¶ Adverſor, *atus ſum, ari*, repugnare eſt, adverſumque & contrarium eſſe, **widerſtreben, ſich widerſetzen, einem zuwider ſeyn**; ut, *Ariſtoteles Iſocrati adverſatus eſt impenſius*, Cic. in Orat. c. 51. ¶ 2. Et abſolute: *Cœpi adverſari primo*, Ter. Phorm. 1, 1, 25. Et, *Adverſari aliquem* bis dixit Tacitus Hiſt. 1, 1, 4; & 1, 38, 1 ſed utrobique Pichena *Averſari* ſubſtituit. Quod ex Plaut. Trin. 2, 2, 102 adfertur: *Adverſari aliquid ſedulo*; id in melioribus libris aliter habet. Certius eſt, quod Idem dixit *Adverſari contra*; & *Adverſari adverſus ſententiam*, v. Caſ. 2, 3, 35; & Merc. 2, 3, 43.

¶ Adverſans, *tis.* Cic. Off. 3, 19 *Adverſante & repugnante natura.* conf. ibid. 1, 31; & de Orat. 2, 44; & de Senect. c. 19. Sic, *Adverſante vento*, Tac. Hiſt. 3, 42, 3. *Anticis adverſantibus*, Id. An. 13, 12, 2.

¶ Adver-

¶ Adversātus, *a, um*, idem. Virg. Æn. 4, 127 *Non adversata petenti annuit Cytherea.* Tac. An. 3, 67, 4 *Paternis consiliis adversatus.* Idem An 14, 64, 1 *Adversatus nuptiis Poppææ.*

¶ Adversātio, *ōnis*, f. die anfeindung, der widerſtand. Tertull. adverſus Gnoſt. c. 5 *Quid aliud eſt adversatio idolalatriæ atque martyrii, quam mortis & vitæ?* Idem de Pudic. c. 15 *Adversatio immunditiarum.*

¶ Adversātor, *ōris*, m. ein feind, widerſacher. Apul. de Deo Socrat. p. 44 *Quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem, quem adversatorem malis in omni vita cieba?*

¶ Adversātrix, *īcis*, f. Ter. Heaut. 5, 3, 4 *Vilamne ego rem unquam volui, quin tu in ea mihi adversatrix fueris mulier?* Adde Plaut. Moſt. 1, 3, 100; & Tertull. de Anima c. 51.

¶ Adversārius, *i*, m. ſubſt. adverſus aliquem in judicio litigans, ein widerpart, widerſacher. Cicer. de Fato c. 12 *Sine adversario lucratio nulla eſt.* Et, *Adversarius gravis*, Idem in Vatin. c. 1. *Adversarium convincere*, Idem Fin. 1, 5. *Eum, qui palam eſt adversarius, facile cavendo vitare poſſis*, Idem Verr. 1, 15. ¶ 2. Adjective; ut, *Tribunus non modo non seditiosus, sed etiam seditioni adversarius*, dem aufruhr feind und entgegen. Cicero pro Cluent. c. 34. Id. pro Cæc. c. 2 *Vis juri adversaria.* Cæſ. B. Civ. 2, 31 *Quibus rebus nox maxime adversaria eſt.*

¶ Adversaria, *æ*, f. ſubſt. eine feindin, widerſacherin. Cic. fam. 2, 4 *Eſt tibi gravis adversaria constituta & parata.*

¶ Adversaria, *orum*, n. pl. ſubſt. indices ſunt ſeu commentarii, in quos memoriæ cauſſa res annotantur, ſeu conjiciuntur, ſchreibbücher, verzeichniſſe, protocolle. Differunt a tabulis & codicibus, in quibus res explicantur ordine competenti. Cic. pro Roſc. Com. c. 2 *Quid eſt, quod negligenter scribamus adversaria? quid eſt, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſſa? nulla hæc sunt momenta, illa sunt æterna; hæc delentur statim, illa servantur sancte; hæc parvi temporis memoriam, illa perpetuæ æstimationis fidem & regionem amplectuntur; hæc sunt conjecta, illa ordine confecta.* Ibid. c. 3 *Hoc nomen in adversaria retudisti.* Et mox: *Tamdiu jacet hoc nomen in adversariis*, es ſteht im klagbuch. Scaliger contra Guillandium de papyro p. 45 ſic dicta vult, quæ in *in adversa* ſcriberentur *pagina*, quotidiana vitæ & ephemerides, præſertim rationes dati & expenſi, *in aversa* autem accepti. De uſu adversariorum conf. Cæl. Rhodig. 10, 21.

¶ Adversīpĕdes, *um*, m. pl. die uns die füſſe zukehren. Gloſſ. lat. gr. *Adversipedes*, ἀντίποδες.

Animadverto cum derivatis vide in *Anima.*

¶ Antĕverto, *ti, ſum, ĕre*, antevenire, zuvor kommen. Ter. Eun. 4, 5, 12 *Miror ego ubi huic anteverterim* Cæſ. B. G. 7, 7 *Quæ res nuncista, Cæsar omnibus consiliis antevertendum existimavit.* Plaut. Capt. 4, 2, 60 *Pol mœrores mi antevertunt gaudiis.* Tac. An. 13, 30, 3 *Damnationem veneno antevertere.* ¶ 2. Idem quod præferre, anteponere, vorziehen, eſt apud Plaut. Bacch. 3, 5, 1 *Rebus aliis antevertam, quæ mandas mihi.* Sed in edit. Gronovii eſt forma deponentiali *antevortar.*

¶ Antevertens, *tis*, vorübergehend. Cic. N. D. 2, 20 *Stella Mercurii tum antevertens, tum subsequens.*

¶ Anteverſio, *ōnis*, f. die zuvorkommung. Ammianus 21, 5 *Expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat & prægressus.*

¶ Antevorta, *æ*, f divinitatis comes apud Romanos, quæ præterita noſſet, ſicut *Poſtvorta* futura. vid. Macrob. Saturn. 1, 7.

¶ Bivertex, *ĭcis*, zweyſpitzig, zweygipflicht. Sidon. 9 epiſt. 15 in metro: *Montemque iſſe victor per bivertices.* Stat. Theb. 1, 628 *Bivertices umbra Parnaſſi.*

¶ Circumverto, *ti, ſum, ĕre*, umdrehen, umwenden. Plaut. Perſa 3, 3, 37 *In curſu rotula circumvortitur: O* pro *E*, comicorum more. Idem Pſeud. 1, 5, 127 *Circumvertere aliquem argento*, id eſt, defraudare. Et Ovid. Met. 15, 522 *Rota, perfectum quæ circumvertitur axem.* Eſt & in ritu manumiſſionis, Quintil. decl. 342 ante med. *ut circumverteres mancipium, aut ſi una voce liberum eſſe juſſeris.* Dicebatur etiam *circumagere*, *vertere* vid. Ærod. ad h. l. p. 717. Bur.

¶ Circumverſio, *ōnis*, f. die herumdrehung. Quintil 11, 3 *Circumverſio manus.*

¶ Circumverſo, *are*, frequentativum, herumtreiben. Paſſ. Lucret. 5, 521 & 6, 199 *Quæventeque viam circumverſantur*; id eſt, circumvolvunt ſe, verſant ſe, puta ignes cœleſtes & venti. Avienus Prognoſt. Arat. v. 204 *Si ſimplex circumverſabitur orbis.*

¶ Converto, *ti, ſum, ĕre*, wenden, lencken; ut, *Convertere adſpectum aliquo*, Cicero Nat. D. 2, 57. *Convertere ora & oculos in aliquem*, Idem Cat. 4 pr. *Omnium oculos animosque in semet converterant*, Curt. 3, 11, 24. *Tota civitas se ad eum convertiſſe videtur*, Nep. 25, 8, 1. Sic Cicero Somn. Scip. c. 2. Sen. de Clem. 1, 4. *Mente & cogitatione aliquo ſe convertere*, Cicero de Orat. 1, 2. Et, *Convertere animum ad crudelitatem*, Livius 3, 44. *Animum alicujus in ſe convertere*, Id. 24, 4. *Convertere ad publicam privatam curam*, Idem 24, 4. Et Ter. Adelph. 2, 4, 22 *Ego jam transacta re convertam me domum, &c.* Sic, *Convertemus nos in Aſiam*, Cic. Att. 3, 14. Idem de Amicit. c. 21 *Ne in graves inimicitias convertant ſe amicitiæ, videndum*, daß ſie ſich nicht in feindſchaft verkehret. Idem Phil. 5, 15 *Bellum maximum humanitate & ſapientia ad pacem concordiamque convertere.* Ter. Andr. 4, 1, 48 *Non poteſt ad ſalutem converti hoc malum*, dieſem unglück iſt nicht zu helfen. Et, *Ad nutum alicujus & voluntatem, ſe totum convertere*, Cicero fam. 3, 10, ſich gantz und gar nach einem richten. *Rationem in fraudem & malitiam convertunt homines*, Idem Nat. D. 3, 31. Ter. Eun. 3, 5, 40 *Deum ſeſe in hominem convertiſſe*, id eſt, transformaſſe. Et, *In aliam naturam converti*, Cicero Nat. D. 3, 12. *Ex eo noſcio quid in rem ſuam converti*, Id. pro Roſc. Am. c. 39. conf. Id. Off. 1, 14. *In Latinum Græca convertere*, Id. Tuſc. 3, 14; *librum e Græco*, Id. Off. 2, 24. ¶ 2. *Converto* pro *Convertor*, Plaut. Stich. 3, 1, 12 *Sine advocatis in amicitiam atque in gratiam convortimus*; qui tamen ibidem v. 1 dixerat: *Solus convortor domum.* Et Gell. 1, 26 *Converti ad me, qui intervegaverim*: ſed & alii *convertitur.* Auſonius 1 epigr. 68 *Terminum in ſpecim convertit maſculus ales.* vid. Perizon. n. 6 & Cort. ad Salluſt. Iugurth. 20, 4. ¶ 3 Contra antique etiam Plautus *Convertitur* pro *Convertit* poſuiſſe legitur apud Nonium 7, 102.

¶ Convertens, *tis*. Vulg. Int. Sirac. 11, 29 *Bona in mala convertens inſidiatur.* Ier Pſ. 19, 8 *Lex Domini immaculata convertens animas.* Tertull. adverſ. Gnoſtic. c. 13 *Convertens machæram in aratrum.*

¶ Converſus, *a, um*, umgekehrt, umgewandt, geändert, verwandelt; ut, *Converſis ſtudiis*, Horat. Art. poët. v. 166. *Converſa domum dare lintea*, i. e. vela, Idem epod. 15, 27. *Vitæ via converſa*, Idem 1 epiſt. 17, 26. *Numina converſa*, id eſt, contraria, Virgilius Aeneid. 5, 466. *Ludi ad eadem & ad fuxus civitatis converſi*, Cicer. de Ar. Reſp. c. 11 *Orbis in republica converſus*, Id. Att. 2, 9. *Converſus in pœnitentiam*, bekehrt, Suet. Claud. c. 13.

¶ Converſim, adverb. idem. Firmicus 2, 32 *Decima quinta in decimam ſeptimam rurſusque converſim, &c.* conf. Mart. Capell. l. 5 pag. 159.

¶ Converſus, *ûs*, m. ſubſt. revolutio, die änderung, umdrehung. Macrob. Saturn. 7, 9 *Qui gyros efficit, crebro converſu rapitur.* conf. Marcian. ICt. D. 48 t. 6 l. 5.

¶ Converſio, *ōnis*, f. idem; ut, *Converſio cœli*, die herumwelzung des himmels, Cicer. Nat. D. 2, 5; *aſtrorum*, Idem Tuſc. 1, 25: *tempeſtatum*, Idem pro Flacco c. 13. *Menſium annorumque converſiones*, Idem de Vniverſ. c. 14. *Converſio rerum ac perturbatio*, Idem pro Flacc. c. 37 extr. *reipublicæ*, Idem Divin. 2, 2. *Perpetuitas & quaſi converſio verborum*, Idem in Orat. 3, 49. *Converſio malorum*, Quintil. 5, 10, die veränderung und wendung. ¶ 2. Theologicus uſus verbi *Converſionis* notus, die bekehrung; nec tamen novus, ſed antiquis etiam eccleſiæ ſcriptoribus uſitatus. Alcimus Avitus 6, 149 ad Sororem: *Converſio fratrum Exemplo debenda tuo.*

¶ Converſiuncula, *æ*, f. Salvianus epiſt. 4 *Eſto, converſiunculam noſtram paganus quondam non æquanimiter acceperis.*

¶ Converſibĭlis, vel Convertĭbilis, *e*, veränderlich, wandelbar. Prudent. Apoth. v. 276 *Non convertibilis, nec demutabilis unquam Eſt Deus.* Apul. de Syll. Cat. p. 379 *Converſibiles propoſitiones.* Tertull. adverſ. Hermog. c. 39 *Materia & convertibilis, & demutabilis, & diſpartibilis.* Id. de Carne Chriſti c. 3 *Natura convertibilium ea lege eſt, ne permaneant.*

¶ Convertibĭlĭtas, *ātis*, f. die unbeſtändigkeit. Oroſius 1, 1 *Convertibilitas naturæ.*

¶ Converſo, *are*, frequent. hin und her wenden. Cic. de Vniverſ. c. 8 *Anima ſe ipſa converſans.*

¶ Converſor, *atus ſum, ari*, cum aliquo verſari ſeu vivere, mit einem umgehen, bewohnen. Sen. epiſt. 41 *Animus magnus & ſacer converſatur quicem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ.* Columell. 9, 11 *Sine diſcordia cum parentibus converſari.* Etiam ſine præpoſitione cum tertio caſu componitur: Sen. epiſt. 99 *Nemo libenter triſti converſatur, nedum triſtitiæ.* Et cum præpoſit. *Inter*: Sen. pater Controv. 1 *Converſari inter humano ſanguine delibutos.* Cicero hoc verbo nunquam uſus eſt, ſed pro eo ſimplici *Verſari.* vid. Curas Poſter. Cellarii p. 112. ¶ 2. Pro *vivere* ſimpliciter ſequioris latinitatis, & Chriſtiani præcipue ſcriptores ſunt uſi. Cyprianus epiſt. 75 *Vir probatus & circa religionis diſciplinam bene ſemper converſatus*: *Bene converſari*, eſt bene vivere. Sic & *Converſatio* pro vita, ut mox dicetur. Vlpianus l. 9 § 3 ff. de Offic. proconſ. *Proconſul poteſt comminari & terrere filium, qui non ut oportet converſari dicatur.*

¶ Converſans, *tis*. Cicer. de Vniverſo c. 8 *Animus ſe ipſe converſans*; ibid. paullo ante erat *ſeſe ipſe verſans.* Vulg. Matth 17, 22 *Converſantibus eis in Galilæa.* Et Hebr. 10, 33 *Socii taliter converſantium.* Sic & Sen. de Ira 3, 7 *Sumuntur a converſantibus mores, & animus mala ſua proximis tradit*, vom cameraden.

¶ Converſatus, *a, um*. Vulg. 2 Petr. 2, 18 *In errore converſati.*

¶ Converſātio, *ōnis*, f. conſuetudo, der umgang mit leuten, die geſellſchaft. Quintil. 1, 2 In diſputatione quod utilius in ſcholis, quam domi inſtituantur pag. 25 *Nec tutior inter ſervos malos, quam ingenuos parum modeſtos converſatio eſt.* Tac. de Germ. 40, 7 *Donec idem ſacerdos ſatiatam converſatione mortalium Deam templo reddat.* Sen. epiſt. 7 *Ægris inimica eſt multorum converſatio*, krancke haben nicht gern viel leute um ſich. Idem de Tranqu. an. c. 3 *Omnem converſationem tollere.* conf. Idem ad Helv. c. 15. Et Sen. Pater Excerpt. 6 Controv. 8 *In illis non converſatio cum viris licentioſior.* Quintilianus Avus Decl. 291 *Cujus converſatio continua etiam invitos ad ſe oculos poterat deflectere.* Vellej. 2, 102, 3 *Nec defuit converſatio hominum.* Plura vide in Borrich. Vindic. p. 41. ¶ 2. *Converſatio* ſæpe pro vita, ſeu vivendi ratione & πολιτεία ponitur, leben und wandel, die aufführung. Hieron. in vita Hilarionis: *Flebat quotidie, & incredibili deſiderio converſationis antiquæ recordabatur.* Et aliquando ante: *Ille fundator & eruditor hujus converſationis & ſtudii in hac provincia fuit*: id eſt, hujus vitæ generis. Monaſticam nempe vitam ſignificat, quam *monaſterii converſationem* Sev. Sulpit. vocat Dial. 1 de virtut. Monach. Orient. c. 9. *Converſationem humanam* idem ibid. dixit c. 11 pro vita humana. *Humanæ vitæ converſationem* Vegetius, quod ad Spartianum Salmaſius obſervat. Cyprianus Sermone de ſtella ac magis: *Antequam formetur Chriſtus in nobis in ipſo piæ converſationis initio, &c.* Vet. Gloſſ. *Converſatio*, ἀναστροφή, διαγωγή, βίος. Alia apud Heraldum lege lib. 2 digreſſ. ad Apolog. Tertull. Digreſſ. 5 extr.

¶ Converſātor, *ōris*, m. ein cameraad, ſtubengeſell. Gloſſ. gr. lat. ὁμοδίαιτος, *Converſator, contubernalis.*

¶ Inconverſus, *a, um*, unverwandt. Apulej. Metam. 2 pag. 272 *Exertis & inconverſis oculis.* Theologis *inconverſus* dicitur, ein unbekehrter.

¶ Inconvertibilis, *e*, unveränderlich, unwandelbar. Tertull. adv. Hermogenem c. 12 pr. *Natura inconvertibilis & indemutabilis.* Adde de Anima c. 21; & Ambros. de Fidi Divinit. c. 8.

Contraversus, *a, um*, vide *Controversus* significatione 2.

¶ Contraversum, adverb. hingegen. Solinus c. 15 de Thracibus: *Recentem natum ficta parens excipit; contraversum leta sunt funera.*

¶ Controvertor, *ti*, in controversia esse, streitig seyn. Improbat Vossius de Vit. L. L. 4, 4. Sed vid. Iustinian. de Cod. confirm. epist. 2 § 1.

¶ Controversus, *a, um*, de quo controversia est, streitig, zwistig, zweifelhaftig; ut, *Res controversa & plena dissensionis inter doctos*, Cicero de Leg. 1, 20. *Dubium & controversum*, Idem Divin. 2, 50 extr. ¶ 2. Significat & *Controversum* id, quod *contra* sive *exadversum* positum est, entgegen stehend. Ammian. 14, 5 *Litoribus Cypriis contigui navigabant, quæ Isauriæ scopulis sunt controversa.* Ita quidem Velef & Elmenh. ediderunt. Sed minus dubito, quin genuina lectio fuerit *contraversa.* Nam Solini c. 27 pr. & c. 32 de Nilo *contraversi*, eadem notione locali, vulgo lectum fuit, sed Salmasius utrobique in *contraversus* mutavit. Prioris loci verba sunt: *Africa promontorio Apollinis Sudinæ contraversa*; Posterioris: *Quanto impersus contraversi spiritus repugnaverint, tanto excelsius sustimari, &c.* ubi contrarii venti intelliguntur.

¶ Controversim, adverb. idem. Apul. Apol. p. 136 *Controversim respondere.*

¶ Contrōversia, *æ*, f certamen seu contentio de re aliqua inter personas, res controversa, ein streitiger handel, ein streit. Quintil. 3, 11 *Multæ quæstiones habent controversiam.* Cicero fam. 13, 30 & 69 *De hereditate, de fundo cum aliquo controversiam habere*, um das erbe streiten. Idem in Verr. 4, 18 *Controversia hujus rei nulla est*, daran ist kein streit. *Ducere aliquid in controversiam*, Quintil. 3, 8, streitig machen. Idem 7, 2 *Factum constat, sed a quo factum sit, in controversiam venit*, es lässet sich disputiren. *Res in controversiam vocatur*, Cicero fam. 13, 26; *adducitur*, Idem de Orat. 1, 40. *Res in controversia versatur*, Idem in Orat. c. 14. *Controversiam de re aliqua inter se habere*, Idem Verr. 4, 49. *Est inter eos in eo controversia, utrum &c.* Idem de Orat. 2, 82; *est mihi cum illo rei familiaris*, Idem pro Rosc. Am. c. 31; &, *de re familiari*, pro Cluent. c. 18. Idem fam. 13, 26 *Si qui difficiliores erunt, ut rem sine controversia confici nolint.* Sed, *Sine controversia accuratissime*, unstreitig wohl, Idem Off. 3, 2. *Controversiam movere*, einen proceß anfangen, Iurisconsultorum locutio est, v. g. L. 30 § 1 Dig. de except. rei judicatæ; *dirimere*, Cicero Off. 3, 33; *sedare*, Idem pro Balbo c. 19. Et, *Tollere controversias*, die streitigkeiten aufheben, pro quo *Distrahere*, Suet. Cæs. c. 85. *Controversias inferre & introducere*, id est, movere, Cæs. B. Civ. 1, 80 & seqq. ¶ 2. *Controversia* & declamationis genus dicitur Duo enim declamationum genera erant: alterum, in quo controversiæ tractabantur, quod & *Controversia* inde appellabatur; alterum, quod versatur in suasionibus, unde ejus generis declamationes *Suasoriæ* dictæ. Vtriusque generis apud Senecam exempla habes. Sed prius ad judiciale, alterum ad deliberativum genus pertinebat. Qua de caussa Quintilianus DECLAMATIONEM *judiciorum consiliorumque imaginem* vocat, utrumque genus complexus Inst. 2, 11.

¶ Controversiōla, *æ*, f. diminut. eine kleine streitsache. Diomedes lib. 1 pag. 363 *Sic figurantur: Controversia, controversiola, gratia, gratiola.*

¶ Contrōversōsus, *a, um*, controversus, controversiarum plenus, streitig. Livius lib. 3 extremo: *Vt sibi controversiosam adjudicaret rem.* Vetus Sigonii liber: *controversam.*

¶ Controversiālis, *e*, idem. Sidonius 7 epist. 9 *Controversiales clausulæ.* Idem 8 epist. 11 *Materia controversialis.*

¶ Controversor, *ari*, contendere, streitig seyn, streiten. Cicero apud Priscian. 8 p. 803 *Postulo, ut inter vos de hujusce modi rebus controversemini, non concertetis.* Sidon. 4 epist. 1 *Qui nascuntur ex fratribus, nihil invicem controversantur.*

¶ Incontroversus, *a, um*, unstreitig. Cicero de Orat. 1, 57 *Licet impune hanc partem juris incontroversi ignorare.*

¶ Deverto, (Devorto) *ti, sum, ĕre*, deflectere, recedere, sich abwenden, einkehren. Cicero Off. 2, 18 *Cimon ita instituit, ut omnia præberentur, quicunque Laciades in villam suam devertisset.* Idem Att. 3, 7 *Itineris caussa ut devorterem.* Gell. 3, 9 *In Syriam proficiscentem Argos divertisse.* Et 3, 13 *Visum est paullum devertere.* v. Burm. ad Petron. c. 9; & Quint. 2, 3 ext. Ovid. am. 2, 6, 9 *Alitis in vacuæ miserum devertite fanus.* ¶ 2. Active Aur. Victor de Cæs. c. 48 *Arduum fatalia devertere*, i. e. impedire, hindern, abwehren. (Quamquam & pro *Divertere* Idem Vir. Illustr. c. 42 de Hannibale: *In Campaniam devertit*). Sic Lucan. 6, 591 *Ventura suo devertere cursu.* Cogitandum hic etiam, quod in universum monuimus, confundi cognatas præpositiones *de* ac *di*. Drakenb. ad Livium, 1, 51, 8 semper *devertere* dicendum esse, si notet a via ordinaria deflectere, vel hospitium subire, contendit. Sic etiam *deversari, deversorium, adversiculum*, quæ passim in vett. Codd. leguntur, perperam a librariis mutata esse.

¶ Devertor, *ti*, idem quod *Diverti*, h. e. devertere se ab uno loco ad alium, einkehren sich wohin wenden. Cicero pro Fonteio c. 5 *Si qui Cobiamacho deverterentur, neque Tolosam ire vellent.* Ovid. Metam. 9, 62 *Inferior virtute meas devertor ad artes.* conf. de Arte am. 2, 425; & Pont. 4, 14, 21; Stat. Theb. 3, 45; Cato apud Festum in *Prorsus.* Nic. Heins. ad Ovid. am. 2, 619. Duker. ad Livium 45, 10.

¶ Deversōrius, *a, um*, einzukehren dienlich. Antique Plaut. Truc. 3, 2, 29 *In tabernam ducor deversoriam.* Convenit cum *Diversorius*, ubi vid.

¶ Deversōrium, *i*, n. subst. ein ehwerk; item, ein wirthshaus. Cicero de Orat. 2, 71 *Hoc deversorio sermonis tui libenter acquieturum te esse dixisti.* Id. Phil. 2, 41 *Scultorum non libidinum deversorium*, eine retirade.

¶ Dēversor, *ari*, sich aufhalten, wohnen. Cicero Verr. 1, 25 *Rubrium parum laute deversari dicit*, er ware schlecht logirt oder einquartiret. Idem Phil. 2, 27 *Hac te in domo tam diu diversari non pudet?* Tertull. de Pœnit. c. 11 *Extra lectum deversari.* Apulej. Met. 8 p. 205 *Adhuc mariti facies in meis deversatur oculis.*

¶ Deversito, *are*, idem quod *devertere*, sich abwenden. Gellius 17, 20 *Ad verborum venustates deversitandum.*

¶ Dīverto, *ti, sum, ĕre*, quod & *Divortere* dicitur, unterschiedlich seyn, abtreten, abweichen, einkehren. Plaut. Epid. 3, 3, 22 *Divortunt mores virgini longe ac lupæ*: id est, diversi sunt. Sic, *Divertere via*, Plinius Paneg. c. 52. *Divertere ad hospitem*, Cic. Divin. 1, 27. *Divertere in tabernis*, Idem de Invent. 2, 4. Et, *In hæc divertisse non fuerit alienum*, Plinius 2, 7 extr. Et Cicer. fam. 12, 25 *Redeamus illuc, unde divertimus.* Idem Phil. 13, 6 *Divertere Massiliam*, id est, eo concedere. *Divertere ad hospitem*, Idem de Fin. 5, 2. Et, *ad cauponem divertere*, de Divin. 1, 27. ¶ 2. Active Lucanus est usus 2, 469 *Victor cedentibus instat Divertitque acies*: id est, in diversas partes vertit & fugat, es zerstreuet sie.

¶ Divertor, *diverti*, etiam Deponentis forma, einziehen, einkehren. Livius 42, 1 *Domus eorum hospitibus patebant, apud quos ipsis diverti mos esset.* Sic, *Diverti apud hospitem & in hospitium*, Plaut. Mil. 2, 1, 56; & in Pœn. 3, 3, 60. *Divertor domum*, Terentius dixit Phorm. 2, 1, 81.

¶ Divertens, *tis*; ut, *A matrimoniis divertentes*, Gell. 4, 3, h. e. discedentes, separantes se.

¶ Diversus, *a, um*, qui deflexit, abgewichen, zertrennet, zerstreut. Cæs. B. G. 2, 24 *Cum Numidas diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent*, i. e. di tractos. Nepos 14, 11, 3 *Hi cum aliquamdiu in colloquio fuissent, & diversi discessissent*, id est, distracti mutuo abitu. Plaut. Mil. 3, 14 *Discentes hominem diversum & dilendite*, i. e. in diversas partes, huc illuc, spannet ihn aus. Virg. Æn. 1, 69 *Obrue puppes aut age diversas, fuge pte auee mendr.* Id. 5, 166 *Quo diversus abis?* Stat. Achill. 1, 200 *Diversa mens*, id est, hinc inde versata. ¶ 2. Sed, *Quæ natura diversa sunt, voluntate conjungere difficile est*, hoc est, contraria, unterschieden, ungleich, wider einander, Cicero ad Qu. fratr. 1, 12. Sic &, *Ille a te totus diversus est*, Id. Acad. 4, 32. Et, *Hæc videntur a proposita ratione diversa*, Idem de Clar. Or. c. 90. *Longe diversus ab aliis*, Idem Top. c. 12. *Diversi inter se*, Idem Somn. Scip. c. 6. *Disjunctissima maximeque diversa loca*, Idem pro L. Manil. c. 4. *Varia & diversa studia*, Idem de Orat. 1, 61. *Sententia priori diversa*, Quintil. 2, 3. Vetus poëta sub Corn. Galli nomine 1, 103 *Diversos diversa juvant, non omnibus annis Omnia conveniunt, res prius apta nocet.* Pro *aversus* Calpur. ecl. 4, 6 *Nec te diversus Apollo Respicit.* ¶ 3. *Diversior, diversissimus*, comp. & superl. ut, *Precia diversiora*, Plinius 12, 19 extr. *Mittit in diversissimam partem Galliæ*, Hirt. B. G. 8, 24. Livius 21, 4 *Ingenium ad diversissimas res, parendum atque imperandum, habile.* Claud. de Laud. Stil. 1, 152 *Nec tantis dissona linguis Turba, nec armorum cultu diversior unquam Confluxit populus.* ¶ 4. Absolute etiam ponitur; ut, *In diversum abire*, aus einander gehen. *Erumpentia e diverso maria*, hinwiederum, Plin. 4, 4. ¶ 5. *Diversus* & *adversus* significatione interdum conveniunt, eamque ob caussam a librariis confunduntur. v. Drakenb. ad Sil. 1, 264.

¶ Diversicŏlor, *oris*, buntfarbig. Mart. Capella 1 pag. 6 *Diversicolor fluentorum discrepantium unda.* Idem 8 p. 274 *Ex metallis diversicoloribus.*

¶ Diversē, adverb. id est, diverso modo, vel in diversas partes, hin und her. Ter. Andr. 1, 5, 25 *Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverse trahunt*, bald da bald dorthin. Sallust B. Cat. c. ult. *Pauci paullo diversius conciderant.* Suet. Tib. c. 66 *Quibus* (conviciis) *diversissime afficiebatur.*

¶ Diversĭtas, *ātis*, f. der unterschied, die ungleichheit. Claud. Mamert. Paneg. ad Maximianum c. 11 *Neque vobis tanta locorum diversitas obest*, Maximiano nempe Treviris, & Diocletiano Nicomediæ habitanti. Eumenius pro restaur. scholis c. 2 *Quanta inter hanc aciem fori, & nostra illa secreta studiorum exercitia diversitas.* Sic, *Diversitas ingeniorum*, Plinius 7 epist. 30 Vulgare dictum est: *Diversitas morum odium parit*, cujus sensum & veritatem nobilissimus Barthius ad Statii 5 Theb. p. 240 ex Petronii similibus verbis comprobavit.

¶ Diversito, *are*, vide *Deversitare* post *Deverto*. Nam & ita in libris quibusdam Gellianis, unde illud hic quoque producendum erat.

¶ Diversĭtor, *ōris*, m. qui aliquo divertit hospes, qui in caupona diversatur, ein gast, der zur herberge ist. Petron. c. 79 *Anus inter diversitores diutius ingurgitata.* conf. & c. 95.

¶ Diversor, *ōris*, m idem. Cic. de Invent. 2, 4 *Cum quibusdam diversoribus illam, qui ante exierat, consequitur.*

¶ Diversōrius, *a, um*, einzukehren dienlich. Suet. Ner. c. 27 *Per littora & ripas diversoriæ tabernæ parabantur*, id est, ubi diverti liceret. *Deversorius* scribi volunt Bourdelot. & Burm. ad Petronium c. 9 p. 40.

¶ Diversōrium, *i*, n. subst. die herberge, das quartier. Cicero de Senect. c. 23 *Commorandi natura diversoriorum nobis, non habitandi dedit.* Idem pro Rosc. Am. c. 46 *Diversorium flagitiorum & officinam nequitiæ* per metaphoram eleganter dixit. Petron. c. 124 *Parvo diversorio refecti.* conf. c. 9 & 19; & Apul. Met. 8 p. 215. *Diversorium* tantum amicos & gratis recipere, & in hoc a caupona vel taberna differre, cum hospitio convenire putat Manut. ad Cic. fam. 6, 19 pr.

¶ Diver-

¶ Diversoriŏlum, *i*, n. diminut. Cic. fam. 12, 20 *Sinuessanum diversoriolum meum.*

¶ Diversoriārius, *i*, m. ein gastwirth. Gloss. gr. lat. *πανδοχεὺς, diversoriarius.*

¶ Diversor, *āri*, frequent. wohnen, zur herberge seyn; e. g. *Cum Athenis apud eum diversor*, bey ihm commorater, Cicero Tusc. 5, 8. Et Verr. 4, 27 *Ad eum domum, in qua ille diversabatur, profecti sunt*, darinnen er logirte, sein quartier hatte. Livius 22, 8 *Diversatus est apud Minios Celeres.* Apul. 7 Met. p. 188 *Cum his potissimum diversatur.*

¶ Diversans, *tis.* Gellius 12, 11 *Diversans in quodam tugurio extra urbem.*

¶ Diverticulum, *i*, n. semita deflexa de via, ein abweg, beyweg. Ter. Eun. 4, 2, 7 *Ubi ad ipsum veni diverticulum, constiti.* Ad quem locum Donatus: DIVERTICVLVM, inquit, *est ubi iter de via flectitur: & proprie:* DIVERTICVLA *dicunt in via domicilia, ad quæ de itinere deflectendum sit.* Vet. Gloss. Καταγωγιον. *Diversorium, diverticulum*, ein wirthshaus an der strasse. Servius, *transversas semitas, quæ sunt a latere viæ militaris*, interpretatur; itaque Suetonius usus est Nerone c. 48. Et Livius 9, 17 *Nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opera, & legentibus velut diverticula amœna & requiem animo meo quærerem:* Vbi *Diverticula* dicuntur non tam transversæ semitæ: quam loca amœna, quo recreandi animi caussa deflectere ac requiescere ibi viatores solent declinantes a via, ein aufenthalt, rettrade. ¶ 2. Per metaphoram pro digressione rhetorica. Val. Maximus 2, 6, 9 *Sed ut Massiliensium civitatem, unde in hoc diverticulum excessi, revertor*, der ausschweiff. Iuvenal. 15, 72 *A diverticulo repetatur fabula primo*; id est, ab eo loco, unde primum oratio nostra recessit. Et Rutil. Itiner. 2, 61 *Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces, Carmine propositio jam repetamus iter.* ¶ 3. *Diverticula* etiam de fluminibus dicuntur, tumpffel, dahin der fluß austritt. ICtus Lege Si quisquam D. de diversi. temp. præscr. *Si quisquam in fluminis diverticulis piscatus sit &c.* ¶ 4 Plaut. Capt. 3, 3, 8 *Diverticula quærere piscatis*, au fischen suchen. Et, *Diverticula & anfractus suffugia sunt infirmitatis*, Quintil. 9, 2. Et 12, 3 extr. Idem dixit, *Confugere ad diverticula desidiæ*, feuchte ecken.

¶ Divortium, *i*, n. distractio matrimonii, quum maritus & uxor in diversas partes eunt, die ehescheidung. *Repudium* enim est, quando ipsa remittitur. Sic, *Facere divortium cum uxore*, sich scheiden von seinem weibe, Gell. 4, 3. Et Cic. Phil. 2, 28 *Cujus ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima divortium fecit.* ¶ 2. Proprie dicitur de itineribus seu locis *divortium*, ein scheidweg. Virgilius Æneid. 9, 379 *Objiciant æquales sese ad divortia nota.* Vbi SERVIVS: AD DIVORTIA, *vias in adversa tendentes: hoc est, ad diverticula viæ militaris.* Tac. An. 12, 63 *Arctissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuerunt Græci.* ¶ 3. Et *aquarum* quidem *divortia* sunt, quæ *divergia* Frontino dicuntur. Vnde in diversa aquæ & cœlestes & perennes divertuntur, ut Turnebus 14, 11 interpretatur, da sich ein strom oder wasser theilet, oder au fleußt. *Diverticula* etiam appellantur.

¶ Divortio, *are*, i. e. divertere, einkehren. Hygin. fab. 125 *Lestrygonas divortiavit:* ita in barth. Ms. vid. ejus Adversar. 8, 6. Al. *devoravit.* conf. ib. not. Schefferi.

¶ Everto, *ti, sum, ĕre*, umkehren, umstürtzen, verwüsten; ut, *Evertere & dissipare urbes*, Cicero Off. 1, 24. *Odiis atque discordiis civitas evertitur*, Cicero de Amic. c. 7. Et, *Civitates miseras funditus evertere*, Idem in Pis. c. 38; *jura*, Idem Verr. 2, 19; *leges*, Idem Cat. 1, 7; *arborem*, Virgilius Georg. 1, 256. *Amygdalas fibrosis evertere*, Silius 8, 530. vid. Chiliad. *Amicitiam funditus evertere*, zerstören, aufheben, Cicero de Finib. 2, 25. Et, *Evertere bona alicujus familia, familia, bonis, fortunis*, id est, spoliare, ausplündern, drum bringen. Idem in Verr. 1, 6; & 2, 22; & Div. Verr. 2, 1; & Plaut. Trin. 1, 2, 176, ubi vide interpretes.

¶ Everlus, *a, um*, umgekehrt, zerstört, geführt; ut, *Eversa funditus provinciæ*, Cicero in Verr. 1, 3. *Urbs eversa*, Idem. p. Sex. 10 c. 15. Sed apud Livium 30, 16, *Civitas bis jam eversa*, non est diruta, excisa, sed cujus potentia labefactata. *Eversis fortunis omnibus*, der um alles gekommen ist, Cicero Verr. 3, 85; & pro Flacco c. 5. *Circa eversos ingens solitudo est*, Sen epist. 9. *Eversa vi tempestatis quercus*, Plinius 10, 1. *Eversis succurrere sæclo*, id est, mundo vel humano generi, ad interitum ruenti, Virg. Georg. 1, 500. ¶ 2. *Eversus* a *Verro* v. supra.

¶ Eversio, *ōnis*, f. die umstürtzung; ut, *Eversiones rerumpublicarum*, zerstörung der land und leute, Cicero de Senect. c. 12. *Inferre eversionem tectis atque agris*, Idem de Aruspic. Resp. c. 2. Proprie autem Phil. 1, 2 *Eversio illius exsecratæ columnæ*, die umreissung, umwerfung.

¶ Eversor, *ōris*, m. ein zerstörer; ut, *Eversor civitatis*, Cicer. pro Domo sua c. 39. *Eversor juris humani*, Plinius 28, 1. *Eversor Asiæ Achilles*, Stat. Achill. 1, 530; *regnorum Priami*, Virgilius Æneid. 12, 545.

¶ Inverto, *ti, sum, ĕre*, in diversum aut contrarium vertere, verkehren, verwenden; ut, *Invertere ordinem*, Cic. in Partit. c. 7. *At nos virtutes ipsas invertimus*, Horat. 1 sat. 3, 55.

¶ Inversus, *a, um*, verkehrt, umgekehrt, umgewandt; ut, *Inversus vomer*, Horat. epod. 2, 63. *Inversi mores*, Idem 3 od. 5, 7. *Inversa consuetudo*, Quintil. 3, 11. *Inversa verba, eversas cervices tuas, Asci*, Ter. Heaut. 2, 4, 120.

¶ Inversum, adverb. idem. Solinus c. 8 *Surculis inversum superpositis.*

¶ Inversio, *ōnis*, f. die verkehrung, verdrehung; ut, *Inversio verborum*, Cic. de Orat. 2, 64.

¶ Inversūra, *æ*, f. die wendung. Vitruv. 5, 3 *Aditus directos & sine inversuris faciendos.*

¶ Inversibilis, *e*, unveränderlich. Apulej. Asclep. p. 100, ubi alii *Inaversibilis*, de quo paullo ante.

¶ Inverso, *are*, frequent. oft wenden, Fulgentius Continent. Virgin. p. 241 edit. Munk.

¶ Inversor, *ari*; ut, *Rebus inversari*, i. e. in rebus versari, in sachen zu thun haben. Ita enim Lucil. apud Lactantium 6, 5 *Quis inversamur, quis vivimus, rebus adesse.*

¶ Interverto, *ti, sum, ĕre*, callide surripere est, quod fit, cum rem commodatam aut creditam dolo, ne restituatur domino, efficimus, quemadmodum Valla docet 5, 23, entwenden unterschlagen verpartiren, vertuschen. Cic. Phil. 2, 32 *Intervertere & ad se transferre.* Sic, *Intervertere pecuniam alicujus*, Petronius c 124. *Intervertere possessionem*, L. 20 Dig. de acquir. possess. *Orationes intervertere*, Sen. Suas. 2, ausschreiben, abstehlen. ¶ 2. Est dilapidare, profundere, durchbringen. Tac. Hist. 2, 95, 4 *Novies millies sestertium paucissimis mensibus interversisse creditur.* ¶ 3. Sed, *Publica pecunia intervertere*, Paul. in l. amissione ff. de capitis diminut. est evertere.

¶ Interversus, *a, um*, abgestohlen, entzogen; ut, *Interverso regali domo*, Cicero in Verr. 4, 30. *Interversis patroni rebus*, Tac. An. 16, 10, 2.

¶ Interversio, *ōnis*, f. die unterschlagung, verpassung. Tertull. adverss. Marc. 1, 20 pr. *O Christe, patientissime domine, qui tot annos interversionem prædicationis tuæ sustinuisti.* Ibid. 3, 1 *Regulæ interversio.*

¶ Interversūra, *æ*, f. in agris dimetiendis usurpatur, der winckel oder abschnitt des ackers. Hygin. de Limit. Goes. p 178 *Ferramento nisi ad interversuram non utuntur.* conf. ibid. p. 198 & 218.

¶ Interversor, *ōris*, m. qui intervertit aliquid ex pecunia publica, ein practiquenmacher, L. 8 God. de Iure fisci.

¶ Intervertibilis, umstößlich. Saresb. 4, 35 *Intervertibilis inconstantia.*

Introversus, adv. vide supra *Versus* seorsum.

¶ Obverto, *ti, sum, ĕre*, contra quem vertere, gegen etwas kehren, wenden, vorkehren. Plaut. Pseud. 4, 3, 5 *Ne in re secunda nunc mihi obvertat cornua.* Virgilius Æneid. 6, 3 *Obvertunt pelago proras.* Cic. Tusc. 3, 18 ex poeta: *Quem spectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant sua.*

¶ Obversus, *a, um*, entgegen gestellt. Colum. 1, 3 *Obversa orienti gallina.* Solin. c. 65 *Cancasus, qua soli est obversus.* Et, *Obversum stare*, Plin. 9, 57. Apul. Met. 2 p. 127. *Orientem obversus & incrementa solis imprecatus*, i. e. versus ob orientem.

¶ Obverse, adverb. entgegen, gegen über. Colum. 9, 7 *Domicilia* (apum) *obverse ad hibernum orientem componi debebant.*

¶ Obversor, *ātus sum, āri*, in oppolito versari, gegen über seyn oder schweben, vorkommen. Cicero pro Domo sua c. 55 *Respublica, quamquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur ante oculos exsilioris sui.* Livius 2, 59 *Ingentis mali speciem obversari ante oculos.* Idem 35, 11 *Obversari oculis*, tertio casu, vor augen schweben. Cicer. Tusc. 2, 22 *Obversentur species honestæ animo.* ¶ 3. Idem ac *Adversari*, entgegen seyn. Tertull. adverss. Gnostic. c 5 *Nisi obsimi & obversari nisi bonum non potest.* ¶ 2. *Obverso* & *Obversor* antiquus in usu fuisse, testatur Priscianus 8 p. 799.

¶ Obversātio, *ōnis*, f. ex Cic. pro Murœna c. 24 adfertur, sed meliores libri *Observationes* ibi.

¶ Perverto, *ti, sum, ĕre*, verkehren, umstossen, ut, *Labefactare & pervertere*, Cicero Tusc. 3, 21. *Omnia divina & humana jura pervertere*, Idem Off. 1, 8. Et, *Pervertere officium*, ibid. c. 2. *Rapinis, incendiis, cædibus omnia funditus pervertere*, Hirt. Cicer. ad Att. 15, 6. Et Tac. Hist. 3, 38, 5 *Voi asperatum Vitellium & posse Blæsum perverti satis patuit.*

¶ Perversus, *a, um*, pravus, improbus, a bono versus, verkehrt, schlimm, unartig; ut, *Mens perversa*, Ovidius Trist 2, 321. *Præpostorus & perversus*, Cicero pro Cluent c. 26. Et, *More perverso aliquid facere*, Idem pro Qu. Rosc. c. 18. Compar. *Quid perversius? quid intolerabilius?* Cicero de Fin. 4, 8. Et, *Quo nihil potest esse perversius*, ibidem c. 15. Superl. *Perversissimi oculi*, Idem de Nat. D. 1, 28.

¶ Perverse, adverb. aus bosheit, verkehrter weise. Cicer. de Nat. D. 2, 28 *Vtuntur perverse deorum beneficio multi.* Et de Amic. c. 22 *Perverse, ne dicam imprudenter, plerique amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt.* conf. Suet. Aug. c 62; Lucret. 1, 10, 67, & *Pervorse.* Ennius apud Gell. 11, 4. Tertull. Apol. c. 2 *Perversius cogitis de confesso discedere.* Et Hieron. in Matth. c. 1 v. ult. *Quicquam perversissime suspicantur.*

¶ Perversio, *ōnis*, f. die verkehrung. Tertull. adverss. Marc. 4, 5 *Competit, ut si qui evangelium pervertebant, eorum magis curarent perversionem, quorum sciebant auctoritatem receptiorem.* ¶ 2. Est quoque *Perversio* in rhetoricis transgressionis modus. vid. Auct. ad Herenn. 4, 32.

¶ Perversitas, *ātis*, f. verkehrter sinn, weise, art, bosheit; ut, *Improbitas & perversitas*, Cic. ad Qu. Fr. 1, 1, 13. *Perversitas opinionum*, Idem Tusc. 5, 17. Et, *Inconstantia est hominum perversitas, gravius enim verbo uti non libet*, tam. 1, 7. Manutius *improbitatem* gravius illud verbum putat esse. *Perversitas morum*, Suet. Aug. c. 62. *Mæstissima diligentiæ perversitas*, Quintil. 1, 6.

¶ Perversibilis, *e*, veränderlich. Prudent. in Romano v. 136 *Cave benignus esse perversibilis*; al. perverse vehis.

¶ Imperversus, *a, um*, unverkehrt, apud Manilium.

¶ Postverta, vel Postvorta, *æ*, f. Dea apud Romanos, una ex Carmentibus, quæ partui fœminarum præsidebat, de qua Gellius 16, 16 *Divinitatis comes, quæ futura prospiceret*, Macrob. Sat. 1, 7.

 ¶ Præver-

¶ Præverto, *ti, sum, ĕre*, & Prævertor, *ti*, deponentialiter, eſt prævenire, præcedere, ſuperare, zuvorkommen. Catull. 65, 337 de Achille *Flammea prævertet celeris veſtigia cursus.* Virgilius Æneid. 7, 806 *Sed prælia virgo Dura pati cursuque pedum prævertere ventos.* Id. Æneid. 1, 317 *Volucremque fuga prævertitur Hebrum. Prævertere metum ſupplicii fuga*, Livius 22, 5. Et, *Nefas prævertere morte*, Sen. Hipp. v. 254. Plaut. Amph. 5, 1, 17 *Herilis metus prævertit*, i. e. heri metus meum ſuperat. ¶ 2. *Præverti tere* eſt obtendere, prætexere, vorwenden, vorſchützen. Gell. 4, 3 *Traditur juris jurandi religionem animo atque ameri prævertiſſe.* Plaut. Merc. 1, 2, 3 *Abige abs te laſſitudinem, cave pigritiæ præverteris*, ſcil laſſitudinem: i. e. noli pigritiam excuſare laſſitudine. Douſa ita explicat: Cave a pigritia præverſus fueris, id eſt, præventus & ſuperatus. Alii malunt, *pigritiam præverteris*, i. e. præpoſueris, & ante ſtrenuam habueris operam, legere, vel *pigritiam præverteris*, i. e. ſuperes; quaſi dicat: cave ne pigrior ſis, quam ſtrenuior, in hac novanda opera filio herili. ¶ 3. Plaut. Cift. 5, 8 *Prævorti hoc certum eſt rebus aliis omnibus*, i. e. præponere, ante res omnes alias habere, vorziehen, höher achten. Cicero Divin 1, 6 *Si vacas, animo neque habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendum putes*, id eſt, cujus prior & potior habenda ratio. Tertull. de Pallio c. 5 pr. *Anacharſis regno Scythiæ philoſophiam prævertit*, i. e. antepoſuit. conf. Nonius 4, 347. Plaut. Pſeud. 1, 3, 59 *Sed quoniam pictatem amori video tuo prævertere*, i. e. præire, antecedere: hoc eſt, plus poſſe apud te, quam amorem Livius 2, 24 *Nec poſſe quum hoſtes prope ad portas eſſent, bello prævertiſſe quicquam.* Idem 9, 17 *Si Punicum Romano prævertiſſet bellum*, i. e. Si Alexander ante Africam & Pœnos bello ſubjugare maluiſſet, quam Italiam & Romanos v. ibi Gronov. Hor Ser. 1, 3, 38 *Illuc prævertamur*, h. e. illud argumentum, miſſo epiſodio, tractemus. ¶ 4. *Prævertere* etiam *aliquid præ aliquo*, Plautus dixit Amph 1, 3, 30 *Ne me uxorem prævertiſſe dicant prae republ.* in quo Pleonaſmus comicus eſt. Idem Capt. 2, 3, 99 *Eadem perconabor, ecquis hunc adoleſcentem noverit, Sequere, tu, te ut amittam, ei rei primum prævertī volo.* Quaſi dicat: ſequere me, ut tui mihi ſit copia. Primum enim de adoleſcente perconter, omittere te, hoc eſt, amandare te volo domum. *Ei rei*, id eſt, antequam ad fratrem eam, ut invitam captivos & de adoleſcente perconter: *te ut amittam, primum prævertī volo*, i. e. hoc primum agere volo, ut te amittam domum. *Primum prævertī*: ſimiliter pleonaſmus comicus eſt. ¶ 5. Idem Plaut. Amph. 3, 2, 39 *Si quid dictum eſt per jocum, Non æquum eſt id te ſerio prævertier*: i. e. præoccupando, ſive præveniendo meam mentem ſerio accipere, im ernſt aufnehmen.

¶ Præverſus, *a, um*, vorhergeſehen; ut, *Præverſum* (al. provorſum) *fulgur*, dicente Feſto, *quod ignoratur noctu an interdiu ſit factum.*

¶ Præterverto, *ti, ſum, ĕre*, vorkommen. Plinius 2, 71 *Obvium contrario prætervertebat curſu.* Al *prævertebat.* Sic & in Cicer. de Divin. 1, 6 aliqui *prætervertendum* legunt pro *prævertendum.*

¶ Proverſus, *a, um*, vorwertig, gerade hin. Plaut. apud Varr. L. L. 6, 5 *Transverſus non proverſus edit, quaſi cancer ſolet*, er kreucht zurück wie ein Krebs. Sic, *Proverſum fulgur*, apud Feſtum. Inde fit *Prorſus, a, um*, de quo ſupra ſuo loco in *P.*

¶ Reverto, *ti, ſum, ĕre*, & Revertor, *ſus ſum, ti*, umkehren, zurückkehren, wiederkommen. Voce activa vel neutrali Cicero ſæpe utitur, ſed in præteritis tantum, & *Reverti* deponentaliter in præſenti & inde derivatis: ut, *Epheſo Laodiceam revertit*, ſam. 3, 10. Idem Off. 3, 10 *Vas factus eſt alter ſiſtendi ejus, ut ſi ille non rev rtiſſet, morienda eſſet ipſi.* Idem pro S. Roſc. c. 9 *Legati Ameriam re inorata reverterunt.* Et Ter. Heaut. 1, 1, 70 *Domum revertor miſtus.* Ruſus Cicero pro Mur. c. 41 *Vnde cum honore diſceſſeris, eodem cum ignominia reverti.* Et de Fin. 2, 32 pr. *Reverti ad propoſitum*, wieder zu jemanden zukehren. *Eo reverti, unde quis eſt egreſſus*, Quintil. 2, 4. Sed & *Reverſus ſum* pro *Reverti* latine dicitur. Hirt. de B. Hiſp. c. 13 *Qui cum in oppidum reverſi eſſent.* conf. ibid. c. 18. Phædr. 4, 13, 10 *Sero domum eſt reverſus.* In eund. vid. Diſponti Collectan p. 262; & Borrich. Vindic. p. 204.

¶ Revertens, *tis.* Virg. Georg. 1, 174 *Lapidemque revertens repertat.* Ibid. 4, 132 *Seraque revertens nocte domum.* Et 1, 427 *Luna revertentes cum primum colligit ignes.* ¶ 2. Eat & iterum atque iterum vertens, ſive verſans animo, recogitans, überlegend. Cicero Tuſc. 1, 30 *Itaque dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa adverſa reverſens, tanquam ratis in mari noſtra vobitur oratio.*

¶ Reverſus, *a, um*, der zurückkommen. Cæſ. b. Gall. 6, 41 *Reverſus ille, eventus belli mea ignoratione*, &c. Manil. 5, 464 *Sol reverſus.* Adde Salluſt. apud Nonium 1, 23.

¶ Reverſio, *ōnis*, f. die wiederkunft, rückreiſe, zurückkehrung. Cic. Phil. 1, 1 *Exponam vobis breviter conſilium & profectionis & reverſionis meæ.* Id. Att. 16, 7 *Dii immortales quam valde ille reditu, vel potius reverſione mea lætatus*, &c. Apul. de Doctr. Plat. 1 p. 7 *Reverſiones temporum.*

¶ Reverticulum, *i*, n. ut, *Diverticulum*, idem; ut, *Solis annua reverticula*, id eſt, reverſiones, Apulejus 4 Florid. pag. 361 edit. Elmenh.

¶ Reverſor, *atus ſum, ari.* Hor. c. 7, 8 *Panis qui non reverſatur.* Veget. 3, 11 *Reverſatur ex talis.*

¶ Reverſatus, *a, um*, paſſive *ſupinatus*, zurückgebogen. Plin. Valer. 1, 23 *Reverſata prius palpebra.*

¶ Retroverſus, *a, um*, rückwertig, umgekehrt. Ovid. Met. 4, 655 *Ipſe retroverſus ſyalentia produit ora.* Solinus c. 4 *Retroverſi ortus omen.* Lactant. 1, 16 *Argumentum retroverſum idem valet.* Hinc fit *Retrorſus, a, um*, de quo ſupra in *Retro.*

¶ Retroverſus, adverb. vide in *Verſus* ſeorſum.

¶ Retroverſim, adverb. rückwerts. Claud. Mamert. 1, 7 *Retroverſim cedere.*

¶ Subverto, *ti, ſum, ĕre*, umkehren, umwenden; ut, *Subvertere terram aratro*, wenden, ſtürzen, Colum. 11, 2. ¶ 2. Item demoliri, deſtruere, umreiſſen, niederwerffen. Salluſt. Iug. c. 30 *An probarent tantum flagitium, an decretum conſulis ſubvertere, parum conſtabat.* Ovidius Faſt. 6, 645 *Operum ſubvertere moles.* Tac. An. 3, 7, 1 *Scelerum probationes ſubvertere.* Quintil. 9, 4 pr. *Tota hæc ars orandi ſubvertetur.*

¶ Subverſus, *a. um*, umgekehrt, eingeriſſen zerſtöhrt. Lucret. 5, 1135 *Subverſa jacebat priſtina majeſtas.* Sic, *Subverſa domus*, Tac. Hiſt. 4, 42, 2. *Subverſa opera*, Idem Hiſt. 4, 22, 1. *Subverſi obices portarum*, Idem An. 13, 39; 7. *Hiberna ſubverſa crematque*, Idem Hiſt. 4, 61, 7.

¶ Subverſio, *ōnis*, f. die zerſtörung, umkehrung. Arnobius 1 p. 7 *Subverſio humani generis.* Et 5 pag. 165 *Animorum ſubverſiones.* Et Hieronymus in Habac. c. 2, 15 *Subverſione turbida* vertit, quod LXX Interpretibus eſt ἀναστροφῇ δολερᾷ. Adde Vulg. Geneſ. 19, 29; Deut. 29, 23; & Novatian. de Trinit. c. 26.

¶ Subverſor, *ōris*, ein zerſtöhrer. Tac. An. 3, 28, 1 *Suarum legum auctor idem ac ſubverſor.* Et Alcimus Avitus 2, 76 *Sed poſt ad pravos ſubverſor tranſtulit uſus.*

¶ Subverſo, *āre*, frequent. umſtoſſen. Plaut. Curc. 4, 1, 23 *Qui alii ſubverſentur.* Ita vet edit. Sed Lambinus: *ſubvertendos præbeant.* Operarius: *qui aliis ut verſentur.*

Tergiverſor, tergiverſatio, &c. vide ſupra *Tergum.*

¶ Transverto, *ti, ſum, ĕre*, verkehren, abwenden, hinüberkehren. Arnob. 7 pag. 219 *Proſſare quæ bona ſunt, atque inimica transvertere.* Tertull de præſcript. c. 37 *Qua licentia fontes meos transvertis?* conf. Apul. Apolog. p. 206; & Mart. Capella lib. 3.

¶ Transverſus, *a, um*, obliquus, überzwerch, querüber, ſeitwertig umgewändt. Cicero Att. 5, 1 pag. 467 *Nunc venio ad transverſum illum extremæ epiſtolæ verſiculum*, i. e. de transverſo & in margine loci inopia adjectum. Celſ. 7, 7 pr. *Transverſa linea.* conf. Idem 5, 26, 18. Livius 1, 14 *Romani transverſam invadunt hoſtium aciem.* Horat. de Arte poet. v. 446 *Incomptis illinet atrum Transverſo calamo ſignum.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 45 *Ex transverſo cedit, quaſi cancer ſolet.* Et, *Iter transverſum*, Livius 3, 7. ¶ 2. *Transverſum unguem* vel *digitum ab loco*, aut *re non diſcedere*, pro eo dicitur, quod eſt quam minimo ſpatio, auch ei Fingers oder Fingers breit. Plaut. Aul. 1, 1, 18 *Si tu ex iſto loco digitum transverſum aut unguem latum exceſſeris* Cicero Att. 12, 29 *In omni vita ſua quemque a recta conſcientia transverſum unguem non oportet diſcedere.* Idem Acad. 4, 18 *Ab hac regula non licet transverſum, ut ajunt, digitum diſcedere.* Et, *Transverſum agi, auferri, rapi, abripi*, ſignificat ab inſtituto recto depelli, ſich verfuhren laſſen: Sall Iug 14, 20 *Ne quos privata amicitia transverſos agat.* Sen. ep. 8 *Transverſos agit felicitas.* Et Laberius apud Macrob Sat. 2, 7 *Neceſſitas, cujus curſus transverſi impetum Volverunt multi eſſe gere, pauci potuerunt.* Quintil. 10, 1 p. 916 *Cum transverſum vi ſua judicem ferat, tamen ille non rapi videtur, ſed ſequi.*

¶ Transverſa, neutrum plurale græco more adverbialiter, idem; ut, *Mutari transverſa ſremunt venti*, Virg. Æn. 5, 19. Et, *Transverſa tuentibus hircis*, Idem ecl. 3, 8.

Transverſus, *um*, adverb. vide *Verſus* ſeorſum.

¶ Transverſe, adverb. ſchräge. Vitruv. 9, 9 *In columella horæ transverſe deſcribantur.* Celſ. 5, 26, 24 *Transverſe comprehendere oras.*

¶ Transverſim, aliud adverb idem. Tertull de Bapt. c. 8 *Manibus transverſim obliquatis.* Et Plin. 3, 1 *Ad Gallicum oceanum Iberico a mari transverſum ſe pandat terra.*

¶ Transverſio, *ōnis*, f. die verwandelung. Sic Vetus quidam criticus apud Barth in Stat. Theb. p. 118 Ovidianas metamorphoſes dixit *Formarum transverſiones.*

¶ Transverto, *āre*, verkehren. Sept. Serenus in Moreto: *Transverſare farinas*, i. e. transverſum inſpergere, interprete Barthio l. c. p. 117.

¶ Transverſārius, *a, um*, in tranſverſum poſitus, quer über gelegt; ut, *Transverſaria ligna injiciuntur, quæ ſarmento eſſe poſſint*, Cæſ. B. Civ. 2, 15. Et Vitruv. 8, 6 *Compacta transverſaria.* conf. Idem 2, 8 & 10, 5. Et Alfenus l. 27 D. Locati, *Si quid transverſarium incidit.*

¶ Vniverſus, *a, um*, omnis, totus, ganz, allgemein, ſämtlich; ut, *Familia univerſa*, Cicero pro Cæc. c. 20. Idem Off. 1, 31 *Contra naturam univerſum nihil eſt contendendum.* Ter. Phorm. 1, 1, 11 *Id illa univerſum abripiet*, alles zuſammen. ¶ 2 *Univerſi*, plural, ſignificat omnes conjunctim, alle zugleich alle mit einander *Univerſi* enim *ſinguli* opponuntur. Cicero de Orat. 1, 5 *Ex iis rebus univerſis eloquentia conſtat, quibus in ſingulis elaborare parum gnum eſt* Id Nat. D. 2, 66 *Dii ſeparatim ac univerſi ſingulos diligunt.* Sic *ſingula* & *univerſa* contraria, Idem fam. 6, 10. Et apud Nepot. 2, 4, 2 *Univerſi* opponuntur *diſperſis.* ¶ 3. Abſolute *In univerſum*, durchaus ganz und gar, vel generaliter, insgemein. Fac. de Germ 5, 1 *Terra, etſi aliquando ſpecie differt, in univerſum tamen aut ſilvis horrida, aut paludibus fœda* Et 6, 6 *In univerſum æſtimare.* Vſus hac formula & alibi eſt. ¶ 4. *Vniverſum* pro *univerſum* dixit Lucretius 4, 262. v. I. Rutgerſii Var. Lect. 6, 1 p 545.

¶ Vniverſe, adverb. generaliter, ſeu generatim, insgemein Cic. in Verr. 5, 55 *Sigillatim potius quam generatim atque univerſe loquar.* Idem Att 5, 2 *Cui cætera univerſe mandavi.*

¶ Vniverſim, idem. Gellius 1, 3 *Summatim univerſimque.*

¶ Vniverſitas, *ātis*, f. die gantze gemeine, der allgemeine haufe die verſammlung; ut, *Vniverſitas generis humani*, Cicer. Nat. D. 2, 65. *Vniverſitas rerum*, die gantze welt, Id. N. D. 1, 43. Et Colum. præfat. ſub f. *De cujus* (ruſtici canonis) *univerſitate nihil attinet plura nunc dicere.* Vbi *Univerſitatis* nomine ea deſignantur, quæ generaliter de aliqua re dici poſſunt. Frontinus edit. Gœſii p. 40 poſuit id verbi pro ſorte eaque integra, quæ cuiquam obvenit; Sed pag 41 pro tota pertica. ¶ 2. *Univerſitas* dicitur academia, quia totum profeſſorum & ſtudioſo-

dioforum corpus formam habet quandam parvæ univerſitatis: aut quia ſtudia, quæ ibi tractantur, univerſis propoſita & publica ſunt, vide Pet. Gregor. de Rep. 18, 1, 7; & Iac. Middendorp. de Academ. 1, 1.

¶ Vniverſalis, *e*, allgemein. Onomaſticum vetus; *Univerſale, καθολικόν.* Et apud Auct. ad Herenn. 2, 24 vulgo legunt *univerſali ratione*: ſed Gruterus *univerſa*. Quintil. 2, 13 *καθολικά, id eſt (ut dicamus quomodo poſſumus) univerſalia vel perpetualia.* conf. Apul. de Syllog. Categ. p. 374; & Mart Capella 4 p. 121.

¶ Vniverſaliter, adverb. in univerſum, insgemein, ſämtlich. Cajus ICt. l. 35 § 6 Dig. de contrah. emtione: *Si grex venierit, ſi quidem univerſaliter uno pretio; perfecta videtur venditio.* An Varronis etiam ſit, quod quidam crediderunt; diſputatum eſt Curis Poſter. Cellarii p. 102. Adde Mart. Capell. 4, 121; & Sic. Flaccus de Condit. Agr. p. 4.

¶ Vniverſalitas, *ātis*, f. das allgemeine weſen. In laudato Onomaſtico *τὸ καθόλου* ita vertitur.

¶ Vniverſātim, idem quod *univerſaliter*. Sidon. 8 epiſt. 2 *Votis univerſatim fervent ibus*

Vertraha ſub *Vertagus* in *Verto*.

Vertumnus, vide paullo ante in *Verto*.

VĔRV, n. plur. *verua*, inſtrumenta, quibus ad ignem torrentur carnes, bratſpieſſe, *averſando* dicta ap. Varr. L. L. 4, 27. Virg Georg. 2, 396 *Pinguiaque in veribus torrebimus exta columnis*, an holzernen ſpieſſen. Id. Æneid. 1, 216 *Pars in fruſta ſecant, veribusque trementia figunt Viſcera.* Sic enim legit Servii exemplar, *alia veribus*. Add. Tibull. 1, 7, 55. ¶ 2. Sed & pro telo poſitum eſt *Veru*, Virg. Æneid. 7, 665 *Et tereti pugnant mucrone veroque Sabello*, mit einem ſtoßdegen. ¶ 3. *Veru* & inter notas criticas nominatur: *Obelus* etiam dicitur, vide ibi; & conf. Hieron. epiſt. 1, 19. ¶ 4. *Verum* pro *Veru* antiquo ſermone uſurpat Plaut. Rud. 5, 2, 15 & 17.

¶ Vero, *ōnis*, m. etiam ut *Veru* telum dicitur, ein ſtoßdegen. Aurel. Vict. de Cæſ. c. 17 *Cum ipſe ferrum objectum* (ferro objecto) *veronibus plumbeis uteretur*. Loquitur de Commodo, qui ferrum acutum objecit gladiatoribus ſecum pugnantibus, quorum verones erant plumbei adeoque inutiles.

¶ Verūcŭlum, *i*, n. diminut. exiguum veru, ein ſpießlein. Plin. 33, 6 *Materia ſublata verueulis ferreis*; al. *verriculis*.

Veruculatus, vid. *Verriculatus* ſub *Verro*.

¶ Verūtum, *i*, n. telum breve & acutum, a veru ſimilitudine, ein kleiner wurff-ſpieß. Liv. 10, 29 *Plerisque verutis, in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus*. Id. 1, 43 *Arma mutata, nihil præter haſtam & verutum datum*. Vet. Gloſſ. *Verutum, δυλακόβολον*. Lucan. 8, 681 *Pharioque veruto ſuffixum caput eſt*. Sil. 3, 363 *Tunni pugnax teſtare veruto*. Adde Lucret. 4, 410; Cæſ. B. G. 5, 43; Nonium 18, 16; & Lipſ. Poliorc. 4, 4.

¶ Verūna, *æ*, f. idem. Fulgentius de antiquo Serm. n. 33 VERVINA *jaculi genus longum, quod aliqui* verutum *vocant &c.* Vide & Lipſ. Poliorceticōn 4 dial. 4; & Plaut. Bacch. 4, 8, 46.

¶ Verūtus, *a, um*, adject. pro veruto armatus, quaſi verutatus, mit einem ſpieß verſehen. Virg. Georg. 2, 168 *Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcosque verutos*. ¶ 2. *Veruti dentes* Gratio in Cynegetico v. 110 ſunt mucrones inſtar veruum una cuſpide prominentes.

Subverbuſtus, quaſi veribus uſtus, vide infra in *Vro*.

¶ Vervactum, vide *Ver*, Verveceus & vervecinus, *Vervex*, Verunna, *Veru*.

VERVEX, *ēcis*, m. quaſi *Verpex*, mas ovium, ein verſchnittener widder, hammel, ſchöps. Cic. de Leg. 2, 22 *Quod genus ſacrificii Lare vervecibus fiat*. Plaut. Capt. 4, 2, 40 *Petroni nomen indunt verveci factario*. Apul. Met. 7 p. 110 *Trucem amatorem quovis vervece mitiorem efficere*, id eſt, cicurare, zähmen. conf. Varro ap. Nonium 2, 927. ¶ 2. Ponitur & pro ſtolido, ſimplici, quique nemini negotii quicquam exhibet, apud Plautum Merc. 3, 3, 6; v. Taubm. ad Perſ. 2, 2, 23 & Cal. 3, 2, 5. Sic Apul. 8 Mileſ. p. 212 *At præco, vervecem, inquit, non aſinum vides, ad uſum omnem quietum*. Sen. de Conſt. Sap. c. 17 *Chryſippus ait, quendam dedignatum, quod illum aliquis vervecem marinum dixerat*. Quo pertinet illud quoque Iuvenalis 10, 50 *Vervecum in patria craſſoque ſub aere naſci*.

¶ Vervēcīnus, *a, um*, ſchöpſen; ut, *Vervecina pellis*, Lamprid. in Commodo c. 1, ein hammel-fell. *Vervecina judaica*, ſcil. caro, Tertull. adv. Marc. 4, 40. Ibid. 2, 22 *Viſcera vervecina*. Arnob. 5 p. 157 *Vervecinum caput*.

¶ Vervēnus, *a, um*, idem contracte apud Eugenium Toletanum carm. 22 *Muſmonem capra verveno ſanguine gignit*.

¶ Verveceus, *a, um*, aliud adjectivum; ut, *Iupiter verveceus*, Arnobius 5 p. 171, qui arietis formam geſtat ſub Ammonis nomine. Adducunt etiam *verveceam ſtatuam* ex Plauti Capt. 5, 1, 31: ſed libri meliores *verbeream*.

Verum, vide in *Vero* ſupra ſuo loco.

Verunco, ſive rectius Verrunco, vide ſupra in *Runco*.

VĔRVS, *a, um*, ſincerus, non falſus, germanus, nativus, non adulterinus, contrarius ſimulato, fucato, falſo, ficto, *ἀληθής*, wahr, wahrhaftig, rechtſchaffen, ernſtlich, ungefälſcht. Ter. Heaut. 3, 1, 82 *Videre verum atque uti res eſt, dicere*. Idem Andr. 3, 1, 7 *Actum eſt, ſiquidem hæc vera prædicat*. Et, *Color verus*, Idem Eun. 2, 3, 26, rechte natürliche farbe. *Laus vera*, ibid. 5, 4, 3. Et, *Nuptiæ veræ*, Andr. 1, 1, 20. Et abſolute Cic. Off. 2, 5 *Perſpicere quid in unaquaque re verum ſincerumque ſit*. Liv. 31, 18. *Inſueto vera audire, ferocior oratio viſa eſt*. Horat. 1 Sat. 3, 97 *Cum ventum eſt ad verum*. Ter. Andr. 2, 6, 6 *Verum dicere. Ex vero*, id eſt, veritate, Salluſt. Cat. c. 8. In neutro genere enim uſurpatur pro ſubſtantivo. *Latet in occulto verum*, Cic. in Orat. c. ult. Id. Acad. 4, 11 *Longiſſime a vero eſſe*, der wahrheit fehlen. Et, *Abhorrere vero*, Tac. Hiſt. 5, 24, 1. *Tuneras mordaci radere vero Auriculas*, Perſius 1, 107. In quibus locutionibus *Verum* ſubſtantive ponitur. Ter. Andr. 2, 5, 12 *Sum verus?* id eſt, verax, veridicus. Compar. Cic. antequam iret c. 2 *Neque majus eſt, neque verius &c.* Id. Att. 8, 3 *Res hæc verboſior, illa verior*. Sen. epiſt. 22 *Vox neſcio utrum verior, an eloquentior*. Martial. 6 epigr. 30 *Vis dicam tibi veriora veris*. Sen. qu. nat. 2, 36 *Vero verius nihil eſt*. Superl. Arnob. 2 pag. 76 *Vero veriſſimum eſt certoque certiſſimum*. Cic. Acad. 4, 4 *Cauſſa mihi videtur eſſe veriſſima*. Id. Att. 13, 28 *Incendit cupiditate veriſſimæ gloriæ*. Et Ovid. Triſt. 5, 7, 17 *Veriſſima Martis imago*. ¶ 2. Aliquando ponitur pro eo, quod decet & par eſt, gebührend, billig. Plaut. Aſin. 3, 3, 111 *Si verum quid & decorum, herum vobere ſervum*. Liv. 2, 48 pr. *Verum eſſe habere eos* (ſc. agrum) *quorum ſanguine ac ſudore partus ſit*. v. Gronov. & Drakenb. h. l. & Conrad. ad Cic. Att. 2, 1 p. 178. Gr. item quæ notantur ad *Falſus*. Cic. fam. 2, 17 *Nec verum fuit, me tibi mittere*. Horat. 1 epiſt. 7, 98 *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt*. Id. 1 epiſt. 12, 23 *Nil Groſphus, niſi verum, orabit, & æquum*. Martial. 11 epig. 25. *Hoc, Labulle, verum eſt*. Cæſ. B. G. 4, 8 *Neque verum* (æquum & juſtum) *eſſe, qui ſuos fines tueri non potuerunt, alienos invadere*. Priſcianus 18 p. 1180 IVSTVM *pro* VERO, & VERVM *pro* IVSTO *frequenter tam nos* (Latini) *quam Attici ponimus*. Cic. pro Roſc. 30. *Cauſſus veriſſimas & ſapientiſſimus judex*, quo tamen loco etiam pro verace, veridico accipi poteſt.

¶ Vēre, adverb. non falſo, non ficte, wahrhafftiglich, gewißlich, eigentlich. Cic. Off. 3, 3 *Propris vereque dicere*. Martial 1 epigr. 34 *Ille dolet vere, qui ſine teſte dolet*. Compar. Liv. 32, 37 *Philippus quasdam urbes non contumelioſius quam verius compedes Græciæ appellavit*. Cic de Divin. 2, 33 *Quæ vaticinatione fundantur, oracula verius dicimus*. conf. Sen. epiſt. 83; & Catull. 45, 5. Superl. *Veriſſime loqui*, Cic. Att. 5, 21. *Veriſſime judicare de infantibus*, Nepos 2, 1, 4, i. e. rectiſſime. Ter. Phorm. 5, 2, 7 *Veriſſime* ſcil. dixit. ¶ 2. Iuſte, Plaut. Capt. 5, 2, 7 *Neque vere, neque recte adhuc feciſti unquam*. Ter. Heaut. 1, 1, 102 *Hoc ibi ſit, ubi non vere vivitur*, h. e. uti par eſt.

¶ Vero, adverb. idem quod *vere*. Plaut. Amph. 2, 2, 46 *Quamquam adeo cives Thebani vero rumificant probam*. Id. Moſt. 1, 3, 21 *Mavis vituperari falſo, quam vero extolli?* Sed de hoc jam dictum ſuo loco in *Vero*.

¶ Verax, *ācis*, idem quod verus, wahrhaftig; ut, *Oraculum verax*, Cic. Divin. 1, 19. *Vates verax*, auctor epiſtolæ Vlyſſis ad Penelopen v. 94. Et Plaut. Capt. 5, 2, 6 *Si eris verax, rem tuam facies ex mala meliuſculam*. Compar. Cic. de Divin. 2, 56 *Herodotum cur veraciorem ducam Ennio?* Superl. *Veraciſſima promiſſio*, Auguſtin. epiſt. 6. Et, *Veraciſſima humanitas*, Idem epiſt. 8.

¶ Verācĭter, adverb. idem. Ambroſius epiſt. 30 pr. *Salus tuta eſſe non poterit, niſi unusquisque Deum verum veraciter colat*. Et Fulgentius de Fide orthodoxa ad Donatum libro ſæpe uſus hoc adverbio eſt. e. c. *Sancta Scriptura nobis unum Deum veraciter ſalubriterque commendat*. Plauto tribuit Priſcianus lib. 15 p. 1010. confer & Caſſiod. Var. 3, 6; & 9, 6; Hieron. epiſt. 86 &c. Superl. Auguſt. Civ. Dei 5, 8 *Veraciſſime creditur*. Qui & poſitivo uſus ibid. 6, 10 extr. dixit: *Veraciter agere*.

¶ Verācĭtas, *ātis*, f. virtus, die wahrhaftigkeit.

¶ Verāculus, *i*, m. diminutivum ad contemtum pertinens, qui vera ſe prædicturum gloriatur, ſimile noſtro, ein wahrſager. Suet. Vitell. c. 14 *Nullis aliis infenſior quam veraculis, & mathematicis*. VERAGVLI circulatorum genus, quod divinando quæſtum faciebat; quos cum mathematicis, hoc eſt, Chaldæis, qui ex ſtellarum diſpoſitione futura audent prædicere, aptiſſime jungit. Ita igitur legendum ibi, quod & Scaligero videbatur, non *vernaculis*. Quod etſi Caſaubonus & Lipſius in 6 de Beneficiis Senecæ, quem locum Caſaubonus hic producit, interpretari conati ſint, non ſatisfaciunt tamen. Namque & apud Senecam & Martialem *vernaculi* non γόητες ſunt ſed *vernulæ*, ludibundi ac dicaces. Nihilominus vide, quæ pro *vernaculis* non ſine ſpecie diſputat Gronov. de Pec. Vet. 4, 10.

¶ Vēritas, *ātis*, f. virtutum pulcherrima, die wahrheit, *per quam damus operam, ne quid aliter, quam confirmaverimus, fiat, aut factum, aut futurum ſit*, Cic. Invent. 2, 22 & 53. Id. Off. 1, 19 *Vir bonus, & ſimplicis veritatis amicus cultor*. Id. Att. 3, 24 *Veritas etiamſi jucunda non eſt, mihi tamen grata eſt*. Et, *Proferre aliquid in lucem veritatis*, Id. de Orat. 1, 34. *Veritate niti*, Id. ad Qu. frat. 1, 2, auf der wahrheit beſtehen. Et, *Homines veritatis expertes*, de Orat. 2, 19. *Veritatem infirmare*, pro Quintio c. 26, die wahrheit anfechten; *obſcurare*, Quintil. 4, 2. *Venit veritas in lucem quandoque non quæſita*, Menander apud Stobæum: Ἔρχεταί τ' ἀλήθεις εἰς φῶς ἔνιοτ' ἂ ζητούμενον. Democritus: Ἐν βυθῷ γὰρ κεῖται ἀλήθεια. *In profundo demerſa eſt veritas, & abſtruſa puteo*. conf. Cic. Acad. 1, 12. Plur. Favorinus ap. Gell. 18, 7 *Veritates fortiter dicere*. Id. 7, 3 de Epagoge *Rem admodum inſidioſam & ſophiſticam, neque ad veritates magis, quam ad captiones repertam*. Et Tertull. de Reſurr. carn. c. 20 *Si non & veritates prædicatæ fuiſſent*. ¶ 2. Vt de *vero* obſervavimus n. 2; ita & *veritas* ad juſtitiam & æquitatem] interdum pertinet. Cic. pro Mur. c. 29 pr. de Catone: *Paullo aſperior ac durior quam veritas aut natura patiatur*, conf. Id. pro Quint. c. 2. ¶ 3. In illo Terentiano Andr. 1, 1, 41 *Obſequium amicos, veritas odium parit*, VERITATEM Grotius in Matthæum παῤῥησίαν interpretatur. ¶ 4. Quint. 1, 6 p. 79 *Verba declinata ad veritatem reducere*, i. e. ad etymon.

¶ Verimōnia, *æ*, f. idem antique, apud Plautum Truc. 1, 2, 65 *Verius verimonia*; pro quo legunt hodie *meras querimonias*.

¶ Vero, *āre*, verbum vetus vatum, qui plane reſpondet noſtrum, wahrſagen. Ennius ap. Gell. 18, 2 *Satin vates verant ætat. in agunda?* Hinc & Sidonius: *Quoties verba Graja carmine verat*, i. e. vere repræſentat. Gebhardus etiam Propertio tribuit 4, 2, 20 *De ſe veranti tu modo crede Deo*. Sed rectius editio Brouckhuſiana *narranti* ex MSS. & editis.

¶ Vērātor, *ōris*, m. ein wahrſager. v. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 169. Hinc

¶ Veratrix, *īcis*, f. Apul. 9 p. 230 *Magna cui a requiſitum veratricem fœminam, quæ devotionibus ac maleficiis quidvis efficere credebatur, multis exorat precibus*. vide Scalig. in Cirin p. 75. Alii legunt *veneratricem*; quam veram lectionem ait Brouckh. ad Tibull. 1, 2, 41.

¶ Verōſus, *a, um*, wahrhaftig. Mart. Capella lib. 4 *Argumentum veroſæ aſſertionis*.

¶ Verĭcŏla, æ, c. verum colens, wahrheit liebend. Tertull. carm. ad Senat. conversum c. 2 *Quem vericolæ penetraveris ostia legis.*

¶ Verĭdĭcus, *a, um*, vera dicens; ut, *O veridicum*, Lucret. 6, 6. *Oraculum veridicum*, Catull. 64, 326. Cic. Div. in. 1, 45 *Veridicæ voces ex occulto missæ.* Id. pro Flacco c. 32 *Veridicas adjungis causas.* Adde Plin. 18, 4; & 7, 16; Lactant. 3, 1.

¶ Veridĭce, adverb. Augustin. epist. 44 ad Maximum grammat. *Sed me ipse cohibeo, ne a te rhetorice petitus, quam veridice agere existimer.* Et Ammian. 31, 1 *Post multa, quæ vates augusque prædixere veridice.*

¶ Verĭfĭco, āre, id est, probare, beweisen, wahrmachen, frequens philosophis, sed barbarum. vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 23.

¶ Verĭlŏquus, *a, um*, improbat Voss. de Vit. L. L. 3, 54.

¶ Verĭlŏquax, *ācis*, Idem. Gloss gr. lat. ἀληθινὸς, *veriloquax.*

¶ Verĭlŏquium, *i*, n. qua voce ἐτυμολογίαν quidam reddidit, quod tamen non admodum Ciceroni approbat. Ita enim in Topic. c. 8 *Græci etymologiam vocant, id est, verbum ex verbo*, VERILOQVIVM. *Nos autem nevitatem veri, non satis apti, fingentes, genus hoc* NOTATIONEM *appellamus, quia sint verba rerum notæ.* Eadem fere ex Ciceronis Quintil. 1. 6 p. 78 Burm. Plautus quibusdam videtur VERIVERSIVM vocale, de quo paullo post.

¶ Verĭsĭmĭlis, *e*, simile vero, probabile, der wahrheit gemäß, wahrscheinlich, glaublich. Cic. de Orat. 2, 19 *Narrationem jubent verisimilem esse, & apertam & brevem.* Ter. Andr. 1, 3, 20 *Mihi quidem hoc etiam sit verisimile*, das kan ich nicht glauben. Sic, *Non est verisimile*, Cic. de Clar. Orat. c. 17 extr. & pro Rosc. Am. c. 41. *Verisimile facere*, Plaut. Pseud. 1, 4, 10. *Verisimile erit*, Petron. c. 101. Quod & Cicero dixit fam. 12, 5 *Simile vero visebatur.* Et *Similia veri*, Idem Acad. 2, 31. Et per gradus: Cic. pro Flacco c. 6 *Id hoc verisimilius Græci hominibus videbatur.* Id de Fin. 2, 17 *Erat verisimilius hunc mentiri quam illum, &c.* Suet. Vesp. c. 16 *Quod & verisimilius videtur.* Cic. Tusc. 1, 4 *Verisimillimum esset.* conf. Sen. epist. 65.

¶ Verĭsĭmĭlĭter, adverb. idem. Apul. Apol. p. 293 *Fingere verisimiliter.* Ibid. p. 312 *Subtiliter compositum, & verisimiliter commentum.* Compar. Idem p. 294 *Hæc & alia longe verisimilius conjunxisses.* Tertull. Apol. c. 16 *Alii verisimilius solem credunt Deum nostrum.*

¶ Verĭsĭmĭlĭtūdo, *mis*, f. probabilitas, die wahrscheinlichkeit. Cic. Acad. 4, 33 *Sine assensione ipsam verisimilitudinem non incautam sequi.* Sen. de Benef. 4, 33 *Lubrica, qua ducit verisimilitudo.* Apul. 2 Met. p. 126 *Facili verisimilitudine ad criminis credulitatem compelli.* conf. Plin. 34, 7.

¶ Verĭverbium, *i*, n. ein wahr wort, wahrhafftige rede. Plaut. Capt. 3, 4, 36 *Tu reperius es, Ubi veratum qui superes veriverbio*, du kanst eye ein wahr wort reden. Incipere aliis videtur Lambinus, qui *veriverbium* interpretatur etymologiam &c. v. Taubm.

Verutum, verutus, vide paullo ante in *Veru.*

Vetania, vetanio, vetānus, quære supra in *Sanus.*

VESCOR, *vesci*, a græco ἔδεσμαι, vel βόσκω, cibo uti, essen, nahrung haben; ut, *Vesci lacte & melle*, Iustin. 2, 2, 8; *Carne, caseo*, Cic. Fam. 5, 32; *glande*, Id. in Orat. c. 9. Id. Nat. D. 2, 27 *Omne quo vescuntur animal, pennas est.* Et, *Vesci avida*, begierig essen, Plin. 11, 53. Et rursus: *Vescendo esse*, hoc est, cibi esse, zu essen dienen. *Radix ejus vescendo est decocta*, Id. 21, 16 de Scolymo. *Vesci aura*, leben, Virg. Æn. 3, 339. *Dii me ejus aut pestilentia vescuntur*, sie gemessen weder speise noch tranck, Cic. Nat. D. 2, 23. conf. Menck. Observ. L. lat. hac voce. ¶ 2. *Vesci* cum accusativo. Plin. 10, 38 *Aves nonnullæ vescuntur ea, quæ vapore pectus.* Id. 8. 50 *Si caprinum jecur vescuntur.* Et Tac. Agr. 28, 3 *Ea inopia venere, ut reptum simios finorum mox forte ductos vescerentur.* vid. quos laudat Broukh. ad Tibull. 2, 5, 63 *Sic ut, quæ fecera, immixta lauros vescat.* ¶ 3. *Vesci* pro videre, Accius ap. Nonium 4, 487 *Prius quam infans faciem vescuntur oculi tui.*

¶ Vesco, *ĕre*, activa forma, fecisen. Tertull. de Jejun. c. 5 *Quis nos vescet carnes?* Sic aliqui passive sumunt illud Plinii 8, 50 *Caprinum pecus, si vescatur, &c.* v. Bang. Observ. Philol. p. 466.

¶ Vescens, *tis*, essend, speisend. Plin 5, 13 *Delphinus ex hominum manibus vescens.* Sallust Fragm. c. 32 *Meri graves ob inedium insolitu. vescentibus.* Virg. Æn. 6, 636 *Conspicit ecce alios per herbam vescentes.*

¶ Vescus, *a, um*, quicquid esui est, gut zu essen; ut, *Vescum papaver*, Virg. Georg. 4, 131. *Vescæ salicum frondes*, quod ceteris jumentorum sint accommodatæ, Id. Georg. 3, 175. Sed Servius hoc in loco *vescas frondes*, siccas & teneras interpretatur, & *vescum* hoc proprie significare, indeque telas aranearum *vescas* vocari ibidem monet. Atque hinc puto in Veteri Gloss. rio *vescus* ὀλιγόσιτος, ὀλιγοσεὶς exponitur. vide & Gellium 16, 5; & Festum, & Non. 2, 904; Lucret. 1, 326; Plin. 17, 20, ubi Harduinus interpretatur *gracile, exsuccum, macilentum*, quia tales ὀλιγόσιτοι. Ovid. Fast. 3, 446 *Vegrandia farra colonæ Quæ male creverunt, vescaque parva vocant.*

¶ Vesculus, *a, um*, gracilis. Festus. *Vesculi male curati & graciles homines.* Sidonius 8 epist. 16 *Dicito vesculæ, torosæ.*

¶ Convescor, *sci*, mit einander essen. Gloss. lat. gr. *Convescitur*, συναλίζεται. Novatian. de Cibis Iud. c. 5 *Quisquis sic pascitur, Christo convescitur.*

¶ Convescens, *tis. Et convescens præcepit eis*, habet Vulg. Interpr. Act. 1, 4.

¶ Devescor, *sci.* i. e. depascere, abessen, abätzen. Stat. Theb. 1, 603 *Animas morsu crudelio devesci.*

VĔSEVVS, & Vesavius, *i*, m. mons propinquus Neapoli, ignibus per ætatis & locorum varietatem celebris, qui Tito imperante in vertice ruptus, tantum emisit incendii, ut regiones vicinas incenderet. Sed & Plinii morte Vesuvii incendia inania sunt, tentante elegantissima ad Tacitum epistola C. Plinii Iunioris 6, 16. Erupit adhuc incendium & nostra non semel ætate. *Loca montana in Vesuvio*, Varr. R. R. 1, 6. *Campaniæ celeberrimi Vesuvii colles*, Colum. 3, 2. conf. Liv. 23, 39. Adjective Virg. Georg. 4, 224 *Vicina Vesevo ora jugo.* Sil. 12, 152 *Vesevæ juga:* & v. 154 *Ætnæ fatis certantia saxa.* Val. Flacc. 4, 587 *Siculi prorupti tonuit cum forte Vesevi Hesperia letalis apex.* Martial. 4 epigr. 44 *Hic est pampineis viridis Vesavius umbris.* Excepto enim vertice mons quondam amœnissimus fuit agris & vinetis, Strabo. vide & Dionem Cass. l. 46; & Sil. 12, 152 sq.

¶ Vesvius (Vesbius,) *i*, m. per Syncopen idem quod *Vesuvius.* Sil. 17, 598 *Evomuit passos perfecula Vesvius ignes.* Adde Val. Flacc. 3, 209; Stat. 4 Silv. 4, 79: Martial. 4 epigr. 43. Et

¶ Vesvius, *a, um*, adject. ut *Vesvia rura*, Colum. 10, 133.

¶ Vesŭvīnus, *a, um*, adject. ut, *Apex Vesuvinus; Incendia Vesuvina*, Stat. 3 Silv. 5, 72; & 5 Silv. 3, 205.

VĔSĪCA, *æ*, f. folliculus & receptaculum, in quod urina colligitur, die blasen. Cic. de Fin. 2, 30 *Morbi vesicæ & visceruin.* Petron. c. 37, & Apul. Met. 1 p. 108 *Vesicam exonerare*, das wasser abschlagen. *Vesicæ difficultates*, v. Plin. 30, 8. *Dissipata sonat vesica*, Horat. 1 sat. 8, 46. Adde Sidon. 3 epist. 13. Iuvenal. 6, 64 *Vesicæ non imperat*, h. e. urinam continere nequit. ¶ 2. Tumorem notat & inflationem sfili. Mart. 4, 49 *A nostris procul est omnis vesica libellis*, h. e. verba ventosa, turgida, nugæ bullatæ. v. *Ampulla* n. 2. ¶ 3. Varr. R. R. 3, 17, 2 Crumenam videtur notare. vid. Gesn.

¶ Vesĭcŭla, *æ*, f. dimin. ein blässgen. Cic. Divin. 2, 14 *Inflatu vesiculæ.* Lucret. 6, 129 *Animæ vesicula parva.* conf. Arnob. 3 p. 108.

¶ Vesĭcārius, *a, um*, zur blase gehörig; ut, *Aqua vesicaria*, Marc. Emp. c. 26; & Scrib. Largus Comp. 146.

¶ Vesĭcāria, *æ*, f. subst. herba Plin. 21, 31 Judenkirsch. Ita dicitur, quia habet folliculos vesicis similes; & quia vesicæ & calculis prodest. Species solani: alio nomine *Halicacabus*, lauben-kirschen. vid. Matthiolus & supra *Halicacabus.*

¶ Vēsĭco, *are*, blasen ziehen. Theod. Prisc. 1, 33 *Quibus vesicare verint.* Cont. Octav. Horat. 1, 28, unde

¶ Vesicatorium, *i*, n apud medicos vocatur, quum virtute cantharidum vesicæ in cute excitantur.

¶ Vesiculōsus, *a, um*, ipumosus, blasicht. Cæl. Aurel. Acut. 3, 17 *Pinguibus & vesiculosis commixtas.*

VESPA, *æ*, f. σφὴξ, insectum volatile notum, eine wespe. Cic. de Fin. 5, 15 *Corpora ejus rei similia bestiis: vespas acutas.* conf. Varr. R. R. 3, 16; & Plin. 11, 22. & 53, 2. *Vespæ* ideo dicuntur *vespillones*, non a minutis ut vermiculos, sed vespertino tempore, quo eos efferunt, qui funera in pompa ducti nequeunt.

VESPASIANVS, *i*, m. Titus Flavius Vespasianus, qui victo Vitellio potitus imperio est. Incert. hominibus & natus fuit, prie etiam Imperator. Patria vox fuit: *Imperatorem justum me esse oportere.* Filii Titi Vespasiani quidam color & ocherum generis humani appellatus est, illud fuit,: *Non oportere quenquam a principis oculis quo tempore recedere*; tum & illa memorabilis meritoque, ut aiunt, laudanda vox: *Amici, dum perdidi*, n quando nihil eorum egregium toto die præstitisset; vide Suet. ejus vita c. 5.

VESPER, *ĕris*, & Vesperus, *i*, m. & Vespera, *æ*, f. primæ, secundæ & tert decim. stella est vespertina, Venus, quæ *Hesperus* alias appellatus, der abendstern. Plin. 2, 18 *Color mediocri candens, vesperi refulgens.* Sed Horat. 3 od. 19, 26 *Euro similis Vespero.* Et, *Surgente Vespere*, Id. 2 od. 9, 10. Et Virg. Georg. 1, 251 *Idibi sera rubens accendit lumina Vesper.* Vetus Gloss. ἕσπερος, *Vesper.* Varro R. R. c. 5 sub fin. *Intra injecus sub tholo stella Lucifer interdiu, noctu Vesperus ita circumagunt, &c.* Dicitur & *Vesperugo*, de quo infra. ¶ 2. Et ultima pars diei, seu tempus vespertinum, der abend. Sallust. Iug. c. 52 & 106 *Et jam diei vesper erat.* Plaut. Bacch. 5, 2, 87 *Vesper hic est, sequimini.* Id. Asin. 3, 3, 40 *Hodie nunquam ad vesperum vivam.* Et Most. 1, 1, 64 *In vesperum parare pugnam.* i. e. in cœnam. Cic. Att. 12, 15 *Cum mane me abstrusi in suburbanum, non eram inde ante vesperum.* Virgil. Æneid. 5, 19 *Ab antro Iovem vesper conjugant venti.* Cæl. B. Cic. 2, 43 *Primo vespere.* Sic, *Nescis quid vesper serus vehat*, proverbialis locutio; quæ & Varronianæ satyræ titulum fecit, qua monemur, ne præsentium successuum prosperitate elati, futuri cujusque abjiciamus, neque ultra de re securi simus, priusquam exitum viderimus. Germani ita: einen schonen tag soll man auf den abend loben. Apud Livium 45, 8 Æmilius Paulus, victor Macedoniæ, ad suos de captivo rege Perse. *Exemplum insigne cernitis mutationis rerum humanarum. Ideo in secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter consulere decet, nec prosperati credere fortunæ; cum quid vesper ferat, incertum sit.* conf. Aul. Popmæ Conject. ad Varr. Sat. p. 661. Cic. Tusc. 5, 34 *Cum usque ad vesperum contentus ambularet.* Et, *Declinat in vesperam diei*, der tag neiget sich. Colum. 8, 4. Rursus Cic. Cat. 2, 4 *Si accelerare velint, ad vesperam consequentur*, quod Cæsar B. G. 1, 50 *ad vesperum dixit.* Tac. An. 1, 70, 5 *Flexo in vesperam die.* Id. Hist. 3, 19, 2 *Incumbrante vespera*, & An. 15, 60, 6 *Propinqua vespera.* Vocatur & *Serum diei*, vespera, apud Livium, de quo suo loco. Item *Sera.* Vetus Gloss. ἑσπέρα, *Sera, vespera, crepusculum.* Cum *Serum* dicitur, *Tempus* subintelligenda est. Cum *Sera*, *Hora* subintelligenda est. ¶ 3. Plin. 19, 12 pr. adjective dixit etiam, *Hora matutina atque vesperna.* ¶ 4. *Vesperi sub vitem*, i. e. futuris suis vespertinis, Plaut. Mil. 4, 2, 5. ¶ 5. *Vespera*, adverbialiter pro vesperi vel hora vespertina, apud Apul. Met. 1 pr. vid. not. Beroaldi p. 34; & conf. Met. 9 p. 352. (Elmenh p. 225.)

¶ Vesperi, & vespere, adverbia, des abends. Cic. fam. 11, 27 *Cum in Tusculanum vesperi venissem.* Id. Att. 13, 46 *Heri vesperi*, gestern zu abend. *Pridie vesperi*, Idem Acad. 1, 1. Et rursus Att. 11, 12 pr. *Cephalio mihi a te litteras reddidit ad octavum Idus Martii vespere.* Colum. 11, 2 *Canis se vespere celat, &c. Delphinus vespere exoritur, &c. Aquila vespere occidit.*

¶ Vespertīnus, *a, um*; ut, *Tempus vespertinum*, der abend, abendzeit. *Vespertinis temporibus delitescere, matutinis rursum se ape-*

aperire, Cic. Nat. D. 2, 20 *Litteræ vespertinæ*, Idem Att. 13, 23. Et Horat. 2 sat. 4, 17 *Si vespertinus subito te oppresserit hospes*, &c. Prudent. Psychom. v. 377 *Vespertinus populus*, das gegen abend wohnet. ¶ 2. Substantive *Vespertinam* antiqui dicebant cœnam sive vespertinum cibum. v. Isidor. 20, 2. ¶ 3. *Vespertinis* absolute & adverbialiter idem ac *vesperi*, apud Plin. 30, 10.

¶ Vespĕrālis, *e*, idem. Sic. *Vesperalem plagam* pro occidentali dixit Solinus c. 9 de Macedonia: *A vesperali plaga Dardani sunt & Illyrii.*

¶ Vesperna, *æ*, f. Festus: *Vesperna apud Plautum cœna intelligitur.*

¶ Vespĕro, *avi, atum, are*, abend werden. Gellius 17, 8 *Accipiebat nos cœna plerumque ad id dici, ubi jam vesperaverat.*

¶ Vesperātus, *a, um*, ad vesperam perductus; ut, *Die jam vesperato*, da es itzt abend war, Solin. c. 16, al. 11.

¶ Vesperascit, verbum impersonale, es wird abend. Ter. Heaut. 2, 3, 8 *Vesperascit, & non noverunt viam.* Hinc

¶ Vesperascens, *tis*; ut, *Vesperascente die*, pro in vesperam inclinante, zur vesperzeit, Tac. Hist. 2, 49, 3. Vbi tamen Lipsius malit *vesperante die* legere: Sed ita locutus est & Annal. 1, 65, 6; & 16, 34, 1. Nepos etiam 16, 2, 5 *Vesperascente cælo* dixit.

¶ Vespĕrūgo, *ĭnis*, f. idem quod *Vesper*, Veneris stella, der abendstern. Vitruv. 9, 4 *Veneris stella, quod ea, cum solem sequatur, post occasum ejus apparens in cælo, clarissimeque lucens,* VESPERVGO *vocitatur.* Plaut. Amph. 1, 1, 119 *Nec Iugulæ* (Orion) *neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.* Dicitur & *Hesperugo.* vide in *H.* ¶ 2. *Vesperugines* pro vespertilionibus habet Tertull. de Anima c. 32.

¶ Vespertilio, *ōnis*, m. mus alatus, sed sine pennis, inter aves ideoque non habendus, nomen a vespertino accepit volatu, eine fledermaus oder speck maus. Plin. 10, 61 *Vespertilioni membranaceæ pinnæ &c.* Varro ap. Nonium 1, 228 *Quid multa? factus sum vespertilio, neque in muribus plane, neque in volucribus sum.* Videtur Proverbii speciem habere, de iis, quorum status dubius est. *Lucifuga* Gratio dicitur Cyneg. v. 402. ¶ 2. *Vespertiliones* etiam dicuntur, qui ære alieno gravati interdiu domi se continent, noctu prodeunt; vide Chiliadas, & Vlpian. L. 21 ff. de evictionn. nacht-raben.

¶ Vespillo, *ōnis*, m. qui mortuos sepelit, ein todten-gräber. Suet. Domit. c. 17 *Corpus ejus populari sandapila per vespillones exportatum.* conf. Martial. 1 epigr. 48. Et Vet. Gloss. *vespillo*, νεκροβάπτης. Festus ab eo deducit, quod vesperi sepelirentur, qui interdiu per inopiam efferri haud poterant. Adde Sidon. 2 epist 8; Martial. 1 epigr. 31, & Parei Lex. Crit. p. 1287. ¶ 2. In Legibus etiam scribitur *Vispellio*; ut leg. 31 Dig. de evictionn. & leg. 7 ad SC. Trebellian. vide supra in *Pellis.* Varie etiam Festus: *Vespæ & Vespiliones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt.* conf. Rosini Ant. Rom. 3, 31, p. 316; Kirchman. de Fun. Rom. 2, 8 p. 170; & Iunii not. ad Tertull. de Pallio c. 4.

Compositæ:

¶ Advespĕrascit, impers. es wird abend. Ter. Andr. 3, 4, 2 *Iam advesperascit.* Cic. Verr. 4, 65 *Cum jam advesperasceret, discessimus.* Plin. 7, 52 *Deinde cum advesperavisset.*

¶ Invesperascit, idem, apud Livium 39, 50 pr. *Iam invesperascebat.*

¶ Pervespĕri, adverb. id est, sero vespere, sehr spät. Cic. fam. 9, 2 pr. *Cum ad me pervesperi venisset.*

¶ Subvesperus, *i*, m. nomen venti occidentalis. Vitruv. 1, 6 *Circa Aphricum Libonotus & Subvesperus*, scil. *flare solet.*

VESTA, *æ*, f. tertia Opis sive matris Deum filia, *Terra* videlicet, die erd-göttin, de qua vide Ovid. Fast. 6, 249 & lqq. Græcis ἑστία est, quod & *focum* significat: & inde ductam Latinam vocem Cicero vult de Leg. 2, 12. Vetus Gloss. *Vesta*, ἑστία. Ovidius tamen a VE & STANDO deducit, & Latinæ fecit originis Fast. 6, 299. Possumus & a particula VE, cum intentionem significat, & a verbo STARE, dictam putare, quod *valde stet*: unde & *Vestibulum* appellari, Gellius tradit 16, 5. Colebatur igne perpetuo a virginibus, quæ Vestales a Vesta dicebantur, collegio earum a Numa Pompilio primum instituto, quarum quæcunque stuprum in se admisisset, viva defodiebatur, tristissimo & horrendo spectaculo, id scilicet hac religionis insania diabolo quærente. Qua de re Plutarchus ita in problemat. *Vestales*, inquit, *vivæ defodiebantur in terram, ut sua sponte morerentur. In specum apponebant lucernam accensam, panis nonnihil, & aquæ ac lactis exiguum. Ignem vero exstinctum forte manibus hominum reparari fas non erat, sed per fomites ex solis flamma recolligebatur.* Vide plura apud Lipsium de Vesta & Vestalibus; Panvin. de Civ. Rom. c. 29; Ezech. Spanhem. de numo Smyrnæorum, Corradini ab Allio Critic. in Grævii Thesaur. & alios. ¶ 2. Ipsum quoque ignem vestalem *Vestam* vocant poetæ. Virg. Georg. 4, 384. *Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.* vid. Drakenb. ad Sil. 6, 76.

¶ Vestālis, *e*, adject. ut, *Ara Vestalis*, Lucanus 1, 549. *Foci Vestales*, ibidem v. 199. *Virgo Vestalis*, quæ proprie *capi* dicebatur, ut Gellius docet 1, 12, cum præponebatur sacerdotio, eine kloster-jungfrau. *Legere* tamen *Vestalem* Livius dixit 1, 3. conf. Plin. 4, 11; & 7, 19.

¶ Vestalia, *ium*, n. pl. scil. sacra, i. e. *dies, ut virgines Vestales Vestæ sacrificent*, Varro L. L. 5, 3.

¶ Vestĭbulum, *i*, n. a Vesta dictum fuit, das vorhaus, vorgemach; quod esset *Vestæ* consecratum, quemadmodum Servius exponit. conf. supra in *Stabulum.* Ovid. Fast. 6, 303 *Hinc quoque Vestibulum dicitur: inde precando Dicimus, o Vesta, quæ loca prima tenes.* Significat autem locum ante januam domus vacuum, per quem ad ædes ipsas acceditur, der vorhof. Vide Gellium paullo ante citato loco 16, 5. Sic, *Vestibulum templi*, Cic. Verr. 2, 66; *curiæ*, Liv. 2, 48; *ædium*, Curt. 4, 4, 14; *regiæ*, Id. 5, 7, 7; *prætorii*, Id. 5, 10, 12. *Vestibula magnifica, regalia*, Vitruv. 6, 8. *Vestibulum orci*, Virg. Æn 6, 273. ¶ 2. *Vestibulum Siciliæ*, id est, ingressus, der eingang. Cic. Verr. 5, 66. *Vestibulum & aditus ad rem aliquam*, Id. in Orat. c. 15. *Ingredi vestibulum alicujus artis*, Quintil. 1, 5.

Vester, *ra, rum*, euer, vide infra *Vos.*

Vestiarius, vide *Vestis*, Vestibulum, *Vesta*, Vestĭceps, vestificīna, &c. *Vestis*, Vestigator, &c. *Vestigium.*

VESTĪGIVM, *i*, n. impressi pedis signum, ἴχνος, ein fußtapffe, fußpfad. Plaut. Cist. 4, 2, 29. *Socii video vestigium in pulvere.* Colum. 4, 18. *Vestigia domini res agro saluberrima.* Sic dicimus: *Vestigium imprimere*, Cic. pro Cæc. c. 27. Et Phil. 3, 12 *Fecit sirages, ubicunque posuit vestigia.* Id. pro Cæc. c. 14 *In possessionem vestigium facere*, eintreten, einen fuß einsetzen. *Vestigia leviter premere*, leis gehen, treten. Id. pro Sextio c. 5 ext. quanquam sensu metaphorico de præclare administrata rep. *Vestigia non pressa leviter, sed fixa ad memoriam ejus provinciæ sempiternam.* Cæterum *Vestigia vix signare* dicuntur poëtis, qui celerrime currunt. v. Drakenb. ad Sil 4, 147. Sic, *Certa vestigia sequi*, Quintil. 1, 1. Et, *Vestigia alicujus persequi*, Cic. de Orat. 1, 23. Et, *Vestigiis ipsius aliquem persequi*, Idem de Clar. Orat. c. 90, id est, eo pacto progredi, quo ipse prius. *Vestigiis insequi*, Tac. Agric. 26, 2 auf im fuß verfolgen; *Prioribus inhærere*, Colum. 9, 8. *Insistere alicujus vestigiis*, in eines fußstapffen treten, elegans est locutio metaphorica Quintil. in procœmio. *Insistere vestigia certæ viæ*, Lucret. 1, 407. *Vestigia instrare*, Virg. Æn. 11, 763. *Occurrere hosti in vestigiis ejus*, Liv. 21, 41, h. e. ea via, qua venturum sciebas. *Vestigio non recedere*, nicht von der stelle, nicht einen schritt weichen, Vellej. 2, 55, 3. *Eodem & loci vestigio & temporis*, Cic. in Pison. c. 9. *E vestigio*, id est, statim, stracks fuss, alsobald. Cæs. B. C. 2, 25 *Se in hostium habitarum loco*, (pronunciari jubet) *quo non e vestigio ad castra Corneliana vela direxisset.* Et c. 26 *Vestigio temporis*, dixit, *primum agmen erat in conspectu.* conf. Borrich. Cogit. p. 299. ¶ 2. Sed hic, *Vestigia primi alba pedis*, pro ima pedis parte, apud Virg. Æn. 5, 566, die fußsolen. Et Cic. Acad. 4, 39 *Adversis vestigiis contra nostra vestigia stant Antipodes.* ¶ 3. *Vestigium* pro signo, monumento aut indicio quocunque usurpatur, ein merckmal, eine spur. Cic. pro Font. c. 1 *Tabulæ proferantur, quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fontejo datam.* Et, *Exstant expressa vestigia sceleris*, Id. pro Rosc. Am. c. 22. Et, *Relinquere vestigium avaritiæ*, pro Mur. c. 9. Et ad Qu. fratr. 1, 3 *Non vidisses fratrem tuum, ne vestigium quidem ejus, nec simulacrum, &c.* Id. fam. 10, 1 *Nullæ sunt leges, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod ac vestigium civitatis.* Nepos 20, 3, 3 *Vestigia servitutis manent.* Ita sæpe ad lectum & amoris contubernia pertinere, observat Brouckh. ad Propert. 2, 7, 95. Virg. Æn. 4, 23 *Agnosco veteris vestigia flammæ.*

¶ Vestīgo, *avi, atum, are*, indagare, vestigia diligenter quærere, spüren, forschen, nachsuchen; ut, *Vestigare rerum causssas*, Cic. de Orat. 2, 39. *Vestigare atque odorari voluptates omnes*, Idem post red. in sen. c. 6. Val. Flacc. 2, 116 *Famamque vagam vestigat in umbra*; ubi omnem animi intentionem, etiam demto visu designat. Adde Liv. 32, 26; 39, 51, cum Modii & Drakenb. notis; Sen. de Morte Claud. extr. Colum. 8, 17; & 9, 8; Plin. 8, 18; Virg. Æn. 7, 132; 12, 467, & 580; Stat. Theb. 11, 137.

¶ Vestīgans, *tis*, quærens, suchend, forschend. Virg. Æn. 12, 557 *Vestigans Turnum huc atque huc acies circumtulit.*

¶ Vestigātio, *ōnis*, f. die nachforschung. Allegant multi ex Cic. Off. 1, 9 *In vestigatione versari*, itaque Langius & Lambinus. Verum melioribus codicibus inest *in investigatione.* v. Græv. Tamen Gloss. Vet. *Vestigatio*, ἴχνευσις. Et Apul. Met. 6 pr. p. 113 *Psyche dies noctesque mariti vestigationibus inquieta.*

¶ Vestīgātor, *ōris*, m. venator, ein jäger, nachspürer. Varr. L. L. 4, 18 *Vestigator a vestigiis ferarum, quas indagatur.* Colum. 9, 8 de vestigandis & capiendis apibus: *A vestigatore præparato vase recondituri*: & interjectis paucis: *Quo evenit, ut vestigator ignoret, quam longe a fonte distet examen.* Gloss. Vet. in CANIS: *Canis vestigator*, κύων ἰχνευτής, ein spürhund. ¶ 2. Per similitudinem etiam sic appellantur, qui dicta & facta hominum observant & annotant, & deferunt postea ad alios, atque accusant, ein kundschaffer, spion. Sen. de Benef. 3, 27 *Quod factum simul & Maro notavit ex notis illius temporis vestigatoribus.*

Compositæ:

¶ Evestīgo vel Exvestigo, *are*, ausforschen, ausspähen. Gloss. gr. lat. ἐξιχνεύω, *Exvestigo, indago.*

¶ Evestīgātus, *a, um*, erforschet, aufgesucht. Seneca Controvers. 2, 9 *Post evestigata fugitivorum arma ditissimus.*

¶ Investīgo, *avi, atum, are*, erkundigen, untersuchen; ut, *Incredibilis ad investigandum canum sagacitas narium*, Cic. Nat. D. 2, 63. Id. in Verr. 4, 21 *Qui investigabant, perscrutabantur omnia.* Id. pro Syll. c. 30 *Conjurationem investigare, patefacere, opprimere.* Et, *Diligentia investigare quod latet*, Id. pro Ligar. pr. *Veri investigandi cupidus*, Idem Fin. 4, 8. Et Ter. Heaut. 4, 2, 8 *Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit*, das man nicht erforschen könne.

¶ Investīgans, *tis*. Vulg. Int. Num. 5, 15 *Oblatio investigans adulterium.* Et Eccl. 12, 9 *Investigans composuit parabolas.*

¶ Investigatus, *a, um*, herfürgesucht, ergründet. Cic. pro Ligario c. 1 *Diligentia inimici investigatum est, quod latebat.*

¶ Investigātio, *ōnis*, f. inquisitio, quæ peperit artes, quæ ideo Musæ dicuntur, vide *Musa*, die erkundigung, erforschung. Verbum ipsum probum & Ciceronianum est de Finib. 5, 4 *Investigatio rerum occultissimarum.* Et Offic. 1, 4 *Hominis est propria veri inquisitio atque investigatio.* Adde quæ ex ejusdem libri c. 9 supra in *Vestigatio* tradidimus.

¶ Investigator, *ōris*, m. ein forscher, nachgrübler; ut, *Acer investigator & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur*, Cic. de Vniverf. c. 1. Idem de Clar. Orat. c. 15 *Diligentissimus antiquitatis investigator Varro.* Et pro Sylla c. 30 *Ego illius conjurationis investigator atque ultor*, ein ausfundschafter.

¶ Investigatrix, *ĭcis*, f. Mart. Capella lib. 5 post init. *Investigatrix comprehensio.*

¶ Inve-

¶ Inveſtigābilis, e, non veſtigabilis, unerforſchlich. Vulg. Interpres Proverb. 5, 6 *Viæ ſunt ejus & inveſtigabiles.* Et Rom. 11, 33 *Inveſtigabiles viæ ejus*, Græc. ἀνεξιχνίαστοι. ¶ 2. Quatenus verbo ab *inveſtigare* eſt, ſignific. *perſcrutabilis*, erforſchlich. Tertull. adverſ. Hermog. c. 45 *Omnia inveſtigabilia, ſi ex materia ſunt inveſtigata & inventa.* Et Lactant. 3, 27, 13 *Res non inveſtigabiles.* Hinc

¶ Ininveſtigābilis, e, imperſcrutabilis, unerforſchlich. Tertull. adv. Hermog. c. 45; & adv. Marc. 2, 2 *Ininveſtigabiles viæ ejus*, ad eodem Apoſtoli verba reſpiciens. conf. adv. Marc. 5, 14.

¶ Perveſtigo, *avi, atum, are*, ausſpüren, ausforſchen. Cic Verr. 4, 13 *Mirandum in modum (canes venatico ducere) ita odorabantur omnia, & perveſtigabant, ut ubi quicquid eſſet &c.*

¶ Perveſtigātus, *a, um*, durchſucht, erforſcht, ausgegrübelt; ut, *A me perveſtigata & cognita*, Cic. Verr. 5, 68.

¶ Perveſtigatio, *onis*, f. die unterſuchung; ut, *Perveſtigatio ſcientiæ*, Cic. de Orat. 1, 3.

¶ Perveſtigator, *ōris*, m. Hieron. Catalogo Script. Eccleſ. de Euſebio: *bibliothecæ divinæ diligentiſſimus perveſtigator.*

VESTĪNI, *orum*, m. pl. Italiæ populi Sabinis & Picentinis vicini, celebres quondam artificio faciendi calceos; Vnde

¶ Veſtinus, *a, um*, adject. ut, *Veſtina juventus*, Silius 8, 516. *Veſtinæ aquæ*, Lucan 2, 425. Et Martial. 13 epigr. 31 *Si ſine carne voles jentacula ſumere frugi, Hæc tibi Veſtino degrege maſſa venit*, h. e. caleus. ¶ 2. Eſt & nomen proprium *Veſtinus* contulis cuiusdam a Neronianis interfecti: v. Tac. An. 15, 68. Plures *Veſtinos* annotavit Burm. ad Quintil. 6, 3 p. 549.

VESTIS, *is*, f. ἐσθής, ſecundum Feſtum eſt nomen generale omnium veſtimentorum, virilium & muliebrium, ein Kleid; ut, *Veſtis longa*, Quintil. 11, 1 ſub init. *Veſtis demiſſa*, Horat. 1 ſat. 2, 95; *muliebris*, Cic. Verr. 4, 46; *linea*, Verr. 5, 56; *purpurea*, Id. Divin. 1, 52; *pretioſa*, Phil. 2, 27. *Veſtem explicare*, Id. de Orat. 1, 35. *Levi veſte contectus*, Cell. 3, 19. *Traſta per publicum veſtis dementiæ indicium*, Quintr. Decl. 367, 1. *Deſcindere veſtem*, Ter. Adelph. 1, 2 40. Accius: *Diſcincta veſtis, diſcinctus animus, nega.* Romani alia, & quidem viliore veſte domi; alia & pretioſiore foris uſi ſunt, illamque *domeſticam*, hanc *forenſem* appellarunt. Vtriusque generis meminit Suetonius Aug. c. 73; *Forenſis*, Calig. c. 17; *Domeſtica*, Vitell. c. 8. De qua Seneca de Tranquil. c. 1 *Placet non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut tormentis ſplendere cogentibus preſſa: ſed domeſtica, & vilis: nec ſervata, nec ſumenta ſollicite.* Ammian. 31, 2 de Hunnis: *Nec eſt alia illis domeſtica veſtis, alia forenſis.* Cic. de Fin. 2, 24 *Aut, ut veſtitum; ſic ſententiam habeam aliam domeſticam, aliam forenſem.* Huc pertinet illud Catonis: *Veſtiri in foro honeſte, moris erat, domi quod erat ſatis.* Sen. epiſt. 8 *Veſtis arceat frigus.* Nep. 14, 3, 1 *Veſtis, quam ſatrapæ regii gerere conſueverant.* ¶ 2. Sed in hoc Virg. Æn. 8, 659 *Aurea caſarie ſollis atque aurea veſtis:* Veſtem pro barba expoſuit Servius: Sicuti & pro prima lanugine & pube uſus Lucretius 5, 672 *Molli pubeſcere veſte &c.* Et ab hac ſignificatione etiam eſt *Veſticeps* & *Inveſtis*, de quibus poſtea. Idem Lucret 3, 614 *Veſtem anguis* vocat, die ſchlangen-haut, adeoque *Veſtis*, generaliter quodvis eſt tegumentum, eine decke. *Servus a veſte cubicularia*, Murat Inſcr. p. 901. *A veſte ſcenica*, p. 899 *Servus ad veſtem*, p. 917.

¶ Veſticŭla, æ, f. diminut. Plaut. ICt. Dig. 33 t. 7 l. 18 § 13 *Ibi libros, & vitreamina & veſticulam habuit.*

¶ Veſtiārius, *a, um*, ad veſtes pertinens; ut, *Arca veſtiaria*, ein Kleider-ſchrauck, kaſten, Cato R. R. c. 11. De Re Veſtiaria ſcripſit Octav. Fenarius & *Alb. Rubenius.* ¶ 2. Et *Veſtiarius*, qui veſtes diſtrahit ſeu vendit, ein Kleider-händler; qui & *negotiator veſtiarius* dicitur l. 45 Dig. de operis libertorum; Et l. 5 § 4 Dig. de inſtitor. actione: *Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit; quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam & diſtrahendam.* Petron. c. 41 *Calda potio veſtiarius eſt.* v. ibi Interpretes. *Veſtiarius Centonarius* in vet. inſc. Murat. p. 94 occurrit.

¶ Veſtiārium, *i*, n. ſubſt. pecunia ſeu donativum, quod parandæ veſtis cauſa datur; ut, *Calceariam, Clavarium, Veſtarium &c.* Kleider-geld. Colum. 1, 8 *Curioſior inquiſitio patri familias debet eſſe pro tali genere ſervorum, ne aut in veſtiariis aut in cæteris pravitis injurioſe tractentur.* Vbi etiam de ipſo veſtitu poſſis interpretari, die kleidung. Scæv. l. 13 pr. Dig. de aliment. & cibar. *Cibaria & veſtiaria præſtare.* Et Sen. de Benef. 3, 21 *Eſt aliquid, quod Dominus ſervo præſtare debeat, ut cibarium, veſtiarium.* Idem de Tranq. an. c. 8 *Familia veſtiarium petit vidlumque.* ¶ 2. Et *Veſtiarium*, locus, in quo veſtes ſervantur, ſeu venduntur, ein Kleider-ſchrauck. Plin. 15, 8 *Veſtiarium contra teredines &c. amurca aſperſi.* Et Vopiſc. Aurel. c. 45 *Veſtem holoſericam neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri uti eandem dedit.*

¶ Veſtio, *īvi, ītum, ire*, kleiden, bekleiden; ut, *Ali ab aliquo & veſtiri*, Cic. pro Rofc. Am. c. 50. *Ex ſuo corpore contra frigus veſtiri*, Quintil. 2, 16. *Parietes tabulis veſtire*, ubi & nos, mit ſchilderereyen bekleiden, oder behängen, Cic. Verr. 4, 55. Et de Clar. Orat. c. 79 *Recondita exquiſitaque ſententias mollis & pellucens veſtiebat oratio.* ¶ 2. Tegere, ſubdeckn. Stat. Theb. 5, 52 *Ingenti tellurem proximus umbra Veſtit Athos*: id eſt, obumbrat, contegit. *Membranis tenuiſſimis oculos natura veſtivit*, Cic. N. D. 2, 5. Et Colum. 3, 2 *Colles veſtit vitis.* Idem 3, 4 *Agrum vineis veſtire.* ¶ 3. *Veſtibat* pro *veſtiebat* vide apud. Virg. Æn. 8, 160.

¶ Veſtiens, *tis*. Plin. 16, 33 *Folio virenti ſemper veſtiens.* Ita Harduinus, alii aliter.

¶ Veſtītus, *a, um*, bekleidet, angethan. Sic, *Alinus bene veſtitus*, Nepos 5, 4, 2. Metaphorice de aliis etiam rebus eleganter uſurpatur. Sic, *Montes veſtiti ſilvis*, Liv. 32, 13 *Terra veſtita floribus, arboribus, frugibus*, Cic Nat. D. 2, 39. *Ripæ gramine veſtitæ*, mit gras bewachſen, Colum. 8, 15. Gradus etiam admittit. Columella *veſtitiſſimas* dixit 7, 3 de ovibus: *Id pecus quamvis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum eſt, frigoris tamen impatientiſſimum eſt.* Apul. Apol. p. 283 *Hercules neque una pelle veſtitior fuit, neque uno baculo comitatior.* Et Tertull. de Anima cap. 9 *Vegetior ſenio.*

¶ Veſtītus, *ūs*, m. habet dieſe teiedung; ut, *Victus cultuſque nec varius*, Cic. pro Quint. c 15. *Veſtitu nimio indulgere*, Ter. Adelph. 1, 1, 38. *Pulcherrimus veſtitus & ornatus regius*, Cic. de Fin. 2, 21. Et *Facilitas veſtitus*, Idem Phil. 12, 6. *Veſtitus agreſtis*, bauer-habit, Nepos 16, 2, 5; *militaris*, Idem 14, 9, 3; Et, *humilis, abjectus*, 17, 5, 2. *Veſtitu in quercu ſuſpenſo tranare*, Plin. 8, 22. Impropriè Cic. de Cl. Or. *Orationis veſtitus.* Idem N. D. 2, 64 *Montium veſtitus denſiſſimi.*

¶ Veſtīmentum, *i*, n. idem quod veſtis, das kleid, die kleidung; ut, *Veſtimentum puerile, virile, muliebre, commune*, quo promiſcue utitur mulier cum viro. *Veſtimentum funebre*, Cic. de Leg. 2, 23, ein trauer-kleid. Idem pro Mil. cap. 10 *Venit domum, calceos & veſtimenta mutavit*, er hat ſich umgekleidet. Horat. 1 epiſt. 18, 32 *Pretioſa veſtimenta.*

¶ Veſtītura, *æ*, f. monture. kleidung. Gruteri Inſcript. p. 98 n. 8 *Tegule cum carpaſculis & veſtituris.*

¶ Veſtītor, *oris*, m. ein ſchneider. Lamprid. in Alex. Severo c. 41 *Fullones & veſtitores & pictores &c.* Firmic. 3, 12 *Veſtitores ſimulacrorum.* Id. c. 14 *Veſtitores Deorum.*

¶ Veſticeps, *cipis*, jam pubeſcens, a *capienda veſte* ſive pube ſic dictus, mannbar, bärtig. Feſtus: VESTICEPS, *puer, qui jam veſtitus eſt puberitate: contra* INVESTIS, *qui nec dum pubertate veſtitus eſt.* Apulej. & Tertulliani loca vide mox in *Inveſtis*, n 2. Gell. 5, 19 *Sed arrogari non poteſt, niſi jam veſticeps.* Auſon. Idyll. 4 ſive Protrept. v. 63 *Idem veſticipes matu jam puberis ævi, Ad mores artesque bonas, ſimulque vigorem Perduxi.*

¶ Veſticontubernium, *i*, n. concubitus eorum, qui ſub una veſte cubant. Perron. c. 11 *Quid Veſticontubernium facis?* Sed vide interpretes. Quidam enim legunt *Veſtæ contubernium*, per ironiam.

¶ Veſtifex, *ficis*. Grater. Inſcript. p. 578 VESTIFICI.

¶ Veſtifica, *æ*, f. Inſcript. Reinef. 70 claſſ. 9; & Gruteri Inſcr. p. 578 n. 6.

¶ Veſtifĭcus, *i*, m. Gruteri inſcript. p. 578 n. 7 *Veſtificus Cæſaris a veſte ſcenica.*

¶ Veſtificīna, *æ*, f. veſtium confectio, die ſchneiderey. Tertull. de Pallio c. 3 *Tantam paratarum materiarum ingenia quoque veſtificinæ profecuta, primum tegendo homini, qua neceſſitas præceſſit: dehinc & ornando.*

¶ Veſtificium, *i*, n. idem. Gloſſ. gr. lat. *ἱματοποιΐα, veſtificium.*

¶ Veſtimuus, *a, um*, pauſchicht nach kleidern. Petron. c. 133 vindicavit Turneb. Advers. 26, 6 *Quem Lydus adorat veſtiſtuus.* Auſon. Technop. c. de Hiſtoriis v. 25 *Vellera depectit nemoralia veſtiſtuus Ser.*

¶ Veſtipĭlica, *æ*, f. famula vel *fœmina, quæ veſtes plicat*, in Iſidori Gloſſ. Quintil. Decl. 363 cui titulus: *Veſtiplica pro domina: Veſtiplicam dominæ habitu miſit, &c.* v. Burm. ad h. l. p. 753.

¶ Veſtiplĭcus, *i*, m. qui munus illud habuit apud Imperatores, ut veſtes eorum plicaret, Reinef. Inſcript. 9, 64; & 11, 90.

¶ Veſtiſpĭcus, *i*, m. & Veſtiſpĭca, *æ*, f. famulus & famula veſtes ſervans, ap. Plaut. Trin. 2, 1, 22, ubi *veſtiſpica*, Nonio autem auctore 1, 41 *Veſtiſpici* leguntur. Fœmininum *Veſtiſpica* idem Nonius probat ex Afranii Vopisco, & Varronis Pappo. Sit itaque vocabulum comicum. Adde Varron. L. L. 6, 2. *Veſtiſpex* eodem ſenſu in lapide apud Murat. p. 949 & 970 occurrit.

Compoſita:

¶ Circumveſtio, *īvi, ītum, ire*, umkleiden. Cic. de Orat. 3, 39 ex poeta: *Circumveſtit dictis.* Et Plin. 17, 23 *Putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumveſtit arborem.*

¶ Conveſtio, *ire*, idem quod ſimplex, bekleiden; idem quod exornare, ſchmucken, auszieren; ut, *Prata conveſtiuntur herbis*, Cic. Tuſc. 2, 28. *Hedera conveſtit aliquem locum*, Id. ad Qu. frat. 3, 1, 2.

¶ Conveſtītus, *a, um*, bedeckt, umgeben; ut, *Domus conveſtita lucis*, Cic. pro Domo ſua c. 38.

¶ Deveſtio, *ire*, veſtibus exuere, entkleiden, ausziehen. Apul. Met. 3 p. 138 *Omnibus iacrimis ſe deveſtit Pamphile.* Et Met. 4 p. 145 *Statim ſeſe deveſtiunt, nudatique, &c.*

¶ Inveſtio, *ivi, itum, ire*, einkleiden, zieren, überziehen. Plin. 35, 7 *Porticus inveſtivit pictura.* Seneca epiſt. 114 *Locum mater aut uxor inveſtiunt.* vide ibi Lipſium.

¶ Inveſtītus, *a, um*, eingekleidet, überzogen. Prudent. in Symm. 2, 38 *Nec tumidas ſtuitante ſinu inveſtita papillas.*

¶ Inveſtitūra, *æ*, f. pro introductione in poſſeſſionem feudorum, epiſcopatuum &c. vox barbara. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 16.

¶ Inveſtimentum, *i*, n. Provocant ad Liv. 4, 25 *Album inveſtimentum addere.* Sed diſpercenda vox eſt. vide ibi Gronov. & Voſſ. de Vit. L. L. 1, 19 p. 78.

¶ Inveſtis, *e*, unbedeckt, unbekleidet. Tertull. de Pallio c. 3 *Nudus & inveſtis.* ¶ 2. *Inveſtis* pro impubere aut imberbe dicitur, jung, unmannbar, ohne bart. Apul. Apol. p. 336 *Inveſtem a nobis accepiſti, veſticipem illico reddidiſti.* Vbi Caſaubonus: INVESTIS proprie, cui *nondum veſtitus pudor*, ut loquitur Tertullianus; tamen aliter Gloſſarum auctor: *Inveſtis, ἄφθορος*, recte: nam quod in fœmina *virgo*, id in mare *inveſtis.* Tertull. de Virg. velandis c. 8 *Mater familiæ vocatur, licet virgo: & paterfamilias, licet inveſtis.* ibidem: *Si virgo mulier non eſt, nec vir inveſtis eſt.* Eſt igitur *inveſtis*, qui græce, *ἄθηλυς*, quo ſenſu veteres, Latini etiam *pueros inveſtes virgines* appellarunt, ut notat Nonius 6, 57; quod & in Patrum ſcriptis non ſemel occurrit. Sic & *παρθένος* interdum accipitur pro *ἄθηλυς*, ut Apocalyps. c. 14. Hæc ille. Pallad. 8, 7 *Per inveſtes pueros curabis agitare.* Idem 11, 14 ſub fin. *Illud memento ſervare præ cæteris, ut quoties vinum movetur, inveſtis puer hoc, aut aliquis ſatis purus, efficiat.* Tertull. de Anima

Anima c. 56 *Ecce obiit infans ſub uberum fontibus, puta nunc puer inveſtis, puta veſticeps &c.* conf. Voſſ. Etymol. p. 554.

¶ Reveſtio, *ire*, wieder bekleiden. Tertull. ſ. Cyprian. in Marcion. c. 5 *Deſpectum victor ſua luce reveſtit.*

¶ Reveſtitus, *a, um*, wieder angezogen. Tertull. de Reſurrect. c. 42 *Reveſtitos voluit eadem ſubſtantia, qua fugerant exuti.*

¶ Superveſtio, *ire*, überkleiden. Ex Plin. 16, 33 plures legunt *folio virenti ſuperveſtiens.* Harduinus autem *ſemper veſtiens.*

VESVLVS, *i*, m. mons Liguriæ juxta Alpes; ut, *Veſulus pinifer*, Virg. Æn. 10, 708. ¶ 2. Eſt & viri nomen apud Silium 10, 145.

Veſuvīnus, Veſuvius, vide *Veſevus.*

Vetatio, vide infra *Veto*, Veter, veteramentarius, veteranus, veterāſco, veterator, &c. *Vetus.*

VĔTĔRĪNVS, *a, um*, adject. quaſi *veterinus* a *vebo*, quod apud Plinium & Columellam jumentis tribuitur, quæ geſtandis oneribus adhibentur, laſtbar. Plin. 11, 46 *Ungulæ veterino tantum genere naſcuntur.* conf. Idem 8, 42. Varro R. R. 1, 38 *Veterinæ*, ſcil. pecudes, *quæ hordeo paſcuntur.* Vet. Gloſſ. *Veterina beſtia, ὑποζύγιον.* Feſtus: *Veterinam beſtiam jumentum Cato appellavit a* VEHENDO, *Opitius Veterinam dici putat quaſi Venterinam, vel uterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat.* Ergo *Veterina* pro *Vehetrina* contracte, vel: *Veterina* pro *Venterina.* conf. Nonius 1, 44; & Plin. 17, 23. Lucret. 5, 863 *Et genus omne, quod eſt veterino ſemine partum.* Et paullo poſt v. 888 *Non forte ex homine & veterino ſemine equorum Conferri credas Centaures poſſe.*

¶ Veterīnārius, *a, um*, ut, *Veterinaria medicina*, vieh- oder roßarzney, Colum. 7, 3. *Veterinaria ars*, Veget. præfat. ¶ 2. Subſtantive, qui veterina ducit & curat, Colum. 6, 8: & 11, 1, ein viehpfleger. Vet. Gloſſ. *Veterinarius, ἱππιατρός*, ein roßarzt.

¶ Veterinaria, *æ*, f. ſubſt. *ἱππιατρία, mulomedicina* etiam veteribus picta, die roßarzney, de qua ſcripſit Vegetius.

Veternoſitas, veternoſus, vide ſequens *Veternus.*

VĔTERNVS, *i*, m. & Veternum, *i*, n. *λήθαργος*, a medicis in morbos referetur: eſt autem immodica ſomni cupiditas, die ſchlafſucht, die faulheit. Infeſtat hydropicos maxime: unde & pro ipſo hydrope ponitur. Vet. Gloſſ. *ὕδρωψ, Intercus, Aqualis, Veternum.* Servius ad illud Virg. Ge. 1, 124 *Nec torpere gravi paſſus ſua membra veterno*: i. e. *pigritia, otio, quia pleramque otioſos ſolet hic morbus inceſſere.* VETERNVS *autem dicitur morbus intercus, hydrops, qui homines efficit pigros*, vid. Burm. ad Grat. 477. Prudentius marcorem ſenilem *Veternum* dixit Apoth. cum ait v. 1073 *Quod truncavit edax ſenium populante veterno.* Nam quod phthiſi laborantibus morbus, id in ſenibus ætas facit. Et inde *Veternoſum & vietum* conjungit Ter. Eun. 4, 4, 21. Paulinus Iambo ad Cytherium v. 853 *Veternum* vocat, quam paullo ante *vim ſenectæ* vocaverat, quæ aquilas implumes reddit. Prudentius antiquæ Idololatriæ ſqualorem ita appellat Hymno de natali Domini v. 64 & contra Symmach. 1, 7. Cic. fam. 2, 13 *Erat in eadem ej inſula veternus civitatis*, ubi negligentiam & ſocordiam nimiam intelligit. v. Barth. ad Stat. Theb. 6, 94 pag. 380. Adde Plaut. Menæchm. 5, 4, 3; Catull. 17, 24; Horat. 1 epiſt. 8, 10; Virg. Georg. 1, 124; Martial. 3 epigr. 67; Plin. 8, 36; Colum. 4, 24; 7, 5 & 10.

¶ Veternōſus, *a, um*, ſchlafſüchtig, faul. Ter. Eun. 4, 4, 21 *Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex.* Sen. epiſt. 82 *Ego non redigo iſta ad legem dialecticam, & ad illos artificii veternoſiſſimi nodos*: VETERNOSISSIMI, id eſt, admodum debilis & languidi, inſtar veterno laborantium: quod nihil præſtare aut efficere poteſt vi & nervis deſtitutum. Maxime Hydropici VETERNOSI dicti a Catone, ut Feſtus docet. Quod tamen & de Phthiſicis Vetus Gloſſ. accipit, ubi legitur: *Veternoſus, φθισικὸς, ὑδρωπικός.* conf. Sen. de Ira 1, 16; Plin. 24, 19; Tertull. de Anima c. 36; Sidon. 1, 1.

¶ Veternoſitas, *ātis*, f. veternus. Fulgentius Mythol. 3, 4 extr. *Omnis caloratæ juventutis ignicuius torpidæ veternoſitatis algeſcit ſenio.*

VĔTO, *vetui* & *vetāvi, vetĭtum, are*, prohibere, accuſativo jungitur & infinitivo, verbieten, verwehren. Festus 5, 90 *Si quid Maſuri rubrica vetavit.* Plancus ad Cic. fam. 10, 23 *In conſpectum venire vetaverunt.* Sed rarum hoc: at *vetui, vetitum*, omnibus probatum receptumque. Cic. Acad. 4, 36 *Ea me incognito aſſentiri vetas.* Horat. 1 ſat. 1, 24 *Ridentem dicere verum Quid vetat?* Ovid. Met. 4, 61 *Sed vetuere patres, quod non potuere vetare.* Ter. Phorm. 4, 4, 28 *Aruſpex vetuit* &c. *aliquid novi negotii incipere.* Ibidem 5, 6, 24 *Ait eſſe vetitum intro ad heram accedere.* Cic pro Cluent. c. 25 *Eum deſperare ſaluti vetuit.* Et cum ablativo cauſſæ: Virg. Æn. 1, 39 *Quippe vetor fatis.* Ovid. Met. 2, 657 *Vetor plura loqui.* Cic. de Amic. c. 22 *Acta agimus, quod vetamur vetere proverbio.* Nepos 23, 3, 2 *A præfecto morum Haſdrubal cum Hannibale vetabatur eſſe.* ¶ 2. *Veto* verbum ſolenne eſt rogationi intercedentium tribunorum: vid. Liv. 6, 35 ext. & Briſſon. de Form. p. 273. ¶ 3. Arcere eſt. Sen. Herc. Oet. v. 1624 *Phœbum vetat.* Et alter Seneca epiſt. 11 *Nihil horum vetari poteſt*, id eſt, arceri & prohiberi Gronovio interpretante. Loquitur enim de fatalibus, & quæ in poteſtate noſtra non ſunt. Idem Sen. epiſt. 95. *Multa illas (artes) inhibent extrinſecus, & impediunt, ſpes, cupiditas, timor. Ad hæc, quæ artem vitæ profeſſa eſt, nulla re, quo minus ſe exerceat, vetari poteſt.* Adde laudatum Gronov. Obſerv. 1, 5.

¶ Vetans, *tis.* Cic. de Leg. 2, 4 *Principem legem illam & ultimam, mentem eſſe dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei.* Propert. 4, 1, 90 *Illa dabat natis arma vetante Deo.* Ovid. Heroid. 13, 131 *Ventos audite vetantes.* conf. Id. Met. 6, 348.

¶ Vĕtĭtus, *a, um*, verboten, unterſagt: ut, *Vetita arma*, Virg. 9, 547. *Invadere vetitos Hymenæos*, Idem Æn. 6, 623. *Vetitum per nefas ruere*, Horat. 1 od. 3, 26. *Alea vetita legibus*, Id. 3 od. 24, 58.

¶ Vetĭtum, *i*, n. ſubſt. quicquid prohibetur. Ovid. Amor. 3, 4, 17 *Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata.* vid. præfat. in Polit.

ſcel. impugn. Virg. Æn. 10, 9 *Quæ contra vetitum diſcordia?* Cic. de Leg. 2, 4 *Iuſſa ac vetita populorum.*

¶ Vetātio, *ōnis*, f. verbale, non vetitio, das verbot, Valla 1, 2.

¶ Deveto, *are*, abwehren. Quintil. Decl. 1 *Ut ſummam calamitatem corporis occurrere delicatis uxoris oculis deveto.*

¶ Invĕtĭtus, *a, um*, unverboten, unverwehrt. Silius 2, 441 *It liber campis paſtor, cui ſine ſine ullo Invetitum ſaltus penetrat pecus.*

¶ Prævetĭtus, *a, um*, ante vetitus, vorher verboten. Silius 13, 155 *Prævetitum namque & capital, &c.*

VĒTŌNES, *um*, m. pl. populi Hiſpaniæ. Lucan. 4, 9 *Vettonesque leves. Vetonum ala*, Sil. 3, 378, ubi v. Drakenb. Scribunt alii *Vettones*, ut Nepos 21, 4, 2; alii *Vettones*, de quibus ſupra.

¶ Vētŏnĭca, *æ*, f. herba a Vetonibus dicta, niſi tamen ſecundæ quantitas obſtat, quod objicit Burm. ad Samon. 205, betonien, teſte Plin. 25, 8. Seren. v. 202 *Vetonicæ manſus ſiccabit lumina ſuccus.* conf. Plin. 26, 5; & 7, 25; & Dioſcor. 4, 1.

VĔTŬLŌNIA, *æ*, f. una duodecim urbium Hetruriæ, quæ totidem populos conſtituebant, & quidem earum caput. Sil. 8, 484 *Mœoniæque decus quondam Vetulonia gentis.* Hinc *Vetulonenſes populi*, Plin. 3, 5. *Vetulonii piſces*, Idem 2, 103.

Vetulus, *a, um*, vide ſequens *Vetus.*

VĔTŪRIVS, *i*, m. hujus nominis multi occurrunt in hiſtoria Romana apud Livium, Tacitum & alios.

¶ Veturia, *æ*, f. mater Coriolani, cujus ille precibus & fletu fractus eſt. vid. Liv. 2, 40. ¶ 2. *Veturia*, centuriæ nomen, Liv. 26, 22. vid. ibi Gronov.

VĔTVS, *ĕris*, ab antiquo *Veter*, de quo mox ſequitur, alt. Sunt autem *Veteres*, qui ſuperioribus ætatibus vixerunt, die für unſer zeit oder für uns gelebt haben. Sed *Senes*, qui ad ſenectutem venerunt. vide Vall. 4, 5. Ovid. Faſt. 1, 225 *Laudamus veteres, ſed noſtris utimur annis.* Ter. Adelph. 5, 3, 17 *Vetus verbum eſt.* Cic. de Univerſ. c. 11 *Credendum eſt veteribus, & priſcis, (at uj nt) viris.* Sed, *Vetera loqui*, proverbialiter, id eſt, frivola & trita, alte fratzen; ut Plaut. Pſeud. 1, 3, 129 *Vetera vaticinamini.* Cic. Tuſc. 1, 30 *Sed hæc & vetera, & a Græcis.* Ibidem c. 14 *Vetera jam iſta, & religione omnium conſecrata.* Ariſtophan. Nubibus 3, 3, 35 Ἀρχαῖα γε νὴ Διὸς λαικάζειν: *Vetera hæc ſunt & Iovialia.* Nec *Vetera* appellentur tantum, quæ multis ſeculis ante nos acta ſunt, ſed & quæ nobis ipſis ante acciderunt. Suet. Veſp. c. 8 *Conſulatus octo veteri addidit:* VETERI, id eſt, primo, quem privatus egit. Nepos 25, 7, 3 *Sic vetere inſtituto vitæ effugit nova pericula: Vetere*, quo antea ſæpius fuerat uſus. ¶ 2. *Veteres* etiam dicuntur, qui veterum ſeu antiquorum moribus vivunt. Salluſt. apud Macrob. Sat. 2, 9 *Quibus rebus aliquantam partem gloriæ demſerat; præcipue apud veteres & ſanctos viros ſuperba illa, gravia, indigna Romano imperio exiſtimantes.* ¶ 3. Sed & qui grandes ætate & ſenes ſunt, *Veteres* appellantur. Liv. 42, 47 *Veteres & moris antiqui memores &c.* VETERES vocat, quos paullo poſt SENIORES appellat. Idem 29, 30 & paſſim veteranos dixit *veteres milites.* Varro R. R. 2, 11 *Lac melius eſt a valentibus* (agnis) *& ab iis, quæ nondum veteres ſunt*, die nicht zu alt ſeyn. Ovidius ſimiliter *Iuvencos veteres* dixit Triſt. 4, 6, 23 *Scilicet & veteres fugiunt juga ſæpe juvenci, Et domitus freno ſæpe repugnat equus. Vetus militiæ*, Tac. Hiſt. 4, 20. *Vetus operis ac laboris*, Id. Ann 1, 20. conf. de hoc uſu Drakenb. ad Sil. 11, 26. Et hinc *Vetuſtas* aliquando pro ſenectute ſeu ſenio ponitur, de quo infra, Tibull. 1, 9, 50 *In veteres eſto dura puella ſenes.* Vetus Inſcriptio: ARCOBRICENSES IVVENES ET VETERES STATVAM IN FORO P. Alia: ARVNCITANI VETERES ET IVVENES, &c. ¶ 4. Terent. ad vituperationem etiam hoc nomen retulit in prolog. Heaut. v. 22 *Quod malevolus vetus poeta dicitat.*

¶ Vĕter, *ĕris*, antique idem ac *Vetus*, quo Ennium legimus uſum eſſe: *Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelago.* Sic enim Priſcianus c. l. 3 c. de Superlativo. conf. Gell. 10, 21; & Varr. L. L 5, 7. ¶ 2. Hinc comp. *Senex veterior*, Plaut. Bacch. 5, 2, 31. Ita legit Priſcian. 3 p. 607, alii *ulterior.* ¶ 3. Hinc & ſuperlat. *Veterrimus*, uralt; ut, *Veterrima laurus*, Virg. Æn. 2, 513. *Veterrimi poëtæ*, Cic. Nat. D. 1, 15. *Veterrima quæque eſſe debent ſuaviſſima*, Id. de Amic. c. 19. Et, *Veterrima ilex*, Suet. Aug. c. 92. Sic, *Veterrimi auctores*, Liv. 2, 18. *Pro noſtro veterrimo veriſſimoque amore*, Trebon. Cic. fam. 12, 16. Et Plaut. Truc. 1, 2, 71 *Veterrimus homini optimus amicus*, die alten freunde die beſten. *Veterrimus liberorum*, Tac. An. 6, 31, 2 *Veterrimam nobilitatem*, Idem An. 12, 53, 3 dixit.

¶ Vĕtŭlus, *a, um*, diminutivum, quod multos annos habet, alt lich); ut, *Gladiator vetulus*, Cic. pro Quint. c. 7. *Equus vetulus*, Cic. de Amic. c. 19. Id. Att. 13, 29 *Filia vetula, & multarum nuptiarum.* Et, *Arbor vetula*, Idem de Fin. 5, 14. Et, *Falernum vinum vetulum*, Catull. 27, 1; & Colum. 10, 428. *Vetulæ oves*, Plaut Bacch. 5, 2, 10. *Vetula verba*, Idem Epid. 3, 2, 14. *Vetulus puer*, Petron. c. 28. *Platani vetulæ*, Sen. epiſt. 12.

¶ Vetulus, *i*, m. ſubſt. ein alt männgen. Plaut. Merc. 2, 2, 43 *Vetulus, decrepitus Senex.* Iuvenal. 13, 54 *Grande nefas & ſi juvenis vetulo non aſſurrexerat.*

¶ Vetŭla, *æ*, f. ein altes weib. Vnde ortum forte putes convicium quorundam Germanorum, eine alte vettel. Plaut. Moſt. 1, 3, 117 *Se unguentis unctitant vetulæ.* Iuvenal. 6, 241 *Turpis vetula.* Idem 6, 193 *Non eſt hic ſermo pudicus in vetula.* conf. Martial. 3, 32, &c.

¶ Vetuſculus, *a, um*, aliud diminut. etwas alt; ut, *Dictio vetuſcula, torus: & quaſi maſcula*, Sidonius 8 epiſt. 16.

¶ Vĕtŭſtus, *a, um*, idem quod vetus, alt. Sic, *Cum Demetrio vetuſtum mihi hoſpitium eſt*, Cic. fam. 13, 37. *Vetuſta diſciplina*, Idem 6, 6. Et, *Templum vetuſtum*, Virg. Æn. 2, 713. *Vetuſtius ſtercus*, Colum. 2, 15 ſub fin. *Vetuſtior poëta*, Gell. 3, 16. *Vetuſtiores ſcriptores*, Liv. 3, 23. ¶ 2. Dicitur & de hominibus, qui vel ante cæteros nati, vel ante alios ſuis partibus defuncti. Tac. An. 2, 43, 3 *Quia Sila-*

Silani filia Neroni vetustissimo liberorum pacta erat, id est, natu maximo filio, dem ältesten sohne. Et, *Vetustissimus quisque militum*, Idem Hist. 1, 23, 2. Similiter, *Vetustissimum quemque e senatu*, An. 11, 25, 2; *Consularium*, Hist. 2, 37, 2. *Vetustissimam virginum Vestalium*, Idem An. 11, 32, 4. conf. Liv. 23, 22. Et Plin. 8 epist. 14 *Suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat, maximus quisque & vetustissimus* (senatorum) *pro parente*. Lucret. 5, 1083 *Cornicum secla vetusta*. Similiter dixit Zeno Veronensis Serm. de Resurrect. *Vetustum corpus*, pro senio effœtum.

¶ Vetuste, adverb. alt. Ascon. in Verr. p. 102 *An vetuste bonos pro divitibus posuit*. conf. Idem p. 120. Superl. Plin. 27, 7 *Vetustissime in usu est*.

¶ Vetustas, *ātis*, f. æras veterum, & anni superiores ipsi, das alter, alterthum, die alte zeit; ut, *Iudicium vetustatis*, Quintil. 1, 5 Et Cicer. de Orator. 1, 46 *Exempla vetustatis oratori nota esse debent*. Idem de Amic. c. 19 *Vina, quæ vetustatem ferunt*, alte weine. Ibid. *Magna est vis vetustatis & consuetudinis*. Et, *Exolescere vetustate*, Quintil. 2, 26, veralten. *Inducere vetustatem*, Plin. 23, 1. Et Cic. pro Domo c. 45. *Facit peritiores vetustas*. Curt. 5, 1, 34 *Vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimit*. conf. Sen. epist. 91; & conf. ad Polyb. c. 1; & Nepos 25, 13, 2. Ovid. Met. 15, 234 *Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas, Omnia destruitis*. Idem Pont. 4, 8, 49 *Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas*. Corn. Gallus 1, 273 *Ipsa etiam vetustas consumit saxa vetustas, Et nullum est, quod non tempore cedat opus*. ¶ 2. Ponitur & pro senectute, seu senio: Ovid. Met. 12, 182 *Tum senior: quamvis obstet mihi tarda vetustas, Multaque me fugiant primis spectata sub annis*. Laberius apud Macrobium Saturn. 2, 7 *Vt hedera serpens vires arboreas necat: Ita me vetustas amplexu annorum enecat*: conf. Nonius 2, 890. ¶ 3. Futuri etiam temporis diuturnitatem aliquando indicat. Cic. Art. 14, 9 *Mori millies præstiat, quam hæc pati, quæ mihi videntur habitura etiam vetustatem*, & pro Milon. 35 *De mente illa unquam obmutescet vetustas*. Sic, *In vetustatem reponere, servare*, etwas aufheben, daß es alt werde, Colum. 12, 44 & 29. *Scripta vetustatem ferent*, sie werden dauern, Ovid Trist. 5, 9, 8. ¶ 4. *Vetustas* etiam est vetus amicorum notitia, alte bekandtschaft. Cic. fam. 13, 32 *Hos mihi maxime esse conjunctos vetustate, officiis, benevolentia*. Et 11, 16 *Magna vetustas, magna consuetudo intercedit*, conf. 5, 15; & 10, 10.

¶ Vetustesco, *ĕre*, alt werden. Colum. 1, 6 *Vina celerius vetustescunt*. At *Vetustescere* Nigidius apud Nonium dixit 5, 63, *quæ vetustate deteriora fiunt*.

¶ Vetero, *avi, atum, are*, vetustatem induere, veralten. Onomasticum: *Vetero*, παλαιόω. Cens. 3, 12 de febribus: *In accessionum & decessionum vicibus nisi veteraverunt*, wenn sie eingewurzelt, und abwechselten.

¶ Veterasco, *ĕre*, idem. Colum. 2, 15 *Vrina, quam sex mensibus passis fueris, veterascere*. conf. Reines. Var. Lect. 3, 12 p. 547.

¶ Veterascens, *tis*, veraltend; ut, *Veterascentes carnes*, Obsequ. c. 16. Et Cic. apud Nonium 5, 63 *Veterascens ad gloriam*.

¶ Vĕtĕrātus, *a, um*, veraltet; ut, *Veteratus casus*, Scrib. Larg. comp. 140.

¶ Veterator, *ōris*, m. secundum Donatum est *vetus in astutia & in omni re callidus*: qui diu & ac multiplici, & sæpe commutata servitute affatus & vafer evasit, ein alter, wohlgeübter, wohlversuchter, durchtriebener schalk, ein teufel. Vide Festum, & Lindebrog. in Ter. Andr. 2, 6, 26. conf. & Heaut 5, 1, 16. Et Cic. Off. 3, 32. Id. de Clar. Orat. c. 48 *In causis publicis nihil, in privatis satis veterator*. Vet. Gloss. *Veterator*, παλαιομαχλῶν, παλαιτρίψ, τειβανός, ἀπατεών. Ita in Dig. 21 t. 1 l. 37 *Veteratores* sunt trita mancipia & opponuntur *novitiis*. ¶ 2. In bonam partem accipit Gellius 1, 7, cui *Veterator* est *homo multa lectione exercitus, cui pleraque omnia litterarum veterum quæsita, meditata evigilataque sunt*, ein wohl belesener mann.

¶ Vĕtĕrātrix, *īcis*, f. ein schalckhaft weib. Apul. 9 Met. p. 230 *Veteratrix quædam fœmina, quæ devotionibus ac maleficiis quibuslibet efficere posse credebatur*. Scalig. *Veratrix* legit. vide supra sub *Verus*, in *Vero, are*. Onomast. Vet. *Veteratrix*, παλαιγύος.

¶ Veterātōrius, *a, um*, listig, betrüglich, schalckhaft; ut, *Ingenium veteratorium* παλαιγγικόν. Sic Cic. de Clar. Or. c. 67 *Citius veteratoriam* (orationem) *quam oratoriam dicere*. Et Verr. 1, 54 *Veteratoria apertis & perspicuis* contraria sunt. Et rursus de Clar. Orat. c. 75 *Splendida quædam minimeque veteratoria ratio dicendi*.

¶ Veteratorie, adverb. idem; ut, *Acute & veteratorie dicere*, Cic. in Orat. c. 28. *Hic satis veteratorie*, Apul. Apol. p. 303.

¶ Veteramentārius, *i*, m. futor, qui veteres calceos reficit, ein schuhflicker. Gloss. gr. lat. παλαιοράφος, *Veteramentarius, veteriballus*. Suet Vitell. c. 2 *Sutor veteramentarius*.

¶ Vĕtĕrānus, *a, um*, idem quod verus, alt, außgedient; ut, *Veterana vitis*, Colum 3, 15 *Veteranum pecus*, Idem 6, 2. Et, *Veteranæ gallinæ*, 8, 4. *Veterani boves*, Varro R. R. 1, 20. *Veteranus hostis*, Liv. 21, 16. *Veteranus pedes*, ein guter alter soldat zu fuß, Idem 21, 44. *Invictum genus veteranorum militum*, Cic. Phil. 3, 2. *Veteranus latro*, Petron. c. 84. conf. ICt. D. 49 t. 18 l. 1. ¶ 2. Etiam absolute *Veteranus* de milite dicitur. Quod nomen illis dabatur proprie, qui vicena stipendia fecissent. v. Lipsi. ad 1 An. Tac. 1 pag. 37. Sic, *Veterani nostri; Veteranorum facta*, Nepos 18, 8, 2 seq. *arrogantia*, Cic. Phil. 11, 13. *Augustus veteranos excivit paternos*, Vellej. 2, 61, 2. Et Lucan. 1, 345 *Quæ nostri veteranus arcet*.

Vĕtĕrānum, *i*, n. substantive, vide paullo post *Veterarium*.

¶ Veterārius, *i*, m idem, qui *Veteramentarius*. In Glossis enim utrumque παλαιοράφος, græce est.

¶ Veterarium, *i*, n. apotheca, horreum, sive locus, ubi quid *inveterascendi causa reponitur ac servatur*, ut Columella loquitur. Sen. epist. 114 *Adspice veteraria nostra & plena matrimum fecalorum vindemiis horrea*. Alii tamen *Veterana* legunt. Quo vocabulo eadem notione Vetus Scholiastes Horatii 3 od. 21 usus est, ut ibi Lipsius observat.

¶ Vĕtĕrētum, *i*, n. idem quod *Vervactum*, terra quæ interdum requieverit, gebrächt feld. Colum. 2, 13 *In vetereto bubulcorum duas operas volunt*. Sed *vervactum* etiam hic omnes ante Commeli. vid. Gesner. Lex. rust.

Composita:

¶ Convĕtĕrānus, *i*, m. ein alter camerad im kriege. vide l. 2 Cod. de excusat. veteranor.

¶ Invĕtero, *are*, active, alt machen. Plin. 23, 2 *Vinum diffundebant inveterabantque*. Idem 19, 4 *Inveterari vina*. ¶ 2. Antiquare, abolere, abschaffen. Lactant. 2, 17 *Veri Dei notitiam apud omnes gentes invetenare*. ¶ 3. Passive est *vetustescere*, alt werden, einwurtzeln; unde *Inveteravit* mox in *Inveterasco*.

¶ Inveteratus, *a, um*, alt, verlegen, eingewurtzelt; ut, *vinum inveteratum*, Plin. 14, 2. *Licentia inveterata*, Nepos 18, 8, 2, *servitus*, Idem 20, 1, 1; *invidia*, Cic. pro Cluent. princ. *querela*, Id. de Amic. c. 10. *Inveteratus dolor*, Id. Tusc. 3, 16. Id. Phil. 5, 11 extr. *Omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius*. Absolute Sen. ad Marc. c. 1 *Vehementius contra inveterata pugnandum est*.

¶ Inveteratio, *ōnis*, f. vetustas, die veraltung; ut, *Inveteratio in corporibus ægrius depellitur quam perturbatio*, Cic. Tusc. 4, 37.

¶ Inveterasco, *ĕre*, vetustatem contrahere, & invalescere, alt werden, verjähren. Sic, *Inveterascere & corroborari*, alter und stärcke überkommen, Cic. Catil. 3, 2. Et Ter. prol. Hec. v. 12 *Novas qui exactas feci, ut inveterascerent*, hoc est, in consuetudinem abirent. Cæs. B. Civ. 1, 44 *Quibus quisque in locis miles inveteravit, multum earum regionum consuetudine movetur*. Id. B. C. 3, 110 *Erant qui inveterasci ante capitolinos Alexandrinis bellis*, die im kriege alt werden. *Inveteravit consuetudo*, Idem B. G. 5, 11; *opinio perniciosa reipubl.* hat überhand genommen, Cic. Verr. 2, 1. Et pro L. Manil. c. 3 *infecdit penitus & inveteravit macula in populi Rom. nomine*. Idem Tusc. 3, 15 *Mala si inveteraverint*. Idem Off. 2, 16 *Intelligo in nostra civitate inveterasse jam a bonis temporibus*, es ist so auffkommen, in schwang gekommen. Cæs. B. G. 2, 1 *Inveterascit miles in castris, in aliquibus locis*. Nepos 25, 2, 5 *Neque inveterascere eorum æs alienum patiebatur*, er ließe die schuld nicht alt werden. conf. Cic. de rep. 3 apud August. de C. D. 22, 6; Tac. An. 11, 25, 10; & Nigid. apud Nonium 5, 63.

¶ Inveterascens, *tis*. Plin. 23, 1 *Album inveterascens, de vino*.

¶ Pervĕtus, *ĕris*, valde vetus, sehr alt; ut, *Pervetus epistola*, Cic. ad Quint. frat. 3, 1, 4. Idem de Clar. Or. c. 15 extr. *Eum nos ut pervetterem habemus*. Cels. 5, 26, 30 *Vinum non pervetus*.

¶ Pervĕtustus, *a, um*, idem. Cic. de Orat. 3, 52 *Vt raro pervetustis verbis utamur*, & Plin. 20, 9 *Pervetustus adeps*.

¶ Vexāmen, vexatio, vexator, &c. vide mox *Vexo*.

VEXILLVM, *i*, n. velum erat, (diminutivum enim a *Velum* est, si Servium audimus,) quod signum sequendi militibus proponebatur, eine fahne, fahnlein, standart. Vnde *ad vexillum vocare* Florus dixit 3, 20, 3. His vexillis imperatorum nomina inscribi solita ex Suetonio colligitur Vesp. c. 6. Qui & a signis militaribus distinguit, quia eorum in legionibus usus non erat, de quo infra, cum de *vexillariis*, dicetur. *Signa* certe legionarios habuisse, cum *vexilla* habuerint socii, Lipsi. de Mil. Ro. 4, 5 ostendit. Κατ' ἐξοχὴν *vexillum* dicebatur velum illud purpureum, quod penes imperatorem seu ducem asservabatur, nec nisi futuræ pugnæ signum solebat proponi, die hauptfahne, stürmfahne. Cæs. B. C. 2, 20 *Cæsari omnia animo tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret &c.* Id. B. Civ. 3, 89 extr. *Exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret; sp, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum*. Meminit Plutarchus in Pompejo p. 655. Notavit & Lips. ad Tac. Ann. 1, 56. ¶ 2. *Vexillum* etiam dicitur corpus, seu numerus militum, qui sub vexillo sunt; ut Germani, ein fähnlein, præsertim ante mutatam superiori seculo militiam. Tac. Hist. 1, 70, 4 *Præmissis Galloram, Lusitanorum, Britannorumque cohortibus & Germanorum vexillis*. Et alibi. Stat Theb. 12, 782 *Accedunt utrimque pio vexilla tumultu, Permistique manus; Vexilla* sunt ordines militares. *Vexilla fortunæ suæ submittere*, elegantissime dicitur pro humilem esse, de majestate sua demere: Stat. 4 Silv. 2, 41 *Tranquillum vultu, sed majestate serenâ Mulcentem radios, submittentemque modeste Fortunæ vexilla suæ*. Tractum a militia, in qua victi funique, ac jam supplices vexilla sua submittebant, contra pugnaturi tollebant; vide ibi Gevartium. *Vexillum* quidem quasi diminutivum a *velum* fecit Servius; at contra Cicero in Orat. c. 45 a *Vexillum* factum sensit *Velum*.

¶ Vexillārius, *i*, m. antesignanus, signifer, ein fähnrich, panier-herr, apud Liv. 8, 8; & Tac. Hist. 1, 41, 1: & 3, 17, 2. Sic, *Ille vexillarius noster Lanarchus*, Apul. Met. 4 p. 146. *Vexillariam deputavi*, Vopisc. in Probo c. 5. ¶ 2. Item miles, qui sub vexillo est, der zur fahne gehöret. Quod autem militum genus *Vexillarii* sive *Vexilla* fuerint, non in aperto satis est. Explicare quidem conatus Lipsius est, de Rom. Militia 1 dial. 8; & 5 dial. 19, itemque ad An. Tac. 1, 17 p. 36 & 37, sed rem acu haud tetigit: optime de iis Pichena ad illum ipsum Taciti locum, qui non futilibus argumentis Lipsii rationes oppugnat, &, nisi fallor, expugnat. *Vexillarii* igitur dicebantur, qui lecti & lecti ex legionario milite, sive ex legionum cohortibus, separatique a legionum aquilis & signis cohortium, sub propriis vexillis militabant. Eamque ob causam *vexilla* a cohortibus, quæ in legionibus erant, distinguit Tacitus Hist. 1, 70, quem locum supra adduximus: Suetonius vero Nerone, supra citato loco, *militaria signa* & *vexilla* perinde distinguit. Sed vide Pichenam eo, quem diximus, loco n. 57. Vopisc. in Firmo c. 4 *Quidam de numero vexillariorum*.

¶ Vexil-

¶ Vexillifer, *a, um,* ſignifer, der oder die ein fähnlein trägt. Gloſſ. Cyrill. *Vexillifer,* βεξιλλοφόρος. Fœm. *Vexillifera* apud Prudentium eſt in Pſychom. v. 19 *Hunc vexilliferæ quoniam fors obtulit ictum;* ſcilicet ſobrietati, vexillum crucis Chriſti præ ſe ferenti.

¶ Vexillātio, *ōnis,* f. apud Suetonium in Galba c. 20, quam *plurium vexillorum complexionem* Torrentius interpretatur. Vegetius 2, 1 ad alas equitum hoc vocabulum retulit, ut idem obſervat. Sic Apul. Met. 7 p. 191 *Factio militarium vexillationum.* Inſcriptio ex ævo Severi apud Bellorium Veſtig. Vet. Romæ p. 35 PRAEPOSITIO VEXILLATION.

VEXO, *avi, atum, are,* plagen, ängſtigen, quälen, beſchweren, quod videtur a *Veho* eſſe, ſed quia non fit ab ordinario ſupino *vectum,* huc ſeorſum transſcribere placuit. Aſcon. in 2 Verr. quæ proœmium actionis eſt p. 46 VEXAVIT, inquit, *ingentis calamitatis uſum ſignificat.* Et Gellius 2, 6 *Qui fertur & raptatur, atque huc & illuc diſtrahitur, is vexari proprie dicitur.* Quæ eadem verba & Servii ſunt ad illud Virg. ecl. 6, 76 *Dulichias vexaſſe rates.* Et ita plane *in turba vexari* Suetonius dixit Aug. c. 53, gedruckt und hin und wieder getrieben werden. Cato apud Gellium l. c. *Cum Hannibal terram Italiam lacerare atque vexare,* hoc eſt, omni calamitatis & fævitiæ genere affligere. Nepos 14, 10, 2 *Abſens amicitiam cum Datame facit, regis provincias vexat, caſtella expugnat.* conf. c. 4, 2. Cic. pro Domo c. 23 *Vxorem meam vexaviſtis, raptaviſtis, &c.* Id. paſſim: *Diripere & vexare; vaſtare & vexare; ſpoliare, violare & vexare,* aut contra, *vexare & ſpoliare* conjunxit, beymacken. Sic, *Qui omnia divina & humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint,* Idem pro Sext. c. 1. Et pro Flacco c. 20 *Probris omnibus maledictisque vexare.* Et Diſp. Tuſc. 5 *Vexatur Theophraſtus & libris & ſcholiis omnium philoſophorum.* Idem de Leg. 1, 14 *Solicitudo vexat impios.* Colum. 7, 7 *Peſtilentia vexari.* Adde de hoc verbo Macrob. Sat. 6, 7 diſputantem.

¶ Vexans, *tis.* Vulg. Interpr. Iud. 20, 5 *Vxorem furore libidinis vexantes.* Lucret. 1, 277 *Sunt venti corpora cæca, quæ nubila cæli Verrunt, ac ſubito vexantia turbine raptant.*

¶ Vexātus, *a, um,* afflictus, geplagt, angefochten, geängſtiget; ut, *Contumaciter urbaneque vexatus,* Cic. ad Qu. Frat. 2, 1 *Vexata navigia,* Lucret. 1, 634. conf. Vellej. 2, 79, 4. Sic, *Sicilia multos annos bello vexata,* Nepos 20, 1, 1. conf. Virg. Æn. 4, 614. Et, *Vexata vita per multa pericula,* Propert. 2, 28, 15. *Apes aut morbo, aut ſterilitate, aut penuria locorum vexatæ,* Colum. 9, 6. *Vexata ab hoſte regio,* Curt. 3, 8, 8.

¶ Vexātio, *ōnis,* f. afflictatio, die plage, anfechtung, beſchwerung, ängſtigung. Sic, *Cum vexatione ingenti præcipue jumentorum, altero die poſuit caſtra,* Liv. 43, 21. *Vexatio viæ, itineris,* Colum. de re ruſt. 1, 3, Apulej. Metam. 1 fine. *Per vexationem & contumelias inimicum petere,* Liv. 38, 59. *Impunita & libera vexatio,* Cic. Cat. 1, 7. Et Suet. Tib. c. 61 *Citati ad cauſſam dicendam partim ſe domi vulneraverunt, certi damnationis, & ad vexationem ignominiamque vitandam,* id eſt, ne hinc inde per ignominiam diſtraherentur. Adde Cic. Verr. 3, 3; Tuſc. 4, 8; Sen. de Tranqu. c. 2; Colum. 1, 3: Petron. c. 60; Curt. 5, 4, 21; & 6, 5, 13; Iuſtin. 42, 1, 2; & Martial. 10, 82.

¶ Vexāmen, *ĭnis,* n. idem. Lucretius 5, 351 *Aut cecidiſſe urbes magno vexamine mundi.*

¶ Vexātor, *ōris,* m. qui vexat; ut, *Direptor & vexator urbis,* Cic. Phil. 3, 11. *Vexator ætatulæ,* Id. pro Sextio c. 8. Et Tertull. adv. Marc. 4, 14. *Vexatores egenorum* conf Lactant. 2, 15.

¶ Vexatrix, *icis,* f Prudent. Pſychom. v. 58 *Vexatrix hominum.* Et Lactant 3, 29, 9 *Generis hominum perpetua vexatrix.*

¶ Vexābilis, *e,* vexans, beſchwerlich, verdrüßlich. Cæl. Aurel. Acut. 2, 13 *Vexabile vitium.* Id c. 14 *Vexabile ſtomachi.* conf. Lactant. 7, 5, 10.

¶ Vexabiliter, adverb. idem. Cæl. Aurel. Acut. 2, 9 *Vexabiliter caput onerare.*

¶ Vexātīvus, *a, um,* idem. Cæl. Aurel. Acut. 2, 29 *Vti potionibus vexativis.* Idem Tard. 3, 4 *Vexativus ſtomachus.*

Compoſita a *Vexo,* cum nominibus *Convexus, Devexus, &c.*

¶ Convexo, *avi, atum, are,* idem quod *vexare.* Gell. 10, 6 *Quæ me male tunc miſeram convexarunt.*

¶ Convexus, *a, um,* Feſto eſt *ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terram verſus declinatum eſt,* gewölbet, rund zugewölbet. Ovid. Met. 6, 697 *Convexa foramina terræ.* Sic *cælum* proprie *convexum* dicitur. Virg. Æn. 4, 451 *Tedet cæli convexa tueri.* Vbi ſubſtantive ponitur. Vet. Gloſſ. *Convexum,* κατωφερές, περιφερές. Ejusmodi enim ex parte cælum videtur terram verſus declinata forma: concavum autem, quod infra eſt, convexum dicitur. Rurſus Virg. eclog. 4, 50 *Adſpice convexo nutantem pondere mundum.* Et Cic. in Arat. v. 314 *Quis lunæ convexum oculis contingimus orbem.*

¶ Convexio, *ōnis,* f. das gewölbe. Gellius 14, 1 *Nam quanta partium circulorumque cæli ex devergentia & convexionibus mundi varietas ſit, &c.* Arnobius 1 p. 33 *Cæli convexiones.* Et 4 p. 129 *Concluſum rotunditatis convexione.*

¶ Convexĭtas, *atis,* f. forma convexa, die runde des gewölbes; ut, *Mundi convexitas,* Plin. 18, 25. Idem 37, 13 *Quacunque cæli convexitas vergit.*

¶ Convexus, *ūs,* m. ſubſt. idem. Vet. Gloſſ. *Convexus,* περιφέρεια.

¶ Devexus, *a, um,* declivis, abhängig, herunter hangend; ut, *Lucus in viam devexus,* Cic. Divin. 1, 45, ein wald, der herunter auf die ſtraſſe reicht. Virg. Georg. 1, 241 *Mundus premitur Libyæ devexus in Auſtros.* Val. Flaccus 3, 687 *Cernere devexis redeuntem montibus.* Frontin. de Aquæduct. Keuch. p. 233 *Calix ad curſum aquæ oppoſitus devexusque.* Abſolute Tac. Hiſt. 5, 11, 6 *Inter devexa,* i. e. extrema rupis abrupta. Sic enim in præcedentibus vocat. Sic, *Per devexa collium,* Frontin. de Colon. Gœſ. p. 121. *Devexa montium,* ibid. p. 146. Translate Sen. epiſt. 12 *Iucundiſſima eſt ætas devexa jam, non tamen præceps.* Cic. Att. 9, 10 p. 55 *Ætas a diuturnioribus devexa ad otium.* Compar. Claud. de Conſul. Mall. Theod. c. 57 *Quocunque dies devexior ambit.*

¶ Devexĭtas, *atis,* f. ein abſchuß, ein hang unterwerts. Plin. major 2, 65 *In inferiora aquæ feruntur, quo longiſſime devexitas paſſa ſit.* Iunior 8 epiſt. 8 de fonte Clitumno: *Inde non loci devexitate, ſed ipſa ſui copia & quaſi pondere impellitur.*

¶ Devexo, *are.* Hinc

¶ Devexatus, *a, um,* zerplagt, gemartert; ut, *Per tot annos republica devexata,* Cic. fam. 10, 3.

¶ Divexo, *are,* vehementer vexare, herum werfen: ut, *Divexare & diripere omnia,* Cic. Phil. 11, 2. *Divexare agros civium,* ibid. 13, 9. *Corruptor rem meam divexavit,* id eſt, bona peſſumdedit, er hat mir alles durchgebracht, Plaut. Perſ. 5, 2, 4.

¶ Divexatio, *ōnis,* f. die bedrängſtigung, apud Auguſtinum.

¶ Evexus, *a, um,* bergangehend, aufwerts ſteigend. Mart. Capella 8 p. 275 *Cum evexum devexumque mundum dixero.*

¶ Pervexatus, *a, um,* vorher geplagt, abgeſchwächt; ut, *Prævexata vires,* Cæl. Aurel. Acut. 2, 32. *Paſſione prævexatus,* Id. Tard. 1, 1.

¶ Subvexus, *a, um,* idem quod *devexus,* nieder gebogen; ut, *Omnia faſtigio ſubvexa,* Liv. 25, 36.

VFENS, *entis,* m. fluvius, qui labitur per Pomtinas paludes apud Volſcos, qui & *Aufentum* dicitur. Virg. Æn. 7, 802 *Gelidusque per imas Quærit iter valles atque in mare volvitur Vfens.* ¶ 2. Eſt & nomen ducis & viri apud Virg. Æn. 8, 6; & Sil. 4, 343.

¶ Vfentīnus, *a, um,* adjectivum; ut, *Vfentina tribus,* Liv. 9, 20. *Oufentinus* ſcribitur apud Feſtum, ubi vide.

VIA, *æ,* f. latitudo tanta, quanta ire poteſt vehiculum, quaſi *vehia:* niſi ab ἴω eſt, vel ὅια, quo Apollonius uſus eſt, notante Scalig. in Conjectaneis, ein weg, eine ſtraſſe, geſſe. *Iter, via, actus* quid differant, vid. ad *actus* in *ago.* Plaut. Moſt. 1, 1, 53; & 1, 4, 13 *Per vias.* Cic. Verr. 4, 53 *Cæteræ urbis partes una lata via perpetua, multisque transverſis diviſa continentur. Publica,* item, *conſularis,* & *regia,* & *militaris,* cui plane reſpondet noſtrum, eine heer ſtraſſe, alias vocatur, eine landſtraſſe, vide Hygin. Gœſ. p. 146 & 152; Torrent. ad Suet. Aug. c. 49: & Berger. de viis publicis & militaribus Rom. Tom. 10 Theſaur. Græv. unde diſcas, inter magnificentiſſima Romanæ potentiæ opera fuiſſe has vias ſtratas &c. De curatoribus viarum vid Lipſ. ad Tac. An 3 p. 158; & Interpretes ad Cic Att. 1, 1, ubi de Thermo curatore viæ Flaminiæ. Huic publicæ opponitur *vicinalis* apud Sic. Flaccum de Condit. Agror p. 9 & 10, ein dorf weg. v. ibi Rigaltium. *Per publicam viam ne ambula,* λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν, id eſt, ne ſequaris vulgi errores. vid. Chiliad *Via trita,* ein gebahnter weg, Cic. de Clar. Or. c. 81; & Pibull. 4, 12, 10. *Dare ſe in viam,* Cic. fam. 14, 12, ſich auf den weg machen. *Committere ſe viæ,* ibid. 16, 4. *Dare viam alicui per fundum ſuum,* Id. pro Cæc. c. 10. *Recta via proficiſci,* Cic. ad Qu. frat. 3, 1, 2, ſtracks zu, gleich zu. *Eſſe in via,* Idem fam. 16, 2: & Plaut. Caſ. 2, 6, 27. *Recta via depelli,* &, *Ad rectam viam reduci,* Quintil. 2, 17. *Vias munire & obſepire,* Cic. pro Mur. c. 23. *Sternere vias,* den weg pflaſtern; unde *Stratura viarum,* Suet. Claudio c. 24. *Ruunt cæci per vias, per invia,* Liv. 38, 23 & 23, 17. Sed, *Tota errare via,* id eſt, vehementer errare, Ter. Eun. 2, 2, 14. *Viſa eſt via pedum,* proverbiale Ter. Phorm. 2, 2, 12, id eſt, ratio, qua procedendum. *Decedere via,* aberrare, vom wege kommen, Suet. Cæſ. c. 31; & metaphorice *De via,* Cic. pro Cæl. c. 16. Aliter hæc Phraſis accipienda Suet. Tib. c. 31 extr. *Cum palam eſſet, ipſum quoque eisdem aſſurgere & decedere via,* aus dem wege gehen, ausweichen. Hoc enim non per errorem fiebat, ſed de induſtria & honoris cauſſa. Nam cum minori honoratior fieret obviam, ille alter recedebat nonnihil, & viam dabat prætereunti majori. Hoc dicitur Seneca *Semita cedere,* epiſt 64 extr. *Si conſulem,* inquit, *videro aut prætorem, omnia, quibus honor haberi ſolet, facium: equo deſiliam, caput adaperiam, ſemita cedam.* Eſt in hanc rem & Apuleji locus in Floridis circa finem: ad quem inſignem alium Arnobii lib. 7 Colvius p. 201 ſq. notavit. *In viam redire,* Cic. Phil. 12, 2, wieder zurecht kommen. *Via qua omnes commeant, copioſa, brevior, tot dierum,* Nepos 18, 8, 2. ¶ 2. *Via* per metaphoram pro ratione & modo aliquid faciendi, das mittel, die gelegenheit. Ter. Andr. 4, 1, 47 *Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via,* wir wollen es anders anfangen. Idem Heaut. 1, 1, 49 *Tentare aliquem vi & via pervulgata patrum,* id eſt, ratione, more conſuetudinis. Plaut. Aul. 3, 6, 39 *Vt me deponat vino, eam affectat viam,* ita rationes init, hoc agit, er gehet drauf um. *Ingredi* etiam *viam* dicuntur, qui vera, non falſa & aliena narrant; Plaut. Amph. 1, 1, 73 *Ingreſſus eſt viam.* Item Aſin. 1, 1, 39 *Rectam inſtas viam: eu reſte:* Plane ita & nos: du biſt auf dem rechten wege, cum approbamus aliorum narrationem. Cic. Att. 2, 19 p. 260 Gr. *Vtor via,* i. e. conſilio & via quadam media. Liv. 25, 11 *Arcis munitæ expugnandæ viam cernere.* ¶ 3. Ponitur & pro acceſſu ſive commoditate atque occaſione ad aliquid perveniendi. Sic, *Patefacere viam ad opes,* Cic. Phil. 5, 18. Et Id. Off. 2, 12 *Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis eſſet.* Iuſtin. 1, 5, 9 *Pronum ad regnum viam ingredi.* Sen Agam. v. 242 *Sera nunquam ad bonos mores via eſt. Calcanda omnibus via leti,* Horat. 1 od. 29, 16. Et Sen. alter Controv. 3, 16 *Multas rerum naturæ mortis vias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt &c.* Idem epiſt. 12 *Patent undique ad libertatem viæ multæ, breves, faciles.* Et Vellej. 2, 51, 3 *Illis incrementis viam fecit, quibus aſſurgeret, &c.* er hat hierzu den grund gelegt. ¶ 4. Eſt & *Via* informatio, diſciplina, ὑποτύπωσις, μέθοδος, formula & regula, ut Schol. ad illud Dionyſii Catonis: *Cum animadverterem, quam plurimos homines errare graviter in via morum,* notat, die richtſchnur, art und weiſe. Tac. An. 1, 54, 4 *Alia Tiberio morum via.* Perinde *Vias præliorum* Idem An. 2, 5, 2 dixit. Celſus præfat. *Medicinam ita finiunt, ut quaſi viam quandam, quam* μέθοδον *Græci nominant, eorumque, quæ in morbis communia ſunt, contemplatricem eſſe contendant.* Sic, *Via dicendi,* Quintil. 4, 5. Et, *Tradere viam optima-*

optimarum artium alicui, Cic. Divin. 2, 1. Plura exempla ejusmodi notavit Barthius ad v. 1 Nemesiani *Venandi cano mille vias &c.* ¶ 5. *Via lactea*, congeries minutissimarum stellarum; in fabulis apud poëtas, semita superiorum, die milchstrasse vulgo. conf. supra in *Lac.* Ovid. Met. 1, 168 *Est via sublimis, cœlo manifesta sereno, Lactea nomen habet; candore notabilis ipso, &c.* ¶ 6. *Viæ* sunt virgæ aureæ vestimentis Cois intextæ apud Tibull. 2, 7, 36 *Auratas disposuitque vias.*

¶ Viālis, *e*, ad viam pertinens; ut, *Lares viales*, apud Plautum Merc. 5, 2, 24. De *Diis vialibus* est luculenta Ever. Ottonis commentatio.

¶ Viārius, *a, um*, de viis agens; ut, *Lex viaria*, Cælius Cic. fam. 8, 6.

¶ Vio, *viāre*, iter facere, ire, reisen, wandern; ut, *Iter viare*, Lucilius. *Pericula vianda*, id est, adeunda, Plaut. Truc. 1, 1, 8; ubi vide interpretes. Visus hoc verbo aliquoties Prudentius; ut contra Symmach. 2, 772 *Inter esse viandi Multifidum variumque.* Item Iuvencus, & alii Christiani scriptores; etiam Ammianus 20, 23 pr. *Intendi ad viandum.* Quintil. 8, 6 reponit hoc verbum inter infelicius ficta.

¶ Vians, *tis*. Solinus c. 42 *Submovere accessus viantium.* Prudent. Hamart. v. 208 *Incautum spoliare viantem.* Idem Cath. 5, 65 *Præbent rupta locum stagna viantibus.* Sidon. 1 epist. 2 *Si avem feramque viani fors offerat.* Apul. 6 p. 184 *Quis viantium vectoreni suum non libenter auferat secum?* conf. Id. 189 & 197, & 240.

¶ Viāticus, *a, um*, zum reisen gehörig; ut, *Cœna viatica*, quæ peregrinis datur, vel peregre abeuntibus, eine gastmahlzeit, valetschmaus, Plaut. Bacch. 1, 1, 61. Talis & *adventitia*; vide supra in *Venio.*

¶ Viāticum, *i*, n. subst. quodlibet ad iter necessarium, sive cibus, sive pecunia, der reisepfennig, die wegzehrung, zehrgeld. Cic. Att. 15, 20 *Video nihil opus esse viatico.* Plaut. Capt. 2, 3, 89 *Viaticum dare alicui*, zehrung auf den weg geben. Idem Trin. 3, 2, 102 *Secum ferre viaticum.* Proverbia: *Unicuique sua ars pro viatico est.* vide Chiliad. Bias filio ad Ægyptios abeunti & percontanti, quidnam faciendo rem ipsi gratissimam facere posset, ἐφόδιον, inquit, πρὸς γῆρας κτησάμενος τὴν ἀρετήν, hoc est, *Si viaticum ad senectutem tibi comparaveris virtutem*, basil. Orat. ad adolescentes, quomodo ex Græcis auctoribus utilitas petenda sit. ¶ 2. *Viaticum* etiam dicitur pecuniæ & facultas, das vermögen, mittel; item, beystand, handreichung, vorschub. Suet. Cæs. c. 68 *Ingresso civile bellum centuriones cujusque regionis singulos equites e viatico suo obtulerunt*, aus ihrem beutel. v. ibi Torrent. & Dausquejum in Basil. Seleuc. p. 110. Plaut. Pseud. 2, 3, 2 *Suo viatico reduxit me usque ex errore in viam.* Ita pro pecunia in sumtus studiorum destinata accipitur l. 18 § 1 ff. de judiciis; & l. 17 ff. de rebus creditis. Q. Claudius apud Gellium 17, 2 *Ut facile intelligeretur, magnum viaticum ex se atque in se ad remp. evertendam habere.* Quæ verba cum produxit Gellius, subjicit: MAGNVM VIATICVM *pro magna facultate & paratu magno nove positum*: videnturque Græcos secuti, qui ἐφόδιον, a sumtu viæ ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt. Horat. 2 epist. 2, 26 *Collecta viatica perdere.*

¶ Viaticulum, *i*, n. diminutivum. Vipian. Leg. 18 § 1 Dig. de judiciis & ubi quis &c. *Viaticulum suum recipere.* Et Apul. Met. 7 p. 191 *Viaticulum mihi corrasi.*

¶ Viatĭcor, *ari*, viaticum accipere. Hinc

¶ Viātĭcātus, *a, um*, id est, viatico instructus, mit einem zehrpfennig versehen. Plaut. Menæch. 2, 1, 29 *Cum inspicio marsupium, viaticati admodum æstive sumus*, i. e. leviter & tenuiter, ut qui per æstatem absque vestibus iter faciunt, & absque pluribus alimentis. Sidon. 6 epist. 10 *Opipare viaticatus.*

¶ Viātor, *ōris*, m. qui iter facit, ein wanderer, wandersmann, passagier. Iuvenal. 10, 22 *Centabit vacuus coram latrone viator.* Cic. pro Mil. c. 21 *Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur.* Idem Att. 2, 11 *Aliquid ex prætereunte viatore exceptum est.* Et Celsus præfat. operis: *Viator exceptus a latronibus.* Phædr. 2, 2, 4 *Forte obnoxius Viator est deductus in eundem locum.* ¶ 2. *Viatores* etiam dicebantur servi magistratuum, qui antiquitus magistratus ex villis & agris accersebant, ut Cic. de Senect. c. 16 notavit, ausreuter, gerichtsdiener. Et Colum. præf. operis; *Illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, a villis accersebantur in senatum. Ex quo, qui eos evocabant*, VIATORES *nominati sunt.* Eadem Plinius 18, 3. Postea qui magistratibus apparebant, sic dicti, die herrens oder raths-diener, regierungs-boten. Liv. 2, 56 *Tribunus pl. viatorem mittit ad Cos; hic ad illum lictorem.* Sed 6, 15 pr. *Dictator mittit viatorem.* v. Burm. ad Petron. c. 97 p. 462 sq. vide Festum. In vetere Inscriptione: VIATOR AEDILIS PLEBIS. ¶ 3. *Viatores* etiam dicti litium exsecutores. vide ICtos; & maxime l. 82 ff. de judic. § 24 Inst. de action.

¶ Viātrix, *īcis*, f. Salvianus de Gubern. Dei lib. 1 p. 32 *Gens viatrix sine via*, id est, Israël in desertis. Etiam Mart. Capella lib. 6 post init. *Viatrix infatigata.* Et in vet. lap. apud Gruter. pag. 745 n. 5 AQVILIA VIATRIX. conf. Murat. p. 1045, 1058.

¶ Viātōrius, *a, um*, ad viatorem pertinens; ut, *Vasa viatoria*, Plin. 16, 10 sub fin. reisezeug. *Argentum viatorium*, l. 40 pr. D. de aur. arg. Et Onomast. vet. *Viatorius*, ὁδοιπορικός. Sic possis forte dicere *Horologium viatorium pensile*, eine tuchuhr, Vitruv. 9, 9. Adde Plin. 37, 2; Paul. ICt. D. 33 t. 10 l. 2: Scævol. D. 34 t. 2 l. 40.

¶ Vibilia, *æ*, f. Dea viarum. Arnob. lib. 4 p. 131 *Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat*, die reisegöttin.

¶ Viŏcūrus, *i*, m. viarum publicarum curator, ein weg- und stegbereiter. Ita vocatur in l. 2 ff. de cloacis. Varro L. L. 4, 1 *Quis non videt, unde arvifodina & viocurus?* Et Gloss. lat. gr. *Viocurus*, ὁδῶν ἐπιμελητής.

¶ Vius, Mercurii cognomen, ut vialis. Fabric. Bib. Gr. 1, 12, 13. Otto de Dis vialibus c. 7 p. 100 sq.

Composita cum præposit. & numeral.

¶ Avius, *a, um*, quod a via remotum est, sive per quod via nulla est, unwegsam, dazu kein weg gehet. Virg. Georg. 2, 328 *Avia dum resonant avibus virgulta canoris.* Sic, *Avii montes*, Horat. 1 od. 23, 2. *Aviæ valles*, Stat. 4 Silv. 3, 73. Et, *Avio itinere*, Suet. Aug. c. 96. *Inter solitudines avias*, Vellej. 2, 55, 4. *Avius a vera ratione*, id est, non sequens rectam rationem, unvernünftig, Lucret. 2, 81 & 229. Ita apud Silium 12, 493 *Avia cœpto consilia* dicuntur id est, contraria.

¶ Avia, *ōrum*, n. pl. substantive, ungebahnte örter, abwege; ut, *Horrenda avia*, Val. Flaccus 5, 475. Et, *Latebrosa per avia saltus*, Sil. 12, 352. Sic, *Per avia ac devupta præibat eum*, Tac. Ann. 6, 21, 2. Idem Hist. 4, 70, 2 *Civilis avia Belgarum circumibat.* Vellej. 2, 75, 3 *Per avia itinerum vitatis militum gladiis.*

¶ Bīvius, *a, um*, ex *bis* & *via*, das zwo strassen hat. Virg. Æn. 11, 516 *Vt bivias armato obsidam milite fauces. Dii bivii* in Inscr. apud Reines. 140.

¶ Bivium, *i*, n. subst. id est, duæ viæ concurrentes, ein scheidweg. Virg. Æn. 9, 218 *In bivio portæ.*

¶ Ambivium, *i*, n. ex *am* & *bivium*, idem. Varro apud Nonium 6, 15 *Hic in ambivio navem conscendimus paludstrem.*

¶ Devius, *a, um*, quod longe est a via, weit vom weg; item, irrig; ut, *Oppidum devium*, das weit von der strassen liegt, Cic. in Pis. c. 36 *Devium iter*, Id. Att. 14, 10. Et 2, 4 *Si nos amas, in Pompejanum venito, id & nobis erit perjucundum, & tibi non sane devium*, es wird dir nicht viel aus dem wege seyn. Idem Phil. 5, 13 *Consiliis præceps & devius*, der offt fehl geschossen. Et, *Devii saltus*, Liv. 10, 24. *Devium tugurium*, Idem 3, 13. Nep. 18, 3, 5 *Devia itinera.* Silius 1, 57 de Hannibale: *Exsuperans æstu, sed devius æqui*, der des rechten verfehlet.

¶ Devio, *āre*, deflectere a via, exerrare, verbum posterioris latinitatis, abweichen, irrgehen. Macrob. Somn. Scip. 1, 22 *Si a medio deviaverit.* Tertull. Apol. c. 21 *Deviantes a disciplina in profanum modum*; alii inepte *derivantes* judice Elmenh. Ind. ad Apul. in *Viare.* Symmach. 9 epist. 131 *A quorum* (principum) *definitione non decet deviari.* Plura vide in Curis Poster. Cellarii p. 207.

¶ Invius, *a, um*, inaccessus, unwegsam; ut, *Invii saltus*, Liv. 9, 14, dazu man nicht kommen kan. Ovid. Met. 11, 414 *Invia templa facere*, id est, impedire, quo minus templa frequententur. Idem Met. 14, 113 *Invia virtuti nulla est via.* Idem Fast. 5, 582 *Gens circumfusis invia fluminibus.*

¶ Invia, *ōrum*, n. pl. substantive; ut, *Aviæ*, abwege, irrwege. Livius 21, 35 *Per invia ploraque & errores.*

¶ Invio, *āre*, ἐνοδίζειν, in viam dirigere. Solinus c. 2 (al. 8) *Parcius depavita levius vestigiis inviare.* Vide ibi Salmas. pag. 41 edit. sec.

Multivius, *a, um*, vielwegig, vide in *Multus.*

¶ Obvius, *a, um*, quod occurrit; ut, *Obvium alicui fieri*, vel *esse*, einem begegnen, entgegen kommen. Cic. pro Mil. c. 18 *Quippe qui ei obvius futurus non erat.* Iustin. 1, 6, 1 *Quem obvium habuisset.* Et Liv. 1, 10 *Illis obvius fit Romulus.* Idem 1, 16 *Romulus cælo repente delapsus se mihi obvium dedit*, er ist mir erschienen. Virg. Æn. 1, 318 *Cui mater sese tulit obvia.* Sed, *Obvia ferre arma*, dem feind die spitze bieten, Idem Æn. 9, 56. Liv. 37, 20 *Eo maxime, ut in obvio classe hostium essent, electus locus est. Fac ut mihi tuæ litteræ volent obviæ*, Cic. Attic. 6, 4; id est, *Obvias mihi litteras mittas*, uti mox epist. 5 Idem loquitur, schicke mir briefe entgegen. ¶ 2. *Homo obvius* est facilis affatu & humanus, freundlich. Plin. 1 epist. 10 *Est obvius & expositus, plenusque humanitate.*

¶ Obviam, adverb. entgegen; ut, *Obviam venire, ire, prodire.* Cic. fam. 2, 16 *Cum in Cumanum mihi obviam venisti.* Et pro Mur. c. 32 *Si obviam candidatis issent*, Ibid. c. 33 pr. *Multi obviam prodierunt de provincia decedenti.* Et pro Mil. c. 10 *Oviam fit ei Clodius expeditus.* Et, *Obviam se alicui ferre*, Idem pro Plancio c. 40. *Obviam ire periculis*, widerstehen, Sallust. Iug. c. 7. *Obviam ire cupiditatibus*, Cic. Verr. 1, 41. Sic, *Conatibus alicujus obviam ire*, antequam iret in exsil. c. 4. *Obviam alicui obsistere*, Plaut. Amph. 3, 4, 2. *Civitas obviam effusa*, Liv. 31, 14, & sic sæpe. Ita, *Obviam esse, properare, currere, mittere, procedere, dari, effundi, offerre se*, apud Plaut. Terent. & alios.

¶ Obviamitio, *ōnis*, f. das entgegengehen. Cic. Attic. 11, 16 sub init. *De obviam itione ita faciam, ut suades.*

¶ Obvio, *āre*, obviam fieri, begegnen; quod haud scio, an recte apud Sallustium legatur Iug. c. 5 *Tum primum superbiæ nobilitatis obviatum*, an non ira potius, quemadmodum castigatiores libri habent, & Cortio quoque placuit, *obviam itum est.* Idem tamen verbum in Vet. Gloss. legitur, *Obviat, ἀπαντᾷ* Macrobii, Vegetii, Hieronymi & æqualium exempla indicantur Curis poster. Cellarii p. 224. Aliquando est *resistere, adversari*, zuwider seyn, widerstreben, vorbauen. Quintil. Decl. 307 *Nequitiæ obviatum est legi.* Sed Id. Quintil. in Trib. Mar. c. 3 p. 77 *Quis pudicitiæ titulis obviare non timeat?* Paliad. 1, 35 *Grandini obviare.* Idem Martio t. 10 *Asini urina vermibus obviabit.* Et Marcellus ICt. l. 2 ff. § 1 de donat. *Suæ confessioni obviare*, i. e. *contrarium esse*, entgegen seyn. conf. Duker. ad Auctor. de Latinitate ICt. p. 393. Sic & Arator in Act. Apost. c. 18, 9, 10 *Christus ait: nunc, Paule, doce, non obviat ullus Me comitante, tibi.*

¶ Pervius, *a, um*, invio contrarium, gebahnt, da man durchgehet; ut, *Pervii saltus*, Liv. 9, 43. Et Ter. Adelph. 4, 2, 40 *Id quidem angiportum non est pervium.* Cic. Nat. D. 2, 27 *Perviæ transitiones.* Ovid. Met. 2, 764 *Non ulli pervia vento*, scil. *domus.*

¶ Pervium, *i*, n. substantive, transitus, der durchgang. Tac. Hist. 3, 8, 3 *Interjectus exercitus Rhætiam, Iuliasque Alpes, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsepserat.*

¶ Perviam, adverb. Plaut. Aul. 3, 2, 24 *Omnes angulos ædium perviam facere.* conf. Pseud. 2, 4, 70; & Truc. 2, 5, 54.

¶ Imper-

¶ Impervius, *a, um*, ungangbar; ut, *Amnis impervius*, propter vortices, Ovid. Met. 9, 106. *Itinera interrupta & impervia*, Tac. An. 3, 31, 3. Et, *Impervius ripis amnis*, Pacatus Paneg. Theodosii c. 34.

¶ Prævius, *a, um*, quod præit, vorgehend. Ovid. Met. 11, 65 *Nunc præcedentem sequitur, nunc prævius anteit*, er gehet voran, er weiset den weg. Stat. 2 Silv. 1, 175 *Prævia sternit agmina*. Et Cic. apud Nonium 1, 330 *Prævius auroræ, solis noctisque satelles*.

¶ Prævio, *āre*, vorangehen; unde participium est apud Ambrosium in Lucæ c. 3, 21 *Homo*, inquit, *viam non potest adoriri, nisi Dominum habeat præviantem*.

Propter viam facere, quid sit, vide supra in *Propter* n. 3.

¶ Quadrīvium, *i*, n. quatuor viæ concurrentes, ein creutzweg, da vier wege seyn. Catull. 59, 4 *In quadriviis & angiportis*. Iuvenal. 1, 63 *Medio ceras implere capaces Quadrivio*. v. ibi interpretes. Gloss. gr. lat. τετραοδία, *quadrivium*. ¶ 2. *Quadrivium* etiam appellatæ sunt quatuor artes mathematicæ, sicuti *trivium* reliquæ tres liberalium nomine vulgo notæ, grammatica, dialectica, rhetorica: a quibus & *Scholæ triviales* nuncupatæ, quæ eas docerent tirones studiorum. Nihil his vocabulis tritius apud scholasticos scriptores. Sed nescio, an ulla quadrivii hoc significatu antiquior mentio, quam apud Boëthium, qui semel iterumque sic vocat, ut Arithm. 1, 1 *Hoc igitur illud quadrivium est, quo iis viandum sit, quibus excellentior animus a nobiscum procreatis sensibus ad intelligenda certiora perducitur*. Qui & ipse has scientias illustravit scribendo. Honor. Augustod. de script. Eccles. *Boëthius quadrivium de græco transtulit, arithmeticam, musicam, geometriam, astronomiam*. Cassiodorus *quadrifarias matheseos januas* vocat 1 epist. 45, quam Theodorici regis nomine scripsit ad Boëthium, *Quadrivium* etiam barbare solent appellare scholastici, & *quadriviales artes, quadriviales litteras* Colvenerei notas ad Thomæ Cantipratini libros de Apibus vide p. 171.

¶ Trāvio, *āre*, id est, transire, hindurch gehen. Lucret. 6, 348 *Foraminibus liquidis ubi traviat ignis*: Sed in quibusdam *trameat*, in aliis *transvolat* legitur. conf. Id. 4, 603.

¶ Trīvium, *i*, n. trium viarum coitus, ein creutzweg, da drey wege zusammen stossen; ut, *Ventum est in trivium*, Cic. Divin. 1, 54. *In trivio esse consilii*, pro addubitare, quod consilium sequare. vide Chiliad. Ἐν τριόδῳ εἶναι λογισμῶν, *In trivio sum consilii*. Iustin. 21, 5, 8 *Dionysius Iadi-magistrum professus pueros in trivio docebat*, öffentlich. conf. Catull. 48, 7; & Tibull. 1, 12; Lucret. 4, 1196: Ovid. Amor. 1, 12, 13 *Projectæ triviis jaceatis*, in detestatione tabellarum; Val. Flacc. 13, 453; Virg. Æn. 4, 609; Et ecl. 3, 26 *In triviis*, auf den strassen.

¶ Trivia, *æ*, f. Diana est apud poëtas, quod triviis præsideret. Virg. Æn. 6, 13 *Iam subeunt Triviæ lucos*. Et Catullus carm. seculari v. 35 *Tu potens Trivia, &c.*

¶ Trivialis, *e*, vulgaris, passim obvius, gemein, auf allen gassen; ut, *Triviale carmen*, Iuvenal. 7, 55. *Verba trivialia*, Suet. de Rhetor. c. 6, hoc est, inculta, parum elegantia, schlechte, geringe worte. Quintil. 1, 4 p. 49 *Litterarii ista pæne sunt ludi, & trivialis scientiæ*, niedrige schulen. vid. in *Quadrivium* n. 2. conf. Borrich. Cogit. p 256.

¶ Trivialiter, adverb. idem. Arnob. 7 p. 242 *Infantes parvuli, trivialiter & populariter instituti*. conf. Solin. c. 11.

¶ Trivialitim, aliud adverb. id est, per trivia, auf gemeinen strassen. Mart. Capella lib. 1 *Cum id loquax trivialim dissultaret humanitas*.

VĪBEX, *vibĭcis*, f. vestigium plagæ seu verberis, ein striemen, schmarren, eine schwiele; nam vulneris *cicatrix* est μώλωψ. Græci ῥῦπας vocant σημὰς, teste Hesychio: inde igitur *Vibices* Scalig. in Conjectan. ad Varr. L. L. 6, 3 p. 133. Vossius & Scioppius malunt primum casum poni *vibix*. Plin. 30, 13 *Verberum vulnera atque vibices pedibus ovium recentibus impositis oblitterantur*. Plaut. Most. 4, 1, 11 *Meum tergum subjiciam calcitram vibicibus*. Sed plures aliter legunt, extruto *vibicis* & *calcitræ* vocabulis. vide Lambin. & Operar. &c. Persius 4, 48 *Si puteal multâ cautus vibice flagellat*. Petron. c. 132 *Pensatis vibicibus animosior*. conf. Cato ap. Nonium 2, 910.

¶ Vibicōsus, *a, um*, plenus vibicibus, Cathol.

VĪBIA, *æ*, f. ein querholtz, balcken. Ausonius præf. monosyllab. *Vt in vetere verbo sequitur vara vibiam, similium nugarum, subtexo nequitiam*. Ad quem locum Scalig. Lect. Auson. 1, 18 p. 54 *Incidi*, inquit, *in optimas & vetustissimas glossas, quæ nondum editæ sunt: in iis ita scriptum inveni*. VARAM VIBIA. *Perticæ duæ sunt, inter se colligatæ, quæ assrem sustinent, unde proverbium* VIBIA VARAM SEQVITVR. *Hactenus Glossæ illæ, quæ melius meo judicio, concipiunt proverbium, quam codex Ausianus. Nam* VARA *significat perticam ab summo furcillatam, ut collimus ex illis Glossis*. VIBIA *autem perticam transversam, quæ furcillæ imposita & colligata est. Quare si* VARA *cadat, &* VIBIAM *simul cum illa cadere necesse est. Unde recte dictum:* VARAM VIBIA SEQVITVR; *Sane* varam *id significare, præterquam quod ex Glossis illis cognoscimus, etiam Vitruvius confirmat* 10, 19 *loquens de arietis inventione*: Cetras, *inquit*, Chalcedonius de materia primum basim subjectis rotis fecit: supraque compegit arrectariis & jugis varas, & in his suspendit arietem. *Ex his videmus* VARAM, *quæ arrectaria statuitur*; VIBIAM *vero, quæ transversaria & jugum superponitur. Sed unde dicta sit* VIBIA, *& quæ ἔτυμη caussa, & utrum* BIBIA, *ut in Ausonio: an* VIBIA, *ut in Glossis, scribendum sit, nescio. Mihi sufficit & proverbium, & ejus interpretationem ex veteri grammatico indicasse. Proverbium quadrat in eos, qui cum uni vitio indulserint, deplorata omni verecundia, & profligato pudore, ad alia præcipites feruntur, quasi omni jactâ bonorum alea &c.* Paullo post pergit Scaliger: *Sed præstiterit duo nomina propria interpretari:* VARAM & VIBIAM. *Nam* VARI & VIBII *nomina gentilitia Romæ*. VARA VIBIAM, hoc est, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἕπεται. Hæc ille. Certe *Vibius* Romanum nomen. vid. Burm. ad Quint. 6, 3 p. 552.

Vibilia, vide *Via*, Vibrabĭlis, vibramen, vibrissæ, &c. *Vibro*.

VIBO, *onis*, m. flos herbæ, quæ vocatur *Britannica*. *Florem vibones vocant*, Plin. 25, 3. Harduinus derivat nomen a VIBONE, oppido Siciliæ, unde ad flores legendos abierit Proserpina: Strab. 6 p. 156. Add. Græv. ad Cic. Att. 3, 3.

VIBRO, *avi, atum, are*, prima ancipiti, σείειν, ut vetus Glossator interpretatur, est vi agitare seu concutere, schwingen, schwenken, bewegen; ut, *Vibrare hastam*, Cic. de Orat. 2, 80. Idem, *Sicas vibrare, & venena spargere*, Catil. 2, 10. *Vibrare telum*, Curt. 6, 5, 28. Sed, *Collucere a sole, albescere & vibrare*, hoc est, micare, schimmern, funckeln, Cic. Acad. 4, 33. Et Tac. An. 12, 51, 2 de Zenobia gravida equo pernici fugiente: *post festinatione continua, ubi quasi uterus & viscera vibrantur &c.* ¶ 2. Transfertur & ad alia; ut, *Iambos truces vibrare*, id est, jaculari, Catull. 37, 5. *Vibrari mea membra videres*, passive dixit Ovid. Heroid. 11, 77 pro concuti, contremiscere. Ibid. 14, 39 *Vento vibrantur arista*. add. Stat. Theb. 5, 507. ¶ 3. Sed & forma activa passive vel certe intransitive sæpe ponitur, Ovid. Met. 3, 34 *Tresque vibrant linguæ*. Sil. 1, 553 *Vibravit lancea*, h. e. vibrata est. v. Dan. Heins. ad h. l. Et Petron. c. 27 p. 96 *Pilæ, quæ inter manus vibrabant*, h. e. vibrabantur. Huc referenda etiam pleraque in *Vibrans*.

¶ Vibrans, *tis*, intransitive fere: Virg. Æn. 2, 211 *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora*: id est, celerrime agitatis linguis: de serpentibus. Id. Æn. 9, 769 *Vibranti gladio connixus*. Ovid. Am. 2, 5, 15 *Multæ supercilio vidi vibrante loquentes*. Mart. Capella 1 p. 17 *Vibrantia sidera*. Et translate *Oratio incitata & vibrans*, Cic. de Clar. Or. c. 95. Et Quintil. 10, 1 *Summa in Archilochi vis elocutionis, tum validæ, tum breves vibrantesque sententiæ*, id est, incitatæ & penetrantes. Plin. 10, 29 *Sonus extentus, ubi visum est, vibrans, &c.*

¶ Vibrātus, *a, um*, geschwungen, gekräuselt: ut, *Vibratus ab æthere fulgor*, Virg. Æn. 8, 524, id est, emissus. *Vibratus capillus*, Plin. 2, 78; quomodo Virg. Æn. 12, 100 *Vibratos calido ferro crines* dixit. Et Prudent. Apoth. v. 49 *Vibratum Patris ore benigno Verbum*, de Iesu Christo, Λόγῳ æterno, dixit. Et, *Membra vibrata vertigine*, apud Claud. in Eutrop. 2, 359. Compar. Auson. epist. 21, 5 *Flammis coruscî fulminis vibratior*.

¶ Vibrātus, *ûs*, m. subst. tractus crispus, die schwingung: item, das schimmern, die funckelung. Mart. Capella lib. 8 *Proprii luminis vibratum amittere*. Id. lib. 1 p. 17 *Crebri vibratus ignium*.

¶ Vibratio, *ōnis*, f. idem. Vopisc. in Caro c. 8 *Igniti sideris continuata vibratio*. Et Festus: *Gradivus dictus a vibratione hastæ, quod Græci dicunt κραδάνειν*.

¶ Vibrandus, *a, um*, aliud participium, leicht zu schwingen. Claud. de 4 Cons. Honor. v. 519 *Iam cornus avita tentatur vibranda tibi*.

¶ Vibrābĭlis, *e*, idem. Mart. Capell. 1 p. 11 *Sidus vibrabile*. Auson. epist. 24, 108 *Vibrabilis ornus Achillei*.

¶ Vibrabundus, *a, um*, schimmernd. Mart. Capella lib. 8 p. 297 *Stilbon ante emergentis splendorem jubaris vibrabundus appareat*.

¶ Vibrāmen, *ĭnis*, n. vibratio, crispatio, die bewegung, kräuselung. Apul. Met. 6 p. 179 *Trifulca vibramina draconum*.

¶ Vibrissæ, *ārum*, f. pl. *pili in naribus hominum, sic dicti, quod his evulsis caput vibratur*, die nasen-haarlein. Festus.

¶ Vibrisso, *āre*, *crispare vocem in cantando*, apud eumdem ex Titinnio.

¶ Convibro, *āre*, bewegen, erschüttern. Apul. 2 Florid p. 348 edit. Elmenh. de psittaco: *Dum tenera lingua uti convibretur*. Et Amm. 17, 7 de ventis: *Eas partes soli convibrant, quas subripserint*.

¶ Evibro, *āre*, herfür schwingen. Gellius 1, 2. *Non ut excitarentur atque evibrarentur animi, quod cornua & lituî moliuntur &c.* i. e. ut animi incitati prosilirent.

¶ Exvibrisso, *āre*, idem quod *Vibrisso*. Titinnius apud Festum in *Vibrisso*: *Si ei tibi cantandum, facito, usque exvibrissis*.

¶ Intervibro, *āre*, hinein schimmern. Mart. Capella lib. 6 p. 191 *Tandem reglutinatis ab æthra intervibrantis admiratione luminibus, &c.*

¶ Revibro, *are*, zurück schwingen, einen wiederschein geben. Mart. Capella 2 p. 41 *Instar speculi radios revibrare*. Id. 8 p. 275 *Cælum lucis fulgoribus revibravit*.

¶ Revibratus, *ûs*, m. subst. der wiederschein. Mart. Capell. 2 p. 27 *Revibratu corpori mensis appositio*.

¶ Revibratio, *onis*, f. idem. Hygin. de Planetis 4, 14 *Lunam solis lumine accepto lucere nonnulli existimant revibratione*.

VĪBVRNVM, *i*, n. frutex lentus est, flexuque invictus. Exit ramulis digitali crassitudine, bicubitalibus, foliis ulmeis, incanis, & pilosioribus, quæ paribus internodiis adversis pediculis conjugatim adhærent per ambitum tenuissime serrata. Florem edit alium, umbellæ modo cohærentem, quo acini prodeunt, lentium modo pressi, qui primo statim exortu virides, deinde rubri, demum vero nigri spectantur, radice per summa cespitum vagante. Mathiolus Virgil. ecl. 1, 26 *Quantum lenta solent inter viburna cupressi*.

VICA POTA, *æ*, f. Dea victoriæ, quæ & *Victoria*, die siegs-göttin. Seneca de Morte Claudii: *Diespiter, Vicæ potæ filius*. Liv. 2, 7 extr. *Ubi nunc Vicæ potæ est domus*. Cic. de Leg. 2, 11 *Vicæ potæ, potius vincendi atque potiundi cognomina*. Scribitur etiam *Viceputa*; Et sic recepit Gronov. in Cic. Vid. omnino Nic. Fab. & Gruter. ad Sen. l. c.

Vicanus, vide *Vicus*, Vicarius, *Vicis*, Vicatim, *Vicus*, Vicenarius, viceni, *Viginti*, Vicennalia, *Annus*.

VICENTIA, *æ*, f. Venetorum oppidum, Plinius 3, 19, Vicentz. Rhenanus in castigationibus in Tacitum *Vicetiam* veteribus dictam probat, quomodo & dicto Plinii loco in optimis libris scriptum est.

Vicesima, vicesimatio, &c. vide *Viginti*.

VĬCIA, *æ*, f. legumen, ſeu pabulum potius jumentorum, a *vinciendo* appellatum; figit enim capreolos, ut vitis, wicken; quod nomen ex latino eſt. Ovid. Faſt. 5, 267 *Flore ſemel læſo pereunt viciæque fabæque.* Adde Varr. R. R. 1, 31; Plin. 18, 15; Colum. 2, 7 & 11; & 6, 3; Virg. Georg. 1, 75 & 227.

¶ Viciarius, *a, um*: ut, *Cribrum viciarium*, quo viciæ purgantur, Colum. 8, 5, ein wicken-ſieb.

¶ Viciārium, *i*, n. ein wicken-acker. Colum. 11, 2 *Viciaria diligenter facienda.*

Vicies, vide *Viginti*, Vicinalis, vicinia, vicinus, &c. *Vicus.*

VĬCIS, *em, e*, f. plural. *vices, vicium, &c.* vicißitudo, ein wechſel, unwechſelung, veränderung, defectiv. ab inuſitato *Vix*; ut, *Servare vices loquendi*, Quintil. 6, 5. Et Plin. 17, 23 *Nihil eſt in opere naturæ, quod non aliquas feriarum vices velit.* Sic, *Permutare vices ſtationum*, einander ablöſen, Curt. 8, 6. Et Lucanus 2, 13 *Sed ſors incerta vagatur, Fertque refertque vices, & habent mortalia caſum.* Virg. Æn. 6, 530 *Hac vice ſermonum.* Sic dicimus: *Alterna vice*, Colum. 3, 2. Et, *Alternis vicibus*, Sen. Herc. Fur. v. 377, eins ums ander, wechſelsweiſe. conf. Juſtin. 2, 4, 12. Liv. 22, 41 *Cujus eo die imperium erat, nam alternis imperitabant*, i. e. *vicibus*, quæ vox eleganter omittitur. *Annua vice*, jährlich. Plin. 2, 39 *Quis æſtates & hiemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, ſiderum motu fieri dubites?* Prudent. Paſſ. Laurentii v. 289 *Inverſa vice.* Qui vero defectivo *Vice*, in numeri aut temporis notatione utuntur, e. g. *Hac vice, quadam vice, tribus vicibus, diverſis vicibus, &c.* fere omnes inclinatæ latinitatis temporibus fuere, (quos nominatim exhibent Poſteriores Cellarii Curæ p. 253) præter Horatium, qui ſi Lambinum audiamus, 4 od. 14, 13 *Plus vice ſimplici* dixit. Sed præſtat forte, mutationes & dubia bellorum intelligi. vid. quæ dicimus n. 5. ¶ 2. Sed *meâ, tuâ, noſtrâ vice*, id eſt, meo, noſtro loco, an unſer ſtat oder ſtelle. Horat. Art. poet. v. 304 *Vtur vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet.* Plin. 8, 46 *Bos in Ægypto numinis vice colitur*, vor einen gott, an ſtat eines gottes. Id. 31, 8 *Aquæ marinæ vicem penſat.* Sic, *Vice ſacra judicare*, i. e. loco Cæſaris, Inſcript. Gruter. p. 193 n. 10. Et, *Vice ſacra cognoſcere*, ibid. p. 246 n. 3. Cic. fam. 1, 9 *Noſtram vicem ultus eſt ipſe per ſeſe*, hoc eſt, in ſeſe pœna afficiendo occupavit officium noſtrum, er hat ſich von unſertwegen ſelbſt geſtrafft. Suet. Claudio c. 7 *Præſeditque non raro ſpectaculis in Caji vicem*, an Caji ſtat. ¶ 3. Liv. 1, 20 *Ne ſacra regiæ vicis deſererentur*; id eſt, regii muneris, regiarum partium. Id. 1, 9 *Suam vicem functus officio eſt*, er hat ſich ſeines orts recht bezeiget. Quint. procœmio: *Quando diviſæ profeſſionum vices eſſent.* Plinius de Stella Veneris 2, 8 *Contra ab occaſu refulgens nuncupatur* VESPER: *ut prorogans lucem vicemque lunæ reddens.* ¶ 4. Sed, *Mendemi vicem miſeret me*, Ter. Heaut 4, 5 pr. i. e. calamitatem, incommodum. Sic & *Doleo tuam vicem*, dein zuſtand iſt mir leid, Cic. fam. 12, 13. Id. pro Domo c. 4 *Mihi uni neceſſe erit, & meam & aliorum vicem pertimeſcere.* Et Brut. Cic. fam. 11, 19 *Valde meam & aliorum vicem timeam neceſſe eſt. Dolere vicem reipublicæ*, Id. ad Brut. epiſt. 10. *Conqueri ſuam vicem*, Suet. Aug. c. 66. *Ipſius vicem minime dolemus*, Cic. Attic. 4, 6, wir beklagen ihn nicht. ¶ 5. Præcipue autem de bello utimur. Virg. Æn. 2, 432 *Teſtor in occaſu veſtro, nec tela, nec ullas Vitaviſſe vices.* Vbi Servius: VICES *pugnas, quia per viciſſitudinem pugnatur, ut Salluſtius docet. Legimus etiam, pœnas* VICES *dici*: Horatius 1 od. 28, 32 *Vicesque ſuperbæ Te maneant ipſum. Sed de bello uſitatum eſt. Nullum enim bellum caret periculo.* Hæc Servius. Huc igitur refero Horatianum illud 4 Od. 14, 13 *Plus vice ſimplici.* ¶ 6. *Vicem exſolvere*, eſt vel bonam, vel malam gratiam referre, wieder vergelten. Tac. Hiſt. 4, 3, 3 *Proclivius eſt injuriæ, quam beneficio vicem exſolvere: quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur.* In titulo ſtatuæ apud Capitol. in Gordiano Tertio c. 27 MISITHEO EMINENTI VIRO, PARENTI PRINCIPVM, TVTORI REIPVB. S. P. Q. R. VICEM REDDIDIT. Sen. Herc. Fur. v. 1337 *Gratiam meritis refer vicemque noſtris.*

¶ Vicārius, *a, um*, an des andern ſtelle; item ſubſt. der eines andern ſtelle vertritt; ut, *Succedere vicarium alicujus muneri*, Cic. Verr. 4, 37. *Pœna, ſervitus vicaria*, Quintil. Decl. 8, ſtraffe, dienſt, von eines andern wegen. Horat. 3 od. 29, 15 *Defunctumque laboribus Æquali recreat ſorte vicarius*; *Vicarium* vocat, qui vicem ſive partes alterius ſuſcipit, ut interim quieſcat. Sic, *Vicaria mors*, quæ pro alio ſubitur, Sen. Controv. 13; & Hygin. fab. 243. Sen. ad Helviam c. 17 *Quæ ſe pro conjuge vicarium dedit*, Alceſtis ſcil. pro Admeto. ¶ 2. Lautiores ſervi alios quaſi ſublervos habebant, inde *vicários* dictos. Hinc idem Sen. de Tranqu. an. c. 8 *Duo vicarii* ſcil. ſervi. Apud Plaut. Aſin. 2, 4, 27 *Stichus vicarius Leonidæ.* Adde Cic. in Verr. 1, 36, & 3, 38. Gloſſ. *Vicarius* δοῦλος δούλος. conf. l. 32 ff. de pignor. & hypoth. Martial. 2, 13 *Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe.* v. Duarenus de peculio pag. 978.

¶ Vicariānus, *a, um*. Sidon. 1, 3 *Civium deſidiam vicariano apice tranſcendit*, i. e. honore vicariæ præfecturæ.

¶ Viciſſim, adverb. per vices, wiederum, dargegen, hergegen; ut, *Te viciſſim audire velim, eum ipſe tam multa dixiſſem*, Cic. de Nat. D. 2, 1. Et ibidem c. 7 *Terra floret, dein viciſſim horrere poteſt.* Ter. Heaut. 4, 3, 10 *Date mihi viciſſim.* Cic. de Fato c. 2 *Mutuari ab aliquo, & ei viciſſim reddere aliud quippiam.* Virg. ecl. 3, 28 *Quid poſſit uterque, viciſſim Experiamur.* Ita *Viciſſim amare*, id eſt, mutuo, invicem, Claudian. Epith. Honor. v. 65. Sympoſius 22, 3 de formica: *Nec gero magna ſimul, ſed congero multa viciſſim*, id eſt, per vices, repetito impetu, nach und nach.

¶ Viciſsātim, idem. Plautus Pœnuli prologo v. 46; & Stich. 4, 1, 27. conf. Nonius 2, 879.

¶ Viciſsĭtūdo, *ĭnis*, f. *mutatio eſt ex alio in aliud*, quemadmodum Cicero expoſuit in Tuſc. 5, 24, die abwechſelung, veränderung. Idem de Amic. c. 14 *Nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque jucundius.* Ter. Eun. 2, 2, 45 *Omnium rerum viciſſitudo eſt.* Et, *Viciſſitudines dierum ac noctium*, Cic. de Leg. 2, 7. *Honoris viciſſitudo*, Val. Max. 5, 1, 3.

¶ Viciſsĭtas, *ātis*, f. idem. Vſus eſt Accius apud Nonium 2, 893; itemque Vitruvius 9, 4, ut Rutgerſius V. L. 2, 3 emendat.

¶ Invĭcem, adverb. inter ſe, mutuo, viciſſim, unter einander, eins ums ander, hinwiederum. Quintil. 3, 10 *Crimen invicem intentare*, einander beſchuldigen. Phædr. 3, 8 *Salutantes invicem.* ¶ 2. Per vices ſ. alternatim, wechſelsweiſe. Celſus 1, 3 *Invicem modo aqua modo vinum bibendum eſt.* Plin. 6, 1 *Alitum cantus, eumque latratus invicem audiuntur.* ¶ 3. E contrario, hergegen, dargegen, ut compenſationem notet. Liv. 28, 44 *Requieſcat aliquando vexata tamdiu Italia: uratur evaſteturque invicem Africa.* Plin. 2 epiſt. 11 *Habes res urbanas, invicem ruſticas ſcribe.* Seneca Ludo de morte Claudii: *Hercules, qui videret ferrum ſuum in igne eſſe, modo huc, modo illuc curſabat, & ajebat: Noli mihi invidere: mea res agitur: deinde, ſi quid volueris, invicem faciam*; *Manus manum lavat*: id eſt, mutua faciam, par pari referam.

¶ Abinvicem, von einander. Apul. de Herb. c. 111 *Semina obtecta foliis ab invicem diſcernuntur.*

¶ Exvicario, qui vicarius fuit. Ammian. 22, 11 pr. *Iulianus exvicario, earundem partium nimius fautor.* Idem & alibi ita locutus.

Pervĭcax, pervicacia, &c. vide ſupra ſuo loco in *P.*

VICTĬMA, *æ*, f. a victoria dicta eſt, θῦμα, das ſchlacht-opffer, opffer-vieh. Ovid. Faſt. 1, 135 *Victima, quæ dextrâ cecidit victrice, vocatur.* A victoribus enim victimæ immolabantur. *Victimas mactare*, Cic. pro Flacc. c. 38. *Victimis cæſis litare*, Suet. Ner. c. 25. *Victimarum* ſeu *boſtiarum more mactari* dicebantur, qui ſecuri, non gladio, & humi ſtrati, percutiebantur, de quo Caſaub. ad Suet. Aug. c. 15. *Fuga victimæ*, atrox omen, Id. in Tito c. 10; & Tac. Hiſt. 3, 56, 2. Deinde per translationem tyranni cæſi *victimæ* appellantur non ſine elegantia. Sen. Herc. Fur. v. 922 *Victima haud ulla amplior Poteſt magisque opima mactari Iovi, Quam rex iniquus.*

¶ Victimo, *are*, opffern, zu opffer ſchlachten. Apul. Met. 7 p. 192 (edit. Elmenh.) *Hircum Marti victimant*: & p. 197 eod. lib. *Victimamus boſtiam.* Gloſſ. Cyrilli: *Victimo*, βαθυτῶ, καλιεῶ. Vulg. Int. Sirac. 34, 24 *Qui victimat filium in proſpectu patris.*

¶ Victĭmarius, *i*, m. victimarum miniſter, ein opffer-knecht, ſchlächter des opffer-viehes. Liv. 40, 29 *Libri in comitio, igne a victimariis facto, cremati ſunt.* conf. Val. Max. 1, 1, 12. Lamprid. Commodo c. 5 *Habitu victimarii victimas immolavit.* Ammian. 22, 14 de Iuliano: *Victimarius pro ſacricola dicebatur, ad crebritatem boſtiarum alludentibus multis.* Inſcr. Murat. p. 864 *Victimarius principalis.* Adde Liv. 9, 14; & 3, 29; Plin. 7, 12. Feſtus *Iecunanum* explicat per *Victimarium.*

Victito, victo, vide *Vivo*, Victor, victoria, victorioſus, &c. *Vinco*, Victualia, victus, *Vivo*, Viculus, *Vicus.*

VĪCVS, *i*, m. κώμη, duplici modo dicitur, extra urbem, & in urbe. Extra urbem ſignificat locum, ubi plures caſæ ſunt, nulla munitione ſeptum, ein offener flecken oder dorff. v. Caſaub. ad Cic. Att. 1, 4 extr. Minor autem *Vicus* pago eſt: nam ut *Vicus* ex pluribus caſis, ita pagus e pluribus vicis conſtat. Cic. fam. 14, 1 *Quod ſcribis te vicum venditurum? quid obſecro te, quid futurum eſt?* v. Manut. Quæſitis per Epiſt. 2, 7. Sed quando hi vici muniebantur, *Caſtella* appellabantur, de quo ſuo loco. Liv. 31, 30 *Delubra ſibi fuiſſe, quæ quondam pagatim habitantes in parvis illis caſtellis vicisque conſecrata, majores non reliquerint.* Ammian. 23, 21 *Abundant æque civitatibus, quibus Media, & vicis in modum oppidorum exſtructis &c.* Vbi *vici in modum oppidorum exſtructi* dicuntur, non qui mœnibus ſepti, uti oppida, ſed æque magni, ac oppida, ſint. ¶ 2. In urbe *Vicus* dicitur continuata ædium ſeries, eine reihe häuſer, eine gaſſe. Sic Roma in 424 vicos diſtinguebatur. Nam *Vicus Tuſcus, Vicus Cyprius, Vicus Africus &c.* ibi fuiſſe legitur. vid. Merula Coſmograph. 2, 4, 22. His autem *Vicis* magiſtri ſui præpoſiti erant, de quibus Suet. Aug. cap. 30; & Tiber. c. 76; itemque in Claudio c. 18; & Martial. 10 epigr. 79. *Vico magiſtros* P. Victor appellat de regionibus urbis. Nomen ipſum a *Via* eſt. Varro L. L. 4, 32 *In oppido*, inquit, VICI a *via*: *quod ex utraque parte viæ ſunt ædificia.* Huc pertinet illud Iuvenalis 2, 8 *Quis non vicus abundat Triſtibus obſcenis?*

¶ Vĭculus, *i*, m. diminut. Liv. 21, 33 *Caſtellum, viculosque circumjectos capit.* Vopiſc. Aurel. c. 3 *An eo minores inveniuntur Ariſtoteles Stagirita, Eleatesque Zenon, aut Anacharſis Scytha, quod in minimis nati ſunt viculis?* Opponit Platonis patriæ, qui Athenienſis fuit. conf. Tertull. adv. Marc. 4, 23.

¶ Vīcānus, *a, um*. Sic apud Ennium, quem allegat Cicero Div. 1, 58 *Vicani aruſpices* ſunt, qui quæſtus cauſa vagantur per vicos, deridetque poëta hujusmodi circumforaneos, tanquam infimum hominum genus.

¶ Vicāneus, *i*, m. ein nachbar auf dem dorffe. Saresb. 8, 21 *Tanquam vicaneos tributa perſolvere percepit.*

¶ Vicātim, adv. per vicos, von dorf zu dorf, von einer gaſſen zur andern, durch die gaſſen. Cic. pro Sext. c. 14 *Homines vicatim conſcribere.* Horat. epod. 5, 97 *Vos turba vicatim hinc & hinc ſaxis petens Contundet.* Adde Suet. Cæſ. c. 41; & Calig. c. 35; Tac. Hiſt. 2, 95, 1; Plin. 6, 26.

¶ Vicīnalis, *e*, nah gelegen, nachbarlich; ut, *Vicinalis via*, quæ in vicis eſt, (Frontino & *agreſtis* dicitur) vel quæ a *vico* in *vicum* ducit, diverſa a publica ſeu *militari*, ein dorffweg, Sen. de Benef. 5, 24. Et Sic. Flaccus de Condit. agrorum p. 9 VICINALES *viæ de publicis divertuntur in agros, & ſæpe ad alteras publicas perveniunt*, v. ibi Rigalt. & adde leg. 3 Dig. de locis & itin. publ. Liv. 21, 26 *Lintres ad vicinalem uſum paratæ.* Juſtin. 41, 1, 9 *Vicinalibus bellis aſſidue vexati.*

¶ Vīcīnus, *a, um*, nahe, benachbart; item ſubſtantive, ein nachbar; ſunt nempe vicorum finitimi vicini. Ovid. Art. am. 1, 350 *Vicinumque pecus grandius uber habet.* Id. Remed. am. v. 323 *Et mala ſunt vicina bonis, &c.* Sic, *Vicina & finitima rhetoricæ dialectica eſt*, Cic. in Orat. c. 32. Et Plaut. Merc. 4, 4, 32 *Aliquid mali propter vicinum malum.* Virg. ecl. 9, 28 *Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.* Cic. Verr. 1, 18, 1 *Latona ad pariendum vicina.* Subſtant. *Vicinus proximus*, der nächſte nachbar, Cic. Att. 2, 12.

Vicinum

Vicinum citius adjuveris, Id. Off. 1, 18. Etiam in neutro absolute Vellej. 2, 70, 2 *Cum in vicino esset agmen.* v. mox *Vicinum.* Compar. Ovid. Fast. 6, 275 *Ni convexa foret, parti vicinior esset.* Et Avienus Orbis descript. v. 765 *Vicinior axi sol.*

¶ Vicine, adverb. in der nähe. Augustinus de Doctr. Christiana 1, 13 *Vicinissime frui.*

¶ Vicinitus, aliud adverb. idem. Theod. Cod. l. 15 tit. 1 *Omnes intra centum pedes vicinitus, quantum ad horrea pertinet, arceantur.*

¶ Vicinia, *æ*, f. die nähe, die nachbarschafft. Cic. Tusc. 1, 16 *In nostra vicinia.* Plaut. Mil. 2, 3, 2 *Hic proximæ viciniæ*, allernächst. conf. Ter. And. 1, 1, 43. Horat. 1 epist. 16, 44 *Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota.* Sic &, *Virtutum vitiorumque vicinia*: item, *Diversarum rerum vicinia quædam*, Quintil. 2, 12; & 3, 6, i. e. cognatio, eine verwandniß. Et, *Ad viciniam lactis accedens aqua*, id est, ad similitudinem, Plin. 31, 3, die ähnlichkeit oder gleichheit haben.

¶ Vicinium, *i*, n. idem. Ovid. met. 2, 688 *Battum vicinia tota vocabant.* vid. Heins. Sen. de Brev. vitæ c. 15 *Versatur in vicinio invidia*, der neider ist nicht weit gesessen. Ita vetus Tarvisiensis: at, *in vicino*, Lipsius, Schottus, Gronovius ediderunt. Eadem ratio est Plinii 2, 16, quem quidam allegant. Nam optimo quoque libro expressum est: *Quamdiu in vicino sint terræ.* Et sic Symmach. 4 epist. 29 *Spero te ad vicina venturum.*

¶ Vicinitas, *ātis*, f. jus & consuetudo, quæ inter vicinos est, eosque proximos amicis facit, die nachbarschafft. Ter. Heaut. 1, 1, 4 *Vel virtus tua me, vel vicinitas, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto, Facit, ut te audacter moneam.* Sic, *Amicitiæ, consuetudines, vicinitates*, Cic. post reditum ad Quir. c. 1. Et pro Cluent. c. 17 *Mihi cum eo vicinitas & magnus usus est.* Sic & de aliis rebus; ut, *Virtutibus ac vitiis vicinitas quædam est*, Quintil. 3, 6. ¶ 2. Pro vicinis ipsis ponitur, sive qui in vicinia habitant. Cic. pro Rosc. Am. c. 46 *Cantu vocum & tibiarum tota vicinitas personat.* Nepos 7, 10, 4 *Missi clam vicinitati negotium dant.* Conf. Cato R. R. c. 4; Varr. R. R. 1, 18; & 3, 1; Plin. 10, 13.

¶ Vicinor, *ari*, id est, propinquum esse, nahe seyn, nachbar seyn, aliquoties Sidonius dixit; e. g. 2 epist. 11 *Si nobis pro situ spatiisque regionum vicinaretur.* Id. 6 epist. 9 *Vicinatur innocentiæ festinata correctio.* Et 7 epist. 2 *Accidit, ut diversorio quædam fœmina vicinaretur.* Cæl. Aurel. Acut. 2, 23, 90 *Autumni tempus, quod hyemi vicinatur.*

¶ Vicinans, *tis*, nachbarlich, nahe. Sidon. 2 epist. 3 *Vicinante textrino.* Cæl. Aurel. Acut. 2, 6, 27 *Loca capiti vicinantia.* Ibid. 2, 14, 94 *Vicinantis cordis caussa.* Macer 2, 9, 2 *Serpillum terræ vicinans.*

Videlicet, vide sequens *Video.*

VIDEO, *vidi, visum, vidēre*, cernere, sehen, schauen; a græco ἰδεῖν, secundum Macrob. Saturn. 1, 15. Ovid. Met. 10, 602 *Vidisset lacrymas, vultus vidisset amantis.* Cic. fam. 9, 23 *Constitui ad te venire, ut & viderem te, & visurem.* Ter. Heaut. 3, 1, 82 *Somnum hac nocte oculis non vidi meis.* ¶ 2. De sensibus etiam aliis eorumque judicio adhibetur: v. g. de auditu Cic. Acad. 1, 4 pr. *Videamus, idemne Attico placeat sicus a me, quod te velle video &c.* Id. Divin. in Cæcil. c. 15 *In clamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum.* Add. pro Arch. c. 8 pr. & quæ dicemus in *Videor* n. 3. Inde cum *Vidimus* legitur ap. Sen. Octav. v. 231, itemque l. 1 C. de Off. præf. præt. Afric. & l. 3 ff. si pars hæreditatis petatur, hoc non simpliciter ad ἐντοπίαν referendum, sed ad notitiam quamcunque, ut monet Bynkersh. Obs. Iur. Rom. 8 p. 248 sq. Laudat is etiam Fac. Agric 45, 1. Quin ad ipsam mentem pertinet. Nam ¶ 3. *Videre* est considerare, intelligere, erkennen, achtung geben; ut, *Videre futura & divinare*, Cic. fam. 15, 15. *Videre in futurum*, Liv. 6, 12, das künfftige bedencken, davor sorge tragen. Cic. de Fin. 4, 4 *De summo bono mox videbimus.* Lucret. 1, 153 *Caussas videre &c.* Ter. Andr. 2, 6, 25 *Ego ipsæc recte ut fiant, videro.* Iterum Cic. Verr. 4, 16 *Compone hoc, quod postulo, de argento; de reliquo videro*, für das andere will ich sorgen. Et ad Brut. epist. 2 *De hoc tu videris.* Ita Att. ad Cic. 9, 10 p. 61 *Si valde videro, & consideratius utilitati nostræ consuluero.* Huc pertinet etiam *videre plus*, de quo n. 14. Martial. 5 epigr. 42 *Sedere in equitum num tibi liceat scamnis, Video, Didyme. Videre* enim aliquando non est adspicere tantum, sed de iis etiam statuere atque censere. Ter. And. 5, 2, 15 *Si faciem videas, videtur esse quantivis pretii.* Ter. Heaut. 5, 3, 2 *Sed ipse egrediar, quam severus! rem cum videas, confessus*: Quasi dicat: si ipsum adspicias, & ex adspectu & vultu æstimes, cernere possis, te rem ipsam videre, cujus indicium vultus præfert, hoc est, severum, & minime vita dissolutum esse. Et hinc VIDERI pro æstimari, putari ponitur. ¶ 4. Peculiaris & elegans est formula Ovid. Art. am 3, 671 *Viderit utilitas!* i. e. num utilia sint, quæ præcipio, alii dispiciant & curent. Sumptum ex illo: *Tu videris*, de quo n. 3. Ita Tertull. Apol. c. 16 *Viderit habitus, dum materiæ qualitas eadem sit. Viderit forma, dum id ipsum Dei corpus sit.* ¶ 5. Videtur & aliquando pro *cavere* positum, sich fürsehen, hüten. Nam qui cavere volunt, iis circumspectu opus est. Ter. Heaut. 2, 3, 3 *Ne quid accusandus sis, vide.* Ibid. v. 128 *Sed heus tu vide sis, ne quid imprudens vuas.* Persius 1, 108 *Vide sis, ne majorum tibi forte Lumine fœneseant.* Cato 4 distich. 24 *Hoc vide, ne rursus levitatis crimine damnes.* Similiter & nos siehe zu pro hüte dich dicimus ¶ 6. Sed, *Ego, ut spero, prepediri te videbo*, id est, tecum ero, te visam, ich will zu kurtzen bey dir seyn; antecedens pro consequenti. Plin. 1 epist. 5 *Rogo, mane videas Plinium.* Et ita revisere pro revisere Plautus dixit Truc. 2, 2, 65. ¶ 7. Habet apud Terent. interdum & vim stomachantis, ut Adelph. 5, 1, 4 *Illud sis vide exemplum disciplinæ.* Et Pherm. 2, 3, 10 *Avaritia vide quid facit*; Etiam nostri: man sehe doch nur. ¶ 8. *Me vide*, elegans formula, cum alicujus rei periculum in nos suscipimus. Plaut. Trin. 3, 3, 79 *Nihil est de signo quod vereare: me vide.* conf. Id. Rud. 3, 3, 18. Et Ter. Andr. 2, 2, 13 *Atque ipsus ipsum nihil periculi est, me vide*, traue mir sicherlich. ¶ 9. Virg. eclog. 6, 21 *Iamque videnti Sanguineis frontem moris & tempora pingit*: VIDENTI, id est, vigilanti, ut Servius & Donatus exponunt. Ita Nemes. ecl. 3, 12 de Pane expergefacto, *Iamque videns.* Donatus etiam in illo Ter. Eun. 1, 1, 28 *Vivus vidensque pereo*, videntem dormienti opponi notat. Sed vid. n. 11. ¶ 10. *Videre* pro sequi, petere, Livius potuit 2, 12, ratione a jaculantibus ad locum petitum, qui vident, quod petunt. Verba Livii sunt: *En tibi, inquit* (Mucius) *ut sentias, quam vile corpus sit illis, qui magnam gloriam vident, dextramque accensa sacrificium foculo injecit.* ¶ 11. *Videre* etiam pro vivere ponitur: unde & *lumen* pro vita: vel maximum præcipuumque viventium opus *videre* est, & inde *cassum lumine* pro mortuo Virgilius dixit Æn. 2, 85. Sic *diem videre* pro vivere Ovidius dixit Trist. 5, 5, 44 *Sive diem videat, sive tegatur humo*; id est, sive vivat, sive mortuus sit. Hinc *vivere* & *videre* tanquam synonyma passim conjunguntur. Ter. Eun. 4, 1, 28 *Vivus vidensque pereo.* Cic. pro Quint. c. 15 *Huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur.* Apul. Apol. p. 327 *Tibi a filio jam adulto acerbiores morsus viventi & videnti offeruntur.* Mamert. Paneg. Iuliani c. 32 *Neque solum a me vivente & vidente grati animi benevolentia declarabitur, &c.* Videtur ex græco fonte hæc elegantia cadere. Homerus Iliad. α v. 88 ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἔτι χθονὶ ὀσσομένοιο, *Me vivente & in terris vidente.* ¶ 12. Elt & illa elegans formula, qua Plautus usus est Cas. 2, 6 initio: *Illum adepol video ardentem te extra portam Metium credo velle*, er wünschet, daß du verbrannt wärest. Auct. ad Herenn. 4, 18 *Qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentem videre in pot state quis speret?* Curt. 6, 3, 14 *Quem equidem cruci affixum videre festino.* Martialis 4 epigr. 72 *Pendentem volo Zoilum videre.* ¶ 13. *Videre* pro providere, procurare, simplex pro composito, schaffen, verrichten. Ter. Heaut. 3, 1, 50 *Asperum Patrem, hoc est, aliud lenius, jussa vide.* Vbi Guyetus & Ciceronem similiter locutum esse observat; v. g. ad Att. 5, 1 p. 469 *Attec sserat Statius, ut prandium nobis videret.* v. hic Victor. & Græv. ad 15, 8 ext. ¶ 14. *Videre plus* Ciceroni & aliis est, *magis sapere, rectius consulere*, klüger seyn, besser rathen; e. g. ad fam. 6, 4 *Vidisse me plus quam cæteros.* Et Plin. 2, 15 *Cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora.* Et pro L. Manil. c. 22 *Sin autem vos plus tum in rep. vidistis.* Et Ter. Heaut. 3, 1, 97 *Ita comparata est hominum natura omnium, Aliena ut melius videant & dijudicent quam sua.* ¶ 15. *Viden' ut?* excitandi formula poëtica, v. g. Virg. Æn. 6, 774 *Viden' ut geminæ stant vertice cristæ?* Vbi notanda præsertim syllabæ contractæ vel syncopatæ correptio. Poëtas & ante & post Virg. similiter usurpasse docet Brouckh. ad Tibull. 2, 1, 25. Ceterum Comicis frequens est. Ter. And. 3, 4, 11 *Viden' me tuis consiliis impeditum esse.* Id. Eun. 3, 2, 10 *Viden' me ex eo ortum loco?*

¶ Videor, *vīsus sum, ēri*, speciem habere scheinen, düncken, das ansehen haben. Nepos 25, 12, 4 *Vere videor posse contendere*, mich dünckt, ich könne behaupten. Ter. Eun. 5, 2, 61 *Parum perspexisse ejus videre audaciam*, du scheinest nicht recht ersehen zu haben. Id. Heaut. 3, 1, 81 *Videre veram, atque, uti res est, dicere.* Cic. fam. 14, 2 *Ego tum demum mihi videbar restitui, si area erit illa nobis restituta.* Ter. Adelph. 3, 3, 31 *Videre videor jam diem illum, cum hinc egens profugiet aliquo militatum.* Et Cic. Att. 5, 18 *Stamus animis, & quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus*, wie man von uns hält, ꝛc. Id. Acad. 4, 16 *Visus sum mihi cum Galba ambulare.* Et Divin. 2, 69 *Visum est tale objectum dormienti*, ihm ist im schlaf ein solches gesicht fürgekommen. Et, *Videri pro nihilo*, Cic. de Fin. 2, 13, id est, nihil æstimari, für nichts geachtet werden. Id. Off. 1, 11 *Cum Pompilio videretur, unam dimittere legionem*, id est, cum placeret, da er es für gut ansahe. Et fam. 14, 7 *Si tibi videbitur, villis iis utere, &c.* Cic. Verr. 4, 29 pr. *Si videtur*, formula modeste petentis, quod flagitare poteras. Nep. 4, 2, 3 *Si tibi videtur*, id est, si placet. Virg. Æn. 2, 428 *Diis aliter visum*, scil. *est*, es ist nicht ihr wille gewesen. ¶ 2. Quamquam autem verbo *Videri* in incertis plerumque & inexploratis rebus uti solebant; eo tamen & in compertis, & quæ pro certis haberi solebant, usi sunt; e. g. in sententiis ICtorum. vid. ad Cic. fam. 7, 17 extr. & Fab. Sem. 2 c. 21 p. 145. Sic & verbo *Arbitrari*, modestiæ caussa utebantur, quod bene observat Ciacconius ad illud Cæsaris de B. Civ. 1, 2 *Si non faciat, eam adversus nemo id facturum videri.* ¶ 3. Hoc observandum etiam est, quod & S. Augustinus Confess. 10, 35 notavit, hoc verbum non ad oculos ac visum tantum, verum ad cæteros etiam sensus referri. Plaut. Aul. 5, 4 *Vocem loquentis modo me audire visus sum.* Ter. Eun. 3, 2, 1 *Audire vocem visa sum modo militis*: ubi Donatus: *Omnes sensus* VISA *dicuntur, eb eo, quod & certissimum oculorum judicium. Ergo* VISA SVM, *sensi.* Virg. Æn. 2, 731 *Cum creber ad aures Visus adesse pedum sonitus.* Horat. 3 oda 4, 7 *Audire & videor pios Errare per lucos &c.* vid. Periz. Animadv. cap. 8 p. 325 sq.

¶ Videns, *tis.* Virg. eclog. 1, 70 *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* Id. Æn. 9, 345 *Vigilans & cuncta videns.* Ter. Heaut. 5, 1, 40 *Se vidente amicam pati suam.* Sic, *Vivus vidensque*, vor sichtlichen augen, repete in *Video*, n. 9 & n. 11. Flor. 3, 5, 16 *Videntes procul*, i. e. spectantes.

¶ Visus, *a, um*, gesehen, erschienen. Horat. 1 oda 15, 29 *Quem tu cervus uti lupum visum fugis.* Idem 1 sat. 10. 32 *Vetus Quirinus post mediam noctem visus.* Ovid. Met. 3, 416 *Visa correptus imagine formæ.* Ter. Phorm. 2, 1, 12 *Jam pedum visa est via.* Plaut. Capt. 2, 1, 29 *Visa opus est.* Obsequens c. 125 *Pompejus pridie pugnæ die visus in theatro ingenti plausu excipi.* conf. Id. c. 126.

¶ Visum, *i*, n. subst. res visa, ostentum, diurnum & nocturnum phantasma, ein gesicht, eine erscheinung, vorstellung. Cic. Acad. 1, 11 *Quam illi φαντασίαν, nos visum appellamus.* Idem Tusc. 1, 21 *Sine visis somniorum placatissima quies.* Liv. 1, 10 *Prodigia fuit in illo, aliove viso missa.* Ovid. Fast. 3, 40 *Referre vise.* Propert. 2, 6, 29 *Turpia visa.* Virg. Æn. 4, 456 *Hoc visum nulli, non ipsi effata furori.* conf. Id. 3, 172.

¶ Visus,

¶ Vīsus, ūs, m. subſt. videndi potentia, das ſehen; ut, *Visus acer*, ein ſcharff geſicht, Plin. 8, 25. *Visu aliquid reprehendere*, wieder erſehen, Val. Flacc. 1, 464. Apud Sil. 3, 157 *Visum conſumit pontus*, cum in altum provecti nautæ nihil niſi mare vident. vid. Heinſ. & Drakenb. ad h. l. Cic. N. D. 1, 5 *Quæ visum habent insignem & illustrem*, was ſehr ſcheinbar iſt. Quintil. 1, 3 *Visus oculorum obtuitu continuo fatigatur*. Idem & *Præstringere visum* dixit 10, 1, niſi *perstringere* potius legendum: ita enim *perstringere aciem oculorum* dicimus, das geſicht blenden. vide ſupra in *Stringo*, vel *præstinguere*. ¶ 2. Apparitio, viſio, die erſcheinung. Virg. Æn. 5, 90 *Obstupuit visu Æneas*. Plin. 7, 22 *Victoriam ipso die, quo contigit, nuntiavere visus*. Sic, *Nocturnus visus*, pro ſomnio, ſpectro, Tac. An. 12, 13, 5. Vellej. 2, 57, 2. Et plur. Prudent. Hamart. v. 883 *Nostris nempe omnes pereunt sub nocte colores Visibus*. ¶ 3. *Visu*, ſupini ſignificatu; ut, *Mirabile visu*, Horat. 2 epiſt. 2, 91. *Miserabile visu*, Virg. Æn. 1, 115. *Terribiles visu formæ*, Id. Æn. 6, 277.

¶ Viſio, ōnis, f. idem quod *Visus* ſive *Visum*, das geſicht, die erſcheinung. Cic. Divin. 2, 58 *Dormientium animos externa & adventitia visione pulsari*. Id. Tuſc. 2, 81 *Falsa visione & specie moveri*. Quintil. 6, 2 *Quas phantasias Græci vocant, nos sane visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis ac præsentes habere videamur*. conf. Lactant. 3, 9; & H. Steph. ad Sext. Empir. hypoth. 1, 7. ¶ 2. Apud Ictos *Visio* interdum idem eſt, quod *quæstio* ſeu ζητησις, ut in l. 25 §. 15 de Hæredit. petit. *Tribus visionibus relatis*, ubi vide Gothofredi notas. Sic & Tertull. de Anima c. 9 *Inde materiæ visionibus subministrantur*. ¶ 3. *Visio* verbum obſcenum vid. ſ. l.

¶ Visibĭlis, e, ſichtbar. Plin. 11, 37, 54 *Oculi visibilem ejus partem accipiunt*. Prudent. Cathem. 5, 158 *In quo visionis stat tibi gloria*. conf. Idem Apoth. v. 78.

Visibĭliter, adverb. vide inter compoſita *Invisibiliter*.

¶ Visibĭlĭtas, ātis, f. die ſichtbarkeit. Fulgentius Continent. Virg. p. 150 ed. Munck. *In picturis est visibilitas, deest sensibilitas*. Tertull. de Carne Chriſti c. 12 *Visibilitas per carnem*.

¶ Visuālĭtas, ātis, f. i. e. viſio, das vermögen zu ſehen. Tertull. de Anima c. 29 *Contrarietates visualitatis & cæcitatis*.

¶ Vīsor, ōris, m. qui videt ac inſpicit. Tac. An. 16, 2, 2 *Missis visoribus, per quos nosceret, an vera afferrentur*.

¶ Vīso, si, sum, āre, beſehen, beſuchen. Ter. Eun. 3, 4, 7 *Visam, si domi est*. Et Phorm. 2, 3, 5 *Vise, redierintne jam, an nondum, domum*. Liv. 3. 28 *Ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos*. Ovid. Met. 1, 95 *Peregrinum ut viseret orbem Montibus, &c.* Ter. Hec. 3, 2, 7 *Nec mittas visendi caussa quemquam*. Virg. Æn. 2, 63 *Undique visendi studio Trojana juventus Circumfusa ruit, &c.* ¶ 2. Dicimus etiam eodem ſenſu *Visere ad aliquem*. Plaut. Capt. 4, 2, 113 *Viso ad portum*. Ita & ſæpe locutus Tacitus eſt. Lucret. 6, 1263 *Visere ad ægros*. Gell. 2, 26 *Phavorinus philosophus cum ad M. Frontonem Cons. pedibus ægrum viseret*. ¶ 3. Aliquando & verba adjungimus, præſertim *eo, venio*. Plaut. Rud. 1, 2, 6 *Nunc hic ad Veneris famum venio visere*. Ter. Hec. 3, 2, 4 *Nostra illuc ire visere adolescentulas, admisit nemo*. *Visere* officii eſt, *videre* quærentis, Dacer ad Ter. Hec 1, 2, 133. ¶ 4. *Visere* ii dicebantur etiam, qui ordinaturi provincias mittebantur, beſichtigen. Vellei. 2, 94, 3 *Nec multo post missus ab eodem vitricus cum exercitu ad visendas ordinandasque, quæ sub oriente sunt, provincias*. vid. Buchner. ad Prudent de Natali Domini p. 32. Bentl. ad Hor. 1, 4, 8. Heinſ. ad Veil. 2, 101. ¶ 5. Pro venire ſimpliciter poëtis. Ovid. Met. 1, 561 *Longæ visent capitolia pompæ*. add. Hor. 1. 2, 8.

¶ Vīsens, tis. Catull. 11, 10 *Cæsaris visens monumenta magni*. Id. 64, 48 *Maria vasta visens lacrymantibus oculis*. conf. Virg. Æn. 8, 157; & Sallust. Iug. c. 12; & in Fragm. c. 33.

¶ Vīsendus, a, um, beſehens werth, anſehnlich, ſcheinbar. Plin. 16, 44 *Arbor magnitudinis visendæ*, id eſt, ſpectabilis & admirandæ. Cic. in Vatin. c. 13 *Epulum omni apparatu ornatuque visendo*.

¶ Vīsīto, avi, atum, are, frequent. beſuchen, heimſuchen. Cic. Fin. 5, 31 *Cum visitavisset hominem Carneades*. Sed *visisset* conjicit Lambinus. Plaut. Curc. 2, 3, 63 *Annuo visitasse*. Arator 2, 40 *Antiochi dictam de nomine visitat urbem*.

¶ Vīsitans, tis. Vulg. Exod. 20, 5 *Ego Dominus usque visitans iniquitates patrum in filios*.

¶ Vīsĭtātus, a, um, beſucht, beſichtiget, item, conſpectus, geſehen. Ita Apul. Met. 4 p. 151 *Nocte visitata* dicit pro compecta. Et Vitruv. 9, 4 *Omnia visitata & invisitata temporum necessitudine sunt constituta*.

¶ Vīsĭtātio, ōnis, f. die beſuchung, heimſuchung. Auguſt. Serm. 185 de Tempore: *Per gratiam visitationis*; & mox: *Ante visitationem cælestis consolatoris*. conf. Tertull. adv. Iudæos c. 13. Et ſic ſæpe Vulg. Interpres e. g. Iet. 10, 3 *Quid facietis in die visitationis?* ¶ 2. Idem ac *apparitio*, die erſcheinung. Vitruv. 9, 4 *Luna nova visitationem facit extremæ rotundationis*.

¶ Vīsĭtātor, ōris, m. Auguſt. de Tempore Feria 2 Pentecoſt. ſerm. 1 *Non visitator subitus, sed perpetuus consolator & cohabitator æternus*.

¶ Vīsītor, ōris, m. idem. Apul. Apol. 2 p. 224 Stev. *In ludo quoque gladiatorio frequens visitor*, ein fleißiger zuſchauer. Elmenh. p. 336 *visitur*.

¶ Vĭdēlĭcet, quaſi *videas licet*, adverb. confirmandi, idem quod certe, nimirum, freylich, eigentlich, nemlich; ut Valla docet 2 c. ult. Cic. de Orat. 2, 55 *Sapiens videlicet homo cum primis urbanæ civitatis*. Ter. Heaut. 3, 2, 22 *Hic de nostris verbis erat videlicet, quæ hic simus locuti*. ¶ 2. Nonnunquam & ironiis ſubſervit, quemadmodum *ſcilicet*. Cic. Phil. 2, 6 *Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus*. Id. Catil. 2, 6 *Homo videlicet timidus & permodestus vocem consulis ferre non potuit*. ¶ 3. Meminerit indicare Vallam, apud doctiſſimos vix reperiri illum vulgo uſitatiſſimum loquendi modum: *Quatuor sunt virtutes, scilicet* vel *videlicet prudentia, justitia, &c.* ¶ 4. Aliquando plane verbum eſt: ut illo Plaurino Sticho 4, 1, 40 *Videlicet parcum illum fuisse senem*, id eſt, videre licet, illum parcum fuiſſe. v. Græv. ad Cic. Ep. ad Attic. 13, 5, & Voſſ. Gramm. L. 7 c. 62. Pari ratione & SCILICET uſurpatur.

Viden', pro *videsne*, vide in *Video* n. 15.

¶ Vidētis, quaſi *vide, si vis*, ſiehe zu, ey lieber. Ex Terentio & Perſio vide paullo ante in *Video*, n. 5. Adde Plaut. Rud. 4, 3, 63.

¶ Visĭfĭcus, a, um, viſui ſerviens, ſichtlich, leichte. Oct. Horat. 4 *Per visificas vias irruere*.

Compoſita a *Video* & *Viso*.

¶ Antevidens, tis, i. e. prævidens, vorherſehend. Val. Flacc. 6, 581 *Nunc quo se raperet, nunc quo diversus abiret, Antevidens*.

¶ Circumviso, ēre, beſichtigen. Plaut. Amph. 5, 1, 58 *Angues oculis circumvisere*.

¶ Convīso, ēre, beſehen. Cic. in Arat. (Grot. v. 601) *Et loca convisit caudâ tenus infera piscis*. Et Lucret. 1, 146 *Res quibus occultas penitus convisere possit*.

¶ Evĭdens, tis, adject. perſpicuus, clarus, richtig, deutlich, klar, augenſcheinlich. Cic. N. D. 3, 4 *Evidens est, de quo inter omnes convenit*. Et, *Evidens narratio*, i. e. dilucida, Id. Top. c. 26. *Perspicuæ & evidentes res*, Acad. Qu. 4, 14. *Rem evidentem pro dubia quærere*, Liv. 39, 34. *Evidentissimi Græciæ auctores*, Plin. 19, 3. *Effectus evidentissimus*, Cels. 7 præf. ubi & *Proficlus evidentior*. Cic. de Amic. c. 8 *Quod in homine multo est evidentius*. Plin. 24, 11 *Evidentior natura*. Liv. 44, 41 *Nec ulla evidentior caussa victoriæ fuit*.

¶ Evidenter, adverb. perſpicue, klar, deutlich, offenbarlich. Liv. 6, 26 *Quum tam evidenter pœnituerit*. Val. Max. 6, 2, 4 *Piso cum Manilium reum ageret, eumque evidenter nocentem gratia Pompeji videret eripi*. Compar. Paulus ICt. l. 11 ff. de lib. & poſth. *Evidentius apparet*. Superl. Gajus ICt. l. 5 ff. qui ſatisdare cog. *Evidentissime locuples fidejussor*. Auguſtin. C. Dei 20, 29 *Quod evidentissime sancta scriptura testatur*. Et ejusdem operis 16, 39 *Evidentissime Christi typum gerere*.

¶ Evidentia, æ, f. perſpicuitas, ἐνάργεια, die deutlichkeit. Quintil. 6, 2 *Insequitur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illustratio & evidentia nominatur, quæ non tam dicere videtur, quam ostendere. Repræsentationem* vocat Quintil. 8, 3 p. 701. Vide libellum de Schematibus, & Cic. Acad. 2, 6.

¶ Invīdeo, vīdi, vīsum, ēre, proprie eſt inſpicere, beſchauen, anſehen. Salluſt. de Ordin. Rep. 2 ſub fin. *Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine inviderí*. ¶ 2. Hinc *Invidere* dolere eſt ob res ſecundas aliorum, mißgönnen, abgünſtig ſeyn, neiden; dictum verbum a nimis intuendo alterius fortunam, quemadmodum in Tuſc. 3, 9 Cicero dixit. Idem pro Planc. cap. 3 *Invidet aut favet semper dignitatis iniquus judex populus*. Et, *Mihi videtur non solum vivis, sed etiam mortuis invidere*, Acad. 4, 2. Sic, *Invidere alicujus honori*, Agrar. 2 extr. *Virtuti invidere labes est hujus sæculi*, Idem pro Corn. Balb. c. 6. Plaut. Moſt. 1, 3, 149 *Qui invitent, ne unquam eorum quisquam invidsat prorsus commodis*, i. e. ne quid boni invidendi illis eveniat. ¶ 2. Et cum acculativo rei ſimul: *Naturam bonis optimam invidisse videntur*, Cic. Tuſc. 3, 2. *Invidere alicui honorem*, Horat. 1 ſat. 6, 49. Et cum infinit. Plaut. Bacch. 3, 6, 14 *Nullus est, cui non invideant rem secundam obtingere*. Id. Truc. 4, 3, 31 *Invidere aliis bene esse, tibi male esse, miseria est. Qui invident, egent; illi, quibus invidetur, rem habent*. Horatius *invideor* paſſive dixit in Arte poët. v. 56 *Ego cur, acquirere pauca Si possim, invideor?* conf. *Invidetur* ap. Cic. Tuſc. 3, 9; & 4, 7. ¶ 3. Apud ſcriptores argenteæ ætatis etiam habet ablativum rei. Plin. 1 epiſt. 10 ext. ex Cod. Medicco: *Neque ego invideo aliis bono, quo ipse careo*: vulg. *bonum*. Plura Burm. ad Quint. 9, 3 p. 799. Forte ne etiam locutus eſt Liv. 2, 40 *Non inviderunt laude sua mulieribus viri Romani*. Ita habent MSS. ad unum omnes, pro quo vulg. *laudes suas*. ¶ 4. *Invidere* etiam eſt male videre, non videre. Apul. Apol. p. 276 ext. *Invidit profecto cupiditate lædendi*. Videndus eſt locus, ubi be *dentifricio*.

¶ Invīdendus, a, um, invidiæ obnoxius, nimis ſumptuoſus, verhaßt, feſtbar. Horat. 2 od. 10, 5 *Quisquis mediocritatem diligit, caret invidenda sobrius aula*. Id. 3 od. 1, 45 *Invidendis postibus moliri atrium*.

¶ Invidens, tis, invidus, abgünſtig, unhold. Cic. Tuſc. 4, 8 *Nocere invidenti*. Vellej. 2, 73, 1 *Specioſis invidens*. conf. Horat. 1 od. 37, 30.

¶ Invidenter, adverb. idem; unde Compar. Cic. Conſol. p. 1433 *Deos immortales feciſſe quodammodo invidentius*.

¶ Invidentia, æ, f. neid, abgunſt, mißgunſt, ungunſt. v. ſequens *Invidia*.

¶ Invĭdia, æ, f. idem. Sed *Invidia* proprie eſt, quo invidetur nobis: *Invidentia*, qua invidemus, die beneidung. Cic. Tuſc. 3, 9 *Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. Non dixit*, IN INVIDIAM, *quæ tum est, cum invidetur. Ab invidendo autem* INVIDENTIA *recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen* INVIDIAE. *Quod verbum dictum est a nimis intuendo fortunam alterius, &c.* Id. Tuſc. 4, 7 *Ægritudini subjicitur invidentia, (utendum est enim docendi caussa verbo minus usitato: quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur)*. Id. Tuſc. 4, 8 *Invidentiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil nocent invidenti. Nunc si quis doleat ejus rebus secundis, a quibus ipse lædatur, is non recte dicitur invidere*. conf. Nonius 5, 88. Apul. de Philoſ. p. 78 *Vitia pariunt exsecrabilitatem; ut est invidentia, ut est de alienis incommodis gaudium*. Sed hanc Stoicam ἐκφώνησιν non ſequuntur auctores. Certe Nepos 18, 10, 2 *Invidiam* pro invidentia, hoc eſt, ægritudine, qua invidemus aliis, dixit: *Invidiâ*, inquit, *ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum, Antigono est deditus*. Ipſe Cic. Phil. 14, 6 *Digna imita-*

¶ Villicus, *i*, m. qui villæ gubernationi præest, der hofmeister, mayer, pachtbauer, verwalter. Varro de R. R. 1, 2 *Villicus agri colendi caussa constitutus atque appellatus est a villa.* Colum. 1, 2 *Illud vetus est, & Catonis: agrum pessime mulari, cujus dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audivit villicum.* ¶ 2. Neque vero hoc nomen servis rusticis tantum, sed qui in familia urbana etiam agunt præsuntque, tribuitur, ein haus-vogt. Nam VILLICOS & SVBVILLICOS HORTORVM, id est, curatores præfectosque in veteribus inscriptionibus legimus, quas Pignorius adducit: & in Gloss. Veteri triplex servorum genus *villici* nomine comprehenditur. *Villicus, οἰκονόμος, ἐνοικολόγος, ἢ ὁ κατ' ἀγρὸν οἰκοδομῶν. Οἰκονόμος* est, qui *dispensator* alias dicitur: *ἐνοικολόγος, insularius*, qui conclavia & cœnacula elocat, mercedesque pro iis exigit: & hi duo ad urbanam familiam pertinent; Tertius enim rusticus est, præpositus villæ: vide Marcilium ad illud Horat. 1 epist. 14 ipso principio: *Villice silvarum & mihi me reddentis agelli.* Vbi etiam illum Iuvenalis versum sat. 4, 77, in quo Pegasum præfectum urbis, *Villicum urbis* non sine satyrico morsu appellat, explicat. ¶ 3. *Vilicus* pro *Villicus* sæpe reperitur in veterum inscriptionibus. Multa exempla collegit Fabrettus opere suo p. 2. *Villici officia* describit Cato R. R. c. 5 & 142, in cujus melioribus libris uno *I* scribitur hoc nomen. Varro R. R. 1, 18; &c. Colum. 8, 1; & 9, 4.

¶ Villica, *æ*, f. villici uxor, die bauersfrau, hofmeisterin; de cujus officiis Cato de Re Rust. 10 & 143. Colum. 12, 1; & 11, 2; Varr. 1, 18.

¶ Villico, *āre*, & Villicor, *āri*, rusticari, villæ præesse, ut Nonius 2, 897 interpretatur, bauer seyn, bauer-arbeit verrichten. Plin. 18, 6 *Quorum prædia colenda suscipiebat respublica, exercitusque ducebant, senatu illius villicante.* Pompon. apud Non. l. c. *Procul ab urbe villicari, &c.* Auson. epist. 22, 1 *Philon meis qui villicatus prædiis.*

¶ Villicātio, *ōnis*, f. præfectura villæ, bauer-handthierung; ut, *Suscipere officium villicationis*, Colum. 11, 1. Petron. c. 69 *Servum in villicationem relegavit.*

¶ Subvillicus vel Subvilicus, *i*, m. etiam villicus est, sed sub alio villico, cui quasi paret, ein untervogt. Aliquoties in Gruteri Inscript. occurrit.

VILLVS, *i*, m. pilus est, θρὶξ, ein haar, die haarzotte, wolle. Cic. de Nat. D. 2, 47 *Quarum animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ.* Et ibid. c. 50 *Conficere & contexere villos ovium.* Virg. Georg. 4, 377 *Tonsis mantilia villis.* ¶ 2. *Villi* vero in ventriculo, seu in imo œsophago, apud medicos plicæ sunt, quibus constringitur & clauditur ipse.

¶ Villōsus, *a*, *um*, häricht, zotticht; ut, *Pelles villosæ*, Ovid. Met. 12, 3, 9. *Radice villosa arbor*, hoc est, capillari, Plin. 12, 12, so viel faseln hat. Et, *Arbor folio villosior*, Plin. 16, 10, der rauhe blätter hat. conf. 8, 38; & 11, 24. *Villosissimum animalium lepus*, Idem 11, 39.

VĪMEN, *ĭnis*, n. quasi *viemen*, a *viere*, ἰπὸ, λύγος, omne virgultum flexibile, & ad ligandum aptum, ac præcipue salicum, reißholtz, schwanke reiser zum binden und flechten; ut *Lentum vimen*, Virg. Æn. 3, 31. *Salices fœcundæ viminibus*, Virg. Georg. 2, 446. *Clypeos e viminibus*, Florus memorat 3, 20, 6. De *Viminum ratione* agit Columella 4, 30, *Vimine textum sirpiculum*, Id. 10, 304. Ovid. R. A. 186 *Vimina torta* sunt alvei apum, bienen-körbe.

¶ Vimentum, *i*, n. idem. Tac. An. 12, 16, 4 *Mœnia non saxo, sed cratibus & vimentis ac media humo, adversum irrumpentes invalida erant.*

¶ Viminētum, *i*, n. locus viminibus consitus, ein weidenbusch, Varro de R. R. 4, 8.

¶ Viminĕus, *a*, *um*, von weiden geflochten; ut, *Qualus vimineus*, Colum. 8, 3. conf 10, 45; & Plin. 16, 37. *Vimínea tegumenta*, flechten, Cæs. B. Civ. 3, 63. *Viminæ crates*, Virg. Georg. 1, 95. Plaut. Epid. 1, 1, 26 *Fasces vimini virgarum*, ein bund stöcken.

¶ Viminālis, *e*, ligationi aptus, zum flechten dienlich; ut, *Salices viminales*, Colum. 4, 30. conf. Plin. 17, 10 & 20. ¶ 2. *Viminalis mons*, unus e septem collibus, quos Roma muris suis complectebatur. Ita dictus est, quod ibi aræ essent Iovis Viminei; aut quod ibi viminera fuerint. vid. Varro l. c. & Festus.

Vinacea, vinaceus, vinalis, vide mox *Vinum.*

VINCA, *æ*, f. & *Vincapervinca*, & *Pervinca*, herba *Clematis*, κλήματις, sinnecken, ingrün, a viriditate perpetua. Semper viret in modum lineæ foliis geniculatim circumdata, Plinio 21, 11 a *vinciendo* dicta est. conf. Id. 21, 27; & Apul. de Herb. c. 58.

VINCIO, *vinxi*, *vinctum*, *vincire*, δέειν, constringere, binden, knüpfen, schnüren, fassen; ut, *Vincire catenis*, Ovid. Met. 15, 601; & Plaut. Menæch. 1, 1, 3. *Manus vinxerat post terga*, Virg. Æn. 11, 81. *Legibus vincire*, Cic. pro Marcello c. 8. *Dolia vincire plumbo*, Cato R. R. c. 39. *Vincire novis tempora floribus*, Horat. 4 Od. 1, 32. *Multo mentem vincire Lyæo*, sich voll saufen, Propert. 3, 4, 21. *Vbi non certo vincitur fœdere lectus*, wo keine rechte ehe ist, Id. 3, 19, 21. *Vinciri præsidiis*, h. e. firmare se, legitur nunc, nescio an olim apud Cic. Att. 7, 18 p. 727. ¶ 2. *Vincire* absolute in vincula conjicere, Cic. pro Domo sua c. 9 *Vincire & constringere liberos populos.* ¶ 3. De vi magica Ovid. fast. 2, 581 *Fusilibus linguas inimicaque vinximus ora.* vid. Burm. ad Quinct. 10, 7 p. 218. Add. quæ dicentur in *Devincio.*

¶ Vinciens, *tis.* Apul. Apol. 1 p. 132 *Venus corpora complexu vinciens.*

¶ Vinctus, *a*, *um*, constrictus, gebunden, zugeschnürt, verknüpfft. Ter. Eun. 3, 3, 22 *Vincto pectore virgo*, eingeschnürt. Plaut. Cist. 1, 1, 28 *Amicitiam vinctam bene habent inter se*; al. *junctam.* Ovid. Met. 1, 122 *Vincta cortice virga.* Et 11, 105 *Ille caput lauro vinctus.* Horat. Art. Poet. v. 202 *Tibia orichalco vincta*, mit meßing beschlagen. Cic. pro Fonteio c. 10 *Iovis nomine vincta testimoniorum fides.* ¶ 2. Qui in vinculis habetur, gefesselt, gefangen. Virg. Æn. 1, 299 *Nodis ævenis vincta post tergum.* Ovid. Trist. 4, 1, 5 *Vinctus compede fossor.* cont. Plin. 3 epist. 19; & Horat. 2 sat. 7, 31. ¶ 3. *Vinctus* & *Victus*, it. *Iunctus* confunduntur a librariis vid. in *Vincio* & *Iungo.*

¶ Vinctus, *ūs*, m. subst. ein band, gurt. Varro de R. R. 1, 8 *Pendere funiculo aut vinctu.*

¶ Vinctura, *æ*, f. idem, sive, ein bund, die verbindung. Plin. 16, 37 *Virgæ sequacis ad vincturas lentitiæ*, band-weiden. Cels. 8, 22 *Ne vinctura talum lædat.* conf. Id. 8, 8; & 10, 7, 20.

¶ Vinctio, *ōnis*, f. ligatio, die verbindung. Cic. Tusc. 1, 29 *Partes, quæ ante iaciuntur vinctione aliqua tenentur.* Arnob. 2 p. 87 *Quando animæ corporibus alligatæ? quis auctor vinctionis ipsius?* Id 5 p. 186 *Dicitur in Martis & in Veneris vinctione vitiorum esse significata compressio.* Et 6 p. 203 *Vinctionis vi colligari*: & ibidem: *Ita in basi unci retinent, & plumbeæ vinctiones*, mit bley eingegossene klammern. Add. Tertull. de Carne Christi c. 4; & Cæl. Aurel. Acut. 3, 17, 138.

¶ Vinctor, *ōris*, m. qui vincit, ein binder. Arnobius lib. 6 p. 199. Verba vide supra in *Congregator* sub *Grex.*

¶ Vinceus, *a*, *um*, knüpffend; ut, *Sibi potione vincea onerare gulam*, i. e. laqueo, quem ridicule ita vocat Plautus Stich. 4, 2, 56, sich selbst erhencken. conf. Turneb. Advers. 9, 21.

¶ Vincŭlum, *i*, n. ligamen, ein band; ut, *Certa legum vincula*, Quintil. 5, 10. *Vinculum iugens immodicæ cupiditati injicere*, Liv. 10, 13. Et Cic. Off. 3, 31 *Nullum vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.* Et, *Arctissimum vinculum amoris*, Idem Attic. 6, 2. *Lentissimum vinculum*; item, *Vincula ex rubo*, Colum. 4, 31. *Circumdare vincula collo*, Ovid. Met. 1, 631. De aureis pedum vinculis, quæ erant in mundo muliebri, vid. Æl. 9, 11, ubi Perizon. it. Comment. ad Petron. c. 126 p. 604. ¶ 2. Sed, *Conjici in vincula*, id est, in carcerem, ins gefängniß, Cic. Verr. 5, 8. *Vinculis & verberibus, atque omni supplicio excruciatum aliquem necare*, Id. pro L. Manil. c. 5. Et, *Esse in vinculis*, gefangen liegen, Plin. 7, 34. *Effugere vincula*, Horat. 2 sat. 3, 71. *Vincula evadere*, Silius 7, 71, sich los machen. *Ex vinculis caussam dicere*, Liv. 29, 19. ¶ 3. Sed *Solvere* vel *laxare vincula epistolæ* est aperire, den brief erbrechen, Nepos 4, 4, 1. Antiqui enim vinculis colligabant epistolas: vide Lipsium Epist. Instit. c. 4. Barth. Advers. 24, 18. Freinshem. ad Curt. 2, 2, 25. ¶ 4. Poëtis non raro pro corona ponitur, ein krantz. Seneca Medea v. 70 *Præcingens roseo tempora vinculo.* Pro diademate Idem dixit Thyeste v. 543 *Imposita vincula capiti venerando gere.* ¶ 5. *Vincla* etiam contracte poëtæ dicunt. Sic, *Legalia vel Connubialia vincla*, das ehebund, Virg. 4, 59; & Stat. Theb. 5, 112. *Vincla minantia fixo ære ligare*, i. e. leges in æs incidere, Ovid. Met. 1, 91. *Mercenaria vincla*, i. e. negotia, Horat. 1 epist. 7, 67.

¶ Vinculo, *are*, pro vinculis stringere, vincire, binden, recentioris Latinitatis verbum est. Hinc

¶ Vinculātus, *a*, *um*, ligatus, gebunden; ut, *Rosæ decussatim vinculatæ*, Mart. Capella lib. 1 p. 21. *Mutuo amplexu vinculati*, Cæl. Aurel. Tard. 4, 8. Paulinus Iambo ad Cytherium v. 743 *Si vitia carnis strinxerit Christi metu Quasi vinculatis præerit.*

Compoſita:

¶ Circumvincio, *nxi, nctum, ire*, umbinden. Plautus Rud. 3, 4, 27 *Circumvincire dictis.*

¶ Circumvinctus, *a, um*, umſchlungen, umwunden. Avienus Perieg. v. 331 *Circumvincti nevis.*

¶ Convincio, *ire*, binden; unde

¶ Convinctio, *ōnis*, f. pars orationis, quæ vulgo conjunctio dici ſolet, ein bindewort. Quintil. 1, 4 p. 46 Burm. *In convinctionibus complexum eorum eſſe judicaverunt, quas Conjunctiones a pleriſque dici ſcio. Sed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria tranſlatio.*

¶ Devincio, *ire*, valde conſtringere, verknüpfen, verbinden, zuſchnüren; ut, *Devincire & conſtringere omnibus vinculis*, Cicer. pro Leg. Agr. c. 5. *Fœderibus devincitur fides etiam cum hoſte*, Idem Off. 1, 31. *Devincire ſibi aliquem beneficio, beneficiis, donis, officiis*, eſt adjungere ſibi aliquem, & amicum quaſi obſequentem reddere, einen verbindlich machen, verpflichten. Ter. Heaut. 2, 4, 14 *Hoc beneficio utrique ab utriſque devincimini.* Cic. Phil. 2, 45 *Imperitam multitudinem præmiis devincire.* Idem fam. 13, 7 *Summo officio & ſumma obſervantia ſibi in perpetuum aliquem devincire.* Et Offic. 1, 17 *Caritate homines devincit ſanguinis conjunctio & benevolentia.*

¶ Devinctus, *a, um*, verknüpft, verbunden. Cic. fam. 13, 3 *Cujus officiis me eſſe devinctum confiteor.* Idem pro Archia c. 3 *Totam alicujus domum devinctam conſuetudine tenere.* Suet. Aug. c. 16 *Devinctus ſomno*, entſchlafen. Compar. Horat. 1 ſat. 5, 42 *Ne quis me ſit devinctior alter.* Et Sidon. 5 epiſt. 11 *Devinctior ſodalis.* Superl. Salvian. adv. Avarit. lib. 3 p. 286 *Hanc cariſſimo ac devinctiſſimo tuo nihil de tuo tribuis.*

¶ Devinctio, *ōnis*, f. die verknüpfung, verſtrickung. Tertull. de Spectac. c. 2 *Homicidium magicis devinctionibus perficere.*

¶ Evincio, *ire*, circumdare, beſtricken, umbinden. Tac. Annal. 6, 42, 6 *Inſigni regio aliquem evincire*, einen krönen.

¶ Evinctus, *a, um*, angebunden, feſt angeknüpft. Tib. 1, 8, 6 *Evinctos brachia capta duces*, denen die hände gebunden. Virgil. Æneid. 5, 364 *Evinctis attollere brachia palmis.* Idem Æn. 8, 286 *Evinctus tempora ramis.* Ovid. Am. 3, 6, 56 *Vitta nec evinctas impedit alba comas.*

¶ Invinctus, *a, um*, id eſt, valde vinctus, gebunden, leg. penult. ff. de Lege Fabia.

Provinca, vide paullo ante *Vinca.*

¶ Prævincio, *ire*, vorher binden. Vnde

¶ Prævinctus, *a, um*, vorher gebunden. Gellius 15, 20 *Virgines laqueo prævinctæ.* Idem 19, 2 *Ferinis voluptatibus prævinctus*, hoc eſt, conſtrictus.

Provincia, provincialis, &c. vide mox in *Vinco.*

¶ Revincio, *ire*, arcte conſtringere, & proprie quidem retrorſum, zuſchlingen, zurück binden. Cæſ. de B. Gall. 7, 23 *Revincire introrſus.*

¶ Revinciens, *tis.* Catull. carm. 62, 33 *Mentem amore revincens.*

¶ Revinctus, *a, um*, zurück gebunden. Virgil. Æneid. 2, 57 *Ecce manus juvenem interea poſt terga revinctum.*

VINCO, *vici, victum, vincĕre, νικᾶν*, ſuperare, ſuperiorem eſſe, gewinnen, beſiegen, überwinden, übertreffen, vorgehen; ut, *Vincere & expugnare*, Cic. Paradox. c. 4. *Vincunt numero, vincunt arte locus, vincunt auctoritate, conſilio*, Idem Phil. 11 extr. *Vincere omnes officio*, Cicer. fam. 14, 4. *Vincere omnium opinionem*, Idem Acad. 4, 1. Et, *omnium exſpectationem*, Verr. 5, 5. Quintil. proœm. *Quanquam non tam me vinceret præſtandi, quod exigebatur ſtudium, quam verecundia. Animum vincere*, eſt cupiditates cohibere. Plaut. Rud. 2, 2, 29 *Tu ſi animum viciſti potius, quam animus te, eſſ, quæ gaudeas.* P. Syrus in Mimis: *Effugere cupidit. tes, rec. amſt vincere*: id eſt, vincendo obtinere. Nam victis cupiditatibus liber animus regnat. conf. Sen. Thyeſte v. 388 ſupra in *Rex* n. 9. De ludo Suet. Aug. 71 *Si quas manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſſem quod cuique donavi, viciſſem vel quinquaginta millia*, ich hätte gewonnen. *Vincere ſponſione*, Cic. pro Quinct. 27, vel *ſponſionem*, ut Cic. pro Cæc. c. 3, habent plerique, ad jus formularium pertinet. Liv. 11, 4 *Cum in ſenatu viciſſet ſententia.* Conf. 37, 19. Sic homines, quorum ſententia probatur, *vincere* dicuntur. Liv. 2, 30 *Factione reſpectuque rerum privatarum Appius vicit.* In auctionibus publicis *vincere alterum* dicitur, qui plus, quam alter licetur. v. Cic. ad Attic. 13, 29, & Menck. Obſerv. L. L. h. voce. ¶ 2. Sed, *Vince, deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum*, id eſt, obtine, proba, erhalte es, Cicer. pro Cluent. c. 44. Et Plaut. Moſt. 1, 2, 12 *Profecto ita eſſe, ut prædico, vero vincam.* Sic, *Argumentis vincere*, Idem dixit. vide *Argumentum.* Curt. 6, 5, 2 *Hoſpitii pignora in regem ſuum ad ultimum fides conſervata vincebat.* Liv. 2, 36. *Verecundia majeſtatis magiſtratuum timorem vicit.* Id. 27, 12 *Vincit pudorem metus.* ¶ 3. *Vicimus*, exſultantium exclamatio, & qui jam obtinere ſibi viderentur, quod exoptarant, man hat durchgedrungen. Propert. 1, 8, 27 *Rumpantur iniqui. Vicimus; aſſiduas non tulit ille preces.* Ovid. Triſt. 3, 9, 23 *Vincimus, inquit. Hic mihi morte ſua cauſſa ſalutis erit.* Idem Met. 6, 513 *Vicimus*: exclamat, *meorum mea vota feruntur.* ¶ 4. *Viceris*, alia exclamatio eorum, qui ſibi invitis aliquid extorqueri patiuntur, habe es denn. Ter. Andr. 5, 3, 20 *Domus, uxor, liberi inventi, invito patre: Adducti, qui illam ejus hinc dicant, viceris.* Vbi Donatus: *Verbum ejus eſt, qui vix ſibi extorquet, ut abjiciat curam. Et proprium patribus ac familiare iratis.* Huc forte etiam pertinet illud Cic. Att. 7, 15 *Vicerit enim, ſi conſul factus erit, & minore ſcelere vicerit.* Suet. Cæſ. c. 1 *Satis conſtat, Sullam, cum deprecantibus amiciſſimis & ornatis viris aliquamdiu denegaſſet, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe*, VINCERENT AC SIBI HABERENT &c. vide ibi Casaub. Huc pertinet impium illud Iuliani ſaucii & morti proximi: *νενίκηκας Γαλιλαῖε, Viciſti Galilæe*, apud Theodoretum Hiſt. 3, 20. Nam invitus cedebat victoriam & moriebatur Chriſtianis iratus. Hinc *Victores* etiam dicebantur, qui obtinuerunt cupita, de quo poſtea. Add. Pareus Lex. Crit.

¶ Vincens, *tis.* Hirt. B. Alex. c. 40 *Legio fortiter vincentium impetum ſuſtinuit.* Horat. 1 ſat. 1, 115 *Inſtat equis auriga ſuos vincentibus.* conf. Id. de Arte Poët. v. 82.

¶ Victurus, *a, um.* Col. 10, 121 *Rutaque Palladiæ baccæ victura ſaporem.* Sed N. Heinſ. ad Sil. 7, 354 *futura* ex MS. reponit.

¶ Victus, *a, um*, überwunden, bezwungen, beſiegt; ut, *Quieſcere victi ac ſubacti ſolent*, Cic. pro Fontejo c. 12. *Victus hoſtis terra marique*, Horat. epod. 9, 29. *Prælia loqui, victas & urbes*, Idem 4 od. 15, 1. *Victi prece*, erbetene, Idem epod. 17, 43. *Victa ira per preces*, Ovid. Pont. 1, 7, 48. *Corpora victa ſopore*, überwältiget vom ſchlaf, eingeſchläfert, Ovid. Faſt. 1, 422. ¶ 2. Tac. Ann. 4, 8, 3 *Effuſum in lacrymas ſenatum, victo gemitu, ſimul oratione continua erexit*: Hactenus gemuerat ſenatus: ſed incumbente graviore affectu, jam ſolvebantur in lacrymas. Hinc *victum gemitum* dixit, quod is jam non ſufficeret amplius exprimendo affectui, quo confundebantur. Similiter *Victum ſilentium*, Idem Ann. 11, 2, 2. Et Sulp. Severus lib. 2 in Hieroſolymitani excidii hiſtoria: *Iudæi ad extremum fame interibant, paſſimque viæ oppleri cadaveribus cœperunt, victo jam officio humandi.* Nempe ſignificat, majorem cadaverum numerum fuiſſe, quam quibus omnibus ſepeliendis ſuperſtitum ſtudium par eſſet. Idem Tacitus Ann. 1, 57, 6 *Uxor Arminii neque victa in lacrymas, neque voce ſupplex &c.* Significat haud expugnare animum, & eo adducere potuiſſe dolorem præſentis fortunæ, ut jam captiva mitteret lacrymas, & ſupplicaret Germanico, in cujus poteſtatem conceſſerat. ¶ 3. *Victi*, qui exciderunt votis, die ihren wunſch oder begehren nicht erlangen. Servius ad illud Virg. eclog. 9, 5 *Nunc victi triſtes, quoniam ſors omnia verſat*: VICTI, id eſt, *impotes. Nam quomodo* VICTORES *dicimus voti compotes, qui, quod volunt, faciunt; Sic* VICTOS *e contrario vocamus impotes, qui non poſſunt facere, quod volunt*, unmächtige. ¶ 4. *Victus* & *victus* confunduntur a librariis, v. Drakenb. ad Sil. 6, 348. it. *Victus* & *Ritus*, ubi vid.

¶ Victor, *ōris*, m. qui vincit, ein überwinder, ſieger; ut, *Omnium gentium victor*, Cic. in Piſon. c. 7. *Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt*, Id. fam. 4, 9. *Victor belli*, qui bello vicit, Stat. Theb. 9, 624 & Plaut. Amph. 2, 2, 16. *Victor exercitus*, id eſt, victoriis clarus & felix, Nepos 17, 4, 2. Et Hor. 1 ſat. 9, 42 *Contendere durum eſt Cum victore, ſequor.* Apud Curtium 4, 5, 7 Alexander ait: *Leges a victoribus dici, accipi a victis.* Ovid. Triſt. 4, 2, 47 *Cerrus victor* h. e. triumphalis. ¶ 2. *Victor* etiam propoſiti effector eſt, ut Servius ad illud Virgilii Æn. 2, 329 *Victorque Sinon incendi miſcet*, interpretatur, der da erhält oder hinaus führet, was er angefangen hat. Horat. 1 epiſt. 13, 2 *Victor propoſiti ſimul ac perveneris illuc.* Ovid. Faſt. 1, 562 *Impia per ſilvas victor ad antra venit*; id eſt, voti compos. Sic *Victi* contra, qui exciderunt votis. vide paullo ante *Victus*, n. 3. ¶ 3. Eſt & cognomen *Victor*; ut, *S. Aurelius Victor*, de quo ſupra in *Aurelia.* Et hinc porro nomina *Victorinus, Victorius, &c.* ¶ 4. *Victor, Vector, Rector* varie miſcentur in MSS. vid. *Vector* in *Vebo.*

¶ Victrix, *īcis*, f. Cic. pro Cluent. c. 5 *Præclara mater palam exſultare lætitia ac triumphare gaudio cœpit, victrix filiæ, non libidinis.* Horat. 1 epiſt. 10, 25 de natura: *Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.* De voti compote Virg. Æn. 7, 544 *Ianumque victrix affatur voce ſuperba.* ¶ 2. *Victrix* adjective idem ac vincens, ſieghaft; ut, *Manus in cade civium ſæpe jam victrix*, Cic. pro Sextio c. 37. *Victrices Athenæ*, Idem Tuſc. 1, 48. *Erat victrix res publ. cæſis Antonii copiis, ipſo expulſo*, Cic. ad Brut. epiſt. 10. Et, *Litteræ victrices*, quæ victoriam denunciant, Att. 5, 21 pr. Obſerva neutrum plurale, apud Virgil. Æn. 3, 54 *Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus &c.* Et Priſcianus lib. 7 obſervat, verbalia in IX deſinentia fœminina communia eſſe poſſe cum neutris: Quod Servius ad numerum pluralem tantum reſtringit: cujus verba ad citatum Virgilii locum ſunt iſta: *Omnia nomina a verbo venientia cum in* OR *exeunt, maſculina ſunt, ut* VICTOR: *cum in* TRIX, *fœminina ſunt, ut* VICTRIX: *Neutra vero non faciunt, niſi tantum ex numero plurali, unde eſt* VICTRICIA. In ſingulari tamen Claudianus de 6 Conſul. Honorii v. 24 dixit: *Et certius omnia ſurgunt Victrici concepta ſolo.* Vide & Barthium ad Claudianum in Conſul. Prob. & Olybrii v. 127. Nec poëtæ modo ita loquuntur: ut Stat. 5 Silv. 2, 150 *Victricia bella*: ſed Iuſtinus quoque extremo opere, æque ac Virgilius, *Victricia arma* dixit: & *Nutricia fluenta*, Petrus Chryſologus ſermone 137. Sed poteſt hoc non a *Nutrix*, ſed *Nutricius* eſſe.

¶ Victōria, *æ*, f. der ſieg, die überwindung; quæ *natura inſolens & ſuperba eſt*, quemadmodum Cicero pro M. Marcello c. 3 dixit. Nam v. g. Liv. 30, 16 & 30 pr. pleniſſimam devictionem notat, ut hoſtis non amplius habeat paciſcendi poteſtatem. *Victoria cruenta*, Salluſt. B. Catil. c. 58. *Victoria propria & expedita*, Cæſ. de B. Civ. 3, 70. vide ſupra *Proprius. Parata & præſens*, ibid. c. 73. *Victoriam facere*, Liv. 1, 37. *Victoria penes patres fuit*, Id. 4, 50. *Victoriam alicui concedere*, gewonnen geben. *Ceſſit illi victoria*, Virg. Æn. 12, 183. *Victoriam eripere alicui*, Salluſt. Iug. c. 82. Et, *Victoriam in manibus habere*, Liv. 30, 30. *Victoria in manu eſt*, Salluſt. Catil. c. 20. *Victoriam reportare*, Cic. pr. Leg. Manil. c. 3. *Victoriam ex Volſcis referre*, Liv. 4, 10. *Victoria e manibus excidit*, Cic. ad Brut. ep. 10. Plato dialog. 1 de Leg. *τὸ νικᾶν ἀυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη, τὸ δὲ ἡττᾶσθαι ἀυτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων ἀισχιστον, τὸ ἅμα καὶ κάκιστον*; hoc eſt, *præcipua & optima victoriarum omnium eſt, ſi ſe ipſum quis vincat: Turpiſſimum vero, ſi a ſe ipſo quis vincatur.* ¶ 2. *Victoria* Dea, quam vetuſtas pinnatam & aligeram pinxit, ut e cælo devolantem ad eos, quos ſuis ornare ſucceſſibus vellet. Hinc *præpes Victoria* Trimatio apud Gellium 6, 6; & Auſonio epigr. 1, 2. conf. Prudent. in Symmach. 2, 28; Claudian. de Stilic. 3, 203; & in 6 Conſul. Honor. 597. *Victoria cum corona & palma*, Varro de L. L. 4, 10. Adde Auguſtin. de C. D. 4, 14 & 15; & Elmenhorſt. ad Arnob. p. 129. Alexander rex Syriæ ex templo Iovis ſolidum ex auro *Victoriæ* ſignum rapiens dixit: *Victoriam ſibi commodatam ab Iove eſſe*, Iuſtin. 39, 2, 5. *De ſimulacro Victoriæ in manu Cereris*, Cic. Verr. 4, 49. De alio Tacit. Annal. 14, 32, 1. De *Romana Victoria* in curia Suet. Aug. c. 100 & Lamprid. Alex. Sever. c. 14. Ejus aram a Conſtante & Conſtantio everſam reſtitui poſtulat Symmach. 10 epiſt. 54. ¶ 3. *Victoriæ folium*, lauri ſpecies, alias *victorialis* ſiegwurz, Apul. de Herbis c. 58.

¶ Victoriōla, *æ*, f. diminut. parva victoria, ein kleiner ſieg. Sic *Victoriolæ aureæ*, de Victoriæ imagunculis, Cic. de Nat. D. 3, 34.

¶ Victo-

¶ Victoriōsus, *a, um*, ſieghaft, vox Catonis, teſte Gellio 4, 9. *Victorioſo ſenatui*, Nummus Probi apud Spanhemium in Iuliani Cæſaribus. *Victoriſſimæ principum*, Meſſala Corvin. p. 21. *Victoriſſima ovatio*, Sidon. 3 epiſt. 3. Et *Victoriſſimo viro*, magiſtro militum, Id. 5 epiſt. 6. In veteri inſcript. Gruter p. 179 n. 2 IVLIANVS NOBILISSIMVS AC VICTORIOSISSIMVS CAES. Et Auguſtin. C. D. 5, 25 *Victoriſſimus* dixit.

¶ Victōrius, *a, um*, idem; ut, *Victoria crux*, Tertull. Apol. c. 16.

¶ Victōriālis, *e*, ſieghaft; ut, *Dies victoriales*, Treb. Pollio in Gallien. c. 3. *Victoriales triumphi*, Ammian. 22, 4. Et Gloſſ. gr. lat. ἐπινίκιος, *victorialis*. ¶ 2. *Victoriales*, ſubſt. ſiegwurz, Apul. de Herb. c. 58.

¶ Victōriātus, *a, um*, victoria partus, durch ſieg erworben. Tertull. adv. Gnoſticos c. 6 *Plus victoriatum eſt quam injuriatum*. ¶ 2. *Victoriatus* ſubſt. monetæ nomen ſive nummus ſignatus Victoria, ein pfennig; apud Cicer. pro Fontejo c. 5, & Plinium 33, 3, & Quintilianum 8, 4, qui *Victoriato uno mavanam emere*, dixit.

Victima, victimo, *are* &c. vide ſupra ſeorſum.

¶ Vincibilis, *e*, Active ſignificat, qui vincere poteſt, in illo Ter. Phorm. 1, 4, 48 *Iuſta cauſſa, facilis, vincibilis, optuma*. v. Donatus ad h. l. ¶ 2. Paſſive, qui vinci poteſt. Colum. 3, 12 *Terra gravis, vix ulla cultura vincibilis*.

Compoſitæ

¶ Convinco, *vici, victum, vincĕre*, ut ſimplex, überwinden; item, überzeugen, überführen, überweiſen; ut, *Convincere adverſarium auctoritate & teſtibus*, Cic. Verr. 3, 72. Et, *Convincere peccata argumentis*, Id. in Partit. c. 73. *Convincere aliquem chirographo*, Id. Phil. 2, 4. *Redargui & convinci*, Idem de Univerſ. c. 3. Et, *Convincere aliquem inhumanitatis & amentiæ*, Phil. 2, 4. *Convinci levitatis*, Cic. de Amic. c. 17. Ac, *Malefícii convinci*, Idem Verr. 5, 53. *Convinci ſummæ negligentiæ*, Idem pro Sylla c. 15. ¶ 2. Aliquando genitivum circumloquitur per præpoſitionem IN & pro *falſi convinci* dicimus, *in falſo*, &c. vide mox in *Convictus*.

¶ Convictus, *a, um*, überwunden, überzeugt; ut, *Reprehenſus, convictus fractusque Mithridates*, Cic. pro Flacco c. 17. *Homo convictus conſcientia*, Idem Catil. 2, 6. *Convicti & condemnati falſis de pugnis*, Plaut. Truc. 2, 6, 5. Suet. Claudio c. 14 *In majore fraude convicti*. Sic in Tito c. 9 *Convictus in affectatione imperii* dixit. Similiter *compertas inſtupro*, apud eundem legimus. Abſolute ablativo uſus eſt Nerone c. 31 *Etiam ſodere convictos nonniſi ad opus damnari præcipit*. ¶ 2. *Convicta & commiſſa eſt devotio*, i. e. damnatus ſum voti, Cic. pro domo ad Pontif. c. 57.

¶ Convictio, *ōnis*, f. eine überzeugung. Auguſtin. de Trin. 13, 1 *Fides eſt convictio rerum, quæ non videntur*. Et ad Hebræos c. 11, 1 græce ἔλεγχος. Vulgata *argumentum*; ſed optime Auguſtinus *convictio*. ¶ 2. Aliam notionem vide in *Vivo*.

¶ Devinco, *vīci, victum, ĕre*, idem quod ſimplex, überwinden, überwältigen. Cic. de Senect. c. 13 *Penos primus claſſe devicerat*. Idem de Nat. D. 2, 2 *Præſto divincere*. Nepos 12, 2, 2 *Priusquam totam inſulam bello divinceret*. Id. 1, 2, 2 *Cum virtute militum deviciſſet hoſtium exercitus*.

¶ Devictus, *a, um*, bezwungen, überwunden; ut, *Devicto ſerpente*, Ovid. Heroid. 6, 37. *Atrocienſes devicti*, Nepos 9, 2, 2. *Claſſis devicta*, Id. 2, 5, 3. Et Ter. Andr. 3, 3, 30 *Devictus conſuetudine & conjugio liberali*, gewonnen, erweicht.

¶ Devictio, *onis*, f. die überwindung. Tertull. f. Cyprian. adv. Marc. 1, 5 *Falſa reſurrectio, mortis devictio falſa*.

¶ Devictor, *ōris*, m. victor, ein überwinder. Inſcriptio M. Antonino dicata: DEVICTORI OMNIVM GENTIVM BARBARARVM, Gruter. p. 258 n. 6.

¶ Evinco, *vici, victum, ĕre*, obtinere, vincere, inprimis pudore, precibus, lacrymis, überwinden; ut, *Evinci alicujus lacrymis*, Sen. Medea v. 491. *Ratio evincit*, Horat. 2 ſat. 3, 252. *Evincunt inſtando ut litteræ ſibi ad Tarquinios darentur*, Liv. 2, 4. De navibus Ovid. Metam. 14, 76 *Avidam Charybdim remis evicere rates*, & de ſole: *Nubes evincere*, l. c. v. 769. vid. quos laudat de uſu hujus verbi Burm. ad Quinct. 7, 3 p. 617, & ad Decl. 16, 10 p. 331.

¶ Evictus, *a, um*, überwunden; item, überwieſen. Cic. Verr. 1, 1 *Tam nefariis criminibus, tam multis teſtibus evictus*. Silius 3, 581 *Virtus paullatim evicta ſeneſcit*. Add. Ovid. Tr. 3, 1, 76.

¶ Evictio, *ōnis*, f. die gewährung, jureconſultorum vocabulum eſt, qui *evictionem præſtare* apunt eſſe, oſtendere, ſe fuiſſe rei venditæ dominum, einem den kauf gewähren.

¶ Invictus, *a, um*, qui vinci nequit, unüberwunden; ut, *Invictas armis Hannibal*, Cic. de Leg. Agrar. c. 35. *Invicti ad laborem corporis eſſe*, Liv. 9, 16. *Corpus ad vulnera invictum*, Ovid. Metam. 12, 166. *Invictus a veris regibus, ab illo imaginario & ſcenico rege ſuperatur*, Flor. 2, 14. *Invictus ab ea cupiditate animi vir*, Liv. 33, 11. Proprium fere Herculis epitheton eſſe obſervat Broukh. ad Prop. 1, 20, 23. *Nomen invictiſſimi imperatoris*, Cic. Verr. 4, 38. Commigravit quoque hoc nomen inter titulos principum, ſeu imperatorum, receptumque more fuit, ut *inviſti* & *invictiſſimi* ſalutarentur. Exempla plura inſcriptiones veteres ſuppeditant, ut, MAGNO ET INVICTO IMP. M. AVRELIO &c. Item, IMPERATORIBVS INVICTISSIMIS FELICISSIMISQVE &c. In alia apud Gruter. p. 276 n. 4 AVRELIANO INVICTISSIMO ET VICTORIOSISSIMO PRINCIPI. Adde Panegyricos veteres, ut Eumenii de Scholis c. 9. Comparat. Auguſtinus de Immortal. animæ c. 8 pr. *Quæ ſententia invictiore ratione approbatur*. Id. de Morib. Manich. 2, 11 *Ratio invictior*. ¶ 2. *Invictus* & *Invitus* miſcentur a librariis, vid. *Invitus*.

¶ Invicte, adverb. feſtiglich. Auguſtin. epiſt. 28 *Ut abs te liquidiſſime atque invictiſſime defendatur*. Symmach. 10 epiſt. 78 *Parendum credidi invictiſſimi principis imperatis*.

¶ Invincibilis, *e*, unüberwindlich. Apulejus Apol. p. 297 *Cum hæc ab illis quaſi gravia & invincibilia dicerentur*.

¶ Invincibiliter, adv. Idem. Apul. 4 Florid. p. 360 *Ratio concluſa judicibus acriter & invincibiliter videbatur*.

¶ Pervinco, *vici, victum, ĕre*, omnino vincere, durchſiegen: ut *Reſtitit & pervicit Cato*, Cic. Attic. 2, 1. Et Liv. 4, 2 *Ut de agris dividendis conſules ad ſenatum referrent, pervincere non potuit*, hoc eſt, evincere, erſiegen nicht vermocht zu halten, & ſic ſemper ſine casu Livium adhibuiſſe τὸ *Pervincere*, loca a Drakenb. ad 3, 46, collecta, declarant. Horat. 2 epiſt. 1, 200 *Namque pervincere voces Evaluere ſonum*, id eſt, ſuperare.

¶ Pervĭcax, *ācis*, durchtrieben, verſchmitzt. Cic. Verr. 3, 72 *Pervicax homo & callidus*. Et Liv. 4, 2 *Pervicaces homines*.

¶ Pervĭcus, *a, um*, durchtrieben, verſchmitzt. Cic. Verr. 3, 72 *Pervicus homo & callidus*.

¶ Pervĭcācia, *æ*, f. durchtriebenheit, verſchmitztheit. Cic. Verr. 3, 72 *Pervicacia & calliditas*.

¶ Pervĭcāciter, adv. durchtrieben, verſchmitzt. Cic. Verr. 3, 72 *Pervicaciter & callide*.

¶ Pervĭcācitas, *ātis*, f. durchtriebenheit, verſchmitztheit. Cic. Verr. 3, 72 *Pervicacitas & calliditas*.

¶ Pervĭcācĭa, *æ*, f. durchtriebenheit, verſchmitztheit. Cic. Verr. 3, 72 *Pervicacia & calliditas*.

¶ Pervĭcācĭter, adv. durchtrieben, verſchmitzt. Cic. Verr. 3, 72 *Pervicaciter & callide*.

¶ Pervĭcācĭt

3 c ult. narrat. Nescio, an huc referenda sint, quæ de Vindemiatorum in conviciando licentia Horat. 1 sat. 7 extr. affert. Videntur tamen, si *Oculi* convicium non de seriis vindemiatoribus tantum, sed etiam illis accipias, qui in re turpi deprehensi, & quavis de causa, digni opprobrio sint. vide supra *Cucullus*. ¶ 2. An *missum vindemiam* adjective vel certe per appositionem dixerit Col. 7, 3, 11, disputet ad eum locum Gesnerus.

¶ Vindēmiŏla, æ, f. diminut. eine kleine weinlese. Cic. Attic. 1, 10 *Ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem*: loquitur de bibliotheca emenda, ad quam comparere se dicit reditus quosdam.

¶ Vindemiālis, e, quod ad vindemias pertinet, zur weinlese gehörig; ut, *Feriæ vindemiales*, quæ vindemiæ tempore *judiciariam curam relaxabant*, ut Minucius Felix post princ. (p. 10 edit. Ouzel.) loquitur. Ad colligendas enim vindemias vacationes mensirnæ judicibus concedebantur vide Brissonium ad Theodosii Codicem de Feriis. Atque huc pertinet, quod Suetonius Aug. c. 35 tradit, *fanxisse Augustum, ne septembri & octobri mensibus alios senatorum ad salutationes necesse esset, nisi forte ductos*, ut Cl. Ieubonus monuit. conf. Sed k. Antiq. Convival. 1, 23; ubi etiam de *convivio vindemiali*. Macrob. Saturn. 7, 7 *Nuper in Tusculano meo fui, cum vindemiales fructus pro annua solemnitate legerentur.*

¶ Vindēmio, āre, weinlesen. Plin. 18, 31 *Vindemiare incipito, cum ad palmitem pampinus procumbere cœperit.* Et 14, 2 *Navissimus vindemiant.* Colum. 12, 33 *Vinum vindemiare.*

¶ Vindemiātus, a, um, gelesen in der weinlese. Gloss. gr. lat. τετρυγημένος, *vindemiatus.*

¶ Vindēmiator, ōris, & Vindēmītor, ōris, m. ein weinleser. Colum. 3, 21 *Vindemiatorum aleam subire* Arnobius 7 p. 230 *Contractis exprimunt vindemiatorius vinum.* conf. Varro de L. L. 4, 18. Et Sen. de morte Claudii Iusu: *Carpebat raras serus vindemitor uvas.* In loco autem Horatii 1 sat. 7, 30 *Duros vindemiator*, non corripitur secunda syllaba, sed *i* & *a* in unam coeunt. conf. Plin. 14, 1. ¶ 2. Utrumque nomen ad astra transfertur, & stellam significat in Virginis ilidare, epis nempe septentrionalem alam, quæ oritur vindemiæ initio. Plin. 18, 13 pr. *Stella, quæ vindemiator appellatur* conf. 18, 26. Et Ovid. Fast. 3, 407 *At non effugiet vindemitor, &c.* Colum. 11, 2 VII *Calend. Septembris Vindemiator exoriatur mane.*

¶ Vindemiātōrius, a, um, zur weinlese nöthig; ut, *Vasa vindemiatoria*, Varr. de Re Rust 3, 2. conf. Ulpian. Dig. 33 t. 7 l. 8.

¶ Antevindēmitor, ōris, m. stella supra virginis humerum lucidissima; & sic rectius legi apud Plinium 18, 31, quam *Vindemiator*, Philander contendit ad Vitruv. 9, 6 pr.

¶ Provindemia, æ, f. Vitruv. 9, 6 *Virginis supra humerum dextrum lucidissima stella, quam nostri provindemiam majorem, Græci προτρύγητον vocitant, &c.*

VINDEX, icis, c. ultor, a *vi dicanda*, τιμωρός, ein rächer, rächerin. *Vindex*, inquit Festus, *a vi dicitur, quod vindicat, quo minus is, qui prensus est, ab aliquo teneatur.* In XII Tab. lex talis est: *Assiduo vindex adsiduus esto; proletario civi quivis volet, vindex esto*, vide Gellium 16, 10; & Rosini Antiqu. Rom. lib. 8 p. 801. *Mali unius vindex, & auctor*, Cic. ad Brut. epist. 17. *Vindex oppressor dominationis*, Idem epist. 16 ad eundem. Et, *Facinorum & scelerum spectator & vindex*, de Nat. D. 3, 18 *Vindex libertatis*, id est, assertor, Idem Phil. 2, 12. Et Colum. 7, 12 de cane: *Quis ultor aut vindex constantior?* Lucan. 9, 17 *scelerum vindex*, Horat. 4 od. 9, 37 *Fraudis avarus vindex.* Ovid. R. A. 145 *Langnor & immodici sub nudo vindice sensus.* ¶ 2. Adjective Ovid. Heroid. 9, 13 *Vindicibus jactatus virtus orbis.* Et Catull 65, 191 *Facta mentantes vindice pœna.* ¶ 3. Propter cognationem scripturæ & significationis sæpe confunduntur *Vindex* & *Iudex*. vid. Drakenb. ad Sil. 2, 456. ¶ 4. Est & nomen proprium, vide infra *Vindicta*. Fuit & *Julius Vindex*, qui sub Nerone commovit Gallias, affectans imperium, cujus non semel meminit Tacitus, iremque Suetonius in Galba. Eum devicit Virginius Rufus, qui ex ea victoria hoc epitaphium sepulcro suo inscribi jussit, ut Plinius auctor est 9 epist. 19 *Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam Imperium asseruit non sibi, sed patriæ.*

¶ Vindĭciæ, *arum*, f. pl. quod & singulare legitur apud Festum, it. Gell. 20, 10, significat assertionem, qua scil. res a controversia vindicatur, rettung, beschirmung bey seinem recht oder freyheit. Sic, *Decernere vindicias secundum libertatem*, id est, libertatem adserere, Livius 3, 47. Sigonius vult, pro *decrevisse* legi *dari jussi*, ubi ait, æquipollere, *dare vindicias a servitute*, &, *secundum libertatem*, itemque *a libertate*, & *secundum servitutem*. Et, *Postulare vindicias secundum libertatem*, iterum Livius 3, 44. Et ibidem: *Dare vindicias secundum libertatem*, quod & vindicare dicitur, hoc est, asserere in libertatem, ita ut in libertatis possessione quis maneat usque in postremam litem, auf freyen fuß stellen. Alconius de Prætura urbana p. 190 *Lis vindiciarum est, cum apud Prætorem litigatur de re, cujus quis debeat esse possessor, incertum est.* vid. Sigon. de Iudic. 1 21, & Elmenh. ad Arnob. p. 136. Budæus Annot. ad l. 2 § 24 D. de orig. juris & quos laudant ad Liv. 3, 44.

¶ Vindĭco, *avi*, *atum*, *are*, est ulcisci, punire, castigare, ahnden, rächen, strafen; ut, *Omni supplicio vindicare*, Cic. de Amic. c. 12. *Severe ac vehementer vindicare.* Idem pro Quinct. c. 7. Et, *Vindicare seditionem*, Idem fam. 1, 9. *Vindicare aliquid in aliquem*, Tac. Hist. 4, 45, 3. ¶ 2. Sed, *Vindicare ab interitu*, est liberare, defendere, von dem untergang retten, befreyen. Plin. Paneg. c. 50. Et *Vindicare a molestia, supplicio*, Cic. ad Quint. fratr. 1, 4. Et pro Syll. c. 9 *Neque honoris, neque ætatis excusatio vindicat a labore*, hoc est, asserit, tuetur, præstat immunem, es befreyet, machet los. Sic, *Vindicare in libertatem*, frey machen, Idem fam. 2, 5: & Liv. 3, 45. ¶ 3. *Vindicare* autem *libertatem*, est ulcisci, der freyheit beystehen, sie beschützen, Cæs. B. G. 12, 74. Adde Menck. Obs. L. L. ¶ 4. Aliquando *Vindicare* sumitur pro attribuere, & ut ita dicam, appropriare, zueignen. Cic. Arch. c. 8 *Homerum Colophonii civem dicunt esse suum, Chii suum vindicant.* Nepos 8, 1, 4 *Nonulla ab imperatore missa, plurima vero fortuna, vindicat*, id est, sibi tribuit, ad se trahit. ubi plura apud Nonium 4, 487. Liv. 3, 20 pr. *In peragendis Consularis officii partem ad se vindicare.* conf. Franc. Hottom. Observ. l. 2 c. 9. ¶ 5. Antique etiam *Vindico*, ēre, legitur pro *Vindicare*. Lucret. 3, 895 *Ipse sui nequeat rerum vindicere quidquam.* Male quidam *Venalico* feribunt. vid. supra in *Venalico*. ¶ 6. *Vindicare* & *Iudicare* confunduntur a librariis, vid. *Iudico*.

¶ Vindicans, *tis*. Ita l. 24, 3, 10 *Diis perjuria & parricidia vindicantibus.* conf. 27, 2, 1. idem 5, 3, 6 *Tyrannidis sibi impotentiam vindicantes.* Et 23, 2, 5 *Regnum vindicantes.*

¶ Vindicātus, a, um, gestraft, gerochen, gerettet, zugeeignet. Cic. Verr. 3, 84 *Improbum factum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum.* Id Offic. 3, 15 *Dolus malus legibus vindicatus.* Vellej. 2, 73, 3 *Vindicatum armis mare.* Curt. 3, 12, 16 *Ius magis a rege permissum quam vindicatum ab hostibus*, angemaßt. Liv. 44, 14 *Victoriæ utique de Antiocho rege, majore parte ad se vindicata adjecerunt.*

¶ Vindicātio, ōnis, f. die rache, die rettung; *per quam vim & contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus a nobis & a nostris*, Cicero de Invent. 2, 22; & Gajus ICt. D. 47 t. 21 l. 54.

¶ Vindicta, æ, f. animadversio pro delicto, ultio, die strafe und rache. Val. Max. 1, 1 ext. 3 *Lento gradu ad vindictam sui procedit ira divina.* Iuvenal. 13, 190 *Set vindicta bonum vita jucundius ipsa.* ¶ 2. Interdum *Vindicta* idem est quod vindiciæ, assertio Vellej. 2, 64, 2 *Utrique vindictæ libertatis morte stetit*, die rettung der freyheit hat beyden das leben gekostet. Cic. pro Rabir. c. 5 *Servos supplicium omnium metu dominorum benignitas una vindicta liberavit.* Ovid. Pont. 4, 6, 33 *Tibi suscepta est legis vindicta.* Ovid. R. A. 74 *Vindicte gaisque favete sue.* ¶ 3 Sed in illo Persii sat. 5, 88 *Vindicta postquam meus a prætore recessi: Vindicta* est virga, qua manumittendi, a prætore in capita pulsabantur: ideo dicta, quod eos vindicat libertati, ut vetus scholastes ad hunc ipsum locum annotat. Hoc manumissionis genere primum datum in libertatem volunt nonnulli servum Bruti, Vindicium nomine, ob indicatam conjurationem adolescentium nobilium, & ab ipsius vocabulo, *Vindictam* appellatum. Liv 2, 4 & 5, itemque Dionys. Halicarn. & Plutarch in Publicola. Huc respiciens Claudianus Paneg. de 4 Cons. Honorii v. 612 *Solennia ludas Omnia libertas, deductum Vindice morem Lex celebrat, famulusque jugo laxatus hevili Ducitur, & grato remeat securior ictu.* ¶ 4. *Pinguitudinis vindicta lux* h. e. ἀφαίρεσις Scal. ad Varr. R. R. 3, 9, 19.

¶ Vindictor, ōris, m. ein rächer, Gloss. gr. lat. ἔκδικος, *defensor, vindictor.*

VINDIVS, *i*, m. mons Hispaniæ, Ptolem. 2, 6. Hinc

¶ Vindicŏla, æ, c. ut, *Najades vindicolæ*; Varro ap. Nonium 4, 50.

VINDOBŌNA, æ, f. eadem, quæ *Vienna*, metropolis Austriæ, Wien.

Vinea, vinearius, vineaticus, vinētum, vinitor, vinitorius, vinnulus, vinolentia, vinolentus, vinositas, vinosus, vide sequens *Vinum.*

VINVM, *i*, n. wein, ex græco οἶνος est, utut alii vel a *vite*, vel a *vi*, utrumque coacte, derivent. vide Vossium. Varium est: *album, nigrum, rubellum, asperum, austerum, lene, novum, vetus.* Ovid. R. A. 1, 237 *Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos. Vinum molle*, Virg. Georg 1, 341. *Vinum lene*, Ter. Heaut. 3, 1, 49, gelinder wein. *Vina, quæ vetustatem ferunt, suavissima*, Cic. de Amic. c. 19. *Non omne vinum vetustate coacescit*, Idem de Senect. c. 18. Et, *Vinum meracius*, stärcker wein, Idem de Nat. D. 3, 31. *Vinum forte*, id est, generosum & potens. *Vinum primæ notæ*, hoc est, generosissimum, postea *secundæ, tertiæ notæ.* Et, *Vinum hornotinum*, quod unius est anni, jahriger wein, deinde *bimum, trimum, &c.* zwey-drey jährter wein. *Vinum turbulentum & fæculosum*, trüber wein. *Dilutum*, quod aqua temperatum est. *Vinum tertiatum*, fetterwein. *Vinum fugiens*, quod in vitium cito inclinat, wein der leicht an stehet, sich nicht halten will. Cic. de Divin. 2, 57 *Vinum evanescens vetustate*, quod vires jam amisit, verrochner wein. *Vinum pendulum*, zäher wein, oder der sich zeucht. Sed Plaut. Trin. 2, 4, 12 *Tam vinum; priusquam coactum est, pendet putridum. Pendens vinum*, ipsas uvas significat, & vindemiam nondum collectam: Cui ICti *vinum doliare*, h. e. doliis conditum opponunt. Cicero *vinum de dolio*: & *vinum de cupa* appellavit, ut Turnebus quidem Adverf. 2, 1, sed male, accipit: ut supra ostendimus in *Cupa*. Illud non male, quod *doliare vinum*, non tam *pendenti*, quam *diffuso*, quod vocabant, opponi putat. Primo enim *pendet vinum* in vite: deinde *colligitur*, seu *cogitur*, ut Plautus loquitur, *premiturque*: deinde in dolia *conditur*, ac demum *defunditur. Coacto* itaque *vinum pendenti* opponitur: *Coacto* vero *doliare* & *doliari diffusum.* Novellum vinum condebant doliis, ubi cum defœcassent, in amphoras diffundebant & cados. Proculus ICtus Lege 15 D. de tritico, vino & oleo legato: *In dolia vina ea mente conjicimus, ut ex his postea in amphoras & cados diffundamus.* Seneca epist. 36 *Ariston ajebat malle se acquiescentem tristem, quam hilarem & amabilem turbe. Vinum enim fieri bonum, quod recens, durum & asperum visum est: non pati ætatem, quod in doliis placuit*: id est, novellum & nondum diffutum placuit. *Diffusum vinum*, abgezogener wein. *Defusum* vero *vinum*, quod de dolio aut cado in pateram aut poculum fusum est, eingeschenckter wein. vide Turneb. dicto loco. *Vinum confusum*, idem ac optimum ex eo, quod cadis nomina consulum olim erant inscripta. vid. Turneb. 25, 24. *Vinum passum*, quod ex uva passa efficiebatur, vid. Rhodig. Lect. Ant. 13, 11. *Vinum eructum*, vide supra *Eructus* in *Ructus*. *Vinum acuit*, vide *Aceo*. *Flocces* prisca vox, qua significatur vini fæx e vinaceis expressa, vide *Floces*. *In vino, πὰρ οἶνῳ*, beym wein, beym trincke. Ter. Heaut. 3, 3, 6 *Vel heri in vino quam immodestus fuisti?* Catull. 12, 1 *Inter cœnam, Asine, mana sinistra. Non belle uteris in joco atque vino.* Quod Horat. 3 od. 6, 26; & 1 epist. 7, 28 *Inter vina* dixit. ¶ 2. Ser-

Servius in eclog. 5 TRITICVM, inquit, VINVM, HORDEVM, MEL, *tantum singularis numeri sunt: Unde plurali in prosa uti non possumus.* VINA *tamen possimus dicere Ciceronis exemplo, &c.* Obliquo *Vinis* usus Ovidius est Fast. 6, 673 *Nox erat, & vinis oculique animique natabant.* In Chiliadibus hæc adagia sunt: *Sapientia vino obumbratur, In vino veritas &c.* Vina nobilia, eorumque varia genera vide ap. Plinium 14, 6 & 7 &c. item 23, 1. *Vinum hilaritatis dulce seminarium*, ait Varro apud Nonium 1, 115, der wein erfreuet des menschen hertz.

¶ Villum, *i*, n. diminutivum. Ter. Adelph. 5, 2 *In angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi.*

¶ Vinacea, *æ*, f. acinum, sive granum uvæ, der kern von weinbeeren. Plin. 17, 22 *Addito stercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horum ce.* Colum. de Arbor. c. 4 *Vinaceæ heminam uvæ albæ in nigra, uvæ nigræ in albu ponito.* conf. Pallad. 1, 27; & Febr. t. 9.

¶ Vinacea, *ōrum*, n. pl. proprie ἐξάφυλλα sive folliculi racemi, die weinhülsen. Vet. Gloss. *Vinacea, ἐξάφυλλα.* Gell. 11, 7 *Fæces significare vini fecem e vinaceis expressam.* Cato R. R c. 7 *Hæc in allis, ollæ in vinaceis condantur.* Item grana uvarum, die körner in weinbeeren. Col. 11, 2, 69 *Vinacea, quæ acinis celantur.* Idem 8, 4 de cibariis gallinarum: *Vinacea tolerabiliter pascunt.* Idem 11, 2 *Vinacea exprimere.* Idem 6, 3 *Vinacea, quæ de lora eximuntur.* conf. 12, 42.

¶ Vinaceus, *i*, m. idem. Cat. R. R. c 10 *Dolia quo vinaceos condat.* Idem c. 25 *Vinacei recentes.* conf. c. 147. Colum. 12, 39 *Vinaceos calcare.* Gloss. *Vinaceus, i. e semen uvæ, acinum, γηγάρτιον.* Et Cic. de Senect. c. 15 *Omitto vim ipsam omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acini vinaceo, aut ex ceterarum frugum & stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat.* Ita legendum esse, dudum vir summus Iobus Ludolfus observavit, atque ita etiam Aldus 1519 edidit, *ex acini vinaceo*, quod res & contextus jubet; non ut vulgo legitur, *ex acino vinaceo*, quasi adjectivum *vinaceum* sit; vel, *ex acino vinacei.* Adde Casaubonum ad Suet. Aug. c. 76.

¶ Vinacicŭla, *æ*, f. certa aliqua vitis, *quam soli novere Sabini & Laurenti*, Plin. 14, 3.

¶ Vīnālis, *e*, adject. quod vini est, ad vinum pertinens, weinicht. Macrob. Saturn. 7, 7 ext. *Si qua vinalis fortitudo in homine resedit.* De musto loquitur, quod præter flatus & aqueam naturam, si bibatur, etiam vim quandam vini relinquat.

¶ Vinalia, *ium*, n. pl subst. feriæ Romanæ, *degustandis vinis institutæ*; quæ celebrantur Majo & Septembri, ut Plinius 18, 29 docet. Adde Ovid. Fast. 4, 861 seqq.

¶ Vinārius, *a, um*, adjectivum, zum wein gehörig; ut, *Vas vinarium*, ein weinfuß, Cic. Verr. 4, 27. *Cella vinaria*, ein weinkeller, Idem de Senect. c. 16; & Plin. 14, 13. *Sacci vinarii*, Idem 24, 1 *Ager vinarius*, ein weinland, Ammian. 30, 2. *Forum vinarium*, in vet. lapide Murat. p. 939 *Coactor vinarius*, ibid. 941. *Lacus vinarii*, weinbutten, Colum. 12, 18. *Crimen vinarium*, Cic pro Fontejo c. 5. conf. Colum. 4, 6; Pallad. 1, 18; Scævola ICt. D. 23 t. 7 l. 7.

¶ Vinārius, *i*, m. subst antive, vini venditor, ein weinschencke, weinhändler. Plaut. Asin. 2, 4, 30 *Vina, quæ hic invendidi vinario.* Gloss. Cyrilli: *Vinarius, οἰνοπώλης, οἰνοκάπηλος.* conf. Sallust. Fragm. c. 2; Suet. Claud. c. 40; Lamprid. in Alexandro c. 33. Græce οἰνοπῶλαι. ¶ 2. *Vinarius* pro vinoso, ein weinsauffer, apud Ulpianum l. 4 § 1; & l. 25 de ædilit. edicto.

¶ Vinarium, *i*, n. subst. cadus, eine wein-tonne. Horat. 2 sat. 8, 39 *Invertunt vinaria tota.* conf. Petron. cap. 70 & 9.

¶ Vīnĕus, *a, um*, adject. aus wein; ut, *Vineus latex*, Solin. c. 5.

¶ Vinea, *æ*, f. vinetum, locus vitibus consitus, ein weingarten, weinberg. Cato R. R. c. 6 *Vineam quo in agro conseri oportet.* Colum. 4, 3 *Ego, cum omne genus ruris, nisi diligenti cura fiatque exerceatur, fructuosum esse non judicem; cum vel maxime vineas. Res enim est tenera, infirma, injuriæ maxime impatiens.* Suet Domit. c. 7 *Nimio vinearum studio negliguntur arva.* Virg. Georg. 2, 390 *Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu.* ¶ 2. *Vinea*, est & machina bellica, cujus descriptio apud Vegetium 4, 15 extat, ein sturmdach. Lata fuit pedes octo, alta septem, longa 16, tecta duplici ligno, cratibusque &c. *Vineæ*, ait Festus ex Verrio *quod vimi feraces sint, etiam militares quædam machinationes a similitudine appellantur.* Cic. fam. 15, 4 *Aggere, vineis, turribus oppugnavi, ususque multis sum tormentis*, add. l. 2, 10. Idem Phil. 5, 9 *Conduxit vineas sunt, pugnatur acerrime.* Sallust. Iug. c. 37 *Vineas agere*, id est, admovere. Livius de eruptione Vejentium 5, 7 *Horæ momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit.* Adde Lipsium Poliorcet. 1 dialogo 7.

¶ Vineŏla, *æ*. f. diminut. Vet. Inscript. apud Fabrett. pag. 223 HVIC. MONVMENTO. CEDIT. CVM. VINEOLA. SOLA. SVO. FINE. VINEAE.

¶ Vineālis, *e*, ad vineam pertinens; ut, *Terra vinealis*, gut weinland, Colum. 3, 22.

¶ Vineārius, *a, um*, idem; ut, *Collis vinearius*, Colum. 5, 5, vineis aptus, vel vitibus consitus, ein weinberg. conf. Solin. c. 26.

¶ Vineātĭcus, *a, um*, idem; ut, *Falx vineatica*, Varr. R R. 1, 22. Et, *Cultus vineaticus*, Colum. 4, 33, der weinbau. *Vineaticus fructus*, Idem 7, 3. *Falculæ vineaticæ*, Cato R.R. c. 11.

¶ Vinētum, *i*, n. idem quod vinea, ein weinberg. Suet. Domit. c. 7 *Domitianus edixit, ut in provinciis vineta succiderentur.* Hinc est, quod Probus demum imperator *vineas Gallos & Pannonios habere permisit*, Eutropio auctore 9, 11. *Vineta propria cædere*, vide Chiliad. Et Horat. 2 epist. 1, 220 *Vt vincta egomet cædam mea.* Vbi vide interpretes. Cic. de Nat. D. 2, 66 *Si vinctis tempestas nocuerit, &c.* Colum. 3, 20 *Varii generis vincta facere.*

¶ Vīnītor, *ōris*, m. vinearum cultor, ein winzer, weingärtner, ein weinbauer. Colum. 4, 24 pr. *Vinitor opus obibit.* Virg. eclog. 10, 36 *Maturæ vinitor uvæ.* Cic. de Fin. 5, 14 *Quæ vitis per vinitorem consequitur.*

¶ Vinītōrius, *a, um*, dem winzer gehörig; ut, *Falx vinitoria*, Columella 4, 25, ein rebenmesser.

¶ Vinōlentus, *a, um*, vini plenus, voll weins, trucken; item vino deditus, ein weinsäuffer; ut, *Vinolentorum & furiosorum vita*, Cic. Acad. 4, 27. Et, *Furor vinolentus*, Idem fam. 12, 25. *Bacchatur vinolentus*, Idem in Orat. c. 28. *Vinolenta medicamina*, Idem in Piton. 6. conf. Nepos 7, 11, 4; & 16, 3, 3; Tac. de Germ. 32, 3; & Prudent. Peristeph. 14, 250.

¶ Vinōlentia, *æ*, f. ebrietas, die trunckenheit; ut; *Vinolentia furiosa*, Cic. Phil. 2, 39. Idem Topic. 20 *Puerilia, fœmina, imprudentia, vinolentia, insania ejus generis sunt, ex quibus verum sæpissime auditur.* Adde Senecam epist. 83; Tac. An. 2, 65, 3.

¶ Vinōsus, *a, um*, vini cupidus, vel ebrius, vino potus, weinsüchtig, trucken. Horat. 2 epist. 19, 6 *Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.* Liv. 41, 4 *At Historum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugæ; aliis somno mors continuata est*, die sich nicht gantz und gar besoffen. Ovid. Fast. 3, 765 *Cur anus hæc faciat, quæris? vinosior ætas Hæc est*: id est senectus. Plaut. Curc. 1, 1, 79 de muliere multibiba: *Vinosissima est.* ¶ 2. Sed *Sapor vinosus*, Plin. 12, 13, ein weinschmack. *Succus vinosus*, apud eumdem 15, 28, ein weinsäuerer safft. Suet. Aug. c. 77 *Acidamve pomam succi vinosioris.* Tertull. de Anima cap. 48 *Autumnus succis pomorum vinosissimis diluit.*

¶ Vinōsĭtas, *ātis*, f. die weinsäure. Idem Tertull. de Iejuniis c. 1 *Arguunt nos, quod xerophagias observemus, fiscantes cibum ab omni carne & omni jurulentia & vividioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus vel potemus*, was einen weingeschmack hat.

¶ Vinulus, vel Vinnulus, *a, um*, lepidus, blandus, molliter se gerens, quod facit ebriosus, a *Vinus* quasi vinum redolens, weinreich, weblich; ut, *Oratio vinula, venusula*, id est, illecebra meretricia, apud Plaut. Asin. 1, 3, 70. Et Cic. Attic. 4, 16 *Rem habes vinulam.* Sic Isidoro 2, 19 *Vinulata vox est levis, mollis atque flexibilis.* conf. Festus; Nonius 2, 898; & Parei Lex. Crit. p. 1300, & Douza ad Plauti l. c.

Vindēmia, vindemiator, &c. vide supra suo loco.

¶ Vinĭfer, *a, um*, viniferax, fruchtbar am wein; ut, *Vinifera vitis*, Apul. de Herbis c. 66.

¶ Vinīpōtor, *ōris*, m. ein weinsäuffer. Plin. 14, 54 *Scitum de quodam vinipotore reperitur, &c.*

¶ Vinivŏrax, *ācis*, idem. Commodianus Instruct. 18 p. 23 *Monstra adeo ista fœda sunt per viniscoraces.*

¶ Invīnius, *i*, m. vini abstinens, der keinen wein trinckt. Apul. Milesi. 11 p. 268 *Præcipit neque ullum animal essem (ederem) & invinius essem*, ich solte keinen wein trincken. In veteri Onomastico non *Invinius*, sed *Invinus*, tam in latino-græco, quam græco-latino, scribitur, & utrobique redditur ἄοινος.

Vio, *are*, viocurus, vide supra *Via.*

VIŌLA, *æ*, f die viole, das veilgen. Græcis, ἴον, a quo violæ nomen per diminutionem factum videtur. Qui a *vi olendi* derivant, non magis mihi probantur, quam qui a *violando*, quod manibus, dum decerpitur, violetur, imo & pedibus conculcetur. Plin. 21, 6 *Violarum plurima genera, purpureæ, lutæ, albæ &c.* eam ob causam Iuvenalis ait 12, 90 *Omnes violæ jactabo colores.* Idem Plinius ibid. c. 11 *Florum primum ver nuntiantium viola alba est.* Et, *Violæ nigræ*, Virg eclog. 10, 39, purpureæ, braune violen, oder hertzen-violen. *Pallentes violæ*, Idem ecl. 2, 47. *Violæ lateæ*, gelbe violen. *Viola trinitatis* f. *tricolor*, frensam-kraut. Tabernæm. p. 690 *Viola Mariana*, marien-glöcklein, ibid. p. 698. Ovid. de Arte am. 2, 115 *Nec violæ semper nec hiantia lilia florent &c.*

¶ Viŏlaceus, *a, um*, braun, violen-braun; ut, *Color violaceus*, qui & purpureus, Plin 22, 18; 35, 16; & 37, 9: & Vitruv. 7, 13. Et, *Purpura violacea*, Idem 9, 39; & Corn. Nep. Fragm. 8, 6.

¶ Violācium, *i*, n. vinum vel succus e viola, veilgen-wein, veilgen safft. Apic. 1, 4 *De viola violacium facere.* Idem 1, 1 *Conditum violacium vocat.*

¶ Violārius, *i*, m. ein braunfärber. Plaut. in Aul. 3, 5, 36 *Flammearii, violarii.*

¶ Violarium, *i*, n. ein violen-garten. Virg. Georg 4, 32 *Irriguumque bibant violaria fontem.* conf. Colum. 10, 257; & Ovid Fast. 4, 435 Idem de Arte am. 3, 67 *Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi.*

Violabilis, violatio, violentus, violo, *are*, &c. vide *Vis.*

VĪPERA, *æ*, f. ἔχιδνα, die otter, natter, schlange. vide *Echidna*; genus est serpentis, pariens ex ovis sobolem numerosam; unde & appellata videtur, quasi *Vivipara*, quod *magna vi pariat*, non quod a sobole vivum perrumpente in partu occidatur, quod Plinius 10, 62 male intellecta Aristotelis sententia prodidit, tametsi id ipsum in Nicandri etiam legatur versibus: Vide luculentum ea de re locum apud Prudentium Hamartig v 585 & seqq. Item Apul. Apol. pag. 534 & seq. & Petrum Chrysologum serm 137, nec non Matthiolum. *Vipera venenata ac pestifera*, Cic. de Arusp. resp. c. 24. Et Ovid. de Remed. am v. 421 *Parva necat morsu spatiosam vipera taurum.* Proverb. *Vipera est in vepreculis*: de eo, qui posit de subito afferre damnum. vid Gulielmum Verisimil. 1, 13. ¶ 2. Est & convicium: præcipue in ancillas molestæ loquaces. Donatus ad illud Ter. Eun. 5, 2, 6 *Quid ais venefica? Aptum convicium*, inquit, *& comicum in ancillis* VENEFICA, LVPA, VIPERA & SACRILEGA, *cætera.* Apud Plautum Cas. 3, 5, 19 Stalino senex Pardolisco anciſlam odiose sibi illudentem verbis, *Excetram*, i. e. viperam vocat. Florus 4, 12 *Nihil illa cæde per paludes, perque silvas cruentius, nihil insultatione barbarorum intolerantius, præcipue tamen in cauſarum patronos: aliis oculos, aliis manus amputabant, unius os fatam, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus*, TANDEM, *inquit*, VIPERA, SIBILARE DESISTE.

¶ Viperālis, *e*, contra viperarum morsus valens, wider die ſchlangen dienlich; ut, *Herba viperalis*, ſcilicet ruta hortenſis, raute, *eo quod interfectibilis earum comprobetur*, Apul. de Herb. l. 89.

¶ Vipĕrĕus, *a*, *um*, von der otter, oder natter; ut, *Crinis vipereus*, Virg. Æn. 6, 281. *Vipereum venenum*, Claudian. præfat. in Ruffin. 1, 9. Et, *Vipereo lita ſpicula felle*, Ovid. Pont. 1, 12, 18. *Viperea famies*, Sil. 6, 678.

¶ Vipĕrīnus, *a*, *um*, idem; ut, *Viperinus cruor*, Horat. epod. 3, 6. *Morſus viperinus*, Cic. Tuſc. 2, 7. Et Plin. 9, 5; *Scythæ ſagittas tingunt viperina ſanie & humano ſanguine.*

¶ Vipĕrīna, *æ*, f. ſubſt. herba, quæ & ſerpentaria, ſchlangenkraut, Apulej. de Herb. c. 5.

VĪPIO, *ōnis*, m. plur. *Vipiones*, pulli ſunt gruum, junge kraniche: ut, *Vipiones* columbarum pulli vocantur. Plin. 10, 49 *In Balearibus in honore mensuram ſunt, vipiones, ſic enim vocant minorem gruem.*

VĪR, *viri*, m. a vi, quæ major in viro, quam in fœmina, *kraft*, ein mann; ut, *Viri lecti ſimi*, tapffere auserleſene leute, Cic. pro Cælio c. 2. ¶ 2. *Si vir es*, formula elegans, qua admonemus alios, ut præſenti animo ſint, quod viros decet & fortiter audeant; nos: ſo du ein herr im leibe haſt. Ovid. Faſt. 6, 594 *Si vir es, indictas exige votis opes.* Horat. Epod. 15, 12 *Nam ſi quid in Flacco eſt viri, Non ferret aliduas patiori te dare nobis.* Curt. 9, 7, 17 *Eadem igitur in convivio Horratas Macedo jam temulentus exprobrare ei cœpit, & proludere, ut*, SI VIR ESSET, *poſtero die ſecum ferro decerneret.* conf. Idem 6, 11, 25. Lentulus ad Catilinam apud Cic. Catil. 3, 5 *Cogite ut vir ſis.* Ter. Adelph. 4, 2, 25 *Laudo Ctĕſipho, patriſſas, abi, virum te judico*, h. e. fortem. Et Eun. 1, 2, 74 *Heu noſter, laudo, tandem perdolait, vir eſt*, das iſt ein held, ein tapffer kerl. Cic. Tuſc. 2, 18 extr. *Si virtutis compotes, vel potius, ſi viri volumus eſſe.* Silius 10, 617 *Adverſis etenim frangi non eſſe virorum.* v. Cort. ad Sall. Catil. 40. Snakenb. ad Curt. 9, 7. ¶ 3. *Viros* etiam ſe eſſe dicebant, qui pathici non eſſent. Ita Veſpaſianus Imp. ut Mucianum impudicitiæ argueret, *Ego tamen vir ſum*, ajebat, ut Suetonius in ejus vita c. 13 refert. Cic. Verr. 2 extr. *Homo magis vir inter mulieres, impura inter viros muliercula proferri non poteſt.* ¶ 4. *Vir bonus*, idem qui juſtus, integer, innocens. Cic. ad Quint. fratr. 1, 1, 4 *Ut quisque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur.* Sen. de Providentia c. 1 *Virum bonum in deliciis Deus non habet &c.* ¶ 5. Interdum ſtricte pro marito ſumitur, ut pro marite, *mañ.* Sic *Virum* pro conjuge dixiſſe veteres, Feſtus auctor eſt. Plaut. Amph. 2, 2 *Vir ego tuus ſum?* ſolte ich dein mann ſeyn? Adde Menck. Obſ. L. L. h. v. ubi non de homine tantum, ſed de brutis etiam hoc vocabulum uſurpari, præter cetera, obſervat. Sic Virg. Ecl. 7, 7 *Vir gregis, ipſe caper.* ¶ 6. Ponitur & pro eo, quo viri ſumus, die mannheit. Catullus de Atty caſtrato carm. 64, 6 *Itaque ut relicta ſenſit ſibi membra ſine viro.* Ita & Arnobius non ſemel. ¶ 7. Aliquando *Viri nomen* auditur elegantiæ tantum cauſſa, ut abundet, vel vicem pronominis, *ille*, *is*, ſuſtineat, Virg. eclog. 6, 64 *Tam tanti aſſantem Permeſſi ad flumina Gallum, Aonas in montes ut duxerit una ſororum, Utque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis: Viro*, pro ei, Gallo puta, cujus paullo ante meminerat. Similiter Æn. 4, 3 *Multa viri virtus animo, multusque recurſat Gentis honos: Viri*, Æneæ, de quo paullo ante ſermo fuerat. Ibidem v. 424 *Sola viri molles aditus & tempora norat.* Et Æn. 5, 262 *Donat habere viro.* Similiter & *hominis* nomen interferere ſolebant, de quo ſuo loco. ¶ 8 *Vir virum legere*, in Romana militia dicebatur, cum in conſtituenda acie quisque ſibi cum deligeret adiſceretque ſocium pugnæ, ſeu æſtimem, cujus virtuti plurimum tribueret. v. Briſſon. de form. p. 446. Virg. Æn. 11, 631 *Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, totas Inſtituere inter ſe acies, legitque virum vir.* De qua conſuetudine legi poſſunt Petrus Victorius Var. Lect. 16, 19, itemque Turnebus Adverſ. 25, 7. Eadem ratione Auguſtus uſus eſt in redigendo ſenatu ad dignitatem priſtinam, data poteſtate ſenatoris, ut *Vir virum legeret*, quemadmodum ejus vita Suetonius c. 35 refert. Tac. Hiſt. 1, 18, 2 *Apud frequentem militum concionem, imperatoria brevitate, ad priſcum ſe Piſonem more D. Auguſti, & exemplo militari, quo* VIR VIRVM LEGERET, *pronunciat.* ¶ 9. *Virum quærere* dicuntur ea omnia, quæ veſtitu, victu, inceſſu & omni corporis habitu mollitiem præferunt: Petron. c. 115 *Et laxi crines, & tot nova nomina veſtis, Quæque virum quærunt*, was weibiſch heraus ſtreicht. Tale olim dictum Pompeius M. effugere non potuit, qui ita a Cinna poëta perſtringitur: *Fabiola qui crura tegit digito caput uno Scalpit: quid credis hunc ſibi velle? virum.* conf. Ovid. de Arte am. 1, 524; Scalig. Auſon. Lect. 1, 27; Barth. Adv. 23, 11. Lucian. in libello, cui titulus ἀπόφρας: p. 447 extr. Gr.

¶ Vira, *æ*, f. die männin, weibs-perſon; ut, *Querquetulanæ viræ* apud Feſtum, ubi addit: *Feminas antiqui virus appellabant, unde adhuc puellarum Virgines & Viragines.* Locum Servii confer mox in *Virago*. Aliqui etiam *Vira* legunt in Plaut. Amph. 2, 2, 181. vide ibi Taubmann. & Parei Lex. Crit. p. 1303.

¶ Virago, *ĭnis*, f. mulier fortis, animo & virtute virili præſtans, quaſi *virum agens*, eine heldin, ein männlich weib. Servius ad Æn. 12, 468 *Virago dicitur mulier, quæ viri implet officium, id eſt, mulier, quæ virilem animum habet, has antiqui viras dicebant*, eine männin. De Zenobia vide Treb. Poll. in Gallien. c. 13. *Diva virago Diana*, Seneca in Hippolyto v. 54. Et Ovid. Met. 2, 765 *Bello metuenda virago Pallas.* conf. Idem Met. 6, 130. Sic & Stat. 4 Silv. 5, 23 *Regina bellorum virago.* Idem Theb. 11, 414 *Gorgone cruda virago.* Et Plaut. Merc. 2, 3, 79 *Ancilla virago aliqua non mala forma mala.* vid. Barth. Adverſ. 131, 3.

¶ Virātus, *a*, *um*, robustus inſtar viri, mannbarlich, ſtarck als ein mann; ut, *Virata mulier*, Vulg. Interpr Sirac. c. 28, 19. Et, *Virata uxor*, Varro apud Nonium 2, 507. Sed *Viriatus* vide infra in *Vis*. Compar. Novatian. de Trinit. c. 2 *Omni rebore robuſtior, omni viratæ virtute fortior*; pro *viratior*.

¶ Virātus, *ūs*, m. ſubſt. viri officium, viri conditio, die mannbarkeit, mannlichkeit. Sidonius 7 epiſt. 9 *Bono viratu amabilis magis quam placabilis cupiens quam placere.*

¶ Vīrilis, *e*, männlich; ut, *Toga virilis*, ein männliches ehren-kleid, quæ pueris virilem ætatem ingredientibus dabatur, in exitu ſcilicet anni decimi ſeptimi, Suet. Aug. c. 36 *Animus virilis*, ein tapfer manns-hertz: Ter. Phorm. 3, 8, 24 *Animo virili præſentique ut ſis, para.* Cic. Attic. 14, 21 *Acta illa res eſt animo virili, conſilio puerili.* Sic, *Parum virile quod videatur dicere aut facere*, Idem de Fin. 2, 14. *Oratio fortis & virilis*, Idem de Orat. 1, 54. Et, *Virilis ſexus* pro filio, Nepos 17, 1, 3. *Convivia virilia*, ad quæ mulieres non accedunt, Vitruv. 6, 10. *Virilis vita*, Colum. præfat. 1. ¶ 2. Sic, *Pro virili parte*, Cic. pro Sextio c. 66, id eſt, pro viribus, ſeu pro conatu virili, nach mannes vermögen. Idem in Verr. 3, 6 *Plus, quam pars virilis poſtulat, oneris ac muneris ſuſcipere*, mehr als ihm zukame. Liv. 5, 11, *Illius gloriæ pars virilis apud omnes milites eſt*, jeder hat theil daran. Et *pro virili portione*, Lactant. 2, 7 pr. quod & ſine ablativo ſubſtantive efferri ſolet, ut, *pro virili*, i. e. *pro mea virili.* ¶ 3. Comparat. *Viriliores* pudendo ſenſu bene vaſatos Lampridius dixit Elagabalo c. 8 extr.

¶ Virilia, *ium*, *ibus*, n. pl. ſubſt. verenda, ſive pudenda viri, das männliche glied. Plin. 20, 16 *Virilium mala.* Petron. c. 108 *Ad virilia ſua admovit novaculam infeſtam.*

¶ Virilĭtas, *ātis*, f. die mannſchafft, natürlichkeit. Martial. 9 epigr. 7 *Puer ſectus virilitatis damna mœret creptæ.* Tac. An. 6, 31, 4 *Aliquis ademptæ virilitatis*; vel *Cui exciſa virilitas*, Quintil. 5, 12, i. e. eunuchus, ein verſchnittener. Hirt. B. Alex. c. 70 *Neque exſectis virilitas reſtitui poteſt.* conf. Plin. 29, 2 & 3; 34, 12; 35, 12; & Colum. 6, 26. ¶ 2. Ad animum etiam pertinet. Quint. 1, 8 p. 96 *Sanctitas & ut ſic dicam virilitas a Tragico petenda.*

¶ Virĭliter, adverb. virili virtute, ſeu fortitudine, tapffer, männlich. Cic. Off. 1, 28 *Quod viriliter & animo magno fit, id dignum viro & decorum videtur.* Horat. 1 epiſt. 17, 38 *Viriliter facere*, Ovid. Faſt. 1, 479 *Fortunam viriliter ferre.* Et comparative Senec de Brevit. Vitæ c. 6 *Omnes iſti* (avari, iracundi &c.) *virilius peccant: in ventrem ac libidinem projectorum inhoneſta laves eſt.* Idem Controv. 5, 33 *Virilius decere.*

¶ Virĭtim, aliud adverb. per viros ſingulos, mann vor mann; ut, *Frumentum viritim dividere*, Cæſ. de B. Gall. 7, 71. *Præmia bene meritis viritim tribuere*, Hirt. de Bell. Alex. c. 65. Et Curt. 7, 4, 33 *Viritim dimicare*, id eſt, ſingulari pugna. Interdum ad univerſalitatem ſignificandam pertinet, & *ſeparatim* oppenitur. Suet. Tib. c. 76 *Dotat & legata plerique: inter quos virginibus Veſtalibus, ac militibus nonnihil ſis, plebique Romanæ viritim, atque etiam ſeparatim vicorum magiſtris.* Eutropius oppenit *tribus Simul.* Ita enim 9, 15 extr. *Varia deinceps & ſimul & viritim bella geſſerunt*: SIMVL, quatuor principes conjuncti: VIRITIM, ſinguli ſeparatim, jedweder vor ſich. Adde Curt. 6, 2, 15; Sen. Nat. qu. 5, 7; Tac. An. 1, 8, 3; 15, 72, 1; &c. Colum. præfat. 1; Cato apud Feſtum & plures apud Nonium 1, 205.

¶ Viritānus, *a*, *um*, viritim diſtributus: ut, *Viritanus ager*, apud Feſtum, getheilet von mann zu mann.

¶ Virōſus, *a*, *um*, viri appetens, mannhöricht. (Nam *Vireſus* a *Virus* primam producit, vide *Virus.*) uſus Lucilius & Afranius: vide Nonium 1, 80. & Gell. 7, 12.

¶ Viriōſus, *a*, *um*, idem apud Apulejum Met. 9 p. 223 ed. Elmenhorſt. *Sæva, Sæva, virioſa, cervinja, pervicax &c.* In Indice Elmenhorſtius libidinoſa interpretatur. Atque ita etiam codex MS. Oxonienſis, teſte Pricæo p. 505. ¶ 2. Sed *Viriioſus* a *Vis*, *vires*, ductum, quare in *Vis*. Pro *venenatus*, vide in *Virus*.

¶ Viriplăca, *æ*, f. Dea, de qua Valer. Max. 2, 1, 6 *Quoties inter virum & uxorem aliquis jurgii interceſſerat, in ſacellum Deæ* VIRIPLACÆ, *quod eſt in Palatio, veniebant: & ibi invicem locuti, quæ volebant, concordiæ ambarum deſecta concordes revertebantur. Dea nomen hoc a placamento virili ſortita videtur* conf. ad Liv. 2, 7.

¶ Viripŏtens, *tis*, mannbar; ita virgo nubilis, quæ jam ſit viro, ICtis dicitur; e. g. Lege 15 ff. de Verb. ſignif. *virgo viripotens* &c. Et Lege 65 Dig de donat. inter vir. & ux. *quæ nondum viripotens nupſerit.* Vet. Gloſſ. *viripotens, ανδρόγυνος.* ¶ 2. Sed *Jupiter viripotens*, id eſt, viribus valens; dicitur apud Plaut. Perſ. 2, 3, 1, großmächtig; ubi prior longa a *Vis*, *vires*.

Compoſita varia:

¶ Bĭvĭra, *æ*, f. bis viro nupta, vel quæ duos habuit maritos, qua vidua fuit, eine mittwe, die zwey männer gehabt. Varro apud Nonium 2, 83 *Ad biviram venio*, &c.

¶ Centumvir, *i*, m. einer von hundert männern; plural. *Centumviri* Romæ dicebantur judices, penes quos privatorum cauſſarum, ut *hereditatum*, *teſtamentorum*, &c. cognitio fuit: quemadmodum ex Cicerone de Oratore 1, 38 & lege 12 D. de inoffic. teſtam. & lege 80 de lib. leg. conſtare poteſt. Inde *parvas* atque *exiles* centumvirales cauſſas Plin. 2 epiſt. 14 appellavit. Erant hi lecti ex tribubus, terni ex ſingulis, quarum Romæ 35 cum eſſent, revera ex 105 viris judicium illud conſtituebatur. Retinebatur tamen rotundus numerus, quo appellatio commodior eſſet. Hi haſta poſita cogebantur conventu ſolenni: primo a quæſtura functis: deinde decemviris litibus judicandis: inde *haſtam centumviralem* Suetonius pro conventu centumvirorum poſuit. Lucanus Paneg. ad Piſonem v. 41 *Seu trepidos ad jura decem citat haſta virorum, Et formare jubet centeno judice cauſſas.* Suet. Aug. c. 36 *Auctor fuit, ut centumviralem haſtam, quam quæſtura functi conſueverant cogere, decemviri cogerent.* Cæterum præſidebat omnibus prætor: qui & nonnullas cauſſas ſolis delegare decemvinis poterat, obſervante Torrentio ad Veſpaſ. Suetonii c. 11.

¶ Centumvirālis, *e*, den hundert-männern gehörig; ut, *Centumvirale judicium*, Cic. pro Cæcina c. 18. Et, *Centumviralium partes*, Quint. 5, 2. Sic, *Centumvirales cauſſæ*: Plin. 2 epiſt. 14 pr. *Diſtringor centumviralibus cauſſis.* Et ibidem: *Audaces atque etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri ad declamandum huc* (ad centumvirales cauſſas) *tranſeunt tam irreverenter & temere, ut mihi Atilius noſter exoleſcere dixiſſe videatur, pueros ſic in foro a centumviralibus*

libus cauſis auſpicari, ut ab Homero in ſcholiis, vide Cujac. 3 Obſerv. c. 32; Lipſ. ad Suet. Veſp. c. 10; & dicta in *Centumvir*. Eſt & Siccamæ ICti peculiaris de centumviralibus judiciis liber.

¶ Decemvĭri, *orum*, m. pl. penes quos ſumma erat poteſtas & jus ſummum Romæ, die zehen oberſten herren oder regenten. Creati ſunt anno ab urbe condita trecenteſimo & altero, abrogatis conſulibus, legibus ſcribendis, ſed poſt biennium propter Appii Claudii libidinem per tribunos militum abrogatus decemviratus. Vnde Tacitus Annal. 1 pr. *Neque decemviralis poteſtas ultra biennium valuit*. v. Liv. 3, 33 & 51 ſqq. ¶ 2. *Decemviri ſacris faciundis*, qui primum *Duumviri*, demum *Quindecimviri*, ubi vide. ¶ 3. Alii Decemviri creati poſtea, qui judicandis litibus præeſſent. Vnde & *Decemviri litibus*, & apud antiquiores *Slitibus*, quod idem erat, *judicandis* appellati: De quibus Torrent. ad Suet. Aug. c. 36; & Veſpaſian. c. 10. vide & paullo ante *Centumvir*. In ſingulari *Decemvir*. vid. apud Cic. adv. Rullum 2, 7.

¶ Decemvirālis, *e*, den zehen-herren gehörig; ut, *Collegium decemvirale*; *Leges decemvirales*, hoc eſt, Leges XII tabularum, quas decemviri conſcripſerant. *Decemviralis poteſtas*, id eſt, imperium, Tacit. c. l. Sic, *Invidia decemviralis*, Cic. de Clar. Orat. c. 14. *Odium decemvirale*, Liv. 3, 42.

¶ Decemviraliter, adv. i. e. more decemvirorum, wie die zehenherren. Sidon. 8, 6 *Vt decemviraliter loquar*.

¶ Decemvirātus, *ûs*, m. ſubſt. der zehen herren ſtand oder regiment. Liv. 3, 36 *Perpetuo decemviratu poſſeſſum obtinerent imperium*. Idem pluraliter 4, 15 *Conſulatibus, decemviratibus, ſuis majorumque honoribus, &c.*

¶ Dŭumvĭri, *orum*, m. pl. magiſtratus erant Romæ, qui quæſtionibus & rebus capitalibus ac carceribus præerat, quamobrem & *capitales* dicebantur, vid. Liv. 1, 26, & Feneſtella, Lætus, &c. ¶ 2. Alia etiam collegia ad tempus, certæ rei agendæ, conſtituta. Ita Liv. 7, 28 pr. Senatus *Duumviros ad ædem ædificandam* creari jubet, & 9, 30 *Duumviros* nominat *navales claſſis ornandæ reficiendæque cauſſa*. ¶ 3. In municipiis *Duumviri* dicebantur, qui ſummo loco civitati præerant & publicam rem adminiſtrabant: qui Romæ conſules appellati. Quod nominis ibi tantum obtinuit, ut & ſenatoris. Namque in municipiis, qui eo loco & ordine erant, *Decuriones* vocabantur, de quo ſupra monuimus. Cæſ. de B. Civ. 1, 30 *Itaque in præſentia Pompeji inſequendi rationem omittit: in Hiſpaniam proficiſci conſtituit: Duumviris municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant, Brundiſiumque deducendas curent*.

¶ Duumviralis, *e*, l. 1 ff. de alb. ſcribend.

¶ Duumvirātus, *ûs*, m. ſubſt. munus duumviri, apud Plinium 4 ep. 22 pr.

¶ Duumvirālĭtas, *ātis*, f. eadem dignitas, leg. 1 C. de nat. liberis.

¶ Evĭro, *are*, ſolum ex compoſitis verbum, ſignificat virilitatem extecare, entmannen, capaunen. Varro apud Nonium 1, 223 *Eviravit omnes pueros*. Et Catullus de Aty carm. 64, 17 *Et corpus eviraſſe Veneris nimio odio*.

¶ Eviratus, *a, um*, entmannet, weibiſch; ut, *Eviratum corpus*, Arnob. 5 p. 187. Compar. Martial. 5 epigr. 42 *Eviratior ſpadone*. Et Gloſſ. gr. lat. ἀποκοπος, ὁ εὐνοῦχος, *eviratus*, ein verſchnittener.

¶ Evirātio, *ōnis*, f. die entmannung, entkraftung. Plin. 29, 1 *Eviratio pilorum*, id eſt, abraſio, & hic virilitatis ablatio.

Multivĭra, vide ſupra in *Multus*.

¶ Quatuorvĭri, *orum*, m. pl. die vier-herren; & *Quatuorvir*, qui ex illo collegio eſt. Lege 2 § 30 Dig. de Orig. Iur. *Quatuorviri, qui curam viarum gererent*. Erant etiam in quibusdam coloniis & municipiis *Quatuorviri*, ut in aliis *Duumviri*, qui poteſtatem quaſi conſularem habebant. Cicero 13 epiſt. 76 inſcripſit: *Quatuorviris & Decurionibus*, ſcil. Fregellanis. vide ibi Manutium.

¶ Quatuorviratus, *ûs*, m. ſubſt. dignitas IVvirorum, das amt der vier-herren. Vius eſt Aſin. Pollio Ciceroni 10 fam. 32.

¶ Quinquĕvĭri, *orum*, m. pl. collegium quinque virorum, non unius generis. Erant enim & nobiliſſimi quidem, *Quinqueviri dividendo agro*, Liv. 6, 12. *Quinqueviri menſarii*, Idem 7, 21, penes quos cura rei fœnebris erat. *Quinqueviri muris turribusque reficiendis*, Liv. 25, 7, & *Quinqueviri ex Iiberim & ultra*, Lege 2 § 31 Dig. de Orig. Iuris. & *Quinqueviri minuendis publicis ſumtibus*, Plin. 2 epiſt. 1 n. 9, ad quem locum vide a Cellario notata. In ſingulari Cic. Acad. 4, 44 *Neſcio anne quinquevirum quidem quemquam eſſe niſi ſapientem*. Et Horat. 2 ſat. 5, 56 *Plerumque recoctus Scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem*.

¶ Quinquevirātus, *ûs*, m. ut, *Duumviratus, Decemviratus, &c.* quinque virorum dignitas, Cic. Attic. 9, 2. Ipſe *Quinqueviratus* Ciceroni oblatus a Cæſare. vide eumdem de Provinc. Conſul. c. 17.

¶ Quindecimviri, *orum*, m. pl. funfzehen-herren, magiſtratus erant Romæ, ſoli jus habentes, libros Sibyllinos inſpiciendi, Lactant. 1, 6. conf. Tac. An. 3, 64, 3; & 6, 12, 1. Hic notandum, Tarquinium in principio duos tantum conſtituiſſe; poſt auctus A. V. C. 388 eſt illorum numerus, & a denario numerus *Decemviri* dicti ſunt: Poſtea ad XV numerus accrevit A. V. C. 675. Et hoc nomen illis manſit temper immutatum, etiamſi poſtea XL fuerint numero, notante Servio, etiam tempore Chriſtianorum; vid. Blondellus de Sibyllis, Salmaſ. ad Flav. Vopiſc. Aurelianum c. 20. Patitur hæc vox etiam tmeſin, nec ſine elegantia, poëtis ſaltem decora & grata. Horat. Carm. Seculari v. 70 *Quindecim Diana preces virorum Curet*. In ſingulari Suet. Cæſ. c. 79 *Fama percrebuit L. Cottam quindecimvirum ſententiam dicturum*.

¶ Quindecimvirālis, *e*; ut, *Sacerdotium quindecimvirale*, Tacitus Annal. 11, 11, 3; & 15, 12, 1.

¶ Quindecimviratus, *ûs*, m. das amt der funfzehen-herren. Lamprid. in Alex. Severo c. 49 *Pontificatus & quindecimviratus & auguratus codicillares fecit, ita ut in ſenatu allegerentur*.

¶ Sēmivir, *i*, m. effœminatus, weibiſcher mann; ut, *Phryx ſemivir*, Virg. Æn. 12, 99, Paris eſt, noto convicio. ¶ 2. Exſectus, caſtratus, ein verſchnittener. Martial. 9 epigr. 21 *Semiviri poterant qualia ferre Phryges*. Quod ortum haud dubie a ſacris magnæ matris in Phrygia per Gallos celebratis, de quibus Silius quoque 17, 20 *Semivirique chori, &c.* Et Virg. Æn. 4, 215 *cum ſemivir comitatu* iterum ad exſectos illos Cybeles cultores reſpicitur. vide interpretes. ¶ 3. Pathici etiam & obſcena operantes ita appellantur. Liv. 33, 28 *Errare homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiviros crederent*, quos paullo ante *molles viros*, item *obſcenos viros* dixerat. ¶ 4. Eſt & ubi ſemihominem ſignificat, ein halber menſch. Ovid. de Arte am. 2, 24 de Minotauro. *Semibovemque virum, ſemivirumque bovem*.

¶ Sevir, *i*, m. quaſi *Sexvir*, dignitatis nomen; ut, *Duumvir, Decemvir, &c.* einer von den ſechs-herren. Capitol. in Antonino Phil. c. 6 *Conſulem ſecum Pius Marcum deſignavit, & Cæſaris appellatione donavit: & ſevirum turmis equitum Romanorum jam conſulem deſignatum creavit*. Quærit Hermannus Hugo de Militia Equeſtri 5, 2, an *Sevir* hoc loco idem ſit, qui alias *Magiſter equitum*, id eſt, ſummus præfectus appellabatur. Et quamquam nihil definit, adjicit tamen: *Oportet fuiſſe ſplendidum omnino magiſtratum, qui conſuli daretur, & equitatui Romano imperabat*. Atqui non unus ſevir in equeſtri militia, ſed plures fuere: videnturque adeo ſingulæ turmæ *Seviros* ſuos habuiſſe. Nam in antiquis inſcriptionibus SEVIRVM PRIMAE, SEVIRVM QVINTAE TVRMAE legas. Eorumque alios SENIORES, alios IVNIORES appellatos, perinde ex antiquis lapidibus apparet. Ac potuit Marcus *Sevir* creatus turmæ ab Antonino Pio, ſed cum eminentia quadam & auctoritate in *Seviros* cæteros ſive collegas fuiſſe. Vnde non *Turma*, ſed *Turmis* Capitolinus dicit. Sane communem dignitatem cum aliis habuiſſe, ipſe Capitolinus ſignificat, cum ſtatim ſubjicit: *Et edenti (Marco) cum Collegis ludos Sevirales aſſedit*. Quicquid fuit, collata hæc dignitas in Plinium quoque Secundum a Trajano fuit. Nam duæ apud Gruterum Inſcriptiones habentur, quæ id atteſtantur, in quarum altera SEVIR EQVITVM: in altera SEVIR EQVITVM ROMANORVM appellatur. Videtur & SEVIRORVM quorundam dignitas civilis fuiſſe. Nam & SEVIR IVRI DICVNDO: & SEVIR VRBANVS in antiquis lapidibus non ſemel legitur. Videas ibi & SEVIROS AVGVSTALES nominari. Qui, an ſacerdotali, an militari dignitate fuerint, non liquet. AVGVSTALES enim & ſacerdotes, & militum genus appellati. vide ſupra AVGVSTVS, in *Augeo*; & conf. Petron. c. 30 & 57.

¶ Sevirālis, *e*, ad Seviros ſpectans; ut, *Sevirales ludi*, Capitol. in Marco c. 6, quos *Seviri* ob adeptum honorem edebant. ¶ 2. Subſtantive *Seviralis* idem qui *Sevir*. Vetus Lapis apud Gruter. p. 1 P. NVMERIVS MARTIALIS ASTIGITANVS SEVIRALIS. Significat Aſtigi (urbis Hiſpan. nomen) *Sevirum* fuiſſe.

¶ Sevirātus, *ûs*, m. ſubſt. dignitas ſevirorum. Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 400 n. 7 HIC PRO SEVIRATV IN REMP. DEDIT HS ∞ ∞ &c. Petron. cap. 71 *Huic ſeviratus abſenti decretus eſt*.

¶ Septemvir, *i*, m. einer aus den ſieben herren. Septemvirorum officium erat, facere epulare ſacrificium vel convivium ludorum, quamobrem & *Septemviri epulonum* nominabantur, Cic. de Orat. 3, 19. Feneſtella, Pomp. Læt. de magiſtratib. Romanis. Vide de iis, eorumque dignitate Buchnerum ad 1 lin. 10 epiſt. 8 n. 611. Aliis etiam rebus judicandis adhibitos, docet locus Livii jam laudandus.

¶ Septemvirālis, *e*, den ſieben-herren gehörig; ut, *Septemvirale judicium*, apud Livium 24, 45.

¶ Septemviratus, *ûs*, m. ſubſt. ſeptemvirorum dignitas, das amt der ſieben-herren, Cic. Phil. 2, 38. conf. Plin. 10 epiſt. 8.

¶ Tresvĭri, m. pl. iidem qui *Triumviri*, die drey-männer. Plaut. Amph. 1, 1, 3 *Quid faciam nunc, ſi Tresviri me in carcerem compegerint?* conf. Idem Aul. 3, 2, 2. Sic, *Tresviri epulones*, Cic. de Orat. 3, 19. Pompon. l. 2 § 30 π. de O. I. Inprimis elegans jocus eſt Ciceronis fam. 7, 13, ubi ad Trebatium ICtum, verbis e juris diſciplina petitis, *Trevias* (Galliæ populos pugnaces) *vites cenſeo. Audio capitales eſſe*, (i. e. caput & vitam petere, alluſione ad capitales Triumviros facta, de quibus ſtatim) *malleum aureo, ære, argento eſſent*, (ſcil. his metallis divites, cum reſpectu ad Triumviros A. A. A. F. F. id eſt, auro, argento, æri flando, feriundo). ¶ 2. *De Trevĭris* vide ſupra ſuo loco.

¶ Triumvir, *i*, m. pl. *Triumviri*, erant tres viri ſive collegæ, magiſtratum, qui Triumviratus dicebatur, gerentes, die drey-herren. Alii igitur præerant monetis & humulariis; Hinc *Triumviri menſarii* dicti, Liv. 26, 16, 23, 21; & *monetales*, Cic. Att. 10, 11; & L. 2 § 30 ff. de Orig. I. vid. Spanh. diſſ. 10 p. 167 ſq. Alii præerant carceribus, ideoque *Triumviri capitales* nominabantur; Cic. in Orat. c. 46; Liv. Epit. 11; Val. Max. 6, 10, 10; Varr. de L. L. 4, 14. Ibid. forte vigilias circumeuntes & incendia prohibentes *Triumviri nocturni* dicti, Val. Max. 8, 1 de damnatis n. 6. Certe eosdem fuiſſe *triumviros* & *capitales*, non improbabilis eſt ſententia L. A. Hambergeri diſſ. 1 de incendiis p. 4 & Aegyptii ad SC. de Bacchanal. p. 113. Alii *Triumviri epulones*, Liv. 32, 28. *Triumviri ædibus ſacris reficiendis*, Liv. 25, 7. Sed & *Coloniæ deducendæ Triumviri* dicebantur, eratque officium eorum, ut agros novis colonis dividerent, urbes deſignarent, ædificare volentibus areas partirentur, commodis regionibus civitatem diſtinguerent, & ad ſpeciem optimi tabernaculi reſp. effingerent. vid. Liv. 9, 28; 32, 2; & Feneſtell. de Magiſtratibus Romanis. Sic, *Triumvir Tubero*, apud Cic. de Clar. Orat. c. 32. *Triumviratum legendi ſenatus*, & alterum *recognoſcendi turmas equitum* inſtituit Auguſtus ap. Suet. c. 37 Ac ſiquidem omnes minores, partim etiam extraordinarii magiſtratus erant, ſi ab iis, quos ultimo loco memoravimus, diſceſſeris. ¶ 2. Aliter *Triumviri* dicebantur *Octavianus, Antonius, Lepidus*. Hi enim non legitimum magiſtratum gerebant, ſed oppreſſerant tempubl. diviſe-

rantque inter se, *Triumviros constituendæ reipubl.* se appellantes. Suet. Aug. c. 27. Itaque *conspiratio* & *dominatio* erat, ut appellat Florus, (Dion. τριαρχίαν dixit) non ordinarius magistratus. Lege præter alios Florum 4, 2, 12 seqq. Corn. Nepos 25, 12, 2.

¶ Triumvirālis, *e*; ut, *Triumviralis proscriptio*, Sen. de Benef. 2, 11; & Lactant. 2, 4 extr. *Triumvirale supplicium*, Tac. An. 5, 9, 3. Et, *Sectus flagellis triumviralibus*, Horat. epod. 4, 11.

¶ Triumvirātus, *ūs*, m. dignitas & munus triumvirorum, das amt der drey-herren. Vellejus 2, 86, 2 de Augusto Cæsare: *Initio triumviratus sui.* Et Florus 4, 6, 3 de Antonio & collegis: *Nullo bono more triumviratus invaditur.* Pluraliter Livius 9, 46 *Tribunatu ante gesto, triumviratibusque.*

¶ Vigintiviri, *orum*, m. pl. magistratus fuit apud Romanos & collegium tot virorum, die zwantzig-herren, Cic. ad Attic. 2, 7.

¶ Vigintiviratus, *ūs*, m. subst. das amt der zwantzig-herren, Cic. Attic. 9, 2; & Tac. An. 3, 29, 1.

¶ Undecimviri, *ōrum*, m. pl. dici possunt judices, quibus Athenis cura carceris & suppliciorum demandata, die eilff-herren. vide Sigon. de Rep. Athen. 4, 3 *οἱ ἕνδεκα.* Adde Vbb. Emmii Tom. 3 Græciæ Veter. p. 50 & 51.

¶ Univīra, *æ*, f. quæ semel tantum nupsit, uni tantum viro conjuncta, *μονόγαμος*, die einmal gefreyet. Legitur apud Tertull. Exhortatione ad castitatem & de Monogamia, utriusque libri fine: & ad Uxor. 1, 7. Item apud Hieronymum adv. Iovian. 1, 6, & Minuc. Felicem 24, 5, de quo in *Multivira* videas, supra in *Multus*. Tales autem præcipuo honore habebantur & privilegiis quibusdam gaudebant, de quo Tertullianum lege allegato loco, & Meursium Mantissa ad lib. de Luxuria Rom. c. 10. ¶ 2. In veteri lapide, quem laudat Meursius, non *univira*, sed *univiria* vocatur. Qua voce Trebellius etiam Pollio in Tito sive Tyrann. c. 32 usus. Multæ tamen inscriptiones aliæ reperiuntur, in quibus est VNIVIRA, vide Gruter. p. 748 n. 4, & p. 1141 n. 1, & Reines. p. 742 &c. ¶ 3 Est autem vere adjectivum, sub quo *mulier* auditur. Hinc aliis quoque nominibus applicari potest; v. g. *Vnivira viduitas*, apud Tertullian. adv. Psychic. c. 8.

¶ Univiratus, *ūs*, m. subst. status univirarum, sive *μονογαμία*, die ehe mit einem einigen manne. Tertullian. ad Uxor. lib. 1 extr. & lib. 2 initio; & de Cultu c. 13.

Virago, viratus, &c. vide supra in *Vir*.

VIRBIVS, *i*, m. sic dictus Hippolytus, ab Æsculapio in vitam restitutus, quasi *bis vir*. Fabulam Virg. Æn. 7, 762 seqq. recenset, occasione filii, quem patri cognominem finxit. conf. Ovid. Met. 15, 544. *Virbius divus*, apud Liv. 1, 48, ubi v. interpretes, & Cluv. Ital. Antiq. L. 3 c. 4 p. 930.

VIRDŌMĀRVS, *i*, m. Gallorum rex, de quo cæso Claudius Marcellus opima spolia Iovi Feretrio consecravit. vid. Propert. 4, 11, 39.

Virectum, vide *Viretum* in *Vireo*.

VIRĔO, *ui*, *ēre*, grünen. Virg. eclog. 7, 59 *Phyllidis adventu nostræ nemus omne virebit.* Ovid. Metam. 2, 777 *Pectora felle virent &c.* ¶ 2. *Virere* & *Nitere* sæpe a librariis permutantur. vide Burm. ad Quinct. decl. 12, 13 p. 254.

¶ Virens, *tis*; ut, *Virentes campi*, Horat. 2 od. 5, 5. *Virentis cultor agelli*, Idem Art. poët. v. 117. *Stagna virentia muscо*, Virg. Georg. 4, 18. *Perpetuæque virens buxus*, Ovid. Met. 10, 97. Translate Iustin. 43, 5, 4 *Viriam gloria virente florere.* Idem 30, 4, 15 *Ferre in eadem virentem recentibus experimentis virtutis florem.*

¶ Virescо, *ĕre*, anheben zu grünen, grün, frisch werden. Virg. Georg. 1, 55 *Injussa virescunt Gramina.* Et Ovid. Met. 4, 394 *Cæpere virescere telæ.*

¶ Vireo, *ōnis*, f. avicula, quæ & *Viridia* dicitur & Græcis *χλωρίς*, *chloris*, ein grunling, grünfinck; item, ein hirẽfinck; vescitur enim milio, Plin. 15, 9. ¶ 2. Sed, *chlorion* seu *chloreus avis* alia est, turturis magnitudine. vide *Chlorion*. Neque acanthis seu liguri nus, (ein zeisig,) vireo est vel chloris, Gesnerus.

¶ Virētum, vel Virectum, *i*, n. locus herbis virentibus amœnus, ein grüner ort. Virg. Æneid. 6, 638 *Devenere locos lætos, & amœna vireta.* Et Prudentius Cathem. hymno 3, 101 *Tunc per amœna virecta jubet, Frondicomis habitare locis.* Sed, *Lætissima vireta*, Apul. Met. 4, 411. Et Tertull. de Iudicio Dom. c. 7 *Per semper amœna virecta.*

¶ Virēdo, *inis*, f. viridis color, grüne farbe. Guil. Brito 10, 699 *Tot latera ambiti livere viredine ferri.*

¶ Viridō, *āre*, grün bemahlen. Ovid. Halieut. v. 90 *Vada subnata viridantur ab herbis.*

¶ Viridans, *tis*, grünend, grün, participium sine verbo, exstat aliquoties apud Plinium, ut 4, 8 *Intus sua luce viridante allabitur Peneus.* conf. 3, 8 & Virg. Æn. 5, 539 *Sic fatus cingit viridanti tempora lauro*, id est, viridi seu virenti lauro. Ibidem v. 388 *Proximus ut viridante toro consederat herbæ.*

¶ Viridĭcans, *antis*, simile participium apud Tertullian. de Pudicit. c. 20 *Viridicantes & rubescentes.*

¶ Viridĭsātus, *a*, *um*, viridibus consitus, grün ausgeschlagen; ut, *Silva viridisata*, Cic. ad Qu. Fratr. 3, 17.

¶ Viridārium, *i*, n. idem quod *Viretum*, locus scil. herbis & plantis virentibus amœnus, ein lustgarten, pflantzgarten, apud Plinium 18, 2; Suet. Tib. c. 61. Cels. 1, 2; Cic. Att. 2, 3; Petron. c. 9 p. 39. vide Erh. ¶ 2. Scribitur & *Viridiaria*, ut lege 26 Dig. de instruct. & instrum. leg. ¶ 3. In Inscript. denotat sepulcrum, ut apud Fabrettum p. 225 IN VIRIDARIO PARTIS P. XIX. M. LIVIVS M. L. CASSIVS DON.

¶ Viridānius, *i*, m. Ulpiano ICto est servus, qui hortos curat, ein gärtner.

¶ Virĭdis, *e*, cui vigor suus adhuc inest, grün, frisch; ut, *Viridis ætas*, Colum. præt. lib. 1. *Viridis juventa*, Virg. Æn. 5, 295. Huic opponitur *aridum, marcidumque*, item *vetustum*. Comparat. *Succus viridior*, in arboribus, Pallad. 4 tit. 10. Et *Viridissima pars corticis*, Colum. 4, 22 *Viridissimus ira*, i. e. plenus recente ira, Sil. 5, 570. Et, *Viridissimo nupta flore puella*, Catull. 17, 14. ¶ 2. Unde *Viridis* pro juvene ponitur, juna. Seneca excerptis controversiar. lib. 4 præfat. *Audivi illum & viridem, & postea jam senem.* conf. Barth. ad 6 Theb. Statii p. 422 & 423. Sic, *Viridia ligna & humida*, Cic. Verrina 1, 17. Plin. 7 epist. 24 *Namidia Quadratilla decessit usque ad novissimam valetudinem viridis*, id est, firma & integris viribus. v. ibi Buchnerum. *Viridis limus* ficco & cocto opponitur in illo Persii 5, 21 *Sonat vitium percussa, maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo.* ¶ 3. Sed, *Viridis color*, *Virides smaragdi*, *pratum viride*, grün. Plin. 8 epist. 20 *Color cæruleo albidior, viridior.* Et, *Riparum vestitus viridissimi*, Cic. de Nat. D. 2, 30. *Campi & colles viridissimi*, Cic. Verr. 3, 18. Et, *Viridissimo colore*, Vitruv. 7, 14. ¶ 4. *Virides Dracones*, id est, venenati, Stat. Theb. 2, 279.

¶ Viridia, *ium*, n. pl. subst. id est, *viridaria*, grüne lustige örter. Ita loca virentibus herbis consita Vitruv. 5, 9 *Viridia* vocat. conf. Idem 6, 6. Itaque pro *Viridaria* apud Phædrum legendum est 2, 6, 14 *Præambulante læta domino viridia.* Aliter enim versus haud constat. Et Seneca epist. 86 *Cisterna ædificiis ac viridibus subdita.* Ac Plinius junior 5 epist. 6 *Ambulatio pressis varieque tonsis viridibus inclusa.* ¶ 2. Sed apud Columellam 12, 57 *Viridia* sunt herbæ virides, grüne kräuter.

¶ Viride, adverb. grünlicht. Plin. 37, 8 *Callais viride pallens.* Compar. Id. de Smaragdis 17, 5 *Nihil omnino viridius comparatum illis viret.*

¶ Virideſco, *ĕre*, grün werden, Gloss. gr. lat. *Θάλλω*, *Virideſco*, *Vireo*.

¶ Viridiānus, *i*, m. Deus Narniensium, Tertull. Apol. c. 24.

¶ Viriditas, *atis*, f. vigor & vis, quæ corporibus inest, quam senectus aufert, die junge kraft. Cic. Tusc. 3, 31 *Vis quædam inest, & viget, & habet viriditatem.* Et de Amicit. c. 3 *Senectus aufert viriditatem.* ¶ 2. Viridis color, das grüne; ut, *Viriditas pratorum*, Cic. de Senect. c. 16. *Viriditas maris*, Plin. 37, 5.

¶ Viror, *ōris*, m. idem. Palladius Iunio tit. 12 *Cui adhuc superest aliquid de virore.* Apul. 2 Florid. p. 348 *Pratorum virores.* Idem de Herb. c. 124 *Semen in virore constitutum.* Vopiscus in Probo c. 19 *Circus ad silvæ consitæ speciem gratia novi vironis effronduit.* Tertull. de Pallio c. 3 *Lini herbida post virorem lavacro sinescunt.* Et Fortunatus lib. 3 de Vita Martini sub fin. *Luminis ac varios spargens diadema virores.*

Composita:

¶ Convireſco, *ere*, grüne werden, apud Augustinum.

¶ Evireſco, *ĕre*, herfür grünen. Varro apud Nonium 2, 258 *Exsanguibus dolore vis ejus eſſet colos.*

¶ Intervireo, *ēre*, id est, inter alia virere, darzwischen grünen. Claudianus de Iride lib. 2 Rapt. Proserp. v. 100 *Semita discretis interviret humida nimbis.* Et Stat. Theb. 4, 98 de angue: *Lætisque minax interviret herbis.*

¶ Pervireo, *ēre*, semper virere, stets grünen. Paulinus Nolanus paraphrasi Psalmi 1, 11 *Et fronde nunquam defluente, pervirens, Stabit perenni vividum lignum coma.*

¶ Pervirĭdis, *e*, valde viridis, sehr grün. Plin. 6, 22 *Mare colore perviridi.* Et Pomp. Mela 2, 5 *Campus minuta arundine gracilique perviridis.* Agit de Narbonensi Gallia circa Salfulas. Adde Solin. c. 66.

¶ Præviridis, *e*, idem. Frontin. de Aquæduct. lib. 1 p. 223 edit. Keuch. *Stagnino colore præviridi.*

¶ Præviridans, *tis*, sehr grün, sehr jung. Laberius apud Macrob. 2, 7. *Cum vigebam membris præviridantibus.*

¶ Revireo, *ēre*, idem. Aubinovanus de Mæcenatis morte v. 113 *Redditur arboribus florens reviventibus ætas.*

¶ Revirescо, *ĕre*, quod est denuo virescere, vel renovari, sich verjüngen. Colum. 2, 1 *Senectus cum semel invasit, regressum non habet, nec revirescere, nec repubescere potest.* Cic. de Provinc. Consul. c. 14 *Ad renovandam bellum revirescere.* Sil. 15, 134 *Pars credent torvos patrui revirescere vultus*, id. est, revivisсere, vide Nic. Heins. & Drakenb.

¶ Revirĭdo, *āre*, wieder grün machen, erneuern; ut, *Reviridare aridos flores*, Vulg. Interpr. 4 Esdr. 5, 36.

¶ Semiviridis, *e*, halbgrün. Cyrilli Glossarium: *Semiviridis*, *ἡμιθαλής*, *ἡμίχλωρος*.

¶ Subviridis, *e*, aliquantum viridis, etwas grün. Plin. 25, 9 de obscura herba quadam: *fruticosa, foliis subviridibus, flore roseo.* Idem 7, c. 10 *Balaustiæ* (gemmæ) *duo genera habent, subvirides, & Corinthii æris similitudine.*

Vires, vide *Vis*, Viretum, *Vireo*.

VIRGA, *æ*, f. a virore, ῥάβδος, eine ruthe, ein stab. Iuvenal. sat. 7, 210 *Metuens virgæ jam grandis Achilles, Cantabat patriis in montibus.* Cic. pro Rab. c. 4 *Portia lex virgas ab omnium civium Rom. corpore amovit; hic flagella retulit.* Et *Cedere virgis usque ad necem*, Cic. Verr. 3, 29. Et Ovid. Metam. 15, 474 *Volucres viscata fallere virga*, mit leimruthen. ¶ 2. Apud Ovid. Am. 3, 1, 34 *In manibus Elegiæ est virga myrtea.* De qua canentium virga Cælius ant. lect. 7, 29, ubi etiam Apuleji *carmen virgæ aptum* interpretatur. v. Suet. Ner. c. 27. ¶ 3. *Virga censoria*, obnoxius est, nota scil. negligentis & improbati versus: Sic, *Versus notare censoria virga*, Quintil. 1, 4. ¶ 4. *Purpureæ virgæ* Ovid. A. A. 3, 269, sunt vestis virgata.

¶ Virgula, *æ*, f. diminut. Cic. Phil 8, 8 C. *Popilius Antiochi legatum virgula stantem circumscripsit, &c.* Sen. Qu. Nat. 1, 7 *Virgula vitrea, fricta, in medium clavæ incisa.* Nepos 8, 4, 1 *Huic honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis.* Et Cic. Off. 1, 44 *Omnia, quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut ajunt, fuppeditari*, hoc est, citra humanam operam divinitus quasi & per miraculum. vide Chimad. ¶ 2 *Virgula divina*, etiam vulgo dicitur, qua venæ metallicæ perquiruntur, die wunschel-ruthe, Agricol. Fit ex furcula bubula communi, & in exploratione venarum

rum auri argentive inclinat ſeſe eo, quo ſub terra venæ feruntur atque incedunt. vid. Henninii obſervat. ad Tollii epiſt. itiner. 5 p. 217-235. ¶ 3. De *virgula cenſoria Grammaticorum*, i. e. obelo, Quint. 1, 4 p. 38, & quos ibi laudat Burm.

¶ Virgārius, *i*, m. lorarius, qui virgis & loris cædit, ein ſtecken-knecht, hunde-peitſcher. Gloſſ. gr. lat. ῥαβδοῦχος, *lictor, virgarius.*

¶ Virgātor, *ōris*, m. idem. Plaut. Aſin. 3, 2, 19 *Cauſſam dicere adverſus valentes virgatores.*

¶ Virgātus, *a, um*, h. e. ſcutalatus, ubi vid. ſtriemicht, ſtreifficht; ut, *Sagula virgata*, hoc eſt, diverſorum colorum, velut virgis variegata & diſtincta, Virg. Æn. 8, 660. Sic, *Veſtes virgatas auro* pro lineis aureis diſtinctas Silius 4, 155. De quibus egere, quos laudat Drakenb. ad h. l. & Brouckh. ad Tib. 2, 6, 36. Idem Sil. 5, 148 *Virgato corpore tigrin* vocat, i. e. maculis oblongis diſtincto. Huc ref. Sen. Herc. Oeteo v. 145 *Te fera Caſpias, Quæ virgata tibi præbuit ubera*; ſubaudi, protulit, genuit. vide Scalig. Conject. p. 67; Salmaſ. in Vopiſcum. conf. Val. Flacc. 2, 159.

¶ Virgŭlātus, *a, um*, a *Virgula*, idem. Plin. 9, 33 de concharum generibus: *Iam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, &c.*

¶ Virgeus, *a, um*, aus ruthen; ut, *Virgea vilisque ſupellex*, hausgeräthe von körben, Virg. Georg. 1, 165. Idem Æn. 7, 463 *Flammam virgeam* dixit, ein feuer von reißholtz. Colum. 1, 6 *Supe poſitis virgeis eratibus tegere.* conf. Idem 7, 3; & 11, 3; & Pallad. Nov. t. 7.

¶ Virgōſus, *a, um*, virgarum plenus, abundans, voll ruthen, reiſicht. Palladius 1 tit. 24 *Virgoſus frutex.*

¶ Virgētum, *i*, n. locus virgis ſ. arbuſculis conſitus, arboretum, ein baumgarten, Cic. de Legib. 2, 8.

¶ Virgultum, *i*, n. idem. Virg. ecl. 10, 7 *Teneræ attondent virgulta capellæ.* Et Georg. 2, 328 *Reſonant avibus virgulta canoris.* Cic. pro Cælio c. 18 *Via interclusa frondibus & virgultis.* Id. Divin. c. 24 *Omnia arboſta, virgulta, tecta pervertere.* Pallad. Ian. 13 *Locus, qui mifera virgulta produxerit.* conf. Sen. Qu. Nat. 3, 27.

¶ Virgulta, *æ*, f. Ita *virgultam vallem* per appoſitionem dixit Sil. 12, 354; ut ex MSS. fide eſt in edit. Drakenb. qui eandem rationem in fragm. Salluſtiano invenit. Adde Lutat. ſeu Lactant. Narrat. Babul. L. 4 fab. 19.

¶ Virgindēmia, *æ*, f. virgarum apparatus, vel demtio, vel decerptio ob verbera, ein ſchilling. Ita Nonius 2, 906 explicat; ubi & Varro: *Scapulæ metuunt virgindemiam.* Et Plaut. Rud. 3, 2, 22 *Vbevem ſperare almeam virgindemiam.* Apparet autem, eſſe comicam verborum laſciviam, cum reſpectu ad vindemiam.

VIRGILIVS, *i*, m. poëta primi inter latinos loci & auctoritatis, Mantuanus fuit, natus idus octobris Pompejo & Craſſo Coſſ. Adolescens litteras diversis in locis didicit; ut Mantuæ, Cremonæ, Neapoli. Romam venit occaſione amiſſorum in bello civili agrorum, quos ſolus ipſe, cum cæterorum inter milites fundi diſtributi eſſent, ab Auguſto recepit, adjutus patrocinio Mæcenatis & Pollionis, quibus cariſſimus fuit. Scripſit Bucolica Pollione ipſum hortante atque emendavit triennio. Georgica abſolvit annis ſeptem, cum id ei argumentum propoſuiſſet Mæcenas. Æneida rogatus ab Auguſto ſcripſit quidem annis undecim, ſed inemendatam reliquit, ac moriens juſſit cremari, cui voluntati ejus Auguſtus reſtitit, Tuccæ & Varo emendatione commiſſa. Mortuus eſt Brunduſii X Calend. Septembr. morbo ex ſoliſ æſtu contracto, in reditu ex Græcia cum Auguſto, anno ætatis ſuæ 52. Vide Virgilii vitam diverſe ab aliis atque aliis expoſitam. Quintil. 10, 1 p. 904 Burm. *Vt apud Græcos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium, omnium ejus generis poëtarum græcorum noſtrorumque, haud dubie proximus. Vtar enim verbis iisdem, quæ ex Afro Domitio juvenis accepi, qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, Secundus, inquit, eſt Virgilius, propior primo quam tertio. Et hercle, ut illi naturæ cœleſti atque divinæ cesſerimus; ita curæ & diligentiæ vel ideo in hoc plus eſt, quod fuit ei magis elaborandum &c.* Hujus ſapientiam ac eruditionem ita admiratus eſt Severus imperator, ut eum ſicut Lampridius c. 31 prodidit, *Platonem poëtarum* appellaret, quo elogio Panætius antea Homerum condecoraverat. Proximus autem ſecundusque Homero reſpectu ingenii eſt, judicio atque prudentia admodum prior. Quare ſoli ei Scaliger cenſuit ponendas aras, qui multus fuit in obſervandis notandisque ejus virtutibus, quibus omnibus antecellit. Et eſt ſane in ea re mirigne ejus ſcitum, cum ait: Homerum inſtar habere mulieris aulicæ, quam nihil non audentem, nihil fere etiam dedeceat: At Virgilium honeſtæ matronæ, qui nihil ſibi non examinatum admittat. *Optimus olim Virgilius*, Horat. 1 ſat. 6, 54. *Virgilius amantiſſimus vetuſtatis*, Quintil. 1, 7. Vide, quæ de ſeipſo ſcribit Virg. Georg. 4, 563, & quæ Crinitus in ejus vita lib. 3 de poëtis latinis.

¶ Virgiliānus, *a, um*, adject. Plinius præfat. ad Veſpaſianum: *Virgiliana virtute.* Et Quintil. 1, 3 *Habendum in animo ſemper Virgilianum illud: Adeo a teneris conſueſcere multum eſt.*

Virgiliocentōnes, vide ſupra in *Cento.*

¶ Virgiliomaſtix, ut *Homeromaſtix*, fumitur pro detractatore & vituperatore Virgilii.

Virginal, virginarius, vide *Virgo*, Virgindemia, *Virga*, Virgineus, *Virgo.*

VIRGĪNIA, *æ*, f. L. Virginii Centurionis filia, quam ſtupro deſtinatam ab Appio Decemviro pater in medio foro occidere maluit, quam pati, ut in fœdam ſervitutem abduceretur. Qui mox adſcitis militibus in ſocietatem, aggreſſus Decemviros, ſuperbam eorum dominationem oppreſſit. Lege Livium 2, 31 &c. Iuvenal. 10, 294 *Cuperet Rutilæ Virginia gibbum Accipere atque ſuum* (faciem, formam) *Rutilæ dare.*

VIRGINIVS, Rhetor & orator Romanus, de quo Burm. ad Quint. 3, 1 extr. add. 3, 6 p. 249.

Virginitas, Virgino, are, vide ſequens *Virgo.*

VIRGO, *ĭnis*, f. a viridiore ætate, auctore Servio, dicta, quæ nondum eſt conjux, eine jungfrau. Cic. de Clar. Orat. c. 96 *Domi teneamus eloquentiam tueamurque ut adultam virginem caſte. Virgines* Deorum, præſertim Apollinis cultui deſtinabantur. Brouckh. ad Tib. 2, 5, 64 *Virginem feſtinare* quid ſit, dicimus in *Feſtino.* ¶ 2. Ponitur & pro ea aliquando, quæ peperit. vide Taubm. ad Plaut. Ciſt. 2, 3, 77; & Parei Lex. Crit. p. 1014 in *Puella.* Burm. ad Calp. Flacc. declam. 49. Drakenb. ad Sil. 3, 435. ¶ 3. Ponitur & pro filia: ſicut, *Puer, adoleſcens*, pro filio, Nepos 15, 3, 5 *Cum virgo amici nubilis propter paupertatem collocari non poſſet &c.* Martial. 3 epigr. 58 *Grandes provorum virgines colonorum*, id eſt, natæ. ¶ 4. A patribus & virili ſexui tribuitur, deque iis dicitur, qui expertes conjugii Veneriſque ſunt: Sic *Virginem maritum* dixit Chryſologus ſermone CLXIIX. *Virginem puerum* Paulinus Epithal. in Iulianum & Titiam, ut Lindebrogius notat: *Virginem diſcipulum*, Hieron. ad Euſtoch. S. Iohannem intelligens. Idem Apologia pro libris adverſus Iovianum: *Chriſtus virgo, virgo Maria, utriuſque ſexus virginitatem dedicavere. Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes: epiſcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe poſti ſacerdotium æternum pudici.* Adde Freinshem. ad Curt. 5, 1, 38; Phil. Caroli Var. Lect. 1, 1; Lotich. ad Petron. not. p. 178. Forte huc pertinet etiam Samon. 168 *obſcenos ex virgine rores.* vid. intt. ¶ 5. Metaphorice notat res incorruptas. Ita *virgo porca*, Mart. Xen. 53. *Bucula*, Arnob. p. 133 Elmenh. *Hoſtia*, ibid. p. 135. Ita Plin. 33, 3 ſ. 15 *Terra virgo*, unde nihildum metalli eſſoſſum. Sed Firmicus *Terram virginem*, unde Adam creatus, nominat, quod nondum ſupra terram pluerat: Et Tertullianus de Ieiuniis c. 6 pr. *Salivam virginem*, nüchterner ſpeichel. Idem Apologia c. 9 *Quidam ſecuriores totam vim hujus erroris* (de inceſtu Chriſtianorum) *virgine continentia depellunt, ſenes pueri.* Adde ibi Rigalt. not. *Procudus noſter virginis ſenectæ*, ap. eund. Tertullianum in Valent. i. e. viridis & crudæ. In Inſcript. apud Fabrettum p. 53 legimus *Virginem monumentum*, & *Locum virginem*, id eſt, caenus vacuum, & nullo accepto cadavere funeſtum. Hac ratione *Furiæ ſemper virgines* dictæ ſunt, quia corrumpi nequeunt, quominus pœnas ſumant de iis, qui commeruerunt. vid. Spiegel. not. ad Prudent. p. 712. ¶ 6. *Virgo*, ſignum cæleſte, Colum. 11, 2. Nam *Virgo*, quam juſtitiam dixerunt, inter ſidera a Iove relata. vide Ampelium cap. de XII Signis. ¶ 7. Et *Virgo* aquæductus Romanus. Vide Statium 1 Silv. 5, 26, & Frontinum de Aquæductibus. Plura dabit Geſnerus Chreſtom. Plin. p. 1067 ſq.

¶ Virguncula, *æ*, f. diminut. quo Petronius c. 18 & 20 uſus eſt: & Iuvenalis 13, 40 *Tunc, cum virguncula Iuno*, id eſt, nondum uxor Iovis. Frontinus de Aquæduct. 1 p. 225. Keuch. *Puella virguncula.* Adde Sen. Nat. qu. 1, 17; Curt. 8, 4, 25.

¶ Virgĭnal, *ālis*, n. Apulejus Apol. p. 157 dixit naturam muliebrem quæ & *fœminal* dicitur eidem, & aliis veterum, das weibliche glied. vide *Veretillum* ſupra in *Veretrum.* Solin c. 4 *Fœminis eſt infauſta nativitas, ſi conſertum virginal fuerit:* Sic emendat Ant. Delrio. Prudent. in paſſione Agnetis v. 8 *Intactum ab omni crimine virginal.*

¶ Virgĭnālis, *e*, jungfräulich; ut, *Virginalis habitus atque veſtitus*, Cic. Verr. 4, 3. *Virginali verecundia homo*, Cic. pro Quintil. c. 11. *Virginalis partus*, Prudent. Cathem. 7, 2. conf. Lactant. 4, 12.

¶ Virginārius, *a, um*, adject. aliud, idem. Plaut. Perſ. 4, 9, 14 *Sceleſta fides eſt, virginaria.*

¶ Virgĭneus, *a, um*, idem; ut, *Pudor virgineus*, Tibull. 1, 4, 74. *Rubor virgineus*, Virg. Georg. 1, 430. Et, *Agmen virgineum*, Claudian. de Laud. Stilic. 3, 263. *Volucres virgineæ*, apud Ovidium Met. 7, 4 dictæ Harpyiæ, quod ipſis *virginei vultus*, dicente Virg. Æn. 3, 216. *Virgineum pectus*, Ovid. Met. 7, 17.

¶ Virginenſis, *is*, f. Dea, cui novæ nuptæ zonam dedicabant, die göttin der jungfrauen, vid. Herald. in Arnob. p. 120; & Auguſt. Civ. D. 6, 9.

¶ Virgĭnĭtas, *ātis*, f. conditio & caſtitas virginalis, die jungfrauſchafft, keuſchheit; quæ *merito omnibus maritis acceptiſſima*, ut Apulejus Apol. p. 332 loquitur, & viduarum amori præferenda, vide ipſum Apol. p. 543, & lib. 5 de A. A. *Novam nuptam inte factæ virginitatis curant.* Virginitatem præferunt nuptiis patres tantum non omnes, quos vide allegatos apud Elmenhorſt. not. ad Gennad. p. 165. Mela 3, 4 *Pœna Virginitas.* Val. Max. 6, 1, 4 *Non ſolum virginitatem illibatam, ſed etiam oſcula ad virum ſincera perferre.* Cic. de N. D. 23 *Virginitatem violare.* Stat. Achill. 1, 292 *Virginitas matura toris.* Ovid. Trift. 4, 3, 14 de Veſtalibus: *Caſtos perpetua fervant virginitate focos.* Idem Heroid. 5, 140 *Ille meæ ſpolium virginitatis habet.*

¶ Virgino, *are*, caſte vivere, keuſch ſeyn. Tertull. de Virgin. veland. c. 12 *Virginari volunt ſola capitis nuditate.*

¶ Virginisvendonĭdes, *is*, m. nomen fictum Plaut. Perſ. 4, 6, 20.

¶ Devirgĭno, *are*, virginitatem eripere, um die jungfrſchaft bringen. Vſus eſt Petronius c. 25; & Hyginus fabula 23 de Medea; & Paul. Ict. l. 21 ff de Offic. præf. v. Byncker sh. obſ. Iur. Rom. 1, 25 p. 101. ¶ 2. *Devirginari* olim pueri dicebantur, cum ex ephebis excederent. Auctor Nonius 6, 57 in *Virgines*, ex Varrone.

¶ Devirgĭnātus, *a, um*, zu fall gebracht; ut, *Ancillæ devirginatæ*, Lege ult. D de Offic. præſidis.

¶ Devirginātio, *ōnis*, f. primus concubitus, apud Scribon. Largum Compoſit. 18, die beraubung der jungfrauſchaft.

¶ Devirginātor, *ōris*, ein jungfrau-ſchänder. Gloſſ. Gr. lat. ἀκρο-παθευτής, *devirginator.*

¶ Pervirgo, *ĭnis*, f. i. e. valde virgo, apud Mart. Capellam.

Virgotus, virgula, virgultum, vide paullo ante *Virga*, Virguncula, *Virgo.*

VIRIAE, *ārum*, f. pl. armillæ viriles, armbänder, ut Iſidorus interpretatur 19, 31; ſed mulieribus eædem attribuuntur a Tertulliano itemque Ambroſio, cujus verba de Abrahamo 1, 3 ita ſunt: *Ideo accepit* (Rebecca) *inaures & virias, quas miſit Abraham, tamquam meritorum ſuorum præmia. Fortaſſe audientes hæc, Filiæ, quæ ad gratiam Domini tenditis, & vos provocemini, ut habeatis inaures & virias, & dicatis:* QVO MODO PROHIBES NOS EPISCOPE VT HABEAMVS, QVOD REBECCA ACCEPIT PRO MVNERE? Nonnulli putant, eſſe ornamentum *e gemmis viridibus*, quales auro potiſſimum includebant. vid. Voſſ. Etym. p. 561. vid. quæ ſtatim

in *Viriola* dicentur ex Gassendo. *Viriarum Celticarum* Plinius meminit 33, 3. Hinc

¶ Viriŏla, æ, f. diminut. Etiam Vlpianus & Scævola inter ornamenta muliebria *Viriolas* recensent, Lege *argumento* 25 § *ornamento* 10 Dig. de aur. & arg. leg. & L. ultima D. eodem. Add. L. 14 D. de contrah. empt. & Gothofr. not. Vet. Gloss. *Viriola*, κλανίον, ψέλιον; *Viriolæ*, περιχείρια, ψέλια. *Viriolas* ex Smaragdo habuit Peirescius, quas Romæ ex ruderibus quibusdam eruit. v. Gassendus in ipsius vita ad An. 1602.

VĪRIĀTVS, *i*, m. Lusitanus *ex venatore latro: ex latrone subito dux & imperator, & si fortuna cessisset, Hispaniæ Romulus*, ut de eo Florus 2, 17, 15. Acerrimus Romanorum hostis, quibuscum XIV annis belligeravit, non nisi fraude atque insidiis vincendus. De orthographia hujus nominis Drakenb. ad Sil. 10, 220. ¶ 2. Adject. vide in *Vis*.

¶ Viriatĭcus, & Viriatīnus, *a*, *um*, adject. ut, *Bellum Viriatinum*, apud Suet. Galba c. 3.

VĪRĪCA, æ, f. missilis teli genus, ein wurffspieß. Huc pertinet, quod de flaminica Diali annotat Gellius 10, 15 *ejus viricam furculum de arbore felici habere*; Sic enim exemplaria vetustiora legunt. Sed legendum esse *in rica*, ostenderunt viri docti. Neque certius est

¶ Virĭculum, *i*, n. diminut. ein griffel. Legitur hoc nominis apud Plin. 35, 11 *Encaustο pingendi, duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & ebore cestro, id est, viriculo*, quid si *vericulum* aut *veruculum* vera sit lectio. vid. Gesn. ad Colum. 2, 21, 3 & in Addend. Est autem *Cestron* instrumentum, quo cavatur ebur.

Viridans, viridarium, viridesco, viridia, viridicans, viridis, viriditas, vide *Vireo*.

Virilis, virilitas, vide *Vir*, Viriola, *Viriæ*, Viriosus, *Vis*.

Viriplăca, viripŏtens, virītim, vide *Vir*.

Viror, vide *Viridis*, Vīrosus, *Vir*, Vīrosus, *Virus*.

VIRTVS, *ūtis*, f. die tugend. Vet. Gloss. *Virtus*, ἀρετή, ἀνδρία, δύναμις, ἐς, ἰσχύς. Hanc absque Diis nemo accepit, secundum dictum Simonidis, Ἄνευ θεῶν ἀρετὴν οὐτις λάβεν; quamquam aliis aliter visum. v. Gron. ad Liv. 5, 26 extr. *Virtus* dicitur a *virilitate* Varrone auctore de L. L. 4, 10, seu *viribus*; nam apud majores pro fortitudine tantum accipiebatur, ut vere Scaliger observat Poët. 1, 22 extr. vide & supra in *Ars*. Sed cum ad corpus non refertur, est *habitus animi, rationi consentaneus*, ut Cicero de Invent. 2, 53 definit. *Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius*, Idem fam. 9, 14. *Virtute præstare*, Id. pro Planc. c. 25. *Eminere virtutibus*, Quintil. 3, 9. Et, *Omnia summa consecutus es virtute duce, comite fortuna*, Cic. fam. 10, 3. Ac Plaut. Amph. 2, 2, 17 *Virtus præmium est optimum; Virtus omnibus rebus anteit profecto, &c. Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona, quem penes est virtus.* Seneca in Hercule Oeteo sub finem: *Nunquam Stygias fertur ad umbras Inclyta virtus.* Ovid. Pont. 2, 3, 35 *Iudice me, mercede caret, per seque petenda est Externis virtus incomitata bonis.* ¶ 2. *Virtutis* Deæ & *Voluptatis* circa Herculem contentio nobilis. vid. *Prodicus*. ¶ 3. *Virtus* fortitudinem etiam seu robur significat, quod & supra notabamus, atque in armis spectatur præcipue, die krafft, stärcke, tapfferkeit; unde *Virtutem* eamdem cum *Bellona* bellorum Dea faciebant, de quo Lactantius 1, 21; qua significatione a *Viro* dictam Cicero docet Tusc. 2, 18 *Appellata est*, inquit, a *viro virtus: Viri enim propria maxime fortitudo.* Eam ob causam in nummis veteribus armatæ virginis habitu repræsentatur, succinctis vestibus. Ter. Eun. 4, 7, 8 *Imperatoris virtutem noveram & vim militum &c.* ¶ 4. Sed *in sensibus est sua cuique virtus*, id est, vis, proprietas, die eigenschafft, Cic. de Finib. 5, 12. Et Quintil. 4, 2 *Sunt quidem hæ, quas retuli, virtutes aliarum quoque partium.* Id. de Leg. 1, 16 *Virtutem arboris.* Plaut. Merc. 3, 1, 133 *Virtutem mercis.* Liv. 37, 24 *Virtutem navium*, dixit. Plin. 35, 4 l. 8 *Suspicatus aliquid in ea* (tabula picta cujus pretium mirabatur) *virtutis, quod ipse nesciret*, es müste etwas beyondes daran seyn. Vitr. 7, 9 de minio, *Amissa virtute coloris denigratur.* Quam late pateat *virtutis* nomen, apparet etiam ex Quint. 2, 20. ¶ 5. *Virtus* meritum sæpe significat in utramque partem, vid. Parei Lex. Crit. & Ter. And. 2, 1, 22 SAN. *Regnum ne Æschine hic tu possides.* AE. *Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.* ¶ 6. *Virtute* est *beneficio* vel *opera* in utramque partem, Plaut. Trin. 2, 2, 65 *Deum virtute.* Cic. pro domo sua c. 44 extr. *Homo sua virtute* (iron. pro culpa) *egens.* ¶ 7. *Virtus Herculis*; *Virtus Catonis*, pro ipso Hercule, Catone, usitata poëtis periphrasis est. e. g. Horat. 3 od. 21, 11 *Narratur & prisci Catonis Sæpe mero caluisse virtus.*

¶ Virtuōsus, *a*, *um*, virtute præditus, tugendhafft. Veteres eo abstinuere; recentiores tamen usurpant.

¶ Virtuōse, adverb. i. e. honeste, in spuria Inscript. Gruteri. vid. Celiar. Cogit. post. p. 369.

¶ Virtutifer, *a*, *um*, wunderſam. Fortunat. in Medardo: *Virtutifer patris baculus.* Reinesius mavult legere *Virtutifex.*

Virulentus &c. vide sequens *Virus*.

VĪRVS, n. gifft, indeclinabile grammatici statuunt; genitivus tamen, & ablativus apud veteres reperiuntur. Lucretius 2, 475 *Linquit enim supera tetri primordia viri.* Idem 2, 811 *Quam minime ut possit mistos in corpore odores, Concoctosque suo contactus perdere vivo.* Gratius Cyneget. v. 415 *Tunc & odorato medicata bitumina viro Imponat.* Vbi vide Barth. v. 143. Est autem *Virus* odor teter & venenum, βρομός, ein gifftiger gestanck; ut, *Virus alarum*, apud Plin. 35, 15, schweißichter gestanck unter den achseln, apud quem reperias etiam *virus animæ leonis grave, virus floris grave, virus hirci redolet, virus odoris, virus redolens.* Et Colum. 1, 5 *Paludem ædificiis vicinam esse non oportet, quia caloribus noxium virus eructat.* Sic, *Virus mortiferum*, Cic. in Arato v. 436. ¶ 2. Idem de Amic. c. 23 *Acerbitatis virus apud aliquem evomere*, eleganti dixit metaphora. ¶ 3. Est revera vocabulum μέσον, sicut pharmacum, & tam in bonam, quam in malam partem accipitur: quod & Virgilius Georg. 1, 129 innuit: *Ille malum virus serpentibus addidit atris: malum* enim ideo dixit, quia & bonum est. Sane pro medicamento potuit Statius 1 Silv. 4, 104 *Iungam ipse manus atque omne benigne Virus odoriferis Arabum quod doctus in oris, Aut Amphryſiaco pastor de gramine carpsi.* Ita Plin. 14, 20, f. 25; & 17, 9, f. 6; de odore vini bono adhibet. Sic *Virosa castorea medicamentosa* exponunt. vide *Virosus*. ¶ 4. *Ponti virus*, pro sale marino, Manilius dixit 5, 673. Nempe *Virus* & quilibet ἰχὼρ est. Vetus Gloss. *Virus*, ἰὸς ἐχίδνης καὶ ζώων λύσσης, καὶ ἰχὼρ. Tertull. de Anima c. 13 *Quid aliud limus quam liquor opimus? Inde erit genitale virus, ex adflatu Dei anima. Quid aliud afflatus Dei, quam vapor spiritus? Inde erit quod per vices illud effiamus.* VIRVS sperma, sive genitale hominis semen appellat. vide & supra *Venenum*. Adde Barth. ad Statii Silvas d. l. p. 128. Et Virg. Georg. 3, 281 *Lentum distillat ab inguine virus.* Vrinam significare volunt Vlit. & Burm. ad Gratii illud 355 *virosam eluviem.* ¶ 5. Ad animi vim etiam transtulit Sil. 2, 288 *Ingenitum nosceus virus, flatusque paternos.* v. Drakenb.

¶ Vīrulentus, *a*, *um*, gifftig; qua tamen voce nusquam Cicero usus legitur. Gellius 16, 11 *Serpentes* dixit *virulentos.* Et *Odium virulentum* dicimus, ein gifftiger haß.

¶ Virulentia, æ, f. die gifftigkeit; ut, *Sanguinis virulentia*, Tertull. Apol. c. 8; sed in MSS. est *jurulentia.* Certior locus Sidonii 8 epist. 14 *Hircorum vos obtuliſſe virulentiam, Christi sibi computat.*

¶ Vīrōsus, *a*, *um*, idem; ut, *Virosa castorea*, Virg. Georg. 1, 58, hoc est, medicamentosa, de quo supra in *Virus* n. 3. conf. Nemes. Cyneg. v. 223. Sic, *Aures virosa susurronum fece completæ*, Sidon. 5, 7. *Virosa eluvies*, apud Gratium Cyneget. v. 355 de urina. *Virosissimum medicamentum*, Scrib. Larg. Compos. 103.

¶ Vīriōsus, *a*, *um*, videtur aliquando idem. Apul. Met. 7 p. 196 *Spinæ punctu venenato viriosæ*, quod Elmenhorstius in Indice *exitialis, venenatus* interpretatur. Sed Pricæus ibi *virosæ*. Alias notiones tam *virosi* quam *viriosi*, vide in *Vir* & *Vis*, sive *Vires*.

VIS, *vim*, *vi*, f. plur. *Vires*, *ium*, a græco ἴς; præposito diganima Æolico &c. efficacia, potestas, violentia, krafft, stärcke, gewalt, nachdruck. Sallust. Princ. Catil. *Nostra vis omnis in animo & corpore sita est.* Virg. Æn. 1, 529 *Non ea vis animo nec tanta superbia victis*, muth und stärcke. Sed *Vis & natura alicujus rei*, Cic. de Orat. 1, 44. Id. de Amicit. c. 4 *Vis amicitiæ est in animorum consensione.* Et, *Vis ingenii*, ibid. c. 38. Plin. 4 epist. 7 *Sæpe tibi dico, inesse vim regulo: mirum est, quam efficiat, in quod incubuit.* Et paullo post: *Hanc ille vim (sive quo alio nomine vocanda est intentio, quicquid velit obtinendi) si ad potiora vertisset, quantum boni efficere potuisset?* Et Ter. Phorm. 1, 2, 57 *Ni vis boni in ipsa inesset forma &c.* Liv. 1, 17 *Hodie in legibus, magistratibusque rogandis usurpatur idem jus, vi ademta*, ad quem locum v. Gron. Observ. L. 1 c. ult. Cic. pro Milon. c. 23 *Magna vis est conscientiæ judices*, das gewissen vermag viel. *Occulta, tacita vis*, Quintil. 3, 5, heimliche krafft, nachdruck. *Species* & *vis* opponuntur Tacit. An. 3, 30, 6, & 13, 31, 3. Et Cic. pro Cæl. c. 24 *Vis integerrima ætate, maximis viribus.* Id. *Dare vim* vel *vires*; *Adhibere vires*; *Adhibere vim*, dixit: Ad Attic. 4, 2 de oratione pro Domo sua: *Profecto dolor & magnitudo vim quamdam nobis dicendi dedit*, beredsamkeit. Et in Catil. 1, 8 pr. *Hæc si tecum patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit?* Sic, *Suggerere vim occultam*, Quintil. 1, 10. *Ambitus apertam vim habet*, i. e. apertе geritur, manifestus est, Cic. fam. 3, 11. Et, *Pulchritudine & viribus aliquem excellere*, Id. Offic. 3, 5. *Omnibus viribus aliquid sustinere*, Id. fam. 5, 5. Et, *Metiri atque diligenter æstimare suas vires*, Quintil. 6, 1, sein vermögen prüfen. *Præsentes ad nocendum habere vires*, Hirtius Cic. sub Attic. 15, 6, mächtig genug seyn, einem zu schaden. Et, *Vim facere*, gewalt thun: Cic. Attic. 4, 2 *Si quæ vis esset facta.* Liv. 32, 9 *Per castra hostium vim facere.* Et, *Imperium vi quod sit*, Ter. Adelph. 1, 1, 42 *Vim & manus alicui inferre*, Cic. Catil. 1, 8, gewaltsame hand anlegen, i. e. comprehendere aliquem. Sic Nepos 4, 4, 3 *Neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset.* Sed, *Vim adferre*, de cæde Idem 10, 10, 1. Et, *Defendere vim vi*, Cic. pro Milon. c. 4. *Frangere vim alicujus*, Quintil. 1, 7. *Infractæ ad prælia vires*, Virg. Æn. 9, 499. *Agere pro viribus*, nach vermögen, Cic. de Senect. c. 9. *Cum me deficere vires cœpissent*, Idem de Orat. 1, 45. *Defici viribus*, pro destitui, krafftlos, matt werden, Quintil. procem. lib. 4. Ovid. de Arte am. 2, 669 *Dum vires annique sinunt, tolerate labores.* ¶ 2. Pro virtute, præsertim bellica, poni observat Burm. ad Quint. 2, 1 p. 127 sq. ¶ 3. Sed, *Maxima vis auri atque argenti*, i. e. copia, die menge, der hauffe, Cic. pro L. Manil. c. 9. *Vis frumenti ingens*, Liv. 29, 36, verrath von getrayde. *Vis ingens æris alieni*, Id. 6, 36. *Ingens vis hominum*, Idem 8, 28, ein grosser hauffe. *Vis lacrymarum*, Cic. Somn. Scip. c. 3. Et Horat. 3 od. 4, 65 *Vis consilii expers mole ruit sua, Vim temperatam dii quoque provehunt In majus: iidem odere vires, Omne nefas animo moventes.* Sic, *Vim negotii*, Plautus Pœn. 1, 2, 15; *Vim fumi* pro magno & copioso fumo, Apulej. dixit Apolog. Et Plautus græca voce usus dixit *dynamin olivi*, Pseud. 1, 2, 77. ¶ 3. Quamquam autem nonnulli in hoc vocabulo tantum nominativum, accusativum, & ablativum agnoscant, (nec diffitendum est, hos frequentari apud auctores,) Carisius tamen lib. 1 Instit. per omnes casus in singulari declinat: in plurali *Vires* agnoscit, & inde *Virium*, *Viribus*, &c. Priscianus vero non genitivum singularem modo *Vis* agnoscit: sed in plurali etiam *has vis* dixisse veteres observat. Nam lib. 6 ait: *Excipitur* & HAEC VIS, HIVIS VIS: *cujus plurale similiter* VIS, *tam Lucretius quam Sallustius protulerunt. Lucretius* 2 v. 586. Sed quam multarum rerum vis possidet in se, Atque potestates. *Sallustius in* 3 *Hist.* Male jam assuetum ad omnes vis controversiarum. Genitivus *hujus vis* reperitur in cultissimo dialogo de causis corruptæ eloquentiæ, c. 26 de Cassio Severo: *Quamquam*, inquit, *in magna parte librorum suorum plus vis habeat, quam sanguinis.* Et Lege 1 Dig. quod metus causa, *Vis flebat mentio*, secundo casu. ¶ 4. *Vi* & *ut* miscent librarii. vid. Burm. ad Nemesii cyneg. 71.

¶ Vīrĭcŭlæ, ārum, f. pl. diminut. pusillæ vires. Apul. Met. 11 *Nam & viriculas patrimonii peregrinationes attriverant impensæ.*

¶ Viriātus, *a*, *um*, qui est magnarum virium, mächtig. Lucil. ap. Nonium 2, 903 *Bello vinci a barbaro viriato Annibale.*

¶ Vīriōsus, *a*, *um*, id est, viribus validus, robustus, kräfftig, starck. Tertull. adversl. Valentin. c. 16 *Vitia usu viriosa.* Vetus Gloss. Cyr. *Viriosus*, δυναμικός. ¶ 2. Sed *Viriosus* a *Vir*, vide *Vir*.

¶ Virĭo-

¶ Viriōſe, adverb. idem. Hinc comparat. apud Tertullian. de anim. c. 19, quod exponunt *fortius, validius.* Verba ſunt: *Vltro amplius & quidem virioſius de ſuo ingenio.*

¶ Vireſco, *ĕre*, prima longa a *Viribus*, id eſt, vires recuperare, ſund. re, ſtark werden. Furius, vetus poëta fecit: *Increſcent animi, virescit volnere virtus.* vide Gell. 18, 11; & Barth. ad 5 Theb. Statii v. 634 p. 304.

Sed *Vireſco*, prima brevi, vide in *Vireo*.

¶ Viripotens, *tis*, großmächtig, ex Plauto vide ſupra in *Vir*.

¶ Violentus, *a, um*, qui vim facit, gewaltſam, ungeſtüm; ut, *Impetus alicujus furentes & violenti*, Cic. de Aruſp. reſp. c. 22. Liv. 1, 46 *Ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur.* Id. 45, 12 *Obſtupefactus tam violento imperio. Mors violenta*, Tibull. 4, 1, 73. *Venti violenti*, Lucret. 5, 225. Ovid. Am. 2, 17, 7 *Facies violenta Covinnæ*, h. e. potens ad amorem quaſi per vim extorquendum. Compar. *Multo violentior Appio, quam Fabio fuit*, Liv. 2, 59. Et Ovid. Met. 3, 253 *Violentior æquo viſa Dea eſt.* Ibid. 13, 801 *Violentior amne.* conf. Virg. Georg. 2, 157; & 4, 373. Superl. Cic. de Nat. D. 2, 60 *Quas res violentiſſimas natura gemit, earum moderationem nos ſoli habemus.* ¶ 2. *Violenti* autem dicuntur iracundi, lævi, intractabiles homines, qui nihil indulgere, nihil ferre ac tolerare poſſunt, & nihil moderate ac tranquille aut dicunt aut faciunt, die leicht auffahren, ſich nicht halten können, grimmig ſind. Ter Eun 5, 5, 12 *Ille ubi reſcivit factum frater violentiſſimus, &c.* Plaut. Truc. 2, 1, 39 *Sed eſt huic unus ſervus violentiſſimus*: Loquitur de Strarilace ſervo; cujus violentias & ex act. 2 ſc. 2 perſpicere potes. Liv. 34, 32 *Violentiſſimus tyrannus.* Vet. Gloſſ. *Violentus, βίαιος, σφοδρός.* Sen. epiſt. 11 *Sulla erat violentiſſimus.* Conf. Burm. ad Ovid. Amores 2, 17, 7; ubi *violentum*, pro arroganti & impotenti dici, notat.

¶ Violens, *tis*, pro *Violentus* etiam dicitur. Horat. 3 od. 30, 10 *Qua violens obſtrepit Aufidus.* Idem 1 epiſt. 10, 37 *Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte.* Perſius ſat. 5, 171 *Nunc ferus & violens.* Inde fortaſſean

¶ Violente, adverb. ultima correpta, apud Senecam Medea v. 605, ut a *repens, repente*: *Rumpe nec ſancti violente mundi Fœdera ſacra.* Et par ratio forte eſt apud Ovid. Met. 9, 121.

¶ Violenter, adv. mit gewalt, gewaltthätig; ut, *Invadere aliquid violenter*, Colum. 7, 12. *Violenter agere conſulatum*, Plin. 3 epiſt. 9. *Retortis violenter undis*, Horat. 1 od. 2, 13. Compar. Manil. 1, 386 *Terris violentius advenit aſtrum.* Et, *Exit violentius*, Suet. Tito c. 6. *Imber violentius fuſus*, Curt. 8, 14, 4. *Rivalem violentiſſime perſequi*, Colum. 7, 3. Et Lactant. 7, 21 *Exercent ſævitiam, quam violentiſſime poſſunt.* Sed apud Terent. Phorm. 5, 1, 4 *Violenter tolerare*, eſt ægre, invito.

¶ Violentia, *æ*, f. die gewaltſamkeit, vergewaltigung, der zwang; ut, *Opprimi impetu violentiæ*, Declam. antequam iret exulatum. Plin. 2, 47 *In Narbonenſi provincia clariſſimus ventorum eſt Circius, nec ullo violentia inferior.* Apul. lib. 1 Met. *Cunctos tanta cautionum violentia clauſit*, id eſt, magicis carminibus. vide ibi Pricæum p. 27. Lucret. 3, 483 *Vehemens violentia vini &c.* Ovid. Met. 1, 238 *Eadem violentia vultus.* conf. Virg. Æn. 12, 9 & 45; Tac. An. 2, 63, 4; 3, 1, 2; & Salluſt. Cat. c. 13 & 53.

¶ Violo, *avi, atum, āre*, βιάζεσθαι, vitium afferre, corrumpere, verletzen, beleidigen, entweyhen, ſchwächen. Transfertur ad varia, *Violare clementiam*, contra clementiam aliquid facere, Nepos 7, 10, 3: *fanum*, 4, 4, 4; *ſacra*, 7, 4, 3; *cedentes, &c*, 2, 6. *A Dionyſio tyranno crudeliter violatus eſt*, Idem 10, 2, 3. Sic, *Violare alicujus exiſtimationem*, Cic. pro Quint. c. 23. *Nomini ſuo non probris flagitiisque violare*, Id. Verr. 1, 32. *Violare fœdus*, Liv. 28, 14. Item, *Violare loca religioſa*, profanare, Cic. pro Rabir. c. 2. Et. *Violare hoſpites*, Cæſ. de B. Gall. 6, 22, verunehren, antaſten. *Violare puellam*, Tib. 1, 7, 57, eſt ſtuprum inferre. v. Mencken. Obſ. L. L. *Conjugi fidem violare*, Plin. 10, 34, wider treu handeln. *Violavit virginem* pro *vitiavit* dicebant, teſte Varrone de L. L. 5, 9. ¶ 2. *Violare* etiam inficere, tingere eſt, beſtreichen, ſchmieren. Virg. Æn. 12, 67 *Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro Si quis ebur.* Ita & Homerus Iliad. ϑ. v. 146 verbo μιαίνειν uſus eſt. Recte igitur Gloſſ. Veteres *Violat*, μιαίνει, λυμαίνεται. Item *Violare*; βιάσασθαι, μιάναι, παραβαίνειν.

¶ Violans, *tis*; ut, *Violans pactum patrum noſtrorum*, Vulg. Interp. Malach. 2, 10.

¶ Violatus, *a, um*, verletzet, beleidiget; ut, *Pœna violati juris*, Cic. de Leg. 2, 9. *Violata jura maritæ*, Ovid. de Arte am. 2, 381. *Violata poteſtas*, Lucan. 3, 125.

¶ Violātio, *ōnis*, f. die verletzung, entheiligung; ut, *Violatio templi*, Liv. 9, 8, i. e. profanatio. *Sine violatione ullius rei agmen proceſſit*, Id. 36, 20. Et, *Religionum violatio*, Sen. epiſt. 104.

¶ Violātor, *ōris*, m. ein beleidiger; ut, *Raptor fœderis humani, violatorque gentium juris*, Liv. 4, 19. *Templi violator*, ein kirchenräuber, Ovid. Pont. 2, 2, 27. *Violator fœderis*, ein treubrüchiger, Tac. An. 1, 58, 3. Sed Macrob. Sat. 2, 3 *C. Caſſius, dictatoris violator*, h. e. interfector Julii Cæſaris.

¶ Violābilis, *e*, verletzlich, verſehrlich; ut, *Non violabile nomen*, Virg. Æn. 2, 154. *Nullis violabilis armis turba*, Stat. Theb. 5, 258.

¶ Inviolābĭliter, adverb. idem Marcellinus & Fauſtinus libello ad Imperatores Valentin. Theod. & Arcad. (edit. Sirmondi p. 46) *Ut apoſtolico more vivens fidem inviolabiliter poſſit vere.*

¶ Inviolātus, *a, um*, incorruptus, integer, non violatus, unverletzt, unverſehrt; ut, *Inviolatum corpus omnium civium Roman. ſervari oportere*, Cic. pro Rabir. c. 4. Et pro Sextio c. 67 *Inviolati inviolatique vixerant.* Et *Pudicitia inviolata*, Auctor ad Livium de Morte Druſi v. 43. *Inviolatum aliquem dimittere*, einen frey laſſen, Vellej. 2, 74, 4. ¶ 2. Qui violari non poteſt. Liv. 2, 55 pr. *Et cum religione inviolatos eos, tum lege fecerunt.*

¶ Inviolare, adverb. idem. Cic. de Senect. c. 22 *Memoriam noſtri pie inviolateque ſervabitis.*

¶ Invītus, *a, um*, qui aliquid facit per vim, vel vi incitatus, id eſt, coactus, nolens, repugnans, gezwungen, ungern, unwillig, wieder ſeinen willen; ut, *Sapiens nihil facit invitus, nihil coactus*, Cic. Parad. 5, 1. Et, *Facere inviti & recuſantes coacti ſumus*, Idem de Orat. 2, 4 extr. Ter. Heaut. 4, 6 pr. *Nulla res eſt tam difficilis, quin difficilis fiet, quem invitus facias.* Et, *Non invitus lego*, Cic. de Finib. 1, 2, gern, mit luſt. Horat. de Arte poët. v. 305 *Tu nihil invita dices faciesve Minervâ.* vide *Minerva. Invitis vobis*, Plaut. Caſ. 2, 5, 7, euch zu leide. Superl. *Invitiſſimus eum a me demiſi*, Cic. fam. 13, 64. Et, *Me invitiſſimo*, Idem Attic. 5, 21. ¶ 2. *Invitus* & *Invitus* miſcentur a librariis. v. Burm. ad Quint. declam. 377 p. 775; it. Drakenb. ad Sil. 4, 679.

¶ Invīte, invītius, adverbia, idem. Cic. Attic. 8, 3 *Invite cepi Cæſarem.* Id. de Orat. 2, 89 *Quem ego paullo ſciebam vel prudentius, vel invitius ad hoc genus ſermonis accedere.* Alex. Severus ap. Lamprid. c. 19 dixit: *Invites, non ambientes in remp. collocandos.* Superl. *Invitiſſime.* Id. fam. 3, 10 legebatur; ſed meliores libri, *a me invitiſſime.* vid. Manut.

¶ Invīto, aliud adverb. idem. Cic. pro Quintio c. 14 *Extorquendum eſt invito atque ingratiis, quod non debet.* Sed & nomen eſſe poteſt.

¶ Invītis vel invītiis, ut ingratiis. idem. Cic. de Leg. 1, 21 *Hæc declinabam nec invitiis*, quod Guilhelm. probabat, al. *invitus*, quod retinuit Gruterus. vid. Charnius apud Meurſ. Crit. Exercit. 1 p. 84.

¶ Perinvītus, *a, um*, ſehr ungern, Cic. fam. 7, 33; & Liv. 40, 57.

¶ Obviōlo, *are*, ut ſimplex. Marmore vetere apud Gruter. p. 996 n 13 ROGO PER DEOS SVPEROS ATQVE INFEROS QVISQVIS ES HOMO. NE MI A OSSA OBVIOLES.

Vilcarius, vilcatus, vide mox *Viſcum*, *Viſcatus*, viſcerare, viſceratio, vilcidus, viſcoſus, *Viſcus, eris.*

VISCVM, *i*, n. ἱξός, frutex in arboribus alienis naſcens & vivens, miſtel; item, glutinum inde paratum, vogel-leim. *Situm nullo modo naſcitur, nec niſi per alterum avium generatur, maxime columbis & turdi. Hæc eſt natura, ut niſi matura in ventre avium non proveniat*, ut Plinius 16, 44 ſcripſit. Vt plura de *Viſco*, vide & quæ commentatur in n. l. Gemer. Chrest. Plin. p. 553 ſq. Hinc dixit Plautus apud Servium ad Virg. Æn. 6, 205 *Turdus ipſe malum ſibi cacat.* Sic, *Viſcum querneum*, eichenmiſtel, naſcitur enim in quercubus, prunis, pyris, malis: Virg. Æn. 6, 205 *Quale ſolet ſilvis brumali tempore viſcum Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos.* ¶ 2. *Viſcum* poëtice pro rete, credat, ſi quis volet Nonio 6, 20. Certe verba Varronis, quæ laudat, nihil tale efficiunt.

¶ Viscus, *i*, n. gallimarkt, aucupum, vogel-leim; quod quomodo confectum, Plin. 16, 44 docet. Varro de Re Ruſt. 3, 8 *Accipitres iter non habent, cum ſe adverterint viſco.* Cic. de Nat. D. 2, 57 *In viſco hærere.* Et Val. Flacc. 6, 263 *Sequaci viſco correpta avis.* Sed non nulli putant etiam eſſe a recto *viſcum.* Certe Plinius *viſcum* in genere pro glutine non minus ponit, quam pro fructice, ex cujus, ut quidem, niſi Harduini fallit editio. *Viſcus* autem maſculino genere antiquarium videtur, ut Plaut. Boech. 1, 1, 16 *Viſcus meros veſtra & blandilia.* conf. Celſ. 5, 18 n. 6 & 7.

¶ Vilco, *āre*, mit vogel-leim beſtreichen, klebricht machen. Hinc

¶ Vilcatus, *a, um*, mit vogel-leim beſtrichen; ut, *Virga viſcata*, vide *Virga*. Ovid. de Arte am. 1, 391 *Non avis utiliter viſcatis effugit alis.* De *viſcato* hoc *aucupio* vid. quæ congeſſit Drakenb. ad Sil. 7, 674. Sic, *Manera viſcata*, eadem dicuntur, quæ & *hamata*, quibus ſura aut majora attrahuntur, quam dantur; Plin. 9 epiſt. 30 *Viſcatis hamatisque muneribus non ſua promere, ſed aliena corripere*, um ſpeck-ſchwartzen nach einem ganzen ſchincken werffen. Et, *Viſcata beneficia*, ſimiliter dixit Seneca epiſt. 8.

¶ Viſcārium, *i*, n. viſcus, vogel-leim, lockung. Hieronymus: *Si cum viris fœminæ habitent, non deerit viſcarium diabolo.* vid. Novarin. T. 1 Adag. eccleſ. p. 380.

¶ Vilcārius, *i*, m. auceps, ein vogel-ſteller. Gloſſ. Cyrilli: *Viſcarius*, ἰξευτός.

¶ Vilcōſus, *a, um*, klebricht wie leim; ut, *Viſcidum acetum*, Theodorus Priſcianus 1, 2. Compar. *Viſcidiores cibi*, Idem de Diæt 18.

¶ Viscōſus, *a, um*, idem. Gloſſ. Vet. *Viſcoſus*, φλοιώδης. Pallad. 1, 14 *Si quod aſcia adhæret, fuerit molle atque viſcoſum.*

VISCVS, *ĕris*, n. & frequentius plur. *viſcera*, fleiſch; a *veſcendo* ut videtur dictum. Certe *victum* & *viſcera* συνωνύμως uſurpare video Plinium 5, 1 *Victum ejus animalis promiſcuum his eſſe, & dividua ferarum viſcera. Canarios* inde dictos ait, quod cibum crudum cum *canibus* ſuis dividant. Id. 7, 2 *Ferarum morem veſcendi humanis viſceribus* vocat, ubi iterum ex conjugatis conjuratis elegantiam quæſiſſe videtur &c. Lucilius apud Charitium lib. 1 p. 63 *viſcus aprinum*, id eſt, caro aprugna. Lucret. 1, 837 *De pauxillis atque minutis Viſceribus viſcus, gigni &c.* quod Creechius ut in Anglica periphraſi recte carnem reddidit, oſſibus enim, & ſanguini opponitur, ita in Latina etiam carnem dicere debuiſſet. Virgil. Æn. 1, 211 *Torgora diripiunt cœſtis & viſcera nudant*, ubi Servius, *Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quidquid ſub corio eſt.* Id. 3, 622 *Viſceribus miſerorum & ſanguine veſcitur atro*: ubi iterum Servius, *viſcera proprie carnes ſunt.* Id. 6, 253 *Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis*, id eſt, holocauſtum.

¶ Inviolābilis, *e*, unverletzlich, unverſehrlich; ut, *Inviolabile telis ſacrum caput*, Sil. 16, 16. Et Prudent. hymno exſequ. v. 119 *Iter inviolabile.* Lucret. 5, 306 *Inviolabilia hæc ne credas forte vigere.*

ſtum, ut volunt Servius & Macrobius. Ita & Ovid. Met. 15, 365 *De patri viſcere paſſim Florilegæ naſcuntur apes*, i. e. de cadavere toto. Id. eod libro v. 88 ex perſona Pythagoræ in κρεωφαγίαν invectus: *Heu quantum*, inquit, *ſcelus eſt in viſcera viſcera condi Congeſtoque avidum pingueſcere corpore corpus.* Sed non ſoli poëtæ ita locuti ſunt. Cic. Tuſc. 2, 8 *Inhæſit Dejaniræ tunica Herculis viſceribus*; & eod. c. 14 *Pueri Spartæ cæduntur ad aram, ut ſanguis e viſceribus exeat.* Add. de nat. deor. 2, 63 extr. it. Gonſal. ad Petron. c. 140 p. 248. Huc pertinet *viſceratio*, de qua deinde, it. *eviſceratus, reviſceratio.* ¶ 2. Quin pro ipſis membris exterioribus pariter ac interioribus viſcera ponuntur. vid. Macrob. Saturn. 1, 12. ubi de *Carnea Dea. Hanc Deam vitalibus humanis præeſſe credunt. Ab ea denique petitur, ut jecinora & corda, quæque ſunt* INTRINSECVS VISCERA, *ſalva conſervet.* Quid enim opus erat adjeciſſe *intrinſecus*, ſi *viſcera* ad interiora tantum pertinerent. Ita *viſcera interiora* etiam dixit Plin. 9, 7 pr. & paſſim, qui & 20, 13 ſ. 51 *teſtes viſcerum* nomine appellat. Ita Nemeſia. Cyn. 131 *genitalia viſcera* vocat uterum, & v. 139 *laſſato viſcere*, h. e. ubere canis fœræ. Solin. c. 19 *Auctor eſt Xenophon Lampſacenus, eſſe & Phanneſiorum incolas, quorum aures adeo in effuſam magnitudinem dilatentur, ut viſcerum reliqua illis contegant, nec amiculum ullum ſit, quam ut membra membranis aurium veſtiant.* Prud. Paſſ. Rom. v. 896 *Iam nunc ſecandi doctus adſit artifex, Qui cuncta norit viſcerum confinia, Vel nexa nervis diſparare vincula.* Ita deinde habebimus *viſceratim*, i. e. membratim. ¶ 3. Speciatim tamen, & communiſſime quidem, hæc voce notantur interiores corporis partes, quæ & *vitalia* vocantur, ut *cor, pulmo, jecur, ventriculus &c.* Vet. Gloſſ. *Viſcera*, ἔγκατα. Ἔγκατα autem *Inteſtina, interanea, exta* aliæ Gloſſæ interpretantur. Hac ſignificatione paſſim utitur Plinius v. g. 11, 38 ſ. 77 *Exta homini ab infernis viſcerum parte ſuſpiciuntur membrana, quæ præcordia appellant.* Et paullo poſt. *Omnia quidem principalia viſcera membraniis propriis, ac velut vaginis inclu ſit providens natura &c.* Palladius 1, 4 *Si venter aut viſcera nullo dolore aut inflatione vexantur.* Curt. 9, 5, 24 *Telum penetraſſe in viſcera videbatur.* In ſacrificiis etiam locum habet; ita Sueton. Vitell. c. 13 *Viſcus & farra* conjunguntur. Arnob. 7 p. 235 *Ne quod in ſtomachi tramite male transvoratum ſubſiterit viſcus, ſuccurrite, &c.* Itaque Gloſſæ, quas paullo ante laudavimus, *viſcera & exta σπλάγχνα*; poſuere. ¶ 4. Metaphora elegans eſt, cum v. g. metalla viſcera terræ vocantur. Ovid. Met. 1, 138 *Scilicet eſt in viſcera terræ, Quasque recondiderat &c. Effodiantur opes &c.* Sed & Plin. 2, 63 *Viſcera terræ extrahimus, ut digito geſtetur gemma.* Cic. pro domo c. 47 *Viſceribus ærarii villam ædificavit Gabinius.* Huc refer Hor. 2, 6, 41 *Italiæ viſceribus illabentem ſubmovere.* Cic. Catil. 1, 13 *Periculum incluſum in venis atque in viſceribus reip.* Quin ad ipſum quoque animum transfertur. Cic. Tuſc. 4, 11 de avaritia, *Permanat in venas, & inhæret in viſceribus id malum.* Et Att. 6, 1 p. 575 Ἐγκελεύσματα *tua mihi in viſceribus hærent*, i. e. animo penitus inhæ tunt. ¶ 5. Pro *liberis* accipitur, fleiſch und blut. Apul. lib. 8 *Iam contra ſua ſæviens viſcera* νηπιον &c. infantulum intelligit. Sic Hieronymus ad c. 17 Proverb. *Contra ſua viſcera certamen agebat.* Artemidorus lib. 5 Τὰ σπλάγχνα τῶν παίδων σημαίνει. ὅτω γὰρ νηὶ τὸν παῖδα καλὸν ἔδος ἐϛί. Hæc Pricæus p. 452 Notis ad Apulej. conf. Barth. ad Statii Silv. p. 501, & ad 7 Theb. p. 639; itemque Adverſ. 149, 11. Sic Darius matrem & liberos *Viſcera ſua* vocat ap. Curt. 4, 14, 23. conf. Idem 6, 9, 19. ¶ 6. Quod quidam Grammatici carere hoc nomen ſingulari numero, aut quibusdam certe caſibus volunt, id ſatis refutatur iis, quæ laudavimus, exemplis.

¶ Viſcereus, *a, um*, viſceribus præditus, fleiſchicht. Prudent. Apoth. v. 1025 de formatione primi hominis: *Quam vas componeret arvo Nondum viſcereo.*

¶ Viſcero, *are*, carpere, in partes ſecare animantium corpora, zerfleiſchen, zerſtücken. Inde

¶ Viſcĕrātim, adverb. per viſcera, ſtückweiſe, von ſtück zu ſtück. Ennius apud Nonium 2, 880 *Diſſipare viſceratim membra.*

¶ Viſceratio, *ōnis*, f. eis, cum partes ſeu oſſa carnium cum pane diſtribuerentur, ex quo in Gloſſis veteribus *Viſceratio*, ἀρτοκρεας: in aliis διανομὴ κρέως redditur, die fleiſch-ſpende. Fierique hæc diſtributio, ſive διανομή, non modo in funerum aut ſacrorum ſolennibus; ſed alias etiam privatim ſolebat, captandis conciliandisque ſtudiis plebis. Nam & Sueton. ius, cum de largitionibus Cæſaris, quibus ſuam facere ſtuduit plebem, exponit, *Viſcerationem* quoque commemorat vita ejus c. 38. Liv. 8, 22 *Populo viſceratio data a M. Flavio in funera matris.* Id. 39, 46. Cic. Off. 2, 16 *Prodigi epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus: ludorum venatiumque apparatu pecunias profundunt.* Tertull. adverſ. Marc. 3, 7 extr. ad ſuam rem eleganter transfert. *Dominicæ*, inquit, *gratiæ quaſi viſcerationi quadam frueremur, jejunantibus cæteris a ſalute.* Adde etiam Liv. 19, 8 & 12; Solin. c. 1; Sen. epiſt. 19 & 73.

¶ Viſcellātus, *a, um*, ex viſceribus avium piſciumque confectus, ut eſt apud Barthium Adverſ. 36, 22, von zartem fleiſch beſtehend. Plin. Valer. 1, 24 *Piſces viſcellati.* Idem 2, 17 *Pullum viſcellatum edere.* Reinеſius Var. 2, 8 corruptum ait ex *Iuſcellatus.*

Compoſita:

¶ Conviſcĕro, *āre*, zu fleiſch machen. Tertull. de Carne Chriſti c. 20 *Conviſcerari & incarnari.*

¶ Conviſceratio, *ōnis*, f. allgemeine ſpende, austheilung des fleiſches. Sarisb. 8, 2 *Conviſcerationes exercere quotidianas.*

¶ Eviſcero, *are*, ausweiden, das gedärme ausnehmen. Virg. Æn. 11, 723 de accipitre & capta ab eo columba loquens: *Compreſſamque tenet pedibusque eviſcerat uncis.* Vbi Servius: *Ne vulgari*, inquit, *verbo & græco uteretur, dicens* EXENTERAT, *ait*, PEDIBVSQVE EVISCERAT. *Ergo* EVISCERARE, *eſt inteſtina eximere.* Nec aliter hoc verbum Fabricius illo Prudentii loco in agone Romani Martyris v. 108 interpretatus eſt, cum poëta ait: *Incenſus hic Aſclepiades juſſerat, Eviſceramum corpus ocreo eminus Pendere, & unci s ungulisque creſcere.* Ego vero & apud Virgilium & apud Prudentium *eviſcerare*, non tam *exenterare*, ſive inteſtina eximere, quam corpus ipſum diſcerpere & dilaniare in fruſta, vel excarnificare interpretor, quod zerfleiſchen dicimus. Quemadmodum & *eviſcerata corpora*, pro diſcerptis, & in cibum dilaniatis Quintilianus dixit, vide *Eviſceratus.* Ad hanc eviſcerationem autem ſive dilaniationem corporum pertinent unci quoque ac ungulæ, quorum in ultimo verſu Prudentii mentio fit. Erant enim inſtrumenta ferrea, quibus martyrum ſuſpenſa in oculeo, ſive ſtipite ligneo, corpora lacerabantur carpebanturque. Cave autem, ut in ſexto caſu accipias, quaſi ab uncis ungulisque corpora creverint, quæ decreſcebant per ea potius exſectis detractisque partibus. Solebant martyrum pedibus, cum alligati ad patibula penderent, adſtringi pondera, quorum gravitate corpus extenderetur juxta & redderetur immobile. Sub hoc reſpectu *creſcere corpus*, Prudentius dixit. Deinde admovebantur carnifices, qui uncos ungulasque impingerent, & lacerarent carnes & carperent. Quo crudeli officio eo defungi melius poterant, quo minus moveri impactione inſtrumentorum ſævitiæ ſuæ poterat corpus, gravitate ponderum tractum deorſum & quaſi defixum: *unci*s igitur *ungulisque* in caſu tertio dixit: & illis *creſcere* ſive extendi corpus, quod ideo fiebat, ut uncos ungulasque reciperet. Sic *omnia creſcere morti* Seneca Hercule Furente v. 869 ait: quod omnia ideo naſcantur & fiant, ut mortem recipiant, ſive obeant: *Tibi*, inquit, *creſcit omne, Et quod occaſus videt & quod ortus: Parce venturis; tibi, mors, paramur.* Add. Nic. Heinſius ad Sil. 13, 847.

¶ Eviſcerātus, *a, um*, viſceribus privatus, diſcerptus, ausgeweidet, abgefleiſcht; ut, *Corpora eviſcerata*, Quintil. Declam. 12 circa finem. Non diſſimiliter *Eviſceratam formam* Apul. Apol. p. 511 dixit, unde caro omnis defluxerit, da nichts als haut und knochen. *Tertium mendacium*, inquit, *veſtrum fuit, macilentam, vel omnino eviſceratam formam dici cadaveris fabricam prorſus horribilem & larvalem.* Sic, *Vnio eviſceratus*, eine ausgemachte perle. Solinus c. 53 (al. 66) de Taprobana: *In aqua mollis eſt unio: duratur eviſceratus.* Sic, *Quadrupes eviſcerata, inanima*, ex Pacuvio Cicero de Divin. 2, 64. in deſcriptione teſtudinis inſtrumenti. conf. Tuſc 1, 44.

¶ Invĭſcero, *are*, viſceribus immittere, einpflantzen. M. Aurel. Nemeſ. in Cynegetico v. 214 *Hoc canibus blandis inviſcerat æſtus.*

¶ Invĭſcerātus, *a, um*, id eſt, innatus viſceribus, eingepflantzt, eine geſenckt. Auguſtin. Serm. 6 ed. Sirmond. p. 69 *Quod ejus ſanctam caritatem inviſceratam ſentimus in cordibus noſtris.*

¶ Revĭſcero, *are*, wieder mit fleiſch umgeben. Hinc

¶ Revĭſcĕratio, *ōni*, f. die erſtattung des fleiſches. Tertull. de Reſurrect. Carn. c. 30 *Oportevit oſſium quoque credi reviſcerationem & reſpirationem.*

Vĭsibilis, viſio, *ōnis*, vide ſupra in *Video.*

VĪSIO, *ire*, flatum ventris emittere, ſed ſine ſono, viſſen, viſt laſſen. vide Scaliger. ad Catull. p. 49. qui inde explicat Cic. 9, 22. ubi *diviſio* & *intercapedo* parem obſcenitatem ablata præpoſitione habere dicuntur. Add. Quint. 8, 3, qui confirmat Scaligeri ſententiam. Lucil. ap. Non. 11, 46 *Viſire minutim per commiſſuras rimarum.*

¶ Viſio, *ōnis*, f. & Viſium, *i*, n. ein viſt, ſchleicher. Gloſſ. gr. lat. βδέσμα, *Viſium.* conf. Parei Lex. Crit. p. 1308; & Meurſ. Exerc. Crit. 2, 5, 2.

Viſitare, viſitatio, viſo, *ĕre*, &c. quære ſupra in *Video.*

VISONTIVM, *i*, n. Hiſpaniæ urbs Ptolemæo, vulgo *Viſeo.* ¶ 2. Et alia Pannoniæ, apud eumdem.

VISTVLA, *æ*, f. flumen magnum, Sarmatas a Germanis ſeparans, quod in ſinum exit Codanum, die Weichſel. *Viſtulam* Plinius nominat 4, 14, & Ptolemæus: *Viſulam* Pomponius Mela 3, 4.

VISVLA, *æ*, f. vitis quoddam genus eſt brevi materie, & foliis latis, Columell. 3, 2; & Plin. 14, 2. ¶ 2. Pro flumine, vide *Viſtula*

VISVRGIS, *is*, m. inter clariſſimos Germaniæ fluvios, die Weſer, Plin. 4, 14. Qui fontibus ſuis in Hattiæ finibus propior eſt, *Vienna* dicitur, die Werre. conf. Tac. An. 1, 56, 6; Hor 4, 12, 16.

Vita, vitalis, &c. vide infra *Vivo*, Vitatio, vitator, *Vito.*

Vitellianus, vitellinus, vitellus, vide *Vitulus*, Viteus, *Vitis.*

VĪTEX, *icis*, f. frutex, qui & *Agnus, agnus caſtus*, & *Salix Amerina* dicitur, Baccho ſacra eſt, keuſchlamm, ſchwarz-mulde, Matthiolus, & Plin. 24, 9; & 32, 3; Pallad. Aug. 1. 8; Vitruv. 8, 1.

Vitiabilis, vitiare, vitiatio, &c. vide *Vitium*, Viticola, viticomus, viticula, vitifer, vitigenus, vitigineus, *Vitis*, Vitilena, *Vitium.*

VITILIGO, *ĭnis*, f. a vitio, ein flecken in der haut ſchwarze flecken, leberflecken. *Vitiligines* maculæ ſunt in humano corpore diverſi coloris, vitium cutis ex malo corporis habitu, quemadmodum Dioſcorides inquit. Celſus lib. 5 ſub fin. *Vitiligo quamvis per ſe nullum periculum affert, tamen fœda eſt, & ex malo ſit corporis habitu.* Apul. Apol. *Ea tabe, ſi foras corporis proſpiravit, malo e decore quam noxa diffunditur. Corpus enim primorem cutem vitiligine inſignit.* Sen. Quæſt. Nat. 3, 25 *Creatum eſt, quasdam aquas ſcabiem aſſerre corporibus, quasdam vitiliginem & fœdam ex alvo varietatem.* Arnob. lib. 1 *Fœdæ vitiligines ejus juſſioni obtemperabant pulſæ ſtatim.* Vet. Gloſſ. *Vitiligo*, ἀλφὸς, ἀλαπεκία. Juſtin. 36, 2, 12 *Scabiem & vitiliginem pati.* conf. etiam Feſtus; & Plin. 10, 67; & 35, 15; & Voſſ. Etym. p. 562.

¶ Vitiliginōſus, *a, um*, fleckicht. Gloſſ. gr. lat. ἐλεφαντιῶν, *Vitiliginoſus.*

VĪTĪLIS, *e*, lentus, flexibilis, was ſich lencken, binden, und beugen läſt; ut, *Vitiles vaginæ cucurbitæ*, Plin. 19, 5; item, *Vitilia navigia corio circumſuta*, Id. 4, 16. *Vitile* proprie exponitur, πλεκτὸν, quod eſt vimine & viendo factum, geflechten. Cat. R. R. 11 *Cola vitilia.* Varr. R. R. 3, 16 *Alvos vitiles ſimo bubulo oblinunt.* conf. Plin. 15, 17; 21, 15; 24, 9. *Viere* eſt πλέκειν *ligare*; *Vitor*, ὁ πλέκτης, ein korber. Hinc &

¶ Vitrix, *icis*, f. plectrix, eine binderin. Plin. 35, 11 *Corollarum vitrix.* vid. Salmaſ. exerc. Plin. p. 246.

Vitilitigare, vitimagiſtratus, vitioſus, &c. vide paullo poſt *Vitium.*

VĪTIS, *is*, f. quaſi Vinitis, vel a *Vieo*, id eſt, ligo, plecto, ἄμπελος, ein weinſtock; ut, *Propagatio vitium*, Cic. de Senect. c. 15. *Putatio*

tatio vitium, Idem de Orat. 1, 58. Et, *Applicare vites arboribus*, Quintil. 1, 2. *Ulmis adjungere vites*, Virg. Georg. 1, 2. *Vitis* partes ſunt: *Sarmenta*, das holtz. *Palmites*, quorum alii *pampinarii*, primo ſcilicet anno provenientes ſine fructu, alii *fructuarii* ſunt, reben, die da tragen. *Palmites annui*, jahr gewächs. *Palmites novelli*, reben-ſchöſſlein. *Flagellum*, vitis major, ein vogel. *Palma major*, vitis, ex qua uva naſcitur; *Capreoli*, die aderlein oder faſern. *Pampini*, reben-blätter. *Propagines*, vites vetuſtæ ſuppreſſæ per inflexos arcus, ut ex una plures emergant, geſencke; *Gemmæ*, ὀφθαλμοί, die augen. *Lacrymæ*, thränen. Vitem ordine poſitam σειρὰδα; temere & confuſe ξυσάδα dictam, Taubmann. ad Virg. p. 12 notat. *Vitis ablaqueata, arbuſtiva, brachiata, capitata, compluviata, cantheriata, jugata, pergulana*, &c. quæ dicatur, vide in his epithetis. Sic, *Vidua vitis*, ein ungepfählter weinſtock, Catull. 63, 48. *Vites fœcundæ* ſeu *feraces* ut explorentur, docet Columella 3, 7; *Infructuoſæ & ſteriles* ut curentur, Idem de Arbor. c. 8; & Pallad. Nov. t. 10. ¶ 2. De *vite aurea* regis Perſarum, cujus uvæ gemmeæ, vid. Athen. l. 12 p. 514 ſeq. De *vite aurea* in templo Hieroſolymitano Tac. Hiſt. 5, 5, 10. Lipſ. El. 2, 5. Voſſ ad Catull. p. 199. Huc etiam referunt quidam Iuven. 6, 545. ¶ 3. *Vitis alba & nigra*, alias *herba bryonia*, ſtichwurtz, Plin. 23, 1; Celſ. 5, 2; Colum. 6, 4; Apul. de Herb c. 66. Sed *Vitis cana* eſt *ſaxifraga*, Eidem Apul. c. 97. *Vitis Idæa* eſt *myrtillus*, heydelbeer, Matthiolo. ¶ 4. *Vitis* geſtamen centurionis, baculus nimirum ex vite. Ovid. A. A. 3, 427 *Dux bonus huic centum commiſit, vite regendos.* Martialis 10 epigr. 26 *Vare Parætonias Latia modo vite per urbes Nobilis, & centum dux memorande viris.* Et Iuvenalis 14, 193 *Aut vitem poſce libello.* Vbi vetus Scholiaſtes: *Vitis, inſigne centurionum eſt, a Libero patre inventum, qui primus triumphavit & inventor vitis eſt.* add. Iuv. 8, 247. Lucanus 6, 146 *Promotus Latium longo gerit ordine vitem.* Et Silius 12, 395 de Ennio duce: *Latiæque ſuperbum Vitis adornabat dextra decus.* vid. Drakenb. & Plin. 14, 1 extr. Sed etiam L. 13 § 5 ff. de re milit. ¶ 5. *Sub vitem haſtas jacere dicitur Veles, cum eas ſub manu ſurſum mittit.* v. Feſt. p. 450 & ibid. Lucil. *Sub vite* autem *præliari dicuntur milites, cum ſub vinea militari pugnant.* vid. iterum Lucil. apud Feſtum. ¶ 6. *Vitis* etiam eſt flagellum arundinis Cat. R. R. c. 47. it. ramus cucumeris Pallad. Mart. 9, 8 & 9. it. Mart. 10, 15.

¶ Vitĭcŭla, *æ*, f. diminut. Cic. de Nat. D. 3, 35 *Minora dii negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur.* conf. Pallad. 1, 35; & Febr. t. 12.

¶ Vitĭcŭlum, *i*, n. capreolus, flagellum, & claviculus, quo quidquid attingit, annectitur, eine gabel an der rebe. Plin. 24, 11 *Minus longis viticulis eſſe.*

¶ Viteus, *a, um*, vom weinſtock. Virg. Georg. 3, 380 *Pocula vitea* pro vino dixit. Sic, *Coliculus viteus intortus, ut cincinnus*, id eſt, capreolus, Varro R. R. 1, 31. Et, *Vitea ſorta plicas*, Nemeſian ecl. 3, 19. Forte etiam *Latex viteus* rectius quam *Vineus* Solin. c. 11 (Salm. 5).

¶ Vitio, *is, ire*, vites colere legitur in quibusdam Codd. Cic. Off. 2, 25, ubi meliores *male paſcere.* vid. Grut.

¶ Vitiārium, *i*, n. vitium ſeminarium, ein wein-garten. Columell. 3, 5 *Vitiarium neque jejuna terra neque uliginoſa faciendum eſt.* Adde Cat. R. R. c. 47; Varr. R. R. 1, 31; Colum. 11, 2; & de Arbor. c. 1.

¶ Vitĭcŏla, *æ*, m. cultor vinearum, ein wintzer, wein-bauer. Sil. 6, 193 *Viticolæ nomen pervulgatura Falerni.*

¶ Vītĭcŏmus, *a, um*, pampineum ſertum geſtans, ſive vitibus ornatus, mit weinlaub umgeben. Avienus in Arateis v. 70 *Et cum viticomo crinem tondere Lyæo.* Vnde ad arbores transfertur, quorum ramis vites ſuſpenduntur. Sic, *Viticoma ulmus*, apud Sidonium carm. 2, 328.

¶ Vitĭfer, *a, um*, weintragend; ut, *Regio vitifera*, Plinius 6, 16. *Colles vitiferi*, Idem 3, 5. *Vienna vitifera*, Martial. 13 epigr. 107. *Montis vitiferi vertex*, Sil. 4, 349. Add. Pallad. Febr. t. 13; Mart. Capell. 6 p. 222.

¶ Vitĭgĕnus, *a, um*, e vite natus, vom weinſtock; ut, *Liquor vitigenus*, Lucret. 5, 15, hoc eſt, vinum, wein. Et, *Vitigeni latices*, Idem 6, 1070.

¶ Vitĭgĭneus, *a, um*, idem; ut, *Folia vitiginea, ſarculi vitiginei*, Columell. 12, 3; & Cato R. R. c. 41. conf. Plin. 30, 6; & 16, 40. *Vitiginea vincula*, Flor. 3, 20, 4.

¶ Vitineus, *a, um*, adject. aliud apud Florum 3, 20, 4, *Vitineis*, inquit, *vinculis delapſi.* Sed in aliis libris *vitigineis* legitur. Cæterum vitibus ad vincula etiam uſos fuiſſe, Barthius annotat ad Claud. de 4 Conſ. Honorii v. 609.

¶ Vitiparra, *æ*, avis nomen, quod Plinio 10, 33 ſ. 50 reſtituit Hard. Vid. nov. maj. 43.

¶ Vitīſător, *ōris*, m. ein weinacker, epitheton Saturni: Virgil. Æneid. 7, 179 *Vitiſator curvam ſervans ſub imagine falcem.* Arnob. lib. 3 p. 117.

Vīnea, vinetum, vide in *Vinum* ſuo loco.

VĪTIVM, *i*, n. a vitando dictum, quod per ſe ipſum vituperabile eſt, κακία, (hanc enim *vitium* malle ſe appellare, quam *malitiam*, in Finibus ſuis dixit Cicero 3, 11) pravitas, deformitas, ein laſter, ein mangel, ein übelſtand, gebrechen. Thraſea dicere ſolebat: *Qui vitia odit, homines odit*, ut Plinius refert 8 epiſt. 22. vide ibi Buchner. Potius tamen eſt, a *vi* dictum putare. Nam omne vitium cum impetu ingruit, & recto ac ſano vim affert, illudque corrumpit ac violat. Vnde *violare* & *vitiare* ſæpe Synonyma. Sic, *vitiare & violare virginem* idem eſt. Sunt igitur corporis, animi & rerum vitia. Quamvis itaque *morbus* & *vitium* cognata ſint, differunt tamen: Nam *morbus*, temporalis corporis imbecillitas eſt; *vitium* perpetuum corporis impedimentum, *perpetua & inſanabilis atque irrevocabilis cauſſa*, ut Nonius 5, 77 & ICti diſtinguunt. Quamquam Bynckershœk. Obſ. 3, 1 potius in eo ponit diſcrimen, quod morbus, licet perpetuus, eſt cum acceſſu vel receſſu, ſine mutatione. Vitium licet temporarium, eſt continuum, & ſine mutatione. Ex mente Stoicorum Cic. Tuſc. 4, 13 MORBVM *appellant totius corporis corruptionem*, AEGROTATIONEM *morbum cum imbecillitate*; VITIVM *cum partes corporis inter ſe diſſident.* Sic, *febri, hydrope laborare*, morbus eſt: *valgum aut balbum eſſe*, vitium. Et itaque *equus mordax & calcitro* non tam *morboſus* quam *vitioſus eſt*, das mundel hat. *Vitia corporis fuco occultant*, Plaut. Moſt. 1, 3, 118. Sic, *Oris & linguæ vitia*, Quintil. 1, 4. Claudianus de Laud. Stil 2, 161 *Vitium rebus ſolenne ſecundis*, ſuperbia eſt. Cic. Acad 4, 16 *Hoc ſi perveneris, meum vitium fuerit*, hoc eſt, culpa. *In vitio eſſe*, id eſt, peccare, ſündigen. Idem Off. 1, 7 *Qui non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, &c. deſerat.* Et, *In vitium delabi*, id eſt, vituperationem, Idem de Orat. 2, 60, in ſchande gerathen. *Laborare vitio*, Quintil. 3, 11. *Vitia in aliquo deprehendere*, Idem 3, 8. *Vitiis imbuere aliquem*, Idem 1, 1. Et, *Vitia aperte coarguere*, Idem 2, 6. *Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere.* Cic. in Salluſt. c. 8. *Vitia excuſare*, Quintil. 1, 3; *eluere*, Idem 2, 3. Sed, *Vitio dare, vertere*, für laſter auslegen, übel deuten; ut, *Dare ſummam laudem vitio*, Cicer. pro Roſc. c. 16 extr. *Quam rem vitio dent, quæſo, animam advortite*, Terent. prol. Andr. 8. *Hoc vitio datur*, Idem Adelph. 3, 4, 64. Vet. Gloſſ. *Vitium furi dico*, καταγινώσκω τῦ κλέπτε. *Vertere vitio*, Cic. fam. 7, 6. Et Horat. 1 ſat. 3, 43 *At pater ut gnati, ſic nos debemus amici, Si quod ſit vitium non faſtidire, &c.* Et ibid. v. 68 *Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt, Qui minimis urgetur.* Cicer. ad Att. 2, 17 *Bellum eſt ſua vitia noſſe.* Sen. de Ira 2, 28 *Aliena vitia in oculis habemus, a tergo noſtra ſunt*, ubi reſpicit ad fabulam de duabus peris. Tac. Hiſt. 4, 74, 4 *Vitia erunt, donec homines.* Sen. de Benef. 4, 27 *Omnia in omnibus vitia ſunt, ſed non in omnibus exſtant.* ¶ 2. *Vitio* eſt etiam, *contra auſpicia.* Cic. de Divin. 1, 16 *Vitio navigavit*, hoc eſt, contra auſpicia, contemta religione. Sic dicitur, *Vitio creatus cenſor, prætor, &c.* e g. Cic. Phil. 3, 4. ¶ 3. *Vitium facere*, dicuntur ædificia, cum corrumpuntur, labefactantur, wandelbar werden. Cicer. in Topic. c. 3 *Si ædes eæ corruerunt, vitiumve fecerunt.* Et ibid. *Quod fornix vitii fecerit.* Idem fam. 9, 15 extr. *Si nihil eſt in parietibus aut tecto vitii, cætera mihi probantur.* Plaut. Moſt. 1, 2, 25 *Hic jam ædibus vitium additur.* Vitruv. 8 c. ult. *Si quando vitium aliquis locus fecerit.* Et ibid. *Si quod vitium factum fuerit, quilibet poteſt reficere.* Ovid. Pont. 1, 5, 5 *Capiunt vitium, ni moveantur aquæ.* ¶ 4. Non raro *Vitium* pro ſtupro ponitur. Sic, *Offerre vitium virgini*, Ter. And. 3, 1, 9, *ſtuprare* eſt, ſchänden, zu fall bringen. Plaut. Epid. 1, 2, 7 *Vitium afferre*; & Amph. 2, 2, 179 *Vitium addere* dixit. Horat. 3 od. 27, 38, *Vigilanſue plora Turpe commiſſam, ac vitiis carentem Ludit imago? Vitiis carentem*, id eſt, integram & incorruptam, ſtuprum nullum paſſam. Hinc *Vitio pater*, id eſt, per ſtuprum, apud Martialem 12 epigr. 53, quem tamen locum ita rectius exponit Facciolatus ep. 111 p. 406. Paternum, etiam antequam filium haberet, rapacitati fuiſſe patrem ſeu pecuniam ſemper quæſiiſſe. ¶ 5. *Vitium* etiam dicitur in pomis id, quod abjicitur, ſive extra ſit ſive intus. v. Plin. 15, 28 ſ. 34.

¶ Vitiōſus, *a, um*, contrarium puro, honeſto, integro, mangelhaftig, gebrechlich, böſe. e. g. *Non ego emam vitioſa nuce*, Plaut. Mil. 2, 3, 45. *Vitioſa ac flagitioſa vita*, Cic. de Fin. 2, 28. *Oves vitioſæ*, id eſt, morboſæ, Colum. 7, 3. *Vitioſus humor*, Macrob. Sat. 7, 10. *Vitioſa ilex*, Virg. Georg. 2, 453. *Vitioſus conſul Dolabella*, i. e. vitio, non ſalvis auſpiciis, creatus, Cic. Phil. 2, 33. vid. Menck. Obſerv. L. L. ubi plura exempla laudantur. *Progenies vitioſior*, Horat. 3 od. 6, 48. Et Cic. Tuſc. 3, 30 *Qui ſuos caſus aliter ferunt, atque ut aliis auctores ipſi fuerunt, non ſunt vitioſiores, quam fere plerique, qui avari avaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt.* Id. de Orat. 3, 26 *Ipſa ad ornandam præcepta quæ dantur, ejusmodi ſunt, ut ea, quamvis vitioſiſſimus orator, explicare poſſit.* Et Vellej. 2, 97, 1 *Homo inter ſummam vitiorum diſſimulationem vitioſiſſimus.*

¶ Vitioſe, adverb. idem; ut, *Vitioſe facere*, Quintil. 4, 1. *Vitioſe ſe habet membrum*, hoc eſt, vitio affectum eſt, es hat einen mangel, Cic. Tuſc. 3, 9. Et. *Vitioſiſſime uſurpari*, Colum. 4, 24.

¶ Vitiōsĭtas, *ātis*. f. gebrechlichkeit laſterhaftigkeit. Cic. Tuſc. 4, 15 *Malitia certi cujusdam vitii nomen eſt: vitioſitas omnium.* Adde c. 13. Arnob. lib. 1 ſub finem: *Seminarium totius vitioſitatis abſcidit.* Et lib. 2 p. 53 *Vitioſitatis nullius reus.* Macrob. Sat. 7, 10 *Cujuslibet vitioſitatis occaſio.*

¶ Vitio, *avi, atum, are*, vitium adferre, corrumpere, deſtruere, verderben, verfälſchen, ſchänden; ut, *Auræ vitiantur odoribus*, Ovid. Met. 7, 545. Liv. 3, 55 *Senatusconſulta, quæ antea arbitrio conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque. Vitiare virginem*, ſtuprare, Ter. Eun. 4, 3, 12. *Ejus filiam vitiarat*, Plaut. Prol. Aul. v. 5. *Os, ubi injuria acceſſit, vitiatur, &c.* Celſ. 8, 2. *Vitiatur oleum in amurcam*, Plin. 15, 3. *Fœminæ aſpectu ſpecula vitiant*, Solin. c. 4. conf. Ovid. Triſt. 3, 8, 25; & 3, 7, 33.

¶ Vitians, *tis*; ut, *Lolia oculos vitiantia*, Ovid. Faſt. 1, 6, 691. Id. Met. 7, 366 *Oculos ipſo vitiantes omnia viſu.*

¶ Vitiātus, *a, um*, verderbt, verfälſcht, geſchändet; ut, *Vitiatæ auræ*, Ovidius Met. 3, 76. *Virgo vitiata*, Ter. Eun. 4, 4, 37. *Oſſa vitiata*, Celſ. 8, 2. *Significationes vitiatæ atque corruptæ*, Cicer. pro Sextio c, 54. Idem quod infectus ſonat apud Sil. 15, 116, *Tyrio vitiatæ murice veſtes.*

¶ Vitiātio, *ōnis*, f. die verfälſchung, ſchändung. Sen. Controverſ. 23 *Legem vitiationis evertere.* Tertull. de Anima c. 25 *Vitiatio ſeminis.*

¶ Vitiator, *ōris*, m. ein ſchänder. Senec. Controv. c. 23 *Occidere vitiatorem*, id eſt, ſtupratorem. Et Tertull. de Pudicit. c. 15 *Templi Dei vitiator.*

¶ Vitiābilis, *e*, verderblich. Prudent. Apoth. v. 1059 (1114 Weiz.) *Ne jam vitiabilis eſſet*, tellus, puta.

¶ Vitilēna, *æ*, f. i. e. vitioſa lena, eine kuplerin. Plaut. Moſt. 1, 3, 56 *Corrumpit mulierem maleſuada vitilena.*

¶ Vītilĭtĭgo, *are*, idem eſt ac *vitio litigare*, (vide ſupra in *Audio*, n. 5) liederlich zancken, hadern, läſtern. Plin. præfat. lib. 1 extr. ex Catone: *Scio ego, quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palam proferantur, multos fore qui vitilitigent*, id eſt, qui calumnientur.

¶ Vitilitigātor, *ōris*, m. obtrectator, calumniator, ein ſtäncker, zänker, ein läſtermaul. Idem Plin. in operis ſui præfat. *Securi etiam,*

in pit, *contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus compositi.*

¶ Vitimagistratus, *ûs*, m. ita Mariani & Cinnani, vitio, & per vim magistratus creati, dicuntur Sallustio 3 Histor. si recta est Palmerii emendatio ibidem.

¶ Convĭtium, *i*, n. multarum partium ruinosarum vitium, quod Scaliger in Catalect. p. 120 ex veteri inscriptione Veronensi probavit, die schadhaftigkeit. ¶ 2. Alia notione dicitur *Convicium* per C. de quo infra in *Vox*, qua occasione etiam de *Convitio* n. 3.

¶ Invitiābilis, *e*, unversehrlich. Prudent. Psychom. v. 626 *Spes invitiabilis ævi.*

¶ Prævitio, *are*, id est, antea vitiare, vorher verderben. Ovidius Met. 14, 55 *Hunc Dea prævitiat, portentificisque venenis Inficit.*

VĪTO, *avi, atum, are*, quasi *vi avertere*, & cum cura diuturna fugere; plus enim est quam cavere, & declinare, aspectui non admittere, meiden, vermeiden, umgehen; ut, Cicero Octavio: *Quis non morte periculum proprium vitet?* Et, *Mortem vitare fuga*, Cæs. B. G. 5, 20. *Vitare suspiciones*, Idem de B. Gall. 1, 39. Et, *Vitanda est ingenii ostentatio isque suspicio*, Cic. de Orat. 2, 81 extr. *Vituperationem vitare*, Idem de Prov. Cons. c. 18, verdacht meiden. *Vitanda est improba Siren Desidia*, Horat. 2 sat. 3, 14 *Vitandum balneum*, Cels. 1, 10. *Insidias prudenter cauteque vitare*, Curt. 5, 12, 1. *Fugæ dedecus honesta morte vitare*, die schande abwenden, Idem 4, 15, 30. ¶ 2. Plautus cum dativo junxit Casina 2, 2, 35 *Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro:* Idem Curc. 2, 3, 19 *Infortunio vitare:* alibi *malo vitare.* Et ita *malo cavere* Petronius dixit c. 82.

¶ Vitans, *tis*. Cic. de Fin. 2, 8 *Vitantes eruditatem.* Stat. Theb. 11, 493 *Vitans aspectum.* Catull. 64, 33 *Iuvenca vitans onus jugi.* conf. Horat. 2 sat. 4, 41.

¶ Vitātu, supinum Horat. 1 sat. 4, 115 *Vitatu quidque petitu sit melius*, was am besten zu thun oder zu lassen sey.

¶ Vitātio, *ōnis*, f. die meidung, vermeidung; ut, *Vitatio periculi*, Auctor ad Herenn. 1, 3. *An tibi urbanorum tanta vitatio est?* Symmach. 2 epist. 36. Adde Cic. Phil. 3, 10, de fin. 5, 7.

¶ Vitātor, *ōris*, m. der meidet, Apulej. de Deo Socrat.

¶ Vitābĭlis, *e*, vermeidlich. Arnob. lib. 5 p. 165 *Illam fœtorvitabilem reddidit fugiendamque Caprinus.* Habet & Ovid. Pont. 4, 14, 31; sed versus suspectus. Corn. Gallus 6, 9 *Quod est vitabile nulli.* Conf. Afran. apud Gellium 15, 13.

¶ Vitābundus, *a, um*, vitans. Sallust. Iug. c. 101 *Marius vitabundas hostium classem ad oppidum pervenit.* conf. ibid. c. 38 & 60. Liv. 25, 13 *Vitabundas castra hostium.* Et Tac. Hist. 3, 73, 3 *Vespasiani nomen suspensi & vitabundi circumibant.*

Composita:

¶ Devīto, *avi, atum, are*, idem quod simplex, vermeiden; ut, *Devitare malum*, Ter. Andr. 3, 5, 5; & Phorm. 1, 4, 3 *Quæ neque uti devitem scio, neque quomodo me inde extrahem.* Et, *Subterfugere & devitare*, Cic. Verr. 2, 3. *Devitare dolorem*, Idem Tusc. 2, 26. Horat. 1 epist. 1, 44 *Turpemque repulsam Quanto devites animi capitisque labore.*

¶ Devītans, *tis*. Vulg. Interp. Iudic. 11, 3 *Quo ille fugiens atque devitans habitavit in terra Top.* conf. 1. Tim. 6, 20.

¶ Devītatus, *a, um*. Cic. ad Attic. 9, 7 *Ne devitatum se a me putet*, ich wäre ihm aus dem wege gegangen.

¶ Devītatio, *ōnis*, f. die vermeidung. Cic. ad Attic. 16, 2 *Devitatio piratarum.*

¶ Indevītatus, *a, um*, unvermeidet. Ovid. Metam. 2, 607 *Indevitato vulnere pectora telo.*

¶ Evīto, *are*, fugere, vitare, entgehen, entweichen; ut, *Evitare casus & suspicionum offensionumque*, Cic. de Amic. c. 24. *Fugere & evitare*, Idem de Fin. 5, 8. *Evitare casus*, Hirt. de B. G. 8, 20. ¶ 2. Est & vitam eripere, sed a *Vita:* vide ibid. in *Vivo.*

¶ Evītātus, *a, um*, vermeidet, entgangen. Horat. 1 od. 1, 4 *Meta fervidis evitata rotis.* Ovid. Met. 12, 123 *Hasta non evitata.*

¶ Evītatio, *ōnis*, f. die vermeidung, entgehung; ut, *Evitatio malorum*, Auctor ad Herenn. 2, 2. Et, *Fastidii evitatio*, Vopisc. Aurel. c. 22.

¶ Evītābĭlis, *e*, vermeidlich; ut, *Evitabile telum*, Ovid. Met. 6, 234.

¶ Inēvitabilis, *e*, unvermeidlich, unumgänglich; ut, Albinovanus ad Liviam v. 443 *Sed rigidam jus est & inevitabile mortis.* Plinius Paneg. c. 42 *Magnum & inevitabile, ac toties cuique experiendum malum.* Curt. 4, 6, 17 *Inevitabile fatum.* Quintil. Decl. 13 *Inevitabilis pestis occulta fraude grassans.* Ovid. Met. 3, 301 *Inevitabile fulmen.* conf. Sen. epist. 49; & Qu. Nat. 2, 50.

¶ Inevitabiliter, adverb. idem. Augustinus Enchiridio c. 13 *Connexio ratiocinationis hujus velut inevitabiliter nos compellit hoc dicere.*

¶ Invīto, *avi, atum, are*, allicere est quodam blandimento, quod quidam quasi *non vitare* exponunt: Vossius autem a *vi* deducit, quasi vi blandi, aut in vim blande attrahere, locken, reizen, an sich ziehen; ut, *Invitare aliquem præmiis*, Cicero pro Lig. c. 6. Et ad Brut. epist. 15 *Ingenia præmiis & gloria invitantur.* Et, *Appetitum animi invitare & allicere*, Idem de Fin. 5, 6. Eleganter Curtius 3, 5, 2 *Regem invitavit liquor fluminis.* ¶ 2. Sed, *Invitare ad cœnam, ad epulas*, vocare est, berufen, einladen, zu gaste bitten. Ter. Heaut. 1, 2, 11 *Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie.* Livius 3, 14 *Benigne salutare, alloqui, domum invitare*, zu sich in sein haus laden. Nep. 25, 13, 6 *Cum inprimis lautus esset eques Romanus, & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines invitaret.* Sic, *Invitare hospitio*, Cic. Phil. 12, 9. ¶ 3. Neque vero *Invitare* vocare tantum ad cœnam est: sed & in cœna largiter & liberaliter accipere, wohl tractiren, und den gästen einen guten trunck bewirthen. Cæs. de B. G. 1, 74 *Interim alii suos in castra invitandi caussa adducunt: alii ab suis abducuntur;* INVITANDI CAVSSA id est, ut acciperent apud se & bene haberent, daß sie ihnen eine ehre erweisen. Sallust. 4 Hist. *Cum se cibo vinoque lœti invitarent*, als sie es ihnen wohl schmecken liessen und lustig waren. Tertiusne an sextus casus sit, disputat Cort. ad h. l. p. 991. Plaut. Amph. 1, 1, 127 *Mira sunt, nisi invitavit se in cœna plesculum*, er hat mehr zu sich genommen, als er vertragen kan. Suet. Aug. c. 77 *Largissime sese invitare*, id est, largiori potu se implere, sich volltrincken. ¶ 4. De aquæ derivatione Rutil. Itin. 1, 245 *Interior medias sinus invitatus in ædes.* ¶ 5. *Invitasso*, pro *invitavero*, dixit Plautus Rud. 3, 5, 31.

¶ Invītans, *tis*. Cæs. B. G. 8, 19 *Invitantes ad deditionem.* Petron. c. 111 *Invitans ad humanitatem.*

¶ Invītātus, *a, um*, geladen, eingeladen, gelockt. Liv. 1, 9 *Invitati per domos hospitaliter, &c.* Plin. 2, 23 *Invitata improbitas parvo successu.* Cæs. B. G. 1, 35 *In colloquium invitatus.*

¶ Invītātus, *ûs*, m. subst. die einladung, anreitzung. Cic. fam. 7, 5 *Ita mitto, ut initio meo sponte, post autem invitatu tuo, &c.*

¶ Invītatio, *ōnis*, f. idem. Cic. Tusc. 3, 34 *Ægritudo non natura exoritur, sed judicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad dolendum.* Gell. 15, 2 *Iucundior vini invitatio*, ein schmauß.

¶ Iuvītamentum, *i*, n. idem. Cicer. apud Nonium 4, 232 *Voluptates nulla ad res necessarias invitamenta adferunt senibus*, sie reitzen nicht, thun keine reitzung. Et de Fin. 5, 6 extr. *Fons reperiendus est, in quo sint prima invitamenta naturæ.* Liv. 2, 42 *Largitiones, temeritatisque invitamenta horrebant.* vid. de hac voce Burm. ad Vellej. Paterc. 2, 67.

¶ Invītatiuncula, *æ*, f. diminut. Gellius 15, 2 in titulo: *Quod Plato largiores lætioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimaverit*, die guten schmäußgen.

¶ Invītator, *ōris*, m. qui invitat. Lemmate lib. 3 epigr. 23. Martial. & Salvian. lib. 1 de Gubern. p. 28. Et Sidon. 2 ep. 9 *Primi invitatoris prærogativa.* Idem 9 epist. 13 *Quos undique adscitos invitator in unam cœnam contraxerat.* Tertull. adv. Marc. 4, 25 extr. *Christus eternæ vitæ invitator.*

¶ Invītatrix, *īcis*, f. Adjective Symmach. 1 epist. 59 *Placet hortatio invitatrix religionis.*

¶ Invītatōrius, *a, um*, idem. Hieronymus ep. 1 ad Heliodorum, sub init. *Postulavas, ut invitatoria ad te scripta transmitterem.* Et Tertull. de Anima c. 57 *Operatio invitatoria.*

¶ Invītābĭlis, *e*, reitzend; ut, *Sermones jucundi & invitabiles*, Gell. 13, 2. Et Gloss. lat. gr. *Invitabile, προτρεπτικόν.*

¶ Reinvīto, *are*, wiederladen. Vulg. Luc. 14, 12 *Noli vocare divites, ne forte & ipsi te reinvitent.*

¶ Subinvīto, *are*, aliquantum aut modice invitare, einiger massen einladen, anreitzen. Cicer. fam. 7, 1 extr. *Me quadam epistola subinvitaras.*

Vitreus, vitriarius, vide paullo post *Vitrum.*

VĪTRĬCVS, *i*, m. quasi *Patricus*, matris maritus alter, πατρωός, der stiefvater. Cicer. Phil. 2, 7 *Ad sepulturam corpus vitrici sui* (Lentuli Suræ) *negat a me datum.* Ovid. Amor. 1, 2, 24 *Currus vitricus ipse dabit.* Intelligit Martem, Veneris alterum virum. Adde Suet. Tib. c. 7; Plin. 36, 15; Tac. An. 3, 29, 2.

VITRVM, *i*, n. quod ex arena & cinere formatur percoctis, glas; ut, *Fons splendidior vitro*, Horat. 3 od. 13, 1, ein klarer brunn. Ferunt Tiberio principé repertum artificem, qui vitrum ita temperare valeret, ut ductile atque flexibile esset. Qui cum ejusmodi phialam obtulisset Cæsari, indignatum Cæsarem afflixisse solo: sublatam vero auctorem ejus malleo de sinu prolato emendasse ex tempore, quæ vitium fecerat, & integram statim exhibuisse. Accepto, eum solum artificium scire, caput ademtum artifici jussu Cæsaris, ne auro argentoque suum adimeretur pretium. Referunt Plinius 36, 26. Petron. c. 51. Sarisb. 4, 5. Iremque Ilid. 16, 15, sed ut incertam rem & falso propiorem. Dio Cassius autem lib. 57 pro comperta narrat. Plinius 36, 26, est locus classicus, quem interpretatur etiam Gesn. Chrestom. Plin. p. 1073 seqq. add. Aristoph. Nub. 764 seq. Quantum ad etymon, antiqui dicebant *vitum* pro *visum.* Itaque *vitrum* a *videndo*, quemadmodum *specular*, quod idem fere significat, a speciendo. Salm. Ex. Plin. p. 771. ¶ 2. *Vitrum* Latinis veteribus isatin herbam, vel glastum notasse, (credo quod colorem cœruleum, sive vitreum daret) Ioh. Isaac. Pontanus ex Cæsaris & Melæ locis, ut in MSS. leguntur, observat: quibus fretus & apud Senecam in Ludo de morte Claudii pro *Et cæruleos Scuta Brigantes:* legendum putat: *Vitro Brigantes:* Non male, si ultima in *Vitro* corripi posset. De re ipsa vid. Diak. ad Sil. 17, 417, & Hard. ad Plin. 22, 2.

¶ Vitreus, *a, um*, adject. gläsern. Colum. 12, 4 *Vasa vitrea*, gläser. Horatius *Famam vitream* dixit, pro fragili, zerbrechlich, 2 sat. 3, 222 *Si furiosus erit, quem cepit vitrea fama.* Sicut & *fortunam vitream*, Publ. Syrus; *Fortuna*, inquit, *vitrea est, quæ cum maxime splendet, frangitur.* Et, *Vitreus color*, glasfarb, Plinius 9, 34. Sic omnia *vitrea* poëtis res fluviorum & fontium tangunt. Sic, *Vitrea antra* oceani, aut fluminum, dixere Claudianus Fescennin. v. 76; & Silius 7, 413, ac 8, 191. Adde Sen. Qu. Nat. 3, 17: Petronius c. 34 c. 51 & 67; Sidon. 1 epist. 7, & quos laudat Drakenborch. ad Sil. 4, 346.

¶ Vitreum, vel Vitrium, idem quod specular. vid. Salm. ad Solin. p. 770. b. Vitetius est ¶ 2. Vitrea, *orum*, n. pl. subst. pro vasis vitreis Plin. 12, 19. Martialis 1 epigr. 4 *Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.* Verus grammaticus apud Rigalt. p. 271 *Sub terminis signa invenimus, aut calcem, aut gypsum, aut carbenes, aut vitrea fracta.* Quia itaque *vitrea fracta*, frivolæ res & nullius pretii, idcirco *vitrea fracta* pro nugamentis Petronius dixit, cum ait c. 10 *An videlicet audirem sententias, hoc est, vitrea fracta & sonniorum interpretamenta?* nichtswürdige dinge. vid. Barth. ad Silv. Statii p. 158. conf. Tertull. ad Martyr. c. 4.

¶ Vitreatus, *a, um*, glasfurt, gläsern; ut, *Cernendi vitreata potestas*, i. e. visus oculorum, die sehe, Lucret. 3, 410; vulgo autem legitur etiam in Crechiana, *vivata.*

¶ Vitrei-

¶ Vitreāmĭna, *um*, n. pl. vasa vitrea, glas-geſchirr. Paul. ICt. D. 33 t. 7 l. 18 § 13 *Ibi libros, vitreamina, veſticulam habuit.*

¶ Vitriārius, *i*, m. ein glasmacher, glaſer. Seneca epiſt. 90 *Vitriarius ſpiritu vitrum in plurimos habitus format*, er treibet das glas mit dem athem, ꝛc. In Gronovii editione exſtat Vitrarius. Lamprid. in Alex. Sev. 24 *Vitriariorum vectigal pulcherrimum inſtituit.*

¶ Vitriaria, *æ*, f. ſubſt. ſcil. officina, die glas-hütte. ¶ 2. Herba, quæ & parietaria dicitur, glas- oder S. Peterskraut, Apul. de Herb. c. 81.

¶ Vitriŏlum, *i*, n. ſal minerale, quod Perottus a vitri ſimilitudine dictum cenſet, vitriol, kupfferwaſſer. v. *Chalcanthum.*

VITRŬVIVS, *i*, m. M. Vitruv. Pollio, qui ſub Iul. Cæſaris & Oct. Auguſti principatu vixit, & de Architectura decem libros ſcripſit. vid. Reinef. Var. Lect. 2, 6; Barth. in Claudian. p. 827; Borrich. Cogit. ad Voſſ. p. 5. Inprimis Fabricius Bibl. Lat.

VITTA, *æ*, f. faſcia capitis, ταινία, was man um das haupt bindet, eine haube, kopf-binde; ut, *Vitta crinalis*, Ovidius Met. 4, 6. Erant enim vittæ colligendo fluxui capillorum. Sil. 13, 779 *Cui vitta ligabat Purpurea effuſos per colla nitentia crines.* Et non ſacerdotes tantum & poëtæ, quorum perpetua erant ornamenta, & inſignia, ſed etiam victimæ vittis coronabantur; & victorum præmia. Virg. Æneid. 5, 366 *Proponit honorem Victori velatum auro vittisque juvencum.* Exempla alia apud poëtas paſſim obvia ſunt. De vittis earumque uſu apud veteres multa collegit notavitque Bernartius ad lib. 5 Thebaidos Statii, quem vide, & Plin. 18, 2. Item interpretes Virgilii ad Æneid. 7, 237, ac ad IA. α, 14. Schol. Sophocl. Oed. Tyr. v. 3. Tertull. Apolog. c. 13, quos laudat etiam Potter. ad Clem. Alex. Protr. p. 9. ¶ 2. *Vitta*, non minus quam *Stola*, matronarum & virginum ingenuarum erat, quas tentare nefas & legibus prohibitum erat, unde nonnunquam pro ipſa pudicitia ponitur *vitta*. vid. Brouckh. ad Tib. 1, 7, 73. Ita Ovid. A. A. 3, 483 *Vittæ honorem* vocat & R. A. 386 *Nil mihi cum vitta, Thais in arte mea eſt.*

¶ Vittātus, *a, um*, vittis ornatus; ut, *Vittata ſacerdos*, Lucan. 1, 595. *Vittati capilli*, Ovid. Amor. 1, 7, 17. *Vittata laurus*, Stat. Theb. 12, 492. Adde Plin. 7, 30; ubi *vittatæ navis* mentio, quam Dionyſius Platoni obviam miſerit, i. e. ut interpretor coronis & fertis ornatam, ut illa Virgil. Æneid. 4, 418, ubi vid. Lacerda. Solin. c. 7; Val. Flacc. 2, 589.

VĬTŬLVS, *i*, m. bos junior, a laſcivia ſic dictus, ſive a græco ἰταλὸς, quod taurum ſignificat, ein kalb jung ochslein; vel quaſi *vegitulus*, quod plerique vegeti ſunt. v. Varr. de L. L. 4, 19; & R. R. 5, 2; Virg. Georg. 2, 195; &c. Petron. c. 47 & 59. Sic, *Lactantes vituli*, Ovid. Met. 10, 227, ſäugkälber. Idem de A. A. 2, 341 *Quem taurum metuis, vitulum mulcere ſolebas.* Et, *Taurum tollet, qui vitulum ſuſtulerit*, vid. Chiliad. ex Petron. c. 25. ¶ 2. Plinius porro etiam *elephantorum*, 8, 1; & *balænarum vitulos*, 9, 13 dixit. ¶ 3. *Vitulus* piſcis, ſeu *vitulus marinus*, idem qui *phoca*, ein ſee-kalb, ſee-hund. vide *Phoca*, & Plin. 2, 55; & 12, 11; & Suet. Aug. c. 90.

¶ Vĭtŭla, *æ*, f. eine junge kuh. Varro de Re Ruſt. 2, 5 *In bubulo genere primus ætatis gradus eſt vitulorum, ſecundus juvencorum, tertius boum novellorum, quartus vetulorum. Diſcernantur in prima* (ætate) *vitulus & vitula, in ſecunda juvencus & juvenca, in tertia & quarta taurus & vacca &c.* Virg. eclog. 3, 77 *Cum faciam vitula pro frugibus.* conf. ibid. v. 29, 48, 85 & 179; & Georg. 4, 546. ¶ 2. *Vitula*, Dea hilaritatis, prima longa, de qua quære *Vita* in *Vivo*.

¶ Vĭtellus, *i*, m. diminutivum a *Vitulus*, ut *Agnellus* ab *Agna*, *Hædillus* ab *Hædus*, ein kalblein. Conjungit in blanditiis amantium Plaut. Aſin. 3, 3, 77 *Agnellum, hædillum me tuum dic eſſe, vel vitellum.* ¶ 2. *Vitellus* pars interior ovi, colore croceo, der eyerdotter. Hac notione a *vita Vitellum* dici cenſet Perottus, quod ex eo vivat pullus; ſed quantitas repugnat. Martial. 13 epigr. 40 *Candida ſi croceos circumfluit unda vitellos.* Horat. 2 ſat. 4, 14 *Namque manent cohibent calidæ vitellum.* ¶ 3. *Vitellum* genere neutro; ut, *Nihilne*, inquit, *de vitello, id enim ei ex ovo videbatur augurum declaraſſe*, Cic. de Div. 2, 65. *Ovorum vitella*, apud Apicium 4, 1. vid. Barthii Adverſ. 40, 6.

¶ Vitellīnus, *a, um*, kälbern, vom kalb; ut, *Vitellina frixa*, Apic. 8, 5. Et, *Caro vitellina*, kalbfleiſch. Plaut. in Fragm. Gaſtrion.

¶ Vitellius, *a, um*, aliud adject. ut, *Via Vitellia*, Suet. in Vitell. c. 1 ¶ 2. *Vitellia*, ſubſt. multis locis pro numine culta, ex qua & Fauno, Aboriginum rege, gens *Vitelliorum* patritia ortum habuit. vid. Suet. l. c. ¶ 3. Ex eadem familia *Vitellius*, nonus poſt Ottonem Rom. Imperator, cujus vita apud Suetonium.

¶ Vitelliānus, *a, um*, aliud adject. ut *Vitelliani milites*, Tac. Hiſt. 1, 85, 3. *Vitellianæ partes*, ibid. 1, 84, 5 &c. ¶ 2. Hinc abſolute *Vitelliani* pugillares lucei vitello illiti, in quibus res laſcivæ & elegantiores ſcribebantur, ſchreibe-täfelein. Alii a Vitellio quodam inventore dictos volunt. vid. Plin. 34, 7; Martial. 2 epigr. 6 & 14 epigr. 8 & 9; & ad eum Raderum, Ramireſium, Domitium & Farnabium.

¶ Vĭtŭlor, *ari*, kälbern, ſpringen, froh ſeyn. Varro de L. L. 6, 6 *Vitulantes* a *Vitula* eſſe ait. Et apud Feſtum *Vitulans* eſt *lætans gaudio, ut prato vitulus.* Approbat Scaliger Conjectaneis in Varronem; Nonius vero 1, 47, Macrobiusque Saturn. 3, 2 dicunt a *Vita*. *Vitulari* enim eſt lætum lubentemque eſſe, quod *vita & vivere* ſæpius appellatur, de quo infra. Pro qua opinione etiam eſt, quod prima producitur. Plaut. Perſa 2, 3, 1 *Iovi opulento, inclyto, &c. lubens vitulorque merito.* Vide quæ ad eum locum Taubmannus colligit, & conf. ibid. 5, 2, 18.

¶ Vĭtulans, *tis*. Enn. apud Feſtum: *Habet is coronam vitulans victoria.* vid. in *Vitulor*.

¶ Vitulātio, *ōnis*, f. ein freuden-feſt. Macrob. Sat. 3, 2 *Piſo ait, Vitulam victoriam nominari, &c. quod poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio.* Sed vide etiam *Vitula* in *Vita* ex *Vivo*.

¶ Vitulāmen, *ĭnis*, n. das gehüpffe der kälber. It. ramus inutilis ad radices, ſed ſic quaſi *Vitilamen* a *Vitilis*, ein nebenſchoß. vid. Ambroſ. in Pſ. 105, (104) & Vulg. Vet. Sap. c. 4, 3 *Spuria vitulamina non dabunt radices altas.*

¶ Vitulārius, *a, um*, vor kälber gehörig; ut, *Vitularia via*, Cicero ad Qu. Frat. 3, 1, 2.

¶ Vitulīnus, *a, um*, kälbern; ut, *Caruncula vitulina*, quam terminationem fere habent adjectiva ab animalium appellationibus, kalbsfleiſch, Cic. de Divin. 2, 24. *Aſſum vitulinum*, (ſic enim ſunt, qui legant ex Cicer. fam. 9, 20, alii tamen *Vitellinum*, ein kalbs-braten). Adde Plaut. Aul. 2, 8, 5; Celſ. 5, 18 & 19.

Vitumnus, vide *Vivo*, Vituperatio, vituperium, &c. *Vitupero*.

VĬTŬPĔRO, *avi, atum, are*, quod verbum a *Vitio* dictum, Cicero cenſuit lib. 3 de Fin. Eſt enim quaſi *Vitium parare*, hoc eſt, labem adſpergere, vitio dare, ψέγειν, einem übels nachſagen, ſtrafen, ſchelten, tadeln. Ter. prolog Andr. v. 15 *Id iſti vituperant factum.* Et, *Graviter ab aliquo vituperari*, Cicer. Fin. 2, 28. Idem pro Muræn. c. 28 *Conſilium tuum vituperare non audeo.* Ac, *Cælum vituperare*, proverbiali figura illi dicuntur, qui præ nimia ſapientia, vel ſtultitia potius, pulcherrima etiam & abſolutiſſima taxare inſtituunt. Phædrus 4, 6, 25 *Hoc illis dictum eſt, ſi qui ſtultitia nauſeant, Et ut putentur ſapere, cælum vituperant.* Græcis quoque hoc proverbium uſitatum fuiſſe, ex Suida & Zenodoro poteſt conſtare.

¶ Vituperans, *tis*. Vulg. Interp. Heb. 8, 8 *Vituperans eos dicit &c.*

¶ Vituperātio, *ōnis*, f. das ſchelten, übele nachrede; ut, *In vituperationem cadere*, Cicer. Att. 14, 13. *Laudi potius, quam vituperationi eſſe*, Idem fam. 13, 73. *Adduci in vituperationem hominum*, Id. Verr. 3, 61. Et, *Vituperationem ſubire*, ad Att. 14, 19, ſchmähung über ſich nehmen. Idem Att. 16, 7 *Se lætari, quod effugiſſem duas maximas vituperationes.* Idem Att. 12, 41. *Vituperatio, quam Cæſar ſcripſit de Catone.* Adde Quintil. Inſt. 3, 4.

¶ Vituperator, *ōris*, m. ein läſterer, tadeler, ſchmäher; ut, *Invidos vituperatores confutare*, Cicer. de Nat. D. 1, 3. Et Tuſc. 2, 1 *Nos univerſæ philoſophiæ vituperatoribus reſpondimus.*

¶ Vitupĕro, *ōnis*, m. idem. Lævius apud Gell. 19, 7 *Vituperones ſuos carptores appellavit.* Vius eod. vocab. Sidonius eſt 4 epiſt. 22 *Saltibus gloriæ prætorire cervices vituperonum ſeu ſupercurrere.* conf. Id. 8 epiſt. 1.

¶ Vĭtupĕrium, *i*, n. vituperatio, die ſcheltung, ſchmach. Vocem, multis ſuſpectam, Ciceroni vindicat Gruterus ad ejusdem de Legibus 3, 10. vide Curas poſteriores Cellarii p. 425.

¶ Vituperābilis, *e*, ſcheltens werth. Cic. de Fin. 3, 12 *Quod vituperabile eſt per ſe ipſum, id eo ipſo vitium nominatum puto.*

¶ Vituperabiliter, adverb. idem; ut, *Opinionem ſuam vituperabiliter tractare*, Caſſiodorus 6, 11.

¶ Invituperābilis, *e*, unſcheltbar. Tertullianus ſæpe uſus eſt, ut adv. Marc 2, 10 *Invituperabiles conditiones*; & contra eundem 4, 1 *Lex invituperabilis*, ex Pſalmo 19, 8, quod repetit de Pudicitia c. 6. Vulgatus Interpres ibidem *immaculata.*

Vivacitas, vivarium, vivax, &c. vide *Vivo*.

VĪVERRA, *æ*, f. muſtela ruſtica eſt, magnitudine, quam Melitenſis catellus, minor, ſed pilo, forma, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtelæ ſimilis eſt, manſuefcit, alvearibus officit, mellis enim avida eſt, aves etiam petit, ut felis, ein iltiß. Gefnerus. vide *Muſtela*, & Plin. 8, 55; ubi utilitatem earum ad venatum cuniculorum prædicat. Vide & in Chiliad. Proverb. 1 *Modo venare lepores, nunc iltin*, viverram, *tenes.* Add. Plin. 11, 49; 30, 60.

¶ Viverrārium, *i*, n. eine iltiß-fälle. Gloſſ. gr. lat. γαλεάγρα, *Viverrarium, muſcellarium.*

Viveſco, vivicomburium, vividus, vivifico, &c. viviparus, viviradix, vide ſequens *Vivo*.

VĪVO, *vixi, victum, vivĕre*, a græco βιόω, βιῶ, vitam agere, leben; e. g. *Non ut edam, vivo; ſed ut vivam, edo*, Quintil. 9, 3. Et Cic. de Senect. c. 7 *Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe vivere.* Sed pro Roſc. Am. c. 12 *Poſtquam comperit, enim poſſe vivere*, er kömme davon. Hinc formulæ: *Vivere laute, delicate, molliter, parce, continenter, ſevere, ſobrie*, ein zartes, wollüſtiges, karges, ernſtes, nüchternes leben führen. Horat. 1 epiſt. 10, 12 *Vivere naturæ ſi convenienter oportet.* Sic, *Vivere cum aliquo familiariter, conjunctiſſime*, Nepos 25, 5, 2; & Cicero de Orat 3, 3, ſehr vertraut mit einem leben oder umgehen. *Vivere ex alterius more.* Ter. Heaut. 1, 2, 29. *Moribus ritibusque efferatioribus vivere*, Livius 34, 24. Et, *Vivere in litteris*, Cicero fam. 9, 26. *Vivere ſtudiis*, Idem fam. 13, 28, vom ſtudiren ſeinen troſt und leben haben. Idem 15, 6 *Ea eſt profectio jucunda laus, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt*, die ſich loblich und rühmlich aufgeführet. *Sibi vivere*, Cicero ad Octav. Et, *Vivere in diem*, liederlich ſeyn. Cicero Phil. 2, 24 *Cum perditiſſimis latronibus non ſolum de die, ſed etiam in diem vivere.* vide *Dies.* Sophocl. in Elect. ζῆν ἀσφαλῶς εὐσχήμων τοῖς καλῶς πεφυκόσι, id eſt, *Honeſte natis turpe eſt vivere turpiter.* Ita, *Vivere cum aliquo*, apud Nepot. 7, 10, 6 de mulieris conſuetudine dicitur, & honeſtiori voce tegitur res dictu turpior. ¶ 2. *Vivunt arboris radices*, id eſt, ſunt adhuc vegetæ, non exaruerunt, die wurtzel iſt noch friſch. ¶ 3. *Vivit ignis*, qui plena flamma ardet, apud poetas, es brennet. Plaut. Apul. 1, 2, 15 *Nam ſi ignis vivet, tu extinguere extemplo.* Virgilius Æneid. 5, 681 *Vito ſub robore vivit Stupa vomens tardum fumum, &c.* ¶ 4. Obſerva jurandi has formulas, *Si vivo*, apud Ter. Andr. 5, 2, 25. Et, *Ita vivam*: Cicer. fam 16, 20 *Solicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo*, ſo wahr ich lebe. *Ne vivam*, quod idem eſt ac diſpeream, ne ſim ſalvus, ich will nicht leben. Idem ad Attic. 4, 16 *Quid poteris pro iis dicere, inquies? ne vivam, ſi ſcio.* ¶ 5. Nota &, *Vivere* aliquando idem eſſe, quod voluptatibus indulgere, ἡδυπαθῶν, luſtig ſeyn. Catullus epigr. 5, 1 *Vivamus, mea Lesbia, atque amemus &c.* Vet. Inſcriptio: AMICI DVM VIVIMVS VIVAMVS. Petronius c. 35 pag. 144 Burmann. vid. Erhard. *Ego vi-*

vivamus, dum licet esse bene. Sic in convivio exclamatum: *Vivamus!* Agell. 16, 8; al. *vincamus.* vid. Lipsius Saturn. 1, 18. ¶ 6. Veteres, quum a mentione mortis abstinerent, quum aliquem mortuum indicare vellent, dicebant, VIXIT, vid. Voss. 4 Instit. Orat. p. 190. VIXIMVS; ira locutos, qui morti se jam proximos putabant, etiam Barth. ad Script. Venat. p. 183 auctor est. Cicer. pro Milo. 36 *Preclare vixero, si quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum malí videro.* Ita ipse Cicero apud Plutarchum in ipsius vita p. 1597 H. Steph. de conjuratis interfectis ΕΖΗΣΑΝ. Adjicit Plutarchus: ἄτιμον δὲ Ῥωμαίων ὁι δυσφημεῖν μὴ βουλόμενοι τὸ τεθνάναι μάνευσιν. vid. Vitalis n. 5. Ita apud Virgil. Æneid. 4, 653 Dido moritura jam jam *Vixi*, inquit, *& quem dederat cursum fortuna peregi.* ¶ 7. *Vivere*, etiam pro *esse* ponitur, ut *esse* pro *vivere* aliquando reperitur. *Nam qui est, vivit*, ut ait Plautus. vid. Taubm. ad cund. p. 14 & 1331. Horatius 1 epist. 2, 26 *Vixisset canis immanidus vel amica luto fus.* Idem 1 epist. 16, 66 *Qui metuens vivet*, pro, metuens erit, id est, metuet. Cato lib. 2 Distich. præfat. *Sin autem dura tibi hæc est: Ut sapiens vivas, audi, quæ discere possis.* Ut *sapiens vivas*, id est, ut sapiens sis, sive sapias. Idem 3 Dist. 11 *Magnificus facito vivas*, id est, sis. Sæpe ita Plautus. ¶ 8. *Vivere* etiam jubemus, cum quibus nullam societatem ac consuetudinem habere volumus. Virg. eclog. 8, 58 *Omnia vel medium fiant mare: vivite silvæ.* Vbi Servius: VIVITE *valete: non enim bene optantis est, sed renunciantis.* Catullus 11, 17 *Cum suis vivat valeatque mœchis.* ¶ 9. *Vive, vivatis*, ultimæ valedicentium voces erant. vid. Barth. ad 9 Statii v. 894 p. 1112 & 1113. De acclamandi formula, *Vivas! vincas!* vide etiam Salmas. ad Hist. Aug. p. 344. ¶ 10. Passiva hujus verbi forma etiam in usu est. e. g. *Vivitur*, ut impersonale, man lebt; ut, *Vivitur parvo bene*, Horat. 2 oda 16, 13. Et Claudianus in Rufin. 1, 215 *Vivitur exiguo melius. Natura beatis Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.* Ovid. Met. 12, 188 *Nunc tertia vivitur ætas.* Cicer. Off. 1, 15 *Vivitur non cum perfectis hominibus plenoque sapientibus, &c.* Sic & *Vivi* Infinitivus passivus est Idem Cicer. de Fin. 1, 13 *Sapientia est una, qua præceptrice in tranquillitate vivi potest*, man leben kan. Ibidem 2, 26 *Sine amicitia tuto & sine metu vivi non potest.* Id. Tusc. 3, 20 *Negat Epicurus jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur.* Passive etiam Ovid. Pont. 3, 1, 5 *An mihi Barbaria vivendum semper in ista.*

¶ Vivens, *tis*, lebend. Sallust. Cat. c. 6 *Hi dispari genere, dissimili lingua, alius alio more viventes.* Petron. c. 125 *Quam male est extra legem viventibus.* Horat. 1 epist. 14, 10 *Rure ego viventem, tu dicis in urbe, beatum.* ¶ 2. Sed, *Fluvius vivens*, perennis est, fliessend wasser, das nicht vertrocknet. Stat. Theb. 9, 573 *Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas, Purgatura malum fluvio vivente sopo-rem.* Sic, *Focus vivens*, id est, flammans, ardens, brennend, Ovid. Fast. 4, 553.

¶ Vivus, *a, um*, lebendig. Cicero pro Sextio c. 28 *Vivus, ut ajunt, est & videns cum victu ac vestitu suo publicatus.* Et Ter. Eun. 1, 1, 28 *Vivus videmque perco.* vid. *Video* n. 9 & 11. Cicero etiam *Vivus & præsens* simili dixit emphasi in Oratore & Officiis. Plaut. Amph. 1, 1, 242 *Tu me vivus hodie nunquam facies, quin sim Sosia.* Sic, *Exturbari ex numero vivorum*, Cicero pro Quintio c. 15. Et, *Resecare ad vivum*, vide *Seco.* ¶ 2. Sed, *Animus vivus* est alacer & erectus, ein frischer muth. Plin. 8 epist. 6 extr. *Scio, quam sit tibi vivus & ingenuus animus.* ¶ 3. Dicitur etiam de aliis rebus; ut, *Aqua viva*, nata scilicet eo loco, in quo est, natürlich wasser. *Viva aqua* balneari opponitur. Ausonius in Mosella v. 341 *Vidi ego indefessos multa fudare lavacri Fastidisse lacus, & frigora piscinarum, Ut vivis fluerentur aquis.* Ita, *Flumen vivum*, apud Liv. 1, 45, fliessend wasser. Et Virgilius Æneid. 2, 719 *Donec me flumine vivo Abluero.* Sic, *Viva sepes*, ein selbstwachsender zaun, Columell. 11, 3. *Saxum vivum*, Virgilius Æneid. 1, 167. vid. Barth. ad Claudianum pag. 1145, cui idem est ac ingenuum & nativum. ¶ 4. *Vivum* etiam id est, quod *lucro* opponitur. *Detrahere* vel *resecare de vivo alicujus* est detrahere de summa, non de lucro, von der haupt-summa abbürken, Cicero Verr. 3, 50. Et pro Flacco c. 37 *Dat de lucro, nihil detrahit de vivo, minus igitur lucri facit.* Contrarium est *Dare de lucro.* ¶ 5. *Vivæ lucernæ* apud Horat. ardentes lucentesque sunt, quibus *exstinctæ* opponuntur. Horat. 3 od. 21 extr. *Vivæque producent lucernæ, Dum redeuns fugat astra Phœbus.*

¶ Vive, adverb. pro *vivide*, lebhaft, munter. Plaut. Epid. 2, 2, 98 *Vive sapis! & placet.*

¶ Vivārium, *i*, n. subst. locus septus, in quo vel aves, vel pisces, vel ferae nutriuntur ad victum, ein thier-garten, vogel-haus, ein hälter, oder fisch hälter; ut, *Ostrearum vivaria*, Plin. 9, 54. *Suum silvestrium vivaria*, Idem 8, 52. vide Gellium 2, 20, & Senec. de Clem. 1, 18. ibique Gruterum; & Qu. Nat. 3, 18; Colum. 8, 1 & 15; 9, 1.

¶ Vivārius, *a, um*, adject. lebendig erhaltend; ut, *Vivaria naves*, quibus pisces vivi pervehuntur, Macrob. Saturn. 2, 12.

¶ Vivātus, *a, um*, id est, vigens, vegetus, frisch, lebhaft: ut, *Corporis atque animi vivata potestas*, Lucret. 3, 559. conf. v. 416 & 681.

¶ Vivax, *acis*, vivacior, vivacissimus, lebhaft; ut, *Cervus vivax*, cervus longæ vitæ, Virg. eclog. 7, 30. Et, *Silva vivacis cervæ*, Idem Georg. 2, 181. Et Horat. de arte poët. v. 69 *Nedum sermonum stet honos & gratia vivax.* Ovidius Pont. 4, 8, 47 *Vivax virtus exper que sepulcri.* Plinius 7, 50 *Anni senectæ in pœnam vivacis.* Idem 9, 20 *Vivacissima tellus.* Horat. 2 sat. 2, 132 *Vivacior hæres.* Val. Max. 8, 7, 3 *Varro non annis, quibus sæculi tempus æquavit, quam stylo vivacior fuit.* Quint. 2, 6 med. *Si qui sunt vivaciores, (i. e. elatioris animi, acriores, magis irritabiles) irascuntur admonitioni, & taciti repugnant.* Add. Burm. ad Quint. 6 procem. p. 492. Gell. 5, 2 *Bucephalas moribundus, ac prope jam exsanguis e mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit.* Et 9, 4 *Vivacissimæ pernicitatis homines*, & 15, 17 *Vivacissimæ celeritatis cervæ* Sertorii. Colum. 4, 32 *Arundo vivacissima.* Et Capitol. Pertinace c. 14 *Carbones vivacissimi*, die lange feuer halten.

¶ Vivācĭter, adverb. idem. Fulgentius 1 Mythol. p. 22 ed. Munk. *Res mysticas vivaciter pertractare.* Idem in Virg. continentia pag. 147 *Hos ergo gradus vivaciter intuere.* Et Prudent. adv. Symmach. 2, 332 *Vivacius abdita fallens Quærere, & æternæ tandem invigilare saluti.*

¶ Vivācĭtas, *ātis*, f. die art, das vermögen lang zu leben, die lebhaftigkeit. Colum. 11, 3 *Vivacitatem suam usque in annos decem prorogat.* Val. Max. 8, 13 ext. 4 *Nervosæ vivacitatis haud parvum exemplum.* Arnob. l. 2 *Unde acuminis & vivacitatis tantum?* Apulej. de Mundo p. 58 de stellis agens, *Immortales*, inquit, *vivacitates ignium.* Idem de Deo Socrat. p. 99 *Vivacitas illic æterna.* Adde Tertull. de Anima c. 25; Colum. 2, 2; Quintil. procem. lib. 6.

¶ Vivĭdus, *a, um*, plenus vigoris, wacker, frisch, lebendig; ut, *Bello vivida virtus*, Virgilius Æneid. 5, 754. *Vividus impetus*, Horat. 4 ode 4, 10. *Vividus animus*, Tac. Annal. 13, 3. *Vivida vis*, Lucret. 1, 72. Et Plinius Paneg. c. 44 *Animas constantiam civium, lætosque ac vividos animos.* Sic, *Vivida ingenia*, Val. Max. 3, 3 ext. 7. *Vividum pectus*, Liv. 6, 22. Compar. Val. Max. 5, 1 ext. 1 *Spiritu vividiore.* Martial. 8 epigr. 6 *Vividius merum.* Sic & *Vividiora poma*, Tertull. de Jejun. c. 1, ut Rigalt. edidit: al. *vividiora. Vividissimus* superlativus esse videtur pro *vivissimus*, apud Festum.

¶ Vivĭdulus, *a, um*, diminut. etwas lebhaft. Catullus Coma Berenic. v. 63 *Vividulo affatu.*

¶ Vivĭde, adverb. wacker; cujus comparativus apud Gellium est 7, 3; *Omnia*, inquit, *distinctius numerosiusque ac comtius fortasse dici potuerunt: fortius atque vividius potuisse dici non videntur.* Et Ammian. 30, 1 *Ut vividius quam venerant remearent.*

¶ Vivisco, sive Vivesco, *ĕre*, vivum fieri, lebendig werden, zunehmen. Plinius 9, 51 *Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta vivescunt, nec alia est eorum procreatio.* Idem 17, 10 *Semen cum decidens exceptumque terra vivisceret.* Lucret. 4, 1061 *Vlcus vivescit & inveterascit alendo.* conf. v. 1131. Tertull. Apolog. c. 48 *Sidera defuncta vivescunt.* Prudent. Apoth. 90 *Rudem fecit vivescere limum.*

¶ Vivĭscens, *tis*, lebhaft. Sulp. Severus vita Martini c. 8 *Vivescente vultu.*

¶ Victo, *are*, frequentat. leben, essen. Plaut. Capt. 1, 1, 15 *In occulto miseri victant succo suo.*

¶ Victĭto, *are*, idem. Ter. Eun. 5, 8, 44 *Bene libenter victitas*, hoc est, vescris & vivis, sicut ad hunc modum dicimus, gerne wohl leben. Sic, *Parce victitare*, kärglich leben, Plaut. Truc. 2, 3, 26. *Victitare lolio*, Idem Mil. 2, 3, 50; *Porculis & hœdis tenerioribus victitasse*, Gell. 4, 11.

¶ Victa, *æ*, f. Dea victus, die göttin der kost und nahrung. Arnobius 3 pag. 117 *Victa & Potua sanctissimæ, victui potuique procurant.*

¶ Victus, *ûs*, *ui*, m. quæcunque esui potuique sunt, & ad vitam homini necessaria, die kost, essen und trincken, nahrung; alterum enim plerumque additur, *vestitus*: ut, *Victus & vestitus*, vide Vall. 6, 57. Labeo l. 43 ff. de V. S. vestem quoque *victus* vicem habere ait. vid. Dukeriana de Latinit. ICtor. opusc. p. 223. Cicer. fam. 14, 20 *Cætera, quæ sunt ad victum & valetudinem necessaria.* Sic, *Parsimonia in victu*, Idem Q. Tusc. 5, 34. *Tenuis victus*, Cic. de Amic. c. 23. Et Off. 2, 4 *Hominum vita multum distat a cultu & victu bestiarum.* Et, *Salubris atque moderatus cultus atque victus*, Idem de Divinat. 1, 29, gesunde und mäßige pflegung oder wartung und nahrung. Nepos 10, 4, 5 *Appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent*, id est, vitæ ratione, seu genere. Curt. 4, 14, 23 *Precarius victus*, bettel-brot. Idem 6, 2, 3 *Parco ac parabili victu ad implenda naturæ desideria defungi*, sich schlecht verköstigen. Plaut. Capt. 1, 2, 75 *Istoc me assiduo victu delecto*, das ist stets meine speise. Pluraliter Id. Mil. 3, 1 *Aliquem accipere benigne, lepide & lepidis victibus*, einen stattlich tractiren. Idem Bacch 5, 2, 62 *Tibi sit lepide victibus.* Et Prudent. Cathem. 4, 31 *Parcis victibus expedita corda Infujum melius Deum receptant.* ¶ 2. *Victus* & *ritus* confunduntur a librariis. vid. *Ritus.*

¶ Victus, *i*, m. antique idem. Plaut. Capt. 4, 2, 75 *Tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.*

¶ Victuālis, *e*, ad victum spectans, zur nahrung gehörig, nothdürftig. Apulej. de Dogm. Platon. pag. 61 *Ministerium suggerere victuale.* Et leg. 9 Cod. de episc. audient. *Victualem substantiam non habentes.*

¶ Victualia, *ium*, n. pl. subst. pro annona, lebens-mittel, vox posterioris ævi. Cassiod. 3 epist. 44 *Victualium caritas.* Adde 4 epist 5; & Vulg. Vers. 2 Maccab. c. 3, 10.

¶ Victuārius, *a, um*, idem quod *victualis.* Tertull. de Monogam. cap. 8 *Victuaria exhibitio*, die verköstigung, reichung der kost.

¶ Vīta, *æ*, f. quæ corpore & spiritu seu anima conjunctis continetur, das leben, item; die lebens-art, der lebens-wandel; ut, *Vitæ rusticæ*, quam suavissimam & honestissimam Cicero dixit pro Roscio c. 17. *Umbratilis & delicata vitæ*, Idem Quæst. Tusc. 2, 11. *Solitaria vita*, Quintil. 1, 2, ein einsam leben. *Vitam seminecem*, dixit Silius 10, 456, *mortuam*, Lucret. 3, 1061. *Vitæ cupidissimus*, Cicer Phil. 2, 15. *Exiguum vitæ curriculum*, Idem pro Rabirio perd. c. 10, ein kurtzes leben. *Brevis est vita, cursus gloriæ sempiternus*, Cicero pro Sextio c. 21. *Sanctissime & honoratissime acta vita*, Idem Phil. 9, 7. *Integritas vitæ anteactæ*, Quintil. 7, 3 *Æqualem ac parem verbis vitam agere, atque ita vivere, ut omnis ratio verbis consonet*, Declamatione in Sallust. c. 1. *Frui vita*, Cicer. Catil. 4, 4, leben. *Expetere vitam*, Idem de Legib. 1, 11, zu leben begehren. *Conterere vitam in quærendo*, Ter. Adelph. 5, 4, 15, die zeit mit etwas zubringen. *Vitam producere, Vitam dare, Adimere vitam*, noti usus sunt. *Eripere vitam nemo non homini potest; at nemo mortem*, Auctor Thebaidos Tragœdiæ v. 152. Et, *Vitam pro re aliqua profundere*, Cicero Phil. 14, 11. *Vitam finire*, Tac. Ann. 1, 9, 1, sein leben beschliessen, sterben. *Discedere evita*, Cic. fam. 2, 2. *Migrare de* vel *ex vita*, vide *Migro.* Sic, *In vita mea*, Cic. Attic. 5, 20, mein lebenlang. Et Ter. Adelph. 3, 3, 61 *Inspicere tanquam in speculum vitas omnium jubeo,*

beo, id eſt, mores, eines ieden leben und wandel. Ovid. Triſt. 2, 89. *Vitamque meam moresque probabas.* Plin. 7, 50 *Natura nihil homini brevitate vitæ præſtitit melius.* Eurip. in Alceſtide: ὁ βίος ἀλλ' ὠὴ ὁ βίος, ἀλλὰ συμφορά, hoc eſt, *Vita revera non eſt vita, ſed calamitas.* ¶ 2. Interdum & lætitiam lubentiamque ſignificat, unde & *Vitulæ* Deæ hilaritatis præſidi nomen venit, auctore Macrob. Sat. 3, 2. vide & *Vitulari* verbum ap. Non. 1, 47. ¶ 3. *Vita* & pro victu ponitur, lebensmittel. Plaut. Trin. 2, 4, 76 *Neque illi concedam quicquam de vita mea.* Id. Sticho 3, 2, 9 *Vitam reperire ſibi*, pro victum reperire dixit. ¶ 4. Eſt & militare verbum: *Vitam dare, Vitam accipere*, quartier geben, quartier haben wollen, Vellej. 2, 52, 4. ¶ 5. *Vita* apud Plinium ſæpiſſime pro hominibus, vel genere humano ponitur, e. g. 14, 1 *Profecit vita commercio rerum.* Add. 15, 1; 28, 13 & 4 &c. Ita Lucianus βίον ponere nonnunquam ſolet. ¶ 6. *Vitæ* pro umbris ſive manibus defunctorum. Virg. Æn. 6, 292 *Tenues ſine corpore vitæ*, h. e. umbræ, εἴδωλα. Ita Lucianus βίας dixit, ut in βίων πράσει, vitarum auctione, feſtivo libello, ſæpius.

¶ Vītālis, *e*, id eſt, vivax, lebhaft, dauerhaft. Horat. 2 ſat. 1, 60 *O puer, ut ſis vitalis, metuo.* Cic. de Amic. c. 6 *Queis* (al. *Cui* vel *qui*) *poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, qui non amici mutua benevolentia conquieſcat:* id eſt, jucunda, & non potius morti ſimilis. Plaut. Bacch. 4, 9, 75 *O pater, ducentos Philippos, quæſo, Chryſalo da, Si eſſe ſalvum me vis aut vitalem tibi.* ¶ 2. Deinde *Vitale* dicitur, quod tuetur vitam & conſervat, was das leben giebt und erhält; ut, *Vitalis calor*, Sen. de Benef. 4, 6. Ita, *Vitalia rerum*, pro rebus vitalibus dixit Lucretius 2, 575, iisque *Exitiales res* oppoſuit. *Liquor vitalis*, der lebensſaft, Macrob. Sat. 7, 10 *Auras vitales carpere*, athem holen, leben, Virg. Æn. 1, 391. *Vitales vias & reſpiramina claudere*, den athem benehmen erſticken, Ovid. Met. 2, 828. *Lumen vitale relinquere*, ſterben, ibid. 14, 175. *Vitales axes*, Rutil. itin. 1, 1 vocat zonas habitabiles. vid Barth. & Burm. ¶ 3. Subſtantive *Vitalia* appellantur inteſtina ſeu viſcera interna, ut ſunt pulmo, jecur, ſtomachus, lien, & cor præcipue, quod, niſi ſalvis illis, vita nobis conſtare haud poſſit, & ibi anima ſive vita ſedem præcipue habeat. Sen. de Ira 2, 1 *Nam & in corpore noſtro oſſa interiora & articuli firmamenta totius, & vitalia minime ſpecioſa viſa, prius ordinantur.* Lucan. 9, 741 *Ebibit humorem circa vitalia fuſum Peſtis, & in ſicco linguam torrere palato Cœpit. Vitalibus exemtis aliquem necare*, Lampr. Helag. 16. Prudent. adverſ. Symmach. 2, 1099 *Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis.* Macrob. Sat. 1, 2 *Hanc Deam* (Carnam) *vitalibus humanis præeſſe credunt: ab ea denique petitur, ut jecinora & corda, quæque ſunt intrinſecus viſcera, conſervet.* Et Mela 1, 9 *Nilus adeo efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut glebis etiam infundat animas, ex ipſoque humo vitalia effingat.* ¶ 4. Herbam *Sempervivam* etiam *vitalem* nominant, wintergrün. v. Apul. de Herb. c. 123. ¶ 5. *Vitalem torum* pro mortuali veteres dixiſſe, ominis cauſa, e Seneca & fragm. Petro. Tragur. obſervar, & inde Lactantii elegantiam, qui phœnici talem tribuit, aperit Nic. Heinſ. ep. 472 Po. 4 Syll. Burm. vid. *Vivo.*

¶ Vītāliter, adverb. Lucretius 5, 145 *Nequeunt vitaliter eſſe animata.*

¶ Vītālĭtas, *ātis*, f. vitalis potentia, die lebhaftigkeit; ut, *Vitalitas in corde*, Plin. 11, 45. Et ejusdem libri c. 38 *Magna in ſanguine vitalitatis portio.*

¶ Vītula, *æ*, f. Dea hilaritatis præſes. Apud Macrobium Saturn. 3, 2 *Hyllus liero, quem de Diis compoſuit, ait Vitulam vocari Deam, quæ lætitiæ præſit.*

Vītulor, *ari*, & Vitulatio, aliqui huc referunt, vide ſupra in *Vitulus.*

¶ Vitumnus, *i*, m. Deus, vitam puerperio largiri credebatur; qua de re Auguſtinus de Civ. D. 77, 2.

¶ Vivicombūrium, *i*, n. crematio vivorum, ſupplicium ignis, die lebendige verbrennung. Tertull. de Anima c. 1 *De patibulo & vivicomburio.* Idem ibid. c. 33 *Sceleris merces patibula, vivicomburia, &c.*

¶ Vīvĭfĭco, *āre*, in vitam revocare, lebendig machen. Apul. in Aſclep. p. 399 *Spiritus, quo plena ſunt omnia, permixtus cunctis cuncta vivificat.* Sæpe hoc verbo uſi ſunt Tertullianus & Lactantius pro græco ζωοποιέω; ille adverſ. Marc. 5, 9; de Præſcript c. 25; & de Reſurrect. carn c. 28; hic vero 4, 16; & 7, 14, &c. Avienus Arateis v. 500 de Aganippe fonte: *Aſperas donec vaga gurgite vulles Vivificet.* Corn Gallus 8, 82 *Meque cupit flammis vivificare ſuis.*

¶ Vivĭficans, *tis*; ut, *Spiritus vivificans*, Sidon. 8 epiſt. 13; & Vulg. Interpr. 1 Cor. 15, 45.

¶ Vivĭfĭcātus, *a, um*, lebendig gemacht; ut, *Illa Æon a Chriſto vivificata*, Tertull. adverſ. Valentin. c. 14.

¶ Vivificātio, *ōnis*, die lebendigmachung. Tertull. de Reſurr. carn. c. 28 *Cui anima per occiſionem erepta, referenda eſt per vivificationem.* Adde adv. Marc. 5, 9.

¶ Vivificātor, *ōris*, m. qui vivificat. Idem Tertull. de Reſurr. carn. c. 37 *Spiritus carni mortificatæ vivificator.* conf. adv. Marc. 2, 9; & Hieronym. quæſt. in gen.

¶ Vivificātrix, *īcis*, f. Proſper Aquitanicus de Ingratis c. 21 *Dicite plectentes apices, mortisque Miniſtros Hoc expreſſe operis, quod gratia vivificatrix.* Sic & *Lex vivificatrix*, apud Irenæum.

¶ Vīvĭficus, *a, um*, idem. Ammian. 21, 1 *In cubili ſolioque Iovis vigoris vivifici.* Paulinus Nolanus Natali 6 Felic. v. 189 *Vivificum ſpirant animæ victricis odorem.* Apul. Aſclep. p. 395 *Quod ſurſum verſus fertur vivificum.*

¶ Vivĭpărus, *a, um*, vivos fœtus ſine ovo pariens. Apul. Apol. p. 298 *Diſcrevit natura viviparos & oviparos.*

¶ Vivīrādix, *īcis*, f. planta, quæ cum radice feritur, ein einſetzling, ſetzer. Columella 3, 19 *Severe malleolum vel vivirадicem.* Cic. de Senect. c. 15 *Malleoli, plantæ, ſarmenta, vivirадices, propagines, nonne efficiunt, ut quemvis non ſine admiratione delectent?* Adde Varr. R. R. 1, 35; Plin. 27, 22; Colum. 3, 4 & 14; 4, 2; &c.

Compoſita ab initio:

¶ Advīvo, *xi, ctum, ĕre*, apud quem, cum quo vivere, beywohnen Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 1145 n. 8 CONIVGI CVM QVO ADVIXIT SINE QVERELA. Et p. 1115 n. 8 ADVIVENTE LO. Scævola Lege 28 § 8 Digeſt. de liberat. leg. *Donec adviveret.* Et titulo ſequenti de adimend. legat. lege 50 *Sempronie, quamdiu adviverit, præſtes mihi ſtruus denarios quinque.* Tertull. de Anima c 57 *Cum adviverent.* Idem adv. Marc. c. 19 *Dic mihi, omnibus natis mater advivit? omnibus natis adgenerantur & fratres?* Et Hieronymus epiſt. 30 extr. (quæ Apolog ad Pammach. eſt,) *Dives ille purpuratus &c. dum adviveret*, ſcil. Lazaro.

¶ Convīvo, *xi, ctum, ĕre*, ſimul vivere, zuſammen leben; ut, *Convivere cum adoleſcentibus*, Quintil. 5, c. 9. Ac Idem 1, 6 *Lavamus & tondemus, & convivimus ex conſuetudine*, id eſt, convivamur, wir eſſen und trincken mit einander. Matt. 1 ep. 87. Arator in Act. c. 27 *Secum convivere ſuadet.*

¶ Convictus, *ūs*, m. ſubſt. converſatio, conſuetudo quotidiana, comeſſatio, tägliche geſellſchafft, gemeinſchafft, beywohnung; ut, *Convictus humanus & ſocietas*, Cic. Off. 3, 5. *Convictus facilis, ſine arte menſa*, Martialis 10 epigr. 47, leichte verköſtigung. Plural. Sen. ad Helv. c. 15 *Loca ipſa gratulationum & convictuum.*

¶ Convictio, *ōnis*, f. idem. Cic. fam. 16, 21 *Cujus cum frugi ſeverague eſt vita, tum etiam jucundiſſima convictio.*

¶ Convictor, *ōris*, m. ein tiſchgenoß, camerad; ut, *Convictorem eſſe alicui*, Horat. 1 ſat. 6, 47. *Me convictore uſus amicoque a puero eſt*, Idem 1 ſat. 4, 96. *Familiares & quotidiani convictores*, Cic. fam. 16, 21. *Convictor delicatus paullatim enervat & emollit*, Sen. epiſt. 7.

¶ Convīva, *æ*, m. qui ad convivium vocatus eſt, ein gaſt; ut, *Gratus conviva*, Horat. 2 ſat. 2, 119. *Frequens conviva*, Ovid. Amor. 2, 5, 21. *Conviva commodus*, Plaut. vide *Commodus.* Sic, *Hilares & bene accepti convivæ*, Cic. Attic. 16, 16. Et Ter. Eun. 3, 1, 15 *Cum me convivam ſolum ſibi adducebat.* Lucret. 3, 952 *Cur non ut plenus vitæ conviva recedis?* De *numero convivarum* vid. Gellius 13, 11.

¶ Convivālis, *e*, zum gaſtmahl gehörig; ut, *Convivalia obſtamenta addita epulis*, Liv. 39, 6. *Fabulæ convivales*, Tac. Ann. 6, 5, 3. *Convivalis veſtis*, Sen. Controv. 25. Et, *Convivales ſermones*, Macrob. Sat. 1, 1, tiſchreden. *Convivale carmen*, Prudent. Hamart. v. 317.

¶ Convīviālis, *e*, idem; ut, *Convivialis lætitia*, Macrob. Sat. 2, 1.

¶ Convīvium, *i*, n. gr. συμπόσιον, das gaſtgebot, die gaſterey. Cic. de Senect. c. 13 *Majores accubitionem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem habet, convivium nominarunt, melius quam Græci &c.* Idem fam. 9, 24 *Sapientius noſtri quam Græci &c. nos convivia, quod tum maxime ſimul vivatur.* Sic, *Convivium opipare paratum*, Cic. Offic. 3, 14. *Agere convivium*, ein gaſtmahl halten, Cic. pro Cælio c. 15. Et, *Concelebrare convivia*, Cic. de Petit. Conſ. c. 11. *Convivium* quibus rebus conſtet, v. ap. Gell. 13, 11. ¶ 2. De menſa ſeu cœna imperatoria Suet. Calig. c. 39 *Comperat, provincialem locupletem ducenta HS numeraſſe vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur.* Idem Claudio c. 39 *Multos ex iis, quos capite damnaverat, poſtero ſtatim die & in convivium, & ad alæ luſum* (per oblivionem & inconſiderantiam) *admoveri juſſit.* Ibid. c. 44 *Domeſticum convivium* epulo opponit. *In conviviis venſari*, Cic. pro Quintio c. 18. Cum ad convivia publica Lacedæmones irent, eorum cuique natu maximus fores oſtendens dicebat: Διὰ τούτων θύρας ἐξέρχεται λόγος, id eſt, *per has nullum egrediatur verbum*, Plutarch. in Apophthegmat.

¶ Convīvor, *āri*, wohl leben, gaſtereyen halten. Ter. Heaut. 1, 2. 32 *Nolunt crebro convivarier.* Saluberrimum enim eſt præceptum: *Convivare raro*, lebe ſelten wohl. *Convivari de publico, in publico.* Cic. Verr. 3, 44. ¶ 2. *Convivare* activa forma habent Pomponius & Ennius apud Nonium 7, 55.

¶ Convivans, *tis*. Vulg. Interpr. ep. Iudæ v. 12 *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ convivantes.*

¶ Convīvātus, *a, um*, der gaſterey gehalten. Suet. Claud. c. 32 *Convivatus & ſuper emiſſarium Fucini lacus, ac prope ſubmerſus.*

¶ Convīvātor, *ōris*, m. qui convivium apparat, ein gaſtgeber, gaſthalter; ut, *Homo & bonus, & ſcitus conviventer*, Liv. 35, 49. Et, *Convivatoris ingenium*, Horat. 2 ſat. 8, 73.

¶ Convivĭfico, *are*, zugleich lebendig machen. Fulg. lib. 3 ad Traſim. reg. *Et nos convivificavit cum illo.*

¶ Evīco, *āre*, a *Vita* verbum, id eſt, eripere vitam, occidere, todten, fecit poeta vetus apud Ciceronem Quæſt Tuſc. 3, 19 *Hæc omnia vivi inflammari, Priami vi vitam evitari, &c.* Sic &

¶ Invīto, *āre*, pro vitam tollere Plautum poſuiſſe, Lipſius exiſtimat Antiq. Lect. 2, 11. Nam in Catina 3, 6, 21 *Gladium ancilla Catinam habere ait, qui me atque te invitet.*

¶ Pervīvo, *āre*, erleben. Plaut. Capr. 3, 5, 34 *Etſi pervivo usque ad ſummam ætatem, &c.* Et Tertull. de Anima c. 56 *Quas tum pervixiſſent ætates.*

¶ Provīvo, *ere*, vitam protrahere, länger leben. Tac. Ann. 6, 25, 1 *Agrippinam, interfecto Trajano, ſpe ſuſtentatam provixiſſe reor*, ſie habe weit hinaus gelebt.

¶ Revīvo, *ĕre*, wiederleben. Paulinus Nolanus de obitu Celſi pueri v. 563 *Omnes, in qua vixerunt, carne revivent.*

¶ Revivīſco, *revixi, revivīſcĕre*, wieder lebend werden. Cic. de Fin. 4, 22 *Quid ſi reviviſcant Platonici, &c. & recum ita loquantur?* Idem Phil. 7, 1 *Senatus ad auctoritatis priſtinæ ſpem revixit*, id eſt, recreatur, & quaſi renaſcitur. Sic, *Revivīſcere, reſpirare a metu cædis, emergere ex fluctibus ſervitutis*, Idem de Arusp. reſp. c. 23.

¶ Revīvĭfĭcātus, *a, um*, auferweckt vom tode, wieder lebendig gemacht.

macht. Tertull. de Resurr. carn. c. 19 *Redanimatus & revivificatus Deo.*

¶ Redivīvus, *a, um*, wieder lebend, der sich wieder findet, erneuert. Iuvenal. 6, 361 *Prodigia non sentit pereuntem fœmina censum, At vetus exhausta redivivus pullulet arca Nummus.* Silius 10, 257 *Bella rediviva.* Et Cic. Verr. 1, 56 *Nullo lapide redivivo.* Et mox: *Totum opus ex redivivis constituere*, i. e. lapidibus & materia qua cum semel ædificatum fuerat, gebrauchte steine.

¶ Irredivīvus, *a, um*, non redivivus, unersetzlich. Catullus 17, 3 *Pons irredivivus*, id est, irreparabilis.

¶ Semivīvus, *a, um*, halblebend, halbtodt. Nepos 18, 4, 4 *Semivivum recreare studuit:* scil. Craterum in acie letaliter vulneratum. Et, *Vox semiviva*, Cic. pro Sextio c. 59. Adde Sen. de Brevit. vitæ c. 13; & Sidon. 3 epist. 13.

Sempervīva, sempervivum, &c. vide supra in *Semper.*

Sumpervīvo, *xi, ĕre*, überleben, nach einer zeit weiter leben. Iustin. 28, 3, 3 *Olympias non diu filiis supervixit.* Florus 2, 2, 14 *Expeditioni superfuit & supervixit.* Plin. 2 epist. 1 de Virginio Rufo: *Triginta annis gloriæ suæ supervixit*, id est, ea vivus gloria frui cœpit, quæ aliis solet post fata demum contingere. Hieronymus ad Pammachium super obitum Paulinæ epist. 26, 2 *Ille putrefactus morbo regio supervivit cadaveri suo.* Spartian. Adriano c. 15 *Sororis virum, ne sibi superviveret, mori coëgit.*

VIX, adverbium qualitatis, quasi dicas: cum vi & difficultate, nicht wohl, kaum, mit aller noth. e. g. *Quod ille unciatim vix de dimenso suo comparsit miser*, Ter. Phorm. 1, 1, 9. Et Cic. Acad. 4, 3 *Nos probabilia multa habemus, quæ sequi facile, affirmare vix possumus.* Idem de Orat. 1, 2 *In dicendo excellentes vix paucos præferre possumus.* Liv. 34, 20 *Vix clamorem eorum, nedum impetum tulere.* Cic. fam. 9, 8 *Ne vix quidem.* ¶ 2. Iungitur & aliis interdum particulis non ineleganter; ut, *Vix dum, Vix saltem, Vix tandem.* Ter. Phorm. 4, 2, 4 *Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.* Cic. Attic. 9, 2 *Vix dum epistolam tuam legeram, cum ad me currens &c. venis.* Et Quintil. 6, 5 *Illud vix saltem præcipiendum videtur.* Ter. Phorm. 2, 1, 4 *Vix tandem sensi.* Cic. fam. 3, 9 *Vix tandem legi litteras dignas Claudio.*

Vlcerare, ulceratio, ulcerosus, vide mox *Vlcus.*

VLCISCOR, *ultus sum, ulcisci*, ab ἐλκίσκειν, injuriam illatam non impunitam relinquere, ἐκδικεῖν, rächen, strafen. Asconius in Divinationem Ciceronis, VLCISCOR, inquit, & PVNIO *significat*, & VINDICO. Ter. Eun. 5, 4 extr. *Ego te pro istis dictis & factis, scelas, ulciscar, ut ne impune in nos illuseris*, id est, sumam pœnas de te. Plaut. Pseud. 5, 2, 26 *Erit, ubi te ulciscar, si vivo.* Cic. Att. 9, 11 p. 90 *Vlciscentur illum mores sui*, er ist mit sich selbst genug gestraft. Suet. Claud. 42 *Quoties quidem hostem, vel infidiatorem ultus esset.* ¶ 2. Pro *Vindicare*: Virg. Æn. 2, 575 *Subit ira cadentem Vlcisci patriam.* Ter. Phorm. 1, 4, 12 *Recte ego mihi cavissem, & senis essem ultus iracundiam.* Et Cic. de Invent. 2, 27 *Injurias injuriis ulcisci.* Id. pro Rabirio c. 5 *Vlcisci alicujus mortem.* ¶ 3. Per supinum *Vltum ire*, idem quod *ulcisci.* Sic Sallust. Iug. c. 68 *Cum maxima cura ultum ire injurias festinat.* conf. Curt. 10, 8, 5.

¶ Vlciſco, *ĕre*, activa forma olim idem, ut Priscianus testatur p. 799. Hinc Ennius ap. Nonium 4, 155 *Nisi patrem materno sanguine exantlando ulciscerem.* Hinc & passive Sallust. Iug. c. 31 *Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur.*

¶ Vlciſcens, *tis*, Ovid. ex Ponto 1, 8, 20 *Si nimis ulciscens extitit ipse nocens.*

¶ Vltus, *a, um*, der gerochen hat. Sallust. Catil. c. 33 *Ne quæramus, quonam modo, maxime ulti sanguinem nostrum pereamus.* Virg. Æn. 4, 656 *Vlta virum, pœnas inimico a fratre recepi.* Ovid. Her. 15, 153, *Sola virum non ulta pie mœstissima mater.* ¶ 2. Passive Val. Flacc. 4, 753 *Lege quod occidit ultus Ipse sua.* Tuetur Burm. exemplis Ovid. Her. 8, 120 & Met. 7, 3.

¶ Vltio, *ōnis*, f. vindicta, die rache, vergeltung; ut, *Vltionem concupiscere*, Sen. de Ira 2, 1. *Vltio serum perditis auxilium*, Liv. 31, 24 pr. Et Iuvenal. 13, 190 *Semper & infirmi est animi exiguique voluptas Vltio.* Sic, *Vltionis voluptas*, Quintil. 5, 13. *Vltionem in aliquem obtinere*, Tac. An. 13, 21, 9. *Se ultione & sanguine explere*, ibid. 4, 25, 4. conf. Sen. Controv. 2, 13; Suet. Calig. 3; Plin. 11, 28; Tertull. de Patientia c. 10.

¶ Vltor, *ōris*, m. ein rächer. Cic. pro Syll. c. 30 *Conjurationis investigator atque ultor.* Stat. Achill. 2, 57 *Vltor Atrides.* Id. Theb. 5, 133 *Deus ultor.* Sic, *Vltores Dii*, Propert. 3, 19, 22; & Tac. An. 4, 28, 4; & Hist. 4, 57, 2. *Quem mihi fortuna dedit ultorem inimicorum*, Cic. fam. 2, 9. Adjective Silius 2, 495 *Statque dies ausis olim tam tristibus ultor.*

¶ Vltrix, *īcis*, f. eine rächerin. Cic. pro Domo c. 43 *Hæc ultrix afflictæ civitatis.* Adjective, *Vltrix flamma*, Virg. Æn. 2, 587. *Vltrices Diræ*, i. e. furiæ, ibid. 4, 473 & 610. Et 11, 590 *Hæc capi, & ultricem pharetra deprome sagittam.* Apul. extremo libro de Mundo: *Vltrix necessitas.* Sil. 5, 656 *Vltrix bora vocat.* Id. 2, 423 *Vltricia bella* dixit.

¶ Vltōrius, *a, um*, rächerisch, strafend. Tertull. adv. Marc. 2, 24 *Deus immittit mala non peccatoria, sed ultoria*, strafübel.

¶ Vlto, pro *ultus fuero*, vel pro *ulciscor*, Accius ap. Nonium 2, 894 *Nisi genitorem ulto, nullum meis dat finem miseriis.*

¶ Bisultor, *ōris*, m. der doppelt straft. Mars ita cognominatus a bis ulciscendo, Ovid. Fast. 5, 595. Sed meliores libri; *nomenque bis ulto.* vide Heins.

¶ Inultus, *a, um*, cujus injurias nemo persecutus aut ultus est. Cic. Verr. 3, 41 *Solent inulti esse in injuriis suis provinciales*, h. e. nemo propterea punitur, quod provincialem læsit. ¶ 2. De quo non est sumtum supplicium, ungestraft. Cic. pro Leg. Manil. c. 5 *Vos eum regem inultum patiemini, qui legatum populi Romani omni supplicio excruciatum necavit?* Ovid. Her. 12, 182 *Hostis Medeæ nullus inultus erit.* Ita de factis, ungerochen. Ter. Andr. 3, 5, 4 *Inultum id nunquam a me auferes*, es soll dir nicht so hingehen. Cic. de Div. 1, 27 *Mortem suam ne inultam paterentur.* Liv. 3, 38 *Cum hominum atque pecudum inulti prædas egissent.* Curtius 3, 4, 4 *Iugum, unde inultus subeuntem prohibere potuisset, &c.* ¶ 3. *Inultus* & *multus* confunduntur in MSS. vid. *Multus.*

VLCVS, *ĕris*, n. ἕλκος, sanies intra cutem latitans & tumescens, ein schwär, geschwür, grind. Virg. Georg. 3, 454 *Ferro rescindere summum Vlceris os.* Horat. 1 epist. 16, 24 *Scultorum incurata pudor motus ulcera celat.* Sic, *Tangere ulcus*, Ter. Phorm. 4, 4, 9. *Vnguis in ulcere*, proverbialiter de eo, quod molestissimum est: Cic. pro Domo sua c. 5 *Tu tanquam unguis in ulcere existeres.* v. Chiliadas. Lucretius 4, 1062 *Vlcus enim vivescit & inveterascit alendo &c.* Pro Veneris sensu & prurigine Martialis 11 epigr. 61. Pro re explicata & probata difficili, Cic. N. D. 1, 37. *Quicquid horum attigeris, ulcus est.* Et ita ἕλκος etiam significat. Vet. Gloss. *Vulnus, Vlcus, ἕλκος.*

¶ Vlcuſcŭlum, *i*, n. dimin. Cels. 5, 28, 15 *Et pustulis nonnunquam ulcuscula fiunt.* Sic, *Vlcuſculum oris*, Plin. 28, 19. Et Sen. epist. 72 *Et uptiones quædam pustularum & ulcuscula.*

¶ Vlcerōsus, *a, um*, ulceribus plenus, geschwürig, grindicht, wund, voll geschwär; ut, *Iecur ulcerosum*, Horat. 1 od. 25, 15. *Ulcerosa conscientia*, Sidon. Apoll. 6 epist. 7. Tac. An. 4, 57, 3 *Vlcerosa facies.* ¶ 2. Ad arbores transfert Plinius 17, 14.

¶ Vlcĕro, *āre*, aufreiben, verwunden, ein geschwür machen, Horat. 1 sat. 6, 106 *Ire licet mulo &c. Muntica cui lumbos onere ulcerat, atque eques armos.*

¶ Vlcĕratus, *a, um*, versehrt, wund, grindicht. Cic. de Fato c. 16 *Philoctetes, ulceratus serpentis morsu.* conf. Plin. 28, 9.

¶ Vlceratio, *ōnis*, f. das schwären. Sen. de Constant. Sap. c. 6 *Dolores, damnæ, ulcerationes, &c. fecurus adspicit.* Plin. 34, 11 *Oris gingivarumque ulcerationem emendare.*

¶ Vlcerārius, *a, um*, zum schwär gehörig; ut, *Vlceraria herba*, ab ulcere ita dicta, schwartz andorn, Apul. de Herb. c. 45.

Composita:

¶ Adulcĕro, *are*, zum schwären bringen, aufritzen. Gloss. gr. lat. ἑλκοποιῶ, *adulcero.*

¶ Exulcĕro, *āre*, ein geschwär erregen, aufkratzen. Celsus 4, 5 *Nihil pejus ulcerum est, nisi quod pulmonem exulcerat.* Varro de R. R. 2, 9 *Musæ, vicini, & pulices aures canum solent exulcerare.* ¶ 2. Et per metaphoram exulcerare, exacerbare, erbittern. *Animum mihi exulceravit*, Cic. pro Dejotaro c. 3. Et de Orat. 2, 25 *Ea, quæ sanare nequeunt, exulcerant.* Idem pro Domo sua c. 11 *Suffragiorum hominum & scelere exulcerari.*

¶ Exulcĕratus, *a, um*, aufgekratzt, grindicht, schwürig; ut, *Cutis exulcerata*, Cels. 5, 26 extr. Translate Cic. pro Dejot. c. 3 *Animus exulceratus*, ein betrübt, trauriges gemüth. Petron. c. 111 *Exulceratæ mentes ad sanitatem revocantur.* Iterum Cic. fam. 1, 1 fin. *Rebus ab ipso rege, & ab intimis & domesticis Pompeji clam exulceratis.*

¶ Exulcĕrātio, *ōnis*, f. das schwären, verwundung. Celsus 4, 25 *Si nulla exulceratio est.* Sic, *Exulcerationes veficarum*, Plin. 20, 3; & 29, 3. *Linguæ exulceratio*, Id. 28, 12.

¶ Exulcĕrātrix, *īcis*, fœm. adjective, exulcerans; ut, *Vis exulceratrix*, Id. Plin. 27, 12.

¶ Exulcĕrātōrius, *a, um*, idem; ut, *Medicamenta exulceratoria*, Idem Plin. 23, 7 sect. 64.

¶ Præulceratus, *a, um*, aufgeritzt, aufgekratzt; ut, *Loca præulcerata*, Cæl. Aurel. Tard. 5, 1, 18.

¶ Redulcĕro, *āre*, ulcerosum denuo facere, wieder wund machen; ut, *Plaga redulceratur*, es schwieret wiederum, Colum. 7, 5. Et, *Redulcerantia vulnerum lavacra*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 13.

¶ Redulcĕrātus, *a, um*, wieder aufgekratzt, aufs neue wund. Apulej. Met. lib. 5 p. 163 *Redulcerato dolore.*

VLEX, *ĭcis*, f. *frutex roris marini similis, asper, aurumque retinens*, Plin. 33, 4.

VLIGO, *ĭnis*, f. sumpf, erdfeuchte, nässe, a Græco ὕλη, quod aquam significat, ut vult Scaliger pater; vel quasi *Vdiligo*, ab *Vdus*, ut filius existimat in Conjectan. humor terræ nativus. Virg. Georg. 2, 184 *At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta.* Tac. Ann. 1, 64, 2 *Locus uligine profunda, idem adgradum instabilis.* Sil. 8, 380 *Pestifera uligo campi.* Adde Varr. R. R. 2, 2; Colum. 1, 5; Pallad. 1, 40.

¶ Vlīgĭnōsus, *a, um*, sumpficht, wässericht; ut, *Campi uliginosi proscindi debent post idus Aprilis*, Colum. 2, 4. Et Id. 4, 30 *Salicem uliginosus ager optime alit.* Vet. Grammaticus ap. Rigalt. p. 299 VLIGINOSVS *ager est semper humidus, nam* HVMIDVS *dicitur, qui aliquando siccatur.* conf. Varr. de L. L. 4, 5; & R. R. 1, 6; & Plin. 17, 5.

Vlixes, vid. *Vlysses.*

VLLVS, *a, um*, G. *ullius*, D. *ulli*, quasi unus aliquis, vel quasi diminutivum ab *unus*, einiger, etwa einer, irgend einer. Ter. Hec. 4, 4, 102 *Si ullo modo est, ut possit, quod spero, fore.* Cic. de Orat. 1, 59 pr. *Negat prodesse ullam scientiam alicui.* Id. Verr. 2, 24 *Debebat ullum nummum nemini.* Post *Sine* non sequitur *omni*, sed *ullo &c.* vide Curas Posteriores Cellarii p. 191; & Vorstii Suspect. Latin. c. 9. Genitivus *Vllius* apud poëtas anceps est. Virg. Æn. 11, 354 *Nec te ullius violentia vincat.* Horat. 1 ep. 18, 37 *Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam.*

¶ Vllĭbi, adverb. irgendwo, vulgare; sed eruditis magis placet, *Vsquam, Vspiam.*

¶ Nullus, *a, um*, quasi *ne ullus*, keiner, nicht einer; ut, *Nulla fides regni sociis &c.* Lucan. 1, 92. *Nulla sine Deo mens bona*, Sen. epist. 73 sub fin. Cic. Verr. 1. 1, 45 *Ejus testamentum erat nullum*, es war kein testament von ihm da. *Nullo negotio*, Cic. Attic. 10, 16, id est, sine difficultate, ohne alle mühe. *Homo nullo numero*, Cicero de Orat. 3, 56, id est, nullius pretii, nichtswürdig. *Vir nullis litteris*, hoc est, illiteratus, ungelehrt, Plin. 6 epist.

alicui deesse, nirgends ermangeln, Cic. Att. 2, 20 pr. Et, *Homo nullius consilii*, Ter. Andr. 3, 5, 2. *Nulla est hæc amicitia*, id est, nullius momenti, Cic. de Amic. c. 26. *Nullo non die*, täglich, alle tage, Sen. epist. 12. ¶ 2. *Memini, tametsi nullus moneas*, id est, non, Ter. Eun. 2, 1, 10. Et ita comicus ille, & Plautus quoque, locutus sæpius est. *Nullus venit*, id est, non venit; *Nullus dixeris*, id est, ne dixeris, Ter. Hec. 1, 2, 4. Cic. fam. 7, 3 med. *Nullus imperator fuit*, h. e. nihil dignum imperatore gessit. Virg. Æn. 12, 405 *Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo Subvenit.* Idem Georg. 1, 125 *Ante Iovem nulli subigebant arva coloni.* Cic. Att. 15, 22 *Ego autem scripsi, Sextum adventare, non quod jam adesset, sed quia certe id ageret, ab armisque nullus discederet.* Hinc, *nullus sum*, id est, perii, non sum amplius, desperantis formula est Ter. Andr. 3, 4, 20; & Eun 5, 7, 22. Plaut. Cas. 3, 5, 1 *Nulla sum; nulla sum: tota, tota occidi.* Et Bacch. 2, 2, 16. *Anima est amica amanti, si abest, nullus est*, id est, mortuus. Liv. 6, 18 *Vbi visum inimicis est, nullus repente fui.* Cic. Attic. 11, 24 *Philetimus non modo nullus venit, sed ne per litteras quidem certiorem facit me, quid egerit.* ¶ 3. Absolute etiam Horat. Art. poët. v. 324 *Nullius avari*, i. e. nullius rei. Ita *nullo magis quam &c.* h. e. nulla re magis sæpe legitur. v. Burm. ad Quint. 2, 4 p. 139 sq. I genitivi longum in versu interdum corripitur. Ita idem Horat. 1 ep. 1, 14 *Nullius addictus jurare in verba magistri.*

¶ **Nullĭtas**, *ātis*, f. die nichtigkeit; ut, *Nullitas sententiæ*, apud ICtos, si sit lata contra leges canonesve; & si lata sit ab alio, quam a judice; can. 1 cap. fin. de re jud. in 6.

¶ Nullătĕnus, adverb. keinesweges; hoc usus sæpe Cassiodorus, Gloss. Cyrilli: *Nullatenus*, οὐδαμῶς. Gloss. Cyrilli *Nullatenus* explicat *nulla ratione*. Mart. Capell. 2, pag. 35 *Immortalitatis sedem nullatenus obtinebis.* Adde Zenon. Cod. 8 t. 10 l. 12 § 3; & Fulgent. de Epiphan.

¶ Nullibi, adverb. nirgends. Vitruv. 7, 1 *Nullibi exstantes.* Quis præterea veterum usurpaverit, non apparet. Solent fere *nusquam.* Onomast. autem gr. lat. οὐδαμοῦ, *Nullibi.*

¶ Nullĭfĭco, *āre*, nichts achten, vernichten, apud vet. Iren. Interpr. 4, 47. Tertull. adv. Psychic. c. 15 *Qui manducat ne nullificet non manducantem.* Hieronym. locum adde in sequ. *Nullificatio.*

¶ Nullificatio, *ōnis*, f. contemtus, die vernichtung, verachtung. Hieronymus ad Sun. & Fretel. epist. 135 p. 322 Ἐξουδένωσις, *non putatis transferendum* Despexisti: *sed secundum dissertissimum istius temporis interpretem* Nullificasti, *seu Annibilasti vel Annullasti.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 14. *Quæ ignominia? quæ nullificatio?*

¶ Nullificamen, *ĭnis*, n. idem. Tertull. adverf. Marc. 3, 7 & 17 *Ignominia hominis & nullificamen populi.*

¶ Annullo, *āre*, vernichten. De Hieronymi verbo modo dictum est, in *Nullificatio.* Et Vulg. Interpr. Sirac. c. 21, 5 *Objurgatio & injuriæ annullabunt substantiam.*

Nonnullus, *a, um*, vide supra in *Non.*

VLMVS, *i*, f. πτελέα, arbor vineis amica, quod ex Virgilio liquet, ein ulmbaum rüſtern, ulmen, Matthiolus. Virg. Georg. 1 princ. *Quo sidere terram Vertere Mæcenas, ulmisque adjungere vites Conveniat.* Sed *Ulmorum Roberum*, apud Plaut. Amph. 4, 2, 9 dicitur, cujus in tergo decerptæ ex ulmo virgæ, consumerentur, & quasi morerentur, ut legitur apud eumdem in Captivis 3, 4, 117. vide plura de ulmis apud Caton. R. R. c. 28; Varro 1, 15; Colum. 5, 6, & de Arbor. c. 16; Palad. febr. 17 & Nov. 15; Vitruv. 2, 9; Ovid. Met. 14, 661 & 665; Plin. 16, 17.

¶ Vlmeus, *a, um*, adject. vom ulmbaum; ut, *Frons ulmea*, Colum. 6, 3. *Vecles ulmei*, Cato R. R. c. 31. *Virgidemia ulmea*, Plaut. Rud. 3, 2, 22. *Pingere aliquem pigmentis ulmeis*, Idem Epid. 5, 1, 20: & Pseud. 1, 5, 131 *Stylis aliquem conscribere ulmeis*, i. e. virgis, braun und blau ſchlagen.

¶ Vlmārium, *i*, n. locus ulmis consitus, ein ulmenbuſch. Plin. 17, 11 *Differere in ulmaria.* conf. Colum. 5, 6.

¶ Vlmētum, *i*, n. idem. Gloss. gr. lat. πτελεών, *Vlmetum.*

¶ Vlmitriba, *æ*, m. qui virgis ulmeis cæditur. Plaut. Perf. 2, 4, 7 *Nescio inquam, ulmitriba tu.*

VLNA, *æ*, f. ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id est, a brachiis vel cubitis, quemadmodum Servius indicavit, est spatium extensum utraque manu, eine klafter. Sed cubiti unius significatione ap. Plin. legitur 11, 43 *Vni homini juguli, humeri, ulnæ*, die ellenbogen. Sic Ovid. Met. 7, 847 *Corpus ulnis mollibus attollere*, auf die arme fassen. Nam & græce ὠλένη, *cubitus.* Et ab hac significatione germanicum factum videtur, eine elle. Virg. ecl. 3, 105 *Dic, quibus in terris &c. Tres pateat cæli spatium non amplius ulnas.*

VLOPHŎNON, *i*, n. ὄλοφυτον, carduus silvaticus, ita vocatus ob gravitatem odoris, eine ſtinck-diſtel, Plin. 22, 18; Apul. de Herb. c. 109.

VLPIĀNVS, *i*, m. jurisconsultus fuit & scrinii magister sub Alexandro Severo, Romano imperatore, patria Tyrius. Periit militari tumultu, ut Guil. Grotius de Vitis ICtor. annotavit. ¶ 2. Alius *Vlpianus* rhetor, & Scholiastes Demosthenis.

VLPĬCVM, *i*, n. genus est allii majoris, quod & *Punicum* dicitur, groſſer knoblauch, apud Columell. 11, 3; & 6, 4. *Allium ulpicum*, Plautus conjunxit Pœn. 5, 5, 35 *Tu plenior allii ulpici, quam sint Romani remiges.* Et Arnob. 2 p. 85 *Cuminum, porri, ulpicum, cepe.* v. ibi Elmenhorst. p. 95. conf. Pallad. Ian. 14; & Nov. 6.

VLPIVS, *i*, m. prænomen apud Romanos, ut, *Vlpius Trajanus.* ¶ 2. Inde *Vlpia*, urbium nomen a Trajano conditarum vel instauratarum; v. g. *Vlpiæ Trajanæ* in Dacia, &c. vide Geograph. Antiq.

VLS, & Vltis, dixerunt veteres pro *Vltra.* Festus sive interpolator Paulus: *Vls Cato pro Vltra posuit.* Et Pomponius Lege 2 de Origine juris § 31 *Quinqueviri constituti sunt cis Tiberim & ultis Tiberim.* conf. Rosin. Rom. Antiq. 7, 29 p. 717 Matth. Aegypt. ad SC. de Bacchan. p. 114.

Vlterior, ultimus, &c. vide sequens *Vltra.*

VLTRA, ab antiquo *uls*, ut a *cis, citra*, ὑπὲρ, præpositio & adverbium, über, darüber: ut, *Vagari ultra terminum*, Horat. 1 oda 22, 19, *Vltra pueriles annos*, Quintil. 1, 11. *Paullum aliquid ultra primas litteras progressum esse*, Id. 1, 1. Et Id. 7, 2 *Intendamus ultra animum*, laſſet uns weiter denken. Et, *Vltra quam oportet*, hoc est, ulterius, weiter mehr, denn es von nöthen, oder ſich gebühret, Id. 2, 5. Idem 6 pr. p. 496 Burm. *Ne ultra, quam homini datum est, spes nostræ provehantur.* Cic. Tusc. 1, 9 *Vltra, quo progrediar, non habeo.* Id. Attic. 15, 1 *Oratio scripta elegantissime, ut nihil possit ultra.* Id. in Vniverf. c. 3 *Si probabilia dicentur, ne quid ultra requiramus*, id est, amplius. Liv. 2, 19 *Non ultra bellum dilatum*, nicht länger, nicht ferner. Solinus c. 20 de smaragdis Scythicis: *Virent ultra irrigua gramina, ultra amnicas herbas*, id est, viriditate superant irrigua gramina. Sic, quæ pari viriditate cum smaragdis sunt, *ad smaragdos* dicuntur *virere.* Vide supra in *Ad.*

¶ Vltrātus, *a, um*, jenſeitig; ut, *Regio ultrata*, Hygin. de Limit. p. 156.

¶ Vlter, *a, um*, weiter. Ita Salmasius ad Solinum p. 721 *Merces ad ultera* vocat, quæ ad ulteras regiones exportantur, εἰς τὰ πέραια; Ita ibi correxit corruptum Plinii locum; & ubi ap. Apulej de Mundo legitur: *ad nos & ultra*, ipse legit: *ad nos & ultera.* Hinc comparativus

¶ Vltĕrior, *us*, weiter, ferner, jenſeitig. Ter. Phorm. 4, 2, 10 *Sed eccum ipsum, quis est ulterior?* der, ſo hinter dieſem kommt. Cic. de Provinc. c. 15 *Alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem.* Sic, *Vlterior ripa*, quæ trans flumen est, Vellej. 2, 107, 1; & Virg. Æn. 6, 314. Absolute in *ulteriora*, Curt. 8, 10, 2.

¶ Vlterius, adverb. idem. Ovid. Metam. 2, 875 *Inde abit ulterius, medii & per littora ponti Fert prædam.* Sic, *Vlterius tentare*, Virg. Æn. 12, 806: & *Vlterius tendere*, ibid. v. 938. *Vlterius si licuisset, juvabit quærere*, Sen. epist. 103.

¶ Vltĭmus, *a, um*, superlat. postremus, extremus, der letzte, äuſſerſte, hinterſte. Ter. Heaut. 5, 2, 39 *Est mihi in ultimis ædibus conclave, &c.* id est, in ultima ædium parte, zu hinderſt im hauſe, (quemadmodum Adelph. prolog. v. 9 *In prima fabula*, pro, in prima parte fabulæ dixit.) Idem Phorm. 1, 4, 38, *sed quis hic est senex, quem video in ultima platea?* gar unten auf der gaſſen. vid. Voss. 4 Instit. Orat. p. 142. *Vltima luna*, Cic. in Somn. Scip. c. 3. Ovid. Met. 136 *Sed ultima semper Exspectanda dies homini, &c.* Miserrimum putabatur, eoque inter ἀφατικὰ relatum, si quis *ultimus suorum moreretur.* v. Reinel. Inscr. 20, 441 p. 1000. Laudat Sen. contr. 5, 1, Quintilianum decl. 12, ubi tamen c. 25 p. 266 Burm. *Vltimus omnis memoriæ reus*, videtur pessimus, de qua ratione mox dicetur. Contra *ultimam Romanorum* Cremutius Cordus dixerat C. Cassium Cæsaris interfectorem, ut indicaret, post hunc virtutem Ro. exoleviſſe Tac. A. 4, 34, 1. ¶ 2. Aliquando *ultimus* & pro *primo* sumitur, si, a postremis orsus, ad primum adscendas, qui tum fit ultimus. Cic. pro Arch. c. 1 *Inde usque ab ultima pueritia memoriam repetere*, id est, a prima pueritiæ ætate, von der erſten kindheit an. Virg Æn. 7, 49 *Tu sanguinis ultimus auctor*, i. e. primus, ut & Servius interpretatur. Nep. 25, 1, 1 *Pomponius Atticus ab origine ultima stirpis Romanæ.* Liv. 40, 6 *Omnes ab ultima origine Macedoniæ reges.* Catull. 4, 15 *Vltima ex origine Tuo stetisse dicit in cacumine:* Vbi Muretum licebit videre & Iustini interpretes ad 2, 1. ¶ 3. *Vltima stirps*, id est, omnium vilissima & obscurissima: Vellej. 1, 11, 1 de Pseudo-Philippo, *Qui se regiæ stirpis ferebat, cum esset ultimæ.* Apulej. Met. lib. 9 *Vltima illis pessimi uxor*, id est, pessima. Sic Virg. Æn. 4, 537 *Atque ultima Teucrum Iussa sequar.* Vbi Servius: *Vltima deterrima. Vltimæ sortis homo*, Epit. Liv. Lib. 49. vid. Burm. ad Quint. Decl. 12, 25 p. 266. Sic, *Vltimum scelus*, aut *facinus*, pro extremo & detestabili. Curt. 5, 13, 17. *Vltimum supplicium*, pro gravi & capitali, Id. 6, 7, 31. *Certamine ultimo fortunam experiri statuit*, Liv. 8, 29. Prop. 1, 5, 4 *Vltima nosse mala. Inauditis ultimisque exsecrationibus adjurat*, Iustin. 24, 2, 8. Et, *Vltima laus*, i. e. minima, das geringſte. Liv. 30, 30 *Non in ultimis laudum hoc tibi fuerit.* ¶ 4. Sæpe substantive ponitur; ut, *Vltima experiri*, hoc est, extrema, die äuſſerſten mittel verſuchen. Cels. 7, 7. Sic, *Vltima pati*, Curt. 5, 1, 6. Ipse Liv. 3, 47 pr. *Quid prodesset, si incolumi urbe, quæ capta, ultima timeantur, liberis suis sint patienda. Vltima orientis subigere*, id est, extremas regiones, Id. 3, 10, 4. Et, *Amore spiritus ad ultima propulsus*, Id. 6, 4, 11. *Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam*, Idem 2, 56. Sic, *Vltima vitæ* sunt tempora, quibus quis agit animam & morti proximus est, das lebens-ende. Aurel. Vict. de Cæs. c. 40 *Iisdem diebus ibidem Constantium patrem vitæ ultima agebant*, er lag in letzten zügen. Id. de Orig. gentis Rom. c. 10 *Matrem ultimo ætatis affectam* dixit, quæ erat admodum natu grandis & ætate confecta, ſehr alt und leibens ſatt.

¶ Vltĭmum, adverb. zum letzten mahl. Curt. 5, 12, 8 *Darius Artabazum, ultimum illum visurus, amplectitur.*

¶ Vltimo, adverb. denique, ad postremum, zuletzt, letztlich. Suet. Nerone c. 32 *Vltimo templis compluribus dona detraxit.*

¶ Vltime, adv. auf das äuſſerſte. Apul. Met. lib. 1 *Vltime affectus*, id est, ad extrema redactus.

¶ Vltimo, *are*, in ultima parte esse, zu ende gehen. Tertull. de Pallio c. 1 *Cum ultimant tempora patriæ.*

¶ Vltro, adverb. id est, sponte, freywillig, von freyen ſtücken. Ter. Andr. 1, 1, 73 *Hac fama impulsus Chremes ultro ad me venit*, hoc est, non arcessitus, non requisitus, quemadmodum Valla exponit, unerſucht, ungefodert, von ihm ſelbſt gutwillig. Sic, *Vltro polliceri*, Brutus Cic. in lib. ad Brutum ep. 11. *Vltro se alicui offerre*, Cic. pro Planc. c. 10, ſich ſelbſt anbieten. *Vltro appetitur, qui habet*, Nepos fragm. 5, 4, id est, ditioribus non diu quærendi sunt amici, sponte se offerunt. ¶ 2. *Vltro* & pro *ultra* vel *insuper* ponitur, noch darzu. Ter. Eun. 5, 2, 21 *Etiam ultro derisum advenit.* vid Cort. ad Sall. frag. p. 965 extr. Liv. 40, 12, *Vltro mihi non infidiatoris modo, sed latronis manifesti & percussoris speciem induit:* ubi plura exempla laudantur. Virg. Æn. 2, 145 *Iis lacrimis vitam damus & miseri scimus ultro*; Vbi Servius: VLTRO *non est sponte, (nam jam rogaverat,) sed insuper. Et venit ab eo, quod est ultro, cui plus, quam rogaverat, præstiterunt.* ¶ 3. Hinc pro *procul* ponitur. Plaut. Capt. 3, 4, 19 TV.

Proin tu ab isthoc procul recedas. HEG. *Vltro istum a me.* Vbi *procul* & *ultro* synonyma sunt. Idem Amph. 1, 1, 164 *Vltro istunc, qui exsulsat homines*, weg mit dem. ¶ 4. Significat & *mox, statim*, ut Servius in illo Virgilii Æneid. 2, 193 *Vltro Asiam magno Pelopeia ad mania bello Venturam*, interpretatur. Ita & Tacitus videtur ponere Hist. 1, 71, 2 *Exemplum ultro imputavit.* Idem Hist. 2, 60, 3, quamquam ibi τὸ *ultro* & *ultra* interpretari liceat. ¶ 5. *Vltro citroque*, id est, huc atque illuc seu hinc atque illinc, hin und her, hin und wieder; ut, *Sursum deorsum, ultro citroque commeare*, Cicer. de Nat. D. 2, 33. Idem pro Rosc. Am. c. 22 *Homines cursare ultro & citro non desiterunt*, auf und niederlaufen. Sic, *Multis verbis ultro citroque habitis, ille nobis est consumtus dies*, id est, utrinque, nachdem wir zu beyden theilen viel worte mit einander gewechselt. Cic. Somn. Scip. c. 1. Et Liv. 29, 23 *Data ultro citroque fide*, unter einander. Suet. Calig. c. 19 sine copula *ultro citro* dixit.

¶ Vltrōneus, *a, um*, gutwillig, ungezwungen. Sen. Nat. Quæst. 2, 59 *Quid interest, ad mortem jussi eamus, an ultronei?* hoc est, non jussi, nostra sponte, ungeheissen, von uns selbst. Tritum proverbio est, *Vltroneas putere merces*, Hieronymus ep. 137 extr. ad Marcellam. vide *Merx*, & Chiliades. *Vltronea voluntate*, Cypr. ep. 63, 1. Et Apul. 1 Met. p. 111 *Vltroneum exilium amplexus.* Et 6 p. 175 *Vltroneam te dominæ tuæ reddis?* Id. 8 Met. p. 207 *Vltronea vobis, infesti manes, en adest victima.*

Vltramundanus, *a, um*, vide supra in *Mundus.*

¶ Vltrotributum, *i*, n. plural. *Vltrotributa*, quæ præter vectigalia solvuntur; item, impensæ publicorum operum, freywillige oder ausserordentliche steuer, collecte, beysteuer. Liv. 39, 44 *Vectigalia summis pretiis, ultrotributa infimis locaverunt.* Idem 43, 16 *Qui publica vectigalia aut ultrotributa conduxissent, &c.* vid. ibi interpretes, & Turneb. adv. 1, 29. Quocirca eleganter Sen. de Benef. 4, 1 de virtute, quod *cuncta in se impendere jubeat, ac sæpius in ultrotributis sit*; i. e. quod pecunias multas eroget & distribuat, daß sie viel ausgiebt und ausspendet.

¶ Obultroneus, *a, um*, idem quod *ultroneus*, freywillig. Gloss. Vet. *Obultroneus*, ἀυθαίρετος.

¶ Pēnultīmus, *a, um*, der letzte ohne eins. Gellius 4, 7 *Penultimam* (scil. syllabam) *circumflectere.* Et Auson. eclog. de Kalend. v. 13 *Post quos penultima meta November.*

¶ Antepenultimus, *a, um*, der letzte ohne zwey; ut, *Syllaba antepenultima*, Mart. Capella 3 p. 60.

VLVA, *æ*, f. herba palustris, φάκος, rohr, teich-aras, mos im wasser. Virgilius Æneid. 2, 135 *Limosaque lacu per noctem obscurus in ulva Delitui.* Ovidius Fast. 5, 519 *Fluminea ulva.* Differt ab alga, quæ marina est: *Alga venit pelago, sed nascitur ulva palude.* Adde Vitruvium 2, 1; & Pallad. Nov. t. 7 extr. *Palustri ulva figuratæ sportæ.*

¶ Vlvōsus, *a, um*, ulva obsitus, mesicht, voll mos. Sidon. carm. 7, sive Paneg. Aviti, v. 324 *Vlvosa quem vel Nicer abluit unda, Prorumpit Francus.*

VLVBRAE, *arum*, f. pl. vicus desertus & inops in Campania, sive Latio, ut alii volunt. Vnde *Vacuas ulubras* Iuvenalis dixit sat. 10, 102. Vicus ille ignobilis nobilitatus nutricatione Augusti Cæsaris. Meminit ejus Cicero fam. 7, 18; & Horatius 1 epist. 11 extr. *Quod petis, hic est, Est Vlubris, animus si te non deficit æquus.*

¶ Vlubrānus, *a, um*, & Vlubrensis, *e*, adjectiva. Inde incolæ *Vlubrani* & *Vlubrenses*, Cic. fam. 7, 12; & Plin. 3, 4.

VLVLA, *æ*, f. ab ὀλολύζειν, ejulare, vel ululare, auctore Servio, qui & *Vlulos* vulgo appellari consueviſſe in eclogam 8 Virgilii auctor est: eine eule, nachteule, uhu; ut, *Vlula flammeata*, ein schleyereule; quod circa faciem mulieris peplo seu flammeo obvolutæ caput & faciem referat. Virgil. ecl. 8, 55 *Certent & cygnis ululæ; sit Tityrus Orpheus.* Vlulæ noctuis & bubonibus cognatæ sunt; sed differunt voce. vide *Noctua.* Inter volucres a suis vocibus appellatas, *ululam* refert Varro de L. L. 4, 11. conf. Plin. 10, 12.

¶ Vlŭlo, *avi, atum, are*, heulen. *Vlulant* autem *canes, lupi*, & alia. vid Virgil. Æneid. 6, 257. *Ædes ululant plangoribus*, Idem Æneid. 2, 488 Et Lucan. 1, 567 *Sanguinei populis ululârunt tristia Galli.* Plin. 26, 4 *Terribili Marte ululare.* Catull. 64, 28 *Linguis trepidantibus ululare.*

¶ Vlŭlans, *antis.* Cicer. in Oratore c. 6 *Inclinata, ululantique voce canere.* Sil. 6, 563 *Vlulante dolore.* Virg. Georg. 1, 408 *Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.*

¶ Vlulātus, *a, um*, geheult, beklagt; ut, *Hecate triviis ululata*, Virgil. Æneid. 4, 609. *Victor ululatus*, Stat. Theb. 9, 178. Et, *Iuga Circes Dulichiis ululata lupes*, Idem 1 Sil. 3, 85.

¶ Vlulatus, *ûs*, m. subst. quilibet confusus clamor, das geheule, aerlerre; ut, *Fœmineus ululatus*, Virgilius Æneid 4, 667. Sed & hoc lætitiæ vocabulum est. Ovid. Met. 3, 528 *Liber adest festisque fremunt ululatibus agri.* Cæsar Bell. Gall. 5, 37 *Victoriam conclamant atque ululatum tollunt.* Livius 31, 1 *Cantus incuntium præliorum, & ululatus, & tripudia.* vid Barth. ad Statii 4 Theb p. 1054, & lib. 5 pag. 370. Adde Sil. 8, 131; Catull. 64, 20; Vitruv. 2, 1; Curt. 4, 15, 29; & 5, 12, 12.

¶ Vlulūmen, *inis*, idem. Prudentius Hymno exsequiarum v. 114 *Tuba clangens ululamina miscet.*

¶ Vlulābilis, *e*, adjectiv. jämmerlich, kläglich. Apulej. 4 Metam. sub initium: *Vlulabile cum plangore.* Amm. 24, 2; & 30, 15 *Vlulabili clamore.*

¶ Exŭlulo, *are*, valde ululare, überlaut heulen. Ovid. Metam. 1, 233 *Natlusque silentia ruris Exululat.* conf. lib. 4, 250. it. Her. 15, 114. it. Sil. 12, 599 & quæ ibi Drakenborch.

¶ Exululātus, *a, um*, ausgeheult. Ovid. Trist. 4, 1, 42 *Dum stupet Idæis exululata jugis*, scil. Bacchis.

¶ Exululatio, *ōnis*, f. die jammer-klage, das angst-geschrey, apud Augusti.

VLYSSES, *is*, m. Ὀδυσσεύς, a dolore partus, vide lib. 19 Odyss. Homeri, sapientissimus & astutissimus in exercitu Græcorum ad Trojam. Apud Senecam Troad. v. 612, ipse Vlysses, *Nunc advoca*, inquit, *astus animæ; nunc fraudes, dolos, & totum Vlyssem.* Scripsit ejus laudes Libanius. *Mulca est passus Vlysses, simulatione insaniæ militiam subterfugit*, Cic. Offic. 3, 26. Id. Tusc. 5, 3 *Vlysses & Nestor sapientes habiti.* Sapientis exemplum in Vlysse ab Homero propositum, Horatius auctor est 1 epist. 2, 17 & seq. Vide Sen. de Constantia sap. c. 2. Liviam Augustam proaviam ab Caligula *Vlyssem Ilolatum* appellatam, Svetonius ejus vita c. 23 scribit. Ovid. Pont. 4, 10, 9 *Exemplum est animi nimium patientis Vlysses Iactatus dubio per duo lustra mari.* Observandum autem est, veteres ex Græcis Ὀυσσεὺς, Ἀχιλλεὺς, Latine quoque *Vlysseus, Achilleus*, dixisse, & inde Genitivus *Vlysseï, Achillei* & contracte *Vlyssi, Achilli* fecisse. Horat. epod. 17, 14 *Heu per vicacis ad pedes Achillei.* Et ibidem v. 25 *Lacertosi vemiges Vlyssei.* Et lib. 1 oda 6, 7 *Nec cursus duplicis per mare Vlyssei.* Virg. eclog. 8, 70 *Carminibus Circe socios mutavit Vlyssi.* ¶ 2. Romana consuetudine potius scribendum *Vlixes* & vocativo casu *Vlixe*, docent Gloss. & Burm. ad Ovid. Her. 3, 2.

¶ Vlysseus, *a, um*, adject. ut, *Vlysseam commentum*, pro vafro & astuto, eine behende list, Ὀδύσσιος μηχανή, vide Chiliadas.

¶ Vlyssippo, *ōnis*, f. oppidum in Lusitania, Plin. 8, 42. *Vlyssiponam* vocat Isidorus 15, 1. *Vlysseam*, seu conditam ab Vlysse, appellari, Strabo scripsit lib. 3. Metropolis est Lusitaniæ, quæ regibus Portugalliæ hodie sedem præbet Ulyssbon.

¶ Vlyssiponensis, *e*, adjectiv. ut, *Promontorium Vlyssiponense*, Plin. 4, 21.

¶ Sesculysses, vel Sesquiulysses, *is*, m. quasi unus & dimidius Vlysses, Varro pro astutissimo posuit, der ertz-listig ist. vid. Plin. in præfat. & Turneb Adverl. 17, 24.

Vmbella, umbellatus, umbellifer, vide mox, *Vmbra*, Vmber, *Vmbria*

VMBILĪCVS, *i*, m. a græco, ὀμφαλὸς, ligamentum est intestinorum in medio ventre, der nabel, unde & γομφίωνα Græci vocant. Isidor. 11, 1 *Vmbilicus est medius locus corporis, dictus quod sit ibi umbo illorum.* Varro de L. L. 6, 2 *Vmbilicum Apollinis dictum ajunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis. Quod utrumque est falsum, neque hic locus* (Delphicus) *est terrarum medius: neque noster umbilicus est hominis medius, &c.* ¶ 2. Hinc tamen, quicquid in aliqua re medium est, *Vmbilicus* etiam dicitur, der mittel-punct. vid. Dempster. ad Rosin. Antiq 1, 13 p. 90. Sic Cic. Verr 4, 46 *Qui locus, quod in media insula est situs, umbilicus Siciliæ nominatur.* Et Liv. 35, 18 *Ætoli, qui umbilicum Græcæ incolerent.* Id. 41, 23 *Vt repente in medio umbilico Græciæ conspiceretur, Delphos adscendit.* Manlius proconsul apud eumdem 38, 48 Delphos *umbilicum orbis terrarum* vocat. Sed Varro refutat loco citato, quorsum Strabo conferri potest lib. 9, & addi, si lubet, Cellarii Programma 19. ¶ 3. Et *Vmbilici* ornamenta sunt librorum, die buckeln oder beschläge an den büchern. Quia vero libri absoluti his ornabantur, nata hinc est proverbialis figura: *Ad umbilicum ducere*, quod est finire aliquid aut absolvere, zu ende bringen. Horat. epod. 14, 7 *Inceptos, olim promissum carmen, iambos Ad umbilicum ducere.* Catull. carm. 22, 6 *Novi libri, novi umbilici.* Et Martialis 4 epigr. 91 *Iam pervenimus usque ad umbilicos.* ¶ 4. *Vmbilicus*, parvus circulus etiam Plinio est 18, 33. ¶ 5. *Vmbilicus Veneris* planta est, κοτυληδών, acetabulum, nabelkraut, a forma foliorum, Tabernæmon. p. 1230; & Apul. de Herb. c. 42; alias *Cotyledon.* ¶ 6. Denique cochleæ marinæ species *Vmbilicus* est. Cic. de Orat. 2, 6 *Conchas & umbilicos legere*, vid. Gesner. & Schott. Observ. 2, 21.

¶ Vmbilicātus, *a, um*; ut, quod umbilici habet similitudinem, wie ein nabel. Plin. 13, 4 *In alvo media umbilicatum.*

¶ Vmbilīcāris, *e*; ut *Nervus umbilicaris*, die nabel-schnur. Tertull. de Carne Christi c. 20.

VMBO, *ōnis*, m. a græco ὄμβων. Vt enim Græci ὄμβωνα dixere, quicquid tumidum est & prominet; ita *umbonem* Latini quoque appellarunt, quod editius atque exstantius est, ein hübel, buckel. Stat. Achill. 1, 408 *Vndisonæ quos circuit umbo Maleæ.* Id. 3 Silv. 1, 110. *Contra riget umbo maligni Montis.* vid. Scalig. ad Varr. ¶ 2. Hinc postea editiorem & mediam partem clypei *umbonem* vocarunt, quam ὀμφαλὸν Polybius appellat lib. 6, den erhabenen ort mitten in dem schilde. vide Isidor. 18, 12. Scalig. Conject. p. 50. Barth. ad Statii 6 Theb. p. 441. ¶ 3. Et scutum ipsum figurate, das schild. Virg. Æn. 9, 810 *Nec sufficit umbo ictibus.* Tac. Hist. 4, 29, 6 *Vbi sonus molientium, aut appositæ scalæ hostem in manus dederant, propellere umbone, pilo sequi.* ¶ 4 Et in gemmis eminentior pars *Vmbo* est Plinio 37 c. 6. ¶ 5. Apud Pers. sat. 5, 32 pro *toga* ponitur: *Totaque impune Suburra Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.* Nam *Vmbo* (quem & in toga agnoscit Tertullianus c. 5 de Pallio,) in ditiorum togis proprie vocabatur pars ea, quæ obrugas concurrentes, nodoque artificiose constrictas, protuberabat, umbonis sive clypei instar, das gepausche, Voss. 4 Instit. Orat p. 145. ¶ 6 *Vmbonem* etiam brachium interpretantur in illo Martialis 3 epigr. 46 *In turbam incideris, cunctos umbone repellet.* Et satis commode intelligi potest cubitus toga tectus, umbonemque adeo togæ efficiens: nisi forte legendum *ancone*, Græco vocabulo, & hac in re frequentissimo. vid. Lipsi. de Milit. Rom. 3, 2.

VMBRA, *æ*, f. aer luce carens, vel lux impedita corporis alicujus objecto, σκιὰ, der schatten. Refert illa corpus, nec vero est, quod refert, neque omnino quicquam Barthius ad Claudian Mamert. p. 242. Scripsit ejus encomium Janus Douza filius. Virg. eclog. 2, 67 *Et sol crescentes decedens duplicat umbras.* Sic, *Incurrere in umbram*, in den schatten kommen, Cic. de Divin. 2, 6. Et, *Ne umbram quidem ejus novit: Ne de facie quidem aliquem novisse*, proverbiale est utrumque apud eundem ad Attic. 7, 11, pro, ne minimam quidem partem alicujus novisse. *O hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit*, nicht das geringste davon. vid. Chiliadas, & de hoc: *Metuere suam ipsius umbram*, de vehementer meticulosis. Sic, *Vmbras falsæ gloriæ consectari*, Cic. in Pison. c. 24. *Herculem spectas quidem, sed umbram, & nescio quid vile mei*, Sen. Herc. Oet. 1, 345 *Stat magni nominis umbra*, Luc. 1, 135. ¶ 2. Cæterum cum declinaturi solis aut imbri-

imbrium vim ſub arborum umbras ſuccedere ſoleant, inde factum, ut *Vmbra* pro tutela ſive præſidio aliquando ponatur, der ſchutz. Liv. 32, 21 *Quia ſub umbra auxilii veſtri latere volunt, in ſocietatem veſtram confugiunt.* Et 34, 9 *Erant autem eo tutiores, quod ſub umbra Romanæ amicitiæ latebant.* Quod ad Polybium Caſaubonus obſervavit p. 147. Hæc loquendi ratio & ſacris Scripturis uſitata eſt. ¶ 3. *Vmbra* interdum adumbrationem, der abriß, entwurff. Vellej. 2, 68, 1 *Vmbram actæ rei capere.* ¶ 4. *Vmbra* etiam pro ſchola declamatoria dicitur. Vnde & *Vmbraticus doctor*, ſcholaſticus, apud Petronium. Sen. ap. Tacit. Annal. 14, 53, 4 *Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui, quam ſtudia, ut ſic dixerim, in umbra educata?* ¶ 5. Prima initia picturæ fuerunt, cum umbra hominis lineis circumſcriberetur: deinde ipſi ſtudioſi picturæ fingere ejusmodi imagines cœperunt, ſingulosque inducere colores, ut nullum diſcrimen luminis, umbræ atque ſplendoris eſſet. Vide Plin. 35, 3; *Tandem* (ut ib. Plin. c. 5 ſcribit,) *ſe ars ipſa diſtinxit, & invenit* LVMEN *atque* VMBRAS, *differentia colorum alterna vice ſeſe excitante. Deinde adjectus eſt* SPLENDOR, *alias hic, quam* LVMEN: *quem, quia inter hoc & umbram eſſet, appellaverunt* TONON: *commiſſuras vero colorum & tranſitus* ARMOGEN. Huc reſpexit alluſitque Cicero de Orat. 3, 26 *Sed habebat tamen illa in dicendo admiratio ac ſumma laus umbram aliquam & receſſum, quo magis id, quod erat illuminatum, exſtare atque eminere videatur.* Plin. 3 epiſt. 13 *Nec vero affectanda ſunt ſemper elata & excelſa. Nam ut in pictura* LVMEN *non aliare magis, quam* VMBRA *commendat; ita orationem tam ſummittere, quam attollere decet.* ¶ 6. *Vmbræ* etiam dicuntur convivæ, non vocati quidem a convivatore, ſed a vocatis una adducti; illos ſequentes videlicet, ut umbra corpus, ungebetene gäſte, ſo von einem andern gebetenen mitgebracht werden. vide Plutarch. Conviv. Quæſt. 7, 6. Horat. 2 ſat. 8, 21 *Varius cum Servilio Balatrone Vbidius, quos Mæcenas adduxerat umbras.* Id. Horat. lib. 1 epiſt. 5, 26 Torquatum ad cœnam invitans: *Brutum tibi Septimiumque Et niſi cœna prior potiorque puella Sabinum Detinet, aſſumam: locus eſt & pluribus umbris.* ¶ 7. Et *Vmbræ* manes ſunt vel ſimulacra mortuorum, die todten-geiſter, geſpenſter. Virg. Æn. 6, 390 *Vmbrarum hic locus eſt &c.* Et, *Imas Erebi deſcendit ad umbras*, ib. v. 404. *Pallentes, ſilentes umbræ*, apud eundem Æn. 4, 27; & 6, 264. Quintil. Declamat. 10 ſub fin. *Victricis umbræ vanis exagitari terroribus.* Virg. Æn. 2, 772 *Infelix ſimulacrum atque ipſius umbra Creüſæ Viſa mihi ante oculos, & nota major imago*; Vbi Servius: *Per* SIMVLACRVM *apotheoſin oſtendit; quia ſimulacra Deorum ſunt:* VMBRAE *inferorum:* ANIMAE, *quæ cœlum petunt.* Id. ad illud Virg. Æn. 4, 654 *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago: Bene*, inquit, IMAGINEM *dixit. Valde enim quæritur apud philoſophos, quid illud ſit, quod inferos petat. Nam tribus conſtamus:* ANIMA, *quæ ſuperna eſt, & origine ſuam petit:* CORPORE, *quod in terra* deſicit: VMBRA, quam Lucretius ſic definit: SPOLIATVS LVMINE AER. *Ergo* VMBRA, *ſi ex corpore creatur, ſine dubio perit cum eo: nec eſt quicquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt, eſſe ſimulacrum, quod ad noſtri corporis effigiem fictum inferos petit: & ſi ſpecies corporea, quæ non poteſt tangi, ſicut ventus &c. Sciendum tamen, abuti poëtas & confuſe vel* SIMVLACRVM, *vel* VMBRAS *dicere.* Suet. Calig. c. 59 *Satis conſtat, prius quam id fieret*, (cadaver Caji ſepeliretur,) *bortorum cuſtodes umbris* (Lemuribus) *inquietatos.* Nimirum circumvolare umbras, donec conſumpta ſint corpora, vetus doctrina eſt. v. Barth. ad 5 Theb. Statii p. 207. ¶ 8. *Vmbræ*, inquit Feſtus, *vocabantur Neptunalibus caſæ frondeæ pro tabernaculis*, laubhütten. Quin ipſa folia arborum *umbras* dicta docet verſus Calpurn. ecl. 5, 101 *Dum viret, & tremulas non excutit Africus umbras.* Huc forte pertinet, quod *lectum* & *umbram* ſæpe jungunt poetæ, ut Iuv. 7, 105. Ovid. Amor. 1, 9, 42. v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 9. *Vmbra* piſcis, σκιαινα. Ovid. hal. 111 *Corporis umbræ Liventis.* Auſ. Moſ. 90 *Effugiens oculos celeri levis umbra natatu.* Add. Col. 8, 16, 8, ubi fragmentum Ennii laudat Beroaldus. ¶ 10. *Vmbra* & *Vnda* confunduntur in libris MSS. Drak. ad Sil. 4, 681.

¶ Vmbella, æ, f. diminut. ein hut, ſchaubhut, tuch, oder ſchirm für die ſonne und luft; ut, *Viridis umbella*, Iuvenal. 9, 50. ¶ 2. In plantis vero *Vmbella* eſt floris ſeminisque quaſi pedamentum, in plures diviſum longiores pediculos, ut in fœniculo, aniſo, ſambuco; *Muſcarium* etiam Plinius dixit. Hinc

¶ Vmbellatus, *a, um*, & Vmbellifer, *a, um*, bedeckt, beſchirmt; ut, *Vmbelliferæ*, vel *umbellatæ plantæ*, gewächſe, ſo gecrönte blumen tragen.

¶ Vmbrāticus, *a, um*, in umbra exiſtens, verborgen: item, ſchülerhaft; ut, *Homo umbraticus*, qui ſub tecto vitam agit otiosam, Plaut. Curc. 4, 3, 24. Sic *Vmbraticus doctor* apud Petron. c. 2; & ipſi *Scholaſtici umbratici*: vide Petronii interpretes. Plin. epiſt. 9, 2 *Scholaſticæ & umbraticæ literæ.* Sic, *Vmbraticus & imaginarius præceptor*, Lactant. 6, 12. *Epicureorum delicata & umbratica turba*, Sen. de Benef. 4, 2.

¶ Vmbrātilis, *e*, idem; ut, *Vita umbratilis & delicata*, quæ umbra & deliciis gaudet, Cic. Quæſt. Tuſc. 1, 11. *Exercitatio umbratilis*, Id. de Orat. 1, 34. Sic, *Literæ umbratiles*, Plin. 9 epiſt. 2, id eſt, quibus umbratiles tantum homines ſtudent, quarum in civili vita nullus propemodum uſus eſt. Colum. 1, 2 *Non ſit mora ſegnis nec umbratilis.* Ammian. 21, 16 extr. *Imperium caſſum & umbratile.*

¶ Vmbratiliter, adverb. zum entwurff. Sidonius 2 epiſt. 10 *Vmbratiliter effingere*, id eſt, levi pictura, rudibus lineamentis.

¶ Vmbrāculum, *i*, n. locus vel frondibus, vel veſtibus tectus ad umbram, eine hütte für die ſonne, eine ſommer-laube, ein ſchirm. Cic. de Legib. 3, 6 *Doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in ſolem & pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque producere*, aus dem cabinet, aus der ſchule. Virg. eclog. 9, 42 *Et lentæ texunt umbracula vites.* Colum. 3, 2 *Sol umbraculis facile depellitur.* Pallad. Nov. t. 7 *Arbor objectis defendatur umbraculis.* ¶ 2. Sed apud Ovidium Faſt. 2, 311 *Aurea pellebant rapidos umbracula ſoles*: id eſt, aureæ umbellæ, ſchaubhüte, ſchirme. Claudianus de 4 Conſul. Honorii v. 340 imitatus Naſonem ſimiliter: *Aurea ſummoveant rapidos umbracula ſoles.* De forma judicari poteſt ex Ovid. A. A. 2, 209 *Ipſe tene diſtenta ſuis umbracula virgis.* Similia igitur iis, quæ Gallorum vocabulo vocamus ein paraſol.

¶ Vmbrōſus, *a, um*, ſchatticht. Cic. ad Qu. fratr. 3, 1, 2 *Ego locum æſtate umbroſiorem vidi nunquam.* Et Plin. 16, 26 *Fico folium maximum umbroſiſſimumque eſt.* Sic, *Vallis umbroſa*, Virg. Georg. 3, 331. *Silva umbroſa*, Ovid. Met. 1, 693. *Vmbroſa tecta*, Tibull. 1, 4, 1. *Vmbroſus Avernus*, Propert. 3, 17, 1. Et Sen. Qu. nat. 3, 10 *Fere aquoſiſſima ſunt, quæcunque umbroſiſſima.*

¶ Vmbro, *avi, atum, are*, umbra tegere, beſchatten, bedecken. Poëtis omnem obſcuritatem infert. Colum. 5, 6 *Virgæ ne umbrent eo tempore, quo vitis paratur, abraduntur.* Plin. 19, 1 *Marcellus velis forum umbravit.* Virg. Æn. 3, 508 *Montes umbrantur opaci.* Ammian. 16, 2 *Viæ ſuſpectæ, quia tenebris multis umbrantur.* Stat. 4 ſilv. 2, 37 *Vmbravit colles & ſobria rura Lyæus.*

¶ Vmbrans, *tis*. Pallad. Aug. t. 8 *Vmbrantibus tegi arbuſtis.* Idem lib. 14 de Ceraſo: *Vmbrantes platani.* Prudent. Hamart. v. 873 *Cilio umbrante tegi.*

¶ Vmbrātus, *a, um*, beſchattet, bedeckt, verdunckelt. Stat. Theb. 6, 553 *Prior omnibus Idas Nuper olympiacis umbratus tempora ramis.* Idem 3 Silv. 4, 79 *Vmbratus genas*, id eſt, barbatus. Virg. Æn. 6, 772 *Vmbrata gerunt civili tempora quercu.* Sic, *Vmbratus currus*, Manil. 2, 139, ein zugemachter wagen. *Vmbrata tempora Parrhaſio galero*, Val. Flacc. 4, 138.

¶ Vmbraturus, *a, um*, das ſchatten geben ſoll. Claud. Nupt. Hon. & Mar. v. 149 *Vmbratura Deam retro ſinuatur in arenam bena.*

¶ Vmbrāticŏla, *æ*, c. umbraticus, mollis, qui in umbrosis locis degit, & nec ſolem pulveremque, ut homo militaris, ferre potest, der lichtſcheu iſt, hinter dem ofen ſitzt, auf der faulen bären-haut liegt. Plaut. Truc. 2, 7, 49 *Mœchus cincinnatus, umbraticola.*

¶ Vmbrĭcŏla, *æ*, c. idem, apud Strabon. Gall. in Hortulo c. 2, 26. Idem in Hort. præfat. *Vmbricolis habitata cubilia talpis.*

¶ Vmbrĭfer, *a, um*, ſchattichtt; ut, *Nemus umbriferum*, Virg. Æn. 6, 473. *Rupes umbriferæ*, Varro R. R. 2, 8. *Academia umbrifera*, Cic. de Divin. 1, 13. *Sub platano umbrifera*, ibid. 2, 30. conf. Prudent. Hamart. v. 239.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adumbro, *avi, atum, āre*, primum idem eſt, quod umbram alicui rei inducere adeoque tegere, überſchatten, zudecken. Colum. 5, 5 *Agricola Bæticæ provinciæ ſub ortu canicula, palmeis tegetibus vineas adumbrabat.* Idem 11, 2 *Adumbrantur vel ſtramentis vel aliis tegumentis uvæ.* ¶ 2. Eſt & pictorum verbum, & quadantenus aliquid deformare & exprimere ſignificat: non primis tantum lineis, velut vulgo interpretantur, circumſcribere, ſive delineare, verbilden, abſchattiren, reiſſen, abreiſſen, abzeichnen. Nimirum *adumbrare* Latinis, quod σκιαγράφειν Græci dicunt: *Adumbratio*, σκιαγραφία. Atqui *Sciagraphia* non eſt lineatio, quæ Ichnographia & Orthographia abſolvitur; ſed eſt, quæ addit umbras, & oculis non modo lineas exhibet, ſed explicationes etiam rerum ſpecies ſubjicit, ut Bernardinus Baldus recte interpretatur. Nempe pictores primum lineamenta ducunt futuræ imaginis, (hæc *Ichnographia* eſt;) deinde inducunt colores, qui addunt umbram, atque ſic paullo expreſſiorem ſpeciem exhibent, non tamen perfectam. Hæc *adumbratio* igitur eſt, cui poſtea accedit manus ultima: cum omnia ad exactam elegantiam ac venuſtatem expoliuntur. Et hanc ob cauſſam Ariſtoteles Rhetor. 3, 12 genus dicendi, quo in deliberativis cauſſis utimur, σκιαγραφίαις comparat, & illi ideæ, quæ in demonſtrativo genere adhibetur, opponit. Hoc enim ut omnium accuratiſſimum & ornatiſſimum vult; ita illud, ſi exquiſitum minus excultumque ſit, maxime probat. Quintil. 7, 10 *Quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit?* Contrarium eſt *exprimere*, vollkommen darſtellen. Aliter tamen de Sciagraphiæ notione Græv. ad Cic. pro Sylla c. 18, & Athenag. Apol. p. 19. unde apparet, id vocabulum veteres de monogramma pictura proprie uſurpaſſe, quæ nullas umbras exhibet. ¶ 3. A pictura ad alia transfertur, veluti ad orationem, ſignificatque verbis deſignare & deſcribere, beſchreiben entwerffen. Cic. in Orat. c. 14 *Eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrare.* Id. de Orat. 2, 47 *Heroum veteres caſus imitari atque adumbrare dicendo.* Et 3, 4 *Id ipſum in eorum ſermone adumbrare conati ſumus.* ¶ 4. Significat imitari, fingere, ſimulare, nachmachen, falſch vorgeben, erdichten. Curt. 10, 3, 14 *Nec Perſis Macedonum mores adumbrare, nec Macedonibus Perſas imitari indecorum eſt.* Cic. pro Domo c. 30 *Ementiendo aliquid adumbrare.*

¶ Adumbrātus, *a, um*, entworffen; item, falſch vorgegeben, ſcheinbar; ut, *Permulta non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum*, Cic. pro Cæl. c. 5. Sic, *Adumbrata ſuffragia*, i. e. ficta, Idem Agrar. 2, 12. Et pro Sylla c. 18 *Adumbratum judicium*, id eſt, ſimulatum, ein erdichtetes gericht. Cic. Verr. 3, 33 *Pippæ vir adumbratus*, qui ſe ferebat virum, ihr ſchand-deckel, re enim vera Veneris ſcortum erat Pippa. *Lætitia adumbrata*, i. e. ficta & ſimulata, Tac. An. 4, 31, 2. conf. Petron. c. 105 & 106.

¶ Adumbratim, adverb. entwurffs-weiſe. Lucretius 4, 363 *Sed quaſi adumbratim paullum ſimulata videntur.*

¶ Adumbrātio, *ōnis*, f. eſt rudior deſcriptio rei ſive repræſentatio, der abriß, die abſchattirung, entwerfung. Cic. in Orat. c. 29 *Si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio.* conf. Vitruv. 1, 2.

¶ Inumbro, *are*, umbram inducere, beſchatten, dunckel machen. Virg. Æn. 11, 66 *Inſtructoſque toros obtenta frondis inumbrat.* Plin. Paneg. c. 19 *Eſt hæc natura ſideribus, ut parva & exilia validiorum exortus obſcuret. Similiter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur.*

¶ Inumbrans, *tis*. Apul. Met. 5 p. 569. *Iuvenis lanoſo barbitio genas inambrans.* Tac. Hiſt. 3, 19, 2 *Inumbrante veſpera*, bey dämmerichtem abend.

¶ Inumbrātus, *a, um*, ſimulatus, apparens, verſtellt, ſcheinbar, beſchattet. Celſus 5 lib. 18 § 1 ff. de acquir. poſſ. *In conſectu inumbratæ quietis conſtitutus.* Apul. Florid. 1 *Spelunca frondibus inumbrata.* Et Curt. 3, 4, 9 *Cydnus multa viparum amœnitate inumbratus.*

¶ Inumbratio, *ōnis*, f. die beſchattung, verdunckelung. Mart. Capella lib. 1 p. 20 *Lucifuga inumbratione palleſcens.*

¶ Obumbro, *are*, umbra obſcurare, überſchatten. Virg. Æn. 12, 578 *Obumbrant æthera telis.* Sic, *Obumbrare ſenſus*, Quintil. præf. lib. 8, verdunckeln. Et Ovid. Pont. 3, 3, 75 *Tu licet erroris ſub imagine crimen obumbres.* Tac. Hiſt. 2, 32, 5 *Senatum & populum nunquam obſcura nomina, etſi aliquando obumbrentur.* Et, *Sapientia viſo obumbratur*, Plin. 23, 1. v. *Vinum.*

¶ Obumbrans, *tis.* Apul. Met. 2 p. 248 *Palmula potius obumbrans de induſtria quam tegens verecunda.*

¶ Obumbrātus, *a, um*, beſchattet; ut, *Germina obumbrata defendere*, Pallad. 12 tit. 1. *Scopulus obumbratus nube*, Mart. Capella, 1 pag. 5.

¶ Obumbratio, *ōnis*, f. die überſchattung. Arnobius lib. 5 p. 186 *Allegoricæ cæcitatis obumbratio.*

¶ Obumbrātrix, *īcis*, f. adjective, überſchattend. Tertullianus Apolog. c. 9 pr. *Arbores templi obumbratrices.*

¶ Præumbro, *are*, caligine involvere, verdunckeln. Tac. Ann. 14, 47, 1 *Fama, in quantum præumbrante imperatoris faſtigio datur, clarus.*

VMBRIA, *æ*, f. regio Italiæ, ſic dicta vel ab *imbribus*, quos ὄμβους Græci dicunt, vel quod ob propinquitatem Apennini umbrola ſit regio. Eſt enim a mari ſupero ad Apenninum, & ultra. Hodie ibi Spoletanus & Vibinas Ducatus, pars Romandiolæ & Marchiæ Anconitanæ, &c. vide Geograph.

¶ Vmber, plural. *Vmbri*, qui ex Vmbria. Catullus 40, 11 *Aut parcus Vmber, aut obeſus Hetruſcus:* In quo verſu pro *parcus Vmber*, malit Scaliger legere *porcus Vmber.* Obeſos enim & crapulæ deditos veteres *porcos* appellitare ſolebant. Vmbros autem ventri deditos fuiſſe, Athenæus tradit. vide Scalig. Conjectan. p. 17. Pro *Vmbrus* legendum forſan *Vmber* apud Plin. 8, 48. ¶ 2. Plin. 8, 48 *Vmbri* (ovium genus ex diverſo genere natum) explicante Harduino, ſunt ſpurii, hybridæ, Gr. ἐμβρίας. Laudat etiam Voſſ. etymol. in *Campus* & *Muſmones.*

¶ Vmbrius, *a, um*, adject. ut, *Terra Vmbria*, Gell. 3, 2.

¶ Vmbrīca, *æ*, f. cretæ ſpecies, quæ non niſi poliendis veſtibus aſſumitur, Plin. 35, 17.

¶ Vmbrĭcius, *i*, m. nomen aruſpicis, Tac. Hiſt. 1, 27, 1; Iuvenal. 3, 21.

Vmbro, *are*, umbroſus, vide paullo ante in *Vmbra.*

Vmeo, pro *humeo* frequens in MSS. eſſe teſtatur Drakenb. ad Sil. 3, 522.

VMIDIVS vel Vmmidius familiæ Rom. nomen. vid. Spanh. diſſ. 10 p. 7. Apud Varronem R. R. 3, 3, 9 vulgo ſcribitur *Immidius*, ubi vid. Geſner.

Vna, vide *Vnus*, Vnanimus, unanimitas, unanimiter, *Anima.*

Vncario, uncatus, vide mox *Vncus.*

VNCIA, *æ*, f. exiguæ menſuræ nomen, duodecima ſcilicet pars aſſis, & omnium, ſeu ponderum, ſeu menſurarum, quæ in partes duodecim ſecari ſolent, die unße, der zwölfte theil eines dinges. Vide libellos vocabulorum rei nummariæ, ponderum & menſurarum. *Vncia agri*, duodecima pars jugeri, apud Varronem de R. R. 1, 10. *Huic ut addas auri pondo unciam*, Plaut. Menæch. 3, 3, 3. Et, *Neque piſcium ullam unciam hodie pondo cepi*, Idem Rud. 4, 2, 8. *Ex uncia hæres*, h. e. ex parte duodecima, Sen. Controv. 28 extr. conf. Horat. Art. poët. v. 327; & Gell. 5, 17; Colum. 5, 1; Plin. 14, 3. ¶ 2. *Vncia* in menſuris duodecima pars eſt pedis, quam *Pollicem* alias dicimus, ein zoll. Eſt nomen Siculum, ut ex Polluce diſcimus. ¶ 3. Vulgo hodie apud Medicos *uncia* vocatur duorum lotorum pondus, eine unße, 2 loth.

Vnciŏla, *æ*, f. diminut. Iuvenal. 1, 40.

¶ Vnciālis *e*, unius unciæ, das eine unße hält, zweylöthig; ut, *Aſſes unciales*, Plin. 33, 3. Ita hodie *uncialem* licet vocare Ludovicæum argenteum, f. ſcutatum, einen gantzen thaler; &, *Vncial's altitudo*, Idem 18, 16. *Vnciales litteræ*, craſſæ & majores ſunt: Hieron. præfat. in Iobum extr. *Habeant, qui volunt, veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgo ajunt, litteris onera magis exarata, quam codices.*

¶ Vnciārius, *a, um*, auf unßen gerechnet; ut, *Vnciarium fœnus*, cum ſingulis menſibus uncia centeſima penderetur, h. e. ſingulis annis unus pro centum nummis uſuræ loco: contra *centeſima* uſura erat, cum in menſes centeſimus as ſive nummus, adeoque XII in annum penderetur. De *unciario fœnore* vid. apud Livium 7, 16; & quos ibi Dukerus laudat, & Tac. An. 6, 16, 3. it. Græv. ad Cic. Att. 1, 12 p. 63 ex Gron. de P. V. 3, 13. *Stips unciaria*, duodecima pars aſſis, moneta omnium minima, Plin. 34, 5. *Vnciariæ vites*, Colum. 3, 2, id eſt, ita diſpoſitæ, ut inter quamlibet vitem unius jugeri uncia intervallum æquale faciat.

¶ Vnciātim, adverb. unßen-weiſe, bey einzelen halben hellerchen. Ter. Phorm. 1, 1, 9 *Quod ille unciatim vix, &c. comparſit miſer.* Plin. 28, 9 *Datur & phthiſicis unciatim.*

Ab *Vncia* derivata ſunt:

¶ Deunx, *uncis*, c. cum aſſi adempta eſt uncia, ſumma nimirum undecim unciarum, eilf unßen oder zwölff theile. Cic. pro Cæcin. c. 6 *Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cæcinam*, er vermacht ihm eilf und einen halben zwölfftheil ſeiner güter. Iuvenal. 1, 40 *Vnciolam Proculejus habet; ſed Gillo deuncem.*

¶ Decunx, *uncis*, c. decem unciæ, zehn unßen. Fannius de Ponder. v. 46 *At ſi ſextantem retrahas, erit ille decuncis.*

¶ Nonuncium, *i*, n. dicitur quod novem unciarum ſit, neun unßen, apud Feſtum.

¶ Quincunx, *uncis*, c. quinque unciæ, fünf unßen. ¶ 2. Martial. 2 epigr. 1 eſt genus menſuræ, paullo ſupra dimidiam heminam continens: Siquidem *quartarius* eſt dimidia pars *heminæ*, quarta *ſextarii*. *Quincunx* igitur videtur dici & ipſe reſpectu *ſextarii*, & habere circiter 8 pollices cubicos Pariſinos. v. *Hemina*, ein halb nöſſel halb.

Te conviva leget miſto quincunce. ¶ 3. Vſuræ *quincunces* dicuntur, quoties ex centum nummis quinque *unciæ* menſtruæ, atque adeo quinque aſſes annui percipiuntur, fünf pro cent. Perſ. ſat. 5, 149 *Nummos nutrire quincunce modeſto.* ¶ 4. Eſt & arborum, pomariorum & vinearum *quincunx*: qui eſt, cum in ordinem certaque intervalla ita rediguntur arbores, ut, quaqua verſus ſpectaveris, rectus ordo ſit. Quintil. 8, 3 *Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus eſt decor? quis negat? Num & in ordinem certaque intervalla redigam meas arbores. Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui, in quamcunque partem ſpectaveris, rectus eſt?* Colum. 3, 13 *Nonnulli omnem vitem per denos pedes in quincuncem diſponunt, ut more novalium terra transverſis adverſisque ſulcis proſcindatur.* Quinarius autem numerus hac nota V. deſignabatur a Romanis; quæ duplicata, X duplicatum etiam numerum, *Denarium* puta, oſtendit. *Arbores* igitur *in quincuncem ordinem poſitæ*, eæ dicuntur, quæ quincuncialis notæ, V figuram, quacunque parte ſpectaveris, decuſſatim poſitæ referunt, hoc exemplo:

Atque hinc, *transverſis adverſisque ſulcis* Columella dixit. Vide Ald. Manut. in Cic. lib. de Senectute, (ibi enim Tullius c. 17 *directos in quincuncem arborum ordines* dixit,) & Glareanum ad Cæſarem de B. G. 7, 73, qui male tamen *quincuncialem ordinem*, quaſi *quinpunctialem* dictum putat. Eſt enim

¶ Quincunciālis, *e*, epitheton arborum in quincuncem diſpoſitarum; ut, *Quincuncialis ordinum ratio*, Plin. 27, 11. Sed, *Herba quincuncialis*, Id. 27, 11, quæ ſemipedali fere altitudine eſt, fünf zoll hoch).

¶ Semuncia, *æ*, f. unciæ dimidium, ein loth. Cic. in Verr. 4, 25 *Semuncia auri* annuli materia. Perſ. ſat. 5, 121 *Sed nullo thure litabis, Hæreat in ſultis brevis ille ſemuncia recti:* id eſt, nullo ſacrificio a diis impetrabis, ut vel minimum rectæ rationis ſit in ſultis, ein fleins weniß, ein loth oder eine quintel recht ſey. Adde Caton. R. R. c. 10; Colum. 5, 1; & 6, 38: Frontin. de Aquæduct. paſſim in edit. Poleni ſemper *ſemuncia*: ſed in aliis etiam *ſemi uncia* ſcribitur

¶ Semunciālis, *e*, lothig; ut, *Semunciales aſſes*, Plin. 33, 3. conf. Solin. c. 56.

¶ Semunciārius, *a, um*; ut, *Semunciarium fœnus*, factum ex unciario, Liv. 7, 27. vid. quæ diximus in *Vnciarius*

¶ Septunx, *uncis*, m. ſeptem unciarum pondus vel modus, ſieben unßen oder zwölff theile, der halbe theil ſamt dem zwölften theil. Colum. 5, 1. Apud Livium 23, 19 *Septuncis aurei in ſingulos pretium convenit.* Et Id. 5, 24 *Triumviri ad id creati terna jugera & ſeptunces viritim diviſerant.* Ita ſeptem vini cyathi. Martial. 8 epigr. 51 *Si dubia eſt, ſeptunce trahar, ſi fallit amantem, Vt jugulem curas, nomen utrumque bibam.* vid. omnino Scriverius ad h. l.

¶ Septunciālis, *e*; ut, *Satio ſeptuncialis*, Columellæ tribuunt 2, 10, 58. Sed legendum *Septimontialis &c.* vid. in *Mons.*

¶ Seſcuncia, *æ*, f. uncia una cum dimidia, drey loth, anderthalb unßen. Vlpianus Lege 8 § 8 Dig. de inoffic. teſtamento: *Si ſint ex duobus filiis nepotes, ex uno plures, tres puta; ex uno unus; unicum ſeſcuncia; unum ex illis ſemuncia querela excludit.* Colum. 12, 57 *Laſeris radicis ſeſcuncia.* conf. Frontin de Aquæduct. 1 p. 231.

¶ Seſcunciālis, *e*, dreylothig, drey zoll haltend. Plin. 13, 15 *Craſſitudine ſeſcuncialis.*

¶ Seſcunx, vel Seſquunx, *uncis*, m. unius unciæ & dimidiæ pondus vel longitudo &c. Plin. 36, 25, ubi de colorum crudine anderthalb zoll.

¶ Triunx, & Triuncis, æneus numulus erat, a tribus ſic dictus unciis, ein pfennig, drey heller. Sic Budæus lib. 2 de Aſſe. Erat & quadrans, auctore Plin. 33, 3, qui & *triancis* vel *triunx* vocatus eſt, *a tribus unciis*, eilf vierfheil, drey unßen.

¶ Teruncius, *i*, m. etiam ut *Triunx*, quod trium unciarum ſit. Plaut. Capt. 3, 1, 17 *Neque ridiculæ res ullæ unciæ faciunt.* Cic. Att. 5, 20 *Spero, toto anno imperii noſtri ſumptum in provincia nullum fore* Varro de L. L. 4, 36 *Teruncius a tribus unciis dictus, quod fit libellæ quarta pars, ſicut quadrans aſſis.* Cic. de Finib. 3, 14 *Croſi pecuniæ teruncium addere*, v. Chiliad. item ſupra *As* & *Quadrans.*

Vncinatus, uncĭnus, quære mox in *Vncus.*

Vnctio, unctito, unctor, &c. vide paullo poſt in *Vngo.*

VNCVS, *i*, fuſtis incurvus, ein hake; ſic appellatus a tumore, ejus ſc. partis, quæ retorta ſeu curvata eſt, quem ὄγκον Græci dicunt. Sic, *Ferreus uncus*, Liv. 30, 10. Et Cic. Phil. 1, 2 *Vncus impactus eſt fugitivo illi &c.* Colum. 3, 18 *Velut uncus infixus ſolo, antequam extrahatur, prærumpitur* Imaginem habes in Roma ſubterranea Boſii. De telis tres pluresque uncos habentibus Lipſ. Poliorcet. 4, 6. Val. Flacc. 8, 298 *Navalis uncus.* conf. Horat. 1 od. 35, 19; Cat. R. R. c. 10. ¶ 2. Supplicii genus. Iuvenal. 10, 66 *Sejanus ducitur unco.*

¶ Vncus, *a, um*, adject. incurvus, krumm, hakicht. Plin. 11, 37 *Aquaticis unci ungues ſunt.* Ovid. de Pont. 2, 7, 9 *Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat.* Silius 14, 323 *Vncæ tela manus*, harpagones, manus ferreæ. Virg. Georg. 1, 19 *Vncum aratrum.* Idem Æn. 3, 233 *Pedes unci.* Colum. 7, 11 *Vncis digitis educere.* conf. Idem 4, 13; & Cell. 7, 10.

¶ Vncĭnus, *a, um*, aliud adject. quo curvum aliquid & uncis munitum ſignificatur, das wiederhaken hat. Paulinus Natali 7 Felic. v. 270 altera longa: *Staminis uncino, quaſi piſcis, inhæſerat hamo.*

¶ Vncĭnus, *i*, m. ſubſt. idem quod *uncus*; item, hamus, ein wiederhake, eine ſchnalle. Gloſſ. Vet. *Vncinus, κόραξ σιδηροῦς.* Item, *κοραξ σιδηρᾶς*

εἰδηξᾶς θύρας. Hinc Apulej. 3 Metam. p. 135 *Pessulis injectis & uncino firmiter immisso.* Pallad. Mart. t. 10 de ficu: *Vncinis æreis tollere vermes.*

¶ Vncĭnŭlus, *i*, m. diminutivum.

¶ Vncĭnātus, *a*, *um*, aliud adjectivum, *unci* vel *uncini more* incurvus, gekrümmt, hâkicht; ut, *Hamata & uncinata corpora*, Cic. Acad. 4, 38.

¶ Vnco, *are*, krümmen; unde *Vncatus*, de quo sequitur. Sed & *Visu ferus uncat*, ut est apud Autorem Philomelæ v. 51.

¶ Vncātus, *a*, *um*, instar uncini factus, gekrümmet, hâkicht. Cæl. Aurel. Tard. 5, 3, 57 *Quidam uncati permanent*, gebückt: Sidon. 4 epist. 20 *Vncatæ literæ.* Idem 9 epist. 9 *Vncatis syllogismis aliquem inhamare*

¶ Vncātio, *ōnis*, f. die krümmung, hâkelung. Cæl. Aurel. Acut. 2, 32 *Vnguium uncatio, quam γρύπωσιν vocant.*

¶ Vncipes, *ĕdis*, cui uncus pes, krummfüßig, Tertull. de Pallio c. 5.

Compositа:

¶ Aduncus, *a*, *um*, in se recurvatus, eingebogen, gekrümmet, cujusmodi rostrum est aquilinum. Plin. 11, 37 *Volucribus rostra rapto viventibus aduncа*, krumme schnäbel. Cic. pro Cluent. c. 64 *Aduncа ex omni parte dentium & tortuosa ferrula.* Idem Tusc. 2, 10 *Vngues aduncі.* Sic, *Falx aduncа*, Ovid. Met. 14, 628. Et, *Hamus aduncus*, Met. 13, 934. Et, *Vomer aduncus*, Idem Fast. 2, 295. *Nasus aduncus*, Ter. Heaut. 5, 5, 18. Et Horat. 1 sat. 6, 5 *Naso suspendere adunco*, pro irridere, vide *Nasus.*

¶ Aduncĭtas, *ātis*, f. aduncа vel incurva forma, die krümme; ut, *Aduncitate rostrorum cibum capiunt quædam animalia*, Cic. de Nat. D. 2, 47. Adde Plin. 10, 71; & 8, 27.

¶ Inunco, *āre*, unco quasi arripere, mit einem haken fassen oder ergreiffen, einhâkeln. Exstat ap. Non. 2, 425 illud Lucilii: *Qui nummos tristis inuncat.* Vsus & Apulejus Apol. p. 293 *Hamis inuncanda.* Et lib. 1 Florid. p. 341 *Aquila unguibus inuncat agnum vel leporem.* Et Paulin. Natal. Felic. 7, 272 *Clavus inuncans.*

¶ Inuncātus, *a*, *um*, eingehâkelt. Columella 7, 3 *Lana a rubis vel ut hamis inuncata a pascentium tergoribus avellitur.*

¶ Obuncus, *a*, *um*, valde aduncus. Arnob. 6 p. 197 *Saturnus cum obunca falce.* Virg. Æn. 6, 597 *Rostroque immanis vultur obunco Immortale jecur tondens &c.*

¶ Obuncātus, *a*, *um*, gekrümmt; ut, *Obuncatis unguibus*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 18.

¶ Reduncus, *a*, *um*, quod *aduncо* contrarium est, über sich gebogen und gekrümmet. Tametsi rostrum reduncum aquilæ etiam Ovidius tribuat Met. 12, 562 *Viribus usus avis, pennis rostroque reduncо*, i. e. repando vel aduncо, de Periclymeno in aquilam converso.

VNDA, *æ*, f. quasi uda, *ὕδωρ*, κῦμα, aqua collecta in se & fluctuans, die flut, wasserflut, welle. ¶ 2. Quælibet item aqua, das wasser. Virg. Æn. 3, 200 *Cæcis erramus in undis.* Cic. Phil. 10, 4 *O spectaculum illud non modo hominibus, sed undis ipsis & litoribus luctuosum, cedere e patria servatorem ejus, manere in patria proditores!* ¶ 3. *Vndæ bellorum*, pro impetu, per metaph. apud Claudian. in Eutrop. 2, 507. *Sic undas comitiorum* pro multipliciter & impetuose variante diversitate sententiarum dixit Cicero pro Plancio c. 6: *Illæ undæ comitiorum, ut mare profundum & immensum, sic esse vesci quodam quasi æstu &c.* Catullus 65, 62 *Vndas curarum* dixit. ¶ 4. Turba, caterva, multitudo, der hauffe, die menge. Virg. Georg. 2, 462 *Mane salutantum totis vomit ædibus undam*, h. e. turbam. Ita *Sepedum populorum undas* de formicis eleganter dixit Apulej. Met. lib. 6 p. 177; & Prudent. Hippolyto v. 227. vide Barthium ad 8 Theb. Statii p. 93. & Drakenb. ad Sil. 4, 159. ¶ 5. *Vmbra* & *unda* confunduntur. v. *Vmbra.*

¶ Vndōsus, *a*, *um*, wasserreich; ut, *Æquor undosum*, ungestüm, voll wellen, Virg. Æn. 4, 313; & *Plemmyrium undosum*, idem Æn. 3, 693. Compar. *Vndosior fluctus*, Solinus cap. 22. Superl. *Torrentes undosissimi*, August. de Civ. Dei 22, 11.

¶ Vndōsē, adverb. idem. Compar. Ammianus 27, 6, (Vales. c. 4) *freto undosius ab Euxino Ponto labenti.*

¶ Vndo, *avi*, *atum*, *āre*, undas agere est, fluten treiben, wellen werffen, brudeln. Etiam de igne Virg. Æn. 12, 673 *Flammis ad cælum undabat vortex*, & ita passim de fumo. v. Drakenb. ad Sil. 7, 355. Val. Flacc. 1, 539 *Regio undat equis floretque viris.* Sed Stat. Achill. 1, 86 *Æacidæ sanguine undabit campos*, i. e. inundabit.

¶ Vndans, *tis*; ut, *Vndans fretum*, Cic. de Nat. D. 2, 35. ¶ 2. Sed, *Vndans Ætna*, Virg. Georg. 1, 472, hoc est, undarum modo flammas evomens. Idem 3, 28 *Vndans bello Nilus.* Val. Flacc. 5, 303 *Vndans curis*, voller sorgen. Plaut. Epid. 3, 3, 50 *Vndans chlamys*, pauschend.

¶ Vndanter, häufig, überflüssig; ut, *Vndanter evomere*, Martian. Capella lib. 2. Et Apul. Met. p. 244 *Capillo fluente undanter.*

¶ Vndātus, *a*, *um*, gewässert; ut, *Vndatum genus*, Plin. lib. 33.

¶ Vndātim, adverb. in morem undarum, wellen-weise. Plin. 36, 7 *Capillus Augusti undatim crispus in verticem, Tiberii sparsim convoluta canities.* conf. Idem 13, 15.

¶ Vndāmen, *inis*, n. die wasserflut, ergiessung. Ausonius Mosella v. 32 *Bivio refluus undamine pontus*; al. *manamine.*

¶ Vndabundus, *a*, *um*, voll wellen; ut, *Vndabundum mare*, Gell. 2, 30.

¶ Vndŭla, *æ*, f. diminut. Hinc

¶ Vndŭlātus, *a*, *um*, gewässert; ut, *Vndulata toga*, *undulata vestis*, ad undarum similitudinem picta, Plin. 8, 48 Varro apud Nonium 2, 926 *Olim reges nostri undulatis & prætextas togas solliti sunt habere.* Fiebant forte ex pilis caprarum & hircorum undulatæ: schamlot; id enim genus succensum pilos olet, & varietate undulata commendatur. Nescio an etiam a colore dictæ sint. Ovid. A. A. 3, 175, de coloribus vulgarioribus & non ita pretiosis: *Hic undas imitatus habet quoque nomen ab undis, Crediderim nymphas hac ego veste tegi.* vid. Heins. & Bur. ad h. l.

¶ Vndĭcŏla, *æ*, c. in undis vivens, das sich im wasser aufhält; ut, *Vndicola pistris*, Avienus Phænom. Arat. v. 809. *Najades undicolæ*, wasserniren, Varr. apud Nonium.

¶ Vndĭflŭus, *a*, *um*, undis fluens, fliessend. Dracontius Hexaëm. v. 233 *Vndifluo gurgite.* Et v. 488 *Quis neget undifluo: procedere fontibus amnes.*

¶ Vndĭfrăgus, *a*, *um*, undas frangens; ut, *Vndifragi fluctus*, Fortunatus incunte epistola, præmissa carmini 2 libri 3.

¶ Vndĭsŏnus, *a*, *um*, rauschend von wellen; ut, *Æquor undisonum*, Virg. Æn. 4, 313. *Rupes undisonæ*, ad quas undæ, vel fluctus illisi & refracti sonitus cient, Stat. Achill. 1, 198. *Vndisoni Dii*, Propert. 3, 20, 18. *Vndisonum saxum*, Val. Flacc. 4, 44.

¶ Vndĭvăgus, *a*, *um*, herumfliessend; ut, *Vndivagum mare*, Eugenius Toletanus carmine 19.

Compositа:

¶ Abundo, *avi*, *atum*, *āre*, affluere, copiosum & cumulatum aliquid habere, überfliessen; ut, *Abundare re aliqua*, & *in re aliqua*, eines dinges überfluß haben, oder vollauf. *Abundare divitiis*, Ter. Heaut. 3, 2, 17. *Abundare copiâ frumenti*, Hirtius de B. Gall. 8, 40. Et, *Abundare pecuniâ*, Cic. pro Quint. c. 12. *Non solum ingenio, sed otio etiam abundare*, Cic. de Orat. 1, 6. Et, *Præceptis philosophiæ abundare*, Idem Offic. 1, 1. *Cum ex reliquis vel abundare debeam, cogor mutuari*, Idem ad Att. 15, 15. *Is quod ejus ex populis abundabat, excivit*, Liv. 5, 34.

¶ Abundans, *tis*, häufig, reich, überflüssig; ut, *Abundanti homo doctrinâ*, Cic. de Orat. 1, 19. Et ibidem 2, 14 *Timæus & rerum copiâ & sententiarum varietate abundantissimus.* Construitur etiam cum genitivo; ut, *Lactis abundans*, Virg. ecl. 2, 20. *Abundans corporis exiguusque animi*, Claudian. in Eutrop. 2, 380. *Pietatis abundans*, Idem de Cons. Hon. 4, 113. Compar. Plin. 2, 103 *Flavius abundantior æstate.* Et, *Abundantior tristitia*, Hieron. adv. Iovinianum 1, 4. Sed, *Ex abundanti*, zum überfluß, Quintil. 4, 5, & Lege 9 Dig. de supellect. legata.

¶ Abundanter, adverb. idem; ut, *Fructum abundanter ferre*, Plin. 24, 9, mit hauffen, vollauf. *Copiose & abundanter loqui*, Cic. de Orat. 2, 35 extr. reichlich und mit vielen worten. (*Loqui presse, angustius*, contrarium) Silius 5, 453 *Abundanter defuso sanguine.* Cic. Topic. c. 10 *Loci* (Topici) *aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius.* Colum. 8, 8 extr. *Quo & se, & pullos abundantius alant*, reichlicher. Et, *Abundantissime crescere*, Plin. 5, 9.

¶ Abundantia, *æ*, f. copia, uberras, der überfluß, die menge; ut, *Abundantia rerum omnium*, Cic. de Amic. c. 23. *Abundantia otii*, Idem fam. 7, 1. Et, *Circumfluere omnibus, atque in omnium rerum abundantia vivere*, Cic. de Amic. c. 15. Ad facultates translulit Tacitus, quæ vel abundant & amplæ sunt, vel arctæ, atque deficiunt. Ita enim Agric. 6, 6 scribit: *Ludos & inania honoris modo rationis atque abundantiæ duxit*, id est, ita probavit, quatenus de abundantia patrimonii, & absque detrimento facultatum exhiberi possent.

¶ Abundātio, *ōnis*, f. idem. Plin. 3, 16 *Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia*, scilicet flumina.

¶ Abundātūra, *æ*, f. idem. Tertull. adv. Marc. 4, 24 *Per civitates abundaturam, sicut & egituram per solitudinem struxerat.*

¶ Abundus, *a*, *um*, adjectivum, überflüssig. Gellius 1, 2 *Lavacris nitidis & abundis.* Et Accius apud Nonium 4, 192 *Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox.* Ita legit Guyetus ad Ter. Adelph. 4, 3. Hinc

¶ Abunde, adverbium, idem. Itaque male ultimam corripuit Drepanius Florus Pfal. 23, 5 *His semper abunde refecius.* Nisi iidem veteres & *Abundus* & *Abundis*, ut alia hujus generis dixerunt. *Abunde*, id est, plus satis, satis superque, sattsam, mehr als zu viel. Plinius præfatione: *Itaque etiam non assecutis, voluisse abunde pulchrum atque magnificum est.* Sic, *Abunde magna præsidia*, Sallust. Iug. c. 14, überaus reichlich. *Abunde satisfacere alicui*, Cic. de Divin. 2, 1. *Abunde potentiæ gloriæque adipisci*, Suet. Cæs. c. 86. Et, *Abunde esse alicui*, ita ut satis esse. Plin. 4 epist. ult. *Abunde mihi est, si satis expressi, quod efficitur.* Idem 5 epist. 8 *Sed utrumque tam magnum est, ut abunde sit alterum efficere.* Auct. Thebaidos v. 289 *Si nulla, Genitor, caussa vivendi est tibi, Hæc una abunde est, &c.*

¶ Exabundo, *āre*, mehr oder überley haben. Vincentius Lerinensis c. 23 *Plenitudo exabundavit ætatis.* Salvian. adv. Avarit. 4 p. 306 *Immensarum divitiarum copiis exabundant.*

¶ Superabundo, *āre*, idem. Modest. ICr. D. 27 t. 1 l. 6 § 7 *Qui divitiis superabundant.* Tertull. de Resurr. carn. c. 34 *Gratiam superabundasse.*

¶ Superabundans, *tis*, überflüssig. Macrob. Somn. Scip. 1, 14 *Deus superabundanti majestatis fœcunditate de se mentem creavit.*

¶ Superabundanter, adv. überschwenglich. Vulg. Interpr. Eph. 3, 20.

¶ Superabundantia, *æ*, f. der überfluß; ut, *Frugum superabundantia*, Vulg. Interpr. Levit. 25, 37. conf. Ezech. 18, 17.

¶ Exundo, *āre*, est alveum exire, übergehen, auslauffen; ut, *Pons exundat*, Plin. 2, 103. *Dolor exundat alte mersus*, Sen. Oedip. v. 974. Col. 9, 9, 1 apes *exundant novis fœtibus.* ¶ 2. Transit. Solin. 47 de portis Caspiis, *Saxa liquentibus inter se salis venis, exundant humorem affluentissimum.* Sed quid si legendum sit *exudant* vel *exsudant.* Certe ad 37 extr. ubi de simili re *Enydros exudat*, observat Salm. p. 541, b, f. Hisdorum legere *exundat*, simili errore.

¶ Exundātio, *ōnis*, f. die ergiessung, überschwemmung; ut, *Exundatio fluminum*, Plin. 19, 3.

¶ Inundo, *āre*, extra alveum transfundi, sich ergiessen, überschwemmen, übergehen. Cic. de Nat. D. 1, 37 *Terras inundat aqua.* Et Plin. 5, 1 *Æstus maris non inundat insulam.* Et, *Inundari sanguine*, id est, obrui & perfundi, Liv. 24, 38.

¶ Inundans, *tis*; ut, *Æstus maris inundantes*, Plin. 2, 97.

¶ Inundātus, *a, um*, überſchwemmt, angefüllt: ut, *Viri Spiritu divino inundati*, Tertull. Apolog. c. 18. Et Petron. c. 101 *Hac inundatus Enmolpus invidia.*

¶ Inundātio, *ōnis*, f. die ergieſſung, Überſchwemmung; ut, *Inundatio fluminum*, Colum. 3, 11. Et paſſive de terra, quæ inundatur: Plin. 5, 5; *Ieppe Phœnicum antiquior terrarum inundatione*, älter als die Fluth. Quod Pompon. Mela dixit 1, 11 *Eſt Ioppe ante diluvium, at ferunt, condita.*

¶ Perinundo, *āre*, beſchwemmen. Alcimus Avitus 1, 267 *Alveus & vigiles campos perinundat aquis.*

¶ Superinundo, *are*, über und über beſchwemmen. Tertull. de Reſurrect. Carn. cap. 63 extr. *Erasmodi eloquiis ſuperinundare.*

¶ Interundātus, *a, um*, reſpersus, ſprenglicht. Solinus c. 17 (al 27) de Tigribus, bestiis maculosis: *Fulvo nitent. Hoc fulvum nigrantibus lineamentis intermutatum.*

¶ Obundo, *are*, herumfließen. Statius Achilleidos 1, 102 *Lateque Deæ, Sperchiæ choreas Oceani, & dulci vestigia circuit unda.* Alii libri *Abundat* præferunt; tamen

¶ Obundātio, *ōnis*, f. die überſchwemmung, derivatum nomen, Flor. est, etiam in exactissimis libris, 4, 2, 27 *Interim obundatione vernæ fluminis commeatibus prohibetur.*

¶ Redundo, *avi, atum, are*, quod proprie de aquis retro propter iniectam molem exundantibus dicitur, wenn die waſſer zurück treten: ſed & ſimpliciter abundare, & exundare, & fugere fluvium ſeu ſupervacuum eſſe ſignificat, niederlaufen, abernaſſen jenn; ut, *Omnibus ornamentis redundare*, Cic. Fam. 3, 10. Et de Divin. 1, 44 *Si locus Albanus redundavit, ingens in mare fluxiſſet, Romam periiſſe.* Et, *Redundare ſaginis*, Cic. in Verrem 4, 11. *Indandat pituita*, es rinnet überhin. Idem Qu. Tuſc. 4, 10. Et de N. D. 1, 35 *Tunc Deus non digito uno tenuerat, ſed capite, collo, cervicibus*, er hat nicht etwa nur einen finger zu viel oder überlang, ſed, *Laudem adoleſcentis exiſtimat, ad eorum aliquem etiam redundare fraudem*, i. e. pertinere, referri, Cic. pro Ligar. c. 3. Etiam in Catil. 1, 12 *Verendum mihi non erat, ne quod, ingens paene civium interfectio, invidiae mihi in poſteritatem redundaret.* Ovid. Trist. 5, 1, 43 *Ingenio auctoris miſeri fortuna redundat*, es trifft.

¶ Redundans, *tis*, überflüſſig weitläuftig. Cic. de Clar. Orat. c. 13 *Aſiatici erant ne parum poſſit & nimis redundantes.* Conferatur Tertull. de Cultu fœm. 2, 9 *Compactio & exactio redundantis habitus.*

¶ 2. *Redundans*, ſc. etiam dicuntur ex herbis crapulæ gravedine, die ſich in eſſen und trinken übernommen haben, da es Dativo caret, Plin. Paneg. c. 49 *Non alvi marcidi ſordes, hiſpernaque cœna redundantes cum tristem ſuorum nuntios operiebantur.*

¶ Redundanter, adverb. idem. Plin. 1 ep. 20 *Iocoſe & redundanter.* Ambros. ep 82 *Pro remedio parcus, pro delictis redundantius libendum.*

¶ Redundantia, *æ*, f. ſuperfluitas, der überfluß; ut, *Iuvenilis redundantia*, Cic. in Orat. c. 30. Et Tertull. Apolog. c. 31 *Ad benignitatis redundantiam.*

¶ Redundatio, *ōnis*, f. idem; ut, *Redundatio ſtomachi*, Plin. 7, 6, hoc eſt, naſea, vomitus, das aufſteigen des eſſens. Et Vitruv. 9, 4 de terræ ditate aut receſſu motus ſecundi ſtellarum: *Redundationibus reſcimuntur.*

¶ Redundātus, *a, um*, übergelaufen. Ovid. Trist. 3, 10, 52 *Sive redundatas flumine cogit aquas.*

VNDE, ūnde, adverb. accipitur interrogative & infinite, woher? von wannen? *Unde is?* Ter. Eun. 2, 3, 12, ut ſolemnis de Iove? *Unde depulsus eſt Cocles? ex urbe.* *Unde dejecti Galli? a Capitolio*, Cic. pro Cæcin. c. 30, woraus? Et Ter. Andr. 1, 2, 41 *Iſt, Dis gratia, & unde hæc fiant, &c.* davon, daher ich es nun habe. Per pleonasm. Plaut. Amph. 1, 1, 77; Epid. 3, 4, 51; & Pseud. 4, 2, 11 *Unde gentium?* Virg. Æn. 8, 114. *Unde domo?* woher? Laudes? ¶ 2. Neque vero de locis tantum dicitur, ſed & de perſonis, quemadmodum & *Inde*, de quo utroque Donatus notat. Item Ter. Eun. 2, 2, 25 *Meretrix hæc audeat, quæ prædonibus, unde ereptast, ſe audiſſe arreptam.* Cic. fam. 14, 2 *Mira hæc, mentis deſiderium, unde opem petere omnes ſolebant.* Idem de Clar. Orat. c. 52 *Eloquentia, unde longe abeſſem.* Huc etiam pertinet formula *unde petitur*, i. e. reus, de qua agitur in *reo.* Ter. Andr. 3, 2, 31 *Unde id ſcis?* woher weiß du das? Horat. 1 Sat. 6, 12 *Patrii generis, unde ſuperbus Tarquinius regno pulſus fuit: Unde*, hoc eſt, a quo. Ovid. Her. 16, 18 *Hunc eſſe ſcires, unde moveatur amor.* vide Corr. ad Sall. Iug. 14 ¶ 3. Aliquando & pro *quare, cur*, ponitur, weswegen. Plautus 3, 12, 2 *Unde populo Romano agros flagitaret, niſi per famem?* &c. nox: *Unde ſi quæret eques &c.* Sic, *Unde fit, unde milvi?* Sermo aliquid se habere negantis, apud Plaut Aul. 5, 1, 20, ubi v. Gruter. ¶ 4. Aliquando cregenter geminatur: Catullus 68, 27 *Et quærendum unde, unde foret nervoſus iſtuc?* Plaut Pseud. 1, 1, 102 *Spero aliunde hoſtie me vona opera aut hac mea Tibi inventarum eſſe auxiliam argentarium*; *Atque id futurum unde, unde dicam neſci.* ¶ 5. *Undeunde*, allenthalben her, una voce effert Tertull. adverb. Hermog. c. 10 *Ad quocunque & undeunde paſſim eſt peti.* Contra *Unde* pro *Unde unde* vel *undecunque* usurpat Idem adv. Hermog. c. 22; & de Anim. c. 51 extr.

¶ Undecunque, ex quolibet ſeu quocunque loco, es ſey woher es wolle Plin. Paneg. c. 80 *Omnia audire, & undecunque invocat, ſtatim velut numen, auxiſſe & adeſſe.* Et Quintil. 7, 3 ſub finem: *Nec, undecunque cauſſa fluxit, ibi culpa eſt.* Adde Senec. de Vita beata c. 27; Pallad. 1, 37; Sidon. 5 epiſt. 21. *Undecunque gentium* dixit Vopiſcus in Bonoſo c. 14.

¶ Undeliber, wo man her will, vide ſupra *Libet*; & adde Celſum 8, 10; & Ammian 28, 4

Alicunde, Aliunde vide ſupra in *Alius.*

Necunde, ne ex aliquo loco, vide ſupra *Nec.*

¶ Sicunde, pro ſi alicunde, ſi ab aliquo loco, ſo etwa woher. Cic. ad Att. 13, 12 *Sicunde poteris evelere.* Liv. 26, 38 *Nec conſul Romanus ſe ſicunde urbibus, ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet, fefellit.* Suet. Calig. c. 51 *Non mediocrem fore confirmationem, ſicunde hoſtis appareret.*

Undecim, Undeviginti, Undetriginta, & ſimilia, ubi quærenda ſint, vide infra ſub *Unus, a, um.*

Undecīlla, undiluus, undiſragus, &c. vide paullo ante in *Unda.*

VNDIQVE, ex omni parte, ex omnibus locis, von allenthalben, allenthalben her; ut, *Undique convenire ad &c.* Cic. Verr. 3, 62. Et, *Mundus perfectus undique eſt*, h. e. omnibus ſuis partibus, de Nat. D. 2, 14, durchaus, überall, an allen ſtücken. Et, *Natura nihil imperfectum, & nihil expetiens*, de Fin. 5, 9. *Locus undique ſeptus*, allenthalben verwahret Idem in Verr. 5, 27. Et Virg. Æn. 8, 7 *Convenerunque deûm Mezentius, undique cogunt Auxilia, &c.* Idem Æn. 5, 9 *Calum undique & undique pontus.* Tac. An. 2, 63, 1 *Marobodnus undique deſertus. Undique* pro *Undecunque* etiam dixit Tertull. adv. Valentin. c. 5 pr.

¶ Undique gentium, überall, Vopiſcus in Firmico cap. 5.

¶ Undique locus, allenthalben herum. Solinus c. 40 *Locus viret undique ſecus agris arentibus.*

¶ Undique verſum, idem quod *undique*; ut, *Undique verſum convenire*, Solin. c. 53 (Salmaſ. c. 39). Et Gellius 12, 13 *Oceanus omnes terras undique vel ſum circumfluit.*

¶ Circumundique, rings umher, auf allen ſeiten. Gell. 13, 23 pr. *Simulacra ſunt ſita circumundique inaurata.* conf. Idem 14, 2; & Stat. Theb. 2, 228.

Undisonus, undivagus, undo, are, undoſus, undulatus, vide *Unda.*

VNEDO, *onis*, f. arbor eſt, quæ & arbutus, & fructus ejusdem, qui primo exortu viret, deinde flaveſcit, maturus vero ruber, aſpero tactu, nullo motus officulo, fragorum modo, quorum etiam effigiem refert. Sapor ei insipidus & auſterus, linguam & palatum stimulans: unde & *Unedonis* nomen factum, quo uno comeſto alter vel tertius non expetatur; Matthiolus, Cluſius, & Plin. 15, 24; 12, 3; 23, 8; 16, 21; Solin. c. 49.

Venefera, vide *Venus*, Vndeviceſimus, &c *Viginti*, Vngella, *Vnguis.*

VNGO, *unxi, unctum, ungere*, *unxim, unxe, unxit*, ſalben, ſchmieren; ut, *Ungi olivo*, Horat. 1 Sat. 6, 23 *Ungi in triclinio*, Cels. 5, 26. Et Cic. ad Att. 13, 15 *Unxi & accumbere.* Ovid Fast. 4, 853 *Artus unxit.* Petron. c. 70 *Pedes recumbentium unxerant.* Cic. Att. 9, 7 extr. *Ut tibi ambulandum, ungendum, ſic mihi dormiendum.* Atticus ex febri ſe recipiebat. ¶ 2. *Ungo, ungui*, pro *Vngo, unxi*, veterum usu, vide ap. Priscian p. 881; & Cat. R. R. c. 79 & 80, & Suet. Aug. c. 76. ¶ 3. *Unguere* & *tingere* confundi monuimus in *Tinguo.*

¶ Vngens, *tis.* Vulg. Interpr. Iac. 5, 14 *Presbyteri ungentes infirmum oleo in nomine Domini.*

¶ Vnctus, *a, um*, delibutus, geſalbt, geſchmiert; ut, *Venire unctam atque lautam e balneis*, Ter. Phorm. 2, 1, 25. Et, *Caput unctius referre*, Catull. 10, 11, id eſt, ditiorem & cum lucro reverti. Servit enim variis metaphoris; ut, *Unctior ſplendidiorque conſuetudo quondam feſtive, prandii*, Cic. de Clar. Orat. c. 20. In primis autem de cibo lautiore dicitur: ut, *Unctior cœna*, Martial. 5, 46. *Unctiſſimæ cœnæ*, wohl zugerüſtet, Sidon. 2 ep. 9. Et Horat. 1 ep. 15, 44 *Verum ubi quid melius contingit & unctius*, gute biſſen. Catullus vero & *Uncta patrimonia* pro lautis dixit carm. 30, 23. Idem Horatius & ipſos homines, qui laute & opipare vivebant, *Unctos* dixit 1 ep. 17, 11. *Si prodeſſe tuis, paulloque benignius ipſum Te tractare voles, accedes ſcepus ad unctum.* Comp. Cic. Verr. 2, 23 *Verum ita palæſtritas defendebat, ut ab illis ipſe unctior diſcederet.* locus quæritus inde, quia creterræ in palæſtra unctiones. Nota noſtrorum vox de corruptione judicum: die ſich ſchmieren laſſen.

¶ Unctum, *i*, n. ſubſt. pro unguento Apul. 3 p. 139 *Haurito pluſculo unctu.*

¶ Uncta, *æ*, f. eod. intellectu Veget. veter. 3, 71, 5.

¶ Unctiuſculus, *a, um*, diminut. etwas fettlich, niedlich. Plaut. Pseud. 1, 2, 85 *Pulmento uti magis unctiuſculo.*

¶ Unctulus, *a, um*, aliud diminut. idem. Sed ſubſtant. Apul. 3 Met p. 139 *Impartire nobis unctulum innatum*, neutro genere, hoc eſt, aliquid unguenti magici, quo in aves ſe transformaret. Hoc enim a Fotide ſua tum unice & amantiſſimis verbis petebat. Varro apud Non. 2, 847 *Circumtonsi, & tonſi atque unctuli.*

¶ Unctio, *ōnis*, f. die ſalbung. Cic. de Orat. 2, 5 *Philoſophum unctionis cauſſa reliquant.* Aude Plaut Sitch. 2, 1, 73; Quintil. 2, 21; Colum. 12, 52; Petron c. 131; Cael. Aurel. Acut. 2, 19, 124; & Fard. 3, 6, 87. De unctionibus Iudæorum & Gentilium multa Cataub. Exercit. 14, 12. Ignorius de Servis pag. 59 seqq Geier de luctu Ebræorum c. 20 § 9 p. 383. Est & peculiaris Eichenbachii *de Unctionibus* dissertatio.

¶ Unctūra, *æ*, f. idem. Hoc Cicero usus est de Leg. 2, 24; *Hæc*, inquit, *sunt in legibus de unctura: quæ ferculis unctura tollitur, omnisque circumputatio.*

¶ Unctus, *ûs*, m. ſubſt. idem. Apul. lib. 1 Met. ſub finem: *Oleum unctui profer.*

¶ Unctor, *oris*, m. ein ſalber, ſchmierer: ut, *Sordidus unctor*, Martial 7 epigr. 31. conf. Idem 12, 71. Et, *Unctorem habere*, Cic. fam. 7. 25. Ad reliquam familiam Plaut. Trin. 2, 1, 22 etiam unctorem refert.

¶ Unctōrius, *a, um*, zum ſalben gehörig; ut, *Hypocauſtum unctorium*, in quo ungebantur, Plin. 2 epist. 17.

¶ Unctito, *are*, frequentat. oft ſalben. Plaut. Most. 1, 3, 117 *Unctitare ſe unguentis.*

¶ Vngito, *are*, aliud frequent. Catonis ap. Charis. 1.

¶ Unguentum, *i*, n. commixtio eſt diverſorum odorum ad corpora unguenda, delicatarum & laxarum causa, ſalbe, balſam. Plaut. Most. 1, 1, 41 *Non omnes pedent olere unguenta exotica.* Cic. Divin. 2, 58 *Compoſitio unguentorum, conditio eborum.* Et in Verr. 3, 25

3, 25 *Perfricare caput ſuum unguento.* Et in Catil. 2, 3 *Nitere unguentis, fulgere purpura,* von baſſam gleiſſen.

¶ Vnguen, *ĭnis,* n. idem. Cato de R. R. c. 80 *Callion unguen.* Et Virg. Georg. 3, 450 *Pingues unguine ceræ.* Adde Colum. 6, 32; & Pallad. 1, 17.

¶ Vnguĕdo, *ĭnis,* f. idem. Apul. 2 Met. p. 138 *Pyxides pluſculas depromit, atque inicidem egeſta unguedine, &c.*

¶ Vnguilla, *æ,* f. diminut. Solin. c. 27 *Viſci unguillâ aliquid obtinere.*

¶ Vnguĭnōſus, *a, um,* ſchmierig. Plin. 23, 8 *Inglandes ficæ unguinoſiores,* id eſt, unguine pleniores, feiſter. conf. Id. 31, 13; & Celſ. 5, 26.

¶ Vnguento, *are,* ſalben: unde participium

¶ Vnguentātus, *a, um,* geſchmieret, geſalbet, baſſamiret. Catull. 62, 142 *Unguentate marite.* Suet. Cæſ. c. 67 *Unguentati milites,* id eſt, luxurioſi. Plaut. Mil. 3, 3, 50 *Mucchus unguentatus.*

¶ Vnguentarius, *a, um,* zum ſalben gehörig; ut, *Vas unguentarium,* eine ſchmier buchſe, Plin. 36, 8. Et, *Unguentaria cella,* Sidon. 2 ep. 2. Adde Suet. Aug. c. 4; & Sen. epiſt. 108.

¶ Vnguentārius, *i,* m. ſubſt. qui unguenta conficit, myropola, ein ſalben-kramer, apothecker. Cic. Offic. 1, 42 *Unguentarii, ſaltatores.* conf. Horat. 2 ſat. 3, 228; Plin. 14, 20; 31, 7; Sen. epiſt. 88; & Fabretti inſcript. p. 145. Scribitur & *Vngentarius,* ibid. p. 219 T. FLAVIVS T. LIBERTVS PHILIP. VNGENTARIVS.

¶ Vnguentāria, *æ,* f. eine ſalben-macherin. Plin. 8, 5 *Amare unguentariam.* ¶ 2. Etiam rationem unguenta conficiendi ſignificat, intellecto nimirum artis vocabulo, apothecker-kunſt; ut, *Vnguentariam facere,* Plaut. Pœn. 3, 5, 89. conf. Apul. de Philoſoph. p. 72; & Sidon. 2 epiſt. 2.

¶ Vnguentiana, *æ,* f. acorus dicitur, kalmus, galgant, Apul. de Herb. c. 6.

¶ Vnxia, *æ,* f. Dea unctionum præſes. Arnob. 3 p. 115 *Vnctionum ſupereſt Vnxia; cingulorum Cinctia replicationi.* Et lib. 7 p. 227 *hoc ſi vitis Vnxiæ maclatur.* Adde Elmenhorſt. ad lib. 3, & Mart. Capell. 2 pag. 37.

Compoſita:

Axungia, *æ,* vide ſupra in *Axis.*

¶ Deungo, *ĕre,* beſchmieren. Plaut. Pſeud. 1, 2, 85 *Vino te deungis,* alii: *Divinis.* vid. ibi Taubman & Pareus.

¶ Exungo, *ĕre,* ſalben. Plaut. Rud. 2, 7, 22 *Eluas tu an exungar?*

¶ Exunctus, *a, um,* geſalbt. Legitur a nonnullis apud Plautum Trin. 2, 4, 5; pro *Exutus.* vid. ibi Taubman.

¶ Exunctio, *ōnis,* f. die beſalbung, baſſamirung, apud Celſum.

¶ Inungo, *ĕre,* unguento vel oleo leviter adſpergere, beſtreichen, beſchmieren, ut, *Inungere oculos,* Plin. 8, 54.

¶ Inunctus, *a, um,* eingeſalbt Horat. 1 ſat. 3, 25 *Oculis male lippus inunctis.* Scrib. Larg. Compoſ. 90 *Si quando aliquis hoc fuerit inunctus.*

¶ Inunctio, *ōnis,* f. die einſalbung; ut, *Succi inunctio,* Plin. 20, 5. conf. Idem 28, 8; Celſ. 7, 7; Colum. 6, 33; Scrib. Larg. Compoſ. 29.

¶ Inungito, *are,* frequentat. einſalben, anſtreichen. Cato ap. Chariſium lib. 1 p. 78 *Mulieres noſtræ capillum cinere inungitabant, ut rutilus eſſet crinis.*

¶ Perinungo, *ĕre,* wohl einſchmieren. Varro R. R. 2, 11 *Intrinſecus eadem re perinungant.*

¶ Superinungo, *ĕre,* oben drüberherſchmieren, überſtreichen. Celſus 6, 6 *Superinungi vero oculi debent ſic, ut &c.* Id. 7, 7 pr. *Superinungi collyrio debet ex iis aliquo, quo lippientes oculi ſuperinunguntur.* Adde Scribon. Larg. Compoſ. 27.

¶ Obungo, *ĕre, e,* überſchmieren. Hinc

¶ Obunctus, *a, um,* geſalbt, beſtrichen. Apul. Met. 2 p. 213 *Guttis Arabicis obunctus.* Et lib. 8 p. 214 *Oculi obunctu graphice.*

¶ Perungo, *ĕre,* baſſamieren, einſalben, durchſchmieren; ut, *Corpora oleo perungere,* Cic. Tuſc. 1, 47, & Varr. R. R. 2, 11. Et Ovid. de A. A. 3, 75 *Carpe cibos digitis, eſt quiddam geſtus edendi: Ora nec immundæ tota perunge manu.*

¶ Perunctus, *a, um,* geſalbt, eingeſalbt; ut, *Nardo perunctus,* Horat. epod. 5, 59. Et, *Facibus ora perunctæ,* Idem Art. poet. v. 277.

¶ Perunctio, *ōnis,* f. die einſalbung, baſſamirung. Plin. 24, 15 *Excalfacit perunctione.* Et Cæl. Aurel. Tard. 1, 3 *Adhibenda perunctio ex oleo calido.*

¶ Præungo, *ere,* vorherſalben, apud Octav. Horat.

¶ Præunctus, *a, um,* vorher geſalbt; ut, *Adipe anſerino præunctus,* Cæl. Aurel. 4, 3.

¶ Reungo, *ĕre,* beſchmieren. Vnde

¶ Reunctor, *ōris,* m. ein ſalber. Plinius 29, 1 *Reunctores medicorum.*

¶ Superungo, *ĕre,* überſchmieren. Celſ. 7, 7 *Collyrio oculi lippientes ſuperunguntur.*

¶ Superunctus, *a, um,* überſtrichen mit öl. Scribon. Larg. Compoſ. c. 29 *Hoc etiam ſuperunctum, &c.*

VNGVIS, *is,* m. plur. *Ungues,* a græco ὄνυχες, in digitis ſunt hominum animantiumque animantium, quibus ibi ſeparati ſunt, die nägel an den fingern und zehen, die klauen. Ter. Eun. 4, 3, 6 *Ungues in te acuat Lucretia.* *Virginibus lacerant genas* Icariæ lugentes. v. ad Pſeudon. c. 11 p. 814. Cic. pro Rosc. c. 7 *Ab imis unguibus ingenuus non potes videri,* von unten bis oben. Adde: *Ad unguem factus homo,* vide *Ad* ſupra. *Ungues ad ſecare,* die nägel ſchneiden. Ita Tibull. 1, 8, 12. *Ungulum, pro ſpina,* ſuperſtitioſe dicitur, quod unguibus reſecta ſit. *Repoſiticare ungues,* Tertull. de Pœnitentia c. 11 dixit, pro, exſodiendo ſordibus purgare ungues, das klaue unter den nägeln ausreinen. Ovid de A. A. 3, 519 *Ut nihil [illegible], ad ſpectatas ſordidus ungues.* Horat. 1 epiſt. 7, 51 *[illegible] ad lectos ſordidus ungues.* *Purgare* autem hic præcedere, quæ *Repoſitare* dicuntur. Sed ibi ipſi præſecare ungues, vide & *Præſecare,* [illegible] ſordidi dicebatur, qui præpropere tonſoris officium [illegible] ſordes ad ritum rem urbanitatis, ut hic Martialis [illegible] ad lib. 1, 9, 12. ¶ 2. *Ad unguem,* id eſt, exactè, [illegible] gans fleiſig und fertig. *Homo ad unguem factus,* [illegible] vollkommen, apud eund. Horat. 1 [illegible] Virg. Georg. 2, 277 *Nec ſcitus [illegible] IN VNGVEM, id eſt,* inquit, *ad perfectum [illegible] marmorariis, qui ſæpè res angulatas [illegible] &c.* Idem Lucretius de Arte poetica v. 292 *Carmen reprehendite, quod non [illegible] dies & multa litura coercit, & quod [illegible] ad unguem.* Quod autem Latini [illegible] aut *explanare:* id Græci uno verbo ἐξομαλίζειν exprimere, de quo Casaubonus ad Perſii lat. 1, 65. *Vngue ſecare, transverſum,* id eſt, minimo ſpatio, eines nagels breit, ſi ut digitum transverſum: Cic. fam. 7, 25 *Verge igitur, nec transverſum unguem, quod aiunt, a ſtilo,* ſcil. recede, dimitte &c. Et, *Vnguem transverſum a conſcientia &c.* Attic. 13, 20. vide *Conſcientia.* Sic, *Medium unguem oſtendere,* Iuvenal 10, 53, pro extreme contemnere. ¶ 3. *Vngues arrodere,* proverbiale, pro ſollicite de re aliqua cogitare, ſich zumartern, ſich ſorgen werden laſſen. Nam qui in meditando ſe torquent, labiaque & ſcalpunt caput, & ungues demordent. Horat. 1 ſat. 10, 70 *Invenſa faciendo ſæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues;* id eſt, ad vivum roderet. Perſius ſat. 1, 106 de malo carmine: *Non [illegible] cadit, nec demorſos ſapit ungues.* conf. Pontan. Vol. 1 Progymn. p. 371; & Danhauer. Sylloge 2 ad Offic. Ciceron. n. 4 § 16, ubi plura de unguium uſu multiplici. Sed *ungues arrodere,* ſtrictim etiam quoque & ultionem minantium eſt, böſe ſeyn. Horat. epod. 5, 47 *Hic interfectum ſæva dente livido Canicia rodens pollicem, Quid dixit, aut quid tacuit?* Quod licet Torrentius ad attentionem animi in meditandis excantationibus referat; mihi tamen id cum Marcilio ad natt. 20, 9 interpretari. Quod illa etiam egregie exprimunt: *Quid dixit, aut quid tacuit?* Servius etiam cum vocat, iratam ſignificat. ¶ 4. *Vngues oderatus,* qui & cerebula Indica, tegumentum eſt conchylii gravissimi odoris, ex eo quod conchylia in nardiferis Indiæ paludibus nardi pabulo vescantur, Dioscorides lib. 2. ¶ 5. Eſt & *Vngis* pars floris lotæ arboris, Plinius 21, 10. ¶ 6. Et palmes primum enatus, Plin. 12, [illegible] reben-ſchoſſen. ¶ 7. Inſtrumentum denique vindemiatorium eſt knelper. Colum. 12, 18 *Vngues ferrei quam curiosi per anni & exacuendi ſunt, ne vinæ matrem aggringat uva, &c.*

¶ Vnguiculus, *i,* m. diminut. Cic. de Fin. 5, 27 *Integra valetudo omnium membrorum, id eſt perfecta ſanitas.* Et, *A teneris unguiculis,* hoc eſt, ab infantia usque, von kind auf Idem fam. 1, 9. *Cum paſſiones ſeſas edit gravida, unguiculis cavet partus,* Solin. c. 4. conf. Plaut. Epid. 5, 1, 1; Plin. 7, 6.

¶ Vnguiculārium, *i,* n. Gloſſ. gr. lat. ὀνυχοκόμιον, *Vnguicularium.*

¶ Vngulus, *i,* m. Oſcorum lingua annulus, ein ring. Apud Feſtum Pacuvius: *Repugnanti ego vi detraxi ungulum.* Plin. 33, 1 de annulo loquens: *Græci a digitis appellavere: apud nos priſci ungulum vocabant.*

¶ Vngula, *æ,* f. denominatione quadam ab *unguis* fieri videtur, eine klaue, huf. *Vngula* ſolida eſt, aut ſiſſa ſeu bifida, ganz oder geſpalten. Sed *Vngues* aut tenui, aut quadrifidi. Sic, *Vngula bovis,* Colum. 6, 15. *Vngulæ fabritæ,* verfertigten quos *fabriles pedes* Columella c. l. vocat. Virg. Æn. 8, 596 *Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.* Sic, *Vngulæ cavum,* χηλὸν, chelidon eſt, die höle unter dem huf. *Omnibus unguibus,* proverbialis eſt locutio, pro, omnibus viribus. Cic. Tuſc. 2, 24 *Totum corpore atque omnibus unguibus, ut dicitur, contendimus vocis ejurviant.* ¶ 2. Tamen & de adunco ungue videas rapacium avium adhiberi videas. Ita, *Injicere ungulas,* die klauen einſchlagen, hoc eſt, aripere aliquid & tenere, Plaut. Pſeud. 2, 2, 42. Et ibid. 3, 2, 63 *An tu invenire poſſulas gramphum cupienti, niſi & morſum aut aquilinas ungulas?* ¶ 3. *Vngulæ,* etiam carnifex cruciatuum eſt, quo exſecrantur corpora, die krallen. Harum crebra mentio in martyrum hiſtoriis. Prudent in Romano v. 108 *Inſſerat lniſſeranum corpus ecclei ecimes Dentes & uncis ungulis quæ crebere,* quem locum declaramus in *Inſſere ex Veſſus.* Idem Hymn. 1 περὶ στεφ. five de Caſaguritanis v. 44 *Ira ungues, & ſecare, & biſidas ungulas Vitro ferit expertas.* Ingeniosam ejusmodi tormenti hic habes apud Ioelum Romæ Subterraneo 2, 2.

¶ Vngula, *æ,* f. diminut. ab ungula; ut, *Vngulæ ovilla,* Apic. 1, 9; & 4, 5; & [illegible], 1.

¶ Vngulātus, *a, um,* ungula inſtructus, mit klauen verſehen. Tertull. Apol. cap. 23 extr. *Altero pede vngulatus.* Et apud Feſtum *Vngulatos ungues vocamus atque aſperos.* Cato appellavit. Mart. Capella 4 pag. 115 *Vngulatum aliquid eſt ungula ungulatum.*

¶ Exunguis, *e,* ohne ungue, ohne nagel. Idem Tertull. de Pallio c. 5 *Bigia cuniculi & exunguis, & claudus.* De pedibus loquitur.

¶ Exungulo, *are,* pro, ungulas auferre, die klauen nehmen. Hoc quidam legunt apud Plautum Trin. 2, 2, 57. Sed locutio ſonat. Ego legitur, quod ferunt eorum Grammatici. Restituendum igitur: *Si exungulaverit [illegible] ſi exungulaverit pugnantem,* wenn er ihm die klauen ausreiſſen hat. ¶ 2. *Exungulo* proprie pectorem habet Mamertus 4, 254 *Exungulare tigres, leones, ſimiæ auferre dicere.*

¶ Sexunguis, *e,* f. ancilla rapax apud Plautum Trin. 2, 2, 57, eine ſechtin. Sic apud eumdem Asinar. 3, 3, 14. *Cogar cum ſexunguis meretrice.*

Vngula, ungulatus, ungulus, vide præcedens *Vngula.*

Vnicus, & compoſita ab Vnus, vide paulo poſt in *Vnus.*

VNIO, ōnis, m. margarita, eine perle; ut, *Vniones in purpuravum conchis inveniuntur:* Plin. 9, 35 *Dos* (unionum) *omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum, ut nulli duo reperiantur indiscreti, unde non en unionum Romanæ inopiæ deliciæ; nam id apud Græcos non est, nec apud Barbaros invenitores ejus aliud, quam margaritæ.* Martial. 8 epigr. 81 *Nullos denique per Deos Deasque Iurat Gellia, sed per uniones.* Proprie de margaritis grandioribus dicitur juxta Ælium Stilonem ap. Plin. d. l. & Anm. 23, 6. Vet. Gloss. *Vniones*, μαργαρίται μεγάλοι μονόκοκκοι. Solin. c. 53 *Vniones* dici putavit, quod nunquam duo inuul reperiantur. In quo falsus est. Neque enim Plinius dicit, *nunquam duos reperiri*, sed, *nunquam duos indiscretos.* Nempe dat, aliquando duos reperiri, sed discretos, hoc est, dispares, ut unus semper altero major sit: & inde nomen natum significat. v. Salmas. Exercitat. Plinianis p. 822. ¶ 2. Qui & ex Colum. 12, 10 observat, *Vinum* nomen ad cæpas translatum: Fas videlicet, quæ simplices sunt, nec fructificarunt, & nullas soboles adhærentes habent. ¶ 3. Pueros formosos *Vniones* vocat Martialis 12 epigr. 49. vide Barth. ad Stat. Sil. pag. 135, & ad lib. 3. Theb. p. 754.

Vnio, ōnis, f. item, unio, ire, unitas, unitio, &c. vide mox in *Vnus.*

Vniversalis, universus, &c. vide supra *Verto.*

VNQVAM, adverb. aliquo tempore, ποτὲ, iemals, oder zu einer zeit. Ter. Heaut. 5, 4, 8 *Cave posthac (si me amas) unquam istuc verbum ex te audiam.* Cic. Attic. 3, 12 *Ita sum afflictus, ut nemo unquam*; hoc est, *ut nemo unquam magis.* Et Tusc. 4, 36 ex comico: *Quis homo te exsuperavit unquam gentium impudentia?* Virg. eclog. 1, 36 *Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.*

¶ Nunquam, non unquam, nullo tempore, niemals, nimmermehr. Sic, *Nunquam ante hunc diem*, Plaut. Stich. 1, 3, 111. Et Cic. Acad. 1, 1 *Illud mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere.* Idem Off. 2, 23 *Lacedæmonii Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt.* Liv. 38, 33 *Nunquam alias exules Lacedæmoniorum Achæi secum adduxerant.* Cic. fam. 14, 13 *Quæ Cæsar nunquam neque fecit, neque fecisset.* Sallust. Iug. c. 95 *Nunquam super insuetam fortunam fuit.* Ter. Adelph. 4, 2, 31 *Scio ubi sit, verum hodie nunquam monstrato tibi*, & Virg. eclog. 3, 49 *Nunquam hodie effugies.* ¶ 2. Ponitur eleganter aliquando in sententiæ fine. Cic. de Invent. 1, 1 *Eloquentia sine sapientia nimium obest plerumque, prodest nunquam.* ¶ 3. Interdum & in majorem negationis significationem ponitur, sicut ait Donatus in Terentii illud Phorm. 1, 2, 70 *Ille me indotatam virginem atque ignobilem daret illi?* Phorm. 1, 2, 70 *Nunquam faceret*, id est, nullo modo faceret, nimmermehr. ¶ 4. *Nunquam non*, apud Sueton. Tib. c. 69, & de Grammat. c. 12 pro *semper*, allemal, iederzeit. Et Sen. epist. 11 *Nunquam non erubuit.* Sic licet aliquid fuerit interpositum. Cic. de Orat. 1, 24 *Quid est ineptius, quam de dicendo dicere, cum id ipsum dicere nunquam sit non ineptum.* Idem fam. 12, 18 *Epistolas requiris meas. Ego autem nunquam, cum mihi denunciatum esset, a tuis ire aliquem non dedi.* ¶ 5. *Nonnunquam* idem est ac *interdum*, manchmal, bismeilen. Suet. Cæs. c. 57 *In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus antibat.* Cic. in Vatin. c. 2 *In hac civitate oppugnatio solet nonnunquam defendi, nonnunquam vituperari.* Conf. Cell. 5, 28, 2 & 14; Cæs. B. G. 1, 8, &c. & alia plura supra in *Non.*

VNVS, *a, um*, a græco ἕς, ἑνός, est numeri, einer; ut, *Vnus e vulgo*, Quintil. 8, 4. Et Cic. Catil. 3, 7 *Vnus erat timendus ex omnibus.* Sic, *Vnus ex pueris*, der knaben einer, Petron. c. 30. *Vnus de nobis*, Sic, *Vnus ex pueris*, der knaben einer, Petron. c. 30. *Vnus de nobis*, unſer einer, Id. c. 44. In qua forma nonnunquam *unum* eleganter omitti, loca a Gronov. ad Liv. 30, 25 allata ostendunt. Sic Tac. Annal. 2, 60 *Iussusque e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat. Demosthenes unus eminet inter omnes*, Cic. in Orat. c. 29. Habet & pluralem numerum. Sic, *unas ædes, unas nuptias*, Terent. illud Eun. 2, 3, 75; hoc Andr. 4, 1, 51. ut, *Vnis moribus*, Cic. pro Flacc. c. 26. Virg. Æn. 2, 642 *Satis una superque Vidimus excidia.* Genitivus est *Vnius*, (cujus mediam poetæ etiam corripiunt) & dativus *Vni*; ut, *Vnius ob noxam*, Virg. Æn. 1, 41. *Huic uni culpæ succumbere*, Id. Æn. 4, 19. ¶ 2. *Vnus aliquis*, eben einer; ut, *Confugere ad unum aliquem virtute præstantem*, Cic. Off. 2, 12, zu einem ſonderlich. Sed Liv. 6, 40 pr. *Vnus Quiritium quilibet. Vna atque eadem nox*, Cic. in Verr. 5, 35. *Vnum signum Byzantii ex maximo numero nullum habeant*, Id. de Prov. Conſ. 4. ¶ 3. Non raro & pronomen omittitur: & *unum* pro eodem ponitur. Cæs. de B. C. 3, 15 *Atque uno etiam tempore accidit*, eben zu der zeit, zu einerley zeit. Sallust. Catil. c. 6 *In una mœnia convenere*, i. e. in eadem. Cic. pro Flacco c. 26 *Vnis moribus & nunquam mutatis legibus vivere.* ¶ 4. *Vnus & alter* pro duobus, aut aliquot, indefinite, Horat. 2 ep. 1, 74, einer und der andere. *Vnus atque alter dies*, ein paar tage. Item, *Vnus aut alter*: Cic. Attic. 7, 8 *Quid est tantum in uno aut altero die?* Sic Terent. Andr. 1, 1, 50 *Vnus & item alter*, einer und aber einer. Sen. epist. 7 *Aliquis fortasse unus aut alter incidet.* Et Cic. 4, 29 *Dies unus, alter, plures, non refert.* Vid. *Alter.* Alias *unus* sequente mox *alter* ordinis numeralia sunt, der erſte, der andere, ꝛc. v. n. 11. Idem Acad. 1, 5 *Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex. Vna de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis. tertia de disserendo.* Id. Cic. Off. 1, 32 *Cum duas cerneret vias, unam virtutis, alteram voluptatis*, &c. Sed Aurel. Vict. Epit. cap. 41 *Pater & filius unus post unum interiere.* ¶ 5. *Vnus* pro unicus, der einzige. Ovid. Pont. 3, 2, 9 *Cum feriant unum, non unum fulmina terrent.* Cic. pro L. Man. c. 11 *Ea tanta sunt in hoc uno, quanta in reliquis omnibus imperatoribus non fuerunt.* Id. pro Flacco c. 37 *Ille unus totam Asiam magnitudine poculorum bibendoque superavit*, er allein. Plaut. Pseud. 1, 1, 51 *Priusquam hinc obiit, quindecim mille minas dederat, nunc unæ quinque remorantur minæ:* id est, sola, vel quinque tantum. ¶ 6. Conjunctionem etiam rerum diversarum notat: Virg. eclog. 7, 2 *Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in unum.* Sallust. Iug. c. 51 *Paulatim militis in unum conducit*, &c. Sunt autem hæc talia elliptica, ut vel locus vel aliud aliquid subintelligendum veniat. Nam plena oratione Cæsar usus de B. Civ. 3, 73 scribit: *Oppugnatione dimissa coactoque in unum locum exercitu*, &c. Et Cic. de Invent. 1, 52 *Vnum in locum cogi, unum sub aspectum subjici.* ¶ 7. *Ad unum*, id est, nemine, vel ne uno quidem excepto: Virg. Æn. 5, 68 *Iupiter omnipotens si nondum exosus ad unum Troianos.* Cic. fam. 12, 14 *Onerariæ omnes ad unam a nobis sunt exceptæ.* Et Curt. 4, 1, 33 *Ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt.* ¶ 8. *Vnus* etiam pro quidam, sive aliquis ponitur, plane ut nos dicimus, es war ein mann, quidam vir erat. Plaut. Truc. 1, 2, 32 *Quis is est homo, Asiaphium? unusne amator?* Catull. epigr. 22, 9 *Hæc cum legas, tum bellus ille & urbanus Suffenus, unus caprimulgus aut fossor Rursus videtur.* Cic. de Orat. 1, 29 *Sicut unus pater familias*, &c. Liv. 6, 40 *Putate me ex media concione unum civem sucelamare.* Ita Hor. A. P. 35 *Faber unus.* Ovid. Met. 6, 578 *Profectaque tradidit uni, Vtque ferat dominæ gestu rogat: Vni*, id est, cuidam. Apul. in Floridis p. 601 *Corvus & vulpes unam offulam viderant.* Vbi tamen permutari potest cum *eandem*, eoque minime otiose poni. Suet. Cæs. c. 41 *Rapta ab uno tuba.* His exemplis patet, diligentissimum Vossium humani aliquid passum, cum hanc eloquendi rationem non satis latinam atque vel germanissantem vel gallissantem existimaret de Vitiis Sermonis 1, 33 extr. conf. Vorst. de Latinitate merito suspecta c. 2 p. 22, & de falso suspecta p. 4, 41 & 297; & Borrich. Cogit. p. 265. it. Viri docti ad Petron. c. 26 p. 92, qui tamen interdum laudant loca, quæ huc nihil faciunt, quæque partim referimus ad n. 12 & 13. De *una offula* Apuleji jam dictum est. Tale etiam & Plaut. Most. 3, 1, 147 *Iteram jam ad unum saxum me fluctus ferunt*, hoc est, ad idem. ¶ 9. *Vno animo*, einmüthiglich, Ter. Hec. 2, 1, 4. Et Cic. Attic. 1, 19 *Vna voce senatus frequens retinendum me in urbe censuit*, einhellig. ¶. 10. Sed, *Vnum hoc vos oro*, Ter. Eun. 5, 9, 54. *Illud curo unum*, id est, solum, idem Adelph. 3, 3, 82, das allein. Et Cic. fam. 4, 13 *Nigidio uni omnium doctissimo ne benigne quidem pollicieri possum.* ¶ 11. *Vnus* pro primo. Cic. de Senect. c. 5 *Qui uno & octogesimo anno mortuus est.* ¶ 12. Frequenter unus superlativo jungitur, ad augendam significationem. Cic. Att. 8, 4 *Vnus omnium loquacissimus.* Id. fam. 13, 46 *Lucio Egnatio uno equite Rom. vel familiarissime utor.* Et 15, 16 *Quamquam quicum loquor? cum uno fortissimo viro.* Plaut. Truc. 2, 1, 39 *Sed est hic unus servus violentissimus.* Virg. Æn. 2, 426 *Cadit & Ripheus justissimus unus Qui fuit in Teucris.* Add. Burman ad Quint. 6, 3 pag. 548. ¶ 13. Eadem ratione & comparativo jungitur. Sen. Controv. 3, 18 *Vt illum versum, quo ajebat unum meliorem inveniri non posse &c.* nicht einen einzigen. ¶ 14. Quin *unus* per se positum quoque præcipuum notare videtur, Cic. Tusc. 1, 12 *Itaque unum illud insitum erat priscis illis.* Vid. *Vnicus* num. 2. ¶ 15. *Vnus* & *Vanus* itemque *imus* nonnunquam miscentur a librariis, vid. *Vanus* & *Imus.* De *Imo* exemplum est Col. 3, 16, 1 & multa alia.

¶ Vna, adverb. idem quod *simul*, zugleich, mit einander; ut, *Vna mecum*, mit mir zugleich. Ter. Adelph. 4, 3, 7 *Quæso, ut una mecum ad matrem virginis eas.* Et Phorm. 3, 3, 23 *Vna tecum bona malaque tolerabimus.* Cic. de Amic. c. 10 *Amores una cum prætexta deponere.* Et Attic. 7, 10 *Si Pompejus in Italia consistit, erimus una*, wir werden bey einander ſeyn.

¶ Vniter, adverb. pro una, & conjunctissime. Lucretius non semel posuit; ut 3, 850 *Sic, ubi non erimus, cum corporis atque animai Discidium fuerit, quibus & sumus uniter apti.* Adde ibidem v. 858; & 5, 538 & 556, & 559. Fortunatus 5 carm. 4, 55 ex Broweri emendatione: *Cur non uniter itis?* Carolus du Fresne in Glossar. interpretatur *unum iter*, forte quod inde contractum sit: sed potest etiam simplex adverbium esse: cæterum qui una eunt, unum iter etiam faciunt.

¶ Vnitas, ātis, f. convenientia aut conjunctio, die einigkeit, einerley beſchaffenheit. Sen. de Vita Beata c. 8 extr. *Virtutes ibi esse debebunt, ubi consensus atque unitas erit: dissident vitia.* ¶ 2. Sed, *Vnitas coloris*, Colum. 7, 3. *Vnitas foliorum*, Plin. 16, 22, pro indiscreta similitudine, eine gleichheit, gleiche geſtalt. Id. 7, 12 *Torannius Antonius jam Triumviro eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit, tanta unitas erat*, id est, similitudo. Id. 35, 1 *Vnitatem variere.* ¶ 3. Dicitur de iis, quæ commiscentur ita, ut unum fiant, die vereinbarung. Cell. 4, 19 *Donec omnia, quæ indita sunt, liquata in unitatem quamdam coëunt.* Et 7, 4 *Linum duplex triplex tortum ut unitas facta sit.* Iustin. 2, 1, 14 *Mundi quæ nunc partes sunt, aliquando unitas fuit.* conf. Sen. Qu. nat. 2, 2; Colum. 12, 22; Pallad. Febr. t. 17 & 33.

¶ Vnio, ōnis, f. die vereinigung; ut, *Vnio duarum in Christo naturarum*, pro copulatione seu conjunctione, Theologis necessaria dictio. ¶ 2. Sed *Vnio* pro fœdere & concordia apud classicos vix reperitur: vide quædam ex Hieronymo in Cellarii Cur. poster. p. 328. ¶ 3. Pro *Vnitate* Hieronymus in Amos c. 5 *Decas decima unione completur.* Et Tertull. de Monogam. c. 4 *Denique perseveravit unio conjugii.* Nam & hic magis conjugii unitatem, sive monogamiam, quam conjunctionem significat. ¶ 4. De *Vnione*, masc. gen. vide supra seorsum.

¶ Vnio, *ivi, itum, ire*, unum facere, vereinigen. Tertull. de Anima c. 17 *Cælum mari unitur, ubi visio absumitur.* Sulp. Severus Hist. S. 2, 43 *Legatos Ariminenses concilii compellit imperator uniri hæreticorum communitioni.* Antiquior auctoritas forte non supereſt.

¶ Vnītus, *a, um*, vereiniget. Senecæ est, qui Quæst. Nat. 2 dixit *unita corpora.* Apul. Met. lib. 11 *Vnita ratio.* Et Arnob. lib. 3 *Consensionis unitæ animositas.* Adde, si lubet, Curas Cellarii poster. p. 157.

¶ Vnītio, ōnis, f. die vereinigung. Quæ vulgo *Vnio* appellatur, Fulgentius de Incarnatione Domini c. 3 *Vnitionem naturarum* rectius vocat. Nam ut ab audire *Auditio* est: ita ab unire *Vnitio.* Et Evodius ad Augustin. epist. 246 *Connexio atque unitio rationis ad Deum.*

¶ Vnīcus, *a, um*, einzig und allein; ut, *Solatium unicum in malis*, Cic. fam. 4, 4, einiger troſt. ¶ 2. Est *Vnicus*, aliquando singularis, præstans, excellens, fürtrefflich. Plaut. Asin. 4, 1, 3

Nam tu poëta es prorsus ad eam rem unicus. Afranius apud Festum in SAGACES: *Quis tam fugaci corde ac ingenio unico?* Liv. 24, 34 *Archimedes is erat unicus spectator cæli & siderum.* Ovid. Met. 3, 454 *Quid me puer unice fallis?* i. e. carissime. Ita *unicus imperator* salutatus fuit M. Salv. Otho, teste Sueton. ejus vita c. 7. Sic apud eumdem Tiberio cap. 2 *Assertores unici dignitatis.* Idem Tito cap. 8 *Sed & parentis affectum unicum præstitit.* Et, *Unica mors*, id est, egregia & singularis exempli, Lucan. 4, 509. ¶ 3 *Unicus* etiam, qui solus natus est patri, qui cum tenerrime amentur a suis, factum est, ut tales ἀγαπητοὶ Græcis appellarentur. Plaut. Capt. 1, 2, 44 HEG. *Alienus cum ejus incommodam tam ægre feras, Quid me patrem par facere est, cui ille unicus?* & mox v. 49 PAR. *Tibi ille unicus est, mihi etiam unico magis unicus*; id est, magis amatus. Catullus epigr. 40, 5 *Seu pii ad regum fidi lugetur, orba cum flet unicum mater.* Sedulius Acrostichide: *Zelum draconis infidi Et os leonis pessimi Calcavit unicus Dei Seseque cælo reddidit.* Vet. Gloss. *Unicus* & *Unigena*, μονογενής.

¶ Vnĭce, adverb. idem: ut, *Unice diligere*, Cic. fam. 5, 8, sonderlich lieb haben. *Avus tuus patriam unice amavit*, Idem Catil. 3, 5. *Unice securus*, Horat. oda 26, 5. conf. Catull. 30, 12; Plaut. Truc. 1, 2, 90.

¶ Vnĭola, *æ*, f. diminut. gramen, gras-kraut, Apul. de Herb. c. 77.

¶ Vnŏse, adverb. id est, simul, zugleich. Pacuv. apud Nonium 2, 881 *Multa paucis verba unose enunciare.*

¶ Vno, *are*, id est, congregare, vereinbaren, zusammenbringen. Tertull. adv. Praxeam c. 27 *Qui unum eumdemque contendunt patrem & filium, incipiunt dividere illos potius, quam unare.*

¶ Vnĭtas, *atis*, f. die einigkeit. Marius Victorin. 4 adv. Arium: *Triplex in singulis singularitas, & unalitas in trinitate.* v. Barth. Adversar. 42, 9.

I. Composita cum nominibus, &c.

¶ Vnanimis & Vnanimus, &c. vide *Anima*, Vnicalamus, *Calamus*, Vnicaulis, *Caulis*, Vnicoleus, *Coles*, Vnicŏlor, *Color*, Vnicornis, *Cornu*, Vnicŭba, *Cubo*, Vnicultor, *Colo*, Vniformis, &c. *Forma*, Vnigĕna, unigenitus, *Gigno*, Vnijugus, *Iugum*, Vnimammia, *Mamma*, Vninŭbus, *Nemus*, Vninŏdus, uniusmodi, *Modus*, Vnioculus & unoculus, *Oculus*, Vnistirpis, *Stirps*, Vniversalis, universus, &c. *Verto*, Vnivira, *Vir*, Vnivŏcus, *Vox*, Vnusquilibet, *Libet*, Vnusquisque, *Qui, quæ, quod.*

II. Composita cum aliis numeralibus:

¶ Vndecentum, vide *Centum*, Vndecim, &c. *Decem*, Vndecimviri, *Vir*, Vndeciremis, *Remus*, Vndeni, *Decem*, Vndenonaginta, *Novem*, Vndeoctoginta, *Octo*, Vndequadraginta, &c. *Quatuor*, Vndequinquaginta, &c. *Quinque*, Vndesexagintus, *Sex*, Vndetrigesimus, *Tres*, Vndevicesimus, undeviginti, &c. *Viginti.*

III. Composita cum præposit.

¶ Adūno, *are*, in unum cogere, conjungere, colligere, versammlen, zusammen nehmen. Justinus 2, 12, 18 *Cum adunata omnis sociorum classis esset.* Et Pallad. 3 tit. 19 *Membra divisa adunare.* Gloss. gr. lat. ἀθροίζω, *aduno, congrego, glomero.* conf. Casliod. 5 epist. 3.

¶ Adunātus, *a, um*, zusammen gebracht, vereiniget. Sæpe hoc participio Justinus usus est; ut 7, 2, 12 *Adunatæ gentes variorum populorum.* Et 15, 4, 22 *Adunatis omnium sociorum copiis*, mit gesammter, zusammen gezogener macht. Item 24, 1, 5 *Adunato exercitu, &c.* Adde Borrich. Cogit. p. 40. Sic & Pallad. 4, 10 extr. *Germen adunatum.* Gloss. gr. lat. μονόχωρος ἐν τάβλῃ, *Adunatus in tabula.* Si Nonio 4, 10 credimus, ipsi etiam Ciceroni Off. 3, 8 vindicanda vox est, ubi scripsisse dicitur: *Et si tam animum attenderis, turpitudinem videas adunatam &c.* Sed *adjunctam* hodie ibi legimus.

¶ Adunatio, *ōnis*, f. die vereinigung, apud Cypr. epist. 57, 1 extr. epist. 60, 1; sive Oxon. edit. ep. 60 & 62.

¶ Coadūno, *are*, zusammen setzen, vereinigen. Lege 7 Digest. Ad exhibendum § 2 *Si brachium statuæ coadunaveris.* Et Dictys Cretens. Bell. Troj. lib. 4 *Haud prius abire destitit, quam reliquiæ coadunarentur.*

¶ Coadūnātus, *a, um*, zusammen gebracht. Aurel. Vict. Vir. illustr. c. 1 *Pastoribus coadunatis, civitatem condiderunt.* Alii: *adunatis.* Et Lege 9 § 1 Dig. de Pactis: *In unam summam coadunatæ.*

¶ Coadunātim, adverb. zugleich, mit einander, apud Orosium.

¶ Redadūno, *are*, wieder vereinigen. Hinc

¶ Redadunatio, *ōnis*, f. die wiedervereinigung. Tertull. de Resurrect. Carn. c. 30 *Recorporatio & redadunatio ossium.*

¶ Counio, *ire*, simul jungere, zusammen fügen. Cathol.

¶ Disūnio, *ire*, solvere unita, von einander trennen. Arnobius lib. 3 p. 116 *Disuniuntur tenacium matrimoniorum nexus.*

¶ Inunio, *ire*, hinein pfropfen, einprägen. Hinc

¶ Inunītus, *a, um*, eingepfropfet, eingeprägt. Tertull. adv. Valentin. c. 29 *Triformem naturam in unitam in Adam.* Apul. in Apol. *Radii cumini extrario mixti atque inuniti.*

Vnxia, vide paullo superius in *Vngo.*

Vocabulum, vocalis, &c. vocare, vocatio, &c. vociferatio, vociferor, &c. vocito, voco, vide infra *Vox.*

VŌCŌNIVS, Romanum nomen. Inde

¶ Voconia Lex, de qua est præclara Perizonii dissertatio in Triade dissert. p. 99. conf. Wieling. Lect. Iur. Civ. 2, 19 sqq.

¶ Voconia, *ōrum*, n. pl. in generibus pyrorum sunt Plinio 15, 15, *Pyra scilicet viridia & oblonga.*

VOCONTII, *orum*, m. pl. Galliæ Narbonensis populi in parte illa, ubi hodie Delphinatus orientalis est, & urbes Die, Vaison: Plin. 3, 4, & ibi Harduinus. conf. Planc. ad Cic. fam. 10, 23.

¶ Vocontius, *a, um*, adjectivum; ut, *Rura Vocontia*, apud Silium 3, 467. Et, *Vocontium forum*, Cic. fam. 10, 34.

Vocula, voculatio, vide infra *Vox.*

VŌGĒSVS, vel Vogasus, *i*, m. mons in finibus Lingonum, a quo Mosa amnis profluit. Lucan. 1, 397 *Castraque, quæ Vogesi curvam super arduæ ripam Pugnacis pilis cohibebant Lingones armis.*

VŌLA, *æ*, f. mediæ manus & pedis superficies, die flache hand, das fußblatt. Plin. 11, 45 *Vola homini tantum, &c.* Pro vestigio pedis in illo Varronis est apud Nonium 4, 480 *Nec vola, nec vestigium exstat.* Et in alia ejusdem fabula: *Nec vola, nec vestigium appareat*, es ist weder strumpf noch stiel mehr übrig. Proverbialiter enim usurpatur, quemadmodum &, *Volam pedis ostendere*, de fugacibus dicitur, dem hasen-panier folgen. ¶ 2. *Vola* est etiam oppidum Latii. vid. *Bola.*

¶ Evŏlo, *are*, verbum Plautus facit, pro furari, in Cistell. 4, 2, 65 *Cistellam adolescens hic mihi evolavit.* Alii *Cistella* legunt, ut non a *vola* verbum sit, sed a *volando.*

VŎLĀTERRAE, *arum*, f. pl. Hetruriæ oppidum, Plin. 3, 5.

¶ Volāterrānus, *a, um*, adject. ut, *Volaterrana vada*, Cic. pro Quint. c. 6. Etiam Plinius 3, 5 meminit, it. Rutil itin. 1, 453 *In Volaterranum, vero vada nomine tractum.* De *Volaterranis*, incolis, Cic. pro Domo c. 30; & fam. 13, 4 pr.

Volaticus, volatilis, volatura, volatus, vide mox in *Volo, are.*

VOLCAE, *arum*, m. pl. Galliæ Narbonensis populi, inter Rhodanum & Garumnam, in regione, quæ hodie *le Languedoc*, latine *Occitania* appellatur. Erant divisi in *Volcas Aremoricos*, ortum versus habitantes, quorum Narbo & Nemausus fuit: & *Volcas Tectosages*, quorum caput fuit Tolosa. Mentio eorum non rara apud Cæsarem: etiam apud Livium, Plinium, alios.

VOLCĀTIVS, *i*, m. Multi memorantur hoc nomine insignes viri. *Volcatius Tullus*, consul Romanus, qui Catilinam a consulatus petitione deterruit. vid. Ascon. Pedianum in Orat Cic. in toga cand. pag. 149. ¶ 2. *Volcatius Gallicanus*, historicus, a quo Avidii Cassii vitam habemus reliquam inter scriptores historiæ Augustæ. ¶ 3. *Volcatius Terentianus*, scriptor rerum suorum temporum sub Gordianis. ¶ 4. *Volcatius Epidius* grammaticus, qui scripsit vitam Pompeji Magni. ¶ 5. *Volcatius Sedigitus* scripsit de Poëtis. Leguntur ejus versus de Comicis Latinis apud Gell. 15, 24.

VŎLĒMA, *ōrum*, n. pl. pyra Gallica magna, sic appellata, quod manum seu volam impleant, handvölline birnen. Cato R. R. c. 7; Colum. 5, 10; 12, 10; Plin. 15, 15. Et Virg. Georg. 2, 88 *Nec surculus idem Crustumiis Syriisque pyris, gravibusque volemis.*

Volens, volentia, vide paullo post in *Volo, ui, velle.*

VŎLĔSVS, *i*, m. Sabinus, qui cum Tatio Romam venit, vid. Ovid. ex Ponto 3, 2, 105. ¶ 2. *Volesus*, sub Augusto proconsul Asiæ, cum trecentos una die securi percussisset, incedens inter cadavera, græce proclamavit, *o rem regiam!* vid. Seneca de Ira 1, 5.

VOLGAE, *arum*, m. pl. idem, qui *Volcæ.* vid. Cic. pro Fontej. c. 8.

VOLGIŎLVS, *i*, m. instrumentum rusticum est, quo quid complanatur aut æquatur, ein schlägel, damit man etwas gleich und eben macht. Plin. 17, 10 de semine cupressi: *Seritur mense aprili, area æquata cylindris aut volgiolis, densum.*

Volitatus, volĭto, *āre*, vide sequens *Volo.*

VŎLŌ, *avi, atum, āre*, ἵστασθαι, pennas habentium est, fliegen. Virg. Æn. 1, 301 *Volat ille per aera magnum Remigio alarum.* Membranis tamen etiam *volare* dicuntur cicadæ & vespertiliones. *Volare perniciter*, Plin. 8, 14. *Volare gregatim*, Quintil. 1, 6. Et Plaut. Pœn. 4, 2, 49 *Sine pennis volare haud facile est*, ohne federn ist nicht gut fliegen. *Aquilam volare doces*, vide Chiliad ¶ 2. Transfertur & ad alia, quæ celeriter feruntur: ut, *Volat navis*, es fähret geschwind. *Volat fama*, Virg. Æn. 3, 121. Et Ter. Hec. 3, 4, 24 *Ne me frustra illic expectet, vola*, lauf geschwind. Cic. Phil. 10, 5 *Quem nisi in via caduca hæreditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres.* Et, *Volant litteræ*, quæ celeriter perferuntur, Cic. Att. 2, 19. Et Lucret. 2, 206 *Nocturnasque faces cæli fluvisse volantes Nonne vides longos flammarum ducere tractus?*

¶ Vŏlans, *tis*; ut, *Flammæ volantes*, Lucret. 5, 1190 *Nebulæ fumique volantes*, Idem 6, 103. Et, *Currus agitare volantes*, Virg. Georg. 3, 181. Absolute sunt aves; ut, *Vita volantum*, Idem Æn. 6, 728. Et ibid. v. 239 *Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis.*

¶ Vŏlātus, *ûs*, m. subst. das fliegen, der flug; ut, *Volatus avium*, Cic. Divin. 1, 1. Et, *Volatus præceps*, Martial. 11 epigr. 92. conf. Plin. 18, 26; Pallad 1, 26; Apul. Florid. p 17; Catull. 56, 14.

¶ Volatūra, *æ*, f. idem. Sic Varro antique dixit R. R. 3, 5 *In prima volatura.* conf. 8, 9 & 10.

¶ Vŏlātĭcus, *a, um*, pro inconstanti, flüchtig, unbeständig. Cic. Att. 13, 25 *O Academiam volaticam & sui similem, modo huc modo, illuc.* Ap. Sen. est ep. 42 *Volaticum esse & levem.* Et Tertull de Pœnit. c 11 *Volaticum gaudium* dixit, quod breve est & cito interit. Idem ad Vxor. 1, 4 *Temporalia & volatica desideria.* conf. Hygin. fab 141; Sidon. 9 ep. 9. ¶ 2. *Striges maleficæ mulieres, quas volaticas etiam vocant*, hexen, apud Festum.

¶ Volatica, *æ*, f. substantive exstat apud Tertullianum de Pallio c. 6 *Qui volaticam spectat*, id est, Geometra, ut Iunio in Not. videtur, sic appellatus sive a *vola*, qua dimetiuntur Geometræ omnia: sive a *Vola*, quatenus terram significat in Etrusca disciplina. Sed Io. Lud. de la Cerda accipit *auspicem*, qui volaticam spectat, ex avium volatu & involatu. Ac ita etiam Salm.

¶ Vŏlātilis, *e*, was da fleugt, oder fliegen kan. Cic. de Nat. D. 2, 60 *Vescimur bestiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus.* Ovid. Met. 10, 519 *Volatilis ætus*, das flüchtige leben. Et Virg. Æn. 4, 71 *Volatile ferrum*, i. e. sagitta, ein pfeil. Adde Catull. 56, 17; Colum. 8, 4; Apul. Met. 6 p. 657.

¶ Volātilis, *e*, idem. Sed adverbialiter accipiendum illud Varronis ap. Nonium 18, 8, & 21 *Cervum qui volabilis currens spare secutus tragulave trajecit*; nisi potius legas *volabilem.*

¶ Vŏlĭto, *avi, atum, are*, frequent. passim ac libere volitare, herumfliegen, flattern. Cic. de Orat. 2, 6 *Animus vacuus cura atque labore volitat*, er ist frey wie ein vogel in der luft. *Volitare per forum,*

per

per gentes, id eſt, diſcurrere, Cic. Agrar. 2, 36. Et, *Volitare per ora virorum*, Tuſc. 1, 15. ¶ 2. Frequenter de illis dicitur, qui molientes moventesque aliquid terrendi aut oſtentandi cauſſa vagabundi diſcurrunt, eilen, ſich herum tummeln. Cic. Catil. 2, 3 *Hos, quos video, volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in ſenatum venire, &c.* Idem pro Sextio princ. *Eos, qui omnia divina & humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint, non ſolum alacres leſosque volitare, &c.* Et aliquanto poſt: *Cum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupiſſet, palamque armata volitaret.* Idem ad Att. 2, 22 pr. de Clodio, *volitat, furit, nihil habet certi.* Sæpe ita Tacitus: aliquando & Florus ſic loquitur: v. Tac. An. 15, 9, 1; 15, 58, 1; Hiſt. 2, 88, 6; & Flor. 1, 17, 2; 2, 6, 32; 3, 5, 27; &c. Sic Sen. Herc. Oetæo v. 692 *Felix alius, magnusque volet*, id eſt, paſſim ſe jactet oſtentetque, aut efferat attollatque ſe: ſed Gronovius *fonet* legit ex MSS.

¶ Volitans, *tis*; ut, *Veſpertilio volitans*, Plin. 10, 61 *Aſilus volitans*, Virgil. Georg. 3, 147. *Volitans tota acie*, Liv. 4, 10; & Tac. An. 2, 21, 3; *in primam aciem*, Flor. 3, 10, 4. *Huc illuc volitans* Tac. An. 12, 34, 2; & 13, 37, 1. *Per totum volitans mundum*, Manil. 2, 742. *Modis ſimulacra volitantia miris*, Virg. Æn. 7, 89.

¶ Vŏlĭtātus, *ūs*, m. ſubſt. der flug. Fortunatus lib. 4 de vita Martini: *Ecce repens oritur variante fragore procella, Stridula ſidereo volitatu, & multa tumultu.*

¶ Vŏlūcer, & Volucris, *cre*, idem quod *velox*, ſchnell, behende, fliegend. Virg. Æn. 1, 317 *Volucremque fugâ prævertitur Ebrum.* Sic, *Volucres equi*, Ovid. Met. 2, 154. Et, *Sagitta volucris*, Virg. Æn. 5, 242. Sic Cic. pro Syll. c. 32 *O volucrem fortunam, quam cito omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lacrymas recidunt!* Idem Orat. 95 *Genus dictionis non tam ſententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum.* ¶ 2. *Volucer* antique in neutro poſuit Seneca Herc. Fur. v. 1068 de ſomno loquens: *Volucer matris genus Aſtrææ.* Sed inciſo forte expediri poteſt, ſi ita diſtinguatur: *Somne &c. volucer, matris genus.* Sic *volucer* cum *ſomne* cohæret: *genus* cum eodem per appoſitionem.

¶ Vŏlucris, *is*, f. ſubſt. fœm. avis, tum quicquid volat; ut apes &c. vögel, fliegende thieren. Cic. de Orat. 2, 6 *Volucres videmus procreationis atque utilitatis ſuæ cauſſa fingere & conſtruere nidos.* Et, *Importunæ volucres*, Virg. Georg. 1, 470. Et, *Obſcenæ volucres*, Virg. Æn. 3, 262; &, *pigræ*, Idem Æn. 4, 225. ¶ 2. Speciatim galli dicuntur volucres. vid. Sil. 14, 22, & ibi Drakenb.

Volucra, *æ*, vide infra ſeorſum.

¶ Volucrĭtas, *ātis*, f. die flüchtigkeit. Fulgent. lib. 2 Mythol. *Mundus celeri quadam volucritate verſatur.*

¶ Volūcrĭter, adverb. eilends. Ammianus 17, 3 *Volucriter congregati.* Idem 39, 5 *Volucriter perurgebat.*

¶ Volucrĭpes, *ĕdis*, ſchnellfüßig. Sic eleganter finxit Auſonius epiſt. 16 extr. *Fandi modum invita accipe Volucripes dimetria.* Et Sidon. 9 epiſt. 15 in metro: *Volucripes dimetria.*

Compoſita:

Altivŏlans & Altivolus, vide ſupra *Altus.*

¶ Avŏlo, *avi, atum, āre*, wegfliegen, davon fliegen. Cic. de Finib. 2, 32 *Fluit voluptas corporis, & prima quæque avolat.* Et alia metaphora. Idem ad Att. 9, 10 *Experiar certe, ut hinc avolem.* Et Tuſc. 1, 43 *Critoni noſtro non perſuaſi, me hinc avolaturum*, de morte ſua, cujus beneficio ſe i. e. animam ſuam avolaturum prædixerat.

¶ Abvŏlo, *are*, idem. Corn. Gallus eleg. 1, 249 *Cunctis requies gratiſſima ſomnus Abvolat.*

¶ Advŏlo, *avi, atum, are*, hinzu fliegen; ut, *Advolant aves*, Cic. Nat. D. 2, 49. *Advolare ex imo*, de piſcibus Plin. 9, 8; &, *e mari in locum*, Idem 10, 29. Et Cic. ad Brut. epiſt 10 *Advola obſecro*, i. e. celerime veni, eile herzu. Idem fam. 2, 27 *Oblitum putas, qua celeritate ad me Tarento advolaris?* Cæſ. B. G. 5, 17 *Hoſtes repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt*, ſie ſind herbey gerannt. Cic. fam. 15, 16 *Si inſulam Britanniam cæpero cogitare, ejus ἀδωλον mihi advolabit ad pectus?* Cum Dativo Plin. 10, 40 de caprimulgis: *Caprarum uberibus advolant.*

¶ Advŏlans, *tis*. Cic. de Nat. D. 2, 49 *Avis Platalea ſibi cibum quærit advolans ad eas aves, quæ ſe in mari mergerent.* ¶ 2. *Advolans*, gladiator nobilis apud Martialem 5 epigr. 25.

¶ Advolĭtans, *tis*, idem; ut, *Noctua advolitans præmuntia*, Prudent. in Symmach. 2, 573.

¶ Advŏlātus, *ūs*, m. ſubſt. der zuflug. Cic. Tuſc. 2, 10, Æſchyli carmen interpretans, *triſti advolatu.*

¶ Superadvolo, *āre*, darzu eilen. Val. Flacc. 6, 343 *Trepidus ſuperadvolat Idas.*

¶ Antĕvolo, *are*, voran fliegen. Virg. Æn. 9, 47 *Turnus ut antevolans tardum præceſſerat agmen.* Et Silius 12, 600 *Fulvius antevolans agmen.*

¶ Circumvŏlo, *are*, herum fliegen. Virg. Æn. 6, 866 *Sed nox atra caput triſti circumvolat umbra.* Adde Horatium 2 ſatyr. 1, 58 ſimiliter loquentem: *Seu me mors atris circumvolet alis.* Idem 1 oda 2, 34 de Venere: *Quam locus circumvolat, & Cupido.*

¶ Circumvolans, *tis*. Vellej. 2, 27, 2 *Circumvolans ordines exercitus ſui Teleſinus.*

¶ Circumvolatus, *a, um*, paſſive. Plin. 10, 32 *Halcyon, nave aliquando circumvolata, ſtatim in latebras abiens.*

¶ Circumvŏlĭto, *are*, hin und her fliegen. Virgil. Georg. 1, 377 *Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.* Et Silius 9, 421 *Sagulo circumvolitare rubenti.*

¶ Circumvolitans, *tis*. Colum. præf. lib. 1 *Mercenarii ſalutatoris mendaciſſimum aucupium circumvolitantis limina potentiorum.*

¶ Circumvolitābilis, *e*, herum fliegend. Mart. Capella lib. 6 p. 191.

¶ Convŏlo, *are*, zuſammen fliegen, zulauffen. Ter. prolog. Hecyr. 46 *Populus convolat, tumultuantur, clament*, das volck läuft zu hauffen ꝛc. Cic. pro Domo ſua c. 22 *Convolarunt ex Italia ad me vocandam.*

¶ Devŏlo, *are*, herab fliegen, hinab fliegen, davon eilen; ut, *Devolare de cælo*, Liv. 7, 12. Idem 27, 11 *Priverni conſtat bovem locutum, vulturemque frequenti foro in tabernam devolaſſe.* & 21, 62 *Corvum in ædem Iovis devolaſſe.* Auct. ad Herenn. 4, 17 *Qui fortunis inducti amicitiam ejus ſecuti ſunt, hi, ſimul ac fortuna dilapſa eſt, devolant omnes.* Et Liv. 3, 15 *Præcipites pavore in forum devolant.*

¶ Evŏlo, *are*, ausfliegen, aufwerts fliegen; ut, *Altius evolare*, Cic. fam. 1, 8. *Evolant & excurrunt animi foras, corporibus ſpretis*, Idem de Divinat. 1, 50. Et de Clar. Orat. c. 78 *Vt evolare, non excurrere videretur.* Cæſ. B. Gall. 3, 18 *Evolarunt ex omnibus partibus ſilvæ, & in noſtros impetum fecerunt*, i. e. proruperunt. Cic. in Somn. Scip. c. 3 *Evolare ex corporum vinculis tamquam ex carcere.* Idem de Orat. 2, 6 *Evolare rus ex urbe, tamquam ex vinculis.* Et Cic. pro Muræn. c. 38 *Evolare ex inſidiis aliquorum*, behend entgehen. Idem de Orat. 2, 12 *Invident homines maxime paribus aut inferioribus, cum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent evoluſſe*, daß ſie empor oder in die höhe kommen. Ita fam. 1, 7 med. *Quem tamen illi eſſe in principibus facile ſunt paſſi, evolare altius arte noluerunt.* Huc pertinet formula de *incidendis pennis*: de qua in *Penna.*

¶ Evŏlĭto, *are*, Id. Colum. 8, 8 de columbis: *Per quas* (feneſtras) *ad requirendos cibos evolitant.*

¶ Evolātĭcus, *a, um*, flüchtig; ut, *Evolatici homines*, Plaut. Pœn. 2, 28.

¶ Superevŏlo, *are*, drüber fliegen. Lucan. 3, 299 *Agmine nubiferam rapto ſuperevolat Alpem.*

¶ Invŏlo, *are*, hinein fliegen; ut, *Involare nidis*, Colum. 8, 3, ins neſt fliegen. Sed ¶ 2. *Involare in aliquem* eſt irruere, auf einen zufahren. Ter. Eun. 4, 3, 5 *Vt unguibus illi in oculos involem venefico.* Et ibidem 5, 2, 20 *Vix me contineo, quin involem in capillum.* conf. Apul. Met. 6 p. 673. Sic, *Involare in poſſeſſionem*, Cic. de Orat. 3, 31. *Involat animum cupido*, Tac. Ann. 1, 49, 4. Paſſiv. Dig. 47 t. 9 l. 6 *Expugnatur navis, cum ſpoliatur &c. aut ancoræ involantur de mari.*

¶ Invŏlātus, *ūs*, m. ſubſt. verbum augurum eſt, de volatu avium, ex quo omina captant, der flug. Cic. fam. 6, 6 *Non igitur ex alitis involatu &c. tibi auguror, &c.*

¶ Invŏlātor, *ōris*, m. ein dieb. Gloſſ. gr. lat. κλέπτης, *fur, involator.*

¶ Invŏlĭto, *are*, frequent. einher fliegen. Horat. 4 od. 10, 3 *Et, quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.*

¶ Involucris, *e*; ut, *Pulli involucres*, apud Gellium lib. 2 c. 29, ſo noch nicht flügg ſind.

¶ Intervolo, *are*, darzwiſchen fliegen, Colum. 8, 10. Et Val. Flacc. 2, 614 *Immittitque ratem, mediasque intervolat urbes, Qua brevibus furit æſtus aquis.* Idem 5, 27 *Ille recens, oculis intervolat Idmon.*

¶ Intervŏlĭto, *are*, idem. Liv. 3, 10 *Carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiſſe fertur.*

¶ Obvolito, *are*, herumſchweifen. Porc. Latro Declam. in Catil. *Veſtibus collucentes paſſim obvolitare cernimus.* Et paullo poſt: *Per ora vulgi palam obvolitare.*

¶ Pervŏlo, *are*, durchfliegen, dahin fliegen. Virg. Æn. 12, 474 *Nigra velut magnas domini cum divitis ædes Pervolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo.* Cic. in Somn. c. 1 *Optimæ ſunt curæ de ſalute patriæ, quibus exercitatus animus velocius in hanc ſedem & domum ſuam pervolabit.*

¶ Pervŏlĭto, *are*, frequent. idem. Virg. Æneid. 8, 24 *Omnia pervolitat late loca.*

¶ Pervŏlātus, *ūs*, f. der flug oder ſchwung. Vitruvius 9, 7 *Mundi circa terram pervolitantia.*

¶ Pervolātĭcus, *a, um*, flüchtig, unſtät. Tertullianus de Anima c. 46 extr. *Non clauſa vis eſt, nec ſacrariorum circumſcribitur terminis: vaga & pervolatica, & interim libera eſt.*

¶ Prævŏlo, *are*, voran fliegen, vorhin eilen. Plaut. Mil. 1, 1, 41 *Vt prævolet mihi, quo tu velis.* vid. ibi Taubm.

¶ Prævolans, *tis*. Cic. de Nat. D. 2, 49 *Grues in tergo prævolantium colla & capita reponunt.*

¶ Prætervŏlo, *are*, celeriter præterire volando, fürüber fliegen, vorbey wiſchen. Cic. de Orat. 3, 59 *Sententiæ acutæ acutorum hominum ſenſus non prætervolant.* Et in Acad. 4, 13 *Hæc propoſita non prætervolant.* Sil. 10, 114 *Hoſtia raptim prætervolat auras.*

¶ Provŏlo, *are*, herfür fliegen, ausfliegen. Plin. 11, 10 de Apibus: *Vniverſa provolant, ſi dies mitis futurus.* Liv. 2, 46 metaphorice dixit, *Infenſis haſtis provolant duo Fabii, totamque moverunt ſecum aciem*, id eſt, procurrunt. Idem 3, 62 *Provolare in locum & vicem alterius.*

¶ Revŏlo, *are*, zurück fliegen. Virg. Georg. 1, 361 *Cum medio celeres revolant ex æquore mergi.* Cic. de Nat. D. 2, 49 *Dux gruum quia non habet, ubi nitatur, revolat, ut ipſe quoque quieſcat.*

¶ Revolans, *tis*. Manil. 1, 190 *Cum ſol æquoreis revolans decurrit ab aſtris.*

¶ Semivolucris, *e*, halb wie ein vogel. Symmachus 1 epiſt. 47 *Tricinium ſemivolucrum puellarum*: Sirenes intelligit.

¶ Subvŏlo, *are*, in ſuperius volare, hinauf oder in die höhe fliegen; ut, *Subvolare in cæleſtem locum*, Cic. Tuſc. 1, 17. Et Manilius 5, 592 *Sed pennis ſubvolat alte Perſeus.* conf. Colum. 8, 8; & Solin. c. 8.

¶ Subtervolo, *are*, idem. Stat. Theb. 3, 669 *Fragor intonat ingens, Hortantum, & vaſto ſubtervolat aſtra tumultu*: id eſt, per cælum & usque ad aſtrorum ſedem ſpargitur.

¶ Supervŏlo, *are*, drüber fliegen. Ovid. Met. 4, 623 *Deſpectat terras, totumque ſupervolat orbem.* Et Valer. Max. 4, 8, 5 *Aves quæ ſupervolabant.*

¶ Supervolans, *tis*; ut, *Supervolantes aves*, Mela 1, 19. Et Plin. 10, 33 *Perdices concipiunt ſupervolantium aſſiatu, ſæpe voce tantum audita maſculi.* Solin. 43 *Montis vertices de nubibus ſupervolantibus futuræ tempeſtatis ſignificant qualitatem.*

¶ Supervŏlĭto, *are*, idem quod *Supervolo.* Virg. eclog. 6, 81 *Infelix ſua tecta ſupervolitaverit ales.*

¶ Trans-

¶ Transvŏlo, *are*, hinüber fliegen; ut, *Transvolare Alpes*, Pollio Cic. fam. 10, 31. Et, *Transvolare in alteram partem*, pro transfugere, Liv. 3, 63. ¶ 2. Idem ac negligere, hintanſetzen. Horat. 1 ſat. 2, 108 *Transvolat in medio poſita & fugientia captat.*

¶ Transvŏlito, *are*, idem. Lucret. 1, 355 *Inter ſepta meant voces & clauſa domorum Transvolitant.*

¶ Travŏlo, *are*, idem. Varro de L. L. 4, 25 *Trua, quod travolat ea aqua.* Lucret. 4, 603 *Species qua travolat omnis*; al. *tranicat.*

VŎLO, *vŭlui*, *velle*, a græco βούλομαι, einen willen haben, wollen. Ter. Andr. 1, 1, 2 *Paucis te volo*, ſcilicet *alloqui*, ich habe ein wort mit dir zu ſprechen. Et ibid. 5, 3, 1 *Quis me vult?* Leges autem *volt* pro *vult* apud comicos ſemper. Cic. Att. 10, 16 poſt med. *Centuriones me velle poſtridie.* Cicer. in Verr. 2, 7 *Volo honoris cauſſa cum nominatum.* Et, *Nimis vellem*, Ter. Eun. 4, 7, 16, ich wolte es überaus gern. Cæſar de Bruto interfectore ſuo ſolebat dicere, *Magni refert hæc quid velit, ſed quidquid vult, valde vult*, Cicer. Att. 14, 1. Plaut. Aſin. 1, 2, 26 *Meo modo loquar, quæ volam.* conf. Lucil. apud Nonium 7, 88. Et Liv. 3, 68 *Malæ rei ſe, quam nullius, turbarum ac ſeditionum, duces eſſe volunt*, ubi particula *magis* omittitur, de quo v. Gronov. ad Liv. 1, 25, & Perizon. ad Sanct. 4, 7. *Num quid vis?* honoris verbum & ſua offerentis officia, in primis in diſceſſu. vid. Liv. 6, 34. Briſſon. de form. p. 746. ¶ 2. Sed in ſequentibus exemplis *Volo* optandi quandam aut cupiendi habet ſignificationem: ut, *Eamdem rem tibi volo bene & feliciter evenire*, ich wünſche, Cic. fam. 12, 19. Et, *Bene velle alicui*, einem wohlwollen, gutes gönnen, Ter. Heaut. 5, 2, 6. *Volo omnia tua cauſſa*, Cic. fam. 13, 22. *Volo tibi hunc honorem Deum fortunare*, hoc eſt, vehementer cupio, Id. fam. 15, 8. Matius Cic. fam. 11, 28 *Velle ſalvam rempublicam*, wünſchen daß. Hinc Cic. pro Lege Manil. c. 16 *Velle* & *optare* conjunxit: *Quod*, inquit, *cum communis ſalutis atque imperii: tum ipſius hominis* (Pompeji) *cauſſa velle & optare debetis.* Ita etiam, *Non vult ſibi male* apud Petron. c. 38. vid. Burm. pag. 165. Cic. Att. 14, 5 pr. *Spero tibi jam eſſe, ut volumus.* Ita Plaut. Truc. 2, 5 extr. *Vt veniret miles, velim. Pervelim* vide in compoſitis. Ita *Velim, ut velles:* elegans formula, qua utebantur ſignificaturi, ſibi ægre eſſe, quod alteri haud bene eſſet; ſeque velle ac optare adeo, ita ei eſſet, ut vellet ipſe. Plaut. Moſt. 3, 2, 53 *Velim ut velles, Tranio: ſed quid eſt negotii?* Sen. epiſt. 67 *Aſpice M. Catonem ſacro illi pectori puriſſimas manus admoventem, & vulnera parum demiſſa luxantem, utrum illi tandem dices,* VELLEM QVAE VELLES? *Et* MOLESTE FERO? *an* FELICITER QVOD AGIS? Contraria formula alia, *Nollem quæ velles*, de qua diſſuaſuri aliis id quod volebant agebantque, utebantur, quaſi deterrarentur & improbarent, quæ ille alter facta vellet. Atque hac formula hic uſum Senecam, Eraſmus Gruterusque volunt, leguntque adeo: *Nollem quæ velles & moleſte fero, &c.* me ſane non ita invito. Huic enim formulæ recte conjungitur altera, *Moleſte fero:* opponitur vero *Feliciter quod agis.* Sed illud alterum tuetur Muretus Var. Lect. 9, 8. *Velle alicui factum:* etiam bene precandi formula eſt, optantium, ut fiant, quæ alter ſibi evenire cupiat. Apulejus Apologia: *Sicinium Pontianum, cui factum volo.* Symmach. 1 epiſt. 60 *Gelatius, cui factum volo.* Ter. Adelph. 5, 7, 20 *Te video noſtræ familiæ tam ex animo factum velle.* Gell. 7, 3 *Cum utiles illi eſſent & vellent regi eſſe factam.* ¶ 3. Grat. Cyneg. 173 *Vtinam-tantum vellet in armis*, h. e. tantum auderet, tanto impetu ferretur ad pugnam. Add. Drakenb. ad Sil. 9, 7 *Velle aliquam* eſt amare. vid. Burm. ad Nemeſ. ecl. 4, 18. ¶ 4. Sed, *Quid iſtud ſibi vult?* was ſoll das ſeyn? ut, *Quid ſibi æqueſtres ſtatuæ volunt?* Cic. Verr. 2, 61. Et, *Nec ſatis intellexi, quid verba iſta vellent*, Idem de Leg. 3, 14. Et Ter. Andr. 2, 3, 1 *Quid igitur ſibi vult pater? quid ſimulat?* Vbi Donatus: *Stomachoſe*, inquit, *hoc dixit:* ut Virgilius Æn. 6, 318 QVID VVLT CONCVRSVS AD AMNEM? Idem Ter. Heaut. 4, 1, 23 *Quam bene abs te proſpectum eſt? quid voluiſti?* was haſt du doch gedacht? Sen. de Benef. 4, 22 *Nec ulla iniquitate me eo fortuna perduceret, ut hanc vocem audiat?* QVID MIHI VOLVI? QVID MIHI NVNC PRODEST BONA VOLVNTAS? Virg. eclog. 2, 58 *Eheu, quid volui miſero mihi? floribus auſtrum Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.* ¶ 5. *Velis, nolis; velit, nolit; velint, nolint*, i. e. ſeu velint, ſeu nolint, ſie wollen oder mögen nicht. Cic. ad Qu. fratr. 3, 8 *Velit, nolit, ſcire difficile eſt.* Et Plin. Paneg. c. 20 *Futuri principes, velint, nolint, ſciant &c.* ¶ 6. *Volo-Nolo* Auſonius epigr. 30 copulavit, ubi indicat, qualem velit amicam, nempe talem, *quæ jurgat, quid volo-nolo vocet.* conf. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 22. ¶ 7. *Volo* in edictis imperatorum non modo tuendi auctoritatem habere, ſed ponendi etiam neceſſitatem importare, Itti notant: arg. l. 1 ff. de Conſtit. Princip. Bartolus h. l. n. 2 & Corſ. n. 5. ¶ 8. Cic. pro Cæl. c. 26 med. *Sit quam volet potens*, ut, Germani, ſo mächtig als er will. Ibid. c. 30 poſt med. *Quam volent faceti ſint.* vid. *Quamvis* &c. ¶ 9. De pleonaſmo verbi *velle*, multa ex optimis ſcriptoribus attulere Reineſ. & Burm. ad illud Petron. c. 70 p. 349 *Iam cœperat Fortunata velle ſaltare*, h. e. cœperat ſaltare.

¶ Vŏlens, *tis*, willig, gutwillig, günſtig. Liv. 7, 26 *Precatus, volens propitiusque ſibi adeſſet.* v. Briſſon. de Form. L. 1 p. 68. Vellej. 2, 62, 3 *Pecunias a volentibus accipere.* Sen. epiſt. 107 *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.* ¶ 2. *Volenti mihi eſt*, id eſt, volo: Sall. Iug. 84, 3 *Neque plebi militia volenti* (eſſe) *putabatur*, Græciſmus, Thucyd. 2, 3 τῷ γὰρ πλήθει τῶν πλατειῶν ὁ βελτίων ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίσασθαι. vid. Cort. ad l. c. Salluſtii. Ita Id. Iug. 100, 4 *Vt labor volentibus eſſet.* Tac. Hiſt. 3, 43, 3 *Certis remanere & in verba Veſpaſiani adigi volentibus fuit.* Idem Agric. 18, 2 *Initio exacta provincia, ut, quibus bellum volentibus erit.* Similiter & verbo *cupere* uſus eſt; ut Annal. 1, 29, 1 *Quibusque bellum invitis aut cupientibus erat.* Macrob. Sat. 1, 7 *Si volentibus vobis erit.* ¶ 3. Eſt & hac formula Tacitus uſus, ut *Volentia* pro iis diceret, quæ grata acceptaque ſint, & maxime velit aliquis ac exoptet, gefällig, angenehm; ut Annal. 15, 36, 6 *Hæc atque talia plebi volentia fuere.* It. Hiſt. 3, 52, 4 *Iisque omnes de deſtinatione Primi ac Vari ſimiſtre, & Muciano volentia referipſere.* Et hic imitatus Salluſtium ſuum e. g. Iug. c. 73 *Litteris, quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, volentia de ambobus acceperant.* conf. Nonius 2, 900 ex eod. Salluſtio.

¶ Vŏlenter, adverb. idem. Apul. Met. 6 p. 178 *Perrexit Pſyche volenter.*

¶ Volentia, *æ*, f. die willigkeit. Solinus c. 36 *Volentia reſiſtendi prompta.* Et Apulej. Met. lib. 11 *Alicujus volentia fretus.*

¶ Volo, *ōnis*, m. *Volones*, inquit Feſtus, *dicti ſunt milites, qui poſt Cannenſem cladem usque ad octo millia, cum eſſent ſervi, voluntarie ſe ad militiam obtulere.* Macrob. Sat. 1, 11 *Bello Punico, cum deeſſent qui ſeriberentur, ſervi pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in civitatem recepti ſunt: &* VOLONES, *quia ſponte hoc voluerunt, appellati.* Paſſim horum VOLONVM meminit Livius in bello Punico, ut 23, 35 *Vetus miles tironi, liber voloni exæquari ſeſe fineret.* Ibidem paullo ante: *Vt tirones (ea maxima pars volonum erat), adſueſcerent ſigna ſequi.* conf. Idem 24, 10; & 5, 46; & Frontin. Strateg. 4, 7. Hos Ant. Philoſophus *Voluntarios* dixit: Capitolinus ejus vita c. 21 *Inſtante ſane adhuc peſtilentia, & Deorum cultum diligentiſſime reſtituit & ſervos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos* VOLVNTARIOS *exemplo* VOLONVM *appellavit.* Livius quoque dicto loco *Voluntariorum* meminit; ſed qui diverſi ab iſtis. Nam Marci *Voluntarii* ſunt iidem, qui *Volones* Livii, nempe ſervi: at vero Livii *voluntarii* ſunt homines ingenui ac liberi. vide paullo poſt in *Voluntarius.* Adde Caſaubon. in Capitolini Marcum d. l.

¶ Vŏluntas, *ātis*, f. quæ quid cum ratione deſiderat, der wille, die beliebung. Cicero Attic. 12, 26 *De voluntate tua, ut ſimul ſimus, vel ſtudio potius & cupiditate, nihil dubito.* Et, *Facere aliquid ex alicujus voluntate*, Cicer. fam. 13, 30. Et pro Quint. c. 30 *Ad voluntatem loqui*, & parad. 5, 2 de heredipeta, *Loquitur ad voluntatem:* ſunt tamen qui utroque loco malint *voluptatem. Habere voluntatem nocendi*, Idem de Orat. 2, 74. Et, *In voluntate ea non fuiſſe, in qua alius eſt*, Cicer. pro Ligario c. 2. Et Catilin. 3, 9 *Diis iis mortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque ſuſcepi*, Gott hat mirs eingegeben. Sic, *Abjicere voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi*, Cicer. de Orat. 2, 33 *Abhorret voluntas ejus a me*, er will nichts mit mir zu thun haben, Idem fam. 2, 17. Et 3, 6 *Alienare a ſe voluntates omnium &c.* Sic Cicer. pro Muræn. c. 17 *Nihil obſcurius hominum voluntate.* Et ad Brut. epiſt. 1 *Non ſoleo, mi Brute, temere affirmare de altero; eſt enim periculoſum propter occultas hominum voluntates, multiplicesque naturas.* vide *Affirmare* ſub *Firmo.* Livius 1, 28 *Albana pubes inermis ab armatis ſepta in variis voluntatibus communi tamen metu cogente ſilentium tenet.* Ter. Andr. 5, 3, 9 *Præter ſui voluntatem patris*, wider willen ſeines vaters. Virgilius Æneid. 6, 675 *Si fert ita corde voluntas*, wenn ihr wollet, wenn ihr luſt darzu habt. Et Cicer. fam. 5, 4 *Quantum tua fert voluntas*, mit deiner bewilligung. ¶ 2. Conſilium, propoſitum, das abſehen, vorhaben. Nepos 6, 2, 3 *Voluntatem occultare.* Sed, *indicare*, Idem 8, 4, 2; 23, 2, 2. *De illa explorare*, Idem 23, 2, 2. *Ab hac deterreri*, Idem 10, 3, 3. Et Cic. pro Lege Manil. c. 16 *Pompeji ſemper voluntatibus omnes cives aſſenſerunt.* ¶ 3. *Voluntas* ſimulationi opponitur Cicer. Att. 8, 9 pag. 780 *Sed tamen ſigna conturbantur, quibus volantas a ſimulatione diſtingui poſſet.* ¶ 4. Benevolentia, das wohlwollen. *Qua voluntate eſſet in regem*, Nepos 14, 5, 6. Et Ter. in prolog. Phorm. v. 30 *Voluntas veſtra ſi ad poëtam acceſſerit*, hoc eſt, benevolentia ſeu favor, euer guter wille. *Voluntas propenſa*, Cicer. Offic. 2, 20, geneigter wille, gunſt. Idem fam. 6, 9 *Vt ad eam voluntatem, quam tua ſponte erga Cæcinam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea.* Idem Agrar. 2, 2 *Viva vox index veſtrarum voluntatum erga me.* Et Vellej. 2, 52, 5 *Hujus voluntatis erga Brutum ſuæ poſtea vir tam mitis pretium tulit.* ¶ 5. *Voluntate*, i. e. ſponte, gutwillig, gern. Plaut. Mil. 2, 5, 40 *Niſi voluntate ibis, rapiam te domum.* Livius 3, 69 *Paucis cohortibus militum voluntate ſequentibus.* Cicer. fam. 5, 5 *Voluntate adduci.* Ter. Andr. 3, 4, 44 *Quodvis cogit, id voluntate impetret.* vid. Gronov. ad Liv. 5, 17 extr. Duker. ad 25, 4.

¶ Vŏluntārius, *a*, *um*, quod ſponte fit, gutwillig, freywillig; ut, *Voluntarius adeſt*, Livius 1, 59. *Auxilia voluntaria*, quæ ſponte dantur, Cicer. fam. 15, 4. Et Livius 31, 8 *Voluntarios, quos poſſet, duceret, invitum ne quem militem ducendi jus eſſet.* Idem 5, 7, *Voluntarius ductus exercitus Vejos.* Sic, *Interitus voluntarius*, Cicer. pro Marcell. c. 5. Et, *Conſciſcere ſibi mortem voluntariam*, Idem fam. 7, 3, ſich ſelbſt entleiben. Quod mortis genus improbandum, quamlibet laudatum a Stoicis. ¶ 2. *Voluntarii*, apud Liv. 1, 30 milites ſunt diverſæ conditionis a *Volonibus*, de quibus jam dictum eſt: liberi nempe homines, non ſervi: qui cum vel propter ætatem, vel quod legitima ſtipendia feciſſent, cogi non poſſent, ſponte militabant, Volontairs. EVOCATI poſtea dicti ſunt, hoc eſt, inquit Dio, ἀνάκλητοι. vid. Caſaub. in Capitolini M. Anton. Philoſ. & *Volones* paullo ante, & *Evocati* in *Vox.*

¶ Voluntārie, adverb. animo prompto, non coacto, ſua ſponte, gern, willfahrig. Cæſar de B. Civ. 3, 91 *Eam milites electi voluntarie ſunt proſecuti.* Alii *voluntarii* legunt. Livius pro eo *Voluntate ſequentes* dixit 3, 69. Nam ablativus ſæpe adverbii loco eſt. Poſteriores frequentius utuntur: Arnobius 2 p. 74 *Ita perficitur, ut nihil interſit omnino, voluntarie venerint, an illius obtemperaverint juſſioni.* Hyginus fabula 41 *Voluntarie ſe ad Minotaurum pollicitus eſt ire.* Et Hieronymus epiſt. 85 ad Evagrium, ἑκουσίως, 1 Petri 5, 2 vertit *voluntarie*, ubi Vulgatus Interpres *ſpontaneo:* ſed idem vetus interpres ſequentem vocem πρόθυμως pariter *voluntarie* reddidit.

¶ Voluntario, adverb. ex Livii 1, 30 quidem adferunt; ſed Gronovius ibi & Gruterus *voluntarios* legunt.

Compoſita varia:

Benevŏlens, benevolentia, benevolus, &c. vide ſupra in *Bonus.*

¶ Evŏlo, *ui*, *evelle*, belieben, fingunt quidam, & huc referunt Propert. 1, 7, 16 *Quod nolim noſtros evoluiſſe Deos.* Sed pertinet ad *evolvo.*

¶ Invŏlentia, *æ*, f. alias nolentia, der unwille. Salvianus lib. 7 de Gubern. Dei: *Etſi involentia non carent, malevolentia carent.* Quamquam in Baluzii edit. p. 166 inveniatur *vinolentia.*

¶ Invŏluntas, *ātis*, f. idem. Tertulliani verbum in Apolog. c. 45, *Ex involuntate*, inquit, *ſeu neceſſitate delinquens.* vide ibi Rigaltium.

¶ Involuntārius, unwillig, mit unwillen. Noſtrorum uſu temporum, quam antiquitatis auctoritate, notius eſt, niſi quod Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Involuntarium actum* dixit.

¶ Involuntarie, adverb. idem. Dig. lib. 1 t. 3 l. 2 *Lex eſt coërcitio eorum, quæ ſponte vel involuntarie delinquuntur.* Sic recens Interpres Demoſthenis adverſus Ariſtogitonem verba convertit, monente Iac. Facciolato.

Malevŏlens, malevolentia, malevolus, vide ſupra in *Malus.*

¶ Mālo, *mālui, malle*, eſt magis velle, lieber wollen. Cicer. ad Att. 15, 18 *Domi manere ſi recte poſſim, malo malim.* Id. ad eund. 8, 7 *Malo, me cum Pompejo vinci, quam cum illis vincere.* Et ibid. 13, 22 *Scripta noſtræ nusquam malo eſſe, quam apud te.* Et Anton. Cic. Att. 14, 13 *Arbitror, malle te quietam ſenectutem potius agere quam ſolicitam.* Et, *Cato ipſe ſervire quam pugnare mavult*, ibid. Att. 7, 15. Per Pleonaſmum non inelegantem ICtos & *magis malle* dixiſſe, obſervat Scipio Gentilis lib. 1 Pareg. Cum Ablat. ſine præpoſitione Apul. Apolog. p. 309 *Vt me aliis omnibus mallet*, h. e. magis procis reliquis. ¶ 2. Mavolo, *mavellem, mavelim*, Plautus dixit plene, & unde illud eſt: & quidem *mavolo*, Aſin. 5, 1, 8; *mavelis*, Capt. 2, 2, 20; & *mavellem*, Amph. 1, 3, 14 &c.

¶ Præmalle, dixit Apulejus lib. 3 Mileſ. *Adjuro per dulcem iſtum capilli tui nodulum, quo meum vinxiſti ſpiritum, me nullam aliam meæ Fotidi præmalle.*

Multivŏlus, multa volens, vide ſupra *Multus.*

¶ Nevŏlo, (pro Non volo) *nevis, nevult, nevelle*, antique, nicht wollen. Titinnius apud Nonium 2, 581 *Ipſus quidem hercle ducere ſane nevult.* Et ſic ſæpe Plautus; e. g. *Niſi tu nevis*, wenn es dir nicht zuwider iſt, Moſt. 3, 2, 70; Trin. 5, 2, 32; &c. *Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevult*, Trin. 2, 2, 80, &c. Hodie dicitur *non vis, non vult*; & contracte

¶ Nōlo, *nōlui, nolle*, eſt non velle, iisdemque modis, quibus ſimplex adhibetur, nicht wollen. Cic. in Orat. c. 45 *Liberter copulando verba jungemus: ut jodes, pro ſi audes, nolle pro non velle.* Ter. Adelph. 2, 1, 8 *Tu quod ſi poſterius parce, hanc injuriam mihi nolle factam eſſe &c.* i. e. quod velis, non factam eſſe. Sic, *Nollem dixiſſe*, i. e. vellem, non dixiſſe, Cic. in Verr. 4, 20. Et, *Non nolle*, pro velle, Idem in Verr. 2, 74. id. fam. 1, 1 *Cui qui nolunt, iidem tibi non ſunt amici*, die ihm nicht günſtig ſeyn, ſind dir auch nicht gewogen. Ter. Eun. 4, 7, 43 *Novi ingenium mulierum, Nolunt ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro.* Idem Heaut. 2, 3, 21 *Cum gratum mihi eſſe potuit, nolui.* Idem Andr. 4, 2, 2 *Noli te macerare*, eleganter pro *ne te maceres.* Sic, *Nolite ſinere*, pro *ne ſinatis*, Idem Hec. prol. v. 46. *Contendere noli*, Horat. 1 epiſt. 18, 28. *Nolito ducere*, Idem Art. P. v. 427. Cic. Att. 14, 20 p. 586 *Tertullæ nollem abortum*, h. e. doleo.

¶ Nōlens, *tis*, der nicht will; ut, *Nolens volens*, Lucan. 1, 274 *Nolente ſenatu Traximus imperium.*

¶ Nolenter, adv. unwillig, ungern. Tertull. Apol. c. 14 *Medicinam nolenter exercebat.*

¶ Nōlentia, *æ*, f. der unwille. Tertull. adv. Marc. 1, 25 *Indignatio, bilis, nolentia, offenſa.*

¶ Nōluntas, *ātis*, f. idem. Ennius uſus eſt apud Calpurnium Piſonem: *Vim tua noluntas facit imperioſa vetando.* Item Auguſtin. de Civ. D 14, 6. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 23.

Omnivŏlus, vide ſupra in *Omnis.*

¶ Pervēlim, valde velim, vehementer cupio, ich wollte gern. Cic. Attic. 1, 1 *Quod abs te mihi ignoſci pervelim.* Idem pro Sylla c. 7 *Scire ex te pervelim.* Liv. 8, 18 *Illud pervelim falſo proditum eſſe.* In alia, præter hanc primam, perſona & forma non facile invenies, niſi quod Livius *pervelle* infinito modo dixit 39, 43; *Illam*, inquit, *negaſſe, unquam vidiſſe quemquam ſecuri ferientem, & pervelle id videre.* Aſſerunt ex Plauti Pſeudolo 1, 2, 73 *qui pervolunt*, ſed libris melioribus eſt, *quod volant.*

¶ Prævolo, prævelle, pro *malle.* Ita cum Acidalio Pareus in Plaut. Mil. 1, 1, 41 *Vt prævelim quod tu velis:* al. *prævolet* a prævolando.

VŎLOGĒSES, *is*, vel Vologeſus, *i*, m. Parthorum rex, tempore Neronis, de quo multa Tacitus. ¶ 2. Filius hujus cognominis eſt apud Capitolinum in M. Antonino Philoſopho.

VOLSCI, *orum*, m. pl. populi Latii ſubacti a Romanis, de quibus Liv. lib. 3 & 4; Plin. 3, 5; & Virg. Georg. 2, 168. Adjective idem Virg. Æn. 7, 803 *Volſca de gente Camilla.*

¶ Volſce, adverb. quo uſus eſt Titinnius apud Feſtum in *Oſcum: Oſce & Volſce fabulantur; nam Latine neſciunt.*

Volſella, volsgra, vide ſupra in *Vello.*

VOLSINIVM, *i*, n. Tuſciæ urbs Ptolemæo 3, 1. Hodie *Bolſena.* Eadem urbs *Volſinii, orum*, Liv. 7, 3; & 10, 37; & Iuvenal. 3, 191. Rectius *Vulſinii.* vid. Sigon. ad Liv. 5, 31.

¶ Volſinius, *a, um*, adj. ut, *Tribus Volſinia*, Cic. pro Planc. c. 16.

¶ Volſinienſis, *e*, aliud adj. & incolæ *Volſinienſes*, Liv. 5, 32 & 9, 41.

VOLTA, *æ*, f. monſtrum apud Volſinios, Plin. 2, 53.

Voltorius, vide *Vulturius* in *Vultur.*

VOLTVMNA, *æ*, f. Dea a *bene volendo* dicta. Hinc *Voltumnæ fanum*, locus Etruriæ apud Ciminum montem, Liv. 4, 23 & 61; & 5, 17. v. Cluver. Ital. Ant. L. 2 c. 3 p. 563. Et Dempſteri Etrur. Reg. L. 4 c. 75, qui & *Voltumnam*, Etruſcorum Deam a Voltumna diſtinguit L. 1. c. 15 p. 61 ſq.

Volturnus, vide *Vulturnus*, Volva, *Vulva*, Volubilis, volubilitas, *Volvo*, Volucer, cris, &c. *Volo, are.*

VŎLVCRA, *æ*, f. eine raupe. Columella de Arboribus c. 15 *Genus eſt animalis, volucra appellatur, id vero prærodit teneros adhuc pampinos & uvas.* Vermiculus ergo eſt, qui & *Convolvolus* & *Volvox*, & *Involvolus* dicitur, de quibus mox in *Volvo.*

Volumen, voluminoſus, vide mox *Volvo.*

VOLVMNIVS, *i*, m. philoſophus, ex partibus Bruti & Caſſii, qui de pugna, illis fatali ad Philippos, ſcripſit; de quo & aliis hujus nominis Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 17.

¶ Volumnia, *æ*, f. uxor Coriolani, apud Livium 2, 40.

Voluntarius, voluntas, &c. vide *Volo, ui, velle.*

VOLVO, *volvi, vŏlūtum, volvĕre*, κυλίειν, vertere, rollen, wälzen, ſchleifen; ut, *Saxum ingens volvunt alii*, Virgil. Æneid. 6, 616, & Ter. Eun. 5, 9, 55 *Satis diu hoc jam ſaxum volvo*, ich arbeite ſchon lang damit um; proverbium tractum a ſaxo, quod Siſyphus verſat. v. Cic. Tuſc. 1, 5. Iterum Virg. Æn. 1, 115 *Pronusque magiſter Volvitur in caput:* id eſt, præcipitatur, er wird geſtürzet. Sil. 7, 122 *Amnis per devia præceps volvitur.* Liv. 21, 31 *Druentia, amnis Alpinus, ſaxa glareoſa volvit.* Virg. Æn. 4, 449 *Lacrymæ volvuntur inanes.* Ibid. 2, 758 *Ignis ſumma ad faſtigia vento volvitur.* Samon. 235 *Aut acidi latices clauſo volvuntur in ore.* Diſertum etiam illud 276 *Aut aqua non fervens volvatur fauce ſonora, Nec tamen in ſtomachum deſcendet gutta parentem.* ¶ 2. De verbis celeriter prolatis ſæpe adhibetur. Cic. de Orat. 3, 47 *Complexio verborum, quæ uno ſpiritu volvi poteſt.* Quintil. 1, 1 extr. *Quam citatiſſime volvere verſus affectatæ difficultatis*, vid. *Convolvo.* ¶ 3. Ad tempus etiam refertur, ex Virg. Georg. 2, 402 *In ſe ſua per veſtigia volvitur annus*, es iſt wiederum die jährige Zeit. Huc pertinet etiam Æneid. 9, 7 *Volvenda dies.* ¶ 4. *Volvere* eſt in animo verſare, ſecum cogitare, bedencken. Sic, *Secum aliquid volvere*, Livius 26, 7. Et, *Iras in pectore volvere*, Idem 35, 18. *Multum cum animo ſuo volvere*, Salluſt. Iug. c. 108. *Multiplices animo volvere curas*, allerhand ſorgen haben, Catull. 65, 252. Et Lucret. 6, 33 *Volvere curarum triſtes in pectore fluctus.* v. Drakenb. ad Liv. 2, 49.

¶ Volvens, *tis.* Salluſt. Catil. c. 60 *Volventes boſtilia cadavera.* Cic. de Claris Orat. c. 70 *Celeriter verba volvens.* Virg. Æn. 1, 238 *Olim volventibus annis*, i. e. ſe volventibus, vel dum volvuntur, mit der zeit. Ibid. 4, 363 *Huc illuc volvens oculos.* Ibid. 1, 305 *Per noctem plurima volvens*, i. e. reputans, erwegend. Salluſt. Cat. c. 32 *Multa ſecum ipſe volvens.* Liv. 27, 47 *Hasdrubal per tortuoſi annis ſinus, flexusque, errorem volvens haud modicum.* conf. ibid. c. 41.

¶ Vŏlūtus, *a, um*, gewältzt, fortgetrieben; ut, *Fluctus volutus ad terras*, Virg. Georg. 3, 238. *Lacrymæ per ora volutæ*, Idem Æneid. 10, 790.

¶ Volūta, *æ*, f. ſubſt. a *volvendo* vocabulum architectonicum & artis proprium. Quo deſignatur præcipua capituli in columnis Ionici generis pars, pulvini nimirum, qui inter abacum ibi echinumque oblongus eſt poſitus, extremitates, quæ in cochleæ morem circinantur & convolvuntur. *Has* itaque Vitruvius 3, 3 *Volutas:* juniores *cochleas* dixerunt, ſchnörckel. Vide Vitruvianos interpretes, præcipue Baldum. Demonſtrationem *Volutæ* Nic. Goldmannus dedit, quæ inſerta eſt Lætianæ Vitruvii editioni.

¶ Volutim, adverb. celeriter & cum facilitate. Apud Nonium 1, 12 *Tolutim dicitur quaſi volutim vel volubiliter*, de equis.

¶ Vŏlūtus, *ūs*, m. ſubſt. die wältzung, Apul. Florid. 2 p. 17 *Dedit volatus avibus, volutus ſerpentibus.*

¶ Volutina, *æ*, f. Dea, quam inter agrorum Deas præfecerunt involumentis folliculorum. vid. Auguſtinus de C. D. 4, 8.

¶ Vŏlūto, *avi, atum, are*, frequent. herumwältzen; ut, *Volutari in luto*, Cic. in Verr. 4, 24. Et Declamat. in Salluſt. poſt princip. *Nihil aliud ſtudet, niſi ut lutulentus ſus, cum quovis volutari.* Plin. 35, 11 ſ. 40 n. 33. *Cleſidemus Stratonicen reginam pinxit volutantem cum piſcatore, quem reginam amare ferme erat.* Sic, *In omni genere ſceleratum & flagitiorum volutari*, Cic. fam. 9, 3. *In omni dedecore volutari*, Auctor ad Herenn. 4, 13. Et, *Volutari inter mala plurima*, Sen. de Vita Beata c. 24. ¶ 2. Sed, *Volutare in animo*, & *animo ſecum aliquid volutare*, betrachten, bedencken, Liv. 28, 18. Sed 9, 17 pr. *Mentio ducis tacitis cogitationibus volutat animum.* v. Drakenb. ad 2, 49. *Has cogitationes quanquam ipſe volutaverat in ſecreto cum amicis*, Liv. 34, 36. ¶ 3. *Voluptare* interdum MSS. Cort. decl. in Salluſt. 3.

¶ Volūtans, *tis.* Virgil. Æneid. 3, 607 *Genua amplexus genibusque volutans hærebat.* Ibidem 1, 54 *Talia ſecum corde volutans*, bedenckend.

¶ Vŏlūtātus, *a, um*, herumgewältzt. Cicer. ad Quint. fratr. 2, 15 *In Calliſthene & Philiſto te video volutatum*; i. e. cum labore verſatum. Idem de Orat. 3, 10 *In veteribus ſcriptis ſtudioſe & multum volutatus.* Sidon. 9 epiſt. 7 *Structura per cameram palati volutata.*

¶ Volūtātim, adverb. Plaut. Mil. 2, 5, 40 *Volutatim domum te rapiam*, id eſt, volutando. Sed Gron. *Niſi voluntate ibis, &c.*

¶ Volutatus, *ūs*, m. ſubſt. die wältzung, umtreibung; ut, *Pulverem volutatu colligere*, Plin. 10, 4. Pluraliter Apul. 4 de Aſino pag. 144 *Pondere liberatus, laſſitudinem, vice lavacri, pulveris volutatibus digerebam.*

¶ Vŏlūtātio, *ōnis*, f. idem; ut, *In luto volutatio generi* (ſuum) *grata*, Plin. 8, 51. De volutationibus ad pedes eorum, quibus ſupplicabatur, vide, quæ notat Paſſerat. ad Propert. 3, 8. Ad animum transfert Seneca de Tranquill. an. c. 2. *Tædium & diſplicentia ſui, & nusquam reſidentis animi volutatio.* conf. Id. de Provid. c. 6; Plin. 8, 21; 14, 22; & 17, 23.

¶ Volutābundus, *a, um*, volutans, ſich wältzend. Cic. apud Nonium 8, 64 *Libidinoſo, & volutabundo in voluptatibus.*

¶ Vŏlūtābrum, *i*, n. locus, ubi ſues volutantur, eine miſtpfütze, ſaulache. Virg. Georg. 3, 411 *Sæpe volutabris pulſos ſilveſtribus apros Latratu turbabis agens.* Sic, *Sus in volutabro cœni.* vid. Chiliades. Petr. Chryſologus Serm. 2 *Qui proni in terram vivunt, æſtus carnis in volutabro luti temperant.* Et Salvianus 1 contra Avarit. p. 37 *Nec in volutabris ſuis ſordentium ſuum more verſentur.* Adde Solin. c. 11; & Sidon. 7 epiſt. 9.

¶ Volutāre, *is*, n. ſubſt. vas quo aliquid volvitur ad abluendum, ein ſpülfaß. Apicius 8, 7 *Porcellum in volutari perfundes & infores.*

¶ Volvox, *ōcis*, m. ſpecies vermis, qui & *Volucra*, eine raupe. Plin. 17, 28 *Volvocem appellant animal prærodens pubeſcentes uvas.*

¶ Vŏlūbilis, *e*, ſich umdrehend, geläuftig; ut, *Cælum volubile*, Cic. de Univerſ. c. 6. *Sol volubilis*, Prudent. præfat. Cathemer. v. 3. *Homo volubilis*, præcipiti quadam celeritate, Cic. pro Flacc. c. 20. *Volubile tempus*, Corn. Gallus eleg. 1, 109.

¶ Volūbilitas, *ātis*, f. geſchwinde bewegung im kreis, der unbeſtand; ut, *Mundi volubilitas, niſi in globoſa forma, eſſe non poſſet*, Cicer. de Nat. D. 2, 19. Et de Univerſ. c. 10 *Deus cælum ad volubilitatem rotunda vit.* Et, *Volubilitas fortunæ*, inconſtantia, Cic. de Divin. 2, 6. Id. pro Planc. c. 25 *Virtus, integritas, probitas in homine, non linguæ volubilitas, requiri ſolet.* Val. Max. 2, 2, 8 *Græci linguæ volubilitate pluri-*

plurimum valent, haben gut leder zum maul, ein gut mundwerck.

¶ Volubiliter, adverb. rollend; ut, *Numeroſe & volubiliter oratio funditur*, Cic. in Orat. c. 62.

¶ Vŏlūmen, *ĭnis*, n. liber, ſeu libri pars: a convolvendo ſic appellatur, eine rolle, ein buch. Quid proprie fuerit, paullo uberius explicandum. Primum itaque teneamus, in chartæ membranæve adverſa maxime parte ſcripſiſſe veteres, averſam puram plerumque reliquiſſe. Has chartas ſive membranas conglutinabant invicem & porrigebant in longum. In fine aſſuebatur bacillus, ſive os, cylindri figura; cujus extrema utrinque tegebant capitula rotunda & prominentia in umbilicorum formam; unde & *umbilicorum* nomine appellata fuerunt. Hæc autem eo fiebant, ut circa caudicem iſtum vel os tota chartarum ſeries convolvi poſſet, eminentibus umbilicis illis utrinque e media ſpira, ut hoc proprie dicebatur *volumen* a *volvendo* vel *convolvendo* ſcilicet, ut dicebamus. Dicitur autem *Volumen* aliquando de toto aliquo opere; ſi uno nimirum volumine finitum; aliquando pro libris ſingulis unius operis uno volumine perſcriptis. Plinius 3 epiſt. 5, cum ſingula opera avunculi ſui recenſuiſſet, ſubjicit: *Miraris, quod tot volumina multaque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſolverit*: TOT VOLVMINA, id eſt, *libros* ſive *opera*. Et Vellej. 2, 46, 1 *Res vix multis voluminibus explicandæ*. De ſingulis libris, in quos tributum aliquod opus eſt, Ovid. Triſt. 1, 1, 117 *Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ*. Nam libros 15 Metamorphoſeos deſignat. Suet. in vita Plinii: *Bella omnia, quæ unquam cum Germanis geſta ſunt, viginti voluminibus comprehendit*, id eſt, libris. Plinius junior ſupra laudata epiſt. *Bellorum Germaniæ viginti* (libri) *quibus omnia, quæ cum Germanis geſſimus, bella collegit*. Sed & pro *Tomo* ſive parte librorum, in quos diviſum opus aliquod eſt, ponitur. Plinius eadem epiſtola in indice librorum avunculi: *Studioſi tres*, (hi tres ejus de ſtudioſo libri ſunt), *in ſex volumina propter amplitudinem diviſi*. Sic liber primus Bibliothecæ Diodori in tomos ſeu partes diſtributus eſt, τμήματα & μερίδας, quas *duo* latina voce *volumina* recte appelles, quod & Caſaubonus ad Suetonium obſervat. Vide Salmaſium etiam, ſi lubet, de Modo uſurarum c. 10. ¶ 2. Etiam falcis epiſtolarum conjunctus eo nomine venit, niſi velis in unum volumen deſcriptas intelligere, quod vix credibile eſt, apud Cic. Att. 9, 10 p. 56 *Evolvi volumen epiſtolarum tuarum, quod ego ſub ſigno habeo*. Et pro longiori epiſtola idem fam. 3, 7. vid. Menck. Obſerv. L. L. ad h. v. ¶ 3. *Volumina* etiam dicuntur ſerpentum corpora, quod volvendo trahunt, die zuſammenwicklungen, gewundene ſtücke. Virg. Æn. 11, 753 *Serpens ſinuoſa volumina verſat*. Claudianus de 4 Conſul. Honorii v. 535 *Proſtratus Apollʼine Python, Implicuit fractis moritura volumina ſilvis*. ¶ 4. Quicquid denique volubile eſt, ſinuarique ac flecti poteſt, *Volumen* dicitur. Ita, *Volumina crurum*, Virg. Georg. 3, 192 de equis. Et, *Volumina vinclorum*, Idem Æn. 5, 408 dixit. *Volumina fami*, Lucan. 3, 505. ¶ 5. Metaph. *Magna ſortis humanæ volumina* dixit Plin. 7, 45 pr. i. e. mutationes &c.

¶ Vŏlūmĭn. fus, *a, um*, wicklicht. Sidon. carm. 9, 76 *Angues corporibus voluminoſis*.

Compoſita:

¶ Advolvo, *vi, vŏlūtum, ĕre*, volvendo adducere, herum wälzen; ut, *Advolvi pedibus alicujus*, einen fußfall thun, Curt. 3, 13, 17. *Advolvi ad ignem*, Plin. 11, 37. Et Virg. Georg. 3, 378 *Totas Advolvere focis ulmos, ignique dedere*.

¶ Advŏlūtus, *a, um*, hinzu gewälzt; ut, *Advolutus genibus*, qui ſupplex flexis genibus nixus ad alicujus genua procidit, fußfällig, Liv. 28, 34, & Curt. 8, 1, 48.

¶ Circumvolvo, *ĕre*, herum wälzen. Virg Æn. 3, 284 *Interea magnum Sol circumvolvitur annum*. Et Plin. 16, 44 *Circumvolvere ſeſe ſpinis, arboribus, &c.*

¶ Circumvŏlūtus, *a, um*, umwickelt. Plin. 10, 62 *Serpentes coëunt complexu adeo circumvolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit*.

¶ Circumvŏlūto, *are*, herum wälzen. Plin. 8, 17 *Feram circumvolutari blandientem*.

¶ Convolvo, *vi, ūtum, ĕre*, zuſammen wälzen, wickeln, über einander ſchlagen; ut, *Convolvuntur in ſemet dracones*, Plinius 10, 72. *Convolvere in oſſus*, wälgern, Idem 12, 9. *Quem propter convolvitur ales*, Cicer. de Nat. D. 2, 44. *Serpens convolvit lubrica terga*, Virgilius Æneid. 2, 447. *Convolvere verba magno curſu*, über einander heraus werffen, heraus poltern, Seneca epiſt. 40.

¶ Convolvens, *tis*. Cicer. de Divin. 1, 23 *Cum ſe convolvens ſol elaboretur & abiret*. Virg. Georg. 3, 426 de angue: *Squamea convolvens ſublato pectore terga*.

¶ Convolutus, *a, um*, zuſammen gewälzt, eingewickelt; ut, *Convoluto igne flagrare*, Plin. 37, 7.

¶ Convolvŭlus, *i*, m. vermiculus corrodens vites, qui & *Volucra* & *Volvox*, eine raupe, ein reb-wurm, Plin. 17, 28. ¶ 2. Et, *Convolvulus*, herba, quo nomine Plin. helxinen appellat 21, 5, winde, mittel-winde. vide *Helxine*.

¶ Convŏlūto, *are*, frequent. zuſammen wickeln. Sen. Quæſt. Nat. 7, 9 *Cum vagus & incertus ſpiritus convolutatus eſt*.

¶ Inconvolūtus, *a, um*, Amm. 29, 16 *Poſt inconvolutos multiplices caſus*. Ita Valeſ. p. 563, & Lindebrog. p. 422.

¶ Dēvolvo, *vi, utum, ĕre*, deorſum volvere, herum wälzen; ut, *Devolvi a ſublimi*, Plinius 27, 12. *Iumenta cum oneribus ruinæ modo devolvere*, Livius 21, 33. Et, *Aqua e montibus orianda per ſaxa præceps devolvitur*, Colum. 1, 5. conf. Curt. 5, 3, 1. Et Virgil. Æneid. 2, 448 *Auratasque trabes veterum decora alta parentum Devolvunt*: id eſt, volvendo deorſum jaciunt. ¶ 2. Et quoniam exſecta procidunt & devolvuntur, inde *Devolvere*, Catullus pro *Exſecare*, conſequens pro antecedente, potuit de Attine ſeipſum evirante, ſive caſtrante loquens, carm. 64 de Aty v. 4 *Stimulatus ubi furenti rabie, vagus animi Devolvit illa acuta ſibi pondera ſilice*. Per *pondera* intelligit teſticulos. ¶ 3. *Devolvi ad otium & inertiam*, Columella in præm. lib. 1. *Devolvi ad ſpem inanem*, Cicero Phil. 7, 4. Et, *Res eo devoluta eſt*, Liv. 5, 11, id eſt, eo rediit, es iſt dahin gebracht worden. vid. *Devolutus*.

¶ Devŏlūtus, *a, um*, abgewälzt. Livius 28, 6 *Velut monte præcipiti devolutus torrens*. Phædrus 5, 8, 23 *Devoluta tonitrua*. Catull. 60, 4 *Devolutum ex igne proſequens panem*. Sen. Controverſ. 9 *Ex ſummis ad egeſtatem devolutus*, der gantz herunter kommen iſt, verarmt.

¶ Divolvens, *tis*, hin und her wälzend, überlegend. Amnian. 26, 3 *Multa ſecum ipſe divolvens*.

¶ Evolvo, *vi, ūtum, ĕre*, heraus wälzen; ut, *Evolvere involutum*, hoc eſt, explicare, aus einander wickeln, Cicero in Topic. c. 2. Ita *Evolvere librum*, aufſchlagen, Cicer. Tuſc. 1, 11. *Evolvi volumen epiſtolarum tuarum*, Cicer. Attic. 9, 10. *Operoſum amiculo evolvere*, Petron. 11. ¶ 2. Metaph Cic. eadem epiſt. *Deliberationem aliquam evolvere accuratius in litteris*, fleißiger unterſuchen und erklären. *Non poſſum evolvere exitum rei*, Idem pro Cæl. c. 27. *Evolvere ſe turba & ex turba*, Ter. Eun. 4, 4, 56; hoc eſt, expedire, ſich aus einer unluſt wickeln. *Evolvitur in Pontum ſex fluminibus Danubius*, Plin. 4, 12. Livius 6, 15, med. *Iſtos incubantes publicis theſauris ex præda clandeſtina evolvas*, i. e. ejicias, exturbes. ¶ 3. Prop. 1, 7, 16 *Quod nolim noſtros evoluiſſe Deos*, i. e. deſtinaſſe. *Volvere* enim dicuntur fata Parcæ. v. omnino Brouckh. ad h. l.

¶ Evolvens, *tis*, ausreiſſend. Lucret. 6, 139 *Flatus alta Arboſta evolvens radicibus haurit ab imis*.

¶ Evŏlūtus, *a, um*, ausgewickelt; ut, *Evolutum furfure panicum*, Columell. 2, 9. *Evolutum & excuſſum humi in univerſum coeperit, ac tegit*, Apul. 1 pag. 107. Elmenh. *Evolutus bonis*, id eſt. decumbatus, ausgeplündert, Sen. epiſt. 75. *Evolutus integumenti, diſſimulationis nudatusque*, entlarvt, Cic. de Orat. 2, 86.

¶ Evolutio, *ōnis*, f. die auswickelung, erläuterung. Cic. de Fin. 1, 7 *Quid hiſtoria, cognitioque rerum, quid poëtarum evolutio?*

¶ Inevŏlūtus, *a, um*, unaufgewickelt. Martial. 11 epigr. 1 ad librum: *Vadas, & redeas inevolutus*.

¶ Involvo, *ĕre*, implicare, über einander wickeln, einwickeln, aufwinden; ut, *Virtute mea me involvo*, Horat. 3 od. 29, 54. *Involvo me libris, aut lego, aut ſcribo*, id eſt, ſtudiis me totum immergo, ich verſtecke mich in die bücher, Cicer. fam. 9, 20; quod & *Abdere ſe litteris*, dixit pro Arch. c. 6; &, *Abdere ſe in bibliothecam*, fam. 7, 29. *Involvere ſe otio*, Plin. 7 epiſt. 3. Et Ovid. Faſt. 4, 705 *Captivam ſtipula fœnoque involvit*.

¶ Involvens, *tis*. Phædrus 4, 6, 14 *Sævum ingenium variis involvens modis*. Virgil. Æneid. 6, 100 *Obſcuris vera involvens*. conf. v. 336.

¶ Invŏlūtus, *a, um*, eingewickelt. Cicer. in Verr. 4, 28 *Imperat ſuis, ut id in prætorium involutum quam occultiſſime deferatur*. ¶ 2. Idem ac implicatus, intricatus, verwirrt, verwickelt; ut, *Bellum involutum*, Cicer. Phil. 7, 6. *Involutæ & occultæ res*, Idem Acad. 1, 4. Sic, *Occulta quædam & quaſi involuta aperio*, Cic. de Fin. 1, 9. Et de Divinat. 1, 18 *Cauſſa latet obſcuritate involuta naturæ*. Superlat. *Involutiſſima res*, Sen. Qu. Nat. 6, 5.

¶ Involūte, adverb. idem. Spartian. in Caracall. c. 2 *Queſtus eſt de fratris inſidiis involute & incondite*.

¶ Involutio, *ōnis*, f. die einwickelung. Vitruv. 10, 1 *Tabulæ pertegant etiam involutionem*.

¶ Involūto, *are*, frequentat. herumwickeln. Apicius 2, 1 *Singula involutantur folia lauri*.

¶ Invŏlūcre, *is*, n. ſubſtantive, lintea tonſorum, ein trauge-tuch, haar-tuch. Plaut. Capt. 2, 2, 17 *Ne is quidem involucre injicere voluit, veſtem ut ne inquinet*. Malit tamen Turn. *Involucrum*. Sed ¶ 2. *Involūcre*, correptum penultima, quod volare non poteſt; vide ſupra in *Volare*.

¶ Involūcrum, *i*, n. eſt quodlibet integumentum, die decke, hülle, darein man was wickelt und vermacht; ut, *Involucrum clypei*, das futter, Cicer. de Nat. D. 2, 14. Idem ad Qu. fratr. 1, 1 *Multis ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura; frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur, oratio vero ſæpiſſime*. Nota, tertiam ſyllabam perpetuo longam eſſe, & male correpte poſitam alicubi a Prudentio. Nam *involucrum* ab *involutum*, ut a *ſimulatum, ſimulacrum*, &c.

¶ Invŏlūmen, *ĭnis*, & Involumentum, *i*, n. eine windel, ein wickellappen. Gloſſ. gr. lat. ἐνείλημα, *Involumen*. Vulg. Interpr. Sap. c. 7, 4 *In involumentis nutritus ſum*.

¶ Involvŏlus, *i*, m. ſecundum Feſtum, *vermiculi genus, qui ſe involvit pampino*, eine wein-raupe. Plaut. Ciſt. 4, 2, 63 *Quamnam amabo?* L. *Involvolum, qui in pampini folio intortus implicat ſe*.

¶ Circuminvolvo, *ĕre*, um und um einwickeln. Vitruv. 10, 11 *Singula puncta præterundo & circuminvolvendo vendo, &c.*

¶ Obvolvo, *ĕre*, bewinden, verwickeln, verhüllen. Cicer. in Orat. c. 22 *Si denique pictor ille vidit, cum immolanda Iphigenia, triſtis Calchas eſſet, mœſtior Ulyſſes, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſuum illum luctum penicillo non poſſet imitari*. Horat. 2 ſat. 7, 42 *Verbisque decoris Obvolvas vitium*.

¶ Obvŏlūtus, *a, um*, eingehüllt, verdeckt; ut, *Os obvolutum folliculo*, Cicer. de Invent. c. 50. *Fax obvoluta ſanguine*, Idem de Divin. 1, 31. *Obvolutus corio*, Auctor ad Herenn. 1, 13. *Hæc vociferanti obvolutum caput eſt*, Liv. 23, 10. conf. Curt. 10, 5, 25.

¶ Obvolutio, *ōnis*, f. die verhüdung. Macrobius Somn. Scip. 1, 11 extr. de anima ex cælo, de Platonis ſententia, deſcendente: *In ſingulis ſphæris, quæ cælo ſubjectæ ſunt, ætherea obvolutione veſtitur*.

¶ Obvŏlūtātus, *a, um*, verwickelt. Veget. 3, 4 *Obviis obvolutatus radicibus*.

¶ Pervolvo, *ĕre*, mit gewalt forttreiben. Plin. 33, 4 *Torrens erupit tanta vi, ut ſaxa pervolvat*. Et, *Pervolvere librum*, Catullus epigr. 96, 6 de Smyrna Cinnæ, durchblättern.

¶ Pervŏlūtus, *a. um*, fortgewälzt, fortgeſchoben. Liv. 24, 34 *Pondere ſuo pervoluta graviter in hoſtem incidunt.*

¶ Pervŏlūto, *are*, durchblättern. Cic. Attic. 5, 12 *Pervolutare libros.* Idem de Orat. c. 34 *Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores & legendi, & pervolutandi, & laudandi ſunt.*

¶ Provolvo, *ĕre*, für ſich hin ſtoſſen, hin wälzen. Ter, Andr. 4, 4, 37 *Iam ego hunc in mediam viam provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.* Sed, *Provolvere ſe ad pedes alicujus*, Liv. 6, 3. Et, *Provolvi ad genua alicujus*, Idem 34, 11, einen fußfall thun.

¶ Provolvens, *tis.* Curt. 8, 11, 13 *Ingentia ſaxa in ſubeuntes provolventibus barbaris.* Virgil. Æneid. 10, 555 *Truncum provolvens, &c.*

¶ Provŏlūtus, *a, um*, niedergefallen, hingeworfen; ut, *Mater & conjux provolutæ ad pedes*, Curt. 3, 12, 11. *Peppæa provoluta genibus ejus*, Tac. Ann. 14, 61, 3. *Agrippina usque ad libita Pallantis provoluta*, Idem Ann. 14, 2, 4.

¶ Revolvo, *ĕre*, wiederum wälzen. Colum. 8, 17 *Ab imo fluctum revolvit in partem ſuperiorem.* Virg Æneid. 10, 61. *Iterum revolvere caſus Iliacos Teucris.* conf. Drakenb. ad Sil. 1, 115. ¶ 2. Item in paſſivo recidere, redire, umkehren; ut, *Revolvi ad alicujus ſententiam*, Cicer. Acad. 4, 48. Et Tac. Hiſt. 3, 26, 2 *Victoria ad irritum revolvebatur*, aus dem ſieg ward nichts. ¶ 3. *Revolvere* & *reſolvere* miſcent librarii. v. *Reſolvo.*

¶ Revolvens, *tis.* Virg. Æn. 9, 391 *Perplexum iter omne revolvens*, zurückreiſend.

¶ Revŏlūtus, *a, um*, zurückgewälzt, umgewandt, wieder umgekehrt. Ter. Hec. 4, 4, 69 *In eandem vitam te revolutum denuo video eſſe.* Sic, *Revoluta pœna*, Virgil Æneid 9, 476. *Revoluta matura jam luce dies*, der anbrechende tag, Idem Æn. 10, 256. *Æſtu revoluta ſaxa*, Idem Æn. 11, 627. *Molis objecta revolutus amnis*, Tac. Hiſt. 5, 14, 3.

¶ Revolutio, *ōnis*, f. die umwälzung. Auguſt. de Civ. Dei 22, 12 extr. *Poſt multas per diverſa corpora revolutiones, de* μετεμψυχώσει. Idem lib. 12 de Trin. c. ult. *Quibus curæ eſt de revolutionibus animarum opinionem firmare.*

¶ Revolubilis, *e*, das wiederum zurück läuft; ut, *Saxum revolubile Siſyphi*: Ovid. in Ibin v. 191 *Siſyphe, cui tradas revolubile pondus, baccris.*

¶ Irrevolutus, *a, um*, unumgewendet. Martial. 11 epigr. 1 in aliquot libris; Alii, & caſtigatiores quidem, habent *inevolutus*, quod ſupra vides.

¶ Subvolvo, *ĕre*, hinauf wälzen. Virgil. Æn. 1, 425 *Molirique arcem, & manibus ſubvolvere ſaxa.*

¶ Subtervolvo, *ĕre*, drunter hin wälzen. Ammianus 22, 20 *Ita Pontus perſti ingitur gelu, ut nec amnium curſus ſubtervolvi credantur.*

¶ Supervolvo, *ĕre*, drüber wälzen. Avienus Arateis v. 971 *Quinque ſupervolvit ſe partibus, &c.*

¶ Supervŏlūtus, *a, um*, drüber her gewälzt. Colum. 11, 3 *Supervoluto cylindro intermentum ſati coërcere.*

¶ Transvolvo, *ĕre*, hinüber wälzen. Prudent. Hymno in Natalem Domini v. 29 *Donec rotata annulium Transvolverentur millia.*

Volvox. vide *Volvo*, Volupe, *Voluptas.*

VŎLVPTAS, *ātis*, f. a *Volo* & *Pote*, ut vult Scaliger in de Poët. *Jucundus motus eſt, quo ſenſus exhilaratur*, quemadmodum Cicero dixit de Finibus 2, 3, hoc eſt, quicquid animum cum delectatione demulcet, luſt, wolluſt, ergetzlichkeit. Sen. epiſt. 59 *Animi hilarem affectionem* definit. Ter. Heaut. 1, 2, 10 *Voluptatem magnam nuntias*, freliche beſchaft. Et, *Affere voluptatem*, Plin. lib. 16 procem. *Capi voluptate*, Cicer. de Leg. 1, 11. *Perfundi voluptate*, Idem de Clar. Orat. c. 50. Et, *In voluptate eſſe*, Idem de Fin. 1, 11. *Duci voluptate*, Quintil. 4, 2, ſich die weiber laſſen lußen. *Permulcere aures aſſiſtentium previs voluptatibus*, Idem 2, 12. *Deliniri prava quadam voluptate*, Quintil. 2, 5. Et, *Homo voluptatibus deditus*, Cic. de Fin. 1, 18. *Voluptas maxima eſt inimica virtuti*, Idem in Partit. c. 25. *Omnis voluptas honeſtati contraria eſt*, Idem Off. 3, 33. Et, *Capitalis peſtis eſt voluptas*, Idem de Senect. c. 12. Et ibid. *In voluptatis regno virtutes contingere non poſſe.* Qui etiam, *Indigna homine dictu eſt voluptas*, Off. 2, 1 dixit. Horat 1 epiſt. 2, 55 *Speciem voluptates, nocet impta dolore voluptas.* Iuvenal. 11 extr. *Voluptates commendat rarior uſus.* Virgilianum ecl. 2, 65 *Trahit ſua quemque voluptas*, ita expreſſit Ovidius Art. 1, 749 *Curæ eſt ſua cuique voluptas.* Cicer. de Senect. c. 13 *Divinus Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut piſces.* Platonis dictum in Timæo eſt, ἡδονὴ μέγιστον κέντρον. ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν de Venerea voluptate dicitur. Sic apud Plautum Amph. prolog. v. 114 *Voluptatem cum aliqua capere*, eſt concumbere. Petron. c. 134 *Quemnam putes eſſe, qui de Circes toro ſine voluptate ſurrexit?* ¶ 3. *Voluptatem* etiam vocabant amicum cariſſimum. Virg. Æn. 8, 481 *Mea ſola & ſera voluptas.* Plaut. Truc. 2, 4, 2 *Mea voluptas*, amatoria compellatione, meine wonne. ¶ 4. *Voluptas*, Dea ita dicta, die ſchafft der wolluſt. vid. Elmenh. in Arn. p. 158. ¶ 5. Spectacula, ludi & certamina ſæpe *Voluptates* dicuntur, ſchauſpiele. Cic. pro L. Mur. 35 *Corrumpi voluptatibus, adhiberi voluptatibus.* Trebell. Pollio in Gallienis c. 10 *Quæ voluptates paratæ ſunt! & qualis eras erit ſcena!* Vopiſc. in Aureliano c. 34 *Datæ ſunt populo voluptates ludorum ſcenicorum, &c.* Tertull. de Spectac. c. 14 *Species voluptatis etiam ſpectacula, &c.* Sic Lactantius ſpectacula damnans *voluptatis* voce ſæpe utitur. Hinc peculiares *Tiberii voluptates*, de quibus Caſſiodor. 6 epiſt. 19; & 7 epiſt. 10; Onuphr. Panvin. de Ludis Circenſ. pag. 82; Iac. Godofr. P. 5 Cod. Theod. p. 365; & Zimmerman. Analect. Miſc. Menſ. 2 p. 108 ſeq.

¶ Vŏlupt-bilis, *e*, delectabilis, luſtig, erfreulich, wolluſtig. Plautus Epidico 1, 1, 19 *Voluptabilem mihi nuntium tuo adventu attuliſti.* Et Ammianus 31, 2 *Otium voluptabile.*

¶ Voluptārius, *a, um*, idem; ut, *Mollis & voluptarius*, qui voluptatibus gaudet. Sall. Cat. 11, 5 *Loca amœna, voluptaria. Diſciplina voluptaria*, delicata, mollis, Cic. de Fin. 1, 11. *Ipſi voluptarii deverticula quærunt, & virtutes habent in ore totos dies*, Idem de Fin. 5, 25. Et in Piſon. c. 18 *Hoc dicunt voluptarii Græci*, id eſt, voluptatis aſſertores. *Voluptarii & potatores*, Plaut. Menæch. 2, 1, 33. Et Plin. 34, 7 *Inſignia maxime voluptarium ſit attigiſſe*: al. *voluptuarium.* Nam

¶ Voluptuārius, *a, um*, idem. Capitolin. in Vero c. 2 *Fuit voluptuarius & nimis lætus.* Et Mart. Capella lib. 2 *Voluptuariæ Veneris ſocius.*

¶ Vŏluptarie, adverb. idem. Apul. lib. 3 Mileſ. p. 138 *Transactis voluptarie paucis noctibus.*

¶ Voluptĭficus, *a, um*, idem. Apulej. Florid. lib. 2 p. 17 *Iovis ſtella benefica, Veneris voluptifica.*

¶ Vŏluptuor, vel Voluptor, *ari*, voluptatibus indulgere, wollen bey wolluſt pflegen. Vtitur hac voce Quintil. Declam. 3, cujus inſcriptio *Miles Marianus.* Et Apulejus lib 7 Mileſ. p. 343 *Quanto me felicior Daphne vicina, quæ nuro & prandio matutino ſatiata curæ ſuis adulteris voluptatur.* vid. Voſſ. Etymol. p. 566.

¶ Vŏluptuōſus, *a, um*, plenus voluptatis, delectabilis, wolluſtig, erfreulich). Plin. 3 epiſt. 19 *Voluptuoſum eſt, poſſe utraque* (prædia) *eadem opera, eodem viatico inviſere.* Et Quintil. Declam. 260 *Multa me hercule animalia, quæ venire ad manum & manſuefcere queunt, non humanum modo, ſed etiam voluptuoſum eſt, alere & paſcere.* Sperlat. Sidon. 2 epiſt. 9 *Voluptuoſiſſimum tempus exegi.* Adde eumdem 4 epiſt. 11, & Curas poſteriores Cellarii p. 128.

¶ Voluptuoſe, adverb. idem. Sidon. 5 epiſt. 20 *Ad patriæ ſolum & præter occaſionem voluptuoſe venitur.* Compar. Idem 1, 9 *Voluptuoſius relegendis verſibus immorabere*, mit luſt. Id. 2, 10 *Quo id facilius poſſis voluptuoſiusque.* Et 7, 13 *Se illi voluptuoſius turba poſtponit.* Ambroſius Serm. 81 p. 376 edit. Frob. *Parvo tempore aliquantum ſuper iis lætaris, & abuti eis voluptuoſius deleſtaris.*

¶ Vŏlupe, ab antiquo *Volupis*, id eſt, delectabile, lieb, angenehm. Ter. Phorm. 4, 3, 5 *Venire ſalvum, volupe eſt.* Plaut. Cas. 4, 2, 5 *Facite veſtro animo volupe.* ¶ 2. *Volup*, pro *Volupe* etiam legitur. vid. Ennius apud Gellium 12, 4. Et Plaut. Afin 5, 3, 1 *His ſorores ſi quid clam uxori em animo ſuo fecit volup.* conf. Non. 2, 905; & Parei Lex. Crit. p. 1322.

¶ Volupia, *æ*, f. eadem quæ *Voluptas*, Dea, voluptates hominibus afferens. vid. Auguſtin. de Civ. D. 4, 8. Vnde & Cicer. de Nat. D. 2, 33 ait: *Cupidinis & Voluptatis & Lubentinæ Veneris vocabula conſecrata eſſe.*

VŎLVSVS, *i*, m. quaſi Volſcus, nobilis e Sabinis. Virg. Æn. 11, 463. Cæterum *Voluſus* in Valeria gente mox prænomen eſſe, mox cognomen, docet Spanh. de uſ. & præſt. num diſſ. 10 p. 35.

¶ Voluſius, *i*, m. poeta quidam ineptus, Patavinus, qui Ennium ſecutus populi Romani annales ſcripſit; de quo Catullus carm. 37 & 96. ¶ 2. De *Voluſiis* aliis vid. Tacitus, & quos laudat Burm. ad Rutil. it. 1, 169.

¶ Voluſianus, *a, um. Decur. Larum Voluſianorum*, in Vet. Iap. Adde Murat. Inſcr. p. 919.

Voluta, volutabrum, volutare, &c. vide paullo ante in *Volvo.*

VŎMĀNVS, *i*, m. fluvius Piceni, Plin. 3, 13, & Sil. 8, 439.

VOMER, & Vomis, *eris*, m. die pflugſchar. Virg. Georg. 1, 46 *Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.* Et ibid. v. 162 *Vomis & irflexi primum grave robur aratri.* Ferrum eſt aratri, ſulcos ducens; ita dictus, quod terram utrinque *vomat*, hoc eſt, emotam cumulet, Græce ὀμῶ. Sed ferrum alterum non perinde latum, quod terram, priusquam proſcindatur, ſecat, *culter* dicitur. Sic, *Vomer adunca*, Ovid Faſt. 4, 927; & *obtuſus*, Virg. Georg. 1, 262. Et Cicer. Phil. 2, 40 *Aratrum circumducere, cujusque vomere portam pene perſiri ingere.* Adde Caton. R. R. c. 10 & 135; Plin. 17, 18; Colum. 2, 4 & 10. ¶ 2. Verecunde Lucret. 4, 1267 de re venerea, *Eicit enim ſulci rectæ regione viaque Vomerem.*

VŎMICA, *æ*, f. a *vomendo*, tumor eſt excreſcens cum ſuppuratione, ein geſchwär, geſchwür, eyter-beule; ut, *Vitium vomicæ*, Suet. de Clar. Rhet. c. 6. Iuvenal. 13, 95 *Et phthiſis & vomicæ putres, & dimidium crus.* Sic, *Laborare vomica*, Celſus 4, 8. *Rumpere vomicam*, Idem 2, 8. *Rumpit vomica*, ibid. *oritur*, Id. 2, 6. *Petroſelinon præcipuum ad vomicas*, Plin. 20, 12. *Aliquis gladio vomicam Perſei Lycinis aperuit, quam ſanare medici non potuerant*, Cic. de Nat. D. 3, 28. Impoſtriæ *Vomicam* vocat Plautus Perſ. 2, 5, 11 crumenam argenti plenam. *Eſt in auri argentique venis vomica liquoris æterni argenti vivum*, Plinius 33, 6. *Vomicæ* concava loca, verſuſtate exeſa Lucilio apud Nonium 2, 902. *Perſecare vulg. vomicas*, Quintil 8, 6. Auguſtus Agrippæ nepotis, & Iuliæ filiæ ac neptis, infamem vitam morte ipſa gravius tulit, nec aliter illos appellare conſuevit, quam *tres vomicas*, aut *tria carcinomata ſua*, Suet. in Auguſt. c. 65. ¶ 2. *Nux vomica*, avellana major eſt, & nodoſa, vomitum mirifice elicit, atque ex eo nomen accepit.

¶ Vomĭcus, *a, um*, eitericht, ſchwärend. Sen. Controv. 2, 12 *Fabianus Maximus primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit*: i. e. malum maximum, rem corruptiſſimam, das verderbniß.

¶ Vomicōſus, *a, um*, voll geſchwär. Cæl. Aurel. Acut. 2, 17 *Empyici, id eſt, vomicoſi.* conf. Veget. 1, 37.

Vomitare, vomitio, vomitus &c. vide ſequens *Vomo.*

VŎMO, *ŭi*, *vōmĭtum*, *vōmĕre*, a græco κάω, auswerffen, ſich brechen, ſpeyen, übergeben. Sic, *Vomere poſt cœnam*, Cic. pro Dejot. c. 7. Et, *Vomere in menſam*, Idem de Fin. 2, 8. *Vomere in alicujus conſpectu*, Cic. Phil. 2, 25. Et, *Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur*, impersonaliter, ibid. c. 41 pr.

¶ Vomens, *tis.* Virg Æn. 9, 414 *Vomens calidum de pectore flumen.* Idem 5, 682 *Stupa vomens tardum fumum.* Idem 8, 199 *Ore vomens ignes*, feuerſpeiend. conf. ibid. 8, 209 & 620.

¶ Vŏmĭto, *are*, frequentat. ſpeien. Colum. 7, 10 *Pecudes nauſea correpta vomitant atque expurgantur.* conf. Suet. in *Vomitus.*

¶ Vomitans, *tis.* Seneca epiſt. 18 *Hoc multo fortius eſt, ebrio ac vomitante populo, ſiccum ac ſobrium eſſe.*

¶ Vŏmĭtus, *a, um*, gefeyen. Vnde abſolute *Vomita* per vomitum ejecta, der geſpeiſ, das gebrochne. Cæl. Aurel. Acut. 3, 20 *Egeſtio vomitorum ſpumoſa.* vid. Barth. Adverſ. 39, 1.

¶ Vomi-

¶ Vomĭtus, *us*, m. subſt. das brechen, das ſpeyen; ut, *Vomitum facere*, Plin. 13, 23; *creare*, Idem 9, 48; & *movere*, Idem 22, 25; *concitare*, 24, 18; ac *invitare*, 12, 24. Omnia Pliniana, notantque das brechen erregen. Contra *Siſtere vomitum*, Idem Plin. 20, 20; *Cohibere*, Idem 20, 17, das brechen ſtillen, zurück halten. *Sine modo infuſam aquam vomitu egerere*, Curt. 7, 5, 8. De *vomitu* aliquoties vide Celſum 1, 3. *Vomitui* præcipue ſtudebant gulones, ut ſufficeret, & exonerati nova faburra implerentur. Suet. Vitell. c. 13 *Epulas bifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat in jentaculo, & prandio, & cœnas comeſſationesque, facile omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine.* Et Sen. ad Helviam c. 9 ſub fin. *Vomunt, ut edant: edunt, ut vomant: & epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur.* Cæterum ad movendos vomitus gulones iſti habebant pinnas, quæ in os inſerebantur. Suet. Claudio c. 33 *Nec temere unquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens, & ut ſtatim ſupino ac per ſomnum hianti pinna in os inderetur ad exonerandum ſtomachum:* ubi Caſaub. & Torrent. vide. ¶ 2. *Vomitus* convicium eſt in hominem impurum apud Plaut. Moſt. 3, 1, 115, der unflat. conf. Lucil. lib. 15 ſat. 4.

¶ Vomĭtio, *ōnis*, f. idem; ut, *Vomitionem ciere*, Plin. 21, 20. Idem 11, 53 *Inimicæ oculis vomitiones ac dentibus.* Sic, *Vomitiones reddere*, Idem 32, 3. Et, *Rara vomitione mederi ſibi*, 28, 4. *Vomitione canes alvos curant*, Cic. de Nat. D. 2, 50.

¶ Vomĭtium, *i*, n. das erbrechen. Mart. Capella lib. 2 p. 25 *Nauſea & vomitio laborare.*

¶ Vŏmitor, *ōris*, m. qui facilis ad vomendum eſt, der ſpeyer, der ſich gerne bricht. Plinius 23, 1 *Non expedire vomitoribus &c.* Ita Froben. aliique. Harduinus autem *vomitionibus*, ſect. 24. Tamen & Sen. epiſt. 88 p. 387 *Iſti jejuni vomitores, quorum corpora in ſagina, animi in macie & veterno ſunt.*

¶ Vomitōrius, *a, um*, quod vim habet vomitum faciendi, das brechen machet. Plin. 21, 19 *Narciſſus herbaceus ſtomacho inutilis, & ideo vomitorius* Et Apul. de Herb c. 55 *Bulbus vomitorius.* ¶ 2. Abſolute *Vomitoria in ſpectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt*; Macrob. Saturn. 6, 4. conf. Lipſ. de Amphith. p. 31

¶ Vomĭficus, *a, um*, zum ſpeyen dienlich; ut, *Vomificum medicamen*, ein brechmittel, Cæl. Aurel. Acut. 3, 4. *Tithymalli ſurcus eſt vomificus*, Apul. de Herb. c. 108.

¶ Vomĭfluus, *a, um*, geferud; ut, *Vomiflua paſſio*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 14.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Convŏmo, *ĕre*, beſpeyen, e. g. *An tu Narbonæ menſas convomeres?* Cic. Attic. 2, 30. *Illa maritum convomit*, Iuvenal. 6, 101.

¶ Devŏmo, *ĕre*, weaſpeyen, auskocken. Cæcilius apud Gell. 2, 23 *Nihil peccat de ſuavio, ut devomas vult, quod foris potaveris.*

¶ Evŏmo, *ĕre*, von ſich geben, brechen, ausſpeyen. Cicer. de Nat. D. 2, 49 *Hæc avis ſcribitur conchis ſe ſolere implere, easque, quum ſtomachi calore concoxerit, evomere.* ¶ 2. Et, *Iram in aliquem evomere*, den zorn an jemand ſchütten Ter. Adelph. 3, 2, 14. *Requiram fratrem, ut in eum hæc evomam*, Idem ibid. 3, 4, 65. Et Cicer. pro Milone c. 29 *Non vereor, ne odio inflammatus hæc in illum evomere videar.* Sic, *Virus acerbitatis ſuæ apud aliquem evomere.* vide *Virus.*

¶ Evŏmens, *tis*. Tac. Annal. 12, 67, 3 *Ille tanquam niſus evomentis adjuvaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus ejus demiſiſſe creditur.*

Ignivŏmus, *a, um*, vide ſupra *Ignis.*

¶ Intervŏmo, *ĕre*, darzwiſchen ſprützen. Lucret. 6, 894 *Quod dulces inter ſalſas intervomit undas*, i. e. interfundit.

¶ Provŏmo, *ĕre*, heraus kotzen, herfür ſprützen. Lucret. 6, 446 *Turbinis immanem vim provomit, atque procellæ.*

¶ Revŏmo, *ĕre*, wieder von ſich geben Virgilius Æneid. 5, 182 *Et ſalſos rident revomentem pectore fluctus.* Silius 10, 326 *Ac miſeri fluitant revomentes æquora navtæ.*

¶ Supervŏmo, *ĕre*, drüber ſpeyen. Rurſus Silius 10, 183 *Supervomit ille calentem Sanguinis effundens per hiantia viſcera rivum.*

VŎPISCUS, *i*, m. quem mater vi adipiſcitur, vel qui ope naturæ ſervatur. Plin. 7, 10 *Vopiſcos appellabant e geminis, qui retenti utero naſcerentur, altero interemto abortu.* ¶ 2 *Fl. Vopiſcus* hiſtoricus ſcripſit imperatorum aliquot Roman. vitas, ſub Diocletiano & Conſtantino Chloro. v. Voſſ de Hiſt Lat. 2, 7.

Voracĭtas, vorago, voratio, vorax, &c. vide ſequens *Voro.*

VŎRANUS, *i*, m. Q. Luctatii Catuli furaciſſimus libertus. vid. Cæl. Rhodig. 10, 49. Horat. 1 ſat. 8, 39 *Fragilis Pedacia, furque Voranus.*

VŎRO, *avi, atum, are*, eſt cum impetu ſonituque edere, & cibum non confectum deglutire, βορᾶν, freſſen, verſchlingen. Cicer. de Nat. D. 2, 47 *Animalia alia vorant, alia mandunt.* Medici pro glutire utuntur. Plinius Valer. 2, 25 *Cum ſit non ridiculus verbum vorare, tamen & in mollibus ponitur.* Ita paſſim Samon. v. g. 325. ¶ 2. Transfertur ad multa alia. Plaut Truc. 1, 1, 21 de amante: *Ille hanium vorat, &c.* Sen. Hippol. v 281 *Plaga vorat tectas penitus medullas.* Catull. 36, 7 *Viam vorabit*, i. e. celerrime curret. Cic. Attic. 4, 11 *Nos hic voramus litteras cum Dionyſio*, id eſt, avide diſcimus vel legimus.

¶ Vorans, *tis*, m. ut, *Vorans Charybdis*, Propert. 2, 26, 53.

¶ Vŏrātus, *a, um*, gefreſſen, verſchluckt; ut, *Vorata muſca*, Martialis 5 epigram. 18. *Manſa & vorata viſcera*, Arnobius lib. 7 pag. 249.

¶ Vŏrātus, *ūs*, m. ſubſt. die verſchluckung. Strab. Gallus de peponibus: *Eſca, facili ſed manſa voratu.*

¶ Vŏrātio, *ōnis*, f. idem. Catullus carm. 48 v. ult. *Quærunt in trivio vorationes.* Alii legunt *Veerationes.*

¶ Vorātor, *ōris*, m. ein freſſer. Hieronym. adv Iovinian. 2, 11 *Vorator, & potator vini.* Quæ verba, ex Evangelio ſumta, ita etiam ante Hieronymum Tertullianus ſua fecit de Jejuniis c. 2. conf. Idem de Monogam. c. 8. Et Paulinus Nolanus epiſt. 49, 10 *Cetus prophetæ innocuus vorator.*

¶ Vŏrāgo, *ĭnis*, f. βάραθρον, barathrum omnia abſorbens, ein abgrund, bodenloſe tiefe. Cic de Divin. 1, 33 *Cum equum ipſe demiſſiſſet in flumen, ſubmerſus equus voraginibus non exſtitit.* Catull. 17, 11 *Profunda vorago*; & mox v. ult. *Solea tenaci in voragine.* ¶ 2. Idem Cic. metaphorice dixit, *Gurges ac vorago patrimonii*, pro Sextio c. 52. Et de Orat. 3, 41 *Ut tum patrimonii ſocpadum libentius dixerim, Charybdim bonorum, voraginem potius*, ein ſchlemmer.

¶ Voragĭnōſus, *a, um*, das voll trümpel iſt, bodenlos. Apul. Met. lib. 9 *Via voraginoſa*, Et Hirtius B. Hiſp. c. 29 *Paluſtre & voraginoſum ſolum.* Et, *Amnis vora inoſus*, Ammian. 24, 22.

¶ Vŏrax, *ācis*, freßig, ein vielfraß. Cic. Phil. 2, 27 *Quæ Charybdis tam vorax?* Catull. 29, 2 *Impudicus, vorax & helluo.* Lucan. 1, 181 *Uſura vorax avidumque fœnus.* Comparat. Catull. 34, 4; Et Ovid. Met. 8, 845 *Quo copia major Eſt data, plura cupit, turbaque voracior ipſa eſt.*

¶ Voracĭter, adverb. freßiger weiſe. Macrobius Saturn. 7, 5 *Voraciter* (cibum) *invadere.*

¶ Vŏrācitas, *ātis*, f. die freßigkeit. Eutrop. 7, 12 de Vitellio: *Notabilis præcipue ingluvie & voracitate.* Plin 2, 107 *Natura voracitatem in toto mundo avidiſſimam ſuæ damno ſui paſcit.* Pluraliter *Voracitates ebrietatesque* Auguſtinus dixit de moribus eccleſ. cathol. c. 34.

¶ Voratrīna, *æ*, f. locus ubi voratur, popina, ein freß-winckel. Tertull. Apol. c 39 de eccleſiæ reditibus: *Inde non epulis, non poculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur ſedegenis alendis, humandisque.* ¶ 2. Vorago, hiatus, der ſchlund. Ita utus eſt Ammianus 17, 16 (Valeſ. c. 7) de terræ motibus, quos chaſmatias dicit: *Pateſactis ſubito voratrinis, terrarum partes abſorbent.*

Compoſita:

¶ Convŏro, *are*, wegfreſſen. Tertull. adv. Marc. 1, 1 *Parentum cadavera cum peculibus cæſa convivio convorant.*

¶ Dēvŏro, *avi, atum, are*, verſchlucken. Cato de R. R. c. 78 *Boves ægrotare cœperit, ovum gallinaceum crudum integrum continuo devoret.* Cic. Nat. Deor 2, 54 *Stomachi partes eæ, quæ ſunt infra id, quod aevoratur, dilatantur, quæ autem ſupra, contrahuntur.* ¶ 2. *Devorare pecuniam*, per metaphoram, Cic. in Verr. 3, 76, verſchlucken. *Exhaurire & devorare fortunas aliquorum*, Idem Phil. & pro Domo c. 23 *Devorare cuncta patrimonia*, Catull. carm. 29, 23, Et, *Iam ſpe & opinione prædam devoraſſe*, Cic. 1 in Verrem c. 51. Iuſtin. 21, 1 *In macello perſtare, quid emere non poterat oculis devorare.* Vid. ſimilia in *pervectare, præcontrectare, comedere*, & ſtatim in *devorans.* Sed, *Devorare libros*, i. e. multa avide legere, Cic. Attic. 7, 3. Et, *Devorare hominum ineptias & ſtultitias*, in ſich freſſen, hoc eſt, patienter & diſſimulanter ferre, Idem de Clar. Orat c. 67. *Devorare moleſtiam paucorum dierum*, Id Phil 6, 7. Et, *Devorare tædium*, Quintil. 11, 2. ¶ 3 Sed, *A multitudine & foro oratio devorabatur*, ducta metaphora ab eis, qui cibos non guſtatos deglutiunt, Cic. de Clar Orat c 82.

¶ Devorans, *tis*. Martial. 1 epigr. 97 *Spectat oculis devorantibus draucos*, id eſt, cupidis & voluptati inhiantibus. conf. Mart. Capell. 6 p. 189.

¶ Devŏrātus, *a, um*; ut, *Accepta & devorata pecunia*, Cic. in Piſon c. 37. *Devorato pudore*, Apul Met 2, p. 238 Abſolute Macrob. Saturn. 7, 4 *Orijecium recipit devorata & in follem ventris recondit* Et Plin. 30, 7 *Omnia devorata conſicere.*

¶ Devŏrātio, *ōnis*, f. die verſchlingung. Tertull. de Reſurr. carn. c. 54 *Devorationem ad perditionem carnis arripiunt.*

¶ Devŏrātor, *ōris*, m. ein freſſer. Gloſſ. Vet. Devorator, καταφαγὰς, κατατορης. Tertull. de Reſurr. carn. c. 32 *De ipſis devoratoribus exactio indicitur.*

¶ Devoratorius, *a, um*, verzehrend, wegfreſſend. Tertull. de Idolol. c. 1 *Crimina tam exitioſa, tam devoratoria ſalutis.* Et abſolute Ambroſius epiſt. 5 p. 78 *Devoratorium mortis obſtruere*, id eſt, fauces, den rachen, den ſchlund.

¶ Indevorātus, *a, um*, ungefreſſen: ut, *Indevorato capite turtur* Martial. 7 epigr. 19.

Multivorantia, vide ſupra in *Multus.*

¶ Transvŏro, *are*, idem fere quod *Devorare.* Apul. Apolog. p. 333 *Suaſi uxori meæ, ejus, ut iſti ajunt, jam univerſas opes transvoraram.* Proprie Arnob. lib. 1 extr. *Belluarum ritu communitis cum oſſibus transvorare.* Item lib. 7 pag. 249 *Fauces, quibus cibus transvoret.*

Vortex, vorticoſus, &c. vide ſupra in *Vertex* ſub *Verto.*

VOS, veſtrum vel veſtri, vobis, pronomen plurale, ihr; ut, *Vos coryli teſtes*, Virg. eclog. 5, 21. *Ne cui ſit veſtrum mirum*, Ter. Heaut. prolog. v. 1. conf. ibid. v. 9. *Veſtrorum* pro *veſtrum* Plautus dixit Moſt. 1, 3, 122. vid Scalig. de Cauſ. L. L. 6, 19 *Vos, vos mihi teſtes eſtis*, i. e. vosmet-ipſi, Plaut. Capt. prolog. v. 3. *Vnus ex vobis*, Virg. eclog. 10, 35 *Quid mihi vobiſcum eſt?* Martial. 2 epigr. 22

¶ Vosmet, cum enclitica, ihr ſelbſt. Plaut. Capt. 3, 5, 18 *Ita vosmet ajebatis.*

¶ Vosmetipſi, *æ, a*, idem. Liv. 34 c. 17 *Nullum conſilium libentius ſequar, quam quod vosmetipſi attuleritis.* Adde Plaut. Moſt. 1, 2, 13.

¶ Veſter, *ra, rum*, apud antiquos *Veſter*, ut ap. Plaut. & Terent. ſuperciit, euer; ut, *Veſtri moribus*, Propert 2, 29, 32 Ovid. Her. 19, 62 *Pectora nunc quoque veſtra fovere ſolent* de loco Leandro ad ipſum. Sed non ſatis conſtat lectio. ¶ 2. *Veſter* & *noſter* confunduntur a librariis, vid. *Noſter.*

¶ Veſtras, *ātis*, der eurige, pronomen patrium, ut Priſcianus lib. 17 p. 1095 vocat, ut *Noſtras*, *Cujas*. Plural. *Veſtrates*, eure Landsleute. Item, qui ordinis veſtri ſunt.

VOTIENUS, *i*, m. Montanus, Narbonenſis rhetor & poëta nobilis, a Tiberio relegatus in Baleares. vid. Tac. Ann. 4, 42, 1; Sen. Suaſor. 2 & 28, & Martial. 8 epigr. 72. Ab eo appellatio *Tibur Votienſe*. vid. Reinef. in Mantiſſ. ad Philol. Patav. T. 4.

VOVEO, *vōvi*, *vōtum*, *ēre*, a βοᾶν, eſt lancte promittere, ac Deo quidem, gelobet gelübde thun. Vet. Gloſſ. *Voveo*, *corſeo*, *ευκτεῖσθαι*. Cic. de Finib. 5, 22 *Imperatores pro ſalute patriæ ſuæ voverunt*. Sic, *Vovere decimam Herculi*, Cic. de Nat. D. 3, 36. Et ibid. c. 17 *Templa nympharum publice vota ac dedicata ſunt*. Catull. 37, 3 *Sanctæ Veneri Cupidinique vovit &c.* Ovid. Met. 9, 793 *Dona, quæ fœmina voverat*. ¶ 2. Eſt optare votis, precari, wünſchen. Vet. Gloſſ. *Vovere*, *ευχεσθαι*. Cic. de Nat. D. 1, 44 *Quid optamus a Diis immortalibus? quid vovemus?* Horat. 6 epiſt. 4, 8 *Quid voveat dulci nutricula majus alumno?* Paſſ. *Vovetur* imperſ. Mamerti. Pan. 6.

¶ Vōtus, *a*, *um*, gelobt, gewidmet. Ovid. Faſt. 6, 240 *Menti delubra videmus Vota metu belli*, & Triſt. 4, 2, 56 *Laurea vota Jovi*. Liv. 32, 6 *Idem etiam Jovis in eo prælio votam*: ita in codd. invenit Drakenb. & eodem modo, quo *dedicare eidem Jovis*, dici putat. Prudent. Peritt. 2, 44 *Votas diſpenſans opes*.

¶ Vōtum, *i*, n. ſubſt. promiſſio vel ſponſio, qua obligantur Deo, ein Gelübde, ein Wunſch. Quid ſit, *Votum concipere*, *ſuſcipere*, *nuncupare*, *ſignare*, *figere*, *ſolvere*: & cætera, quæ ad votorum hiſtoriam pertinent, vide apud Rutgerſium Var. Lect. 5, 5 explicata. Et ipſas illas loquendi formulas habes fere omnes apud Plin. & Trajan. 10 epiſt. 101 & 102. Sic, *Vota facere*, Cic. pro Mil. c. 28. *Vota diſſolvere*, bezahlen, Cicero Att. 15, 11. Et, *Preces & vota*, pro Plancio cap. 41. *Voto expetere*, wünſchen, Curtius 3, 8, 19. *Implere votum*, Idem 4, 13, 24. *Voti reus* eſt, qui ſuſcepto ſub conditione voto, ſe numini obligat, Virg. Æn. 5, 237; *Voti damnatus*, qui compos factus, ad ſolvendum obligatus eſt, Nepos 22, 5, 3. vid. Parei Lex. Crit. p. 1335. Briſſon. de Form. l. 2 p. 102, & Alciat. ad l. 6 ff. de verb. ſignif. Idem *Voti potens*, Ovid. Faſt. 3, 269. *Votorum* pro ſalute reip. a principibus nuncupatorum mentio fit ſæpe in nummis. v. Spanh. diſſ. 13 pag. 525. Huc pertinent etiam ΒΩΤΑ ΕΦΕΣΙΩΝ apud eumd. ad Julia. Cæſ. p. 324. *Vota* pro ſalute ægrotantium concipiebant amici & amantes. Brouckh. ad Tib. 1, 5, 10. ¶ 2. Ipſa etiam res, quæ Deo dicata ſacrataque voto eſt, ita appellatur. Petronius c. 19 *Stipant graves Equi receſſus Danai & in voto latent*. Ipſum enim equum ligneum, quem Palladi Græci voverant, *voti* nomine intelligit. Nec aliter accipienda hæc vox in illo Virgilii Æn. 3, 279 *Votisque incendimus aras*. ¶ 3. *Votum* quoque dicitur res voto ſeu precibus petita ante, & nunc impetrata. Claudian. de Bello Gildonico v. 7 *Hoc erat adhuc animus, manifeſtaque gaudia differt, dum ſtupet, & tanto cunctatur credere voto*. Sic, *In votum venire* dicitur, quod optatur Hor. epiſt. 11, 5 *An venit in votum Attalicis ex urbibus una?* Et, *Divos in vota vocare*, Virg. Æn. 5, 234. ¶ 4. Pro voluntate, Suetonius Aug. c. 51 *Nec votum, nec animus deeſt confodiendi*. Eumenius rhetor de inſtaur. Schol. c. 5 *Quantum ad votum pietatemque pertinet. Ad votum*, i. e. benignam voluntatem, ſtudium. ¶ 5 Item, propoſitum, inſtitutum. Claudian. de 4 Conſ. Honorii v. 332 *Si longa moretur Obſidio, tum vota cave ſecuta remittas*. ¶ 6. *Vota*, id eſt nuptiæ, an quia ex voto ducunt & nubunt? an quod utrisque in votis eſt, ſuſcipere liberos, qui matrimoniorum finis eſt? Hinc Tacitus de Germania 19, 4 *Melius quidem*, inquit, *adhuc quædam civitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum ſpe votoque uxoris ſemel tranſigitur*, ſie heyrathen ein vor allemal. Hinc *ſecunda vota* pro ſecundis nuptiis apud Juſtinian. Novella 2 c. 2 § 2. Sed & aliis pluribus locis in jure *Votorum* nomine nuptiæ veniunt, quæ notavit Barthius ad Nemeſianum eclog. 2, 8. Iacobus Gutherius a *votis*, quæ in nuptiis fiebant, *prima* & *ſecunda vota* dicta putat: Quem vide de Vet. jure Pontificio Vrbis Romæ 4, 6; quemadmodum & de varia hujus vocis acceptione Barth ad Theb. Statii p. 74 & 75. ¶ 7. *Ad votum*, id eſt, ex ſententia, ex voluntate, ſeu deſiderio. *Ad omne votum fluente fortuna laſcivit otium*, Quintil. apud Vallam 5, 70. Sed *Compos voti*, vide *Compos*. Claudat Perſius ſatyr. 5, 35 *Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno*. ¶ 8. *Votum* pro *ſuffragio* perpetuum dicitur, die ſtimme. ¶ 9. *Vota* & *nota* confunduntur in MSS. v. Drakenb. ad Sil. 3, 34; 6, 437.

¶ Vōto, *vetāre*, frequentat. eſt poſterioris latinitatis quantum conſtat: probum autem & antiquum compoſitum *Devotare*, de quo infra. Iornandes de Regn. ſucceſſ. in Iuliano Parabata: *Chriſtianorum poſt victoriam ſanguinem diis ſuis votavit*, id eſt, vovit. Onomaſticon vetus: *Voto*, *as*, ὁμολογέω

¶ Vōtus, *a*, *um*, devotus, verſprochen durch Gelübde. Plaut. Aſin. 4, 1, 44 *Nolo habere illam cauſſam & votitam dicere*, id eſt, religione aliqua prohibitam vel interdictam, uti explicat Nonius 1, 215.

¶ Vōtīvus, *a*, *um*, quo vovetur aliquid, zur Gelübde gehörig; ut, *Preces votivæ*, quibus aliquid cum voto petitur; vel, quod vovetur. ut *Ludi votivi*, Cic in Verr. princ. act. c. 10; & Liv. 7, 15. Horat. 1 epiſt. 3, 36 *Paſcitur in vero rerum redituſque votiva juvenca*. Sic, *Legatio votiva*, quæ pro voto ſuſcipitur, Cic. Attic. 4, 2. *Votiva thura pirum*, Ovid. Amor. 3, 13, 9. *Votivæ voces*, Tibull. 1, 3, 29. ¶ 2. Eſt *Votivum* etiam gratum, ex voto, gewünſcht. Trebell. Pollio in Gallienis c. 3 *Conſtabat, votivum illi fuiſſe, quod imminentem cervicibus ſuis gravitatem patriam non haberet*, vide ibi Salmaſ.

¶ Vōtifer, *a*, *um*, poeticum, idem. Statius 4 Silv. 4, 92 *Votiferaque mœnia ſuſpendit ab arbore vittas*.

¶ Convōtus, *a*, *um*, plur. *Convoti*, *iisdem votis obligati*, apud Feſtum.

¶ Devōveo, *vōvi*, *vōtum*, *ēre*, idem interdum eſt, quod vovere, conſecrare, angeloben, zu eigen geben, widmen; ut, *Agamemnon devovit Dianæ*, *quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet*, hoc eſt, vel vovit, vel deſtinavit, Cic Offic. 3, 25. Sic, *Devovere & conſtituere hoſtiam*, Id. de Aruſp. reſp. c. 3. Et, *Aris deorum ſe devovere*, Virg. Æn. 12, 234. ¶ 2. Hinc qui aliorum amicitiæ ſe dedicarent dicerentque veluti proprios, ſe *devovere illis* dicebantur. Sæpius quoque in magno quodam periculo, quod immineret publicæ rei, ſe devoverunt aliqui mœrti pro ſalute communi: opinioque fuit liberatum ex caſu atque diſcrimine iri rempubl. ſi potuiſſent pro deſtinatione ſua oppetere: Sic Decii de quibus l. 1 c. 1, ſic fracti ſenio patres incurſu Gallorum Senonum ſe devoverunt pro patria, ut in Camillo Plutarchus, & alii notant. *Devovere ſe pro principibus* Hiſpanorum, Gallorum & Germanorum præterea mos fuit; qui ſub Auguſto & Romam translatus: pro cujus ſalute ſe in ſenatu Sextus Pacuvius devovit primus, & aliis idem faciendi dedit exemplum. vid. *Soldurii* in *Devotio*. Hinc nata formula illa, qua veneraturi, & fere per adulationem, principes uſi, dicere ſolebant: DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS, quod in antiquis Inſcriptionibus paſſim occurrit. De quo non nihil I. Lipſius Antiqu. Lect. 5, 5, itemque Caſaubonus ad Suetonium, Iberius Marcilius in Horat. 2 od. 17. Burm. ad Nemeſia. cyneg. 83. De ritu carminibusque, quibus devotionis genus ſolebat peragi, Livius 8, 9 & 10; it. 10, 28, 29. Itemque Macrobius Sat. 3, 9 legi poteſt, qui de *devotione urbium* agit & evocatione Deorum. De *gladiatorum devotione* Cuper. ad Petron. c. 8. p. 405. ¶ 3. Sed, *Devovere aliquem*, eum deteſtari, exſecrari, ſeu diras alicui imprecari, verfluchen verwünſchen, verbannen. De quo devovendi genere Plutarchus in Craſſo p. 553; & Appianus in Parthicis p. 136. H. Steph. vid *Diræ*. Ovidius in Ibin v. 93 *Illum ego devoveo*, *quem mens intelligit*, *Ibin*. Devotionibus hujusmodi Athenienſes frequenter ſolebant uti publice: quibus aqua interdictum eſſet, (die bannirt,) quod per ſacerdotes confuetum fieri: Solebantque hæ execrationes pilis lapideis inſcribi. Nepos 7, 4, 5 *Poſtquam ſe capitis damnatum audivit, & Eumolpidæ & Ceryces a populo coactus, ut ſe devoverent, ejusque exemplum in pila lapidea incijum eſſe poſitum in publico, Lacedæmonem demigravit*. ¶ 4. Eſt & excantare, bezaubern. Ovid. Her. 6, 91 *Devovet abſentes, ſimulacraque cerea figit*. Ita & Tib. 1, 9, 18. Vbi obſerva ſuperſtitionem & maleficium, de quo hodieque paſſim audias. ¶ 5. Speciatim eſt frigore ferire eam partem, qua viri ſumus, ut quantumvis cupiat aliquis, tamen minime poſſit. Germani id genus veneficii vocant, nesteknüpfen. Tibull. 1, 6, 5 *Tum me deſcendens DEVOTVM fœmina dixit*, *Lt, pudet heu, narrat ſcire nefanda mea: Non facit hoc vobis: facie tenerisque lacertis Devovet, & flavis noſtra puella comis*.

¶ Devōtus, *a*, *um*, deditus, conſecratus, gewidmet, zugeeignet, ergeben; ut, *Devota quercus*, id eſt, conſecrata & deſtinata aris, Horat. 3 od. 23, 10. *Devota morti pectora*, Idem 4 od. 14, 18. *Devotus vobis animus*, Suet. Tib. c. 67. Hinc, qui parati ad omnes caſus & quævis obeunda diſcrimina, *Devoti* dicebantur. Lucanus 4, 533 *Stabat devota juventus Damnata jam luce ferox*. Et 3, 311 *Accipe devotas externa in prælia dextras*. Sic *Virgo devota*, dici poſſit, eine nonne. Et, *Devotæ virginitatis amor*, Auſon. Parent. 6 tit. & v. 8; & 26, 3. conf. Scalig. Lect Auſon. 1, 8 p. 24. ¶ 2. Sed &, qui immoderate & nimis in aliqua dediti re, eique tanquam religione & voto addicti eſſent, *Devoti* dicebantur. Suet. Calig. c. 30 *Equeſtrem ordinem, ut ſcenæ devotum aſſidue proſcidit*. ¶ 3. *Devotas*, verbannt, verflucht. Ita *Devotam ab horum* Horatius dixit 3 od. 4, 37 pro exſecranda. Et Virg. Æn. 1, 712 *Præcipue infelix peſti devota futuræ*. Similiter *Devotum ſanguinem* Horatius dixit epod. 16, 9. ¶ *Devotus* pro religioſo, andächtig, gottſelig; ut, *Mens devota*, ſcil. numini, apud Firmicum de Error. prof. relig. vide Borrich. Cogit. p. 84. ¶ 5. Compar. Treb. Pollio in Divo Claudio c. 16 *Neque illo quisquam devotior, fortior, gravior invenitur*. Claudian. de B. Gild. v. 290 *An quisquam nobis devotior exſtat?* Salvian. de Avaritia p. 61 *Hæc cauſſa eſt, qua devotiores eſſe nos Dominus ſibi velit*. Superl. Sen. de Benef. 5, 17 *Reſpublica ingrata in optimos ac devotiſſimos ſibi fuit*. Suet Cæſ. c. 67 *Quibus rebus & devotiſſimos ſibi & fortiſſimos reddidit*. Inſcript. vet. DEVOTISSIMVS NVMINI EIVS, principis, puta. vid. Gruter. p. 259 n. 1, & p. 264 n. 2 &c. Et Paulinus epiſt. 18, 5 *Devotiſſima fidelium corda*.

¶ Devōte, adverb. andächtig. Compar. Ambroſ. Serm. 84 p. 383 *Qui devotius credit, religioſius confitetur*. Superlativo *devotiſſime* locum uſus eſt Sermone 17 de Calend. Ianuar. p. 298. Et Lactant. 2, 6 extr. *Quorum decretis eruditi ac prudentes viri devotiſſime ſerviunt*. Auguſtin. epiſt. 86 ſub finem: *ſabbati jejunium devotiſſime celebrare*.

¶ Devōtio, *ōnis*, f. de qua modo dictum n. 3 in *Devoveo*, ipſe devovendi actus, die verfluchung, bannſprung. Cic. pro Rabirio Poſthumo c. 1 *In devotione vitæ & in ipſo genere mortis imitatus eſt Decium filius*. Et Nepos 7, 6, 5 *Devotio in litis ſcripta*, eſt dira imprecatio. conf. Macrob. Sat. 3, 9. ¶ 2. *Veneficia* & *devotiones* conjungit Suetonius Calig. c. 3, zauberey. Item Tac. Annal. 2, 69. *Devotiones* enim proprie carmina veneficarum ſunt, quibus excantant: *Veneficia* herbæ & gramina, & ſi quæ alia ſunt, quibus impias artes exercent. Tac. Ann. 12, 65, 1 *Cæterum objecta ſunt, quod conjugium principis devotionibus petiviſſet, &c.* Apul. Met. 1, 13 *Devotiones ſepulchrales in ſerobem precuratæ*. ¶ 3. Dedita fides & ſtudium deditum, die ergebenheit, quin ipſum ſacramentum militare. Nemeſian. Cyneget. v. 86 *Agminaque, quæ ſors animat devotio mentes*. vid. Burm. ¶ 4. Idem ac votum & gratulatio eſſe videtur, die glückwünſchung. Apul. Met. 11 p. 713 *Muneribus largis & devotionibus faſtis completa navis*. ¶ 5. Chriſtianis ſcriptoribus *Devotio* eſt ardens atque intenta pietas: in qua qui dediti, *Devoti* etiam dicuntur, die andächt. Hieronymus in vita Hilarionis ſub fin. *Non tacenda Conſtantiæ, ſanctiſſimæ illius fœminæ, devotio*. Et Lactant. 2, 12 *Deo Patri ſumma devotione ſervire*.

¶ Devoto, *āre*, den göttern ergeben, geloben. Cic. Paradox. 1, 3 *Quævis patrem Decium, quæ filium devotavit, atque immiſit in armatas hoſtium copias?* Et Minucius Felix c. 28 *Aſinos conſecratis, & eosdem cum Iſide religioſe devotatis*. vide ibi Meurſium. Notiones

tiones tot habet, quot verbum *Devovere*. Hinc etiam eſt maledicere ſive exſecrari, verfluchen. Apul. Met. 9 p. 361 *Cuncta cæli numina dejerando temere devotaſti.* vid. *Devoveo* n. 5.

¶ Devōtātus, *a, um*, behext, bezaubert. Apul. de Herb. c. 7 p. 276 *Si quis devotatus defixusque fuerit in ſuis nuptiis.*

¶ Devōtāmentum, *i*, n. anathema, ein fluch, ein bann. Tertull. adverſ. Gnoſtic. c. 2 *Vt devotamenta fierent univerſa ejus.*

¶ Indevōtus, *a, um*, non devotus, unergeben, unandächtig. Caſſiodor. 2 epiſt. 16 *Caſu patrocinante contrario tantum noxis reddebatur, acceptus, quanto cognoſci poterat indevotus*, id eſt, irreverens erga principem. Lege 35 Cod. de Donat. ſub fin. *Non ſolum indevotus, ſed etiam impius donator.* Gloſſ. gr. lat. ἀκαθοσιωτος, *indevotus.*

¶ Indevōtio, *ōnis*, f. die unergebenheit. Eadem Lege, paullo ante: *Tantam indevotionem quibusdam quaſi legitimis velamentis protegere.* Et lege fin. C. de fidei commiſſ. libert. *pro indevotione ſua.* Extat etiam in Vlpiani Lege 1 ff. de penu legata, ſed Tribonianiſimus Briſſonio videtur. Præterea Salvianus de Gub. Dei 3 p. 46 *Quæ indevotione non facimus, etiam odio digna eſſe ducamus.*

VOX, *vōcis*, f. a βοάω dicta videtur, φωνή, die ſtimme, ſprache, ein wort, eine rede. Cic in Orat. c. 17 *Animi maxime voce commoventur.* Sen. epiſt. 6 *Plus tibi viva vox & convictus, quam oratio proderit.* Quintil. 2, 2 p. 131 *Viva illa ut dicitur, vox alit plenius, præcipue ejus præceptoris, quem diſcipuli & amant & verentur.* Et Hieronymus epiſt. 103 ad Paulinum c. 2 *Habet neſcio, quid latentis energiæ viva vox, & in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa fortius ſonat.* Quintil. 11, 3 *Vox non eſt urgenda ultra vires.* Id. ibidem *Qualitas vocis magis varia eſt: nam & candida & fuſca eſt, & plena, & lenis, & aſpera: & contracta, & fuſa; & dura, & flexibilis: & clara & obtuſa.* Horat. 1 od. 24, 3, & Lucret. 5, 2 *Liquidam* vocant, quæ *candida* eſt Fabio, rein. Huic *fuſca* opponitur, dumpf. Plin. 27, 6 *Venere vox revocatur, cum e candida declinat in fuſcam.* Eadem *ſorrida* appellatur: Sen. præfat. lib. 1 Controv. *Vox robuſta, ſed ſorrida, luxuriantibus & negligentia, non natura inſaſcata.* Quintilianus cum *fabrauca* conjungit. Suet. Ner. c. 20 *Quamquam exiguæ voces & fuſcæ.* Dio apud Xiphilinum in Nerone μέλιγναν vocat. *Fuſcam vocis genus candido* opponitur Cic. Nat. D. c. 58 extr. In *candida* SPLENDOR eſt, tum eximie talis. Plin. 20, 6 de Porro: *Vox*, inquit, *ſic naſcentem aſſecat.* Diligentem autem operam oratores juxta atque cantores cum fingendæ, tum conſervandæ voci dabant Romæ: eique rei *Phonaſcos* habebant, qui dabant præcepta tam de regenda, quam tuenda voce. Lege Suet. Ner. c. 20 & 25. Tangit & Seneca pater loco ſupra citato. vide & ſupra *Phonaſcus.* Sic, *Erecta & concitata voce dicere*, Quintil. 11, 3. *Vocem attollere*, die ſtimme erheben; & *Submittere*, fallen laſſen. Vtrumque apud Quintil. eſt 1, 8 pr. Sed Horat Ar. poët. 93 *Vocem comœdia tollat*, i. e. grandioribus verbis utatur. *Vox feſſa loquendo*, Ovid. Triſt. 3, 3, 85. *Vox exaſperatur*, Quintil. 11, 3. *Vocem exercere pronunciatione*, Idem 1, 11. Et Cic. pro Flacco c. 3 *Vox de quæſtura miſſa nulla eſt*, es iſt kein wort davon gefallen. Liv. 6, 36 *Vocibus alienis aliquid prætendere.* Et, *Neſcit vox miſſa reverti*, Horatius Art. P. v. 390. *Strangulare vocem*, Quintil. 11, 3. *Vocem ſupprimere*, Ovid. Met. 1, 715. Apul. Met. 11, p. 268 *Secreto mandatis quibusdam, quæ voce meliora ſunt*, h. e. ἄῤῥητα vel ἀπόῤῥητα. ¶ 2. Aliquando *Vox* pro flagitatione, admonitione, cohortatione ponitur, das zureden. Hirtius Panſa in additamento Cæſaris, ſive lib. 8 de B. G. præfat. *Conclus aſſidais tuis vocibus, Balve, cum quotidiana mea recuſatio non difficultatis excuſationem, ſed inertiæ videretur deprecationem habere, difficillimam rem ſuſcepi.* ¶ 3. Pro conviciis: Cæſar de B. Civ. 1, 2 *Sic vocibus conſutis, terrore præſentis exercitus, minis amicorum Pompeji pleriique compoſſi inviti & coacti, Scipionis ſententiam ſequuntur:* VOCES dicit, quod paullo ante CONVICIA vocaverat. Quæ ipſa in c. 1 enarrantur.

¶ Vōcula, *æ*, f. diminut. ut, *Malevolorum voculæ*, Cic. fam. 2, 16, id eſt, calumniæ. *Omnis vocula melleus modulator*, Apul. Florid. 1 p. 7. *Virginis delicatæ vocula*, Idem Met. 6 p. 752. ¶ 2. Eſt etiam dictio, verbum, ein wort. Gell. 12, 14 *Significatio hujus voculæ, &c.* Hinc

¶ Vōcŭlatio, *ōnis*, f. quæ antiquis accentus ſive accentuatio erat, ut idem Gellius 13, 6 & 25 obſervat. Adde ſupra *Proſodia.*

¶ Vōcālis, *e*, ſonorus, ſchallend, klingend, laut; ut, *Inſtrumenti genus vocale*, Varro R. R. 1, 17. *Vocales chartæ*, Tibullus 2, 5, 3. Et Plin. 18, 37 *Ranæ ultra ſolitum vocales, ſunt ſigna tempeſtatis.* Nemeſia. ecl. 2, 61 *Vocalem, longos quæ ducat nædona cantus*, h. e. muſicam. Add. Burm. ad ecl. 3, 51. it. Calpurn. ecl. 6, 8. ¶ 2. Sic, *Litteræ vocales*, quæ per ſe voces faciunt. *Concurſus vocalium*, Cic. in Orat. c. 23. Compar. *Vocaliora*, Quintil. 8, 3. Et Sen. Qu. Nat. 2, 29 *Vocaliora ſunt vacua quam plena*, es klingt beſſer in leeren orten. Gell. 13, 19 *Sonus vocalior & amœnior.* Superl. Plin. 4 ep. 7 *Eligere vocaliſſimum aliquem, qui legeret &c.* der tapfer ſchreyen kan. Et, *Quid poëta vel vocaliſſimus agat*, Sidon. 8 epiſt. 9 extr. ¶ 3. Loquens, redend. Val. Max. 1, 8 extr. 4 *Ægles Samius, athleta mutus, nactus victoriæ, quam adeptus erat, titulus & præmium reperiretur, inanimatione accenſus vocalis evaſit.*

¶ Vōcāliter, adverb. laut. Apul. lib. 1 Mileſ. *Iamque vocaliter pulſare incipit.* v. ibi Pricæum. Et Tertull. adv. Praxean c. 3 *Ita Sonum ipſum vocaliter exprimunt etiam Latini.*

¶ Vōcālitas, *ātis*, f. εὐφωνία, der wohlklang. Quintil. 1, 5 *Vocalitas, quæ Euphonia dicitur.*

¶ Vōco, *avi, ātum, āre*, rufen, nennen, einladen; ut, *Vocare ad cœnam*, Cic. Attic. 6, 3 ſub finem: & abſolute *vocare* eſt invitare ad cœnam, zu goſte laden. Suet. Tib. c. 53 *Quendam inter cenam porrecta a ſe poma geſtare non auſum, vocavit ſibi.* Eſt enim proprium in hac re verbum, unde & VOCATORES, qui invitant, & VOCATIONES ipſæ invitationes appellantur. Confule Taubmanni in Plautum collectanea, & Ian. Guilielm. Verſim. 1, 18. *In concionem vocare*, Cic. Acad. 4, 47. *In judicium vocare*, Cic. pro Balbo c. ult. Et, *In jus vocare*, pro Quintio c. 19, vor gericht fordern, laden ꝛc. *Vocare ad calculos*, hoc eſt, ad ineundam expenſi & accepti rationem, Liv. 5, 4, zur rechnung fodern. *Vocare in crimen*, id eſt, criminis aliquem accuſare, Cic. in Verr. 5, 50 extr. anklagen. *Vocare in invidiam*, verhaßt machen, ibidem. Et, *In ſuſpicionem*, ibidem c. 4, in verdacht ſetzen. *In ſpem vocare*, Cic. Attic. 3, 15, hoffnung machen. *Vocare in dubium*, Idem de Invent. 2, 28, in zweiffel ziehen. *In locum e tenebris vocare familiam obſcuram*, Idem pro Dejotaro c. 11 pr. *Quo clamor, quo ſubita vocaſſet res, occurrere jubet*, Liv. 26, 44, ubi res inanimata *vocare* dicitur. conf. ibi Gronov. Drakenb ad Sil. 10, 1. 2. *Vocatur res noſtra, (ſalus &c.) in ſummum periculum ac diſcrimen*, Cic. pro Lege Manil. c. 5. Idem Catil. 1, 5 *Ad exitium & calamitatem vocare*, verſtören wollen, verſtören. ¶ 2. *Qui vocare*, wie reiſſet du? Ter. Adelph. 5, 6, 3. Et Plin. 10 epiſt. 5 *Vocatur ipſo Herodes.* Et Ovid. Faſt. 2, 24 *Torrida curi mica farra vocantur idem*, ſie haben eben den nahmen.

¶ Vocans, *tis*. Virg. Georg 3, 393 *In nemora alta vocans.* Ibid. v. 322 *Zephyris vocantibus.* Id. Æn. 6, 247 *Voce vocans Hecaten.* Petron. c. 32 pr. *Corporis pulcritudo me ad ſe vocans.*

¶ Vōcātus, *a, um*, geruffen, eingeladen; ut, *Clamore vocati*, Virg. Æn. 2, 437. *Vocatus atque non vocatus audit*, Horat. 2 od. 18, 40. Et Ovid. Faſt. 2, 362 *Venit ad exiguas turba vocata dapes.* Cæſ. B. G. 5, 52 *Principibus cujusque civitatis ad ſe vocatis.* Ibid. 7, 33 *Paucis clam vocatis.*

¶ Vōcātus, *ūs*, m. ſubſt. der beruf, die einladung. Cic. de Orat. 3, 1 *Senatus frequens vocatu Druſi in curiam venit*, auf erforderung. Et Virg. Æn. 12, 95 *Nunquam fruſtrata vocatus Haſta meos.*

¶ Vōcātio, *ōnis*, f. idem. Vtuntur vulgo nomine *Vocationis* pro officio divinitus delegato ſeu injuncto; ut, *Vocationis ſuæ officia facere &c.* ſed ſine exemplo antiquitatis. ¶ 2. Veteribus hoc nomine deſignabantur invitationes ad cœnam. Catullus epigr. 48, 5 *Vos convivia lauta ſumitote De die facitis; mei ſodales Quærunt in triviis vocationes.*

¶ Vōcātor, *ōris*, m. qui vocat, ſeu invitat convivas. Servorum genus erat. Plin. 35, 10 *Vocatores oſtendenti, ut diceret, a quibus invitatus erat.* Suet. Calig. c. 39 *Compererat, provincialem locupletem ducenta HS numeraſſe vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur.* Meminit & Seneca de Ira 3, 37 ſub fin. Mart. 7 ep. 85. Et Prud. paſſione Laurentii v. 461 *Vocator gentium*, de Paulo apoſtolo.

¶ Vōcātōrius, *a, um*, einladend, ruffend. Tertull. de Anima cap. 47 *Si qua vocatoria.* Et Gloſſ. gr. lat. κλητικόν, *Vocatorium.*

¶ Vocatīvus, *a, um*, id. ut, *Caſus vocativus*, ſic dictus a grammaticis, quod per eum vocemus, qui & *Salutativus* dicitur v. Prisc. lib. 5 c. de Caſu. conf. Gell. 14, 5. Hunc caſum cum Nominativo commutari docet Scaliger Lect. Auſon. 1, 11 p. 36, & Ph. Caroli Animadv. 14 ad Curt. lib. 3.

¶ Vocatīve, adv. i. e. in vocativo caſu. Gellius 13, 22 *Varro vocative dicit in his verſibus &c.*

¶ Vocābĭlis, *e*, lautſchallend. Compar. Gell. 13, 19 (al. 20) *Sonus vocabilior eſt viſus & amœnior.* al. *vocalior.*

¶ Vōcābulum, *i*, n. ſubſt. quo res notatur aut nominatur, ein wort, nahme, benennung. Ter. Eun. 2, 2, 33 *Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis vocabula &c.* Sic, *Vocabula rebus imponere*, Horat. 2 ſat. 3, 280. Et Cic. de Legibus 1, 13 *Rebus non commutatis immutare vocabula.* Salluſt. Catil. c. 52 *Iam pridem equidem nos vera vocabula rerum amiſimus: quia bona aliena largiri, liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo vocatur, eo reſp. in extremo ſita eſt.* Varro nomen & *vocabulum* diſtinguit: cujus de L. L. 7, 41 hæc verba ſunt: *Sequitur de* NOMINIBVS: *quæ differunt a* VOCABVLIS *eo, quod ſint finita, ac ſignificent res proprias: ut* PARIS, HELENA: *cum* VOCABVLA *ſint infinita, ac res communes aſſignent: ut* VIR, MVLIER &c. Et ibidem c. 23 *Appellandi partes ſunt quatuor, a quibus dicta a quibusdam* PROVOCABVLA, *quæ ſunt, ut* QVIS, QVAE: VOCABVLA, *ut, ſcutum, gladius.* NOMINA, *ut Romulus, Remus:* PRONOMINA, *ut, hic, hæc.* Aliquando tamen, & *nomina propria* dicuntur VOCABVLA: itaque uſus Terentius allegato paullo ante loco. Tac. Ann. 12, 66, 3 *Diligitur artifex taliumque vocabulo* LOCVSTA. Et c. 27, 1 *Cui* (oppido Vbiorum Coloniæ Agrippinæ) *nomen inditum ex vocabulo ipſius* (Agrippinæ Auguſtæ). Idem 13, 12, 1 *Delapſo Nerone in amorem libertinæ, cui vocabulum Acte fuit.* Id. Hiſt. 2, 62, 3 *Præmiſit in urbem edictum, quo vocabulum* AVGVSTI *differret, Cæſaris nomen reciperet.* Bacchus ſeu Liber Ovid. Faſt. 3, 511 ad Ariadnen: *Te mihi junctæ toro, mihi junctæ vocabula ſumes; Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.*

¶ Vocabulārĭter, adv. mit nahmen. Gloſſ. gr. lat. προσηγορικῶς, *appellative, vocabulariter.*

¶ Vōcāmen, *ĭnis*, n. der nahme. Lucret. 2, 656 *Proprium proferre vocamen.* Solinus c. 5 *Vocamen dare*, de tibiis ex Siculo calamo. Id. c. 30 de Æthiopia: *Sunt & anthropophagi, quorum mores vocamen ſonat*, i. e. vocabulum, nomen. Arnob. lib. 2 p. 67 *Nihil omnino ante Deum, quod alicujus vocaminis fuerit, invenitur.* Id. l. 4 poſt init. *Cujus & hæ fuerint vocaminis, indicate*, id eſt, appellationis. conf. Elmenhorſt. in Arn. p. 82.

¶ Vōcīto, *āre*, frequentat. nennen. Cic. pro Rabir. Poſthumo c. 9 *Pinaroeus vocitatus eſt.* Idem de Nat. D. 2, 43 *Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt.* Lucret. 6, 297 *Patrio vocitamus nomine ſolum.* conf. Id. C. Gallus 1, 184 *Turpe putant dominum jam vocitare ſuum.*

¶ Vōcītatus, *a, um*, genennet. Liv. 4, 61 *Servius Romanus, vocitatus.* Plin. 3, 9 *Lipara antea Melogonis vocitata.*

¶ Vōcĭfĕror, *ari*, vehementius exclamare, ſeu voce effrenata dolorem & indignationem oſtendere, ut Valla ait 5, 52, it. ſtrepere ruſſen, ſchreyen, ſchelten; ut, *Libere vociferari*, Cic pro S. Roſc. c. 4. Et, *Vociferari palam*, Cic. in Verr. 4, 18. ¶ 2. Apud Lucret.

idem

idem est ac loqui, testari, sagen, bezeugen. e. g. 2, 1049 *Res ipsa per se vociferatur.* Item 1, 732 *Carmina vociferantur & exponunt præclara reperta.* conf. Id. 3, 14. Sic &, *Æra vociferantur*, i. e sonitum edunt, 2, 450.

¶ Vōcĭfĕro, *are*, activa forma, id. Varro de R. R. 3, 9 *Quidam dicti sunt & vociferant sæpe*, sie schreien oft. Et Cicer. Verr. 2, 21 *Si hoc nunc vociferare velim, quam miserum indignumque sit*; Ita legit Nizol. al. *vociferari.*

¶ Vociferans, *tis.* Liv. 22, 41 *Varrone indignante & vociferante &c.* Iustin. 14, 6, 11 *Nec vociferantis gladium, nec vulnera, aut mulierbriter vociferans.* conf. Curt. 3, 2, 19, & 3, 12, 8.

¶ Vōcĭferātus, *ūs*, m. subst. das geschrey, die schmähung, scheltung. Plin. 10, 60 *Cum vociferatu sanguinem profundere.*

¶ Vociferātio, *ōnis*, f. idem; ut, *Muliebris vociferatio*, Auct. ad Herenn. 3, 12. *Tali ea vociferatio*, Quintil. 2, 20, ein unsinniges geschrey. *Vociferatione uti*, Cicer. pro Rosc. Am. c. 5. conf. Idem in Verr. 5, 60. Sic Liv. 22, 43 *Aperta vociferatio exposcentium stipendium.* Adde Curt. 9, 7, 9, Sen. de Clementia 1, 7; Plin. 34, 6. Herodum voci hanc dant poetæ, Virgil Æneid. 12, 95; Val. Flacc. 3, 81. Et Seneca Hippolyt. v. 1152 *Quid cæsis ipse, quidve vociferatio?*

¶ Vociferātor, *ōris*, m. ein schreyer. Tertull. adverf. Marc. 4, 11 *Johannes vociferator in solitudine.*

¶ Vociferārius, *i*, m. idem Gloss. gr. lat. φωναχτὴς, *Vociferarius.*

¶ Vōcĭfĭco, *are*, schreyen. Varro R. R. 3, 16 *Atque insectantes a se ejiciunt fucos: quos vocificantes plures, persequuntur etiam paucæ.* Sola ed. Gymnici ex conjectura ut videtur *vociferantes*, reliquæ consentiunt. Gell. 9, 3 *Cujus vim atque arma toti Græciæ cavenda, incitæ ille Demosthenis orationes concionesque vocificant:* ut Lipsius lib. 3 Epist. Qu. epist. 6 ex MSstis restituit.

Composita ab initio:

Æquĭvŏcus, *a, um*, vide supra in *Æquus.*

¶ Avŏco, *avi, atum, are*, est abstrahere, **abfordern, abziehen, abhalten**; ut, *A bello avocare*, Nepos 15, 5, 3. *Deterrere atque avocare animum a religione*, Cicer. de Aruip. resp. c. 9. Et de Sen. c. 5 *Avocat a rebus gerendis senectus.* Idem de Leg. 2, 4 *Jussa & vetita populorum vim habent ad recte facta vocandi & a peccatis avocandi.* ¶ 2. Oblectare, pascere, **erlustigen, divertiren.** Sic, *Animum picturis, fabulis avocare*, dicimus. Arnob. l. 7 p. 215 *Parvuli pusiones, quo abstinent ploratibus, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare se possint.* ¶ 3. *Avocare arma*, eine ruhe machen. Ita enim explicat apud Quintil. 9, 1 p. 761 Salmasius, cum nimirum aliam se partem petere fingit adversarius, ac cum ille se detexit, non cui minabatur ictum, sed quæ jam nuda est, ferit.

¶ Avŏcātus, *a, um*, abgefordert, weggebracht. Liv. 4, 61 *Pars tribunorum exercitusque ad Volscum avocata bellum.* Petron. c. 72 *Canis avocatus cibo furorem suppressérat.*

¶ Avocātio, *ōnis*, f. die abforderung, abführung; ut, *Avocatio a cogitanda molestia*, Cic. Tusc. 3, 15.

¶ Avocātor, *ōris*, m. ut, *Vivorum avocator*, Tertull. de Carn. Christ. c. 5 extr.

¶ Avocātrix, *īcis*, f. Adjective Tertull. de Anima c. 1 *Vis veritatis avocatrix.*

¶ Avŏcāmentum, *i*, n. die abhaltung. Plin. 8 epist. 5 *Avocamenta* (doloris) *admittere*, sich zufrieden geben. Id. 8 ep. 23 *Omnia mihi avocamenta eripuit dolor.* Et Arnob. lib. 5 *Infantibus credulis avocamenta quærunt anus longævæ, & varias fictiones sub imagine veritatis exponunt.* Rursus Plinius Paneg. c. 82 *Ludus & avocamentum*, id est remissio, eine ergetzlichkeit.

¶ Advŏco, *avi, atum, are*, ad se vocare, **herzurufen, berufen**; ut, *Advocare concionem*, das volck zusammen fordern, Cic. in Verr. 3, 80. Et Terent. Phorm. 2, 1, 83 *Amicos advocabo ad hanc rem, qui adsint.* Cicer. pro Quint. c. 21 *Viros bonos complures advocat.* Sic, *Advocari caussa alicui*, Quint. 11, 1. *Advocari ægro*, nimirum samandi caussa, zum trancken gebeten werden, Ovid. Remed. am. v. 110. *Advocare convivio aliquem*, einladen, Horat. 4 od. 11, 13. *Advocare ad consultandum, in consilio*, Cicer. in fragm. apud Quintil. 8, 3. *Advocare animum ad se ipsum, & a corpore abducere*, Idem Tusc. 1, 31. *Advocato populo ad arma*, subaudi: *ad concilium*, Liv. 3, 16. ¶ 2. Sæpe ad alia transfertur & significat admovere, adhibere, anlegen, anwenden, gebrauchen. Vellej. 2, 128, 4 *Quod usu optimum intelligit, id in tutelam securitatis suæ libenter advocat.* Plin. 15, 26 *In alio cibi genere India advocatur, in alio Ægyptus.* Sen. de Benef. 6, 2 *Licet omnes in hoc vires suas natura advocet.* Virgilius Æneid. 8, 250 *Desuper Alcides telis premit omniaque arma advocat.* Auctor Moreti v. 24 *Advocat inde manus operi.* conf. Gronov. Observat. 2, 19 pag. 380. Et Sen. in Troad. v. 613 *Nunc advoca astus, anime.* Idem in Medea v. 562 *Hoc age, advoca omnes vires & artes*, id est, totis viribus conare. ¶ 3. Caussas agere in foro. Plinius 5 epist. 8 *Ideoque naturi veniam, ne a forensibus verbis recedam, advocandi peto*, id est, caussas agendi. Patrocinii præstandi, zu advociren. conf. Cell. not. ad h. l. Manutius quidem, sic etiam interpretatur locum Cicer pro Cluent. c. 19 *Aderat frequens, advocabat, omni gratia studioque pugnabat.* Pariter Lipsius illud Senecæ de Clementia 1, 9 *Adeo nihil facilius potes, quam contra Cæsarem advocare.* Sed Gronovius ad Sen. l. c. hanc notionem damnat. Scil. *advocare* hic est *advocatos parare*, invitare amicos ad causam suscipiendam.

¶ Advocans, *tis.* Vulg. Int. Matth. 18, 2 *Advocans Iesus parvulum statuit eum in medio eorum.*

¶ Advocātus, *a, um*, herzu gerufen; ut, *Advocatum consilium amicorum*, Curt. 6, 8, 1. *Advocata concio*, Nepos 7, 6, 4; & Iustin. 2, 8, 8 *Quis Deus tibi non bene advocatus?* angerufen, Catull. 41, 3.

¶ Advocātus, *i*, m. subst. quicunque alteri adest in caussa officii gratia, ein beystand, fürsprecher. Ter. Eun. 4, 6, 25 *Volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac.* Cicero pro Sylla c. 29 *Consul de pecuniis repetundis Catilinæ fuit advocatus.* Sic, *Advocatum alicui venire*, einem zum beystand erscheinen. Ter. Adelph. 4, 5, 47 *Ridicule, advorsumne illum caussam dicerem, cui veneram advocatus?* Petron. cap. 110 *Eumolpus pertelitantium advocatus.* Adde Drakenb. ad Liv. 42, 33. ¶ 2. Sumitur pro eo, qui præscripta litigandi formula defendit eos, a quibus consulitur, ein advocat. Cic. fam. 7, 14 *Multi te advocato caussa cadent.* Cic. Mure. 4, *Si turpe putas, te advocato, illum ipsum, quem contra venires, caussa cadere.* Nimir. ut ICtus, Servius consulenti respondere & consilium dare etiam inimico, & quem alias in foro oppugnabat, poterat. Huc pertinent proxima, *Cum tui fontes vel inimicis tuis pateant.* Quintil 4, 1; it. 12, 1 *Advocatum* pro patrono etiam, vel caussidico posuit, ein sach-verwalter, anwalt. Sed Asconius in Divin. p. 20 *Qui defendit alterum in judicio, aut* PATRONVS *dicitur, si orator est: aut* ADVOCATVS, *si jus suggerit, aut præsentiam suam amico commodat; aut* COGNITOR, *si præsentis caussam novit, & sic tuetur ut suam.* Plin. 5 epist. 4 *Contradixerunt Vincentinorum legati, adfuit Tuscillus Nominatus: dilata caussa est. Alio senatu Vincentini sine advocato intraverunt &c.* Vlpian. leg. 1 § 11 Dig. de extraord. cognit. *Advocatos accipere debemus omnes omnino, qui caussis agentis quoque studio operantur.* Atque his caussarum actoribus honorarium seu merces sua solvebatur. v. Vlpian. ibid. & Plinium dicto loco: itemque Torrentium ad Suet. Ner. c. 17. De bonorum & malorum advocatorum differentia lege Eric. Putean. Epistolar. Centur novam epist. 59 p. 77.

¶ Advocātor, *ōris*, m. qui ad se vocat. Tertull. adverf. Marcion. 4, 15 *Deus divitum aspernator, mendicorum advocator.*

¶ Advŏcātio, *ōnis*, f. patrocinium, advocati officium, **die leistung des beystandes, der fürspruch.** Cic. fam. 7, 10 *Tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus.* Plin. 1 epist. 22 *Multos advocatione, plures consilio juvat.* Suet. de Illustr. Gramm. c. 22 *In advocatione quadam (nam interdum & caussas agebat,) solæcismum ab adversario factum usque adeo arguere perseveravit, quod Cassius Severus, interpellatis judicibus, dilationem petiit.* ¶ 2. Livius 3, 47 pro advocatorum & amicorum comitatu posuit: *Virginius sordidatus filiam suam obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum deducit*, mit einem grossen beystande. add. Cicer. pro Cæc. c. 45, & Brisson. de verb. signif. v. *Advocati.* ¶ 3. Cicero consultationem etiam *advocationem* dixit in Verr. 1, 49 extr. *In ædes Castoris, quo maximarum rerum frequentissimæ quotidie advocationes sunt*, rathschläge und beredungen. vid. Asco. ¶ 4. *Advocationem* pro mora & spatio sæpius posuit Seneca, ut *dare, petere, postulare advocationem.* Tractum a judiciis: nam qui parum instructi ad respondendum, advocationem solent petere: id est, moram & tempus deliberandi advocandique amicos. Vid. Græv. ad illud Cic. fam. 7, 11 *Ut a singulis interregibus binas advocationes peterent.* add. Burm. ad Petron. c. 96 p. 458. v. Lipsius in illud Senecæ ad Marciam c. 10 *Nimis magnam advocationem dedi.* Verus poëta: *Cur differs, mea lux, rogata semper? Cur longam petis advocationem?* v. Sen. in ludo cap. 18.

¶ Advŏcāmentum, *i*, n. idem; ut, *Venia advocamenti*, Plin. 5 epist. 8; sed meliores libri *advocandi.*

¶ Advŏcĭto, *are*, frequentat. sæpe advocare, Fest.

¶ Exadvocatus, *i*, m. qui aliquando advocati munere functus est, der sonst gerichtlich beygestanden, Augustin. 22, 8.

¶ Convŏco, *avi, atum, are*, zusammen fordern, **beruffen**; ut, *Convocare ad concionem*, Liv. 7, 6. *Qui dissipatos homines congregavit, & ad societatem vitæ convocavit*, Cic. Tusc. 1, 25.

¶ Convŏcans, *tis.* Vulg. Int. Act. 6, 2 *Convocantes duodecim multitudinem discipulorum.*

¶ Convocātus, *a, um*, zusammen geruffen; ut, *Convocati auditores*, Cic. de Clar. Orat. c. 51. Et Cæs. B. Gall. 3, 3 *Concilio celerrime convocato sententias exquirere cœpit.* conf. Sallust. Catil. c. 50.

¶ Convocatus, *ūs*, m. subst. das aufgebot. Marcian. ICt. Dig. 48 t. 6 l. 3 § 2 *Qui pessimo exemplo, convocatu, seditione villas expugnaverint.*

¶ Convŏcatio, *ōnis*, f. die zusammenforderung; ut, *Nulla ad rempubl. defendendam Pop. Rom. convocatio*, Cic. post reditum in sen. c. ult.

¶ Convĭcium, *i*, n. etiam a *Vox* ducitur, quasi *Convocium.* Et est proprie inordinatus clamor, voces multorum inter se collisæ, κατασόμοις, ein geschrey vieler personen, gesamtes ruffen. Vide Vipian. leg. 15 § 4 Dig. de Injur. Phædrus 1, 7, 4 *Clamorem ranæ sustulere ad sidera, Convicio permotus quærit Jupiter, &c.* Vides, hic idem esse *clamorem* & *convicium.* add. 3, 17, 3 sq. & ipse Cic. fam. 10, 16 med. Idem pro Sext. 55 *Is qui antea cantorum convicio conciones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus ejiciebatur.* Auson. Ephemerid. de loco v. 5 *Sex enim convivium Cum rege justum: si super, convicium est.* Quod vulgo dici solitum, Capitolinus in Vero c. 5 significat. Cic. Verr. 3, 11 *Erant autem convivia, non illo silentio prætorum atque imperatorum; neque eo pudore, qui in magistratuum conviviis versari solent, sed cum maximo clamore atque convicio.* Quintil. præfat. operis ad Tryphon. *Efflagitasti quotidiano convicio, &c.* Vbi *convicium* nihil aliud, quam clamosa efflagitatio est Sic & apud Columell. 10, 12 *Querulæ semper convicia ranæ*, das gequacken der frösche. ¶ 2. Et quia probra atque contumeliæ, uti per iracundiam & impotentiam, ita cum non exiguo clamore & contentione ingeri solent; idcirco eo quoque *conviciorum* traducta est vox, die schmähung, lästerung; ut, *Conviciis aliquem incessere*, Suet. Tib. c. 11; & Ner. c. 35, schmähen. *Convicium facere*, Plin. 6 epist. 12 fin. Et Sen. ad Marc. c. 10 *Pessimi debitoris est, creditori facere convicium.* Atque Ter. Adelph. 2, 1, 26 *Ante ædes erit melius non feciſſe hic convicium.* Sic, *Conviciis proscindere*, Plin. 32, 1 pr. Plura super etymologia hujus vocabuli Valla 9, 52, sed multa perperam. ¶ 3. Est autem discrimen inter *Convicium* & *Convitium.* Illud a *voce*, hoc a *vitio* dicitur. Scaliger in Caralectis p. 120 *Quomodo veteres partem corruptam in ædificio*, vitium facere *dicebant*: *ita etiam, cum partes plures in ruinam proclives essent*, convitium *vocabant. Sic legitur in monumento quodam Veronæ*

vone noſtræ: CONVITIVM REFECERVNT VALVAS LIMEN DE SVA PECVNIA LARIBVS DANT.

¶ Conviciōlum, *i*, n. diminutivum. Lampridius in Alexandro c. 28 *Antiochenſes laceſſiverant eum conviciolis.*

¶ Convĭcior, *ari*, convicia dicere, läſtern, ſchmähen. Quintil. 3, 8 extr. *Contra ſentientibus inhumane conviciantur.* Et 5, 13 *Accuſatoribus conviciari aliquando patrocinii fides cogit.* Apulej. l. 2 Florid. *Corvus & pſittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronunciant. Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus perſtrepens malediĉtis.*

¶ Convĭciātor, *ōris*, m. ein läſterer; ut, *Maledicus conviciator*, Cic. pro Muræn. c. 6, ein läſtermaul. Senec. de Ira 3, 24 *Auguſtus contentus fuit a conviciatore ſuo ſecedere.* Et Suet. Tib. c. 11 *Conviciatorem rapi juſſit in carcerem.*

¶ Devŏco, *are*, herab fordern; ut, *Iovem cælo devocare*, Plin. 28, 2. *Repixa cælo devocare ſidera*, Horat. epod. 17, 5. *Devocare e cælo philoſophiam*, Cic. Tuſc. 5, 6. Et Nepos 5, 4, 3 *Quotidie ſic ei cœna coquebatur, ut quos invocatos vidiſſet in foro, omnes devocaret*, id eſt, ex foro vocaret ad cœnam. Et, *Devocare ad auxilium*, Liv. 1, 20. vid. Interpretes Phædri ad 1, 20.

¶ Evŏco, *are*, ausfordern, heraus rufen; ut, *Evocate huc Davum*, Ter. Andr. 3, 3 extr. *Evocare aliquem foras*, Idem Eun. 2, 2, 52. Et Plaut. Amph. 3, 3, 12 *Tu gubernatorem a navi huc evoca meis verbis.* Sic Cicer. Verr. 3, 28 *Evocare aliquem accitu alterius.* Et, *Evocare ad colloquium*, Liv. 23, 43. *Evocare ad ſpem prædæ*, Id. 4, 9. *Evocare Romam*, 8, 3. *Animas evocare orco*, Virg. Æn. 4, 242. *Evocare ſepulcris avos atavosque*, Ovid. Amor. 1, 8, 17. *Evocare ad arma*, Cic. pro Rabir. perduell. c. 7, aufbieten. Et, *Evocari a Deo*, Idem Tuſc. 1, 30, ſcil. ex vita. ¶ 2. Interdum eſt provocare, ut Cæſ. B. Gall. 5, 56 *Evocare hoſtes ad pugnam.* Cic. Att. 10, 8 extr. *Ne meam ipſe ευμπάθειαν jam evocem.* vid. Græv. h. l. Quintil. 1, 1 p. 19 *Præmiis etiam, quæ capit illa ætas, evocetur.* Sed ¶ 3. *Evocare ſacra*, i. e. certis ſolennitatibus de loco in locum transferre, Ulpian. l. 9 § 2 ff. de rer. diviſ. & qual. in quam legem eſt præclara diſſertatio Henr. Cocceji 1711 habita. v. *Evocatio.*

¶ Evŏcātus, *a*, *um*, aufgefordert, aufgeboten, Gr. ἀνάκλητοι. Sic *Evocati*, qui repentina aliqua neceſſitate evocantur, ad bellum ex agris. Cic. fam. 3, 6 *Antonium, præfectum evocatorum, miſi ad te &c.* Erant videlicet illi, qui emeritis jam ſtipendiis, præmiis precibusque adducti, ſequebantur militiam, quam detrectare poterant jure. Itaque non tam milites erant, quam pro milite, ut Servius ad Virg. lib. 2 Æn. interpretatur. Galba vero hoc nomine eos affecit & decoravit, quos militum loco cuſtodiæ corporis adhibuerat, ut ejus vita Suetonius c. 20 auctor eſt. vid. Lipſ. 1 de Militia Rom. Dialogo & ſupra in *Voluntarius*; & Zimmerm. Analect. menſt. 1 § 36 p. 44. Talem *evocatum* Vellejus quoque videtur intelligere 2, 70, 2 & 3.

¶ Evocātio, *ōnis*, f. die auffor.erung, das aufgebot; ut, *Inferorum evocatio*, Plin. 30, 1. Donatus ad illud Terentii Eun. 4, 7, 2 *Simalio, Donax, Syriſce, ſequimini, primum ædes expugnabo: Hujusmodi*, inquit, *militiæ per tumultum repente ſuſcipitur, & dicitur* EVOCATIO. *Vbi Dux alloquitur cives:* QVI REMPVBL. SALVAM VVLTIS, ME SEQVIMINI. Auct. ad Herenn. 3, 2 *Vis decernitur per exercitus, evocationes hominum, &c.* ¶ 2. *Evocatio Deorum* ex oppidis obſeſſis Romanis uſitata, ut nihil impediti religione ea capere & vaſtare poſſent. Locus claſſicus hac de re eſt Macrob. Sat. 3, 19 *Conſtat omnes urbes in alicujus Dei eſſe tutela, moremque Romanorum arcanum & multis ignotum fuiſſe, ut cum obſiderent urbem hoſtium, eamque jam capi poſſe confiderent, certo carmine evocarent tutelares Deos &c.* Ipſum deinde carmen *evocationis* prodit. Meminit etiam Plinius 28, 2 ſ. 4. De hac *evocatione Deorum* ex oppidis obſeſſis exſtant elegantes Diſſ. Ioh. Guil. Bergeri, 1714 habita, & P. Antaldi Brixiæ excuſa. Adde Dempſt. in Etrur. Reg. L. 1 c. 17. vid. *evocare ſacra* n. 3. ¶ 3. De Grammatica notione conſule Scalig. de Cauſſ. L. L. 11, 178.

¶ Evocātor, *ōris*, m. qui evocat. Cic. Catil. 1, 11 *Principem conjurationis, evocatorem & ſervorum & civium perditorum exire patieris?*

¶ Evocatōrius, *a*, *um*; ut, *Evocatoriæ litteræ*, apud Sidon. 8 epiſt. 12

¶ Evocatōrie, adverb. idem; ut, *Evocatorie curare*, Theod. Priſc. 1, 23.

¶ Invŏco, *avi*, *atum*, *are*, anrufen, anſchreyen. Cic. de Nat. D. 2, 27 *Iunonem Lucinam in pariundo invocant.* Et, *Invocare aliquem in auxilium*, hülfe rufen. Quintil. proœm. lib. 4 utrumque conjungit: *Nunc omnes in auxilium Deos, ipſumque inprimis, quo neque præſentius aliud, neque ſtudiis magis propitium numen eſt, invocem.* Sic Cic. de Orat. 2, 47 *Invocare quem advocatum* dixit, um beyſtand bitten. *Cum*, inquit ſub Catuli perſona, *ipſum* (Marium) *advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem*, id eſt, implorarem. Sed & abſolute pro, in auxilium vocare, ponitur.

¶ Invocans, *tis*. Tac. Hiſt. 4, 73, 3 *Ingreſſi ſunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, ſed majoribus veſtris invocantibus.* Et rurſus ib. 4, 79, 2 *Vnde metus & juſtæ preces invocantium.* ¶ 2. Aliquando idem cum ſimplice eſt. Curt. 10, 5, 9 *Perſæ juſtiſſimum ac mitiſſimum dominum; Macedones optimum ac fortiſſimum regem invocantes, certamen quoddam mœroris edebant.* conf. Id. 3, 11, 25.

¶ Invocātio, *ōnis*, f. die anrufung, anbetung. Aſcon. Pedianus in Cicer. Divin. pag. 32 *Incipiebant veteres aut ab invocatione Deorum, &c. aut ab reprehenſione ſuperioris temporis.* Ita crebra *Invocationis Deorum & Dearum* mentio apud Quintil. 6, 1; 9, 2; 10, 1. conf. Macrob. Sat. 1, 16.

¶ Invocātus, *a*, *um*, hoc eſt, non vocatus, ungefordert, unberufen, ungeladen. Cælius Cicer. fam. 8, 8 *Ego ſimul atque audivi, invocatus ad ſubſellia rei occurro.* Cicero de Nat. D. 1, 38 extr. *Quid quod imagines ad dormientem veniunt invocatæ.* Sic Vitruv. 6, 8 opponit *invitatos* & *invocatos.* Aliud exemplum Nepotis ſupra habes in *Devoco.* ¶ 2. Sed & participium *Invocatus*, angerufen. Iuſtin. 18, 6, 5 *Diu Acerbæ nomine cum multis lacrymis & lamentatione flebili invocato.*

¶ Intervocālĭter, adverb. laut, mit heller ſtimme. Apulej. Met. lib. 9 p. 231 *Intervocaliter clamare*, id eſt, alta voce, ut in Indice interpretatur Elmenhorſtius.

¶ Intrōvŏco, *are*, hinein rufen; quod disjunctim tamen etiam legi poteſt: apud Cicer. in Verr. 3, 26 *Cur ad nos filiam tuam non introvocari jubes?*

¶ Introvocātus, *a*, *um*, hineingerufen, apud Apul. Met. lib. 8.

¶ Introvocātus, *us*, m. ſubſt. die vorforderung. Ammian. 29, 6 *Primo introvocatu.*

Plurivŏcus, *a*, *um*, vide ſupra *Plus.*

¶ Provoco, *avi*, *atum*, *are*, proprie vocare foras, herausrufen. Plaut. Pſeud. 2, 2, 43 *Herus ſi tuus domi eſt, quin provocas?* Ter. Eun. 3, 1, 52 *Pamphilam cantatum provocemus.* ¶ 2. Deinde, in dimicationem & certamen vel hoſtile, vel amicum, vocare, herausfordern; ut, *Provocare ad certamen*, Liv. 24, 8. Sic, *Provocare in aleam*, Plaut. Curc. 2, 3, 76. Virg. Georg. 3, 193 *Curſibus auras provocare*, wie der wind laufen. Cic. ad Brut. epiſt. 1 *Reſpondere amore iis, a quibus provocere.* Sic, *Provocare bellum*, krieg erregen, dixit Plin. Paneg. c. 16. ¶ 4. *Provocare* denique id etiam eſt, quod vulgo *appellare*, dicunt, appelliren. Liv. 8, 33 *Tribunos plebis appello, & provoco ad populum.* Et abſolute, *Provoco*, apud eundem 1, 26, de Horatio, ſororis interfectore.

¶ Provocans, *tis*. Vellej. 2, 118, 1 *Provocantes alter alterum injuria.* Curt. 9, 5, 13 *Manu provocans hoſtes.*

¶ Provŏcātus, *a*, *um*. Cic. de Fin. 2, 22 *Provocatus cum Gallo depugnavit.* Id. de Off. 1, 15 *Quidnam beneficio provocati facere debemus.* conf. Idem ad Anton. ſub Attic. 14, 13; & Cæl. B. Civ. 1, 74.

¶ Provocātio, *ōnis*, f. die auffoderung; ut, Plin. 37, 1 *Ex provocatione interfecit eum.* ¶ 2. Et, *Provocatio*, appellatio, die appellirung; ut, *Provocationem alicui dare*, einem macht geben zu appelliren, Cic. Phil. 1, 9. Liv. 1, 26 *Si a duumviris provocarit, provocatione certato.* Et mox: *De provocatione certatum ad populum eſt*, ubi præpoſitionem Tanaq. Faber delendam cenſet. Cic. de Orat. 2, 48 *Provocationem* vocat *patronam civitatis, ac vindicem libertatis.* Liv. 3, 20 extr. *Non eſt provocatio a Conſ. longius ab urbe M paſſuum.* Id. 31, 56 *Appellatio, provocatioque adverſus injuriam magiſtratuum.*

¶ Provocator, *ōris*, m. qui provocat. Cic. pro Sextio c. 64 *Cum ex ergaſtulis emtos nominibus gladiatoriis ornarit, & ſortito alios Samnites, alios provocatores fecerit.* Et Gallus, qui cum Torquato decertavit, Gellio 9, 13 *inſolens provocator* dicitur.

¶ Provocatrix, *īcis*, f. Lactant. 6, 18 *Provocatrix improbitas.*

¶ Provŏcātōrius, *a*, *um*; ut, *Provocatoria dona*, quæ dabantur iis, qui ex provocatione victores exſtiterant, Gell. 2, 11.

¶ Provocatīvus, *a*, *um*, idem. Tertull. de Anima c. 37 *Animæ crementa non ſubſtantiva, ſed provocativa.*

¶ Provocatĭtius, *a*, *um*, idem. Tertullianus in Marc. 2, 3 opponit *obventitio*, was man ſich zugezogen hat.

¶ Provocābĭlis, *e*, leicht zu erregen. Cæl. Aurel. Acut. 3, 21 *Provocabiles liquidorum fluxionibus motus.*

¶ Provocābŭlum, *i*, n. id eſt, pronomen, Varr. de L. L. 7, 23.

¶ Revŏco, *avi*, *atum*, *are*, wiederrufen, zurück fordern, abhalten. Ter. Phorm. 5, 6, 8 *Num mirum aut novum eſt revocari, curſum cum inſtitueris?* Sic, *Revocare ex itinere*, Cic. de Div. 2, 8; & *ab opere*, Cæl. B. Civ. 1, 82. *Ab inferis revocare*, Cic. pro Mil. c. 29. Et, *A limine mortis*, Plin. 7, 44. In recitationibus *revocare* eſt jubere, ut qui legit, repetat aliquid, v. Hor. 2 ep. 1, 223. add. Cic. pro Arch. c. 8 pr. & pro Sextio 58 *Millies revocatum eſt.* Hinc ¶ 2. *Revocare ſe*, hæſitantis eſt, & ſæpius ſententiam aut dicta mutantis. Cic. Acad. 4, 17 *Vinolenti dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum*, corrigiren ſich. Sic, *Revocare ſtudia intermiſſa*, Cic. Tuſc. 1, 1. Et, *Ad priſtina ſtudia ſe revocare*, wieder vornehmen, Idem de Clar. Orat. c. 3. *Revocare aliquid in lucem*, Idem 29, 1, wieder ans licht bringen. *Ad arbitrium ſuum rem aliquam revocare*, eſt referre, Cic. ad Brut. epiſt. 4. *Ad potentiam ſuam omnia revocare*, Idem de Amic. c. 16. Et, *Revocare in dubium*, pro Cæcina c. 27, zweifelhaftig machen. *Lapſos ab errore revocare*, Quintil. 2, 6. Et, *Revocare in vitam*, Cic. Attic. 7, 23. ¶ 3. *Revocare* eſt invitatorium verbum, atque ſignificat eum, qui antea vocavit convivioque accepit, viciſſim vocare ſeu invitare, wieder einladen. Nonius 2, 751 Revocare *eſt per vices mutuo vocare.* Cic. pro S. Roſc. c. 18, *Domum ſuam iſtum non fere quiſquam vocabat, qui neque in urbe viveret, neque revocaturus eſſet.* Lactant. 6, 12 *Idem Deus præcepit, ut ſi quando cœnam paraverimus, eos in convictum adhibeamus, qui revocare non poſſint, & vicem reddere.* Cui geminum græcum illud ἀντικαλεῖν, Luc. 14, 12. Phædrus 1, 27, 3 *Vulpes ad cœnam dicitur ciconiam Prior invitaſſe, &c. Quæ vulpem cum revocaſſet, &c.*

¶ Revŏcans, *tis*. Salluſt. de Rep. ordin. c. 5 *Ad vetera inſtituta revocans, quæ jam pridem corruptis moribus ludibrio ſunt.* Ovidius Met. 1, 503 *Neque ad hæc revocantis verba reſiſtit.*

¶ Revŏcātus, *a*, *um*, zurück gerufen, wieder geholt. Cic. pro Domo c. 22 *Ab omnibus ad priſtinam dignitatem exſpectatus atque revocatus.* Virg. Æn. 5, 476 *Servare aliquem revocatum a morte.* Liv. 33, 33 *Nec præſens omnium modo effuſa lætitia eſt, ſed per multos dies gratis & cogitationibus & ſermonibus revocata.* Petron. c. 10 p. 40 *In memoriam revocatus injuriæ*, i. e. reminiſcens. vid. Erh. Ovid. Amor. 3, 5, 17 *Lente revocatas ruminat herbas*, i. e. remandit cibum ante paſtum. Salluſt. Catil. c. 9 *Tardius revocati prælio exceſſerant.* conf. Cæſ. B. Gall. 5, 7; Virg. Æn. 7, 794; & 10, 452.

¶ Revocātio, *ōnis*, f. die zurückrufung, abmahnung; ut, *Revocatio a bello*, Cicer. Phil. 13 c. 7. Et Vitruv. 9, 4 de luna: *A ſole revocationibus.*

¶ Revocāmen, *ĭnis*, n. idem. Ovid. Faſt. 1, 561 *Accipio revocamen, &c.* conf. Idem Met. 2, 596.

¶ Revocator, *ōris*, m. qui revocat; ut, *Revocator animarum*, Quint. Declam. 10 ſub fin.

¶ Revocatōrius, *a*, *um*, idem, ut, *Revocatoria emplaſtra*, Theod. Priſcian. 2, 32.

¶ Revŏcābĭlis, *e*, wiederrufflich, veränderlich; ut, *Damnum revocabile*, Claudian. in Eutrop. 2, 488. *Non revocabile telum*, Ovid. Fast. 6, 264. Et Propert. 4, 7, 51 *Fatorum nulli revocabile carmen.*

¶ Irrevocabilis, *e*, quod revocari nequit, unwiederruflich, unwiederbringlich; ut, *Ætas præteriti irrevocabilis*, Lucret. 1, 468. Et Horat 1 epist. 18, 73 *Et semel emissum volat irrevocabile verbum.* Comparat. Tac. Agric. 42, 6 *Domitiani natura quo obscurior, eo irrevocabilior.*

¶ Irrevocabĭlĭter, adverb. idem. Prosper auctior in chronico apud Sirmondum in Sidon epist. p. 77 usus est. Et Augustin. Civ. Dei 22, 20 *Quomodo aliquid vel latet omnia sentientem, vel irrevocabiliter fugit omnia moventem?*

¶ Irrevocandus, *a*, *um*, idem. Claudianus de Bello Getico v. 123 *Irrevocandus error.*

¶ Irrevŏcātus, *a*, *um*, unwiederruffen. Ovid. de lupi in lapidem transformatione Met. 11, 401 *Sed enim irrevocatus ab aevi Cæde lupus præstat, &c.* v. Horat. 2 epist. 1, 223.

¶ Sevŏco, *are*, absondern. Catull. carm. 66, 2 *Sevocat a doctis virginibus.* Et Cic. Tusc. 1, 30 *Sevocare se a corporibus.* ¶ 2. *Sevocare* proprie est seorsum vocare, beyseit rufen, beyseit ziehen; quod faciunt illi, qui soli cum aliquo sunt collocuturi; ut *seducere* est seorsum ducere, *secubare* seorsum solum cubare. Plaut. Menæchm. 5, 9, 25 *Sevocabo herum, Menæchme.* conf. Idem Pœn. 4, 2, 98. Suet. Calig. c. 36 *Egressus triclinio cum maxime placitam sevocasset.* Et Cæs. B. Gall. 5, 6 *Sevocare singulos hortarique.* Liv. 7, 6 extr. *Populum sevocat Cos. cum in castris legem fert.*

¶ Sevŏcātus, *a*, *um*, beyseit gerufen, abgesondert. Petron. c. 110 *Sevocatum me decoro exornavit capillamento.*

¶ Sevocātor, *oris*, m. qui sevocat. Gloss. gr. lat. ἀποχωριστής, *sevocator.*

¶ Semivŏcālis, *e*, halblautend, halbstimmig. Sic, *Semivocales* quasdam litteras Grammatici vocant, de quibus Priscianus sub fin. lib. 1; & Mart. Capella 3 p. 54. Gloss. gr. lat. ἡμίφωνος, *semivocalis.* Ad alias res etiam adhibetur. Varro R. R. 1, 17 de rebus ad culturam pertinentibus: *Instrumenti genus vocale servi, semivocale boves, & mutum, plaustra.*

¶ Semivocābĭlis, *e*, idem. Vetus Interpres Irenæi 1, 10 *Litteræ inloquimiles novem: octo semivocabiles.*

¶ Univŏcus, *a*, *um*; ut, *Vox univoca*, quæ multis tribuitur sub eadem definitione. Et, *Univoca nomina*, quæ sunt sub uno & eodem genere, ut *Homo*, *equus.* vid. Philosoph. Et Matt. Capell. 4 pag. 95 *Univocis æquivoca connectere.*

ŬPĬLIO, *onis*, m. pro *Opilio*, Virg. eclog. 10, 18. vide supra *Opilio.*

ŬPŬPA, *æ*, f. ἔποψ, avis obscena, humani stercoris & sepulcrorum fœtore se oblectans, ein wiedehopff. Ovid. Met. de Tereo 6, 672 *Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ: Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum, Nomen epops volucri, facies armata videtur.* Adde Plin. 10, 25 & 29; *Upupæ cum cygnis certant*, proverbiale est, de certamine stulto inter absurde impares; meminit ejus Gesnerus. ¶ 2. Malleum sive instrumentum fossorium a formæ similitudine *Upupam* vocat Plautus Capt. 5, 4, 7, ein spitzhacke; quia refert caput upupæ cum rostro. Ibi Tyndarus in lapidicinis inquit: *Hæc mihi advenienti upupa, quæ me delectet, data est.* conf. Salmas. in Solin. p. 157.

ŬRA, *æ*, f. gr. οὐρά, *cauda.* Hinc *Ura scorpius*, gr. οὐρὰ σκορπίος, herba, quæ & *Scorpiuros*, scorpionschwantz, Apul. de Herb. c 49.

ŪRæus, *a*, *um*, οὐραῖος, *caudatus*, geschwänzt, ab οὐρὰ *cauda*; ut *Uræa sybia*, i. e. pelamides, genus thunni, thun fische, Plin. 32, 11.

ŪRĀNĬA, *æ*, vel Uranie, *es*, f. Οὐρανία, una ex Musis, sic appellata, quod siderali scientiæ, ut Apulejus appellat, præsit. Ex quo & Iovianus Pontanus hujus generis libros, quos carmine condidit, URANIAE titulo præscripsit: vel quod cælum, hoc est, immortalitatem eruditis conciliet. Ovid. Fast. 5, 55 *Excipit Uranie, fecere silentia cuncta.* Catull. 62, 1 *Collis o Heliconii cultor, Uraniæ genus.* ¶ 2. *Urania* planta, quæ & *iris* a cælestis arcus similitudine dicitur, schwertel, Dioscor. 1, 1.

¶ Urānus, *i*, m. Deus, primus præfuisse imperio universi orbis scribitur. vid Lactant. 1, 11 & 22, & ibi Gallæum p. 70 & 131.

ŪRĀNŎMETRIA, *æ*, f. οὐρανομετρία, id est, dimensio cæli. vid. Caso. Schott. Curs. Mathem. p. 613.

ŪRANOSCŎPUS, *i*, m. οὐρανόσκοπος, i. e. cæli contemplator, ein sternseher. ¶ 2. Piscis, idem qui καλλιώνυμος, *Callionymus* dicitur. Est autem de gobiorum marinorum genere, *Uranoscopus* ab oculo dictus est, quem in vertice habet, quo cælum versus spectat, Plin. 32, 6 & 11.

Urbanitas, urbanus, urbicus, &c. vide mox *Urbs.*

URBĪNA, *æ*, f. jaculi genus Plauto est in Bacch. 4, 8, 46 *Si tibi machæra & nobis urbina est domi*, vide Chiliad. ubi tamen Fulgentius legit *Veruina* a *Veru*, quatuor syllabis, quam lectionem Turnebo probatam retinuit Gronov. conf. Daumii epist. 45 apud Reines. p. 126.

URBĪNUM, *i*, n. Italiæ oppidum vetustissimum in Umbria. Hinc

¶ Urbīnas, *ātis*, m. plural. *Urbinates*, incolæ, Plin. 3, 14 & 15.

URBO, vel Urvo, *are*, circumdare, circumducere, circulo circumscribere, aratro definire, krümmen, umgeben: unde *Urbs* & *Orbis*; vide mox in *Urbs* loca Varronis & Pomponii. Et Enn. apud Festum: *Circum sese urvat ad pedes.*

¶ Urbum, vel Urvum, *i*, n. subst. pars aratri inflexa & curva, quæ *buris* vel *bura* vocatur, die pflugsterze. vide Festum, & Salmas. ad Solin. p. 576. Varro L. L. 4, 27 *Imburum fictum ab urbo, quod ita flexum, ut redeat sursum versus: ut in aratro quod est urbum:* ubi & adjective sumi potest *Urbus*, *a*, *um*, aufwerts gebogen. Plura vide in *Urbs.*

¶ Amburvo, *are*, est corpus saltu reciprocare, auf- und niederhüpfen, prout Salii facere solebant, de quibus apud Festum & Nonium Lucilius: *Præsul ut amburvat, sic volgu' redamptruat inde.* Ita emendat locum Scaliger. vid. Voss. Etymol. p. 568.

URBS, *urbis*, f. eine stadt, dicta a *urbo* seu *orbe*, qui ducebatur aratro, qua exstruendi muri essent. Varro de L. L. 4, 32 *Oppida condebant in Latio Hetrusco ritu multa, id est, junctis bubus, tauro & vacca interiore aratro circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis caussa, die auspicato, ut fossa & muro essent munita. Terram unde exsculpserant*, FOSSAM *vocabant: & introrsum factum*, MVRVM. *Postea quod fiebat orbis*, URBS. Et ibid. *Oppida quæ prius erant circumducta aratro, ab* urbo, & urbo, URBES: *& ideo coloniæ nostræ omnes in litteris antiquis scribuntur* URBES. *Quod item conditæ, ut Roma.* Pomponius Lege 239 § 6 Dig. de verbor. signific. URBS ab urbo *appellata est.* URBARE *est aratro definire: Et Varus ait,* VRBVM *appellari* curvaturam aratri: *quod in urbe condenda adhiberi solet.* Sed quod in condendis urbibus aratrum, id & in destruendis adhibebatur: ita, ut civitas esse desineret, ubi aratrum inductum esset. conf. Isidor. 15, 2. Huc pertinet illud Horatii 1 ode 16, 18 *Altis urbibus ultimæ Stetere caussæ, cur perirent Funditus, imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens.* Vide & Leg. 21 Dig. quibus modis ususfr. amitt. ¶ 2. Κατ' ἐξοχήν autem & absolute Roma dicebatur URBS: quod eo, quo supra expositum, ritu condita esset, de quo Ovid. Fast. 4, 817 & seqq *Urbs proprie dicta est Roma, quum cætera dicantur oppida*, teste Quintil. 9, 2. Stephanus de Urbibus: Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, (Alexandria) καὶ πολίτου ἐξ αὐτῆς, ὡς ἔστιν αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἄστοι καὶ ἀστικοὶ δὶ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται ἄφνω. conf. Savar. ad Sidon. 1 epist. 6. ¶ 3. *Ad urbem* dicebantur *esse*, qui cum imperio in provinciam mittebantur, aut ex provincia redibant, *extra urbem* manentes in campo. *Grævius.* ¶ 4. Apud Non. 5, 27 *Inter urbem & civitatem hoc interest: Urbs est ædificia, civitas incolæ.* Ibid. Cic. de Rep. lib. 1 urbem a civitate claris verbis distinxit. Id. Cic. pro Sext. c. 42 *Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure & humano, mœnibus sepserunt. Civitas*, multitudo ipsa, die bürgerschaft, die gemeine; quamquam & *Urbem, Civitatem* dixit Virg. Æn. 2, 265 *Invadunt urbem somno vinoque sepultam.* Et Silius 2, 257 *Spectantem e mœnibus urbem.* Et videtur ita accipere Tacitus Hist. 1, 84, 7. vid. Barth. Adversar. 20, 21. Sic, *Urbs pulcherrima & florentissima*, Cic. Catil. 2 extr. & *Opulentissima*, Catull. epigr. 30, 24. *Urbem condere*, Virg. Æn. 1, 522; & *exstruere*, Idem Æn. 4, 267. *Urbium conditores*, Quintil. 2, 16. *Urbem ponere*, Virg. c. l. v. 212 dixit. *Urbes muris cingere*, Ovid. Met. 4, 58. *Urbes consiliis regere*, Quintil. in præfat. lib. 1 *Urbem obsidione cingere*, vide *Obsidio* sub *Sedeo.* Sic, *Urbem evertere*, zerstören, Quintil. 5, 11. ¶ 5. Urbium nomina passim pro incolis poni, l. Fr. Gronov. & Drakenb. ad Liv. 8, 11 observant.

¶ Urbĭcula, *æ*, f. dim. Onomast. vetus: *Urbicula*, πολίχνιον.

¶ Urbicus, *a*, *um*, adject ad urbem pertinens, städtisch; ut, *Occupationes urbicæ*, Martial. præfat. lib. 12 *Urbicum pecus*, Plaut. Truc. 2, 2, 14. vide ibi Parei Animadvers. Sed in melioribus est *clurinum pecus*, i. e. simia. *Res urbicæ* opponuntur *rusticis.* Gell. 15, 1 *Venum dare res rusticas, & urbicas emere.* Et, *Præfectus urbicus* est præfectus urbi, Lamprid. in Elagab. c. 20. *Negotiatores urbici*, Suet. Cæs. c. 49 conf. Pallad. Ian. t. 18. ¶ 2. *Urbicus*, nomen poetæ mali, vel mimi ab Atella urbe dicti. Meminit Martialis 1 epigr. 41; & Iuvenal. 6, 71.

¶ Urbĭcārius, *a*, *um*, idem quod *Urbicus*: unde & *Suburbicarius*: *Urbicariæ regiones*, quæ proximæ urbi: & *Suburbicariæ*, de quo infra. vid. Salmas. ad Trebell. Tetricum majorem.

¶ Urbānus, *a*, *um*, quod in urbe est, aut fit, vel ad urbem pertinet, aus der stadt. Ciceronis ætate vox nova fuisse videtur Ita enim ad Appium Pulchrum fam. 3, 8 *Te hominem non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquuntur urbanum*; quod etiam Quintil. 8, 3 observavit. Sic, *Vita urbana*, Ter. Adelph. 1, 1, 17, das stadtleben. *Otium urbanum*, Cic. fam. 12, 1. *Prædia urbana*, Ulpian de V. S. lege 198. *Excubiæ urbanæ*, Tac. Annal. 1, 17 extr. ¶ 2. Sed *Sermo urbanus* & *venustus*, id est, cultus, comis, qui *rustico* opponitur, Cic. pro Dom. 10, c. 34, ſtädtiſch, ſtattmänniſch, ſtadtiſch. *Homo lautus & urbanus*, Idem in Verr. 5, 6. *Comis & urbanus*, Horat. 1 sat. 4, 90. Nimium *urbani* dicebantur homines politi non tantum & concinni moribus; sed & jocis, salibus dicteriisque jucundi, qui εὐτράπελοι Græcis dicebantur. Unde *Urbanum* eundem & *scurram*, Horat. fecit 1 epist. 15, 27. Et Phædrus 5, 6, 8 *Scurra natus urbano sale.* Ideo & ad Mimos vocabulum translatum, de quo Salmas ad Trebellium observat. Dionysius Cato Distich. 3, 21 *Inter convivas fac sis sermone modesto: Ne dicare loqui, dum vis urbanus haberi.* Leg. & Martialis 1 epigr. 41. Sic, *Urbaniori natæ homines*, Petron. c. 116. *Urbanissimum factum atque dictum*, Colum. 8, 16. Apud Cic. oratione pro Cælio, *Urbani*, severis & antiquis moribus præditis gravibusque opponuntur, iique dicuntur, qui remisse liberiusque & jucunde vivunt. Nam c. 14 ait: *Ex ipsa quæram prius, utrumne me secum severe & graviter & prisce agere malit, an remisse, & leniter & urbane.* Et c. 15 *Removebo illum senem durum ac pene agrestem: ex his igitur tuis fumam aliquem ac potissimum minimum fratrem, qui est in illo genere urbanissimus, qui te amat plurimum, qui propter nescio quam, credo, timiditatem & nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper pusio cum majore sorore cubitavit.* Vulgus Germanorum tales nonnunquam, politissimi, vocat. Plinio 8 epist. 6 *urbani*, & belli sunt, & qui fictis laudibus blandiuntur & captant gratiam: *Urbanos, qui illa censuerunt, putem? an miseros? Dicerem urbanos: si diceret senatum urbanitas.* Reprehendit & indignatur, quod senatus oblitus gravitatis, quæ ejus ordinis propria esse debebat, eo humilitatis descenderit, ut Pallanti liberto Claudii nequam, tam honorificum monimentum strueret, inque eum conferret laudes, quas ille furcifer nullus caperet: tantum ut adularentur hominem, apud principem maxime potentem. Domitius Marsus apud Quintil. 6, 3 p. 565 Burm. *Urbanus homo erit, cujus multa bene dicta, responsaque erunt: & qui in sermonibus, circuitis, conviciis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet.* Ita fere *urbanum* videtur accipere Cic. sam 3, 8, quem locum initio laudavimus. ¶ 3. Pro civibus ponitur in illo cavillo militari in Cæsarem apud Suetonium c. 51 *Urbani servate uxores, mœchum calvum adducimus.* ¶ 4. *Opus urbanissimum*, apud Plinium 5 epist. 6 est non rustice, sed, ut in urbibus solet, dispositum & elaboratum. Et, *Arbores urbaniores*, Plinius major 16 c. 19, quæ, *fructu, aut aliqua dote, umbrarumve officio hominius juvant*, ut ipse ibi interpretatur.

¶ Vrbāne,

¶ Vrbāne, adverb. facete, höflich; ut, *Facete & urbane irridere*, Cic. de Finib. 1, 11. *Vrbane vexari*, Idem ad Qu. fratr. 2, 1. Compar. Quintil. 2, 11 *Nec ſane potuit urbanius ex confeſſione inſcitiæ ſuæ elabi.* Cic. pro M. Cælio c. 15 *Sin autem urbanius me agere mavis, ſic agam tecum.* Superl. *Vrbaniſſime reſpondere*, Gell. 15, 5.

¶ Vrbānitas, *ātis*, f. in qua nihil eſt abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum neque ſenſu, neque verbis, neque ore geſtuve, &c. die höflichkeit, ſtadt manier. Et Cic. fam. 3, 7 *Addo urbanitatem, quæ eſt virtus, ut Stoici rectiſſime putant.* Proprie dictorum eſt, non ridiculorum tantum, ſed & quæ elegantiam habent & quodam lepore jucunda ſunt, die zierlichkeit in reden; de qua virtute pluribus Quintil. 6, 3 p. 564 ſeq. Ariſtoteli 2 Rhetor. eſt περὶ παιδευμένη ὕβρις, hoc eſt, moderata contumelia, ut haud nimis pungat. Hinc ipſa dicta ſic comparata *Vrbanitates* appellantur, Cic. fam. 16, 21. Quintil. 6, 3 p. 529 *Documento ſunt juvenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege ſecurius inter cœnam locuti, cum rationem facti reposcerentur, & neque negari res, neque defendi poſſet, riſu ſunt & opportuno joco elapſi. Namque unus ex his,* IMMO, *inquit,* NISI LAGENA DEFECISSET, OCCIDISSEMVS TE, *eaque urbanitate* (dicto) *tota invidia criminis diſſoluta.* Cic. fam. 7, 6 & 17 *Deſiderium urbis & urbanitatis.* Ibidem 16, 31 *Veni quæſo, ne tantum ſemen urbanitatis una cum rep. intereat.* Adde Menck. Obſerv. L. L. ubi alia Ciceronis loca, in quibus *Vrbanitas* pro ritu urbano, ſeu rebus ad urbem pertinentibus occurrit, laudavit.

¶ Vrbānicus, & Vrbāniciānus, *a, um*, aus der ſtadt, ſtädtiſch; ut, *Vrbaniciani milites.* Paulus ICt. leg. 35 § 4 Dig. ex quibus cauſſ. majores &c. & Spartianus in Caracalla c. 4; & in Geta c. 6.

¶ Vrbānor, *ari*, in urbe degere, in der ſtadt ſeyn. Gloſſ. gr. lat. πολιτένομαι, *urbanor.* Hinc

¶ Vrbanātim, adverb. ſtädtiſch, apud Nonium 2, 747 ex Pomponio: *Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.* Et Onomaſtic. Vet. *Vrbanatim*, ἀστικῶς.

¶ Vrbicăpus, *i*, m. πολιπορθος, Homero, ein ſtadt-einnehmer. Plaut. Milit. 4, 2, 64 *Vrbicapæ, Occiſor regum.* Interpretatur ipſe Plautus Bacch. 4, 6, 42 *Vrbes verbis qui inermis capit.*

¶ Vrbicrĕmus, *a, um*, urbes cremans, ſtadt und land einäſchernd. Prudent. Hamartig. v. 727 de Sodomæ incendio: *Nubibus urbicremis ſe ſubducere.*

Compoſita ab initio:

¶ Amburbium, *i*, n. luſtratio ad expiandam urbem. Vopiſcus in Aureliano c 20 *Luſtrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum.* Solemnem hunc ritum deſcribit Lucanus 1, 592. Hinc

¶ Amburbiālis, *e*, adj. ut, *Hoſtiæ amburbiales*, quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur, Feſt. & Salmaſ. in Vopiſcum p. 361. *Amburbalia* enim erant, quæ & *Robigalia*, feriæ illæ, quibus ſupplicabatur ad urbis, agrorum & ſegetes calamitates avertendas, quarum exemplum ferme ſupereſt apud Catholicos, qui vocant, den flur umziehen.

¶ Anteurbānus, *a, um*, nahe an der ſtadt. Feſtus: *Anteurbana, prædia urbi propinqua.*

¶ Inurbānus, *a, um*, unhöflich, grob. Cic. de Orat. 2, 90 *Non eſſem tam inurbanus, ac pæne inhumanus, ut eo gravarer.* Et Horatius Art. poët. v. 273 *Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.*

¶ Inurbane, adverb. bäuriſch; ut, *Non inurbane*, Cic. de Nat. D. 3, 19; & Plin. 2 epiſt. 14 n. 5.

¶ Perurbānus, *a, um*, gar höflich. Cic. de Orat. 1, 16 *Homo doctus & perurbanus.*

¶ Perurbane, adverb. idem. Sidon. 5 epiſt. 17 *Reſpondit ille perurbane.*

¶ Pſeudourbānus, *a, um*, falſo urbanus, bäuriſch; ut, *Pſeudourbana ædificia*, Vitr. 6, 8, id eſt, loca dominorum in villis; *Vrbanam villæ partem* vocat Columella 1, 6.

¶ Quadrurbs, *urbis*, f. eine ſtadt aus vier ſtädten. *Quadrurbem* (inquit Feſtus), *Athenas Attius appellavit, quod ſcil. ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Piræo, Sunio.* Sed erroris hic Feſtum arguit Voſſius Grammat. 7, 42 p. 147, aitque, Attio Quadrurbem nihil aliud fuiſſe, quam quod Græci vocabant τετράπολιν, hoc eſt, quatuor Atticæ civitates, Oenoen, Probalinthum, Tricorytham, Marathonem.

¶ Suburbium, *i*, n. vicus extra urbem, eine vorſtadt. Cic. Phil. 12, 10 *Terminalibus nuper in ſuburbium ire auſus non fui.*

¶ Suburbānus, *a, um*, quicquid extra urbem eſt, & prope quidem, vor und nahe an der ſtadt gelegen; ut, *Ager fundus ſuburbanus*, Cic. ad Qu. fratr. 3, 1, 3. *Gymnaſium ſuburbanum*, Idem de Orat. 1, 21 extr. *Hortulus ſuburbanus*, Plin. 35, 10. *Regio ſuburbana Italiæ*, Colum. 11, 2. *Rura ſuburbana*, Horat. 1 epiſt. 7, 76. *Suburbana villa*, Catull. 45, 6.

¶ Suburbanum, *i*, n. & plural. *Suburbana*, ſubſt. domus ipſæ ſub urbe, ſeu extra urbem, vorwercke, höfe vor der ſtadt, land-guter. Cic. pro Rabir. Poſt c. 10 *In hortis, aut ſuburbanis ſuis. Prædia* ſubaudiantur. Idem Attic. 16, 13 *Malo eſſe in Tuſculano, aut uſpiam in ſuburbano.* Et Seneca 1 epiſt. 12 *Veni in ſuburbanum meum.* It. Suet. Aug. c. 6; & Plin. 3, 11.

¶ Suburbānĭtas, *ātis*, f. die nähe an der ſtadt. Cicer. in Verr. 2, 3 *Populo Romano jucunda ſuburbanitas eſt hujusce provinciæ*, hoc eſt, ſuburbanorum vicinitas. conf. Symm. 2 ep. 22; Sidon. 3 epiſt. 1; & 7 ep. 15.

¶ Suburbĭcārius, *a, um*, idem quod *Suburbanus*; ut, *Suburbicariæ regiones*, Lege 9 Cod. Theodoſ. de annona & tributis. Adde paullo ante dicta in *Vrbicarius.*

¶ Suburra, *æ*, f. vicus, & *Suburrana*, regio Romæ, ſub urbe antiqua, vide ſuo loco.

VRCĔVS, *i*, m. e græco ὄρχη, vas fictile, rotundum ad infundendam aquam in ahenum, ut Paulus ICtus deſcribit, ein frug, topff. Ejus figuram ex antiqua tabula Mercurialis exhibet de Arte Gymnaſtica 1, 10. Plaut. in Milite 3, 2, 18 *Neque enim heminas octo expromſi in urceum.* Horat. de Arte poët. v. 22 *Amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit?* Et, *Vrceus aquarius, Vrceus fictilis*, Cato R. R. c. 13 utrumque dixit. conf. Idem c. 10 &c. & Iſidor. 20, 6.

¶ Vrceŏlus, *i*, m. diminut. Colum. 12, 16 *Vrceoli picati.* Pallad. 13, 4 *Picati & minuti urceoli.* Petron. c. 95 *Vrceolus fictilis.* conf. c. 74; Martial. 14 epigr. 105; Pallad. Mart. t. 10; Pompon. ICt. D. 34 t. 2 l. 21.

¶ Vrceŏlāris, *e*, ad urceos pertinens; ut, *Vrceolaris herba*, Plin. 21, 17 eadem eſt, quæ *Perdicium* ſeu *Parthenium*, ſic appellata, quod urceolis vitreis lavandis idonea ſit. vide *Parthenium*, & Rhodium ad Scribon. Larg. p. 80; & conf. Apul de Herb. c. 81.

¶ Vrceātim, adverb. id eſt, plenis urceis, wie mit waſſerkrügen. Petron. Fragm. Tragur. p. 16 ſive c. 44 *Vrceatim pluebat.*

Vrēdo, vide infra *Vro.*

VRĔNA, *æ*, f. genus piſcis, Plin. 32, 11. Alii legunt *Veneria.*

VRĒTĒRES, *um*, m. pl. οὐρητῆρες, (ab οὖρον, urina), die harn-gefäſſe. Celſ. 4 c. 1 *A renibus ſingulæ venæ, colore albæ, ad veſicam feruntur, οὐρητῆρας Græci vocant, quod per eas inde deſcendentem urinam in veſicam diſtillare concipiunt.*

¶ Vrethra, *æ*, f. οὐρήθρα. Medicis eſt meatus penis urinæ reddendæ accommodatus, die harn-röhre. Celſus 7, 25 vocat *urinæ iter.*

¶ Diurētĭcus, *a, um*, διουρητικὸς, urinam ciendi vim habens, harntreibend. Pallad. 11 t. 14 *Vina diuretica.* Priſcian. de diæta c. 9 *Tripſaca, herba calida & diuretica.*

VRGEO, *urſi, urgēre*, ab ὀρέγω, ὀρεγῶ, dringen, treiben, drücken. Ovid. 6, 92 *Et miſerum tenues in jecur urget acus. Onus urget*, Plaut. Pœn. 4, 2, 35, die beſchwerung drücket mich. Et Cic. pro Rabir. Poſt. c. 1 *Satis eſt, homines imprudentia lapſos non erigere; urgere vero jacentes, certe eſt inhumanum*, ihnen noch zuſetzen, ſie plagen. Exquo loco pater, *urgēre* eſſe ex propinquo inſtare ac premere & ſuperincumbere veluti, drauf liegen und drücken. Inde *urgere* & *longius recedere* opponit Seneca Qu. Nat. 3, 26, *Hæc enim* (ſidera) *quibusdam menſibus magis urgent & exhauriunt flumina: cum longius receſſerunt, minus conſumunt, atque trahunt.* Sic, *Vrgeri anguſtiis*, Cic. de Fato c. 15, gedrenget werden. *Fame ferroque urgeri*, Liv. 26, 6. conf. Sall. Iuſt. Catil. c. 52. Huc refer Liv. 5, 22 extr. *Veji fatis urgentibus denique capti.* it. c. 36 *Vrgentibus urbem fatis.* ¶ 2. Sed, *Acriter, acrius urgere*, id eſt, inſtare, anhalten, nöthigen, auf etwas dringen, Horat. 1 ſat. 2, 15. Et Cic. pro Plane. c. 19 *Etiam atque etiam inſto atque urgeo, injector, poſco, atque adeo flagito.* Ita, *Vrgere occaſionem*, Cic. fam. 7, 8. Et, *Vrgere propoſitum*, Horat. 2 ſat. 7, 6. Et Cic. de Orat. 2, 4 *Sin tibi id minus licebit, non te urgebo*, ich will dich nicht beſchweren. Vide & in *Indulgeo.*

¶ Vrgens, *tis*; ut, *Opinio præſentis atque urgentis mali*, Cic. Tuſc. 3, 25. Idem de Senect. c. 1 *Aut jam urgens, aut certe adventans ſenectus.* Et Virg. Georg. 1, 146 *Duris urgens in rebus egeſtas.* Compar. Auguſtin. ep. 86 ad Calulanum: *Vrgentiori actioni non eſt prandium præferendum.* Et Tertull. de Reſurr. carnis c. 2 *Sub obtentu quaſi urgentioris cauſſæ.* Superl. Impp. Cod. Iuſt. 3 t. 11 l. 1 *Si rerum urgentiſſima ratio flagitaverit.*

¶ Vrgenter, adverbium, idem apud Cyprian. epiſt. 30, 1.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adurgeo, *ēre*, propius vel vehementer urgere, nachdrücken, nöthigen. Celſ. 7, 12 *Quotidie digito dens adurgendus eſt, donec ad juſtam magnitudinem perveniat.*

¶ Adurgens, *tis*. Horat. 1 od. 37, 7 *Ab Italia volantem remis adurgens*, i. e. fugientem navigando perſequens.

¶ Exurgeo, *ēre*, i. e. exprimere, ausdrücken. Plaut. Rud. 4, 3, 69 & 70 *Exurgebo quicquid humoris eſt.*

¶ Inurgeo, *ēre*, m. eindrücken. Luc. 5, 1034 *Cornua nata infenſus inurget.*

¶ Perurgeo, *ēre*, forttreiben. Severus in Ætna v. 226 *Sacra perurgentem, capitique attollere cælum.* Adde ibi Scalig. p. 107. Et Ammian. 29, 5 *Volucriter perurgebat.* Arator in Act. Apoſt. c. 20 *Epiſtola clamat, Qui dormis, jam ſurge citus: rurſusque perurget, Te que vigil de morte leva.* Et Trebellius Pollio in Gallieno c. 5 *Cum Aureolus perurgeret Illyricum.* Et Spartianus Severo c. 23 *Cum ſe videret perurgeri hora mortis.*

¶ Suburgeo, *ēre*, antreiben. Virg. Æn. 5, 202 *Dum prora ad ſaxa ſuburget.*

¶ Superurgeo, *ēre*, drüber liegen. Tac. An. 2, 23, 5 *Fluctu ſuperurgente.*

Vrica, urigo, vide paullo poſt in *Vro.*

VRĪNA, *æ*, f. prioribus product. der harn, urin, οὖρον Græci dicunt ab οὐρεῖν, *fundere* vel *mejere*, humor eſt ex renibus & veſica profuſus, lotium. *Vrina alba, pallida, rubens, nigra, dilata, liquida, craſſa, &c. Vrinæ difficultas*, Plin. 20, 11. *Anguſtia urinæ*, Idem 21, 21, difficultas mejendi. Cui contraria *Vrinæ incontinentia*, Plin. 20, 15, wenn man das waſſer nicht halten kan. Et, *Reddere urinam*, Id. 20, 6. *Vrinam ciere, pellere, inhibere, tardare*, apud Plinium & Celſum ſæpe. v. g. *Pulegium ex vino, urinam pellit*, Plin. 20, 14. Et ibid. c. 4 *Vrinam inhibet bunion.* Et Celſus 2, 19 *Aliæ* (res) *citant urinam, aliæ tardant, &c. Vrina contaminare, reſpergere*, id quod in contemtu ſolebat fieri: Suet. Ner. c. 56 *Religionem usquequaque contemtor præter unius Deæ Syriæ. Hanc mox ita ſprevit, ut urina contaminaret.* vid. Torrentium. Pertinet huc & Tarentinorum levitas, qui poſt alias injurias Romanorum legatis per contemtum illatas, *urina* etiam reſperſerunt, ut Val. Maximus auctor eſt 2, 2, 5. Florus id ita circumloquitur, ne ſordidaret orationem: *Aderat*, inquit, *ſine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque fœdi per obſcenam tot pemque delu contumeliam violant.* Vrina Lucret. 4, 1022 *Saccatus humor.* vide ſupra *Saccus.* ¶ 2. Eſt & in libidinoſis. vid. interpretes ad illud Iuven. 11, 168 *Auribus atque oculis concepta urina movetur*, de incitamentis libidinis & prurigine per obſcena ſpectacula vel auditiones conceptis. Plin. 8, 43 ſ. 68 de aſina: *Incontinens uterus urinam genitalem reddit, ni cogatur in curſum verberibus a coitu.*

¶ Vrīnālis, *e*, ad urinam pertinens: ut, *Vrinalia medicamenta*, Cæl. Aurel. Tard. 5, 1, 25. conf. ibid. 1, 4, 117. &c. Et, *Vrinales virtutes*, ibid. 2, 13, 188. *Vrinalis fiſtula*, Veget. de Re Vet. 3, 19.

¶ Vrī-

¶ Vrīno, *are*, &, Vrinor, *ari*, unter dem waſſer gehen. Plin. 11, 37 *Sub aqua rana & phocæ urinantur*, id eſt, merguntur. *Vrinandi artem cœpi te, & me vis demergere?* in eos, qui benefacta malefactis compenſant, dicitur: vid. Chiliad. Adde Cic. apud Non. 7, 57; & Symmach. 10 ep. 46.

¶ Vrinātor, *ōris*, m. qui merces e navi ejectas, navigationis facilioris gratia, ſub aquis natans, extrahit, ein taucher, waſſer-taucher. Liv. 44, 10 *Per urinatores omne ferme extractum eſt, &c.* Et Lucanus talem in Phoceo deſcribit 3, 696 & ſeq. Vet. Gloſſ. *Urinator*, κολυμβητής, δύτης. Varro L. L. 4, 27 ab *uro* ſive *urbo*, *urinare* deducit. Quod etymon & eruditum valde & verum videtur Scalig. in Conjectan. p. 55. Adde Curt 4, 3, 10 cum not. Freinsh.

¶ Vrinum, *i*, n. ovum irritum, ein wind-ey, Plin. 10, 58 & 60. vide ſupra *Ovum*.

¶ Inurīno, *are*, ſich tauchen, unterfahren. Columell. 8, 14 *Lacus piſcinaque manu fiant, ut ſint, in quibus inurinare aves poſſint.*

VRIO, *ōnis*, m. genus ludi. Sarisb. 1, 5 *Teſſera, calculus, tabula, urio, vel Dardana pugna.*

VRION, *i*, n. terræ genus, ab Vrio Hiſpaniæ oppido, Plin. 33, 4, & Ptolemæus 2, 4.

VRNA, *æ*, f. ab *urinando*, vas eſt aquarium, ein waſſer-eymer. Varro de L. L. 4, 27 *Vrnæ dictæ, quod urinant in aqua hauriendo, ut urinator.* Sic, *Aquæ urna*, Horat. 1 ſat. 5, 91. Et Plaut. Pſeud. 1, 2, 24 *Tu, qui urnam habes, aquam ingere.* ¶ 2. Eſt & *Vrna* menſuræ genus, quo in metiendis liquidis utebantur. Excerpta de menſuris apud Rigaltium p. 335 *Modia & ſuis faciunt urnam.* Item: *Vnæ duæ amphoram complent: quæ ſunt medias tres.* Horat. 1 ſat. 1, 54 *Liquidi non emptius urna.* Cato R. R c. 148 *Vini in cullees ſingulos quadragenæ & ſingulæ urnæ dabuntur.* ¶ 3. Cæterum *Vrnæ* non tantum hauriendæ aquæ, ſed aliis etiam rebus inſerviebant. In *urnas* enim & crematorum cadaverum cineres & oſſa colligebantur & ſepeliebantur: de quo paſſim apud auctores. Eo Lucani illud pertinet 7, 818 *Capit omnia tellus, Quæ genuit: cœlo tegitur, qui non habet urnam.* v. Lud. Vives ad Auguſtin. de Civ. Dei lib. 12 p. 44. ¶ 4. Solebant *Vrnæ* ducendis quoque ſortibus adhiberi, ein loos-topf; in eas enim ſortientium nomina conjiciebantur. Horatius eo reſpexit 3 od. 1, 14 *Aqua lege neceſſitas Sortitur inſignes & imos: Omne capax movet urna nomen.* ¶ 5. Hinc & in judicibus urnarum uſus fuit, cum rei vel abſolvendi, vel damnandi eſſent. Tabellæ enim conjiciebantur in urnam, quibus vel Abſolvendi A, vel Condemnandi C inſcripta erat. Cic. in Verrem 2, 17 *Poſtero die venit in mentem, e lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Educit ex urna tres: iis, ut abſentem Heraclium condemnent, imperat. Itaque condemnant.* Cic ad Quint. fratr. 2, 5 *Ea ipſa in re Pompeji offenſio nobis obſtitit. Senatorum enim urna copioſe abſolvit, equitum æquavit, tribuni ærarii condemnarunt.* Vbi nota, *tres urnas* fuiſſe, pro tribus ordinibus: unam, in quam ſenatores; alteram, in quam equites; tertiam, in quam tribuni ærarii tabellas ſuas conjiciebant. Horat. 2 ſat 1, 47 *Servius iratus leges minitatur & urnam.* Hinc Æaco atque Minoi, judicibus apud inferos, *urna* quoque tribuitur a Parcis. vid. Torrent. ad modo citatum Horatii locum.

¶ Vrnŭla, *æ*, f. diminut. ut, *Vrnulæ fictitiæ*, Cicer. in Paradox. 1, 3 *Vrnulæ aquales*, Varro apud Nonium 5, 8. Et de urna ſepulcrali: Spartian. in Severo c. ult. *Vrnula aurea, Severi reliquias continens.* conf. Apul. lib. 6 & 11 Metam.

¶ Vrnālis, *e*, urnam continens; ut, *Vrceus urnalis*, Plin. 9, 30; & Cato R R. c. 13. *Scyphi urnales*, Petron. Fragm. p. 34, five c. 52. Et abſolute, *Vinum in urnalibus diffiſum habere*, lege ſin. D. de tritico, vino &c.

¶ Vrnārium, *i*, n. menſa vel locus, in quem urnæ aqua plenæ in culina vel ante balineum reponuntur. Annotavit Varro de L. L. 4, 27; & ex eodem Nonius 15, 10.

¶ Vrniger, *ĕra, ĕrum*, der einen waſſer-eymer trägt. Virg. de Signis cæleſtibus v. 12 *Et qui portat aquam puer urniger*, i. e. *aquarius.*

VRO, *uſſi, uſtum, urĕre*, πυρᾶν, eſt incendere, cremare, anzünden, brennen, verbrennen, active. Ovid. Triſt. 2, 267 *Igne quid utilius? ſi quis tamen urere tecta Comparet, auduces inſtruit ille manus.* Cicer. pro Domo c. 36 *Duritia corporis cum uritur, non ſentit.* Et, *Vri capite*, Idem Tuſc. 1, 28. Et Tac. Agric. 2, 2 *Delegato triumviris miſſerio, ut monumenta clariſſimorum virorum urerentur.* ¶ 2. Sed, *Vri virgis*, Horat. 2 ſat. 7, 58; &, *Vri loris*, 1 epiſt. 16, 47, eſt ita cædi, ut livores exſtent & notæ, ſtigmatum inſtar, geſtäupet werden. Sane repetita pulſatione incalefcit locus, unde naſcuntur livores, qui rupta cute mittunt ſanguinem. Ovid. de Remed. Amor. v. 235 *Adſpicis, ut preſſos urant juga prima juvencos*, wie ſie wund drücken. Nam hoc loco *Vrere* premendo arctius, & incumbendo cruciare atque corrumpere eſt. Livius 10, 47 *Peſtilentia ſimul urbem atque agros urit.* Quint Decl. 32 c. 9. *Vrit iterum fames.* Liv. 27, 29 *Quos & Macha nides tyrannus Lacedæmonius finitimo bello urebat.* Sic & *Calceus urere* dicitur Horat. 1 epiſt. 10, 43. Hinc *Curæ urere* dicuntur, quæ urgent & affligunt. vide *Peruſtus.* ¶ 3. Deinde, quod urget, inſtat, premit, moleſtum atque acerbum eſt, *urere* dicitur, wehe thun, ängſtigen. Ter. Eun. 2, 2, 43 *Vro hominem*, id eſt, crucio, ægre illi facio. Et ibid. 3, 1, 47 *Si quando illa mentionem Phædriæ Facit, aut ſi laudat, te ut male urat.* Sen. epiſt. 3 *Idmon urit*, das ſchmeißet uns. Suet. Tib. c. 66 *Vrebant inſuper anxiam mentem varia undique convicia, &c.* Florus 2, 6, 1 *Vrebat nobilem populum ablatum mare, captæ inſulæ, dare tributa, &c.* id eſt, dolorem afferebat & indignationem, es bis, kränckte und verdroß ſie. Lucanus 4, 578 *Sævis libertas uritur armis:* id eſt, opprimitur, peſſime habetur. Vellejus 2, 77 *Tum expoſtulante conſenſu populi, quem gravis urebat annona.* ¶ 4. Quin etiam ipſum frigus *urere* dicitur, dum affligit & cruciat, aut enecat plane. Cicer. Tuſc. 2, 17 *Pernoctant venatores in nive, in montibus ſe uri patiuntur.* Lucan. 4, 52 *Vrebant montana nives.* conf. *Aduro, Deuro*, & *Peruſtus.* Xenophontem quoque verbo ἀποκαίειν, de frigore uſum, ad Silii lib. 4, 68 obſervat Heinſius, & locum ipſum producit. vide & Taubmannum ad Virgilii Georg. 1, 93; item Savaronem ad Sidonii carm. 5, 528, Rob. Tit. ad Calpurn. Ecl. 5, 107, & quos laudat Drakenb. ad Sil. l. 6.

¶ Vrens, *tis*. Horat. 1 ſat. 5, 81 *Cum foliis ramos urens caminus.* Virg. Georg. 2, 196 *Vrentes culta capellæ.* Et Ovid Faſt. 4, 705 *Captivam ſtipula fœnoque involvit, & ignes Admovet, urentes effugit illa manus.* Liv. 36, 23 *Aſſidue labore urente.*

¶ Vrēdo, *ĭnis*, f. vitium adurens plantas, herbas, legumina, *rubigo*, der brand im getreide, Plin. 9, 45; & Columell. 3, 20, ubi a frigore oriri dicitur. Et Cic. de Nat. D. 3, 35 *Si uredo aut grando quippiam nocuit.* ¶ 2. Eſt & *Vredo* pruritus, das jucken. Plin 9, 45 *Vredinem excitare.*

¶ Vrica, *æ*, f. media brevi, idem vitium adurens, quod *Vredo*, der brand. Plin. 18, 17 *Commune omnium ſatorum vitium urica eſt.*

¶ Vrīgo, *ĭnis*, f. media longa, ardor ſive pruritus libidinis, die brünſtigkeit, geile brunſt. Plin. 20, 22 *Vehemens urigo.* Et Apul. Met. lib. 1 p. 71 *Illa mox urigine percita.*

¶ Vrīto, *are*, frequent. brennen. Plaut. Moſt. 3, 1, 81 *Calidum hoc eſt, niſi procul abeſt, uritat male.* Alii *urit.*

¶ Vſtus, *a, um*, gebrannt; ut, *Crudeliter ignibus uſtus* Ovidius Triſt. 3, 11, 53. *Æer ferveribus uſtus*, Id. Met. 1, 119. *Vſtus Indus*, Propert. 4, 3, 10.

¶ Vſta, *æ*, f. coloris factitii ſpecies. Vitruv. 7, 11, *Vſta ſatis habet utilitatis in operibus, &c.* Plin. 35, 6 *Vſta caſu reperta, &c. Sine uſta non fiunt umbræ.*

¶ Vſtio, *ōnis*, f. der brand. Plin. 36, 21 *Vis pumicum in medicina, tertia uſtione*, id eſt, poſt tertiam uſtionem. Cato R. R. c. 38 *Sarmenta, quæ tibi uſtioni ſupercrunt:* al. *uſioni.* Tertull. adv. Gnoſticos c. 12 *Ne expaveſcatis uſtionem, quæ agitur in vobis in tentationem.* ¶ 2. Idem admotio ferri candentis, quam *cauteriſationem* vulgo dicunt. Plin. 34, 15 *Quædam uſtione ſanantur, privatim vero canis rabidi morſus.* Cels. 8, 2 *Sive capitis, ſive pectoris os, ſive coſta carioſa eſt, inutilis uſtio*, i. e. candentis ferri admotio.

¶ Vſtīvus, *a, um*, vim urendi habens, brennend. Macer 2, 8 *Vſtivas mire juvat epiphoras oculorum &c.*

¶ Vſtilāgo, *ĭnis*, f. brand-koru; ut, *Vſtilago ruſtica*, Apul. de Herb. c. 63 & 109.

¶ Vſtor, *ōris*, m. Sic, *Vſtores*, qui cadavera cremabant. Martial. 3 epigr. 93. Et Catull. 60, 5 *Semiruſus uſtor.* conf. Prudent. Rom. v. 847.

¶ Vſtrīcula, *æ*, f. pl. *Vſtriculæ*, Tertulliano de Pallio c. 4 mulieres, quæ in ſuburendis, deliciarum cauſſa, crinibus operam ſuam hominibus collocabant. Sed Salmaſius ibi *biſtriculas* legit. Vide tamen ipſum in Notis p. 284, etiam de Vſtriculis diſſertantem. Adde Caſaubon. in Sueton. p. 144.

¶ Vſtrīna, *æ*, f. locus, in quo aliquid uritur, ipſaque adeo uſtio. Solinus de cornu cervi ad medicinam uſtione parato c. 19 (al. c. 31) *Quæ uſtrina præterea nidore vitium operit ac detegit, ſi cui ineſt morbus comitialis.* Arnobius lib. 7 p. 222 *Altaria infeliciſſimi animalium generis uſtrinæ, rogi ſunt & buſticeta, in opus ſtructa fœdiſſimum.* Plin. 36, 21 *In uſtrina ter ficcantur.* Apul. Met. 7 p 97 *Vſtrina talis moram non ſuſtinet*, i. e. ardor funeſtus, ut paullo ante vocaverat, die hitze in der brandſtatt. ¶ 2. Speciatim *Vſtrina* buſtum eſt, ſive locus, quo mortui hominis corpus crematur, die brandſtäte. vide Feſtum in *Buſtum.* Gloſſ. Philoxeni: Καύσεα νεκρῶν, *Vſtrina.* Adde Elmenhorſtium in Arnob. p. 184 ex Servio idem comprobantem.

¶ Vſtrīnum, *i*, n. idem; vide paullo poſt in *Buſtum.* Figuram uſtrini exhibet Sponius p. 290; cui adde Fabrettum p. 231.

¶ Vſtulo, *are*, veteribus idem fuit, quod *urere*, brennen, verſengen; ut, *Candenti ferro crines uſtulare.* Pacuvius *Ferventi caput uſtulare ferro*, carm. Priap. 45. Et, *Scripta uſtulanda*, Catull. 37, 7.

¶ Vſtulātus, *a, um*, gebrannt, geſengt. Vitruv. 5, 12 *Si mollis locus erit, palis uſtulatis alneis, aut oleagineis, aut robuſteis configatur.* Idem 1, 5 *Taleæ oleagineæ uſtulatæ.*

¶ Vſtulātio, *ōnis*, f. die verſengung. Gloſſ. Cyrilli: *Vſtulatio*, ἀπόκαυμα.

¶ Buſtus, *a, um*, adject. verbrannt. Inſcr. Murat. 1514 *Conduntur uſtaque buſtaque humo.*

¶ Buſtum, *i*, n. ſubſt. etiam ab *urendo*, eſt, quia *uro* & *haro* dixere; & eſt locus, ubi cadaver mortui hominis urebatur, ejusque condebantur oſſa & cineres, die bran ſtäte der todten. Feſtus: BVSTVM *proprie dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus & ſepultus, dicitur-que* BVSTVM bene uſtum. *Qui vero combuſtus quis tantummodo, alibi vero eſt ſepultus, is ab urendo* VSTRINA *vocatur.* Quod Feſtus *Vſtrinam*, Servius, eadem tradens, *Vſtrinum* appellat. Et ita in lapide veteri: HVIC MONVMENTO VSTRINVM APPLICARI NON LICET. V. Kirchmann. de Funerib. Rom. 3, 1. ¶ 2. Quia igitur antiquitus ibi fere ſepeliebantur mortuorum reliquiæ, ubi cadavera combuſta eſſent, & loci ejusmodi *buſta* proprie dicebantur: Inde *buſti* vocabulum ad ſepulcra quævis in commune translatum fuit, das grab. vid. Kirchmann. ibidem. Sic Romæ *locus* AD BVSTA GALLICA, *quod Roma recuperata, Gallorum oſſa, qui poſſederunt urbem, ibi coacervata ac conſita*, Varro de L. L. 4, 32; & 5, 48 pr. Adde Liv. 5, 48; 32, 41. Sic, *Facere buſtum*, Cic. Phil. 1, 2. *Violare buſtum*, Idem de Leg. 2, 26. Et, *Mactatus eſſem in Catilinæ buſto*, in Piſon. c. 7. *Buſtum inane*, Stat. Theb. 6, 169, (al. *Iuſta* leg.) ubi nullæ reliquiæ intus ſunt poſitæ, quodque honori mortui tantum, non tegendo cineri ejus & oſſibus exſtructum. Suetonius *tumulum honorarium* vocat in Claudio c. 1; κενοτάφιον Iureconſultis & Lampridio: & *tumulus inanis* Virgilio dicitur, uti ibi Torrentius obſervat. Et quoniam in his *buſtis* ſeu tumulis monumenta & ædificia cum cryptis ſubterraneis, in quas per gradus deſcendebatur, ut ex Petronio, Prudentioque Hymno 4 περὶ στεφάνων v. 154 & ſq. itemque B. Hieronymo in c. 40 Ezech. diſcimus atque ex Subterranea Boſii Roma abunde patet; idcirco, qui quærebant latebras aut tecto deſtituerentur, eo concedere ſolebant. Plebem Romanam, incenſa ab Nerone urbe, *ad monumentorum buſtorumque diverſoria compulſam*, Suetonius ejus vita c. 38 ſcribit. Scorta quoque ibi delituiſſe & proſtituiſſe adventoribus ſuis corpus, Martial. docet 1 epigr. 35 *Abſcondunt ſpurcas & monumenta lupas*: Lupæ enim meretrices. Et inde Idem 3 epigr. 93 *Buſtuarias mœchas* dixit. Servos quoque in herorum habitaſſe ſepulcris, & Chriſtianos perſecutionum tempeſtate jactatos ibi fefelliſſe

ſe furorem inſtantium, idem Kirchmannus de Funerib. Rom. 3, 22 obſervat.

¶ Buſtar, *ăris*, n. idem quod *buſtum*. v. Charif. l. 1, & Meurſ. in Auctar. Philol. p. 163.

¶ Buſteus, *a, um*, buſto proximus, der ſchon ein bein im grabe hat. Plaut. Truc. 2, 7, 58 *Odio es, conſoſſus, buſteus*. Sed ſcriptura variat.

¶ Buſtirapium, *i*, n. die brandſtätte der todten. Arnobius lib. 7 p. 222 *Vſtrina rogi ſunt, & ſupellex*. vide ſupra *Vſtrina*. Et lib. 1 p. 24 *Concrematus in Oeteo Hercules*.

¶ Buſtualis, *e*, adj. ad buſta pertinens. Prudent. Cathemer. 9, 52 *Suetus antro ſtrideat ſub catenis frendere*. Et Sidon. 3 ep. 12 pr. *Refertus buſtualibus favillis*.

¶ Buſtuarius, *a, um*, idem; ut, *Buſtuarius gladiator*, qui ante ſepulcra dimicabat, Cic. in Piſon. c. 9. *Buſtuaria mœcha*, quæ inter buſta vulgat corpus, Martial. 3 epigr. 93.

¶ Buſturarius, *i*, m. ſubſt. libitinarius eſt Ammiano 28, 4, ein todtengräber. vid. ibi Valeſium p. 509 ſq.

¶ Buſtuarium, *i*, n. ſubſt. buſtum, eine brandſtätte. Gloſſ. gr. lat. καῦσις νεκ, ὄν, *buſtuarium, uſtrina*.

¶ Buſtirapus, *i*, m. neſarius, qui lucri cauſſa nefanda audet, ein erzbube, der die gräber beraubt. Plaut. Pſeud. 1, 3, 127 *Verbero, buſtirape, furcifer*. vid. Kirchmann. de Fun. Rom. 4, 5.

Compoſita:

¶ Adūro, *uſſi, uſtum, ĕre*, verſengen, abſengen, brennen. Cic. Offic. 7 de Dionyſio tyranno: *Quid cenſemus, ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris agi ſolitum, qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum?* Ter. Adelph. 3, 3, 72 *Hoc falſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc tantum eſt parum*, es iſt angebrannt. Gell. 8, 2 *Admoto ferramento adurere*. conf. Id. 5, 8. Petron. c. 44 *Quacunque ibat, terram adurebat*. Horat. Epod. 5, 24 *Flammis aduri Colchicis*. Idem Iod. 27, 14 *Quæ te cunque domat Venus, non erubeſcendis adurit ignibus*, ſie macht dich verliebt. ¶ 2. De rigore Virgilius Georg. 1, 93 *Aut Boreæ penetrabile frigus adurat*. Sic & *aduſtus*.

¶ Adurens, *tis*. Celſ. 6, 8 *Curare oportet medicamentis adurentibus*.

¶ Aduſtus, *a, um*, geſengt, verſengt. Sidon. carm. 5, 528 *Quondam mihi corpus aduſtum Frigoris igne perit*. conf. Celſ. 8, 9. Et Petron. c. 109 *Atraque attritis nidet aduſta pilis*. Horat. 2 ſat. 8, 68 *Panis aduſtus*, conf. ibid. v. 90. Sic, *Sanare aduſta nivibus*, Plin. 28, 8. Sed Cic. Att. 5, 20 p. 543 Græv. *Incendio Platoriano aduſtus* dicitur *Lelius*, i. e. Plætorio damnato & ipſe in diſcrimen vocatus. v. *Ambuſtus*. Compar. *Color aduſtior*, Liv. 27, 47, braune von der ſonnen gebrannte farbe.

¶ Aduſtio, *ōnis*, f. die verſengung; ut, *Picis aduſtio*, Plin. 14, 20 *Vrina cum ervi farina contra aduſtiones &c.* Idem 28, 6.

¶ Ināduſtus, *a, um*, unverſengt, unverbrannt. Ovid. Heroid. 12, 93 *Inaduſto corpore tauros*. Et Prudent. Apoth. v. 131 *Inaduſtis fratribus*, de fornace Babylonia.

¶ Ambūro, *ĕre*, umher verbrennen, verſengen, ſchmäuchen. Germanicum græco propemodum conſonat, καταϛύχειν, ſeu ϛυύχειν ſimpliciter. Plaud. Epid. 5, 2, 9 *Quaqua tangit, omne amburit*. Idem Mil. 3, 2, 22 *Nimis calebat, amburebat gutturem*. Et, *Amburi fulmine*, Plin. 3 epiſt. 11.

¶ Ambuſtus, *a, um*, verſengt, angebrannt. Cic. pro Domo ſua c. 43 *Ambuſtas fortunarum ſuarum reliquias* metaphorice dixit. Idem in Verrem Orat. 1, 22 *Ambuſtus incendio ſociorum*. Tac. Ann. 13, 35, 5 *Ambuſti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati ſunt*. Sil. 4, 68 *Hoſtis fractus ambuſtusque nivoſis cantibus*. Et Ovid. Met. 2, 209 *Ambuſta nubila*. Sed Liv. 22, 35 pr. *Damnatione collegæ & ſua prope ambuſtus evaſerat*. Simile eſt illi *invidia conflagrare*. v. modo Aduſtus.

¶ Ambuſtio, *ōnis*, f. die verſengung, der brandſchaden. Plin. 23, 4 *Myrteam oleum medetur ambuſtionibus*.

¶ Ambuſtŭlātus, *a, um*, gebraten. Plaut. Rud. 3, 4, 65 *Te ambuſtulatum objiciam magnis avibus pabulum*.

¶ Semiambuſtus, *a, um*, halb gebraten. Suet. Calig. c. 59 *Cadaver ſemiambuſtum*. Et Silius: *Semiambuſta jacent*.

¶ Comburo, *uſſi, uſtum, ĕre*, verbrennen. Sic, *Vivus combuſtus eſt*, Cic. Tuſc. 2, 22. *Furto comburere*, ſchmäuchen, τμύχειν, Idem ad Qu. fratr. 1, 2. Et, *Comburere annales*, de Divin. 1, 17. Sed, *Hanc ait comburamus*, id eſt luculenta hilaritate conſumamus, Plaut. Menæchm. 1, 2, 43.

¶ Comburens, *tis*. Lucret. 6, 152 *Flamma turbine ventorum comburens*.

¶ Combuſtus, *a, um*, verbrannt; ut, *Subſellia combuſta*, Cic. pro Roſc. Am. c. 32. Et, *Cæſar etiam in foro combuſtus*, Idem Attic. 14, 10. conf. Cæl. B. Civ. 3, 101; Hirt. B. Hiſp. c. 20; Propert. 2, 30, 29; Celſ. 5, 8.

¶ Combuſtio, *ōnis*, f. die verbrennung. Apicius 4, 4 *Ne fundum attingat & combuſtionem ſentiat*, daß es nicht anbrenne.

¶ Combuſtūra, *æ*, f. id. Macer 1, 26 *Et combuſturis præclare ſubvenit ignis*. Et Apic. 4, 4; & 5, 5 *Propter combuſturam*.

¶ Semicombuſtus, *a, um*, halb verbrannt. Prudentius Romano v. 859 *Alunt olivo ſemicombuſtas faces*.

¶ Deūro, *ĕre*, abbrennen. Hirt. de B. Hiſp. c. 27 *Oppidum deurere*. Liv. 39, 2 *Æmilius agros Ligurum, vicosque in campis & vallibus deuſſit depopulatusque eſt*. Gell. 1, 19 *Sibylla tres libros ex novem deuſſit*. Minuc. Felix c. 8 *Athenienſes Protagoræ ſcripta in concione deuſſerunt*. Lege 29 D. locati: *Silvam ne cædito, neve deurito*. ¶ 2. De frigore Liv. 40, 45 *Hiems eo anno nive ſæva & omni tempeſtatum genere fuit: arbores, quæ obnoxiæ frigoribus ſunt, deuſſit cunctas*.

¶ Deuſtus, *a, um*, abgebrannt. Cæſ. B. Gall. 7, 25 *Deuſtos turrium pluteos videbant*. Et Tac. Ann. 6, 45, 1 *Deuſta pars circi*.

¶ Exūro, *ĕre*, igne prorſus conſumere, ausbrennen, mit feuer vertilgen. Virg. Æneid. 1, 39 *Pallasne exurere claſſem Argivum potuit?* Cic. in Piſon. c. 40 *Epirus exciſa, Locri exuſti ſunt*. Et, *Exuri & cremari flammis*, Plin. 2, 68 *Exurere mare*, proverbium de labore inani. ¶ 2. *Exurere & exhaurire* miſcent librarii. vid. *Exhaurio*.

¶ Exūrens, *tis*. Curt. 6, 6, 16 *Flagrabant* (ſcil. farcinæ) *exurentibus dominis*.

¶ Exuſtus, *a, um*, ausgebrannt, ausgedorrt; ut, *Exuſtus ager*, Virg. Georg. 1, 107. Et, *Exuſtus ſole caſeus*, Colum. 7, 8.

¶ Exuſtio, *ōnis*, f. die ausbrennung. Cic. Somn. Scip. c. 7 *Exuſtiones terrarum*. Et, *Solis exuſtio*, Plin. 17, 24. Nam active & paſſive hujus generis nomina ſignificant.

¶ Inūro, *ĕre*, hinein brennen; ut, *Fronti ſtigma inurere*, ein ſchandmahl einem an die ſtirn brennen. Philippus militi ingrato inuri in frontem hæc verba juſſit: *Heſpes ingratus*. Quod Sen. de Benef. 4, 37 in recenſione illius exempli dixit *ſtigmata inſcribere*. Virg. Georg. 3, 158 de pecoribus: *Continuoque notas & nomina gentis inurunt*. ¶ 2. Hinc, *Inurere ignominiam alicui*, einen ſchandfleck anhencken, Cic. de Provinc. c. 7 *Inurere animo dolorem*, Idem in Verr. 3, 44. it. ad Att. 1, 16 p. 108 Græv. *Famam ſuperbiæ inurere*, i. e. ſuperbiæ damnare, Cic. pro Muræn. c. 4. *Inurere maculam alicui*, Liv. 3, 58. Et Declamator in Salluſt. *Nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non poſſis?* Vellej. 2, 64, 3 *Æternas Antonii memoriæ inuſſit notas*. Et, *Notam cenſoriam inurere*, Plin. 9 epiſt. 13.

¶ Inuſtus, *a, um*, angebrannt: ut, *Vulnere ſanguis inuſtus*, Ovid. Met. 12, 275. ¶ 2. Non uſtus, unverbrannt, unverſengt. Lucanus 8, 787 *Oſſa nervis & inuſtis plena medullis*.

¶ Obūro, *ĕre*. Hinc

¶ Obuſtus, *a, um*, ausgebrannt, gebraten; unde *Sudem obuſtam* dixit Ovid. Met. 12, 299. *Obuſtum robur*, hoc eſt, circumuſtum, Silius 4, 284. Et *Gleba canenti gelu obuſta*, Ovid. Triſt. 5, 2, 66. Sedulius in Hiſtoria Reſurrect. v. 371 *Piſcis obuſti Atque favi mundens epulas*.

¶ Perūro, *ĕre*, durchaus brennen, erhitzen; ut, *Ardentiſſima febri peruri*, Plin. 7 epiſt. 1. *Æſtu valido peruri*, Ovid. de Arte am. 3, 543.

¶ Perurens, *tis*. Catull. 78, 3 *Inteſtina perurens*.

¶ Pĕruſtus, *a, um*, ausgebrannt, entbrannt. Cic. ad Cæſ. fam. 13, 16 *Etiam hominem peruſtum etiamnum gloria volunt incendere*. ¶ 2. Horatius epod. 4, 3 *Ibericis peruſte funibus latus Et crura duræ compede*, wund gerieben. Sen. Medea v. 547 *Hoc peruſti pectoris Curis levamen*. Ovid. Pont. 1, 5, 24 *Subducunt oneri colla peruſtæ boves*. v. *Vro* n. 2. Id. de frigore Triſt. 3, 4, 49 *Ale tenet adſtricto terra peruſta gelu*.

¶ Prævro, *ĕre*, primores partes alicujus rei urere, vorn her verbrennen. Hinc

¶ Præuſtus, *a, um*, vorn her verbrannt. Plin. 3, 20 *Præuſta intra ſinus Alpium nive membra*. Virgil. Æn. 7, 524 *Stipitibus duris agitur, ſudibuſque præuſtis*.

¶ Semiuſtus, vel Semuſtus, *a, um*, halb verbrannt; ut, *Semuſta fax*, Ovid. Faſt. 4, 167. *Semiuſta caſtra*, Sil. 17, 104. *Semi ſtum cadaver*, Suet. Dom. c. 15. *Pauca toſtorum veſtigia lacera & ſemiuſta*, Tac. An. 15, 40, 4. Et Virg. Æn. 3, 578, *Semuſtum fulmine corpus*.

¶ Semiuſtŭlātus, *a, um*, geſchmäucht, geſengt. Cic. pro Mil. c. 13 *Tu P. Clodii cadaver, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, noctiurnis canibus dilaniandum reliquiſti*. Varr. apud Non. 4, 76 *Navicularius ſemiuſtulatus*. Et Prudent. Periſt. 2, 348 *Semiuſtulatum corpus*.

¶ Semiuſtulandus, *a, um*, halb zu verbrennen. *Corpus ſemiuſtulandum*, Suet. Tib. c. 75.

¶ Subūro, *ĕre*, leviter urere, beſengen. Suet. Aug. c. 68 *Solitus eſt crura ſuburere nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret*.

¶ Subuſtus, *a, um*, geſengt. Paulinus Nolanus carm. 7, ſive paraphraſi Pſalmi 1, 37 *Tamen ſubuſti corporis ſignis miſer Vitam tenebit*.

¶ Subuſtio, *ōnis*, f. die anbrennung. Lege 32 Cod. Theod. de Operib. publ. *Theſmarum ſubuſtioni deputamus*. Baſilica habent ἔγκαυσις. vid. Gothofr. h. l. Ammian. 31, 1 vocat *lavacri ſuccenſionem*.

¶ Subverbuſtus, *a, um*, ſtigmate notatus, gebrandmahlet. Feſto idem eſt ac *veribus* (ſed Fr. Junius ad Tertull. p. 15 legit *verberibus*) *uſtus*. Apud eumd. Plaut. *Ulceroſa, compedita, ſubverbuſta, ſordida*. Et Tertull. de Pallio c. 4 *Subverbuſti liberalibus*. conf. ibi Salmaſ. p. 342.

Vivicomburium, *i*, n. vide ſupra in *Vivo*.

VRŌPȳGIVM, *i*, n. ὀρθοπύγιον, extremum vertebræ eſt, quaſi natium cauda, ut in volucribus, πύγαι *nates* ſunt, der arſch an hünern, gänſen. Martial. 3 epigr. 93 *Et anatis habeus uropygium macræ*.

VRPIX, *ĭcis*, m. inſtrumentum ruſticum Catoni eſt c. 10 *Vrpicem unum, crates ſtercorarias quatuor villicum habere oportet*. Fortaſſis autem nominativum rectius leges *Vrpex*, quam *Vrpix*. Videtur eſſe inſtrumentum, quo ager aratus coæquatur. vide ſupra in lit. *Irpices*.

VRRVNCVM, *i*, n. Varroni de Re Ruſt. 1, 48 extr. tribuitur, granum in faſtigio culmi & infimo ſpicæ, grano juſto minus. Suſpecta vox Geſnero ad h. l.

VRSVS, *i*, m. animal notum, ein bär. Quidam ab informi ſic appellatum putant figura, qua naſcitur, ac tum demum lambendo a matre completur, *urſus*, quaſi *orſus*. Nugæ. Plin. 10, 63 *Informia urſæ pariunt*. Ovid. Met. 15, 379 *Nec catulus, partu quem reddidit urſa recenti: Sed male viva caro eſt, lambendo mater in artus Fingit, & in formam, quantum capit ipſa, reducit*. Item Ælianus de Hiſt. Animal. 2, 19, & Sextus Empiricus 1, 14 Hypot. Philoſ. Hinc de Virgilio natum illud eſt, *quaſi urſe more verſus ſuos pepererit*, laborioſe lenicet retractando, & emendando. Rectius ab *urgendo* dicitur, propter ferociam & impetum hujus animalis. Inde, *Fumantem urſi naſum ne tentaveris*,

h. e. ne irrites eum, qui nocere tibi potest. Quod adagium Martialis eleganter expressit: 6 epigr. 64 *Rabido nec perditus ore Fumantem nasum vivi tentaveris ursi: Sit placidus licet, & lambat digitosque manusque: Si dolor & bilis, si justa coëgerit ira, Vrsus erit, vacua dentes in pelle fatiges.* Iracunda enim & sæva bellua usus est. Iuvenal. 15, 164 *Sævis inter se convenit ursis.* Sed, *Numidicos & Libycos ursos* apud plures auctores qui nominant, non *ursos*, sed *leones* intelligendos, pertendit Lipsius Elector. 2, 4; sed ei se opponit Salmasius in Exercit. Plinianis p. 221 & ad argumenta singula ex ordine respondet. Etiam G. I. Vossius de idol. 3, 52 p. 503 mutata priori sententia sua, ex Herod. Melp. Solin. c. 29, & Strabone l. ult. ostensum ivit, fuisse omnino ursos in Africa.

¶ Vrsa, æ, f. eine bärin; ut, *Villosæ catuli ursæ*, Ovid. Met. 13, 836. vid. plura in *Vrsus*. ¶ 2. *Vrsa* sidus, quod & ἄμαξα dicitur, & *Septemtriones*, der wagen, vide de hoc suo loco. ¶ 3. *Vrsa* piscis testacei generis, h. e. ex cancrorum seu squillarum genere, eine art see-krebs. Gesnerus.

¶ Vrsinus, *a, um*, adject. vom bär; ut, *Visinus sanguis*, Colum. de Arbor. c. 15. *Visina rabies*, Plin. 8, 36. Et, *Sebum ursinum*, Palladius 1, 35.

VRTICA, æ, f. ab *urendo* dicta, die nessel. Colum. 8, 14 *Ovis subjiciantur radices urticarum &c.* conf. Plin. 17, 10; 22, 7 &c. Ovid. Remed. am. v. 46 *Et urticæ proxima sæpe rosa est.* Vrticis in victu, sed vilissimo, parcos & abstinentissimos usos fuisse, docet Horatius 1 epist. 12, 7 *Si forte in medio positorum abstemius, herbis Vivis & urtica.* ¶ 2. Pro pruritu & cupidine usus est Sidonius 8 epist. 8 extr. *Tepropagandæ rei familiaris urtica solicitat*, die reitzung. Adde Iuvenal. 2, 128; & 11, 168. ¶ 3. *Vrticæ*, pisces plurimarum specierum, meer-nessel, meerschwein, Gesnerus. Sic, *Marina urtica*, Plaut. Rud. 2, 1, 9. conf. Plin. 9, 45; 32, 10 & 11; & Gell. 4, 11.

VRVCA, æ, f. vox est apud Iuvenalem 6, 276, ubi ait: *Tu tibi nunc Vruca places &c.* Ita enim vetus scholiastes legit, poëtamque ait *Vrucam* mimologi stupidi nomen finxisse, & esse *urucam* proprie illud, quod in faba nascitur, ut gurgulio, eine made. Sed vid. supra *Curruca*, quam vocem alii hic amplectuntur.

VIVO, are, & urvum, vide supra in *Vrbo*.

VRVS, *i*, m. bos silvestris, vel, ut vulgus vocat, *bubalus*, ein büffel, vulgo vocant ein aurochs. *Vri* autem vocabulum Gallicum est, quo bovem silvestrem ipsi nominant. *Vri* Hercyniæ silvæ proprii, de quibus Cæsar de B. G. 6, 27. Virg. Georg. 2, 374 *Silvestres uri assiduæ, capreæque sequaces.* Adde Solin. c. 32; Veget. 3, 5; Plin. 8, 15; & 28, 10.

¶ Vrogallus, *i*, m. silvestris gallus, ein auerhahn, ab eadem appellatione fingitur.

¶ Bisurus, *i*, m. *M. Cicero tradit*, *animal biuros vocari*, *qui vites in Campania erodant*; verba sunt Plinii 30, 15. Alii *Byturos* legunt.

VSIA, æ, f. οὐσία, Latine *essentia* sive *Substantia*, das wesen. Vlpianus utitur l. 9 § 2 ff. de contrah. empt.

Vsio, usitatus, &c. vide infra *Vtor*.

VSPIAM, adverb. aliquo in loco, alicubi, irgendswo, etwa an einem ort. Ter. Adelph. 1, 1, 3 *Si absis uspiam, aut si ubi cessis.* Ad quem locum Donatus monet, τὸ *uspiam* & in loco, & ad locum significare. Cic. Attic. 1, 17 pr. *Non dubitabam, quin te ille in ullis locis uspiam visurus esset.* conf. Id. de Amic. c. 23.

¶ Nusquam, adverb. nirgends. Gell. 5, 4 *Librarius in quodvis pignus vocabat, ni in una nusquam littera delictum esset.* Oitelii tamen vet. editio legit: *si in una uspiam.* vid. Borrich. Cogit. p. 182 Ita & Scioppius in animadvers. in Voss. veretur, ne *nuspiam* nusquam extet.

VSQVAM, adverb. quod de illis etiam, quæ in loco aliquo fiunt, dicitur, irgendswo. Cic. de Divin. 2, 69 *Nec mihi magis usquam videor, quam cum aut in foro magistratus, aut in curia senatum video, somniare.* Ter. Andr. 2, 5, 9 *Neque istic, neque alibi usquam tibi erit in me mora.* Et ibidem 5, 3, 7 *Vide, num ejus color pudoris signum usquam indicat*, id est, aliqua parte. Idem Hec. 3, 1, 13 *An quisquam usquam gentium est æque miser?* Iustin. 3, 3, 9 *Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet.* Nepos 14, 6, 8 *Quo neque acutius illius imperatoris cogitatum usquam legimus*, i. e. in nullo libro. ¶ 2. Interdum tamen ad locum etiam significat, quemadmodum ostendit Valla 6, 19. Cic. Phil. 1, 1 *Nec vero usquam discedebam*, irgends hin.

¶ Nusquam, adverb. nullo loco, ad nullum locum, imo & ex nullo loco, nirgends. Ter. Eun. 4, 3, 18 *Ille autem bonus vir nusquam apparet*, er läßet sich nirgends sehen. *Nusquam alibi esse*, Cic. Acad. 4, 32. *Nusquam tuta fides*, Virg. Æn. 4, 373. *Nusquam est, qui ubique est*, Seneca epist. 2. *Nusquam gentium*, id est, nusquam omnino: Ter. Adelph. 4, 2 pr. *Fratrem nusquam invenio gentium*, nirgends überall. ¶ 2. Sed hic ad locum significat: *Detineo te fortasse, tu profecturus alio fueras?* P. *Nusquam*, Id. Ter. Eun. 2, 2, 50. Et Auctor ad Herenn. 2, 2 *Nusquam ventum, aut abitum sine caussa putetur.*

VSQVE, bis, quam vocem inter præpositiones alii, inter adverbia alii numerant. Plaut. Menæch. 1, 2, 60 *Inde usque ad diurnam stellam potare.* Ter. Andr. 1, 2, 28 *Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem.* Liv. 10, 2. *Dulcedine prædandi lungius usque a navibus procedunt.* Et Virg. Georg. 1, 211 *Vsque sub extremum brumæ*, id est, usque circa finem brumæ. Horat. 1 sat. 3, 6 *Si collibuisset, ab ovo Vsque ad mala citaret, &c.* hoc est, ab initio cœnæ usque ad finem. *Ova* enim olim in cœnæ principio apponebantur; *Mala* vero inter cætera mensæ secundæ exhibebantur. Cic. Verr. 5, 60 *Vsque ex ultima Syria atque Ægypto navigare.* Idem pro Quint. c. 3 *Trans Alpes usque transferri.* Et, *Vsque a pueris*, Ter. Adelph. 5, 9, 5. *Inde usque a prima pueritia*, Cic. pro Arch. c. 1. *Progeniem vestram usque ab avo atque atavo profero*, Ter. Phorm. 2, 3, 48. conf. Gronov. Observ. 3, 19. ¶ 2. Aliquando sine præpositione ponitur, & ipsa est præpositio, atque cum accusativo construitur. Ter. Adelph. 4, 5, 21 *Miletum usque obsero.* Cic. Attic. 15, 28 *Vsque Puteolos.* Idem ad Qu. Frat. 1, 1, 14 *Vsque Romam significationes vocesque referantur.* Florus hist. proœm. *A Romulo usque Augustum.* Paulinus ad Nicetam v. 143 *Ipse Nicetæ comes usque Dacos Angelus adsit.* Sed Vossius & hic negat præpositionem esse, & per ellipsin pro *usque ad* dici existimat de Analogia 4, 4. ¶ 3. Continuationem temporis significat, & idem fere est, quod perpetuo. Ter. Adelph. 2, 2, 5 *Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.* Idem Eun. 2, 1, 14 *Opus faciam, ut fatiger usque, ingratiis ut dormiam.* Et Adelph. 4, 2, 19 *Ctesipho me pugnis miserum, & istam psalteriam usque occidit.* Et in eadem fabula 2, 2, 7 *Quid putui melius, qui hodie usque os præbui*, id est, semper, vel perpetuo. Cic. fam. 12, 19 *Mihi quidem usque curæ erit, quid agas.* Plaut. Most. 2, 2, 19 *Vsque valuisti?* Virg. eclog. 9, 64 *Cantantes licet usque (minus via lædet,) eamus.* Ovid. Trist. 4, 1, 4 *Mens intenta suis ne foret usque malis.* Ter. Adelph. 4, 6, 3 *Perceptavi usque omne oppidum*, ubi loci pariter ac temporis continuationem notare videtur.

¶ Vsque adhuc, bis diese stunde. Ter. Andr. 1, 5, 28 *Qui me tam leni passus est animo usque adhuc, quæ meo cunque libitum est animo, facere.* Pro eo *Vsque in hoc* Quintil. dixit Declam. 301.

¶ Vsque adeo, id est, adeo vel in tantum, so gar, oder also gar. Ter. Andr. 4, 1, 38 *Nusquam destitit sudare, orare usque adeo, donec perculit*, so lange bis. Virg. eclog. 1, 12 *Vsque adeo turbatur agris.* ¶ 2. *Vsque adeo*, pro eo usque, sequente *quoad*. Sueton. de Illustrib. Grammat. c. 22 *Vsque adeo arguere perseveravit, quoad Cassius Severus, interpellatis judicibus, dilatione periit.*

¶ Vsque dum & Vsque eo dum, id est, quoad, vel tantisper dum, so lange, bis ꝛc. als ꝛc. Ter. Heaut. 1, 1, 84 *Namque usque dum ille vitam incolit inopem, carens patria ob meas injurias; interea usque illi de me supplicium dabo.* Et Cic. pro Quint. c. 21 *Res jacuit, usque dum inveniretur.* Idem Verr. 3, 5 *Se duces vivos, usque dum per se licuerit, temisse.* Eamdem locutionem Terentius Heaut. 5, 2, 30 elegantur etiam extulit vocibus nonnullis inter *usque* & *dum* interjectis: *Imo & ibi nunc sum, & usque dudum id egi, dum loquitur pater.* Cic. de Nat. D. 2, 49 *Platalea usque eo premit avium capitu mordicus, dum illæ captum amittant.*

¶ Vsque eo, bis dahin, so weit, so gar. Cic. in Verr. 2, 38 *Neque se usque eo Sthenio inimicum esse, &c.* er sey ihm so feind gewest. Idem in Orat. c. 29 *Vsque eo morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes.* Et pro Quint. c. 18 *Inferiorem se esse patitur, usque eo duntaxat, ne inimicorum crudelitati dedatur.* Et Nepos 16, 3, 1 *Id illi usque eo despexerunt, ut &c.* id est, adeo.

¶ Vsque quaque, hoc est, in unoquoque loco, & quocunque tempore, an iedem orte, zu iederzeit, überall, allenthalben. Cic. Verr. 5, 5 *Nolite usquequaque eadem quærere, in meis bonis, furandi quis locus esse potest?* Et Phil. 2, 43 *Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva.* Id. fam. 7, 16 *Vsquequaque sapere oportet, id erit telum acerrimum.* Sidon. 2 epist. 10 *Vsquequaque præconiis excolere.*

¶ Vsquequo, idem quod quatenus, vel quoad, bis so lange. Varro de R. R. 1, 2 *Conjice in aquam, usquequo ad tertiam partem decoxeris.* ¶ 2. Et, *Vsquequo*, interrogative, wie lange? Martial. 2 epigr. 64 *Eia age, rumpe moras, quo te speciabimus usque?*

¶ Abusque, von daran, von darher, bis von. Plaut. Amph. 1, 1, 97 *Hæc illi est pugnata pugna abusque mane ad vesperam*, pro, a mane usque vesperam. Virg. Æn. 7, 288 *Dardanium prosiluit abusque Pachyno.* Avienus Arateis Phænom. v. 109 *Inde pruinoso fi lumen abusque Dracone in convexa ferax.* Et Ammianus 19, 7 (Vales. c. 4 p. 212) *Abusque ferventi Æthiopiæ plaga paullatim proserpens pestilentia.*

¶ Adusque, pro *usque ad*, bis dahin. Virg. Æn. 11, 262 *Adusque columnas exultat.* Horat. 1 sat. 1, 97 *Adusque supremam tempus.* conf. 1 sat. 5, 96. Gell. 5, 2 *Vini libidine adusque ebriosus.* Apul. Met. 2 p. 299 *Iuvenem adusque derasa capite producit in medium.* Messala Corvin. p. 20 *Adusque Iulii Cæsaris principatum.*

Hucusque, vide supra in *Hic, hæc, hoc.*

¶ Inusque, pro *usque in*, bis hinzu. Avienus in ora maritima v. 525 *Tum jugum Celebunticum Inusque salsam dorsa porrigit Thetin.* Ibid. v. 606 *Fecyi jugum Radice fusa inusque Taurum pertinet.* Et v. 641 *Tanto enim fastigio Inusque celsa nubium subducitur, &c.* Solin. c. 35 *Aditum sibi inusque fauces fecit.*

¶ Quousque, vide in *Qui, quæ, quod.* ¶ 2. Sunt & alia, quibuscum *Vsque*, præsertim medio ævo, componebatur, ut, *Vsque hodie* apud Hieronymum de Scriptor. ecclesiast. in Malchione, & Pamphilio, & Eusthatio: & *Vsque nunc*, ibidem in Luciano.

VSTICA, æ, f. mons Sabinorum, de quo Horat. 3 od. 17, 11.

Vstilago, ustio, ustor, ustricula, ustrina, ustulo, &c. vide paullo ante *Vro*.

Vsualis, usuarius, usucapio, usufructuarius, usura, usurarius, usurpo, are, &c. usus, usuvenio, vide infra in *Vtor*.

VT, conjunctio & adverbium, sed non cum ejusdem modi temporibus conjunctum: Conjunctionem enim, quæ significat, daß, auf daß, damit, cum modo conjunctivo efferimus; e. g. *Vt vere dicam*, Cic. in Verr. 5, 69, die wahrheit zu sagen. *Vt ita dicam*, Quintil. 8, 3, also zu reden. *Vt alia obliviscar*, Cic. pro S. Rosc. c. 31. *Vt eam potissimum nominem*, Cic. Verr. 2, 59. Eodem modo vulgaris particulæ usus est, ubi causam exponit, cur aliquid fiat: e. g. *Confessim miserunt, ut nunciaret*, Nepos 1, 4, 3. *Eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut haberet, quod statim daret*, Idem 5, 4, 2. ¶ 2. Sed, *Vt abii abs te, fit forte obviam mihi hic Phormio*, significat tempus, & idem est, quod *cum* vel *postquam*, nachdem, als, so bald als, wie ich von dir hinweg war. Ter. Phorm. 4, 3, 12. Et Ad. 3, 3, 52 *Vt nunc abstatur forte argentum.* Et Cic. Att. 7, 15 *Vt ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem*; In qua significatione memineris efferri fere solere cum verbo indicativo Nep. 25, 10, 1 *Vt Antonius rediit in Italiam.* Et non ita multo post ibidem: *Quibus ex malis ut se emersit, &c.* Idem 14, 3, 4 *A quo ut rem gestam comperit.* Ter. Hec. 5, 3, 4 *Vt quisque venerat, accedebam, adolescens die dum quæso*, id est, cumprimum quisque venerat, so bald einer kommen war.

Cic.

Cic. in Somn. Scip. c. 3 *Ego ut primum fletu represso loqui posse cœpi quæso, inquam pater, &c.* Virg. Æn. 6, 102 *Vt primum cessit furor*, id est, cum primum. conf. Vellej. 2, 33, 3. Notanda in primis poëtarum ratio. Ovid. Her. 13, 89 *Vt vidi, ut gemui.* vid. Heinf ad Her. 12, 33. Virg. ecl. 8, 41 *Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error* Quod etiam ad n. 18 & admirationem forte referri possit. ¶ 3. Quemadmodum autem cum verbo jungitur aliquando conjunctio QVOD, quæ elegantius abesse poterat, oratione in infinitivum mutata; (de quo loquendi genere supra monuimus:) ita & τῷ VT videntur usi, ac si VT pro illo QVOD positum esset. Corn. Nepos 23, 1, 1 *Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superavit, non est inficiandum, Hannibalem tanto præstitisse Imperatores cæteros prudentia, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes.* Ad quem locum Lambin. *Mirum*, inquit, *loquendi genus! Cur non ita dixit potius.* Si verum est, quod nemo dubitat, P. Romanum omnes gentes virtute superasse. *Verumtamen nihil mutandum. Sic enim veteres interdum loquebantur.* Hæc ille. Exemplo sit Plin. 2 ep. 5 fect. 7 *Videmur posse confidere, ut universitatem varietas ipsa commendet.* Id. Paneg. c. 8 *An dubium est, ut dare non posset imperium.* Sed & Cic. pro S. Rosc. c. 41 *Non est verisimile, ut Chrysogonus horum litteras adamarit.* Et Varro R. R. 1, 2, 26 *Verum dicit, ut hoc scripserit in agricultura.* Sed quidquid tandem sit de talibus: non possunt ea normam tot millibus exemplorum constantem inflectere. conf. quos Drakenb. ad hæc Liv. 5, 55. *Ea est causa, ut veteres cloacæ nunc privata passim habeant tecta*, adduxit. ¶ 4. *Vt* cum *Ita* vel *Sic* in exprimenda similitudine, pro quemadmodum, gleichwie, vel pro *prout*. Cic. de Orat. 1, 26 *Vt quisque optime dicit, ita maxime dicendi facultatem & pericula extimescit.* Ter. Hec. 3, 3, 20 *Vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus*, nachdem, oder wie die sachen lauffen. Plaut. Pseud. 1, 3, 11 *Vt voles esse me, ita ero:* hoc est, talis, qualem me voles, ero. Nepos 17, 8, 1 *Tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo.* Id. 23, 7, 4 *Vt Romæ consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur.* Interdum & absque *ita* vel *sic* comparationis vis est. Matius Cic. fam. 11, 27 *Vt par est.* Nepos 18, 8, 2 *Elatus est in lecticula, ut ipse præscripserat.* Plaut. Amph. prologo v. 104. *Iam ego vos noviisse credo, ut sit pater meus*, ihr wisset ja, wie mein vater ist; id est, quibus assuetus moribus sit, qui mos ejus sit. Id. Pseud. 4, 4 pr. *Ne plora: nescis, ut res sit, Pœnicium*; id est, quomodo se res habeat. Ter. Heaut. 3, 1, 27 *Non tu ei dixisti, ut essem?* vid. Taubmann. ad Plaut. 7 p. 15. ¶ 5. Elegans quoque usus est formulæ *ut erat*, ad habitum designandum nihil immutatum. Ovid. Met. 4, 473 *Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos.* Et Idem 11, 60 *Patulos, ut erant, induat hiatus.* Idem Met. 11, 239 *Illic te Peleus, ut somno vincta jacebas Occupat.* Suet. Ner. c. 48 *Circa quartum milliarium, ut erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obsoleti coloris superinduit.* Plena autem formula est: *Ita, ut erat.* Id. Vitellio c. 8 *Subito a militibus e cubiculo raptus, ita ut erat in veste domestica, Imperator est consalutatus.* vide supra in *Sic, Sic ut erat.* ¶ 6. *Vt si* pro quasi, ac si, tanquam si, gleich als ob. Horat. 1 ep. 17, 3 *Discе docendus adhuc, quæ censet amiculus, ut si Cæcus iter monstare velit.* Corn. 10, 9, 2 *Triremem in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet.* Idem 14, 3, 2 *Vinctam ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret.* Similiter & aliis pluribus locis locutus est. Et Cic. fam. 2, 14 *Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea*, als trüffe es mich an. Liv. 22, 50 *Cuneo quidem, hoc laxum atque solutum agmen, utsi nihil obstet, transibimus*; ubi v. Drakenb. notam. Omittitur autem etiam in talibus ITA vel SIC. Nam plena oratio est: ITA, VTSI. Ter. Eun. 1, 2, 36 *Cœpit studiose omnia Docere, educere, ita, ut si filia esset.* ¶ 7. Elegantiam habent & ista, Ter. And. 1, 1, 121 *Ita tum discendo ab illo, ut qui se filiam Daturum neget.* Concise contra Tacitus de Germ. 10, 1 *Auspicia sortesque, ut qui maxime, observant.* Plena oratio esset: *Auspicia sortesque ita observant, ut illi, qui id quam maxime faciunt.* Cic. fam. 7, 7 med. *Sic ecce commendavi, ut gravissime diligentissimeque possum.* Plin. 9 epist. 22 *Amat, ut qui maxime, dolet, ut qui impatientissime.* ¶ 8. *Vt* cum verbis *Metuo* & *Vereor* idem est ac, daß nicht. Ter. Andr. 5, 4, 11 *Metuo, ut subtulet hospes*, id est, ne non subtulerit. Ibid. 4, 2, 22 *Dies mihi ut sit satis, vereor, ad agendum.* ¶ 9. Et ibid. rursus 1, 1, 8 *Ego postquam te emi a parvulo, ut semper tibi apud me justa & clemens fuerit servitus, scis*; id est, quomodo, vel quam, wie gar einen erträglichen dienst du bey mir gehabt. Et Eun. 1, 2, 47 *Scis, quam intimum habeam te, & mea consilia ut tibi credam omnia.* Et, *Vt apparet*, Cic. pro Flacc. c. 16 wie man siehet. *Vt dicitur*, ibid. paullo post, wie man saget. *Vt ferunt*, Liv. 1, 37. *Vt fama est*, Id. 31, 32. *Vt perhibent*, Virg. Æn. 8, 135. *Vt fit*, Cic. pro S. Rosc. c. 32. *Vt est consuetudo*, Id. pro Cæcin. c. 8. Et Cæs. B. Gall. 3, 8 *Horum auctoritate finitimi adducti* (*ut sunt Gallorum subita & repentina consilia,*) *Treviam retinent*, id est, sicut, wie denn. *Vt temporibus illis*, Cic. de Clar. Orat. c. 7 *Vt in tali tempore*, Liv. 24, 28, wie es zu solcher zeit läufftig gewesen. In quibus quidem duobus locis excipiendi aliquam & diminuendi vim habet. Huc refer & Taciti locum Germ. 30, 3 de Cattis, *Multum, ut inter Germanos, rationis ac solertiæ*, h. e. multum, non si cum politioribus gentibus conferas, sed si cogites Germanos esse, natura stupidos & barbaros, klug genug vor Teutsche, oder zu dem, daß sie Teutschen. *Non ut olim, sed ut nunc sit*, Cic. fam. 9, 16. *Vt nunc est*, Id. Attic. c. 13, 26, wie es jetzund zugehet: Minus commode dicunt: *Rebus sic stantibus.* v. Manut. ad Cic. fam. 4, 9. Simile huc Cic. ad Attic. 13, 2 *Quomodo nunc est.* ¶ 10. *Vt quid* pro illo Hellenistarum ἵνα τί, Ebr. לָמָּה defensum it ex Cic. Att. 7, 7 Kappius ad Iens. Coll. p. 181. Sed distinguendus est locus, & actione juvandus. *Depugna potius, quam servias. Vt* (hic ipse se quasi interpellat interrogatione) *quid?* (ut inquam) *si victus eris, proscribare, si viceris, tamen servias.* ¶ 11. Sed interdum *Vt* idem est, quod *licet* aut *quamvis*, cum verbo conjunctivo, ob schon, wenn gleich. Cic. ad Brutum epist. 9 *Nos te tuumque exercitum exspectamus, sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore.* Apud Ovid. Met. 6, 195 loquitur Medea: *Major sum, quam cui possit fortuna nocere: Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.* Iuvenal. 13, 100 *Vt sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.* Liv. 22, 25 *Vt vera omnia essent, secunda se magis, quam adversa, timere deceret.* conf. Gron. Observ. 3, 6. ¶ 12. Sed, *Vt te di* est particula, Ter. Heaut. 4, 6, 6. ¶ 13. Sæpe *ut* intendendi formulis insevit, sive præcedant, *eo, adeo, tali, tantus*, sive omittantur: Nepos 10, 9, 4 *Fit strepitus, adeo ut audiri posset foris.* Idem 15, 3, 1 *Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.* id. 1, 5, 5 *Tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem hostium numerum prosligarent.* Id. Nepos 7, 1, 2 alteram omittit particulam: *Fuit dissertus, ut inprimis dicendo valeret.* conf. Id. 25, 16, 2. Et Cic. Att. 15, 1 *Est oratio scripta elegantissime sententiis, verbis, ut nihil possit ultra cogitari*, id est, usque adeo, ut &c. Et ad Quint. fratr. 2, 6 *Domus celebratur, ita ut cum maxime*, hoc est, ita ut si unquam alias, als iemals. ¶ 14. Et *ut ne* pro *ne*, eleganter per pleonasmum apud Terentium: ut in Eunuch. 5, 4, 29 *Ego te, si vivo, &c. ulciscar, ut ne impune in nos illuseris.* Et in Hec. 1, 2, 30 *Nempe ea caussa, ut ne id fiat palam.* Cic. fam. 6, 9 *Sed tamen ita velim, ut ne quid properes.* Id. Off. 1, 7 *Iustitiæ munus est, ut ne cui quis noceat.* conf. Nepos 2, 5, 5. Hadr. Card. de Serm. Lat pag. 382. Burm. ad Phædr. 4, 24, 14. Perinde & Græci ὡς μή dicunt. Non conjunguntur semper tamen particulæ istæ, sed disparantur aliquando, & interponitur aliquid, non sine elegantia: Plaut. in Persa 1, 3, 30 *Memini: ut mussies?* Cic. post reditum in senatu c. 5, *Vt lex Ælia & Fusia ne valerent.* Et fam. 13, 55 *Vt socrus adolescentis ne rea fiat. Ne ut*, pro *ne* dixit Tacitus: vide *Ne.* Similiter & *Quo ne*, pro *Ne*: vide *Quo.* *Vt* abundat quoque in his Liv. 8, 7, *Agitatum quoque in consilio est, ut, si quando unquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores*: ubi v. Duckerum, & Menck. Obs. L. lat. ¶ 15. Contra *Vt* per ellipsin prorsus dissimulatur, non modo cum pro conjunctivo infinitus cum accusativo ponitur, uti notum; sed & ubi necessario vel subintelligendum vel repetendum; e. g. *Mors necessi est perveniat*, id est, ut perveniat, Sen. epist. 4. Sic Nepos 25, 22, 2, *Ne id, quod natura cogeret, sibi acceleraret, &* (ut) *se sibi suisque reservaret.* ¶ 16. Sicuti autem *Ne* interrogationibus etiam intervit, & idem quod *An* significat; ita & *Vt* non raro ponitur. Horat. epod. ult. v. 50 *Invultus ut tu riseris Cotyttia Vulgata &c.* solteſt du. Plaut. Trin. 3, 3, 21 *Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem?* Frequentius tamen per Pleonasmum τὸ *Ne* adjicitur quoque, ita, ut præcedat. Plaut. Aul. 4, 7, 9 *Egone ut te adversum mentiar, mater mea?* Et Pseud. 1, 5, 105 *Egone ut cavere nequeam, cui prædicitur?* Ter. Andr. 1, 5, 29 *Hine ego ut adversor?* Et locis aliis pluribus. Sen. in Medea v. 693 *Egone ut meorum liberum & prolis meæ Fundam cruorem?* Possumus in talibus & ellipsin statuere. ¶ 17. Est etiam interrogativum *ut* pro quomodo? *Vt vales?* Plaut. Rud. 5, 2, 17. Trin. 1, 2, 10 & 13. Pers. 1, 1, 17. *Vt munitum visum est oppidum?* Id. Pers. 4, 4, 5. Et, *Ea ut videtur mulier? Non edepol mala. Vt morata est? Nullam vidi melius*, Merc. 2, 3, 57. *Vt valuisti*, Merc. 5, 2, 107; & Most 3, 2, 59; Truc. 2, 7, 23. ¶ 18. Est & admirantis vel exclamantis particula, pro *Quam*. Horat. 2 sat. ult. v. 61 *Heu fortuna, quis est crudelior in nos, Deus? ut semper gaudes illudere rebus Humanis?* Forte etiam huc referas illud Virg. ecl. 8, 41 *Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error?* VT VIDI, id est, *simul ac vidi*: VT PERII, id est, *quam perii, in quod periculum incidi &c.* VT ME MALVS ABSTVLIT ERROR: *quam longe a recta ratione distraxit me error malus*, id est, amor infelix? ¶ 19 *Vt* atque & confunduntur librarii, vid. & : it. *ut* & *ubi*, vid. *ubi*. it. *ut* & *ubi* vid.

¶ Vtut, geminatum pro quocunque modo, wie nur. Ter. Adelph. 2, 2, 40 *Vtut hæc sint facta, potius quam lites sequar, meum mihi reddat*, es sey zugegangen wie es wolle. Idem Phorm. 3, 1, 4 *Nam utut erant alia, illi certe, quæ domi tuæ est, consideres.*

¶ Vtcunque, id est, quomodocunque, vel quoquomodo, so als nur, wie nur. Plaut. Amph. 1, 1, 187 *Vtcunque animo cohibitum est meo.* Ter. Andr. 4, 3, 21 *Tu ut subservias orationi, utcunque opus sit verbis, vide.* Et Cic de Fin. 5, 4 *Vtcunque res postulat*, wie es die noth erfordert. Idem Off. 1, 38 *Vtcunque acciderunt res.* Item, *Vtcunque ceciderit*, Liv. 2, 12, Sed alii legunt *ut cuique.* Id. 21, 35, *Vtcunque locus opportunitatem daret*, ubi pariter codd. nonnulli, *ut cuique.* Curt. 7, 4, 16 *Vtcunque cesserit.* Virg. Æn. 6, 822 *Vtcunque ferent ea facta minores.* Vellej. 2, 67, 1 *Difficilis est hominibus utcunque conceptæ spei mora.* conf. Drakenb. ad Liv. 7, 13.

Vtlibet, vide supra in *Libet.*

Vtplurimum, vide *Plus.*

¶ Vt quid pro *quare*, warum, Græcismus est: quo Cicero usus quibusdam videtur Attic. 7, 7 *Depugna, inquis, potius, quam servias? Vt quid? Si victus eris, proscribare? si viceris, tamen servias?* Sed vid. *ut* n. 10. De formula *ut quid* autem vide Daumium Notis ad Columbanum. Frequenter apud patres & recentioris latinitatis auctores reperitur. Symmachus 5 epist. 41 *Vt quid multa? Venient in manus tuas commenta curiæ nostræ, &c.* Tertull. de Persecut. c. 11 *Vt quid ergo de homine Christum redimis, &c.* Laurentius Novariensis Homilia de Pœnitentia *Vt quid me corripis conscientia? ut quid me confundis & depravare contendis.* Sæpius ita & vetus Bibliorum interpres.

¶ Vtī, idem quod *Vt*, auf daß, wie, Ter. Phorm. 4, 1, 20 *Quod si fit, uti me exturbem atque ejiciam domo, id restat.* Cic. pro Domo sua c. 21 *Nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset.* Et pro Rosc. Am. c. 2 *Neque uti satis firmo præsidio defensus Roscius, verum uti ne omnino desertus esset.* Cic. Phil. 9 extr. *Quod sepulcrum ipsius liberorumque ejus sit, uti quod optimo jure sepulcrum publice datum sit*, id est, tanquam, ut nempe quod. Liv. 6, 308. Et, *uti rogas prima tribus dicerent.* De qua formula Brisson. agit lib. 2 de Form. p. 133. Inde *Vtique* est, de quo infra suo loco.

Vtinam, Vtique, Vtpote & Vtputa, vide suis locis.

Præut, vide supra, *Præ*, Prout, *Pro.*

Sicut, ſicuti, vide ſupra in *Sic.*

Vtenſilis, &c. vide paullo poſt in *Vtor.*

VTER, *tra, trum*, genit. *utrius*, dativ. *utri*, ab ἕτερος, nomen eſt interrogativum de duobus tantum, wer, oder welcher von beyden; ut, *Vter utri inſidias fecerit*, Cic. pro Mil. c. 9. Et, *Vtra lex jubeat, utra permittat*, Idem de Invent. 2, 49. *Vter noſtrum tandem populariſ eſt, tu ne an ego?* Et pro Rabir. c. 4 *Intelligi non poterat, uter illum plus diligeret*: Nepos 25, 5, 4. Adde Liv. 2, 27; 8, 10; & 31, 32; Cæſ. B. G. 5, 44. In plurali. Cic. ad Qu. Fratr. 2, 12 *Vtros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſque neſcio.* ¶ 2. *Vter* interdum pro uterque poni vult Voſſ. ad Vell. 2, 34.

¶ Vtercumque, *Vtracumque, utrumcumque*, pro *utervis* ſeu *uterlibet*, wer nur. Cic. fam. 6, 4 *Vtercumque vicerit, non ſit mirum futurum*, es habe unter den beyden gewonnen, wer da wolle. Quintil. procem. lib. 5 *Vtrumcunque eſt, hic liber erit maxime neceſſarius*, id eſt, utrum tandem horum ſit. Et Gellius 5, 10 extr. *Vtramcunque in partem dicta eſſet ſententia.*

¶ Vterlibet, *utralibet, utrumlibet*, Id. Cic. pro Quint. c. 26 *Vtrumlibet elige, alterum incredibile eſt, alterum nefarium*, erwehle unter beyden, welches du wilſt. Celſ. 8, 2 *Si quando altius deſcenderit utrumlibet.* Plin. 24, 4 *Sanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit.* Sic, *Vtrolibet* (ſcil. loco) *inclinata cervix*, Quintil. 1, 11.

¶ Vtervis, *utravis, utrumvis*, welcher von beyden, beyderley, beyderſeits. Cic. pro Rofc. Amer. 1 *Vtrumvis ſalvo officio ſic facere arbitrabitur.* Et de Senect. c. 10 *Minus habeo virium, quam veſtrum utervis.* Ter. prolog. Andr. v. 9 *Menander fecit Andriam & Perinthiam: Qui utramvis recte norit, ambas noverit.*

¶ Vternam, idem Horat. 2 ſat. 2, 107 *Vternam Ad caſus dubios fidei ſibi certius?* Sed Alex Cuningamus legit, *Vterne?*

¶ Vterque, *utrăque, utrumque*, beyde, alle beyde. Ter. Eun. 5, 2, 1 *Apud Antiphonem uterque mater & pater, quaſi dedita opera, domi erant.* Et in Phorm. 3, 2, 16 *Quam uterque eſt ſimilis ſui?* ſie thun alle beyde wie ihre art iſt. In Amphitruonis Plautini argumento v. 7 *Vterque deluduntur dolis mirum in modum.* Sic, *In utramque partem*, Cic. Offic. 2, 6. Et, *In utraque parte multa dicuntur*, Idem Acad. 4, 39 fin. beyderſeits, zu beyden theilen. Et, *Vterque utrique eſt cordi*, Ter. Heaut. 5, 3, 17. Cic. ad Qu. fratr. 2, 4 *Domus utriusque noſtrum ædificatur ſerenae.* Nepos 25, 14, 2 *Pari faſtigio ſtetit in utraque fortuna*, i. e. in ſecunda & adverſa, in glück und unglück. ¶ 2. Plura. Idem 20, 2, 2 *Vtrorumque Dionyſiorum opes.* Id. 23, 4, 2 *Vtroſque profligavit.* Plaut. Truc. 1, 2, 50 *Vtroſque pervagavi.* Et Virg. Æneid. 6, 699 *Vtraque manus utrasque tetendit.* ¶ 3. *Vtraque* ſcil parte, veluti Nonius 2, 682 explicat, pro *utrinque* vel *utroque* habet Hemina. Et, *Vtraque* (ſcil. loco) *commeatus continet*, Plaut. Stich 3, 1, 44. ¶ 4. *Vtroque* & *Vtrinque* paſſim in Codd. confundi Drakenb. ad Liv. 21, 45 obſervat.

¶ Vtrinque, adverb. auf beyden ſeiten; ut, *Magnæ utrinque copiæ ſunt*, Cic fam. 6, 4. *Sepeliendo utrinque cæſos in acie*, Liv. 23, 41. Et Horat. 1 epiſt. 18, 9 *Virtus eſt medium vitiorum, utrinque reductum.* vide ſupra *Reduco*, in *Duco*: & Siſenn. apud Nonium 2, 8.

¶ Vtrinquesecus, adverb. zu beyden ſeiten. An quoties occurrit Cat. R. R. c. 21, ubi fere dividitur, non minus ac apud Lucret. 2, 197 *Quare utrinque ſecus quam corpus vapulat.* Solinus c. 65 (Salmaſ. c. 52) de Indiæ cryſtallis: *Vtrinque ſecus leniter turbinatus.*

¶ Vtrobi, vel Vtrŭbi, quocunque in loco, wo es auch wolle. Auſon. Edill. 4, 64 *Vnde repulſus vi fuero, aut utrobi fuerit.* Adde Vlpian. in l. Officium ff. de rei vindicat. Et in l. unica ff. utrubi. Vbi alii *utubi*, alii *utvbi* legunt.

¶ Vtrobidem, adv. zu beyden ſeiten. Plaut. Truc. 1, 2, 50 *Vtrosque percognovi utrobidem.*

¶ Vtrŏbīque, idem, quod *Vtrinque*. Liv. 27, 40 *Vt eodem tempore utrobique reſpublica proſpere gereretur.* Id 6, 30 *Ab ducibus utrobique e proditæ temeritate atque inſcitia res.* Ninius Cic. fam. 10, 31 *Dum non liceret mihi, nullius partis eſſe, quia utrobique magnos inimicos habebam.* Nepos 23, 10, 3 *Vtrobique* (i. e. & mari & terra) *Lamachus plus valebat.* conf. Iuſtin. 20, 2, 8; & 31, 7, 3.

¶ Vtro, adv. id eſt, verſus quam partem, nach welcher ſeiten. Plin. 18, 19 *Non intelligitur, utro vomer ierit.* cont. Ovid. Met. 5, 166.

¶ Vtrolibet, Quint. 1, 11 *Ne inclinata utrolibet cervix.*

¶ Vtroque, adverb. in utrumque locum. Liv. 1, 11 *Vtroque coloniæ miſſæ.*

¶ Vtrŏqueverſum, in utramque partem, ad utrumque locum, links und rechts, auf beyderley art. Gell. 5, 12 *Vocabula ambigua utroqueverſum dicuntur.* Plaut. Capt. 2, 3, 8 *Vtroquevorſ. in rectum eſt ingenium meum.*

¶ Vtrum, interrogandi & dubitandi adverbium, cui plerumque *An* ſubjicitur, ob. Cic. Acad. 4, 29 *Vtrum ea veſtra, an noſtra culpa eſt?* iſt es euer oder unſer ſchuld? Id. pro Roſc. Com. c. 11 *Vtrum dimidia parte, an pro tota ſocietate?* Idem fam. 1, 7 *Multum intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur*, ob, oder. Ter. Phorm. 4, 3, 45 *Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia dicam?* conf ſupra *An.* Sic, *Vtrum pluris patrem matremve faceret?* Nep. 11, 3, 4. Et Cic. Verr. 4, 33 *Vtrum eſſet Siculis utilius? Suisne ſervire, an populo Romano obtemperare?*

¶ Vtrumne, ob denn. Cic. pro Quintio c. 30 *Ea res in diſcrimine vertatur, utrumne poſſit ſe defendere, an &c.* Colum. 11, 1 *Rogatus a Socrate, utrumne mei cum villicum conſueverit, an &c.* Quint. 5, 3 extr. *Diſſenſerunt, utrumne hæ partes eſſent rhetorices, an ejusdem operæ, an elementa.* conf. Tac. Orat. 35, 2; & 37, 3

¶ Vtrumnam, idem. Liv. 3, 17 extr. *Rhodios cum percunctatus eſſet, utrumnam Patavis univerſa claſſis in portu ſtare poſſit.*

Alteruter, vide ſupra in *Alter.*

Neuter, ex *ne* & *uter*, vide ſuo loco in lit. *N.*

VTER, vel Vtĕrus, *i*, m. ſacroſanctum illud membrum fœminei corporis, quo fœtus continetur, der leib, mutter-leib, die bähr- oder gebähr-mutter. Vnde pro fœtu, continens pro contento, ponitur. Ita enim *uterum ferre*, pro prægnantem eſſe dicimus. Plinius 8 epiſt. 11 *Inde abortus & ignorati uteri triſte experimentum: Ignorare uterum*, eſt, ignorare ſe concepiſſe, ſive prægnantem eſſe. Tac. An. 15, 23, 2 *Iam ſenatus uterum Poppææ commendaverat diis, votaque publice ſuſceperat.* Sed proprie Plin. 8, 43 *Incontinens uterus.* Idem 9, 6 *Vtero gravis.* conf. Id. 11, 37; Ovid. Met. 8, 490; & 9, 780. Cæcilius apud Nonium 2, 915 *Nunc uter creſcit, non poſſe celari.* ¶ 2. Virgilius pro *ventre* poſuit Æn. 2, 20 *Vterumque armato milite complent*, den bauch. Sic, *Navis lato utero*, Tac. An. 2, 6, 2. *In utero dolii*, Colum. 12, 4. ¶ 3. *Vterum* genere neutro dixit Plautus Aul. 4, 7, 10 *Vterum dolet.* vid. idem & Turpil. & Atran. apud Nonium 3, 258.

¶ Vterculus, & Verĭcŭlus, *i*, m. diminutiva, parvus uter, vel ventriculus; ut, *Cæliſudor e fronde ac pabuli potus, & in uterculos congeſtus apum*, Plin. 11, 12. Et, *Vterculos parcellis*, Apic. 8, 7. ¶ 2. Sed *Vtericuli* in frugibus etiam ſeminum ſunt involucra & operimenta, quæ *ſiliquæ* alias vocantur, die ſchoten oder hülſen, darinnen die fruchte und ſaamen ſtecken. ¶ 3. Item *calyces* vel *folliculi*, ex quibus flos erumpit, die blüt-knoſpen, die blüt-bälge. Plinius de arboribus 16, 26, *Pariunt, dum florent, floſque ille ruptis conſtat utriculis.* ¶ 4. Conf. *Vterculus* in *Vter, tris.*

¶ Vterīnus, *a, um*; ut, *Fratres uterini*, qui ex eadem nati matre, brüder von einer mutter, Iuſtin. § 2 Inſtitut. de bonor. poſſeſſ.

¶ Coutērīnus, *a, um*, ex eodem utero natus, von einer mutter, apud Auguſtinum.

VTER, *tris*, m. ἀσκός, pellis, qua vinum aut aliud liquidum deferri ſolet, ein ſchlauch, wein-ſchlauch. Iſidor. 20, 6 *Vtres ab utero.* Plin. 12, 7 de Lycio, liquido & odorato medicamento: *Indi in utribus camelorum id mittunt.* Curt. 4, 7, 12 *Aquam utribus cameli devexerant.* Iuſtin. 1, 8, 13 *Caput Cyri in utrem humano ſanguine repletum conjicitur.* ¶ 2. Item, quicquid inflari ſolet, ein ſack; ut, *Super utres nare*, Curt. 7, 8, 6. Hinc, *Vtrem mergere vento plenum*, fruſtra aliquid conari ſignificat. vide Chiliadas. Horatius metaphorice dixit 2 ſat. 5, 98 *Crescentem tumidis infla ſermonibus utrem*: Pro avido laudis & adulationis.

¶ Vterculus, *i*, m. diminut. Apul. lib. 1 Mileſ. *Sanguinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter, ut nulla ſtilla compareret usquam. Vterculus* etiam vocatur hodie fiſtulæ genus, die ſackpfeife.

¶ Vtrārius, *i*, m. qui fert aquam utribus. Liv. 4, 23 *Sequi ſe utrarios ad mare juſſit.*

¶ Vtrĭcŭlārius, *i*, m. ἀσκαύλης, (quo latine Martialis extulit,) qui inflat ex utre fiſtulam, ein ſackpfeiffer. Suet. Nerone c. 54 *Vovent ſe prodituros hydraulam, & cornuclam, & utricularium.* ¶ 2. *Vtricularii*, vel ut eit in lapp. *Vtriclarii* collegium fabrorum, qui pontes vel rates ex utribus conficiunt, occurrunt in aliquot Inſcriptt. apud Spon. Miſc. erud. ant p. 61 COLLEGIO VTRICLAR. & p. 171 INTER VTRICLAR LVG. quos etiam, & quidquid de his *utricularii*s dici poterat, erudite explicat Schwartzius Altorfinus Prof. in miſcell. polit. humanit. p. 27 ſqq.

¶ Vtricīda, *æ*, m. qui utres cædit, Apul. Met. lib. 3, ex tota narratione apparet fictum ad illum ipſum rem vocabulum.

VTICA, *æ*, f. media correpta, Africæ minoris in littore Carthaginienſi civitas, & magnitudine, & auctoritate ſecunda poſt Carthaginem, quæ, illa excisa, pro metropoli erat & receptaculo Romanorum ad res in Libya gerendas: Strabo lib ult. Plin. 16, 40. Hæc illa Vtica eſt, ubi ſe interfecit Cato, ne in poteſtatem Cæſaris veniret, ex quo & *Vticenſis* appellatus eſt. vid. Lucan. 6, 306; & Horat. 1 epiſt. 20, 13.

¶ Vticenſis, *e*, adject. *Vticenſis ager*, Liv. 27, 5. *De incolis* Cic. pro Corn. Balbo c. 22 *Quidam Vticenſes.*

Vtibilis, utilis, utilitas, vide mox in *Vtor.*

VTĬNAM, adverbium optandi, wolte Gott! Cic. Attic. 3, 15 *Vtinam ipſe Varro incumbat in cauſſam.* Idem fam. 14, 4 *Vtinam minus vitæ cupidas fuiſſem, certe nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus.* Id. Att. 13, 48 *Cum diceres te venturum, quod utinam, iterum utinam.* Ovid. Heroid 1, 5 *O utinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat, Obrutus infanis Ilet adulter aquis!* Sermo de Paride eſt, qui Lacedæmona navigavit capiendæ Helenæ cauſſa. Ter. Phorm. 1, 3, 5 *Quod utinam ne ea nobis occaſioni id fuiſſet in mentem incidiſſet.* Cic. fam. 5, 17 *Illud utinam ne vere ſcriberem.* Id. Att. 11, 9 *Hæc ad te die natali meo ſcripſi, quo utinam conceptus non eſſem.*

VTĬQVE, media correpta, adverbium interdum affirmandi, pro *certe*, ſeu *quidem* potius, ſed non in reſpondendo ad interrogationem, pro *ita.* Varie autem pro varietate locorum reddi debet, v. g. Cic. Attic 5, 9 *Id unis litteris, quæ adme utique perferantur, conſequere*, durch einen brief, der aber richtig beſtellet wird. Et ad eumdem 13, 13 *Illud vero utique ſcire cupio*, das möchte ich wohl wiſſen. Et ibidem rurſus: *Quid cenſeas mihi faciendum, utique ſcribito*, id eſt, omnino. Et rurſus 13, 22 *Ego, ut conſtitui, adero atque utinam tu eadem die, ſin, (quid enim mora?) utique poſtridie*, id eſt, attamen vel certe poſtridie, doch gewiß. *Quod non eſt arbor, utique platanus non eſt: nec quod non eſt virtus, utique poteſt eſſe juſtitia*, hoc eſt, omnino platanus non eſt, &c das iſt gewiß auch ꝛc. Quintil. 5, 10. Et Sen. epiſt. 11. *Coram pluribus erubuit, utique in concionibus.* Idem epiſt. 85 *Sapienti propoſitum eſt, non utique quod tentat efficere, ſed omnia recte facere; gubernatori propoſitum eſt, utique navem in portum perducere*, priori loco, nicht eben allezeit, poſteriori, ſchlechterdings. Idem de Ira 2, 4, 1 *Qui non ſi oportet, ulciſci vult, ſed utique.* Et Cic. Att. 13, 4 *Velim ante poſſis: ſi minus, utique ſimul ſimus*, zum wenigſten doch.

VTŌPIA, *æ*, f. vox, quam contra græcæ compoſitionis leges finxit Thomas Morus, alludens ad Homericum ἀτόπος, lat. *Non-locus*, ſive potius *Ne-locus*, aut terminatione etiam mutata *Ne-locia*, nirgensheim. Ita ficto nomine regionem vocat, quæ foret *nusquam.* Vnde, qui volet, æque ridicule *Nusquamiam* appellet, vel *Nusquamam* cum Eraſmo epiſt. ad Morum. vid. Voſſ. Partit. Orat. 4, 1, n. 49 pag. 207.

VTOR, *ūſus ſum, ūti*, ab, ἔϑω, cognatæ ſignificationis cum verbo *fruor*, hoc tamen majus eſt, (vide *Fruor*:) brauchen, haben, nützen. De omnibus rebus dicitur; ut, *Vti domo, conſuetudine, re aliqua*,

cibo, potu, medicamentis, ſtudio, &c. Sic, *Sapienter uti Deorum muneribus*, Horat. 4 od. 9, 47. Sic, *Bene uti re aliqua; Male uti bonis eloquentiæ*, Quintil. proœmio lib. 1; & *Vti familiariter alicujus amicitia*, Idem 5, 9. Et Cic. pro Cluent. c. 16 *Fabriciis ſemper uſus eſt familiariſſime*, h. e. verſatus cum Fabriciis eſt, vel conſuetudinem habuit. Horatius 1 epiſt. 17 pr. *Quamvis, Scæva, ſatis per te tibi conſultis, & ſcis, Quo tandem pacto deceat majoribus uti*, id eſt, vivere cum illis, qui majores nobis ſunt. Et paucis verſibus poſt: *Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus uti, Faſtidiret olus, qui me notat*: Vbi *regibus uti* eſt commode cum iis & ita vivere, ut eos adjungas tibi, amicosque ac benevolos habeas. Nepos in Attico princ. *Patre uſus eſt diligente, indulgente, & ut tum erant tempora, diti*, id eſt, habuit patrem diligentem, &c. *Trebatio multos annos utor valde familiariter*, gehe mit ihm um, Cic. fam. 1, 3. Et Ter. Heaut. 1, 2, 42 *Mihi ſi unquam erit filius, ne facili ille me utetur patre*, er wird an mir einen gütigen vater haben. Et, *Vti alicujus operâ ad rem aliquam*, einen bedürffen, Cic. Acad. 4, 38. *Qui ambitione nihil uterer*, h. e. facile carerem, ich hätte der händel nicht nöthig, Idem fam. 5, 20. vid. notas Grævii, & qui in partes vocatur, Gronov. de Pecunia vet. 3, 17. conf. ad Liv. 44, 14. Horat. 1 epiſt. 10, 41 *Serviet æternum, qui parvo neſciet uti*: vide *Parvus*. *Vti beneficio civitatis*, Nepos 25, 3, 1, das bürger recht annehmen. Sic, *Vti ſolatio*, Brutus Cic. fam. 11, 26. *Vti ventis adverſis*, Cic. fam. 14, 5, den wind entgegen haben. *Vſitatis tutius utimur*, Quintil. 1, 5. *Valetudine uti minus commodâ*, kranck, ſchwach ſeyn, Cæſar B. Civ. 3, 49. *Morte bene uti*, Tac. Annal. 6, 48. Ita auctor decl. in Sall. 8 f. 36 *Deſine morbo procacitatis iſto uti*. Ovid. met. 13, 51 ſeq. *Quo ſucceſſore ſagittæ Herculis utuntur. Vti aliquo in aliqua re, & in aliquam rem*, illuſtrant Gronov. & Drakenb. ad Liv. 22, 25. ¶ 2. Cum accuſativo conjunxit Cato apud Gellium 13, 22 *Si quid eſt, quod utar, utor*. Et apud veteres *Vtor hanc rem* dictum eſſe, teſtatur Sofipater lib. 5 p. 257. Adde Diomedem Gramm. l. 1 p. 300; & Tertull. Exhort. ad Caſtit. c. 9; & de Fuga in perſecut. c. 6. conf. Sanct. Minerv. l. 3 c. 3 & Voſſ. Gramm. l. 7 c. 22. ¶ 3. *Ingenio alicujus uti*, Trebell. Pollio in Trig. Tyrannis c. 16 dixit, pro *ingenio obſequi & morem gerere*. Sic apud Comicum *Vti ſeſe* aliquis dicitur, qui ingenio ſuo indulget, animoque obſequitur: Plaut. Mil. Glor. 3, 1, 82 *Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine: Liberæ ſunt ædes, liber ſum autem ego, me uti volo libere*. Et in Capt. 4, 4, 12 *Dicam, ut penum ſibi aliud ornet, ſiquidem ſeſe uti volet*, hoc eſt, ſi volet genio ſuo indulgere, vide Salmaſ. ad Pollionem p. 311. ¶ 4. Apud Cic. Att. 11, 11 extr. *Vt ſit, qui utamur*, h. e. unde ſumtum toleremus. Plura Græv. ad h. l. ex Gron. de Pec. Vet. qui videndus 2, 7, it. Mencken. in Obſerv. L. L. Add. *Vtens*. ¶ 5. *Vto* & *Vtor* idem ſignificaſſe docet Priſcianus lib. 8 p. 799. Hinc paſſive dixit Novius apud Gellium 15, 13 *Supellex multa, quæ non utitur*, (i. e. *quæ uſui non eſt*,) *emitur tamen*.

¶ Vtens, *tis*. Cic. Topic. c. 18 *Ratione utens*, vernünfftig; contrarium ibi *rationis expers*. Ovid. Met. 12, 355 *Haud tulit utentem pugnæ ſucceſſibus ultra*. Compar. Idem Cic. Offic. 2, 20 *Fac magnitudinem divitiarum juvare. Vtentior ſane ſit; honeſtior autem quomodo? Vtentior* eſt, qui plus impendit in cultum vitæ, qui pluribus utitur ad vitam tuendam, qui majores ſumtus in ſe tuendo facit. *Vti* enim eſt ſuſtinere impendia, ſe tueri, ſuſtentare, ut multis exemplis docuit Gronovius de Pecunia vet. 2, 7. Sic & εἰς χρέαν apud divum Paulum ad Philipp. 4, 16 ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε, ubi recte vetus interpres & latine: *Semel & bis in uſum mihi miſiſtis*. Quod recentiores male mutarunt. Eſt enim *in uſum mittere, mittere unde utaris*, ut Plautus & Terentius loquuntur, quo te ſuſtentes & alas. vid. *Vtor* n. 4. *Vſus* n. 7.

¶ Vtendus, *a, um*, zu gebrauchen; ut, *Ætas ad hæc utenda magis idonea*, Ter. Heaut. 1, 1, 81. *Vtenda & poſſidenda tradere alicui bona*, Cic. in Verr. 2, 18. *Quod utendum acceperis, reddere*, id. Tuſc. 3, 19. Et, *Vtendum dare*, eſt uſum alicujus rei, non poſſeſſionem concedere, & opponitur τῷ *Donare* ap. Plaut. Menæch. 2, 2, 94.

¶ Vtenſilis, *e*, quod uſui quotidiano ſervit, brauchbar, das man täglich braucht. Varro de R. R. 1, 2 *Quid in Italia utenſile non naſcitur?*

¶ Vtenſilia, *ium*, n. pl. ſubſt. allerley geräth, hausgeräth; ut, *Exutus omnibus utenſilibus miles*, Liv. 3, 42. Idem 26, 33 extr. *Dedideruntdivina, humana utenſiliaque &c.* Tacitus quoque Annal. 1, 70, 5 *Pernoctavere ſine utenſilibus*. conf. Colum. 1, 3; & 9, 6.

¶ Vtenſilitas, *ātis*, f. die geräthſchafft. Tertull. de Habit. mul. 5 *Terri & æris utenſilitas*. Et mox ibid. *Quantum ad utenſilitatem*.

¶ Vtilis, *e*, quo utimur, quod commodo eſt ſeu confert, nütz, nutzbar, nützlich, dienlich. Plaut. Epid. 2, 2, 206 *Quem hominem invenimus ad eam rem utilem?* Ter. Andr. 3, 1, 16 *Quibus id maxime utile eſt, illum eſſe quam deterrimum*, es iſt ihnen ſonderlich zuträglich, heilſam. Cic. Offic. 3, 6 *Homo ad nullam rem utilis*. Et ibid. c. 15 *Nunquam eſt utile peccare, quia ſemper eſt turpe*. Et, *Res utilis & ſalutaris*, Idem de Legib. 1, 15. Et, *Quod tibi utiliſſimum erit conſilii capies*, Dolabella ad Cic. fam. 9, 9. Vtilia miſcere honeſtis, licitum aliquando eſſe in republica, Virdungus ad Tacit. Agric. p. 41, & Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 19 oſtendunt. Compar. Claudian. 4 Conſul. Hon. v 221 *Major & utilior fato conjuncta potenti, Vile latens virtus*. conf. Virg Georg. 2, 93. Et Pallad. Nov. t. 1 *Ager frumentis utilior, qui anno ſuperiore vacuus fuit*. Superl. Cic. de Invent. 1, 1 *Is mihi vir & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus civis fore videtur*. Idem Catil. 1, 8 *Hi, quorum tibi auctoritas eſt cara, vita utiliſſima* conf. Val. Max. 8, 7, 4. ¶ 2. Pro compote ſenſus & mentis, interprete Burm. poſuit Ovid. Her. 2, 129 *Quo magis accedunt, minus & minus utilis adſto*.

¶ Vtibilis, *e*, id. Pro *utilis* Plautus frequenter dixit; ut, *Servi heris utibiles* in Moſt. 4, 1, 2. Et Ter Phorm. 4, 4, 9 *Quid minus utibile fuit, quam hoc dicta tangere*.

¶ Vtiliter, adverbium, idem. Ovid. de Arte Am. 1, 391 *Non avis utiliter viſcatis ejugit ali*. Pallad. Iul. t. 1 *Hoc menſe utiliter filices extirpabis*. Compar. Idem Heroid. 1, 67 *Vtilius ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi*. Superl. Sidon. 4 epiſt. 9 *Ad reformationem ſequendam homines utiliſſime incitantur*. Colum. 11, 2 *Ficulnea cacumina jam tumentia utiliſſime ponuntur*. Pallad. Iul. t. 1 *Silveſtres agri utiliſſime extirpabuntur virgultis*. conf. Id. Oct. t. 4; & Plin. 16, 39; 17, 11 & 14; 18, 6; &c.

¶ Vtilitas, *ātis*, f. der nutz, dienſt, genuß, die nutzbarkeit. Ter. Eun. 2, 3, 17 *In ea re utilitatem ego faciam, ut cognoſcas meam*. Et *Non mediocris utilitas*, Quintil. 3, 8. Et, *Publica utilitas*, Tac. Annal. 14, 44 extr. *Afferre utilitatem*, Cic. Off. 1, 23. Et, *Capere utilitatem*, de Amic. c. 9. Ac *Etiamſi nulla ſit ex amicitiæ utilitas*, Cic de Finib. 1, 20. *Vtilitate duci*, Quintil. 3, 8, den nutz anſehen. *Omnes artes utilitatem debent habere*, Cic. pro Muræn. c. 10. *Servire alicujus utilitati*, Idem ad Qu. fratr. 1, 1, 8. Et Offic. 3, 10 *Suæ cuique utilitati, quod ſine alterius injuria fiat, ſerviendum eſt*. Et ibid. *Vtilitates ſuas omittere*, den genuß fahren laſſen. Sic, *Quærere utilitatem in re aliqua*, Cic. de Orat. 3, 2. *Vtilitatis fructum præbere*, Idem ad Attic. 7, 6. *Vtilitatibus tuis poſſum carere*, i. e. operis. Cic. fam. 16, 3. conf. ibi Manut. *Dare victas utilitate manus*, Ovid. Triſt. 1, 3, 88. conf. Idem Pont. 2, 3, 8. ¶ 2. *Vtilitas* & *Vilitas* confunduntur in MSS.

¶ Vſus, *ûs*, m. ſubſt. ipſa ratio utendi, & jus, & copia, der brauch, gebrauch, die nutzung. Virg. Æn. 2, 453 *Et pervius uſus Tectorum inter ſe Priami*. Vbi Servius: VSVS *verbum juris*; VIA, ACTVS, VSVS. Nepos 25, 14, 3 *Vſum pecuniæ non magnitudine, ſed ratione metiri ſolitus*. Et, *Terra marique, quæ belli uſus poſcunt, ſuppeditentur*, Liv. 26, 43. *Pecunia quæ ad uſus belli neceſſaria erat*, Idem 36, 26. conf. Burman. ad Rutil. 1, 152. ¶ 2. Item, Exercitatio, experientia, die übung, erfahrung; ut, *Vſus ſermonis*, Plin. 10, 96; & *Virtutis*, Cic. Acad. 1, 6. *Vſus dicendi*, Quintil. 3 c. ult. *Vſu bellorum exercitus aliquis*, wohl verſucht im kriege, Cic. pro Fontej. c. 14. *Res apta ad aliquem uſum*, Ovid. de Arte Am. 3, 529. Et, *Vſu confirmari*, Quintil. 3, 2. *Aſſiduus uſus uni rei deditus & ingenium, & artem ſæpe vicit*, fleiß bricht eis. Cic. pro Balbo c. 20, ſtete übung. Et de Orat. 1, 4 *Vſus frequens omnium magiſtrorum præcepta ſuperat*. Et Offic. 1, 18 *Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam laude dignum ſine uſu & exercitatione conſequi poſſint*. Sic, *uſus magiſter eſt optimus*, Cic. pro Rabir. c. 4. Et Plin. 1 epiſt. 20 *Vſus magiſter egregius*. Ovid. Met. 6, 29 *Seris venit uſus ab annis*, id eſt, experientia, das alter hat erfahrung. Idem de Arte 2, 676 *Solus &, artifices qui facit, uſus erit*. Cæſ. de B. C. 2, 34 *Quem* (Rebilum) *Curio ſecum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere uſum in re militari ſciebat*. Id. de B. C. 3, 45 *Pompejus dixit, non recuſare ſe, quin nullius uſus imperator exiſtimaretur, &c.* ¶ 3. *Vſus* vel *uſu venit*, id eſt, accidit, es trägt ſich zu, es begiebt ſich. Ter. Phorm. 3, 2, 20 *Nec cum hujusmodi unquam uſus venit, ut conflictaret malo*. Idem Heaut. 3, 2, 42 *Non uſus veniet, ſpero*, es wird hoffentlich nicht geſchehen, oder dahin kommen. Et v. 45 *Et næ ego te, ſi uſus veniat, magnifice, Chreme tractare poſſim*. Et ita ſæpiſſime Plautus quod docebit Parei Lex. Ita & Cato de R. R 4, 2. Cic. Attic. 7, 26 *Non venit idem uſu mihi, quod iis ſcribis*. Idem pro Quint. c. 15 *Quid homini poteſt turpius, quid vero miſerius aut acerbius uſu venire? quod tantum evenire dedecus*. Nepos 23, 12, 3 *Ne uſu eveniret, quod accidit*. conf. 7, 4, 5. Cæſ. de B. Civ. 3, 84 *His erat rebus effectum, ut equites apertioribus etiam locis VII millium Pompejanorum impetum, cum adeſſet uſus, ſuſtinere auderent*, id eſt, cum veniret uſus, ſive, cum eo res adducta eſſet; vel, *ſi uſus*, i. e. *opus eſſet*, wenn es die noth erfordert: Nam & ita loquebantur. Plautus certe ita ſæpiſſime loquitur: ut Aſin. 2, 2, 45 *Libane, nunc audacia uſus eſt nobis inventa & dote* Et v. 46 *Hem, iſta virtus eſt, quando uſus eſt, qui malam ferat fortiter*. Lucret. 5, 842 *Nec vitare malum, nec ſumere, quod foret uſus*. Virg. Æn. 8, 441 *Arma acri faciunda viro, nunc viribus uſus. Nunc manibus rapidis*. Gell. 1, 14 *Pecuniam, qua nihil ſibi ſit uſus*, id eſt, opus. Plaut. Aſin. 1, 1, 76 *Viginti jam uſus eſt filio argenti minis*. Ter. Hec. 3, 1, 47 *Non uſus facto eſt mihi*, das iſt mir nicht nöthig zu thun. Et Heaut. 1, 1, 28 *Mihi ſic eſt uſus, tibi quod opus eſt facto, face*. Cic. Tuſc. 4, 2 *De cæteris ſtudiis alio loco dicemus, ſi uſus fuerit*. conf. Perizon. ad Sanct. Minerv. 4, 15. ¶ 4. *Vſui eſſe*, pro, utilitati eſſe, nützlich ſeyn, dienen. Cic. Attic. 7, 26 *Fuit & mihi, & fratri magno uſui in noſtris petitionibus*. C. Nepos 9, 2, 4 *Conon nihilo ſecius apud præfectos regios verſabatur, iisque omnibus magno erat uſui*. Pro *uſui eſſe* dicimus & *in uſu eſſe*. Tac. Hiſt. 2, 86, 3 *A quo neglectus in nullo Othoniani belli uſu fuit*. ¶ 5. *Ex uſu eſſe*, idem etiam eſt, quod conducere ſeu utile eſſe. Ter. Heaut. 1, 2, 36 *Periculum ex aliis facito, tibi quod ex uſu ſies*, was dir zuträglich ſey. Idem Hec. 4, 13, 3 *Si ex uſu eſſet noſtro hoc matrimonium*. ¶ 6. *Vſus* pro conſuetudine ſeu converſatione, umgang, kundſchaft, freundſchaft. Cic. fam. 9, 1 *Literorum uſum non idcirco dimiſeram, quod iis ſuccenſerem*. Sic, *Vſus domeſticus & conſuetudo*, Cic. pro Roſc. Am. c. 6. *Vſus mihi magnus eſt cum eo*, ich habe viel mit ihm zu thun, Idem fam. 7, 33. Et fam. 13, 23 *Vſus vetus inter eos intercedit*, ſie haben alte bekandtſchaft. C. Nepos 25, 20, 5 *Qui judicare potuit, quantæ ſit ſapientiæ, eorum retinere uſum benevolentiamque, &c.* Ovid Triſt. 3, 6, 19 *Longo nobis junctiſſimus uſu*. ¶ 7. *In uſum* & *ad uſum* dicuntur eſſe ea, unde vivimus. vid. quos laudat Burm. ad Quint. decl. 138 p. 281.

¶ Vſo, *ônis*, f. idem quod *Vſus*. Scævola apud Gellium 4, 1 *Longæ uſionis gratiâ*. Et Varro apud Nonium 3, 262 *Vſioni quod ſatis eſſet*. Plinio etiam reſtituit Hard. 18, 25 f. 61 no. maj. 29. ubi pluribus Catonis locis utitur, quæ mox indicabimus. Vlpian l. 27 § 4 Dig. de auro, arg. & mund. *Alterius uſionis cauſa paratum*. Et Alfenus l. 60 § 2 Dig. de Legat. III, *uſioni habere*. Arnob 7 p. 238 *In ſuas uſiones vinum exprimere*, zu ſeinem gebrauch, zum tichtrunck. Adde Caton. R. R. c. 38 & 145, 149; & Scævolam apud Gell. 4, 1.

¶ Vſitalis, *e*, quod uſui noſtro ſervit, apud Cros legitur, brauchbar, gewöhnlich. Sic *Vſitatem ſermonem*, pro inculto, & qualis in uſu quotidiano eſt, dixit Sidonius 4 epiſt. 10; ubi vide Savaronem.

nem. Et Gloss. Iat. gr. *Vsualis*, ξυχρηστος. Adde l. 16 § 3 ff. de publicanis; & Apul. de Herb. c. 99.

¶ Vsuārius, *a, um*, id. Gell. 4, 1 *Ex his, quæ promercalia & usuaria in locis iisdem essent, ea sola esse penoris putat, qui sint usui annuo.*

¶ Vsuārius, *i*, m. subst. qui usum habet; ut fructuarius, qui fructum, der die nutzung hebt, L. 13 § 2 D. de Vsufructu; & l. 11 § ult. D. ad Leg. Aquil. At *servus usuarius*, in quo usum habemus, l. 14 D. de usu & habit. v. Brissonius.

¶ Vsītor, *ari*, obsoletum est frequentativum, offt gebrauchen. Gell. 17, 1 *Tametsi verbo ipso alio quoque modo usitati sunt.* Hinc

¶ Vsītātus, *a, um*, quod in usu est, üblich, gebräuchlich, gewöhnlich; ut, *Vsitata consuetudo*, Cic. pro Quint. c. 21. *Vsitatus mos*, Idem Verr. 2, 3. *Vsitatum genus literarum*, Cic. fam. 4, 13. *Vsitatus & pervulgatus honos*, Idem Phil. 14, 4. Et Brutus Cic. ep. 16 lib. ad Brut. *Non solum usitatum, sed & quotidianum est.* Gell. 15, 13 *Pars usitatior.* Cic. de N. D. 3, 19 *Illud nomen veterum literis usitatius.* Quintil. 1, 7 *Vsitatissimi moris est.* Et Cic. in Orat. c. 25 *Vsitatissima verba.*

¶ Vsītāte, adverb. idem. Cic. de Finib. 4, 26 *Cur non malumus usitate loqui?* Augustin. de Trinit. 9 *Schemata usitatius dicimus quam figuras.* Gell. 13, 9 *Dicere usitatius manente numero posset.*

¶ Vsūra, *æ*, f. idem quod *Vsus*, die nutzung, der genuß; ut, *Vsura gaudii*, Cic. fam. 6, 13. *Dare alicui diuturnam usuram lucis*, Idem Verr. 5, 29. *Dare usuram unius horæ ad vivendum*, Idem Catil. 1, 12. Item, *Parvam exigui temporis usuram tuæ de me opinionis postulo*, Cic. de Legib. 3, 1. Idem ad Fam. 3, 1 *Longi temporis usuram, qua caruimus, sarciam.* Et, *Lucis usuram eripere*, Cic. pro Syll. c. 32, tödten. *Interim usura fraor* Ciceronis vox, Vatinii morte nuncianta, cujus parum certus dicebatur auctor, apud Quintil. 6, 3 p. 551. ubi advocat Burmannus Cic. fam. 6, 12 *Nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui velim.* ¶ 2. *Vsura* etiam est pecunia, quæ in fœnore forti accedit, hoc est, quæ pro usu vel usura pecuniæ mutuo datæ, solvitur, der wucher, die zinse, das aufgeld; ut, *Vsurâ aliquem juvare*, Cic. Verr. 3, 72. *Vsuram accipere*, Quintil. 5, 10. *Vsuram pendere*, Cic. Attic. 12, 21, zins geben. *Reddere sine usura*, Idem de Senect. c. 15. *Multiplicare usuram*, Plin. 14, 4. *Mutuare pecunias levioribus usuris*, Suet. Aug. c. 39. Et, *Perscribere usuram*, zins verschreiben, Cic. Attic. 9, 13: & Suet. Cæs. c. 42. De generibus usurarum lege Salmasium de usuris & modo usurarum: item Casaub. in Suet. in primis Gronovium de Pec. Vet.

¶ Vsūrula, *æ*, f. diminut. Gloss. Iat. gr. *Vsurula*, τοκαρίδιον.

¶ Vsūrārius, *a, um*, ex quo usura capitur, zinsbar. Vulgo etiam fœneratores *usurarios* appellant, die wucherer, de quibus vide quæ habet Phil. Caroli not ad Trigam Solœcismorum p. 31 sqq. *Clericos usurarios*, non ordinandos aliorum auctoritate probat Elmenhorstius ad Gennadium p. 166. Sed, *Vxor usuraria*, Plaut. arg. Amph. v. 3, eine wucherin. Nam, *Vti aliqua*, apud eundem in obscœnis est vid. Turneb. Advers. 53, 12; Et Plaut. Curc. 3, 1, 12, ubi & *Puer usurarius*; & Solin. c. 25. Sic, *Vsurarius debitor*, qui sub usuris pecuniam debet, l. 7 ff. de usur. Et, *Vsurarium debitum*, ubi usuræ debentur, aufgelauffene zinse, l. 6 ff. de negot. gest.

¶ Vsurpo, *avi, atum, are*, est crebro uti aliqua re, vel uti saltem, gebrauchen. Cic. Attic. 7, 2 *Itaque usurpavit vetus illud Bruti.* Idem ad Brut. epist. 15 *Atque ut Solonis dictum usurpem.* Idem de Amic. c. 2 *Nec enim ab ipso officio, quod semper usurpâram.* Sic, *Vsurpare aliquid oculis* vel *sensu*, est videre, sentire, sehen, empfinden. Lucret. 1, 299 *Nec frigora quimus Vsurpare oculis: nec voces cernere possumus.* Idem 4. 974 *Et quicunque dies multos ex ordine ludis Assiduas dederunt operas, plerumque videmus; Cum jam destiterunt, ea sensibus usurpare.* Festive Plautus Trin. 4, 2, 3 *Advenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia, Quas ego neque oculis, neque pedibus unquam usurpavi meis*, die ich weder gesehen noch betreten habe. Idem Casin. 3, 5, 9 *Vnde meæ usurpant aures sonitum?* Rutilius Lupus lib. 1 de Figuris sentent. *Simul & oculis & auribus scelus illius usurparent.* Suet. Claudio c. 24 *Gabinio secundo, Chaucis gente Germanica superatis, Chaucius cognomen usurpare concessit.* ¶ 2. Vsurpare est jure suo uti, quod vulgo dicunt, einen actum possessorium exerciren. Liv. 4, 44 m. *Non denique usurpandi libidine, cum liceat quod ante non licuerit.* ¶ 3. Nonnunquam & invadere, occupare, usum alicujus rei non jure, sed suo ausu vindicare significat, vel improbe uti, sich einer sache anmassen. Glossarium vetus: *Vsurpat, παρασπᾶται, ἰδιοποιεῖται, χρῆται, σφετερίζεται, ἀποχρῆται, ὃ ἐστιν ἐσχηματισμένη κλοπή.* Cum παρασπᾶται interpretatur, respicit eruditissimus auctor ad ritum veterem, quo furculus defringi solebat, si quis recuperare sibi & vindicare alicujus rei possessionem insisteret, cujus Cicero meminit de Orat. 3, 28. Suet. Claudio c. 25 *Peregrinæ conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina.* Et mox: *Civitatem Romanam usurpantes securi percussit: Vsurpantes*, id est, utendo invadentes Romanorum civium nomen, qui non erant. Minuc. Felix in Octavio extremo: *Vicimus, & ut improbus usurpo victoriam.* Ambros. de Offic. 1, 21 *Hæc oratores sæculi* (profani sive gentiles) *de nostris* (Christianorum) *usurpata* (præcepta & occupata) *in suis posuêre libris.* Idem *sedulos*, (qui sine dolo ac fraude agunt,) *& usurpatores* (qui retinent aliquid contra jus,) opponit, 1, 1; *Et nos ergo*, inquit, *ad imitandam verecundiam sedulî, ad conferendam gratiam non usurpatores, quæ illi spiritus infudit sapientiæ, vobis quasi liberis tradimus.* ¶ 4. Et quoniam tales sibi ipsi sumunt jus, priusquam acceperint; idcirco *usurpare* etiam pro præsumere seu attentare contra jus, &, ut vulgo solemus loqui, de facto ponitur, sich unterfangen. Salvianus de Gub Dei 1 p. 25 *Erga quasdam personas ac familias censura Dei inexorabilis est: sicut illud, ubi otiante sabbatis populo is, qui colligere ligna usurparat, occidi jubetur.* ¶ 5. Veteres *usurpare* & pro crebro dicere & appellare posuerunt, nennen. Cic. de Univers. c. 11 *Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosque usurpare atque appellare solemus.* Idem de Offic. 2, 11 *C. Cælius is, qui sapiens usurpatur.* Id. pro Milone c. 7 *Appia, quæ antea silebatur, nunc sæpe usurpatur.* Hinc alibi *mentionem & usurpationem* conjunxit. Sic & Liv. 2, 40 *Hanc sæpe eum exacta ætate usurpasse vocem.* Idem 32, 25 *Legitimum honorem usurpare*, ubi v. Duker.

¶ Vsurpans, *tis.* Tac. Agric. 7, 3 *Ex paterna fortuna tantum licentiam usurpans.* Idem An. 11, 13, 1 *Munia censoria usurpans*, ib. 11, 16, 4. *Sæpius vinolentiam ac libidines usurpans.* conf. Sueton. in *Vsurpo* n. 2; & Curt. 7, 1, 35.

¶ Vsurpātus, *a, um*, gebraucht, angemaßt. Cic. fam. 5, 16 *Consolationes a sapientissimis viris usurpatæ.* Ibid. 9, 22 *Mulier una usurpata, duplex cubile.* Absolute *Vsurpatum est*, de consuetudine dicitur, es ist gebräuchlich. Vlpianus l. 1 § 6 ff. de extr. cognit. *Vsurpatum est, ut his quoque jus dicatur.*

¶ Vsurpatio, *ōnis*, f. ipse rei usus, der gebrauch; ut, *Consolari se usurpatione doctrinæ*, Cic. de Clar. Orat. c. 71. Item, mentio, die meldung, (de quo supra in *Vsor*, n. 4). Item, usus rei reprobus & contra jus, unbefugte anmassung, besitzung. Liv. 27, 19 *Vocis usurpatione abstinere*, sich des namens enthalten. Plin. 33, 2 *Superba usurpatio nominum.* Cyprianus Tract. 2 de Habitu virgin. *Nec illa prætereo, quæ, dum negligentia in usum veniunt, contra pudicos & sobrios mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt.* Plur. *Vsurpationes* est Gell. 6, 16.

¶ Vsurpātor, *ōris*, m. qui utitur aliqua re; item qui malo jure utitur. Gloss. *Vsurpator*, σφετερισής. Ammian. 26, 7 *Vsurpator indebitæ potestatis.* Ambros. epist. 27 ad Valentinianum 2 de legatione sua ad Maximum: *Nisi fallor, usurpator bellum infert: imperator jus suum tuetur*, conf. in *Vsurpo* n. 2.

¶ Vsurpatrix, *icis*, f. Salvianus de Gubern. Dei 4 p. 133 *Vsurpatrix innocentiæ arrogantia*, quod invadat ac præsumat innocentiæ nomen, quod mereri tuerique nequit.

¶ Vsurpātōrius, *a, um*, eigenmächtig, angemaßt. Impp. l. 8 Cod. de Excusat. mun. *Si quis usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere.*

¶ Vsurpābilis, *e*, brauchbar. Tertull. adverf. Marc. 2, 6 *Vsurpabilis futurus.*

¶ Vsūcāpio, *ĕre*, & separatim *usu capere* & *capere usu*, est fundum seu rem aliquam post diuturnam ususfructus perceptionem, propriam tandem acquirere, endlich an sich bringen, nach langem besitz. Cic. Att. 1, 5 *De re illa nihil esse jam, quod laboraretur, quoniam hæreditas usucapi posset.* Idem de Arusp. Resp. c. 14 *Nihil mortales a Diis immortalibus usucapere possunt.* Liv. 22, 44 *Quod Hannibal jam velut usu cepisset Italiam.* conf. Sen. de Benef. 6, 5; & Symm. 3 ep. 12.

¶ Vsucaptus, *a, um*, eigenthümlich gemacht; ut, *Hæreditas usucapta*, Cic. Attic. 1, 5. Et, *Tanquam avaritiæ venundati & usucapti*, Amm. 30, 4.

¶ Vsucāpio, *ōnis*, f. subst. die besitznehmung. Cic. pro Cæcin. c. 26 *Fundus a patre relinqui potest, ac usucapio fundi.* Vlpianus Fragm. tit. 19 sect. 8 *Vsucapio est dominii adeptio, per continuationem possessionis anni vel biennii.* conf. Idem Dig. 47 t. 2 l. 17 § 3; Tryphon. ICt. D. 49 t. 15 l. 12 § 2; & Paul. ICt. D. 48 t. 11 l. 8 § 1.

¶ Vsufācio, *ĕre*, zueignen. Plaut. Amph. 1, 1, 219 *Pugnis usufecisti tuum.*

¶ Vsuperdo, *ĕre*, sich um den gebrauch bringen. Fictum verbum a Plaut. Amph. 2, 2, 215 *Caveßis, ne tu te usuperduis*, id est, ne dum ipse qui sis nescis, (hoc enim præcesserat) alius te usu capiat, ne amplius sis tuus, s. tu ipse.

¶ Vsusfructus, *ūs*, m. jus est alienis rebus utendi fruendi, salva earum substantia; sic enim definitur ab Vlpiano, die nutzung von fremden gütern. Cic. pro Cæcina c. 4 *Vsumfructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat, ut frueretur una cum filio.* Idem de Topic. c. 3 *Amittere usumfructum.* ¶ 2. Idem Cic. & separatim extulit hoc modo: *Vsus & fructus fundi testamento viri fuerat Cesenniæ*, pro Cæcina c. 7.

¶ Vsufructuārius, *i*, m. qui usumfructum ex aliqua re capit, der die nutzung hat, apud ICtos; v. g. Lege 3 Dig. si ex noxali: *Si cum usufructuario noxali judicio agetur.* Adde Vlpian. Dig. 7 t. 1 l. 7 § 1; Paul. ICt. 47 t. 2 l. 15 § 1. Ita Salvian. de avarit. 1 p. 27 *Possessores tantum usufructuarii sumus.*

Vsuvēnio, *ire*, vide supra in *Vsus*, n. 3.

Composita cum præposit.

¶ Abūtor, *ūsus sum, ūti*, male uti, cum licentia uti, mißbrauchen; ut, *Abuti patientiâ alicujus*, Cic. Catil. 1, 1. *Abuti immoderate facilitate alicujus*, Id. fam. 12, 1. *Abuti otio & litteris*, Id. Tusc. 1, 3. *Abuti dominatione*, Suet. Cæs. c. 26. *Abuti regno & licentiâ ad omnia*, Cic. de Nat. D. 1, 23. Et Suet. in Galba c. 14 *His adeo se abutendum permisit, ut vix sibi ipsi constaret.* ¶ 2. Iuret. 3 Miscell. ad epist. 46 Symmachi notat, id verbi in bonam partem aliquando sumsisse vereres, ut Terent. in prologo Andr. v. 5 *Prologis scribendis operam abutitur:* ubi in laude positum, & valet, *impendit largiter*, er wendet fleiß an; contra opinionem vulgarium interpretum, qui *abuti* eo loco accipiunt *pro deperdere.* Quin Cic. fam. 9, 6 extr. *Quæ igitur studia vacationem habent, iis concedente rep. cur non abutamur*, h. e. arbitratu nostro utamur. vid. Gron. Ita de Nat. Deor. 2, 60 *Nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur.* Pro Milon. c. 2 extr. *Tribunatu Annii - ad hujus criminis defensionem non abutemur.* Ita Plancus Lepido nunciat sub Cic. fam. 10, 15 pr. *Obsequio meo ad omnes res abuteretur.* Nazar. in Paneg. Constantini c. 30 *O si mihi nunc facultas daretur sermonis, pro rerum dignitate figurandi! adhiberem omnes flosculos, & abuterer exquisito quodam lepore & venustate dicendi.* Et Paulin. Nolanus epist. 2 ad Severum: *Augusta, patefactis ad opera sancta thesauris, tota abusa fisco est.* Symmach. 3 epist. 46 *Ergo indulgentius abutere magnificentiâ.* ¶ 3. *Abuti* etiam est utendo consumere, verbrauchen. Cic. Verr. 1, 9 pr. *Nisi omne tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero.* Cum accusativo junxit hoc significatu Cato *Omnem caseum abuti*, verbrauchen, de R. R. c. 76, conf. Perei Lex. Crit. pag. 16. v.

Abusus

Abuſus part. & ſubſtant. ¶ 4. *Abuti* etiam in paſſiva ſignificatione occurrit non ſecus ac ſimplex *Vtor*. Sic Varro apud Priſcianum p. 792 *utile Vtamur potius quam ab rege abutamur*, i. e. conſumamur. Hinc

¶ Abuſus, *a, um*, paſſive, verbraucht. Plaut. Aſin. 1, 3, 44 AR. *Vbi illæc quæ dedi antè?* LE. *Abuſa*, id eſt, utendo vel in uſum conſumpta; uti explicat Nonius 2, 69. Sic & Hortenſ. ap. Priſcian. l. c. *Abuſi jam ab omnibus locis*, i. e. καταχρησθέντων, interprete eodem Grammatico.

¶ Abūſus, *ûs*, m. ſubſt. conſumtio per uſum, abſumtio, δαπάνη, das verbrauchen. Cic. Topic. c. 3 *Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum uſumfructum legavit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare, id ad ſe pertinere. Vſus, non abuſus legatus eſt.* Et Vlpianus l. 5 § 1 Dig. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. *Si uſusfructus ſit legatus earum rerum, quæ in abuſu conſiſtunt, &c.* v. g. pane ſi uti velis, abuteris.

¶ Abuſio, *ōnis*, f. κατάχρησις, ſchema: ut, *parricida* pro *homicida*. Quintil. 3, 3 *Per abuſionem poni*. Idem 8, 2 *Abuſio, quæ Græcis* κατάχρησις *dicitur*.

¶ Abūſor, *ōris*, m. prodigus, ein verſchwender. Salvianus 8 pag. 296 *Perditorum hoc adoleſcentium ſpeciale convitium eſt, ut abuſores ſcilicet, & incurioſi ac negligentes rerum ſuarum eſſe dicantur*.

¶ Abuſīvus, *a, um*, ungeziemend. Auct. Paneg. in Conſtant. Aug. 8 cap. 4 *Nomen ipſum abuſivæ appellatione mutilatum*.

¶ Abuſīve, adverb. cum abuſione, unrechtmäſſig. Quintil. 8, 6 *Abuſive aliquâ re uti*. Ammian. 24, 4 *Abuſive incuſſo ariete*.

¶ Coutor, *uti*, mit umachen, gemeinſchaft haben. Vulg. interpr. Ioh. 4, 9 *Non coutuntur Iudæi Samaritanis*, συγχρῶνται.

¶ Deūtor, *ūti*, idem quod abuti, male uti, übel mit etwas umgehen. Nepos 17, 11, 3 *Non hoc convenire Antigoni prudentiæ, ut ſic deuteretur victo*. Sic conſtanter MSS. e quibus in textum alias inſuetum verbum A. Schottus, Io. A. Boſius, Nic. Courtinus receperunt.

¶ Inūſus, *ûs*, m. ſubſt. pro ignavia, die faulheit. Plaut. Moſt. 1, 2, 65 *Ego ſum inuſu factus nimio nequior*.

¶ Inūſitātus, *a, um*, quod præter conſuetudinem eſt novum, ungewöhnlich, unebräuchlich; ut, *Inuſitatas vias indagare, tutas relinquere*, Cic. in Orat. cap. 3. *Vti verbis inuſitatis*, Idem de Finib. 3, 1. *Eſt inuſitatum, regem capitis reum eſſe*, Idem pro Dejot. cap. 1. *Inuſitata clementia*, Cic. pro Marc. c. 1. *Formæ hominum inuſitatæ*, Liv. 5, 35. *Hoſtis inuſitatus atque inauditus*, id. 37. *Magna & inuſitata gloria*, Plin. pan. 3, 3. Compar. *Species navium inuſitatior*, Cæſ. de B. G. 4, 25.

¶ Inuſitate, adverb. idem; ut, *Loqui inuſitate*, Cic. de Clar. Orat. c. 75. *Abſurde & inuſitate ſcriptæ epiſtolæ*, Idem ad Qu. fratr. 1, 2. Et Comparativo Idem uſus eſt in Orat. cap. 46 *Pœta inuſitatius contraxerat* meum factum, *pro, meorum factorum*. Et Gell. 11, 15 *Laberius, verbo inuſitatius fucto, dixit &c.* Superlativ. Macrob. Sat. 1, 4 *Decemviri in XII Tabulis inuſitatiſſime* nox *pro* noctu *dixerunt*.

¶ Inuſitato, idem. Plin. Paneg. c. 5 *Inuſitato enituit*.

¶ Inūtĭlis, *e*, minus utile, unnütz, unbrauchbar. Cic. de Invent. 1, 1 *Is inutilis ſibi, perniciosus patriæ civis alitur*. Idem de Finib. 1, 4 *Inutile ad uſus civium*. Ovid. Her. 4, 7 *Ter inutilis hæſit Lingua, ter in primo deſtitit ore ſonus*. Et, *Nomen inutile*, Horat 1 ode 14, 13. *Sibi inutilior*, Ovid. Met. 13, 38. Et, *Stomacho inutiliſſimum*, Plin. 22, 24. ¶ 2. *Inutilis* pro damnoſo. Liv. 3, 33 *Qui conſenſus privatis interdum inutilis eſſet*. Idem 5, 5 *Videte, quot res, quam inutiles, ſequantur illam viam conſilii*. Et 4, 31 *Documento fuere, quam plurium imperium bello inutile eſſet*.

¶ Inutilĭtas, *ātis*, f. die ſchädlichkeit. Cic. de Invent. 2, 52 *Appetendarum rerum partes ſunt, honeſtas & utilitas: vitandarum, turpitudo & inutilitas*, ſchande und ſchade.

¶ Inutĭliter, adverb. ſchädlich; ut, *Multa Romæ male & inutiliter adminiſtrantur*, Hirt. de B. Alex. c. 65. *Non inutiliter*, Liv. 3, 51. Compar. Varro R. R. 3, 5 *Bibitur inutilius*.

¶ Interūsūrium, *i*, n. commodum vel uſura medii temporis, der halbe genieß oder wucher. Vlpian. L. 9 § ult. Dig. de peculio, *Vt medii temporis interuſurium creditor conſequatur*.

¶ Perūtĭlis, *e*, valde utilis. Cic. Attic. 9, 17 *Perutilis fortuna*.

VTPŎTE, & Vtpŭta, confirmandi particula, idem quod *nempe*, als, nemlich. Cic. Attic. 2, 24 *Ea nos, utpote qui nihil contemnere ſolemus, non pertimeſcamus*, als der ich nichts pflege zu verachten. Id. Phil. 5, 11 *Frater ejus, utpote qui peregre depugnavit, familiam ducit*. Catull. 68, 43 *Vtpote quæ ſperaret, &c* Vet. Gloſſ. *Vtputa*, οἷον, *Vtpotè*, καθάπερ. vide ſupra *Puta* in *Puto*.

Vtrarius, utricularius, utriculus, Vtrinque, utrobique, &c. vide *Vter, tris*, & *Vter, a, um*.

VVA, *æ*, f. σταφυλή, integer fructus vitis, quæ & racemus, (vide ſupra in R ſuo loco,) eine traube, weintraube. Colum. 3, 6 *Vitis ferax, cujus ſingulæ uvæ in ſingulis ramentis conſpiciuntur*. Et Cic. de Divin. 1, 17 *Vva mirabili magnitudine*. Sic, *Vvæ maturæ*, Virg. Georg. 2, 419. *Vva mitis*, Idem Georg. 1, 448. *Vva peracerba guſtatu*, Cic. de Senect. c. 15. *Vva Apiana*, eine muſcateller-traube. *Vva paſſa, uva arida*, eine roſine. *Vva conditanea*, vel *ollaris*, vide Columellam 12, 43. *Vva penſilis*, Horat. 2 ſat. 2, 221. *Vva varians*, die ſich beginnet zu färben. Sed vide de differentiis cæteris uvarum Plin 14, 2; & 23, 1; & Stephani accuratiſſimum eruditioneque pleniſſimum volumen. ¶ 2. *Vva lauri* eſt Plin. 16, 29. ¶ 3. *Vva* pro apum conglobato in uvæ modum examine ſumitur, ein bien-ſchwarm, ſo ſich an einen aſt gehencket hat. Virg. Georg. 4, 558 *Lentis uvam demittere ramis*. Iuvenal. ſat. 13, 68 *Examenve apium longâ conſederit uvâ*. ¶ 4. Et & *Vva* in homine, id eſt, quod inter tonſillas in ultimo dependet palato, uvæ in ſimilitudine, quam & *Vvulam* Medici vocant, der zäpffen. Plin. 11, 35. ¶ 5. Denique *Vva* piſcis in mari vivens, Plin. 32, 11.

¶ Vveus, *a, um*, aus weintrauben; ut, *Succus uveus*.

¶ Vvulāria, vulgo herba *Hippogloſſa*, ἱππόγλωσσος, ut a Dioſcoride 4, 127 nominatur, zapffen-kraut.

¶ Vvĭfer, *a, um*, uvas producens, apud poëtas, das trauben trägt; ut, *Maſſicus uvifer*, Statius 4 Silv. 3, 64. Et Silius 7, 263 *Maſſicus uvifer is addebat nomina glebis*.

VVEO, *ēre*, näſſen; unde

¶ Vvens, *tis*, feucht. Petron. c. 115 *Vventibus oculis*. v. Burm. p. 533. Avienus Prognoſt. Arat. v. 457 *Vventis cæli ſub nutrimentæ &c.* Et Sil. 7, 651 *Vventi ferrum admovit tepefacta palato*. v. Drakenb. ad 3, 522.

¶ Vveſco, *ĕre*, id eſt, udum ſeu humidum fieri, naß werden. Lucret. 1, 304 *Denique fluctifragi ſuſpenſæ in littore veſtes Vveſcunt, eædem diſpanſæ in ſole ſerejcunt*. Et rurſus Avienus dicto lib. v. 254 *Vveſcet pluviis tellus, &c.*

¶ Vvĭdus, *a, um*, idem quod *Vdus*, quod per ſyncopen ex *uvidus* factum, naß, feucht. vide *Vdus* ſupra, & Iſidor. 17, 5. *Vvidus* autem ex antiquo *uvus*, ut a *torrus, torridus*, Feſto auctore. Vide Gifanium Indice Lucretiano in *Sereſcere*. Columella 7, 3 *Vbi cæli ſtatus uvidus ventoſusque eſt*. Idem 3, 2 *Præpinguis & uvida terra*, id eſt, humida, non arida aut exſiccata. Sic, *Vvida veſtis*, id eſt, madens, Plaut. Rud. 1, 4, 31. Pro *humido* plurimis poëtarum locis reſtituit Heinſ. ad Ovid. am. 3, 5, 6. ¶ 2. *Vvidus* pro ebrio, voll, truncken; ut contra *ſiccus* pro ſobrio. Virg. eclog. 10, 20 *Vvidus hiberna venit de glande Menalcas*. Horat. 4 od. 5, 38 *Dicimus integro Sicci mane die, dicimus uvidi, Cum ſol oceano ſubeſt*. Et Bacchum Horatius 2 od. 19, 19 *uvidum* dicit, id eſt, vino madidum. Comparat. *Vvidiora poma*, Tertull. de Jejun. c. 1; ſed *vividiora* legit Rigaltius.

¶ Vvĭdulus, *a, um*, diminut. näßlicht, etwas feucht. Catull. carm. 67, 63 *Vvidulum a fletu cedentem ad templa Deum me*.

¶ Vvor, *ōris*, m. die näſſe, feuchtigkeit. Varro de L. L. 4, 22 *Vva nomen habet ab uvore*. Id quod explicat Iſidorus 17, 5, dicens: *Vvæ dictæ, quod intrinſecus humoris ſunt plenæ, ſucciquæ & pinguedinis*.

VVLCĀNVS, *i*, m. Ἥφαιστος, qui & *Mulciber*, Iovis faber. Quem, cum Iunoni matri rixanti cum Iove, auxilio veniret, iratus arripuit Iupiter & cælo præcipitavit. Lapſus in Lemnon inſulam cecidit, ſublatus & refocillatus abs loci incolis eſt, ſed ipſe interim claudus factus. Vide Homerum Iliados 1 extr. Allegoriam Phornutus explicat & Huet. Dem. Ev. An ſit Tubalcain, diſquirit Gallæus ad Lactant. p. 72, 73 & 99; & Thyſius ad Salluſt. p. 452. Vulcanos plures commemorat Cicero de Nat. D. 3, 21 &c. ¶ 2. *Vulcanus* pro *igne*. Virg. Æn. 2, 312 *Dedit ampla ruinam Vulcano ſuperante domus*. Idem Æn. 5, 662 *Furit immiſſis Vulcanus habenis*. Et Æn. 7, 77 *Totis Vulcanum ſpargere tectis*. Plaut. Amph. 1, 1, 185 *Vulcanum in cornu concluſum gerere*, id eſt, in laterna cornea, ein licht in der laterne.

¶ Vulcānius, *a, um*, adject. ut, *Arma Vulcania*, Virg. Æn. 8, 535 & Cic. Tuſc. 2, 14. *Inſulæ Vulcaniæ*, propter Siciliam, Cic. de N. D. 3, 22. *Vulcanium vinculum*, ἡφαίστου δεσμός, pro nodo inextricabili, ut, *Vulcaniis vinculis teneri*. Qualia ſcil. fuere, quibus Martem cum Venere ſua deprehenſum irretivit. vide Chiliadas. *Peſtis Vulcania*, i. e. incendium, die feuersbrunſt, Silius 14, 424.

¶ Vulcānalis, *e*, adject. ad Vulcanum pertinens; ut, *Flamen Vulcanalis*, Varro de L. L. 4, 15.

¶ Vulcānālia, *ium*, n. pl. feſta erant Romæ Vulcano ſacra, celebrabantur Auguſto menſe. Colum. 11, 3 *Auguſto circa Vulcanalia, tertia fatio eſt*. conf. Plin. 18, 31. Salluſt. apud Nonium.

VVLGA, *æ*, f. ſacci genus ſive folliculus, atque idem quod Bulga, ein wadſack, eine reittaſche. A Nonio 2, 908 dicitur *capacitas vel ſinus cum laxitate*. Ibidem Lucilius: *In vulgam penetrare piloſam*. Et Varro: *Eo ut viaticum ex arcula adderem in vulgam*.

Vulgago, vulgaris, vulgator, &c. vide ſequens *Vulgus*.

VVLGVS, ſive Volgus, *i*, turba ſeu multitudo ignobilis, der gemeine pöbel, neutrum. Pro maſculino quidem genere laudant Horat. 2 ſat. 3, 62 *Huic ego vulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo*. Sed Cuning. *vulgus*. Quæ Non. 3, 261 ex Virg. Æn. 2, 99 & fragmentis pro maſculino adfert, ea fere docent *vulgum* dici; maſculinum eſſe non docent, ſi a Varronis fragmento diſceſſeris. Differte tamen Serv. ad Æn. 1, 149 *Vulgus maſculini & neutri invenitur, ſed generis neutrius loco, alibi maſculini, &c.* Cæterum optimi ſcriptores vix aliter, quam *Vulgus imperitum, humile, ignobile, infidum, malignum, profanum, &c.* Nepos 6, 14, 4 *In vulgus edere*, unter die leute bringen, ausbreiten. Idem 10, 10, 2 *Vulgi voluntas mirabiliter immutatur*. Claudianus de 4 Conſul. Honor. v. 301 *Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus*. Virg. Æn. 2, 4 *Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus*. Cic. pro Muræna c. 17 *Nihil eſt incertius vulgo*. Idem pro Plancio c. 4 *Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia*. Et pro Roſc. Com. cap. 10 *Sic eſt vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat*. Athenæus lib. 14 Πάλαι μὲν τὸ παρὰ τοῖς ὄχλοις ἐνδοκιμῆν σημεῖον ἦν κακοτεχνίας: hoc eſt, *Erat antiquitus ignorantiæ* (ſeu pravitatis potius in arte) *ſignum, a vulgo probari*. Ovid. Faſt. 2, 564 *Vulgus inane*, manes ſ. animas defunctorum appellat, buſtis egreſſas &c. Pluralem numerum recipere hanc vocem, negat Chariſius lib. 1 Grammat. ¶ 2. Et *Vulgus*, ſicut *gens*, translate de brutis animantibus reperitur poſitum; Victorinus Pictavienſis de Chriſto Deo & Homine, verſu penult. *Te recinunt volucres, & vulgus re-*

ptile ponti. Imitatus est Virgilium, qui ovium gregem Georg. 3, 469 *vulgus* dixit.

¶ Vulgo, adverb. significat passim populariter, allenthalben, ins gemein. Virg. eclog. 4, 25 *Assyrium vulgo nascetur amomum.* Et, *Vulgo dici solet*, Ter. Andr. 2, 5, 15, es ist ein gemein sprichwort. *Vulgo loquuntur*, Cic. in Verr. 5, 30. Idem in Verr. 4, 28 *Vulgo ostendere atque proferre.* Liv. 21, 38 *Vulgo credere.* Adde Menckenii Observ. L. L. h. v.

¶ Vulgaris *e*, vilis, communis, gemein. Horat. 2 sat. 5, 16 *Jejunus stomachus raro vulgaria temnit.* Cic. pro Rosc. Amer. c. 46 *Mitto hasce vulgares artes, coquos, pistores, &c.* schlechte geringe handwerke. *Vulgare & obsoletum*, Idem pro Quintio c. 18. *Viam vulgarem ingredi*, id est, tritam, usitatam, Quintil. in procem. lib. 1. Et, *Commendatio non vulgaris*, hoc est, non exigua, non levis, kein geringes lob, Cic. fam. 1, 3. *Minime vulgare genus dicendi*, Idem de Clar. Orat. c. 88. *Sermo vulgaris*, Cic. Acad. 1, 2. Et, *Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata*, de Orat. 1, 23. *Opinio vulgaris*, ibid. c. 27. Et comparat. *Vulgarior fama*, Liv. 25, 17. ¶ 2. *Vulgaris mulier*, quæ cuilibet dat, vel vulgo sui copiam facit, Suet. Vitell. c. 2. vide ibi Torrentium.

¶ Vulgārius, *a, um*, idem quod *Vulgaris.* Gellius sæpe usus est, ut 12, 10 *In libris vulgariis scriptum est.* Idem 3, 16 *Verbum vulgariæ significationis.* Sic, *Venus altera vulgaria*, Apul. Apol. lib. 1 p. 132. vide supra *Venus.* conf. Nonius 8, 41. ¶ 2. Hinc Pareus in Lex Crit. adverbium *Vulgarie* Ciceroni loco mox indicando vindicatum it, ubi *vulgariter* editi; *vulgarie* MSS. libri habent.

¶ Vulgārĭter, adverb. auf gemeine art; ut, *Non vulgariter doctus*, id est, excellenter. Cic. fam. 13, 69 *Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, a mihi perneccssario scribere.* Sed modo diximus, in MSS. *vulgarie* legi. Vide *Vulgarius*, modo explicatum. Sed fac, incertiorem esse Ciceronis locum, satis tamen certum adverbium erit auctoritate Plinii, qui 8, 5 *Vulgariter electam* dixit: & 28, 14 *Vitulijus vulgariter datum.*

¶ Vulgārĭtas, *ātis*, f. die gemeine art. Arnob. lib. 3 p. 123 *Palem sed non illam fœminam, quam vulgaritas accipit*, hoc est, vulgus. Et ibidem: *Popularis vulgaritas.*

¶ Vulgo, *avi, ātum, are*, gemein machen, laut, ruchtbar machen; ut, *Facinus aliquod per omnes vulgare*, Liv. 27, 28. *Vulgatur rumor*, Idem 31, 34. v. Burm. ad Quintil. 7, 3 p. 618. Et, *Vulgare librum*, Quintil. procem. lib. 1, ausgehen lassen *Vulgare dolorem*, id est, patefacere, ausprengen, ausbreiten, Virg. Æn. 10, 64. Et, *Pretio corpus vulgare solita*, Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 20. Liv. 3, 25, m. *Vulgari cum privatis*, sich gemein machen. Idem 4, 1 pr. *Summum imperium cum infimis vulgatur.* Idem 2, 29 *P. Virginius rem non vulgabat*, i. e non universim *pronunciabat, nec una omnes ratione censebat tractandos.* Hinc

¶ Vulgans, *tis.* Tac. An. 4, 58, 2 *Properum finem vitæ conjectantes vulgantesque.* Ibidem 13, 7, 1 *Hæc atque talia vulgantibus Nero jubet, &c.*

¶ Vulgātus, *a, um*, gemein gemacht, bekandt. Ovid. Met. 4, 276 *Vulgati pastoris amores.* Liv. 1, 4 *Sunt, qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent:* VVLGATO, id est, prostituto. Virg. Æn. 1, 461; & 8, 555 *Fama vulgata per orbem Bella.* Liv. 23, 29 *Fama de rebus gestis temere vulgata sine auctore.* Horat. 4 od. 9, 3 *Non ante vulgata per artes.* Lucret. 5, 428 *Magnum vulgata per ævum*, cont Idem 4, 75. Compar. *Vulgatior fama*, Liv 1, 7, & 25, 17. *Vulgatissimi sensus*, Quintil. 2, 4. *Vulgatissima meretrix*, Val. Maxim. 3, 5, 3.

¶ Vulgate, adverb. kundbar. Hinc comparat. Ammiano 15, 3 *Hæc augente vulgatius fama.* conf. Id. 31, 3.

¶ Vulgātus, *ûs*, m. subst. die kundthuung, ausbreitung. Sidon. 8, 1 *Sufficere suspicabamur, siquid superiore vulgatu protulissemus.*

¶ Vulgator, *ōris*, m. qui vulgat aliquid, ein ausschwätzer, verräther; ut, *Taciti vulgator*, Ovid. Amor. 3, 7, 51 pro Tantalo.

¶ Vulgāgo, *ĭnis*, f. herba, asarum dicta, haselwurtz, Macer 2, 24.

¶ Vulgivăgus, *a, um*, gemein, gewöhnlich. Lucret. 5, 930 *Vulgivago vitam tractabant more ferarum*, id est, vulgari ferarum ritu. Et 4, 1064 *Vulgivagâque vagus Venere*, id est, vaga & promiscua libidine.

Composita cum præposit.

¶ Dīvulgo, *avi, atum, āre*, allenthalben ausbreiten, gemein, ruchtbar machen; ut, *Sermonibus aliquid divulgare*, Cic. pro Fontej. c. 5. Et fam. 6, 13 *Visum est occultius agendum, neque ullo modo divulgandum.* Et Attic. 12, 40 *Divulgare librum.* Ac, *Consilium alicujus divulgare*, Cæl. B. Civ. 1, 20.

¶ Divulgātus, *a, um*, ausgebreitet, gemein gemacht. Cic. pro red. in Senatu c. 5 *Primum tempus ætatis patum ad omnium liberalium disciplinarum studia divulgatum.* Et, *Divulgatam ingenium*, Tac. An. 4, 52, 6. Superlat. *Divulgatissimus & levissimus magistratus*, Cic. fam. 10, 26, hoc est, qui vulgo obtinetur.

¶ Divulgatio, *onis*, f. die bekandtmachung. Tertull. de Anima c. 5 *Nunquid credendum est, ante literaturam & divulgationem ejus mutos homines vixisse?*

¶ Evulgo, *avi, atum, are*, idem quod *Vulgare.* Liv. 9, 46 *Civile jus repositum in pontificum penetralibus evulgavit.*

¶ Invulgo, *are*, idem quod *Vulgare*, vel *valde vulgare.* Gellius 20, 5, Alexandrum objecisse Aristoteli: *non recte eum fecisse, quod disciplinas ἀκροατικὰς, libris foras editis, invulgasset.* add. 18, 2. Ipsi etiam Ciceroni Att. 2, 1 p. 169 vindicat hoc verbum Gronovius, *Quo die Allobroges involgarunt*, hoc est, indicarunt conjurationem Catilinariam.

¶ Invulgatus, *a, um*, idem quod *vulgaris*, gemein. Gellius 11, 7 *Sed molestius equidem culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata & sordentia.*

¶ Pervulgo, *avi, atum, are*, in vulgus divulgare, ausprengen, ruchtbar machen. Cic. de Orat. 1, 41 *Pervulgari suam artem noluerunt.* Et, *Se omnibus pervulgare*, pro Cælio c. 16, de muliere impudica.

¶ Pervulgātus, *a, um*, sehr gemein, bekannt; ut, *Pervulgatum apud omnes*, Cic. Verr. 2, 34. *Pervulgatum & notum*, Idem Acad. 4, 37. *Pervulgata consolatio*, Cic. fam. 5, 16. *Res clara, testata & pervulgata*, Idem Verr. 2, 42. Et Ter. Heaut. 1, 1, 49 *Cæpi non humaniter tractare, sed vi & via pervulgata patrum.* Compar. *Pervulgatius*, Gell. 7, 17. *Res pervulgatiores*, Apul. Apol. 1 p. 165. Superlat. *Pervulgatissimus*, Auctor ad Herenn. 4, 8.

¶ Pervulgate, adverb. auf sehr gemeine art. Gell. 16, 7 *Pervulgate dicit*, hoc est, cum vulgo, plebejo more.

¶ Provulgo, *are*, idem quod divulgare, manifestare, kundbar machen, offenbaren. Apul. Apol. pag. 326 *provulgari eas litteras, & potissimum filii præconio publicari &c.* Usus eo & Tertullianus est adv. Marc. 4, 21; & de cultu fœm. 1, 2; & Sidon. 9 ep. 11.

¶ Provulgātus, *a, um*, kund gemacht. Suet. Ner. c. 36 *Duabus conjurationibus provulgatis.*

Vulnerabilis, vulnero, vulnificus, vide sequens *Vulnus.*

VVLNVS, *ĕris*, n. quod ex ictu fit inflicto, στέλη, eine wunde; ut, *Vulnus facere*, vulnerare, Quintil. 5, 15. *Vulnera dare*, Ovid. Met. 3, 84, verwunden. *Vulnus mortiferum*, Nepos 15, 9, 3, eine tödtliche wunde. *Vulnus publicum privatumque*, Liv. 28, 12. *Vulnus infligere alicui*, Cic. Phil. 2, 39. Id. Att. 5, 17 extr. *Satis habeo negotii, in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ. Vulneribus afficere*, Columell. 4, 11. *Confodere aliquem vulneribus*, Liv. 24, 7. *Telo extracto, præceps Fabius in vulnus abiit*, Idem 2, 46. *Prolabi in vulnus*, Idem 1, 58. Et, *Ex vulnere mori*, Idem Liv. 27, 33. *Alligare vulnus*, Cic. Tusc. 2, 17, eine wunde heffen. v. Gron. ad Liv. 7, 24 m. ubi docet non minus elegans esse *alligare vulnus*, quam *obligare.* Suetonius *colligare*, dixit in Tiberio c. 61. *Nunquam sanabile vulnus*, Iuven. 15, 34, eine unheilsame wunde. *Vulnera excipere*, i. e. vulnerari, verwundet werden, Suet. Aug. c. 20. ¶ 2. Pro ictibus, qui infliguntur arbori, & quibus ipsa succiditur. Virg. Æn. 2, 630 *Vulneribus donec paulatim evicta supremum Congemuit, traxitque jugis avulsa.* Item, pro fissione terræ, dum aratur. Ovid. Fast. 1, 666 *Omne reformidat frigida vulnus humus.* ¶ 3. Pro ipso telo *Vulnus* idem Virgilius posuit 2, 529 *Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus insequitur.* Plautus in descriptione prœlii, Amph. 1, 1, 79 *Ex spiritu atque anhelitu nebula constat: Cadunt vulneris vi & virûm.* Drakenb. ad Sil. 5, 221. Markland. ad Stat. Sylv. 2, 6. ¶ 4. *Vulnera* etiam dolores & cruciatus animi notant; item damna & clades. Val. Max. 5, 10 extr. *Ut nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus detraheret.* Ita *Vulnera reipubl.* dicimus &c. *Vulnus orbitatis*, Quintil. procem. l. 6. Et Virg. Æn. 1, 39 *Ita Iuno æternum servans sub pectore vulnus*, i. e. dolorem. *Vulnus amoris*, Idem Æn. 4, 2, & 67; & *Devinctus vulnere amoris*, Lucret. 1, 35. Et, *Vulnera vitæ*, Id. 3, 63 dixit res quæ vitæ integritatem minuunt, & conscientiam gravant.

¶ Vulnuscŭlum, *i.* n. dimin. Hieronymus epist. 89 ad Augustin. c. 4 *Vulnuscula mederi, quod acu punctum est.* Et, *Vulnuscŭlum modicum*, Ulpian. Dig. 21 t. 1 l. 1 § 8.

¶ Vulnero, *avi, atum, āre*, vulnus infligere, verwunden, beschädigen. Cic. in Verr. 1, 26 *Servi nonnulli vulnerantur, ipse Rabirius in turba lanciatur.* Ovid. ex Ponto 2, 7, 41 *Continuo fortuna vulneror ictu.* ¶ 2. Translate, *Gravior munitus aures vulnerat*, id est, lædit, terret, Virg. Æn. 8, 582. Et, *Vulnerare aliquem voce*, est oratione offendere, Cic. Catil. 1, 4. ¶ 2. *Vulnerare & verberare* confunduntur. vid. Drakenb. ad Sil. 5, 251.

¶ Vulnerans, *tis.* Vulg. Ierem. 9, 7 *Sagitta vulnerans est lingua eorum.* Et Luc. 20, 12 *Illum vulnerantes ejecerunt.*

¶ Vulnĕrātus, *a, um*, verwundet, wund, blessirt. Plin. 7, 28 *Vulneratus humerum.* Cæs. B. G. 7, 41 *Multitudine sagittarum vulneratis.* Cic. post red. in Senatu c. 3 *Sanctissimum corpus non solum tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro conspectumque vidistis.* Liv. 3, 69 *Spoliati & vulnerati in agris.* Sic & translate, *Vulneratis auribus aliquid accipere*, Arnob. lib. 1 pag. 20, nicht gern hören. Et, *Vulneratæ naves*, Liv. 37, 24 & 30, beschädigt.

¶ Vulnerātio, *ōnis*, f. fauciatio, die verwundung, blessur. Cicer. pro Cæcina c. 16 extr. *Sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine.* Hirt. B. G. 8, 47 *Post vulnerationem semper ad omnes motus paratus.* ¶ 2. Metaphorice Cic. in Pisonem c. 20 *Vitæ, famæ, salutis vulneratio.*

¶ Vulnerārius, *a, um*, zu wunden gehörig; ut, *Emplastrum vulnerarium*, Plin. 23, 4. ¶ 2. Et *Vulnerarius*, substantive, qui vulnera sanat, ein wund-artzt. Idem Plin. 29, 1. ¶ 3. *Vulnerarius* dictus Archagathus Peloponnesius, Lysaniæ filius, quia nihil nisi sectiones & ustiones spirabat. v. Rittersh. ad Salvian. f. 251. Meminit ejus Plin. 19, 1.

¶ Vulnĕrābilis, *e*, active, vulnerans, verwundend, verletzend. Cæl. Aurel. Acut. 3, 17 *Materia acerrima & vulnerabilis.*

¶ Vulnĭfer, *a, um*, idem. Prudentius Psychomach. v. 173 *Vulniferos graviens intacta per imbres.* Corn. Gallus 5, 98 *Cristatum vulniferumque caput.*

¶ Vulnĭficus, *a, um*, idem; ut, *Dentes vulnifici*, Sen. Hippol. v. 346. Et Virg. Æn. 8, 446 *Vulnificusque chalybs vasta fornace liquefecit.*

queſcit. Adde Stat. Theb. 4, 87; Val. Flacc. 1, 420; Rutil. Itiner. v. 603; Prudent. Periſt. 3, 147; &c.

¶ Vulnĭfĭco, *are*, verwunden. Fortunat. carm. 9 *Vulnificare aliquem.*

¶ Convulnĕro, *avi, atum, are*, verwunden. Sen. de Tranquill. an. c. 11 *Eo magis convulneraberis & confodieris, quia neſcis præbere jugulum.* Plin. Paneg. c. 35 *Ferream frontem convulnerandam præbere.* Et Tertull. de Reſurr. carn. c. 51 *Qui eum convulneraverunt.*

¶ Convulnĕrātus, *a, um*, verwundet. Frontin. de Aquæduct. p. 256 *Convulneratis omnibus in tranſitu negotiatoribus.* Et Plin. 8, 36 *Convulneratum ab apibus os.*

¶ Invulnĕrātus, *a, um*, pro non vulneratus, unverwundet. Cic. pro Sextio c. 67 *Invulnerati inviolatique vixerunt.*

¶ Invulnĕrābĭlis, *e*, non vulnerandus, unverſehrlich, hieb und ſtich frey: ut, *Animus invulnerabilis*, Sen. ep. 9. Idem ad Helviam c. 13 *Virtus animum undique invulnerabilem præſtat.*

VVLPES, *is*, f. quaſi *Volipes*, quod volet pedibus, quod indicat Quintil. 1, 6 p. 80. Sed potius a Græco ἀλώπηξ derivarem, digamma Æolico adjuncto, ein fuchs. *Vulpis* nominandi caſu etiam uſitatum docet Barth. ad Theb. Statii p. 441; & Adverſ. 27, 4. Adde Burm. ad Phædr. 1. 1 fab. 7. *Vulpes cauta*, Horat. 1 epiſt. 1, 73. Et per metaphoram Perſius ſat. 5, 117 *Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem*, i. e. fallaciam. Horat. in Arte P. v. 437 eleganter *Animos ſub vulpe latentes*, callidos & aſtutos dixit. *Vulpes non iterum capitur laqueo*: aliud proverbiale de re factu proclivi. Plaut. Moſt. 3, 1, 21 *Tam facile vinces, quam vulpes pyrum comeſt.* Vide de utroque Chiliad. Etiam *Vulpes jungere* proverbialiter de re abſurda dicitur. Virg. eclog. 3, 91 *Atque idem jungat vulpes ac mulgeat hircos.* Aliud proverbium apud Suet. Veſp. c. 16 *Vulpes pilum mutat, non mores.* ¶ 2. *Vulpes marina*, ein meer-fuchs, quam Ælianus ſcribit æque callidam & verſutam eſſe, ut terreſtrem. v. Plin. 9, 43, & Geſner.

¶ Vulpĕcŭla, *æ*, f. diminut. Cic. Nat. D. 1, 31 *Lepuſculos vulpeculasque vidiſſe.* Et Horatius 1 epiſt. 7, 29 *Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cameram frumenti, &c.* Sed bene reſtituit Bentleius *nitedula*, ſuffragante etiam ipſo Cuningamo c. 19, animadv. p. 390 ſq.

¶ Vulpīnus, *a, um*, adject. penult. producta, vom fuchs; ut, *Vulpinum jecur*, Plin. 28, 13; *Vulpina lingua*, ibidem c. 11. Sic, *Vulpina pellis*, der fuchs-balg. *Vbi leonina pellis non ſatis eſt, vulpina addenda*, hoc eſt, ſi quod negotium viribus confici non poteſt, calliditate obtineatur, Lyſandri fuit, vide Chiliad.

¶ Vulpināris, *e*, idem. Et translate *Vulpinaris amaſio*, id eſt, fraudulentus amator, apud Apulej. 3 Met. p. 139 Elm. liſtig. Sed poſſit etiam eſſe verbum ſecundæ perſonæ, ex

¶ Vulpīnor, *ari*, a Nonio 1, 226 ex Varrone annotatur: *Vulpinare modo & concurſa qualibet, erras.* Eſt autem aſtute deludere, & inſidias declinare, ſumtum ab ingenio & arte vulpium, quibus venatoribus illudere ſolent, verſchlagen, tückiſch und liſtig ſeyn. vide *Vulpinaris. Vulpinari cum vulpe*, vel *adverſus vulpem*, fallacia fallaciam pellere, v. Chiliad.

¶ Vulpio, *ōnis*, m. homo vulpina indole, id eſt, callida ac verſuta præditus, ein ſchlauer gaſt. Apul. Apol. p. 328 *Si ex litteris tuis noſceretur, te etiam prius, quam ad eum migraſſes, etiam cum matre blandirere, tamen jam tum vulpionem & impium fuiſſe.*

Vulſella, quære *Volſella* ſupra in *Vello.*

VVLSINII, *ōrum*, m. pl. oppidum fuit Tuſciæ opulentiſſimum, fulmine univerſum concrematum, Plin. 2, 54 & 55. v. *Volſinii.*

¶ Vulſinienſis, *e*, adj. ut *Vulſinienſis lacus*, Columell. 8, 16.

Vulſura, vide *Vello*, Vulticulus, vultuoſus, *Vultus.*

VVLTVR, *ŭris*, m. γὺψ, ein geyer, ſtoßvogel. Ovid. Amor. 2, 6, 33 *Vivit edax vultur.* Plin. 10, 6 tradit de vulturibus: *Triduo aut biduo volare eos, ubi cadavera futura ſunt.* Iſidorus 12, 7 *A volatu tardo* nominatos ait, *quod magnitudine prapetes volatus non habeant.* Hinc ab antiquis ſcribitur *Voltur, Voltorius.* Apul. lib. 6 Met. *Vulturibus graviſſimum pabulum futurum.* Avis eſt rapaciſſima, fagaciſſime odorans, *roſtroque immanis obunco*, quemadmodum Virgilius dixit Æn. 6, 597. Conſpicitur rariſſime, adeo ut ejus conſpectus novi ſemper aliquid denunciare quibusdam credatur. Avis alioqui juſtiſſima ex omnibus volatilibus carnivoris. Vivum attingit nihil, nec animatum interficit. Veſcitur enim cadaveribus tantum, in quibus a ſui generis abſtinet. Denique, quæ minus detrimenti hominibus adferat, avis prorſus nulla reperitur: nec enim fructus aut plantas lædit, nec manſueto ulli nocet animali; Hæc Plutarchus in Problem. Habes apud eundem & alia ad vulturum hiſtoriam pertinentia in Romulo p. 23. De generibus ipſius Geſnerum conſule. Vulturum in auſpicio Roma condita; v. Lucan. 7, 437. Itaque aquam hærere ſibi fatetur Burmannus in illo, quod legitur nunc Ovid. Am. 1, 12, 20 de arbore quam exec ratur: *Vulturis in ramis & ſtrigis ova tulit. Si vultur es, cadaver exſpecta*: proverbialiter in eos dicitur, qui hæreditatem inhiant, erbſchleicher. Ad quod reſpiciens Martialis ait lib. 6 epigr. 62 *Cujus vulturis hoc erit cadaver.*

¶ Vultŭris, *is*, m. idem. Legitur ſic nominativo caſu apud Ennium: *Vulturis in ſilvis miſerum mandebat homonem.* Ita refert Priſcian. lib. 6. Sed apud Chariſium lib. 1, & apud Servium in lib. 6 Æn. Virgilii eſt *Vulturus.*

¶ Vulturius, & Volturius, *i*, m. idem. Plaut. Mil. 4, 2, 53 *Vulturio plus humani eſt.* Idem Truc. 2, 3, 16 *Iam quaſi vulturii triduo prius prædivinant, quo die eſuri ſient.* conf. Liv 27, 23; & Sen. Controv. 5, 34 extr. ¶ 2. *Vulturios togatos* eleganter Apulejus dixit lib. 6 Metam. forenſes rabulas & legulejos, qui in medio foro, ut Columella alibi loquitur, latrocinia faciunt, böſe juriſten; quemadmodum Gabinium & Pitonem imperatores, pretio nundinantes omnia, *paludatos vulturios* Cicero dixit pro Sextio c. 33; & *Hominem vulturium*, pro rapace, in Piſonem c. 16, einen raubgierigen, diebiſchen, der gern zugreifft. Apud Plautum quoque *Vulturius* eſt in rapaces convicium, in Trin. 1, 2, 64. Et Catullus de eo, qui ſpe jam devoraverat hæreditatem, carm. 69, 124 *Suſcitat a cano vulturium capite.* conf. Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. 8, 18. ¶ 3. *Vulturius*, infelix talorum ſpecies, in quibus effigies vulturis picta erat. Et, *Vulturius jactus*, id. cum *cane.* Plaut. Curc. 2, 3, 78 *Iacit vulturios quatuor.* vid. ibi Taubmann. p. 335; & Turneb. Adv. 5, 6; & 11, 7.

¶ Vultŭrīnus, *a, um*, vom geyer; ut, *Vulturinus ſanguis*, Plin. 30, 4 *Vulturina ſpecies*, Idem 10, 3. Et, *Vulturinum collum*, Mart. 9 epigr. 28.

¶ Subvultŭrius, *a, um*, ſubnigro colore inſtar vulturis, ſchwärtzlicht. Plaut. Rud. 2, 4, 9 *Corpus ſubvulturium.*

VVLTVR, *ŭris*, m. mons Apuliæ, de quo Horat. 3 ode 4, 9; & Lucan. 9, 185.

VVLTVRNVS, & Volturnus, *i*, m. ventus, εὐρόνοτος, *Euronotos*, quod inter notum & eurum ſit, der ſüd-oſt-wind. Hi ſunt igitur tres venti orientales, *Aquilo, Vulturnus, Eurus*, Gell. 2, 22. Sed Columella 5, 5 *Interdum Eurus, quem quidam Vulturnum vocant.* Idem dixit Seneca Nat. Qu. 5, 15. Vet. Gloſſ. *Vulturnus*, ἔυρος. Lucret. 5, 644. *Altitonans Volturnus.* conf. Iſidor. 13, 11; Liv. 22, 44 & 46 extr. ubi diſcas, proprie ab iis, qui circa Aufidum fl. & Cannas habitarent, ita dictum, Plin. 2, 47; 18, 34; & 36, 26. ¶ 2. Eſt & *Vulturnus* ſeu *Vulturnum* Campaniæ oppidum, cum fluvio ejusdem nominis. Liv. 4, 37 *Vulturnum Hetruſcorum oppidum, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captum.* De flumine Idem 8, 11, &c. & 23, 36, ubi v. Drakenb. notam & Lucan. 2, 423. ¶ 3. *Volturnus* Deus Tiberinus, Varr. de L. L. 4, 5. Hinc

¶ Volturnālis, *e*, adj. ut, *Volturnalis flamen*, Varr. de L. L. 6, 3. Sic & *Volturnalia Volturno Deo ſuo ſacra faciebant, &c.* Feſt.

VVLTVS, *ûs*, m. ſubſt. in homine facies capitis adverſa dicitur, fronte, oculis, naſo, genis, ore conſtans, das geſicht, angeſicht, die mine. Namque hæ partes omnes pro interno affectu hominis mutare & variare habitum ſuum, & ſic indicium animi facere poſſunt. Atque hic habitus ſeu conformatio earum partium, *Vultus* vel *Voltus* (vel a *volvendo* vel a *voluntate*, quam prodit quodammodo, ut quidam volunt,) appellatur. Vet. Gloſſ. *Vultus*, εἶδος ὄψεως Hinc *tacitus ſermo mentis* Ciceroni, itemque *imago animi* dicitur: vide Barth. ad Scriptor. Venat. p. 542, & ad 4 Theb. Statii p. 1238: & hominis unius eſſe aſſeveratur. Ita Cic. de Legib. 1, 9 ſcribit: *Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur: & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante eſſe, præter hominem, poteſt: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent.* Nepos 4, 5, 1 *E vultu cujusdam intellexit*, er hat es ihm an augen angeſehen. Ovid. Triſt. 3, 4, 37 *Vidi ego te tali vultu mea fata gementem, Qualem credibile eſt ore fuiſſe meo.* Fabius Quintilianus 11, 3 *ad frontem, ſupercilia, oculos*, vocem *vultus* retulit: nimirum, quia in his ejus vis maxime conſpicitur: non quod in iis ſolis conſiſtat. Nam eum *nitentis vultum* Suetonius in Veſp. c. 20 dixit, ad os genasque ſimul reſpexit. *Vultus hilaris, triſtis, ſeverus, torvus, minax, trux, diſtortus*, nota ſunt epitheta. vid. Suet. Domit. c. 18. *Triſtior & pædagogi vultus*, Idem Suet. Ner. c. 37. *Vultus turbatus*, qui & *confuſus* aliis, Lucan. 3, 316; huic *tranquillus* & *ſerenus* Suetonio in Aug. c. 79 nominatus opponitur. *Vultus adductus*, qui corrugat frontem, eidem dicitur in Tiberio c. 68. Horat. 3 ode 11, 21 *Invito vultu ridere*, lachen, da es nicht ums herz iſt. Salluſt. Catil. c. 10 *Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere, magisque vultum, quam ingenium bonum habere.* Cicer. Att. 12, 14 m. *Omnia nitor, non ad animum, ſed ad vultum ipſum, ſi queam, reficiendum.* Et, *Vultum & orationem accommodare ad tempus*, Cic. Att. 11, 24. Val. Flacc. 1, 39 *Fictis dat vultum & pondera verbis.* v. Burm. *Vultum ſubmittere*, die augen niederſchlagen; quod facere ſolent non pudibundi homines tantum, verum etiam quos nimium perſtringit lumen, Suet. Aug. c. 79. Et, *Vultum flectere*, id eſt, mutare, item *indurare*, id eſt, obfirmare, Tacitus dixit Hiſt. 2, 46, 5. Petron. c. 80 *Dum fortuna manet, vultum ſervatis amici, Dum cecidit, turpi vertitis ora fuga.* Cic. pro Roſc. Am. c. 13 *Præclare a ſapientibus dicitur, vultu ſæpe læditur pietas.* Dictum eſt de pietate in parentes religioſiſſime colenda, adeo ut non verbis ſolum & factis offendamus eos impiis, ſed nec vultu quidem contumaciori. *Vultu alicujus regi*, eſt ad nutum ejus ſe componere, voluntate ex habitu faciei conjectata, Sen. de Benef. 6, 7 *Tuus vultus, cui regendam me tranquilli, colligit rugas, & attrahit frontem, quaſi longius exeam.* ¶ 2. Speciatim autem vultus ad triſtitiam & ſeveritatem ſæpiſſime pertinet. vid. Brouckh. ad Tib. 1, 8, 48. & Miſcell. Obſerv. Vol. 1 pag. 349. vide *Vultuoſus.* ¶ 3. *Vultus* etiam dicuntur imagines, bruſtbilder. Vnde *vultibus conſecrare* apud Vopiſcum in Probo c. 2, eſt pictum exhibere. vid. ibi Caſaub & Salmaſ. ¶ 4 Cujusque etiam rei externa ſpecies *Vultus* dicitur: quemadmodum vocabulum *Facies* uſurpatur, die geſtalt. Ovid. Met. 1, 6 *Vnus erat toto naturæ vultus in orbe Quem dixere Chaos.* Virg. Æn. 5, 848 *Mene ſalis placidi vultum fluctusque quietos Ignorare jubes?* Horat. 1 ep. 9, 20 *Dum vultum ſervat fortuna benignum.* Ovid. Triſt. 1, 4, 27 *Dum vultu ridet fortuna ſereno.* v. Drakenb. ad Liv. 6, 16.

¶ Vultum, vel Voltum, *i*, n. idem. Lucret. 4, 1206 *Iuxtim miſcentes volta parentum.* Et Ennius apud Nonium 3, 260 *Averſabuntur ſemper vivos voſtraque volta.*

¶ Vulticulus, *i*, m. diminut. ad jocum compoſitum. Cic. Attic. 14, 20 *Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret*: id eſt, ſeveritas, gravitas ex tertia ſignificatione vocis *vultus*, quam ante laudavimus.

¶ Vultuōſus, *a, um*, qui ſeu indecentem, ſeu arrogantem vultum ſumit, ungeberdig, trotzig, ſtolz, ernſthafft. Cic. in Orat. c. 18 *In quo cum efferceris, ne quid ineptum aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quædam magna moderatio.* Apulejo 3 Met. pag. 135 *Vultuoſa frons* eſt ſupercilioſa ac triſtis. Adde Quintil. 11, 3; & Sidon. 1 epiſt. 11; & 4 ep. 12.

¶ Vulviólus, i, m. plur. *Vulvioli sunt, qui ad affectus hominum exprimendos in modum materiæ cavæ, quos pervertere nituntur, effigiati sunt*; Sic describit Sarisb. 1, 12.

VVLVA, æ, f. (scribunt & *Volva* Plinius 22, 22; & Varro R. R. 2, 1, quod foetus in ea volvatur,) vocabulum nequaquam obscenum est, ut eo utuntur lenones, & alii spurcitiei atque obscenitatis amantes. vide Barth. ad 5 Theb. Statii p. 221. Significat enim locum generationis seu uterum, das geburts-glied, der mutter-leib, oder die mutter, μήτρα, ὑστέρα, in animantibus, præter mulieres, maxime. Mulierum enim *uterus* est: Varro de Re Rust. 2, 1 *Agni chordi dicuntur, qui post tempus nascuntur, & remanserunt in vulvis intimis.* Fulgentius de Incarnat. Verbi c. 3 sub fin. *Sicut nec caro sine verbi Dei unitione potuit aliquatenus nullius viri ecitu feminata in intimo vulvæ virginalis innasci.* Aliquoties usus hoc vocabulo Tertullianus in de carne Christi. Id ad Praxeum c. 7 *Exinde sibi parem eum faciens, de quo procedendo filius factus est, primogenitus, ut ante omnia genitus: & unigenitus, ut solus ex Deo genitus proprie de vulva cordis ipsius, secundum quod & Pater ipse testatur, Eructavit cor meum sermonem optimum*: DE VVLVA CORDIS, id est, intimo cordis sinu, notabili novitate. Nam *Vulva* hic κόλπος est: quæ alias κόλπος μήτρας. Vet. Gloss. *Loci muliebres*, ὑστέρα, κόλποι μήτρας. Plin. 11, 37 sub fin. *Fœminis eadem omnia præterquæ vesicæ junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine* LOCOS *appellant, hoc in reliquis animalibus* VVLVAM. ¶ 2. *Vulva* *salita* in deliciis mentarum Romanis erat adeo: ut censoria lege, minuendi sumtus causa, interdici oportuerit. Horat. 1 epist. 15, 41 *Nil melius turdo, nil vulvâ pulcrior ampla.* Vbi Torrentium vide. Et Reinet. ad Petr. c. 35 pag. 146. Burm. Plin. 8, 51 *Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictaque cœnis abdomina, glandia, testiculi, vulvæ, sincipita verrina.* Hæc notavit Cellarius ad Plinii junioris 1 epist. 15, qui etiam *ostrea, vulvas, echinos* in delicationibus cibis numerat. Adde Plin. 11, 37.

¶ Vulvula, æ, f. diminut. farciminis genus. Apicio etiam 2, 3 in deliciis eiculentorum est. conf. Idem 7, 1.

¶ Vuivária, æ, f. schamfraut, Tabernæmont. p. 812.

VXOR, ōris, f. ein eheweib, gemahl; quasi *Vnxor*, ab *ungendo*: nam quum ad lumen mariti nova nupta venisset, postes, antequam ingrederetur, oleo, vel etiam lupino adipe inungi solebant, ut ex Plinio, Servio & aliis constat. vid. Plin. 28, 9; & Isidor 9, 8. *Vxorem dignitatis, non voluptatis nomen esse*, dixit Ælius Verus, ut Spartianus in vita c. 5 refert. Sic, *Incommoda, impedimenta*, Plaut. Asin. 1, 1, 47. Et, *Sæva*, Ter. Phorm. 5, 1, 13, ein böses weib. *Vxorem sibi adjungere*, Cic. de Finib. 3, 20, ein weib nehmen. *Vxorem ducere*, Idem pro Sextio c. 3. &c, *Ab uxore ducendâ abhorrere*, Cic. Attic. 14, 13. *Ad uxorem appellere animum*, mit freyers-gedancken umgehen, Ter. Andr. 2, 6, 15. Bene Martialis 8 epigr. 12 *Vxorem quare locupletem duxerit olim, Quæritis? uxori nubere nolo meæ. Inferior matrona fuo sit, Prisce, marito, Non aliter fecerunt fœmina virque pares.* ¶ 2. *Vxoris* non minus, quam alia societatis conjugalis nomina sæpe de se se magis & voto, quam de ipsa re dicuntur. v. Brouckh. ad Tib. 2, 2, 11.

¶ Vxorcŭla, æ, f. diminutivum. Apul. Met. lib. 9 post initium: *Erat ei uxorcula etiam satis quidem tenuis &c.* Et in blanditiis *uxorcula*, apud Plaut. Casin. 4, 4, 19; & 5, 2, 32. conf. Varro ap. Non. 2, 110.

¶ Vxorcŭlo, *are*, uxorem facere, zur frau machen. Plaut. apud Varron. de L. L. 6, 3 *Mulieres uxorculavit.*

¶ Vxōrius, *a, um*, weiblich; ut, *Res uxoria*, was des weibes ist. Ovidius 2 de Arte am. v. 155 *Dos est uxoria lites.* Stat. 5 Silv. 1, 31 *Vxorius imber*, id est, lacrymæ, quæ propter uxorem fiunt. Plaut. Asin. arg. v. 2 *Sub imperio vivere uxorio.* Suet. Calig. c. 25 *Vxorio nomine dignari.* ¶ 2. *Vxorii* etiam absolute dicuntur viri, qui nimis indulgent uxoribus; iisque dediti supra modum gratificantur omnia, & ab earum nutu atque arbitrio pendent, weiber-narren. Virg. Æn. 4, 266 *Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem Exstruis*; Vbi Servius: VXORIVS, *nimium uxori deditus vel serviens.* Et ira Horatius Tiberum *uxorium amnem* appellat 1 od. 2, 20, quod sese *Iliæ uxorii* queroenti *ultorem nimis jactaret*, quod ibid. præcedit. Quintil. Declamat. 388 *Habuimus adolescentem, optimum propinquum, mitissimum patronum, fidelissimum amicum, maritum vero nimium quoque uxorium.* Vet. Gloss. *Vxorius*, γυναικομανής, γυναικοκρατούμενος, Sen. Controv. 1, 6 *Refugio uxorem, quia uxorius sum.* ¶ 2. Substantive, VXORIVM *pependisse dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, æs populo dedit*, Festus.

¶ Vxoriōsus, *i*, m. ein frauen-knecht. Gloss. lat. gr. *Vxoriosus*, ὁ τὴν ἰδίαν γυναῖκα φιλῶν.

¶ Vxorātus, *i*; m. uxorem habens, beweibt, vulgare citra consensum antiquitatis.

¶ Inuxōrus, *a, um*, unverehlicht, unbeweibt. Tertull. de Castit. c. 9 *Summus inuxoræ virginitatis gradus.*

W Littera Germanis usitatissima, Latina non est. Hinc Latini vel V simplex, ut in *Vienna*, vel VV geminatum, ut in *VVilhelmus*, vel Gu, ut in *Guilielmus*, ejus loco adhibent. vid. Io. Vossii Aristarch. 1, 24.

X Quæ ut est apud Cap. 3 p. 58 *quidquid* C *&* S *formavit, exspoliat*, ultima est litterarum latinarum, ut ait Quintil. 1, 4 p. 41 Burm. An recte referatur inter cas, disputat Corvinus Dubior. Rhetor. fasciculo 9 dubio 6. Vasti soni esse, Cicero innuit in Orat. c. 45 *Quomodo vester Axilla Ala factus est, nisi fugâ litteræ vastioris.* vid. totum locum in *Axilla* ex *Ala*. Consonans dupla est, duarum scilicet potestatum *cs* & *gs* geminati; ut, *pax, axis, grex.* Et scripsisse etiam veteres videntur *apecs, gregs.* Sed *Vlyxes*, pro *Vlysses* usitatum nunc non est. Sed *naxam* pro *nassa* reperiri in vetustis Ciceronis exemplaribus diximus l. l. & in MS. Lipsiensi trecenties x & ss miscentur. Hodie Itali *Alessandro* pro *Alexandro* dicunt. ¶ 2. Nonnunquam in compositione verborum, ab *s* incipientium cum præpositione *Ex* ipsum *s*, in *x*, includitur: ut, *Exaturare*, a *saturare*, *Expaciari*, a *spaciari*, *Expectare*, a *spectare*, *Exiflere*, a *sflere*, *Exolvere*, a *solvere*, *Exurgere*, a *surgere*. Invenias tamen indifferenter scribi, *Exaturare*, & *exsaturare*, *Exscindere*, & *excindere*, *Exibilare*, & *exsibilare*, a *sibilo*, *Exiccare*, & *exsiccare*, a *sicco*, *Exsuscitare*, & *exuscitare*, a *suscito*. Priscianus quidem s post x omitti debere contendit: quod Græce ἐν non ἐξ ante σ scribatur, & x sit loco ejus: ergo *exequor* scribendum ehq, non *exsequor*. ¶ 3. Illud nemo dubitat, scribendum *excelsus*, non *excessus*; *Exscensus e navibus*, non *excensus* apud Livium; *Exscribere*, non *excribere*, apud Cicer. vide *Scribo* &c. ¶ 4. *X* in numerorum notis denarium repræsentat numerum: ut *X* decem, *XX* bis decem, *XV* quindecim, & in antiqua scribendi Romanorum ratione *XV Decemvir*; *XL quadraginta*, *LX sexaginta*, ac sic deinceps, usque *XC nonaginta* a *centum*, scilicet *decem* detractis. ¶ 5. Sed *X* cum linea recta in superiore parte decem millia significat. ¶ 6. Figuram (*X*) hæc duplex littera fortita est in majusculis eamdem, quam apud Græcos aspirata *Chi*, Χ: plane ut græcum *τ*, *ῶ*, & latinum *P*, nacta sunt eamdem figuram (P) Itaque cum Græci compendio quodam litterarum nomen Χριστός ita exararent ΧΡΣ, ratio poscebat, ut imitari hoc volentes Latini scriberent CHRS, vel *Chrs*. Sed fuit tamen tempus, ubi hos in nomine Salvatoris characteres græcos pro suis usurparent Latini. Nihil frequentius horum in libris videbis, quam XPS, vel Xꝑ, XI, Xꝓo, Xꝑm, pro *Christus*, *Christi*, *Christo*, *Christum*, (quomodo & nomen IESVS Græcos imitantes ita exarant IHS:) idque non in manuscriptis tantum, sed impressis etiam monastico, ut vocamus, typo. Eo autem usque scribendi modus hic invaluit, ut, quamquam *X* scribentes haud dubie *ch* pronunciarent, tamen si qui librorum indices conficerent, quæ de *Christo* inferenda his indicibus videbantur, ea non *C* litteræ, sed *X* inscriberent. Ignorare hoc non possunt, qui hos indices volverunt. Adeo autem verum hoc, ut in eorum etiam codicum indicibus, in quibus alias promiscue modo Xꝑ, modo *chrs*, impressum reperias, de *Christo* non alia sub littera, quam *X* quærendum sit. Vtique tales sunt, (ut vel uno exempio fidem faciam verbis,) cum Indice suo *Sermones Dominicales a quodam fratre Hungaro ordinis minorum observantiâ comportati*, (retineo enim verba inscriptionis,) *Biga Salutis intitulati*, editi Haganoæ An. 1506. Sic de *Christo* & *Christianis* sub littera *X* agit Lexicon Iuris ex Ant. Nebriss. Petr. Gromorf &c. congestum, & editum Colon. An. 1597 p. 843. Videntur autem nonnulli in hac nomen Christi per anenum elementum scribendi ratione nescio quid mysterii quæsivisse, tum ex eo, quod proditum est a quibusdam, quam vere, hic non disputo,) *X* litteram Latinis ad Augusti usque, (sub quo Christum natum fuisse constat,) tempora ignotam fuisse; tum inde, quod *X* figuram crucis præ se ferat. Papias: *X littera usque ad Augusti tempus in usu non erat apud Latinos. Et digne hoc tempore, quo Christi nomen innotuit, quia in figura crucis Christi scribitur sic*: X-OS, (mallem XPS) *Christus.* Porro morem hunc, ad *X* latinam litteram referendi nomen *Christi*, non ab uno demum alterove seculo invaluisse, sed eximiæ vetustatis esse, vel carmina quædam ex eo acrostichidum genere, quod elementorum ordinem observans, cola singula inchoat ab elemento novo, satis prisca vincunt: ea volo, in quibus, ubi ad X litteram perventum est, *Christus* primam facit vocem. Tale illud est Venantii Fortunati, (claruit ille sub Iustino juniore, seculo Christiano sexto,) de Leontio episcopo, cujus initium, *Agnoscat omne seculum episcopum Lexovium.* Litteram enim *X* hoc tetrasticho repræsentat: Xhristus *feriens lumine Circumvolat, quam reddidit, Vt trina crescat gratia, Mercede, vita, gloria.* Exempla plura dabuntur inferius in *Xeromyrrha*. Vbi simul detegitur ex hac abbreviandi ratione natus error, pro *Christo* legentium *Xero*. Ita vicissim alibi pro *experto* inventi sunt, qui legerent *Christum*, nempe quod istius vocis compendium sic inspicerent, quasi exaratum foret Xρ̄o, vel Xρ̄s: nam in hujusmodi libris etiam *Xpistum* invenias. Locum quemdam Augustini e libro de Cohabitatione clericorum & mulierum describit Thomas Hibernicus in Floribus doctorum titulo Mulier p. m. 655, & ex eo hæc in aliis verba: *Experto crede, expertus loquor, coram Deo non mentior*: *Cedros Libani, duces gregum sub hâc posse*, (loquitur de vitando mulierum etiam religiosarum consortio,) *cecidisse reperi, de quorum casu non magis suspicabar, quam de Adam, si vel Hieronymi impudica tarpitudine.* Librum eo titulo fructra quæres in operibus Augustini, ac facile persuadeat, suppositicium opus esse. Cujusque sit, ea verba multi describunt, sed alii aliter, quod e notis Georgii Colvenerii ad lib. 2 Thomæ Cantipratani de apibus c. 30 n. 46 p. 95 seqq. dices. Qualia quidem Hibernicus affert emendatissima dicam. Sed pro, *Experto crede, expertus loquor*, est, qui exhibeat; *Credo mihi, Episcopus sum*, Xρ̄o, (Christo) *loquor.* Vnde alius *Epo* (Episcopo) *loquor*, fecit; alius in *Christo loquor*. Thomas vero Cantipratanus d. l. p. 352 e duabus lectionibus vera & falsa, conflavit unam: *Crede mihi, ut episcopus loquor, & expertus.* Non alia, reor, fluctuationis hujus causa, quam quod pro compendiosa *experti* scriptura adpiceretur illa, quam hic declaravimus compendiosa *Christi*. ¶ 7. In formatione temporum & casuum q, v & h tranſeunt in X: ut, a *coquo* fit *coxi*; a *vivo, vixi*; a *veho, vexi*; contra etiam x mutari solet in q, v & t: ut, a *Lax laqueus*; a *nixnivis*: ab *ex* & *fero* effero. ¶ 8. Extremo loco illud adjiciendum, veteres Criticos (ut ex antiquis scholiastis cognoscere est,) κατάχρησιν, omnemque vocum insolentiam indicare solitos, præfigendo verbis X. conf. If. Casaub. not. in Laert. & ejusdem Animadverss. in Athe-

Athenæum 6, 8; & Wower. Polymath. c. 17. ¶ 9. Ex iis quæ ſtatim n. 1 diximus, colligi jam poteſt, ſæpe confundi in veteribus libris *x* & *I* ſimplex pariter ac geminatum. Sed vid. etiam Drakenb. ad Sil. 6, 278.

XANTHIPPE, *es*, f. uxor Socratis, moleſta, jurgioſa & ſæva, de qua Gell. 1, 17; & Ælianus Var. Hiſt. 11, 12; & 7, 10; & 9, 7. Quod liberos pareret, ideo ſibi non eſſe intolerabilem dixit maritus, teſte Laërtio in Socrate. Apologiam illius ſcripſit C. A. Heumannus in actis philoſ. Germanice editis, ſed forte ingenioſius quam verius.

XANTHIPPVS, *i*, m. Lacedæmonius, Carthaginienſium dux contra Romanos, quos inſigni prælio vicit, & Atilium conſulem cepit. Pro quo egregio merito tamen Pœni malam ipſi gratiam retulerunt. Nam multis affectum muneribus cum domum mitterent, præfectis triremium dederunt negotium, quo eum cum ſuis demergerent mari, ne Lacedæmonii ſibi imputare hanc victoriam poſſent, ut Appianus in Punicis auctor eſt. vide Livii epitom. lib. 18, & lib. 28 c. 43; iremque Frontinum Strateg. 2, 2, 14; & 2, 3, 10.

XANTHIVM, *i*, n. ξάνθιον, herba e lapparum genere, qua rufantur capilli, Kletten, Klebkraut. *Phylanthropos* Plin. 24, 19. vid. Dioſcor. 4, 133.

XANTHO, *Xanthûs*, f. Ξανθώ, nympha, Oceani & Tethyos filia: Virg Georg. 4, 336 *Drymoque Xanthoque Ligea, &c.*

XANTHOS, *i*, m. ξανθός, gemma e fulvo candicans. Plin. 37, 10; Alii legunt *Xanthenes.*

XANTHVM, *i*, n. oppidum ducatus Cliviæ, agro Clivorum adjacens: Altham. Comm. ad Tacit. German. p. 45, Santen. *Xanthos* (plur. num.) vocat Henricus Ryswichius in dedic. Paratitlorum ſuorum, ubi plura de hac urbe reperies; inter alia, fuiſſe Gallicanum quemdam epiſcopum, qui ex inſcriptione ὑπερθύρου, in quodam ejus urbis templo, AD SANCTOS MARTYRES id oppidum ante aliquot ſecula vocaverit.

XANTHVS, *i*, m. Ξανθός, fluvius Trojanus, (qui & *Scamander*, Σκάμανδρος,) Heſiodo & Horatio 4 od. 6, 26. Xanthi etiam meminit ſæpenumero Virgilius. *Oves rufas facit, unde & nomen amni*, ſcribit Plin. 2, 103. ¶ 2. Eſt & flumen, & oppidum Lyciæ *Xanthus*, apud Homer. Iliad. 6, & Pompon. Melam 1, 15. *Xanthum*, Lyciæ fluvium, *Syrbim* etiam nominat Strabo. Idem & *Xanthum* urbem inter maximas numerat Lyciæ civitates. ¶ 3. *Xanthus* etiam Achillis equus nominatus fuit, procul dubio a colore, apud Homerum. Meminit & Claudianus de 4 Conſ. Honorii v. 556. ¶ 4. *Xanthus*, ſcriptor Lydus e Sardibus civitate, qui hiſtorias Lydorum ſcripſit, Suidæ eſt. Meminit ejusdem Plinius 25, 1. ¶ 5. *Xanthus*, Philoſophus Samius in vita Æſopi, apud Planudem. ¶ 6. Et *Xanthus* poëta lyricus, ποιητὴς τῶν μελῶν, apud Ælianum Var. Hiſt. 4, 26.

XĔNĂGŎRAS, *æ*, m. Rhodius. vide mox in *Xenarchus* n. 3. ¶ 2. De *Xenagora* hiſtorico, adeundus Voſſ. de Hiſt. Græc. 3 c. ult. p. 422.

XĔNARCHVS, *i*, m. Ξέναρχος, philoſophus Peripateticus Cilix, docuit Alexandriæ & Romæ ſub Auguſto. ¶ 2. Alius fuit poëta comicus, cujus fabulas commemoravit Athenæus. ¶ 3. Alius *Xenarchus* Rhodius, tantæ homo bibacitatis, ut ex ea re *Metreta* cognominatus fuerit, Athenæus lib. 10. At Ælianus *Xenagoram* Rhodium vocat, & *Amphoram* ſcribit appellatum, Var. Hiſt. 12, 26.

Xeniæ, xeniŏlum, vide mox *Xenium.*

XĔNION, *ĭnis*, m. hiſtoricus, Creticorum & Italicorum ſcriptor, Voſſ. 3 de Hiſt. Græc. c. ult. p. 523. *Xenonem* vocat Macrobius Sat. 1, 9.

XĔNIVM, *i*, n. ξένιον, munus hoſpitale eſt, quod hoſpitibus dabatur, ex re ſic appellatum, ein gaſtgeſchencke. Nam Græcis ξένος *hoſpes* eſt. Vet. Gloſſ. ξένιον τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξένῳ. Martialis epigr. 3 ad Lectorem in lib. 13, quem *Xenia* inſcripſerat: *Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Conſtabit nummis quatuor empta tibi.* Et verſu tertio poſt, ad vocabuli vim & uſum rei alludens: *Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas, Si tibi tam rarus, quam mihi nummus erit.* Conf. Tertullian. adv. Marc. 4, 42. Sed obſerva, varias eſſe in vocabulo *Xenii* ſignificationes, de quibus ſolliciti ſunt Raderus ad dictum Martialis lib. f. 843, & Dempſter. ad Roſin. Antiq. 1, 12 p. 65 ſeqq. Quorum tamen non omnia ſtatim mea fecerim. Inprimis monendum illud, quamquam, quæ Græci dicunt ξένια (ſubaudi δῶρα) latine reddi popularius non poſſunt, quam *hoſpitalia munera*, quomodo & Ζεὺς ξένιος, *Iupiter hoſpitalis* eſt, cum ξένος omnium confeſſione ſit *hoſpes*: tamen cum & in hoſpitis ſeu ξένῳ vocabulo quædam ſit ambiguitas, quam in *Xenii* quoque vocem dicas migraviſſe; & Latinorum mores alicubi diſcrepent a Græcis: factu optimum fuerit, tum *hoſpitis* vocabulum diſtinguere, tum Græcorum ξένια a *Xeniis* Latinorum ſeparare. *Hoſpes* perinde, ut græca vox ξένος, *peregrinum* notat proprie. Quamobrem haud raro jungi videas *hoſpitem* & *peregrinum.* Cæterum peregrini vel tota civitate ſeu rep. diſtant a nobis, vel domo tantum ac familia. Vtro autem cunque modo domeſtici nobis non ſint, ſi domi nos noſtræ invilant, *hoſpites* vocantur. E quo ſequitur, ut hoſpitale donum, (ξένιον δῶρον,) vel ad eos etiam extendatur, qui nos, cum ſint prorſus alienæ reipublicæ cives, ſalutant; vel reſtringatur ad eos, quos civitas communis aut propioris etiam, (modo non plane domeſticæ) amicitiæ nexus conjunxit nobis. Prius Græcis placuiſſe dixerim, poſterius Latinis. Fuit enim Græcorum natio laude hoſpitalitatis, quam in advenas exercerent, haud paulo celebratior, quam Latinorum: qui priſco ævo adeo erant inhumani, ut peregrinum eodem loco haberent, quo hoſtem. Hinc enim eſt, quod *hoſtis* vocabulum, quod initio externum notabat, qui poſtea duarum mutatione litterarum dictus eſt *hoſpes*, mox *perduellem* juſſum eſt ſignificare. vid Cic. Offic. 1, 12. Fruſtra vero Bodinus eſt, cum de Republ. 1, 6 f. 47 *Græcis veteribus æque ac Latinis hoſtes peregrinos appellatos fuiſſe*, perſuadere nobis cupit: de quo in toto Plutarchi Themiſtocle, quem ipſe citat, ne verbum legas quidem. Ergo Græci maxime, cum quis ex aliena republica hoſpes ipſis adveniret; omnibus eum officiis ita proſequebantur, ut abeunti etiam ingererent munera. Quo pertinet locus Vitruvii 6, 10 citatus a Radero: *Cum fuerunt Græci delicatiores & ab fortuna opulentiores, hoſpitibus advenientibus inſtruebant triclinia, cubicula, cum penu cellas: primoque die invitabant ad cœnam, poſtremo mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agreſtes. Ideo picture ea, quæ mittebantur h ſpitibus, picturis imitantes*, xenia *appellaverunt.* ¶ 2. Demoſthenes Orat. περὶ παραπρέσβ. appellat ξένια, quæ exterarum gentium legatis dono mitterentur, geſchencke vor die geſandten. Latini *Lautia* vocant, de quibus quære in *Lautus.* Videndus hic & Briſſon. lib. 2 de Formul. pag. 250 ſeq. Mittebantur autem hæc legatis non diſcedentibus, ſed ſub ipſorum adventum. ¶ 3. Translata vox hæc poſtea ad ea etiam, quæ infeſto darentur peregrinis animo, non jam ut amicis, ſed hoſtibus; qualia ſunt, quibus Mars eos excipere ſolet, vulnera & cædes. Quo ſenſu ξενίζειν, (quod alias eſt *hoſpitali munere proſequi*) valere cœpit ἀποκτείνειν. Sed catachreſin hic, aut ironiam agnoſcas. Inde Suid. in ξενίω· Φοίνιος Ἄρης ἐκ ἐξένισεν αὐτόν. τυτέχιν ἐκ ἀπέκτανε. ξένια γὰρ Ἄρεος τράυματα καὶ φόνοι καὶ Ἀρχέλοχος: ξένια δυσμενέσι λυγρὰ χαριζόμενος. A Græcis tranſeamus ad Latinos. His ignota erant amica, quæ peregrinis privatis darentur, xenia. Nec abuti tamen voſe volebant ad hoſtile excipiendi genus. Ideo ¶ 4. contrahebant eam ad ſignificanda dona, quæ poſt menſam hoſpitalem effunderentur in *amicos non peregrinos.* Id quod in primis e Plinio intelliges, qui lib. 6 epiſt. 31 narrat, quemadmodum ipſe cum aliis ſenatoribus ſecum a Trajano, ad Centumcellas ſedente, evocatis acceptus fuerit, ita inſit: *Adhibebamur quotidie cœna: erat modica, ſi principem cogites: interdum ἀκροάματα audiebamus: interdum jucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur. Summo die abeuntibus nobis (quam diligens in Cæſare humanitas!)* xenia *ſunt miſſa.* Vbi *ſummo die*, illud eſt, quod Vitruvius, de Græcis loquens, dixerat, *poſtremo die*, aut, ut eum locum vir de his litteris meritiſſimus Buchnerus recte exponit, *noviſſimo die*, quo ſcilicet domum reverterentur hoſpites. Nimirum hoc e Græcorum more Latini retinebant, ut jamjam diſceſſuros proſequerentur donis. ¶ 5. Inde ulterius proceſſum, ut *xenia* etiam vocarentur, non quæ amici ex ædibus noſtris diſceſſuri auferrent, ſed quæ illis domi ſuæ degentibus mitterentur. Atque ab his talibus Martialis libro ſuo 13 *Xeniorum* inſcriptionem fecit. Diminutivum hoc ſenſu *Xeniolum* habes apud Apulejum, cujus verba deſcribemus poſtea. ¶ 6. Iam etiam *xenia* dicta munera, quæ præſidibus darentur ac rectoribus provinciarum, a provincialibus videlicet. Obſervant ſignificationem hanc Radetus & Dempſterus, confirmantque ille ex Caſſiodoro, hic ex Vlpiano. ¶ 7. Cum hac vero acceptione ſeptimam confundit Raderus, illuc etiam Plinii verba trahens, lib. 5 epiſt. 14 ſic de ſe ſcribentis: *Quam me juvat, quod in cauſſis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam* xenio *ſemper abſtinui.* Cauſſas agere non præſidum eſt, ſed advocatorum; non judicum, ſed cauſſidicorum: &, qui Plinii epiſtolam inſpiciet, videbit, de cauſſis ſermonem eſſe, non quæ in provinciis agitarentur, ſed quæ in ipſa urbe Roma. Non ergo trahi locus hic debuit ad dona, quæ præfecti a provincialibus caperent. Rectius cum Dempſtero exponemus Plinium de munere, quod dabatur advocatis. Atque hoc ſenſu etiam Alciatus emblem. 45 *Roſtra novæ mihi ſetigeri ſuis obtulit anno, Hæcque cliens ventri* xenia, *dixit, habe.* Vbi tamen ¶ 8. *Xenium* quoque ſtrenam poſſis interpretari, quæ dabatur calendis Ianuariis: vide *Strena.* ¶ 9. Idem Alciatus Embl. 144 uſurpavit pro largitione, quæ judicem tentant cauſſæ malæ ſibi conſcii corrumpere: *Cur ſine ſunt manibus: Capiant ne* xenia, *nec ſe Pollicitis flecti muneribusve ſinant.* Vtrobique autem primam in hac voce ſyllabam produxit, rectius a Martiale correptam. Quod non alia ratione defendas, quam ſi dicas, reſpexiſſe ipſum non ad græcum ξένια, ſed ξένια, quomodo & Homerus ξένια δῶρα dixit.

¶ Xeniŏlum, *i*, n. diminutivum, Apul. 2 Met. p. 119 *Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi Byrrhæna xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum ætate pretioſi.* Et Leg. 6 §3 Dig. de Offic. proconſ. *Ad xeniola non pertinet.* Reſpice ad ſignificationem xenii, quam numeravimus quintam.

¶ Xĕniæ, *ārum*, f. pl. balneæ hoſpitales, quæ & *Bajæ*, warme bäder. Cic. pro Cæl. c. 25 *Conſtitui locum juſſit, balneas xenias, ut eo mitteret amicos, qui deliteſcerent.*

¶ Xĕnius, *i*, Ξένιος, Iupiter hoſpitalis, apud Platonem: ut lib. 5 de Legib. Δύνατοι τιμωρεῖν ὁ Ξένιος δικάζων δώμων καὶ θεός: τῷ ξενίῳ συνέπομενοι Διί, hoc eſt: *poteſt ulciſci* (peccata ſcilicet in hoſpites & peregrinos commiſſa) *hoſpitalis cujusque dæmon ac deus, hoſpitalem ſecuti Iovem.* conf. Virg. Æn. 1, 735.

¶ Proxĕnēta, *æ*, m. προξενητής, conciliator, pararius, ein mittler, vertrauer, unterhändler, mäckler, a προξενέω. Vſus eſt Martialis 10 epigr. 3, & Seneca epiſt. 119. Ejus officium ſanctum Romanis regibus, teſte Barth. ad Theb. Stat. p. 387. Adhibuerunt autem veteres in majoris præcipue momenti contractu & proxenetas, & teſtes: illos, ut rem ex æquo & bono æſtimarent, atque de evictione ſatisdarent; hos, ut ſua aſſertione rem legitime peractam probarent.

¶ Proxĕnēticum, *i*, n. προξενητικὸν, merces proxenetæ, das trinckgeld vor den beytrag. Vlpian. 50 Dig. t. 14 leg. 1 *Proxeneticæ jure licito petuntur.*

XĔNOCLĒS, *is*, m. Spartanus, contra Perſas dux in expeditione Ageſilai; Diodor. lib. 14. ¶ 2. *Xenocles*, Carcini filius, poëta tragicus. vid. Schol. in Ariſtoph. Ranas a. 1 ſc. 2. ¶ 2. *Xenocles*, Adramytenus, princeps rhetorum in Aſia, Cic. de Clar. Orat. c. 91.

XĔNOCRĂTES, *is*, m. Ξενοκράτης; philoſophus Chalcedonius, Platonis auditor, & Speuſippi in academia ſucceſſor, tardioris ingenii; adeo, ut, cum eum Plato Ariſtoteli compararet, alterum freno, alterum calcaribus opus habere diceret. Vixit annos 82 Suida auctore.

e. Xenocrates cum in convivio, cæteris multa garrientibus, s nihil diceret, interroganti, cur unus omnium tileret, *Quoniam*, uit, *loquutum fuisse, pœnituit aliquando, siluisse nunquam*: quam- tum & Simonidi illud tribuitur, Xenocrati tamen & Valer. Max. , 2, 6 vindicavit. Ex quinquaginta talentis ab Alexandro sibi mis- is, contemptor opum tantum 30 minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. vid. Cic. Tusc. 5, 32. Ad laudem ejus quoque pertinet, quod Cicero ad Attic. 16, 1 scribit: *Iurare tui cives Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt.* Vitam ejus quæ- re apud Laërtium, qui præter hunc alios ejusdem nominis quin- que memorat, quibus alii adjungi possunt a Vossio de Hist. Græc. 1, 8 laudati.

XĔNOGRĬTVS, *i*, m. Lydius, poëta eximius, cæcus. Tiraquell. de jure primogen. q. 21 n. 15 f. 78.

XĔNŎDŎCHIVM, vel Xenodochēum, *i*. n. item Xĕnon, *ōnis*, ξενοδοχῖον, vel ξενών, ῶνος, ein hospital, spital, pilgerhaus, Leg. 33 § 7 & Leg. 35 Cod. de epise. & clericis &c.

¶ Xenŏdŏchus, *i*, m. ξενοδόχος, qui advenas inopes & debiles, qui ibi necessarium victum parare nequeunt, hospitio excipit, ein hospital-verwalter, in rubr. & in lege 33 § 7 & lege 40 § 3 Cod. de epise. & cler.

XĔNŎDŌRVS, *i*, m. Ξενόδωρος, statuarius, scientia fingendi cæ- landique clarus, Plin. 34, 7.

XĔNON, *ōnis*, m. appellativum, ein gast-hof; vide paullo ante *Xenodochium*. Lege 49 § 6 Cod de epise. & cler. *Si nullus Xenon in civitate inveniatur*, cons. ibid. § 3 & 7. Sic, *Venerabiles ecclesiæ, vel xenones*, &c. leg. 22 Cod. pr. de sicrosanctis eccles. ¶ 2. *Xe- non*, nomen proprium est poetæ, cujus jambici duo, quibus Oropios valde infamat, leguntur hi apud Dicæarchum, opere geographico. Πάντες τελῶναι, πάντες ἀδικοι ἅρπαγες, Κακὸν τελος γένοιτο τοῖς Ὠρω- πίοις. vid. Henr. Stephan. Schediasm. 6, 17 pag. 303. ¶ 3. *Xe- non* historicus: vide supra *Xenion*. Diversi etiam *Xenonis* mentio apud Ciceronem; e. g. *Apollonienses*, ad Attic. 5, 13; *Meneni*, Verr. 3, 22, &c.

¶ Xenŏpărŏchus, *i*, m. ξενοπάροχος, idem qui *Parochus*, qui hospi- tibus res ad victum necessarias præbet, ein verpfleger der fremden, kostfreyhalter. vid. Dig. lib. 50 t. 4 l. 18 § 10.

XĔNŎPHĂNES, *is*, m. Ξενοφάνης, philosophus Colophonius. Vi- xit circa 40 Olympiadem, auctore Sexto Empirico p. 51. Scripsit contra Heliodum & Homerum, refutans illa, quæ de Diis illi tra- didissent. Dicebat Xenophanes: τοῖς τυράννοις ὁμιλεῖν ἢ ἥδιστα, ἢ ἥκιστα, id est, *cum tyrannis conversandum aut jucundissime, aut minime.* Meminit ejus Cic. de Divin. 1, 3; & de N. D. 1. 11; &c.

XĔNŎPHANTVS, *i*, m. de quo Seneca de Ira 2, 2 extr. *Militaris viri in media pace jam togati aures tuba suscitat, equosque castren- ses erigit crepitus armorum. Alexandrum ajunt Xenophanto canenti*, (Dorium puta & bellicum, ut ibi Lipsius monet,) *manum ad arma misisse.*

XĔNŎPHĬLVS, *i*, m. Ξενόφιλος, musicus Chalcidensis, Pythagori- cus, felicitate insignis. Plin. 7, 50 *Pro miraculo & id solitarium reperitur exemplum, Xenophilum musicum centum & quinque vixisse annis, sine ullo corporis incommodo.* Adde Val. Max. 8, 13, 3.

XĔNŎPHON, *ontis*, m. Ξενοφῶν, Socratis fuit discipulus, præci- pua laude integritatis, justitiæ, religionis inter omnes ejus magi- stri discipulos, alterum cum Platone Socraticæ amœnitatis lumen, celebris etiam bellicis virtutibus, & optimus dux existimatus, in amicitiam venit Cyri minoris, sub quo & militavit, cujusque παι- δείαν scripsit, oratione luculentissima & suavissima, libris octo: qui- bus vero magis formar principem laudatissimum & excellentem omni genere virtutum, quam veritati servit. Scripsit alia multa Xenophon atque inter cætera libros gravissimos de dictis & factis Socratis. De Xenophonte porro Quintil. 10, 1 p. 745 *Quid commemorem Xenophontis illam jucunditatem inaffectatam, sed quam nulla possit affectatio consequi, ut ipsam finxisse sermonem Gratiæ videantur? & quod de Pericle veteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri justi sine possit, in labris ejus sedisse quamdam persuadendi Deam.* Et Cic. in Orat. c. 19 *Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt.* ¶ 2. Præter hunc & alii *Xenophontes* memorantur, historici puta, de quibus Vossium consule 3 de Hist. Græc. c. ult. p. 424. Præsertim vero Fabric. B. G. 3, 4 pr. ¶ 3. *Iunior Xenophon* dici amabat Arrianus, qui illum Socraticum studiis, oratione, argumento libro- rum, quin ipso etiam nomine, referre studuit. vid. Fabr. B. G. 4, 8 pag. 270.

¶ Xenophonteus, *a, um*, adject. ut *Xenophonteum sermonis genus*, Cic. de Clar. Orat. c. 35.

¶ Xenophontius, *a, um*, id. Cic. fam. 5, 12 *Gratiam illam &c. a qua te dejecti non magis potuisse demonstras, quam Hercutem Xeno- phontium illum a voluptate.* vid. *Prodicius Hercules* in *Prodicus.*

XĔRAMPĔLĪNVS, *a, um*, ξηραμπέλινος, id est, pampinis rubenti- bus & vitibus aretactis qua colorem similis, dunckelroth; ut, *Xeram- pelinæ vestes*, Iuvenal. 6, 517.

XĔRANTĪCVS, *a, um*, ξηραντικός, trocknend; ut, *Xerantica de- cocta*, Macer 1, 88, 3. Adde Theod. Prisc. 2, 3.

Xerion, vide inferius paullo *Xeron.*

XĔRŎCOLLŸRIVM, *i*, n. ξηροκολλύριον, id est, collyrium ex ari- dis compositum, Marcell. Empir. c. 8.

XĔROLIBYA, *æ*, f. Africæ pars inter Ægyptum & Cyrenaicam, hoc est, Marmarica & Maræotis &c. quam *siccam Libyam*, sive *sicci- orem* Ammianus vocat 22, 4, & *aridam Libyam*, extremo illo libro. Græco nomine *Xerolibyæ* usus est Servius in Virg. Æn. v. 3. Adi Vales. in Ammian.

XĔRŎLOPHVS, *i*, m. (non *Xerolophus*, ut est in Onomast. Gesne- ri, neque *Xerolopum*, quod reperio in Lexic. Iur. Ant. Nebriss. p. 842) ξηρολοφος: Ita enim Suidas & Verinus aperte scribunt. Lo- cus erat celebris Constantinopoli. De quo post Suidam consulendi Joh. Bapt. Pius c. 177 annot. post. (ap. Gruter. T. 1 Lamp. p. 559:) Barthol. Barrientius c. 4 annotat. (apud eundem Tom. 3 p. 414) Gyrald. dial. 4 de Poët. hist. fol. 194; & in primis Pancirol. lib. 2 Thes. Var. Lect. c. 286 p. 451, qui in foro Arcadii fuisse, docet e Socrate. Conspici olim ibi vetustissima potuisse epigrammata, tripodibus in- scripta, Prisciani duo loci offendunt. Sic enim ille lib. 1 Gramm. cap. de num. lit. *Epigrammata, quæ egomet legi in tripode vetustis- simo Apollinis, qui stat in Xerolopho Byzantii.* Et lib. 6, ubi de no- minibus in Os agit: *Operandant epigrammata vetustissima, quæ literis antiquissimis scripta in multis tripodibus legi, & maxime tripode A- pollinis, qui est Constantinopoli, in loco, quem* Ξηρόλοφον *vocant.* No- men habere videtur a fastigii siccitate: nam ξηρὸς, *siccus*: λοφος, *fastigium*: nisi magis ab acuto fastigio dictum. Verum hac ratione *Xerolophos* scribendum fuerit, nam acutus est ξυρός. Barrientii au- tem originatio ridicula est: *Vt*, inquit, *ex etymologia vocabuli con- jecto, locus erat voluptati destinatus, ubi homines recreabantur*: ξυρὸς namque siccus *significat*, λοφος, cervix: *id est, locus, ubi sicca cervice homines non lavarentur existant.*

Xeromyron, vide mox *Xeron.*

XĔRŎMYRRHA, *æ*, f. vox, quæ legitur in Acrostichide Sedulii, cujus initium: *A Solis ortus cardine*, verbis, quæ supra etiam in *Vehe* citata reperies. Cum enim carmen illud tot complectatur tetrasticha, quot in alphabeto latino sunt elementa, ubi ad X li- teram perventum est, ita scriptum invenies: Xeromyrrham *post sabbatum Quædam vehebant coperi: Quas allocutus angelus, Vivum se- pulcro non tegi.* Ita repræsentant Fabricius in Poet. Eccles. p. 570. Cassand. Hymn. Eccles. p. 125, alii. Sermo est de fœminis, quæ, emtis aromatibus, veniebant unctura sepultum corpus Salvatoris. Ac Fabricius, cum de latente menda nihil suspicaretur, quid esset *Xeromyrrha*, his verbis in commentario suo p. 143 exponit: *Xero- myrrha, vel ea, quæ asservatur & non est recens: vel quæ facilitia est, & non fluxit de cortice, quasi myrrha siccata.* Mox ubi Sedulii ver- ba protulisset, addit ea de *Xerolibya*, quæ suo loco descripsimus ex eo supra innuere volens, ut apparet, vel componendi rationem in his duabus vocibus parem esse utrobique, vel etiam Xeromyrrham eam ipsam dici, quæ advehatur e Xerolibya. Credo & Papiam hoc vocabuli interpretari voluisse, cum scriberet: *Xyrometa, mixtura myrrhæ & aloes: unde mortuorum corpora condiuntur, ne putrescant.* Nam quod Martinius in Lexic. Etymol. fol. 412o legendum ibi pu- tat *Xeromyrum*, haud placet, nimisque recidit tum a scriptura, tum ab expositione Papiæ; Quem vix dubites lectam sibi hanc in Se- dulio vocem explanare sic voluisse. Apud Papiam ergo rescribe: *Xeromyrrha*, vel *Xyromyrrhæ.* Nam hic etiam y literam adhibitam fuisse, Alcuinus patefaciet loco postea citando. Equidem vocabu- larius, Gemma Gemmarum inscriptus, ex Papia & similibus aliis congestus, hanc vocem neutro genere effert: sed a *Xeromyro* tamen, ipse scribit *Xeromyrrhum*, distinguit. De *Xeromyro* enim hæc ejus verba sunt: *Xeromyrrhum, id est, siccum unguentum quasi manibus confectum.* (Putavit ἀπὸ τῶν χειρῶν ita dictum; inepte). De *Xe- romyrrha* vero: *Xyromyrrhum* (ita exarat) *vel unguentum myrrhæ & aloe: unde mortuorum corpora condiuntur Xiromyrrho, ne putre- scant.* Mihi non dubium est, quin apud Sedulium, (ad hunc enim revertor,) pro *Xeromyrrham*, quam alias vocem, si auctor idoneus accederet, excusare utcunque posset compositionis analogia, rescri- bendum sit, Χρο *myrrham*, id est, *Christo myrrham.* Salvatoris enim nomen & illo compendio scripsisse veteres, & locum ei feciisse, in X littera docuimus sub initium hujus elementi n. 6; & mox aliis exemplis confirmabimus. Sed hic rogabis, quomodo sic sibi oratio constet in sequentibus: *Christo myrrham post sabbatum Quædam ve- hebant corpori.* Quid enim hic est τὸ *corpori?* quod alias facilem structuram admittit, si receptam vulgo lectionem sequimur. Ver- um salva res est. Etiam in voce *corpori* mendam esse, docere pos- sum ex operibus Alcuini edit. Lutet. an. 1617, ubi Sedulii hymnus integer legitur, illius vero tetrastichi versus duo priores ita con- cipiuntur: *Xyro myrrham*, (etiam hic ad veram scriptionem pro- pius accedit, nam & duæ voces sunt, & *Xyro* proximum est illi Χρο, vel Χριο;) *post sabbatum Quædam vehebant compares. Com- pares* ergo Sedulius vocavit tres Marias, quas in hoc negotio me- morat Evangelista Marcus c. 16, 1. Cæteram in istiusmodi alphabetariis, sive metris, sive prosis, literæ X alioqui valde sterili, nomen *Christi* fuis- se solitum inseri, etiam hæc planum facient exempla. Etenim in hymno ecclesiastico, cujus initium: *Apostolorum gloria*, X litteram hæc verba inchoat ΧΡΕ (id est, Christe,) *precamur, ut quibus, &c.* In Alphabeto autem aureo, quod legitur Margaritæ Evangel. 4, 18, ista: *Xhristi vitam & passionem imitandam &c.* Cellarius tamen, Cupero auctore, *Xeromyrrham* retinuit, cum ξηροταριχεῖαι Græcis in usu sint.

XĔRON, vel Xerum, *i*, n. ξηρόν. *Xerion* vel *Xerium* scribas ex Fungero, cui p. 1330 Etymol. *Xeria* sunt arida medicamenta, quæ pulveris in modum inspergunturs alio nomine idcirco κατάπλασματα dicta. Sed *Xeron* tamen legitur in Plinii ejus, quem alii Em- piricum vocant, alii Valerianum, de re Medica lib. 3, 22, varia ejus genera memorantes: & in his *Xeron Theodori.* Atqui hoc Reine- sio 2 Var. Lect. c. 8 p. 201 medicamentum est, quod *Xeromyron* alias appellant, diapasma seu pulvis insperilis, a rebus odoratis, calidis siccisque, capitum fluxione tentatorum poris affricandis, exsorben- dis cerebri humiditatibus, ei roborando & laxando, densandoque habitui compositus.

¶ Xēromyron, vel Xeromyrum, *i*, n. ξηρόμυρον, de quo modo dic- tum, si de verbo interpreteris, *siccum* est *unguentum*, ξηρὸν μύρον; ut contra ὑγρόμυρον, *unguentum humidum.* Minus enim bene stru- ctor Vocabularii, quem in *Xeromyrrha* citabamus, quasi *manibus confectum* ita dici putat.

XĒRŎPHĂGIA, *æ*, f. de hac obiter dictum aliquid in *Siccus. Sicci* enim *cibi usum* de verbo sonat, a ξηρὸς & φάγω, trockene speise. Ipsa vox Tertulliano haud semel usurpata. Vtebantur autem Xe- rophagia tum athletæ gentilium ad robur corporis, tum Christiani ad vivendi sobrietatem & castimoniam. *Athletæ* primis temporibus sicus

ficus tantummodo aridas esitabant. Quem morem postea Pythagoras nonnemo aliptes fuitulit, carniumque usum permisit. Nihilominus hæc fagina vocabatur ξηροφαγία, 1) quod eas animalium feligerent partes, quæ siccæ erant, ut pedes bubulos, non quæ succipiens & pingues: 2) quod carnibus & pulpis vescerentur absque condimentis & jusculis: 3) quod vino & aliis gulæ irritamentis fere abstinerent. vide Io. Saubert. F. not. ad Patr. Prodr. Philos. Sac. p. 60 & 61. *Christianorum ξηροφαγία* species erat abstinentiæ tertia. Si enim nullo plane cibo vescerentur, *jejunium* vocabatur; si fero, *flatio*; si aridо, *xerophagia*. Tertullian. adversi. Psych. c. 1 *Argumentes* (Psychici) *quod à jejunia propria custodiamus, quod statione pl rumque in vesperam producamus, quod etiam xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentia & uvidioribus, & potionque pomis, ne quid vinositatis vel edamus, vel potemus.* Add eidem c. 11 pr. Quo ex loco manifeste apparet, quid sit xerophagia, inquit Voss. Etymol. fol. 573. Quem & consule de Vit. Serm. 3, 14 p. 446, & c. 56 p. 441; ubi docet, minus bene *xirophagiam*, & *xirophagiani* scribi a quibusdam, pro *Xerophage*, & *Xerophagia*. Quod autem Salmas. in Tertullian. de Pallio putat, Christianorum ξηροφαγίαν a pugilum illa *aridæ faginatione*, (sic Tertullianus vocaverat), ea re diffingui, quod Christianis xerophagis prorsus interdictum carnibus fuerit, id Cl. Saubertus l. d. verum negat, si tanquam rem apud omnes omnium locorum & ætatum Christianos receptum obtrudere nobis ille voluerit.

ΞΕΡΟΦΘΑΛΜΙΑ, æ, f. passio oculorum, quam describit Celsus 6, 6, 29 *Est etiam genus aridæ lippitudinis, quod ξηροφθαλμίαν Græci appellant. Sub hoc neque tument neque fluunt oculi, sed rubent, &c. & palpebræ noctu prægravi pituita inhærescunt*, wenn die augen zuſ. waren. conf. Marcell. Empir. c. 8.

XERXES, is, m. Ξέρξης, Darii filius, maximus omnium regum Persarum fuit. Bellum, quod pater ejus in Athenienses molitus atque exercitus iderat, ipse apparatu quinque annorum prosequens, decies centena millia hominum in Græciam traduxit, quemadmodum ex Trogo Justinus retulit, tametsi Herodotus longe majorem numerum inclusserit lib. 7 his fere verbis: πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ ἄνδρας καὶ ἑπτακισχιλίους καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης, ὁ Δαρείου υἱὸς Ἱστάσπεος, hoc est, *Quinquagentas & viginti octo myriadas, & tria millia, ducentos & viginti viros* (i. e. quadragies bis centena hominum millia, octogies ter hominum millia, ducentos & viginti viros), *duxit Xerxes Darii filius usque ad Thermopylas Græciæ.* Exceptis tamen mulieribus, & onera gestantibus, quorum numerum, ut idem Herodotus subjecit, comprehendere nemo potuit. Eum montem ex alta prospectans Xerxes specula, quemadmodum Florus, Seneca, Plinius junior, Hieronymus & alii testantur, illacrymasse fertur, cum forte cogitaret, ut post annos centum nemo ex tanto consensu eo numero esset superstes. Navali tandem cum Themistocle tentato prælio turpissime cum paucis in cymba piscatoria aufugit: vid. Justinum. De Xerxis stoliditate superba v. Sen. de Constantia sapientis c. 4, & Iuvenal. sat. 10, 174 seqq. ¶ 2. *Xerxis* quoque nomen aliis accommodatum. Sic L. Lucullus a Cn. Pompejo dictus est *Xerxes togatus*: idque, ut Vellej. 2, 33 ait, *ob objectas moles mari, & receptum fussis montibus in terras mare*: quam rem narrat Plinius 9, 54.

ΞΙΦΙΑΣ, æ, m. ξιφίας, & ακιφίας, piscis, qui & *Gladius* & *Galeotes* dici ur, ein ſchwerdfiſch, hornfiſch; a rostro mucronato, quo naves etiam perfodit, ut Plinius scripsit 32, 2 & 11. vide *Gladius*. Adde Ovid. Halieut. v. 97. ¶ 2. Genus quoddam cometarum ita appellatur a figura, quam repræsentat; vid. Plin. 2, 25. Græce ξίφος *gladius* est.

¶ Xiphion, *i*, n. ξίφιον, planta, quæ *Gladiolus* dicitur, ſchwertel, blaulilg-n. vide *Gladiolus*. ξίφος, *gladium* significat. vid. Apulej. de Herb. c. 26 & 78; Plin. 26, 8 & 10. & Dioſc. 4, 22.

Xirophagus, Xirophagia, vide paullo superius *Xerophagia*.

Xistus, vide paullo post *Xystus*, nom. propr.

Xuthrus, vide interius *Xysthrus*.

ΞΟΥΘΟΣ, *i*, m. Hellenis, (a quo Græciam Hellada dictam ferunt), filius. Qui cum Thessalia pulsus esset a fratribus, quod paternam sibi solus pecuniam vindicasset, Athenas confugit, dignusque habitus est ab Erechteo rege, cui filiam desponderet Creusam: hæc Achæum illi genuit & Ionem, a quibus Achivi postea & Iones denominati, Pausan. initio lib. 8 sive Achaicorum. Xuthi hujus mentio & apud Herodotum 7, 94 fol. 413, & Suidam, ac scriptorem Græcum Etymologici Magni in βεδρομᾶν. ¶ 2. Alius hoc nomine philosophus, Aristoteli memoratus phys. 4, 9, ubi de vacuo disputat. Pythagoræum fuisse, interpretes notant. ¶ 3. *Xuthus* chirurgus, apud Plutarchum in Antonio fol. 925 E.

XYCHVS, *i*, m. scriba falsarius apud Livium 9, 55.

XYLEOS, vel Xilechios, *i*, f. herba, symphoniaca, bilſen-kraut, Apul. de Herb. c. 4.

ΞΥΛΟΝ, *i*, n. ξύλον, planta est lanigera, parva; *Gossipium* etiam dicta, atque, ut videtur, *Gnaphalium*, γναφάλιον, a γνάφαλον, *tomentum*, baumwollen-ſtauden, Plin. 19, 1.

¶ Xylinus, *a*, *um*, baumwöllin; ut, *lina xylina*, leinwand von baumwollen gewunnen, Plin. 19, 1. vid. Matthiolus. *Xyline come*, locus Phrygiæ, apud Liv. 38, 15.

¶ Xylobalsamum, *i*, n. balſam-holtz. Plin. 12, 25; 13, 1; 29, 2; Celſ. 5, 18. vide supra in *Balsamum*.

Xylocinnămōmum, v. *Cinnamum*.

¶ Xylotrichon, *i*, n. herba eadem quæ supra Pentaphyllum sive quinquefolium, fünffinger-kraut. Apul. de Herb. c. 2.

¶ Xylophagus, *i*, m. ξυλοφάγος, vermis ligna corrodens, latine *cossus*, ein holtzwurm.

¶ Xylophyton, *i*, n. ξυλόφυτον, herba quæ Latine consolida, wallwurtz, heil-kraut, Apul. de Herb. c. 59.

¶ Diaxylon, *i*, n. διάξυλον, aipalathus, rhodis-holtz, in Dioſc. Suppos.

¶ Mŏnoxȳlon, *i*, n. μονόξυλον, navigium sive aliud ex ligno integro, ein kahn oder ſonſt etwas aus einem ſtück holtz. Quamquam adjective videtur posuisse Plinius 6, 33 *Piper monoxylis linteribus convehitur.*

XŸRIS, *ĭdis*, f. ξυρίς, herba, *spatulam fœtidam* vulgo vocant, wandlauſe-kraut, Plin. 21, 20. Dioſc. 4, 24

¶ Anaxȳris, *ĭdis*, f. ἀναξυρίς, genus quoddam lapathi seu rumicis, ita dictum, quod folia ejus certum calceorum genus imitentur, alias *oxalis*, ſauer-ampffer. vid. Dioſc. 2, 106. ¶ 2. Vetus Interpres ad h. l. notat, *Anaxyrides* Græcis Latinisque scriptoribus femoralia & braccas plerumque significare, & inter calceos reponi, hoſen, beinkleider. conf. Pollux 7, 13 & 22; & 10, 40; & Alex. ab Alex. 5, 10.

Xystarcha, xysticus, vide mox *Xystus*.

XYSTĬLIS, *is*, f. meretriculæ nomen apud Plaut. Pseud. 1, 2, 76.

XYSTIOS, f. ξύστιος, gemma, Plin. 37, 9.

XYSTVS, *i*, m. & Xystum, *i*, n. ξυστός, ut Vitruvius describit 5, 11; & 6, 10, ex usu Græcorum est porticus ampla & lata, in qua athletæ per hiemem sub tecto exercebantur, der gang, die gallerie; apud Romanos vero *hypæthra* sive *subdivalis ambulatio*, ante porticus, arena seu terra rasa æquataque, unde & nomen est, strata: Ceterum viridibus, arboribus, floribus ornata. vide Buchnerum ad Plinium 9 ep. 7 n. 514. Sic Sen. de Ira 3, 18 *In xysto matutinorum hortorum, qui porticum a ripa separat, inambulans, &c.* Cicer. Acad. 4, 3 *Cum pauca in xysto locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus.* Idem de Clar. Orat. c. 3 *Cum ambularem in xysto, & essem otiosus domi.* Id. ad Attic. 1 epist. 8 *Mittas quamprimum, maxime qua tibi gymnasii xystique videbuntur esse.* conf. Suet. Aug. c. 72, & Vitruv. 5, 11. Item in cœnobiis, ein creutz-gang. ¶ 2. Videtur etiam locus spectaculorum & agonum *xystus* appellatus, quia hieme sub tecto, ut dictum, in xysto athletæ exercebantur, ein ſchauplatz. Tertull. Apolog. c. 38 *Nihil est nobis cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate.* Plura de xysto vide apud Octavium Falconerium in Inscriptiou. Athlet. Roiin. Ant. Rom. 5, 4 pag. 440; & Bald. Lex. Vitruv. p. 143. ¶ 3. De *Xysto*, nomine proprio, vide mox seorsum.

¶ Xysticus, *a*, *um*, adject. ad xystum pertinens, fechteriſch. Tertull. de Pudicitia c. 7 *Spectaculum quadrigarii furoris, & gladiatorii cruoris, & scenicæ fœditatis, & xysticæ vanitatis.* Idem de Pallio c. 4 *xysticas mundities* vocat, quibus palæstritæ & athletæ studebant ad augendas firmandasque corporis vires. ¶ 2. *Xystici*, ξυστικοί, subst. qui in xysto exercentur, fechter. Suet. Aug. c. 45 *Xysticorum concertationes aut gladiatorum pugnas exigere.* Meminit & in Galba c. 15; & Tertull. de Spectac. c. 22. conf. Inscript. de L. THEODORO XYSTICO in Philandri notis ad Vitruvium 5, 11 extr.

¶ Xystarcha, æ, m. ξυστάρχης, præsens certaminis & xysti, der fechtmeiſter. Ammianus 21, 1 *Xystarchæ similis purpurato.* De officio & dignitate Xystarchæ præclare laudatus Falconerius c. l. p. 33 seqq. Inscript. apud Fabrettum p. 100 QVOD OMNES XYSTICI GRATANTER ACCEPERVNT. Translate Tertull. ad Martyr. c. 3 *Agonothetes Deus vis esse: Xystarches Spiritus sanctus.*

¶ Exysticus, *i*, m. itidem pro athleta in Dig. 3 t. 2 l. 4. Gothofredus legendum censet *Xysticus.*

XYSTVS, *i*, m. nomen proprium, quod minus bene a quibusdam scribitur *Xistus*. Hoc nomine tum sancti quidam, tum Romani episcopi seu Papæ quinque celebrantur: quos tamen passim ab aliis appellari *Sixtos* videas. Horum duo primi etiam *Martyres* fuere, prior sub Antonino, alter sub Valeriano ultima passi. Adi Baronii Martyrol. 6 April. & 6 August. p. 216 & 282. Et vero factum, ut, cum *Xysti Pythagoræi* librum sententiarum *Xysto episcopo & martyri* affictum a Ruffino constaret, incertum tamen manserit posteris, primo hujus nominis an secundo fœtus ille suppositus fuerit: de quo idem Baron. Tom. 1 Annal. ad ann. 142 n. 5 fol. 113, (quem & de Ruffini fraude hac vide Tom. 5 ann. 410 n. 36 & 64 fol. 343). Ad Sextum I trahit Ludov. Iac. a S. Carolo p. 201 Biblioth. Pontif. Ad II Philipp. Labb. Tom. 2 de Script. Eccles. pag. 309 & 359. conf. Siberi Enchiridion Sixti Pontif. II. Hoc certum vere, neutrius esse, sed ejus, de quo plura jam dicenda. ¶ 2. *Xystum Pythagoræum* & ipsum scribi *Sixtum* reperies. Etiam sunt qui *Sextum*. Fortasse nec peccabit, qui *Sextium*: sed hac de re postea. Sententias ejus a Ruffino, Aquilejensis ecclesiæ presbytero, suppositas fuisse Xysto martyri, jam dictum est, & clare indicat Hieronymi locus post paullo describendus. Fecit hoc Ruffinus, ut Christiani nominis præscriptione liber ethnici auctoris, a se translatus in latinum sermonem e græco, incautos duceret in errorem Pelagii semigentilem, a quo non erat ipse alienus. Sic ergo Sixti episcopi creditus aliquamdiu is liber est, etiam Augustino: cujus auctoritatem hac in re secutus & scriptor Appendicis ad Hidrum & Ildefonsum de Script Eccles qui ita loquitur: *Sixtus episcopus Romanæ urbis, & martyr, composuit ad instar Salomonis librum Proverbiorum, tam brevi eloquio, ut in singulis versiculis singulæ explicentur sententiæ, &c.* Verum Augustinus ipse agnoverat hic errorem suum Retract. 2, 42. Qui locus auctorem Appendicis fugit, hominem ut apparet, lectionis minus curiosæ: cui ne quidem ex tribus Hieronymi locis, quibus eam Ruffini fraudem detegit, vel unius observatio subvenerit. Sic autem Hieron. epist. ad Ctesiph. ad Pelag. (Tom. 3 oper. fol. 115). *Illam temeritatem, imo insaniam ejus, quis digno possit explicare sermone, quod librum Xysti Pythagoræi hominis ab hinc Christo atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris & Romanæ ecclesiæ episcopi prænotavit? In quo juxta dogma Pythagoreorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur; ut qui volumen philosophi nescirent, subsumartyris nomine bibant de aureo calice Babylonis.* Gemina his leges in c. 22 Ierem. & c. 18 Ezech. (Tom. 5 oper. Hieron. fol 148 & 206). Quo loco posteriore quam e Xysto repetit sententiolam Hieronymus: *Adulter est uxoris propriæ amator ardentior*, eandem & ipsi tribuit lib. 1 adversi.

adverſ. Iovin. (Tom. 1 fol. 24). Inter Xyſti ſententias ea numeratur 122. Enimvero pervenerunt hæ ad noſtram ætatem, plus una vice recuſæ: ſed nonniſi latinæ, & quales vel Ruffinus, vel huic ſimilis alii dederant, ut magis lateret impoſtura, interpolatæ. Nam (quod Io. a Fuchte in præfat. ad Lect. edit. Helmeſt. anno 1615 obſervat), non pauca dicta continent, quæ ab homine ethnico, cui lingua ſpiritus S. plane ignota ſit, proficiſci non potuerunt. Tales autem ſunt inter alias, ſententia 34 *Male viventes, cum corpore exceſſerunt, cruciabit malus dæmon, usque quo etiam noviſſimum quadrantem exigat ab eis.* Sent. 35 *Vir caſtus & ſine peccato*, (miſcet virus, ut Hieronymus vocat, impeccantiæ), *poteſtatem accepit a Deo eſſe filius Dei.* Sent. 102 *Non cibi, qui per os inferuntur, pollunt hominem, ſed ea, quæ ex malis actibus proferuntur.* Sed quis tandem ille Xyſtus Pythagoræus fuit? aut quod illi ſeculum aſſignabimus? Equidem tacent quos hactenus citavi omnes. Unus, quem viderim, Vincent. Bellovacenſ. Specul. Hiſt. 6, 69 fol. 206, agens de Pychagorico noſtro philoſopho, (*Sixtum* ipſe vocat), cujus quidem librum negat ſe uſpiam reperiſſe, locum obſervat Euſebii in Chronicis, qui annum illi adſcribat Domini 3 (Auguſti imperantis 44). Cui jungo auctorem libelli de Vita & moribus philoſophorum, qui c. 110 *Xyſtum Pythagoricum claruiſſe* ait *temporibus Octaviani imperatoris.* Quamquam autem Codices Euſebiani noſtri, de *Xyſto* loquentes, Chriſti annum non 3 ſed 1, & Auguſti 42 memorant, quo ille non *agnitus*, ut eſt apud Vincentium, id quod de inchoata nominis celebritate interpreteris) ſed *natus* fuerit: (his verbis: *Xyſtus, Pythagoricus philoſophus naſcitur*: Vincent. *agnoſcitur*): parum tamen hoc refert, modo conſtet, quod perquam ſimile vero eſt, non de alio philoſopho ſermonem eſſe, quam eo, quo abuſus eſt Ruffinus. Quod quidem hunc Euſebii locum tractanti Lipſio lib. 1 manuduct. ad Stoic. Philoſ. diſſert. 6 p. 2 non putes in mentem venifſe, non diſſimulaturo alioqui, præſertim qui ex profeſſo ibi agat de ſecta Pythagoræ. Sed hujus tamen viri perquam commoda notitia ſic operæ eſt. Etenim, cum Euſebii verba protuliſſet: *Prave*, inquit, *aut nullus Xyſtus; Et immo ſcripto codice* Sextus: *e quo nihil ambigo* Sextium *reſtituere.* Euſebium ergo interpretatur de P. Sextio, philoſopho gentis Romanæ non incelebri, ſub ævum Auguſti exorto, quem non ſemel Seneca laudavit, ut epiſt. 59 & 73. Ego vero hanc Lipſii conjecturam non contemno, ac ea potius utor in rem præſentem, iſta ſcribenti Lipſio non animadverſam. Patior ergo, Euſebium intelligi de Sextio; ſed ſcripturam ejus non muto, nili pro *Xyſto* placeat ſcribere *Xyſtum*, toties in Hieronymi & Auguſtini Codicibus factum: Ut jam idem fit *Sextius* Senecæ & Euſebii, Auguſtini, Hieronymi *Xyſtus*: Solet enim nominibus propriis hæc obvenire fortuna, ut alibi cranſeat in ſonos animes. Certe non abſurdum ſit, ita, donec certiora demonſtrentur, ſentire. Primum in Senecæ Sextium cadit ætas, (quam Xyſto Pythagoræo dat Euſebius. Deinde docet Lipſius, Sextium illum fuiſſe habitum Pythagoræum. Quod autem Seneca epiſt. 64 Stoicum facit, cauſſæ hanc mutationem fecit. Affecta erant utriusque ſecte dogmata. Quamobrem & Hieronymus proœm. lib. 4 in Ierem. illi ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, (i. e. impaſſibilitatis & impeccantiæ hæreſi, quam in Grunio (ſic Romanum amat vocare), damnat, non Pythagoræ magis quam Zenonis nomen præferibit. Ac ſunt in ipſis Xyſti ſententiis (quem librum nefcio annon ea epiſtola Senecæ laudet) non pauca Zenonis porticum redolentia. Porro, græcis verbis philoſophatum fuiſſe Sextium, ex ejusdem Sen. epiſt. 59 diſcimus: ubi ſimul parabolam ejus quamdam affert. Quam cur in Xyſti libello non reperiamus, cauſſam dixerim, quia vel plures uno Sextius libros ſcripſerit, vel Ruffinus, ut quædam ſententias addere ſibi permiſit, ſic alias vicciſſim præterierit. Jam illud, quod Sen. epiſt. 73 Sextium dicere ſolitum ait: *Iovem plus non poſſe quam bonum virum*, quam geminum eſt huic ſententiæ Xyſti, quæ eſt 299 *Quæ Deus poſſidet*, (quid ſi *poteſt* legamus vel poſſit)? *hæc & ſapiens.* Non quod *Iovis* nomen hic non legitur, ſed *Dei*, quæ Ruffino eſt videlicet, qui Sextium coegit exuere, quæ ſaperent gentilitium.

XYSVTHRVS, al. Xiſuthrus, *i*, m. cujus tempore vixiſſe traditur antiquiſſima Sibyllarum Perſica. Putat autem, eundem fuiſſe in hiſtoria profana, qui fuerit in ſacra Noachides, vide Cleyald Diſt. 2 de Poet. hiſt. fol. 79. Dickinſon. de migrat. Noæ p. 14. Quod ſuis auctoribus relinquo.

Y Littera & vocalis græca eſt, quæ, ut ait Martianus Cap. 3 p. 58 *appreſſis labiis ſpirituque profertur.* Ejus figura inventa eſſe dicitur a Palamede, cum grues acie triangula volare, & inter volandum mutatis ſubinde ordinibus obſervaſſet effingere Y; immo etiam has figuras Δ Ξ Φ X conf. Plin. 7, 56. Nos hac littera in nullis prius verbis uſi ſumus, quam illis, quæ a Græcis ſumentes latina ſcribimus litteratura: ut, *Hyades, Hyala, Hydra, Hydria, Hymenæus, Hyperbita, Hyſſopus &c.* Quamquam in his quoque eam repudiarint Latini vetuſtiores, quod Veſtius Longus etiam notavit, & pro *y*, *i*, ſcripſerunt; ut *Silva, Mena, Silvia, &c.* Aliquando & *u* pro *y* ſubſtituerunt: ut *Gerion* pro *Geryon*, apud Victorem de Orig. Gent. Rom. c. 7. *Sugambri*, pro *Sygambri*: (ita enim Proleneus); *Cetus* pro *Cetus*, apud Cæſ. de B. G. 3, 4. Vbi & Cicconium vide. & Cic. in Orat. c. 48. Sonora magis eſt, quam *E* & *I*, minus, quam *A* & *O*. v. Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 43. ¶ 2 Obſerva autem diligenter, quarum dictionum mediæ ſyllabæ vocalem eam recipiant: ut, *Cayſter, Ioga, Coalybes, Chalybdis, Corydalus, Cleopatra, Adyges, Adynatus, Sisyphus. Hieronyma, &c.* & in fine, *Ioxy, Oxyx, &c.* ¶ 3 In quibusdam vero, quæ a græcis dictionibus facta videntur, *y* in *u* mutatur: ut, *bûs, duo, mûs, mus, ſugâ, fuga, tumba, tymba, bombus, bombus, thyrsus, thorsus, thorsus, pyramis, pyramis, pyramus, pyramus, pyramus

res legislatores nobiliores enumerat. Hic cum aliquando edixisset, ut adultero deprehenso uterque oculus effoderetur, accidit ei quiddam, quod minime exspectarat. Nam filius ejus in adulterio deprehensus, pœnam a paterna lege statutam luere debuit. Ibi ne, quod semel omnium sententiis confirmatum erat, irritum fieret, ipse pro altero filii oculo, sibi alterum eximi jussit, ut ne prorsus cæcus fieret adolescens. Ælian. Hist. Var. 13, 24. v. Heracl. in Politicis. Auson professor. Burdig. v. 23 *Sanxerit & Locris dederit quæ jura Zaleucus.*

ZĀMA, *æ*, f. Ζάμα, Strabo *Zagnam* habet, urbs est Africæ quinque dierum itinere Carthagine distans, Livio auctore. Ad eam Annibal magno prælio a Scipione victus fuit. Sil. 3, 261 *Et Zama & uberior Rutulorum sanguine Tarsus.*

ZĀMIA, *æ*, f multa, damnum, pœna, ζημία, & Dorice, ζαμία, strafe. Usus est Plautus Aul. 2, 2, 20: ubi *Onerare Zamiam*, est imponere & inferre jacturam, schaden zufügen. Elegans sententia Æschyli est: γλῶσσα ματεια ζημίαν προξίγνεται, *Stolida sibi ipsi lingua maximæ mercet.* ¶ 2. *Zamiæ* in pinu sunt strobili, nuces pineæ, zirbelnüsse. Plin. 16, 26 *Quæ se in arbore ipsa divisere, vocantur* Zamiæ, *lædantque cæteras, nisi detrahantur.*

ZĂMOLXIS, *idis*, m. Geta, servus Pythagoræ: qui libertatem adeptus, in patriam cum rediisset, acceptam a Pythagora doctrinam de animæ immortalitate suis persuasit, exemplo etiam suo rem illis confirmare vitus, cum ipsorum se oculis subtrahens, atque obiisse creditus, subterraneo domicilio, in quod se abdiderat, post triennium iterum erupisset. Verum hæc narrans Herodotus 4, 95, neque detractam huic rei fidem cupit, nec assensu eam suo audet comprobare: multis autem ante Pythagoram annis eum exstitisse arbitratur. Getæ quidem hunc, ut Deum sunt venerati, quod & Laertio proditum in vita Pythagoræ, haud procul initio. Zinegref. Apophthegm. Germ pag. 413 nomen ejus e nostrate lingua interpretans, jamolcf eum vocat, nempe quia Gothos & Scythas legibus latis a feritate vicæ abductos quasi domuerit. Vide eruditam Lundii de Zamolxi Getarum legislatore disputationem.

ZANCHA, sive Zanga, *æ*, f. ζάγχη, calceamenti genus ex pelle Parthica, quo imp. Divus Claudius usus ap. Trebell. Poll. in ejus vita c. 17. conf. Theod. Cod lib. 14 t. 10.

ZANCLE, *es*, f. Siciliæ urbs, eadem quæ *Messina*, v. Modius ad Sil. 1, 662, & ad ejusdem poëtæ 14, 49. Nic. Heinsius.

ZANTHĔNES, *is*, m. gr. ζανθενής, gemmæ species, quæ in Media nascitur. vid. Plin. 37, 10.

ZARATVS, *i*, m. magus quidam apud Medos Plin. 30, 1.

ZAPLŪTVS, *i*, m. ζάπλουτος, id est, *valde dives*, sehr reich. Petron. c. 37 *Ipse nescit quid habeat, adeo zaplutus est.*

ZEA, *æ*, f. ζειά, frumenti genus, duorum generum, unum, quod spicas profert simplicibus granorum venibus; alterum duplicibus, quod ideo δίκοκκος, *dicoccos* appellatur. v. Dioscorid. 2, 80. *Spelten* vulgo vocant, spelten, dinckelkorn, Plin. 18, 8; & 10, 11. ¶ 2. *Zea* etiam rosmarini species, rosmarin, Apul. de Herb. c. 79; & Dioscor. 3, 79.

Zebaoth, vox Hebræa, vide supra *Sabaoth*.

ZĔDOĀRIA, *æ*, f. ζεδοάρια. Latine item *Zaduara*, aroma est, apud Sinenses ultra extremas Indiæ oras nascens, zittwer. Matthiol.

ZĒLVS, *i*, m. ζῆλος, æmulatio, der eifer. Vulg. Interpr. Ps. 69, 10, & Ioh. c. 2, 7 *Zelus domus tuæ comedit me.* Iac. c. 3, 14 *Si zelum amarum habetis.* Et ne hæc in Bibliis. Ita, *Scintilla odii de fomite zeli*, Prudent. Hamartig. v. 183. Adde Vitruv. præf. lib. 7; Tertull. adv. Marc. 5, 14; Sidon. 7 epist. 6. Hinc

¶ Zelo, *are*, & Zelor, *ari*, ζηλόειν, cupide aliquid imitari, æmulari, eifern, nacheifern. Usus est Tertull. carm. contra Marcionem 4, 36; & Fortunatus de Duce Dorio. Sic Vulg. Interpr. Ps. 73, 3 *Zelavi super iniquos.* Et 1 Reg. c. 19, 14 *Zelo zelatus sum pro Domino*, &c. conf. Iac. 4, 2; & 4 Esdræ 2, 28.

¶ Zelans, *tis*. Vulg. Int. Ies. 26, 11 *Videant & confundantur zelantes populi.* conf. Sirac. 37, 9.

¶ Zelātor, *ōris*, m. zelotes, ein eiferer Ambrosius in Psalm. 51, 15 *Ille magnus fidei zelator, qui iniquos docet.*

¶ Zēlōtes, *æ*, m. ζηλωτής, ein eiferer. Vulg. Interpr. Exod. c. 20, 5 *Dominus Deus tuus, fortis zelotes* Hinc vocatus *Simon Zelotes*, Luc. c. 6, 15; & Actor. c. 1, 13. Adde Tertull. adversf. Marc. 1, 28; & 4, 25.

¶ Zelōtўpus, *i*, m. ζηλότυπος, æmulator formæ, id est, qui ita amat, ut solicitus sit, ne quis amore suo perfruatur, ein eifersüchtiger mann. Quintil. 4, 2 *Quid exponet, quæ zelotypum mater tractationis accusat?* Iuvenal. 5, 43 *Gemmas ad pocula transfert A digitis, quos in vaginæ fronte solebat Ponere zelotypo juvenis prælatus Hiarbæ.* Petron. c. 45 *Rixa inter Zelotypos & amasiunculos.* conf. Tertull Apol. c. 3; Auson. epigr. 10, 1; Apul. Met. 9 pag. 340; Mart. 1 ep 93.

¶ Zelōtўpa, *æ*, f. idem de sexu sequiore, eine eifersüchtige. Petron. c. 6 *Nisi zelotypa esset.* Vulg. Interpr. Sirac. c. 26, 8 *Dolor cordis & ira ejus mulier zelotypa; in omni flagello zelotypæ flagellum linguæ.* Et Iuvenal. 6, 277 *Si tibi zelotypæ rugnantur forcipe mœchæ.*

¶ Zelivira, *æ*, f. idem. Tertull. Exhort. ad Castit. c. 9 *Omnis mulier zelivira est, quamdiu aliena.*

¶ Zelotўpia, *æ*, f. ζηλοτυπία, æmulatio, die eifersucht, id est, *ægritudo ex eo, quod alter quæpiam potiatur ea, quod ipse concupivit*, Cic. Tusc. 4, 8 Et, *Offensio nata ex zelotypia*, Antonius ad Cic. Attic. 10, 8. Et Plin. 25, 7 *Nympha zelotypia exigua lineamenta mortua.* Stultitiam zelotypiæ lepide exagitat Ovid. Am. 2, 19 & 3, 4.

¶ Adzēlo, *are*, & Adzelor, *ari*, nacheifern. Vulg. Interp. 4 Esdræ 16, *Tanto magis adzelabor vos super peccata sua, &c.*

Cacozelia, *æ*, f. vide sub lit. C.

ZĔMA, *æ*, f. vas coquinarium, ein koch topf, apud Apicium 8, 1 & 6, ubi Humelbergius legendum putat *Zyma*, de quo infra, Sed eidem refragantur Lister & alii. Hinc

¶ Apozĕma, *æ*, f. decoctum sive decoctionem significat, ein gesottener tranck, a verbo ἀποζέω, *fervefacio*, *decoquo*. Sic, *Apozema Apii*, Macer 1 c. 13, 21: ubi Cornarius annotat, male olim lectum *Apoxima*. conf. Isidor. 20, 3.

ZENITH, n indecl. vox Arabica, qua punctum verticale, quod nostris imminet cervicibus, Astrologi exprimunt, cui alius sub terra oppositus locus dicitur *Nadir*.

ZENO, *ōnis*, m. Ζήνων, Cittieus fuit, ex Cittio oppido Cypri, philosophus, inventor & princeps Stoicorum, in magna apud Athenienses auctoritate & honore, adeo, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipsum corona aurea, & imagine ænea. Sententias ejus refert, & quanquam cum aliqua moderatione, ridendas propinat Cic. pro Muræn c. 29 *Summam felicitatem in virtute positam Zeno docuit*, Idem Cic. Acad 1, 10. Hic Zeno dialecticæ & oratoriæ discrimen manu ostendebat. De quo in Cic. Orat. c. 32 *Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes*, (dialecticam & rhetoricam,) *interesset. Nam cum compresserat digitos pugnumque fecerat*, DIALECTICAM *aiebat ejusmodi esse: cum autem explicuerat & manum dilataverat, palmæ illius similem* ELOQVENTIAM *esse dicebat.* Hoc autem eo pertinebat, ut significaret, *hujus rationem dicendi latiorem esse, illius loquendi contractionem*, ut idem Cicero paulo post indicat. Decessit annos natus nonaginta sine morbo, strangulans se ipsum, quemadmodum Laertius scripsit. ¶ 2. *Zeno* alter Eleates fuit, dialecticæ inventor, celebratissima in perferendis cruciatibus apud Nearchum tyrannum patientia: Laertius l. 9, add Cic Tusc. 2, 22. Cum Anaxarcho illum angustenus contendit Valerius Max. 3, 3, & hunc secutus Nonius 7, 23, observante Harduino. ¶ 3. Tertius philosophus fuit Epicureus, Ciceronis coætaneus, quem Epicuri dogmata explicantem cum Attico frequenter se audivisse, testatur de Fin 1, 5. ¶ 4. Fuit rhetor hoc nomine, Polemonis, qui sua virtute ad regnum Ponti adsciscit dein quæ, pater: hic Polemo rursus habuit filium ¶ 5. *Zenonem* nomine, quem sibi Armenii sumserunt regem & *Artaxiam* appellarunt, de quo Tacitus Annal. 2, 56; vide & Strabonem lib. 12. Is enim Polemonem, hujus Zenonis patrem, ex Zenone rhetore procreatum narrat. ¶ 6. Plurali usus est Martial. 9 epigr. 48 *Democritos, Zenonas inexplicitosque Platonas.*

ZĒNŎBIA, *æ*, f. Odenati Palmyrenorum regis uxor, post mariti obitum nomine filiorum, Herenniani & Timolai, imperavit. Ab Aureliano Imp. victa & triumphata, concessit in jura Romana Ipsa latini sermonis non usquequaque ignara, sed ut loqueretur, pudore cohibita: Loquebatur & Ægyptiace ad perfectum modum. Historiæ Alexandrinæ atque orientalis ita perita, ut eam epitomasse dicatur. Latinam autem græce legerat. Hæc & plura de ea Trebellius Pollio in triginta Tyrannis. Docuit eam Paulus Samosatenus judaizare: auctor Philastrius de Hæres.

ZĒNOBIVS, *i*, m. sophista, fuit sub Adriano imperatore. Scripsit Epitomen proverbiorum Didymi & Tarrhæi. Transtulit & in græcum sermonem historiam Sallustii, Suidas. Sunt & qui *Zenodotum* vocant. vide Andr. Schott qui hujus & Diogeniani ac Suidæ adagia edidit, præfat. ad Lect. ¶ 2. *Zenobius* Epicureus, contra quem scripsit Alex. Aphrodisiensis. vid. Iunc. de Scriptor. hist. Philos. p. 352.

ZĒNŎDŎTVS, *i*, m. penult. brev. Ζηνόδοτος, grammaticus fuit temporibus Ptolemæi primi, cujus filios erudiit. Præfuit etiam bibliothecæ Alexandrinæ, primusque Homeri libros correctos in ordinem redegit: Suidas. De hoc illud Furii Bibaculi intelligendum est, de Catone grammatico: *En cor Zenodoti! En jecur Crateris!* Laudat Tranquillus de illustr. Grammat. c. 11. ¶ 2. *Zenodotus* alter, Alexandrinus, grammaticus & ipse, Suida teste: quem juniorem fuisse, inde cognoscimus, quod recognovit ea, quæ ab Aristarcho damnarentur in Homero. Aristarchus vero vixit Olymp. 156, tempore Ptolemæi Philometoris. Scripsit *Zenodotus* ille adversus Platonem, de Diis, de Homerica confinctudine, solutiones Homericarum dubitationum; item in Hesiodi Theogoniam, & alia. vid. Voss. de Hist. Græc 1, 11 p. 71. ¶ 3. *Zenodotus*, lapidista sub Adriano, vide proxime ante *Zenobius*.

ZĔPHŸRIVM, *i*, n. Ζεφύριον, Locrorum promontorium in Italia, a quo Locri ipsi *Epizephyrii* dicti sunt. v. Strabon. Ptolem. 4, 14.

ZĔPHŸRVS, *i*, m. ζέφυρος, ventus Favonius, a ζῆν & φυσᾶν, quod ardorem temperet; vel quia ζωοποιὸς τὸν ἀέρα, *vitam ferens*, der lebend macht, west wind; flat in vere, unde ab eo vernum tempus designari sæpe consuevit. vid. Plin. 18, 34; & Gell. 2, 25. Horatius epist. 1, 13, *Te, dulcis, amice, revisit Cum Zephyris, si cornicula & hirundo prima.* Virg. Georg. 1, 43 *Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit.* Lucret de quatuor anni temporibus 5, 745 *It ver & Venus, & Veneris prænuncius ante Pinnatus graditur Zephyrus vestigia propter; Flora quibus mater præspargens ante viai Cuncta coloribus egregiis & odoribus implet.* Hinc unam ex horis veteres tribuerunt uxorem, ex qua fuisse filium *Carpon* nomine, longe pulcherrimi corporis, qui post ab Iove in rerum omnium conversus est principem, quod Servius observat in eclogam 5 Virgilii. Zephyri officium, portare Deorum nuncios, quos celeriter aliquo pervenire volunt. Exemplum in Psyche, amasia Cupidinis apud Apuleium. Virg. Æn. 4, 222 *Tunc sic Mercurium alloquitur, & talia mandata: Vade age, Nate, voca Zephyros, ac labere pennis.* Adde Sen Nat qu. 5, 15; Plin. 2, 47; & 18, 34; Gell. 2, 22; Apul. de Mundo 2, 4; Lactant. 1, 20.

¶ Zephyrius, *a, um*, adject. *Ova Zephyria*, wind-eyer, Plin. 10, 60, vide *Ovum Vrinum*.

¶ Zephyritis, *idis*, f. sive Chloris, patronymicum. Hoc nomine dicta est Flora dea, Zephyri filia. Catullus de Coma Berenices 67, 57 *Ipsa suam Zephyritis eo famulam legarat*: Vbi Luciniam interpretatur Vossius 6 Inst. Orat. p. 474. conf. omnino Corradini ab Allio in hunc Catulli locum observationem.

Zercera febris v. Querquera.

ZERCON, *ōnis*, m. Scytha, Mauruſius genere, brevis, gibboſus, diſtortis pedibus, naribus ita depreſſis, ut naſus vix appareret. Cum in Thracia captus, & ad Scytharum reges adductus eſſet, Attila quidem nec adſpectum ejus tulit. Bledas autem Attilæ frater eo ſupra modum delectatus eſt, cum non ſolum loqueretur, ſed & ambularet ridicule magnificeque. De quo plura Suidas. Vel ab hoc Germanis etiamnum pumilionem vocari, ein zwerg, vel ex appellativo nomine proprium feciſſe Suidam, putat Zwingerus Theat. Vit. H. Vol. 15 lib. 2 fol. 1974.

ZERINTHVS, *i*, f. urbs & antrum Hecatæ ſacrum in Thracia.

¶ Zerinthius, *a, um*, adject. ut, *Zerinthia littora*, Ovid. Triſt. 1, 9, 19. *Apollo Zerinthius*, Liv. 38, 41.

ZERNA, *æ*, f. impetigo, ein mahl am leibe, flechte. Priſcian. de Dicta c. 14 *Zernas tollere*. conf. Macrum 2, 7.

ZĒROS, *i*, m. gemma ſimilis iridi adſpectu, a ζηρὸς pro σαρὸς, *linea*, ob albam & nigram transverſam lineam, Plin. 37, 9.

ZĒTA, *æ*, f. apud Plin in MSS. 2 epiſt. 17 n. 12 & 21; & 5 epiſt. 6 n. 20, idem eſt, quod *Aleta*, ſive *dieta*, die ſtube, de qua vide ſuo loco. conf. Welleri Epiſt. de *Zeta*, quam Pignorius edidit, iplumque Pignorium etiam, Tractatu de ſervis pag. 244. Argutantur omnino, qui a ζῆν derivant. Eſt enim nomen ex ipſo *Dieta* vocabulo, priore ſyllaba *Di* in *Z* mutata: ita ZABOLVS, & ZABOLICVS, pro DIABOLVS, DIABOLICVS ſæpiſſime apud patres legitur. Adde Cellarii adnotationes in dictas Plinii epiſtolas. Sic, *Vaporare zetas*, id eſt, cubicula, conclavia, die ſtimmer heitzen, Lamprid. Heliogab. c. 31.

¶ Zetārius, *i*, m idem qui diætarius, ſive miniſter diætæ ſerviens. Sic Paulinus lib. 5 Sentent. tit. 6 *zetarios* vocat, qui ſunt *diætarii* Dig. 33 t. 7 leg. 12 § 42.

ZĒTES, *æ*, m. alias *Zetus*, *i*, & Calais fratres, Boreæ filii, pedibus, & temporibus, inſtar Mercurii videlicet, alati fingebantur. vid. Ovid. Met. 6, 7, 6; Hyginus fab. 16, & Val. Flacc. 1, 469. Quære *Calais*.

ZĒTHVS, *i*, m. ζῆθος, Iovis filius ex Antiopa, Amphionis frater. Cic. de Orat. 2, 37 *Mirer, cur philoſophiæ, patri Zetharum hic Pacuvianus, prope bonum tragicum*. vide Propert. 3, 15, 25; & Horat. 1 epiſt. 18, 41. conf. Barth. ad 4 Theb. Statii p. 1057. ¶ 2. *Zethus* Amphionis: vide paullo infra *Zoilus*, n. 1.

ZĒTVS, *i*, m. vide ante *Zetes*. ¶ 2. *Zetus* mathematicus, de quo Sidon Apollin. 4 epiſt. 3 *Nunquam inveſtigare cogitavi, cum Thalete tempora, cum Atlante ſidera, cum Zeto pondera, cum Chryſippo numeros, cum Euclide menſuras*. Non dubium, quin hunc Sidonii locum præ oculis habuerit Alanus de Inſulis, pro Thalete tamen Cæſarem ſubſtituens, cum ſcribere: Anticlaud. 2, 6 *Temporis exactor at Cæſar cogit, ut Atlas Sidera perquirit, ut Zetus pondera librat, Tanquam Chryſippus numerat, metitur ut alter Euclides*.

ZEVGĪTES, *æ*, m. ζευγίτης, jugalis, zum joch gehörig. Hinc *Zeugitæ* calamorum genus. Plin. 11, 12; & 16, 36.

ZEVGMA, *ātis*, n. ζεῦγμα, figura ſyntaxeos eſt, qua ſenſus plures uno connectuntur verbo, in principio, medio, vel fine; ut, *Hoc erit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia*. ¶ 2. Eſt & *Zeugma* ad Euphratem urbs, ubi Romani in Parthos moturi, ponte trajiciebant exercitum. vid. Ptolem. 3, 11, 3 &c. Vnde Stat. 3 Silv. 2, 137 *Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma latinæ Pacis iter*. Et epicedio in patrem 5 Silv. 3, 185 *Gentibus alter Iura dat Euis, alter compeſcit Iberos, alter Hecatompylon ſecludit Zeugmate Perſen*. Vide Strabonem init. lib. 16; Plin. 34, 15. Mentio & apud Iosephum, Hebd. 7, 24. Nomen accepit ab eo, quod Alexander Magnus pontem inibi in Euphratem junxerit, a ζευγνύω, id eſt, *jungo*. v. Plin. 5, 24. Aliter Arrianus & Curtius, qui ad Thapſacum Syriæ, eodem ponte, quo Darius tranſierat, uſum tradunt Alexandrum. Vide, quæ ad Curt. 3, 7, 15; item 4, 9, 12 notantur.

¶ Antizeugmĕnon, *i*, n. ἀντιζέυγμενον, i. e. *injunctum*, figura, qua plura diverſa in uno membro conjungimus. Sed

¶ Diazeugmĕnon, *i*, n. διαζέυγμενον, i. e. *disjunctum*; cum diverſis redditionibus verborum cola diſjungimus, vel ubi ſingulis membris ſingula diverſa redduntur. Vtriusque exempla vide apud Mart. Capellam l. 5 p. 176.

¶ Hypozeuxis, *is*, f. ὑποζεῦξις, figura locutionis eſt, cum diverſæ clauſulæ ſingulis verbis reſolvuntur. Virg. Æn. 10, 149 *Regem avit, & regi memorat nomenque deosque: Quidve petat, quidve ipſe ferat, Auſonias arma, Quæ ſibi conciliet, &c.* Vide *Zeugma* n. 1.

ZEVS, *ei*, m. ζεύς, quanquam ζεὺς Gesnerus ſcribat, piſcis eſt planus, varii coloris, qui *faber* alio nomine aliquoties dicitur, ein Peterſchſch. vide Gesner. & Colum. 8, 16; & Plin. 9, 18; & 32, 11.

ZEVXIPPVS, *i*, m. Sicyoniorum rex, ſucceſſor Pelasgi. ¶ 2. *Zeuxippus*, Macedoniæ ac Thraciæ prætectus, qui circa Neronis tempora Byzantii exercuit, ac Chriſtianos afflixit, & inter alios S. Antrenm apoſtolum, verbum Dei ferentem perſequens Argyropolim fugere coegit. Ab hoc, ut conditore, videtur illud, quod celebre Conſtantinopoli fuit, lavacrum Zeuxippi nomen accepiſſe, Pancirol. lib. Ther. Var. Lect. c. 229 p. 404. ¶ 3. *Zeuxippus* etiam locus dictus, ubi domitus Diomedes tyrannus: eum intra mœnia Conſtantinopolitana conſpicuum ſuo ævo adnotat Heſychius Illuſtrius, quem *Zeuxippum* illuſtravit poſtmodum Petrus Cyrillus.

ZEVXIS, *is*, m. Ζεῦξις, Heracleotes, pictor ſua ætate præſtantiſſimus, de quo Plin. 35, 9 & 10. Ejus hoc apophthegma Plutarchus in Pericle refert, contra feſtinationem & extemporalem facilitatem diligenter obſervandum. Nam cum Agatharches pictor multum gloriaretur, quod cito & facile imagines pingeret, ei Zeuxis dixiſſe traditur: Ἐγὼ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ: *Ego vero longo tempore*. Et addit Plutarchus: ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν ἐυχέρεια τὴν ταχύτητος ἀκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλος ἀκρίβειαν. ὁ δὲ ὡς τὴν γένεσιν τῷ ποιήματι προσαναθεὶς χρόνον ἐν τῇ σωτηρίᾳ τὸ γενόμενον τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν: *Dexteritas enim in faciendo & acceleratio non addit pondus operi durabile, neque abſolutum decorem: tempus vero ad producendum laborem conjunctum robur addit ad operis conſervationem*. ¶ 2. Alius *Zeuxidis*, ducis Antiochi meminit Livius 37, 41.

ZIBETHVM, *i*, n. odoratum quiddam eſt, quemadmodum *Moſchus*, naſcens in utriculo teſticulorum animantis ſeli non abſimilis. *Catos* hæc animalia vocant, ex Syria delatos, Matthiol. *Feles Zibethi*, ſic enim ſcripſit Gesnerus, eine zibeth-katze. conf. Schotti Phyſ. cur. 8, 37.

ZIGIR, *ĭris*, n. ζίγιρ, caſiæ genus, Dioſcor. 1, 12.

ZIGEVNI, *erum*, m. pl. alias *Cingari*, quaſi zieh einher, ziegeuner, a Germanis dicuntur errones illi infames atque inutiles, qui ſe Ægyptios aut Nubianos eſſe mentiuntur, ſeptimo quovis anno e patria ideo emigrantes, quod Mariam olim cum infante Ieſu majores ipſorum hoſpitio excipere noluerint. Has & alias nugas vendunt, chiromanticis magicisque artibus, furtis & latrociniis intolerabiles. vid. Polyd. Virg. de Invent. rer. 7, 7, & Voëtii Tom. 2 Diſpp. de Gentilitiſmo, & Iac. Thomaſii Diſſert. Singular.

ZINGĪBER, *ĕris*, n. & *Zingibĕri*, & *Gingiber*, *Gingibĕri*, ζιγγίβερις, & γιγγίβερις, aroma notum, quo in India nihil naſcitur frequentius, ingwer. Plinius 12, 7 refutat eos, qui *Zingiberi* eſſe radicem piperis credant, quamquam ſapore ſimile ſit. Ait enim, piper in India naſci; Zingiberi autem in Arabia & Troglodytica, parvæ herbæ, radice candida, quæ celeriter cariem ſentiat, quod miratur, in tanta amaritudine. conf. Celſ. 5, 23; Apic. 11, 2; & Dioſc. 2, 149.

¶ Zimpiberi, idem quod *Zingiberi*, apud Plinium 12, 7.

ZINZĪLVLO, *are*, zwiſchen wie eine ſchwalbe. Auctor Philomelæ v. 43 *Regulas atque Merops, & rubro pectore Progne Conſimili modulo zinzilulare ſciunt*.

ZIRBVS, *i*, m. & Zirbum, *i*, n. idem quod omentum, das netz ums eingeweide. Apic. 8, 6 *Inteſtina ſuper hædum componis in zirbo*.

ZĪZĂNIA, *æ*, f. & Zizanium, *ii*, n. ζιζάνιον, lolium, unkraut, lolch, treſpen. vide *Lolium*. Vulg Interpr. Matth. c. 13, 38 *Zizania ſunt filii nequam*. Ambroſius: *Frumentum zizaniæ*.

ZĪZŸPHA, *ōrum*, n pl ζίζυφα, & ζι.ζίφα, Galeno σηρικα. *Zizypha*, med. corrept. fructus ſunt arboris *Zizyphi*, ex malorum genere, apud Plinium 15, 14; tametſi baccis, quam malis fructus illi ſimiliores ſint; in officinis vulgo *jujubas* appellant, rothe bruſtbeere, Matthiolus. vid. Palladium 5 tit. 4; & 6 tit. 6; & Plin. 17, 10. Coronis quondam adhibita: vid. Plin. 21, 9. conf. Colum. 9, 7.

¶ Zizyphus, *i*, m. in arboribus apud Palladium 1 tit. 31.

Zmaragdus, v. *Smaragdus*.

ZMĪLACES, *is*, ζμιλάκης, gemma, quæ in Euphrate naſcitur, Plin. 37, 10. *Zmilantis* dicta ap. Solinum c. 37.

ZMĪLVS, *i*, m. architectus Lemnii Labyrinthi, Plin. 36, 13.

ZŌDIĀCVS, *i*, m. gr. ζωδιακὸς, *animalis*. Circulus eſt major, obliquus, æquinoctialem in partes ſecans, cujus una medietas ad ſeptentrionem, altera ad auſtrum declinat, in quo duodecim ſigna, figurata in animalium formam, quæ ſol curſu ſuo emenſus, anni tempeſtates variat. Signa hæc Sunt: *Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora*, (aquarius) *Piſces*. Vocat & *ſignifcrum orbem* Cicero de Divin. 2, 42, *Viam quandam eſſe ajunt ſignifero in orbe, qui ζωδιακὸς dicitur*, der thier-kreis. conf. Gell. 13, 9; Solin. c. 3; Tertull. adverſ. Gnoſticos c. 10; Sidon. 8 epiſt. 11.

¶ Zodiacĕus, *a, um*, ad zodiacum pertinens, zum thier-kreis gehörig; ut, *Annua peragratio zodiacea*, Mart. Capella lib. 1 p. 3.

ZOE, *es*, f. Ζωὴ, *vita*, æon Valentiniani. v. Tertull. adv. Valentin. c. 12; & Irenæus 1, 1.

Zoëllus vide mox in *Zoilus*.

ZŌĪLVS, *i*, m. ζωίλος, Amphipolitanus fuit, qui ſtylum in Homerum, Platonem, aliosque ſtrinxit; unde & *Homeromaſtix*, id eſt, *Homeri flagellator*, appellatus fuit, ex quo ipſius nomen ad quosvis doctorum virorum obtrectatores tranſlatum fuit. Quo illud Ovidii ſpectat de Remedio am. 1, 365 *Ingenium magni livor detrectat Homeri, Quis quis es, ex illo, Zoile, nomen habes*. Non prætermittendus hic locus ſcitu dignus, Vitruvii de Zoilo, qui in præfat. lib. 7 talis eſt: *Inſequentibus*, inquit, *annis a Macedonia Zoilus, qui adoptavit cognomen, ut* HOMEROMASTIX *vocitaretur, Alexandriam venit, ſuaque ſcripta contra Iliadem & Odyſſeam comparata regi recitavit. Ptolemæus vero, cum animadverteret poetarum parentem philologiæque omnis ducem, abſentem vexari, & cujus ab cunctis gentibus ſcripta ſuſpicerentur, ab eo vituperari, indignatus, nullam ei dedit reſponſum. Zoilus autem, cum diutius in regno fuiſſet, inepta preſſus, famoſiſt ad regem poſtulans, ut aliquid ei tribueretur: Rex vero reſpondiſſe dicitur: Homerum, qui ante annos mille deceſſiſſet, ævo perpetuo multa millia hominum paſcere; item, debere, qui maximi ingenio ſe propteretur, nonnullos ſe unum, ſed etiam plures alere poſſe. Et ita ſummum, mors ejus, ut parricidii damnati, variæ memoratur. Alii enim ſcripſerunt, a Philadelpho eſſe in crucem fixum: nonnulli in eum lapides eſſe conjectos: alii, Smyrnæ vivum in pyram conjectum*. Lege ibi, quæ

quæ addit Vitruvius. Quem si sequimur, Ptolemæi Philadelphi seculo vixerit Zoilus. Quod Vossius quoque defendit de Histor. Græc 1, 15 p. 94 sq. Verum huic sententiæ obstat, quod Zoilum Ælianus Var. Hist. 11, 10 auditorem facit Polycratis illius, qui accusationem contra Socratem scripsit. Nam Socrates cicutam bibit Olympiadis 95 anno 2. Philadelphus autem imperare cœpit Olympiadis 123 anno 4. Intermedii sunt anni 114. Respondet Vossius, (cujus & Indicem, voce *Polycrates*, inspice), falli, si quis putet, Polycratem unum fuisse ex iis, qui Socratem coram judicibus accusaverint: cum constet, ea oratione, quam adversus Socratem scripsit, mentionem fieri murorum, quos instauravit Conon: ac factum hoc sexennio post mortem Socratis. Sane ita est, & confirmat hoc Phavorinus, Laertio citatus in Socrate. Nempe Socratis accusatio illa, quam scripsit Polycrates, exercitatio quædam rhetorica fuit, similis illi, qua Polycrates idem laudavit Busiridem, opinionem eloquentiæ quærens. De utraque vide Ionsium de Script. Hist. Philos. 1, 7 p. 36. Interim ex iis, quæ regerit Vossius, nondum sequitur, quod alias ostendi potest, Socrati æqualem non fuisse Polycratem, Zoili præceptorem. Errat igitur, verba Reinesii sunt Var. Lect. 3, 2 p. 328, manifesto Vitruvius, & qui hunc sequuntur, Zoilum Ptolemæo Philadelpho supparem facientes, cum centum annis prior, Socratis plerisque familiaribus, Isocrati & Platoni, æqualis fuerit. Ostendit eodem loco Reines. *Zoili* nomen reddendum esse Plutarcho, apud quem, culpa videlicet librariorum, *Zethus* Amphitrianus pro *Zoilo* irrepserat. Cum Reinesio contra Vossium sentit & Ionsius de Script. hist. philos. 1, 9 p. 42; & 2, 2 & 3 p. 126. Hic Zoilus contumeliosus nequam erat. Roganti cuidam aliquando erudito viro, *quamobrem omnibus male loqueretur? quoniam*, respondit, *male facere cum velim, non possum. Canis* etiam *rhetoricus* nominabatur, ut Ælianus auctor est loco ante citato, Var. hist. 11, 10, *Canis* ab obtrectandi & allatrandi licentia: *Rhetoricus*, quia sophista erat. Zoilus alter renascentibus literis videri poterat Laur. Valla, qui non tam veritatis studio, quam maledicendi libidine dictus, Aristoteli, Ciceroni, Virgilio & aliis obtrectavit: eo progressus impietatis, ut profiteretur, habere se quoque in Christum spicula. Honestius tamen de Zoilo Dionysius Halicarnasseus sentit, qui non tam animi vitio nocuisse ipsum & reprehendisse Homerum, Platonem & alios, quam veritatis studio putat, quem vide Responsione ad Epistolam Cn Pompeji, in qua de reprehensio ab eo Platonis stylo ille conquerebatur c. 6. conf. Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 96.

ZŌMA, *ătis*, n. ζῶμα, a ζώννυμι, *cingo*, est cingulum sive subligaculum; item vestis qua cinguntur, ein gurt, schurz, umschlag. Hinc

¶ Diazōma, *ătis*, n. διάζωμα, præcinctio, cinctus intermedius, balteus, die umgurtung, der umgang. De præcinctionibus in extructione theatrica Vitruvius 5, 7 *Gradus, diazomata, pluteos.* vid. Lex. Vitruv. p. 92.

¶ Perizōma, *atis*, n. περίζωμα, fascia circa ventrem, eine leibbinde, schürze, ein furtuch. Usus est Vulg. Interpr. Gen. 3, 7 *Fecerunt sibi perizomata.*

¶ Perizomatium, *i*, n. περιζωμάτιον, diminut. parvum subligaculum, ein kleiner schurz, apud Isidor. 19, 22, ubi exponit *succinctorium, quo tantum genitalia contegunntur.*

ZOMŌTĒGĀNĪTE, *es*, f. ζωμοτηγανίτης, ita Humelbergius locum depravatum Apicii 4, 2 restituit, ut *patina piscium zomoteganite* sint pisces in sartagine cocti & proprio jure conditi a ζωμός, *jus & τήγανον sartago.*

ZŌNA, *æ*, f. ζώνη, cingulum, ein gurt, gürtel, darinn man geld führet. In zonis enim pecuniam deferebant veteres, Gell. 15, 12. Et Suet. Vitell. c. 16 extr. *Dilabentibus qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit, conservique in cellulam lanitorii.* Sic Spartianus in Pescennio c. 10 *Idem jussit, ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent*, &c. Adde infra de *Zonula.* Hinc, *Zonam perdidit*, proverbiale in eos, qui nihil habent nummorum, apud Horat 2 epist 1, 40, sem uld nit alle. Et, *Zonam non habet*, id est, ditissimus est, vitæ perditæ & dissolutæ est, er ist liederlich. vide Chiliad. ¶ 2. *Zonam solvere*, est virginitatem interficere. Virgines enim non nisi cinctæ præcedebant. Catull. 2, 11 *Tam gratum mihi, quam ferunt, puella Pernici aureolum fuisse malum, Quod zonam solvit diligentam.* Sed & novæ nuptæ in cubiculum mariti deductæ a proænestria cingulum, quo ex ovilla lana contexto, & nodo etiam Herculaneum vocabant), nexo, præcincta erat, solvebatur, & Diana, quæ ob id λυσιζώνη quasi *Solvizonia*, Latinis *Cinxia* vocata dicebatur. Hinc, *Zonam solvere*, est nubere, viro tradi, heyrathen. vide Iul. Cæs. Scalig. Poët. 3, 100, item Ioseph Scalig. M. Anton. Muret. ad allegatum Catulli locum, & Voss. 4 Instit. Orat. p. 478. it. Pfeiff. antiqu. Græc. 4, 20 p. 654, qui custodem pudicitiæ, ut nunc vocant, vult fuisse zonam. Plura etiam viri docti ad Callim. in Iov. 21, præsertim Stanh. ad H. in Dia. v. 14. ¶ 3. *Zona cœli*, est spatium de superficie cœli, eadem cum proportione terræ, inter duos circulos minores comprehensum, nempe vel inter ambos Tropicos, vel inter alterutrum Tropicorum & Polarem vicinum, vel inter alterutrum Polarium & polum mundi v. Plin. 2, 68. Sunt autem quinque zonæ, quas *plagas* dixit Martianus Capella; Ovidius *plaga*, Plinius *cæli partes*, 1. *Frigida arctica*: 2. *Temperata arctica*: 3 *Torrida*: 4 *Temperata antarctica*: 5. *Frigida antarctica*. Ex his *Torridam*, ob nimios æstus, & duas *frigidas*, ob intolerabile frigus, *inhabitabiles* credidérunt veteres. Unde Virgil. Georg. 1, 233 *Quinque tenent cœlum zonæ, quarum una coruscо Semper sole rubens, & torrida semper ab igni: Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris, Hos inter, mediamque, duæ mortalibus ægris Munere concessæ Divum*, &c. Idem Ovidius Metam. v 45 *Utque duæ dextra cœlum, totidemque sinistra Parte tenent zonæ, quinta est ardentior illis: Sic onus inclusum numero distinxit eodem Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur. Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu, Nix regit alta duas, totidem mortale inter utrumque locavit, Temperiemque dedit mixta cum fragore flamma.* cui multo aliter sese habere rem, nostri & superioris seculi navigationes docuerunt abunde. Terras enim sub ipso Æquatore sitas, fertilissimas longe & amœnissimas esse, inde satis constat.

¶ Zōnula, *æ*, f. diminut. Catullus Epithal Iul. & Mall. 62, 53 *Tibi virgines zonula solvunt sinus.* Lamprid. Alex. c 52 *Miles non timet nisi vestitus, armatus, calceatus & satur, & habens aliquid in zonula*, i. e. habens nummos.

¶ Zonālis, *e*, adjectiv. ad zonam cæli pertinens. Macrob Somn. Scip. 2, 5 *Eadem est in ejusdem zonalis ambitu æstimatio temporum.*

¶ Zōnārius, *i*, m. qui zonas facit, ein beutler Cic. pro Plancio c. 9. ¶ 2. *Zonarius fodor*, Plaut. Trin. 4, 2, 20, id est, crumenifica, ein beutelschneider, βαλαντοτόμος Aristophani. Antiquitus enim milites & viatores æs sive pecuniam in zonis gestabant. vid. Cæl Rhodig. Ant. Lect. 10, 6.

¶ Zonātim, adverb. per zonam, per gyrum, gegürtet Lucilius apud Non. 2, 928 *Zonatim circum impluvium cinerarios cludebat.*

¶ Zonītis, *is*, f. ζωνῖτις, i. e. *cingularis*, Cadmiæ species, quæ maculas lineis similes habet, Dioscor. 5, 42.

Composita:

¶ Azōni, *ōrum*, m. pl. ἄζωνοι, Dii, ut in Glossis est, *qui in 16 cæli regionibus non continentur.* Eorum cum cæteris ex cunctis regionibus Diis meminit Mart Capella lib. 1 p. 17. Et Serv. ad Virgil. Æneid. 12, 118 *Dii*, inquit, *communes sunt, ut alii ait dicunt, Mars, Bellona, Victoria, quod hi in bella utrique parti pugnæ favere. Ut autem altioris scientiæ hominibus placet, Dii communes sunt, qui ἄζωνοι dicuntur, i. e. qui cœli certas non habent zonas.*

¶ Parazōnium, *i*, n. παραζώνιον, gladii genus, qui ad zonam accingebatur Habet nomen hoc Lemma Martialis 14 epigr. 32.

¶ Perizōnium, *i*, n. περιζωνιον, præcinctorium, ein schurz, eine bedeckung. *Casula* vocatur apud Non. 16, 5.

¶ Pōlyzōnius, *i*, m. πολυζωνος, gemma nigra multis zonis candicans, Plin. 37, 11.

¶ Rezōno, *are*, aufgürten; ut, *R zonare nummum*, aus dem beutel nehmen. vid. ex Non. Salmas. Hist. Aug. p. 153.

¶ Sēmĭzōnārius, *i*, m. qui zonulas minus dimidio latas, quam justa zona est, facit, quæ semicinctia dicuntur, ein gürtler. Plaut. Aul. 3, 5, 42 *Strophiarii adstant, semizonarii.*

¶ Septĭzōnium, *i*, n. sive *Septizodium*, (nam & sic scribitur in quibusdam libris), opus, seu cujusdam ædificii moles, & quæ fuit: quam ab Severo imperatore extructam, Spartianus ejus vita auctor est c. 19: *Opera*, inquit, *publica præcipue ejus exstant* SEPTIZONIVM, & THERMÆ SEVERIANÆ. Rursus in ipso hinc cit. libri c. 25 *Cum* SEPTIZONIVM *faceret* &c. Hieronymus chron. Euseb. numero CIↃ CIↃ CCXVI, *Severo imperante, exstructa Severiana apud Antiochiam, & Romæ factæ, & septizonium ejus dedicatum.* Atqui Suetonius Titum, Vespasiani filium, ejus vita c. 1 *prope Septizonium* natum prodit; itaque ducentis annis amplius Romæ septizonium, non primum a Severo exstructum fuit. Sciendum igitur est, *Septizonii* nomen non unius operis proprium fuisse, sed pluribus commune, quæ scilicet eadem ratione instituta essent: Ut *Septizonium* aliud Vespasiani ævo fuerit; aliud postea a Severo ad formam illius prioris excitatum, quemadmodum Getam postea reperimus sibi *Septizonii Severiani* specie exstruxisse, idem Spartianus ejus vita c. 7 auctor est. Sane Victor in libello, quem de regionibus urbis Romæ reliquit, duorum *Septizoniorum* meminit; quorum prius in regione 10, alterum in 12 collocat: itaque distinguit, ut aliud *Severi*, aliud *Vetus* nominet. Quod illud fortasse est, de quo Suetonii locus accipiendus. Nominis ratio a numero est. Nam omnem septenarium ordinem, SEPTIZONIVM, ut illustris Scaliger observat, nominarunt. Quod nomen iis ædificiis omnibus datum quoque est, quæ septenis molibus, aliis in aliam impositis, superba magnificaque structura consurgerent. Qualem speciem & illi operosissimæ Domitiani domui Martialis 8 epigr. 36 hoc de eo carmine tribuit: *Septenos pariter credas assurgere montes.* Vide Scaligeri Animadversiones ad Eusebii locum laudatum & Donatum in Roma Vet. ac Rec Lib. 3 cap. 10 & 13.

ZONĀRAS, *æ*, m. ζωνάρας, historicus fuit sua ætate clarissimus in regno Constantinopolitano. Volumen triplex historiarum, quas conscripsit, opus modis omnibus commendandum, tum propter amplitudinem rerumque varietatem, tum ob brevitatem. Desinit autem ibi, ubi Nicetas incipit. Atque ubi is desinit, ibi contra incipit Nicephorus Gregoras, & in fine hujus Chalcocondyles, ita ut historiam orbis græci, narratione continua ad hæc nostra propemodum tempora deductam, libri illi abunde præstent.

ZOŌNŸCHON, *i*, n. ζωόνυχον, herba eadem cum Leontopodio, lowen fuß, Dioscor 4, 126.

ZOOPHTHALMVS, *i*, m. ζωόφθαλμος, herba sic dicta, quod oculum animalis referat, hauswurtz, Plin. 25, 15; Apul. de Herb. c. 123; & Dioscor. c. 85

ZOŌPHŸTA, *ōrum*, n. pl. ζωόφυτα, ita dicuntur, quod medium quiddam sint inter animal & plantam; cujusmodi sunt, quæ mediam naturam habent inter sensibilia & vegetabilia; ut *est. ea, spongia.*

ZŌPHŌDORPIA, *æ*, f. ζοφοδορπία, cœna vespertina, das abendessen, apud Xenem. Hinc

¶ Zophodorpides, *æ*, m. ζοφοδορπίδης, qui in tenebris vel clam cœnat, der bey nacht isset. Pittæus ita appellatus. v. Suid. & Plutarch in Symposiacis.

ZŌPHŌRVS, *i*, m. ζώφορος, pars columnæ inter epistylium & coronidem, animalium imaginibus & sculpturis ornari solita, feulen gesimbs. Vitruv. 3, 3 *Item zophorus supra epistylium.* conf. Idem 4, 7.

ZOPISSA, *æ*, f. ζώπισσα, resina navibus derasa cum cera, quam alii ἀπόχυμα appellant: alii pineam resinam hoc nomine vocaverunt, pech vom schiff abgeschabet. Plinius 24, 7 *Zopissam evadi navibus diximus, cera marino sale macerata.* conf. Id. 16, 12, & Dioscor. 1, 82.

ZOPYRVS, *i*, m. ζώπυρος, physiognomista fuit, hoc est, qui frontem retur, ex hominum mores naturasque ex corporis habitu, oculis, vultu, fronte posse perspicere. Quæ cum turpia quædam, & a virtute aliena de Socrate dixisset, eoque a multis derideretur: *Non erat*, respondit Socrates, *hujusmodi enim natura essem, nisi naturam philosophia superassem*

rassem. vid. Cic. de Fato c. 5; & Tusc. 2, 37; & 4, 38. ¶ 2. *Zopyrus* alius nobilis fuit Persa, cujus beneficio Darius Babylonem cepit. Cum enim eam urbem diu frustra Darius oppugnaret, Zopyrus ipse sibi aures, nasum & labia amputavit atque hac turpi forma ad Babylonios, ut transfuga, se recepit. A quibus receptus, & belli dux constitutus, urbem Dario tradidit, Iustin. 1, 10, 15. ¶ 3. Hic & nepotem habuit *Zopyrum*, qui a Persis ad Athenienses transfugit. v. Herod. lib. 4 extr. ¶ 4. *Zopyrus Clazomenius*, orator, ap. Quintil. 3, 6, idem fortasse cum eo Zopyro, quem æqualem Timoni oratorem memorat Laërtius in Timone p. 703. ¶ 5 *Zopyrus*, argenti cælator apud Plin. 33, 12. ¶ 6. Plures *Zopyros* quære apud Voss. de Hist. Græc. 3 c. ult. p. 435.

¶ Zōpȳron, *i*, n. ζώπυρον, herba similis serpyllo, berg-poley, Plin. 24, 15.

ZOROASTRES, *æ*, m. ζωροάστρης, rex Bactrianorum fuisse scribitur, Nini Assyriorum regis temporibus, annis quadringentis ante bellum Trojanum. Risit eodem, quo natus esset, die, ut Plinius auctor est 7, 10. In fragmentis Berosi Chaldæi legitur, Zoroastrem fuisse Chamum, vel Cham, filium Noæ, sic dictum quasi ζῶν ἄστρον, id est, *vivum astrum*, a diligenti contemplatione motus siderum. Non enim magiam tantum condidit primus, quod Plinius tradit 30, 1, sed astrologiam etiam, seu Chaldæorum artem, ut Torrentius ex Clementis lib. 4 Recognitionum ad Horatii lib. 1 oden 11 observat. Adde Iustin. 1, 1, 9. Quem Zoroastrem, Misraimum, Chami filium, nepotem Noæ fuisse, unde Ægyptii, Babylonii, Persæ orti sint, & a Dæmone, qui frequens ipsi adfuit, fuisse exustum, eodem tradit auctore. Scaliger, Zoroastrem magum, aliquot seculis illo altero Bactrianorum rege posteriorem fuisse, Animadversionibus Eusebianis putat. Extant Zoroastris oracula quædam, quæ Psellus exposuit Parisiis excusa. Sed de Zoroastre consulenda in primis est peculiaris dissertatio Ioh. Henr. Vrsini: qui cum p. 9 docuisset, *Zoroastres* sex pluresve hobis produci & edoceri a nuperis scriptoribus, p. 17 ostendit, non nisi duorum mentionem fieri ab Arnobio, & ita fieri, ut illum Hermippi qui Bactrianus habebatur, manifeste explodat. Igitur ipse quoque secutus Arnobium, Bactriano Zoroastre p. 26 valere jussit, Zoroastrem verum non nisi unicum agnoscit, eum nempe p. 29, qui tempore ultimorum propheterum magus insignis extiterit, Cyrique regis familiaris, comes expeditionum ejus fuerit p. 32. Nam alterum illum, quem & magum, & Bactrianorum simul regem faciat Iustinus, nugas meras esse: cum Bactriano illi verum nomen *Oxyartes* fuerit; Iustinus autem hic Hermippum secutus videatur, qui primus Eudoxi fabulas interpolaverit p. 26. Vide ibi & Spicilegium Christoph. Arnoldi p. [illegible] 1. Simul autem ita confectæ jacent opiniones eorum, qui Zoroastrem sibi in sacra temporum antiquissimorum historia videntur reperisse, alii *Chamum*, alii *Misraimum*, alii *Nimrodum* eum fuisse tradentes, ut cum B. Vrsino p. 9 multa mittamus in compendium. Id quod de Goropio etiam Becano dictum esto, qui lib. 1 Gallic. f. 27 Zoroastrem Oromazæ filium interpretatur *Iuperum* Noachi filium. Sed horum omnium hallucinationes superavit Phil Cluverius, Zoroastrem transformans in primum mortalium *Adamum*, Germ. Ant. 1, 23 f. 191, & c. 24 f. 206, ubi & Zoroastrem ac *Linum* eundem statuit hominem fuisse; castigatus obiter a Petr. Lambec. Prodr. hist. lit. 1, f. 58. Adde, quæ habet Seldenus de Dis Syris p. 320, &, qui instar omnium esse posset, Fabr. B. G. 1, 36, Bruckeri Hist. Phil. T. 1 p. 116 sqq.

¶ Zoroastræus, *a*, *um*, adject. per antonomasiam idem ac *magicus*, zauberisch. Prudent. Apotheos. v. 494. *Qui Zoroastræos turbasset fronte susurros.*

ZOROBABEL, *ēlis*, m. apud Hebræos idem est ac *magister de Babylone*. In Babylone enim ortus est, ubi & princeps gentis Iudææ extitit. vid. Isidor. 7, 6

ZORŌNȲSIOS, *i*, m. ζωρονύσιος, magorum gemma, quæ in Indo flumine nascitur, Plin. 37, 10. Harduinus legit *Zoranysios*.

ZŌSIMVS, *i*, m. libertus Plinii junioris, quem vide lib. 5 epist. 19. ¶ 2. Vixit & *Zosimus*, Papa Romanus, seculo Christiano V, quem *Zozimum* vocat Gennadius Massilienses c. 26 de Eccles. dogmat. ¶ 3. *Zosimus* historicus græcus, qui multa singularia prodidit de Constantino & sequentibus imperatoribus, quorum vitas prosequitur: iniquior tamen ipse in Christianos, utpote paganorum ipse facile pervicacissimus.

ZOSTER, *ēris*, m. ζωστήρ, S. Antonii feuer; inter genera *sacri ignis*, *qui medium hominem ambiens enecat*, *si cinxerit*, Plin. 26, 11. ¶ 2. *Zoster*, frutex maris, Plin. 13, 25. ¶ 3. *Zoster*, oppidum & promontorium Atticæ inter Piræum portum & Ceam insulam, cujus meminit Cic. ad Att. 5, 12. ¶ 4. Est & *Zoster* Italiæ promontorium, & Sibyllæ Cumanæ domicilium, de quo Lycophron.

ZOTHĒCA, *æ*, f. ζωθήκη, si nominis originem inspicias, cella saginandis gallinis aut aliis animantibus vivis parata, quam rectius tamen *Zoothecam*, ζωοθήκην, efferes, a ζῶον, *animal*, & θήκη, *conditorium*, ein behältniß vor hüner und gänse. Cavea quoque, cui includuntur aviculæ, ita vocari potest, ein vogelhauer. Nonnulli *Zothecam* pro quovis parvo conclavi usurparunt. Ex vet. Inscript. v. Salmas. in Solin. p. 850 sq. Reines. Inscr. 10 Class. 9, 52 *Zothecam publice dederunt*. Ita

¶ Zothēcula, *æ*, f. diminut. pro *bibliotheca* legitur apud Sidon. Apollinar. 8 epist. 16 *Per armariola & zotheculas nostras non remanserunt digna prolata*. conf. lib. 9 epist. 11. Librorum thecas interpretatur Salmas. ad Solin. p. 851. Et Sirmondus ad Sidonium p. 94 duo loca in Plin. epist ex antiquis libris emendat, ubi correctorum vitio sit *diæta* hodie vel *diæcula* repositum, 2 epist. 17; & 5 epist. 6. Est autem satis dura catachresis.

ZVCCHĀRVM, *i*, n. vocabulum Arabicum, liquor est ex ramis & foliis plantæ cujusdam distillans. Liquor ipse amaritudine a sacchare differt. Vide *Saccharum* & Matthiol. in Dioscorid. 2, 85.

ZVRA, *æ*, f. Afrorum lingua semen paliuri, contra scorpiones efficacissimum, Plin. 24, 13.

ZŸGAENA, *æ*, f. ζύγαινα, piscis ἀπὸ τῆς ζυγῆς dictus, quia instar jugi boum cervicibus impositi caput ex transverso situm habet. v. Aristot. de Animal. & Bruyerin. de Re cib. 19, 35.

ZŸGANTES, *um*, m. pl. ζύγαντες, populi sunt Pœnis vicini Herodoto lib. 4 c. 194.

ZŸGIVS, *a*, *um*, ζύγιος, jugalis, connubialis, nuptialis, verbindlich, hochzeitlich. Apul. Met. lib. 4 *Sonus tibiæ zygiæ*. Id. lib. 6 de Iunone: *Quam cunctus oriens zygiam veneratur*. Hoc cognomen tribuitur Iunoni, cui, dicente poëta, *vincla jugalia curæ*. συζυγίαν eo respectu vocat Iunonem Pollux 3, 3.

¶ Zygia, *æ*, f. subst arbor, carpinus, ex qua fiunt juga jumentis, ein ahorn-baum, eine stein-linde, Vitrúv. 2, 9; & Plin. 16, 15.

¶ Zygis, *ĭdis*, f. ζυγίς, serpyllum agreste, wilder poley, quendel: non humi serpens, ut hortuale, sed subrectum. v. Apul. de Herb. c. 99; & Dioscor. 3, 41.

¶ Zygita, *æ*, m. ζυγίτης, remex medii ordinis in ζυγοῖς, jugis vel transtris, ein ruderknecht. v. Scheffer. de milit. nav. 2, 2; & Pollux 1, 9, 3.

¶ Syzygia, *æ*, f. συζυγία, conjugatio, connexio, die verknüpffung, koppelung, zusammenspannung. vid. Cic. Topic. c. 3 & 10. Sic Tertull. de Præscript. c. 49 *Valentinus exponit Æones per syzygias, id est, conjugationes quasdam*. Et Colum. 2, 2 *Dissidentium conjunctiones Græcis* συζυγίαι ἐναντιοτήτων.

ZŸGOSTĂTA, *æ*, m. ζυγοστάτης, libripens, ein wagmeister. Lege 2 Cod. Theod. de ponderat. & auri illatione, Imp. Iulianus: *per singulas civitates constitui zygostaten, &c.* Gloss. gr. lat. ζυγοστάτης, *Libripens, ponderator*. Ζυγὸς enim & lat. *Iugum*, etiam libram significant. Eædem Glossæ: ζυγὸς, *statera, libra*.

¶ Zygostătĭum, *i*, n. munus libratoris, das wagmeister-amt. Lege 1 Cod. Theodos. de frumento Alexandrino; *Quidquid de critbologia & Zygostasii munere eminentia tua dispositi, roboramus*. Gloss. Vet. ζυγοστάσιον, *librarium*.

¶ Zygostătĭcus, *a*, *um*, ap. Budæum, vor den wagemeister gehörig.

ZŸMA, *æ*, f. id est, olla, a ζέω, *ferveo*, ein topf. Apic. 8, 1 *Mittitur in zymam*. Et 8, 7 *Bullienti zyma*. Alii *Zema*. v. Salmas. Hist. Aug. p. 334.

Azymus, vide supra suo loco in A.

Acrizymus, vide in *Acer*.

¶ Apozymo, *are*, decocto curare, mit warmen wasser benetzen. Octav. Horat. 1, 19 *Vulnus tamdiu apozymandum est, vel infundendum, donec sanguinem eliciat*.

ZŸTHVS, *i*, m. ζῦθος & *Zythum*, *i*, n. bier. Plin. 22, 25 *Ex frugibus fiunt & potus: zythum in Ægypto: celia & ceria in Hispania: cerevisia & plura genera in Gallia*. Adde ibi Harduinum. Columella 10, 116 *Vt Pelusiaci proritet pocula zythi*. Fuit potus ex hordeo macerato vel tritico paratus, illi maxime similis, qui aquilonaribus regionibus *Cerevisia* appellatur. Etiam Suidæ parabatur ἀπὸ κριθῆς, *ex hordeo*. Cujusmodi potus etiam *Camum* & *Curmi* est, κάμι, nam & ipse e frugibus paratur. vid. Vlpian. Dig. 33 t. 6 l. 9. Nec aliam inter *Zythum* & *Curmi* crediderim esse differentiam, quam in conficiendi ratione. v. Dioscor. 2, 79. Usus ejus antiquissimus, & ab ipso Dionysio, sive Baccho institutus, Diodoro Siculo auctore lib. 4 Bibliothecæ. Detestatur illum Iulianus Imperator epigrammate lepido.

¶ Zythepsa, & Zythopepta, *æ*, m. ζυθέψης, ζυθοπέκτης, ein bierbrauer.

¶ Zythŏpœia, *æ*, f. ζυθοποιία, das bierbrauen. Et

¶ Zythopōla, *æ*, m. ζυθοπώλης, ein bierhändler. Hæc græca sunt, & recens fere conficta.

LIPSIAE,

TYPIS VLR. CHRISTIAN. SAALBACHII,

MDCCXLIX.

INDEX

INDEX GERMANICO-LATINVS

Rerum, vocabulorum, phrasium, descriptionum & locutionum proverbialium,

accessionibus jam auctus cumulatissimis.

NB. Zu ersparung aller unnöthigen weitläufftigkeit, werden allhier die teutschen und lateinischen bedeutungen aufs genaueste mit einander verknüpffet. Wer aber von mehrern grund, gebrauch und gründen des latein nachricht haben will wird davon leicht im Thesauro selbst an gehörigen orten nachschlagen, und so fort daraus judiciren können. Nur die poetischen wörter und formuln werden allhier mit vorgesetztem P bezeichnet. Von Adverbiis und dergleichen werden bey den primitivis, mit welchen sie einerley bedeutung haben nur die endungen auf e, o, ter &c. angehangen, die teutschen Diphthongi ä, ö und ü sind der ordnung nach als bloß a, o und u eingebracht, s. aber bedeutet siehe, suche.

A.

A b c prima literarum elementa, elementariæ literæ, alphabetum, literatio. a b c wohl einbilden literas pueris affigere. aus dem a b c ein wenig weiter kommen ultra primas literas paullum quid progredi. der das a b c nicht kan analphabetus.

a b c-buch, a b c-tafel liber abecedarius, abecedarium.

a b c-schüler, a b c-schütz puer elementarius, literator, abecedarius, alphabetarius, analphabetus, vix primis apicibus initiatus.

Aachen Aquisgranum.

aal anguilla. s. meer-aal. aal des schusters s. schuh-ahl.

aal-fang anguillarum piscina s. fecluforium.

aal-neß anguillarium.

aal-raupe mustela s. muræna fluviatilis, alabes, lacertus.

aalreich anguillarius.

Aar Arola fl. Araris.

aaron, aron (herba) dracontion.

aaß cadaver, morticina caro, esca.

ab s. weg, hinweg, von.

ab- und aufgehen deambulare.

ab- und zugehen ire & redire.

abackern dem nachbar eine furche furto vicini cæspitem nostro solo adfodere; arando excedere, agrum vicini carpere.

abäsen devesci. s. abfressen.

abarbeiten laboris pretium accipere. sich abarb. laboribus enervari, obtundi, hebetari, consumi, frangi, se conficere. die ihre schulden abarbeiten müssen addicti.

abarten degenerare.

abartung depravatio. s. unart.

abbacken das brot panem decoquere, pistura absolvere, conficere.

abbaden elavare, perlavare. s. abwaschen.

abbalgen deglubere, pellem detrahere, corium detripere. sich abb. dimicare, pugnare, manus conferere.

abbeissen delibare, morsu tondere, auferre; abrodere, demordere, demorsicare. vorn abb. præmordere, dentibus amputare. die nase abb. denasare, nasum abripere mordicus.

das abbeissen avulsio s. abscisio dentibus s. morsu facta, demorsicatio.

abbeitzen aceto abstergere, materia corrodente tollere.

abbetteln emendicare, precario obtinere, precibus torquere, precibus quem fatigare. die schläge abb. mendicare malum a quo.

abbeugen deflectere, detorquere, curvare, incurvare. s. krümmen.

abbeugung detorsio. s. krümmung.

abbicaen s. abbeugen.

abbilden effigiare, delineare, repræsentare, deformare, simulare, exprimere cujus formam, imaginem. s. abmahlen.

abbildung effictio, delineatio, effigiatio, effigiatus, sciagraphia. s. bildniß.

abbildungs-weise typice.

abbinden solvere, dissolvere, ablaqueare, a vinculis laxare.

abbindung dissolutio, laxatio, ablaqueatio.

abbiß morsus.

abbitte deprecatio; kleine abb. deprecatiuncula.

abbitten, abbitte thun deprecari, deprecatione uti, satisfacere, ad facti deprecationem ignoscendi petere veniam. der da abbittet deprecator, trix, deprecabundus.

abbittend deprecatorius, deprecabundus, deprecaneus, deprecativus.

abblasen deflare. s. blasen.

abblatten, abblättern frondare, detondere frondes, defoliare, exfoliare. den wein abbl. pampinare vitem, expampinare.

abblattung des weinlaubs pampinatio.

abbläuen, ableuen depalmare, batuere, debaturre, fugillare. den kopff abb. commitigare cui caput, incutere scipionem in caput cujus. s. prügeln.

abblühen deflorescere.

abborgen mutuo sumere, petere. s. borgen.

abbraten inassare. s. braten.

abbrauen coctionem perficere. s. brauen.

abbrechen abrumpere, deminuere, imminuere, detrahere, frangere, vellere manu. de noliri, destruere, tondere manu, avellere, amputare, deplantare, curtare, decurtare, decerpere, defringere, carpere, metere, delibare. die blühte abbr. deflorare, præflorare. seinem leibe, seinem maule abbr. defraudare genium tuum. kanst du von deinem thun so viel abbr. tantumne est a re tua otii tibi? wir müssen hier abbr. sed satis de hoc. s. abbruch thun.

abbrechung destructio, demolitio, decerptio.

abbrennen (passive) conflagrare incendio, deflagrare, consumi incendio; (active) deurere, flammis delere. s. verbrennen.

abbrennung deflagratio.

abbreviren s. abkürtzen.

abbreviatur abbreviatio, abbreviatura, compendium scriptionis, figla, figtæ, notæ. s. abkürtzung.

abbringen dissolvere, auferre. gewohnheit abbr. abolere consuetudinem. s. abschaffen.

abbringung s. abschaffung.

abbruch diminutio, derogatio, abruptio, fractio, clades, decisio, decessio, decrementum, decermen. s. schade. abbr. der nahrung leiden naufragium rei familiaris facere. abbr. thun accidere, decerpere, derogare, de statu dejicere; denen feinden hostes carpere, frangere, hostium opes concutere, hostibus damnum dare. sich abbr. thun lassen locum nocendi dare. an ehren abbr. thun s. schimpffen.

abbrüchig detrimentosus, damnosus.

abbrühen s. brühen.

abbrühung excaldatio.

abbuhlen sich amoribus se macerare, excruciare, in amoris rota versari.

abbürden onere levare, liberare. s. abladen.

abbürsten depectere, peniculo purgare.

abbüssen expiare, luere, veniam consequi.

abbüssend expiatorius, pœnalis.

abbüssung expiatio, satisfactio pro delicto.

abcirckeln circinare, decircinare, circino describere. s. abmessen.

abconterfeyung effigiatus, ûs, effictio, ectypus.

abcopiren describere. s. abschreiben.

abcopirt descriptus, tranciptus.

abdancken (soldaten) exauctorare, dimittere, mittere, ab actu summovere, missionem dare. selbst abd. abire honore, civilibus officiis renunciare. vom regiment abd. imperium dimittere, deponere, abdicare se magistratu. vom soldaten-leben abd. ponere cingulum. einen abd. s. absetzen. abd. bey leichen parentare, gratias agere in exsequiis, dimittere præsentes cum gratiarum actione. der abdancket orator, parentaturus.

abdanckung vom amt abdicatio, ejuratio, exauctoratio. bey leichen parentatio, gratiarum actio publica. abd. thun parentare.

abdecken detegere, deiternere. s. aufthun. das vieh abd. pecus glubere, deglubere. den tisch abd. mensam tollere.

abdecker excoriator, pellium detractor.

ab eckung excoriatio.

abdienen s. abverdienen.

abdingen de pretio detrahere, depretiare.

abdingung pretii imminutio.

abdisputiren abjurgare.

abdonnern detonare.

abdrehen torquendo lædere, decerpere, detornare.

abdreschen mulcare, contundere.

abdringen exprimere, præripere, extorquere, exterebrare, vi rapere, invito rapere. der da abdrinet extortor.

abdringung extorsio, ereptio.

abdrohen minis obtinere.

